14
18 6
37

ex libris

Q. SEPTIMII

FLORENTIS TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERA

QVÆ HACTENVS REPERIRI POTVERVNT OMNIA;

IAM POSTREMVM, AD EXEMPLARIA MANVSCRIPTA collatione facta, quàm accuratiſs. recognita, aliquot etiam libris auctiora; nunc primùm in capita, & certo ordine, habita quantum fieri potuit temporum ratione, in quinque Tomos diſtincta.

CVM IACOBI PAMELII BRVGENSIS, *Theologi, Archidiaconi Audomaropolitani, Argumentis & Adnotationibus toti operi interiectis, quibus tum loci obſcuriores explicantur, tum quicquid ad Antiquitatem Eccleſiaſticam ſpectat, illuſtratur.*

Ab eodem PAMELIO recèns adiecta; TERTVLLIANI VITA; Scripturarum citatarum Index locupletiſs. aliáque Prolegomena.

Acceſſere & Luci ex coniecturâ LATINI LATINII *Viterbienſis reſtituti, & erudita in lib. de Pallio* IOANNIS MERCERII *Anteceſſoris Biturienſis Commentaria.*

Catalogum totius operis inuenies Lector poſt Epiſtolas Dedicatorias; & in ſingulis Tomis Præfatiunculas de librorum ordine.

Dom. Traſ. Rom.

PARISIIS,

M. DCVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BEATISSIMO PATRI,

SANCTISSIMOQVE DOMINO NOSTRO,

GREGORIO XIII. ROMANÆ ATQVE ADEO CATHOLICÆ ECCLESIÆ PONTIFICI MAXIMO.

EPTIMIVS TERTVLLIANVS (Lactantio teste Instit. diuin. lib. 5. cap. 1.) fuit quidem omni genere litterarum præditus, sed in eloquendo parum facilis, minus comptus, & multum obscurus. Quod ipsum repetens B. Hieronymus lib. de Instit. Monachic. Paulinum: Tertullianus (inquit) creber est in sententijs, sed difficilis in eloquendo. Atque hæc caussa præcipua, SANCTISSIME PATER, cur eius opera, non nunc modò, sed etiam iam olim à sæculis aliquot, aut penè incognita, aut certè minus trita, vulgatáque fuerint, &, vt verbis Lactantij vti pergam, non satis celebritatis inuenerint. Altera cur paucorum manibus versata fuerunt ratio, quia B. Gelasius Papa 1. ob errores in quos inciderat, inter apocrypha numerauerit, & inde factum sit, vt posterioris Ecclesiæ scriptores illis abstinuerint; parum animaduertentes, vt videtur, ea quæ tali nota censerentur, non omninò, sed publicè & in templis tantùm pronuntiari prohibita. Quod, tum ex voce ἀπόκρυφα, quæ non aliùd quàm occultum quid significat, manifestum est, tum ex Gelasij decreto comprobatur, in quo Apocryphorum scriptorum mentionem inijcit, postea quàm eos libros recensuit, quos in Ecclesia recitari voluit. Verùm enimuerò neque styli obscuritas, neque Hæresis subsecuta, B. Cyprianum aut B. Hieronymum deterruit, quo minus ita familiarem sibi hunc scriptorem habuerint, vt etiam verbotenus plerumque illum imitati sint. De Cypriano enim ita scribit Catal. Script. Eccles. Hieronymus: Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, senem; qui se B. Cypriani iam grandis ætatis Notarium, quum ipse esset adolescens, Romæ vidisse, diceret; referréque sibi solitum; nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnam diem præteriisse, ac sibi crebrò dicere: Da Magistrum, Tertullianum intelligens. Et Epist. ad Pammach. ac Ocean. Beatus (inquit) Cyprianus Tertulliano magistro vtitur, vt eius scripta probant; quúmque eruditi, & ardentis viri delectetur ingenio, Montanum cum eo Maximillámque non sequitur. Idem, ad se quod attinet, imprimis Nepotianum in Epitaphio laudat, quòd ex frequenti huius Auctoris vsu etiam stylum posset discernere: Illud aiebat (inquit) Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix, ita Victorinus; in hunc modum locutus est Arnobius. Deinde Eustochium, ad eiusdem lectionem lib. de Custod. virg. his verbis adhortatur: Si tibi placet scire, quot molestijs virgo libera, quot vxor obtricta sit, legas Tertullianum ad Amicum Philosophum, & de Virginitate alios libellos. Quomodo item id fieri expediat, Epist. ad Tranquillinum significat: Ego (inquit) Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Nouatianum,

(sic enim lego, pro: Nouatum) Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores, Græcos pariter & Latinos; vt bona eorum eligamus, vitemúsque contraria, iuxta Apostolum dicentem: Omnia probate, quæ bona sunt tenete. Quid? quòd etiam libros de Monogamia, quos tamen aduersus Ecclesiam conscriptos alibi fatetur, Epistola ad Paulinum, citet.

Hæc ego prolixiùs, vt posthac & à Tertulliani lectione alienus sit nemo; & quomodo legendus, agnoscat Lector plus æquo scrupulosior. Huc certè primùm nos inuitare debet summa eius antiquitas. Nam ab eodem Hieronymo primus post Victorem, & Apollonium, Latinorum scriptor adscritur; quod ei mirum videri non debet, qui B. Irenæum, & primos illos Pontifices Romanos, S.V. prædecessores, Clementem dico, Anacletum, Euaristum, alióque ad eius ætatem vsque, Græcè potius quàm Latinè scripsisse mecum senserit. Deinde talis est viri eruditio, vti (Vincentio Lirinensi teste lib. aduersus proph. hæreseon nouit.) apud Latinos nostrorum omnium facilè princeps iudicandus sit. Quid enim (inquit) hoc viro doctiùs, quid in diuinis atque humanis rebus exercitatius? Nempè omnem Philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, auctores adsertoréque sectarum, omnésque eorum disciplinas, omnem historiarum, ac studiorum varietatem, mira quadam capacitate mentis complexus est. Ingenio verò nónne tam graui, ac vehementi excelluit; vt nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere illiserit. Iam porrò orationis eius laudes quis exequi valeat? quæ tàta, nescio qua rationum necessitate (seu densitate, vti alij legendum censent) conserta est, vt ad cõsensum sui, quos suadere non potuerit, impellat; Cuius quot penè verba, tot sententiæ sunt; quot sensus, tot victoriæ. Quibus verbis alia quoque ratio scripta eius ample ctendi iudicatur quòd aduersus Gentes & Iudæos nemo eo doctiùs scripserit; aduersus autem Hæreses illas vetustiss. (quarum pleræque, prò dolor! hodie repullulascere incipiunt) præter eum & Irenæum, nullus, & aduersus Marcionem solus hic scriptor exstet. Hinc rectè idem Lirinẽsis prosequitur: Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, cetérique; quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus euertit. Atqui Hæreses cognosse, debellasse est; & præuidisse, fugasse. Prætereo lubens, quòd etiam litterati quiqui, & maximè Iureconsulti, ex Auctore hoc verborum iuris Romani retinentiss. & legum peritissimo, multum proficere queant. Certè quũ antiquitate potissimùm aduersus omnes Hæreses, vel ipso Tertulliano teste, lib. de Præsc. adu. hæret. præscribi debeat; non aliundè magis fidei Catholicæ articulos hodie controuersos, aut Ecclesiæ ritus, & traditiones antiquas confirmari, quã ex nostro hoc Auctore; posthac, opinor, iudicabit æquus Lector, si diligentiùs penitiúsque illum introspexerit. Amplius dico, ex solo ferè hoc Auctore cõfici posse iustum Catechismùm; qui sufficiat, tum ad catechizandos rudiores quosque fideles, tum ad reducendos eos, qui fortassis à recta fide deuiarunt. Sufficiant nunc exempla aliquot, quæ si in gratiam studiosorum subiecero, prolixitati, quæ Epistolæ limites excedere fortassis videatur, V. Sanctitas, BEATISS. PATER, veniam quæso dare non grauetur, & aures gratas accommodet. Imprimis Symbolum Apostolorum, quod Regulam fidei nuncupat, tale tantùm non quale hodie retinemus, non vno recensetur loco; libris nimirùm de Velandis virginibus, de Præscriptionibus aduersus hæreticos, & aduersus Praxean. De Oratione Dominica (quemadmodum iam olim etiam adnotauit B. Hilarius) volumen aptissimum scripsit, quod B. Cyprianus imitatus est. Orationem Angelicam ex variis eius locis explicatam reddere liceret. Decalogum ferè integrum, reperire est explicatum, partim lib. aduersus Iudæos, partim de Idololatria, & aduersus Gnosticos. Porrò SACRAMENTA, non duo duntaxat (vti Basilienses ad marginem alicubi perperàm adnotarunt) sed sex nominatim vnò eodémque loco commemorat; de septimo quoque Vnctionis extremæ haud dubiè facturus mentionem, si occasio incidisset. Diabolus (inquit lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 40.) cuius sunt

partes

partes interuertendi veritatem, ipſas quoque res Sacramentorum diuinorum in Idolorum myſterijs æmulatur. Tinguit & ipſe quoſdam (en Baptiſmum) vtique credentes & fideles ſuos. Expiationem delictum (quod ad pœnitentiam pertinet) de lauacro repromittit. Signat & illic (hoc Confirmationis eſt) in frontibus milites. Celebrat & panis oblationem (Euchariſtiæ nempè ſacrificium.) Quid? quòd & ſummum Pontificem in vnis nuptijs (Ordinem ſacrum, & Matrimonium etiam hîc vide) ſtatuit. Qui ergo ipſas res, de quibus Sacramenta Chriſti adminiſtrantur, tam æmulanter adfectauit exprimere in negotijs Idolalatriæ, &c. Et verò etiam peculiaris de BAPTISMO liber exſtat To. 3. vbi latiùs de ceremonijs Baptiſmi, pleriſque etiamnum vſitatis; ſecundum quas inter cetera: A quam adituri; (vti loquitur Auctor lib. de Coron. milit. & alibi non ſemel) ibidem, ſed & aliquanto priùs, in Eccleſia ſub Antiſtitis manu, conteſtamur nos renuntiare Diabolo, & pompæ, & angelis eius; dehinc ter mergitamur; amplius aliquid reſpondentes, quàm Dominus in Euangelio determinauit; indéque ſuſcepti lactis & mellis concordiam præguſtamus; exque ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus. Quibus adiungitur lib. de Baptiſ. & aduerſus Marcionem, olei ſeu Chriſmatis vnctio, à qua dicimur Chriſtiani. De Pœnitentia liber, tres eiuſdem partes, Contritionem, Confeſſionem, Satisfactionem, non obſcurè complectitur. Ad priorem illud pertinet cap. 9. Animum mœroribus deijcere, ingemiſcere, lacry mari, & mugire dies noctéſque ad Dominum Deum. Ad alteram: Presbyteris aduolui, caris Dei adgeniculari, prouoluere hominem, accuſare & condemnare, dict. cap. & illud cap. 10. Videlicet ſiquid humanæ notitiæ ſubduximus, proinde & Deum celabimus? An melius, damnatum latère quàm palàm abſolui? Ad tertiam denique, frequens ſatisfactionis mentio c. 3. 5. 7. 8. & 9. è quibus loci iſti apertiſſimi: Confeſſio enim ſatisfactionis conſilium eſt; &: Sed quatenus ſatisfactio cõfeſſione diſponitur; confeſſione, pœnitentia; Deus mitigatur. Conſignationis ſeu manuſimpoſitionis, quod nunc Confirmationis vocamus, meminit lib. de Reſur. carn. & dicto lib. de Præſcript. adu. hæretic. ca. 36. vbi carnem ſignari dicit, manuſimpoſitione adumbrari, & Spiritu ſancto veſtiri. Omnium autem apertiſſ. lib. de Baptiſ. ſupracitato. Dehinc (inquit) manus imponitur; per benedictionem, aduocans & inuitans Spiritum ſanctum. Euchariſtiæ toties fit mentio, vt malim ad Indicem totius operis Lectorem remittere; maximè quum nemo id inficiari poſſit. De veritate verò corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, teſtimonia luculentiſſ. reperire erit, tum lib. de Orat. cap. 6. tum etiam lib. aduerſ. Marc. 4. cuius tamen verba quædam in contrarium, non intellecta Auctoris mente, perperàm pro ſe citare non verentur aduerſarij. Hîc ſufficiet illud lib. ſuperiùs citati de Reſurr. carnis: Caro corpore & ſanguine Domini veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur. Sacrificij item ſiue oblationis nomen toties repetitum eſt, at que apud alium aliquem veterum; quemadmodum latè deduximus dicto lib. de Orat. qui ritum Miſſæ Africanæ magna ex parte continet; vbi etiam omnes penè, quibus vtimur, ceremonias Chriſtiani ſacrificij, ex Tertulliano comprobauimus. Præterea ad Ordinis ſacramentum illud pertinere quis dubitet, lib. de Præſcrip. hæret. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes; Nunc Neophytos collocant, nunc fœculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros. Nuſquam faciliùs proficitur, quàm in caſtris rebellium; vbi ipſum eſſe, illic promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie Preſbyter, qui cras laicus. Nam & laicis ſacerdotalia munera iniungunt. Item in Exhortatione ad caſtitatem: Differentiam (inquit) inter ordinem & plebem conſtituit Eccleſiæ auctoritas & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus à Deo.

Matrimonium denique quinquies lib. 5. aduerſ. Marcionem, cum Apoſtolo Paulo ad Epheſios 5. Sacramentum diſertis verbis nuncupat. Portò ſi de Eccleſia ſit controuerſia, lib. de Præſcrip. aduerſus hæret. eam veram Apoſtolicámque eſſe latè deducit, in qua ordo Epiſcoporum ita per ſucceſſiones ab initio decucurrit, vt primus Epiſcopus

aliquem ex Apostolis aut Apostolicis viris habuerit antecessorem, atque adeò etiam Romanam ipsam, vbi Petrus (inquit) & Paulus martyrio coronati, vnde nobis auctoritas præstò est. Traditiones Ecclesiasticas non scriptas, nemo veterum tam luculenter suo confirmauit testimonio, atque Tertullianus lib. de Corona militis. Et nominatim oblationes pro defunctis ac Natalitijs Martyrum; ac etiam de crucis signaculo: Ad omnem, inquit, progressum, atque promotum; ad omnem aditum, & exitum; ad vestitum, & calceatum; ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia; quacunque nos conuersatio exercet; frontem crucis signaculo terimus. Meminit ibidem, & alibi latiùs; tum Dominici diei; tum antelucanorum cœtuum, qui ad sacrificium, de quo suprà, referendi veniunt; tum leiuniorum, de quibus etiam peculiarem librum edidit. De Continentia autem Ecclesiæ ministrorum & virginum, latiss. tractat libris de Velandis virginibus, ac ad Vxorem vtroque, & de Exhortatione ad castitatem. Atqui, vti etiam aliarum controuersiarum non omittatur mentio, De Excommunicatione Ecclesiastica, quem censuram diuinam nuncupat, sic loquitur Apolog. c. 39. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu, summumque futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur. Si de vsu Imaginum proponatur quæstio, quomodo illæ Decalogo sint prohibitæ, nempè ne adorentur, his verbis explicat lib. adu. Marc. 2. Proinde (inquit) & similitudinem vetans fieri omnium, quæ sunt in cœlo & in terra & in aquis, ostendit & causas, Idololatriæ scilicet substantiam cohibentes. Subijcit enim: Non adorabitis ea, neque seruietis eis. Serpentis autem æreæ effigies, postea præcepta Moysi à Domino, non ad Idololatriæ titulum pertinebat, sed ad remediandos eos, qui à serpentibus infestabantur. Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestui, longè diuersas habendo causas ab Idololatriæ crimine, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi refragari; non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quam similitudo prohibetur. De Libero arbitrio latè disputat, non modò Libro de Patientia, sed & 2. adu. Marcionem. De Meritis denique operum, & æternæ vitæ mercede, lib. ad Martyras. Reliquis superfedeo, ne sim prolixior, remittens Lectorem studiosum ad Adnotationes nostras; quas si eadem cum beneuolentia & attentione legerit, qua plerique nostras illas nuper in B. Cyprianum editas, haud sine fructu id futurum confido; quippè quæ non aliud sint, quàm loci quidam communes materiarum omnium quæcunque hodie controuerti solent, ex penitiore vetustatis penu deprompti. Idque adductis testimonijs Patrum, iam inde à primis Ecclesiæ Apostolicæ incunabulis vsque ad Sanctæ V. primum eius nominis prædecessorem Magnum illum Gregorium; ne fortè ab ijs in dubium vocentur, qui ab ea ætate errare cœpisse Ecclesiam (contra expressum promissionum Christi Beato Petro factarum, Matth. 15. & 28. Dei verbum) calumniari non verentur. Proinde, benè de Republica sunt meriti Ioan. Baptista Egnatius, qui Tertulliani Apologeticum in lucem edidit, & Ioan. Gagnæus Parisiensis Theologus, qui, quos omiserat Rhenanus, libros xv. superaddidit, & nonnihil qui aliquot carmine conscriptos inter Poëtas Christianos euulgauit. Magnum denique aliquid præstitit Rhenanus Selestadiensis, quum primùm Tertullianum, quoad fieri potuit, integrum à blattis & tineis vindicauit, ac Scholijs, deinde & Adnotationibus illustrauit, quibus obscuriores quasque phrases vocésque explicat; & non semel etiam Ecclesiasticos ritus antiquos confirmat. Verùm vti homini, humanitùs aliquid ei contigit, quòd in area versaretur non sua, vtpotè litteratus potius quàm Theologus. Vnde à Sanctitatis Vestræ prædecessoribus Paulo Papa IIII. & Pio Papa V. secundum Concilij Tridentini decretum censura notatis eius Adnotationibus, atque adeò etiam interdictis, donec repurgarentur; factum est vt Catholicorum piorum manibus iterum penè exciderit Tertullianus, quòd hactenus non prodierit, auctoritate publica repurgata, operum eius editio. Ego itaque, frequentissimè

à com-

à compluribus magnis eruditiſſimiſque viris, tum Iureconſultis, tum Theologis requiſitus, vti, quod de Tertulliano in editione B. Cypriani promiſeram, quantocyùs præſtarem; iamdudum pollicitis ſtetiſſem, Deo auſpice, niſi variis neceſſariiſque occupationibus tam priuatis quàm publicis in hunc vſque diem præpeditus fuiſſem. Prætereo tantam, de qua ſuprà, Auctoris in eloquendo difficultatem, vt multo tempore opus fuerit ad requirenda & conferenda exemplaria; iis præſertim locis, quibus explicandis Oedipo quopiam opus erat, quò certior eſſet cenſura de vera & genuina lectione, & quæ cum Auctoris mente & ſtylo quamoptimè conueniret. Qua in re plurimùm adiutus ſum tribus MS. membranaceis codicibus Vaticanis, quos Alano Copo, piæ memoriæ, Theologo eruditiſſimo, noſtro nomine, Illuſtriſſ. Cardinalis Sirletus ſubminiſtrauit; cui tam fuit cordi hæc noſtra opera, vt per Dn. Fredericum, ſuum in Bibliothecæ præfectura vicarium, & alios quoſdam amanuenſes, iuſſerit ſingulos illos conferri cum codice excuſo, atque ita varias lectiones in marginem adnotatas ad nos tranſmitti. Cuius adeò Celſitudini, vti etiam Illuſtriſſimis Cardinalibus Hoſio & Granuellano, qui apud illum eius rei fuerunt interceſſores, eſt quòd gratias immortales & agam & habeam. Nec parum ad hanc rem contulerunt MS. Libri Monaſteriorum S. Amandi ac Bauonis, & Anglicus quidam, quem theſauri loco penes ſe adſeruabat quondam Ioan. Clemens Anglus. Quibus acceſſerunt coniecturæ doctiſſimorum virorum, Latini Latinij Itali, & Ioan. Harriſij Angli, ab ipſis mecum communicatæ, & obſeruationes aliorum, quorum ſuis quibuſque locis fiet mentio. Quibus omnibus adminiculis adiutus, non tamen ſine vigilijs, laboribus, & lucubrationibus maximis (vt ne quid dicam de ſumptibus haud exiguis, præſertim in accerſendis dictis variis lectionibus, & MS. codicibus) loca innumera caſtigaui, hiulca ſuppleui; quædam etiam ſuperflua, quæ ex margine in contextum irrepſerant, reſcidi. Acceſſit, quòd recens in capita libros omnes diſtinxi. Non quòd ignorem, Tractatus eſſe ſerie continua conſcriptos ab Auctore; ſed quòd, quum adfectatione ipſa ſubobſcurus ſit, res ſcitu neceſſariæ faciliùs minutatim intelligi poſſint à rudioribus. Neque verò nouo id exemplo, ſed iam olim id factum, ex MS. codicibus omnibus, & prioribus excuſis in Apologetico patet; quòd libri maxima vtilitas id faciendum perſuaderet, & non ita nuper in libro de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos, à I. C. eruditiſſ. Ioanne Quintino Heduo. Cum quo ad Zephyri calumnias tribus quod aiunt, verbis reſpondeo: Nihil cuiquam deperire, quòd Terullianus diuiſus ſit; manere integrum, ſi quis vno malit contextu legere. Ego verò, re cum doctiſſ. & Theologis & Iureconſultis communicata, etiam in ipſis Argumentis diſtinctionem capitum retinendam exiſtimaui; vt inde colligat Lector, quid quoque tractetur capite; quæ etiam, vti maioris ſint auctoritatis, ipſiſſimis Tertulliani verbis conſcripſi; quò ſic Lectori ſtudioſo ſatisfaciam; cui facile fuerit, ex ſola eorum lectione antiquitatem omnem Eccleſiaſticam decerpere. Deinde totum opus in quinque Tomos partitus ſum: quorum primo continentur libri aduerſus Gentes & Iudæos; ſecundo Parænetica; tertio ſcripta aduerſus Hæreſes; quarto pia Poëmata cum Fragmentis operum quæ deſiderantur; quinto denique ea quæ aduerſus Eccleſiam ſcripſit, & aliena quædam. Ordine etiam librorum ſeruato, quantum fieri potuit eodem, legitima temporum ratione habita, conſcripti ſunt; quemadmodum ex Præfatiunculis, quæ ſingulis præfigantur Tomis, colligere eſt. Denique, vt norit Lector, iuxta Apoſtolum, examinare omnia, & quod bonum eſt, tenere; Admonitionem de Tertulliani dogmatis, ne dicam erroribus, longè locupletiorem quem Rhenanus ediderat, Alphabeti ordine, ſimul cum Antidoto, edidimus. Reliqua prudens omitto. Quæ omnia, ſimul cum dictis Adnotationibus noſtris ſacræ Romanæ Eccleſiæ, atque adeò Veſtræ Sanctitatis, iudicio cenſuræque, lubens vel probanda vel improbanda ſubmitto.

Ceterùm, quòd eidem Sanctitati Veſtræ, BEATISSIME PATER, Tertullianum inſcripſerim; non vna me mouit ratio. Imprimis enim; cui potius nuncupandus veniat,

quam ei, penes quem Ecclesiæ Latinæ atque adeò Romanæ suprema est administratio? Præsertim, quum Africana Ecclesia cum Romana (vti verbis Auctoris nostri vtar) contesserarit; & eiusdem auctoritas, donec primùm à Vandalis, deinde à Mahumetanis occupata est, in Africa semper sacrosancta fuerit; vsque adeò vt Tertullianus Catholicam doctrinam apud Ecclesiam Romanensem, & eandem pro Apostolica, eiúsque auctoritatem in Africa agnoscat, lib. de Præscript. aduersus hæret. Et quanti habitum fuerit iam tum in litteris, quas Pacis vocabant, concedendis aut reuocandis, sedis Apostolicæ iudicium; non obscurè lib. aduersus Praxean significet: Immò etiam in hæresin prolapsus, Episcopum Episcoporum Romanum Papam, lib. de Pudicitia nuncupet. Deinde expediebat sub auspiciis Sanct. Vestræ prodire Tertullianum, vti sic rursus auctoritatem acciat, quam probabilibus eius scriptis error consequens detraxisse videbatur; atque adeò etiam à scrupulosioribus quibusque eius non omittatur lectio. Quid? quòd etiam iure quodam Sanctirati Vestræ debebatur nostra hæc recognitio, quæ tantum adiumenti accepit ex dicta Vaticana. V. Sanctitatis Bibliotheca, vt nisi cum ingratitudinis nota illam præterire non potuerim. Illud autem audendi fiduciam dedit; quòd, quum fragmenta quædam Conciliorum, quæ conferre possent ad Gratiani recognitionem, quam magno adparatu iamdudum Sanct. Vestra molitur, ad Illustriss. Cardinalem S. Sixti Boncompaignum, iuxta eiusdem S. V. postulata, isthuc misissem; iniecta mentione opusculorum quorundam Hrabani Mauri, quæ cupiebam Sanct. V. dedicare; quàm benignissimè idem Illustriss. Cardinalis inter cetera sic ascripserit? Scito, in eo rem gratissimam fuæ Sanctitati te facturum; quæ magnam ex iis Conciliorum fragmentis voluptatem accepit; & mihi iniunxit, vt eius nomine te valde horter, vti in huiusmodi libris eruendis & expurgandis diligentem operam ponas; quia hæc (inquit) præcipua sunt instrumenta, quibus & nostra constituere, & hæreticos valemus euertere. Si itaque grata fuisset Sanctitati V. inscriptio Opusculorum Hrabani aliquot dumtaxat; multo certè magis acceptabilem fore Tertullianum non dubito.

Patiatur itaque, BEATISSIME PATER, sub sui nominis prodire auspicijs Sanctitatis Vestræ Tertullianum hunc nostrum; méque in clientelam recipiat, iam Catholicæ Religionis ergò voluntarium exsulem. Atque adeò etiam ceteros Ecclesiastici ordinis per Flandriam viros; qui, quum inter hæreticos aut falsos fratres abundare liceret, malunt plerique penuriam pati pro Christi nomine, quàm genua ante Baal incuruare; quos Sanctitati Vestræ quàmofficiosissimè commendo. Quod restat, Deus Opt. Max. eandem SANCTITATEM V. Ecclesiæ suæ diu seruet incolumem.

Duaci, ipsa Exaltationis sanctæ Crucis. 1579.

SANCTITATI VESTRÆ DEDITISSIMVS
IN CHRISTO SERVVS,

IACOBVS PAMELIVS.

SERENISS. POTENTIS-
SIMO QVE MONARCHAE
PHILIPPO II. HISPANIARVM REGI
CATHOLICO BELGII PRINCIPI
clementissimo.



DVERSVS *hæreticos omnes*, REX SERENISSIME, *præscribit Tertullianus noster, cuius nunc Opera in lucem damus, non admittendos eos ad vllam de scripturis disputationem.*

Primùm quidem, quòd hæreticum hominem post primam, aut saltem vnam atque alteram correptionem deuitandum B. Apostolus Paulus scripserit. Deinde quòd nihil proficiat (ipsius verbis vti pergo) congressio scripturarum, nisi planè, vt aut stomachi quis ineat euersionem, aut cerebri, quòd quasdam scripturas non recipiant hæreses; si quas recipiunt, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertant; aut non integras recipiant; & si aliquatenus integras præstent, nihilominus diuersas expositiones commentatæ conuertant. Denique, quod ille, si quis est, cuius causa in congressum descendi scripturarum, vt eum dubitantem confirmes, ad hæreses magis quàm ad veritatem demerget, hoc ipso motus, quòd te videat nihil profecisse, æquo gradu negandi & defendendi; certè de pari altercatione incertior discedet, ne sciens vtram hæresim iudicet. Disertè id profectò admodum Tertullianus: quod quum & in hæreticos, vt semper sui sunt similes, nostri temporis aptissimè competat, videamus, quibus auctor in hac, quod aiunt, harena versatisimus. Præscriptionibus aduersus eosdem vti pergat, vti & nos intelligamus, quibus artibus cum illis sit congrediendum à nostri ordinis viris. Si quando, inquit, cum illis disceptandum, illud prius proponi rerum ordo desiderat, an apud illos, an verò penes nos veritas sit scripturarum, & expositionum, & omnium Christianarum traditionum. Atquin ea illis adiudicanda, quicumque in ea incidunt regula, quæ cum Ecclesijs Apostolicis, matricibus, & originalibus fidei, consistiret; id tenentes, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Edant ergo, si sibi credi volunt, origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habeat auctorem & antecessorem. Aut probent se nouos Apostolos esse, dicant Christum iterum descendisse, iterum prædicasse, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterúmque efusicitatum. Sic enim solet Apostolus facere, dans illis præterea virtutem eadem signa edẽdi quæ & ipse. Hactenus Tertullianus ante annos plus minus mille quadringentos. Hoc igitur eiusmodi hominibus semper ob oculos ponendum, quidab omnibus semper, & vbique creditum sit. Hoc enim verè propriéque Catholicũ, ex B. Optato, Vincentio Lirinensi, & aliis Patribus didicimus. Atque adeò non alia cum illis instituenda disputatio, quàmex vniuersitate, antiquitate, consensione; quæ vbi concurrunt, ibi veram Ecclesiam & Catholicam Religionem esse, confiteantur necesse est. Hæc autem soli Ecclesiæ nostræ Romanæ attributa fuisse, etiam temporibus BB. Irenæi, Tertulliani, Orige-

nis, Cypriani, Optati, Augustini, ex ipsorum scriptis manifestum est; in qua nimirum (praeterquàm quòd miraculis seu signorum virtutibus, & tot Martyrum sanguine clarissima) semper ab his, quæ erant vndique Christiani, conseruata esset ea quæ ab Apostolis est traditio, & continuata à B. Petro Apostolo Pontificum successio. Quæ cùm & in hanc vsque diem continua serie obseruata demonstrari possit; ea sola doctrina censenda & præscribenda est Catholica, quam non modò nos, sed ipsi etiam nostri hæresiarchæ ad vnum omnes, antequàm schisma facerent, in Ecclesia Romana professi sunt. In hac enim vniuersitatem sequimur, qui hanc vnam veram esse fidem profitemur, quèm tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia; antiquitatem veneramur, dum ab illo sensu scripturarum non recedimus, quem à sanctis Patribus accepimus; consensionem amplectimur, qui cum ipsa vetustate omnium Sacerdotum pariter definitiones sententiásque sectamur. Hinc factum est, REX CATHOLICE, vt vbi primùm studiis Theologicis Christiano homine dignissimis operam cœpi impendere, perpetuò mihi laborandum existimauerim in adstruendis potius fidei Catholicæ articulis, quàm hæreticorum friuolis plerumque argumentis refutandis. Cuius studij cum post primos motus Belgij anni 1566. partem aliquam in publicum contulissem, editis in B. Cyprianum Adnotationibus, quas magnorum Ordinis vtriusque virorum iudicio probatas, & ex secunda etiam editione in commune gratas fuisse deprehendi: Persuaderi mihi passus sum, vrgentibus etiam aliquibus, qui eo scripti genere sese in fide pristina confirmatos fatebantur, vti, iuxta quod promiseram, similibus Tertullianum Adnotationibus illustrarem. In quo dum per integrum octennium, post absolutam nostram anno 1571. Latinorum Liturgica adlaborassem, nec tamen magnos feci ssem progressus, tum ob Auctoris, qui ex industria obscuritatem adfectasse videtur difficultatem; tum quòd plerumque variis & publicis & priuatis distraherer negotiis, ocio nunc maiori habito in secessu hoc nostro Catholicæ Religionis caussa, tandem aliquando serio opus aggressus, ad calcem cœpi peruingere. Quid autem præstiterim, malo iudicet MAIESTAS VESTRA, REX SERENISSIME, & Lector quisque Catholicus, cui prodesse studui, quàm contra decorem in earum commendatione pluribus insistere. Hoc tantùm dicam, quòd ex ijs tamquam Locis quibusdam communibus antiquitatum Ecclesiasticarum, studiosus intelligere poterit, quid ab Apostolorum ætate in Ecclesia nostra Romana obseruatum fuerit. Sperans præterea nostra opera, voces, phrasésque obscuras ita restitutas, & elucidatas, vt nihil sit, quod Lectorem, qui hactenus difficultate Auctoris nostri terrebatur, posthac remorari debeat. Scripturas verò omnes ab eo citatas, eásque ad quas adludit, non sine maxima molestia, ex quibus locis desumptæ sint, in margine designaui. Indices quoque Scripturarum, & rerum & verborum, quæ Adnotationibus explicantur, adiunxi. Item & peculiares Prouerbiorum, Similitudinum, Vocum Græcarum, & Phraseon Iuris; quibus allecti litterati quique & Iuris studiosi, dum quæ suæ sunt professionis, inquirunt, etiam antiquitates Ecclesiasticas vna eademque operæ tractatas reperiant. Denique & Tertulliani vitam, atq; adeò Africanæ Ecclesiæ illius ætatis per annos xxiiij historiam, recens ex ipsis illius scriptis potissimum desumptam, in lucem damus, additis etiam fragmentis Tertyliani Romani Iureconsulti, quem perperàm quidam eundem putarunt.

Ingenuè interim fateor subinde adiutum me adnotationibus Rhenani, quas proinde & nostris interiecì, saltem eas quæ sanum sapiebant, addito Antidoto ad locos suspectos, quos iuxta Concilij Tridentini decretum M.V. repurgàri iam olim iussit. Non parum etiam me iuuerunt in Libro de Præscriptionibus aduersus hæreticos, Adnotationes in eundem Domini Ioannis Quintini Hedui, Decretorum quondam Parisini professoris, quas omnes, sicuti ab eo descriptæ sunt, inter nostras excudi iussi. Quemadmodum etiam Francisci Zephiri Paraphrases, & Scholia in Apologeticum. Quidquid denique depromere visum est ex variorum Miscellaneis, Emendationibus, Aduersarijs, Animaduersorum libris, Cœtaneis, Lectionibus nouis & antiquis, Obseruationibus, Adnotationibus & subcesiuis Lectionibus, suo cuique auctori acceptum reddidi. Quæ sanè omnia non sine magnis laboribus, perui gilijs, lucubrationibus, & sumptu absolui potuerunt. Sed amplæ mercedis loco mihi futurum est, si hoc Dei Opt. Max. beneficio assequar, vt eorum qui hisce posterioribus multò quàm antea atrocioribus Belgij tumultibus, nihil vicinorum exemplis territi, pro dolor! miserè se seduci, & abduci à vera Religione passi sunt, aliqui saltem ad meliorem mentem reuocentur.

Cetera quòd MAIESTATI V. REX SERENISSIME, Opus hoc inscripserim, causæ sunt

plures. Cui enim aptiùs, quod ad Tertullianum Afrum & Carthaginiensem illustrandum, & à mendis vindicandum laboratum est, dedicetur quàm Hispaniarum REGI, *cuius adhuc pars Africæ paret imperio, qui Dominatoris per Africam titulum gestat, & Carthagini veteri regna sua habet contermina, fretoque tantùm Gaditano discreta? Accedit quòd perpetua fuerit Ecclesiarum Africæ & Hispaniæ, eáque penè indiuidua concordia, adeò vt etiam Carthaginiensi Primati in Hispaniis non parua fuerit auctoritas, vti ex Epistola B. Cypriani 68. ad Clerum & Plebem Legionis, Asturiæ & Emeritæ, quæ Concilij est Africani, manifestum fit, qua comprobatur noua Felicis & Sabini Episcoporum in locum Basilidis, & Martialis electio. Neque verò tum primùm, sed vel sua ætate Hispaniarum omnes terminos Christo credidisse testatur Tertullianus Libro aduersus Iudæos; quod ipsum magnoperè ad Regni* MAIESTATIS *V. commendationem facit; Deinde cui Adnotationes, quibus Catholicæ Religionis veritas asseritur, congruentiùs consecrentur, quàm Regi titulo, ac re præ ceteris Catholico, & fidei Catholicæ præcipuo defensori; qui non tam imperio, quàm clementia ministrum Dei se exhibet; in bonum etiam vis qui potestati, immò Dei ordinationi resistunt. Loquor de summa illa, sæculis omnibus inaudita* MAIESTATIS *V.* REX CLEMENTISSIME, *animi moderatione, qua pacem iamdudum exoptatissimam rebus desperatissimis Belgio toti vltrò offerre non est dedignata, quæ tanquam alter post nubila Phœbus iam cœpit illucescere. Viderint, qui aut phanaticis se totos hæresibus dediderunt, aut qui illo (quem Isaias Prophetа comminatur) spiritu vertiginis excæcati aliorsum rapiuntur, vt audientes audiant & non intelligant, ac videntes videant & non cognoscant. Certè Prouinciæ Catholicæ Artesiæ, Hannoniæ, & Tripolitana hæc insularum Duaci, & Orchesij (quibus accessêre Mechlinensis Prouincia, Comitatus Alostensis, ac nonnulla Brabantiæ & Flandriæ oppida) obuiis vlnis eam amplectuntur. Qua nihil gratius contingere posset illis, qui ex Flandria & aliis prouinciis huc, aut in alias refugij ciuitates, tanquam in azylum quoddam, Religionis ergò profugi maluerunt, patria domóque relictis, etiam cum bonorum iactura secedere, quàm aut impijs iuramentis conscientiam polluere, aut mala suæ gentis conspicere. E quorũ numero, quum & ego cum fratribus tribus iamdudum fuerim, in hac bonorum omnium de pace iam adepta congratulatione communi, pro symbolo gratitudinis & fidelis obsequij, labores hosce meos* MAIESTATI *V. dedicandos existimaui: vt vel hinc eadem* MAIESTAS *V. cognoscat, quales illi adhuc supersint in his prouinciis quàm maximo numero subditi, qui nondum flexerunt genua ante Baal, & nihil tam in votis habent, quàm aliquando Regiam V. Auctoritatem & pristinam Religionem Catholicam sartam tectam conspicere. Vnde & futurum speratur, vt reliquæ etiam prouinciæ salutis suæ memores, breui pacem amplectantur, & ita tandem aliquando restaurata vera Religione, & publica tranquillitate restituta, nobis qui post tot discrimina rerum in peregrino solo salutem quærimus, ad nostra cum pristina securitate redire liceat. Neque verò etiam priuatim deest caussa, cur* MAIESTATI *V. lucubrationes has nostras in Tertullianum offerendas putauerim, tum ob varia & Cæsareæ Caroli Quinti Imperatoris semper Augusti, & vestræ quoque Regiæ* MAIESTATIS *in me collata beneficia, tum quòd me velut impulerint domestica exempla* CC. *V. Adolphi & Guilielmi à Pamele. Quorum ille, piæ memoriæ pater meus, Cæsareæ* MAIESTATI *à consiliis priuatis, Principis sui obsequio ita se totum dedidit, vt seruiendo mortem sibi maturarit: Hic germanus frater, Consilij Flandriæ Præses, dum munia sibi à* MAIESTATE *V. commissa fideliter exequitur, ob iustitiæ & Religionis tuendæ studium, iam secundò ad carceres, immò & ad cædem Gandaui nuper, ab hæreticis eorúmque fautoribus diu quæsitus, non nisi diuini Numinis præsidio seruatus est. Qui quum quod cuique carissimum est,* MAIESTATIBVS *V. deuouerint, officij esse mei existimaui, vt & ego idem* MAIESTATI *V. obsequendi desiderium, operis huius, quod eorum quæ hactenus edidi, aut editioni destinaui, difficillimum fuit, dicatione testarer. Accedit, quòd hoc mihi fore sperem ad instar supplicis libelli, quo aliquando impetrare liceat, vt mihi iussu* TVÆ MAIESTATIS *mittatur in proximam editionem Græcum illud Tertulliani exemplar, quod in Bibliotheca vestra Hispanica adseruari à fide digno accepi.*

Itaque MAIESTAS *V.* REX CLEMENTISSIME, *munusculum hoc æqui, quæso,*

bonique consulat, meásque Adnotationes in Tertullianum aduersus aduersariorum calumnias suo tueatur patrocinio, mei interim in hocce nostro Religionis Catholicæ causſa, exsilio voluntario memor. Quod reliquum est, MAIESTATI *Vestræ quàm officiosissimè me commendans, Deum Opt. Max. obsecro, vt eidem* MAIESTATI *Vestræ prospera omnia concedat, & pacem cum eadem* MAIESTATE *V. initam, ac Montibus Hannoniæ hodie publicatam, perpetuam faciat.*

Duaci XIII. *Septembris, anno à Natiuitate Domini* 1579.

MAIESTATI VESTRÆ deditissimus
in Christo seruus

IACOBVS PAMELIVS.

IN

IN TERTVLLIANVM DN. IACOBI PAMELII BRVGENSIS OPERA RESTITVTVM, ANDREÆ HOII BRVGENSIS EPIGRAMMA, QVO *singulorum Librorum, qui hoc quinquepertito Opere continentur, Argumenta ex ordine indicantur.*



QVINCTVS SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIVS, Afer
Et Carchedoniæ celeberrimus vrbis alumnus,
Quinculplici prodit fectúsque, nouúsque paratu.
Ille antè horrenti fuligine sordidus ora,
Et lacera abruptis mutilatus membra lacunis;
Exuit ingrata nitidos fuligine vultus,
Commissis, quâ fas, nunc integer vndique membris.
Principio, Christi sinuantia PALLIA ritus
Produnt; nec pudefacta Togis cessêre Quiritum.
Vana refelluntur vanæ mendacia GENTIS,
Dirus in insonteis finxit quæ crimina liuor.
Pseudotheos verò discernere Numine maneis
Vis ANIMÆ natiua potest, certissima TESTIS.
Quid, SCAPVLA, indignis, Præses Carthaginis, armis
Christicolas sequere? & superam tibi contrahis iram?
Pone supercilium. IVDÆE, animósque superbos;
Iam toti Deus insinuat sese optimus orbi.
Hinc monitis idem pia corda salubribus implet
Christiadûm. & duros PATIENTI mente labores
Ferre docet; Dominique ORANDO ambire fauorem.
Ob Christum vinctos animat contemnere mortem
MARTYRAS; & PENITO fassos commissa DOLORE
Eluere hortatur veteris vestigia culpæ.
Fœda theatralis prohibet SPECTACVLA pompæ;
Atque nefas IDOLOLATRIÆ immane recenset.
Vult HABITV, & CVLTV esse genus muliebre pudico.
Cœlibis anticipat vitæ præcepta superstes
VXORI legare suæ; post fata, profani
Fœdera dissuadet thalami. Frondente CORONA
Tempora vinciri, natali Cæsaris anno,
MILITIBVS vetat; & vultu vetat agmen aperto
VIRGINEVM prodire foras; sed se abdere VELO.
Tum verò in sectas calami distringit acumen.
HÆRESEON contra insidias, atque impia iura
Excipiens, fidei normam PRÆSCRIBIT auitæ.
Viuifici sacra BAPTISMI mysteria pandit
QVINCTILLÆ. Æquæuámque Deo tibi, Stoice, carpit
Materiem, HERMOGENE. Lepidóque Platonica ritu,
Tecta VALENTINI nugis, fert monstra sub auras.
Vis ANIMÆ & natura, Sophis ignara vetustis
Hæreticísque nouis, expressa ex parte patescit.
Virgineamque, meri cum corporis indole, CARNEM
In CHRISTO, nec Apellæis deducit ab astris,
Nec confingit inanem, vt adulter Ponticus, vmbram.
Adserit humanam rediuiua ad limina CARNEM
SVRGERE. Dira furens, dignus Cerdone magistro
MARCIO, confoditur Libyco fera Pontica ferro;
Et quina amittit totidem capita horrida telis;
Detestata ruêre DEVM commenta DVORVM.
Omnia ritè DEI BONITAS ÆTERNA creauit.
Vera creatoris proles atque vnica, CHRISTVS.
ANTITHETON cuncum par excipit ordine sorfex,

Ad solidam PAVLI chartæ expenduntur amussim.
SCORPIACVM in pœnas, titubantia pectora firmat,
Spicula agens, quæ obliquo inflixit GNOSTICVS ictu.
Filius ipse sibi genitor, qui PRAXEA, constet,
Omnipotens, orbis sator, & satus, & cruce fixus?
Inde graui doctum pangit testudine carmen;
Téque iterum QVINIS perstringit MARCIO LIBRIS.
IVDICIVM DOMINI, summæ fatale ruinæ
Et GENESIM, nati memorat primordia mundi.
Haurit sulfureis SODOMÆAS imbribus arceis.
Transfuga, deserta Christi quid luce, SENATOR,
Ad tenebras, vanásque Deorum deficis aras?
Heu, quid non longinqua boni mortalibus ætas
Abstulit? In nostros doctissima liquerat annos
Ingenij monimenta sui ter Tullius, ore
Facundo minus, at sensis florentior aptis.
Quin & Auos veteres Graio sermone bearat.
In GENTES inuectus, & in SPECTACVLA Circi;
VIRGINEIQVE chori VELVM, & BAPTISMA probarat.
Pluráque etum Larijs exstabant prodita chartis;
Socratica potior Sophia, vt videatur AMICO
VIRGINITAS, thalami quæ lex ANGVSTA iugalis.
Quæ sit fors, & quod rerum immutabile FATVM.
Qui mos Hebræis CIRCVM præputia CÆDI.
Qua VESTE adstiterit sacras AARONIS ad aras.
Quod MVNDVM IMMVMDVMVE ANIMANS; ANIMÆQVE quis esset
CENSVS. & amenteis animi oppugnarat APELLES.
Pinxerat ambitam lucis PARADEISON amœnis.
SPEMQVE bonam vitæ æternæ sperare FIDELEIS
Iusserat. & senis subucxerat ECSTASIN alis
Icarus, infirma nitens per inania penna;
Et tibi, APOLLONI, Phrygia qui victor ab Hydra
Præmia rettuleras, vltricibus æmulus ausis.
Hunc longi infelix iniuria perdidit æui,
Thesaurum Librorum, vt vix fragmenta supersint.
Postremò, in fraudem Montani erroribus actus,
Excessit statione sua desertor; & almam
Impius in matrem, tacito hæc infecta veneno
Spicula contorsit. CASTVM seruare cubile
HORTATVR viduum, damnátque nouos Hymenæos.
Quinetiam, stuprúmque & adultera fœdera dicit,
Vincula ni claudas VNO genialia LECTO.
Non patitur FVGERE, atque hosti dare terga sequaci
Christolatras; licet ille, FABI, tormenta minetur.
Et tandem in præceps furijs muliebribus actus,
Præscribit duo Montani IEIVNIA PSYCHIS.
Laude PVDICITIÆ, mœchos excludit ab omni
Spe veniæ; noxáque reos letalis abhorret.
Abditáque vndeæ TRIADOS mysteria pandit,
(Ni cultum phraseos alius sibi vindicet Auctor.)
Et varia expromit IVDÆÆ FERCVLA MENSÆ.
Macte animo, & plusquam patria virtute, PAMELI,
Qui studijs in tam felicibus excolis æuum,
Et colis inuentas vitam in commune per artes.
Moribus, & rata castus probitate Sacerdos,
Æmulus ingenia es priscorum Heroica patrum,
Et quibus in præsens Ecclesia fulta recumbit.
Gignere cúmque tuo felici è pectore possis,
Quæ nos miremur, venturáque secla Nepotum:
Scripta magis Patrum iuuit, veterumque reperta

Eruere

Eruere inuisis tenebris, & ferre sub auras;
Atque tui memores alios, præclara merendo,
Sic facere in medium dum consulis, & pius omneis
Ingenio inuentisque beas, obscuráque luce
Illustras monimenta noua; quæ non modò linguas
Inculta expediant stribligine; sed magè menteis
Collustrent horrenda errorum nocte sepultas.
Testis CYPRIANVS toto iam ditatus orbe;
Testis sacrificæ vindex LEITVRGIA Missæ;
Testis erit (leuiora meo ne singula versu
Persequar) hic FLORENS, Libycæ flos vnicus vrbis;
In quo quod positum est operæ, res ipsa loquetur.
Barbara iam humano rediuiuos Africa Flandro
Debet auos; Flandro, quem, Leuaci orbis Athenæ,
BRVGIA progenitum melioribus extulit annis;
BRVGIA, quæ modò flos erat & Belgi vrbium ocellus,
Iam sibi dissimilis, iámque à pietate vetusta
Degener. Hæc patriæ labes abolenda, PAMELI,
Ingenij virtute tui, & pietate laborum.

TERTVLLIANICI
TOTIVS OPERIS
INDEX.

PROLEGOMENA.

Ita Tertulliani, Auctore Iacobo Pamelio.
Scriptorum eiusdem Catalogi B. Hieronymi, Trithemij, & Politiani.
Paradoxa ipsius cum Antidoto Pamelij.
Tertyliani Iureconsulti Romani Legum Rescripta.
Pamelij Lucubrationum Catalogus.
Prouerbiorum toto Opere vsitatorum Index cum Scholijs.
Scripturarum sacrarum in vniuersum Index locupletissimus.
Rerum, phrasium, vocumque totius Operis Index generalis.

Eruere inuisis tenebris, & ferre sub auras;
Atque tui memores alios, præclara merendo,
Sic facere in medium dum consulis, & pius omneis
Ingenio inuentisque beas, obscuráque luce
Illustras monimenta noua; quæ non modò linguas
Inculta expediant stribligine; sed magè menteis
Collustrent horrenda errorum nocte sepultas.
Testis CYPRIANVS toto iam diditus orbe;
Testis sacrificæ vindex LEITVRGIA Missæ;
Testis erit (leuiora meo ne singula versu
Persequar) hic FLORENS, Libycæ flos vnicus vrbis;
In quo quod positum est operæ, res ipsa loquetur.
Barbara iam humano rediuiuos Africa Flandro
Debet auos; Flandro, quem, Leuaci orbis Athenæ,
BRVGIA progenitum melioribus extulit annis;
BRVGIA, quæ modò flos erat & Belgi vrbium ocellus,
Iam sibi dissimilis, iámque à pietate vetusta
Degener. Hæc patriæ labes abolenda, PAMELI,
Ingenij virtute tui, & pietate laborum.

TERTVLLIANICI
TOTIVS OPERIS
INDEX.

PROLEGOMENA.

Vita Tertulliani, Auctore Iacobo Pamelio.
Scriptorum eiusdem Catalogi B. Hieronymi, Trithemij, & Politiani.
Paradoxa ipsius cum Antidoto Pamelij.
Tertyliani Iureconsulti Romani Legum Rescripta.
Pamelij Lucubrationum Catalogus.
Prouerbiorum toto Opere vsitatorum Index cum Scholijs.
Scripturarum sacrarum in vniuersum Index locupletissimus.
Rerum, phrasium, vocumque totius Operis Index generalis.

TERTVLLIANI EFFIGIES.

TVllius Ausoniæ columénque, decúsque; Superba
Tertulliano est Africa.
Illi verborum fælicia flumina manant,
Et melle sermo purior.
Hic grauis, & rerum diuino pondere maior,
Minor licet facundia.
Hic Christum sonat; ille Deos, & nomina cassa
Diuinitatis indiga.
Res potior verbis, præcellunt sacra profanis,
Quantum fauillis fidera.
Ergo Sidonio cedat licet aureus ore,
Tertulliano Tullius;
Tullius ille fiet Romanis; dummodò nobis
Legatur hic ter Tullius.

P. Bacherius.

OPERVM TERTVLLIANI

TOMVS PRIMVS, QVO CONTINENTVR

LIBRI ADVERSVS GENTES ET IVDÆOS, *initio susceptæ fidei plerique conscripti.*

* De Pallio. Pag.5.
* Apologeticus aduersus Gentes pro Christianis. Pag.21.
De Testimonio animæ aduersus Gentes. Pag.124.
* Ad Scapulam. Pag.129.
* Aduersus Iudæos. Pag.135.

TOMVS SECVNDVS, in quo habentur Libri Paræneticisiue Admonitorij ad Christianos.

* De Pœnitentia. Pag.165.
De Oratione. Pag.180.
* Ad Martyras. Pag.190.
* De Patientia. Pag.198.
* De Spectaculis. Pag.212.
De Idololatria. Pag.238.
* De Habitu muliebri. Pag.257.
* De Cultu feminarum. Pag.264.
* Ad Vxorem Libri duo. Pag.273.&280.
* De Corona militis. Pag.288.
* De Velandis virginibus. Pag.309.

TOMVS TERTIVS, qui complectitur Scripta aduersus Hæreseis.

* De Præscriptionibus aduersus Hæreticos. Pag.330.
* De Baptismo aduersus Quintillam. Pag.387.
* Aduersus Hermogenem. Pag.411.
* Aduersus Valentinianos. Pag.441.
De Anima aduersus Hæreticos & Philosophos. Pag.477.
* De carne Christi aduersus quatuor Hæreseis. Pag.553.
* De Resurrectione carnis. Pag.566.
* Aduersus Marc. Lib. quinque. Pag. 619. 643. 668.697.&782.
Aduersus Gnosticos Scorpiacum. Pag.824.
* Aduersus Praxean. Pag.844.

TOMVS QVARTVS, Sacra Poëmata continens, cum fragmentis Operum quæ desiderantur.

* Aduersus Marcionem Lib. quinque. Pag.874.
* De Iudicio Domini. Pag.904.
* Genesis. Pag.912.
* Sodoma. Pag.915.

* Ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem conuersum. Pag.919.
* Græcorum operum fragmenta. Pag.921.& 924.
* Ad amicum Philosophum de Nuptiarum angustijs, seu de Virginitate. Pag. 925.
* De Fato. ibid.
* De mundis & immundis animalibus. Pag.926.
* De Circumcisione. ibid.
* De Vestibus Aaron. Pag.927.
* De Trinitate. ibid.
* De Censu animæ aduersus Hermogenem. ibid.
* Aduersus Apelletianos, qui disputabant, an qui spiritum & voluntatem, & virtutem Christi habuerint, ad ea opera dignum aliquid pœnitentia egerint. Pag.928.
* De Paradiso. Pag.929.
* De Spe fidelium. Pag.930.
* De Ecstasi Lib. sex. Pag.931.
* Aduersus Apollonium. Pag.932.
* Aliorum aliquot ei falsò inscriptorum. Pag.933.

Librorũ Notulæ.

TOMVS QVINTVS, qui continet ea quæ in hæresi, siue aduersus Ecclesiam scripsit, cum ijs quæ aliena sunt.

* De Exhortatione Castitatis. Pag.939.
* De Monogamia. Pag.951.
* De Fuga in persecutione, ad Fabium. Pag.968.
* De Ieiunijs aduersus Psychicos. Pag.982.
* De Pudicitia. Pag.999.
* Nouatiani de Trinitate. Pag.1031.
* Eiusdem de Cibis Iudaicis. Pag.1063.
* Eiusdem Epistolarum de vera Circumcisione & vero Sabbato Notulæ. Pag.1068.

NOTA-

NOTARVM EXPLICATIO,

QVIBVS INDICANTVR TVM CODICES MS. ET EXCVSI, TVM AVCTORES ALIQVOT

præcipui, qui in restituendo castigandóve Tertulliano vsui fuerunt.

Edit. 1. TERTVLLIANI *Operum cum Scholiis & Argumentis Rhenani* 1. *Basil. Editio anni* 1521.

Edit. 2. *Eiusdem Operum cum eiusdem Annotationibus altera Basil. edit. anni* 1525.

Edit. 3. *Eiusdem* 3. *edit. anni* 1539.

Alc. *Alcuini in Parergon quædam Observationes in Tertullianum.*

Ald. *Orthographia Aldi Manucij.*

Ambr. *S. Ambrosio adscripti Comment. in Epist. Pauli.*

Angl. *Anglicus Codex antiquiss. Ioan. Clementem Angli, è quo* VII. *castigati sunt Libri.*

Atist. *Aristidis Liber adv. Gentes.*

Arnob. *Arnobij Libri adversus Gentes, qui Tertullian. imitatur.*

Athenag. *Athenagoræ adversus Gentes, quem imitatur Tertull.*

Auguſt. *S. Augustini Hipponens. opera, & præsertim Libri de Civit. Dei.*

Bau. *Apologeticus MS. Ecclesiæ Cathedralis S. Bavonis Gandavensis.*

Bed. *Bedæ Chronicon, & de Arte Poëtica Liber.*

Bibl. Reg. *Biblia Regia apud Plantinum Antuerpiæ edita.*

Briſſ. *B. Brissonij Codices unus atque alter in Tertull.*

Brod. *Vlyssis Brodæi Conjectanea.*

Cæl. *Cælij Calcagnini Variæ Lectiones in aliquot Tertull. loca.*

Cant. Guil. *Guilelmi Canteri Variæ Lectiones.*

Cant. The. *Theodori Canteri Lectiones antiquæ.*

Carr. *Ludovici Carrionis antiquæ Lectiones nondum editæ.*

Caſſiod. *Cassiodori Senatoris Chronicon, & Libri Variarum.*

Cedr. *Georgij Cedreni Annales Græcolatina.*

Cle. Alex. *Clementis Alexandrini Opera.*

Cle. Rom. *Clementis Romani Constit. Apostol.*

Colon. *Colonens. cod. MS. Apologetici, quem per Melchiorem Hittorpium subinde consuluit Pamelius,*

Crin. *Petri Crinitii Libri.*

Cuiac. *Iacobi Cuiacij explicatio locorum aliquot Tertull.*

Cypr. *S. Cypriani Opera à Pamelio edita, qui Tertulliano magistro vsus est.*

Damasc. *Ioannis Damasceni Liber de Hæresibus.*

Egnat. *B. Egnatij prima edita Apologetici apud Aldum.*

Elnonens. *S. Amandi codex MS. Apolog.*

Epiph. *S. Epiphanij Liber de Hæresibus.*

Euſeb. *Eusebij Chronicon, & historia Ecclesiastica.*

Fast. Conſ. *Fasti Consulares auspiciis Lautnianum Brugis editi.*

Fabr. *Poëta Christianus, equibus desumpti Libri* 5. *Carmin. adversus Marcionem, & de iudicio Domini.*

Froben. *Ioannis & aliorum Frobenianum Tertulliani editiones variæ, præter* 3. *suprà dictas.*

Fulg. *Fulgentij Placiadæ Liber de antiquis vocibus.*

Gagn. *Iohan. Gagnæi Parisiana edita, in qua additi fuerunt Libri* XI.

Gelaſ. *Gelasij Papæ Decretum Dist.* 24. *c. Sancta Romana Ecclesia.*

Genn. *Gennadij Massiliens. Liber de dogmat. Eccles. inter opera S. Augustini.*

Gel. *Sigismundi Gelenij edita quinta Tertulliani, in qua castigati sunt ad Mss. Parisiorum, Britannicum, codicem Libri.*

Glic. *Michaelis Glicæ Constantinopolitana Historia.*

Gorz. *Gorzensis Monasterij codex MS. quo vsus est* 3. *suæ edit. Rhenan.*

Harriſ. *Ioannis Harrisij Anglo-observationes variæ.*

Hieron. *S. Hieron. Stridon. Opera, qui in multis Tertull. imitatur.*

Hilar. *S. Hilarij Comm. in Matthæum.*

Hirſ. *Hirsaugiensis cod. MS. quo vsus est Rhenanus in* 2. *edit.*

Hrab. *Hrabani Mauri epera, apud Pamelium plerique MS.*

Hugonis Floriacensis Historia apud eundem MS. Hug. Flo.

S. Irenæi Libri adv. Hæreses, præsertim 1. *cuius cap.* 1. *ad verbum describsit Tertullianus.* Iren.

S. Iustini Mart. adv. Gentes Apolog. 2. *& adversus Tryphonem, quos imitatur Auctor.* Iuſt. Mar.

Lactantij Firmiani Institut. Libri, in quibus Tertull. imitatur. Lactant.

Latini Latinij Rom. ad Pamelium missa Observationes doctissimæ. Latin.

Pauli Leopardi Emendationum Libri. Leo.

Audeberti Macerei Gallica translatio Libri de Præscript. adversus hæreses. Macer.

Masburnensis Abbatiæ Angl. MS. exemplar, quo vsus est Sigismundus Gelenius. Masbur.

Minutij Felicis Octavius, in quo ad verbum penè Tertullianum imitatus est. Min. Fel.

Nicephori Callisti Historia Ecclesiastica. Niceph.

Onuphrij Panvinij Fasti Consulares, Chronicon, & de Romano Pontificibus Liber. Onuph.

S. Optati Milevitani Libri adversus Parmenianum. Opt.

S. Pacianj Barcinonensis Opuscula adversus Novatianos, in quibus quædam ad verbum transcripsit ex Tertulliani Libro de Pœnitentia. Pacian.

Iacobi Pamelij Argumenta & Annotationes in Libros omnes S. Cypriani, & Liturgica Latinorum. Pamel.

Parisienses editio in 8. *forma apud Audœnum Parvum ann.* 1545. Pariſ.

Paternicensis Monasterij codex MS. quo vsus est etiam Rhenanus. Patern.

Petri Pithœi Cod. MS. Librorum de Pall. Apolog. & de Anima, & eiusdem Observationes. Pith.

S. Philastrij Liber de Hæresibus. Philaſtr.

Plinij seniores Naturalis Historia, ex qua penè ad verbum omnia desumpsit Tertullianus. Plin. ſen.

Plinij iuniores Epistola ad Traianum, cum eiusdem responso. Plin. iun.

Angeli Politiani Miscellanea, & Epist. 5. *lib.* 4. Polic.

Iuliani Pomerij adversus Iudæos Libri, qui Auctor reminiscatur. Pomer.

S. Prospero Aquitanico adscripti Libri de Predict. & Promissionibus, qui etiam Auctoris quædam describsit. Proſp.

Ioannis Quintini Hedui Annotat. in Libr. de Præscr. adv. Hæreticos. Q. Hed.

Iacobi Reuardi I. C. Brugensis Opuscula. Reuard.

Beati Rhenani Selestadiensis Annotationes in Libros à se editos, quæ sanum sapiunt. Rhen.

Rufini Opuscula inter Opera B. Hieronymi. Ruſin.

Iosephi Scaligeri in Parmenem & Festum coniectanea. Scalig.

Septuaginta Interpretum Bibliorum editio. Sept.

Sixti Senensis Bibliotheca sancta. Sixt. Sen.

Tatiani Liber adv. Gentes, qui ex parte Tertullian. imitatur. Tatia.

S. Theodoreti Liber de Hæresibus. Theodo.

S. Theophili Antiocheni Libri adversus Gentes, ad Autolycum. Theoph.

Ioannis Trithemij Abb. Spanhemensis Scriptorum Catalogus. Trith.

Adriani Turnebi Adversariorum Libri. Turn.

Vaticani tres codices MS. quorum Lectiones varias descripsit piæmemoriæ Alanus Copus Anglus, auspiciis Illustrissimi Cardinalis Sirleti. Vatic.

Petri Victorij Castigationes. Victor.

S. Vincentij Lirinensis de prophan. hæres. nouitate Liber. Vinc. Lir.

Ludouici Vivis Annotationes in Libros S. Aug. de Civ. Dei. Viu.

Francisci Zephyri Paraphrasis, & Scholia in Apologeticum. Zephyr.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ Κυπριανοῦ & Ὀφωτάπου Τερπυλλιανοῦ ἐξηγητήν Ἰακώβ@ Γαμβήν@.

Κυπριανὸν τὸν ἀριστοφόλον μέγαν ἱερσφαίπλον.
Ἡ σφὼς Λιβύης ὄμμα φαεινόπαλον,
Σοὶ φιλόχρις ἅδυις ὁλολαμπέα, ἶφι ἐμίχλης,
Αὐτὰρ ἅμφεχύθη, πλὲ κεδνομηλίης·
Καὶ νῦν Κυπριανὸν μεμελημένον ἔξοχα πάντων,
Τὸν ἱερατικὸν πάμφορον Αὐσονίων,
Σεπτίμιον τερετῆι κεδαρόπαλον, ὄφρα σὺ φρένης
Παντόφρου ἀκροπάτην δέπτης χερυφαὶ,
Εὐαγέων πατέρων λογιόπαλος ἐξηγητὴς
Παμέλιος, Φλαυΐοις ὃ κλέος ἀρτοτεύκ.
Ταῦτα μὲν' ἀλλοφόνος ἀρθεὶς ἐκκυδέα δῶρα,
Αὐτ' ἀέργοσι δ' ἔργες ἀλυσίων
Ἐκλιπὲῖ τὰ' Παμελίῳ πάντησι λιτῆσι
Μακροπάτης ζωῆς πρὸ θεοῦ ἀδρομίλου,
Ὡς κεν ἀεὶ πλείω κεχαρισμένα δύσεέσσιν
Εὖ ῥυθμὸ λειπτέλως σεμνὸ ἥρμ' ἐξανύσας,
Ὑστερ. συλλόων ἑκλαμπέων οὐρανίδησι
Πασιφαοῖς ἄβλον κυδνὸν ἔλοι Σοφίης.

Γωάννου Συλλείου Απεβατπίου.

VITA Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI; AVCTORE IACOBO PAMELIO, QVÆ EIVS ÆTATIS

vigintiquatuor annorum Historiam continet.

TERTVLLIANI vitam Deo auspice describturis, qui (quod memoratu dignum est) sub Afro Romano Pontifice S. Victore, Imperatore item Afro sibi cognomine Septimio Seuero, Afer & ipse floruit; duæ occurrunt controuersiæ, æquæ difficilimæ. Prior, de Tertullo Consule, TERTVLLIANO nostro, Tertyliano IC. & S. Tertullino Martyre; è quibus quatuor hallucinatione quadam vnum conficere quidam conati sunt. Altera, de tempore & ætate Auctoris, qua fidei Sacramentis nouus Christi Tyro initiatus est. Ad priorem quod adtinet. Imprimis sefellit Rhenanum corrupta lectio apud Reginonem, quæ castiganda etiam apud Hermannum Contractum in Chronicis; vt pro Tertullino Martyre, quem recensent Martyrologia ex Actis passionis S. Stephani Papæ pridie nonas Augusti, TERTVLLIANVM legerit. Deinde non minus hallucinati sunt hactenus, qui Tertullum Romanum Consulem cum Iureconsulto Tertyliano confundunt, occasione Senatusconsulti Tertulliani, ad quod complura Rescripta sunt edita, quæ recitantur D. L. 38. T. 17. & Cod. L. 6. T. 55. Neque enim reperiri poterit aliquis Consul Tertullianus, seu Tertylianus, sed Q. Flauius Tertullus cum Licinio Sacerdote anno V. C. DCCCCX. ad cuius relationem iam antea, imperante Hadriano Augusto, dictum Senatusconsultum publicatum est. Vtpotè quum D. dicto Titulo lib. 21. D. Pius decreuerit, in quadam facti specie cessare Senatusconsultum Tertullianum; quod proinde eo constat esse antiquius. Tertylianus verò IC. sicuti moxlatiùs, sub Alexandro Imperatore multis pòst annis claruit, cum aliis plerisque Papinianiani discipulis, qui Iuri dicundo operam dedêre; cuius Constitutiones ex Libris Quæstionum & Libro singulari de Castrensi peculio, ne quid hîc desit, post Vitam hanc Auctoris nostri subiecimus. Quæ solæ quum supersint, nec quisquam alius librorum aliorum ab hoc Tertyliano editorum meminerit; falsus videtur Conrardus Gesnerus, dum illi prætercea adscribit legum Rescripta ex Libris, de Senatusconsultis, acad SC. Libonianum & Orphitianum. Atque in his satis consentiunt Doctiores. Verùm an idem sit ille Tertylianus cum nostro hoc TERTVLLIANO; adhuc sub iudice lis est, præsertim id adserentibus quibusdam magni nominis & eruditionis IC. Nos certè, saluo sanioris iudicio, diuersum censemus; tum quòd ille iuxta veriorem ex Pandectis Florentinis lectionem, teste Augustino Iustiniano, vbique Tertylianus vocetur, noster verò TERTVLLIANVS, tum quòd etiam Francisc. Balduinus datis ad me litteris, stylum, & orationem dissimilem confessus sit; tum denique, quòd tempora non satis conueniant. Si enim cum Bernardino Rutilio Tertyliano suos edidisse Libros dicamus sub Imperio Hadriani & Antonini; quum Hadrianus Imp. obierit an V. C. DCCCLXXXX. & Seuerus Imp. sub quo noster TERTVLLIANVS, primùm cœperit imperare anno V. C. DCCCCXLV. & sic intercesserint anni LV. oportebit hunc fuisse ætate quinquagenario maiorem, quum ex IC. Christianus factus est, maximè si responsa illa illi adtribuamus, quæ non nisi in auctoritate magna constituti dare solent IC. cuius tamen contrarium ex S. Hieronymo constat, qui media illum ætate, quum antea diu Presbyter fuisset, ad hæresim scribit defecisse. Sin verò, iuxta alios (quorum suprà secuti fumus sententiam) sub Alexandro Imp. cum ceteris IC. quorum responsa in Pandectas relata sunt, iam luce clarius est, eundem non esse. Nam noster TERTVLLIANVS ante Alexandrum annis plus minus XXX. Christi fidem amplexus, eo tempore si adhuc superstes fuerit, in hæresi volutabatur. Neque verò argumenta contra sententium tanti sunt ponderis, vt in partes suas me potuerint pertrahere. Quòd enim Vlpianus (qui locus fortassis occasionem

huic dedit controuersiæ) D. L. 38. T. 17. ad SC. Tertullianum lib. 1. Rescripti meminit Imperatoris & D. Patris (id est Antonini & Seueri) ad Tertullianum quendam; imprimis aut Iunius, aut Ouinius iuxta MS. cod. Tertullianus ille prænominatur, quum noster Q. SEPTIMIVS TERTVLLIANVS appelletur, deinde Pandectæ Florentinæ Tertullum legunt, fortassis eundem, qui etiam dictus Q. Flauius Tertullus, eum T. Flauio Clemente Consulatum gessit anno Seueri III. Altera verò ratio, qua potissimùm nituntur illi, quòd Iuris verborum retinentissimi. atque adeò IC. Romanus fuerit, vel Eusebio teste, noster TERTVLLIANVS; non magis conuincit, quàm si dicamus, Cæcilium Oratorem, quem introducit secum colloquentem in suo Octauio Minutius Felix, eundem esse cum Cæcilio Cypriano nostro, quòd vterque Oratoriam exercuerit. Aut (quod ad institutum facit magis) si Septimium Seuerum Imp. eundem esse existimemus cum Septimio altero Seuero, quòd vterque Afer & Historicus fuerit, quorum ille suam, hic Alexandri Imp. vitam conscripsit. Aut denique, si Septimium illum, cuius versus exstant apud Crinitum in Iani laudes, aut Quintum Septimium Romanum, qui Dyctis Cretensis de bello Troiano Libros sex Latinos fecit confundamus cum nostro SEPTIMIO TERTVLLIANO, quòd ambo & Afri & Poëtæ fuerint. Ad quorum fortassis distinctionem, Auctor noster Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS appellationes Libris præfixit suis; non contentus duabus illis SEPTIMII TERTVLLIANI, quemadmodum reliqui post eum scriptores Afri, Minutius Felix, Cæcilius Cyprianus, Lactantius Firmianus, Marius Victorinus, & Aurelius Augustinus.

Porrò (quod ad alteram pertinet controuersiam) de tempore quo ad fidem conuersus est TERTVLLIANVS noster, maior multò se difficultas offert. Quosdam qui claruisse putant circa annum Christi nati CLX. fefellit illud Auctoris Lib. de Monogamia, *annis circiter CLX. exinde productis*, verùm illi quomodo computandi sint à passo Christo, an potius ab ætate qua Apostolus Paulus Epistolam scripsit ad Corinthios primam, infrà latiùs ad annum Domini CCXIIII. Multo itaque rectiùs Eusebius, Ven. Beda, Freculphus Lexouiensis, Martinus Polonus, Conradus à Lichtenavv Abb. Vrspergensis, Vincentius Bellouiensis, Hermannus Contractus, & Trithemius, circa annum plus minus Christi nati cc. TERTVLLIANVM claruisse scribunt. Atqui de anno, quo Christo nomen dederit, silent omnes præter ipsum TERTVLLIANVM, sed verbis longè obscurissimis. Illud quidem perspicuum est, statim à baptismo conscriptum ab eo Librum de Pallio, ea nempè occasione, quòd, quum pro more Christiano Toga dimissa Pallium indutus esset, amicus quispiam obiecit: *Ita à Toga ad Pallium?* Cui inter cetera respondet: *At ego iam illi etiam diuinæ sectæ ac disciplinæ commercium confero. Gaude Pallium & exsulta, melior iam te Philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cæpisti.* Verùm non perinde intelligi potest, quid sibi velint eiusdem Libri verba: *Sed vanum iam antiquitas, quando curricula ista coram. Quantum reformauit orbis sæculum istud? Quantum vrbiũ aut produxit aut auxit aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, Deo tot Augustis in vnum fauente? Quot census transcripti? quot populi propaginati? quot Ordines illustrati? quot barbari exclusi? Reuera orbis culitsimum huius Imperij rus est, eradicato omni aconito hostilitatis, & cæco & rubo subdole familiaritatis, consitum & amœnum super Alcinoi pometum & Midæ rosetum.* Id quidem Rhenanus, Magdenburgenses, aliisque eum secuti ita interpretantur, vt per *Triplicem Imperij virtutem*, intelligant Seuerum Augustum, & Pescennium Nigrum, ac Clodium Albinum Cæsares, quorum illi ab exercitibus in Pannoniis & Oriente, hic in Gallia Cæsar dictus est. Sed ipse sibi contradicit Rhenanus, quum fatetur inuito Seuero id factum de Pescennio, & vtrumque ab illo hostem iudicatum, & è viuis sublatum postea. Non poterit igitur in tanta trium Cæsarum simultate accommodari illud: *Deo tot Augustis in vnum fauente*, multo verò minus illud: *eradicato omni aconito hostilitatis*. Immò quum illa trium Cæsarum variis in Prouinciis delectio contigerit statim initio Imperij Seueri, minimè conuenire potest cum verbis sequentibus: *Quot census transcripti? &c. quot barbari exclusi?* Quorum postremum maiorem scrupulum injicit, quòd inde constet, non nisi post *exclusos barbaros* hunc librum conscriptum, id est, post deuictos Arabas, Parthos & Adiabenos. Quod itaque in Argumento & Adnotationibus nostris ad annum ferè quinctum retulimus Imperij Seueri, ad annum tertium potiùs adplicari oportere postea deprehendimus, quum anno quarto à Seuero defecere Albinus cœperit, & anno quincto interfectus sit. Itaque imperantibus tunc vnà Seuero Augusto, Antonino eius filio, & dicto Albino, pacato iam Imperio, vtpotè deuictis iam ac occisis, & Iuliano, qui occiso Pertinace illud inuaserat, & Pescennio Nigro. Et verò de Albino Imperij consorte consentiunt omnes. Nam iuxta Fastos Consulares, statim post acceptos omnes Imperij titulos. D. CLODIVS ALBINVS AB IMP. CÆS. L. SEPTIMIO SEVERO AVG. CÆSAR APPELLATVS EST: & anno sequenti Consulatum iniit Seuerus cum Albino, qui iam inde etiam SEPTIMIVS dictus est, quantum apparet in Seueri gratiam. Qui eo etiam honore illum prosecutus est, vt numos eius imagine (teste Spartiano) insigniri iusserit, qui etiamnum exstant cum inscriptionibus tam Græcis quàm Latinis apud Generosos Dominos Marcum & Guidonem Laurinos Vvatrefleti topar-chas, cum aliis compluribus, quorum infrà fiet mentio. E quibus pro nostra sententia faciunt, iam post occisum Nigrum publicati, isti: IMP. CÆS. D. CLODIO SEPT. ALB. COS. II. MONETA AVG. SC. seu VICT. AVG. aut MINERVÆ PACIFERÆ, SÆCVLO FOECVNDO

Tom. 5. lib. de Monog. c. 3. n. 17.

Tom. 1. lib. de Pall. c. 5. num. 94. Ibid. cap. 6. num. 117. Ibid. cap. 3. num. 41.

CVNDO; aut denique: FELICITAS; quæ omnia pertinere videntur ad illud: *eradicato omni aconito hostilitatis*. De Antonino autem Seueri filio, quòd etiam iam inde Cæsaris titulo insignitus fuerit, duo sunt quæ coniecturam confirmant nostram, tum lex I. de inofficioso Testamento Cod. l. 3. quam rescripserunt Seuerus & Antoninus Kal. Iuliis Falcone & Claro Coss. quorum Consulatus incidit in I. annum Seueri; tum hæc numismatis inscriptio: IMPP. INVICTI PII AVGG. (cum Seueri effigie & Antonini adhuc pueri imberbis) VICTORIA PARTHICA MAXIMA. Quæ adeò referri potest ad illud: *quot barbari exclusi?* sicut & ista: L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. II. ARAB. PAR. ADIAB. COS. II. P P. Sc. Maximè consentiente Spartiano in hæc verba post Nigri cædem: Deinde circa Arabiam plura gessit, Parthis etiam in deditionem redactis, necnon & Adiabenis, qui omnes cum Pescennio senserant. Atque ob hoc reuersus, Arabicus, Parthicus, Adiabenicus, appellatus est, sed triumphum respuit, ne videretur de ciuili triumphare victoria. Insuper & Eusebio (seu potius B. Hieronymus, qui multa ad Latinos pertinentia Chronicis ipsius interseruit) qui bellum Iudaicum, Samariticúmque, ac Parthicum cædi Albini præponit; quemadmodum etiam Orosius Ioannes Zonara, & Hugo Floriacensis. Nec obstat, quòd Herodianus dilatum adhuc scribat bellum Parthicum; tum quòd fides maior haberi debeat Latino quàm Græco scriptori, qui nullum historiæ ordinem obseruauit, tum quòd Spartianus postmodum iterum profectum scribat in Arabas, Parthos, & Adiabenos, & bello contra eos confecto triumphum egisse, eundem nempè de quo infrà anno Seueri IX. Præsertim, quum exstent & Marmorum & Numorum inscriptiones, in quibus bis Parthicus nuncupatur. Altera anni XI. eiusdem in Arcu Septimij Romæ IMP. CÆS. L. SEPT. M. F. SEVERO. PIO. PERT. AVG. P.P. PART. ARAB. PART. ADIAB. PONT. MAXI. TRIB. POTES. XI. COS. III. PROCOS. ET IMP. CÆS. M. AVREL. L. F. ANTONINO AVG. PIO. FELICI. TRIB. POT. VI. COS. PROCOS. P. P OPTIMIS FORTISSIMI Q. PRINCIPIBVS, INSIGNIBVS EORVM VIRTVTIBVS DOMI FORI SQ. S. P. Q. R. Anni XV. altera: L. SEP. SEV. AVG. IMP. XII. PART. ARAB. PART. ADIAB. AAX. PROFECTIO. AVGG. quantum apparet in Britannia iam. Quarum priori partim etiam explicatur illud: *quot populi propaginati?* Quemadmodum & illud: *quot ordines illustrati?* de Ordinibus nempè seu Legionibus Militaribus, per inscriptiones annorum Seueri II. III. ac IIII. istas: IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. &c. TRIB. POT. II. IMP. IIII. COS. II. PROCOS. P. P. Ordo CLVS, &: VIRG. DIAN. SACR. PRO SALVTE IMP. L. SEPT. SEV. &c. TRIB. POT. III. IMP. V. ORDO CLVS. ac: IMP. CÆS. &c. IMP. VIII. TRIB. POT. IIII. LEG. VII. CLVS. Historiam nihilominus nostram ausi picabimur à primo Seueri anno, & TERTVLLIANI iam Christiani ab anno illius tertio; dummodò quædam præmiserimus, de eius appellationibus Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS, & proinde de ipsius gente, familia, stirpe, parentibus, patria, institutione, studiis & scriptis adolescentiæ, vitæ statu, & ætate, quum Seuerus Imperium iniit.

Porrò Q. (quod Auctori nostro tribuerunt iam olim Vincentius Bellouacensis, Trithemius, Politianus, & MS. cod.) Prænomen esse, norunt Antiquarij omnes, fortassis quòd quinto loco natus esset, vtpotè quum Prænomina aut ab euentu aut ab auis, proauis, seu atauis ferè vsurparì à Romanis soleant (in quorum locum hodie successerunt propria cuiusque nomina) quale est & illud: QVINCTA SEPTIMIA, quod inter prænomina feminarum ab Onuphrio recensetur. SEPTIMII, gentis est appellatio, quæ apud Romanos primùm Regia, deinde plebeia, postremò Consularis fuit & Patritia. Imprimis enim inuenitur: SEPTIMIVS MEGIVS ÆQVICOLARVM REX; inde in variis Marmorum inscriptionibus partim inter Epigrammata antiquæ Vrbis, partim in Orthographia Aldi Manutij, feminarum appellationes: SEPTIMIA ANNIA FL. HERATIA SEPTIMIA OCTAVILLA, SEPT. FELICISSIMA, SEPTIMIA, EVRESIA, SEPT. SECVNDA, SEPT. EXORATA; & Ordinis Militaris virorum (quæ ad institutum magis faciunt) T. SEPTIMIVS FELICISSIMVS COHORTIS II. & L. FLAVIVS L. F. SEPTIMIVS AFER OCTAVIANVS C. V. TVRM. II. EQVIT. ROM. XVIR STLITIBVS IVDICANDIS; &: L. SEPTIMIVS ANTIGONVS MIL. COH. VI. PR. & T. SEPTIMIVS C. F. SER. TIVIA. TR. MIL. denique L. SEPTIMIVS SEVERIANVS, & SEPT. CARITO V. P. Consularium denique virorum; sub Iulio Cæsare Augusto P. SEPTIMIVS; Traiano Cæsare SEPTIMIVS AGNIDINVS V. C. AGENS PER HISPANIAS V. C. P. T. VICE-SACRA COGNOSCENS; sub Marco Imper. SEPTIMIVS SEVERVS; sub Imper. Vero L. SEPTIMIVS SEVERVS, M. SEPTIMII GETÆ F. postmodùm Imperator; sub ipso illo Seuero D. CLAVDIVS SEPTIMIVS ALBINVS, cum illo vti supradiximus Cæs. appellatus; P. SEPTIMIVS M. F. GETA illius frater, Q. SEPTIMIVS PLAVTIANVS Antonini filij ipsius, socer; & (mirum de Antonino eius filio maiore natu, quòd SEPTIMII appellationem prætermiserit) P. SEPTIMIVS SEVERI AVG. F. GETA, IMP. Cæs. Avg. De quorum gente an fuerit, etiam ipse Afer, Auctor noster, non ita constat;

ipſe interim ſibi ipſi his verbis id nominis tribuit: *Pax & gratia à Domino noſtro Ieſu redundet, cum* SEPTIMIO TERTVLLIANO, *cuius hoc opuſculum eſt*; hinc & à Lactantio Inſtit, diuin. l. 5. c. 1. & à B. Hieron. 128. Epiſt. ad Fabiolam, SEPTIMIVS TERTVLLIANVS appellatur; quibus etiam conſentiunt Trithemius, Politianus, & MS. excusique hactenus codices omnes. FLORENTIS cognomen, familiam quidem certam gentis Septimiæ ſignificat, ſed quæ apud Romanos fuit in cognita; attribuitur tamen Auctori non modò in excuſis, ſed & MS. codicibus, ac iam olim à Trithemio & Politiano. TERTVLLIANI nomine præter alios qui illius mentionem faciunt ſcriptores omnes, non modò verbis iam citatis, ſed etiam hiſce ſeipſum appellat: *Tantum oro, vt quum petitis, etiam* TERTVLLIANI *peccatoris memineritis, & memento in orationibus tuis* TERTVLLIANI *ad hæc exortantis*. Quod videtur deriuatitium à Tertullo, ſicuti Octauianiab Octauio, & Septimini à Septimio, & ſtirpem ſignificare familiæ Florentum. De qua fortaſſis eſt quæ exſtat Montuni ad S. Mauritium, ac Mediolani ad S. Victorem porta Vercellenſi hæc inſcriptio: C. SARTORIVS L. F. OVF. TERTVLLIANVS VETERANVS. LEG. XI. CVRATOR CIVIVM ROMANORVM MOGVNTIACI, ſeu MYNGOTIARII. Hoc ſaltem conſtat ex Euſeb. Chronico & B. Hieronym. Cat. Scriptorum Eccleſ. TERTVLLIANVM noſtrum Afrum fuiſſe, Centurionis Proconſularis filium; quod etiam adſirmant B. Iſidorus, Ven. Beda, Nicephorus, Freculphus Lexouienſis, Marianus Scotus, Ado, & Vincentius Bellouacenſis. Patriam Carthaginem indicat agnomen CARTHAGINIENSIS, in quo etiam illi conſentiunt, quum dicunt *Prouinciæ Africæ, ciuitatis Carthaginienſis*, ſicuti & B. Optatus Mileuitanus lib. 1. aduerſus Parmenianum, & nominatim Nicephorus, quum Carthagini in Africa ortum ſcribit. Quid? quòd ipſe Auctor id ſatis ſupèrque indicet initio Libri de Pallio: *Principes* (inquit) *ſemper Africæ, viri Carthaginienſes, vetuſtate nobiles, nouitate felices. Tamen & vobis habitus aliter olim Tunicæ fuere, & quidem in ſeminis. In viris autem Pallij extrinſecus habitus. Vobis verò poſt initiatia beneficium. poſt Gracchi obſcœna omina, poſt trinas Pompeij aras, & longas Cæſaris moras; vbi mœnia Statilius impoſuit, ſolli mnia Sentius Saturninus exarrauit quum concordia iuuat, Toga oblata eſt. Pallium tamen generaliter veſtrum, immemores etiam, denotatis. Equidem haud miror pro documento ſuperiori. Nam & Arietem illa dicitur Carthago ſtudiis aſperrima belli prima omnium armaſſe. Quum tamen vltimarent tempora patriæ (en patriam Carthaginem* vocat) *& Aries iam Romanus in muros quondam ſuos auderet, ſtupuere illico Carthaginienſes vt nouum extrancum ingenium. Tantum eui longinqua valet mutare vetuſtas. Sic denique nec Pallium agnoſcitur.* Hæc paulò prolixiùs, ob opinionem Vadiani, qui in Carta Paleſtinæ patriam illi adſignat Municipium quoddam iuxta Aras Philenorum fratrum.

Tom. 2. lib. de Vel. virg. c. vlt. num. 140.

Tom. 3. lib. de Bap. ca. vlt. n. 142.

Tom. 5. lib. de Exhort. Caſt. cap. vlt. n. 74.

Tom. 1. lib. de Pall. ca. 1. num. 2.

Atqui TERTVLLIANI qualis felix fuerit inſtitutio, Libri eius aduerſus Gentes teſtantur, qui (B. Hieron. teſte Epiſt. ad Magnum) cunctam ſæculi continent diſciplinam, è quibus vel ſolis conſtat omnes illum Auctores cuoluiſſe, Hiſtoricos, Poëtas, Grammaticos; de Iureconſultis verò res notior eſt quàm vt probatione ſit opus; de Medicis & Philoſophis idipſum ex libro de Anima colligere eſt. Quorum omnium Catalogum in ſuas claſſes diſtributum reperiet Lector inter Indices noſtros, tam Græcorum quàm Latinorum. Hinc à Lactantio dicitur in omni genere litterarum peritus; ab Euſebio legum & rerum Romanarum peritia clarus; à B. Hier. acris & vehementis ingenij vir eruditiſſ. quo nihil eruditius, nihil acutius, & eloquentiſſimus; à B. Auguſtino diſertiſſimus, qui buccis ſonantibus orationem influauerit; à Nicephoro eloquentia admodum pollens, acris & ingenioſus admodum. Quæ omnia latiùs multo proſequitur Vincentius Lirinenſis: Hic (inquit) apud Latinos noſtrorum omnium facilè princeps iudicandus. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atque humanis rebus exercitatius? Nempè omnem Philoſophiam, & cunctas Philoſophorum ſectas, auctores adſertor eſque ſectarum, omnéſque eorum diſciplinas; omnem hiſtoriarum & ſtudiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus eſt. Ingenio verò nonne tam graui & vehementi excelluit, vti nihil ſibi pene ad expugnandum propoſuerit; quod non aut acumine irruperit, aut pondere illiſerit? Iam porrò orationis ſuæ laudes quis exequi valeat? Quæ tanta, neſcio qua, rationum denſitate conferta eſt; vt, ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat; cuius quot penè verba, tot ſententiæ ſunt; quot ſenſus, tot victoriæ. Quamquam interim experientia ipſa conuicti fateamur neceſſe ſit, quod de eo ſcribit Lactantius, parum eſſe facilem, minus comptum, & multum obſcurum; & iuxta B. Hieronymum, crebrum quidem in ſententijs, ſed difficilem in eloquendo; vt non mirum ſit, ſtilum eius & aliorum etiam Afrorum facilè potuiſſe diſcerni à Nepotiano (vti in vita eius teſtatur idem B. Hironymus) Minutij Felicis dico, B. Cypriani, Arnobij, Lactantij, Victorini. Obſcuritatis verò ſtili præcipuam cauſſam adnotauit alicubi Rhenanus, quòd ex Græcorum Auctorum aſſiduale-ctione adeò Græcas loquendi formulas imbiberit, vt etiam Latinè ſcribens, illarum obliuiſci nequiret. Et verò ſcripſiſſe eum quædam in adoleſcentia, atque adeò ante fidem Chriſti ſuſceptam, idem B. Hieronymus locuples teſtis eſt. Nam eſt (inquit lib. 1. adu. Iouin.) huius loci nuptiarum anguſtias deſcribere, & quaſi in communibus locis Rethorico exſultare ſermone. Certè & TERTVLLIANVS, *quum adhuc eſſet adoleſcens*, luſit in hac materia. Cuius libri argumentum & titulum idem Epiſt. 22. ad Euſtoch. recenſet: Si tibi placet (inquit) ſcire, quot moleſtiis virgo libera, quot vxor adſtricta ſit, legas TERTVLLIANVM AD AMICVM PHILOSOPHVM. Quò ſit vt caſtitatem, quam toto vitæ tempore

tempore vſqueadeò commendatam habuit, etiam iam inde ab illo obſeruatam cenſeamus. Atque adeò non tam ſuo quàm aliorum nomine, exempli gratia, dictum intelligimus illus Auctoris: *Ego me ſcio neque alia carne adulteria commiſiſſe, neq; nunc alia carne ad continentiam euniti.* Coniugium tamen inijſſe TERTVLLIANVM ex Libris duobus ad Vxorem perſpicuum eſt: fortaſſis quòd nondum ſublatæ eſſent Papia Poppæa & Iulia leges, quæ liberos ſuſcipi cogebant (vti ipſe fatetur) & cœlibes & orbos vetabant ex teſtamẽto ſolidum capere; de quibus per Seuerum Imp. ſublatis infrà latiùs. Quarum Legũ conſtitutio præſcribens matrimonij certam ætatem, vt potè iuxta Platonẽ anni XXXV. noſtram cõfirmat coniecturã, quòd ante fidem matrimonium contraxerit, quamquam tamẽ liberorum eius nulla vſpiam mentio. Scribitur autem à Trithemio apud Carthaginem aliquot annis, Rhetoricam gloriosè docuiſſe, poſtea & Oratorem fuiſſe ſeu cauſſarum Aduocatum mox comprobauimus. Iureconſultum etiam fuiſſe conſtat ex varijs, quibus vtitur, phraſibus & I C. vocibus, fortaſſis Romæ præceptore vſus eſt Serbidio Scæuola, ſtudiorum collega & Seuero Imper. & Æmilio Papiniano, ætate tamen minor Seuero, qui natus fuit anno Domini CXLVI. vt quadragenarius fuerit initio Imperij illius. Inde enim ad finem vſque Imperij ipſius & filij eius Antonini Caracallæ, ſub quibus Auctor floruit, anni efficiuntur XXIIII. aut circiter, & ſic ſimul conſtituuntur LXIII. ætatis TERTVLLIANI, à quo anno (quem climactericum vocant Medici) decrepita ætas, ad quam vſque vixit, exordiri ſolet. Pro quo fa-cit quod B. Hieron. & Nicephorus poſt mediam ætatem in hæreſim Montani lapſum ſcribunt, nempè noſtra quidem ſententia circa annum ætatis eius quinquageſimum tertium, anno Seueri XV. toto ante obitum decennio. Verùm de his plus ſatis. Iam ad Hiſtoriam pergamus annorum illorum XXIIII.

To. 4. operũ Tertull. f. 3. Lib. de Reſu. car. 59. n. 412. To. 2. l. 1. ad Vxor. Tom. 2. Apolog. c. 4. n. 52. et 7. & l. de ſton. c. 16. n. 123. & 124.

Anno igitur Domini CLXXXXIII. C. SOSIO FALCONE & C. IVLIO FRVCTO CLARO cos. S. Victoris filius F. Afri Romani Pontificis an. VIII. Imp. Cæſ. L. Septimij M. F. Afri, Pij, Pertinacis, Auguſti anno I. TERTVLLIANVS adhuc ethnicus cauſſarum patronum agebat Carthaginiſquod comprobatur his ipſius verbis quæ ſub Pallij perſona de ſe ſcripſit, iam Chriſtianus factus: *Ego*, inquit, *nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, nihil officio aduigilo; nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, Iura non conturbo, cauſſas non elatro. Plus togæ leſcre Rempublam lorice.* Certè ethnicum ſe fuiſſe ipſe fatetur, agens de iudicio extremo, vita & igne æternis, & ſuſcitatione defunctorum: *Hæc* (inquit) *& nos riſimus aliquando, de veſtris fumus. Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani.* Apud Auctorem verò quædam ad annum hunc pertinentia reperire eſt. Imprimis de cæde Imp. Cæſ. P. Heluij, P. F. Pertinacis occiſi v. Kal. April. illud Apologetici: *Vnde qui fucibus exprimendis palæſtricam exercent? Vnde qui armati palatium irrumpunt, omnibus Stephanis atque Panthegnijs audaciores? De Romanis, ni fallor*, vtpotè qui in foribus palatij ab armatis Prætorianis militibus interfectus ſit, factione Læti præfecti prætorio, eiuſdem, cuius iuſſu Commodus Imper. non multo antè à Narciſſo athleta, cum quo ille ſolebat in palæſtrica exerceri, ſtrangulatus fuerat. Deinde de Imp. Cæſ. Peſcennio Nigro, qui, occiſo iuſſu Senatus Imp. Cæſ. M. Didio M. F. Commodo Seuero Iuliano Auguſto, exante diem Kalendas Maias Imperium inuaſerat, illud eiuſdem loci: *Planè ceteri ordines pro auctoritate religioſi ex fide nihil hoſticum (aduerſus Cæſarem) de ipſo Senatu, de equite, de caſtris, de palatijs iſtic ſpirant. Vnde Caſij & Nigri?* Quorum prius ad Auidium Caſſium refertur; qui, ex familia Caſſiorum C. Iulij Cæſaris interfectorum, & Antonino Pio & Marco ac Vero Imp. principatus extorquere conatus fuit. Alterum ad Nigri conſpirationem aduerſus Seuerum Imp. *Iam & ſolemnia Cæſarum* (qualia etiam Kalend. Iunijs in auguratione noua Seueri, qui antea Idibus Maij ab exercitu Imperator dictus fuerat, celebrata ſunt) ibidem in hæc verba deſcribit: *Cur die læto non laureis poſtes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? & paulopòſt: Ipſos Quirites, ipſam vernaculam ſeptem collium plebem conuenio; an alicui Cæſari ſuo parcat illa lingua Romana? Teſtis & Tiberis, & ſchola beſtiarum. Iam ſi pectoribus ad tranſlucendum, quandam ſpecularem materiam natura obduxiſſet, cuius non præcordia inſculpta apparerent nouis ac nouis Cæſaris ſcenam in Congiario diuidundo præſidentis? etiam illa hora, qua adclamant: De noſtris annis tibi Iupiter augeat annos.* Hoc enim indicant Herodianus lib. 2. inter cetera ſcribens: Milites Prætorianos relictis armis pomparum habitu laureatos proceſſiſſe; & Spartianus ac Faſti Conſulares, dum XXX. poſtquàm in vrbem venerat die, exante diem Kal. Iulias, profectum ſcribunt Seuerum in Orientem contra Nigrum tyrannum, dati priùs plebi *Congiario*, & Donatiuo Militibus; denique & hæc numiſmatis inſcriptio: IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. LIBERALITAS AVGVSTI. Quò pertinet etiam quod prætermittitur: *Focos & thoros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu obolefacere, vino lutum cogere.* Ad hunc præterea annum pertinere cenſemus illud lib. ad Scapulam: *Ipſe etiam Seuerus pater Antonini, Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, Eubodę procuratorem, qui eum per olcum aliquando curauerat, requiſiuit, & palatio ſuo habuit vſque ad mortem eius; quem & Antoninus optimè nouerat. Chriſtiano lacte educatus.* Nam morbum illi grauem contigiſſe initio Imperij, ex Ælio Lampridio vel inde patet, quòd quum filij ſui id ætatis non haberẽt, vt imperare poſſent, Seuerus ſe id in animo habuiſſe ſcripſerit, vt ſi quid ſibi fortè humanitùs accidiſſet, Niger Peſcennius & Clodius Albinus ſuccederẽt; quorũ ille occiſus fuit anno ſequẽti. Et quũ ſicuti infrà latiùs) anno ipſius IIII. Antoninus annum agẽs decimũtertium Cæſ. Aug. appellatus ſit, oportebit huc referre, quod de illius ſcribit educatione

Tom. 1. lib. de Pall. c. 5. num. 98.

Ibi. Apol. leg. c. 18. n. 262.

Ibid. Apol. c. 35. n. 475. & 476.

Ibi. n. 472.

Ibid. num. 461. 462. 463. 464. 468. 469. 470.

Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 4. num. 32. 33. 34. 35. & 36.

Auctor. Cui simile est illud de illo Spartiani: Si quando feris obiectos damnatos vidit, fleuit; aut oculos auertit. Septennis puer, quum colluforem suum puerum ob Iudaicam religionem grauiùs verberatum audisset, neque patrem suum, neque patrem pueri, neque auctorem verberum diu respexit. *Christiano vero luctę educatum*, ex eo confirmatur, quod Lugduni natus sit vbi vigebat fides Christiana. D

Anno Domini CLXXXV. IMP. CÆS. L. SEP. SEV PERT. AVG. II. ET D. CLODIO SEPT. ALBINO CÆSARE II. COS. anno IX. S. Victoris Romani Pontificis, & ipsius Seueri II. adhuc Carthagini Cauſſarum fuisse aduocatum TERTVLLIANVM verisimile est. Ad hunc autem annum referri debet illud ipsius lib. ad Scapulam: *Sic & circa Maiestatem Imperatoris insamamur, tamen numquam Albiniani nec Nigriani vel Cassiani inuenirí potuerunt Christiani; sed ijdem ipsi, qui per Genios eorum in pridie vsque iurauerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant & vouerant, hostes eorum sunt reperti.* Hoc enim anno Imper. Cæſ. C. Peſcennius Niger Iuſtus Auguſtus occiſus eſt apud Cyzicum, ſiue Iſicum iuxta Herodianum; quo facto mox Seuerus eos Senatores occidit, qui Nigri partes ſecuti fuerant, & cum Nigro militauerant Ducum aut Tribunorum nomine, alióſque omnes exceptis Militibus, quos impunitate propoſita recepit; Antiochenis priuilegia & Neapolitanis ius ciuitatis eadem de cauſſa ademit. Aliquot deinde Barbarorum Reges (iuxta Onuphrium) qui Nigro fuerant auxilio, à Seuero victi ſunt; quare ipſe IMP. II. III. & IIII. appellatus eſt, quos omnes Nigrianos Auctor noſter appellat. Quod poſtremum confirmat noſtrani ſententiam de Arabibus, Parthis, & Adiabenis hoc anno deuictis; atque adeò huc pertinent Inſcriptiones Numorum & Marmorum antiquæ ſuprà citatæ, & proinde illud Auctoris: *barbari excluſi.* Et verò Conſtitutiones his Coſſ. editæ titulo Seueri & Antonini Augg. datæ v. Kal. Martij, xj. Kal. Maij, Nonis Iulijs, VI. Kal. Oct. & xj. Kal. Nouemb. confirmant quod ſuprà diximus de Antonino Imperij conſorte ab initio; quæ extant Cod. Lib. 8. T. 14. l. 1. lib. 6. T. 2. l. 2. lib. 2. Tit. 1. l. 2. lib. 2. T. 24. l. 1 & lib. 8. T. 16. l. 1. Ad hunc annum pertinere cenſemus, cuius ex Euſebio ſuprà meminimus, bellum Iudaicum & Samariticum, de quo etiam Freculphus Lexouienſis, vnde & Iudaicum ei oblatum fuiſſe. Quò videtur ex parte reſpicere Auctor de Iudæis agens: *Diſperſi* (inquit) *palabundi, & cæli & ſoli ſui extorres vagantur per orbem, ſine homine, ſine Deo Rege; quibus nec aduenarum iure terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.* Vnde conijcio belli illius occaſionem, quod Iudæam vellent repetere, qua illis ab Hadriano Imp. interdictū fuerat. Huc etiam referendum quod ſcribit Nicephorus Eccleſ. hiſt lib. 5. cap. 2. Seueri Imperij initio ſatis bono loco res noſtræ fuere, indiéſque fidei profeſſio augmenta ſua cœpit, eorum quos recenſuimus Eccleſiaſticorum doctorum ſcriptis atque doctrinis eam prouehentibus, idque in maximis quibuſque potiſſimùm vrbibus; nimirùm Alexandriæ, Anthiochiæ, Æliæ, & per Palæſtinam omnem, Epheſi, Cæſareæ, & Occidentem verſus. Theſſalonicæ, Athenis, Corinthi, in Gallijs, & Romæ maximè. Vniuerſæ enim multitudines & domus totæ ad fidem accedebant; quidam facere & pati paratæ; quámvt quidquam contra religionem noſtram agerent aut nouarent. Qua occaſione etiam recéſendi hic veniunt quorum tum ille, tum Euſebius meminerunt huius ætatis Eccleſiaſtici ſcriptores, maximè quum ipſorum ſcriptis & doctrinis hauddubiè acceptam debeat ſuam conuerſionem Auctor noſter. Apud Alexandriam Demetrius Epiſcopus duodecimus ac Presbyteri Panthenus, & eius diſcipulus Clemens Alexandrinus, Anthiochiæ 9. Epiſc. Serapio, Hieroſolymorum 34. Gordius, Cæſareæ Paleſtinæ Theophylus, Epheſius Polycrates, Ponticus Palmas, Berillus, & Bachilus Corinthij, in Africa Charthagini Agrippinus, Lugduni Galliarum S. Irenæus, Romæ denique S. Victor Pontifex. Atq; adeò hinc confirmatur noſtra ex MS. cod. lectio apud Auctorē: *Quales ergo Leges iſtæ, quas aduerſum nos ſoli exercent impij; iniuſti, turpes, truces, vani, dementes; quas nullus Pius, nullus Seuerus impreſſit.* nempè vſque ad id temporis quo Apologeticum edidit. E F

Anno Domini CLXXXVI. Q. FLAVIO TERTVLLO & T. FLAVIO CLEMENTE coss. S. Victoris Romani Pontificis anno x. & Seueri III TERTVLLIANVS fidei Chriſtianæ, mea quidem ſententia nomen dedit, Imperio iam prorſus pacato; cum Seuero Imperantibus Antonino eius filio & Clod. Albino Cæſaribus, quod adeò *Triplex Imperium* vocat verbis ſuprà citatis, quòd Lectorem remittimus; complura enim illic reperiuntur quæ ad hunc annum pertinent. Id tamen non initio, ſed ſub huius anni finem: *eradicato iam omni aconito hoſtilitatis*; vt potè poſt excidium Byzantinum, quæ vrbs Herodiano, Zonara, & Michaële Glyca teſtibus, poſt triennij obſidionem, cœptam, anno primo Seueri, adhuc viuente Nigro, tandem fame capta eſt, & libertate omni adempta Perinthijs (qui multa à Nigro paſſi fuerant) adiudicata eſt, etiam mœnibus euerſis, in vici formam redacta. Cuius etiā Auctor meminit: *Cæcilius*, inquit, *Capella in exitu Byzantino; Chriſtiani gaudete, exclamauit.* Occaſionem ſuæ conuerſionis ipſe, quantum apparet, indicat ex teſtimonio alicuius Dei, qui à Chriſtianis adiuratus dæmonem ſe confitebatur: *Hæc teſtimonia* (inquit) *Deorum veſtrorum Chriſtianos facere conſueuerunt, qua plurimùm illis credendo, in Chriſto Domino credimus. Ipſi litterarum noſtrarum fidem accendunt, ipſi ſpei noſtræ fidentiam adficiant.* Neque tamen inde ſolummodò, ſed & ex fide ſcripturarum ſacrarum, quarum fidem Dij ſuo teſtimonio adprobabant. Maximè quòd illarum auctoritatem (velipſo teſte iam Chriſtiano) ſummà antiquitas vindicaret, vt potè quum: *omnes ſubſtantias, omnéſque materias, origines, ordines, venas veterani cuiuſque ſtyli gentes etiam plerasque & vrbes inſignes, hiſtoriarum cauſſas & memoriarum*

Tom. 1. lib. ad Scap. c. 2. num. 8. & 9.

Tom. 1. lib. de Pall. c. 2 num. 41.

Tom. 1. A. polog. c. 21. num. 306.

Ibid. cap. 5. nu. 65. 70. & 71.

Tom. 1. lib. de Pall. c. 3. num. 41.

Ibid. n. 42.

Tom. 1. lib. ad Scap. c. 3. nu. 20.

Ibi. Apol. c. 23. n. 371

Ibid. c. 19. num. 273. 274. 275. 276. 277.

A *riarum; ipsas denique effigies litterarum, indices cuiusdéque rerum; ipsos Deos, ipsa templa & oracula & sacra vnius Prophetæ Moysi scrinium, seculo aliquot anteuerterit.* Quum etiam illa rum Maiestatem diuinam prædictionum veritas comprobaret: *Quidquid enim*, inquit, *agitur, prænunciabatur. Quòd terræ vorant vrbes, quòd insulas maria fraudant, quòd externa atque interna bella dilaniant, quòd regnis regna compulsant; quòd fames & lues, & locales quæque clades & frequentia plerumque mortium vastant, & quòd etiam officia temporum & elementorum munia exorbitant, quod & monstris & portentis naturalium forma turbatur, prouidenter scripta sunt* (nempè Matth. 25.) *Dum patimur, leguntur, dum recognoscimus, probantur.* De quibus omnibus latiùs, & lib. de Pallio cap. 2. & eiusdem Apolog. cap. 40. quò & ad Adnotat. nostras Lectorem remittimus. Hìc dumtaxat addemus, adludere illum inter cetera ad *lucm* maximam Romæ & in multis Prouincijs ac terræmotum, quo corruit Smyrna vrbs Asiæ, quæ recenset Eusseb. in Chronicis sub Marco & Vero Impp. & fulmen quod sub Commodo in Capitolium ruens Bibliothecam inflammauit, & bella eius ætatis ciuilia, quotum iam meminimus. Item ad *famem*, de qua lib. ad Scap. in hæc verba: *Sicut & sub Hilariano præside, quum de areis sepulturarum nostrarum adclamassent: Area non sint; areæ ipsorum non fuerunt; messes enim suas non egerunt.* Denique ad *portentum*, de quo ibidem: *Nam & sol ille in conuentu Vticensi, extincto pene lumine adeò portentum fuit, vt non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate & domicilio.* Et verò, scripta quoque multorum à Christo Patrũ aduersus Gentes conuersioni causſam dedisse sentimus, ad quæ adludit alibi: *Nonnulli*, inquit, *quibus de prisſina litteratura, & curiositatis labor & memoria tenor per seruauit, opusculapene nos condiderunt, commemorantes & conteſisſicantes in suggillationem & originem & traditionem & sententiarum argumenta; per quæ recognosci possit, nihil nos aut nouum, aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes litteræ ad ſsſragium nobis patrocinentur, si quid* B *aut errorũ eiccimus, aut æquitatis admisimus.* Inter quos commemorandi Quadratus, Aristides, Anaxagoras, Melito, Theophylus Antiochenus, Apollinarius, Tatianus, Clemẽs Alexandrinus, & Apollonius Senator; deniqe ab Auctore alicubi citati *Iustinus Philosophus & Martyr, Miltiades Ecclesiarum Sophista, & Irenæus omnium doctrinarum curiosissimus explorator.* Quibus omnibus eulucidis & ante & post fidem susceptã ipsum adlaborasse, vel ex Apologetico patet, in quo subinde illos ad verbum ferè imitatur. His omnibus admiculis ad Christi fidem conuersus, & iam initiatus, quum pallium Christianum indutus (sicuti antea etiam adtigimus) inconstantiæ notaretur ab amico, quòd *à Tega* transisset *ad Pallium*, Oratione habuit Carthagini (quam LIBRVM DE PALLIO inscripsit) qua, & Pallij vetustatem, simplicitatem, facilitatem, libertatem sine cura, Philosophicam grauitatem & sanctitatem commendat; & vitio sibi dari non debere, varijs exemplis ostendit, quòd habitum verterit. Qua occasione & libidinum varia genera, quibus natura mutetur, & Matronarum cultum indecentem insectatur, & fori ludicum militum vitijs, tum ambitioni & gulæ cauterem adigit. Atqui his Coss. data Constitutio Seueri & Antonini v. Idus Martias, quæ exstat D. Lib. 9. Tom. 1. lib. 1. iterum confirmat nostram sententiam de Antonino filio Imperij consorte.

Anno Domini CLXXXXVII. C. DOMITIO DEXTRO II. ET L. VALERIO MESSALA THRASIA PRISCO COS. S. Victoris Papæ Romani Anno xj. & Seueri IIII. TERTVLLIANVS iam Christianus, quibus se occupationibus totum dediderit, scripta eius, de quibus postea, plus satis suo confirmant testimonio. Ex quibus imprimis constat ita versatum fuisse in sacrarum lectione litterarum, ita memoriæ omnia & singula scripturarum loca commendasse, vt vel vnica periodo subinde complura complexus sit; sicuti ex scripturarum Indice nostro collatione cum Au- C ctore facta, facile est deprehendere. In illis autem citandis editionem sequitur vbique LXX. Interpretũ quod ad vetus Instrumentum adtinet, iuxta quod *per Esdram* vel ipso teste) *constat restauratum* idque non in Pentateucho Moysi duntaxat, aliisque libris historicis, sed & in Prophetarum vaticinijs: *Quos enim* (inquit) *diximus prædicatores, Prophetæ de officio prædicandi dicuntur. Voces eorum, itémque virtutes, quas ad fidem Diuinitatis edebant, in thesauris litterarum manent, nec istæ nunc latent. Ptolemæorum eruditiss. (quem Philadelphum supernominant) & omnis litteratura sagacissimus; quum studio Bibliothecarum Pisistratum (vt opinor) æmularetur; inter cetera memoriarum, quibus aut vetustas, aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, & suggestu Demetry Phalerei Grammaticorum tunc probatissimi, cui præfecturam mandauerat, Libros à Iudeis postulauit, proprias scilicet atque vernaculas scripturas, quas soli habebant. Ex ipsis enim & ad ipsos semper Prophetæ peroruerant, scilicet ad domesticam Deigentem ex patrum gratia. Hebræi retrò, qui nunc Iudæi. Igitur & litteræ Hebraæ, & eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolomæo à Iudeis subscriptum est, Septuaginta duobus Interpretibus indultis; quos Menedemus quoque Philosophus de sententiæ communione suspexit. Adfirmauit hæc vobis etiam Aristæas, ita in Græcum stylum ex operto monumenta reliquit. Hodie apud Serapæum Ptolemæi Bibliothecæ cum ipsis Hebraicis litteris exhibentur.* Quæ paulò prolixiùs citauimus, aduersus eos qui auctoritatem LXX. Interpretum eleuare non verentur. In nouo verò Testamento non tam Latinis translatis, quàm Græcis veteribus codicibus vsum Auctorem, Græcè doctissimum, ex versione eius peculiari ab alijs omnibus multum subinde diuersa, manifestũ fit; quam adeò discrepantiam in gratiam Professorum sacrarum litterarum vbique adnotauimus. Quam iam olim etiam indicauit B. Ambrosius, siue quisquis Auctor est Cõment. in Epist. Pauli ad cap. 5. Rom. Constat inquit) quosdã Latino s olim de veteribus Græcis translatis codicibus, quos incorruptos

Ibid. c. 20. num. 296.

Tom. 1. l. ad. Scap. c. 3. num. 13. Ibid. nu. 15 & 16.

Ibid. lib. de Testim. Animæ c. 1. num. 2.

Tom. 3. lib. adv. Valẽt. c. 5. n. 41. 42. & 43.

Tom. 2. lib. de Hab. mulieb. c. 3. num. 33. Tom. 1. Apolog. c. 18. num. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. & 271.

simplicitas temporum seruauit & probat. Postquàm autem discordia animis dissidentibus & hæreti- D
ticis perturbantibus torquere quæstiones cœperunt, multa immutata sunt ad sensum humanum, vt
hoc contineretur in litteris, quod homini videretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices habent. Il-
lud autem verum arbitror, quando & ratio, & historia, & auctoritas obtineatur. Nam hodie quæ in
Latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur à veteribus posita, TERTVLLIANO, Victorino, &
Cypriano. Hactenus ille Atqui versabatur præterea noctu diuiq; Auctor noster, in perscrutādis non
modò quos suprà adduximus Apologiarum pro fide Christiana Auctoribus, sed & alijs haud dubiè
Scriptoribus Ecclesiasticis, præter Apollonium Senatorem & B. Victorem, Græcis omnibus. Phi-
Tom.1. Apolog.c.19. num. 192. lonem dico, Iosephum (quem vocat *Antiquitatum Iudaicarum vernaculum vindicem*) Apionem, &
Egesippum Lectorem, Clementem Romanum, ac S. Polycarpum (quorum illum *Romanorum à Pe-*
Tom.3.lib. de Præscr. adu.hær.c. 32.nu.186. & 187. *tro*, hunc à *Ioanne Smyrnæorum Episcopos ordinatos* agnouerit) S. Ignatium Antiochenum, S. Diony-
sium Areopagitam Galliarum, Papiam Hierapolitanum, Episcopos; Agrippam Castorem, Dio-
nysium Corinthiorum, Pinitum ac Philippum Cretenses Episcopos; Mulanum, Modestum, Pan-
thenum Alexandrinum, Rhodonem Asianum, Serapionem & *Proculum* quendam, quem vocat *ele-*
Tom.3.lib. adu.Valēt. c.5. n. 44. *cutiæ Christianæ dignitatē*, de quo postea latius. Sextum deniq; Appionem, Candidū, Arabianum,
Maximum, & Heraclitum. Quibus adijcio primos illos ceteros Pontifices Rom. *in Petri cathedra suc-*
Tom.4.lib. 3.cum.ad. Marc.c.9. nu.26.27. 28.29. *cessores*, quorum exstant Decretales, quorúmque *cum Lino & Cleto* Auctor meminit, *Anacletum, Eua-*
ristum, Alexandrum, Sixtum, Thelesphorum, Higinum, Pium, Anicetum. Soterem item (quem, quòd
occasio sese non offerret, prætermisit) & *Eleutherum*, quem *Benedictum* nuncupat. Quos omnes Græ-
cè scripsisse, ex eodem stylo Latino, qui interpretis eiusdem videtur, censeo; vt potè, qui melius Græcè
nouerint, sicut etiam S. Irenæus, quàm Latinè. Quo fit, vt (vel Rhenano adnotante) nemo mirari de- E
Tom.3.lib. de Præsc. adu.hær.c. 38.nu.167. beat Græcam Auctoris loquendi consuetudinē, quum etiamsi qui in Latinā linguam transiati essent,
mallet ex fontibus bibere (quod aiunt) quàm ex lacunis. Atqui hoc primùm anno quidam scribunt
Idib. Maij die Natalitio Imperij à Seuero Imp. appellatum Cæsarem Aug. filium eius Antoninum,
apud Viminatium priusquàm in bellum contra Albinum proficiscereturus. Verumtamen etiam ab ini-
tio Augustum olim fuisse nuncupatum, patet ex Rescriptis præcedentium annorum nomine Seueri
Tom.1.Apolog.c.35. num. 473. & Antonini Augg. Conspirationis interim Albini aduersus Seuerum hoc anno factæ meminit etiam
Auctor in hæc verba, *vnde Cassij, Nigri, & Albini.*

Anno Domini CL XXXXVIII. AP. CLAVDIO LATERANO ET M. MARIO M. F. TITIO RVFINO
Tomo quarto Oper. Ter. COSS. S. Victoris Rom. Pontificis ANNO XII. Seueri Imp. V. TERTVLLIANVM verisimile est memo-
riæ exercendæ gratia conscripsisse Carmine GENESIN & SODOMAM, immò mea sententia integrū fa-
cerorum Bibliorum veteris Testamenti historiam; vt potè quum & prior illorū mutilus sit, & ex in-
itio posterioris satis videatur etiā descripsisse orbis vniuersi diluuium. Atq; adeò etiam Carmen illud
AD SENATOREM EX CHRISTIANA FIDE AD IDOLORVM SERVITVTEM REVERSVM, & LIBROS
QVINQVE ADVERSVS MARCIONEM CARMINE, AC DE IVDICIO DOMINI LIBRVM. Hoc
verò anno ad XI. Kal. Martias Imp. Cæs. D. Clodius Septimius Albinus Augustus prælio ab Imp.
Seuero victus & occisus est; idque apud Lugdunum; quæ quòd illum antea recepisset (Herodiano
teste) & direpta & incensa est; in qua expeditione, vti ex varijs Inscript. constat, Imp. VIIII. IX. &
X. appellatus est. Quo iam iam expugnato, omnes imprimis Galliarum, Hispaniarum, Britanniæ-
que proceres qui illum iuuerant deinde Romam reuersus amicos eius vndique conquisitos, & inter
eos Senatores 40. Seuerus interfici iussit, tum & eos omnes qui in Pertinacem conspirauerant. Quos
Tom.1.l. ad.Scap.c. 2. num. 8. Ibid.Apol.cap.35. num.478. Tom.2.lib. ad.Marc.c. vlt.nu.63. adeò Auctor *Albinianos* adpellat verbis suprà citatis ad ann. Domini 195. & per aliquot annos perdu- F
rasse hanc illorum inquisitionem significat. *Sed & qui nunc*, inquit, *sceleratum partium socij aut plusiores*
quotidie reuelantur, post videmiam parricidarum racematio superest; nempè, quantum ad paret, ad trium-
phum vsque Parthicum, atque adeò nouum Seueri annum, quemadmodum ibi latiùs. Alibi etiam ad
Senatores occisos adludit: *Nemo non*, inquit, *etiam hominis causa pati potest, quod in causa Deipati dubitat.*
Ad hoc quidem vel presentia nobis tempora documenta sint, quante, qualesque personæ inopinatos, Natalibus &
Dignitatibus & corporibus, & statibus suis exitus referunt, hominis causa; ant ab ipso, si contra eum fecerint, aut
ab aduersarijs eius si pro eo fecerint. Fuit autem dictorum Consulum alter Lateranus tantoperè amicus
Seuero Imp. vt illi magnificentiss. ædes Romæ ædificauerit, qua etiamnum Palatium Lateranense
appellamus, quem postea scribit B. Hieron. Epitaphio Fabiolæ, Cæsariano obtruncatum gladio,
fortassis Antonini Caracallæ, qui in plerosque amicos patris sui animaduertit. Atqui quum his Coss.
scripta sit Epistola II. S. Victoris Romani Pontificis ad Afros Episcopos data Kal. Septēbris, & Epi-
stola S. Eleutherij Decessoris eius v. Idus Iulij Materno & Bradua Coss. nec. tario hunc annum, non
præcedentem XII. Pontificatus eius designauimus. Max. quū B. Damasus in Pontificali sediſſe Victo-
rem scribat, à Consulatu Commo di v. & Glabrionis, (quibus Coss. XIII. Kal. Aug. data est prior eius
Epist. ad Theophylum Alexandrinum) vsque ad Lateranum & Rufinum. A Kal. autem Iunijs dicti
Consulatus, quo die creatus Pontifex, vsque ad v. Kal. Augusti anni sequentis, conficiuntur anni
XII. mensis 1. dies XXVIII. Is dicta secunda Epistola discrepantiam Afrorum in Sacramentis increpans, mihi videtur ad celeb ritatē diei Paschæ adludere, quam Epistola priori die Dominica celebrari
debere,

A debere, iuxta quod & prædecessores sui statuerunt, mandauerat, quæcunque inciderent à XIIII. Luna primi mensis, vsque ad XXI. in quo fortassis initio Afri quidã cũ Polycrate Asiano cõtrariã sequebantur consuetudinẽ, quamquam postea in vnũ consenserint. Nam de Blasto hæretico Quartadecimano, sic Auctor: *Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum, nisi secundum legem Moysi XIIII. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum rediget.* Ad eandem obseruationem pertinet illud eiusdem: *Pascha celebramus annuo circulo in mense primo.* Atque adeò etiam illud: *Aguntur præterea per Græcias illas certũ in locis Concilia ex vniuersis Ecclesijs*; Id enim etsi generatim loquatur, existimamus potissimùm intelligi de Concilijs pauloantè celebratis Palestinæ à Theophylo Cæsariensi, Pontiã Palma, Corinthio à Bachylo, & Ecclesiarum apud Osroenum, Alexandrino quoque à Theophylo, denique Asiano, in quo scribit Nicephor. hist. Eccles. libro 4. capite vlt. Patres dictam sententiam B. Victoris & Concilij Romani secutos esse, cui etiam consensit Concilium Galliarum sub Irenæo.

Tom. 3. lib. de Præscr. ad. hær. ca. 53. hæres. 22. n. 328. et 29. Tom. 5. lr. de Ieiun. ca. 14. num. 84.

num. 80.

Anno Domini CLXXXXIX. T. Haterio T. F. Satvrnino, et. C. Annio App. F. Trebonio Gallo Coss. S. Zephyrini Papæ Rom. I. ac Seueri Imper. VI. videtur nobis cõtigisse disceptatio illa Tertvlliani cum Iudæo quodam, cuius occasione scripsisse se significat Libvm adversvs Ivdæos. *Proximè accidit*, inquit, *disputatio habita est Christiano & Proselyto Iudæo. Alternis vicibus cõtentioso fune vterque diem in vesperam traximus. Obstrepentibus etiã quibusdã spectantibus, singulorum nubilo quodammodo veritas obumbrabatur. Placuit ergo, quòd per concentum disputationis, minus plenè potuit elucidari, ipsiũ curiosius, & lectionis stylo quæstiones retractatas terminare.* In quo inter cetera adnotandum venit, quod de dilatatione fidei per vniuersum penè orbem iam ab ea ætate pulchrè deducit. *In quem enim*, inquit, *alium vniuersi gentes crediderunt, nisi in Christum qui iam venit? Parthi, Medi, Elamitæ*, &c. sicuti legitur Act. 2. *& cetera gentes? Vt iam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca Christo vero subdita, & Sarmatarum, & Dacorũ & Germanorũ, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & prouinciarũ, & insularum multarũ nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen qui iam venit, regnat.* Est & illud de finibus Imperij Romani tum temporis memoria dignum: *Germani adhuc vsque limites trangredi non sinuntur. Britannia intra Oceani ambitum concluse sunt. Maurorum gens & Getulorum barbaries à Romano obsidentur, ne regionum suarum fines excedant. Quid de Romanis dicam, qui de Legionum suarum præsidijs Imperium suum muniunt, nec trans ista gentes porrigere vires regni sui possunt?* Quod ipsum adtingit de Germanis Herodian. hist. lib. 2. dum Seuerum electum dicit per exercitus omnes, qui pro ripis Danubij Rheníque coërcendis barbaris excubantes Romanum tuebantur Imperium. Et verò hunc annum I. collocamus Pontificatus S. Habundij Zephyrini Habundij F. natione Romani, quod defuncto S. Victore, postquàm sedes vacasset diebus XII. ipse creatus fuerit IIII. Idus Augusti, his ipsis Coss. vel Damaso teste, qui sedisse eum scribit temporibus Seueri & Antonini, à Consulatu Saturnini & Galli, vsque ad Præsentem & Extricatum Consules. Quomodo interim nondum incepta Persecutione Christianorũ quinta, inter Martyres S. Victor collocetur, difficultate non caret, quæ & Eusebium & alios Chronographos mouit, vt in annum VIII. IX. aut X. Seueri eius Pontificatum, protendant. Verùm dicta mea & S. Damasi de v triusque temporibus sententia confirmatur per Epistolas Decretales Zephyrini data his ipsis Saturnino & Gallo Coss. priorem XII. Kal. Octobres, posteriorem VII. Idus Nouembris; & in primitiua Ecclesia non fuit insolitum persecutionem à Populo Romano aut Præfectis vrbis initium sumere. Quid? quòd de hoc tempore id disertis verbis Auctor adserit: *Sed & Clarissimas*, inquit, *fœminas & Clarissimos viros Seuerus sciens huius setæ esse; non modò non læsit, verùm & testimonio exornauit, & populo furenti in os palàm restitit.* Atqui ante annum sequentem oportet latam fuisse legem Diuorum Seueri & Antonini, ne quis absens puniatur, cuius fit mentio libro I. D. de Requir. reis; nam ad eam haud dubiè adludit in hæc verba Auctor, *Quid hic*, inquit, *Legibus deperit in suo regno dominatibus si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, si inauditam damnabunt veritatem*; & rursum: *quando nec licebat indefensos & inauditos omninò damnari.*

Tom. 1. lib. aduer. Iudæos. n. 8.

Ibid. ca. 7. n. 29. 30. 39. 40. 41. 42. 43. & 44.

Ibid. n. 50. 51. & 52.

Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 4. nu. 36. 7. & 38.

Tom. 1. Apolog. c. 1. num. 9.

Anno Domini CC. P. Cornelio Anvllino II. et M. Avfidio M. F. Frontone Cos. S. Zephyrini Romani Pontificis anno II. Seueri Imper. VII. quum, Imperatore, cum filijs suis Antonino & Geta ante discessum suum declaratis Cæsaribus Augustis & Imperatoribus, Congiario iterum populo dato & Donatiuo Militibus, in secundum bellum Arabichum, Parthicum & Adiabenicum profecto (de quo suprà latiùs) Antistites Romani, Sacrorúmque Pontifices, Religionem Christianam initio sumpto à S. Victore Pontifice persequi pergerent, Tertvllianvs ad imitationem aliorum qui ante se id fecerant & præsertim B. Iustini Martyris, Apologeticvm pro Christianis Roman misit, in quo vel Lactantio teste, plenè hanc causam perorauit. Iam ante tamen discessum suum multas Leges à Seuero & emendatas & publicatas vel ipse Auctor indicat: *Nónne*, inquit, *& vos quotidie experimentũ illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & squalentẽ sylua Legum nouis Principalibus Rescriptorũ & Editorũ securibus truncatis & cæditis? Nónne vanissimas Papias Leges* (vbi adludit ad legẽ Papiam Poppæã, ita dictã à suis legislatoribus M. Papio M. F. M.

Tom. 1. Apolog. c. 4. n. 30. 31. & 32.

Ibid. num. 21.

Tom. 1.

N Mutilo, & Q. Poppæo Q. F. Q. N. Secundino Coss.) *quæ antè liberos suscipi cogunt, quàm Iulia matrimonium contrahi; post tantæ auctoritatis senectutem, heri Severus constantissimus Cæsarum excluſit?* Quæ dictarum legum abolitio quomodo Seuero possit adtribui, & tamen postea Constantino Imperatori tribuatur, latiùs in Adnotationibus ad hunc locum nostris tractauimus; in quibus si placeat coniectura nostra de l. 1. D. de Stupro & adult. qua definitur etiam in sponsa stupri & adulterium accusari & vindicari posse, oportebit eam Legem his Coss. latam fuisse. Et verò pro bello secùdo Parthico non-
Ibid. c.37. num. 490. dum completo, (quod his Coss. Cassiodorus etiam inceptum tradit) facit Auctor, dum inter hostes Imperij Romani enumerat: *Mauros, & Marcomanos, ipsóque Parthos.* Iterum verò Christianæ fidei di-
Ibi. n. 490. latationē his verbis celebrat: *Externi sumus, & vestra omnia compleuimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, Senatum, Forum.* Et pauloantè, quo anno præcedenti
Ibi. n. 484. diximus de populari persecutione, confirmat: *Quotiens*, inquit, *etiam præteritos à vobis, suo iure nos inimicum vulgus inuadit, lapidibus & incendijs? Ipsis Bacchanalium furijs nec mortuis parcunt Christiani; quin illos de requie sepulturæ, de asilo quodam mortis, iam alios, iam nec totos, auellunt, discerpant, distrahunt.* Eodem
Ibid. c. 36. num. 471. pertinet illud: *nec ulli magis depositulatores Christianorum quàm vulgus*, & toties citata ab Auctore populari vox illa: *Christianos ad Leonem.* Complura sunt alia in Apologetico memoratu digna; sed ne hîc prolixiores simus, ad Adnotationes nostras Lectorem remittimus. Hic duntaxat addemus, occasionem persecutionis ortam ex falsis calumnijs, quas pulcerrimè refutat, potissimùm tribus, infanticidij,
Ibid. c. 7. n. 90. 91. 92. 93. sanguinis humani pabuli, & incæsti: *Dicimur*, inquit, *sceleratissimi de sacramēto infanticidij, & pabulo inde, & post conuiuium incesto; quod euersores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent.*

Anno Domini CCI. TI. CLAVDIO SEVERO (non autem Seuero Imp. III. vt quidam non non rectè) ET C. AVFIDIO VICTORINO COS. S. Zephyrini Papæ Romani ANNO III. Seueri Imper. VIII. Quamquam imperatore absente adhuc in expeditione Parthica & Adiabenica, Arabibus & Persarum Rege Abagaro in deditione anno præcedenti receptis, persecutio Christianorum Romæ aliquantulum cessare videretur, fortassis Apologetici sui admiculo. Videns tamen TERTVLLIANVS & se & alios Scriptores Apologijs suis pro Christianis nihil aut parum profecisse ad conuersionem Gentium, alio genere scripti eos adgressus, ab ipsa anima adhuc ethnica audaces idola testimonium flagitat; atque adeò LIBRVM DE TESTIMONIO ANIMÆ inscripsit. In quo vrget illas vulgi voces: *Quod Deus dederit, Si Deus voluerit, Benedicat ie; Deus, Deus videt; omnia; Deo commendo; Deus reddet; & Deus inter nos iudicabit.* Fit mihi multum verisimile hoc
Tom. 1. lib. de Testim. Anim. c. 2. nu. 5. 6. 7. etiam anno consciptum LIBRVM DE FATO, cuius fragmentum vnicum exstat, & tamen ab
Tom. quar. Tom. 3. lib. de Anim. c. 20. n. 266. ipso Auctore commemoratur in hæc verba: *Potestates enimuerò præsunt. Secundum nos quidem*, inquit, *Dominus Deus, & Diabolus æmulus; secundum communem autem opinionem & prouidentia & Fatum & necessitas, & arbitrij libertas. Nam hæc & Philosophi distinguunt, & nos secundum fidem differenda, suo iam nouimus titulo.* Atqui in hunc annum etiam reijcimus statum vitæ nouum Auctoris, quo in Presbyterorum ordinem adlectus sit, fortassis ab Agrippino Carthaginiensi Episcopo. Eum enim aliū fuisse ab Agrippino siue Agrippa Episc. Alexandrino, cuius meminerūt sub M. Aurel. Imper. Eusebius & Nicepb. sub M. Antonino Philosopho Imper. Zonaras, sub Antoniuo Vero Vrspergensis Abbas; inde mihi videtur, quòd B. Cyprianus Epist. 70. ad Ianuar. ex Antecessoribus suis Agrippinum fuisse significet, & B. Auguſt. l. 2. contra Donatum cap. 7. ipsum B. Cypriani prædecessorem nuncupet. Maximè quum alia esset ab Affrica Ægypti prouincia, in qua Alexandrinus ille Episcopatum agebat, & B. Cyprian. Epist. 71. ad Quinctum scribat Agrippinum bonæ memoriæ virum cum suis coëpiscopis, (quos etiam Antecessores suos nuncupat Epist. 70.) decretum de hæreticis baptizandis feciſſe. Et verò statim accepto sacerdotio continuisse Auctorem à matrimonij vsu pari consensu cum sua coniuge; mihi fit verisimile ex consuetudine Ecclesiæ Latinæ, iam inde à Decreto S. Clementis PP. I. maximè quum
Tom. 2. lib. 1. ad Vxor. c. 1. nu. 11. Ibid. cap. 5. & 6. n. 34. ac 35. propendere eò videantur hæc eius ad Vxorem verba: *Ne me putes propter carnis tuæ integritatem mihi reseruandam de contumelia dolore suspectum, insinuare iam hinc tibi videtur is consilium.* Item: *Tempus*, inquit, *in collecto est; superest vt qui matrimonia habent, tamquam non habentes agant. Quòd si habentes, obliterare debent, quod habent, quanto magis non habentes.* Certè id multis eo tempore fuisse vsitatum ibidem indicat:
Ibid. ca. 6. num. 37. et 38. *Quot enim sunt*, inquit, *qui statim à lauacro carnem suam obsignant? Quot item, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt? Voluntarijs spadonibus, pro cupiditate cœlesti saluo matrimonio, abstinentia toleratur.* Iam verò Presbyter factus, poteſtatis sibi concessæ & de absoluendis Pœnitentibus, & de sacrificijs offerendis haud immemor, LIBROS DE POENITENTIA & DE ORATIONE conscripsit, quibus & pœnitendi modū tum Cathecumenis, tum Christianis Lapsis, & quos ritus seruare de beant in
Tom. sectū. in sacrificio fideles, præscribit. Possunt etiam in hunc annum reijci scripta, quorum B. Hieronymus
Tom. quar. meminit hodie desiderata. DE CIRCVMCISIONE, DE VESTIBVS AARON, DE MVNDIS ET IMMVNDIS ANIMALIBVS; denique DE TRINITATE; fortassis etiam LIBER DE BAPTISMO GRÆCVS, vt potè qui videatur consciptus post Concilium Agrippini. Nam
Tom. 3. lib. de Baptism. eiusdem fuisse argumenti Auctor indicat: *Sed circa hæreticos sanè*, inquit, *quid cuſtodiendum sit, dignè quis retractet. Ad nos enim editum est. Hæretici autem nullum habent consortium nostræ disciplinæ*, &c. *Sed de istò plenius*

A *niùs iam nobis in Graco digestum est.* Verùm de hoc & Agrippini, & ipsius Paradoxo, inter Prolegomena latiùs. Portò hoc anno etiam oportet contigisse, quod scripsit libro ad Scapulam anno sequenti: *Ceterùm & imbre anni præteriti, quid commeruerit genus humanum apparuit; cataclysmum felicet & retrò fuisse propter incredulitates & iniquitates hominum.* Fortassis & illud: *Et ignes qui super mœnia Carthaginis proximè pependerunt per noctem, quid minati sint, sciunt qui viderunt; & priscina tonitrua quid sonarint, sciunt qui obdurueruntur. Omnia hæc signa sunt imminentis iræ Dei, quam necesse est, quoquo modo possumus, vt & adnunciemus & prædicemus, & de precemur interim localem esse. Vniuersalem enim & supremam suo tempore sentient, qui exemplo eius alter inter prætantur.* *ca. 15. num 106. & 107.* *Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 3. num. 13. & 14.*

Anno Domini CCII. L. ANNIO FABIANO, ET M. NONIO M.F. MVTIANO Cos. S. Zephyrini Pontificis Romani anno III. Seueri Imper. IX. quum Scapula vir Consularis Ordinis, Præses Carthaginis, & proinde Africæ Proconsul, nondum adhuc decreta ab Imperatore persecutione, immò fortassis Romæ prohibita, crudeliùs tamen ceteris Carthagini grassaretur in Christianos, LIBRVM AD SCAPVLAM scripsit TERTVLLIANVS. In quo inprimis beneuolentiam captat à Christianorum innocentia, & non solùm oratione, sed & sacrificijs suis pro salute Imperatoris, ex quo iam Presbyterum fuisse constat. Deinde sanguinis Christiani effusioni imputat *portenta* eius temporis *& exitium Byzantinum*, quorum antea mentionem fecimus, & exempla punitionis adfert, tum *Valgy Saturnini, Hilariani*, & ipsius *Scapulæ in Africa*, tum *Claudij Herminians in Cappadocia*, Persecutorum fidei Christianæ. Post hæc hortatur ad dissimulationem ab huiusmodi caussis, exemplis tum *Seueri & Antonini* Impp. suprà adductis, *& M. Aurel. Imp. in expeditione Germanica*; tum Præsidum & Proconsulum *Seruilij Prudentis* sub Antonino Vero Imper. *Vespronij Candidi* sub Imp. Com- B modo, *Cincy Seueri*, qui postmodùm à Seuero Imper. *Vespronij Candidi* sub Imp. Commodo, *Concij Seueri*, qui postmodùm à Seuero Imper. interfectus est, *Apri* quoque & *Arij Antonini* (hic à Lampridio Arius, ab alijs Brusius Præses, appellatur) qui sub Antonino Imper. Consules fuerunt. Denique conqueritur, quum *à primordio mandatum sit gladiotenus animaduerti*, & id obseruaretur à *Præsidibus Legionis & Mauritaniæ*, iussu ipsius Scapulæ etiam *cremarentur* Christiani. Quò pertinet & illud Apolog. *Sarmentitios & Semaxios appellatis, quia ad stipitem dimidij axis reuincti sarmentorum ambitu exurimur.* Vbi etiam recenset illud damnationis genus, quod ad *Lenonem damnata fuit Christiana potius quàm ad Leonem.* Idem LIBRO AD MARTYRAS in carcere constitutos, quem eadem tempestate conscripsit, præter *gladium & summam pœnam*, addit etiam: *crucem rabiem bestiarum, & omne carnificus ingenium in tormentis.* Vbi etiam meminit consuetudinis, qua *pacem in Ecclesia non habentes*, vt potè lapsi, *à martyribus in carcere exorare consueuerunt*; quam etsi sub finem vitæ iam hæreticus non probet, in Ecclesia permansit vsque ad B. Cypriani tempora, iuxta quod tractauimus in vita illius latiùs. Eadem omnia Martyrum supplicia repetit LIBRO DE PATIENTIA, quem etiam huius persecutionis occasione conscripsit. Vbi fugam quoque in persecutione patientiæ bono imputat, atq; adeò nondum Montanistis addictus fuit, ex quorum sententia librum de Fuga in persecutione contrarium postea, sed frustrà scripsit. Et verò sub *scapula damnatum* fuisse *ad bestias S. Mauilum Adrumeticum*, disertis verbis adtestatur Auctor. Potrò Romæ hoc anno fuisse Auctorem ex illis verbis apparet: *Gemmarum quoque nobilitatem videmus Romæ, de fastidio Parthorum & Medorum, ceterorúmque gentilium suorum coram matronis erubescentem, nisi quòd nec ad offensionem ferè habentur. Latent in cingulis smaragdi, & cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.* Quod factũ interpre- C tamur in triumpho Seueri Imper. de Parthis, de quo in Fastos Consulares huius anni sic relatum inuenimus: IMP. CÆS. L. SEPTIMIVS M. F. SEVERVS, PIVS, PERT. AVG. ARABICVS, ADIABENICVS, PARTHICVS, MAXIMVS, PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. Cos. II. P. P. PROCOS. IMP. XI. ET IMP. CÆS. M. AVRELLIVS SEV. AVG. F. ANTONINVS, PIVS FELIX, AVG. TRIB. POT. III. Cos. DESIGNATVS IMP. VNA DE ARABIBVS, PARTHEIS, ADIABENEIS QVE ET REGE ARTABANO, TRIVMPHARVNT. Cuius triumphi etiam meminerunt Spartianus & Herodianus. Facit pro hac nostra sententia, quòd etiam morem in Triumphis vsitatum describat Auctor tanquam testis oculatus: *Hominem*, inquit, *se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru, admonetur. Suggerunt enim ei à tergo: Respice post te, hominem te memento.* *Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 2. num. 11.* *Ibid. cap. 3. nu. 13. 14. 15. 17. 18. & 20.* *Ibid. ca. 4. nu. 32. 36. 39.* *Ibid. n. 23. 25. 26. 27. 47.* *Ibid. n. 43. 44. 45.* *Tom. 1. Apolog. Vr. num. 619.* *Ibid. num. 628.* *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46.* *Ibid. cap. 1. num. 12.* *Tom. 2. lib. de patient. ca. 13. n. 88.* *Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 3. num. 21.* *Tom. 2. lib. de Fuga. n. 56.* *Tom. 1. lib. Apolog. c. 33. nu. 456.*

Anno Domini CCIII. Imp. CÆS. L. SEPT. M. F. ARAB. ADIAB. PART. III. ET IMP. CÆS. M. AVREL. SEV. AVG. F. ANTONIN. AVG. COS. S. Zephyrini Papæ Romani anno IIII. ipsius Seueri Imper. X. aut certè præcedenti, iam grassantibus non solùm antiquis, sed & recentioribus aliquot hæresibus, vel in ipsa Africa, edidit TERTVLLIANVS verè aureum illud opus DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, vt potè quod ante alios omnes scripsit eiusdem argumenti libros, ex his Auctoris verbis constat: *Sed nunc quidem generaliter actum est à nobis aduersus hæreseis omneis, certis & iustis & necessarijs præscriptionibus repellendas à collatione scripturarum. De reliquo, si Dei gratia adnuerit, etiam specialiter quibusdam respondebimus.* In eo sub finem Catalogum hæreticorum recenset, qui ad id temporis Ecclesiam dilacerarunt, B. Irenæum imitatus, quamquam ordine temporum non satis obseruato, quem nos adeò, quantum fieri potuit, expressimus. Imprimis *Tom. 3. lib. de Præscr. ad. c. ha. 45 n. 293. & 294.*

1 *Ibid. n. 295.296. 297. 298. 299.*

daſmi[1] *hereticorum* genera quatuor, *Doſitheum Samaritanum, Sadducæos, Phariſæos,* & *Herodianos.* Deinde eos [2] *qui ex Euangelio hæretici eſſe voluerunt* in vniuerſum numero XXV. *Simonem Magum, Menandrum Nicolaum, Cerinthum & Hebionem,* qui ſub Apoſtolis ſuas ſparſerunt hæreſeis, atque adeò ſub Tyberio, Claudio, Nerone, & Traiano. Item [3] *Saturninum* & *Baſilidem, Ophitas, Caineos, Sethoitas,* & *Carpocratem,* ſub Apoſtolorum diſcipulis vſque ad Hadrianum Imperatorem. *Valentinum* deinceps, eiuſdem adſeclas *Ptolomæum ac Secundum, Heracleonem,* & *Marcum ac Colorbaſum,* quorum coryphæum illum *in Catholicam primò doctrinam apud Romanenſes credidiſſe ſub Hygino Papa, Antonini ferè Principatu* tradit Auctor, & *ſub Epiſcopatu Elcutheri ob inquietam ſemper curioſitatem, vnà cum Marcione, ſemel & iterum* [3] *ejectum eſſe ab Eccleſia;* ſectatores verò eius ſub Pijs Pontifice & Imperatore. [4] *Cerdonem* deinde eiuſque diſcentem *Marcionem,* illiuſque ex diſcipulis magiſtros *Lucanum* & *Appellem;* quorum prior cum Valentino cœpit, Marcion & alij ſub Aniceto, Sotere, & Eleuthero, Imperantibus Pio & Aurelio. [5] *Tatianum* poſt hæc, quem etiam ſchiolam ſuam erexiſſe ſcribit Clemens Alexand. ſub annum XII. Antonini Pij. Quid? quòd *Cataphrygas* quoque, in quorum hæreſin poſtea incautus incidit, [6] *hæreticos* nominatim appellet[7], *quorum quidam dicuntur* κατὰ *Proclum* (de quo infrà latiùs) *alij ſecundum Æſchinem,* quibus non modò hæreſin, ſed & *blaſphemiam* impingit, *qua in Apoſtolis dicebant Spiritum ſanctum fuiſſe, paracletum non fuiſſe,* & *paracletum plura, meliora, atque maiora in Montano dixiſſe, quàm Chriſtiam in Euangelio protuliſſe,* de cuius temporibus mox latiùs. [8] *Blaſtum* denique, de quo ſuprà; *Theodotum Byzantium* ac *Theodotum Coriarium Melchiſedechianum* ſub S. Victore Pontifice, & Commodo Imperatore, & *Praxeam,* de quo poſtea, ac *Victorinum,* qui illius hæreſin corroborare conatus eſt. Fit eodem libro etiam mentio ex Apoſtolo Paulo aliorum hæreticorum, nempè[9] *Phygelli* & *Hermogenis, Hymenei* & *Phyleti.* Item[10] *Nigidij, neſcio cuius,* & *Hermogenis.* Sed de hoc quoque paulopoſt latiùs. Porrò ad eodem anno indictam perſecutionem Chriſtianorum à Seuero Imp. adludit Auctor in hæc verba de Amphitheatro loquens: [11] *Illic quotidiani in nos leones expoſtulantur, inde perſecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur.* Item illud: *Scire volunt ſcilicet tempus perſecutionis, & locum tribunalis, & perſonam præſidis.* Aliáque complura in libris, quos infrà recenſebimus. Hic duntaxat comprobabimus, non in annum VII. aut XI. ſed in hunc potius X. imperij Seueri annum referendum dictæ perſecutionis initium. Imprimis B. Hieron. Cat. Script. Eccleſ. in Origene, & poſt eum Sophronius ac Nicephorus Græcus ſcribunt, X. Seueri Pertinacis anno aduerſus Chriſtianos perſecutione commota Leonidem ipſius Patrem Chriſti martyrio coronatum, ille verò inter primos martyras recenſetur ab Euſebio hiſt. Eccleſ. lib. 5. qui Alexandriæ, vbi maximè perſecutio abundabat, paſſi ſunt Deinde Ludas ac hunc vſque annum Chronographiam perduxit, quòd inſtare putaret aduentum Antichriſti ob hanc perſecutionem grauiſſimam. Denique diſertis verbis Spartianus ſignificat, non niſi poſt Conſulatum cum filio in Syria initum (qui in hunc annum incidit) Alexàdriam profectum, peregrinatione ea ſuſcepta propter religionem Dei Serapidis: in quo (inquit) itinere, Iudæos fieri ſub graui pœna vetuit; idem etiam de Chriſtianis ſanxit. Qua perſecutione paſſi ſunt quàm plurimi martyres Alexandriæ ſub Læto præfecto, ac in Ægypto, Libya & Thebaide ſub Aquila tyranno; in Gallijs denique SS. Irenæus, Andeolus, Benignus, Andochianus, & Tyrſus. Porrò ad hunc annum referunt plenique inſcriptionem illam: M. AGRIPPA L. F. COS. III. FECIT; IMP. CÆS. SEV. COS. III. ET IMP. CÆS. M. AVR. ANTON. COS. PANTHEON VETVSTATE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT. Quod huc adducendum putauimus ad memoriam Eccleſiæ.

2 *Ibid. ca. 46. her. 1. 2. 5. 10. & 11. n. 301. 302. 305. 312. et 313.*

3 *Ibid. ca. 46. her. 3. & 4. num. 303. 304.*

4 *Ibid. ca. 47. her. 6. 7. 8 n. 306. 307. 308.*

5 *Ibid. ca. 48. her. 9. nu. 309.*

6 *Ibi. c. 30 n. 165. ac 167.*

7 *Ibid. c. 49. her. 12. 13. 14. n. 315. 316. 317.*

8 *& cap. 50. hæreſ. 15. n. 319.*

9 *Ibid. ca. 51. her. 16. 17. 18. et 19 n. 321. 322. 323. ac 334.*

10 *Ibi. cap. 52. h. 20. num. 326.*

11 *Tb. he. 21. nu. 327.*

Anno Domini CCIIII. P. SEPTIMIO M. F. GETA, ET L. SEPTIMIO PLAVTIANO, COS. S. Zephyrini Pontificis Romani anno V. Seueri Imper. XI. etſi perſecutione iam vigente, non tamen deſtitit TERTVLLIANVS à ſcribendis aduerſus hæreſeis libris. Inter quos primo loco collocandum cenſemus DE BAPTISMO ADVERSVS QVINTILLAM, vt potè quem ſcriptum conſtat antequàm aliquo modo ad hæreſin propendere cœpiſſet, ex eo quòd factionis fuerit Montaniſtarum *Quintilla,* à qua dicti os Quintillianos, ex Epiphanio illic deduximus. An aliud quid *aduerſus Montanum* ipſum ſcripſerit Auctor, non æquè probari poteſt, ſed veriſimile ſit, tum ex illis B. Auguſtini verbis lib. de hæreſ. Ad Cataphrygas tranſijt, quos antè deſtruxit, tum maximè ex Niceph. libro 4. cap. 34. qui tradit Auctorem ad ſtatam mediámque ætatem in Eccleſia Catholica Presbyterum plura aduerſus *Montani* dogma conſcripſiſſe; poſtea verò in illius delapſum errorem, plures rurſus libros pro illo compoſuiſſe. Qui quum *Montani* hæreſeos hiſtoriam lib. eiuſdem c. 18. 20. 22. 23. 24. & 25. latè tractet, ex Apollinari Hierapolitano, Rhodone, Miltiade, Serapione, & Apollonio, qui aduerſus illum ſcriptis ſuis diſputarent, ſecutus Euſeb. lib. 5. cap. 3. 4. 14. 15. 16. 17. & 18. nos (præter ea quæ ad lib. de Præſcript. adu. hæret. adnotauimus) eam, vti promiſſis ſatisfaciamus, in compendium hic redigendam putauimus. Pagus quidam eſſe dicitur in Myſia Phrygiæ, quæ nuncupatur Ardabam, vbi ferunt quendam *Montanum* nomie, qui nuper ad fidem venerat, Grato tum Proconſule Aſiæ, primùm inſatiabili quadam animi cupiditate in primatu ambiendo incenſum; ſunul atque additum diabolo ad ſe patefeceratſpiritu quodam maligno abreptum, & de repentè furore & mentis inſania exagitatum, peregrinas quaſdam voces fundere, & contrà quàm Eccleſiæ conſuetudo ex traditione & ſucceſſione Apoſtolorum deriuata poſtulabat, prophetare cœpiſſe. Quas etſi adulterinas voces quidam agnoſcentes, ne deinceps ita

To. Tertio.

Lib. de Baptiſ. nu. 2.

Tom. 2. lib.

A deinceps ita garriret, inereparent, inter quos Episcopi Zoticus Comanæ siue Ostrenus, & Iulianus Apamiæ; & Martyres quoque Gaius & Alexander cum illo eiúsque infantis vatibus *Maximilla & Priscilla*, quas antea meretrices eodem spiritu dæmon impleuerat, ad extremum vsque spiritum communicare recusarent: Pauci tamen ex Phrygibus illi cœperunt adhærere, & Theodotus ille, de quo suprà, eius cómentitiæ Prophetiæ quasi procurationem suscepit. Qui inde in Galatiam, Pontum, & Asiam progressi, etiam Alexandum quendam sibi adiunxerunt, conuictio familiariter à Maximilla excipi solitum, Alcibiadem quendá & Themistionem, qui falsò se Confessores & Martyras Christi iactitabant. Idque (vel B. Hieron. cum illis consentiente) sub Imperio M. Aurelij Imperatoris initio Pontificatus S. Eleutheri. Nam ad hunc ex Gallijs litteras tulerat B. Irenæus, à Lugdunensibus cum litteris S. Attali, aliorúmque Martyrum tum adhuc carcere conclusorum, in Asiam & Phrygiam missus, vti iudicium Ecclesiæ Gallicanæ de Pseudoprophetia illorum eò perferret. Idē etiam mea quidem sententia *Romanus Episcopus, litteras pacis, prædecessorum suorum auctoritate nixus, illis recusauit*. An ad hoc cooperatus fuerit Praxeas tunc adhuc Catholicus, penes Auctorem fides esto. Certè non solùm Romę & in Gallijs Episcopi, sed etiam qui Asiam incolebant, fœpenumerò & multis in locis in vnum conuenientes, Prophetiam illorum falsam explorarunt, detestabilem ostenderunt, & Montanistas communione priuarunt. Et verò Montanus infanæque eius Prophetides in Iudæmorem suspendio interierunt, non Martyrio; & Alexander ille Epheli ab Æmilio Frontiņo Proconsule propter latrocinia in iudicio condemnatus, quum falsò se Martyrem prætexuisset, ne à suis quidem, quia latro, receptus est. Denique Theodotus ille sublimis in cœlum à dæmone elatus, Simonis Magi instar, de repentè præceps delapsus, ita miserè vitam finijt. Atqui de erroribus

de Praser. aduers. hæ. c. 52. hær. 21. nu. 327.

Tom. 3. lib. ad. Praxeā. c. 1. n. 7. & 10.

B Montani, in quos postea Auctor incidit, inter Paradoxa eius latiùs. Porrò hoc anno ante Kalendas Iunias, ad quas incipiebat annus XI. Seueri, censeo accidisse quod scribit Auctor: *Agones istos, contentiosa sollemnia & superstitiosa certamina Græcarum & religionum & voluptatum quanta gratia istud sæculum celebret, etiam Africa liquit. Adhuc Carthaginem singulæ ciuitates gratulando inquietant donatam Pythico agone post stadij senectutem.* Nam eò pertinere videtur illa Numi vetus inscriptio: SEVER. PIVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. X. siue: ANTON. PIVS, vna ex parte, & ex altera: INDVLGENTIA AVG. SC. IN CARTHAGINE; item & Græca illa: ΑΥ. ΚΑΙ ΣΕΟΥΑΡΟΣ ΠΕΡΤ. ΚΑΡΤΑΓ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΟΣ; vt potè qua significetur institutos ludos illos Carthagini à Seuero & Antonino Impp.

Ibi li. adu. Gnost. c. 6. nu. 40. & 41.

Anno Domini CCV. L. FABIO M. F. SEPTIMIANO II. ET M. ANNIO M. F. LIBONE Cos. S. Zephyrini Papæ Romani anno VI. Seueri Imper. XII. partim occasione dicti Pythici agonis, aliorúmq; certaminum Carthaginis exhibitorum, partim quòd iam indicti essent Ludi Sæculares Romę, ad quos per præcones cõuocari solebant omnes, vtpotè qui nec spectati nec spectandi iterum forent; vt Christianos ab ea profectione deterrerent, scripsit TERTVLL. & Græce & Latinè insignè illum LIBRVM DE SPECTACVLIS, quo pulcerrimè deducit, quidquid ad 4. Spectaculum genera pertinet, ab Idololatria suam habere originem, atque adeò Christianis interdicta. Certè hoc anno octauorum Ludorum sæcularium à Seuero celebratorum non modò meminerunt. Censorinus lib. de Die natali, Dion & Herodianus, quorum hic eos vidisse se scribit, sed etiam, testibus Fastis Consularibus: LVDI SÆC VLARES OCTAVI EX SC. FACTI, & inuenitur hæc Numi inscriptio: M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. SÆCVLARIA SACRA SC. Existimant etiam Arcum Seueri triumphalem,

Tom. secun. lib. de Spectac. n. 2. & de. inscept.

Tom. 2. lib. de Idolol. c. 13. n. 90. & 23. nu. 163. nu. 111. 15. num. 11.

C qui etiamnum exstat, ea occasione hoc anno erectum, Politianus & Onuphrius, cuius inscriptionem habes suprà; quorum vterque latissimè & originem & omnes ritus Sæcularium Ludorum prosequitur. Et verò tam latè de omnibus Ludorum Spectaculis in illis exhiberi solitis Auctor tractat, vt alio Commentario Lectori curioso non sit opus; maximè si consulat & Adnotationes nostras. Eodem penè tempore conscriptum constat LIBRVM DE IDOLOLATRIA, vtpotè in quo & huius libri *ac persecutionis* meminerit, & *Sollemnia Cæsarum* ad Idololatriam pertinere aditruit, sicuti etiam multa alia, in quibus directè consistit Idolorum cultus. In eundem quoque annum referimus LIBROS, DE HABITV MVLIEBRI, & DE CVLTV FEMINARVM; quorum priori nimium ornatum, posteriori magis capilli, & cutis curam superfluam, reprehendit. Videntur eodem anno etiam conscripti LIBRI AD VXOREM DVO. Nam quum priori à nuptijs secundis tantùm dehortetur, & posteriori saltem nuptias cum Gentilibus interdicat; apparet eos conscriptos ante hæresin Auctoris, fortassis Romæ, quò frequenter discurrere solet saltem ad absentem, & quantum apparet à valetudinario, quippè qui priorem admonitionem tamquam iam morituras *Legatum ac Fideicommissum* nuncupet.

Tom. 2. lib. de Idolol. c. 7. n. 44. li. 2. ad Vxor. c. 1. n. 1. 2. & 3. l. ad Vxor. c. 1. num. 4, & 6.

Tom. quar.

Anno Domini CCVI. Imp. Cæs. M. Avr. BASSIANO SEV. AVG. F. ANTONINO AVG. II. ET P. SEPT. SEV. AVG. F. GETA Cos. S. Zephyrini Romani Pontificis VII. Seueri Imper. XIII. quum hæreses variæ grassarentur in Africe, adscribendum aduersus eos seriò se contulit. Inter quos primus occurrit LIBER ADVERSVS APELLETIANOS, etsi hodie desideratus, id est *Apellis discipuli Marcionis sectatores*, de quibus Auctor: *Adhuc*, inquit, *in seculo supersunt, qui meminerint eorum, etiam proprij discentes & successores ipsorum ne posteriores negare possint*. Eodem anno conscriptos putamus LIBROS ADVERSVS HERMOGENEM duos, DE MATERIA DEO COÆTERNA vnum, DE CENSV ANIMÆ BI-

Tomo tertio & quarto.

EADEM MATERIA alterum. Qui quo tempore disseminare suas hæreseis cœperit, non ita constat; attamen ex parte id significare videtur B. Hier. Catal. Script. Eccles. dum contra *Hæresin Hermogenis* primùm scripsisse tradit Theophylum Antiochenum. Qui etsi sub Imper. Vero floruerit, eidem tamen superuixisse, ex eius lib. 3. ad Autolycum comprobatur, vbi annos & mundi, & Romani Consulatus, & Cæsarum vsque ad obitum Veri Imper. computat. Proinde sub Commodo potius Imperatore illum suos sparsisse censemus; qui tamen ætate Auctoris adhuc vixerit, vel eo teste in hæc verba: *Hos* (inquit de Marcione, Valentino, & Apelle loquens iam mortuis) *vt insigniores & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Ceterum Nigidius nescio quis, & Hermogenes, & multi alij, adhuc ambulant subuertentes viam Domini.* Et verò in Africa *Hermogenem* floruisse testis est Philastrius lib. de Hæres. cui Auctor addit tamquam Magistrum aliquem *Nigidum*. Quum etiam superesset adhuc *Valentinianorum hæreticorum examina*, ducibus præter primos illos suprà adductos *Theotimo, Axionico, Alexandro & Prodico*, B. Irenæum imitatus ad verbum penè, LIBRVM conscripsit ADVERSVS VALENTINIANOS. De prioribus duobus sic auctor: *Multum circa imagines legis Theotimus operatus est. Ita nusquam Valentinus, & tamen Valentiniani, qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Athiochia Axionicus memoriam Valentini, integra custodia regularam eius, consolatur.* De tertio in hæc verba: *Nam vt penes quendam ex Valentinianis factione legi, primo non putant terrenam & humanam Christi substantiam informatam.* De quo verò loquatur subiecit: *Insuper argumentandis libidine ex forma ingenij hæretici locum sibi fecit Alexander ille.* Et tursum: *Sed remissio Alexandro cum suis syllogismis.* Deniq; de postremo duo occurrunt loci. Vnus: *Quòd si iam tunc Prodicus aut Valentinus adsisteret.* alter: *Quum alius Deus inferitur aduersus creatorem; tunc male, quamplures, secundum Valentinos & Prodicos.* Neque enim ibi legi posse *Proclos*, quod erat in excusis codicibus, præterquàm quòd suo loco comprobauerimus, vel eo conuincitur quòd *Proclus* seu *Proculus* non Valentinianus fuerit, sed Montanista, à quo dicti *Cata Proclum* quidã Montani sectatores; quum antea adhuc Catholicus aduersus Valentinum scripserit. Et verò quum vocet illum auctor *virginis senectæ & Christianæ eloquentiæ dignitatem*, videmur nobis adtigisse primum quod aiunt lapidem offensionis, in quem ipse impegit, dum partibus Montani fauere cœpit. Seductus, quantum apparet, admiratione quadã tum *virginis senectæ Proculi*, quẽ tunc senẽ fuisse oportuit, vt potè vel eodem teste *contemporalem hæresiarcharum Valentinianorum & eloquentiæ Christianæ*, quem in scriptis eius deprehendit. Pariter memor miser ille, quid antea scripsisset, fortassis huius tanti viri occasione: *Solent* (inquit) *miriones isti etiã de quibusdã personis ab hæresi captis adificari in ruinã: Quare illa, vel ille, fidelissimi, prudentissimi & vsitatissimi in Ecclesia, in illam partẽ transierit? Quis hoc dicens, non ipse sibi reprõdet; neq; prudẽtes, neq; fideles, neq; vsitatos æstimãdos, quos hæresis potuerint immutare? Quid igitur, si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo, si Doctor, si etiam Martyr lapsus à regula fuerit, ideò hæresis veritatem videbuntur obtinere? Exempla probamus fidem, an ex fide personam?* Alioqui certè non est verisimile in tam absurdam hæresin lapsum iri Auctorem, nisi ex tali quapiam occasione, fortassis etiam ex frequentatione ipsius familiari, dum subinde Romã inuiseret, nam Romæ *Proclum* habitasse postea deducemus; maximè quum antea blasphemiam dixerit, *Paracletum* quem Christus promisit, in Montano primùm apparuisse, & tamen in sequentibus scriptis non vereatur illi nomen Paracleti frequenter adscribere.

Anno Domini CCVII. NVMMIO CAEONIO ALBINO ET FVLVIO ÆMILIANO Cos. S. Zephyrini Papæ Romani VIII. Seueri Imper. XIIII. plerique passas scribunt Perpetuam & Felicitatem, idque iuxta Ven. Bedam die natali Seueri, quem adsignanr Martyrologia Vsuardi & Romanum Nonis Martijs, illis præterea adnumerantia Reuocatum, Saturninum & Secundiolum, simul passos in Mauritania ciuitate Thuburbitanorum. Quum autem *Perpetuæ fortissimæ Martyris* eo libro meminerit Auctor, oportet non anrè scriptum fuisse LIBRVM DE ANIMA, quem scripsit ADVERSVS PHILOSOPHOS ET HÆRETICOS. In quo etiam aduludit ad LIBRVM DE PARADISO. Quem conijcimus conscriptum fuisse occasione eorum, quæ vidisse scribit S. Perpetuam in paradiso. Et verò, vt ii in hac Christianorum per Africam quoque persecutione animos fidelibus adderet, censemus eodem penè tempore scripsrum LIBRVM DE SPE FIDELIVM. Quamquam interim verissimum comperiamus illud Prouerbij, quòd Error vnus alium trahat, vtpotè quum paradoxon sit vtriusque libri illius argumentum, & haud paucas præterea reperire sit opiniones non satis sanas in dicto libro de Anima, de quibus inter Paradoxa Auctoris cum Antidoto latiùs. Hoc vnum hîc addimus, scriptum illum librum, DE OMNI STATV ANIMÆ, vel ipso teste, qui adeò etiam *Commentarium animæ* nuncupat, vtpotè in quo tractetur quidquid olim à Philosophis & ab hæreticis de Anima tractatum fuit, vt neque Philosophis, neque Theologis alio hodie commentario sit opus.

Anno Domini CCVIII. S. Zephyrini Romani Pontificis IX. Seueri Imp. XV. M. FLAVIO M.F.M. N. AFRO ET Q. ALLIO FABIO CATVLLINO MAXIMO Cos. scriptum fuisse à TERTVLLIANO Librum primum aduersus Marcionem ex hisce verbis constat: *At nunc quale est vt Dominus à XII. Tiberij Cæsaris reuelatus sit, substantia verò ad XV. iam Seueri Imperatoris annum nulla comperta sit?* Atque adeò hoc tempore simul editos fuisse oportet LIBROS DE CARNE CHRISTI ADVERSVS IIII. HÆRESEIS, DE RESVRRECTIONE CARNIS, ET ADVERSVS MARCIONEM QVINQVE, vtpotè eodem scriptos tempore. Nam sicut etiam alibi diximus, libro de Carne Christi citatur liber Quartus aduersus Marcionem,

Tom. 3. l. de Præsc. adu. har. ca. 30. n. 176. & 177.
Tom. 3. lib. adu. Valẽt. c. 4. n. 32. 33. & c. 34.
Ibid. de Ca. Christ. c. 15 num. 127.
Ibid. ca. 16. num. 131.
Ibid. c. 17. num. 133.
Tom. 3. li. ad Gnos. vlt. num. 119.
Ibid. li. ad Prax. c. 3. n. 36.
Ibid. lib. de Præscr. ad. hæ. ca. 52. hær. 21. nu. 327.
Ibid. lib. ad Valent. ca. 3. nu. 44.
Ibid. n. 40.
Ibid. lib. de Præsc. adu. hær. cap. 3. n. 10. 11. 13.
Ibid. c. 52. hæ. 21. nu. 317.
Tomo Tert. lib. de Anima c. 55. n. 612. & 606.
Tomo quar. inter Fragmenta. Ibidem.
Tom. 3 lib. de Resurr. car. c. 2. nu. 25. & cap. 45. n. 520.
Tom. 3. lib 2. ad. Marc. c. 15. n. 102. Tom. 3.

A nem, libro de Resurrectione carnis II. & III. aduersus Marcionem, & libro v. aduersus Marcionem adlegatur liber de Resurrectione carnis, quo fit vt existimem primùm scriptos aduersus Marcionem Quatuor; intermedios deinde duos illos; & postremò aduersus Marcionem Quintum. Porrò, si hoc anno, vti Onuphrius tradit, celebrata sint Decemnalia Antonini Imper. Seueri filij, fortassis præoccupata anno integro ob discessum in bellum Britannicum, quem Cassiodorus his Coss. accidisse scribit, hoc etiam anno scriptus est LIBER DE CORONA MILITIS; Sin anno sequenti; quod mihi magis fit verisimile ex illa Numi inscriptione ANTONINVS PIVS AVG. COS. III VOTA SOLVTA DEO) vtrumq; contigerit illuc referre poterit Lector; dummodò scriptum nobiscum sentiat ante expeditionem Britannicam. Ad quam pertinet etiam inscriptio suprà posita, cum effigie Equitis manu iaculum tenentis: PROFECTIO AVGG. nam vtrumque filium secum duxit Seuerus; à quo quum P. Septimius Geta anno primùm sequenti Imper. Cæs. Aug. sit appellatus & Tribunitiam potestatem acceperit, sicuti Fasti habent Consulares, confirmatur dicta nostra coniectura. Conciliari quidem possunt Inscriptiones & fasti consulares cum Onuphrio & altera quad im Inscriptione, vbi appellatur Antoninus Aug. Trib. pot. x. Coss. III. desig. vt dicatur cœptus eius annus x. his Coss. ad Kal. Maias, & finitus anno sequenti Kal. Maijs: sed nos ad annum sequentem referre maluimus, ne hic prolixiores simus.

lib. de Coronâ Christi. c. 7. n. 65.

Lib. de Res. car. c. 2. n. 19. & 20.

Lib. 5. aduers. Marc. c. 10. num. 150. Tome. 2.

Anno Domini CCIX. S. Zephyrini Papæ Romani x. Seueri Imper. XVI. Imp. CÆS. M. AVREL. SEVERI AVG. F. ANTONINO AVG. III. ET P. SEPTIMIO SEVER. AVG. F. GETA Cos. Post celebrata Decemnalia Antonini Romæ à TERTVLLIANO scriptum censemus LIBRVM DE CORONA MILITIS. Romæ enim scriptum apparet ex verbis illis: *Erubescite Romani commilitones eius*, & ad Decemnalia videtur referendum illud libri frontispicium: *Proximè facta est* LIBERALITAS *Præstantissimorum* IMPE-B RATORVM; cui subijcienda putauimus quæ sequuntur, eo quòd occasionem scripti huius libri indicent; vtpotè in quo, contrà quàm alij mussitabant, Christianis coronæ vsum interdictum deducit. *Expungebantur*, inquit, *in castris Milites laureati. Adhibetur quidam illic magus Dei Miles, solus libero capite, coronamento in manu otioso. Singuli designare, eludere eminus, infrendere cominus in nostrum. Tribuno defertur, & persona iam ex ordine accesserat. Statim Tribunus: Cur (inquit) tam diuersus habitu? Negauit ille cum ceteris sibi licere. Causas expostulatus: Christianus sum, respondit. Suffragia exinde, & res apud Acta, & reus apud Præfectos. Ibidem penulas posuit, speculatorium pedibus abfoluit, gladium reddidit* (nam militaria omnia in signia in exautoratione militum exui solere, vel ex Herodiano lib. 2. manifestum est, initio Imperij Seueri) *Et nunc rubrastus sanguine suo, donatiuum Christi in carcere exspectat. Exinde sententiæ super illo, nescio an Christianorum (non enim aliæ ethnicorum) vt de abrupto & præcipiti & mori cupido, qui de habitu interrogatus, Nomini negotium fecerit.* Nec verò omittendum illud: *Planè superest, vt etiam martyria recusare mediteretur. Mussitant denique tam bonam & longam sibi pacem pericliari. Nec dubito quosdam scripturas emigrare, farcinas expedire, fugæ accingi de ciuitate in ciuitatem. Nouis & pastores eorum in pace leones; in prælio cernos. Sed de quæstionibus confessionum alibi docebimus.* Denotat enim ibi aut librum de Fuga in persecutione, aut quod magis placet, SCORPIACON ADVERSVS GNOSTICOS (nempè *Prodicum Scorpiacum* & alios *Valentinianos Martyriorum refragatores*, qui iam in Africam irrumpere cœperant, de quibus videat Lector Adnotationes nostras) fortassis etiam Romæ scriptum. In eo enim & *de quæstionibus confessionum*, id est, quòd confiteri Christum necesse sit, latissimè deducit, & persecutionem omnium grauissimam, quæ dicta occasione post longam pacem (vt potè quum Romæ & in Africa ad id temporis pauci leguntur sub Seuero passi martyres) recruduisse videtur, his verbis describat: *In præ-*C *sentiarum est medius ardor, ipsa canicula persecutionis ab isto felicet cynocephalo* (vbi aut Seuerum Imperatorem, aut potius vrbis Romę præfectũ in absentia illus iam in Britanniã profecti, intelligit) *alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probauerunt; alij fustibus insuper & vngulis degustato martyrio, in carcere esuriunt.* Porrò Seuerum propterea absentem in Britannia diximus, quod expeditionis Britannicæ hoc anno, vti antea probauimus, factæ meminerint Euseb. in Chronic. Oros. lib. 7. c. 11. Paulus Diaconus lib. 8. cap. 1. & ante eos Spartianus, Herodianus, & Dio in Seuero. Nondum enim Britanniam Romanis paruisse ad id vsque temporis, etiam ipse verbis his suprà citatis indicat: *& Britannorum in accessa Romanus loca, Christo vero subdita*, vt potè Lucio Britanniarum Rege pauloante ope S. Eleutheri Papæ ad fidem conuerso; item etiam illis: *Britannie intra Oceani fines conclusa sunt.*

Tome secũdi lib. de Coronâ milit. c. vlt. num. 205.

Ibid. c. 1. nu. 2. & 3.

Ibid. nu. 4 5. 6. 8. 9. 10. 12. 14.

Ibid. n. 16. 17. 18. et 19.

Lib. ad u. Gnost. n. 1. et c. 1. n. 13.

Ibid. c. 1. n. 11. & 12.

Tom. 1. lib. adu. Iud. c. 7. nu. 43.

Ibid. n. 50.

Anno Domini CCX. S. Zephyrini Romani Pontificis XI. Seueri Imper. XVII. M. AVRELIO CLAVDIO M. F. POMPEIANO, ET LOLLIANO AVITO Cos. Romæ adhuc existens TERTVLLIANVS, scripsisse mihi videtur LIBRVM DE VELANDIS VIRGINIBVS, quem Græcè quoque scriptum esse his fatetur verbis: *Propriùm iam negotium passus mea opinionis, Latinè quoque ostendam, virgines nostras velari oportere.* De quo argumento anno sequenti latiùs. Scripsisse etiam verisimile est paulopòst, iam Carthaginem reuersum, LIBRVM ADVERSVS PRAXEAN, de quo Auctor: *Ipse*, inquit, *primus ex Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanæ humo, & aliàs inquietus; insuper & de iactatione Martyryj inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tædium. Fruticauerant auenæ Praxeanæ hic quoque* (nempè in Africa) *superseminatæ; traductæ dehinc per quem Deus voluit* (quantum apparet, *Zephyrinum* Papam, vt potè de quo tale quid tradat B. Opt. Mileuit. lib. 1. contra Parmenian.) *etiam eunuchæ videbantur. Denig; cauerat priscianus doctor de emendatione sua, & manet chirographum apud Pschicos, apud quos*

Lib. de Vel. virg. c. 1. n. 2. & 3.

Tome tertio lib. ad. Prax. c. 1. nu. 5. 6. 12. 13. 14. 15. 16. et 17.

tùc res gesta est, exindè silentiū. Auenæ verò illa vbiq; sūc semè excusserāt. Ita aliquādiu per hypocrysin subdola vinacitate latitauit, & nūc denuo erupit. Ex quibus verbis satis patet, & reuocasse sua hæresin aliquādo Praxean disputatione alicuius emendatum, sed iterū relapsum denuò erupisse; & dum hic liber scriberetur, adhuc superuixisse. Quamquam interim, si verum sit quod addit de Montani Prophetia eius ope expulsa, quandoquidem illum floruisse constet sub S. Eleuthero Papa oporteat iam senem fuisse Praxean. *Ibid. num. 8. & 11.*

Nos certè vix dum in eo quod dictum est, Auctori fidem adhibendam putamus; tum quòd S. Pacianus in hæc verba scribat de hæreticis secundum Phrygas. Et primùm hi pluribus nituntur Auctoribus. Nam puto Græcus Blastus ipsorum est, Theodotus quoque & *Praxeas* vestros aliquando docuerunt; tum, quod ipse Auctor, præterquàm quòd illic subiungat tam quam discipulos *Blastum*, & *Theodotum*, & *Praxean*, cum *Victorino*; illis qui *secundum Æschinem pronuntiabantur*, eandem hæresin adtribuit, & hoc libro impugnat.

Anno Domini CCXI. S. Zephyrini Papæ Romani XII. Seueri XVIII. M. Acilio M. F. M. N. Faustino, et C. Cæsonio C. F. Macro Rvfiniano cōpletum fuit, quod scribunt post Auctores supracitatos Cassiodorus in Chronico, & Ven. Beda histor. Eccles. lib. 1. capite 5. de Seuero, quòd vallum crebris turribus communitum in Britannia, per centum & amplius millia passuum de mari ad mare perduxerit, vt partem Prouinciæ grauiss. prælijs receptam à ceteris faceret securiorem. Pro quo facit etiam lex Seueri & Antonini Augg. Eboraci lata hoc Consulatu Non. Maij, quæ exstat Cod. libro 3. Tit 32. libro 1. Certè tunc primùm leguntur Inscriptiones, quibus appellatur Seuerus Britannicvs Max. Trib. Pot. xviii. ac Antoninus Britann. Trib. Pot. xiii. Imp. ii. Cos. iii. denique & illa: P. Sept. Geta Pivs Avg. Brit. Trib. Pot. iii Cos. ii. vno ex latere, & ex aduersa parte: Victoriæ Britan. Vtpotè quum tertius fuerit dumtaxat iste annus, ex quo Geta Tribunitiam potestatem cum ceteris Imperij insignibus acceperat. Porrò hoc ferè anno contigisse censemus, quod de Tertvlliano scribunt B. Hieron. Sophronius Catal. Scriptor. Eccles. ac Nicēph. lib. 4. capite 12. ac 34. Quum vsque ad mediam ætatem in Ecclesia Catholica presbyter permansisset, ad Montani dogma delapsum. Verumtamen magna est difficultas, quomodo scribat B. Hieron. id factum inuidia & contumelijs Clericorum Romanæ Ecclesiæ, ac Sophronius φθόνῳ καὶ παλαισμοῖς τῶν κληρικῶν τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας, & interpres Nicephori: propter Cleri Romani inuidiam, præsertim quum de eo nusquam conqueratur Auctor etiam in libris aduersus Ecclesiam scriptis; Maximè quum caussam illam reticens Vincentius Lirinensis, etsi B. Hieron. posterior, non aliud dicat, quàm Tertvllianvm Catholici dogmatis & vetustæ fidei parum tenacem, ac dissertiorem multò quàm feliciorem, mutata sententia in errorem delapsum, magnam fuisse in Ecclesia tentationem. Quem in hoc imitatur Abbas Trithemius. Est quidam qui inuidiæ caussam fuisse putet Auctori eloquentiam. Rhenani coniecturam, quamtumuis suspectam, sequuntur etiam Catholici quidam, qui suspicantur illum quum initio fauere cœpisset hæresi Montani, statim Ecclesiæ communione priuatum, priusquam se totum dederet; quare commotus ille prorsus in Montani partes transierit. Verùm non video, quomodo Excommunicatio nem Ecclesiam, quam Auctor *diuinam censuram & futuri iudicij præiudicium* appellat, B. verò Hieron. Epistо. ad Heliod. ante diem iudicij iudicium, quo electus de Ecclesia rabido dæmonis ore dissipabitur, non solùm inuidiæ, quam pro zelo etiam in sanctos agnoscit idem B. Hieronymus Epistol. ad Damas. de prodigo & frugi filijs) sed & contumeliarum nomenclatura ipse traduceret. Nos itaque, si quid in re incerta diuinare liceat, conijcimus *Tertullianum* post obitum Agrippini, in obtinendo Episcopatu Carthaginiensi repulsam passum fortassis inuidia Clericorum quorundam Ecclesiæ Romanæ, à quibus proinde etiam contumelijs adfectus, ad partes Montani descciuerit. Certè somitem illis inuidiæ administrare potuerunt loci aliquot in libris præcedentibus, quibus tacitè quorundam Clericorum, fortassis Romanorum, vitia reprehendit; non aliter atque postmodùm BB. Hieronymo & Paulino accidit eadem de caussa. Imprimis de frequentatione spectaculorum: *Sed Tragœdo inquit, vociferante, exclamationes ille* (nempè aliquis de Clero) *alicuius Prophetæ retractabit. Inter effeminationis modos, Psalmum secum comminiscetur; & quum athletæ agent, ille dictarius est, repercutiendum non esse; potenter & de misericordia moueri defixus in morsus vrsorum, & spongias retiariorum. Auertat Deus à suis tantam voluptatis exitiosæ cupiditatem. Quale est enim, de Ecclesia Dei in Ecclesiam diaboli tendere? de cælo (quod aiunt) in cœnum? illas manus quas ad Dominum extuleris, postmodùm laudando histrionem defatigara? Ex ore quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium redderet? ὡς ἀνάγκη, aliy omninò dicere, nisi Deo Christoq; Item illud in Artifices idolorum: Tota, inquit, die ad hanc partem zelus fidei perorabit ingemens Christianum ab Idolis in Ecclesiam venire, his manibus adorare, quæ foris aduersus Deum adorantur, manus admouere corpori Domini, quæ dæmonijs corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab alijs manibus accipiant quod contaminant, sed ipsæ tradunt alijs quod contaminauerunt. Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum Artifices Idolorum. Prò scelus! semel Iudei manus Christo intulerunt, isti quotidie corpus eius lacessunt. O manus prosciendendæ! Rursum illud de Pastoribus in persecutione fugientibus: Planè superest vt etiam martyria recusare meditetur, qui Prophetias eiusdem Spiritussancti respuit. Nouus & Pastores etiam eorum in pace leones, in prælio ceruos.* Denique

Tom. 1. Apolog. c. 39. num. 502.

Tom. 2. l. de Spect. c. 25. n. 187. 188. 189. 160. & 191.

Ibid. lib. de Idol. c. 7. n. 28. 29. 30. 31. 32. 33. & 34.

Ibid. lib. de Coron. mili. c. 1. n. 16. et 18.

de Ve-

de Velādis virginibus: *Illam consuetudinē, quæ virgines negat, dum ostendit, nemo probasset, nisi aliqui tales: quales virgines ipse. Tales enim oculi volent virginem visam, quales habet virgo quæ videri volet. Inuitem se eadem oculorum genera desiderant. Eiusdem libidinis est videri, & videre.* Auctor Commentarij S. Ambrosio adscripti in Epist. Pauli videtur interpretari inuidiam illam, quasi fuisset ipsius auctoris in Clerum Romanum. Sic enim inquit: Per inuidiam caritatem corrumpentes, scientiam ad nihilum deduxerunt. Nam & *Tertullianus* & *Nouatianus* non paruæ scientiæ fuerūt; sed quia per zelum, caritatis fœdera perdiderunt, in schisma versi, ad perditionem sui hæreses creauerunt. Ex quibus verbis fit etiam verisimilior mea coniectura ex eo, quòd ob repulsam Episcopatus Rom. in schisma & hæresim inciderit *Nouatianus*. Porrò si excommunicatus fuerat iustissimis profectò de caussis, etiam fortassis in absentem, eam tulit B. Zephyrinus Pontifex. Primùm enim in Libris omnibus scriptis citra XIII. Imperij Seueri annum, *Paracleti nouæ Prophetiæ frequenter, Spiritus sancti* etiam Montanici verbis iam citatis, meminit, sicuti etiam *mulieris Prophetidis* subinde, modò *Priscillam*, modò *Maximillam* significans; & similiter de *Ecstasi*, haber nón pauca, locis citatis inter Paradoxa Auctoris. Deinde *Ptychicos* quoque id est *animales* appellare cœpit Catholicos, tum aduersus Marcionē, tum aduersus *Praxean*, sicuti etiam ibi latiùs. Postremò omnia illa simul coniungens lib. adu. Praxean, *Romanum Episcopum*, quantum apparet, *Eleutherum* calumniatur, tamquam qui agnoscens iam *Prophetias Montani Priscæ & Maximillæ, ex ea agnitione pacem Ecclesijs Asiæ & Phrygiæ inferre paratus fuerit, nisi Praxeas falsa* (perperàm inquit) *de ipsis Prophetis & Ecclesijs eorum adseuerando, coëgisset litteras pacis reuocare iam emissas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare.* Et in super *diaboli negotium procurasse* dicit, *qui prophetiam expulit, & paracletum fugauit.* Certè ipse Auctor Excommunicationem in hæreticos ad probat non vno in loco.

Ibid. lib. de Velā. virg. c.2. nu. 13.

Tom. 3. lib. adu. Prax. c.1. nu. 7. 8. 10.

Ibid. nu. 11. Tr. 3. Scorp. adu. Gnost. c.4. nu. 10.

Anno Domini CCXII. S. Zephyrini Papæ Romani XIII. M. Aurelij Antonini Bassiani Pij Felicis Augustini Britannici, Germanici imperij I. Q. EPIDIO L. F. RVFO LOLLIANO GENTIANO, ET POMPONIO BASSO Cos. conscriptum censemus TERTVLLIANI LIBRVM DE FVGA IN PERSECVTIONE. Idque ante decessum Imper. L. Sept Seueri Pertin. Augustini qui eo anno pridie Nonas Februar. Eboraci mœrore magis quàm morbo mortuus est (in hoc adeò punitus à Deo iuxta Orosium lib. 7. cap. 11.) nondum elapso anno Imperij sui XVIII. vtpotè quū ab Idibus Maijs anni Domini 194. ad dictum vsque huius anni diem cōputanrur duntaxat anni XVII. menses VIII. dies XXI. quò fit vt hunc ann. I. Anton. faciamus. Aut saltem ante rediti Antonini ex Britannijs cū fratre suo P. Sept. Geta, Filici Augustini Britannico Imperij consorte, adhuc durante persecutione quam ipse (vt potè *lacte Christiano* imbutus, sicuti suprà ex Auctore diximus) vel Seuero Sulpitio teste, Sacræ hist. libro 2. cessare fecerit, vtpotè qui scribat ab obitu Seueri ad Decium vsque pacem Ecclesijs fuisse, præterquàm quòd à Maximino in Episcopos sæuitum fuerit; quam adeò longam pacem appellat B. Cyprian. lib. de Lapsis. Quam quam interim edicta Seueri adhuc aliquandiu viguisse, ex his Auctoris verbis videantur: *Nisi forte in Senatusconsulta & Principum mandata coitionibus opposita delinquimus.* Hunc quum contra Ecclesiam Christum adserant, vbi suprà, B. Hieronymus, Sophron. & Niceph. verisimile fit *Fabium* illum Romanum fuisse Presbyterum. Certè quòd aliquo ministerio Ecclesiastico functus, colligere est ex verbis illis: *Sed quum ipsi Auctores, id est, Diaconi, Presbyteri & Episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit?* Quibus interim quando (contra quàm sentit Auctor) fugere liceat, in Adnotationibus nostris latiùs. Meminit in eo etiam *Rutily sanctissimi Martyris*. Porrò & sub Seuero hauddubiè referti debet, quod scribunt Eusēb. & Nicephor. de Origenis prima persecutione maxima apud Alexandriam, antequàm sese ipsum constaret. Atqui ad intellectum Auctoris facit, vbi dicit: *Maledictum esse ante τὸ πάθος Deum Cæsarem nuncupare*; id quod latè recenset Herod. l. 3. de ritu obseruato in relatione Seueri Imper. post mortem in Diuos, per filios Romæ factæ, postquàm cineres ex Britannia secum allatos in vrna alabastrina iuxta illum, aut aurea iuxta Spartianum, in sepulcrum Antonini sunt illati. Hic præterea præterendum non putauimus, quòd quum pridie Non. Februar. perierit Seuerus, castigari deberent leges duæ Codicis, altera l. 6. Tit. 45. l. 1. vt legatur v. Kal. Februarij, pro: Ianuarij; altera eiusdem l. Tit. 37. l. 3. vti soli Antonino Aug. adscribatur, non Seuero & Anton. Augg. vt potè quum lata sit vi. Kal. Maij, diu post illius obitum; maximè quum exstet lex Antonini solius Kal. Maias data, & aliæ plures his Coss. latæ.

Tom. quin.

Tom. 5. lib. ad Scap. ca. 4. num. 36.

Tom. 3. lib. de Fuga in perse. c. 11. n. 78. & 78. ibi. c. 5. n. 41.

Tom. 1. Apolog. c. 34. num. 459.

Anno Domini CCXIII. S. Zephyrini Romani Pontificis XIIII. Antonini Imper. II. M. POMPONIO M. F. ASPRO ET ASPRO cos. siue duobus Aspris, quibus Cos. Leges Antonini variæ datæ leguntur (quorum seniorem eundem illum censemus, de quo suprà ad annum CCII.) solus Antoninus (testibus Herodiano & Spartiano) fratre Geta ad pectus suæ matris interfecto, postquàm imperauit annum vnum dies XXJ. ac sepulto in septizodio (quod à septem zonis cœli ita dictum Seuerus, vel Eusēb. teste, ædificauerat, ac in Diuos relato) Imperium vsurpauit. Insuper & alios plurimos, quantumuis patri fibique antea cariss imos, neci tradi iussit, inter quos commemorandi veniunt Papinianus-ille, eius ac Iuliani & Tertyliani IC. præceptor, Iuris Asylum cognominatus à Spartiano, & Sammonicus Serenus, cuius Libros plurimos exstare ille scribit, Gordiani postea Cæsaris pædagogus. In hunc annum referimus LIBRVM TERTVLLIANI DE EXHORTATIONE CASTITATIS, vtpotè quem Nicephorus libro 4. capite 54. inter eos recensēt, qui contra Ecclesiam

Tom. 5.

Lib. de Exhort. ca stit. c. 7. n. 40. Lib. de Pudic. cap. 21. num. 191.

Catholicam conscripti sunt, & in quo cò dementiæ videtur veniſſe, vt *apud tres etiã laicos*, vtpotè Montanum & inſanas eius Prophetides Priſcam & Maximillam, eſſe Eccleſiam exiſtimet, quẽadmodum latiùs idipſum alibi inculcat. Huic etiam anno adplicamus diſputationem illam Caij Scriptoris Eccleſiaſtici aduerſus Proclum, cuius meminerunt Euſeb. l. 6. c. 14. B. Hieron. Caio, & latiùs in hæc verba Nicęph. loco iam citato: Floruit, inquit, ſub Zephyrino Romæ Epiſcopo, Caius, Antonino Seueri filio imperante. Is aduerſus *Proclum* Montani propugnatorem diſſertationem copioſiſſimam habuit & compoſuit, temerariæ audaciæ, quòd nouam introduxerit Prophetiam, illum redarguens & confutans. Quam quidem nos aliquando exiſtimauimus anſam dediſſe Auctoriad Montani partes deficiendi; quod veriſimile fit in *Proclum* hac diſputatione conuictum, nec reſipiſcentem, à Zephyrino Excommunicationem latam fuiſſe, & omnes eius aſſeclas, inter quos hauddubiè Auctor, vtpotè Montaniſtarum *& Proclum* ſectator, non eorum qui ſecundum Æſchinem dicebantur, contra quos egit libro aduerſus Praxean. Verùm iam ante a illum deficere cœpiſſe, immò cõtra Eccleſiam ſcripſiſſe, ex ſuperioribus manifeſtum fit. Fortaſſis etiam hoc tempore contigit Origenis diſcipuli Clementis Alexandrini & Ammonij Romana ſub Zephyrino protectio, cuius meminerunt Euſeb. & Nicephor. quorum illelib. 6. cap. 12. cauſſam illius eam ſcribit, quòd in optatis illi eſſet antiquiſſimam illam Eccleſiam inuiſere. Quo tempore etiam alij Eccleſiaſtici ſcriptores ab illis enumerantur, Berillus Arabiæ Boſtrenus, Hippolytus iuxta quoſdam, Portuenſis, Alexander primùm Cappadociæ, deinde Hieroſolymorum Epiſcopi, quibus interſerit B. Hier. etiam Minutiũ Felicem, qui Apologeticum Auctoris per multa imitatus eſt.

Anno Domini CCXIII. S. Zephyrini Papæ Romani XV. Antonini Imper. III. IMP. CÆS. M. AVREL. DIVI SEVERI F. ANTONINO AVG. BRITAN. GERMAN. IIII. ET P. CÆLIO P. F. BALBINO II. cos. ipſe Antoninus Imp. Trib. poteſt. XVI. de Britanneis triumphauit. Quo anno à TERTVLLIANO ſcriptum exiſtimamus etiam aduerſus Eccleſiam LIBRVM DE MONOGAMIA. In eo inter cetera ſic legitur: *Quum magis nunc tempus in collecto factum ſit, annis circiter* CLX. *exinde productis.* Quos qui à Paſſione Domini computandos voluerint, tota via abcrrare ex ſuperioribus plus ſatis manifeſtum eſt, etiamſi, iuxta erroneum calculum Auctoris à Paſſo Chriſto vſque ad deuaſtationem Hieroſolymorum anni dumtaxat computarentur xxij. quos alij enumerant 52. quia vſque annum præſentem non ſolùm 160. ſed producti eſſent 188. Sunt etiam qui ab Apoſtolis hunc computum incant, eo quòd præmittatur: *poſt Apoſtolos*, in qua ſententia & nos fuimus; quum Adnotationes noſtras in eum ſcriberemus locum. Verùm SS. Petrus & Paulus primùm paſſi ſunt anno Neronis vltimo, qui in annum incidit Chriſti 69. à quo adhunc non niſi computantur anni 146. & S. Ioannes Euangeliſta vixit ad Traianum vſque, mortuus primùm anno circiter 100. vnde non plures ſunt anni quàm 114. Propiùs accedunt, qui ab Apoſtoli Pauli ætate computant annos illos *circiter* CLX. quorum ſententiæ accedimus: ſed quia ille primùm martyrio adfectus cum Apoſtolo Petro (vti iam dictum eſt) cenſemus ab eo tempore numerandos, quo Epiſtolam ſcripſit priorem ad Corinthios, ab anno nempè Domini circiter LIIII. Imprimis enim ſcriptam Epiſtolam vtramque ad Corinthios, poſtquàm ab ipſo ad fidem eſſent conuerſi, ex eiſdem fit manifeſtum; quæ conuerſio contigiſſe putatur anno Domini 51. quum ibi hæſit ad annum & menſes ſex. Deinde ſi Epheſi ſcripta ſit (ſicuti quidam & rectius habent Græci codices) ex hiſtorijs Peregrinationis Pauli ſatis patet dicto anno, qui incidit in duodecimum Claudij Imperatoris, Epheſi illũ habitaſſe. Siue ex Philippis (quod plures præ ſe ferunt & Latini & Græci codices) certè anno LV. Per Philippos iter feciſſe, poſtquàm Epheſo diſceſſerat, ſub feſtum Paſchæ, teſtantur Acta Apoſtolorum cap. 20. Et verò ſic intelligi debere Auctorem, vel ex illis dictis verbis colligitur, quæ leguntur 1. Cor. 7. *Quum nunc tempus in collecto factum ſit.* Atqui in hunc annum hoc incidere, non in XV. Seueri (vti quidam etiam viri eruditi coniectu-ram faciunt) ex eo perſpicuum eſt, quòd ille idem ſit cum anno Domini CCVIII. ad quem proindeab eo, quem diximus, non niſi anni CLIIII. conficiuntur, nec vlterius extendi poſſint, quòd anno primùm 51. fidei catholicæ initiati fuerint Corinthij. Porro fuit hic annus nobilitatus Conſulatu trium Imperatorij Ordinis virorum; nam præter Antoninum, & Balbinum, qui quartus ab illo imperauit, cum Pupieno, etiam ſuffectus fuit ex Kal. Martijs M. ANTON. M. F. GORDIANVS, qui poſtea Imper. Cæſ. Aug. appellatus à Balbino interfectus fuit; ſicuti rurſum ex Kal. Maijs P. Heluius Diui Pertinacis F. P. N. Pertinax paulopòſt occiſus ab Antonino.

Tom. 5. lib. de Monog. ca. 3. nu. 17.

Anno Domini CCXV. S. Zephyrini Romani Pontificis XVI. Antonini Imper. IIII. SILIO MESSALA ET Q. AQVILIO SABINO COS. Imperator ex expeditione Gallica, cuius Spartianus meminit, Romam reuerſus, à veſtis talaris genere inde allatæ, quam plebi diſtribuit, vt eo veſtitu ſeſe ſalutaret, Caracalla nuncupatus eſt. Hoc ferè anno ſcriptum cenſemus à TERTVLLIANO etiam aduerſus Eccleſiam, LIBRVM DE IEIVNIIS ADVERSVS PSYCHICOS. Ex quo imprimis fit veriſimile, cum *Proclo* reliquiſque Montaniſtis poſt dictam diſputationem, etiam Tertullianum à Papa Zephyrino excommunicatum fuiſſe, ex verbis inquam illis: *dum quaquaex parte anathema audiamus, qui aliter adnunciamus.* Deinde varia tum fuiſſe celebrata per Græcias Concilia, ita teſtatur: *Agunt*

Tome 5.

Lib. de Ieiun. cap. 1. num. 13. Ibid. c. 13. nu. 80. 81.

Agunt

præterea per Græcias illas certis in locis Concilia ex vniuerſis Eccleſijs, per quæ & alitora quaque in

commune

commune tractantur, & ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Conuentus autem illi stationibus prius & ieiunationibus operati. Quæ maximè contra Montanistas conueniſſe, vel inde mihi colligere videor, quòd etiam in Epiſcopos quoſdam ea hæreſis cæperit in morem ſerpere cœpiſſe videatur, ex his Auctoris verbis: *Hæc erunt exempla, & populo, & Epiſcopis etiam Spiritalibus*; nam ſpiritales Montani eſſe clas Pſychicis (ita Catholicos calumnioſè appellat) opponit. Porrò ſi vera ſit lectio apud B. Hieronym. Epiſt. 54. ad Marcellam de Montaniſtis, quòd illi tres in anno Quadrageſimas facerent, quaſi tres paſſi eſſent ſaluatores; incipit ab illis nonnihil diſſentire Auctor in duarum dumtaxat obſeruatione, ſicuti ex his verbis, etiam iuxta MS. cod. manifeſtum fit: *Duas*, inquis, *in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo, abſtinentes ab ijs, quæ non reijcimus, ſed differimus.* Verùm de hoc lariùs in Adnotat. noſtris. *Ibid. ca. 16. num. 59.* *Ibid. ca. 15. n. 90. & 91.*

Anno Domini CCXVI. S. Zephyrini Romani Pontificis XVII. Antonini Imper. V. AIMILIO LÆTO (quem paulopòſt ab Antonino interfectum ſcribit Spartianus) ET ANICIO CEREALI COS. eo ipſo quo Antoninus in expeditione Germanica (teſte Spartiano) iuxta Rhetias multos barbaros, interfecit, inde potiſſimùm GERMANICVS appellatus, puratur ſcripſiſſe TERTVLLIANVS LIBRVM DE PVDICITIA. In quo ſententiam S. Damaſi in Pontificali de vaſis vitreis ad ſacrificium ordinatis à S. Zephyrino, confirmant hæc illius verba: *Cui ille ſi fortè patrocinabitur Paſtor, quem in calice depingis*; maximè quòd ſequitur: *At ego eius Paſtoris ſcripturam hauria qui frangi non poteſt*; frangi enim facillimi ſunt calices vitrei; quos etiam depingi tum ſolere, hinc fit manifeſtum. Hic etiam in hoc à Montaniſtis diſſentit, quòd quum illi teſte B. Hieron. Epiſt. ſupracitata Montanum ſenſiſſe: Non poſſe renouari per pœnitentiam Lapſos, atque adeò illum cum Nouatiano coniungar; Auctor dumtaxat mœchis & fornicatoribus (etſi perperàm, & contrà quàm antea ſcripſerat libro de Pœnit.) pacem Eccleſiæ neget; oppugnans ex propoſito illud Zephyrini (quem *Pontificem* Maximum etiam iam hæreticus *Epiſcopum Epiſcoporum* appellat:) *Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto.* Atque huc eſt mea quidem ſententia quod de illo ſcribit B. Auguſt. libro de Hæreſ. poſtmodùm ab Cataphrygibus diuiſum ſua conuenticula propagaſſe, fortaſſis quòd iam defunctis illis, qui ✠ *Proclum* (cuius ipſe ſectator) dicebantur, obtinerent palmam illi qui ſecundum Æſchinem. Vt potè contra quos tacitè ſcripſerit librum aduerſus Praxean de Patre & filio non eiſdem. Diſſenſiſſe etiam illum adnotauimus de duabus dumraxat Quadrageſimis. Quare falluntur, qui ex eo loco colligunt eum ad Catholicam Eccleſiam redijſſe; maximè quum B. Aug. cauſſam hæreſ. duplicem aſſignat, tum qua tranſiens ad Cataphygas, cœpit ſecundas nuptias damnare, tum quia ſua conuenticula propagauit. *Tom. 5. Lib. de Pudic. ca. 7. n. 31. & ca. 10. n. 84. 85.* *Lib. de Pudic. c. 1. n. 5.* *Tom. 4. inter Fragmenta.* *& 6.*

Anno Domini CCXVII. S. Zephyrini Papæ Romani XVIII. & Antonini VI. Q. AQVILIO SABINO. II. (ad quem Vlpianus Libros 51. Digeſtorum ſcripſit) ET SEXT. AVRELIO. P. F. ANVLLINO cos cenſemus ſcriptos TERTVLLIANI LIBROS SEX DE ECSTASI, & ADVERSVS APOLLONIVM SEPTIMVM, quos etiam aduerſus Eccleſiam ſcriptos teſtantur B. Hieronymus Sophron. & Nicephor. nec obſtat quòd *Apollonium* collocer Beatus Hieronymus Catal Script. Eccleſ. ante Auctorem, quia quod alias facere ſolet, nullius Imperatoris adſcribit tempora; Euſeb. quoque Eccleſ. hiſtor libro 5. capite 17 & poſt eum Nicephorus, eum inter eos quidem recenſet, qui aduerſus Montanum ſcripſerunt, ſed aliquandiu poſtea conſcriptum ſatis indicant illa verba: Porrò *Apollonius* ſcriptor Eccleſiaſticus, quum ea quæ Cataphrygum Hæreſeis nominata eſt, adhuc in Phrygia vigere videretur, Librum ſeparatim ad patronos eiuſdem confutandos conſcripſit. Deinde conuincit illud eiuſdem: Idem iſte *Apollonius* in eodem Libro commemorat, quòd quadrageſimus iam annus, in quo quidem ad hoc opus ſcribendum ſe conrulit, agebatur, ex quo Montanus confictam & commentitiam Prophetiam inceperit. Atqui ab initio Pontificatus S. Eleutheri, quo Montanus hæreſin ſparſit ſuam, vti ſupradictum eſt, adhunc vſque interceduntanni XL. Sedit enim Eleutherius poſt Conſulatum Cethegi & Clari (vt potè creatus pridie Idus Maij, quum exſtet illis Conſulibus Epiſtola Decretalis S. Soteris Papæ data X. Kalend. Iunij) vſque ad Maternum & Praduam Conſules, defunctus VII. Kal. Iunij, id eſt ab anno Domini CLXXII. vſque ad annum CLXXXVI. per annos XIIII. dies XIII. S. Victor, vt ſupradictum eſt, annos XII. menſem I. dies XXVIII. His addantur anni XVIII. S. Zephyrini, fient anni XLIIII. *Te. 4. inter Fragmita.*

Anno Domini CCXVIII. S. Zephyrini Papæ Romani XIX. Antonini VII. vtriuſque vltimo, BRVTTIO PRÆSENTE ET EXTRICATO COS. nos etiam hiſtoriæ noſtræ Tertullianicæ finem imponimus. Non quòd certò velimus aſſerere poſtea non ſuperuixiſſe TERTVLLIANVM, quem Trithemius ſcribit vixiſſe vſque ad ſenectam & ſenium, ſed quòd ſaltem à ſcribendo deſiterit. Sentiebamus aliquando, quum in illum Adnotationes ſcriberemus, *Librum de Ieiunijs*, ſub S. Calixto Papa editũ fuiſſe, quòd *Ieiuniorum* meminerit *citra illos dies quibus ablatus eſt ſponſus*, id eſt extra Quadrageſimam; exiſtimantes adludi ad ieiunia IIII. Téporum ab illo inſtituta. Sed vbi penitiùs inſpeximus, poteſt referri aut ad id quod ſequitur: *Et ſtationum ſemiieiunia interponentes* (nempè feriæ quartæ & ſextæ ad horam vſque nonam) *& interdum pane & aqua victitantes*, aut ad ieiunium Sabbati, quod Romæ celebrabatur ex ſtatuto, non in Africa (cuius etiam paulopòſt meminit) aut ad ieiunia Pœnitentium etiam Cathecumenorum, de quibus ipſe in hæc verba ante hæreſin: *Ingreſſuros baptiſmum*, *Tom. 5 lib. de Ieiun. c. 13. num. 78.* *Ibid. c. 14. num. 87.*

Tom. 3. lib. de Baptis. c. 20. num. 235.

orationibus crebrò, ieiuniis, & geniculationibus, & peruigilijs orare oportet. Aut denique ad ieiunia in Vigilijs Festiuitatum Ecclesiasticarum. Atque adeò placet B. Hieronymi, Sophronij & Nicephori sententia qui non sub Macrino aut Heliogabalo, sed sub Seuero Principe & Antonino Caracalla floruisse & scripsisse testantur hunc Auctorem nostrum; maximè quum sub S. Zephyrino Pontifice omnes illum claruisse scribant, non sub Calixto; præter vnum aliquem neotericum, qui tamen eum iam antea sub Adriano Cæsare eundem fecerat cum Tertyliano I C. Porrò posteremum fuisse hunc annum Antonini Caracallæ Imper. non sequentem (vti Cassiodorus habet) patet ex Fastis Consularibus emendatioribus, in quibus sic scribitur: Hoc anno ad VI. Idus Aprileis Imp. Cæs. M. Aurelius Diui Seueri filius Antoninus, Augustus, Britannicus, Germanicus occisus est. Quum enim (inquit Spartianus) vellet iterum Parthis bellum inferre, atque hybernare Edesse; atque inde Carras Luni Dei gratia (de quo, quod insuper addit, ad intellectum facit Auctoris, qui alicubi *Masculum* Lunam ridet) veniffet, die Natalis sui ipsis Megalensibus, insidijs à Macrino Præt. præt. positis, qui post eum inuasit Imperium, interemptus est, ab eodem tamen in Deos relatus, & templo ei ædificato, & Salijs additis. Confirmatur hæc mea sententia, quòd nullæ exstent leges Antonino & Aduento Coss. sed Antonini Aug. titulo duæ Præsente & Extricato Coss. altera lib. IX. Cod. data VIII. Kal. Mart. altera lib. VIII. Tit. 38. lib. 3. ex Kalendis Martijs paulo ante obitum. Imperauit proinde à pridie Nonas Febr. anni Domini CCXII. vsque ad dictum diem, annos VII. menses II. dies IIII. Atqui S. Zephyrino Papæ, quem & S. Damasus, & alij omnes his Consulibus vitam finijsse scribunt, non possunt plures anni tribui quàm XIX. & dies XVI. quòd à IIII. Idus Augusti anni Domini CLXXXXIX. vsque ad VII. Kal. Septembr. quo hoc de functus est, totidem computentur. Quem quum Ecclesia inter Martyres celebret, oportet, vt absente iam Antonino, iterum per Pontifices Idolorum excitata fuerit Romæ, & fortassis à Macrino continuata (qui proinde etiam post annum, mensem 1. dies aliquot, à Deo cæde punitus est) Christianorum persecutio; sed quia localis dumtaxat, non computata ab historicis.

Tom. 1. Apolog. c. 15. num. 218.

Cetèrùm etiam hîc adijciendum pro historiæ veritate, frustrà quosdam illum denuò ad Catholicam fidem redijsse opinari. Nam imprimis id ex S. Augustino colligi non posse ad annum abhinc secundum ostendimus. Deinde inter Martyras minimè computandum Tertvllianvm, sed Tertullinum, suprà in ipsis auspicijs adnotauimus. Denique S. Pacianus ad Sympronianum contra Nouatianos, nihil pro eis facit: Tertullianus, inquit, post hæresin (etiam addendum censuimus) vester est: nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua, & ea ipsa quam Catholicus edidit, audies contentem, posse Ecclesiam peccata dimittere. Neque enim loquitur de Epistola, quam post hæresin, sed quam antea adhuc Catholicus ediderat, nempè lib de Pœnitentia, ex quo multa ipsum descripsisse alibi adnotauimus. Certè si ita creditum fuisset non tantoperè hæresin huius boni viri deplorassent S. Vincentius Lirinensis, cuius interim verba Antidoti loco, ne quis fortè ex eo scandalizetur, addenda putauimus: Fuit iste quoque (inquit adludens ad Originem, de quo similia scripserat, qui à fine Imperij Seueri ad Decium vsque superuixit) in Ecclesia magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantùm commemorabo, quòd contra Mosis præceptum, exsurgentes in Ecclesia nouellas Montani furias, & insana illa insanarum mulierum nouitij dogmatis somnia veras Prophetias adfeuerando, meruit vt de se quoque & scripturis suis diceretur: Si surrexerit in medio tui Propheta, &c. non audies verba Prophetæ illius. Quare? Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus vester, vtrum diligatis eum, an non. His igitur tot ac tantis, ceterisque eiusmodi Ecclesiasticorum exemplorum molibus, euidenter aduertere, ac secundum Deuteronomij Leges luce clarius intelligere debemus; quòd, siquando aliquis Ecclesiasticus magister aberrauerit, ad tentationem nostram id fieri prouidentia diuina patiatur, vtrum diligamus Deum, an non, in toto corde, & in tota anima nostra.

Tom. 2. lib. de Pœnit. in calce Argumēti & suæ quibusq; locis.

Denique coronidis vice, non prætereundum, quod ex B. Augustino didicimus, durasse adhuc ad sua vsque tempora Tertvllianistas Hæreticos, & tum primùm in Catholicam Ecclesiam transijsse. Quibus etiam magis quàm ipsi Tertulliano, censemus imputandam absurdissimam illam hæresin, qua dicebant animas hominum pessimas post mortem in dæmonas conuerti, maximè quum ætate primùm Augustini post Donatistas & Iouinianistas collocentur Tertullianistæ, qui id senserint, tum ab ipso, tum à S. Isidoro, Honorio Augustidunensi, Hrabano & Gratiano in Catalogis hæreticorum: Tertullianistæ (inquit ille ad Quoduult deum, lib. de Hæres.) à *Tertulliano*, cuius leguntur opuscula multa eloquentissimè scripta vsque ad nostrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquijs durare non potuerunt (sic enim castigamus) in vrbe Carthaginiensi. Me enim ibi posito ante aliquot annos, quod etiam te meminisse arbitror, omni ex parte consumpti sunt. Paucissimi etiam qui remanserunt, in Catholicam transierunt, suámque Basilicam, quæ nunc etiam notissima est, Catholicæ tradiderunt. Quod vtinam illorum exemplo, iam quoque in nostro Belgio fatiscētes nostræ tempestatis hæretici, propediem faciāt; Deo auxiliante, cui honor, potestas, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

CATA-

CATALOGI. OPERVM TERTVLLIANI.

Ex S. Hieronymo Catal. Script. Ecclesiast.

TERTVLLIANVS Presbyter, nunc demum primus post Victorem & Apollonium Latinorum ponitur, Prouinciæ Africæ, ciuitatis Carthaginiensis, patre Centurione Proconsulari. Hic acris & vehementis ingenij, sub Seuero Principe & Antonino Caracalla floruit, multáque scripsit volumina; quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, senem, qui se Beati Cypriani iam grandis ætatis Notarium, quum ipse admodùm esset adolescens, Romæ vidisse diceret, referréque sibi solitum, numquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnam diem præteriisse; ac sibi crebrò dicere: Da magistrum, Tertullianum videlicet significans. Hic quum vsque ad mediam ætatem Presbyter Ecclesiæ permansisset, inuidia postea & contumelijs clericorum Romanæ Ecclesiæ ad Montani dogma delapsus, in multis libris nouæ Prophetiæ meminit; specialiter autem aduersus Ecclesiam texuit volumina: *De Pudicitia*, *De Persecutione*, *De Ieiunijs*, *De Monogamia*, *De Ecstasi Libros sex*, *& septimum*, *quem aduersum Apollonium* composuit. Fertúrque vixisse vsque ad decrepitam ætatem, & multa, quæ non exstant, opuscula condidisse.

EX IOANNIS TRITHEMII ABBATIS Libro de Scriptor. Ecclesiast.

TERTVLLIANVS Presbyter, patria Carthaginiensis, Africanæ prouinciæ, patre Centurione viro Proconsulari, homo acris & vehementis ingenij, tam in diuinis quàm in secularibus scripturis doctissimus, quippè qui apud Carthaginem Rhetoricam multis annis gloriosè docuit. Scripsit Latino sermone penè infinita opuscula, in quibus Hæreticorum errores fortiter contriuit. Huius scripta beatissimus Martyr Cyprianus in tanta veneratione habuit, vt nullum sine eorum lectione diem præteriret. Dicere enim ad Notarium suum consueuerat: Da Magistrũ, Tertullianum videlicet designans. Tandem in errorem Montani delapsus dicitur, propter quod eius opuscula inter apocrypha cõputantur xv. dist. Sancta Romana. Et licet in aliquibus errauerit, in multis tamen benè scripsit, sicut eius volumina testãtur: de quibus vidi,

De Patientia Dei,	Lib. vnum.	*Confiteor ad Dominum Deum.*
Aduersus Praxean,	Lib. 1.	*Varie diabolus æmul.*
Contra Marcionem,	Lib. 5.	*Si quid retrò gestum est.*
Contra Iudæos	Lib. 1.	*Proximè accidit disp.*
De Præscript. hæretic.	Lib. 1.	*Conditionem præsentium.*
Contra omnes hæreses	Lib. 1.	*Quorum hæreticorum.*
Aduersus Hermogenem	Lib. 1.	*Solemus hæreticis con.*
Contra Valentinianos	Lib. 1.	*Valentiniani frequent.*
De Carne Christi	Lib. 1.	*Qui fidem resurrectionis.*
De Resurrectione carnis	Lib. 1.	*Fiducia Christianorum.*
De Corona militis	Lib. 1.	*Proximè facta est liberal.*
Ad Martyras	Lib. 1.	*Inter carnis alimenta.*
De Pœnitentia	Lib. 1.	*Pœnitentiam hoc genus.*
De Velandis virginibus	Lib. 1.	*Proprium iam negotium.*
De Habitu mulicbri	Lib. 1.	*Si tanta in terra morare.*
De Cultu fœminarum	Lib. 1.	*Ancillæ Dei viui conser.*
Ad Vxorem	Lib. 2.	*Dilectissima in Domino.*
De Persecutione ad Fabium	Lib. 1.	*Quæsisti proximè Fabi.*
Ad Scapulam	Lib. 1.	*Nos quidem neque expa.*
Exhortatorium castitatis	Lib. 1.	*Non dubito frater te.*
De Monogamia	Lib. 1.	*Hæretici nuptias auf.*
De Pallio	Lib. 1.	*Principes semper Africæ.*

De Spectaculis	Lib. 1.
De Ieiunijs	Lib. 1.
De Extasi	Lib. 6.
Aduersus Apollonium	Lib. 1.
De Pudicitia.	Lib. 1.

Scripsit quoque & alia plura, variósque tractatus, qui ad manus nostras adhuc minimè venerunt, vixitque vsque ad senectam & senium studiosus. Claruit Seueri Imperatoris temporibus, anno Domini CC.

EX ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM Enchiridio, Epist. 5. Lib. 4.

DE TERTVLLIANO quod requiris. *Quintus Septimius Florens Tertullianus* appellatur, eiúsque legi libros, præter *Apologeticum*; *De Pallio*, *De carnis Resurrectione*, *De Corona militis*, *Ad Martyras*, *De Virginibus velandis*, *De Habitu mulierum*, *De Cultu feminarum*, *Ad Vxorem*, *Ad Scapulam*, *De Persecutione ad Fabium*, *De Exhortatione castitatis*, *De Patientia*, *De Monogamia*, *De Præscriptionibus hæreticorum*, *Contra Hermogenem*, *Aduersus Praxean*, *Valentinianos*, *Marcionem*, *Iudeos*, *Hæreticos omnes*. Ipse quorundam præter hos Librorum meminit à se compositorum, qui nec exstant. Lactantius, vt in omnibus eruditum doctrinis, ita in eloquendo duriorem perhibet. Augustinus, lapsum quibusdam locis miratur, quamuis hominem doctissimum. Cyprianus sua frequenter scripta de illius fontibus irrigauit. Reliqua super eo Libellus Hieronymi virorum illustrium suppeditabit. Et Apologetico verò nimium tibi deerat, quod & huic Epistolæ tum subnexui. Tu ceteros tamen eius Libros caue putes cum Apologetico conferendos; tum illud scito, volumen esse quod desideras prorsùs immensum. Nam quod ad operam scilicet adtinet, meam libenter equidem, de illa tibi verbis eisdem spondeo; quibus Publio Septimio de ciuium fortunis Antonius. Quid concupiscas, tu videris. Quod concupieris, certè habebis. Vale. Florent. Pridie Idus Ianuarij M. CCCC. LXXXXI.

PARA-

PARADOXA TERTVLLIANI,
CVM ANTIDOTO IACOBI PAMELII.

1. De Angelis desertoribus qui duxerunt filias hominum. *Tom.* 2. *Lib. de Idolol. c.* 9. *n.* 47. *Libro de Habitu mulieb. c.* 2. *n.* 17. *lib. de Cultu fœmin. c.* 10. *nu.* 56. *& lib. de Velandis virgin. c.* 7. *n.* 52. *Item Tom.* 3. *lib.* 5. *adu. Marc. c.* 18. *nu.* 291.

IVVS Paradoxi Tertullianus primus Auctor non est, neque posttemus; sed sicuti partim adnotauimus ad lib. de Habitu virg. vbi maximè ex proposito illud tractat ante eum Ioseph. Antiquit. lib. 1. S. Iustinus Mart. Apolog. vtraque, Athenag. in Apol. Clemens Alex. lib. 3. & 5. Stromat. post eum Lactant. lib. 2. Institt. diuin. c. 15. S. Cyprian. lib. de Disc. & hab. virg. num. 14. Euseb. lib. 5. Euang. præpar. & Method. serm. de Resurr. Causſam erroris dedit, quòd LXX. editio Græca vetus, quam illi secuti sunt, post Philonem legeret: οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, & Latina Italica, vel SS. Ambros. Augusſt. Procopio testibus, angeli Dei, pro eo quod posteà lectum inuenitur οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, & Latinè, filij Dei, quam vtramque agnouerunt suo tempore SS. Augusſt. & Procopius. Verùm pulcrè eam sententiam per absurditatem refutat S. Chrysoſt. hom. 22. in Genesin, adferens nusquam alibi in scripturis (nempè iuxta editionem LXX. quam solam nouerat) vocari angelos filios Dei. item S. Ambroſ. lib. de Noe & arca cap. 4. S. Augusſt. qu. 3. in Gen. & latiùs lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 15. S. Epiphan. Epit. diuin. dogmat. & Procopius in Comment. quorum Chrysoſt. & Augusſt. etiam auctoritatem libri Enoch, quo niti videtur Tertullianus, impugnant. Qui omnes & angelos & filios Dei, posteros Seth, vt poré Dei cultores, interpretantur, sicuti etiam B. Hieron. lib. de Tradit. Hebr. in Genesin; denique Ven. Beda, Hrabanus noſter & Haymo Com. in Gen. Scribentes & in scripturis sacris frequenter angelorum nomine viros fideles & iuſtos appellari. Quid? quòd Philaſtrius lib. de hæreſ. cap. 108. inter hæreſeis recenſet, eos qui adſerunt angelos miſcuiſſe ſe cum fœminis ante diluuium, & inde natos eſſe gigantes.

2. De Angelorum apparitionibus in vera humana carne. *Tom.* 3. *libro* 3. *adu. Marc. c.* 9. *nu.* 61. *ac c.* 11. *num.* 72.

VIDENTVR quidem tale quid ſonare verba illa Tertulliani: *De hinc fcito, necillud concedi tibi, vt putatiua fuerit in angelis caro, ſed vera & ſolidæ ſubſtantiæ humanæ.* Sed in aliis libris eodem conſcriptis tempore ita ſeipſum explicat, sicuti adnotauimus ad lib. de Carne Chriſti c. 6. n. 60. vt nihil certi ea de re voluerit aſſerere; alioqui enim ſibi videbitur contrarius. *Conſtat*, inquit ibi, *angelos carnem propriam non geſtaſſe, vt putà natura ſubſtantiæ ſpiritalis, & ſi corpore aliquando, ſuo tamen generis, in carnem autem humanam tranſfigurabilis ad tempus, vt videres & congredi cum hominibus poſſint.* Et apertiùs lib. de Reſurr. carn. c. 62. *Quia & angeli*, inquit, *aliquando tamquam homines fuerunt, edendo, bibendo & pedes lauacro porrigendo: Humanam enim ſuperficiem induerant ſalua tamen ſubſtantia propria.* Hoc ſufficere vbique viſum eſt Auctori, quòd dogmati Apellis non conſentiret, qui ex aëtea ſubſtantia angelos creatos dicebat, vt ne videretur illiciin hoc conſentire, quòd Chriſti corpus ex æ therea materia originem haberet ſuam. Atqui qualia corpora, & vnde adſumpta ab angelis fuerint, etiam hodie controuerſum eſt apud Magiſtrum Sententiarum lib. 2. diſt. 8. §. 4. Nos loco iam citato cum S. Bernardo de hoc ſententiam noſtram ſuſpendere maluimus quàm certi quid definire. An autem ſenſerit Auctor, quod illi quidam impingunt *corporeos eſſe angelos & dæmonas*, non immeritò dubitare licet. Maximè quum Auctor, etſi videatur hic *ſui generis corpus* angelis tribuere, tamen faciat eos *ſubſtantiæ ſpiritalis*, sicuti etiam non ſemel in Apologetico, & nominatim c. 22. ſpiritales vires & angelis & dæmonibus adtribuit, & ſpiritus vocat. Magis tamen recepta eſt, mihique placet eorum ſententia, qui incorporeos faciunt; inter quos veniunt commemorandi SS. Dionyſ. Areop. cap. 2. cœleſt. Hierarch. Athanaſ. de commun. eſſent. Patris & filij & Spiritusſancti, Chryſoſt. homil. 22. in Gen. Cyrill. libro 4. in Ioann. capite.

3. De anima primi hominis ex materia Dei. *Tom.* 3. *lib.* 4. *adu. Marc. c.* 37. *num.* 611.

HVc quidem pertinere videntur illa Auctoris verba, explicantis illud Luc. 20. Reddite quæ ſunt Dei Deo: *Hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius imagine & ſimilitudine & nomine & materia eo preſſus eſt.* Qui locus fortaſſis in cauſſa fuit, vti ſic ſcribat de illo Gennad. lib. de Dogmat. Eccleſ. Nihil ex Trinitatis eſſentia ad creaturarum naturam credamus deductum, vt Plato & *Tertullianus*. Verùm quum S. Augusſt. qui toties deducit animam non poſſe partem Dei dici, nihil tale illi adtribuat, ego etiam à tam abſurda hæreſi ipſum purgandum exiſtimo. Atque adeò nihil illum aliud voluiſſe dicere quàm quòd ex *adſtatu Dei* ſit animæ origo, iuxta illud Gen 2. *Et flauit Deus flatum vitæin faciem hominis, & factus eſt homo in animam viuam*, ſicuti frequentiſſimè ipſe inculcat, maximè verò lib. de Anima c. 11. Quo loco ſicuti etiam lib. de Bapt. c. 5. num. 43. eam interpretationem conſentire oſtendimus cum SS. Iren. Prudentio, Chryſoſt. Auguſt. & Theodoreto. Quorum iſte: Nomine flatus, inquit, non intelligimus partem aliquam eſſentiæ diuinæ ſecundum Cerdonis & Marcionis rabiem, ſed animæ naturam per id denotari, quòd anima ſpiritus ſit rationalis & intellectualis. Quæ verba mihi etiam aliam conjecturam faciunt, loqui Auctorem non ex ſua, ſed ex Marcionis ſententia, præſertim quum ex Fragmentis lib. de Cenſu Animæ adu. Hermog. Tomo quarto conſtet, ſenſiſſe illum animam longè Deo inferiorem, vtpotè paſſibilem, etſi immortalem. Et verò ſtiam repetendum, quod vtrobique adnotauimus, rectè cenſuiſſe S. Auguſt. libro de hæreſ. quod Philaſtrius multas

hæreſes recenſuerit quæ hæreſeis non ſunt; qualis eſt non hæreſis, ſed Catholica Patrum ſententia, quæ *flatum*, ſeu ſpiraculum vitæ de anima rationali interpretatur.

4. De Animabus poſterorum Adæ ex traduce, *Tom. 3. lib. de Anima c. 9. nu. 123. c. 19. n. 256. c. 22. n. 294. & integris capitibus* 27. *&* 36.

PARADOXON iſtud Tertulliano adſcribunt Rufinus Apolog. pro Origene, & S. Hieron. libro 2. & 3. Apolog. adu. eundem, quotum ille nihil definiendum putat, hic ſatis dubiè loquitur, quamquam magis ſentire videatur eſſe damnatam ſententiam. Nam tum ibi, tum maximè Apolog. ad Pammach. aduerſus Errores Ioann. Hieroſ. diſertis verbis dicit, Eccleſiaſticam eſſe ſententiam, Deum nouas quotidie animas corporibus iam conceptis infundere, adlegans ad id ſcripturas Ioan. 5. Zachar. 12. Pſal. 32. Quamquam interim Epiſt. 99. quæ eſt ad Marcellinum & Anapſychiam, mitiùs loquatur, & illud quidem ſibi videri ſcribat, ſed ad S. Auguſtinum remittat, vt potè nihil volens certi definire, quòd illum legiſſet dubiam adhuc ſuſpendere ſententiam. Adludens ad Epiſt. illius ad ſe ſcriptas, & 137. ad Optatum de Origine animarum. In qua Tertullianum non tam damnat quòd ex traduce, quàm quòd corporeas animas facetet, de quo Paradoxo paulopoſt latiùs. Nam & illi, inquit, qui animas ex illa vna propagari adſerunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt; ſi Tertulliani opinionem ſequantur, profectò eas non ſpiritus, ſed corpora eſſe contendunt, & corpulentis ſeminibus exoriri. Quo peruerſius quid dici poteſt? Neque hoc Tertullianum ſomniaſſe mirandum eſt, qui etiam ipſum creatorem Deum, non eſſe niſi corpus opinatur. Sed de illo quoque Paradoxo infrà ex eodem Auguſtino latiùs. Gennadius autem lib. Eccleſ. dogmat. (quem vel hinc patet S. Auguſt. non eſſe) enaratis Origenis ſententia, & iam dicta, vti dicit, Luciferianorum Cyrilli, & aliquorum Latinorum (inter quos hauddubiè Tertullianus) definit, formato iam corpore animam à Deo creari & infundi. Nec aliter Auctor Dialogi de Animarum origine inter SS. Hieron. & Auguſt. Nos tamen nihil tam quam fidei docere maluimus, quandoquidem & Eccleſia tot iam inde celebratis Conciliis nihil expreſsè, quod quidem ſciam, definitum reliquetit. Sufficiet autem quædam in Adnotationibus adieciſſe, quibus tum S. Hieron ſententiam mihi magis probati ſignificauimus, tum ad Argumenta Tertulliani abſurda, qui ſentit ex corpulentis ſeminibus animam exoriri, ex S. Auguſt. & Lactantio paucis reſpondimus.

5. De Animæ ſexu. *Ibid. c. 36.*

HOc quidem colligit Tertullianus ex prædicto Paradoxo. Si enim anima ſimul ſeminatur cum corpore, videtur illud conſequi ſed diſertis verbis contrariam definiunt ſententiam S. Cyrill. Hieroſ. Cathech. 4. & S. Auguſt. lib. 1. de Anim. & eius origine ad Vincentium c. 8. Huius verba quædam adduximus in Adnotat. noſtris, quò Lectorem remittimus, Ille ſic habet: Omnes Animæ tam virorum quàm mulierum pulcræ & ſimiles ſunt, ſed membra tantum corporis diſcrimen faciunt.

6. Animam peccatricem potius quàm carnem, *Tom. 3. lib. de Anima, integro c. 40. &c. 58. num. 650. & lib. 5. adu. Marc. c. 10. n. 165.*

AD iſtud Paradoxum in hæc verba alludit, & eadem opera conſutat Petrus Lombardus, verbis etiam à nobis illic citatis lib. 2. Sentent. c. 31. Putauerunt, inquit, quidam ſecundum Auimam trahi originale peccatum, non ſolùm ſecundum carnem, quia non ſolùm carnem, ſed & animam ex traduce arbitrati ſunt. Ideòque ſicut de corrupta carne cato ſeminatur, ita etiam de Anima peccatrice Animam peccatricem corruptione originali infectam à gignentibus trahi. Hoc autem, inquit, fides Catholica reſpuit, & tamquam veritati aduerſum damnat, quæ non Animas, ſed carnem ſolam ex traduce eſſe admittit. Adlegauimus ibidem n. 455. pro contratia ſententia SS. Ambroſ. & Auguſt. locos ab eodem Lombardo citatos.

7. De Anima corporea. *Tom. 1. Apolog. c. 48. n. 608. ac 609. & Tom. 3. lib. de Anima, integris capitibus 5. 6. 7. 8. 9. 22. 36. 37. libro de Carne Chriſti, capite 11. num. 98. libro de Reſurr. carnis, c. 17. numero 131. capite 45. numero 320. &c. 53. num. 384. libro 5. adu. Marc. c. 10. num. 158. &c. 15. n. 248.* Quòd proinde propriè ſpiritus non ſit, *Ibid. lib. de Anim. c. 11. & Tom. 4 in Fragmentis lib. de Cenſu Animæ aduerſus Hermogenem.*

PARADOXON iſtud Auctori impingunt SS. Auguſt. libro 10. de Gen. ad litt. duobus vltimis capitibus, & libro de hæreſ. & Fulgent. libro 2. de fide ad Petrum. Sed non tam quòd *corpoream* faciat (quod aliquo ſenſu commodè in Hilario, Caſſiano, & Hieronymo adſcripto Commentario in Iob, quidam interpretantur) atque quòd *effigiatam & coloratam* dicat, ille arguit. Sic enim loco priori: Denique *Tertullianus*, inquit, quia corpus eſſe animam credidit, non ob aliud fecit, niſi quòd eam incorpoream cogitare non potuit, & ideò timuit ne nihil eſſet, ſi corpus non eſſet, ſi corpus non eſſet. Qui ſanè, quamquam acutus eſt, interdum contra opinionem ſuam viſa veritate ſuperatur. Quum enim animæ *colorem* daret *aereum ac lucidum*; ventum eſt ad ſenſus quibus eam membratim quaſi corpus inſtituere conatus eſt, & ait: *Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus; habens & ille oculos & aures ſuas, quibus populum Deum videre & audire debuerat, habens & ceteros artus, per quos in cogitationibus vitur, & in ſomnis fungitur.* Eece quibus auribus & quibus oculis debuit audire & videre Deum populus, quibus anima in ſomnis fungitur, quum ſi ipſum *Tertullianum* quiſquam videret in ſomnis, numquam ſe diceret ab eo viſum, & cum eo locutum, quem viciſſim ipſe non vidiſſet. Poſtremò ſi Anima ſeipſam videt in ſomnis, quum iacentibus

iacentibus vtique vno in loco membris corporis sui, ipsa per varias imagines euagatur, quas videt; quis eam vidit aliquando in somnis *aëreo colore ac lucido*, nisi forte vi cetera, quæ similiter falsò videt? Nam & hoc potest videre, sed absit, vt eam talem, quum euigilauerit, credat; alioquin quando se aliter viderit, quod magis crebrum est, aut murata erit anima eius, aut nec tunc animæ videtur substantia, sed imago corporis incorporea, quæ miro modo sicut in cogitatione formatur. Quis enim Æthiops non penè semper se nigrum videt in somnis; aut si in alio colore se videt, non magis miratus est, si fuit cuiu illo memoria? *Aereo* tamen *colore ac lucido* nescio vtrum se vmquam vidisset, si numquam istum legisset vel audisset. Quid quòd ducuntur homines talibus visis, & de scripturis nobis volunt præscribere tale aliquid esse non animam, sed ipsum Deum, qualis figuraliter Sanctorum spiritibus demonstratus est, qualis etiam in sermone allegorico ponitur. Similia quippè sunt illa visa talibus dictis, ac sic errant, constituentes in corde suo simulacra vanæ opinionis, nec intelligentes ita Sanctos de suis visis talibus iudicasse, qualiter iudicant, si talia diuinitùs in figuris dicta legerent vel audirent, sicut septem spicæ, & septem boues, septem annisunt, sicut linteum quatuor lineis alligatum, velut discus plenus variis animalibus, orbis terrarum est cum omnibus gentibus; sic etiam cetera, & multo magis quæ de rebus incorporeis, corporalibus significantur, non rebus, sed imaginibus. Et item sequenti capite: Noluit tamen *Tertullianus* animam crescere substantia sicut corpus; adferens etiam rimoris sui causam, *ne etiam decrescere substantia dicatur*, inquit, *atque ita & defectura credatur*; & tamen quia per corpus eam localiter rédit, non inuenit exitū incrementorū eius, quam vult de semine exiguo æquari corporis quantitati, & ait: *Sed vt eius, in quo naturalia peculiaria confita retinentur, salua substantia modulo, quo à primordio insita est, paulatim cum carne producitur in membris.* Hoc fortè non intelligeremus, nisi adhibita similitudine eorum quæ videmus, planum faceret quod dicebat. *Constitue*, inquit, *certum pondus auri, vel argenti rudem adhuc massam, collectus habitus est illi, & futura interim minor, tamen continenti intra lineam modulo totum, quod natura est auri vel argenti; dehinc quum in laminam massa laxatur, maior efficitur instito suo, per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non dum augetur. Et si sic quoque augetur, dum extenditur; liuet enim & habitu augeri cum statu non licet, tunc & splendor ipse perhibetur auri vel argenti qui prius fuerat quidem & in massa, sed obscurior, non tamen nullus. Tunc & alij atq; habitus accedunt pro facilitate materiæ, quæ duxerit eam qui agit, nihil conferens modulo nisi effigiem. Ita & animæ incrementa reputanda non substantiua, sed prouectiua.* Quis hunc crederet cum isto corde tam disertum esse potuisse? sed tremenda ista sunt, non ridenda; ad hoc enim numquam cogererur, si aliquid cogitare posset quod & sit, & corpus non sit. Quid autem absurdius quàm putare massam cuiuspiam metalli ex aliqua parte crescere posse dum tundirur, nisi decrescat ex altera, vel augeri latitudine, nisi crassitudine minuatur? Aut vllum esse corpus manente naturæ suæ quantitate, quod vndique crescat nisi rarescat? Quomodo igitur implebit anima ex illa stilla seminis magnitudinem corporis quod animat, si & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? quomodo, in quam, implebit carnem, quam viuificat, nisi tanto rarior fuerit, quanto grandius quod animauerit. Timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo si cresceret, & non timuit vt deficeret rarescendo, quum non cresceret. Sed quid ampliùs immorer, quando & sermo pergit in prolixiorem modum, quàm petit terminandi necessitas, & sententia meaiam satis sit nota, vel quid certum teneam, vel vnde adhuc dubitem, & quare dubitem. Loco item posteriori: *Animam* dicit *immortalem*, quidem sed eam *effigiatum corpus* esse contendit. Hactenus S. Augustinus. Nos etiam Adnorationibus nostris in capite 6. & 8. ex S. Gregorio & Nysseno & Nazianzeno, ac Claudiano de Statu animæ argumenta Platonicorum de anima incorporea confirmauimus, & in c. 7. ac partim 8. argumenta ipsius Auctoris, vel ex scripturis quæ dam, non concludere, ex SS. Iustino Mart. Gregorio Nysseno, Auguſt. Epiphanio, & dicto Claudiano ostendimus, &c. 9. n. 109. & 110. citauimus contra animæ effigiem, & Platonem, & Clementem Alexandrinum. Deinde c. 11. adlegauimus locum Auctoris lib. de Pœnitent. c. 3. n. 12. vbi contrarium antea senserat, *animam* vocans *spiritum, Dei adflatu consummatum*. Neque verò ex scripturis Isaiæ 42. & 57. quas ibi pro se citat, concludi potest animam spititum in alijs scripturis non vocari. Ceterùm quo sensu corpus possit dici Anima, sese explicat libro aduersus Hermogenem capite 35. numero 124. in hæc verba: *vt concedam*, inquit, *aliquid esse incorporale de substantijs dumtaxat, quum ipsa substantia corpus sit rei cuiusque.* Videtur itaque ad id absurditatis de *anima aerea & lucida colorum* fuisse seductus, per fallas quasdam *reuelationes*, cuiusdam Montanisticæ fœminæ, non quidem Priscillæ aut Maximillæ (vti aliquando existimauimus) quæ iamdudum antea suspendio petierant, sed cuiusdam earum discipulæ, sicuti pater, ex dicto libro de Animæ capite 9. numero 111. Idipsum Paradoxon adtribuit alicubi Origeni S. Hieron. atque adeò etiam ad illius opera hoc Antidotum vsui esse poterit.

8. Animam nihil pati posse sine corpore, *Tom. 1. Apolog. c. 48. num. 609. libro de Testim. Anim. capite 4. num. 14.*

MAGDENBVRGENSES Centuriatores non inter Paradoxa, sed inter dogmata fidei illud collocant, & ex *Tertulliani* iam dicto loco confirmant, sed frustrà. Ipse enim Auctor, quasi retractans quod initio fidei non satis cautè pronuntiauerat, postea de fide Catholica melius institutus, libro de Anima, integro capite vlt. latè & pulcrè deducit: *Animæ pati interim apud inferos*, id est vsque ad iudicium extremū; vbi inter cetera: *Quid ergo fiet in tempore isto? Dormiemus?* At enim anima necin vinentibus dormiunt. Iam verò quàm iniquissimum etiam apud inferos, si & necentibus adhuc illi beneesse? Nonne & de sua sufficit sibi additulum passionis? quoties illa sine corpore anima sola torquetur bilis ira, tedia plerumque nec sibi nota? Adeò nouit & apud inferos anima dolere sine carne, quia & in carne illa si volet, dolet. Hoc si ex arbitrio suo in vita, quanto magis ex iudicio Dei post mortem? Nam & solos cogitatus & nudas voluntates censura diuina persequitur. Ergo propter hoc congruentissimum est, animam, licet non exspectata carne, puniri, quod non secùm carne commisit. In summa, quum carcerem illum, quod Euangelium demonstrat (Matth. 5.) *Inferos* intelligimus, & nouissimum quadrantem, minimum quodque delictum illic luendum interpretamur; nemo dubitabit, animam aliquid ponsare apud inferos. Idipsum etiam inculcat libro de Resurrectione carnis, capite 17. numero 131. ac 134. Ad quod caput etiam adduximus similia testimonia Auctoris quæst. & respons. inter opera S. Iustini Mart. Lactantij & & S. Augustini, & indicauimus eam esse conformem Patrum sententiam.

9. Animas Sanctorum in sinu Abrahæ, seu Paradiso, siue sub altari, seu loco non cœlesti, sed tamen Inferis superiori, foueri & gaudere, ad diem vsque iudicij Domini. *Tom. 1. Apolog. capite 47. num. 601. Tom. 3. libro de Anim. capite 7. num. 94. 95. 96 97. capite 9. num. 124. capite 55. numero 606. 608. 610. 611. capite 56. num. 622. ac capite vlt. num. 644. Lib. de Resurr. carn. capite 17. num. 132. 134. libro 3. adu. Marc. capite 24. n. 189. 190. libro 4. adu. Marc. capite 34. num. 548. 549. 550. 551. & Scorp. adu. Gnost. capite 12. num. 95. Tom. 4. libro de Iudic. Domini cap. 11. num. 15. & in Fragment. libro de Parad. Denique Tom. 5. Nouatiani lib. de Trinit. capite 1. num. 10.*

HVIC Paradoxo non solùm apud Tertull. & Nouatianum, sed etiam apud alios Veteres occasionem dederunt, tum Lazari siue historia siue Parabola, Luc. 16. quem vidit dues in sinu Abrahæ, tum visio S. Ioannis Apostoli Apocal. 6. qua vidit animas Martyrum sub altari indutas stolis albis, quibus dictum est vt requiescerent, donec impleretur numerus conseruorum suorum, tum denique illud Christi ad latronem, Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso. Hinc enim, quum viderent distinguendum esse statum animarum sine corpore ad futurum vsque iudicium, à statu perfectiori animarum cum corpotibus post resurrectionem vniuersalem, dictis *sinum Abrahæ, quietu placida sub altari, & paradiso* appellationibus nuncupatunt: Quemadmodum statum illum secundum econtrario *cœlestem sinum, altare superius, & cœlestem portum.* Non verò, quod sentirent animas Sanctorum tantisper carere diuini intuitus gloria, sicuti hodie Anabaptistæ & Cornelius Agrippa eorum assecla, vt potè qui legissent apud Apostolū Philipp. 1. Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo. Item illud 2. Cor. 5. Bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. Etillud de ipsa Dei visione: Nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Certè ipse Auctor suam sententiam indicare videtur in hæc verba dict. lib. de Anim. cap. 56. num. 622. *vsquequò perfectum illud repromittitur ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum.* Siquis interim apud eum sit locus, aut alios Patres, qui hanc commodam interpretationem non recipiat; deminetur Lector, hunc errorem non officere eruditioni & pietati tam illustrium Scriptorum, quum Ecclesia illorum temporibus nihil adhuc certi de hoc articulo credendum statuisset. Sed citra Synodum Oecumenicam Florentinam, quæ post primam damnationem, factam Epist. Decretalibus Innocentij tertij & Benedicti 11. id definiuit, alitersentire non licet. Illius aduersus errores Armenorum hæc sunt verba: Definimus illorum animas, qui post baptisma susceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout sapenùs dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & interi clarè ipsum Dominum trinum & vnum, sicuti est; pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Quidā quòd desiperum loca pro alia non faciant sententia, si diligentiùs inspiciantur. Primùm enim etsi Lazarum & alios Patres Veteris Testamenti in sinu Abrahæ, & latronem ibidem, siue in paradiso aliquamdiu fuisse, satis in confesso sit; tamen inde per Christum in cœlum sint deducti, iuxta illud Psalm. 67. & Ephes. 4. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem; id est vel ipso Apostolo Interprete: super omnes cœlos. Deinde loco illo citato Apocal. 6. S. Augustinus stolas albas interpretatur Sern. 4. de Sollemn. Sanct. mercedem baptismi, præmium Martyrij, & gaudium cœlestis patriæ; adlegans ad hoc verba sequentia Apoc. 7. Stabant ante thronum in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. vnde concludit: Stant in conspectu agni ante thronum Dei coronati, nulla illic ratione à contemplanda eius gloria separandi. Nos itaque locos similes & Cypriani & eiusdem S. Augustini, ac SS. Ambrosij & Chrysost. (apud quos etiam loca quædam obscura reperiuntur) citauimus in Adnotat. nostris ad Epist. S. Cypriani 16. numero 19. Adnotauit etiam aliquot pro nobis loca Feu-ardentius in S. Irenæo, contra quàm alij sentiunt lib. 1. c. 2. numero 3. & alibi. Si quis plura desideret, videat Sixt. Senens. Bibl. Sanctæ libro 6. Adnotar. 169. & libro 6. Adnotat. 264. & 345. Hic intetim addemus, quòd Auctor, vbi lib. de Anim. capite 55. *solu Martyribus patere paradisum* dicit, quum alibi *omnium Sanctorum commune receptaculum* vocet; sic explicet B. Cyprianus eius discipulus Epist. 52. ad Antonin. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem, aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diuigne, aliud peccata passione purgasse, aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Quod ipsum facete ad confirmandam traditionem Ecclesiæ de Purgatorio, ibidem adnotauimus numero 59. & ad Tertulliani libr. de Anima capite 55. numero 611. Cetetūm Auctori, qui *omnes animas* etiam *fidelium piorum sequestrari* vult vsque ad diem iudicij, prorsus contraria est illa B. Aug. affirmatio libro 20. de Ciuit. Dei: Iam inde quo sanguis Christi antiquos sanctos ex inferis eruit, deinceps boni fideles, effuso illo pretio redempti, prorsus inferos nesciunt.

10. Animarum Mortuorum omnem exhibitionem incorporalem præstigias esse. *Tom. 3. libro de Anim. capite 57. numero 643.*

PRIMA quidem facie videtur istud Paradoxon, sed agit Tertullian. ex instituto contra *Simonis Magi* discipulos *hæreticos, qui etiam Prophetarum animas ab inferis mouere se spondebant*, quod non nisi *mendacio in animā Samuelis Pythonico spiritui lusisse*, 1. Reg. 18. ipse sentit; sed *transfiguratum Satanam in angelum lucis*; de quo etiam alios Patres quosdam dubitasse ibidem adnotauimus num. 638. Deinde seipsum explicat adijciens: *nulli animas inferos patere*, idque adprobans ex dictis Abrahæ ad diuitem Luc. 16. Quum interim fateatur *quasdam animas incorpora Deo virtute posse reuocari*; quidni & ex peculiari Dei priuilegio extra corpus etiam exhiberi? maximè quum (de quo etiam ibi num. 643.) exemplum habeamus in Libris Machabæorum de appartitione Oniæ sacerdotis & Hieremiæ Prophetæ. Vt vt sit, S. Augustinus pulchrè hac de re sic scripsit libro de Cura pro mort. capite 10. 11. 15. ac 16. Narrantur visa quædam, feruntur mortui nonnulli vel in somnis, vel alio quocunque modo appatuisse viuentibus, atque vbi eotum corpora iacerent inhumata nescientibus, locis demonstratis admonuisse, vt sibi sepultura quæ defuerat, præbetetur. Hæc si falsa esse respondetimus contra quorumdam scripta fideliū (vt potè exempli gratia, S. Ambrosij

brosij Serm. de Inuentione corporum S. Gerualsij & Protasij, & SS. Luciani de Inuentione corporis S. Stephani Protomartyris, & aliorum) & contra eorum sensus qui talia sibi accidisse confirmant; imprimendum venire videbimur. Angelicis igitur operationibus fieri, inquit, credidetim, siue permittatur desupet, siue iubeatur. Id autem aliquando vtiliter fit, siue ad viuorum qualecumque solatium, siue vt his admonitionibus generi humano sepulturæ commenderur humanitas. Deinde post multa in vtramque partem producta argumentis, sic concludit: Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex viuis in paradisum raptus est diuina scriptura testatur. Nam Samuel Prophetæ defuncti vius Sauli Regi futura prædixit (quamuis nonnulli, inter quos, vti iam dixi, Auctor noster, non ipsum fuisse, qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquem spiritum tam malis operibus congruentem illius existimentsimilitudinem figurasse) quum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullam similitudinem Salomonis (etiam ab ipso Tertulliano alicubi) pronuntiatur, contineat in laude Patrum (c.46.) quòd Samuël etiam mortuus prophetauerit. Sed si huic lib. ex Hebræorũ, quia est, in eo non Canone contradicitur; quid de Mose dictum sumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia, qui mortuus non est (Matth. 17.) legitur apparuisse viuentibus? Hinc & illa soluitur quæstio, quonam modo Martyres, ipsis beneficijs quæ dantur orantibus, indicant se interesse tebus humanis, si nesciunt mortui quid agant viui Non enim solis beneficiorum effectibus, verùm etiamsi ipsis hominum adspectibus, Confessorem apparuisse Felicem (quod ipsum etiam S. Paulinus adtestatur Carmine in Felicem) quum à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. Verùm ista diuinitùs exhibentur longè aliter quàm sese habet vsitatus ordo, singulis creaturarum generibus attributus. Quamquã ista quæstio (inquit) vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodum opturlentur Martyres his quos per eos certum est adiuuari. Res hæc altior est quàm vt à me possit adtingi, & abstrusior, quàm vt à me valeat perscrutari; & ideò quid horum duorum sit, an verò fortassis vtrumque, vt aliquando ista fiant per ipsam præsentiam Martyrum, aliquando per angelos suscipientes personam Martyrum, definire non audeo; mallem à scientibus ista perquirete. Quæ ipsa in compendium contraxit Auctor libri de Spiritu & anima c.29. extans inter opera B. Augustini.

11. Animas hominum pessimas post mortem in Dæmonas verti. *S. Augustin. libro de hæres. ad Quodvultdeum.*

STVDO Paradoxum non tam Tertulliano tribuendum quàm Tertullianistis, suptà adnotauimus ad finem Vitæ Auctoris; quòd illis id nominatim adtribuant B. Isidorus, Honorius, Hrabanus, & Gratianus in Hæreticorum Catalogis. Quo sit, vt etiam apud B. Augustin. censeamus legi debere: dicunt & paulopòst: credunt; pro: dicit, &: credit; maximè quum nihil tale repetire sit in scriptis Tertulliani: neque illi vspiam, sed Origeni adscribat B. Hieron. Epist. 59. ad Auitum, & lib. 2. adu. Rufin. Ea verò tam est absurda, vt non alia confutatione opus habeat, quàm quòd hæresis nomine damnata sit, tum à scriptoribus iam dictis, tum à Sexta Synodo, etsi paulo obscuriùs ità Origene & eius complicibus Act. 11. Epist. Sophron. Patriarchæ Hieros. Orta quippè ex Platonis schola, qui vel Auctore tesite lib. de Anima c. 23. 24. & 28. ieiunitatem hinc in cœlos abire vnde venetant, & rursus huc redire. Cui nimirum quid irrubebant Origenes & hæretici reliqui, vt veri simum sit quod non semel Auctor repetit: *Patriarchas hæreticorum esse Philosophos.* Immò verò quòd eadem ratione sequeretur bonos homines in angelos conuerti, expresè negat ipse. Sic enim lib. adu. Valent c. 31. n. 362. *Et tamen illuc habeo dicuertere, vbi post excessum omnino non nubitur, vbi supernubia potiùs, quàm despsiari; vbi ersidelibus, sexus meo deputur; angelis non angelus aut angela.* Denique l. de Anima c. 56. n. 622. *non angelorum substantiam hominibus pollicetur, sed perfectum ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum.* Deinde lib. de Resurr. car. c. 62. n. 428. *Denique*, inquit, *non dixit: Erunt angeli ne homines negaret, sed tamquam angeli vt homines denegauit. Non abstulit substantiam cui similitudinem adtribuit.* Quare satis mirari nequeo (sicuti etiam adnotaui ad libro 3. adu. Marc. capite 9. num. 68.) Guidonem Carmelitam lib. de hæres. c. 36. Tertulliano vtramque hanc hæresim adscribere, quas rectiùs Philastrius lib. de hæres. inter innominatas suæ Auctore certo collocat.

12. De baptizandis hæreticis, eo quòd apud illos omnia veritati extranea & contraria. *Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. c. 12. nu. 78. ac 80. & lib. de Baptis. c. 15. n. 106. Tom. 4. inter fragmenta lib. de Baptis. Græci, Tom. 5. lib. de Pudic. c. 19. n. 162.*

DEhoc Agrippini Carthaginienses, alioríumque Coëpiscoporum, & Tertulliani, ac postmodùm S. Cypriani, aliorumque Africæ & Cappadociæ Episcoporum Paradoxo, ne hîc sim prolixior, videat Lector Adnot. nostras in Epist. S. Cyprani LXX. ad Ianuarium, LXXI. ad Quintũ, LXXII. ad Stephanum, LXXIII. ad Iubaianum, LXXIII. ad Pompeiũ, & LXXVI. ad Magnum, item Concilium Carthaginiense sub ipso celebratũ, & Vitam eiusdem ad annos Domini 251. ac 256. item Fitmiliani ad Cypr. Epistolam inter eius Opera LXXV. denique adnotat. nostras in Tertull. ad fragmenta lib. de Baptis. & in Vita eiusdem etiam nostra ad annum Domini 101. Quibus adijcio non mirum cuipiam debere videri, si Agrippinus cum suis Coëpiscopis rale decretum de baptizandis ijs, qui ex hæresi ad Catholicam reuertebantur, ediderit, & Tertull. scripto Græcè iam dicto libro adprobauerit. Nam plerique vsque ad id temporis hæretici, aut non eundem Deum, aut non eundem Christum confitebantur, atque adeo in Regula fidei ab Apostolis tradita (quam posteriores Patres ad hunc vsque diem Symbolum fidei vocant) non conueniebant; quum tamen follemne semper fuerit, *obsignare* (vti loquitur Auctor) *fidem in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, adiecta necessaria Ecclesiæ mentione*, sicuti latiùs videre est Adnot. nostris ad lib. de Baptis. n. 2. inter Baptismi ceremonias, & c. 6. n. 45. 46. ac 47. Certè eodem modo interpretatur Catolus Bouius Apost. canonem 47. & 5. Clement. Romani Constit. Apost. lib. 6. c. 15. Hinc & Synodus Nicena 1. Can. 19. & eiusdem ætatis Synod. Laodicena C. 8. & Concil. Arelat 2. Can. 17. Paulianistas & Cataphrygas baptizari debere definit: quibus addidit Synod. 11. Constantinopolitana Can. 7. Eunomianos, Sabellianos & Galatas hæreticos: Synodus denique 6. in Trullo celebrata, Manichæos, Valentinianos, Marcionistas & similes. Atqui tempore Tertulliani potissimum florebant *Hermogenians* (quos eadem cum Praxeanistis sensisse tradit S. Augustin. lib. de hæres. c. 41. 44. & 45) *Praxeani, Cataphrygas, Valentinianos, Marcionitas*, & eius adsectæ *Apellesianos*; denique & *Quintilianistas*, contra quos ex professo Latinum librum, ex quo fra-

gmenta Libri Græci desumpta sunt, quæ de Baptis. Auctor conscripsit De illis verum est illud Auctoris lib. de Præscr. adu. hæret. *apud illos omnia extranea & contraria nostræ veritati*, & illud lib. de Baptis. *Non idem Deus est nobis & illis, nec idem Christus; adeò nec baptismus unus, quia non idem.* Quod satis constat de Hermogenianis, Praxeanis, Cathaphrygibus, & Quintillianistis, qui aut vnicam agnoscebant in Deitate personam, aut Patripassiani fuerunt. De Marcionitis, Valentinianis, & Apellet ianis, vel ipse Augustinus dubitat, lib. 3. de Baptis. c. 15. an verbis Euangelicis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizauerint; eo quòd & de Deo, & de Christo male sensérint. Quare & nobis (sicuti de Paulianis scribit B. Augustinus) credere licet eos fuisse baptismatis non tenuisse, & (iuxta quod loquuntur 2. & 6. Synodus) in vnam duntaxat mersionem baptizasse. Quamquam interim S. Augustinus lib. 6. de Baptis. cap. 25. etiam illum pro vero baptismo agnoscat, cuius precibus quædam inseruntur contra catholicam fidem, dummodò verbis Euangelicis consacretur. Atque adeò ad similia S. Cypriani verba, qualia Auctoris, eo quòd in genere ea adlegauit contra hæreticos omnes, Antidotum adferre soler libris septem de baptismo contra Donatistas, qui omnium hæreticorum baptisma impugnabant. Imprimis ad id quod dictum est, *baptismum vnum esse, & hæreticorum baptismum veritatu non esse*, quod habet lib. de Pudic. l. 2. c. 3. respondet & S. Aug. l. 5. c. 21. & 29. lib. 6. c. 8. 9. 12. 13. Ad illud: *Nemo inde sibi potest vnde destruitur. Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur*, lib. 4. c. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. sicuti etiam ad illa supradicta: *Non idem Deus est nobis & illis, nec idem Christus.* ibid. & lib. 5. c. 26. Ad illud: *Apud hæreticos extranea aut aduersaria veritati omnia*, lib. 6. c. 40. Ad illud denique: *Baptismum quum ritè non habeant, non habent, nec possunt accipere quia non habent*; lib. 7. c. 29. 33. 35. & 43. Cæterùm hoc vnum hîc repetendum, quòd fatentur non semel Augustinus, neque Agrippinum, neque Cyprianum cum suis emissoribus fuisse Decretum tam generale aduersus hæreticorum baptismum, si aliquid aliquo Concilio plenario definitum fuisset, sicuti postea, exceptis solis Paulianistis, à Niceno generali 1. vti iam dictum est.

13. De Christo Dei Spiritu. *Tom. 1. Apolog. c. 21. n. 314. Tom. 2. l. de Orat. c. 1. n. 2. Tom. 3. Aduers. Marc. lib. 1. c. 19. n. 127. lib. 3. c. 6. n. 38. 39. ac c. 16. n. 116. lib. 4. c. 21. n. 314. & lib. adu. Prax. c. 26. n. 155.*

SEd hac phrasi Veterum, verba S. Hieron. adnotauimus in c. 4. Epist. ad Gal. & Epist. ad Pammach. & Oceanum de errorib. Origenis, in librum S. Cypriani de Idol. vanitate n. 71. Multi, inquit, per imperitiam scripturarum, (quod & Firmianus in octauo ad Demet. Epistolarum libro facit,) adscrunt Spiritum sanctum sæpè patrem, sæpe Filium nominari. Quod vsqueadeò verum est, vt præter Lactantium eandem sit reperire apud Auctores Librorum de Montib. Syna & Sion, & adu. Iud. qui insecuti sunt Christum in opetibus S. Cypr. nostris. Eodem hauddubiè pertinet, quòd toties *Christum Deiſpiritum* appeller Tertull. idque eodem sensu quo Deus spiritus vocatur Ioan. 3. & 1. Ioan. 4. Alioqui distinctas ab eo, sicuti ab alijs etiam Veteribus, tres in diuinitate personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum constat ex eodem lib. adu. Prax. c. 2. n. 24. c. 4. n. 40. c. 8. n. 60. c. 9. n. 61. c. 13. n. 75. ac 78. & illo ipso c. 26 n. 158. c. 30. n. 183. denique c. 30. n. 182. Quibus locis illud longè appertissimum, quum *Spiritum sanctum* vocat, *tertium numen diuinitatu, & tertium no men maiestatu.*

14. De Christo reuelato per prædicationem, anno Tiberij Cæsaris xij. passo anno eiusdem xv. *Tom. 1. lib. adu. Iud. c. 8. n. 82. & Tom. 3. l. 1. adu. Marc. c. 15. n. 102.*

QVAMQVAM varient priori loco exemplaria Tertulliani, tamen eam eius fuisse sententiam adserit Euseb. in Chronic. & expositoriori loco patet, immò & ex priori eodem c. n. 92. vbi *passionem Domini* collocat *Cossi. Rufello Gemino & Rufo seu Fusio Gemino*, quorum Consulatus incidit in annum xv. Tiberij. In quo illum sunt imitati Iul. Africanus lib. de tempor. apud S. Hieron. Comm. in Danielem, Lactant. lib. 4. c. 10. Paul. Oros. l. 7. c. 10. Atqui quum id sit contra expressa Euangelij verba Luc. 3. vbi anno xv. Impetij Tiberij Cæsaris baptizatus legitur, fateri oportet huma nitùs hîc aliquid Auctori illisque contigisse. Quare rectiùs Clem. Alexandr. sub finem lib. 1. Stromat. Euseb. in Chronicis, Cassiodor. in Chronico emendato, Zonar. in Annal. Honor. Beda, Nicephor. in Chron. Iornandus in Annal. anno Tibetij xviij. passum Christum scribunt, ætatis nempè fuæ 33. iam incepto. De Consulatu quo passio Christi contigit, non ita conueniunt omnes. S. Augustl. 18. de Ciuit. Dei c. vlt. & Seuerus Sulpitius Hist. sacræ li. 2. fortassis auctoritate ducti Tertulliani, non examinatis Fastis Consularibus, sub duobus Geminis collocant, sicuti etiam suprascripti loco priori Auctores. Recentiores aliquot, qui Dominum anno ætatis xxxiiij. passum scribunt, Consules adsignant Galbam & Syllam, qui anno Tiberij xix Consulatum gesserunt. Verùm Euangelio magis conformis est eorum sententia, & nominatim Cassiodori castigatioris, qui annum passionis adsignant Consulibus Cn. Domitio L. F. L. u. Ahenobarbo & A Vitellio P. F. Q. u. cum quibus consentiunt adeò omnes suprà nominati, qui anno Tiberij xviij. passum Christum scribunt. Qui plura desiderat, videat Paullum Midelburgensem Episcopum Foroſempronianum libris 33. de anno & die Passionis Domini. Hoc vnum adijciam, quod habet S. Aug. li. 2. de Doctrina Christ. Ignorantia Consulatus quo natus est Dominus, vel quo passus est, non nullos coëgit errare, vt put at ent quadraginta sex annorum ætate passum esse Dominum, quia per ror annos ædificatum est templum, quod imaginem Dominici corporis habebat. Vbi fortassis tacitè significat S. Irenæum lib. 2. c. 39. & 40. qui nititur probare passum Christum anno ferè quinquagesimo, & saltem post quadragesimum ætatis annum ex illo loan. 8. Quinquaginta annos nondum habes. Et verò ignorantiam illam Consulatus contigisse vetisimile est ex varijs Fastorum Consularium exemplaribus. Quorum quosdam citans, prorsus alios quàm hodie exstant, Epiphan. hær. 51. Saluatorem passum scribit Vinnicio Cassiodore Coss. quorum Consulatus incidit duntaxat in xiiii. Tiberij annum iuxta castigatiores Fastos. Facit pro eodem liber ille Consulatuum MS. in quo adnotauit Cuspinianus in Cassiod. Consules collocari duos Geminos anno xviii. Tiberij.

15. De Deo corporeo, eo quòd nihil incorporale sit. *Tom. 2. lib. de Pœnit. c. 3. n. 12. Tom. 3. lib. adu. Hermog. c. 35. n. 124. lib. de Carne Christi, c. 11. n. 97. ac 98. lib. 2. adu. Marc. c. 16. n. 100. & apertissimè lib. adu. Praxean c. 7. n. 53.*

HVNC

VNC errorem Tertulliano adscripserunt iam olim S. August. locis mox citandis, S. Fulgent. lib. 2. de fid. ad Petr. & Gennad. lib. de Dogmat. Eccles. Verùm S. August. eum excusat his verbis lib. 10. de Gen. ad litt. c. vlt. Timens ne nihil esset, si corpus non esset, nec de Deo valuit aliter sapere. Qui sanè quamquam (sic enim lego, pro: quoniam) acutus est, interdum contra opinionem suam vita veritate superatur. Quid enim vetius dicere potuit, quàm id quod ait quodam in loco (nempè lib. de Anima c. 7. 98.) *Omne corporale passibile est?* Debuit ergo mutare sententiam, qua alibi dixerat (nempè lib. adu. Prax.) etiam *Deum corpus esse*. Neque enim arbitror eum ita desipuisse, vt etiam Dei naturam passibilem crederet, vt iam Christus, non in carne tantùm, neque in carne & anima, sed in ipso Verbo, pet quod facta sunt omnia, passibilis & commutabilis esse credatur; quod absit à corde Christiano. Et rursum ibidem verbis etiam suprà citatis: Sed tremenda sunt ista, non ridenda. Ad hæc enim numquam cogetetur, si aliquid cogitare posset, quod & sit, & corpus non sit. Rursum lib. de hæresi. ad Quoduuld. hær. 86. Ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum (vbi adludere videtur ad lib. 2. adu. Marc.) Nec tamen hinc hæreticus creditur factus. Posset enim quoquo modo putari, ipsam naturam substantiámque diuinam corpus vocate, non tale corpus, cuius partes aliæ maiores, aliæ minores, valeant vel debeant cogitari, qualia sunt omnia, quæ propriè dicimus corpota (quamuis de Anima tale aliquid sentiat) sed potuit (vt dixi) propterea putari *corpus Deum* dicere, quia non est nihil, non est inanitas, non est corporis vel animæ qualitas, sed vbique talis, & per locorum sparia nulla partitus, in sua tamen natura atque subsistãtia immutabiliter permanet. Certè ipse Auctor satis se explicat. Sic enim lib. adu. Hetmog. *Vt concedam interim esse aliquid incorporale, de substantiis dumtaxat; quum ipsa substantia corpus sit rei cuiusque*, & lib. de Anim. c. 7. n. 96. *Nihil enim, si non corpus*. Item lib. de Carne Christi: *Quum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod est. Si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus eius. Omne quod est, corpus est sui generis; nihil est incorporale, nisi quod non est*. Denique lib. 2. adu. Marc. *Nam & dexteram*, inquit, *& oculos & pedes Deo legimus, nec idèo tamen humanæ corporabuntur, quia de appellatione sociantur. Quanta erit diuersitas diuini corporis & humani sub eisdem nominibus membrorum*, &c. Ceterùm *Deum incorporeum* docent ceteri Patres omnes, & inter hæreses collocant contrarium affirmare, sicuti patet ex Philastrio, S. August. Epiphan. Theodoreto, Damasceno, Isidoro, Hrabano in Catalogis hæreticorum, quum Audianorum fiue Anthropomorphitarum faciunt mentionem.

16. De Dei ira. *Tom. 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 2. num. 7. Tom. 3. lib. de Anim. cap. 16. num. 211. Aduers. Marc. lib. 1. cap. 1. cap. 26. num. 181. lib. 2. cap. 16. num. 94. lib. 4. cap. 15. num. 195. & cap. 31. num. 507.*

PRIMA quidem facie videtur Tertullianus *Deo* adtribuere *iram* dictis locis, sed vbique ferè *vindictam*, seu *vltionem Dei* interpretatur. Et verò id inculcate eum oportuit toties, non solùm contra Gentes, sicuti primo loco, sed maximè adu. Marcionem, qui *Deum* adscrebat *bonum* dumtaxat, non verò *vindicem* aut *iudicem*. Quo fit vt latissimè aduersus illum disputet, & contrarium ex scripturis ostendat, illis vsus subinde, quæ *ira Dei*, atque adeò *vindicta* mentionem faciunt; maximè lib. 1. adu. Marc. c. 25. 26. 27. & 28. lib. 2. c. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. Est quidem locus vnus, vbi *motus animi* in Deo videtur agnoscere; sed præterquàm quòd ibidem, *amulari, irasci*, interpretatur, *damnare, vexare*, postremo omnium loco se magis explicat, quum *moueri Deum, & motus in Deo*, pro ira accipit. Denique prorsus seipsum explicat dicto c. 16. lib. 2. in hæc verba: *Sine ira, sine æmulatione, sine iactura, debita hæc omnia sunt fœneritati, sicuti fœneritas debitum est iustitiæ*. Deinde quum obiecisset verba Marcionis: *Si Deus irascitur & æmulatur, & exsultatur, & exacerbatur, ergo & corrumpetur, ergo & moritur*. Scitè admodum respondet: *Stultissimus qui de humanis diuina prædicant, vt quosdam in homine corruptoria conditionis habentur huiusmodi passiones, idcirco & in Deo eiusdem statûs existimentur. Discerne substantias, & suos eis distribue sensus, tam diuersos, quàm substantiæ exigunt, licet vocabula communicare videantur. Nam & dexteram, & oculos, & pedes Deo legimus, nec idcò tamen humanæ comparabuntur, quia de appellatione sociantur.*

17. Ecclesiam esse in tribus, etiam laicis. *Tom. 5. lib. de Exhortat. castit. cap. 7. num. 40. & lib. de Pudic. cap. 21. num. 191.*

NON malè Tertull. lib. de Pœnitent. cap. 10. n. 60. dixetat, vtpotè ante omnem hæresim: *In vno & altero Ecclesiaest*; vtpotè qui ibi adlud eret ad illud Matth. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, quum præmisisset pauloprius: Dic Ecclesiæ. Quod tamen de præfectis Ecclesiæ Episcopis, non verò de laicis interpretantur Veteres omnes, ipse quoque eòdem loco loquens de faciendo tibus, quibus fiebat exomologesis. Prorsus etiam catholicum est illud lib. de Baptis. cap. 6. num. 47. *Vbi tres, id est, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ibi Ecclesia, quæ trium corpus est*. Verùm ad hæresim pertinet, sicut etiam in Vita eius adnotauimus, illud lib. de Exhort. castit. *Sed & vbi tres, Ecclesia est, licet laici. Pauis quisque enim de fide sua viuit*; Maximè quum iisdem ferè verbis idipsum repetat lib. de Pudicit. ex quo loco colligitur eò venisse eum dementiæ, vti existimauerit *Ecclesiam* fuisse *in tribus*, nempè, Montano, Prisca, & Maximilla; quò pertinet quod ibi præterea negat, *Ecclesiam esse numerum Episcoporum*. Verùm latè contrarium deduximus Adnot. nostris in locum priorem, vel ex ipso Tertulliano adhuc Catholico; vti etiam aduersus Magdenburgenses, qui inde colligebant Ecclesiam esse in paucis. Siquis pluta desideret, perlegat libros, quotquot scripsit S. August. contra Donatistas, qui scripturas tum veteris, tum Noui Testamenti vndequaque congessit, quibus constet non in vno solo terrarum loco, vtpotè Africa, Ecclesiam esse, sed toto orbe terrarum dilpersam, iuxta & vaticinia Prophetarum, & Apostolorum testimonia sole clariora. Quò Lectorem remittimus, ne hîc prolixiores simus. Hoc vnum addemus, ad eandem eius hæresim pertinere, quod ait Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 4. num. 47. *An non putas omni fideli licere concipere & constituere, dumtaxat quod Deo congruat?*

18. De Ecstasi, *siue* amentia, *siue* spiritu Prophetico, Montani & insanarum Vatum Prisciliæ & Maximillæ, & similium. *Tom. 2. lib. de Virgin. veland. cap. 1. nu. 12. Tom. 3. lib. de Anima c. 9. n. 111. c. 45. n. 488. c. 47. n. 543. lib. de Resurr. carn. c. 11. n. 98. ac c. vlt. n. 436. Adu. Marc. lib. 4. c. 22. n. 325. & lib. 5. c. 8. n. 135. ac 136. lib. adu. Prax. c. 1. n. 7. 8. ac 10. & c. 15. n. 93. ac c. 30. n. 183. Denique in Fragmentis librorum septem de Ecstasi.*

SIC STAM hæresim Tertulliano iam olim impegerunt S. Pacianus, S. Hieron. & Nicephorus locis citatis ad Fragmenta libro tum eius *De Extasi*, Tom. 4. vbi ex eodem Hieron. & Epiphan. ostendimus *Extasin in Adamo*, Gen. 2. fuisse *profundum soporem, non mentis excessum*, & *extasim Apostolis* (Matth. 17. ac Luc. 9.) *Petro, Ioanne, ac Iacobo*, neque *amentiam* fuisse, sed admirationis ecstasin, neque etiam cum Prophetia aliqua coniunctam. Deinde ex Apostolo 1. Cor. 14. quantumuis contrarium Auctor eliciat, addita perperam clausula: *in extasi*; constare Spiritum Prophetarum Prophetis subiectum esse, vtpotè quum (iuxta Hieron. verba ibi citata, & Origen. Hom. 6. in Ezechielem) Prophetia, visio vocetur, quam adeò intelligebant Prophetæ, propterea Videntes appellati, non verò vt amentes nisi in loquebantur, aut sine mente sonum dabant. Vnde colligere est reuera *amentiam* fuisse, non *Prophetiam*, in Montano & eius Pseudoprophetillis, atque adeò Deo dispone nte factum esse, vt vel hac appellatione sibi ipsi contradiceret Auctor. Idipsum pulcrè ante illos aduersus Montanum deduxit Apollinarius Hierapolitanus Episcopus apud Eusseb. lib. 5. c. 15. scribens illos spiritu quodam maligno abreptos, derepentè furore & mentis insania (quain *extasin* vocabant) exagitatos, peregrinas quasdam voces fundere, & contrà quàm Ecclesiæ consuetudo, cùm traditione, tum successione antiquitùs ab Apostolorum temporibus coalque deriuata postulabat, prophetare fcilicet, cœpisse. Citat ille (apud Eusseb. c. seqq.) & Militiadis librum aduersus eundem, in quo ostendit, minimè credi oportere, quemquam *Prophetam* furore percitum *prophetare* solere. Neque enim (vti ex illo citat) quemquam Veteris aut nouiTestamenti *Prophetam* adlegare poterunt, qui insano spiritu (per *extasin*) ad hunc modum fuerint aliquando exagitati. Neque de Agabo, neque de Iuda, neque de Sila, neque de Philippi filiabus *Act.* 11. 15. 21.) neque de Ammia ex Philadelphia, neque de quadrato (cuius meminit Hieron. Catal. Script. Eccles.) neque de aliis quibusuis prætexta, quòd væsano ipsorum more illa ex parte aliquando prophetauerint, omninò gloriari poterunt. Quorum nomina propterea sese recensuisse posimodùm indicat, quòd inctitarent, mulieres illas Montani illis omnibus in Prophetiæ munus proximè succesisse; non aliter atque (teste Hieronymo loco iam citato) in libris *septem de Extasi*, quotum septimum scripsit aduersus Apollonium Tertullianus, in confirmationem eiusdem illarum Pseudoprophetiæ scripsit, *Melitonem à plerisque suorum Prophetam putatum*, vt ita tacitè successionem quandam Prophetiæ tanquam veræ insinuaret. Denique Apollonius libro suo aduersus Cataphrygas (vti legitur apud Eusseb. eiusdem l. cap. 17.) testatur Zotium Episcopum Comanæ, quum Pepuzam aduentasset, ibi Maximilla prophetare se simulante, insanum in illa spiritum deprehendisse. Similiter Serapion (ibidem c. 18.) Antiochenus Episcopus, Beatum Sotam in Anchialo voluisse Priscillæ dæmonem eiicere, sed veteratorios illos hypocritas neutiquam permisisse. Ceterùm nihil pro Auctore facit, quòd lib. 5. adu. Marc. *Prophetandi m etiam mulieres habere* contendat, ex eo quòd 2. Cor. 11. Apostolus *Mulieri etiam prophetanti velamen imponeat*: quia non veram Propheriam, sed mentis amentiam fuisse in insanis illis vatibus Priscilla & Maximilla iam probatum est: vt taceam quòd illa impugnet ipse adhuc Catholicus, lib. de Præscript. adu. hæret. c. 41. in hæc verba: *Ipsæ mulieres hæreticæ quam protacet: quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, cura tiones repromittere, forsitan & tinguere*, sicuti latiùs ibi deduximus, n. 260. 261. 262. ac 263. & ad Lib. de Bapt. adu. *Quintillam*, etiam Montanicæ factionis fœminam, num. 2.

19. Filium Dei Christum, semper visum ab hominibus, in vera, etsi non nata carne. *Tom. 1. lib. aduers. Ind. c. 9. n. 114. 115. Tom. 3. lib. de Carne Christi c. 6. n. 58. adu. Marc. l. 2. t. 27. n. 187. 189. lib. 3. c. 6. n. 39. c. 9. n. 65. lib. 5. c. 19. n. 296. lib. adu. Prax. c. 14. n. 86. 87. c. 16. n. 96. 98. 100. 101. & Tom. 4. lib. 5. aduers. Marc. carm. c. 5. n. 8.*

NON illud Paradoxum videtur, quod scribit Tertullianus, *Filium Dei*, non Pattem, quoties id in scripturis legitur, *visum vel auditum ab hominibus*, nempè quum apparuit *Adamo*, Gen. 3. *Noè*, Gen. 9. *Abraham*, Gen. 12. 17. 18. *Lotb*, Gen. 19. *Agar*, Gen. 21. *Iacob*, Gen. 26. 32. 35. & *Moysi*, Exod. 3. & sequ. 32. ac 33. quum id desumpserirad verbum ferè ex S. Iustino Mart. Dialogo adu. Tryphonem, & partim ex S. Iren. lib. 3. c. 6. ac lib. 4. cap. 23. & eos sequantur Nouatianus lib. de Trinit. c. 25. 26. 27. B. Cyprian. lib. 2. Testim. adu. Iud. c. 5. & 6. ex iis locis comprobantes, Christum non hominem solum aut angelum, sed & Deum fuisse appellatum: nec aliter S. Ambr. Præfat. in Lucam, S. Epiph. in Ancoratu, Prudentius adu. Anthropomorphitas, & Arnob. in Psal. 104. Quò videntur adducti tum verbis illis: *Deum Patrem* (sicut legit Auctor) *nemo videbit vmquam, & vivet*, Exod. 33. ac similibus, Ioan. 6. non quia Pattem quis vidit, nisi qui à Deo est: & econtrario illis Christi, Ioan. 8. *Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est*. Quamquam interim S. August. lib. 3. aduers. Maxim. c. 26. & lib. 2. de Trinit. c. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ac 17. maluerit asserere, Deum Pattem & totam Trinitatem visum dictis locis per subiectas creaturas, vt ne consentiret Maximino Arriano, cui non sufficit dictas apparitiones de Christo interpretari, sed inde colligere nitebatur Christum per diuinitatis fuæ subStantiam visibus humanis appatuisse; à qua hæresi procul certè abfuit Auctor, quamtumlibet eam quidem illi impingant. At illud Paradoxum est, & Tertulliano peculiare, quòd aliquot locis dicat, *visum Christum in carne vera, & solida, esti non nata*, idque zelo non secundum scientiam, vti tantò magis probaret, aduersus Marcionem, aliósque eius asseclas, *carnem Christi*, quam postea ex virgine accepit, *non phantasticam fuisse, sed veram ac solidam*, si iam olim ante in carne vera visus diceretur. Alioqui certè lib. contra Praxean, S. Iustini Mart. sententiam secutus, qui eas apparitiones figuratas fuisse adfirmat, seipsum explicat: *Dicimus enim* (inquit priori loco) *& filium fuo nomine eatenus inuisibilem* (quod tamen negabat. Maximinus) *qua fermè; visibilem autem fuisse ante carnem eo modo quo dicit ad Aaron & Mariam:* (Num. 12.) *Et si fuerit Prophetes in vobis, in visione eo me notscar illi, & in somnio loquar illi*. Et post adlegata verba illa Exod. 33. *Os ad os loquar illi in facie*, subiungit: *Igitur quem Moysi seruat conspectum suum, & colloquium facie ad faciem in futurum (nam hoc postea adimpletum est in monte Sectii), sicut legimus in Euangelio*, Luc. 9. *visum cum illo Moysen colloquentem*) *apparet retro semper in speculo, & augmate, & visione, & somnio Deum, id est filium Dei, visum tam prophetis & Patriarchis, quàm & ipsi adhuc Moysi*. Nec absimiliter loco posteriori. *Ipse enim & ad humana semper colloquia descendit, ab Adam vsque ad Patriarchas & Prophetas, in visione, in somno, in speculo, in aenigmate*. Ceterùm S. Auguttino locis iam citatis magis placet, vt dictis visionibus Christus quidem fuerit figuratus, sed per angelos figura dumtaxat, Deum apparuisse, id probans ex scripturis, Osee 12. vbi *angelum* fuisse dicitur, qui cum Iacob colluctatus est, & Hebr. 13. quibusdicuntur quidem nescientes angelos recepisse hospitio. Quibus adiicere licet, quòd Deum, quem sibi in tubo & lit Syna apparuisse Moyses dixit, hunc ipsum S. Stephanus Act. 7. angelum fuisse testatur.

20. De

20. De Fuga in persecutione non licita. *Tom. 2. lib. 1. ad Vxor. c. 3. n. 17. lib. de Cor. milit. 1. c. num. 18. & Tom. 5. libro integro eius Argumenti.*

HVNC Tertulliani errorem, quem latè deducit lib. de Fuga in persecutione, conscripto iuxta S. Hieron. Sophron. & Nicephor. adu. Ecclesiam, tam latè confutauimus nostris in illum Adnotationibus, vt non multis hîc sit opus. Videibidem, quod ad calcem Argumenti subiecimus, Antidotum ex ipso Auctore adhuc Catholico Tom. 2. lib. de Patient. cap. 13. num. 88. S. Cypriani locis aliquot, S. Athanasij Apologia pro sua fuga, & S. Augustin. Epist. 180. ad Honoratum: è quibus etiam ad singula penè argumenta contraria respondimus: maximè c. 4. n. 35. c. 5. num. 39. c. 6. num. 43. 47. ac 49. c. 7. num. 54. c. 8. num. 55. 57. ac 59. c. 9. n. 60. & cap. 10. num. 75. Verba Auctoris citata sunt ista: *Carnis patientia in persecutionibus praestatur. Si fuga vrgeat, incommoda fugae cauendo militat. Si & carcer praeuenias, est in illa paupertate lucri, patientia mundi.* Quid? quòd ex dicti libri cap. 11. videtur potissimùm fugam improbare. *Praepositorum Ecclesiae*, vtpotè *quibus* (etiam iuxta S. Athanas. Epist. ad Draconti um, & locum citatum S. Augustin.) *fugere non licet, nisi grege fugiente, aut Praepositum non desiderante*, id est, non iudigente eius opera: quum personalis est, vt sic loquamur, Episcoporum aut Pastorum perlecutio. Quo casu etiam illis fugere licere, & multorum exemplis, & ex scripturis latè deducit S. Athanas. dicta sua Apolog. ad quam Lectorem, ne hîc prolixiores simus, temittimus. Neque quidquam pro Auctore facit, quòd *inuitet Christus ad passionem conerarium fugae*, quum dixit: *Quime confessus fuerit, & ego confundar eum*, Marc. 8. quantumuis Scorp. aduers. Gnosticos, inde colligere videatur *Martyria praecepta esse*: quia zquè *praeceptum* esse Tertullianus agnoscit illud: *Quum coperint persequi vos, fugite de ciuitate in ciuitatem*: quia neutrum praeceptum videtur, nisi secundum personas, tempora & causas: hoc quidem tempore persecutionis ob fidem Christi, iis quibus pet animarum curam abesse licet: illud verò, si adprehensi fuerimus, vel in ipsa fuga. Praeterquàm etiam quòd vtrumque apud Matth. eodem capite contineatur, oportet sanam accipiat interpretationem, ne sibi Euangelista contrarius videatur.

21. De Iob, quòd filiis ei non restitutis, voluntariam orbitatem sit passus. *Tom. 2. lib. de Patient. cap. 14. num. 98.*

IN exemplaribus libri Iob, quæ videtat Tertullianus, desideratum fuisse videtur, quod de filiis septem & filiabus tribus ei restitutis legitur in Hebræis, Chaldæis, Græcis, & Latinis exemplaribus: atque hinc factum opinor, vti peculiare illud, quod apud neminem Veterum reperire potui, Paradoxon sit secutus. Certè pluribus id improbare superfluum foret, quum eiusdem ferè ætatis Origenes, Homil. 6. in Ezechiel. illud legisse se significet, & post eum Patres omnes, tam veteres, quam mediæ ætatis, & recentiores. Quibus Auctor consentiret, si dumtaxat dixisset, *Iob reliqua quae amiserat, reduplicata possedisse, exceptis filiis*, vtpotè quos septem dumtaxat recepit, atque adeò totidem quot antea. Id propteiea interpretantur Philippus Presbyter, S. Gregorius Papa, Beda, & Rupertus Comment. in Iob, quòd septem priores filij adhuc viuere censerentur apud Deum.

22. De Maria Virgine, quòd communi lege patefacti corporis Christum pepererit. *Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 4. num. 31. cap. 20. num. 155. cap. 23. num 174. ac 175. Adu. Marc. lib. 3. cap. 11. num. 78. l. 4. c. 21. nu. 311. & l. 5. c. 19. nu. 304.*

TALE quid Tertullianum scripsisse satis manifestum est, sicut etiam Origenem hom. 14. in Lucam, & S. Ambros. in eundem. Verùm possunt intelligi, iuxta quod interpretatur S. Thomas Aquinas alicubi, de tali patefactione vteri, quæ clausura virginitatis non violauerit, sicuti etiam nos adnotauimus ad illud Luc. 2. *pro se citatum ab Auctore: Omne masculinum adaperiens vulvam*, ad dict. lib. de Carne Christi num. 175. adducti is ad hoc restimoniis Græci cuiusdam interpretis, & S. Hieron. qui agnoscunt Christum nondum apertam vulvam virginalem aperuisse supernaturaliter, & clausam naturaliter seruasse, iuxta Ezechielis vaticinium, de porta Orientali clausa, per quam solus Pontifex egreditur, quæ nihilominus semper clausa permanet. Quò pertinet etiam S. Ambros. comparatio Epist. 81. vbi scribit, Christum sic exisse de vtero virginis, sicut aquæ fluxerunt de petra, denique illud Auctoris loco secundo citato dicti libri: *Quid fuerit nouitatis in Christo ex Virgine nascendo, palam est, si fateatur hoc solummodò quod ex virgine*; significans ibidem, & aliis locis hîc citatis, se illud vsque adeò verisse, vt *verum* probaret *partum Christi ex Virgine*, contra Marcionem, qui phantasticum dicebat. Postmodum interim, vbi satis fuit ea hæresis confutata, maluerunt Patres definire, Virginem Deiparam clausò vtero incorruptibiliter peperisse.

23. De Maria virgine semel nuptura post partum. *Tom. 2. lib. de Veland. virg. c. 6. nu. 48. Tom. 3. lib. de Carne Christi c. 23. n. 174. & Tom. 5. lib. de Monog. c. 8. n. 55.*

GRAVIS quidem obscurè in hanc hæresim impingere videtur Auctor, ita vt aliquo modo sanum sensum possint eius verba recipere; verùm quando quidem S. Hieron. quum illum pto se citasset hæreticus Heluidius, non neget illum tale quid scripsisse, neque ego ab ea ipsum excusandum putaui. Respondere sufficeret id, quod S. Hieron. de Tertulliano: Non aliud dico, quàm hominem Ecclesiæ non fuisse. Verùm quia seductum fuisse verisimile est ijsdem, quibus Heluidium, Euangelistarum verbis, Matth. 12. Luc. 8. Ioan. 7. *de fratribus Domini*, quos *veri fratres*, vti & *veri matrem* fuisse *Christi*, iam dict. lib. de Carne Christi cap. 7. num. 67. adstetit, vti carnis Christi vetitatem tanto comprobaret magis, aliquid de eius phrasis intellectu adiiciendum est. Origenes, Hilarius, Euthymius, & Theophyl. in Matth æum, Euseb. lib. 2. hist. Eccl. c. 1. S. Epiphan. l. 3. Panarij aduersus Antidicomarianitas, S. Ambros. & Oecum. in Comm. cap. 2. ad Galath. *Fratres Domini* putant appellari filios Ioseph ex Matia Cleopæ fratris sui vidua, ex qua liberos sex sustulerit, vtpotè Iacobum, Ioseph, Simonem, Iudam & fratres eius,

Idque (vel teste Origene) iuxta Euangelium, quod Petri aut Iacobi titulum habebat. Verùm rectiùs S. Hieron. in Comm. Quidam *fratres Domini* de alia vxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta Apocryphorum, & à quadam Electa muliercula confingentes. Nos autem (inquit) sicut in libro, quem aduersus Heluidium scripsimus, continetur, *fratres Domini*, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, intelligimus, Mariæ liberos matertereæ Domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ; quos in Euangelio *fratres Domini* legimus appellatos; fratres enim consobrinos dici, omnis scriptura demonstrat. Vbi adludit tum ad scripturas de Loth fratre Abrahæ, Gen. 13. tum ad Marth. cap. 17. vbi iuxta crucem adstitisse dicitur Maria Iacobi, & Ioseph mater. quod de matre Domini non posse intelligi recte adnotauit Euthymius. Cererùm vide definitionem Ecclesiasticam hac de re apud S. Fulgentium lib. de Fide ad Petrum inter opera B. Augustini.

14. De mille annis post resurrectionem corporum. *Lib. de Resurr. carn. c. 25. nu. 203. Aduers. Marc. lib. 1. cap. 29. num. 203. lib. 3. cap. 24. num. 191. & seq. lib. 4. cap. 29. num. 471. & Tom. 4. in Fragment. libri de Spe fidelium.*

QVID Tertullianus hac de re senserit, satis arbitror deduxisse me Tom. 4. ad Fragmenta lib. de Spe fidelium ex ipsis eius verbis, nempè, *in terra quidem regnum Christi nobis repromissum ante cœlum post primam resurrectionem*, sed tamen ita, *vt in ea efficiantur sancti omnium spiritalium bonorum copia*. Quam etsi erroneam, vtcumq; tolerabilem tamen fatetur B. Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei, quantum opinor, quòd eam eriam sit reperite apud S. Irenæum lib. 5. de hæres. c. 32. 33. 34. 35. ac S. Iustinum Martyrem, Dialogo adu. Typhonem, & Melitonem, qui in hoc sunt imitati, vel S. Hier. auctore, Papiam. Quibus adsentiuntur etiam Apollinarius, qui frustrà libros Dionysij Alexandrini contra Nepotem nisus fuit impugnare, Lactant. lib. 1. c. 13. ac lib. 7. c. 24. Victorinus in Apocalypsin, antequàm à S. Hieron. emendaretur, &, eodem teste, Seuerus in Gallo Dialogo de Vita S. Martini. Quamquam etiam illis imputet (vti & Tertulliano, sed, quantum apparet, non rectè) Gennad. l. de Dogmat. Eccles. potus & cibi deliciis fruituros sanctos. Alioqui certè, longè diuersam patet fuisse Cerinthi, Marci, ac Nepotis hæresin, de quibus ipse ibidem, & Euseb. lib. 3. c. 22. ac lib. 7. c. 20. post eum, & Nicephorus alicubi, aliorúmque Chiliastarum seu Milliariorum, aduersum quos agit S. Epiphan. hær. 76. Vtporè qui (sicuti & hodierni quidam Anabaptistæ) in illo etiam nupriarum copulam; immò Cerinthus & Marcus omnia libidinum genera exspectabant, &, vti S. Hieron. adserit, iuxta Iudæorum Συνῳδείαν circuncisionis iniuriam, instaurationem templi, taurorum & arietum victimas, ocium Sabbati, & cunctarum gentium seruiturem, atque adeò bella, exercitus, triumphos, superatorum neces, morrémque centenarij peccatoris. Porrò quum omnibus ijs impositum fuerit illud Apocalypseos S. Ioannis Apostoli (nam illi adscribunt omnes illi) cap. 20. *hæc est resurrectio prima*, beatus est sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his erunt sacerdotes Domini & Christi, *& regnabunt cum illo mille annis*; de eius loci intellectu aliquid hic adiiciendum est. B. Hieron. Præfatione in lib. 18. Isai. Apocalypsin, non iuxta litteram, sicuti à Iudaizantibus, sed spiritaliter, vt scripta est, edisserendâ dicit; quod ipsum disertis verbis facit Comm. MS. Victorini in Apocal. à se emendato: Dionysium opinior Alexandrinum secutus, dictis aduer. Nepotem libris. S. August. apertiùs lib. de Ciuit. Dei 1. c. 7. 8. 9. *primam resurrectionem* interpretatur animarum resurrectionem, etiam in scripturis agnitam, secundam corporum, & *mille annos*, aut tempus gratiæ, quæ remanebit ad seculi finem, eo loquendi genere, quo pars significatur à toto, aut pro annis omnibus huius seculi, vt perfecto numero norerur ipsa temporis plenitudo. Quem sequuntur Ambrosio adscriptus Commentarius, Primasius, Andreas & Arethas, ac Beda Comm. in Apocalypsin. Neque etiam pro illis facit quod legitur Apoc. 21. de *Ciuitate Ierusalem descendente* in terram nouam. Quia ipse Apostolus Ioannes indicat se loqui de Ierusalem non terrena, quum addit: Et templum non vidi in ea (quod tamen aliqui ipsorum, vti supradictum est, etiam restituturum iri sentiebant:) Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & agnus. Proinde de Ecclesia rectiùs Patres alij interpretantur, & militante in hoc seculo, cuius fundamenta duodecim Apostoli, & in cœlis postmodùm regnante. Sicuti etiam illud Gal. 4. de *Ierusalem* libera, *quæ est mater nostra*; vbi repugnantia est in ipso adiecto: *quæ sursum est*; quæ etiam est in illo Philipp. 3. πολίτευμα *nostrum in cœlis est*, proinde non in terris; vt mirum sit hæc pro dicta sententia ab Auctore nostro citari. Magis videbantur pro illo militare quæ habentur Isai. 65. & 66. ac Hierem. 16. ac 31. denique Ezechiel. 20. 27. 28. de *restitutione Iudææ* (ad quæ his tantùm verbis Auctor adludit) quæ nominarim citantur, partim à S. Irenæo, partim à S. Iustino Martyre; verùm pulcrè in Commentariis suis Hieron. allegoricè de Ecclesia Christum confitente, eiúsque mysteriis illa omnia interpretatur, vbique ittidens mille annorum illas fabulas; quò Lectorè compendij gratia remittimus. Facilior est responsio ad scripturas Gen. 13. ac 15. quas (Irenæum imitatus) pro se citat Auctor, *de prima & secunda promissione Abrahæ semini facta*, priùs *in multitudinem arenæ*, deinde *ad instar quoque stellarum, quasi terrenæ & cœlestis dispositionis suspicax*; quia primam promissionem impletam constat multiplicatione filiorum Israel in terra Chananæorum, siue Palestina: secundam verò interpretatur Apostolus Paulus de gentium Ecclesia, Rom. 9. & Gal. 3. quo modo etiam vtrasque hanc promissionem distinxit Hrabanus noster Comment. in Genes. nec minus facilis ad illud Genes. 27. vbi ad Iacob, cuius figuram Christianos ex gentibus gestare nouimus, *prima promissio est cœlestium rorum, secunda terræ opimitatis*, quia illam benedictionem tamquam terrenam interpretatur vel ipse Iacob verbis suis ad Esau postmodum prolatis, vbi dixit: Frumento, & vino, & oleo, stabiliui eum: &, si allegoricè velimus accipere, Procopius in Comment. de cœlesti rore interpretatur, qui instillatur piorum animis, & de terræ pinguedinibus, quas habet accipiens semen, id que centupliciter reddens. Denique facillima ad illud Luc. 12. *Quærite primum regnum Dei, & relqua adijcientur vobis*: quia loqui Christum de hac vita, non illa futura post resurrectionem, initium eius Christi sermonis manifestum facit: Ideò dico vobis: *Nolite curam agere animæ de victu, & corpori de vestitu*. Ceterum partim ex Platone. Dialog. de Rep. & in Phædro, desumptum hunc Millenariorum errorem, adnotauimus ad lib. de Anima cap. 30. num. 376. vbi quum pro fabulis habeat Auctor, mirum est quòd postea in eundem impegerit: sed, sicuti satis deducit S. Hieron. Papiam, Melitonem, & alios supradictos Auctores, & maximè S. Irenæum secutus est.

15. De Nuptiis secundis damnatis tanquam stupris. *Tom. 2. lib. 1. ad Vxor. cap. 1. num. 11. & lib. de Veland. virgin. cap. 10. num. 84. ac cap. 11. num. 98. To. 3. lib. aduer. Hermog. cap. 11. nu. 7. Lib. de Resurr. carn. cap. 8. nu. 82. ac lib. adu. Marc. cap. 15. nu. 245. denique Tom. 5. integris libris de Exhort. castit. & de Monogamia, ac lib. de Pudic. cap. 1. num. 15.*

In hanc

IN hanc hæresin Montanisticam paulatim delapsus est Tertullianus. Primum, castitatis amore, librum scripsit ad Vxorem de *vnu nuptiis*, in quo quidem ab illis dehortatur, sed tanquam stupra non imp tobat, imm quum lib. 2. ad Vxor. si nubere velint, *faltem in Domino nubere debere; sed est, Christiane*, latè deducit; non omnino nunc damnasse videtur secundas nuptias. Quamquam interim omni errore non careant hi libri duo. Imptimis quum lib. 1. cap. 1. num. 11. *secundas nuptias confutsnem*, & cap. 4. num. 23. *contumeliam*, & cap. 5. num. 34. *detestabiles*, & alibi quoque *spurcas*, &c: *dedecus voluptuosum* appellat, quales sunt etiam loci illi iam citati lib. de Veland. virgin. De *secundis* enim *nuptiis*, his locis locutum fuisse, non de primis, vel hæc S. Augustinus. verba l. t. de bono viduitatis conuincunt, quæ etiam antidoti loco hic adferuntur: Nō quia, inquit, innuptarum bonum honestium dixit Apostolus, ideō putare debemus turpe esse vinculum coniugale; aliqui etiam primas nuptias condemnabiunus, quas nec Cata Phrygas nec Novatiani, nec disertissimus eorum adstipulator Tertullianus, turpes ausus est dicere. Deinceps lib. adu. Hermog. errorem suum magis aperit his verbis: *Legem Dei in libidinem defendi*, ac *totus adulter, & praedicationis & carnis, nubentium contagia fatet*. Denique Libris de Exhortat. castit. & de Monog. Montanum secutus, non solùm *stupra & adulteria & mœchiam* appellat *secundas nuptias*: sed etiam variis argumentis id probare nititur, sed frustrà, sicuti ex Antidoto Adnotationum noltrarum in vttumque, Lectori perspicuum esse poterit, quò, ne hîc prolixiores simus, Lectorem remittimus. Vbi subinde pro Catholica de *nuptiis secundis non prohibitis* sententia, citauimus B. Hieron. Epist. de Monogam. ad Ageruchiam, vulg. Gerontiam, de Viduitate ad Salu ian ac ad Pammachium; S. Augustin. lib. de bono Viduitatis, ac lib. 2. contra aduers. legis & Prophetarum, S. Epiphan. adu. Montanum hæresf 59. & adu. Catharos, & Commentarios Veterum super Epistolas Pauli Rom. 7. t. Cor. 7. & 1. Cor. 5. Quibus licebit addere & illud B. Hieron. 54. Epist. ad Marcel. (qui alioqui videtur subinde iis iniquior) pro *secundis nuptiis*: Nos secundas nuptias non tam appetimus quàm concedimus; Paulo iubente, vt viduæ adolescentulæ nubant; illi (nempè Montani sectatores) in tantum putant scelerata coniugia iterata, vt quicumque hoc fecerit, adulter habeatur. Item illud in Epist. ad Titum etiam à nobis alibi citatum. Scripsit & Tertullianus librum de *Monogamia* hæreticum, quem Apostolo contraire, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. Item illud S. Augustī. hær. 26. lib. de hæresf. Ideò Tertullianus factus hæreticus, quia transiens ad Cata Phrygas, quos antè desttuxerat, cœpit etiam *secundas nuptias* contra Apostolicam doctrinam *tamquam stupra* damnare.

26. De Paracleto Montano. *Tom. 2. Lib. de Veland. virg. cap. 1. num. 6. To. 3. lib. de Anima cap. 55. nu. 613. ac 58. nu. 632. Lib. de Resurr. carn. cap. 11. nu. 98. & cap. vlt. n. vlt. Adu. Marc. lib. 1. cap. 29. n. 203. ac lib. 5. cap. 15. num. 247. & lib. adu. Prax. cap. 1. num. 11. cap. 2. num. 22. cap 8. num. 59. cap. 13. nu. 78. Tom. 5. lib. de Monogamia, cap. 2. integro, & non semel in aliis libris sequ. de Fuga in persecutione, de Ieiunijs, & Pudicitia.*

AVERSVS hanc hæresin longè absurdissimam susscere possunt ipsa Tertulliani verba ante hæresin, lib de Præscript. adu. hæret cap. 51. vbi *blasphemiam* appellat, *eorum qui secundum Phrygas dixerunt Spiritum sanctum fuisse Paracletum non fuisse, & qua dicebant Paracletum in Montan- plura dixisse, quam Christum in Euangelium protulisse*. Et tamen miser, forte ab illis seductus, quòd secundas nuptias detestaretur, tot locis iam citatis *Paracletum* vocat *Montanum*, & subinde verba illius *Paracleti* titulo citat. Immò detorquet ad suam hanc hæresin illud Ioan. 16. *Adhuc multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea baiulare; quum venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, & superuenientia annunciabit vobis*. Quod ipsum tamen Catholicè interpretatur dicto lib. de Præscript. adu. hæret. c. 8. n. 62. de Apostolis loquens: *Consequuntur modo Spiritum sanctum Paracletum, quibus dedacturus esset in omnem veritatem*, & rursum: *Nationibus destinati Apostoli, ipsi quoque doctorem consequuti erant Paracletum*. Vbi pro iisdem habet, *Spiritum sanctum*, & *Paracletum*; quum perperàm illi distinguerent (vti vel ex ipso Tertulliano dictū est) *Spiritum sanctum*, & *Paracletum*: & illud ipse contextus Euangelistæ conuincat, atque adeò sic locum illum interpretentur Veteres omnes; ex professo verò aduersus hanc hæresin S. Augustī. Tractatibus tribus in Euangelium Ioannis: quò Lectorem compendij gratia remittimus.

27. De Pœnitentia mœchis negandâ. *Tom. 5. integro libro de Pudicitia.*

SECVTI in Vita Auctoris adnotauimus, quum omninò pœnitentiam omnem tollerent Montanus & eius sectatores Cata Phrygas (vel B. Hiero. teste Epist. non semel citata ad Marcellam, & S. Paciano Tract. aduersus Noatianos) in hoc ab iis dissensit Tertullianus, quòd solis *mœchis* eam *negandam* senserit, fortassis primùm seductus ab illis sæx ætatis Episcopis, qui S. Cypriano teste lib. de Lapsis, dandam mœchis pœnitentiam nō putarunt. Verùm præterquàm quòd ex scripturis ille ibidem contrarian sententiam comprobet; de omnium peccatorum veniæ potestate in Ecclesia, Auctor adhuc Catholicus Tom. 2. lib. de Pœnitehtia, quem ibidem ille Imitatur dissertis verbis: *Pœnitentiam de omnibus delictis necessariam* dedicit. Atque hoc est, quod dicit libro de Pudicit. cap. 1. num. 9. *aduersus meæ quoque sententiæ retrò penes illos societatem*; & haud abstimiliter verbis etiam alibi non semel citatis S. Pacianus ad Nouatianos verba faciens: Tertullianus post hæresin vester est, nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua, & ea quam catholicus edidit, audies confirentem: *posse Ecclesiam peccata dimittere*. Item & S. Hieron. dum dicit Tertullianum in Libro, quem de Pudicitia aduersus Pœnitentiam scripsit, sententiam veterem noua opinione dissoluisse, in hoc secutum insanas & blasphemas fœminas suas. Quibus addere licebit Lectori scripta illa Veterum omnia de *Pœnitentia*, quorum à nobis facta est mentio Tom. 2. dict. lib. de Pœnitent. ca. 1. & quæ à nobis dicta sunt, tum ad illum librum, tum ad alterum illum de Pudicitia, vbi ad singula Auctoris in contrarium argumenta plerumque ex Paciano respondimus, adducta ad id præterea scripturarum aliquot explicatione exprè ex ipso Tertulliano. Citauimus etiam ad c. 9. n. 72. & 73. S. Hier. Epist. ad Damasum de duobus filiis, vbi ex professo contra Auctorem agit, & inter ceteta etiam defendit, *publicanos* fuisse, non ethnicos quod ille volebat, sed Iudæos; idque exemplis, Matthæi ex Circumcisione Apostoli, publicanorum à Ioanne baptizatorum, & publicani orantis in templo, Luc. 5. 7. ac 18. qui si ethnici fuissent, cum illis Christus non habuisset conuiuium, ne legem soluere t, neque hîc in templum admissus fuisset. Et verò, quoties id in Christo denotabant, quòd cum publicanis cetum communicaret; ferè simul coniunguntur peccatores & publicani: atque adeò quòd cum ethnicis conuiuaretur,

non reprehendebatur, sed quia cum peccatoribus. Quò pertinet Pharisæi murmuratio, Luc. 7. de Peccatrice fœmina, in qua *pœnitentiam* agnoscit & *veniam* ipse Tertullianus lib. 4. adu. Marc. cap. 18. num. 265. quam tamen ethnicam nusquam Auctor *audet* dicere, quia eius castellum Hierosolymis vicinum fuisse constat, Ioan. 11. Neque pro Auctore quidquam facit illud: *Non erit vectigal pendens ex filijs Israel*; quia, etiamsi non deberent pendere vectigal, antequam Deo hic diuponente Romanis subiecti essent; quamquam odiosum fuisse publicanorum exercitium satis constet & infame, tamen sine peccato etiam potuisse exerceri, videtur ex illis Ioannis Baptistæ ad illos verbis, Luc. 3. Nihil amplius quàm constitutum est vobis faciatis, siue vti ex Græco vertitur, exigatis. De ceteris dictas Adnotationes nostras consulat studiosus Lector.

28. De Psychicis, quo nomine Catholicis calumniam fecit. *Tom. 3. Adu. Marc. lib. 4. c. 22. nu. 325. aduers. Prax. cap. 1. n. 17. To. 5. lib. de Monogam. cap. 1. n. 4. & 5. ac cap. 11. nu. 86. 87. 88. & cap. 16. nu. 120. lib. de Ieiun. aduers. Psychicos integro, & lib. de Pudicitia cap. 1. nu. 8. cap. 6. num. 47. cap. 10. num. 83. & cap. 21. num. 190.*

PSYCHICOS, *animales* intelligi, satis comprobauimus, vel ex Apost. 1. Cor. 2. ad initium lib. de Ieiun. aduers. Psychicos n. 2. quod nomen, iam in hæresim apsius, Catholicis impingit; suos Montanistas econtrariò *spirituales*, quòd spiritum Paracletum Montanum sequerentur, nuncupans; illis calumniam faciés quasi prorsus animales, *psissimatem*, id est, licentiam vitæ sequerentur, vtpotè ad secundas nuptias transeuntes, martyria fuga vitantes, & ieiunia Montanistica improbantes. Verùm miser non animaduertit, Mōtanum animalem vitam gessisse, vtpotè quum scorta essent Priscilla & Maximilla, quæ relictis maritis Montanum sequebantur; & earum assectæ Martyria Christo negato euasterint, & siquid passi sint, ob latrocinia anteacta id tolerauerint. Denique etsi tres Quadragesimas (de quo mox latiùs) celebrarent, tamen reliquo anni tempore genio indulgebant. Neque tamen nouum id hæreticis, vt Catholicos *Psychicorum* nomine appellarint, seque spirituales; nam idipsum rider Auctor in Valentinianis lib. contra Valent. cap. 29. & 30. S. Irenæum secutus: quod post hos etiam scripsit B. Epiphan. lib. de hæres.

29. De Quadragesimis duabus. *Tom. 5. lib. de Ieiunio aduers. Psychicos, in earum defensionem conscripto, maximè cap. 15. num. 90.*

QVVM Montanistæ, tres obseruarent quotannis plenas septem septimanarum Quadragesimas; in hoc ab illis dissensisse videtur Tertullianus, quum separata ab illis cœpit habere conuenticula, quòd duas dumtaxat. sic enim ille: *Quantula est apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, excepto solstitiali sabbatio & Dominico, offerimus Deo.* Neque tamē propterea illi hæretici censendi sunt. Nam Amalarius lib. 1. de Diuinis offi. c. 36. & lib. 4. c. 37. de scribit priorum quorundam Ieiunia, qui tres Quadragesimas obseruarent, vnam ante Pascha, iuxta traditionem Apostolicam, alteram ex deuotione ante S. Ioannis, aut potius post Pentecosten, tertiam verò ante Natiuitatem Domini; nec absimiliter secundam Quadragesimam pro Pœnitentibus recensebat Micrologus noster lib. de Obseruа. Eccles. c. 35. quæ etiam hodie quibusdam Monachis in vsu est. Quò pertinet & illud S. Hiero. Epist. ad Lucin. Beticum, ab Amalario citatum: Vtinā omni tempore ieiunare possimus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Paulum Apostolum, & cum eo credentes fecisse legimus; item ieiunia illa strictissima priscorum Monachorum, tam ab illo quàm à Theodoreto & Nicephoro latè descripta. Verùm hoc pro hæresi in Montanistis damnatum est, quòd necessitatem obseruandi has Quadragesimas, seu tres, seu duas vsque adeò vrgerent, vt vel eo nomine Catholicos Psychicorum, id est, sicuti iam dictum est, Animalium hominum appellatione calumniarentur, quòd secum eas obseruare nollent. Atque hoc est quod Epist. 54. ad Marcell. adu. Montanum vrget S. Hiero. Nos (inquit) vnam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum tempore nobis congruo ieiunamus; *illi tres in anno faciunt Quadragesimas*, quasi tres passi sint Saluatores, non quòd & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quòd aliud sit, necessitate, aliud voluntate munus offerre. Hinc & Eusebius (iuxta emendatiorem ex Græco translationem, antea corruptam à quibusdam, vti in vniuersum Ieiunia Ecclesiastica tamquam Montanica damnarent) lib. 5. Eccl. hist. c. 17. Theodor. hæret. fabul. lib. 3. de Montanistis, & Nicephorus lib. 4. hist. Eccl. c. 22. Montanum nouas Ieiuniorum leges præter Ecclesiæ consuetudinem introduxisse & sanxisse scribunt.

30. De Repudio Christianis licito, ita vt alteram ducant, adulterij causa. *Tom. 2. lib. 2. ad Vxor. cap. 1. num. 4. Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 34. num. 537.*

VIDETVR quidem prima facie tale quid Tertullianus sentire, quum *diuortium* comparat *excessui mariti*, vti magis probet post hunc nō licere alteri nubere, sicuti non licet post diuortium nisi adulterij causa. Verùm sese explicat T. 5. li. de Monog. c. 9. n. 70. & c. 11. n. 89. Priori quidem loco, de repudiata vxore sic loquitur: *vt in totum siue per nuptias, siue vulgo, alterum viri admissio, adulterium pronuntietur à Deo*, & mox clarius: *per mortem vtique, non per repudium facta solutione; quia repudia si non permitteret Apostolus nubere aduersus priscinum præceptum.* Valeant itaque Erasmus & eius assectæ, qui pro se Auctorem perperàm citant. Certè contrarium iam definitum est Concilij Trident. sess. 34. can. 9.

31. Circa Trinitatem. *Tom. 1. Tertull. Apolog. cap. 21. num. 316. & lib. aduers. Hermogen. cap. 3. num. 15. lib. aduers. Prax. cap. 2. num. 29 cap. 3. num. 34. cap. 4. num. 39. cap. 8. num. 55. 59. & 60. cap. 9. nu. 62. ac 63. Item Tom. 5. Nouatian. lib. de Trinit. cap. 11. num. 56. cap. 22. nu. 98. cap. 24. nu. 106. & c. 31. nu. 141.*

DE *Trinitatis fide*, ist est, trium Personarum, *Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, sed vnius essentiæ, non dubitasse Tertullianum, ex complurib⁹ eius locis manifestius est quàm vt probatione sit opus, maximè toto libro eius argumenti, immò & tituli iuxta editionem nostram aduersus Praxeam, vbi aduersus illam eiúsque sectatores Montanistas, qui *secundum Aeschinem* dicebantur, non modò probat *eundem non posse dici Patrem & Filium*, sed etiam diserris verbis adfert: *Regulam fidei quæ de initio Euangelij decucurrit, vnitatem in Trinitatem disponere, Patrem*,

Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Nec aliter Nouatianus libro de Trinitate *Regulam fidei* proponit, cap. 1. 3. ac 29. qua *credamus in Deum patrem et Dominum omnipotentem, rerum omnium perfectissimum creatorem, & in Filium Dei Iesum Christum Dominum Deum nostrum, & etiam in Spiritum sanctum.* Verùm dum illis Paradoxa *circa Trinitatem* adscribimus, hoc solùm volumus, subinde ipsos vtporè ante omnem de Trinitate hæresin, obscurè loqui in hac materia; & vt ne quis inde fortassis occasionem sui erroris aut hæreseos accipiat, quomodo sano intellectu tales loci explicari possint, adjicimus, omittentes iam primùm Rhenani calumnias in Scholasticos Theologos, quas habet illa sua ad Lectorem Admonitione de quibusdam Tertulliani dogmatis; Maximè quòd calumniam faciat ipsi quoque Tertulliano, tum in locis quibusdam corruptis, aut malè intellectis, de quibus mox latiùs, tum in eo quòd falsò illi hæresin adscribat putantium in Eucharistia Corpus Christi, tantum esse in figura, à qua illum vindicauimus Adnot. nostris in lib. 4. adu. Marcionem cap. 40. num. 661. tum quòd inter dogmata sua Paradoxa ponat, quæ ille pulcerrimè non solùm de pœnitentia publica, sed etiam de confessione secreta, vel ipso fatente, latè deducit in libro de Pœnitentia, de quo etiam dubitare nō est veritus an Tertulliani esset, quum tamen S. Pacianus ex illo multa describserit. Quo magis minor, non solùm retentam fuisse in posterema anni 1580. editione Parisiensi dictam illam Admonitionem integram, sed præterea viuiuersos errores Rhenani hæresin plerumque sapientes, sine addito Antidoro; vsque adeò vt Catholicus Lector mihi monendus sit, non minus illas illi cauendas Adnotationes, etsi subinde omisso Rhenani nomine, quàm eas quæ per Pium IIII. & V. Romanos Pontifices interdictæ sunt in editionibus prioribus, donec repurgatæ fuerint. Verùm ad rem veniamus. Primùm vbi scloquitur Tertullianus in Apolog. & aduers. Praxean: *Tres sunt non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma, nec potestate, sed specie, vnius autem substantiæ, & vnius status, & vnius potestatis, quia vnus Deus, ex quo & gradus isti & formæ & species* vocat *statum*, quod Scholastici, & ipse quoque substantiam *gradum*, quod illi notionem *formam*, quod illi propriciatem *speciem*, quod illi habendi modum. Deinde illud lib. adu. Hermog. *Erit tempus, quum delictum & filius non fuit*, ex zelo secundum scientiam dictum est vehementius, vt ostenderet materiam non esse æternam; volens per hoc significare dūraxat, quod habet S. Hilarius lib. 12. de Trinit. solum Patrem æternum, Filium autem illi coæternum esse, vt omittam quod ibidem ad similia verba, quæ sibi ex persona Arriani proponit, respondeat: Hoc humanum sensum & intelligentiam excedere mundi, non hoc capere rationem humanæ intelligentiæ, sed prudentiæ fidelis professionem esse. Seipsum autem explicat eodem sensu Auctor lib. aduers. Prax. c. 5. n. 43. & seq. & totis c. 6. ac 7. Deinceps his verbis cod. lib. adu. Prax. *Filio & Spiritui sancto secundum & tertium sortitio locum, tam consortibus substantiæ Patris*: id vult quod dicunt Scholastici, duabus emanationibus productos Filium & Spiritum sanctum à Patre improducto; aut *Filium esse secundam personam, & tertiam Spiritum sanctum*, licuti posteà nō semel loquitur. Verùm perperàm illi impingit ibidem Rhenanus, quasi Filium & Spiritum sanctum appellet *membra, pignora, & instrumenta*, quum ea verba referantur potius *ad angelos alicuos à substantia Patris*, qui tamen Monarchiam Dei non euertunt. Similiter quum Spiritum sanctum tertium gradum dicit, *gradum* intelligit originem. Quod rursum lib. aduers. Prax. τρεῖς οἰκονομίαν non solùm Spiritui sancto, sed etiam Filio ex Patre adtribuit, malunt ita distinguere SS. Hilarius ac August. libris de Trinit. & alij Patres posteriores, vt generationem Filio, processionem adtribuant Spiritui sancto. Quod ibidem eam interpretatur *prolationem rei alterius ex altera*, intelligit personas realiter non essentialiter disiunctas; sequitur enim: *qua prolatum dicimus Filium à Patre, sed nō separatum.* Commodè etiam sunt interpretandæ propositiones illæ. *Omnis origo parens est, & omne quod ex origine profertur, progenies est*; item: *Trinitas per connexos & consertos gradus à Patre deturrans.* Iam verò ibi: *Pater est tota substantia, Filius verò derivatio totius & portio*, totum accipit pro pleno seu plenitudine, non aliter atque Scholastici doctores, dum dicunt: Pater plenitudinem Deitatis possidet, in primo signo originis, quia à se eam habet; Filius in secundo signo originis, quia ab vno per generationem communicatam à Patre; Spiritus sanctus in tertio signo, quia à duobus per spirationem eandem numeto essentiam accipit. Atque hoc est quod aliis verbis posteà Auctor exulit: *Ex vno patre omnia, quæin Deo per substantiæ vnitatem, & in vnitate Trinitas vnius substantiæ.* Item: *vnitas in semetipsa derivans Trinitatem, non destruitur ab illa, sed administratur*; vt *tota substantia* sic ideò quod vna substantia indiuisa in tribus. Denique videtur *Filius* ab Auctore appellari *portio*, quia nec Pater, nec Spiritus sanctus est, tametsi vnus Deus sint tres personæ, & non Filius, qui Pater, nec Pater qui Spiritus sanctus. Quum verò dicit ibidem: *Patrem maiorem esse Filio*, intelligi debet, non quod Deitatem quæ sit minor in eo, sed quatenus (sicuti indicant verba sequentia) à Patre genetato genitus. Atqui quamquam hîc satis obscurè dicatur: *Ipsum quod Pater est Filius dicuntur, nōnne aliud pro alio est?* pulcerrimè ipsum explicat posteà, ita vt cum Scholasticis in eo consentiat, quòd *alius dicatur Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, sed non aliud*, eo quòd non sint idem Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & tanè eiusdem substantiæ. Siquæ præterea sunt alia dicto lib. adu. Praxean, quæ duriùs aut obscuriùs dicta sint, memiuerit Lector totum hunc librum cautè legi & commodè intelligi debere. Ad *Nouatiani* tedeamus *Librum de Trinitate*. Imprimis quod habet cap. 11. *diuinitate sermonis usi in ipsa concretione permixta*, etsi quid tale inuenitur iam dicto libro aduers. Praxean, intelligi debere de permixtione vnionis, non verò permixtione naturarum diuinæ & humanæ, ibi adnotauimus nu. 56. id cōprobantes ex alijs pluribus eius Libri locis. Est fides recta (iuxta Athanasij Symbolum) vt credamus & confiteamur quòd vnus sit Christus, non conuersione diuinitatis in carnem, sed adsumptione humanitatis in Deum, vnus omninò non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Deinde illud ibidem: *Ante quem nihil prater patrem* eodem intellectu accipiendum, quo id quod suprà adduximus ex Tertull. lib. aduers. Hermog. iuxta quod adnotauimus ad eundem librum c. 31. nu. 141. Nec aliter quàm iam diximus, quòd ibidem *minorem patre* dicit *vt filium*. Cautè etiam deberlegi illud, quòd videatur non aliam *vnitatem Patris & Filij* interpretari quàm *societatis concordiam*, ad ferens perperàm ad hoc locum 1. Cor. 3. pro sua sententia; quia Catholica fides & scripturæ etiam, veritatem essentiæ agnoscunt in Patre & Filio. Denique quòd de Spiritus sancto non videatur consentire Catholicæ Patrum traditioni ex scripturis, factum puramus, non quòd negaret Spiritum sanctum æqualem Patri & Filio; sed nondum re definita, obscuriùs solent loqui Patres veteres ob materiæ summam obscuritatem, ita tamen vt commodum aliquem sensum patiantur.

TERTYLIANI I.C. ROMANI RESPONSA QVÆ IN LIBRIS DIGESTORVM EXSTANT.

Ex Libr. 1. Quæstionum octo.

D. Libr. 1. Tit. 3. de Leg. Senatúsque conf. l. 27.

IDEÒ, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, vsitatum est semper, quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas & ad eas res pertineant, quæ quandoque similes erunt.

D. Libr. 29. T. 2. de Adquir. vel omitt. hæred. l. 82. iuxta MS. cod. Bald.

SI seruus eius qui capere non potest, hæres instituatur; & antequàm iussu Domini adeat hæreditatem, manumissus alienatúsque sit, & nihil in fraudem legis factum sit, ipse admittitur ad hæreditatem. Sed & si partem capere tantùm possit Dominus eius, eadem dicenda sunt de parte quam ille capere non potest. Nihil enim interest, de vniuerso quæratur quod capere non possit, an de portione.

D. Libr. 41. T. 2. de Adquir. vel amitt. possess. l. 28.

SI aliquam rem possideam, & eandem postea conducam; an amittam possessionem? Multum refert in his quid agatur. Primùm enim refert, vtrum sciam me possidere, an ignorem. & vtrum quasi non meam rem conducam, an quasi meam. Et sciens meam esse, vtrum quasi proprietatis respectu, an possessionis tantùm. Nam & si rem meam tu possideas, & ego emam à te possessionem eius rei, vel stipuler, vtilis erit & emptio & stipulatio, & sequitur vt & precarium, & conductio, specialiter possessionis solius conducendæ, vel precario rogandæ animus interueniat.

EX LIBRO SINGVLARI DE CASTRENSI PECVLIO.

D. L. 29. T. 1. De Testam. mil. l. 23.

IDEM, etsi paterfamiliâs miles de Castrensibus rebus dumtaxat testatus adrogandum se dederit; Si verò missus iam hoc fecerit, non valet testamentum.

Ibidem leg. 33.

SI filius familiâs miles fecisset testamentum more militiæ, deinde post mortem patris postumus ei nasceretur; vtique rumpitur eius testamentum. Verùm si perseueraret in ea voluntate, vt vellet adhuc illud testamentum valere, valiturum illud, quasi rursum aliud factum; si modò militaret adhuc eo tempore quo nasceretur illi postumus.

mus. Sed si filius familiàs miles fecisset testamentum, deinde postea viuo eo, & adhuc auo quoque superstite, nasceretur ei postumus; non rumpitur eius testamentum. quia cùm id quod nasceretur, in potestate eius non peruenisset; non videtur suus hæres adgnasci. ac ne auo quidem suo hunc nepotem postumum, cùm viuo filio nasceretur, suum hæredem protinus adgnasci. Et ideò nec aui testamentum rumpi, quoniam licet in potestate aui protinus esse inciperet; tamen antecederet eum filius. Secundum quæ si filius familiàs miles testamentum fecerit, & omiserit postumum per errorem, quem non volebat adhæredatum; deinde postumus post mortem aui viuo adhuc filio, id est patre suo natus fuerit; omnimodò rumpet illius testamentum. Sed si quidem pagano iam illo facto natus sit, nec conualescet ruptum. Si verò militante adhuc natus fuerit, rumpetur. Deinde si voluerit ratum illud esse pater, conualescet sic, quasi denuò factum. Sed & si viuo auo nascatur postumus, hic non rumpet continuò patris testamentum. Si superuixerit post mortem aui viuo adhuc patre, rumpet; quod nouus illi nunc primùm hæres adgnascitur. Ita tamen, vt numquam possit duorum simul testamenta rumpere, & aui, & patris.

D. L. 49. Tit. 17. De castr. pecul. l. 4.

MILES præcipua habere debet quæ tulit secum in castra concedente patre. Actionem, persecutionémque castrensium rerum semper filius etiam inuito patre habet. Si paterfamiliàs militiæ, vel post missionem adrogandum se præbuerit; videndum erit, ne huic quoque permissa intellegatur earum rerum administratio, quas ante adrogationem in castris adquisierit; quamuis constituriones principales de his loquantur, qui ab initio quum essent filij familiàs, militauerint, quod admittendum est.

non reprehendebatur, sed quia cum peccatoribus. Quò pertinet Pharisæi murmuratio, Luc. 7. de Peccatrice fœmina, in qua *pœnitentiam* agnoscit & *veniam* ipse Tertullianus lib. 4. adu. Marc. cap. 18. num. 265. quam tamen ethnicam nusquam Auctor *audet* dicere, quia eius castellum Hierosolymis vicinum fuisse constat, Ioan. 11. Neque pro Auctore quidquam facit illud: *Non erit vectigal pendens ex filijs Israel*; quia, etiamsi non deberent pendere vectigal, antequàm Deo sic disponente Romanis subiecti essent, quamquam odiosum fuisse publicanorum exercitium satis constet & infame, tamen sine peccato etiam potuisse exerceri, videtur ex illis Ioannis Baptistæ ad illos verbis, Luc. 3. Nihil amplius quàm constitutum est vobis faciatis, siue vti ex Græco vertitur, exigatis. De ceteris dictas Adnotationes nostras consulat studiosus Lector.

28. De Psychicis, quo nomine Catholicis calumniam fecit. *Tom. 3. Adu. Marc. lib. 4. c. 22. nu. 325. aduers. Prax. cap. 1. n. 17. To. 5. lib. de Monogam. cap. 1. n. 4. & 5. ac cap. 11. nu. 86. 87. 88. & cap. 16. nu. 120. lib. de Ieiun. aduers. Psychicos integro, & lib. de Pudicitia cap. 1. nu. 8. cap. 6. num. 47. cap. 10. num. 83. & cap. 21. num. 190.*

PSychicos, *animales* intelligi, satis compробauimus, vel ex Apost. 1. Cor. 2. ad initium lib. de Ieiun. aduers. Psychicos n. 1. quod nomen, iam in hæresim ipsius, Catholicis impingit; suos Montanistas econtrario *spirita-les*, quòd spiritum Paracletum Montanum sequerentur, nuncupans; illis calumniam faciés quasi prorsus animales, *psasiuuatem*, id est, licentiam vitæ sequerentur, vtpotè ad secundas nuptias transeuntes, martyria fuga vitantes, & ieiunia Montanistica improbantes. Verùm miser non animaduertit, Montanum animalem virtam gessisse, vtpotè quum scorta essent Priscilla & Maximilla, quæ relictis maritis Montanum sequebantur; & earum assectæ Martyria Christo negato euaserint, & siquid passi sint, ob latrocinia antea cta id toleraueriut. Denique etsi tres Quadragesimas (de quo mox latiùs) celebrarent, tamen reliquo anni tempore genio indulgebant. Neque tamen nouum id hæreticis, vt Catholicos *Psychicorum* nomine appellarint, sèque spirituales; nam idipsum ridet Auctor in Valentinianis lib. contra Valent. cap. 29. & 30. S. Irenæum secutus: quod post hos etiam scripsit B. Epiphan. lib. de hæres.

29. De Quadragesimis duabus. *Tom. 5. lib. de Ieiunio aduers. Psychicos, in earum defensionem conscripto, maximè cap. 15. num. 90.*

QVum Montanistæ, tres obseruarent quotannis plenas septem septimanarum Quadragesimas, in hoc ab illis dissensisse videtur Tertullianus, quum separata ab illis cœpit habere conuenticula, quòd duas dumtaxat. sic enim ille: *Quantula est apud nos interdictio eborum? duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, excepto feliciter sabbato & Dominico, offerimus Deo.* Neque tamè propterea illi hæretici censendi sunt. Nam Amalarius lib. 1. de Diuinis offi. c. 36. & lib. 4. c. 37. describit priorum quorundam Ieiunia, qui tres Quadragesimas obseruarent, vnam ante Pascha, iuxta traditionem Apostolicam, alteram ex deuotione ante S. Ioannis, aut potius post Pentecosten, tertiam verò ante Natiuitatem Domini; nec absimiliter secundam Quadragesimam pro Pœnitentibus recensebat Micrologus noster lib. de Obserua. Eccles. c. 35. quæ etiam hodie quibusdam Monachis in vsu est. Quò pertinet & illud S. Hieto. Epist. ad Lucin. Beticum, ab Amalario citatum: Vtinā omni tempore ieiunate possimus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Paulum Apostolum, & cum eo credentes fecisse legimus; item ieiunia illa strictissima priscorum Monachorum, tam ab illo quàm à Theodoreto & Nicephoro latè descripta. Verùm hoc pro hæresi in Montanistis damnatum est, quòd necessitatem obseruandi has Quadragesimas, seu tres, seu duas vsque adeò vrgerent, vt vel eo nomine Catholicos Psychicorum, id est, sicuti iam dictum est, Animalium hominum appellatione calumniarentur, quòd secum eas obseruare nollent. Atque hoc est quod Epist. 54. ad Marcell. adu. Montanum vrget S. Hieto. Nos (inquit) vnam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum tempore nobis congruo ieiunamus; illi *tres in anno faciunt Quadragesimas*, quasi tres passi sint Saluatores, non quòd & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quod aliud sit, necessitate, aliud voluntate munus offerre. Hinc & Eusebius (iuxta emendatiorem ex Græco translationem, antea corruptam à quibusdam, vti in vniuersum Ieiunia Ecclesiastica tamquam Montanica damnarent) lib. 5. Eccl. hist. c. 17. Theodor. hæret. fabul. lib. 3. de Montanistis, & Nicephorus lib. 4. hist. Eccl. c. 22. Montanum nouas Ieiuniorum leges præter Ecclesiæ consuetudinem introduxisse & sanxisse scribunt.

30. De Repudio Christianis licito, ita vt alteram ducant, adulterij causa. *Tom. 2. lib. 2. ad Vxor. cap. 1. num. 4. Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 34. num. 537.*

MIdatvr. quidem prima facie tale quid Tertullianus sentire, quum *diuortium* comparat *excessui mariti*, vti magis probet post hunc nō licere alteri nubere, sicuti non licet post diuortium nisi adulterij causa. Verùm sese explicat T. 5. li. de Monog. c. 9. n. 70. & c. 11. n. 89. Priori quidem loco, de repudiata vxore sic loquitur: *vt in totum sine per nuptias, siue vulgo, alterum viri admissio, adulterium pronuntietur à Deo*; & mox clariùs: *per mortem vtique, non per repudium facta solutione; quia repudiatio non permitteret Apostolus nubere aduersus prohibitum præceptum.* Valeant itaque Erasmus & eius assectæ, qui pro se Auctorem perperàm citant. Certè contrarium iam definitum est Concilij Trident. sess. 34. can. 9.

31. Circa Trinitatem. *Tom. 1. Tertull. Apolog. cap. 21. num. 316. & lib. aduers. Hermogen. cap. 3. num. 15. lib. aduers. Prax. cap. 2. num. 29. cap. 3. num. 34. cap. 4. num. 39. cap. 8. num. 55. 59. & 60. cap. 9. nu. 61. ac 63. Item Tom. 5. Nouatian. lib. de Trinit. cap. 11. num. 56. cap. 22. nu. 98. cap. 24. nu. 106. & c. 31. nu. 141.*

DE Trinitatis *fide*, ist est, trium Personarum, *Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, sed vnius essentiæ, non dubitasse Tertullianum, ex complurib⁹ eius locis manifestius est quàm vt probatione sit opus, maximè toto libro eius argumenti, immò & tituli iuxta editionem nostram aduersus Praxeam, vbi aduersus illam eiúsque sectatores Montanistas, qui *secundum Aeschinem* dicebantur, non modò probat *eundem non posse dici Patrem & Filium*, sed etiam disertis verbis adiecit: *Regulam fidei quæ ab initio Euangelij decucurrit, vnitatem in Trinitatem disponere, Patrem,*

Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Nec aliter Nouatianus libro de Trinitate *Regulam fidei* proponit, cap. 1. 3. ac 29. qua *credamus in Deum patrem et Dominum omnipotentem, rerum omnium perfectiss. creatorem, & in Filium Dei Iesum Christum Deum nostrum Deum nostrum, & etiam in Spiritum sanctum.* Verùm dum illis Paradoxa *extra Trinitatem* adscribimus, hoc solùm volumus, subinde ipsos vtporè ante omnem de Trinitate hæresin, obscurè loqui in hac materia; & vt ne quis inde fottassis occasionem sui erroris aut hæreseos accipiat, quomodo sano intellectu tales loci explicari possint, adjicimus, omittentes iam primùm Rhenani calumnias in Scholasticos Theologos, quas habet illa sua ad Lectorem Admonitione de quibusdam Tertulliani dogmatis; Maximè quòd calumniam faciat ipsi quoque Tertulliano, tum in locis quibusdam corruptis, aut malè intellectis, de quibus mox latiùs, tum in eo quòd falsò illi hæresin adscribat putantium in Eucharistia Corpus Christi, tantum esse in figura, à qua illum vindicauimus Admot. nostris in lib. 4. adu. Matcionem cap. 40. num. 661. tum quòd inter dogmata siue Paradoxa ponat, quæ ille pulcerrimè non solùm de pœnitentia publica, sed etiam de confessione secreta, vel ipso fatente, latè deducit in libro de Pœnitentia, de quo etiam dubitare nò est veritus an Tertulliani esset, quum tamen S. Pacianus ex illo multa descripserit. Quo magis minor, non solùm retentam fuisse in postrema anni 1580. editione Parisiensi dictam illam Admonitionem integtam, sed prætereа vniuersos errores Rhenani hæresin plerumque sapientes, sine addito Antidoto; vsqueadeò vt Catholicus Lector mihi monendus sit, non minus illas illi cauendas Admotationes, etsi subinde omisso Rhenani nomine, quàm eas quæ per Pium III. & V. Romanos Pontifices interdictæ sunt in editionibus prioribus, donec repurgatæ fuerint. Verùm ad tem veniamus. Primùm vbi sic loquitur Tertullianus in Apolog. & aduersus. Praxean: *Tres sunt non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma; nec potestate, sed specie; vnius autem substantiæ, & vnius status, & vnius potestatis; quia vnus Deus, ex quo & gradus isti & formæ & species* vocat *statum*, quod Scholastici, & ipse quoque substantiam *gradum*, quod illi notionem, *formam*, quod illi proprietates, *speciem*, quod illi habendi modum. Deinde illud lib. adu. Hermog. *Fuit tempus, quum deus filium & filius non fuit*, ex zelo secundum scientiam dictum est vehementius, vt ostenderet materiam non esse æternam; volens per hoc significare dùtaxat, quod habet S. Hilarius lib. 12. de Trinit. solum Patrem æternum, Filium autem illi coæternum esse; vt omittam quod ibidem ad similia verba, quæ sibi ex persona Arriani proponit, respondeat: Hoc humanum sensum & intelligentiam excedere mundi, non hoc caperе rationem humanæ intelligentiæ, sed prudentiæ fidelis professionem esse. Seipsum autem explicat eodem sensu Auctor lib. aduersus. Prax. c. 5. n. 43. & seq. & totis c. 6. ac 7. Deinceps his verbis eod. lib. adu. Prax. *Filio & Spiritui sancto secundum & tertium sortito locum, tam consortibus substantiæ Patris*: id vult quod dicunt Scholastici, duabus emanationibus productos Filium & Spiritum sanctum à Patre improducto; aut *Filium esse secundam personam, & tertiam Spiritum sanctum*, sicuti postea nõ semel loquitur. Verùm perpetàm illi impingit ibidem Rhenanus, quasi Filium & Spiritum sanctum appellet *membra, pignora, & instrumenta*, quum ea verba refetantur potius *ad angelos alienos à substantia Patris*, qui tamen Monarchiam Dei non euertunt. Similiter quum Spiritum sanctum tertium gradum dicit, *gradum* intelligit originem. Quod tutsum lib. aduersus. Prax. πρῶτον δεύτερον non solùm Spiritui sancto, sed etiam Filio ex Patre adtribuit, malunt ita distinguere SS. Hilarius ac Augustinus libris de Trinit. & alij Patres posteriores, vt generationem Filio, processionem adtribuant Spiritui sancto. Quod ibidem eam interpretatur *prolationem res alterius ex altera*, intelligit personas realiter non essentialiter distinctas; sequitur enim: *qua prolatum dicimus Filium à Patre, sed nũ separatum.* Comodè etiam sunt interpretandæ propositiones illæ. *Omnis origo parens est, & omne quod ex origine profertur, progenies est*; item: *Trinitas per connexos & consortes gradus à Patre decurrens.* Iam verò ibi: *Pater est tota substantia, Filius verò derivatio totius & portio*, totum accipit pro pleno seu plenitudine, non aliter atque Scholastici doctores, dum dicunt: Pater plenitudinem Deitatis possidet, in primo signo originis, quia à se eam habet; Filius in secundo signo originis, quia ab vno per generationem communicatam à Patre; Spiritus sanctus in tertio signo, quia à duobus per spirationem eandem numero essentiam accipit. Atque hoc est quod alijs verbis postea Auctor exulit: *Ex vno patre omnia, quæsin Deo per substantiæ unitatem, & in unitate Trinitas vnius substantiæ.* Item: *unitas in semetipsa derivans Trinitatem, non destruitur ab illa, sed administratur*; vt *tota substantia* sic idem quod vna substantia indiuisa in tribus. Denique videtur *Filius* ab Auctore appellari *portio*, quia nec Pater, nec Spiritus sanctus est, tametsi vnus Deus sint tres personæ, & non Filius, qui Pater, nec Pater qui Spiritus sanctus. Quum verò dicit ibidem: *Patrem maiorem esse Filio*, intelligi debet, non quoad Deitatem quæ sit minor in eo, sed quatenus (sicuti indicant verba sequentia) à Patre genetato genitus. Atqui quamquam hîc satis obscurè dicatur: *Ipsum quod Pater et Filius dicuntur, nõnne aliud pro alio est?* pulcerrimè ieipsum explicat postea, ita vt cum Scholasticis in eo consentiat, quòd *alius dicatur Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, sed non aliud*, eo quòd non sint idem Pater, Filius, & Spiritus sanctus; & tamè eiusdem substantiæ. Siquæ præterea sunt alia dicto lib. adu. Praxean, quæ durius aut obscurius dicta sint, meminerit Lector totum hunc librum cautè legi & commodè intelligi debere. Ad *Nouatianus* tedeamus *Librum de Trinitate*. In primis quod habet cap. 11. *diuinitate sermonis ipsa concretione permixta*, etsi quid tale inueniturin iam dicto libro aduersi. Praxean, intelligi debete de permixtione vnionis, non verò permixtione naturarum diuinæ & humanæ, ibi adnotauimus nu. 56. id cõprobantes ex alijs pluribus eius Libri locis. Est fides recta (iuxta Athanasij Symbolum) vt credamus & confiteamur quòd vnus sit Christus, non conuersione diuinitatis in carnem, sed adsumptione humanitatis in Deum, vnus omninò non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Deinde illud ibidem: *Ante quem nihil præter patrem* eodem intellectu accipiendum, quo id quod suprà adduximus ex Tertull. lib. aduersi. Hermog. iuxta quod adnotauimus ad eundem librum c. 31. nu. 141. Nec aliter quàm iam diximus, quòd ibidem *minorem patre* dicit *ex filium*. Cautè etiam debet legi illud, quòd videatur non aliam *vnitatem Patris & Filij* interpretari quàm *societatis concordiam*, adfertens perpetàm ad hoc locum 1. Cor. 3. pro sua sententia; quia Catholica fides & scriptura etiam, vetitatem essentiæ agnoscunt in Patre & Filio. Denique quòd de Spiritus sancto non videatur consentire Catholicæ Patrum traditioni ex scripturis, factum putamus, non quòd negaret Spiritum sanctum æqualem Patri & Filio; sed nondum re definita, obscuriùs solent loqui Patres veteres ob materiæ summam obscuritatem, ita tamen vt commodum aliquem sensum patiantur.

mus. Sed si filius familiàs miles fecisset testamentum, deinde postea viuo eo, & adhuc auo quoque superstite, nasceretur ei postumus; non rumpitur eius testamentum. quia cùm id quod nasceretur, in potestate eius non perueniret; non videtur suus hæres adgnasci. ac ne auo quidem suo hunc nepotem postumum, cùm viuo filio nasceretur, suum hæredem protinus adgnasci. Et ideò nec aui testamentum rumpi, quoniam licet in potestate aui protinus esse inciperet; tamen antecederet eum filius. Secundum quæ si filius familiàs miles testamentum fecerit, & omiserit postumum per errorem, quem non volebat adhæredatum; deinde postumus post mortem aui viuo adhuc filio, id est patre suo natus fuerit; omnimodò rumpet illius testamentum. Sed si quidem pagano iam illo facto natus sit, nec conualescet ruptum. Si verò militante adhuc natus fuerit, rumpetur. Deinde si voluerit ratum illud esse pater, conualescet sic, quasi denuò factum. Sed & si viuo auo nascatur postumus, hic non rumpet continuò patris testamentum. Si superuixerit post mortem aui viuo adhuc patre, rumpet; quod nouus illi nunc primùm hæres adgnascitur. Ita tamen, vt numquam possit duorum simul testamenta rumpere, & aui, & patris.

D. L. 49. Tit. 17. De castr. pecul. l. 4.

MILES præcipua habere debet quæ tulit secum in castra concedente patre. Actionem, persecutionémque castrensium rerum semper filius etiam inuito patre habet. Si paterfamiliàs militiæ, vel post missionem adrogandum se præbuerit; videndum erit, ne huic quoque permissa intellegatur earum rerum administratio, quas ante adrogationem in castris adquisierit; quamuis constitutiones principales de his loquantur, qui ab initio quum essent filij familiàs, militauerint, quod admittendum est.

REVERENDO AC GENEROSO DOMINO DN. IACOBO PAMELIO

ARCHIDIACONO ET CANONICO ECCLESIÆ

Audomaropolitanæ, Theologo eruditiſſ. Domino ſuo.

QVAMQVAM *quod mihi pro tuo iure nuper imperaſti, virium mearum modulum excedere videbatur, ampliſſ. Dn. Archidiacone; non potui tamen nec volui, tibi, cui plurimum debeo, & optimè ex animo volo, pertinaciter refragari. Nam, quum obſcuram & reconditam Prouerbiorum eſſe, per ſe & vniuerſè, ſententiam, non ignorarem; tum in horrido & minimè vulgari ſermonis genere, cuiuſmodi tuus vtitur Tertullianus, Prouerbia explicare, quæ neque hodie inter eruditos frequentantur; neque apud alios ſcriptores interpretes ve facile eſt inuenire, niſi explorata Tertulliani ſententia, ſæpiuſque iterata lectione (quod tibi vni, qui tot annos in iſto Auctore verſaris, omnium exactiſſimè contigiſſe, auſim confirmare) longè impeditius difficiliuſque exiſtimabam. Tibi proculdubiò, qui doctiſſimis lucubrationibuſque omnia Tertulliani opera Commentarijs illuſtraſti; & haſce Prouerbiales, vel Prouerbiorum ſaltem ſpeciem præ ſe gerentes, formulas, ſcholijs (vti omnia, acutiſſimè explicare, fuit facillimum; niſi & præcipitante editionem Typographo, & grauioribus magiſque ſerijs in te deuolutis vt maxima Reip negotia prætermittam, quibus ita quotidie diſtringeris, vt ſubſeciui aliquid temporis tibi ad hæc ſtudia poſſe te ſuffurari non immeritò miremur) hæc leuioris operæ παίγνια rudioribus etiam pertractanda committere, & lampada, quod aiunt, alijs tradere coactus eſſes. Qua in feſtinatione, quum egregiam tibi operam ponere intelligerem Dn. Michaëlem Ingelmontium, Brugenſem tuo beneficio Canonicum, qui tibi toto hoc in opere aſſiduus fuit à manibus, & in Indicibus vnà tecum dirigendis, ſtudium adhibuit ſingulare, populariſ mei exemplo, quicum & ego multis nominibus tibi eſſem obſtrictus; ad aliquid etiam operæ, tuo præſertim iuſſu, T. D. ponendum, quantumuis curtæ ſupellectilis mihi probè conſcius, quodam veluti æmulationis ſtudio ſum animatus. Itaque Prouerbialium formularum, quas in ordinem redactas, excerptáſque mihi præſcripſiſti, partim breuiùs, partim prolixiùs, pro re (niſi fallor) explicuimus. Quæ omnia tamen limatiſſimo tuo iudicio, & cenſoriæ eruditionis obeliſcis lubentiſſimi permittimus. Ceterùm Deus Opt. Max. T. D. diu Eccleſiæ nobiſque ſeruet incolumem. Apud Attrebates Kalend. Ianuarijs. 1583.*

R. D. T. addictiſſimus
Andreas Hoyus Brugenſis.

PRO-

PROVERBIALES FORMVLAE

TOTO OPERE HOC TERTVLLIANICO CONTENTAE, BREVIBVS Scholijs illustratae.

1. Abijt iam, & reuerti debet. *Tom. 1. lib. de Testim. Animæ cap. 4. num. 22.*

ROVERBII huius, quòd Teutonis Gallisque etiam vsitatum, vsum ipse Tertull. fusissimè explicat, vt: Abijsse hominem, siti è corpore excessisse animam, atque ita inter viuos esse desijsse. Sic Græci vti his verbis solent: ἦλθε θανὼν, καὶ πάλιν ἀπῆλθε θανὼν ἐπανῆλθε θανὼν, hoc est: mori; quæ omnia abitum excellumque significant. In dictiuncula: *iam*, quę longum spatium innuit, tota Prouerbij vis videtur consistere. Tanta vis fuit veritatis de resurrectione & immortalitate Animæ, vtea ex hominũ animis, ne in tantis quidem vanarum opinionum tenebris, à maioribus veluti per manus tradita, potuerit euelli; sed trito vsitatóque Prouerbio sit frequentata, de ijs qui iamdudum essent defuncti; quasi præsumeretur, hoc est præciperent, & anticiparent animis, corporum resurrectionem; siue animorum, qui excesserant, ad sua corpora reditum, ἀναχώρησις, ἀπάλασις; hoc est: *Reuerti*, ἐπαναχώρησις, ἢ ἀπαλθεῖν.

2. Abruptum amplissimum salire. *Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 14. num. 231.*

SALIRE, pro: transilire vel saltu transmittere. Vt sit omninò, aut verba saltem intermedia prætermittere. Abijs sumtum, qui malunt compendium facere itineris, saltu; quàm dispendium commodiore ambulatione. Sic: Maximum campum leuissimo saltu transuolas, Scaliger ad Cardanum. Explicat se mox Tertullianus: *Adeò nisti tanta de scripturis*, hoc est, intercidisti, reiecisti, & abrupisti, vt lacunæ in librorum contextu permagnæ exstent. Lib. 5. aduersũ eundem: *Quantas fauces in Epistola fecerit, auferendo quæ volunt.* Virgil. lib. 4.

Hu medium dictis sermonem abrumpit.

3. Acie figere. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. num. 84.*

ESTACRE, intentis, & quasi defixis in rem oculis intueri. ἀτενὲς ὄμμα. Virgil.

Oculos torrenda in virgine fixus.

Vt qui veltibus, à naturæ moderatione alienis, hominésque transuersos de recto statu agentibus induti, palàm conspiciendos se, aut potius deridendos præbent, omniũ oculos in se conuertere velle videantur. Vt tamen huiusmodi inspectio, siue spectatio, quam captant, cum probro contumeliáque coniundem, gestantium, sit coniuncta; vt non laudi, sed vitio vertat. Huic subiungitur: *Digito destinare, Nutu tradere*, de quibus infrà.

4. Acies machæræ exerta. *Tom. 5. lib. de Pudicit. cap. 14. num. 115.*

QVVM quasi plenæ iuris, auctoritatis & potestatis habenæ, effunduntur in aperta obiurgatione. Apud Virgil. Ense recluso ibar. Cui contrarium est illud Cicer. 1. in Catil. At nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim Sen. Consult. verum tamen incluſum in tabulis, tamquam gladium in vagina reconditum. Sic in Apio: Dentes exerti, ad vulnera infligenda acuti & erumpentes.

5. Nihil ad Andromacham. *Ibid. cap. 8. nu. 65.*

ADIVDERE videtur ad veteris alicuius Tragici fabulam, nomine *Andromacha* inscriptam. Et ex Tertull. colligere est, nihil aliud ist hoc Prouerbio significari, quàm hisce: Nihil ad versum, nihil ad Bacchum, οὐδὲν πρὸς ὕπνος, ἄσχετος διόνυσε, hoc est, aliena à re. Nam hæreticos cum histrionibus comparat. Hi allegoricos gestus accommodantes canticis, alia longè à præsenti & fabula & scena exprimunt, (vt videatur ad Græca Prouerbia respexisse, ἐκ τοῦ χορῦ ὀρχεῖσθαι, ἐξορχεῖσθαι, vel ad τὸ ἀπορχεῖσθαι, Extra chorum saltare, & : delaltare) illi, hæretici scilicet, easdem parabolas quò volunt tribuunt, non quò habent aptissimè excludunt.

6. Ad scamma producere. *Tom. 2. lib. ad Martyras, cap. 3. num. 44.*

RHENANVS: Locus certaminis, in quo congreduntur athletæ, σκάμμα. Græcis dicitur, quòd is fossa cingi soleret, παρὰ τὸ σκάπτειν. Hinc Prouerbialiter dictum D. Hieron. de *scammate* & loco certaminis egredi, pro eo quod est: A proposito digredi, siue, Lineas transilire. Sic enim apud illum legendum, scribentem aduersus errores Ioannis Hierof. ad Pammachium: Quum ergo ista quærantur, inquit, cur tu omissis, super quibus pugna est, de *scammate* & loco certaminis egrediẽs, in petegrinis & longè alienis disputationibus immoratis? Porrò seipsum exponit, quum addit: *Et loco certaminis. Et*, enim idem valet, quod: id est. Non omittendum, valdè signanter loqui Tertull. Nam athletæ & gladiatores produci dicuntur in spectaculis ab ipsis muneratijs qui ludos edunt. Sic mox: *vt ad stadium tribunalis bene exercitati incommodis omnibus producamur.* Ex sententia Tertull. est in theatrum, arenam, locum publicum certaminis adducere, ostentandi periclitandíque artem, viteis, gratia; & præmium, siue βραβεῖον auferendi, in arenam descendere. Paulus Leopard. Lib. 1. Miscell. cap. 21. vocis significatum explicat: & *stamma* Erasmi, & Cælij refutat. B. Ambros. lib. 1. Offic. Adhuc athletæ in *scammate* sunt, etiam Prouerbialiter, quasi dicat: Etiamnum de præmio certatur, & palma dubia est.

7. Ad quod venimus, hoc age. *Tom. 3. lib. 4. aduers. Marc. cap. 7. num. 65.*

IN sacris imperari solitum silentium, his verbis: Fauete linguis; & Græcè, σῖγα πᾶς ἵστω λεὼς, & eadem de caussa clamari solitum: *Hocage.* Idque Plutarchus in Numa dicere videtur: ὧν ἴσχυσε τὸ μέχρι νῦν διασώζεσθαι

ὅταν ἄρχωσι τοῦς ὁρισθεῖς ἢ ψυχίας διατρίβῃ, βοῶσιν, ὦκ ἄχθ. Muret. Variar. Lect. 15. lib. Prouerbium igitur erit, quo ad rem in stitutam attentum aliquem esse iubemus, vt in eam vnam tota mente incumbat: vt nec verbis aliud vsurpet, nec in animo secum cogitet.

8. Ex ære collatitio. *Tom. 3. lib. aduer. Valent. cap. 12. num. 136.*

RHENANVS: Quamquam hîc symbolæ & collationis sit mentio, (nam Tertull. *conferunt*, inquit, *in medium*, & mox: *vnum omnes bonum conferebant.* Item Irenæus: Vnumquemque, inquit, eo quod habebat in se optimum florentissimumque conferentes, collationem fecisse. Rursum mox: Et secundi Christi, quem Sotetem dicunt, ex collatione composita fabricatio) nihilominus, quando Vet. exemplaria constanter habent: *Ære collatitio*, video non tam *collatitio*, legi posse, quod omnibus obuiũ est, quàm: *collecticio*, pro: ære mutuatitio & alieno; quod in vnum conferentes boni viri, & apud amicum negotiationi intentum colloeantes, sic illum quum ornant, tum adiuuant, priùs ab eo sibi cauentes. Vnde fortassis vulgò Afrorum vsitatum id temporis Prouerbium, vt: *Ære collatitio*, aliquid fieri diceretur, aut diues quispiam esse iactaretur, qui proprijs opibus non polleret, sed commoditatibus & alienis. Sanè apud Irenæum alio loco de hoc ipso Sotere legitur: In eum dispononentibus velut florem suum: vt *collecatitium*, sit hîc deposititium. Idem sensus erit, si *collaritio*, legas, aut certè non magnoperè diuersus. Equidem apud veteres multa fiebant *Ære collato*; quibus operibus inscribebantur hæ notæ: ÆRE COL. Ad quem morem fortassis hîc respexit Tertullianus. Stips collatitia, quæ in paupertum vsus erogatur; & *collatio* siue collecta, quæ & indictio, pensitationis pecuniariæ genus: est & συμβολὴ collatio in cœnæ adparatum siue pecuniaria, siue penuaria. Vnde, *Cœna collatitia*, sodalium aut contubernalium accubatio, vbi suas quisque adferunt epulas, ἔρανος. Prouerbium in eos conueniet, qui per se nihil valent, sed toti alienis nixi sunt opibus, quibus subtractis corruant, & fide fortunâque fiant expertes. Diuites in ære alieno, vti Horatius dixit: Meo sum pauper in ære.

9. Æsopi graculus. *Ibidem cap. 12. num. 139.*

RHENANVS: De hoc exstat Apologus inter eos qui *Æsopo* vulgò tribuuntur. Vnde Græcis natum Prouerbium: Αἰσώπου κολοιός, id est: *Æsopicus graculus*; Dici solitum in eos, qui aliena pro suis ostentant. Horat. 3. Epist. lib. 1.

Quid mihi Celsus agit? monitus, multumque monendus,
Priuatas vt quæ res sit, & vt sibi commodet, vtet
Scripta, palatinus quæcunque recepit Apollo.
Ne, si forte suæ repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

Gabtiæ μυθολόγῳ τὸ ἐπεισόδιον ad sententiam Tertull. est planè accommodatum.

Ἀλλοτρίοις πίτροισι κεκομισμένος
Ἤλθε κολοιὸς ὀρνίθων ὑπερφέρων·
Πρῶτον δὲ ὕδρου ἢ χαλκίδων ἡπατεῖ·
Μεθ' ἧν ἅπαντες· εἶτα χωλὸς ἐυρέθη.

Τοιτωθίου, τὸ ἐξ ἑαυτοῦ κάλλος διαλύεται. Quod sic vertimus:

Dum tollat alienis amicta plumulis
Præstare volucres cetera cornicula;
Hirundo primum decrpit munus suum,
Exinde reliqua. Et nuda tandem cernitur.

10. De Æsopi puteo Asinus. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 23. num. 349.*

VT subaudiantur verba: modò venis, modò apparuisti. In eum qui aliunde incognitus, nullâque celebritate nominis præclarus, & quasi ex angulo modò aduenit; qui latuit, siue, vt verbo Horatiano vtar, fefellit hactenus; quique subitò magnum quid & præclarum audeat iactare, immò auctoritatem & gratiam, cum fama sibi vindicare. Quum Apologus, inter Æsopicos, hic non exstet, futile esset aliquid hîc ex coniectura adferre, vnde ortum sit prouerbium: quidquid alij nugentur περὶ τῆς τοῦ ὄνου παροιμίας.

11. Agina media, *seu*: Aginæ æquilibrio ferri. *Tom. 3. lib. aduer. Hermog. cap. 41. nu. 142. & Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 9. num. 73.*

IN lib. de Pudicit. *Nonenim admittetur exemplorum adæquatio, luet in agina congruentissima, si fuerit saluis necentissima.* Si, vt ait Rhenan. ex Festo: *Agina* est foramen illud in quo inseritur scapus trutinæ, hoc est, in quo agitur siue vertitur trutina, & tum in media *agina* consistere trutina dicatur, quoties accidit æquipondium, vt neutra pars propendeat: idem erit cum Ansa (quantum ad Prouerbij vsum) quæ est λαβὴ, in qua examen vertitur, siue in cuius meditullio lingula obuertatur, & huc illuc nutet, dum lancibus æquatis respõdeat summo puncto, hoc est, neutro inclinet, sed æquo momento discrimen partiatur. Vsus Prouerbij esse poterit in eos, qui neutrarum partium sunt, sic vt neque hos neque illos offendant. In eos qui virtutes amplectuntur, quæ mediocritates sunt quædam inter extrema vitia constitutæ. In iudices integros, & similia. Videantur Adnotat. Pamelij.

12. Alexandro sublimior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 173.*

IN elati excelsique animi homines. Decantatissima animi in *Alexandro* Magno altitudo, quæ in dictis iuxta ac factis enituit. Qui nihil sibi quodipse perficeret, à patre relinqui, puer doluerit; qui in Olympijs stadium decurrere, nisi cum Antagonistis Regibus, recusarit; qui Asiaticum regnum dispertiri cum Dario, rebus integris, noluerit; qui quum ab Anaxagora innumerabiles esse mundos audisset, illacrymarit, qui nedum vnius dominus esset factus.

13. Amazona audacior. *Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. cap. 1. num. 14.*

AMAZONES, vel *Amazonæ*, singulare omnium seculorum exemplar, inquit Iustin. lib. 2. Quarum audaciæ, plusquàm virilis, plena facinota, bella, expeditiones commemorantur. At quoniam audacia in muliebri sexu eum impudentia plerumque est coniuncta; Prouerbium in eos conueniet, qui impudenter sunt audaces & temerarij. Videantur Adnotationes Pamelij.

14. Aries in nos temperatur, quo quassatur carro. *Tom. 3. lib. de Resurr. car. cap. 5. nu. 43.*

ARIES, tabis funibus tensa suspensa, cuius caput ferro vestitur, vt durissimam, atietis instar, frontem videatur habere; & more etiam arietis retrò ducitur, vt maiore impetu feriat, subruatque muros. Hinc verbum *temperari*, quod in adparatu & librationeinictus destinata, arte

ta, arte opus esset & certa temperatura. Subiungit Tertullianus verbum *quassatur*. Virgil. pulsabant ariete muros, labat ariete crebro ianua, arietat in portas. Cicero: Aries murum percusserit. Prouerbialiter dici potest, pro eo quod est, validum argumentum nobis obijcitur, quod difficile sit dissoluere. Aperta vi oppugnamur. Vt Arietes & Cuniculi in argumentis, inter se opponantur.

15. Aristide iustior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. nu.* 173.

TAM celebris apud Græcos, & præsertim Athenienses iustitia & æquitas *Aristidu*, vt τὸν δικαίον cognomentum meruerit. Tanta non legum modò, sed æqui boni etiam fuit in homine obseruantia; vt hoc solo nomine in exsilium ab improbis sit eiectus, & diuersis studijs cum Themistocle Remp. administrarit.

16. Aspis à vipera venenum mutuatur. *Tom. 3. li. 3. adu. Marc. cap. 8. num.* 53.

DE *Aspide* sic Plin. l. 8. ca. 23. Colla *aspidum* intumescere nullo ictus remedio, præterquam si confestim partes contactæ amputentur. Tam præsentaneum scilicet est venenum. De *vipera*, eodem lib. cap. 29. Serpentum *vipera* sola retta dicitur condi, cæteræ arborum aut saxorum cauis, (sed Aristot. lib. 5. de natura animal. contrà tradit, *viperam* sub petris sese condere, reliquas serpentes in terra abdi) omnia secessus tempore veneno orba dormiunt. Li. 7. cap. 2. ait: Qui montem Athon incolant, *viperinum* carnibus ali. Quod certè argumentum est veneni minus efficientis. Prouerbio igitur isto significabitur pestilentissium à migus malo ad nequitiam edoceri.

17. Attalicæ diuitiæ. *Tom. 5. lib. de Ieiunio cap.* 15. *num.* 93.

SI *Attalica* legatur, nihil difficultatis; notæ *Attali*, Regis Pergameni, *diuitiæ*, quas pop. Rom. ex hæreditate adierit. De quo Horat. in Odis:

Non opes neque Attali,
Ignotus hæres regnum occupani.

&: *Attalicis* conditionibus. Vt magnificæ & superuacaneæ illæ *diuitiæ* atque delitiæ, pani opponantur; hoc est: simplicissimo victui. Sin *Attellanæ*; personatæ ille in cultu & vestibus lautitiæ intelligentur. Nam *Atellani* (ex Atella. Campaniæ oppido) histrionibus celebertimus: hoc ius concessum erat, vt personam in scena deponere non cogerentur. Vnde fabulæ personatæ, pro *Atellanis* κατ' ἐξοχὴν. Dicetur in vestitum superuacaneum, & ad luxum ostentationémque comparatum.

18. A toga ad pallium. *Tom. 1. lib. de Pallio cap. 5. n. 94. & cap. 6. n. 116.*

RHENANVS: *Pallium* Græcorum erat & Philosophorum. Hoc etiam Romani *toga* reiecta amiciebantur. Hinc illud admirantis vulgi dicterium de potentioribus ad Christianam religionem trangressis: *A toga ad pallium*. Vnde motus Tertull. vt scriberet pro *Pallio* librum. Ammiam. Marcell. de Iuliano Aug. Namque in in pace, inquit, eius mensurum tenuitas erat rectè noscentibus admiranda, velut ad *palliam* mox reuersuri.

19 Cæcus à cæco in eandem deductus foueam. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. c. 7. n. 44.*

PROVERBIVM vel ipsi Seruatori vsitatum Luc. 6. quoties indoctus indoctum docere conatur, vel imprudens imprudenti dare consilium; atque ita in eosdem errores, aut prauas opiniones secum præcipitat. Tertullian, sic interpretatur. Ab eodem rationem errorum & ducatum mutuari.

20. Cæcus in petram offendit. *Tom. 3. l. 5. aduers. Marc. c. 7. n.* 119.

TERTVLLIANVS allegorice de Marcio, qui errorum prauitate excæcutus, malè de Christo, (petra spiritali) sentiret. Non absimile: Impingere in scopulum. Lib. de Trinitate, ca. 28. *Duobus istæ locis, quibus dã effusis luminibus orbatus, totus sit in doctrinæ suæ cæcitate superatus.* Vt surpabitur in eum, quem opinionum peruersitas ad absurda quæque præcipitem agit.

21. Cædere cominus. *Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. vlt. n. 205. & lib. 3. c. 5. n. 14.*

COMINVS *cædere cominus* dimicare, συσταδὸν μάχεσθαι, καὶ ἐγγύθεν; cui contrarium, πρόβλωθεν δὲ βέλεσσιν ἕκαστοι. Translatũ à bello, in quo nunc cõserti pugnant gladijs, & conserere, sue: conserre manus dicitur, nunc machinis aut etiam amentis procul tela in hostem totquentes. Vtemur eo, quum significare voluerimus, nos rem propiùs, seu de proprinquo velle expendere, agitare, & disputare. Argumenta ex rei ipsius natura, non extrinsecus adsumta, ad infirmandam alicuius sententiam, adferre.

22. De calcaria ad carbonariam. *Tom. 3. li. de Carne Christi cap. 6. n. 52.*

RHENANVS: *Calcaria* taberna est, vbi calx adseruatur aut venditur. Sic *carbonaria*, à carbonibus. Vsus erit, quum res sordida aut molesta, æquè sordida aut molesta muratur. Er elegans Prouerbium est, quories de impuro loco ad nihilo puriorem nos recipimus. Quum ex vno malo in aliud diuersum incidimus. Postquam Tertullianus Marcionis respondisset impuritissimæ hæresi, ad Appellis æquè impuri confutationem sese accingit. Non absimile: E Scylla in Charybdin, è fumo in flammam. Nisi quòd illo Prouerbio quædam malorum diuersitas, & quasi repugnantia significari videatur, vti calx & carbones, ratione contrariorum colorum, repugnant. Sumtúmque est ab ijs, quibus sordes odiosæ, neque facilè vestitum contaminari sibi patiuntur, quod fuligo vtorumque efficit.

23. Campis suis diffundere. *Tom. 5. lib. de Trinitate cap. 6. num. 26.*

HÆc inter se opponit Nouatianus: *Intra hæc corporis nostri limes amenta modum aut figuram diuinæ maiestatis includere; & si suis illam interminatæ magnitudinis campis fine vlle fine diffundere.* Nota sunt potentia æquora camporum & immensitates, in propria vocis significatione. Et illud Virgilij:

– Equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras, latus diffundite campis.

κατὰ τὴν μεταφορὰν hæc: Rhetorum campi; In aliquo campo Oratorem versari; Ex ingenti quodam immensoque campo in exiguum gyrum Oratorem compellere. Et: Hæc latissimum dicendi campum Rhetori solent aperire. Ex quibus & huius & sequentis Prouerbij vsus patet.

24. Campus fusus & latus aperitur. *Ibid. ca. 28. num. 127.*

CVI contrarium: Non habere satis magnum campum in quo versetur, apud Ciceronem Nouatianus etiam alibi eodem libro: *Hæc breuiter sint nobis dicta & strictim posita, & non longa disputatione protracta. Latinis enim potuerint perrigi, & propensiore disputatione produci.*

25. Capitis supercilio loqui. *Tom. 3. lib. adu. Hermog. cap. 27. nu. 91.*

IN *supercilio* notatur fastus, qua parte aut negamus, aut annuimus. Haud dubiè mutuatus ab Homero illud est Tertull. Iliad. a. Thetis ad Iouem:

Νημερτὲς μοὶ δός μοι ὑπόσχεο, καὶ κατάνευσον· id est.

Haud dubitanda mihi promitte atque annue.

Respondet Iupiter:

Εἶδ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς;

Τῶν γάρ τ' ἐξ ἐμέθεν γε μαντοσύνη ἀλαθέα τοῖσι μέγιστον

Τέκμωρ· οὐ γάρ ἐμοὶ παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν

οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω

ἢ γὰρ κυμάνσῃ γε ἐπ' ὀφρύσι νεύσω κρονίων. id est,

Annuit: tibi capite, vt bene fisa quiescas;

Hoc siquidem magnum est Ditem immitia libi a me

Fudicium. Neque enim reuocabile mi, neque fallax,

Quòd que tibi capite annuitare, neque imperfectum.

Dicta supercilijs Saturnius annuit atris.

Vnde Plinius Lib. 1. Epist. ad Octauium Rufum: Vide in quo me fastigio collocaris, quum mihi idem potestatis, idémque regni dederis, quod Homerus Ioui:

Τῷ ὑπερβὰς ἔδωκε πατὴρ, ὑπερ ἀνθρώπων,

Vnum concessit vtre pater, annuis vnum.

Nam ego quoque simili nutu ac tenutu respondete voto tuo possum. Huc pertinere non temerè existimem: Censorium *supercilium*, quasi qui *supercilia* solo vel damnet, vel probet, quod alij tetricam seueritatem interpretantur.

26. Catharticum dare. *Tom. 1. lib. de Pallio cap. 5. num. 111.*

Καθαρτικὸν ἢ χαβρατέλιον φάρμακον, ἢ τὸ ἄφεδρον, medicamentum ventriflum, siue quod alium dejcit. Hinc ὑπήλατον dictum Hippocrati. Explicat se Tertull. *sermone me fuisse medicamine sapientissimo*, ex Græco Senatio:

λόγῳ μ' ἔπισπες φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.

Καθαίρειν est lustrare & expiare; ad quod alludit Horat. lib. 1. Epist. 1. loquens de vitijs animi:

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem

Possis, & morbi magnam depellere partem.

Et:

- sunt certa piacula, quæ te

Ter purè lecta poterunt recreare libello.

Huc pertinet: Elleboro purgare, & similia.

27. Catone sapientior & grauior. *Tom. 1. Apolog. c. 11. n. 173.*

CATVM Sabini acutum dixerunt, vnde *Catonum* nomen. Huius autem *Catonis*, apud Tertull. primi & Censorij, elogium, habes apud Plinium l. 7. c. 27. & apud Ciceron. lib. de Amici. vbi de *Catone* Lælius: Aut enim nemo, aut, si quisquam, ille sapiens fuit. Et in lib. de Senect. qui *Catonis* huius nominis inscribitur.

28. Caucaso abruptior. *Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. c. 1. n. 15.*

CAVCASVS, mons Scythiæ vastissimus, cuius, vt ait Plin. l. 6. c. 5. iuga, in Colchica Ponti regione ad Rhiphæos mōtes torquētur, altero latere in Euxinum & Mæotim deuexa, altero in Caspium & Hyrcanium mare, varijs nominibus. Virgil. 4. Æneid.

- Durus genuit te cautibus horrens

Caucasus, *Hyrcanaque, &c.*

quibus verbis: *abruptum* explicatur. In hominē agrestem, & durum intractabilem & inhospitalem.

29. Cerebrum vel cor non habere. *Tom. 3. Lib. 4. adu. Marc. cap. 10. n. 118.*

IN hominis *cerebro*, spirituum vitalium receptaculo, suprema & quasi regia rationis potestas; in *corde* totius ipsè vitæ fons, & sapientiæ sedes. Hinc vecordes & insipidi, *cerebro cordeque* vacui dicuntur. Atque adeò ipsa corporis vitia, si vel *cerebro vel cordi* sint adnata, mentem quoque & rationem labefactant. Notus Æsopi apologus de vulpe caput laruæ admirante: ὦ κεφαλὴ, ὡς ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει· πρὸς τὸ σὸν γὰρ κάλλος ἀλόγιστος. O quale caput, *& cerebrum* non habet.

30. Cerui in prælio. *Tom. 2. Lib. de Coron. milit. c. 1. n. 18.*

HENANVS: Prouerbialem figuram sapit, naturam vt apparet, exilio Chabriæ Apophtegmate, qui dixit: Formidabiliorem esse *cervorum* exercitum duce leone, quàm leonum duce *cervo*. Meminit Plut. *Cervum* & simplex & notæ timiditatis animal, cuius omne in fuga præsidium, quum sit pernicissimū. Hinc *cervimi* viri dicuntur, quum fugæ magis quàm viribus fidunt, quique formidolosi sunt. Quibus Mauors, vt ait Virgil. li. 11. Ventosa in lingua pedibúsque fugacibus; & apud Homer. Iliad. a. Achilles Agamemnoni timiditatem in congressibus prælijs exprobrat:

ὑποβαρὲς κυνὸς ὄμμα τ' ἔχων, καὶ κέρδεα φρονέων·

Ebria, ceruinum *cor habens, oculósque canino.*

31. Chrysippus ad elleborum. *Tom. 3. li. de Anima cap. 6. n. 89.*

CHRYSIPPVS Cleanthis discipulus, homo acerrimo ingenio, de quo versiculus:

εἰ μὴ Χρύσιππος ἔζευσεν πόρους, οὐκ ἂν ἦν στοά.

Nisi fuas Chrysippus, *haud fuat Stoa.*

Refert Valer. Max. l. 8. c. 7. Carneadem cum *Chrysippo* disputaturum, *elleboro* se antè purgare solitum, ad exprimendum ingenium suum attentiùs, & illius refellendū acriùs. Idem A. Gell. lib. 17. c. 15. Carneades Academicus scripturus aduersus Stoici Zenonis libros, superiora corpotis *elleboro* candido purgauit. Et cap. vbi *ellebori* efficientem & duplex genus explicat. Et Plinius lib. 25. c. 5. idem Carneadi adtribuit, & *elleboro* naturam describit. Tertullian. ipsi *Chrysippo* tribuete videtur: *Sententias suas non intelligendo, valetudinis corruptelam suspicari.* Quod Valerius de *Chrysippo* eodem capite scribit: Cuius studium in tractandis ingenij suimonimentis tantum operis laborisque sustinuit, vt ad ea que scripsit, penitus cognoscēda, longa vita sit opus. Et vt Cicer, de eodem: Quæ dam, inquit, proponebat, quę ne ipse quidem potuit dissoluere. At Lucianus fabulatur in 2. verar. Narrat. lib. Non licuisse *Chrysippo* in beatorum insulam immigrare, nisi quartum iam sumto *elleboro*. Adludens huc, quòd rer in vita bibisse memoratur. Hinc *elleborum* bibere, edere, eóq, se purgare iubentur, qui mentis capitisque vitia sibi leuari velint.

32. De cœlo superuenit. *Tom. 1. Apolog. capite. 10. n. 162.*

Videantur

VIDEANTVR Adnotationes Pamelij. Explicat Tertullianus in ignoros, & vel ex inopinato apparenteis; qui & cœlites & cœlo delapsi, vel è cœlo cecidisse diecbantur: ὑποβολοστεπτοὺς. Illud sumptum videri potest à scenis Tragicis, in quibus ferè, ἀπὸ τῆς μηχανῆς θεός. Est enim machina supra scenam locus, vnde ex improuiso Deus aliquis apparebat.

33. De cœlo in cœnum. *Tom.2.lib.de Spect.c.25. n.189.*

TERTVLLIAN. *De Ecclesia Dei, in Diabolı Ecclesiam tendere.* Et lib. de Coron. milit. *De castris in castra tenebrarum nomen deferre.* Elegantiam adfectauit Tertull. ἐκ τῆς παρονομασίας, vt sit luci tenebras, vitæ mortem præterre. Quum ab honestissimis actionibus studiisque, ad flagitia, ad vanas turpésque exercitationes deflectimus.

34. Cœna æstiua post assum. *Tom. 3. lib. de Anima,cap.32.num.387.*

VIDETVR innuere Tertullianus in *in cœnis æstiuis, post assum*, hoc est: carnes assas, nihil præterea ferculorum importari solitum, ita vt finis cœnæ fuerit assum. Vti Empedocles in ardéti Ætna probè assus, in nullum aliud corpus est mutatus, atque ideò finis fuit metensomatoseos. Quid si huc adludat? Græcis, qui oua cum turdis & leporinis carnibus ac mellitis placentis, secundas mensas dabant, mos iste fuit, vt in fine cœnæ linguas igne torridas post sermones, deguſtandas darent. Quare, finium aliquid esse, nihil esse reliqui, Prouerbio significabitur.

35. De corio suo ludere. *Tom. 1.lib.de Pallio, cap. 3.num. 49.*

A Chamæleonte tractum, qui toto corpore reddit colorem quemcumque proximum adtigerit, præter rubrum & album. Itaque adagium patet in hominē versipellem, inconstantem ac pro tempore in omnem habitum sese vertentem. Cui simile: Proteo mutabilior.

36. Crœso & Crasso copiosior. *Tom.1. Apolog. c. 11.n. 173.*

CROESI Lydorum Regis opulentia apud Græcos in Prouerbium abijt, qui Cyro Persæ bellum facere aulus. M. *Crasse* apud Roman. diuitis cognomentum additum qui in agris suis Sestertium vicies mille possedit & neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere possit suis fructibus, dixisse memorat Cicer. in Paradox.

37. Cubito pellere. *Tom.3.lib.de Anima cap. 55.n. 605.*

SI quid perperàm dictum aut improbiùs reprehendimus, in latus proximi, cuius dicta non probamus, cubitum impellere solemus, & procul à nobis, quasi abhorrentes, detestationis causſa, arcere. Horat. libro 1. Epist.6.

Mercemur seruum, qui dissit nomina, lauum
Qui fodiat latus.

Intelligit seruum à memoria, siue nomenclatorem. Vbi fodere latus, est manu vel pungere, vel tundere, quod sit monendi, suggerendi, & impellendi gratia. Etit igitur, adspernari & respuere homines tam praua opinione imbutos.

38. Cuneo extrudere. *Tom. 3 .l.1.aduers. Marc.cap. 21.num.150.*

HOC *cuneo veritatis omnis extruditur hæresis. Cuneus*, sectreum vel ligneum instrumentum, quo, vt ait Vitgilius scindebatur fissile lignum; à cuius forma, *Cuneus* in acie pedites conferti, qui iuncti cum acie, primo angustiùs, deinde latiùs ptocedunt, & aduersiorum ordines rumpunt, quia à pluribus in vnum locum tela mittuntur. Quibus opponitur ordinatio, quem forficem vocant, quæ lectissimis militibus confertis in V. litteræ formam componitur, & illum *cuneum* excipit, atque ex vtraque parte concludit. Quo facto, aciem non potest erumpere. Ex priore significato fuit illa: Malo nodo, malus quærendus *cuneus*; à sectoribus roborum, pro malum malo retundere; & : clauum clauo pellere. Ad quæ hic adludere videtur Tertull. In sequentibus ludete videtur altero significato.

39. Cuneo occurrere. *Tom.3.lib.de Resurr. carn.c. 2.num.18.*

SVETVM à re militari. Virgil.

Agmina densentur cuneis.- & omnes
Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur. &:
Quà globus ille virum densissimus urget.

Erit que valida confertaque alicuius rationibus argumenta opponere.

40. Cuneum primum congressionis armare. *Tom. 3.lib.adu.Valent.c.3.n.24.*

CVI subiungit Tertullianus: *detectorem conscientiæ illorum, primam hanc victoriam assumitur.* Sic Antecursores, equites præmissi, solent detegere hostileis copias, insidias, & numerum. Et prima victoria quasi omen est pugnæ. Omnia translata à conflictu martio prælij, ad disputationem, quod est certamen litterarium.

41. Demosthene eloquentior. *Tom. 1. Apolo.c.11. n.173.*

NIHIL *Demosthenis* oratoria vi clarius, inquit, Valer. Max. libro 4. capite 5. & capite 7. libro 8. *Demosthenes*, cuius commemorato nomine, maximæ eloquentiæ consummatio audientis animo obotitur. Quintil. lib. 9. eiusdem commemorat elogium.

42. Digiti nutu loqui. *Tom. 3.lib.adu. Hermog.c. 27.n.91.*

IN Apolog. *cum digitorum suppunarijs gesticulis.* Priscis vsitata supputandi ratio, quæ fiebat digitorum flexu. A Venet. Beda loquela digitorum, siue per gestum digitorum, dicitur. Alex. ab Alex. lib. 1. capite 14. Veteres gestu manus, modò dextræ, modò sinistræ & digitorum depressione aut circumflexione, sæpè annos dinumerarunt, &c. Ad quem morem adludit Tertullian. quum addit: *nutu accommodate; alterius tollens, & quasi retro saltans.* Vsurpatur in hominem plus nimio sibi sumentem, & pro arbitratu suo, quod lubet, statuentem.

43. Digito destinare. *Tom. 1. lib. de Pallio capite n.84.*

TERTVLLIANVS l. de Veland. virg. *dum, digitis demonstrantium titillatur.* Est potentis, digitis denotare

& monſtrate. Hora. Ode 3. lib. 4.

Quòd monſtror digito prætereuntium,
Romanæ fidicen lyræ.

& lib. Ep. od. 4. explicat noſtrum prouerbium ex Tertull. ſententia:

Videſne ſacram metiente te viam
Cum bis ter vlnarum toga,
Vt ora vertat & huc euntium
Liberrima indignatio?

44. Dimicare ad certum. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. cap. 5. num. 14.*

SOLENT gladiatores & pugiles inter ſe congreſſuri, ante quàm ad manus ictúſque veniant, quoddam quaſi præludij ſpecimem edere; &, vt B. Paulus ait: aërem verberare. Virgil. lib. 5.

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,
Oſtendítque humeros latos, alternáque iactat.
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Tum poſtmodò:

Immiſcentque manus manibus, pugnámque lacęſſunt.

Et lib. 12.

– Penitúſque lacęſſit
Fatibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

Poteſt & videri ſumptum à iaculatoribus, qui ſcopum, ad quem colliment, ſibi proponunt. Huc pertinet B. Pauli illud 1. Cor. 9. Ego itaque ſic curro, vt non in incertum; ſic pugilem ago, non velut aërem feriens.

45. Dimicare cominus. *Ibidem. vide:* Cedere cominus, *ſuperiùs.*

46. Epicitariſma poſt fabulam. *Tom. 3. li. aduerſ. Valent. cap. 33. num. 367.*

RHENANVS: Quum fabulæ recenſebantur olim publicè, ad demulcendos ſpectatorum animos, qui tædio longæ narrationis iam languebant, in fine, priuſquàm dimitterentur, citharœdus aliquis prodibat. Solent & ante & poſt iuſtam fabulam quædam cani in odeo à reſaliena, ad Auditorum faſtidia diſpellenda dumtaxat. Vnde illa procœmium quaſi præcentio, ἀπὸ τῆς ὁμοιᾶς, ante cantum ordinarium, quod Rhetores per tranſlationem ſuæ orationis Exordium dixerunt. In Poëſi, Prologus, & & contrà, Epilogus. In tibiarum incentione, Proaulion. Potest dici, corollarium vani alicuius cœpti, aut commentum additum.

47. Fauos poſt fella guſtare. *Tom. 2. lib. de Cor. milit. c. 14. num. 196.*

RHENANVS: Prouerbij ſpeciem habet, de eo vulgò dici ſolitum qui roleratis aduerſis, lætioribus tandem rebus potitur. Hue faciunt illa: Extempeſtate in portum; poſt agonem corona. Vulgare: Ab atro panè ad candidum; virtutis radices amaræ, fructus ſuauiſſimi.

48. Fibulam laxare ſeu relaxare. *Tom. 2. l. de Cor. milit. cap. 11. num. 144.*

RHENANVS: Prouerbialiter dictum, pro: Aperire feneſtram, &c: anſam dare delictis; quæ & ipſa Prouerbij ſchema habent. Huic opponitur quod idem lib. de Monogamia dixit: *fibulam imponere*, quod eſt, compeſcere & cohibere. Natú videtur à *fibula* cinguli, qua veſtis fluxa adſtringitur, vel adſtricta remittitur. Virgil.

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Sed quoniam ad carnis lubricas voluptates plerumque Tertullianus refert; referri poterit ad *fibulæ* adſtrigmentum, qua olim adoleſcentulis in venerem prurientibus proniſque parteis genitaleis traijciebant, quod *infibulare* vocabant. Cuius rei ratio eſt apud Corn. Celſum mentio apud Martial. & Iuuenal. vt in eos dicatur qui ruptis pudoris repagulis, in libidinè præcipites feruntur, & diſſoluti in omne licentiæ genus.

49. Filum tenuiſſimum pendente veſtigio adgredi. *fortaſſis:* ingredi. *Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 10. num. 83.*

TERTVLLIANVS ſeſe explicat, & à *funambulis*, hoc locutionis genus, tranſlatum ſignificat, dum præmittit: *funambule pudicitiæ. Funambuli*, γεωβάται, & ἀκροβάται, per extētum funem incedebant, cuiuſmodi inceſſus in imperitis periculo lapſus non carebat; Et hinc *veſtigio pendente* (nam in aëre pendere videntur) opponit: *In gradu totum eſſe, in ſolido eſſe.* In eos ergo competet, qui rem periculo plenam adgrediuntur. Ouid. de caſuum humanorum varietate:

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

50. Foſſam determinare. *To. 3. lib. de Præſc. adu. haret. c. 10. n. 68.*

RHENANVS: vltra quàm tranſilire non licuit, Metaphorica locutio. Vallum eſt rorum confuerit, vel ex cæſpite aggeſta humo, vel ducta ingenti foſſa, quam quum munitionibus nemo tranſcenderet, communiri, intra quam milites continebantur; vel hue pertinet, quod ſuprà de *ſcammate* dictum eſt. Erit igitur, certas alicui leges eſſe præſtitutas, à quibus nefas ſit recedere. Græcis non abſimile, ὅρια τὰ ἀκριμένα πηδᾶν, vltra foſſam ſalire.

51. Fluctus vtrimque te inuoluunt. *T. 3. l. 1. adu. Marc. c. 7. n. 50.*

ATEMPESTATE maris, & decumanis fluctibus, ad argumenta vtrimque aduerſarium capientia. Nam & dilemmate vtitur Tertullian. Quaſi dicat: Non eſt effugio locus, vtrimque ſiue ex vtraque argumenti parte conſtrictus & irretitus tenetis. Poteſt & vſurpari in eum, qui geminis & ancipitibus malis circumcluditur. Virgil.

Vario curarum fluctuat æſtu.

52. Frenare. *Tom. 5. l. de Pudic. cap. 16. n. 136.*

TERTVLLIANVS *Tenebitur frenandæ continentiæ coniugio.* Vſitatiſſima ab equis Metaphora. Virgil.

Inſtitúitque dedit gentem frenare ſuperbam.

Horatius:

Nunc (animum) frenè, hunc tu compeſce catenis.

hoc eſt: coërce & comprime animi perturbationes. Cui oppone ex Tertull. *frenlam laxare vel relaxare carni.* Cicero: alicui frenos furoris inijcere, & alicuius furorē *frenare.*

53. Frenatos relaxare, *vel* laxare. *Tom. 5. de Pudicit. cap. 2. n. 22. &:*
Frenos reſtringere. *Ibidem.*

CONTRARIA ſunt. Virgi. lib. 1. Æneid,

– Quæ fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare iuſſa habenas.

Cicero Alter *frenu* eget, alter calcaribus. Tertull. ad diſciplinam tranſtulit, vt ſignificet, vel nimia indulgentia, vel immodica ſeueritate, in diſciplinæ obſeruatione vti.

54. Frontè ſua proponi. *Tom. 5. l. de Monog. c. 12. n. 100.*

Henanvs: quod liberè & apertè debeat proponi, non eoactè & rectè. Vera *fronte* apud Cicc. pro C. Rabir. est ex animo & citra fucum facere quid vel dicere: & contrà: mendaci fronte & vultu, per simulationem. Hinc illud: *Fronti* nulla fides. *Frons* enim & oculi declarant maximè adfectum animi. Et apud Terentium: Vultum fingere, est componere ad simulandum vel dissimulandum aliquid. Opinor tamen verisimilius ad hoc respexisse Prouerbij Auctores. Quum in *fronte* pudori sit sedes (vnde perfrictæ frontis homines) quum quid ab honestate non discrepans, quódque non temerè vertat pudori, vel facimus vel dicimus: nostra *fronte* id nos facere vel dicere, posſumus vſurpare. Quum si quid contrà vel turpe vel indecorum faciendum sit, aliena *fronte*, siue per subornatos, id factamus dicamúſue, & nostro pareamus pudori.

55. Qui fugiebat, rursus præliabitur. *Tom. 5. lib. de Fuga in persecutione ca. 10. num. 72.*

Henanvs: Demosthenes olim fugiens ex prælio Chæronensi, in quo succubuerunt Athenienses aduersus Philippum Macedonum Regem pugnantes, fœdam eam fugam, ob abiectum clypeum exprobrantibus solitus est hoc versiculo respondere: αὖθις ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται, hoc est: Vir qui fugit, rursum capeſſet prælia. Tertullianus paulo antè hæc opponit: *Stare immobiles præcipit vtique, nec fugæ mobiles, & accinctus in fugam, animo occurſum Euangelij?* Haltam abijcere, & Græcis ῥιψάσπις, & ἀσπιδοπτώλης, ἀντὶ τοῦ ῥίψαντι τὴν ἀσπίδα, Prouerb. pro: diffidere cauſſæ, vel cauſſæ defensionem deserere. Tertull. Prouerbio (quod à Græcis profectum) moneti posſumus, non protinus desponderе animum, si quid infelicius succeſſerit: & quum hæc non succeſſit, vt ait Comicus, alia adgredi via.

56 Funem contentionis ducere. *Tom. 3. li. 4. adu. Marc. cap. 4. num. 28.*

Frequens est apud bonos Auctores *Ducere funem*, quod ſumptum μεταφορικῶς à Comica saltatione, quam χορδακικὴν & χορδακισμὸν appellant. Terent. Adelph. Tu inter eos reſtim ductitans saltitabis; & apud Aristoph. τερπνὰ εἰ. ὑπὸ χορδακιζόμενοι. In quibus choreis qui præſultor est, & modetator, *funem ducit*, quem alij adprehenſo fune præcuntem ſequuntur. Hinc apud Ciceron. familiam *ducere* est, eſſe principem & auctorem alicuius ſectæ, & Horat. de Pecunia epiſt. 1.

Tortum digna ſequi potius, quam ducere funem.

Sed quid hæc ad contentionem & certamentiad pertinacem opinionum defensionem? Adludere igitur videtur ad aliud luſus genus, in quo fortè *funem* medium vtraque pars in diuersa obnitens ad ſe pertrahere nitebatur, & alteris extorquere. Qua in re propoſitum erat victoriæ præmium: quod non paucis locis à pueris obſeruatur hodie: quem *funem* contentionis vel contenſioſum, à partium contentione (vt Xyſtus Flandri, in luſu pilæ palmariæ, quum luditur daratim appellat. Tertull. qui addit: *pari hunc inde inſu ſtillmante*; fortaſſe: fluctuantem ſub funem.

57 Fune contentioſo diem ad veſperam ducere. *Tom. 1. lib. ad. Iud. c. 1. n. 1. & Tom. 3. li. de Reſurr. carnis c. 34. n. 254.*

Vel *in veſperam trahere*. Cui ad dit Tertull. *alternis vicibus*, vt ſuprà: *pari hinc inde inſu*. Cicer. 2. Epiſt. 1. lib. Familiar. Hac controuerſia vſque ad r octem ducta: & 2. Epiſt. 4. lib. ad Attic. Quum ad Clodium ventum est, cupiit diem conſumere. Plinius: Actionem meam, vt præſia nox dirimit. &: Dixitin noctem, atque etiam illatis lucernis. Apud Roman. quum quid differti, vel in diem diſſindi vellent interceſſores: diendo diem ducebant, nequid eo die ipſo à Senatu decerneretur: dicebantútque diem extrahere, tempus trahere, & prolatare conſultationes apud Salluſt. Itaque ſignificabitur contentionis diuturnæ pertinacia. In I. de Reſurr. car. *contentioſo fune deducere*, est argumentis prolixis perplexiſque rem agitare.

58. Funem contentioſum alterno ductu in diuerſa diſtendere. *Tom. 5. lib. de Pu. c. 2. n. 22.*

Præter ea quæ ſuprà adlata ſunt, hoc prouerbio admoneor, *Ductarium finem* dici, qui per orbiculos trochlcæ (quæ est machina tractatoria, cũ æreo ligneóve orbiculo, qui circum axiculum verſatur, ſiue totula ſtriata, quam *Catrol* & *Mouſle* Belgæ appellent) traijcitur. Qua machina vtimur in oneribus, faſcibus, faccis frumentarijs in altum adtollendis, & per feneſtras immittendis. Qui funis dicitur contrà dein itti, Virgil.

Demiſſum lapſi per funem.

Alternis ductu, vt ſuprà, *Alternis vicibus, pari niſu hinc inde.* Idémque ſignificabit. Vtimque magna cum pertinacia rem diſputando agitare.

59. Funem longum adtrahere. *Tom. 2. lib. de Veland. virg. cap. 14. num. 115.*

Notvm est illud B. Gregotij Moralibus: Oritur ex ſuggeſtione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione cõſenſus, & c. vſq; ad certam damnationem. Quæ est longa illa & horrenda peccatorum catena. Qui funes atque compedes, quibus conſtrictum hominem Satanas non ſolùm in omne genus malorum, ſed etiam tartaream abyſſum præcipitat. Apud profanos auctores Catena negotiorum, Catenati labores. Pindar. δυσφόρων χοινίοι μεριμνῶν.

60. Glacie fragilior. *Tom. 3. l. 1. ad. Marc. c. 1. n. 14*

Altis: *Gelu fragilior*. De homine inconſtante & fœdifrago. Nam fragile opponitur firmo & ſtabili. Fragilitatisin glacie cauſſa est, partiũ exereto calore, quod coniungendi vinculum est, raritas.

61. Gradu cedere, de gradu cedere, ſiue pauliſper decedere. *Tom. 3. lib. de Præſcadu. hæret. c. 9. num. 64. & lib. 5. adu. Marc. cap. 16. nu. 256. ac Tom. 5. lib. de Pudic. ca. 7. n. 53.*

Omnes metaphoræ ab athletis ſumtæ iam congredientibus, ſiué gradum, pedem, manum conferentibus. Li. de Præſcr. adu. hær. *Cedo nunc ſponte de gradu ſuo.* Quod est, non impulſus, neq; armentis euictus de iure meo concedo: hoc dono aduerſario, quod defendere mihi ſit proclive, & ad firmiores rationes recurro.

62. Gradu eodem occurrere. *Tom. 3. lib. 4. aduerſ. Marc. c. 29. nu. 492.*

Svmtvm à gladiatoribus, qui cum Antagoniſta decertaturi gradum ſiguñt, & ictus declinandi cauſſa cedentes, ietum procedunt, & eodem gradu conſiſtunt, & obuiam euntes renitũtur. Erit, eodé argumẽto & telo vti.

63. Gradu excludere, expellere, de gradu pellere. *T. 3. l. de Anim. c. 6. n. 82. & l. 1. ad. Marc. c. 13. n. 71. ac l. 4. ad. Marc. c. 9. n. 104.*

LIBRO de anima: *Huius definitionis gradum excluserit*, hoc est, ostendero definitionem cõsistere non posse, neque rem definitionem cum ea rerò commeare; quod est vitium in rei definiendæ ratione primarium. *Cùm Deum hoc gradu expellimus*, hoc est, quum Deo hanc potestatem prætogatiuam, vim creandi adimimus. *Te gradu pellam*, hoc est, conuincam te falsi, & tua rationes infirmem. Hæc omnia à colluctatoribus sumpta, significant aduersarium confutare, & in certamine disputationis superare.

64. De gradu deijci, aut moueri. *Tom. 3. li. de Resurr. carnis cap. 2. num. 18.*

APVD Ciceron. lib. 1. Offic. *De gradu deijci*, est animo consternari, & velut à statu mentis demoueri, nec præsentis animi vti consilio. Huc pertinent, Moueri loco, deturbari gradu. Cui contraria: Reponi in gradum, &c: Restitui in locum. Ter. *deiectus vel motus de gradu suo spes*, hoc est, qui iam spem abiecit, in qua inuitebatur alienis persuasionibus inductus.

65. Gradum alium inire. *Tom. 3. lib. 4. aduer. Marc. cap. 6. num. 52.*

EST aliaadgredi via, & nouum inire certamen, vel saltem nouo modo. Vel, re vna iam improbata & labefactata, ad alterius euertionem sese accingere.

66. Gradum conferre. *Tom. 1. lib. ad. Iud. c. 2. n. 6. & c. 7. n. 27. & lib. 3. aduerſ. Marc. capite 2. num. 4.*

MILITARIS phrasis, vt illa: Collato pede præliari; conferre manum vel pedem; conferre gradum cum hoste. χεῖρας ἐν χερσὶ συνιέναι μάχης, Auspicari certamen disputationis: Ad rem propius accedere. Ho ἐγγὺς ἰόντες, cominus congressi.

67. Gradum dirigere. *Tom. 3. lib. 4. ad Mar. cap. cap. 37. num. 601.*

EST aliquò referre vim ingenij; ad aliquid expendendum se comparare.

68 Gradum figere. *Tom. 2. lib. de Veland. virg. cap. 11. num. 86. & Tom. 3. lib. 4. ad. Marc. c. 2. nu. 18. lib. 5. adu. Marc. cap. 10. num. 154. lib. ad. Praxean. cap. 8. nu. 56. & cap. 22. nu. 135. Tom. 5. lib. de Iesun. cap. 11. num. 71.*

RHENANVS: Translatio ab athletis in certamine congredientibus, sermo prouerbialis. Consistere cum constantia, & apud Tertull. rot locis est, sententiã semel conceptam acriter defendere, in eáque persistere; aut premere argumentum suum, vt loquitur Cicero; vel in vnius rei diligenti penſitatione immorari, & nullis vti excursionibus à re alienis.

69. Gradum in acie figere. *Tom. 5. lib. de Fuga in perſecut. cap. 11. num. 80.*

APVD Virgilium frequens: Srate viri, adhortantis vt ex fuga sistant. vnde Iouis Statoris nomen. Et Æneid lib. 10.

Fidite ne pedibus, ferro rumpenda per hoſtem
Eſt via.

Prouerbial. argumentis aduersariorum non moueri, pertinaciter in sententia persistere, suam causam acriter in sententia persistere, suam causam acriter defendere. Li. de Iesun. *State in isto gradu ſi poteſtis.*

70. Gradum mouere. *Tom. 5. lib. de Iesun. ca. 13. num. 78.*

TERTVLLIANVS sic interpretatur: *Monitis gradum excedendo traditionem, quam quæ non sunt conſtituta, obitis.* Est igitur: recedere ab instituto, siue à præscripta norma; cedere aduersario victum. Virgil. li. 2. *Retróque pedem cum voce repreſſit.*

71. Gradum obstruere. *Tom. 1. Apolog. cap. 27. nu. 424. Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 15. nu. 120. Tom. 3. lib. de Præſcript. ad. hæret. c. 15. num. 99. & li. de Resurr. car. c. 48. n. 344.*

HVNC igitur *gradum perfidiam obstruimus, non admittendi eos ad vllam de scripturis disputationem*, hoc est: hoc primum opponimus, à congressu remouemus. In Apolog. *Proueniat ad ſacrificandum obſtruamus gradum perfidiæ* (al. profide) *confeſſentia noſtra*, hoc est: anreuertimus, ne perfidia irrepat mentibus nostris. Cicero: obstruere perfugia improborum. Li. de Resurr. carn. vt *quod aduerſarij in prima ſtatim acie obſtruunt, in vltima congreſſione proſternere temus.*

72. Gradum sustincre. *Tom. 3. lib. 1. aduer. Marc. cap. 1. num. 23.*

QVI oppugnantur, dicuntur vim & impressionem hostilem sustinere, siue sufferre. Hinc Prouerbialiter, pro: Suscipere alicuius rei defensionem, siue sustinere. Tertulllianus sic transtulit ad litterariam disputationem: *Alius libellum hunc gradum ſuſtinebit aduerſus hæreticos.*

73. Gradum vnum insistere. *Tom. 3. l. Scorp. adu. Gnoſt. cap. 8. num. 52.*

ADDIT Tertullianus, & explicat se: *In hoc ſolum pronunciamus. Inſiſtere*, & referte pedem, & lon ius procedere, contraria sunt, Cicero: *Inſiſtere*, in aliquo statu, est commorari. Prouerb. ab instituta disputatione non egredi, & in vnius rei disquisitionem incumbere.

74. Gradus hic stabit. *Tom. 3. lib. de Anima cap. num. 83.*

TERTVLLIANVS: *Sed nec hic gradus ſtabit*, hoc est: hæc ratio, hæc definitio, hoc argumentum firmum non erit neque consistet; facilè poterit refelli & infirmari. Adfirmare: hoc ego defendendum aduersus omnes rationes suscipiam; huius pronuntiati veritatem propugnabo.

75. Ad gradum præsentem occurrere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 19. num. 125.*

CICERO: Consilijs alicuius *occurrere*, atque obsistere. Tertulliano est, argumentum pro re nata, eludere responso & contraria ratione.

76. De gradu primo præludere. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. cap. 5. num. 14.*

A DIVNGIT Tertull. *Adiuc & quasi de longinquo cui starim oppositum subiungit: Alcertum & commune dimicare*; quæ suprà explicata huc faciunt. Solent gladiatores ante iustum cum Antagonista certamen, ostentandæ artis & oblectandi spectatoris caussa præludere, vt apud Vigilium Aeseles:

Ostentans artem pariter, arcumque sonantem.

Est igitur leuis & quasi ludicra adferre argumenta, & imbecillora, initio, antè quàm ipsum robut argumentorum depromatur.

77. In gradu esse. *Tom. 5. lib. de Pudicit. capite 10. num. 83.*

IN vno argumento insistere. Cui opponit Tertull. *pergere*. Quod interpretari possumus, Ex sumptionibus siue pronuntiantis complexionem elicere, & adtei probandæ summam peruenire. *In gradu totus esse*, ille dici potest, qui proponit quidem, sed nihil concludit. Qui forte, siue argumentratione acerualiutens in initijs immoratur, longéque abest ab extremo conclusionis.

78. In gradum decurrere. *Ibid. cap. 21. n. 183.*

AD nouam rei disquisitionem se comparare; te vna explicata, ad aliud progredi.

79. In gradum rursum. *Tom. 3. libro 1. aduersus Marc. cap. 9. num. 155.*

QVVM ab instituto per digressionem, siue παρέκβασιν, abrepti abductique longiùs, eodem vnde diuertimus, regredimur, & eandem rem denuò agitamus expendimúsque.

80. In gradu ipso prouocare. *Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 1. num. 12.*

SVMTVM à prouocantibus ad pugnam, qui quum gradum institerint, aduersarium opperiuntur & tentato telo lacessunt. Significat itaque, capur rei adgredi, & rem & alriùs non repetere neque longè arcessere; sed ea super quibus pugna est, initio inquirere, ab eorúmque inquisitione non recedere.

81. Habenis effusis. *Tom. 5. Epist. de Cibis Iudaicis cap. 4. num. 14.*

HABENÆ, lora sunt, quæ freno vtrimque adligantur ad equum regendum. Hinc illæ Metaphoræ, laxissimas *habenas* dare amicitiæ. Cic. Virgilius lib. 5.

-spumantiaque addit
Frena feris, manibúsque omnem effundit habenas.

Propriè lib. 12.

-nulloque discrimine eadem
Sufcitat iramque omnem effundit habenas.

Translatè. Et Orator dicitur in peroratione totos eloquentiæ aperire fontes, & omnes adfectuum habenas, effundere. Contrarium est: Inijcere habenas pro compescere, & impetum sistere. *Habenas effundere*, dare, laxare, Græcis λύειν χαλινὸς πᾶσι τοῖς ἐφιεμένοις δόναι ἡφίεναι τὴν νίκαν, pro: Nimium indulgere, nimiámque permittere libertatem. *Habenis effusis*, est licentissimè, libertimè, & intempestantissimè; vel immodicè. Idem Nouatianus lib. de Trinitate: *Indulgentiæ suæ sinus largos profudit*, &c: *Sub iugo enim naturalis legis omnibus data, alia quasi frenis remissa vetis abuntur, alia quasi effusis habenis excitata impelluntur.*

82. Hamaxobio instabiliot. *Tom. 3. lib. 1. ad. Marcion. cap. 1. num. 12.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. Historicis & Poëtis celebrati *Hamaxobij*, vel Hamaxobitæ, Sarmatiæ gens. Quos sic describit Horat. lib. 3. Od. 24.

Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,
Viuunt, & rigidi Getæ;
Immetata quibus iugera liberas
Fruges, & Cererem ferunt;
Nec cultura placet longior annua.

Ergo non modo in eum dicetur, qui sedes subinde mutat, & fabulam vndecumque mototriam agit: sed qui versatili est animi sententia inconstans.

83. Hieme frigidior. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 1. num. 14.*

VERBA, iudicia, homines frigere dicuntur Ciceroni: & Intre frigidissima calere, in feruentissima frigere, opponit metaphoricè, &c. Lentus in dicendo, & penè frigidus. De homine insulso, tardi stupidíque ingenij. Vt calidus de alacri & excitato animo. Et: Calida consilia, est, præcipitia & temeraria.

84. Hypobrychium irrespirabile. *Tom. 2. lib. de Idolol. cap. vlt. num. 170.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. ὑποβρύχιον, τὸ ἔσω τῶν κυμάτων κεκλυσμένον, quod fluctibus est obtectum. Homer. Odyss. ε.

τὸν δ' ἄρ' ὑποβρυχιαι ἴσχανε πολυν χέρσον.

vbi ὑποβρύχιον. Poet. pro ὑποβρύχιον τοῦ κεκλυσμένης τοῦ ὕδατος, qui sub aqua subijt. Fiat ferè Paul. Leop. lib. 8. Miscell. cap. 23. Sed quum Tert. dicat: *Funerabile excussi profundum, & extractabile impactu naufragium, irrespirabile demersus hypobrychium*, videtur locum significare, imum scilicet maris fundum, in quem & excussi naufragij imperiti & impacti, nec tabulis nec scopulis adhærescentes deferantur. Significabit ergo Prouerb. Extremum periculum, vt omnis salutis emergendique è malis spes adempta sit.

85. In alium ictum considerare. *Tom. 3. Scorp. adu. Gnostic. cap. 5. num. 35.*

OCCVRSVM *est huic plagæ; in alium ictum considere-mus, &c.* Alij longè aliter distinguunt. A gladiatoribus sumptum. Cicer. 1. Catil. Quot ego tuas petitiones, ita coniectas vt vitari posse non videretur, parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore effugi: & Virgil. lib. 5. de Pugil.

Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum, & variis assultibus vrit & vrget:
Ostendit dextram, insurgens Entellus, & alte
Extulit. ille ictum venientem à vertice velox
Præudit, celerique elapsus corpore cessit.

Vt sit: vno argumento refutato, alius infirmationem inquirete, & rationem secum inire quam improbari possit.

86. Istro fallacior. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 1. num. 15.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. Quis ab histrice animante hoc sumtum dicat? *Istria* regionis incolæ, non *Istri* aut Histri, sed Istrij dicuntur: quibus quis fallaciam tribuat, non reperio. Reliquum est igitur, vt Ister fluuius alio nomine Danubius, huic prouerbio locum fecerit. Quum Tertull. Marcioni tot titulos honorificasque appellationes, à locis, gentibus, Ponto, Patriæ vicinis, & rebus eidem peculiaribus, adsignet. Dicetur autè;

fallax Ister, vel propter sinuosos flexus (vt Mæander) vnde à Poëtis retortus & sinuatus dicitur; vel propter ostiorum multitudinẽ (inter quæ vnum est Pseudostoma, quasi falsum vel fallax ostium) quæ fallat in instituto cursu nauigantes, vel quòd subita inundatione plerumque accolas inopinatò opprimat, Tibul.

– Fallax quoque testis
Pannonius, qui Istri accola.

Auson.

Et fontem Latijs ignotum annalibus Histri.

(adspirat namque.) Ignotum, quia fallit & latet.

87. Iugum excutere, *&*: Cruicem a iugo excussare. *T. 5. l. de Pud. c. 10. & 12. n. 81. & 95.*

IVGVM, quod boues induunt, cùm trahunt aratrum vel currum. Cicer. Boum cruices natæ ad *iugum*. Metaphoricè & seruitutem aut onus graue significat. Hinc illa: *sub iugum mittere. Iugum* deijcere à cruicibus, est: liberare violenta dominatione, graui onere seruitutis. Contrar. apud Vigil. 12.

Nefrenum accipere, & vitli parere fatentur.

Tertull. lib. de Idol. *vinculum & iugum nobis relaxauit*, & lib. de Pudic. *operum iuga resecta sunt, non disciplinarum.*

88. Lamiæ turres. *To. 3. l. ad. Valent. c. 3. n. 23.*

DE *Lamijs* multa Politianus in Præfatione in Dialect. & Brassicanus eius commentator. Hadrian. Iunius Adagio 34. Cent. 2. & Cæl. Rhodig. c. 5. lib. 29. vbi de Menippi Lycij amica, in coniugem iamiam adscifcenda, post multa ait quidam Philosophus: Bella hæc sponsa vna est τῶν ἡμιτρόπων, ἀλλα μίας τε καὶ μορμολυκίας· οἱ πολλοὶ γὰρ ἐσι, hoc est: ex Empusis, quas & *Lamias* & Mormolycias plerique putant. *Turres* autem commentor at Tertull. quòd ingentem speeum ad rupis radices insedisse fabulantur *Lamiam* in Libyę locis reginam. Dicetur igitur de rebus in speciem formidabilibus, in quibus nihil infit periculi. Nomina ad terrorem inuenta, fabulæ aniles.

89. Latere hoc defendit. *Tom. 3. lib. de Resurr. car. cap. 2. num. 21.*

IN acie, hoc est, in exercitu ad pugnam procincto, hæc fuere, frons, tergum, duo latera, quæ & alæ & cornua dicebantur. Tectum latus, de ijs qui armis & præsidio muniti sunt; apertum, de ijs qui periculo expositi. Terent. Heauton.

Triumpho, filicet me latere tecto absedere:

hoc est, sic vt nihil mihi accersam periculi. Cesar l. 2. bell. Gall. Quæ res & latus vnum castrorum ripis fluminis muniebat, &: Totis ferè castris à fronte, & à sinistra parte nudatis; & quorum pars aperto latere legiones circumuenire. Nannius in Miscellaneis (si ritè memini) & eum securus Muret. in Terent. à gladiatoribus sumptum volunt, quibus si minus plagam ἀπαπλῶ possint infligere, satis honorificum est, latere tecto, id est, integros illæsosque abire. Dicebantur præterea: latus apertum præbere, quum victum non declinarent, sed lictori mortique se gratis obijcerent. *Latere hoc defendi* igitur est, his iisdémque argumentis, rationibus, probationibúsque constabiliri; quo verbo, vti & militari, *munire*, eodem loco vtitur Ter.

90. Ex latere vtroque. *Tom. 5. lib. de Trinit. cap. 26. num. 112.*

VERBA Iureconsultis frequentata. Vlpian. lib. 3. Dig. tit. de Procurat. vt ex vtroq; latere quasi actor habeatur. Et Iustin. lib. 5. Cod. Iuris, inquit, Auctores *ex vtroque latere* magnum habuere certamen. Tertull. *Ex vtroque latere nos veritas in istam contludit sententiam*; id est: vtrimque, & ex vtraque argumenti parte.

91. Quoquo latere velis. *Tom. 3. libro 4. aduers. Marc. cap. 34. num. 544.*

IDEM cum *superiore*: *ex vtroque latere*, quod Ter. declarat: *Habes nupiarum quoquo velis latere profectorem*, hoc est: quamcumque in partem te vertas.

92. Quo laterum? *Tom. 5. lib. de Ieiun. capite 11. num. 72.*

VTRA parte argumenti? qua ratione? quam in partem? Erhìc vtitur verbo *confirmatum*, vt ad latus rectum, in exercitu vel gladiatore, referatur.

93. Leones in pace. *vide suprà*: Cerui in prælio. *Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 1. num. 18.*

CONVENIT in eos qui præposterè se gerunt: vbi res postulat audaciam & virtutem, ibi timidi; feroces, vbi nihil ferocitate opus. Liuius. In otio tumultuosi, in bello segnes. Synesius: ἐν μὲν εἰρήνῃ θρασεῖς, ἐν δὲ πολέμῳ δειλοί, in pace feroces, in bello formidolosi.

94. In limine ocurrere. *Tom. 5. lib. de Monog. c. 8. n. 52.*

IN ipso operis, disputationis ingressu sese offerre.

95. De limine offendere. *Tom. 3. lib. aduers. Valent cap. 3. num. 22.*

RHENANVS: Prouerbium de his qui initio rei, quam agendam susceperant, peccant. Simile illi: Cantherius in porta. Cum hoc cõueniunt: In portu impingere: In limine deficere. Virgil.

Cur indecores in limine primo
Deficimus? –

pro, in ipso operis negotiique susceptri primordio peccare. Ab ijs transfatum, qui ex ædibus egressuri, in limine pedem offendunt. Offendisse autem limen, laciniam ad id adhæsisse, vel prolapsum cecidisse, ostenta fuere inauspicata & mali ominis, passim apud Poëtas. Ouidius:

Dicitur offenso procubuisse pede.

96. Lineas agere. *Tom. 3. lib. de Anima capite 43. num. 480.*

HVMANI *vel maximè initij ac finis lineas quotidie agere.* Prouerbia alienis ducta, quæ consequuntur, partim a Geometria, quæ lineis omnia perficit, partim à curriculis & palæstris, quorum spatia certis lineis includebatur: partim à pictoribus, qui penicillo *lineas ducere* solẽt priusquàm vmbrã fine colore colorare incipiãt, transfata sunt. Hoc autem primum Tertull. ducere videtur vel ab initio & fine spatiorum in Dromone, vel à pictura, quum addit: *Manum fides porrigens facilius adiuuanda per imaginem & parabolas. fictis sermonum ita & rerum.* Deinde: *Proponit igitur tibi*, quasi ob oculos subijcit in pictura: pòst: *Etiam per imaginem mortis.*

97. Lineas aliquas præducere, ad quas erit dimicandum. *Tom. 3. l. aduersus Marc. cap. 5. numero 14.*

Hoc

HOc sumptum ab ijs qui duello, siue singulari certamine congrediuntur, vel ab ijs qui in stadio decurrunt, pro: certam materiæ legem præfinire.

98. Lineis certis determinare. *Tom. 1. l. adu. Iudæos c. 2. n. 6.*

ADDIT Tertullian. *Summam quæstionis ipsius.* Ab ijsdem certantium lineis, intra quas decertaturi consistunt. In lib. de Pudicit. *Eundem limitem liminis figimus.* Vbi *limen* est linea, vt apud Virgil. liménque relinquunt Certos terminos certáque leges præstituere instituæ disputationi.

99. Lineis claudere. *Tom. 3. l. 1. adu. Marc. cap. 7. num. 51.*

QVAMQVAM tota materia de duobus Deis dimicetur, his interim lineis eam clausimus, intra nos cõgrediemur. Est igitur tota quædam argumenta præfinire, intra quæ ceu cancellos quosdam coërceatur liberior orationis euagatio.

100. Lineis deducere. *Ibid. cap. 25. n. 175.*

CICERO: Huc caussa deducitur. Rem de huc deduxi, id est in hunc statum, locum adduxi. Tertull. *Quod adsinet ad bonitatis quæstionem, his lineis deduximus eam munimè Deo adæquari*, hoc est: Intra hosce terminos tractauimus.

101. Lineas certas præducere in vnam congressionis speciem. *Tom. 3. Scorp. adu. Gnost. cap. 4. num. 32.*

PRÆCEDIT apud Tertull. *Nos alibi de Deo dimicantes.* Certas leges sibi præscribere, quas intra de vna eadémque re decurrat disputatio.

102. Linea extrema. *Tom. lib. aduers. Hermogen. c. 3. n. 19. & c. 38. n. 132. 133. & lib. adu. Prax. c. 16. n. 100.*

RHENANVS: In spatijs olim, in quibus cursus publicè fiebat, initium & finis lineis notabatur. Hinc quidquid postremum est, *extrema linea.* Prouerbialiter dici cœpit. Ergo quum Tertull. Hermogenem hîc vocat non *intelligentium extremam lineam*, imperitissimum accipe. Horatius Epistolam ad Quinctum sic claudit:

Mors vltima linea rerum est.

Hæc etiam Turneb. Aduers. lib. 12. cap. 10. Vbi similem Terent. locum explicat, & Calx dicebatur, quòd scilicet calce & creta notaretur. Vltra autem calcem nihil superest quòd cursus tendatur. Atqui quum Deus vniuersitatis lib. aduersi. Prax. *Extrema linea* dicitur adludere potius videtur Auctor ad illud Apoc. 1. & 22. Ego sum α & ω. siue principium & finis. Lib. aduersi. Hermogen. *Si determinatur, habet lineam extremam; quam quantum propriè pictor, agnoscis finem esse omni rei cuius linea extrema est.* Apud Terentium: *extrema linea* amare, est impensissimè. ἡ ἔσχατη γραμμὴ, summa linea & extremus terminus, vt ibi summus amor significetur. Quomodo Eurip. cùm extremum terminum malorum & miseriarum intelligeret, ἐπ' ἔσχατοις κύκλου γραμμὴν τοῦ κακῶν dixit. Non tamen ineptè apud Tetent. intellexeris *extremã lineam* in amore, ipsum rei amatæ aut concupitæ adspectum; quasi longis lineis, hoc est, de longinquo amate. Erasmus Hermogenem, *extremam lineam* à Tertulliano appellari autumat, quasi extremum & postremum sui temporis hæreticorum, qui ætate Tertulliani superesset.

103. Ad lineam dimicare. *Tom. 5. lib. de Pudicit. cap. 6. num. 59.*

AD *hanc tum lineam dimicabit nostra congressio.* Deinde explicat se: *Præscribam tamen tibi formam necesse est, ne ad veteramanum emitas, ne in terga respicias.* Est itaque, In disputando à re proposita non euagari.

104. A lineis excedere. *Tom. 3. lib. adu. Hermogen. c. 39. n. 137.*

AB instituto & proposito aberrare; quæ translatio videtur sumpta ab ijs, qui lineis non insistentes, excidunt, aut excedunt, hoc est, vltra lineam pedem intet dimicandum efferunt.

105. Vltra lineam *Ibid.*

VLTRA præstitutum disputationis limitem'

106. Linea vna est. *Tom. 3. Scorpiac. aduers. Gnost. c. 11. n. 84.*

VNVS est scopus, ad quẽ totius disputationis summa est dirigenda.

107. Ad lineam vnam congressionem dirigere. *T. 3. l. de Carne Christi c. 17. n. 135.*

IN re vna insistere, & eam adlatis vtrimque rationibus disputare. vt suprà: *Eodem gradu dimicare.*

108. Lineæ insistere. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. c. 17. num. 250.*

CVi superius contrarium est: *A lineis excedere.* Est, In instituto permanere, neque euagari. Quia vt ait Turneb. sic interdum collato pede pugnabatur, vt lineæ ductæ pedem semper oporteret insistere, nec inde referri

109. Lineis eisdem dimicare. *Tom. 3. l. 5. ad. Marc. c. 1. n. 12.*

INTRA certa argumentorum septa permanere, siue intra eosdem fineis in disputando versari.

110. Ad lineas rursum. *Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. c. 9. n. 55.*

HOc est, ad propositum atque institutum post digressionem siue παρέκβασιν, reuerti. Sumtum ab ijs, qui quum à lineis iam exciderint, rursum gradum colligunt. Vide suprà: *In gradum rursum.*

111. In lineas easdem gradum colligere. *Tom. 3. l. de Animac. 26. n. 345.*

B. Hieron. in Dialog. Lucifer. In gradum rursum ac lineas regredere.

112. Intra lineam extremam includere. T. 3. *lib. adu. Hermog. c. 38. n. 134.*

HOc sumptum videtur magis à Geometris, quorum tractatio est de quantitate, loco, superficie, & linea. Loquitur de Materia Tertull. quã Hermogenes corpore infinitam faciebat & locum tamen ei adscribebat, quo ambiretur, hoc est, *extrema linea* includeretur. Significabit igitur Prouerbium, si placet, Certis limitibus aliquid comprehendere, & finire.

113. Lineas ducere. *Tom. 3. lib. de Animac. cap. 36. n. 432.*

GRÆCIS ἄγαν ἡ γραφὴ γραμμή. Et linearis pictura, ὑπόγραφις. Hinc illud: *Primas lineas ducere* eleganti Metaphoræ à pictoribus, pro eo quod est, vmbram tantum alicuius rei exhibere, atque obiter quod intelligi cupias, delineare. Ducit & primas lineas, qui formulam exordiendi negotij præscribit. Et mittere lineam, pro Rem tantùm adumbtare, & coniecturis quibusdam inuestigandam proponere. Siquidem ex linearum ductu iustum etiam picturæ artificium discimus. Vnde vetsiculus:

Linea qua veterem longè fateatur Apellem.

Plinius lib. 35. cap. 10. meminit linearum Apellis. Solent enim pictores, vti etiam Rhen. ad notauit, penicillo lineas ducere, priùs quàm vmbrâ siue colore colorare incipiant.

114. Lineas rectas ducere. *Tom. 3. lib. adu. Hermogen. c. 36. n. 126.*

ADAPTAT hæc Prouerbia, à pictoria arte deducta, Hermogeni, qui ante hæresin pictoriam exercuerat: *Nisi quod sitam rectas lineas ducit Hermogenes, quam ratio ista, pictor te barbarum non est.* Referri potest ad eum qui officium suum probè facit; qui ab honestatis præceptis non discedit; qui suæ artis peritus est. Cui opponatur etiam: *à linea excidere.*

115. Lineamenta ducere. *Tom. 3. lib. de Resurr. car. c. n. 55.*

CICERO: Adspersa temerè pigmenta in tabella, otis lineamenta effingere possunt. Græcis sunt ἐξεικασμοὶ & σκιαγραφίαι. Item Cic. in Orat. ad Brut. Numerus quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi adtulit, hoc est, venustatem ad ostentationem adhibitam, & extremam quasi manum. Tertullianus: *Exprimere* interpretatur, vt sit perfectius quiddam quàm *lineas ducere.* Rem scilicet clariùs ob oculos proponere & demonstrare.

116. A linea excidere. *Tom. 3. Lib. adu. Hermog. c. 39. n. 137.*

PRÆTER superiorem interpretationem ab athletis ductam, à pictoribus hoc potius in Hermogenẽ antea pictorem refert. Pictores namque à lineis penicillo deductis excidentes, vltra lineam picturam protendunt suam; vt sit: exorbitare ab instituto, vel etiam, ab officio discedere, & : falli atque errare.

117. Per lineam eandem ferram reciprocare. *T. 2. l. de Coron. milit. c. 3. n. 28.*

RHENANVS: Habet Proverbij speciem de inutili & vano labore. Metaphora sumta à sectoribus ignorum: qui sic ducant *ferram*, vt aut non dimittant, aut in eadem tantùm linea perseuerent: nihil agent, vel certè non multum agent. Innuit Tertull. inutilem laborem circa vnam eandémque rem, vt ij qui in eodem argumento immodici sunt, & velut cupressum simulant. Hæc eodem spectant: Eadem semper oberrate corda: Eandem incudem nocta diúque tundere. Apud Virgil. Argutæ lamina *ferræ*, innuit, reciprocationem. Sic fullones dicuntur: *Argutari pedibus*, hoc est, alterno & reciproco pede exculcare & lauare pannos.

118. Lucifugæ. *Tom. 3. lib. de Resurrect. carn. capite 47. num. 341.*

LVCIFVGA, & *Lucifugum*, infame nomen. Homo nimirùm naturæ contrarius & præposterus, qui luce dormit, noctu vigilat; quem lute consulti appellant vespertilionem, quòd exacto iam diei curriculo, sub noctem, vespertilionis in morem prorepat. Græcè λυχνίσκος, quibusdam: Tenebrio, quasi amans tenebrarum. Cicero in Catil. Dormientes appellat, quum Vigilantibus opponit. Tertull. *Lucifugæ scripturarum*, qui in summa scriptorum claritate, & in ijs, vt verbis Tertull. vtar, *qua vel ipsum solis radio scripta clarent*, impingunt; & vt dicitur, in sole caligant.

119. Lucernam meridie circumferre. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 1. n. 19.*

PROVERBIALITER idem significabit quod: Lucernam adhibere vel accendere in meridie, quod est, facere aliquid non suo tempore, vel : in re clara obscuritatem aucupari. Natum à Diogene, qui accensa lucerna metidie hominem quærebat.

120. Luminibus effossis orbatus. *Tom. 5. lib. de Trinit. c. 28. n. 127.*

VIRGIL. lib. 3. de Polyp.

Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.

Et paulo superiùs: Cui lumen ademptum. &: Telo lumen terebramus. Vide suprà: *Cæcus in petram offendat.* Adiungit Nouatianus per Epexegesin: *Totum sit in doctrina sua excæcatæ superatus.* Vt prouerbialiter de eo dici possit, qui doctrinarum vel errorum prauitate excæcatus est, & cui nihil sanæ mentis intelligentiæ ve sit reliquum. Vel ad Nouatiani sententiam propius, cui nihil subterfugij restat, quo argumentis victus recurrat; nihilque secum potest disputare, quo errorem tueatur.

121. A lumine exorbitare caligine. *Tom. 5. lib. de Pudic. c. 8. n. 59.*

AB orbita, quod est vestigium decurrentis in via rotæ, est verbum *exorbitare*, quasi à via desiectere; præterrorum cæcitate veram doctrinam, quæ per se lucet, non posse perspicere. Lib. ad. Gnost. *Abille* (Deo) *in idololatria exorbitauerunt.*

122. Malum foras. *Tom. 3. lib. adu. Valent. cap. 10. n. 119.*

DETESTANTIS & abhorrentis vox, & malum infortuniúmve deprecantis. Virgil. 2.

-Quod Dij prius omen in ipsum
Conuertant.- &:
Dij meliora piis, erroremque hostibus illum.

& lib. 3.

Dij prohibete minas, Dij talem auertite casum.

Solet apud Veteres in vestibus ædium statui Hercules ἀλεξικακὸς, hoc est, malorum depulsor, & adscribi interdum, boni ominis caussa, *μὴ δὲν κακὸν εἰσίτω*, nihil malii ingrediatur. A sacris præterea mali profanique homines sacrificorum voce solebant arceri Virgil.

-procul hinc, procul este profani.

Theocr, in Idyll.

Ἀέσατε σιωπῶντες, ὑβρισταὶ δ' ἔπτυσε βεβήλοι.

hoc est:

Expertis cantabo, fores operite profani.

123. Manu iniecta detinere. *Tom. 3. lib. 1. ad. Marc. c. 6. n. 44.*

INICERE *manum*, propriè antiquo verbo Iuris, est quoties nulla Iudicis exspectata auctoritate rem nobis debitam, aut etiam nostram vindicamus, & Dominus in prædium beneficiarium manum injecere consueuit.

uit. *Injicitur* autem *manus* in aliquem, eiúsque bona mercésve, quum indebite vel moueri auctoritate aliqua siue edicto vetantur. Sic recipere manus iniectionem, est retinere facultatem reprehendendæ rei alienatæ. Virgil.

Iniecere manum parcæ,

id est, morti destinarunt. Explicat se Tertull. *porrò & hic eadem regula sum mis magni patrocinabitur nobis, vtpote quæ totum statum vindicet diminutis.*

124. Manum portigere.. *Tom.3.l.de Anima.c.* 43. *nu.*480. *& lib.de Resurr.car.c.*53.*nu.*382. *ac libro* 4.*aduerf.Marc.c.*41.*n.*677.

SATIS vulgatum, pro: Auxilio esse. Cicero in Orat. post redit. Qui mihi primus adflicto & iacenti consularem fidem dextrámque porrexit. Sic Deus dicitur Tertull. *manum portigere fidei*, hoc est, confirmare, & in sua firmitate conseruare. Virg. lib.3.

Dat dextram, atque animum præsenti pignore firmat.

Manuum porrectione etiam alienæ sententiæ comprobatio fuit significata, quæ Græcis χειροτονία, & τὸ χειροτονεῖν.

125. Manum tradere. *Tom.5.l.de Pudic.cap.* 15. *numero* 126.

PRO eodem cum superiore vsurpat. Virgilius libro. 8.

Accepitque manu, dextrámque amplexus inhæsit.

Tradere de manu in *manū* Cicer. est dedere & commendare.

126. Manus dare. *Tom.5.lib.de Trinit.c.*11.*nu.*55.

CICERO in Amicit. Ad extremum det manus, vincique se patiatur. Virgil.

Neque enim ipse manum feritate dedisset.

Est igitur se victum agnoscere, & aduersario cedere, Nam qui se victoti dedunt ne interimantur, vltrò manus ad vincula offerunt. Virgil. etiam Tendere, & Protendere dixit lib.12.

Illehumilis supplíxque oculos, dextrámque precantem
Protendens, & victus, & victum tendere palmas
Ausonij videre.

127 Inter manus tenere. *Ibid.c.* 21.*n.* 95.

EST certum quid habere, ob oculos quasi propositum habere. Sic dicimus: Victoriam in manibus tenere Virgil.lib.

Cetera qua rerum iacerant peruolsa ruina,
Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras.

Quasi dicat: Narratione non egent, omnibus patent clarâque sunt.

128. Mappa missa. *Tom.3.lib.adu.Valent. cap.*36. *num.* 381.

HOC est, veluti signo copiam dato. Adludit Tertull. ad morem Circensibus Romæ Ludis receptum, quo *mappa* Tragœdis vsitata à Prætore dimittebatur in signum autigationis & certaminis auspicandi. Quem morem adtingit Iuuen. Sat. 11.

Interea Megalesia spectacula mappa
Idaam sollemne colunt. Et Martial.
Cretatam (al. *ceratam*) *prætor quum vellet mittere*
mappam

Et Sueton. in Nerone: Aliquo liberto mittente *mappam*. Vide Adnotat. Pamelij ad lib.de Spect. c.16.n.143. To.2.

129. Massageta inhumanior. *Tom.* 3. *lib.* 1. *adu. Marc.c.*1.*n.* 13.

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. Scytharum natio trans mare Hyrcanum, Alani, Abasgi, & Augi postea dicti, & ab Hebræis Magogi; hospitibus infestissimi, neque cum vicinis populis diuturna amicitiæ fœdera, neque fidem possunt seruare. Lac equorum sanguine mistum bibunt; præterea tam prodigiosæ immanisque naturæ, vt senio confectos in frusta cædere, illorumque carnibus cum pecudinis admistis paici consueuerint. Hinc nobile illud inhumanitatis nomen.

130. Μὴ θεομαχεῖν. *Tom.*1.*lib.ad Scap.cap.* 4.*n.*22.

NOLI cum Deo bellare. Cicero in lib. de Senect. Quid est enim aliud Gigantum more bellare cum Dijs, nisi naturæ repugnare? Hinc θεομαχεῖν, Dei hostes vel qui Deo obluctantur. Tractum videtur à notissima Gigantum in Iouem belligerantium fabula. Vsurpari poterit, vbi quis viribus suis fretus temerè res non tentantandas molitur; & vti admoneamus infeliciter cedere, quæcumque aduersus diuina humanáque iura per vim instituuntur. Horat. in Od.

Quid æternis minorem
Consiliis animum fatigat Virgil.
Cede Deo. &c.

Hen nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis.

Bis in Actis Apost. μὴ θεομαχοῦμεν, & θεομαχοί εὑρεθῶμεν Plato eiusmodi homines, è Titanum genere, dixit.

131. Micas infarcire. *tom.*3. *lib. de Anim. cap.*6. *num.* 85.

EX contentione Platonis & Atistotelis, quam instituit Tertull. aliquid poterit elici. Plato varius, multiplex, & copiosus, singulari eloquentia & suauitate orationis, in cuius Dialogis loquitio, etsi obscura à versu, tamen quòd incitatius feratur, & clarissimis vetborum luminibus vtatur, potius Poëma putanda, quàm Comicorum Poëtarum. Aristoteles breuitate dicendi præstitit, vel potius siccitatem quandam tenuitatémque in dicendo, hinc est, orationem angustam, pressam & concisam (quæ in Platone est ampla, copiosa, redundans) admauit. Hinc illa: *Mulsa aqua, de eloquio Platonis*; &: *Micas de mirmecinquoque Aristotelis*, Prouerbialiter accipi possunt. Vt hoc quidem genus orationis siccum, & cui nihil temerè detrahi possit, illud autem redundans, & ex quo si quid demas mutésve, de sententia nihil dextraxeris. Nihilominus *Micas infarcire*, interpretari etiam poterimus, Tenuitet & cum parcitate quid distribuere, vt: *mulsam aquam infundere*, largiter & benignè.

132. Mulsam aquam infundere. *Ibid.*

AQVA *mulsa*, ὑδρομέλι, ἢ μελίκρατον, aqua melle mista. Vt adludat non solum ad copiosam, sed ad mellitam siue melleam in Platone eloquentiam. Lib. de Anima de eodem Platone: *ob mellæ facundiæ.* Quum contrà quod siccum est, facillimè frietur, & in micas minutatim dissoluatur. Eodem faciunt verba: *Infundere, &: Infarcire.* Fortassè & *Micas infarcire*, cum Tulliano isto, prætmansum in os inferere, conueniet; quod est: tem in docendo nimis enucleatè, minúsque frustulatim tradere, & crassè explicare. Græcè: Μικρολογεῖν ἢ λεπτολογεῖν, siue vt Cicero ad Attic. ψιλὰ κατατέμνειν, quod est: cura minutula anxium esse.

133. Mulum de asino pingere. *Tom.*3.*lib.adu.Valent.c.*19.*n.*237.

MVLI, quos asini & equæ generant, vnde ἡμίονοι, quasi dimidiati asini, à patribus. Hinnulli, vel potius ex Columellæ sententia: Hinni, à patris, equi hinnitu equo & asina geniti. Ginni, cum equa mulicoitu nati. Hinc Prouerbium: ex asini, mulique, id est: dimidiati asini; ex etymologia Græca, similitudine; quando exemplar & res effecta non multum sunt discreta, vel quando ineptiæ ineptijs repræsentantur, vel mendacia mendacijs æstruuntur. Cuiusmodi farinæ & illa: Non tam ouum ouo simile, Armenti eiusdem, Cum Bytho Bacchius.

134. Narem contrahere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 13. n. 71*

IN naso irrisionis sedes. Hinc nasuti, & nasum habere, irrisores dicuntur. Plin. lib. 11. c. 37. Nasum nouimores subdolæ irrisioni dicauere. Horat.

Naso adunco suspendere. Martial.
Expuerinasum Rhinocerotis habent. Pers.
Rides, ait, & mimis vncus
Naribus indulgeri.

Et Græci μυκτηρίζειν, ἀπὸ τῦ μυκτῆρος, à naso, irridere. Ex naribus etiam indicium iracundiæ; vti animantes quædam iram narium flatu produnt. Theoc. in Thyrsi:

Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ πολὶ ῥινὶ κάθηται.
Asperaei semper fedelira in naribus.

Vnde corrugare & contrahere nares dicuntur, qui offenduntur. Horat.

Nesordida mappa
Corruget nares.

135. Naso agere. *Tom. 3. lib. aduersus Marc. c. 25 n. 170.*

CICER. Ridiculo scommaticoque dicterio lædere

136. Naso deridere. *Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 2. n. 18.*

B. Paulus ad Gal. 6. θεὸς ὁ μυκτηρίζεται, id est, non irridetur, non agitur naso. μύζω enim apud Græcos, id est, mysſare vel mussare, nõ aliũd ferè signat, quàm labijs occlusis sonum naribus elicere. vnde μυκτηρ. Sonus autem μυσμὸς, irrisioni plerumque dicatus; atque hinc, qui citra reprehensionis mortsum agit. ἀμυσμὶ dicitur, Homero passim ἀμωμὶ. Addit Tertull. *adulantium*, vt significari videatur postica sanna, quæ est clancularia & tecta irrisio, à gestu tidentium aliquem à tergo siue occipitio; vt sit: obtrudere palpum Deo.

137. Naufragium inextricabile. *Tom 2. lib. de Idol. c. vlt. n. 169.*

GRÆCIS: ναύλοχον ἄφυκτον, quod vitari non potest. Qui in scopulos impingunt, nauémque frangunt sese extricare siue expedire à periculo non possunt. Virgil. de Labyrintho, *in extricabilis* error. Vide *Hypobrichium.*

138. Naufragare inter scopulos & sinus, ter vada & freta. *Ibid. 168.*

EST, versari in ancipiti periculo. Nam *scopuli*, hoc est montes saxei, siue rupes è mari eminentes, & quando que sub aquæ æquore latentes; &: *sinus*, littora incurua mare amplectentia: &: *vada*, minus profunda maris oca, & vnd arum breuibus infesta: &: *freta*, maris angustiæ, vbi quasi æstu fetuescit mare, nauigantibus & insidiosa & periculosa sunt. Lib. 1. aduers. Marc. *Duas symplegadas naufragij sui.*

139. Nubilo obscuriar. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 1. n. 14.*

VIDEANTVR Adnot. Pamelij de Cimmerijs tenebris, quæ in idem incidunt Prouerbium. *Nubilum*, nubes densior siue crassamentum exhalationũ aquæ gignendæ fœcundam vim habens. Vnde cœlum nebulosum seu nubilum. Nebulas vel *Nubilum* offundere, est obscurare. Sed quum Tertull. ad mores Marcionis adluderet, tristitia & recõdita animi fœcunitas significabatur: vt apud Comicum Græcum σῦ δ' ἐκτείνας τὸ μέτωπον τὸ νέφος τῦ μετώπε discutere frontis nubilum, quod est tristitiam abigere, lætumque vultum inducere. Et supercilium nubilum; ὀφρὺς ξυνοφρὺς, pro tristi. Horat. *Deme supercilio nubem.* Virgil. 6.

Sed frons læta parum, & deiecta lumine vultus. &:
Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.

140. Nutu tradere, (*nisi* traducere *quis malit.*) *Tom. 1. l. de Pall. c. 4. n. 84.*

VIDE: *Acie figere*, &: *Digito destinare.* Est deridẽtium & improbantium aliquid clanculum inter se, quòd palàm facere non sit impune vel decens: quum neque conjectis in hominem rẽm ve oculis, neque protentis digitis id facere liceat: tum clanculario saltem ãdnutu demonstrati potest.

141. Oculis clausis. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 2. nn. 20. Apolog. c. 3. n. 36. Tom. 3. lib. de Resurr. carnis c. 51. n. 361.*

SI subaudias verbum, liquet, res est clarissima, luce meridiana clarius, vt nolens volẽs que quiuis vel videre possit, vel intelligere. Si subaudias: Agere quid, est abrupte, temerè, sine discrimine facere. Vt impingunt in odium nominis Christiani *clausis oculis*, & cæcitate odij in naufragium: quirei veritatem neque explorant neque explorare laborant, sed adfectibus suis iniquissimè indulgent, & iuxta Terent.

Neque sum neque bonum atque æquum sciunt.
Melius, peius, prosit, absit, nihil vident, nisi quod lubet.

B. Augustin. Quæ tamdem vis, nisi cæcitas & vanitas animi cogit hominem clausis, vt dicitur, oculis, tamquam in alterum iacere, quod cùm in eum iecerit, continuò redeat? B. Hieronym. More Andabatarum in tenebris gladium ventilans. &: Melius est tamen *clausis* (quod dicitur) *oculis* Andabatarum more pugnare, quàm directa spicula clypeo non repellere veritatis. Et. B. Basil γυκτομαχίαν dixit, nocturnam pugnam, in eos qui nullo iudicio infectantur aliquid.

142. Oculis Homericis. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 2. num. 20.*

VIDEANTVR Adnotationes Pamelij. Idem cum superiore. *Homerus* antea Melesigenes dictus, à cæcitate (nam ab ineute ætate luminibus captus proditur) τῦ ὁμῆρῦ nomen sortitus est. Vnde illa omnium admiratio, omnium rerum humanarũ simulacra expressa nobis ante oculos constitui potuisse ab eo, qui numquam ea suis oculis vsurparat.

143. Palos terminales figere. *Tom. 5. lib. de Ieiun. c. 11. n. 72.*

Terminalis

TERMINALIS lapis, & aliquando *palus*, qui in agrorum finibus ponitur, & vt Virgil. de Saxo:

- Campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret arui.

Et in Georg.

Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat.-

Palus autem loco lapidum aut saxorum poni consueuisse indicat nomen, *Palen*, Flandris pro agrorum terminis vsitatum. Vel adludit Tertull. ad Dromonem siue stadium equestre; vbi terminus erat, vbi peracto cursu quiescebant, & meta, *palus* erat acuminatus in stadij fine positus, circa quem girabant cursum. Est igitur *palos terminales figere*, intra angustos & certos fines aliquem concludere, ne quid vel tentet, vel possit, vel imperium exerceat vltrèiùs.

144. In partem vnam incumbere. *Tom. 5. lib de Trinit. c. 23. nu. 102.*

SVMTVM à militia, vbi in dextrum vel sinistrum latus siue cornu siue partem maiore impeto & pertinacia conuersa vndique signa inferentibus aduersarijs incumbitur. Quibus deiectis & loco summotis procliuis sit victoria. Cæsa. 2. Bel. Gal. Cæsar ad dextrum cornu profectus vbi suos vrgeri, &c. His verbis se explicat Auctor lib. de Trinit. *Inclinauerant, Trahere, Superare*, quæ à militia ducta sunt.

145. Pepone magis insulsus. *Tom. 3. lib. de Anima c. 32. nu. 387.*

PEPONES, molles & faciles dicuntur, Metaphora à maturis fructibus ducta; vel etiam à cucumeribus, qui *pepones*, quòd mollescant, & simul atque maturuerint, flaccescant, appellantur. Inde illa μαλακώτερος πέπονος συκῆ, mollior ficu matura, πεπαίτερος μωρων, matutior moris. Et conuiuium Prouerbiale per translationem πέπονες, τύτοις ἁπαλοὶ ἢ ἁβρότητος. Est & interdum blanda & amica vox, ὦ πέπον, τύτοις προσφιλέστατε ἢ προσφιλέστατα, à matutis placidisque moribus, vel quòd πεπονίαι, hoe est mollia maturáque amemus omnes.

146. Peponem cordis loco habere. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. c. 40. nu. 666.*

VIDE ANTVR hoc loco Adnotat. Pamelij; & Feuardentij ad illud B. Irenæi lib. 1. c. 3. num. 10. O *pepones* Sophistæ vituperabiles, & non viri; quod ex Homer. Ilia. β. desumtum est.

Ὦ πέπονες, κακὸ ἔλεγχε ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί,
id est:

O molles, mala probra, & Acheides, haud enim Achiui.

Quod Virgil. imitatus:

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.

Significat itaque Prouerbium: Excordem esse, vel corde esse insulso. In corde enim primariæ animi vires. Hinc cordati, quibus cor rectè adfectum est & robustum. Excordes, quibus *peponi* instar, molle, flaccidum, & minimè virile. Vide suprà: *Cerebrum vel cor non habere*, &: *Cerui in pralio.*

147. Personam agere. *Tom. 3. lib. 3. aduers. Marc. cap. 11. num. 77.*

VIDE infrà: *Scenam decurrere. Persona*, pro munere siue partibus. Cicer. Has partes lenitatis semper egi; illam grauitatis *personam* non appetiui. Ab histrionum persona. *Personam* gerere, tueri, sustinere, agere, ab histrionicis actoribus.

148. Physcone impurior. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. num. 79.*

DE homine qui se in omne luxus libidinisque genus ingurgitat. Fuit enim Ptolemæus *Physcon* 8. Ægypti Rex, qui quum Cyrenæ imperaret, fratri Euergetæ defuncto successit; qui supra belluinam libidinem & crudelitatem (quæ facinora commemorat Iustin. lib. 38.) fagina ventris, & corporis vultúsque deformitate belluæ quàm homini similior. Quæ fœditas in eo pellucidæ vestis subtilitate, quasi de industria, siue potius ex intemperantia augebatur, infame *Physconi* nomen ex re tulit, quasi ventricosi & aquarioli, propter abdominis studium Φύσκων enim ὁ γαστὴρ ἢ παχὺς, ἀπὸ τῆς Φύσκης quod est, intestinum crassum. Cui & Pertius ait:

Pinguis aqualiculus propensa se sepe expetat.

149. Plagæ occurrere. *Tom. 3. Scorp. aduers. Gnost. cap. 5. num. 35.*

SVMTVM à gladiatoribus, qui vel aduersarij petitionem corporis declinatione effugiunt, vel parmumula excipiunt, vt sit frustrà conatus. Vide suprà: *In alium ictum considerare.* B. Hieron. contra Iouin. Quasi de loco videmur cedere, & aduersario feriendi occasionem dare. Et: directa spicula clypeo refellere ventaris.

150. Plaudere in sinum. *Tom 5. lib. de Pudic. cap. 9. num. 42.*

SIQVA *vobis exempla in sinum plaudent*, hoc est, tam grata vobis accidant, quæ in formatam in animis vestris opinionem videantur confirmare, vt inde tacitam apud vos voluptatem sentiatis, vestróque adfectui indulgeatis. Apud Homer. ἐν θυμῷ χαίρειν. Tib. *In tacito gaudere sinu.*

151. Plaudere parti. *Ibidem cap. 19. num. 160.*

LEgitur apud Tertull. *diuersæ parti supplaudere*, vel *supplandere*, quasi suffragari & subscribere aliorum sententiæ. Ab iis qui pedibus strepitum edunt, vel manuum complosione adprobant. Cicero: Pedem nemo in illo iudicio supplosit.

152. Policrate felicior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 173.*

POLYCRATES Sami Tyrannus, aureus fortunæ fœtus, cui ad nutum voluntatémque omnia fluxerunt. Sed qui tamen prosperum ad inuidiam vsque vitæ cursum miserabili exitu in Mycalensis montis vertice cruce sustixus concluſit. Valer. Max. lib. 6. cap. 11.

153. Pompeio sublimior. *Ibidem.*

POMPEII elogium habes apud Cicer. Orat. pro Leg. Manil. Apud Plin. lib. 7. toto cap. 26. à quo ait non modò Alexandri Magni rerum splendorem æquarum, sed etiam Herculis propè ac Liberi. Cognomentum Magni cum Alexandro commune, communem quoque sublimitatis titulum dedit.

154. In ponti æstu medio hærere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 7. num. 50.*

VIRGIL. lib. 5.
Saxis in procurrentibus hæsit. Et:
In scopulo luctantem breuibusque vadis.
Et lib. 10.
Iustitia vadis dorso dum pendet iniquo,
Quæ vti Tertullianicum, Prouerbialiter accipi possunt. Contrarium erit ex eodem lib.
Labitur alea secans, fluctibusque æstuque secundo.
Æstus autem aliquando accipitur pro ipsa maris crescentis decrescentisque commotione, hoc est, accessu siue incremento, vel recessu siue reciprocatione. Aliquando pro arena illa instabili, quæ absorbet & haurit omnia. Virgil.
Furit æstus arenis. &
Æstu miscentur arenæ.
Similia illa: Hærere in iisdem scopulis, in aqua, in vado, in salebra. Metaphoræ à nauigantibus ductæ, qui vado illisa naui cursum institutum tenere non possunt. Sic dum nauis *æstu* reciproco huc & illuc impellitur, neque progredi potest; vt significetur Prouerb. Se non extricare aut expedire, non satisfacere argumento, sed eodem relabi. Vide: *Fluctus vrimque.*

155. In præruptum imponere. *Tom. 3. lib. 4. aduers. Marc. c. 37. n. 607.*

PRÆRVPTVM, substantiuè, vt abruptum quid quid altum & præceps, saxa *præcepta*, & mons *præruptus*, altus. Plin. Græcis τὸ ἀπόκρημνον vnde prochiue præcipitium. Explicat se Tertullianus: *Scient præceps iturus homines, ipse illos in præruptum imposuit.* vt sit: aperto periculo exponere, nec satis prouidere, ne quid mali contingat; vt si homini auaro & furi pecuniæ administratio committatur, adolescenti libidinoso pudicitia virginum.

156. Profundum inenatabile. *Tom. 2. lib. lib. de Idol. cap. vlt. nu. 169.*

QVI naui excussi in maris profundum delabuntur, natatione vix vmquam emergunt, de periculo ineluctabili. Vide *Hypobrychium*, &: *Naufragium.* Contrarium erit illud Virgil. 5.
Fundo vix tandem redditus imo est.
& lib. 6.
Adnabam terra, & iam tuta tenebam.

157. Ad regulas perducere. *Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. c. 22. num. 153.*

REGVLA, aliàs norma, est instrumentum fabrile, quo structuræ longitudinem, an respondeat, exigunt fabri; & vtitur Tertull. verbo fabrili, examinandam Dei bonitatem. Hinc illa, *regula* rectior, amussi exactior, ad perpendiculum & amussim. Rem diligenter expendere, vt omnibus suis partibus numerisque absolutè tractetur.

158. Sardanapalo mollior. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. nu. 79.*

SARDANAPALVS postremus Assyriorum Rex, vir muliere corruptior, inquit Iust. lib. 1. qui inter scortorum greges inuentus, purpuram colo nere, & muliebri habitu, cùm mollitia corpotis & oculorum lasciuia omneis fœminas anteiret, pensa inter virgines partiri; adeò vt eius cognomen ob insignem molitiem in Prouerbium abierit apud Græcos & Latinos.

159. Scenam decurrere & desaltare. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. c. 11. n. 7.*

SCENA, propriè frons theatri, locus nimirùm Actorum, obstructus peripetasmatis, è quo in proscenium acturi histriones prodibant. Frequenter pro ipsa fabula, Tragœdia, aut comedia. Virgil.
Scenis *agitatus Oresles,*
id est, Tragœdiis celebratus & frequenter actus. Horat.
Quam non adstricto percurrat pulpita socco.
Pulpita, pro *scena*. hoc est, quàm inconditas & malè aptas conscribat comœdias. Erit igitur *decurrere scenam*, perficere eius rei, quæ instituta erat, summam. Cicero: Quæ abs te breuiter de atte decursa sunt. *Decurrere scenam phantasmatis* Tertull. est, omninò & absolutè probare carnem Christi phantasma tantùm fuisse, & in eo probando hæret. Sic Cæl. ad Cicer. lib. 8. *scena* totius rei, hoc est, idita quo tota res vertitur, & consumi debet. Lib. adu. Valentin. appellat Tertull. *desultricem virtutem*, instabilem & malè firmam & motoriam, & inde: *desultorij* homines, à desultoribus equitibus. Propriè etiam vsurpat, vti *decurrere*, vt *desaltare*, sit saltu mimico repræsentare. Nam in *scena* Orchestra, chori propria est, sicuti *scena* histrionum; in qua Mimi solebant suas actiones exibere. ὀρχηστὴς, ars saltandi, & ipsa saltatio; vt adludat ad vtrosque vtroque verbo, & ad scenicos histriones, & ad mimos, & ab iisdem diuersas trahat Metaphoras.

160. Scalpellum immergere. *Tom. 1. lib. de Pall. c. 5. num. 103.*

SCALPELLVS, vel *scalpellum*, est scalprum chirurgicum, σκαλέδριον. Nescio an etiam *scalpella*, vtpi stilla Plauto, pro pistillo. vulgò lanceola, à chirurgis tractum. Nam voce: *acerbatis*, videtur cholerici humoris in Vedio abundantia significari. Cicer. pro Sest. Non ea est medicina, quum sanæ parti corpotis *scalpellum* adhibetur. Solent Chirurgi immersto *scalpello* venam incidere, & humorem redundantem elicere. Vsus etit Prouerbij in morborum animi medicina, vti & ea quæ consequûtur apud Tertull. *Catharticum dare.*

161. Scipione iustior & militarior. *Tom. 1. Apolog. c. 11. n. 173.*

PLINIVS lib. 7. num. 27. Cato primus tres summas in homine res præstitisse existimat" est. Optimus orator, Imperator, Senator. Quæ mihi omnia etiamsi non prius, attamen clarius fulsisse in Scipione Æmiliano videntur. Eiusdem laus apud Cicer. lib. de Amicit. Iustitia & bonitas in altero Scipione, Nasica, commendatur. Vtrumque tamen, & iustitiæ & militaris scientiæ studium Scipioni minori siue Æmiliano adtribuit Lælius apud Cicer. lib. eodem: Maior, siue Africanus, vtra que etiam laude excelluit.

162. Scytha tetrior. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 1. num. 12.*

VIDE Adnotat. Pamelij. Gens *Scythica* omni memoria, & omnium ferè gentium scriptorum que existimatione ad bella & ad immanitatem magis, quàm ad vllum humanitatis studium nata.

163. Siluam cædere & truncare. *Tom. 1. Apolog. cap. 4. num. 50. & 51. & lib. de Præscr. adu. hær. c. 37. num. 222.*

QVO *iure siluam meam cedit*, quæ à Iure ciuili transfert omnia, hoc est: quid in meam possessionem irruis? in meam messem falcem immitis? Apolog. *Totam illam veterem & squallentem silu.m legum, nouis principalium rescriptorum & edictorum securibus, truncatu & cæditie siluæ,*

silua Latinis, vti & Græcis ὕλη, Metaphoricos, pro copia & materia. Cicero : Omnis vberras & quasi *silua* dicendi. &: Rerum & sententiarum *silua*. Hoc autem Prouerbium sumtum ab arboribus, quæ vel putantur ne siluescant sarmentis, & in omneis partes, nimiæ fundantur, vel radicibus vnà cum trunco exciduntur.

164. Siluam cædere, etadicare, & excaudicare. *tom. 5. lib. de Pudic. c. 16. n. 135.*

QVANTA *fecuri omnem siluam libidinum cædat, & radicitus, & excaudicet.* Addit : *Ne quidquam de recidiuo frutescere permittat*. Est penitus aliquid adolere, idémque cum superiore. Nam truncus est stipes ipse ramis & frondibus exutus. Caudex cum frondibus. Itaque tuncare, & *excaudicare*, eadem.

165. Siluam ingentem commouere. *Tom. 5. lib. de Trinit. c. 16. n. 81.*

SILVAM Scripturarum *commouere* circa aliquid. Multa excutere, & vndique argumenta defumere, lato campo euagari.

166. Quanta silua. *Tom 3. libro de Anim. cap. 2. num. 30.*

QVÆ vis? quæ copia? quàm ampla latéque patens materia?

167. Socrate sapientior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 173.*

NON modò hominum existimatione, sed Pythij Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus *Socrates*, & cunctis ptælatus proditur. Plin. lib. 7. c. 31. Cicer. lib. de Amicit.

168. Solis pectines. *Tom. 3. lib. adu. Valent. cap. 3. num. 23.*

IN *pectinibus*, quibus comas vel discriminamus vel pectimus, radij densi & rari, à solarium radiorum similitudine, dicuntur; & teciproca Metaphora : *pectines sæui*, quòd omnem in partem radios, quasi crenula instar pectinis, intercisos emittat. Vnde apud Lucret. Tela diei, quasi missiles, relorum in morem, radij. Et σκωλόπενδραι ἀπτῖναι, Sol. At cùm his verbis, puerorum territaculamenta, vti &, *Lamiæ turres*, significentur : confueuerunt fortassè nutrices, vel puerilem eiulatum compescere, vel obstinatam, dum caput sibi pecti non ferunt, contumaciam hisce verbis infringere, dum *pectines sæui*, veluti strigiles, ad se adferri imperant.

169. Solis radio scriptum. *Tom. 3. lib. de Resurr. carn. c. 47. num. 341.*

PRO perspicuo, & eo quod claret. Nam quæ maximè constant, maximèque in confesso sunt, ea sole clariora dicimus. Hinc illa : In sole caligare; Aduersus solem loqui. Lib. de Pudicit. c. 7. *Quibus exquirendis non lucernæ piculo lumine, sed totius solis lanceæ opus est.*

170. In solido esse. *Tom. 5. lib. de Pudicit. cap. 10. num. 83.*

SECVRVM esse, & benè firmum, munitúmque. Cui opponit : *Pendente vestigio ingredi*, &c : *In gradu totum esse, Decuti de tenore*. Huic similia : Duabus ancoris fultum esse; In vado esse. Virgil. lib. 11.

*- Multos alternæ iactent
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.*

171. Ad speculum respondere. *Ibidem c. 8. n. 64. lib. 4. adu. Marc. c. 31. n. 511.*

ADVERSVS *speculum parabola*, dixisse videtur pro sensu anagogico, siue ipsa anogoge, qui est sensus scripturarum, parabolarum, oraculorum mysticus & reconditus, quique intetiùs & quasi sub cortice latet. *Sic ad speculum respondere* (vti in rebus fabtilibus ad regulam, amussim, perpendiculum) erit omnia ea; quæ parabola proponuntur, posse accommodari iis, quæ eadem significantur. Et, vt loquitur Tertull. *exempla peraquari.*

172. Spongia Marcionis. *Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 4. n. 43.*

VSVS *spongiæ* pictoribus in colore delendo. Quod patet ex Plin. lib. 35. cap. 10. de Pictoris. & de Protogene. Absterserat sæpius, mutauetátque penicillum; posteà mò, *spongiam* eam impegit inuisoloco tabulæ. Auson. in Epist. quidam : Fuco ruæ emendationis adiecto impingas *spongiam*, quæ impetfectum opus equi malè spumantis absoluat. Vsus etiam in extergendis mensis nummulariotum, præcipuèque abacis, in quibus scribebant, & inducta *spongia* corrigebant. Et in palimpsestis, hoc est tabellis membraniísve deletiis, in quibus stylo graphiario exarare solemus. Hinc Augustus, Aiacem Tragœdiam, quam conscriptam à se deleràt, in *spongiam* decubuisse dicebat, ad exemplum Aiacis, qui in ferrum incubuerat. Aristides in Orat. quadam ὑδὲ δεῖ τῆς συγγρᾳφῆς παλιωδίας, ἀλλὰ σπόγγος ἐδόκει, nihil opus fuerit Stesichori palinodia siue recantatione, sed *spongia* medebitur. Sic quum *Marcion*, quos vellet, sacræ Scripturæ libros deletet (quod declarat um est suprà : *Abruptum amplissimum salire*; & hoc loco statim subiungit : quæ abstulit quæ seruauit) *spongiam Marcionis* appellauit, audaciam illam in expungendis Libris, & censoria temeritate intercidendis.

173. Sportulam furunculus captat. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. c. 16. n. 111.*

SPORTVLA, à sportulis sparteis, nummorum receptaculis dicta, donarium, siue potius obsonium, quod diuites Rom. saluratoribus dabant, ipsi secretò cœnantes. Cui opposita Recta cœna : quam ciuiliores clientibus saluratoribus suis legitimum conuiuium exhiberent; quæ olim pauperibus tantùm dabatur, postea diuites etiam *sportulam* captare & exposcere cœperunt. Qui verò quum cliens non esset, nec ordinarius salutator, alij se seingeredat, & *sportulam* accipere ignotus contendebat, *furunculus* hoc loco dicitur. In eum conueniet, qui falsò sibi quid vindicat, vt Deus Marcionis nomen Christi.

174. Stipulam quis in alieno oculo faciliùs perspicit, quàm in suo trabem. *Tom. 1. Apolog. c. 39. nu. 510.*

PROVERBIVM Euangelicum, Matth. 5. & Luc. 6. quo philautia notatur eorum, qui aliorum vel minimis vitiis offenduntur, suis & maximis blandiuntur, χαρφος *stipula* Tertullian. vulgatæ editionis interpretis festuca. Horat.

*Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
Postulat, ignoscat verrucis illius æquum est.*

Et aliud Proueib. Pustulas alienas, vlceribus scatens.

175. Sub sinu & tunica. *Tom. 3. lib. de Fug. in persecut. cap. 12. num. 89.*

ADDIT Tertullian. *vt furtiue*, & opponit: *coram toto mundo.* Quidquid propatulò non fit, sed infidiosè & clàm, remotis arbitris, & aliena conscientia, sub sinu fieri dicitur. Sic: In sinum conferre, vertere, id est, in priuatum commodum referre. Et Plinio Scaurus dicitur rapinatum prouinciarium sinus, qui in suæ auaritiæ voraginem omnia conuerteret. In sinu gaudete, est gaudium suum in vulgus non edere, nec palàm facere.

176. Sylla felicior. *Tom. 1. Apolog. 11. num. 173.*

HVIC *Syllæ* felicitatis ostentum datum est fulmine vt ait Plin. lib. 2. cap. 54. Vnus hominum, inquit idem Plinius lib. 7. c. 44. ad hoc æui, Felicis sibi cognomen asseruit. Quam temeritatem cum ſtultitia coniunctam eodem loco refellit.

177. Tanti vitreum, quanti margaritum è *Tom. 2. lib. ad Mart. c. 4. n. 58.*

ISTVD non solùm legitur apud Tertull. sed etiam apud B. Hieronym. Quo dicto summa rerum inæqualitas significabatur. Margaritarum, aliàs vnionum, summum inter gemmas pretium. Vitrum vilissimum, quod tamen margaritam mentiri potest, & imperitis imponere. Explicat se Tertull. & hæc inter se confert, *Terrenam gloriam, gloriam cœlestem, præmium laudis humanæ, diuinam mercedem.*

178. Tempus omnia reuelat. *Tom. 1. Apolog. ca. 7. num. 102.*

SENECA: Veritatem dies aperit. Horat. *Quidquid sub terra est, in apricum proferet ætas, Defodiet, condétque nitentia.* ὁ χρόνος πάντων βασιλεύς, Sophocli χρόνος dicitur πάντ' ὄψῶν καὶ κλύων, καὶ πάντ' ἀνακτίθεσαι, omnia videre & audire, etiam apertum protaturum. Atque hinc: Veritas Temporis filia, aprè dicitur, quæ temporis progressu, quum aliquandiu delituerit, in lucem emergat. Hinc illud: Αὐγὴ δὲ σοφὸς ὡὸς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. At veritatem tempus in lucem eruit.

179. Terræ filij. *Ibidem c. 10. n. 162.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. *Terræ filios* (inquit Tertull.) *vulgus vocat, quorum genus incertum est*, γηγενεῖς, & inde Gigantes, quasi è terra nati. Apud Iuuenal. Fraterculus Gigantum, pro ignoto. Petsius: Progenies terræ. Vide suprà: *De cœle superuenit.*

180. Terram grauem imprecari. *Tom. 1. libro de Testim. animæ c. 4. n. 21.*

SOLEBANT antiqui, vt ex omnibus ferè patet Latinis Poëtis, manibus eius, cuius memoriam, vt Tertull. ait: *quum dilectum offensæ mortis facerent*, & maledicere vellent, *terram grauem imprecari*; eius vetò cui gratiam deberent, ossibus & cineribus refrigerium comprecari. Et mense præsertim Februario duodecim continentes dies, pro impetranda mortuorum manibus quiete, populus lustrationes & piacula faciebat. Hinc illa:

Molliter ossa cubent, -
Et cinerem tellus non onerosa premat.
Ossa quieta precor tuta requiescere in vrna.
Et sit humus cineri non onerosa tuo.

181. Thales in puteum. *Tom. 3. lib. de Anim. cap. 6. num. 89.*

VIDE hoc Ptouerbium tractatum à Platone in Theæteto. De iis qui nec pro pedibus prospiciunt. *Thales* è septem Græciæ sapientibus vnus & primus, dum cœlestia intentiùs cótemplatur, in foueam incidit. Hinc à vetula siue ab ancilla irrisus.

182. Themistocle sublimior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 173.*

MILITAREM illum appellat Tertull. Hinc legendum videtur *militarior*, vel militiæ aut militaris artis peritior. Ipsius autem adolescentis gloria emicuit bello Medico, pugnà Matathonia, sub auspiciis Miltiadis. Deinde aliquot annis pòst Dux Atheniensium, aduersus Xerxis nauales copias ad Salaminem memorabili cum laude, conflixit.

183. Titulum dispungere. *Tom. 5. lib. de Monog. cap. 8. num. 55.*

DISPVNGERE rationes apud Iureconsultos est computum, vt vulgò loquimur, examinare; siue, vt Papinian. describit, conferre accepta & data; & alibi: percontari, examinare, describere rationes, pro eo quod est *dispungere*. Aliud est expungere, quod est punctis circumducere & tollere, & quasi tem confectam eximere è codice. Vtitur Tertull. Metaphora à ratiocinatoribus ducta, & à censoribus, qui in tabulas referunt nomina & titulos eorum qui profitentur. Si prouerbialiter vsurpare placet, erit: rationem vel causſam, iustàne sit an contrà, expendere; vel diiudicare ido neúsne sit quis ad munus aliquod obeundum, & suis dotibus adfatim instructus. Lib. 4. aduerſ. Marc. *Creatorem* vocat *iudicem & dispunctorem mortuorum.* Lib. 5. *dispunctionem boni atque mali operis.* Lib. de Patient. *Omnis iniuria quum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo terminum petra laboriorum & obtusum*; hoc est: euanescet & irritus erit conatus, vti euanescunt ea quæ delentur siue dispunguntur, pro expunguntur.

184. Titulum incidere. *Tom. 3. libro 1. aduerſ. Marc. cap. 9. nu. 57.*

INCIDERE est notare aliquid in monimentis rerum gestarum. Cicero: *Incidere* elogium (alijs, & Mureto imprimis eclogium) in sepulcro, in æs, in marmore. Plin. de Pomp. Magno cap. 26. lib. 7. commemorat titulos victoriarum & triumphorum notatos. Quem ad morem adlusit Tertull. vt sit, publico cognomento honestare vel infamare, & elogio nobilitare.

185. Tullio eloquentior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 17.*

M. *Tullij* elogium habes lib. 7. num. 30. apud Plin. vbi eum vocat facundiæ Latiarúmque litterarum parentem. Quinctil. lib. 9. Instit. In quem, ait, copiam Platonis, vim Demosthenis, suauitatem Isocratis fuisse transfusam.

186.

186. Vanitatem vanitate depellere. *Tom. 3. libro 4. aduersus Marcionem cap. 30. num. 496.*

EST artem arte, mendacium mendacio eludere. Friuolum argumentum, & ad rem non accommodatum, friuolo & alieno infringete & refellere. Illa persimilia: Cum vulpe vulpinari, cum Cretensi cretizare.

187. Venas deducere. *Tom. 5. libro de Trinit. 1. cap. 29. num. 131.*

TRANSLATIO ducta à fontibus, vnde riui & quasi venæ aquarum deducuntur. Hinc illa: Diuite vel renui vena, quòd fontium alij angustiore vena manent, alij maiore, vt flumen efficiant; vel etiam à metallis, quorum venæ vt genere, ita copia interdum differunt. Quinctill. Pleniore canali fluunt. Et Poetæ venas ab Homero tamquam Poëseos fonte, venas duxisse dicuntur.

188. Via eadem sursum & deorsum. *Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. c. 28. n. 195.*

HOC Prouerbium Heraclito vsurpatum, transferre videtur Tertull. ad suam argumentandi rationem. Nam eò faciunt: Super, & infra se. Hæc quidem ad dignitatem, illa sursum ac deorsum ad locum spectantia. Hoc enim verè est aduersus Marcionem Antitheseis æmulas facere, quæ non solùm in sententijs, si ignorauit, omninò non sciuit, sed in vocabulis, quæ dixi, consistant. Heraclitus vsurpare fortè in Physicis disciplinis hoc obscurius dictum, quum Sursum ac deorsum in locorum ratione sint ex numero eorum quæ dicuntur πρός τι, siue Relata. Cicero: Ferri *sursum* rectis lineis, & *deorsum* ad lineam. Atque ita Tertull. argumentationem suam κατὰ παροιμίαν Heraclitiaxiomate probat.

189. Viua voce. *Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 21. num. 128.*

HVIC statim opponitur: *per Epistolas*, subintell. prædicando. *Viua vox*, quasi viuida atque efficax ab ipso pronuntiantis ore percepta, in qua natiua & genuina eluceſcit gratia, & actio cum motu, quæ in orationis est vita, inhæreſcit. Quæ omnia à ſcriptura, quæ veram viuámque vocem tantùm imitatur, ſunt ſeiuncta. Quinctil. Actio orationis quaſi vita eſt, terum inuentio oſſium inſtar eſt; ordo neruos imitatur, elocutio carnem, cutem & colorē refert; memoria ſpiritus vice fungitur. Quibus omnibus accedit pronunciatio velut motus quidam vitalis. Nullum enim certius argumentum vitæ, quàm motus; vnde flumina viua, à motu. B. Hieron. in Præfat. Gen. Habet neſcio quid latentis energiæ *viua vox*. Huic opponit, vt dixi, Tertull. *per Epistolam prædicare*. Et alijs: Muti magiſtri, quæ ſunt ſcripta eorum, qui eruditi ingenij monimenta poſteritati litteris mandata reliquerunt; quaſi vocis & vitæ expertes.

190. Vmbram ſine lumine colorare. *Tom. 3. lib. adu. Hermog. cap. 2. num. 12.*

AB arte pictoria, quam Hermogenes exercuerat, tractum. Prima picturæ initia (inquit Plin.) *vmbra* hominis lineis circumducta, quæ lineatio dicta, ſecunda ſingulis coloribus, & monochromatos appellata. Itaque prima ſine vllo colore fuit, adeò vt quòs pingerent, adſcribere eſſet inſtitutum. Deinde lineæ colorari cœptæ teſta trita. Cuiuſmodi picturæ in arte tectonica par eſt ἐγκαυστικῇ, quæ eſt æreæ iacens effoſſatio & ſuperficiaria deſcriptio, futuri operis ſpecimen exhibens. Detorquebitur ad ſermonis, argumenti, rei demonſtratæ obſcuritatem.

INDEX SCRIPTVRARVM SACRARVM, A TERTVLLIANO ET NOVATIANO CITATARVM, OMNIVM.

Ad SS. Litterarum Professores, Iacobi Pamelij Præfatiuncula.

QVVM Indicem scripturarum in S. Cyprianum, qualis à nobis est editus, grátum fuisse plerisque intellexerim, similem omninò ad Tertullianum per Dn. Michaëlem Ingelmontium Canonicum Brugensem, Amanuensem in toto hoc opere nostrum, curaui colligi; ipsis Auctoris verbis retentis, quoad fieri potuit; asteriscos iis addito, qui aut ab eo, aut à nobis explicantur. In quo animaduertere licebit, scutum illum (vti etiam Nouatianum) editionem LXX. Interpretum in veteri Testamento, & tam in illo quàm in Nouo Testamento, sua propria ex Græco translatione vsum. Prodesse itaque Deo fauente vobis poterit, siquando ex Lectionum varietate scripturas explicare licebit, quod eruditissimis illis viris Origeni, S. Hieronymo, immò & S. Augustino, non fuit infrequens. Qua de causa etiam hoc mihi imprimis curæ fuit; vt, ne necesse sit per multa vagari, in Adnotationibus nostris ipsam plerumque diuersitatem indicauerim, adscriptis etiam hîc versuum numeris ad maiorem commoditatem.

EX GENESI.

Genes. 1. * *Vers.* 1. IN primordio (siue principio) fecit Deus cœlum & terram. pag. 6. 48. 51. 388. 411. 416. 417. 622. 845.

2 Atterra erat inuisibilis & rudis siue incomposita. 388. 416. 417. 419
Et tenebræ erant super abyssum 388. 419

* Et spiritus Dei ferebatur super aquam. 388. 389. 720.

* 3 Et dixit Deus: Fiat lux & facta est lux. 5. 65. 645. 794. 848

6. Et dixit Deus: Fiat firmamentum, & fecit Deus firmamentum. 848

* 7. Et separauit inter aquam quæ erat infrà firmamẽtum, & quæ suprà firmamentum. 388. 649. 1035

8. Et vocauit Deus firmamentum cœlum. 1031

9. Congregetur aqua quæ sub cœlo in congregationem vnam, & appareat arida 419

10. Et vocauit Deus aridam terram ibid.

* 11. Et dixit Deus: Fruticet terra herbam fœni seminantem semen secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso secundum similitudinem. Et factum est sic 417. 419. 648

* 12. Et produxit terra herbam fœni seminantem semen secundum genus, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem 417

* 14. Et dixit Deus: Fiant luminaria 849
Etunt enim in tempora & menses & annos. 48. 644. 787

16. Et fecit Deus luminare maius & minus 849

* 20. Producant aquæ repentia animarum viuarum, & volatilia volantia super terram per firmamẽtum cœli. Et factum est sic. 417

* 21. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium tepentium, quæ produxerunt aquæ secundum genus ipsorum. Et vidit Deus quòd esset bonum. 414. 417

* 22 Et benedixit ea Deus. 414. 645. 651. 717. 793.

24. Producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupedia & repentia, & bestias terræ, secundum genus ipsorum. 417. 419

* 26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris. 491. 568. 645. 715. 845. 848. 1009. 1041. 1043. 1047.

* 27. Et figuauit seu finxit Deus hominem ad imaginem & similitudinem viuacitatis suæ, masculum & fœminam fecit eos. 388. 389. 490. 496. 502. 569. 646. 650. 673. 730. 788. 848. 1406.

* 28 Crescite & in multitudinem proficite, seu multiplicamini, & teplete terram, & subijcite eam. 490. 630. 648. 941. 954. 1009.
Dominamini piscibus maris, volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. 191

29. Ecce dedi vos omne fœnum sementiuum, seminaui semen super terram, & omne lignum quod haber in semetipso fructum seminis sementiui: vobis etit in escam. 983

* 31. Vidit que Deus quæ fecerat, & erant valde bona. 970. 1064.

* 2. Et requieuit septima die ab operibus suis. 137. 496. *Genes.* 2.

* 3. Et sanctificauit Deus diem septimum requiescẽdo in eo ab operibus suis quæ fecit. 137. 496, 706.

* 7. Et fecit hominem Deus limum de terra, vel de limo terræ. 419. 491. 568. 628. 645. 672. 1047

* Et affla-

* Et afflauit in faciem eius flatum vitæ. 419.568. 645.646
* Et factus est homo in animam viuam. 551.568. 645.647.648.650
* 8. Plantauit Deus paradisum. 77
Et posuit Deus hominem quem fecit, & paradiso colonum præfecit. 136.645.648
15. Et accepit Deus hominem quem finxit. 568. 673
* 16. Ex omni ligno paradisi edetis. 146.496
* 17. De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. 136.648.983
Qua autem die ederitis, morte morieminí. 645.1031
* 18. Non est bonum solum esse hominem. 645
Mulier in adiutorium masculo data. 727
20. Omnibus animalibus Adam nomina imposuit. 311.592
* 21. Et misit Deus in Adam ecstasin seu amentiam. 487.498.499
* Mulier de costa Adæ. 311.312.419.883.941
23. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. 311.487.951
Hæc vocabitur mulier, si de viro sumpta. 310.312
* 24. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adglutinabit se vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam. 311.482.487.705.717. 727.941.952
25. Erat autem vterque nudus. 6.311.313.648
Genes. 3. 1. Sed & serpens erat callidus. 441
* Primos homines diabolus elisit. 217.646. 723.1051
3. Ex omni ligno quod est in medio paradisi, Deus edere vetuit. 647.648.1035
4. Et dixit serpens: nequaquam morieminí. 136
5. Aperientur oculi vestri. 419
* Et eritis sicut Dij. ibid.
* De arbore agnitionis gustauerunt. 146.313. 1050.1175
6. Credidit Eua serpenti. 341.551
Deditque viro suo qui quí comedit.
7. Et aperti sunt oculi amborum. 199.341.649. 827
Et cognouerunt se esse nudos. 313
De ficulneis foliis. 1002
* 8. Dominus in paradiso ad vesperam deambulauit. 654.723.851
* 9. Adam vbi es? 651.654.714.851
* 13. Inimicitias ponam inter te & mulierem. 648
* 16. In doloribus & anxietatibus paries filios, & ad virum tuum conuersio tua, & ille dominabitur tui. 257.551.648.711
10. Tribulos & spinas edet tibi. 628.648
In sudore vultus tui pascetis panetuo. 648
13. Terra es & in terram ibis, vel quia puluis es, & in puluerem reuerteris. 568.573.576.588.648 790
* 20. Eua, quoniam mater viuentium. 311
* 21. Pelliceæ siue scorteæ tunicæ quas fecit Adam. 6.568.648
* 22. Ecce Adam factus est tamquam vnus ex nobis, & nunc ne quando extendat manum, & sumat de ligno vitæ, & viuat in æuum. 593.654. 848
23. Adam de paradiso eiectus. 6.165
Genes. 4. * 4. Abel verò minor filius obtulit munera Deo de fructu ouium suarum. Respexit Deus in Abel & in muneta eius. 136.138.652
* 5. In Cain autem & in munera eius non respexit. 136
6. Et dixit Deus ad Cain: Quare concidit vultus tuus. ibidem. & 200
* 7. Quoniam si rectè quidem offeras, non rectè autem diuidas peccasti, quiesce. Ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis eius. 138
8. Et tunc dixit Cain ad Abel fratrem suum: Eamus in campum; & abijt cum eo illic, & interfecit eum. 138.200.828.952
* 9. Et tunc dixit Iesus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Et dixit: Nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego? 138.654
Et dixit ei Deus. 138
10. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 138
* 11. Propter quod maledicta terra quæ aperuit os suum ad excipiendum sanguinem fratris tui. 138.574
12. Gemens & tremens eris super terram. 138
13. Et dixit Cain ad Dominum: Maius delictum meum, quàm vt remittatur mihi. 138
* 14. Ecce ijcies me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero gemens & tremens super terram, & omnis qui me inuenerit, occidet. 138.654
* 19. Lamech duabus maritatus. 941.952
24. De Cain septies, de Lamech septuagies septies reputabitur vltio. 181
22. Henoch iustissimus. 136.886
* 24. Transtulit Deus Enoch qui nondum mortem gustauit, vt æternitas candidatus. 136.138. 501.1035 Genes. 5.
1. Et factum est, quum cœpissent homines plures fieri super terram, & filiæ natæ essent eis. 312 Genes. 6.
* 2. Conspicati autem filij Dei filias hominũ quòd pulchræ essent, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. 241.257.267.312.477
3. Nõ manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. 570.951
* 6. Pœnitens quòd hominem fecisset. 851
* 7. Iniquitates diluuium prouocauerunt. 851.952
8. Noë iustus inuentus, quem Deus de diluuio liberauit. 136.138.649.886.1035
* 19. Ex omnibus bestijs ex omni carne duo induces in arcam, vt viuant tecum. Masculus & fœmina erunt de animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terræ secundum genus ipsorum. duo ex omnibus introibunt ad te, masculus & fœmina. 952
* 2. Ex omnibus bestijs ex omni carne duo induces in arcam. 247.952.1064 Genes. 7.
* 10. Diluuium. 6.136.894.952
* 16. Arcam Dominus post introitum Noë clausit. 851.886
8. Columba dimissa ex arca. 389
9. Odoratúsque est Dominus Deus odorem bonæ fragrantiæ. 651.1034 Genes. 8.
11. Columba pacis præco, cum olea reuersa. 389. 441
* 1. Benedixitque Deus Noë & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini & replete terram. 886.1002.1064 Genes. 9.
2. Terror vester sit super cuncta animantia. 199
3. & 4. Ecce dedi vobis omnia in escam tamquam holera fœni, verùm carnem in sanguine animæ suæ non edetis. 496.983.1004
* 5. Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum. 577.578.581.591

6. Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine hominis eius effundetur. 217.581
Genes. 11. * 7. Venite descendamus & confundamus illis ipsorum linguas. 851.1047
* 7. Apparuit ei Dominus. 654.850.851
Genes. 12. * 13. Abraham sorori mentitur Saram. 265
17. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abrahæ. 165
* 16. Faciam semen tuum sicut multitudinem arenæ. 649.680.886
Genes. 13. * 18. Abrahæ reuertenti de prælio panem & vinum obtulit Melchisedech. 136.791
* Rex Dei altissimi sacerdos. 136.138.852
* 19. Et benedixit ei. ibidem
Genes. 15. * 5. Velut stellæ cœli erit semẽ tuum. 649.680. 718
* 7. Abraham credidit Deo, & iustitiæ depuratum est ab eo. 200.727.784.953
7. Dominus apparuit Agar. 1047
* 18. Semini tuo dabo. 1035
3. Agar Abrahæ ancillam angelus adloquitur. 1047
Genes. 16. Et dedit eam viro suo vxorem. 953. & 1002
* 1. Dominus apparuit Abrahæ. 654.850.851
Genes. 17. 2. Deus in amicitiæ societatem Abraham adegit. 573
* 4.& 5. Abraham pater nationum multarum. 953
* 8. Dabo tibi & semini tuo. 649.784.886.1035
* 10. Lex à Patriarchis. 136
* Abraham circumcisionem accepit. 136.653
* 15. Abrahæ & Saræ nomina reformata. 707
* 1. Abrahæ visus Deus apud quercum Mambre. 546.850.851.1047.1048.
Genes. 18. * 2. Et venerunt angeli ad Abraham. 544.546. 592.673
Et vnum adorauit.
* 4. Dominus apud Abraham sub quercu refrigerauit. 851
* 18. Benedictio Patrum & semini eorum destinatur. 649
* 21 Descendam & videbo si secundum clamorem peruenientem ad me consumment, si verò non, vt agnoscam. 654
* 1. Venerunt angeli duo ad Loth. 592.672
Genes. 19. 16. Loth de incendio Sodomitarum liberatus. 136.644
17. Respectare noluit Dominus quos ex Sodomis liberarat. 718.958
* 24. Et pluit Dominus super Sodomam & Gomoram sulphur & ignem de cœlo à Domino. 649.724.849.851.858.984
* 33. Incestus Loth. 958.1002
* 2. Abraham sorotem mentitur Saram. 265
Genes. 20. 10. Abijce ancillam. 886.1048
Genes. 21. * 13. Benedictio Patrum & semini eorum destinatur. 649
2. Tolle filium tuum quem diligis Isaac. 138. 181.851.881.1035
Genes. 22. * 6. Isaac à patre in hostiam deditus, lignum sibi ipsi portabat. 144.147.676
11. Deus Isaac protexit. 1035
* 17. Et faciam semen tuum tamquam stellas in cœlo. 654.802
* 18. In semine tuo benedicentur nationes terræ. 135.553.649.654.727
4. Postulans Saræ humandi locum de filijs Chet, dixit Abraham: Date mihi possessionem sepulchri vobiscum, & humabo mortuam meam. 573
Genes. 23. * 3. Non accipias in vxorem filio meo de filiabus Cananæorum. 293
Genes. 24. * 64. Rebecca conspecto procul sponso velamen & 65. inuasit. 313
* 6. Concubinæ Abraham. 854
* 22. Viscera Rebeccæ inquietantur. 490
23. Ecce gemini, duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. 490.135
Genes. 25. 27. Esau venator ferarum.
2. Apparuitque ei Dominus, & ait.
Genes. 26. * 3. Tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has. 553.649.850.851
* 28. Det tibi Deus de rore cœli. 680
Genes. 27. * 39. De opimitate terræ erit inhabitatio tua, & à rore cœli. 680
* 3. Deus omnipotens. 851
Genes. 28. * 9. Nuptiæ frequentatæ. 1002
* 11. Scala Iacob. 680.969
Genes. 29. * 31.32.33.34. Deus auxit Iacob. 854.886.1038
Genes. 30. * 4. Dedit que illi Balam in cõiugium. 274.1002
4.6.9.11.17.19.21.23. Deus auxit Iacob. 854
Genes. 31. * 16. Concubinæ Iacob. 854
4.& seq. Iacob apud vxores suas Liam atque Rachel de patris illarum iniquitate queritur, & refert, quòd iam in terram propriam remeare & reuerti cuperet, somniique sui interponit auctoritatem, quo tempore refert sibi angelum Dei per somnium dixisse. 1048.1049
11.12. Iacob, Iacob. Et ego dixi: Quid? Aspice, inquit, oculis tuis, & vide hircos & arietes ascendentes super oues & capras, variatos albos, & varios, & cinetitios, & aspersos. Vidi enim quæcumque Laban tibi fecit. 1049
13. Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei, vbi vnxisti mihi illic stantem lapidem, & vouisti mihi illic votum. Nunc ergo surge, & proficiscere de terra hac, & vade in terram natiuitatis tuæ, & ero tecum. 1049
* 24. Luctabatur homo cum eo vsque manè. 1035
Genes. 32. * 25. Et vidit quoniam non poterit aduersus eum, & tetigit latitudinem femoris Iacob, quum in eum luctaretur, & ipse cum eo. 1049
26. Et dixit ei: Dimitte me, ascendit enim Lucifer. Et ille dixit: Non te dimittam nisi me benedixeris. 1049
27. Et dixit: Quod est nomen tuum? Et ille dixit, Iacob. 1049
28. Dixitque ei: Non vocabitur iam nunc nomen tuum Iacob, sed Israël erit nomẽ tuum, quia inualuisti cum Deo, & quum hominis potentes es. 732.1049
30. Et vocauit Iacob nomen illius: Visio Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. 850.1049
31. Ortúsque est ei sol, mox transiuit visionem Dei, ipse verò claudicabat femore suo 180. 333.544.850.851.1049
Genes. 37. * 28. Ioseph venundatus à fratribus in Ægyptum. 144.667
Genes. 38. * 14. Thamar visa est quæstui sedere. 259
* 18. Fornicatio Iudæ cum incesto. 259
Genes. 41. 42. Ioseph in ornamento. 245
* 45. Ioseph fuisse vnijugum. 953
24. Ne itaseamini in via. 182
Genes. 45. * 1.& seq. Chaldæum semen in Ægyptum educatur. 6
Genes. 46. * 13. Iacob nepotes suos ex Ioseph Ephrem & Manasse, & seq. nasse m capitibus impositis & intermutatis manibus benedixit. 389.1049
Genes. 48. * 15.& 16. Deus qui pascit me à iuuentute mea vsque in hunc

in hunc diem, angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueros hos. 1039

Genes. 49. * 5.& 6. Simeon & Leui perfecerũt iniquitatem ex sua secta. Ne veneris in concilium eorum anima mea, & in stationem eorum ne incubuerint iecora mea; quoniam in indignatione sua interfecerunt homines, in concupiscentia sua subnerauerunt taurum. 144.677

* 10. Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat is cui repromissum est. 887.1035

* Et ipse erit spes & exspectatio gentium, siue nationum. 671.704.1035

* 11. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine uuæ amictum suum. 734.1040

* 27. Benjamin lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit escam. 782

EX EXODO.

Exod. 1. v. 11. Laterinæ deductæ ab Hebræis, & villæ, ac ciuitates ædificatæ. 718

15. De obstetricibus protegentibus partus Hebræos. 717

16. Masculi filij Hebræorum interficiuissi. 652

Exod. 2. 13. Quid proximum tuum percutis? 723

* 14. Quis te constituit magistrum aut iudicem super nos? 723.953

Exod. 3. 1. Moyses autem pascebat oues Iotti soceri sui sacerdotis Madian.

* 2. Apparuit Moysi Dominus. 142.716.851

* De rubo ardenti. 673.724.851

* 5. Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. 288.576

6. Vocauit eũ Dominus, & dixit: Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob. 332

* 8. Et intreducam te in terram quam parauitibi, terram lacte & melle manantem dabo vobis. 576.670.983

10. Deus Moysen ducem populo præfecit. 887. 1035

14. Ego sum qui sum. 180.852.1033

* 21. Quum egrediemini, non exibitis vacui. 652

Exod. 4. * 2. Virgam portauit Moyses. 245

3. Virga in serpentem commutatæ. 577

5. Apparuit Moysi Dominus. 143.716

* 6. Moyses manum in sinum cõdit, & emortuam profert, & rursus insinuat, & viuidam explicat. 576.590

* 10. Moysi causato linguæ tarditatem, os repromi- & seq. sit, & sapientiam ipsam, cui nemo resisteret. 732

* 13. Prouide alium quem mittas. 1036

24.& 25. Filius Moysi ab angelo præfocatus fuisset, si non Sestora mater eius calculo præputium infantis circumcidisset. 136

Exod. 5. 9. Opprimantur operibus, & expleant ea. 649

* 14. Flagellati Præfecti Hebræorum. 652

Exod. 6. 3. Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob. 142.716

* 23. Aaronem non fuisse digamum. 953

Exod. 7. * 1. Deum te posui Pharaonis. 1039

* 3. Et ego indurabo cor eius. 649

* 10. Signa per Moysen facta. 669

* 11. Demagia aduersus Moysen. 241

* 12. Magicarum virgarum dracones. 504

17. Plagæ Ægyptiorum decem. 649.887

20. Aquæ in sanguinem. ibid. & 577

Exod. 8. 6. Ranarum. 649.887

17. Cinips hum. 649

* 19. Digitus Dei est. 721

24. Muscarum. 649

6. Pestis pecorum. 649.887 Exod. 9.

* 10. Hulcera fusa vesicarum. 649

23. Grandinis, tonitrui & fulguris. 649

14. Locustarum. ibid. 887 Exod. 10.

22. Tenebrarum palpabilium. ibid.

* 2. Dices ergo omni plebi, vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, aurea & vestem. 795 Exod. 11.

5. Mors primogenitorum. 649.887

* 6. Omne vulgus filiorum Israël ad vesperum agnum immolabit. 141.143.145 Exod. 12.

* 11. Pascha est Domini. 143.733.881

12. Dominus comminatur exitium Ægyptijs. 213

* 15. Azyma comedetis. 733

* 34.& Petierunt ab Ægyptijs vasa argentea & aurea

35. & vestes, & illis spolijs offarcinatos cum oneribus confpartionum eduxit Moses ex Ægypto. 652.718.795.1035

* 36. Direptio iusta Ægypti per filios Israël. 652. 718.795

37. Exierunt ex Ægypto sexcenta hominum millia. 715.718

* 2. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum vocabitur Domino. 553 Exod. 13.

* 5. De terra fluente lacte & melle. 670

21. Virga Moysi imperat mari rubro. 714 Exod. 14.

22. Israël per mare Erythræum transuectus est: 137

* 27. Ægypti Rex aqua extinguitur. 390.887

28. Mare reuersum est primo diluculo ad priorem locum, fugientibusque Ægyptijs occurrerũt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. 170

30. Israël de duritia Ægyptiæ seruitutis ereptus. 983

* 26. De ligno amaram aquam dulcem reddente. 146.390.887 Exod. 15.

* 28. Duodecim fontes Elim. 676.707.718

2. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen & Aaron in solitudine. 200 Exod. 16.

3. Vtinam obijssemus percussi à Domino in terra Ægypti, quando super ollas carnium fedebamus, & panes in plenitudinem comedebamus. Quoniam eduxisti nos in hæc deserta ad interficiendum syn agogam istam fame. 983

* 13. Panem petentibus de cœlo dedit manna.

& 15. 137.721.1065.

* 16. De collectione mannæ duplici in Parasceue Sabbati. 137.706.715

*. 23. Mementote diem Sabbatorum sanctificare. 706

3. Post mannæ escatilem pluuiam, post petræ a- quatilem sequelam desperant de Domino 283 Exod. 17.

* 6. Aqua de petra defluxit. 390.887

10. Agmen agit Iesus Naue, & bellat populus. 245

* 11. Moses extensis manibus orabat vsque in occasum, quum Iesus aduersus Amalech prælia retur. 144.677.887.986

* 2. Lex promulgata in solitudine Sina. 136 Exod. 19.

* 16. Apparuit Dominus in igne & nube, in monte & voce de cœlo. 702.716

1. Dominus initiator veteris Testamenti. 716 Exod. 20.

Lex Dei data est. 136.496.1034

* 2. Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de

terra Ægypti. 630.825.1064
* 3. Non eruntibi Dei alij præter me. 825
* 4. Non facies tibi simulacrum (siue idolum) eorum quæ in cœlo, & quæ in terra deorsum, & quæ in martinfra terram. 136.213.632.716. 825
* 5. Non adorabis ea neque seruies eis. Ego enim sum Dominus Deus zelotes. 630.680.759. 722.1000.
Ipsi vidistis quòd locutus de cœlo ad vos sum. Non facietis vobis Deos argenteos, Deos aureos. Non facietis vobis secundum hæc. Deus tuus. 136.218.239.240.825.1001
* Patrum delicta à filijs exigit Deus. 649
* 7. Non sumes nomen Domini Dei tui in vano. 242.246.846
* 8. Memento te diem sabbatorum sanctificare eum. 137.652
* 9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. 652
* 10. Septima autem die sabbatum Domini est. Nõ facies in ea omne opus tuum. 137.652.706
* 12. Honora patrem tuum & matrem. 136.192. 651 800.954
Vt sis longæuus super terram. 720
* 13. Non occides. 74.136.213.217.651.711.1001
* 14. Non adulterabis siue mœchaberis. 136.137. 630.651.711.1001.1002
* 15. Non fraudaberis, seu furaberis. 136.651.711. 795
* 16. Non falsum testimonium dices. 136.218.651. 711
* 17. Vxorem proximi tui non concupisces. 136.630. 651
Exod. 21. * 2. Septimo anno seruitia libertate soluuntur. 651
* 22. De abortu. 496
De pœna talionis. 710.787
* 24. Dentem pro dente, oculum pro oculo. 200. 710.941
Exod. 23. 4. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. 728
* 13. Nomen Deorum non memorabitis. 902. 242.245.826
* 15. Azymorum sollemnitas. 724
* 20. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in itinere, & introducatte in terram quam præparaui tibi.
21. Intende illi, & audi eum. ne inobaudiens fueris ei. non enim celauit te, quoniam nomen meum super illum est. 143.676
Exod. 24. * 15. Vidit Moses gloriam Domini. 984
* 16. Per nubem congressus Domini cum Mose. 673.793
* 18. Quadraginta dies ieiunio Moses functus. 532
Exod. 25. * 18. Cherubin & Seraphin aurea. 652
Exod. 26. 1. Tabernaculum etigere populo permittitur. 1034
6. Facies quinquaginta circulos aureos.
13. Conspectus cæterorum velo oppasso interdi- & sequ. cebatur. 46
Exod. 28. * 13. Fibulam portauit Aaron. 245
* 17.18. Duodecim gemmæ in tunica saerdotali Aa- 1. & 20. ronis. 707
Exod. 31. 18. Tradunturque Mosi tabulæ scriptæ digito Dei. 1034
Exod. 32. 1. Faenobis Deos qui nos antecedant, seu præeãt nobis. 135.137.725
* 2. & seq. Vrgetur Aaron & iubet inaures fœminarum suarum in ignem conferri.
Quum ex monilibus fœminarum & anulis vi- rorum aurum fuisset igne conflatum, & processisset eis bubulum caput, huic figmento vniuersus Israël abrelicto Deo, honorem dederunt, dicentes: Hi sunt dei qui nos eiecerunt de terra Ægypti. 135.268
* 6. Et sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. 291.651.984
* 10. Sine me, & indignatus ira disperdam illos, & faciam te in nationem magnam. 654
* 32. Non facies istud, aut & me cum iis impende. 239.973
* 34. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in via, & introducat in terram quam paraui tibi. ne inobaudieris eũ; non enim celauit te, quoniam nomen meum super illum est. 676
* 6. Lex Dei in monte Choreb. 136.826 Exod. 33.
* 11. Os ad os flabat Moses, & facie ad faciem eum Deo, sicut quis loquitur ad amicum suum. 717.850
* 13. Si inueni gratiam coram te, manifesta te mihi, vt cognoscenter videam te. 717.830
17. Et hunc sermonem quem dixisti, faciam tibi. 717
* 18. Et dixit Moses, ostende mihi gloriam tuam. Et
& 19. Dominus: Ego præcedam in glotia mea. 716.850.851
* 20. Non potes videre faciem meam.
* Nemo hominum Deum videbit, & viuet. 143.654.717.801.850.851.1047
23. Et tunc videbis posteriora mea. 717
12. Idololatria mœchiæ nomine intellecta. 826 Exod. § 4.
* 16. Verus lex adimit coniugium allophylorum. 954
* 17. Azymorum sollemnitas. 725
* 30. Splendore faciei suæ Moses oculos percutiebat filiorum Israelis. 590.717.793.887.984
* 7. Cherubin & Seraphin. 652 Exod. 37.

EX LEVITICO.

v. 1. Locutus est Mosi Dominus. 143 Leuit. 1.
* 1. Sacrificiorum & operationum ac oblatio- Leui. 2. 4. 5. num seu pulos frates. 651 6. & 7.
* 12. Aaron à Moyse vnctus est. 389 Leuit. 8.
* 9. Vinum & siceram non bibetis tu & filij tui Leuit. 10. postre, siquando ingrediemini tabernaculum, vel ascenderis ad altare, & non moriemini. 985
* 4. Quis dabit nobis ad vescendum carnes. 720. 1064 Leuit. 11.
7. Camelum non comedetis, nec leporem, nec suem. 1065
* 15. Libum Corui prohibet; 1065
* 18. Cygni. 1065
* 19. Charadrij. 1065
* 29. Mustelæ. 1065
* 30. Stellionis & lacertæ. 1065
* 44. Sancti eritis quia Deus sanctus. 942.952
* 2.4. Sollennis partualis sanguinis fluxus de lege ta- Leuit. 12.
& 5. xatur, & modus temporis præscribitur. 714
* 2. & se. Lex leprosorum. 728 Leuit. 13.
12. Si autem varietas efloruerit in cutem, & totam cutem texerit à capite vsque ad pedes per omnem conspectum. 1013
* 13. Et sacerdos cùm viderit, emundabit eum, quoniam conuertit in album, mundus est. 1013
14. Qua verò die visus fuerit, eiusmodi color viuus inquinatus est. 1013
* 2. & seq. Lex de Lepra. 728. 1013 Leuit. 14.
* 19. Ordi-

* 19. Ordinarius menſtrui ſanguinis fluxus in lege taxatur, & modus temporis præſcribitur. 784
* 24. Fluxus ſanguinis ex vitio valetudinis modum temporis præſcriptum non habet. 714
* 30. Lex à contactu fœminæ ſanguinantis ſubmouit. 714
Leuit. 16. * 7. De hircis duobus in ſacrificio. 148.671
Leuit. 19. * 4. Non ſequemini idola, & Deos fuſiles non facietis vobis. Ego Dominus Deus veſter. 825
* 17. Non odies fratrem tuum in animo tuo, traductione traduces proximum tuum, & non ſumes propter illum delictum. 728
18. Fratris malitiæ memor non ſis. 728
* Diliges proximum tibi tamquam te. 136.292. 727
20. De famulæ concubitu.
Leuit. 20. * 15. Qui cum iumento & pecore coïerit, morte moriatur, pecus quoque occidite. 630
* 21. Quicumque ſumſerit fratris vxorem, immũditia eſt. 630.954
Leuit. 21. * 1. Super omnem animam defunctam faceredos non introibit. 717.954
* 14. Sacerdotes mei non plus nubent. 941
Leuit. 22. * 13. Filia ſacerdotis vidua vel eiecta, ſi ſemen non fuerit illi, in domum patris ſui regrediatur, & de pane eius alatur. 941
Leuit. 23. * 3. Nõ facies omne opus in ea, niſi quod fiet omni animæ. 706
* 4. Feſta Iudæorum.
* 27. Decima menſis ſeptimi dies placationis ſancta erit vobis dies, & vexabitis animas veſtras. 733.982
* 29. Et omnis anima quæ vexata non fuerit, in illa die exterminabitur de populo ſuo. 982
Leuit. 24. * 20. Oculum pro oculo, dentem pro dente, liuorem pro liuore. 137.651
Leuit. 25. 3. Sex annis ſeres agrum, & ſex annis putabis vineam tuam. 651
4. Septimo autem anno Sabbatum erit terræ. 651
Leuit. 26. * 1. Filij Iſraël famuli pueri mei. Hi ſunt quos eduxi de terra Ægypti. Ego Dominus Deus veſter. Non facietis vobis manufacta, nec ſculptile, nec ſtaticulum ſtatuetis vobis, nec lapidem ſcopum ponetis in terra veſtra. Ego Dominus Deus veſter. 825

EX NVMERIS.

Num. 1. v. 1. LOcutúſque eſt Dominus ad Moſen. 143
* 5. & Iudæa gens per tribus, & populos, & familias, ſequ. & domos deſtructa fuit. 730
Num. 5. * 2. Eijciant de caſtris omnem leproſum. 702
Num. 6. * 3. Vinum bibete prohibitum Aaroni & filijs eius. 800
* 6. Qui ſe Deo vouetit, ne ſuper vllam animam.
7. intro eat defunctam, ne ſuper patris quidem aut matris, aut fratris. 717
Leuit. 11. 1. Igne punitus Iſraëliticus populus. 649
* 4. Carnem & ortygometram. 721
5. In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones & porri, & cepe, & allia. 651.983
* 2.5. Tranſtulit de ſpiritu Moſi. 495
Num. 12. * 6.7. Et ſi Propheta fuerit in vobis, in viſione co- & 8, gnoſcar illi, & in ſomno loquar ad eum. Non quomodo ad Moſen, os ad os loquar ad eum, in ſpecie, non in ænigmate. 717.850
Num. 13. * 17. Et cognominauit Moſes Auſen filium Naue Ieſum. 143.676.701.707.887
* 30. & 33. Ligna colligens morti datus. 652 *Num. 15.*
* 11. Aqua de Petra defluit. 390 *Num. 20.*
6. Miſit Dominus in populũ ignitos ſerpentes. 649 *Num. 21.*
* 8. & De ſerpente æneo ſuſpenſo in ligno. 144.341. 651.677.883
9. Fecit Moſes ſerpentem æneum. 240
* 5. De Balaam Prophetа. 723.732 *Nu. 22. &*
1. Abeunt libidinatum ad filias Moab, inuitan- *23. & 24.*
tur ad idola, vt ſpiritu fornicarentur. Edunt *Num. 25.*
de pollutis eorum, & adorant Deos gentis, & Beelphegor initiantur. 826.1002
* 9. Et occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum, 1002
* 5. Per familias & domos Iudæa gens fuit deſtru- *Num. 26.*
& ſeq. cta. 730
1. Profectio filiorum Iſraël ex Ægypto. 718 *Num. 33.*
* 9. Duodecim fontes Elim. 707.718

EX DEVTERONOMIO.

v. 14. DEus ignis conſumens eſt. 1035 *Deut. 4.*
* 39. Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum. 1032
* 9. Non adorabitis ea, neque ſeruietis illis. 652 *Deut. 5.*
* 14. Septima autem die ſabbatiza Domino Deo 1034
25. Populus Iſraël de terra Ægypti, manu valida & brachio excelſo liberatus. 1034
21. Vxorem proximi tui non concupiſces. 630
2. Vt timeas Dominum Deum tuum. 825 *Deut. 6.*
* 4. Audi Iſrael: Dominus Deus tuus vnus eſt. 129.825.1052
* 5. Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. 136.649.720.721.786.825
12. Ne obliuiſcaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Ægypti, & domo ſeruitutis. 825
* 13. Dominum Deum tuum timebis, & illi famulaberis ſoli, & illi adglutinaberis, & in nomine eius deierabis. 649.825.826
* 14. Non ibitis poſt Deos aliorum & Deos nationum quæ circum vos. 825
15. Quia Deus æmulator Dominus Deus tuus in te, & ne iratus indignetur, & exterminet te à facie terræ. 825
* 3. Allophylorum nuptiæ. 786 *Deut. 7.*
* 3. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni ver- *Deut. 8.*
bo quod proficiſcitur ex ore Dei. 1063
* 12. Ne quum manducaueris, & repletus fueris, & domos magnas ædificaueris.
* 13. ouibus & bubus tuis multiplicatis, & pecunia & auro. 709.984
14. Extollatur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui. 708
* 16. Circumcidetis duricordiam veſtram. 795 *Deut. 10.*
27. Ecce poſui ante te maledictionem & benedi- *Deut. 11.*
ctionem. 784.825
27. Benedictionem, ſi audieritis præcepta Domini Dei veſtri, quæcumque ego præcipio vobis hodie. 784.825
28. Maledictionem, ſi erraueritis de via quam mãdaui vobis, vt abeuntes ſeruiatis Deis alijs quos non ſcitis. 784.825
2 Perditione perdetis omnia loca in quibus ſer- *Deut. 12.*
uierunt nationes Deis ſuis, quas vos poſſidebitis hæreditate, ſuper montes & colles, & arbores denſas quaſque. 138.825
* 3. Effodietis aras eatum, euertetis & comminue-

tis staticula earum, & excidetis lucos earum, & sculptiliaipsarum Deorum concremabitis igni, & dispergetis nomen eorum de loco illo. 825
* 30. Caue tibi ne sequaris eas,posteaquàm exterminatæ fuerint à facie tua: ne requisieris Deos illatum,dicens: Quemadmodum faciunt nationes Deis suis,& ego ita faciam. 825
Deut.13. * 1. Si Prophetes exsurtexerit in te,aut somnium somnians, & dederit tibi signum vel ostentum. 825
2. Et euenerit & dixerit: Eamus & seruiamus Deis alijs,quos non scitis; 825
3. ne audiatis sermonem Prophetæ aut somniatoris illius: quia tentat vos Dominus Deus vester,vt sciat,si ex toto cordevestro,& ex tota anima vestra diligatis Deum. 825
4. Post Deum vestrum abibitis, & hunc timebitis,& præcepta eius custodietis,& vocem eius audietis,& illi seruietis, & illi adijcietmini. 825
5. Prophetes autem & somniator ille morietur: locutus est enim ad seducendum te à Domino Deo tuo. 825
* 6. Si rogauerit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius tuus aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo est, aut amicus qui animę tuæ par est, clam dicens: Eamus & seruiamus Deis alijs, quos non scis,nec patres tui. 825
7. ex Deis nationũ quæ circum te proximè sunt,
8. aut longè, ne velis ite cum illo, & ne audieris eum. Nõ parcet oculus tuus super eum. Non misereberis nec celabis eum, adnuncians adnunciabis de eo. 825
9. Manus tuæ irruent in eum in primis ad occidẽdum, & manus omnis populi in nouissimis, 825
10. & lapidabitis eũ,& morietur; quoniam quæsiuit euertere te à Domino Deo tuo. 825
12.& Si quam de ciuitatibus constiterit tuasu iniseq. quorum hominum transisse ad Deos alios,vt interficiantur omnes incolẽtes eam,& deuotamenta fiant vniuersa eius, & colligantur omnia spolia eius in omnes exitus eius,& igni etementur cũ omnibus vasis suis, & cũ omni populo in conspectu Domini Dei. Et nõ etit habitabilis in ætetnũ,non teædificabitur amplius,nec adhærebit quicquam manibus tuis ex deuotamento eius,vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. 825
Deut.14. * 3. De cibotum immundorum prohibitione. 651.787.1064
* 7. Camelum non comederis,nec leporem. 651. 1065
* 8. nec suem. 651.1065
* 9. In piscibus munda sunt quę cooperta squamis, & armata remigijs. 651.1064.1065
* 14. Edi prohibetur coruus. 650.651
* 15. Noctua. 650.651
* 16. Cygnus. 650.651
* 18. Charadrius,vespertilio. 650.651
Deut.15. * 2. Dimittes omne debitum qtod tibi proximus debet,& fratrem tuum non reposces, quoniã remissio Domini Dei tui inuocata est. 710
* 4. Non erit in te indigens, vti benedicens benedicat te Dominus Deus tuus. 710
* 7. Si autem fuerit indigens de fratribus tuis, non auertes cor tuũ,nec constringes manum tuã à fratre tuo indigente. 710
* 8. Aperiens aperies illi manum, fœnus fœnerabis illi quantum desideratit. 710
* 15. Propheta suscitabit vobis Deus ex filijs vestris. • 716.1035 Deut.18.
16. Ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. 716
* 15. In tribus testibus stabit omne verbum. 334. 716 Deut.19.
* 21. Malum malo fœnerabant. 200
21. Auferte malum de vobis. 727 Deut.21.
22. Si autem fuerit in aliquo delicto, ita vt iudicij mortis sit,& morietur, & suspendetis eum in ligno. 143
* 23. Sed & sepultura sepelietis eũ ipsa die,quoniam maledictus omnis homo qui pependerit in ligno: & non inquinabitis terram, quoniam Dominus Deus tuus dabit tibi in sorte. 143. 201.623.676.784
* 5. Maledictus qui mulieribrus vestietur. 218. 244 Deut.22.
* 28. Qui ex cõpetsione mattimoniũ fecerit,nõ po- & 29. terit dimittere vxorem in omne tempus. 727
* 3. Ammonitæ & Moabitæ prohibentur Eccle- siam populi Dei ingredi. 718 Deut.23.
4. Quòd populum Ægypto profectũ inhumanè & inhospitaliter copijs defraudassent. 718
* 1. Si sumpserit quis vxorem, & habitauerit cũ ea, & euenerit non inuenire eam apud eũ gratiã, eo quòd inuentum sit in illa impuditũ negotium,scribet libellum repudij,& dabit in manu eius,& dimittet illam de domo sua. 726. 727.958 Deut.24.
* 12. Non dormies super pignus eius. 711
* 13. redditione reddes ei pallium circa solis occasum,& dormiet in pallio suo. 711
* 4. Boui terenti os non colligabis. 718.788 Deut.25.
* 5. Siquis frater illiberis decesserit, à fratre ipsius supparabitur semen illi. 727.954
* 15. Maledictus homo qui fecerit sculptile aut fusi- le aspernamentum Domino opus manuũ artificis,& colligauerit illud in abscondito. 825 Deut.27.
63. Eijcietmini de terra in quam introibitis. 145 Deut.28.
65. Et in nationibus illis non eritis in requiem, &
* non erit stabilitas vestigij pedis tui. Dabit tibi Deus cor tædians, & tabescentem animam, & oculos deficientes,vt non videant. ibid.
* 66. Et erit vita tua pendens in ligno ante oculos tuos,& non credes vitæ tuæ. 145.146.1035
* 5. Per quadraginta annos populus calceamenta & vestimenta non detriuerat. 591.718. 1035 Deut.29.
27. Indignatio Dei. 1033
* 11. Præceptũ excelsum non est,nec longè à te.729 Deut.30.
* 12. Non est in cœlo vt dicas: Quis ascendet in cœlum,& deponet nobis illud, & auditum illud faciemus? 729
* 13. Nec vltra mare est,vt dicas: Quis trãsfretabit, & sumet illud nobis, & auditum illud faciemus. 729
* 14. Prope te est verbũ,in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud. 729
* 19. Ecce posui ante vos benedictionem & maledictionem. 708
8. Quum disseminaret filios Adam, statuit fines gentium iuxta numerum angelorum Dei. 1047 Deut.32.
* 15. Incrassatus est dilectus & pinguefactus & dilatatus est,& dereliquit Deum qui fecit eum, & abscessit à Domino saluificatore suo. 984
* 20. Auertam faciem meam ab eis, & monstrabo quid illis in nouissimis. Quoniã genitura peruersa

uerſa eſt, filij in quibus fides non eſt. 725
* 21. Illi obæmulati ſunt me in non Deo, & prouocauerunt me in iram in idolis ſuis. Et ego obæmulabor eos in non natione, in natione inſipiente prouocabo eos in iram. 725
* 35. Vindictam mihi, & ego vindicabo. 202.651. 710.793.970
* 39. Ego percutiam, & ego ſanabo. 570.649.697. 710.793.970.1000
Deut.33. * 18. Tauri decor eius, cornua vnicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad ſummum vſque terræ. 144.677

EX IOSVE.

Ioſ.3. v. 1. & ſeq. TRanſiuit Iordanem Ieſus cum populo Iſraël. 714.881.887
* Introduxit Ieſus Naue populum in terram repromiſſionis melle & lacte manantem. 143. 676.1035
Ioſ. 4. * 3. Duodecim lapides ab Ieſu de Iordane electi, & in arcam teſtamenti conditi. 676.707
* 10. In tranſitu Iordanis machæram fuiſſe. 714
Ioſ.5. * 3. Circumcidit Ieſus populum. 676
Ioſ.6. * 1. & ſequ. Ieſus Naue quum Hiericho ciuitatem debellabat, præceptum ſibi à Deo dixit, vti populo mandaret, vt ſacerdotes arcam teſtamenti Dei ſeptem diebus circumferrent in circuitu ciuitatis, atque ita ſeptimi diei circuitu peracto, ſponte ruerent muri ciuitatis. Quod ita factum eſt, & finito ſpatio diei ſeptimi, ſicut prædictum erat, ruerunt muri ciuitatis. Quo die non tantùm ſacerdotes ſunt operati, ſed & in ore gladij præda facta ſit ciuitas ab omni populo Iſraël. 138.652.706
Ioſ.10. * 12. Stetit ſol in Gabaon, & luna in Aialon, donec vltus eſt populus de inimicis ſuis. 887.986

EX IVDICVM.

Iud. 2. * 8. & ſequ. DEfuncto Ieſu Naue, dereliquerũt Deum patrum ſuorum, & ſeruiunt idolis Baalim & Aſtartis. Et iratus Dominus tradidit eos in manibus diripientium, & diripiebantur ab illis, & venundabantur inimicis, nec poterant omnino ſubſiſtere à facie inimicorum ſuorum: quocumque proceſſerant, manus erat ſuper illos in mala, & compreſſi ſunt valde. 135.826
* 16. Cristo obaudire non perſeuerauerunt, vt quis & ſeq. Critarum obierat, illi ad delinquendum ſupra quàm Patres eorum, abeũdo poſt Deos aliorum, & ſeruiendo & adorando eos. Itaque Dominus iratus, quoniam quidem (ait) tranſgreſſa eſt gens iſta pactum meum, quod diſpoſui patribus eorum. Et nõ obaudierũt vocimeæ, & ego non aduertam ad auferendum virum à facie eorum ex nationibus quas reliquit decedens Ieſus. 826
Iud.3. * 6. Dum à Deo in idololattia exorbitat Iſraël, & & ſeq. bello & captiuitate & iugo Allophylorum punitur. 816
30. Reſtituit Iſraël. 649.1002
Iud. 4. * 24. Quotiens populus Iſraëliticus idololattię reus inuentus eſt, toties reſtitutus eſt. 650.1002
Iud.6. 2. & 14. Quoties iudicauit, toties Iſraël Dominus reſtituit. 650
Jud.10. * 6.7. Iſraël à Deo exorbitans per idololattiam, à Deo punitur. 650.1002
Iud.13. 1. Iſraël faciens malum, à Deo punitur. 1002

EX I. REGVM.

* 15. PEr abſtinentiam Anna Samuelem Deo vouerat. Vinum, inquiens, & inebriamen non bibi. 984 *1. Reg. 1.*
* 20. Anna vxor Helcanæ ſterilis, per iciunium impetrauit ſibi filium. 984.985
* 6. Qui occidit & viuificat. 577.649.697.728 *1. Reg. 2.*
* 8. Anna mater Samuelis: Qui, inquit, excitat pauperem de terra & mendicum, vt ſedere eum faciat cum Dynaſtis populi, & in thronis glotiæ. 707.723.795 *1. Reg. 2.*
* 17. Ob ſacrificiorum carnalium defraudationem, *1. Reg. 4.*
18. 19. eliditur pro templi foribus ſenior Heli, filij eius in acie ruunt, nurus exſpirat in partu. 988
* 6. Deliquerat Iſraël in æquatione apud Maſpha, *1. Reg. 7.* ſed delictum iciunio diluit. 984
* 7. Non te contemperunt, ſed me. 718 *1. Reg. 8.*
* 16. Adlegitur Saul, 653 *1. Reg. 9.*
* 6. Saul in alium virum conuerſus. 330.590 *1. Reg. 10.*
12. Quid hoc filio Cis? An & Saul in Prophetis? 482
24. Qualis non erat in filijs Iſraël. 330
* 6. Saulem adſumit in regnum, & ſpiritu ſancto *1. Reg. 11.* auget. 653
* 9. Quomodo Iſrael à Deo exorbitans traditus ſit *1. Reg. 12.* in manibus Philiſtinorum. 826
* 8. Saul deſpector Samuelis. 652 *1. Reg. 13.*
14. Dauid vir bonus ſecundum cor Domini. 330
24. Maledictus homo qui ederit panem ad veſperam, vſque dum vlciſcar de inimico meo; & non guſtauit totus populus eius. 986 *1. Reg. 14.*
* 43. Ionathas filius Saulis, reſignati iciunij culpam & 45. deprecatione deleuit. 703
* 45. Liberauit populus Ionatham vt non moreretur. 650.653
* 11. Pœnitet quòd Regem Saul fecerim. 653 *1. Reg. 15.*
* 17. Vnctio regis Iſraelis. 389
* 28. Diſcidit Dominus regnum Iſraelis de manu tua hodie. 653
7. Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur, ſeu videt ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor. 268.330. 888 *1. Reg. 16.*
* 14. Abſceſſit Spiritus Domini à Saule. 969 *1. Re. 18. 19.*
10. & ſeq. Dauid exagitatur. 782.828.888 *20. 21. 22.*
* 6. Dauid eum ſuis panes propoſitionis accepit, & *23. 24. 26.* comedit. 706 *27.*
* 7. Saul iubet Pythonieo ſpiritu è ſepulcro vocare *1. Reg. 27.*
& 11. animam Samuelis. 504 *2. Reg. 28.*

EX II. REGVM.

* v. 8. DAuidem in recuperatione Sionis offenderant cæli reſiſtentes quominus admitteretur. 730 *2. Reg. 5.*
* 12. Semen tuum quod erit ex ventre tuo. 678 *2. Reg. 7.*
15. & Dauid per ſanguinem nuptias ſibi ingeſſit. *2. Reg. 11.*
27. 953
* 9. Dauid cædis & ſtupri reus. 330 *2. Reg. 12.*
* 13. Et dixit Nathan agnoſcenti Dauid delictum *2. Reg. 14.*
14. ſuum in Vriam: Et Dominus circumduxit delictum tuum. 650.703.793.1002
v. plurimis. Dauid exagitatur, 828 *2. Reg. 15. 16. 17.*

EX III. REGVM.

* 39. COrnu de quo Reges vngebantur. 146 *3. Reg. 1.*
* 11. & ſequ. Salomõ quia permiſſa ſibi optione maluit poſtulare ſapientiã, meruit etiam diuitias con- *3. Reg. 3.*

sequi. 708
12. Salomon omni gratia & sapientia donatus à Domino. 330
3.Reg.4. * 15. A Bersabee vsque Dan termini regni eius. 139
3.Reg.6. t.& seq. De Dei templo. 291.1034
3.Reg.8. t. De arca Testamenti. 291
* 63. Prima templi dedicatio. 291
3.Reg.11. * 3. Salomon diues vxoribus. 953
* 4. Salomon ad idololatriam à mulieribus inducitur. 330.652.791
* 9. & Salomoni ira Dei accessit post luxuriã & idoto. Iolatriam. 678
* 29.& Samaria desciuerat ab Israële, habens schisma sequ. illud ex decem tribubus, quas aulsas per Achiam Prophetam collocauerat apud Samariam Ieroboam. 674.728
3.Reg.12. 28.& Cum Ieroboam vaccas aureas & lucos colesequ. bant. 735
3.Reg.13. * 9.19.23.Sameas homo Dei prohibitus ne cibum ad- & 24. tingeret apud Hicroboam, pœnam deserti ieiunij luit. 988
3.Reg.14. * 22. Israël à Deo exorbitãs per idololatriam, à Deo & sequ. punitus est. 826
3.Reg.17. t. Viuit Dominus, cui adsisto in conspectu eius, si et ros istis annis & imber. 984
2. Et factum est verbum Domini ad Heliam. 716.984
6. Corui pane & carne assueuerunt pascere Heliam. 985
13. & Vidua Sareptensis pascitur ab Helia propheta. sequ. 715
* 22. Filium viduæ mortuum suscitauit Helias. 712
3.Reg.19. * 2.& Helias minantem Iezabel fugiens, post vnicũ sequ. pabulum & potum, quem ab Angelo experge factus inuenerat, & ipse quadraginta diebus & noctibus vacuo ventre, arido ore peruenit in montem Choreb; vbi quum in spelunca diuertisset, familiari ingressu Dei excepti est. 592.828.984.985
9. Quid tu Helia hîc? 984
11.& seq. Dominus visus Heliæ. 716
* 12. Non in igni Dominus, sed in spiritu mitti. 717
3.Reg.21. * 27. Achab regem mariti m Iezabel reum idolola- & 28. triæ & sanguinis Nabuthæ, veniam meruit pœnitentiæ nomine. 703.793.888.984.985.1002
28. Et factus est sermo Domini ad Heliam. 716

EX QVARTO REGVM.

4.Reg.1. * 10. Descendat ignis de cœlo, & deuoret te. 717.889
11. Helias curru raptus. 495.501.795.889
4.Reg.2. * Translatus est. 501.590.591
15.& Intellexerunt quòd Heliæ spiritus in Helisæum sit repræsentatus. t47.889
t6.
4.Reg.3. * 24. Immisit Helizæus puetis vrsos. 649.717
4.Reg.4. 26. Mandauit Helisæus Giezi, cùm introisset ad Sunamitin, dicere ei: Pax viro tuo, pax filio tuo. 718
* t8. Accinge lumbos tuos, & sume bacillum meum in manum, & vade, quemcunque conueneris in via, ne benedixeris eum, & qui te benedixerit, ne responderis ei. 718
* 33.34. Die Sabbati Helizæus Propheres Sunamitidis 35.ac 36. filium mortuum restituit in vitam. 702.712 718
* 42. Viginti hordeaceos panes quũ populo distri- &seq. bui iussisset, & ministet eius respondisset: Quid ego hoc dem in conspectum 100. mi-

libus hominum? Da, inquit, & manducabunt, quoniam hæc dicit Dominus. Manducauerunt, & reliquerunt reliquias secundum dictum Domini. 715
14 Naaman Syrus mundatur. 702.889 4.Reg.5.
* 4.& Quum filij Prophetarum super flumen Iorda- 4.Reg.6.
sequ. nem lignum securibus cæderent, exilijt ferrũ, & mersum est in flumine: atque ita Helisæo Propheta suppetenciente, petunt ab eo filij Prophetarum, vti ferrum flumini quod mersum fuerat, eruceret. Atque ita Helisæus accepto ligno, & misso in eum locum vbi submersum fuerat ferrum, statim supernatauit, & lignum mersum est, quod receperunt filij Prophetarum. 147.889
* 23. Israël à Deo exorbitãs per idololatriam, à Deo 4.Reg.13.
punitur bellis gentium. 826
28.30. Minæ & blasphemiæ Sennacherib Regis Assy- 4.Reg. 18.
& seq. tiorum. 888.984
* 1.& Humiliatio Regis Ezechiæ auertit propositum 4.Reg.19.
sequ Sennacherib. 791.888.984
19. Vt sciant omnes quia tu es Deus solus. 1035.
1052
1. Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ, 4.Reg.20.
morieris enim, & non viues. 713
* 6.7. Dominus Ezechiæ flebus flectitur. 650.
793.888
* 17. Israël punitus, quia sacrificauit Deis alienis. 4.Reg.22.
826

EX I. PARALIPOMENON.

v. 10. Domine, non est similis tui. 620 1.Paral.17.

EX II. PARALIPOMENON.

v. 21.& 22. Zachariasthrucidatur inter altare & ædem. 828 2.Par.24.

EX I. ESDRÆ.

v. t. Populus reuersus de Babylone. 291 1.Esd.2.et 3.
*13.& seq. Secunda restitutio templi. 291 t.Esd. 5.
* 12. Cum Allophylis non commiscendum. 789 t.Esd.9.
* 2.& seq. Allophylorum nuptiæ prohibitæ. 789 t.Esd.10.

EX IIII. ESDRÆ.

* 20. Oculi Domini alti. 330 4.Esd.8.
* t. Loquere in aures audientium. 709 4.Esd.15.

EX IVDITH.

* 1. Iudith filia Merari monogama vidua. 959 *Judith.* 8.

EX IOB.

* 12. Ecce omnia quæ sunt ei in manu tua do, in Iob. 1.
ipsum autem ne extenderis manum. 969
21. Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. 203
* 6. Dedit Deus potestatem Satanæ in corpus Iob. Iob. 2.
& 969
sequ. Ecce trado tibi illum, tamen animam eius custodi. 969
10. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. 203 Iob. 5.
* 13. Deprehendens sapientes in nequitia eorũ. 788 Iob.17.
* 14. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & soror mea vermibus. 203
* 25. In

Iob.19. * 25. In nouissimo die de terra surrecturus sum. 574.795

Iob.38. * 1. Respondens Dominus, Iob de turbine dixit.
Iob.vlt. 673
* 12.13. Quæ Iob amiserat, reduplicata possedit. 203

EX PSALMIS.

Psal.1. * v.1. FElix vir qui non abijt in concilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestium non sedit. 213.219.651.1209 213.219.650
* 2. In lege Domini voluntas eius, & in lege Domini meditabitur die ac nocte. 651. 734. 1002
* 3. Et erit tamquam lignum, quod plantarum est iuxta exitus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. 166. 244. 651
Et solium eius non decidet, & omnia quæcunque facient, prosperabuntur illi. 651

Psal.2. * 1. Quare tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania? 573.735
* 2. Astiterunt Reges terræ, & magistratus conuenerunt, siue congregari sunt, in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum ipsius. 416.675.715.788.796.855.858.1033
* 3. Disrumpamus vincula eorum à nobis, & abijciamus à nobis iugum ipsorum. 626.679. 784.785
* 7. Filius meus es, ego hodie genui te. 148.678. 716.846.848.1043
* 8. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem terminos terræ. 678. 710.713.732.799.1036

Psal. 3. * 1. Domine, quid multiplicati sunt qui comprimunt me? 848
* 4. Voce mea ad Dominum exclamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. 706

Psal. 4. * 5. Irascimini, & nolite peccare, vel delinquere. 584.651.800.1012
* 7. Significatum est super nos lumen personæ tuę, Domine. 794

Psal. 7. * 10. Scrutans corda & renes Deus. 788. 1038
* 12. Deus iudex iustus. 1000.1005

Psal.8. * 3. Ex ore infantium & lactentium. 486
* 6. Minorasti eum modico citra angelos. 147. 234.550.634.671.715.847.851.855
* Gloria & honore coronasti eum. 294
* 7. Omnia subiecisti sub pedibus eius. 647.799

Psal. 9. * 18. Auertãtur peccatores in inferos, omnes nationes quæ Deũ obliuiscuntur. 707
* 19. Quoniam non in finem obliuioni habebitur mẽdicus, tolerantia pauperum (siue iustorũ) non peribit in finem. 707.732

Psal. 17. * 28. Cum sancto sanctificatus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris, & cum electo electus eris. 800.942. 1011
* 48. Populus quem non noueram, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. 137

Psal. 18. * 4. In vniuersam terram exiuit sonus eorum, & vsque ad terminos terræ verba eorum. 139. 679.735.801.881.971
* 5. Ipse tamquam sponsus egrediens de thalamo suo. 705.1038
* 6. A summo cœli progressio eius. 705.1038
* 7. & deuersio eius vsque ad summũ eius. 705.1038
* 8. Lex iniuperabilis cõuertẽs animas. 697.1002
* 9. Iura Domini directa, præceptum Domini lucẽs, illuminans oculos. 705
* 11. Eloquia Domini dulciora super mel & fauos 711.825
* 1. Exaudiet te Dominus in die pressuræ. 787 *Psal. 19.*
* 8. Isti in curribus & isti in equis, nos autẽ in nomine Dei nostri inuocabimus. 293
* 2. Deus meus, clamabo per diem, & exaudies, & nocte, & non in vanitatem mihi. 706 *Psal. 21.*
* 6. Ego vermis & non homo, ignominia hominũ & abiectio plebis. 148.550.671.676.715
* 7. Omnes qui spectabant me, naso irridebãt me, locuti sunt labijs, & capita mouerunt.
* 8. Spetauit in eum, liberet eum. 143
* 9. Quia tu es qui auulsisti me ex vtero matris meę, & spes mea ab vberibus matris meæ, super te proiectus sum ex vulua. 352
* 10. Et ab vtero matris meæ Deus meus es tu. 352
* 14. Sicut aqua effusus sum. 734
* 16. Lingua mea adglutinata est gutturi meo. 734
* 17. Circundederunt me canes, synagoga malefactorum circumuallauit me. 734
* 18. Exterminauerunt manus meas & pedes, & dinumerauerunt ossa mea.
Ipsi autem contẽplati sunt & viderunt me.
* 19. Super vestem meam miserunt sortem. 141. 143.144.146.574.677.734.1050
* 22. Saluame ex ore leonis; & de cornibus vnicornuorum humilitatem meam. 144.677
* 23. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ hymnum tibi dicam. 679
1. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrę, & omnes qui habitant in illa. *Psal. 23.* 651
2. Ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. 651
* 4. Innocens & purus corde, qui nõ accepit in vanum nomen Dei, & non iurauit ad proximũ suum in dolo. 651
5. Iste accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutificatore suo. 651
* 7. Auferte portas principes vestras, & subleuentur portæ æternæ, & intrabit Rex gloriæ. 831.973
8. Dominus validus, dominus potẽs in bello. 714
* 10. Quis est iste rex gloriæ, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. 294.799.832
* 4. Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniquè agentibus non introibo. *Psal. 25.* 1011
5. & cum impijs non sedebo. 1011
* 6. Lauabo cum innocentibus manus meas, & altare tuum circundabo Domine. 1011
2. Afferte Deo claritatem & honorem. *Psal.28.*
* 3. Dominus super aquas multas. 714
2. Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. *Psal.30.* 735
1. Beati quorum dimissa sunt delicta, & quorum opertæ sunt iniquitates. *Psal.31.* 828
2. Beatus vir cui non reputauerit Deus delictum.
* 6. Sermone eius cœli confirmati sunt, & spiritu ipsius vniuersæ vires eorum. *Psal.32.* 423.846.852
* 18. Oculi Domini super timentes eum, spetantes in misericordiam ipsius. 651
* 19. Ad deliberandas animas eorum de morte, & nutricandos eos in fame. 651
1. Benedicam Dominum in omni tempore. 180 *Psal.33.*
* 13. Compesce linguam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. 651
* 14. Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & sectare eam. 651.797
15. Oculi Domini super iustos. 1034
19. Multæ pressuræ iustorum, & ex omnibus liberabit eos Dominus. 651
20. Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum

ex ipsis non communietur. 651
22. Redimet Dominus animas seruorum suorum. 651
Psal.34. 14. Retribuebant mihi mala pro bonis. 143
Psal. 40. * 10. Qui mecum panem edit, leuabit in me plantam. 733
Psal.44. * 1. Eructauit cor meum sermonem optimum. 644.707.846.848.1038.1045
dico ego opera mea regi. 1046
* 3. Tempestiuus decore citra filios hominum. 148.671.675.676
* Effusa est gratia in labijs tuis; propterea benedixit te Deus in æuum. 148.671.675.676.
* 4. Accingere ensem super femur; 142.148.671. 675.800
* 5. Potens tempestiuitate tua, & pulchritudine tua. 671
* 6. Deducet te magnitudo dexteræ tuæ. 142
7. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent. 142
* 8. Thronus tuus Deus in æuum, virga regni tui. 148.849
9. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. 849.1051
Psal.48. 17. Ne timueris, quum dives factus fuerit homo, & quum abundabit gloria eius. 709
18. Quoniam quum morietur, non toller omnia, neque descender cum eo gloria sua. 709
* 21. Adsimulatus est homo irrationabilibus iumentis. 493.588
Psal.49. * 14. Non enim bibam sanguinem taurorum & hircorum. 652.824
* 15. Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. 138
17. Peccatori autem dicit Dominus: Vt quid exponis tu iustificationes meas, & adsumis testamentum meum per os tuum? 1011
19. Si videbas furem, concurrebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. 217.1011
Psal.50. 11. Cor mundum conde in me Deus. 483
* 18. Cor contribulatum hostia est Dei. 138.983.988
Psal.58. * 12. Dispergeillos in virtute tua. 147.680
Psal.61. * 10. Ne deficiant vires diuitias, & si relucent, ne adiecceritis cor. 709
Psal.64. 7. Præparans montes in fortitudine tua. 423
Psal.66. * 5. Terra dedit benedictiones suas. 146
Psal.67. * 18. Currus Dei decies millies multiplicatus. 1035
* 19. Ascendit in sublimitatem, captiuam duxit captiuitatem. 790.800
28. In Ecclesijs benedicite Dominum. 679
Psal.68. * 6. Quæ non tapueram, tunc exsoluebam. 143
* 26. Miserunt in potum meum fel. 143
* Et in siti mea potauerunt me aceto. 143.146. 574.1050
Psal.70. 19. Ne dereliqueris me. 848
* 20. donec adnunciem brachium tuum natiuitati vniuersæ venturæ. 848
Psal.71. * 1. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiã tuam filio regis. 791.1036
* 4. Iustitia iudicabit mendicos populi, & faciet saluos filios pauperum. 707
* 10. Reges Arabum & Saba munera afferent illi. 142.674
12. Quòd liberauit à Dynasta mendicum. 707
13. Parcet mendico & pauperi, & animas pauperum saluas faciet. 707
14. Ex vsura & iniustitia redimet eorum animas, & honoratum nomen eorum coram ipso. 707
* 15. Et dabitur ei de auro Arabiæ. 142.674
* 18. Omnes nationes seruient ei. 707
* 2. Aperiam in parabolam os meum, eloquar propoblemata. 705 Psal.77.
* 29. Panem angelorum edit homo. 137.546.631. 720
* 1. Deus Deorum stetit in Ecclesia Deorum, in medio autem Deos discernit. 412.621.849. 1039 Psal.81.
* 3. Iudicate pupillo & mendico, humilem & pauperem iuste tractate. 707.1039
4. Liberate pauperem, & mendicum de manu peccatoris eruite. 707
* 6. Ego dixi, Dei estis vos. 412.621.1039
7. & sicut vnus de principibus cadetis. 1039
* 5. In secula seculorum laudabunt te. 191 Psal.83.
* 11. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. 166
* 4. Et ecce allophylli & Tyrus & populus Æthiopum, isti fuerunt illic. 707 Psal.86.
* 5. Mater Sion dicet: Homo, & homo factus fuit natus est in illa, & ædificauit eam voluntate patris. 857
* 13. Super aspidem & basiliscum incedes, & conculcabis leonem & draconem. 718.844 Psal.90.
* 12. Et florebit sicut phœnix. 571 Psal.91.
11. Dominus scit cogitationes gentium quoniam sint superuacuæ. 788 Psal.93.
* 2. Cantate Domino canticum nouum, adnuntiate inter gentes gloriam eius. 590 Psal.95.
* 5. Dei gentium dæmonia. 129
* 7. Adferte Deo patriæ gentium, adferte Deo claritatem & honorem, adferte Deo sacrificia nomini eius. 138
* 8. Tollite hostias, & introite atria eius. 138
* 9. Dominus à ligno regnauit. 144.146.677.678
* 1. Dominus regnauit, exultet terra. 576 Psal.96.
* 3. Ignis ante ipsum procedet, & etemabit inimicos eius. 724.1000
* 4. Vidit, & concussa est terra. 576
* 5. Montes tãquam cera liquescent (seu liquefacti sunt) à conspectu seu facie Domini. 420.851
1. Qui sedes desuper Cherubin. 1035 Psal.98.
10. Quia cinetem tãquam panem manducabã, & potum meum cum fletu miscebam. 985 Psal.101.
* 26. Opera manuum tuarum cœli. 420.423
* 27. & mutabis illos vt opertorium, & mutabuntur, & ipsi peribunt. 420
* 5. Qui facit angelos spiritus, & apparitores ignem flagrantem. 143.673 Psal.103.
* 15. Omnia in sapientia fecisti. 1032.1053
33. Qui aspicit terram, & facit eã tremere. 1032
* 16. Qui contriuit portas adamantinas mortis, & æneas feras inferorum infregit. 583 Psal.106.
20. Misit verbum suum, & sanauit eos.
33. ponam flumina in regione sitienti.
* 7. Episcopatum accipiat alter. 334 Psal.108.
* 1. Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam. 731.734.791.799.848.849.1036. 1043 Psal.109.
* 2. Donec ponam inimicos meos scabellum pedum tuorum. 414.550.574.791.799.845. 848.839.1036
* 4. Ante luciferum genui te, siue generaui te. 791.846.848
* 5. Tu es sacerdos in æternum, seu æuum, secundum ordinem Melchisedech. 148.343.728. 791
5. Quis sicut Deus noster qui habitat in excelsis, & humilia prospectat in cœlo & in terra? 707 Psal.112.
* 6. Qui suscitat mendicum de terra, & de stercore exaltat pauperem. 707.723

* 7. Vti sedere eum faciat cum principibus populi. 707.723.728

Psal. 113. * 1. In exitu Israël de Ægypto facta est Iudæa. 6

* 4. Idola nationum argentum & aurum. 246. 825

* 5. Os habent, & non loquentur. 825
Oculos habent, nec vident. 291

* 6. Aures habent, & non audiunt. 825
Nares habent, nec odorantur. 291.825

* 7. Manus, nec contrectabunt. 246.291.825
pedes, nec ingredientur. 825

* 8. Similes illis fiant qui faciunt ea, & qui fidunt in illis. 239.825

Psal. 115. 1. Credidi propter quod locutus sum.

* 5. Honorabilis mors in conspectu Domini sanctorum eius. 651.732.828

Psal. 117. * 8. Bonum est fidere in Dominum, quàm fidere in hominem. 651.709.722

9. Bonum est sperare in Dominum, quàm sperare in principes. 709.722.788.797

* 21. Lapis quem reprobauerunt ædificantes, iste factus est in caput anguli. 148.729

* 22. A Domino factum est hoc. 148.729

Psal. 118. * 2. & seq. In vijs eius ambulauerunt. 182

Psal. 125. * 6. Qui seminant in lacrymis, in exultatione, siue gaudio, metent. 708

Psal. 131. * 11 Ex fructu ventris tui collocabo super thronum tuum. 553.678.730.888

* 18. Parauì lucernam Christo meo. 143

Psal. 132. 1. Vide quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. 951

Psal. 138. 7. Si ascendero in cœlum, tu ibi es; si descendero ad inferos, ades. 1034

8. Et si adsumsero alas meas, & abiero trans mare. 1034

9. Ibi manus tua adprehendet me, & dextera tua detinebit me. 1034

* 12. Probame Deus, & scito cor meum. 483

Psal. 140. 6. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Psal. 148. * 5. Dixit & facta sunt, omnia præcepit; & processerunt vniuersa. 1032

EX PROVERBIIS.

Prou. 1. v. 7. Initium sapientiæ, metus in Deum.
* 20. & 21. Sophia in exitibus canitur hymnis. 828

Prou. 6. * 26. & 27. Sophia iugulauit filios suos. 828

32. Mœchus per indigentiam sensuum perditionem animæ suæ acquirit, dolores & dehonestationes sustinet, Ignominia autem eius non aboletur in æuum. 1011

Prou. 7. 21. Quasi taurus ad victimam.

Prou. 8. * 22. Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua. 415.416

* 23. Ante secula fundauit me, priusquàm faceret terram. 415.416.420.423.846.852

* 24. Prior autem abysso genita sum. 415.416. 420.846

* 25. Priusquàm montes collocarentur, ante omnes colles generauit me. 415.416.846.420

* 27. Quum pararet cœlum, aderam illi simul. 415.416.852

* 28. Et quum fortia faciebat quæ sursum nubila, & quum firmos ponebat fontes quæ sub cœlo est. 415.416.420

29. Quando suspendebat fundamenta terræ. 388

* 30. Cum eo eram compingens, siue modulans cum ipso. Ego eram ad quam gaudebat, quotidie autem oblectabar in persona eius. 415.416

* 31. Quando oblectabatur, quum perfecisset orbem, & inoblectabatur in filijs hominum. 415.416

1. Cor regis in manu Dei. 181.720.674 *Prou.* 21.

* 12. Qui inspector est cordis. 483 *Prou.* 24.

EX ECCLESIASTE.

* 17. TEmpus omni rei. 309.786.952 *Eccles.* 3.

* 1. Odium Dei. 1033 *Eccles.* 9.

EX CANTICIS.

* 8. VEni sponsa de Libano. 76 *Cant.* 4.

EX SAPIENTIA.

* 1. DOminum in simplicitate cordis quærite. 331.442 *Sap.* 1.

4. Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. 181

* 6. Scrutator cordis Deus. 483

* 12. Venite auferamus iustum, quia inutilis est nobis. 679 *Sap.* 2.

* 15. Grauis est nobis etiam ad videndum. 200

* 8. Iudicabunt nationes. 191 *Sap.* 3.

* 21. Et vt sciui quoniam aliter non possum esse continens nisi Deus det. 314 *Sap.* 8.

EX ECCLESIASTICO.

* 14. VIta & mors à Deo sunt. 625 *Eccl.* 11.

* 18. Ecce posui ante te bonum & malum, vitam & mortem. 645.939 *Eccl.* 15.

30. & 31. Si concupiscentia in cor hominis ascenderit, pro facto tenetris. *Eccl.* 18.

* 16. Contra malum bonum est, & contra mortem vita. 219 *Eccl.* 33.

1. Iesus Naue secundus Moses. *Eccl.* 46.

EX ISAIA.

* v. 2. AVdi cœlum, & in aures percipe terra. 681. *Isai.* 1.

* Filios generaui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me (aliàs illi me reiecerunt.) 137.242. 180.671.674.791.1003.

* 3. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël me non cognouit, & populus me non intellexit, sed dereliquit, & in indignationem prouocauit sanctum Israëlis. 671.719.796

* 4. Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, filij scelerati, dereliquistis Deum, & in indignationem misistis sanctum Israel. 137. 671

* 7. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ exustæ igni, regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent, & deserta & subuersa à populis extraneis. 137.146.147 680

* 8. Derelicta Sion tamquam specula (siue casa) in vinea, & in cucumerario casula, & quasi ciuitas quæ expugnatur. 137.680. 735. 735

* 11. Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus. 138.651.652

* 13. Quoniam etsi adtuleritis mihi similam, vanum est; incensum abominatio est mihi. 138

* 14. Neomenias vestras, & Sabbata, & diem magnum non sustinco, festas & ieiunium, & festiuitates vestras odit anima mea. 137.243. 626.652.706.785

15. Et si extenderitis manus, auertã faciem meam à vobis, & si multiplicaueritis preces, non exaudiam vos; manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. 137

16. Auferte nequitias de anima. 137

17. discite benefacere, exquirite iudicium, exquirite quæstiones. 651

Iuste facite viduæ & pupillo. 651.707.711. 719

* 18. Et venite, disputemus, dicit Dominus. 550. 707

Et si fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut niuem exalbabo, & si velut coccinum, sicut lanam exalbabo. 703.832

* 19. Bona terræ edetis. 576

* 20. Si nolueritis, nec obaudieritis, gladius deuorabit vos. 670

* 22. Vinum tuum mistum est aqua. 500

23. Archontes Sodomorum populus Gomorræ. 142 416.674.722

* clamantes populum, amantes munera, sectantes retributiones. 722.735.1003

Isai. 2. * 2. In nouissimis diebus manifestus futurus est mons Domini, & domus Dei super vertices montium, & exaltabitur super colles, & venient super illum omnes gentes. 137.678. 785

* 3. Et ambulabunt multi, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & in ædem (siue domum) Dei Iacob, & adnuntiabit nobis viam suam, & incedemus in ea. Ex Sion enim exibit lex, & sermo Domini ex Ierusalem. 137.478.678.679.697.785.889.

* 4. Et iudicabit inter gentes, & reuincent (siue traducet) populum amplum (siue plurimum.) Et concident machæras suas in aratra, & sibynas (siue lanceas) in falces, & non accipiet gẽs super gentem machæram, & iam non discent prælia. 137.478.678

* 12. Dies enim Domini Sabbaoth in omnem contumeliosum & superbum, & in omnem sublimem & elatum, & humiliabuntur. 726

* 19. Quum surrexerit confringere, seu comminuere terram. 420.574.724

* 20. Proiecit homo aspernamenta, seu abominamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & noctuis. 147.670

Isai. 3. * 1. Tulit enim Dominus Sabbaoth à Iudæa & ab Ierusalem. 147.670

* 2. Et Prophetam & Consiliarium & sapientem architectum. 147.676.790

* 3. Qui vos postulant, dominantur vestri. 721

* 11. Populus meus qui vos beatos dicunt, seducunt vos, & vias pedum vestrorum disturbant. 709

* 12. Constitutus est Dominus in iudicium, & statuit in iudicio populum suum. 734

* 13. Ipse Dominus in iudicium venit, cum presbyteris & archontibus populi. 573

* Vos autẽ ad quid inconditis vineam meam, & rapina mendici in domibus vestris? 707

* 14. Cur vos lædit is populum, & faciem mendicorum confunditis? 707

* 15 16. In filias Sionis inuehitur, cultu & diuitiarum & seq. abundantia inflatas. 267.709

* 2. Et mandatum est nubibus, ne pluerent imbrem & 6. super vineam Sorech. *Isai.* 5. 147.679

* 7. Vineæ Sorech imputat, quòd non iudicium fecisset, sed clamorem. 147.724

* 12. Cum tympanis & psalterijs & tibijs bibunt vinum, iungentes domum ad domum. 491. 800

14. Dilatauit orcus animam suam, & aperuit os suum, & descendent incliti, & magni, & diuites, & humiliabitur homo, & inhonorabitur vir. 709

* 20. Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem. 553.825

* 23. Qui proximi sunt auferentes, amantes munera. 722

* 26. Ecce velociter & leuiter aduenient. 708

* 3. Sanctus, Sanctus, Sanctus. 180 *Isai.* 6.

* 10. Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos concluserunt, nequando auribus audiant, & oculis videant, & corde coniciant, & conuertantur, & sanem illos. 671

* At aure audietis & non audietis & oculis videbitis, & non videbitis. 713.725.793.984. 1003

3. Apparuit Dominus Isaiæ. 850.851 *Isai.* 7.

* 9. Nisi credideritis, non intelligetis. 289.390. 714.719.721.722.793

13. Audite domus Dauid: Non pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat certamen. 141

* 14. Propterea dabit vobis Dominus ipse signum. 141.553

* Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. 141.551.552.553.573.674.704.1036. 1037

* Et vocabitis nomen eius Emmanuel. 141. 573.673.675

* 15. Butyrum & mel manducabit. 141

* 3. Et accessi ad Prophetem, & concepit & peperit filium. *Isai.* 8. 1050

* 4. Priùs quàm cognoscat infans vocare patrem & matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ ad Regem Assyriorum. 141. 573.671.674 800

* 14. Positus in lapidem offendiculi, & in petram scandali. 148.671.706.729.705

* 1. Regio zabulon & Nepthalim, & ceteri qui maritimam ad Iordanem Galilæa nationum. *Isai.* 9. 700

* 2. Populus qui sedetis in tenebris, videte lumen magnum, qui habitatis terram, sedentes in vmbra mortis, lumen ortum est super vos. 700

* 6. Quoniam puer natus est nobis, & datus est nobis filius. 144.677.1050

* cuius imperium factum est super humerum ipsius. 144

Et vocabitur nomen eius, magni consilij angelus. 550.1035.1040.1048.1050.

* 1. Væ qui scribunt nequitiam. 707.708 *Isai.* 10.

* 2. Scribentes enim scribunt nequam, vitant tesiudicia mendicorum, & diripientes iudicata paupetum populi mei. 707.712

* 14. Qui totum orbem comprehendit manu velut nidum. 633 851

* 23. Decisum sermonem faciet Dominus in terra. 697.711

* 33. Ecce Dominus virturum conturbabit gloriosos cum valentia, & elati comminuentur, &

tur, & tuent gladio sublimes. 709
Isai. 11. * 1. Prodibit virga de radice Iesse, & flos de radice
ascendet. 143.293.294.553.676.697.730.790.
1036.
* 2. Et requiescet super eum spiritus sapientiæ &
intellectus, spiritus consilij & virtutis (siue vi-
goris) spiritus agnitionis & pietatis.
3 Et spiritus timoris Dei replebit illum. 143.676.
790.796.1051.
*6.&7. Pecora condicent bestiis. 414
* 8 Coniicere manum in cauernam aspidum, & in
cubile natorum aspidum, nec lædi, paruulis
pueris repromisit Dominus. 718
* 10. Et erit in illa die radix Iesse, & qui surget impe-
rare gentibus, in eum gentes sperabunt, &
erit requies eius honor. 730.1036.1039
Isai. 13. * 1.& seq. Exitia Babylonis prædicuntur. 574.1035
* 10. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non
splendebit in lumine suo. 574
Isai. 14. * 14. Ponam in nubibus thronum meum, ero simi-
lis altissimi. 793.799
Isai. 15. 1.& seq. Plagæ Moab ob incredulitatem. 291.1035
Isai. 16. 4. Ecce proselyti per me accedent ad te. 138.
678.
Isai. 17. 1.& seq. Plagæ Damasci ob incredulitatem. 1035
Isai. 18. 1.& seq. Ægypti ob incredulitatem. 1035
Isai. 18. * 1.& seq. Ægypsius totus orbis intelligitur superstitionis & maledictionis elogio. 142.213.574.
674.1035.
Isai. 21. * 1.& seq. Exitia Idumeæ. 574.1035
Isai. 22. 1.& seq. Exitia Ierusalem. 1035
Isai. 23. * 1. Exitia Tyri. 686. & nauium Carthaginiensium.
& seq. 1035.
Isai. 24. * 1.& seq. Plagæ Israëlis. 574.1035
Isai. 26. * 19. Viuent mortui, & exsurgent de sepulchris,
ros enim qui à te est, medela est ossibus eo-
tum. 578
* 20. Populus meus introite in cellas promas quan-
tulum, donec ita mea prætereat. 577
Isai. 27. * 1. Illa die superducet Dominus Deus machæram
sanctam magnam & fortem in draconem il-
lum, colubrum magnum & tortuosum, & in-
terficiet illum illa die. 719
* 11. Mulieres venientes à visione venite. 735
Isai. 28. 1.& seq. Plagæ Ephraim. 1035
* 14. Væ qui valent in Ierusalem. 722
* 1. Ecce ego iniicio in fundamenta Sionis lapi-
dem preciosum, honorabilem, & qui in eum
crediderit, non confunddetur. 148.787.
788.
Isai. 29. 1.& seq. Plagæ Ierusalem. 1035
* 13. Populus labiis Deum diligens, corde autem
longè absistens ab eo. 670.706.712.722.734.
796.
docentes præcepta doctrinas hominum. 722.
796.
* 14. Auferam sine perdam sapientiam sapientium,
& prudentiam prudentium celabo. 670.739.
793.
* 18. Audient in die illa surdi verba libri. 721
21. Odio habentes traducêtem in portis, & asper-
namento sermonem sanctum.
Isai. 30. 1.& seq. Plagæ Iudæorum. 1035
* 27. Ignis exarsit ex indignatione mea. 724
Et lingua eius quasi ignis deuorans. 104
Isai. 31. * 5. Volant velut qui sunt milui, vt nubes volant, &
vel t pulli columbarum ad me. 681
* 9. Spadones & steriles ignominiosi. 954
Isai. 32. * 9. Mulieres diuites exsurgite, & audite vocem
meam, filiæ in spe audite sermones meos. 713
* 10. dies anni mementote eum labore in spe.
713.
* 14. Adnuncians locum æternum. 728
17. Regem cum claritate videbitis, & oculi vestri
videbunt terram de longinquo. 146
18. Anima vestra meditabitur timorem. 146
4. Et cœlum conuolnetur vt liber. 420
* 11. Coruus & miluus. 247
* 1. Iocunditatem capiet solitudo. 702
* 3. Inualescite, siue conualescite manus dimissæ, &
genua resoluta siue dissoluta. 574.703.706.
718.1037.
* 4. Consolamini pusillanimes sensu, conualesci-
te, nolite timere. Ecce Deus noster iudicium
retribuit, ipse veniet, & saluos faciet nos. 743.
1037.
* 5. Tunc infirmi curabuntur, & oculi cæcorum
videbunt, & aures surdorum audient. 718.
1036.1037.
* 6. Tunc saliet claudus velut ceruus, & multorum
linguæ soluentur. 143.574.718.
* 8. Via munda & via sancta vocabitur, & non
transibit illic immundum, nec erit illic via im-
munda. Qui autem dispersi erunt, vadent in
ea, & non errabunt. 718
* 9. Et non erit iam illic leo, nec ex bestiis pessimis
quidquam ascender in eam, nec inuenietur il-
lic. 718
* 10. Iucunditas æterna super caput eorum. 591
16. Corripies me, & viuificabis me. 577
* 21. Isaias Ezechiæ languenti aliquid medicinale
mandauit. 291
* 23. Ezechiam Regem thesauris inflatum, & de eis
& 4. gloriatum apud illos qui ex Perside aduenerat,
insilit per Isaiam. 709.713
6. Ecce dies veniunt, & aufferentur omnia quæ
in domo tua sunt, & quæ patres tui congesse-
runt in Babylonem, transferentur. 709.
713.
* 3. Ego sum vociferator in deserto, & præparator
viarum Domini. 704.711.726.
784.
* 5. Et videbit omnis caro salutare Domini. 570.
591.
* 7. Omnis caro fœnum. 448.570.591
* 8. Verbum enim Domini manet in æuum. 720.
731.857.
* 9. In montem excelsum ascende qui euangelizas
Sion, extolle cum vigore vocem ruam qui e-
uangelizas Ierusalem. 706.783.
* 12. Quis manu mensus est cœlum, & palma ter-
ram? 423.1032.152
Quis expendit montes in pondere, & nemora
in statera? 1032.1052.
* 13. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis
consiliatius eius fuit? 415.644.788.796.800.
852.
* 14. Aut quem consultatus est, aut viam intelligen-
tiæ & scientiæ quis demonstrauit illi? 415.591
644.
* 15. Nationes velut stillicidium situlæ, aut puluis
exarea. 135.166.332.719.830.969.
* 17. Et quasi faliuæ reputabuntur. 591.830
* 18. Cui me similabitis. 620.
* 22. Qui continet gyrum terræ, & eos qui habitant
in ipso quasi locustæ.
* 23. Qui terram quasi nihil fecit, in ornamentum
& 26. maiestatis suæ. 47
* 28. Deus æternus, Deus qui creauit terminos ter-
ræ. 47.333.

Isai. 33.

Isai. 34.

Isai. 35.

Isai. 38.

Isai. 39.

Isai. 40.

Isai. 14. * 4. Ego primus & nouissimus, & præter me non est Deus. 412.853.
* 27. Quærent aquas & non erunt. 420
* 18. Ponam flumina in regione sitienti. 670
* 19. Et in solitudine cedrum & buxum. 670
Isai. 24. * 2. Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus in quem benè sensi.
* 2. Non contendit neque clamauit, neque audita foris vox eius. 199.676.848.1035
* 3. Arundinem contusam non comminuit, linum ardens non extinxit. 199.143.677.717.
* 4. in nomine eius nationes sperabunt. 678.781.
* 5. Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam. 482
* 6. Ecce dedi te in dispositionem generis mei, posui te in lucem nationum. 146.678.702.704.719.721.794.
* 7. Aperire oculos cæcorum, exsolvere de vinculis vinctos, & de cella carceris sedentes in tenebris. 145.669.677.678.792
* 14. Tacui, numquid non semper tacebo, & suffinebo? 1000
* 19. Quis cæcus nisi pueri mei, & qui surdi nisi qui dominantur eorum? 670.799
Isai. 43. * 18. Ne meminerittis priorum, & antiqua ne recogitaueritis. 626.697
* 19. Ecce noua quæ ego nunc facio. 626.785.716.785.794.802.1001.
* 20. Benedicent me bestiæ agri. 670
* Ponam in terra inaquosa flumina. 670
707.
Isai. 44. * 5. Hic dicet: Ego Dei sum, & clamabit in nomine Iacob, & alius inscribet in nomine Israëlis. 732.828.
* 6. Rex Israëlis. 732.852
* Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. 412.1052
* 8. Testes vos estis.
* 9. Si est Deus absque me, & erunt tunc qui fingunt, & exsculpunt, omnes vani qui faciunt libita sibi, quæ illis non proderunt. 239.716.
* 20. Cognoscite quòd cinis sit cor illorum, & errent, & nemo animam suam liberare possit.
* 24. Ego sum Dominus omnium auctor, extendens cœlos solus. 412.853
* 25. Quis alius? difficiet signa ventriloquorum, & diuinationes ex corde. Auertens in posteriora sapientes, & cogitationes eorum in fatuans. 719.721.832.
Isai. 45. * 1. Sic dicit Dominus Deus Christo Domino meo, cuius tenui dexteram, vt exaudiant illum gentes, Fortitudines Regum disrumpam, aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. 139.671.715.848.855.858.1043.
* 3. Et dabo illis thesautos occultos, inuisibiles aperiam eis. 719.787.796
* 5. Ego sum Deus, & non est alius præter me iustus & saluans. 412.553.623.852.853.1032.1052.
* 7. Ego sum Dominus qui stuxi lucem, & feci tenebras faciens pacem, & condens malum. 420.619.625.649.653.697.783.970.1000.1002.
* 9. Numquid argilla dicet figulo. 569
* 14. Sabeim viri elati ad te transibunt, & post te sequentur vincti manibus, & te adorabunt, quia in te Deus est. 849
* 15. Tu enim es Deus noster, & nesciebamus, Deus Israëlis. 849
* 18. Hæc dicit Dominus qui fecit cœlum, iste Deus qui demonstrauit terram, & fecit illam. Non in vacuum fecit illam, sed inhabitari. 419.
* 23. Iurauit per semetipsum Deus, quòd alius non sit qualis ipse. 412.654
* 9. Ante me Deus non fuit. 553 Isai. 46.
* 12. Qui longè erant à me, appropinquauerunt iu-
& 13. stitiæ meæ. 679.799
* 11. Quoniam manifestatem meam non dabo alteri. Isai. 48.
1032.
* 13. Manus mea fundauit terram, & dextera mea firmauit cœlum. 423
* 6. Posui te in lucem nationum, vt sis salus in ex- Isai. 49.
tremum terræ. 719.848
10. Non esurient neque sitient. 704.707
* 12. Ecce isti venient de longinquo, isti autem venient ab Aquilone & niari, alij autem de terra Persarum. 707
* 18. Attolle per circuitum oculos tuos & vide, omnes congregati sunt. 707
* Et circundabis enim illos tibi tamquam ornamentum sponsæ. 681.705
* 21. Vides ignotos & extraneos, & dices cordituo: Quis istos genuit mihi? Porrò hos quis mihi educauit? At hi mihi vbi fuerunt? 707
* 3. Cœlum vestiam tenebris. 734 Isai. 50.
* 4. Dominus dat mihi linguam disciplinæ, quando debeam proferre sermonem. 732.733.735.854.855.
5. apposuit mihi manè aurem ad audiendum.
* 6. Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam verò non auerti à fœditate sputaminum. 573.670.
* 10. Quis in vobis qui metuit Dominum, exaudiat vocem filij eius? 676.716
* 11. Propter me hæc facta sunt vobis, in anxietate dormietis. 147.979.680
* 4. Audite me, audire me, populus meus, & Reges Isai. 51.
auribus intendite in me, quoniam lex prodibit à me, & iudicium meum in lumen nationum. 697.728
* 7. Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificationem eorum ne minuamini. 708.
* 9. Exiurge, exsurge Ierusalem, induere fortitudinem brachij tui. 577
* 5. Propter vos blasphematur nomen meum in Isai. 52.
nationibus. 147.680.708.795
* 6. Propterea cognoscet populus nomen meum in illa die, quòd ego sum ipse qui loquebar. 706.
7. Quàm tempestiui super montes pedes euangelizantis Sion pacem, euangelizantis bona. 706.728.783.786.
* 10. Reuelauit Dominus brachio suo sanctum coram nationibus, vt viderint vniuersæ nationes, & summa terræ salutem. 679
* 11. Diuertite, diuertite, excedite illinc, & immundum ne adtigeritis. Excedite de medio eius, separamini qui cauissam Domini portatis. 670
* 14. Quemadmodum expauescent multi super te, sic sine gloria erit forma tua. 294.676
* 1. Domine quis credidit auditui nostro, & bra- Isai. 53.
chium Domini cui reuelatum est? 591.848.849.

* 2. Ad-

* 2. Adnunciauimus coram ipso velut puerulus, velut radix in terra sitienti, & non est species eius neque gloria, & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem, sed speciem eius inhonorata, deficiens citra filios hominum. 147.671.676.1036

* 3. Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem. 143.147.650.671.676.701.703.1036.

* & quasi absconditus vultus eius & despectus. 245.548.

* 4 Morbos & valetudines nostras ipse suscepit. 702.

* Imbecillitates nostras abstulit, & labores portauit. 676.701

* 5. Liuore eius sanati sumus. 715.1036

* 7. Oblatus est quia voluit. 728

* Tamquam ouis ad victimam ductus est, & tamquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. 143.147.199.573.671.676.733.734.973.1036.1050.

* 8. In humilitate enim iudicium eius sublatum est. 147.

* Nativitatem eius quis enarrabit? 147. 671 1053.

* Et quia tolletur à terra vita eius. 147

* A facinoribus populi mei perductus ad mortem. 144

* 9. Et dabo pessimos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, quia scelus non fecit, nec dolus in ore eius inuentus est. 144.680

* 10. Et Deus voluit eximere à morte animam eius. 144.

* 11. Ipse multos hæreditatem habebit, & multorum diuidet spolia. 144.677

Cum iniquis deputatus est. 573.734

* Delicta nostra ipse auferr. 703.819

Isai. 55. * 3. Audite me & viuetis, & disponam vobis dispositionem æternam, religiosa & fidelia Dauid. 678.697.1036.

* 4. Ecce testimonium eum nationibus deposui, principem & imperantem nationibus. 678. 1036.

* 5. Nationes quæ ten on sciunt, inuocabunt te, & populi confugient ad te. 143

Isai. 56. * 2. Custodientes Sabbata mea, vt non prophanent ea. 708

* 4. Spadones inuitati ad regna cœlorum.

Isai. 57. * 1. Videte quomodo perit iustus, & nemo excipit corde, & viri iusti auferuntur, nec quisquam animaduertit, seu, & nemo considerat. 679. 715.722.828.

à persona seu facie enim iustitiæ sublatus est, periit iustus. 679.828

* 2. & sepultura eius sublata est de medio. 677.735. 828.

* 16. Spiritus ex me prodiuit, & omnem flatum ego feci. 420.482

Isai. 58. * 1. Exclama in vigore, & ne peperceris, exalta vt tuba vocem tuam, adnuncia plebi meæ facinora ipsorum, & domui Iacob delicta eorum. 143

2. Me de die in diem quærunt, & cognoscere vias meas cupiunt, quasi populus qui iustitiam fecerit, & iudicium Dei non dereliquerit. 954.

3. In diebus ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluptates vestræ, & omnes subiectos vobis succutitis, 176

4. Aut ad conuitia & lites ieiunatis, & cæditis pugnis. ibid.

5. Non tale ieiunium ego elegi. ibid. 982. 988

* 6. Fugito improborum contractum, dissolue violentiorum contractuum obnexos, dimitte cõfractos in laxamentum, & omnem conscriptionem iniquam dissipa. 651

* 7. Infringito panem tuum mendicis, & qui sine tecto sunt, in domum tuam inducito; & nudum si videris, tegito. 651.711.725. 730.

8. Tunc lumen tuum temporaneum erumpet, & vestimenta tua citiùs orientur. 577

* 13. Sabbata dedicata sancta Deo tuo. 706

* 3. Et ambulabunt nationes in lumine tuo. 591. *Isai.* 60.

* 8. Quinam huc velut nubes volant, tamquam columbæ cum pullis ad me. 681.797

* 11. Aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. 139

Isai. 61. * 1. Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum hominibus seu pauperibus. 705.849.1051

* 2. Misit me curare obtritos corde, aduocare languentes, dare lugentibus Sionis gloriam. 574.708.

* 3. Et pro cinere vnguenti iocunditatem, & gloriæ habitum pro spiritu tædij. 708

* 10. Exultet anima mea in Domino. Induit enim me indumentum salutaris, & tunicam iocunditatis velut sponso, circumposuit mihi mitram, & velut sponsam ornauit me ornatu. 705

Isai. 63. * 1. Quis, qui aduenit ex Edom? rubot vestimentorum eius ex Bozor. Sic decorus in stola violenta cum fortitudine? 734

* 2. Quare rubra vestimenta tua & indumenta, sicut de foro torcularis pleno conculcato? 733

* 5. De nationibus mecum nemo. 719

* 9. Non angelus neque legatus, sed Dominus saluos fecit eos. 550.716

Isai. 65. * 2. Expandi manus meas tota die ad populum contumacem & contradicentem mihi. Qui ambular viam non bonam, sed post peccata sua. 146.1036.1050

* 12. Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, vos autem esurietis: setuientes mihi potabuntur, vos autem sitietis. 147.707

* 13. Ecce qui seruiunt mihi oblectabuntur: vos autem confundeminini. 708.709

* 14. Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in iocunditate, vos autem clamabitis præ dolore cordis. 708

* 15. Remittetis enim nomen vestrum, in satietatem electis meis, vos autem interficiet Dominus. Eis autem qui seruiunt mihi, nomen nominabitur nouum, quod benedicetur in terris. 146

Isai. 66. * 1. Cœlum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum. Qualem mihi ædificabitis domum, aut quis locus requiei meæ? 578. 633. 1032.

* 2. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem verba mea? 578. 1032

* 5. Dicite fratres nostri estis, eis qui vos oderunt. 850.578.

* 14. Et gaudebit cor vestrum, & ossa vestra velut herba orientur. 578

* 13. Et erit mensis ex mense, & dies de die, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro ado-

Isai. 14. * 4. Ego primus & nouissimus, & præter me non est Deus. 412.853.
* 27. Quærent aquas & non erunt. 420
* 18. Ponam flumina in regione sitienti. 670
* 19. Erin solitudine cedrum & buxum. 670
Isai. 24. * 2. Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus in quem benè sensi.
* 2. Non contendit neque clamauit, neque audita foris vox eius. 199.676.848.1035
* 3. Arundinem contusam non comminuit, liuum ardens non extinxit. 199.143.677.717.
* 4. in nomine eius nationes sperabunt. 678.781.
* 5. Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam. 481
* 6. Ecce dedi te in dispositionem generis mei, posui te in lucem nationum. 146.678.701.704.719.721.794.
* 7. Aperire oculos cæcorum, exsolue te de vinculis vinctos, & de cella carceris sedentes in tenebris. 145.669.677.678.791
* 14. Tacui, numquid non semper tacebo, & sustinebo? 1000
* 19. Quis cæcus nisi pueri mei, & qui surdi nisi qui dominantur eorum? 670.799
Isai. 43. * 18. Ne memineritis priorum, & antiqua ne recogitaueritis. 616.697
* 19. Ecce noua quæ ego nunc facio. 626.785.716.785.794.802.1001.
* 20. Benedicent me bestiæ agri. 670
* Ponam in terra inaquosa flumina. 670
707.
Isai. 44. * 5. Hic dicet: Ego Dei sum, & clamabit in nomine Iacob, & alius inscribet in nomine Israëlis. 712.818.
* 6. Rex Israëlis. 732.852
* Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. 412.1052
* 8. Testes vos estis.
* 9. Si est Deus absque me, & erunt tunc qui fingunt, & exculpunt, omnes vani qui faciunt libita sibi, quæ illis non proderunt. 239.716.
* 20. Cognoscite quòd cinis sit cor illorum, & errent, & nemo animam suam liberare possit.
* 24. Ego sum Dominus omnium auctor, extendens cœlos solus. 412.853
* 25. Quis alius? dissiciet signa ventriloquorum, & diuinationes ex corde. Auertens in posteriora sapientes, & cogitationes eorum infatuans. 719.721.852.
Isai. 45. * 1. Sic dicit Dominus Deus Christo Domino meo, cuius tenui dextram, vt exaudiant illum gentes, Fortitudines Regum disrumpam, aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. 139.675.715.848.855.858.1043.
* 3. Et dabo illis thesauros occultos, inuisibiles aperiam eis. 719.787.796
* 5. Ego sum Deus, & non est alius præter me iustus & saluans. 412. 553. 623. 852. 853. 1032. 1052.
* 7. Ego sum Dominus qui struxi lucem, & feci tenebras faciens pacem, & condens malum. 420. 619. 625. 649. 653. 697. 783. 970. 1000. 1002.
* 9. Numquid argilla dicet figulo. 569
* 24. Sebosin viri elati ad te tranſibunt, & post te sequentur vincti manibus, & te adorabunt, quia in te Deus est. 849
* 15. Tu enim es Deus noster, & nesciebamus, Deus Israëlis. 849
* 18. Hæc dicit Dominus qui fecit cœlum, iste Deus qui demonstrauit terram, & fecit illam. Non in vacuum fecit illam, sed inhabitari. 419.
* 23. Iurauit per semetipsum Deus, quòd alius non sit qualis ipse. 412.654
* 9. Ante me Deus non fuit. 553 *Isai.* 46.
* 12. Qui longè erant à me, appropinquate qui estis iustitiæ meæ. 679.799
& 13.
* 11. Quoniam maiestatem meam non dabo alteri. *Isai.* 48. 1032.
* 13. Manus mea fundauit terram, & dexteta mea firmauit cœlum. 423
* 6. Posui te in lucem nationum, vt sis salus in extremum terræ. 719.848 *Isai.* 49.
10. Non esurient neque sitient. 704.707
* 12. Ecce isti venient de longinquo, isti autem venient ab Aquilone & à mari, alij autem de terra Persarum. 707
* 18. Attolle per circuitum oculos tuos & vide, omnes congregati sunt. 707
* Et circundabis enim illos tibi tamquam ornamentum sponsæ. 681.705
* 21. Vides ignotos & extraneos, & dices cordi tuo: Quis istos genuit mihi? Porrò hos quis mihi educauit? At hi mihi vbi fuerunt? 707
* 3. Cœlum vestiam tenebris. 734 *Isai.* 50.
* 4. Dominus dat mihi linguam disciplinæ, quando debeam proferre sermonem. 732. 733. 735. 854. 855.
5. apposuit mihi manè aurem ad audiendum.
* 6. Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam verò non auerti à fœditate sputaminum. 573. 670.
* 10. Quis in vobis qui metuit Dominum, exaudiat vocem filij eius? 676.716
* 11. Propter me hæc facta sunt vobis, in anxietate dormietis. 147.979.680
* 4. Audite me, audite me, populus meus, & Reges auribus intendite in me, quoniam lex prodibit à me, & iudicium meum in lumen nationum. 697.728 *Isai.* 51.
* 7. Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificationi eorum ne minuamini. 708.
* 9. Exiurge, exiurge Ierusalem, induere fortitudinem brachij tui. 377
* 5. Propter vos blasphematur nomen meum in nationibus. 147.680.708.795 *Isai.* 52.
* 6. Propterea cognoscet populus nomen meum in illa die, quòd ego sum ipse qui loquebar. 706.
7. Quàm tempestiui super montes pedes euangelizantis Sion pacem, euangelizantis bona. 706.728.783.786.
* 10. Reuelauit Dominus brachio suo sanctum coram nationibus, vt viderint vniuersæ nationes, & summa terræ salutem. 679
* 11. Discedite, discedite, excedite illinc, & immundum ne attigeritis. Excedite de medio eius, separamini qui caussam Domini portatis. 670
* 14. Quemadmodum expauescent multi super te, sic sine gloria erit forma tua. 294.676
* 1. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? 591.848. *Isai.* 53. 849.

* 2. Ad-

* 2. Adnunciauimus coram ipso velut puerulus, velut radix in terra sitienti, & non est species eius neque gloria, & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem, sed speciem eius inhonorata, deficiens citra filios hominum. 147.671.676.1036
* 3. Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem. 143.147.650.671.676.701.703.1036.
* & quasi absconditus vultus eius & despectus. 245.548.
* 4 Morbos & valetudines nostras ipse suscepit. 702.
* Imbecillitates nostras abstulit, & labores portauit. 676.701
* 5. Liuore eius sanati sumus. 715.1036
* 7. Oblatus est quia voluit. 728
* Tamquam ouis ad victimam ductus est, & tamquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. 143.147.199.573.671.676.733.734.973.1036.1050.
* 8. In humilitate enim iudicium eius sublatum est. 147.
* Natiuitatem eius quis enarrabit? 147.671 1033.
* Et quia tolletur à terra vita eius. 147
* A facinoribus populi mei perductus ad mortem. 144
* 9. Et dabo pessimos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, quia scelus non fecit, nec dolus in ore eius inuentus est. 144.680
* 10. Et Deus voluit eximere à morte animam eius. 144.
* 12. Ipse multos hæreditatem habebit, & multorum diuidet spolia. 144.677
Cum iniquis deputatus est. 573.734
* Delicta nostra ipse aufert. 703.819
Isai. 55. * 3. Audite me & viuetis, & disponam vobis dispositionem æternam, religiosa & fidelia Dauid. 678.697.1036.
* 4. Ecce testimonium eum nationibus deposui, principem & imperantem nationibus. 678. 1036.
* 5. Nationes quæ te non sciunt, inuocabunt te, & populi confugient ad te. 148
Isai. 56. * 2. Custodientes Sabbata mea, vt non prophanent ea. 708
* 4. Spadones inuitati ad regna cœlorum.
Isai. 57. * 1. Videte quomodo perit iustus, & nemo excipit corde, & viri iusti auferuntur, nec quisquam animaduertit, seu, & nemo considerat. 679. 715.722.828.
à persona seu facie enim iustitiæ sublatus est, periit iustus. 679.828
* 2. & sepultura eius sublata est de medio. 677.735. 828.
* 16. Spiritus ex me prodiuit, & omnem flatum ego feci. 420.482
Isai. 58. * 1. Exclama in vigore, & ne pepercueris, exalta vt tuba vocem tuam, adnuncia plebi meæ facinora ipsorum, & domui Iacob delicta eorum. 143
2. Me de die in diem quærunt, & cognoscere vias meas cupiunt, quasi populus qui iustitiam fecerit, & iudicium Dei non dereliquerit. 954.
3. In diebus iciuniorum vestrorum inueniuntur voluptates vestræ, & omnes subiectos vobis succutitis, 176
4. Aut ad conuitia & lites iciunatis, & cæditis pugnis. ibid.
5. Non tale iciunium ego elegi. ibid. 982.988
* 6. Fugito improborum contractum, dissolue violentiorum contractuum obnexos, dimitte cõfractatos in laxamentum, & omnem conscriptionem iniquam dissipa. 651
* 7. Infringito panem tuum mendicis, & qui sine tecto sunt, in domum tuam inducito; & nudum si videris, tegito. 651.711.715.730.
8. Tunc lumen tuum temporaneum erumpet, & vestimenta tua citiùs orientur. 577
* 13. Sabbata dedicata sancta Deo tuo. 706
* 3. Et ambulabunt nationes in lumine tuo. 591. *Isai. 60.*
* 8. Quinam huc velut nubes volant, tamquam columbæ cum pullis ad me. 681.797
* 11. Aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. 139
* 1. Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum hominibus seu paupertibus. 705.849.1051 *Isai. 61.*
* 2. Misit me curare obtritos corde, aduocare languentes, dare lugentibus Sionis gloriam. 574.708.
* 3. Et pro cinere vnguenti iocunditatem, & gloriæ habitum pro spiritu tædij. 708
* 10. Exultet anima mea in Domino. Induit enim me indumentum salutaris, & tunicam iocunditatis velut sponso, circumposuit mihi mitram, & velut sponsam ornauit me ornatu. 705
* 1. Quis, qui aduenit ex Edom? rubor vestimentorum eius ex Bozor. Sic decorus in stola violenta cum fortitudine? 734 *Isai. 63.*
* 2. Quare rubra vestimenta tua & indumenta, sicut de foro torcularis pleno conculcato? 733
* 5. De nationibus mecum nemo. 719
* 9. Non angelus neque legatus, sed Dominus saluos fecit eos. 550.716
* 2. Expandi manus meas tota die ad populum contumacem & contradicentem mihi. Qui ambulat viam non bonam, sed post peccata sua. 146.1036.1050 *Isai. 65.*
* 12. Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, vos autem esurietis: seruientes mihi potabuntur, vos autem sitietis. 147.707
* 13. Ecce qui seruiunt mihi oblectabuntur: vos autem confundeminini. 708.709
* 14. Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in iocunditate, vos autem clamabitis præ dolore cordis. 708
* 15. Remittetis enim nomen vestrum, in satietatem electis meis, vos autem interficiet Dominus. Eis autem qui seruiunt mihi, nomen nominabitur nouum, quod benedicetur in terris. 146
* 1. Cœlum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum. Qualem mihi ædificabitis domum, aut quis locus requiei meæ? 578. 633. 1032. *Isai. 66.*
* 2. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem verba mea? 578.1032
* 5. Dicite fratres nostri estis, eis qui vos oderunt. 850.578.
* 14. Et gaudebit cor vestrum, & ossa vestra velut herba orientur. 578
* 23. Et erit mensis ex mense, & dies de die, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro ado-

tare in Ierusalem, dicit Dominus. 578.
117.
* 24. Et exibunt de sepulchris, & videbunt artus eorum qui impiè egerunt, quoniam vermis illorum non decidet, & ignis eorum non extinguetur, & erunt conspectui omni carni. 578

EX IEREMIA.

Hierem. 1. * 5. PRiusquàm te in vtero fingerem, noui te, & antequàm exires de vulua, sanctificaui te. 490.
* 9. Et dixit mihi Dominus; Ecce dedi sermones meos in os tuum. 889
Hierem. 2. * 10. Mittite, & interrogate nimis si facta sunt talia. 146.
11. Si mutabunt gentes Deos suos, & isti non sunt Dij. Populus autem meus mutauit gloriam suam, ex quo nihil proderit eis. ibid.
* 12. Expauit cœlum super isto. 146
* 13. Quoniam hæc mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere. 146
* 31. Numquid solitudo factus sum domui Israël? aut terra in incultum dereliçta? Quoniã dixit populus meus, non venimus ad te! 725
Hierem. 4. * 4. Innouate vobis nouitatem, seu, Nouate vobis nouamen nouum, & nolite seminare in spinis, circumcidimini Deo, & circumcidimini præputium cordis vestri. 137.626.697. 705. 703. 713. 802. 1000.
Hierem. 7. * 15. Tu ne adorauieris pro populo isto, & ne postulaueris misericordiam confequi eos, & ne accesseris pro his ad me, quoniam non exaudiam, 1000
* 24. Et misit ad vos omnes famulos meos Prophetas. 725
* 25. Et non audiit populus, meus & non intendit auribus suis, & obdurauit collum suum. 725.
Hierem. 8. * 4. Non qui ceciderit, resurget, & qui auertitus fuerit, conuertetur? 168
Hierem. 9. 22. Ne glorietur diues in diuitijs suis. 709
Hierem. 11. * 8. Audite vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum, & ibitis in omnibus viis meis quascunque mandauero vobis. Et non audierunt, & non aduerterunt aurem suam, sed abierunt in iis quæ concupierunt in cordesuo malo. 725
* 19. Aduersum me cogitauerunt cogitatum, dicentes: Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra viuorum, & nomen eius non memorabitur amplius. 144. 677.
* 20. Tu autem Domine Sabbaoth, qui iudicas iustè, & probas renes & corda. 726
Hier. 14. * 8. Spes Israël Saluator. 670
* 11. Quòd si ieiunauerint, non exaudiam obsecrationem eorum. 1000
Hier. 16. * 16. Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur illos. 702
Hier. 17. * 5. Maledictus homo qui credit in hominem & ponit carnem & nudum. 709. 722. 726. 788
* 9. Et homo est, & quis agnoscet illum? 148. 550 671.
* 10. Ego Dominus scrutans corda, & probans renes. 726
Hierem. 18. * 11. Ecce ego mitto contra vos mala. 653
Hierem. 19. 11. Tamquam vasculum figuli. 166
* 3. Facite iudicium & iustitiam. 714 *Hier.* 22.
* 5. Per memetipsum iurauj. 614
* 8. Et congregabo illos ad extremis terræ in die festo. 394 *Hierem.* 31.
* 29. Acidam vuam patres manducauerunt, & filiorum dentes obstupuerunt. 650. 954
* 33. Ecce dies veniunt, dicit Dominus. Et disponam domui Iuda & domui Iacob testamentum nouum. 626. 697
* 32. non tale quale dedi patribus eorum in die quo eos eduxi de terra Ægypti. 626. 697
* 15. Eme agrum argento. 574. 733 *Hierē.* 32.
* 13. Per memetipsum iurauj. 614 *Hier.* 49.
* 18. Subuerti vos sicut subuertit Deus Sodomam.
* 15. Deus faciens terram in valentia sua, patans orbem in intelligentia sua, & suo sensu extendit cœlos. 423 *Hierē.* 51.

EX THRENIS.

Thren. 4. * 7. NAzarzi exalbati sunt super niuem. 701.
* 20. Spiritus personæ eius Christus Dominus. 671. 675. 715. 794. 850. 855.

EX BARVCH.

Bar. 3. * 38. DEus in terris cum hominibus conuersatus. 851.
Bar. 6. * 3. Et nunc videbitis Deos Babyloniorum & aureos, & argenteos, & ligneos, portari super humeros, ostentantes nationibus timorem. 818.
* 4. Cauete igitur ne & vos consimiles fitis Allophylis, & timore capiamini. 818
* 5. Dum aspicitis turbas adorantes retrò eos & antè; sed dicite in animo vestro: Te Domine adorare debemus. 818
* 9. Coronas aureas habent super capita sua Dei illorum. 292

EX EZECHIELE.

Ezech. 1. ℣. 1. APparuit Dominus Ezechieli. 850. 851.
* 15. Rota vna super terram.
Ezech. 8. * 12. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, vidisti quæ seniores filiorum Israël faciunt vnusquisque eorum in tenebris, vnusquisque in cubiculo absconso. Quoniam dixerunt: Non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram. 145
13. Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis facinora maiora quæ isti faciunt. 145
14. Et introduxit me ad limina ianuæ domus Domini quæ aspicit ad Aquilonem, & ecce illic mulieres sedentes, & plangentes Thammus. ibidem.
15. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis vidisti? Numquid modica domus Iuda, vt faciant facinora quæ fecerunt. Et adhuc visutus es adfectiones maiores eorum. ibid.
16. Et introduxit me in ædem domus Domini interiorem, & ecce in liminibus templi Domini inter medium elam, & inter medium altaris; quasi viginti quinque viri posteriora sua dederunt ad templum Domini, & facies suas contra Orientem; Hi adorabant Solem. ibid.
17. Et dixit ad me: Vides fili hominis? Numquid pusilla

pusilla domus Iuda, vt faciant facinora quæ fecerunt hîc? Quoniam impleuerunt impietates suas, & ecce ipsi quasi subsannantes. ibidem.

* 18. Ego faciam cum indignatione mea, non parcet oculus meus, nec miserebor. ibid.

Ezech. 9. 1. Et clamauit in aures meas voce magna, dicens: Appropinquauit vindicta ciuitatis huius, & vnusquisque habuit vasa exterminij in manu sua. ibid.

* 2. Et ecce sex viri veniebant à via portæ altæ, quæ respiciebat ad Aquilonem, & vniuscuiusque bipennis dispersionis erat in manu eius; & vnus vir in medio eorum indutus podere, & zona saphiri in lumbis eius; & introierunt in proximis altaris æræi. ibid. & 148.

3. Et claritas Dei Israël ascendit à cherubin, quæ fuit super eam in subdiuali domus. Et vocauit hominem qui indutus erat podere, qui habuit super lumbos suos zonam. ibid.

* 4. Et dixit ad eum Dominus: Transi mediam Ierusalem, & scribe signum Tau in frontibus virorum, qui gemunt & dolent super omnia facinora quæ fiunt in medio eorum. ibidem. & 679.

* 5. Et in his dixit ad audientem: Ite post eum in ciuitatem, & concidite, & nolite parcere oculis vestris, & ne miseremini. ibid.

* 6. senioris aut iuuenis, aut virginis, & paruulos & mulieres interficite omnes, vt perdeleantur. Omnes autem super quos est Tau signum ne accesseritis. Et à sanctis meis incipite. 145.

Ezech. 16. * 3. Patet tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. 142. 674.

Ezech. 18. * 7. Pignus reddet. 711
panem suum dabit esurienti, & nudum conteget. 711

* 8. pecuniam suam fœnori non dedit, & quod abundauerit non sumet. 711

* 21. Pœnitere, & salum faciam te. 166

* 20. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij. 650

* 23. mauult saluum peccatoris magis quàm mortem. 166.570.647

Ezech. 22. * 8. Sabbata mea profanastis. 137

Ezech. 23. * 17. & seq. Stuprum pro idololatria. 138

Ezech. 28. * 11. Et factus est sermo Domini ad me, dicens. 648.

* 12. Fili hominis: sume planctum super principem Sor, & dices: Hæc dicit Dominus: Tu es resignaculum similitudinis, plenus sapientia, corona decoris. 648

* 13. In deliciis paradisi Dei tui natus es, lapidem optimum indutus es, Sardium, Topazium, Srbaragdum, Carbunculum, Saphirum, Iaspim, Ligurium, Achatē, Amethystum, Chrysolithum, Berillum, Onychium, & auro repleisti horrea tua, & thesauros tuos. Ex qua die conditus es. 648

* 14. Cum Cherub posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidum igneorum. 648

* 15. fuisti inuiuperabilis in diebus tuis ex qua die conditus es, donec inuentæ sunt lætitiæ tuæ. 648.

* 16. De multitudine negotiationis tuæ ptomas repleisti, & deliquisti. 648

Ezech. 32. * 7. Solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. 574

* 11. Viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, sed pœnitentiam. 166.181.570.647. 649.650.703 1030.1005.1011.1015. *Ezech. 33.*

2. De pastoribus pascentibus semetipsos. 973. *Ezech. 34.*

* 3. Pastores ecce lac deuoratis, & lanis vestimini, quod forte est occidistis. 973.1003

* 4. Quod infirmum est non curastis, quod comminutum est non colligastis, quod expulsum est non conuertistis, quod periit non requisistis. 973.1003.

* 16. quod petiit saluum faciam, quod mortuum est viuificabo, quod percussum est sanabo, quod languit medicabo, quod ereptum est tediam, quod famulatum est libertabo, quod seductum est reuocabo, & quod elisum est sustiabo. 585.1003

* 22. Propter vos nomen Dei blasphematur. 795 *Ezech. 36.*

* 1. Et facta est super me manus Domini, & extulit me in spiritu Dominus, & posuit me in medio campi; is erat ossibus refertus. 577 *Ezech. 37.*

2. Et circumduxit me super ea per circuitum, & ecce multa super faciem campi, & ecce aridæ satis. Et ait ad me. ibid.

3. Fili hominis, si viuent ossa ista? Et dixi: Adonai Domine, tu scis. Et ait ad me: Prophetа in ossa hæc, & dices. ibid.

4. Ossa arida audite sermonem Domini. ibid.

5. Hæc dicit Dominus Adonai ossibus istis: Ecce ego adfero in vos spiritum, & viuetis. ibid.

6. Et dabo in vos spiritum, & reducam in vos carnes, circumdabo vobis cutem, & dabo in vos spiritum, & viuetis, & cognoscetis quòd ego Dominus. ibid.

7. Et prophetaui secundum præceptum, & ecce vox dum propheto, & ecce motus, & accedebant ossa ad ossa. ibid.

8. Et vidi, & ecce super ossa nerui & caro ascendit, & circumpositæ sunt eis cutes, & spiritus in eis non erat. ibid.

9. Et ait ad me: Propheta ad spiritum fili hominis, propheta, & dices ad spiritum: Hæc dicit Dominus Adonai: A quatuor ventis veni spiritus, & spira in istis interemptis, & viuant. ibidem.

10. Et prophetauit ad spiritum sicut præcepit mihi, & introiuit in ea spiritus, & vixerunt, & constiterunt super pedes suos valentia magna satis. ibid.

11. Et ait ad me: Fili hominis, ossa ista omnis domus Israël est. Ipsi dicunt: Exaruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, aululi sumus in eis. ibid.

12. Propterea propheta ad eos: Ecce ego patefacio sepulcra vestra, & eueham vos de sepulcris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israëlis. ibid.

13. Et cognoscetis quòd ego Dominus aperuerim sepulcra vestra, & eduxerim vos de sepulcris vestris populus meus. ibid.

14. Et dabo in vos spiritum, & viuetis & requiescetis in terra vestra, & cognoscetis quòd ego Dominus locutus sim, & fecerim, dicit Dominus. ibid.

1. & seq. Domus Dei. *Ezech. 46.*

* 15. Visa ciuitas. 680 *Ezech. 48.*

EX DANIELE.

v. 6. TRina illa fraternitas, legumine solo contenti, ne Regis ferculis contaminaren- *Dan. 1.*

tur, septentiam reliquam somniorum gratiam à Deo redemerunt & impetrandorum & differendorum. 500.985

Dan. 2. * 1. Nabuchodonosor diuinitus somniat. 500. 985.

* 16. Daniël spiritum tridui postulat, cum sua fra- & seq. ternitate ieiunat, atque ita per omnia significationem & ordinem somnij exponit. 984

* 35. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ. 166

* Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus. 729

* 45 Petra de monte præcisa. 137.148.671.729

Dan. 3. * 16. Non habemus necessitatem respondendi huic tuo imperio. 828

* 17. Est enim Deus noster quem cõlimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis. 828

* 18. & tunc manifestum fiet tibi, quòd neque idolo tuo famulabimur, nec imaginem tuam auream quam statuisti, adorabimus. 244.828

* 21. Et conclusi viri illi vincti cum braccis suis & tiaris & calceamentis & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis. 182.591.828.889. 1035.

* 57. Inanimalia & incorporalia laudes canunt. & seq. 423.

* 92. In fornace videtur filius hominis. 704.715. 851.

* 94. Babylonij ignes trium fratrum nec tiaras nec sirabaras læserunt. 591

Dan. 4. * 30. Rex Babylonis exomologesin operatus, vnguium aquilinum in morem efferatione, capilli incuria horrorem leoninum præferente. 170.

* 33. cùm offenso Domino, cum squalore & pedore septennijab humana forma exulasset, regnum recuperat. 203. 650

Dan. 5. * 29. Daniël in purpura. 245

Dan. 6. * 10. Daniel tribus temporibus in die orabat. 986

* 13. à Chaldæis delatus ac adpostulatus. 829

16. Leones regios non timuit. 244.889

Dan. 7. * 10. Milles senties centena millia adsistebant ei. 845

* 13. Ecce cum cœli nubibus tanquam filius hominis aduenies, venit vsque ad veterem dierum & adstat in conspectu eius, & qui assistebant, adduxerunt illum. 550.671.681.704.734

* 14. Et data est ei potestas regia, & omnes nationes terræ secundum genus, & omnis gloria seruient illi, & potestas illius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. 139.148.245.550.574.671.681. 704.715.732.

Dan. 9. * 1. In primo anno sub Dario filio Assueri ex semine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldæorum. 140.986

2. ego Daniël intellexi in libris numerum annorum. 140.986

* 3. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiuniis, sacco, & cinere. 500.985.986

* 21. Et adhuc me loquente in oratione, Ecce vir Gabriel quem vidi in visione in principio, volans, & tetigit me, quasi hora sacrificij vespertini. 140.145

22. & intelligere me fecit, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nunc exiui imbuere te intelligentia. ibid.

23. In principio obsecrationis tuæ exiuit sermo, & ego veni vt adnunciem tibi, quia vir desideriorum tu es, & cogita in verbo, & intellige in visione. ibid.

* 24. Septuaginta hebdomadæ breuiatæ sunt super plebem tuam, & super ciuitatem sanctam, quoadusque inueneretur delictum, & signentur peccata, & exorentur iniustitiæ, & inducatur iustitia æterna, & vt signetur visio & Prophetes, & vt vnguatur Sanctus Sanctorum. ibidem. 675

* 25. Et scies & perspicies & intelliges à profectione sermonis, integrando & reædificando Ierusalem vsque ad Christum ducem, hebdomadas septem & dimidiam, & sexaginta duas & dimidiam, & conuertet & reædificabitur in latitiam & conuallationem, & innonabuntur tempora. 140.675.715.855

* 26. Et post hebdomadas has septuaginta duas, & exterminabitur vnctio, & non erit, & ciuitatem sanctum exterminabit cum duce aduenientæ, & concidentur quomodo in cataclysmo vsque ad finem belli, quod concidetur vsque ad interitum. 140.675.715

* 27. Et confirmabit testamentum multis. Hebdomada vna, & dimidia hebdomadis auferetur meum sacrificium & libatio, & in sancto execratio vastationis, & vsque ad finem temporis consummatio dabitur super hac vastatione. 140.145

Dan. 10. * 2. In illis diebus ego Daniël eram lugens, per & 3. tres hebdomadas panem suauem non edi, caro & vinum non introierunt in os meum, oleo vnctus non sum, donec consummarentur tres hebdomades. 985

48.& seq. Susanna in iudicio reuelata. 289

Dan. 13. 2.& seq. De Bele & dracone. 245

Dan. 14. * 35. Septem diebus ieiunanti in lacu leonum,

& 36. Angelus Domini Danieli prandium procurauit. 985

EX OSEE.

℣. 2. TVrpes nuptiæ Oseæ de prostitutione. 1001. Osee. 1.

* 6. Et non misericordiam consecuta, misericordiam consecuta. 710

* 7. Iam non saluabo eos in arcu, neque in equis, neque in equitibus, sed saluabo eos in Domino Deo ipsorum. 1037

* 9. Non populus meus populus meus. 710

* 1. Dicite fratribus vestris: Populus meus, & sorori vestræ misericordiam consecuta. 710 Osee. 2.

* 11. Et auertam omnes iucunditates eius, & ceremonias eius, & sabbata, & Neomenias eius, & omnes frequentias eius. 626.785

* 1. Ante lucem surgent ad me, dicentes: Eamus & conuertamur ad Dominum Deum, quoniam ipse eripiet, & liberabit nos, percutiet, & misetebitur nostri. Osee. 6.

* 2. sanabit nos post biduum, in die tertia resurgemus. 147.735.1036

* 6. Misericordiam malui quàm sacrificium. 168. 649.703.711.713.714.721.793.814.1000.

* 14. Ignem immittam in ciuitates suas. Osee. 8.

* 6. Et vinctum eum ducent xenium Regi. Osee. 10. 734. Osee. 12.

* 4. In templo meo me inuenerunt, & illic disputatum est ad eos. 733

* 14. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Osee. 13. 793.

EX

EX IOELE.

Ioël. 2. *v.* 10. ACuius conſpectu terra contremiſcit. 851.
* 13. Miſericors & miſerator & miſericordiæ plurimus. 1000
* 15. Sanctificate ieiunium & orationem. 988
* 22. Lignum attulit fructum ſuum. 146
* 28. In nouiſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. 570.593.785.790.793.799.1051.
* 30. Et dabo prodigia in cœlo, & in terra ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. 574.732
* 31. Sol conuertetur in tenebras, & in ſanguinem luna, priuſquàm adueniat dies magnus & illuſtris Domini. 732
Ioël. 3. * 18. Montes diſtillarunt dulcorem. 670

EX AMOS.

Amos. 2. * *v.* 6. PRo eo quod venundete iuſtum. 733
* 12. Et potum dabatis ſanctis meis vinum. 800.985
Amos. 4. 11. Subuerti vos, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. 1048
* 13. Qui ſolidat tonitruum, & condit ſpiritum, & adnuntiat in homines Chriſtum ſuum. 420. 670. 858.
Amos. 5. * 21. Odi, reieci ceremonias veſtras, & non odorabor in frequentiis veſtris. 785
Amos. 6. * 1. Væ eis qui confident in monte Samariæ. 728
* 4. Væ qui dormiunt in lectis eburneis, & deliciis fluunt in thoris ſuis, qui edunt hœdos de gregibus caprarum, & vitulos de gregibus boum lactantes. 709
* 5. complaudentes ad ſonum organorum, tamquam perfeuerantia deputauerunt, & non tamquam fugientia. ibid.
* 6. qui bibunt vinum liquatum, & vnguentis primariis vnguuntur. 709
Amos. 8. * 9. Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet ſol media die, tenebreſcet ſuper terram dies luminis. 145.146.735
* 10. Et conuertam dies feſtos veſtros in luctum, & omne canticum veſtrum, in lamentationem, & imponam ſuper lumbos veſtros ſaccum, & ſuper omne caput caluitium, & ponam eum quaſi luctum delicti, & eos qui cum illo, quaſi diem mœrotis. 145. 735.
Amos. 9. * 6. Qui ædificat in cœlum aſcenſum ſuum, & profuſionem ſuam fundat in terras. 681.728. 797.830.858.

EX IONA.

Ion. 1. * *v.* 3. IOnas fugit à Domino in Tharſum. 291. 972.
1. Deuoratus à belua matis. 591.1005
Ion. 2. * 2. Oratio Ionæ, de ventre ceti, per tautæ beneq. ſtiæ viſcera ab ipſis abyſſis pet tantam æquoris molem ad cœlum euaſit. 182
11. & euomuit eum in aridam. 182
Ion. 3. * 4. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. 653.988.1005
* 10. Et pœnituit Dominum de malitia, quam dixerat ſe facturum illis. 653.703.793. 984.
Ion. 4. * 2. Propterea præueni profugere in Tharſos, quia cognouerat te eſſe miſericordem & miſereſcentem, patientem & plurimum miſericordiæ, pœnitentem malitiarum. 653. 793.

EX MICHÆA.

* *v.* 2. ET tu Bethlehem non minima es in ducibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui paſcat populum meum Iſrael. 146. *Mich. 5.*
* 8. Si annunciauit tibi homo quid bonum? aut quid à te Dominus exquirit, quàm facere iudicium, diligere miſericordiam, & paratum eſſe ſequi Dominum Deum tuum? 729 *Mich. 6.*
* 6. Filius contumeliam facit patri, filia ſurgit aduerſus mattem, & nurus contra ſocrum ſuam. 724. *Mich. 7.*
* 18. Quis Deus quomodo tu? eximens iniquitatem, & prætetiens iniuſtitias reſiduis hæreditatis tuæ? non tenuit in teſtimonium iram ſuam, quia voluit miſericordiam. 703
* 19. Auerte & miſetebitur noſtri, demerget delicta noſtra & demerget in profunda maris peccata noſtra. 703

EX NAHVM.

* *v.* 4. COmminans mari, & arefaciens illud. 714. *Nah. 1.*
* 15. Quoniam ecce veloces pedes in monte euangelizantis pacem. 706

EX HABACVC.

* *v.* 4. IVſtus ex fide viuet. 713.784 *Habac. 2.*
* 2. Domine audiui auditum tuum, & eximui, conſidetaui opera tua, & exeidi mente; in medio duorum animalium cognoſceris. 717. *Habac. 3.*
* 3. Deus ab Affico veniet, & ſanctus è monte opaco & condenſo. Operuit cœlos virtus, & ſplendor eius vt lux erit. 717. 1038.
* 8. Fluminibus diſrumpetur terra. 574.732
* 9. Videbunt & parturient populi; diſpérges aquas greſſu. 714.732
* 10. dedit abyſſus ſonum ſuum, ſublimitas timoris eius elata eſt. 714.732
* 11. Sol & luna conſtitit in ordine ſuo, in lucem coruſcationes tuæ, ibunt in fulgorem, fulgur ſcutum tuum. 574
* 12. In comminatione tua diminues terram, & in indignatione tua depones nationes. ibid.
* 13. Exiſti in ſalutem populi tui, ad ſaluos faciendos Chriſtos tuos. 732

EX SOPHONIA.

* *v.* 14. QVia iuxta eſt dies Domini magnus. 574. *Sophon. 1.*

EX ZACHARIA.

* 14. ET ait mihi angelus qui in me loquebatur. 550 *Zachar. 1.*
* 8 qui tetigerit vos, ac ſi pupillam oculi mei tangat. 718 *Zachar. 2.*
* 3. Sordibus indutus eſt. 148.671 *Zachar. 3.*
* 5. Chriſtus exornatus podêre & mittra & cidari munda. 671

* 8. Ecce ego adducâm seruum meum orientem. 441.

Zach.4. * 3. Duæ oliuæ,& duo ramuli oleæ. 716
* 14. Illi duo filij opimitatis adsistunt Domino vniuersæ terræ. 716

Zach.6. * 12. Oriens nomen eius. 441
* 14. Corona autem erit eis qui tolerauerint. 732

Zach.7. * 6. Si manducetis & bibatis, nónne vos manducatis aut bibitis? 1069
* 10. Ne vnusquisque malitiæ fratris sui meminerit. 710.

Zach.8. * 16. Iustum iudicium & pacatorium iudicate. 724
* 17. Malitiam proximi sui vnusquisque ne recogitet. 710

Zach.9. * 15. Dominus omnipotens protegeteos,& consument illos, & lapidabunt lapidibus fundæ, & bibent sanguinem illorum velut vinum, & replebunt quasi pateras altare. 291.732
* 16. & saluos eos faciet Dominus illo die velut oues populum suum; quia lapides sancti voluntant. 732

Zach.11. * 12. Et acceperunt triginta argenteos. 733
* 13. pretium adpretiati (vel honorati) & dederunt eos in agrum figuli. 733

Zach.12. * 10. Tunc cognoscent eum quem pupugerunt. 148.574.671.

Zach.13. * 7. Exsurge romphæa in pastores, & euelle oues, & superducam agnum meum in pastores. 973.
* 9. Vram illos sicuti vritur argentum, & probabo illos, sicuti probatur autum. 828. 370.

Zach.14. * 4. Et stabunt pedes eius in monte Elæone. 733
* 14. Et Iudas pertendet Ierusalem, & congregabit omnem valentiam populorum per circuitum aurum & argentum. 142.674

EX MALACHIA.

Malach. 1. * 10. NOn est voluntas mea,dicit Dominus, non recipiam sacrificium de manibus vestris. 138.679.697
* 11. quoniam ab oriente sole vsque ad occidentem nomen meum clarificatum est in nationibus, & in omni loco offeruntur sacrificia munda nomini meo. 138.679.697

Malach.2. * 10. Numquid non Deus vnus creauit nos. 1052
* 15. Vxorem iuuentutis tuæ non dimittes. 727

Malach.3. * 1. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te. 143. 726.
6. Ego sum Deus,& non sum mutatus. 1033

Malach.4. * 2. Exibitis de sepulchris veluti vituli de vinculis soluti, & conculcabitis inimicos. 578
* 5. Et ecce mittam vobis Heliam Thesbitem. 495. 575. 888.

EX I. MACHABÆORVM.

Machab.2. v. 41. TEmporibus Machabæorum sabbatis pugnando fortiter fecerunt, & Hostes Allophylos expugnauerunt, legémque paternam ad pristinum vitæ statum pugnando Sabbatis reuocauerunt. 138

EX II. MACHABÆORVM.

2.Mach.7. v.28. EX nihilo produxit illa Deus. 33.

EX MATTHÆO.

* *v.*1. LIber genituræ Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. 552. 1035.1037.1039 *Matth.*1.
* 16. Iacob genetauit Ioseph virum Mariæ,ex qua nascitur Iesus,qui dicitur Christus. 340.552
* 20. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. 333.340.
* 21. Vocabis nomen eius Iesum. 333.675.858
* 23. Ecce virgo concipiet in vtero. 553.1037
* Et vocabitur nomen eius Emmanuël,quod interpretatur nobiscum Deus. 141.675.857. 1042.
* 25. Peperit filium suum primogenitum.
* 1. De magis. 543.828 *Matth.*2.
* 2. Primi stellarum interpretes natum Christum adnuntiauerunt. 241.875
5. Sciebant Iudæi Christum esse venturum. 52
* 6. Et tu Bethlehem terra Iuda, non minima es in ducibus Iuda,ex te enim exiet dux qui pascet populum meum Israël. 146
* 14. Christus refugit vim. 971
* 16. Infantes testimonium Christo sanguine litauerunt.
23. Christus apud Nazareth descendit. 701
* quoniam Nazaræus vocabitur. 701
* 2. Pœnitentiam initote; iam enim salus nationibus adpropinquabit. 265.794.1005 *Matth.*3.
3. Parate vias Domini 389.704.890
4. Cingitur loro Ioannes. 245
* 6. Tinguebantur confitentes peccata sua. 392.
* 7. Genimina viperarum facite fructum pœnitentiæ. 414.487.1005
& 8.
* 9. De lapidibus filios Abrahæ suscitare potens est Deus. 414.421.487
* 10. Securis ad radicem arboris posita. 166.293
* 12. Palam in manu sua portat ad purgandam aream. 330.969
15. Decet nos implere omnem iustitiam.
* 16. Christus in aqua tinguitur à Ioanne. 390.890. 954.1051.
Et ecce aperti sunt cœli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam,& venientem super se. 389.441
* 17. Et vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. 485.831.
1. Diabolus post baptisma tentator. 148.671. 787.
* 2. Quadraginta diebus ieiunat Christus. 392. 548.985. *Matth.*4.
Postea esurit. 857
3. Si tu es filius Dei. 181
4. Non in solo pane viuit homo. 576.592.984. 985.
6. Si tu es filius Dei, deiice te dehinc. Scriptum est enim: Quod mandauit angelis suis super te, vt te manibus suis tollant, ne cubi ad lapidem pedem tuum offendas. 844
10. Recede Satanas, scandalum mihi es. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. 833
17. Cœpit Iesus prædicare. 333
* 19. Faciam vos piscatores hominum. 478
21. & Iacobus & Ioannes vocati à Domino, patrem
22. nauémque derelinquunt. 241.391
23. Et sanans omnem languorem. 52.875
* 3. Beati mendici (paupertes spiritu) quoniam illo- *Matth.*5.
rum

rum est regnum Dei. 202. 242. 282. 973. 1066.
* 4. Beati mites. 202
* 5. Beati lugentes atque flentes. 202. 293
* 8. Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. 1050
* 6. Beati pacifici, quia filij Dei nuncupabuntur. 202. 1001.
* 10. Beati qui persecutionem patiuntur ob iustitiam, quoniam illorum est regnum cœlorum. 581. 829. 971
* 11. Beati eritis quum vos dedecorauerint; & persecuti fuerint, & dixerint aduersus vos omnia mala propter me. 201. 829
* 12. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra plurima in cœlo. 201. 829
* 14. Vos estis lumen terræ. 244
Non potest ciuitas absconditi supra montem constituta.
* 15. Lucerna non sub modio abstrudi solet, sed in candelabrum constituì, vt luceat omnibus qui in domo sunt. 335
* 16. Luceant opera vestra. 244. 268
* 17. Non veni legem dissoluere, sed adimplere. 700. 703. 706. 713. 797. 954.
* 20. Nisi redundauerit iustitia vestra super scribarum & Phariseorum. 239. 628. 954.
* 22. Ne fratri irascaris. 74. 181. 550
* Nec verbo lacessere, nec fatue quidem dicere, sine iudicij periculo licet. 77. 200. 629
* Gehenna ignis. 77
23. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habeat aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade reconciliari fratri tuo. 202
* 25. Habeto beneuolentiam cum aduersario. 202
* Et iudex te tradat angelo executionis, & ille te in carcerem mandet, vnde non dimittaris. 495.
* 26. donec exsoluat nouissimum quadrantem. 181. 495. 550. 582.
* 8. Qui conspexerit seu viderit fœminam seu mulierem ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. 74. 166. 239. 246. 265. 313. 483. 497. 505. 571. 942. 1001.
* 32. Qui dimiserit vxorem suam præter causſam adulterij, facit eam adulterari; æquè adulter censetur & ille qui dimissam à viro duxerit. 166. 727. 799. 1009.
34. Non iurabis.
* 36. Quis vestrum potest capillum album ex albo facere, aut album ex atro?
* 37. Sit sermo vester, est, est, non, non. Quod amplius est, à malo est. 74. 336. 553. 847
* 39. Verberanti te in faciem, etiam alteram genam obuerte. 74. 201. 219
* 40. Auferenti pallium offer & tunicam. 201
44. Diligite inimicos vestros, & maledicentibus benedicite. 66. 217. 495. 627. 1012
* Orare pro inimicis, & persecutoribus vestris bona precamini. 63. 180
* 45. Qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos. 191. 340. 576. 650. 711. 729
* 47. Nonne ethnici hoc faciunt? 711
* 48. Estote perfecti sicut pater vester qui in cœlis est.
Matth. 6. 1. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. 281
* 2. Quum facis eleemosynam, noli buccinare. 313
6. Tu autem quum orueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito. 180. 856
* 9. Pater noster qui es in cœlis. 180. 855. 1035
* Sanctificetur nomen tuum. ibid.
* 10. veniat regnum tuum. 281
Fiat voluntas tua in cœlis & in terra. 281
* 11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ibid.
* 12. Dimitte nobis debita nostra. ibid.
Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. ibid. 1000.
* 13. Ne nos inducas in tentationem. 181. 182. 969
* Sed eueheno sà malo. ibid.
16. & 17. Lex ieiunij sine tristitia transigenda. 985
* 21. Vbi erit cor tuum, illic erit & thesaurus tuus. 591. 504.
* 24. Nemo potest duobus dominis seruire. 219. 242. 281. 484.
Non potestis Deo seruire & mammonæ. 293. 973.
* 25. Ideò dico vobis: Nolite cogitare de crastino quid edatis, neque quid induamini. 241. 275. 550. 958.
* 27. Nemo potest adiicere cubitum vnum (aliàs mensuram) ad staturam suam. 218. 266. 958
* 30. Qui lilia agrestia vestit. 242. 275. 918
32. Cetera enim nationes requirunt. 181
* 1. Nolite iudicare ne iudicemini. 202. 1000
Dimitte, & dimittetur tibi. 1000
2. Quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.
* 6. Nolite sanctum canibus & margaritas porcis iactare, ne conculcent ea, & conuersi vos quoque euertant. 282. 330. 339. 391 Matth. 7.
* 7. Perite & accipietis. 332. 339. 391. 393
quærite & inuenietis. 332. 393
9. Numquid filio patrem poscenti panem, lapidem tradet? 181
12. Quomodo vultis faciant vobis homines, & vos ita facite illis. 830
* 13. Lata porta & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. 649.
* 15. Attendite vobis à pseudoprophetis, qui venient ad vos in pellibus ouium, lupi rapaces. 340. 331
* 16. De operibus suis reuincentur. 336
* 17. Omnis mala arbor fructus malos fert, nec bona arbor fructus malos edit, nec mala bonos. 341. 495. 547. 619. 644. 653.
21. Quid vocas Domine, Domine?
* 3. Tetigit eum Iesus, & mundata est lepra. 52. 672 Matth. 8.
5. Accessit ad eum Centurio. 245. 292. 447
10. Ne in Israël quidem tantum fidei reperi.
* 11. Recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob. 580.
* 12. in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. 580. 630
* 15. Christus tetigit socrum Petri. 485. 672. 954
* 17. Ipse imbecillitates nostras abstulit, & languores portauit. 676
* 21. Er sepelam patrem meum. 242. 391. 954
* 24. Nauicula operiebatur fluctibus, & compescuit procellas. 52. 391. 875
2. Fides tua te saluum fecit.
4. Quid cogitatis in cordibus vestris nequam. Matth. 9. 483. 571. 1015.
5. Quid enim facilius est, dicere paralytico, di-

mittuntur tibi peccata, aut ſurge & ambula? 52.672.1015. 1038.
* 6. Igitur vt ſciatis filium hominis habere dimittendorum peccatorum in terris poteſtatem, tibi dico, paralytice: ſurge & ambula. 1015. 1038.
* 9. Matthæus de telonio ſuſcitatur. 242.391. Sequere me. ibid.
* 10. Chriſtus non aſpernatur peccatores. 196
* 13. Miſericordiam volo, & non ſacrificium. 168. 649.
* 15. Venient dies, quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. 982.987
* 16. Noua plagula non aſſuitur veſtimento veteri. 180.675.
17. Nec vinum nouum veteribus vtribus creditur. 180.675
20.21. Tangendo Chriſtum ſanata eſt mulier.
22. 672.
* 25. Chriſtus mortuam verbo reddidit vitæ. 52. 578.581.
* 27. Ieſus Filius Dauid, 1037.
29. Protenſa manu tetigit illum. 672
35. Chriſtum virtutes feciſſe. 333
Matth. 10. * 2. Apoſtolos duodecim Dominus adlegit. & ſeq. 334.
* 5. In viam gentium ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis. 971
6. Sed ite potius ad oues perditas domus Iſraël. 971.
7. Dicite illis, quòd appropinquauerit regnum Dei. 579
* 16. Ecce ego mitto vos tamquam oues in medio luporum. Eſtote prudentes vt ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. 334.389.441.829. 955.
* 17. Cauete ab hominibus; tradent enim vos in conſeſſus, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos. 829.971
* 18. & ad reges & præſides perducemini mei cauſa in teſtimonium illis & nationibus. 829.
* 19. Nolite cogitare, &c. 829
* 21. Tradet autem frater fratrem, & pater filium in mortem, & inſurgent filij in parentes, & mortificabunt eos. 829. 830
* 22. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 330.829.830.831. 971.
* 23. Fugite de ciuitate in ciuitatem. 829. 971.
24. Non eſt ſuper magiſtrum diſcipulus, & ſeruus ſuper Dominum. 503.624.699.829
* 26. Nihil occultum quod non reuelabitur. 314
* 27. Quod in tenebris & in abſcondito audiſtis, in luce & in tectis prædicate. 334.336
* 28. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam non poſſunt occidere. Timete eum qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. 579.580.829.830.971.1000.1043
* 29. Sine cuius voluntate nec paſſerum alter in terram cadit. 829.939.955.976.1035
* 30. Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. 969.1035
* 31. Nolite metuere, multis paſſeribus antiſtatis. 575.829.
* 32. Omnis qui in me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor in illo coram patre meo qui in cœlis eſt. 830.857.971.1039
* 33. Et omnis qui confuſus ſuper me fuerit penes homines, & ego confundat ſuper illo penes patrem meum qui in cœlis eſt. 243
* 34. Ne putaueritis veniſſe me vti pacem mittam in terram; non veni, ſed vt machæram. 695. 830.
* 35. Veni diuidere hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & ſocrum aduerſus nurum ſuam. 830
* 36. & inimici hominis domeſtici eius. 830
* 37. Qui pluris fecerit animam ſuam quàm me, non eſt me dignus. 830
Qui patrem aut matrem mihi prætulerit, non eſt me dignus. 391.547.715
38. Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. 505
* 39. Qui lucri habuerit animam ſuam, perdet illam, & qui amiſerit animam pro nomine meo, ſaluam faciet. 292.832
* 42. Quicumque potum dederit vni ex minimis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam. 390
* 2. Mittit Ioannes diſcipulos ſuos ad Chriſtum. Matth. 11. 390.
* 3. Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus? 332.390.547.
5. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur. 545.547.574
* 8. Ecce qui teneris veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. 245
* 10. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, & præparabit viam tuam ante te. 143.
* 11. Inter natos fœminarum non ſurrexit maior Ioanne baptizatore. 391.890
* 13. Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem baptizatorem. 141.147.679.859.982.987.1001
* 14. Et ſi vultis audire, hic eſt Helias qui venturus eſt. 495.955
16. Et dicunt: Ecce potator & vorator, homo prandiorum, & cœnarum cum publicanis & peccatoribus frequentator. 955.982.985
* 21. Si in Tyro & Sydone factæ eſſent virtutes quę factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. 1005
* 24. Tolerabilius erit Tyro & Sydoni in die iudicij. 579.1005
* 25. Confiteor tibi pater, quòd abſconderis hæc à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. 180. 857.
* 27. Omnia mihi tradidit pater. Nemo cognouit patrem niſi filius. 654.857
* 8. Dominus eſt Sabbati filius hominis. 550. 883. Matth. 12.
* 20. Qui arundinem contuſam non comminuit. 141.
* 32. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. 1052.
* 37. Ex ore tuo iuſtificabetis, & ex ore tuo damnaberis. 245.654
* 40. Erit Chriſtus triduum in corde terræ. 503. 1005.
* 48. Quæ mihi mater, & qui fratres mei. 546.
* 3. & Parabola ſeminis poſt ceſpitem arefacti. Matth. 13. ſeq. 337.
9. Qui habet aures, audiat. 713

* 10. Quare in parabolis loqueris? 334.578.579
11. Vobis datum est cognoscere arcana. 334
* 25. Quum verò dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania. 484. 844.
27. Vnde igitur habet zizania?
* 30. Alligate ea in fasciculos ad etemandum igni. 580.
* 34. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis, & sine parabolis non loquebatur ad illos. 579. 844.
54. Vnde huic doctrina & signa ista? 548
55. Iesus creditus Ioseph fabri filius. 546
Matth. 14. * 4. Dicebat illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. 727
* 13. Insidiatoribus cessit Christus. 199
25. Super aquas incedit. 390
29. Petrus per mare ingreditur. 391
* 36. Et quicumque eum tetigerunt, salui facti sunt. 671.
Matth. 15. 13. Plantam quam non plantauit pater, eradicat. 330.
* 14. Cæci & duces cæcorum. 567
* 18. Inquinamenris eotum quæ ex cotde promuntut hominem communicari. 722.787.1065. 1066.
24. Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israelis. 332.700.971
* 26. Non est bonum auferre panem filiis, & date eum canibus. 181.332.700.971
28.30.31. Sanitatis signa. 574.1038
Matth. 16. 13. Quem aiunt esse homines filium hominis. 332. 704. 830.
* 16. Tu es Christus filius Dei viui. 675. 853. 855. 857. 1043.
17. Beatus es Simon Bariona, quoniam hoc tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. 180. 704. 853. 958. 1043
* 18. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. 954. 1014
* 19. Tibi dabo claues regni cœlestis. 334. 1014
Et quæcumque solueris vel alligaueris in terra, erunt alligata vel soluta in cœlis. 1014
24. Si quis vult Dominidiscipulus esse, tollat crucem suam, & sequatur me. 242
Matth. 17. * 2. Gloriam discipulis demonstrat. 191. 334. 831 831. 984.
* 3. In transfiguratione Moysen & Heliam sumpsit secum. 530. 954. 984
* 4. Tibi vnum & Moysi vnum, Heliæ vnum. ibidem.
* 5. Nubes lucida obumbrauit eos. 203. 716
Hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi, audite illum. 855
6. Et audientes ceciderunt in faciem suam, & timuerunt.
7. Et accessit Iesus, & tetigit eos. 672
* 12. Elias iam venit, & non cognouerunt eum. 495.
* 12. Hoc autem genus non eiicitur nisi per oratione m & ieiunium. 985
Matth. 18. * 3. Puerorum dicit esse regnum cœlorum. 955
* 9. De gehenna ignis. 629
* 15. Semel & iterum, & sub duobus aut tribus re- & seq. stibus frater castigandus. 333. 389. 1013
* 20. Vbi duo vel tres in nomine meo sunt congregati. 283. 941
* 22. Non dicam septies, sed septuagies septies. 181. 202. 1014.
* 27. Seruo Dominus debitum remisit. 181
* 34. Et iratus Dominus tradidit eos tortoribus. 181.
3. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes. *Matth.* 19. 546.
* 6. Quod Deus coniunxit, homo ne separet. 705. 955. 956.
* 8. Quoniam Moses propter duritiam cordis vestri præcepit libellum repudij date. 726. 953. 958.
Ab initio autem non fuit sic. 726. 953
* 9. Qui dimiserit vxorem suam præterquàm ex caussa adulterij, facit eam adulterari, & qui dimissam à viro duxerit, adulteratvtique. 726.
* 12. Sunt spadones qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, &c. Qui capit, capiat. 203. 267. 576. 951. 958. 974.
14. Nolite paruulos prohibere venire ad me. 392. 955.
* 17. Quid me interrogas de bono? Vnus Deus bonus. 1000. 1052
* 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum. 265. 334.
21. Vende omnia, & egenis diuide. 958
23. Dives difficilè intrabit in regnum cœlorum.
* 26. Difficilia apud homines facilia apud Deum. 388. 592. 847.
* 28. Sedebitis & vos super sedes duodecim. 580
2. Conuentione autem facta ex denario diurno cum operariis, misit eos in vineam suam. *Matth.* 20. 955.
* 10. De vno denario eiusdem mercedis.
* 16. Etunt primi nouissimi & nouissimi primi. 330. 331.
* 21. Adsistere ad dextram vel ad sinistram. 580
* 34. Misertus eorum Iesus tetigit oculos eorum. 672.
* 7. Christus Ierusalem ingressus super asina. * *Matth.* 21. 293.
* 9. Benedictus qui venit in nomine Domini. 851.
13. Spelunca latronum. 999
* 21. Fides montes transferre potest. 574
* 25. Baptismus Ioannis vnde erat, à cœlo, an ex hominibus? 390
35. Alios lapidauerunt, alios fugauerunt, plures verò ad mortis necem tradiderunt. 1472 857.
* 37. Filius à Domino mittitur ad cultores vineæ. 550.
* 12. Amice, quomodo hucintrasti non habens ve- *Matth.* 22. stem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc rex dixit ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, eiicite eum in tenebras exteriores. 576. 580. 1004.
* 14. Multi vocati, pauci electi. 974.
* 21. Reddite quæ sunt Cæsatis, Cæsari. 293. 344. 245. 575. 833. 974.
* 24. Callida quæstio Sadducæorum, cuius erit vxor de septem viris in resurrectione? 1141. 340. 566. 580.
* 30. In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli in cœlis. 258. 273. 274. 448. 496. 580. 592. 593. 672. 680. 792. 956.
32. Ego sum Deus Abraham, Isaac & Iacob. 1037. 1043.
* Deus viuorum, non mortuorum. 490
35. Surrexit legis Doctor tentans eum. 546
* 37. Deum diliges ex toto corde tuo, & in tota ani-

ma tua, & in tota mente tua, & ex totis viribus tuis. 583.828.983

* 39. Et proximum tuum sicut teipsum. 569.797. 983.

43. Quomodo Dauid vocat eum Dominum?

Matth. 23. * 9. Et patrem vobis nolite vocare super terram. 180.

* 10. Magister vester vnus est Christus. 933.1053.

* 25. Cura vasculorum reprobatur. 650.722

* 27. Comparantur Pharisæi sepulcris dealbatis. 573. 722.955.

37. Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. 576

* 1. Non relinquetur lapis super lapidem.

Matth. 24. * 3. De vltimo seculi exitu. 50.414

* 5. Multi venient in nomine meo. 340.669

6. Audituri estis prælia & opiniones præliorum. 50.330.574.

* 7. Regna regnis compulsabunt. 50

Et erunt lues & fames & terræmotus. 50

19. Væ prægnantibus & nutricantibus. 375.942

* 23. Multi venient qui dicēt: Ecce hic est Christus.

*. 24. Et signa edent fallaciæ magistri & pseudoprophetæ ad euertendos, si fieri potest, etiam electos. 331.336.340.411.477.504.669.

* 30. Venturus Christus cum claritate. 333

* 31. Cœlum & terra præteribunt. 420

* 36. Diem illum solus pater nouit. 574.856

38. Nubentes & nuptui tradentes. 275.942. 959.

Matth. 25. & seq. Parabola de decem virginibus. 485

31. Quum venerit filius hominis in maiestate sua. 550.574.

* 46. Et ibunt hi in supplicium æternum præparatum diabolo & angelis eius, iusti autem in vitam æternam. 733.48.77.333.414. 549.

Matth. 26. * 7. Accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti precioſi, & effudit super caput ipsius recumbentis. 485.1005

14. Traditor Christi de Apostolis fuit. 199. 331.

* 15. Iudas argenteis Christum vendit. 293

* 17. Primo autem die azymorum. 141.145

* 18. Hic est enim sanguis meus noui Testamenti. 485.

* 38. Tristis est anima mea. 549.550.573.857

39. Pater mi, transeat à me calix passionis. 572

* 41. Vigilate & orate, ne incidatis in tentationem. 181.391.

Caro infirma, spiritus autem promptus. 203. 274.548.958.972.

52. Reconde gladium tuum in vaginam. 246.288. 372.

* qui gladio vsus fuerit, gladio peribit. 199, 292.

53. Christo, si voluisset, legiones angelorum vno dicto, adfuissent. 199.857

* 54. Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri. 143

63. Iesus autem tacebat. 199

Matth. 27. * 2. Christum in tribunal Pilati imponunt. 141

* 3. Reuulit triginta argenteos proditor. 334.574. 733.

* 10. Et dederunt eos in agrum figuli.

* 22. Iesus Rex Iudæorum proclriptus in crucem violentia suffragiorum, Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procurante. 52.199. 293.333.874.883.

24. Aqua lauat Pilatus manus. 390

25. Omnis synagoga filiorum Israël dixit ad Pilatum, quum vellet eum dimittere: sanguis eius super nos, & super filios nostros. 141

26. Christus vt homo sententiam patitur. 875. 1037.

* Corona Christi spinea. 147.291.295.679

29. Contumeliis adfectus Iesus. 548

35. Christus crucifigitur. 293

* 45. Eodem momento dies, medium orbem signante sole subducta est. 52

* 46. Deus meus, ad quid me dereliquisti? 857. 859. 886.

* 50. Christus spiritum cum verbo sponte dimisit. 52.

51. Et terra tremuit, & velum templi scissum est, & monumenta disrupta sunt. 146

9. & 60. Ioseph postulatum detulit corpus, & condidit. 875.986

* 64. Tunc Iudæi detractum & sepulcro conditum, magna etiam militari manu custodiæ diligentia circunsederunt; ne quia prædixerat tertia die resurrecturum se à morte, discipuli furto amoliti cadauer fallerent suspectos. 52. 147.

* 2. Ecce die tertia concussa repentè terra. 52. *Matth.* 28. 333.

& mole reuoluta quæ obstruxerat sepulcrum. ibidem.

4. & & custodia pauore dissecta. ibid.

seq. nullis apparentibus discipulis, nihil in sepulcro repertum est, præterquàm exuuiæ sepulti. 53. 1042.

12. Pecuniam dederunt discipulis ad falsum testimonium cadaueris subrepti.

* 18. Data est mihi omnis potestas à patre in cœlis & in terra. 334.852.856.969. 1041.

* 19. Ite ad docendas & tinguendas nationes in Patrem & Filium & Spiritum sanctum. 332.334. 340.389.391.698.735.857.

20. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. 1037

EX MARCO.

* 2. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 143. *Marc.* 1.

24. Scimus, quia sis filius Dei. 855.857

27. Vnde huic doctrina & signa ista?

* 35. Dominus in secessu orabat. 191

* 7. Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? 390.1013. *Marc.* 2.

* 29. Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum. 1052. *Marc.* 3.

1. & 9. Gerasenus dæmon legionarij numeri. 490 *Marc.* 5.

* 11. In porcorum gregem diaboli legio non habuit potestatem. 969

* 22. & Ioannes baptista contumelioſa cæde truncatur in puellæ falticæ lucar. 828 *Marc.* 6.

seq.

* 3. Israël Iudæus quotidie lauat. 391 *Marc.* 7.

* 19. Deus etiam cum causſa maledicere non finit. 217.

* 15. Quæ ex ore prodeunt, coinquinant hominem, non quæ in os inferuntur. 982

18. & Inquinamentis eorum quæ ex ore promuntur,

19. hominem communicari. 201

* 38. Qui me confusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram patre meo qui in cœ- *Marc.* 8.

in cœlis est. 545.830.971

Marc.9. * 2. Transfigutatio Domini, in qua gloria eius de-
& sequ. monstratur. 191.590
Marc.10. * 27. Quæ difficilia penes, homines, facilia penes
Deum. 388
* 29. Relinquet homo patrem & matrem, coniu-
ges, libetos, propter Deum. 242
* 32. Fides tua te saluum fecit. 391
Marc.11. * 30. Baptismus Ioannis an à Deo sit. 390
Marc.12. * 25. Erunt tamquam angeli.
Marc.14. 8. Præuenit vngere corpus meum in sepultutam.
* 12. Dei prima azymorum. 141
* 13. Inuenietis hominem aquam baiulantem. 392
21. Væ homini illi per quem filius hominis trade-
tur. 336
Marc.15. 19. Christus desepultur. 199
Marc.16. * 9. Magdalenæ septenarij spiritus eiectio. 490
15. Ordinauit discipulos ad officium prædicandi
per orbem. 53.337
* 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus
erit.
17. Signa eos qui crediderint, sequentur. 337
* 19. Ereptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.
53.333.587.680.859.1037
20. Discipuli diffusi per orbem. 53.1035

EX LVCA.

Luc.1. * 5. MOnogamia in Zacharia sacerdote.
954
* 17. Et ipse præcedet coram populo in virtute &
spiritu Heliæ. 495
26. Natiuitas Christi à Gabriele adnuntiatur.
147
* 27. Christus filius Dauid. 855
* 28. Et ingressus angelus ad eam dixit. 182
Benedicta tu inter mulieres. 311
* 31. Concipies in vtero, & paries filium, & voca-
bis nomen eius Iesum. 675.858
* 35. Spiritus Dei superueniet in te, & virtus altissi-
mi obumbrabit te. 856.882.1042
* Quod in te nascetur sanctum, vocabitur filius
Dei. 701.856.1035.1042
* 41. Elizabet sterilis exultat. 490
38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum ver-
bum tuum. 552
42. Benedictus fructus ventris tui. 552
43. Et vnde mihi vt mater Domini mei ad me ve-
niat? 552
46. Glorificat Maria Dominum. 490
* 63. Zacharias stylo in cera scribit. 246.954
70. Locutus est per os Prophetarum. 339
* 78. Fulgente nobis lumine ex alto.
79. qui sedebamus in tenebris, & in vmbra mortis
detinebamur. 139
Luc.2. * 1. & 2. Cæsaris census. 543.700.713.730
3. Christus in Bethlehem natus. 1036.1037
* 7. Et peperit filium suum primogenitum. 147.
791.954.1036
& pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in
præsepio, quia non erat ei locus in diuersso-
rio. 543.875
6. Pastores. 543
9. & 10. Angeli natiuitatem Christi adnuntiant. 543.
552.791.943
14. gloria in excelsis Deo. 191
* 21. Circumcisus est Christus. 543
22. Ad templum delatus. 543.954
* 23. Omne masculinum adaperiens vuluam, san-
ctum Domino vocabitur. 555
* 34. Ecce hic positus est in ruinam & susitationem
multorum in Israel, & in signum cui contra-
dicetur. 553.954
* 37. Anna Prophetes filia Phanuelis ieiuniorum
testimonio augetur. 985
* 49. Non scitis quòd in patris mei me esse oportet.
856
* 1. Anno decimoquinto Principatus Tiberiani. Luc.3.
31.50.147.700
2. Ioannes præcursor. 389
* 4. Vox clamantis in eremo, Parate vias Domini.
784.1005
* 14. Milites Ioannes admisit ad lauacrum. 245.
292.1005
* 16. Ego vos sola pœnitentia tinguo, venturus qui
vos tinguet in spiritu. 390
* 17. Palam in manu sua portat ad purgandam a-
ream. 330
* 22. Carni nostræ emergenti de lauacro columba
sancti Spiritus aduolat. 390
* 23. Gradus generis Christi ab vltimo ad principalē
recensetur. 553
* 16. Apud Nazareth Christus notatur prædicasse, Luc. 4.
& seq. dum aliò merito vnius Prouerbij eiectus re-
fertur. 701
* 27. Helizæus Prophetes vnicum leprosum Naa-
man Syrum ex tot leprosis Israelitis emunda-
uit. 701
29. Et manibus ei iniectis, ad præcipitium vsque
protractus Christus. 702
* 30. per medios euasit. ibid.
* 31. Et descendit in ciuitatem Galilææ Caphar-
naum, & in Synagoga docebat illos. 700.
701
* 32. Stupebant autem omnes ad doctrinam eius;
quoniam in potestate semper erat eius. 701.
706
* 33. Et exclamauit spiritus dæmonij. 701
* 34. Quid nobis & tibi est Iesu? Venisti perdere
nos? Scio qui sis sanctus Dei. 702.787
* 35. Et increpuit illum Iesus. 701
* 40. Et manus imponens beneficia medicinarum
conferebat. 702.719
* 41. Itaque spiritus nequam excedebant vocife-
rantes: Tu es filius Dei. Sed increpabantur, &
iubebantur tacere. 701.702
* 42. Inde in solitudinem procedit. 191. 701. Et de-
tentus à turbis. 701.702
* 43. Oportet me (inquit) & alijs ciuitatibus adnun-
tiare regnum Dei. 701.971
* 9. Dixit Christus Petro stupefacto de copiosa in- Luc.5.
dagine piscium. 701
* 10. Ne time; abhinc enim eris homines capiens.
702
* 11. Et Petrus & filij Zebedæi, Iacobus & Ioannes,
relictis nauiculis secuti sunt eum. 702
* 13. Et tetigit leprosum Iesus, & mundauit. 702.
719.728
* 14. Et vetuit illum diuulgare, sed iussit: Vade, o-
stende te sacerdoti, & offer munus quod præ-
cepit Moses, vt sit vobis in testimonium.
702
* 17. Curatur & paralyticus, & quidem in cœtu
& seq. spectante populo. 703.719
* 22. Quis dimittat peccata nisi solus Deus? 703
* 24. Vt sciatis quia filius hominis habet potestatem
dimittendi peccata, ait paralytico: Exsurge,
& tolle grabatum tuum. 703.704
* 27. & 28. Publicanus adlectus à Domino. 704
* 31. Medico non opus habent sani, sed male ha-

bentes. 569.704.705
* 33. Actilli dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis assiduè ieiunant, & orant, tui autem manducant & bibunt? 705
* 34. Quibus ipse ait: Non possunt ieiunare filij sponsi, quamdiu cum eis est sponsus. 705
* 35. Posteà verò ieiunabunt, quum ablatus fuerit ab eis sponsus. 705
* 36. Nemo nouum additamentum injicit veteri vestimento. 705
* 37. Nemo committit vinum nouum in vtres veteres. ibid.
Luc. 6. * 1. In Sabbato discipuli spicas decerptas manibus effrinxerant. 705
2. Eos Sabbati læsi accusant Pharisæi. ibid.
* 3. Excusat illos Christus, exemplo Dauid. 705
* 4. Introgressi Sabbatis templum, & operati cibum, audenter fractis panibus propositionis. 705.707
* 5. Et dicebat illis: Quia Dominus est Sabbati filius hominis. 706.707 709.1037
* 7. Exinde obseruant Pharisæi, si medicinas Sabbatis ageret, vt accusarent eum. 706
* 9. Interrogat autem illos: Licétne Sabbatis benefacere, an non, animam liberare, an perdere? 706.707
* 10. Et curata est manus arida. 706.707.719
* 12. Et ascendit in montem, & illic pernoctat in oratione. 707
* 13. Et elegit duodecim Apostolos. 706.707.781
* 14. Mutat & Petro nomen de Simone. ibid.
* 17. Et conueniunt à Tyro & ex alijs regionibus multitudo etiam transmarina. 706.707
* 20. Beati mendici, quoniam illorum est regnum cœlorum. 707.708
* 21. Beati esurientes, quoniam ipsi saturabuntur. 707.708.1066
* Beati plorantes, quoniam ridebunt. 202. 708
* 22. Beati eritis, cùm vos odio habebunt homines, & exprobrabunt, & ejcient nomen vestrum velut malum propter filium hominis. 708
* 23. Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. 708.829
* 24. Væ vobis diuitibus, quoniam accepistis aduocationem vestram. 709
* 25. Væ etiam saturatis, quia esurient; etiam ridentibus nunc, quia lugebunt. 709
* 26. Væ quum vobis benedixerint homines, secundum hæc & faciebant & pseudoprophetis patres illorum. 709
* 27. Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros, & benodicite eos qui vos oderunt. 495
* 28. & orate pro eis qui vos calumniantur. 495. 709.710
* 29. Et qui te percutit in maxillam, præbe illi alteram amplius; & qui aufert tibi tunicam, palliò quoque cede. 709.710
* 30. Omni petenti te, dato. 392.710.774
* 31. Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis. 710.711
* 34. Et, si fœneraueritis à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis? 710.711
* 35. Et eritis filij Dei, quia ipse suauis est aduersus ingratos & malos. 711
* 36. Estote misericordes sicut pater vester est misertus est vestri. 711.1000
* 37. Nolite iudicare, ne iudicemini; nolite condemnare, ne condemnemini; dimittite, & dimittemini. 202.711
* 38. Date & dabitur vobis; mensuram bonam professam ac fluentem dabunt in sinum vestrum; eadem qua mensi eritis mensurâ, remetietur vobis. 711
* 39. Cæcum cæcus dndit in foueam. 711.730
40. Non est discipulus super magistrum. 337.448. 711
* 42. Exime de oculo tuo trabem, & tunc reuincas stipulam in oculo Christiani. 711
* 43. Arbor bona non profert malum fructum, nec mala bonum. 711.487
45. Malus homo de malo thesauro profert malum. 711
* 46. Quid vocatis Domine, Domine? & non facitis quæ ego dico? 711
* 9. De centurione dixit Christus, talem fidem nec in Israel in ueni. 711 Luc. 7.
* 15. Resuscitauit & mortuum filium viduæ. 581. 712.719
* 16. Et gloriam retulerunt Deo dicentes: Magnus Propheres prodijt in nobis, & respexit Deus populum suum. 712.713
* 19. Et auditis virtutibus Christi, misit Ioannes ad Iesum, dicens: Tu es qui venis, an alium exspectamus? 712.713
* 21. Per operationes suas Dominus agnoscendum se nunciauit Ioanni. 712.713
& 22.
* 23. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. 712.713
24. Et testimonium Ioanni perhibuit. 712.713
* 27. Propheten, eum confirmans, immò & supra Propheten. 712.713
* 27. Hic est super quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te. 143.712
* 28. Maior quidem Ioannes omnibus natis mulierum, sed qui minor fuerit in regno Dei, maior erit illo. 712
* 37. Peccatrix fœmina pedes Domini osculis figebat, lacrymis inundabat, crinibus detergebat, vnguento perducebat. 712.1005
& 38.
* 50. Ab eo audijt: Fides tua te saluam fecit. 712. 713.714
* 2. Diuites Christo mulieres adhærebant, quæ & de facultatibus suis ministrabant ei. 712 Luc. 8.
* 3. inter quas & vxor Procuratoris Regis. 712
8. Qui habet aures, audiat. 713
* 10. Videte quomodo audiatis, & non audiatis. 713
31. Semen est verbum Dei. 337
16. Nemo lucernam abscondit. 713
17. Nihil occultum quod non reuelabitur. 167
* 18. Et qui habet, dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod habere se putat, auferetur ei. 713
* 20. Et adnunciatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, quærentes videre te.] 547. 673.713.730
* 21. Qui respondens dixit ad eos: Quæ mihi mater, qui mihi fratres, nisi qui audiunt verba mea, & faciunt ea? 546.713
22. Nauigarunt Apostoli. 392
* 25. Quis iste est, qui & ventis & mari imperat, & obaudiunt ei? 714
28. Quid mihi & tibi est, Iesu fili Dei? 714
* 30. In vno homine multitudo dæmonum, Legionem se profeila est. 714
* Dei filium verum Legio testata est. Ibid.

13. Et depetunt ab eo veniam abyſſi. 714
* 43. Tangitur à fœmina quæ ſanguine fluitabat.
& 44. 714
45. Et ait Ieſus: Quis eſt qui me tetigit? Excuſantibus autem diſcipulis, dixit Ieſus. 714
46. Tetigit me aliquis; ſenſi enim virtutem ex me profectam. 714
47. Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & indicauit quemadmodum confeſtim ſanata ſit. 714
* 48. At ipſe dixit ei: Fides tua te ſaluam fecit. 714
Luc. 9. * 1. & Dimittit diſcipulos ad prædicandum Dei regnum. 714
2.
* 3. Et prohibet eos victui ac veſtitui quid in viam ferre. 715
* 5. Et iuber puluerem excutere de pedibus in eos, à quibus excepti non fuiſſent in teſtimonium. 715
* 7. & 8. Chriſtum Ieſum alij Ioannem, alij Eliam, alij vnum aliquem è veteribus Prophetis Herodi adſeuerabant. 715
* 10. Receſſit in ſolitudinem. 715
14. Erant autem circiter quinque milia hominum. 715
17. Et paſti ſunt omnes, & etiam exuberauit. 715. 719
* 18. Interroganti Domino quiſnam diſcipulis videretur. 715
20. Reſpondit Petrus: Tu es Chriſtus. 715. 716. 728
* 21. At ille præcepit ne cui hoc dicerent. 715
* 22. Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à presbyteris, & Scribis, & ſacerdotibus, & interfici, & poſt tertium diem reſurgere. 715
* 24. Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam; & qui perdiderit eam propter me, ſaluam faciet eam. 548. 715
* 26. Qui confuſus me fuerit, & ego confundar eum. 545. 716. 830
* 28. Et aſſumpſit tres de diſcentibus arbitros futuræ viſionis & vocis, & in montem ſeeedit. 715. 851
29. Et vultus & veſtitus eius refulſit. 715. 716
* 30. Et ecce loquebantur eum illo Moſes & Elias,
& 31. conſpecti in conſortio claritatis. 590. 715. 716. 850. 851
* 33. Et ait Petrus: Bonum eſt nos hîc eſſe, faciamus hîc tria tabernacula, vnum tibi, & Moſi vnum, & Eliæ vnum, neſciens quid diceret. 716
34. Et nubes ambiuit eos. 716. 717
* 35. Et vox facta eſt de cœlo dicens: Hic eſt filius meus dilectus, hunc audite. 716. 717. 728
* 41. O genitura incredula, quouſque ero apud vos. 716. quouſque ſuſtinebo vos? Ibid.
* 47. Et ecce apprehendit Ieſus puerum, taleis eſſe docens debere, qui ſemper maiores velint eſſe. 717
* 52. Increpauit Chriſtus diſcipulos deſtinantes
& 54. ignem ſuper viculum Samaritanorum. 199
55. Neſcitis cuius ſpiritus ſitis. 724
* 56. Filius hominis venit non animas perdere, ſed ſaluas facere. 549
* 57. Recuſauit Dominus eum qui dixerat: Sequar te quocumque ieris. 717
58. Filius hominis non habet vbi caput ſuum collocet. 245
* 59. Alteri cauſato patris ſepulturam reſpondet: Sine mortui ſepeliant mortuos ſuos; tu autem vade, & adnuntia regnum Dei. 717
60. Alterum priùs ſuis valedicere petentem prohibet retrò reſpectare. 717
* 61. Nemo aratro manum imponens, & retrò ſpectans aptus eſt. 242
1. Adlegit Deus & alios ſeptuaginta Apoſtolos. Luc. 10. 719
* 4. Nolite in viam ferre, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam ſalutaueritis. 719
* 5. In quam autem introieritis domum, pacem ei dicite. 719
* 7. Dignus eſt autem operarius mercede ſua. 714. 715. 719
* 9. Adpropinquauit in vos regnum Dei. 719
* 10. Eis qui vos non receperint dicite. 719
* 11. Etiam puluerè terræ veſtræ excutimus in vos. Scitote tamen in vos adpropinquaſſe regnũ Dei. 714. 715. 719
* 16. Qui vos ſpernit, me ſpernit. 719
* 18. Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadẽtem. 485. 648
* 19. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper colubros & ſcorpios. 247. 718. 719. 824. 972
* 21. Gratias ago, & confiteor Domine cœli, quòd ea quæ erant abſcondita ſapientibus & prudentibus, reuelaueris paruulis. 719
* 22. Omnia mihi tradita ſunt à patre; & nemo ſcit, qui ſit pater niſi filius, & qui ſit filius niſi pater, & cuicumque filius reuelauerit. 334. 719. 1043
23. Beati oculi qui vident quæ videtis. 719
24. Dico enim vobis, quia Prophetæ non viderũt quæ vos videtis. 719
* 25. Et ecce legis Doctor Dominum adgreſſus: Quid faciens (inquit) vitam æternam conſequar? 713. 720
* 27. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. 720
38. Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. 547
* 1. Et quum in quodam loco oraſſet, adgreſſus Luc. 11. eum ex diſcipulis quidam: Domine (inquit) doce nos orare, ſicut Ioannes diſcipulos ſuos docuit. 720. 729
* 2. Pater, ſanctificetur nomen tuum; adueniat regnum tuum. 180. 720
* 3. Panem noſtrum quotidianum da nobis. 720
* 4. Et dimitte nobis delicta noſtra, ſiquidem & nos dimittimus; Et ne nos ſinas induci in tentationem. 720
* 5. Amice da mihi mutuo tres panes. 720. Et ille de intus dicat. 720
* 7. Noli mihi moleſtus eſſe, iam ianua clauſa eſt, & infantes mecum cubant. 721
* 8. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dabit illi quotquot habet neceſſarios. 181. 333. 720. 721
* 9. Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. 333. 720
* 11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, aut piſcem, numquid pro piſce ſerpentem dabit illi? 720

* 12. Aut si petierit ouũ, numquid porriget ei scorpium? 721
* 13. Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare, quanto magis pater vester dabit Spiritum sanctum? 721
* 14. Et erat expellens dæmonium, & illud erat surdum. 721
* 15. Quidam autem dixerunt: In Beelzebule ejcit dæmonia. 721.722
* 18. Non potest Satanas diuidi aduersus semetipsum, quomodo enim adhuc staret regnum eius? 721
* 19. Si ego in Beelzebule ejcio dæmonia, filij vestri in quo ejciunt? 721
* 20. Quòd si ego in digito Dei expello dæmonia, ergò ne adpropinquauit in vos regnum Dei? 721
* 21. Parabola fortis armati, quem validior alius oppreſſit. & 22. 721.787
* 27. Exclamauit mulier de turba: Beatus vterus qui te portauit, & vbera quæ te educauerunt. 547.673.721
* 28. Et Dominus: Immò beati, qui sermonem Dei audiunt & faciunt. 547.721
* 29. Signum non dabitur ei. 721
* 33. Nemo lucernam abstruit, sed super candelabrum proponit vt omnibus luceat. 721
* 37. Pharisæus qui Dominum vocarat ad prandium, retractabat penes se, cur non priùs tinctus esset quàm receubuisset. 721
* 39. Et ait Dominus: Vos calicis & catini exteriora emundatis, interiora autem vestra plena sunt rapina & iniquitate. 721
* 40. Nonne qui exteriora fecit, & interiora fecit? 721
* 41. Date quæ habetis eleemosynam, & omnia mũda erunt vobis. 721
* 42. Væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam & rutam, & holuscula, vocationem autem & dilectionem Dei præteritis. 721
* 43. Væ vobis Pharisæis, qui captatis primatum locorum & honorem salutationum. 721
* 46. Et vobis Doctoribus Legis væ, quòd oneretis alios importabilibus oneribus, quæ ipsi ne digito quidem adgredi audetis. 722
* 47. Væ vobis qui ædificatis Prophetis monumenta interemptis à patribus vestris. 722
50. Vt inquiratur sanguis omnium Propheratum qui effusus est à constitutione mundi. 722
* 52. Væ vobis Legis Doctoribus qui habuistis elauem legis; ipsi non introistis, nec alijs aditum præstastis. 722
Luc. 12. * 1. Inquit Dominus discipulis: Cauete à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. 722
* 2. Nihil autem opertum quod non patefiet, & nihil absconditum, quod non dignoscetur. 722
* 4. Dico autem vobis amicis: Nolite terreri ab eis qui vos solummodò occidere possunt, nec post hoc vllam in vobis potestatem habent. 722
* 5. Demonstrabo autem vobis quem timeatis; Timete eum qui postquàm occiderit, potestatem habet mittendi in gehennam. Itaque dico vobis, hunc timete. 722
* 8, Dico enim vobis, omnis qui cõfitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo. 545.722
* 9. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram Deo. 243.545.722
* 10. Qui dixerit in filium hominis, remittetur, illi autem qui dixerit in Spiritum sanctum, non remitteiur ei. 722
* 11. Quum vos perducent ad potestates ad interrogationem, nolite cogitare de responsione. 722
* 12. Spiritus enim sanctus docebit vos ipsa hora, quid eloqui debeatis. 722
* 13. Postulatus à quodam Christus, vt inter illum & fratrem ipsius de diuidunda hæreditate componeret, operam suam. 723
* 14. Quis (inquit) me iudicem constituit super vos? 723
* 16. Dixit autem parabolam diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum. 723
* 20. Cui dixit Deus: Stulte, hac nocte animã tuam reposcent; quæ autem parasti, cuius erunt? 181.723
* 22. Nolite curam animæ agere de victu, & corpori de vestimento. 181.723
* 23. Anima potior escâ, & corpus potius tunicâ. 723
* 24. Corui non serunt nec metunt, nec in apotheeas condunt, & tamen aluntur à Deo. 714. 723
25. Nemo potest adijcere cubitum vnum ad staturam suam. 213
* 27. Lilia & fœnum non texunt, nec nent, & tamẽ vestiuntur ab ipso. Nec Salomon glotiosissimus vllo flosculo cultior. 714.723
* 28. Quanto magis vos modicæ fidei? 723
* 30. Hæc enim nationes mundi quærunt. Scit autem pater opus esse hæc vobis. 723
* 31. Quærite (inquit) primùm regnum Dei, & hæc vobis adijcientur. 630.723
* 35. Sint lumbi vestri succincti, & lucernæ ardentes. 723
* 36. Et vos similes seruis exspectantibus dominum suum redeuntem à nuptijs. 723
* 39. Si sciret pater familiæ horam qua fur veniret, non sineret suffodi domum suam. 723
* 40. Et vos estote parati, quia non putatis horã, filius hominis aduenier. 723
* 41. Interrogat autem Petrus: Domine, in nos dixisti hanc parabolam, an & in omnes? 724
* 42. Proponit autem Dominus actorum similitu- & seq. dinem: Quorum qui benè tractauerit conseruos absentia domini, teuersõ eo omnibus bonis præponetur. Qui verò secus egerit reuersõ domino qua die non putauerit, horã qua non scierit segregabitur, & pars eius cum infidelibus ponetur. 724
* 47. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit, cædetur plagis multis. 724
* 48. Qui autem non cognouit & fecit, fecit digna plagis, cædetur paucis. 724
& prout commisit illis, ita & exigit ab eis. Ibidem.
* 49. Ignem veni mittere in terram. 724
* 50. Habeo baptismo tingui, & quomodo coarctor. 391.1015
* 51. Putatis venisse me pacem mittere in terram? Non, dico vobis, sed separationem. 724
* 53. Diuidetur pater in filium, & filius in patrem; & mater in filiam, & filia in matrem, & nurus in socrum, & socrus in nurum. 724
* 56. Hypocritæ cœli & terræ faciem probantes, -tempus istud non dignoscitis? 724
* 57. Quid autem à vobismetipsis non iudicatis quod

quod iustum est? 289.724
* 58. Ne fortè tradat te in iudicem qui mittit in gehennam. 724
59. nec ducit inde, nisi soluto etiam nouissimo quadrante. 724
Luc. 13. * 14. De curatione in Sabbaro facta. 724
* 15. Vnusquisque vestrum Sabbatis non soluit asinum aut bouem suum à præsepi, & ducit ad potum? 724
* 19. Simile est regnum Dei grano sinapis, quod accepit homo, & seminauit in horto suo. 724
* 21. Simile est regnum cœlorum fermento. 724
* 25. Quum surrexerit pater familiæ, & cluserit ostium, quibus pulsantibus respondebit: Nescio vnde estis. 724
* 26. Tunc incipietis dicere: Edimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. 724
* 27. & adijciet: Recedite a me omnes operarij iniquitatis. 724
* 28. Ibi erit fletus & stridor dentium. Quum videritis iustos introeuntes in regnum Dei, vos verò detineri foris. 724
34. Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. 576
Luc. 14. * 13. Ad prandium vel ad cœnam vocari iubet pauperes debiles, claudos & cæcos. 725
* 13. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. 725. retribuetur tibi in resurrectione iustorum. 579.725
* 16. Homo quidam fecit cœnam, & vocauit multos. 725
* 18. 19. & 20. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit: agrum emi, & boues mercarus sum, & vxorem duxi. 725
* 21. Hoc vt patri familiæ renuntiatum est, motus, tunc mandat de plateis & vicis ciuitatis facere sublectionem. 725
* 22. Dehinc loco abundante, præcepit etiam de vijs & sepibus colligi. 725
* 24. Nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. 725
* 26. Qui pluris fecerit animam suam quàm me, non est me dignus. 831.833.971
Luc. 15. * 2. Pharisæi indignati murmurabant quòd Dominus publicanos & peccatores ethnicos admitteret, de victu cum illis communicans. 1002.1004
* 4. Quis ex vobis homo habens centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? 202.547. 579.725.882.1004.1006
* 5. Et quum inuenerit, imponit in humeros suos gaudens. 494.725.1002
* 8. Aut quæ mulier habens didragmas decem, & si perdiderit dragmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? 332.725. 1002.1003.1004.1005
* 9. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. 547.725
* 20. Prodigum filium patet recipit. 202.1003. 1004
* 29. Ecce quot annis tibi seruio, & mandatũ tuum numquam præterui. 202.1003
31. Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. 202.1003
Luc. 16. * 3. Seruus ab actu summotus, Dominicos debitores diminuit, cautionibus releuat, in subsidium sibi. 725
* 9. Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mãmona iniustitiæ. 201.725.974
* 11. Si in mammona iniusto fideles non exstitistis, quod verum est, quis vobis credet? 726
* 12. Et si in alieno fideles inuenti non estis, quod meum est, quis dabit vobis? 726
* 13. Nemo potest duobus dominis seruire quia alterum offendi sit necesse, alterum defendi, Deum proponens & Mammonam. 725
* 14. Irridebant Pharisæi pecuniæ cupidi. 725
* 15. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. 726
* Scit autem Deus corda vestra, quod elatum est apud homines, perosum est Deo. 726
* 16. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem, ex quo regnum Dei adnuntiatur. 726.790
* 17. Transeat cœlum & terra citiùs quàm vnus apex verborum Domini. 726
* 18. Qui dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium commisit; qui dimissam à viro duxerit, æquè adulter est. 727
20. Lazarus fame & vlceribus. 721.1066
* 22. Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ; mortuus est & diues, & sepultus est in inferno. 243.680. 727
* 23. Eleuans oculos de longinquo, quum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius. 721.722
* 24. Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 479.480.680.727. 728
* 26. Magnum inter cedit regiones istas profudum, & transirum vtrimque prohibens. 727
* 29. Habent Mosen & Prophetas, illos audiant. 332.717.728.988
* 1. Væ auctoti scandalorum. 728 *Luc. 17.*
* 2. Expediret ei si natus non fuisset, aut si molino asno ad collum deligato præcipitatus esset in profundum, quàm vnum ex illis modicis scandalizasset. 728
* 3. Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum. 728
* 4. Et si frater in te deliquerit, veniam des illi etiam septies. 728
* 14. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. 728.729
* 15. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, glorians Deo reddens. 728
* 16. Et hic erat Samaritanus. 728.729
* 19. Fides tua te saluum fecit, audijt. 729
* 20. Interrogatus à Pharisæis quando regnum Dei venturum sit. 729
* Non venit regnum Dei cum obseruatione, nec dicunt. 729
* 21. ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. 729
* 25. Oportet filium hominis antè multa pati & reprobari, ante aduentum suum. 729
* 26. Et sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis. 729
* 28. Sicut factum est in diebus Loth. 729
* 32. Memores estote vxoris Loth. 729
* 2. Parabola de Iudice super bo. 729 *Luc. 18.*
* 3. & vidua instante. 578.729
* 5. Vidua à iudice petebat auditi. 332

* 7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte. 729
9. Dicebat autem & patabolam ad eos. 579
* 10. Duo homines ascendebant in templum vt orarent, vnus Pharisæus, alter publicanus. 729
* 14. Dico vobis, descendit hic iustificatus, alter reprobatus; quia qui se humiliat, alleuabitur, & qui se exaltat, destruetur. 182. 729
* 18. Interrogatus ab illo quodam: Præceptor optime, quid faciens vitam æternam possidebo? 729
* 19. Quis optimus, nisi vnus Deus? 569.570.729
* 20. Præcepta scis? 730. Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testaberis, & diliges patrem & matrem. Ibid.
* 21. Quum que ille principaliora quæque obseruasse affirmasset se ab adolescentia. 730
* 22. Vnum (inquit) tibi deest. Omnia quæcumque habes, vende, & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. 730
* 27. Quæ penes homines difficilia; pœnes Deum facilia. 243
* 37. Quum ptætereuntem illum cæcus audisset. 730.731
* 38. Exclamauit: Iesu fili Dauid, miserere mei. 730
* 39. Sed antecedentes increpabant cæcum vt taceret. 730
* 42. Fides tua te saluum fecit. 333.730
* 43. Et omnis populus laudes referebat Deo. 730
Luc. 19. * 5. Domus Zachæi. 730
* 6. Exceptum domo sua pascit Dominum. 730
* 8. Dicendo, Dimidium substantiæ offero pauperibus; & si cui quid per calumniam ereptus, quadruplum reddo. 730
* 9. Itaque Dominus: Hodie (inquit) salus huic domui. 730
* 10. Venit enim filius hominis saluum facere quod periit. 570.579.730
* 13. De seruorum parabola, qui secundum rationem fœnetatæ pecuniæ Dominicæ diiudicantur. 730
* 21. Tiniui enim quia austerus es, tollis quod non posuisti, & metis quod non seuisti. 730
* 23. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum fœnore vtique exegissem. 335.730.732
Luc. 20. * 4. Interrogat Christus: Baptisma Ioannis vnde est? 730
* 5. At illi cogitabant: Si dixerimus, de cœlo fuit baptisma Ioannis, dicet: Quare non credidistis ei? 730
* 6. Si dixerimus humanum baptisma Ioannis, statim plebs nos lapidibus elidet. 730
* 7. Et ego non dico vobis, in qua virtute hæc facio. 730
* 25. Reddite quæ Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. 244.730
* 27. Sadducæi resurrectionis negatores, interrogationem proponentium Domino. ibidem.
* 28. ex lege materiam mulieris quæ septem fratribus ex ordine defunctis secundum ptæceptum legale nupsisset, cuius viri deputanda esset in resurrectione. 731
* 34. Respondit Iesus: Huius quidem æui filios nubere. 731
* 35. Quos verò dignatus sit Deus, illius æui possessione & resurrectione à mortuis, neque nubere, neque nubi. 580.531.732
* 36. quia nec mori turi iam sint, quum similes angelorum fiant, Dei & resurrectionis filij facti. 731
* 39. Magister, benè dixisti. 731
* 44. Dauid cum Dominum appellat. 731
* 7. Præceptor, quando hæc erunt? 731.732.574 Luc. 21.
* 8. Multi venient, dicentes: Ego sum Christus. 782.731
* 9. Quum audieritis bella, &c. oportet primùm hæc fieri. 574.731
* 10. Surget gens super gentem, regnum super regnum. 574
* 11. Et peltis, & fames, terræque motus, & formidines, & prodigia de cœlo. 574.732
* 12. Ante hæc autem persequentur vos, & manus vobis injicient. 732
* 14. Vetat quid responderi oporteat apud tribunalia. 732
* 15. Ego dabo sapientiam ipsam, cui nemo resistet. Ibidem.
* 16. Trademini à proximis in persecutione. 732
* 17. Et eritis in blasphemiam ex odio nominis mei. 732
* 19. Sed per tolerantiam, salùos facietis vosmetipsos. Ibid.
* 20. Quum videritis tempore excidij vallari exercitibus Ierusalem. 574.732
* 25. Vltimi finis signa, vt solis & lunæ, syderúmque prodigia, & in terra angustiæ nationum obstupescentium veluti à fonitu maris fluctuantis. 574.732
* 26. pro exspectatione imminentium orbi malorum, quòd & ipsæ vires cœlorum concuti hæbeant. 574.732
* 27. Et tunc videbunt filium hominis venientem cum plurima virtute. 574.732
* 28. Quum autem hæc fient, erigetis vos, & leuabitis capita, quoniam adpropinquauit redemptio vestra. 574.732
* 30. Aspicite ficum & arbores omnes, quum fru-
& 31. ctum protulerint, intelligunt homines æstatem adpropinquasse. Sic & vos, quum videritis hæc fieri, scitote in proximo esse regnum Dei. 733
* 32. Cœlum & terra non transibunt, donec omnia peragantur. Ibid.
* 34. Attendite vobis nequando grauentur corda vestra crapula & ebrietate & secularibus curis, & insistat repentinus dies ille. Ibid.
* 35. velut laqueus. Ibid.
* 37. Per diem in templo docebat; Ad noctem verò in eleonem secedebat. 733
* 1. Dominus diem Paschæ elegit. 733 Luc. 22.
3. Intrauit autem Satanas in Iudam. 788
* 15. Concupiscentia concupiui Pascha edere vobiscum antequàm patiar. 733
* 19. Accepurn panem & distributum discipulis, corpus suum illum fecit, Hoc est corpus meum dicendo, quod pro vobis tradetur. 733.789
* 20. Sic & in calicis mentione testamentum constituit, sanguine suo obsignatum. 733.789
* 22. Væ per quem traditur filius hominis. Ibid.
28. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. 393
29. Ergo dispono vobis, sicut dispositit mihi pater re-

ter regnum. 857
* 31. Ecce postulauit Satanas vt cerneret vos velut frumentum. 969
* 32. Verùm ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua. 969
33. Petrus præsumptione elocutus.
* 42. Pater, inquit, transfet poculum istud; verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. 181
48. Debuit etiam osculo tradi. 734
* 66. Perductus in consessum. ibid.
* 67. An ipse esset Christus interrogatur. ibid. Si dixero vobis, non credetis. ibid.
* 69. Abhinc erit filius hominis sedens ad dexteram virtutis Dei. 734
* 70. Ergo (inquiunt) tu Dei filius es? ibid. Et respondit: Vos dicitis quia ego sum. ibid.
Luc. 23. * 3. Perductum illum ad Pilatum, onerare cœperùt quòd se regem diceret. 734
* 4. Pilato interroganti: Tu es Christus, proinde: Tu dicis, respondit. 734
* 7. missus ad Herodem à Pilato. 573.734
* 8. Delectatus est Herodes viso Iesu. ibid.
* 9. nec vocem vllam ab eo audiuit. ibid.
23. Deridetur, fœdis vestitur. 199.
* 25. Barrabas nocentissimus vita donatur, Christus verò morti exponitur. 734
* 32. Sed & duo scelesti circumfiguntur illi, vt inter iniquos deputaretur. ibid.
* 34. Milites vestitum eius diuiserunt, sortes concedentes. ibid.
* 44. Erat autem ferè hora sexta. Ibid. Occidit sol meridie. 735
* 45. Ecce autem & elementa concutiuntur. ibid. Scissum est templi velum. 735. ibid.
* 46. Vociferatur ad patrem, vt Prophetas adimpleret; hoc dicto exspirauit. 735.856
* 51. Ioseph qui non consenserat in scelere Iudæis. 735
* 52. Postulauit à Pilato corpus Iesu. 735
53. Detractum de patibulo sindone inuoluit, & in sepulcro nouo condidit. 735
Luc. 14. * 1. Mulieres ante lucem conuenerunt ad sepulcrum cum odorum paratura. 735
* 2. Et inuenerunt lapidem reuolutum à sepulcro, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini. 735
* 4. Et ecce duo angeli apparuerunt. ibid.
* 6. Rememoramini quæ locutus sit vobis in Galilæa, dicens: Quòd oporter tradi filium hominis, & crucifigi, & tertia die resurgere. 735
8. Et recordatæ sunt verborum eius. 735
9. Et regressæ à sepulcro. 735
11. Et visa sunt ante illos sicut deliramenta verba ista. 735
* 13. quum duo iter agerent. ibid.
* 15. & Dominus eis adhæsisset. ibid.
* 16. non comparens quòd ipse esset, etiam dissimu- & seq. lans de conscientia rei gestæ. ibid.
21. Nos autem putabamus ipsum esse redemptorem Israëlis. 735
* 25. Et ipse inuectus in illos, dixit: O insensati & tardi corde in non credendo omnibus quæ locutus est ad vos. 334.735
* 37. Hæsitantibus eis ne phantasma esset, immò phantasma credentibus. 735
* 38. Quid turbati estis (inquit) & quid cogitationes subeunt in corda vestra? ibid.
39. Videte manus meas & pedes, quia ego sum, quia spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere. 545.735
* 41. Adhuc eis non credentibus propterea eibum desiderauit. 735.890
47. Apostolos misit ad prædicandum vniuersis Nationibus. 53.735.857
* 51. Et ferebatur in cœlum. 53

EX IOANNE.

* v. 1. IN primordio (siue principio) erat sermo, & sermo apud Deum, & Deus erat sermo. 51.133.416.417.549.845.846.849.850.851.852.853.857.1141.1159 Ioan. 1.
* 3. Omnia per ipsum facta sunt, sine quo factum est nihil. 417 423.568.801.847.851.852.853.1038.1040.1045.1046.1053
4. Vita manifesta est. 549
9. Erat lux vera quæ illuminat hominem venientem in hunc mundum. 849
10. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. 1038
11. In sua venit, & sui eum non receperunt. 1039
* 12. Qui in eum crediderint, dedit eis potestatem vt filij Dei vocentur. 180
* 31. Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. 551.553
* 14. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius tamquam vnigeniti à patre. 335. 485. 551. 654. 847. 851. 852. 857. 1002. 1009. 1036. 1038. 1040. 1041. 1042. 1043. 1047. 1048
* 18. Deum nemo vidit vnquam; vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse disseruit. 850. 853
* 21. Tu es Helias? 495
* 27. Qui post me venit, ante me factus est. 1039
29. Ioannes agnum Dei demonstrat. 143. 390. 853
* 32. Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum. 544.882
* 48. quia dixi, vidi te sub ficu. 853
* 49. Respondit Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es filius Dei. 853. 855
* 2. Iesus apud nuptias cœnat. 485.955 Ioan. 2.
* 8. Rudimenta potestatis suæ vocatus ad nuptias in aqua auspicatur. 350.485.875
* 16. Templum ædem patris sui appellat. 853
* 19. Diruite templum istud, & ego illud triduo resuscitabo. 573.1009.1040
* 5. Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, nõ introibit in regnũ Dei, seu, Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam. 391.497 Ioan. 3.
* 6. Quod in carne natum est, caro est, & quod de spiritu, spiritus est. 551.858.884
* 11. Quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. 575.1039.1040
* 13. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. 859.1038
* 14. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. 341
* 16. Ita dilexit Deus mundum, vt filum suum vnicum dederit, in quem omnis qui crediderit, non pereat, sed habeat vitam æternam. 853
30. Illum augeri oportet, se verò diminui. 180
31. Qui de terra est, de terra loquitur; qui de supernis venit, super omnes est. 350
34. Non enim ad mensuram dat filio pater. 1040

* 35. Pater diligit filium, & omnia tradidit in manu eius. 851.852.1040
36. Qui credit in filium, habet vitam æternam; qui non crediderit in filio Dei, non videbit Deum, sed ira Dei manebit super eum.
Joan. 4. * 2. Is tamen non tinguebat, sed discipuli eius. 390
* 6. Apud puteum vires resumit. 390
* 7. Iesus sitit sub Samaritide. 548.857
* 12. Ne tu maior sis. 728
* 17. Samaritanæ maritum negat, vt adulterum o-
& 18. stendat numerosum martum. 955.1005
* 20. Patres nostri in isto monte adorauerunt, & vos dicitis quia Hierosolymis oportet adorare. 728
21. Veniet hora, quum neque in môte isto, neque in Ierusalem adorabitis patrem. 1034
24. Deus spiritus est. 647 858. & eos qui adorant, in spiritu & veritate adorare oportet. 1034. 1035
* 25. Messias qui dicitur Christus. 853
32. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. 1065
* 34. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. 853.1065
Ioan. 5. * 2. De piscina Bethsaida. 147.389
* 17. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. 855.1245.1256
* 19. Amen amen dico vobis: Non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem. 335.845.852. 854. quæ enim ille facit, eadem & filius facit. 854.1039.1040
20. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrauit illi quæ ille fecit, & maiora istis opera demonstrauit illi, vt vos miremini. 854
21. Quomodo enim suscitat mortuos, & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. 854. 855
* 22. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. 851. 854. 1037. vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. 854
23. Qui non honorat filium, nõ honorat patrem, qui filium misit. 854
* 24. Qui audit sermones meos, & credit in eum qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit de morte in vitam. 580.854.1039
* 25. Veniet hora quum mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. 580.854
* 26. Sicut pater habet vitam in semetipso. 854
27. Sic dedit & filio habere vitam in semetipso. 854
* 28. Ne miremini quod veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. 580
* 29. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. 166. 333. 580. 587
31. Ipse Dominus de se testimonium non dixit. 335
35. Ille erat lucerna ardens & lucens. 143
* 36. Ego autem habeo maius quàm Ioannis testimonium. Opera quæ pater mihi dedit consummare, illa ipsa de me testimonium perhibent, quòd me pater miserit. 854
37. Et qui me misit pater, ipse testimonium dixit ad me. Neque vocem eius audistis vmquam, neque formam eius vidistis. 851.853
* 39. Scrutamini scripturas. 352
* 43. Ego veni in patris mei nomine, & non me recepistis. 853
15. Regem fieri conscius sui regni refugit. 245
Ioan. 6. 28. Quæritis me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis. 1065
27. Operamini escam quæ permanet in vitam æternam. 1065
* 28. Quid faciemus vt operemur opera Dei? 854
* 29. Respondit: vt credatis in eum quem Deus misit. 334.854
35. Omnis qui videt & credit in me, non morietur in æternum. 854. 1045
* 38. Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me. 181.579. 854.1040.1043
37. Omne quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quidquam. 580
40. Hæc est voluntas patris, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & suscitem illum nouissima die. 579. 340.580.854.1243
* 44. Nemo ad me venit, nisi quem pater adducit. 854.855
* 46. Patrem Deum nemo vidit vmquam, nisi qui est à Deo; hic vidit Deum. 854
* 48. Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi. 181.854.1243
* 51. Panis quem ego dedero pro salute mundi, caro mea est. 549
60. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? 580
62. Quid si videritis filium hominis ascendentem illuc vbi antè erat. 854.1039
* 63. Spiritus est qui viuificat. 580. 587. Caro nihil prodest. 580. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ibid.
* 66. Ex hoc multi discipulorum abierunt retrò. 330.854
* 67. Dixit ergo Iesus: Numquid & vos vultis abire? 330.854
* 68. Respondit ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes? 330. 854
* 5. Fratres Domini non crediderunt in illum. 547
Ioan. 7. 24. Quod iustum est, iudicate.
* 28. Neque me scitis vnde sim, & non veni à meipso, sed est verus qui me misit, quem vos non nostis. 854
* 29. Ego noui illum quia ab illo sum, & ille me misit. 854
* 33. Modicum adhuc temporis vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. 854
* 37. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 390
Ioan. 8. 14. Etsi ego de me testificor, verũ est testimonium meum. Quia scio vnde venerim, & quò eam. Vos ignoratis vnde veniam, & quò eam.
15. Vos secundum carnem iudicatis. 854
* 16. Quia solus non sum, sed ego, & qui me misit pater, 854
* 17. Duorum hominum testimonium verum est. 854.1043
* 18. Ego testimonium dico de me, & testimonium dicit de me qui me misit pater. 854.1043
* 19. Dixerunt ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis neque patrem meũ. si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. 334.854
* 23. Vos

* 23. Vos ex inferioribus estis, ego de sursum sum; vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. 854.1045
* 26. Qui me misit, verax est, & ego quæ de eo audiui, ea & loquar in mundum. 846. 854.
* 27. Non cognouerunt quòd de patre dixisset. 854
* 28. Tunc cognoscetis quòd ego sim, & à memetipso nihil loquar, sed sicut me docuit, ita & loquor. 854
* 29. quia & qui misit me, mecum est. 854
* 38. Ego quæ vidi penes patrem meum loquor, & vos quæ audistis penes patrem vestrum, id facitis. 854
40. Et nunc vultis occidere hominem veritatem ad vos locutum, quam audiui à patre. 550
* 42. Et si Deus esset pater vester, diligeretis me: ego enim à Deo exiui & veni. 854.855
44. Vos ex patre diabolo estis. 484
* 49. Ego dæmonium non habeo, sed honoro patrem meum. 854
* 51. Si quis verbum meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.
* 54. Etsi ego me ipsum glorificem, nihil est gloria mea. Est qui me glorificet pater, quem vos dicitis Deum esse vestrum. 854
* 55. Nec nostis eum, quia ego noui eum. Et si dicam, non noui, ero similis vestri mendax. Sed noui illum, & sermonem eius seruo. 854
* 56. Abraham diem meum vidit, & lætatus est. 854
* 58. Ante Abraham ego sum. 854.1044.1048
Ioan. 9. * 4. Me oportet operari opera patris mei. 854
* 35. Tu credis in filium Dei? 334.854
* 36. Respondit ille, & dixit: Quis est Domine vt credam in eum? 334.854
* 37. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. 334.854. 883
Ioan. 10. 3. De oue & pastore. 854
11. Christus etiam bonus dictus est. 854.972. 1002
* 12. Malus pastor viso lupo fugit. 854. 972. 973
* 15. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. 854
* 17. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam. 854
18. Potestatem habeo animam meam ponendi, & rursus recipere eam. 854.1040
24. Si tu es Christus, dic nobis palàm. 854
25. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris mei ipsa de me testimonium dicunt. 645.854
28. Non rapiet eas quisquam de manu mea. 854
*. 29. Pater enim quod mihi dedit, maius est omnibus. 854
* 30. Ego & pater vnum sumus. 180.847.854.855. 1038.1044.1045
* 32. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? 854.1044.1045
* 33. Propter opera Iudæi dicebant se Christum non lapidare. 144, sed propter blasphemiam, & quia tu quum homo sis, facis te Deum. 854.1044
* 34. Ego dix, Dei estis. 854
35. & non potest solui scriptura. 854
* 36. Quem pater sanctificauit, & misit in mundũ, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum? 854.1044.1045
* 37. Si non facio opera patris mei, nolite credere. 645.854
* 38. Si verò facio, & mihi credere non vultis, vel propter opera credite; & scitote quòd ego in patre sim, & pater in me. 645.854
* 11. De Lazaro suscitato. 543.581.589. 854 Ioan. 11.
33. Iesus lacrymatus super Lazarum. 548. 857
* 41. Pater gratias ago tibi quòd me semper exaudias. 854.1043
* 42. Propter turbas istas circumstantes dixi, vt credant quòd tu me miseris. 854
* 27. Et quid dicam? Pater, saluum me fac ex ista hora. Atquin propter hoc veni in istam horam. 854 Ioan. 12.
* 28. Verùm, pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo dicens: Et glorificaui, & glorificabo. 854.855.1043
30. Non propter me ista vox venit, sed propter vos. 855
* 44. Qui credit in me, non in me credit, sed in eum credit qui me misit. 855
* 49. A me ipso non sum locutus, sed qui me misit pater, ipse mihi mãdatum dedit quid dicam, & quid loquar. 855
* 50. Sicut mihi pater dixit, ita & loquor. 855
* 1. Ante sollemnitatem Paschæ. 855 Ioan. 13.
2. Quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ. 148.671.855
* 3. Sciens Iesus omnia sibi tradita esse à patre, & se ex Deo esse, ad Deum vadere. 855
* 4. Discipulorum lauandis pedibus ministrauit. 199.245.390
5. Peluim discipulorum pedibus offert. 291
* 6. Qui semel lauit, non habet necesse rursum. 391
* 31. Nunc glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est in illo. 855
* 2. In domo patris mei multæ mansiones sunt. Ioan. 14. 582. 827
* 5. Dicit ei Thomas: Nõ scimus quò eas, & quomodo viam nouimus. 855
* 6. Et Iesus: Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. 309. 855
* 7. Si cognouissetis me, cognouissetis & patrem; sed abhinc nostis illum, & vidistis illum. 336. 855. 1050
8. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. 855
* 9. Et Dominus: Philippe, tanto rempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Qui videt me, videt & patrem. 853. 855. 1050
* 10. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, non sunt mea, vtique quia patris. Pater autem manens in me, facit opera. 847. 853. 855. 856
11. Non creditis quia ego in patre & pater in me, si quominus vel propter opera credite. 856
* 12. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrem vado. 856. 1050
15. Si diligitis me, præcepta mea seruate. 856. 1050
* 16. Rogabo enim patrem meum, & alium ad-

uocatum dabit vobis. 336.847.856.1050. 1051
* 17. Spiritum veritatis 847.856.1051
* 23. Siquis me diligit, sermonem meum custodiet, & pater meus diliget illum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. 582.1050
* 26. Aduocatus autem ille Spiritus sanctus, quem missurus est Pater, ille vos docebit, & commemorabit omnia quæcumque dixero. 1050.1051
* 28. Si diligeretis me, gauderetis, quia eo ad patrem; quia pater maior me est. 847.850.1050
Ioan. 15. * 1. Ego sum vitis vera, & pater meus agricola. 856.1051
2. Omne sarmentum in me non adferens fructum, tollit illud, & omne fructiferum purgat, vt fructum ampliorem ferat. 1050
* 6. Mittetur foras sicut palmes, & arescet. 644
* 9. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos; manete in mea caritate. 1050
* 10. Si mandata mea seruaueritis, manebitis in mea caritate. Sicut ego mandata patris seruaui, & manco in eius caritate. 1050
* 15. Dixi autem vos amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. 1050
* 21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia ignorant eum qui me misit. 1050
* 26. Quum venerit aduocatus ille, quem ego missurus sum vobis à patre meo Spiritum veritatis, qui de patre meo procedit. 1050
Ioan. 16. * 7. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos; si autem ego abiero, mittam illum ad vos. 390.1046
12. Adhuc multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea baiulare (siue sustinere.) 309. 334. 351
* 13. Quum venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim à se loquetur, sed quæ mandantur à Christo. 289. 309.332.336.844.952.958.
* 14. Et de meo accipiet.
* 15. Omnia patris mea sunt. 852
* 20. Seculum gaudebit, vos tristes eritis. 219.243. 293
* 23. Petite & accipietis. 182
* 27. Ego ex Deo prodij, & veni. 1045
* 28. Exiui à patre, & veni. 1045
Ioan. 17. * 3. Hæc est autem vita æterna, vt sciant te vnum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. 1037.1043.1046
4. Ego te honorificaui super terram, opus perfeci quod dedisti mihi.
* 5. Et nunc Pater honorifica me gloria, quam habebam apud te, prius quàm mundus esset. 856.1038.1043.1046
* 6. Nomen tuum manifestaui hominibus. 180. 852
9. Christus discipulos suos patri tradidit. 856
Ioan. 18. 11. Dixit ergo Iesus: Mitte gladium tuum in vaginam. 199
Ioan. 19. 2. Christus fœdioribus coronatur. 199
9. Iesus Pilato interrogante nihil locutus est. 147
12. Si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris. 141
17. Christus lignum humeris suis portauit. 147
* 26. Christus loco suo filium Ioannem Matiæ demandauit. 314
* 34. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò sanguis & aqua exiuit. 292. 390. 392.498.883.1015.1036.1052
* 37. Et videbunt, & agnoscent qui eum confixerunt. 554.576.587
* 17. Ne contigeris me, nondum ascendi ad patrem meum; vade autem ad fratres meos, & dices eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. 856. 858.1043 Ioan. 20.
* 21. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. 1041
* 22. Accipite Spiritum sanctum. 1051
* 23. Quorum remiseritis peccata, erunt remissa, & quorum retinueritis, erunt retenta. 1051
24. Ipse auditus & visus, & ne phantasma crederet & seq. tur, etiam contrectatus. 485.851
27. Dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc. 1038
28. Dominus meus & Deus meus. 1038. 1052. 1053
* 31. Propter quid hæc scripta: nisi vt credatis Iesum Christum filium Dei? 856.1060
20. Ioannes dilectissimus Domino, qui pectori eius incubabat. Ioan. 21.
* 23. De morte Ioannis. 501

EX ACTIS APOSTOLORVM.

v. 3. CVm discipulis apud Galilæam Iudææ ad quadraginta dies egit, docens eos quæ docerent. 33 Act. 1.
* 10. Ecce duo viri astiterunt illis in vestibus albis. 575
* 11. Angeli dixerunt sic venturum, quemadmodum in cœlos conscendit. 392. 554. 587. 859
* 22. Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum. 550
* 26. Et cecidit sors super Marthiam. 324
* 2. Christum misisse vicatim vim Spiritus sancti. 333 334-335 Act. 2.
4. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto. 859. 1051
* 9.10. Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitant Meso-
& 11. potamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam & Pamphyliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ quæ est trans Cyrenen inhabitantes, Romani & incolæ tunc & in Ierusalem Iudæi, & cetera gentes. 139
* 13. Resurrectio Domini inter discipulos frequentata, & gratia Sancti spiritus dedicata. 392
15. Non enim sicut vos æstimaris, hi ebrij sunt, quum sit hora diei tertia.
* 17. Effundam de spiritu meo in omnem carnem, in seruos, ancillas. 593.790.1051
* 22. Viri Israelitæ, auribus mandate quæ dico, Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum. 550.1014
* 30. Christus ex fructu lumborum Dauid destinatur. 730
* 36. Certissimè sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus hunc Iesum quem vos crucifixistis. 675. 852
* 1. Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. 986
* 19. Pœnitemini vos, & resipiscite ad abolenda delicta

licta vestra. 575
Act. 4. 2. Apostoli neminem verebantur. 335
* 19. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quàm Deum, iudicate. 679
* 26. Collecti sunt vniuersi aduersum sanctum filium tuum quem vnxisti. 389. 675. 858
34. Adferebant pretia eorum quæ vendebant, &
35. ponebant ante pedes Discipulorum.
Act. 5. 2. Prædiorum pretia ad pedes Apostolorum deposita. 973
* 5. Percussus Ananias morte. 1014
18. Et posuerunt eos in custodia publica.
40. Apostoli flagella petpessi. 830. 833. 973
Act. 6. 1. Stephanus Apostolis Domini in persecutione succurrit. 973
* 3. Septem Diaconi electi sunt. 341
11. Et concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium. 973
* 15. Et viderunt faciem eius tamquam faciem angeli. 590
* 55. Stephanus vidit gloriam Dei, & Iesum stantem ad dexteram Dei. 859
* 59. Et lapidabant Stephanum. 203.833
60. Positis autem genibus, veniam hostibus suis postulat. 203.590
Act. 8. * 10. Simon ausus est se dicere summam virtutem. 340
* 18. Simon pecuniam Apostolis obtulit pro spiritu Christi. 973
* 20. Pecunia tua sit tecum in perditionem. 241 338.401.241
21. Non est tibi pars neque sors. 241
38. De Eunucho baptizato. 392
Act. 9. * 1. & seq. Paulus persecutor. 335.781.799.832
5. Ego sum Iesus quem tu persequeris. 675
* 6. Exsurge, & introi Damascum; illic tibi demõstrabitur quid debeas agere. 391
* 8. cum periculo luminis visus est Dominus Paulo. 851
* 15. Omnia sacramenta cognouerat vas electionis, Doctor Nationum. 574
* 18. Paulus tinctus est. 391.392
* 25. Per murum demiserunt eum. 971
Act. 10. * 4. Iciunia Cornelij Centurionis exaudita. 983. 985
* 9. Petrus hora sexta capiendi cibi causa priùs in
& 10. superiora ad orandum ascendit. 980
* 34. Petrus Centurionem catechizat, & admittit ad lauacrum. 292
* 38. Quomodo vnxit eum Dominus Spiritu sancto & virtute. 675
Act. 13. 8. Elymas restitit Apostolis. 504
11. Elymas cæcitate percussus. 504.114
13. Nauigarunt Apostoli. 291
28. Omnis synagoga filiorum Israel Christum interfecit, dicentes ad Pilatum, quum eum vellet dimittere: Sanguis huius. 141
* 46. Vobis oportet in primis sermonem Dei tradi; sed quoniam repulistis eum, nec dignos vos æterna vita existimastis, ecce conuertimus nos ad nationes. 679.971
Act. 15. * 5. Circumcidi non oportere. 783
18. Nunc ergo quid tentatis Deum vt imponatur iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres sustinere valuerunt. 784.953. 1014
* 28. Visum est spiritui & nobis nullum amplius vobis ad icere pondus, quàm eorum à quibus necessum est abstinere, à sacrificijs (siue idolothytis) & sanguine, & suffocatis, & fornicationibus. 37.216.247.784.953.982. 1006
* 3. Et adsumtum Timotheum circumcidit. 335. 958.1011 Act. 16.
* 16. Paulus fuerat Athenis. 332 Act. 17.
* 23. Inuenio planè ignotis Deis aras prostitutas. 622
* 24. Qui non habitat in manufactis. 851
* 32. Deridebant Athenienses Paulum, quum audirent eum de resurrectione. 581
2. Aquila succurrit Apostolis in persecutione. 973 Act. 18.
* 4. Qui Ioannis baptismum habebant, non acceperunt Spiritum sanctum. 390 Act. 19.
11. De Agabo vincula Paulo inijciente. 833. 971 Act. 21.
* 13. Quid faciis lacrymantes & conturbantes (siue fletis & conturbatis) cor meum. Ategõ non modò vincula Hierosolymis pati optauerim, verumetiam mori pro nomine Domini nostri Iesu Christi. 833.971
14. Atque ita cesserunt dicendo: Fiat voluntas Domini. 833. 971.973
26. Tunc Paulus adsumtis viris postera die purificatus cum illis, & rasis, intrauit in templum. 958
40. Apostolus factus prædicator. 335
* 6. Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe nunc & de resurrectione iudicor apud vos. 581 Act. 23.
27. Felix Præses sperabat se pecunias accepturum, à Paulo. 973 Act. 24.
* 22. Apud Agrippam nihil ait se proferre citra quã Prophetæ adnuntiasient. 581 Act. 26.
* 3. Fides scorpios patitur. 824 Act. 28.

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

* v. 1. PAulus Apostolus. 1008 Rom. 1.
* 3. Qui factus est ex semine Dauid. 553.837. 1241
* 4. Iesus Christus Dominus nominatur. 849
* 8. Gratias ago Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, quia fides vestra adnuntiatur in vniuerso mundo. 336.838
* 16. Non me pudet Euangelij. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo & Græco. 795
* 17. quia iustitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. 795
* 18. Ira Dei reuelatur de cœlo super impietatem & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniustitia detinent. 795.1053
* 20. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. 423.486.719.1032
* 25. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori. 576.711
* 2. Scimus iudicium Dei secũdum veritatem esse. Rom. 2. 795
* 11. Non est personarum acceptio apud Deum. Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. 795.941
* 12. & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. 795.941
* 13. Non auditores legis iustificabuntur à Deo, sed factores. 795.941
* 14. Legem ignorant, & natura faciunt quæ sunt legis. 290.795

* 16. In die iudicabit Dominus occulta hominum secundum Euangelium per Christum. 795.
* 21. Doces non furari, & furaris. 795
* 24. Nomen Dei blasphematur per vos inter gentes. 795
* 28. Non enim qui in manifesto Iudæus, sed in occulto. 576.795
* 29. Circumcisio cordis, non carnis. 795. spiritus nō litteræ. Ibid.
Rom. 3. * 20. Tunc lex. 795
* 21. nunc iustitia Dei per fidem Christi. 795
* 29. Non Iudæorum Deus tantùm, sed & gentium. 135
* 30. Quoniam quidem vnus est Deus. 1032
Rom. 4. * 3. Credidit Abraham Deo, & deputatum est ei iustitiæ. 785
Rom. 5. * 1. Iustificari fide pacem habemus, pacem habeamus ad Deum. 795
* 3. Non solum autem, verùm etiam in pressuris, certi quòd pressura tolerantiam perficit. 832
* 4. Tolerantia verò probationem, probatio autem spem. 832
* 5. Spes verò non confundit. 832
* 12. In omnes homines mors pertransijt. 589
* 14. Mors regnauit ab Adam vsque ad Christum. 497
* 20. Lex supertrinoiuit vt abundaret delictum; vbi delictum abundauerit, illic gratiam superabundasse. 579.585.795
* 21. Vt sicut regnauit in morte delictum, ita & gratia regnet in iustitia in vitam sempiternam per Iesum Christum Dominum nostrum. 585.795
* 1. Quid ergo dicemus? perseuerabimus in delinquentia, vt superet gratia? Absit. 585. 1010
Rom. 6. * 2. Qui mortui sumus delinquentiæ, quomodo viuemus in ea adhuc? 585.1010
* 3. An ignoratis quòd qui tincti sumus in Christo Iesu, in mortem eius sumus tincti? 390. 573.585.1010
* 4. Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortem, vt sicut Christus resurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ incedamus. 585.795.1010
* 5. Si enim consati sumus simulacro mortis eius, sed & resurrectionis erimus. 585.1010
6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul confixus est illi. 585.1010
7. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quòd & conuiuemus cum illo. 1010
9. Scientes quòd Christus suscitatus à mortuis iam non moriatur, mors iam non dominetur eius. 1010
10. Quòd enim mortuus est delinquentiæ, mortuus est semel; quòd autem viuit, viuit Deo. 1010
11. Ita & reputate vosmetipsos mortuos quidem delinquentiæ, viuentes autem Deo per Christum Iesum. 585.1010
* 12. Ne ergo regnauerit in corpore vestro mortali delinquentia ad obaudiendum illi. 585. 1010
* 13. & ad exhibendum membra vestra arma iniustitiæ delinquentiæ, sed exhibete vosmetipsos Deo velut ex mortuis viuos, non velut viuos, sed velut ex mortuis viuos, & membra vestra arma iustitiæ. 585.1010
* 19. Sicut exhibuistis membra vestra famula immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete membra vestra famula iustitiæ in sanctificium. 585.1010
* 20. Quum enim serui essetis delinquentiæ, liberi eratis iustitiæ. 585
* 21. Quem ergo fructum habebatis super his, de quibus nunc confundimini; finis enim illorum mors. 585
* 22. Nunc verò liberi facti à delinquentia, famulati autem Deo, habetis fructum vestrum in sanctificium, finem autem vitam æternam. 585
* 23. Stipendia enim delinquētiæ mors, donatiuum autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. 585
* 2. Quæ autem sub viro est mulier, viuente viro uincta est; si autem obierit, euacuata est à lege viri. 957 Rom. 7.
* 3. Nempe ergo viuente viro adulterare putabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Si verò obierit vir, liberata est à lege, quòd non sit adultera facta alij viro. 957
4. Itaque fratres mortificamini & vos legi per corpus Christi, vt efficiamini alteri, ei scilicet qui à mortuis resurrexit vti fructum feramus Deo. 957
5. Quum enim eramus in carne, passiones delictorum quæ per legem efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti. 585
6. Nunc autem euacuati sumus à lege mortis in qua tenebamur ad seruiendum Deo in nouitate spiritus, & non in vetustate litteræ. 587
* 7. Quid ergo dicemus? quia lex peccatum. Absit. Sed ego delictum non scio, nisi per legem. 796
* Legem ergo euacuamus per fidem? Absit. 796.1002
* 11. Non ergo lex seduxit, sed peccatum, per peccati occasionem. 796
* 12. Lex sancta, & præceptum eius iustum & bonum. 796.1002
14. Scimus autem quod lex spiritualis est. 796. 1034.1064
18. Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. 796
* 20. Sed quod habitat in me peccatum. 585
* 23. Video aliam legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ. 585.587
* 2. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu manumisit me à lege delinquentiæ & mortis. 585. 1010 Rom. 8.
* 3. Quod enim inualidum erat legis in quo infirmabatur per carnem, misso Deus filio suo in similacro carnis delinquentiæ, & per delinquentiam damnauit delinquentiam in carne. 550 585.796.1010
4. Vt ius legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum incedimus. 1010
5. Qui enim secundum carnem incedunt, ea quæ carnis sunt sapiūt, & qui secundum spiritum, ea quæ sunt spiritus. 1010
6. Nam sapere secundum carnem mors est, secundum spiritum vero sapere vita æterna. 585
* 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. 570.584.792.989

9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius. 584.587.796.1051
* 10. Corpus mortuum propter delinquentiam, spiritus autem viuit propter iustitiam. 584. 796.
* 11. Quòd si spiritus eius qui suscitauit, seu excitauit, Iesum à mortuis, habitat in vobis qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. 584.796.858
13. Si enim secundum carnem vixeritis, futurum est vt moriamini: si verò spiritu actus carnis mortificaueritis, viuetis. 585
* 17. Quòd si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes verò Christi. Siquidem compatimur, vti & cum illo conglorificemur. 582. 832.
* 18. Reputo enim passiones huius temporis non esse dignas ad gloriam, quæ in nos habeat reuelari. 582. 832
* 19. Quum teuelatio filiorum Dei redemerit conditionem à malo vtique vanitati subiectam. 414.
* 20. Inuita creatura succidit vanis plutimùm vsibus. 290.291.332
* 32. Si Deus filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non & cum illo omnia condonauit nobis? 859.973
* 35. Quis separabit nos à dilectione Christi? pressura? an angustia? an fames, an nuditas, an periculum, an machæra, secundum quod scriptum est? 243.832
* 36. Tui causa mortificamur tota die, deputati sumus vt pecora iugulationis. 832
* 37. Sed in omnibus istis superuincimus pro eo qui nos dilexit. 832
* 38. Persuasum enim habemus, quòd neque mors, neque vita, neque virtus. 832
* 39. neque sublimitas, neque profunditas, neque alia conditio, poterit nos à dilectione Dei separare, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. 832.942

Rom. 9. * 4. Iudæus prior in adoptione. 1003
* 5. Quorum patres, ex quibus est Christus, secundum carnem, qui est super omnia benedictus in æuum omne. 243. 849.851.1259.1098.1052
* 10. Numquid dicet figmentum ei, qui se finxit. 569.
* 23. Vt ostenderet diuitias gloriæ in vasa misericordiæ. 291

Rom. 10. * 2 Zelum Dei habent, non tamen per scientiam. 796.
3. Deum enim ignorantes, & suam iustitiam sistere quærentes, non subiecerunt se iustitiæ Dei. 1065
4. Finis legis Christus in iustitia omni credenti. 1065.
8. propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo. 1065.
10. Corde creditur ad iustitiam. 483
* 13. Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. 1039

Rom. 11. 5. Sic ergo & hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. 791. 1004.
* 17. Iudæi in quotum oleastro insiti sumus. 126
* 33. O profundum diuitiarum & sophiæ Dei, vt inuentibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. 423.644.796.1035
* 34. Quis cognouit sensum Dei, aut quis consiliarius eius fuit? 415.423.644.797.800.828
* 35. Quis porrexit (siue tradidit) & retribuetur illi? 415.797
* 36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. 415.1038
1. Exhibete corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placabilem Deo. 585 Rom. 12.
* 9. odio habentes malum, & bono adhærentes. 797.
* 10. Amore fraternitatis inuicem adfectuosi. 797.
* 12. Pressuram sustinentes, spe gaudentes. 797
* 14. Benedicite, & nolite maledicere. 217. 797
15. Gaudete cum gaudentibus, & lugete cum lugentibus. 243.987
* 16. Non altum sapientes, sed humilibus adsentientes, ne sitis apud vos sapientes. 334.797
* 17. Malum pro malo non rependentes. 201. 797 941.
* 18. Pacem cum hominibus habentes. 797
* 19. Nec vosmetipsos vlciscentes. Mihi vindictam, & ego vindicabo. 797
20. Carbones aceruabis super caput ipsius.
* 1. Omnibus potestatibus subiici, quia non sit potestas nisi à Deo. 244.813 Rom. 13.
* 3. Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. 833
* 4. quia non sine causa gladium gestet, & quia minister sit Dei, sed & vltrix in iram ei, qui malum fecerit. 494. 833
* 9. Diligas proximum ruum tamquam reipsum. 217.797.
13. Sic vt in die honestè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, nec in cubilibus & libidinibus. 985.989.1010
* 2. Quidam credit omnia manducanda esse, quidam autem infirmus olere vescitur. 972. 988. Rom. 14.
3. qui manducat, ne nullificet non manducantem. 588
4. Tu quis es qui alienum seruum iudicas? Domino suo stat vel cadit. 988.1000
6. Et qui manducat, & qui non manducat, Deo agit gratias. 989
* 10. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. 797.
* 17. Non enim est esca & potus regnum Dei, sed iustitia, pax, & gaudium. 589.1174
* 20. Ne propter pabulum solueritis opus Dei. 982
4. Omnia dicta Domini omnibus posita sunt. 332. Rom. 15.
* 14. Quoniam & ipsi estis pleni dilectione, repleti omni scientia. 336

EX I. EPISTOLA AD CORINTHIOS.

* 3. GRatia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu. 786 1. Cor. 1.
* 10. Obsecro vt idipsum & vnum loquantur omnes, & non sint schismata. 336.391
* 14. Gratias ago Deo, quod neminem vestrum tinxerim, nisi Crispum & Gaium. 391.1007
* 15. Ne quis dicat quòd in nomine meo tinxerim, 1007.
* 16. Tinxi & Stephanæ domum. 391
17. Non enim ad tinguendum Christus me misit, 391.
* 18. Verbum enim crucis stultitia est perituris, vir-

tus autem & sapientia Dei salutem consecutis. 786
* 19. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam. 786
* 20. Vbi sapiens, ibi litterator, vbi conquisitor huius æui. Nonne infatuauit Deus sapientiam huius sæculi? 241.786
* 21. Quoniam in Dei sapientia non intellexit mundus, per sapientiam Deum boni duxit Deus, per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. 644.786
22. Quoniam Iudæi signa desiderant, & Græci sapientiam quærunt.
* 23. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. 143.676.785
24. Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. 1004.
* 25. Stultum Dei sapientius hominibus, & inusitatum Deo validius hominibus. 644. seu, infirmum Dei, fortius homine. 787
* 27. Infirma (siue stulta) mundi elegit Deus, vt
28. confundat sapientiam seu fortia, & inhonesta, & minima, & contemptibilia quæ non sunt, vt confundat quæ sunt. 331.388.545.590. 787.801.848.969.
* 29. Ne glorietur omnis caro. 787
* 31. Vt quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur. 787
* 2. Non enim iudicaui me scire aliquid in vobis quàm Iesum Christum, & hunc crucifixum. 1007.
* 6. Sapientiam loquimur inter perfectos. 787
* 7. Loquimur Dei sapientiam in occulto. 787
* Proposita verò iij proposito Dei ante sæcula, proposuit gloriam nostram. 787
* 8. Ceterùm si scissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. 670.787
9. Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. 576. quæ præparauit Deus diligentibus se. 1034
* 11. Quis scit quæ sunt in Deo (siue Dei) nisi spiritus qui in ipso est? 415.644.847.872
1. Cor. 2. 12. Non enim spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. 1052
* 14. Homo animalis non recipit quæ sunt spiritus. 644.1011.
* 16. Quis cognouit censum Dei, aut quis illi consiliarius fuit, qui eum instruat, aut omnia intelligentiæ quis demonstrauit illi? 415.644.788. 800. 828.
1. Cor. 3. * 2. Lac vobis dedi, non escam. 316.669.956
6. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. 1044
7. Itaque neque qui plantat, est quid quam, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. ibidem.
8. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. ibidem.
* 11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. 788
* 12. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam. 738
* 13. Vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. 788
* 16. Nescitis quia templum Dei estis, & in vobis inhabitet spiritus Dei. 264.291.570.788.1009. 1032.
* 17. Si quis templum Dei vitiauerit à Deo vitiabitur. 281.788.1009.1011
Templum enim Dei sanctum est quod estis vos. 788.1009
* 18. Nemo seducat semetipsum. Stulti estote vt sitis sapientes. 545.788.1009
* 19. Sapientia mundi stultitia est penes Deum. 331. 545.644.788.
Scriptum est: Deprehendes sapientes in nequitia eorum. 788
* 20. Et rursum: Dominus scit cogitationes sapientium quòd sint superuacuæ. 788
* 21. Nemo glorietur in homine. 788
* 22. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. 591.789
* 3. Mihi in modico est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. 1007 1. Cor. 4.
* 4. neque enim mihi conscius sum. 1007
* 5. Occulta tenebrarum illuminabit Christus. 788
6. Christum descendisse causa peccatorum liberandorum. 240
* 7. Quis enim te discernit? Quid gloriatis, quasi non acceperis? Si verò non accepisti, quid habes quod datum tibi non est? 314.1007
* 8. Iam diuites estis, iam saturati estis, iam regnatis. 1007.
* 9. Puto nos Apostolos nouissimos Deus elegit velut bestiarios, quoniam spectaculum facti sumus huic mundò, & angelis, & hominibus. 788.1007
14. Et purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema. 1007
* 15. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. 788.790.953
* 18. Quasi non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam. 1007
19. Veniam autem citius si permiserit Dominus, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. 1007
20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. 1007
* 21. Et quid vultis veniam ad vos in virga, an in spiritu lenitatis. 1007
* 1. Omninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec in gentibus, vt vxorem patris sui quis habeat. 1007.1008 1. Cor. 5.
* 2. Et vos inflati estis, & non luxistis potius, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. 788. 1000.1007.1008.
* 3.4. Damnat huiusmodi hominem dedendum Satanæ. 788.1000.1006.1007.1013.
* 5. In interitum carnis vt spiritus saluus fiat in die Domini. 788.1006.1007
* 6. Nescitis quia modicum fermentum totam despit conspersionem. 619.881
* 7. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. 788.881
* 9. Scripsi vobis non commiscere fornicatoribus. 788.1011.
* 10. Non vtique fornicatoribus huius mundi, cæterùm oportebat nos exire de mundo. 243. 495.1011.
* 11. Nunc autem scribo vobis, si quis frater nominabitur in vobis fornicator, aut idololatres,

tres,aut fraudator, cum talibus ne quidem cibum sumere. 281.702.1011.1012

* 12. Vt quid mihi eos qui foris sunt, iudicare, aut ab humano die: neque enim conſciu mihi ſum. 1011

* 13. Auferte malum ex vobis ipſis. 414

1.Cor.6. * 1. Increpar quòd fratres non apud ſanctos iudicarentur. 1000

* 2. An neſcitis quoniam & ſancti de hoc mundo iudicabunt. 258

* 3. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus. 258. 647.971.1007.

* 6. Sed frater cum fratre iudicio contendit. 392

* 8. Dico autem nuptis & viduis, vti nubant, ſi continere non poſſunt. 956.1157

* 10. Neque mœchi neq; fornicatores, neque molles,neque maſculorum concubitores,regnum Dei conſequentur. 1009

* 11. Sed hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ſpiritu Dei noſtri. 487.972 1009.

12. Omnia mihi licent, ſed non omnia conducunt (ſiue expediunt.) 591.941

* 13. Cibi ventri & venter cibis, Deus & hunc & illos conficit (ſiue euacuabit): corpus autem non fornicationi, ſed Domino & Dominus corpori. 1009.1065

* 14. Quem Dominus ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam. 789.1009

* 15. Neſcitis corpora veſtra membra eſſe Chriſti. Auferens membra Chriſti faciam membra fornicariæ. 727.88.1001.1009

* 16. Non ſcitis quòd qui adglutinatur fornicariæ, vnum corpus efficitur. Erunt enim duo in carnem vnam. 1009

17. Qui autem adglutinatur Domino, vnus ſpiritus eſt. 1009

18. Fugite fornicationem. Omne enim delictum quod admiſerit homo, extra corpus eſt: qui autem adulteratur, in corpus ſuum delinquit. 281.955. 1009.

* 19. Vos eſtis templum Dei viui, & iam non eſtis veſtri. 1001.1009.1051

* 20. Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate, & tollite Deum in corpore veſtro. 281.544.788 973.974.1002.

1.Cor.7. * 1. De quibus autem ſcribitis, bonum eſt homini mulierem non contingere. 788.942.951.956. 1009.

* 2. Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat. 942.956.1009

* 3. Vir vxori,& vxor viro debirum reddat. 1009

* 6. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam,non ſecundum imperium. 940

* 7. Volo autem vos omnes eſſe ſicut meipſum. 274.1009.

* 8. Dico autem innuptis & viduis, bonum eſſe illis,ſi ſic permanſerint ſicut ego. 380.956.1009

* 9. Si verò deficiant, nubant; quia præſtat nubere quàm vri. 274.951.999.1009

* 10. Nuptis autem denuncio, non ego,ſed Dominus; mulierem à viro non diſcedere. 788. 1009. 1010.

* 11. Aut ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut reconciliari viro. 788.1009.1010

* 12. Si quis frater infidelem habet vxorem, & illa matrimonio conſentit, ne dimittat eam. 288. 956.

* 13. Similiter mulier fidelis, infideli nupta, ſi conſentaneum maritum experitur, ne dimiſerit eum. 288.956

* 14. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli marito: ceterùm immundi eſſent filij veſtri. 288.282.956

15. In pace autem vocauit vos Deus.

* 20. Vt quiſque fuerit inuentus, ita & perſeueret. 240.

* 21. Qui in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini. 295.956

22. Tunc liber homini eras redemptus à Chriſto, & nunc ſeruus es Chriſti, licet manumiſſus ab homine. 293

* 25. Præceptum Dei non habeo, ſed conſilium do, quaſi miſericordiam cõſecutus fidelis eſſe. 956

* 27. Iunctus es vxori,noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore,ne quæſieris vxorem. 275. 940.956.1009.

* 28. Quod ſi duxeris vxorem, & ſi nupſerit virgo, non peccat. Veruntamen preſſuram carnis habebunt huiuſmodi, parco autem vobis. 274.941.956.1009.

* 29. Tempus in collecto eſt. 275.788.790.941.951. 952.956.1009.

Supereſt, & qui habent vxores, ſic ſint quaſi non habeant. 275.630.954.1009.1108

* 31. Et qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur; præterit enim habitus huius mundi. 266. 568.1009.

* 32. Oſtendit quid nos velit eſſe. 358

33. Maritus hoc in ſolitudinem habet, quo modo, ſibi placeat. 310.942

* 34. Diuiſa eſt mulier, & virgo innupta de Dominicis cogitat, vti corpore & ſpiritu ſancta ſit. Nupta verò ſollicita eſt, quomodo coniugi ſuo placeat. 274.310.951.956.1009

* 38. Qui matrimonio iungit virginem, bene facit, & qui non iungit,melius facit. 274.310.956. 1009.

* 39. Mulier vincta eſt in quantum temporis viuit vir eius; ſi autem mortuus fuerit, libera eſt, cui vult nubat,tantùm in Domino. 280. 293. 788.941.954.955.956.

* 40. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam. 941.1051

* 2. Si quis ſe putat ſcire, nondum ſcit quemadmodum eum oportear ſcire. 336.1007 1.Cor.8.

* 4. De eſcis quæ idolis immolantur, ſcimus quod idolum nihil ſit. 216.291.789

* 5. Nam etſi ſunt qui dicuntur Dei, ſiue in cœlo, ſiue in terra. 411.975.789

* 6. Nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia & nos in illo. 411.675.1052

* 10. Quidam in conſcientia vſque nunc idolothytum edunt. 988.1007

12. Sic autem delinquentes, percutiendo conſcientias fratrum infirmas, in Chriſtum delinquent. 988

* 1. Non ſum liber, non ſum Apoſtolus, non Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi. 851. 1.Cor.9. 1007.

4. Non enim poteſtatem habemus manducandi & bibendi? 954

* 5. & mulieres circumducendi, ſicut & ceteri Apoſtoli. 941.954.1007

6. Aut ego ſolus & Barnabas non habemus hoc operandi poteſtatem. 1013

* 7. Militum ruſticorum & paſtorum exemplo & 8. vnumquemquedocer viuere. 789

* 9. De bubus terentibus ore libero. 651.670.856.

946. Numquid de bubus pertinet ad Dominum. 789
* 10. Propter nos enim scriptum est.
* 12. Et si alij de potestate vestra consequuntur, non magis nos? 1007
* 14. Dominus de Euangelio viuentibus patrocinatur.
* 15. Paulus noluit vti legis potestate. 789
* gloriam meam nemo inaniet 789. 1007
* 20. Factus Iudæis Iudæus, vt Iudæos lucrifaceret. 335. 626. 784.
* 22. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrarer. 698. 784. 958
* 25. Et illi quidem vt corruptibilem coronam consequantur, nos æternam consecuturi. 191.
1. Cor. 10. * 4. Bibebant autem de consequente eos petra, petra autem erat Christus. 142. 390. 670. 676. 729. 789.
* 6. Hæc autem exempla nobis sunt facta. 240. 291. 789.
* 7. Manducauerat enim populus, & biberat, & surrexit ludere. 789
* 8. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. 789. 826
* 11. Hæc autem quemadmodum euenerunt illis, scripta sunt ad nos commonendos, in quos fines æuorum decucurrerunt. 789. 851
12. Qui se putat stare, videat ne cadat. 1007
14. Fugite idololatriam.
* 19. Non quasi aliquid sit idolum. 216. 291
* 21. Non possumus Dei cœnam edere, & cœnam dæmoniorum. 216
* 23. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. 267. 392.
* 25. Omne quod in macello vænit, manducate.
* 28. Si quis autem dixerit, hoc est idolothytum, non contigeris. 291
33. Ego per omnia omnibus placeo. 243
1. Cor. 11. * 3. Viri caput Christus est. 293 789
Caput mulieris vir. 311. 800. Caput Christi Deus. 850
4. Omnis vir orans, aut profanans velato capite, deturpat caput suum. 312. 789
* 5. Omnis mulier orans aut profanans non velato capite deturpat caput suum. 182. 290. 310. 313.
6. Turpe est mulieri radi.
7. Gloria viri est mulier. 311
* 8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. 311. 789
* 10. Mulier debet potestatem habere in capite. 365. 312. 315. 789.
* nec nudo capite debet videri propter angelos. 165. 293. 310. 312. 789.
14. Nec natura vos docet. 290
15. Mulier si comam nutriat, gloria est illi. 311. 312
* 16. Si quis contentiosus videtur, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. 1007.
* 19. Oportet hæreses esse, vt electi manifestentur, & reprobi deregantur. 330. 333. 336. 339. 411. 442. 478. 789.
* 29. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. 789
1. Cor. 12. * 1. Nunc de spiritalibus dico. 789
3. In spiritu positus, nemo vmquam dicit Anathema Iesum. 105
* 8. Alij datur per spirium sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ. 790
* 9. Alij fides in eodem spiritu, alij donum curationum. 790
* 10. Alij virtutum, alij prophetia, alij genera linguarum, alij interpretatio linguarum. 790. 1051.
* 12. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tantùm corpus sunt, ita & Christus. 790
* 23. Inhonestioribus maiorem circumdamus honorem. 570.
27. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. 1002
* 31. Meliorum donationum sectatores simus. 174
* 1. Omnibus charismatibus dilectionem præpo- 1. Cor. 13.
&c seq. ni. 330. 790.
* 3. Si tradidero corpus ad vrendum, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.
* 4. Dilectio benefica est, non inflatur, magnanimis est. 202
5. Non æmulatur, non proteruum sapit, non inflatur, nec sua requirit. ibidem.
7. Suffert sua, omnia sustinet, omnia tolerat. ibidem.
* 8. Numquam excidet, siue prophetiæ euacuabuntur, siue scientiæ consumabuntur, siue linguæ exhauriuntur. ibid.
* 11. Quum paruulus essem, tamquam paruulus loquebar. At vbi vir sum factus, quæ paruuli fuerant euacuaui. 999
* 12. Nunc videmus tamquam per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 850
13. Permanent, fides, spes, dilectio. 202
* 20. Mulieres in Ecclesijt taceant; non enim per- 1. Cor. 14.
mittitur eis loqui, sed viros suos consulant. 313. 392.
20. Repuerascere nos iubet secundum Deum, vt malitia infantes per simplicitatem, ita demum sapientes sensibus simus. 441
* 21. In lege enim scriptum est: Quoniam in alijs linguis & labijs aliis loquar populo huic. 790
* 26. Ædat aliquem Psalmum, aliquem visionem, aliquam orationem in ecstali, si qua linguæ interpretatio accessit. 790
* 32. Et spiritus Prophetarum Prophetis subditi sunt. 699. 1051
33. Non enim euersionis sunt, sed pacis. ibid.
* 3. Tradidi enim vobis imprimis, quòd Christus mortuus sit pro peccatis nostris secundum 1. Cor. 15.
scripturas. 671. 851. 858. 859
* 11. Siue ego, siue illi, sic prædicamus. 626. 699. 1051.
* 12. Si autem Christus prædicatur quòd à mortuis resurrexit, quomodò quidam dicunt in vobis, resurrectionem mortuorum non esse? 586. 790.
* 13. quæ si non est, nec Christus resurrexit. 586
* 14. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra: vacua est & fides vestra. 337. 592. 672.
15. Inuenimur autem falsi testes Dei, qui testimonium diximus aduersus Deum, quòd resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. 586
16. Nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. 586
* 17. Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, quia adhuc in delictis vestris estis. 586
18. Et qui in Christo dormierunt, perierunt. 586.

* 19. Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. 575
* 21. Quia per hominem mors & per hominem resurrectio. 586.790
* 22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 586
23. Vnusquisque autem in suo ordine. 586
* 24. Quum tradiderit regnum Deo & Patri. 845
* 25. Oportet enim regnare, donec ponat inimicos eius sub pedes eius. 790. 845
* 28. Tunc & ipse filius subiectus erit ei, quum subiecit sibi omnia. 645. 845. 852
* 29. Quid facient ij qui pro mortuis baptizantur, si non quæ baptizantur, corpora resurgunt? 586. 791.
* 30. Quid & nos omni hora periclitamur. 586
* 31. Quotidie morior. 586
* 32. Ad bestias pugnaui Ephesi. 586
Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. 586. 959. 989
* 33. Bonos corrumpunt mores congressus mali (alias confabulationes malæ.) 276. 281
* 35. Sed dicunt quidam: Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient? 586 791.
* 36. Stulte quod seminas, non viuificabitur, nisi mortuum fuerit. 587
* 37. Et quid seminas? nõ corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, si fortè frumenti, aut alicuius eiusmodi. 588. 791
* 38. Deus autem dat illi corpus sicut vult. 588. 791.
* 39. Non omnis caro eadem caro, sed alia caro hominum, alia pecudum, & volucrum, alia piscium. 588 791
* 40. Et corpora cœlestia atque terrena. 588. 791
* 41. Et alia gloria solis, & alia lunæ, & stellarum alia. 588. 792
* 42. Stella à stella differt in gloria. 588. 792. 802. 827.
* 43. Seminatur seu seritur in corruptela, resurgit in incorruptela. Seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, resurgit in virtute. 588. 792
* 44. Seminatur corpus animale, resurgit spiritale. Si est corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est. 589. 792
* 45. Factus est homo primus in animam viuam, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 551. 552. 587. 588. 589. 792.
* 46. Non prius quod spirituale. 792
* 47. Primus homo de terræ limo seu terra choicus, secundus homo de cœlo. 547. 551. 586. 589. 792. 883.
* 48. Qualis choicus, tales & choici: qualis cœlestis, tales & cœlestes. 586. 792
* 49. Portemus & imaginem supercœlestis, portauimus enim imaginem choici. 586
* 50. Caro & sanguis regnum Dei consequi non possunt. 586. 587. 792. 796. Ita nec corruptela incorruptelam hæreditati habebit. ibidem. vbique.
* 51. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes demutabimur. 582. 655. 792
* 52. in atomo, in oculi momentaneo motu in nouissima tuba mortui resurgent incorrupti. 582. 588. 589. 550. 680. 792. 794.
* 55. Oportet autem corruptiuum siue corruptibile hoc induere incorruptelam seu incorruptionem, & mortale istud induere immortalitatem. 580. 582. 587. 588. 589. 590. 591. 793.
* 54. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet verbum quod scriptum est, Vbi est mors victoria (vel contentio) tua? vbi est mors aculeus tuus? 586. 587. 589. 590. 591. 792.
56. Virtus autem delinquentiæ lex. 587
* 57. Deo autem gratias, qui præstare dignatus est nobis victoriam per Iesum Christum. 793
* 22. Si quis non amat Dominum Iesum, sit Anathema Maranatha. 1007 1. Cor. 16.

EX II. EPISTOLA AD CORINTHIOS.

* 3. BEnedictus Deus Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum. 793 2. Cor. 1.
* 8. Nolumus vos ignorare fratres de pressura nostra apud Asiam, quòd super quam grauati sumus supra vires, vti de vita hæsitaremus. 585. 586.
* 22. pignus promissæ hæreditatis. 1051
5. Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne vos onerem omnes. 1006 2. Cor. 2.
6. Sufficit eiusmodi homini increpatio ista, quæ à multis fit. 1006. 1007
* 7. Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. 1006
* 8. Propter quod rogo vos, vt confirmatis in eum dilectionem. 1006. 1007
9. In hoc enim & scripsi, vti cognoscam probationem vestram, quòd in omnibus obauditis mihi. 1006
* 10. Si cui autem donaueritis, & ego. Nam & ego si
& 11. quid donaui, donaui in persona Christi, ne fraudemur à Satana, quoniam non ignoramus iniectiones eius. 1006. 1007
* 3. etsi non littera, at spiritu eius. 793. 1008 2. Cor. 3.
* 6. Littera occidit, spiritus verò viuificat. 793
* 7. De velamine Mosis, quo faciem tegebat inseq. contemplabilem filiis Israël, vt claritatem maiorem defenderet noui Testamenti, quod manet in gloria, quàm veteris, quod euacuari habebat. 589. 590. 793
* 14. Sed obtusi sunt sensus mundi. Ad hodiernum velamen idipsum in corde eorum. 793.
* 16. Quum verò conuerterit ad Deum, auferetur velamen. 793
* 17. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. 1051.
* 18. Nos iam aperta facie contemplantes Christum, eadem imagine transfiguramur à gloria in gloriam, tamquam à Domino spiritu. 793
* 1. Propterea habentes ministrationem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus. 793. 1009 2. Cor. 4.
* 2. Sed abdicamus occulta dedecoris. 793. 1009.
* 4. In quibus Deus æui huius excæcauit mentes infidelium. 793
qui est imago Dei. 794
* 6. Quoniam Deus est, qui iussit è tenebris lucem illucescere, reluxit in cordibus nostris ad illuminationem agnitionis suæ in persona Christi. 583. 794

* 7. Habemus theſaurum hunc in teſtaceis vaſculis, cuius vaſa eminentiam virtutis Dei ſapiunt. 569.583.794
* 8. In omnibus tribulamur, ſed non coangustamur; indigemus, ſed non ſupertindigemus. 583.832.
9. Perſecutionibus agitamur, ſed non derelinquimur, deiicimur, & non perimus. 832.
10. Semper mortificationem Chriſti in corpore noſtro circumferentes. ibid. 583.794.832
* 11. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corpore noſtro mortali. 583
* 13. Habentes eundem ſpiritum ſicut ſcriptum eſt: Credidi, propter quod locutus ſum, & nos credimus, ideo loquimur. 1051
* 14. Scientes quòd qui ſuſcitauit Ieſum, & nos ſuſcitabit cum ipſo, qui iam reſurrexit à mortuis. 584.
* 16. Sed etſi exterior homo noſter vitiatur vi perſecutionum, ſed interior renouatur de die & die. 581.793.832
* 17. Quod ad præſens eſt temporale & leue preſſuræ noſtræ, per ſupergreſſum æternum gloriæ pondus perficiet in nobis. 581.832
* 18. Non intuentibus quæ videntur, ſed quæ non videntur. 581.832
2. Cor. 5. * 1. Scimus enim quoniam etſi tertena domus noſtra huius tabernaculi diſſo'uatur, habemus domum non manufactam æternam in cœlis. 582.794
* 2. Ingemiſcimus qui ſumus in tabernaculo corporis tetrent, quod de cœlo eſt ſuperinduicupientes. 448 582.794.932
* 3. Si quidem & deſpoliati non inuenieniur nudi (ſeu exuti, non nudi inueniamur.) 583.794.
* 4. Etenim qui ſumus in iſto tabernaculo corporis, ingemimus quòd grauemur, nolentes mortem experiri, ſed vita præueniri, vti deuoretur mortale hoc à vita. 582.589.794.
* 5. Qui autem efficit in hoc ipſum, Deus qui dedit nobis arrabonem ſpiritus. 794.587.
* 6. Audientes igitur ſemper, & ſcientes quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. 583.794
* 7. Per fidem enim incedimus, non per ſpeciem. 583.
* 8. Fidentes autem & bonum ducentes, audientes autem & bonam voluntatem, habemus magis peregrinari à corpore, & immorari ſeu præſentes eſſe ad Dominum. 583.794.
* 6. Et ideò geſtimus ſiue peregrinantes, ſiue immorantes, placabiles illi eſſe. 583
* 10. Omnes enim nos manifeſtari opottet pro tribunali (ſiue ante tribunal) Chriſti, vti vnuſquiſque reportet per corpus ſecundum quæ geſſit, bonum ſiue malum. 583.592.794.
* 17. Vetera tranſierunt, noua oriuntur. 697.705.726.785.802.794.
2. Cor. 6. 5. In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis. 1008
* 6. In caſtitate. 1008
* 14. Noliteiugum ducere cum infidelibus. 219.282.800.
* 15. Nihil communionis eſt lumini & tenebris, vitæ & morti quæ communio Chriſti & Beliæ? 219.243.258.292.672.1008
* 16. Aut quis conſenſus Dei & idolis? 1008
Vos eſtis templum Dei viui. 1001.1008.1051. dicit enim: Inhabitabo in vobis, & inambulabo, & ero Deus illorum, & illi erunt mihi populus. 1008
* 17. Propter quod diſcedite de medio eorum, & ſeparamini, & immundum ne attigeritis. 800.1008.1011.
* 1. Habentes igitur promiſſionem iſtam, emundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes caſtimoniam in Dei timore. 794.1008 2. Cor. 7.
* 5. Quum veniſſemus Macedoniam, nullam remiſſionem habuit caro noſtra: in omnibus compreſſi, extrinſecus pugnæ, intrinſecus timor. 582.672
7. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. 181 2. Cor. 9.
* 2. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 794 2. Cor. 11.
* 13. Pſeudoapoſtoli operarij doloſi, transfiguratores ſui. 311.699.794
* 14. Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. 331.504.590.794
* 23. In laboribus abundantius, in carceribus plurimùm, in mortibus ſæpius. 832
* 24. A Iudæis quinquies quadragenas citra vnam accepi. 832
* 25. Ter virgis cæſus, ſemel lapidatus. 832
* 27. In labore, in ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis. 985
* 2. Paulum eteptum in tertium vſque cœlum. 335. 795.890. 2. Cor. 12.
* 4. & delatum in paradiſum audiiſſe arcana. ibid. 795.831.
* 7. Datus eſt mihi ſudes carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. 795.969.1006
* 8. Propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me. 795.969
* 9. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. 570.585.624.631.795 969.1007.
10. Propter quod boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. 832.985
* 21. Ne rurſus cùm venero, humiliet me Deus, & lugeam multos eorum, qui antè deliquerunt, & pœnitentiam non egerunt ſuper immunditia quam admiſerunt, fornicatione, & vilitate. 1009
* 1. In tribus teſtibus ſtabit omne verbum. 480 2. Cor. 13. 795.
* 2. Prædixi enim & prædico, vt præſens vobis, & non abſens iis, qui antè peccauerunt, & ceteris omnibus, quoniam ſi venero, iterum non parcam. 795
* 10. Duitius agendi in præſentia poteſtatem à Domino datam adfimat. Non in deſtructionem, ſed in ædificationem. 289.795.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

* 1. NOn ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum Apoſtolum conſtitutum. 335.782.858.1038 Gal. 1.
* 6. Miror vos tam citò transferri ab eo qui vos vocauit in gratiam ad aliud Euangelium. 336.626.

626.783.
* 7. Sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt peruertere Euangelium Christi. 699
* 8. Etiamsi angelus ex cœlo aliter euangelizauerit quàm nos, seu prædicauerit vobis Euangelium præter id quod prædicauimus vobis, anathema sit. 331.336.553.699.783.881
* 10. Si hominibus vellem placere, Christi seruus non essem. 243
* 13. Paulus de persequutore factus Apostolus. 335. 783.
4. Æmulator existens paternarum traditionum. 587.999.
* 16. Statim non retuli ad carnem & sanguinem. 587.
Gal. 2. * 1. Post annos quatuordecim ascendit Hierosolymam, vt conferrem cum illis de Euangelij regula, ne in vacuum tot annis currerem aut cucurrissem. 335.698.783
* 3. Nec Titus qui mecum erat, quum esset Græcus, coactus est circumcidi. 783.784.881
* 4. Propter falsos supeinductrios fratres, qui subintrauerant ad speculandam libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos subigerent seruituti. 783.784.
* 5. Nec ad horam cessimus subiectioni. 783
* 6. Dextras Paulo innxerunt siue dederunt Petrus & Iacobus & Ioannes. 335.616
& de officij distributione pepigerunt, vt nos in nationes, illi in circumcisionem. 784
* 10. tantùm vt meminissemus egenorum. 784
* 11. Paulus reprehendit Petrum non recto pede incedentem ad Euangelij veritatem. 335. 784.
* 12. Priùs quàm venirent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat, quum autem venissent, subtrahebat se, timens eos qui erant ex circumcisione. 698.784
* 14. Sed quum viderem quòd non recto pede incederent ad veritatem Euangelij. 698.784
Gal. 3. * 1. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit? 336
* 6. Abraham Deo credidit, & deputatum est ei iustitiæ. 200. 784.953
7. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, filij sunt Abrahæ. 784.953
* 8. Quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, quia in semine tuo benedicentur omnes Nationes. 553.784
9. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. 784
* 10. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. 136.784.258
* 11. Iustus ex fide viuet. 784
* 13. Maledictus omnis qui pependerit in ligno. 143.201.784.
15. Secundum hominem dico; tamen testamentum hominis nemo spernit, aut superordinat. 785
* 16. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dixit: seminibus, quasi pluribus, sed semini, tamquam vni, quod Christus est. 785.553.
* 17. Post quadringentos & triginta annos data est lex. 136
* 20. Mediator autem vnius non est, Deus autem vnus est. 785.1054
22. Sed conclusit at omnia lex creatoris sub delictum, & totum mundum deduxerat in reatum, & omne os obstruxerat, ne quis gloriaretur [er illam. 785.795
26. Omnes enim filij estis fidei. 785
* 27. Quotquot enim in Christo tincti estis, Christum induistis. 576.674.1002
28. Non est seruus, neque liber. 293
* 3. Adhuc secundum hominem dico dum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus positi ad deseruiendum eis 337.785.881. Gal. 4.
* 4. Quum autem euenit impleri tempus misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. 311.785.790.1037
* 5. Vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. 785
* 6. Vt certum esset nos filios Dei esse, misit spiritum suum in corda nostra, clamantem Abba Pater. 785
* 8. Si ergo his, qui non natura sunt Dei, seruitis. 785.
* 6. Post has itaque diuitias non erat reuertendum ad infirma & mendica elementa. 337. 785.
* 10. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. 626.785.982.988
19. Filij mei, quos parturio rursus, donec formetur Christus in vobis. 790.958
20. Vos autem non sic didicistis Christum. 790
* 22. Abraham duos liberos habuit, vnum ex ancilla, & vnum ex libera. 785
* 23. Sed qui de ancilla, carnaliter natus est; qui verò ex libera, per repromissionem: quæ duo argumenta allegoricè cucurrisse constat. 670. 785.916.
* 24. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum à Syna monte generas in seruitutem. 670.785. 886.
* 26. Alium generans, seu Ierusalem, quæ sursum est, quæ est mater nostra. 680.785. 797.
* 31. Propter quod fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos manumisit. 785
* 1. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. 785 Gal. 5.
* 2. Inuehitur in obseruatores circumcisionis. 337. 626.698.786.999.
5. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ exspectamus. 575
* 6. Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides per dilectionem perficitur. 785
7. Currebatis benè, quis vos impediuit veritati non obedire? 336
* 10. Qui autem turbat vos, iudicium feret. 785
* 12. Vtinam abscindantur seu præcidantur qui vos conturbant siue subuertunt. 484
* 14. Tota enim lex in vobis adimpleta est: Diliges proximum tuum tamquam te. 785
* 17. Caro aduersus spiritum concupiscit, & spiritus aduersus carnem. 570.951
* 19. Manifesta sunt opera carnis, fornicatio, immunditia, lasciuia. 331.497.584.792.1010. 1011. 1015.
* 21. quæ prædico vobis quoniam qui talia agunt, regnum Dei non sunt consecuturi hæreditate. 587.1010
* 2. Onera vestra inuicem sustinete, & sic adimplebitis legem Christi. 785.786 Gal. 6.
7. Erratis, Deus non deridetur; quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. 390.785.780. 1001.

* 9. Bonum enim facientes non fatigemur, seu benè facientes ne tædeat. Tempore enim suo metemus. 687.786
10. Dum habemus tempus, operemur bonum. 786.
* 12. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi. 256.335
* 14. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 786.
* 16. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia. 699
* 17. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo gesto. 570.786

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Ephes. 1. v. * 9. DEum proposuisse in semetipso in sacramento voluntatis suæ. 798. 953
* 10. ad dispensationem adimpletionis temporum recapitulare omnia in Christum, quæ in cœlis, & quæ in terris. 798.953
* 11. Vt simus in laudem gloriæ illius nos qui prosperauimus in Christum, in quo & vos quum audissetis sermonem veritatis Euangelium. 798.
* 13. In quo credidistis, & signati estis spiritu promissionis eius sancto. 798
* 15. Et ego audiens fidem vestram quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos. 336.
16. non cessо gratias agens. Ibid.
* 17. Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ & agnitionis. 799.858
* 18. Illuminatos cordis oculos, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ. 799
* 20. Qui inoperatus est in Christum valentiam suã, suscitando eum à mortuis, & collocando eum ad dexteram suam, & subiiciendo omnia. 799.
Ephes. 2. * 1. Quum essetis mortui delictis. 799
* 2. in quibus ingressi eratis secundum æuum mũdi huius, secundum principem potestatis aëris, qui operatur in filijs incredulitatis. 799.
* 3. In quibus & nos omnes conuersati sumus, facientes concupiscentias & voluptates carnis, & fuimus naturã filij iracundiæ. 484. 487. sicut & ceteri. 794. 799. 1010.
* 10. Ipsius sumus factura conditi in Christo. 799. 1246.
* 11. Memores estote vos aliquando nationes in carne fuisse, qui appellamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta. 799
* 12. quòd essetis illo in tempore sine Christo alienati à conuersatione Israëlis, & peregrini testamentorum & promissionis eorum spem non habentes, & sine Deo in mundo. 799
* 13. At nunc in Christo vos, qui eratis longè, facti estis propè in sanguine eius. 799.
* 14. Ipse est pax nostra, qui fecit duo vnum, soluto medio pariete inimicitiæ in carne sua. 799.
* 15. Legem præceptorum sententijs vacuam faciens, vt duos conderet in semetipso. 799.
* 16. Vt reconciliet ambos Deo in vno corpore, interficiens inimicitiam in eo per crucem. 799.
* 17. Adnuntiauit pacem eis qui propè. 799
* 18. Et eis qui longè accessum consecuti simul ad patrem. 799
* 19. Iam non estis peregrini nec adùenæ, sed ciues sanctorum & domestici Dei. 799
* 20. Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. 732. 799
* 8. Data est mihi gratia nouissimo omnium. 799 Ephes. 3.
* 9. illuminandi omnes, quæ dispensatio sacramenti occulti ab æuis in Deo qui omnia condidit. 799
* 10. Vt nota fiat principatibus & potestatibus in supercœlestibus per Ecclesiam multifaria sapientia Dei. 799
17. Per fidem & in cordibus vestris. 582
Ephes. 4. * 5. Vnus Dominus, vnus baptismus, vna Ecclesia in cœlis. 391.791.1052
* 8. Ascendens in sublimitatem, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona filijs hominum. 790.800.
* 9. Nec antè ascendit in sublimiora cœlorum, quàm descendit in inferiora terratum. 503
* 10. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia. 1047
* 15. Caput nostrum Christus est. 800. 974
* 22. Deponere veterem hominem qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis. 584
* 23. Renouamini autem spiritu sensus. 584
* 24. Et induite nouum hominem qui secundum Deum conditus est, in sua iustitia & religione veritatis. 584
* 25. Deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque ad proximum suum, quoniam membra alterius sumus. 584 800
* 26. Irascimini & nolite delinquere, sol non recipiat super iracundiam vestram. 182. 201. 584. 800. 1012.
* 27. Nolite locum dare malo. 972
* 30. Nolite contristare Spiritum sanctum. 191. 217.
* 32. Donantes inuicem, sicut & Christus donauit nobis. 1000
Ephes. 5. * 3. Fornicatio autem immunditia omnis ne nominetur quidem inter vos, sicut decet sanctos. 1010
* 3. Hoc scientes quòd omnis fornicator aut immundus non habeat Dei regnum. 1010
* 6. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira Dei in filios incredulitatis. 1010
* 7. Nolite participes esse eorum. 1010
8. Eratis & vos aliquando tenebræ. 487. 1010
* 11. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immò & tenuincte ea. 800. 972. 1010. 1013.
12. Quæ enim in occulto ab eis fiunt, turpe est dicere. 1010
16. Redimentes tempus, quia dies nequam sunt. 972.
* 18. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. 800. 1010.
* 19. Loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis. 800
* 22. Mulieres viris subditæ sint. 800
* 23. Christus caput est Ecclesiæ. 800
* 25. Carnem suam diligit qui vxorem diligit, sicut & Christus Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. 800
* 29. Nemo carnem suam odio habet, sed & nutrit, & fouet eam, sicuti & Christus Ecclesiam

siam. 800
* 32. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carnem vnam. Magnum sacramentum in Ecclesiam & Christum. 448. 482. 487. 670. 800. 941. 953. 982.

Ephes. 6.
* 1. Obaudiant parentibus filij. 800
* 2. Hoc est primum in promissione præceptum: Honora patrem & matrem. 800
* 4. Parentes enutrite filios in disciplina & correptione Domini. 800
* 11. Induite armaturam, in qua stetis ad machinationes diaboli. 800. 972
* 12. Non est nobis luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates & mundi tenebrarum harum, aduersus hostes spiritales nequitiæ in cœlis. 339. 575. 675. 718. 800. 969. 989. 1063.
* 14. State lumbis accincti. 288. 800. 972.
* 15. Et calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. 288. 972
* 16. Ignea iacula Diaboli. 800. 970
* 17. Ensis ille, id est, Dei sermo diuinus. 142. 675.
* 19. Qui in catenis iam constitutus ob libertatem prædicationis, constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris, expostulare à Deo mandabat. 801

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Philipp. 1.
* 3. GRatias ago Deo meo in omni memoria vestri super communicatione vestra in Euangelio Christi. 336
* 14. Quòd alij ex fiducia vinculorum eius audentiùs sermonem enuntiarent. 802
* 15. Nonnulli per inuidiam & contentionem, quidam verò & per sermonis existimationem. 802.
* 16. Plerique ex dilectione. 802
* 17. Nonnulli ex æmulatione, iam aliqui & simulate Christum prædicant. 802
* 18. Nihil mea sue causatione siue veritate Christus adnuntietur. 802
* 20. Et nunc magnificabitur Christus in corpore meo. 267
* 23. Cupio recipi, & esse cum Christo. 201. 219. 275.
* 29. Beati quibus donatum est non tantum credere in Christum, sed etiam pati pro ipso. 832
* 30. Eundem agonem habentes quem in me vidistis, & nunc auditis. 832

Philipp. 2.
* 6. Qui quum in effigie Dei esset constitutus, non rapinam existimauit seu arbitratus est æqualem se Deo esse, siue parari Deo. 801. 846. 1041.
* 7. sed exhausit semetipsum accepta effigie serui, in veritate & similitudine hominum factus, & figura inuentus vt homo. 650. 654, 801. 1041.
* 8. Humiliaui se obediens factus vsque ad mortem, mortem autem crucis. 544. 802. 973. 1040.
* 9. Propterea Deus illum superexaltauit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. 1039. 1040.
10. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum. 1039. 1040.
11. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. 1039. 1040.
* 15. In quo luceris sicut luminaria in mundo. 292
* 17. Nam & si libor super sacrificium, gaudeo & congaudeo omnibus vobis. 832
* 18. Perinde & vos gaudete, & congaudete mihi. 832.
* 2. Videte canes, videte malos operarios. 247. Philipp. 3.
* 3. Nos sumus circumcisio. 267
* 7. Quæ autem retrò lucri duxeram, hæc modò detrimento mihi deputo. 802
* 8. Hæc æ si stercora existimo præ comparatione agnitionis Christi. 802
9. Habens iustitiam non meam iam quæ ex lege, sed quæ per ipsum. 802
* 11. Si quà concurram in resurrectionem quæ est à mortuis. 575
12. Non quia iam accepi aut consummatus sum. 575.
13. Vnum autem (quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora, extendens meipsum.) 274. 575. 1001
* 14. Ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. 575. 1063.
* 15. Si quid ignoratis, Deus vobis reuelabit. 289. 986.
* 20. Municipatus noster in cœlis est. 293. 680 963. vnde & salutificatorem nostrum exspectamus Iesum Christum. 585
* 21. Qui transfigurabit corpus nostræ humilitatis conformale corpori claritatis seu gloriæ suæ. 585. 590. 802.
* 3. Quorum nomina sunt in libro vitæ. 293 Philipp. 4.
* 5. Probrum vestrum coram hominibus appareat. 268.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

Coloss. 1.
* v. 5. DE spe reposita in cœlis, quam audistis in sermone veritatis Euangelij. 801
* 6. Quod peruenit ad vos, sicut & per totum mũdum. 801
* 15. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus conditionis omnis creaturæ. 801. 802. 846. 1040. 1041. 1047. 1050. 1053.
* 16. Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terris visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, cuncta per illum & in illo sunt condita. 625. 801. 1038. 1039. 1041. 1053.
* 19. Quia boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare. 801
* 20. In semetipsum reconciliati omnia pacem faciens per crucis suæ sanguinem conditis in Christo in cœlis & in terris. 801
* 21. Ita & nos quondam alienatos & inimicos sen-
& 22. su in malis operibus creatori redigit in gratiam. 801
* 24. Adimpleo reliqua pressuraru Christi in carne pro corpore eius quod est Ecclesia. 801
2. Damnat eos qui non putarent Iesum esse fi- Coloss. 2.
lium Dei. 337
* 8. Videte ne quis vos circumueniat per Philosophiam & inanem seductionem, quæ sit secundum elementa mundi (siue traditionem hominum.) 331. 478. 801

* 9. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 1051
* 11. In quo & circumcisi estis, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis. 569.
* 12. Consepulti ei in baptismo, & contesuscitati in eo per fidem efficaciæ Dei, qui illum suscitauit à mortuis. 575
* 13. Et vos quum mortui essetis in delictis & præputiatione carnis vestræ, viuificauit cum eo donatis vobis omnibus delictis. 575 801.
* 14. Liberans hominem per lauacrum, donato ei chirographo mortis. 1012
* 15. Christus exutus carnem, potestates dehonestauit palàm, triumphans illis in semetipso. 1040.
* 16. Nemo vos iudicet in cibo & potu, & in parte diei festi, & neomeniæ, & Sabbati. 802. 1066.
* 17. Quæ est vmbra futurorum, corpus autem Christi. 802
* 18. Taxat eos qui ex visionibus angelicis dicebant, cibis abstinendum, ne adrigeritis, ne gustaueritis, volentes in humilitate sensus incedere. 802
* 19. non tenentes caput, ex quo omne corpus per nexum concatenatum, & fibula catitatis membris mutuis innexum atque concretum crescit in Deum. 802
Coloss. 3. * 20. Si cum Christo mortui estis ab elementis mundi, quomodo quasi quidam viuentes in mundo sententiam fertis. 575.585
* 22. Secundum præcepta & doctrinam hominum. 802.
* 1. Si resurrexistis cum Christo, ea quæ sursum sunt quærite, vbi est Christus in dextera Dei residens. 575
* 2. Ea quæ sursum sunt sapite, non quæ deorsum. 575
* 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. 575
5. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & cupiditatem quæ est simulacrorum seruitus. 1010.

EX I. AD THESSALONICENSES.

1. Thess. 1. * v. 6. Qualiter conuersi estis ab idolis ad seruiendum viuo & vero Deo. 575
10. Et exspectandum è cœlis filium eius, quem suscitauit ex mortuis Iesum. 575
1. Thess. 2. * 3. Aduocatio nostra non ex seductione, nec in immunditia. 1010
* 15. Dominum interfecerunt & Prophetas suos Iudæi. 797
* 19. Quæ spes nostra vel gaudium vel exultationis corona, quam & vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu ipsius? 575
1. Thess. 3. 5. Propterea & ego amplius non sustinens misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentauerit vos is qui tentat. 181
* 13. Coram Deo & patre nostro, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum vniuersis sanctis eius. 575
1. Thess. 4. * 3. Et hæc est voluntas Dei, sanctimonia vestra, vt abstineatis à stupro. 797. 939. 1010.
* 4. Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum tractare in sanctificatione & honore. 572. 797. 1010.
5. Non in libidine concupiscentiæ, sicut gentes quæ Deum ignorant. 1010
11. Et operemini manibus vestris. 240
* 13. Cæterùm nolo vos ignorare de his qui obdormierunt, non contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes quæ spe carent. 201. 575. 797.
* 14. Si enim credimus quòd Iesus mortuus sit & resurrexerit, sic & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum ipso. 575. 797
* 15. Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini, quòd nos qui viuimus, qui remanemus in aduentum Domini nostri, non præuenemus eos qui dormierunt. 575. 582. 797
* 16. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo primi resurgent. 575. 582.
* 17. Deinde nos qui viuimus, simul cum illis tollemur in nubibus, obuiam Domino in aëtem, & ita semper cum Domino erimus. 266. 575. 582. 681. 797.
* 1. De temporibus autem & temporum spatiis non est necessitas scribendi vobis. 575 1. Thess. 5.
* 2. Ipsi enim certissime scitis quòd dies Domini, quasi fur nocte ita aduenit. 575
* 3. Quum dicent, pax & tuta sunt omnia, tunc illis repentinus insistet interitus. 575
* 14. Sustinete infirmos, consolamini pusillanimes. 972.
* 19. Spiritum ne extinguatis. 797
* 20. Prophetas nolite nihil haberi. 797
* 21. Omnia examinate, quod bonum est tenete. 331.
* 23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos, & integrum corpus vestrum, & anima, & spiritus sine querela conseruentur in præsentia Domini. 585. 798

EX II. AD THESSALONICENSES.

* v. 4. VT gloriemur in vobis in Ecclesijs Dei pro tolerantia vestra in fide, in omnibus persecutionibus & pressuris, quibus sustinetis ostentamen iusti iudicij Dei. 832. 2. Thess. 1.
* 5. Vt digni habeamini regno eius, pro quo & patimini. 832
* 6. Iustum est ad flictatoribus nostris rependi adflictationem. 798
* 7. & nobis qui afflictamur, requietem, & in reuelatione Domini Iesu venientis à cœlo cum angelis virtutis suæ. 798
* 8. & in flammam ignis dantis vltionem ad exigentiam de eis, qui Deum ignorent, & qui non obaudiunt Euangelio. 798
* 9. Qui pœnam luent exitialem æternam à facie Domini, & à gloria valentiæ eius. 798
* 1. Obsecro autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & congregationem nostram ad illum. 575 2. Thess. 2.
* 2. Ne citò commoueamini animo, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per Epistolam, ac si per nostram, quasi instet dies Domini. 334. 575
* 3. Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi veniat

veniat abscessio primò, & reuelatùr delinquentiæ homo filius perditionis. 63.130. 575.798.

* 4. Quia aduersatur & superextollitur in omne quod Deus dicitur, vel religio, vti sedeat in templo Dei, adùtmans Deum se. 504.575. 798.

5. Nónne meministis quòd quum apud vos essem, hæc dicebam vobis? 575

* 6. Et nunc quid detineat scitis, ad reuelandum eum in suo tempore. ibid. 798

* 7. Iam enim arcanum iniquitatis agitatur, tantùm qui nunc tenet teneat, donec de medio fiat. ibid. & 63.

* 8. Et tunc reuelabitur iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit apparentia aduentus sui. ibid. 798

* 9. Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis atque portentis mendacij. ibid. 798

* 10. & in omni seductione iniustitiæ eis qui pereunt. ibid. 798

2. *Thess.* 3. * 14. Qui autem non obaudit sermoni nostro, per Epistolam hunc notate; ne commisceamini illi, vti reuereatur. 798.1006.1011

* 15. Non quasi inimicum deputantes, sed quasi fratrem obiurgantes. 798.1006.1011

EX I. EPIST. AD TIMOTH.

1. *Timot.* 1. * 3. 4. NEque intenderent fabulis & genealogiis indeterminatis. 331.441.478 622.

15. Christus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. 1011.

16. Sed misericordiam sum consecutus, quoniam ignorans feci, in incredulitate. 1011

* 17. Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo. 851.1032

* 18. Hanc denuntiationem commendo apud te, filiole Timothee. 335

* 20. Hymenæum & Alexandrum Satanæ tradidi, vt emendarentur non blasphemare. 969.

1. *Tim.* 2. 970.1007.

* 2. Nos pro salute Imperatorum Deum inuocamus æternum. 62.63.130

* 5. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. 550. 587. 857. 1039. 1040.1041.

* 7. Paulus Apostolus doctor nationum. 1008

* 9. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate. 293.312

* 12. Docere autem mulierem non permitto. 312

* 15. Salua tamen fiet per generationem liberorum.

1. *Tim.* 3. 1. Siquis Episcopatum concupiscit, bonum opus concupiscit. 484

* 3. Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum, sobrium, benè moratum, ornatum, hospitalem, docibilem. 941. 955. 956. 957.

4. non vino deditum, non manu promptum, non cædentem, non pugnacem, non pecuniæ amantem. ibidem.

5. Sed domum regentem, & filiorum curantem disciplinam, & ab extraneis bonam famam sectantem. ibid.

1. *Tim.* 4. * 1. Spiritus manifestè dicit, quòd in nouissimis diebus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum. 331.1052

2. In hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentium conscientiam suam. ibid.

3. Prohibentium nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit, ad perficiendum cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt Deum. 958.982

* 4. Omnis creatura bona Dei, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. 958.1065

* 5. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. 958.1065.1066

* 10. Salutificator omnium hominum, & maximè fidelium. 958.1000

* 22. Nuptiarum interdictores fugillat. 337

* 9. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor. 275.312 1. *Tim.* 5.

* 14. Volo iuuenculas nubere, filios suscipere, matres familiæ agere. 337.957

* 17. Presbyteri qui benè præsunt, duplici honore digni habeantur. 989

* 22. Manus nemini citò imponas, neque communices (siue participes aliena delicta) delictis alienis. 392.1011

23. Modico vino vtere propter stomachum & frequentes infirmitates. 291.985

8. Habentes victum & vestitum, his contenti sumus. 1066 1. *Tim.* 6.

10. Radix omnium malorum auaritia. 200. 201.

* 13. Denuntio tibi ante Deum qui viuificat omnia, & Iesum Christum, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem. 335

* 14. Vt custodias præceptum. 335. immaculatum, irreprehensibile, in apparentiam Domini Iesu Christi. 573

15. Quam suis temporibus ostendet beatus & solus potentator, & Rex regnantium, & Dominus dominantium. ibid. 333

* 16. Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nemo vidit hominum, nec videre potest. 850.851.1047. 1052.

EX II. EPIST. AD TIMOTHEVM.

v. 7. NOn enim dedit nobis Dominus spiritum timiditatis, sed virtutis & dilectionis, & sanæmentis. 833 2. *Tim.* 1.

12. Depositum custodi. 335

14. Bonum depositum custodi. ibid.

* 15. Phigellus & Hermogenes auersi à Domino. 330.575.

16. Onesiphorus in persecutione Paulo succurrit. 973.

* 18. Det illi Dominus inuenire misericordiam, & 19. quia catenam meam non erubuit. 575

* 2. De non alia admittenda doctrina præter eam, quam audierat coram multis testibus. 335. 2. *Tim.* 2.

* 4. Qui vult omnes homines saluos fieri. 337

* 11. Si enim commortui sumus Christo, & conuiuemus. 833

12. Si sufferimus, & conregnabimus, si negauerimus, & ille nos negabit. 833

* 13. Si non credimus, ille fidelis est, negare se non potest. 833

* 17. Sermo eorum vt cancer serpit. 331. ex quibus est Hymenæus & Philetus. 331. 575.

2. Tim. 4. 19. Cognoscit Dominus qui sunt eius. 331
* 4. Coacervabunt sibi magistros prurientes auribus. 331
* 6. Ego iam libor, & tempus deuersionis insistit. 833.
* 7. Agonem bonum certaui, cursum consummaui, fidem custodiui. 294.833
* 8. Superest corona, quam mihi Dominus illa die reddet. 835
13. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens adfer tecum. 182.291

EX EPISTOLA AD TITVM.

Tit. 1. * 7. 6. VNius vxoris vir. 955.956
12. Mendaces Cretas semper. 487
* 15. Omnia munda mundis. 291.1065
Tit. 3. * 5. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. 1051
* 9. Stultas autem quæstiones & genealogias & contentiones legis deuita. 331.337
* 10. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quòd peruersus sit eiusmodi, & delinquat, & à semetipso damnatus. 331.333.

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.

Hebr. 1. v. 1. VErbum Dei in Prophetis semper audiitum. 333
* 3. Sedet ad dexteram majestatis in excelsis.
4. Tanto melior angelis effectus, quanto differentiùs præ illis nomen hæreditauit. 647. 1046.
* 7. Qui facit spiritus angelos, & appatitores flammam ignis. 647
8. & Christus melior, maior, & antiquior ipsis
10. angelis. 1039
14. Nonne omnes sunt administratorij spiritus? 647.
Hebr. 2. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. 1039
Hebr. 6. * 4. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & donum cœleste gustauerunt, & participauerunt spiritum sanctum. 1013
5. Et verbum Dei dulce gustauerunt, occidente iam æuo cùm exciderint. 1013
6. Rursus renouari in pœnitentiam, rescindentes crucifixo semetipsos filium Dei, & dedecotantes. 1013.
7. Terra enim quæ bibit sæpius deuenientem in se humorem, & peperit herbam, aptam his, propter quos & colitur, benedictionem Dei consequitur. 1013
8. Proferens autem spinas, reproba, & maledictioni proxima, cuius finis in exustionem. 1014.
Hebr. 7. * 1. Melchisedech Sacerdos Dei summi. 136.148. 791.
Hebr. 9. * 6. Solis sacerdotibus sacrarium adire licitum. 45.
Hebr. 11. * 37. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt. 828. 887.
Hebr. 13. 12. Extra ciuitatem crucifixus est. 148

EX EPISTOLA D. IACOBI.

Iac. 1. * v. 13. NEmo quum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum est. 181
* 23. Abraham amicus Dei deputatus est. 136 Iac. 2.

EX EPISTOLA PRIORIS D. PETRI AD PONTICOS.

v. 11. DEmonstratur gloria Christi. 191 1. Petr. 1.
12. Deus Prophetas instruxit, & per hos filium suum Christum repromisit. 1035
* 4. & seq. Petra & lapis Christus. 800 1. Petr. 2.
* 8. Positum in lapidem offendiculi, & in petram scandali. 671.707
13. Regem honorandum. 833
* 20. Quanta enim gloria, si non vt delinquentes puniamini, sustinetis. 831
* 22. Qui dolum de ore suo locutus non est. 143
8. Dilectio operit multitudinem delictorum. 828
* 12. Dilecti, ne expauescatis vstionem quæ agitur in vobis in tentationem, quasi nouum accidat vobis. 831 1. Petr. 4.
* 13. Etenim secundum quod communicatis passionibus Christi, gaudete, vti & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. 831
* 14. Si dedecoramini nomine Christi, beati estis, quoniam gloria & Dei spiritus requiescit in vobis. 831
* 15. Dum nequis vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni speculator. 831.
* 16. Si autem vt Christianus, ne erubescat; glorificet autem Dominum in nomine isto. 831

EX II. EPIST. D. PETRI.

* 12. ADignem diem iudicij mundus iste festinat. 1035 2. Petr. 3.

EX I. EPIST. D. IOANNIS.

* v. 1. QVod vidimus, quod audiuimus, oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectauerunt de sermone vitæ. 485.851. 890. 1. Ioan. 1.
* 5. Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt. 1033.1034
* 6. Et mentimur, si dicamus nos communicationem habere cum eo, in tenebris incedamus 1013.
* 7. communionem cum eo habebimus, & sanguis Iesu Christi Domini nostri emundat nos ab omni delicto. 1012
* 8. Si dicamus nos delictum non habere, seducimus nosmetipsos, & veritas non est in nobis. 1012.
* 9. Si confiteamur delicta nostra, fidelis & iustus est, vt dimittat ea nobis, & emundet nos ab omni iniustitia. 1012
* 10. Si dicamus nos non deliquisse, mendacem facimus illum, & sermo eius non est in nobis. 1013.
* 1. Filioli mei, hæc scripsi vobis ne delinquatis, & si deliquetitis, aduocatum habemus apud Deum patrem Iesum Christum iustum. 1013. 1. Ioan. 2.
* 2. & ipse placatio est pro delictis nostri. 1013
6. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 952
* 16. Omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. 216.284

* 18. Sunt multi Antichristi, qui negant Christum in carne venisse. 331.672.859
* 19. Et nobis prodierunt, sed non fuerunt ex nobis. 331.338
* 22. Mendax est is, qui negat quoniam Iesus non est Christus; Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. 858.987
2.Joan.3. 2. Et nondum manifestum est quid futuri simus. 575
3. Omnis qui spem in isto habet, castigat se, sicut ipse casus est. 953.1010
4. Omnis qui facit delictum, & iniquitatem facit, & delictum est iniquitas. 1012
5. Et scitis quod ille manifestatus sit, vt auferat delicta. 1012
* 6. Omnis qui manet in illo, non delinquit. Omnis qui delinquit, neque vidit, neque cognouit eum. 1012
7. Filioli mei, nemo vos seducat. Omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. 1012
8. Qui facit delictum, ex diabolo est, quod diabolus à primordio delinquit. In hoc enim manifestatus est filius Dei, vt soluat opera Diaboli. 1012
9. Omnis qui ex Deo nascitur, non facit delictū, quia semen Dei in eo manet, & non potest delinquere, quia ex Deo natus est. 857.1012
10. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. 1012
Qui non est iustus, ex Deo non est. 1012
15. Omnis qui oderit fratrem suum, homicida est. 239
* 16. Animas nostras pro fratribus nostris ponere oportet. 830.972.974
* 21. Si cor nostrum non reprehendetit nos. 483
2.Joan.4. * 1. Multi iam Antichristi processerunt in mundum. 553.672
* 2. Præcursores Antichristi spiritus, negātes Christum in carne venisse. 553.672.798
* 3. & soluentes Iesum. 553.672
* 8. Deus caritas est. 1047
* 12. Quem nemo vidit hominum, nec videre potest. 1047
15. Qui confessus fuerit Christum filium Dei, Deus in illo manet, & ipse in Deo. 859
18. Perfecta enim dilectio foras abijcit timorem, quoniam timor pœnam habet, & qui timet, non est perfectus in dilectione. 832.972.974.1034
1.Ioan.5. * 1. Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. 858
* 8. Sanguis & aqua. 392
11. Nos credimus testimonium Dei, quoniam vitam æternam dedit nobis. 331.859
* 12. Qui filium non habet, nec vitam habet. 859
* 13. Hæc scribo vobis, vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine filij Dei. 1013
* 16. Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, dabitur vita ei, quia non ad mortem deliquit. Est delictum ad mortem, non pro illo dico vt quis postulet. 1000. 1013
* 21. Filioli, custodite vos ab idolis. 292

EX II. EPIST. S. IOANNIS.

2.Joan.1. * v. 7. ANt christos vocat, qui Christum negant in carne venisse. 337.553
* 10. Nec auere eī dixeritis. 333

EX EPISTOLA S. IVDÆ.

* v.14. ENoch in testimonium. 238 Jud. 1.

EX APOCALYPSI D. IOANNIS.

* v. 6. FEcit nos reges & sacerdotes Deo. 294. 341.954.957 Apoc.1.
* 8. Ego Dominus qui est, & qui fuit, & venit, omnipotens. 872
* 10. Fui in spiritu in Dominica die. 480
* 16. Ensis ex ore Dei prodit bis acutus. 141.675
* 1.8.11.18. Ecclesiæ alumnæ. 699 Apoc.2.
3. Laodicenos fidentes diuitijs obiurgat. 168
4. Desertam dilectionem Ephesijs imputat. 168
* 6. Quia hoc tenes, odisti doctrinam Nicolaitarum. 341
* 7. Vincenti dabo edere de ligno vitæ. 580
* 9. Satdos non plenorum operum inculat. 168
* 10. Ecce diabolus ex numero tuo conijciet in carcerem, vt tentemini diebus decem. Esto fidelis ad mortem vsque, & dabo tibi vitæ coronam. 294.832.969
12. Ad Pergamenorum de Antipa fidelissimo interfecto in habitatione Satanæ. 832
& 13. 14. Docentes peruersa Pergamenos reprehendit. 168
17. Latens manna, cum calculo candido. 832
* 20. Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetem, docere & seducere seruos meos ad fornicandum & edendum de idolothytis. 1011
21. Et largitus sum illi tempotis spatium, vt pœnitentiam iniret; nec vult eam inire nomine fornicationis. 1011
* 22. Ecce dabo eam in lectum, & mœchos eius cum ipsa in maximam pressuram, nisi pœnitēsiam egerint opetum eius. 168.337
* t.7. & t.4. Ecclesiæ alumnæ. 699
* 4. Hi sunt qui vestimenta sua non coinquinauerunt cum cum mulieribus. 576 Apoc.3.
* 5. Album vestiri, nec deleri de libro vitæ, & columnam fieri in Dei templo in nomine Dei & Domini & Ierusalem cœlestis inscriptum. 576.832.969
10. à tentatione vltima liberabitur, qui nomen Domini non negauerit. 832
* 4. Et super thronos viginti quatuor seniores. 294 Apoc.4.
* 6. Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo, & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retrò. 1035
* 8. Sanctus, Sanctus, Sanctus. 180
* 13. Agno sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas, nunc & in secula seculorum. 273 Apoc.5.
2. Accipit angelus cotonam procedens in albo equo. 294 Apoc.6.
* 9. Sub altari Martyrum animæ placidum quiescunt, & fiducia vltionis candidam claritatis vsurpant, donec & alij consortium illarum gloriæ impleant. 481.576.832
Vidi subtus altare animas interfectorum. 481. 581
10. Et clamant: Quoniam vsque nō vlciscetis Domine sanguinem nostrum in incolis terræ. 181.576

* 11. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. 468
12. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. 481
* 13. Et stellæ de cœlo ruent sicuti ficiarbor, quum valido commota vento acerba sua amittit. 420
14. Et omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt. 420
Apoc. 7. * 13. Agno sit honor, gloria, claritas, dignitas potestas, nunc & in secula seculorum. 273
14. Hi sunt qui veniunt ex illa pressura magna & lauerunt vestimenta sua, & candidauerunt ipsa in sanguine agni. 832
* 18. Et delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. 591
Apoc. 9. 1. Et quintus angelus tuba cecinit.
Apoc. 10. * 1. Et iris in capite eius. 294
Apoc. 11. * 3. Enoch & Helias morituri reseruantur. 501
Apoc. 12. * 10. Hic est accusator fratrum nostrorum. 495
Apoc. 13. * 8. Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni. 293
Apoc. 14. * 4. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. 576
14. Filius hominis supra nubem micat. 294
Apoc. 15. * 7. Et vnum de quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundiæ Dei. 576
Apoc. 16. * 1. & seq. De pateris angelorum. 576
Apoc. 17. * 5. Babylon. 674
* 6. Babylon ebria sanctorum cruore. 832
* 9. Illa ciuitas valida, quæ super septem montes. &18. 267.576
* 4. Exite ab illa populus meus, vt ne participes sitis delictorum eius. 293.574 Apoc. 18.
* 15. Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus. 675 Apoc. 19.
* 19. Bestia Antichristus cum suo pseudopropheta certamen Ecclesiæ Dei infert. 576
21. Et cæteri occisi sunt gladio, sedentes super equm.
* 3. Et misit eum in abyssum, in puteum abyssi. 414.576 Apoc. 20.
4. Et regnauerunt cum Christo mille annis. 680
* 13. Et dedit mare mortuos qui in eo erant. 578
* 1. Cœlum primum & terra prima abierunt, & locus non est inuentus illis. 420 Apoc. 21.
* 2. Vidi Ierusalem nouam descendentem de cœlo. 680
* 4. Deus delebit omnem lacrymam ab oculis eorum. 591
* 8. Timidis dehinc cæteris, pusillula in stagno ignis & sulfutis, quod est mors secunda. 832. 971.972.1012
* 13. Ego sum Alpha & ω 913 Apoc. 22.
* 14. Beati qui ex præceptis agunt, vt in lignum vitæ habeat potestatem, & in portas ad introëundum in sanctam ciuitatem. 1012
* 15. Canes venefici fornicatoris, homicidæ foras. 645.1012
18. Siquis apposuerit ad hæc, apponet super illum Dominus plagas scriptas in libro isto.
19. Et siquis diminuerit de verbis libri Prophetiæ, auferet Deus partem eius de libro vitæ. 417

IN TER-

IN TERTVLLIANICVM

OPVS, RERVM, PHRASEON, VOCVM QVE

INDEX GENERALIS, CVM PRÆMISSO AVCTORUM ab eo citatorum Indice; in quibus prior numerus paginarum est, posterior interlinearis; T. Tertulliani contextum, P. Adnotationes Pamelij indicat.

AVCTORVM A TERTVLLIANO CITATORVM,

eorúmque ad quos adludit, Catalogus.

SACRORVM.

AMos citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Arithmi siue Numeri, 717.359. T. 758.359. P. 723.460. T. 764.460. P. 826. 27. T. 836.27. P.

Barnabæ titulo citatur Epistola ad Hebræos, quam apud Ecclesias receptam pronuntiat. 1013.174. T. 1026.174. P. eandem à Luca vel Clemente in Græcum translatam quidam volunt, & Apostoli Pauli plerique Patres. ibid. P.

Baruch citatur Hieremiæ nomine, 828.57. T. 838. 57. P.

Basiliarum, id est Regum, Libri quatuor, 678.153. T. 691.153. P. 707. 177. T. 747.177. P. 715.301. T. 755. 301. P. qui etiam Regum Annales vocantur, 826.30. T. 836. 30. P.

Critarum, seu Iudicum Annales, 826.29.30. T. 836. 29.30. P.

Danielis hebdomadæ explicantur, 140.53. 55. & sequ. 141.80. vsqu. 94. T. 152. 53.54. & sequ. 57. & sequ. 153. 68. & sequ. 154. 78. & sequ. 155. 85. vsque 94. P. nempè anni quadringenti triginta septem menses sex, confecientes sexaginta duas hebdomadas & dimidiam in die natiuitatis Christi, 140.78. T. 154. 70. P. & aliæ septem & dimidia hebdomades, id est, anni quinquaginta duo menses sex vsque ad debellationem Iudæorum per Vespasianum, 141.79. & 90. T. 155.90. P. eius historia Susannæ citatur, 289.43.44. T. 889.20. T. etiam in materia fidei, ibid. 45. T. vnde & ex aliis Patribus eam constat esse authenticam, 298. 43. P. Citatur etiam ab eodem Hymnus trium puerorum, 423.152. T. 432. 152. P. item historia de Bele & Dracone, 245.138. T. denique quòd Habacuc ieiunanti Danieli per angelum sublatus, prandium procuraüit, 985.45. T. 992.45. P.

Enoch Libri verba citantur, 239.15.16. T. 248.15.16. P. 244.119. T. 258.30. vsque 35. T. 260.30. &c. 261.34. P. in armarium Iudaicum non admittitur, ibid. 32. vtrobique apud Iudam Apostolum testimonium possidet, ibid. vtrobiq. 267.59. T.

Esdræ omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ restauratæ, 258.33. T. 261.33. P. 890.22. T. 892.22. P. quædam etiam ex quarto libro Esdræ citantur, 709.216. T. 749.216. P.

Ezechiel citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Habacuc citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Hermas, cuius scriptura Pastor inscribitur, 182.48. T. 188.48. P. cuius auctoritas non satis probata, ibid. frater Pij Pontificis Romani, 891.29. T. 892.29. P. ab omni cõcilio Ecclesiarum inter Apocrypha & falsa iudicatur, 1005.84. T. 1021.84. P. 1013.176. T. 1027.176. P.

Hieremiæ olim adscriptum, quidquid hodie libro Baruch continetur, 828.57. T. 838.57. P.

Iacobus. vide Indicem scripturarum.

Ioannis Apocalypsis, & Epistola prima & secũda eiusdem Auctoris, 337.195.196. T. Nempè Ioannis Apostoli & Euangelistæ, atque adeò auctenica scriptura, 363. 195. P. eius Euangelium ante Marcionem editum, 546.68. T. 557.68. P. Ioanni Apostolo tribuitur Apocalypsis, 675.102. T. 687.102. P. Vt Apostolus Euangelio suo fidem nobis insinuat, 698.16. T. 736.16. P. Etsi Apocalypsin eius Marcion respuit, ordo tamen Episcoporum ad originem recensus, in Ioannem stabit Auctorem, 699.41.42. T. 638.41.42. P. 832.92. T. 840.92. P. Eidem rursus auctori Ioanni adscribitur Euangelium & Apocalypsis, 895.12. T. 898.12. P. quam de Insultu ad Ecclesias scripsit, 972.61. T. 977.61. P. 972.67. T. 978. 67. P.

Iob citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Ioel citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Ionas citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Isaias citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

Iudas. vide Indicem scripturarum.

Iudith ex libro quædam citantur, 621.50. T. 959. 127. T. 967. 127. P.

Lucæ sectatoris Apostoli Pauli ex Apostolicis Acta Apostolorum, scriptura auctentica, 333.136. T. 336.136. P. 335.138.139. P. 357.129. P. 986.61. T. eiusdem Euangelij digestum, 698.16.19.20. vsque 23. T. 736.16.19.20. 21.22. P. quod & Paulo adscribere solent, 699.46.47. T. 737.20.639.46.47. P. Auctorum Apostolicorum scripturam confirmat Paulus Epistola ad Galatas, quę proinde malè respuuntur à Marcione, 783.20.21.22. T. 804. 20.21.22. P.

Machabæorum Libri citantur à Tertulliano, 138.27.

T. vnde cõstat pro canonica scriptura habitos, 150. 17. P.
Malachias citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.
Marcus Apostolicus Euangelio suo fidem nobis instaurat, 698. 16. T. 736. 16. P. licet & Marcus quod edidit, Petri adfirmetur, cuius interpres Marcus, 699. 46. T. 639. 46. P.
Matthæus fidelissimus Euangelij commentator, vt comes Domini, 553. 16. 7. T. vt Apostolus fidem nobis facit, 698. 16. T. 736. 16. P.
Michæas citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.
Moyses Auctor Iudaici Instrumenti, Argiuo Inacho paræquate, quadringentis penè annis, (nam & septem minus Danaum præuenit) mille ciuiciter cladem Priami antecedit, quingentis amplius & Homerum, 49. 278. 279. 280. 281. T. 101. 278. 279. 280. 281. P. Eius originale Instrumentum Genesis, 416. 64. T. 427. 64. P. antiquior Saturno nongentis circiter annis, 491. 359. T. 526. 359. P. Pentateuchi Auctor, 622. 60. T. 635. 60. P. ante Lycurgos & Solonas omnes, 650. 108. T. 661. 108. P.
Nahum citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.
Osee citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.
Pauli Epistolis plurimùm vti hæreticos ad quæstiones adnotauit Tertullianus, 335 139. T. 357. 139. P. Eius Apocalypsis improbatur, 335. 146. T. 357. 146. P. item eius & Teclæ actus siue periodi, 392. 118. T. 407. 118. P. ibid. 159. T. P. Eius Epistolas de numero mutilauit Marcion, 783. 13. T. vtpotè omissis Epistolis ad Timotheum & ad Titum, qui & alias eius Epistolas sententijs mutilauit, 783. 13. T. 803. 13. P. quarum ea quæ ad Galatas est, principalis est aduersus Iudaismum Epistola? 783. 14. T. 803. 14. P. quam nos ad Ephesios præscriptam habemus, hæretici ad Laodicenos, 794. 187. T. 814. 187. P. 798. 258. 259. T. 818. 258. 259. P. maximè de vinculis scriptæ sunt, 972. 61. T. 977. 61. P.
Petrus Epistola ad Ponticos, quam primam bodie vocamus, 831. 87. 88. 89. 90. T. 840. 87. 88. &c. P. & alibi frequenter, item à Nouatiano Epistola secunda, 1035. 59. T. 1056. 59. P.
Salomonis nomine citatur, præter Prouerbia, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum, etiam Liber Sapientiæ, 331. 51. 52. T. 349. 51. 52. P. item Ecclesiasticus, 625. 111. 645. 32. T.
Septuaginta duo Interpretes iussu Ptolemæi Philadelphi Hebræarum litterarum Instrumentum Iudaicum in Græcum stilum transtulerunt, quorum sententiæ communionẽ susp exit Menedemus Philosophus, adfirmauit hæc Aristæas, 48. 264. & 49. 57. 268. 269. 270. T. 101. 264. 267. 268. 269. 270. P. quorum translatio apud Serapæum Ptolemæi Bibliothecæ cum ipsis Hebraicis litteris exhibetur, ibid. 271. T. P.
Sophonias citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.
Symmachi editionem aliquando sequitur Tertull. 713. 266. T. 732. 266. P.
Testamenti veteris volumina viginti quatuor, 896. 15. T. 898. 15. P.
Theodotionis editionem sequitur nõnumquam Tertullianus, 152. 54. P. 153. 59. & 62. P.
Zacharias citatur frequenter, de quo vide Indicem scripturarum.

ECCLESIASTICORVM.

APOLLONII Librum adu. Montanum impugnauit Tertull. 932. T. 932. 933. P.
Apologeticorum aduersus Gentes scriptores, 124. 2. T. nempè, Aristides, Iustinus Martyr, Anaxagoras, Quadratus, Melito, Theophilus Antiochenus, Apollinarius, Tatianus, Irenæus, Agrippa, Clemens Alexandrinus, & Miliades, 127. 2. P.
Aristides contra Gentes imitatur Tertullianus, 18. P.
Athenagoræ Librum adu. Gentes imitatur Tertull. 87. 90. & 89. 121. P. 91. 161. P. 95. 205. & 96. 216. & 117. 105. 338. & 206. 368. P.
Clementem Alexandr. imitatur Tertull. 100. 264. & 101. 278. 281. & 102. 283. 287. 289. 292. 293. & 115. 505. & 121. 309. 152. 55. 57. 505. 1. P.
Clementem Romanum in Const. Apost. imitatur, 598. 104. P.
Dionysium Areopagitam imitatur Tertull. 270. 32. P.
Irenæum ad verbum imitatur Tertull. lib. adu. Valent. 435. P. & citat. 442. 43 T. 452. 43. P. & deinceps plerasque eius verba describit vsque ad libri finem adu. Valent. 449. 399. T. 473. 399. P. quem vocat omnium doctrinarum curiosiss. exploratorem, ibid. 43. T. P. rursùm in lib. de Anima, 505. 1. P. item in lib. adu. hæret. 536. 536. 537. 562. P.
Iudam in hebdomadas Danielis imitatur. 980. 97. P.
Iustini Martyris Apologias, adu. Gentes imitatur per omnia Tertullian. Apologetico, 81. 2. 83. 36. P. 87. 90. P. 89. 121. P. 90. 140. P. ibid. 145. P. 91. 174. & 95. 199. 205. & 96. 216. & 97. 237. 238. & 101. 252. & 264. & 102. 273. & 104. 322. & 333. 338. & 106. 368. & 107. 373. 374. & 114. 497. & 120. 590. P. Eius librum de Monarchia, 100. 252. P. Philosophum etiam vocat, adludens ad librum eius contra omnes Gentes, 442. 41. T. 452. 41. P. 505. 1. P. Imitatur & Apologiam eius secundam, 689. 120. P. & lib. adu. Tryphonem, 689. 126. 130. & 690. 133. 134. 135. 136. 137. 140. & 691. 142. 143. 144. 146. 149. 150. 151. 156. & 692. 161. P.
Melitonem scribit Tertullianus à plerisque Prophetam putari, 931. T.
Miltiad s Ecclesiarum Sophista, 442. 42. T. adu. Valentin. 452. 43. P.
Proculus adhuc Catholicus aduersus Valentin. quem vocat Christianæ eloquentiæ dignitatem, 442. 44. T. 452. 44. P.
Tatiani librum adu. Gentes imitatur Tertull. 95. 205. & 101. 273. P.
Theophilum Antiochenum imitatur Tertull. 102. 283. P.

HÆRETICORVM.

AESCHINES, 343. 327. T. 384. 327. hær. 21. P.
Alexander Ærarius, 378. 300. P.
Alexander Valentinianus, 560. 127. P. 550. 130. 131. 551. 133. T. 561. 130. 132. 133. P.
Apelles, 331. 35. T. 346. 35. P. 332. 70. T. 336. 173. 174. 175. T. 360. 173. 174. 175. P. qui Phanerosis conscripsit, ibid. 176. T. P. 337. 192. T. ibid. 199. T. 338. 222. T. & libros Syllogismorum, 342. 324. T. 488. 298. T. 523. 298. P. 495. 431. T. 530. 431. P. 543. 9. T. 554. 9. P. 545. 53. T. 550. 52. 53. P. 566. 14. T. 594. 12. 13 14. P. 568. 46. T. 593. 46. P. 673. 73. T. 685. 73. P. 918. & 929. T. P.
Apelletiani, 547. 77. 78. 79. vsq. 84. T. 558. 77. vsq. 84. P. 928. & 929. T. P.
Axionicus, 442. 34. T. 452. 34. P.
Basilides, 340. 304. T. 379. 404. hær. 4. P. 566. 14. T. 594. 12. 13. 14. P. 876. 25. T.
Blastus, 343. 328. 129. T. 385. 128. 129. hær. 22. P.
Caiani, 337, 196. T. 363. 196. P. 387. 7. T. 398. 7. P.
Cainei, 341. 308. T. 380. 308. hær. 7. P.
Carpocrates, 341. 310. T. 380. 310. 311. hær. 9. P. 488. 297. T. 523. 297. P. 495. 415. vsq. 429. T. 529. 415. vsq. 530. 429. P.

Cataphrygas, 343.327.T.384.327.hær. 21 P.
Cerdon, 342.320 321.T.383.320.321.hær. 16.P.578.157.T.692.157.P.876. 20.T.891.28.T.892.28.P.
Cerinthus, 341.312.T.381.312.hær.10.P.
Colorbasus, 342.318.319.T.382.318.319.hær.15.P.
Diotrephes. 378.300.P.
Dositheus Samaritanus, 340.296.T. 377. 196.P.
Gnostici, 824.1. T.833.1.P.
Hebion, 311.46.T.232.70.T.337.192.T.ibid. 196.T. 550.117.T.560.117.P.877.17.T.
Heracleon. 342.317.T.382.317.hær.14.P. 442.30. T.451.30.P.
Hermogenes Africanus, 348.43.P. 336.177.T.360. 177.P.337.194.T.411.1.T.423.1.P.& seq. 487.279.T.388. 311.T.523.311.P.489.323.T.514.323.P.
Hermogenes Apostolicus, 330.19.T. 345.19.P. 411.9. T.424.9.P.575.499.T.603.199.P.927.T 928.P.958.118.T. 966.118.P.970.29.T.
Herodiani, 340.299.T.378.299.P.
Hymenæus, 330.19.T.345.19.P.
Lucanus, 342.323.T.384.323.hær.18.P.567.21. T.594. 21.P.
Marcion , 331.40.T.348.40.P.332.70.T.435. 163. 164. T. 359. 164. P. 366. 165. 166. 167.168. 169. 170. 171. 172. T. 359. 165. 166. 167. 369. 168. 169. 170. 171. 172. P. ibid. 176. T. 317. 192. T. ibid. 196.199. T. 338. 222. T. 378. 228. T. 319. 274. T. 343. 322. T. 383. 322. hær. 17. P. 543. 8. T. 554. 8. P. 554. 11. P. in quadam Epistola, 544. 22. T. 555. 22. P. 544. 35. T. 545. 38. 40. 42. 48. T. 354. 14. 555. 23. 555. 30. 41. 566. 14. T. 594. 12. 13. 14. P. 590. 394. T. 614. 394. P. 619. 2. vſq. 821. 322. T. P. in Epiſtolis, 619. 21. T. 633. 21. P. in Antithetibus, 626. 132. T. 638. 132. P. 655. 193. vſque 208. T. in lib. Apoſtolico, 670. 24. T. 682. 24. P. in Euangelio, 676. 123. T. 689. 123. P. in Antithetibus ex Euangelio, 697. 3. vſq. 735. 715. T. 736. 3. vſq. 781. 713. P. ex libro Apoſtolico, 782. 1. vſq. 803. 322. T. 803. vſq. 823. 322. P. 891. 29. T. 892. 29. P.
Marcus, 342. 318. 319. T. 382. 318. 319. hær. 15. P. Magus, 442. 32. T. 458. 32. P. 506. 43. T. 595. 45. P. 877. 26. T.
Menander, 340. 302. T. 378. 302. hær. 2. P. Magus Samaritanus, 501. 556. T. 556. 556. P. 563. 45. T. 595. 45. P.
Monarchiani, 847. 65. 66. T. 863. 65. 66. P.
Montanus, 343. 327. T. 384. 327. hær. 11. P.
Nicolaus & Nicolaitæ, 337. 195 T. 341. 305. T. 379. 305. hærvs. P. 630. 197. T. 641. 197. P.
Nigidius, 336. 177. T. 360. 177. P.
Ophitæ, 341. 307. T. 380. 307. P.
Phariſæi, 340. 298. T. 370. 298. P.
Philetus, 345. 19. T. 345. 19. P.
Phygellus, 330. 19. T. 345. 19. P. 575. 199. T. 603. 199. P. 970. 29. T.
Praxeas, 343. 332. T. 386. 332. hær. 25. P. 844. 2. vſq. 859. 285. T. 859. 1. vſq. 870. 285. P.
Proclus ſeu Proculus , 343. 327. T. 384 327. hæreſ. 21. P.
Prodicus, 833. 1. P. 833. 119. T. 843. 119. P. ibid. 120. T. P. 845. 37. T. 861. 37. P.
Ptolomæus, 342. 316. T. 382. 316. hæreſ. 13. P. 442. 29. T. 451. 29. P. 443. 91. T. 455. 91. P. in Miſcellanea, 444. 143. T. 459. 143. P.
Quintilla, 387. 2. T. 497. 2. P. ibid. 10. T. P.
Sabellius à Nouatiano citatus, 1241. 63. T. 1038. 63. P.
Sadducæi, 337. 192. T. 340. 297. T. 377. 297. P. 543. 3. T. 554. 3. P. 568. 11. T. 594. 11. P. 580. 163. T. 607. 263. P. 731. 612. T. 773. 612. P.
Saturninus, 340. 303. T 378. 303. hær. 3. P. 488. 296. T. 523. 296. P. 554. 11. P.
Scorpianus, 833. 1. P.
Secundus, 342. 316. T. 382. 316. hær. 13. P. 442. 31. T. 451. 31. P. 449. 389. T. 475. 389. P.
Sethianæ, 341. 309. T. 380. 309. hær. 8. P.
Simon Magus , 312. 70. P. 337. 197. T. 363. 197. P. 340. 301. T. 378. 301. hær. 1. P. 494. 410. vſq. 415. T. 529. 410. vſq. 415. P.
Tatianus, 343. 326. T. 384. 326. hæreſ. 20. P. 451. 32. P.
Theodotus Byzantius, 343. 330. T. 385. 330. hæreſ. 23. P.
Theodotus Cariarius, 343. 331. T. 385. 331. P.
Theotimus, 442. 32. T. 451. 32. P.
Valentinus, 331. 39. T. 347. 39. P. 331. 44. 45. T. 348. 45. P. 332. 70. T. 336. 164. 165. 166. 167. T. ibid. 176. T. 337. 192. T. ibid. 199. T. 338. 222. T. 338. 228. T. 339. 274 T. 342. 314. 315. T. 381. 314. 315. hær. 12. P. 441. 1. 2. 11. 15. T. 449. 1. 450. 2. P. &c. vſque ad libri finem adu. Valentinianos, 449. 398. T. 473. 398. P. Eiusdem Sophia, 441. 15. T. 449. 1. 451. 15 P. Euangelium , 342. 315. T. 381. 315. hær. 12. P. 449. 01. P. Pſalmi, 381. 315. hær. 12. P. 552. 153. T. 562. 153. P. Epiſtolæ, 450. 2. P. 543. 10. T. 554. 10. P. 550. 111. T. 560. 111. P. 551. 133. 134. T. 560. 134. P. 566. 14. T. 594. 12. 13. 14. P. 590. 394. T. 614. 394. P. 620. 40. T. 634. 40. P. 704. 116. T. 743. 116. P. 830 95. 66. 67. 68. T. 830. 65. 66. 67. 68. P. 833. 119. T. 842. 119. P. 845. 37. T. 861. 37. P. 846. 55. 57. T. 865. 55. 57. P. 857. 162. T. 869. 162. P. 876. 23. T.
Valentiniani, 441. 1. 2. 11. T. 449. 1. 450. 2. 3. 4. P. corũ commentarij, ibid. T. P. 442. 33. T. 452. 33. P. 488. 299. T. 523. 299. P. 591. 416. T. 616. 416. P.
Victorinus, 343. 332. T. 386. 332. hær. 25. P.

Eorum qui de Deo & Deis ſcripſerunt, eóque pertinentibus.

Abamo diuinarum Ægyptius commentator, 518. 190. P.
Anebo Ægyptius diuinarum commentator, 528. 199. P.
Antiphon de ſomnijs, 499. 510. T. 535. 520. P.
Artemon de ſomnijs, 499. 519. T. 535. 538. P.
Callimachus de Coronis, 290. 70. T. 300. 70. P. ibid. 74. 75. T. P.
Claudius Saturninus de Coronis liber, origines , cauſas, ſpecies & ſollemniates earum edidſerens, 290. 85. 86. T. 301. 85. 86. P. 292. 121. T. 303. 121. P. 292. 150. T. 293. 187. T.
Cratippus de Somnijs, 499. 525. T. 535. 525. P.
Diodorus, 290. 67. T. 300. 67. P.
Dionyſius Rhodius de Somnijs, 499. 526. T. 535. 526. P.
Epicharmus de Somnijs, 539 523. 527. T. 535. 523. P. 500. 542. T. 536. 543. P.
Harpocration, 290. 78. T. 300. 78. P.
Hermareles liue Termateles de Circenſibus ludis, 215. 75. T. 226. 75. P.
Hermippus Berinenſis omnem hiſtoriam ſomniorum cum ſuis originibus, ritibus, & relatoribus quinione voluminum ſatiantiſſime exhibuit, 499. 527. & 500. 535. T. 535. 527. P.
Hiſtrionum litteræ, 45. 219. T.
Homerus in Iliade, 95. 206. P.
Leo Ægyptius de Coronis, 290. 83. 84. T. 301. 83. 84. P.
Mercurius Triſmegiſtus Ægyptius diuinarum commentator, 518. 199. P.
Muſæus, 477. 27. T. 507. 27. P.
Nicander de Oraculis, 601. 642. T. 504. 642. P.
Numa Pompilius, 339. 150. T. in libris Superſtitionum, 371. 250. P.

Orpheus, 103. 310. P. 104. 322. P. 104. 333. T. Lib. ad Musæum filium, ibid. 23. T. 507. 27. P. 483. 200. T. 518. 200. P.
Pherecydes de Saturno. 290. 66. T. 300. 66. P.
Philochorus Atheniensis, 499. 522. 527. T. 535. 522. P.
Pindarus, 44. 209. T. 95. 209. P. 290. 74. T. 300. 74. P.
Piso de Ludis, 214. 46. T. 214. 46. 49. P.
Serapion de Somnijs, 499. 524. T. 535. 524. P.
Stesichorus de Ludis, 205. 83. T. 227. 83. P.
Straro Lampsacenus, 499. 521. T. 535. 521. P.
Timæus de Ludorum origine, 214. 26. T. 223. 26. P.
Varro Atacinus, 223. 29. P.
Varro Romanus Cynicus, 44. 214. T. 96. 214. P. 214. 29. T. 223. 29. P. de Deis selectis, 316. P.

MAGORVM.

Berenice, 504. 632. T. 541. 632. P.
Damigeron, 504. 630. T. 541. 630. P.
Dardanus, 504. 629. T. 541. 629. P.
Nectabis, 504. 631. T. 541. 631. P.
Osthanes, 705. 344. P. 504. 627 T. 541. 627. P.
Thyphon, 504. 628. T. 541. 628. P.

Medicorum, Mathematicorum, & Physicorum.

Andreas, 483. 179. T. 516. 179. P.
Apollodorus, 483. 202. T. 518. 202. P. 834. 5. P.
Apollophanes, 483. 169. T. 516. 169. P.
Archimedes, 483. 174. T. 516. 174. P. qui organum hydraulicum confecit, ibid. T. P.
Asclepiades, 483. 180. T. 516. 180. P. 483. 203. T. 489. 333. T. 496. 442. T. 531. 442. P.
Chrysippus, 483 203. T. 518. 203. P.
Diocles, 483. 184. T. 517. 184. T. 484. 216. T. 519. 216. P.
Erasistratus, 483. 183. T. 483. 186. T. 517. 196. P. 489. 333. T.
Harpocration, 290. 78. 79. 80. T. 300. 77. 78. 79. 80. P.
Herophilus, qui sexcentos excæcuit vt naturam scrutaretur, 481. 130. T. 514. 130. P. 483. 183. T. 483. 194. T. 517. 194. P. 489. 333. T.
Hicesius, 489. 329. T. 524. 329. P. 489. 333. T.
Hippocrates, 483. 184. T. 493. 193. T. 517. 193. P. 489. 333. T.
Mercurius trismegistus, magister omnium Physicorum, 445. 185. 186. T. 461. 185. 186. P.
Nicander lib. de Venenatis bestijs, 824. 5. T. 834. 5. P.
Praxagoras, 518. 201. P.
Soranus Methodicæ medicinæ instructissimus auctor, plenissimè super Anima commentatus quatuor voluminibus, 479. 84. 85. T. 511. 84. 85. P. 483. 167. T. 516. 167. P. 483. 184. T. 489. 333. T. 498. 484. T. 533. 484. P.
Strato Physicus, 483. 195. T. 517. 195. P.

PHILOSOPHORVM.

Aenesidemvs de Anima, 480. 117. T. 513. 117. P. 483. 175. T. 489. 327. T.
Albinus Platonicus, 491. 358. T. 526. 358. P. 492. 371. T. 527. 371. P.
Anachatsis, 22. 15. T. 82. 15. P.
Anaxagoras de Deo, 482. 150. vsq. 155. T. 515. 150. vsq. 155. P. de Somno, 497. 471. T. 533. 471. P.
Anaximander, 5. 19. T. 10. 19. P. 623. 76. P. 635. 76. P.
Anaximenes de Anima, 480. 118. T. 513. 118. P. 623. 76. T. 635. 76. P.
Apollophanes de Anima, 483. 169. T. 516. 169. P.
Aristodemus, 499. 501. T. 534. 501. P.
Aristophon, 499. 501. T. 534. 501. P.
Aristotelesin Dialectica, 331. 46. T. 349. 46. P. de Anima, 478. 47. T. 509. 47. P. 478. 62. T. 510. 62. P. 482. 152. 153. 154. T. 515. 152. 153. 154. P. 482. 158. T. 515. 158. P. in Physicis, 484. 166. 173. T. 516. 166. 173. P. in Ethicis. & de Anima, 575. 183. T. 616. 183. P. 483. 249. T. 520. 249. P. de Somno, 498. 473. T. 533. 473. P. de Diuinatione per somnia, 499. 494. T. 534. 494. P. 500. 550. T. in Metaphysicis, 567. 23. T. 594. 23. P.
Arius, 502. 597. & 503. 609. T. 539. 597. P.
Callimicus in Orationibus, 81. 633. T. 123. 633. P.
Cebes in Pinace, 339. 233. T. 368. 233. P. de Anima, 477. 19. T. 507. 19. P.
Chrysippus de Diuinatione, 123. 11. T. 128. 11. P. de Anima, 479. 77. T. 510. 77. P. 483. 168. T. 516. 168. P.
Cleanthes, 51. 312. T. 103 312. P. de Anima, 478. 75. T. 510. 75. P. 490. 343. T. 525. 343. P.
Cratippus, 499. 525. T. 535. 525. P.
Critias de Anima, 478. 70. T. 510. 70. P.
Critolaus Athenensis de Anima, 478. 59. T. 509. 59. P.
Critolaus Peripateticus, 478. 72. T. 510. 72. P.
Democritus de Anima, 484. 155. T. 515. 155. P. 483. 181. T. de Somno, 497. 472. T.
Dicæarchus Messenius de Anima libris tribus, 483. 178 T. 516. 178. P.
Diogenes Cynicus, 69. 508. 509. T. 115. 509. P. de morte, 81. 631. T. 123. 631. P.
Diogenes Cyrenæus, seu Smyrnæus, 44. 213. T. 69. 213. P.
Empedocles de Anima, 478. 50. T. 509. 50. P. 570. 478. 69. T. 510. 69. P. de Amicitia & immicitia, 480. 101. T. 512. 101. P. 483. 181. T. 483. 200. T. 518. 200. P. 484. 217. T. 519. 217. P. 492. 384. vsq. 388. T. 528. 384. vsq. 388. P. de somno, 498. 472. T. 533. 472. P. 502. 594. T. 539. 594. P. 566. 5. T. 593. 5. P.
Epicharmus, 499. 523. T. 535. 523. P.
Epicurus, 9. 99. T. 17. 99. P. 67. 496. T. 74. 569. T. 119. 569. P. 331. 41. T. 348. 41. P. 442. 61. T. 454. 61. P. de vacuo & inani, 444. 161. T. 460. 161. P. de Anima, 478. 48. T. 509. 48. P. 478. 71. T. 510. 71. P. 483. 181. T. 483. 198. T. 517. 198. P. in Epistola ad Menecæum, 497. 464. T. 532. 464. P. de somnijs, 499. 492. T. 534. 492. P. 566. 4. T. 629. 177. T. 740. 177. P. 708. 193. T. 748. 193. P. 801. 303. T. 821. 303. P. 956. 78. T. 964. 78. P.
Eubulus de Anima, 478. 58. T. 509. 58. P. 491.
Heraclides Ponticus de Anima, 480. 120. T. 513. 120. P.
Heraclitus de Igneo Deo, 331. 44. T. 348. 44. P. Lib. de Natura, 478. 32. T. 518. 32. P. 478. 45. T. 519. 49. P. 478. 66. T. 510. 66. P. 480. 119. T. 513. 119. P. 483. 175. T. 483. 189. T. 617 517. P. 484. 216. T. 519. 216. P. 523. 76. T. 675. 76. P. 655. 195. T. 666. 195. P.
Hipparchus de Anima, 478. 65. T. 510. 65. P.
Hippon de Anima, 478. 67. T. 510. 67. P.
Menedemus prouidentiæ vindex de editione, 49. 268. T. 100. 268. P.
Mercurius Ægyptius, 477. 23. T. 507. 23. P. Idem qui Trismegistus, ibid. in Pimandro, 518. 199. P. 491. 358. T. 528. 358. P. an Asclepio, 493. 404. T. 529. 404. P.
Moschion. 483. 190. T. 517. 190. P.
Nigidius, 336. 177. T. 360. 177. P.
Panetius, de Anima, 483. 166. T. 516. 166. P.
Parmenides de Somno, 497. 472. T. 533. 472. P.

Pherecydes Pythagoræ magister, 477. 28. T. 507. 28. P.
Phædo, 477. 19. T. 507. 19. P.
Plato, 5. 19. T. 11. 19. P. 6. 24. & 25. T. in Timæo, 11. 24. & 25. P. 54. 343. T. in Symposio, 105. 343. P. 57. 368. T. 106. 368. P. 58. 374. T. 107. 374. P. in Timæo. 70. 528. T. 117. 528. P. 70. 532. T. 117. 532. P. in Socrate, 75. 575. T. 120. 575. P. in Timæo, 76. 577. T. 120. 577. P. in Socrate, 76. 578. T. 120. 578. P. in Phædone, 177. 4. vsque 20. T. 566. 4. vsque 507. 20. P. in Phædro, 477. 29. T. 607. 24. P. 478. 45. T. 509. 45. P. 478. 54. T. 509. 54. P. in Sophista, Ibidem. 57. T. P. in Phædro, HippARCHO, Lachete, Protagora, Symposio, Alcibiade, Gorgia, Critone, & Timæo, 478. 61. T. 500. 61. P. in Phædro, 480. 110. T. 512. 110. P. in Timæo. 481. 126. T. 513. 126. P. 482. 148. T. 515. 148. P. in Phædro, 483. 164. T. 516. T. 164. P. 483. 181. 182. T. 517. 182. P. in Timæo 483. 191. T. 517. 191. P. de Reipublica 483. 205. 206. T. 518. 205. 206. P. in Timæo & Phædone, 484. 218. T. 519. 218. P. in Phædro, 485. 219. 231. T. 519. 229. 231. P. in Theæteto, 485. 230. T. 529. 230. P. in Phædone, 485. 235. T. 520. 235. P. Ibidem. 237. T. P. in Parmenide & Timæo de Idæis, 485. 238. T. 520. 238. P. 486. 247. T. 520. 247. P. in Timæo, 487. 264. T. 521. 264. P. in Legibus, Ibidem 265. T. P. in Phædone, 488. 300. 301. T. 523. 300. 301. P. in Timæo, 488. 301. 303. 304. 305. T. 523. 302. 303. 304. 305. P. in Phædone, 488. 306. 307. 308. 309. T. 523. 306. 307. 308. 309. P. in Philebo, 488. 312. T. 523. 312. P. in Phædone, 489. 321. T. 524. 321. P. in Phædro, 478. 89. 322. T. 524. 322. P. in Parmenide 489. 324. T. 524. 324. P. 489. 328. T. 524. 328. P. 490. 339. T. 525. 339. P. in Legibus, 490. 342. T. 525. 342. P. de Repub. & in Phædro, 492. 376. T. 527. 376. P. 529. 403. 495. T. 530. 430. P. in Phædone & de Repub. 498. 480. T. 533. 480. P. 500. 545. T. in Phædone & in Politia, 501. 569. T. 538. 569. P. in Phædone, 502. 594. T. 539. 594. P. in Phædro & Timæo, 502. 596. Ibidem. T. P. in Phædone, 503. 599. T. 539. 599. P. 566. 5. T. 567. 27. T. 595. 27. P. 623. 76. T. 635. 76. P.
Posidonius de Anima, 483. 171. T. 516. 171. P.
Protagoras, 483. 201. T. T. 518. 201. P.
Pyrron, 81. 632. T. 123. 632. P.
Pythagoras, 78. 606. P. Samius Sophista, 491. 358. 360. T. 526. 358. 360. P. 502. 594. T. 539. 594. P. 566. 5. T. 593. 5. P.
Socrates, 54. 340. T. 105. 340. P.
Strato Physicus, 483. 175. T. 516. 176. P. 483. 181. T. 483. 197. T. 517. 197. P. de Somno, 497. 472. T. 623. 76. T. 625. 76. P.
Thales de Anima, 478. 68. T. 510. 68. P. 623. 76. T. 635. 76. P.
Theophrasti ad aureolum de nuptijs librum adludit Tertull. 947. 61. T. 949. 61. P.
Xenocrates de Anima, 478. 60. T. 509. 60. P. 483. 192. T. 517. 192. P.
Xenophanes de Somno, 497. 471. T. 533. 471. P.
Zenon Citticus, 9. 99. T. 17. 99. P. 51. 311. T. 103. 311. P. 331. 43. T. 348. 43. P. de Anima, 478. 46. T. 509. 46. P. 483. 165. T. 516. 165. P. 623. 76. T. 635. 76. P.

HISTORICVM.

AEgyptiorvm, Chaldæorum, Phœnicum archiua, 49. 285. T. 102. 285. P.
Alexander Polyhistor, 6. 52. T. 14. 52. P.
Appion, siue Appion, 49. 292. T. in hist. Ægyptiaca, 102. 292. P.
Apitij de Condiendis cibis lib. 20. 93. P.
Apollonius Molonis, 97. 235. P.
Aristeas de 70. Interpretibus, 49. 270. T. 100. 270. P. idem qui Aristæus, 100. 270. P.
Berosus Chaldæus, 49. 287. T. in hist Chaldæor. 102. 287. P.
Callisthenes, 499. 507. T. 534. 507. P.
Cassius Seuerus 157 40. 156. T. 91. 156. P.
Charō Lampsacenus Herodoto prior, 499. 498. T. in Persicis, 534. 498. P.
Cornelius Nepos, 40. 157. T. 91. 157. P.
Cornelius Tacitus in Commentarijs, 31. 59. T. 85. 59. P. 46. 235. T. 97. 235. P. in historiæ Romanæ Lib. 5. mendaciorum loquacissimus, Ibidem.
Ctesias, 38. 141. P. 90. 141. P.
Demetrius Phalereus Bibliothecæ Ptolemæi præfectus, 48. 266. T. 100. 266. P. Grāmaticorum probatissimus, Ibidem. 49. 290. T. in Antiquitatibus, 100. 266. P.
Diodorus Siculus, 40. 154. T. 91. 154. P. 290. 67. 68. 69. T. 300. 67. 68. 69. P.
Dionysius Afer, 6. 52. T. 14. 52. P.
Egesippum imitatur Tertull. 1020. 71. P.
Ephorus, 499. 502. T. 534. 502. P.
Euphorion, 499. 505. T. 534. 505. P.
Fenestella in Annalibus, 448. 374. T. 472. 374. P.
Græcorum Annales, 49. 293. T. 102. 293. P.
Heraclides, 499. 504. T. 534. 504. P. 504. 639. T.
Hermodimus; 477. 26. T. 507. 26. P.
Herodotus, 37. 131. T. 90. 131. P. in Clio, 56. 354. T. in historiis, 499. 497. T. 534. 497. P. 499. 510. 511. 512. T. 535. 510. 511. 512. P. in Melpomene, 500. 550. T. 536. 550. P. 504. 640. T. 541. 640. P.
Hieronymus Phœnix Tyri rex, 49. 288. T. in Antiquitat. Phœnic. 102. 288. P.
Iosephum in Libris contra Apionem imitatur Tertullianus, 97. 235. P. 101. 278. & 102. 285. 286. 287. 288. 290. 292. 293. P. & cirat 49. 292. T. item in Antiquitatum libris, 1020, 70. P.
Iuba Rex, 49. 291. T. de Assyriis, 102. 291. P.
Manethon Ægyptius, 49. 286. T. in Ægyptiacis, 102 286. P.
Menander Ephesius, 49. 290. T. in historia Regum, 102. 290. P.
Nestor in Coceto, 444. 142. T. 459. 142. P.
Nymphodorus, 504. 640. T. 541. 640. P.
Phlegon, lib. 14. Olymp. 104. 324. P.
P. Pilatus Epistola ad Tiberium, 31. 57. & 58. T. 85. 57. & 58. P. 53. 329. T. 104. 329. P.
Pisistratus Bibliotecarum studiosus. 48. 265. T. 100. 265. P.
Plinij Secundi naturalem historiam penè ad verbum imitatur Tertullianus, 23. 47. 49. & 17. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. P. 87. 81. 82. 83. P. 112. 456. P. 260. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 262. 45. 49. 50. 52. 57. 58. 61. P. 271. 59. 272. 80. 84. P. 299. 55. P. 300. 71. 72. 73. P. Ibidem 81. 82. T. P. Ibidem. 86. T. P. 304. 148. 150. 151. 152. 157. & 305. 159. 160. 165. 166. 167. 173. 182. 304. 187. 188. 195. 202. P. 516. 179. 517. 180. 184. 193. 194. 196. 518. 203. P. 498. 485. T. 533. 485. P. 534. 500. P.
Plinius Secundus in Epist. ad Traianum, 83. 24. P.
Plutarchum de Placitis Philosophorum imitatur Tertull. 517. 193. vsque 518. 204. T. 524. 326. P. in Alexandro. 499. 493. T. 534. 499. P. 535. 513. P.
Posidonius, 97. 235. P.
Ptolemæus Mendesius, 49. 289. T. in hist. Ægypt. 102. 289. P.
Ptolemæus Philadelphus eruditiss. studio Bibliothecarum Pisistratum æmulatus, 70. Interpretibus transferenda in linguam Græcam Biblia tradidit, 48. 264. 265. T. 100. 264. P. Bibliotheca eius apud Serapæum, 49. 271. T. 101. 271. P.
Sallustius, 487. 266. 266. T. In historiarum libris, 521. 266. P.
Scriptor Incertus, 8. 98. T. 9. 114. T. 18. 144. P.
Silenus Phryx. 5. 19. T. 11. 19. P. 418. 85. T. 429. 85. P. 477. 25. T. 506. 15. P.
Strabo, 499. 506. T. 534. 506. P.

Suetonius Tranquillus,31.59.T in Viris Cæsarũ 81.59.P. eum imitatur Tertullianus, 112.437.P.214.50.T. 224 50.P. in Neronc. 498.485.T.833.116.T.842. 116.P.

Thallus, 40.155.T.91.155.P.49.292.T.

Theopompus Chius,49.281.T.in quadrag.tertio Philippic.101.281.P.408.86.T.429. 86.P. in varijs historijs, 498. 484.T.533.484.P.

Traiani rescriptum ad Plinium, 24.24.T.85.24.P.

Varro,96.214.P.eum imitatur Tertull. 261.37.P.

Vitellius in commentarijs, 499.508.T.534.568.P.

Zeno Eleates, 80.625.T.122.625.P.

ORATORVM, POETARVM, ET *Grammaticorum.*

Æsopvs in Fabulis, 444.139.T.458.139.P.

Aratus in Phænomenis, 830.69.T.P.839.69.T.

Aristarchus Grammaticorum princeps, 20.44.T.84 44.P.

Caro senior, 7.58.& 59.T.14.59.P.

Catullus Mimographus in Laureolo, 445.180.T.461. 180.P.

Cebetis Pinax ex Virgilio, 339.233.T.368.233.P.

Cicero seu M. Tullius,9.100.T.9.101.T.17.101.P.in Tusculanis, 81.630.T.482.257.P.de Oratore, 488.513.T.533. 312.P.in Tusculanis,972.74.T.978.74.P.

Comicus incertus, 8.85.T.487.265.T.

Demetrius Phalereus Grammaticorum probatissimus. 49.266.T.100.266.P.

Demosthenis Græcus versiculus, 972.71.72.T.978.72. P.49.290.T.

Diogenes comicus, 44.213.T.96.213.P.

Ennius, 105.351.P.442.50.32.T.453.50.52.P.449.386.T. 472. 386.P.494.407.T.529.407.P.

Epicharmus Comicus, 485.236.T.520.236.P.

Hesiodus de Pandora, 290.64.T.300.64.P.& 65. T. Poëticus Pastor appellatus, Ibid. 65.T.P.444.140.T. 458.140. P.

Homerus,7.65.T.in Odyssea,14.64.P.95.206.P.293.187. T.442.51.T.in Iliad.453.51.P.in Odyss.499.493.T.534.493. P.in Iliad.503.615.616.T.540.615.616.P.

Homerocentones, 339.234.T.267.231.368.234.P.

Hostilius Comicus, 45.217.T.96.217.P.in Fabulis, Ibid.

Laberius Mimographus, 5.16.T.11.16.P.78.605.T.121. 605.P.

Lentulus Mimographus in Catinensibus, 76.T.25.76. P.45.217.T.96 217.P.in Fabulis, Ibid.

Lucianus in Iudicio Paridis, 96.223. P. in Hæresi, 111. 568. P. de morte peregrini, 196.51.P.

Lucretius Lib.1.de rerum natura,479.78.T.511.78.P.701. 82.T.741.82.P.

Macrobius in Somnium Scipionis, 480.120.T. castigatus. 513.120.P.

Menander comicus in Fullonibus, 7. 76. T. 15.76. P.

Neoptolemeus Tragœdus, 492.517.T.535.517.P.

Novius Comicus in Fullonibus, 7.76.T.15.76.P.

Ouidius Getarum Medæa Tragœdia ex Virgilio, 339.232. T.367.232.P.in Metamorphosibus, 444.131.T.458. 131.P.

Pacuuius, 6.49.T.49.P.

Phosphorus Rhetor, 443.88.89.P.

Poëta incertus, 59.405.T.109.405.P.65.470. in Tragœdia Cerberi,290.74.T.300.74.P.482.157.T.515.157,P.

Seneca,42.183.T.ex lib.de Superstitione,93.183.P.in Fortuitis. 81.630.T.487.261.P.quem sæpè nostrum appellat, Ibid. T.P.in Fortuitis, 497.465.T.532.465.P.566. 4.T.593.4.P.

Sophocles Tragicus. 499.516.T.535.516.P.

Theopompus Comicus, 418.86.T.429.86.P.

tragœdia Oedipus, 38.142.T.90.142.P.

Virgilius in Æneide, 11.17.P.88.101.P.109.405.P.501.561. T.537.561.P.eum imitatur ad verbum in Eclog.5.914.5.T. 915.5.P. Maronis nomine citatur in Æneide, 920. 5.T.921.5.P.

Virgiliocentones,339.231.T. Pomponij Poëtæ, 367. 231.P.

IN OPVS

IN OPVS TERTVLLI *ANICVM*
RERVM, PHRASEON, VOCVMQVE
INDEX GENERALIS.

& 342.319.T.duas Græciæ litteras hasce summam & vltimam sibi induit Dominus, 953.27.T.961.27.P.
Aaron de vestibus libri Tertull. mentio, 917.T.P.quę octo etás numeto, 1b.P
Abaſcantus Æon Valentini, 830.67.T.839.67.P.
Abdicare, 338.223.T.366.223.P.
Abdicere, 709.214.T.749.214.P.
Abel populum Chriſtianum demonſtrabat, 138.19.T.
Deo placens occiditur, 828.54.T.858.54.P.
Ablutio, 569.73.T.597.72.P.
Abortigines, 492.573.T.527.573.P.
Abraham cur circumciſus, 136.9.T.149.9.P. nomen eius mutuatum ſyllabam adijciendo, 707.162.T.746.164.P.
Abtaxas Deus Baſilidis hæretici, 340.304.T.379.304.hæt.4.P.
Abſoleſcit, pro abſolefacit, 941.33.T.445.33.P.
Abſolutè quædam verba pronuntiantur, 6.50.T.13.46.ac 50.P.621.50.T.634.50.P.
Abſtruere, 721.436.T.762.436.P.
Abuti cum Accuſatiuo, 56.365.T.106.365.P.
Αγχιλία, 266.32.T.270.32.P.
Academiæ, 124.4.T.127.4.P.484.218.T.
Academici fidem quinque ſenſuum durius damnant, 484.215.T.519.215.P.484.218.T.
Acataleptos Æon Valentinianorum, 439.P.448.377.T.472.377.P.
Acatos, 782.5.T.803.5.P.
Accepto ferre, 43.198.T.
Accipi patina, 444.141.T.459.141.P.
Acerba, pro acerbè, 404.3.P.
Acerba, pro immatura, 313.90.T.320.90.P.
Acerra, 38.139.T.90.139.P.630.190.T.641.190.P.
Achaia, 338.209.T.364.209.P.945.69.T.
Achamoth, Æon Valétini, 342.315.T. quæ & Enthymeſis 437.P.444.157.158.T. 459.157.158.P. & Sophia ſecunda, Ibid.444.172.T.460.172.P. & Spiritusſanctus, Ibid. 173.T.P.terra, & mater, 437.P.446.251.T. & Hieruruſalem, 465.251.P.
Achilles nomen ſumpſit, quod vbertum guſtu catuerit feratum medullis educatus, à Chirone monſtrorum etuditore, a marte effœminatus, ſicuti apud Sigæum ſtatua móſtrat, poſtea neceſſitate miles ab Vlyſſe euocatus contra ſalutem proprtiam, 7.64.& 65.T. 14.64.P.ab eo curatus in ſomnis Cleonymus Pyctes, 499.515.T.535.515.P.
Achiuorum Deorum cum Troianis pugna, 44.106.T.95.206.P.ipſorum quoque inter ſe bella, 59.197.T.
Acineton, Æon Valentini, 436.15.P.443.81.T.455.81.830.67.T.839.67.P.
Aconitum, 6.41.T.13.41.P.
Acta apud Præfectos, 288.9.T.295.9.P. Profeſſio apud acta, in qua nemo ſibi profeſſor & teſtis eſt; alius ſcribit, alius ſubſcribit, alius obſignat, alius actis refert, 782.8.T.803.8.P.
Actores, 724.478.T.765.478.P.978.78.P.
Actus iudicum, 74.562.T.
Adã & Euæ exciderunt de immortalitate faciendo contra præceptũ Dei, 136.7.T. exomologeſi teſtitutus in paradiſũ, 170.79.T.178.79.P. in paradiſo nondũ matiius, 200.32.T.205.33.P.anie peccatum innocens, 200.36.T.205.36.P. virgo quũ ex illo ſumpta eſt Eua, 311.42.T. eius delicta etiã hæreſeis dici poteſt, quod per electionem ſuæ potius quàm diuinæ ſententiæ admiſit, 644.12.T.656.11.P. extra paradiſum Dei natus, 648.67.T.659.67.P. eodem Chriſtus paſſus quo ille cecidit, 883.9.T.885.9.P. ſepultus in Golgotha monte ab eius Caluaria dicto, 883.12.T.885.9.11.P.
Adcognoſcere, 282.4.0.T.283.40.P.
Addicere, pro vendere, voce præconis ſub haſta, & adnotatione quæſtoris, 43.194.T.94.194.P.61.436.T.167.33.T.174.33.P.243.96.T.252.96.P.974.113.T.980.113.P.
Addictati, 198.6.T.204.6.P.442.39.T.452.39.P.
Addictatio, 798.250.T.818.250.P. Addictator, Ibid. T.P.
Ad hanc ſpeciem, 21.5.T.83.24.P.
Adiectiua cũ Genitiuis, 53.3.T.110.3.P.7.79.T.91.339.T.121.7.T.122.7.P.264.10.T.269.10.P.276.49.T.279.49.P.333.54.T.427.54.P.444.159.T.459.459.P.789.110.T.810.120.P.
Adiectiua cum Datiuo, 239.253.T.371.253.P.422.144.T.432.144.P.
Adiectiua cum Accuſatiuo, 5.10.T.10.10.P.6.50.T.13.50.P.7.65.T.
Adiurare, 63.453.T.112.453.P.338.225.T.
Adlectio, 340.282.T.375.282.P. Adlegi, 569.71.T.597.71.P.
Admeto Regi ſeruit Apollo, 44.208.T.95.208.P.
Adnotatio, 43.194.T.94.194.P.
Adolationes, 60.410.T.109.410.P.
Adorant Chriſtiani Deum verum, 70.136.T.1082.40.T. manus non tantũ adiollentes, ſed etiã expandẽtes, & Dominica paſſione modulãtes. 182.41.T.188.41.P. manibus tẽperatè ac probè elatis, nec vultu in audaciã erecto, ſedhumiliato adq; deiecto, ſono vocis non tã claro, vt proximis obſtrepamus, 182.51.52.53.T.189.51.52.P.240.30.T.249.30.P
Adorate gentibus vſitatum, 71.543.T. ſedendo. 182.49.T.188.49.P.
Adſentator, pro eo qui conſentit, 413.37.T.426.37.P.
Adſertor, 276.53.T.279.52.P.428.162.T.439.161.P.
Adſeſſores, 130.26.T.
Adtinere cum Accuſatiuo, 502.76.T.508.76.P.
Aduerſatio, 826.56.T.837.56.P.
Adulterium non ſolùm in oſculis, amplexibus, & carnis congreſſione cenſendum, ſed etiam ſi oculum quis impegerit libidinoſè, & animam commouerit impudicè, 239.6.T. tunc eſt, quum quoquo modo diſiunctis duobus alia caro, immò aliena miſcetur, 955.72.T.963.72.P.
Adulterium, pro adulteratione, 712.251.T.751.251.P.
Aduocate, pro conſolari, 708.187.T.748.187.P. eodem ſignificatu aduocatio, 709.201.T.748.201.P.
Aduocati, 130.26.29.T.
Aduocatio mercenaria, 23.10.T.101.74.T.207.74.P.625.110.T.637.110.P.
Ædifex, 242.84.T.252.84.P.
Ædilitas, 76.583.T.120.583.P.
Ægion oppidum Achaiæ, 273.41.T.278.41.P.
Ægyptiorum hiſtoriæ, 6.51.T. Dei, aues & beſtiæ capitè damnatis, qui aliquem huiuſmodi Deũ occiderit, 58.376.378.T.107.378.P.ad Chriſtum conuerſi, 339.46.T.351.36.P.
Ægypti Reges, Pharao, 139.46.T. Alexander Magnus qui regnauit annis xij. Soter annis xxxv. Philadelphus, annis xxxix. Euergetes an. xxv. Philopator an. xvij. Epipha. an. xxiiij. alius Euergetes an. xxix. Soter alius, an. xxxviij Prolomæus an. xxxviij, Cleopatra an. xx. menſ. vj. eadem ſub Augusto an. xiij. Auguſtus alijs annis xliij. 140.72.73.74.75.76.77.T.181.7.& ſequ.P.
Ægypius nonnumquam totus orbis intelligitur, 142.105.T.156.105.P.115.20.T.123.20.P. indeenim omnis ſuperſtitio, 215.75.T.674.97.T.687.97.P.
Æmulari cum Datiuo, 201.108.T.210.108.P.
Æmulatio pro aduerſatione, 714.289.T.754.289.P.
Æmulamenta, 893.1.T.898.1.P.
Æmulum in bonam partem, 311.50.T.318.50.P.
Æmulatio, pro imitatione, 698.30.T.737.30.P.

Æneadarum vrbs, 36.126.T. Roma, 89.126.P.59.405.T.
Æneas penè interfectus à Diomede, 44.120.6.
A' ἰάτης, siue Æones, & formæ nescio, quæ, & trinitas hominis apud Valentinum, Platonicum hæreticum 331. 39. T.347.59.P.337.193.194.T.363.193.194.P.342.314.T. triginta numero, 342.315.316. T. zonum seu Deorum Valentini, immò criminum potius quàm numinum, alioqui nunquè eò pertinentium nomina Græcè & Latinè ex Tertull. Irenæo & Epiphanio, 435. vsque 439. P. Arcium schema, quibus singulæ Æonum potestates collocabantur à Valentino, 439. P. vniuersa Æonum genealogia secundum arces suas, 439. 440. P. eorum coniugia, genimina, exitus cuentus, felicitates, infelicitates, dispertiæ atque concisæ diuinitates, non aliud quàm fabulæ & genealogiæ indeterminatæ, quas Apostolus damnate prædicit, 441.24.T. 451.24. P. aliorum Æonum Ogdoas siue Tetras duplex ante Bythū, 448.377.P.T.472.377. hęc semina Gnosticorū & Valentinianorū ex Idæis Platonicis, 485. 239.241.T.320.239.241. P. Deos omnes appellabant, 620. 40.T. 634.40.P.704.116.T. 743.116.P.846.55.T.865.55.57.P.
Αἰὼν τέλειος, 435.P.442.57.T.453.57.P.
Æquanimitas, 202.71.T.207. 71.P.
Æsculapius Africæ Deus, cuius sacerdotes pallio vtebantur. 5.6.T. 10.6.P.8.92. T.16.92. P. & crepidis cretatis, Ibid. auaritiæ merito, qua medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatus, 44.209.T.95.209.P. medicinatum demonstrator, aliàs mortituris scordij & denatij & Asclepiadoti submi nistrator I, 56. 361. 362. 363.T.106. 361.362.363. P. stantes ei ministrabant sacerdotes, 125. 9.T. illi reddi iussit gallinaceum Socrates, 477.16.T.506. 16. P. ob honorem patris eius, Apollinis nempè, ibid.
Æsopus histrio, ex auibus sexcentorum millium patrianam conflauit, 9.108.T.17.108 .P. filius eius, margarita dehausit, 9.109. T. Clodius nomine, 17.109.P.
Ætiua hyberna, 71.541.T.118.541.P.
Ætas hominis octogintà annorum, 503.620.T.540.620. P. quinque eius ætates, infantia, puritia, adolescentia, inuentus, senecta, Ibid. 622. T. P. earum officia, studere ab infantia pueritiæ delegata; militare ab adolescētia iuuenta excitata; censere, agrum vrgere, nauigare, litigare, nubere, laborare, ægritudines obire, à iuuenta senectę pondcrata, Ibid. T.P.
Æthalides, 491.361.T.526.361.P.
Æthiopia omnis gens vocatur quę peccatrix est, 213. 20.T.223. 20. P.
Æthnæi ignes, 80.621.P.
Affectatio, 198.6.T.204.6.T.
Africę Principes Carthaginienses, 5. 2. T. 10. 2. P. in ea terremotus & vorago, 6. 28. T. 12.28. P. in eam Phœnices eruclant, 6.35. T. 12.35. P. eius Dei, 36.360. 361. T. 106. 360. 361.P. 58.383. T. 108. 383. P. Regio eius, quæ est trans Cyrenen, facta primùm Christiana, 30.37.T. 137. 37. P. apud Africam quoque celebrati agones, & superstitiosa certamina Græcarū religionū & voluptatū, 827.40.T.837.40.P
Agapę, Æon Valentini, 439.24.P.443.84.T.455 84.P.
Agapę, ἀγαπή, cœna Christianorū, dilectio penes. 390. Græcos est, 69.517. T. 116.517. P. 191.23.T.193.23.P.69.T.
Agaue insana in filijs bestias vidit, 484.228.T.519.228.P.
Agennetos, Æon Valētinia. 321. P. 448.377.T.471.377.P
Ageratos, 441.11.P.443.79.T.455.79.P.
Agere alteri, 717.348.T.237.348.P.
Agina, 422.142.T.432.142.P.
Agones & sacri & funebres. quorū illi Deis, hi mortuis fiūt, 216.106.T.228.106.P. sicuti & illorū tituli, 216.107.108. 109.110.T.229.107.108.109.110. P. apparatus quoq; eorum idolol. conspurcat, 216.111.T.229.111.P. ibi enim Olympius ter, Nemæus Hercules, mille lus Archemorus, & Antinous infelix in Christiano aguntur, 298.183.184.185.T.305.183.P. Græca certamina 827.40. T. in quibus cōmittuntur artes, corporum & vocū præstantia expenditur præmio indice præsia aguntur & vulnera pugni quassant, calces arietant, cęstus dilaniant, flagella dilacerant; quarum iniustiarum merces, corone, gloria & dos, priuilegia publica, stipendia ciuica imagines, statuę, Ibid. 41.T.
Agonothetes, 191.42.T.214.42.P. 228.106.P. Agonis Præses, 827.41.T.
Athori, 504.615.T. præcoci motte præuenti, 541.625.P.
Aiax infamus Vlyssę in armēio vidit, 484.227.T.519.227.P
Ainus, 441.25.P.443.85.T.455.85.P.
Albatius tector, 241.36.T.246.36.P. Albarium opus, Ib.
Albini, siue Albiniani, ab Albino Cæsare, qui in Seuerię Imperat. conspirauerant, 65. 473. T. 113.473. P. partim eius socij & eorum superstites, 69.478.479.T.113.478.479.P. idem ipsi qui per genios eorum in pridie vsque iurauerant, qui Christianos sępè damnauerant, 129.8.& 9.T.132. 8.P. inopinatos natalibus, dignitatibus, corporibus, exitus retuleturit, 192.63.T.197.63.P.
Alburnus Deus, 30.56.T.85.56.P.625.123.T.638.123.P.
Alcinoi pometum, 6.43.T.13.43.P.
Alemona Dea, 495.436.T.531.436.P.
Alexāder Magnus, Rex Macedo, delitijs Persicis emolitus, 7.80.81. P. eius sublimitas, 41.173. T. Asiam & cetcras regiones posteaquàm deuicerat, numquam tenuit, 139.49. T. 152. 49. P. regnauit annis xij. etiam Medis & Persis, & in Alexandria regnum suum firmauit, nomine suo eam appellans, 140.72.T.154.72.P.
Aliena sumuntur dominio, precario, aut vi, siue iure, beneficio, impetu, 413.33.34. T.426.33.34.P.
Aliquanta, pro aliquot, 673.70.T.685.70.P.
Aliqui, pro aliquis, 42.182.P. Ibid.183.P.56.558.P.
Allegorizare, 711.250.T.721.250.P.
Allophyli, 138.18.T. pro Philisthijm & Græcis, 138.18.P. 730.598.T.771.598.P.
Alpes aëtris rigidi, 490.337.T.
Alphabetica Marci hæresis ex Græcorum Alphabeto, 342.319.T.382.319.hær.15.P.
Altare, 107.376.P.
Alteri, pro alij, 265.12.T.269.12. P
Altctius, pro alius, 548.101.T.559.101.P.
Alucaria, 448.334.T. pro vase pistorio in quo sit farinę conspersio, 469.334.P.
Amazones, 60.419.T. Amazonię militate malebant quàm nubere, 469.14.T.632.14.P.
Ambitio dicta, quòd concupiscentia apud animū ambiente nascatur ad glorię votum, 259.70.T.
Ambrosius Tertullianum imitatur, 261.41.P.
Amentare, pro iaculari, 726.521.T.67.521.
Amomum, 503.11.T.511.11.P.
Amphiarai oraculum, 500.539.T.535.529.P.
Amphiloci oraculum, 500.538.T.535.530.P.
Amphitheatrum, 216.126.T.230.126.P.217.159.T.232.159.P. varia Romæ exstructa, Ibid.
Ἀναζωόζωοι, 625.116.T.637.116.P.
Anacharsis regno Scythię Philosophiam prædicauit, 9. 95.T.17.95.P.
Ἀνακύκλωσις. 488.306.T.523.306.P.
Anaxagoras depositum hostibus denegauit, 76.584.T. 120.584.P.
Anaxarchus quum pilo contunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, 80.621.T.122.621.P.
Ancharia Dea Asculanorum, 58.387.T.108.387.P.
Anennoëtos Æon Valentinianorum, 439.P.448.377.T.472.377.P.
Anfractus, 213.19.T. Theatri totius circuitus flexuosus, 223.19.P.
Angelos etiam Plato nō negauit, 54.343.T.105.343.P. eius nominis restes vel Magi, .54.344.T.105.344.P de quibusdam sua sponte corruptis gens dæmonum exulit damnata à Deo cum principe Satana, 54. 344. T. quid vbique geratur, tam facilè sciunt, quàm enuntiare

enuntiant, 55. 348. T. eo nomine appellantur quos minis-ſtros ſuæ virtutis Deus præfecit, 143 118. T. nonnum quam apparebant vxoribus Chriſtianis terrori viris gentilibus, 282. 45. T. diuinæ voluntatis ministri animas hominum modulantur, 405. 436. T. 530. 435. P. ſtatim à nativitate, Ibi. qui etiam morturis apparent, 502. 591. 592. T. 539. 591. P. an ante omnem creaturam, an ſimul creati variæ ſententiæ, 135. 9. T. 1055. 9. P.

Anima à Deo, 62. 439. T. alij diuinam & æternam, alij diſſolubilem contendebant, 77. 595. T. 121. 595. P. eas in corpora reciprocandas ſentiebat Pythagoras, 78. 606. 607. T. 121. 606. P. alij de cœlo excipi dicebant, alij de terra concipi; alij numeris, alij atomis conciinnabant; alij cum corpore incipere, alij poſt corpus induci, in hoc conueniebant, quòd hominẽ faciat animal rationale, 124. 3. T. 127. 3. P. eam qui diuinam confirmant, Deum conſtiteantur neceſſe eſt, 126. 7. T. manet poſt vitæ diſpunctionem, próque meritis aut cruciatui deſtinatur, aut refrigerio, vtrique ſempiterno, Ibid. 13. 14. T. 128. 12. 14. P. ex opinio Chriſtiana, honeſtior Pythagorica, quæ eam in beſtias transfert, plenior Platonica quæ eam adſignat corporibus diuerſis, Epicuræ gratior, quæ eam ab intentu non detendit, Ibid. 15. 16. 17. T. P. diſcipula naturæ magiſtra, & ſic etiam Dei magiſtri naturæ, 126. 23. T. à Deo data eadem canit quæ Deus ſuis dedit noſſe, Ibidem prior quàm littera, Ibidem, 24. T. 128. 24. P. nobis omnia eſt, ſine qua nec viuere poſſumus, nec mori, 126. 27. T. adſtatu Dei conſummata, 166. 12. T. 173. 12. P. animas aut nullas aut non in priſtina corpora venturas adſtmabant Philoſophi, 220. 213. T. 236. 213. P. mortalis apud Valentinianos, niſi quæ ſalutem fide inuenerit, 448. 349. T. 470. 349. P. de anima qui ſcripſerint, 505. 1. P. de eius immortalitate non à Socrate qui eam vindicauit, ſed à Deo diſcenda eſt, 477. 2. vſque 20. T. 505. 2. vſque 507. 20. P. etſi enim quædam rectè ſenſerint Philoſophi, aut natura, aut ex noſtris litteris, ea tamen veſtiunt argumentationibus contrarijs fidei, 477. 20. vſque 478. 35. T. 507. 20. vſque 508. 35. P. à quibus etiam hæreticiſuas de anima hæreſes mutuarunt, 478. 15. vſque 53. T. 509. vſque 53. P. quorum alij immortalem negant animam, alij plusquàm immortalem adſtmant alij de ſubſtantia, alij de forma, alij de vnaquaque diſpoſitione animæ diſceptant, hi ſtatum eius aliunde ducunt, hi exitum aliorſum abducunt, Ibidem 508. vſque 45. T. P. Anima nata & facta, 478. vſque 58. T. 509. 53. vſque 58. P. cui plures Philoſophi corpus vindicarunt, 478. 58. vſque 79. T. 509. 58. vſque 511. 79. P. at Platonici multis animam incorporalem probant, 479. 79. vſque 92. 480. 99. vſque 109. T. 511. 79. &c. 512. 99. &c. P. à quibus tamen diſſentiens errat, 479. 92. vſque 99. 480. 107. &c. T. 511. 92. vſque 99. 512. 107. vſque 513. 125. P. qui etiam vnum eſſe vult animam & ſpiritum; animam & animum, & quòd circa animam non animum ſit principalitas, 481. 125. vſque 482. 161. T. 481 125. vſque 482. 161. P. eſt autem indiuiſibilis anima præterquam in potentias diuerſas. vt immortalis, 482. 161. vſque 177. T. 515. 161. vſque 516. 177. P. de cuius Hegemonico an ſit, vel vbi ſit, opiniones variæ, 483. 177. vſque 204. T. 516. 177. vſque 518. 204. P. Et illud ad fidem pertinens, quod Plato bifariam partitur animam per rationalem & irrationalem, 483. 204. vſque 214. T. 518. 204. vſque 519. 214. P. qui duo genera ſubdiuidit ex irrationali, indignatium & concupiſcentium, quæ tamen apud nos non ſemper ex irrationali cenſenda ſunt, Ibidem 208. 209. 210. T. P. ad animam etiam contingit quinque ſenſuum quælibet, 484. 214. vſque 485. 235. T. 519. 214. vſque 520. 60. 234. P. apud quam non ſeparantur ſenſualia & intellectualia; quippè quæ ſentiat, dum intelligit, & econtrario, 485. 234. vſque 486. 248. T. 520. 234. vſque 248. P. in quo ante mortem conſiſtit Plato, Ibid. 235. T. P. anima intellectus ſemper *inest*, & cetera naturalia, 480. 248. vſque 487. 268. T. 520. 248. vſque 521. 268. P. Eam definit Tertull. Dei flatu natam immortalem, ſubſtantia ſimplicem, de ſuo patientem, variè procedentem, liberam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, domimatricem, diuinatricem, ex vna redundantẽ, 487. 281. vſq. 488. 295. T. 532. 181. vſque 295. P. Malè itaque hæretici animam de cœlis deueniſſe credunt, 488. 295. vſq. 308. T. 525. 295. vſq. 523. 308. P. ſicut & Plato, dum diſcẽtias animæ reminiſcentias appellat, eorum nempè quæ retro notrit de exemplaribus recenſete, Ibidem. 306. 307. T. P. 488. 308. vſque 489. 315. T. 523. 308. vſque 524. 325. P. item qui poſt partum corpoti animam inducunt ex reſpiratione infantis, aut frigido aëre circumfuſo, 489. 325. vſq. 490. 349. T. 524. 325. vſque 525. 349. P. quod probare nituntur, quòd vocabulum animæ penes Græcos *ἀνεμος*, dè refrigeratione reſpondeat; vetùm ſi ita eſſet, extrà Germanias nemo deberet nafci, quum tamẽ populi frequentiores ſint apud Orientalem & Meridionalem temperaturam: vnde & Romanæ gentes animam cognominauerunt, ab animando nempè, 489. 334. vſque 490. 338. T. 525. 334. vſq. 338. P. Tertull. putauit animam ſimul cum corpore concipi, conſici, & pethci, 490. 349. vſq. 491. 357. T. 526. 349. vſque 526. 357. P. Abſurdiſſimus autẽ eſt Platonis ſermo de animarum reciproco diſcurſu, quo hinc abeuntes; eant illuc, & turſus hue veniant & viuant, & dehinc è vita abeant, turſus ex mortuis efficiantur viui, 491. 357. vſque 492. 384. T. 526. 357. vſque 528. 384. P. ſicuti etiam Metempſychoſis & Metẽſomatoſis Pythagoræ & Empedoclis, 492. 382. vſque 494. 410. T. 527. 377. 380. 382. 528. 384. vſque 529. 410. P. T. item & Simonis Magi de ſua Helena, 494. 410. vſque 415. T. 529. 410. vſque 415. P. denique Carpocratis hæreſis de animarũ recorporatione, 495. 415. vſque 419. T. 529. 415. vſque 530. 429. P. de anima paradoxa quædam, 495. 429. vſque 496. 441. T. 530. 429. vſque 531. 441. P. animam aliqua vtique poteſtas diuinæ voluntatis miniſtra modulatur, 495. 435. T. 530. 435. P. quæ officia diuina angelos credimus, Ibidem 436. T. minimè verò propterea mortalis dicẽda, quòd cibis quodammodò ſuſtentur, & ad pubertatem procedat, 496. 441. vſq. 445. T. 531. 441. vſque 445. P. nulla penè anima ſine dæmonio, vtique ethnicorum, 496. 445. vſque 497. 453. T. 531. 445. vſque 532. 453. P. Anima quòmodo peccatrix dicatur mala & bona, 497. 453. vſque 463. T. 532. 453. vſque 453. P. cui etiam ſine effectibus imputari ſolent ſenſus delictorum, 497. 457. T. 532. 457. P. quum motte operaſua conſummet, de ea etiam agendùm, 497. 463. vſque 497. 467. T. 532. 463. vſque 533. 467. P. dummodò priùs de ſomno mortis ſpeculo diſputet, 497. 467. vſque 498. 487. P. 533. 467. vſque 584. 487. P. item de ſomnijs, quomodo ea patiatur anima, & vnde eueniant. 499. 487. vſque 501. 514. T. 534. 487. vſque 536. 514. P. Atqui mors, à qua falſo Menander per ſuum baptiſma diſcipulos ſuos eximit, diſcretio eſt corporis & animæ; quate fruſtrà quidam volunt credi eriam poſt mortem animas quaſdam adhærere corporibus, 501. 514. vſque 502. 384. T. 536. 514. vſque 538. 584. P. variꝝ modi ſeu cauſſæ exceſſus animarum è corpore, 501. 584. vſq. 593. T. 538. 584. vſq. 539. 593. P. non alio modo quàm quo aurigam defeciſſe præſumitur, quum vites equorum defatigatio denegauit; auriga enim corporis ſpiritus animalis, 502. 586. T. 538. 586. P. poſt exceſſum è corpore, aut in cœlum aut ad inferos animæ deducuntur, 502. 593. vſq. 503. 614. T. 539. 593. vſq. 54 0. 614. P. animę enim immortalitatem agnoſcunt etiam Pythagoras, Empedocles, Plato, & Stoici, 502. 594. 595. 596. 597. 598. T. quamquam illi, ſupernas quidem mansiones agnouerint, & inferos, non tamen cœlum aut paradiſum, Ibid. T. & 539. 593. &c. P. apud Platonem enim ſublimantur animæ ſapientes in æthereum, apud Arium in aëre,

apud Stoicos ſub lunã.902.596,597,598.& 603.606.T. 539. 596. 597. 598. 540. 609. P. Non itaque hîc deinenitur poſt mortem, aut huc animæ ab infetis cõmeant imperio dæmonum per magicam,503.614.vſq.601.T.540.614.vſque. 542. 544.P.ſed apud inferos puniuntur, aut in refrigerio ſouentur,504.644.vſq.505.652.T.542.644.vſq.652. P. poſſunt enim ſicuti recreari, ita & puniri animæ ſine carne, 505.650.651.T.542.645.650.P. ſunt enim immortales, 579. 253. T. eius cenſus ſiue origo non ex materia Deo coæterna, ſed ex Dei ſtatu; quippe quæ longè Deo inferior ſit nata, paſſibilis, exobtitationis capax, & inde etiam obliuionis affinis, ſicuti latiùs deduxit Tertull. lib. de Cenſu animæ adu. Hermogen. 927.T. 928. P. 958. 118. 119.T.966.118.119.P. & 120.Ibid.T.P.

Animaduerti, 131.45.T.134.45.P.

Animalibus abſtinendum putabat Pythagoras, ne fortè bubulam de aliquo proauo ſuo obſonet, 78.606.T. animalia non omnia reſpirare quidam volunt, eo quòd non habeant organa ſpiritus, pulmones, & arterias, inter quæ culices, formicæ, tineæ, 481.127.128.129.vſq.136.T.513.127. vſq.514.136.P. cuius contrariũ nititur probare Tertull. T. P. quædam igni contraria, colubri, ſtelliones, ſalamandræ, & aquatilia, alia aquæ, vt: locuſtæ, papilliunculi, chamæleontes: & ſanguini cõtraria, cochleæ, vermiculi, & maior piſcium ſenſus; ſpiritui contraria, quæ ſpirare non videntur, vt iam dictã, æri cõtraria, quæ ſemper ſubtertaneum & ſubaquaneum viuentia, carent hauſto eius, tes magis quàm nomina noueris; lumini denique contraria, quæ cæca in totum vel ſolis tenebris habent oculos, talpæ, veſperugines, noctuæ, 493.390.vſq.395.T.518.390.vſque 395. P. animalia etiam minutiora ſingenijs aur viribus valent, cuius exempla, apis ædificia, formicæ ſtabula, aranææ retia, bombycis ſtamina; item lecticuli & tegetis beſtiarum, cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis tuba & lancea, 624.90.91.T.636.90.91.P.

Animum quidam vniuerſitatis moratorem decernebant, 482.147.T.515.147.P.

Annibal apud Cannas Romanos annulos modio metiebatur, 71.537.T.118.537.P.

Anni tempora, hyems, æſtas, vernum, autumnum, 2.15 90.91.92.93.T.

Annulus, pronubus aureus, 32.79.T. antea ferreus, 87. 79.P.238.43.T.261.43.P. eorum vſus maximè in ſiniſtra, 259.76.T.263.76.P.

Anonomaſtos Æon Valentinianorum, 439.448.377.T. 472.377.P.

Antecceſſium, 310.30.T.318.30.P.

Antecceſſor, pro eo qui auctoritate antecedit, 309.12.T. 317.12.P.

Antecceſſores, pro deceſſoribus, 309.15.T.317.12.P.

Antelij dæmones, 244.118.T.253.118.P.

Antiæ, 7.73.T.15.73.P

Antichriſti præcurſores, & Antichriſti Marcionitæ, 798.253.T.818.253.P. ſicuti & alij hæretici, 859.185.T.870. 185.P.987.72.T.994.72.P.

Antichriſtus iam inſtare putabatur,974.97.T.980.97.P.

Antinous Cynædus Deus, 44.202.T. 95.202.P. infelix, 293.185.T.306.185.P.625.124.T.638.124.P.

Anſtitate, 62.439.T.111.439.P.943.66.T.449.66.P.970. 34.T.

Anſtitires, 21.2.T.81.2.P.

Anthitheſes, id eſt, contrarię oppoſitiones, quę conantur diſcordiam Euangelij cum lege committere, opus Marcionis, 697.3.T.736.3.P.

Anubis mœchus, 45.218.T.96.218.P. Vide Cynocephalus.

Anytus accuſator Socratis, 477.9.T.506.9.P.

Aoratos, Æon Valentinianorum, 448.377.T.472.377. P. ſiue inuiſibilis.

Apaturia Dionyſia, myſteria Attica, 69. 515. T. 116. 515. P.

Apelles ſignis & præſtigijs Philumenes inductus, nouã hæreſim induxit, 331.35.T.346.35.P.336.175.T.360.175.P. Marcionis diſcipulus, ſed lapſus in fœminam, ab oculis eius Alexandriam receſſit, inde in alteram fœminam impegit, illam virginem Philumenem, poſtea immane proſtibulum 336. 173. 174. T. 360. 173. 174. P. defertor Marcionis, 673. 73. T. 685. 73. P. eius diuerſæ hæreſes, 342. 324. T. 384. hæ. 19. 324. P. 928. 929. P. eiuſd. acta, lib. P. cuius diſcipuli adhuc ſuperfuerunt ætate Tertulliani, Appelleiani nuncupati, Ibid. P.

Apex apices, 8.93.T.

Apicijs in cibis exceſſus. 9.110.T. condimenta, 494.405. T.529.405.

Apocatereſis, 624.99.T.636.99.P.

Apollinares ludi, 130.53.T.242.53.P. in illis tinguebantur, 389. 34.T. ſaltem ijs qui mithrę Apollini dicabantur, 400. 34.P.

Apologetici Græci Tertul. fragmenta, 291. vſque 924. T.P.

Apollo Admeti Regis pecora paſcit, 44.209.1.95.208.P. illi lyræ cõſecratæ 115.109.104.T.128.103.104.P. apud Delphos eius eius ſacerdotes nubere neſciunt. 275.42.T.278. 42.P. ibi colitur ob interfectum draconem Delphicum, 290.75.T. laurea coronabatur, 290.75.T.300.75.P. 292. 148.T.304.148.P. vt Deus telorum, Ibid. 149.T.P. atrox appellatus apud Delphos, vbi eius virgines, 943.70.T. 949 70.P.& Pythius. 959.131.T.

Aporiatio. 342.315.T.

Apoſtatæ, 339.266.T.373.266.P.

Apoſtolici diſcipuli Chriſti diffuſi per orbem Euangelium prædicarunt,53.329.T.334.117.vſq.123.T.335.117.vſq. 356.123.P. quos hæc appellatio miſſos interpretatur, ibi. 117.T.P.

Apparere, pro miniſtrare, 43.198.T.95.198.P.217.151.T.232. 151.P. hinc Apparitores, ibid vtrobique, 244.130.T. inde Apparitio, 340.284.T. 375.284.P. 568.68.T. 596.68.P.

Apuliæ, 218.166.T.233.166.P.

Aquana, pro aquea, 548.86.T.558.86.P.

Aquarum auctoritas in primordio mundi in baptiſmo, & apud nationes, 388.16. vſq.389.44.T.395.16.vſque 401. 44.P. quorum hi totas vrbes, aſpergine circumlatæ aquæ expiabant, 389.33.T.400.33.P. quilquis etiam ſe homicidio infecerat purgarrice aqua ſe expiabat,389.35.T.400.35. P. ijs inimundi ſpiritus incubant, in fontibus, riuis, piſcinis euripis, ciſternis, & puteis, qui rapere dicuntur per vim ſpiritus nocentis, & ſubinde necant, 389.36.38.T.400.36. 37.38.P. auramentia vel formidine exercent, Ibid.39.T.P. etiam alia patrocinia naturæ, priuilegia gratiæ, ſolemnia diſciplinæ, figuræ, præfrudtiones, precationes, religionem aquæ ordinauerunt,389.62.vſq.72.T.404.62.P. quædam falſæ, aliæ dulces, calidæ item & frigidę, bituminoſæ quoque ferruginantes & ſulphurantes; vtique & venenatę, 445.190.T.461.190.P. pleraque earum genera miranda. 541.556.T.

Aquarioli, 73.559.T.119.559.P.

Aquila Paulo in perſecutione ſuccurit, 973.93.T.980. 93.P.

Aquilę vngues, 170.77.T.178.77.P. oculi ſolem ita ſuſtinent, vt natorum ſuorum generoſitatem de pupillorum audacia iudicent, 480.105.T.518.105.P.

Aquilex, 118.542.P.670.21.T.682.817.21.P.

Aquilinia Ioui immolabantur pro imbribus impetrandis, 71.542.T.118.542.P.

Ara, 58.376.T.107.376.P.

Arabiæ loca aquarum egentiſſima. 45.235. T. eorũ Deus, 58.380.T.107.380.P. ibi thus, 62.442.T.111.442.P.74.553. T. fœminę non caput modò, ſed & faciem totam tegebant, 315.129.T.322.129.P. Arabię deputabatur olim Damaſcus, 674.94.T.687.94.P.

Arbiter, 953.38.T.962.38.P.

Arbores

Arbores coronatiæ, laurea, vitis, populus, oleaster, apiũ, hedera, 290. 63. 70. 71. 72, 73. 79. T. 300. 63. 70. 71. 72. 73. 79. P. myrtus 292. 131. T. 304. 151. P. rosæ centenariæ, vtraque lilia, & omnia viola, & illustriores quoque frondes, 294. 295. T. 306. 195. P. arbores viuere, nec tamen sapere scribit Aristoteles, 486. 249. T. 520. 249. P.
Arbustiores, pro ferociores, 655. 208. T. 666. 208. P.
Arcadię Nonacris aqua venenata, 501. 559. T. 537 559. P.
Archemorus misellus, 295. 184. T. 305. 184. P.
Archetypa, 442. 38. T. 452. 38. P. 67. P.
Ἀρχὴ, 416. 67. T. 427.
Ἀρχὴ Æon Valentin. 435. P. 442. 57. T. 453. 57. P.
Ἀρχὴ aliter Æon Valentinianorum, 439. P. 448. 377. T. 472. 377. P.
Ἀρχὴ pro materia Philosophica, 447. 279. T. 4. 66. 279.
Archias dux Corinthiorum muniuit Syracusas, 6. 40. T. 40. P.
Archigallus, 59. 401. T. 109. 401. P. 572. 122. T. 599. 122. P.
Archiua, 49. 285. T. 101. 285. P.
Ἀρχοντες, siue Archontes, 142. 104. T. 416. 68. T. 428. 68. P. 674 85. T. 686. 85. P. 679. 168. T. 692. 168. P.
Arenarij, 218. 171. T. vide Harenarij.
Argei montes aëris rigidi, 490. 337. T. 535. 337. P
Argi Iunoni sacrum oppidum, 290. 70. T.
Ariadne fertum pòst & fidus, 290. 69. T. 300. 69. P. 996. 831. 839. 69. P.
Aries reciprocicornis, lanicutis, & testitrahus, 5. 16. T. 11. 16. P.
Aries trabs machina quę muros frangere militar, Carthagini primùm armata: 5. 16. T. 11. 16. P.
Aristidis iustitia, 41. 173. T.
Aristippus in purpura, 8. 82. T. 16. 82. P. 76. 587. T. 120. 587. P.
Aristoteles Hermiam familiarem suum interfecit. 76. 585. T. 120. 585. P. turpiter Alexandro regendo adulatur. Ibid. T.
Armamaxi. 214. 64. T. 223. 64. P.
Armenia iam Christiana, 139. 31. T. 150. 32. P.
Arnobius Tertullianum imitatur, 221. 592. 593. 594. P. emendatus, 230. 125. P.
Arrethos, Æon Valentinianorum, 439. 448. 377. T. 472. 377. P.
Artorij, Medici Caij Cęsaris visio, 499. 509. T. 534. 509. P.
Aruspex & Deorum & mortuorum, 43. 198. T. 95. 198. P. Magis comparatur, & ariolis, 73. 559. T. 215. 97. T. 218. 7. P.
Asclepiadoton aliàs morituris pharmacum, ab Æsculapio dictum, 56. 361. 362. 363. T. 106. 363. P.
Asculani in Italia. 58. 387. T. 108. 387. P.
Asdrubalis vxor Carthagine cum filijs suis in incendium patrię deuoluit. 192. 53. T. 196. 53. P.
Asia, 6. 15. T. in ea soli ingluuies, 6. 28. T. 12. 28. P. Ex Asia exoticę munditiæ in Lybiam & Europam translatæ, 7. 62. T. 14. 62. P. in ea persecutio, 131. 47. T. 134. 47. P. vt porò iam Christiana, 139. 35. T. 151. 35. P. eam antea deuicerat Alexander Macedo, 139. 49. T. ex ea Lydi in Hetruriam transuenę, 214. 25. T. 223. 25. P.
Asia minor, 338. 211. T. 364. 211. P. eam occupant Atheniensis, 492. 373. T. 527. 373. P.
Asininum caput pro Deo Christianos coluisse quidam somniarunt, 46. 234. T. Posidonius & Appolonius Molonis, 97. 235. P. & Cornelius Tacitus, 46. 235. T. Ibid. P. inde dicti Christiani, 46. 237. T. quum ipsi potius asinos colerent pro dijs, 97. 237. P.
Asinius Celer mulli vnius obsonium sestertijs sex emit, 9. 107. T. id est sex milibus nummũm, 17. 107. P.
Asinius Gallus pro mensa citrea bis quingenta millia mumũm munerat, 9. 191. T. 17. 101. P.
Assyriorum Rex primus Ninus, 6. 31. T. 12. 31. P.
Astartes Syrię Dea, 58. 379. T. 107. 379. P.
Astris nihil imputandum, 23. 17. T. 82. 17. P.
Astrologus stellatem coniectat. 9. 116. T. 18. 116. P. eorum artes sicuti & aruspicum & augurum & magnorum, ab angelis defertoribus proditę, à Deo interdictę sunt, 66. 480. T. 114. 480. P. 241. 45. vsque 61. T. 250. 44. vsque 251. 61. P. præsumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi, 241. 47. T. 250. 47. P expulsi Vrbe & Italia, Ibid. vtrobique, 51. vsque ad Euangelium dumtaxat hæc scientia concessa, 241. 241. 54. T. 250. 54. P. Magis comparantur, 339. 278. T. 375. 278. P. veteres Astrologi genitura hominis ab initio cõceptus digerebãt, 490. 344. T. 525. 344. P. in Christo nihil de Septentrionibus & Vergilijs & Suculis emendicatũ. 548. 87. 88. 89. T. 558. 87. 88. 89. P. apud illos vsitata ἀναβιβάζειν, hora fatalis, Saturnus quadratus, Mars trigonus, 625. 115. 116. 118. T. 637. 115. 116. 763. 117. 118. P.
Astronomus volaticam spectat, 9. 116. T. 18. 116. P.
Astyages Medorum regnator, somnio prędidit Asię occupationem per Cyrum, 499. 497. 498. T. 534. 497. 498. P.
Atellanus gesticulator, 217. 147. T. 232. 147. P.
Athamas insanus in filijs bestias vidit, 484. 228. T. 519. 228. P.
Athenienses magistratus aureis coronis insignes. 293. 166. T. eorum cicadæ, 313. 80. T. 320. 80. P. sapiendi dicendique acutissimi, vbi penes Colytum pueri mensę citius eloquuntur, 487. 263. T. 521. 263. P. Siquidem & Plato in Timæo scribit, nihil aliud Mineruam quàm regionis naturam prospexisse, talia ingenia pollicitam, Ibid. 264. T. P.
Asiam occupant, 492. 373. T. 527. 373. P. in arce Athenis corona aurea, 499. 516. T. 535. 516. P.
Athlantes, Lybica gens, in aliquando somnient, 500. 550. 552. T. 556. 550. P. si non, fit id vi dęmonũ, qui in illo climate dominantur, nam & Aristoteles talem quendam heroem Sardinię dęmonem notat, incubatores fant sui visionibus priuantem, 500. 550. T. 556. 550. P.
Aromi Epicuri, 493. 395. T. 528. 395. P.
Atquin, 24. 23. T. 82. 23. P. 35. 108. T. 89. 108. P. 72. 544. T. 199. T. 16. 205. 16. P.
Attica meretrix, 80. 624. T. 122. 624. P. 192. 56. T. 197. 56. P.
Atys castratus, 45. 224. T. 96. 221. P. ex Pessinunte 45. 225. T. 9. 225. P.
Auctores, 348. 223. T. 366. 223. P.
Auctores plerosque etiam deos existimauit antiquitas, hinc sacras eorum vocabant litteras, 477. 22. vsque 29. T. 7. 22. vsque 29. P.
Auctorata. 341. 23 T. pro auctentica 295. 23. P.
Aucupari orbitates, 204. 111. T. 210. 111. P.
Audientes, pro Catechcumenis, 167. 39. T. 175. 39. P.
Auditores, pro Cathecumenis, 167. 39. T. 175. 39. P.
Auditus quomodo fallatur, quum cœleste murmur putamus, & plaustrum est, vel tonitru meditante, de plaustro credimus sonitum, 484. 220. 223. T. 519. 220. 223. P.
Auenæ, pro zizanijs, 484. 213. T. 519. 213. P. 844. 13. T. 860. 13. P.
Aufidius Lutco primus ęginare corpora in cibum ordinauit, 9. 106. T. 17. 106. P.
Augustinus, 318. 32. P.
Augustus ne Dominum quidem dici se volebat, 64. 457. T. 112. 457. P. Ibid. 458. ante imperium Iulius Octauius appellatus, 499. 508. T. 534. 508. P. eius census per totum orbem, 700. 67. T. 740. 67. P. Sentium Saturninum, 713. 276. T. præside Cyrino seu Quirino, 753. 276. P. siue per vtrumque, Ib. P.
Aurigarum Circensium colores, albus, russeus, prasinus, m iij

venetus, 215.90.91.92.93.T.227.90.91.92.93.P.
Aurum, terra glorioſior, ſicuti & argentum ; de tormentis in ornamenta mutatur, ferro & ære nihilo generoſior, quæ operas plures & neceſſariores exhibeant rebus humanis, 238.38. vſque 45.T. 961.38. vſque 262. 45.P. apud barbaros quibus vernaculum eſt, auro vinctos in ergaſtulis habent, 259.54.55.T. 262. 54. 55.P. 267.56. T. erant aurum & argentum illuſtrium tantùm, 267.58.T. 271.58 P.
Auſpex in nuptijs ex parte viri, 943.64.T. 949. 64.P.
Auſpicari, 288.11.T. 295.11.P.
Auſpicata paſſiuè, 55.345.105.345. P. 199. 31.T. 205 32.P.
Autem, fibula eſt coniunctiuæ particulæ ad connexum narrationi appoſita, 418.90.T. 429 90.P.
Αὐτοκράτωρ. 487.279.T 522.279.P.
Authentricæ litteræ, 338.208.T. 364.208.P.
Autophyes, Æon Valentini, 436.13.P. 443.80.T. 455. 80.P.
Autotamentum, 69.17.T.
Autorare, 191.60.T. 197.60.P.
Autorati, 129.4.T. 131.4.P.
Autores, 972.78.T. 978.78.P.
Axis, qui cœlum torquet, dicitur, aut rotius cœli axis, 830.76.T. qui polus arctitus 839.76.P.
Azyma familiariora Deo, 724. 496.T. 766. 496.P.

B

BAAL idolum colebant etiam filj Iſraël, 135.5.T. Babylon Romana vrbs, inquantum ſanctorum debellattix, 142.106.T. non verò Romana Eccleſia, 156. 106.P.
Babyloniorum reges, Darius primus, 239. 46. T. Nabuchodonoſor cum ſuis regulis, qui ab India vſq. Æthiopiâ habuit regni ſui terminos, 139.48.T. 152.48.P. Dar. Aſſueri filius, qui regnauit annis nouẽdecim; Artaxerxes, qui annis quadraginta; Ochus, qui & Syrus, annis xxiiij. Argus anno. j. Darius, qui & Melas, annis xxij. 140.70.71.T. 154. 70.71.P. ab ijs intexebantur Babylonicæ veſtes, 257.11. T. 200. 11.P.
Bacchanalium furiæ, 67.48.T. 114.48.P.
Bachanrium indumenta cymbala, 8.83.T. 16 83.P.
Bacchus Deus, poſtea Italicus, 33 89.T.
Betica, 7.55.T. 14.P.
Balaam Prophetes, 723. 460.T. 764.460.P.
Balarideslllyricus à moloſſis vſque Macedoniâ ex ſomnio dominatus, 499.507.T. 534.507.P.
Balnearum Dei, 244.120.T. 253.120.P.
Balnearum fures, ſeu lauantium prædones, 74.565.T. 119. 565.P. 240.21.T. 248.21.P. 974.207.T. 980.107.P.
Balſamum, 7.71.T.
Baltea quibus theatrum concludebatur binis cardinibus, 213.18.T. 222.18.P.
Baptiſmatis ceremoniæ, pactum fidei, 229.3.T. 131.3.P. in aquis baptizatio ſanctificatis baptiſmo Chriſti, 165. 79.T. 154.79.P. in eo à profundo etroris liberamur. 140. 155.T. omnimodo in aqua abolitio delictorum, 107.36. T. 205 36.P. per aſperginem nonnumquam fiebat, 196.37. T. 174.37. P. ſymbolum mortis Chriſti, 167.38.T. 205. 38.P. lauacrum illud obſignatio eſt fidei. 196.40.T. 175. 40. P. repeti, non poteſt. 168. 45. T. 175. 45.P. in eo ſeculo renunciamus, 191. 20. T. 148. 20. P. in ſacramenti verba reſpondemus, 191.32.T. 195. 32. P. diabolo, pompæ, & angelis eius renunciaſſe nos conreſtamur. 213 21.T. 222. 21. P. 214. 59. T. 218. 184. 185. T. 235. 184. 185. P. ſignaculum fidei, Ibid verobique. Dei patris & Domini reconciliatio, eriminum venia, 219. 204. T. 236. 204. P. ſacramentum in quo diabolo repudium dicimus, 240.24 T. 248. 24. P. præmittitur exſufflatio & exorciſmus dæmonum, 242. 81. T. 252. 81. P. item fidei obſignatio, 242. 83. T. 252. 83. P. ſacramentum diuinum, ſignum Chriſti, 245. 148. T. 255. 148. P. aquam adituri, Ibidem ; ſed & aliquanto prius, in Eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur nos renuntiare diabolo, pompæ, & angelis eius; dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes quam Dominus in Euangelio determinauit ; inde ſuſceptj lactis & mellis concordiam deguſtamus; exque ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadã abſtinemus, 289. 30. T. 214. 30. P. diuinum ſacramentum, vbi in Chriſtum reſpondemus, 292.123.T. 303.123. P. idolis renunciamus, 294.130.T. 303.130.P. pompam Diaboli & angelorum eius in ſacramenti teſtatione eieramus, 293.186. T. 362. 186. P. lauacri ſacramentum appellatur, 309. 17. T. 317. 17.P. aqua ſignans, 338.216.T. 366. 216. P. baptiſmi ceremoniæ vel ex ipſo Tertullliano ; eius celebratio in Paſcha & Pentecoſte, miniſter, ſponſores, catechizatio catechumenorum Competentium per ſeptem ſcrutinia, nominum baptizandorum recitatio, renũciatio diabolo, pompæ, & angelis eius, exſufflatio, exorcizatio, ſignaculum in fronte, ſalis deguſtatio ſymboli Apoſtolici reſponſio, narriũ & aurium de ſputo tactus, pectoris & ſcapularũ oleo perunctio, conſecratio fontis, in nomine ſanctæ trinitatis, trina ſubmerſione baptizatio ſiue perfuſio, facto chriſmate capitis perunctio, myſticum velamen, albarum veſtium indumentum, luminis in manus baptizatorum traditio, ad ſacram eucharitiæ adiuſtio, lactis & mellis deguſtatio, vini quoque & lactis, lotio pedum, & ex ea die per totam hebdomadam lauacri quotidiani abſtinentia, 393.1. vſque 497.2.P. fœlix eſt aquæ ſacramentum, 387. 3.T. 497.3.P. quo abluuis delictis in vitam æternam liberamur, 387. 4.5. T. 398. 4. 5. P. nihil nos deterrere debet à baptiſmo eius ſimplicitas, imbiò tanto magis amplectendum 388. vſque, 388.11. vſque 583.16.T. 599.11. vſque 16. P. inter pauca enim verba tinctis, lauacro mors diluitur, Ibidem. 13.T. P. aquæ huius auctoritatem confirmat quæ in primordio mundi huic elemento data eſt auctoritas, 388.16. vſque 23. T. 399. 16. vſque 23. P. hæc à Spiritu ſancto inuocato Deo ſanctificata etiam ipſa ſanctificat, 388. 23. vſque 28. T. 399. 23. vſque 400. 28. P. ſi nationes lauacro ſe initiarires purgari ſe putabant, multo id magis baptiſmi aquæ efficiunt, deleta morte per ablutionem delictorum, exempto reatu, exẽpta & pœna, 388. 28. vſque 389.44. T. 400. 28. vſque 401. 44. P. Sicuti enim immundi ſpiritus aquis iucubant, ita & angelus Dei ſanctus, aquis in ſalute hominis, temperandis adeſt, cuius rei figura Bethſaida piſcina, 389. 36. vſque 44. T. 400. 36. vſque 401. 44. P. in quo ſpiritum Dei recipimus, Ibidem. 43. 44. T. P. quem impetrat cum ablutione delictorum fides obſignata in Patre & filio & Spiritu ſancto, vbi neceſſariò adijcitur Eccleſiæ mentio, 389. 43. 44. vſq. 48. T. 401. 43. 44. vſq. 402. 48. P. exinde egreſſi de lauacro, perunguimur benedicta vnctione, chriſmate, vnde Chriſtus dicitur, 389. 48. vſq. 54. T. 402. 48. vſq. 405. 54. P. Differtã Ioannis baptiſmo, 390. 74. vſque 83. T. 404. 72. vſq. 83. P. prædicabat enim ille baptiſmum pœnitentiæ in futuram remiſſionem delictorum 390. 80. T. 400. 80. P. Chriſtus, ſi non per ſe, mandato ſuo per Apoſtolos tinxit 390. 83. vſque 390. 88. T. 405. 83. vſque 405. 88. P. Apoſtoli etiam baptizati fuiſſe videntur, 390. 88. vſque 94. T. 405. 88. vſque 94. P. eo quòd præſcribatur nemini ſine baptiſmo competere ſalutem, 390. 89. T. 405 89. P. certè poſt paſſionem Chriſti baptiſmus neceſſarius eſt: lex enim tinguendi imposita eſt, & forma præſcripta, 391. 94. vſque 391. 100. T. 406. 94. vſque 406. 100. P. vnde & Apoſtolus quoſdam etiam tinxit, 391. 100. T. 406. 100. P. vnum tamen eſt aquæ baptiſmum 391. 101. vſque 100. T. 400. 101. vſque 110. P. Eſt etiam nobis ſecundum lauacrum ſanguinis vnum & ipſum, 406. 110. vſque 114. T. 406. 110. vſque

4106.114. p. ministet baptismi Episcopus, dehinc presbyteri & diaconi, & in necessitate laici, 406.114. vsque 121. T. 406. 114. vsque 121. p. non temerè tamen dandus, 407. 121. vsque 302. 131. p. 407. 121. vsque 408. 131. p. Hinc sponsores adsumuntur, 392. 127. T. 407. 127. p. dies baptismo sollemniores, Pascha & Pentecoste, 392. 131. vsque 135. T. 408. vsq. 131. 408. 135. p. Ingressuros denique baptismũ, orationibus, ieiuniis, genuflationibus & perutiliis exercebant, cum confessione omnium retrò delictorum, 392. 135. 136. 137. T. 408. 135. 136. 137. p. In hæc regeneratione nostra omnia inquinamẽta sanctificãtur 692. 137. T. 562. 137. p. cato abluitur, vt anima immaculetur, caro vngiutur, vt anima consecretur, caro signatur vt & anima muniatur, 569. 72. 73. 74. T. 597. 72. 73. 74. p. Per regenerationem restitutionẽ inaugaramur, 585. 335. T. Baptizari pro mortuis, præsumitio, qua putabant alij etiam carni vicarium baptisma profuturum ad spem resurrectionis, 586. 347. T. 612. 347. p. anima enim non lauatione, sed responsione sanctificatur, 586. 348 T. 611. 732. 348. p. per eum in Deo nascimur, 593. 432. T. 616. 40. 31. p. aqua abluimur oleo vnguimur, mellis & lactis societas nos insantat 624. 93. 94. 95. T. 636. 93. 94. 95. p. in aqua Deo ringuimur, 628. 164. T. fidei est sacramentum, remissio delictorum, absolutio motris consecutio spiritussancti, cui iteratio non competit, 630. 192. T. 641. 192. p. signat, lauat, carnem mergit in salutem, imponit sanctitatem, sanctificat substantiam, remunerat salutem, mercedem operis rependens, etiam carni salurem, Ibid. 194. T. p. Frustrà igitur Marcion tingui nolebat, nisi virgines & cœlibes, 630. 195. T. 641. 195. p. vnum lauacrũ Christus repræsentauit, 762. 101. T. 742. 101. p. 791. 154. T. 812. 154. p. pro mortuis nop probatur, 791. 151. 152. T. 811. 151. 152. p. in eo signamus, adiuramus, & vnguimus bestiæ calcem. 814. 8. T. 834. p. nec semel, sed ter ad singula nomina in personas singulas tinguimur, 857. 158. T. 868. 158. p. hæretici quidem bis docuerunt tingui, semel in aqua, semel in igne, 876. 24. T. 879. 24. p. de baptismo libri Græci, in quo tractatur de baptismo hæreticorum, quantum apparet, sub Agrippino scripti mẽtio, 924. 925. T. p. squis Christus mundi tias suas tradidit, 1002. 49. T. 1018. 49. p. in baptif. fidei pactionẽ interrogati obsignamus, atq; ita exinde optimatæ dominici corporis veiximur 1004. 77. 78. T. 1020. 77. 78. p. denuo abluinon licet, 1009. 132. T. 1124. 132. p.

Barbarorum crobyli, 313. 79. T. 320. 79. p.

Barbaries, 139. 51. T. pro regionibus barbaris 152. 151. p. 309. 14. T. 317. 14. p. Barbaria, 674. 86. T. 686. 86. p.

Basilius Tertullianum imitatur, 295. 27. p.

Baxea Tytia, 8. 82. T. crepida Philosophica, 16. 82. p.

purpurea, Ibidem.

Bebrycius cruor, 916. 2. T.

Beelzebul, 721. 427. T. 761. 427. p.

Belenus Deus Nortici, 58. 382. T. 107. 381. 382. p.

Belias, 238. 27. T. diaboli nomen, 260. 27. p.

Bellonæ Deæ imitiarorum tenebrica vestis, & tetricum super caput vellus, 8. 92. T. 16. 92. p. in eius sacris sanguis de femore prosisso in palmulam exceptus, suis datur signatis, 37. 134. T. 106. 134. p.

Beluerinus, Deus Crustuminiensium, 90. 385. T. 108. 385. p.

Benedicti & Benedictæ, epiteton martyrum, 190. 3. T. 193. 3. p. 191. 41. T. 196. 41. p. 256. 167. T. 259. 167. p.

Benedictio, summum disciplinæ & conuersationis Christianæ sacramentum, 125. 6. T. 127. 6. p. Benedictionum Ecclesiasticarum varia genera, Ibid.

Beneficiarij, 974. 163. T. 980. 163. p.

Berenices reginę delicium leo, 488. 316. T. 524. 316. p.

Bestiæ adplicabantut Libero, Cybele, & Cereri, 42. 181. T. colebantur pro Diis, 46. 237. T. 97. 237. p.

Bestiarij, 36. 127. T. 89. 127. p. eorum scolæ, 635 467. T. 115. 467. p.

Biethanati, 504. 625. T. violenta morte necati, 541. 625. p.

Bibliothecarum exercitatio, 124. 3. T. Ptolomęi regis in ijs Pisistrati æmulatio, 48. 264. 265 T. 100. 264. 265. p. eius præfectus Demetrius Phalereus, 48. 266. T. 100. 266. p. in ea apud Serapæum septuaginta interpretum monimenta cum ipsis Hebraicis litteris exhibebantur. 49. 267. 271. T. 100. 267. 271. p.

Bigas lunæ dicauerant, 215. 85. T. 227. 85. p. quam primùm lunxit Phrygum natio, 227. 86. T.

Bitumen in mari mortuo solum inuenitur, 918. 10. T. 919. 10. p.

Bœotiæ oraculum Trophonij, 502, 532. T. 535. 532. p.

Bombix. 7. 57. T. 14. 57. p.

Bona fide, 413. 36. T. 426. 36. p.

Boni ducere 786. 69. T. 807. 69. p. 794. 195. T. 215. 195. p. 801. 299. T. 821. 299. p.

Bos Deus Ægyptiorum, 826. 26. T. 836. 26. p.

Botuli, 37. 138. T. 982. 6. T. 990. 6. p.

Brachmanę, 72. 546. T. 118. 546. p.

Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo subdita, 139. 43. T. 151. 43. p. intra oceani ambitum concluſi, 139. 50. T.

Britonum stigmata, 313. 82. T. 320. 82. p.

Brumę, siue Brumalia, 241. 65. T. 243. 107. T. 253. 107. p.

Brutus & Cassius, perduelles Caij Cæsaris, 499. 509. T. 534. 509. p.

Buccinę, 6. 24. T conchę minores, 11. 24. p.

Bullę puerorum, 267. 56. T 271. 56. p.

Busta, 125. 20. T. 128. 19. & 20. p.

Busyridis busturaria altaria, 15. 68. T. 68. p. Ægypti Regis. Ibidem. eius arę, 916. 2. T.

Bythios, Æon Valentini, 436. 9. p. 442. 78. T. 455. 78. p.

Bυθὸς, siue Bythos, Æon Valentini, 341. 315. T. 436. p. 442. 58. T. 453. 58. p. lb. 59. T. p. qui & pater, 436. 1. p. 443. 95. T. 482. 149 T. 515. 149. p.

Byzantinum exitium; 130. 20. T. 132. 20. p.

C

CAcabaceus, 422. 141. T. 452. 141. p.

Cacabulus, 43. 189. T. 94. 189. p.

Cactus, 6. 42. T. 13. 42. p.

Cadauer insepulti cuiusdam sine vlla labe seruatũ longo tempore, 501. 569. T. 538. 569. p. cremenda vnguium & comarum in sepulturis, Ibid. 570. T. p.

Cæcina Seuerus senatusconsultum fecit, ne matrona sine stola in publico procedat, 8. 88. T. 16. 88. p.

Cæsarem præter, alium dicere & audire capitale iudicabatur, 78. 374. T. maiore formidine eius maiestatem obseruabant quàm Deos, respectu potestatis, 61. 432. 433. 434. T. citius per omnes Deos quàm per vnum genium Cæsaris peierabant, 61 434. T. Cęsarum aliquis Romæ inter duas laurus obsessus, 65. 474. T. 113. 474. p.

C. Cęsaris longę in Africa morę 7. 12. T. 10. 12. p. in prelium perduellium Bruti & Cassij Philippis ęger delatus, Artorij Medici visione euasit, 499. 509. T. 534. 509. p.

Cain populum Israël, & eius sacrificia demonstrabat, 138. 19. T. primus homicida, 200. 38. T.

Caius, 27. 37. T. 83. 37. p. 78. 607. T. 121. 607. p. 448. 354. T. 470. 354. p.

Calceorum genera, puri mulleoli, 8. 91. T. vncipedes, perones, 8. 96. T. 16 91. p. cothurni, 218. 180. T. 214. 180. p. baxea seu baxa Philosophorum aurata, 8. 82. T. 16. 82. p. 241. 42. T. 250. 42. p. soccus deauratus, 241. 42. T. comœdis vsitatus, 250. 42. p.

Calices vſitati, qui frangi poterant, vt potè vitrei, depicti, 1002. 51. T. 1019. 51. P. vbi videtur adludere ad ſtatuam Zephyrini Papæ, 1019. 31. P.
Caliendrum, 8. 90. T. capitis operimentum, 16. 90. P.
Caliga militaris, 919. 4. T. 921. 4. P.
Callisblepharum, 267. 59. T. 271. 59. P.
Calloſitas, 126. 26. T. 128. 26. P.
Caluiniſtæ confutantur, 174. 27. P. 297. 38. 39. 40. P.
Camœnas interpretabantur aquas, 624. 84. T. 636. 84. P.
Campania, 6. 27. T. 12. 27. P. 70. 534. T.
Candida, 288. 14. T. 295. 14. P. 701 76. T. 741 76. P. 802. 316. T. 822. 316. P.
Candidati, 180. 10. T. 187. 10. P. à toga candida, 245. 138. T 254. 138. P. 282. 46. T. 285. 46. P.
Caniculæ ardor, 625. 129. T. 638. 129. P. 824. 11. T. 835. 11. P.
Cannenſis cædes Romanorum, 71. 537. T. 118. 537. P.
Caniabra, 46. 245. T. 98. 245. P.
Cantharis, 623. 91. T. 636. 91. P.
Cantheri pro Dijs colebantur, 46. 237. T. 97. 237. P.
Cantores, qui hodie Acolyti, 374. 269. P.
Cantus Chriſtianis vſitatus, 24. 24. T. 83. 24. P. 282. 41. 42. T. 285. 32. P. 283. 64. T. 942. 52. T. 948. 52. P.
Capharea ſaxa naufragiis frequentia, 502. 583. T. 538. 583. P.
Capit, pro capax eſt, 47. 254. T. 99. 254. P. 213. 19. T. 223. 19. P. 258. 25. T. 260. 25. P. 340. 292. T. 376. 292. P. 416. 63. T. 427. 63. P. 792. 160. T. 812. 160. P.
Capitis minutio, 218. 173. T. 234. 173. P.
Capitolium, 32. 87. T. 43. 192. T. 941. 92. P. 59. 404. T. nullum adhuc tempore Numæ, 59. 406. T. 71. 538. & 542. T. à quo Capitolini ludi, 214. 46. T. 224. 46. P. illud ſacrificandi aut adorandi gratia adire non licebat, 215. 80. T. Capitolini celebrabantur etiam agones ad inſtar olympiorum, 216. 108. T. 229. 108. P. omnium dæmonum templum, 216. 127. T. 230. 127. P. ex capite Toli ſic appellatum, Ibidem.
Capitula beſtiarum immolabant, 44. 203. T. 95. 203. P.
Cappadocia, 180. 18. T. 132. 18. P. iam Chriſtiana, Ibidem. &
139. 34. T. 151. 34. P.
Capiuitatis notæ agti tributo onuſti, hominum capita ſtipendio cenſa, 43. 194. T.
Capulus pro receptaculo, 569. 67. T. 596. 67. P. pro ſepulcro, 578. 244. T. 606. 244. P.
Cardea Dea, 244. 114. T. 253. 114. P.
Caro manu Dei expreſſa, cuius & animæ tanta communio, vt pariter in vitam aut iudicium ſuſcitentur, qui pariter deliquerint, aut innocenter egerint, 166. 12. T. quid aliud quàm terra conuerſa in figuras ſuas? quæ habet muſculos vt glebas, oſſa vt ſaxa, circum papillas calculos, quoſdam neruorum connexus, vt traduces radicum, venarum ramoſos diſcurſus, vt ambages riuorum lanugines vt muſcos, comam vt ceſpitem, & ipſos medullarum in abdite theſauros, vt metalla, 348. 86. T. eam de limo figulatem etiam ad fabulas nationum veritas tranſmiſit, Ibidem. T.
Carpocrates Simonis diſcipulus, pariter magus pariter fornicarius, 495. 416. 417. T.
Carthago à Scipione Africano deleta, G. Graccho inſtaurata reædificata, 10. 2. & 11. P. mœnia rurſum illi impoſita à Statilio Tauro ſollemnia, enarranie Sentio Saturnino, 5. 13. T. 11. 13. P. idque iuſſu Auguſti Cæſaris, 11. 13. P. ſtudiis aſperrima belli, 5. 17. T. 11. 17. P. à Phœnicibus primùm condita, 12. 35. P. vbs Punica Romæ æmula, 59. 405. T. eius conditrix rogo ſe dedit, 81. 622. T. Dido nempè, 122. 622. P. Prouincia Carthago, 131. 51. T. 134. 51. P. Proconſularis, 194. 16. T. eius ſcholæ Rhetorices, 443. 88. T. 455. 88. P. in vtraq; lingua, Ibidem P. ibi Odei fundamenium, 583. 300. 301. T. 610. 300. 301. P. Carthago donata Pythico agonæ, 827. 41. T. 837. 41. P.
Carthaginienſes Principes Africæ, vetuſtate nobiles, nouitate felices, 5. 2. T. 10. 2. P. eorum habitus olim tunicæ in fœminis, 5. 4. & 5. T. 10. 4. & 5. P. in viris pallium, 5. 6. T. 10. 6. P. toga illis primùm vſitata poſt exidium à Romanis, 5. 13. T. 11. 13. P.
Caſſiani, ſiue Caſſij, conſpiratores in mortem Cæſarum, 65. 475. T. 113. 473. P. 131. 8. T. 131. 8. P.
Caſſiodorus emendatus, 230. 126. P. 234. 176. P.
Caſſus, pro priuatione, 130. 325. P.
Caſta ſiue caſtum, Iſidis, 919. 3. T. 921. 3. P. Apis item & magnæ matris, 981. 18. T. 990. 18. P. etiam Cybeles, 989 104. T. 997. 104. P.
Caſtor animal, 619. 17. T. 632. 17. P.
Caſtorum Deorum phantaſmata, 55. 354. T. 106. 354. P. illos ouo editos credebant de Cygno loue, 214. 71. T. 226. 71. P. Caſtori nempè & Polluci, quibus equi à Mercurio diſtributi fecerunt vt illis deputarentur equeſtres ludi, 215. 83. T. 227. 83. P. Caſtor filius Iouis, 703. 115. T. 743. 115. P.
Catabolici ſpiritus, 491. 367. T. 526. 367. P.
Catachreſis, 675. 107. T. 688. 107. P.
Cataclita, 645. T. 13. 45. P.
Cataclyſmus diluuium orbis 70. 531. T. 117. 531. P. 130. 13. T. 132. 13. P. 14. 64. T. 894. 4. T.
Cataphractæ, 8. 80. T. thorax militaris, 16. 81. P.
Cathechizare, 242. 72. T. 251. 72. P.
Cathecumeni, 288. 21. T. eorum & fidelium nulla apud hæreticos diſtinctio vbi pariter orant, 339. 56. T. 372. 256. Ibid. 259. T. P.
Catholicum, 336. 156. T. 358. 156. P. 650. 102. T. 661. 102. P. 979. 31. T. 976. 31. P. quicquid aduer. catholicam veritatem fit, nouum deputatur, 951. 9. 10. T. 959. 9. 10. P.
Catilina, 37. 131. T. ſanguinem vino permixtũ in ſignum fœderis ſuis propinabat, 37. 132. T. T. 90. 132. P.
Catonis grauitas & ſapientia, 41. 173. T. cenſor Romanus, qui vxorem amicis communicabat, 69. 508. T. 115. 508. P.
Caucaſorum cruces, 619. 11. T. 932. 11. P. Ibidem 15. T. P.
Caudices, 293. 172. T. 305. 172. P.
Cauea, 45. 224. T. 96. 224. P. in ea ſuper ſanguinem humanum & inquinamenta pœnarum Dei ſaltabãt, Ibid. eriam harena dicta, 67. 495. T. duplex, 220. 218. T. Theatri & Amphitheatri, 236. 218. P.
Cauere, 202. 65. T. 207. 65. P. 246. 164. T. pro cautionem præſtare, 256. 164. P.
Cauillare, pro cauere, 292. 138. T. 303. 138. P.
Cauſſas eſtiare, 8. 98. T.
Cedo, 169. 65. T. 177. 65. P.
Celtæ apud virorum fortium buſta abnoctantes, otiacula captabant, 504. 541. T. 646. 641. P.
Cenſeri, 42. 182. T. 93. 182. P.
Cenſoria intentio, 8. 85. T.
Cenſorum officium, 93. 182. P. hominum capita ſtipendio cenſere, 43. 194. T.
Cenſus, 33. 93. T. 93. 182. P. 310. 31. T. 318. 31. P. 337. 184. T. 361. 184. P. 545. 49. T. 556. 49. P. 627. 149. T. 639. 149. P. 734. 670. T. 778. 670. P. 952. 20. T. 961. 20. P.
Cenſuales, 49. 293. T. 102. 293. P.
Centaurotum ſanguis ab Hercule effuſus, 7. 70. T. 15. 70. P.
Centenariæ cœnæ à centenis feſtertiis dictæ. 32. 75. T. 87. 75. P.
Centonarius mos, 339. 234. T. 358. 234. P.
Cepheus inter ſidera delineatus, 830. 69. T. 839. 69. P.
Cerberus triceps, 15. 69. P. Cerberi tragœdia, 290. 74. T. 300. 355. 74. P.
Cereales ludi, 214. 54. T. 224. 54. P.
Cereri

Cereri Dex initiatorum cultus omnia candidatus, vittæ & galeri ptiullegium, 8.92. T.16.92. P.125. 9. T.127.9. P.in Africa colebatur, 275.43. T. alio nomine Cœlestis appellata, 278.45. P. eius fœminæ sponte abdicato matrimonio adsenescunt; exinde adempto contactu masculorum vsque ad oscula filiorum. 941.71.T.949.71.P.959.135.
Ceres fruges demonstrauit, non inuenit, 41.167.1.92. 167. P. illi bestiæ consecratæ, 42.181. T. serpentes allati, Ib. 182. farrea appellata, 46.240. T.98.240. P.
Cernere, pro cribare, 969.14. T.976.24. P.
Cetuus, 6.48. T.13.48. P.
Ceterùm, 21.8. T.81.8. P.
Chaldæum semen in Ægyptum, in de in Iudæam, 6.37. T.14.37. P.
Charmæleon, 6.49. T.13.49. P.492.187. T.
Chatis, Æon Valentini, 536. P.442.63. T.454.63. P.
Charites Dex, 290.64. T.300.64. P.
Chelidonia, 170.75. T.178.75. P.
Choieus, 446.272. T.466.272. P.586.353. T.612.353. P.
Chrestianus perperam pronuntiabatur Christianus, 28.40. T.83.40. P. de suauitate vel benignitate compositum nomen, Ibidem.
Christima regale in captiuitate confici non licebat, 146.150. T.159. P. post baptismum eo vnguuntur fideles, 389.48. vsque 54. T.402.48. vsque 405.54. P. vnde Christus dicitur, Ibid.50. T. P.
Chorebin monte Iex Moysi secundo data, 136.8. T.
Christianorum cœtus ante lucem ad canendum Christo & Deo, 24.24. T. eos existimabant gentes omnium sceleru m reos; Deorum, Imperatorum, legum, morum, naturę totius inimicos, 26.31. T. Nomen de vnctione deducitur, 28.39. T. nomen Christianum tempore Tiberij in seculum introiuit, 31.57. T.85.57. P.33.93. T. illud ipse derulit ad Senatum cum prętoria sua suffragij sui, sed ille quia non in se probauerat, reiicit, 31. 58. T. 85. 57. & 58. P. eam Iudaicam superstitionem appellabant, 86. 64. P. dicebantur sceleratissimi de sacramento infanticidij, & pabulo inde, & post conuiuium incesto, homicidę, sacrilegi, incœsti, 23.21.22. & 23. T. 31. 90. 91. 92. T. 87. 88. 90. 91. 92. P. quòd euersores luminum canes, inuerecundia procutabant, 24.23. & 33. 93. T.88.93. P. eorum hostes Iudæi milites domestici, Ibid. in ipsis cœtibus & congregationibus opprimebantur, Ibid. falso eos accusati dictotum faeinorum, 33.34.35.36. 37. pag. T. ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habebant, & propterea fusticatis & mortuinis abstinebant; hinc inter genuamenta botulos cruore distentos illis admouebant, 38.138. T.90. 138. P. eorum diligentissima & fidelissima castitas, ab stupris & omni post matrimonium excessu, 38.146. T. Christiana religio antiquissimis Iudęorum institumentis suffulta, 50. 302. T. ita tamen vt neque deuictus exceptionibus, neque de folle nnitatibus dierum, neque de simulacro corporis neque de consortio nominis, cum Iudęis communicaremus 50. 303. T. 103 302. 303. P. eis imputarabant crimen lęsę Romanę religionis, cuius contrarium patet quòd nulla apud illos religio esset, quod in ipsos potius resultabat, qui veram Dei veri religionem neglig ebant, & expugnabant, 57.172. T.106. 172. P. Dementiam existimabant, quòd quum possent Christiani sacrificare, & illaesi abire nt auente apud animum proposito non facerent, 60. 424. T. etiam licitarum factionum nomine non recte appellari Christianos, 67.493. T.124.493. P.70.421. T. anteriarum titulo etiam postulabantur tanquam infructuosi, 72.565. T. 118.545. P. de illis conquerebantur lenones, magi, & eiusmodi genus hominum, 73. 557. T. magnum detrimentum Reip. ex morte tot Christianorum, 74.562. T.119. 562. P. soli innocentes, 74.567. T. 119. 567. P. xquè licentia disciplinę gaudere debent at qui se Philosophi, 75.572. T.120. 572. P. præsumptio nes in Christianis vocantur, quę in Philosophis & Poętis summę scientiæ, 79.605. T.122.615. P. infamabantur falsis circa maiestatem Imperatoris, 129. T. Colunt enim Imperatorem Christiani, vt hominem à Deo secundum, 130. to. T. & sacrificant pro, salute Imperatoris Deo, & orant, 130. 11. T. eorum innocentia, 133. 22. T. 155. 22. P. 154. 40. T. dicti Elamitæ, 138. 30. T. ab Elam filio Sem, 150. 30. P. eorum officia inirio Ecclesiæ, stationes ieiunia, processiones, visitationes fratrum, conuocationes nocturnæ, sollemnia Paschæ, Dominicum conuiuium, consolatio Martyrum, exosculationes fratrum, ablutio pedum, signum crucis, comm. unio Eucharistiæ, eius ptuatim ante omnem eibum degustatio, sacra cantillatio, 281. 24. vsque 333. 41. T. 284. 25. & c. vsque 337. 41. P.
Christum iam sciebat vulgus vt aliquem hominum, qualem Iudæi iudicauerūt, quo facilius nos hominis cultores existimamus, verùm etiam Deum præsumimus, 59. 50. 304. T. 303. 304. P. filius Dei, 51. 306. 308. & 51. 313. 315. T. qui ad reformandas & illuminandas gentes venturus Deo prænunciabatur, 51. 306. T. eius mater non de impudicitia, 51. 308. T. ipse logos, sermo atque tatio, qua mundi hanc vniuersitatem Deus molitus est, 51. 310. T. 103. 310. P. hunc Zeno determinar factitatorem, fatum, Deum, & animum Iouis, & necessitatem omnium rerum, Ibidem. 311. T. P. Cleanthes spititum permeatorem vniuersitatis, Ibidem 312. T. P. hunc ex Deo prolatum didicimus, & prolationę generarum, & idcirco filium Dei, & Deum ex vnitate substantiæ, Ibidem 313. T. Hic de Deo Deus, lumen de lumine, & vnus ambo, Ibidem 315. T. P. Ille Dei radius delapsus in virginem, in vtero eius caro figurata nascitur, Ibidem 316. T. Caro spiritu instructa nutritur, adoleseit, affatur, docet, operatur, Ibidem 317. T. Sciebant & Iudæi venturum esse ex prophetis; nam & nunc aduentum eius exspectant, nec alia magis inter illos & nos compulatio est, quàm quòd iam venisse non credunt, 52. 318. 319. T. Duo enim aduentus eius, primus in humilitate, secundus in sublimitate, Ibidem 320. T. 122. P. Magnum æstimabant de potestate, 52. 321. T. 104. 321. P. verbum Dei illud pimordiale primogenitum, qui verbo omnia facit, & fecit, Ibidem, 322. 323. T. P. ad doctrinam eius quare vincebantur magistri Iudæorum, ita exasperabantur, vt in crucem dedi sibi extorserint; prædixerat ipse ita facturos, & Prophetæ etiam, Ibi tamen mortis suæ multa ostendit insignia, spiritum cum verbo sponte dimisit, dies medium orbem signante sole subducta est, Ibidem. Sepulchro condirus die terria resurrexit, 53. 325. 326. T. cum discipulis apud Galilæam ad quadraginta die segit, dehine ordinatis eis ad officium prædicandi per orbem, in cœlis est receptus, 53. 327. T. eum etiam vt hominem colimus, 54. 332. T. & adoramus, 104. 332. P. diuinitatem etiam eius agnoscentes, 54. 336. T. nunc in cœlis est, non penes inferos, vbi post mortem fuit, inde vēturus cum tuto mundi motu; Dei virtus, sermo, sapientia, ratio, filius omnem animā restituro corpore iudicaturus, 57. 366. 367. T. Novæ legis lator, qui venturus adnuntiabatur non venturus sperabat, sed iam venit, ijs temporibus quibus venturum Prophetæ cecinerant, in quem nos gentes crediturī adnuntiabamur, 129. 26. 27. & 129. 28. 29. 30. 31. T. 150. 27. P. cuius regnum æternum prænuntiarum fuit, 139. 45. T. 151. 45. P. cuius nomen vbique regnat, vbique adoratur, 140. 52. T. natus quadrag. primo anno Imperij Augusti, 140. 78. T. 154. 78. P. eo baptizato, omnis plenitudo spiritalium, christianorum veterum cessit, quum aduentu suo prophetias omnes adimpleuerit, 140. 79. T. passio eius perfecta sub Tiberio Cęsare, Rubellio Gemino & Rufio Gemino Coss. mense

Martio, temporibus Paſchæ, octauo Kal. Aprilis, die prima azymorum, 141. 91. 92. 93. T. 155. 92. 93. P. Eius natiuitas probatur ex Prophetis, 141. 94. vſque ad 143. 123. T. 155. 94. vſque 57. 123. P. cur angelus vocatus, 143. 117. T. Ieſus cur appellatus, 143. 118. T. ex virgine natus, 141. 100. 141. 101. T. 143. 119. T. ex ſemine Dauid, Ibid. ex ſtirpe Ieſſe de patria Bethlehem, Ibid. Signa operatum etiam Iudæi confitebantur, 143. 122. T. paſſio crucis eius prædicara à Prophetis, 143. 123. vſq. 145. 139. T. 157. 123. vſque 158. 139. P. obumbraia à Patriarchis. 144. 127. & ſeq. T. gentium claritas illi promiſſa, 145. 146. 147. T. 159. 145. 146. 147. P. de ipſo Propheiiæ omnes adimpletæ, 146. 148. vſque 147. 161. T. 159. 148. vſque 160. 161. P. duo eius aduentus à Propheiis demonſtrati vnus in humilitate, alter in ſublimitate, 147. 161. vſque ad finem libri, 160. 161. &c. Chriſtus ſophia Dei & ſermo, 416. 69. vſque 416. 73. T. 428. 69. vſq. 73. P. formæ humanæ mortis apud inferos functus, nõ antè aſcendit in ſublimiora cœlorum, quàm deſcenditin inferiora terrarum; vt illic Patriarchas & Prophetas comptes ſui faceret, 503. 603. 604. T. 539. 603. 604. P. Chriſti carnis veritatem negarunt quatuor hæreſes, cædem quæ ſtidem reſurrectionis ſtudebãt inquietare, 543. I. vſque 14. T. 554. 1. vſque 14. P. ex traditione autem imprimis, eius natiuitas aduerſus Marcionem comprobatur, 543. 14. vſque 545. 52. T. 554. 14. vſque 556. 52. T. vt potè quæ neque impoſſibilis, neque inconueniens Deo, Ibidem 23. vſq. 30. T. P. neque etiam indigna Deo neque ſtulta, Ibid. 30. vſque 41. T. P. & non minus vera fuerir eius natiuitas atque paſſionis, Ibidem 41. vſque 52. T. P. probarur etiam non mutuatus catnem ex ſidetibus aduerſus Apellem, 545. 52. vſque 546. 63. T. 556. 52. vſque 557. 63. P. vetæ natiuitati Chriſti nihil præiudicat illud: Quæ mihi mater & qui mihi fratres, 546. 63. vſque 547. 77. P. 557. 63. &c. P. rurſum de ſideribus ab igneo Deo iuxta Apellejanios probauit non compoſita Chriſti caro, quin potius conſtat veram in illo carnem fuiſſe, 547. 77. vſque 92. T. 558. 77. vſque 559. 93. P. neque caro eius animalis, neque anima carnalis, ſed anima & caro diuerſæ in eo ſubſtantiæ, 548. 93. vſque 549. 110. T. 559. 93. vſque 110. P. neque catnis ſolius, ſed etiam animæ noſtræ liberandæ cauſſa Chriſtus ſalutificator venit, 548. 95. 96. T. 559. 95. 96. P. quare & hominem induit, non angelum, 549. 110. vſque 550. 121. T. 559. 110. vſque 560. 121. P. non tamẽ nudus homo eſt, quod voluit Hebion, ſed & Dei filius, 550. 117. T. 560. 117. P. minimè verò caro eius ſpiritalis eſt, etiamſi neque peccatrix, neque ex ſemine, quod ei non competebat vt filio Dei, ſed quam ex virgine ſumpſit, contra quàm volebant Valentinus & Alexander eius diſcipulus, 550. 121. vſque 551. 145. T. 560. 121. vſque 561. 145. P. qui illud Euangelij Ioannis adulteraruntr, nón ex ſanguine, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo natus eſt, pro eo quod eſt: nati ſunt, 551. 145. vſque 152. 561. 145. vſque 152. P. etiam contra ſcripturam: non ex virgine ſed per virginem natum Chriſtum volentes, 342. 315. T. 452. hætel. 112. 315. P. 447. 295. 296. T. 467. 295. 467. 296. P. 552. vſque 553. 170. 562. 152. vſque 563. 170. P. ſicuti ex ſcripturis manifeſtè probatur, Ibidem T. P. 553. 170. vſque 177. T. 563. 170. vſque 563. 177. P. quæ etiã Anitchriſtos nuncupant, qui negant Chriſtũ in carne veniſſe, 553. 181. T. 563. 181. P. quod etiam in eos competit, qui adfirmant catnem Chriſti in cœlis vacuam ſenſu, vt vaginam exempto Chriſto ſedere, aut tantummodò animam, non verò catnem, 554. 187. T. 563. 187. P. in Chriſto nouam & hoſpitem diuinitatem reuelatam Marcion aſſeruit, 619. 30. T. 633. 30. P. ſuſpectum eſt de Chriſto Marcionis, quòd tam ſubitò venerit antequàm pater de eo teſtaretur, 668. 4. vſque 669. 6. T. 681. 4. 5. P. nec enim ſatis Chriſtum Dei filium probant ſolæ ſignorum virtutes, 669. 6. vſque 12. T. 681. 6. vſque 12. P. debebat proinde Chriſtus Marcionis, non antè, ſed poſt Chriſtum creatoris venire, 669. 12. 13. T. 682. 12. 13. P. Chriſtum ignoratum iti à Iudæis, atque adeò & Marcionitis eodem errore ſociatis per ſcripturas prænuntiatum eſt, 670. 25. vſque 671. 43. T. 682. 25. vſque 684. 43. P. idque quòd duos Chriſti habitus, & totidem aduentus eius à Propheiis demonſtraios non inielligerent, 671. 43. vſq. 672. 53. T. 984. 43. &c. P. ſi Chriſtus, quod volebat Marcion, in phantaſmate, non in vera catne venerit, etiam verè mortuus non eſt, neque reſurrexit pro peccatis noſtris, 672. 53. vſque 672. 60. T. 684. 53. vſque 60. P. neque illi ſuffragantur angeli creatoris, qui Abraham & Loth apparuerunt, 672. 60. vſque 69. T. 685. 60. vſque 69. P. Si autem caro in Chriſto negetur, tamquam indigna, etiam carnis imago in illis dedigñanda, 673. 69. &c. T. 685. 69. P. Veram autem in Chriſto fuiſſe natiuitatem neceſſe eſt; alioqui mendacium Deo non veritas tribueretur, 673. 72. vſque 80. T. 685. 72. vſque 80. P. Emmanuel autem fuit Chriſtus ſignificatione, & ſi non ſono nominis, 673. 80. vſque 674. 83. T. 686. 80. 81. 82. P. ſic & bellator dicitur, non niſi ſpiritualiter, tam apud Iſaiam, quàm in Pſalm. 674. 83. vſque 675. 105. T. 686. 83. vſque 688. 105. P. nomen Chriſti, id eſt vncti, à chriſmate ſic dicti, Chriſto Marcionis non competit, nec etiam Ieſu 675. 105. vſque 676. 119. T. 688. 105. vſque 689. 119. P. Atqui habitum Chriſti ignobilem, ciúſque paſſionem crucis prædictam habenius, & in Peniateucho, & in Pſalmis, & Prophetis. 676. 119. vſque 90. 146. T. 689. 119. vſque 691. 146. P. poſt eius paſſionem completa nationum conuerſio, quæ in Dauidem competere non potuit, in Pſalmis & aliis ſcripturis prædicta, item & Apoſtolorum prædicatio non alterius, ſed eiuſdem Dei, in nationes, qui etiam ad exemplar Chriſti, à Iudæis perſecutio nem paſſæ ſint, 677. 146. vſque 679. 178. T. 691. 146. vſque 693. 178. P. ob quam impietatem in Chriſtum, prædictum ludęorum exitium iam completum eſt: nam reſtitutio terræ Iudææ, quæ alij prædicitur, allegoricè eſt interpretanda, 679. 178. vſq. 681. 201. T. 693. 178. 694. 187. &c. P. Chriſtũ conſtat Dei creatoris Prophetias repræſentaſſe, atq; adeò eiuſdem eſt Dei nouum & vetus Teſtamentum, qua præſcriptione ex ipſo Matcion. Euangelio, id eſt Lucę corrupto, laiſſimè eum conuincit Tertull. 699. 52. vſq. 735. 713. T 639. 52. vſque 781. 713. P. Non alius itaque eſt Chriſtus, qui Tibetianis temporibus à Deo quondãignoro quondam reuelatus ſit, in ſalutem omnium gentiũ, alijs verò (quod cum Iudęis conſtituebat Marcion) qui à Deo creatore in reſtitutionem Iudaici ſtatus ſit deſtinatus quandoq; venturus, Ibi. T. P. nobis omnes ſcripturę & veteres Chriſtum Dei, & nouę filium Dei preſiniunt, 855. 141. 142. T. 868. 141. 142. P. non tam nomen eſt Chriſtus, quàm appellatio, vnctus enim ſignificatur, 858. 171. 172. T. 869. 172. P. infernum petiji, 904. 17. T. 904. 17. P. Chriſtus ſpado, 944. 12. T. 1. 48. 12. P. innuptus, 953. 28. T. & tamen ratione Eccleſiæ monogamus, 953. 29. T. 961. 29. P. Chriſtus Deus etiam ab hęreticis agnoſcitur, 1041. 86. vſq. 90. T. 1058. 86. vſque 90. P. & ex ſcripturis probatur, 1044. 100. vſque 1050. 123. T. 1059. 100. vſque 1060. 123. P.

Chriſtus, Æon Valentini, 842. 315. T. 519. 315. P. 444. 123. T. 457. 123.

Chylon Sparianus præ gaudio ſpiritũ exhalauit, dũ victorem Olympię filiũ anſplectitur, 502. 579. T. 538. 579. P.

Ciborũ deliciæ, murenę, pauus, ſaginata corpora, mullus, aues pretioſæ, magarita, 9. 104. 105. 106. 107. 108. 109. T. 17. 104. 105. &c. 17. 106. 107. 108. 109. P. altilium enormis ſagina, 169. 66. T.

Cicercula, 623. 64. T. 635. 64. P.

Cicuria ingenia, 449. 386. T. 472. 386. P.

Cilicia Mopſi habebat oraculum, 500. 533. T. 535. 533. P.

Cineratij, 282. 58. T.

Cippus, 9. 97. T. loculus quo veſtes reconduntnr, 17. 97. P.

Circe

Circe Solis, vi volunt, filia venefica, 214.69.T.225.69. P.hinc Circæa pocula, 916.2.T.
Circenses ludi, eorúmq; apparatus, locus, & artificium, 252.60.vsque 255.94.T.225.60.vsque 227.94.P.in iis cursus tempora, metæ, societatis signum tuba, palma denique, 227.206.T.236.206.P.
Circulatores, 339.277.T.375.277.P.545.51.T.556.51.P.
Circumcisio in signum data spiritalis circeumcisioni, 136.8.9.T.149.9.P.vndel fraël in nouissimo tempore dinoscerentur, quo in Hierusalem admitti prohiberetur, 136.9.T. de Circumcisione quæstionū in Tertu.citatio.926.T.P
Circumscriptio & circumscribere, 200.35.T.205.35.P. circumscriptor, 629.184.T.640.184.P.646.43.T.658.43.P.
Circumspectum, 445.194.T.pro circumspectu, 462.194.P
Circus, 67.495. T. Circi Maximi descriptio ad pa. 221. P.in eo ara defossa ad primas metas sub terra cum inscriptione, Consus consilio, Mars duello, Lares comitio potentes, apud quam sacrificabant Nonis Iuliis, 214.39. 42. & duodecimo Kal.Sep. Ibid.43.224.39.42.43.P.215.77.T. Soli principaliter consecratur, quod spectaculū primum à Circe habent Solis filia, à qua & Circi appellationem argumentatur, 214.68.69.T.225.68.69.P.eius ornamenta, 214.69.vsque 215.79.T.226.70.79.P.eius furores, 217. 140.vsque 146.T.231.140.vsque 232.146.P. in eo etiam gradus & apulie, 218.165.166.T.233.165.166.P.
Citrus, 9.101.T.arbor ex qua mensa Ciceroniana, 17.101. P.Mauritania, 9.101.T.
Ciuitatibus sine fuit aliquando genus hominum, 60. 413.T.110.413.P.
Clades publico, si Tiberis ascenderit mœnia, Nilus in arma, cœlum sterit, terra mouit fames, lues etiã ante Christi aduentum orbem & vrbem exciderunt, 70.522.523. &c.T.127.522.P.immo leuiora nunc acidunt ex quo Christianos orbis accepit, 71.540.T. qui deprecatores Dei esse cœperunt, ibid. quibus est cum cultoribus Deorū clades comunes sint, non læduntur, quia non aliud cupiūt, quàm de hoc æuo celeriter excedere, 71.543.544.T.
Clarissimi viri & Clarissimæ fœminę, 130.37.T.133.37.P.
Claues custodiendæ vxoribus commitebantur, 943.58. T.948.58.P.
Cleomachus pugil, 7.75.T.15.75.P
Cleonymus pyctes ab Achille curatur in somnijs, 499 515.T.535.515. P.
Cleopatra aspides serpentes sibi immisit, ne in manus inimici peruenirent, 191.55.T.197.55.P.
Clibanus, 724.497.T.766.497.P
Clidemus Athenien sis præ gloria obijt, dum ab histrionibus ob præstantiã auro coronatur, 502.580.T.518.580.P.
Climacterica, 241.95.T.251.59.P.
Clinia, 487.265.T.interlocutor dialogorum Platonis de legibus, 521.265.P.
Cloacina Dea, 8.82.T. eadem quæ Cluacina, 16.84.P. 625.122.T.637.122.P.
Cludere, 41.173.T.669.10.T.682.10.P.
Clues. 7.55.T.14.55.P.
Coætaneæ, 584.311.T.611.321.P.
Coccinum, 169.64.T.177.64.P.
Coctum, 444.142.T.459.142.P.
Coci ab Apitio nuncupati, 28.45.T.84.45.P.
Cœlestis Dea Africæ, virgo pluuiarum pollicitatrix, 56. 360.T.106.360.P.58.383.T.108.383.P.278.43.P.
Cœlum pro Dea, 215.93.T.
Cœlum pro aëre crasso, 191.39.T.196.39.P.
Cœlorum seruenteplex cœna, 446.243.T.464.243.P.
Cœna Christianorum post conuentū, agapæ pauperum, 69.508. 517.T.70.517.T.116.517.P.
Cœnaeula, superiora domus, 442.50.52.T.453.52.P.
Cœtus Christianorum, 24.24.T.83. 24.P. congregationes, 33.93.T. corpus vnum religionis & disciplinæ, vt ad Deum precationibus ambiamus; oramus ibi pro Imperatoribus, ministris eorum, statu seculi, rerum quiete, mora finis; ibi diuinarum litterarum cõmemoratio, exortationes, castigationes & censura diuina, 68.498.499.500.501. 502.T.114.498.499.& 115.500.501.502.P. post agapen aqua manuũ vrebantur & luminibus, deinde canru ex scripturis sanctis, & per noctem adorabant Deum, 70.518.519. 520.T.116.519.520.P.
Colchorum amores, 619.10.T.632.10.P.
Colebat alius Iouem; alius supplices manus tendebat, ad ara Fidei, 38.374.374.375.376.T. Christianus verò Deũ colit, ad cœlum supplices manus rẽdit, suam animam Deo suo vouet, Ibid.
Collectæ eleemosynarum, 68.504.T.115.504.P
Collegia, 214.64.T.229.111.P. Collegiarij ministri, 216.111.T.229.111.P. artium muſicarum, Minerualium & Apollinarium; etiam Martialium per duellum & tubam, Ibid. Romę nonnum quam subiata omnia, & iterum restituta: 229.111.P.
Colliger e, pro Dominica follem nia celebrare, 974.110.T 980. 110.P.
Collyrides, 266.36.T.270.36.P.
Colophonis scaturigo dæmonica lymphaticos efficit, 501.558.T.537.558.P.
Colores albus, præsinus, russeus, venetus, 251.90.91.92. 93.T. 227.90.91.92.93.P. bi quatuor in Circensibus vsitati, 218.176.T.234.176.P. lenonibus competunt, 218. 176.T.234.176.P. croceus, qui & flammeus & flauus, 266. 27.T.269.27.P.
Coluber excantatur aut effumigatur, 191.10.T.193.10.P.
Columba animal simplicitatis & innocẽtiæ, felle carens, 389.59.T.404. 59.P. auis etiam pudica, 955.63.T.963.63.P.
Colyrum apud Athenas, 487.263.T.521.263.P.
Comitia 67.493.T. campo Martio. 214.41.T. 224.41.P.
Comitiali morbo sanguinem hmanum mederi putabant, 37.135.T.90.135.P.
Commarrona, 282.54.T.286.54.P.
Commeatus, 76.576.T.167.52.T.174.52.P.844.19. T.861.19.P.972.65.T.978.65.P.
Commemorari, pro mẽtionẽ facere, 972.69.T.978.69.P.
Commentari, pro mentiri, 833.115.T.842.115.P.
Committere, pro ad certamen ptouocare. 191.11.T.193. 11.P.335.143.T.357.143.P.
Committere, pro delinquere, 288.22.T.295.22.P.
Committi, pro imperari, 585.335.T.611.335.P.
Commodus Imperator faucibus expressis interfectus. 65.475.T.115.475.P.
Commune, pro omne, 60.421.T.110. 421.P.
Communicari, pro contaminari, 201.19.T.207.59.P
Comparatiui cum Datiuo, 61.433. T. III. 433. P.
Compassio sententiarum, 567.32. T. 595.32. P.
Compendiatum, 697.9. T.736.9.P.
Compensato redire, 6.32.T.
Compertus est, pro comperit, 418.95.T.429.95.P.
Compulsare, 50.296.T.52.319.T.104.319.P.
Conati, 70.534.T.118.534.P.76.591.T.
Concharum genera, conchilia, 6.45.T.138.49.T. ostrea, peloris, margaritum, Ibid.50.51.T.262.50.51.P. de mari Britannico aut Indico, Ibid.49. vtrobiq; leui cute vel cortice sepia, vel crispa, aut duplice compagine clauſa, 918. 9.T.
Concilia per Græcias agebantur certis in locis ex vniuersis Ecclesijs, 987.80.T.994. 80.P. enumeratio eorundẽ quæ ad Tertullianum vsq. contigerunt, Ibid.P. quibus ieiunia solent præmitteri, 987.81.T.995.81.P
Cõciones in sacrificijs munerarijs, 216.124.T.230. 24.P.
Conclusio, pro constitutione, seu pressura, 574. 172. T. 602.172.P.
Concubinæ pro secundarijs vxoribus Patriarcharum, 274.14.T.277.14.P.

Concussio, 130.28.T.
Concussor, 973.91.T.979.91. P.milites, delator vel inimicus, 974.98.T.
Concussura, 974.100.T.480.100.P.
Condicere,pro idem dicere,833.112.T.841.112.P.852.104.T.866.104.P.1003.54.T.1019.54.P.
Condicere,292.139.T.pro ex pacto polliceri, 292.139.T. 303. 139.P. 414. 44.T. 426. 44.P. 626.138. T.638.138.P.
Conditio, pro creatura, 290. 59.T.299.59.P.414.43.T. 426.43.P.566.16. T. 594.16.P. 794.198.T. 815.198.P.800. 297.T. 821.297.P.
Conditionalis, 242.86.T.pro ædifice, 252.86.P.
Confessio, vide Pœnitentia.
Confessores, qui olim dicebantur, 192.1.P.288.21.T.à martyribus distinguebantur, Ibid.T.295.21.P.
Confirmatio sancto spiritu vestit, 338.216.T.366.216.P. post baptismum olim adhibebatur manus impositio, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum sanctum, 389.54.62.T.403.54.vsq.404.602.P. & chrisma diuinum prorsus vnguentum, 403.54.P.sacramentum,339.239.243.T.370.143.P. in eo caro manusimpositione adumbratur, vt anima spiritu illuminetur, 569.75.T.597.75.P
Conflabellare scintillas, 219.187.T.235.187.P.
Confœderare, 24.24.T.83.24.P.
Conformalis, 585.339.T.612.339.P.
Congiarium dimidiere, 65.469.T.113.469.P.
Consciuit, 291.191.T.pro communi sententia statuit, 301.101.P.
Conscripti, 293.107.T.305.170.P.
Consecraneus, 46.239.T.98.239.P.
Consecrationes idolorum, 42.176.T.92.176.P.216.130.T. 230.130.P.239.16.T.248.16.P.291.104.T.301.104.P.621.53.T. 634.53.P.
Consecutio, 392.5.130.T.408.130.P.
Consparsio, 718.365.T.758.365.P.
Constitutio, pro constrictione, 333.101.T.354.101.P.
Constitutum, pro constitutione, 575.178.T.602.178.P.
Constrictare, 650.96.T.661.96.P.
Consualia, ludi initio in honorē Neptuni, inde & Romuli, quod ea Consō Deo dicauerit,cū Sabinarum virginum rapinā excogitauerit, 214.33.34.36.T.223,33.34.36.P.
Cōsuetudo etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, quum deficit lex, nec differt scriptura an oratione constat, 389. 46. T. 299. 46. P. sicuti & Ecclesiarum consuetudines, quibus veritas suffragatur, 309.2.3.T.316.2.P.
Consulta maiorum, 31.72.T.
Consultatus est, pro consuetur, 415.57.T.427.57.P.
Consus Deus consilij,214.36.39.T.223.36.37.39.P.625.121. T.637.121.P.
Contamen, 874.7.T.878.7.P.
Contemporare, 584.321.T.611.321.P.
Contenebrare, 24.23.T.83.23.P.
Contesseratio, 334.125.T.356.125.P.
Continentia virgine, quidam senes puri, 38.147.T.90. 147. P. voluntarij spadones, 203. 87. T. 209. 87. P. 267.51. T.271.51.P. fuerunt & Christianæ fœminæ continentiam gentilium secutæ, 275.36.T.278.36. P. sunt etiam qui statim à lauacro carnem suam obligant, sunt qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, 275.37.38.39. T.278.37.38.39.P.313.75.83.84.T.319. 75.83. 84.P.391. 119.T. 408.129.P.569.81.T.597.81.P.628.172.T.640.172.P.788.109. T.809.109.P.797.244.T.817.244.P.continentia vitrorum etiam gentilibus vsitata, 943.70.T.949. 70.P.
Continere, pro mordicus tenere, 939.12.T.944.12.P.
Conuenientia, 202.77.T.208.77.P.
Conuenire,pro inuenire,292.116.T.302.116.P.650.107.T 661.107.P.
Conuenire,pro pacisci, 700.55.T.939.55.P.
Conueniri in crimen, 63.447.T.
Conuentus prouinciarum Iutidici, 132. 15.P. quos referunt hodie oppida Episcopis insignia, Ibid.
Conuertibilium natura ea lege est,ne permaneant in eo quod conuertitur in eis, & ita non permanendo pereant, dū perdunt conuertendo quod fuerūt, 544.25.T.555.25.P.
Corinthij muniunt Syracusas, 6.40.T. 13.40.P.in Achaia, 338.209.T.364.209.P.
Corona fœminis vsitata, 7.70.T. capiti Christiani non admouebant, sed natibus,72.553. P. hinc improbantur in spectaculorum apparatibus,214.64.216.110.123. T. in sacrificijs quoque idolorum, 241.43.T.in scholis quoque festo Saturnalium 241.65.T.in militia etiam, 288.1.T.294.1.P. eáque laurea, 288.4.T.295.4.P.297.147.T.304.147.148.P. item ex myrto, 293.151.152.T.304.151.152. P. quin ex olea, 293.153.154.T.304.153.154.P. quas omnes vulgata disciplina Christianorum respuebat,288.5.T.295.5. P. omnes ita obseruabant à cathecumenis vsque ad confessores & martyres, atque adeò & pro delicto habebatur coronam capite nosse,389. 21. vsque 27.T.295.21.vsq.27.P. natura etiam ipsa præscribit coronam ex floribus capiti nō conuenire,quæ legis Dei auctoritatem obtinet, 289.50.vsque 290.62.T.299.50.vsq.62.P.at substantia propria coronarum flores,& inserti & innexi, & in filo, & in scirpo, vt corona non sit aliud quam fascis florum per seriem comprehensorum,290.53.54 55.T.299.53.54.55.P.coronarij differi nō possunt reliquarū coronarū originē idololatricā esse,290.62. &c.vsque.291.88.T.299.62.vsq.301.88.P.sic Pandoræ cap.coronatum à Charitibus, Saturnus ante omnes coronatus,Iuppiter post deuictos Titanas,Priapo,rænię. Ariadne sertum ex auro & Iudicis gemmis adscribitur; Iuno viti coronata;Hercul.poculū capite præfert oleastrū autapiū;Apollo interfecto Delphico dracone laureā induit,Liber nūc hederatus scribitur, nūc princeps coronæ aureæ, in qua ex Indis triumphauit; Isis repertas spicas capite circumtulit,290.291.Ibid.T.P.coronabantur etiam supplices,290.76.T.id est qui Deis supplicabant, 300.76 P. nullum florem,nullam frondem, nullum cespitem aut palmitem, non alicui capiti inuenies consecratum, 291. 86. T. 301. 86. P. nemo coronatus in scriptoris inuenitur, nec ipsum Dei templum aut eò pertinēria,291.97.98. 99.100. T. 301. 97.98.99. P. solus Christus spinea corona coronatus,quē in hoc imitari licet,291.100.101.T.295.194. T.alioqui quum mortuorum aut idolorū corona sit,Christianos non decet,291.102.vsq.292.122.T.301.102.vsq.302. 122. apud illa fores, hostiæ, aræ, minisiti, & sacerdotes omnium collegiorū coronabātur, 292.117.118.119.120.121. 302.117.118.119.120.P. ipsæ etiam coronarum causſæ contra Christianos faciunt, 292.147.vsq.292.193.T.304. 147. vsq. 306.193. P. votorum nuncupatio annua, 293. 155.T.304.155.P. donatui dispensatio, 293.156.T.304. 156.P. triumphus, in quo laurea folijs struitur, adornatur lemniscis,inauratur lamulis,vnguētis delibuitur,293. 157.158.159.160.T.304.157.158.159. 305.160.P. in quo etiam vsitatę castrenses coronæ & munificę follemniū Cæsarenorum, 293.163.164.T.305.163.164.P. Eodem pertinent laureæ publicorum ordinum, magistratuum aureæ, Hetrusc æ etiam, quas gemmis & folijs ex auro quercinis ad deducendas tensas,cum palmatis togis sumebant, & prouinciales aureæ, 293.165.166.167.168.T.305.165.166. 167.168.P. item equorum publicorum & vulgi nunc in principalibus, nunc in municipalibus sollēnitatibus,etiā sponsō nuptiarum & libertorum, 293,173.176.178.181. T.305.173.176.178. 181. P. agonisticas causſas statim tituli sui damnant & sacras & funebres, 293.182.183.T.305. 182. 183.P. etiam illam ob quas conabantur lupanaria, latrinæ,pistrina,carcer,ludus,amphitheatra,spoliatia, & libitinæ, 293.188.189.190.191.362.306.189.190.191. P. eodem spectant quæ fiunt ex centenarijs rosis, vtrisq. lilijs,& omnibus violis,etiam gemmis & auro,294.195.T eatum vatiæ appellationes, serta, 294.1.P.299.55.P.strophiola

phiola,294.1.P.294.302.T.306.302.P. dracontaria, 294. 202.T.306.202.P.quin potus à Christo corona expectanda,194.197.&C.T.306.197. &C.203.&C.P.
Corpotalitas, 431.227.T.431.227.P.
Corpus, pro collegio, 68.498.T.114 498.P.
Corpus hominis Platonica sententia animæ carcer,ceterùm Apostolica Dei templum,quum in Christo est, 502. 589. T.539.589.P. animam interim consepto suo obscurat, & concretione carnis infæcat, Ibid.in eo spelunca otis dētium statio,gulę lapsus, compitum stomachi aluei gurges,intestinorum perplexa proceritas, 591.418.T.
Corybantia æra, 53.404.T.109.404.P.
Crassi copia, 41.173.T.
Crates,9.97.T. Philosophus Cynicus, 17.97.P.
Credimus in Christo Domino, 57.371.T.106.371.P.
Crepidulum ,seu crepitulum,8.90.T. capitis ornamentum, 16.90.P.
Crepitacilum, 141.190.T.156.100.P.
Cretam Iouis patriam & tumulum fabulabantur, 59. 404.T.109.404.P. hinc illud Prouerbium : Cretenses semper mendaces,Ibid. 380.487. T. in ea multæ herbæ medicabiles, 908.11.T.911.11.P.
Crocodilus Deus, 649.86.T.660.86.P.
Crœsus ambiguitate oraculorum deceptus à Pythio Apolline,35.350.352.T.105.350.P. Lydiæ Rex, Ibid. Thaleti familiaris, 76.576.T.
Crobyli, 313.79.T.320.79.P
Cruciarius, 330.6.T.344.6.P.
Crucis religiosi Christiani, 46. 238. T. 97. 238. P. eam agnouetnnt etiam gentes , quum lignum aliquod propitiabatur,quum sine effigie rudi palo & informi ligno prostrabant Deorum imagines , quæ à plastis de cruce inducebantur,par crucis erat omne robur quod erecta statione erigebatur, in tropæis cruces sunt, religio Romanorum castrēsis signa venerabatur,iurabat,& omnibus Deis proponebat , quæ monilia crucium sunt , sicut etiam Sypara illa vexillorum & labarorum stolæ crucium, 46. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. T. 98. 240. 241. 242. 243. 244. 245. P. crucis imagines iam tum vsitatas fuisse apud Christianos, & earum cultum etiam cum crucifixi effigie, Ibidem. 238. 248. 13. P. eam significabat decussationis forma , quæ litteram X. præferebat apud Platonem, 97.238.P. eius figuræ ,143. 128.131.T. 158. 131. P. crucis pars in antenna nauis, Ibidem. eam figurabat serpens æneus ligno impositus pendentis habitu , 144. 132. T. item signum Tau, 145. 142. T. 159. 142. P. cruce lectalum & corpusculum signabant Christiani , quum aliquid immundum flatu expuerent, 282. 34. T. 285. 34. P. ad omnem etiam progressum atque promotum ; ad omnem aditum & exitum,ad vestitum, & calceatum , ad lauacra , ad mensas , ad lumina,ad cubilia,ad sedilia,quacum que eos cōuertsio exercebat, frontem crucis signaculo terebant,289. 40.T. 297. 40. P. crucis figuræ & religio, 676.126. vsque 146.T.689. 126.vsq. 691.146.P.
Crustuminienses in Italia, 58.385.T.108.385.P.
Cum maximè, 730.599.T.773.599.P.
Curare,cum Datiuo, 75.575.T.120.575.P.218.182.T.234. 182.P.
Curia,locus Iuri dicundo,8.98.T.17.98.P.293.269.T.305. 269. P.
Curia pro loco curatum, 8.98.T.116.521.P.
Curia pro Senatu,70.521.T.116.521.P.218.174.T.233.174.P
Curiæ pro tribubus, 67. 493. T. triginta numero apud Romanos, 116. 511. P.
Curiosi, 974. 104. T. 980.104. P.
Curis pater Falisc orum Deus 58.391. T. 108.391. P.
à quo accepit nomen Curetis Iuno, Ibid. T. P.
Curius aleator, 9. 112. T. 18. 112. P.
Curtius auctor Trochilus, 215. 87. T. 227. 87. P.
Curtij, 126.21.T.128.22.P.
Custodiæ, 38.139. T. 90.139.P.
Custodiarum, 191.17. T. 194.17.P.
Cybele Dea bestiæ adplicabantur, 42. 181. T. leones, Ibid. pastorem suspitat fastidiosum , 45. 221. T. 96. 222. P.
Atys illum Deum ex Pessinunte , 45. 224.T.96. 225.26 216. P.
Romæ etiam culta, 59.397.398.399. T.108. 397.P.
Cyclopes, 33.94.T.88. 94.P.
Cylindri, 259.58.T.262.58.P.
Cymatia distendere, 240.38.T.249.38.P.
Cynnama, 908. 11. T. 911.11.P.
Cynocephalus Deus,32.87.T.87.P. Anubis,87.87.P. illi cōparatur persecutor Christianorum.824.11.T.835.11.P.
Cynophanes, 35 106.T.89.106.P.
Cyprianus Tertullianum imitatur, 90. 140. P. 91. 150. 152. 159. P. 92. 164. & 178. P. 95. 209. & 96. 226. ac 233. 103. 306. 308. 310. P. 104. 337. P. 104.338. 105. 340. 143. 344. & 349. P.107. 377. & 108. 384. P. 127. 5. P. 131. T.132.12.133. 22.134. 45. P. 149.5. P. 178. 68. 69. 70. P. 179. P 186. 2. & seq. vsque ad libri finem P. 190. P. 192. 1. & 193. 1. 2. 3.4.9 11. 12.194. 16. 18. 19. 20. 21. 195.23. 31.196. 41. 43. 46.197. 60. P. 204.3. 5. 6. 7.8.9. 11. 12. 13. 205.18. 21. 25. 28. 206. 40. 43.44. 45. 47. 54. 207. 61. 64. 67. 73. 208. 76. 80. 81. 85. 209. 90. 96. 97. 99. 101. 106. 210. 113. P. 221. P. 221. P. 222. 15. 223. 21. 22. 23. 263. 31. 36. 37. P. 232. 154. 156. 233. 159. 162. & 234. 174. 177. 180. 182 P. 247. 1 11. 248. 14. 249. 25. 31. 32. 33. P. 259. 5. 260. 11. 14. 17. 19. 261. 39. 40. 262. 53. 263. 64. 74. 75. 76. P. 268. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 269. 19. 20. 23. 25. 27. 270. 31. 33. 37. 43. 46. 271. 50. 51. 63. 272. 65. 72. 73. P. 295. 5. 296. 32. 35. 297. 40. P. 316. 2. 317. 18. 24. 27. 318. 28. 69. 320. 94. 321. 110. 119. 322. 123. 133. P. 835. 14. 17. 21. 836. 23. 24. 28. 29. P. 837. 39. 43. 44. 45. 46. 838. 52. 53. 54. 58. 59. 61. 62. 839. 64. 70. 71. 840. 87. 89. 90. 95. 99. 841. 101. 102. 107. P.
Cyrenaica regio Christiana, 139. 37. T. à quinque ciuitatibus Pentapolis appellata, 151. 37. P.
Cyrus Astyagis filius Asiam præssit, 499. 498. T. 514. 498. P. in illo vrsi cicatrices ornamenta iuuentutis, 505. 649. T. 542.649. P.

D

Daci ad fidem conuersi, 119. 44 T. 151. 44. P. Dæmones idonei testes Christi ipsi illi quos adorabāt,34.330.T.104.330.P. sub nominib. & imaginibus mortuorum quibusdā signis,miraculis & oraculis fidem diuinitatis aucupantur , 54.337. T. sunt substantiæ quædam spirituales, nec nomen nouum est ; sciunt eos Philosophi, dehortatorium à bono omnes sciunt Poëtæ, etiam vulgus indoctum in vsum maledicti frequentat, Ibidem 338. 339. 341. 342. T. 104. 338. 339. 341. 342. P. eius nominis vel Magi testes, Ibid 344. T. 105. 344. P. operatio eorum hominis euersio à primordio, corporibus valetudines infligunt, & casus acerbos, animæ repentinos & extraordinarios excessus, suppetit illis ad hoc subtilitas & tenuitas sua, fruges etiam conuulnerant , & aëri pestilentes haustus offundunt ; mentes furoribus & amentis aut sæuis libidinibus cum erroribus variis vexant , 54. 344. 345. 346. T. pabula propria nidoris & fanguinis simulachris procurant , & hominem à cogitatu veræ diuinitatis præstigijs fallis auertit, Ibidem 347. 348. T. momento vbique sunt totus orbis illis locus vnus est; quid vbique geratur, tam facilè sciunt quàm enuntiant, quorū auctores videri volunt & sunt malorum nonnumquam, bonorum nunquam, diuinationem furantur ex Prophetis concionantibus, & lectionibus tesonantibus, 55.348.349. T. 105.349. P. humanorū sacrificiorum auctores,55.346.347. T. 105. 346. P. habent de incolatu aëris, vicinia sydcrum, & commercio nubium , vt & pluuias quas iam sentiunt, repro-

mitant ; lædunt primò, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua siue contraria, post quæ desinunt lædere & curasse creduntur ; sunt illis & alia ingenia ac vires fallaciæ spiritalis aut numina lapides credantur, 55.353. 354.T.eadem phantasmata optandi potestatem habent, quam magis præstant, 56. 356.T. angeli vocantur, vtpotè qui sua sponte corrupti gens dæmonum euaserint, damnata à Deo cum suo principe, 54.344.T.55.348.356.T. iubentur à quolibet Christiano loqui, 56.358. T. immundos esse spiritus vel ex pabulis illorum sanguine & fumo, & putidis rogis pecorum, & imputatissimis linguis vatum ipsorum intelligi debet, prædamnati in iudicij diem cum omnibus cultoribus & operatoribus suis, 57.368. 369. T. ab illis humanorum nominum consectatio, persecutionē contra Christianos agitant nunc astutia suadendi, nunc durita sæuiendi, nostri ob diuortium æmuli, & ob Dei gratiam inuidi de mentibus nostris aduersus nos præliantur, 60. 424. T. eiusmodi spiritus nequam lædere gestiunt quos verentur, & tamen adprehensi subigunt ur, 61.426. T. Christianæ disciplinæ fabulas emittunt, vt quis ideo puret Christianis non credendum, 77.598. T. eos & reuincimus, & traducimus, & de hominibus expellimus, 130.11. T. per Christianos à dæmone liberati persecutoris cuiusdam notarius propinquus, & puerulus, ac multi alij. 130.29.30.T. ipsi materias occultas & artes non benè reuelatas seculo prodiderunt, vt metallorum opera, incantationum vires, stellarum interpretationes, 257. 18.19.20.21.22.T. 260.18 19.20.260.21. 22.P. fœminarum etiam omnium curiositatem, Ibid.

Dæmonia vox diminutiua à dæmonibus, 63.450.T. 112.450.P.dæmonium vocabant etiam gentes hominem immunditia, malitia, insolentia, aut quacumque adfectum macula, 125.12.T.

Dæmoniaci de Deo pati existimabantur, se tamen dæmones confitebantur, Christiano mentiri non audentes, 56.358.363.T.106.358. P. aris inhalantes, numen de nidore concipiebant, ructando curabantur, anhelando præfabantur, 56.359.T.106.359.P.

Dalmatæ feroces à Sallustio appellantur, 487.266.T. 521.266.P.

Damascus Arabiæ retrò deputabatur, antequàm transcripta esset in Syrophœnice ex distinctione Syriarum, 142.104.T.674.94.T.687.94.P.

Danaidis amator Iuppiter in auro conuersus. 51.388.T. 103.308.P.

Darius Babylonijs & Parthis regnauit, 139. 46.T. eius nominis primus, 152.46.P. Darius filius Assueri ex semine Medorum, Rex Chaldæorum, 140.53.T. Notus aut Longimanus, 153.69.70.P.

Dauid exagitatur, 828.54. T. etiam per sanguinem nuptias sibi ingessit, 953.35.T.

Debitum in scripturis pro delicto, 181.29.T.188.29.P.

Debuccinare, 314.110.T.321.110.P.

Decalogus breuibus explicatur, 1001.31.T.1017.31.P. vbi coniungitur interdicta alienorum Deorum superstitio, ipsorúmque idolorum fabricatio, 1001.31.T.1017.31.P. contra quam quidam inde duo præcepta diuiduntˌ Ibidem.P.

Decimare, 131.50.T.134.50.P.

Decima Dea, quòd legitima natiuitas fermè decimi mensis ingressus sit, 795.436.T.531.436.P.

De comperto, 22.11.T.52.11.P.

Decumani fluctus, 5.22.T.11.22.P.502.583.T.

Decucurrerunt, 267.53.T.271.53.P.

Decuriæ, 67.490.T.69.511.T.

Decurialis numerus, pro decimo, ciúsque perfectio, 496. 439.T.531.439.P

Dedicati, 31.59.T.42.178.T.92.178.P.165.8.T.172.8.P.

Dedim, pro dederim, 572.133.T.600.133.P.

Dediticij, 8.87.T

Defarinatum, 448.334. T. 469.334.P

Defensa, substatiuè pro defensione, 651.112.T. 661.112.P.

Defrutum, 670.19.T.682.19.P.

Defunctus, pro eo qui opere cœpto defungitur, 252. 84.P.

Deierare, 44. 211.T. ad honorem Deorum iurare, 63. 453.T.105.353. P.

Deierandi formulæ gentibus vsitatę; Nolo mihi Iouem propitiũ, Me conueniat Ianus iratus ex qua velit fronte, 61.430.431. T. 111. 451. P. Me Hercule, Me Dius fidius, 246.156.157. T. 255.156.157.P.

Delatura, pro delatione, 591.290. T. 820. 290.P.

Delegare, 198.8.T.204.8.P.

Deliberare, & deliberatum, & deliberatio, 201. 55. T. 206. 55. P. 447. 312. T. 468. 312. P. 651.126.T.662.126. P. 715. 313.T.755.313.P.

Delictum, pro omni genere peccati, etiam grauiori, 200. 40.T.206.40.P.

Deliquentia, 584.326. T. 611.326. P.

Delphica inscriptio, 485. 229. T. Nosce teipsum, 519. 229. P. ibi virgines Apollinis, 943. 70. T.

Delphini in Circo, 214.72.T. 226.72.P.

Demandare, pro allegare, 670.15.T.682.15. P.

Dementire, 56. 357. T. 106.357. P.

Demiurgus Æon Valentini, 445.188. & 223. T. 463.218. P. quem & patrem appellabant, & regem vniuersorum, & Metropatora, Ibidem & 226.T.P.

Democritus excæcauit semetipsum, quòd mulieres sine concupiscentia aspicere non posset, 76. 581. T. cuius aliam causam alij recensent, 120. 581. P.

Demosthenis eloquentia, 45, 173. T.

Denatum aliàs morituris medicina, 56. 363. T.

Denotare, pro ostendere, 22.12. T. 82.12.P.27. T. 199.18. T. 205.18.P.268. 79.T.272.79.P.

Denotare, pro arguere, 791.153. T. 812.153. P.

Denotaui, 8.86. T. 16.86.P.

Deocas vir iustus, 494.408.T.529.408.P.

Depalare, pro propalare, 418.98.T. 429.98.P.

Depalator, 788.89.T. 807.89.P.

Depallari, 7.63.T.14.63.P.

Deprecari, 21.7.T.82.7.P.

Depretiari, 621. 45. T. 634. 45. P.

Depungere, pro dispungere, 646 44. T.658.44.P.

Detriare, pro riui instar defluere, 50.305.T.103.305.P.

Descrobare, 569.66. T. 596.66.P.

Designati, 190. 4. T. 193. 4.P.

Designator, 215. 97. T. 228. 97. P. 441. 25. T. 451. 25.P.

Despectatores, 281. 50. T. 286. 50. P.

Despector, 267.61.T. pro dispectore, 271.61.P.

Destinare, pro deputare, 166. 15. T. 173. 15. P. 441.10.T. 450. 10. P.

Desultrix, 449. 391. T. 473.391.P.

Detractatus, pro tractatus, 213. 16. T. 222. 16. P. 281.16. T. 284.16. P. 312. 62. T. 319. 62. P.

Deuersatus pro versatus, 448. 330. T. 469.330.P.

Deuertere, pro diuertere 583. 307. T. 610.307. P.

Deum sublimiorem esse alijs Deis necesse est, 40.164.T. à primordio enim & pluuiæ de cœlo ruisse, & sidera radiasse, & lumina floruisse, & ronitrua mugisse etiam ante Saturnum & Iouem, 40.165. T. item omnem frugem ante Liberum, Cererem & Mineruam, de terra exubeberasse, 41.167. T. 92. 167. P. quem colimus vnus est, inuisibilis, incomprehensibilis, inæstimabilis, verus, immensus, 47.252.253. T. & hæc est summa delicti, non recognoscere quem ignorare non possunt, 47.255. T. ex operibus suis cognoscitur, quibus cõtinemur, sustinemur, oblectamur, exterremur, 47.255. T. Deũ colimus per Christum, 54.331.T. Eum verè Deum & vnicum etiam dæmones & Dei confitentur, proinde ita credendus colendúsque, vt fides & disciplina Christianorum facit, 57. 366.

566. T. etiam Gentes subliuiorem aliquem Deum concedebant, & summę dominationis imperium penes vnum Deum fatebantur, 58. 373. T. 107. 373. P. omnium itaque Deus est, cuius velimus nolimus, omnes sumus, præter quem apud Gentes quoduis colere ius erat, 58. 391. T. qui regna disperssit, ante omne tempus fuit, & seculum corpus temporum fecit, 60. 412. T. eius cœlum est & omnes creaturæ, 61. 439. T. æqualis est super omne genus hominum indulgens & increpitans, vt omnes & lenitatem eius, & seueritatem experiremur; quare non præcipitat iudicium ante sæculi finem, 71. 543. 544. T. Factitatorem vniuersitatis neque inuenire facilem, & inuentum enarrari difficilem adhuc Plato, 76. 577. T. 120. 577. P. Deum inuentū alij incorporaleū adseuerabant, alij corporalem; alij ex atomis, alij ex nunteris, alij ex igne; alij curantem rerum, alij otiosum; positum extra mundum alij, intra mundum alij 76. 592. 593. T. 121. 592. 593. P. Deus vnicus, à quo omnia, sub quo vniuersa, 124. 5. T. bonus est. 124. 5. T. eum etsi quidā non negent, dispectorem, arbitrum, & iudicem non putant, 125. 6. T. Deus, & eius bonitas vbique, 126. 29. T. vnum colimus quem omnes naturaliter norunt, ad cuius fulgura & tonitrua contremiscūt, ad cuius beneficia gaudent, 129. 6. T. Iudex animę & catnis, 137. 12. T. cum nemo negat vniuersitatis conditorem, eámque hominī mancipatam, 128. 10. T. 137. 10. P. à damnatione decreto suæ voluntatis neminem creauit, 128. 24. T. 222. 24. P. Deum secundum naturam nouimus bonum præsumentes, & iudicem inuocantes, 290. 58. T. 299. 58. P. duos Deos Marcion adruit, creatorem, id est nostrum, quem malum nuncupat, & quem probare non potuit suum, quem bonum dicit, 619. 24. vsque 619. 32. T. 933 24. &c. P. verùm Deus si vnus non est, non est, eo quod summus magnus sit, cui nihil adæquari potest, 610. 32. vsque 36. T. 641. 32. vsque 36. P. duo cum tāta magna consistere nō possunt; & si duo, etiam pluta admittere oportebit, 620. 36. vsque 621. 42. T. 633. 36. vsq. 42. P. neque vero etiam dispares duo Dij admitti possunt, 621. 42. vsque 46. T. 634. 42. vsque. 46. P. alia enim significatione etiam in alios permissum in scripturis nomen Dei, Ibidem 46. vsque 52. T. P. nouitas Dei Marcionitarum refutatur ex eo quòd Deus æternus sit, & proinde ignotus & incertus esse non potuerit, vt potè notus etiam ethnicorū cōscientiæ, 621. 52. vsq. 522. 62. T. 634. 52. vsq. 62. P. etiā ex eo quòd sine causa esset Deus, si rem nulla haberet, quum res causa sit, vt sit aliquid, 623. 68. vsque 71. T. 625. 68. vsque 71. P. mundū itaque opus esse Deo dignum, sicut & minutiora animalia, 623. 71. vsque 624. 100. T. 635. 71. vsque 637. 100. P. si etiam Deo Marcionis suum cœlum & suum mundum adtribuamus, nouem Deos oportebit constituere, qui etiam inuisibiliū creator dici nequit, 624. 100. vsq. 625. 112. T. 637. 100. vsq. 112. P. quare Deus Marcionis digne reuelatus negatur, neque natura, neque doctrina, neque in Christo Iesu, 625. 114. vsque 626. 131. T. 627. 114. vsq. 638. 133. P. Frustrà autem se iactitat Marcion se recurasse adulteratam regulam, ex reprehensione Petri que de Deo facta non est, sed de disciplina diuntaxat, 636. 133. vsque 627. 151. T. 638. 133. vsque 639. 151. P. Certè Deus eius, neque naturaliter bonus esse potest, neque rationabiliter, neq. perfectè, 627. 151. vsque 629. 176. T. 639. 151. vsque 640. 175. P. neque verò Deus verus, de sola bonitate censendus est, quia & iudex est indānationem; alioqui peccatores sine timore peccarent, & frustrà exigeretur baptisma fidei sacramentum, 175. vsque 630. 195. T. 640. 175. vsque 641. 195. P. atqui etiam Deum creatorem bonum esse ex conditione hominis & mundi, aclege quā homini præscripsit, comprobatur, 644. 14. vsq. 645. 23. T. 656. 14. vsque 25. P. nec enim lapsus hominis illi imputādus, sed libero arbitrio, quod bonitas Dei, & ratio homini concedi requirebat, grauitas quoq; fides, & patientia Dei; prosus itaque homini delictum imputādum, quem ad henè viuendum produxerat Deus, 645. 25. vsque 647. 49. T. 657. 25. vsque 658. 49. P. nihil enim à Deo mali euenire potuit, Ibid. 39. T. P. proinde neque propterea imputādum Deo delictum, quòd adflatus Dei sit anima, neq; quod diabolum creauerit seductorem hominis, qui bonus ab eo creatus est, 647. 49. vsq. 648. 69. T. 658. 49. vsque 660. 69. P. si post delictum hominis Deus seuerus fuerit, ad iustitiam eius id pertinet, quę cum bonitate Dei perpetuò coniuncta fuit, immò etiam ad eius bonitatem spectat, 648. 69. vsq. 649. 82. T. 660. 69. vsq. 82. P. si quando Deus condemnala dicatur, hoc de malis pœnę, non culpę intelligendū, 649. 82. vsq. 650. 101. T. 660. 82. vsq. 661. 101. P. & seueritas quæ in illo videtur, iustitia est, Ibid. T. P. neque enim quoniam in homine corruptoriæ conditionis habentur passiones, idcirco & in Deo eiusdem status existimantur; nam & dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus, necideò tamen humanis comparabuntur, 650. 98. 99. 100. T. 661. 98 99. 100. P. Sunt & disciplinæ & doctrinæ Dei bonitati eius consentaneæ, 650. 101. vsque 651. 110. T. 661. 101. vsque 661. 110. P. etiam illæ quę sunt, de pœna talionis, ciborum immundorum prohibitione, & sactificiorum onere, de quibus Marcion Antitheseis composuit, 651. 110. vsque 120. T. 661. vsque 120. P. Confirmatur eadem ex legalibus eius disciplinis, 651. 120. vsque 651. 127. T. 662. 120. vsq. 662. 127. P. contra etiam Antitheseis Marcionis tam quam de Deo malo, aut sibi ipsi contrario, defenditur direptio Ægypti per filios. Israel tamquam iusta, 651. 127. vsque 134. T. 662. 127. vsque 134. P. circumcisio arcæ in Sabbato, vt præcepto Dei non contraria, 652. 134. vsque 652. 139. T. 663. 134. vsque 663. 139. P. effigies serpentis æneæ, aut Cherubin, aut Seraphin, non magis contraria legi similitudinem vetanti, quàm sacrificiorum præcepto, eorundem positea reprobatio, 652. 139. vsq. 150. T. 663. 139. vsq. 150. P. Deo etiam tamquam bono iudici conuenit, teiectio quarumdam personarum, quas priùs probauerat, quam pœnitentiam Dei appellatam præuè Marcion interpretatur, 652. 150. vsq. 653. 166. T. 663. 150. vsq 664. 166. P. sicuti etiam perperàm interpretatur verba Dei: Adam vbi es, vbi est Abel frater tuus, descendens videbo iurauit Deus per semetipsum, & ad Moysen: Sine me, &c. 653. 167. vsq. 654. 183. T. 664. 167. vsq. 666. 183. P. reliquę etiam Dei creatoris quas vocat pusillitates, non tantæ sunt, quantas in Christo etiam suo agnoscunt Marcionitæ, 654. 183. vsque 655. 193. T. 666. 183. &c. P. quas proinde tamquam Antitheseis eius Antithesibus contrarias obijcit Tertullianus, 655. 193. vsque 655. 208. T. 666. 193. vsque 208. P. nihil sine origine nisi solus Deus, 782. T. Non est bonæ & solidę fidei sic omnia ad voluntatem Dei referre, dicendo nihil fieri sine iussione eius, vt non intelligamus aliquid esse in nobis ipsis, sic enim exculetur omne delictum, 939. 11. T. 944. 11. P. Dei iracundiæ, indignationes & odia, non intelligenda ad humanorum exempla vitiorum, 1033. 21. &c. T. 1055. 21. vsque 1055. 25. P. sic nec oculi Dei, nares, digitus, manus, os, auris, pedes, brachium, lingua, ad humanam formam intelligenda, 1033. 25. vsq. 30. T. 1055. 25. vsq. 30. P. nullis autem proprijs appellationibus Deus explicari potest. 1034. 30. vsq. 1034. 44. T. 1056. 30. vsq. 34. P.

Deorum facta, quibus homines immolabantur, Saturni penes Africam, Mercurij apud Gallos, Dianæ Tauricæ apud Scythas, & Iouis Latiaris Romæ, 36. 122. 124. 125. 126. T. 89. 122. 124. 125. 126. P. ea interdicta ciuibus Romanis sub Augusto, & cessare iussa toto orbe principatu Hadriani, præterquàm Iouis Latiaris, 88. 123. P. Deos non fuisse quos colebant Gentiles, sed homines, 39. 151. T. 91. 150. testimonium perhibentibus ciuitatibus in quibus nati sunt, regionibus in quibus vestigia reliquerunt, in quibus etiam sepulti demonstrantur, 39. 152. T. 91. 152. P. noui, veteres, barbari, Græci, Romani, peregrini, ca-

ptiui,adoptiui,proprij, communes,masculi,fœminæ, rustici,vrbani,nautici, & militares, 39.153. T.91.153.P.
triginta eorum milia, Ibidem homines post mortẽ Deos factos vanum est, 47.cap.11. T.108.cap.11.P. Necesse esse aliquem sublimiorem Deum, qui Deos faceret, Ibid. dicuntur inuenisse necessaria ista vitæ, non instituisse; non ergo ei deputabũtur qui inuenit,sed qui instituit.41.167.T
incæsti, adulteri, virginum raptores, puerorum contaminatores, qui occidunt, & furantur, & decipiunt, 41. 171.T.92.171.P. nomina solummodò mortuorum, & Fabulę, & sacra de Fabulis,42.174.T. ipsi contra Deos suos impij, sacrilegi, irreligiosi, 43.186.T. quia domesticos Deos domestica potestate tractabant pignerando,vendendo,demutando,Ib.188.& 189.T.94.188.& 189.P.publicos publico iure fœdabãt,vectigales habebant,vendebãt, & conducebant, 43.191.194.T.94.191.194.P. tributarij erant quæstuarij, mendicantes,exigentes mercedem, venales,non licebat eos nosse gratis, 43.194. & 195. T. 95. 195.P.ad honorandos eos nihil faciebat quod non etiam mortuis,43.195.T. ædes, aras, habitus, & insignia in statibus similia, Ibid. non solùm Imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicabant, sed & scortis magis ac cynædis, 43.198.199.200.202.T.95.199.200.202.P. nobiliores Dei veteres,44.202.T.eorum ludibria.44.205. T. quæ Poëtæ & Philosophi de illis conscripserunt, 95. 205.P.eorum personas famosi, impuri, & effœminatione adistam arrem producti, induunt, & repræsentant, 45. 223. T. 96. 213.P. in templis eorum adultetia componebantur, inrer aras lenocinia tractabantur,in ipsis ædituorum & sacerdotum tabernaculis sub ipsidem vittis & apicibus, & purpuris thure fragrante, 45.230. T. 96. 230.P. Ibid. 231. numina quædam apud eos canino & leonino capite,de capro & de ariete, & à lumbis hircos,à cruribus serpentes, & planta vel tergo alites, 47.251.T.99.251.P. Deos templa non faciunt,qui alibi Dei non dicuntur, 56. 356. T. eorum ac dæmonum vna nominis qualitas; idem enim quem dæmone agi constat,tam se dæmonem confitebitur verè, quàm alibi Deum falsò,56.358. T. Christianis subiecta eorum diuinitas, 56.358. 363.364. T. vnicuique prouincię & ciuitati suus Deus erat, 58 378. T. Deos non feciſſe vt pro merito religiositatis orbem occuparint Romani,58.392.T.peregrinos enim Deos coluerunt non minus quàm patrios,Ibid. 395. plures Deos regnasse certũ est, 59. 405. T. ergo illorum non est regnum dare,quia regnabatur multò antequàm Dei inciderentur, 59.406. T.ab hostibus suis se sustinent adorari, & illis impetium sine fine decernunt, quorum iniurias patiuntur, tam impunè leduntur qui nihil sentiũt,60.409.T. Deorum ministri pontifices,Salij,Luperci, Vestales, 60.416.418. 419.420.T. 110.416.418.419.420.P. suas statuas, ædes & templa tueri nequeunt, in Cæsaris sunt potestate, cuius toti sunt,61.436.T.Dei negãtur esse, dum suis vocabulis nuncupantur, Saturnus Iuppiter, Mars, Minerua,124. 5.T.ab ipsis cultoribus suis deridentur & contemnuntur omnes,129.7. T.deuehebantur eorum imagines, sacra sacrificia,collegia,facerdotia,in pompa Circensiũ, 214. 62. T.225.62.P. Dei magni,potentes,valentes, 214.39.40.41. 73.T.224.40.41.226.74.P. Deos pronunciare lex prohibet,242.70.T.251.70. P.erant & incerti Dei, 622.57.T. 635. 57. P. vanæ sunt autem causſæ, ob quas error orbis Deos præsumpsit,quoniam aliquid ab ijs prospectum videtur vtilitatibus & commodis vitæ, 523.63.T.634. 63.P.

Diabolus, Æon Valentini, 321.P.446.261.T.465. 261.P.

Diabolus, id est delator, nempè falsum deferendi de Deo,647.60.61.vsq. 648.69.T.659.60. vsq. 660.69.P. 801. 190.T.820.190.P.

Diaconus, 330.12.T.339.268.T.374.268.P.

Dialecticam Aristoteles instituit, 331.46.T.349.46.P.

Διαμαστίγωσις, id est flagellatio, apud Lacedęmonas sollemnitas maxima, 192.57.T.197.57.P.

Diana Dea, 44.199.T. flagellata,45 218.T. 96.218.P. Scytharum hominum victima placabatur, 828.51.T.838. 51.P. eius virgines, 943.70.T.949.70. P.959.131.T.

Dicibula puerilia, 446.247.T.464.247. P. in mariposma nasci, & in arbore pisces, Ibid.T.

Dictamnus, 170. 74.T.176.74.P.

Dictata, 191.8.T.193.8.P.

Dido ignes contemsit, 192.52.T.196.52.P.494.408. T.ne secundas experiretur nuptias ,943.71.T.949.71.P. 957.128.T.967.128.P.

Dies solis Christianis Dominicus dicitur, dies Saturni Sabbatum Iudæorum, 47.148 T.99.248.P. Dominicus dies ab Apostolorum tempore obseruatus, Ibid.243 109. T. 253. 109. P. qui & octauus nuncupatur, Ibid. vtrobique,100. Die Dominico iciunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare, 289.38.T.297.38.P.292.129.T.303. 129. P.

Digestum, 398.6.T.387.6.P.

Digitorum supputarij gesticuli, 49.284.T.102.284.P.

Dignitatum insignia, 31.74.T. Consularia, Senatoria, Quæstoria, & Equestria, 87.74.P.

Dilectio inimicorum præcepta à Christo, 66.483.T. 114.483.P.

Diogenes canicula de dolio latrauit, cœnulentis pedibus thoros Platonicos calcauit,8.83. T.16.83.P. 76.582.T. 120.582.P. nescio quid in Herculem lusit, 44.213. T.96. 213.P. Phryne eius merettrix, 76.579.T.120. 579. P. hominem inuenire cupiebat, lucernam meridie circumferens. 619.19.T.632.19.P.

Diomedes Glaucus ab Hercule superatus, 7.67.T.15. 67. P. eius cruenta præsepia, Ibid.

Diomedes Achiuus Æneam penè interfecit, 44.206.T.

Dionysia,mysteria Baccho facta, 69.515. T.116.515.P. à Libero institutа penes Græcos, 215.102.T.228.102.P.

Dionysij Siciliæ tyrannidem Hymera quædam somniauit, 499.503.T.536.503.P.

Disares, Arabiæ Deus, 58.380.T.107.380.P.

Discentes,pro discipulis, 139.19.T.205.19.P.220.216. T.334.115.

Discidium, 336.170. T. 359.170. P.573.141.T.600. 141.P.

Disciplina, 441.4.T.450.4.P.

Dispargere, 827.38.T.

Disperate, 91.91.151.P.

Dispũgere, 48.262.T.100.262.P.125.13.T.128.13.P.143.85. 197. P.917.6.T.121.157.121.P.716.338.757.338.P.794.197.T.

Distulit, 35.103.T.88.103.P.

Diuinatio in bonam partem, 50.299.300.T.103.299.P.

Diuinitas superior omni potestate, non ergo dæmones Dij cum eadem faciant quæ Magi, 56.356.T.

Diuitibus væ,ob causſas,quibus offenſus est Christus,superbiam,gloriam,sæculi studia, & Dei incuriam; non verò ijs per quos opera iustitiæ & dilectionis administrantur, 709.199.200.T.748.199.200.P.

Diuortium, pro secessione, 67.491.T.114.491.P.

Diuortium coniugij prohibitum, 726.534.vsq.727.548. T. 768. 534. vsque 769. 548.P. per annos fermè sexcentos ab vrbe condita, nullum, 32.84.T.87.84.P.956.73.T. 963.73. P. permissum apud seculum concordiæ nomine, 958.111.T.966.111.P.

Doctores in Ecclesia, 330.12.T.333.93.T.352.93.P.

Dominus, Dei cognomen est, vnus est, omnipotens, Deus æternus, 64.458.T.112.458.P.

Domitianus Imperator, occisus à Stephano & Parthenio, 65.477.T.113.477.P.

Domitius Ænobarbus, 55.354.T.106.354.P.

Donatium, 288.2.& 14.T.294.2.295.4.6.P.

Dotalia, 956.86.T.964.86.P

Dracu

Draco de longinquo spiritu absorbet alites, 292.112.T. 302.112.P. quod alij basiliscо tribuunt, Ibid.P.
Drusillanus seruus Claudij quinquagenatiam promulsidem ædificat, 9.103.T.17.103.P.32.76.T.87.76.P.
Ducatio, 292.145.T.304.145.P.
Ducarot, 146.151.T.
Duellum, pro bello, 214.40.T.224.40.P.
Dutiores, pro firmiores, 568.47.T.595.47.P.

E.

EAtinæ oues, 305.64. T. id est viridес, 263.64.P.
Ebullare, 5.23.T.11.23.P.
Ecclesia, Æon Valentini, 342.315.T.436.8.P.443.71.T. 454.71.P.
Ecclesia maret, 180.7.T.186.7.P. 190.5.T.193.5.P. Domina, Ibidem. Ecclesiæ per Græciam & qualdam barbarias eius & sub hoc cœlo, 309.14.15.T. nempe in Ponto & Europa, 317.13.14.15.P. quas & ipsi & Apostoli vel Apostolici viri condiderunt, Ibidem T.P. quibus idem ius pacis & nomen fraternitatis, vna fides vnus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lauacri sacramentum, & proinde vna Ecclesia, 309.16.17.18.T.317. 16.17.18.P. Ecclesias quidem Apostoli apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus semina fidei, ceteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur vt Ecclesiæ fiant: sed tot ac tantæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes, sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem, 334.120 vsque 123.T. 355.120. vsque 356.123.P. Ecclesiæ Apostolicæ Corinthius, Philippi, Thessalonicenses, Ephesus, Roma vnde nobis auctoritas præsto est 338. 209.210.211.212.T.364.209.210.211.212.P. Galatæ quoque, & Ioannis alumnæ, 639.38.39.40.T. 738.38.39.P. Smyrnea, Pergamena, Thyatirensis, Sardensis, Philadelphiensis, & Laodicena, Ibidem 40.P. Ecclesia tamen vna est, 391.105.T.406.105.P. faciunt Ecclesias & Marcionitæ, sed sicut fauos vespæ, 699.44.T.639.44.P. Ecclesiæ Deiad sacrificia, 219.188.T.240.29.T.249.26. P.282.65.T. 287.65.P. 314.108.109.T. ad Orientem, 441.201.211.212.T.364.209.210.211.212.P. 980.112.T.512.112.P. 970.33.T. 976.33.P.
Ecclesiasticus Æon Valentini, 436.27.P.443.86.T.455.86.P.
Ecstasis variæ significationes, 931.932.P.
Ectroma Valentini, 331.44.45.T.348.45.P.
Edicere, 709.104.T.748.104.P.
Edicta Prætorum, 29.51.T. 84.51.P. etiam in spectaculis muneraris vsitata, 216.124.T. plerumque contra Christianos, 230.124.P. ad edictum inducere, 707.170. T.747.170.P. edictum proponere, & quidem peremptorium; cui adscribi non poterit bonum factum, 999. 4.7.T.1015.4.& 1016.7.P.
Educare, pro edueere, 6.37.T.13.37.P.313. 103.T.321.103.P.
Efficare. 705.141.T.745.141.P.
Eietare, 219.185.T.235.185.P. 246.157.T.255.157.P. 292.124.T.303.124.P 337.190. T.302.190.P.
Εἴδως Græcę formam sonat; ab eo per diminutionem εἰδωλον deductum, 239.11.T.247.11.P.
Εἰς αἰῶνας, 219.191.T.235.191.T.771.648.P.
Elæon, pro Oliueti monte, 733 648.P.
Elamitæ Christiani, 139.30.T. ab Elam filio Sem, 150.30.P.
Electrum, 418.84.T.428.84.P. 857. 167.T.869.167.P.
Eleusinia sacra, 34.98.T.88.98.P.441 5. vsque 10.T. 450.5. vsque 10.P.
Elogium, 24.22.T. 82.22.P. criminum, 74. 563.T.119.563.P.126.22.T.128.22.P.130.28.T.133.28.P. 484.228.T 567.35.T.595.35.P.833.114.T.842.114.P. 877.29.T.879.29.P.
Elpis, Æon Valentini, 436.22.P.443.83. T.455.83.P.
Elimas Magus, 504.637.T.541.637.P.
Ἐμβριθικὴν siue ἐμβριμητικὴν, siue ἐμβριμᾶλάγη 489.333.T. 524.333.P.
Emmamuel, sonus Hebraicus significans Nobiscum Deus, 141.98.T.156.99.P.
Empedocles vt se cœlitem deliraret, in ignem Ætnæi montis insiluit, 8.83.T.16.83.P.80.621.T.192 50.T.
Endromis, 7.78.T.15.78.P.
Enecti, 389.37.T.400.37.P. 177.36.T.984.36.P.
Energema, 336.175.T.360.P.
Ἐννοια, siue, Ennœa, Æon Valentini, 436.2.P.442.62. T.454.62.P. siue cogitatio, 448.369.T.471.369.P. 482.149.T.515.149.P.
Enoch necdum mortem gustauit, 136.8.T.149.8.P. 501.564.T.536.564.P. moriturus reseruatur vt Antichristi illum sanguine suo extinguat, Ibid.565.T.P.591. 407.T.615.407.P.886.1.T.
Entelechiæ Aristotelis, 510.62.& 72.P.493.396.T.528 396.P.
Enthymesis Valentini, 331.45.T.348.45.P.
Enubilare, 730.591.T.772.591.P.
Ἐπαρχίαι, 717.347.T.757.347.P.719.397.T.
Ephesius, oppidum Asiæ minoris, 338.211.364. 211.P.
Epicurei, 28.42.T.84.42.P.67.496.T.114.496.P. eorum de Deo ocioso opinio, 76.592.T. de Anima mortali, 331.41.T.348.41.P. ruisum de Deo stupido, 442.61.T. 539.61.P. de quinque sensibus, 484.221.T.519.221.P. de somno diminutione spiritus animalis, 497.470.T.533. 470.P.
Epimenidis somnus, 498.485.T.533.485.P.
Epiphanius Tertull. imitatur, 435.P. ad intellectum facit Tertullianin in hæresi Marcionis, 639.571. & denegres vsque ad finem libri 5. aduersus Marc.T.P.
Epischynium, 8.85.T. Supercilium, 16.85.P.
Episcopus, 191.98.T.311.71.T.319.71.P.330.12.T. 339.267.T.373.267.P. Episcoporũ successio suas Ecclesias probat Apostolicas, 337.183.T.361.183.639.42.T.738.42. P. eorũ potestas in dicendorum ieiuniorum & Conciliorum, 987.78.79.80.81.T.994.78.79.80.81.P.
Epistates, 191.44.T.196.42.P.228.106.P.
Ἐπιθυμητικὸν animæ, siue concupiscentiuum, 484.209. T.519.209.P.
Eques, 218.174.T.234.174.P.
Equestres ludi, 215.82.83.84.85.&c. vsque 94.T.227.82. vsq 94.P.
Equi publici, 293.173.T.305.173.P.
Equiria, Ludi, 214.35.T.223.35.P.
Eraſmus notarus, 9.1.P.92.173.P.119.549. 315.1.P.
Ergastula, 61.427.T.
Erichthonicus Mineruę & Vulcani filius, portentum dęmonicum, 215.86.T.227.86.P.
Etidanus, 917.5.T.918.5.P.
Etigone inter fidera, 830.69.T.839.69.P.
Erogare, 330.7.T.344.7.P.
Errare, 332.72.T.351.72.P.
Eruditus, pro eruditione, 447.316.T.468.316.P.
Eruere, 24.23.T.83.23.P.33.23.T.
Esau populum Israël præsignurabat, 310.T.
Eua in paradiso adhuc virgo, 310.33.T.318.33. P. mater mentium cognominatur, 311.44.T.318.44.P.
Euacuare, pro vana facere, 499.495.T.534.495.P.
Euangelica instrumenta Apostolos Auctores habent, Ioannem & Matthæum; aut Apostolicos, Lucam &

Marcum; in quibus si narratio dispositionum variauit, de capite fidei conuenit, 698.15.16.17.T.736.15.16. 737.17.P.: x quibus Euangelium Lucæ constat antiquius esse quàm Marcionis, quòd ab illo adulteratum & interpolatum sit, & vitiatum, 698.28.vsque 699.37.T.737. 28.vsq.738.37.P. sed & Ioannis, Matthæi ac Marci Euangelia auctoritatem habent ab Ecclesijs Apostolicis, & ordine Episcoporum ad originem recensio, 699.37.vsque 880.51.T.338.37.vsque 639.52. P. Euangelia quatuor, 3.4.T.

Euaporare, 817.38.T.

Eucharistia in azymo pane constituta, 155.93.P. corpus Christi, 144.134.T.158.134.P.181.23.T.187.23.P. 183.58.59.60.T.189.60.P.240.31.32.33.34.T.249.30.&c.P. In manus accipiebatur à sacerdotibus, 240.31. 32.T.249.31.32.P.281.41.T.285.41.P. conuiuium dominicũ, 281.28.T.284.26.P. secretò ante omnem cibum gustabatur, 281.36.T.285.36.P. panis non ille creditur esse qui dicitur, 281.T.285.37.P. Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino etiam antelucanis cœtibus; nec de aliorum manu quàm prædicentium sumimus, 289.31.32.33.34.35.T.296. 31.32.33.34.35.P. Eius calicis aut panis, sicut & communis aliquid decuri in terram anxiè patimur, 289.39.T.297. 39.P. Pascit. 338.216.T. ad bendicenda Eucharistica sua serpentem introducunt Ophitæ, 341.307.T. Sanguis Christi consecratus, 485.232.T.520.232.P. caro corporé & sanguine Christi vescitur, vt anima saginetur, 569.76.T.597.76.P. 614.96.T.636.96.P.677.141.T.690. 141.P.733 661. vsque 672.T.777 661. vsque 778.672. P. 894.6.T.897.6.P.901 13.T.903. 13.P. 1004.78.T. 1004. 78.T.1020.78.P. buccellæ Eucharistiæ dabantur calice domum ferendæ, 956.85.T.964.85.P. etiamsi de calice subinde communicabant laici, vsitata tamen etiam fuit communio sub alteta duntaxat specie, 1021. 86.P.

Euhodeæ procurator, 130.34.T. siue Euhode, 133.34.P.

εὐοδᾶ, 133 34.P.

Euigoratus. 7.71.T.

Euitare, 943.67.T.949.67.P.

Euphorbus, 491.362.T.526 362.P. Troianus qui Delphis clypeum consecrauerat, 491.364.369.T.494.410.T. in Pythagoram mutatus dicebatur, 566.7.T.593.7.P.

Euripus in Circo, 115.77.T.116. 77.P. eius statuæ, Ibid.T.P.419.430.T.510.106.P.

Europa, 7.62.T.

Eusebius castigatus, 107.155.P. Tertullianum imitatur, 141.502.592.P. iterum emendatus, 227.87.P.

Exauctorare, 669.7.T.669.7.P.

Excessus, 273.8.T.pro morte, 276.8.P.448.363.T.471. 363.P.

Excessus, pro indulgentia, 940.22.T.945.22.P

Excerta, 200.41.T. id est hydra, 206.41.P.

Excludere auium, 444.123.T.457.123.P. sic excludere pro enucleare, 1201.66.T.1210.66.P.

Excommunicatio censura diuina qua iudicatur magno cum pondere, quæ summum futuri iudicij præiudicium est, qua à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegatur, si quis ita deliquerit per seniores præsides, 60,502. 503.T. 115.502.503.P. ab Ecclesia separatio, 241.80.T.252.80.P. ab omni etiam communicatione fraternitatis, 281.19.T.284.19.P. semel & iterum, & tertiò in perpetuum discidium ab Ecclesia relegabantur hæretici, 336.170.T.339. 170.P. vocatur communicationis interdictum, & prohibitio, ne in Ecclesiam recipiantur, 716.378.379.380.381.382.T.759. 378.318.381.382.P. anathema, 824.10.T.835.10.P. quo communicatione depelluntur, 958.116.T.966.116. P.982.13.T.990.13.P. non modò à limine, verùm omni Ecclesiæ tecto, 1001.30.P.1017.30.P.1008.119.T. sacramento benedictionis exautorãtur, & ab Ecclesia eierantur, Ibidem, 119.T.P. aqua absoluere hoc modo effert Tert. postliminium largiri Ecclesiasticæ pacis, recipere in communicationem, in Ecclesiam reuocare, concorporare rursus Ecclesiæ, 1008.124.&c.T.1023.119.P.

Excussare, 311.53.T.319.53.P.

Exemplarium, 421.135.T.431.135.P.

Exequi, pro punire, 630.188.T.640.188.P.

Exertus, 67.487.T.114.487.P.280.10.T.283.10.P.

Exhæredare, 338.223.T.336.223.P.

Exhibitio, 240.25.T. pro victu, 248.25.P.958.121.T. 967.121.P.

Exitus, pro exitio, 130.20.T.132.20.P.443.106.T.456. 106.P.

Exodoratus, 7.71.T.

Exomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina, 169.54.55.56.57.T.175.53.P. nonnumquam pro delictorum confessione accipitur, 181.28.T.187. 28.P.

Exorcismis de corporibus imperio Christianorum excedunt dæmones inuiti & dolentes, Christum timentes, in Deo, & Deum in Christo repræsentatione ignis illius de contactu, & adflatu nostro, 57.370.T.106.370.P.68. 492.T.73.561.T.119.561.P.75.574.T. eius exemplum, 219. 193.T.235. 193.P. in eo exsufflatio dæmonum, 242. 81.T.252.81.P. per exorcismos, 292.132.T.303.132.P. 504.633.T.541.635.P.

Exorcistę, 374.269.P.

Exornata pro ornatu spoliata, 266.45.T.270. 45.P.

Exoticum, 7.62.T.

Expeditio, 969.17.T.975.17.P.

Expingere. 264.8.T.268.8.P.

Exponere, pro fœtum abijcere, 443.105.109.T.457. 109.P.

Expumicare, 445.209.T.462.209.P.

Expungere, 25.31.T.83.31.P.45.230.T.96.230.P. 50.301.T.103.301.P. 137.15.T.149.15.P.145.144.T.288.4.T. 295.4.P.

Exstare, 268.77.T.272.77.P.

Exstructio, 281.122.T. pro exornatione, 284.122.P.

Exstruere, pro adstruere, 579.256 T.607.256.P.

Exterminare, 282.48.T.285.48.P.

Exima, 51.306.T.

Extremissimi, 49.283.T.102.283.P.

F.

FAbius presbyter, ad quem scriptus liber de Fuga in persecut. 968.2.T.975.6.P

Facere cum Datiuo, pro consentire, 199.29.T.205 29.P. 291.92.T.301.92.P.

Factiones, 67.493.T.114.493. P. in bonam partem, 68. 497.T.114.493.P.

Factitator, 51.311.T.103.311.P. factitatio. 419.108.T.430. 108.P.

Falisci in Italia, 58.391.T.108.391.P.

Fama maluit, quia velox index & plurimum mendax, non nisi quum mentitur persecuratisquidem vbi probauit, cessat esse, 34.101.T.

Famosităs, 218.175.T.

Famulare, actiuè, 52.321.T.104.321.P.

Famularis, 53.347.T.104.327.P.

Fasces magistratuum, 245.141.T.254.141.P. Consulum duodecim, 445.205.T.462.205.P.

Fasciæ sacerdotum idolorum, 216.123.T.230.123.P.

Fascinum, 315.120.T.322.120.P.

Fasti municipales, 214.58.T.224.58.P.

Fatum, 23.17.T. illi nihil impurandum, 82.17.P.487. 266. 267. T. 521. 267. P. vltima die infantibus fata inscribunda aduocabantur, 496.449.T.531.449.P.

Fatum

Fatum necessitas, 391. 404. T. 615. 404. P. De Fato libri Tertull. mentio, & fragmentum, 925. T. P.
Febris inter ceteros morticeros exitus, erogando homini deputata, 330. 5. T.
Fœminarum cultus stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, autem foraū effœminare, 7. 65. T. balsamo aut Telino inungi pectine crines infarcire, cerussicē eneruare, pectus nudare, aut vētilante fœrico regere, lenocinia facbitare, 7. 71. T2. 81. 8. 89. T. episcinia dispergere, 8. 89. T. inter matronas & lupas nullum discrimen, 8. 90. T. 32. 78. T. acu vruniur crinibus distinguendis, pulueres dētibus elimandis, bisulco ferri, vel ætis vuguibus repastinandis, aliquid ficti niteris coacti rubotis in labia aut genas vrgeni, 169. 65. 66. T. 177. 66. P. is cultus in vitis maledictus à Deo, 244. 126. T. angelorum desertorum inuentum niger puluis, quo oculorū exordia producuntur, 257. 22. T. immundū inuliebrem conuenit dici, qui in cura capilli, & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt, consistit. 258. 37. T. 261. 37. P. his pudicitiæ contrariatur, 264. 2. vsq. 9. T. 262. 2. vsq. 9. P. studium enim placendi per decorem de integra conscientia non venit, 264. 9. vsq. 17. 265. pag. T. 268. 9. vsq. 17. 269. pag. P. prohiberur, cùm in carne gloriandū non sit, 265. 17. &c. T. 269. 17. P. nec mariti quidem causſa componere se mulier debet, 265. 20. 21. T. 269. 20. 21. P. maximè delinquunt quę curem medicaminibus vuguūr, genas rubore maculant, oculos fuligine collinūr, 265. 21. vsq. 25. 266. pag. T. 269. 21. &c. P. aut capilli croco vertunt, 266. 25. vsq. 33. T. 269. 25. vsq. 33. 270. pag. P. aut capillamentis adsutitijs vtuntur galeri in modum collyridas quasdam cercuicibus adstruētes, 266. 33. vsq. 38. T. 270. 33. &c. P. aut arrū ex albo conantur facere, quas pœniruir ad senectam vsque vixisse, 266. 30. T. aut quæ gestiunt in cincinnis crines coērcere, aut vr vagi & voluptates elabantur relaxare, 266. 33. T. quæ etiam cerussa & purpurisso faciem expingunt, 266. 38. T. 270. 38. P. qux formæ lenocinia publicarum libidinum, victimis competunt, 267. 69. &c. T. 272. 69. vsq. 74. P. quas leges à matronalibus decoramantis coërcebant, 267. 71. T. 272. 71. P. quid est capiti fœminę corona, quam formæ lena, propterea nec crinium artificio coronabitur, 293. 194. T. increpantur itaque vertētes capillum, & in aculasciuiore comā fibi inferentes, crinibus à fronte diuisis; iam & confilium formæ à speculo petentes, faciem moro siotem lauacro macerantes, fortitan & aliquo eam medicamine interpolantes, 313. 103. 104. T. item quæ nitris & lanis non velant caput, sed conligant; à fronte quidem protexæ, qua prætexit caput est, nudæ, quæve modicè linteolis nec ad aures vsque demissis, cerebro tenus operiuntur, 315. 128. T. 322. 128. P. quæque fimbriam aur willum, aut quodliber filum cerebro in Ecclesia superponunt, & tectas se opinantur, etiam illæ quæ ita capite suo abutuntur, vt bestia quædam magis quàm auis (nempè struthiocamelus) licet pennata, bieui capite protracta cervice, cetera altegradia, 315. 138. 139. T. 322. 138. 139. P. quod palmam, id est velum palmatum nuncupant, Ibid. P.
Feretrum, 203. 95. T. 209. 95. P.
Fetiæ scholarum, 241. 68. T. 251. 68. P.
Feritas, pro fertilitate, à ferendo, 918. 7. T. 918. 7. P.
Festiuitas, à festiuo, 442. 49. T. 453. 49. P.
Fidamen, pro fiducia, 921. 6. T. P.
Fideicommissum, 273. 6. T. 276. 6. P. 338. 223. T. 366. 223 P.
Fidei Dex ara, 38. 376. T. 107. 376. P.
Fidem Cæsaris, 445. 177. T. 460. 177. P.
Fides Christiana omnia iam impleuerat, vrbes, insulas, castella, municipia, concilia bula, castra, tribus, decurias, palatium, senatum, forum, 67. 490. T. 114. 490. P. Cappadociam, 130. 18. T. 132. 18. P. Byzantium, 130. 20. T. 132. 20. P. adrumenrum, 130. 21. T. 133. 21. P. Thistrum, 130. 24. T. in Mysia insertioti, 133. 24. P. legionem, 131. 43. T. 134. 43. P. Mauritaniam, 131. 44. T. 134. 44. P. Asiam 131. 47. T. 134. 47. P. Prouinciam Carthaginiensem, 131. 49. 51. T. 134. 49. 51. P. eam amplexi crant Parthi, Medi, Elamitę, & qui inhabitabant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Pontum, Asiam, Pamphiliam, Ægyptum, ac regionem Africæ, quæ est trans Cyrenen, & Romani, 139. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. T. 150. 30. 31. 32. & 151. 33. 34. 35. 36. 37. 38. P. item Getuli, Hispaniarum omnes termini, Galliarum diuersæ nationes, Britannorum inaccessa Romanis loca, Sarmatæ, Daci, Getmani, Scythæ, & abditæ multæ gentes Prouincizque & Insulæ multæ nobis ignotæ, 139. 39. 40. 41. 42. 43. 44. T. 151. 39. 40. 41. 42. 43. 44. P. totum iam orbem occupauerat, 145. 146. T. ea laudatur quæ antè credit obseruandum esse quàm didicit, 289. 25. T. 295. 25. P. etiam apud barbaros iam tum Christus, 293. 161. T. 305. 161. P. quæ fidei sunt non intelliguntur nisi credantur. 360. 74. T. 404. 74. P. 714. 292. T. 754. 292. P.
Fiduciari sub pignotibus, 246. 163. T. 256. P.
Figi, pro crucifigi, 199. 21. T. 205. 21. P.
Figulatio, 446. 269. T. 463. 269. P. 548. 86. 558. 86. P.
Figura, pro significatione, 181. 29. T. 188. 29. P.
Fingere, pro formare, 445. 221. T. 463. 221. P.
Flabellati, 7. 80. T. 16. 81. P.
Flamines Deorum sacerdotes, Quirinalis, 214. 42. T. 224. 41. P. à quibus flamina sacerdotia, 216. 122. T. 230. 122. P.
Flaminicę & ædiles sacrificabant Ceteri, 241. 66. 67. T. 251. 66. 67. P. non nisi vniuiri, 943. 65. T. 949. 65. P. 959. 131. T. 967. 131. P.
Florales ludi, 214. 57. T. 224. 54. P.
Fluſtra, 5. 21. T. 11. 22. P.
Fluuij, Iordanis Palestinæ finium arbirer, 6. 26. T.
Foculus in sacris gentilium, 38. 139. T. 106. 90. P.
Fœnoris fructus, interdictus à Christo, 731. 235. vsque 741. T. 750. 235. &c. P.
Follicans, 6. 49. T. 13. 49. P.
Forculus Deus, 244. 115. T. 253. 115. P.
Formam dare, in quam velis agi tecum, 243. 96. T. 251. 96. P.
Fornicatio inter maxima delicta depurarur, 1000. 13. T. 1016. 13. P. & mœchiæ comparatur, 1001. 17. vsque. 1001. 39. T. interdicta in concilio Apostolorum, 1005. 92. vsq. 91. T. 1021. 92. vsq. 95. P. aduersus eandem multi alij Apostolioli, 1008. 124. vsq. 1011. 148. T. 1023. 124. vsque 1024. 148. P.
Fors, 280. 13. T. pro forte, 283. 13. P.
Forum, 43. 193. T. 94. 193. P. olitorium, Ibid.
Forum, pro loco vbi causſę agebantur, 8. 98. T. 67. 490. T. 201. 51. T. 206. 51. P.
Fraternitas, pro Ecclesia, 195. 28. P. 334. 124. T. 356. 124. P.
Frates, Christiani, 68. 505. T. 115. 505. P. inter quos omnia indiscreta erant præter vxores, 69. 506. T. 115. 506. P. 191. 23. T. 195. 23. P. 314. 109. T. 321. 108. P.
Frictrices, 8. 90. T. 16. 90. P.
Fruges ante Liberum, Cererem, & Minetuam, 41. 167. T. 52. 167. T.
Fruor, cum Accusatiuo, 198. 2. T. 204. P.
Fruticare, 417. 76. T. 479. 76. P. fructum proferre, 733. 643. T. 775. 643. P. 944. 11. T. 860. 12. P.
Frutices primùm inoculantur, hinc folia formantur, germina instantur, flosculi inornantur, & succi condiuntur, 487. 312. T. 521. 312. P.
Fuga in persecutione, probatur, 209. 88. T. 209. 88. P. ab illo Tertulliano ante hæresim, & à B. Cyptiano, Athanasio, Hieron. Augustino. Nicephoro, 968. P. non licet ramè

periculum nummis redimere, 970.41.T.976.41.P.973.85. vſque 974.99.T.979.85. vſq. 980.99. P. alioqui præceptum eſt Chriſti fugere de ciuitate in ciuitatem, 970.42.43.T.976.42.43.P. Paulus etiam ſe per murum conceſſit expediri de perſecutione, 971.49.T.985.49.P. Fugit etiam Chriſtus, 971.55.T.977.55.P. duces tamen Eccleſiæ fugere non oportet, niſi grege fugiente, aut propoſitum non deſiderante, 972.77.vſq.973.85.T.978.77.vſq.979.85.P.

Fulmina diu ante ipſum Iouem, & tonitrua, 40.166.T.92.166.P.

Fungi autium, 218.183.T.234.183.P.

Fungi, cum Accuſatiuo, 857.169.T.869.169.P.

G.

GAbinius Conſul, 32.88.T.87.88.P.

Galaſius in Irenæum notatur, 657.32.P.

Galba alienos ſeruos non manumiſit, 785.55.T.

Galli facerdotes genitalia ſibi profecabant, lacertos lancinabant. 56.357.T.59.401.T.109.401.P.

Galliarum diuerſę nationes Chriſtum amplexę, 139.42.T.151.42.P. Gallæ mulieres croceo capillo, 166.16.T.169.26.P.

Gallici vultus. 275.28.T.277.28.P.

Gallina de ſuo parit, 443.106.T.

Garamentum pennę, 313.78.T.320.78.P.

Gehennę inſtar; quę eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus, Pytiphlegeton mortuorum amnis, 77.600.T.121.600.P.170.71.72.T.perpetua, 170.73.T. eius deſcriptio poëtica, 903.13.T.

Gemmarum genera, margaritæ, ceraunię, 257.12.13.T.260.12.13.P. & quidquid de mari Britannico aut Indico ambitio piſcatur, margaritum vocatur, 261.49.51.T.262.49.262.51.P. dracontites, 259.52.P. in piſcium cerebris lapidoſitas quædam, 259.52.T. apud barbaros faſtidio ſunt, apud quos latent in cingulis ſmaragdi, in vagina cylindri, in peronibus vniones, 259.56.57.58.59.T.259.56.57.58.59.P. Indicæ, 290.69.T. ceraunęæ gemmæ, & Berylli, 480.121.122.T.513.121.122.P. Scythicæ & Indicæ, & rubentis maris grana candentia, 569.65.T. Sardius, Topazius, Smaragdus, Carbunculus, Saphyrus, Iaſpis, Ligurius, Achates, Amethyſtus, Chriſolythus, Beryllus, Onychius, 775.64.T.648.64.P. præſinus, 911.10.T.908.10.P.915.3.T.915.3.P.

Geneſis prima quatuor capita carmine expreſſa, 912.1. vſque 915.7.T.

Geniculationibus Chriſtianorum ſiccitates depulſæ, 131.39.T.

Genij 73.T. dæmones, 63.451.T.112.451.P.497.451.T.532.451.P.

Genitura, 198.10.T.204.10.P.717.346.T.757.346.P.916.3.T.

Gentiles ſacrilegi plerumque, 45.232.T. ſi qua in illis pudicitia credi poteſt, imperfecta eſt. 264.7.T.268.7.P. eorũ ſcelerata de Chriſtianis opinio, 265.21.T.269.21.P.

Gentilitus, pro gentiliter, 7.58 T.14.58.P.

Gentium redundantium tranſmigrationes, Scytharum in Perſas, Phœnicum in Africam, Phrygum in Romanos Chaldæorũ in Ægyptum, & inde in Iudæam. Herculæ poſteritatis in Peloponneſum, Ionũ in Aſiam, & Cotinthiorum Syracuſas, 6.33.34.35.36.37.38.39.& 40.T.12.33.& 34.35.36.37.38.39.& 40.P. earum vocatio ſcripturis prędicta, 51.306.T. ad gratiam & legem Dei admittendi, 135.1.T.149.1.P. 145.146.147.T. 145. immò iam admiſſi, 148 164.T.

Genuini, 7.73 T.15.73.P.

Getion ter vnus. 7.68. T. Hiſpanię tribus regnis præfectus, 1.69.P.447.280.T.466.280.P.

Germanica in expeditione M. Aurelij ſitis, diſcuſſa impetrato imbri precationibus militum Chriſtianorum, 31.64.T.86.64.P.131.39.T.134.39.P. ad fidem conuerſi. 139.44.T.151.44.P. vſque ad id temporis limites tranſgredi non ſinebantur, 139.50.T.152.50.P. Germanę mulieres croceo capillo, 166.26.T.169.26.P. Germanici bailuli, 275.29.T.278.29.P. eorum cirri, 313.81.T.320.81.P. apud Germanias tigor ærius, 490.337.T.525.337.P.

Getulorum varietates ad fidem conuerſę, 139.39.T.151.39.P. à Romanis obſidebantur, ne regionum ſuarum fines excederent, 139.51.T.

Gigantum crates adhuc viuunt, 583.298.T.

Gladiatores, 190.7.T.193.7.P. eorum magiſtri & prępoſiti, eorúmque dicta, Ibidem. & 8. maledicuntur à Chriſto, 199.20.T.205.20.P.201.52.T.206.52.P. innocentes in ludum veniunt, vt publicę voluptatis hoſtię fiant, 218.162.T.233.162.P. ad homicidium flagellis & virgis compellebantur, 210.168.T.233.168.P. catnithes vocantur, 572.123.T.600.123.P.

Gnoſtici, 449.399.T.663.473.P. ex Valentinianis, Ibidem 449.399.T.P.485.239.T.520.239.P.833.1.P. Menandrianetiam ſic vocabantur, & Caiani, Ibid.P. & omnes martyriorum refragatores, Ibid.8.T.P.

Golgotha, locus in quo caluaria Adę quondam ſepulta 885.12.T.885.12.P.

Gomphij, 42.180.T.92.180.P.

G. Gracchus Trib. pleb. 5.11.T.10.11.P.

Græcatim, & Græcatis, 7.63.& 8.82.& 8.92.T.14.63.P.

Græcia nominis, 6.49.T.13.49.P.

Græcia Phrygiæ debellatrix, à Romanis ſubacta, 59.398.T. per eam & quaſdam barbarias eius, plures Eccleſiæ, 309.14.T.317.13.14.P.

Græciſmus, teprobari habens, 729.578.T.771.578.P.

Græcos pellendos vrbe cenſebat Cato, 7.58.T.14.59.P. ab illis Palleſtræ ſtudia ad Romauos tranſlata, 7.61.T.14.61.P. eorum ingenia fingendis ſimulacris, 59.407.T.109.407.P.

Gramę & pituitæ, oculorum vitia, 446.268.T.465.268.P.

Grammatici ab Ariſtarcho nuncupati, 28.44.T.84.44.P.

Gregorius Nyſſenus, lib. de Anima Tertull. imitatur, 518.204. vſque 520.234.P.520.243.257.522.295.523.308.524.525.P.

Gula, pro intemperantia, 213.12.T.222.12.P.651.116.T.661.116.P.

Guſtus quomodo eadem vina poſteriore vſu depreciet, 268.220.484.224.T.519.220.224.P.

Gymnaſia, 220.215.T.236.215.P.

Gymnicæ artes, 216.113.T.229.113.P. eas Caſtrorum & Herculum, & Mercuriorum diſciplinæ prodiderunt, 216.Ibid.

Gymnoſophiſtę Indorum ſyluicolę, 72.547.T.118.547.P. ab alijs colloquuntur in Æthiopia, Ibi.623.81.T.623.81.P.

Gynę penes Græcos mulieres ſignificat vxores, 954.59.T.963.59.P.

H.

HAbere odiſſe, 66.484.T.114.484.P. Græcorum phraſis, Ibid.

Hactenus, pro non vltra, 939.9.T.944.9.P.

Hadrianus Imper. curioſitatum omnium explorator, 31.68.T.86.68.P.

Hæc, pro hę, 718.372.T.759.372.P.

Hæretici ex Philoſophorum ſemine, 72.596.P. ex quorum ingenijs omnis hæreſis animatur, 121.596.P.413.32.T.425.32.P. eorum enim Patriarche philoſophi, 121.596.P. ſectam mentiuntur Chriſtianam, 131.39.T. mirari de illis

de illis non oportet, 330. 3. 4. t. 344. 3. 4. p. sed vt mala deuitate, 330. 5. vsque 9. t. 344. 5. p. quia apud eos multum valent quæ in fide non valent, 330. 8. t. quare scãdalizari non debemus, si quidam etiam pudentissimi ab hæreli capiantur, 330. 9. vsque 331. 20. t. 344. 9. vsque 345. 20. p. aut ad partem eorum transeant, Ibid. 11. t. ita eam appellant veteres, non Ecclesiam, 344. 11. p. hæreses à Domino & Apostolis prætnuntiatæ & fugiendas esse prædfinitum, 331. 20. vsque 25. t. 341. 20. vsque 345. 25. p. à quibus vocantur, lupi rapaces, Pseudoptophetæ, Pseudoapostoli, Antichristi, Ibid. t. p. non modò enim dissensiones & schismata, sed & hæreseis Apostolus increpat, 331. 25. vsque 36. t. 345. 25. vsque 347. 36. p. ita dictas Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vtitur, 331. 32. 34. t. 346. 32. 346. 34. p. hæ à Philosophia subotnantur, 331. 36. 38. vsque 53. t. 346. 36. vsque 349. 53. p. qua curiositate Christianis non est opus 331. 53. vsque 64. t. 349. 53. vsque 350. 64. p. nihil enim quærendum est vltra quàm etedimus, 332. 64. vsq. 332. 68. t. 350. 64. &c. p. 332. 68. vsq. 77. t. 350. 68. &c. p. si Christianis quærendum, non apud hæreticos, sed apud nostros, 333. 77. vsq. 81. t. 371. 77. vsque 81. p. vbi tegula fidei nobis traditur, 333. 81. &c. t. 351. 81. vsq. 352. 82. p. quæ nullas habet quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt; quia sicut videtur, vel ambiguitate pendete, vel obscuritate obumbrari, est frater aliquis doctor, gratia scientię donatus 333. 92. vsque 98. t. 353. 92. vsq. 98. p. proinde non sunt admittendi hæretici ad scripturarũ disputationem, 333. 98. 99. t. 353. 98. 354. 99. p. quod id Apostolus censuerit, 333. 100. vsq. 104. t. 354. 100. vsq. 104. p. deinde quòd nil proficiat cõgressus scripturarũ, quarum quasdã hæresis non recipit, & in quas recipit, adiectionibus, & detractionibus inteteuertit, & non recipit integras & aliquatenus integras præstat, diuersas expositiones cõmentatur, & pariter adducunt quæ ex falso composituerunt, 333. 104. vsq. 107. t. 354. vsq. 355. 107. p. quòd etiam faciat ad subuersionem audientiũ incertorũ de pari altercatione negãdi & defendẽdi, 334. 107. vsq. 110. t. 355. 107. vsq. 110. p. proinde non alia debet cõ eis iniri disputatio, nisi an Christiani sint, vbi enim apparuerit esse veritatem fidei Christianæ, illic veritas scripturarũ & expositionũ, 334. 110. 334. 111. 112. t. 355. 110. vsq. 113. p. per Christũ enim Apostolis, per illos Ecclesijs Apostolicis fides est tradita, 334. 113. vsq. 127. t. 355 113. vsq. 356. 127. p. proinde non alia accipienda doctrina, quàm ab Apostolis viua voce, quam per Epistolas posteà, & eam quam Ecclesiæ à matricibus Ecclesijs Apostolicis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit, 334. 127. vsq. 131. t. 357. 127. vsq. 131. p. Apostoli enim nihil ignorauerunt, & proinde nihil non docuerũt, quod ad salutem nostrã pertinet, 334. 131. vsq. 335. 138. t. 357. 131. vsq. 357. 138. p. nec obstat Petri per Paulũ reptehensio, quę non prædicationis fuit, sed conuetfationis, pro tẽpotibus & causis, 335. 138. vsq. 147. t. 37. 138. vsq. 358. 147. p. non âliud etiã docuerũt Apostoli in occulto, quam in publico, 335. 147. vsque 335. 147. vsl. 335. 151. t. 358. 423. 147. vsl. 151. p. quamquã interimhoc cauebãt ne religionis mysteria propalatẽtur apud ethnicos, 335. 151. vsq. 350. t. 358. 151. p. vna etiã fuit Apostoli Ecclesiarũ institutio, tam earum quas corripit, quàm quas cõmendat, 336. 158. vsq. 161. t. 358. 161. vsque p. quod autem apud multos vnũ inuenitur, non est etratum, sed traditũ, 336. 161. t. 358. 161. p. proinde hæretici potius in errotem impegerunt, vt potè veta doctrina postetiores, 336. 162. vsq. 337 183. t. 359. 162. vsq. 361. 183. p. qui si veritatis adulteri non sint, ostendant ex qua auctoritate prodierint, ptobẽt se nouos Apostolos esse eadẽ signa edẽdo quæ Christus; sic enim Apostoli facere solẽt, quotũ illi de mortuis viuos faciebãt, isti de viis moruos faciũt, 336. 177. 178. t. 360. 178. 360. 179. p. edant origines Ecclesiarum suatum, euoluant ordinem Episcoꝑ orũ suorũ, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquę ab Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerint auctorem & antecessiotem, 337. 183. vsque 337. 189. t. 361. 183. vsque 362. 189. p. non modò enim probare non possunt suas Ecclesias Apostolicas, sed nec recipiuntur in pace ab Ecclesijs Apostolicis, 337. 187. 188. t. 362. 187. 188. p. sed ex hæresibus quas Apostoli damnarunt, omnes exortæ sunt, & imptimis illis etiam teliquæ posteriotes prædamnatæ sunt, 337. 189. vsq. 203. t. 362. 189. vsque 364. p. hæreticæ verò dici non possunt Ecclesiæ Apostolicæ, quæ nihil cum hæresibus habẽt commune, 338. 203. vsq. 206. t. 364. 203. p. illæ proinde solæ Ecclesiæ vetæ sunt, quæ Romanæ, aliatúmq; Ecclesiatum Apostolicarum fidem sequuntur, 338. 206. vl. 338. 219. t. 364. 206. vsq. 366. 219. p. quum hæretici itaque Christiani non sint, & proinde scripturæ illis alienæ, non est ex illis cum ijs disputandum, 338. 219. vsq. 224. t. 338. 219. &c. p. maximè cum scripturatum & expositionum adulteratio scripturarum & expositionum adulteratio illis vsitata sit, quas detractione vel adiectione aut transmutatione interpolant, 338. 224. 225. 226. vsq. 229. t. 366. 224. vsq. 229. p. in quo Virgilioccentonas, & Homerocenas imitantur, 339. 229. vsq. 339. 238. t. 367. 229. vsq. 369. 238. p. ita enim diabolus sacras scripturas hæresibus adtemperat, sicuti res diuinorum sacramentorum emulatur, 339. 238. vsq. 255. t. 368. 238. vsq. 372 255. p. nihil itaque ab idololattia distant hæreses, quum Auctoris & operis eiusdem sint, 339. 254. t. 371. 254. p. nulla etiam est apud eos vitæ, sexus, otdinis, in mysteriis eorum distinctio, 339. 255. vsq. 272. t. 372. 255. vsq. 374. 272. p. omnes scientiam pollicentur, 374. 258. t. inde Gnostici appellati, 441. 258. p. in verbi quoque administratione ob mutuam discordiam nihil proficiunt, 339. 372. t. &c. 374. 272. &c. p. pletique nec Ecclesias habent, Ibidem 275. t. p. notata sunt etiam commercia eorum, quo magis, aliisque eius generis hominibus; qui disciplinę neglectus, index est peruersæ doctrinę, 339. 276. vsq. 286. t. 375. 276. vl. 376. 286. p. Ab hæresibus itaque deterrere nos debet metus futuri iudicij, vt potè qui stuptent auditio hęretico virginem traditam à Christo, 40. 286. vsq. 293. t. 376. 286. vl. 377. 293. p. hęteticorum catalogus, qui continet 25. hæreles, 340. 293. vsq. 343. 330. &c. t. 377. 293. vsq. 385. 331. &c. p. illis ferè mos est, simplicia quæque torquere, 416. 65. 427. 65. p. illis competentut argutiæ & subtilitates, simplicitatem communium verbotum totquentes in quæstione, 418. 92. t. fetè ad nostra, exempla prosiliunt, inde fumentes preiudia quo pugnent, 501. 566. t. Contra eos præscribitur, quòd neq; Prophetę fint, neq; Apostoli, neq; Apostolici, immò nec Christiani, 543. 19. 20. 21. t. 555 19. 20. 21. p. interfectores veritatis, qui destruunt necessarium decus fidei, 545. 45. t. 545. 45. p. scripturæ adulteratores, 551. 146. t. 501. 146. p. ineunda cũ illis disceptatio extraordinaria, ordine à principalibus deducto, 566. 18. t. 594. 18. p. eorum mysteria arcana, 573. 144. t. 601. 144. p. hęticrcus, qui desetto quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod tettò non erat, 619. 22. t. 633. 22. p. cum illis interdum admittenda congressione, compendium præscriptionis vbiq; aduocatũ diffidentię deputetur, 619. 23. t. 633. 23. p. alioqui id verius præscribitur quod prius est, & ab inirio & Apostolis, 699. 38. t. 7. 38. p. Hæreticidum semper emandare scripturas volunt vitiant, 698. 35. 738. 35. h. 699. 49. t. 739. 49. p. eradentes contratia quæque sententiæ suæ, competentia teseruantes, 700. 54. t. 759. 54. p. inter mala tamen hęreses apud Apost. vr bonum ponuntur, vt probabiles manifestẽtur. 789. 123. t. 810. 123. p. hęreticos nihilominus ad officium cõpelli, non illici dignum est, duritia vincenda est, non suadenda; ad instar idololattiæ, qui ita vitãda præcipitut à Deo. vt loca exterminati & idololatras intetfici iusserit, 825. 15. vl. 826. 35. t. 835. 15. vsq. 836. 35. p. hæc est peruersitas fidei, ptobata nõ credete, non probata

præsumere, 831. 85. T. 840. 85. P. hæretici de emendatione chirographum dabant, 844. 16. T. 860. 16. P. quia hæretis quibusdam vocibus vtitur, quas ex veritate accepit, non ideo non vtetur veritas, 846. 54. T. 861. 54. P. hæretici verbis idola fabricãtur: quare rectè idolatriæ cõparentur, 851. 110. T. 866. 110. P. propriũ illorũ pauca aduersus plura defendebant, posteriora aduersus priora suscipere, 853. 118. T. 866. 118. P. fugiendi obturatis auribus, ne sermone suo maculent innoxia corda, 896. 17. T. quos dum cũ eis disceptantes vincimus, vix mundã linguã sermonis culpa reseruat 10. 893. 2. T. 903. 2. P. Quaqua ex parte ideò anathema audire debẽt, 982. 13. T. 990. 13. P. ita etiam tumore, æmulatione quod denique ſæpè fit, dedignatione castigationis, abrũptũr, 1003. 56. T. 1019. 56. P. ſicut hiſtriones alia longè à præſenti & fabula, & ſcena, & perſona exprimũtur; ſic & hæretici eaſdem parabolas quò volũt tribuunt, non quò debẽt aptiſſimè excludũt, ſoluti à regula veritatis, 1004. 65. 66. T. 1020. 65. 66. P. hoc illis ſollẽne alicuius capituli ancipitis occaſione aduerſus exercitum ſententiarũ inſtrumẽti torius armari, 1009. 137. T. 1024. 137. P. firmũ interim eſt genus probationis, quod etiã ab illis ſumitur, vt veritas etiam ab ipſis inimicis veritatis probetur, 1040. 86, T. 1058. 86. P. quibuſdã itaque pernitii, qui norint ſingula quæque probare, & decernere, libri hæreticorũ poſſunt, alijs non item, ibi. P.

Hammon ouium paſtor, 7 53. T. Ioui Hammoni templum conſtruxit, 14. 51. P.

Hamaxobij in plauſtris habitabant 619. 12. T. 632. 12. P.

Harenarij, 9. 115. T. 18. 115. P. 210. 171. T. Vide Arenarij.

Harpocrates Deus, 31. 87. T. 87. 87. P.

Haſtatum, 41. 191. T. 94. 191. P. haſta, Ibidem. 194.

Hebræi, retro qui nunc Iudæi, eorum litteræ Hebrææ & eloquium, à 70. Interpretibus in Græcum ſtylum translatæ, 49. 266. 267. 270. T. 100. 267. P.

Hederæ ſtatim ad ſuperna conantur, & nullo præcunte ſuſpenduntur, parietibus inuecti texili ſilua, 486. 255. T.

Hedone, Æon Valẽtini, 436. 14. P. 443. 80. T. 455. 80. P.

Η'γεμονικὸν animæ, 483. 171. 177. T. 516. 177. vſque 518. 204. P. in corde hominis, 581. 117. T. 599. 117. P.

Helena Tyria libidinis publicę, ſecutum Simonis Magi, quam ille eandem dicebat cum Helena exitioſiſſ. Priamo, mille nauibus decennij prælio à Menelao recupetata, 494. 412. vſque, 495. T. 529. 412. 414. P.

Heliæ mors dilata eſt, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguat, 501. 564. 565 T. 537. 564. 565. P. 591. 407. T. 615. 407. P. nouũ Teſtamenti conſummator, 716. 322. T. atque adeò cum Enoch venturus ad iudicium, 750. 322. P. 888. 13. T.

Heliæus detinuit pluuias iterato tempore duplo, 889. 14. T. 895. 14. P.

Heluco liberare cerebrum hedere natura, 290. 80. T. 301. 80. P.

Hen, ſiue Vnio, Æon Valentinianorum, 522. P. 449. 387. 388. T. 473. 387. 388. P.

Henoſis, Æon Valentini, 436. 12. P. 443. 79. T. 455. 79. P.

Henotes, ſiue vnitas, 522. P. 449. 387. 388. T. 473. 387. 388. P.

Heraclito, Deus ex igne, 77. 592. T. 121. 592. P. ſe bubulo ſtercore oblitum exuſſit, 192. 49. T. 196. 49. P. tenebroſus appellatus, 569. 478. 32. T. 65. 32. P.

Hercules in Omphale Lydia proſtitutus, 7. 66. 71. & 74. T. 15. 66. P. Alcmenæ filius, Diomedem ſuperauit, Buſyridem, Geryonem ter vnum ſeu Cerberum, Hydram & Centauros, & Leonem Nemæum, 7. 67. 68. 69. 70. 71. T. 15. 67. & 15. 68. 69. 70. 71. P. ſex alia eius certamina, 15. 71. P. famelici tres, 45. 218. T. 96. 218. P. viuus concrematus, 45. 226. T. 96. 226. P. coronatus populo. oleaſtro, apio, 290. 71, 72. 73. T. 300. 71. 72. 73. P.

Herculis Dei decima, 44. 202. 95. 202. P. 69. 513. T. 116. 513. P. ex Ioue natum tradunt fabulæ, 703. 115. T. 741. 115. P.

Herculea poſtentias Peloponneſum occuparunt, 6. 38. T. 13. 38. P. Heraclidæ & Menidæ, Ibidem

Hermophroditus, 448. 373. T. 471. 374. P.

Hermione, oppidum & oraculum in Macedonia, 500. 534. T. 535. 534. P.

Hermotimum ſe retrò fuiſſe Pythagoras ſcripſit, 495. 364. T. 516. 364. P. anima in ſomno carebat, vxor hoc prodidit, inimici dormientem nacti pro defuncto cremauerunt; ciues Clazomeni eum tempo conſolantur, quod mulier non adit ob notam vxoris, 498. 482. vſq. 484. T. 533. 482. P.

Heroes dæmones, qui in aliquo climate dominantur, 500. 550. T.

Hetruria prima ritus ſuperſtitionum religionis nomine inſtituit, 214. 25. 26. T. 223. 25. P.

Hieremias lapidatur, 828. 54. T. 838. 54. P.

Hiericho ſeptimi diei circuitu peracto debellata, 138. 16. T.

Hieroboam populum ad idololatriam induxit, 135. 5. T. 142. 104. T.

Hieronymus Tertull. imitatut, 142. 120. 389. P. 135. P. 152. 53. & C. 152. 57. & C. 155. 68. & C. 154. 78. & C. 155. 85. vſq. 94. P. 164. P. 173. 19. & 178. 74. 75. P. 190. P. 260. 7. 309. 54. P. 369. 26. 27. 34. 270. 42. P. 277. 28. 278. 42. 53. 55. P. 295. 27. 297. 38. 299. 45. P. 387. P. 398. 7. P. 410. P. 508. 32. 37. P. eius aliquot loci caſtigati, 278. 41. P.

Hierophãtæ Ægyptiorum Sophiſtæ, 623. 80. T. 636. 80. P.

Hieruſalem inhabitantes quidam Iudæi, Chriſtiani facti, 139. 38. T. 151. 38. P.

Higinus emendatus, 227. 87. P.

Hilarius librum citat de Oratione, 179. P.

Himeræa mulier, 499. 503. T. 534. 503. P.

Hippias dum ciuitatii inſidias diſponit, occiditur, 76. 588. T. 120. 588. P.

Γ'ππιος Neptunus appellatus, 215. 84. T. 227. 84. P.

Hippona Dea, 46. 237. T. 97. 237. P.

Hiſpaniarum omnes termini in Chriſtum credebant, 139. 41. T. 151. 41. P.

Holofetnes rex, 621. 50. T.

Homerus pauum ſe meminit, Ennio ſomniante, 494. 407. T. 529. 407. 589. 494. 566. 7. T.

Homicidium eſt liberos frigori, fami & canibus exponi, 36. 128 T. etiam conceptum vtero diſſoluere & prohibere naſci, Ibid. 230. T. 89. 128. & 130. P. non in ſola ſanguinis profuſione & animæ ereptione reputandũ, ſed etiam in verbo maledicti, vel conuitij, & odio, 239 T. 247. 7. P

Homo, Æon Valentini, 342. 315. T. 436. 7. P. 443. 71. T. 454. 71. P.

Homo alter, Æon Valentini, 446. 264. T. 465. 264. P.

Homo vel Pythiæ teſtimonio Dominus omnium mortientiũ & refurgentium, 99. 72. T. 122. 611. P. nullus hominum apud ethnicos carebat dæmonio, 496. 445. vſq. 497. 453. T. 531. 445. vſq 532. 453. P. 504. 634. 541. 634. P.

Homo pro viro. 674. 85. T. 686. 85. P.

Horos, Æon Valentini, 342. 315. T. 437. P. 443. 102. T. 456. 102. P. quem & Crucem appellant, & Lytroten, & Carpiſtem, 519. P. 443. 103, 104. T. 456. 103. 104. P. & Metagogea, id eſt circũductorem, & Horoteten, 437. P. 443. 117. T. 457. 117. P.

Hortentia, ſiue abhortentia, 718. 378. T. 759. 378. P.

Hortenſius Orator primus pauum cibi cauſſa occidit, 9. 105. T. 17. 105. P.

Hoſtia, 240. 27. T. 248. 27. P.

Hrabanus quædam tranſcripſit ex Tertull. 210. P. 225. 67. & C. 227. 81. & C. eius videtur eſſe liber qui de membris Deiinſcribatur, inter opera S. Hieronymi, 661. 100. P.

Hyæna, 6. 47. T. 13. 47. P.

Hydra ab Hercule ſuperata, 7. 70. T. 15. 70. P.

Hydro-

Hypodiaconus, 374.269.p.
Hypogeum, 491.365.T.526.365.P.

I

IAcob populum Christianum significabat, 137.10.T.
Iacobi Pamelij Lucubrationes, S. Cypriani operum recognitio, 2.P. Adnotat. in eundem, 9.1.10.2.& alibi frequentiſſ. P. Leiturgica Latinorum, 183.1.272.65. 1021.85. & alibi ſæpè, P. Adſertio communionis ſub altera ſpecie, 183.1. P. De non admittendis diuerſis Religionibus in vna aliqua Repubi. ad ordines Belgij Relatio, 835.1.P. 866.110.990.1.P. Libri apud eundem manuſcripti, Hrabani Mauri Commentarius in Regulam Sancti Benedicti, 9.1.P. eiuſdem lib. de naturis rerum, 12. 34.P. item liber de Symbolo & Regula fidei, 353.93. P. Commentarij eiuſdem in omnes penè ſcripturas, 835. 20.P. & alia eius ſcripta alibi. Hugonis Floriacenſis hiſtoriarum libri, 83.24.P. Iſidori opera MS.84.52.P. Euſebij Chronicon,217.87.P. Benardi,quantum apparet, Cluniacenſis de Virginitate liber, 315.1.P.
Ialdabaoth, 341.307.T.
Ianæi, 974.106.T.980.106.P.
Ianuariæ ſeu Kalendæ Ianuariæ, 243.102.T.252. 102.P.in quibus Sternæ comꝫeant, 243.106.108.T.
Ianus Deus bifrons, 61.431.T.111.431.P.244.116.T.253. 116.P.
Ianus, Rex Italiæ,vel Ianes,vt Salij volunt,40.159.T.91. 159.P.
Iao, Valentinis vſitata vox, 342.315.T.445.175.178.T. 460.173.461.178.P.
Ibis Dea, 649.86.T.660.86.P.
Idæum antrum tumulus Iouis, 59.404.T.109.404.P.
Ideæ Platonis formæ exemplares inuiſibiles,incorporales,ſupermundiales,diuinæ & æternę, 485.238.T.520. 238.P.inde ortæ Æones & Genealogiæ Valentinii, Ibid. 241.T.P.488.314.T.524.314.P.489.324.T.524.324.P.
Idem,pro ijdem, 47.248.T.90.148.P.43.195.T.66.482.T. 114.482.P.151.9.T.130.9.P.
Idola etiam plateas,forum, balneas, ſtabula & domos replebant, 225.79.T.226.79.P.vnde dicta,239.11.T.247. 11.P. tam fieri quàm coli prohibita, 239.13.vſque 19.P. 248.13.vſque 19.P.neque artifices excuſat operos, 240. 19.vſque,240.24.T.248.19.vſque 24.P.illis in baptiſmo renunciauimus, 240.24.T.248.24.P. zelus etiam fidei idipſum prohibet, 240.28.vſq 35.T.248.28.&c.P.
Idololatria Samariæ nomine notata, 142.104.T.principale crimen humani generis, quòd in ea crimen omne & in omni crimine idololatria deprehendatur, 238.1. vſque5.T.247.1.2.4.P.neque his ſolis modis ſiquis incendat aut in molet, aut polluceat,aut ſacris aliquibus aut ſacerdotijs obligetur,ſed etiam alijs modis, 239.5.vſque 8.T. 247.5.6.P. eius origo nõ omninò antiqua, 239.8.9.T.247. 8.9.P. nec intereſt an plaſtes effingat, an cælator exſculpat,an Phrygio detexat , nec an gypſo, coloribus,lapide, ære,argento,an filo formetur idolũ; quãdo etiã ſine idolo idololatria fiat, 239.10.T.247.10.P.ad eam pertinet idolorum tẽpla, aras , ędiculas, aut inſignia fabricare,aut exornare,240.35.vſq. 44.T.249.35.vſq.44.P.cui etiam obnoxij Aſtrologi & Magi, 241.44.vſq.241.61.T.250.44.vſque 251.61.P. ludimagiſtri etiam & ceteri profeſſores litterarum ad fines erant multimodæ idololatriæ , honorificè explicãdo Deorũ nomina, genealogias,fabulas,ornamẽta,tum ſollẽnia, feſtiq. eorundẽ obſeruãdo,241.61.vſq. 242.74. T.251.61.vſq.251.74.P. Ad eam etiã pertinet negotiatio mercium,quę idolis ſacrificantur,242.75.vſq.82. T.251.74.vſ82.P.neque etiã hîc prętexendę vitæ neceſſitates,242.82.vſque243.89.T.252.82.P. Ad eandem referẽda ſacrificia,ſacerdotia,ſpectacula,feſti dies, & aliæ extraordinariæ ſolẽnitates idolorum, 243 89.vſque 97. T.252. 89.vſq. 97.P.& vtrobique 97.vſq.111. Nec enim cõmunicare poſſumus nationib. in idolicis rebus ſiue habitu,ſiue victu,vel quo aliquo genere lætitiæ, 243.91.92.T. 252.91.P.nec enim in ijs cõplacendum eſt ethnicis,ne nomen blaſphemetur,Ibid.vtrobiq. Eodẽ pertinent ſollemnia Cæſarum, 243.111.&c.T.253.111.&c.P.omnis idololatria in homines cultura eſt , quum ipſos Deos homines fuiſſe conſtet, 244.112.T.253.112.P. quidquid vltra humani honoris modum adinſtar diuinæ ſublimitatis extollitur, 244.123.T.253.123.P. cui non ſunt obnoxiæ priuatæ ſollemnitates, niſi quis earum occaſione ſacrificijs interfuit,244.124.vſque.129.T.254.124.vſq.254.129.P.quod neque ſeruis, neq; officialibus licet, 244.129.vſq.135.T.254. 129.vſq.135.P.poteſt tamen ſeruus Dei alicuius dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem apud ethnicos capere, ſi ab omni ſpecie idololatriæ aut gratia,aut aſtutia intactum ſe præſtare queat, 244.131.T.254.131.P.neq; ſacrificet,neque ijs auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, nec vectigalia eorum procuret,non ſpectacula, ædat,nihil ſollemne pronũtiet, vel edicat , aut iuret , neque iudicet de capite alicuius,vel pudore,aut recludat,aut torqueat,ſi hęc credibile eſt fieri poſſe,245.133.& 134.T.254.131.134.P.nec veſtium ornatus licitus,qui cum idololatria cõmune quid habet, 245.135. vſq.245.146.T.254.135.vſ.255.146.P. neque etiam militia, in qua ſit neceſſitas immolationũ,vel capitalium iudiciorũ contra Chriſtianos,245.146.vſq.151.T.255.146.P.etiam verbis abſtinendum ab idololatria, 245.151.&c.T.255.151. &c.P.vt exẽpli gratia, Me Hercule, Me Dius filius, 246. 156.T.255.156.P.ſiue per idola iures,ſiue per alios adiuratus acquieſcas,246.158.T.255.158. P. immò neque benedici per Deos nationum ſuſtinere debet Chriſtianus, 246. 159.vſq.162.T.255.159.P. negat enim quicumque diſſimulat,246.161.T.255.161. P. denique neq; ſcripto, per Deos iutare licet, 246.162.vſq.168.T.255. 162.165.P.
Idolothyta, pro eo quod idolis ſacratum eſt, 243.95.T. 243.95.P.
Idolothyta pro cibis idolis immolatis,216.132.T.231.131.P
Idonius, 7.57.T.14.57.P.
Ieiunijs aridi Chriſtiani ab omni vitę fruge , in ſacco & cinere volutantes miſericordiã Dei extorquent, 71.542.T. ieiunationibus ſiccitates depulſę, 131.39.T. ſacrificiorum orationibus& cõmunione non intertũpuntur, nec deuotũ Deo obſequium Euchariſtia reſoluit, 189.58.59.T.189. 58.59.P.quidã vino abſtinentes,& animalibus exſulantes, humilitatem animæ ſuę Deo immolabãt, 171.52.T.271.52. P.81.24.T.Deo grata ieiunia, & ſerę ac aridæ eſcæ,569.78. T.597.78.P.non ſolum Tertulliano teſte lib. de Ieiunijs, ſed & alijs Patribus,117.P. in quo adſert imprimis obiectiones adu.ieiunia, 982.14.vſq.24. T.990.14.vſq.24. P. Deinde probat auctoritate eorũ à primordio,953.24.vſq. 983. 28.T.991.24.vſq. 28.P. omnes quidem cibos addens permiſſos à Deo,vt quoſdam poſtea demeret immodorum nempè animalium, 983.28.vſq.34.T.991.28.vſ.991.34. P.item ante pabulum & potum nos eſſe diuinis tractandis aptiores, 983 34.vſq.984.39.T.991.34.vſq.39.P.alia deinde adfert exempla ieiuniorum tam Veteris quàm nouę legis, 984.39.vſque 985.49.T.992.39.vſque 992. 49.P.item 985.49.vſque 986.69.T.992.49.vſque 994.69. P.quorum quum quædam imperata ſint , quædam per vota expuncta , noua non ſunt, & muſtum fructus adferunt,986.69.vſque 77. T.994.69. vſque 77. P. etiam præter Quadrageſimam Epiſcopi ieiunia mandare adſolent, maximè tempore Conciliorum,987.77.vſque 82. T.994. 77.vſque 995.82.P. Apoſtolus autem ad Galatas obſeruationem temporum,dierum , & menſium improbauit, loquitur de Iudaicis ceremoniis,785.49.T.806.49.P.988.82. T.995.82.P. quare non Galaticamur , quum ſtationibus quartam & ſextam Sabbati , & ieiunijs paraſceuen ſiue Sabbatum dicamus, 988.86.87.T.
o

995.86.87. P. Apoſtolus etiam ad Timotheum, reprobans eos qui debebant cibis abſtinere aduerſus Marcionagit & Tatianum de Pythagora hæreticos, 988.89.T.990.89.P. ad ſimiles Apoſtoli locos, & Iſaiæ contra ieiunia facilis eſt reſponſio, 988.91. vſque 96.T.996.91. vſque 96.P. Quum itaque Deo diſpliceat gulæ incontinentia, & ieiunia placeant, etiamſi Iudæi & gentiles in Caſto Iſidis & Cybeles ea obſeruent, minimè contemnenda ſunt, 988.96. vſq.989.107.697.96. vſque 997.107.P.

Iepthe peccati votum, 888.10.T.892.10.P.

Ieſus Æon Valentini, qui & Soter, & Chriſtus, & Sermo, 519.P.444.126.T.

Ieſus Naue Sabbatum non obſeruauit, 138.16.T. antea Auſes dictus, vocatus Ieſus, figura Ieſu Chriſti, 142.113.T.157.113.P.676.114.115.T.688.115. vſque 119.T.P.707.163.T.746.163.P. ſecundus Moſes populi ſecundi, 953.19.T. 962.39.P.

Ignis inferni æternus, habens ex ipſa natura ſubminiſtrationem incorruptibilitatis, quem Philoſophi arcanũ vocant, & comparant montibus ſemper ardentibus, 79.612.613.614.T.122.613.614.P.

Illuſtres, 267.58.T.271.58.P.

Imaginum vſus in Eccleſia antiquus, quibus malè adaptant quidam quod de imaginibus Deorum habet Tertull. quum alibi picturas calicum & crucis Chriſti agnoſcat ſuo tempore vſitatas, 93.184.P.248.22.P. Similitudinem vetans fieri Deus, oſtendit & cauſſas idololatriæ, ſcilicet ſubſtantiam cohibẽtes; ſubijcit enim: Non adorabitis ea, neque ſeruietis illis Serpentis autẽ ænei effigies, poſtea præcepta Moyſi à Domino ad idololatriæ titulum non pertinebat, ſed ad remediandos eos, qui à ſerpẽtibus infeſtabantur; ſic & Cherubim & Seraphin aurea, non videntur ſimilitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo ſimilitudinis ſtatu deprehenſa, ob quem ſimilitudo prohibetur, 652.139.vſq.145.T.663.139.vſq.145.P.677.135.T.690.135.P. etant in vſu picturæ calicum, 1002.51.T.1019.51.P.1005.85.T.1021.85.P.

Imbonitas, 191.36.T.195.36.P.

Impedimenta, 257.35.T.260.35.P.

Impendi, 217.161.T.233.161.P.

Imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicabãt, 43.198.T. Imperatorum liberalitas in donatiuo militibus dando, 288.2.3.T.294.2.3.4.6.P.

Impetigo, 9.100.T. pro vitio, 17.100.P.

Impreſſius, 48.258.T.549.103.T.559.103.P.671.57.T. 684.57.P.

Imputatiſſimus, 57.369.T.106.369.P.

In albo ſcribi, 781.4.T.803.4.P.

Inalterate, 310.28.T.318.28.P.

Inanimale, 421.127.T.431.127.P.423.151.T.432.151.P.

Inceſtum, 24.23.T.83.23.P.33.92.T.88.92.P.35.105.T.38.143.T.

Includere. 167.30.T.174.30.P.

Incolæ, pro aduenis, 139.38.T.151.38.P.

Incontinenti, 57.366.T.106.366.P.331.26.T.346.26.P.

Incorporabilis, 676.121.T.689.121.P.

Increpuit, pro increpauit, 701.75.T.741.75.P.

Incubare, 4.1.272.4.165.4.P.202.67.T.207.67.P.

Incubonis morbus & oppoſita valetudo, 458.484.T. 533.484.P.

Inculcare, pro conculcare, 168.43.T.175.43.P.

Inculcare, pro frequenter proponere, 247.173.T.256.173.P.

Incunabula pro primis exordijs, 200.39.T.206.39.P.

Indefectus, 6.49.T.13.49.P.

Indigitare precem, 988.101.T.997.101.P.

Indorum Brachmanæ & Gymnoſophiſtæ, ſyluicolæ, 72.546.547.T.118.546.547.P. Philoſophi, 492.383.T.327.383.P.

Inducere conſultationem, 970.36.T.976.36.P.

Indulgẽtiarum vſum ſpectat, pax illa quam lapſi, à Martyribus in carcere exorabant, 193.12.P

In expedito, 199.27.T.205.27.P.

Infantes exponere homicidio proximum, 36.128. & 38.145.T.

Inferiæ, 216.117.T.270.130.P.

Infernas pœnas agnoſcebant etiã gentes impijs deſtinatas. 41.170.T. ibi tamen reliquerunt Socratem, Ariſtidem. Themiſtoclẽ, Alexandrũ, Polycratẽ, Demoſthenẽ, Catonem, Scipionem, Pompeiũ, Syllam, Craſſum, & Tulliũ, 401.173.T.402.173.P. ibi mittuntur profani in ignem perpetem, 47.261.T.100.261.P. cruciatus ſempiterni. 73.570.T.

Inferos deſcribit Plato velut gremium terræ, quo omnes labes mundialium ſordium confluendo aëre ſtipent. nobis inferi non nuda cauoſitas, nec ſubdialis mundi ſentina, ſed in foſſa terræ vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas ſubterranea, 501.599.609.601, 602.603.604.605.T.539.599.600. vſque 606.P.

Ingratia, 165.4.T.172.4.P.

Ingratis, 29.48.T.61.428.T.110.428,P.447.290.T.401.190.P.

Inniuentibilia, 413.160.T.433.160.P.

Iniriare, pro baptizare, 954.54.T.962.54.P.

Initiari, 35.105. & 35.108.T.441.6.T.450.6.P.

Initiationes etiam impiæ arcebant profanos, 342.100.T. 88.100.P.

Inludia, 572.124.T.600.124.P.

In manu eſſe, 265.24.T.269.24.P.

Inuptus, pro ſpadone, ſeu virgine, 953.29.T.961.29.P.

Inorari, 572.125.T.600.125.P.

Inquiſitio fit in conſcios & ſocios, qualitatem facti, numerum locum, tempus, 24.22.T.24.26.T.

Inquit, pro inquiunt, 22.16.T.82.16.P.

Intecogitatio, 940.22.T.945.22.P.

Inſcientia, 796.234.T.817.234.P.

Inſcriptura, 447.323.T.469.323.P.

Inſpeciata, 444.120.T.457.120.P.

Inſtantia, 202.66.T.207.66.P

Inſtita, 5.5.T.10.5.P.

Inſtructus, pro inſtructione, 486.251.T.521.251.P.

Inſtrumentum litteraturæ Iudaicæ, 48.258.T. palàm lectitatur ſabbatis omnibus, primam illi auctoritatem ſumma antiquitas vindicat, omnes enim ſubſtantias, origines, gentes, otbes, hiſtoriarum cauſſas, memoriarum, effigies fitterarum, Deos, templa, oracula, & ſacra ſeculis aliquot vincit; in eo collocatus thẽſaurus totius Iudaicæ ſacramenti, & inde etiam Chriſtiani, 49.272.273.274.275.2776.277.T.101.272.273.274.275.276.277.P.

Inſulæ, Delos iam nulla, 6.25.T.12.25.P. Samios Iarenę, Ibid. Plaronica in Atlantico Lybiam & Aſiam adæquans, Ibid. Sicilia Italiæ quòdam laius, Hadria, Tyrrhenóque quaſſantibus medio tenui interceptum, Ibid. 70.526.528.530.T.117.526.& 528.530.P. Hierapolis & Rhodos & Coo peſſum abierunt, 70.525.526.527.T.117.525.527 P. multæ nobis ignotę, 139.44.T. dicta Platonica inſula, noſtro ſeculo inuẽta, noua Hiſpania appellatur, 117.528.T. quam inſulam Feliciam vocat Tertullian, 453.55.P.

Intercalare, 795.120.T.816.120.P.

Intercedere, 443.96.T. pro obſtare, 456.96.P. 619.6.T. 632.6.P. 646.41.T. 658.41.P. 783.12.T. 804.12.P.

Interpolare, 338.226.T.367.226.P.6974.T 736.2.P.

Interuenire, 201.72.T.207.72.P.

Intimare, 218.44.T. pro inſerere, 262.44.P.445.217.T. 463.217.P.582.284.T.608.284.P.82.10.T.835.10.P.

Intinctio,

Intinctio, pro baptismo, 165.9.T.173.9.P.167.31.T. 174.31.P.168.45.T.175.45.P.
Inuadere, 165.10.T.173.10.P.
Inuestis. 6.30.T.312.60.T.319.60.P.
Inuxota virginitas, 942.49.T.948.49.P.
Ioannes Apostolus Romæ postquàm in oleum igneum demersus, nihil passus est, in Insulam relegatus, 338.215. T.366.215.P. obijt, quem in aduentum Domini remansurum frustrà fuerat spes, 501.566.T.537.566.P.
Iob patientia, qui inter cætera eorum pestes bestiolas, inde in eosdem specus & pastus foraminosæ carnis Iudeo do reuocabat, 203.94.vsque 99.T.209.94.97.98.P.
Iones ex Athenis in Asia Ioniam condiderunt, 6.39. T.13.39.P.
Iosedech sacerdos nunquam sacerdotali munere priuatus, 148.163.T.
Ioseph Christi figura, 144.127.128.129.T.158.129.P. vniiugus, 953.37.T.961.37.P.
Ita omnis ab initio interdicta, 182.38.T.188.38.P.
Ituditi, 309.10.T.317.10.P.
Isaac, Christi figura, quum lignum sibi ipse portaret, 144.127.T.158,127.P. Monogamus, 953.34.T.961.34.P.
Isaias fecatus est, 203.92.T.209.92.P.828.54.T.838.54.P. 889.16.T.
Isidis Deæ spicea corona, 291.84.T.309.84.P. eius aræ exercise à Pisone & Gabinio Coss. 32.87. & 88.T.87. 87. & 88.P. sacerdotes eius linteati, 125.9.T.127.9.P. barba rasa, 218.178.T.234.178.P. per lauacrum initiabantur, 389.29.30.T.400.29.30.P. eius sacerdotibus vsitata, runicæ mulierbres, mutatus sexus, lacertatio corporis, fusio cruoris, caluities, pedes Gallicana papyro redimiti, cum sistro facies canina, 919.2.3.4.T.921. 2.3.4.P.
Isidorus Hispalensis quædam ex Tertull. descripsit, 225. 67.P.227.81. &c. P. emendatus, 229.113.P.299.46.P.
Israël, cum Deo inualescens interpretatur, 732.628.T. 774.628.P.
Ister fluuius, quem Danubium alibi vocamus, 619.15.T. 632.15.P.
Isthic, 503. 617. T. pro hîc, 540.617.P.
Isthmia Neptuno sacra, 216.110.T.229.110.P.
Italia, 6.25.T. 338. 212. T. 364. 212. P. primùm Oenotria, hinc Saturnia cognominata, 40.160.T.91.160.P. eam Phryges occupant, 492.373.T.527.373.P.
Iudæ lacus medicus, ante Christum, 501.560.T.537. 560.P.
Iudaicum bellum describit ab origine gentis Cornelius Tacitus, 46.235.T.97.235.P. eos scribit Ægypto exortes in vastis Arabiæ locis, cùm siti maceraretur, onagris indicibus fontibus vsos, ob eam gratiam consimilis bestiæ superficiem consecrasse, 46.235. T. 97.235. P. eorum religionis propinqui Christiani, eidé simulacro initiari somniantur, Ibidem. Eis erat apud Deum gratia, insignis iustitia & fides, originalium Auctorum regni sublimitas & felicitas. Sed quanta deliquerint, etsi ipsi non confiterentur, probaret exitus hodientnus dispersi, palabundi, cœli & soli sui exortes vagantur per orbem sine homine, sine Deo Rege, quibus nec aduenarum iure terram patriam, saltem, vestigio salutare conceditur, 50.304. 305.306.T.309.306.P. eorum Deum victimis, templum donis, gentem fœderibus Romani honorarunt, numquam dominaturi, si illi non deliquissent in Christum, 60. 422.T.110.422.P. in Hierusalem quidam Christiani fácti, 139.38.P. debellati à Vespasiano anno primo Imperij sui, apud quos postea cessauerunt libamina, sacrificia & vnctio, 141.89.91.T.155.89.P. post passionem Domini eorum clades prænuntiatæ, 145.139.vsque 145.145.T. 158.139.vsque 159.145.P. interdictum nein confinio ipsius regionis demoretur quisquam Iudæorum, 149.T. à primordio distincti erant per tribus, populos, familias & domos, 138.588.T. 772.588.P. Iudaici fasti, Sabbata, cœnæ, puræ, ieiunia, & dies magni, improbantur, ab Apostolo Epist. ad Galatas, 785.49. 50.51.T. 806.49.50.51.P. Iudæa vsurparatam prudem Pompeij Magni manu, 1004.70.T.1020.70.P. atque Luculli, Ibid.71.T.P.
Iudam proditorem defendunt Cainei, sicuti & Cain, 341.308.T.
Iudex officio itrisdictionis suæ fungi potest, & humanitatis meminisse, quia & ipse sub gladio est, 130.22.T.
Iudicium Dei eludebant Poëtæ & Philosophi, per tribunal apud inferos, 77.599.T.121.599.P.
Iumenta pro Dijs colebantur, 46.237.T.97.237.P.
Iuno Dea, 44.199.T. à pastore iudicatur, 45.223.T.96. 223.P. Curetis dicta, 58.391.T.108.391.P. Samia, Punicam vrbem Catthaginem dilexit, coniunx Iouis & soror, eam tamen defendere non valuit, 59.405.T.109.405. P. in æthere exorabatur, 125.9. T. Achæa apud Ægium oppidum colebatur, 275.41.T.278.41.P. vite coronabat, 290.70.T.300.70.P. ita & Argis signum eius, subiecto pedibus eius cotio leonino de exuuijs vtriusque pituigni, 290.70.T. Bacchi fcilicet & Herculis, 300.70.P. post partum per totam hebdomadam ei mensa proponebatur, 496.448.T. 531.448.P. Iunonem interpretabantur aërem, secundum sonum Græci vocabuli, 623.82.T.636. 82.P. eius virgines apud Achaiæ ganeum, 943.69.T.949. 69.P.959.131.T.
Iuppiter Deus Latiatis, quem humano proluunt sanguine Æneadæ, 36.126.T. 89.126.P.818.51.T. incestus, 38. 140.T.90.140.P. Saturni filius, 56.127.T.147 162.T. fulmina quę in manu eius imponunt, timuit, 40.166.T.91. 166.P. adulter, virginum, & puerorum raptor, & sequs, 92.171.P. Iouis epulum, 43.196. opera cuiusdam monstri liberatus, 44.206.T.95.206.P. Iupiteres tecentos sine capitibus introducit Varro, 44.215.T.96.215.P. eius mortui restamentum, 45.218.T. 96.218.P. eius elogia cantabantur, 45.222.T. id est criminum rituli, 96.222.P. infamis de sororis incestu, stupro filiæ, coningus alienæ partem passus, squamatus, aut cornutus, aut plumatus amator, aut in auro conuersus Danaidis, 51.308.T.103.308.P. Iouem magnum in cœlo comitatú exercitu Deorum & dæmonum describit Plato, 58.374.T. Cretensem fuisse testantur antrum Idæum & æra Corybantia, 59.404.T.109. 404.P. Ibi eius tumulum figebant, Ibidem in Olympo colebatur, 61.433.T.111.433.P. Feretrio ludi instituti in Tarpeio, 214.45.T. 224.45.P. eidem qui Capitolinus dicitur, Ibid. eum post deuictos Titanas coronatú fabulantur, 290.67.T.300.67.P. illi quercus sacra, 293.167. T. tautus factus legitur aut cygnus, 545.40.T.556.40. P. Iouem interpretabantur substantiam feruidam secundum Græci vocabuli sonum, 623.82.T.636.82.P.
Iura conturbate, 8.98.T.
Iurare per salutem Cæsarum, 63.450.T. prohibitum legibus Francorum, 112.450. P. per genios Cæsarum, 61. 434.T.63.443.T.119.9.T.
Iuridicina, locus in quo Ius dicebatur: eiusmodi forum, campus, curia, rostra, prætoria, cancelli, subsellia, 8.98.T. 17.98.P.
Iurulentia, 35.109.T.809.109.P.
Ius ciuile citat Tertullianus, 281.49.51.52.T.286.49. 286.51.52.P.282.52.P.289.46.T.299.46.P. Ius trium liberorum, 445.218.219.T.463.219.P.479.91.T.511.91.P.496. 442.T.531.442.P.
Iustini Martyris discipulus Tatianus, 343.325.T.
Iustitium, 570.171.T.598.101.P.988.102.T.997. 102.P.
Iuuenire, 941.35.T.945.35.P
Ἰχθύος vocatus Iesus Christus, 387.9.T. cuius voces Græcæ singulis huius vocis litteris indicantur, 398.9.P.

K.

KAlendæ Februariæ, 791.152.T.812.152.P. fortassis in locum baptismi pro mortuis olim obseruatæ, sicuti hodie dies Purificatæ Mariæ cum cereis, Ibid.P.
Kalendarium, 259.75.T.263.75.P.
Κατὰ Æschinem, χῦ Proclum, χῦ Phrygas, Montanistarum variæ sectæ, 343.327.T.
Κύριε χριστε, 445.207.T.462.207.P.

L.

LAcedæmonij primi penulam ludis excogitarunt. 32.77.T.
Lacinioſa veſtis, 266.44.T.270.44.P. lacinioſa onera, 697.10.T.736.10.P. lacinioſa vita, 722.474.T.765.474.P.
Laconum conſtantia, 80.626.T.122.626.P. ab ijs emendatæ Lycurgi leges, 76.584.T. in Laconica oraculũ Paſiphaæ, 500.535.T.535.535.P
Lactantius Tertullianum imitatus, 89.122.125.128. & 90.134. & 143. & 91.152.153.154.159.P.91.162.171.P.96.211. & 96.218.198.149.5.P.
Lactes piſcium, 567.39.T.595.39.P.
Lætuæ, 200.49.T.206. 49.P.648.66.T.659.66.P.
Lais ſcortum, 44.199.T.
Lamnulæ, 293.160.T.305.160.P.
Lanceare, 674.88.T.686.88.P.
Lances Syllanæ centenarij ponderis, 9.102.T.17.102.P. quinquagenarij, Ibid. vtrobique, 88.36.76.T.87.76.P.241.43.T.250.43.P.494.405.T.
Lancinare, 674.88.T.686.88.P.
Laniſta, 8.87.T. gladiator, 16.87.P.142.79.T.
Laomedonti Regi operas ſtructorias locat Neptunus, 44.208.T.95.208.P.
Laphati, 492.388.T.528.388.P.
Larentina Dea, 44.199.T.95.199.P. 58.395. & 59.405.T.108.395.P.
Lares Dei comitio potentes, 214.41.T.224.41.P. in quorum honorem celebrabantur Compitalitij ludi, 224.41.P. domi colebantur, 282.38.T.285.38.P.
Lariſſæus heros Achilles, 7.64.T.14.64.P.
Laterculum, 448.319.T.468 319.P.
Latiares ludi, 214.56.T.224.56.P.
Latuſclauus, 245.141.T.254.141.P.293.171.T.
Lauactrum mortuorum apud Chriſtianos, 72.551.T.119.551.P. lauacra quotidiana apud Ludæos, 391.109.110.T.406.109.P.
Laurerum, ſiue inter duas lauros, 65.474.T. locus vrbis Romæ, 113.474.P.
Lectica, 8.90.T.16.90.P.
Lector, 339.269.T.374.269.P.
Legalis vita, 720.406.T.761.406.P
Legatum præſegare, 273.4.T.276.4.P..
Legio, 131.43.T.134 43.P.
Lemniſci, 293.159.T.304.159.P.
Lenocinium, 8.89.T.204.110.T.210.P.
Lenulus augur pœnam ſtupri conſtituit matronæ ſine ſtola in publico procedenti, 8.89.T.16.89.P.
Leonina ſtiuia & iubæ, & genuini, 7.71.72.73.T.15.72.73.P. capilli incuria, 170.77.T.178.77.P. leones in amphitheatrum qui primi produxerint & Pantherarum, 222.6.P. leones delicium reginarum, quibus languentibus, loco theriacæ ſimiæ laſciuia in rabiem agẽs, qui & gallum formidant, 488.316.317.318.T.524.316.317.318 P
Leo ſemel patet eſt, 499.500.T.554.500.P.
Lepidi violenta ludibria in Africa, 5.12.T.10.12.P.
Lex naturalis lege Moſi antiquior, qua vigente neque Sabbatum, neque circumciſio obſeruata ſunt, 136.6.T. 149.6.P. Adæ & Euę data in qua omnia præcepta condita recognoſcuntur, 136.6.7.T. non ſcripta, quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus cuſtodiebatur, 160.7.T legem Dei obtinet, 290.56. vſque 62.T 299.56.57.58.P.
Lex Moyſi primùm in Sina, deinde in Choreb lata, 136.8.T.149.8.P. iam obliterata, & abolita, 137.11.T.
Lex pro Traditione ſeniorum, 721.439.T.762.439.P.
Lex noua prædicta in lege Moyſi, 139.25.T.150.25.P. eius legiſlator Chriſtus iam venit, non venturus ſperatur. 139.26.27.T.150.27.P. ſicuti de eo omnes Prophetę præcanuerunt; 139. 27.28.29. T. per alios etiam Prophetas prędicta, 697.1. vſque 698.15.T.736. vſque 15.P.
Leges aduerſus Chriſtianos impię, 31.59.& 60.T.31.65.P. quia lex nulla vetat diſcuti quod prohibet admitti, quia neque iudex iuſtè vlciſcitur, niſi cognoſcat admiſſum, neque ciuis fideliter legi obſequitur, legem ignoras, 30.54.T. Suſpecta eſt quę probari ſe non vult, improba ſi non probata dominetur, Ibid.
Leges ad innocentiam pertinentes, de diuina lege mutatæ, 74.567.T.
Leges poſteriores derogant prioribus. Veteres principal. reſcriptis, & Prętorum edictis abrogarę, 29.51.T. Multæ etiam abtogandę, quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, 30.53.T
Leges de Deis, ne qui ab imperatore conſecraretur, niſi à Senatu probatus, 30.55.T.85.55.P. vt Serapis, Iſis, & Harpocrates, cum ſuo Cynocephalo Capitolium non inferantur, 32.87.T.87.88.P. & Liber Pater ne colatur, 32.86.T.103.87.P.
Leges Papię quę liberos ſuſcipi cogunt à Seuero principe excluſę, 30.52.T.85.52.P. 278.31.P. 943.60.T. 949.60.P. eędem & Iuliæ, Ibidem, 52.T.P. 959.123 959.124.967.123.
Leges Sumptuarię, 31.73.T.87.73.P. Licinia, Ibidem quæ & Centuſſis Ibid. Cenſoria, Ibid. Fannia, Ibid. de Theatris prohibitis, Ibid.
Lex de ambitu, 31.73.T. Calphurnia, 87.73.P.
Lex Caina, 448.341.T.470.342.P.
Lex de conſuetudine, quòd pro lege ſuſcipiatur, quum deficit lex, 289.46.T.299.46.P.
Lex de fœminis vino abſtinendis, 32.80.83.T.
Lex quę fœminas à duodecim annis, maſculum verò à duobus amplius ad negotia mittit, 313.100.T.321.100.P. 496.442. T.531.442.P.
Lex de filijs familię, quòd ſine cõſenſu patrum ritè non nubant. 286.62.T.286.62.P.
Lex Iulia de adulteriis, & de vi publica ſeu priuata, 448.341.T. 470.341.P.
Lex Iulia cogens matrimonium contrahi, 30.52.& 84.52.P.
Lex de iudicatis in partes ſecandis à creditoribus in bonorum proſcriptionem mutata, 30.53.T.85.53.P.
Lex contra Mathematicos, 241.47.T.250.47.P. Ne quis inauditus damnetur, 24.9. T. 23.21.T. Seueri & Antonini, 82.21.T.
Lex Rhodia de iactu, 670.27.T.683.27.P
Lex Scantinia. , 937.101.T.905.101.P.
Deſeruis foras nubere interdictis, 282.51.T.286.51.P.
De ſeruituti vindicandis fœminis, quę cum alieno ſeruo poſt dominorum denuntiationem in conſuetudine peſeuerauerunt, 282.52. T. ex S. C. Claudiano, 286.52.P.
Leges Lycurgi à Lacedęmonijs emendatæ, 29.50.T.84.50.P.
Liare ciſternam, 240.37.T.249.37.P.
Libaculus, ſeu Liuaculus. 219.198.T.235.198.P.
Libanus, mons thuris vocabulo eſt penes græcos, 705.130.T.742.130.P.

Liber

Liber Deus cum mysterijs suis vrbe & vniuersa Italia eliminatus, 32.86 T. 87. 86. P. vitem demonstrauit, 41. 167. T. 92. 167. P. 240. 32. T. Tigribus vehebatur, 42. 182. T. Libero & Veneri conuenit, Deis obtestatis & libidinis, 5. 215. 101. T. baiba rasa pingebatur, 218. 178. T. 234. 178. P. eius munus serium Ariadnæ, 29. 69. T. 300. 69. P. idem qui Osiris apud Ægyptios, 290. 77. T. 300. 77. P. de Indis triumphauit, vnde dies in illum sollemnes magna corona appellantur, 290. 81. 82. T. 301. 81. 301. 82. P. princeps lauteæ coronæ, 290. 81. T. 301. 81. P. 292. 148. T. 304. 148. P. vt Deus triumphorum, 292. 150. T. 304. 150. P. recensetur inter eos qui execto matris vtero viui acrem hauserunt, 490. 338. T. 524. 338. P.

Liberalia sacra, 72. 532. T. 119. 552. P. ludi, 214. 31. T. 223. 31. P. scenici, 215. 102. T. 228. 102. P.

Liberorum onera etiam à gentilium prophanis vitabantur, legibus locabantur, 275. 31. T. 278. 31. P.

Libertatis seruorum insignia, vestis albæ nitor, aurei anuli honor, & patroni nomen, tribus, ac mensa, 591. 401. T. 615. 401.

Libertini, 8. 87. T.

Libertum arbitrium, 457. 266. 273. vsque 487. 281. T. 521. 268. vsque 522. 281. P. subiacens gratiæ diuinæ, quod τὸ ἀυτεξούσιον dicitur, Ibidem 279. T. P. liberi arbitrij à Deo institutus homo & suæ potestatis, 223. 30. 31. T. 657. 30. 31. P. sed & in posteris legibus proponuntur ante hominem, bonum & malum, vita & mors, 645. 32. T. atque adeò etiam post peccatū manst hominis liberum arbitrium, 657. 32. P. alioquin nec boni nec mali merces iure pēsaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate, 646. 38. T. 658. 38. P. certamini enim dedit spatium Deus, vt & homo eadem arbitrij libertate elideret inimicum qua succideret illi, & ita salutem dignè per victoriam recuperaret, 648. 68. T. 659. 68. P. 1031. 7. T. 1055. 7. P.

Libido, pro appetitu & inclinatione, 421. 128. T. 431. 128. P.

Libitinæ, 293. 191. T. 306. 191. P.

Librare, 201. 60. T. 207. 60. P.

Libripens, 646. 36. T. 658. 36. P.

Libri vitæ, 293. 171. T. 305. 171. P.

Licebit, pro liquebit, 167. 34. T. 174. 34. P. 421. 129. T. 431. 129. P.

Licentia, 477. 21. T. 507. 21. P. Poëtica, Pictoria & hæretica, 619. 33. T. 633. T. 33. P.

Limare, 827. 38. T.

Limentinus Deus, 244. 115. T. 253. 115. P.

Linguæ Græca & Latina propinque inter se, 126. 29. T. 158. 29. P. aliarum gentium omnium varia vox, varius sonus, propria quæque gentis loquela, 126. 29 T.

Liquuit, pro claruit, 551. 136. T. 561. 136. P. 196. 225. T. 816. 225. P. 827. 40. 828. 51. T.

Litigare, 292. 126. 303. 126. P.

Litteratum inuentor Saturnus dicitur à quibusdam, 40. 160. T. 91. 160. P. ab alijs Mercurius, 126. 25. T. Ægyptius nempè, 125. 25. P. verior eorum sententia, qui Assyrijs eatum inuentum tribuunt, 101. & 128. 25. P. ad eos enim ab Hebræis post diluuium translatæ sunt, Ibid. necessariæ commercij tebus, & nostris erga Deum studijs, 291. 90. T. 301. 90. P.

Litteratot, & litteratura, 241. 58. T. 251. 58. P.

Localiter, 6. 24. T.

Loculi, 32. 81. T. pro promptuarijs, 87. 81. P.

Λογικὸν animæ, 483. 171. 483. 171. 483. 204. vsque 214. T. 516. 171. 518. 204. vsque 214. P.

Λόγος, filius Dei, 845. 44. 45. T. 861. 44. 45. P.

Loth frater Abrahæ, pro meritis iustitiæ de Sodomitarum incendio liberatus, 136. 8. T. eius vxoris statua durabat adhuc ætate Tertulliani, 917. 6. T. 918. 6. P.

Lucanus versus, 917. 24. T. 244. 24. P.

Lucar, 828. 56. T. 838. 56. P.

Lucina Dea, quæ producat in lucem, 495. 436. T. 531. 436. P. cui in partu eiulatur, 496. 447. T. 531. 447. P. eadem quæ Iuno, Ibid. 448. T. P. & à quibusdam etiam Diana, Ibid. T. P.

Lucius, Titius, 27. T. 83. 37. P.

Lucretia, 102. 47. T. 175. 47. P. 943. 71. 939. 71. P.

Lucri ducete, 802. 31. T. 882. 315. P.

Luctatus, 220. 208. T. 236. 298. P.

Lucullus primus cerasa ex Ponto Italiæ promulgauit, 41. 168. T. 92. 168. P. Iudæam vsurpauit L. Licinius Lucullus, 1004. 71. T. 1004. 71. P

Ludorum otiginem Auctores multi commentarijs suis ediderunt, 214. 23. T. 223. 23. 24. P. è quibus à Lactantio citatur Siſinnius Capito, Ibidem eorū origo & nomen à Lydis, 214. 25. 26 27. 28 T. 223. 25. 223. 26. 27. 28. etsi Varro à Iudo, id est Iusu interpretetur, 223 23. vsque 224. 31. P. eorum rituli, 214. 51. vsque 60. T. 224 51. vsque 225. 60. P. eorum dem apparatus, 225. 60. vsque 67. T. 225. 60. vsque 67. P. loci, 214. 67. vsque 215. 82. T. 225. 67. vsque 227. 81. P. artes, 215. 81. vsque 94. T. 227 81. vsque 227. 94. P. sacri & funebres, id est Deis nationum & mortuis, 214. 59. T. 225. 59. P.

Luna masculus Deus, 96. 218. P. 215. 85. T. 227. 85. P.

Luna modulationibus menstruis variat, 5. 21. T. 11. 21. P.

Lunenses, 448. 372. T. 471. 372. P.

Lunchus, 292. 133. T. 303. 133. P

Lupetci, 60. 419. T. 110. 419. P. luperci Iudi, 214. 30. T. 223. 30. P.

Lurconiana condimenta, 494. 405. T.

Luxuria, pro libidine, 651. 116. T. 661. 116. P.

Lybia pro Africa, 6. 25. T. 6. 53. T. 7. 61. T 14. 61. P. in ea Atlantes, 500. 550. T. Hinc Lybicæ palestræ, 916. 2. T.

Lycurgus apocartereſin optauit, quòd leges eius Lacones emendassent, 29. 50. T. 84. 50. P. 76. 584. T. 120. 584. P.

Lydia, 155. 353. T.

Lydi, 5. 14. T. 11. 14. P. Iudorum inuentores, 11. 14. P. 214. 25. T. 28. Ibidem 223. 28. P. ex Asia transfuenæ in Heturia consederunt, duce Tyrrheno, vnde Romani artifices mutuati sunt tempus & enuntiationem, 214. 25. 26. 27. T. 223. 25. 27. P.

Lymphati, 389. 38. T. 401. 38. P. siue Lymphatici, 501. 538. T.

Lynceſtarum aqua ebrios efficit, 445. 190. T. 501. 557. T. 537. 557. P.

M.

Macaria, siue fortunata, Æon Valentini, 436. 18. P. 443. 82. T. 455. 82. P.

Macariotes, Æon Valentini, 436. 27. P. 443. 86. T. 455. 86. P.

Macedonia, 338. 210. T. 364. 210. P. vsque ad eam dominatus Balarides, 459. 507. T. 534. 507. P. in ea oraculum Hermionæ, 500. 534. T. 535. 514. P.

Maccabæi Sabbatis pugnando legem paternam ad pristinum reuocauerunt, 138. 77. T.

Machæra, 339. 228. T. 361. 228. P.

Mædrico fluxu vestis, 8. 85. T. 16. 85. P.

Mæcenius vxorem impunè trucidauit, quæ vinum adrigetar. 32. 82. T. 87. 82. P.

Magdenburgenses Centuriatores notati, 10. 1. P. 93. 184. P. 97. 238. P. 111. 441. P. 121. 596. P. 174. 6. P. 179. P. 187. 13. P. 189. 58. P. 296. 30. 34. 36. P. 297. 40. P. 316. 4. 1. P. 364. 212. P. 399.

27.P.637.31.P.947 42.P.

magi pro incantatoribus,54.334.T.105.344.P.phãtasmata edunt defunctorum, inclamant animas, pueros in eloquium oraculi eliciunt, multa miracula circulatoris peſtigijs ludunt, ſomnia emittunt, habentes ſemel inuitatorum dæmonum adſiſtentem ſibi potestatem, per quos & capræ & menſæ diuinare conſueuerunt, 56.355.356.T.106.355.356.P. Magicis deuinctionibus homicidium perpetratur, 213.11.T.222.21.P.miraculis quomodo operetur circulatoria ſecta, 241.55.56.T. 250.55.56.P. appellantur Sophiſtæ, Chaldæi, incantatores, coniectores, 241.57.T. circulatores aſtrologi,339. 276.277.278.T.375.276.277.278.P. eliciunt explorandis occultis per catabolicos,paredros, & Pythonicos ſpiritus, 491.366.367.368.369.T.526.566.&c.P. animas euocaturos ſe ab inferum incolatu pollicentur, ſed dæmones operantur ſub obtentu magiæ, quam omnes pene fallacem vocant, 504.633.634.635.T.541. 633.P. Magicarum virgatum dracones, & Samuelis euocatio, Simonis quoque & Elymæ Magorum ſigna, præſtigiæ, 504.636.vſq.639.T.541.636.vſque 639.P.

Magi Reges Orientis, qui Chriſtum muneribus affecerunt, Arabes,142.204.T.241.51.T.250.51.P. Perſarum, Sophiſtæ, 623.79.T.635.79.P.

Magica, pro Magia, 504.626.T.541.626.P.

Magiſtratum ambientes, quas non ignobilitates veſtiũ adfectabant,quæ non atria noctũ tis & crudis ſalutationibus occupabant? 169.68.T.178.68.P. propter vnius anni volaticum gaudium,169.69.T.178.69.P. omnis dignitas adminiſtrationis eo nomine ſignificatur,216.121.T. 230.121.P.

Magnam matrem interpretabatur tertam, 624.85.T. 636.85.P. Vide Mater magna.

Magnes ferrum adtrahit, 423.151.T.432.151.P.

Maliciæ etiam apud Græcos intectdum pro vexationibus accipiuntur, non pro malignitatibus, 653.162.T.664. 162.P.

Mali natalia, timor, pudor, tergiuerſatio, pœnitentia, deploratio, 23.18.T.malè velle, facere, dicere, cogitare ex æquo vetamur, 66.482.T.

Mallum oppidum, 500.510.T.535 530.P.

Malus pro diabolo, 167.25.T.174.25.P.202.70.71. T.207.70.P.265.24.T.269.24.P.

Mammona nummus. 726.520.T.767.520.P.

Mancipes, 40.164.T.92.164.P.215.104.T.228.104.P.239. 239.4.T.247.4.P.

Mandanc Aſtyagis Medi filia, 496.497.T.

Mandare, 289.33.T. pro agendum committere, 296.33. P.mandator, 669.5.T.681.5.P.

Manere, pro exſpectare, 142.102.T.156.102.P.

Manticularius, 74.564.T.119.564.P.

Manuſpretia, 240.41.T.250.41.P.

Marcionis Deus melior de tráquillitate à Stoicis venerat, 331.40.348.40.P. Ponticus Naucletus appellatus, quem conſtat Antonini ferè principatu fuiſſe, & in Catholicam primò doctrinam credidiſſe, apud Eccleſiã Romanenſem, donec ſub Epiſcopatu Eleutherij, ſemel & iterum eiectus,cum ducentis ſeſtertijs quæ Eccleſiæ intulerat,in perpetuum diſcidium relegatus, venena ſua diſſeminauit,poſtmodùm pœnitentiã confeſſus, ita pacem recepturus, ſi ceteros quoq; quos perditioni eruduiſſet, Eccleſiæ reſtitueret morte præuentus eſt,336.163.vſq.336.173. T.339.163.vſque 360.173.P. continentiæ iactitator, 336. 174.T.360.174.P. Ponticus genere, 342.322.T. diſcipulus Cerdonis, qui eadem quæ ille hæreticus ante dixetat, Ibidem T.383.hær.17.322.P.619.2.4.16.T.631.2.P. eius ſcripta: Euangelium Epiſtola, Antitheſeis, Apoſtolorum inſtrumentum, Ibidibem P. eius hæreſeis, quod nuptia abſtulit, Euangelia corroſit, Deum quem inuenerat, amiſit, 619.17.18.T.632.17.18.19.P. aduerſus quem antea quidem ſcripſerat, ſed iam plenius, 619.3.T.631.3. P. ſub Antonino maiore floruit, ſed quoto anno incertũ; de hoc conſtat, quòd Antonianus hæreticus ſit, ſub Pio impius, 625.128.129.130.T.638.128.129.130.P. librum primum aduerſus eum ſcripſit Tettull.de Deo vnico, 619. 2.T.631.1.P. librum ſecundum de Deo iuſto, & tamen optimo,643.1.T.656.1. vtpotè qui Deum de arbitrio ſenſus ſui peniterer, 643.5.T.656.5.P. tertium librum adu. Marc.ſcripſit de Chriſto,801.T.868.1.P.librum quarrum de Antitheſibus eius ex Euangelio, 697.1.2.3.T.36. quod ex Lucæ Euangelio interpolato adulteraiit, 698.15. 19.20.T.736.15.19.P. cum aliquando in Catholicam Eccleſiam crediduſſe, quum & pecuniam contulit, ex Epiſtola eius conſtat, 699.31.32.T.737.31.32.P.librum quintum aduerſus eum ſcripſit ex Epiſtolis Pauli, 702.1. 2.3.T.803.1.2.3.4.in quo contra eum oſtendit Paulum Apoſtolum & teſtimonium habere à Deo creatore, & conuenire cum veteri Teſtamento, Ibid.vſque 833. T.P. ſaltem ex illis quas ipſe agnouit epiſtolis,nam qualiã mutilauit de numero, 783.13.T.803.13.P.Antonianus hæreticus,801.295.T.821.295.P. ætate interim Tertulliani maior pars erat omnibus in locis ſententiæ Catholicæ quàm hæreticæ, 802.312.T.821.312.P.

Marcomanni hoſtes Romanorum, 67.489.T.

Marcus Æmilius Deum Alburnum confectauit, 30.56. T.85.56.P.

Marcus Aurelius Imp.apud Syrmium interemptus, 26. Kal. April. 59.400.T.109.400.P.

M. Tullius quingentis milibus nummũm orbem Citri emit,9.10t.T.17.10t.P.menſam citream, Ibidem eius eloquentia, 41.173.T.hinc menſæ Ciceronianæ, 494.405 T.Iulium Octauium puerulum adhuc, & ſibi ignotum iam & Auguſtum & ciuilium turbinum ſepultorem de ſomnio norat,499.508.T.534.508.P.cius dignitatem paruuli etiam nunc gerula iam ſua inſpexerat, 499.513.T.535 513.P.

Mappam mittere in Circenſibus, 217.142.143.T.231. 142.143.P.

Marcus Iureconſultorum vox, 448.354.T.470.354.P.

Mare pro Deo habebant, 215.93.T.227.93.P.

Margarita ipſo nomine pretioſa, 9.100.T.17.100.P.

Margo quælibet, 9.100.T.17.100.P.

Maria, Arlantium, Hadria, Tyrrhenum, 6.25.T. mortuum, 6.27.T.12.26.P.70.528.T.117.528.P. Corinthium, 70.529.T.117.529.P. Erythræum,137.13.T. idem quod rubrum,149.13.P. Oceanus, 420.122.T.431.122.P.

Maria virgo licet Hebion reſiſtat, etiam mulier appellatur, 311.45.46.47.T.318.45.46.47.P.

Mars Deus tredecim mẽſibus in vinculis penè conſumptus,44.206.T.95.206.P. ei Romulus Equiria inſtituit, vtpote eius filius, qui duello potens appellabatur;eidem Numa Pompilius ludos inſtituit, 214 35.38.40.47.T. 223.35.38.40.224.47.P. ipſe enim per Iliam & Romulos Romanus, 292.152.T.304.153.P.

Mars homicida, 92.172.P.

Martyres omnem veniam à Deo compẽſationeſanguinis ſui expediunt;omnia huic operi delicta donantur, 81. 634.T.123.634.P. ita appellati non modò qui iam tolerati ſupplicijs pro Chriſto mortem obierant, ſed & qui in confeſſione nil tormẽtorum attrocitate moti firmiter perſiterant, aut carcere detenti, aut iam dimiſſi, ſiue etiam qui vt torquerentur, incluſi erant, 192.1.P.qui propriè martyres deſignati appellentur, 190.4.T.193.4.P.288. 21.T. in carcerem cõiecti diabolum in domo ſua conculcant, 191.8.T. ab eis quidem pacem in Eccleſia non habentes exorare conſueuerunt, 191.12.T.193.12.P. eorum curam gerebat Eccleſia, 191.22.T. tam viuentium pet eleemoſynas & cõmemotationẽ in ſacrificio, quàm iam defunctorum in ſacrificijs & cõmemorationibus dierum quibus exceſſerant, 194.22.P. ex quibus commemoratio-

nibus

nibus orti dies festi martyrum, Ibidem. quorum nomine etiam recitabantur in sactificio, Ibidem. animari debent exemplis eorum, qui famę & gloriæ studium caussa multa perpessi sunt: 191. 45. &c. T. 196. 45. &c. P. exemplis etiã eorum qui adfectatione quadam omnia tormenta conculeant, Ibid. & 197. 59. & 60. P. denique conditionis humanę contemplatione, 192. 61. 62. 63. T. 197. 61. 62. 63. P. ad osculanda martyrũ vincula carcere incluforum reptabãt. Christiani, 281. 29. T. 284. 29. P. vnde & orta reliquiarum Sanctorum veneratio, Ibid. P. eorundem natalitia celebrata, 289. 37. T. 297. 37. P. fasti quoque obseruati, Ibidem P. 293. 177. T. propriè enim illis nihil iam reputari potest, 828. 45. T. 837 45. P.

Martyrium pro testimonio, 291. 99. T. 301. 99. P

Martyrium, secunda intinctio, 203. 89. T. 209. 89. P. 828. 44. T. 637. 44. P. baptismus sanguinis, Ibidem T. P. statim ad ipsum diuinæ sedis ascensum perducit, 238. 90. T. 209. 90. P. eius necessitatem eludebant Valentiniani, 447. 321. T. 469. 321. P. item Gnostici, contra quos Scorpiacon scripsit de bono Martyrij, 824. 3. P. primò bonum martyrij commendans, quod idololatriam ita vitandam præcipiat Dominus, vt & loca exterminari, & idololatras interfici iusserit, quòdque vindicata sit à Deo in populum Israël, quæ Martyrijs patrocinantur, 825. 14. vsque 826. 35. T. 835. 14. vsque 836. 35. P. deinde quòd etsi periculosum ac durũ, tules tamen dolores non seeus atq; medicina adsert, 826. 35. vsque 827. 39. T. 836. 35. &c. P. quòd etiam certaminis nomine Deus nobis martyria proponat, pro quorum meritis mercedem accipiemus, 827. 39. vsque 828. 46. T. 837. 39. vsque 46. P. quòd etiam fidei sint examinatoria, 828. 46. vsq. 52. T. 837. 46. vsque 838. 52. P. quòd etiam martyriorum à primordio & in lege exempla inuenire sit, 828. 52. vsque 829. 59. T. 838. 52. vsque 59. P. quòd etiam in nouo Christianismo Christus ad martyria hortatus sit, 829. 59. vsq. 830. 65. T. 838. 59. vsque 59. P. eáque in hac vita, non verò in cœlis, quod volebant Valentiniani, 830. 65. vsque 831. 82. T. 839. 65. vsque 840. 82. P. & quòd alijs verbis ea Christus adprobauit, 831. 82. vsque 86. T. 840. 82. vsque 86. P. adprobantur etiam martyria ex Epistolis, 55. Petri & Ioannis, achuius Apocalypsi, 831. 86. vsque 832. 99. T. 840. 86. vsque 99. ex Pauli quoque Epistolis, 832. 99. vsque 833. 113. T. 840. 99. vsque 841. 113. P. denique ex Actis Apostolorum & martyriorum historijs, 841. 113. &c. T. 841. 113. vsq. 842. 120. P.

Marucini, 799. 272. T. 819. 272. P.

Massagetæ parentum eadaueta vorabant, 619. 6. 13. T. 632. 13. P

Massalis summa, 712. 257. T. 752. 257. P.

Massaliter, 445. 211. T. 463. 211. P. 974. 101. T. 980. 101. P.

Mater familiæ, 313. 100. T.

Mater magna Deûm, 215. 76. T. 226. 76. P. ipsam lauationibus efferebant, 389. 32. T. 400. 32. P. terra, 624. 85. T. 636. 85. P.

Materiam Deo coæternam primus asseruit Hermogenes. pictor hæreticus, 411. 2. vsque 12. T. 424. 2. vsque 12. P

Stoicos in hoc imitatus 411. 10. 11. T. 424. 10. 11. P. prætexens Deum neque ex ęsipso cuncta facere potuisse, neque ex nihilo, & Deum semper Deum etiam semper Dominus fuerit, 411. 12. 13. 14. T. 424. 12. 13. 14. P. sed ex scripturis probatur, tum primùm Dominum fuisse, quim creaturam cui dominaretur, condidit, 411. 14. vsque 412. 21. T. 424. 14. vsque 425. 21. P. materia itaque Deo coæterna esse non potest, alioqui Deus esset, cùm minor, & inferior Deo esse nequeat si æterna sit, 412. 21. vsque 413. 30. T. 425. 21. vsque 30. P. quid, quòd præponitur illa Deo, si ex materia cuncta fecerit, 413. 30. T. 425. 30. P. quippè qui id dominio facere non potuerit, sed precario aut vi, proinde etiam mali auctor, aut defecto dici debeat, 413. 33. vsq. 413. 39. T. 426. 33. vsq. 39. P. malam enim dicebat Hermiogenes materiam, qualis tamẽ esse non potest, si æterna sit, 413. 39. vsq 414. 49. T. 429. 39. vsq. 426. 49. P. oportuit igitur illam boni & mali capacem esse, & proinde Deum materiæ deseruisse, 414. 49. vsque 52. T. 426. 49. vsque 52. P. aut Deo itaque adscribendum bonum & malum aut materiæ, aut alterum alteri, 415. 53. vsque 56. T. 427. 53. vs. 56. P. repugnat hæc hæresis cum vnici Dei statu qui fecit omnia simul; nemo enim cooperari Deo potuit, nisi sophia eius, & sermo, id est filius Dei, 415. 56. vsque 416. 64. T. 427. 56 vsque 427. 64. P. nec pro illa facit illud Geneseos: In principio fecit Deus cœlum & terram, 416. 64. vsque 416. 73. T. 427. 64. vsque 73. P. quia ex nihilo omnia factis scriptura indicat, dum non addit, ex quo facta sint; quum enim quid ex aliquo fit referri, vnde fiat, 416. 73. vsque 80. T. 428. 73. vsque 428. 80. P. nihil etiam pro illo facit illud: Tetta autem cratinuisibilis & incomposita, 417. 75. vsque 419. 103. T. 428. 80. vsque 430. 103. P. neque etiam illud: Et tenebræ super abyssum, 419. 103. vsque 420. 116. T. 429. 103. vsque 430. 116. P. omnia ex nihilo consstiterunt, quia in nihilum redigenda sunt, 420. 116. vsque 123. T. 430. 116. vsque 431. 123. P. materia autem neque corpotalis, est, neque incorpotalis, 420. 123. vsque 421. 130. T. 431. 123. vsque 130. P. nec bona nec mala, 421. 130. vsque 132. T. 431. 130. 131. P. nec situm habere, nec definitiua esse potest, nec in melius reformata dici aut moueri, 421. 132. vsque 422. 148. T. 431. 132. vsque 432. 148. P. proinde, cùm ex materia Deum operatũ tradit, & à Philosophis recedit, & à Prophetis ac ab Apostolis, 422. 148. &c. T. 432. 148. 149. 150. 432. 151. &c. P. eam etiam innatam voluerunt Stoici, Pythagorici, & Plato ipse, 445. 183. T. 461. 183. P.

Mathematici Magis comparantur, 73. 559. T. 241 50. 51. 53. T maximè Genethliaci, 250. 50. 51. 53. T. de Christo matheſis irridetur, Ibidem. sicuti etiam quòd Saturni & Martis stellas obsteruent & climacterica, Ibidem & 56. 59. vtrobique 615. 115. 116. 117. 118. 119. T. 637. 115. 116. 117. 118. 119. P.

Matthæus, 488. 306. T. 523. 306. P.

Matrimonium cum ethnicis distinguebatur, 202. 78. T. 208. 78. P. coniuctio viri & fœminæ benedicta à Domino, 274. 12. T. apud Patriarchas etiam plurifariam matrimonijs vti fas fuit, Ibidem. 13. 14. T. 277. 13. 14. P. matrimonium & si bonum, continentia tamen melior, 274. 15. vsque 21. T. 277. 15. vsque 21. P. quòd neque carnis neque seculi necessitas ad nuptias cogat, 272. 21. T. vsq. 275. 30. T. 277. 21. P. nec liberorũ procreatio necessaria esset, 275. 30. vsque 35. T. 278. 30. vsq. 35. P. saltem cum gentilibus non contrahendum, 280. 1. T. 283. 1. P. quòd in Domino tantũ, id est Christiano, nubẽdum præcipiat Apostolus, 280. 2. vs. 11. T. 283. 2. vs. 283. 11. P. nec sibi cõtrariatur, quum de viro infideli & vxore fideli agit, quia designat eos qui in matrimonio gentili inuenti fuerũt, 280. 11. vsq. 281. 17. T. 283. 11. vsque 23. P. Deo satisfacere gentili nupta non potest; quare arcenda à cõmunicatione fraternitatis, 284. 17. vsq. 32. T. 284. 17. &c. 284. 26. vsq. 32. P. stupri enim res est, 281. 18. T. 284. 18. P. & gentiles nostra nosse non expedit, 281. 31. vsq. 285 38. T. 285. 31. 32. 33. P. nec potest euadere vxor, vt gentilium sollemnia prohibita non obseruet, 282. 38. vsq. 45. T. 285. 38. vsque 45. P. ratum tamen est matrimonium cum gentili ante fidẽ contractũ, 282. 45. vsque 49. s. 285. 45. vsque 49. P. post fidem verò etiam de iure ratum non est, 282. 49. 50. T. 286. 49. vsque 286. 59. P. at felix illud matrimonium quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, obsignatum angeli renunciant, pater rato habet iugum duorum fidelium, 282. 60. 61. 62. T. 286. 90. 61. 286. 62. P. ne nubamus ethni-

cis,habemus legem à Patriarchis & Apostolo, 293.180. T.305.180. P. sacramentum, 339.248.T.371.248.P. 448.328.T.469.328.P. 487.270.T.521. 270.P.800.285.T. 820.285.P.953.29.T. status benedictus apud Deum, in quo concubitum libido,non conditio fœdat, 490. 552.T.525.352.P. quare malè à Marcione spurcitiæ nomine accusatur & damnatur ; nos verò sanctitatem sine nuptiarum damnatione sectamur, & præterimus, vt bonum melius quum Deus coniugium benedixerit,630. 195.vsque 204.T.641.195. vsque 204.P. quia si nupiæ non erunt,sanctitas nulla est; iam verò sementem generis humani compescere totum,optimo Deo congruere non videtur, Ibidem 204.205.T.P.705.131.132.T.744.131.132. P.717.351.352.T.758.351.352.P.727.539.T.769.539.P. etsi Apostolus bonum continentiæ præfert, tamen & coniugium contrahi permittit, 788.109.T.809. P.899.5.T. 903.5.P. vetat tamen cum ethnico contrahi, sicuti & aliæ scripturæ, 789.112.113.T.809.112.113.P. hæretici qui nuptias auferunt, 951 I.T.959.2.P. Domino, id est, non ethnico, 954.46.,T.962.46.P. matrimoniunt est, quum Deus iungit duos in vnam carnem, aut tuuctos in eadem carne deprehendens, coniunctionem signauit,955.71.T.963.71.P.ex voluntate, 956.81.T.964. 82.P.postulabatur id ab Episcopis, presbyteris,diaconis, & viduis, & coniungebantur in Ecclesia, 956.84.T.964. 84.P.

Matrix, 136.7.T.311.41.T.318.41.P.334.129.T.336. 129.P.hinc matrices,libri Cæsarei fisci,974.102.T.974.102.P

Mattonales, 243.108.T.108.P

Mattæa. 125.20.T.128.20.P.

Matturare, 165.7.T.172.7.P.

Matutæ matri Deæ coronam non imponit nisi virtuira, 959.130.T.967.130.P.

Mauius Adrumeticus ad bestias damnatus, 153.21.T.

Mauri hostes Romanorum,67.489.T.114 489.P. eorum multi fines ad fidem conuersi, 139. 40.T.151.40.P. à Romanis obsidebantur,ne regionum fines suarum excederent, 139. 51.T.152.51. P. vani à Sallustio appellantur, 487.266.T.521.266.P.

Mauritania, 58.384.T.108 384.P.131.44.T.134.44.P.

Medea maga, 501. 563. T.537.563.P.

Medicagens, 80.T.Pro Persi.516.80.P.139.30.T. 150.30.P.Romæ visi, 259.56.T. in triumpho Scueri, 262. 56.P.

Medicare, 585.338.T.612.338. P. medicator,676.125 T.689.125.P.

Medici ab Etasistrato nuncupati, 28.43.T.84.43.P.

Medicinas sibi diuinitus adtributas agnoscunt animæ irrationales, cernus dictamnum , hirundo chelidoniam, 202.74.75.T.178.74.75.P. primus illas Æsculapius exploraſſe dicitur, 291.93.T.301.93.P. Isaias etiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandauit, 301.94.T. 301.94.P. scit & Paulus stomacho vinum modicum prodesse, Ibidem T. medicina soror Philosophiæ, 478.31.T. 508.31.P. medicorum instrumenta adducendos, & nonnumquam perimendos infantes in vtero matrum , hebes vncus,æneum spiculum, 489.331.331.333.T.524.331 332.333. P. varias adlegant mortis causſas, vt potè quæ sit euerſio aut materiarum , vt sellis , vt sanguinis ; aut regionum, vt cordis,vt iecoris;aut viarum,vt venarum , vt arteriarum, 502.585.T.538.585. P. medicina non cuitanda, ettam si ferramenta eius secent, inurant,amputent & constrictet; quâdo sine instrumẽto artis medicus esse non possit, 650. 96.T. est planè sputia de scapello, de cauterio , de sinapis incendio tamen secari inuri, morderiq; malunt, tquia dodolores vtiles adfert, 827. 37.T.837.37.P. medicum quoque miraberis in illo , quòd fermè pares adhibet qualitates medelarum , aduersus qualitates querelarum ; nam & calores caloribus amplius onerãdo compescit, & ardores siti potius macerando restringit, & sellis excessus, amaris quibusque potionibus colligit,& sanguinis fluxus defusa insuper venula reuocat, Ibidem 38.T.P.

Megalenses ludi, 214.52.T.224.52.P.

Megarenses ob sonãt quasi eras morituri, ædificant quasi nunquam morituri, 69.509.T.115.509.P.

Megillus interlocutor dialogorum Platonis,de legibus, 487.265.T.521.265.P.

Melampi initiationes Argis, 14.334.T.104.334.P.

Melchisedech, sacerdos Dei summi, 136.7.T.

Melitus accusator Socratis, 477.9.T.506.9.P.

Memoria, sensuum & intellectuum salus, thesaurus omnium studiorum, 488.312.313.T.523.312.313.P.

Memoriæ, 135.4.T. pro scriptururis . 149.4.P.

Menelaus deuicta Troia Helenam recuperauit, 49. 414.T.

Menidæ Peloponnensium occuparunt, 492.373.T.527. 373.P.

Mens, Æon Valentini, 342.315.T.

Mensurnum, 1031.5.T.1014.5.P.

Mentiri pro simulare, de Abraham accipitur, 265.16 T.269.15.P.

Meractor, 415.132.T.322.131.P.

Merces operum à Deo remunetatore,66.482.T.165.9.T. perennis vitæ,167.33.T.167.39.T. præmiũ,corona æternitatis, brabium, 191. 43.T.196.43.P. 202.73.75.T. 207.73.75.P.257.1.T.265.19.P.276.54.T.279. 54.P. 293.197. &c.T.306.197.P.306.197.P.314.111.T. 321.111. P. 569.77.T.597. 77.P.571.114. T. 599. 114. P. 651.125.T. 662 125. P. retributio pro meritis fit à Deo iudice, & discpunctore, 711.248. T. 751. 248. P. 715.309. T. 715.309.P. 718.373.T.759.373. P. 720. 408. T. 761.408. P.794.197.T.815.197.P.827 43. T.837. 43. P.876.17. T. 879.17.P.939.13.T.944.13. P. 956.80.T.964.80.P.1031. 7.T.1055.7.P.

Mercurius Ægyptius tempore Osyridis,lanitij & vestis auctor, 6.53.T.14.53.P.primus litteras enarrauit,126.25. T.128.25.P.291.89.T.301.89.P.

Mercurio Deo apud Gallos humana hostia cædebatur, 56.124.T. quem Esonem & Teuthantem alij vocant,89. 124.125.P.828 51.T.P. fur & nebulo , 92. 172. P. mortuos cauterio examinare scribitur, 45.228 T.96.228.P.illi modi & organa consecrata, 215.103.104.T.228.103.104. P. quòd neruos primus in sonum strinxerit, 291.91.T.301. 91.P. apud Poëtas euacator animarum, 502.592.T.539. 592.P.

Meridiani gladiatores, 45,227.T.96.227.P.

Merita operum bonorum, 48.262.T.100.262.P.71. 543.T.78.608.79.611.T.122.612.P.125.14.T.136.8.T. 165.5.T.172.5.P.203. 82.T. 208. 82.P.314.111.T.321. 111.P.572.120.T.599.120.P.623 69.T.635.69.P.646. 38.T.55.38.P.792.167.T.813.167.P.

Meritorium, pro taberna meritoria, 442.54.T. 453.54.P.

Meropes, 5.19.T.

Mesopotamia fidem amplexa, 139.31.T.150.31.P.

Messiæ columnæ,214.73.T.& Messiæ Dea, 216.73.P.

Metæ in Circo, 214.39.T.224.39.P.215.77.T.219.202. 206.T. septem numero, 236.201.P.

Metallo dari,6.50.T.13.50.P. Metallorum opera prodiderunt angeli desertores 257. 19. T. 260. 29.P. eorum ferales officinæ, 258.39.T.261.39.P.

Metatio,5.20 T. 11. 20. P. 315. 133. T.322.133. P. Metator 622.54. T. 634.54. P.

Metempsychosis, Μετεμψύχωσις Pythagoræ, 382. vsque 494. 411. T. 527.377.380.382.528.384.vsque 631. 410.P.

Μετεισομάτωσις, Metesomatosis Empedoclis,587.382. vsque 589.41.T.629.377,380.382.620.384.vsq.529.410.P.

Μετριάζω

Μετοικέσιαι, sollemnes migrationes, quibus consilio exonerandę popularitatis in alios siues examina gentis eructant, 492.373.374.T.527.373.374.P.
Μητέρα θεῶν, 130.22.T.
Metricos, Æon Valentini, 436.23.P.443.84.T.455.84.P.
Midas Rex, 5.19.T.11.19.P.418.85.T.429.85.P. eius tonsetum, 6.43.T.13.43.P.294.195.T.
Miledij, 7.56.T.14.54.P.257.7.T.260.7.P.
Militariot, 41.173.T.
Militia etiam Christianis vsitata, 72.549.T.119.549.P. ea excepta quæ cum idololatria commune quid habet, 245.146. vsque 151. T.255.146.P. multi enim fratres, id est Christiani conmilitones illi qui coronam capite recusauit, 288.15.T.295.15.P. dummodò idololatriæ non seruiat, 292.122. vsque 147.T.302.122.303.123. vsque 304.147.P. milites ad lauacrum Ioannes admittebat, centurliones etiam fidelissimi quos Christus probabat, & Petrus catechizabat, 292.136.137.T.303 136.137.P. cauendum tamen ne quid aduersus Deũ committatur. 292.138.T.303.138.P.
Militum exercitia in papilionibus expeditis & subsstrictis; etiam in pace in armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testitudinem defecando; in bello verò, de vmbra ad solem, & sole ad cœlum detunica ad loricam, de silentio ad clamorẽ, de quiete ad tumultum, 191.35.37.38.39.40.T.195.35.37.38.39.230.40.P. eorum penulæ, speculatoria caliga, gladius, calcei, corrigiæ, arma, 288.10.288.12.13 T.295.10.12.13.P. Lunchus, vexillum, tuba, & alia castrensia munia, 292.133.134.135.T. erat & militia regiarum familiarum, 293.162.T.305.162.P.
Millenarium zuum à Platone mutuatum definitur mille annorum, 492.376.T.527.376.P.
Mimiæ ineptiæ, 217.148.T.232.148.P.
Mimus, 294.208.T.307.208.P.
Minare, 142.111.T.
Minerualia, 241.63.T.251.63.P.
Mineruæ Deæ lanitij dispensationem structuramq; telarum quidam adtribuunt, 6.53.T.14.53.P. fruges demonstrauit, non inuenit, 41.167.T.92.167.P. à pastore iudicatur, 45.223.T.96.223.P. galeæ instar vellete turuo caput tegebaur eius ministri, 125.9.T.127.9.P. illi dicata modi, organa, & lyræ, 215.103.104.T.228.103.104.P. non solum artium, sed armorum quoque Dea, quæ pacem inijt cum Neptuno, olea coronata, 293.154.T.304.154.P. Athenas molita est, 487.264.T.521.264.P. eius virgines, 943.70.T.949 70.P.
Ministrare, cum accusatiuo, 25.19.T.83.19.P.280.7.T.283.7.P.
Minos Iudex infetorum, 57.368.T.106.368.P.220.214.T.
Minotautus bicotnis, 144.130.T.158.130.P.
Minutalia, 258.46.T.262.46.P.620.38.T.634.38.P.
Minutius Felix Tertulliani Apolog. ad verbum ferè imitatur, 88.91.104.105.& 99. 106. 120.P. 89.121.124.125.126.128.130. & 90.132.134.135.136.138.141.145.P.92.135.134.115.136.138.141.145.P.91.153.155.156.157.159.160.P.91.161.162.92.166.P.92.176.177.P. & 95.208.209. & 96.216. & 213 & 100. 252. & 101. 276. & 104. 338. & 110. 415. & 120.590.P.127.5.P.
Mitiones, 330.10.T.344.10.P.
Missilia fulgura, 5.21.T.11.21.P.
Mitthræ miles quum initiatur in spelæo, coronam interposito gladio sibi obiatam, dehinc capiti suo accõmodatá monetur obuia manu capite depellere, & in humerũ transferre, dicens mithram esse coronam suam, quod in signum habet ad probationem sui, 294.206.207.T.306.206.207.P. in his mysterijs diabolus ipsas res sacramentorum diuinorum æmulatur, tinguit, signat in frontibus, celebrat panis oblationem, imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam, 339.239. vsq 247.T.368. 239. vsque 370. 247.P. 389. 31.T.100. 31.P. leones illi philosophiabantur. 624. 87.T.636.8.P.
Mitthiades ex somnio Ponti potitus, 499.506.T.534.506.P.
Mixis, Æon Valentini, 436.10.P.443.78.T.455.78.P.
Modulati, 339.55.T.403.55.P.
Mœchiæ & fornicationis nomine intelliguntur iuxta tutis omnia libidinum genera, & comparantur Idololatriæ ac homicidio 1001.27. vsque 39.T.942.27. vsque 39.P.
Molinum saxum, 728.559.T.770.559.P.
Molossi populi, quorum rex Balarides, 499.507.T.534.507.P.
Momi reprehensio, quòd pectoribus natura non obduxerit speculum ad transfucendum, 65.468.T.113.
Monachorum veterum vestitus diuersus à reliquo hominum genere, idem cum eo quo hodie vtuntur, 9.1.P.
Monarchia, Μοναρχία, 845.31.32.33.T.945.31.32.33.P.
Monas, siue solitas, Æon Valentinianorum, 449.P.449.387.388.T.473.387.388.P.
Monela, 286.56.T.206.56.P.728.556.T.770.556.P.
Monogamiam suasit initio Tertullianus, 273.2. vsque 274.12.T.276.2. vsque 12.P. non delinqui tamen in renubendo, 275.45.T.279.45.P. Pontificem Maximũ, regem seculi rursus nubere nefas erat, 275.48.T.279.48.P. quum post matrimonium vnum interceptũ, exiit de seculi renũciatur, sanctificatio est, & modestiæ laus, 939.8.9.T.944.8.P. quæ ab Apostolo probatur, 940.15. vsq. 941.26.T.944.15. vsque 945.26.P. lic. & vna Adami vxor in figuram vnius Christi & vnius Ecclesiæ, 941.26. vsque 30.T.945.26. vsque 30.P. eius exempla multa apud ethnicos, 943.63. vsque 72.T.949.63. vsque 72.P. item apud sacerdotes veteris legis & filiam sacerdotis, 953.40. vsque 954.52.T.961.40. vsque 52.P. item in Zacharia. Simeone, Anna vidua, Petro Apostolo, 954.52. vsque 955.66.T.902.52. vsque 963.66.P. eadem præscripta illis qui sunt in cleto. 957.98.T.965.98.P.
Monogenes, Æon Valentini, 436.442.66.T.454.67.P.482.149.T.515.149.P.
Monogenes alter, Æon Valentini, 436.17.P.443.82.T.455.82.P.
Monotes, Æon Valentinianorum, 522.P.449.387.T.473387.P.
Monsita, 50.298.T.103.298.P.
Monumenta post mortem, litteraturæ opera, laus morum vel sepulcrorum ambitio, 126.22.T.
Mopsi oraculum, 500.513.T.535.533.P.
Morbi somno contrarij, freneticus, cardiacus, 498.475.T.533.475.P. quibus contrarius letargus. Ibid.467.T.P.
Morositas, 728.567.T.770.567.P.
Mortis genera, gladius, 31.59. T. in edia, 29.50.T. eadem quæ apocatteresis, 84.50.P.32.81.T. bestiæ, metalla, 74.565.T. Mors non aliud, quàm corporis ab anima que diffunctio, 490.350.T.521.350.P. mortis debitũ negabat ad nos pertinere Epicurus; multo coactius Seneca: post mortem ait omnia finiunt etiam ipsa, 497.464.465.T.532.464.465.566.4.T.591.4.P. mors finis omnium quæstionum, publica totius generis humani sententia naturæ debitum, 501.555.T.536.555.P. discretio siue separatio, corporis & animæ, 501.568.577.T.538.568.P. ex culpa mors omnis non ordinaria, aut naturalis, nisi ex accidentia, 501.577. vsque 584.T.538.577. vsque 584.& si varij enim exitus mortis nullus ita leuis, vt non viagatur, quia & si præ gaudio quis spiritum exhalet, & si præ glotia, & si per somnum, & si per risum,

violenta tamen mors est quæ tunc mori adfert, quũ iocũdius viuere est, lb. 76. 580. 581. 582. T. P. rapidę mortis genera, ceruicum messis, semel tantam ianuam pandens, ruinæ vis, semel omnia vitalia elidẽs apoplexis interior ruina. 502. 587. T. 538. 587. P. mortiuris sollicitior obtutus, & extraordinaria loquacitas, enũcians quæ videt, quę audit, quæ incipit nosse: illis velut per corneum fpeculare obsoletior lux retum est, tunc & exultat aut trepidat, prout præturam deuersori suo sentit, de ipsius statim angeli facie euocaroris animarum, Ibid. 588. 589. 590. 591. T. P. post mortem agnituri sumus, tam nosmetipsos quàm nostros, 956. 79. T. 964. 79. P.

Mortuorum busta extra portam, 125. 19. T. 128. 19. P. ibi obsonijs & mattæis parentabant, Ibid 20. T. P. hostium cineri penes inferos tormentũ imprecabãtur, amicorum ossibus refrigerium cõprecabantur, & vt benè requiescãt apud inferos, 128. 21. T. pro defunctis oblationes Christianorum, 289. 36. T. 296. 36. P. cremabantur ex disciplina ciuilẽsi, 292. 135. T. 303. 135. P. pro spiritu eorum postulatio, & oblationes animæ, quæ offeruntur & commemorantur sacerdotes, 942. 56. T. 948. 56. P. & pro animabus eorum orat vidua, refrigeriũ eis ad postulans, & offerens annuis diebus dormitionis eorum, 955. 77. T. 964. 77. P.

Moses Christi figura in extensione manuum, 144. 132. T. dominicam crucẽ notabat æneo serpente ligno impolito pendẽtis habitu, 144. 131. T. gloria sua oculos percutiebat filiorum Israelis, 717. 344. T. vt existimarent cornutam eius faciem, 757. 344. P. 793. 179. T. 813. 179. P. Monogamus, 953. 38. T. 962. 38. P.

Moueri, pro irasci, 725. 507. T. 767. 507. P.

Mulæ, 282. 57. 286. 57. P.

Muliebribus vestiri prohibitum viro, 218. 182. T. 234. 182. P.

Mulieris nomine etiam virgo accipitur, 3010. 25. vsque 312. 57. 64. vsque 74. T. 317. 25. vsque 319. 57. 64. vsque 74. P. naturalis enim vocabuli generale nomen est, 310. 29. T. 318. 29. P. nam & Græci, qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur, alia habent propria vocabula vxoris, 311. 38. 39. T. 318. 38. 39. P. præcripta etiam disciplinæ Ecclesiasticæ de muliere in virginem spectant, non loqui in Ecclesia, nec tinguere, nec offerre, nec vllius facerdotalis officij sortem sibi vendicare, 312. 64. 65. 66. 67. 68. T. 319. 64. vsque 69. P. vocabantur apud Christianos, mater, soror, filia, 315. 115. T. 322. 115. P. hæreticæ audebant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere, 339. 260. vsq. 264. T. 871. 260. & c. 373. 263. P.

Mulierum habitus, corona, theristrum, endromidis solox, mulitia synthesis, Mæandrico fluxu medicata vestis, stola, supparum, crepidulum, caliendrum, fericum, monilia, armillæ, purus aur mulleolus calceus, & crepidæ, 7. 70. 74. 78. 85. 88. 90. 91. & 92. T. 15. 74. 78. ac 16. 83. 85. 90. & 91. P. iuxta maiorum institutа aurum nulla norat præter pronubum annulum, 32. 79. T. 87. 79. P. at nunc in fœminis præauro nullum est mẽbrum, 32. 84. T. vino vsque adeò abstinere iubebantur, vt si vinũ adtigissent, necarentur, 32. 80. 81. & 82. T. 87. 81. 82. P. idcircò & oscula propinquis offerre necessitas erat, vt spiritu iudicarentur, 32. 83. T. 87. 83. P. lugere potius quàm ornari mulier debet, 257. 1. vsque 16. T. 259. 1. P. angelis desertoribus debetur, 257. 16. vsque. 158. 35. T. 260. 16. vsque 261. 35. P. à quibus inuenta lumina lapillorum, quibus monilia variantur, circuli ex auro, quibus brachia arctantur, & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur, Ibidem 22. T. mundus item muliebris, qui in auro, argento, gemmis, & vestibus deputatur, 258. 37. T. 261. 37. P. quæ omnia ad ambitionem pertinent, 259. 70. & c. T. 263. 70. & c. P. vno enim lino decies sistertiũ inseritur, saltus & insulas tenera ceruix fert, graciles aurium cutes calendarium expendũt, & sinistra per singulos digitos de saxis singulis ludit, Ibid. vtrobique prohibetur vestitus pompa, 266. 43. vsque 54. T. 270. 43. & c. P. quod earum colores à desertoribus angelis monstrati sint, vti & grana quæ auribus inserunt, aurum & argentum; & vellerum tinctura, 267. 54. vsque 64. T. 271. 54. vsque 64. P. quòdque nulla sit causa ornatiùs prodeundi, 267. 64. vsque 69. T. 272. 64. vsque 69. P. maximè perfecutionis temporibus, 315. 74. vsque 316. 84. T. 272. 74. & c. P. si quas vel diuitiarum vel natalium vel dignitatũ ratio compellit pompaticas progredi, temperare sibi ab huiusmodi curent, 266. 46. T. 270. 46. P. vestem de conchilio, lunulas, botronatũ, reptobat Isaias, 267. 60. T. 271. 60. P. sicuti etiam pallium extrinsecus iactantes calceum stipantes muliuformem, 313. 105. 106. T. 321. 105. 106. P.

Mulieritas, 313. 104. T. 321. 104. P.

Multitia, 7. 8. 78. T. 15. 78. P.

Mundo habitum vertere sollemne est, 5. 19. T. 11. 19. P. plures putat Anaximander & Silenus, Ibidem. Plato ex diuersis subst antijs constituit, Ibi. aliquãdo totus aquis obsitus, 6. 24. T. hinc adhuc maris conchæ peregrinantur in montibus, ibi. ejusdẽ natales in diuinis litteris legimus, 6. 31. innatum & infectum dicebat Pythagoras, natum & factum Plato 41. 165. T. 92. 165. P. in ornamento maiestatis suæ factus à Deo, 48. 252. T. natus innatũsve, sit, de cessus mansurusve, variant Philosophi, 77. 594. T. 121. 594. P. Mundum si dixeris, illic intelligitur & cœlum, & quæ in eo, sol, luna, sidera, & astra; & terra; & freta, & omnis census elementorũ, 350. 30. 31. T. Sileni orbis alius, 418. 85. T. 429. 85. P. mundo apud Græcos ornamentinomen est, 623. 74. T. 135. 74. P. eius elementa Deos pronuntiauerunt Philosophi, & eius considerando magnitudinem, vim, decorem, initium ac finem mundo dare, formidarunt Physici 623. 74. & c. T. 635. 74. vsque 81. P. mundi etiam elementis vtitur idololatria ad fabulas Deorũ suorum 623. 82. vsque 87. T. 636. 82. vsque 87. P.

Mundorum & immundorum animalium interpretatio Tertulliani citatur 926. T. 926. P. latè etiam tractatur à Nouatiano Epist. de cibis Iudaicis sicuti ex argumento videre est, 1063. P. 1062. 1. vsque 1066. 23. T. 1066. 1. vsq. 23. P. Munda autem dicebantur animalia, quæ ruminatione ruminant, & vngulas findunt; immunda, quæ neutrum vel alterum faciunt; sic in piscibus munda, quæ cooperta squamis, & armata remigijs; cetera immunda, aliutm quoque discrimen induxit, 1064. 6. T. 1067. 6. P. inter quæ allegoricè explicat hæc quæ sequuntur, camelũ, suem, mustelã, lacertam, stellionẽ, coruum, passerem, noctuam, cygnum, charadrium, vespertilionem, ex singulis singulorum proprietatibus, 1065. 10. vsq. 14. T. 1067. 10. vsq. 14. P.

Municipales sollennitates, 293. 176. T.

Municipatus, 293. 177. P. 802. 318. T. 822. 318. P.

Munus gladiatorum in harena, 37. 135. T. 90. 135. P. quo etiam homines feris dilcerpendi obijciebantur, 37. 136. T. 90. 136. P. inde dicti Munerarij, qui ad id & bestias fagi nabant, & noxiorum greges pascebant, 74. 565. T. officium mortuis hoc facere se veteres arbitrabantur, quoniam animas illorum humano sanguine propitiari creditum erat; ad quod olim captiuos, vel malo ingenio seruos mercati, in exequiis immolabant, postea impietatem voluptate adumbrabrant, 216. 114. 115. 116. T. 229. 114. 115. 116. P. paulatim etiam prouecti ad maiorem crudelitatem, & feris humana corpora dissipanda tradebantur, 226. 118. T. 230. 118. P. transijt hoc genus ad honores viuentium, 216. 119. 120. T. 230. 120. P. apparatus eius ad pompam diaboli pertinet, 216. 123. 124. 125. T. 230. 123. 124. 125. P. Mars & Diana, vtriusq. ludi præsides, 216. 128. T. 230. 128. P.

Munerum dies, idolothyta, sollemnia, 245. 94. 95. T. à muneribus dandis, 253. 94. 95. P.

Mutæna, bestia exedentula, exunguis & excornis, de piscibus, 9.104.T.17.104.P
Murtia Dea, cuius ædes in Circo, 215.78.T.216.78.P.
Mus Ponticus, 619.18.T.632.18.P.
Musæi initiationes Athenis, 54.333.T.104.333.P.
Musis lyræ adtribuuntur, vox, modi, & organa, 215. 103.104.T.228.103.104.P.
Mussitare, 288.17.T.295.17.P.
Mutinus Deus, 58.394.T.108.394.P.
Mutius dexteram suam libens in ara reliquit, 80.621. T.122.621.P.192.48.T.505.647.T.
Mysterijs omnibus silentij fides debetur, 34.96.T.88. 96.P.

N.

NÆ, 448.361.T.470.361.P.728.572.T.771. 572.P.
Narnienses in Italia, 58.386.T.108.386.P.
Nasammonum propria oracula apud parētum sepulcra, 604.639.T.541.639.P.
Natales, pro origine, 599.30.T.205.30.P.
Natales Deorum, 241.68.T.
Natalitium honestorum insignia, 32.74.T.non temerè, nec impunè vsurpari sinebant, Ibidem
Nationes quædam sanguinem ex alterutro degustatum videri comparabant, 37.131.T.90.131.P. pro gentilibus, 332.60.T.350.60.P. quædam sub feruentissimo axe censentur, colorem quoque excoctæ, 489. 336.T.525.336.P.
Natiuitas legitima fermè decimi mensis ingressus est, septimo interim mense natiuitas facilius plena est quàm octauo, 496.438.496.439.T.531.438.P
Naturale quodammodò, & naturale proprium, 497. 459.T.532.459.P.
Nauis inuentrix putabatur Minerua, 291.94.T.
Nauiter, 411.16.T.424.16.P.
Necessatior, 125.13.T.128.13.P.202.69.T.207. 69.P.
Necrothyta, 216.132.T.231.132.P.
Negotiandi quæstus caussa iustitia parum secura de cupiditatis & mendacij obseruatione, non tamē hoc modo omnibus negotiationibus cōtrouersia fieri debet, sed pro magnitudine periculi diligentia obseruationis adhibēda, 242.75.78.T.252.76.P. alioquī licita mercimonia, 275. 32.T.
Nemæi leonis à se superati exuuias Hercules induebatur, 7.71.T.15.71.P. inde Nemæa dicti agones, qui Herculi exhibebantur, 216.109.T.229.109.P.
Neophyti, 339.264.T.373.264.P.
Neoptolemeus Tragœdus apud Rheteum Troiæ sepulcrum Aiacis monitus in somnis, à ruina liberatur, & quū lapidum senia deponit, diues inde auro redit, 499.517.T. 535 618.517.P.
Neptunus Laomedonti muros struit, 44.208.T.112.95. P. eum tamquam Deum Consum ludis honorabant, 214. 34.T.223.34.P. ab eo Neptunales ludi, 214.55.T.224.55. P. illi Delphini sacri, 214.72.T.226.72.P. etiam equestris erat, 215.84.T.227.84.P. cum quo pacem Minetua iniit, 293.154.T.
Nero Imper. impurus & mollis, 8.79.T.16.79.P. in cœnis sumptuosior, 9.110.T.19.110.P. numquam somniasse putatur, nisi in vltimo exitu post paucos, 498.485. T.533.485.P.500.531.T.537.551.P.
Nersia Dea Volsinien sium, 58.388.T.108.388.P.
Neruus suplicij genus, 191.29.T.195.29.P.
Nestoris mella facundiæ, 492.383.T.
Nicephorus castigatus, 100.59.&c.64.P
Nidores. dæmonum pabula, 55.347. 348.T.105.347.348.P.& vtrobique 359.240.26.T.248.26.P
Nigriani siue Nigri, à Nigro tyrāno Romano, 65.473. T.111.473.P.130.8.T.131.8.P.
Nileus Ionum dux in Asiam, 6.39.T.13.39.P.
Ninus rex Assyriorum, Beli progenies, 6.39.T.13.39.P. 12.31.P. non regnauit primus, Ibidem sed ante eum Sesostres Ægypti & Tanais Scythæ Reges, 12.31.P.
Nisi li, 28.39.T.8.3.6.P.
Nocentia, 71.540.T.118.540.P.649.79.T.660. 79.P.
Noctuæ oculi solem nesciunt, 480.104.T.512. 104.P.
Noë iustus inuentus, 139.7.T.
Noeti cœli, 446.245.T.464.245.P
Nomen proprietatis appellatio, 675.106.T.688.106.P.
Nomen, pro nomine Christiano, 13.21.T.24.26.T. 26.33.T.27.37.T.27.38.& 39.& 40.T.30.54.T.131.44.T. 198.11.T. 204. 11.P.569.83.T.597.83.P.824.10.T.835. 10.P.
Nominalium sollemnitas, qua nomen imponebatur, 244.126.T.254.126.P.
Non, pro nonne, 706.154.T.746.154.P.973.92.T.973. 92.P.
Nona Dea, 494.436.T.531.436.P.
Nonacris Arcadiæ aqua Alexandrum occidit, 445.190. T.461.190.P.597.501.T.537.559.P.
Noricum, 58.381.T.Germanis olim contributi, 107. 381.P.
Nortia Dea Sutrinorum, 58.390.T.108.390.P.
Nosce teipsum, 78.611.T.122.611.P.
Notarius, 130.29.T
Nouatianus Romanæ vrbis Presbyter in lecto baptizatus, quum postea sacramētum chrismatis non accepisset, ex Catholico in hæresim lapsus est, à Nouato B. Cypriani presbytero schismatico & hæretico seductus; cuius etiam factione, contra S. Cornelium legitimum Romanū Pontificē, se contrarium & adulterium caput constituit, vi cōsectatus à tribus Episcopis; & ita deinceps Romæ & alibi hæresim suam disseminauit, qua ad pœnitentiam quidem admittebat, sed à solo Deo, non verò ab Ecclesia pacē posse tribui contendebat; proinde etiā si verū esset (quod quidam scribunt) occisum illum fuh Valeriano, quum extra Ecclesiam fuerit, nihil potuit prodesse martyrium, 1054.1.P. ab hoc adhuc Catholico scriptus liber de Trinitate, qui etiam iam olim Tertulliano & Cypriano adscriptus fuit, sed falso, sicuti Origenes, Hieron. & Rufinus adnotarunt; quod vel ex eo confirmatur, quòd Sabellianorum meminit, quum multo post Tertullianum exortus sit Sabellius, in quo etiā errores quidam reperiūtur de Spiritu sancto, qua de caussa à Macedonianis fuit editus titulo S. Cypriani, 1029.& 1030. P. in quo interim reliqua magnoperè faciunt, ad confirmandā personarū Trinitatē in vna deitate, sicuti ex argumēto latiùs pater, Ib. Eius sectatores Nouatiani præter errorem prædictum, quem postmodum incurrit, etiā chrismate non vnguebantur, secundas damnabant nuptias, & Catharos se nūcupabant; cōtra quos multi Patres ex pro fesso scripserunt, 1054.1.P. Epistolas Nouatiani in secessu scriptas tempore persecutionis Decianę aduer. Iud. de vera Circūcisione, de vero Sabbato, & de Cibis Iudaicis, agnouerunt Hieron. Sophron. & Honorius, & priorum duarū ipse Nouatia. meminit Epist. de Cibis Iudaicis, 1062.P.1063.P.1068.1069.T.P. in quo quæ tractentur inuenietlector in argumento, 1062.1063.P. Non illi autem, sed S. Cypriano inscribendus liber de Spectaculis, etiam si similem habeat salutandi formulam, 1066. 1.P. Secessus eius non ipse modò, sed & Eusebius ac Pacianus, 1063.3.T.1066.3.P.
Nouitioli, 167.29.T.174.29.P.
Noxa. 24.89.T.
Nudipedalia populo denuntiabantur, pro imbribus impetrandis, 71.542.T.118.542.P.

Nullificamen,& nullificatio, 708.189.r.748. 189.p.
Numerorum hæresarius,9. 215.r.18.215.T.18.215.p. numeri militares, 67.448.T.114.488.p. numeri Pythagoræ, 493.395.T.528.395p.
Numidæ etiam equis cæsariati, 7.62.T.14.62.p
Numus imagine signatus à Saturno, 40.160.T.160.160.p. examinari solet ne sculptus sit, rasus, aut adulter, 196. 13.T.
Nuptiarum fax & flammeum, 448.359.r.471.359.p. de Nuptiarum angustijs ad amicum Philosophum Tertulliani libri notulæ, 925.T.925.P.
Νοῦς Deus Basilidis, 341.304.T.379.304.hæt.4.P.
Æon Valentini, 436.318.P.442.66.67. T.454.67.P.
Νοῦς apud Græcos animus, 482.146.T.513.146.P.
Nymphon,Æon Valentini,517.P.448.356.T.471.356.P.

O

OBæmulari, 723.510.T.767.510.P.
Obaudire, 800.286.T.820.286.P.
Obba, 51. 197.T.95.197.P.
Obducere,43.75.T.120.572.P.80.618.T.122.618.P.420. 34.T.431.134.P.551.147. T.561.147.P.566.17. T.594.17. P. 627.150. T.639.150.P.
Obelisci enormitas soli prostituta, scriptura eius, & sensus de Ægypto, 215.75.T.226.75.P.419.106.T.430. 106.P.
Obire, pro obambulare, 169. 68. T. 178.68.P.pro exequi,955.61.T.965.61.P.hinc obitus,pro officio, 968.8.T. 975 8.P.
Oblaqueare, 569.66.T.596.66.P.
Obloqui,pro in contrariam partem loqui,968.5.T.975. 5.P.
Obnexus, 730,600.T.vox composita à nexus, 772. 600.P.
Obsequij ratio in similitudine animorum constituta, 166.21.T.
Obsignare, pro testimonium dicere, 242.69.T.251.69. 242.P.85. T.253.85.P.
Obsolescâta, pro tobustior facta, 313.96.T.320.96.P.
Obsoletare, 45.229.T.96.229.P.
Obstinario in bonam partem, 122.4.T.122.4.P.
Obstipui, 919.1.T.921.1.P
Obtentus, 580.264.T.607.264.P.
Obtunsus,619.28.P.33.25.P.Obtundere,731.6.8.774.T. 618.P.782.9.T 9.P.803.
Obuenientia, 447 314.T 468.314.P.
Obumbrare, 970.40.T.976.40.P.
Occupate,71.518.T.pro opprimere, 118.538.P.
Occriculani in Italia, 58.389.T.108.389.
Oculare, 54.337.T.104.137.P.170.75.T.178.75.P.
Odeum, 583.301.T.601.301.P.
Ὦ φιλοι, εἰ ζητετε Ἰησουν, χρημενος ἡ βρεφος ἐγειρε, 131.48.T.134.48.P.
Odiri, 28.41.T.84.41.P
Odoratus quomodo posteriore vsu vnguenta, deprecier, 484.210.484.224.T.519.210.224.P
Oedipici incœstus, 38.142.T.90.142.P.
Oenophora, 985.52 993.52.P.
Oenotria Italiæ, 40.160.T.61.159.P.
Offerentia, 718.367.T.739.367.P.
Officia,39.2.115.T.302.115.P.445.203.T.462.203.P.974. 11.T.980.111.P.
Officiales, 244.130.T.254.130.P.
Offocare, 247.171.T.256.171.P.
Ogdoas Valent, 435.P.443.71.T.454.74.P.
Ὀικονομία, 844.23.30.T.861.23.P.
Olea, pacis signum, 293.154.T.
Olęaster, 338.217.T.366.218.P.
Oleo curabant Christiani, 130.35.T.133.35.P.
Olympia,7.73.T. Ioui sacra, 216.108.T.229.108.P. certamina, 502.579.T.
Omina, 5.11.T.10.11.P
Omne rotum est, & integrum, & nulla sui parte defectum, 312.59.T.
Omphale scortum Herculis, 7.69.& 74.T.15.66.P.
Onesimus,448.358.T.pro vtili seruo, 471.358.P.
Onesiphorus Paulo refrigeria subminis trauit,973.93.T 980.93.P.
Ononichytes appellabatur Deus Christianorum, auritus asininis,alteropede vngulatus,librum gestans & togatus, 47.249.T.99.249.P.
Onus auertere. 781.6.T.803.6.P.
Opera, pro operario, 241.86.T.251.86.P.
Opera,pro opere, 165.9.T.173.9.P.203.107.T.210. 107.P.577.115.T.599.115.P.
Operari,& operatus,cum Datiuo, 21.6.T.81.6.P.
Operari,pro eleemosynam facere,146.167.T.156.167.P.
Opici, 845.31.T.861.31.P.
Oppassum, 44.236.T.97.236.P.
Optimus,pro bono, 229.585.T.771.585.P.
Orabant Christiani ad regionem Orientis,47.247.T.99. 247.P.pro salute Imperatorum inuocabant Deum æternum, Deum verum, Deum viuum, 62.437.438.T.111. 437.438 P.in cœlum suspicientes,manibus expansis,capite nudo,nec pectore,de carne pudica,de anima innocenti, 62.440.441.T.111.441. P. pro inimicis & persecutoribus orare præceptum,63.446 T.112.446.P.item pro Imperatoribus,quia cũ illis cõcutitur Imperiũ,63.448.T.111.448 P.68.500 T.115.500.P. genibus positis, manibus cædentibus pectus,facie humi volutara, 144.132.T. Oratio accipitur à Terrull. tum pro oratione in genere & orationeDominica,tum pro oratione mystica, leu sacrificio Missæ,183.1.P.in oratione ad cœlum se expandebant,alij verò pœnitentes nempè,Deo se sterụebant, 628.165.166.T.640 165.166.P.679.193.T.690.133.134. P. alij expansis manibus, alij in rebus attonitis genibus positis,manibus extendentibus pectus,& faciẹ humi voluntare, Ibid.T.P.
Oraculu, 34.337.T.in ijs quo ingenio dæmones ambiguitates temperent in eucntus,scitunt Cræsi & Pyrrhi,55. 349.310.351.T.105.350.351.P. nõnumquam tamquam diplomata consignata ad absentes mitti solent, 59.403.T. 109.403.P. Dæmonis Pythij verba ipsa,182.53.T.189.53.P. diuersorum diuersis in locis,500.528.T.535.528.P.quæ omnia quid aliud quàm dæmonica, etiam per beneficia fallentia,560.537.518.T.576.538.P.apud quæ quum incubaturis iciunium indicitur superstitioseſt,500 546.T.536.546.P.
ὀρφεως ἰῶ χαλαι, 142.107.T.156.108.T.
Oratio Dominica à Christo determinata,180.2.T.186. 2.P. non tantùm in relationem Dei aut hominis personem,sed omnem penè sermonem Domini,omnẽ cõmemorationẽ disciplinæ,cõplexa, vt re vera breuiarium totius Euangelij dici possit, 180.3.T. eius verbum omnium explicati, 180.4.&c.180.181.vſ.34. T.186.187.188.4.vſq. 34.P.in qua etiam mater Ecclesia in patre Deo recognoscitur.180.7.T.186.7.P.compendijs paucorum verborum adtingunturedicta Prophetarum, Euangeliorum, Apostolorum;sermones Domini, parabolæ, exempla præcepta,188.34.T. Legitima est & ordinaria oratio, qua præmissa,ius est superstruendi & alias petiones, Ibid.35.T. cum memoria tamen præceptiine altare ascendamus,discordes eum fratribus,182.36.17.T.188.36.37.P. eius altera explicatio, 720.409.vſq.418.T.761.409. vſq.418.P.oratio legitima, 969.55.T.976 25.P.
Ordo Ecclesiasticus, 240.23.T.249.23.P.sacramentum, 339.239.247.T.in illo Episcopus, presbyter, diaconus,lector, 339.266.268.269.270.T.371.248.373.267.268.269. 443.270. P. differentiam inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per ordinis consessum

sum sanctificatus à Deo, 941. 39. T. 946. 39. P. etiam subdiaconi tunc in Ecclesia, ostiarij, exorcistæ, & acolyti; nó soli diaconi, presbyteri, & Episcopi, 972. 79. T. 979. 79. P.
Orestes infansus matrem in sorore vidit, 484. 226. T. 519. 226. P.
Origenes Tertullianum imitatur, 295. 27. P.
Orion fidus, 830. 77. T. 839. 77. P.
Ornatus & cultus, cõfunduntur ab Auctore, 258. 37. T. 261. 37. P. 264. 1. T. 268. 1. P.
Oropus oppidum, 500. 529. T. 535. 529. P.
Orosius caltigatus, 85. 40. P.
Orphei initiationes, siue Orgia Pietiæ 54. 333. T. 104. 333. P.
Ortygometra, 721. 421. T. 762. 421. P.
Oscillum, 5. 18. T. 11. 18. P. 482. 151. T. 515. 151. P.
Osculum inter Christianos in fraternitate vsitatum, 314. 117. T. 321. 117. P.
Ostenta quædam, 501. 573. 574. 576. T. 538. 573. 574. 576. P.
Ostentamen, 832. 100. T. 841. 100. P.
Ostiarij, 374. 269. P.
Ostiorum Dei Cardea, Forculus, Limentinus, Ianus, Apollo θυρεάτης, & Antelij, balneorúmque, 244. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 120. T. 253. 113. 114. 115. 116. 117. 118, 120. P. 293. 152. T. 306. 192. P. 830. 70. T. 839. 70. P.
Osyris Rex Ægyptiorum, 6. 33. T. 14. 53. P. idem qui Liber Deus, 290. 77. T. 300. 77. P. eius sacerdotum vestis linea, 291. 95. T. 301. 95. P. Osyrin Deum interpretabantur reciprocarum frugum fidem. 624. 86. T. 636. 86. P.
Oua in Circo, 214. 70. T. 226. 70. P.
Ouecula, 6. 53. T.
Ouilia Milesia, Selgica, Altina, Tarentina, & Betica, 7. 54. & 55. T. 14. 54. & 55. P. 257. 7. T. 260. 7. P.

P

PAcisci cum delatore, vel milite, vel furunculo aliquo præside, furtiuo, 973. 89. T. 979. 89. P.
Pædagogia aulica, 44. 201. T. 95. 201. P.
Pædgogium, 443. 93. T. 455. 93. P.
Paganorum, id est ethnicorum fides, 292. 139. 142. T. 304. 142. P.
Paganus, pro non milite, 292. 142. T. 304. 142. P.
Pala. 330. 17. T. 345. 17. P.
Palatium, 67. 450. T.
Palestina, 6. 16. T.
Palestræ studia, lutea vnctio, puluerea volutatio, & atida saginatio, 7. 61. T.
Paliurus, 914. 5. T. 915. 5. P.
Palliatus sermo, 9. 113. T.
Pallij descriptio, 5. 6. T. 9. 1. P. 10. 6. P. Christianis vsitatum, 9. 1. P. 8. 95. & 9. 117. T. Græco magis, sed lingua etiam Latium; palliatus enim habitus Græcorum, 7. 58. & 59. T. duplex Cæteri vsitatum, 8. 97. T. 17. 97. P. Philosophiæ habitus, 9. 114. T. sub cuius recogitatu mores erubescunt. Eo vestiũtur primus informator litterarum, primus edomator vocis, primus numerorũ harenarius, Grammaticus, Rhetor, Sophista, Medicus, Poëta, qui musicam pulsat, qui stellarem coniectat, qui volaticam spectat, & omnis liberalitas studiorum, 9. 114. 115. & 116. T. 18. 115. 116. P. Romani etiam Equites, ibid. quatuor angulis tegitur, ibidem.
Palmata vestis, 80. 620. T. 122. 620. P. 245. 137. T. 254. 137. P. 293. 167. T.
Pamphila ad Christum conuersa, 139. 35. T. 151. 35. P.
Pancarpia, 444. 145. T. 459. 145. P.
Pandora, 290. 64. T. 300. 64. P.
Pangere, 6. 33. T. 12. 33. P. 7. 55. T. 38. 146. T.
Pantomimus, 217. 149. T. 232. 149. P.
Papauet, pro semine seu grano, 338. 218. T. 366. 218. P.
Papiliones, 191. 35. T. pro tentorijs, 195. 35. P.
Par, cum Genitiuo, 40. 162. T. 91. 162. P. 204. 109. T. 210. 109. P. 544. 26. T. 555. 26. P. 731. 621. T. 774. 621. P.
Paracletus Æon Valentini, 436. 19. P. 443. 83. T. 455. 83. P.
Paradigma, 458. 480. T. 533. 480. P. exemplar, ibidem. T. P.
Paradisi fidem Elysij campi occupauerunt, 77. 601. 602. T. eius poëtica descriptio, 907. 9. vsque 908. 12. T. de eo Libri Tertull. paradoxi argumentum, 929. T. 929. & 930. P. terrestris interim illi paradisus etiam agnitus, sicuti & ab alijs patribus, quem in Oriente constitutum referunt; vbi verò sit paradisus, ad fidem non pertinet, ibidem. P.
Paraseeue, pro Sabbato, 988. 87. T. 995. 87. P.
Paratura, 7. 58. T. 14. 58. P. 203. 91. T. 209. 91. P. 445. 212. T. 463. 212. P. 447. 284. T. 466. 284. P. 830. 80. T. 840. 80. P.
Paredri spiritus, 491. 368. T. 526. 368. P.
Parentatio quæ mortuis litabatur, 125. 20. T. 128. 20. P. 216. 119. T. 230. 119. P. idololatria, 216. 119. T. 216. 130. 131. T. 231. 131. P. 566. 2. T. 593. 2. P.
Parentes, pro quibuslibet cognatis, 191. 14. T. 193. 14. P.
Pariare, 723. 472. T. 765. 472. P. 802. 314. T. 822. 317. P.
Particidium homicidio interest, 76. 127. T.
Parthenius interfector Domitiani, 65. 477. T. 113. 477. P.
Parthi Romanorum hostes, 67. 489. T. 114. 489. P. Christiani, 139. 30. T. 150. 30. P. eorum regnum, 139. 46. T. ijdem qui Persæ, 152. 46. P. Romæ visi à Tertulliano, 256. 56. T. 262. 56. P. grana quædam auribus bullarum vice inserebant, 267. 55. 56. T. idem qui Persæ, 527. 373. P.
Partula Dea, quæ partum gubernet, 495. 436. T. 531. 436. P.
Pascha Domini passio Christi, 145. 138. T. 158. 138. P. 183. 57. T. 189. 57. P. eius sollemnia, 281. 27. T. 284. 27. P. id celebramus annuo circulo in mense primo, & quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus, 988. 84. 85. T. 995. 84. 85. P.
Pasiphaæ oraculum, 500. 535. T. 535. 535. P.
Passionalis, 125. 14. T. 128. 14. P.
Passiones, pro persecutiones, 832. 104. T. 841. 104. P.
Passiuitas, 8. 86. T. 10. 86. P. 38. 144. T. 90. 144. P. 291. 96. T. 301. 96. P. 422. 143. T. 432. 143. P. 448. 325. T. 469. 325. P. 478. 56. T. 509. 56. P. 851. 710. 230. T. 750. 230. P.
Passiuitus, 7. 58. T. 14. 58. P.
Passiuum, 274. 14. T. 277. 14. P. 442. 39. T. 452. 39. P. 621. 47. T. 634. 47. P. 953. 31. T. 961. 31. P.
Patagium, 6. 45. T. 13. 45. P.
Patientia Philosophorum adfectata, 198. 34. 6. 7. T. 204. 1. 6. 7. P. Deus ipse veræ patientiæ exemplum, 198. 5. &c. T. 204. 5. &c. P. Christus quoque, 199. 12. &c. 199. 13. vsque 23. T. 204. 12. 13. 14. 205. 15. vsque 23. P. Patientiam itaque obsequij vicissim Deo debemus, 199. 23. &c. T. 205. 23. &c. P. eius contrarium impatientia in diabolo, 199. 28. T. & in eius affectis, 200. 33. &c. T. 205. 28. 29. 30. 31. 32. vsque 206. 43. P. Adam & Eua, Cain, & filijs Israel, ibid. patientia verò fidem

& antecedit, & subsequitur in Abraham, 200. 43. vsque 47. T. 206. 43. vsque 47. P. contemptum etiam seculi operatur, 200. 47. vsque 201. 54. T. 206. 47. vsque 54. P. iniurias lenit, 201. 54. vsque 61. T. 206. 54. vsque 61. P. luctum item temperat, 201. 61. vsque 64. T. 207. 61. P. vltionis quoque libidinem excludit, 201. 64. vsque 68. T. 207. 64. P. præterquàm quòd reliqua illudat malis spiritus incitamenta, etiam pro mercede æternam felicitatem recipit, 202. 68. vsque 76. T. 207. 68. 73. 74. 75. P. paci quoque, dilectioni & pœnitentiæ ministrat, 202. 76. vsque 81. T. 208. 76. P. non tantum in animo constituta, sed & corpore, in ciuinjs, cõtinentia ac martyrijs, 203. 81. vsque 92. T. 208. 81. vsq. 91. P. eius exempla Esaias, Stephanus, Iob, 203. 92. vsque 99. T. 209. 92. vsq. 99. P. omnibus Dei mandatis interuenit, 203. 99. vsque 103. T. 209. 99. 101. 102 P. eius effigies, 203. 103. T. 209. 103. P. hanc diabolus in ethnicis æmulatur, 205. 106. & C. T. 209. 106. 107. P.

Patitur sanitatem, 48. 257. T. 300. 257. P.
Patres familiæ, 267. 61. T. 271. 61. P.
Patricos, Æon Valentini, 436. 21. P. 443. 83. T. 455. 83. P.
Patrocinia contumeliosa, 204. 112. T. 210. 112. P.
Patroclus Homericos funus in somnis de Achille flagitauit, quasi non aliàs adire inferos posset, arcentibus eum longè animabus sepultorum, 503. 615. T. 540. 615. P.
Paulus Apostolus Romæ per Neronis sæuitiam sanguinem Christianum seminauit, 53. 329. T. continens fuit non coniugatus, 274. 20. T. 277. 20. P. 281. 15. T. 899. 5. T. 940. 24. T. 945. 24. P. 951. 13. T. 960. 13. P. 954. 59. 60. T. Ioannis exitu coronatus, 318. 214. T. 366. 214. P. nempè gladio sicuti Ioannes baptista, Ibidem P. eius omnes Epistolæ communem & eandem titulum habent, gratiam & pacem, 786. 65. T. 807. 65. P. Romæ ciuitatis Romanæ consequitur natiuitatem per martyrium, 833. 117. T. 842. 117. P.
Paupertina, 624. 92. T. 636. 92. P.
Pauus, 6. 45 T. 13. 45. P.
Pax orbis, 5. 13. T. sub Augusto Cæsare, 11. 13. P. Pacis ius communicabatur per Ecclesias, 309. 16. T. 317. 16. P. 334. 123. T. 356. 124. P. 337. 187. T. quam hæresici passim cum omnibus miscent, 339. 257. T. 372. 257. P. Episcopi Romani dabant & ieuocabant, 844. 7. 10. T. 860. 7. & 10. P. quæ pœnitentibus dabatur, 591. 12. T. 593. 12. P. 336. 172. T. 360. 172. P. à Martyribus, ibidem. 1028. 192. P.
Peccatum actuale nisi malum factum dici nõ meretur, 165. 9. T. eorum quædam carnalia, quædam spiritalia, 166. 11. vsque 14. T. 173. 11. 12. 173. 13. P. corporalia in facto, spiritalia in animo, 166. 12. T. voluntas enim facti origo; nõ enim nisi voluntate delinquitur, 166. 13. T. 173. 13. P. quæ principalia est ad culpam; & ne tunc quidem liberatur, quum aliqua difficultas perpetrationem eius intercipit, Ibidem. excusantur siqua casu aut necessitate contingant, ibidem. non autem ignorantia, ibidem. & 167. 23. T. 174. 23. 174. 24. P. nec licet saluo metu & fide peccare, 167. 27. T.
Peccatum originale, quo homo in mortẽ datus, exinde totum genus de suo semine infectum suæ damnationis traducem fecit, 125. 12. T. 200. 34. T. 200. 35. T. 205. 34. P. de Eua tractum, 257. 3. T. 250. 3. P.
Peccata media quædam, & alia modica, 1000. 13. T. 1016. 13. P. irasci, aut verecundia aut necessitate mentiri, 1012. 170. T. 1026. 170. P.
Peccata principalia, homicidium, odium, auaritia, adulterium, 200. 39. 40. T. 206. 40. P. mortem adferentia cadentipsa, & idololatria, stuprum, fraus, ebrietates, eáque exteriosa, & denotatoria salutis, 318. 1. 2. 3. 4. T. capitalia etiam, idololatria, blasphemia, falsum testimonium, 707. 100. T. 742. 100. P. punit ea Deus paretna in nepotibus, peccata patrum sequentibus, 824. 4. T. ea etiam dicuntur maxima, & quæ culmen criminum teneant, inter quæ etiam forniciatio, 1000. 13. T. 1016. 13. P. negatio, & omnis violatio templi Dei, 1013. 171. T. 1026. 171. P.
Pecudes omnes colebantur pro Dijs, 46. 237. T. 97. 237. P.
Pecus pro oue, 832. 102. T. 845. 102. P.
Pelasgi, 5. 14. T. 11. 14. P.
Peloponnesum occupauit Hercules posteritas, 638. T. 23. 38. P. Menidæ, 492. 373. T. 517. 373. P.
Pelusijs ludis tinguebantur, 389. 34. T. qui celebrabantur Isidi, 400. 34. P.
Pendere sententiam, 572. 134. T. 608. 134. P.
Pentecoste, 243. 110. T. 253. 110. P. pro toto tẽpore Paschali, ibid. à die Paschæ in Pentecosten immunitate gaudemus ieiunij, & de geniculis adorationis, 289. 38. T. 297. 38. P.
Penula, 32. 77. T. 87. 77. P.
Pepli, 8. 33. T.
Per cassum, pro in cassum, 1011. 150. T. 1025. 150. P.
Perductores, 73. 558. T. 119. 558. P. lenonum famuli, ibidem.
Peregrinus se rogo immisit, 192. 51. T. P hilosophus apud Pisas anno Imperij M. Antonini Veri V. 196. 51. P.
Perennare, 166. 21. T. 173. 21. P. 583. 302. T. 610. 302. P.
Pergulæ, 442. 53. T. 453. 53. P.
Periclitatur, 417. 74. T. 428. 74. P. 491. 384. T.
Periscelis, siue periscelium, 268. 81. T. 271. 81. P.
Περισκελὶς, 342. 319. T.
Petpes, 48. 261. T. 100. 261. P.
Perpetrabile, 331. 8. T. in bonam partem, 283. 8. P.
Perpetua Martyr fortissima, 503. 612. T. 540. 612. P.
Persæ ex Scythis, 6. 34. T. 12. 34. P. Idem cum Parthis, ibid. cum matribus miscebantur, 38. 141. T. 80. 141. P. olem adorant ipsum vbique habentes in suo clypeo, 47. 246. T. 99. 246. P.
Persecutio Christianorum Initium sortita à domesticorum tormentis, 21. 6. T. 81. 6. P. per Antistites Romanos sub Seuero, 21. 2. T. 81. 2. P. eius dedicator primus Cæsaiano gladio ferocienS Nero, 31. 59. T. 85. 59. P. tentauit & Domitianus, sed cœptum repressit restitutis quos relegauerat, 31. 60. T. 86. 60. P. tales semper inlusti, impij, turpes, ibidem. truces, vani; dementes, 31. 65. T. eam Traianus ex parte frustratus est, vetando inquiri Christianos, 24. 24. & 31. 66. T. 86. 66. P. eam nullus Vespasianus, nullus Pius, neque etiam initio Imperij Seuerus impressit, 31. 67. 69. 70. 71. T. 86. 67. 69. P. 86. 71. P. eam M. Antelius Imp. post Germanicam sitim Christianorum militum precationibus impetrato imbri discussam palam disperiit, 31. 64. T. 86. 64. P. siculi etiam antea Tiberius comminatus periculum accusatoribus, 31. 58. T. 85. 58. P. Iudæi primi discipulos infecuti sunt, 53. 329. T. nulli magis depositulatores Christianorum quàm vulgus, 65. 471. T. 113. 471. P. quod Christianos inuadit lapidibus & incendijs, nec mortuis parcit, de requie sepulturæ auellit, dilsecat, dilstrahit, 66. 484. 485. 486. T. aduersus sanguinem innocentium conclamabant, 70. 522. T. Christianos adleonem, 70. 523. T. quum sub discrimine capitis pro veritate certamus, ea victoria gloriá haberplacendi Deo, & prædam viuendi in æternum, 80. 617. T. 122. 617. P. plures efficiuntur quo plures occidunt, semen est sanguis Christianorum, 81. 619. T. 123. 619. P. sententijs acceptis gratias agebant, 81. 634. T. Scapula persecutor fidei, 119. 1. T. 131. T. Carthagini, 134. 49. T. 158. 49. P. nulla ciuitas impunè latura Christiani sanguinis

guinis effusionem, 130.12.T.132.12.P.quod probat exemplis Hilariani præsidis, 130.13.T.132.13. P. & signis variis, 130.13.14.15.T.132.13.14.15.P.Vigellij item Sarutnini, qui primus in Africa persecutor lumina amisit, 130.17.P.132.17. P. Claudij Herminiani in Cappadocia vastati pestę, quum viuus vermibus ebullisset, qui cognito errore suo penè Christianus decessit, 130.18.19. T.132. 18. P. Cæcilij Capellæ in exitio Byzantino, 130.20. T.132.20. P. Præsides constantiores dissimulauerunt ab huiusmodi caussis, 130.21.T.vt Cincius Severus,130.23.T.133.23. P. Velpronius Candidus,130.25.T.133.25.P. Asper, 130.26.T.133.26. P.Pudens, 130. 27. T. 133. 27. P. ipse etiam Seuerus pater Antonini, 130. 32. T.133.32. P.& Antoninus, 130.36. T. 133. 36. P. & 38, ibidem. Marcus quoque Aurelius, 131. 39. T. 134. 39. P. cremabantur in Africa Christiani, 131. 41. T. 134. 41. P.à præsidę Legionis & Mauritaniæ vexabantur gladio tenus, sicut à primordio mandatum est animaduerti in huiusmodi, 131. 43. 44. 45. T. 134. 43. 44. 45. P. Arrius quoque Antoninus in Asia persecutionem moderatus est, 131. 47. 48. T. 134. 47. P. Christianis parcens ob æmiam multitudinem,ibidem. quotidiani in illos leones exposturabantur, 219. 196. T. 235. 196. P. persecutores Dominici nominis præsides, 210.211. T. 236.212. P. & populus clamans Christianos ad leonem, 574.177.T.602. 177. P. in Africa non magna persecutio viuente Seuero, 824.11. T.835.11. P.
Perseuerate, 200.32.T.205.32.P.
Perseus inter fidera deliniatus, 830.69.T.839. 69. P.
Personarum opus, 218.181.T.234.181.P.
Pertendere, pro extendere, 142.103.T.156.103.P.
Pertinax Imperator ab armatis palatium irrumpentibus occisus, 65.476.T.113.476.P.
Pertractus vitæ, 181.20.T.187.20.P.
Pessinuns, 45.225.T.96.225.P.
Petrus Apostolus Romæ per Neronis fœuitiã sanguinem Christianum seminauit, 53.329. T. petrus ædificandæ Ecclesiæ petra, 334. 134. T.357.137. 134. P. Romæ passioni Dominicę adęquatus,338.214.T.366.214.P.in Tiberi tinxit, 388.16. T.399. 26. P.à Paulo reprehensus, non de fidei prędicatione, sed conuersationis modo cum Iudęis, 335. 138. vsque 147. T. 357.138. vsque358.147.P.626. 133.vsque 140. T.638.133. vsque 240. P. 698. 23. vsque 28. T. 737. 23.vsque 28. P. 784. 28. 29. P. 804. 28. 29. P. illi Petro nomen mutatum de Simone ob vigorem fidei, 707. 162. T. 746. 162. P. quòdque adfectauit Christus de figuris suis, illi peculiariter nomen communicauit, ibidem 164. T. pro omnibus respondit: TU es Christus, 715. 302. T. 755.302.P.ei & Ecclesię per eum claues cœli reliquit Dominus, 810. 73. T. 859. 73. P.Romę cruci astringitur, 833. 117. T. 842. 117. P. super illum ędificata Ecclesia, 954.58.T.963.58.P.
Phanerofeis. 336.176.T.360.176.P.342.322.T.
Phantasmata Castorum, & aqua cribro gestata, nauis cingulo promota, barba tactu erufata, 55.354.T.
Pharus, 170. 78. T.178.78.P.
Φεῦ, 445.90.T.455.90.P.
Philippi Macedonis de Olympiade vxore somnium, 499.499.T.534.499.P.
Philippi, Macedoniæ ciuitas,338.210. T.364.210.P. 499. 509.T.
Philosophia multipartita in suas hęreseis, varietate sectarum,inuicem repugnantium, ex qua hęreseis subornantur, 331.38.vsque 53. T. 347. 36. vsque, 349. 53. P. pullabat salutem, licet non adeat veritatem, 566. 9. T. eius nomine ab Apostolo omnes damnantur hęreseis, 801. 301.T.821.302.P.
Philosophus in purpura, 8. 82. T. Aristippus.16.82.P. sericatus,& crepidam gtatus,8.83.T.Empedocles. 16.83. P.Philosophi contumeliosi in Deos, 44.211.T. profitętur innocentiam,iustitiam,patientiam, sobrietatem, pudicitiam, 71. 572. T. mimicè adfectant veritatem, & adfectando corrumpunt gloriam captâtes, 76.575. T. Græciæ discipuli,famæ negotiatores, veritatis interpolatores,76. 589.T.120.589.P.eiecti sunt à Thebanis, Spartiatis & Atticis, 76.591.T.121.591.T.
Philumene virgo, cuius signis & præstigijs Apelles inductus nouam hæresim induxit, 331.35.T. 346.35.P. 495. 431.T. 530. 431. P.545.543.544.T.556. 54. P. 673.73.T. 685.73. P.
Phœnices in Africam,6. 35. T.12.35. P. 492.373. T. 517. 373.P.
Phœnix, ales Orientis peculiaris ex Arabia, de singularitate famosus,de posteritate mostruosus, qui semetipsum lubentet funerans renouat, natali fine decedens atque succedens iterum, 571.104.105.106.T.598.104.105. 106. P. 906.5.T.911.5.P.
Phryges Romanos pariunt, 6.36.T.12.36.P.eorum debellatrix Græcia, 59.398. T. Christiani facti, 139. 33.T. 151. 33. P. pictas vestes ijuiebant, 257. 10.T. 260. 10.P. tamquam timidos Conricilliadunt, 487. 265. T. Italiam occupant, 492.373.T.527.373.P.
Phrynę,scortum Diogenis, 44.199. T. 76. 579.T. 120. 579.P.
Phylira, 6.53.T.14.53.P.
Physon, 7.79. T. Ptolomæus Ægypti Rex senior, 16. 79. P.
pigmentatæ, 268.84.T.273.84.P.
Pileus libertatis seruorum insigne, 284.24.T.291.24.P. 218.169.T.233.169.P.
Pipiare, 445.192. T.462. 192. P. 959.125. T. 967. 125. P.
Pisces,sanctior cibus, 624.98.T.636.98.P.
Piso Consul, 32.88.T.87.88.P.
Pistis. Æon Valentini, 436.20. P. 443.83. T. 453. 83. P.
Placibilis, 587.340.T.612.340.P.
Plagiator, 628.162.T.639.162.P.
Planus,pro impostore, 671.42.T.684.42.P.
Plastica, 217.157.T.233.157.P.265.115.T.269.15.P.
Plato à Dionysio ventris gratia venditatur, 76. 586. T. 120.586.P. in Timæo aliter transtatus quàm hodie, 521. 264.P.omnium hæreticorum condimentarium. 488. 300. T.523.300.P. facundia insignis, 492. 383. T. 527. 383. P. cygnus in somnis apparuit Socrati demulcens homines, 499.514.T.535.514.P. per somnium vita excellit, 502. 581. T. 538. 582. P.
Platonici, 28.42.T. 84.42.P. eorũ de Deo opiniones, 76.592.593.T.121.593.P.eorum formæ ,331.39.T.347.39.P. pleroma Valentini,342.315. T. vniuersitas, 443. 70.T. 454.70.P.485.241.T.520.241.P.
Plinius castigatus,17. 101. P.83. 40.P. 294.1.P. 299. 55. P. 516. 179.T.
Plutimùm,pro vplutimùm, 718.364.T.718.364.P.
Pluto Iouis frater , gladiatorum mortuorum cadauera cum malleo deducere scribitur, 45.228.T.96.228.P.
Pluuiæ, sidera, & lumina,ante Saturnum & Saturniam gentem, 41.165.T.
Πνοὴ, 788.50.P.adflatum significat, 647.50.51. T.658. 50.51.P.
Pœnæ Martyrum,crux,stipes, patibulum, vngulæ, bestiæ, ignes, meralla,in insulas relegatio, 42.177.& 178. 179. 180. 181. 184. T. 92.177. P. 62. 445. T. 111. 445. P.lapides, 66.484. T.ad lenonem, ad leonem,81. 628.T. & exquisitior quæuis crudelitas, ibi. 629.T.ignes, 131.44. gladius,Ibidem, 45. T.Ibidem.48. T.192.46. T.196. 46. P.fustes , in carcere fusties , 824.12. T. 835.12. P. ad probationem seruorum Dei infligunturt, 969.10. T. 975. 10.P.aut ad coronam,aut ad præmia consequenda agonis

instar, 969.15.16. T.975.15.16. P. non ergo supplicia sunt peccatorum, 975.10.P.
Pœnale, 258.40. T.261.40.P.
Pœnicum, pro Carthaginiensi, 5.19. T.
Pœnitentiæ adfertores adu. Montanum & Nouatian. 170.1.P. quam quum vnicam post baptismum scribunt, de publica pœnitentia loquuntur, ibid. alioqui frequentem pœnitentiam agnoscentes etiã culparum mortaliũ, ibid. etiam confessionem secretam, secundam pœnitẽtiæ partẽ, necessariam adstentes, 170.1.P. quam pœnitentiã publicã quibus oportet infligere, tractant libri Pœnitẽtiales Theodori, Bedæ, Hrabani apud Latinos, & Græcos SS. Basilij & Petri Alexandrini, ibid. ad quod presbyter Pœnitentialis constituebatur, quem, nõ verò confessionem priuatam, abrogauit Nectarius, ibid. remanſit tamen eius vestigium in initio quadragesimæ multis in Ecclesijs, 170.1.P. Pœnitentiam gentes appellabant passionẽ animi, quæ veniat de offensa sententiæ prioris, etiam in benefactis eam agnoscentes, 165.2.3.4.T.172.2.P. sed veta pœnitentia malorum & delictorum, 165.5.T.172.5.P. quæ timorem Domini coniunctum habet, 165.6.T. quem vocamus contritionem, vtpotè primam pœnitẽtiæ partem, 202.6.P. eam Deus dedicauit in Adam, 165.8.T. eius baptismum præire iussit in Ioãne baptizatore, eius bonum salus hominis & criminum abolitio, 165.9.T. tam spiritualium quàm carnalium, 166.11.&c.T.173.11.P. tam voluntatis quàm facti, ibidem. quibus omnibus Deus veniam per pœnitentiam spopondit, sicuti ex scripturis probatur, 166.14.&c seq.18.&c.T.173.14.& sequ. P. ad quam obtinendam omnia & singula grauiora peccata confitẽtur, 173.14. P. quam amplexamur vt naufragus alicuius tabulæ fidem, 166.19.T.173.19.P. eam Deus non præcipit tantùm, sed etiam hortatur, 166.21.T. post eam peccata non iteranda, 166.22 &c.T.174.22.&c.P. per eam Domino satisfacimus, 167 26.T.174.26.P. quibus verbis satisfactio tertia pœnitentiæ pars probatur, ibidem. eotum pœnitentia non fidelis, qui dicunt satis Deum habere, si corde & animo suscipiatur, licet actu minus fiat, 167.27.T.174.27.P. quam etiam Audientes, id est, Catechumeni agere debent, 167.28.29.167.30.&c.T.174.28.&c. 174.36. vsque 47.P. etiam secundæ pœnitentiæ mentio, 168.41.42.& sequ.T.175.41 vsque 47.P. itetatæ enim valetudinis iteranda medicina. 168.46.T. ad eam sub commonitionibus monet Deus, 168.47.&c.T.175.47.vsque 52.T.P. etiam publicè actus pœnitentiæ administrandus, 169.51.T.& sequ. qui Græco vocabulo exomologesis est, 169.53.T.175.53.P. qua delictum Domino primùm confitemur, 169.54.T.175.54.P. sacco & cineri incubamus, 169.56.T.175.56.P. animum mœroribus deijcimus, 169.57.T.176.57.P. inde presbyteris aduoluimur & adgeniculamur, 169.58.T.176.58.P. à quibus absoluimur, 169.62.T.177.62.P. qui hanc publicationem sui sufſugiunt, aut de die in diem differunt, cum erubescentia sua pereunt, 169.59.T.177.59.P. nam etsi quid humanæ notitiæ sub duxerinius, non tamen Deum celabimus, 169.61.T. Misertum quidem pœnitentiæ satisfactione secari, & quasi pulueris alicuius mordacitate cruciari, sed ea per insuauitatem medentur, 169 62.T. Nullis itaque corporis incommodis deterreri debemus à pœnitentia, 169.63.&c.T.177.63.&c.P. multo minus in delicijs perseuerare debemus, ibidem. Omnia hæc metus gehennæ æternæ superare debet, 170.71.&c.T.178.71.&c.P. maximè quum à Domino instituta sit, 170.76.T.178.76.P. delictum omni satisfactionis habitu expiandum, 257.4.T. 259.4.P. nobis gratulandum, si non publicè confitemur iniquitates nostras, simul & de pœnitentis satisfacimus, cõfligtatione carnis & spiritus, 392.136.137.138.T.408.136. 137.138.P. Pœnitentia omnis confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto, 547.83.T. 558.83.P. sacramentum, 339.239.241.T.369.241.P. appẽdices huius officij sordes, 969.79.T. 597.79.P. in Græco sono μεϑάνοια pœnitentiæ nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est, quam & apud Deũ agnoscimus, 653.165.166 T.664.165.166.P. Sacramentum, 339.239.241.T.369.241.P. ad pœnitentiam etiam pertinet lauacri abstinentia, & aridus victus, 982.12.T.990.12.P.
Poëtæ dedecoratores Deorum, 44.207.T. Lyrici, ibid. Tragici & Comici, ibid. 210.T.96.210.P. ærumnas vel errores alicuius Dei præfantur, 51.ibid.T.
Pollinctor, 43.197.T.95.198.P.828.51.T.
Polluctores Herculanarũ decimarum, 69.513.T. à pollucendo, 116.513.P.239.6.T.247.6.P.
Polycarpus Smyrnæorum Episcopus ab Ioanne collocatus, 337.185.T.301.185.P.
Polycrates Samius de felicitate celebratur, 41.173.T. ei filia crucem prospicit, de solis vnguine & lauacro Iouis, 499.510.T.535.510.511.512.P.
Pompa propriè nomen vnde acceperit, 214.61.T. 225.61.P.242.78.T.
Pompaticus suggestus, 214.61.T.225.61.P.
Pompei, ciuitas Campaniæ deusta, 6.27.T.12.27.P.70.536.T.118.536.P.
Pompeij trinæ aræ in Africa, 5.12.T.10.12.P. eius sublimitas, 41.173.T. quum Ierusalem cepisset, templumque adijsset speculandis Iudaicæ religionis arcanis, nullum illic reperit simulacrum, 46.235.T.97.235.P. neque Licinius Crassus, neque Titus Cæsar, ibid. Iudæam vsurpauit, 1004.70.T.1020.70.P.
Ponti incolæ Christiani, 139.55.T.151.35.P. eius potitus Mithridates, 499.506.T.534.506.P. Euxinus vocatur, quòd tamen inhospitalis sit, eam gentes ferocissimæ in plaustro in habitant, fedes incerta, vita cruda, libido promiscua, & plurimũ nuda; parentũ cadauera cum pecudibus cæsa conuorãt; fœminæ vbera excludunt, pensum securibus faciunt, malũ militare quã nubere. Duritia de cœlo quoque, dies nunquam patens, sol numquam liber, vnus aer, nebula, totus annus hybernum, omne quod flauent, aquilo est, 619.4.vſq.9.T.632.4.5.632.6.7.8.P.
Pontifices gentilium, 60.416.T.110.416.P. Summum Pontificem in vnis nuptis statuebant, 339.247.248.T. id est Flaminem dialem, 368.247.943.65.T.949.65.P. 959.131.T.967.131.P.
Popularitas, 492.374.T.
Portrò, seu prò Quitites, 445.176.T.460.176.P.
Portare Græci etiam pro eo solent ponere quod est tollere, 701.85.T.741.85.P.
Portenta, 30.298.T.103.298.P.
Porticus Atticæ, 124.4.T.127.4.P. Stoæ nuncupatæ, 349.51.P.801.303.T.821.303.P.
Portionale, 310.30.T.318.30.P. 590.397.T. 615.397.P. 584.50.T.992.50.P.
Possessionum distributionem Deus ordinauit, 259.49. T.263.69.P.
Posthumatæ, 49.282.T.101.282.P.584.319.T. 610.319.P.
Posthumus, 954.43.T.962.43.P.
Posthumissimus: 304.3.T.268.3.P.
Præcipitare, 55.346.T.105.346.P.
Præconis vox, 43.194.T.94.194.P.
Præcoquum, 671.54.T.604.54.P.
Prædicare, pro prædicere, 971.45.T.977.45.P. 675.94. T.980.94.P.
Prægnantes sibi nonnumquam videntur mulieculæ, aut sanguinis tributo, aut aliqua valetudine inflatæ, 673.77.T.685.77.P.
Prægnatus, pro impregnatione, 142.101.T.156.101.P. 543.12.P. 554.12.P.
Præiudicati adultetij, 958.106.T.966.106.P
Præmeditatorium, 985.35.T.991.35.P.

Præmia obseruantibus præcepta Dei, vitæ æternæ retributio, 48.160.T.100.160.P.
Præparatura, 712.257.T.752 257.P.
Præputiatio, 785.58.T.806.58.P.
Præscriptio, 199.27.T.205.27.P.330.1.T.343.1.P.
præsides Ecclesiæ Episcopi, 68. 503. T. 115. 503. P. 136. 46.T.279.46.P.
Præstans, pro liberali, 718.374.T.759.374.P.
Præstantia in malam partem, 166.18.T.173.18.P.
Præstructim, 7.50.T.Præstruere, 414.52. T. 427.53. P. 567.34.T. 595.34.P.
Præsumere, 25.27.T.83.27.P.
Præsumptio, impedimentum timoris, & proinde salutis, 264.10.T.
Præter, pro præterquàm, 36.32.T.87.79.P.445.222.T. 463.222. P.
Prætextæ, 245.136.T.254.137.P. ibidem. vtrobique. 140. & 141.
Prætorium, 1.98.T.17.98.P.130.19.T.132.19.P.
Prætor in Circensibus mappam mittebat signum, vt è carceribus exirent, 219.142.143.T. 231.142.143.P.
Praxeas de iactatione Martyrij inflatus, primus ex Asia hoc genus peruertitatis entulit Romanæ humo, vt diceretipsum Deũ partem esse Iesum Christũ, quod quum ceteis in Africa superseminasset, traductus dehinc cauerat de emendatione sua, ixinde silentium, ita aliquandiu per hypocrisin latitauit, sed postea denuò erupit, 859. 1.P. 844.56.13.14.16.17.T.859.5.6.13.14.15.16.17.P.
Precario vti, 718.332.T.756.332.P.
Presbyterorum ordini coniugati adscripti, sed illis nũquam permissum ne apud Græcos quidem vxorem ducere, 276.1.P. eorum sacerdotalia munia etiam laicis hæreticis iniungunt. 946.39.P.
Priami clades, 49.180.T.Troianum excidium, 101.180. P.494.414.T.519.414.P.
Priapus tænijs coronabatur, 290.68. T. ex ijs quæ erant hortensia, 300.68.P.
Priennenses, 73.583.T.110.583.P.
Primatus, 490.151.T.12.351.P.
Principales personæ. 131.50. T. sollemnitates, 293. 176. T. 305.176.P.716.321.T.756.321. P.
Principalia rescripta, 30.51.T.85.51.P.
Principalitas, 337.180.T.360.180.P.
Principibus suis lingua Romana in spectaculis suis non parcebat, 64.466.467.T.113.467.P.117.144. T.232. 144.P.
Principium inceptionis initium, 416.66.T.427.66.P. ibid.69.70.72.T.P.
Principium, pro principatu, 416.67.T.427.67.P.
Principum mandata, 25.30.T.83.30.P.
Prisilla & Maximilla Montani sectatrices, 844. 7.8. T.860.7. 8.T.982.7.T.990.7.P.
Pristinus nondum Christianus in martyrijs defecit, 987.76.T.994.76.P.
Pro auspice, 830.63.T.839.63.P.
Προσφάτως, 436.P.442.57. T.453.57.P.
Proarcius, alter Æon Valentini, 439.P.449.377.T.472. 377.P. item alius Æon Valentinianorum, qui & Monotes, 512.P.549.387. T. siue singularitas, ibidem. T. 472. 387.P.
Probari, pro approbari, 448.384.T.471.384.P.
Probolæ, 341.304.T.379.304. hær. 4. P. prolationes siue emissiones, 517.P.442.63.69. T. 454. 68.69.P.846.55. 57.T.863.55.57.P.
Procedere, 267.64.T.272.64.P.
Processiones, 244.122.T. 253.122. P.281.25. T.335.25.P. 338.285.T.375.285.T.
Procliuum, 28.5.T.283.5.P.
Proconsul, 191.16.T.194.16.P.
Proculus Romulum Deum mentitus est, 53.328.T.104. 328.P.701.61.T.740.61.P.
Proculus Torpation Christianus, qui Seuerum Imperatorem per oleum aliquando curauit, 130. 33.34.35.T.133. 33.34.35.P.
Procurare, cum Datiuo, 130.34. T.133.34.P.133.182.P. 446.258.T.465.258.P.572.136.T.600.136.P.
Prodigia, orbis totus aquis obsitus. Delos mersa, Samo ex marinarena, insula Platonis in Atlantico euanuit, Sicilia insula ex continente, Sodoma & Gomorra cinis omnia, Vulsinij Tusciæ de cœlo deusta, Pompei Campaniæ oppidum ex montium incendio, Asia etiam non secura de soli iniuuie, & Africa semel voraginem passa, 6. 14. & 24. 25. 26. 27. 28. ac 29. T. 11. 24. 25 26. 28. P. terræ votant vrbes, insulas maria fraudant, externa atque interna bella dilaniant; fames & lues & locales quæque clades & frequentiæ mortium vastant, officia temporum & elementorum munia exorbitant, monstris & portentis naturalium forma turbatur, 50.296.267.298.T.103.296. 297. 298. P. deliquium solis in morte Domini, relatum in archiuis gentium, 53.324.325. T.104. 324.325.P. Tiberis ascensus in mœnia, Nilus in arua: si cœlum sterit, si terra mouit, fames, lues, 81.521.523. T. Hierapolis, Delos, Rhodos, & Cæo insulæ multis cum millibus hominum pessum abierũt, 70.525.526.527. T.117. 525. 526. 527. P. maior insula Asia & Africa Atlantico mari erepta, 70.528.T. eadem quã nunc Orbem nouum appellamus, iam denuò inuenta, 117.528.P. mare Corinthium terræmotus ebibit, & vis undarum Lucaniam Italiæ abscisam in Siciliæ nomen releguait, 70.529.530. T. 117. 529. 530. P. rotum orbem diluuium aboleuit, Sodoma & Gomorra igneus imber exussit, sicuti etiam Volsinios & Pompeios 70. 531.532. 533. 534. 535. 536. T. 117. 531. 533. 534. 535. 536. P. cataclysmus orbis, 130. 13. T. 132. 13. P. messes in Africa non fuerunt, ibidem. T. ignes super mœnia Carthaginis pependerunt per noctem, 130. 14. T. 132. 14. P. sol in conuentu Vticensi, extincto pene lumine, non potuit ex debinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate & domicilio, ibid. 15.16.T.P. fumariola quædam tales flammarum ictus suscitantes, vt proximæ vibes, aut iam nullæ exstent, aut idem sibi de Deis sperent, 170. 72. T. 178. 72. P. montes ignis intrinsecus fœti, ibidem. 73. in Orientali expeditione, ethnicis quoque testibus, in Iudæa per dies quadraginta, maturinis momẽtis ciuitas de cœlo pependit, omni mœniorum habitu euanescẽte, de proiectu diei, 680. 193. T. 694. 193. P.
Profitebantur Veteres apud acta sibi natos esse filios, item merces pro vectigalibus, 73.85.556.T.119.556.P.
Profligare, 795.206.T.815.206.P.
Proma, 281.30.T.285.30.P.
Prometheus verus Deus, qui seculum certis temporum dispositionibus ordinauit, 100.359. P.619.16.T.756. 682.16.P.
Promotio, 340.283.T.375.283.P.
Pronuba vniuira, 942.64.T.949.64.P.
Pronuntiatio, Æon Heracleonis Valentiniani, 342. 317. T.
Prophetæ de officio præfandi vocantur, voces eorũ & virtutes ad fidem diuinitatis in thesauris litteratum manent, 48.293.T.100.263.P. extremissimi eorum non retrosiores primoribus sapientibus, & legiferis, & historicis, 49.283.T.102.283.P. Propheticus modus futura prædicit, 311.36.T.318.36.P.
Profelytus, 135.1.T.149.1.P.
Prospex, 126.23T.
Prostibula, pro meretricibus, 217.149.T.
Protelare, 166. 20.T. 173. 20.P. 715.300. T. 755. 300. P.
Protogenes, Æon Valentini, 436.P. 442.67.T.
Protosedere, 294.200.T.316.200.P.
Prouinciam nouam adire, 446.240.T.464.240.P.

Prudentius Tertull. imitatur, 209.99.103.P.
Psalmi penè omnes Christi personam sustinent, filium ad patrem verba facientem repræsentant, 848.71.T. 864. 71.P.
Pseusippus de Platonis schola in adulterio perijt, 76. 580.T.120.580.P.
Ψυχὴ apud Græcos anima, 515.146.P.489. 334.T. 525.334.P.à refrigeratione dicta, ibidem. 334.T.P. 490. 338.T.
Psychici, id est animales, 716.325.T.756.325.P.844.17. T.861.17.P.951.1.3.4.T.959.1.3.4.P.956.87.957.95.T.965. 95.P.958.120.T.958.120.P.982.2.T.980.2.P.999.8.T.1016. 8.P. 1005.85.T.1021.83.P.
Pubertas à quarto decimo ferè anno, vnde & iura ciuilia abhinc agendis rebus ad temperant, 496.442.T.531. 442.P.
Publicari, 972.70.T.978.70.P.
P. Crassus per risum mortuus est, 502.582.T. 538. 582.P.
Pudicitia flos morum, honor corporum, decor sexuũ, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præiudicium omnis bonæ mentis; quamquam rara, nec facilè perfecta, vixque perpetua; tamen aliquatenus haberi potest, si natura præstruxerit, si disciplina persuaserit, si censura compresserit, 999.2.T.1015.2.P. Sæculi autem pudicitia, quia vana, non prodest apud Deum, Ibidem.3.4.T.P.
Pugillatus, 220.208.T.236.208.P.
Purgatorius ignis, in quo modica delicta mora resurrectionis expenduntur, 495.424.T.550.424.P. vbi opus per ignem probabitur, 788.93.T.808.93.P. 828.45.T. 837.45.P.
Purpura de mari, vellus ex conchis, 7.56.T.14.56.P. purpure facerdotum idolorum, 216.123.T.271.230.P. insigne dignitatis apud Ægyptios & Babylonios, 245.132. 136.T.254.132.136.P. sicut ingenuitatis apud barbaros, 245.139.T.254.139.P.
Pusillitas, 414.51.T.427.51.P.
Puto, pro æstimo ita esse, 574.686.163.T.601.163.P.
Pyctes, 499.515.T.535.515.P.827.41.T.837.41.P.
Pyrrhus piscator, 491.363.T.526.363.P.
Pyrrhum decepit ambiguitæ oraculi Apollo Pythius, 55.351.T.351.353.P.
Pythagoras apud Tyrios tyrannidem adfectat, 120.583. P. Deus illi ex numeris, 76.592.T. eius sententia, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere, 78.606.T.143.121.P. & rursum in bestias reformari, Ibidem. vt recidiuatum animarum probaret, mortem simulauit, subterraneo latuit septennio, illic se patientia damnans, vnica matre cõtia, & vbi saris visus est corpulentiam interpolasse, de adytis fallaciæ emersit, vt ab inferis redditus crederetur, dicens se primo fuisse Æthalidem, inde Euphorbum, pyrrhum piscatorem, & Hermotimum, 491.360.vsque 366.T. 526. 360.vsque 366.P. tam imbellis, vt prælia Græciæ vitans Italiæ maluerit quietem, Geometriæ, & Astrologiæ, & Musicæ deuotus, 409.379.T. ab animalibus abstinebat, ne per fabalia quidem transieundum, discipulis suis tradidit, 492.380.381.T.527.380.381.P. hinc & Pythagorici fabam respuunt, 500.546.T.536.546.P.
Pythagorici, 28.42.T.84.42.P.
Pythius, 55.352.T. Apollo Delphicus, 105.350.351.353. P.182.53.T.189.53.P. dæmon, 477.14.T.506.14.P. illi consecrati Pythici agones, 827.41.T.837.41.P.
Pythonici spiritus, 491.369.T.527.369.P. 604.638.T. 541.638.P. ventriloqui, 719.395.T.760.395.P.

Q

Quadrigarij, 218.171.T.
Quadrigas primus Erichthonius iunxit, 215.85.86. T. 227.85 86.P.
Quæstoris adnotatio, 43.194.T.944.194.P.
Quæstuarius, 220.216.T.236.216.P.
Quæsturæ, 216.120.T.231.120.P.
Quàm, pro magis quàm, 167.32.T.191.35.T.193.35.P. 315.130.T.320.130.P.414.51.T.427.51.P.
Quanti, pro quot, 130.30.T.133.30.P.582.298.T.609. 298.P.
Qui, pro quis. 281.14.T.283.14.P.
Quietem summam atque vnicam voluptatem vocarũt Epicuri, & Zenones, 8.99.T.17.99.P.
Quindecimuiri, 60.417.T. sacrorum, 110.417.P. antea Decemuiri; & olim Duumuiri, 110.417.P.
Quinquatria, 241.62.T.251.62.P.
Quirinus Deus Romulus post obitum, 223.37.P.215. 89.T.227.89.P. inde flamen Quirinalis, 214.44.T.224. 44.P.
Quirites Romani, 65.466.T.113.466.P.
Quiuis, pro quantuscumque, 201.57.T.206.57.P.
Quo, pro ad quem vsum, 591.418.T.616. 418.P.
Quotiens, 66.78.484.T.154.484.P.

R

RAdamanthus, Iudex apud inferos, 57.368.T.106. 368.P.220.214.T.
Radius astrologo abutitur suo, 241.60.T.251.60.P.
Raprus virginum, neque apud ipsos Romanos licitus, 214.37.T.223.37.P.
Rebeccæ ex vtero duę gentes processerunt, Iudæorum & Gentium, 13.1.T.
Recapitulare, 298.261.T.819.261.P.
Reciduatus, 566.8.T.593.8.P.
Reconsueuit, 266.48.T.270.48.P.
Recordatus, pro recordatione, 507.36.T.595.36.P.
Recumbere in lectulo, pro discumbere, 291.94.T.
Refrigerare, pro iuuare, 851.101.T. 865.101.P.
Refrigerium, pro eleemosyna, 69.517.T.512.71.T. 519.71.P.
Refuga, 258. 42.T.261.42.P.874.5.T.878.5.P.
Regnorum vices à Nino, 6.30.T. Hebræorũ, Assyriorum, Sycioniorum, Ægyptiorum, Argiuorum, Atheniensium, Mycænarum, Latinorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Medorum, Macedonum, Lydorum, Romanorum, Persarum, rursus Atheniensium, Lydorum, Ægyptiorum, denique Romanorum, 12.30.P. Babyloniorum, Medorum, Ægyptiorum, Assyriorum, Amazonum, Romanorum, Iudæorum, 60.415.416.417.418.419.420. T.110.415.417.P.
Reguli Dei Mauritaniæ, 58.384.T.108.384.P.
Regulus ne vnus pro multis hostibus viueret, toto corpore cruces patitur, 80.622.T.126.22.T.128.22.P.192.54. T.196.54.P.
Religionem suam nulli mentiti fas, 54.331.T.104.331.P. an ad aliquam quis cogi possit, 61.429.430.T.111.430. P.131.7.P. non sufficit si eam corde & animo quis retineat, & actu non fiat, 174.27.P. quia saluo erga Deum metu & honore eam simulare non licet, 212.3.T. 222. 3.P.
Reliquario, 503.618.T.540.618.P.
Remediari, 130.31.T.133.31.P.
Remissa, 712.263.T.752.263.P.
Renuntiare, pro adtribuere, 485.199.T.518.199.P.
Renuntiare, pro recusare, 273.9.T.276.9.P.679.168.T. 692.168.P.
Repastinare, 266.47.T.270.47.P.651.111.T.661.P. repastinatio, 941.34.T.945.112.34.P.
Repræsentaneum, 61.434.T.111.434.P.
Repræsentare, pro præsens reddere, 181.19.T.199.17.T. 205.17.P.220.217.T.571.112.T. 599.112.P.593. 430.T.616. 430.P.

430. P. 624. 96. T. 676. 96. P. 677. 71. T. 685. 71. P. 702. 101. T. 742. 101. P. 703. 107. T. 743. 107. P. 710. 110. T. 749. 110. P. 717. 353. T. 758. 353. P. 856. 144. T. 868. 144. P. 1001. 45. T. 1018. 45. P.

Repudium per annos ferè sexcentos ab vrbe condita nullum intercessit, 32. 84. T. 87. 84. P.

Rerum materiæ per singulas quasque tertias à Deo distributæ sunt, inuicem sibi peregrinæ apud exteros mutuò ratæ, 259. 68. T. res omnes vt Dei mundæ, & communes vsui, sed ipsius vsus administratio interest, 292. 106. T.

Resignaculum. 648. 63. T. 659. 63. P.

Resignate, 32. 81. T. 87. 81. P. resignatus. 630. 194. T. 767. 194. P.

Resurrectio mortuorũ, 48. 262. T. 78. 604. &c. T. 121. 604. 608. P. 78. 610. & 79. 611. 612. T. ab omnibus philosophis negatur, 331. 42. T. 348. 42. P. eam tamen vel euigilatio ex somno adfirmat, 498. 481. T. eam etiam Gentiles Platonici, ac Pytagorici agnoscunt, 566. 1. vsq. 10. T. 593. 1. vsq. 10. P. quo magis mirandum ab hæreticis non agnosci, Sadducæis, Marcione, Basilide, Valentino, Apelle, & Lucano, 566. 10. &c. T. 594. 10. 594. 12. &c. P. & omnibus aliis alterius diuinitatis hæreticis, 566. 13. T. Simone nempè, Menandro, Saturnino, Ophitis, Carpocrate, Cerintho, Ptolomæo, Secundo, & Heracleone, Cerdone & Tatiano, 594. 13. P. aliisque qui dimidiam agnoscebant resurrectionem, Marco nempè, & Colorbasо, 566. 12. T. 594. 12. P. rectiùs Plato & conscientia populi etiam ethnica: quare malè cum vulgo eam negant, 567. 26. vsq. 33. T. 594. 26. vsq. 595. 33. P. neque obstat carnis quam prætendunt ignobilitas, & resurrectionis impossibilitas, 567. 33. vsque 568. 43. T. 595. vsque 43. P. cuius tamen dignitatem confirmat, quòd à Deo facta & manu Dei, limis in carnem mutatus sit, & reformatus, apud Christianos magna eius prærogatiua sit, quòd Christus eam amet, etsi infirmam; quòd denique multis aliis scripturis illustretur, 568. 43. vsq. 570. 97. T. 595. 43. vsq. 598. 97. P. posſibilis etiam probatur vel ex eo, quòd eius exempla sint diei ac noctis, & quatuor aui nempe tempora vices, tum etiã Phœnix, 570. 97. vsque. 571. 108. T. 598. 97. vsque 599. 108. P. quæ & necessaria comprobatur ex iudicio Dei integro: quod quum operarum inter se societatem habeant, animæ & caro, etiam simul mercedem accipere debeant, 571. 108. vsque 119. T. 599. 108. vsque 119. P. simul coronari aut inhonorari, etiam si vas animæ corpus dicatur, vt potè quod, non verò sola anima etiam pati debeat, 571. 119. vsque 573. 135. T. 599. 119. vsque 600. 135. P. in scripturis sacris edictum Dei pendet resurrectio mortuorum. 572. 135. vsque 573. 140. T. 600. 135. vsque 140. P. quam perperam quidam in imaginariam significationem distorquet, quòd non omnia in Prophetis aut Euangelijs allegoricè aut figuratè interpetanda sint, & illud edictum spiritaliter intelligi nequeat, 573. 140. vsque 574. 164. T. 600. 140. vsque 602. 164. P. nec finon scripturæ, vt dicatur resurrectionem hîc fieri, aut ſtatim ab exceſſu vitæ, 574. 164. vsque 575. 182. T. 602. 164. vsque 182. P. etsi enim Apostolus spiritualiter nos resuſcitatos dicat, alibi tamen corporaliter resurrecturos adfirmat, 575. 182. vsque 576. 203. T. 602. 182. vsque 604. 203. P. etiam in Apocalypsi Ioannis ordo temporum resurrectionis inuenitur, & tam dictis quàm factis prophetæ, 596. 203. vsque 578. 246. T. 604. 203. vsque 606. 246. P. maximè apud Ezechielem, Ibidem. 230. vsque 236. T. P. in qua resurgent etiam inſepulta cadauera, 567. 37. vsque 568. 42. T. 595. 37. vsque 42. P. 578. 241. vsque 246. T. 606. 241. vsque 246. P. ex Euangelijs quoque, vbi non omnia parabolæ sunt, resurrectio probatur, quam & Christus non dictis modò, sed & factis adprobauit, mortuos resuſcitando. 578. 246. vsque 580. 274. T. 725. 606. vsque 608. 274. P. quare nihil hæreticis ſuffragatur illud: Caro nihil prodeit, ibidem. 267. vsque 272. T. P. resurrectionem Apostolica quoque Acta testantur, 581. 274. vsque 279. T. 618. 274. vsque per totum etiam penè instrumentum Apostolicum eius ſit mentio, 581. 278. vsque 590. 393. T. 608. 278. vsque 614. 393. P. quare ſiustrà pro hæreticis citatur interior & exterior homo apud Apostolum, Ibidem. 279. vsque 289. T. P. neque etiam vetetis & noui hominis apud illum distinctio, Ibid. 317. vsque 323. T. P. qui carnem damnans, opera carnis intelligit, vt potè qui salutem carni repromittit, Ibidem. 323. vsque 343. T. P. pro quibus etiam non facit illud eiusdem: Caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt, Ibidem. 343. vsque 371. T. P. quippè qui etiam in eodem corpore nos resurrecturos scribit, Ibidem, 371. vsque 381. frustrà apud illum corpus animale, animam interpretantur, Ibidem. 381. vsque 386. T. P. denique frustrà adlegant & illud, vti deuoretur mortale à vita, Ibidem. 386. vsque 393. T. P. eadem autem caro quæ operatur, mercedem accipiet, 590. 393. vsque 396. T. 614. 393. vsque 396. P. & integra resurget sine vexatione, 590. 396. vsque 417. T. 615. 396. vsque 616. 417. P. membra etiam eadem remanebunt, etiamsi non ad eundem vsum, 591. 417. vsque 592. 708. 426. T. 616. 417. vsque 426. P. crimus enim non angeli, sed ſicut angeli Dei, 592. 426. vsque 429. T. 616. 426. vsque 429. P. resurget denique caro, & omnis, & ipſa, & integra, 592. 429. 593. vsque 436. T. 616. 429. &c. quæ etiam ex Apostolo probatur, 1. Cor. 5. 790. 138. T. 811. 138. P. 791. 149. vsque 793. 172. T. 812. 149. vsque 813. 172. P. eadem iisdem argumentis probatur, 906. 5. T. 911. 5. P. Ibidem. 7. P.

Retractare, pro tractare, 199. 234. 26. T. 205. 26. P. 415. 53. T. 427. 53. P.

Retrò, 22. 10. T. 82. 10. P. 31. 27. 48. 266. T. 331. 59. T. 350. 59. P.

Retrosiores, 49. 283. T.

Reuelationes probandæ, ſi ex Deo sunt, 418. 96. T. 429. 96. P.

Rhegium fretum inter Siciliam & Italiam, 12. 25. T.

Rhenanus notatus, 9. 1. P. 13. 41. P. 97. 238. P. 119. 549. P. 164. & 170. 1. 171. 172. 1. P. 173. 14. P. 184. 186. 1. P. 297 37. P. 315. 376. 1. P.

Rhetæum Troiæ sepulchrum Aiacis, 499. 517. T. 535. 317. P

Rhinoceros vnicornis, 144. 129. T. 158. 129. P.

Robigo Dea, cui ludi instituti à Numa Pompilio, 214. 47. P. 224. 47. P.

Roma, vrbs memotia Troiani generis, 59. 397. T.

Roma syluestris prior Deis suis, & capitolium, 70. 60. T. 110. 414. P. septem collium, 65. 466. T. 113. 66. P. in qua dæmoniorum conuentus consedit, 214. 65. T. 225. 65. P. quia sanctorum Dei debellatrix, Babylon à Ioanne vocatur, 674. 98. T. 687. 98. P. Romam ex Asia venit Praxeas, 844. 5. T. 860. 5. P.

Romanensis Ecclesia Catholica, 336. 166. T. 359. 166. P. apud eam Cathedra Apostolica prælidetur, 338. 207. T. 363. 207. P. ab ea nobis quoque auctoritas præsto est, ſitatu fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam, Apostoli Petrus & Paulus, cum sanguine suo profuderunt, vbi Apostolus Ioannes in oleum igneum demersus, nihil passus est, 338. 211. 214. 215. T. 364. 211. 365. 366. 213. 214. 215. P. cum ea Africanæ quoque Ecclesiæ contesterarunt, 338. 215. T. cui Euangelium Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt, 699. 39. T. 738. 39. P.

Romanæ Ecclesiæ Pontifices, Petrus, 337. 186. T. 361. 186. P. 338. 213. 214. T. 365. 213. 214. P. 890. 186. T. 892. 26. P. Linus, Clerus, 361. 186. P. 890. 26. T. 892. 26. P. Clemens à Petro ordinatus, 337. 186. T. 361. 186. P. 890. 26. T. 892. 26. P. Anacletus, Alexander, Sixtus, 361. 186. P. 890. 26. 27. T. 892. 26. 27. P. Telesphorus, Higinus, Pius. 891. 27. 28. 29. T. 892. 27. 28. 29. P. Anicetus, 359. 165. P. 891. 29. T. 892. 29. P. Soter, 359. 167. P. Eleutherus, 336. 167. T.

359. 167. P. Victor, 994. 80. P. Zephyrinus, 860. 14. P. illorum auctoritas summa in litteris pacis dandis & reuocandis, 844. 7. 9. 10. T. 860. 7. 9. 10. 14. P. appellatur Romanus Episcopus, Episcopus Episcoporum, bonus pastor, benedictus Papa, & Apostolicus à Tertulliano, etsi iam hæretico, 999. 5. 1006. 301. 1013. 185. T. 1015. 5. 1022. 101. 1028. 185. P. Confirmantur eiusdem priuilegia, & donatio Constantini, 1035. 5. P.

Romanæ prouinciæ, Syria, Arabia, Noricum, Africa, Mauritania, 58. 379. 380. 381. 382. 383. 384. T. regna conflata in Imperij summam, 60. 411. T. 109. 411. P.

Romani Consules, Starilius Taurus, 5. 13. T. 11. 13. P. Sentius Saturninus, Ibidem vtrobique; Cato, 7. 59. T. 14. 59. P. Lentulus Augur, 8. 89. T. 16. 89. P. Papius & Poppæus, 30. 52. T. 84. 52. P. Marcus Æmilius, 30. 56. T. 85. 56. P. Posthumius Albinus, & Martius Philippus, 32. 86. T. 87. 86. P. Piso & Gabinius, 31. 88. T. 87. 88. P. Vigellius Saturninus, 130. 17. T. 132. 17. P. Cincius Seuerus, 130. 23. T. 133. 23. P. Vespronius Candidus, 130. 25. T. 133. 25. P. Afper, 130. 26. T. 133. 26, P. Pudens, 130. 27. T. 133. 27. P. Scapula, 129. 1. T. 131. 1. P. Arrius Antoninus, 131. 47. T. 134. 47. P. Rudellius Geminus & Rufius Geminus. T. 141. 91. 92. T. 155. 92. P. Metellus, 625. 123. T. 638. 123. P. P. Sulpitius Quirinus, 753. 276. P. Pompeius, 1004. 70. T. 1020. 70. P. Lucullus, Ibid. 71. T. P.

Romani Imperatores, Cæsar, 5. 12. T. 10. 12. P. Augustus, 64. 457. T. 112. 457. P. Tiberius, 31. 57. T. 585. 57. P. Caligula, qui & Caius, 141. 84. T. 355, 82. P. Claudius, 9. 103. T. 17. 103. P. Nero, 7. 79. T. 9. 110. T. 17. 110. P. 31. 59. T. 85. 59. P. Galba, 141. 86. T. 155. 86. P. Otho, 141. 87. T. 155. 87. P. Vitellius, 141. 88. T. 155. 88. P. Vespasianus, 31. 89. T. 86. 89. P. Titus, 86. 89. P. Domitianus, 31. 31. T. 86. 60. P. Nerua, 86. 61. P. Traianus, 24. 24. T. 83. 24. P. 31. 66. T. 86. 66. P. Hadrianus, 31. 66. T. 86. 66. P. Pius, 31. 70. T. 86. 70. P. M. Aurelius, 31. 64. T. 86. 64. P. Lucius & Verus, 31. 71. T. 86. 71. P. Commodus, 65. 475. T. 113. 475. P. Pertinax, 65. 476. T. 113. 476. P. Niger, 65. 473. T. 113. 473. P. Seuerus cum Antonino & Albino, 13. 41. P. idem, 30. 52. T. 84. 52. P. 31. 71. T. 86. 71. P. 129. 32. 38. T. 133. 32. & 134. 38. P. Antoninus, 130. 32. 36. T. 133. 32. & 36. P. Anni quibus imperarunt primi Imperatores Augusti, LVI. 140. 77. & 78. T. 153. 77. 78. 154. 80. P. à cuius anno XLI. vsque ad primum annum Vespasiani, quo debellauit Iudæos, anni LII. menf. VI. 141. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. T. 155. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. P. qui imperauit annis nouem, 141. 91. T. 155. 91. P. à Tiberio vsque ad Antoninum Pium anni ferè centum quindecim, & dimidium anni cum dimidio menfis, 625. 131. T. 638. 131. P.

Romani ordines, 6. 41. T. Senatus, equites, milites, palatini, 65. 472. T. 113. 472. P. magistratus, 293. 166. T.

Romanis Deus fuit in occupanda Carthagine, 5. 9. T. 10. 9. & 11. 18. P. ex Phrygibus orti, 6. 36. T. 12. 36. P. Imperij Antistites, 21. 2. T. 81. 2. P. ab eis census transcripti; populi propaganti, ordines illustrati, barbari excluſi, 6. 41. T. Victorias adorabant in castris, signa venerabantur, & iurabant, 46. 241. T. 98. 241. 242. P. orbem occuparunt, 58. 392. T. eius Imperij commeatu clausula seculi retardatur, 63. 449. T. 99. 449. P. 130. 9. & 10. T. 132. 10. P. Christiani facti, 139. 38. T. 151. 38. P. legionum suarum præsidiis Imperium suum muniebant, nec trans Germanos, Britannos, Mautos & Getulos regnum porrexerant, 139. 51. 52. T. 152. 52. P.

Romanorum Dei, Sterculius, Mutinus Laurentina, Cybele, Iupiter, Iuno, 38. 393. 394. 395. & 59. 397. 404. 405. T. 108. 393. & 394. 395. 397. & 109. 404. 405. P.

Romanorum Reges, Romulus, 32. 81. T. 53. 328. T. 104. 328. P. 214. 36. 37. 38. 45. T. 223. 36. 37. 38. 224. 45. P. Pompilius Numa, qui Romanos superstitionibus onerauit, 54. 336. T. 104. 336. P. 214. 47. T. 224. 47. P. Tullus Hostilius. 214. 48. T. 224. 48. P. Ancus Martius, & ceteri, 214. 49. T. 224. 49. P. Seruius Tullius & Tarquinius Superbus, Ibidem.

Romanitas, 7. 60. T. 14. 60. P.

Romulus, ascensus sui in cœlum habuit proculum affirmatorem, 700. 61. T. 740. 61. P.

Rostra, 17. 98. T. 218. 174. T. 234. 174. P.

Rubrica, 259. 62. T. 262. 62. P.

Rudem petræ, 218. 169. T. 233. 169. P.

Rufi in cœnis sumptuositas, 9. 110. T.

Rugæ vestium, 8. 96. T. 17. 96. P.

Rumæ alitum, 567. 38. T. 595. 38. P.

Runcate, 6. 33. T. 12. 33. P.

Runcinæ, 42. 179. T. 92. 179. P.

Rupex, 7. 64. T. 8. 87. T. 16. 87. P. 54. 336. T. 479. 86. T. 511. 86. P.

Rusparе, 6. 33. T. 12. 33. P.

Rutilius martyr, 970. 41. T. 976. 41. P.

S

Sabbatorum merces, thura, 74. 554. T.

Sabbatum non obseruandum, quia in præteritum iusti non Sabbatizarunt, 136. 8. T. illius obseruatio temporalis dumraxat, vnde nos intelligimus Sabbatizare nos debere ob omni opere seruili, 138. 14. T. 149. 14. P. non obseruatum à Iosue, neque à Machabæis, 138. 17. 18. T. 150. 17. P.

Sabelliana hæresis eundem faciebat patrem & filium, 1037. 63. T. 1057. 63. P. contra quam disputat Nouatianus, 1043. 94. vsque. 1044. 100. 1050. 123. vsque 1051. 128. T. 1057. 94. vsque 100. 2060. 123. vsque 128. P.

Sabinarum raptus in matrimonia, 214. 36. T. 223. 36. P.

Sacci, 259. 76. T. pecuniarij, 263. 76. P. 448. 352. T. 470. 352. P.

Sacerdotes idolorum, publici, flamen quirinalis, virgines, 214. 42. 44. T. 224. 42. 44. P. inter eos sacerdotales præsides & collegia, 215. 111. T. 229. 11. P.

Sacerdotibus Iudæorum solis in sacrarium olim adire licitum apud Iudæos, veloppasso à conspectu ceterorum, 236. T. 97. 236. P.

Sacerdotes Christianorum quotidie admouebant manus corpori Domini, 240. 31. 34. T. 249. 31. 34. P. ab eorum manibus accipitur Eucharistia, Ibid. 32. T. P. vnius tantùm matrimonij in veteri & noua lege, 941. 36. vsque 41. T. 36. vsque 41. P. quadam ratione etiam laici sacerdotes dicuntur, eadem qua Reges, 941. 39. T. 946. 39. P. numquam iam sacerdotibus nubere licuit, 941. 41. & 942. 42. 43. T. 946. 41. 42. P. quòd quibus quotidie oratio necessaria, vtique & continentia, 942. 51. vsque 55. T. 948. 51. vsq. 55. P. è Apostolis etiam solus Petrus inuenitur maritus, 954. 57. T. 963. 57. P. ceteri quum mariti non inueniuntur, haud spadones intelligantur necne est, aut continentes, 954. 58. T. nec enim fi penes Græcos communi vocabulo censentur mulieres & vxores, ideò Paulum sic interpretabimur, quasi domoinstitet vxores Apostolos habuisse, Ibidem. 59. T. P.

Sacramenta militaria, 292. 123. T. ad eius instar sacramentum contestationis in baptismo, 334. 126. T. 156. 126. P. 337. 188. T. 362. 188. P. 826. 34. T. 836. 34. P.

Sacramenta nostra magis credenda, quorum imagines quoque fidem inueniunt, 77. 603. T. diuina, sancta, Christiana, quorum ipsas res diabolus in idolorum mysteriis æmulatur, 339. 238. vsque 254. T. 368. 239. vsque 371. 254. P. variæ vocis sacramenti significationes, & sacramentorum nouæ legis definitiones aliquot, 436. 239. P. septem eorumdem sacramentorum mentio, Ibid. baptismi siue tinctionis, expiationis delictorum seu Pœnitentiæ, signi in frontibus siue confirmationis, oblationis siue Eucha-

Eucharistiæ, Pontificatus ſtimmi ſeu ſacrorum ordinum, Nuptiarum, 339. 240. 241. 243. 244. 247. 248. T. 369. 240. 241. 370. 243. 244. 247. 371. 248. P. & curationis per vnctionem ſiue extremæ vnctionis, 339. 262. T. 373. 262. P. eorum duo ad fidem initiatoria ſunt, baptiſmus & Euchariſtia. 577. 538. T. 769. 538. P.

Sacrificium Chriſtianorum pro ſalute Imperatoris, 230. T. 11, 132. 11. P. præoſtenſum in ſacrificio Abel, 138. 19. T. prædictum à Malachia, 138. 21. 22. T. 150. 22. P. Miſſæ nomine appellatum, aur a dimittendis catechumenis, aut à dimiſſa plebe poſt tranſacta ſollemnia, aut ab Hebræa voce Miſſah, 183. 1. P. quam Tertull. variis appellationibus circumſcribit, etiam ſacrificij. frequenter, Ibid. qui etiam Eccleſias, altare luminaria, & calices ad vſum ſacrificij agnoſcit, Ibid. Item per ſacerdotem offerri debere ſacrificia, 184. 1. P. Cantus etiam ante & poſt ſacrificium meminit, precationum, quas Collectas vocamus, lectionis ſcripturarum, adlocutionis ſiue concionis, invocationis Dei, ſeu ſymboli fidei, oblationumque, Ibid. Veteribus etiam vſitata Kyrie eleyſon, Gloria in excelſis, & Alleluya, Ibid. Gratiarum actiones, à quibus Miſſam fidelium aufpicamur, commemorat etiam Tertull. & ipſa verba Præfationis S. Cyprianus, aliàque alij Patres, Ibid. Prolationem etiam verborum in Sanctum ſiue conſecrationis, quam aliis quoque verbis effert, 185. P. Meminit & adorationis, ſacrificij, oblationis & manuum expanſionis, item orationis Dominicæ, oſculi pacis, & populi communionis, Ibid. Sanctorum quoque & defunctorum commemoratio ex alijs Patribus adfertur, Ibid. Meminit etiam conſuetudinum, quibus & in manus tradebatur Euchariſtia, & domum deferebatur, quæ pro conſeruatione corporis Domini faciunt, 185. 186. T. P. præterea agapes paupertum poſt ſacrificium, & quòd ante omnem cibum guſtare oporteat corpus & ſanguinem Domini, ac ab ira & omni animi confuſione animum liberum eſſe debere, Ibid. etiam Sanctus, Sanctus, Sanctus vſitatum ſignificat, 180. 9. T. ad illud lauacrum totius corporis non neceſſarium, 182. 40. T. 188. 40. P. manualem aquam tamen Tertull. agnoſcit, Ibid. In eo omittenda ſi quæ ſuperſtitione deputantur, quod gentilibus adæquent, vt eſt, poſitis penulis orationem facere, & ſedere ſub conſpectu Dei, angelo orationis adſiſtente, 182. 45. 46. 47. 48. 49. 50. T. 188. iiſdem num. P. non tamen contra ſcripturam fecerit, ſi quis in cathedra aut ſubſellio ſederit, 182. 47. T. 188. 47. P. quod Epiſcopis & cantoribus vſitatum eſt, Ibid. in illo oſculum pacis ſignaculum eſt orationis, quale enim ſacrificium eſt, à quo ſine pace recedimur, 182. 54. 55. 56. T. 189. 54. 55. 56. P. quod tamen meritò reponitur in die Paſchæ, id eſt paſſionis, 183. 57. T. 189. 57. P. neque ieiunium ſoluitur accepto corpore Domini, quo accepto & reſeruato, ſalua eſt & participatio ſacrificij, & executio officij, 183. 59. 60. T. 189. 59. 60. P. in eo poſt Symbolum, & mutuam pacis conſalutationem, nomina olim pié defunctorum recitabantur, 194. 22. P. manus ad Dominum extendebantur, Amen in Sanctum proferebatur, εἰς ἅγιον dicebatur, 219. 190. 191. T. 235. 190. 191. P. oblatio ſacrificij vocatur, 267. 65. T. aliæ eiuſdem circumlocutiones, 272. 65. P. Dei cœna, in qua cantus, Dei mentio, Chriſti inuocatio, ſcript. interlectio, diuina benedictio, 282. 41. 42. 43. T. 285. 42. 43. P. 285. 64. T. 36. 297. 37. 287. 64. P. pro defunctis, pro natalitiis, 289. 36. 37. T. 296. P. annua die, Ibi. vtrobiq;. Inter dominica ſollenia ſcripturæ leguntur, aut Pſalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, poſt tranſacta ſollennia dimiſſa plebe 480. 113. 114. 115. T. 512. 113. 114. 115. P. ſacrificium in ſepultura defuncti, 501. 573. T. 538. 573. P. in ſacrificio Deo ſuper panem gratiarum actionibus fungimur, 628. 167. T. 619. 167. P. Offerre, ſacerdotalis eſt officij, 941. 53. T. 946. 53. P. per quos etiam offeruntur oblationes annuæ pro ſpiritu defunctorum, 942. 56. T. 848. 56. P. omnis dies etiam ſtationum ſeu ieiuniorum vulgata conſecratione celebrabatur, 988. 88. 996. 88. P.

Sacrificiis Deorum enecta & tabidoſa, & ſcabioſa quæque maclabant, & de opimis ac integris capitula & vngulas, 51. 44. 203. T. 95. 203. P. de decima Herculis, nec tertiam partem in ara imponebant, 44. 204. T. offerebant grana thuris vnius aſſis, meri guttas duas, ſanguinem reptobi hominis, 62. 442. 443. 444. T. 111. 442. 443. 444. P. quum hoſtiæ probatarum, præcordia potius victimarum quam ſacrificantium examinabantur, ibidem. T. celebrabantur in adſumptione rogæ & ſponſalibus, nuptialibus & nominalibus ſollemnitatibus, 244. 125. 126. 127. T. quorum ſpectatores eſſe non prohibetur, Ibidem. 128. T. 154. 127. P.

Sacrificia ludæorum terrenarum oblationum figuræ ſpiritalium, 138. 19. T. 150. 19. P. etiam à primordio præoſtenſa in facilicio Cain, ibidem. reprobata à Deo per Iſaiam & Malachiam, 138. 22. 23. 24. T. eorum moroſitatem diabolus per Numæ Pompilij ſuperſtitiones imitatus eſt, 339. 251. T. 371. 251. P. à Deo inſtituta, vt illos auocaret à ſeculi ſuperſtitione, 651. 119. T. 661. 119. P. 652. 145. vſque 150. T.

Sacrificia ſpiritalia in gentibus prædicta à Moſe, 139. 22. T.

Sacrilegi, qui templa diſpoliant, etiam apud gentes, 129. 7. T.

Sagmina,	895. 9. T. 897. 9. P.
Salij,	40. 159. T. 60. 418. T. 110. 418. P. 69. 512. T. ab iis Saliares dapes,	116. 512. P.
Salmacis aqua,	445. 191. T. 462. 191. P.

Salomon regnauit in finibus Iudæ tantùm à Berſabee vſque Dan, 139. 45. T. etiam quam habuit in Deo gloriam amiſit, 791. 148. T. 812. 148. P. etiam vxoribus diues, 933. 36. T. 962. 36. P.

Saltica puella,	828. 56. T. 838. 56. P.
Saluianus caſtigatus,	108. 383. P.
Salutificator, 550. 113. T. 559. 113. P. 586. 339. T. 612. 339. P.	
Sameas homo Dei,	988. 97. 98. T. 997. 97. 98. P.
Samia vaſa,	59. 406. T.
Samiæ placentæ,	670. 20. T. 682. 20. P.
Samos,	59 405. T.
Samothracia,	33. 97. T. 88. 97. P. à Samothracibus Deis,	214. 74. T. 220. 74. P.
Sancire, pro ſanctificare,	707. 190. T. 748. 190 P. 988. 100. T. 997. 100. P.

Sancta Sanctorum ingredi non licebat, niſi circumciſo, in quæ Chriſtus ad docendum admiſſus, 700. 68. 69. T. 640. 68. 69. P.

Sanctificatio triplex, virginitatis à natiuitate, caſtitatis à lauacro aquæ in matrimonio, & viduitatis ſeu Monogamiæ, 939. 2. vſque 10. T. 943. 2. 944. 3. vſque 10. P.

Sancti, pro Chriſtianis,	280. 3. T. 283. 3. P.
Sapa,	670. 19. T. 682. 19. P.
Sapor, pro ſapientia,	582. 282. T. 608. 282. P. 651. 113. T. 661. 112. P.
Saporata,	219. 197. T. 235. 197. P.

Sarræ nomen mutatum, ſyllabam adiiciendo, 707. 264. T. 749. 194. P.

Sarabara Medica veſtis,	880. 81. T. 16. 81. P. 591. 406. T. 615. 406. P.
Sardanapalus,	7. 79. T.
Sardinia,	500. 550. T.

Sarmatæ ad fidem conuerſi, 139. 44. T. 151. 44. P. ætiis rigidi, 490. 337. T. 545. 337. P.

Sarmenticij Chriſtiani,	70. 619. T. 122. 619. P.

Sarpedonis caſum flens Iuppiter, 44. 206. T. 95. 206. P.

eius oraculum in Troade, 500.531.T.535.551.P.
Satanas malitiæ angelus, totius erroris artifex, totius seculi interpolator, per quem homo à primordio circumuentus est, 125. 12. T. Satanam pronuntiabant gentes in omni aduersatione, & aspectuatione, & detestatione, Ibidem. hostis interpretatur, 876.155.T.8. 691.155.P.
Satiare plagam, pro plenè infligere. 825. 10. T. 835. 10. P.
Satis agentes, 273.3.T. pro satagentes, 276.3.P.
Saturnalia sacra, 72.550.T.119.550.P. festa, 241. 65. T. 251.64.P.243.101.T. 252.101.P. 243.106.T. dona, quæ & Saturnalitia, 974.109.T.980.109.P.
Saturnia ciuitas, 40.160.T.91.160.P.
Saturnia gens, 41.165.T.
Saturnia Italia cognominata, 40.160.T.91.160.P.
Saturnius mons, 40.160.T.91.160.P. in quo capitolium. Ibid.
Saturnus propriis filiis non pepercit, 36.123.T. solus eius filius Iupiter, Ibidem. 127. hominem litteræ docent, qui apud Italiam post multas expeditiones, postque Africa hospitia consedit, exceptus à Iano, ab ipso primùm tabulæ, & imagine signatus numerus, 40. 157. 158.159.160.T.91.159.160.P. ex homine natus, Ibidem. 161.T. cui Vranio nomen, 91.161.P. cœli filius dictus, quod pater ignotus esset, 40.161.T.91.161.P ante omnes coronatus, 290.66.T.
Saturno Deo initatorium vestis purpurei & galatici ruboris, 8.92.T.16.92.P. infantes penes Africam immolabantur vsque ad Proconsulatum Tiberij, qui eius sacerdotes crucibus expositi. 36. 122. T. 89. 122. & 123. P. 828. 51. T. ærario præsidet, 40.160.T. pallio vtebantur coccineo eius sacerdotes, 12. 125. 9. T. 127. 9. P. barba rasa pingebatur, 218. 178. T. 234. 178. P. eius antiquitas ex nouo titulo consecrationis, 621. 53.T. 634.53.P.
Saul liuore postea cuertitur, 330.11.T.
Scandalum non bonæ rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum, 310.22.T.317.22.P.
Scapulæ montium, 6.23.T.11.23.P.
Scauri impuritas, 9.111.T. Mamercus Scaurorum vltimus is fuit, 18.111.P.
Scelera seu peccata mortalia, homicidium, adulterium, ftaus, perfidia, 25.24.T.
Scena pro theatro, 215. 94. T. 227. 94. P. Scenicarum artium apparatus etiam incipiebant à templis & aris, in quo inter tibias & tubas ibatur, duobus atbitris designatore & arusice, 215. 94. 95. 96. 97. 98. T. 227. 95. 96. 97. 98. P. est in illis Libeti & Venetis patrocinium. 215. 102. T. 228. 102. P. etiam Deos mancipes habent, quæ voce, modis, organis & lyris transiguntur, dæmones scilicet, 215. 103. 104. 105. T. 228. 103. 104. 105. P. in ea vsitata litteræ, versus, sententiæ, cantica, voces, fabulæ, & strophæ, 219.107.T. 236.207.P.
Scenici, 218.171.T.
Sciapodes, 35.107.T.89.107.P.
Scipio Africanus Carthaginem exscidit, 5.9.T.10.11. P. eius iustitia & ars militaris, 47. 173. P. excelso matris vtero natus, 409.338.T. hinc primus Cæsar appellatus, 535.338.P.
Schismata Apostolus increpat, 331.25.T 345.25.P.
Scobinæ, 42.179.T.92.179.P.
Scordium, 56. 363. alias prodest morituris, Ibidem. T.106.363.P.
Scorpij descriptio elegans & latissima, 824.4. vsque 825.14.T.834.4.vsque 835.14.P. à quo Scorpiacon pro pharmaco aduersus Scorpios, 988.P.824.2.T.834.2.835. 23. P. Scorpius etiam vocatur bellica machina, 824. 6. 834.6. P. remedia quædam naturalia contra Scorpium, Ibidem. 7.T.P.
Scortææ vestes, 648.72.T.660.72.P.
Scribæ apud subsellia, 652. 131. T. pro aduocatis, 661. 131.P.
Scribilita, 601.12.T.903.12.P.
Scripturas emigrare, 288. 17.T.
Scripturæ sacræ arcana non omnium nosse, 6.51.T.14. 51.P. eis auctoritatem summa antiquitas vindicat, 49. 273.T.101.273.P. maiestas earum probatur, quòd diuinæ fiunt; quidquid enim agitur, iis prænunciatur, 50. 295.T. Dei voces quas plerique casus ad extraneos transferunt, 63. 446.T. earum commemoratio in congregatione Christianorum, 63. 501.T. 115. 501.P. nemo non poëtarum aut Philosophiorum de Propheterum fonte potauit, 76. 590.T. 120. 590.P. vetus instrumentum ingenia Philosophorum interuerterunt, & hæreticis adulteranerunt, 77. 595. T. multo fecialibus litteris non modica tantùm ætate antecedunt, 49.274.T.101.274.P.127 26.T.128.26. P. illis non nouum figuratè vti translatione nominum ex comparatione criminum, 142.104.T. latè secundum præsentis rei sensum explicati possunt, 213.17.T. nam & specialiter quædam pronuntiata generaliter sapiunt, 213.20. T. 223.20.P. etiam quædam econtrariò à genere ad speciem, Ibid. à ludæis in instrumentum redactæ, per Esdram postea restauratæ, 258. 32. 33.T. 261. 32.261.33. P. non ad præsentem tantùm materiam, sed ad omnem vtilitatis occasionem dirigi possunt, 265.13.T. expostulantes scripturæ sanctæ patrocinium in parte diuersa, dicentes vbi scriptum est, præiudicant, luæ quoque parti scripturæ patrocinium adesse debere, qua prohibetur quod non petmissum est 289. 26.T. omnia quidem dicta Domini omnibus posita sunt; sed pleraque in personat directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum, 332.63.T. nulla vox diuinaita dissoluta est, vt verba tantùm defendantur, & ratio verborum non constituatur, 332. 63.T. 390.65.P. ratio veto dictorum, in tribus consistit, re, tempore, modo, 332.68. T. 350.68.P. fœcunda est diuina litteratura ad facultatem cuiusque naturæ, sic ex Dei voluntate disposita, vt hæreticis materias subministrent, 339. 236.237.T.368.236.237. P. sufficit iustio in genere id quod continet nominate, postea etiam contenta, 419.105.T.450.105.P. earú multa originalia instrumenta delere Marcion ausus est, 543. 18.T.555.18.P.546.66.T.557.66.P. sicuti & ceteri hæretici 553. 165. T. non omnia in propheris aut Euangeliis allegoricè aut figuratè interpretanda, 573.145. vsque 574. 160. T.601.145. vsque 160. P. & temporalia enim & localia, & personalia Dei decreta atque iudicia in vrbes & gentes, & reges aperta Prophetia iaculata est, 574.162.T. 601.162.P. sic & in Euangelio non omnia parabolæ, 578. 246. vsque 579.251.T.606.246. vsque 607. 250.P. si non perperam scripturæ intelligi posseut, hæreses non essent, 581.280.T.608.280.P. pristina enim instrumenta, quasdam materias illis videntur subministrasse, & ipsas tamen eiidem litteris reuincibiles, 593.435.T.617.435.P. Propheticarum scripturarum intelligentia duplex agnoscenda: vna qua futura interdum pro iam transactis enuntiantur, alia, qua plerique figuratè porrenduntur per ænigmata, allegorias, & parabolas, aliter intelligenda quàm scripta sunt, 670.14. vsque 25.T. 682.14. vsque 25.P. eius absconditapet Prophetias, parabolas, visiones, & rerum verborum vel nominum argumenta per allegorias & figuras vel enigmata sunt obumbrata, 719. 390.T. 760. 390.P. ab initio solùm in libros distinctæ fuerunt; hinc varia olim & nunc capitulorum distinctio, 825. 20.T. 835. 20.P. scripturæ verba non sonosolo sapiunt, sed & sensu, 828.50.T. vt allegoriæ, parabolæ, ænigmata, 831. 84.T.840.84.P.
Scrophæ fœcunditas, 620.40.T.634.40.P.
Scrupea schola, 7.64.T.14.64.P.
Scythæ

Scythæ exuberant in Perſas, 6. 34. T. 11. 34. P. apud quoſdam eorum gentiles aiunt defunctum quemque à ſuis comedi, 37. 133. T. 90. 133. P. Chriſtiani facti, 139. 44. T. 151. 44. P. apud eos rigor aëris, 490. 337. T. Patthicas terras occupant, 492. 373. T. 525. 373. P. olim Philoſophabantur, 492. 383. T. 527. 383. P. aliqui tetri, 619. 12. T. 632. 12. P.

Scythaloſagittipelliger Hercules, 7. 66. T. 15. 66. P.

Sc ćta in bonam partem, 9. 117. T. 18. 117. P. 21. 6. T. 28. 46. T. 75. 572. T. 129. 3. T. 127. 8. T. 222. 8. P. 974. 96. T. 980. 96. P.

Seculares ſortes, 5. 9. T. 10. 9. P. Ludi quarti, 10. 9. P.

Secularis litteratura, ſine qua diuina non poſſunt intelligi, Chriſtianis non vitanda, 241. 68. T.

Secundatus, 490. 351. T.

Secures magiſtratibus præferebantur, 169. 70. T. 178. 70. P.

Seſſota vxor Moyſi, 136. 8. T.

Seius, 27. 37. T. 83. 37. P.

Seleuco regnum Aſiæ Laodicæ mater nondum cum enixa præuidit, 499. 505. T. 535. 505. P.

Selgici, 7. 54. T. 14. 54. P.

Sella, 282. 56. T. 286. 56. P.

Semaxii Chriſtiani, quia ad ſtipitem dimidij axis reuincti, ſarmentorum ambitu exurebantur, 80. 619. T. 122. 619. P.

Senatuſconſulta, 25. 30. T. 83. 30. P.

Senatus Romanus, 30. 55. T. 67. 490. T. 218. 174. T. 234. 174. P.

Senones capitolium occuparunt, 71. 538. T. nempè Galli Belgici, 118. 538. P.

Sentius Saturninus augur, 5. 13. T. 11. 13. P.

Seps, 874. 8. T. 878. 8. P.

Septemtriones, 548. 87. T. 558. 87. P. quas Vrſas alij vocant, 830. 78. T. 839. 78. P.

Septimontium, 241. 65. T. 251. 65. P.

Septuaginta diſcipuli Domini, 718. 363. T. 758. 363. P.

Septuaginta editio recognita, 152. 55. 153. 62. & 67. P. ab illis aliquandò differr Tertullianus, 153. 60. 63. 65. 67. P. 156. 98. 157. 117. 120. 122. P. 158. 132. 133. 136. 137. P. 158. 140. P. 141. 142. P. à Iudæis corrupta, 158. 1. 3. P.

Sepultura aſylum mortis, 67. 486. T. 114. 486. P. in eius violatores pœnæ, Ibidem. in ſepeliendis Chriſtianis thus vſtatum, 73. 554. T. 119. 554. P. ſepulturarum areas prohibebant præſides, 130. 13. T. 132. 13. P. Ignibus funerandum non eſt, 501. 571. T. 538. 571. P. morante ſepultura quum corpus quoddam oratione presbyteri componeretur, manus à lateribus dimotas in habitum ſupplicem conformauit, rurſúmque condita pace ſitui ſuo reddidit, 501. 573. T. 538. 573. P. eſt & alia relatio, in Cœmiterio corpus corpori iuxta collocando ſpatium receſſu communicaſſe, Ibid. 574. T. P. credebant poëtæ inſepultos non antè ad inferos redigi, quàm iuſta percepiſſent. 503. 615. T. 540. 615. P. Carthagini quingentorum ferè annorum adhuc ſuccida, & capillos olentes populus exhortuit, 583. 300. 301. T. 618. 300. 301. P. conſtat autem non tantum oſſa durare, vetum & dentes inconruptos perennare, Ibid. 301. T. P.

Sequeſter, 203. 100. T. 209. 100. P.

Sequeſtrate, 581. 273. T. 608. 273. P.

Sequeſtratorium, 588. 379. T. 614. 379. P.

Seraæum Ptolemæi Bibliotheca, 4. 271. T. 101. 271. P. iuxta Setapæum templum, 215. 80. T.

Serapis Deus, 32. 87. T. 87. 87. P. Romanus poſtea factus, 33. 89. T. Serapica cœna ab illo dicta, 70. 516. T. Ægyptiotum antea Soropis dictus, 116. 516. P. in eius ſacris Sparteoli veſtati, 116. 516. P.

Seres arbores nebant, 257. 8. T. 260. 8. P.

Sermo, Æon Valentini, 436. P. 443. 69. T. 454. 69. P.

Sermo medicamen ſapientiſſimum, 9. 114. T. Græca hæc phraſis eſt, 18. 114. P.

Serpens, 6. 46. T. 13. 46. P. Serpentum genera, viperæ, aſpides, teguli, arida & inaquoſa fectantur, 387. 8. T. 398. 8. P.

Seruum libertate mutare, 667. 35. T. 174. 35. P. poſt notas, Ibidem. qui libertus factus coronabatur, 295. 181. T. 305. 281. P. regum nominibus ſubinde glotiantur, 621. 50. T. 604. 50. P.

Seſſiæ columnæ, 214. 73. T. à Seſſia Dea, 226. 73. P.

Seſtertia ſex, 9. 107. T. idem quod ſex milia nummûm, 17. 107. P. decies ſeſtertium, 259. 73. T. 263. 73. P. ducenta ſeſtertia, 336. 169. T. 359. 168. P.

Sibyllæ, 679. 162. T. 692. 162. P.

Sicatiorum ſupplicia ad feras, vltimus gladius, ignis, patibula, viuicombuſta, cullei, vnci, ſcopuli, & ſepulturæ priuatio, 73. 561. T. 494. 496. T. 529. 406. P.

Siccauerit, abſolutè, 446. 267. T. 470. 267. P.

Siciliæ Tyrannus Dionyſius, 497. 503. T. 532. 503. P.

Siderum diſtincta confuſio interdum denicit quid, interdum reſuſcitat, 5. 21. T.

Sifortè, 51. 168. T. pro fortè, 628. 170. T. 640. 170. P.

Sigæum, 7. 65. T. ſepulcrum Achillis, 15. 64. P.

Sigillaria, 184. 49. T. 189. 49. P. 191. 39. T. 192. 39. P. 202. 146. T. 459. 146. P.

Signa caſtrenſia cum imaginum ſuggeſtu, vexilla, labara, cantabra, 46. 241. 242. 243. 244. 145. T. aquilæ, 99. 242. 243. 244. 245. P. eorum effigies ex Numis veteribus, Ibidem.

Silentij officium attentè cuſtoditur in Eleuſiniis ſacris 441. 7. T. 450. 7. P.

Silentium ſiue Sige, Æon Valentini, 342. 315. T. 436. P. 443. 64. T. 454. 64. P. quæ & Mater, 436. 2. P. 443. 96. T.

Silicernium, 43. 196. T. 95. 196. P.

Simon Magus, ſtatua & inſcriptione ſanctì Dei inaugaratus, 44. 200. T. 95. 200. P. à Petro Apoſtolo damnatus, 337. 197. T. 340. 301. T.

Simplicitas, in bonam partem, 845. 45. T. 861. 45. P.

Simpulum, & Simpuuium, 43. 197. T. 95. 197. P.

Simul, pro ſimulac, 511. 251. P.

Simulacra Deorum materiæ vaſculorum inſtrumentorumque communium, vel ex iiſdem quaſi fatum conſecratione mutantia, licentia artis transfigurante, & contumelioſiſſimè, & in ipſo opere ſacrilegè, 42. 174. T. 92. 175. & 176. P. iiſdem ſuppliciis afficiuntur, quibus Chriſtiani, Ibidem. ſtatuæ frigidæ mortuotum ſuorum ſimilimæ non adorandæ, quas milui, mures, & aranеæ intelligunt, 184. & 185. T. 94. 185 P. nulla Romæ tempore Numæ, 59. 406. 407. T. 109. 406. 407. P. Græci atque Tuſci ęrorum fingendorum Auctores; Ibidem. T. P. captiuorum Deorum manubiæ & triumphi apud Romanos, 60. 409. P. 109. 409. P.

Sina in monte ex Moyſi primùm data, 136. 8. T.

Singillarius, 445. 441. 225. T. 463. 225. P.

Singulatitas, pro vita ſingulari, ſiue fœmina, 99. 2. T. 2. P.

Siparia, 441. 8. T. 450. 8. P. 444. 156. T. 459. 156. P.

Si qui, pro ſi quis, 28. T. 84. 46. P. 47. 218 T.

Sirenes, 44. 94. T. 88. 94. P.

Smyrnæi, 327. 185. T.

Socratis ſapientia, 41. 173. T. quercum, & hircum & canem deierabat; propterea damnatus, quia Deos deſtruebat, cuius tamen imaginem auream cum pœnitentia ſententiæ Athenienſes in templo collocarunt, adhibitis poſtea eius criminatoribus, 44. 211. & 212. T. 96. 211. & 212. P. vxorem amicis communicabat, 69. 506. T. 115. 507. P. ſapientia Attica, leno tamen, Ibidem. eius vox: Si dæmonium permittat; Deos negans, Æſculapio ta-

men gallinaceum profecari iubebat, 75.575. T.120.575. P.eum Apollo sapientissimum omnium cecinit, Ibidem. sententia Attica in eum lata tamquam corruptorem adolescentium, 76. 578. T. eius disceptatio de animæ statu in carcere iam sacro nauigio regresso, iam cicutis damnationis exhaustis, ciúsque constans ad lactymas coniugis responsum, 477. a. vsque 11. T. 506. 4. vsque 11. P. cui aiunt dæmonium à puero adhæsisse, quique sapientissimus iudicatus est à Pytheo dæmone, Ibidem. 12.13.14. T. P. qui quum Æsculapio gallinaceum reddi iusserit iam moriens, accusatus est tamen tamquam noua inferret dæmonia, & adulescentiam vitiaret, 437.16.17.18.19. T.506.16.17.18.P.

Sodalitia, 282.39.T.285.39.P.

Sodoma & Gomorra cinis, omnia, 27.T.11.26.P. olet adhuc incendio terra, & arborum poma, oculis tenus, contacta cinerescunt, 70.533.534.T.117.533.534.P. eorum euersionis historia carmine descripta, 915.1. vsque 918.12.T. hinc orta fabula de Phaëtonte solis progenie. 917.5.T.918.5.P. illic autumni conantur opes, sed iudice tactæ soluuntur in cinerem, nec mare viuit ibi, quod etiam nequit proferre aliquos pisces, solum illic propria mentitur fruge bitumen, exusti fuligo nitatis, &c. cuncta illic immissa natant, 919.8.9.10.11.12.T.919.8.9.10.11.12.P.

Sol stitionibus annuis vatiat, 5.21.T.11.21.P. eum credebant olle Deum Christianorum, quòd ad orientis regionem precarentur, 46.245.247.T.99.247.P. ipsi verò potius solem adorabant, ad eius ortum labia vibrantes, 46.247.T. præsertim Persæ habentes ipsum semper in suo clypeo, 46.246.T.99.246.P. non potest deliquium pati positus in suo hypsomate & domicilio secundum Astrologos, 130.15.16.T.132.16.P. etiam à Romanis Deus habitus, 214.68.69.75.T.225.68.69.75.P.

Solidum testamento capere, 233.5.T.276.5.P.

Sollemnia Cæsarum, 64.461.T.112.461.P. in eis visitatum focos & thoros in publicum educere, vicatim expulari, vino lutum cogere, cæteruatim curritare ad iniurias, impudentias libidinis illecebras, laureis postes obúbrare, lucernis diem infringere, 64.462.463.464.T.112.462.391.392.P. in iis adclamabatur: De nostris annis tibi Iupiter augeat annos, 65.470.T.113.470.P.143.111. &c.T.252.111.P. feruabantur incipiente anno, incipiente mense cum nidore thuris, & ianuis lauteatis & lucernatis, & sodalitiis, 282.38.39.T.285.38.39.P.

Solox, 6.78.T.15.78.P.

Solutim, id est, vno circumiectu, 7.97.T.

Somnium mulieris, cui ostensum linteum siue mappa, eius diei nocte, qua tragœdum audierat cum exprobratione, quæ vltra quintum diem in seculo non fuit, 219.193.T. Somnia non modicæ iactationes animæ, quæ semper negotiosa est, sed vacuæ; actu enim fiunt, effectu nõ fiunt, 498.487.T.534.487.P. in illis & bona facta gratuita sunt, & delicta fecura, 499.489.490.T.534.489.490.P. non tamen in totum vana esse, multis exemplis probatur, 499.491. vsque 500.539.T.534.491. vsque 536.539.P. ex variis commentatoribus qui de somniis scripserunt, 499.518. vsque 536.T.535.518.&c. vsque 535.528.P. ea plerumque Christianis à Dæmonio aut Deo imittuntur, 526.539. vsque 544.T.536.539. vsque 544.P. certiora somniatij adfirmant sub extimis & verno tempore, & ex quietis situ, 500.544.545.T.536.544.545.P. sed ingeniosè magis quàm constanter hæc probantur, Ibidem. 545.T.P. etiam infantes & omnis omninò gens somnia patiuntur, 500.549. vsque 554.T.536.549. vsque 554.P.

Somnus, mortis speculum, non vtique extranaturale, 497.466.467.T.532.467.468.P. eius variæ definitiones variorum Philosophorum, 497.469. vsque 474.T. 533.469. vsque 474.P. his tam aptus, tam vtilis, tam necessarius, vt sit recreator corporum, redintegrator virũ, probator valetudinum, pacator operum, medicus laborum, 497.474.T.533.474.P. quem & medici naturalem præiudicauerunt, Ibidem. 400.401.T.P. est & in cibis plurima somni paratura, Ibid. 477.T.P.

Sophia, Æon Valentini, 436.30.P.443.87.T.455.87.P.

Sophocles Tragœdus coronam aurcam, quum ex arce Athenæ perdidissent, somniando redinuenit, 499.516.T.535.516.P.

Sordidi, 258.24.T. pro auaris, 261.24.P

Sorores, pro Christianis, 274.24.T.277.24.P.

Sortiri, 24.26.T.83.26.P.

Sortium vrna, 5.9.T. per illas immittebantur in circum aurigæ, 10.9.P. 217.142.143.T.231.142.143.P.

Sparteoli, 69.516.T.116.516.P.

Spatiha, 268.82.T.272.82.P.

Spathalium, 268.80.T.272.80.P.

Speciatum, 422.139.T.431.139.P.

Spectacula interdicta Christianis, 67.494.T.123.494.P. quatuor eorũ genera, insania Circi, impudicitia Theatri, atrocitas harenæ, Xisti vanitas, 67.495.T. eodem pertinent clamores, atrocitas, furor, & impudicitia spectaculorum, 191.26.T. quæ quatuor genera variis periphrasibus expressit Auctor, 220.221.221.1.P. generatim autem vocantur subinde ludi Certaminum, & eodem pertinet quidquid tractat de Ludorum origine, titulis, apparatibus, artibus & locis, 220.1.P. è quibus gladiatorios ludos à Constantino interdictos fuisse, sed nondum in totum sublatos constat, nisi ab Honorio Imper. 221.1.P. quitamen iterum irrepserant sub Zenone Imp. Constantinopoli, 221.1.P. reliqua tria permissa videntur à Cæsaribus Christianis, quantumuis repugnantibus Episcopis, qui hoc solum impetrarunt, vt Dominicis & festis diebus interdicerentur, 221.221.1.P. Ad tria post spectaculis ethnicorum argumenta responsio, 212.2.vsq.214.15.T.222.2.vs 222.15.P. omnia etsi non expresse, tacitè saltem scripturis prohibita, 213.15.vs. 21.T.222.15.vs.21.P. quibus in baptismo renuntiaumius diabolo & pompæ & angelis eius renuntiantes, quia omnium illorum mater idololatria, 213.21.vsq.23.T.223.21.22.P. & deinceps vsq. ad libri finem. Dæmones enim spectaculorum auctores, 216.105.T. ab omnibus itaque illis tanquam idololatria abstinendum, 216.129.vsq.216.133.T.231.129.vsq.133.P. etiam concupiscentiæ generali nomine interdicta, 216.135.T.231.133.113.114.P. similiter furoris, bilis, iræ, doloris nomine, 216.136. vsq.146.T.131.vsq.140.P. maximè vsitatorum in Circensibus, 217.140.vsq.146.T.231.140.vsq.232.146.P. impudicitiæ, quoque nomine theatrica prohibita, 216.146.vsq. 27.152.T.232.146. vsque 152.P. item vanitatis, tragediæ, comœdiæ, lusoriæ, vel agonisticæ scenæ, & palæstricæ, 217.152.vsq.159.T.232.152.vsq.233.159.P. sic itiq; quoque, impietatis & seueritatis nomine amphitheatrum prohibetur, 217.159. vsque 163.233.159. vsque 163.P. etsi Deus illa spectat de cœlo, aliam longè honoinis esse rationem, 218.163. vsque 167.T. in iis bonum ethnicos dicere, quod alibi malum fatentur, 218.167. vsque 218.170.T.233.167.P. capitis diminutione damnati spectaculorum editores, & arcebantur honoribus omnibus ac ornamentis, 218.170. vsque 175.T.234.170. vsque 175.P. multo magis diuina fusti itia in spectaculorum artifices animaduertit, 218.175. vsque 184.T. 218.175. vsque 184.P. in baptismo illa cierauimus, & Christiani agnoscimur de eorumdem repudio, 218.184. vsque 186.T.218.184.P. de Deo cogitare non potest in spectaculis positus, 219.186. vsque 219.192.T.235.186. vsque 235.192.P. ea adeuntes dæmonijs penetrabiles fiunt, quod exemplo mulieris confirmatur, 219.192.T. 235.192.P. odisse itaque illa debent Christiani, 219. 195. vsque 199.T.235.195. vsque 199.P. maximè enim

à Christianis nulla debeat in hoc seculo concupisci voluptas, 219. 199. vsque 203. T. 235. 595. vsque 199. P. & longè maiores voluptates à Deo contributas habeamus, 219. 203. vsq. 220. 210. P. 236. 203. vsq. 210. P. & multo ampliora spectacula sint Christianis iudicij die exspectanda, 220. 210. T. &c. 237. 210. &c. P. non ideo probanda, quia Deum equum, Pantheram & vocem hominidedit, quia non ideò impunè idololatriam faciet Christianus, quia Dei conditio est, thus, merum, ignis, animalia quæ victimæ fiunt, 259. 65. 67. T. de Spectaculis libri Græci Tertull. mentio, 932. T. P.

Spectantes, 135. T. P. pro spectatoribus, 149. T. P.

Speculo tantùm mentiri licet, 257. T. 4. T. 206. T. 4. P. nemo se tamen apud tonsorem pro homine mutum inspexit, 422. 339. T. 3. T. 139. P.

Sperare, pro timere, 265. 11. T. 269. 11. P.

Spiritales se nuncupabant Montanistæ, 915. 4. T. 959. 4. P.

Spiritus angeli & dæmones, 55. 348. T.

Spiritus sanctus, Æon Valentini, 436. P. 444. T. 83. T. 457. 123. P.

Spongiæ Retiariorum, 219. 188. T. 235. T. 88. P.

Sponsiones in Circensibus, 217. T. 41. T. 251. T. 41. P.

Stabula pro diuersoriis, 72. 548. T. 119. 548. P.

Stadia in quibus agones fiebant, 256. 112. T. 229. 112. P. 217. 154. T. 233. 154. P. in eo videre erat pugnos, calces, colaphos, cursus, iaculatus, saltus & palestrica, 217. 154. 217. 156. 157. T. 232. 155. 157. P. 218. 179. T. 235. 179. P.

Stadia, porticus opaci, 191. 28. T. 195. 28. P. 239. 44. T. 298. 44. P.

Staticulæ, pro statuis, 825. 18. 22. T. 825. 18. T. 835. 18. 22. P.

Statilius Taurus Africæ Proconsul, 5. 13. T. 10. 13. P.

Statio militaris, 24. 26. T. 85. 26. P. Deorum, 41. 169. T. 92. 169. P. à militari exemplo stationum dies, id est ieiuniorum nomen acceperant, 183. 58. 60. T. 189. 58. P. ita vocabantur statuti ieiuniorum dies, quæ in vespertam producebantur, 189. 58. P. etiam inde deriuantur stationes in certis basilicis martyrum, 281. 24. T. 284. 24. P. stationes ieiuniorum die Dominico prohibitæ, 291. 129. T. 303. 129. P. statio credendi, 332. 70. T. 350. 70. P. statio trium hebdomadarum, pro ieiunio arido, 500. 548. T. 641. 548. P. 969. 68. T. 975. 18. P. 982. 10. T. 990. 10. P. stationum non modò ad nonam, sed ad vesperam vsque exemplà, 985. 58. vsque 986. 69. T. 993. 58. &c. P. nam milites numquam immemores sacramenti stationibus parent, Ibidem. 65. T. P.

Statuæ Deæ sacrum, prima constitutio infantis super terram, 436. 450. T. 531. 450. P.

Statuæ, quas mortuis defunctis dabant, quibus imagines inscribebant, & titulos incidebant in æternitatem, monumenta erant resurrectionis mortuorum, 80. 627. T.

Statum facere, 289. 29. T. 296. 29. P. status controuersiæ scripti & voluntatis, 706. 143. T. 745. 143. P.

Stephanus interfector Domitiani Imperat. 65. 477. T. 113. 477. P.

Stephanus, seu potius Stephana, Paulo in perfectione succurrit, 973. 93. T. 973. 93. P.

Sterceræ, 443. 94. T. 456. 94. P.

Sterculius Deus, 58. 393. T. siue Stercutius, 108. 393. P.

Stesichorus excæcatus ob conuicium carminis in Helenam Troianam, debitæ reluminatus, 494. 414. T. 529. 414. P.

Stipare, 824. 105. T. 837. 105. P.

Stipes, quæ Deis iactabantur mendicantibus, 73. 554. 555. T. 119. 555. P. matris Deûm, 217. 150. T. 231. 150. P. primam noui discipuli stipem Minervæ honori & nomini consecrabant ludimagistri, 241. 63. T. Minervæ appellatam, 251. 62. P.

Stiria leonina, 7. 72. T. 15. 72. P.

Stoici, 28. 42. T. 84. 42. P. eorum de Deo opiniones, 76. 532. 593. T. 331. 40. T. 348. 40. P. & de duobus hominum generibus, Ibidem. P. de mundi creatione ex materia, 422. 149. T. 432. 149. P. de anima, 478. 79. T. 500. 73. P. de quinque sensibus, 484. 221. T. 519. 221. P. de anima ex aëris rigore, 489. 327. T. 534. 327. P. de solmo resolutione sensualis vigoris, 497. 469. T. 533. 470. P.

Stola muliebris vestis, 88. 89. & 90. T. 16. 90. P. 245. 140. T. 254. 140. P.

Strenæ in Saturnalibus, 241. 64. T. 251. 64. P. in Ianuarijs, Brumis, & Matronalibus, 243. 106. 92. T.

Strophæ, 451. 365. T. 673. 70. T. 685. 70. P.

Structus & structio, 199. 22. T. 205. 22. P. 207. 64. T. 448. 380. T. 505. 380. P.

Strues, 445. 284. T. pro structura, 461. 284. P.

Stupor, 125. 18. T. 158. T. 204. 7. P. 238. 48. T. 262. 48. P. inde stupotata, 265. 18. T. 269. 18. P. 622. 52. T. 635. 52. P.

Stygiæ paludes mortem diluentes, 501. 561. T. 537. 561. P.

Stylus, 338. 228. T. 367. 228. P.

Suauiludius, 258. 164. T. 233. 164. P.

Subcisiua, 624. 104. T. 637. 104. P.

Subfundi, 309. 20. T. 317. 20. P.

Subiectiuum, 320. 30. T. 328. 30. P.

Subiici, pro decipi, 35. 108. T. 89. 108. P.

Subleuare, pro eleuare, & verbis minuere, 941. 46. T. 948. 46. P.

Sublimantia, 446. 242. T. 464. 242. P.

Submissus, pro submissione, 798. 255. T. 819. 255. P.

Subnixus, 159. 25. T. 205. 25. P.

Subornari, pro ornari, 331. 38. T. 347. 38. P.

Subradiate, 577. 231. T. 605. 231. P.

Subsignate, pro fauere, 198. 4. T. 204. 4. P. 630. 187. T. 640. 187. P.

Substantia animalis, pro potentia, 486. 250. T. 521. 250. P.

Substillum, 5. 21. T. 11. 21. P.

Subtemen, 5. 5. T.

Subuerbusti, 8. 87. T. 16. 87. P.

Succidere, 200. 37. T. 205. 37. P. 290. 60. T. 299. 60. P.

Suculæ, 548. 89. T. 558. 89. P.

Suffectura, 630. 193. T. 641. 193. P.

Sufferentia, 708. 196. T. 748. 196. P.

Suffragia, 288. 8. T. 294. 8. P.

Suffundere, 67. 492. T. 114. 492. P.

Suggestus, 7. 93. T. 214. 61. T. 225. 61. P. 245. 135. T. 254. 135. P. 265. 14. T. 269. 14. P. 455. 55. T. 427. 55. P. 477. 3. T. 506. 3. P. 917. 6. T.

Suggillatio, 826. 25. T. 836. 25. P.

Sui, pro eorum, 204. 114. T. 210. 114. P.

Summum bonum Epicurus decernebat voluptatem, quam interpretabantur Epicurei animi æquitatem, 67. 496. T. 114. 496. P.

Superfruticare, 449. 398. T. 473. 398. P.

Supparare, 266. 37. T. 270. 37. P. 490. 342. T. 954. 43. T. 962. 43. P.

Supparum muliebre, 8. 90. T. interula, 16. 90. P.

Supplicamentum, pro supplicio, 972. 68. T. 978. 68. P.

Suteulus, 644. 19. T. 656. 19. P.

Suspecti, pro suspicaces, 53. 326. T. 104. 326. P.

Sutrini, Italiæ municipium, 58. 390. T. 108. 290. P.
Syllæ lances centenarij ponderis. 9.102. T.18.102. P.
eius felicitas, 41.173. T.
Symbola notarum, 444.134. T.458.134. P.
Symbolum fidei Apostolicum regula veritatis, quæ venit à Christo, transmissa per comites ipsius, 77. 597. T. vna omninò, sola irreformabilis, 309. 5. T. 316. 5. P. qua creditur vnum omninò Deum esse; & verbum filium eius; delatum ex spiritu Dei patris in virginem Mariam, eatnem factum in vteto eius, & ex ea natum hominem Iesum Christum; fixum cruci; tertia die resurrexisse; in cœlos ereptum, sedere ad dexteram patris, misisse vicatium vim Spiritus sancti; venturum cum claritate ad sumendos sanctos facta carnis resurrectione in vitæ æternæ fructum, 333. 81. &c. T. 351.81. vsque 353. 92. P. id Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo susceptum, 334. 130. T. 356. 130. P. 338. 219. T. 366.219. P. ab initio Euangelij decucurrit, 844. 25. T. 861. 25. P. eius explicatio, 1031. 3. & deinceps, T. 1054. 3. &c. P.
συμιοδύμενος, id est, coodibilis, 207. 96. T. 742. 96. P.
Symplegades, 620.25.T.633.25.P.
Syncrasis, Æon Valentini, 436.16.P.443.81.T.455. 81.P.
Synesius, Æon Valentini, 436. 26. P. 443. 85.T. 455. 85.P.
συσταυροφορος, id est, commisero, 702. 96. T. 742. 96. P.
Synthetus, 7.78.T.15.78.P.
Syntrophi, 443.94.T.456.94.P.
Sypara, 46. 244. T. 98. 244. P. stolæ vexillorum, Ibidem.
Syracusæ muniuntur à Corinthiis, 6.40. T.13. 40. P. in Achaia, 338.209.T.364.209.P.
Syria Palestinæ, 31. 57. T. eius Deus, 58.379. T.107. 379. P.
Syrina, 6.45.T.
Syrophœnice ex distinctione Syriarum, 674. 94. T. 687.94.P.
Syzygiæ Valentini, 342. 315. T. siue coniugationes, 317.P.443.72.T.454.72.P. seu connubia, Ibidem. 73. T. P.

T

TAbella iudiciaria, de qua recitabant Christianos, 27.34.T. 83.34.P. naturalium sponsalium & nuptiarum, 313.102.T.321.102.P.
Tabernarij, 974.105.T.980.105.P.
tabula ludere, 547.71.T.558.71.P.
tabulæ litterarum à Saturno, 40. 160. T. 91. 160. P.
tabulæ nuptiales, 281.20.T.284.20.P.1000.14.T. 1016. 14.P.dotales. Ibidem.14.T.P.
Tabulæ vestium, 8.96. & 97.T.17.96.P.tabulatum, Ibidem.
Tabularia idolorum, 241.62.T.251.62.P.
Tabularij, sumptuum supputatores, 69.515. T. 116. 514. P.
Tacitus castigatus, 84.41.P.
Tactui cur eadem pauimenta manibus aspeiora, pedibus leuiora credantur, & in lauacris idem calidus lacus feruentissimus primò, dehinc temperatissimus renuntietur, 484. 220. 224. 225. T. 519. 220. 224. 225. P.
tænia, 290.68.T.299.68.P.
Tanti quanti, 22.12.T.32.12.P.
Tarentum, 7.55. T.14.55.P.
Tarpeij ludi, 214.46.T.224.46.P.
Tartarus, carcer pœnarum infernarum vocatur à gentibus, quò abstrudi solent impij, 41.170.T.
Tau lignum, 145.142.T.159.142.P. ipsa littera illa littera Græcorum, nostra autem T. species crucis est, quam portendebat Propheta futuram in frontibus nostris apud veram & Catholicam Ierusalem, 679.174.T. 693. 174. P. numerum tercentenum exprimit, 887. 8. T. 891. 8.P.
tauricæ fabulæ, 36. 125.T.quod apud Tauros Dianæ hospites immolarentur, 89.125.P. taurorum sactificia, 619. 9. T. 632. 9. P.
Tauri Ægyptij antistites continentes viri, 943.70.T. 959.132.T. 967.132.P.
Tecla virgo martyr, 592.119.T.407.119.P.
Tecla denfare, 258.47.T.270.47.P.
Teges, 624.90.T.636.90.P.
Teletus, Æon Valentini, 436. 29.P.443.87.T. 455. 87.P. quem Philetum vocat, 436.29.P.443.98.T.456. 98.P.829.67.T.839.97.P.
Telinum & Philinum vnguenta, 7. 71. T. 15. 71. P.
Telmessenses somnis plurimùm dediti, 499. 495. T. 495. P.
Themenus dux Herculeæ posteritatis in Peloponnesum, 6.38.T.13.38.P.
Temperari cum Genitiuo, 25.31.T.83.31.P.
Tempestiuitas, & tempestiuus, 143.108.T.156.108.P. 671.49.T.684.49.P.
Templa Idolorum Christiani adorare prohibiti & ingredi. 45.233. T. saltem tempore idololattriæ, 96.233.P. nondum fuerunt apud Romanos sub Numa, sed decespite altaria, 59. 406. T.109.406.P. eorum & mœnium eædem sfragcs, 71.408.T.109.408.P. adiri possunt sine periculo, vrgente caussa simplici duntaxat, quæ non pertineat ad proprium eius loci negotium vel officium, 215. 78. T. loca enim non contaminari per se, sed quæ in locis fiunt, 215. 80. T. templi Iudæotum duplex dedicatio; in eo arca testamenti, tabernaculum martyrij, altare, candelabrum, vasa, 291. 99. 100. T. 301.99. P. hoc nomen illis tribuitur, Ecclesiatum verò Christianis, 944. 59.P.
Terræmotus, 6. 28. & 29. T. 12. 28. & 29. P.
Terram matrem pro Dea colebant, 215.93.T.227.93. vide Mater magna Deûm.
Tertullianj Scriptorum in quinque Tomos distinctio, 2. P. Tomi primi Librorum ordo, Ibidem. P. Liber de Pallio scriptus annu circiter tertio Imperij Severi, 3. P. initio susceptæ fidei, Ibidem. Citatur tacitè à Hieron. & Vincent. Lirinensi, 4. P. sub triplici Impetio, 6.41.T. Seueri, Antonini, & Albini, 13. 41. P. Apologeticus scriptus anno circiter 7. Seueri Imperatoris, 18. P. Eius meminerunt Lactantius & Beatus Hieronymus, 18.19. P. Eusebius quoque, Augustinus, Vincentius Lirinensis, Nicephorus, Hugo Floriacensis, & Vincentius Bellouacen. 101. 20. P. Citatur ab ipso Auctore lib. de Test. Animæ, 101. 273. P. Proinde liber hic illo posterior, qui citatur à Beato Hieronymo & ipso Auctore, 133. P. Liber ad Scapulam scriptus sub initiis quintæ persecutionis, 129. P. ad eum alludit S. Hieron. & imitatur S. Cyprian. 129. P. missus, non porrectus, 129. 5. P. Post lib. de Pallio & Apologeticus scriptus, 129. 8. Iam Presbytero, 132. 11. P. Liber aduersus Iudæos scriptus ante bellum Britannicum; eum imitantur S. Cyprian. libris duobus prioribus ad Quirinum aduersus Iudæos, & Iulianus Pomerius lib. 3. contra Iudæos. Transcripta sunt etiam exillo quædam ab eodem ac Eusebio, & Sancto Hieronymo; meminit etiam Vincentius Liri-

Lirinensit & alij, 134. & 135. P. citant etiam & imitantur Hugo in Glossa ordinaria, & Prospero adscriptum opus de promiss. & Prædiction. 152. 53. P. Tomi secundi Librorum ordo, 162. Librum de Pœnitentia citat, & multa inde desumpsit S. Pacianus libro de Pœnitentia aduersus Nouarianos. Imitantur etiam SS. Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, 163. 164. P. citat & ipse Tertullianus, 398. & 1016. 9. P. Librum de Oratione citat S. Hilarius, imitatur S. Cyprianus Libro de Oratione Domin. & quædam transcripsit Hrabanus, 210. P. imitatur etiam Fortunatus lib. de Ora. Domin. 186. 4. & sequent. P. Librum ad Martyras imitantur, & quædam ad verbum transcripserunt SS. Cyprian. & Hieronym. qui scriptus est in ipsis, quintæ persecutionis Christianorum sub Seuero initiis, 189. ac 190. P. eodem penè consc ripturn quo Apologeticus, 197. 63. P. ex lib. de Parientia multa transcripsit S. Cyprianus libro de Bono Patientiæ, 197. P. Liber de spectaculis scriptus duodecimo anno Seueri, sub tempus Ludorum secularium, quos ille Octauos Romæ indixit, & celebrauit, 209. P. citat eũ Tertull. libris de Habitu muliebr. & de Coron. milit. ex quo etiam Græcè scriptum constat, ex eodem etiam multa descripserunt S. Isidorus & Hrabanus, 216. P. in quo tam Catechumenos alloquitur quàm baptizatos, 122. 2. P. Liber de idololatria scriptus post librum de Spectaculis, cuius etiam meminit, & eundem imitatur S. Cyprian. lib. de Idolo. vanit. ac verba quædam transcripsit S. Isidorus, 237. & 278. P. Librum de Habitu mulebri imitantur SS. Cyprian. & Hieron. in quo meminit lib. de Spectac. 257. P. Librum de Cultu fœminarum, ad verbum imitatur S. Cyprian. & in eo eadem quædam repetuntur quæ lib. præcedenti, 263. P. Ex lib. 1. ad Vxor. multa descripsit B. Hieron. 273. P. sicuti etiam ex secundo, 279. P. Liber de Corona militis Romæ scriptus post ludos Seculares in votis decennalibus Cæsarum, 287. P. in eo lib. citat de Spectaculis, etiam Græcum, & multa repetit ex Apologet. & lib. de Idololatria. Imitantur eundem SS. Hieron. & Basilius, & quædam transcripsit B. Isidorus, 287. P. qui scriptus est ante lib. de veland. Virg. 289. 42. T. 290. 42. P. In libro de Virginibus velandis, quem Græcè & Latinè scripsit, de Septimium Tertullianum vocat, & eundem imitatur S. Cyprian. 307. & 308. P. Tomi Tertij librorum ordo, 326. P. Ad lib. de Præscrip. aduersus hæret. addidit frequenter Tertull. & nominatim bis citat, qui olim in duos diuidebatur, quòd si quis facere volet, poterit posterior pars inscribi: Hæreticorum Catalogus, 329. P. 377. 253. vsque 385. 251. &c. P. Librum de Baptismo citat, & ex eo quædam descripsit B. Hieron. & Hrabanus noster, qui ante omnem hæresim aduersus Quintillam conscriptus, 387. P. etiam Græcè in quo de Hæreticorum baptismo tractat, 391. 106. 107. T. 406. 106. 107. P. in hoc libro Tertullianum peccatorem se nuncupat, 395. 142. T. 408. 142. P. Librum aduersus Hermogenem ipse citat; meminit eiusdem Vincentius Litinensis, & ex eo ad verbum quædam citat B. Hieronym. 410. P. In libro aduersus Valentinianos citat, lib. aduersus Hermogenem, & eius meminerunt Optatus Mileuitan. ac Vincentius Litinen. 435. P. Libri de Anima meminit Tertull. & quædam ex eo ad verbum citarunt SS. Hieronym. & August. 476. P. librum de carne Christi citat Tertull. 543. P. in quo agit contra quatuor hæreseis, 543. 1. vsque 14. T. 554. 1. vsque 14. P. libri de Resur. carnis Tertullianus nominatim meminit, & in eo citat libros de Anima, de Carne Christi, & secundum ac tertium aduersus Marcionem, 565. P. Libros aduersus Marcionem, non modò citant Optat. Mileuitan. Rufinus, & Vincentius Litin. sed ipse Tertull. non semel, 618. P. 643. P. 669. P. 697. P. 781. P. Scorpiaci aduersus Gnosticos præter Cyprianum, Hieronym. & Vincentium Lirinens. citatur etiam ab ipso Tertullian. 827. & 824. P. adlegatur etiam à Sophronio Hieros*o*lymitano de certaminibus Petri & Pauli, 842. 116. P. Librum aduersus Praxeam agnouerunt Optat. Mileuit. & Vincentius Litinens. ac citat B. Hieronym. 843. P. Quarti Tomi librorum & fragmentorum ordo, 872. P. Librorum quinque aduersus Marcionem carmine meminisse videtur ipse Tertullian. 873. P. quorum primus est de Deo vnico, 874. 1. T. 878. 1. P. Secundus de concordia veteris & nouæ legis, 880. 1. T. Liber tertius de concordia patrum veteris & noui Testamenti, 886. 1. T. Quartus de Marcionis Antithesibus, 893. 1. T. Quinctus de variis eius hæresibus, 898. 1. T. in cuius initium reliquorum etiam quatuor librorum argumenta indicat, Ibidem. T. P. Libri de iudicio Domini meminit ipse Tertull. 904. P. Genesis, Sodomæ, & libri ad Senatorem eundem auctorem ex stilo esse constat, qui magis Tertullianicus, est quã Cyprianicus, 911. P. 915. P. 919. P. Apologetici ex Latino in Græcum conuerti meminerunt Eusеb. & Nicephor. cuius hic fragmenta sunt edita Græcolatina, 921. vsque 923. T. P. Libri de Spectaculis Græci ipse Auctor meminit, 923. 1. P. sicuti etiam de Virgin. veland. Græci, Ibidem. T. P. & de Baptismo libri Græci, 924. T. P. Libri de Angustiis nuptiarum ab adhuc adolescente conscripti mentionem facit B. Hierony. Ibidem. 925. P. De fato ipse Tertull. cuius etiam fragmentum citat Fulgentius Placiades, & alludit B. Hieronym. 925. T. P. qui etiam meminit Quæstionum de mundis ac immundis animalibus, & de Circumcisione, item librorum de Vestibus Aaron, & de Trinitate, 925. 926. & 927. T. P. Libri aduers. Hermogenem de Ceasu animæ argumentum & fragmentum, 927. T. 928. P. ex ipso Tertull. Ibidem. T. sicuti etiam libri aduersus Appellianos citatio, 928. T. 928. 1111. P. & libri de Paradiso paradoxi argumentum, 929. 929. T. 929. P. Libri quoque paradoxi de Spe fidelium, 929. 930. T. 930. P. cuius verba etiam quædam citantur à B. Hieronym. & Gennadio, Ibidem. T. P. Librorum etiam aduersus Ecclesiam pro Montano scriptorum, sex, de Ecstasi, & septimi aduersus Apollonium mentio & fragmenta ex B. Hieronym. & Nicephoro, 931. 932. 933. T. P. qui Græcè potius videntur editi quàm Latinè, Ibidem. P. Opetum denique Septimij Tertulliani Iudicis mentio, 936. T. P. 933. P. ex quo multo plura eum scripsisse constat, sicuti & ex B. Hieronym. ac Nicephoro & Vincentio Litinensi, Ibidem. T. P. cuius non sunt libri de vera Circumcisione ad amicum ægrotum, & de definitionibus fidei, 933. P. Tomi Quincti librorum ordo, 937. P. qui in hæresi aduersus Ecclesiam conscripti sunt, Ibidem. Librum de Exhortatione castitatis inter illos recenset Nicephorus, quem tamen imitatur Hieronym. & ipsius Tertulliani esse ex libri clausula constat, 1122. P. Libri de Monogamia meminit ipse Tertull. sed contra Ecclesiam scriptum tradunt Beati Hieron. August. Nicephorus, 951. P. Librum de Fuga in persecutione ad Fabium, scribunt contr. Ecclesiam scriptum Hiero. & Nicephorus, 968. P. Librum de Ieiuniis citat ipse tertull. titulo aduersus psychicos, quem contra Ecclesiam etiam scriptum tradunt Hieron. & Nicephorus, 981. P. & tamen imitatur B. Hieron. fere ad verbum lib. 1. aduersus Iouinian. hostem ieiuniorum, Ibidem. P. Librum de pudicitia aduersus pœnitentiam citant Hieron. & Pacianus, scribentes eum veterem sententiam (quam nempè adhuc catholicus libro de pœnitentia ediderat) noua opinione dissoluisse, quod & ipse Tertullianus fatetur, 998. P.

Tertulliani patria Carthago, 5. 18. T. eius conuersio ad Christianismum, 8. 93. & 10. 17. T. 16. 93. P. à roga ad pallium transiuit, 8. 94. T. causas egit in foro, 9. 38. T. 17.

98. P. prius ethnicus, postea Christianus, 48.262. T. testimonio Deorum qui se dæmones esse confitebantur, 57. 371. T. 107. 371. P. Presbyter deinde, 132. 11. P. Carthagini habitauit, 132. 14. & 133. 19. P. scripturarum subinde peculiari editione vtitur, & vnam pro altera citat, 139. 143. P. peccatorem se nuncupat. 166. 17. T. 173. 18. P. Patthos & Medos Romæ vidit, 259. 56. T. 262. P. in triumpho Seueri de Parthis & Medis, Ibidem vxorem iam presbyter pari inter se consensu continentiæ à se separauit, 273. P. 276. 1. P. Seprimium Tertullianum se vocat, 315. 140. T. 323. 140. P. maris fuit acola, 458. 133. P. Græcismis frequenter vtitur, 444. 163. 179. T. 460. 163. 179. P. Scripsit librum primum aduersus Marc. ad decimum quintum annum Seueri Imper. 624. 103. T. 637. 103. P. Tertullianum se nuncupat, 943. 74. T. 949. 74. P. Vixit, & scripsit librum de Monogamia annis circiter centum sexaginta productis à scripta Apostoli Epistola ad Corinthios prima, 952. 27. T. 960. 17. P. anathema in eum iam Montanizante prolatum videtur, 981. 13. T. 990. 13. P.

Testamento cauere, 338. 223. T. 366. 223. P.

Testamentum vetus & nouum sacratum scripturarum magis vsui est dicere, quàm instrumentum, 637. 4. T. 736. 4. P.

Testimonium animæ de anima, quòd immortalis sit, cui nempè penes inferos rormētum aut refrigerium optat, quæ mortem timet tamquam aliquid passura post illam, quæ memoriæ post mortem frequentandæ studet, 126. 12. T. quæ iam pridem defunctum tamquam viuum requirit, 213. 12. T. quæ de mortuis iudicat, 182. 27. T.

Testimonium animæ de Dæmone, 54. 342. T. 104. 342. P. Dæmonium vocabant hominem immundum malum insolentem, aut quem odio habebant; Satanam in omni auersatione & abpernatione & detestatione pronuntiabant, 125. 12. T. 128. 12. P. 126. 27. T.

testimoniū animæ adhuc ethnicæ de Deo: quòd Deus dederit, Deus inter nos iudicabit, Deus videt Deo commendo, Deus mihi reddet, quæ pronuntians, ad cœlum respicit, 48. 256. 257. T. 100. 256. P. 124. 5. & 125. 6. 7. T. 127. 5. P. Si Deus voluerit, Deus bonus est, Deus benefecit, Benedicat te Deus, Deus videt omnia, Ibidem. ad cœlum contestatur, & ad terram detestatur, 126. 27. T.

Testudo anima, 6. 49. T.

Testudo, bellicum instrumentum, 191. 38. T. 196. 38. P.

Tetraon, 624. 88. T. 636. 88. P.

Tetras Valentini, 435. P. 442. 71. 74. T.

Thales, princeps Physicorum, de diuinitate scisciranti Crœso nihil certum renuntiauit, 76. 576. T. 120. 576. P.

Thammus Deus à Iudæis cultus, 145. 140. T. idem qui Adonis, 158. 140. P.

Thamnus, 492. 386. 388. T. 528. 386. 388. P.

Theatra stuprandis moribus apta, 31. 63. T. 67. 495. T. in iis primi Lacedæmonij penulam excogitauerunt, 31. 77. T. 87. 77. P. Veneris sacrarium sunt, quæ Censores renascentia sæpè destruerunt moribus consulentes; quare Pompeius magnus quum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, Veneris ædem superposuit, 215. 98. 99. 100. 101. T. 228. 98. 99. 100. 101. P.

Thebis hebetes & brutos nasci relarum est, 487. 262. T. 521. 262. P. nempè Bœotiæ, Ibidem. P.

Thelesis, altera coniux Bythi, Æonis Valentini, 439. P. siue voluntas, 448. 369. T. 471. 369. P.

Themistocles militia insignis, 41. 173. T.

Thensæ, 214. 63. T. 224. 63. P. Iouis plaustrum, 214. 66. T. 225. 66. P. 293. 167. T.

Theriaca, 418. 317. T.

Theristrum, 7. 74. T. 55. 74. P.

Theseus, 920. 5. T. 920. 5. P.

Thessalonicenses in Macedonia, 338. 210. T.

Thetis filium planxit, 501. 561. T. 537. 561. P.

Thrasymedes numquam somniasse legitur, 499. 485. T. 533. 485. P. 500. 552. T. 536. 552. P.

Thus Arabicæ arboris lacrymæ, 62. 442. T. 131. 442. P. 72. 543. 544. T. 292. 108. T. apud Sabæos, Ibidem. Christianis sepeliendis profligabatur, 73. 554. T. 119. 554. P. 242. 78. T. etiam ad pigmenta medicinalia vsui, Ibidem.

Θυμικὸν animæ siue indignatiuum, 484. 209. T. 519. 209. P.

Θυράιος Apollo, 244. 117. T. 253. 117. P.

Thyrij, 76. 583. T. iidem Thyrreni, 120. 583. P. purpuram tinguebant, 257. 9. T. 260. 9. P.

Tiara, 591. 405. T.

Tiberis, 64. 466. T.

Tiberij Proconsulatus Africæ, 36. 123. T. 89. 123. P.

Tibiæ, 253. 96. T. earum inuentor, 227. 96. P.

Tilia arbor, seu thya, ad idola conficienda olim vsitata, 240. 40. T. 250. 40. P.

Tiliæ vestium, 8. 96. T.

Timor fundamentum salutis, 264. 10. T.

Tingui, pro baptizari, 199. 14. T. 204. 14. P.

Titanes à Ioue deuicti, 290. 67. T. 300. 67. P.

Titulus, 21. 9. T.

Tituli, 8. 93. T.

Τὸ δοκεῖν, 543. 13. T. 554. 13. P.

Toga à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, inde ad Carthaginenses transmeauit, 5. 14. T. 11. 14. P. eius descriptio, 8. 96. T. 17. 96. P. onustum potius reddit quàm indutum, 8. 76. T. eius tormentum calcei, Ibidem. plus læserunt Remp. quàm loricæ, 9. 100. T. ea vestiuntur Cetones, & omnis gladiatorum ignominia, 9. 116. T. togæ puræ solemnitas, 244. 125. T. 254. 125. P. toga candida, 245. 138. T. 254. 138. P.

Tonsorum instrumenta, culter, resina, vollsella, 6. 62. T. 14. 62. P. ex Asia in Siciliam, inde anno vrbis Cond. 383. Romam primùm euocati, Ibidem. etiam no uacula vultus mutabant, 218. 177. T. 234. 177. P.

Tormenta adhibentur ad confitendum, 24. 26. T. apud tyrannos etiam pro pœna adhibentur, 25. 32. T.

Totum propleroque, 717. 352. T. 758. 352. P.

Trabeæ, 245. 137. 141. T. 254. 137. 141. P.

Traditiones transmissæ à discipulis Christi, 77. 597. T. 121. 597. P. 128. 24. P. 126. 26. T. 188. 43. P. etiam non scriptæ recipi debent, 289. 27. vsque 21. T. 295. 27. vsque 298. 41. P. 289. 41. vsque 50. T. 298. 41. vsque 299. 50. P. vbi apparuerit esse veritatem fidei Christianæ, illic veritas omnium traditionum Christianarum, 334. 112. T. credere oportet Christianum quod traditum est, 543. 20. T. 555. 20. P. 626. 148. T. 639. 148. P. 693. 51. T. 739. 51. P.

Traducere, 337. 191. T. 363. 191. P.

Traductiones, 335. 137. T. 357. 137. P.

Tradux, 334. 121. T. 356. 121. P.

Tragœdi cothurnis vtebantur, 218. 180. T. 234. 180. P.

Traianus Imperator inquisitionem in Christianos fieri prohibuit, 24. 24. T. 83. 24. P.

Tramittere, 699. 50. T. 739. 50. P. 795. 206. T. 815. 206. P.

Transfiguratio (quam transsubstantiationem dicimus) interemptio est pristini; omne enim quod transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat, 857. 164. T. 869. 164. P.

Transfunctorium, 442. 48. T. 443. 48. P. 629. 185. T. 640. 185. P.

Transuena, 916. 3. T.

Tribunus militum., 288. 6. T. 995. 6. P.

Tribus, 67. 490. T. 69. 512. T.

Tricha, 445. 181. T.

Trinitatem personarum Patris, Filij & Spiritus sancti in diuinitate defendit Tertull. libro aduersus Praxean, 844. 2. T. 859. 2. P. hanc regula siue symbolum fidei agnoscit, quòd vnitatem in trinitate diuinam disponit, 844. 21. vsq. 861. 30. T. 861. 21. vsque 930. P. quare non sequitur, etiamsi monarchiam Dei non solùm Oeconomiam admittetemus, patrem se sibi filium fecisse, quod volebant Monarchiani, 844. 30. vsque 38. T. 861. 30. vsque 861. 38. P. Patrem vero filium & spiritum sanctum agnoscunt Epistolæ Apostolicæ, 845. 38. vsque 861. 42. T. 861. 38. vsque 42. P. diuersos etiam esse Patrem & filium inde constat, quòd filius in scripturis appelletur λόγος, Sophia & sermo, 845. 42. vsque 846. 54. T. 861. 42. vsque 861. 54. P. in ijs θεοφανίαι agnoscit, etiamsi eam vocem in suis Æonibus vsurpauerit Valentinus, 846. 54. vsque 847. 61. T. 861. 54. vsque 61. P. sic filius ex patre spiritu sanctus à Deo & filio, 846. 59. 60. T. 863. 60. P. Alius itaque dicitur pater, alius filius, alius spiritus sanctus, non tamen aliud, 847. 61. vsque 64. T. 863. 61. vsque 64. P. aduersus Monarchianos quoque probatur non potuisse patrem seipsum fecisse filium; quòd correlatiua sint pater & filius, quòd in scripturis distinctè pronuntientur, quòdque in creatione hominis plurialiter Deus loquatur, 847. 64. vsq. 849. 75. T. 863. 64. vsque 864. 75. P. quòdque subinde in scripturis bis Deus legitur, & nomen Domini in duobus; quòd pater inuisibilis, filius verò visibilis scribatur, quòd denique nomina patris: Deus omnipotens, altissimus, Dominus virtutum, Rex Israelis, etiam filio competant, 849. 75. vsque. 852. 106. T. 864. 75. vsque 866. 106. P. nec obstant scripturæ de vnico Deo vel solo; quia filium non excludunt, sed plures Deos, 852. 106. vsque 855. 117. T. 957. 106. vsque 117. P. nihil etiam pro Monarchianis facit Euangelium Ioannis, quia in eo vbique distinguuntur, pater & filius, 853. 117. vsque 856. 155. T. 866. 117. vsque 868. 155. P. Idipsum & ex alijs Euangelistis probatur, 857. 155. vsque 857. 159. T. 868. 155. vsque 159. P. contra Praxeanos insuper & Monarchianos facit, quòd patrem spiritum dicetent, filium catnem, patrem Christum filium Iesum, 857. 159. vsque 858. 178. T. 868. 159. vsque 869. 178. P. Obmutescat itaque ista blasphemia, sufficiat Christum filium Dei mortuum dicere secundum humanam substantiam: patrem verò ne compassum quidem, 858. 178. vsque 859. 180. T. 869. 178. vsque 180. P. & 180. vsque 184. T. P. ad Iudaicam enim fidem pertinet sic vnum Deum credere, vt filium ei nolis adnumerare, 859. 184. 187. T. 870. 184. 187. P. de Trinitate libri maiores quàm sit Nouatiani à Tertulliano conscripti 109. T. P. De Trinitate alij etiam scriptores recensentur, 1034. 2. P. inter quos Nouatiani libet de trinitate, in quo pleraqueiam dicta repetuntur, sicuti ex argumento, quo Lectotem breuitatis gratia temittimus, latius videre est, 129. 130. P. 1031. 1. 2. vsque 1062. 144. T. 1054. 1. vsque 1062. 144. P.

Triptolemus, 623. 64. T. primus serendi modum tradidit, 635. 64. P.

Triumphanti Imperatori in illo sublimissimo curru suggeritur à tergo: Respice post te, hominē memento te, 64. 456. T. 112. 456. P.

Trochilus Argiuus cutrum Iunoni dedicauit, 215. 87. 88. T. 227. 87. 88. P.

Troianorum & Achiuorum Deorum pugna, 44. 206. T. 206. 206. P. interipsos bella, 59. 397. T. eorum genetis memoria vrbs Romana, ibidem. Troia mille nauibus obsessa & deuicta, 494. 414. T. in Troade Oraculum Sarpedonis, 499 531. T. 533. 531. P.

Tropæa, 46. 241. T. 97. 241. P. eorum descriptio ex Numo veteri, ibidem.

Trophoni oraculum & initiationes, Bœotiæ, 54. 335. T. 97. 335. P. 500. 532. T. 514. 532. P.

Trulla, 43. 189. T. 64. 189. P.

Tubæ, 215. 96. T. 227. 96. P.

Tunica, 5. 4. T. 10. 4. P. eiusdem descriptio, 5. 14. T. cingulo correpta, 8. 96. T.

Tunica, pro cute, 545. 50. T. 556. 50. P.

Tuscia, 5. 27. T. Tuscorū ingenia fingendis simulacris, 60. 407. T. 109. 407. P.

Tutelinæ columnæ à tutelina Dea, 214. 73. T. 226. 73. P.

Tyrinthius, 7. 75. T. 14. 75. P.

Tyrius color, inde Tyrius, 163. 64. T. 177. 64. P. Tyrthenus dux Lydorum in Hetruriam transmigrauit, 214. 26. T. 223. 25. P.

V

VAcatio, pro inanitate, 79. 610. T.

Vacuerat & vacuisset, 7. 64. T. 13. 64. P. 41. 168. T. Vacate, 332. 163. T. 350. 63. P. 443. 112. T. 457. 112. P. 545. 44. T. 656. 44. P. 570. 90. T. 352. 90. P.

Valentia, pro robore, 142. 104. T. 156. 104. P. 423. 137. T. 432. 137. P.

Valentia, Variculanorum Dea, 58. 389. T. 208. 389. P.

Valentinius Platonicæ sectator, fuit Antonini ferè principatu, & in Catholicam primo doctrinam credidit, apud Romanē sem Ecclesiam, donec sub Episcopatu Eleutherij, semel & iterum eiectus, nouissimè in perpetuum discidium relegatus, venena sua disseminauit, 336. 164. vsq. 336. 171. T. 359. 165. vsq. 359. 171. P. eius patria, ætas qua vixit, hæreseis, & libri, 449. 1. P. sperauerat Episcopatum, sed alium ex martyrij præstogatiua locī potitum indignatus de Ecclesia abrupit. 441. 26. 27. T. 451. 26. 27. P.

Valentiniani frequentissimum collegium inter hæreticos, 441. 3. T. 450. 3. P. hæresim suam occultare cupiunt, 441. 4. vsque 14. T. 450. 2. &c. P. à quibus Catholici, etsi simplices vocentur, omnia tamen eorum norūt, quæ serpentis in morem abscondere nituntur, 441. 14. vsq. 441. 26. T. 451. 14. vsque 26. P. eorum origo à Valentino ex cuiusdam hæresis veteris (Basilidis nēpe) semine, inter quos Ptolomæus, Heracleon, Secundus, Matcus Magus, & eo tempore Azionicus, 441. 26. vsque 38. T. 451. 26. 45. 30. vsq. 38. P. cum quibus tanquam principalibus magistris disceptat Tertullianus ex Iustino, Miltiade, Irenæo, & Proclo, ipsorum hæresiarcharum contemporalibus, 442. 38. vsque 45. T. 452. 38. vsque 453. 45. P. plurimùm Græcè & Latinè Æonum nomina suggillant & rident, 442. 45. vsq. 50. T. 453. 45. vsq. 50. P. primò Æonum ipsorum Ogdoada seu Tetrada duplicem, 442. 50. vsq. 443. 74. T. 453. 50. vsq. 454. 74. P. deinde ex illa Ogdoade decada & duodecada, atque adeò tricenarium Æonum, 443. 74. vsq. 95. T. 454. 74. vsq. 456. 95. P. hinc Enthymesin ab initio partu procreatam à Sophia vigesimo Æone, & Horon custodem pleromatis, 443. 95. vsq. 444. 121. T. 456. 95. vsq. 456. 121. P. item nouam genetationem Christi & Spiritus sancti, 444. 121. vsq. 128. T. 457. 121. vsq. 128. P. nouum etiam fructum ex omnibus compactum, quem Iesum vocabāt, & angelos satellites, 444. 128. vsq. 444. 148. T. 458. 128. vsq. 459. 148. P. item Enthymesis, siue Achamoth passiones, ex quibus materia mundi originem traxerit, animalis quoque substantia & spiritalis, 444. 157. vsq. 445. 218. T. 459. 157. vsq. 463. 218. P. Demiurgum etiam per Achamoth ex animali substantia productum, qui tria genera creaturatū produxerit, spiritualium, materialium, & animaliū, 445. 218. vsq. 446. 259. T. 463. 218. vsq. 465. 259. P. Diaboli etiam originem partim ex Achamoth, partim ex Demiurgo, 446. 255. 256. T. 463. 255. 256. P. quem & Mundirenentem vocant, 446. 257. T. 465. 257. P. singularium deinde potestatum arces siue sedes, 437. 446. 259. vsque 264. T. 465. 259. vsq. 264. P. homines fabricationem eiusque quadruplicem substātiam, & tria genera, 446. 264. vsq. 447. 292. T. 465. 264. vsq. 467. 292. P. Christum Demiurgi filium,

447.292.vſq.305.T.467.292.vſq. 467.305.P. animas denique meliores in Prophetas, reges & ſacerdotes adlectas, tripartitas adinſtar Adæ poſteritatis, Cain, Abel, & Seth, 447.305.vſq.447.320.T.467.305.vſq. 468.320.P. ideòque ſibi operationes neceſſarias non exiſtimant tãquam ſpiritualibus, ſed nobis tanquam animalibus, martyrij quoque eludentes neceſſitatem, 447.320.vſq.332.T. 468.320.vſq.469.332.P. poſtremò ridiculam confummationem & diſpenſationem mercedis, 448.332.vſq.366.T. 469.332.vſq. 471.366.P. inſuper varias alias Æonum productiones per emendatores Prolomæi, 448.366.vſq.449. 399. T. 471.366.vſq. 473.399.P. in ſcripturis ſuggillati, 553.177.178.179.180.T.563.177.178.179.180.P.

Valetudo, pro inualetudine, 389.40.T.401.40.P.
Valerius Maximus caſtigatus, 534.503.P.
Vatro caſtigatus, 254.126.P.
Vas capacitatis nomine dictum, 572.128.T. hoc enim ſonat vox σκεῦος, 600.128.P.
Vaſit, 8.53.T.14.53.P.
Vedius, ſeu Atedius Pollio, ſeruos murenis inuadẽdos obiectabat, 9.104.T.17.104.P.595. 40.P.
Vehi, pro inuehi, 795.214.T.816.214.P.
Vela Tyria, Hyacinthina, & Regia, operoſè transfigurata, 259.61.T. quæ & Attalica vocantur, 262.61.P.
Velamen capitis tam ſollenne fœminis apud Iudæos, vt inde noſcatur, quod in virginibus requirit Apoſtolus, 289.42.T.298.42.P.223.193.T.310.25.vſq. 319.57.T.317.25. vſq.319.57.P. Malè itaque facere virgines Dei, quæ quum foris velari ſoleant, in Eccleſia oſtentationis gratia caput nudant, 315.4.P. in Eccleſijs enim per Græciam Apoſtolicis, & quaſdam Barbatias virgines velantur, 317.13. vſq. 21. T.317.13.24.15.P. Carthaginj liberum erat antea tegi vel non tegi, 317 21.vſq.310. 25.T.317.21.P. at mulierem velariiubens Apoſtolus, etiam virgines intelligit, 310.25. vſq. 312.57.T.317.25.vſq.319.74.P. rationes enim Apoſtoli etiã in virgines competunt, 311.49.vſq.57.T.318.49.vſq. 57.P. à quo velamen, poteſtas vocatur, 312.51.T.318.51.P. Corinthij virgines ſuas velantes, quid docuerint, Apoſtoli indicant, 312.63.T.319.63.P. non enim magis fœminæ quã viri notam virginitatis ſuæ præſtere debent, 313. 74. vſq. 85. T.319.74.75.320.83.84.P. Debet ergo velari virgo ex quo ſe intelligere incipit, & ſenſum naturæ ſuæ, 313.85. vſ. 313.101.T.320.85.vſq.321.101.P. idque Rebeccæ exemplo, 313.91.92.T.320.91.P. etiam apud ethnicos velatæ ad virtũ ducuntur, 313.98.T.321.98.P. capitis nuditas oſtentatur ab illis virginibus, quæ reliquo habitu mulieritatem prodũt, 313.101.vſque 108.T.321.101.P. virgines verò Dei ſicuti foris, ita & in Eccleſia velati debent, 314.108.vſq.313.104.T. 321.108.P. alioqui publicatione ſui periclitãtur, dum percutiuntur oculis incertis & multis, dum digitis demonſtrantium titillantur, dum inter amplexus & oſcula aſſidua concalefcunt, 314.116.117.T.321.117.P. ſed vera & tota & pura virginitas nihil magis timet quam ſemetipſam, etiam fœminarum oculos pati non vult; confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum, aduerſus ictus tentationum, aduerſus iacula ſcandalorum; aduerſus ſuſpiciones, & ſuſurros, & æmulationem, ipſum quoque liuorem, 314.118.119.T.321.118.119.P. eius ſcripturæ legem condit, natura cõſtatur, diſciplina, exigit, 314. 122.123.T.322.122.123.P. nec virginibus modò, ſed & nuptis mulieribus conuenit velaminis diſciplina, 315.127. &c.T.322.127. &c.P. Iudicabunt enim illas Arabiæ fœminæ ethnicæ, quę faciem ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, cõtentæ ſint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem proſtituere, 315.129.130.T.322.129.130.P. Eodem pertinet quod propterea infeliciſſimas ait fœminas Romanas quæ dam regina, quòd adamare magis, quàm adamari poſſint, 315.131.T.322.131.P. quantam denique caſtigationem merebũtur illæ, quæ inter Pſalmos, vel in quãcunque Dei mentione, & oratione ipſa retectæ perſeuerant, 315.134.135.136.T.322.134.114.115.P. de Velandis virginibus libri Græci notula, 923.T.P.
Velificatæ, 146.169.T.256.169.P.824. 6. T.834. 6. P. 916. 12.T.919.12.P.
Venæ ſtili, 49.274.T.101.274.P.
Venenarius calix, 572. 121.T.599.121.P. venenari, 1001. 37.T.1018.37.P.
Veneria ſuſtrina, efœminata, 8.96.T.
Venia, 312.69.T. pro gratia ſeu indulgentia, 319.69.P. 969.25.T.976.25.P.
Venti, Auſter & Africus, 824.6.T.834.6.P.
Venus humana ſagitta fauciata, 44.206.T.95.206.P. à paſtore indicatur, 45.223.T.96.223.P. Mater Æneæ, cui myrtus ſacra, 292.151.152.T.304.151.P.
Veneris templum ſuperpoſitum theatro. 215.98.T. 218. 98.218.101.P. Venus & Liber dæmonia conſpirata ebrietatis & libidinis, 215.101.T.
Verba actiua paſſiuè ſeu neutraliter accepta, 6.50.& 57.T. 13.46.& 14.57.P. 443.100.T.456.100.P. 448. 344. T. 470. 344.P.
Verba cum Ablatiuo, 292.146.T. 304.146.P.
Verba cum Datiuo, 50.296.T.103. 296.P.
Verba cum Accuſatiuo, 7.79.T.28.39.T. 198. 3. T. 204. 3. P.
Verbum, Æon Valentini, 342.315.T.
Virgilix, 548.88.T. 558.88.P.
Veritas, Æon Valentini, 342.315.T.436.P.442.67.T. 454.67.P. quæ & Alethia, 436. 4.P.444.130. T. 458. 130.P.
Veritas ſemper odio eſt, 44.211.T.
Verna & autumna, 370.102.T.398.102.P.
Verſura, 5.32.T.
Veruecina, 733.655.T.776.655.P.
Veſparum fauis comparatæ Eccleſiæ hæreticorum, 699.44.T.339. 44.P.
Veſpaſianus Iudæorum debellator, 31.69.T. cum Tito filio, 86.69.P.
Veſpillo, 8.87.T.
Veſtam interpretabantur ignem, 624.83.T. 636.83.P.
Veſtales virgines Tuſcia & Claudia, earúmque phantaſmata, 106.354.P.60.410.T.110.410.P.275.40.P.278.40.P. aliæ quoque, 943.68.T.949.68.P.959.131.T.
Veſtificina, 7.58.T.
Veſtium colores adulterini, 259.60.vſque.68.T.262. 60. vſque 263.68.P. in illis patrimonium grande diſſipatur, 259.72.&c.T.263.72.&c.P.
Veterna, 9.100.T. pro vitijs, 17.100.P.827.38.T.
Veternoſum, pro veteri, 495.430.T.530.430.P.
Victoriatus, 314.112.T.321.112.P.
Videlicet, pro ſcilicet, 830.74.T.839.74.P.
Viderit, 166.13.T.173.13.P.204. 113.T. 210.113.P.247. 174.T.256.174.P.917.5.T.
Viduarum continentia, 203.85.T.208.85.P. etiam apud gentiles ſacerdotum Africanæ Ceteris, 275.43.T. 278.43. P. honoratæ ſũt à Deo, 276.50.&c.T.279.50.&c.P. olim ordinabantur in miniſterium Eccleſiæ, 275.47.T. 279. 47.P. Poterit virgo felicior haberi, at vidua laboriоſior, 276.53.T.279.53.P. ad viduatum, id eſt viduarum ordinem præter annos ſexaginta non admittebantur, 312.70. 73.T.319.70.73.P. viduitas de bonis carnis Deo adoletur, 569.80.T.597.80.P. quæ perſeuerat ex abſtitio, ſanctificatio, 939.7.T.944.7 P. etiam vſitata apud ethnicos, 943.67.T.949.67.P. quædam viduæ in Eccleſijs ordinari ſolent, quæ Deo nubere maluerunt, 943.72.73.T.949.72. 949.73.P.
Vindex, 126.28.T.128.28.P.
Vini ſenectutem defæcari, 169.67.T.178.67.P.
Virgæ magiſtratibus præferebantur, 170. 70. T. 178. 70.P.245.141.T.254.141.P.293.172.T.
virginari, 314.107.T.321.107.P.
Virgi-

Virginum continentia, 203.86. T. 208.86. P. quæ malunt Deo nubere, 275.25. T. 277.25. P. ea dura esse non debet Christianis, quum gentiles satanæ virginitatis sacerdotia perferant, Romæ Vestales, apud Ægium Achææ Iunonis & quæ Delphis insaniunt, 275.39. 40. 41. 42. T. 298. 40. 41. 278. 42. P. quædam consecratæ & professæ, etiam habitum mutabant ex voto, 316.1. P. & sacrilegæ manus, quæ dicarum Deo habitum detrahere potuerūt, 310.24. T. id est velamen sacrum, 317. 24. P. earum ornatus proprius, vt coacumulatæ in verticem, ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat, 312. 56. T. 319. 56. P. virgo etiam vir vocatur, 312. 61. T. 319. 61. P. virgines Deo oblationem offerebant eorpotis & spiritus sui, ipsámque naturam consecrabant, 314. 112. T. non curandum an in Ecclesia multæ virgines, sed an veræ virgines, 314. 114. vsque 118. T. 321. 114. P. non debet itaque illis gloria esse in causa; vbi enim gloria, illic sollicitatio, vbi sollicitatio, illic coactio; vbi coactio, illic necessitas, vbi necessitas, illic infirmitas, 314. 114. T. 321. 114. P. at virgines Dei nupserūt Christo, illi tradiderunt carnem suam, illi sponsarunt maturitatem suam, 315. 126. T. 322. 126. P. habebant etiam gētiles virgines & continentes, 339. 249. T. 371. 249. P. virginitas Deo grata de bonis carnis illi adoletur, 569. 80. T. 597. 80. P. à natiuitate sanctificatio, 959. 4. T. 944. 4. P. obseruata etiam in ethnicis, 945. 67. T. 949. 67. 68. P. ibid. 68. 69. 70. T. P.

Viria, 8. 77. T. 15. 77. P.

Viridianus Natmensium Deus, 58. 386. T. 108. 386. P.

Virtiosa, 8. 77. T. 15. 77. P.

Vitorum vestitus muliebris maledictus à Deo, 144. 126. T. quibus etiam non conuenit barbam actiùs cædere & interuellere, capillum circumdare, colorare canitiem, ptimam quamque subducere lanuginem, pigmēto quoque muliebri distinguere, cætera pulueris cuiusdam asperitudine leuigare, tum speculum omni occasione consulere, 166. 40. 41. 42. T. 170. 40. 41. 42. P. viri sub nomine etiam puerum complectitur scriptura, 312. 58. T. 319. 58. P. vit appellatur etiam ante nuptiarum congressum, 312. 59. T. 319. 59. P.

Visiones vatiæ, 219. 193. T. 244. 121. T. 253. 121. P.

Visus quomodo fallatur, quum remos in aqua inflexos vel infractos adsequeret, turrem quadrangulatam de longinquo rotundam perfuadeat, æqualissimum porticum angustiorem in vltimo in famet, cælum mari iungat, 484. 219. 484. 122. T. 519. 219. 122. P.

Vita, Æon Valentini, 342. 315. T. 436. P. 443. 69. T. 454. 69. P. quæ & Zoe, 436. 6. P. 444. 130. T. 458. 130. P.

Vitis tenera & impubes sine arundine, sine cotno, si quid adtigerit, vltrò amabit; & vitiosius amplexabitur de suo ingenio, quàm de rustica disciplina, 486. 253. 254. 255. T.

Vittæ, 216. 123. T. 230. 123. P. sacerdotum idolorū. ibid.

Vlpianus çaltigatus, 108. 383. P.

Vlysses, 484. 227. T. 519. 227. P.

Vmbonis figmentum in vestibus, 8. 96. T. 17. 96. P.

Vnare, pro adunare, 857. 161. T. 869. 161. P.

Vnctio athletarum ad sōlem, 674. 87. T. 686. 87. P.

Vnctio extrema curat infirmos, 373. 262. P. sacramentum, ibidem.

Vndique, pro vndecumque, 442. 40. T. 452. 40. P.

Vnio, pto vnitate, 244. 21. T. 594. 21. P.

Vocatus, pro vocatione, 567. 128. T. 854. 128. P.

Volaticum, 169. 69. T. 178. 69. P. 274. 26. T. 277. 26. P.

Voluptatem concupiscere non licet, nec sapientes sunt Philosophi, qui hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, 219. 200. 201. T. 235. 200. 201. P.

Vota Cæsarum annua prima in principijs secunda in capitolijs, his verbis: Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum, 293. 155. T. 304. 155. P.

Votum continentiæ, 267. 51. T. 271. 51. P. 275. 37. T. 278. 37. P. 274. 25. T. 277. 25. P. 313. 94. T. 320. 94. P. 717. 360. T. 758. 360. P. 943. 73. T. 949 73. P. votum ieiunij, 985. 57. T. 993. 57. P. votum autem quum à Deo acceptum est, legem in posterum facit, 987. 70. T. 994. 70. P.

Vrna sortium, 5. 9. T. 10. 9. P. 217. 142. 143. T. 231. 142. 143. P.

Vsticulæ, 7. 63. T. 15. 63. P.

Vsurpare, 100038. T. 206. 18. P.

Vthinenses, 957. 101. T. 965. 101. P.

Vti cum Accusatiuo, 942. 48. T. 948. 48. P.

Vtica soror ciuitas Carthaginis, 5. 7. T. 10. 7. P. Romana præcoqua adpulsum Scipionem salutauit, 5. 9. T. 10. 7. P. conuentus prouinciæ Carthaginensis, 130. 35. T. 132. 15. P.

Vulcani opus ferrum Ariadne, 290. 69. T. 300. 69. P.

Vulsinij deusta, 6. 27. T. 13. 27. P. Iidem Volsinienses, 58. 388. T. 108. 388. P. 70. 535. T. 118. 535. P.

Vultures fœminas tantùm parere aiunt, 443. 107. T. 457. 107. P.

Vxorum cōmunicatio Christianis interdicta, 69. 506. T. 115. 506. P. pluralitas quomodo Patriarchis permissa, 941. 30. 31. T. 945. 30. 31. P. vocabulū proprium habet etiam penes Græcos, 955. 59. T. 963. 59. P.

X

Xerophagiæ. 982. 11. T. 990. 11. P. earum & abstinentiæ vini exempla, 985. 49. vsque 993. 58. T. 992. 49. vsque 993. 58. P. in hoc peccabant Montanistæ & Tertullianus, quòd duas in anno seruabant hebdomadas Xerophagiarum, 995. 90. T. 996. 90. P.

Xystarches, 191. 42. T. 196. 42. P. 279. 106. P.

Xysticigladiatores, 14. 62. P. à Xysto, 67. 495. T. 216. 171. T.

Z

Zachatias inter altare & ædem trucidatur, perennes etuotis sui maculas filicibus adfignans, 828. 55. T. 838. 55. P.

Zeno apud Priennenses tyrannidem adfectat, 69. 583. T. 120. 583. P. Eleates à Dionysio tyranno occisus, quòd contemptum mortis prædicatet, 80. 615. T. 122. 625. P. materiam cum Deo æquauit, 331. 43. T. 348. 43. P. 504. 648. T.

Zephyrus notatus, 93. 184. P. 94. 184. P. 99. 238. P. 105. 344. P. 106. 371. P.

Zephyri pro Deis habiti, 215. 92. T. 215. 92. P.

Zodiacus tauros & leones continet, 830. 79. T. 839. 79. P.

Zonæ cœli, 830. 75. T. 839. 75. P.

INDICIS GENERALIS FINIS.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS

OPERVM.

TOMVS PRIMVS.

QVO CONTINENTVR LIBRI ADVERSVS GENTES ET IVDÆOS, NOVIS ARGVMENTIS & Adnotationibus illuſtrati.

De Pallio, pagina 5.

Apologeticus aduerſus Gentes pro Chriſtianis, cum Paraphraſi F. Zephyri, pag. 21.

De Teſtimonio animæ aduerſus Gentes, pag. 124.

Ad Scapulam, pag. 129.

Aduerſus Iudæos, pag. 135.

IACOBI PAMELII AD LECTOREM

PRÆFATIO DE TOTIVS OPERIS ET LIBRORVM TOMI HVIVS ORDINE.

ORDINEM à nobis immutatum Epistolarum B. Cypriani, etsi initio quidam non probarent, quòd non tam facilè reperire daretur locos ipsius à Neotericis scriptoribus iuxta editiones veteres citatos: tandem tamen calculo suo confirmarunt omnes, vbi penitùs aduerterunt Catalogum earundem editionum post vitam Auctoris simul additum: quod adeò vt ne quis ignoraret, in Parisiensis editionis frontispicio eius rei Lectorem admonendum putaui. Si idipsum faciam in Tertulliano nostro, minus mirabitur quispiam, quippè cuius Libri nullo ordine certo aut editi aut cirati deprehenduntur. Nos itaque imprimis in quinque Tomos illum distinximus: quorum primo continentur scripta ADVERSVS GENTES ET IVDÆOS, secundo PARÆNETICA, tertio ADVERSVS HÆRESES, quarto POEMATA, ET EORVM QVÆ DESIDERANTVR FRAGMENTA, quinto denique QVÆ ADVERSVS ECCLESIAM IN HÆRESI SCRIPSIT ET ALIENA. Qua in digestione, præterquàm quòd ex parte sim imitatus B. Possidium Indiculo Operum B. Augustini, etiam id obseruaui, vt priori loco collocentur, quæ initio susceptæ fidei conscripsit, deinde quæ Presbyter, tum quæ iam prouectior, postremò (interiectis quæ recreandi animi gratia scripsisse videtur Poëmatibus) quæ sub finem vitæ in lucem dedit. Porrò inter eos qui primo Tomo continentur libros, quin primo omnium Carthagini peroratus sit DE PALLIO LIBER, nemo dubitare potest, qui occasionem scribendi eam solam animaduertit, quòd iam Christianus factus habitu pro more immutato, à Toga transisset ad Pallium. APOLOGETICVS ADVERSVS GENTES aliquot pòst annis, vbi primùm cœpit quinta sub Seuero Imperatore Ecclesiæ persecutio, Romam ad Romani Imperij Antistites missus extitit, si fortè eorum animus calumnijs dilutis, emolliri possit. Quo scripti genere quum se parùm videret proficere in conuertendis ad fidem ethnicis, alia id via tentans, DE TESTIMONIO ANIMÆ ADVERSVS IDOLA LIBRVM edidit, in quo etiam disertis verbis cap. 5. ad Apologeticum adludit, vt potè in quo sacras litteras sæcularibus antiquiores cap. 19. comprobauerat. Eodem ferè tempore, quum iam etiam Carthagini persecutio atrocior in Christianos fieret quàm alibi, ad SCAPVLAM LIBRVM edidit, Prouinciæ Africæ Præsidem seu Proconsulem. Postremò, ad LIBRVM ADVERSVS IVDÆOS quod attinet, etsi non omninò constet quo tempore, tamen antequàm Presbyter esset, publicatum fuisse ab Auctore, ipsum Libri auspicium satis indicat, quum disputationis meminit inter Christianum (de se haudubiè locutus) & Proselytum Iudæum. Atque adeò etiam ante Librum ad Scapulam collocari oportebat, nisi alterius esset argumenti. His vale in Christo, Candide Lector, æqui bonique labores hos nostros consulens.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS,
LIBRI ADVERSVS GENTES ET IVDÆOS;
initio susceptæ fidei plerique conscripti.

Argumentum libri de Pallio per Iacobum Pamelium.

QVM Tertullianus anno circiter quinto imperij (vti latius in vita Auctoris) L. Septimij Seueri, Antonini eius filij, & Clodij Albini, trium Augg. post deuictos Arabas, Parthos, & Adiabenos eradicato omni hostilitatis aconito; Christo nomen dedisset, & pallio reiecta toga vestiretur, vt simplicitati religionis respondere cultus simplicitas; à quodam inconstantiæ notatus, oratione hac facti sui rationem reddit: quam videtur in publico Carthagini peroraſſe. [Imprimis verò, à vetustate pallium commendat: quippe quod non Carthaginiensibus modo, sed & Vticæ sorori ciuitati, & toti Africæ vsitatum initio fuerit, dum tunicis strictioribus pallij habitus fibulæ morsu ceruicibus soleret superindui, vti etiam Æsculapij sacerdotibus: toga verò, quæ à Pelasgis ad Lydos, ab his ad Romanos, translata est, non nisi cùm patriæ tempora vltimarent, in vsum fuerit recepta. [Addit deinde non mirum videri debere, quòd habitum verterit, quum non modo mundus, diluuij aquis iam olim obrutus, quotidiana etiam temporum vicissitudine mutationi sit obnoxius: sed & cælum, sol, luna, sidera, tum solstitiis annuis, tum menstruis modulationibus varient: maria insuper & tellus, insularum à continenti discidio aut coniunctione, soli hiatu, & imbribus ignium quasi vices fœderent; regna denique & populi variis gentium examinibus hinc inde transducantur & transfuolent. [Quid? quod etiam animantia pro veste formam mutant? exempli gratia, pauus, serpens, hyæna, chamæleon: homo denique ipse varias indumentorum formas indies promulgat. qui primum nudus & inuestis, ficulneis inde foliis circundatus, pellitus hinc pro necessitate orbi oblatus, nunc etiam ambitione succedente ornando potius quàm tegendo corpori studet. [Proinde habitum transferre honori esse, si Religioni Dei deferatur, & ita demum probro esse, si non consuetudo sed natura mutetur: quale quid merito illis exprobrat de heroe Laryssæo in virginem, Hercule in feminam, Cleomacho in cinædum mutatis, Physcone item, Sardanapalo, Nerone, & aliis Cæsaribus; Empedocle: vispillonibus denique, lenonibus, & lanistis: sicuti etiam improbat matronarum cultum indecentem. [Posthæc vti calumniatori satisfaciat, qui forte fortuna obuius factus, Itane, inquit, à toga ad pallium? ac si diceret, ab equis ad asinos? pallij simplicitatem & facilitatem commendat: quod etiam si duplex sit in Cratetis aliorúmque morem Philosophorum, solutim, id est, vnico circumiectu corpus operiat: nec artificæ sit opus, qui pridie rugas formet, & inde deducat in tilias: addens quod togæ plus læserint remp. quam loricæ, & è contrario pallio nihil aliud curæ sit, quam ne curet: vtpote quæ nihil foro, nihil curiæ debeat: nulla rostra præoccupet: nulla prætoria obseruet: cancellos non adoret: subsellia

non contundat : iura non conturbet : causas non elatret : non iudicet : non militet : non regnet, sed secedat de populo (quibus verbis etiam vitæ forensis , quasi aliud agens , mutationem in se designat) nullius etiam vitiis aduletur , sed adigat cauterem tum ambitioni tum gulæ : cuius prodigiosa quædam exempla , tacens Nerones , Apicios , & Rufos , commemorat. [Postremo non modo Philosophiam docet pallio vestiri : sed etiam artes alias : vti sunt ; primus Numerorum harenarius , Grammaticus , Rhetor , Sophista , Medicus , Poëta , Musici , Mathematici, omnes denique studiorum liberalium assectæ : vbi contra cerdonum & omnis gladiatorum ignominia togata producitur. denique etiam diuinæ sectæ ac disciplinæ commercium pallio conferri: quum illud melior philosophia dignata sit , ex quo Christianum vestire cœpit.

Ceterum ad hunc de Pallio *librum alludit D. Hieronymus epistola ad Magnum Oratorem , ac Vincentius Lirinensis , mentione facta plurium librorum Tertulliani aduersus Gentes siue Gentiles. meminerunt etiam priusquam excusus esset , Trithemius Catalogo Scriptorum, & Politianus epistolis ac Miscellaneis , & P. Crinitus de honesta disciplina. exstabat denique in Hirgaugiensi , Paterniacensi , ac Gorziensi , quibus vsus fuit Rhenanus , codicibus : & nunc postremum ad tria Vaticana exemplaria manuscripta collatus & castigatus est.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE [1]PALLIO, LIBER.

A

PRINCIPES [2] semper Africæ, viri Carthaginienſes, veſtuſtate nobiles, nouitate felices, [3] gaudeo vos tam proſperos temporum, cum ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis. hæc & annona & otia ab imperio & à cælo. bene eſt. [4] tamen & vobis habitus olim aliter tunicæ fuere, [5] & quidem in fama de ſubteminis ſtudio, & luminis conſilio, & menſuræ temperamento, quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inuerecundæ, nec brachiis parcæ, nec manibus artæ, ſed nec cingulo ſinus diuidente, expeditæ atque quadratæ inſtita, [6] in viris autem pallij extrinſecus habitus & ipſe quadrangulus, ab vtroque laterum regeſtus, & cerucicibus circunſtructus, in fibulæ morſu humeris adquieſcebat. inſtar eius, hodie Æſculapio iam veſtro ſacerdotium eſt. [7] Sic & in proximo ſoror ciuitas veſtiebat, & [8] ſicubi alibi in Africa, Tyros. [9] At cum ſæcularium ſortium variauit vrna, & Romanis Deus maluit: ſoror quidem ciuitas ſuopte arbitrio mutare properauit, vt adpulſum Scipionem ante iam de habitu ſalutaret, Romana præcoqua. [10] Vobis vero poſt iniuriæ beneficium, vt ſenium non faſtigium exemptis, poſt [11] Gracchi obſcœna omina, & [12] Lepidi violenta ludibria, poſt trinas Pompeij aras & longas Cæſaris moras, [13] vbi mœnia Statilius Taurus impoſuit, ſollemnia Sentius Saturninus enarrauit, cum concordia iuuat, toga oblata eſt. Pro quantum circummeauit, à [14] Pelaſgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, vt ab humeris ſublimioris populi Carthaginienſes complectere-tur. ex inde tunicam longiorem cinctu arbitrante ſuſpenditis, & pallij iam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis, & ſi quid præterea conditio vel dignitas, vel temporalitas [15] veſtit. pallium tamen generaliter veſtrum immemores etiam denotatis. Et quidem haud miror præ documento ſuperiore. nam & [16] arietem (non quem Laberius reciprocicornem & lanicutem & teſtitrahum, ſed trabes machina eſt, quæ muros frangere militat) nemini vmquam adhuc libratum, illa dicitur Carthago [17] *ſtudiis aſperrima belli*, prima omnium armaſſe in [18] oſcillum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris capite vindicantis. Cum tamen vltimarent tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondam ſuos aduerſet, ſtupuere illicò Carthaginienſes vt nouum extraneum ingenium.

B

Tantum aui longinqua valet mutare vetuſtas.

C Sic denique pallium agnoſcitur. [19] Sic nunc aliunde res, ne Pœnicum inter Romanos aut erubeſcat aut doleat, certè habitum vertere naturæ totius ſollemne mutus eſt, fungitur & ipſe mundus interim iſte quem incumbimus. Viderit Anaximander ſi plures putat; viderit ſi quis vſpiam alius ad Meropas, vt Silenus penes aures Midæ blatrit, aptas ſanè grandioribus fabulis. Sed & ſi quem Plato æſtimat, cuius imago hic ſit: etiam ille habeat neceſſe eſt proinde mutare: quippe ſi mundus; ex diuerſis ſubſtantiis officiiſque conſtabit, ad formam eius quod mundus, hic eſt. neque enim mundus, ſi non vt mundus. proinde diuerſa in vnum, ex demutatione diuerſa ſunt. denique diuerſitatis diſcordiam vices fœderant. ita mutando erit mundus omnis, qui & diuerſitatibus corporatus & vicibus temperatus. Noſtra [20] certè mutatio (quod clauſis, vel in totum Homericis oculis liquet) totum verſiforme eſt: dies & nox inuicem vertunt; [21] ſolſtitionibus annuis, luna modulationibus menſtruis variat: ſiderum diſtincta confuſio interdum deiicit quid, interdum refuſcitat; cæli ambitus nunc ſub diuo ſplendidus, nunc nubilo ſordidus; aut imbres ruunt, & ſi qua miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuò ſudum. ſic & mari fides infamis, dum & ſlabris æque mutantibus de tranquillo probum, de [22] fluſtris temperatum, & extemplò de decumanis inquietat. [23] Sic & terram, ſi recenſeas, temporatim veſtiri amantem, prope ſis eandem negare, memor viridem cum conſpicis flauã, mox viſurus & canam. ceteri quó que cius ornatus,

CAP. I.

II.

quid? non aliud ex alio mutat, & montium scapulæ decurrendo, & fontium venæ ebullando, & D
Gen.7.8.9. fluminum viæ obumbrando. [14] Mutauit & totus orbis, aliquando aquis omnibus obsitus: adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse; sed & enatando rursus infima mutauit, rursus orbis alius, idem mutat & nunc localiter habitus: cum situs læditur: cum inter insulas [15] nulla iam Delos, harenæ Samos, & (si ille non mendax,) Æon, in Atlantico, Libyam aut Asiam adæquans quæritur nunc: Italiæ quondam latus, Hadria Tyrrhenóque quassantibus medio tenus interceptũ reliquias Siciliam facit: cum tot illa plaga discidij, cõtentiosos æquorum coitus angustiis retorquens, nomen vitij mari induit,
Gen.18.& 19. non exspuentis naufragia, sed deuorantis. [16] Paritur & continens de cælo aut de suo. Aspice ad Palæstinam, qua Iordanis amnis finium arbiter: vastitas ingens, & orba regio, & frustra ager est, & vrbes retro, & populi frequentes, [17] & solus audiebat. deh inc vt Deus censor esset, impietas ignium meruit imbres: hactenus Sodoma, & nulla Gomorra, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. Ex huiuscemodi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios. Sed absit. [18] Vtinam & Asia secura iam sit de soli ingluuie: vtinam & Africa semel voraginem pauerit: [19] vnicis castris fraudatis expiata. Multa & alia huiusmodi detrimenta habitũ orbis nouauere, fitúsque mouere. Bellis quoque plurimum licuit. Sed piget tristia non minus quàm [20] Regnorum vices recensere, quotiens & ista mutauerint iam inde à Nino Beli progenie: si [21] tamen Ninus regnauit primus, vt autumat superiorum prophanitas, (fermè apud vos vltra stilus non solet) ab Assyriis, si fortè æui historiæ
Gen. 1. patefcunt. Qui vero diuinas lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus: sed læta iam malo, quippe & læta mutant. Denique si quid mare diluit, cælum texit, terra subduxit, gladius detotondit, aliàs [22] versura compensato redit. [23] Nam & primitus maiore ambitu terra cassa, & E
Gen. 47. vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque cogitans omnia sibi
Psal. 113. domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem. runcare atque ruspare consuluit, vt inde velut ex surculis & propaginibus populi de populis, vrbes de vrbibus, per vbique orbis pangerentur. Transuolauere redundantium gentiũ examina: [24] Scythę exuberant in Persas, [25] Phœnices in Africam eructant, [26] Romanos Phryges pariunt, [27] Chaldæum semen in Ægyptum educatur. dehinc cum inde transducitur Iudæa gens est. Sic [28] & Herculea posteritas, qui Temeno
Gen. 1. pelopone sum occupando producunt. Sic & [29] Iones Nilei comites Asiam nouis vtbibus instruunt, [30] sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas. Sed vanum iam antiquitas, quando curricula nostra coram. Quantum reformauit orbis seculum istud; [31] quantũ vrbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, Deo tot Augustis in vnum faueente? quot census transcripti? quot populi propaginati? quot ordines illustrati? quot barbari exclusi? Reuera orbis cultissimum huius Imperij rus est, [32] eradicato omni aconito hostilitatis, & cacto & rubo fubdolæ familiaritatis, consitum & amœnum super [33] Alcinoi pomœtum, & Midæ rosetum. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas hominem? [34] Mutant & bestiæ pro veste
III. formam. [35] Quamquam & pauo pluma vestis, & quidem de cataclitis; imo omni conchylio depressior, qua colla florent; & omni patagio inauratior, qua terga fulgẽt, & omni syrmate solutior, qua caudæ iacent, multicolor, & discolor, & versicolor, nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa quando alia, totiens denique mutanda, quotiens mouenda. [36] Nominandus est & serpens F
licet ponè pauum. nam & iste quod sortitus est conuertit eorium & æuum. siquidem vt seniũ persensit in angusta se stipat, paritérque specum ingrediens & cute egrediens, ab ipso statim limine
Gen. 2. erasus, exuuiis ibidem relictis nouum se explicat, cum squamis & anni recurantur. [37] Hyæna, si obserues, sexus annalis est, marem & feminam alternat. [38] taceo eruum, quod & ipse ætatis suæ arbiter, serpente pastus, veneno languescit in iuuentutem. [39] est &, *quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera.* testudinem Pacuuianam putas. non est; capit & alia bestiola versiculum, de mediocribus oppido, sed nomen grande: chamæleontem qui audieris, haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone. at cum offenderis apud vineam fermè sub pampino totum; ridebis illicò audaciam & Græciam nominis: quippe nec succus est corpori, qui minutionibus multo licet. chamæleon pellicula viuit, capitulum statim à dorso: nam deficit eruix. itaque durum refecti, sed circumspectu emisitij ocelli, imò luminis puncta vertiginant. hebes, fessus vix se à terra
Gen. 3. Ibidem. suspendit: molliter in cessum stupens, & promouet, gradum magis demõstrat quàm explicat, iciunus scilicet semper & indefectus: oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus tamen & chamæleon mutare totus, nec aliud valet. nam cum illi coloris proprietas vna sit, quid accessit, inde suffunditur: hoc soli chamæleonti datum, quòd vulgò dictum est, de corio suo ludere. [40] Multa dicendum fuit, vt ad hominem præstructim perueniretur: hunc quoquo primordio accipitis, nudus certè & inuestis figulo suo constitit, post demum sapientiam haud dum licitã, præreptam potitur. ibidem quod in nouo corpore indebitum adhuc pudori erat, protegere festinans, ficulneis foliis interim circumdat. dehinc cum de originis loco exterminat, quippe deliquerat, pellitus orbi. vt metallo datur: [41] sed arcana ista, nec omniũ nosse. Cedo iam de vestro, quod Ægyptij narrant, & [42] Alexander digerit & Aferlegit', [43] ea tempestate Osiridis qua ad illum ex Lybia

Hammon

A Hammon vasit ouium diues. denique cum ipsis Mercurium autumant fortè *palpati* arietis mollitie delectatum, diglubasse ouiculam : dúmque pertentat quod facilitas materiæ suadebat, tractu prosequente filum eliquasse, & in vestis pristinæ modum quam philyra tenui vinxerat, texuisse. Sed vos omnem lanitij dispensationem structurámque telarum Mineruæ maluistis; cum penes Arachnen diligentior officina, exinde materia. [14] nec de ouibus dico Milesiis & Selgicis & Altinis, aut [15] quis Tarentum, vel Bætica cluet, natura colorante. Sed quoniam & arbusta vestiunt, & lini herbida post virorem lauacro niuescunt: nec fuit satis tunicam pangere & serere, ni etiam pisceari vestitum contigisset. nam & [16] de mari vellera, quæ muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant. [17] Prorsus haud latet, bombycem (vermiculi genus est) quæ per aërem aliquando araneorum more scopis idonius se distendit, dehinc deuorat, mox æquè reddere, proinde si neaueris, animata iam stamine aluo. [18] Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestificinæ prosecuta, primum tegendo homini qua necessitas præcessit, dehinc & ornando imò & inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas promulgauere. quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes. pars verò passiuitus omnibus vtiles, vt hoc pallium, & si Græcum magis, sed lingua iam penes Latium est. cum voce vestis intrauit. atque adeò ipse, qui Græcos pellendos vrbe censebat, litteras eorum vocémque sencx iam eruditus, [19] idem Cato iuridicinæ suæ in tempore humerum exsertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit. [60] Quid nunc? si est Romanitas omnis alia, nec vestis; tamen admodum Græci estis. Annè ita est? [61] Vnde gentium in prouinciis melius exercitis, quas natura agro potius cluctando commodauit, studia palestræ malè senescentia & incassum laborantia, & lutea vnctio, & puluerea volutatio, & arida saginatio? vnde [62] apud aliquos Numidas etiam equis cæsariatos, iuxta cutem tonsor, & cultri vertex solus
B immunis? vnde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab alta resina, tam furax à mento volsella? Prodigium est, hæc sine pallio fieri. illius est hæc tota res Asiæ. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis mundiciis, quas vestire non nosti? Reuera enim quale est [63] Græcatim depallari magis quàm amiciri? habitum transferre ita demum cultus probrum est, si non consuetudo, sed natura mutetur. sat refert inter honorem temporis, & religionem Dei: cõsuetudo fidem, tempori natura Deo. [64] Naturam itaque concussit Lariss æus Heros in virginem mutando ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis consilium, quandoquidem labiis vacuerat ab vberum gustu: ille apud rupicem & siluicolam & monstrorum eruditorem scrupea schola eruditus. Feras in puero matris sollicitudinem. [65] patiens certè iam vstriculas, certè iam virum alicuius clanculo functus, adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. planè post ea miles est. necessitas enim reddidit sexum. de prælio sonuerat. nec arma longè. *Ipsum* (inquit) *ferrum virum attrahit.* Ceterum si post incœtiuum quoque puella perseueraſſet, potuit & nubere. ecce itaque mutatio, monstrum equidem geminum, de viro fœmina, mox de fœmina vir, quando neque veritas negari debuisset, neque fallacia confiteri. Vterque habitus mutãdi malus, alter aduersus naturam, alter contra salutem. [66] Turpius adhuc libido virum cultu transfiguraui t, quàm aliqua materna formido; tametsi adoratur à vobis, qui erubescendus est, Scytaloſagittipelliger ille, qui totam epitheti sui fortem cum mulieb ri cultu compensauit. Tantum Lydiæ clanculariæ licuit vt Hercules in Omphale. & Omphale in Hercule prostitueretur. [67] vbi Diomedes & cruêta præsepia? [68] vbi
C Busiris & bustuaria altaria? [69] vbi Gerion ter vnus? Celebris adhuc eorum claua fœtere malebat, cum vnguentis offenderetur. [70] Vetus iam Hydræ Centaurorúmque sanguis in sagittis, pumice speculi excludebatur, insulante luxuria, vt, post monstra tranfixa coronam forsitan suetent. [71] Nè sobriæ mulieris quidem aut viraginis alicuius scapulæ, sub exuuias bestiæ tantæ introire potuissent, nisi diu mollitas & euigoratas & exodoratas, quod apud Omphalen balsamo aut telino spero factum. credo & iubas pectinem passas, ne ceruicem eneruem inuret [72] stiria leonina; hiatus crinibus infarsos, [73] genuinos interantias adumbratos ne tota oris contumelia mugiret. Si posset, Nemæa certe, si quis loci Genius, ingemebat, tunc enim se circumspexit leonẽ perdidisse. [74] Qualis ille Hercules in theristro Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. [75] Sed & qui arte Tyrinthium accesserat pugil Cleomachus, post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter cutem cæcus & vltra inter [76] fullones iam Nouianos coronandus, meritóque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus; [77] vtique sicut fastigia cæstuum virtosa occupauit, [78] ita & endromidis solocẽ aliqua multicia syntheſi exstruxit. [79] Physconem & Sardanapalum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, aliàs reges nemo nosset. tacendum autem ne quid & illi de Cæsaribus quibusdam vestris o mussitent, pariter propudiosis: nec magnæ forte constantiæ mandatum sit, impuriorem Physcone, molliorem Sardanapalo Cæsarem designare, & quidem sub Nerone. [80] Nec tepidior vis vanæ quoque gloriæ mutandis in dubiis, etiam vero saluo. calor est omnis affectus: verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor est. Habes igitur ex isto fomite æstuantem magnum regem, sola gloria minorem. vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. triumphalem cataphractẽ amolitus, in captiua [81] Sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido te-

quid? non aliud ex alio mutat, & montium scapulæ decurrendo, & fontium venæ ebullando, & D
Gen.7.8.9. fluminum viæ obumbrando. [14] Mutauit & totus orbis, aliquando aquis omnibus obsitus: adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse; sed & enatando rursus in sinu mutauit, rursus orbis alius, idem mutat & nunc localiter habitus: cum situs læditur: cum inter insulas [15] nulla iam Delos, harenæ Samos, & (si ille non nendax,) Æon, in Atlantico, Libyam aut Asiam adæquans quæritur nunc: Italiæ quondam latus, Hadria Tyrrhenóque quassantibus medio tenus intereeptũ reliquias Siciliam facit: cum tota illa plaga discidij, cõtentiosos æquorum coitus angustiis retorquens, nomen vitij mari induit,
Gen.18.& 19. non exspuentis naufragia, sed deuorantis. [16] Patitur & continens de cælo aut de suo. Aspice ad Palæstinam, qua Iordanis amnis finium arbiter: vastitas ingens, & orba regio, & frustra ager est, & vrbes retro, & populi frequentes, [17] & solus audiebat. de hinc vt Deus censor esset, impietas ignium meruit imbres: hactenus Sodoma, & nulla Gomorra, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. Ex huiusce modi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, erepta Pompeios. Sed absit. [18] Vtinam & Asia secura iam sit de soli ingluuie: vtinam & Africa semel voraginem pauerit: [19] vnicis castris fraudatis expiata. Multa & alia huiusmodi detrimenta habitũ orbis nouauere, firúsque mouere. Bellis quoque plurimum licuit. Sed piget tristia non minus quàm [10] Regnorum vices recensere, quotiens & ista mutauerint iam inde à Nino Beli progenie: si [11] tamen Ninus regnauit primus, vt autumat superiorum prophanitas, (fermè apud vos vltra Stilus non solet) ab Assyriis, si fortè æui historiæ
Gen. 1. patescunt. Qui vero diuinas lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus: sed læta iam malo, quippe & læta mutant. Denique si quid mare diluit, cælum texit, terra subduxit, gladius detotondit, aliàs [12] versura compensato redit. [13] Nam & primitus maiore ambitu terra cassa, & E
Gen. 47. vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque cogitans omnia sibi
Psal.113. domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deferentem. run care atque ruspare consuluit, vt inde velut ex furculis & propaginibus populi de populis, vrbes de vrbibus, per vbique orbis pangerentur. Transuolauere redundantium gentiũ examina: [14] Scythę exuberant in Persas, [15] Phœnices in Africam eructant, [16] Romanos Phryges pariunt, [17] Chaldæum semen in Ægyptum educatur. dehinc cum inde transducitur Iudæa gens est. Sic [18] & Herculea posteritas, qui Temeno pariter Peloponesum occupando producunt. Sic & [19] Iones Nilei comites Asiam nouis vtbibus instruunt, [20] sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas. Sed vanum iam antiquitas, quando curricula nostra coram. Quantum reformauit orbis seculum istud; [21] quantũ vrbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, Deo tot Augustis in vnum fauente? quot census transcripti? quot populi propagnati? quot ordines illustrati? quot barbari exclusi? Reuera orbis cultissimum huius Imperij rus est, [22] etadicato omni aconito hostilitatis, & cacto & rubo subdolæ familiaritatis, consitum & amœnum super [23] Alcinoi pometum, & Midæ roIII. setum. Laudans igitur orbem mutantem, quid denotas hominem? [24] Mutant & bestiæ pro veste formam. [25] Quamquam & pauo pluma vestis, & quidem de cataclitis; imo omni conchylio depressior, qua colla florent; & omni patagio inauratior, qua terga fulgẽt, & omni syrmate solutior, qua caudæ iacent, multicolor, & discolor, & versicolor, nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa quando alia, totiens denique mutanda, quotiens mouenda. [26] Nominandus est & serpens
F licet ponè pauum. nam & iste quod sortitus est conuertit corium & æuum. siquidem vt seniũ persensit in angusta se stipat, paritérque specum ingrediens & cute egrediens, ab ipso statim limine erasus, exuuiis ibidem relictis nouum se explicat, cum squamis & anni recurantur. [27] Hyæna, si obserues, sexus annalis est, marem & feminam alternat. [28] taceo ceruum, quod & ipse ætatis suæ arbiter, serpente pastus, veneno languescit in iuuentutem. [29] est &, *quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera.* testudinem Pacuuianam putas. non est; capit & alia bestiola versiculum, de mediocribus oppido, sed nomen grande: chamæleontem qui audieris, haud antè gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone, at cum offenderis apud vineam fermè sub pampino totum; ridebis illicò audaciam & Græciam nominis: quippe nec succus est corpori, qui minutionibus multo licet. chamæleon pellicula viuit, capitulum statim à dorso: nam deficit ceruix. itaque durum reflecti, sed circumspectu emissitij ocelli, imò luminis puncta vertiginant. hebes, fessus vix se à terra
Gen. 2. suspendit: molliter incessum stupens, & promouet, gradum magis demõstrat quàm explicat, ieiunus scilicet semper & indefectus: oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus tamen & chamæleon mutare totus, nec aliud valet. nam cum illi coloris proprietas vna sit, quid accessit, indesuffunditur: hoc soli chamæleonti datum, quòd vulgò dictum est, de corio suo ludere. [30] Multa dicendum fuit, vt ad hominem præstructim perueniretur: hunc quoquo primordio accipitis, nudus certè & inuestis figulo suo constitit, post demum sapientiam haud dum licitã, præreptam potitur. ibidem quod in nouo corpore indebitum adhuc pudori erat, protegere festinans, ficulneis foliis interim circumdat. dehinc cum de originis loco exterminat, quippe deliquerat, pelli-
Gen. 3. tus orbi. vt metallo datur: [31] sed arcana ista, nec omniũ nosse. Cedo iam de vestro, quod Ægyptij
Ibidem. narrant, & [32] Alexander digerit & Aeser Iegit, [33] ea tempestate Osiridis qua ad illum ex Lybia Hammon

A Hammon vasit ouium diues. denique cum ipsis Mercurium autumant fortè *palpati arietis mollitie* delectatum, diglubasse oueculam : dúmque pertentat quod facilitas materiæ *suadebat*, tractu prosequente filum eliquasse, & in vestis pristinæ modum quam philyra tenui *vinxerat*, texuisse. Sed vos omnem lanitij dispensationem structurámque telarum Mineruæ maluistis; cum penes Arachnen diligentior officina, exinde materia. [14] nec de ouibus dico Milesiis & Selgicis & Altinis, aut [15] quis Tarentum, vel Bætica cluet, natura colorante. Sed quoniam & arbusta vestiunt, & lini herbida post virorem lauacro niuescunt nec fuit satis tunicam pangere & serere, ni etiam piscari vestitum contigisset. nam & [16] de mari vellera, quæ muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant. [17] Prorsus haud latet, bombycem (vermiculi genus est) quæ per aërem aliquando araneorum more scopis idonius se distendit, dehinc deuorat, mox æquè reddere, proinde si necaueris, animata iam stamine aluo. [18] Tantam igitur paraturam materiam ingenia quoque vestificinæ profecuta, primum tegendo homini qua necessitas præcessit, dehinc & ornando imò & inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas promulgauere. quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes. pars verò passiuitus omnibus vtiles, vt hoc pallium, & si Græcum magis, sed lingua iam penes Latium est. cum voce vestis intrauit. atque adeò ipse, qui Græcos pellendos vrbe censebat, litteras eorum vocémque senex iam eruditus, [19] idem Cato iuridicinæ suæ in tempore humerum exsertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit. [60] Quid nunc? si est Romanitas omnis alia, nec vestis; tamen admodum Græci estis. Annè ita est? [61] Vnde gentium in prouinciis melius exercitis, quas natura agro potius eluctando commodauit, studia palestræ malè senescentia & incassum laborantia, & lutea vnctio, & puluerea volutatio, & arida saginatio? vnde [62] apud aliquos Numidas etiam equis cæsariatos, iuxta cutem tonsor, & cultri vertex solus
B immunis? vnde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina, tam furax à mento volsella? Prodigium est, hæc sine pallio fieri. illius est hæc tota res Asiæ. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis mundiciis, quas vestire non nosti? Reuera enim quale est [63] Græcatim depallari magis quàm amiciri? habitum transferre ita demum cultus probrum est, si non consuetudo, sed natura mutetur. sat refert inter honorem temporis, & religionem Dei: cõsuetudo fidem, tempori natura Deo. [64] Naturam itaque concussit Latissæus Heros in virginem mutando ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis consilium, quandoquidem labiis vacuerat ab vberum gustu: ille apud rupicem & siluicolam & monstrorum eruditorem scrupea schola eruditus. Feras in puero matris sollicitudinem. [65] patiens certè iam vstriculas, certè iam virum alicuius clanculo functus, adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. planè postea miles est. necessitas enim reddidit sexum. de prælio sonuerat. nec arma longè. *Ipsum* (inquit) *ferrum virum attrahit*. Ceterum si post incœtiuum quoque puella perseueraſſet, potuit & nubere. ecce itaque mutatio; monstrum equidem geminum, de viro fœmina, mox de fœmina vir, quando neque veritas negari debuisset, neque fallacia confiteri. Vterque habitus mutãdi malus, alter aduersus naturam, alter contra salutem. [66] Turpius adhuc libido virum cultu transfiguraſſe, quàm aliqua maternæ formido; tametsi adoratur à vobis, qui erubescendus est, Scytaloſagittipelligerille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensauit. Tantum Lydiæ clancularia licuit vt Hercules in Omphale. & Omphale in Hercule prostitueretur. [67] vbi Diomedes & cruêta præsepia? [68] vbi
C Busiris & bustuaria altaria? [69] vbi Gerion ter vnus? Celebris adhuc eorum claua fœtere malebat, cum vnguentis offenderetur. [70] Vetus iam Hydræ Centaurorúmque sanguis in sagittis, pumice speculi excludebatur, insulante luxuria, vt, post monstra tranfixa coronam forsitan suerent. [71] Ne sobriæ mulieris quidem aut viraginis alicuius scapulæ, sub exuuias bestiæ tantæ introire potuissent, nisi diu mollitas & cuigoratas & exodoratas, quod apud Omphalen balsamo aut telino spero factum. credo & iubas pectinem passas, ne ceruicem eneruem inuret [72] stiria leonina; hiatus crinibus infarsos, [73] genuinos inter antias adumbratos ne tota oris contumelia mugiret. Si posset, Nemæa certe, si quis loci Genius, ingemebat, tunc enim se circumspexit leonẽ per didisse. [74] Qualis ille Hercules in theristro Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. [75] Sed & qui arte Tyrinthium accesserat pugil Cleomachus, post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter cutem cæcus & vltra inter [76] fullones iam Nouianos coronandus, meritóque mimographo Lentulo in Catinienſibus commemoratus; [77] vtique sicut fastigia cæstuum viriosa occupauit, [78] ita & endromidis solocé aliqua multicia syntheſi exstruxit. [79] Physconem & Sardanapalum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, aliàs reges nemo nosset. tacendum autem ne quid & illi de Cæsaribus quibusdam vestris o cmussitent, pariter propudiosis: nec magnæ forte constantiæ mandatum sit, impuriorem Physcone, molliorem Sardanapalo Cæsarem designare, & quidem sub Nerone. [80] Nec tepidior vis vanæ quoque gloriæ mutandis in dubiis, etiam vero saluo. calor est omnis affectus: verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor est. Habes igitur ex isto fomite æstuantem magnum regem, sola gloria minorem. vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. triumphalem cataphractem amolitus, in captiua [81] Sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido te-

gendo nudauit, anhelum adhuc ab opere belli, & vt mollius ventilante ſerico exſtinxit. Non erat D
ſatis animi tumens Macedo ni illum etiam veſtis inflatior delectaſſet. [82] Niſi quod & philoſophi
puto ipſi aliquid eiuſmodi affectant. audio enim & in purpura philoſophatum. Si philoſophus in
purpura; cur non & in baxea tyria calciare, niſi aurum minimè Græcatos decet. [83] atquin alius &
ſericatus & crepidam æratus inceſſit: dignè quidem vt Bacchantibus indumentis aliquid ſubtin-
niret, cymbalo inceſſit. Quòd ſi iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret; non cœnulentis
pedibus vt thori Platonici ſciunt, ſed omnino totum Empedoclen in [84] adyta Cloacinarum de-
tuliſſet, vt qui ſe cœlitem deliraſſet, forores prius ſuas, dehinc homines deas ſalutaret. Tales igitur
habitus qui de natura & modeſtia transferunt, & acie figere, & digito deſtinare, & nutu tradere,
merito ſit. [85] Prorſus ſi quis Mæandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat, audiat ponè ſe
quod & Comicus, *Qualem demens iſte chlamydem diſperdit?* Enimverò iam dubium cenſoriæ inten-
tionis epiſcynio diſperſo, [86] quantum denotatui paſſuitas offert, [87] libertinos in equeſtribus, ſub-
uerbuſtos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in vrbanis, ſcurras in forenſibus, paganos
in militaribus. Viſpillo, leno, laniſta, tecum veſtiuntur. Conuerte & ad feminas. Habes ſpectare
quod [88] Cecina Seuerus grauiter ſenatui impreſſit, *matronaſine ſtola in publico.* denique [89] Lentuli
Auguris conſultis, quæ ita ſeſe exautoraſſet, pro ſtupro erat pœna: quoniam quidem indices cu-
ſtodeſque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta, ſedulo quædam deſuefece-
rant. at nunc in ſemetipſas lenocinando quo planitus adcantur, & [90] ſtolam, & ſupparum, &
crepidulum, & caliendrum, ipſas quoque iam lecticas & ſellas quis in publico quoque domeſtice
ac ſecrete habebantur, eieratuere. Sed alius extinguit ſua lumina, alius non ſua accendit. Adſpice
lupas popularium libidinum nundinas, ipſas quoque frictrices. Et, ſi præſtat oculos adducere ab E
eiuſmodi propudiis occiſæ in publico caſtitatis, adſpice tamen vel ſublimis iam; matronas vide-
bis, cum latrinarum antiſtes ſericum ventilat, & immundiorem loco ceruicem monilibus conſo-
latur, & armillis, quas ex virorum fortium donis ipſæ quoque matronæ temere vſurpaſſent, om-
nium pudendorum conſcias madus inſerit, impuro cruri [91] purum aut mulleolũ inducit calceum.
Cur iſtas non ſpectas? [92] vel illos item habitus, qui nouitate veſtitus religionem mentiuntur, cum
ob cultum omnia candidatum, & ob notam vitæ, & priuilegium galeri, Cereri initiantur; cum ob
diuerſam affectionem tenebricæ veſtis, & tetrici ſuper caput velleris in Bellonę montes fugantur;
cum latioris purpuræ ambitio, & galatici ruboris ſuperiectio Saturnum commendat; cum ipſum
hoc pallium moroſius ordinatum, & crepidæ cretatæ Græcatim Æſculapio adulantur. Quanto
tunc magis arguas illud? & vrges oculis etiam ſimplicis & inaffectatæ tamen ſuperſtitionis reum.
[93] Enimuero cum hanc primum ſapientiam veſtit, quæ vaniſſimis ſuperſtitionibus renuit: tunc
certiſſime pallium ſuper omnes exuuias & peplos auguſta veſtis, ſupérque omnes apices & titulos
ſacer ſuggeſtus deducit oculos. ſuadeo reuerere habitum, vnius interim erroris tui renunciato-
V. rem. [94] Tamen inquis: *ita à toga ad Pallium?* Quid enim ſi & à diademate & à ſceptro? [95] An aliter
mutauit Anacharſis, cum regno Scythiæ philoſophiam præuertit? Nulla in melius tranſgreſſus
ſint ſigna: eſt habitus iſte quod faciat. Prius etiam ad ſimplicem ſpecta telam eius: nullo tædio
conſtat. adeo [96] nec artifice neceſſe eſt, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in ti-
lias, totúmque contracti vmbonis figmentum cuſtodibus forcipibus aſſignet: dehinc dilu-
culo (tunica prius cingulo correpta, quam præſtabat moderatiorem texuiſſe) recognito rurſus F
vmbone & ſi quid exorbitauit reformato, partem quidem de læuo promittat, ambitum vero eius
ex quo ſinus naſcitur iam deficientibus tabulis retrahat à ſcapulis, & excluſa dextera in læuam ad-
huc congerat cum alio pari tabulato in tergo deuoto, atque ita hominem ſarcina veſtiat. Con-
ſcientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga ſentias, indutumne an onuſtum? habere
veſtem, an baiulare? Si negabis: domum conſequar, videbo quid ſtatim à limine properes: nul-
lius profecto alterius indumẽti expoſitio quàm togæ gratulatur. calceos nihil dicimus, proprium
togæ tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verùm & falſam. quem enim non expediat
in algore & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo vncipedem. magnum inceſſui munimen-
tum ſutrinæ Veneriæ proſpexere, perones effeminatos. At enim pallio nihil expeditius, [97] etiam
ſi duplex, quod Cratetis more nuſquam veſtiendo componitur. quippe tota molitio eius operire
eſt ſolutim, id eſt, vno circumiectu, licet quidem nuſquam inhumano; ita omnia hominis ſimul
contegit. Humerum velans exponit, vel includit, cetero qua in humerum adhæret nihil circum-
fulcit, nihil circumſtringit, nihil de tabularum fide laborat, facilè ſeſe regit, facilè reficit. etiam
cum reponitur nulli cippo in craſtinum demandatur. ſi quid interulæ ſupereſt, vacat zonæ tor-
mentum; ſi quid calceatus inducitur, mundiſſimum opus eſt, aut pedes nudi magis, certè viriles
magis quàm in calceis. Hæc pro Pallio interim, quantum nomine concitaſti. Iam vero & de ne-
gocio prouocat. [98] Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo; nihil officio aduigilo,
nulla noſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo,
iura non conturbo, cauſas non clatro, non iudico, non milito, non regno; feceſſi de populo.
imò vnicum negocium mihi eſt, nec aliud nunc curo quàm nec curem. Via meliore magis in ſe-
ceſſu fruare quàm in promptu. ſed ignaua infamíque ſcilicet patriæ, & imperio reſpub. viuen-
dum

D dum est. Errat olim ista sententia; Nemo alij nascitur, moriturus sibi. [99] Certè cum ad Epicuros & Zenonas venrum est, sapientes vocas totum quietis magisterium, qui eam summæ atque vnicæ voluptatis nomine conseruauerè. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodesse. [100] Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quæ felicius publicis rebus & ciuitatibus & imperiis bonas valetudines conferent, quàm tuæ operæ. Quippe si pergam ad acuta tecum, plus togæ læsere rempub. quàm loricæ. Atquin nullis vitiis adulor, nullis veternis parco, nullis impetigini adulor; adigo cauterem ambitioni, qua [101] M. Tullius quingentis millibus numerûm orbem citri emit, qua bis tantum Afinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniæ numerat. Hem, quâtis facultatibus æstimauere ligneas maculas? [102] item qua lances centenarij ponderis Sulla molitur. Vereor sanè ne parua sit ista trutina, cum [103] Drusillanus, equidem seruus Claudij, quingenariam promulsidem ædificat, suprascriptis fortasse mensis necessariam; cui si officina extructa est, debuit & triclinium. Immergo æquè scalpellum acerbitati ei, qua [104] Vedius Pollio seruos murænis inuadẽdos obiectabat, noua scilicet sæuitia delectatus, terrenæ bestiæ exedentulæ & exunguis & excornis: de piscibus placuit feras cogere, vtique statim coquendis, vt in visceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus & ipse gustaret. Præcidam gulam, qua [105] Hortensius orator primus pauum cibi causa potuit occidere; qua [106] Aufidius Lurco primus gagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinum prouexit saporem; qua [107] Afinius Celer mulli vnius obsonium VI. H-S. detulit; qua [108] Æsopus histrio ex auibus ciusdem preciositatis vt canoris & loquacibus. quibusque sexcentorum mullium patinam conflauit; [109] qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptuosius esurire; margarita namque velipso nomine preciosa dehausit, credo ne mendicius patre cœnasset. Taceo [110] Nerones & Apicios & Rufos.
E [111] Dabo catharticum impuritati Scauri, & [112] alcæ Curij, [113] & vinolentiæ Antonij. Et memento istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud pallium haud facilè. Has purulentias ciuitatis quis eliciet & exuaporabit, ni sermo palliatus? [114] Sermone, inquis, me suasisti medicamine sapientissimo. Verum etsi eloquium quiescat, aut infantia subductum, aut verecundia retentum, (nam & clinguì philosophia vita contenta est) ipse habitus sonat. sic denique auditur philosophus dum videtur. De occursu meo vitia suffundo. Quis non æmulum suum cum videt patitur? quis oculis in eum potest, in quem mentibus non potest? grande pallij beneficium est, sub cuius recogitatu improbi mores vel erubescunt. Videritnunc philosophia, quid prosit. Nec enim sola mecum est. Habeo & alias artes in publico vtiles. de meo vestiuntur, & primus informator litterarum, & primus edomator vocis, & primus [115] numerorum harenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophista, & Medicus, & Poëta, & qui Musicam pulsat, [116] & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat. omnis liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur. planè post Romanos equites. Verum & cerdones & omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Hęc nimirum indignitas erit *à toga ad pallium?* Sed ista pallium loquitur. [117] At ego iam me illi etiam diuinæ fecêæ ac disciplinæ commercium confero. Gaude pallium & exulta. melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII
F
IN LIBRVM DE PALLIO.

DE Pallio.] *Pallium quale fuerit, suis patet tum ex verbis Auctoris supra in Argumento, tum ex pictura sculpturisque superiuis vestis Apostolorum Christi, quæ etiam extant. Similem autem habitum mutationem in nouis Christianis subindicat Origenes apud Eusebium Eccles. hist. lib. 6. cap. 15. cum de Heraclæ decu, pro stollium communis indumẽto habitum ad sumpsisse philosophicum. Quanquam autem Pallium Græcorum erat gestamen (vti adnotauit Rhenanus) vt toga Romanorũ, & Christiani, frugalitatis gratia, pallio vestiebantur tanquam veste simpliciore & philosophicæ: fallum est, vt vulgari conuicio, qui nostris sæcris imitati forent, Græci vocarentur, & ab imitatione pallij, quod tunicæ superimponebant, etiam impunentes, vt ita dixerim, siue imposturi. Quotiescrgo Christianus aliquis prodisset, statim illud è triuio audiebat, ὁ γεγαὼς ΠΑΛΛΕΤΗΣ. Id simpliciter accipiebat indoctum vulgus ob pallij superimpositionem, ceterum litterati figuratum morsum intelligebant in vocabulo ΠΑΛΛΕΤΗΣ tanquẽ fieret ab impostura nomen apud Latinos tacita allusio. hoc est, deceptor, & hominis sanctitatem mentientis. Atque hoc est quod Hieronymus ad Furiã de viduit ate scribens: Vbicunque (inquit) viderint Christianum, statim illud de triuio, γεγαὼς ΠΑΛΛΕΤΗΣ; vocant impostorem, detrahunt. Sensum (commatis idem Hieronymus expressit epistola ad Marcellam de agrotatione Blesillæ de Christianis agens, qui propter vestitum viliorem à gentilibus, nonnunquam etiam à pseudochristianis rideretur: Nos (inquit quia fericea veste non vtimur, Monachi iudicamur; quia ebrij non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentes vocamur & tristes. si tunica non canducrit, statim illud è triuio: Impostor & Græcus est. Vbi vides ad vestem pertinere delictum, qua philosophi Graecorum peculiariter vterentur, & post illos Christiani; cum inquit, Si tunica non caducrit. Hactenus Rhenanus, non incommode. sed expungendis (praeter eos quos Censores Regij repurgarunt) nemini duo loci in ipsum ad hunc librum argumentum, praeterquam enim quod in calce tacite subiungit Romani Pontificis scepirum & diadema, etiam in ipso stipendat lumine, de Monachorum agens veterum vestitu, Erasmum imitatus in vita D. Hieronymi & Antidota scilicet suo Epistolam ad Rusticum. Repugnat etenim directe hic error patrum Epistolam ad Rusticum. Repugnat etenim directe hic error patrum veterum tam inde ab ætate Apostolorum sententiæ, qui unanimiter omnes tam in monachis quàm Sæculmodi libus imitationem habitus agnoscunt. De his aliquid diximus Admonitionis nostris in Epistolam D. Cypriani LXII. ad Pompon. de Virgin.*

De Monachis vere id asserunt, tum modo Philo Judæus, D. Dionysius Areop. & D. Ephræm, locis ibidem citatis, sed etiam D. Chrysostomus homil. 69. in 21. cap. Matth. cuiusque discipulus Cassianus de Instit. cœnob. cap. 1. 2. 3. & Nilus Abbas in Asceticis, amicum monachorum describentes, qualis Helias, Heliseus, & Joannis Baptistæ describitur lib. 3 Reg. 17. & 19 c. 4 c. 1. 2. 4. 6. Matth. 3. & 11. c. Marc. 1. Luc. 1. & Hebr. 11 qui hauddubie diuersus fuit à reliquis hominum genere. Quod quantumuis negent Conturiatores Magdeburgenses de D. Joanne ne videatur monachorum exemplar fuisse; contrarium tamen pulchrè ostendunt Alanus Copus dial. lib. 2. cap. 5. ac 6. & P. Canisius Comment. de verb. Dei corrupt. lib. 1. à quibus citantur Optatus Milevitanus lib. 2. contra Parmen. Athanasius de virginit. Ambrosius epist. lola 36. Gregorius Nazianz. exhort. ad virgines, Hieron. an Hilarione & Paula Eremitis, Augustinus epist. 199. ad Edicium, Theodor. in Mesyma, Pallad. hist. Lausc. 41. & Damasc. de Barlaam & Josaphat. His adde, Seuer. Sulpit. vita S. Mart. dial. 1. cap. 2. ac 14. & quæ habet Nicephorus Eccles. hist. lib. c. 19. de vestitu monachorum Tabennensium sub S. Pachomio eodem planè cum eo quo vtuntur hodie monachi. Quid? quod non solum Pachomij discipuli D. Orefiesis in inst. monast. & Isaias Abbas monast. inst. l. 3. cucullum, Canam. pellem, & sandalia recensent, verumetiam D. Hieronymus ad Demetr. de custod. virginit. cucullarum & mafortis meminerit, vel testetur eum Rufinus lib. 2. anuelli me in Hieronymum, & eadem ætate Castinum dicto l. c. 4. 5. 6. & 7. quid mysterij significent cucullæ, cellubia, rebrachantoria, ac mafortes late explicat. summo ipse D. Benedictus (contra quem audet peperam adferere Rhenanus) Regulæ suæ cap. 56. nominat cucullani, tunicam & scapulare. in cuius Commentario Hrabanus noster, quem M. S. habemus. pro nobis citat verba SS. Basilij & Isidori.

CAP. I.

2. Principes semper Africæ viri Carthaginienses, &c.] *Facunt ad loci huius intelligentiam, tum quæ de Africæ primatu & imperio in 6. prouincias distributo, ad epist. D. Cypriani XLV. & XLIX. tum quæ de Carthaginis origine, nobilitate, internecione & nouæ restauratione adnotauimus in Præfatione Concilij sub eodē Cypriano* Carthaginiensis; *quam etiam esse veriorem lectionem ibidem diximus. Vide Africæ descriptionem apud Sallust. in bello Iugurth.*

3. gaudeo vos tam prosperos temporum, &c.] *Vocis phrasisque Tertull. hic adnotatu digna: prosperos temporum, vt & infra*; infignes libidinum; denotare, *hic & infra*, pro; notare: *sicuti paulopōst*; denotatui, pro; reprehensioni. Pacis autem habitus, *pallium vocat, quod neque causidicis neque militibus vsitatum fuerit.*

4. Tamen & vobis habitus aliter olim Tunicæ fuerc.] *Huc pertinet illud Nonij Marcelli: Ennius, probro Carthaginiensium Tunicatam inuentutem voluit dicere, & quod Pœnum autem nuncupet Plautus in Pœnulo, ob minucias alarum instar vtrinque prnsiles. Nam & Romæ probro vertebatur tunicatas tunicas (quales hic pulchrè describuntur) testatur A. Gellius, quippe cum tunica Romanorum breuior esset & sine manicis.*

5. & quidem in fama, de subteminis studio, &c.] *Ac si dicat: fama celebres, vt potè pictoratæ, vel auri (vti apud Virg. Æneid. 3.) vel potius luminis, id est, coloris discussi luminosi quales est puniceus & coccineus. Ludouicus tamen Carrio IC. Clarissi. & doctissimus legi volebat, & quidem in fœmina, eo quod sequatur*: in vitros autem. *iudicet Lector Turnebum paulopost emendauisse lib. 7. c. 20. quod iustas castigationes totius huius libri cōtines*, nec brachijs parce, prospare. *Ego vero etiam legēdum conjecis*: expeditæ atque quadratæ insitata, *præsertim quum vnius Vatuenorū codicum legat*: quadratæ; *vt significet, tunicas illas subsitas fuisse & quadratas insitata, qu e falcula erat tenuissima, qua vestes subsuebantur, iussu illud Horatij*: Quarum subsita talos tegit insitata veste. *quamquam fic adhuc imperfecta sit oratio quales affectare soles hic Author; nisi forte quis sic emendandum existimet hunc locum, vt pro aduerbijs adiectiuis cum diphthongo hæc substituantur*: prodigæ, inuerecundæ, parcæ, artæ. *quam conjecturam confirmare videntur duo Vaticani codices, qui legunt*: pares. *Facit autem ad intellectum huius loci quod scribit Hrabanus noster de rerum naturis lib. 21. cap. 8. Pallam esse quadrum pallium multis bre deductūs vsque ad vestigia, adfixis in ordinem gemmis circa huius indumenti finem.*

6. In viris autem pallij extrincescus habitus, &c.] *Pulchrè tum hic, tum postea* pallij *formam describit. hinc quæ supra tunicas indusebatur, ortum prouerbium*: tunica pallio propriior. *Æculapius autem peculiariter celebatur in Africa, quod matre Pœna crederetur genitus, vnde Panigena vocatur iuxta Seruium apud Virg. Æneid. 7.*

7. Sic & in proximo soror ciuitas, &c.] *Uticam intelligi recte diuinauit Rhenanus. causam vero eius nuncupationis esse existimo, quod & in eodem sinu, & à Tyrijs æque ac Carthago fuerit condita, vti latius in Addo. nostris ad dict. Concil. Carthag. sent. 89. vbi plura de hac ciuitate; quæ etiam infra vocatur* Romana præcoqua: *quod, cum vitro se dedidisset, Romanorum fuerit receptaculum.*

8. & sicubi alibi in Africa, Tyros, &c.] *Aut ita distinguendum est hoc membrum, vt ante* Tyros, *in contextum erupit (iuxta quod censet vir eruditiss. Latinus Latinius suis ad me missis obseruationibus) à scolo fortassis copiam adepta, qui putauit per sororem ciuitatem, Tyrum intelligi, quæ potius parens dici deberet.*

9. At cum fœcularium sortium variauit vrna, &c.] *Hanc Turnebi conjecturam, pro eo quod erat*: sortium domina fortuna, *omnino confirmant Vaticani codices tres, quorum duo quamproximè accedunt, tertium vero manifestè sic legit. Butabat tamen doct. Petr. Pithoeus scribi posse*: At cum fœcularium sortium dominia fortunare Romanis Deus maluit. *Metaphora autem sumpta est à sortibus solutis in vrnam mitti, versari, & educi, iuxta illud Salomonis*: Sortes mittuntur in vrnam, & à Domino disponuntur. *Vide Robertellum in Ciceronem, vbi latissimè prosequitur modum sortes mittendi, & quibus in rebus sortes adhibebantur. Fortassis etiam alludit ad Sæculares ludos quarum, qui primo anno 3. bells Punici celebrati sunt iuxta Varronem & Luisum; quippe quum sortibus in vrna volutatis emitterentur in Circum Aurigæ, vti patet l. de Spect. c. 18. n. 141.*

10. vobis vero post iniuriæ beneficium & seniū non fastigium, exemptis, &c.] *Ex Vatic. codicib* fastigium, *pro* faltidium *legimus. Phrasi autē sua dixit Tertullian.* exemptis senium, *sicut infra* deusta Vulsinios, erepta Pompeios; *& iterum c.* 4. crepidam æratus.

11. post Gracchi obfœna omina, &c.] *Historia ad quam alludit, sic se habet. Carthago XXII. anno postquam per Scipionem Africanum iuniorem funditus exfossa fuerat, in vestigijs magnæ Carthaginis beneficio Populi Romani readificari iussa est, & à C. Gracchi Tribuno plebis deductūs eo colonys Romanorum (teste Solino) Iunonia cognominata, sed non sine prodigio aut omine, vni Author loquitur, Nam mensures (inquit Orosius l. 5. c. 12. & ante eum Appianus Alex. sub finem libri de bello Libyco) ad limitandum Carthaginem sum aorum missi, stipites terminorum ædibus fixos, nocte à lupis reuulsos mordicusque corrosos repererunt.*

12. Post Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeij aras, & longas Cæsaris moras, &c.] *Videtur agere de variis expeditionibus in Africa, tum Lepidi qui Sulla defuncto Mariane partu violentus adfertor exstitit; tum Pompeij qui magnam strāgem apud Uticam Carthaginis vicinam, casis circo. IↃↃↃↃↃ. edidit, vti refert Orosius; tum Cæsaris qui in bello Africano aduersus Iubam regem à x i i i. kal Ian. ad Idus vsque Iunias (Hirtio teste) moras longas fecit. Per aras autem trinas Pompeij, illud intelligi conjecis, quod ab Aris Philænorum fratrum iuxta Hyppi promontorium, ad aras vsque Neptuni inter Hippenem & Uticam, Africam bello peruagatus sit. nisi cui forte Carrionis assentiri lubet, per tres aras, triplicem*

em Pompeÿ triumphum intelligebat.

13. vbi mœnis Statilius Taurus imposuit, &c.] *Recte adnotauit Turnebus ius togæ Carthaginiensibus datum, tum cum à* Statilio Tauro (*Africæ nempe II. Proconsule, antea II. Consule*) *iterum deductæ Roma coloniis muro nouo cinctæ est Carthago. Alio seu potius* Sentio Saturnio *vel Augure vel Pontifice* (*qui postea etiam II. Consul fuit*) *eam inaugurante & solemne carmen effante, idque tum, cum inuaret*) iuuat, *enim pro* Iubæ, *ipse & Vaticani codices legunt*) concordia; *pax, inquam, teto terrarum orbe Iano clauso* III. *aut* IIII. *sub Augusto Cæsare. nam & iussu Augusti Carthaginem denuo ædificatam testatur Appianus vbi suprà. Atqui* Togam pulchrè describit Petrus Crinitus *de hon. disc. lib.* 3. *c.* 7.

14. à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos &c.] *Græci* (*inquit Turnebus*) *quendam Tebennum Arcadem toga Romana inuentorem prædicant, qui primus id genus vestis gesserit, & sinum Ioniorum nauigantibus in Italiam venerit, & vestimentum propagarit, vnde &* togam Τηβέννου *appellatam fuisse scribunt de inuentoris nomine. Quum autem Arcadia olim* Pelasgos *dicta sit, videtur alia Auctoris sententia, vt nempe non per Arcadem aliquam Euandri Regis comitem, sed potius per Lydos qui Tyrrheno duce Etruria occupârunt, in Italiam toga introducta sit; cæsim Lydos, à quibus ludos dictos & institutios contendit infrà lib. de spect. T.* 2. *Perro phrasis hic adnotanda: cinctu abtritante, &* ÿ: tabulata congregatione.

15. vel temporaliras velit.] *Turn. censet legendum* vertit. *sed mihi magis placet priori, & Vaticanorum codicum lectio, è quibus paulopost substitui:* & quidem, *pro* equidem.

16. Nam & Arietem non quem Labenus, &c.] *De* Laberio *Monographo latius infrà in Apologetico, ad cuius verba plerumque duriora alludit Auctor, quibus* Arietem recipricornem & lanicurem *nominat, eo quod* (*interprete Crinito lib.* 19. *de hon. disc. c.* 5.) *id animal reciproca & obuerta cornua habeat. quæ quidem legit:* sed trabitextum. *& haud absimiliter Vaticani duo ed.* textitabum, *pro eo quod est &* tessitrabum; *sed magis placet hæc lectio, tum quod tessi trahere videatur* Aries *animal, tum quod sequatur in eadem Parenthesi:* sed trabes, &c. *consentiunt mecum etiam Turnebus, nisi malit quis legere cum Vatic. cod. vno* textitrabum : *quòd trahat lanas quibus textor alia materiet. ad quod accedit lectio Scaligeri in Varronem:* vestitrahum. *Atqui pulchrè locum hunc interpretatur Turn. Adversl. lib.* 23. *c.* 30. *& lib.* 29. *cap.* 18. *& præsertim vbi suprà.* Arietem, *inquit, methusim oppugnatorum Plinius quidem dicit bello Troiano, ab Epeo inuentum, cui primum equus nomen fuerit; sed cum Auctore consentiunt Paulanias & Ustrunius: eius interpres in hæc verba: Carthaginienses ad Gades oppugnandas castra posiit, cum castellum ante cepissent, nec haberent ferramenta ad eius demolitionem, sumpserunt tignum, idque manibus subsistentes, capiteque eius summum murum contrariter pulsantes, summi ordinis lapides deiecerunt, atque ita gradatim totam munitionem dissipauerunt. Postea faber quidam Tyrius, nomine Pephasmenes, hac ratione & inuentione inductus, malo statuo, ex eo alterum transuersum* (*vti truncinam*) *suspendit, & reducendo & impellendo vehementibus plagis deiecit. atque hoc est quod addit Auctor noster sanè perelegantèr:* in oscillum penduli impetus.

17. *Quemadmodum hemistichium est Virgilianum Aneid.* 1. studijs asperrima belli, *ita etiam illud ex eiusd. Aneid.* 3.

Taurum æui longinqua valet mutare vetustas.

Porrò vox vetus *& phrasis adnotatu digna:* vltimarent, *ac* frangere militat.

18. in oscillum penduli impetus, &c.] *Nam quæ mihi* oscilla *sine parua fugilla in effigiem humanam arte simulata, vt scribit Macrobius, & imaginculæ quæ insantibus prabentur ad lusum; tamen* oscilla *etiam dicebantur quæ* ἀπὸ τοῦ Ησυχίου, *id est, pensiles quædam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus pueri diebus festis apud Athenienses per lusum iactabantur, atque ea iactatio* oscillatio *dicebantur, qua iste iactantes impositis transuersis tegmen de arbore suspenso, alternis se mutuoque subiectabant deprimebantque. Quod etiam genus lusus per ex Latinarium feriarum dies celebrari solebat in memoriam & imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infimum deijciuntur, infima in altum efferuntur & enchuntur. Festus autem, eo quo pleraque hæc describpta sunt, inde dictum putat, quòd oscillent, id est inclinent præcipitèsque in eos ferantur. Vbi vide Annot. tum alterum, tum Scaligeri, & huius eiusdem in Ausonium. Virgilium ad similem oscillantionem in Liberalibus feris alludit hoc versu Georg.* 2.

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu ;

quem ecce alij aliter interpretentur, ita debere intelligi, confirmatur ex dictorum Athenienfium more, qui in Bacchanalibus ἀώρας celebrabant. Eodem autem modo mundum ex axe pendentem. Oscillum *vocat Tertullianus infrà lib. de Anima.*

CAP. II.

19. Sic nunc aliunde res, &c.] *Hic secundum hanc libri caput non absurdè quis auspicetur, quo ostendat, non debere videri nouam vestis mutationem ex rerum omnium, imò & mundi ipsius mutatione, quem* fungi, *id paulatim interire dicit (neque enim placet quod Vrsi codex Vatic. stringitur, legit, pro:* fungitur) *sine quis cum* Anaximandro *plures mundos faciat, sive cum* Silenо *sentiat, qui de alio orbe Midæ regi apud Meropes* blatire, *id est, incondite loqui non sit versutus, sive denique cum* Platone, *qui ex diuersis substratis mundum conficit. Atqui* Platonis *opera passim extant. De* Silenо *hac sententia latius infrà T.* 3. *lib. aduersus Hermogenem, & de* Anaximandro *in Apologetico; hoc vno hic addito, quod tradiderit has* Anaximandri *& Platonis* senectas *libros dereliquisse. lib.* 4. *de Græc. affect. curat. Legimus vero cum Gagnæo & Gelenio:* Sed & si quem, *pro eo quod alij:* Sed & ipsi quem: *& ex Vatic. cod.* 3. *emendauimus:* & diuersitatibus, *pro ex. Admotanda etiam hic Tertull. voces & phrases:* videtur (*de qua in Adn. nostras in Cyprian. sæpius*) vices fœderant, & corporatus.

20. Noltra certè metatio, &c.] *De Metaphora hac, qua mundum sublunarem intelligit Tertullianus, sæpius vsitata, vide Adn. nostras in Cyprianum, epist.* 22. *Elegantèr etiam oculos* Homericos, *id est cæcos nuncupat, quippe quam ille ea de causa id nominis fortitus fuerit.*

21. Sol fitionibus annuis, Luna, &c.] *Ita distinguendum hanc periodum rectè adnotauit Latinius.* Mistilia *vero fulgura intell. get.* Subtilum *interpretatur Paulus apud Festum, tempus ante pluuiam iam pene* (*vbum*) *& post pluuiam non perfectum, quod iam stillet, aut nondum defierit. Atqui videtur hic imitatus Auctor Varronem de lingua Latina lib. vbi similiter comprobat non absurdam esse vocum mutationem, quum & cælum & terra & aër & mare sæpe varient.*

22. de flustris temperatum & extemplo de decumanis, &c.] Flustra *docuerat, inquit Festus, cum in mari fluctus non mouentur:* Decumani *vero fluctus dicuntur, qui maximi (vti adnotauit Rhenanus) nam & omnis decumanus mauis nascitur, inquit Festus. Politianus verò Miscell. c.* 86. *addit etiam scutæ amplissimæ* decumana *nuncupari, &* decumanum *in castris portam, quæ ab hoste auersa est, ac* decumanum *in agro lumitem, qui ab oriente est ad occasum: extans de flustris decumano Ouid.* 2. *Trist. & Ti. Metam. Silium Italicum l.* 14. *Senec. in Trag. Agamemnone, Lucan. l. Pharsal. & Val. Flaccū s. l. Argonaut.*

23. Sic & terram si recentèsas, temporatim vestiti amantem, propesis, &c.] *Turnebus legendum conjecit:* vertiuantem, propesis, *sed placet prior lectio magis Tertullianica, maximè conjectantibus Vatic. exemplaribus. Paulopost ex emendatione Latinij confirmatas iisdem codic. reposuimus:* montium scapulæ, *pro* scopulæ. *Est vero nonus dictum:* ebullando.

24. Mutauit & totus orbis, &c.] Mutauit, *& infrà,* Mutat, *ac aduersl. Valentinianos,* mutabit; *absolutè accipi adnotat Rhenanus; addens buccinas minores esse tenebras quas buccenas vocat Plinius, ad similitudinem eius buccinæ quo sonus ediscur, vnde ex re tenebrarum ore in margine insisa illi nomen est; verbo

git: infima. *agit autem de diluuio.*

25. Nulla iam Delos, Rhene, Samos; & illa, ſi non mendax Plato, in Atlantico Lybiam & Aſiam adæquans quærtitur nunc, &c.] *ita hunc locum reſtituit Turnebus partim ex coniectura partim ex Apologetico Tertull. infrà pro eo quod erat:* & Sibylla non mendax, Æon in Atlantico. *nam & Plato, inquit, in Timæo ſcribit, tres mari Atlantico inſulam ingentem ſub occaſum, & inſulam exiguam Delo proximam commorat Stephanus, cui nomen Rhene. Ego verò malui retinere:* harenæ Samos: *eo quòd hæc inſula Plinio teſte repente è mari emerſerit;* & veriorem puto lectionem: & ſi ille non mendax *Plato nempe cuius paulo ante facta eſt mentio,* Æon, *vt ironicè alludat ad Æonas Valentinianorum figmentis plenos è ſchola Platonis profectos. Pro quo facere videtur illud Tertulliani infrà Tom. 3. lib. adu. Valentin.* inſulam Feliculani credas, tanta tabulata cælorum, neſcio vbi. *Atque de harum aliarúmque inſularum interitu ac Sicilia inſula ex continente, latius infrà in Apolog. ad cap. 40. vbi iiſdem penè verbis Tertullianus vtitur. Et Vero:* nomen vitij quod plaga illa diſcidij mari induit, *aut, vt Vatic. cod* imbuit, *intelligo Rhegium, quippe quod Græcè obrutum ſignificet. Fretum nempe inter Siciliam & Italiam ita dictum; quod, quum autea connunctæ eſſent, medium illud ſpatium aquis obrutum eſſet, & per anguſtiam ſciſſum ſicuti ex Salluſtio citat Iſidor. Etym. lib. 4. in voce: Sicilia, à Sernio mutuatus.*

26. Patitur & continens, de cœlo, aut de ſuo, &c.] De cœlo *exempla profert, mate mortuum in Paleſtina iuxta Iordanem, ortum ex conflagratione cœleſti Sodomæ & Gomorrhæ, ac* Vulſinios *Tuſciæ;* de ſuo *Vero, id eſt ex montium incendio* Pompeios *Campaniæ oppidum, de quibus latius infrà in Apologetico.*

27. Et ſolus audiebat.] *videtur ſimilis phraſis qualis paulò poſt:* & ſicubi aliqua gens occuparat, ſibimet ſoli erat, *& infra Tom. 3. Lib. adu. Hermo. cap. 3.* Nam Deus ſibi erat. *niſi malit quis ex coniectura Carionis legere,* & ſol ſua videbat.

28. Vtinam & Aſia, & Africa, &c.] *Subindicat contigiſſe eiuſmodi conflagrationes, non ſolum in Europa, ſed & in* Aſia *& in* Africa, *duabus reliquis orbis partibus. De illa ſcribit Plin. hiſt. nat. lib. 2. ca. 86. Tiberij Cæſaris principatu* XII. (*imò ſecundum Euſeb. Chron.* XII.) *Aſiæ vrbes vna nocte proſtratas, maximo, inquit, memoria hominum terræ motu: quem eundem fuiſſe qui in paſſione Domini contigit rectè ſentit Oroſ. lib. 7. cap. 4. qui poſt Euſebium etiam ſub Traiano Cæſare 4. Aſiæ ciuitates ſubuerſas narrat, Græciæ duas, & Galatiæ tres. De Africæ & Thraciæ terræ motibus alicubi meminit D. Auguſtinus: Euſeb. anno Traiani 16. addit. Antiochenum terræ motum in Syria quæ Africæ contribuitur, & ſub Hadriano Nicopoli ac Cæſareæ. Vide autem plura orbis detrimenta quibus ſitus mutatus ſunt dicto lib. nat. hiſt. apud Plinium.*

29. Vnicis caſtris fraudatis expiata.] *Edit.* 1. Thunicis caſtris. *ſed prior lectio confirmatur ex manuſcripto. Videtur alludere ad Plin. lib. 2. nat. hiſt. cap.* 84. Creberrimus, *inquit,* Punico bello *intra eundem annum ſepties atque quinquagies nùntiatur Romanis terræ motus. Quo quidem anno ad Thraſimenum lacum dimicantes, maximum motum neque Pœni ſenſere neque Romani. Quod ipſum repetit latius Oroſ. lib. 4. c. 15.*

30. Regnorum vices, &c] Regnorum vices iam inde à Nino Beli Progenie vltra quem ſtilus non ſolet ſcriptorum extendi, *qua vox aut ſimilis huc ſuppleri debet vt perfecta ſit oratio, videre eſt apud Euſebium in chronicis. quiprater Hebraorum regnum quod ab ipſius mundi natalibus cæpiſſe conſtat, ab Aſſyriorum, & Sycionorum, & Ægyptiorũ regnis auſpicatur: Argiuorum deinde Athenienſiúmque adiecti reges, & Argiuis deficientibus Mycenarum, inde Latinorum: Sycionij Lacedæmoniorum regna ſubijcient: Corinthiorum dynaſtiæ conungent: deinceps Medorum deuictis Aſſyriis & poſt Lacedæmonas, Macedonum: ac deficientibus regibus, Corinthijs Lydorum, Latiniſque Romanorum, ac Medis deuictis Perſarum, imperia per Olympiades proſequitur. Poſt hæc Athenienſium primo, deinde Lydorum, inde Ægyptiorum regnorum occaſu indicato & regibus expulſis ad Conſules Romæ redacta Reſp. ſuum renatam. Ægyptiorum ſiue Alexandrinorum dynaſtiam proſequitur, deinde tranſitum imperium caſu Dario a Perſis ad Macedonas, & per Alexandri Magni obitum diſperſum in regna Varia Ægypti, Syriæ, & Aſiæ tandemque ſub Auguſto Cæſare ſui Romano Imperio omnia regna eciſſe perquàm eleganter demonſtrat. Nec minus egregiè D. Auguſtinus toto lib. 18. de Ciuit. Dei, & ſuis in illum Adnotat. Ludo. Viues.*

31. ſi tamen Ninus regnauit primus.] *Quod Ninus primus non regnauerit, aliàs latior discendi ſe campus offeret. hoc vnum hic adijciam quod iuſtinus hiſt. lib. 1. antiquiores Nino fuiſſe dicit Seſoſtren Ægypti & Tanaim Scythæ reges, & Scythis Aſiam per mille quingentos annos vectigalem fuiſſe, donec tributis Ninus Aſſyriorum rex finem fecit. Vat. autem cod. legunt:* ſi fortè cui hiſtoriæ parelcunt, *pro eo quod aly:* ſi forte æui.

32. alias verſura compenſato redit, &c. *Quodo Deus de qua ſupra & Rhodot de qua in Apologetico aliquæ multæ inſulæ ſemel abſorptæ aut nunquam antea conſpectæ apparuerint denuo, aut recens ortæ ſint, late proſequitur Plinius dicto lib. 2. nat. hiſt. deinde per eam quam proſequitur gentium tranſmigrationem verſuram illam* compenſatam *ſatis probat. quo ſit vt omnino confirmem coniecturam Turn. qui conſequenter legit.*

33. Nam & primitijs, *ſeu potius inxta 3. Vatic. cod.* primitus, maiore ambitu terra caſſa,] *pro eo quod erat:* Iam & primitijs maiorem ambitum. *Atqui:* tunc are, *euellere eſt,* ſupare *quærere Nonio, erebro quærere Feſto; iuxta illud Gloſſarij: vt lacebras* ruſpans *rimer mariſmas. ac ſi dicat Auctor, ibi truncatam copiam vbi abundabat, & nouas ſedes quæſitas vbi deſerta erat populus regio; qui eleganter dixit:* per vbique orbis; ac; vrbes ex vrbibus pangerentur. *quod clarius dixit Auctor infra Tom. 3. lib. de Anima:* Inuennus, *inquit,* apud commentarios humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberaſſe; dum Aborigenes vel vagi, vel extorres, vel glorioſi quique occupant terras, *&c.* dum ſolemnes etiam migrationes quas μετοικιας appellant, conſilio exonerandæ popularitatis in alios fines examina gentis eructant, *& cæ prolixiores ſimus hoc loco addere, quod ſimiliter ibi dixerit:* ſaxa panguntur.

34. Scythæ exuberant in Perſas,] *Ex coniectura Turnebi adiecimus Vatic cod. & 1. edit. legunt:* Maſchitæ, *pro quo ſi ſubſtituatur:* Maſſagetæ, *tolerari poterit. De* Scytharum *vero examinibus in Perſas tranſlatis nonnullam habitenus non licuit quod reperire. Videtur igitur cum D. Epiphanio, Iuſtino, & Plinio Auctor ſentire, quorum hic hiſtor. nat. l. 6. c. 17. Scythas omnium hominum primos facit: Epiph. omnes eos qui poſt diluuium à Noe filij proceſſerant, à Babylonice vſque turris ædificatione, Scythas dicit appellatos. Iuſtinus cauſſam etiam addit, quod editior ſit terrà omnibus Scythia, & proinde poſt diluuium prius aquæ detecta. quod vel inde confirmatur quod D. Hieronymus montes Ararath. in quibus arca quieuit interpretatur montem Caucaſum qui eſt in Scythiæ finibus; & quod, Herodotus dicit. oper. de nat. rer. lib. 12. cap. 3. dicat Nembroth gigantem in Perſidem aliquſſe poſt linguarum confuſionem: vbique Perſas ignem colere docuiſſe. Aut certè* Perſarum *nomine Parthos intelligit; quippe quod ita dictos autumat Iuſtinus hiſt. l. 41. ex quod exules Scytharum fuerint, & lib. 1. à Scythis condita aſſirmat Parthicum & Bactrianum imperia. Quam coniecturam probabilem magnopere reddit quod Herodotus lib. & cap. ſupra citatus ſub Parthico regno* Perſidem *comprehendit. & vero poſteriùs hoc indicat ipſe Auctor loco, vbi ſubiungit exempli gratia:* vt Scythæ in Parthicas, *terras nempe. Ludouicus tamen Carrio dicebat ex corrupta ſcriptura librorum Vaticanorum legendum videri:* Macetæ: *pro;* Macedonibus. *de quo iudices Lector.*

35. Phœnices in Africam eructant,] *De Chathagine à* Phœnicibus *in* Africa *condita loquitur. quod ipſdem verbis repetit Auctor infra lib. de Anima.*

36. Romanos Phryges pariunt.] *Nota eſt hiſtoria de* Romanorum

manorum *origine ex* Phrygibus *Troianorum nempe reliquijs, Æneæ & posteris.*

37. Chaldæum semen in Ægyptum educatur, *&c.*] *Turneb. ex coniectura* educitur *pro* ; educatur; *nec multum dissentit quod Vatic.* 1. *cod. legit*, adducitur. *verum* educari *pro* educi familiare *est Auctori lib. de Vel. virg. Atqui sacris litteris plus satis hoc innotuit, quod non nisi post exitum ex Ægypto Iudæa gens cognominatus sit populus seu filij Israël. adludit interim ad illud Psalmi* 113. *In exitu Israël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est* Iudæa *sanctificatio eius.*

38. Sic & Herculea posteritas, qui Temeno pariter, *&c.*] *Adnotauit Turneb. malle se legere:* Tisameno pulso; *quia regnante Oreste filio* Tisameno, *Pausania & Eusebio in chron. testibus, Heraclidarum in Peloponesum descensus contigit. Sed refragatur idem Pausanias, quippe qui lib.* 3. *quem Laconica inscripsit, dicit regnum Sacliene quadam diuisum, idque a Messenijs* Temeno, *ab Argiuis Cresponti delatum. Rectè proinde Tertullian.* Temeno Peloponesum occupando produnt. *Qui interim loco supracitate lib. de Anima,* Menidas, *vocat quos hic* Herculeam posteritatem. *de quo ibi latius.*

39. Sic & Iones Nilei comites Asiam, *&c.*] Ionum *ab Athenis emigrationem, quos proinde Auctor nuncupat* Athenienses, *qui antea eò confugerant, factam scribit Euseb. in chron. anno* 100. *post Troiæ captiuitatem inter quos & Homerum secundum sententiam Aristarchi; secundum Philochorum vero anno* 180. *Ab hic Ionia cognominata regio Asiæ minoris, quæ est inter Cariam & Aeoliam, in qua inter ceteras vrbes collocat Ephesum & Smyrnam Plinius lib.* 5. *cap.* 29.

40. Sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas,] *De conditis* Syracusis *in Sicilia* ab Archia, *vide Diodorum Siculum, & Siciliam Huberti Goltzij.*

41. Quantum vrbium aut produxit, aut auxit aut reddidit præsentis imperij triplex virtus, &c.] *Rhenani coniecturam de* triplici Imperij virtute, *tribus* (*inquam*) *Augustis Seuero, Nigro, & Albino satis supérque refellit Pescennij Nigri interfectio, iam ante initum imperium à Seuero; quin potius intelligi debere Seuerum Imper. & Antoninum eius filium ac Albinum Cæsares, latius in vita auctoris nostri deduximus, ad quam lectorem remittimus. Rectè interim hinc colligit Rhen. scriptum esse hunc ante librum ad Scapulam, & proinde etiam ante Apologeticum, in quibus* Albianorum *meminit, tanquam qui cum Albino in Seuerum Imperatorem conspirassent.*

42. eradicato omni aconito, &c.] *Pulchra metaphora.* de Aconito, *vide Plinium libro* 27. *capite* 2. cactus *autem quam cum rubo coniungit Auctor, herba est aculeata, qua vt adnotat Turn. Plinio teste in Sicilia nascitur, cuius etiam meminerunt Theocritus in quodam Eidyllio, Theophrastus & Athenæus.*

43. super Alcinoi pometum & Midæ rosetum, &c.] *Pomaria* Alcinoi *regis in Corcyra insula celebrantur à Plinio lib.* 19. *cap.* 4. *meminit etiam Homerus lib.* 7. *Odiss. cuius ipsa verba citantur à Iustin. mart. Adu. gentes ad similitudinem paradisi exprimendam. Videtur autem* Midas *rex in Phrygia celebre habuisse*, rosetum, *quippe quum etiam infra Tom.* 2. *lib. de Coron milit. cap.* 14. *dicat Auctor:* centenarijs rosis ex horto Midæ lectis.

CAP. III.

44. Mutant & bestiæ pro veste formam, &c.] *Tertium, qui ita volet distinguere, libri huius caput hic merito colloeabit. in quo institutum suum Auctor probat, tum* quod animantia quædam formam suam mutent, tum quod non modo primus generis humani parens vestem non semel mutarit pro necessitate, sed paulatim pro mollicie & ornatu variæ indumentorum formæ, inter quas & Pallium, promulgatæ fuerint.

45. Quamquam & Pauo, &c.] Pauum *eleganter describit; vt pote quod illi* vestis pluma, & quidem de catachtis (*id est mea quidē sententia apta confectionibus accubitis, quibus, inquam, ad accumbendum vtebantur, quæ molli pluma replebantur, veluti ex Heliogabali vita patere scribit Turn.*) omni conchylio depressior; omni patagio, *id est aureo clauo iuxtà Nonium qui vestis immixti solet, feminis vsitato, ad instar lati clani vivorum;* (*clauum autem interpretatur in Varronem Scaliger plagulam quæ ab humerio in pectus dimittebatur clauis quibusdā conjita*) inauratior: & omni syrmate solutior. *facit autem ad intellectum huius loci Pli. lib.* 10. *nat. hist. cap.* 20.

46. Nominandus est & serpens, &c.] *Quod hic de serpente, Ouid.* 7. *Metam. de draconе refert mutare eos pellem in senectu. Isidorus in Etymol. & Hraban. de nat. rer. lib.* 8. *cap.* 3. *Tertullianо consentunt. Hinc natum prouerbium:* pellem mutare. *Aqui quemadmodum ex coniectura Latinij legimus:* in angustias stipat: *ita etiam Turn. sequuti:* nouum se explicat; *pro:* nouus explicat. *Etsi Carroui videbantur prisca scripturæ retinendæ, & vbique ita accipiendæ, vt supra voces illæ* mutat, vestit. *& infra:* suspendit, exterminat: *aliquæ voces Tertulliano familiares. Emendauimus etiam cum Latinio:* recursantur; *in aliis:* recusantur.

47. Hiæna, si obserues, sexus annalis est, &c.] *Ita emendauimus ex* 2. *Vatic cod. pro:* Hienam. *atqui hanc opinionem vulgi esse adscrit Plinius lib.* 8. *cap.* 30. *sed negari ab Aristele. idque l.* 3. *Ἀλλ' ἔζωσι γοῦν. Hanc tamen sententiam sequuntur Ouid metam.* 15. *Orus Apollo, & Aelianus, qui* Hienæ *serpentis id adtribuunt.*

48. Tacco ceruum, &c.] *Huc pertinet illud Hrabani de de nat. rer. lib.* 7. *cap.* 8. Cerui *serpentum inimici, cum sese grauatos infirmitate* (*quod Tertul. in senectute dicit*) *perscnserint, spiritu narium eos extrahunt de cauernis, & superata pernicie veneni, eorum pabulo reparantur.*

49. Est & quadrupes tardigrada, &c.] *Pulcherrima & admodum grandiloqua pusilli* Chamæleontis *descriptio. verisimile autem eius capax est hæc bestiola, Pacuuianus est. & à Cicerone l. de diuinatione* (*iuxta quod adnotat rectè Rhenan.*) *cum aliis duobus scribitur.*

Sanguine cassa domporta, terrigena traditur;
Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera;
Capite breui, cernice angusta, aspectu truci.
Addit Crinitus de hon. disc. l. 11. *c.* 7.

Euiscerata inanima cum animali sene, facit etiam ad intellectum huius loci quod habet Plin. naturalis historia libro 8. *capite* 33. de Chamæleonte, *cuius inter cetera hæc sunt verba:* figura & magnitudine lacertæ erat, nisi crura essent recta & excelsiora, motus tardior vt testudini, corpus asperum vt crocodilo, oculi in recessu cani tenui discrimine prægrandes, & corpori concolores: nunquam eos operit, nec pupillam mouet, sed totius oculi versatione semper adspicit. Solus animalium nec cibo, nec potu, neque alio quam aëris alimento nutritur. & coloris natura mirabilior, mutat namque cum subinde & oculis & cauda, & toto corpore: redditque semper quemcunque proximè attigerit præter rubrum candidumque. *Hoc est enim quod obscurè dicit Auctor:* vt quid accessit inde suffundatur. *Eodem pertinet quod Rex Theodoricus Ostrogothus epist. per Rhenan. citata ad Abundantium dicit:* colores suos multifaria qualitate commutat, vt modo Veneta, modo blattea, modo Prasina, modo possit Cyanea reperiri. *Atqui ex coniectura Lud. Carrionis emendauimus:* & Græciam nominis, *pro* & Græci iam nominis *aut:* gratiam nominis *vti castigauit Turneb. & addimus:* se, *vbi nunc legitur:* Vix se à terra suspēdit. *Vaticani codices paulò post rectè legunt:* indefectus; *pro* indefessus. *Contrario enim sensu Auctor adtectiua voce:* defectus *non semel* vtitur. *Exempli gratia l. de Vel. Virg. c.* 8. & nulla sui parte defectum. *Idem:* Stillicans, *pro:* follicans; *sed placet magis vulgata lectio, præsertim quum D. Hieron.* (*vi rectè adnotat Rhen.*) caligas follicantes, *id est, distentas nominet ad Eustoch. de cust. virg. Porro* Prouerbium *illud:* de corio suo lúdere, *tradit (inquit Crinitus de honest. disc. l.* 18. *c. vlt.) de iis hominibus qui ad omnia* commodè atque aptissimè *se habent, quod in Atheniensem Alcibiadem hominem præstru-*

50. Multa dicendum fuit, vt hominem relatum est. *ctum peruenirетur.*) *phrasis vetus* [illegible] familiaris, vti & [illegible]

potitur, *cum accusatius, a:* exterminat, *absolutè. Hominis autem primi Adami eam mutationem adfert, quod primum* mueſtis *creatus ſit, deinde poſt ſapientiam* haud dum licitam, *id eſt, poſt ſcientiam boni & mali*, ſiculicis ſolijs circundatus, *denique eum paradiſo pelleretur ob delictum.* pellitus orbi vt metallo *id eſt, ad inſtar eorũ qui ad metalla dãnantur*, datus ſit.

51. Sed arcana iſta nec omnium noſſe.] *Locus inſignis veteribus vſitatiſſ. de ſacris ſcripturæ non cuiusuis propalandis.*

52. Et Alexander digerit & Afer legit, &c.] *Vatic. 2. cod.* mater *pro:* Afer. Alexandrum *videtur mihi intelligere Polyhiſtorem, & Dionyſium* Afrum.

53. Ea tempeſtate Oſiridis, &c.] *Apis Argiuorum rex 111. poſt diluuium ſub Ogige teſte Euſeb. in chron. Ioue ex Niobe Inachi filia ſilius, poſtquam fratri Ægiales id regni reliquiſſet in Ægyptum profectũ etiam* Oſiris *nuncupatus eſt, & poſt obitum, Serapis. hac igitur tempeſtate ſentit Tertull. quum ad illum venit Ammonium paſtor, idem qui Ieui Hammoni templum conſtruxit* Mercurium *lanificij ſeu* lanitij *auctorem fuiſſe. quod confirmat Plin. nat. hiſt. lib. 7. cap. 56. dum Ægyptijs textilia Arachnæ linum & retia adtribuit. alij Minerua. Hinc factum vt Ouid. fabuletur 6. Metam. de certamine Minerua & Arachnes. Aqui:* Vaſit. *vox eſt antiqua, pro* cuaſit. *pro* deglubaſſe ouiculam : *conuicit legendum Turn.* delibaſſe: *& videtur eodem alludere quod habent Vat. cod.* dilabaſſe: *verum malui retinere cum Latino:* diglubaſſe *eo quod hic ſacrificij nulla mentio, ſed hoc duntaxat quod ad vſum veſtũ* ouiculam diglubarit. *Vat. autem cod. legunt paulopoſt:* Philyra tenui iunxerat *pro* vinxerat. *vbi impropriè accipitur,* Philyra. *ad ſimilitudinem bractearum ex* Philyra *confectarum ſiue lemniſcorum, de quibus infra lib. de Cor milit. cap. 12.*

54. Nec de ouilibus dico Mileſijs & Selgicis & Altinis] Mileſia vellera *tum à Virgilio Georg. 3. tum ab Horatio alicubi celebrantur.* Selga (*vt adnotat Rhen.*) *Piſidarum vrbs eſt qui Liciæ Cilicieque contermini ſunt.* Altinates *lanas laudat Columella 1. 7. c. 2. eaſdem & Tarentinas in Apulia ſiue Calabria : quibus infra Martialis hoc diſtichо:*

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis
Nobilis, Altinum tertia laudat ouis.

Vide Adn. in lib. de hab. Virg. Tom. infra.

55. Aut quis Tarentum vel Bœtica cluet, &c.] *Ex concilliatore ego:* quis pro quibus; *vt conſtet ſenſus. ac ſi dicat :* quibus Tarentum & Bœtica cluet, *id eſt, celebratur ac pollet. nam ita accipitur (vt rectè adnotant Fabricius in Poet. Chriſt.*) *apud Alcimum & Prudentium : cuius eſt illud :* prædiuite cultu, Illuſtrata cluis. *De alia eius ſignificatione infra latius, vbi de* Cluacina *dea erit ſermo.* Tarentum *in Calabria eſt,* Bœtica *Hiſpaniæ regio, vnde etiam nunc lanæ natura colorata adducuntur.*

56. Nam & de mari vellera quæ, &c.] *Turnebus cenſet legendum:* queis, *ſed placet vulgata lectio. Atqui de purpura quomodo inuenta ſit à Tyro Nympha, cuius amore captus fuerit Hercules, ex Nonno Græcopœta & Polluce lib. 1. ad Commodum, pulchrè deducit Politianus miſcel. cap. 12.*

57. Prorſus haud latet bombycem] *Facit ad huius loci intellectum quod habet Clem. Alexand. Pedag. lib. 2. Eſt inquit,* bombyx *primum vermis, deinde aſpera: ex eo naſcitur eruca: poſt quam in tertia metamorphoſi innouatur papilio, quem nonnulli Græci appellant* νεκύδαλον; *ex longum ſtamen naſcitur. quod clarius etiam narrat Plin. lib. 11. nat. hiſt. cap. 22.* atquin diſtendit neutraliter *accipitur, pro* ; *diſtenditur ; & iuxta quod adnotant Gagneus* ; idonius, *aduerbialiter. Turneb. autem cenſet legendum:* animata iam ſtamina euolues *& Vat. cod. legunt:* volues, *pro eo quod eſt:* animara iam ſtamine aluo ; *ſed placet vulgata lectio. Emendandumue vero iuxta phraſim Tertullianeam:* proinde ; *pro :* perinde.

58. Tantam igitur paraturam materiam, &c.] *Ita reſtituit hunc locum primus Rhenanus ex codice Gorziensi, Adnotans has voces Tertullianeas :* paratura ; gentilitus, *id eſt ſecundũ gentes cuiuſque morẽ.* paſtiuus: *pro;* paſtim, *&* paulopoſt; planitus, *pro;* de plano. *hic adde:* incõmunes, *pro:* peculiares.

59. Idem Cato, *&c.*] *De* Catone *mauere loquitur. nam quantum aduerat (inquit Vinet ad cap. 23. lib. 1. D. Aug. de Ciuit. Dei.) Græci proauum M. Porcium Catõ, tantum dilexit eius pronepos* Cato *minor Uticenſis cognominatus.*

Cap. iiii.

60. Quid nunc ? ſi eſt Romanitas omnis alia, nec veſtis ; tamen admodum Græci eſtis. Anne ita eſt?] *Caput quartum reſtè huius libri quis hic collocarit, qui docet probre verti nõ poſſe habitum mutatione ſed naturæ & rectæ diſciplinæ; pulchrè pudenda ethnicorũ facta cõmemorans. Atqui eum & prima editio, tum hac periodo tum ſæpius alibi eſſet mendoſiſſima ; plus debent ſtudioſi Sigiſmundo Gelenio, quàm quis opinetur ; quod manifeſtum erit ſi quis conferre voletprimã Tertulliani editionem anni 1521. cum ſecunda editione anni 1539. Pulchrè itaque, exempli gratia, & hunc locum reſtituit pro eo quod erat ;* Quid nunc ſi & Romanitas omnium ſalus tamẽ admodũ Gratis eſtis. *ego interim aliter paulo diſſimilis hunc locum: & pro ;* At non ita eſt ; *ſuſtinui ; Anne, eo quod tum t. edit. tum Vatic. cod. legeant* Aut ne, *notatu autem digna vox* Romanitas.

61. Vnde gentium, &c.] *Ac ſi dicat : Nunquid à Græcis ſtudia paleſtræ ad prouinciam veſtram antea melius exercitam tranſmearunt ? Verum de his latius Tom. 2. lib. de Spectaculis. Ex Vatic. cod. reſtitui :* incaſſum laborantia: *pro ;* caſſum.

62. Vnde apud aliquos Numidas, &c.] *Mollitiem Afrorum notat; quod cum olim caſtrati fuerint etiam equis Numidæ, ſum comam & barbam radant, & ſic etiam in Europam & Africam tranſierint.* Afiæ mundiciæ exoticæ. *ſiue (vt vnus Vat. cod.*) Xyſticæ, *vt alludat ad gladiatores qui etiam totum corpus radebant. nam Suetonius in Aug. cap. 47. Xyſticorum concertationes gladiatorias vocat. facit autem ad huius loci intellectum & alterius infra Tom. 2. de cultu fœmin. vbi etiam de virorum barbis agit ; quod habet Iunius Comm. de Coma. cap. 2. fœnes fuiſſe obſeruatos ab antiquis modos, quibus crinium ſiluam tolleret, nam aut tunde bant forficula, aut radebant nouacula (de quibus hic dicitur ; iuxta cutem tonſor & cultri vertex.) aut deglabratorium medicamentis extringebant ; aut pice reſinaue bine illud*, rapax ab ala reſina) *exturpabant ; aut denique volſellis (hinc ;* furax à mente volſella) *eradicabant. Vbi etiam videre eſt quomodo ex Aſia mollicies hæc emanarit, cum narrat ex Chryſippo à Perſis ad Alexandrum magnum, inde eadem penè ætate Romanorum virtute in Aſiaticam luxuriam degenerante (teſtibus Varrone lib. 3. de re Ruſt & Plinio lib. 7. nat. hiſt. cap. 59.)* cccc l iv. *anno ab vrbe condita primum Romam ex Sicilia tonſores euocatos.*

63. Græcatim depallari.] *Mira phraſis, ſicuti & infrà* niſi aurum Græcatos minimè decet ; *& rurſum :* crepidæ Græcatæ *(ſeu potiùs*, cretatæ) Græcatim Æſculapio adulantur. *Videtur autem* Græcatim *accipi ; pro Græce ritu ; &* depallari (*quod legendum puto pro eo quod erat:* depalari) *idem eſſe quod antea dixit:* ſine pallio fieri, *ac ſi dicat: ſtur potius Græci imitamini in deridendo capillo corpore quàm in amictendo.*

64. Naturam itaque concuſſit Lariſæus heros, &c.] *Achillem intelligit, vti rectè Rhenanus, oſtenditque vna etymologiã nominis. Aiunt enim appellatũ Achillẽ διὰ τὸ μὴ ἔχειν χείλεσι χιλὴν ὅ ἐστι τροφήν, hoc eſt, ob id quod labijs nutrimentum non attigerit. nam illi lactis alimonia deſuit, à Chirone medullis tantum ceruinis enutrito. Proinde Myrmidones hoc eum nomine vocarunt, vt auctor eſt Euphorion. Atque hoc eſt quod Tertullianus dicit illum* vacuiſſe labijs ab vberum guſtu, *id eſt non ſuxiſſe lac nutricis, nam vſurpat*, vacuerat, *more ſuo , pro* ; vacauerat *quod tamen legit Vatic. 1. & Latinus. Atqui* Scrupeam ſcholam, *ſexeum Antrum Chironis intelligit hiſtoria, quam hic attingit ex veris auctoribus hæc colligitur. Cum mater Thetis à Proteo vate audiſſet, in expeditione Troiana periturum ſi eo cum Græcis profiſceretur ; tam adultum inter filias regis Lycomedis in Syro. Ægei maris inſula , puellari habitu ſurtum occuluit. atque hactenus ferenda (inquit Tertullianus*) matris ſollicitudo ; *at illud vituperio dignum , quod etiam poſtquam clanculum Deidamiam*

niam hostitis sui filiam vitiasset & ex ea Pyrrhum suscepisset, adhuc & Solam mulierem & reliqua forme lenocinia (quæ ejusdem pene verbis enarrat Aurelius lib. de cultu feminar.) adhuc contra naturam usurpari, ut statua eius apud Sigeum, vbi sepulcrum est, satis indicat: & nihilominus ex femina iterum vir factus fit, quum accepto oraculo Troiam sine Achille vinci non posse, vbi se inter merces feminea galeam, scutum gladiumque simul suscipisse ipse ad arma profiteri fertur (inquit Tertull. teste) virum attrahit; quod contra salutem fecisse cum constat nam sagitta à Paride in Apollinis Thymbræi templo interfectus est. Est autem, vt monuit Carrio, Homeri hemistichium: Odiss. 19. in oratione Vlyssis ad Telemachum ἄντες γὰρ ἐρέλεντας ἀνδρὸς σίδηρος. quod ipsum sic expressit Val. Flaccus: Iamque virum trahit ipse chalybs.

65. Patiens iam vsticulas, &c.] Placet hæc Rhenani & Gelenij lectio, eo quod Achilles iam adultum virginem se simulavit, quasi, quæ ne agnoscerentur, erumpentem malarum lanuginem Vtriculis adurs passus sit. magis (inquã) arridet, quã quod Adulib. 7. cap. 20. & lib. 11. cap. 22. Turnebus legendum censet: Patiens cette iam ſtriculas; eo ſignificatu quo Arobium grandiuſculum puerum à ſtrilis quadam corporis ſalubritate ſtriculum vocat, dum leuiparadicit in ſpeciem habitum nondum duri & ſtriculi puſtinis maximè cum & V. editio: vſtriculus legat & Vat. cod. eodem accedant eſſi corrupti, quorum vnus illi conſentit, & alter habet: iam vſtriculus. ex quæ ego conformiter Turnebo facie coniecturam legendum: Patiens iam vim ſtriculus; ſed contrarium ſuaſit tum ſupra dicta ratio, tum id quod ſequitur.

66. Turpius adhuc libido, &c.] Vbi Hercules turpem libidinem cum dicta materna formidine confert. Atqui mirabili compoſitione: Scytalosagittipelliger, dicitur, eo quod (inquit Rhen.) clauam, ſagittas & pellem geſtaret, nam σκυτάλη Græcis etiam baculum ſignificat. Non eſt diſſimilis compoſitionis vocabulum illud, pari etiam ſyllabarum numero, quo Cyclopis Epigrammatibus Graeca θηροξόχμα μάστακος appellatur, hoc eſt fera & flexa lingua frontis. Turpem autem hanc Herculis, quem pro Deo colebant, ſcruitutem, qua ſeruiuit Omphalæ Lydæ meretrici, gentibus etiam improperant Origines lib. 3. & 7. contra Celſum, Lact. de fal. religione libro 1. capite 9. & Arnobius alicubi.

67. Vbi Diomedes & ciuienta præſepia,] Celebrantur 12. certamina Herculis Alcmenæ filij, (nam plures fuiſſe Hercules adnotauimus ad librum D. Cyprians de falsol. nu. 6.) tum à poëtis ethnicis tum etiam à Clemente Alexandrino lib. 5. ſtrom. Euſebio de præparatione Euang. lib. 3. cap. 4. ac D. Aug. lib. 18. de ciuit. Deo capite 12. & omnium apertiſſimè à Boëtio de conſ. philoſ. lib. 4. metro 7. quo dam etiam à Mimnio, Arnobio, & Lactantio. inter ea unum eſt quod hic adfert Auctor, de ſuperato Glauco Diomede, qui corporibus humanis equos ſuos paſcebat, quem victis olim deuorandum dederat.

68. Vbi Buſyris & buſtuaria altaria. Hoc certamen cum Buſiride Ægyptiorum rege, qui etiam humana diis ſuis litabat ſanguine, Auguſt. inter 12. numerat. loco cuius aly luctam cum Antæo in Mauritania ponunt, quam Auguſtinus cum Euſebio in chron. manuſcr. adtribuit Hercule Ægyptio. certe nec Virgilius hanc Herculis Teutates dat.

69. Vbi Geriontes vnus celebris adhuc eorum, &c.] Caſtigauit sta hunc locum Rhenanius ex Gor censi ced. pro eo quod erat: Vbi Gereon, vbi Cetberus? Vt vi eſt, & Gerionem tricipitem. id eſt (interprete Seruio in Virg. (Hiſpania tribus regnis præfectum, hiſtorie: & Cerberum tricipitem poëte, immo ipſe quoque Boëtius, ab Hercule interfectum narrat. ſi tricinatum illa lectio; metaphoricè de clara Hercules loquitur, celebris deſtrorum regum aſſerta.

70. Vetus iam Hydræ Centaurorúmque ſanguis, &c.] En quartum & quintum Herculis certamen cum Hydra, feliciter (inquit Minutius in Octauio) vulneribus renaſcente, & cum Centauris, eo ro (inquit idem) ſuis hominibus implexis. Atqui vide lib. de cor. mil. infra Tom. 2. ad intellectum huius loci de corona Herculis.

71. Ne ſobtiæ mulieris,] &c. ſub exuuias beſtiæ, &c.] Hæc de pelle aqui leonis Nemeæ, qua ſexto certamine deuicto veſtebatur Hercules: suus etiam Lactantius meminit. Apud Boëtium: habet præterea ſex dea Hercules humus certamina, nempe cum Harpyia auibus, quas (inquit Lactant.) fugitiv deiecit, cum dracone melarum aurearum cuſtode, cum Achelo, Cum Cace; cum Agra Calydonia, de quo etiam Lactant. cum Calo denique: quod fabulantur eum & Alcibanthem hmeros ſuſtinuiſſe. Tatianus adiuerſus gentes eu etiam improperat, quod Hercules Theſpij (ſeu potius Theſtij, vti corrigendum eſt locus ex Arnobio) filias 50. vna nocte violarit. Recte autem diuinauit Rhenanus legendum: tclino; aut; phyllino: pro eo quod eſt in 1. edit. & Vatic. pelino, cum alia fine vnguentorum nomina apud Plinium libro 13. capite 1. faciunt ad hunc locum vt etiam adnotat Rhenanus, quæ apud Senecam in Tragedia leguntur, nempe hæc:

Fortem voccmus cuius ex humeris leo.
Donum puellæ factus, & claua, excidit
Fulsitque pictum veſte Sidonia latus.
Fortem voccmus, cuius horrentes comæ
Maduerunt nardo. Laudemus qui ignotas manus
Ad non virilem tympani mouit ſonum,
Mitra ferocem Barbara frontem premens.

72. Stiria leonina, &c.] Vat. cod. Scura. quantum apparet, non male pro σκυρρὸς aut σκυῤῥώδης, quæ duritiem Græcè ſignificant. Lud. tam in Carrio ſtiria, retinendum omnino existimabat. id que elegantiſſime dictum eſſe commendabat. ſic enim & Claudianum dixiſſe de leone, quamuis alea in re ſtauentes adſtringit ſtiria fetas.

73. Genuinos inter antias adumbratos] Antias (inquit Rhenan.) vocat capillos anteriores à fronte pendentes; genuinos vero dentes leonis. addidi autem voculam, nc, vt ſenſum conſtaret.

74. Qualis ille Hercules in'theriſtro, &c.] Ita legit. Rhen. pro: in ſetico. Eſt autem theriſtrum θηρεῶν ἱματίων hoc eſt aſtima veſtis, cuius meminit Iul Pollux lib 7. D. Hieronymus in comment. in Iſaiam: Habent (inquit) mulieres & Theriſtra, que nos pallula poſſumus appellare: quibus obuoluta eſt & Rebecca, & hodie quæq; Arabia & Meſopotamia operuntur ſemina, que dicuntur Græce Theriſtra ab eo quod in θῆρα, hoc eſt in aſtate & tenuate corpora protegant feminarum. Hactenus ille. Quam autem decebat Herculem Theriſtrum veſtis tenuiſſima, tam ornabat Omphalem Leonina pelle. nam hoc eſt quod Tertullianus vult dicere.

75. Sed & qui arte Tyrinthium acceſſerat pugil Cleomachus, &c.] Vat. cod. legunt: ante. Atqui, Cleomachus hic, Magneſius fuit (inquit idem) qui cum in amore eius ſe damnando incidiſſet, & orationem & mores tinedorum imitatus eſt. De Olympijs agonibus alibi latius. Lege paulopoſt: inter eutem ex cod. Vatic. pro, inter eutem.

76. Nouianos ſtultones] Sic à Nonno poëta dictus (vt adnotauit Turnebus) qui fabulam à ſeedi tam, ſtultones, inſcripſit, quo in verbo ineſt nefanda obſcenitas. De Lentulo Miinographo latius in Apolog. infra.

77. Vtique ſicut faſtigia ceſtuum viris occupauit] ita hunc locum reſtitui partim ex cod. Vat. partim ex prima edit. pro eo quod erat; Veſtigia ceſtuum viria. niſi quis malit: virilia; aut potius: vitatia, immo virioſa, ed eſt magnarum virium ſeuti interpretatur Nonius Marcellus. Nam ſic infra tom. 1. Auctor adverſ. Vadent. exercitata vitia & vſu vitioſa dixit. niſi quis Carrioni aſſentiatur, legenti, faſtigia, aut, veſtigia ceſtuti viris occupauit. Magiſtri veteres interpretantur vitias, & vitiolas, κλάνια, λάπια, πτερύγεια. Βερρίχιοι γυμνασιάρχαι μαλακῶν, ita ſtione, inquit Carrio, piſcherrima & hunc locu aptiſſima.

78. Ira & endtomidis ſolocem aliqua multitia ſynthesi exſtruxit.] placet magis exſtruxit: quam exſtruit. Enidromis) vti rectè admonuit Rhenanius) veſtis erat hirſuta & preſertim ſolebant vti illa longiori, qua in balneis & gymnaſiis. nam Pœnam Græci veteres: ſic dicta quod apta cuiſus forcet eiusmodi pueris & cuiſmodi cuiſus vocant. Conuenit autem hic

Cleomacho. Porrò Solox *lanam crassam significat, auctore Festo.* Multitia *autè erant vestimenta subtilissimis filis contexta.* Synthesim *domesticam vestem fuisse constat, breuem & expeditam, ac ex diuersis lanarum coloribus compositam, quod nomen ipsum arguit, qua non indecorum erat vti senatores quoque & equites Romanos, subinde preciosiori vti in diebus festis, subinde viliori vti in Saturnalibus & balneis. Hic* Multiciam synthesim *adsectiuè videtur vsurpare, pro subtili veste.*

79. Physconem & Sardanapalum, &c.] *De* Sardanapali *mollitie nota est historia. de* Physcone *non perinde, ex quod varient historiæ in Regibus, Ægypti Ptolomæis quibus cognomentio* Physcon *nam Iosephus Ptolomæi Epiphanis filium minore natu ita nuncupatum scribit Antiq. lib. 12. cap. 6. fratrem Ptolomæi, cui videtur consentire Strabo dum Philometoris successorem, quem alij Euergetem, ipse Lathurum, sicut Iosephus etiam lib. 13. cap. 17. eundem nempe, qui à matre Cleopatra expulsus fit. Tertium simpliciter de Ptolomæi loquens, post Philopatoremnihil etiam lucis addit. Cum autem* Neronem cum Physcone *compararet, mihi maximè placet vt intelligatur senior ille Ptolomæus Strabonis & Iosepho dictus* Physcon, *maritus Cleopatræ sororis, cuius & crudelitatem & vitæ impuritatem Iustinus lib. 38. similem describit illi, quam Suetonius Neroni appingit. pro quo facit illius hæc descriptio:* Sagina ventris non homini fed belluæ similis *nam φύσκεια ventricosum significat.*

80. Nec tepidiot vis vanæ quoque gloriæ, &c.] *Ad Alexandri magni delicias & mollitiem Persicam (nam Darius Medus etiam Persa à quibusdam vocatur) alludit, qua ille captiui Regis habitu sæpe induit.*

81. Sarabara] *namque, vti adnotat Rhenanus, vestis est Persica siue Medica (vti Turnebus*) fluxa. *sit eiusdem mentio Danielis 3. quod ea vestitus fuerit Daniel. & tres pueri saltem iuxta lect. lib. de Trin. Tom. 5. infra & Auctoris T. 3. lib. de Resurr. carne ac lib. de Orat. Tom. 2. Notanda autè hic voces:* flabellatur. *& :* Cataphractem triumphalem. *secundum quod legit 1. Vatic. cod. pro :* Cataphractem *Vegetius ita nuncupat thoracem militarem, quod paulopost dicit:* pectus squamarum signaculis desculptum.

82. Nisi quod & philosophi, &c.] *de Aristippo id apertius narrat Auctor, infra in Apolog. Atqui* baxea Tyria *pro:* baxa, *subjitutimus ex Turnebi coniectura; qui adnotauit quod,* Baxa, *crepida fit Philosophica: quam, si purpuratus erat Philosophus, etiam Tyriam id est purpuream, esse oportuit.*

83. Atquin alius & fericatus & crepidâ ærratus, &c.] *de Empedocle loquitur, sicut etiam lib. ad Martyr. Tom. 2. Ac de Anima. Tom. 3. Verò quod,* Thori Platonici *sint; latius infra in Apolog. cap. 47. Hoc tradit (inquit Rhenanus*) *& Laertius in vita Empedocli, soluum illum æræ calceari. Indicauit etiam hunc insignes Ætnei montis insiluisse, ex crepidulis altera, vi flammarum ad exteriora reiectâ: quo fe conicerat latenter ab ipsa arbitris, vt deus factus putaretur, dum mortuus ignoratur. Hinc ridet illum Tertullianus, quod contempta hominum sorte diuinitatem impudenter affectarit; dignum asserens qui à Diogenelibertimo Philosopho, non lutulento pedibus impetatur, sed in ipsa adyta Deæ impurissima Cloacina & mulierum & fermentum, rapiatur. Alludit deinde Auctor ad symbola quæ Bacchantum indumentis subsuebantur.*

84. in adyta Cloacinarum.] *De* Cloacina *Dea vide Adnot. nostras in Cypr. lib. de Idol. vanit. numero 24. Hoc vnû addam Tertull. Cypr. Lactantium ac D.D. Prudentium & Augustinum* Cloacinam *vocasse à cloacarum gratia, sed olim etiam Venerem* Cloacinam *dictam iuxta Plin. 15. cap. 19. nat. hist.* Cluere, *enim (inquit) antiqui purgare dicebant. probat virumque Tertullianus Adu. lib. 23. cap. 12. docens ab eodem verbo eadem significatione etiam cloacas dictas, quod subterraneis cuniculis oppidorum sordes perpurgarent.*

85. Prorsus si quis mærandrico fluxu, &c.] *Vulg. lectio erat:* Mænadrico. *Vat. cod.* Mænandrico; *ita veram lectionem coniecit:* mærandrico. *Iuxta illud Virg. Æneid. 5.*

Victori chlamydem auratam, cui plurima circum Purpura, Mæandro duplici Meliboea cucurrit. *Hoc est, interprete Seruio, flexuosa purpura in modum Mæandri fluminis.* epichynium *autem relte Turneb. interpretatur, fupercilium.*

86. quantum denotaui pasiuitas offert.] pasiuitas (*vt recte adnotauit Rhen.*) *promiscuam frequentiam hic significat. Ita dixit infra in Apolog.* fuppeditante materias pasiuitate luxuriæ.

87. libertinos in equestribus subuerbustos in liberalibus, &c.] *Varia vestium genera pro qualitate personarum & festorum dierum significat Auctor. Sicuti enim pulchre adnotauit Petrus Faber Semest. l. 2. quum seni atro & cucullato vestibus fine lacertis plerumque vterentur, ingenui albati incederent, quibusdam diebus & præsertim Saturnalibus permittebatur vt seruis ingenuorum & liberti domi norum suorum vestibus vterentur. estat ad hoc Horatium, Dionem, Lampridium & Plautum. Porrò :* subuerbustos *interpretatur Turnebus Aduers. lib. 14. capite 1. sub verberibus vistos, tanquam vox sit lucentia Comica quales supra, è multis vocibus exagmentata. Carriens videbatur esse quasi* sub veru vstus. *vt verus sit ipsum stigma, & subuerbustus stigmatia eo quod, inquit, Festus scribat* subuerbustam verubus vstam significat Plautus cum ait: Vlcerosam, compeditam, subuerbustam, fordidam. Rupices, *Aust. lib. de Anim. interpretatur barbaros; & iterum ea voce vtitur eo significatu in Apolog. Supra autem per* Rupicem *videtur intelligere qui in Rupibus agit. Quod autem dicit:* vespilo, leno, lanista tetum vestiuntur,] *infra subjinem libri apertius sic effert:* omnis gladiatotum ignominia togata producitur.

88. Cæcina Seuerus, &c.] Cæcina (*inquit Varro de ling. lat. lib. 9.*) *Perperna & Spurina figura mulieribria dicuntur habere nomina, non mulierum. Vide Rom. hist. de* Cæcina *Seuero.*

89. Lentuli auguris] *Cn. Corn.* Lentulus Agur, *consul fuit anno vbu c.* 13 CCXXXIX. *cum M. Licinio Crasso sub Augusto Cæsare.*

90. & stolam & fupparum & crepidulam & caliendrum, &c.] *Turnebus* crepidulam *legit. sed magis placet vulgata lectio. nam* crepitulam *Festo significat ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. De* stola *&* interula *cuius cap. sequ. meminit, vide Nonium;* caliendrum (*inquit Turnebus*) *operimentum capitis significat à Græc* καλύπτρα; *vsurpatum etiam ab Arnobio lib. 6. Aduersus gentes. De* leciticis *ac* lecticariis. *vide tom. 2. lib. 1. ad vxorem. Ego vero vt conster sensus scripsi:* sellas quis, *pro* ; quibus, *&* cieraueres, *retinuimus, eo quod eadem voce vtatur lib. de Spectac. tom. 1.* fricticis (*iuxta Rhenanum*) τὰς τριβικὰς; intelligit, *quarũ obscœnissimam fœditatem quamlibet scurrilis Luciani explicare superfedet. Paulopost : &, expunxi eo loco :* cum latrinarum antiites, *&* cum *Turn. lege ;* armillis : *pro ;* armillas.

91. Purum aut mulleolum inducit calceum, &c.] *Calceorum varia genera Tertullianus. hic,* puri *&* mulleoli; *ac infra ;* vinguipedes, *sed patius iuxta Vat. cod.* vncipedes *ac* perones. *de quibus sic pulchre in Festum Iof. Scaliger. Catonis verba ita legenda sunt : Qui magistratum currulem capisset, calceos mulleos, alij* vncinatos, perones *magistratu enim fungebantur, milites fulminatos, ceteri* perones κατὰ ἀμφιβολίαν. *Talia autem fuisse omnia genera calceorum apud Romanos qualia Turcarum crure hodiotemu ex hoc loco Tertullian colligit Scaliger*

92. Vel illos item habitus, qui nouitate vestitus religionem, &c. *Agit de vario vestitu eorum qui aut Cereri, instituntur, aut* Bellonæ, *aut* Saturno, *aut demque Æsculapio. quorum primis*, cultum omnia candidatum vittæ & galeri priuilegium; *secundis*, tenebricæ vestis & tertici velleris; *tertiis*, purpurei & galatei (*de quibus Plinius libro 9. capite 41.* ruboris superiectionem, *postremis*, pallium & crepidas cærætatas (*quod pro* Græcatas *substituit Turnebus*) *id est, candidas dat; sicuti Cicero ad Atticum fascias crætatas dixit.*

93. Eninuero cum hanc primum Sapientiam vestiti, &c.] *tacitè adtingit suam ad Christianismum conuersionem.*

CAP. V.

94. Tamen, inquis: Ita à Toga ad Pallium, &c.] *Capite hoc moleſtiam togæ & contrario tum ſimplicitatem ac facilitatem, tum inconuenientiam palli pulchrè deduxit.*

95. An aliter mutauit Anacharſis, &c.] Anacharſin *ex Rege Scythiæ Philoſophum ſolum ex Barbaris extitiſſe cenſet Laërt. lib. 3. cap. 24. qui (inquit) Philoſophiam ne ſommiſſet quidem, niſi & lingua & litteras Græcas ante didiciſſet. Habes eiuſdem Apophthegma infra 1. cap. Apologetici.*

96. Adeo nec artifice neceſſe eſt, &c.] Neceſſe eſt, *pro: opus eſt. Pulchrè autem deſcribit* Togam: *in qua deſcriptione notandæ ſunt phraſes metaphoricæ*: rugas formare, deducere in filias, contracti vmbonis ſignientum; vmbonem recognoſcere & reformare; tabulis deficientibus; tabulato in terga deuoto. *Porro ex Vatic. cod. & Latino ſubſtituimus*: indutum ne an onuſtum; *pro eo quod erat*: indutum an ne onuſtum. *notanda etiam phraſis*: domum conſequar, *pro*: in domum.

97. Etiam ſi duplex quod Cratetis more, &c.] Duplex *erat (inquit Turnebus) Cynicis* Pallium, *vt* Crateti *ex Diogeni iuxta Laërtium. vnde et Horatius ſcripſit,*

Contra quam duplici panno patientia velat.

Cynicorum enim profeſſio, patientia & aquanimitas. rurſum metaphoricè infra; cippus; *pro loculo accipitur quo veſtes reconduntur.*

98. Ego, inquit, nihil foro, &c.] *Vel hinc patet Iureconſultum fuiſſe Tertullianum antequam Chriſto nomen daret, vbi pulchrè diſtinguit tanquam pallio interloquente varia loca vbi ius dicebatur ſeu comitia habebantur, nempè*: forum, campum, curiam, roſtra, prætoria, cancellos, ſubſellia. *de quibus nonnihil videre licet apud Varronem lib. 4. de ling. lat. vbi loca deſcribit vrbis Romæ.*

99. Certè cum ad Epicuros & Zenonas ventum eſt, &c.] De Epicuro & Zenone *latius tom. 3. lib. de Anima. hic autem illu attribuit quod quietem pro ſummo bono habuerint; ad quorum inſtar meliorem contedit vitam Tertull. in ſeceſſu, quam in promptu, id eſt, in publico; addens pulchrum epiphonema*: Nemo alij naſcitur, mortuus ſibi.

100. Soleo de qualibet margine vel ara, &c.] *Turnebus cenſet legendum* imagine. *ſed magis placet*: margine, *præſertim quum Vat. cod. id legant, & Iuuenalis etiam dixerit ſemgenere*: pl ena iam margine libri. *Metaphoricè autem vſurpat*: veternos, & impetiginem, *pro vitijs.*

101. qua M. Tullius quingentis millibus numûm orbem citri emit, &c.] *Reſtè Iunius Animadu. lib. 5. ca. 10. (vbi reliquam penè huius capitis partem egregiè explicat,) & poſt eum Turnebus legunt*; numiûm, pro: non vnum, *nam ſic erat in 1. edit. ad marg. Qui etiam legit*; cedri, *pro*; citri; *idque (inquit ipſe) Plinij auctoritate, vnde iſta Auctor mutuatus eſt; ſicuti & alia quamplurima. ſed mihi magis placet*; citri; *tum quod ti limus non vno in loco cedrum & citrum arbores coniungit, tanquam ſimiles; tum quod etiam Dioſcorides citrum in Mauritania, & circa Hammonis templum frequentem dicat: vti adnotauit Caleaginus lib 12. vbi etiam de menſis agit citreis M. Ciceronis & Galli Aſinij: tum denique quod apud Tullium Ciceronem Orat. 6. in Verrem legatur*; menſa citrea. *quo ſit vt etiam Plinium lib. 13. cap. 15. ſic reſtituendum cenſeam*: Athlas (*inquit*) mons peculiari proditur ſilua; de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus pluriſima arbor Citri (*ſic lego pro*; cedri) & menſarum inſania, quas feminæ vitis contra margaritas regerunt. Exſtat hodie M. Ciceronis in illa paupertate; & quod magis mirum eſt illo ævo, empta H-S. vndecim. cum hac memoratur & Galli Aſinij H-S. vndecim. *Quia autem in preſto longè diſtident Plinius et Tertullianus, putat legendum Turnebus*, quindenis: *& Latinius*; quinquagenis, *pro*, quingentis. *ſed etiam in hoc diſcrimen eſt, quod hic tantum impendiſſe Aſinium refert; niſi quod latifundij taxationem menſarum illarum pretia ſuperaſſe dicit Plinius; non enim eſſet tam* quingentorum millium *pretium (vti rectè adnotauit Latinius) à rei veritate alienũ, vt menſa confiterit* X V. M. *ſeſtertium. Eodem pertinet illud Tertull. lib. de Anima infra tom. 3.* quod menſis Ciceronianis infertur.

102. Item qua lances centenarij ponderis Sylla inoluit.] *de hoc ſic Plinius l. 33. cap. 11.* Quæ omnia expiauit bellum Sullanum. *paulo enim ante factæ ſunt lances e centenis libris argenti. Hinc illud Auctoris l. dict. de Anima*: quod lancibus ſplendidiſſimis Syllanis effertur.

103. Cum Druſillanus equidem ſeruus Claudij, &c.] *ex Iun. & Vat. cod. lego*: equidem, *pro*, & quidem. *Reſtatex Plinij loco citato.* Noſtra ætas (*inquit*) fortior fuit Claudij principatu. Seruus eius Druſillanus nomine Rotundus, diſpenſator Hiſpaniæ citerioris quinquagenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat. *Vocat autem ille* lancem (*inquit Rhenanus*) *quam Tertullianus* promulſidem, *qua videtur ſignificare ipſum promulſidarium, hoc eſt vas quo promulſis continetur. Legimus etiam cum Iunio*: in menſis, *pro*, an. *& ex Plin. reſtituit Rhenanus* Druſillanus *pro*: Ruſillanus. *Eodem ſpectat illud infra Apol. cap. 6. num. 76.* Et in lances (parum eſt, ſi ſenarorũm, & non libertinorum, vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta.

104. Qua Vedius Pollio, &c.] *de hoc (teſte Rhen) ſic ſcribit Plin. lib. 9. cap. 23.* Inuenit (*inquit*) in hoc animali documento Vedius Pollio eques Rom. ex amicis Auguſti, viuarijs earum immergens damnata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non ſufficientibus, ſed quia in alio genere totum pariter homine in diſtrahi ſpectare non poterat. *Vide Senecæ lib. de Ira ad Nouatum, eiuſque verba apud Crinit. citata lib. 6. de hon. diſcipl. cap. 10. qui primus hunc locum illuſtranit. idem autem hic Vedius apud Plinium, Senecam, & alios aliquando Atedius nominatur. apud Cornelium Taticum vno & eodem loco Vedij & Atedij mentio eſt: dubiũ vt ſit quo nomine appellari debeat. & alioquin in veteribus inſcriptionibus Atedij Pollionis mentionem reperiri meminit L. Carrio. Ceterum (vt adnotat Turnebus) non conuenit Tertullianus cum aliis ſcriptoribus in* murena. *nam alij dentatam & truculenti morſus, ipſe vero* edentulam *dicit. quo loco etiam cum Turnebo reponſus*: delectato; *conſentientibus Vat. cod. pro*; delectatus.

105. Qua Hortenſius orator, &c.] *Pauonem (inquit Rhenanus) cibi gratia Romæ primus occidit orator* Hortenſius *adiciali cœna ſacerdotij. Plinius l. 10. ca. 20.*

106. qua Aufidius Lurco, &c.] *Saginare (inquit idem) primus inſtituit circa nouiſſimum piraticum bellum* M. Aufidius Lurco *exque eo quæſtu reditus ſeſtertium* L X M. *habuit. Plinius libro & cap. eodem. Reſtituimus autem ex coniectura Io. Herriſij Angli*: in adulterinum ſaporem, *pro*: adulterium.

107. qua Aſinius Celer nulli vnius obſonium ſex n-s. detulit, *Sic rectè ex coniectura Rhenani. Seſtertia enim ſex idem conſtituunt quod ſex millia numuûm. Sanè de hac re non conuenit apud Auctores. nam octo millibus emptum ſcribit Plinius, Macrobius ſeptem. Iuuenalis verò Sat. quarta ait:*

—Mullum ſex millibus emit,

Æquantem ſanè paribus ſeſtertia libris,

Vt pethibent qui de magnis maiora loquuntur. *Vide Adnotat. noſtras ad epiſt. 60. n. 5. D. Cypr. de ſeſtertijs.*

108. qua Æſopus hiſtrio, &c. ſexcentorum millium patinam conflauit.] *Rectè ex Plinio*, ſexcentorum, *repoſuit Iunius, pro*; centum, *qui huius rei (vti etiam Rhenanus adnotauit) lib. 10. cap. 51. in hac verba meminit*: Maximè tamen inſignis eſt in hac memoria Claudij Æſopi tragœdi hiſtrionis patina ſexcentis ſeſtertijs taxata, in qua poſuit aues cantu aliquo aut humano ſermone vocales millibus ſex ſingulas coemptas. *ex eiuſdem coniectura legimus*: conflauit; *pro*; conſiſcauit.

109. qua cius filius, &c.] *De Clodio Æſopi tragœdi filio id habet ibidem Plinius, & lib. 9. cap. 35.*

110. Taceo Neriones, Apicios, & Rufos, &c.] De Nerone *ſcribit Suetonius cap. 27. ita*: Conſtat eum familiaribus ſuis ſæpe ſexagies ſeſtertium cœnas; quorum vni mullita quadragies [illegible] ſuis tenuis exſtantque Apicij celebrat *D. Hieronymus lib. 2.* [illegible]

libri, si tamen illius sint, de condiendis cibis.

111. Dabo carharticum impuritati Scauri] καθάρτικον *Græcè significat, id quod purgandi vim habet. Opinatur autem eum locum Rhenanus, de* M. Æmilio Scauro, *quem Sallustius auctor est, hominem fuisse nobilem, impigrum, factiosum, audacem, & qui secret vitia sua calluḍè occultare. Sed grauiter errat Rhenanus; inquit Carrio. Iust enim hic Scaurus, vir me monente clarissimus doctissimúsque vir Nicolaus Faber Senator regius, vltimus ex familia Scaurorum, teste Seneca Patre suasoria prima: vixit que imperante Tiberio; sub quo à Seruilio Cornelióque & (eodem testante Seneca) Thusco oratore accusatus, damnationem morte præuenit. verba Tacitis de eo Annalium lib. VI. A. V. C. 19 CCXXCVII. sunt hæc.* Mamercus dein Scaurus rursum postulatur, insignis nobilitate & orandis caussis; vita probrosus. nihil hunc amicitia Sciani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, easdem artes exercebat: detulerátque argumentum tragœdiæ à Scauro scriptæ additis versibus qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Seruilio & Cornelio accusatoribus, adulterium Liuiæ, magorum sacra obiectabantur. Scaurus, vt dignum veteribus Æmyliis, damnationem anteit, hortante Sextitia vxore, quæ incitamentum mortis & particeps fuit. *Adde quod illi Scauro, quem Sallustius senatus principem fuisse dicit; suisquā obiectatur impuritas. at hunc manifeste Senec. filius lib. de beneficijs* IIII. *cap.* XXXI. *ita imponit.* Quid tu cùm Mamercũ Scaurum consulẽ faceres, ignorabas ancillarum suarũ menstruũ ore illũ hiante exceptare? Nunquid enim ipse dissimulabat: Nunquid purus videri volebat? Referã dictum eius in se quod circumferri memini, & ipso præsente laudari: Pollioni Asinio iacenti, obscœno verbo vsus, dixerat se factũrũ id quod pati malebat. & cum Pollionis attractiorẽ vidisset frontẽ: Quid quid, inquit, malè dixi, mihi & capiti meo. Hoc dictũ suũ ipse narrabat. Hominem tam palãm obscœnum ad fasces & ad tribunal admisisti? Nempè dum veterem illum Scaurum senatus principem cogitas, indignè fers sobolem eius iacẽre. *hæc Carrio.*

112. & alæ Curij, &c.] *Asconius Pedianus (vti post Critinum obseruauit Rhenanus) in commentarijs in orationem M. Tullij Ciceronis, quam aduersus C. Antonium & L. Catilinam habuit, adnotauit,* Q. Curium *notissimum aleatorem fuisse, & postea damnatum, celebratúmque à Catue poëta huiusmodi versiculo;* Et talis Curius pereruditus.

113. & vinolentiæ Antonij,] *ita* vinolentum Antonij *furorem dixit Cicero lib.* 12. *familiar. epist.* 55. *eodem etiam alludit lib.* 14. *ad Att. epist.* 4.

Cap VI.

114. Sermone (inquit) me suasti, &c.] *in commendationem pallij, postremò hoc capite adsert, quod, vel solo occursu palliati philosophi, improbi mores erubescãt; quódq; ille omnes artes vestiãtur & philosophia Christiana, cùm tega vtantur cerdones & gladiatorũ turba. Atqui, inquis, lege ex cõsẽtiente, pro;* inquit, *quia supra initio cap.* 5. *sic legitur. Gracam autẽ esse phrasin admonuit Gagnæus, hunc nẽpe:* λόγῳ μαντείας φραμικῷ σοφὰ πάτρῳ.

115. numerorum harenarius] *id est, qui (vti interpretatur Turnebus) in schola Taquam in harena numeros exercet & docet, à Circensi harena translatione sumpta. nisi potius quis putet ratiocinatorem ita vocari, quadam veris superlatione, quasi harenam numerare possit, iuxta illud Horatij.*

Te maris & terræ numeróque carentis harenæ Mensorem.

116. & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat,] *sicuti prius ad incertas coniecturas Astrologiæ, ita posterius ad certam notitiam stellarum cursus, Aſtronomiam nempè, pertinere videtur.*

117. At ego iam illi etiam diuinæ sectæ, &c.] *De secta in bonam partem vide Adnot. nostras in epist.* 23. *D. Cypr. num.* 14. *Vitur similiter Auctor infra lib. de Testim. Animæ & in Apolog. & de fuga in persec. & lib. ad Scapulam cap.* 4. *& lib. de Cor. mil. cap.* 7.

ARGVMENTVM APOLOGETICI ADVERSVS GENTES, PER IACOBVM PAMELIVM.

TERTVLLIANVS, *quo tempore Seuerus Imperator cum Antonino filio, annum circiter septimum res Romanas administrabat, cùm videret Christianum dogma sui iam erat initiatus per Sacrorum Pontifices initio quintæ Persecutionis exagitari diuexarique per orbem: ita vt Christiani indicta caussa necarentur diuersis suppliciorum generibus; nec posset palam illis patrocinari, quod de solo nomine, & ex preiudicio damnatio irrogaretur: Christianam religionem, hac Apologetica oratione ad Antistites Romanos missa, quapotest ratione, defendit. imitatus est quidem (vt verbis Bap. Egnatij vtar) Iustinum maximè & Aristidem; qui in hoc genere præcipuum sunt nomen ad secuti; sed ita, vt vtrumque & acumine & eruditione facilè superet. quantus enim contra Gentes insurgit? quam constans puritatem nostr. fidei tuetur? quos ille Auctores non legit? quas eorum disciplinas non adtigit? vt vel vnicus hic liber ad conuincendam gentium pertinaciam satis esse potuerit. Quod certè verissimum esse Lactantius quoque confitetur lib.* 5. *Inst. c.* 4. *dum dicit, Tertullianum hanc caussam plenè perrorasse. His adde* 3. *quod si de aliquo alio huius Auctoris scripto, de hoc locutus videatur* D. *Hieronymus Epist. ad Magnum: Apologeticus (inquit) eius, & Aduersus Gentes, libri, cunctam sæculi continent disciplinam.*

I. *Principio autem, quia palam id non licebat, occulta litterarum via, captata benevolentia à persona iudicum, attentionẽque conciliata, quod nihil de caussa sua deprecaretur, sed hoc solum ageret, ne inaudita damnetur; ab odio Nominis disputationem suam exorditur: quippe quod præcipuum persecutionis ansam dederit; vel inde bonam esse vel malam Christianorum sectam comprobans, quod latere Christiani non gestiant, sed interrogati vltrò conſteantur.*

II. *Deinde quod Nomen potius quàm crimen in Christianis damnetur, latè prosequitur; ex Iudicum peruersitate in damnandis Christianis, quibus solis ad negandum tormenta adhibebantur; aliis autem ad confitendum; obiter impugnans decretum Traiani Cæsaris, de non inquirendis, puniendis tamen, qui se offerrent Christianis.*

III. *Confirmans iam dicta, quod bonum alioqui testimonium ferentes, admi|ceant solius nominis exprobrationẽ; quum tamen nihil maledicum aut impudicum sonet, & nouum non sit, quod aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit.*

IIII. *Exinde, ne forte Legum aduersus veritatem adstruatur auctoritas, eas errare potuisse, vt pote ab homine concept.as, & proinde recognoſci posse, pulchrè deducit; exemplis tum Lacedæmonium tum Romanorum, immo ipsius Seneri, qui*

vi, qui Papias vanissimas de suscipiendis liberis leges heri exclusérit.

Iniquitatem legum aduersus Christianos, ab earum origine retractans, quod primum Cæsariano gladio in hanc sectam ferocierit, iniustus, impius, turpis Nero, quem quidem imitatus in crudelitate sit Domitianus; sed cœptum represserit, & deinceps difficile sit reperire aliquem Christianorum debellatorem. V.

Adiiciens pro huius propositionis coronide, quod à Legibus suorum institutorum multum exorbitarint Romanorum mores. VI.

Porro propius ad institutum veniens, latissimè prosequitur, quod quantumuis de grauissimis criminibus, infanticidio, sanguinis humani pabulo, ac incæsto, accusarentur Christiani, nunquam tamen conuicti fuerint; nisi forte de sola fama quæ plurimum mendax. VII

Immo non modo falsa esse ea crimina, sed & non credenda ac aduersus naturæ fidem. VIII.

Quid? quod in ipsos qui obiiciebant flagitia dicta retorquet? IX.

Posthæc alteram obiectionem, quod deos Christiani non colerent, ex eo refellit; quod homines illos fuisse non deos ipsa gentium conscientia inficias ire nequeat. X.

Et uero, cur post mortem dij facti adseuerentur, causas esse vanissimas, præsertim cum crimino ssimos quosque κατὰ δόξαν *dignati sint, dignioribus apud inferos relictis.* XI.

Quin potius, aut nomina esse uana mortuorum quæ ab his coluntur, aut simulacra ex communi uasculorum materia, quasi fatum consecratione mutante, idem possa ut sint quod patiuntur Christiani. XII.

Tacitam autem obiectionem, qua respondebant; Sed nobis dij sunt, *pulchrè confutat, propriis ipsorum ludibriis in deos, tum domesticos, tum publicos.* XIII.

Quæ potissimum reperire sit apud Poëtas & Philosophos. XIIII.

Quæ denique Mimographos in theatris ac scena representare non pudeat & impune liceat. XV.

Deinceps ad tertiam cauillationem de capite asinino ac Onochite tanquam Christianorum dijs, Crucis religione, & Solis cultu, respondet, duo illa meras esse calumnias, & in eos retorquet: Crucem vero non nouum esse, sed & ab ipsis gentibus usurpatam, tum in deorum simulacris, tum in trophæis, insuper & veneration i esse insignis, vexillis, aclabaris castrorum; Solem autem à Christianis minimè adorari, sed hinc ortum cauillum, quod diem solis obseruent, & ad Orientem precentur. XVI.

Porro dilutis criminibus quæ falso obiiciebantur, quod Deus verus sit, partim ex operibus diuinis, partim ex Anima testimonio etiam apud deorum cultores (de quo latius in eiusdem argumenti libro sequenti) comprobat. XVII.

Addens ut hoc ipsum impressius & plenius nossemus, sacra litteratura instrumentum adiectum à Deo, nec ipsis incognitum; quippe cum Ptolomæus Philadelphus Aegypti Rex litteras eas sacras in Græcum sermonem interpretari iusserit. XVIII.

Ipsdem autem auctoritatem vindicari summa antiquitate: cum Moyses omnes origines, gentes etiam priores que & vrbes, ipsos denique deos gentium aliquot seculis antecesserit. XIX.

Tum etiam earum Maiestate & diuinitate; vt pote quibus non modo mundi exordium & exitus, sed & quicquid agitur prænunciatum fuerit. XX.

Neque tamen, quia Iudeorum instrumentis antiquissimis religio Christiana suffulta est; eandè esse cum secta Iudeorũ, qui iam cæli & ob id sine exterres per orbem vagantur, sed, iuxta prædictiones, ex omni gente & populo & loco iam delectos esse Deicultores; ex quo Christus Dei filius, uerus Deus, uerus homo, λόγος seu sermo atque ratio, uniuersitatis artifex, ex uirgine natus, & sub Pontio Pilato passus, post resurrectionem à mortuis, ordinatis ad officium per per orbem prædicandi discipulis, in cælos ascendit. neque mirum quod Deus per Christum colatur, cum & Græci & Romani ab hominibus Dei cultum acceperint. XXI.

Hîc adjicit de dæmonibus disputatiunculam; quos & philosophi nouerunt, & poëtæ, & vulgus indoctum, & Magi; Socrates denique & Plato; qui hoc vnum agunt, vt numina lapides credantur, & Deus vnus non quæratur. XXII.

Proinde, cum Magi eadem cum illis edant phantasmata, habentes adsistentem eorum potestatem, & eadem dæmones quæ dj gentium operentur; præsumendum, ipsos esse qui se deos faciunt, quum eadem edant quæ deos faciunt credi, præsertim, cum se dæmones esse non deos profiteantur, à Christianis adiurati. XXIII

Et vt constaret illos deos esse; non inuidere illos debere Christianis, qui summum Deum principem maiestatis colant, notum etiam Platonis, præsertim, cum non modo Romanis, sed & vniuersis prouincia ac ciuitatibus suus deus fuerit. XXIIII.

Quoniam autem Romani nominis mentio incidit; magnam apud eos præsumptionem fuisse, quod ob cultum deorum imperium occupassent; apud quos non nisi post Reges exactos, aut simulacra aut templa diu erecta fuerint. XXV.

Quin potius, illum regna dispensare verum Deum, cuius est orbis qui regnatur; quod vel ex ius Imperii patet, quæ ante Romanum floruisse constat. XXVI.

Atque hæc omnia sufficere, ad diluendum crimen læsæ diuinitatis; neque id etiam incarrere Christianos quod sacrificare dijs nolint; quippe quod dæmones non deos norint, à quibus ista suggerantur. XXVII.

Veniens deinde ad secundum titulum læsæ Imperatoriæ maiestatis; primum illi improperat, quod eo ipso in deos suos irrelegiosi essent, quod plus honorûs Imperatoribus quàm Ioui aut ceteris diu exhiberent. XXVIII.

Deinde dicit, constare debere, an isti quibus sacrificari volunt possint, salutem impertiri Imperatoribus præsertim cum suas ipsi statuas & ædes non nisi Cæsarum excubiis tueri possint. XXIX.

Rectius itaque Christianos pro illorum salute Deum æternum (τὸν ἀεὶ θεὸν) *& ipsi præ ceteris inuocare verum & vnum, & propitium sibi malunt. Illum (inquam) Christianos, manibus expansis, capite nudo, sine monitore, sine nomenclatore respectare pro Imperatoribus.* XXX.

XXXI. *Quod si non credunt: in promptu esse diuinas litteras, quibus præceptum est, etiam pro inimicis orare, & nominatim pro Regibus & Romano Imperio; præsertim cum clausulam seculi commeatu & longæuitate illius Imperij retardari sciant.*

XXXII. *Iurare etiam illos per salutem Imperatorum, quæ augustior sit omnibus Geniis, id est, dæmonibus, quos adiurare ipsi solent.*

XXXIII. *Neque vero Imperatorem à Christianis, Deum appellari, quod in ipsis triumphis illis à tergo suggeratur: Hominem te memento.*

XXXIIII. *Immo nec dominum, nisi more communi; ad instar Augusti Cæsaris qui ne Dominum quidem se dici passus est.*

XXXV. *Non rectè itaque publicos hostes Christianos dici, quod Imperatorum sollemnia cum lasciuia non celebrent; quippe qui ea obseruent maiori cum modestia, verecundia, pudicitia, quam Quirites; quorum vernacula plebs nulli Cæsari suo, Romana parcat lingua, etiam ipsa hora qua adclamant: De nostris annis tibi Iupiter augeat annos; immo sub ipsis sacris in Cæsarem conspirasse Cæsios, Nigros, & Albinos.*

XXXVI. *A Christianis autem nihil hostile in Imperatores statui; qui etiam male velle, male cogitare de aliquo vetantur.*

XXXVII. *Præsertim cum etiam lesi vicem referre prohibeantur; quosit, vt aduersus tot iniurias ad mortem vsque de conspiratione tamen ne cogitarint vnquam, quantumuis ingenti sint numero.*

XXXVIII. *Proinde falsam esse calumniam de secta hac tanquam de illicita aliqua factione; cum illis nulla res aliena sit magis quam publica; qui proinde etiam spectaculis publicis, in quibus maximè vigêt amuse studiorum compulsationes, tanquam de superstitione conceptis renunciarint.*

XXXIX. *Quod vt magis probetur, ipse negotia Christianæ factionis edit, Coire (inquam) eos in cœtum; tum ad orationem pro Imperatoribus, tum ad litterarum diuinarum commemorationem; ibidem fieri exhortationes, castigationes, & censuram diuinam, qua à communicatione sitationis & conuentus quis ob delicta relegatur; auctoritate seniorum & presbyterorum qui præsident. illic etiam deposita pietatis offerri, eaque non epulis sed egenis & in insulas relegatis dispensari. fratres vero vocari, non modo iure naturæ matris omnium sicuti cum gentibus. sed quod & vnum Deum patrem agnouerint, & etiam substantia familiari fratres sint, excepto solo matrimonio. cœnas autem eorum tales esse quales Megarenſium, quasi crastina die sint morituri, (quod vel ipsum nomen ἀγάπης satis indicat) in quibus non prius discumbitur quàm oratio præmittatur, cum omni sobrietate: vtpote quibus de nocte Deus adorandus.*

XL. *Illis itaque potius factionum nomen accommodandum, qui innocentum conclamant sanguinem: præsertim cum omnis publicæ calamitatis causſam esse Christianos: cum tamen ante Christi aduentum clades maiores & vrbem & orbem exciderint, & in ipso deorum cultu Capitolium Senones occuparint: denique si quid vrbibus aduersi accidit, id eum deorum templis commune sit.*

XLI. *Quinimmo; ipsos potius publicorum incommodorum reos esse, apud quos Deus sernitur, statuæ deorum adorantur, maximè cùm diu etiam cultores suos ledant: neque vero id in Christianorum Deum retorqueri posse, quippe qui non distinguat inter bonos & malos ante seculi finem, & Christianos non ledat, quibus nihil cura magis quàm celeriter hinc excedere.*

XLII. *Postremò, ad alium titulum respondet, quo infructuosos dicebant Christianos; iniuriam eam confutans experientia contraria, quod non sit vlicole essent Christiani, sed eiusdem cum illis victus, habitus, instructus, opera quoque sua vsus omnium publicorum, & vectigalia nullo fraudrent mendacio, in solis differentes ceremoniis, ita tamen, vt similes actus alio opportuno tempore celebrent, exempli gratia thura diis non adoleri, sed Christianis sepeliendis merces has profligari.*

XLIII. *Nullos itaque de illis alij conqueri posse, quam lenones, perductores, aquariolos, scarios, ariolos, magos, & huiusmodi: cum vel in hoc fructuosi sint, quod dæmonia eiiciant.*

XLIIII. *Econtrario verò grande detrimentum esse reip. cum tot Christiani innocentes erogantur.*

XLV. *Solos igitur Christianos innocentes esse, qui innocentiam à Deo edocti sint; gentibus vero eam aut humana æstimatio tradiderit aut dominatio imperauerit.*

XLVI. *Atqui cum, qui aquiores videbantur, non diuinam esse sectam Christianam adfirmarent, sed Philosophiæ quoddam genus: inde colligit, non magis igitur Christianos debere cogi ad sacrificandum aut deierandum, quam Philosophos, qui deos suis commentariis destruunt, & plerique in principes latrant: antitheſim interim quandam adijciens inter philosophos & Christianos.*

XLVII. *Deinde iterum veritatē Christianæ religionis ex antiquitate sacrarum litterarum deducit: quippe è quarum fontibus nemo non poterat philosophorum potauerit: quāquam de Deo & rebus diuinis non vt innenerint disputauerint. quos imitati quidem sint in hac nonitiola paratura adulteri quidam scripturarum, hæretici nempe, aduersus quos se præscribere regulam veritatis, quæ à Christo veniat, per comites eius transmissa: & nihilominibus ab iis fabulas quasdam immiscas esse; vt quis ideo putet Christianis non credendum, quia nec philosophis, nec poëtis: exempli gratia, irrideri, prædicantes iudicium, gehennam, & paradisum, quod apud illos similia inueniantur.*

XLVIII. *Atque hac occasione ad disputationem de restauratione corporum delabitur; eam adprobans, non tanquam μετεμψύχωσιν Pythagoræ, sed vti reditum ad eandem substantiam.*

XLIX. *Sicuti & ignis æterni supplicia vel ex ipsis philosophorum dictis: quæ sequentia: mirum esse in Christianis præsumptiones nuncupari, quæ in philosophis summæ scientiæ vocentur: quæ ipsa etsi falsa essent, attamen necessaria; inepta, attamen vtilia, quod meliores metu fieri cogant; etsi falsa & inepta, nulli tamen noxia; & proinde quamuis fortasis irrisioni obnoxia, non tamen tot supplicijs ex genere bus adiudicanda.*

Quamquam interim Christianorum victoria in iis consistat supplicijs, ob quæ Sarmentitij & Semaxij appellantur, & com-

& commendeturetiam apud Gentes cuiusmodi sublimitas animi, denique exquisitior iudicum crudelitas ficta Christianæ sit illecebra, & sanguis semen sit Christianorum.

CETERVM *Apologetici Tertulliani aduersus gentes meminerunt inter veteres Lactantius Diuin. Instit. lib. 5. cap. 1. & 4. Euseb. Eccl. hist. diuersis locis infra adnotatis Tom. 1. inter fragmenta Græcorum operum quæ desiderantur, ac in Chronicis ad ann domini 38. & 111. D. Hieron. loc. præstatis. D. August. (quantum apparet) lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 11. Vincentius Lirinensis dum scripta aduersus Gentiles memorat. Niceph. lib. 4. hist. Eccl. cap. 12. Hugo Floriacensis hist. Rom. li. 9. cap. 3. Vincent. denique Bellouacens. spec. hist. lib. 11. addens plura se ex hac libro locis congruis in ceraisse. Nostro autem seculo antequam excuderetur, Petrus Crinitus de hon. disc. non vno in loco, & Angelus Politianus meminerunt. nam apud Trithemium nescio quo casu omissus est. Eum autem primus restituit Bap. Egnatius an. domini* CIↃ. IↃ. XV. *cuius editionem recuderunt heredes Aldi cum Lactantio anno* XXXV. *Venetijs. post quem B. Rhenanus 1. edit. ex Hirsaugiensi & Paterniacensi, ac 2. edit. ex cod. Gorziensi eundem repurgauit, additis argumento & Adnotationibus; quæ cum alibi vbique desiderentur, exstant in edit. 10. Gagnei Parisiensis: deinde etiam Franciscus Zephyrus adiecta epistola nuncupatoria, Argumento, & Paraphrasi: quam postremam (omissis reliquis tamquam superfluis) paucissimis immutatis retinuimus. Nunc denique ad manuscripta D. Bunonis ac Elnonense, sine D. Amandi, item Leodiense Reuerendiss. D. Luuini Torrentij exemplaria Belgica: præterea Romanos manuscriptos Vaticanos tres codices, adueteres excussos collatus, castigatior Deo auspice in publicum prodit, adiectis etiam Argumento & Adnotationibus nostris. Postremo Lud. Carrio I. C. Lutetiæ Parisiorum eundem cum clarissimi humanissimique viri Cl. Puteani Senatoris in suprema curia regij libro antiquissimo comparauit: scripturarumque varietates apposuit.*

A

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI APOLOGETICVS ADVERSVS GENTES PRO CHRISTIANIS.

B

SI [1] NON licet vobis, Romani imperij Antistites, [1] in aperto & ædito ipso ferè vertice ciuitatis præfidentibus ad iudicandum, [4] palam dispicere, & coràm examinare, quid sit liquido in causa Christianorum: [4] si ad hanc solam speciem auctoritas vestra de iustitiæ diligentia in publico aut timet, aut erubescit inquirere: si denique (quod proximè accidit) [6] domesticis indicijs nimis operata fœctæ huius infestatio obstruit viam defensioni, licèat veritati vel occulta via tacitarum literarū ad aures vestras peruenire.

Paraphrasis Francisci Zephyri.

VIDEO, inquit Tertullianus, duabus de causis: Christianos dānari indicta causa primū quia vobis, Iudices, aliter fieri per leges non liceat, cúmqūe in vertice summāque arce Capitolina ad ius dicendum præsideatis (qui locus est vrbis celeberrimus) in aperto & procul à populi testimonio vobis cum agi, etiam si velitis, non licet. Deinde quia causa Christianorum tantis videtur esse præiudicijs damnata, tantisque pseudofratrum indicijs oppressa, vt super eam quisque iam timeat, & erubescat quodammodo palam diligentior haberi: atque id ex omnibus alijs causarum generibus solum videtur, quod oblatum nulla quæstione seruata de subito damnari potest. Cum itaque res sic ita habeat Christianorum, vt vndique à manifesto patrocinio excludatur, liceat saltem in occulto veritatem examinare, & quas ad vos litteras damus legere non dedignemini.

C

[7] Nihil illa de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur. scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos inuenire. [8] Ceterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in cœlis habere: vnum gestit interdum, ne ignorata damnetur.

Verisimile est quisquis reus iudicum attentionem implorat, illud maximè intendere, vt conditionem suam deprecando relleuet, & quibus potest modis se suámque causam commendans misericordiam moueat. Quæres in aliorum omnium causis tralatitia erat, Christianis verò penitus negabatur, tum quia iudices nullas eorum preces admittebant, tum quod Christiani ad pœnā pleno gradu incedebant. Tertullianus igitur, ne iudices si crederent literas nihil aliud quàm veniam reatus exposcere, lectionem ob eam causam negligerent: ex auribus illorum hunc in primis scrupulum eximere contendit. Ea vis est, inquit, Christianæ fœctæ, vt nihil sollicita sit, quomodo vobis satisfaciens aliquid de sua causa imminui contendat, quo minus damnationem mereti videatur. Cum enim tota eius ratio, atque spes omnis à cœlo pendeat, cœlestia verò opposita sint omnia terrenis, quid mirum, si diuersa quoque est eius conditio, alitérque tractetur apud externos quàm æquum sit atque legitimum? Sed hoc vnum est quamobrem attentionem vestram requirat, quia vehementer exoptat: vt quid ea sit, & in quo nitatur; cognoscatur prius à vobis quàm damnetur. Quæ sanè petitio & honesta est, & à iudicib. recusari non potest. DEPRECARI verò est pro reo à iudice vel pro amico à principe viro veniam precari. Cicer. ad Pontif. Amici illi tui te vno amico tecti, &c. Quibus autem verbis deprecatio fiat, idem Cicero pro Ligario docet, Ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit, si vnquam posthac, &c.

[9] Quid hic deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, quo etiam inauditam damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, præter

inuidiam iniquitatis, etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiæ nolentes audire, quod D
auditum damnare non possint.

Ratio quamobrem homines aliquid expetant triplex est, honestum, vtile, iucundum: cur fugiant his contraria faciunt rurpe, inutile, molestum. Tertullianus itaque vt facilius Christiani exorent iudices vt audiatur, antequam ab tabellam deueniant, ostendit nihil esse in ea petitione quamobrem reijci mereantur: nihil enim ab ea timeri posse, quod legibus inutile sit, præsertim vbi ad libidinem suam omnia trahere possint, imò quod iocundū sit sperari posse. Nam que post dictam causam, id est, de more damnare reos meritò gloriari poterunt. Quid? & honesti plus auctoritas ita se melius tuebitur. Omnis enim inuidia hoc modo subterfugitur, quam leges alioqui apud multos tanquam inuinstæ commouere vdentur, cum ob eam causam nolle iudices audire Christianum suspicentur, quia expurgatum absoluere non cogantur. Si igitur quod honestum, iucundum, & vtile est respicere iudices velint, Christianis discendæ causæ potestatem faciant.

Hanc itaque primam causam apud vos collocamus, iniquitatis odium erga nomen Christianum. Quam iniquitatem idem titulus & onerat & reuincit, qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quàm vt oderint homines quod ignorant? etiam si res mereretur odium? Tunc etenim meretur cum cognoscitur an mereatur. Vacante autem meriti notitia, vnde odij iustitia defenditur? quæ non de euentu, sed de conscientia probanda est. Cum ergo propterea oderint homines, quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non liceat eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse?

Alter præmij pars, quæ commune odium in Christianos multiplici ratione ostendit esse iniquum. Iudices enim atque omnes ferè gentes, vti Iudas in sua epistola inquit, ita se habebant, vt quæ nescirent vituperarent, in illis vero rebus quas naturaliter veluti bruta animalia cognoscerent distabescerent. Illud igitur est, inquit Tertullianus, quod primum in iudicium vestrum venire, & à vobis cognosci velim, iniquitas scilicet odij in Christianum homen: quam E
si excusare conamini, quòd publicum rumorem secuti, nihil vnquam de hac causa certi cognoueritis, dico hanc vestram rationem ignorantiæ non modo non reuelare vos aut aliquò modo liberare, sed magis onerare obligaréque fidem vestram. Tota hæc argumentatio ex eo est axiomate, quod & ab Aristotele ponitur. At verò benè quisquis iudicat ea quæ cognoscit, & ipsorum verus est iudex, &c. Si quod igitur est incognitum nobis, bonum malúmve esse asseueramus, puerile hoc est iudicium & temerarium: odium enim & amorem non casus facit, sed ex certa scientia suboriri solent, cum notitia meriti non vacat, sed suum locum occupauerit: & pro comperto dignitatem habemus, indignitatémque rei, præsertim cum nihil obstet, quamobrem bonum esse possit quod ignoratur.

Ita vtrumque ex alterutro redarguimus, & ignorare illos dum oderunt, iniustè odisse dum ignorant. Testimonium ignorantiæ est, quæ iniquitatem dum excusat, condemnat. Cum omnes [10] qui retro oderant, quia ignorabant quale esset quod oderant, simul vt desinunt ignorare, cessent & odisse. Ex his fiunt Christiani, [11] vtique de comperto, & incipiunt odisse quod fuerant, & profiteri quod oderant [12] & sunt tanti quanti & [13] denotamur. Obsessam vociferantur ciuitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos, omnem sexum, ætatem, conditionem, etiã dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento mærent.

Inferens ex superioribus ab vtrouis enthymemate demonstrat vtrumque refelli: quia scilicet ignorant gentes ipsos Christianos, ideo iniustè odisse, & odisse quia ignorant: vt quod de vno existimatur satis sit ad alterius constitutionem. ex eo igitur quod sequitur, si quid ego ignoraus odi, iniustum est odium, cum bonum esse possit quod ignoro: & si iniustum est, sit vtique ab ignorantia: ita odium ex ignorantia iniustum esse concedendum. Quod autem ex hac causa suboriatur odium demonstratur (huic enim propositioni occurrere gentes poterant, se quidem de comperta re odisse Christianos) ex eo quod efficitur, si remoueatur. Quicúque enim, inquit, instituta nostra patienter cognouerit, tantum abest vt odio prosequatur, vt postea mirifice comprobet illa & amplectatur. hinc indies magis pullulant Christiani neque est locus in terris qui cius nationis omnino sit expers. Qui igitur testatur ignorantiam vt odium F
excusetse magis condemnat.

Nec tamen hoc ipso modo ad æstimationem [14] alicuius latentis boni promouent animos, non licet rectius suspicari, non licet propius experiri. Hic tantum humana curiositas torpescit, amant ignorare, cum alij gaudeant cognouisse: quanto magis hos [15] Anacharsis denotasset imprudentes, de prudentibus iudicantes, quàm immusicos de musicis.

Iudicium consensusque multitudinis in eadem re nunquam est à sapientibus improbatus, imò pro vero semper accipi solet, tanquam comperta res & definita ratione. Cum itaque Romani sua voce faterentur à nullo genere hominum Christianos non laudari, si rationi non odio obsequerentur, debuerant ex ea multitudine moueri, non fieri quidem temere, si quanto magis à Christo deterrerent homines, tanto illum libentius consectarentur, sed ex aliqua causa, quam si animaduertere velint, in æstimationem alicuius latentis boni venirent. Verum tanta odij nubes prætenditur, vt quæ cunctis hominibus naturalia sunt obliuiscãtur, nec melius aliquid ex iis conijcere volunt, neque de proximo certius experimentum facere. Et quæ est vrbanorum præcipua curiositas, vt vnumquódque velit diligentius perscrutari, in hac tantum causa negligentes inueniantur, & quæ omnibus iniucunda esse soler ignorantia, delectentur. Quàm sit hoc absurdum, auctoritate simul & comparatione ratiocinatur. Nam si Anacharsis, inquit, philosophus ignorantes musicam deridebat de musicis ferre iudicium, quanto magis imprudentes damnasset, si de prudentibus vidisset iudicare: quum multo magis importuna sit imprudentia quàm amusia.

[16] Malunt nescire, quia iam oderunt. adeò quod nesciunt præiudicant id esse, quod si sciant, odisse non

A non poterant: quando si nullum odij debitum deprehendatur, optimum vtique sit desinere iniustè odisse: si vero de merito consteat, non modo nihil odij detrahatur, sed amplius acquiratur ad perseuerantiam, etiam iustitiæ ipsius auctoritate.

Sapientis est mutare consilium, nonnulli tamen ita ceruicosi sunt, quales plerumque potentiores, vt si quem semel vel immeritò læserint aut oderint, perpetuis calumnijs persequãtur. nam si peccatum suum fateantur, minus iam prudentes haberi credũnt: igitur ne fateantur, aut verum dissimulant, aut rei ipsius certiores fieri nolunt: id quod Christianis euenisse apud Romanos aliásque gentes. cum illi hanc sectam semel odissent, ne illud temerè suscepisse viderentur, sine quæstione odisse perseuerare malebant, conscij, iam sibi ac prospicientes, si rem Christianam diligentius discuterent, eiusmodi esse quæ odij finem faceret. Quod autem hoc conscientiæ puræ iudicium impediat veritatem, manifestum est, cum in tali quæstione nihil sit quod illos offendere debeat: nam si nulla causa deprehendatur odij, æquum sanè foret odio renunciare: si verò ita mèreri Christianos pateat, multo æquius in eo odio perseuerarent cum auctoritate ipsius iustitiæ subniterentur. Prius enim quàm res examinata erat odisse, aberat à iustitia: cum verò examinata, sceleri obnoxia iudicatur, ipsa iam exigit iustitia, vt non modo odio, sed pœna quoque digna mulctentur.

Sed non ideo, inquit, bonum quia multos conuertit. Quanti enim ad malum præformantur, quanti transfugæ in peruersum? Quis negat? tamen quod verè malum est, ne ipsi quidem quos rapit defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. Denique malefici gestiunt latere, deuitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facilè aut semper confitentur: certè damnati mærent: dinumerant in semetipsos mentis malæ impetus [17] vel fato vel astris imputant. nolunt. enim suum esse, quia malum agnoscunt [18] Christianis verò quid simile? neminem pudet, neminem pœnitet, nisi planè retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur: si accusatur, non defendit: interrogatus, vel vltrò confitetur, damnatus gratias agit. Quid hoc
B mali est, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiuersationem, pœnitentiam, deplorationem. Quid hoc mali est: cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est, & pœna fœlicitas?

Anthypophora hæc & obiectio tacita aduersariorum, quam affatim Tertullian. vehementérque refellit. nam cùm bonitatem Christianæ sectæ ex multorum hominum confluxu probaßet, idque probabile videri posset, non autem semper verum, ne sibi contradictio confidat, certiores notas veriorásque affert argumenta, quibus malum à bono, virtúmque à virtute dignosci possit. Fateor enim, inquit, multos homines, quos nostra lex ad se conuertit, apostatas fieri abusúque præceptis. Quid mirum: in potestate siquidẽ nostra est, & benè & malè agere. vno deest ex actionib. nostris eligere certus, quid bonum sit aut secus. Sed hoc ipsa nos natura prudens omnium rerum magistra docet manifestis indiciis de necessitate consequentibus. Quicquid enim malum est, cogit nos etiam si nequam sumus, malum esse fateri, trepidationem & pudorem voluit comites esse malis: odit enim sucé qui malè agit, timétque ne deprehendatur, & deprehensus pudore confunditur. pœniter negátque quantum potest causam in se esse talis facinoris. Quæ omnia indicia naturalia, & vera si in Christianis apparent, nulli dubium est quin illi mali scelestíque sint, à contrario, si neque illos nominis pudet, sed interrogati sintne Christiani vltro fatentur, neque accusationem eius causæ timent. non enim se defendunt, tantúmque abest vt se huius sectæ pœniteat, vt ægrè ferant prius multo in eius cognitionem non venisse, palam profitentes verum Dei cultum per Christum fieri in spiritu & veritate. Quid est cur non bonum illud dicatur, in quo hæc nulla sint, illa liquido inueniantur.

Non potes dementiam dicere, qui reuinceris ignorare.

Alia anthypophora, quæ vno ictu exponitur, licet ea quidem vulgaris esset & penè recepta. Cum enim aliquis accusationem, paupertatem, exilium, eiusmodique mala non timet, nec ipsa quidem morte deterretur, vir fortis esse potest & elati animi. Quod si quis hæc non modo non timeat, sed exoptet atque in eis felicitatem esse credat, is pro-
C fectò demens iudicabitur: tantum à naturali sensu abhorrebit. id quod & si in Christiano homine minimè mirum videri bebet, qui loricæ spei certè indutus, clypeo fidei omnia proculcat sempiternis rebus addictus: nulla tamen alia ratione Tertullianus iudicium hoc plebis Romanæ defendit de dementia Christianorum, quàm quòd temerarium illud esse probat, & à cæteris rebus penitus exclusum: quando ipsi iam professi sint rem Christianam ignorare. At quod aliquis ignorat, id sapiens ne sit an stultum, bonum an malum, quomodo intelligere potest?

[19] Si certum est denique nos nocẽtissimos esse, cur à vobis ipsis aliter tractamur, quàm pares nostri, id est ceteri nocentes? cum eiusdem noxæ eadem tractatio deberet interuenire. [20] Quodcunque dicimur, cum alij dicuntur, & proprio ore & mercenaria aduocatione vtuntur ad innocentiæ suæ commendationem. Respondendi, altercandi facultas patet, [21] quando nec liceat indefensos & inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil permittitur loqui, quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum.

Dictum est hoc per concessionem, vnde maior inuidia iudicum exaggeratur. Esto, inquit, liberum omnibus indicium, & quisque velit mente feratur in Christianos, concedatúrque etiam illos esse sontes, cur tamen quod lege communiter præscriptum est, in illis tantum priuilegium existit? Non liber quidem tu es in eo quod lege cautum est. Rex tibi & dominus sunt leges, quibus statuitur nullum reum indicta causa damnari debere. Dicimur homicidæ & hostes publici: concedo. cur non legitima quæstio ex qualibet crimine peragitur? Sed audito hoc solo, Christianus est, damnationem pronuntiatis? Alij cum dicuntur, & audiunt idem quod nos, & in eodem quo nos crimine denorentur, vti lege concessum est, & sua se & aliorum opera defendi: merito quidem, cum aliter verum explicari non possit, ac iudex probare æquitatem suam. At vide in re simili quàm dissimilis sit conditio Christianorum. nec illud quidem iudices exaudire volunt, quod eos iustos redderet atque laudandos.

Sed illud solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, & non exa- D
maminatio criminis. quando si de alio nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicidæ, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (vt de [23] vestris elogijs loquar) contenti sitis ad pronunciandum, nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, tempus, conscios socios.

Post diem reo dictum consequens erat examinatio legitima nominis, ex qua qualitas facti, & quo nomine appellari conueniret excludebatur. accidentia præter hæc, tempus scilicet, locus & alia id genus, quibus verum fieret manifestum, diligentius quærebatur. Non enim si statim confessus reus esset, nomen criminis, homicidæ (verbi causa) aut adulteri, contenti erant iudices ad pronunciandam sententiam. In Christianis tamen non quod iuris esset inquirebatur, neque sibi iudices neque legibus satisfacere curabant, sed plebi tantummodo. Si quis enim se Christianum profiteretur, eo solo nomine nulla facta quæstione, neque de maiestatis crimine, qua potissimum causa Christiani postulabantur, vt in sequentibus videbimus, neque de homicidio pœna statim irrogabatur.

De nobis nihil tale, cum æque extorquere oporteret quo de cunque falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta [31] contenebrasset, qui coci, qui canes affuissent. O quanta illius præfidis gloria si eruisset aliquem qui centum iam infantes comedisset!

Poterant iudices, aut pro iudicibus populus respondere, nihil isthac opus est quæstione in Christianos, hoc solum nomen crimen facit ad pœnam. Si itaque se habet, inquit Tertulianus, iam dictum est quàm hoc temerarium sit, aliquid præiudicare sine causa ratione ve aliqua in dructa, hoc tantum contenti essemus: cum verò prætextum odio vestro adstruentes, nefarium & impudens genus Christianorum dictitetis, vt qui in suis sacris illis arcanis infantes mactent, & incesta luminibus extinctis frequentent quid est cur quæstio non sit tempestiua necessariaque in his tantum facinoribus vt tandem eruatis qui canes affuerint luminum euersores, & qui, quando, quomodo coxerint, E
&c. Vnde gloriam sibi ambitiosi iudices gratiamque apud plebem mirificam comparent.

Atquin inuenimus iuquisitionem quoque in nos prohibitam. [34] Plinius enim Secundus cum prouinciam regeret damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad confederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere.

Hysteron proteron ad maiorem energiam, de inquisitione nunc agit, quæ sempet quæstioni præcedit, vt vndecunque colligat, cum Christianis agi extra ordinem ex illiberali odio, quod quanto insolentius effertur, tanto magis arguit innocentiam Christianorum. Et quid insolentius, quàm de ijs supplicium sumere, quorum etiam inquisitio quandoque sublata sit? neque id quidem negligentia, sed imperatorum edicto. Non omnes enim imperatores, vt patebit inferius, Christianũ nomen persecuti sunt, quod natura malum non esse redarguit. Quod enim malum est, ab omnibus quoquomodo profligatur damnarúrque. Traianus ita imperator Plinio de Christianis consulenti, ijs quæ recitat verbis respondisset, inquisitionem certè subtulit. Imperatoris enim verba & scripta, edicta sunt ac leges.

O sententiam necessitate confusam! negat inquirendos vt innocentes, & mandat [35] puniendos vt nocentes. Parcit & sæuit, dissimulat & animaduertit. Quid temetipsum censura circumuenis? si damnas, cur non inquiris? si non inquiris, cur non & absoluis? Latronibus vestigandis per vniuersas prouincias [36] militaris statio sortitur, in reos maiestatis & publicos hostes omnis homo miles F
est, ad socios, ad consocios vsque inquisitio extenditur. Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quàm oblatio. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui puto iam non ideo metuit pœnam, quia noceris est, sed quia non requirendus inuentus est.

Traianus dum inuidiæ simul & iuri cauisse voluit, cum oblatos quidem Christianos si præteriisset, gratiam populorum offendere videret: si verò quos testimonio sui proconsulis defendebantur, temerè damnasset contra ius iustitiámque decernere, suis his verbis sententiam de Christianis adeò confudit, vt quid sibi ea velit, quantum ad probandã destruendámque illorum sectam pertinet, parum constet. Damnat enim & absoluit. Alteram quidem ex his disiunctiuis necesse est veram esse, aut nocentes esse Christianos, aut innocentes: si nocentes publicique hostes, procul dubio inquirendi & inquisiti puniendi: si verò innocentes, etiam si casu vel ex malenolentia iudici offerantur, iure damnari non possint. Quod si dicas inquisitionem ideo prohiberi, quia in alium finem tendat hoc, inquit non video, cum omnis inquisitio nihil aliud quàm oblationem faciat. Sed si quasi finis merito permittitur, multo magis deberent ea quæ sunt ad finem: nisi forte opera quæ daretur inquirendo redderet innocentes, quos nulla alia alia causa, nisi quod occurrerũt alicui damnandos facit. Seipsum itaque imperator irretiuit, & quasi incidit in censuram vt emendatione dignus. Præterea ne inquisitionem ipsam prohibitam dicerer, quia noua & insolita causa Christianorum, stationes militum affert vbique dispositas, nullam aliam ob rem, quàm vt ea scelerera quorum rei sunt Christiani exterminentur. Igitur dissimulatione & negligentia tantum non Christiani arguuntur insontes.

Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum. cum si malumesset, nos quidem negaremus, vos verò confiteri tormentis compelleretis.

Iniuria

A Iniuria alia aliam sequitur facile, si quis iudex ea quę ante iudicium requiruntur inuertit, quæ etiam ipsi iudicio competunt, conturbabit. Habet suas quæunque actio formulas, secundum quas necesse est aut de causis cadamus, aut superiores discedamus. Quod si tritę formulæ non setuentur, iudicium irritum fit atque ridiculum. Cum antè tribunal itaque sisterentur Christiani extra ordinem, iudices etiam iudicando maline essent necne, à communi formula iudiciorum recedebant. Reus enim (verbi causa) maiestatis eculeo fidibusque torquetur, vt quod negat quia malum confiteatur. Christianis verò tormenta adhibentur, vt quod sponte confitentur, quia bonum, negent. Si contrariorum igitur eadem est disciplina, si malum est quod negatur, quod fatemur bonum est. Iudices igiiur suo se gladio conficiebant, Christianos quasi homicidas damnantes, eum tamen accusatos à confessione deterrerent, id est à veto.

Neque enim ideo putaretis non requirenda quæstionibus scelera, quia certi effetis admitti ea ex nominis confessione, quia hodie de confesso homicida scientes homicidium quod sit, nihilominus ordinem extorquetis admissi: quo peruersius, cum præsumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, vt negantes nomen, pariter vtique negemus & scelera, de quibus ex confessione nominis [27] præsumpseratis.

Per argumentum à legitima quasi consuetudine iudicij tacitæ obiectioni respondet, Nulla, inquitis, opus est maiori quæstione ad eruenda flagitia, satis est si quis Christianus esse fateatur, sub eo nomine, omnia isthæc vitia latent, Esto, inquit Septimius, Sed si morem vestrum iudicando recordamini nec quicquam vobis satis esse videtur homicidæ alicuius confessi homicidium quale sit tenere, sed iuris esse censetis ordinem sceleris quoque exrorquere, quando scilicet, vbi, quomodo, & quibus sociis. Quapropter hanc vestram obiectionem peruersius reddere iudicium vestrum non videtis? nam si confesso nomine Christiano, simul etiam confiteri scelera temerè præsumitis, vrgenda vehementius erat, non remittenda confessio, vt vos iustiores, nos sceleriti magis videremur.

Sed opinor non vultis nos perire, quos pessimos creditis (sic enim soletis dicere) homicidas.

B Ironia, At, inquit, misericordia fortè vestra erga nos fit, vt confessionem supprimatis, ne ex ea damnatio irrogetur iis quos viuere veltis. Lachrymæ crocodili nimirum, quibus vos adeò bene cupitis, pessimos esse dicitis, & creditis homicidas. ira vestra hæc charitas beneuolentiáque tantum abest vt crimina dissimulet, vt quæ nulla sint insimuler. quo iustius vexari videamur.

Negatis laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseuerauerit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseuerare, quam necessitate non iustitia damnandam à vobis sciatis. Vociferatur homo, Christianus sum, quod est dicit, tu vis audire quod non est: veritatis extorquendæ præsides de nobis solis mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quæris an sim. Quid me torques in peruersum? confiteor, & torques: quid faceres, si negarem? Plane aliis negantibus non facile fidem accommodatis: nobis, si negauimus, statim creditis.

Locus à simili, ex quo concluditur, experuersa hæc iudicum quæstione Christianos insontes declarari. Sacrilegus (exempli gratia) & Christianus vterque, vt creditur, nocens accusatur: alter si fateatur ingenuè sacra sublegisse, non opus esse videtur, neque ipsi iudices iubent lancinati atque torqueri, satis ea est confessio ad irrogandam pœnam. Alter verò si crimen quoque suum fateatur, Christi scilicet sectam legémque colere & amplecti, statim iubetur miris modis cruciari: & quanto magis in confirendo crimine perseuetet, tanto plura tormentorum genera intenrantur. At sanè hoc demonstrat, crimen hoc nominis non putari crimen, quod iure damnari possit. Quid enim amplius vexatur, quando crimen fuerit extortum? Quippe ne contra ius ferri iudices necessitate imptobæ legis cogerentur, auertere homines Christianos ab ea confessione quibuscunque modis conabantur & mentiri desiderabant. Si itaque crimen nostrum odio quodam violenti non iure punitur, innocentes profecto sumus, vos iniusti.

C [28] Suspecta fit nobis ista peruersitas ne qua vis lateat in occulto, quæ [29] vos aduersus formam, aduersus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. Nisi enim fallor, leges malos erui iubent, non abscondi: confessos damnari præscribunt, non absolui. hoc [30] senatusconsulta, hoc principum mandata definiunt, hoc imperium, cuius ministri estis.

Admonitio qua mentes iudicum excitat, vt cognoscete certius velint, quamobrem perperam agant, & immutato ordine iudiciorum contra Christianos, cùm non sine suspicione alicuius violentiæ id fieri possit: nam si, inquit, quas populus leges scisit, quarum vos ministri estis, si decreta senatus, si principum edicta, vnum omnia vobis propositum præscribunt, vt malos proferaris in lucem, confessosque damneris: atque hanc formam in omni scelerum genere seruatis, præterquam in Christianis: quos neque perquiritis, & oblatos abscondere & confirentes absoluere conaminit debuerat hæc iudicij repugnantia suspicionem iampridem vobis iniecisse, non posse tam aperè deturbari leges, nisi aliqua necessitate impellente. Ea verò est ipsa veritas, quam quisquis impugnare velit, incredibile est; quantum omnia peruertantur.

[31] Ciuilis non tyrannica dominatio vestra est. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro pœna adhibentur: apud vos soli quæstioni temperatur. vestram illis seruire legem vsque ad confessionem necessarium: & si confessione præueniantur, vacabunt: sententia opus est. debito pœnæ nocens expungendus est, non eximendus.

Exaggerat iudicum iniquitatem, iudiciorum formas & institutalaudans: quæ quum ciuili[a] sint & suis legibus vtantur, non autem ad vnius libidinem conturbentur, contra reos nequaquam abuti debere[nt] tormentis, sed quo-C

ties illi negauerint, suppresserint ve reatum. Leges enim ideo tormenta excogitasse videntur, vt obstinata flagitiosorum negatio expugnaretur. Nam si vltro fatentur, præueniatque confessio quæstionem, nihil ea opus est, sed vacat. Quod si adhibenda tamen reo sit ad veritatem eruendam, quandiu negabit, adhibebitur: simul ac confitebitur, illa vacabit cessabitque ea ita omnis forma materiáque quæstionis secundum confessionem moderabitur. Quod si quis iudex in quæstione sæuiat atque tormentis, vbi locum non habent, id est cum sponte sua reus cuncta fateatur, qualis est Christianus: iam hoc non ciuile est sed tyrannorum, qui non contenti ittogatione pœnæ, longa hominum laceratione satiari explerique volunt: cùm post deprehensum manifestius crimen sententia debitam semel pœnam pronunciare debeat, qua nocentes conuincantur, non absoluantur. D

Denique illum nemo gestit absoluere, non licet hoc velle, ideo nec cogitur quisquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum existimans, & cogis negare, vt absoluas, quem non poteris absoluere nisi negauerit. Præuaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, vt eum facias innocentem, & quidem inuitum iam, nec de præterito reum.

Maius est hoc iudicium omnibus aliis, quod pro innocentia Christianorum Tertullianus de iudicibus affert. Nam quæ ab externis causis pendent actiones nostræ facilè in veramuis partem se rutari possunt, in quibus verò sola hominis voluntas requiritur, verum illa de se iudicium facere videtur. Poterat quia Christianum nomen & nouum erat, & vt illi dicebant contrarium moribus & naturæ, non videri ab re si noua eriam forma iudiciorum disttraheretur. Quid si voluntas iudicum Christianos procul dubio innocentes arguat? absoluere nimirum illos cupiunt, quod ipsũ patet, quia omnibus modis negationem eius nominis prætendunt, facile in aliis noxis conniuentes, quia homines sub falso pretextu condemnari pro comperto habent, cum si vel minimam criminum partem veram cõperissent, & nollent, & non liceret absoluere, etiam si à Christo descisceren. Quanquam illud non modo nouum, sed illegitimum est, vt per coactam negationem criminis absolutio fiat. Tales profecto iudices legum prævaricatores appellari merito possunt, cum dicenda taceant: breuitérque attingant quæ inculcanda repetendaque essent, vnde facinorosis (vt dicunt) hominibus non via tantum aperitur vt euadant, sed tormentis omnibus illam capescere cogunt. Nam cùm prævaricatoris propriè sit (vt Pedianus inquit) qui reum ita accusaret vt absoluatur, sic iudex cùm existimet Christianum diis hominibúsque infensum non posse alia ratione elabi, nisi per negationem: nullo pacto si prævaricati nolit, mentionem negationis facere deberet. At etiam cogit inuitos & quos ex ea absolutione declaraturus est, de quacunque re præterita reos amplius non esse futuros, sed falso ex calumnia laborasse. E

Vnde ista peruersitas? vt etiam illud non recogitetis, sponte confessio magis credendum esse, quàm per vim neganti? vel ne compulsus negare, non ex fide negarit? & absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat æmulatione, & iterum Christianus.

Excitat interrogatio iudices quasi dormientes & ita obcæcatos mala consuetudine iudiciorum, vt quæ luce sint clariora non videant. Nam & conscientiam hominum venire in quæstionem volunt, & liberum mentis arbitrium terminare. Quod sane iniquum simul est atque ridiculum. Quid enim ad forum? si mihi conscius sim Epicureo non Stoico, & Christiano non ethnico, ecquid hoc simulare dillimularéve pro rempore non licet? Sed & coacta confessio vel negatio nõnne in contrariam partem interpretanda? quamobrem considerandum, inquit, vobis iudices fuerat, frustra vobis in hanc quoque partem laborem quæstionis suscipi duabus potissimum causis, quia verum hominis sensum & conscientiam eruere ab inuito non liceat & si videatur licere, non erit id ex fide vereque asseueerandum. Ad præsens enim aliquis vobis assentietur, simulac verò recedat à tribunali ad suum ipse propositum repedabit: id quod eo tempore sæpius euenisse credibile est, iis Christianis qui adhuc infirmi facilè tormentis cedentes, munia ramen Christianorum paulo mox obibant ridentes quodammodo fefellisse, tam accusatores quàm iudices, qui Christianos iam infectari non ex iusta causa, sed æmulatione & studio suæ tuendæ opinionis præ se ferebant inuidia concertationes suscitante. Quanquam enim Apostolus confitendum esse moueat, ore quidem ad salutem, corde verò ad iustitiam consequendam, eiusmodi tamen lapsos ecclesia non repudiabat sicuti Lactantius in quinto ratiocinatur, & Eusebius libro sexto sacræ historiæ. F

" Cum igitur in omnibus in nos aliter disponitis quàm in cæteros nocentes, id vnum contendendo, vt de eo nomine excludamur (excludimur enim si facimus quæ faciunt non Christiani) intelligere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quædam ratio æmulæ operationis insequitur.

Elegans enthymema & de necessitate vetum. Nam si, inquit, in quæstione criminum, quibus rei Christiani fiunt, negligentiores solito iudices videantur, neque easdem formas seruare in iisdem criminibus curent, & excluso sola negatióque Christiani faciat odium aliorum scelerum veniam & absolutionem, sequitur vt crimina cætera nulla sint, & de solo nomine Christiani condemnentur. Nam si cum nomine pariter crimina tenerentur, nequaquam pœnitentia nominis satis esset ad reliqua crimina diluenda: & iurati iudices rebus magis facinorosis, quàm opinione, quæ sua cuique est, mouerentur. Colligendum igitur nomen tantunmodo esse in causa non flagitium aliquod, & quidem id nomen quod non per se odium debeat concitare, sed quod æmulationis quædam vis temeraria, dum alius alium imitari studet, delere & studio sui supprimere contendat. Interposito vero. Excludimur si facimus, &c. Irrium quoque iudicum laborem demonstrat, dum homines ex albo Christianorum eximere tanto studio conantur, cum fides nomẽque Christianorum ea qua virtus ratione proberur, si in actus scilicet exeat laudandos & in rectè facta. Quoties enim cúmque Christianus homo contra præcepta Christi patrarit, illico sine vi aliqua nullis tormentis adhibitis excluditur à Christo, nec iam Chtistianus appellari merito potest.

Hoc primum agentes vt homines nolint scire pro certo quod se nescire pro certo sciunt. Ideo & credunt

A credunt de nobis quæ non probantur: nolunt inquiri ne probentur non esse. Quæ malunt credidisse, vt Nomen illius æmulationis inimicum præsumptis non probatis criminibus de sua sola confessione damnetur.

Verum illud est verbum quo Cæsar apud Sallustium vtitur, Omnes homines qui de rebus consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Animus enim noster perturbatione aliqua irretitus, quid verum sit liquido dijudicare non potest, à quo malo veluti exordio plurima manant iniusta & extraordinaria: quod cum multis aliis locis, tum hoc Christianorum exemplo perspicuum est. Quos cum Romani aliæque gentes odio & æmulatione sectarentur, talibus decepti affectibus, quod semel ignorauerant semper ignorari iuuabat, ne quoinodo veritatem cognoscentes, suorum se dictorum factorúmque pœnitere cogerentur: vnde facilè de Christianis falsa credebant, & quæ hîc certior negligebatur, vt causam semper habere viderentur, quamobrem inimicos suos damnarent. in qua re duo præcipuè absurda concurrebant, vt inimicus esset non ex deprehensis criminibus, sed ex temeraria criminum opinione, atque ex sola eius confessione damnatio irrogaretur.

Ideo torquemur confitẽtes, & punimur perseuerantes, & absoluimur negantes, quia nominis præsium est.

Totius peruersæ rationis iudicatorum de Christianis causam recitat cum maxima asseueratione, quasi proclamans, hinc est Romani quod contra ritorem nos si confitemur torqueamur, & negantes præter morem aliorum reorum absoluimur, quia non crimen aliquod in causa, sed tantummodo nomen.

14 Denique quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidam? 15 Si homicida Christianus, cur non & incestus? vel quodcunque aliud nos esse creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronunciare? Christianus si nullius criminis reus est; Nomen valdè
B infestum si solius nominis crimen est.

Argumentum pro Christianorum innocentia validissimum in extrema parte reseruauit, quod ab auctoritate, est quæ non longè repetatur, aut ex obscuro loco, sed qua iudices ipsi suo se quasi gladio confodiant. Patet, inquit, infontes esse Christianos ex eulogijs ijs quæ in tabella sua iudices in damnatione proponunt: nam cùm in ea notentur causæ quamobrem rei damnari meruerint, si quæ de Christianis proferuntur, perlegantur, nullum aliud denotatum crimen inuenietur, quàm quòd Christiani. Quod si illi homicidium, incestúmve commiserint, aut maiestatem læserint, vulgaris opinio est, cur tanta crimina iudices in pronunciatione sententiæ dissimularent: quando sibi & alijs, ita melius satisfacere possent? an id scilicet quia cauisse volunt Christianis, quos tanto amore aut reuerentia prosequantur, aut occulere cupiant illorum facinora? vide potius in quos tanto ferantur odio, falsa citius consignant quàm dissimulent vera. Quum itaque luce clarius sit Christianos nullo crimium nomine reos fieri: neque enim adulteri neque venefici sunt omnino, quotidiè tamen accusentur, vexentur, damnentúrque ex eo tantùm quòd Christiani dicantur, nimirum necesse est hoc nomen nimis quidem odiosum esse infestúmque omnibus, quando per se crimen solùm faciat. Quod iam certius comprobare aggreditur.

16 Quid? quod ita plerique clausis oculis in odium eius impingunt, vt bonum alicui testimonium ferentes admiseant nominis exprobationem. 17. Bonus vir Caius Seius, sed malus tantum quod III.
Christianus. Item alius. Ego Lucium sapientem virum repentè factum Christianum: aut ideo Christianus, quia prudens & bonus. Laudant quæ sciunt, vituperant quæ ignorant, & id quod sciunt, ea quod ignorant corrumpunt. Cum sit iustius occulta de manifestis præiudicare, quàm manifesta de occultis prædamnare. Alij quos retro ante hoc nomen vagos, viles, improbos nouerant, ex ipso
C denotant, 18 quo laudant cæcitate odij in suffragium impingunt. Quæ mulier? quàm lasciua, quàm festiua. Qui iuuenis? qui Lucius, quàm amasius, facti sunt Christiani. Ita nomen emendationi imputatur.

Quatuor quasi testimoniorum genera adducit, quibus palàm fiat quantum fuerit odium huiusce orbis in Christianos, ne quis fortè miretur si solum id nomen, exilium, pauperiem, sæuámque mortem apportaret. Illud profectò erat odium, vt quæcunque virtus aut etiam vtilitas in Christiano continebatur, ab ijs quasi tetro absinthio condita reijceretur. Nonnulli igitur in circulo (vt fit) si de aliquo Christiano, verbi causa Caio, mentio oriretur, laudare suo testimonio quòd bonus esset, & vituperare quia Christianus, tanta odij cæcitate transuecti, vt non viderent impingere offenderéque in duo simul contraria, quæ esse non possunt. Alias item alio tramite in idem concurrebat absurdum. Affero, inquit, vobis nouum, Lucius sapiens ille vir de subito ad Christianos transfugit, quasi quod à sapienti viro factum esset damnari posset. Sed hæc audientes veluti cautiores, de vtroque verbum nullum neque retractabant, agitabántque prolixius rationem eius facti, ne alterum confiteri cogerentur, aut bonitatem Caij, & prudentiam Lucij esse à Christo, aut ideo factos esse Christianos, quia bonus sit alter merito sapiens. Dum itaque eiusmodi homines manifestæ bonitati sapientiæque Christianum nomen adiungerent in conuicio, contraria ratione vtebantur ab alijs prudentioribus. Qui mentes hominum ab externis rebus metiri iudicaréque solent, & incerta laudare damnaréve, prout iudicari possunt, quæcunque apparent. Alij quos maius odium caligabat dum in nonnullis qui antequam Christiani essent malè audiebant, vituperare id nomen contenderent, inconstantiores erant: eodem rempore fauorem suffragiúmque illi imprudenter afferentes, cum dicerent, quæ mulier, quàm me hercules lasciua, quàm festiua Christiana facta est, id est, lasciuam festiuitatémque omnium depositis & emendauit; atque ita nomen culpabile videri timere volebant, quod vitia exterminare. Hæc de honestis. sequitur quartum de vtili

Nonnulli etiam de vtilitatibus suis cum odio isto paciscuntur contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt, vxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus, filium subiectum pater

retro patiens abdicauit, seruum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegauit: vt quisque hoc nomine emendatur, ostendit. Tanti non est bonum, quanti est odium Christianorum. D

Quicunque verè Christianus est, id est quisquis præcepta Christi seruauerit, vir ille sit siue fœmina, seruus, vel liber, pauper aut dives, priuatámque aut publicam personam gerat, omnem de se alijs honestatem vtilitatémque præstabit, quæ à quouis hominum genere expectari possit, vtpote qui sibi ante oculos Deum semper conscium proponat suarum actionum, nec alteri minus quàm sibi cupiat. Nulla vtique vxor sanctius iura coniugij seruabat, nullus magis filius parentibus auscultabit, nullus erit vtilior seruus quàm Christianus: ita maritus omni suspicione zelotypiáque liberatur, parentibus nulla opus est in liberos patiencia. Dominus non de fuga serui sollicitabitur. Attamen gentes (quòd semel temerè constiterant) nihil inde boni ptouenire posse putantes, tanto odio flagrabant, vt in id pactum conuentionémque venirent. quàm omnibus suis commodis renunciarent, modo Christianus non interueniret maritus (verbi causa) de pudicitia vxoris sollicitus omnibus modis occurrere, quasi fœlicem se fore putans, si tanta suspicione liberaretur. Conuertebat illa se ad Christum, atque eo duce omnem culpam exuta ita pudicè viuebat, vt, viro nullum zelotypiæ locum relinqueret: quia tamen Christiana, statim abdicabatur & de contubernio expellebatur. Ita se pater habebat in filium emendatum, ita dominus aduersus fidelem seruum, magis eo quisque nomine offendebatur, quàm cum priori crimine laborabat, nec tanti emendatio, quanti odium æstimabatur.

Nunc igitur si nominis odium est, quis nominum reatus? Quæ accusatio vocabulorum [19] nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum: Christianus verò quantum interpretatio est de vnctione deducitur. [40] Sed & cum perperam Chrestianus pronunciatur à vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suauitate vel benignitate compositum est. [41] Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.

Satis iam declarauit Tertullianus suo tantum nomine Christianos vexari damnatique. Qui reatus nominis & si grauior odiosiorque est quàm esse aut videri potest, iusta tamen causa non est quamobrem tam miserabiliter homines torqueantur. Sed si cõprobetur, etiam ne ipsum quidem nomen aliquid in se continere, quod graue sit, odióve dignum? nõnne licebit merito conqueri, quod innocentium hominum innocuum quoque nomen conuellatur? Quod itaque nomen hoc, Christianus, nullo modo debeat odium in se merito concitare ex ipsius nota & argumento, à debita diuisione suadet. Nomen enim, inquit, & vocabulum aliquod quatuor de causis abhorrere homines solent, quarum nullam in se habet Christianus. Barbarum qui dem non est, quoniam Græcum. nihil habet in se infœlicitatis aut ominis quod malum aliquod minitetur, nulli etiam maledicit, atque ab omni turpitudine seiungitur. Siue enim per iota scribitur orthographicè, vnctionem illam regiam præ se fert, siue per ita, quem admodum vulgò inepte Chrestianus deriuat, benignitatem refert. Christus enim vnctus est, Chrestus autem bonus. E

At enim secta oditur in nomine vtique sui auctoris. Quid noui si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit? nónne philosophi de auctoribus suis nuncupantur [42] Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam à locis conuenticulorum & stationum suarum Stoici, Academici? [43] Æquè medici ab Erasistrato, [44] & grammatici ab Aristarcho, [45] coci etiam ab Apicio? nec tamen quenquam offendit professio nominis, cum institutione transmissa ab institutore. [46] Plane si qui probat malam sectam, & ita malum etiam autorem, isp robabit & nomen malum dignum odio de reatu sectæ & authoris. Ideóque ante odium nominis competebat prius de auctore sectam recognoscere, vel auctorem de secta. At nunc vtriusque inquisitione & agnitione neglecta nomen detinetur, nomen expugnatur, & ignotam sectam, ignotum & auctorem vox sola prædamnat, quia nominantur, non quia reuincuntur. F

Anthypophora. poterat enim aliquis dicere, haud infensum nomen, id est neque secta per se, sed propter auctorem. Hoc sita est, inquit, cognoscendum prius fuerat vtrum auctor eius Christus malus esset habendus neene. Si enim probabili saltem ratiocinio hominem fuisse nequam flagitiosúmque perfuadeatur, merito à tali principio & quasi capite nomen ipsum cum secta, quamuis bellè sonaret, omnibus modis profligandum fuisset. Sed illud molestum iniquum est, vt nomen aliquod arripiatur & expugnetur, diuexetúrque propter sectam vel auctorem, cuius tota vita propositúmque ignoretur, atque id non quia reuincatur refellatúrque quasi falsum & impudens, sed quia sic nominetur. Antea verò quàm respondeat obiectioni, emollire exemplis ceruicem obijcientis pertentat (si quasi hoc nouum esset & vsitatum vehementius vrgeret) aliarum sectarum adducens exempla non philosophorum tantum, sed cocorum etiam, qui traditam sibi à præceptore disciplinam amplexentur nomine eius vsurpato, nullam cuiquam offensionem aut odium commouerunt, ita vt amantes sui detineant, à quibus verò reijciantur, vim nullam petpessi valere petmittantur.

[47] Atque adeo quasi præfatus hæc ad suggillandam odij erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentiæ confisam, nec tantum refutabo, quæ nobis obijciuntur, sed etiam in ipsos retorquebo [48] qui obijciunt: vt ex hoc quoque sciant homines in Christianis non esse quæ in se nesciunt esse, simul vti erubescant accusantes non dico pessimi optimos, sed iam volunt compares suos. Respondebimus ad singula quæ in occulto admittere dicimur, quæ illos palam admittentes inuenimus, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus irridendi deputamur.

Propositum (vt diximus) huius orationis innocentia est Christianorum, de qua nihil adhuc seorsum diximus. Nam

A Nam quæ hactenus insinuauit Tertullianus loco quasi præfationis exactè necessariòque producta fuerũt. Expugnandum siquidem fuerat odium, quo omnis attentio perturbatur, atque eius iniustitia damnanda fuggillandáque priusquam ad ipsum innocentiæ statum consisteret. Quo loco attentionem sibi concilians pollicetur, non modo quæ Christianis imputantur dilucre, sed etiam illa ipsa ita in accusatores reijcere atque retorquere, vt quæ aliis falsò adscribunt, in se reuera esse agnoscant, videántque in ijsdem se criminibus impunè volutari, quorum alios facere reos conantur. Præterea quod multo impudentius est, ea omnia facinora quæ in operto Christiani operari dicuntur, & vnde scelesti, vani, irridendique existimantur, probabit eadem palam fieri ab calumniatoribus nulla habita ratione.

Sed quoniam cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum adstruatur auctoritas aduersus eam, vt aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratis necessitas obsequij præferatur veritati: de legibus prius concurram vobiscum vt cum tutoribus legum.

Non poterat oratio quæ pro Christianis dicebatur eodem cursu deduci quo aliæ causæ libertè ferebantur. Primum etiam conciliandi erant auditores, non vt attentius audirent, sed vt (quod ordinarium ceteris erat) audire vellent: deinde exoratis iudicibus vt audiant, maior vtrinque difficultas occurrebat. Leges & edicta quæ Christianos indicta causa damnari iubebant. Nam iudices audimus te, inquiunt, Tertulliane libenter pro Christianis dicentem, sed vterque nostrum optarat ludit. nam & si probabilia veráque afferas, legum tamen auctoritati deferuire cogimur, quæ semel de sola nominis confessione Christianos malè mulctandos esse præscribunt, ita vt nihil aliter retractandum sit, ingratisque & quasi per vim necessarium hoc legis obsequium deferendum nobis est, pluris quæ stimandum quàm veritas ipsa. Nos enim iurati in verba legum, tutores fidelésque legum ministri esse debemus. Hac itaque excusatione cum videret Septimius iudices vti contra veritatem, de iure prius legum cum illis disputandum, si innocentes penitus absoluant.

B Iam primum cum dure definitis dicendo, non licet esse vos, & hoc sine vllo retractatu humaniore præscibitis, vim profitemini: & iniquam exercetis dominationem: si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere.

Ius ipsum atque vis de eodem loco vicissim excluduntur, & in qua ciuitate tribunalia sunt, vires, vt quibus omnis iustitia inuertitur, comprimũtur exturbantúrque omnibus modis, nihil que magis absurdum illegitimumque videtur, quàm cum vires pro legibus & pro ipso iure haberi volunt. Quod Christianis præcipuè euenichat apud Romanos iudices, qui vires sæuitiámque tyrannicam qua Christianos perdebant legitimam videri volebant iureque perlatam. Necessarium itaque est de statu hoc legitimo disserete, ne sic oblitterentur, Christianos iure damnare videantur: ijs quidem ad manus semper erat illa vox, Non licet esse Christianos. Quæ definitio determinatióque legis dura quidem est & pentus inhumana. Nam cur ita absoluta fertur, neque eius ratio aliter tetractari recognoscique permittitur ora quodammodo compescens, disputationum. nimirum si hoc ita est, quia sic vobis placet non quia sic debeat, præ se fertilla quidem vini maximam, & quia ratio nulla dominatur, non iudices sedere in Capitolio, sed tyrannos demonstrat, quorum proprium illud est, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas: nullo habito respectu ad id quod permitti debeat aut non debeat. viribus igitur Christiani succumbunt, non legitimè superantur.

Quod si quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio 49 id non debet licere quod malè fit, & vtique hoc ipso præiudicatur licere quod bene fit. Si bonum inuenero esse quod lex tua prohibuit, nónne ex illo præiudicio prohibere me non potest, quod si malum esset, iure prohiberet?

Altera pars dilemmatis. Non licet enim esse Christianos, aut quia non vultis, aut quia permitti non debeat. prius tyrannicumest, vr diximus, alterum temeritate sua & iniquitate idem peccat. nam cum omnium legumlatorum scopus ille sit & propositum, vt ciues cuitatis vitijs virtutem capessant, qua fœlicem beatámque vitam viuant, profectò illud licere voluerunt quod bene fit, quod autem malum, nequaquam. Igitur sectam Christianam per vos esse
C non licet, quia nequam esse non licet, quia nequam esse præiudicatis. At natura alicuius rei non est præiudicio temerè damnanda. potest enim & nomen & res eius bona deprehendi: quod si patienter audiamur explicabitur, atque ira prohiberi legitimè non poterit. Cum leges itaque mala persequantur, non quæ sunt bona, nulla vestra est illa lex per vim lata aut ex errore, quæ extra ordinem communereligit bonum, & quod proprium eius est abrogat.

Si lex tua errauit, puto ab homine concepta est. neque enim de cœlo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut resipuisse in reprobanda? 50 Nónne & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmonijs emendatæ, tantum auctori suo doloris incusserunt, vt in secessu inedia de semetipso iudicarit.

Legem aduersus Christianos posse ex errore esse inductam à verisimili primũ confirmat, deinde ab exemplo. Quid enim facilius est hominibus quàm errare, præsertim in his inferioribus rebus, quarum principia cùm aliter se habere possint, ita nullam de se certam scientiam faciunt, vt sæpè quæ noxia videantur, salutaria fiant: quæ verò bona, experiantur mala. Cum itaque lex contra Christianos ab hominibus concepta conditáque sit, neque de cœlo ceciderit, sua autoritate non debet quod bonum est quasi malum contumaciter persequi, imò aut abroganda, quales plerasque aliæ leges tam apud alias gentes quàm apud Romanos. Nam & Lycurgi leges, qui omnium legislatorum facile princeps à Pythia Deus appellatus est, Spartiatis duriores visæ sunt, & in commodiotem vsum redactæ. Ex quatet Lycurgus cum nehilum quidem aberrasse existimaret, recipere sese ab eo rigore noluit, vt aliquid remitteret & imptobaret, sed tantum ex eo dolioris concepit, vt in Crissam transuectus seipsum inedię condemnarit.

Nónne & vos quotidie experimentis illuminatibus tenebras antiquitatis totam illam veterem & squalentem siluam legum nouis 51 Principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis &

cæditis? [14] Nónne vaniſſimas Papias leges quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quàm Iuliæ matrimonium contrahi, poſt tantæ autoritatis ſenectutem, heri Seuerus conſtantiſſimus principum excluſit? [15] Sed & iudicatos in partes ſecari à creditoribus leges erant: conſenſu tamen publico crudelitas poſtea erasa eſt; & in pudoris notam capitis pœna conuerſa eſt, bonorum adhibita proſcriptione, ſuffundere maluit hominis ſanguinem quàm effundere. D

A notioribus propioríque exemplo iudices monet, malignitatem rei vel bonitatem non eſſe legum autoritate defendam, quando plerǽque non veritatem, ſed commoda potius ſui imperij reſpicientes, quæ pro temporum qualitate mutantur, facilè aberrare poſſunt, vt ex multis patet, experientia duce omnia illuſtrante per reſcripta mandatáque principum edictorúmque ſecuribus, id eſt autoritate conſulari prætoriáque vel antiquantur vel emendantur. Ex illa verò legum infinita cõgerie, quam meritò ſiluam ſqualentem & inculcam appellat, à Iuſtiniano ſequenti tempore conciſam, duas potiſſimum elegit, quarum alteram Papiam Poppæam ſuo ſcilicet tempore Seuerus abrogauerat, altera de nexu iampridem refrixerat.

Quot adhuc vobis repurgandæ leges latent, quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, ſed æquitas ſolaꝫ& ideo cum iniquæ recognoſcuntur, merito damnantur. licet [16] damnent cum iniquas dicimus, imò ſi Nomen puniunt, etiam ſtultas.

A ſpecie deſcendit ad genus. Longum enim fuiſſet & importunum quæcunque leges obliteratæ fuerunt recenſere. Quamplures igitur, inquit, iudices latent adhuc leges quæ à vobis, populóque Romano, retractandæ corrigendæque erunt. Nam cum propoſitum omnium legum, ſit ipſum æquum, quæcunque ab eo quaſi ſigno diſcedunt, nulla dignitate legiſlatoris, nulla autoritate antiquitatis commendantur. Eoque etiam ipſo tempore, quo vires ſuas exercent, hominéſque condemnant, iniquæ dicuntur, & habentur. Quod ſi nomen aliquod ſolum perſequantur, quales ſunt in Chriſtianos, ſtultæ etiam temérǽque videri poſſiunt.

Si verò facta, cur de ſolo nomine puniunt facta, quæ in alijs de admiſſo, non de nomine probata defendunt? inceſtus ſum, cur non requirunt? infanticida, cur non extorquent? in deos in Cæſares aliquid committo, cur non audior qui habeo quo purger? nulla lex vetat diſcuti, quod prohibet admitti: quia neque iudex iuſtè vlciſcitur, niſi cognoſcat admiſſum eſſe quod non licet: neque ciuis fideliter legi obſequitur, ignorans quale ſit quod vlciſcitur lex. Nulla lex ſibi ſoli conſcientiam iuſtitiæ ſuæ debet, ſed eis à quibus obſequium expectat. Ceterum ſuſpecta lex eſt quæ probari ſe non vult, improba autem, ſi non probata dominetur. E

Leges facilè labi & iniquas fieri poſſe, ſatis eſt declaratum, nunc ipſam legem de Chriſtianis examinat, qua ratione iniqua ſit & ab æquo longius abſit. Nam ſi, inquit, facta puniunt ipſæ leges, quamobrem de Chriſtianis nomen tantum quaſi factum inſectantur? ſiquis enim Chriſtianus infanticida vel ſacrilegus deferatur, prætermiſſa quæſtione, perinde ac eſſet reuera ſacrilegus pœna mulctatur. Eaigitur facta quæ in alijs probata examinatáque fuerint, haud equidem de nomine quia vulgo ſic feratur, ſed de admiſſo, id eſt quia patrata fuerint defenduntur tuentúrque à legibus pro veris, ſi in Chriſtianis modo nominentur, damnantur vtique: neque enim verus reatus ſit necne quæritur, nec teſtes adducere, neque ſe purgare permittitur Chriſtiano contra omnium legum conſtitutiones. Nulla ſiquidem lex id quod prohibet, vetat quin diſcutiatur. Iudex vero niſi veritatem comperit qui rectè iudicare poteſt? Præterea ciuis erit nullus qui obtempetare legibus poſſit, ſi quod illæ vindicant, ita inuoluatur vt ignoret. haud enim ſatis eſt legem ſibi conſciam eſſe iuſtitiæ ſuæ, ſed ij etiam quibus ſeruanda eſt, iuſta videri cognoſcique debet. Quanquam ex hoc ipſo quod examen lex refugit, in ſuſpicionem cadit iniuſtitiæ, quæ enim iuſta eſt quamobrem aliquid prohibeat, vt diſcutiatur, non curat. Sed non iniuſta modo creditur, ſed improba & violenta, quæ dominari velit & timeri etiam ſi non probetur, qualis lex de Chriſtianis. Igitur à circunſtantijs omnibus quaſi iniuſta & improba damnatur.

CAP. VI. [17] Vt de origine aliquid retractemus eiuſmodi legum. Vetus erat decretum, Ne qui Deus ab imperatore conſecraretur, niſi à ſenatu probatus, vt [18] M. Æmilius de deo ſuo Alburno. Facit & hoc ad cauſam noſtram, quod apud vos de humano arbitratu diuinitas penſitatur. Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit, homo iam Deo propitius eſſe debebit. F

Multum profectò intereſt, ex quo quidque fonte manet, & vnde originem ducat, cum in omnibus rebus, tum in ijs quæ vitam humanam reſpiciunt. Cuiuſmodi ſunt ipſæ leges, quæ ſi autorem habuerint qui ſapiens iuſtúſque fuerit, & iuſtæ & ſapientes ipſæ putantur, nec facilè ſuam autoritatem amittunt: quales Lycurgi, Numæ, Solonis: contrà ſit ſi legiſlator impius fuerit atque tyrannus. Tertullianus igitur, vt leges quæ contra Chriſtianos latæ fuerant nullam habere partem non modo æquitatis ſed ne autoritatis quidem oſtendat, earum originem recenſet altius repetito principio Chriſtiani dogmatis. Quod cum imperante Tiberio ſit reuelatum, non prius tamen vexatum fuit, quàm ſub Nerone eiúſque ſimilibus tyrannis. Senſus verò huius prœmij eſt. Sed vt certius temeritas legum in Chriſtianos cognoſcatur, de origine illarum diſquirendum. Ea enim à Nerone eſt. Nam Tiberius, cuius memoria hoc nomen diuulgari cœpit, tantntum abfuit vt perſequeretur Chriſtum, vt interdeos illum adnumerare voluerit: quia tamen lege cautum erat peregrinas ceremonias non poſſe inconſulto ſenatu in vrbem introduci, neque ille conſilíũ perſuaſiſſet, à cõſecratione deſtitit. Chriſtianos tamẽ ſuo edicto tutatus eſt, atque ita vſque ad Neronẽ ſecuram vitam traduxerunt. Interea decretum ſenatus de religione irridet, diuinitas alicui acquiritur, ex arbitrio ſcilicet hominum. Quaſi verò numen viſque illa Dei fautoribus indigeat, neque per ſe ſatis ſit probando perſuadendóque omnibus, inuito etiam ſenatu, quod & colenda ſit & pietate proſequenda. Sed vt vetus Deus etiam non probatus ab hominibus, ſibiipſi probatio eſt: ita qui ſit ab homine probatus, haud ideo colendus erit. Stat itaque Senatuſconſultum pro cauſa noſtra, apud quos diuinitas vna eſt & vera, quæ iudicium hominis non reformidat aut requirit: quæ verò apud vos habentur numina, ex hominum vel ſtulta perſuaſione vel adulatione templa ſibi poſcunt.

[14] Tiberius

A [57] Tiberius, ergo cuius tempore nomen Christianum in seculum introiuit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina [58] quod illic veritatem illius diuinitatis reuelauerat, detulit, ad senatum cum prærogatiua suffragij sui. Senatus quia non in se probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Lib. 3.

Ordo & sensus est. Tiberius, cuius tempore floruit in Iudæa & cruci affixus est Iesus, nomen Christianum & Christum eius authorem annunciatum, sibi per litteras præfectorum Palæstinæ Iudææ (vbi aperuit illic veritatem suæ diuinitatis) ad senatum retulit, non vt ex eorum sententia quid sibi faciundum super hac re esset videret, sed vt suæ illi sententiæ subscriberent & assentirentur. Ipse enim ius omne suæ prærogatiuæ iam in dedicationem contulerat. Tot tantáque erant miracula quæ ad illum ex Iudæa deferebantur de Christo: quæ & si vel malignitate, vel adulatione, à scriptoribus supprimebantur, qui nihil nisi Cæsarum gesta admirati volebant, multa tamen, si fastorum libri, si acta senatus & commentaria Cæsarum extarent, apud hostes eius nominis legerentur.

[59] Consulite commentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio ferociisse. sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest non nisi grande aliquod bonum à Nerone damnatum. [60] Tentauerat Domitianus, portio Neronis de crudelitate, [61] sed qua & homo, facilè cœptum repressit, restituitis etiam quos relegauerat. Tales semper nobis insecutores, iniusti, impij, turpes: [62] quos & ipsi damnare consuestis, & à quibus damnatos restituere soliti estis.

Tacitus autor est, itémque Suetonius, Neronem ex Cæsaribus primum in Christianos distrinxisse gladium, principésque eius familiæ interfecisse. Cum verò ferox illud ingenium non charissimis ciuium, non consanguineis, non præceptori, non denique matri pepercisset, nihilque ille amaret nisi quod scurrile, impium, turpéque esset, eiusmodi
B damnationis autore gloriari debent. Quicunque illi molesti fuerunt, tali nimirum testimonio graues piique & homines probantur. Longo post interuallo secutus est Domitianus, qui non tam ingenij sui feuitia, quàm vt plebi gratificaretur, facta Neronis amplexus, eadem cæde tentauit vrbem commaculare: quia tamen non omnem exuerat humanitatem, neque dignos exilio aut alia mulcta Christianos videret, repressit impetum, & quos iam in insulas aliisque pasim locis relegarat, idem ipse restituit: atque ita fides Christiana eos semper habuit hostes, qui alijs virtutibus intensi, vestro etiam consensu scelesti habiti sunt & fuerunt. Qui verò ex imperatoribus laudantur, aut nostris hominibus pepercerunt, aut legum iudicium dissimulaturunt: atque id est quod à Tertulliano in clausula adiungitur.

[61] Ceterum de tot exinde Principibus, vsque ad hodiernum, diuinum humanúmque sapientibus; edite aliquem debellatorem Christianorum. At nos è contrario edimus protectorem. si litteræ M. [64] Aurelij grauissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum fortè militum precationibus impetrato imbri, discussam contestatur. Qui sicut palam ab eiusmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, & quidem tetriore.

Si quot fuêre deinceps principes sapientes recensentis vsque ad eum qui hodie nobis imperat, Seuerum scilicet, qui si ingenium eius respicitis, diuinus meritò dici potest, si benignitatem, humanus: nullum proferetis qui Christianum nomen deturbauerit, imò adducere possumus qui illud defenderit, tutatúsque sit Marcus videlicet Aurelius Imperator, cuius quum in bello aduersus Germanos exercitus omni humore destitueretur, precibus Christianorum retulit acceptum quod siti non conficeretur, qui pluuiam à Deo exoraueruntur. Huius beneficij memor Imperator tum omnes Christianos omni metu liberauit, tum quum delatores etiam damnarit Christianorum, voluit vt omnes palàm libereque ferrent ac disseminarentur vbique. A rei igitur iudicio, quum quod plures sapientes constituant, id probandum esse videatur, Christianum dogma bonum esse conuincitur.
C

[65] Quales ergo leges istæ, quas aduersus nos soli exercent impij, iniusti, turpes, truces, vani, dementes? Quas [66] Traianus ex parte frustratus est vetando inquiri Christianos: quas nullus [67] Hadrianus, quanquam [68] curiositatum omnium explorator; nullus [69]. Vespasianus, quanquam Iudæorum debellator, nullus? [70] Pius, nullus [71] Seuerus impressit. Facilius itaque pessimi ab optimis quibusque, vt ab æmulis, quàm à suis socijs eradicandi iudicarentur.

Conclusio ex antedictis, quæ secum probationem affert. Facile, inquit, est de huiusmodi legibus contra Christianos iudicare, quales illæ sint, si hominum ingenia à quibus exercentur dissimulantúrve, cognoscantur. Nam si virtus vitio contraria, boni Imperatores, quales Vespasianus, Traianus, Hadrianus, Pius, Ælius Verus, sustinere placita Christianorum nequiuissent, si quid in eis turpe aut noxium comperissent. Et genus quidé bonitatis eorum non eiusmodi erat, vt hæc & alia id genus negligeret. namque Hadrianus curiosissimus principum fuit, vt ex historicis videre est. Vespasianus autem Iudæam gentem quæ cum Christiano dogmate plurimum consentit, disturbauit atque disperdidit. Quod si ab iis tantum qui omni genere nequitiæ flagrarunt, diuexatum est, certè suis illud moribus non quadrasse intelligitur, vt quod vitia damnet, neque vllam in factis dictísque turpitudinem admittat.

[72] Nunc religiosissimi legum & paternorum institutorum protectores & vltores respondeant velim de sua fide, & honore, & obsequio, erga maiorum consulta, si à nullo desciuerunt? si in nullo exorbitauerunt? si non necessaria & aptissima quæque disciplinæ obliterauerunt? [73] Quónam illæ leges abierunt, sumptum & ambitionem comprimentes, quæ centum æra non amplius in cœnam subscribi iubebant? nec amplius quàm vnam inferri gallinam, & eam non saginatam? quæ patricium, quod decem pondo argenti habuisset, pro magno titulo ambitionis senatu summouebant? quæ CAP. VI.

theatra ſtuprandis moribus orientia ſtatim deſtruebant ? [74] quæ dignitatum & honeſtorum natalium inſignia non temerè nec impunè vſurpari ſinebant ?[75] Videoenim & centenarias cœnas, à centenis iam ſeſtertiis dicendas, [76] & in lances (parum eſt enim ſi ſenatorum & non libertinorum vel adhuc flagra rumpentium) argentaria metalla producta. Video & theatra nec ſingula ſatis eſſe, nec nuda. Nam nec vel hyeme voluptas impudica frigeret, [77] primi Lacedæmonij penulam ludis excogitauerunt. [78] Video & inter matronas atque poſtribulas nullum de habitu diſcrimen relictum. Circa fœminas quidem etiam illa maiorum inſtituta ceciderunt quæ, modeſtiæ, quæ ſobrietati patrocinabantur : [79] Cum aurum nulla norat præter vnico digito quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo : [80] Cum mulieres vſqueadeò vino abſtinerentur ; [81] vt matronam ob reſignatos cellæ vinariæ loculos ſui inedia necarint ; ſub Romulo verò quæ vinum attigerat, impunè à [82] Mæcenio marito trucidata ſit. [83] Idcirco & oſcula propinquis offerre etiam neceſſitas erat, vt ſpiritu indicarentur. Vbi eſt illa felicitas matrimoniorum de moribus vtique proſperata, [84] qua per annos fermè ſexcentos ab vrbe condita nulla repudium domus ſcripſit? At nunc in fœminis præ auro nullum leue eſt membrum, præ vino nullum liberum eſt oſculum : repudium verò iam & votum eſt, quaſi matrimonij fructus. D

Hic certius occurrit quàm temerè oratio hæc in tot capita fuerit diſſipata. nam ſi quis locus, hic maximè ſuo capite diſtingendus erat, quando ad aliam ſententiam tranſeat Tertullianus. Neque enim ſatis erat perſuaſiſſe leges aberrare poſſe, & quæ præcipuè erant in Chriſtianos demonſtraſſe iniuſtas, niſi obiectioni, qua iudices ſe adhuc defendere poterant, occurriſſet. Quid enim, inquit, ad nos, ſi quas populus Romanus leges ſciuit, inutiles iniuſtæque deprehenduntur, munus noſtrum eſt & officium, non de legibus iudicare, ſed de iis qui leges non ſeruauerint. Contra igitur hoſce legum religioſiſſimos defenſores Tertullianus non ſine ironia infertur, obijciens hanc legum ſuperſtitioſam curam, non ex animi recta ſententia fieri, ſed à libidine manare, quæ prout alijs vel aduerſatur, ita ſe in iudicijs intendit, aut remittit. Nam cùm (verbi cauſa) gulæ libenter obſequatur, facilè in ſumptuarium legem connuet. quia verò Chriſtianos perpetuo quodam odio proſequitur, ſeuera eſt & exacta legum exactrix. quod ſi ratione iudices ducerentur, facilè intelligerent, ſi vllis vnquam, Chriſtianis maximè indulgendum fuiſſe. Nulla igitur excuſatio accipienda, ideo ſæuiſſimos eſſe iudices in Chriſtianos, quia tutari ſeruaréque maximè cupiant leges, quæ aptiſſimæ ſint & neceſſariæ conſeruando imperio Romano : nam aliæ quamplures eius generis leges contemnuntur. Quæ enim lex magis eſt neceſſaria in ciuitatibus, quàm quæ luxuriam comprimit, qualis Licinia quæ Centuſſis etiam dicebatur, quòd in cœnam centum tantum aſſes ſubſcribi iubebat. qualis etiam Cenſoria quæ nobiliſſimo cuique ſenatori libras decem argenti in ſupellectili habere non concedebat. quod ſi à cenſoribus ea ſumma deprehenderetur, è ſenatorum albo eradebatur. Quin (vt Plutarchus refert) Cornelius Ruffinus vir conſularis, quia cauari æris plus decem libras contra legem poſſidebat, ſenatu motus eſt à cenſoribus. qui cum mores illegitimos ciuitatis taxarent, tum laſciuiam theatralem ex lege maxima cura comprimebant, ignari quantum moribus ciuium obeſſet publica illa ſpectaculorum immodeſta licentia. Nec minor erat illis eius legis cura, quæ ingenuos quibuſdam inſignibus ab alijs ſegregabat, qualis erat bulla, prætexta, vitta, ſtola : quæ ornamenta ſi quis obſcuro genere vſurpaſſet, grauiter mulctabatur. Has igitur, de multis quatuor leges non minus ciuitati neceſſarias quàm honeſtas paſſim negligi Tertullianus exponit. Nam pro centum allibus in cœnam centum ſeſtertia profunduntur. & in ſupellectili, non dico ſenatorum, id enim ferendum aliquo modo foret, ſed libertorum qui nuper empti de cataſta compedes excuſſere, non modo argenti libræ decem cenſentur, ſed integræ tantum non fodinæ metallorum exponuntur. In theatris autem pro ſingulis ſpectaculis plurima exhibentur, nudatis etiam corporibus tam in hyeme quàm per æſtatem. nam exemplo Lacedæmoniorum in ipſis etiam ludis penula ad iniurias cœli vitandas introducta eſt. Quantum verò ad inſignia nulla amplius ſeruantur, nec inter matronas quidem ac meretrices, quo nihil videtur eſſe turpius in maieſtate tantæ vrbis. Quanquam ſi paulo ſuperius maiorum inſtituta repetere volumus, omnem fœminarum modeſtiam, quæ tam cultuun corporis quàm victum tuebatur, concidiſſe videbimus: nam quò illa matrimonij ſanctitas abiit, quæ tantos habuit de ſuis moribus. ſucceſſus rerum & fœliorum ? tantàque charitate deuincta erat, vt ſexcentis pauculominus annis nullo facto diuortio ſit diſſoluta. Poſtea verò quàm primus Carbilius Spurius repudium fecit, ea leuitas in animis innata eſt & inconſtantia ex negligentia veſtra, vt nulla intercedente cauſa legitima ſterilitatis, adulterij, male adminiſtratæ rei domeſticæ, vel abſentibus repudium remittant: nequeiam ob aliam videantur cauſam nupſiſſe, niſi vt diuortia facere poſſint, licet Auguſtus aliſque de numero diuortiorum legibus ſæpè cauiſſent. E F

[85] Etiam circa ipſos deos veſtros quæ proſpectè decreuerant patres veſtri, iidem vos obſequentiſſimi reſcidiſtis. [86] Liberum patrem cum myſterijs ſuis Conſules ſenatus autoritate non modo vrbe, ſed vniuerſa Italia eliminauerunt. [87] Serapidem & Iſidem & Harpocratem cum ſuo cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id eſt curia deorum pulſos, [88] Piſo & Gabinius conſules non vtique Chriſtiani, euerſis etiam aris eorum abdicauerunt, turpium & ocioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes : his vos reſtitutis ſummam maieſtatem contuliſtis.

Maius hoc eſt & pro cauſa Chriſtianorum magis fauorabile. non enim à ſimili argumentatur, ſed eodem res vertitur. nam ſi iudices obiectione illata dicerent, ſuperiores leges de hominibus non debere per homines perinde ſeuerè tractari : ac ſi ad religionem pertinerent : qualis eſt ea quæ Chriſtianos eſſe prohibet, ne deorum cultus adulteretur : Septimius iudices de ſuis etiam ipſis dijs negligere perſpectas conſideratáſque leges, & antiquæ autoritatis oſtendit. nam cùm olim ſenatus Orgia Bacchi exterminaſſent, authore Liuio, & Piſo deinde Gabiniuſque Ægyptiam ſuperſtitionem Iſidis, Serapidis, & Harpocratis, qui & ſi à Capitolio arcerentur, paulatim tamen in vrbe aras ſacellaque inuenerant, ſubmouiſſent, vobis nihilominus omnia hæc obſtare non potuerunt, quin contra omnia maiorum inſtituta, contra leges, iiſdem illis dijs quaſi poſtliminio reuerſis ædes in vrbe refici pateremini.

Vbi

A Vbi religio? vbi veneratio maioribus debita à vobis? habitu, victu, instructu, sensu, [89] ipsò denique sermone proauis renunciastis. Laudatis semper antiquitatem, & nouè de die viuitis. Per quod ostenditur, dum à bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere & custodire quæ non debuistis, cum quæ debuistis non custodistis.

Epilogus breuis & grauis, quo sanè colligit iudices atque eos homines qui se moueri dicebant autoritate patriorum morum obseruantissimique videri volebant, suarum legum non modo veterum religioni nuncium remisisse, sed ab omni eius specie ita exorbitasse, vt ne eundem quidem sensum atque sententiam neque setmonem præ se ferant, vt qui iam omnes Epicurei essent. Ex quo ratiocinari facile est, quicunque ea quæ probat, non seruat, in illis ipsum versari quæ sunt vituperanda. Nullus igitur vestrum dicat, amore studioque suarum institutionum persequi Christianos, sed odio potius & quadam libidine temeraria.

Adhuc quod videmini fidelissimè tueri à patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis Christianos destinatis, studium dico deorum colendorum (de quo maximè errauit antiquitas) licet Serapidi iam Romano aras restruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras immolaritis, suo loco ostendam proinde despici & negligi & debuisse à vobis aduersus maiorum autoritatem. Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, vt iam inde ad manifestiora pergam.

Ritus ceremoniæque sacrorum à Numa primum institutæ, pontificum deinde autoritate diu seruatæ, quomodo, quando, quibus hoc tijs adire templa deorum oporteret, maximè erat pars totius religionis: quam cùm Christiani non tam quia superstitiosa erat, quàm non vero Deo exhiberetur, præcipuè refugiebant: in hanc partem accusatores enixissimè incumbebant, quod religio omnis cultúsque deorum ab illis negligeretur deridetúrque, quod templa deinde intrare nollent, quod sacris interesse, quæ pro salute principis aut totius populi suscipierentur, abhorrerent:
B omnia hæc feliciter alio loco Tertullianus ita regerit in aduersarios, vt eos criminis eiusdem reos magis esse demonstret, vt qui perinde similitérque illa omnia despiciant contra suorum maiorum autoritatem, qui iam cùm veteribus noua sacra admiserant. Commodius quippe vsum est quædam arcana crimina examinare priusquam in his aperiotibus longius immorari, quæ paulopòst retumet ex eo loco. Deos, inquitis, non colitis, &c.

[90] Dicimur scelerati ssimi, [91] de sacramento infanticidij, & pabulo indè; & post conuiuium [92] incesto, [93] quod euersores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent. Dicimur tamen semper, nec vos quod tam diu dicimur eruere curatis. Ergo aut eruite si creditis, aut nolie credere qui non eruistis. de vestra vobis dissimulatione non esse, quod nec ipsi audetis eruere. Longè aliud munus carnifici in Christianos imperatis, non vt dicant quæ faciunt, sed vt negent quod sunt.

Dominica cœna à nostris maioribus eadem ferè hora qua Christus cum discipulis nouissimè cœnauit, ex eius monitis celebrabatur. Noctu itaque dominici dici apud aliquem ex Christianis, qui domi suæ synagogam ecclesiám que cogeret, precationibus, lectionibusque peruigiles incumbebant, aderat & senior, vel episcopus, qui scripturas mysteriáque sanctæ fidei interpretaretur & habita concione mores semper in melius conformaret, qui panem & vinum dominica benedictione Christi corpus efficiens conuiuis impertiret. Accedebant ad hæc (vt ait Eusebius in quarto historiæ ecclesiasticæ) Carpocratis cuiusdam pseudochristiani, & aliorum qui Simonem Magum sectabantur mysteria quædam magicis obscœnitatibus insignia, quibus ceteri Christiani infinitum arcentur. Aduersarij igitur falsam historiam cum ijs, quæ resciuerant confundentes, multa in his vigilij patrari scelera commentabantur, qualia in mysticis suorum deorum sacris sub religionis prætextu committi quandoque audierant: præcipuè verò eos insimulabant: quod infante Christiani facerent; quod eius carne vescerentur & sanguine; & quod à cœna sese viri ac mulieres promiscuè incestarent, luminibus per canes, extinctis, ne qua illi verecundia offenderentur. Quæ suspicio potissimum inualuit, etiam ex eo quod in Christiano dognate haberi audiebant, Caro mea verè est cibus, & sanguis
C meus verè est potus. Quúmque tormenta Christi tenebráfque illas in memoriam eius Christiani reperæsentarent facilè persuasum est maleuolis mysterium panis non intelligentib. vt illi se fertinis eiusmodi ritibus contaminarent. His igitur calumnijs facilius quàm alijs onustbus, quæ in causa Christianorum versantur, Tertullianus per statum coniecturalem respondet, primum omninò non esse, & si sint non minora patrari ab accusatoribus. Solo enim incerto que rumore inniti demonstrat, quando si veta illa essent, fieri quidem non posse, quin interstitio tam multorum annorum inter tot inimicos & exploratores prodita iam & competta fuissent. Quod verò calumniam maximè arguit, illud est, quod quum hæc nobis obijciantur, nullam vos adhibetis curam diligentiámve in eruendis expiscandisque eiusmodi flagitijs. Alterum certè ex altero esse debebat, si crediris, vt quæreretis: si non quærendum putaris, vt non credatis. Licet dissimulatio vestra apertè doceat sententiam vobis dissonare à verbis: aliud enim dicitis, aliud reuera sentitis. nam si hæc nefaria sacra aliquo modo vera esse suspicaremini, carnifici imperaretis, vt tormentis adhibitis omnia ad vnguem extorqueret, non vt cogeret negare quod profiteatur.

Census istius disciplinæ, vt iam edidimus, à Tiberio est, cum odio sui cœpit simul veritas atque apparuit inimica esse. Tot hostes eius, quot extranei; & quidem proprij ex æmulatione Iudæi, ex concussione milites, ex natura ipsi etiam domestici nostri. Quotidie obsidemur, quotidie prodimur, in ipsis plurimum cœtibus & congregationibus nostris opprimimur. Quis vnquam taliter vagienti infanti superuenit? quis eruenta, vt inuenerat [94] Cyclopum & Sirenum ora iudici reseratuit?

Nihil est quod non reuelet dies, prouerbium in ijs rebus vsurpatum, quas quisque solus in operto facit, vt deprehendi non posse putet. Qui verò cum multis aliquid sæpè peccare dicitur, quo loco vis semper maleuolorum rumpere poterit, neque tamen deprehenditur, liberandus vtique is est tali crimimis suspicione. in eiusmodi causa

erant Christiani. nam cùm census & professio talis religionis iamptridem imperante Tiberio trecentis paulò minus annis elapsis exordium, sumpserit, nec prius veritas ipsa apparuerit, quam vniuersus ferè orbis coniurasset in illam ex odio quod semper sequitur illam, mirum si nullum adhuc tantæ immanitatis vestigium deprehensum sit, præsertim inter hostes & numero & genere tam multos. præter enim extraneas gentes, quæ communiter Christianos oderunt. propriè & peculiariter inimici sunt Iudæi ex æmulatione suorum præceptorum, quæ quotidie magis infringi per fidem nostram vident. Milites etiam qui vexare magis minúsve consuerunt, perinde atque intelligunt suos imperatores aut fauore aut odio ferri in aliquos, videntes Christianos sæpius concuti disturbarique palàm à magistratibus, nos quasi neglectos libenter obiurgant, exagitant, & in iudicium rapiunt. Quin & domestici familiaresque nostri duce quadam naturali simultate nobis continuò insidiantur: quo fit vt vndique obsideamur, neque vllum nobis vsquam asylum sit, quò confugere possimus. Quod si status accusatoris est coniecturalis, cùm alias vetitimiles certásque coniecturas afferre debebat, tum verò quæ ab adiunctis dicuntur, si vagitus infantis fuerit vnquam exauditus à quopiam in nostris ecclesijs, si tabo ora conuiuarum infecta animaduerterit, quasi Cyclopum & Sirenùm, quæ delatos ad se occidisse, & deuorasse finguntur. Neque adeò obüci potest, ideo non deprehendi, quia penetrare adyta sacratij non licuit, nam ipsa synagoga & in operando sæpius à coprobus, à plebe opprimimur & deturbamur.

Quis vel in vxoribus aliqua immunda vestigia deprehendit? quis talia facinora cùm inuenisset, celauit? aut vendidit ipsos [95] trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? Imò à quibus prodi potuit? ab ipsis enim reis non vtique [96] cùm vel ex forma omnibus mysterijs silentij fides debeatur. [97] Samothracia & [98] Eleusinia reticentur; quanto magis talia, quæ prodita [99] interim etiam humanam animaduersionem prouocabant, diuina seruantur. Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur vt extranei, & vnde extraneis notitia? [100] cùm semper etiam impiæ initiationes arceant profanos & arbitros caueant, nisi si impij minus metuunt.

Sed neque, inquit, incesti certa vnquam extitit coniectura. Quis etenim vir vestigium aliquod & indicium immundum in vxore deprehendit, quo concubitus indicari potest? Ecquis hoc vir suspicans in vxore rolerare potest, vt sagaciter non inquirat? & si deprehenderit, celare velit? quod si corrumpi dicas, animum illius vel libidine aliqua, vel accepta pecunia, hoc nullo modo verisimile sit, vt crimen vendat is, quem Christianos semper homines in iudicium traherc iuuet, ne prius eis parcat, quàm in carnificum manus tradiderit. Si semper latemus, &c. Enthymemare hypotetico refutatur pertinacia accusatorum. Qui obiicere adhuc poterant posse homines si velint latere, neque ideo crimina non esse vera, quæ latuerint. Si quod igitur, inquit, semper laruit, id nunquam proditum est, quod si nunquam proditum, vnde hæc vobis notitia, vnde tam certa vobis scientia, nisi à rumore quando incertáque & inconstanti fama, qui quantum credi oporteat, paulopòst edocebimus, si prius examinetur hæc à nullis prodi indicarique potuisse. Nam vel à consciis dum rei sunt, vel ab extraneis: at conscij & initiati duabus de causis illa indicasse, nullo pacto potuerunt. & quia formula constitutióque omnium mysteriorum exigit vt omninò reticeantur, & pro taciturnitate fides obligatur, qualia Samothracia sunt apud vos & Eleusinia, quæ initiatus prius quàm deregat emori velit. & quod maximum est, habet hic pro comperto, talia si detegat, morte plecti debere, quando eo etiam tempore quo recitentur, quasi diuina seruantur, inuitent homines ad vltionem. Extranei verò si velint reuelare, non possunt, quod ignorant. Neque de ignorantia dubitandum, cùm omnes initiationes, quibus ad mysteria cognoscenda instituimur, procul arceant profanos, arbitros testésque refugiant, præcipuè quæ Christianis attribuuntur, quæ quum impiæ habentur, multò magis animaduertendum, ne in lucem exeant, neque in pœnam.

[101] Natura famæ omnibus nota est. Vestrum est; *Fama malum, quo non aliud velocius vllum.* Cur fama malum? quia velox? quia index? an quia plurimum mendax? quæ ne tunc quidem quum aliquid veri affert, sine mendacij vicio est, detrahens, adijciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illic conditio est, vt non nisi quum mentitur, perseueret, & tamdiu viuit, quandiu non probat. Siquidem vbi probauit, cessat esse, & quasi officio nunciandi functa, rem tradit: exinde res tenetur, res nominatur. Nec quisquam dicit (verbi gratia) [102] hoc Romæ aiunt factum: aut fama est, illum prouinciam sortitum sed sortitus ille prouinciam, & hoc factum est Romæ. Fama nomen incerti locum non habet, vbi certum est. An verò famæ credat, nisi inconsideratus? quia sapiens, non credit incerto.

Si nullum nostrorum facinorum indicium à nullo vnquam reo extorqueri potuit, nec diuturni temporis longinquitate reuelari, neque vllo alio modo venire in lucem, quæ nimirum iactantur in Christianos necesse est ex quadam fama in animos hominum irrepsisse, quæ facile inter inimicos admittitur & conseruatur, sed quod sit eius testimonium, & quanti eius fides apud omnes cuique vestrûm, vel carminibus Maronis, quæ in ore sunt omnium, pater, qui famam malum esse decantauit, non ob aliam prorsus causam, nisi quia ita mendacio gaudeat, vt plerunque falsa prædicans, si quando tamen vera apportet, ea mendacio semper inuoluere iuuet. Præterea eius tota ratio est incerto pendet, imò nomen ipsum incerti. atque vbi aliquid certum est, locum habere non potest. Quicunque igitur sapiens est, famæ id est incerto non credet. Sapientia enim nihil magis est quàm scientia, scientia porrò nulla est de rebus incertis, igitur qui adducuntur vt famæ credant, temerarij sunt, & inconsiderati, quorum nulla ratio habenda.

Omnium est æstimare quantacunque illa ambitione diffusa sit, quantacunque asseueratione constructa, quod ab vno aliquando principe exorta sit: necesse est exinde in traduces linguarum & aurium serpat: & ita modici seminis vicium cetera rumoris obscura: vt nemo recogitet num primum illud os mendacium seminauerit, quod sæpè fit aut ingenio æmulationis, aut non noua sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate.

Quo facilius iudices videant temeritatem suam, qui famæ adhibeant aures atque fidem, tenue eius exordium tanti progressus describit. Cuique enim facile iudicare est famam ab vno aliquando, qui princeps, id est primus & autor fuerit,

A fuerit, exortam. nam & si illa quidem multa ambitione & inâni quodam apparatu historiæ diuulgatur, maximâque asseuerationc ac rerum confirmatione quas adducit, instruitur, quantæcunque tamen ei quasi dotes accesserint, facere non possunt quin ab vno & illo quidem suspecto principium sumpserit. Sed cùm eundo (vt inquit poëta) vires acquirat, & in plures veluti traduces propagineſque linguarum per traditionem distipetur, principii eius & vitiosum quasi semen tanto iam rumore obruitur, vt agnoscere recogitaréque homines non curent, vtrum primum illud os, vnde hæc auspicium habuerint, mentitumsit nécne: quodcùm facilè in omnes, tum maximè Christianos faciliùmum fuit, quibus nullus est angulus non inimicus. Ad hæc libera cuique suspicio est, & innati quædam ænulatio, quibus veluti calcaribus nõ mentiri modo, sed contra veritatem ferri solemus, præterquam quod eo ingenio omnes sumus, vt facilè in inuentionibus mentiantur. Ratio igitur famæ, si quod est ante eius rem, si quod in ipsa re consideres, si præterea consequens, tota futilis inuenietur, & nullius auctoritatis.

Bene autem quod omnia tempus reuelat, testibus etiam vestris prouerbijs atque sententijs, ex dispositione naturæ, quæ ita ordinauit, vt nihil diu lateat, etiam quod fama non [103] distulit. Meritò igitur fama tandiu sola conscia est scelerum Christianorum. hanc iudicem aduersus nos profertis, quæ quod aliquando iactauit, tantóque spatio in opinionem corroborauit, vsque adhuc probarè non valuit.

Aduersariorum armis suam causam Tertullianus defendit. Bene est, inquit, καλῶς ἔχει, benè se habet stãtque pro nobis prouerbium illud vestrum, quo Seneca scilicet aliique Romani homines passim vtuntur: Quod omnia reuelat dies, neque est quodcunque tam occultum, quod temporum vices aliquando non explicent, ita rerum series natura reuoluit. Cùm igitur tanti témporis spatium elapsum sit, nec tamen eo maiora indicia nostræ immanitatis prodierint, pro certo habendum, si vestris verbis credendum est, nullam penitus esse. Sola ergo fama post tot annos incerta adhuc & inexplorata, qua conscia adducitur testis, cuius auctoritate Christiani impunè damnari possunt.

B [104] Vt fidem naturæ ipsius appellem aduersus eos qui talia credenda esse præsumunt, ecce proponimus horum facinorum mercedem, vitam æternam repromittunt, credite interim: de hoc enim quæro, an & qui crediderit, tanti habeas ad eam tali conscientia peruenire! Veni, demerge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium, vel si alterius officium est, tu modò assiste morienti homini antequàm vixit: fugientẽ animam nouã [105] exspecta, excipe rudem sanguinẽ, eo panem tuum satia, vescere libenter. Interea discumbens dinumera loca, vbi mater vbi soror, nota diligenter, vt quum tenebræ ceciderint caninæ, non erres, piaculum enim admiseris, nisi incestum feceris. Talia initiatus & consignatus viuis in æuum. Cupio respondeas, sit tanti æternitas, aut si non, ideo nec credenda? etiam si crediderís, nego te velle: etiam si volueris, nego te posse. Cur ergo alij possunt, si vos non potestis? cur non possitis si alij possunt? Alia nos, opinor, natura [106] Cynophanes aut [107] Sciapodes: alij ordines dentium, alij ad incestam libidinem nerui. Qui ista credis de homine, potes & facere. Tu homo es & ipse quod & Christianus. qui non potes facere, non debes credere. homo est enim & Christianus, & quod & tu.

Argumentum à natura, quod tanto alijs est validius, quanto vis ipsius naturæ cæteris præstat: quæ ea profectò est hominis, vt quæcunque in luis penetrabilibus Christiani perpetrare dicuntur, penitus abhorreat. Nulla enim conditione adduci quisquam poterit, vt humana carne vescatur, & panem tepido sanguine madefactum ori admoueat, nec minus matrem sororémque cognoscat. Isthæc tam sensûs animi quàm corporis dedignantur atque refugiunt. Quid ergo, inquit Tertullianus, vobiscum iudices amplius agam de coniectura famáque nostræ feritatis? iam vos ipsos consulam, fidem auxiliúmque naturæ cuiusque vestrûm implorabo. Si quis ex vobis catechumenus fiat, & initietur
C Christianus, mystes patérque sacrorum dicat, Tibi quidem imprimis vel miactandus est infans, qui filius omnium meritò dicitur, quando [vt vultis] de communi adulterio nascitur, vel mactantibus alijs interesse oportet: deinde carο deuoranda, & panis sanguine maceratus comedendus, postremò cum matre vel sorore luminibus extinctis concumbere necesse est. Hæc si feceris, vitam viues æternam. Rogo vos, nec nunc de mercede hac disputo eredenda sit nécne. Credite interim, ac si repromittant, cautionémque dent: non enim in hoc quæstio est. rogo itaque vos, tanti sit ea merces, vt obliuisci hominem possitis, & consensu stomachóque accedatis, vt ijs studiosè assentiamini? quanquam nec ipsa merces, quæ hoc modo comparetur credibilis esse potest, neque si credaris simul & velitis, dico vos illud os habuisse à natura, gustum stomachúmque quæ id omninò grauiori nausea reijciant. A simili igitur, si Christiani perinde homines sunt atque vos, cur quod penitus natura vestra abhorret, illi tanto studio sectari poterunt, nisi forte nos aliud genus hominum sumus; quales, Cynophanes capite canino quos Plinius refert, venatu & aucupio vesci, & quales Sciapodes, qui in Lybia sunt, ad Oceanum ea appellatione homines, quod sibi latissima planta pedum resupini solem feruentissimum defendant. His fortè & id genus hominibus alia sunt instrumenta mandibularum alij quoque neruorum genitalium tentigines, vt quodcunque manducare, & in quameunque arrigere possint.

[108] Sed ignorantibus subijcitur & imponitur. nihil enim tale de Christianis asseuerari sciebant, obseruandum vtique sibi & omni vigilantia inuestigandum. Atquin volentibus initiari moris est, opinor, prius patrem illum sacrorum adire, quæ præparanda sint describere. Tum ille: Infans tibi necessarius adhuc tener, qui nesciat mortẽ, qui sub cultro tuo rideat. Item panis, quo sanguinis [109] jurulentiam colligas. [110] Præterea candelabra, & lucernæ, & canes aliqui, & offulæ, quæ illos ad euersionem luminum extendant. Ante omnia cum matre & sorore tua venire debebis: quid si noluerint vel nullæ fuerint? quid denique singulares Christiani? non erit, opinor, legitimus Christianus, nisi frater aut filius. quid tum? & si ista omnia ignaris præparantur, certè postea cognoscunt & sustinent & ignoscunt. Timent plecti si proclamant, qui detendi merebuntur. Quin etiam vtrò perire malint,

quàm ſub tali conſcientia viuere. Age nunc timeant, cur etiam perſeuerant? Sequitur enim ne D
vltra velis eſſe, quod ſi prius ſciſſes, non fuiſſes.

Omnes ex auribus ſcrupulos, & quæcunque fieri poſſent, obiectiones eximit. Dicat enim aliquis, Ita profectò eſt, vt natura humana penitus hæc teneiciat, ſi proponantur, & allicitis vobis homines, & in penetralia iſthæc truditis antequam reſciſcant, quid ſibi agendum ſit, aut non agendum: atque ita ignorantes præter ſuam opinionem non prius id ſentiunt, quàm in talibus flagitiis irretiantur. His igitur reſpondetur, primum debuiſſe quidem illos omnia prius debita vigilantia inueſtigaſſe, quàm in aliam ſectam transfugerent: deinde cuin eſſe morem initiandi, vt omnia neceſſe habeat hierophantes tyronem monere quæ ad imitationem pertinent: priuſquam deſcendat in opus. Sed eſto ſemel iſta ignaris præparentur, quamobrem reticent in poſterum, & patiuntur iterum atque iterum? certè pœnas non metuunt, quum ſi tanta flagitia in publicum deferunt ij qui decepros ſe fuiſſe dicant, non modo non plectentur, ſed defendentur ab omnibus. Quanquam plerique, ſi ex hac ſibi cauſa moriendum ſit, libentius mortem oppetant, quàm ſub conſcientia talis inceſti viuere velint. Amplius fac timeant indicare, cur tamen in eo dogmate perſiſtunt vt plerique omnes malint miſerabiliter torqueri (vt quotidie videtis) quàm eius vidcri ſectæ parum fideles? Quum itaque hæc, etiam ſi plura vobis concedantur non concedenda, ex intrepida natura veri, nec vera, nec veroſimilia ſunt, ergo, &c.

[124] Hæc quo magis refutauerim, à vobis fieri oſtendam partim in aperto, partim in occulto, per quod forſitan & de nobis credidiſtis. [125] Infantes penes Africam Saturno immolabantur palàm [126] vſque ad conſulatum Tiberij, qui eoſdem ſacerdotes in eiſdem arboribus templi ſui obumbratricibus ſcelerum votiuis crucibus expoſuit, te ſte militia patriæ noſtræ, quæ id ipſum munus illi proconſuli fun ćta eſt. Sed & nunc in occulto perſeuerat hoc ſacrum facinus. non ſoli vos contemnunt Chriſtiani, nec vllum ſcelus perpetuum eradicatur, aut mores ſuos alicui Deus mutat. Cùm proprijs filijs Saturnus non pepercit, extrancis vtique non parcendo perſeuerabat, quos E
quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libentes exponebant, infantibus blandiebantur, ne lacrymantes immolarentur: & tamen multum homicidio parricidium differt. [134] Maior ætas apud Gallos Mercurio profeeatur. [135] Remitto Tauricas fabulas theatris ſuis. [136] Ecce in illa religioſiſſima vrbe Æneadarum piorum eſt Iupiter quidam, quem ludis ſuis humano proluunt ſanguine. ſed [137] beſtiarij, inquitis. Hoc, opinor, minus quàm hominis. an hoc turpius, quod mali hominis? certè tamen de homicidio funditur. O Iouem Chriſtianum ſolum, patris filium de crudelitate.

Miſeria etat flagiti orum calumnia, qua Chriſtiani laborabant, ſed longè miſerrimum ab ijs accuſari dumnarique qui non minora ſcelera & eiuſdem generis perpetrarent. qualia de humana hoſtia]& de ſanguine hauſto: de inceſtu ſuperius diximus: quæ ſanè facinora cum multis rationibus Tertullianus collegiſſet, nullo modo veriſimilia eſſe, memor ſuorum promiſſorum, hæc ipſa nunc regerit in aduerſarios, qui quæ tantopere damnent in Chriſtianis ea patrare deprehenduntur. Quo maximè loco patet, non tantum eum Romanis rem eſſe Septimio, ſed cum omnibus gentibus, quæ idololatræ dicerentur, quæ quidem cùm multos ſibi deos commentatæ eſſent omnes inſurgentes quibus poterant modis, Chriſtianos vt religionis inſectatores deturbant, eos facilè credentes admittere quæ à ſuis fieri quandoque cognouerant. Nam quæ de infanticidio falſa diuulgabant de Chriſtianis, plurimis locis à ſua illa ſuperſtitione operari ſciebant. Ex hiſtoria igitur ſuper hanc rem locuplete tria ſibi teſtimonia Tertullianus decerpens, fidem facit ea quibus falsò damnantur Chriſtiani, eadem à damnatoribus verè & impunè tam in aperto tractari quàm in operto. Primum eſt quaſi patrium, & quod in Africa fieri deſcribit, vbi in loco quodam ij qui eandem religionem colerent, quæ Chriſtianis aduerſatur, Saturno faciebant infante. quod nequis commentitium ſuſpicetur, locum, & tempus, & teſtes citat oculatos: quando ſcilicet Tibetius eius prouinciæ proconſul principes talis impietatis crucibus quaſi ex voto affixerit in ipſis luci arboribus, qui tantum ſceleris ſuis ramis contexerant. Et ne quis obiciat F
hac pœna idololatras perterriros morem impium obliteraſſe, aſſeuerat durare adhuc haud ita palàm tales cerimonias, & perinde non commoueri tormentis atque Chriſtiani dicunrur. Licet id mirum non adeò videri poteſt, cùm nullum vnquam malum radicitus extirpetur: & Saturnus ipſe immortalis (vt ipſi volunt) & immutabilis à ſuis inſtitutis diſcrepare non poſſit, quæ multis ante ſeculis à paſtu ſuorum filiorum fuerat auſpicatus. Atque id Africanum ſacrum tanto eſt nequius eo quod Chriſtianis imputatur, quanto parricidium, id eſt cædes proximorum, differt, ab homicidio. Chriſtiani ſiquidem contenti eſſe dicuntur quocunque infante. Afri verò admittunt eos qui à ſuis tantum parentibus offeruntur. Alterum exemplum à Gallis eſt, qui non infantes, ſed virilem ætatem, non Chriſto, ſed Mercurio iugulant. de quo more Plinius libro octauo, capite vigeſimoſecundo, & Iuuenal. Tanquam rheror dicturus ad aram. Tertura verò ſumit ex ipſa Roma, quam diaſyrticos Æneadarum vrbem vocat, vt pietatem illam pietatem Æneæ authoris eius gentis immeritò ab illis vendicari demonſtret. nam paſſim in tragœdijs recitant, vt pote fabulas prætermitit, licet ex voluptate illa theatrali, ab eiuſmodi factis præſe ferant gentes, non abhorrere: quale eſt illud ab Erupide decantatũ in Tauria Cherſo, vbi decreto totius exercitus Græcorum virgo Polyxena ad tumulum Achilis eſt iugulata Neoptolemo faciente. non diſſimile ab eo quod de Iphianaſſa in tumulum decantatur. Sed Romanus titus, quanquam ipſo nomine differre à ſuperioribus videatur, re ipſa non diſtat. Nam in ludis ijs qui Ioui fiunt tanta ſuperſtitione, vt quacunque de cauſa leuiuſculi ominis inſtaurari ſoleant, ſanguis etiam humanus largè effunditur. Damnatos enim iudicio homines beſtijs objciunt, vt miſerabiliter lacerentur: qui ex ea re beſtiarij dicebantur. Quod ſi dicas noxios hos eſſe, & morte nihilominus mulctari, non fieri tamen poſſit quin homines non ſint, tanto quidem magis à voto ſacro arcendi, quanto alijs deteriores ſunt, & flagitioſiores iudicati.

Sed quoniam de infanticidio nihil intereſt, ſacro an arbitrio perpetretur (licet parricidium homicidio interſit) conuertar ad populum. Quod vultis ex his circunſtantibus & in Chriſtianorum ſanguinem hiantibus, ex ipſis etiam vobis iuſtiſſimis & ſeuiriſſimis in nos præſidibus, apud conſcientias pulſem, [138] qui natos ſibi liberos enecent? ſiquidem & de genere necis differt, vtique crudelius

in aqua

A in aqua spiritum extorquetis, aut frigori & fami & canibus exponitis:[109] ferro enim mori ætas quoque maior optauit. Nobis verò homicidio semel interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissoluere non licet.[110] Homicidij festinatio est, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est, & qui est futurus, & fructus omnis iam in semine est.

A publico instituto, quo singuli propter maiorum suorũ reuerentiã excusare se aliquo modo poterant, ad priuatũ morem transit, quo suæ quisque domi infanticidiũ faceret, idololatras exponit. Tam enim apud Græcos quàm apud Romanos receptũ erat vt suo quisque arbitrio, & pro facultatibus alere aut perderet quod sibi ex vxore nasceretur. vnde sæpius factum est, vt parentes, ne suo se sanguine polluere viderentur, liberos aut in flumen immergendos, aut exponendos mãderent, vbi vel fame, vel iniuria tempestatis, vel morsu ferarũ perirent, nisi prius ab aliquo susciperentur, vt in seruitium vel ad lupanar alerentur; vnde tam nefarium erat (vtinquit Lactantius) exponere quàm necare. Cùm igitur id sceleris sit propter sacrum aliquid cõmittatur, siue ad arbitrium fiat, semper est infanticidium, nisi potius hoc domestium peiori nota insigne, & homicidium appellari mereatur) licet iam mihi, inquit Tertullianus, ad populum conuersio conscientiam multorum scisciterat, an quod in nos tam seuerissimè damnent, in se quandoque admiserint. Profectò id ipsum grauius, si circumstantias consideremus, inuenietur, quanto scilicet sæuius est in feruida aqua feruidum spiritum animi suffocare, aut frigore famẽque confici, quàm ferro, quod genus mortis plerique iam adultæ ætatis vti mitius exoptarunt, ex libero sanguinis profluuio. Sed facilè videre est qui sint huius facinoris accusandi, ex cuiusque præscripto. Gentes enim (vt diximus) aliæ infantes passim occidere non curant, nobis verò inter principalia præcepta traditur, vt ab omni nos homicidio seruemus impollutos. vnde non modo in lucem iam editis hominibus, sed ipsis etiam embrionibus diligenter cauisse volumus, non minus criminis in perdendo semine, à quo omnis est fructus, credentes admitti, quàm in eo quod natum est: neque leuius esse putamus natales impedire, quàm interimere natum.

B

De sanguinis pabulo & eiusmodi tragicis ferculis legite necubi relatum sit (est apud Herodotum opinor) diffusum brachijs sanguinem, ex alterutro degustatũ nationes quasdam fœderi comparasse.[111] Nescio quid & sub Catilina degustarum est.[112] Aiunt & apud quosdam gentiles Scytharum defuncto tum quemque à suis comedi. Longè excurro:[114] Hodie isthic Bellonæ sacratus sanguis de femore prosciso in palmulam exceptus suis datur signatis;[115] item illis, qui munere in arena noxiorum iugulatorum sanguinem recentem de iugulo decurrentẽ exceptum, auida siti comitiali morbo medentes hauserunt.[116] Vbi sunt item illi qui de arena ferinis obsonijs cœnant? qui de apro, qui de ceruo petunt? Aper ille quem cruentauit, colluctando detersit. Ceruus ille in gladiatoris sanguine iactauit. Ipsorum Vrsorum aluei appetuntur cruditantes adhuc de visceribus humanis. Ructatur proinde ab homine caro pasta de homine. Hæc qui editis, quantum abestis à conuiuijs Christianorum?

Alterum retorquet in aduersarios de secretis facinoribus, quod impudenter & maiori verborum apparatu gentes Christianis obijciebant vt impium vt ferinum & inauditum: quod scilicet ab infanticidio sanguinem humanum ebiberent, & quasi Thyestæas sibi epulas, quales in tragicis fercùlis confinguntur, apponerent. Sex potissimum exemplis exponit Tertul. ab idololatris manasse tã ferũ morẽ, atque adhuc apud illos perseuerare eius rei manifesta indicia. Primum igitur relegat iudices aliósque eiusdẽ superstitionis ad historias, vbi legere est, præsertim apud Plinijũ libro septimo, & in Herodoto de Scytharum fœderibus libro quarto: Qui soliti sint sanguinem mittere de brachiis, quem in feriendo fœdere degustent: quod perinde natura abhorrere deberet, ac si in sacrificio operaretur. Cuiusmodi etiam deuotione Carilinam, Sal. est autor, coniurationis consciosobstrinxisse. Tertio loco affert Scytharum consuetudinem, non omnium sanè, sed quorundam, quibus gentile est defunctos suos comedere, quasi dignissimus sit aliorum C loculus humanum corpus atque cognatum. Mox ad propiora deuenit, & quæ non in Barbaria fiant, sed in mediis vrbibus, Græcis & Latinis, & quæ ad sacra quoque pertinent: sed quia Bellonæ deæ ea fiunt non Christi, permittuntur. Nam quid apud vos eius deæ sacerdotes in sacris faciunt, manifestum est. dissectis enim humeris, vtraque manu districtos gladios exerentes, non alieno eruore, sed suo numen ipsum placare creduntur. Qui etiam in suis initiandis ex aperto femore sanguinem haurientes eius collegij hominibus lanciatis & stigmaticis propinant. Deinde ex medio amphitheatro profertur exemplum contra eos præsertim qui stomachantes ex nausea sanguinei potus Christianos impudentes immundósque canes vocitabant, cùm in gladiatorio munere & in venationibus, quæ frequentes edebantur, viderent sui generis homines non minus spurca ingeratáque sectari. nam qui comitiali morbo laborabant, existimantes haustu humani sanguinis dum teperet, tam infausto malo mederi, simul quis à fera iugulatus fuisset aut à mirmillone, animaduertere vt sanguinem eius acceptum potarent. Multi etiam vt palato inserurent, de ijs ipsis feris epulas sibi comparabant, quæ se humano sanguine infecissent, quasi iucundiores ex eo fierent. Quin & vrsorum aluei humana carne referti expetebantur in ganeam, vt sapidiores delicatioresque. quocirca euenichat vt helluones eiusmodi carnem eructarent animantis quæ hominem deuorassent. Quæ omnia si suo quisque animo, reuoluat multò improbiora fuerint, quàm quæ Christianis imputantur:

[117] Minus autem & illi faciunt qui libidine fera humanis membris inhiant, quia vinos vorant? minus humano sanguine ad spurcitiam coseerantur quia futurum sanguinem lambunt? non edunt infantes planè, sed magis puberes.

Grauis hæc est ironia, & cuius pudere gentes maximè deberet, quæ tetras sanguineásque dapes Christianis obiectã e. Vtrũq; enim in se detestabile scelus hoc irrumationis quod Tertul. memorat, continet, impietatẽ scilicet fœditatẽque

exhorrendam. nam & viuos homines appetunt atque vorant, multóque magis hoc sibi spurcitia per humanum sanguinem consecrat, quia non sanguinem, sed quod fœdius est, & futurum sanguinem lambunt, neque infantibus sed puberibus inhiant: quo flagitio quantum gentes omnes Lesbij in primis Græcique omnes & Romani laborarint, testes sunt cuiusque ætatis illorum scriptores. D

Erubescat error vester Christianis, [118] qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum botulos etiam cruore distentos admouetis, certissimi scilicet, illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porrò quale est, vt quos sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis? nisi fortè suauiorem eum experti.

Argumentum à minori, quod ex more eius temporis Christianorum sumitur (quem Iudæi etiamnum seruant.) Cùm nullis vescerentur animalibus nisi iugulatis, ita vt morticinis carnibus abstinerent, eorum scilicet animalium quæ nulla externa vi perse exspirarent, aut ex suffocatione perirent: vtrobique enim sanguis exhalare effundique non potest. Cùm itaque caueant Christiani ne quo modo sanguinem pecudum esculentum habeant, quanto magis humanũ putandum est abhorrere? nónne ideo error vester ita iam turpis existit, vt eum Christianorum pudere debuerit? Cùm præsertim vos ipsos habeam eius abstinentiæ testes, qui talis rei conscij soletis botulos Christianis apponere prætentantes patientiam suorum præceptorum.

Quem quidem & ipsum proinde examinatorem Christianorum adhiberi [119] vt foculum, vt acerram oportebat. proinde enim probarentur sanguinem humanum appetendo, quemadmodum sacrificium respuendo: alioquin negandi si non gustassent, quemadmodũ si immolassent. & vtique non deesset vobis in auditione custodiarum & damnatione sanguis humanus. E

Irrisoria admonitio ex qua latenter elicitur id quod de sanguinis potu gentes contra Christianos effutiebãt, iudices Romanos non credere. nam quum accusationis nullam non occasionem exquirerent, vt innocentes homines iure damnare viderentur, omninò hanc sanguinis non prætermitterent. Ex qua duo sibi commoda procuderent, & faciliorem Christianorum deprehensionem, quoties custodiæ, id est è carcere producti examinarentur, & damnationem magis legitimam concinnarent, cùm sanguinis quoque crimen intercuniret. Nam si, inquit, cùm periculum facitis Christianus aliquis sit necne, inter foculum & acerram sanguis humanus à vobis proponeretur, illum facilè qui Christianus est tanquam rem sacram & conuenientem sibi appeteret vt thura in sacrificium aduerfatur, atque ita duobus indicijs ex affectibus contrarijs contrariæ etiam mentes probarentur, cognoscerentúrque & eorum qui in Christianorũ censu adnumerandi, & qui forent ab ea familia abnegandi reijciendique.

[140] Proinde incesti qui magis, quàm quos ipse Iupiter docuit? [141] Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert: sed & Macedones suspecti, quia quum primum [142] Oedipum tragœdiam audissent, ridentes incesti dolorem, [143] ἔμευ dicebant εἰς τὼν μητερα. F

Eclypsis cum pronunciatione & supercilio adiuuanda. Idcirco sequitur vt incesti dicamur. Iuuenalis. Minimè corruptor, & idem incestus. Er de secretis criminibus rertium refuditin accusatores, multo quidem facilius quàm cætera nam verisimile est gentes mutuo se magis polluere incesto quàm Christianos, cùm eius rei maximum deorum authorem habeant. Testes enim sibimetipsi sunt & scripto & ritu Iouem vxorem habere Iunonem suam sororem. Cicero in Clodium, Sed vide ne tu debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem vxorem & sororem appellare possis. Ctesis etiam Cnidius qui Persica vndecim voluminibus complexus est, narrat eius gentis homines cum matribus ipsis concumbere. Sed hi Barbari, idololatræ tamẽ. Quid Macedones? nónne suo dicterio admittere facinus probaréque videtur? Cùm enim dolere tantopere Oedipum propter incestum riderent illarum Iocastæ matri, in Sophoclis tragœdia ἔμευ dixerunt εἰς τὼν μητερα, id est in mattem euomebat excreabátque, quid est cur tantum se conficiat?

Iam nunc recogitate quantum liceat erroribus ad incesta miscenda [144] suppeditante materias passuitate luxuriæ. In [145] primis filios exponitis suscipiendos ab aliqua prætereunte misericordiæ extraneæ vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis necesse est quandoque memoriam diffipari, & simul error impegerit, exinde iam tradux proficiet incesti, serpente generẽ cum scelere. Tunc deinde quocunque in loco domi, peregrè, trans freta, comes est libido: cuius [146] vbique saltus facilè possunt alicubi ignaris filios pangere vel ex aliqua seminis portione, vti aspersum genus per commercia humana concurrat in memorias suas, neque eas cœtus incesti sanguinis agnoscat. Nos ab isto cuentu diligentissima & fidelissima castitas sepsit, quantumque ab stupris & ab omni post matrimonium excessu, tantum & ab incesti casu tuti sumus. [147] Quidam multò securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt, senes, pueri.

Duo super eadem re commemorat, quibus fateri necesse est gentes omnes multiplici incestu pollui & implicari. Primum est alienatio filiorum: alterum, quod latius patet, communis intemperantia. Nam liberi duobus modis abalienati, per expositionem, cùm (vt superius dictum est) in solitudinibus infantes aut noctu exponerentur in triuiis, & ab aliqua prætereunte susciperentur, qui succedente tempore adulti facilè cum parte misceri aut fratribus cognatisque nubere poterant. Item quum per adoptionem in aliam familiam emancipati, & patria potestate liberi transibant, cum quibus paulopòst tanquam cum extraneis agebatur. Facilè enim memoria generis dissipatur & euaneíscit: quo errore semel

A semel impacto prouenient inde traduces propagationé sque perpetui incesti, & genus cum scelere lõgius serpit: posſunt itaque errores hi maximam ſuppeditare ſyluam ad miſcenda incesta, præſertim inuitãte vbique luxuria huius ſeculi, quæ libidinis eſt fomentum: ſed inultò magis quæ ſequitur incontinentia. Cum enim gentes omnes voluptate plerumque bonum metirentur, veluti pecora quãm maximè poſſent in re venerea occupabantur, nullus erat illis virginitatis odor, nullum caſtitatis pretium, nulla coniugij fides, aut ratio fornicationis, vbique, ſemper, dum liceбat ſemen, in quodcunque incitarentur, profundebant, ita vt quandoque eas facilè inirent, quæ à ſuis patribus compreſſæ aut genitæ fuerant, aut liberos procrearent, qui vt cõmercio hominum ſit, ſequenti tempore pro vxore vel nuru, vel pellice haberentur. Nam qui fieri poterat vt in tam vacuo ſaltu ſpacioſoque campo libidinis homines non occurrerent ijs, qui ſi non ex omni, aliqua tamen ex parte, ſuo de ſemine eſſent. Chriſtianis verò cùm præſcriptum ſit in caſtitate cœlibatus viuere, aut coniugij metas non tranſcendere, in eiuſmodi erroris euentum non offendunt. atque vt in prima iuuentute cauent à ſtupris, ita poſt contractas nuptias ne quo modo fidem cius ſacramenti excedant. plerique etiam omnis ætatis perpetuæ ſe virginitati propter Chriſtum deuouent. vnde eſt, vt nec in fortuitum inceſtum neque in voluntarium incurrant.

Hæc in vobis eſſe ſi conſideraretis, proinde in Chriſtianis non eſſe perſpiceretis. [148] Idem oculi renunciaſſent vtrumque. ſed cæcitatis duæ ſpecies facilè concurrunt, vt qui non vident quæ ſunt, videre videantur quæ non ſunt. [149] Sic per omnia oſtendam.

Rationem Tertullianus quaſi corollarium de ſecretis cãlumnijs adiungit, quamobrem gentes tam inequiter ſentiant de Chriſtianis. Fit hoc, inquit, ex cæcitate ignorantiáque ſuiipſius. Qui enim ſe ignorat, facilè cæcutiet in alijs: quod certè quàm fugiendum ſit, & quàm multa emergant incommoda ex ea re, autcum illud præceptum monere videtur, γνῶθι σεαυτόν. Quum itaque in ſemetipſis gentes, quæ ſuperius ſcelera dicta ſunt, non agnoſcerent, in alijs ſibi contrarijs ineſſe putabant: contrà cueniret ſi ſeipſos cognoſcerent. Nam alterum ex contrarijs ex altero ſtatim deprehenditur, atque idem refert arguitque vtrumque, idque eo facilius perſuaderi poterit, ſi cæcitatis duæ ſpecies,
B altera corpotis quæ non videt ea quæ ſunt, altera mentis quæ videre ſibi videatur quæ non ſunt, quàm ſe facilè ſequantur, conſiderabitur.

[150] Nunc de manifeſtioribus dicam. Deos, inquitis, non colitis, & pro imperatoribus ſacrificia non impenditis, Sequitur vt eadẽ ratione pro alijs non ſacrificemus, quia nec pro nobis ipſis, ſemel deos non colendo. Itaque ſacrilegij & maieſtatis rei conuenimur. Summa hæc cauſa, imò tota eſt: & vtique digna cognoſci, ſi non præſumptio aut iniquitas iudicet, altera quæ [151] deſperat, altera quæ recuſat veritatem.

Auditorum animos breuiter reficit, quum ad alia dicat ſe tranſiturum, ſtriẽmque & ſtructuram totius orationis cõponat in animis iudicum. Primum enim contra odium pugnauit, quo potiſſimum homines reuocantur à iuſtitia, vt admitteretur, deinde contra leges vt auditetur, tertio loco contra crimina vt abſolueretur. Quæ cùm partim arcana iactarentur, partim manifeſta, prius de ſecretis conflixit, tanquam de ijs quæ apud aduerſarios firmiſſima eſſent, ex ſuſpicione quæ in animis hominum ex incerto rumore inſederat. Reſtabant manifeſta, quorum præcipua erant crimen læſæ religionis & maieſtatis. Quum enim Chriſtiani ſemel decreuiſſent & quaſi plebiſcito ſanxiſſent, deos omninò præter vnum verum & viuum non eſſe colendos, à ſacris aliarum gentium inaximè abhorrebant, vnde ſacrilegi & totius religionis cõtemptores audiebant. Quũnque moris eſſet quotannis ad minus quarto Nonas Ianuarias vt pro ſalute Imperatoris publicè vota ſuſciperet ante aras deorum ſupplex populus Romanus cunctáque Italia ſimul & omnes prouinciæ, nullibi vnquam intereſſe Chriſtiani ſacris eiuſmodi volebant. Quapropter Cæſaris hoſtes & rei maieſtatis conueniebantur. atque hic quaſi principalis ſtatus cauſæ, & vbi ſumma totius accuſationis verſetur, meritò itaque examinari cognoſcique diligentius debet, vt quid in vtranque partem afferatur, appareat. Fuerit hoc facile, præſumptio, inquit, aut iniquitas iudicum non impediat. ægrè enim ex animis hominum quæ præſumpta fuerit opinio conuellitur, ita vt aliter de aliquo credere poſſit, quàm ſua velut informatione corripuerit, non deſperãt,
C inquit Tertullianus, animi veſtri iudices de ſua præſumptione, quin in hac re poſſint pro Chriſtianis ſtare rationes: & omnis iniquitas interim excludatur, quæ veritatẽ recuſare ſolet. Nam ſi liberi eiuſmodi affectibus quaſi nouo conſilio adſitis admittetis proculdubio quæ dicentur à nobis. Vnde hoc ſit & quàm eius rei noſtra ſententia vera piáque facilè intelligetis. quanquam illud inuidioſè dictum eſt, & pro Imperatoribus ſacrificia non impendimus. Nam quod nobis vniuerſale eſt, in eam partem reuocare vultis, quæ ſua vi nos opprimat. verius diceretis pro nullis, quibus vetbis mitigatur iam ambitioſum illud crimen maieſtatis.

Deos veſtros colere deſinimus ex quo illos non eſſe cognoſcimus. Hoc igitur exigere debetis, vt probemus non eſſe illos deos, & idcirco non colendos, quia tunc demum coli debuiſſent, ſi dij fuiſſent. Tunc & Chriſtiani puniendi, ſi quos non colerent, quia putarent non eſſe, conſtaret illos deos eſſe. Sed nobis, inquitis, dij ſunt. Appellamus & prouocamus à vobis ad conſcientiam veſtram, illa nos iudicet, illa nos damnet, ſi poterit negare omnes iſtos deos veſtros homines fuiſſe. Sed & ipſa inficias ſi ierit, de ſuis antiquitatum inſtrumentis reuincetur, de quibus eos didicit teſtimonium perhibentibus ad hodiernũ, & [152] ciuitatibus in quibus nati ſunt, & regionibus in quibus aliqui operati veſtigia reliquerunt, in quibus etiam ſepulti demonſtrantur. Nec ego per ſingulos decurram, tot ac tantos, nouos, [153] veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captiuos, adoptiuos, proprios, communes, maſculos, fœminas, ruſticos, vrbanos, nauticos, militares (ociosũ eſt etiam titulos perſequi) vt colligam in compendium, & hoc non quo cognoſcatis, ſed recognoſcatis: certè enim oblitos agitis. Ante Saturnum Deus penes vos nemo eſt, ab illo cenſus totius vel potioris vel notioris diuinitatis. Itaque quod de origine conſtiterit, id de poſteritate conueniet.

Saturnum itaque quantum litteræ docent, neque [114] Diodorus Græcus, aut [115] Thallus, neque [116] D
Cassius Seuerus aut [117] Cornelius Nepos, neque vllus commentator eiusce modi antiquitatem aliud
quàm hominem promulgauerunt. Si quæras rerum argumenta, nusquam inuenio fideliora, quàm
apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones, [118] postque Attica hospitia consedit,
[119] exceptus à Iano, vel Iane, vt Salij volunt. [120] Mons quem incoluerat Saturnius dictus, ciuitas
quam depalauerat Saturnia vsque nunc est. Tota denique Italia, post Oenotrian, Saturnia cogno-
minabatur. Ab ipso primum tabulæ, & imagine signatus numus, & inde ærario præsidet. [121] Tamen
si homo Saturnus, vtique ex homine, & quia ab homine, non vtique de cœlo & terra.

Longior hæc est purgatio sacrilegij & læsæ deorum maiestatis. extenditur enim vsque ad illud, Ventum est igitur
vsque ad secundum titulum læsæ augustioris maiestatis, &c. In hoc enim & gentium ritus superstitiosi, & Christia-
norum vera religio recensetur necesse est, vt ex comparatione oppositorum veritas magis eluceſcat. Primum igitur,
inquit, non rectè sentitis de Christianis, neque verè pronunciatis, cùm deos non colere illos dicitis. dicendum erat,
Christianos non colere quos deos non esse sciunt, colere verò quem Deum esse pro comperto habent. Quare autem
vestra gentilium que numina dij neque sunt, neque haberi debent, multis rationibus patet. Nam si Deus est mens per-
fectæ rationis, actúsve purus qui ortum obitúmque nesciat, neque humana specie circúscribatur, nemini dubium est
quin Saturnus, Iupiter, Hercules, Bacchus, Iuno, omnésque eiusdem census apud vos (quorum tanrus est numerus, vt
si quis tantum symbola, titulosque colligere velit, ocioſus nimium sit oportet) dij proculdubio non sunt, ne apud cō-
scientiam quidem vestram, quando cum illis quasi cum imaginibus agitis irreuerentet: quod si ramen negatis, ecce ad-
sunt antiquitatis monumenta quæ ita esse perhibent, plurimáque adhuc eius vestigia restant in pluribus locis. Nam si
theologi vestri legantur Orpheus, Hesiodus, Euhemerus, Ennius, Cicero etiam, aut fabulosam originem deorum, aut
humanam cognoscetis. In Creta crepundia adhuc Iouis sepulchrúmque ostenditur. In dicto enim eius insulæ pro-
montorio natus, in antro Ides enutritus est à Corybantibus Pyrrhicam saltantibus: ita, vt Castoris, & Pollucis in La-
cedæmone. necnon palma Deli ab Apollinis ætate conspicitur: quæ quia per se notissima sunt, non est cur singulatim E
de omnibus disputem, satis est si qui princeps & author deorū habetur, ostendam vobis quidem non earum rerū igna-
ris, sed qui oblitorum personam agitis, dissimulatisq; talem notionem, mortalem fuisse, & ex homine. Nam si genus de
specie prædicatur, quæcunque de genere dicentur, in speciem quoque concurrunt, & totum eius agnien à mortali ex-
ordio ductum, mortale erit, simile sui primordij. Is verò Saturnus esse dicitur, namque ante ipsum nulla est notior di-
uinitas, & si nota est, nulla tamen potior augustiórque à vobis habetur. ab eo enim Iupiter, Iuno, Neptunus, Plutò-
que exorti, &c. Quod igitur Saturnus homo fuerit, duobus maximè argumentis perspicuum est. Primum autoritate
non poëtarum, sed historiographorum tam apud Græcos quàm apud Latinos celeberrimorum, qui traditiones mo-
numentáque antiquitatum perscrutati, Saturnum ex Cœlo homine, Cœlum ex Ophione natum scripserunt, & in
terris omnia mortalitatis obiisse munia. Deinde ex multis locorum vestigijs, præcipuè verò in Italia. siue enim à filio
ex Creta fugatum, siue per expeditionem consedisse in Latio ferunt ex Attica regione, à cuius rei memoria Saturnius
mons quem incoluit, dictus est, & vrbs quam condidit, exceptus à Iano Saturnia dicta, & Latium denique totum, quia
ibi latuerit. Qui etiam quod primus numum imagine signauit, ærarium Romani in remplo eius condiderunt, vti
longius à Macrobio recensetur historia, & de alijs omnibus dijs à Lactantio. Nec mirum à Salijs Ianum vocari Ianem:
nam pirsea illi vocabula in suis carminibus retinebant, iampridem exoleta: nam & orcula dolosi eso, pro oscula dolori
ero, Mamuriam veterem, pro memoriam, & inanos pro bonos, & alia cantitabant.

Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici quorum & omnes possumus videri.
Quis enim non Cœlum & terram matrem & patrem venerationis & honoris gratia appellet, vel ex
consuetudine humana, [122] qua ignoti, vel ex inopinato apparentes, de cœlo superueniſſe dicuntur?
Proinde Saturno repentino aduentu vbique cœlitem contigit dici. Nam & Terræ filios vulgus vo-
cat, quorum genus incertum est. Taceo quod ita rudes adhuc homines agebant, vt cuiuslibet noui
viri aspectu quasi diuino commouerentur. Quum hodie iam politi, quos ante paucos dies luctu pu- F
blico mortuos sint confessi, in deos consecrent. Satis iam de Saturno, licet paucis etiā Iouem osten-
dimus tam hominem quàm ex homine, & deinceps totum generis examen tam mortale quàm semi-
nis sui par.

Confutat vulgarem famam, qua receptum iamdudum fuerat: Saturnum Cœli fuisse & Opis, id est Terræ filium.
At hoc de omnibus, inquit, dici solet, præsertim quorum causa propinqua sit ignota. Cœlum namque & terra com-
munes sunt quodammodo omnium parentes, & solem dicimus & hominem, generare hominem. Irem quorum na-
talia sunt obscura, Terræ filios fratréſque Gigantum dicimus, aut è cœlo eccidisse. quod æquiuocè dictum, rudes præ-
sertim homines in ætherei Cœli Terræque puerperium transtulere. Et pro Deo habitus est Saturnus, nec mirū si qua
potentia aut sapientia cæteris præstiterit, cùm hodie quando homines politiores sunt & elegantiori ingenio, suos Cæ-
sares, quorum funera celebrarunt, in numerum deorum relatos haberi volunt.

XI. [123] Et quoniam sicut illos homines fuisse nō audetis negare, ita post mortem deos factos instituistis
asseuerare, causas quæ hoc exegerint retractemus. In primis quidē necesse est concedatis esse aliquē
sublimiorem Deum, & [124] mancipem quendam diuinitatis, qui ex hominibus deos fecerit. nam ne-
que sibi illi potuissent sumere diuinitatem, quam non habebant, nec alius præstare eam non haben-
tibus, nisi qui propriè possidebat. Cæterum si nemo esset qui deos faceret, frustra præsumitis deos fa-
ctos auferendo factorem. Certè quidem si ipsi se facere potuissent, nunquam homines fuissent, pos-
sidentes scilicet melioris conditionis potestatem. Igitur si est qui faciat deos, reuertor ad causas
examinandas faciendorum ex hominibus deorum, nec vllas inuenio, nisi si ministeria & auxi-
lia officijs diuinis desiderauit ille magnus Deus. Primò indignum est vt alicuius opera indige-
ret,

A ret, & quidem mortui, quum dignius ab initio Deum aliquem fecisset, qui mortui erat operam de-
sideraturus. Sed nec operæ locum video. [167] Totum enim hoc mundi corpus siue innatum & infe-
ctum secundum Pythagoram, siue natum & factum secundum Platonem, semel vtique in hac con-
structione dispositū, & instructum, & ordinatum cum omni rationis gubernaculo inuentum est. Im-
perfectum nō potuit esse quod perfecit omnia. Nihil Saturnū & Saturniam gentē expectabat. Vani
erunt homines nisi certi sint, à primordio & pluuias de cælo ruisse, & sidera radiasse, & lumi-
na floruisse, & tonitrua mugisse[168] & ipsum Iouem, quæ in manu eius imponitis fulmina timuisse. [169]
Item omnem frugem ante Liberum & Cererem & Mineruam, imò ante illum aliquem principem
hominem de terra exhibuisse, quia nihil continendo & sustinendo homini prospectum post homi-
nem potuit inferri. Denique inuenisse dicuntur necessaria ista vitæ, non instituisse: quod autem
inuenitur, fuit: & quod fuit, non eius deputabitur qui inuenit, sed eius qui instituit. Erat enim antè
quàm inueniretur. Cæterum si properea Liber deus, quod vitem demonstrauit, [169] malè cum Lu-
cullo actum est, qui primus cerasa ex Ponto Italiæ promulgauit, quod non est propterea consecra-
tus, vt nouæ frugis autor, quia inuentor & ostensor. Quamobrem si ab initio & instructa & certis
exercendorum officiorum rationibus dispensata vniuersitas constitit, vacat ex hac parte causa alle-
gendæ humanitatis in diuinitatem: quia [169] quas illis stationes & potestates distribuistis, tam fuerunt
ab initio, quàm & fuissent etiam si deos istos non creassetis. Sed conuertimini ad causam aliam, res-
pondentes collationem diuinitatis meritorum remunerandorū fuisse rationem. [170] Et hinc concede-
tis, opinor, illum Deum deificum iusstitia præcellere, qui nec temerè, nec indignè, nec prodigè
tantum præmium dispensarit. Volo igitur merita recensere, an eiusmodi sint vt illos in cælum extule-
rint, & non potius in imum tartarū merserint, quem carcerem pœnarum infernarū, cum vultis, affir-
B matis. Illuc enim abstrudi solent impij, [171] quique in parentes & in sorores incesti, & maritarum adul-
teri & virginum raptores & puerorum contaminatores, & qui fœuiunt, & [171] qui occidunt, &
qui furantur, & qui decipiunt, & quicunque similes sunt alicuius Dei vestri. Quem neminem
integrum à crimine, aut vitio probare potentis, nisi hominem negauerit is. At quin vt illos ho-
mines fuisse non possitis negare, etiā istæ notæ accedunt, quæ nec deos postea factos credi permittūt.
Si enim talibus vos puniendis præsidetis, si commercium, colloquium, conuictum malorum, &
turpium probi quique respuitis, horum autem pares deus ille maiestatis suæ consortio asciuit, quid
ergo damnatis quorum collegas adoratis? Suggillatio est in cælo vestra iustitia. Deos facitis crimi-
nosissimos quosque, vt placeatis dijs vestris, illorum est honor consecratio coæqualium. Sed vt
omittam huius indignitatis retractatum, probi, & integri, & boni fuerint. [171] Quot tamen potiores
viros apud infetos reliquistis: aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristidem, de militia The-
mistoclem, de sublimitate Alexandrum, de felicitate Polycratem, de eloquentia Demosthenem.
Quis ex illis dijs vestris grauior & sapientior Catone? Iustior & militarior Scipione? Quis sublimior
Pompeio? felicior Sylla? copiosior Crasso? eloquentior Tullio? Quanto dignius istos deos ille assu-
mendos expectasset, præsciis vtique potiorum. Properauit, opinor, & cælum semel eluit, & nunc
vtique melioribus apud inferos mussitantibus erubescit.

Quæ hactenus de dijs dicta sunt à Septimio, ex abundantia quodāmodo rei affluxerè potius, quàm contra senten-
tiam aduersariorū steterint. Genres enim suos ipsæ deos dum agerent in terris homines putauerunt, colebant autem,
quia post mortem deos esse factos autumabant. Id igitur ipsum quàm ridiculum sit, apertissimè nunc exponit, exa-
minando causas quamobrem apotheosin mereri potuerint. Nam si, inquit, dij facti sunt, confectorem certè intelli-
C gere necesse est per quem illi fieri potuerint, tantæ autoritatis, vt manceps sit veritatisque dominus diuinitatis, quando
eius vsum alijs præstet. Præterea neque temerè aut imprudenter quicquam fecisse verissimile est, sed ex certa ratione
atque causa. Allegisse igitur in consortium immortalitatis eiusmodi homines duabus potissimum de causis vide-
tur, aut quia alicuius opera indigeret, aut quia talem sua illorum merita meredem exposcebant. Vtrumque dilem-
ma si parum diligentius consideretur, non modo non probabile, sed ne verisimile est. Quid enim tunc deesse po-
tuit tanto deo, aut quid à mortuo sperare? Viui potius erant accersendi laborum socij: quariquam non video quid
illi faciundum restaret, post obitum talium virorum, quod prætermissum aut infectum fuisset. nam cùm ipsi vi-
uere sub hoc cælo tot annos potuerint, ita vt regnasse dicantur, nimirum quod hominis conseruationem propa-
gationémque continet, antea prospectum fuerat, nec tantæ huius orbis machinæ aliquid abesse poterat, licet in v-
sum quædam non venissent, quæ ab his deinde reperta aut inuenta in secretis naturæ, authoritatem quasi illa condi-
dissent, sibi fallam vendicauere. Quantū verò ad merita pertinet, si modo Deus ille summus iustus est atque prudens,
talia dico fuisse quæ tantum abfuerunt, vt cælo digna viderentur, vt vel in imum tartarum detrudi meruerint: nam &
vos in sententiam quoque aliorum venitis, quod ad inferos ij detrudantur, qui patrarunt ea quæ ab aliquo vestro-
rum deorum, à Ioue (verbi causa) commissa fuisse conceditis. Quod si integrum à crimine illum fuisse dicitis, ita
fieri non potest, vt aliquis homo ea virtute præcellat, qua Deus haberi possit: sin verò exuisse hominē Iouem obijcitis,
argumenta iudiciaque iamdudum exposita demonstrant, Deum fieri non potuisse. ergo vt homo eriamnum:
quod à minori probatur. nam si vos, inquit, iudices sceleſtos iure punitis, consortiumque vitiosorum respui-
tis, quanto magis Deus ille qui iustitia est & ipsa virtus? Atqui ista vos iustitia cœlum suggillatis vituperatisque,
eum quos, vestra iura damnant, Deum probasse credatis. E contrario vobis iudicandum fuerat, vt dijs vestris si-
similis placeretis. Criminosissimi quique non damnandi erant, sed colendi, maximus illis ita honor habere-
tur, gratissimáque foret æqualium consecratio. Sed videre quàm securè in hac re vobiscum ago. Concedo probos
fuisse & bonos, neque ideo tamen esse deos putandū, alioqui à multa essent absurda ridiculáque cōsequenda. Nā si tantū

numen ex vitæ probitate, vel ex magnitudine fortunæ, vel ex rebus gestis, vel ex opibus comparatur, vel à scientia, D
multos vobis adducam in his omnibus præstantiores, qui indignè præteriti nec dij sunt, nec habentur: qualis
Socrates, Aristides, Cato, &c. an credendum sit unum illum Deum aut rationem personarum habere, aut imprudenter eligere, aut occlusisse semel cælum, vt potiores apud inferos quàm apud se censerentur.

XII. [174] Cesso iam de istis, vt qui sciam me ex ipsa veritate demonstraturum quid non sint, quum ostendero quid sint. Quantum igitur de dijs vestris, nomina solummodo video quorundam veterum mortuorum & fabulas audio, & sacra de fabulis recognosco. Quantum autem de simulachris ipsis, nihil aliud deprehendo, quàm materias [175] sorores esse vasculorum instrumẽtorúmque cõmunium, vel ex ijsdem vasculis & instrumentis, [176] quasi fatum consecratione mutantes, licentia artis transfigurante, & quidem contumeliosissimè, & in ipso opere sacrilegè, vt reuera nobis maximè, qui propter deos ipsos plectimur, solatium pœnarum esse possit, quod eadem & ipsi patiuntur vt fiant.

Sed hæc, inquit, missa facio, faciliorem viam ingrediens, & breuiorem rationem, vt ostendam Saturnum, Iouem, alios gentium dæmonas non esse deos. Locus ab affirmatione, vnde negatio vera infertur. Nam si hoc ego lignum esse demonstro, patebit sanè non esse ferrum, neque lapidem, neque aliud præter se quicquam, cùm quod est speciei vnius propriæ, ad aliam transferri non possit: sic de dijs vestris, si quid sunt, exponam, per se patebit quid non sint. Sunt autem mera nomina quorundam prisorum mortuorum, & maiori ex parte fabellæ, quæ sibi factorũ ritus concinauerunt. nam si ij quos sibi gentes pro dijs colunt, vnde exorti sunt, & vbi vixere, quo loco sepulti ex historijs monumentisque didicimus, quid illi iam sunt nisi mortuorum nomina? Præterea si Rheam (siue Opem illam dicas) occultare filios video Corybantum tinnitu, nec à Saturno deuorentur, si alios de ouo natos, hunc de genitalibus sectis, illum in femore patris coaluisse, Virbium de Hippolyto, Thyonianum de Dionysio reformatum, atque alia id genus infinita, nonne sunt hæ anicularum fabellæ? Ad hæc si huic noctu magis quàm interdiu sacra operantur, si his instrumentis magis quàm illis, hac pecude potius quàm alia, si denique sua cuiusque Dei sacrificia, si ceremoniarum rationem exquiras, nonne tibi fabulosa ridiculaque videantur? Cùm itaque tales ipsi E
sint, dij profectò esse non possunt. Deus enim æternus est, omnium genitor, ipse non genitus, opifex & causa mundi, principio antiquior, sine diuturnior. Quod si mihi in statuis simulachrisque quibus supplicatis, diuinitatem assumere Deo vultis, quasi faciant illa numen, in hac ego parte nihil deprehendere aut conijcere possum quàm materias esse, nihil ab his dissimiles quibus vasa vtensilia quæ constantur cælantur ve, nisi contra idola non ex massa metallorum, sed ex vasis per artem transformantur in talem effigiem. Sed tantundem. Neque enim per se hæc materia, neque per artem assequi potest, quod Deo proximum existimari possit. Totum enim hoc artificium deorum est contumeliosum & impium. Quo loco maximè Tertullianus deridet superstitionem gentium, quæ in simulachris nescio quid numinis inesse volebant. ad ea enim Christiani trahebantur, vt in illa tanquam in verum Deum suspicientes thura incenderent. Neque mirum videri debet si in hac re longior videatur esse Tertullianus, quæ per se nimium manifesta est. Nam & Seneca in libro De superstitione, Pudebit, inquit, publicatæ dementiæ. alius horas Ioui nunciat, alius lictor est, alius unctor. Sunt quæ Iunoni & Mineruæ capillos disponant longè à templo, non tantum à simulachro stantes, digitos mouent ornantium modo: sunt quæ speculum teneant, sunt quæ ad vadimonia sua deos aduocent, sunt libellos qui offerant, & illos causam suam docent.

[177] Crucibus & stipitibus imponitis Christianos, quod simulachrum non prius argilla deformat cruci & stipiti superstructa? in patibulo primum corpus Dei vestri [178] dedicatur. Vngulis deraditis latera Christianorum, at in deos vestros per omnia membra validius incumbunt [179] asciæ & runcinæ, & scobinæ. Ceruices ponimus ante plumbum & glutinum & [180] gomphos: sine capite sunt dij vestri. [181] Ad bestias impellimur, certè quas Libero, & Cybele, & Cereri applicatis, Ignibus vtrimut: hoc & illi à prima quidem massa. In metalla damnamur: inde [182] censentur dij vestri. In insulis relegamur: colet & in insulis aliquis deus vester aut nasci, aut mori. Si per hæc cõstat diuinitas aliqua, ergo qui puniuntur cõsecrarentur: & numina erunt dicenda supplicia. F
Sed planè non sentiunt has iniurias & cõtumelias suæ fabrificationis dij vestri, sicut nec obsequia.

Quum itaque nihil dij sint magis quàm animæ cæterorum hominum, & simulachra colantur pro numinibus, restat, vt ex opificio diuinitatem concipere credantur. Fabricam igitur hanc idolorum ita describit, vt non tantum ab hominibus fieri demonstret, sed ijs etiã rationibus & instrumentis, quibus in puniendis sceleſtis, quales Christianos putabant, in carnificina vtantur, tantum abest vt ex eorum structura religio emergat, aut cælestis potestas inspiretur. Ex quo non parum solatij Christiani capiunt, si quibus ipsi tormentis diuexantur, eadem in fabricandis dijs, quorũ gratia cruciantur, infligi videant. nam si crucibus stipitibusque infigũntur, ab eiusmodi quoque plastes suspendit argilla, ex qua simulachrum alicuius Dei confirmat. quod si faber ligneum faciat, validioribus armis dedolatur, quàm sint vngulæ illæ ferreæ quibus latera Christianorum lancinantur, neque ab hac re est, si capite nos truncatis: nam plumbo, aut glutino, gomphis, id est maioribus clauis capita deorum compaginatis, alioqui sine capite sunt, & bestiæ, quibus inspectante populo exponimur, non abhorrent à vestris dijs nam Bacchus ille vester curru inuchitur à tigribus tractо, Cybele leones iungit, Ceres cum Triptolemo alatos serpentes: ignes etiam in conflatione sicuti nos dij vestri experiuntur, & à metallis ad quæ fodienda sæpe damnamur, originẽ trahunt. si verò relegamur in insula, & in Delo Latona fit puerpera, & in Creta Iupiter est sepultus.

O impiæ voces, ô sacrilega conuicia, infrendite, inspumate, ij dem estis [183] qui Senecã aliquem plurimis & maioribus de vestra superstitione perorantẽ reprehendistis. [184] Igitur si statuas & imagines frigidas mortuorũ suorũ simillimas non adoramus, [185] quasi milui & mures & aranearum intelligũt, nonne laudem magis quàm pœnam merebatur repudium agniti erroris? Possumus enim videri lædere eos, quos certi sumus omninò non esse? Quod non est, nihil ab vllo patitur, quia non est.

Sunt

A Sunt hæ gentium vóciferationes, quibus insultabant Christianis asseuerantibus deos esse nullos. Ad hæc Tertullianus, Vt lubet exclamate, & irascimini. Neque enim nouum hoc est, cùm etiam Senecam qui de vestra superstitione librum composuerit, damnare ausi estis, contra manifesta indicia: nam vel aniculæ & aranearum, dum liberè insudunt in iis, manifestè sentiunt, sentire nihil tales imagines.

[186] Sed nobis Dei sunt, inquitis. Et quomodo vos econtrario impij, & sacrilegi, & irreligiosi erga deos vestros deprehendiminii? qui quos præsumitis esse, negligitis: quos timetis, destruitis: quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoscite si mentiar. Primo quia cum alij alios colitis, vtique quos non colitis, offenditis: prælatio alterius sinc contumelia alterius non potest procedere, quia [187] nec electio sine reprobatione. Iam ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando offenderenon timetis. Nam vt suprà præstruximus, status Dei cuiusque in senatus æstimatione pendebat. Deus non erat quem homo consultus noluisset, & nolendo damnasset. [188] Domesticos deos quos lares dicitis, domestica potestate tractatis pignerando, venditando, demutando aliquando in [189] cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua, vt quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur, [190] vt quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatē. [191] Publicos æquè publico iure fœdatis, quos in hastario vectigales habetis: si [192] capitolium, si [193] olitorium forum petitur, sub [194] eadem voce præconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione quæstoris, diuinitas addicta conducitur. XIII.

Ex hoc loco regerit more suo Tertullianus totum hoc impietatis crimen in aduersarios, suis illos armis ita confodiens, vt fateri cogantur aliud sanè dicere, aliud sentire de dijs. Nam si actiones, verba scriptáque sunt animi nostri manifesta indicia, plerique omnes Romani Epicuri sectam amplexabantur. Cuius etiam imaginem, quum multis
B in locis, tum in annulis gestabant. Huic nullus fuit respectus deorum: ne tamen maiorum instituta rituíque, quibus imperij autoritas apud plebem maiori ex parte conseruatur, prodere viderentur, in iudicijs de re sacra tristes, & religiosi videri volebant, illud identidem quiritantes. Arbi nobis dij sunt, & quomodocunque maiestas illorum tuenda nobis est, contra omnes qui capite velint illos diminuere. Ad hæc Septimius, Aut ista, inquit, ex animo dicitis, aut cum simulatione. Si simulatè, sententia vestra nobiscum continebit. Neque enim colendi qui non sunt. Sin ex animo, plurimis ostendam argumentis, vos multò magis esse in illos impios, quàm Christianos. Autigitur nobiscum puniendi essetis, autnos absoluendi vobiscum. Primum enim aut ex affectu, aut ex vtilitate pendet omnis vepitium studet: amantes Veneri satisfaciunt, milites Bellonam tantum & Martem colunt, poëtæ Apollinem aut Bacchum, veneticæ in Proserpinam totæ incumbunt, alijs dijs negligētis. Arsi vt diximus, senatus alios etiam voluit vobis esse deos, cur à vobis omnes non colunturi? hæc nimirum electio offendat necesse est præteritos: cùm verò id vos non moueat, illos profectò non creditis: si mouet, iam nobiscum impij censemini. Sed & eos ipsos quos seorsum colitis, quánam religione demeretis? Nam dij vobis sunt (vt identidem nostris auribus inculcatis) eiusmodi simulachra, quid est quod ij quos lares dicitis, quasi in supellectilis ratione computantur, vt perinde à vobis aur oppignerentur, aut venditentur, atque cætera instrumenta domestica instante necessitate? erant potius exoranda vobis eorum numina, vt vrgentem inopiam defenderent, aut verenda ne propterea indignata miseriias conduplicarent. Quod si tales dixeris impios, vt est hominum genus, cum sanctis, inquam, dominis pijs quæ patribus familiàs multò peius agunt: qui cùm ex frequentiori cultura illos contriuerint, diffingere deinde solent, vt id quod prius fuerat illis Saturnus aut Minerua, vas conflatum eulinæ inseruiat. At erant hæc aliquo modo ferenda, priuata enim sunt minusque manifesta, præterea necessitas egestatis nulla lege circunscribitur. Esto, quid si eadem ratione publici dei tractantur? Video enim vectigales tributariásque gentes cùm præsentem pecuniam quandoque non habeant, publicanis aut quæstoribus aureos argenteósque deos addicere, vt sæpenumero hastario venditionisque auctionariæ per præconem veneant, & inter manubias captiui dij veneunt, vt pecunia ærarium aut fiscus constipetur.

C Sed enim agri tributo onusti, viliores: hominum capita stipendio censa, ignobiliora. Nam hæ sunt notæ captiuitatis. Dij verò, qui magis tributarij, magis sancti; imò qui magis sancti, magis tributarij: maiestas quæstuaria efficitur. [195] Circuit cauponas religio mendicans, exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gratis, venales sunt.

Amplificatio irrisoria. Nihil enim veri illi Christiani superiorū temporum abhorrebant magis, nihil vehementius detestabantur, quàm ex sacris rebus quæstum quoquomodo facere. Gentes verò in quibus nulla erat Spiritus sancti gratia, tam de sacris rebus quàm de prophanis, opes sibi vndecunque comparabant. Et cuius dei numen sanctius habebatur, magis erat antistitibus quæstuosum. Eo enim nomine stipes ad instaurationem templi exigebant, aditúsque quotidianos venditabant, contraria quidem ratione autoritatem dijs conseruantes. nam stipendiariæ res, quemadmodum homines & agri, multò viliores sunt, vt qui ex eo tributo captiuos esse & prouinciales indicent. Nam municipales & coloni, quia immunes à tributo quod in stipendium militare persoluitur, pluris meritò æstimari solent.

Quid omninò ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris conferatis? ædes proinde, aras proinde. idem habitus & insignia in statuis, vt æras, vt ars, vt negocium mortui fuit, ita deus est. quo differt ab epulo Iouis [196] filicernium? à [197] simpulo obba? ab aruspice pollinctor? [198] nam & ruspex mortuis apparet.

Collatio hæc euidentissimè demonstrat gentes, vel quos deos credunt, aut credere simulant, omninò negligere, quando eximiam illam excellentémque Dei naturam non alijs prosequanturhonoribus, quàm quibus defunctis hominibus parentari soleant: deniquein cultu nihil differat à mortuo deus. nam si ædes Iouī (verbi causa) dicata est, in qua epulum celebretur, si aræ vbi in simpuuio vase vinum libatur, si aruspex qui hostiarum intestina perscrutetur,

& mortuis non dissimilia attribuuntur. Præter enim rempla & aras cum flaminibus dicatas Cæsaribus, vbique vi- D
dere est silicernium apparatum, id est funebre conuiuium à cognatis defuncti hominis, nihil differens ab eo quod
viri epulones Ioui instaurare solent, vbi pro simpulio obba poculum est haud ab eo dissimile, & pollinctor minister
cadaueribus curandis apparet, præstòque est. Nec minus in defunctorum statuis & imaginibus eadem sunt orna-
menta pro ætate muniisque cuiusque, quæ spectantur in diis. At pudere vos huius parilitatis debebat, aut esse argu-
mento, deos perinde fuisse homines atque alios defunctos, qui à vobis quotidie eodem honore impertiuntur.

Sed dignè imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicatis quibus & viuentibus eum addi-
citis. accepto ferent diy vestri, imò gratulabuntur, quòd pares ei fiant domini sui. sed quum [199] La-
rentinam publicum scortum, velim saltem Laidem aut Phrynem, inter Iunones & Cereres ac Dia-
nas adoratis, cùm [200] Simonem Magum statua & inscriptione sancti Dei inaugratis, quum de [201]
pædagogijs aulicis [202] nescio quem cinædum Deum facitis, licet non nobiliores dij veteres, tamen
contumeliam à vobis deputabunt hoc, & alijs licuisse, quod solis antiquitas contulit.

Maxima hæc ex opportuna correctione exaggeratio ittifionis Romanorum in suos deos quum in censum deorum
& ad parem diuinitatem non imperatores tantum admittant, qui si res iusto examine expendatur, tanquam deorum
domini magis legitimo cultu venerari merentur. Quos enim volunt deos faciunt, & viuentes diui augustique no-
minantur: Sed scorta etiam & magos & cinædos non pro dignitate quidem personarum, sed ex adulatione. Nam si
meretrix aliqua adoranda, multo decentius Laïs illa famosissima, aut Phryne nobile Athenarum scortum, quæ Xe-
nocratis tamen continentiam suis illecebris expugnare non potuisse dicitur, adorabitur, quàm Romuli rustica Laren-
tia nutrix. Tam bene etiam de deliciis & exoletis Hyla aut Sarmentus aliquis & de seruis Narcissus, quàm Antinous,
qui nuper in gratiam Hadriani diuinos honores promeruit. quanquam si cuncta quæ ad deos de antiquitate com-
mendatos pertinent exquirantur, neotericis non inuenientur nobiliores, nec meliores.

XIIII. Volo & ritus vestros recensere: non dico quales sitis in sacrificando, cùm enecta & tabidosa & E
scabiosa quæque mactatis, cùm de opimis & integris superuacua quæque truncatis [203] capitula &
vngulas, quæ domi quoque pueris vel canibus destinassetis. Quum de [204] decima Herculis nec
tertiam partem in aram eius imponitis. Laudabo magis sapientiam, quòd de perdito aliquid eri-
pitis. [205] Sed conuersus ad literas vestras, quibus informamini ad prudentiam, & ad liberalia of-
ficia, quanta inuenio ludibria? [206] Deos inter se propter Troianos & Achiuos vt gladiatorum
paria congressos depugnasse: Venerem humana sagitta sauciatam, quòd filium suum Æneam pe-
nè interfectum ab eodem Diomede rapere vellet. Martem tredecim mensibus in vinculis penè
consumptum. Iouem ne eandem vim à cæteris cœlitibus experiretur opera cuiusdam monstri li-
beratum, & nunc flentem Sarpedonis casum, nunc fœdè subantem, in sororem sub commemo-
ratione non ita dilectarum iampridem amicarum. Exinde quis non poëta ex autoritate principis
sui [207] dedecorator inuenitur deorum? Hic [208] Apollinem Admeto regi pascendis pecoribus addi-
cit, ille Neptuni structorias operas Laomedonti locat. Est & ille de lyricis ([209] Pindarum dico)
qui Æsculapium eanit auaritiæ merito, qua medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum. Malus Iupiter, si fulmen illius est, impius in nepotem, iniudus in artificem. Hæc neque vera
prodi, neque falsa confingi apud religiosissimos opportebat. [210] Nec tragici quidem aut Comici
parcunt, vt non ærumnas vel errores domus alicuius Dei præfentur. [211] Taceo de philosophis, So-
crate contentus, qui in contumeliam deorum quercum & hircum & canem deierabat. Sed pro-
pterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat. Planè olim, id semper est, veritas odio est. [212] F
Tamen cum pœnitentia sententiæ Athenienses criminatores Socratis postea affixerint, & imagi-
nem eius aueam in templo collocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit. [213] Sed &
Diogenes nescio quid in Herculem ludit, & [214] Romanus Cynicus Varro [215] trecentos, Ioues siue
Iupiteres dicendum, sine capitibus introduxit.

Damnationis Christianorum causa omnium iustissima videbatur (vt diximus) & quam iudices potissimum obiicie-
bant, quod contemptores essent religionis, & diis semper malè dicerent: non mirum igitur si hoc loco longior se
Tertullianus effundat, dum manifestè iuuat varijs argumentis exponere, multò magis gentes eadem causa damnari
debere, quia non minus suorum deorum maledici sunt & vituperatores, & ab omni prorsus religione disiuncti.
Quod priusquam citatis testibus cõprobet (sunt enim hæc à ritibus tracta, vnde omnis cultus deorum religióque pen-
det & examinatur) per præoccupationem malignitatem eorum taxat in operatione holocaustorum, cùm ne extremas
quidem hostiarum partes dijs adolere patiantur, atque ita defraudent suscepta vota, quasi cum stupidis fatuisque to-
tares agatur. Sed hæc illi sapienter. Tanto enim minus de suo disperdent. Quid verò religiosis viris contrarium
magis esse videtur, quàm Dei sacrosanctum nomen, cuius semper cum præfatione summi honoris meminisse debe-
nus, per nefarias turpitudines traducere, puràm que eiis ac sapientem naturam cum sordidis ludibrijs commaculare?
At hoc ipsum Christiani non peccant. Quos enim non credunt, non est quod maledicant. Gentes verò tanta religione præditæ, vt cum dijs tanquam cum lenonibus, cum sceleftis, cum luteonibus adolescant, primis suæ ætatis
temporibus ad eos se scriptores confetunt, eos addifcunt, & nocturna versant manu versantque diurna, qui de dijs
tanquam de infimo genere hominum loquuntur. Ferunt hoc domi patres familiàs, foris per omnia theatra pu-
blicæ personæ patiuntur, denique in suo regno Imperatores vt de suis diis risus voluptasque carminibus concilietur:
quanquam non hoc sola sibi licentia poëtarum vendicat, & qui philosophi fuere, ab eiusmodi derisione non abfti-
nuerunt. Nam cum Socrates per canem & anserem, per hircum & quercum & platanum iurabat, tantundem hoc
cauillo volebat ostendere Iouem quàm canem peieraffe.

[216] Cetera

A [[216] Cetera lasciuiæ ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. [217] Dispicite Lentulorum & Hostiliorum venustates, vtrum mimos an deos vestros, in iocis & strophis rideatis. [218] Mœchum Anubim, & masculum Lunam, & Dianam flagellatam, & Iouis mortui testamentum recitatum, & tres Hercules famelicos irrisos. XV.

Cetera lasciuiæ ingenia, &c. Vrget hoc vehementius aduersarios. Supetiora enim à grauibus introducta viris, plura in suis illis deorum apologis habere posse videntur epimythia, quæ vtramque partem philosophiæ allegoricè præbent. Hæc verò quæ mimographi sudere solent, ingenia ad lasciuiam nata, siue hypocritarum strophia strutheäq; & omnia eiusmodi insignia respicias, siue verba reique totius figmentum, nihil aliud spectant, quàm vt risum & delectationem concitent, ex ea plerunque materia quæ deorum aliquem quasi impudicum scurram & improbum helluonem repræsentet. Nam & Valerius, Mimorum, inquit, argumenta maiori ex parte fluprorum continent actus. Genus autem eiusmodi poëmatis nullum, quod sciam, nostris temporibus extat: quamquam plures in eo studio excellucrint, vt Cornelius Nepos, Laberius, Matullus, Lentulus & Hostilius, de quibus nunc Tertullianus meminit. Quæ fuerint eorum hypotheses, facilè ex his quæ hoc loco denotat, apparet. Dianam enim ex aliquo commisso vapulantem, Lunam tribada in suum forte Endymiona (licet & Lunus idem legatur apud Spartianum in Caracalla) Herculem voracissimum vernam, & id genus alia peragebant, ita à faceto poëta disposita, vt in recitando cum morum taxatione risum per cuncos excitarent.

[219] Sed & historionum litteræ omnem fœditatem eorum designant. [220] Luget sol filium iactatum de cœlo lætantibus vobis, [221] & Cybele pastorem suspirat fastidiosum, non erubescentibus vobis. [222] Et sustinetis Iouis elogia cantari, & [223] Iunonem, Venerem, Mineruam à pastore iudicari.

Triplex est in eadem re deorum irrisio: vna est quam diximus à persona poëtarum, alteræ ex partibus historionum, B qui suis lateribus gesticulationèque & gannitu dum agerent deos, omnes turpiores muliebréique affectus exprimebant, quo nihil in contemptum religionis nequius fieri potest. De Cybele verò & Atys qui adolescens à matre deorum adamatus studio muliebri, à se ipse castratus Atte factus est: cuius mysterium Gallis sacerdotes digladiantes imitabantur vsque ad Almonem fluuium extra vrbem: Item de Phaëtonte & iudicio Paridis, omnibus dramata notissima sunt.

Quid quod imago Dei vestri ignominiosissimum caput & famosum vestit? quod corpus impurum & ad istam artem effœminatione productum Mineruam aliquam vel Herculem repræsentat? nónne violatur maiestas & diuinitas constupratur laudantibus vobis.

Alter hic est ab historionibus contemptus deorum, quod scilicet ij qui deorum personam induunt in scena, ignominiosum genus est hominum & aliorum famosissimum. Minæ enim mulieres & pantomimi tam malè audiebant, vt quemadmodum Tacitus testatur, senatoribus olim vetitum sit ingredi tabernas eorum: at quanto minus maiestati deorum patere debebant.

[224] Planè religiosiores estis in cauea, vbi super sanguinem humanum, super inquinamenta pœnarum proinde saltent dij vestri, argumenta & historias noxijs ministrantes, nisi quod & ipsos deos vestros sæpe noxij induunt. Vidimus aliquando castratum Atyn illum Deum ex [225] Pessinunte, & [226] qui viuus ardebat, Herculem induerat. Risimus & inter iudicras [227] meridionarum crudelitates [228] Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Iouis fratrem gladiatorum cadauera cum malleo deducentem. Singula ista quæque adhuc quis posset inuestigare, si honorem inquietant diuinitatis, si maiestatis vestigia [229] obsoletant; de contemptu vtique censentur, tam eorum qui eiusmodi factitant, quàm eorum quibus factitant. Sed iudicra ista sunt.

C De scena in arenam descendit, cum itonia demonstrans multò illic magis esse gentes impias minisque religiosas. Nam præter ea quæ supernus dicta sunt, adiungitur deos sub historionum persona pollui humano sanguine sæuioribusque inquinamentis, inter sese saltitantes. nam vt Martialis aliique quamplures testantur, in peragendis fabulis, si cædes intercedebat, destinabantur in eam tem damnati, vt non ex ingenio, sed ex rebus ipsis populo vera exhiberetur. Quum itaque castratio Atys (eleganter à Catullo deplorata) in gratiam suæ Cybeles ex Pessinunte oppido Phrygiæ repræsentanda erat, damnatus homo agebat Atyn, veréque cuitabatur. Eadem ratione si Hercules in Oeta monte cremabundus introducebatur, in vicem eius homo exurebatur ex damnatis. Si cum Mercurio res erat aut cum Plutone, vt ille candenti cauterio mortuos prætentaret, ille malleo & incude confirmaret, præsto erant cadauera gladiatorum. Quæ omnia simul cum alijs id genus quando honorem deorum perturbent, maiestatémque imminuant, & quasi obsoletam faciant, vt pote ridicula & fabulosa, nemini dubium est quin ex cótemptu fiant, tam actorum quàm spectatorum aduersus deos.

Sed iudicra ista sint. Ceterum si addiciam quæ non minus conscientiæ omnium recognoscent, [230] in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumq; ædituorum & sacerdotum tabernaculis, sub iisdem [231] vittis & apicibus & purpuris thure flagrãte libidinem [232] expungi: nescio plusne de vobis dij vestri quàm de Christianis querantur. Certè sacrilegi de vestris semper apprehenduntur. [233] Christiani enim tẽpla nec interdiu norunt, spoliarẽt forsitan ea & ipsi ea adorarent.

Romanorum religionem, si quis historias accuratius recognoscat, vnà cum iure publicò periisse comperiet, ita vt eius speciem aliquam Cæsares vix retinuerint, ex ambitione tamen ac metu retum nouarum: ex quo factum est vt iudices prætoresque, dum suo adulari cauerẽque volunt imperatori, Christianis enixissimè testiterint. nam suos illos deos tanrum aberat, vt esse crederent, vt omnibus modis contaminarent, templáque deorum perinde ac profana locabarentur. Quoties enim legimus amores in templis conciliatos, Camillóque inter sacrificandum constupratos à pon-

tificibus? flaminésque vittatos pileatósq; in sacratiſs libidinem expreſſiſſe? Nimirum, inquit Tertullianus, multò magis de vobis dij ſi ſunt, conqueri poſſunt, quàm de Chriſtianis. qui ſi eos non colunt, mille tamen'probris non dedecorant: manifeſtum eſt etiam tam multos ſacrilegos, qui à vobis quotidie mulctantur, veſtrates eſſe. Conuenit enim vobiſcum Chriſtianos templa deorum nunquam adire. Atque ita inceſti crimen & ſacrilegij in aduerſarios recuditur. D

XVI. Quid ergo colunt, qui talia non colunt? Iam quidem intelligi ſubiacet veritatis eſſe cultores, qui mendacij non ſint: nec errare amplius in eo in quo erraſſe ſe recognoſcendo ceſſauerunt. Hoc prius capite, & omnem hinc ſacramenti noſtri ordinem haurite, reperculſis, ante tamen opinionibus falſis. [316 Nam vt quidam, ſomniaſtis caput aſininum eſſe deum noſtrum. Hanc 317 Cornelius Tacitus ſuſpicionem eiuſmodi inſeruit. Is enim in quinto Hiſtoriarum ſuarum bellum Iudaicum exorſus ab origine gentis, etiam de ipſa tam origine, quàm de nomine & religione gentis quæ voluit argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, ſiue, vt putauit, extorres, in vaſtis Arabiæ locis aquarum egentiſſimis, cum ſiti macerarentur, onagris qui fortè de paſtu potum petituri æſtimabantur indicibus, fontibus vſos: ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atque ita inde, opinor, præſumptum, nos quoque vt Iudaicæ religionis propinquos, eidem ſimulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus ſane ille mendaciorum loquaciſſimus, in eadem hiſtoria refert Cneum Pompeium cum Hieruſalem cepiſſet, propterea quæ templum adiiſſet ſpeculandis Iudaicæ religionis arcanis, nullum illic reperiſſe ſimulachrum. Et vtique ſi id colebatur quod aliqua effigie repræſentabatur, nuſquam magis quàm in ſacrario ſuo exhiberetur, eo magis quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. 318 Solis enim ſacerdotibus adire licitum, & conſpectus cæterorum velo oppaſſo interdicebatur. Vos tamen non negabitis & 319 iumenta omnia, & totos cantherios cum ſua Hippona coli à vobis. Hoc forſitan improbandum, quod inter cultores omnium pecudum, beſtiarúmque aſinarij tantum ſumus. E

Exod, 26.

Tempeſtiua addubitatio, & neceſſaria apologiæ, quæ Chriſtianos non modo non conſemptores eſſe religionis perſuadeat, ſed etiam amatores aſſeueret, maximéque omnium religioſos, vt qui à falſo cultu ſe vendicauerint, & verũ pro viribus amplécti conentur. In primis igitur, inquit, capite tenetéque hoc quod per ſe patet ſymptæſma. Chriſtiani non colunt deos quos eſſe falſos docuimus, colunt autem aliquod numen, ergo verum colunt. Quis ille ſit audietis breuiter à nobis, cum primum nonnulla quæ falſo de Chriſtiana religione circunferuntur, ex animis veſtris eximemus. Ita enim attentiores ſibi comparat auditores ad eam rem, & maiorem fidem conciliabit, cum nihil illa famam extimeſcere aut diſſimulare demonſtretur. Quæ verò contra vulgarem opinionem redarguit à teſtimonio, & à loco qui eſt à ſimili, quatuor ſunt. Effigiem aſini non eſſe deum Chriſtianorum, non mirum ſi crucem venerentur, ſolem pro deo non adorari: poſtremo non ea forma eſſe Chriſtianis deum, qua productus eſt à quodam in tabula. Et quoniam rumores interdum non ſine certa cauſa in vulgus manare ſolent, vnde hæc aſini ſuſpicio inuaſerit animos gentium edocet. Nam cum noua Chriſtianorum religio non multum ab antiqua Iudæorum diſcreparet, & autore Tacito Iudæi qui Moſe duce à ſiti per onagros repriſſent, aſini effigiem ſacraſſe dicerentur, facile receptum eſt apud maleuolos eandem Chriſtianos aſinariam ſuperſtitionem admiſiſſe, vnde & aſinarij appellarentur, licet contra veram ſignificationem: nam qui aſinos agit, aſinarius dictus eſt, vt mulio qui mulos. Hoc facilè refellitur. Autori enim eius rumoris Cornelio non eſt credendum: primum quia ignarum veræ hiſtoriæ multa falſa ridiculáque inſeruiſſe, quilibet apertè deprehendit, qui totum eius qui citatur locum perlegat: deinde quia ipſe ſibi aduerſatur, cum in ea hiſtoria quam ad veritatem acceſſiſſe à ſuis veriſimilius eſt, Pompeium dicat nullum in penetralibus templi Hieroſolymitani ſimulachrum inueniſſe: at ſicubi ſtabat, illic certè dicatum eſſe debebat, quanquam neque hoc gentes irridere deberent, apud quas non tantum Pegaſus ille, nec caput tantummodo equinum, ſed toti cantherij, id eſt caſtrati equi honorem Hipponæ deæ dicantur, quæ & ipſa ab equis nomen ſuum detraxit. Mitto ſerpentes Æſculapij, bouem Apis, Hammonis arietinum caput, aliáque eiuſmodi pluta, quæ gentes ſupetſtitioſe venerantur: vt ſi vnius aſini effigies nobis quoque reuera coleretur, id ſane vitio aut infamiæ vetti non debeat, magis quàm vobis, qui cum tot alijs vbique beſtijs ſupplicatis, non tantum aſinarij, ſed ſerpentarij, boarij, equinarijque appellari potestis. F

318 Sed & qui crucis nos non religioſos putat, 319 conſecraneus erit noſter, cum lignum aliquod propitiatur. videritne habitus dum materiæ qualitas eadem ſit: videritne forma dum idipſum Dei corpus ſit, & tamen 320 quanto diſtinguitur à crucis ſtipite Pallas Attica? & Ceres farrea, quæ ſine effigie rudi palo & informi ligno proſtant? Pars crucis eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigitur, nos ſi fortè integrum & totum Deum colimus. Diximus originem deorum veſtrorum à plaſtis de cruce induci. 321 Sed & victorias adoratis, cum in tropæis cruces inteſtina ſint tropæorum. Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, 322 ſigna omnibus dijs præponit. 323 Omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes, monilia crucium ſunt. 324 Sypara illa vexillorum & 325 †Cantabrorũ † ſtolæ crucium ſunt. Laudo diligentiam, noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare.

†Labarorũ.

Paulo poſt commodius exponet quamobrem Chriſtiani crucem venerentur: hoc loco ſatis eſt, ſi quod abſurdum de cruce videbatur, apud gentes aliquo modo commitigaret, exemplóque eorum appareat nec nouum neque adeo temerarium videri poſſe. Deipſius itaque rei ſubiecto, & ex definitione probat Romanos præcipuè in hac parte confectaneos eſſe, & eiuſdem cum Chriſtianis hæreſeos, cùm materiam & ipſi adorent, ligneáque deorum ſimulachra. Si enim rei ſubſtantia, non habitus nec forma perpenditur, quid enim ſi recta magis ſe habeant, ſiue tranſuerſa minus, aut aliam de ſe ſpeciem faciant decentiorem quam aliam? ſint modo lignea diuerſa figura & Deus veſter & crux, vtrique eandem materiam colimus. Quamquam de dijs optimè ſcalpello elaboratiſque, politiſq; diſtantior collatio videtur. at verò cum ſudes apud vos & informe lignum expoſitum in limitibus, in hortis pro Cerere ac pro Priapo ha-

A po habeantur, parum mehercule ísthæc à cruce nostra discedunt. Quod si dicas partem esse crucis eiusmodi simulachrum quid tum? nos forte melius, qui tota totum Deum repræsentamus. Sed & illa quæ in conformatione deorum vestrorum superius diximus, ad hunc locum faciunt, cum plastas, id est, eos qui ex luto fingunt, diceremus super patibulum stipitémve argillam astruere in effigiem deorum: in ijs igitur veluti intestina cruces sunt, quemadmodú & iij victoriarum simulachris. Sed & signa illa imperatorum in castris, quæ milites omnibus præferunt dijs, festis diebus vnguento etiam perungentes, nonne tta constructa sunt, vt suggestus crepidinésque illorum videantur cruces exornatæ monilibus? Sypara etiam velaque illa è longioribus hastis dependentia vexillorum, in quibus præter alias imagines & nomen imperatoris adscribitur, per quod solennius quàm per Iouem iurare soletis, nónne sunt quasi stolæ crucium? id tantumnodo interest, quod nos nudas in altaribus cruces statuimus, vos exornatas & excultas vbique dicatis.

Alij plane humanius & verisimilius solem credunt Deum nostrum. [246] Ad Persas si forte deputabimur (licet solem non in linteo depictum adoramus) habentes ipsum vbique in suo clypeo. deniq; inde suspicio, quod innoturit nos [247] ad orientis regionem precari. Sed & plerique vestrum in affectatione aliquando vt cœlestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. [248] Æquè si diem solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione quàm religione solis secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni ocio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi à Iudaico more, quem ignorant.

Tertia hæc est opinio nonnullorum à consequentibus, verisimilior tamen, qui duabus coniecturis inducebantur, quod sol à Christianis adoraretur, quia preces ad orientem versi fundebant, quódque diem solis, qui dominicus dictus est, lætum ac festum celebrarent: at hoc etiam si verum sit, damnare nos, inquit, impietatis non debebat. nam etsi depictum solem in clypeis, vt Persæ, non adoramus, tamen in eorum superstitione facilè censeri possimus, quando & Romæ enim nulli sint, qui rædio simulachrorum affectantes aliquando cœleste aliquid venerari, labia ad
B orientem solem (nihil enim eo præstantius vident) precando moueant. Quod autem ad diem solis attiner, vt paulo inferius patebit, alia ratio est à cultu solis, quæ nos eum etiam qui est à Saturni secundus, & à Iudæis superstitiosè obseruatur, celebrare persuadet. nam & illi nesciunt suam legem explosam iam & exoletam refrixisse.

Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate proximè æditio publicata est, ex quo quidem in frustrandis bestiis mercenarius noxius picturam proposuit cum eiusmodi inscriptione, Deus Christianorum [249] ononychites. Is erat auribus asininis, altero pede vngulatus, librum gestans, & togatus. Risimus & nomen & formam. Sed illi debebant adorare statim biforme [250] numen, quia [251] & canino & leonino capite commissos, & de capro & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, & planta vel tergo alites deos receperunt. Hæc ex abundanti, ne quid rumoris irrepercussum, quasi de conscientia præteriissemus. Quæ omnia, conuersi iam ad demonstrationem religionis nostræ, repurgauimus.

Nulla fuit vnquam secta quæ tot tantísque hinc inde modis diuersaretur quàm Christiana. Vires, ingenia, odia omnium ordinum coniurarunt ad excidium eius, vt inter alia maximè mirum videatur, contra tantas hostium iniurias pullulari potuisse: semper tormenta & vrisiones præstò erant, illa à principibus viris, ex plerumque ab infima plebe, quæ principibus adulabatur. Quale hoc est quod nunc à Tertulliano refertur. Homo enim mercenarius noxiusque gladiator, vt puto, qui suis noxis ad bestias damnandus, illas à sui corporis pastu, vel suo corporis robore, vel iniquitate iudicum defraudabat, tanquam gloriosus miles tabulam in apertum producere ausus est, in qua quod erat monstrum depictum, Christum esse dicebat, & à forma Ononychitæ appellabat, quasi asinum gularium: quod tantum à forma vera abhorrebat, quam Christiani venerabantur, vt tabulam inuentes non possent non ridere & ignorantiam & imprudentiam hominum, qui dum alios ridere volunt suam ipsi stultitiam detegunt. nam quibus id biforme portentum pro Deo conueniat magis, quàm ijs qui Iouem Hammonium colunt arietis capite, Panáque &
C Satyros, Eumenidásque & alia id genus monstra innumerabilia, quæ ab Ouidio lib. præsertim quinto Metamorph. recensentur? Sed hæc omnia diligentius diluentur, vt diximus, in exponenda veræ Christianorum religione, ad quam nunc opportunè Septimius transit.

[[252] Quod cœlimus nos, Deus vnus est; qui totam mólem istam cum omni instrumento elemen- XVII.
torum, corporum, spirituum; verbo, quo iussit; ratione, qua disposuit; virtute, qua potuit, de nihi- *Deut. 6.*
lo expressit, in ornamentum maiestatis suæ: [253] vnde & Græci nomen mundo κόσμου accommoda- *Esa. 40.*
uerunt. Inuisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur; inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur, adeo verus & tantus est. Ceterum quod videri communiter, quod comprehendi, quod æstimari potest, minus est & oculis quibus occupatur, & manibus quibus inuenitur. Quod verò immensum est, soli sibi notum est: hoc quod est, Deum æstimari facit, dum æstimari non [254] capit. [255] Ita cum vis magnitudinis & notum hominibus obiecit & ignotum. Et hæc est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt.

Nullibi Atticismus Tertulliani vberior appáret. ex medio Theologiæ thesauro illa de Deo prompsit, quæ maiestate tanti numinis seruata, tamen ab humano intellectu ita percipiantur, vt amplecti etiam necesse sit, & Christianos nos esse non pœniteat. Quod igitur, inquit, nos colimus, nc vos Christianos sine Deo, sine religione arbitremini, vnus est Deus, non ea quæ apud vos est condita turba deorum: neque is est qui natales ortúmque ex aliqua insula traxerit, sed qui totam hanc molem naturæ, totúmque mundum, quem à nomine ornamenti κόσμου Græci dixerunt, condidit: in qua si fabricam, si ordinem, si causam admiraris, talis est eius virtus, talis ratio & verbum, vt ex nihilo facilè omnia de se posuerit excludere, ob eam causam, vt sua maiestas extanto opere condecoraretur, innotesceret-
que naturæ. Cúmque ea sit eius substantia, vt eam sua magnitudine animus noster capere nequeat, ac multo ruinus

exprimere verbis (nam in quærendo Deo more Academico per negationem incedentes, cum non sit hoc, neque hoc, D
nec illud, in aliquam cognitionem commodius veniemus) ita tamen facilè videtur intelligitúrque per sensus, vt negari non possit. Atque id est maximum Dei argumentum, quod intelligatur adesse, quomodo aut quantus non intelligatur, alioqui intra ingenium nostrum contineretur; nihilóq; maiorem de se nobis opinionem faceret, quàm quæ multa sunt in natura cognita à sapientiotibus si omnium rerum certissimus, non videretur similis incerto. Merito igitur Septimius loco maximi summique delicti ponit, id quod etiam Paulus Apostolus ad Romanos, Quod quum tota natura gloriam Dei præ se ferat, gentes creatore negledo creatis diuinum honorem attribuerint.

Vultis & ex operibus ipsius tot ac talibus quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur: vultis ex [216] Animæ ipsius Testimonio comprobemus? Quæ licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prauis circumscripta, licet libidinibus & concupiscentiis cuigorata, licet falsis diis exancillata, cum tamen resipiscit, vt ex crapula, vt ex aliqua valetudine, [217] & sanitatem suam patitur, Deum nominat, hoc solo quia propriè verus hic vnus Deus, bonus & magnus. Et quod Deus dederit, omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum, Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. O testimonium animę naturaliter Christianę! Denique pronuncians hæc, non ad Capitolium; sed ad cœlum respicit. Nouit enim sedem Dei viui, ab illo, & inde descendit.

Electio hæc oblata iudicibus & copiam & fiducicam habet persuasionis. Tam multa sunt in natura suo quæq; tempore procedentia, vicissimque subuenientia ad solam hominis conseruationem contemplationémque proposita, vt si quis vel mediocri ingenio ordinem eorum, si finem contempletur, vis Dei quædam in tota natura latens manifestè E
deprehendatur: nec etiam minus est argumentum quod ab animis nostris sumitur. Licet enim noster animus multis inquinamentis abducatur à suo naturali proposito, frequens tamen illuc recurrit, vt exprimat innatos veritatis igniculos. Passim ita que videre est, cuiusque hæreseos homines, vel Epicureos (vt de Cassio refert Plutarchus) quandocunque vel à vitio, vel ab instituto imprudenter remittantur, aliquid statim proferre, quo & immortalitatem animorum, & diuinum numen profiteantur. nam quid hoc est, quod sæpius in cœlum conuerti Deum appellemus? nempè ob eá causam, quod illic vnus de quo loquimur, propriè verus est Deus bonus & magnus: cui etiam benignitatem facultatémque omnium rerum quotidie acceptam referimus, cum illa frequenter vetba suspendimus aut asseueramus, dicentes, Deus dedit, Deus abstulit: cum vero, Deus videbit, aut Deo commendo, tam frequenter vsurpamus, nónne iudicem esse contestamur confirmamúsque? Quæ omnia præ se ferunt naturale, id est certum animi testimonium de Deo fidémque Christianam id mirum perhere, quod natura exordiatur in nobis.

XIII. [218] Sed quo plenius & impressius tam ipsum quàm dispositiones eius, & voluntates adiremus instrumentum adiecit litteraturæ, si qui velit de Deo inquirere, & inquisitum inuenire, & inuento credere, & credito deseruire. Viros enim iustitia & innocentia dignos Deum nosse & ostendere à primordio in seculum emisit spiritu diuino inundatos, quo prædicarent Deum vnicum esse, qui vniuersa condiderit, qui hominem humano struxerit (219 hic enim est verus Prometheus, qui seculum certis temporum dispositionibus & exitibus ordinauit) exinde quæ signa maiestatis suę iudicantis ediderit per imbres, per ignes, quas demerendo sibi disciplinas determinauerit, quæ ignoratis & desertis. [220] Sd & obseruantibus quæ præmia distinarit, vt qui producto quo isto iudicaturus sit suos cultores in vitæ æternæ retributionem: profanos [221] in ignem æquè perpetem & iugem, F
suscitatis omnibus ab initio defunctis, & reformatis, & recensitis ad vtriusque meriti [222] dispunctionem. Hæc & nos risimus aliquando. De vestris fuimus, fiunt non nascuntur Christiani.

Poterant ea quæ in natura fiunt, ex ipsa consuetudine haud ita quibusdam admiranda videri, neque ita eximia vt in his emicet Deus. Talibus igitur qui monitore egebat noluit deesse Deus, simul vt aliis se plenius informaret. Addidit enim monumenta literarum sacrarum, ex quibus certam omnium rerum notitiam decerperemus ab orbe condito. A primordio enim seculi homines qui se innocentes ab iniustitia seruabant, vti dignos quibus se reuelaret allegit, fuóque spiritu sancto aflatos ita instruxit, vt per traditiones & scripturas posteris condiderem se naturæ totius insinuare possent, hominisque plasstem (qui à fabulosa Græcia Prometheus est dictus) prædicarent, itémque sequenti tempore testarentur, quo pacto maiestas ipsius fontes hominum vindicarit aquarum diluuio, & sceleratos populos deiecto igne combusserit. Quas deinde leges in reconciliationem imposuerit, quæ pœnæ maneant refractarios, & quibus præmiis obsequentes afficere destinarit. Quando exacto hoc æuo venturus sit ad iudicandum, & qui mortui sunt, & qui viuimus pro vtriusque metiti distinctione. Excitatis enim defunctis omnibus reformatisque in integrum, vitam suis cultoribus perpetuam rependet cum summo honore, profanos autem igni similiter perpetuo addicet. Quam rerum seriem & nos olim vobiscum ridebamus quasi commentitiam: cum verò meliori examine perpendimus, libenter in talem sententiam conuolauimus. Non enim Christianum dogma natura nobis conciliat: totum ab hæresi nostra est, quæ de certa potioris cognitione exoritur. Neque verò leuis existimanda est eius causæ vis, quæ naturalibus affectibus moribúsque renuncians nos ad amplectenda cogit, quibus vniuersus orbis aduersatur.

[261] Quos diximus prædicatores, prophetæ de officio præfandi vocantur. Voces eorum itémque virtutes quas ad fidem diuinitatis edebant, in thesauris litterarum manent: nec istæ nunc latent. [262] Ptolemæorum eruditissimus (quem Philadelphum supernominant) & omnis litteraturæ sagacissimus, cum studio bibliothecarum [263] Pisistratum (vt opinor) æmularetur, inter cætera memoriarum, quibus aut vetustas, aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu [265] Demetrij Phalerei grammaticorum tunc probatissimi, cui præfecturam mandauerat, libros à Iudæis quoque postulauit, proprias scilicet atque vernacula litteras, quas soli habebant. Ex ipsis enim & ad ipsos semper

A semperprophetæ perorauerant, scilicet ad domesticam Dei gentem ex patrum gratia. Hebræi retro, qui nunc Iudæi. igitur & litteræ Hebrææ,& eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Iudæis subscriptum est, [267] septuaginta duobus interpretibus indultis : quos [268] Menedemus quoque philosophus prouidentiæ vindex [269] de sententiæ communione suspexit. Affirmauit hæc vobis etiam [270] Aristæas, ita in Græcum stylum ex aperto monimenta reliquit. Hodie [271] apud Serapæum Ptolemæi bibliothecæ cum ipsis Hebraicis litteris exhibentur. Sed & Iudæi palam lectitant, [272] vectigalis libertas vulgo aditur, sabbatis omnibus: qui audierit, intelligere, cogetur & credere.

Quum Instrumentum veteris legis strictim breuitérque Tertullianus procurrens, illic thesaurum esse totius naturæ innuisset, non satis auditoribus fecisse videri poterat, nisi quæ nam hæc essent scripta, vbi reperiantur, à quibus cognita, certo testimonio indicaret. Fidem igitur autoritatémque illis obiter comparans ex ijs argumentis quæ ad cognitionem iudicum iamdudum veniſſe potérant, primum autores scripturæ nominat : qui à vaticinando prophetæ dicti sunt. ij enim cum oracula eásque virtutes æderent, quæ finem metámque diuinitatis viderentur attingere, ijs litteris mandata fuere, quæ Hebraicæ dicuntur adhuc superstites : sed indigenæ quidem apud Iudæos, qui olim Hebræi dicti sunt (quorum patres cùm Deo maximè grati essent, apud se aliquem semper prophetam habuerunt) & aduenæ apud Græcos opeta sanè Ptolemæi cognomento Philadelphi, qui cùm ad imitationem Pisistrati Athenien-sium tyranni bibliothecam omnibus retetam scriptorum genetibus in Serapio dedicare vellet, præfecti eit negócio Demetrium Phalereum, cuius adhuc scientiæ fama superest, atque inter alia quæ vndique comparabat monumenta, acciuit etiam ex suggestione monitisque eiusdem Phalerei facta volumina ab Hebræis, quæ apud alias gentes non reperiebantur. Iudæi verò non modò in scriptis suis regi gratificati sunt, sed ne notitia eorum desideraretur, cumulatè eius voluntati subscripserunt, fauetúntque duobus & septuaginta vitis primæ eruditionis missis, qui mysteria eius scripturæ interpretantes in Græcum sermonem transferrent. Quod ne forte commentitium puraretur triplici corro-
B borat testimonio : Menedemi primum philosophi, qui adeò prouidentiam tutatus est, vt vindex eius meritò dicatur : sua is quoque sententia laudauit, admiratúsque est talem disciplinam. Aristæas præterea eius rei monumentum reliquit stylo Græco exararum. At hæc videri legique hæc omnia possunt hoc tempore in ipso Serapidis templo. Sed cui hæc longinquiora videantur, præsto aderit Romæ sabbatis omnibus, vnde hæc eadem ex Iudæis cognoscere possit. cuique enim patet eorum synagoga, dumtodo hanc illi suam libertatem solutis fisco tributis conferunt.

[273] Primam instrumentis istis autoritatem summa antiquitas vendicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem de temporibus asserere. Omnes itaque substantias, omnésque materias, origines, ordines, [274] venas veterani cuiusque styli vestri, gentes etiam pleraſque & vrbes insignes, [275] historiarú causas & memoriarum, ipsas denique [276] effigies litterarum indices custodésque rerum, & (puto adhuc minus dicimus) ipsos [277] inquam deos vestros, ipsa templa, & oracula, & sacra vnius interim prophetæ scrinium seculis vincit, in quo videtur thesaurus collocatus totius Iudaici sacramenti, & inde etiam nostri. Si [278] quem audistis interim Moysen, Argiuo Inacho par est ætate; [279] quadringentis penè annis : nam & septem minus, Danaum, & ipsum apud vos vetustissimum, præuenit; [280] mille circiter cladem Priami antecedit. [281] Possem etiam dicere, quingentis amplius & Homerum, habens quos sequar. Ceteri quoque prophetæ, etsi Moysi [282] postumant, [283] extremissimi tamen eorum non retrosiores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus & legiferis & historicis. Hæc quibus ordinibus probari possint, non tam difficile est nobis exponere quàm enorme, nec arduum, sed interim longum. multis instrumentis [284] cum digitorum fupputatijs gesticulis assidendum est. reseranda antiquissimarum etiam gentium [285] archiua, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum : aduocandi etiam municipes, per quos notitia subministrata est, aliqui, [286] Manethon Ægyptius, & [287] Berosus Chaldæus : sed & [288] Hieronymus Phœnix Tyri rex : sectatores quoque eorum [289] Mendesius Ptolemæus, & [290] Menander Ephesius, & Demetrius Phalereus, & [291] rex Iuba, & [292] Appion, & Thallus, & qui istos aut probat, aut reuincit, Iudæus Iosephus antiquitatum Iudaicarum vernaculus vindex. [293] Græcorum etiam censuales conferendi, & quæ quando sint gesta, vt concatenationes temporum aperiantur, per quæ luceant Annalium numeri. Peregrinandum est in historias & litteras orbis. & tamen quasi partem iam probationis intulimus, quum per quæ probari possint, aspersimus. Verùm differre præstat, ne vel minus perſequamur festinando, vel diutius euagemur perſequendo.

XIX.

C

- Legitimo ordine incedit oratio, quæ cum sacra scripta Christianorum indicauerit, cuius essent notæ, argumenta deinde prosequitur quibus fidem eorum fulciat. parum enim fuerit monstrasse litteras, nisi aliqua autoritate apud adeuntes communirent. Duobus itaque locis demonstrantur esse vere ex antiquitate originis earum, & ex iuo quotidiano testimonio, quorum neutrum impugnare Romani præsertim possunt, cum & ipsi loco ab auroritate vtantur, ad insinuandam suam tutorum autoritatem, neque id inturiâ. nam cum omnia reuelet dies, quo quidque diutius durat magis etiam probetur necesse est. At Penetateuchus ipse à Mose conditus thesaurus sacrorum omnium multis seculis supetat, non modò memorias, & quicquid primum ponitur in vestris monumentis, sed vestros ipsos deos & oracula. Nam cùm ante Danaum vestræ gentis nulla sit memoria, Moyses ipse qui traditiones suorum maiorum litteris commendauit, florut, quo tempore regnabat Inachus Argis : sed & aliorum prophetarum nonnulli, antiquiores antiquissimis vestris conditoribus computantur : id quod vobis iudices certius probate nunc mihi parum est tempestiuum, non quod hoc difficile sit & arduum, sed quia enorme & immensum foret, & longiorist temporis vsurarum desideraret, quàm mihi sit per clepsydram concessum ad dicendú: satis est monstrasse locos, vnde materia abúde suppe-

Is enim census omnium gentium ex autoritate scriptorum fieret, si in potentiorem temporis campum res differretur, D
vt Hebræorum gens & scripta longè alijs omnibus vetustiora colligerentur.

XX. [394 Plus iam offerimus pro ista dilatione; 395 maiestatem scripturarum, si non vetustatem, di-
uinas probamus, si dubitatur antiquas; nec hoc tardius aut aliundè discendum; coram sunt quæ
Matth. 25. docebunt mundus, & seculum, & exitus. Quicquid agitur, prænunciabatur; quicquid videtur,
audiebatur. 396 Quod terræ vorant vrbes, quod insulas maria fraudant, quod externa atque in-
terna bella dilaniant, quod regnis regna compulsant, quod fames, & lues, & locales quæque
clades & frequentiæ plerumque 397 mortium vastant; quod humiles sublimitate, sublimes humi-
litate mutantur; quòd iustitia rarescit, & iniquitas increbrescit, bonarum omnium disciplinarum
cura torpescit; quod etiam officia temporum, & clementorum munia exorbitant; quod & 398
monstris & portentis naturalium forma turbatur, prouidenter scripta sunt. Dum patimur, le-
guntur; dum recognoscimus, probantur. Idoneum, opinor, testimonium diuinitatis, veritas 399
diuinationis. Hinc igitur apud nos futurorum quoque fides tuta est, iam scilicet probatorum, quia
cum illis quæ quotidie probantur, prædicebantur. 400 Eadem voces sonant, eadem litteræ notant,
idem spiritus pulsat. Vnum tempus est diuinationi futura præfanti apud homines, si fortè distingui-
tur dum 401 expungitur, dum ex futuro præsens, dehinc ex præsenti præteritum deputatur. Quid
delinquimus (oro vos) futura quoque credentes, qui iam didicimus illis per duos gradus credere?

Quàm aptissimus transitus ad secundam rationem: quasi dicat, Et si maximè stabat pro causa nostra elicere ex ar-
canis seculis scriptorum quibus studemus autoritatem, vnde diuinitas eorum probaretur, quia ramen opportuniori lo-
co reseruandum hoc est, potuit in iuere suspicionem, ne vetustas, aliundè accersita sera nimis testimonia afferret. Sed
heus vos, ecce quod maius est, proista dilatione adduco. Mundus ipse, ætates seculorum exitúsque rerum coram vos
docere moneréque possunt, quanto numine sint exarata. nihil enim memorabile postea interuenit, aut nunc accidit, E
aut in posterum aduenier, quod in his non prædicatur, sicuri audire est ex ijs qui Spiritus sancti gratia mysteriorum
interpretationem adipiscuntur. Nam quod omniainterna pariter & externa bellis desæuiant, quod frequentis cœti-
busque populorum demortuis loca deuastentur, quod nulla iam Delos, nulla Samos inter insulas, quod clementa
maligniora videantur, quod Ecclesia Christianorum tantopere exagitetur, omnia hæc lampridem denunciata fuere,
quorum testata fides facit, vt quæcunque futura superiunt, pro certis habeantur: quia simul cum his rebus, quas quo-
tidie experientia docet esse veras, prædicta sunt eodem tenore spiritus; cui omnia præsentia sunt, & quasi vnum &
idem tempus, licet apud omnes homines ex eo quod aliquid efficitur exprimiturque distingui soleat præteritum, &
ex futuro præsens colligatur. Non igitur ex hac religione scripturæ dignos esse puto Christianos damnatione, quando
haud temerè futuris credatur ab ijs qui per præterirorum præsentiúmque gradus incedant ad persuadendum.

XXI. [402 Sed quoniam ædidimus antiquissimis Iudæorum instrumentis sectam istam, esse suffultam,
Luc. 3. quam aliquanto nouellam, vt Tiberiani temporis plerique sciunt, profitentibus vobis quoque for-
tasse: an hoc nomine de statu eius retractetur, quasi sub vmbraculo insignissimæ religionis, certæ
licentiæ aliquid, & propriæ præsumptionis absconda? vel quia præter ætatem, neque de victus ex-
ceptionibus, neque de 403 solennitatibus dicrum, neque de ipso signaculo corporis, neque de con-
sortio nominis cum Iudæis agimus, quod vtique oporteret, si eidem Deo manciparemur? Sed &
vulgus iam scit Christum, vt aliquem hominum, qualem Iudæi iudicauerunt, 404 quo facilius quis
nos hominis cultores existimauerit. Verùm neque de Christo erubescimus, quum sub nomine eius
deputari & damnari iuuat neque de Deo aliter præsumimus. Necesse est igitur pauca de Christo, vt
de Deo totum.

Quum eam partem Christianorum dogmatum quæ cum Iudæis communis est, pertractasset Tertullianus, alteram F
noui instrumenti, in qua tota causa, κεφάλαιον versatur, nunc exponit, ita vt exponendo defendat. Nam quum
Christianus sit Iudæus emendatus, quicunque hanc legis emendationem, quæ auctore Christo irrogata est, ignorabant,
Iudæi præsertim in Christianos quoquo modo inuehebantur, quasi in eos qui omninò ab eis tanquàm ab alijs diuersi es-
sent. Tribus potissimum, inquit causis subornati: Primum quia longis post seculis introductum est hoc nostrum no-
men, vt quod Tiberio imperante diuulgari cœperit (quomodo nos in libro contra Marcionem fatemur) non sine
hypocrisi ferri dicunt, quasi sub vmbraculo atque præretxtu Hebraicæ religionis multa licentia abutatur. Deinde quod
quum nos eidem Deo deuotos esse profiteamur, præter temporis diuersitatem alios ritus nouámque hæresim indu-
ducamus, quum nihil sit non commune nobis in cibis, nulla sabbata colamus, non circumsecemur, neque sub eo-
dem nomine censeri velimus, sed vt vulgo iam patet, quendam Christum tanquam Deum veneranres (quæ tertia est
causa cur damnemur) nouum eius nomen nobis adoremus. Quum igitur his nominibus, id est de causis secta
Christianorum forté in retractionem postulationémque veniat (nam ex his quæ hactenus de religione Dei dicta sunt,
necesse erat damnari Christianos aut seruari cum Iudæis) operæpretium videtur esse noua hæc qualia sint patefacere,
obitérque tueri; quæ quoniam sub Christo cuncta continentur, de eo seorsum pauca præliba sse necessarium est, simul
quo facilius totum id quod ad hanc de cultu Dei rationem pertinet intelligatur. Christi verò ranrum abest vt Chri-
stianos pœnitear, vt ei se roti deuoueant, pro comperto habentes Deum nisi in solo Christo videre neminem posse:
neque ideo est, vt quum de Christo non erubescant, de summo Deo aliquid à Iudæis dissentiant.

Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & insignis iustitia, & fides originalium auctorum, vnde illis
& generis magnitudo, & regni sublimitas floruit, & tanta fœlicitas, vt Dei vocibus quibus edoce-
bantur, de promerendo Deo, & non offendendo præmonerentur. 405 Sed quanta dereliquerint,
fiducia

A fiducia patrum inflati ad declinandum, deriuantes à disciplina in profanum modum; & si ipsi non
confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. [106] dispersi palabundi, cœli & soli sui extorres
vagantur per orbem sine homine, sine Deo rege, quibus neq; auenarum iure terram patriam sal-
tem vestigio salutare conceditur. Cùm hæc illis sanctæ voces præminarentur, eadem ferè semper
omnes ingerebant fore, vti sub extimis curriculis seculi ex omni iam gente, & populo, & loco cul-
tores sibi adlegeret Deus multò fideliores, in quos gratiam transferret pleniorem quidem ob disci-
plinæ auctoris capacitatem. Venit igitur qui ad reformandam & illuminandam eam venturus à Deo
prænunciabatur Christus ille filius Dei.

Narratio breuis de Christo, quæ Iudæis aliisque hominibus conuenit, qui eius rei expertes, velut infantes lac
appetentes, robustiores cibos reijciant. Cum vero duo in hac re potissimum pertractanda viderentur, primum quis is
esset Christus de quo loquimur, deinde quæ causa fuerit eius aduenturi: hysteron proteron esse idoneum magis ad per-
suadendum ratus, à posteriori fidem commodius priori conciliat. Altius itaque causam breuiter repetit cur necessaria
fuerit & desideratetur præsentia Christi præsertim ab Hebræis, quæ gens merito Dei dicebatur, quod penes illos verus
Dei cultus inueniretur cum insigni fide, mirificáque iustitia, quo præcipue tempore Abraham, Isaac, Iacob, Thobias,
alijque eius prosapiæ principes floruerunt. Quorum quidem virtute factum est, vt angeli vetlari cum illis non dedi-
gnarentur, suáque voce Deus præcepta promulgaret, quibus sua erga illos gratia seruaretur simul cum imperio opi-
busque multis. Quarum rerum fiducia posteriores nimium freti, mox etiam negligentes, paulopòst etiam ingrati ira à
à maiorum suorum disciplina & à diuina institutione, veluti plerique mortalium delicuerunt, vt iustitiam Dei in se tri-
stiorem prouocarint, sicut olim benigniorem indulgentiam senserant, non tamen sine certa prædictione adoptionis
aliarum gentium. Extremo itaque tempore quod diuini consilij impenetrabilis altitudo à principio destinarat, Chri-
stus filius Dei venit in terras, vt pleniore gratia amplioréque disciplina ore suo mores hominum informatos summo
patri Deo reconciliaret, ex nullis non gentibus fideliores sibi homines comparans quàm Iudæos expertus esset. Al-
B ter enim de veritate simul & de virtute actum fuisset apud homines.

Huius igitur gratiæ disciplinæque arbiter & magister, illuminator atque deductor generis humani
filius Dei annunciabatur, non quidem ita genitus, vt erubescat in filij nomine, aut de patris semi-
ne, non de fororis [107] incesto, nec de stupro filiæ, aut coniugis alienæ Deum patrem passus est, [108]
squamatum aut cornutum aut plumatum amatorem aut in auro conuersum Danaidis. Iouis ista sunt
& numina vestra. Ceterum Dei filius nullam de [109] impudicitia habet matrem, etiam quam vide-
tur habere non nupserat. Sed prius substantiam edisseram, ita natiuitatis qualitas intelligetur.

Assignata causa quamobrem Christum terræ maximè desideraret, nunc vnde profectus sit exponit. Cúmque su-
perius in appellando Christo, ille filius Dei adiunxisset, ex præoccupatione, infert merito ex loco, alium quippe ne-
minẽ prædixisse vates, qui arbitrium iúsque habetet emendandæ legis, infundendæque largioris gratiæ, quique illu-
minaret ac veluti manu deduceret in potium veritatis humanum genus tamdiu aberrans, quàm filium Dei: filium vti-
que ea ratione quæ superet omnem naturam, non vt de Iouis, inquit, filijs vestris numinibus, impudenter fateri soletis
vndecunque pudendis: neque illi pater contigit is qui stimulante libidine in mille se formas commutatit, vt Ouidius in
sexto præcipuè suarum Transformationum commemorat: vestris hæ genealogiæ deorum fabulis conueniunt. Qui
vero à nobis filius Dei dicitur, mulierem quidem illam habuit, quæ matris per eum nomen adepta virum non cogno-
uit. Quod & si naturæ repugnet, mirum minus vobis videbitur, si quod est re ipsa & velut ex definitione cognitum est,
quid sit filius Dei. nam quod ex muliere natus est & appellatus Christus, ex adiectione est, quæ substantiæ fundamen-
to percepto minus fuerit admiranda.

Iam ediximus Deum vniuersitatem hanc mundi verbo & ratione & virtute molitum. [110] Apud Gen. 1.
vestros quoque sapientes λόγον, id est sermonem atque rationem constat artificem videri vniuersi- Ioan. 1.
C tatis. [111] Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui eunctа in dispositione formauerit, eundem
& fatum vocari, & Deum & animum Iouis, & necessitatem omnium rerum. Hæc [112] Cleanthes
in spiritum congerit, quem permeatorem vniuersitatis affirmat: & nos etiam sermoni atque rationi,
itémque virtuti, per quæ omnia molitum Deum ediximus, propriam substantiam [113] spiritum in-
scribimus, cui & sermo insit pronuncianti, & ratio adsit disponenti, & virtus præsit perficienti.
Hunc ex Deo prolatum didicimus, & prolatione generatum, & ideirco filium Dei & Deum di-
ctum ex vnitate substantiæ: nam & Deus spiritus. Etiam cum radius ex sole porrigitur, portio ex
summa, sed sol erit in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. [114] Ita de
spiritu spiritus, & de [115] Deo Deus. vt lumen de lumine accensum, manet integra & indefecta ma-
teriæ matrix, & si plures inde traduces qualitatis mutueris: ita & quod de Deo profectum est, Deus
est & Dei filius, & vnus ambo. Ita de spiritu spiritus, & de Deo Deus modulo alternum numerum
[116] gradu non statu fecit, & à matrice non recessit, sed excessit.

Altissimum Trinitatis mysterium Christianis tantummodo reuelatum, homo qui velit optimè explicare, Deum
optimè cognoscere necesse habet. At hoc certè minus multo fieri potest quàm Isthmum sodere. Tertullianus itaque
cum apud homines eius mysterij penitus ignaros Trinitatem afferre pro cognitione filij Dei cogeretur, omissis disputa-
tionibus his calumnioſis atque peraduſis, in quibus nostri deinde Theologi insudarunt, simplici gradu quibus sdam-
que rerum simulachris ingreditur, vt gentes Christum filium Dei & Deum persuadeat: sed verbis etiam certis pro-
prijque indigemus, quibus id quod de Deo nostra animus concipit, satis explicare possit, metaphora semper vtemur.
Sic & filium & patrem in diuinis personis ponimus, quæ cum animo nostro satis non faciat, pluribus aliisq; nominibus

opus est: meliúsque ac certius filium à Deo inexplicabiliter procedétem exprimere videmur, cum illum logon, id est, D
aut verbum sermonémq; dicimus, aut, rationé virtutế Dei, cuius opificio Deum superius dix imus omnia condidisse.
Neq; id mirum, inquir, vobis videri debet aut nouũ. nam & apud vos docti sapientéq; duce natura in candế sententiam feré conuenere. Zeno enim admiratus rerum ordinem, logon hunc, quem eundem & fatum, & Deũ & animum Iouis, ac necessitatem appellat, cuncta factitasse dicebat. Sed & spiritus etiam ille, quo omnia hæc congesta Cleanthes asserebat, cuncta penetrante alentéque nobiscum facit: eidem enim verbo propriam spiritus substantiam attribuimus ijsdem circunstantijs, vt siue logos, vt Zenoni placuit, siue spiritus, vt Cleanthi, dicatur, quia is prolatus est ex Deo & ex prolatione deriuationéque illa quodammodo generatus, idcirco à Christianis filius Dei dicitur. idem vero quia est eiusdem particeps substantiæ, Deus quoque merito appellatur. Atque hoc vobis à radio solis disceret, qui cum eiusdem sit cum sole substantiæ, quia tamen à sole tanquam portio ex aliqua summa deriuatur, idem & sol & filius quodammodo solis appellari potest. Ita filius Dei Christus de Deo extenditur, producitúrque ex eadem substantia, neque ideo minus Deus est pater, quod ex se alium genuerit: neque filius, quod in alium statum defluxerit, cum & lumen si lumen aliud inflammat, in sua seipsum matrice originéque indeficiens seruet, possitque in varias propagines traduci. Ita vnúmque & idem ambo sunt, & alternus hic numerus vt duo videantur, & vnum sint, & quod adest alteri, alteri quoq; moduletur; diuersa inquam videantur, non statu, id est, conditione & substantia; sed gradu generationis æternæ, qua ab origine illa patris filius excellit propagatúsque est, perpetuo quodam ductu, non autem recessit quasi diuulsus.

Iste igitur Dei radius vt retrò semper prædicabatur, delapsus in virginem quandam, & in vtero eius caro figurata nascitur [P7] homo Deo mistus. Caro spiritu instructa nutritur, adolescit, affatur, docet, operatur & Christus est. Recipite interim hanc fabulam, similis est vestris, dum ostendimus quomodo Christus probetur, & [P8] qui pendes vos eiusmodi fabulas æmulas ad destructionem veritatis istiusmodi præministrauerint. Sciebant & Iudæi venturum esse Christum, scilicet quibus
Matth.2. prophetæ loquebantur: nam & nunc aduentum eius expectant. nec alia magis inter nos & illos [P9] compulsatio est, quàm quod iam venisse non credunt. [P10] Duobus enim aduentibus eius significatis; primo, qui iam expunctus est in humilitate conditionis humanæ; secundo, qui concludendo seculo imminet in sublimitate diuinitatis exertæ: primum non intelligendo, secundum quem manifestius prædicatum sperant, vnum existimauerunt. Ne enim intelligerent pristinum, crediturisi intellexissent, & consecuturi salutem si credidissent, meritum fuit delictorum. Ipsi legunt, ita
Isa. 1. scriptum, mulctatos se sapientia & intelligentia, & oculorum & aurium fruge.

Tres sunt temporum status de Christo considerandi, vt pleniorem eius notitiam habeant ignorantes. Primus ante luciferum adusque Augusti tempora productus est, in quo purus filius Dei simplex que verbum, qui nunc Christus est, in cœlis proxime patrem intelligebatur. Alter tertio & trigesimo deinceps anno ferè absolutus, in quo idem verbum mortalem hominis naturam indutus, duplicem substantiam sub vna persona sustinuit, ac degit in terris Iesus Christus appellatus. Tertius à resurrectione sua nunc est, & durabit in æternum, postquam sublatus in cœlum corpore diuinitate illustrato, dextera patrem assidet iudicaturus omne humanum genus. De primo igitur cum satis iam dixisset, nunc secundum Tertullianus insinuat, simplicem nudámque narrationem non refugiens hoc tempore de Deo, qui præter omnis huius naturæ leges factus homo sit, vt tenui hoc inducto principio ad maiora festinet argumenta (ex his enim hoc est, quod à consequentibus fidem sibi conciliat) præsertim cum speret hanc quam gentes fabellam dictitabant, quod in virginem radius ipse filiúsque Dei delapsus corpus assumpserit humanum, ab ijs meritò recipi posse, quod de suis illi dijs haud dissimiles mythologias placidis auribus percipiant. Quam ob rem de tali Christi mysterio mentionem faciens, quod sibi procul est vt leuiora dicat, fabulam appellare non veretur, dummodo hac blanditione vetbi Christus doceatur, & illi simul qui in omnes gentes Apostoli eiusmodi Euangelium diuulgarunt, in destructionem (vt gentes dicere solent) æmulationémque veritatis recipiantur. Verùm mysterium hoc humano corpori Deum copulatum haud inopinum accidisse, neque fuisse præter spem eorum qui vaticinia intelligebant, testimonio comprobat totius Iudaici populi, qui promissum à suis vatibus talem redemptorem etiamnum expectant, ignari iamdudum venisse. Quæ maxima est inter Christianos Iudæosque conflictatio. atque hoc illis euenit, quod scripta discernere nesciũt, confundúntq; simul in vnum duos Christi aduẽtus, qui à suis prophetis prædicuntur. Nam cum prior humilis atque ita abiectus delcribatur, vt infirmitates, iniurias, crucem denique intéret (qui iam totus in Christo cruci affixo expunctus exactúsque est) alter vero potens, sublimis & in ea maiestate quam præ se feret exerta explicatáque & distincta diuinitas, quo tempore tota hæc naturæ facies commutabitur, Iudæi nihil de posteriotis magnificentia factum fuisse videntes, ptiori fidem non adhibent. Sed neque hæc eorum excitasin scripturis de pristino priorique aduentu, sine ratione est. ita enim prometuit illorum delictum, insigneésque iniurię contra omnes prophetas, contra Deum ipsum, vt oculorum auriúmque vsu destituerentur, sicuti testantur sua quæ quotidie vaticinia legunt. Vnde non iniuria protomartyr, Dura, inquit, ceruice, & incircũcisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis: quales & patres vestri, vos itidem.

Quem igitur solum hominem modo præsumpserant de humilitate, sequebatur vti [P11] magnum æ-
Matth. 4. & 9. stimarẽt de potestate. Cum ille verbo dæmonia de hominibus excuteret, cæcos reluminaret, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ, [P12] elementa ipsa famularet, compescens procellas & freta ingrediens, ostendens sese verbum Dei, [P13] id est, λόγον illud primordiale progenitũ virtute & ratione comitatum, & spiritu instructum, eundem qui verbo omnia & faceret & fecisset. Ad doctrinam vero eius qua reuincebantur magistri primorésque Iudæorum, ita exasperabantur, maxime quod ad cumingens multitudo deflecteret, vt postremo oblaMatth. 17. tum Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procuranti, violentia suffragiorum in crucem

Iesum

A Iesum dedi sibi extorserint. Prædixerat & ipse ita facturos. Parum hoc, si non & prophetæ retro etiam. Tamen suffixus multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit præuento carnificis officio. Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est. [14] Deliquium vtique putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt. [15] Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis. Tunc Iudæi detractum & sepulchro conditum, magna etiam militari manu custodiæ diligentia circumsederunt, ne quia prædixerat tertia die resurrecturum se à morte, discipuli furto amoliti cadauer [16] fallerent suspectos. Sed ecce die tertia concussa repente terra, & mole reuoluta quæ obstruxerat sepulchrum, & custodia pauore dissecta, nullis apparentibus discipulis, nihil in sepulchro repertum est præterquam exuuiæ spoliati. Nihilominus tamen primores, quorum intererat & scelus diuulgare, & populum vectigalem & [17] famularem sibi ad fidem reuocare, furreptum à discipulis iactitauerunt. Nam nec ille se in vulgus eduxit, ne impij errore liberarentur, vt & fides non mediocri præmio destinata difficultate constaret. Cum discipulis autem quibusdam apud Galilæam Iudææ regionem ad quadraginta dies egit, docens eos quæ docerent. Dehinc ordinatis eis ad officiũ prædicandi per orbem circumfusa nube in cœlum est receptus, multo verius quàm apud vos assueuerare de [18] Romulo Proculi solent. *Marc.16. Luc.24. Act.1.*

En hominum cæcitatem, qui hominem tantùm illum esse putabant, quem ita manifestis argumentis diuina præditum potestate videbant, vt cum ea dissimulare non possent, magnorum cabalistarũmque commentis suppremere conatentur, liceat fortè magis vt ad tempus euincere naturam posse videantur: at quæ à Christo suo iure facta sunt, non locorum, non personatum, non temporum testimonia debilitarunt, à quantuis priuatione fiebant, ad habitum, neque aliter is naturæ impetitabat, quàm vt qui eam condidisset. Sæpius enim elementa eam ipsius virtutem, rationem & spiritum agnouerunt, à quo facta fuerant. Adde his doctrinæ rationem, quam non in chartis, sed in cordibus hominum ita imprimeret, vt non minora in animis miracula æderentur, quàm in corporibus: quod facilè videat
B quicunque philosophotum disciplinas consideraverit. nam cum illi probabilibus rationibus nitirificóque artificio de virtute disceptauerint, cuique officium suum ascribentes: ita tamen pauci & longo intertecto tempore studiosi extitere, volliceræ ausi sint, Doctrina politiora quidem, sed non meliora ingenia fiunt quandoquidem solida virtus nascitur magis quàm singitur. Et Aristoteles, Non in omnibus, inquit, præcepta vires habent, & qui perturbationibus interuiunt, quales plærique plebei, qui sit vt verbis obtemperare possint? Legibus opus est & pœnis, vt in ordine contineantur. Quàm hoc falsum sit apud Christianos, quotidie experientia docet. quamplures enim vidimus ex pessimo quantumuis habitu deprente fi frugi studiosósque fieri simulac Christum amplexantur. Quas ob res facilè apud ambitiosos sacerdotes emergere causa potuit, quæ ex inuidia genus id mortis quod à prophetis primum decantatũ est, mox ab eodem sæpius prædictum subornauit. quo etiam tempore haud minora secuta sunt eius diuinitatis ostenta. nam tantæ mortis casum, quod in natura potissimum est, solipse miseratus est, sèque in meridie tertis abscondit, quando nullus lunæ coitus esset. Cum enim treis horas à sexta ad nonam illa soli prætenderit, totidem ramen horis eius diei per diam ertrum soli aduersa visa est à mortalibus contra motus suæ leges, statósque naturæ meatus. Quod cum Dionysius Areopagites, sophistà quæ Apollophanes, qui eo tempore in Heliopoli Ægyptiacæ philosophiæ studiosi versabantur, contemplarentur, dixit Apollophanes: ὦ χαλὲ Διόνυσε, ἀμοιβαὶ τῶν θείων πράγματων. Sunt, inquit, hæ, optime Dionysi, vices diuinarum rerum. haud ignarus lunam non potuisse suo iure hinc illuc tam paruo temporis interstitio curistare. Dionysius verò horrore quoque tenebrarũ motũq; terræ commotus, ἢ τὸ θεῖον, inquit, πάσχει, ἢ τῷ παχυμερῆ συμπάσχει, id est, aut ipse Deus patitur, aut patienti condoler. Sed ne hoc deliquiũ dubitationẽ afferret iudicibus, Et Romani, inquit Tertullianus, pontifices in suis fastis idipsum tunc temporis annotauerunt. Vitæ verò necisque suæ Christum potestatem habuisse palam facit, tuum quòd à maximo statim clamore expirauit, prius quàm à catnifice sua perfringerentur cruta, tum quòd tertio suæ mortis die, antequam corpus putrefaceret, resurrexit: quod ea œconomia gestum est, quæ omnem dubitationem tolleret seruata tantæ personæ authoritate. Erat totum collegium discipulorum distectum pertertiũmque, corpus Christi nouo sepulchro conditum, cuius ostium de more
C Iudaico ingenti lapide occludebatur. pontifices Iudæorum cum de resurrectione rumorem subaudissent, custodias militum apposuerat. Hi verò summo tertij diei mane, nouo terræ motu quo lapis est reuolutus, perculsi, cum in monumento nihil præter sindonem qua cadauer inuolutum fuerat inuenitetur, pontificibus rem omnem detulerunt. Quare illi cum authoritatem suam apud populum periclitari simul cum opibus viderent, pecunia statim stationem militum subornarunt, qui dicerent discipulos impetu facto surripuisse corpus: quibus rebus effectum est vt fides, quæ tanta præmia proponit, aliqua difficultate inuolueretur, vt Iesum à mortis excitatum videre non meruerint, quemadmodum discipuli eius vel quadraginta dies. Quo tempore cum confirmasset illos, monens docénq; Euangelium quod per orbem terrarum annunciatent, videntibus illis in cœlum cum nimbo subiatus est: habuitque hæc res plures fideliores que testes quàm apotheosis vestri Romuli, qui ex relatione vnius Proculi creditur in cœlum fuisse receptus. *Marc.16.*

[19] Ea omnia super Christo Pilatus & ipse iam pro sua conscientia Christianus Cæsari tum Tiberio nunciauit. Sed & Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent seculo necessarij, aut si & Christiani potuissent esse Cæsares. Discipuli quoque diffusi per orbem, ex præcepto magistri Dei paru erunt: qui & ipsi à Iudæis insequentibus multa perpessi vtique pro fiducia veritatis sibenter, Romæ postremo per Neronis sæuitiani sanguinem Christianum seminauerunt.

Graue hoc est huius narrationis testimonium. Quando Pontius Pilatus, qui sub auspicio Romani imperij Syriam tunc temporis procurabat, ita omnia hæc de Christo noua & admiranda putauit, vt non duxerit ab re Tiberium imperatorem, de omnibus his certiorem facere: quibus, vt dictum est credidit Tiberius, sed senatus sententia destiturus est. Credidissent & alij Cæsares Apostolorum monitis, si Christianus & seculum inter se conuenissent: ita enim tunc se humanæres habebant, vt Cæsarum dominationis egerent: & seculo & Christiano male consultum videbatur, si Cæsar idem & Christianus fuisset. Princeps verò Christianorum sectásque simul omnis quàm crudeliter acceperit, fuerit sub Nerone, Tacitus Tranquillusque testes.

Sed demonſtrabimus vobis idoneos teſtes Chriſti, [320] ipſos illos quos adoratis. Multum eſt ſi D
cos adhibeam vt credatis Chriſtianis. Interim hic eſt ordo noſtræ inſtitutionis: hunc ædidimus &
ſectæ & nominis cenſum cum ſuo authore. Nemo iam infamiam incutiat, nemo aliud exiſtimet, [321]
quia nec fas eſt vlli de ſua religione mentiri. Ex eo enim quod aliud à ſe coli dicit quàm colit, negat
quod colit, & culturam & honorem in alterum transfert, & transferendo iam non colit quod ne-
gauit. Dicimus, & palam dicimus, & vobis torquentibus lacerati & cruenti vociferamur: Deum
colimus per Chriſtum. [322] Illum hominem putate, per eum & in eo ſe cognoſci vult Deus & coli.
Vt autem Iudæis reſpondeamus, & ipſi Deum per hominem Moyſen colere didicerunt: [323] Vt Gre-
cis occurram, Orpheus Pieriæ, Muſæus Athenis, [324] Melampus Argis, [325] Trophonius Bœotiæ ini-
tiationibus homines obligauerunt. Vt ad vos quoque dominatores gentium adſpiciam, homo fuit
[326] Pompilius Numa, qui Romanos operoſiſſimis ſuperſtitionibus onerauit. Licuerit & Chriſto
commentari diuinitatem rem propriam; non qui rupices & adhuc feros homines multitudine tot
numinum demerendorum attonitos efficiendo ad humanitatem temperaret, quod Numa; ſed qui
iam expolitos & ipſa vrbanitate deceptos in [327] agnitionem veritatis oculareт.

Ad exactam Chriſtianæ religionis cognitionem neceſſaria quoque reſtat Angelorum notitia bonorum malorúm-
que, quos dæmonas vocant: in qua diſceptatione Tertullianus pollicetur id quod in cauſa exoptatiſſimum videtur,
vt quibus ſcilicet argumentis aduerſarij maximè inniturntur, ea pro nobis ſtare oſtendantur, ita vt ſuo gladio de cauſa
cadant quicunque Chriſtianos impugnent. Cum enim gentes propter deos oderint Chriſtianos, illis ipſis teſtibus
quos colunt demonſtrabitur & Chriſtum verum eſſe Dei filium, & illorum deos non alios eſſe quàm malos dæmo-
nas, atque ita crimen læſæ maieſtatis reiicitur in aduerſarios. quod tamen ipſum priuſquam aggrediatur, inſtitutionē
initiationēmque noſtræ religionis per Chriſtum ita ſe habere ſicut expoſuit confirmat: mox à ſimili petſuadet iniu-
ſtum eſſe odium, & pœnas quibus ſupprimitur extra ordinem prorſus indignas. Nam ſi, inquit, ſub hac religione E
latere adhuc aliquid veremini, igitur nos mendaces: at hoc in religione aliqua veriſimile non ſit. Ita enim quod co-
litur negaretur, temeréque in alium cultus transferretur. Sed tantum abeſt vt nos confeſſionem noſtram inuoluа-
mus, vt lacerati cruenti que in ipſa carnificina vociferemur Deum per Chriſtum colere, neque alios religionis ritus
admittere, quàm quos Chriſtus inſtituit. Quòd ſi Chriſtus ipſe Deus eſt, vipote filius Dei, quid mirum? ſin à vobis
exiſtimatur homo, neque id vobis nouum videri debet, autorem nos hominem religionis habere, cum apud alias quo-
que nationes idem impunè facitatum ſit. Iudæis enim Moyſes præcepta legémq; tulit religionis, Orpheus apud Gre-
cos in Pieria monte, qui Libethris imminet, eius patriæ homines inſtituabat, ſicut & diſcipulus eius Muſæus Athenis.
Et Melampoda vatem ſimul & myſten Argiui venerabantur: ita Bœotij Trophonium, cuius antrum in Lebadia
oraculo ſerpentis memorabile fuit. Sed & qui tantæ ſuperſtitioni tōtque numinibus prometendis Romanos addixit,
homo fuit Pompilius Numa. Cum igitur ijs omnibus nulli fraudi fuit docere religionem homines ruſticos & indo-
ctos qui facile decipi poſſent, cur non etiam Chriſto iure ſuo licuerit idem apud eos, qui longo æuo edocti liberaliter-
que eruditi atque omni vrbanitate expoliti, iam dudum nihil temerè comprobarent? Miſeratus eſt ille genus huma-
num, quod cum ſuo ingenio ſurſum deorſúmque peterrans veritatem inuenire non poſſe videret, manum gratiæ ſuæ
porrexit aduenienѕ, qua mortalibus viſum reſtituit, oculauitque quos culpa diaboluſque exoculauerant.

XXII. Quærite ergo ſi vera eſt iſta diuinitas Chriſti. Si ea eſt, qua cognita ad bonum quis reformatur, ſe-
quitur vt falſæ renuncietur; comperta imprimis illa omni ratione, quæ delitеſcens ſub nominibus &
imaginibus mortuorum, quibuſdā ſignis & miraculis & oraculis fidem diuinitatis operatur, [328] Atq;
adeo dicimus, eſſe ſubſtantias quaſdam ſpiritales; nec nomen nouum eſt. [329] Sciunt dæmonas phi-
loſophi, [330] Socrate ipſo ad dæmonij arbitrium expectante. Quidni? cum & ipſi dæmonium adhæ-
ſiſſe à pueritia dicatur. [331] Dehortatorium planè à bono omnes ſciunt poëtæ. [332] Etiam vulgus indo-
ctum in vſum maledicti frequētat. Nam & Satanam principem huius mali generis proinde de pro-
pria conſcientia anima eadem ex ſacramenti voce pronunciat. [333] Angelos quoque, etiam Plato non F
negauit. [334] Vtriuſque nominis teſtes eſſe vel Magos aſſerunt. Sed quomodo de Angelis quibuſdam
ſua ſponte corruptis corruptior gens dæmonium euaſerit, damnata à Deo cum generis authoribus,
& cum eo quem diximus principe; apud litteras ſanctas ordine cognoſcitur. Nunc de operatione
eorum ſatis erit exponere.

Hoc eſt quod ſemper dolet Tertullianus, vt Chriſtus damnetur à gentibus, & Chriſtiani crudeliter trucidentur in-
dicta cauſa, nulla adhibita quæſtione, certus non improbatum iri ſi audiantur. Quærite ergo iudices. Quòd ſi vera
deprehendirur Chriſti diuinitas, ac per eam mali quique habitus ad virtutem reformantur, conſentaneum eſt vt quę-
cunque alia falſa ſit, & vt falſa eliminetur, præſertim quod tota illa ratio & prætextus, quo ſibi idololatrarum religio fi-
dem interpellat ſub nominibus mortuorum, quales dij veſtri ſunt, delitеſcens comperta fuerit, pareátque vnde ſua
illa ſigna habuerit, & oracula. Omnia enim hæc à ſubſtantiis quibuſdā propter tenuitatem ſuam, ſpiritalibus appellatis
emanaſſe pro compertо nobis eſt. Dæmonia per diminutionem à dæmone dicuntur, ſuis præſtigijs apud aras, præſer-
tim in extis precibuſque mortales à vera religione reuocarunt, inuidentes hominibus cœlum, à quo ſua ſuperbia de-
ciderunt: quæ omnis hiſtoria, quia apud ſacras litteras ad amuſſim cognoſcitur, relegat illuc auditores. Sed ne dæ-
moniorum nomen quibuſdam ridiculum aut nouum videatur, quatuor affert ſuper eam rem aliarum gentium autori-
tates. Nam celeberrimi philoſophorum dæmonas in natura introduxere (vt affatim teſtatur Plutarchus in ea ratione,
in qua cauſas quærit quamobrem oracula deſierint) Plato præcipuè & ipſe Socrates, cui à pueritia dæmon adhæſiſſe
dicitur, cuius auſpicio res ſuas adminiſtraret obirétque negocia. Præterea vim hanc dæmonum, cuius peculiare eſt
homines à bono dehortari, calumniſque diſſeminatis concitare rixas, omnes feré poëtæ poſuerunt, dum ſuis illi
ſtimulis Eumenidum abutuntur. Quod ipſum comprobat etiam vulgarisquædam hominum vox, quam nunquam ſa-

pientes

A pientes contẽplẽtunt(φημὶ δ' οὗτος πάμπαν ἐσπάλλιας ἔστιν πολλοὶ φαμίζουσιν.) Illi enim & cum aliis maledicũt, & sibi in præstando iute ídem faciunt, non alias sibi maleficas vites quàm satanæ imptecantur, ita sibi dictante cõscientia. Quando & Magi Persarum omnium optimi, qui & philosophi & philothei dicti sunt, in religionem suam dicuntur dæmonas intreduxisse. Quid igitur mirum, eadem si Christiani censent, cum de his omnibus certiora quotidie videant indicia?

Operatio eorum est hominis euersio, sic malitia spiritalis à primordio[145] auspicata est in hominis exitium. Itaq; corporibus quidem & valetudines inflignt & aliquos casus acerbos; animæ verò repentinos & extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad vtráque substantiam hominis adeundam subtilitas & tenuitas sua; multum spiritalibus viribus licet, vt inuisibles & insensibiles in effectu potius quàm in actu suo appareant: si poma, si fruges, nescio quod auræ latens vitium in flore[146] præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat, ac si cæca ratione tentatus aër pestilentes hiaustus suos offundit. Eadẽ igitur obscuritate contagionis ad spiritalia dæmonum & angelorum mẽtis quoque corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis, aut sæuis libidinibus eum erroribus varijs: quorum iste potissimus, quod eos ipsos captis & circunscriptis hominum mentibus comedat, vt & sibi[147] pabula propria nidoris & sanguinis procuret simulachris imaginibus oblata; & quæ illi[148] accuratior pascua est, hominem à cogitatu veræ diuinitatis auertat præstigiis falsis, quas & ipsas quomodo operetur expediam.

Inductis dæmoniis videndum est nunc, si ad causam eos accommodate velimus, quid, vnde & quomodo agant, vt ex illorum potestate cognoscatur eosdem esse dæmonas, & deos gentium. Propositum igitur, inquit, totius eorum actionis spectat ad euertionem generis humani, partim inuidia bonorum nostrorum, partim odio Dei optimi,
B maximi, quod in protoplasticis parentibus è vestigio ostenderunt. Cúmque sit illis natura adeò tenuis & exilis, sed tamen violenta & præstantibus viribus, quales omnes spiritus, vt facilè animos & corpora hominum inuadere possint, vtrisque patiter magna sæpe mala impingunt, valetudines, aduersos casus, effrenatásque libidines, atque ea quibus & corpus malè afficitur & animus obtupefcit, ita vt in furorem homines adacti, sæpius in altos puteos, & ex turribus præcipites se dedant. Lactantius tales eosdem esse affectibit: Ecce aliquis, inquit, instinctu dæmonis percitus dementit, effertur, insanit: quæ omnia certius ex effectu posteremo videntur, quàm eum primum in actu ipso versantur, perinde ac in aliis naturæ occultis insensibilibúsq; potestatibus euenire sentimus. autæ enim illæ venefieæ, quibus afflantur sæpe fruges & carbunculantur, & pestilens aër non priùs sentitur à nobis, quàm corpus infecerit. Sed inter eos errores, quibus circumscribunt decipiúntque hominum mentes, potissimus ille est, quòd ita eos ipsos errotes fua arte commeudant apud homines, vt ex ea re non honotem tantum diuinum per sacrificia, sed & pabula sibi comparent (nam vt tota Magia testatur, spiritus nidore & sanguine delectantur, quod eum alij, tum Homerus in suis necyomantiis non abs re seruauit) ac (quod illis maxime optabile est, & pascua sylua) vt suis præstigijs superstitionibúsque homines à cultu veræ religionis reuocent.

Omnis spiritus ales est. hoc angeli & dæmones. Igitur momento vbiq; sunt. Totus orbis illis loeus vnus est, quid vbique geratur tam facilè sciunt, quàm ennunciant. velocitas, diuinitas creditur, quia substantia ignoratur. Sic & auctores interdum videri volunt eorum quæ annunciant; & sunt plane malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. [149] Dispositiones etiam Dei, & nunc prophetis concionantibus excerpũt, & nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita & hinc sumentes quasdam temporum sortes, æmulantur diuinitatem; dum furantur diuinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in euentus sciunt: [150] Crœsi, sciunt [151] Pyrrhi. Ceterum [152] testudinẽ de coqui cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renunciauit, quo supra diximus: [153] momento
C apud Lydiam fuerat. habent de incolatu aëris, & de vicina fidetum, & de commercio nubiumcœlestes sapere paraturas: vt & pluuias quas iam sentiunt repromittant. benefici plane & circa curas valetudinum. Lædunt enim primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum nona, siue contraria post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur. Quid ergo de ceteris ingeniis vel etiam viribus fallaciæ spiritalis edisseram? phantasmata [154] Castorum, & aquam cribro gestatam, & nauem cingulo promotam, & barbã tactu irrufatã: vt numina lapides crederentur, & Deus verus non quæreretur.

Diximus quæ operantur dæmones, atque vnde illis hæc facilis suppediter facultas: restat qua ratione ea conentur explicare. præstigijs enim quibusdam vtuntur, quæ si natura eotum cognoscatur, facillima illis esse putabimus. Nam cum omnis spiritus tanquam ales volucrisque sit, momento quo temporis huc illuc veluti flabra ventotum permeet, qui fiat illis arduum? si fua hac celeritate captare sibi diuinitatem velint apud eos maximè qui talem natutam ignorantes, facilè credunt celeritatem hanc qua cuncta præcipere possunt humana, diuinitatem esse? Cum enim δαίμονες dicantur à scientia tetúmque peritia, qua à primordio insigniti fuerunt, ex præteritis præsentibúsque rebus facilè consijcere valent: quando etiam ab his qui Spiritu sancto imbuti vaticinantur concionando, aut lectiones scriptorũ interpretantur, multa excipere possint. Quæ verò captare non possunt sita celeritate (vt dictũ est) cum facta sunt, anteuertũt annunciantes, quale est de testudine relatum à Pythia, quam domi suæ Crœsus cum agnina carne elanculum coxerat, vt in sua Clio commemotat Herodotus: at quæ ambigua per se sunt ac penitus incognita, qualia ex oraculis peretere solerent homines, ea callidi tanta amphibologia inuoluunt, vt in quamcunque partem exitus cadat, defendi possint. Ita Pyrrhus Epirotarum rex est deceptus. Aio te, inquit, Romanos vincere posse. Denique nullum est ostentum, quod non facilè factum sit in his. hac ratione Castorum phantasmata dicũtur Macedonici belli victoriam eadem hora Romanis annunciasse, virginésque Vestales, altera nomine Tucia cribro continuit aquam, altera Claudia nauem magne

Martis vado Tiberino inhærentem cingulo suo ducere potuit, & Domitij fusca barba solo Castorum tactu rufa enituit, ad fidem dictorum faciendam, vnde Ænobarborum gens in vrbe admodum nobilis. quæ omnia cum alijs quamplurimis ab historicis passim relata ob eam causam à dæmonibus sub deorum nomine edebantur, vt homines auersos à Deo detinerent. Tempestates enim & quoscunq; aëris affectus facillimè prædicere possunt, quia cum in natura nihil derepente fiat, continuò que in superiore regione versentur, colligere omnia primi, & denunciare possunt, neque ideo mirum si veneficiorum peritissimi remedia quoque teneant morborum omnium. D

XXIII. [351 Porrò si & Magi phantasmata ædunt, & 352 iam defunctorum inclamant animas: si pueros in eloquium oraculi eliciunt: si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt: si & somnia immittunt habentes semel inuitatorum angelorum & dæmonum assistentem sibi potestatem, per quos & capræ & mensæ diuinare consueuerunt: quanto magis illa potestas de suo arbitrio & pro suo negocio studeat totis viribus operari, quod alienæ præstat negociationi?

Locus est, sine quo minus, &c. quo vires dæmonum comprobat, & testificatur esse quales adducuntur. Nam si, inquit, magi in necromantiis animas defunctorum dæmonum potentia concitas percontantur, si in hydromātiis ædūt per pueros oracula, si somnia immittunt, si præstringunt in multis rebus oculos nostros, ita vt nō modo boues, capræque loquantur, sed & menſæ apud gymnosophistas, quas Apollonius ille Thyaneus vidisse Philostrato testatur, quāto maiora audebit libera hæc sibi potestas, & quanta patrabit?

Aut si eadem & angeli & dæmones operantur quæ & dij vestri: vbi est ergo præcellentia diuinitatis, quam vtique superiorem omni potestate credendum est? Non ergo dignius præsumetur, ipsos esse qui se deos faciant, cum eadem ædant quæ faciant deos credi, quàm pares angelis & dæmonibus deos esse? Locorum differentia distinguitur (opinor) vt à templis deos existimetis, quos alibi deos non dicitis; vt aliter 357 dementire videatur, qui sacras turres peruolat, aliter qui tecta vicinæ transilit; & alia vis pronuncietur in eo qui gen italia vel lacertos, alia qui sibi gulam profecat. Compar exitus furoris; & vna ratio est instigationis E

Ex obiectione tacita infert comparationem, ex qua propositum elicit. Nam si, inquit, dicatis hæc quæ sunt à magicis, fieri per angelos siue dæmonas, superiora verò à numine deorum, ita vobis quoque concedendum erit dæmonas atque deos pari inter se potestate præditos esse: quod maximè absurdum est, cum deorum potestas omnibus debeat excellere: magis profectò rationi consentaneum est, vt ipsos dæmonas ita deos se facere credamus, quàm diis illi adæquentur. nisi verò locorum differentia (quod ridiculum sanè est) dæmonas dinstinguat à dijs, & eum qui furore panico percitus se præcipitem dedat ex aliqua sacra turri, melioribus diris vexari credatis, quàm qui ex prophanis tectis præcipites: & si Gallus sacerdos genitalia sibi profecet, lancinérque lacertos, furori Martis deūm imputetur: alium vero si gulam sibi dissecet, aut laqueo pendeat, malo dæmoni adiudicetis. at eadem vis est instigationis, quæ eosdem exitus comparat.

Sed hactenus verba, iam hinc demonstratio rei ipsius, qua ostendemus vnam esse vtriusque nominis qualitatem. 358 Ædatur hic aliquis sub tribunalibus vestris quem dæmone agi constet. Iussus à quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quàm alibi deum de falso. Æque proucatur aliquis ex iis qui de deo pati existimantur, 359 qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructando curantur, qui anhelando præfantur. Ista 360 ipsa virgo cœlestis pluuiarum pollicitatrix, iste ipse 361 Æsculapius medicinarum demonstrator, 362 aliàs demorituris 363 scordij & denatij & Æsclepiadoti sumministrator, nisi se dæmones confessi fuerint Christiano mentiri non audentes, ibidem illius Christiani procacissimi sanguinem fundite. Quid isto opere manifestius? quid hac probatione fidelius? simplicitas veritatis in medio est. virtus illi sua assistit, nihil suspicari licebit, magia aut aliqua eiusmodi fallacia fieri. Dictis non stetis, si oculi vestri & aures permiserint vobis. Quid autem inniti potest aduersus id quod ostenditur nuda sinceritate? F

Maximum hoc est, & quod in iudicium raro producitur: & si producatur, nihil est iudicibus optabilius. Quid enim ad veritatem etuendam certius, quàm ea quæ verbis & coniectura persuadere conabamur, in periculum atque experientiam deducere? Si igitur, inquit, quæ diximus, haud satis probabilia videntur, quamobrē deos istos vestros nihil aliud esse quàm dæmonas iudicetis, periculum iam fiat in hac re, & ad tribunalia vestra duo ex phanaticis sistantur, quorum alter malo dæmone vexari, alter deo plenus in fumantibus sacris numen exhausisse credatur à vobis, qui etiam pluuias sudūm ve repromittat, aut quasi Æsculapius remedia morborum ostēdat. hi igitur interrogati à Christiano qui sint, nisi dæmonas se fateātur, de nobis quas velitis sumite pœnas procacitatis. Quid est quod hic desideretur? Veritas simplex est nuda, nec magicis attibus hoc agitur à Christiano: nulla alia vi cogitur dæmon præterquam Christi, & qui dictis acquiescere nolit, licet oculatus esse huius rei testis quandocunque libeat.

Si 364 altera parte verè Dei sunt, cur sese dæmonia mentiuntur? an vt nobis obsequantur? Iam ergo subiecta est Christianis diuinitas vestra, nec diuinitas deputanda est quæ subdita est hominī, & si quid ad dedecus facit æmulis suis. Si altera parte dæmones sunt vel angeli, cur se alibi pro dijs agere respondent? Nam sicut illi qui dij habentur, dæmones se dicere noluissent, si verè dij essent, scilicet ne de maiestate se deponerent: Ita & isti, quos directo dæmones nostis, non auderent alibi pro dijs agere, si aliqui omnino dij essent, quorum nominibus vtuntur. 365 Verē rentur

A rentur enim abuti maiestatem superiorem sine dubio, & timendorum: adeò nulla est diuinitas ista quam tenetis; quia si esset, neque à dæmonijs affectaretur in confessione, neque à deis negaretur. Cum ergo vtraque pars concurrit in confessionem deos esse negans, agnoscite vnum genus esse, id est dæmonas. Verùm vtrobique iam Deos quærite. Quos enim præsumpseratis, dæmonas esse cognoscitis. Eadem vero opera nostra ab eisdem dijs vestris non tantum hoc detegentibus, quod neque ipsi Dei sint, neque vlli alij. Etiam illud [166] incontinenti cognoscitis, qui sit vere Deus, & an ille, & an vnicus quem Christiani profitemur, & an ita credendus colendúsque, vt fides, vt disciplina disposita est Christianorum.

Dubitando veritatem illustrat. forte enim aliquis dicat: Fieri quidem potest, vt qui reuera Deus sit nobis, apud Christianos se dæmonem faciat, quasi pro tempore mentiens aut obsequens illis. At hoc, inquit, & turpe est, & parum verisimile. Ita enim diuinitas maiestate sua diminueretur, dúmque studeret obsequi, duo præcipuè peccaret, & quod homini subijci posse præ se ferret, & quod sectatores suos conturbaret. Nec minus is qui à vobis malus habetur dæmon, qui que Christiano non modo se dæmonē, sed falso Deum alibi agere respondet, neque quam se aut Apollinem aut Æsculapium appellaret, si in ijs nominibus numen aliquod esse cognosceret, veritus omnino, licet improbus, eius autotitatis vsurpationem. Cum pateat igitur ex his dæmonas deósque vestros vnum idémque genus esse; atque ita nullum vobis esse verum Deum, agnoscite iam quæ vera religio sit. nam vna (vt aiunt) mercede duas res assequimini; eadem scilicet hac opera nostra non tantum ex ipsis deprenditis dæmonijs non esse deos, sed etiam verum esse & vnicum, quem per Christum nos colimus & veneramur.

Dicent ibidem, ecquis ille Christus cum sua fabula: si homo communis conditionis, si magus; si post mortem de sepulchro à discipulis surreptus, si nunc denique penes inferos, si non in cœlis
B potius, & inde venturus cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cũ planctu omnium, si [167] non Christianorum, vt Dei virtus & Dei spiritus & sermo & sapientia & ratio & Dei filius. Quodcunque ridetis, rideant & illi vobiscum: negent Christum, omnem ab æuo animam restituto corpore iudicaturum. Dicant hoc pro tribunali (si [168] fortè) Minoen & Radamanthum secundum consensum Platonis & poëtarum hoc esse sortitos: suæ saltem ignominiæ & damnationis notam refutent. Renuncient ie immundos spiritus esse, quod vel ex pabillis eorum sanguine & fumo & putidis rogis pecorum & [169] impuratissimis linguis ipsorum vatum intelligi debuerit. Renuant ob malitiam prædamnatos se in eundem iudicij diem cum omnibus cultoribus, & operatoribus suis. [170] Atquin omnis hæc nostra in illis dominatio & potestas denominatione Christi valet, & de commemoratione eorum quæ sibi à Deo per arbitrum Christum imminentia expectant. Christum timentes in Deo, & Deum in Christo, subijciuntur seruis Dei & Christi. Ita de contactu deque afflatu nostro cõtemplatione & repræsentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus nostro imperio excedunt inuiti & dolentes, & vobis præsentibus erubescentes. Credite illis cum verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Magis fides prona est in aduersus semetipsos confitentes, quàm pro semetipsis negãtes. Hæc denique testimonia deorum vestrorum Christianos facere consueuerunt, [171] quia plurimum illis credendo, in Christo domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accẽdunt, ipsi spei nostræ fidentiam ædificant. At colitis illos quod sciam etiam de sanguine Christianorum. Nollent itaque vos tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne à vobis quandoque Christianis fugentur, si illis sub Christiano volente vobis veritatem probare mentiri liceret.

C Quod si inquit, à dæmonibus propiora adhuc requiritis ac certiora, ecce interrogati de Christo, illum non hominem, non magum, non à suis subreptum de sepulchro profitentur, sed filium esse Dei & in cœlis, qui iterum venturus est iudicare mortales in ea maiestate quæ filio Dei conueniat, neque illi contemnere possunt quod vos ceu fabulam ridere soletis. Sed esto, dicant, iudicium referuati nescio cui Radamantho, tria tamen hæc nunquam diffimulare poterunt. Primum, quin à Deo damnati ignominiosè fuerint. Deinde quin sint immundi spiritus, sicut ex ijs etiam patet quibus delectantur mactationibus imputíque catminibus. Tertio non possunt non profiteri se expectare ob nequitiam suam damnationem perpetui ignis vnà cum suis sectatoribus. Cum veto ita nobis subijciantur, non ob aliam causam quàm per inuocationem Christi, solo que nostro contactu afflatúve inuiti de corporibus expellantur, quid est cur de Christo illis ipsis testibus non credatis? nulla potest esse suspicio mentiendi in re, quæ profitenti dedecori esse potest: inclinãtque semper potius fides in eos qui contra se aliquid confiteantur, quàm si negauerint, vnde maior in singulos dies Christianorum numerus fit. Inuitantur enim gentes suorum deorum testimonio credere, & credentes per eosdem confirmantur, cum quæ in sacris litteris cognoscunt & sperant, hæc fiant ratione certiora. Illud etiam non mediocre est argumentum, spiritus hos ce sub Christianis, quando maximè de veritate agitur, mentiri non posse coactos maiori potestate, qui cum à vobis tam laute accipiantur, vt non modo pecudum sanguine, sed & Christianorum fatientur, vellent si liceret hæc sibi pabula conseruate, gnari si ad Christum confugeritis, non modo priuari tantis officijs, sed etiam à vobis alio fugari posse.

[172] Omnis ista confessio illorum qua se deos negant esse, quáque non alium Deum respondent præter vnum, cui nos mancipamur, satis idonea est ad depellendum crimen læsæ maximè Romanæ religionis. Si enim non sunt Dei pro certo, nec religio pro certo est: si religio non est, quia nec dij, nec pro certo rei sumus læsæ religionis. At ecntrario in vos exprobratio resultauit, qui mendacium colentes, veram religionem veri Dei non modo negligendo, quin insuper expugnando Deũ verum,

XXIIII. committitis crimen veræ irreligiositatis. [173] Nunc vt constaret illos deos esse, nónne concediris de D
æstimatione communi aliquem esse sublimiorem & potentiorem velut principem mundi, perfectæ
peritiæ & maiestatis? nam & sic plerique disponunt diuinitatem, vt imperium summæ domina-
tionis esse penes vnum, officia eius penes multos velint. Vt [174] Plato Iouem magnum in cœlo
comitatum exercitu describit deorum pariter & dæmonum. Itaque oportere & procurantes &
præfectos & præsides pariter suspici. & tamen quod facinus admittit qui magis ad Cæsarem pro-
merendum & operam & spem suam transfert, nec appellationem Dei ita vt Imperatoris in ali-
quo principum confitetur, cum capitale esse iudicetur alium præter Cæsarem & dicere & audire.

Ex duobus criminibus, quibus maximè Christianos diximus impugnari, alterum erat reatus læsæ religionis, quamobrem omnis hæc disputatio de Deo, de Christo, & de angelis producta est. Hanc itaque nunc Tertullianus accommodat à consequentibus. Nam si dæmones cum de Deo vero interrogantur à nobis vnum quem colimus respondentes comprobant, potest hæc confessio omni nos crimine impietatis liberare. Si enim illi dij non sunt, nec vlla religio deorum est: si religio nulla, nullum etiam crimen læsæ religionis, & nos extra crimen, iam vos in crimine, qui falsam religionem amplexantes, veram oppugnatis. Sed videte quæ vobis concedam, sintilli vestri dæmonmones pro comperto dij, à crimine tamen eiusmodi seiungimur, sicuti ex lemmate communis opinionis demonmonstratur. Nam cum aliquod esse numen alijs omnibus excellentius concedatis, cur eius nos cultores autoritatis facitis reos? cum qui se totum ad Cæsarem transfert promerendum, magis fibi & iustitiæ consulere videatur, quàm qui procuratoribus inferuit, neque ipsum nomen Imperatoris in nullis præterquam in Cæsare velit agnoscere.

[175] Colat alius Deum, alius Iouem, alius ad cœlum supplices manus tendat, [176] alius ad aram fidei, alius, si hoc putatis, nubes numeret orans, alius lacunaria, alius suam animam deo suo voueat, alius hirci. Videte enim ne & hoc ad irreligiositatis elogium concurrat, admere libertatem religionis, & interdicere optionem diuinitatis, vt non liceat mihi colere quem velim, sed E
cogar colere quem nolim. Nemo se ab inuito coli vellet, ne homo quidem, [177] atque adeo &
Ægyptijs permissa est tam vanæ superstitionis potestas auibus & bestijs consecrandis, & capite
damnandis, [178] qui aliquem huiusmodi Deum occiderit. Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati
suus Deus est, vt [179] Syriæ Astartes, vt Arabiæ [180] Diisares, vt [181] Norici [182] Belenus, vt Africæ
[183] Cœlestis, vt [184] Mauritaniæ reguli sui Romanas (vt opinor) prouincias ædidi, nec tamen Ro-
manos deos earum, quia Romæ non magis coluntur quàm qui per ipsam quoque Italiam mu-
nicipali consecratione censentur: [185] Crustuminiensium Beluentinus, [186] Narniensium Viridianus,
[187] Asculanorum Ancaria, [188] Volsiniensium Nersia, [189] Ocriculanorum Valentia, [190] Sutrinorum
Nortia, [191] Falisco rum in honore est pater Curis, vnde accepit cognomen Iuno. Sed nos soli
arcemur à religionis proprietate. Lædimus Romanos, nec Romani habemur, quia non Roma-
norum Deum colimus. Bene quod omnium Deus est, cuius velimus aut nolimus omnes su-
mus. Sed apud vos quoduis colere ius est, præter verum Deum, quasi non hic magis omnium
sit Deus, cuius omnes sumus.

Ex τῷ ἧττον ἀποδείκνυσι τὸ μᾶλλον, impietatem regerens in aduersarios. Nam si libera voluntas omnia solet officia commendare, atque illa nobis gratia grata est quæ non ab inuito animo proficiscitur, quanto magis in ipsa pietate religionis, & in his quæ ad Deum pertinent, quem lateat nihil, necessarium videtur vt aliquis sponte agatur? ea nempè maximain Deum contumelia existimanda est, cum trahitur ad aras aliquis inuitus, à quo ne de necessitate Deus adorandus. Quæ res, inquit Tertullianus, cum à vobis iudices committitur, nónne ad irreligiositatis titulum pertinet? Pronunciatione vero adiuuanda est concessio illa, Colat, alius Deum, alius Iouem: quæ ex collatione vehementior insurgit. nam colere Deum, supplices manus in cœlum tendere, & vtnonnulli irridentes F
dictitabant, numerare nubes, animámque Deo vouere Christianorum est: colere vero Iouem, manus ad aram fidei admouere, lacunaria tholum que templi suspicere, hircum aut aliquod aliud animal dijs mactare, gentium aliarum. Sed quomodocunque sit, nemini fraudi esse deberet, si quis magis hoc quàm illo ritu afficiatur. Et à simili probare licet, quàm inique agitur cum Christianis in hacre. nam cum non regiones modo, sed singula etiam oppida sua numina priuatosque suos habeant deos, solis Christianis præter ordinem negatur Deum illum colere, qui omnium verus est Deus, & cuius sunt omnia.

XXV. [192] Satis mihi quidem videor probasse de falsa & vera diuinitate, cum demonstraui quemadmodum probatio consistat, non modo disputationibus nec argumentationibus, sed ipsorum etiam testimonijs, quos deos creditis, vt nihil iam ad hanc causam sit retractandum: quoniam tamen Romani nominis propriè mentio occurrit, non omittam congressionem quam prouocat illa præsumptio dicentium Romanos pro merito religiositatis diligentissimè in tantum sublimitatis elatos, vt orbem occuparint, & adeo deos esse, vt præter ceteros floreant, qui illis officium præter ceteros faciant. Si ista merces Romanis à diis pro gratia expensa est, [193] Sterculius, & [194] Mutinus, & [195] Larentina prouexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneæ genti magis fautum voluisse quàm suæ, & [196] patrium solum, in quo nati, adulti, nobilitati, sepultique sunt, transfretanis dedisse.

Cum religionem Christianam Septimius non modo argumentis, sed etiam aduersariorum testimonio satis iam defendisset, locus exigebat vt alteri crimini læsæ maiestatis responderet: sed opinione quadam Romanorum propria impeditur,

A impeditur, per quam sibi illi eblandientes volebant velati experientia duce veros esse deos quos colerent, propterea quod dum illis præter morem aliorum supplicant potentiores etiam præter cæteros extiterint. Huius igitur obiectionis disceptationem, quia iam apud plerosque præualebat, ne videatur Tertullianus refugere, hoc loco inserit, quatuor illam rationibus dissoluens. Primum ex lemmate probabili, quia eius imperij magnitudinem verisimile sit à proprijs potius dijs quàm ab alienis processisse. Sterculius igitur & Mucunius & Latentia meretrix in causa fuerint tanti imperij: indigetes enim sunt & propij Romanorum, sed quàm ridiculi sint nomine ipso argumentur. Deinde non fuisse tales eius regni autores, neque penes ipsos imperia ostendit. Tertio non posse hoc pietatis officio Romanorum attribui. Postremo quis ille sit cui reuera omnium regnorum distributio debeatur, exponit.

497 Videritne Cybele si vrbem Romanam vt memoriam Troiani generis adamauit, vernaculi sui scilicet aduersus Achiuorum arma protecti, si 498 ad eos vltra transire prospexit, quos sciebat Græciam Phrygiæ debellatricem subacturos? Itaque 499 maiestatis suæ in vrbem collatæ grande documentum nostræ etiam ætati proposuit, cum Marco Aurelio 500 apud Syrmium reipublicæ exempto, die decimo sexto Kalendarum Aprilium 501 Archigallus ille sanctissimus die nono Kalend. earundem, quo sanguinem impurum, 502 lacertos quoque castrando libabat pro salute imperatoris Marci iam interempti solita æquè imperia mandauit. O nuncios tardos! ô 503 somniculosa diplomata, quorum vitio excessum Imperatoris non ante Cybele cognouit? Næ Deam talem riderent Christiani. Sed 504 non statim & Iupiter Cretam suam Romanis facibus illum concuti sineret, oblitus antrum illud Idæum, & æra Corybantia, & iucundissimum illic nutricis sui odorem. Nónne omni Capitolio tumulum suum præposuisset, vt ea potius orbi terra præcelleret, quæ cineres Iouis texit? Vellet 505 Iuno Punicam vrbem posthabita Samo dilectam ab Æneadarum vtique genere deleri? Quod si, *hic illius arma, Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus*
B *esse Si qua fata sinant, iam tum tendisque fouetque* misera illa coniunx Iouis & soror aduersus fata non valuit. planè *fato stat Iupiter ipse.* nec tantum tamen honoris Romani dicauerunt fatis dedentibus sibi Carthaginem aduersus destinatum votúmque Iunonis, quantum prostitutissimæ Lupæ Larentinæ.

Ad externorum deorum rationem transit, quos inter Cybele ex Pessinunte Phrygiæ Romam aduecta maximè à Romanis venerabatur, vt quæ ex eo loco fuisset vnde autor sui generis erat oriundus Æneas, quem vtpote suum alumnum sicut in incendio Ilij seruauit, ita posteris fauere ad eius memoriam credebatur. Stigitur, inquit Tertullianus tanto illa studio suorum flagrabat, cur potius non prouidit, ne Paris adulter cum Helena transueheretur in Troiam, vnde à coniurata Græcia torum illud imperiumi cum Pessinunte diruendum erat? nimirum ita illa hæc nouerat, aut prouidere poterat, vt nuper Matei Aurelij mortem cognouit, qui septimo die post obitum eius apud Syrmium inferioris Pannoniæ vrbem Archigallus principésque facerdotum eius deæ tanquam viuenti vota persoluebat. Præterea si Iupiter, aut eius soror & coniunx Iuno cupiam ex gentibus imperium dare potuissent, nónne ille in Cretenses, hæc in Samios aut Carthaginienses potius studium omne suum contulisset? Sed fatis impediebantur. Ergo Iupiter setiem hanc terum necessariam sibi quoque expetitur, & fata supersunt. Ipsis tamen fatis excellentionibus (vt par erat) nulla ex ijs obsequia præstitere, quibus vel seortum Larentiam promerentur.

Plures deos vestros regnasse certum est. Igitur si conferendi imperij tenent potestatem, cum ipsi regnarent, à quibus acceperant eam gratiam? quem coluerat Saturnus & Iupiter? aliquem opinor Sterculium, sed Romæ postea cum indigenis suis: etiam si qui non regnarunt, tamen regnabatur ab alijs nondum cultoribus suis, vt qui nondum dij habebantur. Ergo aliorum est regnum dare, quia regnabatur multo 506 ante quàm isti dij inciderentur. Sed quàm vanum est fastigium Romani nominis religiositatis meritis deputare, cum post imperium suc adhuc re-
C gnum religio profecerit? Age iam rebus religio profecerit: nam etsi à Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res diuina apud Romanos constabat: frugi religio & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipse nusquam. nondum enim tunc 507 ingenia Græcorum atque Tuscorum fingendis simulacris vrbem inundauerant. Ergo non ante religiosi Romani, quàm magni: ideóque non ob hoc magni, quia religiosi.

Secundum argumentum, quo demonstratur imperia non à dijs gentium, sed alia de causa pendere. Causam quidem non præcedit effectus. quod si deos facias regnandi causam, fieri non potest vt ante illos quisquam regnarit. Cum vero non modo mortales reges ante vestros deos fuerint, sed plerique deorum vestrorum regnum quandoque tenuerint, manifestum est eiusmodi gratiam altius habuisse principium, per quam Saturnus in Latio, Iupiter in Creta regnarit. Quanquam si rerum seriem contemplamur, quàm vanum hoc sit arguetur, cum religio ipsa, à qua tantum impetium creditur exortum, post imperij propagationem, vel certé cum impetio profecerit. Numa enim autor eius superstitionis Romulo successit, & quæ ab eo instituta erant, tam diu frugi populus tenuisque libauit, quam diu intra breues fines continebatur. Aurea siquidem vasa pro Samijs testis, & aurea templorum fastigia, & aras pro cespitibus ac fictuis, quibus maximè religionem creditis adaugeri, non prius in sacris dicata fuere, quàm manubijs opes tum publicæ tum priuatæ subcreuerunt. At in his quæ simul adsunt, non est aliquid alio prius aut posterius.

Atquin quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de religiositate prouenit? Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quæritur, & victorijs propagatur. Porro bella & victoriæ

captis & euersis plurimum vrbibus constant. id negocium sine deorum iniuria non est. [408] Eædem D
strages mœnium & templorum, pares cædes ciuium & sacerdotum, nec dissimiles rapinæ sacrarum diuitiarum & profanarum. Tot igitur sacrilegia Romanorum, quot trophæa: tot de dijs quot de gentibus triumphi: tot manubiæ, quot manent adhuc simulacra [409] captiuorum deorum. & ab hostibus ergo suis sustinent adorari, & illis imperium sine fine decernunt, quorum magis iniurias quàm [410] adolationes remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt, tam impunè læduntur, quàm frustra coluntur. Certè non poterit fidei conuenire, vt religionis meritis excreuisse videantur, qui vtsuggessimus, religionem aut lædendo creuerunt, aut crescendo læserunt. Etiam illi [411] quorum regna constata sunt in imperij Romani summam, cum ea amitterent, sine religionibus non fuerunt.

Sententiam aduersariorum in contrariam partem deducit per soritas: imperium enim ex victorijs propagatur. victoria est à bello, bellum porrò vbium euentiones imporrat, quas templorum ruinæ sacrilegiáque sequuntur. Quid est igitur cur Romanorum potentia, à profanis potius gestis, quàm à sacris operationibus vires assumpsisse negetur: aut quis vnquam credere possit, eos beneficio religionis opes regni adauxisse, qui vel per offensiones religiosiores euaserunt, vel dum crescerent, iniustiores? Diruta liquidem Carthagine, excisa Corintho, vnáque illarum templis deiectis creuit imperium Romanum. aut igitur deos pugnare inter se, aut nihil potius sentire putandum est.

XXVI. [Videte [412] igitur ne ille regna dispenset, cuius est & orbis qui regnatur, & homo ipse qui regnat, ne ille vices dominationum ipsis temporibus in seculo ordinarit, qui ante omne tempus fuit & seculum corpus temporum fecit, ne ille ciuitates extollat aut deprimat, sub [413] quo fuit, aliquando sine ciuitatibus genus hominum. Quid erratis? [414] prior est quibusdam dijs suis sylvestris Roma: ante regnauit, quàm tantum ambitum Capitolij extrueretur. [415] Regnauerunt & Babylonij ante [416] pontifices, & Medi ante [417] Quindecim viros, & Ægyptij ante [418] Salios, & Assyrij ante [419] E
Lupercos, & Amazones ante [420] virgines Vestales: postremo si Romanæ religiones regna præstant, nunquam retro Iudæa regnasset despectrix [421] communium istarum diuinitatum. Cuius [422] & Deum victimis, & templum donis, & gentem fœderibus aliquamdiu Romani honorastis, nunquam dominaturi eius, si Deo non deliquisset vltimo in Christum.

Quo magis falsum redarguatur, tertio loco ponit, vnde verum elici possit. Nam cum in regnis tempus, locus & personæ requirantur: homines enim in terris per temporum vices imperitant: verisimile videtur vt omnium harum rerum sit ille œconomus qui ante hæc omnia fuerit: qui seculum, id est ætatem illam incertam, in qua nihil prius aut posterius dignoscebatur, in ordinem certum vicésque redegit conditis luminaribus: qui omnia denique creavit, & in cuius potestate sunt omnia: mirum profecto est tanto hoc errore mentes nonnullorum inuolui, vt à Romana religione imperia distribui opinentur: quasi vero nulli ante eius apparatum regnarint in terris. Nonne ante creatos Romæ pontifices, ante Quindecimviros Sibyllinos, ante Salios, ante Lupercos Persæ, Ægyptij regnarunt, & Assyrij, & ante Vestales ipsæ Amazones apud Thermodoonta flumen? sed ipsa Roma non prius quoidam suos deos coluit, quàm regnare cœpit: nec Capitolium dedicauit, quàm reges expulerit. Verum hæc omnia dicas ex eodem fonte manare. quid Iudæa contraria penitus & aduersata ritus vestros, nonne opulentia sui regni floruit, vt & fœdus cum illa percusseritis? Templúmque illud celeberrimum admirati vestri imperatores victimis donisque plurimis exornarunt. Admonet ea gens mortales Deum pattem & Christum dare & adimere regna, ita vt omnibus exemplo esse possit.

XXVII. [Satis [423] hæc aduersus intentionem læsæ diuinitatis, quod non videamur lædere eam quam ostendimus non esse. Igitur prouocati ad sacrificandum, [424] obstruimus gradum pro fide conscientiæ, nostræ qua certi sumus ad quos ista perueniant officia, sub imaginum prostitutione, & humanorum nominum consecratione. Sed quidam dementiam existimant, quod cum possimus & sacri- F
ficare in præsenti & illæsi abire manente apud animum proposito, obstinationem saluti præferamus. Datis scilicet consilium quo vobis abutamur. Sed agnoscimus vndetalia suggerentur, quis totum hoc agitet, & quomodo nunc astutia suadendi, nunc duritia sæuiendi, ad constantiam nostram deijciendam operetur. Ille scilicet spiritus dæmoniacæ & angelicæ paraturæ, qui noster ob diuortium æmulus, & ob Dei gratiam inuidus, de mentibus vestris aduersus nos prælietur, occulta inspiratione, modulatis & subornatis ad omnem [425] quam in primordio exorti sumus & iudicandi peruersitatem & sæuiendi iniquitatem.

Breuissimo epilogo longam de religionis crimine discepationem concludit. non enim esse Christianos, inquit, impios & religionis aduersarios, quia negligunt eam quam conscij sunt omnino nullam esse. Quo posito multa quæ quasi parepomena accidebant, de quibus à principio dixerat, carptim repetendo defendit & examinat. Tria potissimum ea sunt, abstinentia Christianorum à sacris: iudicum modo indulgentia, modo sæuitia: & peruersitas iniquitásque quæstionum. Quid igitur, inquit, mirum, si cum à vobis prouocamur ad sacrificandum, conscientia nostra taleni perfidiam non admittit? pro comperto enim habet illa dæmonijs officia eiusmodi præstari iub expositis imaginibus hominúmque consecratione: & licet Christum dissimulare possimus, dum thura foculo imponerentur, nolumus tamen hac ratione subterfugere pœnas, atque abuti consilio vestro, quo nobis à quibusdam ceremonijs immunitatem pollicemini. conscij enim sumus omnia hæc esse technas illius dæmoniaci spiritus satan, qui nostram in Christo constantiam conatur quomodocunque infringere. insinuat ille se in animum mentémque vestram, ac modo suadela vtitur, modo sæuitiam nobis proponit, atque ita modulatur & mentes vestras & rei huiusmodi rationem, vt præter morem vestri iuris non pudeat pigeátque vos de Christianis iudicare.

Nam

A Nam licet subiecta sit nobis tota vis dæmonum & [496] eiusmodi spirituum, vt nequam tamen serui metui nonnunquam contumaciam misceant, & lædere gestiunt quos aliàs verentur: odium enim etiam timor spirat: præterquam & desperata conditio eorum ex prædamnatione solatium reputat, fruendæ interim malignitatis de pœnæ mora. & tamen apprehensi subiguntur, & conditioni suæ succidunt: & quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant. Itaque cùm [497] vice rebellantium ergastulorum, siue carcerum, vel metallorum, vel hoc genus pœnalis seruitutis erumpunt aduersùm nos, in quorum potestate sunt (certi & impares se esse, & hoc magis perditos) [498] ingratis resistimus vt æquales, & repugnamus perseuerantes in eo quod oppugnant, & illos nunquam magis detriumphamus, quàm quum pro fidei obstinatione damnamur. [499] Quoniam autem facilè iniquum videtur, liberos homines inuitos vrgeri ad sacrificandum ([500] nam & aliàs diuinæ rei faciundæ libens animus indicitur) certè ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos vltrò sui causa placare deberet, ne præmanu esset iure libertatis dicere, Nolo mihi Iouem propitium. Tu qui es? me conueniat [501] Ianus iratus ex qua velit fronte. quid tibi mecum est? [502] Formati estis ab ijsdem vtique spiritibus, vt nos pro salute Imperatoris sacrificare cogatis. Et imposita est tam vobis necessitas cogendi, quàm nobis obligatio periclitandi. XXVIII.

Taceìtè obiectioni occurrit, ex his quæ videri contratia possint emergenti. Cùm enim, dicat aliquis, spiritus eiusmodi dæmoniásque Christianis subiectos esse paulò ante suasetis, vnde est vt illos nunc vobis tot insligere mala dicatis? At hoc, inquit Tertull. minimè absurdum, & fieri quidem potest quatuor de causis. Serui enim nequam tum metu contumaciam coniungunt, lædere conantes, quos alioqui verentur. præterea timor eiusmodi seruilis odium plerumque parit. Ad hæc cùm se sciant pœnas æternas iudicij die manere, in lucro solatióque ponunt frui sua malignitate, quamdiu pœna superfedeat, inuidentes penitus nostrorum bonorum. Quarto loco posse hæc illos aduersus nos dicimus de tententia voluntatéque nostra. nam cum eorum instigatione, modò pro seruis fugitiuis in ergastula detrudimur, modò in carcerem conijcimur, modò ad metallorum fodinas damnamur, & ad clozacum purgationes, ad munitiones vtrũ vicorùmq;, & id genus plutima (quanquã illi hæc longè à nobis remotiùs nam cum propius nos accedunt, subiguntur, fatentúrque, & quasi subscribunt tuæ conditioni) vires nostras dissimulantes cumillis dedita opera, tanquam cum paribus congredimur resistimúsque, scientes nihil ingratius illis quam à patientia nostra oppugnari. Captiuos enim illos in triumphum maximè ducimus, cùm pro fidei obstinatione damnamur. Longè verò pernicio-
B siſſima est eorum malitia, cùm ad rem faeram venitur. Eos enim stimulos admouent ad eam operationem, vt alteruter pars cogatur aut facere, aut periclitatis: nam libens animus & voluntas in his quæ ad Deum pertinent, maximè exigitur. Homines enim exigere operas solent, Deus verò solam expendit voluntatem, vt nullius sit apud illum hecatombe ab inuito: ridiculum sane & ineptũ videtur, si quem cogimus vr sibi deos propitios faciat, atq; inuitũ (vt aiunt) seruare velimus. Cur enim iure suæ liberæ voluntatis præmanu & in ptoinptu illa sibi non adsint? heus tu, quid tua? si iratum Iouem non curo, neque bifrontis Iani neutrum supercilium extimesco? Vr igitur aliquid hæc res legitimi continere videatur, fecerunt dæmones vt eum dijs hominum potestas copularetur. ita necessario exigi possit operationes, cùm scilicet omnes pro salute Imperatoris vota apud aras suspicere teneantur. Qui locus opportunus admodum iam esse videtur, vt alteri ex manifestis criminibus mote nostro respondeamus. neque enim lædimus maiestatem Cæsarum, aut si lædimus, nihilo minus est vestrum quàm crimen nostrum. cuius duo præcipuè etant capita, alterum quod Christiani salutem Cæsarum à dijs exposcere dedignatentur, alterum quod festos eius dies celebrare abhorreerent, vnde populus nolebat inter Romanos censere Christianum.

Ventum est igitur ad secundum titulum læsæ augustioris maiestatis: siquidem maiore formidine & callidiore timiditate Cæsarem obseruatis, quam ipsum de [503] Olympo Iouem, & meritò si sciatis. Quis enim ex viuentibus non cuilibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facitis potius
C quàm respectu [504] repræsentaneæ potestatis, adeò & in isto irreligiosi erga deos vestros deprehẽdemini, cùm plus timoris humano dominio dicatis. citius denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cæsaris peieratur.

In expositione huius criminis Cæsarij mirum quantã in primis arte beneuolentiam sibi captet Tertullianus, & fidem detrahat aduersarijs: hanc partem religionis in Cæsares in sola ambitiosa adulatione versari demonstrans, ita vt in tuta denique impij proculdubio deprehendãtur. Nam cùm augustiot sanctiórque Cæsaris maiestas habeatur apud vos, quàm deorum, tristiúsque expictur qui deliquerit in Cæsarem, quàm qui in ipsum Iouem, ac maiori cum fiducia in peierando abutantur omnes deorum nominibus, quàm Imperatorum: Fine hoc, inquit, à vobis cum tatione, aut alia de causa? Si igitur cum ratione, vt ex viuentibus aliquis non solum Imperator potior vobis sit quàm quilibet demortuus, quales dij vestri, laudo vos: mitum tamen cùm de dijs ita sentiatis, adeò in nos eandem ob causam defæuire. Quod si alia est causa, quæ tantum vobis homini præstare honotis persuadeat, præsentia scilicet Cæsaris & religio seruilis, videre quantum dijs ipsis detrahatis, malèque dicatis. nimirum multo maior est impietas vestra quàm Christianorum, quibus si nihil est cum dijs, nihil illos penitus esse profitentur.

[505] Constet igitur prius, si isti quibus sacrificatur, salutem Imperatoribus vel cuilibet homini impertiri possunt, & ita [506] nos crimini maiestatis addicite. Si angeli aut dæmones subStantia pessimi spiritus beneficium aliquod operantur, si perditi conseruant, si damnati liberant, si denique (quod in conscientia vestra est) mortui viuos tuentur, iam vtique suas primò statuas, & imagines; & ædes tuerentur. quæ (vt opinor) Cæsarum militis excubijs suis salua præstant. Puto autem hæ ipsæ materiæ de metallis Cæsarũ veniunt, & tota templa de nutu Cæsaris cõstant: multi deniq; dij habuc- XXIX.

runt Cæsarem iratum. Facit ad causam, si & propitium, cùm illis aliquid liberalitatis aut priuilegij confert. ita qui sunt in Cæsaris potestate, cuius & toti sunt, quomodo habebunt salutem Cæsaris in potestate? vt eam præstare posse videantur, quam facilius ipsi à Cæsare consequuntur. D

Totum quod hoc loco ab aduersarijs stabat, erat eiusmodi: Omnes qui dijs non supplicant pro salute Imperatoris, in reatum læsæ maiestatis offendunt: Christiani non supplicant, ergo rei, puniendi igitur. Pro Christianis contrà Tertullianus sic constituit, Nos Deo supplicamus pro Imperatore, ergo non rei. Controuersia igitur omnis de Deo est, vter ex his decipiatur in eo nomine. Constet igitur, inquit, in primis & pro comperto sit, qui dij exorandi sunt salutem Cæsaris, verè dij sint nécne. nam si eorum numen est, digni sumus fateor, vt crimini nos addicatis: sin autem nulli sunt, neque aliud quàm animæ defunctorum aut maligni spiritus, tantum abest vt damnari mereamur, vt laudandi etiam simus: vos contrà irridendi vituperandique, qui salutem tanti Imperatoris ab his extorquere conamini, qui longè minores Imperatore nihil præstare de se possunt præterquam malum. & quidem si perditi illi sunt exulésque miseri (vt in superioribus dicebamus) si damnati, qui possunt alijs salutem impendere, si denique quorum memorias colitis, mortui sunt, sicut vestra nouit conscientia, quomodo viuos tueantur? nimirum si qua potestate præstarent, in se primum suisque rebus experirentur. Est enim gratia stationibus militum habenda, si statuæ, si templa illorum non penitus expilantur. Præterea si effectus non potest esse nobilior sua causa, vestri ipsi dij qui à metallis superciliósque Cæsarum toti pleturnque pendent, atque ita venetantur desiciuntúrve prout animus ipsius impetatoris se se in illos habebit, nequaquam beneficium aliquod in manibus habere possunt, præstertim eius qui veluti causa maior ilis est atque superior.

Ideo ergo committimus in maiestatem Imperatorum, quia illos non subijcimus rebus suis? quia non ludimus de officio salutis eorum, qui eam non putamus in manibus esse plumbatis? Sed vos irreligiosi qui eam quæritis vbi non est, petitis à quibus dari non potest, præterito eo in cuius potestate est. Insuper eos debellatis qui eam sciunt petere, qui etiam possunt impetrare, dum sciunt petere. [417] Nos enim pro salute Imperatorum Deum inuocamus æternum, [418] Deum verum, Deum viuum, quem & ipsi Imperatores propitium sibi præter ceteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium, sciunt [419] qua homines, quis & animam: sentiunt eum Deum esse solum, in cuius solius potestate sunt à quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes & super omnes deos. Quidni? cum super omnes homines, qui vtique viuunt & mortuis antistant. Recogitant quoúsque vires imperij sui valeant, & ita Deum intelligunt, aduersus quem valere non possunt, per cum se valere cognoscunt. Cœlum denique debellet Imperator, cœlum captiuum triumpho suo inuehat, cœlo mittat excubias, cœlo vectigalia imponat. Non potest: ideo magnus est quia cœlo minor est. Illius enim est ipse, cuius & cœlum est & omnis creatura. Inde est Imperator, vnde est & homo antequam Imperator, inde potestas illi, vnde & spiritus.

XXX. 1. Timot. 2.

E

Ex his quæ dicta sunt, infert cum diasyrtica interrogatione, id quod apud omnes absurdum iniquúmque videri potest, vt pietas vera damnetur, laudetur falsa & honestetur. Quis enim magis pius in Cæsares, aut quis eorum autoritatem vehementius tuetur quàm Christianus? qui præcipuè cauet ne tanta illorum maiestas minuatur, subijciatúrque rebus possessionibúsque suis: dum ab ijs quos diximus in eius esse potestate, & qui mortui sunt, habéntque manus pedésque ex materia compactili, petere salutem cuiusquam imperij, nolint, neque in tanto officio ludere quasi cum laruis. Attamen ea est animorum peruersitas & ignorantia, vt is qui laudandus est, perinde ac impius in Cæsares damnetur ab ijs qui in ambitiosis nugis occupati, religiosi amatores dicuntur Cæsarianæ salutis: cum nihil alioqui operentur à quo ea operari possit. Sed vt pateat omnibus quanta in hac re veritate simul & pietate Christianus vtatur, videte à quo, & quomodo, & quid pro Imperatore exopter. Primum enim Deum adiucatis, qui æternus, verus & viuus est, vnde omne est imperium, & omnes qui continentur in illo homines, & quæcunque alia viuunt. neque id iam aduersus voluntatem Impetatorum facere potest, quando illi ipsi Iouem optimum maximum appellantes sentiunt solum esse verum deum, à quo gaudent esse secundi: nam alijs dijs non ipse tantum Imperator, sed quilibet viuens homo vitibus præstat, tum quod numen illud & sedem illius intelligunt expugnari non posse, imò illinc & cotpus & spiritum ducere. Quomodo verò & quid velint Imperatoribus Christiani deinceps exponit. F

[440] Illuc suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus, precantes sumus semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Hæc ab alio orare non possum, quàm à quo me scio consecuturum, quoniam & ipse est qui solus præstat, & ego sum cui impetrare debetur, famulus eius qui eum solum obseruo, qui propter disciplinam eius occidor, [441] qui ci offero opimam, & maiorem hostiam, quam ipse mandauit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam. [442] Non grana thuris vnius assis, Arabicæ arboris lacrymas, nec [443] duas meri guttas, nec [444] sanguinem reprobi hominis mori optantis, & post omnia inquinamenta etiam conscientiam spurcam: vt mirer cùm hostiæ probantur penes vos à vitiosissimis sacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quàm ipsorum sacrificantium examinantur? Sic itaque nos ad Deum expansos [445] vngulæ fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, bestiæ infiliant, paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani. Hoc agite boni præsides, extorquete animam Deo supplicantem pro Imperatore. Hic erit crimen vbi veritas & Dei deuotio est.

Quodcunque verum est, consentanea omnia fiunt. Cerimoniæ ratióq; Christianorum in fundendis precibus talis quippe

A quippe est, vt sola veritatē spectare videatur. Non enim, inquit, vt idola olim attrae summissimo vultu Christiani, precamur Deum sed in cœlum oculos mentemque conuertimus, non tenentes manibus aras, aut adductam togam, sed expansis brachijs & manibus, vt quæ innocentiam explicent, nec velato capite, sed nudo, quia liberi non erubescimus: denique dictatas à sacrificulo preces non concipimus, sed ex ipsa fide animi spiritúque nostri cum suspiritjs gemitióque non vnus aut alter ambitiose, sed in vna veluti conspiratione cœtus omnis Christianorum vota pro omnibus Imperatoribus exponimus, non quæ ad vtilitatem nostram priuatim respiciant, sed qualia ipse sibi proponit exoptanda & homo & Cæsar: exponimus, inquam ei tantum, quem scimus vnum Deum solumque bonorum præbitorem maxima quidem fiducia. nam cum nos illius serui sumus, opimam quam ipse præcepit hostiam offerentes (verba ea sunt de casto corpore & innocenti animo prolata) debetur nobis impetratio nullo citius quàm vobis; qui spureum coinquinatúmque conscientiam habentes, sufflu tantulæ flaccæ tenuique libatione & sanguine petudæ damnalve hominis placare deorum numina autumatis. Videre quid vobis Christianus interfit, vt quis pro Imp. Deum magis exorare debeat, intelligatis. Maxima vestra diligentia est, vt hostias puras esse probetis: ex equinelio acceptas bidentes, aut si de armento indomitas, cauda non aculeata, quibus lingua nigra non lit, nec auris bifida, aliter non litaretur. A quibus verò flaminibus Deo ministrentur sacra, nullo examine perpenditur: sint illi adulteri, rapaces, helluones, facinori, nihil refert. Contra Christianis euenit: probant illi sese, atque ita à vitijs extricati, simplicioti ritu Deo satisfacere creduntur. Nonne igitur hæc est vobis etiam iudicibus vera animi nostri deuotio in Deum & gratissimæ preces? quasi tamen hoc sit maximum crimen, nullo non genere tormentorum contenditis nos à veritate deterrere, vt falsa ridiculáque vobiscum consectemur.

[446 Adulati nunc sumus Imperatori, & mentiti vota quæ diximus ad euadendam scilicet vim. XXXI.
Planè proficit ista fallacia. Admittis enim nos probare quodcunque defendimus. Qui ergo putas nihil nos de salute Cæsarum curare, inspice Dei voces, litteras nostras, quas neque ipsi suprimimus, & plerique casus ad extraneos transferunt. Scito ex illis præceptum esse nobis, ad redundantiam benignitatis etiã pro inimicis Deũ orare, & persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici *Matth. 6.*
B & persecutores Christianorum, quàm de quorũ maiestate 447 cõcunimur in crimen? [448 Sed etiam XXXII.
nominatim atque manifestè: Orate, inquit, pro regibus, & pro principibus, & potestatibus, vt *1. Tim. 2.*
omnia tranquilla sint. Vobiscum enim concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eiusvtique & nos (licet extranei à turbis æstimemur) in aliquo loco casus inuenimur.

Quæ à Christianis de suis pro Imperatore precibus adducebantur, eiusmodi etant, vt non solum non impugnarentur à iudicibus, sed etiam absolutionem facerent (leuior enim prætextus innocenti reo veniam subministrat) poterant tamen in suspicionem venire, ne à Christianis quæ in hanc partem cadunt, simulata mente pronunciarentur in iudicio ad euitanda supplicia, & vt Imperatoribus adularentur. Septimius igitur vt omni suspicione animos iudicum liberet, duas adnectit causas, quibus necessarium quodãmodo Christianis esse testatur vt quæ de Imperatorum salute loquantur, ea sentiant & operantur. Prima est à lege diuina. Sicuti scripta, inquit, nostra testantur, quæ nescio quomodo ad extraneos etiam circunferantur. monet enim suos sectatores Christus, vt sint inimicorum quoque deprecatores apud Deum, nominatímque pro regibus principibúsque totius orbis offendere preces iniungit, vt qua possumus hic vti pace, non defraudemur cum alijs. nam & si putgamenta sumus apud gentes, & si nullo censu, casus tamen & nobis aliquem in terris locum circumscripsit, vt vtriuique fortunæ non participes esse nequeamus.

" Est alia maior necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni statu imperij rebúsque Romanis, quod vim maximam vniuerso orbi imminentem, 449 ipsámque claususam seculi acerbitates horrendas comminantem, Romani imperij commeatu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati fauemus.

Quando secundus aduentus domini, quæ clausura erit & finis humanæ huius vicissitudinis, quum vniuersum ge- *2. Thess. 2.*
C nus hominum à triumphante Christo iudicabitur? futurus esset, maxima etat inter primos Christianos sollicitudo & disceptatio perterritos afflictionibus illis miseris & horrendis, quæ tempus illud præcedent: donec literis Pauli apostoli ad Colossenses moniti crediderint, non prius hoc fore quàm de medio impedimentum auferretur, Romanum scilicet imperium. nam quemadmodum Medorum dominatum Babyloni pessundedere, Babyloniorum verò Persæ, Persarum rursus Macedones, Macedonum porrò Romani, ita Romanorum imperium Antichristus, & Antichristi postremò Dominus noster. Igitur Christiani vt illi tempestati non interessent, cuitarénque vexationes tam acerbi temporis, Deum quoties conueniebant, precabantur pro Romani imperij incolumitate. quandiu enim impedimentum illud commearet procederétque, secuti sibi videbantut tanæ perturbationis.

Sed & iuramus, sicut non per genios Cæsarum, ita 450 per salutem eorum, quæ est augustior omnibus genijs. Nescitis 451 genios dæmonas dici, & in de diminutiua voce dæmonia? Nos iudicium Dei suspicimus in Imperatoribus qui gentibus illos præfecit. id in eis scimus esse, quod Deus voluit: 452 ideóque & saluum volumus esse quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus. Ceterum 453 dæmonas, id est genios adiurare consueuimus, vt illos de hominibus exigamus, non deierare, vt illis honorem diuinitatis conferamus.

Ad exaggerandam inuidiam contra Christianos in hoc maiestatis crimine maleuoli illud etiam adiungebant, ex eo etiam certius apparere Christianos despicere obstinato animo maiestatem Cæsarum, quod nullo modo cogi possent, vti per genios eorum adiurent, aut eos velint deos appellare. Verumque facile refellit Tertullianus ex officio institix, demonstrans Christianos omnibus id quod conuenit atribuere. Quum enim genij isti nihil aliud quàm dæmonas sonent, stolidum esset, & prætet religionem, si iurisiurandi autoritatem venerentur, cùm alioqui à nobis petat eius vim sacramenti longius ab hominibus abigãtur. Verum quũ inconuẽtionibus sic aliquid assueramus, ita nobis saluus

A per publicum dedecus? Hæccine solennes dies principum decent, quæ alios dies non decent? Qui obseruant disciplinam de Cæsaris respectu, ij eam propter Cæsarem deserunt, & malorum morum licentia pietas erit: occasio luxuriæ religio deputabitur? O nos meritò damnandos! cur enim vota & gaudia Cæsarum casti & sobrij & probi expungimus? [464] cur die læto non laureis postes obumbramus? nec lucernis diem infringimus? Honesta res est solennitate publica exigente inducere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris.

Ad alterum caput læsæ maiestatis impugnandum cum graui ironia descendit. Cùm iam, inquit, satis à nobis declaratum sit, vbi pro salute Cæsarum agitur cum Deo, nullo modo Christianos accusari posse restat vt publici hostes habeantur, propterea quia dicatos Cæsaribus dies ea vanitate temeritatéq; non celebrent, qua passim in huiusmodi festis alij abuntur, & quia veræ religionis homines, Christiani scilicet, narales eorum & id genus alios solennes dies pura obeant conscientia potius quàm temulenta lasciuia: quod sanè nihil aliud est quàm in honorem Cæsarum nolint amplecti vitia & odiile virtutem. Quid enim obsecro officij est, aut honestæ obseruantiæ, in vestus istis lectisternijs per vrbem? omnia quæ in tabernis, fornicibus ac lupanaribus fieri damnatique solent, repræsentantur. At si religioni dicantur ij dies, homines puto continentiores esse oportebat, sanctiores honestioresque, & in tota morum disciplina diligentiores, quales esse ac videri volunt ipsi Christiani: dehonestare verò vrbem, luxuriosa licentia debacchari, & contra impetatorium decus est, & aduersus deos.

Velim tamen in hac quoque religione secundæ maiestatis, de quo in secundum sacrilegium conuenimur Christiani, non celebrãdo vobiscum solennia Cæsarum, quo more celebrari nec modestia, nec verecundia, nec pudicitia permittunt, sed occasio voluptatis magis quàm digna ratio persuasit, fidem & [465] veritatem vestram demonstrare, ne fortè & istic deteriores Christianis deprehen-
B dantur, qui nos nolunt Romanos haberi, sed hostes principum Romanorum. [466] Ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem cõuenio, an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana? Testis & Tiberis, & [467] scholæ bestiarum. [468] Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non præcordia insculpta appararẽt noui ac noui Cæsaris scenam in [469] congiario diuidundo præsidentis? etiam illa hora qua acclamant, [470] *De nostris annis tibi Iupiter augeat annos.* Hæc Christianus tam ennnciare non nouit, quàm de nouo Cæsare optare. Sed vulgus, inquis, vt vulgus. Tamen Romani, nec vlli magis [471] depositatores Christianorum, quàm vulgus. [472] Plane ceteri ordines pro auctoritate religiosi, ex fide nihil hostium de ipso senatu, de equite, de castris, de palatijs istis spirant. [473] Vnde Cassij, & Nigri, & Albini? [474] vnde qui inter duas lauros obsident Cæsarem? vnde qui faucibus eius exprimendis palæstricam exercent? [475] vnde qui armati palatium irrumpunt, [477] omnibus Sthepanis atque Parthenijs audaciores? de Romanis, ni fallor id est de non Christianis. Atque adeò omnes illi sub ipsa vsque impietatis eruptione & sacra faciebant pro salute Imperatoris, & genium eius deierabant, alij foris, alij, intus, & vtique publicorum hostium nomen Christianis dabant.

Ab apologia regerit motc suo crimen in aduersarium. Pater, inquit, populum Rom. festos Cæsaris dies non religionis causa celebrare, sed voluptatis: eam nempe occasionem nactitoros pandunt luxuriæ sinus, vt qui magis illorum deliter, studiosior principis iudicetur: instar tamen adhuc plebs & vrget Christianos: Non vos, inquit conscientia mouet, non detertet licentia, sed odium quoddam & insita in vobis Christianis contra Cæsares ipsos simultas. Ero, inquit Tertullianus, Quid si & vos ex eadem (vt dicitur) fidelia Cæsarem dealbatis? Totum enim hoc beneuolentiæ studium in Cæsares & mitissima obseruantia lucello noui congiarij venalis est vobis. Nam si quis citeat Tiberim
C maximè regiones vrbis perambulet, quam partem plebs ista tam vehemens in Christianos rabula colit, inaudiet quantas euomat in Imperatorem suum execrationes, quanto subinde voto nouos ac nouos exoptet Cæsares vt nouam experiatur liberalitatem. Solebant enim Cæsares, vt plausum sibi paupularem conciliarent, in ipsis plerunque auspicijs impcrij nummos populo diuidere, & in caritate annonæ triticum diuidere, autvini oleive congios distribuere. Quoties igitur popellus ab aliqua re laboraret, cui Cæsar esse præsto non poterat, aut nollet, præsentem (vt plerunque assolet) rerum statum oderat: & pro ipso plausu & acclamationibus, quibus Imperatorem pet vrbem aut in theatrum ingredientem prosequebatur, longè aliter illis animus exoptabat, quàm illa verba sonarent, De nostris annis, &c. Facile enim si per diaphanon materiam ita à natura comparatum esset, vt præcordia hominum inspici dignosci que possent, in animis vtique populi appareret veluti scena quædam noui deinceps ac noui Cæsaris, qui sibi statim post diuisum congiarium subinde succederent. Tantisper enim obseruat Cæsarem plebs, quam diu vtilis est, omnisque illa adulatio à commodis extorquetur, non à vera proficiscitur obseruantia. Christianus autem vt mentiri adulando nescit, ita præsentibus semper rebus acquiescit. Nec aliquis mihi obiciat, inquit, hanc esse vulgi inconstantiam vltimæque plebis, quæ ad id quod præsens est quasi pecus commouetur, licet hoc ad causam nihil. Romani siquidem nihilominus sunt, & id maxime genus hominum quod Christianos maximè veret. nam & ceteri ordines, si facta sunt potiora dictis, multo inuenientur infideliores, magisque formidolosi Imperatoribus suis quàm plebes, licet in sua illa autoritate & fide religiosiores videri velint. Plures enim inuenire est de senatu, de ordine equestri, de præfectura castrorum & prætorij, qui complures annos & in ipso coniurationis tempore vota pro Imperatore susceperint, illum paulopòst aut dolo circumuenerunt, aut armis subuertere sunt conati. Nostra siquidẽ temperate occisus est irrumpentibus prætorianis iuxta ianitrices illas lauros & pro foribus ipsius palatij, miscabili quidem & perniciosoexẽplo Pertinax opunius Imperator: cúmq; Romano Imperio ab Illyricis fuit curtisser vir cordatus simul & strenuus, & qui à senatu factus esset legitimus Imperator Seuerus, nonne proconsul Syriæ Niger vir consularis totum in illũ concitauit Orientẽ? nec minus Occidentem Albinus vir patricius & Britanniæ præsidens quid Audius Cassius paulo ante princeps inter Rom. procers, nõnne Impera. Antioch. se appellauit, vt M. Antonio imperiũ extorqueret?

Quin & Ælius Lætus castrorum præfectus per Narcissum tanquam palæstritam contortis faucibus Commodum Imperatorem strangulauit? Quid alios referam Parthenios & Stephanios libertos, qui Domitianum oppressere, crudeliores in Cæsares? nimirum si animum aduertis, Romani isti sunt omnes, & principes viti, Cæsares ipsos vsque ad superstitionem colentes, non modo non Christiani, sed qui Christianos hostium loco haberent. D

[478] Sed & qui nunc scelestarum partium socij aut plausores quotidie reuelantur, [479] post vindemiam parricidarum racematio superstes quàm recentissimis & ramosissimis laureis postes præstruestruebant? quàm clarissimis & clarissimis lucernis vestibula enubilabãt? quàm cultissimis & superbissimis thoris forum sibi diuidebant? non vt gaudia publica celebrarent, sed vt vota propria iam edisserent, & in aliena solennitate exemplum atque imaginem spei suæ inaugurarent, nomen principis in corde mutantes. Eadem officia dependunt & qui [480] astrologos, & aruspices, & augures, & magos de Cæsarum capite consultant. quas artes vt ab Angelis desertoribus proditas, & à Deo interdictas, ne suis quidem causis adhibent Christiani. Cui autem opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid adduersus illam cogitatur vel optatur? aut post illam sperat & sustinetur? non enim ea mente de charis consulitur, qua de dominis. Aliter curiosa est sollicitudo sanguinis, aliter seruitutis.

Non esse credendum ambitiosis ceremonijs, quæ à ciuibus exhibentur Imperatori, certius adhuc à Tertulliano comprobatur. Tam enim illi qui in ea re curiosiores videntur, hostes esse possunt, quàm qui negligentiores erga Cæsares, beneuoli. Nam factiosi ciues quo facilius omnem de se suspicionem conuellant, nihil de rebus extrinsecis facere prætermittunt quæ ad dissimulationem odij pertineant, vt in persequendis Albini Nigrique partibus quotidie intelligebatur. Herodiano siquidem teste, posteaquam Seuerus autores vtriusque factionis deleuit, quos metaphoricè Tertullianus vindemiam particidarum cognominat, vt qui contra patrem patriæ coniurassent, ad reliquias opprimendas, quasi ad racematione m se conuertit. Et in quæstionibus ij sæpius conspirasse deprehendebantur, qui in Cæsaris cultu diligentes fuissent. nam & in ludis secularibus, quos ille maximo studio celebrauit, & quotannis natali die, & in triumphis præcipuè omnem lætitiæ locum explebant. Domos suas festa fronde exornare, in vestibulis ardentes E lychnos suspendere, & in lectisternijs per vrbem lectos omnium magnificentissimos parare, non sine peculiari quodam gaudio. Ita enim auspicia imperij captare videbantur, & in eo quasi præludio imperij personam sibi & nomen Cæsaris accommodabant. Quo etiam modo officiosos esse illos existimandum, qui magos Chaldæosque de vita ac salute Cæsaris consulunt. Isthæc enim superstitio nihil aliud spectat quàm commoda cuiusque sua quibus post Imperatoris dominique sui obitum perfrui sperat, impatiens illa moræ, ita suam cupiditatem iactat. Nec est cur mihi dicas, consulimus de Cæsare tanquam de ijs qui nobis chari iucundique sunt. ratio quippe diuersa. aliter enim de cognatis natura cogit cognatos esse sollicitos quàm de dominis suis seruos. illi enim necessitudinem amplectuntur, hi necessitatem detrectant.

XXXVI [Si [481] hæc ita sunt, vt hostes deprehendantur qui Romani vocabantur, cur nos qui hostes existimamur, [482] Romani negamur? non possumus & Romani non esse, & hostes esse, cùm hostes reperiantur qui Romani habebantur? adeò pietas & religio & fides Imperatoribus dedita non in huiusmodi officijs consistit quibus & hostilitas magis ad velamentum sui potest fungi: sed in ijs moribus quibus diuinitas imperat, tam verè quàm circa omnes necesse habet exhiberi. neque enim hæc opera bonæ mentis solis Imperatoribus debentur à nobis. Nullum bonum sub exceptione personarum administramus, quia nobis præstamus qui non ab homine aut laudis, aut præmij expensum captamus, sed à Deo exactore & remuneratore indifferentis benignitatis. Idem sumus Imperatoribus qui & vicinis nostris. Malè enim velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de
XXXVII quoquam exæquo vetamur. Quodcunque non licet in Imperatorem, id nec in quenquam. quod
Matt. 6. in neminem, eo forsitan magis nec in ipsum qui per Deum tantus est. [Si [483] inimicos (vt suprà diximus) iubemur diligere, quem [484] habemus odisse? item si læsi vicem referre prohibemur, ne F de facto pares simus, quem possumus lædere?

Romani omnes & quibus ius Quiritium impertiebatur, multis gaudebant priuilegijs, & in iudicijs præsertim non vbique neque simili modo diuexabantur. Populus itaque Rom. vt in Christianos sæuire omnibus modis posset, illos tanquam non sensos, hostes humani generis appellabat, cum multis (vt dictitabant) de causis, tum quia malè de Imperatore suo sentirent: id quod à simili iniquum esse Tertull. ostendit. nam si plures alij (vt dicebamus) Imperatoris hostes, ijdem & Romani appellantur à vobis, cur & nobis & hostes & Ro. esse ob eandem causam non licet? præsertim cùm eiusmodi omnes circunstantiæ nulla ratione, sed furiosa quadam assentatione pensentur. Quid enim pietatis est aut religionis in istis officijs, quibus omnes vt Albinus & Niger alitque simulata mente ita abuti possunt, vt eo prætextu maximè nocere possint? In illis profectò moribus stat fides omnis atque religio quibus Christiani conformantur. Iubet enim illis Deus vt verè & omnibus semper bene velint, neque alicuius gratia moueantur. id quod liberiùs etiam exhibent, propterea quòd operas eius officij Deus exiget, verus omnium remunerator. nolunt enim vt homines illis aliquid expendant in præmium aut in laudem, sed vt suam illi dilectionem gratis acceptam referant. Cum itaque ita sibi præscripserint ex diuino iussu Christiani, vt nemini malè cupiant, quanto minus de Imperatore, quem per Deum agnoscunt in tanta dignitate constitutum, malè sentire possunt? Quo loco vt certior vobis fiat Christiana benignitas, repetite animo quæ in priori actione de dogmate nostro disseruimus, quum nobis sæpius præceptum esse dicebamus à Christo, vt inimicos etiam diligamus, & omnem sibi vindictam reseruemus. Qua sanctione neminem iam odisse aut lædere possumus.

Nam de isto ipsi recognoscite. Quotiens enim in Christianos desæuitis, partim animis proprijs, partim legibus obsequentes? Quotiens etiam præteritis vobis suo iure nos inimicum vulgus inuadit lapidibus

A lapidibus & incendijs? [481] Ipsis Bacchanalium furijs nec mortuis parcūt Christianis, quin illos de [482] requie sepulturæ, de asylo quo dam mortis iam alios, iam nec totos auellant, diffecent, distrahant. quid tamen de tam conspiratis vnquam denotatis, de tam animatis ad mortem vsque pro iniuria repensatis? quando vel vna nox pauculis faculis largitatem vltionis posset operari, si malum malo dispungi penes nos liceret. Sed absit vt aut igni humano vindicetur diuina secta, aut doleat pati, in quo probatur. Si [483] enim & hostes exertos non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis [484] vis numerorum & copiarum? Plures nimirum [485] Mauri & Marcomanni, ipsique Parthi, vel quantæcunque vnius tamen loci, & suorum finium gentes, quàm totius orbis? [490] externi sumus & vestra omnia impleuimus, vrbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum. Sola vobis relinquimus templa. Cui bello non idoneci, non prompti fuissemus, etiam impares copijs, qui tam libenter trucidamur? si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quàm occidere. Potuimus & inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes solius [491] diuortij inuidia aduersus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in alicquem orbis remoti finum abrupissemus à vobis, [492] suffudissetvtiq; dominationem vestram tot qualiumcunque amissio ciuium. imò etiam & ipsa destitutione punisset. proculdubio expauissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum rerum & stuporem quendam quasi mortuæ vrbis quæsissetis quibus in ea imperassetis. Plures hostes quàm ciues vobis remansissent. nunc enim pauciores hostes habetis præ multitudine Christianorum penè omnium ciuium, penè omnes ciues Christianos habendo. Sed hostes maluistis vocare generis humani potius quàm erroris humani. Quis autem vos ab illis occultis & vsquequaque vastantibus mentes & valetudines vestras hostibus raperet? à dæmoniorum incursibus dico, quæ de vobis sine præmio, sine mercede depellimus. Suffecisset hoc solum
B nostræ vltioni, quod vacua exinde possessio immundis spiritibus pateret. Portò nec tanti præsidij compensationem cogitantes, non modò non molestum vobis genus, verum etiam necessarium, hostes iudicare maluistis: qui sumus planè non generis humani tamen, sed potius erroris.

Beneuolentia Christianorum in suos inimicos vltionis negligentia tantum abest à communi mortalium vsu, atque ita naturæ repugnare videtur, vt Tertulliano hoc loco iudices non eredant, nisi rem ipsam suis circunstantijs actestibus comprobaret. Testes itaque nullos alios eitat, quàm iudices ipsos, vt qui certius omnibus alijs videre possint, quània vtantur patientia Christiani, in omnes qui de se pessimè mereantur, ita vt cum facile vicem rependere valeant, nolint: nam vos, inquit, non præterit quàm crudeliter tractemur quotidie vel à vestris legibus, vel ad libidinem animi vestri: nullum genus est tormenti quod in nobis non defcruiat, dum vos patientiam deuotionémque animi nostri admirari soletis, cùm ne verbum quidem euomatur, quod non placidum sit, quod non honestum. Præterea si cui accidat ex nobis, vt præterear iudicium vestrum, quantis ipsius plebis iniurijs exponitur, præsertim ipsis non dico festis, sed furijs dierum Bacchalium? Tanta est aliquando ferocitas vulgi, vt caduacta ipsa Christianorum etiam semiputrefacta de sepulchris (quod tandem asylum esse debuit) eruant disijciántque: attamen in tanto contumeliarum tumulo, quem vnquam de nostris, quos inter se dicitis veluti fœdere quodam in genus humanum coniurasse, notasti illatæ iniuriæ reum fieri? neque est vt obijciatis, Ideo iniurias dissimulant, quia suarum virium pœnitet. nam si minus aperte, elam dolóve quieunque lædere potest. quid enim facilius, si malo malum compensandum est, quàm noctu subditis facibus vrbem inecndio deuastare? quanquam si personam hostium vt deputamur agere velimus, non desit nobis militum copia, maior etiam illarum gentium quæ quotidie contra vos arma mouent. Mauri enim & Parthi atque id genus Barbari, vna est gens suis præreripta finibus, Christianorum verò infinita est vbique multitudo: non modò enim vllus est locus, sed ne oido quidem in quo Christiani non reperiantur, vt si eorum disciplina armis inniteretur, nulla vnquam fuisset contra Rom. impetium conspiratio maior aut formidolosior, siue ad copias, siue ad deuotionem animorum respiciatis. Erat etiam facilior vindictæ ratio, si iniurias quibus à Deo probamur, aufugere libeat, vt semel vnà coC cti aliò profisceremur à vobis. Eiusmodi nempè diuortium satis supérque vltionis afferret. tanta enim esset horum eiuium colonia, vt ipsam mettopolim omninò reliquiatum suarum pœnitetet, puderètque suæ in ciues improbitatis. Cùm enim Christiani diligant omnes, in quibus plures sunt locis, pauciores hostes continentur, non sine maxima vtilitate, cùm in multis rebus, tum in expellendis dæmonibus, qui mentes corporáque occulto meatu occupantes, domos sæpe conturbant. vnde eiuitatibus Christiana natio non grauis aut molesta videti debet, sed necessaria potius & gratiosa, neque appellari hostis humani generis, sed erroris humani.

[493] Proinde nec paulò lenius inter licitas factiones sectam istam deputari oportebat, à qua nihil xxxviii.
tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri solet, nisi fallor enim, prohibendarum factionum causa de prouidentia constat ac modestia publica, ne ciuitas in partes scinderetur, quæ res facile comitia, concilia, curias, conciones, spectacula etiam æmulis studiorum compulsationibus inquietaret, cùm iam & in quæstu habere cœpissent venalem & mercenariam homines violentiæ suæ operam. At enim nobis ab omni gloriæ & dignitatis ardore frigentibus, nulla est necessitas cœtus, nec vlla magis res aliena, quàm publica. Vnam omnium rempub. agnoscimus mundum, [494] æquè spectaculis vestris in tantum renunciamus, in quantum originibus eorum: quas scimus de superstitione conceptas, [495] cum & ipsis rebus de quibus transiguntur præterfumus, nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate. Quo vos offendimus, si alias præsumimus voluptates? si oblectari nouisse nolumus, nostra iniuria est, si fortè nostra non vestra. Sed reprobamus quæ placent vobis, nec vos nostra delectant. Sed [496] licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatem, id est animi æquitatem & ampla negocia.

Conclusio, quam à causa rei deinde confirmat. Explicatum longius est Christianos non modo infanticidij, incesti, impietatis, atque omni maiestatis crimine vacare, sed etiam ciuibus suis prodesse: proinde, inquit, iudices multo vehementius libenti∫que ∫ectam Chri∫tianam admittere debebatis, & inier honesta à vobis factiones recen∫ere, cum nihil in se contineat, quod vtbis aliquam partem conturbare possit. Sectarum siquidem collegia à prouidenti consilio inhiberi solent, quando ciuitates in contrarias partes diuidant, vbi maximè homines, vt cuique maior vis est opum, conduci possunt in contentionem su æ hæreseos. At vero Christianares, cum nulla auaritia nulláque ambitione exæstuet, re∫tat vt ab ea nihil timeri possit. quis enim aut in senatu, aut inconcione tumultuabit, cum nullam aliam publicam rem agnoscat, quàm mundum: neque alios ciues, quàm omnes homines? Sed & multo minus spectacula, quibus tantopere populus oblectatur, conturbabit, quando necres ipsæ quibus continentur, nihil sua putet interesse, atque omnis origo eorum à superstitione detiuetur: imò nihil odit magis quam id genus voluptatis, quo sen∫us omnes corrumpuntur. Quid enim in∫anius videri potest, quàm currentes in tanto discrimine quadrigæ in circo? quid turpius audiri, quàm quæ recitantur in theatro? quid ∫euius intueri, quàm ferarum & gladiatorum commissiones in arena & amphitheatro? quid denique magis vanum, quam in xy∫tis gymna∫iisque præludia, quasi ludorum per totum diem exercere? Habentne hæc tantum momenti, vt merito nos genus esse hominum triste agreste que dicti temur, quasi duri stipites nulla voluptate delectemur, vtantes spectacula, ludos, choreas, nec ni∫i quod natu æ aduersatur secta ri? nihil hoc etiam loco in quo vos offendamus. Nonne praetetea libera cuique voluntas est eligendi quamcunque libeat voluptatem, sicuti docemut à vobis & ab exemplo Epicureorum monemur, qui cum ab autore suo didicissent summum bonum esse voluptatem, nulli sibi fraudi est, si eam intellexisse volunt, non quæ in eiusmodi ludicris est, sed quæ prodeat ex æquitate & ex maximis rebus præclari∫que gestis?

XXXIX. [497 Ædam iam nunc ergo ipse negocia Christianæ factionis, vt qui mala refutauerim, bona ostendam.

Hactenus criminibus respon∫um est, ita vt non diluta modo sint, sed etiam in aduersarios reiecta, vbi ea de Chri∫to réque Christiana dicta sunt, quæ pro re nata necessaria videbantur. Nunc vero quoniam oratoris est non solum depulsione crimi nis, sed etiam à proposita re i natura suadere, Tertullianus vniuer∫am rem Christianam ante oculos iudicum exponere aggreditur, vt vnde ea sit, & cuius gratia, per quos fiat, & quomodo, cognoscentes facilius suam agnoscant iniquitatem. quibus quidem locis quæcunque etiam Chri∫tianis obiciebautur commodius audientur, excidentúrque.

498 Corpus sumus de conscientia religionis & disciplinæ vnitate & spei fœdere. 499 Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. 500 Oramus etiam pro Imperatoribus, pro mini∫tris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. 501 Cogimur ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. ibidem etiam exhortationes, castigationes, & 502 censura diuina. nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu: summúmque futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus & omnis sancti commercij relegetur.

Quid sint Chri∫tiani, breuitet ab efficienti causa definit. Quum enim mutua inter se charitate deuinciantur, syste ma eorum corpus quoddam meritò dicitur: cuius caput Chri∫tus est. Conciliantur autem hæc inter se membra, non vt aliarum hæte∫ium cœtus, sed quia conscij sunt, veram Dei religionem pet Chri∫tum operari, veram eius esse doctrinam, & præmiorum spem certam, quo veluti fœdere continentur in ordine. Cúm que in eccle∫iam, id est in cœtum cogimur, nullum aliud nobis propositum est, quàm vt multiplicibus ex vno velutiimpetu precibus Deum nobis ali∫que propitium reddamus, vt quæ vasa sunt indignationis, fiant vasa mi∫ericordiæ. Præterea vt temporum tranquillitate perfruamur, & horrendum Dei iudicium differatur. Leguntur etiam diuinæ litteræ, quibus maximè prædicta cognoscere possimus ad confirmationem fidei spémque certiorem faciendam. Nec pauciora sunt præcepta quæ præter litterarum disciplinam afferuntur, vbi pro rerum qualitate alij exhortantur, alij puniuntut exacto quidem examine, vt qui certum habeamus hæc omnia cotam Deo semper tractari. Quod si quis cetuicosus sit aut improbus, communione aliorum interdicitur: quod quasi præiudicium est venturi iudicij, in quo Deus malos à se procul excluder & à suis.

503 Præ∫ident probati quique seniores honorem i∫tum non pretio, sed testimonio adepti. neque enim pretio vlla res Dei constat. 504 etiam si quod arcæ genus est, non de ordinaria summa quasi redemptæ religionis congregatur: modicam vnu∫quis∫que ∫tipem men∫trua die, vel quum velit, & si modo velit & si modò possit, apponit: nam nemo compellitur, sed ∫ponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, & pueris ac puellis re ac parentibus de∫titutis, iámque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in in∫ulis, vel in custodijs, dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni cõfessionis su æ fiunt. Sed eiusmodi vel maximè dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide inquiunt, vt inuicem se diligant. ipsi enim inuicem oderunt. & vt pro alterutro mori sint parati. ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt. Sed & 505 quod fratres nos vocamus, non alias, opinor, infamant, quàm quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam ve∫tri sumus, iure naturæ matris vnius, etsi vos parum hominesD

E

F

A mines, quia mali fratres. At quâto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero ignorantiæ eiuidem ad vnam lucem expauerint veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex substantia fumiliari fratres sumus, quæ penes vos ferè dirimit fraternitatem. Itaque quia animo animáque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. [106] omnia indiscreta sunt apud nos præter vxores: in isto loco consortium soluimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent. qui non amicorum solummodo matrimonia vsurpant, sed & sua amicis patientissimè submiuistrant, ex illa (credo) maiorum & sapientissimorum disciplina [107] Græci Socratis & [108] Romani Catonis, qui vxores suas amicis communicauerunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa, & alibi creandorum, nescio quidem an inuitas. Quid enim de castitate curarent, quam maritis tam facilè donauerant? O sapientiæ Atticæ, ô Romanæ grauitatis exemplum, Leno est Philosophus & censor. quid ergo mirum si tanta charitas conuiolatur.

Sed ne tumultuarius quidam cœtus is esse credatur, præsunt, inquit, omnibus ij qui à Græcis presbyteri, à nobis seniores dicuntur, non omnes, sed qui communi omnium testimonio probantur, nullo ambitu interedente. nihil enim sacrum apud nos precio comparatur delegatúrve, minimè de pecuniaria re sollicitos. si quid tamen in arcula nostra nummorum tenetur, ex collatione singulo quoque mense collectorum, non quod onus hoc & tributum quasi pro adepta vera religione imponatur (quando enim quisque velit aut possit, confert) quicquid id est, non in palati gratiam, sed totum in pietatis officia erogatur. Sepeliuntur, aluntúrve pauperes, pupilli, imbecilles, senes, naufragi, & qui profitentes Christum in insulis, aut in fodienda metalla, aut in carceribus macerantur, tanquam veræ fidei alumni. quam extraordinariâ charitatem gentes aliæ videtes non possunt non admirari, sed vt qui se iuuicem odisse & interimere quoque solent, suo nos modulo metienres, omnia semper in peius distrahunt, dissimulántque hoc, & damnare etiam volunt, præsertim quod Christiani sese fratres ex dilectione appellent: quam nominis vrsurpationem faci-
B le nobis est, inquit, defenderc apud vos, etiam quibus nullus est consanguineus, nisi ambitione verborum. facta siquidem vestra declarant, nulla non commoda præferri necessitudinibus, vt incredibile videatur nomen hoc alicui ecclesiæ conuenire posse. Si ergo à natura, à moribus, à simili suaderi potest aliquid, omnia congruete in nomine hoc, neque temerè impositum esse videbitis. Nam si ad communem omnium parentem naturam respiciatis, quid est cur non modo eiusdè sectæ homines, sed vniuersi mortales fratres inter se meritò appellari non possint? licet vos hanc ita naturæ legem antiquastis, vt non modo non fratres, sed ne homines quidem dici mereamini. Quod si cõmuniter omnibus, præcipuè ramen Christianis conuenit, qui vnum patrem vnúmq, verum Deum agnoscentes, eadem sancti spiritus hæreditate fruuntur, qui ex eodem ignorantiæ vtero prodeuntes, veritatis aura refrigerátur: nisi forrè minus ideo fratres dicendi, aut quia in fraterna summáque pace viuimus, nec de nobis aliqua fumitur materia digna thearro, quales in Phœnissis de Eteocle & Polynice: qualis etiam Romulus vestri generis auctor in fratrem: aut quia in rebus domesticis legem fraternam exercere non videtis, vt fuam quisque portionem rerum auferat, alterq; succedat alteri, quæ causa frequès est apud vos, vt omnia iura violentur. Quàm multi enim sunt, qui vr soli hæreditates inuadant, fratres de medio tollunt? At nos qui vna omnes anima & communi animo viuimus, rem quoque quæ multo minoris est, communicare inter nos volumus: deniq, omnia Christianorum communia, præter vxores: hic tantummodo consortium omne communionémque penitus castitatis amore dissoluimus, vbi ceteri turpiter labuntur. Quid enim si sapiens ille Socrates apud Græcos, vxorem suam tranquam armenti matricem amico suo ad propagandam sobolem concessisset, & Cato apud Romanos Marciam suam Hortensio flagitanti, de coniugijs aliorum sperandum?

Nam & cœnulas nostras prꝛterquam sceleris infames, vt prodigas quoque suggillatis. de nobis scilicet Diogenis dictum est, [109] Megarenses obsonant, quasi crastina die morituri, ædificant verò quasi nunquam moritui.[110] Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, quàm in suo trabem. Tot [111] tribubus, & curijs, & decurijs ructantibus acescit aër. [112] Salijs cenaturis creditor erit necessarius. [113] Herculanarum decimarum & polluctorum sumptus [114] tabularij supputabunt: [115] Apa-
C turijs, Dionysijs mysterijs Atticis, coquorum delectus indicentur, ad [116] fumum cœnæ Serapicæ sparteoli excitabuntur, de solo triclinio Christianorum retractatur.

Cœna Christianorum quòd infanticidij incestiq, scelere taxerur, dictum est in superioribus: cùm verò luxus etiam factionisque nomine damnaretur, hoc loco Tertullianus cuiusmodi ea foret apertius narrat, dolens primò iniquitatem hominum, qui tanta odij exercitate ferunrur, vr quo illi maximè crimine laborant, in Christianos effutiant. quasi vero securi, gulæ perinde atque alij indulgere possint, neque continuo mors eorum eruicibus imminerer, ita vt quod in Megarensium voracitatem Diogenes lusit, ex parte Christianis conueniat. Sed quod ingenium hominum est, aliorum errata ante oculos nobis proponimus, crimina verò nostra à tergo mantica seruat. Nam si luxuria epularum in sacris debet in inuidiam crimináque vocari, omnes aliæ gentes tectius accusari posse videntur quam Christiani. Si enim cuiusque tribus conuiuia quæ Romæ parantur in curijs à suis curionibus, si quæ cœnæ in decurijs iudicum quoridie fiunr inspicias, ex crudirate tot hominum ructantium, ipsum quidem aëra tantum non acescere senties. Quid Salij? nònne suas cœnas tanto instruunr sumptu, vt principibus publicanorum decumanis, Herculis decimas locare cogantur? vnde & dpiparæ lautioréque epulæ Saliates vulgò vocantur. In funerum quoque locatione quàm multa pollinctores ingurgitent, ex supputatione cognoscitur tabularij & cauponis. Nec apud Græcos minor est insania gulæ: nam & apud Athenienses sacra Liberi patris, quæ Aparuria dicunrur, tanto studio Phrattiarum curantur, vt coquorum etiam delectus habeatur. Ægyptiorum quoque culinæ in sacris Serapidos quanto luxu frequentantur, admonet vis illâ sparteolorum & fiscellarum, quæ vndique concurrunt. Attamen cum ita res apud alias gentes habeat, Christianorum tantummodo mensa examinatur, quæ nihil in se quod non honestum, quod non sanctum videatur, vt ex hoc loco docebimus.

[117] Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit. vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes

Græcos est. Quantiscunque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. siquidem inopes quoque refrigerio isto iuuamus, non qua penes vos parasiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, sub autoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes Deum maior est contemplatio mediocrium. Si honesta causa est conuiuij, reliquum [118] ordinem disciplinæ de caussa æstimate, quid sit de religionis officio. nihil vtilitatis, nihil immodestiæ admittit. non prius discumbitur quàm oratio ad Deum prægustetur. editur quantum esurientes capiunt. bibitur quantum pudicis est vtile: ita saturantur, vt qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: ita fabulantur, vt qui sciant dominum audire. [119] Post aquam manualem & lumina vt quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, [120] prouocatur in medium Deo canere: hinc probatur quomodo biberit. Æquè oratio conuiuium dirimit: inde disceditur non in cæteruas cæsionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eandem curam modestiæ & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quàm disciplinam. D

Ορομαπτὸς ὄρος, qui cum alijs locis negocio adiunctis ostendit conuium Christianorum, si partes eius, si cuentus considerentur, penitus esse dissimile ab aliorum comportationibus, contrariúmque ab opinione & calumnia aduersariorũ. nam cum agape dilectio charitásque significet, nominásq; semper à primarum partium rebus imponantur, satis costat maius ille momentum dilectionis esse, non sumptus: vbi sanè ditiores nihil sibi præter modum apponentes suis epulis indigentiores refrigerant, non quasi parasitos gnatonésque, qui cum liberi sint, gloriæ loco ponunt seruitutem & contumelias, ob eam sanè metcedem & autoramentum vt ventri satis faciant: sed quia tenuiorum curationem gratissimam esse Deo existimant. A minori igitur, si ipsa cœna tam honestam causam habet, nec sine religionis officio perfungitur, quid de reliqua Christianorum disciplina dicendum? nimirũ cæteta, vbi maior religio desideratur, maiori etiam pietate tractantur, quando ea pars vitæ maximè à sacris aliena tam sanctè exigatur, vt nihil vile aut fordidum ibidem appareat. De die verò cœnasse antiquos omnes litteræ docent, ita vt secunda mensa ad tenebras vsque extenderétur, quo tempore lotis manibus & inflammatis lychnis aut talis operam ludebant, aut saltationibus cantilensísque, sæpè etiam in propinationibus vino effœtuefcentes aut inter se rixabantur, aut ebrij per vrbem discurrentes cæteruatim, obuium quemque cæsionibus verberibúsque accipiebant, nisi in turpes lasciuias prorumperent, quæ omia ita Clirsttiana norma emendauerat, vt non vitia tantum fugaret, sed optimos etiam mores reponeret, nec maior vbique corporis ratio haberetur, quàm ipsius animi. E

Hæc coitio Christianorum meritò sanè illicita, si illicitis: par meritò damnanda, si quis de ea quæritur eo titulo quo de factionibus querela est. In cuius perniciem aliquando conuenimus? Hoc sumus congregati, quod & dispersi, hoc vniuersi, quod & singuli: neminem lædentes, neminem constristantes, quum probi, cùm boni coëunt, quumpij, cùm casti congregantur, [121] non est factio dicenda, sed curia. [At [122] è contrario illis nomen factionis accommodandum est, qui in odium XL. bonorum & proborum conspirant, qui aduersum sanguinem innocentium conclamant, prætexentes sanè ad odij defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causssam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si [123] cœlum stetit, si terra mouit; si fames, si lues, statim Christianos ad leonem. [124] Tantos ad vnum?

Factionis calumniam, qua conuentus cœnáque Christianorum laborabat, per locum à partium enumeratione diluit. Concedo enim, inquit, si nostra hæc coitio similis est illicitis prohibitísq; collegijs, veluti de Bacchanalib. quandoque cautum est, vt nostra quoque damnetur: si præterea habet in se eas partes caussálque quibus factiosi conueniuntur in iudicium, nihil motor quin meritis pœnis afficiatur. Verùm cum ratio diuersa sit, neque in vllius perniciem, conueniamus, neque in diuersa studia propter imperij cupiditatem discedamus: semper enim & vbique Christianus F
idem est, idémque sentit solus quod in cœtu, nequaquam factio dicenda nostra ecclesia est, curia potius, vt quæ omnia bene curet. Vestra verò iudices collegia videte ne quæcunque sunt factiosos contineant. Conspirant enim in perniciem innocentium sub prætextu publicæ charitatis: odio quidem maligno quæcunque naturæ iniuria accidunt, vt si cœlum pluuiam denegat, si concutiuntur inundanturve vrbes, Christianis imputantes, & ad pœnas vocantes immanissimas, & vt leonibus obijciantur.

Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi aduentum, quantæ clades orbem & vrbem cæciderunt? Legimus [125] Hierapolim, & [126] Delon, & Rhodon, & [127] Coon insulas multis cum millibus hominum pessum abijsse. [128] Memorat & Plato maiorem Asiæ & Africæ terram Atlantico mari ereptam. [129] Sed & mare Corinthium tærremotus ebibit. & [130] vis vndarum Lucaniam Italiæ abscisam in Siciliæ nomen relegauit. Hæc vtique non sine iniuria incolentium accidere potuerunt. Vbi verò tunc non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dij, cùm totum orbem [131] cataclysmus aboleuit? vel [132] vt Plato putauit, campestre solummodo? Posteriores enim illos clade diluuij contestantur ipsæ vrbes in quibus nati mortuique sunt, etiam quas condiderunt. Neq; enim aliàs in hodiernum manerent, nisi & ipsæ posthumæ cladis illius. Nondum Iudæum ab Ægypto examen Palæstina susceperat, nec iam illic Christianæ sectæ origo confederat, quum regiones ac fines eius Sodoma & Gomorra igneus imber exussit. Olet [133] adhuc incendio terra, & si [134] qua illic arborum poma conantur, oculis tenus, ceterum contacta cineresunt. Sed nec Tuscia atque Campania de Christianis querebatur, quum [135] Volsinios de cœlo, & [136] Pompeios de suo monte persudit ignis.

A ignis. Nemo adhuc Romæ Deum verum adorabat, cum [137] Annibal apud Cannas per Romanos annulos cædes suas modio metiebatur. Omnes dij vestri ab omnibus colebantur, cum [138] ipsum Capitolium Senones occupauerunt. Et [139] bene quod si quid aduersi accidit vrbibus, eædem clades templorum quæ & mœnium fuerunt: vt iam hoc reuincam, non à deis euenire, quia & ipsis euenit.

Sæpius obiecerunt Christianis calamitates suas aliæ gentes, temerario (vt diximus) odio simultatis magis, quàm quòd crederent indignati deos noua religione. nam ante id tempotis incendium vrbis à Neronе in Christianos reiectum est. multis deinde post annis vltimam vrbis deuastationem eadem causa accidisse plerique hominum dictitabant: in qua re diluenda diuus Augustinus suam Ciuitatem maiori ex parte condidit. Tertullianus autem breuitet more suo calumniam eiusmodi ridiculam esse per rationem temporum ac textes ab ipsis aduersarijs reuincit: & in enumeratione maiorum calamitatum (nulla enim iam Samos est, nulla Delos inter insulas) quæ ante Christum obuenere, magis semper aduersarios vrget, communibus omnium gentium infortunijs prouinciales vicinósque adiungens. Pompeij siquidem oppidum in Campania, & Volsinium Tusciæ. Vltimo loco ad propria ipsotum Romanorum deuenit: tantúmque abest, inquit, vt ira vel ope vestrorum deorum eiusmodi iniuriæ inferantur, vt plurimæ huinano generi accidetint priusquam nascerentur. Saturnia enim & Ianiculum oppida à Saturno Ianóque condita nullus non confitetur, & ab alijs alia quamplurima post cataclysmum vniuersaléque diluuium, alioqui nulla eorum monumenta restarent. Cum itaque tanta generis humani internecio præcesserit vestros deos vt posthumi sint illius, concedendum allam habuisse causam. Atqui quando est tanta iam superstitione, à vobis venetati periuri Annibalis causám aut impiorum Gallorum partes potius quàm veltras fuscepisse credendum, si qua fuissent vnquam potestate præstantes. Ex quo illud etiam obiter cognoscitur, quàm bene sit & opportunè, vt nulla vnquam oppida expugnentur, quin & templa deorum simili damno mulctentur. certius enim colligitur aliunde pendere tantorum causám malorum.

Semper humana gens malè de Deo meruit. primo quidem vt inofficiosa eius, cum intelligeret ex
B parte, non requisiuit, sed & alios insuper sibi commentata est quos coleret: dehino quod non inquirendo innocentiæ magistrum, & [140] nocentiæ iudicem & exactorem, omnibus vitijs & criminibus inoleuit. Ceterum si requisisset, sequeretur vt cognosceret & recognoscereet requisitum, & recognitum obseruaret, & obseruatum magis propitium experiretur quàm iratum. Eundem ergo nunc quoque scire debet iratum, quem & retro semper priusquam Christiani nominarentur. Cuius bonis vtebatur ante editis, quàm deos sibi fingeret: cur non ab eo etiam mala intelligat euenire, cuius bona esse non sensit? Illius rea est, cuius & ingrata.

Disiecta falsæ causæ opinione, veram substituit, Deum ostendens, qui ante omnia & per quem omnia, tribus iustis de causis humano generi, veluti irarum, iustitiæ legibus vti & malè de se merentes malè aliquando tractare. Prima est, quod homines licet indocti reos se diuinæ maiestatis fecerunt, quod quem aliqua ex parte intelligerent (nam per ea quidem quæ videmus, facilè in cognitionem venimus eorum quæ non videntur à nobis. Cœli siquidem enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum) neglexerunt: doctiores verò quod pro comperto habentes, quicquid moueatur, ab alio moueri, neque in infinitum esse processum: aliquid tandem immobile confiteri debuerint, qui Deus est: præterea cum nihil à seipso generetur, ad eam denique causam deuenire, quæ increata & immobilis alia omnia mouear & generet. Per hos itaque naturæ igniculos cum aliqua Deum intelligetent, tantum abfuit vt studio eius cognitionem augerent aut indagarent, vt alios sibi deos temere fingerent, & creatis (vt inquit Apostolus) diuinum honorem tribuerent creatore neglecto. vnde secundæ causæ aditus est factus, vt virtutis scilicet autore & duce repudiato, omni genere vitiorum contaminati meritò plectantur: id quod in contrarium recidisset, si prælucentibus naturæ factibus, verum Deum requisissent. tantam enim illius numinis maiestatem vimque cognouissent, vt pro suis quisque viribus ipsum coluissent, maximáque pietate prosecuti essent, atque ita semper propitium (vt pridem quandoque) sensissent, quem nunc iratum experiuntur, expertíque sæpenumero fuere multo ante sectam Christianam. ex quibus tertia exorta est causa ingratitudinis. Cum enim iam à principio mortales fructum bo-
C norum quæ parauerat ediderátque Deus ceperint, & immemores aut nullam gratiam habuerint, aut in indignos transtulerint, quid mirum, si cuius bona sentire noluerunt, mala tandem experiantur?

Et tamen si pristinas clades comparemus, leuiora nunc accidunt, ex quo Christianos à Deo orbis accepit. Ex eo enim & innocentia seculi iniquitates temperauit, & deprecatores Dei esse cœperunt. Denique [141] cum ab imbribus æstiua hyberna suspendunt, & annus in cura est, vos quidem, quotidie pasti ftatimq; prænsuri, balneis & cauponis & lupanaribus operati, [142] Aquilicia Ioui immolatis, nudipedalia populo denunciatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila de laqueatibus expectatis, auersi ab ipso & Deo & cœlo. Nos vero ieiunijs aridi, & omni continentia expressi, ab omni vitæ fruge dilati, in sacco & cinere volutantes, inuidia cœlum tundimus, Deum tangimus, & cum misericordiam extorserimus, Iupiter honoratur. [143] Vos igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices semper, apud quos Deus spernitur, statuæ adorantur. Etenim credibilius haberi debet eum irasci qui negligatur, quàm qui coluntur. aut næ illi iniquissimi, si propter Christianos, etiam cultores suos lædunt, quos separare deberent à meritis Christianorum. XLI.

A collatione. *Amplius*, inquit, tantum abest vt Christiani sint in causa calamitatum, quibus orbis terratum affligitur, vt affirmare proculdubiò possim, ex quo talis disciplina introducta est, multo minores incubuisse clades. Si enim Deus tangitur ira, & precibus mortalium conciliatur, gratiórque est illi continentia quàm libido atque luxuria, Christianos nimirum deprecatores magis quàm alios accipiet. nam in comparatione institutionum, quibus in eiut-

modi casibus vtitur vter que noſtrum, liquidò appatet quanta cum virtute preces nos fundimus, tanta vos impietate contendere. Si enim ſudum ſit, & tamdiu ſerenus aër deneget imbres, vt æſtiua continuentur cum hybernis, & maxima ſollicitudine torqueantur eius anni homines, vos nullum intemperantiæ genus remittentes, pedibus tantum nudis proceden tes, creditis nouo genere ſacrificij, aquilicijs ſcilicet exipſis laquearibus Capitolij deſcendere nubes. Nos verò eo tempore quo magis miſeticordiam Dei exoremus, continentiam geminamus, & in omnia humilitatis genera deſcendimus. Ieiunijs, ecce, cinere voluntates quidem noſtras contundentes caſtigantéſque, cœlum verò ipſum in inuidiam penè & in crimen vocantes, quod ram mœſtis afflictiſque hominibus pluuiam deneget: cúmque noſtra deinde opera propitius Deus pluat, vos Iouem Capitolinum quaſi eius munetis autorem venetamini. Vnde iuſtiotibus de cauſis inferre poſſimus, in vos omnes eadem merito dici poſſe quæ Chtiſtianis imputantur. Nam ſi quis Dei cultus eſt, & ſtatuis id mortalium dedicetis, nónne in terras iram Dei allicitis, vt vobiſcum omnes alij plectantur? profecto quicunque libet eſt ab odio, iudicabit vos equidem inter homines importunos eſſe & noxios, & quibus incommoda publica aſcribi debeant. Quod ſi dij veſtri quos tanto ſtudio collitis, benigni ſunt, calamitates tamen non defendant, teſtat vt ab alio quod negligitis numine prouenient: alioquin ſi poſſint illi auertere, nec velint, iniqui ſunt, & nulla benemetentium gratia mouentur, quoniam inſontes vos à nocentibus non ſegregent. D

Hoc, inquitis, & in Deum veſtrum repercutere eſt. Siquidem & ipſe patiatur propter prophanos etiam cultores ſuos lædi, admittite prius diſpoſitiones eius, & non retorquebitis. qui enim ſemel æternum iudicium deſtinauit poſt ſeculi finem, non præcipitat diſcretionem, quæ eſt conditio iudicij, ante ſeculi finem. Æqualis eſt interim ſuper omne hominum genus & [144] indulgens & increpirans. communia voluit eſſe & commoda profanis, & incommoda ſuis, vt pari conſortio omnes & ſeueritatem experiremur. qui æquitatem didicimus apud ipſum, diligimus lenitatem, metuimus ſeueritatem: vos contra vtrámque deſpicitis: & ſequitur vt omnes ſeculi plagæ nobis ſi fortè in admonitionem, vobis in caſtigationem à Deo obueniant. Atquin nos nullo modo lædimur: in primis quia nihil noſtra refert in hoc æuo niſi de eo quàm celeriter exceſſere: dehinc, quia ſi quid aduerſi infligitur, veſtris meritis deputatur. ſed & ſi aliqua nos quoque perſtringunt vt vobis cohærentes, lætamur magis recognitione diuinarum prædicationum, confirmationum ſcilicet fiduciam & fidem ſpei noſtræ. Sin verò ab eis quos colitis, omnia vobis mala eueniunt noſtri cauſa, quid colere perſeueratis tam ingratos, taminiuſtos? qui magis vos in dolore Chriſtianorum iuuare & aſſerere debuerant, quos ſeparare deberent à meritis Chriſtianorum. E

Quam Tertullianus anſam aduerſarijs dediſſe videbatur, è manibus nunc aufert, ignorantiæ addicens. Cùm enim miſericordiæ iuſtitiæque diuinæ participes omnes homines eodem tempore fiant, & gentes aliæ cum Chriſtianis, & Chriſtiani cum alijs plectantur, à quocunqueid numine eueniat, iniquum videbatur ijs qui tempſam de proximo intuerentur. Chriſtiani verò homines prouidentiæ œconomiæque Dei conſcij, æquo omnia ferentes animo, ab eo ordine ſeriéque rerum quam à principio deſtinauit in nobis nimirum tecedere arbitrantur. Cùm enim conſtituerit Deus in clauſula ſeculorum iudicate omnes homines, nimium inuidioſè videretur aut improbè, ſi quos ad arbitrium ſuum in tertis viuete voluerit, ſub ijſdem conditionibus ante ſtatutum tempus, & quaſi indicta cauſa viribus iudicij exercerentur diſtinguerentúque mortales. Sed & quos amat Deus tanquam filios ſtatim corrigit, ita vt bonorum hic animos leniter expurget, malos in grauiores pœnas reſeruet. Timentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. ſeueritate ſiquidem diuina admonentur, à qua cæteri puniuntur. Sed quantumuis ab iniurijs conflictentur Chriſtiani, tribus potiſſimum cauſis perſuadentur nullo vnquam affici detrimento. primò quia cùm ſe peregrinos, in terris agere ctedant, quo citius vitam cum morte commutantes, ad veram patriam peruenerint, eo magis ſecum feliciter autumant, vt qui ad mortem cruciatúſque diſtracti canere ſolent. Reſpice anima mea in requiem tuam, quoniam Deus beneficit tibi. Deinde quicquid intetea perpetiuntur, aſcribitur illis à Deo intet veta certáque merita. Poſtremò in his malis tantum abeſt vt Chriſtiani pettutbentur, vt ex his fiduciam maiorem & quaſi atrabona accipiant promiſſorum bonorum, cum eadem recognoſcant à ſacris vatibus tanto prius tempore prædicta vnde veſtta ſunt omnia hæc mala. Si verò (vt dictatis) noſtra culpa ſæuiant dij, admiror patientiam veſtram, qui tam ingratos colatis & iniquos. debuerant illi egregiam erga vos operam nauare, & beneficentiores eſſe, vos iamdudum ſibi, quaſi ſuos aſſerentes comptehéndetéſque, vt inuidia ſimul & dolore deſtituti Chriſtiani diſtumperentur, nedum ſeorſum ab illis vos ſeiungere, expetteſque facere noſtrorum demeritorum. F

XLII. [145] Sed alio quoque iniuriarum titulo poſtulamur; & infructuoſi in negotijs dicimur. quo pacto homines vobiſcum degentes, eiuſdem victus, habitus, inſtructus, eiuſdem ad vitam neceſſitatis? neque enim [146] Brachmanæ, aut [147] Indorum gymnoſophiſtæ ſumus, ſyluicolæ & exules vitæ. Meminimus gratiam nos debere domino Deo creatori, nullum fructum operum eius repudiamus. planè temperamus, ne vltra modum aut perperam vtamur. Itaque non ſine foro, non ſine macello, non ſine balneis, tabernis, officinis, [148] ſtabulis, nundinis veſtris, cæteriſque commercijs cohabitamus in hoc ſeculo. nauigamus & nos vobiſcũ & [149] militamus, & ruſticamur, & mercamur, proinde miſceſſus artes, opera noſtra publicamus vſui veſtro. Quomodo infructuoſi videamur negotijs veſtris, cum quibus, & de quibus viuimus, non ſcio. Sed ſi cerimonias tuas non frequento, attamen & illa die homo ſum. non lauor diluculo [150] Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam: attamen lauor honeſta hora & ſalubri, quæ mihi & calorem & ſanguinem ſeruet. [151] rigere & pallere poſt lauacrum mortuus poſſum. [152] Non in publico Liberalibus diſcumbo, quod beſtiarijs ſuprema cœnantibus mos eſt: attamen vbi de copijs tuis cœno. [153] non emo capiti coronam. quid tua intereſt, emptis nihilominus floribus quomodo vtar? puto gratius eſſe liberis, & ſolutis, & vndique vagis.

A gis. Sed & si in cotonam coactis, nos coronam naribus nouimus, viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non conuenimus: quæ tamen apud illos cœtus venditantur, si desideraueró liberius de propriis locis sumantur. Thura planè non emimus. Si Arabiæ queruntur, [114] scient Sabæi pluris & carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quàm dijs fumigandis. Certè, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipes quotuisquisque iam iactat. non enim sufficimus & hominibus & [115] Deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus alijs quàm petentibus impertiendum. Denique porrigat manum Iupiter, & accipiat, cùm interim plus nostra misericordia insumit vicatim, quàm vestra religio templatim. Sed cætera vectigalia gratias Christianis agunt ex fide dependentibus debitũ, qua alieno fraudando abstinemus: vt si ineatur quantum vectigalibus pereat fraude & [116] mendacio vestrarum professionum, facile ratio habeti possit, vnius specici querela compensata pro commoda cæterarum rationum.

Contra maximas huc vsque calumnias disputatũ est à Septimio, Iæsæ & diuinæ humanæ majestatis, quotũ reatus morte mulctari solet. quæ tellus vulgares penitus sunt, & ex odij abundantia ab infima indigenti; plebe in Christianos profusæ. deriuantur sanè ex eodem fonte immutatæ religionis. nam cum Christiana lex ita componat animos hominum, vt omnia cum virtute peragant, necesse erat vt eius sectatores in multis tebus aliorum viuendi ratione dissentirent. cum itaque Christiani homines immodestos quosdam mores exuti haud ita frequentes tabernis, balneis officinisque vterentur, iudiciorúmque contentiones summopere deuitarent, factum est vt apud multitudinem genus hominum appellaretur non modo extraneum, sed inutile quidem & nullius inter homines vsus, vt à quibus nihil compendij aut lucri sperari posset. Quæ maxima quidem iniuria est contra ciues. Nati enim ea conditione sumus omnes, vt non modo nobis, sed alijs etiam prodesse debeamus. Tertull. igitur vetab hac quoq; calumnia Christianos liberet, quàm immeritò talia de Christianis iactentur ostendit à simili potissimum, & à dissimili reprobans auaritiam simul & inepcias plebis. Nam si, inquit, Christiani aliquam oceani insulam quomodo gens illa supertitiosissima Brachmanarum incolerent seorsum ab alijs hominibus, aut in syluis velut Indorum philosophi gymnosophistæ
B relegati viuerent, poterant aliquo modo infructuositatis accerſitii verum cum eadem loca, eundem cultum, eadem vitæ necessitates prosequantur, vobiscum eadem munia obeuntes, non video cur eius nominis insimulari possint, nisi forte in epularum balneorúmque ratione modum tempúque legitimum seruare, vitaréque luxuriam, reponatur in culpa. Quid ergo mininus ego mereat vocari ciuis, si aut crudus aut temerè nolin quacunq; hora vobiscum in balneum descendere, à quo facilè & pallete rigetéque possim? nanque hoc mihi mortuo licebit. Si verò in ludis liberalib. in publico coniuari non placet, quid hoc ego magis importunus ſio rebus humanis? damnandus hic mos potius erat. nam & qui bestijs damnantur, ita palàm ad nouissimas epulas discumbunt. Præterea si mihi flores emo, vt manibus rantummodo gestare iuuet, aut spargete potius dum cœno, quàm capita corollis adumbrare, nónne magis rationi cõsentaneum, vt odorati suauéque colorati flores natib. potius admoueantur & oculis, quam inutiliter capiti? at si ad cœtus nundinásque non venio ad merces emendas, sed potius in sua quemqueta beberna opificem instructéque cõuenio, nónne ciuiras de meo facit eundem quæstum? sed ne mercatores quidem exotici conqeri de Christianis meritò possunt. nam si odores Arabicos ad sussitus deorum non emimus, in sepeliendis tamen cadaueribus maiorem copiam thuris absumimus. Quod si templorum æditui clamitent, ex quo Christiani sunt, carbonas fieri indies maligniores, neque ideo nos minus viiles hominibus, aut in deos magis impios etedant, quum pauperiores elecemosynis nostris subleuentur, ita vt multò plus per singulos vicos hominibus patentibus stipem impendamus, quàm vos dijs vestris per templa offeratis. Cæterum tantum abest vt inutiles nos ciuitates existimet, vt maiorem à nobis in suis vectigalibus prouentum experiantur, qua compensatione omnis ciusmodi querela facilè tolli potest. nesciunt enim Christiani fallere, summoque studio cauent ne fraudem aliquam committant, tributorum vectigaliúmque debita semper ex fide dependentes, quæ alij omnes minus semper quàm inferant profitendo, defraudare gestiunt. Igitur cum dissimiles omnia degamus ab ijs qui in fructuosi habentur neque adeò nostra viuendi ratio sit à vestris vsibus aliena, quamobrem dicimur in negocijs inutiles, & in homines minus officiosi?

XLIII.

C [117] Planè confitebor qui conqueruntur. nam si qui fortè verè de sterilitate Christianorum conqueri possint primi erunt lenones, [118] perductores, [119] aquarioli, tum ſicarij, venenarij, magi: item arioli, aruspices, mathematici. his infructuosos esse magnus fructus est: & tamen quodcunque [120] dispendium est rei vestræ per hanc sectam cum aliquo præsidio compensari potest. quantos habetis, non dico [121] qui iam de vobis dæmonia excutiant, non dico iam qui pro nobis quoque vero Deo preces sternant, quia fortè non creditis, sed à quibus nihil timere possitis.

Quæcunque dicuntur ad persuadendum, duabus præcipuè rebus aut ratione, aut personarum auroritate communiri solent: ita sit vt modo ratio in oratione examinanda sit, vtrum necessariò aut probabiliter concludat, modo de personarum qualitate discreparí conueniat, si ciusmodi sint vt fidem facere possint. non enim quicquid à quoquam dicitur ptobandum: neque si prodigus nimium perparce fieri sumptus queratur, idcirco assentiendum. Cùm igiuir Tertullianus tationes eorum qui Christianos dicerent, detrimento ciuitatibus esse confutasset, à qualitate nunc personarum ostendit, non modo non acipiendas esse talium querelas, sed lucto potius gratiæque ponendas. Sunt enim tria hominum genera qui de Christianis potissimum conqueruntur, ciuitatibus omnibus maximè importuni. Qui enim magis animis hominum insidiantur, quàm lenones, internuncij, & aquatioli, id estimpudicarum mulierum (vt inquit Festus) sotdidi adfectæ? Quænam feræ in corpora mortalium tam atrociter sæuiunt, quàm sicarij, venenarij, veneficique homines? qui porrò rebus maiori fraude insidiantur, quàm aruspices, Chaldæi, mathematicique ili omnes, qui prædicere omnia profitentur? nimirum ciusmodi homines à secta Christiana deprehensi, meritóque damnati lamentantur maligniores nunc esse quæstus; cum quod illis deperit inhonestis, addatur ingenuis, & magnus sit prouentus alijs illorum detrimentum. Sed videte quàm inulta vero consonant. Esto accipiant vrbes aliquod à Christianis damnum, tantum adest ex alia parte boni, vt cumulatè compensatum

æquius ferri possit. nam (vt omittam à vobis expelli per Christianos infestos dæmonas, & pro vobis verum Deum quotidie deprecari) quotquot Christianos habent ciuitates, totidem homines habent à quibus nihil timentes sperare omnia bona possunt. Ea enim nostra lex est, quæ omnibus benefacientes, nullis est detrimento præcipiar. D

XLIV. [162] At enim illud detrimentum Reipublicæ tam grande quàm verum nemo circumspicit, illam iniuriam ciuitatis nullus expendit, cùm tot iusti impedimur, quum tot innocentes erogamur. Vestros enim iam conteſtamur actus, qui quotidie iudicandis custodijs præsidetis, [163] qui sententijs elogia dispungitis: tot à vobis nocentes varijs criminum elogijs recensentur, quis illic ſicarius? [164] quis manticularius? quis ſacrilegus, aut corruptor, [165] aut lauantium prædo? quis ex illis etiam Christianus ascribitur? aut cùm Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes, de vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiæ saginantur, de vestris semper munerarij noxiorum greges pascunt. nemo illic Christianus, [166] nisi planè tantum Christianus, aut si & aliud, iam non Christianus.

Quemadmodum polyandria, id est multitudo ciuium maximè optranda est cuique Reipublicæ, neque ab alia aliquare maiora commoda expectare debet vlla ciuitas: quàm à suorum ciuium frequentia, vnde leges de maritandis ordinibus prodierunt, iúſque trium liberorum: ita nulla perniciosior Reipublicæ calamitas accidere potest, quàm amissio ciuium & solitudo, quod ex offensione belli, aut aliqua pestilentia intelligi potest, aut quacunque ciuili discordia, vbi optimi ciues aut periclitantur, aut rolluntur è medio: perinde ac omnibus locis eueniebat, in quibus Christiani exagitabantur. quam rem secum Tertull. reputans: Vestra, inquit, Romani ridicula charitas est in Rempublicam, quæ minimo damno infimæ plebis commota, quod maximum est & verum detrimentum negligit, damnatio scilicet & diuexatio optimorum virorum, quam quoties Christianos damnatis exercetis. Tunc enim Rempublicam iustis optimisque ciuibus orbatis, quod facilè vobis per inductionem persuaderi potest, quam de vestris actibus eruam à vestris iudices sententijs, quibus elogia titulique nocentum quos in custodijs continetis, definiris atque vltimam manum imponitis. Si igitur quum à vobis scelesti recensentur, neque Christianos inter sicarios & homicidas, neq; inter manticularios & fures crumenarúmque attrectatores, neque inter sacrilegos, neque inter id genus facinorosos homines deprehenditis (tales enim inter nos non admittimus) pater nos esse innocentes, atque adeò iniustè cum & cum maximo Reipublicæ damno damnati. Quod si tamen inter scelestos vestri generis homines, quorum ea multitudo est, vt refertus carcer æstuare videatur, & fodinæ metallorum suspirate, de quibus etiam bestiæ saginantur: & munerarij, id est ciues illi qui spectacula populo ædunt, greges sibi parant ad eiusmodi munera: Christiani quoque homines annumerantur, ij nullo alio titulo damnantur quàm quod Christiani sunt. nam si quò præterea eulogio insignirentur, vt furti, & homicidij, iam Christiani non sunt, neque eiusmodi homines in talem amplius sectam recensentur. E

XLV. [167] Nos ergo soli innocentes. Quid mirum si necesse est? Enimuero necesse est, innocentiam à Deo edocti, & perfectè eam nouimus, vt à profecto magistro reuelatam, & fideliter custodimus, vt ab incõtemptibili dispectore mandatam. Vobis autem humana æstimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperauit, inde nec plenæ, nec adeò timendæ estis disciplinæ ad innocentiæ veritatem. Tanta est prudentia hominis ad demõstrandum bonum, quanta autoritas ad exigendum, tam illa falli facilis, quàm ista contemni. Atque adeò quid plenius, dicere, Non occides? an *Matth. 5.* docere ne iracsaris quidem? Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria concupiscentia arcere? Quid eruditius, de maleficio, an & de maliloquio interdicere? Quid instructius, iniuriam non permittere, an nec vicem iniuriæ sinere? dum tamen sciatis ipsas quoque leges vestras quæ videntur ad innocentiam pergere de diuina lege vt antiquioris formæ mutuatas. [168] Diximus iam de Mosi ætate. Sed quanta autoritas legum humanarum? quum illas etsi euadere homini contingat, & plerumque in admissis delitescere, & aliquando contemnere ex voluntate vel necessitate delinquendi, recogitata etiam breuitate supplicij cuiuslibet, non tamen vltra mortem remansuri? [169] Sic & Epicurus omnem crucitatum dolorẽmque depreciat, modicum quidem contemptibilem pronunciando, magnum verò non diuturnum. Enimuero nos qui sub Deo omnium speculatore disp̃ungimur, quique æternam ab eo pœnam prouidemus, meritò soli innocentiæ occurrimus, & [170] pro scientiæ plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus non diuturni, verùm sempiterni, cum timentes quem timere debebit & ipse, qui timentes iudicat, Deum non proconsulem timentes. F

Symperasma sanè probabile. nam si qui caient scelere sunt innocentes, Christiani vt ex vestris actibus probatum est, scleribus carent; sunt ergo innocentes: id quod nemini mirum videri deber, imò aliter fieri non posse, si autorem innocentiæ nostræ disciplinæque rationem contemplatus cum aliarum gentium legislatoribus conferat. Deus enim præceptor noster est, qui quum olim alloquutus sit maiores nostros per prophetas, nouissimè loquutus est nobis in filio, qui sanè talis est, vt à discipulis sectatoribúsque suis duo illa, quæ potissimùm in vnaquaque methodo desiderantur, de se maximè probet, vt perfecta scilicet sint & vera quæ docuit. Nihil enim non perfectum à Deo manat, ac eius autoritatis vt contemni non possit. Quid enim aut latere Deum potest, aut viribus eius resistere? vobis autem leges innocentiæ præscripserunt homines, quorum iudicium & autoritas ea est, vt illud facilè falli possit, hæc autem negligi. Sed verba nunc nostrorum dogmatum perpendantur, quæ Christus non in tabulis lapideis ceratisve, sed in pectoribus nostris inusserit tanta virtute prædita, vt commenta omnia humana, quibus philosophia mores animorum concinnari studeat longè superauerit. Finguntilla quidem studio sum hominem, Christus verò præstat, non modo cnim ille facinora damnat, aut voluntatem in scelera pronam, sed motus ipsos naturales

non

A non necessarios statim resecat, ita vt homo per Christum renatus, seipsum abneget. Vestris siquidem legibus cauetur, ne homicidium committatur, Christianis verò præceptis, vt ne irascamur quidem. At quid plenius absolutiúsque est dicere, non occides, an ne irascaris quidem? nimirum & illud profectus oculos à sua voluptate continere, quàm adulterium cohibere? atque ita de singulis. Sed & vos obiter illud recognoscite, quasecunque leges innocentiæ sanxistis, ab exemplari diuinæ legis esse mutuatas: vt quum de Mose agebamus intelligi potuit: nunc verò pœna negle&tæ legis vtrinque expendatur, cuius sanè metu continentur homines plerumque in ordine. Leges enim humanæ earúmque ministri paucos ex his qui eas non seruent deprehendunt, & deprehensos puniunt: & facilè plerunque est aut delitescere aut euadere. Et si voluntas vehemens vrgeat aut necessitas, etiam contemnere. Recogitatis enim nullum post mortem scelera mancre supplicium, & quamdiu vixerit aliquis, dilemma quod in suis Cyriadoxis posuit Epicurus, satis ostendit omnem esse dolorem negligendum. At nos quum legislatorem habeamus, qui nostra quoque pectora penetret, & ab eo dijudicemur, qui docuit æternam animis pœnam aut præmium constitutum, cuius plena & perfecta scientia est, quem, vt diximus, nullos latere potest, quid mirum si soli innocentiam amplectamur, timentes illum, quem is aliquando etiam timebit, qui respectum magis habens ad homines quàm ad Deum, damnat timentes Deum, absoluit autem proconsulem prætorémve timentes.

[[171] Constitimus, vt opinor, aduersus omnium criminum intentionem, quæ Christianorum XLVI.
sanguinem flagitat. Ostendimus totum statum nostrum, & quibus modis probare possimus ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet & antiquitate diuinarum litterarum. item ex confessione spiritualium potestatum. Quis nos reuincere audebit non arte verborum, sed eadem forma qua probationem constituimus de veritate? Sed dum vnicuique manifestatur veritas nostra, interim incredulitas [172] dum de bono sectæ huius obducitur (quod vsui iam & de commercio innotuit) non vtique diuinum negocium existimat, sed magis philosophiæ genus: Eadem, inquit, & philosophi monent & profitentur, innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo
B quibus comparamur de disciplina, proinde illis non adæquamur ad licentiam impunitatémque disciplinæ? vel cur & illi vt pares nostri non vrgentur ad officia, quæ nos non obeuntes periclitamur? quis enim philosophum sacrificare, aut deierare, [173] aut lucernas metidie vanas proferre compellit? [174] Quinimmo & deos vestros palàm destruunt, & superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis. Plerique etiam in principes latrant sustinentibus vobis. Et facilius statuis & salariis remunerentur, quàm ad bestias pronunciantur. Sed meritò. philosophi enim non Christiani cognominantur. Nomen hoc philosophorum dæmonia non fugat; quidni? quum secundum Deos philosophi dæmonas deputant. [175] Socratis vox est, Si dæmonium permittat. Idem & quum aliquid de veritate sapiebat, deos negans, Æsculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine jubebat. Credo ob honorem patris eius, quia Socratem Appollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum: sapientiæ testimonium reddidit ei viro, qui negabat deos esse.

Cùm longior in dicendo Tertullianus fuisset, breui epilogo iudicum animos reficit, duo præcipuè illis, quæ totius orationis maxima sunt capita ac veluti scopi, commemorans: quod scilicet criminum calumniam disjecerit, quibus Christiani damnantur, atque eius sectæ statum esse à Deo ossederit, ijs quidem rationibus, quas haud sanè quisquam reuincere potest: si modo sophistarum commentis relictis, nihil enim est quod verbo redargui non possit, in rei simplicitate verse tur, quomodo scilicet nos formam veritatis constituimus. Atque ex hoc loco perorandum fuisset, nisi nonnullorum contumacia constaret, nobis aliud ex incredulitate negocium facessens. Nam cùm ipsi ex diuturno iam commercio eum Christianis perfuideantur, & vi quodammodo cogantur confiteri talem sectam bonam esse, & bonorum studiosam, attamen quale est incredulitatis ingenium, gloriam eius rei ad alios autores retorquere conanturneque alia per Christum decerni, quàm quæ olim à philosophis inuenta disputatáque sint, oblatrant. restat igitur vt collationem eorum faciamus, quo certius appareat Christianum dogma non ab homine pendere, neque ex homine
C propagatum, si tamen illud prius quæramus. Cur si Christianorum disciplina eadem est, quæ & philosophorum, non eodem quoque modo accipiatur. Debebat enim comparationis argumentum paria vtrique facere: & qua licentia philosophi vtuntur in docendis suis placitis, permittere quoque Christianis: tursus quæcunque iubentur Christiani philosophos non excludere, vt illi quoque & sacrificare, & per genium Cæsaris deierare cogerentur. quod si per festos Cæsarum dies pro foribus exornatis lucernas in meridie, quando lucente vera face solis, nullo opus est lumine, non inflammarent, fraudi petinde illis esset atque Christianis: nimirùm lex illa iniqua quæ de æqualibus non æquabilitet prometretur. Quod si philosophos dicas, ob eam causam impunè quæcunque fari, quia deos vestros non impugnant; neque Cæsarum maiestatem lædunt, falsa penitus hæc est obiectio atque ridicula. nam quam vos potissimum sectam probatis, multis suis scriptis & Latinis & Græcis omnem deorum censum penitus tollit, atque ea vetborum libertate semper illi vtuntur, vt ne principibus quidem parcant in dicterijs cauillisque suis: vos tamen tantum abest vt bestijs, quomodo Christianos, obijciatis, vt salatiis quoque aut conducaris, aut alatis, & positis statuis famam illorum ptopagetis. Sed totum hoc odium (vt à principio dicebamus) nominis est non rei, quod à contratia ratione sumitur. nam illud potius amandum fuerat quod maioris esset autoritatis & emolumenti. Per Christi siquidem nomen malos vobis dæmonas expellimus, quod per nullius philosophorum non licet. neque id mirum, quum illi dæmonas pro dijs habeant & venerentur: quod quum alij quamplurimi, tum Socrates ille restimonio Pythij Appollinis sapiens iudicatus duobus comprobat argumentis. Nam quum dæmone quodam vteretur, nihil de se nisi fecundum illani exceptionem promittebat. Si per genium licebit. & in carcere gallinaceo fecit Æsculapio. In qua re non possum satis admirari & hominis & eius. Dei inconstantiam: ille quum deos nullos esse diceret. Æsculapio tamen sacrificauit: hic sapientem iudicauit, qui sua negaret numina.

In quantum odio flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide præstat, offendit. Qui autem adulterat & affectat, *hoc* maximè nomine gratiam pangit apud infectatores veritatis, qua illusores &

corruptores. Mimicè philosophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt, vt qui gloriam captant. Christiani eam necessariò appetunt, & integrè præstant, vt qui saluti suæ curant, adeò neque de conscientia, neque de disciplina, vt putatis, æquamur. D

De eadem fidelia (vt aiunt) duos nunc Tertullianus parietes dealbat. Dum enim opponit quæ sit inter Christianos & philosophos differentia, rationem quoque assignat, quamobrem alteros gentes ament, alteros tanto odio persequantur. Vetus quippe adagium est, Veritas odium parit: ita à contrario hypocrisis beneuolentiam, apud eos maximè qui voluptatibus implicati veritatem insectantur. Hanc itaque Christiani quum necessariò inquitant, ac pro viribus fideliter præstent, id est ὑπερβολῇ, neque dissimulent vllo modo, vt qui ex ea salutem sibi finem propoluerint philosophi contra veritatem tantùm per cuerent, quantum ad gloriam assequendam faciat, quo fine propolito necesse habent à veritatis tenore in gratiam hominum declinare: manifestum fit, quamobrem Christianos plerique hominum fugitent. Accedit etiam talem esse rationem philosophorum, vt quum videantur affectare veritatem, eo nomine & causa maiorem sibi gratiam conciliant apud homines, quàm ij qui liberè illudunt atque corrumpunt. Veritatis igitur illi nomine aburentes, veluti mimi aliter re ipsa se habent. Quocirca alia est conscientia Christiano, alia philosopho: & quum in fine vterque maximè differat, distare quoque disciplinam necesse est.

[176] Quid enim Thales ille princeps physicorum scisciranti Cræso de diuinitate certum renunciauit, commeatus deliberandi sæpè frustratus? Deum quilibet opifex Christianus & inuenit, & ostendit, & exinde totum quod à Deo quæritur, re quoque assignat: [177] licet Plato affirmet factitatorem vniuersitatis, neque inueniri facilem, & inuentum enarrari in omnes difficilem. [178] Cæterum si de pudicitia prouocemus, lego partem sententiæ Atticæ in Socratem corruptorem adolescentium pronunciatam. Sexum nec fœminæum mutat Christianus. [179] Noui & Phrynen meretricem Diogenis supra recubantis ardorem subantem. [180] Audio & quendam Speusippum de Platonis lchola in adulterio perisse. Christianus vxori suæ soli masculus nascitur. [181] Democritus excæcando semetipsum, quod mulieres sine concupiscentia aspicere non posset, & doleret, si non esset potitus, incontinentiam emendatione profitetur. At Christianus saluis oculis fœminam videt, animo aduersus libidinem cæcus est. Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus [182] Diogenes superbos Platonis thoros alia superbia deculcat: Christianus nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, [183] ecce Pythagoras apud Thyrios, Zeno apud Prienenses tyrannidem affectant: Christianus vero nec ædilitatem. Si de æquanimitate congrediar, [184] Lycurgus apocarteresin optauit, quod leges eius Lacones emendassent: Christianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide comparem, Anaxagoras depositum hostibus denegauit: Christianus etiam extra fidelis vocatur. Si de simplicitate consistam, [185] Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excedere fecit: Christianus nec inimicum suum lædit. Idem Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur, quàm [186] Plato a Dionysio ventris gratia venditatur. [187] Aristippus in purpura sub magna grauitatis superficie nepotatur. & [188] Hippias dum ciuitati insidias disponit, occiditur. hoc pro suis omni atrocitate dissipatis, nemo vnquam Christianus tentauit. E

Post totius summæ breueni comparationem ad partes descendit. & quid primò differat in theologia; quæ totius philosophiæ scopus est & finis, disciplina philosophorum à Christiana exemplo Thaletis demonstrat. nihil enim philosophi de Deo certi proferre ausi sunt, vix per negationem edocentes quod cum affirmatione vulgaris quilibet Christianus commonstrare poteſt. Deinde partes eius philosophiæ, quæ ad mores pertinet, examinans, exemplis per virtutis capita productis admonet, quàm negligentiores semper illi fuerint & incontinentiores, quàm Christiani, qui multò arctioribus circunstantijs virtutem circumscribentes sibi melius imperare, atque affectus omnes sedare didicerunt.

[189] Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam à regula disciplinæ, desinunt tum Christiani haberi penes nos, philosophi vero illi cum talibus factis in nomine & in honore sapientiæ perseuerãt. Quid adeo simile philosophus & Christianus, Græciæ discipulus & Cœlizfamæ negociator & vitæ? verborũ & factorum operator? rerũ ædificator & destructor? amicus & inimicus erroris? veritatis interpolator & integrator? furator eius & custos. [190] Antiquior omnibus ni fallor? & hoc mihi proficit antiquitas præstructa diuinæ litteraturæ, quo facilè credatur thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientiæ. Et si non onus iam voluminis temperarem, etiam excurrerem in hanc quoque probationem. Quis poëtarum, quis sophistarum, qui non omninò de prophetarum fonte potauerit? inde igitur philosophi sitim ingenij sui rigauerunt, vt quæ de nostris habent, ea nos comparent illis, [191] inde opinor & à quibusdam philosophia quoque ejecta est, à Thebanis dico, à Spartiatis, & Argiuis, dum nostra conantur, & homines gloriæ (vt diximus) & eloquentiæ solius libidinosi, si quid in sanctis scripturis offenderunt digestis, pro instituto curiositatis ad propria opera verterunt, neque satis credentes diuina esse, quo minus interpolarent, neque satis intelligentes, vt adhuc tunc sub nubila, etiam ipsis Iudæis obumbrata quorum propria videbantur. Nam & si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata mutabat, per quod incertum misceuerunt etiam quod inuenerant certum. Inuentum enim solùmodo Deum non vtinuenerant, disputauerunt, [192] vt & de qualitate & de natura eius & de sede disceptent. Alij incorporalẽ asseuerant, alij corporalem vt tam Platonici quàm Stoici: alij ex atomis, alij ex numeris, sicut Epicurus F

XLVII.

A curus & Pythagoras, alij ex igne, qualiter Heracleto visum est. [597] Platonici quidem curantem rerum; conrrà Epicurei otiosum & inexercitum, & vt ita dixerim, neminem humanis rebus; positum vero extra mundum Stoici, qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc; intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo intra illud maneat, quod regat. [598] Sic & de ipso mundo natus innatúsve sit, decessurus mansúrúsve sit, variant. [599] Sic & de anima: statu, quam alij diuinam & æternam, alij dissolubilem contendunt, vt quis sensit, ita intulit aut reformauit. Nec mirum si vetus instrumentum ingenia philosophorum interuerterunt. Ex [598] horum semine & nostram hanc nouitiolam paraturam viri quidam suis opinionibus ad Philosophicas sententias adulterauerunt, & de vna via obliquos multos tramites & inextricabiles sciderunt. Quod ideo suggesserim, ne cui nota varietas sectæ huius, in hoc quoque nos philosophis adæquare videatur & ex varietate defensionum iudicet veritatem.

Ex necessaria anthypophora propositum magis suum corroborat, nam obijcere statim aliquis poterat, non ideo dissimilem esse philosophum à Christiano, quia nonnulli ex philosophis temperantiam aut probitatem quam tradunt seruare nequiuerint: nam & hoc ipsum in secta etiam Christiana euenit, vt hanc apostatæ. Verum hoc, inquit, est, sed ratio diuersa succedit. Philosophus enim licet aberrarit, eius nominis auctoritatem non amittit. Diogenes enim, Zeno & Aristoteles, inter principes philosophorũ nihilominus habentur, Christianus verò similar à disciplina declinat, ex albo Christianorum eraditur: neque vllo modo eo dignatur nomine aut censu. Sed definitas rei partes percurramus, iam profectò patebit, quã non possint inter se comparari. Discipulus nempe Græciæ & hominum philosophus est, at Christianus cœli & Dei philosophus totum se ad famam comparandam dirigit, Christianus vt honestè viuat: ille verbo tenus laudabilis, hic etiam factis: ille suis placitis religione sublata nescions principibus seruire coniurat contra res humanas dissipárque concilia, huic nihil est antiquius quàm mutua charitate omnia simul deuincta conseruare. alter porrò quum in vniuersa natura prouidentiam videat, suis tamen sophismatis in errore versari contendit, alter sua simplicitate errorem quàm maximè potest abigit à se: alter interpolat fucóque veritatem commendat, id est elegantia tantum verborum & syllogismis, alter exprimit ipsa re. Præter hæc tantum philosophus à Christiano differt, quantum is qui furatur & vetuiatem quasi precario tenet; ab eo qui suo antiquo iure ac mancipio semper possedit. Omnia siquidem Mosen gesta & scripta, aliorum monumentis præcedunt, vt nemini dubium sit, illa fuisse fontem, vnde posteriores naturali discendi studio satisfacientes præcepta sapientiæ elicerent. Quam rem si longius, non tam apologia quàm volumen ipsum ad iustam magnitudinem congestum euagari posset, facilè comptobarem. Præoccupationem tamen hac suminatim percurrit eam tem Tertullianus. Quis enim est, inquit, poëtarum sophistarúmve qui prophetarum nostrorum commentaria non legerit? quanto magis philosophi, qui pro rerum inuestigatione totum orbem terrarum peragrarunt antiquissima omnium monumenta perscrutati. Atqui vnde originem mundi, cognitionem Dei animorúmque & aliarum rerum notitiam commodius accipere potuerunt, quàm ex Hebræa gente? ita nimirum hoc illi sibi vsúrpantur, vt iam comparatio quæcunque ea fit, non aliunde prodeat, quàm quod nostra recognoscuntur in illis, qui dum credetent de stercore gemmas sibi eruere, erutas potius gemmas suo lenocinio deturparunt; ita vt nonnulli populi videntes tali philosophia homines, à cultu deorum, id est à fundamento omnium virtutum auerti, scholas illorum eiecerint, neque id mirum, si eorum rationem secum quisque reuoluat. Homines enim ij fuerunt, quorum plerique gloriæ tantum studentes satis sibi fecisse videbantur, si quæ alioqui facta, sed ab inconcinna quadam & intelligenti curiositate digesta sua elegantia veluti mangones oblinirent, quando necilla satis crederent, neque intelligerent, vt quæ sublimia eo quoque tempore essent, vt nunc velipsis Iudæis, quibus scripta videruntur obscura. Fecit etiam vt hominum curiosi illa maiori ex parte commutarent simplicitas quædam, qua rota sacra scriptura deducitur, ignarium ea illic à spiritu sancto dictata referri & quidem rhetorica lex præscribit, vt in dictatis recitandis pura sit simpléxque oratio, neq; vllum figuræ genus interponatur; licet simplicitet etiam de Deo tanquam manifesto loquatur, de condito orbe, & de animorum immortalitate, in quibus philosophi non contenti quod sit quicque nouisse, dum volunt propter quid illud inuestigare, mentes omniuni perturbant: quemadmodum videre est in his opinionibus rerum quæ diuinum quid præ se ferunt: tam illæ diuersæ sunt inter se, quàm incertæ & inutiles. quod à limili quoq; confirmatur. Quid enim, inquit, mirum tam longo intercedente tempore, si homines suis commentis vetus instrumentum confuderunt, quum & nostra hac tempestate illud quod nouum nobis paruimus suis sophismatis in plures hæreses scindere conentur, dum de carne Christi disputant, an ægritudinibus obnoxia, an phantasma fuerit: num illi cum patre æquæ potestas, atque alia eiusmodi, quæ instigante diabolo homines humanæ sapientiæ proponunt, vt his disceptationibus permixta veritatis simplicitas inter fabulosa scripta connumeretur, & fides infringatur.

Expediteˊ autem præscribimus adulteris nostris, illam esse regulam veritatis quæ veniat à Christo, [597] transmissa per comites ipsius, quibus aliquanto posteriores diuersi isti commentatores probabuntur. Omnia aduersus veritatẽ de ipsa veritate cõstructa sunt, operantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab ijs adulteria huiusmodi salutaris disciplinæ suborta, ab his quẽdam etiam fabulæ immissæ, quæ dissimilitudine fidem infirmarent veritatis, [598] vel eam sibi potius euincerent: vt quis idco non putet Christianis credendum, quia nec poëtis, nec philosophis. Vel ideo magis poëtis & philosophis existimet credendum, quia non Christianis. Itaque & ridemur Deum prædicantes iudicaturum. Sic enim & poëtæ & philosophi [599] tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam commi- *Matth. 26.*
nentur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus, proinde decachinnantur. [600] Sic enim *Matth. 5.*
& Pyriphlegethon *apud mortuos* amnis est. Et si [601] paradisum nominemus, locum diuinæ amœ- *Gen. 2.*
nitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, macetia quadam igneæ illius Zonæ à notitia orbis communis segregatum, [602] Elysij campi fidem occupauerunt. Vnde hæc ([602] ὀro

vos) philosophis aut poëtis tam consimilia? non nisi de nostris sacramentis si de nostris sacramẽtis D
vt de prioribus. Ergo fide liora sunt nostra, magisq; credenda, quorum imagines quoque fidem in-
ueniunt. Si de suis sensibus, iam erga sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod
rerum forma non sustinet. nunquam enim corpus vmbra, aut veritatem imago præcedit. [604 Age
XLVIII. iam si qui philosophus affirmet, vt ait 605 Laberius, de sententia 606 Pythagoræ, hominem fieri ex
mulo, colubrum ex muliere, & in eam opinionem omnia argumenta eloquij virtute distorserit,
nónne consensum mouebit, & fidem infiget etiam ab animalibus abstinendi? propterea persuasum
quis hoc habeat, ne fortè bubulam de aliquo proauo suo obsonet. At enim Christianus si de homi-
ne hominem, 607 ipsumque de Caio Caium reducere repromittat, lapidibus magis, nec saltem cæ-
dibus à populo exigetur. Si quæcũque ratio præest animarum humanarum reciprocãdarum in cor-
pora, cur non in eandem subsistantiam redeant, quum hoc sit restitui, id esse quod fuerat? Iam non
ipsæ sunt quæ fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant.
Multis etiam locis' ex ocio opus erit, si velimus ad hanc partem lasciuire. Quis inquam bestiam
reformari vidit? Sed de nostra magis defensione, qui proponimus, multo vtique dignius, credi
hominem ex homine redituram, quemlibet pro quolibet, dum hominem. 608 Vt eadem qualitas
animæ in eandem restauretur cõditionem, & si non effigiem. Certè quia ratio restitutionis destina-
tio iudicij est, eo quod omnino de iudicio Dei pati debent, necessario idem ipse qui fuerat exhibe-
bitur, vt boni seu contrarij meriti iudicium à Deo referat. Idcóque repræsentabuntur, & corpora,
609 quia neque pati quicquam potest anima sola sine stabili materia, id est carne: & quod omnino
de iudicio Dei pati debent animæ non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt.

Edictum omnibus ecclesijs proponendum. Sed ne quis, inquit, hac in varietate veritatis adulteratæ confisus verè E
sibi videatur suas institutiones defendere, illud pro comperto habeat, Christianorum ecclesiam nullam aliam regu-
lam veritatis admittere, quàm quæ à Christo nobis est per suos discipulos tradita à quibus istos hæreseos archas & tempo-
re & scientia posteriores aberrare docebimus, cum aduersus Marcionem, Hermogenem, Praxeam, & alios stylum
perstringemus. VEL IDEO magis poëtis. Correctio. Laborat spiritus erroris, vt in quibus poëtæ, philosophi Chri-
stianique conueniunt, eadem æstimatione accipiantur. Succedit hoc cumulatè, tanto plerique odio in Christianos fe-
runtur, quilibet scriptor modo Christianus non sit, magis probatur, quàm si Christianus eadem ratione referat pro-
babiliori. Nam si de vniuersali illo iudicio, quando iudicabit Christus humanum genus, meminerimus: si infer-
num ignis fornacem, in quo sceleratidistorquentur, prædicemus: si contra paradisum locum beatis sanctisque destinatum, ignea spe munitum proferamus in medium, multo omnia hæc derident cachinnãtúrque gentes, magis quàm
genus multa quæ apud alios auctores lectitantes decantant: quasi hæc de suis sensibus philosophi habeant tanquam
priores, nos verò tanquam posteriores imitentur illos: verum quanto nostra monumenta antiquiora sunt illis, tanto
maiorem fidem cuique facere deberent. nisi fortè ita se res habeat, vt vmbra potius quàm corpus esse possit, & exem-
platia præstent veris rebus. Sed præcipuè mortuorum resurrectionem subsannant, quasi tale mysterium penitus inau-
ditum sit, neque id vllo modo natura permittat. At vero metempsychosis illa Pythagoreorum, quam Laberius ve-
ster tanto verborum apparatu exornat, affirmans homines ex mulo aut ex boue fieri, & è contra, ita vt cauendum
sit, ne dum quis animalium carne vescatur, de proauo suo comedat, nónne magis à vero distare videtur, quàm quem-
admodum Christiani dicunt, hominem reponi ex homine? Et de Caio, verbi causa, eundem Caium refici? ideo
tamen Pythagorici celebrantur, Christiani lapidibus (si non etiam cædibus) experuntur. At si animas hinc illuc reci-
procare libenter auditis, nónne facilius concedere debetis, vt in eandem subsistantiam restituantur? id verò cur in
corporibus magis absurdum videri potest, quàm in ipsis animis, quas qui considerat, quid ipsæ nunc sint, videbit
iam non esse id quod fuerant. nam quum omnis motus deturbandi vim habeat, expellatur necesse est quod ante erat,
quum noua forma inducitur. & quod semel factum concedatis, iterum fieri quid mirum? Sed si velimus totam hanc
sententiam Pythagoræ luxuriante oratione explicare, quàm falsum sit, vt quis possit in aliquam temere bestiam trans-
formari, multis argumentorum locis maiorique ocio opus sit. Sed hæc alij, nos de nostris placitis, vt verioribus & F
quæ magis conuenientia repromittant. Nam quum ad thronum Dei omnes cogendi sint, vt ratione quisque suarum
actionum reddita mercedem suam recipiat, ratio videtur exigere, vt corporum resurrectio præcedat, vt in quo velut
instrumento operata est anima iudicetur. Altera est etiam causa, à posteritoribus theologis damnata, merito fortasse,
sed idcirco Tertulliani scripta refugienda non censeo, tãquam ab orthodoxa fide aliena. Eo siquidem tempore quum
fides Christiana ita exagitaretur, vt radices alrius adigere non posset, in his tantum quæ maxima erant occupabatur,
neque se vndique expolire, aut omnes suas partes perscrutari poterat: vnde sæpius factum est, vt cum his quæ pro cer-
tis non erant determinata, naturalem philosophiam coniungere non vereretur. Quæ quum animam expertem po-
nat iniuriarum, & pœna sceleribus puniendis constituta sit, necessarium videbatur, vt suæ illa priori materiæ copula-
retur ad sensum doloris resumendum.

Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum ô homo, & fi-
dem rei inuenies. Recogita quid fueris, antequam esses, vtique nihil. meminisses enim si quid fuis-
ses. Qui ergo nihil fueras prius quàm esses, 610 idem nihil factus quum esse desieris: cur non possis
esse rursus de nihilo eiusdem authoris voluntate, qui te voluit esse de nihilo? Quid noui tibi cueniet?
qui non eras, factus es: quum iterum non eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, & tunc
require qua fies. Et tamen facilius vtique fies, quod fuisti aliquando, quia æquè non difficile factus
es quod nunquam fuisti aliquando. Dubitatur credo de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mun-
di de eo quod non fuerat non minus quàm de morte vacationis & inanitatis impositum animatum
spiritu

A spiritu omnium animarum animatore, signatum & ipsum humanæ resurrectionis exemplum in testimonium vobis. Lux quotidiè interfecta resplendet, & tenebræ pari vice decedendo succedunt, sidera defuncta viuescunt, tempora vbi finiuntur, incipiunt, fructus consummantur & redeunt. Certè semina non nisi corrupta & dissoluta fœcundius surgunt, omnia pereundo seruantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo tantum nomen, [61] si intelligas te vel de titulo Pythiæ discens, dominus omnium morientium & resurgentium, ad hoc morieris, vt pereas? Vbicunque resolutus fueris, quæcunque te materia destruxerit, hauserit, aboleuerit, in nihilum prodegerit, reddet te. Eius est nihilum ipsum, cuius & totum.

Argumenta hæc à naturalibus rebus sumpta, quibus insinuare corporum restitutionem Tertullianus conatur, videbuntur ijs qui in fidei Christianæ basi iam residét, aut nulla esse aut friuola: sed ij meminerint quibus cùm res agitur, esse gentes pleraſque Epicureas, quæ tantum aberant vt robustissimum cibum conficerent, vt vix fidei nostræ lac exugerent. paulatim itaque procedendum fuit, & quæ comparari alioqui non possunt, in comparationem committere, vt fides apud ignaros mysteriorum Dei, aliquo rationis inuolucro protenderetur. Si ergo, inquit, tuam priorem conditionem animaduertas, mentéque tecum reuoluas, nihil fuisse prius quàm factus es, multo facilius esse putabis, postquam resolutus es, iterum vt prodeas in vitam. Neque tu mihi obijcias, Sol & homo faciunt hominem, &c. nam qua tu es, non à proximis causis fumo, sed ad primum autorem te reuoco, qui & solem & hominum seminarium fecit, & naturæ chaos illud almo suo spiritu non rantùm abjnanitate vindicauit, sed & animauit eiam: postremo suo tempore mortuus ipsum sibi corpus excitauit ad vitam, vt propositio nobis tali testimonio, spem certam ex tantis mortuorum primitijs amplectaremur, habitum ex priuatione posse reponi. Quòd si de vestri Epicuri sententia solem ignéſque cœlestes quotidiè extingui & accendi naturali quodam concursu putatis? quid adeò mirum, si idem nobis quoque euenturum ex voluntate authoris ipsius naturæ dicamus, apud quam multò quidem minoris sunt fructus, quos per anni tempestates terra ex corruptione seminis excitat pulchriores, quàm cuius causa illi
B sunt: homo qui quum vel testimonio vestri Appollinis dominus omnium sit, haud vetisimile est, vt ille hac prærogatiua defraudetur, atque ita pereat, vt non suo tempore resurgat.

Ergo, inquitis, semper moriendum erit, & semper resurgendum. Si ita rerum dominus destinasset, ingratis experireris conditionis tuæ legem. At nunc non aliter destinauit quàm prædicauit. Quæ ratio vniuersitatem ex diuersitate composuit, vt omnia æmulis substantijs sub vnitate constarent ex vacuo & solido, ex animali & inanimali, ex comprehensibili & incomprehensibili, ex luce & tenebris, ex ipsa vita & morte: eadem æuum quoque ita destinata ac distincta conditione conseruit, vt prima hæc pars ab exordio rerum quam incolimus, temporali ætate ad fidem defluat: sequens verò quam expectamus, in infinitam æternitatem propagetur. Quum ergo finis & limes medius, qui interhiat adfuerit, vt etiam mundi ipsius species transferatur æquè temporalis, quæ illi dispositioni æternitatis aulæi vice oppansa est: tunc restituetur omne humanum genus ad [62] expungendum quod in isto æuo boni seu mali meruit, & exinde pendendum immensam æternitatis perpetuitatem. Ideóque nec mors iam, nec rursus ac rursus resurrectio, sed erimus ijdem qui nunc, nec alij post. Dei quidem cultores apud Deum semper, superinduti substantia propria æternitatis. Profani verò & qui non integri ad Deum, in pœna æquè iugis ignis, habentis ex ipsa natura eius diuinam scilicet subministrationem incorruptibilitatis. [63] Nouerunt & philosophi diuersitatem arcani & publici ignis: ita longè alius est qui vsui humano, alius qui iudicio Dei apparet, siue de cœlo fulmina stringens, siue de terra per vertices montium eructans. [64] Non enim absumit quod exurit, sed dum erogat, reparat: adeò manent montes semper ardentes, & qui de cœlo tangitur, saluus est, vt nullo iam igni decinere scat. & hoc erit testimonium ignis æterni, hoc exemplum
C iugis iudicij, pœnam nutrientis: Montes vruntur & durant, quid nocentes & Dei hostes?

Hæc adiungit, ne quis exemplis superioribus persuasus, vices quoque perpetuas in hominibus esse putaret, præsertim nescius œconomiæ nostri Dei, qui solus est in his rerum constitutionibus consulendus. Nam si libuisset, ei, vt tu quoque totidem vices obires, ne tu tibi sapias, velis nolis experiteris. Sed ex alto suo consilio, quod à seculo absconditum, hoc tempore nobis per filium suum reuelauit, seniel hoc in homine fore decreuit. Ea etenim ratio & logos, quod alij verbum & sermonem vocant, quæ ex voluntate patris hoc vnum veluti corpus systemáque naturæ ex elementis inter se quasi de primis semper partibus decertantibus condidit, eadem æuum ætetnitatis mensuram ita distinxit, vt tota ea pars quæ iudicium præcesserit, tempore certo delata claudatur, reliqua perpetuo semper statu gaudeat. Quando igitur id quod superest, prioris fuerit exantlatum, & cœlum ipsum totaque hæc natura exuta vices fluxúsque temporarios, speciem induet æternitatis, humanum genus ad æternitatem quoque instauratum liberum ab omnibus, quibus nunc conficitur ægritudinibus, aut perpetuò cum Christo gaudebit in excelsis, aut cum malis dæmonibus torquebitur apud inferos in gehenna, cui non defore matetiam & philosophorum rationes, & plurima incendia in natura vobis probare possint.

XLIX.

[65] Hæ sunt quæ in nobis solis præsumptiones vocantur, in philosophis & poëtis summæ scientiæ & insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti. Illi honorandi, nos irridendi, immò eò amplius & puniendi. Falsa nunc sint quæ tuemur, & meritò præsumptiones, attamen necessaria: inepta, attamen vtilia: siquidem meliores fieri coguntur qui eis credunt metu æterni supplicij & spe æterni refrigerij. Itaque non expedit falsa dici, nec inepta haberi, & expedit vera præsumi: nullo titulo damnari licet, quæ prosunt omninò. In vobis itaque præsumptio est hæc ipsa, quæ damnat vtilia

proinde nec inepta esse possunt. Certè & si falsa & inepta, nulli tamen noxia. nam & multis alijs D
similia, quibus nullas pœnas irrogatis, vanis & fabulosis inaccusatis & impunitis, vt innoxijs. [616] Sed
in eiusmodi error si vtique irrisioni iudicandum est, non gladijs & ignibus, crucibus, & bestijs.
De qua iniquitate sæuitiæ non modò cæcum hoc vulgus exultat & insultat, sed & quidam vestrûm,
quibus fauor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur. quasi non totum quod in nos potestis, no-
strum sit arbitrium. Certè si velim Christianus sum, tunc ergo me damnabis, si damnari velim.
quum verò quod in me potes, nisi velim non potes iam meæ voluntatis est quod potes, non tuæ
potestatis. Proinde & vulgus vanè de nostra vexatione gaudet, proinde & nostrum est gaudium,
quod sibi vindicant, qui malumus damnari quàm à Deo excidere. contrà illi qui nos oderunt,
dolere non gaudere debebant, consecutis nobis quod eligimus.

Quum multis hactenus argumentis, in hoc comparationis loco veristimum illud esse cognouimus, ὡὸς ἀπόκτυ δοθέντος, πάλλα συμβαίνῃ. Quum enim aliquid homines semel oderint, nulla aliqua ratione coacti, nulla iam hoc ex parte commendare possè videntur, licet aballijs non diuersum imò eiusdem notæ. Si philosophus, si poëta aliquis de constitutione mundi, de animis, de inferis meminerit, mirum quàm hæc pensitentur celebrenturque, quasi à certa ratione proficiscantur. Si verò Christianus eadem pertentet ex ἐνθουσίας τῷ καὶ οἰκουμένας Dei, inanes conceptus habentur & inepti. quum tamen si quid à fine commendandum est, vtilia hæc & necessaria sint hominibus, vt quæ duo calcatia, spem scilicet & metum exacuant. Sed vide iniquitatem. Esto, sint falsa, & inepta, quia tamen innoxia, nullis esse fraudi debebant, quomodo cum alijs de ijsdem rebus sæpius actum est, quorum nullus reus, nullus factus est noxius. Amplius inepta irridcantur, non fœuissimis carnificinis expendantur. In quare haud ego amplius vulgus insipiens, sed vos iudices faitis mitari non possum. nullo quidem iure, sed graui quadam ambitione percussos, ita de nostris tormentis gloriati, quasi eius rei causa à vobis tota sit, & in manibus vestris: an nescitis in voluntate cuiusque positum sectari Christum, aut negligere: atque ita iudicium vestrum aut subire aut declinare posse? Euenit nobis quod optamus dum cruciamur. quòd si nos inimicorum loco censetis, gloria hæc vestra & gaudium, dedecus potius vobis & ingens dolor habendus est, quando vestra opera votorum suorum compotes fiant inimici E
vestri.

L. [617] Ergo, inquitis, cur querimini quod vos insequamur, si pati vultis, cùm diligere debeatis per quos patimini quod vultis? planè volumus pati: verùm eo more quo & bellum miles. Nemo quippe libens patitur, cùm & trepidare & pereclitari sit necesse, tamen & præliatur omnibus viribus, & vincens in prælio gaudet, qui de prælio querebatur, quia & gloriam consequitur & prædam. Prælium est nobis quod prouocamur ad tribunalia, vt illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem pro quo certaueris obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. [618] Sed obducimur certè cùm obtinuimus: ergo vicimus, cùm occidimur: denique euadimus, cùm obducimur. Licet nunc [619] sarmenticios & semarios appellet is, quia ad stipitem dimidij axis reuincti sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriæ nostræ, [620] hæc palmata vestis, tali curru triumphamus. meritò itaque victis non placemus, propterea enim desperati & perditi existimamur. sed hæc desperatio & perditio penes vos in causa gloriæ & famæ, vexillum virtutis extollunt. [621] Mutius dextram suam libens in ara reliquit. O sublimitas animi! Empedocles totum sese Catanensium Ethneis incendijs donauit, ô vigor mentis! [622] Aliqua Carthaginis conditrix rogo se secundum matrimonium dedit, ô preconium castitatis! Regulus ne vnus pro multis hostibus viueret, toto corpore cruces patitur. ô virum fortem, & in captiuitate victorem! [623] Anaxarchus quum in exitium ptissanæ pilo contunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem! Anaxachum enim non tundis. ô philosophi magnanimitatem, qui tali de suo exitu etiam iocabatur! Omitto eos qui cum gladio proprio alióve genere mortis mitiore de F
laude pepigerunt. Ecce enim & tormentorum certamina coronantur à vobis. [624] Attica meretrix carnifice iam fatigato, postremò linguam suam comestam in faciem tyranni sæuientis expuit, vt expueret & vocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. [625] Zeno Eleates consultus à Dionysio, quidnam philosophia præstaret, quum respondisset, Contemptum mortis: impassibilis flagellis tyranni obiectus sententiam suam ad mortem vsque signabat. [626] Certè Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata tantum honorem tolerantiæ domui conferunt, quantum sanguinis fuderint. O gloriam licitam, quia humanam, cui nec præsumptio perdita, nec persuasio desperata reputatur, in contemptu mortis, & atro citatis omnimodæ, cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permissum est, quàtum pro Deo non licet. & tamen illis omnibus & [627] statuas defunditis, & imagines inscribitis, & titulos inciditis in æternitatem, quantum de monumentis potestis: scilicet præstatis & ipsi quodammodo mortuis resurrectionem. hanc qui veram à Deo sperat, si pro Deo patitur, insanus est.

Obiectioni respondet, qua gentes continuo Chtistianis insultabant, & totum huius apologiæ propositum diruebatur. Nam si per nos, inquiunt, voti compotes estis, quid tu tanto verborum apparatu vicem Christianorum dolens de nostra semper iniquitate quereristad quos Tertullianus, Homines, inquit, sumus, atque eo sensu qui tormenta si fieri possit, naturaliter & quasi nullies strenui refugiamus, qui si possint fine puluere & sudore pace potiri velint, alioqui iniurias propulsantes, pro Imperatore si sit opus, vitam cum morte commutant. Quamquam ratio diuersa est aliorum à nostro prælio victoriaque. Alij enim eo consilio militant, vt gloriam sibi & patriæ comparent. nostra verò gloria est pla-

A est placere Deo, illi ex victoriæ spolia opésque sibi prædantur, nos vt in æternum viuamus. præterea illi abiguntur trahuntúrque captiui, si victotiam non obtinuerint, nos cùm obtinuimus: illi etiam victi occiduntur, nos victores, ac maximè tunc effugimus hostium manus cùm captiui circumducimur. Omnis verò vester apparatus in tormenta, triumphum nobis ex victoria subornat, tantum abest vt vestris conuicijs aut opinione moueamur, nos cum sarmentarios semisfariósque & perditos homines desperatique consilij dictitatis. Sed mirum quàm iudicij examen ab amore & odio inuertatur. Putat amas decora viria in amica, & vt ait ille, Cæsia Palladion est, næuosa & lignea Dorcas Paruula pumilio, &c. Contra in odioso vitia vocantur, quæ in alijs maximæ virtutes. Vos itaque deuotionem animi & patientiam in tormentis, pro Deo viruperantes in Christianis, in alijs quacunque de causa mirificè exxollitis, vt quæ à fortitudine omnium excellentissima proficiscantur: ira sublimes animos non Romanorum tantum, sed Græcorum, nec virorum solummodo, sed etiam mulierum admirantes, & in sermone laudatis, & memoriæ commendari curatis.

Sed hoc agite boni præsides, meliores multo apud populum, si illis Christianos immolaueritis. Cruciate, torquete, damnate, atterite nos. probatio est enim innocentiæ nostræ iniquitas vestra. Ideo nos hæc pati, Deus patitur. nam & proximè ad [618] lenonem damnando Christianam potius quàm ad leonem, confessi estis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna & omni morte reputari, nec [619] quicquam tamen proficit exquisitior quæque crudelitas vestra, illecebra est magis sectæ. plures efficimur quoties metimur à vobis, semen est sanguis Christianorum. Multi apud vos ad tollerantiam doloris & mortis hortantur, ve [620] Cicero in Tusculanis, vt Seneca in Fortuitis, vt [621] Diogenes, vt [622] Pyrrhon, vt Callinicus. [623] Nec tamen tantos inueniunt verba discipulos, quantos Christiani factis docendo, Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur, ad requirendum, quid intus in re sit? Quis non vbi requisiuit, accedit? vbi accessit, pati exoptat? vt totam Dei gratiam redimat, vt [624] omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui expediat? omnia enim huic operi delicta donantur. Inde

B est quod ibidem sententijs vestris gratias agimus vt est æmulatio diuinæ rei & humanæ, cùm damnamur à vobis, à Deo absoluimur.

Conuersio hæc vltimo loco ad antistites eo artificio referta est, vt nullibi cesset vllum verbum, sed quod illis permittere videtur, sua ironia deijciat atque deturbet, dum causam quamobrem illi Christianos damnent adducit, & ex ea re proferat effectus in contrariam partem: quæ omnia si quis rationis exiguæ particeps expendat, non modo iniquam Christianorũ vexationem videbit, sed intempestiuam & à proposito Imperatoris penitus alienam. porissima enim causa est, cur Christiani damnentur, quia populo iudices satisfacere cupiunt. Successus verò rei stare id pro Christianis manifestè declarat. nam quo sæuius cruciantur, eo probantur meliores: quanrõque plures inrereunt, tanto maior seges excrescrir. Admirantes siquidem homines patientiam eorum in tormentis (illecebra enim & deliciuni carnificina videtur talis sectæ hominibus) causam eius rei requirunt, & requisitam ita plerumque amplectuntur, vt in eorum sententiam conuolent, præsertim edocti humana hæc cum diuinis nequaquam congruere. Sed ea inter se velut æmulatione pugnare, vr quod altera pars damnet, absolutur ab altera: atque ita oritur occasio incrementi, ea ratio quæ in exitium iustitiæ est comparata, vt satius sit contra stimulum non calcittare.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN APOLOGETICVM.

1. PRo Christianis.] *Ilud in titulo, huius libri adscimus ex* 1. *Vatic. cod præsertim consentientibus Eusebio, Nicephoro, & Cedreno hist. Eccl. locis infra adductis* 2. 4. *inter fragmenta Tertulliani, qui hunc*

C *citantes, ἀπολόγια τῶν χριστιανῶν ascribunt.*

CAP. I.

2. Si non licet vobis Romani Imperij Antistites.] *Capnt hoc* 1. *plerique MS. & exc. cod. inscribunt*: De ignorantia in Christo Iesu. *sed Vatic. cod. alter clarius*: Quod religio Christiana damnanda non sit, nisi qualis sit prius intelligatur. *Imitatur autem in hac veluti præfatione & posteà frequenter Iustini Martyris Apologiam ad Antonin. Pium.* Antistites *vero appellat (inquit Franciscus Zephyrus in sua quæ nostro commentario scelys) ipsos Pontifices, quorum auctoritas rem sacram, cerimonias, omnem denique religionem administrabat, in quibus interpretandis summa Resp. versabatur, vnde & principes publici consilij à Ciceron appellantur, & deorum immortalium antistites. Atqui inter hos etiam ipses imperatores fuisse constat ex inscriptionibus antiquis in quibus Pont. Max vocatur.*

3. In aperto & ædito.] *Adscripsit ædito, Rhenanus* 2. *edit. ex Gorgensed. vti teslatur in scholys, cui consentiunt cæteri omnes MS. codices.*

4. Palam dispicere.] *Egnatius* 1. *Vat. cod.* despicere. *Rhen. vbi supra & alter Vat. cod.* describere. *sed placet vulgata & aliorum MS. lectio.*

5. Si ad hanc solam speciem.] *Iurisconsulto sermo (inquit Rhenanus.) In aliis (inquit Zephyrus) iudicium formæ, ne dicam speciebus (quod etiam Cicero abhorruit) studiosa est auctorum asseuerationis perseuerandæ iustitiæ norma ne quis insons opprimatur, neque plebis festimonium veretur. Sola hæc quæ ad Christianos pertinet, neglecta penitus temere condemnatur à vobis. Dictum vero hoc est ex eadem figura qua Terent. Ad eam rem, inquit, si quis magistram cepit improbum, id est super eam rem.*

6. Domesticis indiciis nimis operata.] *Pro*: onerata, *inquit Rhen. cui consentiunt S. Bauonis, Elnon. Puteani & 1. Vatic. MS. ad dicet, debet scribi*: opetata. *Nam quemadmodum auctores dicere solent operari sacris, vocabant etiam operationes ipsa sacrificia veteres, Acrone Grammatico teste: sic Terentianus operati subinde cum datiuo construit, pro insistere & vacare. ita cap.* 15 Cetera lasciuiæ ingenia, *inquit*, etiã voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. *Rursum cap.* 40. Balneis, *inquit*, & cauponis, & lupanatibus operati. *Et eatem locus indicat Ethnicos conatos ab his qui familiariter cum Christianis versabantur, à famulis (inquam) & ancillis, inuestigare & deprehendere crimina, de quibus nostri insimabantur vulgo, vt in ipsas etiam eorum domos, in ipsas basilicas & conuenticula nec opinantibus illi irruerent. Sed nihil vnquam deprehenssum est. hoc idem queritur cap.* 7. Etiam domesticis nostris obsidemur, quotidie prodimur, in ipsis plurimum cœtibus & congregationibus nostris opptimimur. *Atqui*

de tormentis adhibitis vt flagitia illa de Christianis ferri commisserentur vide Iustinum Martyrem Apol. 1. ad Senat. Romanum in. Puteani etiam libro est, operata infestatio sectæ huius *vocum ordine mutato vt supra* domesticis iudicijs, *non* indicijs, *& infra*, obstruit veritati, *omissa voce illa*, viam. *quam ineptos homines de sua adtestatione iudicat Carrio. est enim obstruere alicui phrasi Scriptorum propria : & aliquis eadem vox sæpe iam repetitur.*

7. Nihil illa de causa sua deprecatur.] *Primus Zephyrus subſtituit* : deprecaretur, *ſed reſtituimus quod habent tam MS. omnes quàm prius excuſi codices.* Deprecari *vero (inquit) ille eſt pro reo à iudice vel pro amico à principe vitæ veniam petrari. Cicero ad Pontif. Amici illi tui te vno amice tecti, & c. Quibus autem verbis* deprecatio *fiat idem Cicero pro Ligario docet:* Ignoſcite iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit. ſi autem poſthac, &c. *Vox*, illa, *abeſt à libro manuſcripto omnium antiquiſſimo, qui apud Clariſſ. virum CL. Puteanum eſt.*

8. Ceterum genus.] Ceterum *(inquit Zephyrus) idem quod* : vero, *ſignificat, differunt tantum conſtructione : illud enim ſemper præponitur, hoc contra : vt in de ac apud Græcos.*

9. Quid hic deperit legibus.] *Sic MS. omnes & exc. ante Zephyr. qui legit* : Quid hinc. *Ex ipſdem MS. vocem Tertullianicam* : quo, *ſubſtituimus, pro*, quod. Odium erga. *Liber Puteani* ; odij. *quod apertè verum cenſet Carrio. non enim cauſam odij reddidit, ſed cauſam iniquitatis odij. item* Chriſtianorum *non* Chriſtianum, *habet idem liber.* Meretretur.) *ita præſertim ex Rhenano. omnes tamen libri*, meretur. *quod probat ignorctur, etiam Carrio. vt ſit aduerſarij interrogantis, an ſit iniquum odiſſe quod ſires meretur odium : & antea ita diſtinguatur* : etiam ſi res meretur odium ? *vt in libro Puteani eſt.* propterea oderint.) *liber Puteani* ; oderunt. *elegantèr.*

10. Qui retto oderant.] *id eſt, antea & retroactis temporibus. In qua ſignificatione (inquit Zephyr.) apud ſuperiores latines raro vſurpatum eſt. neque ſeo minus eſt doctior qui ſuorum temporum verbis vtitur, cum alij temporibus alia videmus in omni dialecto vſurpari. Sic Cicero nunquam dixit aliquis, pro quo interdum vſus eſt ceteroquin. num poſſet apud quos illud eſt frequens, ideo explodendi? Iquis toties alibi vſus eſt : antea, etiam hoc loco repetere poterat, ſed ſua tempeſtate* retto *occurrebat paſſimque audiebatur. Nec tamen auctoritate caret. nam multo ſuperior vapinius in ſua Soteria, Genus ipſe, inquit, ſuis præmiſſaque* retto, *nobilitas, nec origo latet, & c.*

11. Vtique de compertò.] *Cum adſeuerationo (inquit idem) legendum, quaſi dicat, non temerè neque derepente, ſed è re comperta ſibi ; perfectus Chriſtiani ſunt. Neque hæc figura dicendi nouæ eſt, nam & Lucretius : de ſubito, Cicero de reliquo, de ſcripto, frequenter vſus eſt. In illo quidem nimia temporum negligentia animaduertitur, ſi, remiſſius, legatur.* Simul vt deſinunt,) *vocem, vt, expungit Carrio : quæ nec ex libro Puteani ſit, & antiquiſſima locutio* ſimul pro ſimul ac, *vt apud Horatium Carminum lib. 3. od. 4.* quo ſimul meteatis, &c. *exempla apud Plautum, Virgilium, Lucretium, Horatium, & ipſum Ciceronem frequentia ſunt.* ceſſent &. *liber Puteani* ; ceſſant & odiſſe.

12. Et ſunt tanti quanti.] *Videtur (inquit idem) ſignificatum continui ad numerum retuliſſe, qui per tot quot referri ſolet. Sed cum multitudinem ingentem qui ad Chriſtianiſmum quotidie magis confluebant exprimere ſignificantius vellet, queſi tolos & agmina ; non contentus diſcretis relationibus, continuis continuiſque vti voluit : quibus etiam ſumma multarum rerum concipitur. vt Cicero, Vnquam nullam vidi tantam concionem, quanta nunc veſtra eſt. Et : Quid eſt in terris commune tantum tantulumve conſilium, quod non de meis rebus geſtis pulcherrimè iudicarit? Tanti igitur* ſunt, *perinde ac ſi dixiſſes*) *tanta eſt eorum multitudo, quantam vos non præterit, ſed iudicatis, ac deplorarimi multa proclamatione dolentes ſub prætextu iuſtitiæ, & quaſi accepto de rimento obſideri vrbem hac Chriſtiana religione, & ad hoc nomen omnes homines confugere, vt merito de Eccleſia Horatianum illud decantari poſſet:*

Merſes profunde, pulſtior euenit,
Lucſtere, multa prouet integrum cum laude victorem.

13. Denotamur.] *Sic MS. omnibus pro* : denotantur, *& paulopoſt* : hocipſo modo.) ipſo, *abeſt à libro Puteani.* mærent, *pro* mœrent. *in Puteani eſt*, merent.

14. Alicuius latentis boni.] *Sic ex MS. & exc. cod. ante Zephyrij poſt quem perperam vbique* : labentis, *legitur. Exiſtãt vtrobique* licet, *pro* : libet *eſſe in Puteani poſterioris eſt*, libet. *&* : Hic tantum, *pro* : Sic. *Ex MS. item omnibus* humana curioſitas, *pro* : vrbana, *& omnibus* ſicos, *vocem Tertullianicam pro* : non muſicos.

15. Anacharſis.] *Laertius in eius vita : βωμὸν ζεῷ δὲ ἔφη πῶς τοὺς ἕλληνας ἀγωνίζονται μετὰ τηγανητοῦ κριθοῦ δὲ οἱ μὲν τεκτῆνες. Hoc eſt interprete Rhenano : Mirari autem ſe dixit quomodo apud Græcos artifices quidam certarent, verum iudicarent qui non eſſent artifices. Vide ſupra lib. de Pall. numero. 95.*

16. Malunt neſcire.) *ſimiliter ex MS. & excuſis prioribus reſtitui* : Malunt, *pro* : Malint, *& proxima periodo* : præformantur, *pro* : performantur. *&* : damnati, *pro* condemnati. *Atqui* : inquit, *pro*, inquiũt. *Tertulliane vſitatum eſſe alicubi adnotat Rhenanus.*

17. Vel fato vel aſtris imputant.] *De aſtrologis latius Tom. 2. lib. de Idolol. vbi de illis ne loquendum quidem dicit. fato autem & aſtris nihil imputandum proluxè proſequuntur DD. Anguſt. de Ciuitat. Dei lib. 5. ab initio vſque ad c. 12. Chryſoſt. de promid. Orat. 2. 3. 4. 5. & 6. Ambroſius hexam. l. 9. c. 4. Gregor. Nyſſ. Philoſ. l. 6. & latiſſimè omnium Euſebius de præpar. Euang. l. 6. c. 5. 6. 7. 8. & 9. vbi multa aduerſus fatum aſſert teſtimonia tum ethnicorum Oenomaꝰ. de mal. artib. Diogeniani aduerſus Chryſippum & Alexandri Aphrodiſæi. de fato, tum ſcriptorum Eccleſiaſticorum, Bardeſanis Syridial. de fato ad Anton. Imperat. & Origenis in Geneſim. Qui idipſum paucis tradiat hom. 3. in Hierem. Quemadmodum etiam DD. Proſper lib. de vocat. gentium. Hieron. in Iſai. c. 38. Prudent. aduerſus Symmachum l. 2. Epiphan. in Phariſ. & Iuſtinus Mart. Apolog. ad Anton. Ceſarem, ac Orat. aduerſus gentes : Minutius denique in Octauio. Ipſum etiam Tertull. fragmentum ex lib. de fato habes intra Tomo 4.*

18. Chriſtianis verò.] *Ita MS. cod. & olim ex Gorſieni cod. Rhen. pro eo quod poſtea ſtertam irrepſit* : Chriſtianis. *quemadmodum & paulopoſt* : interrogatus, *ex ipſdem MS. lego* : naturalia *multi pro*, naturam : etſi codex Puteani ; natura alia malit. *vt infra*; quod hoc malum eſt cuius reis *pro vulgato*; quid hoc mali.

CAP. 11.

19. Si certum eſt denique, &c.] *Caput 2. inſcribitur à pleriſque* : contra inquiſitionem ; *ſed rectiùs in alt. Vat. cod.* Peruerſiras quæ in damnandis & abſoluendis Chriſtianis obſeruatur. *Atqui etiam hoc argumentum ex Iuſtino ſumpſit.*

20. Quodcunque dicimur.) *Repoſuimus hoc ex MS. & prioribꝰ. exc. cod. pro* ; dicimus.

21. Quando nec liceat indefenſos & inauditos damnari.] *Alludit haud dubiè (vti rectè adnotat Renar. lib. 1. Var. c. 7.) ad l. 2. de requir. reus, quæ dicitur lata (inxta cod. emendatiores) à diuis Seuero & Antonino, quod adeſſe actum oportuit paulo antequam liber hic in lucem prodiꝰ, cognoſcitis.*) *Puteani liber* ; quando ſi de aliquo nocente cognoſcatis.

22. Vr de veſtris elogijs loquar.] *Ex t. Vat. cod. legimus* : veſtris, *pro eo quod ally manuſcripti omnes* noſtris, *quia de ethnicis hic loquitur.* elogijs, *vero legs debere ei eſt accuſationum titulo cum Rhenano ; non* : eclogijs, *vt poſt Zephyrum exc. cod. aut* eulogijs, *vti MS. omnes & exc. vet. patet* : tum *ex eo quod infra legitur lib. ad Scapulam*, Chriſtianum in elogio concuſſione eius intellecta dimiſit, ſciſſo elogio, *& ſub finem Scorpiaci infra T. 3.* tribunorum elogia, *& c. 5. l. de Cor. Milit.* elogium facrilegij *tum quod vox prior in eadem ſignificatione Iureconſultis ſit peculiaris & à Spartiano quoque in vita diſti Seueri Imperatoris hac eadem ætate vſurpata. vti ad priorem librum latius ex Rhenano. Addidimus*

nobis

autem paulopoſt ex Rhen. & MS. omnibus numerum. De nobis] hic liber Puteani ponit caput ſecundum; contra inquiſitionem: & pro, extorquere, legis extorqueri.

23. Quot inceſta contenebraſſet.] Id iterum reſtituimus ex MS. omnibus, quod antea Rhen. ex Gryn. cod. caſtigaverat, pro: concelebraſſet, nam in tenebris (inquit ille) peragimentebantur gentiles, de quo aliuſque huc pertinentibus latius infra c. 7. 8. & 9. Similiter: etuiſſet; pro: inuenisſet. Eruendi enim (inquit idem) verbum Tertulli. frequens eſt. Sic infra: Niſi enim fallor leges malos erui iubent, id eſt manifeſtari. Ex MS. deinde vocem Tertullianeam: Atquin pro; Atqui.

24 Plinius enim ſecundus, &c.] Eſt locus hic unus ex illis qui infra tom. 4. Gratæ editur ex Euſebij Eccleſ. hiſt. l. 3. c. 32. ſen 37. repetitus à Hieron. in addit. ad Euſebij Chronicon. Nicephor. eccl. hiſt. l. 3. c. 17. Hugone Floriacenſi Rom. hiſt. l. 9. c. 3. Oroſ. l. 7. c. 12. & Paulo Diacono; Et reperiuntur Epiſtolæ Plinij ex Bronuncia (vti adnotat Zeph.) Bythinia, ſeu potius Aſia ad Traianum & Traiani ad Plinium Secundum inter huius Epiſtolas l. 10. epiſt. 103. & 104. E quibus & MS. tum Tertulliani tum Euſebij codicibus adiecimus iterum vocula: tunc, & repoſuimus: ad confederendâ; tum quod ad illud magis accedat Græca vox: διαβουλεύσωνται, quod conferuare recte vertit Langius in Niceph. tum illud ipſius Plinij Secundi ſacramento obſtringere. Atqui MS. cod. Eluronenſis Puteanis. Bau. & 2. Vatic. legunt: de ſacramentis eorum pro: ſacris. De quibus ſicuti & de cantu Eccleſiaſtico infra latius t. 39.

25. Mandat puniendos.] Hoc etiam ex MS. & Rhen. reſtituimus, pro: puniri, & ex iisdem ſic legimus: ſi non inquiris, cur non & abſoluis; vbi verba erant tranſpoſita. Item: veſtigandis, & paulopoſt: oblatio; pro: oblationem, & in Puteani libro eſt, oblationem: & poſtea: de confeſſione decedere. pro, temetipſum, in Puteani erat, temetipſam.

26. Militaris Statio ſortitur.] Id eſt (Rhen. interprete) perſortitionem adſignatur. Sortiot verò (inquit Zeph.) à verbo ſortio contrario affectûs ſignificationem gerere, Nomine ex auctoritate Varronis commemorat. Hinc autem Stationarij milites nuncupabantur. Damnatis ergo. Puteani liber, damnatis itaque.

27. Præſumſeratis.] Præſumere (inquit idem) προλαμβάνειν, & quaſi animo aliquid præoccupare. Plin. hanc ego vitam voto & cogitatione præſumo. Item: Rerum quas aſſequemur opes præſumptio ipſa iucundas eſt. Negatis laniari.) dicere, homicidas. Puteani, homicidæ Carne legendum putabat, negate laniari iubere ſacrilegum ſi conſteri perſeuerauerit: ſi non ita agitis circa nos nocentes. Si enim liber Puteanus, niſi quod habet, nega, pro negare quamquam frequenter in iſtæ Apologetici numeri mutantur, vt inquit pro: inquiunt. ſicut apud Arnobium ſæpiſſimè.

28. Suſpecta ſit vobis.] Priores exc. tod. Suſpecta ſit nobis. Vtraq; lectio cómoda. Puteanis liber, ſuſpecta ſit nobis.

29. Vos miniſtret.] Id eſt, vt interpretatur Latinus: vobis miniſtrie vtatur, qui addit Plinij & Ciceronis teſtimonia à Zeph. ita ea mihi ad rem facere.

30. Hoc ſenatuſconſulta, hoc Principum mandata.] Rurſum vetes Iureconſulti vſitata, quorum illa à Senatu hac auctoritate Principum conſtituuntur. D. lib. 1. de orig. iur. l. 2. §. ita.

31. Ciuilis non tyrannica dominatio veſtra eſt.] Iterum ex MS. cod. ſic legimus pro: damnatio, cum Rhenan. ex iisdem: apud vos ſoli quæſtioni temperatur, pro eo quod Zephyr. ſtyli quæſtionis temperantur. Item vocem Tertullianeam ex pungendus pro, expugnandus. Expungitur enim debito pœnæ nocens (inquit Rhenan) cum debitum pœna perſoluit. Ciuilis non] liber Puteani; hoc imperium, cuius miniſtri eſtis, ciuilis non tyrannica dominatio eſt. quod pribet Carno. adhibentur] Puteani; adhibebantur vti infra pro: veſtram illis, &c. habet veſtram illis ſeruate legem vſque ad confeſſionem neceſſariam. etiamſi confeſſione præueniantur vacabunt.

32. Iterum Chriſtianus.] MS. tid & antea Rhen. inter Chriſtianos. eligat lector quam velit. priorem ſcripturam agnoſcit Puteani.

33. Cum igitur in omnibus in nos aliter diſponitis quam in ceteros nocentes.] Ita ceterum melius mea quidem ſententia Rhenan. Licet codex Puteanis habeat: cum igitur in omnibus nos aliter diſpoſitis quam cæteros nocentes, ad vnum contendendo vt de eo nomine excludamur. item; ſi faciamus, pro, ſi facimus. item paulopoſt: Hoc primum agentes, eſt liber Puteanis habet agens cui etiam magis placet acencepi: æmulationis inimicum, quod habebat Gorſenſis cod. quam quod reliqui MS. & exc. æmulæ rationis:

34. Denique quid de tabella recitatis.] Olim (inquit Rhen.) ſententia animadverſionis capitalis de tabella recitabatur. Quod confirmatur ex Vita D. Cypriani per Pontium & Paulum Diaconum; adeo vt exiſtimem etiam in Sermone D. Aug. ſic legi debere pro eo quod eſt: ex libello, niſi quis pro eodem libellum accipiat.

35. Si & homicida.] hoc etiam ex MS. omnibus, ſicuti & illud: Chriſtianus ſi nullius criminis teus eſt, nomen valde infeſtum. etſi Puteani liber habet. Chriſtianus ſi nullius criminis nomen teus eſt, valde inceſtum, &c.

Cap. III.

36. Quid quod ita plærique clauſis oculis.] Cap. 3. De nominis expobratione inſcribitur plurimique in alteo vero Vat. ſed. De odioſo Chriſtianitatis titulo. Multa autem etiam in hoc cap. ex Juſtino & Athenagora deſumpta videntur.

37. Bonus vir Caius Seius] Caius ſive Gaius (vti MS. legunt) Seius & Lucius Titius (quod ſemel hic legunt MSS.) tureconſulti ſunt frequentiſſimi, vbi exempli gratia aliquid inculcare voluit de perſonis in genere. Simile eſt illud (vt adnotat Latinius) Opt. Mileuit. lib. 3. & 6. adu Parmen. Cai Sei, aut Caia Seia. Renar. in 12. Tab. cap. 12. adſert ex Plutarcho quod boni illud ominis cauſa frequentabant nubentes: Vbi tu Gaius, ego Gaia, exiſtimans id ortum ab vxore Priſci Tarquinij qua primi Tanaquil poſtea Caia Cæcilia appellata ſit, ad quam etiam alluſerit Cicero Orat pro Murana. Cui conſonnit Onuphr. lib. de Antiq. nominib. vbi damuliernm nominimbus agit, Sed malus tantum. liber Puteani delet voces illas; Sed malus & legit, Bonus vir C. Seius tantum quod Chriſtianus. item abeſt vox defero: &, itrumpunt pro: corrumpunt.

38. ex ipſo denotant quo laudant.] Ita ex Rhen. ſcilicet præſertim quum Mss. omnes legant quod laudant, pro eo quod perperam legebatur: colladant, ſicuti paulopoſt iterum: vxorem iam pudicam; & ſeruum fidelem dominus; priori loco adjectentes, & poſteriori auferentes vocilam: ianu. filium ſubiectum) filium abeſt à Puteanis: & infra, eſt: quanti odium Chriſtianorum.

39. Niſi ſi aut barbarum.] Legendum omnino ita eſt (inquit Zeph.) vt vet. cod. habet, neque (vt à nonnullis creditur) ſi, vacat. Grati πλὴν ἐὰν dicunt, id eſt præterquam. Hoc rates, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρει τοῖς πράγμασι σωπᾶν σοι τὰ λεγόμενα, καθάπερ τοῖς ἀκούουσι, Oued. in ſua Metamorphoſeos Niſi ſi crudelis id ipſum Exigis vt peteat. Pl. l. 6. Juba qui videtur diligentiſſime proſecutus hæc, omiſit in hoc tractu (niſi ſi exemplarium vitiatum eſt) Terentem alterum. Plaut. in Menechm. Quin nos hinc domũ redimus, niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus.

40. Sed & cum perperam Chreſtianus.] Ita cum Pithæo & Latinio reſtituimus hic latum ex MS. omnibus pro: Chriſtianus. quod etiam in ſua Paraphraſi, confirmat Zephyrus, præſertim quum ita loquatur Lactantius libro 4. capite 7. Ignari rerum noſtrarum Chriſtum Chreſtum, & Chriſtianos Chreſtianos vocabant κρηστὸς autem bonum commodum dicitur; Et Suetonius in vita Claudij Chriſtum Chreſtum nuncupet, ſicut & Judæi quidam in Hebraica hiſtoria. Proinde etiam ſic verti debere exiſtimus illud Juſtini Martyris: Chreſtiani enim eſſe deferimur; atque χρηστὸν id eſt commodum & bonum odiſſe, inuſtum eſt. Nec minus apud Tacitum libro 15. & Ora-

sum libro 7. capite 6. & fortassis etiam apud Plinium secundum epist. 109. ad Traianum ac eius responsa. Certa est notitia. *Vocem*, certa, *ex libro Puteani addidit Carrio.*

41. Oditur ergo.] *Priscus verbum* (*inquit Zephyr.*) *delectatur Tertullianus.* Oditi *verbum apud antiquos fuisse, ejus adhuc, ut Festus dicet, personae demonstrans. Puteanus est*; oditur itaque *non* ergo.

42. Platonici, Epicurei, &c.] *Sectas praecipuas Philosophorum enumerat, quorum quidam ab auctoribus, utpote:* Platonici, Epicurei, Pythagorici*; alij a loco conventiculorum nuncupentur, ut* Stoici, Academici*; de quorum omnium sententijs late disputat D. Augustin. de Civitate Dei lib. 8. & de ejsdem earumque Auctoribus singulis infra latius ad caput 47. ac libro de Anima.*

43. Æque Medici ab Erasistrato.] *Ita MS. cod. pro:* Atque Erasistrati *vero & aliorum medicorum fit mentio etiam libro de Anima infra Tom. 3. ubi de illis latius.*

44. Et Grammatici ab Aristarcho.] *Ji tam casligato indicio fuit, ut tradat Aelianus Homeri versum non putatos nisi quos ipse probaret: vsque adeo ut tum apud Horatium in Arte Poetica, & apud Ciceronem epistol. 9. libro 1. ad Atticum, tum ab aliis Aristarchum nominetur, quisquis scriptorum bonum censor est.* Aristarchum *inter antiquiss. qui de Homero scripserunt Grammaticos enumerat Tatianus Orat. contra Graec. citatus etiam ab Eusebio, de praep. Euang. lib. 10. cap. vlt. Certe Sueton. de claris Gramm. Cratetem, quem primum enumerat, Aristarcho aequalem dicit. Plinius interim l. 36. c. 17. Taberium Erotam Grammaticae conditorem dicit.*

45. Cocietiam ab Apicio.] *De* Apicio (*inquit Zephy.*) *qui à Plinio nepotum omnium alijsimus gurges appellatur, cum plures alij, tum Seneca ad Elbiam matrem meminit. Vide Suidam historicum.*

46. Planè si qui probar.] *Ita pro:* probauit *ex MS. & Rhen. qui adnotat phrasin Tertullianicam:* si qui, *pro:* si quis. *in Puteani tamen est*; probarit.

CAP. IIII.

47. Atque adeo quasi praefatus haec ad suggillandam, &c.] *Cap. 4. à plerisque inscribitur:* De illicitis legibus ; *ab altero Vat.* Quod leges principium & Senatusconsulta nonnunquam errare possunt atque adeo repugnari. *MS. 2. Vat. cod. habent:* (figillandam. Odij erga nos.) *hinc apparet, inquit Carrio recte supernum emendatum esse*, odij, *pro*, odium.

48. Qui obijciunt.] *Iterum hoc reposuit ex MS. omnibus pro*, quae, *qui legunt etiam*, homines ; *pro:* omnes. *Ex ijsdem paulo post*: occurrit , & delegibus, *pro quo irrepserat*: de quibus, *pro adstruatur Puteani habet. obstruitur. Non male autem interpretatur Zeph. vocem*: ingratis, *quasi per vim. de qua latius infra ex Rhen T. 3. ad lib. aduers. Valentin. Item non multo post legimus cum Rhen.* exercetis dominationem *pro*: ex arce. *malebat tamen Carrio, illud*, ex arce, *consentientibus omnium veterum libris retinere. Notum enim est vt illi qui arces & summa ciuitatum loca occupant, de dominatu & tyrannide suspecti sint. historia de optimo consule editione loco adsciscente nota est.* Iam primum.] *hic liber Puteani ponit caput quartum de illicito.*

49. sine dubio id non debet licere quod malè fit.] *Etiam hoc ex prioribus exc. & MS. omnibus restituimus, pro:* id quod non debet licere fit. *Ac deinde ex Rhen. & MS. omnibus:* nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest *pro eo quod priores ext.* minime &c. prohibere me potest. *ac Zeph.* nomen , ex illo prohibere, &c. *Et rursum:* Mitamini hominem aut errare potuisse in lege condenda aut respuisse , *pro* : recepisse se : *quod interim vnus Vat legit.*

50. Nonne & ipsius Lycurgi leges, &c.] *hac est* (*inquit Rhenan.*) *illa* Ῥητρα τῶν Lycurgi, *de quas infra cap. 47. & vtrobique in Paraphrasi Zephyrus Justinum historic. libro 3. In Creta insula interisse* Lycurgum *scribit. fortassis itaque apud August. quoque ita legendum pro* ; Crissa.

51. Principalium Rescriptorum. & Edictorum.] *Rursum Iureconsultorum phrasis. D. l. 1. de Orig. Iur. l. 2. de qua Zephyrus's* Rescripta Principalia , *mandata Principu dicebantur, quibus sponte sua vel precibus exoratus imperator, alicui priuatae personae vel communitati aliquid aut concedebat aut excludebat : quae ex eo nomen traxerunt, quia vt Facitus scribit, moris fuit Principem quamquam praesentem scripto adire, quae scripta libelli supplices à Martiale dicuntur, nostra tempestate supplicationes. Ad ea igitur scripta quod Imperator referebat, rescriptum proprie appellabatur , nomen deinde latius patere coepit , ad quaecunque praecipua mandata fecisset : nam edicta omnem in omnibus auctoritatem magistratuum praeferunt.*

52. Nonne vanissimas Papias leges quae ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliae matrimonium contrahi.] *Ad eosdem alludit Auctor infra Tom. 2. Ad vxorem, lib. 1. cap. 5. in hac verba:* Nimirum necessaria est foboles, quaerenda nobis onera sunt quae legibus locantur. *vnde Rhenanus, recte in scol. eius loci adnotat, varias esse leges de priuilegijs eorum qui liberos suscepissent, & poenis eorum qui in caelibatu permanerent , vbi etiam aliquot eiusmodi leges adnotauimus. nu. 31. Et rursum Tom. 5. lib. De exhort. Castit.* ad quos (*inquit*) suscipiendos homines legibus compelluntur, *ad quem locum idem Rhenan. (propius ad institutum nostrum) intelligi ille dicit* , legem Papiam Poppaeam de *poenis caelibum, & exponi quodammodo eum locum verbo modo citatu ex Apologetico. Demum etiam poenam dicta lege inter cetera adiectam his verbis indicat Auctor dicto Tom. 5. lib. de Monog.* Legibus (*inquit*) Iulijs agi credunt, & exiitimant caelibes & orbos ex testamento Dei solidum non posse capere. *De qua interim poena ille latius. Meminerunt etiam legis Papiae Poppaeae Sueton. in Claud. Caesar. cap. 19. ac 23. Rufinus alicubi, Tacitus denique latissime Annal. lib. 3. & variis commentatis sunt in Sueton. B. Egnatius ac Glareanus. & ante eos in Tacitum Sabellicus , Beroaldus , Rhenanus, & Aemilius Ferretus, ad annum vrb. cond. 761. Cuspianus tomment. in Cassiod. Consules, in hunc denique locum Zephyrus ; sed tota aberrantes vota. Nos partim ex Fastis Consularibus Onuphrij, & Goltzij , partim ex Tacito ipso, Suetonio, & Dione. denique ex Isidoro ac Zozimeno (nam Sigonium de iure vet. Rom. haltenus videre non contigit) verum huius loci intellectum malos Deo fauente putamus. Imprimis itaque Iuliae leges de matrimonijs, qua cisi ab Augusto Imperatore editae in honorem tamen sui Caesaris* Iuliae *ab eo sunt nuncupatae , certam aetatem praefinierunt (fortassis iuxta Platonis leges) annorum XXXV. qua ad contrahendum matrimonium cogerentur, eam (vt Suetonij verbis vtar Ottiani cap. 34.) de maritandis ordinibus inscriptam. Augustus postea seuerius emendauit. De Papijs vero legim, sic habet Isid. Etymol. lib. 5. c. 25. prout citatur etiam à Gratiano Dist. 2. c. 7. Sub Octauiano Caesare suffecti Consules Papius & Poppaeus (iuxta quod legimus ex MS. pro eo quod antea Popaeus) M. inquam , Papius &. F. M. N. Mutilius, & Q. Poppaeus Q. F. Q. N. Secundinus, Consules suffecti ex Cal. Iulijs , legem tulerunt, qua à nominibus eorum apellatur* Papia Poppaea (*scitertium ex MS.) continens Patrum praemia pro suscipiendis liberis. Atque hoc ipsum est quod refert Dio. caelibes a maritis Augustum multa decreuisse. Item illud Tacitj iuxta emendatiores codices, quod legerat* Papiam Poppaeam *senior Augustus post* Iulias *rogationes , incitandorum caelibum poenis & augendo aerario sanxerit, (nam post horum Consulatum quinquennio non tota superuixit.) Et quod* lege Papia Poppaea *praemijs indulsis essent , ne si à priuilegijs parentum cessaretur , velut parens omnium populus vacantia bona teneret. Lex enim haec inter cetera Zozimeno teste lib. hist Eccl. 1. cap. 9. ac Rufi. Trip. hist. etiam lib. 1. c. 9.) vetuit caelibes spatio annum aetatis XXV. praeteriissent (in Papiam legem quae cogit ante liberos suscipi quam Iuliae matrimonium contrahi) paribus cum his qui nuptias contrauissent priuilegijs frui ; etiam vt nihil commodi ex testamento ad eos perueniret propinqui essent , ex testamento fuorum caperent falcem nisi intra centum dies caelebs legi pareret. vt habet Vlp. in fragmen. 17. de caducis legatis. Quinetiam eos quinulli habebat liberos dimidiata) aut falcem vt alij decima (bonorum parte multatur.*

Idque

Itaque (inquit) eo consilio, ut non vrbem Romam solum sed etiam ceteram ditionem suam hominum multitudine compleret; quandoquidem haud longe tempore ante latam hanc legem quamplurimos bellis intestinis ac ciuilibus amiserant. Verum causam hanc vanissimã fuisse, atque adeo falsã vanissimas leges Papias dici, vel ipse Tacitus ita sub Tiberio Augustis successore cognoscitur, dicēs relatum fuisse de moderāda lege Papia Poppæa: quod nō dee cōsugia et educationes liberorum frequentarentur, sed quod hæc occasione prædatis orbus sicuti fuerit atque adeo multorum fuissent exuti statu ni Tiberius statuendo remedio, quinque Consularium, quinque è Prætorijs, totidem è cetero senatu sorte duxisset, apud quos exsulatu plerique legi nexu. Quod autem remedium ille adhiberit, non ita constat, nisi quod apud Sueton. in Claudio cap. 23. subobscure sic legatur: Capti Poppææ legis à Tiberio Cæsare quasi fexagenarij generare non possent, edicto abrogauit. Ex quo loco constat, etiam à Claudio aliquid immutatum in dicta lege, præsertim ex cap. 19. apud eundem hoc legatur: Constituit pro conditione cuiusque cuiu vacationem legis Papiæ Poppææ. Porrò si à Tiberio & à Claudio Imperatoribus aut ex parte aut in totum vacatio sapcidicta legis constituta sit; qui dnis etiam credendum Tertullianus, qua addit: post tantæ fe uerit atis auctoritatem, heri, adeò iam à paucis diebus constantissimus Cæsarum Seuerus excluſit. quid inquam obstet quo minus ipse Seuerus Imp. dictam Papiam legem exclusorit, relictãu alijs contra cælibatum legibus, iam instio conditæ vrbis latis, quas postea Constantinus Cæsar testibus Euseb. vita eius lib. 4. cap. 26. Zosim. loco citato, ac Niceph. lib. 7. cap. 46. abrogauerit. Aut si etiam illam inxia Zozomen. sustulerit, potuit iterum introducta fuisse illa post Seueri obitum, sicuti Constantinis abrogationem non multo post tempore vigueſſe patet vel ex eo quod iterum longo post tempore Honorius & Arcadius coacti fuerint similem constitutionem edere. qua etiamnum exstat tit. de infirmandis pœnu cœlibum. Si denique verum sit quod refert Zpkyrus, dicta Papia Poppæa (nam sic etiam ille) restituendis legeetiam præmijs affectus, qui ex concubitu illicito liberos sustulissent; (quod verisimile facit locus Juuenalis infra citatus lib. de Monogamia, de lege simili quam cadicam etiam vocat Vlpian. in fragment. Iust. tit. 16.) certè. prohibitos à Seuero illicitos cõcubitus, ex legibus ab eo editis manifestum est. Exempli gratia D. L. 48. Tit. 5. l. 13. iuxta emendatiores codices exstat Lex Seueri & Antonini de pœnis, quod iuxta legem Iuliam adulterij accusare poterit. Qui locus facit ad inscriptum illius Tertull. nostri quod habet adu. Valentin. Credas vti de loco in locum tranſmigratur; leges quoque Iulias interuenire, quemadmodum ibi latinæ.

53. Sed & iudicatos in partes fecari ac creditoribus leges erant.] Alludit Auctor (vt clarius dicamus quod Zephyrus paulo obscurius) ad legem 12. Tabularum ea. 8. de Nexu, in qua sic legitur: Tertijs nundinis capite pœnas luito, aut trans Tyberim peregre ito. Aſt si plures erunt rei) id est vt interpretatur A. Gellius lib. 20. ca. 1. si plures sint quibus res adiudicatur est) Tertijs nundinis partes secanto, si plus minúſve secuerunt, ſine fraude esto. Tum etiam ad legem Consularem, qua (non sola defuecudine vt opinatur Zephyrus) expresse Lex illa Decemuiralis abrogata est anno ab Vrbe condita 630. L. Papirio Mugellano Cursore & C. Pætelio 11. Consſ. & (vt reliqua hoc loco Tertull. obseruauit Contius) pœna capitis in bonorum proscriptionem conuersa est. Hæc ex Rescuardo nostro in LL. 12. Tabularum. bonorum proscriptione.) liber Puteanus; bonorum proscriptis.

54. Licet damnant cum iniquas dicimus. Hic iterum ex M S. eod. pro eo quod Rhen. substituerat: damnantur pro, cum iniquas, liber Puteanus; quomodo iniquas Qui etiam paulopost eum MSS. legit: incestum cur non requirunt, infanticidia cur, &c. sed qua sequntur: in Cæsares aliquid cõmitto; placet magis vulgata lectio: incestus, seu incestuosus fum: & infanticida. Lego interim cum illis ex Prioribus excusis: quo purger; pro quod purgem.

CAP. V.

55. Vt de origine aliquid retractemus.] Cap. 5. in quo etiã Iust. Mart. imitatur plerumque inscribitur: Contra idola, in altero Vatic. cod. Quod erronea fuit lex definiens non licere Christianum esse, & ideo abroganda. In ex. vero antiquis reſtat: Quod Romani Imperatores Christianum nomen probauerint, & qui oderint. Aequi: Vt, pro eo quod post Zephyrum A. Gellius, legebatur: habent nan modo MS. & exc. priores codices omnes, sed etiam Euſeb. Eccleſ. hiſt. lib. 2. cap. 2. etiam Græce legens ἔφυς. & Niceph. lib 2. cap. 8. apud quos hunc locum Græcè (sicuti infra quoque Tom. 4. inter fragmenta) & Latinè reperire est. Ex quibus etiam & MS. ac excusis prioribus reposui: ne qui Deus, phrasi Tertullianea; de qua supra item. nisi à Senatu probatus.] Decretum autem istud exstat apud Crinitum de hon. discipl. lib. 10. cap. 3. ex Pontificum libris in hac verba: Separatim nemo sit habens deos nouos fiue aducnas. Nisi publicè adfcitos priuatim colunto.

56. Vt M. Æmilius de Deo suo fecit Alburno. Facit & hoc.] Ita hunc locum reſtituimus, partim ex MS. & prioribus excusis ac interpretibus Euſebij & Nicephori varijs, qui omnes legunt; Facit & hoc: partim ex Grace Euſebio, qui primo loco habet: πατρόθηκεν, & posteà repetit: πατρώνηται. Atqui de Deo Alburno latius infra Tom. 3. lib. 1. aduersus Mar. vbi pro: Metellus, legendum hauddubie M. Æmilius, nam & Græce est: Μαρκὸς Αἰμιλιος apud Euſeb. & Latinè apud eum & Nicephori Interpretes omnes. Liber Puteani eleganter, Scit M. Æmilius de Deo suo Alburno. facit & hoc, &c.

57. Tiberius ergo cuius tempore nomen Christianum in seculum introuit.] Sic infra cap. 7. Census istius disciplinæ à Tiberio est. Atqui etiam hunc locum Græce apud Eusebium ac infra Tom. 4. item Latine apud eius ac Nicephori Interpretes omnes vbi supra ad verbum reperire est, ac eandem historiam de Christi resurrectione adnunciata Tiberio per Pilatum Syriæ Palæstinæ præsidem latius apud eosdem ac Euseb. in Chronic. Oros. lib. 7. cap. 4. & Cedrenum Græce ac Latine. posteriores denique historicos omnes: Quibus fidem non adiubere tam probatis scriptoribus vanum foret. Etsi enim Act. 4. nominetur Pilatus cum Herode inter persecutores Apostolorum; nihil tamen obstat, quominus potuerit Cæsarem Tiberium certiorem facere de ijs quæ in prouincia sibi commissa contigerant. Nec contrariatur quod Act. 21. primum dicantur Antiochiæ discipuli cognominati Christiani, qua qui Hierosolymis & in Samaria iam ante crediderant in Christum, cui dubium, quin à Christo etiam Christiani nuncupatentur, vt verisimile sit Lucam loqui de primis Christianis inter gentes.

58. Quod illic veritatem illius diuinitatis reuelauerat.] Mss. omnes & Christophorsonus in versione Euſebij ac prius excusi legunt: quæ, pro quod, sed hoc magis placet vt referatur ad nomen Christianum. Clarius ex Græco vertit Langius apud Nicephorum: & adnunciatam sibi ex Palæstina veritatem dogmatis istius, ibi enim prima initia sumpserat, ad Senatum retulit, &c. Atqui reuelationem diuinitatis eam intelligo, qua per resurrectionem Christi facta est.

59. Consulite commentarios vestros. Rursum Interconsultorum vitur. Alludit ad Annal. Cornelij Tacitj qui disertis verbis id habet libro 15. aut potius ad Suetonium in Nerone, nam in fine Scorpiaci infra T. 3. hic verbis ideipsum explicat: vitas Cæsarum legimus, orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. Atqui etiam hunc locum ad verbum ediderunt Græcè Euſebius hiſtor. Eccleſ. libro 2. capite 24. & Nicephorus libro 2. capite 37. Et certè D. Auguſt. libro 18. de Ciuit. Dei. capite 52. Seuerus, Euſebius, Orosius, Sulpitius, ac Beda caterique omnes in Chronicis, primam gentium sub Nerone Christianorum per gentiles persecutionem celebrant; nam illa quæ in Iudæa & Iudæi non à fetur, particularis erat nec admodum atrox & à Iudæi non à gentibus facta est. Dedicatorem, vere proinceptore accipe phrasi Tertullea. recte adnotauit Rhenanus. Hoc obiter hic adnotandũ aut in Niceph. periodum integrã esse transpositã, aut qua praterea

illic habet de DD. Petri & Pauli martyrio, sumptaesse ex lib. de præscript. adversˇ hæret. vel ex scorpiaco Tertulliani.

60 Tentaueras & Domitianus portio Neronis de crudelitate.] *Hanc lectionem ex MS. cod. ac prioribus excussis restituimus, pro eo quod Zephyrus dumtaxat*: Domitianus prænonnine Neronis, *præsertim cum confirmetur lectione Græca apud Euseb. Eccles. hist. vbi supra & lib. 3. cap. 20. seu 15. ac Nicephalib. 3. ca. 10. vbi legitur*: μέρος ὧν τῆς τοῦ τύραννος ὠμότητος. *Et certè secundam præcutionem veteres omnes sic hoc Domitiano collocant.*

61 Sed qua & homo, facile cœptum repressit.] *hoc etiam ex MS. cod. & prioribus exc. phrasi Tertull. pro*: quia, *& pro eo quod mendose irrepserat*: receptum. *Atqui reuocatus ab exilio & propinquus Christi & Christianos a Domitiano, restantur vbi supra Euseb. & Niceph.*

62. Quos & ipsi damnare consuestis, &c.] *Neronis iniustitia, impietas & turpitudo plus satis nota est, & late à Suet. Tacit. aliisque describitur, qui ipsum crudelitatu damnarunt. Sitenet etiam de Domitiani actis rescissis per Senatum & Nerua nem eius successorem, tum ex isdem tum ex Euseb. & Niceph. in Eccles. hist. Quod quod Nerua (si Dioni creditur) omnes quæ rei erant impetratis in Deos, Christianos scilicet, absolui voluit.*

63. Ceterum de tot eiusde Principibus, vsque ad hodiernum, diuinum humanúmque sapientibus.] *Magis placet hæc Rhen. & priorum editionum distinctio, cum sit hæc aduersatiua, qua* Principes diuinum humanúmque sapientes *opponit impiis, sæuis, turpibus; quam vt referamus cum Zephyro ad hodiernum diuinum humanúmque principem seuerum. Quod sic vacaret particula*: sapientibus; *& non sit credibile diuinum appellari a Tertulliano quo Deum non nosset.*

64. Si litteræ Marci Aurelij requirantur.] *Exstant etiamnum hæ litteræ, tum in Appendice Apolog. Iustini Martyris Græce, & Latine ex triplici versione, Perionij Gelenij, ac Lagij, tum in comment. Onuphrij in fast. Rom. li. 2. ex exemplari Vaticano. Meminit eiusdē victoriæ in Marcomannorū finibus per Christianorum preces Auctor, paucis infra ad scapulam, citatus etiam cum Apollinari ab Euseb. l. 5. hist. Eccl. c. 5. & in Chron. vbi hæc ipsa verba reperire est. Et late Niceph. Eccles. hist. li. 4. c. 12. citans tum verba prolixissima Euseb. ij tanquam ex Apologia quadam ad Senatum Romanum (quam perperam, nisi mendosum sit codex, vti apparet, Tertulliano adscribit) tum ipsa hæc verba ex Tertulliani Apologetico nominatim. Ad quem locum Langius in margine præterea adnotauit verba Orosij lib. 7. c. 15. Iulij Capitolini, (quanquam ille hoc potius ipsi Imperatori tribuat, vt recte adnotat distinx Auctor apud Niceph. quia Christianum nomen oderat) Dionis item, qui vnam legionem imbrem impetrasse scribit, quæ* Κεραυνοβόλος, *id est fulminatrix dicta sit; & Eutropij seu potius Pauli Diaconi li. 10. Atqui damnatio tetrior in accusatores erat, vt vsui comburerētur. Eodem pertinet Rescriptum l. Generaliter. §. fin. D. de Decur. Eu qui Iudaicam (ita vocant Christianam quod à Iudæa orta) superstitionem, sequuntur, Diui Verus & Antoninus honores adipisci permiserunt, sed & necessitatem eis imposuerunt qui superstitionem eorum laederent.* Germanicam istim *addidit vocem*, illam *Carrio ex optimo libro Puteani in quo etiam erat*: sicut non palam.

65. Quales ergo leges istæ, &c.] *Etiam hunc locum ibidem Nicephorus pene ad verbum citat (vbi ex MS. cod. & exc. prior. restituimus*: vani, pro: vati.) *præterquam quod iuxta ordinem quo imperarunt Vespasianum ante Traianum collocet, & veri mentionem non faciat. Hic autem liber Puteani ponit caput sextum de legibus.*

66. Quas Traianus ex parte frustratus sit.] *Eleganter id quidem de Traiano, quippe qui tertiam quidem in Christianos persecutionem mouerit, sed post acceptas Plinij litteras, de quibus supra 2. cap. Christianos nunquam vexauerit.*

67. Quas nullus Hadrianus, &c.] *Procul abesse vt* Hadrianus *Imperator Christianos persecutus sit, quin potius per Apologias Quadrati & Aristidis ac Serenum Gratium legatum admonitus, pœnam talionis iniustis accusatoribus constituit, Rescripto edito ad Minutium Fundanum quod exstat in calce dictæ Apologiæ Iustinis Mart. apud Euseb. li. 4. c. 9. Nicephli. 3. cap. 28. & Paul. Diac. li. 10. & insuper (sicut ex Ælio Lampridio ad Constant. Imper. adnotauit Crimt. de honest. disc. lib. 10. c. 5.) de adorando Christo cogitauit, eidémque templa inchoauit, sed ab instituto destitit a præcellis sacrorum sedullum, veritus ne cetera templa deserērentur. Quarenon placet quod Solus Sen. Sulpitius sub isto quartam persecutionem collocat.*

68. Quanquam curiositatum omnium explorator.] *Iste (inquit Paulus Diaconus) facundissimus latine sermone, Græci litteris eruditissimus fuit, pertus etiam & in ceteris disciplinis canendi, psallendi, medendique scientia; Musicus, Geometra, pictor, sictorque ex ære & marmore; vt elegantius nunquam quidquam res humanæ experta sint, &c. prolixitatis gratia prætermittimus.*

69. Nullus Vespasianus quamquam Iudæorum debellator.] *Notior est historia belli Iudaici partim à Vespasiano, partim eius auspicijs à Tito filio confecti, ad destructionem vsque Hierosolymæ, quàm vt pluribus sit opus. Videat Lector Josephi. lib. 3. 4. 5. 6. & 7. de bello Iudaico. ac Egesippum de excidio Hierosol.*

70. Nullus Pius.] *Etiam de Antonino Pio, ad quem dictam Apologiam scripsit Iustinus Mart. verum est hoc testimonium; quippe quem contrarium Constitutionem ediderit, pro Christianis, quæ exstat apud Euseb. Eccl. hist. lib. 4. cap. 13. Niceph. lib. 3. cap. 28. ac Paulum Diaconum dicto lib. 10.*

71. Nullus Verus.] *Hoc opus, hic labor est disquirere quomodo nullas leges* Verus *aduersus Christianos impresserit, quippe quum Euseb. Eccles. hist. lib. 4. cap. 15. 16. & 17. ac post eum Niceph. lib. 3. c. 32. 33. 34. 35. & 36. Martyria enumerent DD. Polycarpi & Iustini aliorumque plurimorum martyrum in Asia, qua contigisse scribit sub M. Aurelio Vero Antonini Pij filio & Lucio, præsertim cum etiam Eutropius ac post eum Paulus Diaconus & M. Aurel. & Lucio cognomen* Veri *adtribuat, quibus consentit Iul. Capitol. in vita M. Aurelij, dicens quod M. Annius Verus 18. anno ætatis adoptatus fuerit ab Antonino Pio Consulatu eius 11. & pro Annio Aurelius cæperit vocari, & cum eo L. Verus simul adoptatus ambo Cæsares appellati sint; ac Dion & Ælius Spartianus in vita Hadriani, qui scribunt eosdem illos mortuo Pio pariter imperasse Dios fratres appellatos. Itaque discendum L.* Verum *Imperatorem (iuxta quod vndetur sentire Nicephor. lib. 3. cap. 34.) defunctum ante quam perfecutio quarta cœpisset; cui fauere videtur Apologia pro Christianis D. Athenagoræ non ad M. Aurelium & L.* Verum, *sed ad M. Aurelium & L. Commodum eius filium, quem post fratris obitum Cæsarem declaranit: & proinde Tertulliano non alium fuisse notum* Verum, *quam L.* Verum, *ad distinctionem M. Aurelij; pro qua sententia etiam faciunt D. Augustin. Oros. Seuer. Sulpit. locus supra citatus ac Martyrologium Romanum (in festo D. Polycarpi) qui omnes quartam persecutionem ponunt sub Aurelio Antonino, quam tamen postmodum moderatus sit vt supra diximus, tum præsertim Paulus Diaconus, qui disertis verbis dicit, post obitum L. Veri sui fratris ab eo persequi cœpisse Christianos. Si id non placet aut dicendum, quod leue persecutionis hanc non habuerit Tertullianus, qua solum Asiam & Galliam, non vero Africam peruagata sit; quod confirmatur ex eo quod D. Cyprianus longo post hunc tempore primus Episcoporum in Africa sacerdotales insulas sanguine suo decorarit, vt in vita eius à me dictum est: Aut quod nulla leges à Vero aduersus Christianos fint edita. Aut denique (quod magis probo) legendum est cum I. Vatic. & Leodiensi cod.* Nullus Seuerus; *quippe qui hactenus cum scriberetur Apologeticus nullas legesin Christianos edidisset, quinimo, si Tertull. ad Scapulam credendum est, clarissimas quasdam feminas & clarissˇ viros sciens huius sectæ esse, non modo non læserit, verum & testimonio exornauerit & populo furenti in os restiterit. Niceph. hunc locum citans* Veri *nullam facit mentionem, sed in Pio finit periodum, fortasse ex proposito hoc comma prætermittens.* Facilius itaque] *liber Puteani*: facilius vtique.

CAP. VI.

72. Nunc religiosissimi legum, &c.] *Inscribitur caput hoc 6. vbique in MS. codicibus.* De legibus, *sed quia nimis generale hoc est, placet magis Tit. Veterum excusorum codicum*: quantum à pietate & maiorum suorum legibus Romani descierint. *Atqui ex MS. omnibus substituimus* i vltores *pro*: cultores; & : in nullo exorbitauerunt, *pro*: in illo.

73. Quonam illæ leges abierunt sumptum & ambitionem comprimentes.] *Alludit ad Leges Sumptuarias & de ambitu, quas partim retractasse, partim ex integro sanxisse Augustum Imperatorem*: *testis est Suetonius in Octauio cap. 34. E quibus de Licinia sine cenissis sacris apte Zephyr. in sua Paraphrasi, sicut & de Censoria qua ex censura Fabricij Lucini iuxta Valer. Max lib. 2. cap. 4. 10. argenti libras Senatores dumtaxat concedebat*; & *ea qua specialem à interdicta fuit*; *ac de dignitatum ingeniorumq; insignibus, vt pluribus non sit opus quod ad eas 4. leges adtinet. Præterquam quod de eis & earum Auctoribus ad Gellium & Macrobium, Paulum denique Manutium de legibus Romanorum, lectorem remittamus & Legens Fannianæ hic adjiciamus ex Crinite lib. 14. de hon. disc. c. 6. Ludus, inquit, Romanus, Elebeti & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus, ara centum dies singulos impendunto, & aliis diebus x. in singulis mensibus triginta sumto. si quis plus faxit, dicta pœna damnatus esto. Calphurnia etiam legis de ambitu meminit in sua Præfatione Zephyrus.* quonam illæ, *liber Puteani*, quomodo illæ.

74. Quæ dignitatum.] *Castigatiunculam hanc Rhen. pro*: dignitatem, *confirmant Vaticani codices, est in Puteani est*, dignitarem. *Erant enim apud Veteres Romanos non modo augmentorum quæ enumerat Zephyr. sed etiam Consularia, Senatoria, Quæstoria, & Equestria insignia, de quibus latè tractat Vet. Faber Præses Tolosanus Semestr. lib. 2. c. 6. & 22. vsque ad 119. & præsertim de annulis aureis quos iam à tempore Augusti libertinis concedi captus tradit.*

75. Video enim & centenarias cœnas.] *Adfert similem phrasim dicto loco Crinitus ex C. Plinio de* centenarijs *porticibus, ac* centenarijs *argenteis sculptis, ex Lampridio.*

76. Et in lances.] *De lancibus centenarij ponderis Sylla, & Drusillani ferui Claudij promulsidæ quinquagenaria (ad quas hic alludit) vide supra lib. de Pallio cap. 5. num. 102. & 103.*

77. Primi Lacedæmonij penulam ludis excogitauerunt.] *Restituimus*: ludis, *pro*: nudis, *ex MS. omnibus & exc. prioribus. Atqui*: penula, *quæ & lacerna (inquit Rhenan. alicubi) vestimenti genus itinerarium & arcendæ pluuiæ accommodatum apud veteres, teste Ælio Lampridio.*

78. Video & inter matronas atque prostibulas.] *Etiam hanc locum latius tractat supra lib. de Pallio cap. 4.*

79. Quum aurum nulla norat præter vnico digito.] *Iterum ex MS. omnibus & exc. lectionem hanc restituimus* (*vt iuxta Rhenan. sientes etiam alibi accipiatur*: præter, *pro*: præterquam *more Græco qui ita τὸ πλὴν vsurpant*) *pro eo quod quasi elegantius substituerat Zephyr.* nulla membra norant præter vnicum digitum. *Acquisquod addat*: quem sponsus oppignorauerat pronubo annulo, *Videtur sic intelligendum, vt pro ferreo annulo, qui teste Plinio hist. nat. lib. 37. sponsæ mittebatur aureum annulum postea dare consueuerit sponsus & sic illam quasi* oppignorare.

80. Cum mulieres vîquedeo vino abstincrentur.] *hanc vocem Tertullianistam pro*: abstinerent, *substituimus ex MS. omnibus.*

81. Vtinatronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos.] *Intellexit (inquit Rhenan.) promptuaria quibus signa etiam imprimebantur, qua dum auelleretur* resignari, *dicebantur. Sic in Exhort. cast.* resignandos loculos dixit, *lib. de habitu Mulieb.* arboris illius resinatrix, *lib. de Virg. vel. Virg.* cum *virginitatem resignasset, & ibidem cap. 11.* per quæ primùm resignauerant pudorem spiritu. *Vox prima & historia ad verbum pene desumpta ex Plinio nat. hist. lib. 14. cap. 13. qui id adfert ex Fabio Pictore, præterquam quod legat* resignatos loculos *in quibus erant claues cellæ vinariæ.*

82. Impune à Mœcenio marito trucidata sit.] *Irasex 4. MS. cod. pro*: est, *qui etiam legunt*: Metennio, *sed prior lectio legitima est, quum Plinius ibidem* Mœcenij *legat, qui vxorem fuisse cum interfecisset quod vinum bibisset, à Romulo absolutus est.*

83. Idcirco & oscula propinquis offerre etiam necessitas erat.] *Adsecimini* etiam, *ex MS. omnibus*: *Cato (inquit ibidem Plinius) ideo* propinquis feminis osculum dare *instituit, vt sterent an temetum olerent, hoc tum nomen vino erat, vnde & temulencia appellata*, spiritu indicarentur. *Puteani*; iudicarentur.

84. Quæ per annos ferme sexcentos ab vrbe condita, &c.) *Repudium (inquit Val. Max. lib. 2. c. 1.) inter vxores & virum, à condita Vrbe vsq; ad vicesimum & quingentesimum annum nullum intercesit. Primus autem fecit etiam adnotauit Zephyr. in Paraph. vxorem sterilitatis causa dimisit Carbilius Spurius.*

85. Etiam circa ipsos Deos vestros quæ prospectè.] *Ex MS. omnibus id substituimus pro*: perfectè.

86. Liberum patrem cum mystcrijs suis.] *Ex iisdem adiecimus*: suis. *Liberi Bacchique sacra sublata fuisse Sp. Postumio Albino & Q. Martio Philippo Cossanno Vrbis D. LXVIII. Auctore Liu. 4. dec. ls. 9. adipsum refert. D. Augustin. lib. 6. de ciuit. Dei cap. 9.*

87. Serapidem & Isidem & Harpocratem cum suo Cynocephalo, &c.] *De his adfert Zephyr. carmen Lucani huic instituto optime conuenientem.*

Nos in templa tuam Romana accepimus Isim
Semideosque canes, & sistra iubentia luctus.

Et certe Serapis *et* Isis *Ægyptiorum diu omnibus probè noti sunt. De* Harpocrate *silentij Deo late tractat, huic quoque locum citans Politian. Miscell. cap. 83. ex Catullo, Plutarcho libro de Iside & Osiride Abammone Ægyptio ad Porphyr. sive Iamblicho, Lucil. Epigr. ad Dionys. Patrone lib. 3. de lingua Latina, Plin. nat hist. lib. 33. cap. 21. & Ouid 9. Metamorph. qui omnes Serapidi (sive Osiridi) & Isidi Harpocratem conungunt tàquam illorum filium. D. Augustin. denique lib. 18. cap. 5. de ciuit. Dei in hæc verba*: Quando (*inquit*) ferè in omnibus templis vbi colebantur Iis & Serapis, erat simulacrum quod digito labijs impresso admonere videretur vt silentium fieret; *Hoc significare Varro significat, vt homines eos fuisse tacerent. Vbi latissimè & D. Augustin. & Ludouic. Viues in schol. integram historiam & fabulas inde ortas horum Deorum Ægyptiorum prosequuntur. Cynocephali, id est canina capitis Dei ibidem meminit D. Aug. lib. 2. cap. 13. & explicat Viues in commentario, dicens eundem esse, de quo Virg. Aneid. 8.* Et latrator Anubis; *putans eum effigiem ortum, quod eiusmodi insignia gestarit Anubis Osiridis filius Ægypti Rex, de quo plura in Adnotat. nostris in D. Cypr. lib. ad Demetrianum num 32.*

88. Piso & Galbius consules.] *Consulatum gesserunt L. Calphurnius L. F. L. N.* Piso *Cæsoninus, & A.* Gabinius *A. F. Nepos, anno ab Vrbe Cond. D. C. XCV. Quod autem illis ceperunt, aris dicbornm Deorum euersis; perfectum videtur anno post hunc octauo v. C. DCC. III. à L. Æmilio Paulo consule, qui, cum (teste Val. Max. lib. 1. cap. 4.) Senatus Isidis & Serapis phana demuenda censuisset, eique nemo opificum adtingere auderet; postea prætexta securim arripuit, templique eius foribus infixit, de quo infrà latius cap. 9. num. 123.*

89. Ipso denique sermone proauis tenuntiastis.] *Subindicat, sua ætate iam corruptam sermonis Romani latinique elegantiam, quod manifestius est quàm vt comprobatione sit opus. Notanda interim phrasis*: nouè de die viuere, *pro*: indies. *Et ex MS. omnibus substituimus*: custodistis, *pro* custoditis, *& è contrario paulopost ex Bele. MS. 2.* destinatis, *pro*: destinastis. *ac ex ijsdem MS. & Vaticano*, tum hæc tum *postea frequenter*: proinde, *pro*: perinde. vt iam inde ad manifestiora pergam.) *eleganter liber Puteani*; vt viam mihi ad manifestiora purgem.

CAP. VII.

90. Dicimus scelerati ssimi.] *MS: partim hoc caput ita-*

scribunt: De infanticidio, *partim*: De fama incestus. *Vatic.* 1. *hoc modo*: Inanis est fama quæ Christianis obiicitur. *quos etiam mos in vnum composita Rhen. cum aliis exc. in scripto*: Quod de grauissimis sceleribus accusati Christiani, nunquam tamen conuicti sunt, nisi de fama sola cui non credendum. *Secutus est autem hic vel maxime Iustinum martyrem & Anaxagoræ. Rem ipsam satis explicat Zephyrus in sua paraphrasi, & latius Suffridus noster in Anaxagoram. Nostaque nihil aliud quàm de singulis calumniis locos etiam aliorum Scriptorum indicabimus, quibus ille tractantur. Ad quas certe iam ab ipsis Christianæ fidei incunabulis alludit D. Petrus 1. Epist. cap. 2. in hac verba*: Conuersionem vestram inter gentes habentes bonam; vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis: *& paulopost*: Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. *Auctor etiam supra non semel capit hoc argumentum attingere nempe cap. 1. vbi de* de domesticis indicijs *agit; cap. 2. cum bis terue repetit Christianos obijci nomen* homicidæ, sacrilegi, incesti; *& nominatim* infanticidiorum, incestorum, cocorum, canum, & comesorum infantium. *meminit & cap. 3. cum dicit*: singula quæ in occulto admittere dicimur in ipsos retorqueho qui obiiciunt: *& iterum*: incesti & infanticidæ *mentionem facit & rursum in calce præced. cap.*

91. De sacramento infanticidij & pabulo inde.] *Iterum reposuimus cum Rhen. ex MS. cod. omnibus*: inde; *id est ex sacramento infanticidij, pro eo quod tanquam elegantius (vt saltus ex coniectura frequenter, quod semel adnotasse sufficiat) substituit Zephyrus*: crudæ. *Præterquam enim quod Iustinus, Anaxagoras, Tatianus, in suis Apologijs aduersus gentes, Theophylus ad Autolycum lib. 3. Minutius Felix in suo Octauio aut Eusseb. Eccles. hist. lib. 4. cap. 8. hanc calumniam tractantes, nusquam crudæ carnis meminerint; & Theseæ epulas quas Christianis falsò adscribebant lautissimè coctæ fuerint ab Atreo illum fratre, certè Auctor supra cap. 2.* cocorum *meminit. Cauſam porrò huius suspitionis dedisse existimas Eusebium illa tum Simonis Magi, tum Menandri, Saturnini, Basilidis, Carpocratis & eius discipulorum cruenta & funesta sacrificia; de quibus præterea scripserunt D. Clemens Rom. in vita D. Petri, & Nicephlib. 2. Eccl. hist. cap. 14. Qualia etiam de Carpophorianis & Pepuzianis referunt Epiph. ac D. Augustin. de hæresibus.*

92. *&* post coniuium incesto.] *Sicuti antea & postea vbique ita hic*: incestum *neutro genere vsurpatur; vt & à Minutio Felice, & Anaxagoræ qui præ aliis supra citatus etiam hoc argumentum latius tractant.*

93. quod euertores luminum canes, &c.] *Jam ante me adnotauit G. Canterus, non recte canes tum supra cap. 2. tum hic interpretari Zephyrum lenones impudentes aut qui canum more humanas carnes vorarent; quin potius propriis nominis canes intelligendos, patet vel ex eo, quod sequ. cap. habet auctor*: prætectea candelabra & lucernæ & canes aliqui, & offulæ quæ illos ad euersionem luminum extendant. *Atqui*: cruistis, *pro*: cruitis, *iterum ex MS. omnibus reposuimus, ac paulopost*: & quidem proprij, *nempe hostes, pro*: propriè, *ex prouerbio, &c. licet manuscripti habeant*; proprie tenebrarum & libidinum. *putabat Carro copulam*, &c, *elegantius omitti posse. eduque probante Puteani libro.*

94. Quis cruenta, *&c.* Cyclopum & Sirenûm ora iudici referauit.] *Ita hunc locum ex Vat. 1. cod. castigauimus, pro*: Sirenarum ora iudicium referauuit. *Nota est fabula Polyphemi & Cyclopum hospites suos deuorantium in Sicilia & Italia, vel Plinio teste nat. hist. lib. 7. cap. 2.* Sirenes *vero aues erant teste Dione, quæ vbi homines cantu demulsissent, somno deinde grauatos lacerabant, vt est apud Plinium lib. 10. nat. hist. cap. 49. Hinc Zephyrus etiam ad* Sirenes *refert quod delatos ad se occidisse & deuorasse fingantur. Tert. infra T. 3. lib. 3. adu. Marcionem vocat* Sirenes monstruosas fabulosásque cantatrices. *Liber Puteani*; Cyclopum & Sirenum ora iudici reseruauit.

95. ipsos trahens homines.] *Ita ex MS. cod. & prior. exc. pro eo quod mendose strepserat*: ipsos vendens; *præsertim cum sit etiam interpretetur in paraphrasi Zephyrus & ante eum Rhen.* trahens *nempe ad Præsidem sine in iudicium.*

96. cum vel ex forma omnibus mysterijs silentij fides debeatur.] *Id indicasse Harpocratis statuam supradiximus cap. præced. ex D. Aug. & Varrone.*

97. Samothracia.] *In Samothrace insula (inquit Zephyr.) instantiones quædam fuisse dicuntur ad remedia nonnullarum pericolationum; vbi & Corybantum mysteria & Hecates sacra celebrabantur, cui canes ad antrum Zerinthum immolabant. Lact. lib. 1. cap. 15. & 17. in Samo etiam Junonis Sacra scribit celebrata.*

98. & Eleusinia reticentur.] *Haud abſimiliter Auctor infrà tom. 3. aduers. Valent.* Eleusinia Valentiniana fecerunt lenocinia sancta silentio magno, sola taciturnitate coelestia. *Quare etiam hic ex MS. restituimus*: Eleusinia, *pro*: Eleusina. *Meminerunt eorundem & turpissima fuisse declarant Athenagoras initio Apolog. Arnob. aduers. gent. lib. Minutius in Octauio. Clemens Alexand. exhort. ad Græcos. Lact. lib. 1. cap. 21. Euseb. præpar. Euang. lib. 2. cap. 3. Gregor. Nazian. in ſerm. Epiph. D. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 7. cap. 20. & Theodoret. de affect. Græcorum. Vide Suffridum in Athenag. & Vtuenum in D. Auguſt. qui Cereris & Proserpinæ dicata fuisse hæc sacra memorant, & in Eleusi pago Atticæ à Musæo inſtituta.*

99. Interim etiam humanam, &c.] *Hoc ſimiliter ex MS. & vet. exc. reſtituimus, pro eo quod primus Zephyr.*, interimenti, iam *&c. quis non malè tamen explicatus illud*: dum diuina, *id eſt, secreta*, seruantur. *Puteanus liber optime*, prouocabunt, *pro*: prouocabant.

100. Cum etiam impiæ initiationes arceant prophanos.] *Ipsi verba veterum ethnicorum vtuntur, qui solos initiatos & Romanos ad Cereris mysteria* Eleusinia *admittebant, vnde ortum illud Poëtæ.*

Procul ô procul este prophani. *& illud*:

Odi prophanum vulgus & arceo.

101. Natura famæ omnibus nota est. Vestrum est.

Fama malum, *&c.* Cur fama malum!

Ita iterum distinximus ex MS. omnibus & Rhen. pro eo quod irrepserat: omnibus nota est, vestrum Est, fama malum. *Est autem etiam versus Maronis ex 4. Æneidos, quem pulcherrimè explicat. Imitatur etiam hunc locum ad verbum ferè Minutius in Octauio. Ab hoc autem loco liber Puteanus orditur caput septimum de infanticidio.*

102. Hoc Romæ aiunt factum.] *Etiam hoc ex MS. restituimus, pro eo quod erat*: fama est hoc Romæ factum. *& paulopost adiecimus*: est. *Ac rursum*: Omnium est æstimare, *pro*: existimare. *& addimus*: illa. *Item*: obscurat, *pro*: obiicurant. *in libro Puteani alia longe est distinctio & scriptura*: ab vno aliquando principe exorta sit necesse est. exinde in traduces linguarum & aurium serpit. *& ita &c.*

103. etiam quod fama non disiulit.] *Id est (inquit Rhen.)* dissipauit. *Sic etiam loquitur Tacitus.*

CAP. VIII.

104. Vt fidem naturæ ipsius appellem.] *Præ cæteris huius capitis titulus arridet ipſi Vatic. 1. cod.* flagitia quibus infamantur, nedum falsa sunt, sed de Christianis incredibilia. *Imitatur etiam hoc Athenagoræ apologiam sub finem, hoc nec autem loquitur dum dicit*: Ecce proponimus horum facinorum mercedem, vitam æternam repromittimus; *reliqua satis explicat Zephyr. in paraphrasi quibus pauca quædam adjicimus.* Ecce proponimus.] *liber Puteanus ponit caput octauum de fama incesti. & certè superiora illa*, vt hidem naturæ, &c. *præcedentibus cohærere neque ab iis aueli posse concedebat Carro.*

105. Fugientem nouam animam exspecta.] *Iterum reposuimus ex MS. ac exc. prioribus, pro*: specta. *& infra* si tanti æternitas, *pro*: sit. *faciunt autem ad intellectu huius loci quæ*

apud

apud Minutium in Octauio Christianis falso obijcit Cæcilius ex castigatione Fr. Balduini: Iam de initiandis (*inquit*) tyrunculis fabula tam detestanda quàm nota est. Infans, farre contectus vt decipiar incautos opponitur ei qui sacris imbuatur. Is infans, à tirunculo, fratris superficie quasi ad innoxios ictus prouocato, cæcis occultisque vulneribus occiditur. Huius (pro nefast) sanguinem lambunt, huius certatim membra dispertiunt, hac fœderantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur; Hæc sacra sacrilegijs omnibus tetriora. *Bene est autem quod alle etiam fabulam vocet. Respondet interim illi Octauius eisdem pene verbis quibus hic Auctor.* Illum iam velim (*inquit*) conuenire; qui initiari nos dicit aut credit de cæde infantis & sanguine. Putas posse fieri vt tam molle tam paruulum corpus fata vulnerum capiat, vt quisquam rudem illum sanguinem nouelli & vixdum hominis cædat, fundat, exhauriat? Nemo hoc potest credere, nisi qui possit audere.

106. Cynophanes.] *Ita rectè primus Zephyr. pro eo quod Vet. exc. & MS. Elm. S. Bauon. Puteani ac 2. Vatic.* Cynopennæ, *ac Rhen. 1. edit.* Cyclopes; *dicens*, Cynophanes *capite canino quas Plinius refert venatu & aucupio vesci, & loquatur quidem de stolibus Indiæ populis Plin. lib. 7. cap. 2. sed nullo adscripto nomine; in fine interim capitis* Cynocephalos *collocat in Africæ solitudinibus; & Gell. li. 9. c. 4.* Cynocephalos *nuncupat vti & Cic. 6. ad Attic.*

107. Aut Sciapodes.] *Consentanea Zephyro do his tradit Plinius ibidem, sed longè ea à Trogloditis abesse scribit, quantum apparet in Indiæ, non in Lybiæ.*

118. Sed ignorantibus subijcitur.] *Supposita, inquit Zephyr. imperfunditer eam gerunt significationem, quam apud Græcos τὸ ἀποδιδρᾶσκειν καὶ ἀποδιδρᾶναι, id est, fraudem facere & decipere, vnde subijcit testamentum & impostores. De qua plura ad Epistolam 2. Cypriani ad Donatum num. 40. Reposuimus autem:* asseuerari; *& ex MS. omnibus vocem Tertullianicam* : Atquin.

119. Item panis quo sanguinis iurulentiam colligas.] *Ita nunc primum ex MS. quinque pro eo quod Rhen. & antea excusi* : qui sanguinis virulentiam colligat.

120. Præterea candelabra, &c.] *Multum etiam illustrare possit hunc locum disputatio Cæcilij & Octauij apud Minutium siquis edita esset à Fr. Balduino. Quorum ille*: Et de conuiuio *inquit*, notum est, passim omnes loquuntur, id etiam Cirtensis postri restatur oratio: Ad epulas solemni die coëunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis hominès & omnis ætatis. Illic, post multas epulas, vbi conuiuium caluit, & incestæ libidinis obtiterate feruor exatsit; canis candelabro nexus est, iactu offuiæ vltra spatium lineæ qua vinctus est, ad impetum & saltum prouocatur. Sic euersò & extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuoluunt per incertum sortis, etsi non omnes operæ, conscientia tamen pariter incesti. *E contrario Octauius*: Et de incesto, *inquit*, conuiuio fabulam grandem aduersus nos dæmonum concio mentita est, vt gloriam pudicitiæ, deformis infamiæ auersione, macularet; vt ante exploratam veritatem homines à nobis terrore infandæ opinionis auerteret. Sic de isto & tuus Fronto, non vt affirmator testimonium fecit, sed conuiciũm vt orator asperfit. Hæc enim potius de vestris gentibus natasunt. *& cetera quæ sequentis capite etiam pene ad verbum desumpta sunt.* Quid tum etsi.) *Puteani*; quid nunc etsi ista.

CAP. IX.

121. Hæc quo magis, refutauerim.] *Huius capitis inscriptionem partim ex excusis desumpsi, quandoquidem MS. hic distinctionem nullam facient. Hanc nempè*: Quod quæ Christianis obiiciuntur in sacris ipsorum gentilium tum in aperto, tum in publico committantur. *Atqui etiam hic Instinus martyrem & Athenagoram immutatur, ipsum verò pene ad verbum Minutium in Octauio.*

122. Infantes penes Africam Saturno immolabantur &c.] *Eodem modo Octauius apud Minutium*: Quia Saturnus filios suos expositi non vorauit, merito ei in nonnullis Africæ partibus à parentibus infantes immolabantur, blandi tijs & osculo comprimente vagitum, ne flebilis hostia immoletur: *Idipsum paucis sed in genere iam antea Iustinus Martyr. Apolog. 1. ad Senat Rom. Lactant. latius lib. 1. diuin. Inst it cap. 21. de eodem sacrificij genere tum in Latio quod sabbatum sit ab Hercule, tum Carthaginis ex Festeio Festo. D. Augustinus denique lib. 7. de ciuit. Dei, cap. 19 & 1ib. 18 de ciuit. Dei cap. 14. & 16. Tertullianus vbi supra. Eusebius præterea Oros. lib. 4. cap. 6. Trogum, Platonem in Minoe, Dionem Halicarnassæum, Theod. Cyrensem tu scrif. Euseb. præpar. Euang. Diodorum bibliothecæ lib. 20. & hunc Tertulliani locum. Atqui* penes Africam (*inquit Zephyrus*) *dixit in secretiori Africæ parte; qui significationem vitiat frequenter Liuius. Omni penes milites noxa erat, id est tacita inerat militibus.*

123. Vsque ad Proconsulatum Tiberij.] *Quod hic Tertull.* Tiberio *tribuit de sacerdotibus Saturni in cinerem actis, reforunt Iosseph. Antiquit. Iudaic. lib. 18. cap. 4. sen. 7. & Hugo Floracensis lib. 1. Rom. lib. 7. cap. 14. de sacerdotibus Iudæi & templo eius destructo ac statua in Tiberim mersa. Plin. lib. 30. cap. 1. Tiberio etiam adscribit quod Gallis Druidibus humanas victimas interdixerit, quod Suetonius Claudio tribuit. Videtur simile quid fecisse Tiberius in Africa tum ibi Proconsulatum ageret ante imperium. Porrò huiusmodi sacra iam antea sub Augusto eiusdem Romanis interdicta fuerunt, tam & toto orbe cessarunt principatu Adriani, præterquam Iouis Latiarisde quo, infra. Nos autem eum Rhen. ex MS. cod restituimus phrasim Tertull.* aliqui Deus, *pro*: aliquis. Perseuetat hoc sacrum. *Puteani liber*; perseueratur. *vtique infra*; libentes reciperebdebat, *pro*: exponebant.

124. Maior ætas apud Gallos Mercurio prosequatur.] *Haud absimiliter Minutius*: Mercurio Gallos humanas vel inhumanas hostias cædere; *& de maioribus D. Aug. vbi supra; præterquam quod etiam Saturno sacra hæc adtribuit, nisi mendosi sunt codices. Aly vt Plinius vbi supra, Solinus, Mela, Cæsar, Lucanus & Lactantius vbi supra, Eso & Theutates ea adtribuunt; sed rectè adnotat illic Pinet, eundem Theutatem esse quem Mercurium, (ad quem lectorem remitto.) quæ Hugo Floracensis apud me MS. hist. Treuirorum seu Galliarum lib. 1. cap. 14. disertis verbis scribet, eiusdem do sacrificia. Mercurio à Druidibus immolata.*

125. Remitto Tauricas fabulas.] Tauris (*inquit Minutius*) *Ponticis & Ægyptio Busiridis, etiam sunt hospites immolare. Et Lactantius: Erat lex apud Tauros vti Dianæ hospites immolarentur. Et ante eos Athenagoras: Dianà quæ apud Tauros colitur hospites cædit. Similiter Tertull. infra tom. 3. lib. 2. ad Marcion.* Nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet quæ fabulas frenis dedit, de sacrificijs Taurorum, &c. *ac latius in Scorpiace*: Sed enim, *inquit*, Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium, aut Afrotum Saturnum: hominum victima placari apud sæculum licuit. Et Latio in hodiernum Ioui media in vrbe humanus sanguis insuflatur. *Atque hoc est quod sequitur.*

126. Eccein religiosissima vrbe, &c.] *Hodieque (inquit similiter Minutius) sua Romanæ Latiaris Iupiter homicidia colebat, & quod Saturni filio diuinum est, mali & nouij hominis sanguine saginatur. Quod isdem pene verbis repetit Lactantius et ita tum in Latio fieri, immo adhuc ætate sua Eusebium id scribere, asserunt Vitues vbi supra. Quare & apud Plinium lib. 8. cap. 22. vbi ibi ipsum de Arcadibus refert, censeo legendum Ioui Latio, pro Lyceo.*

127. Sed bestiarij.] *Rhen in schol.* bestiariorum *ipsed magis placet hæc etiam MS. lectio, quod sequatur*: mali hominis. *Interpretatur ille* bestiarios *vilissimos homines, qui cum bestiæ afflictante populo depugnabant addens* bestiarij *eumdem, qui Germanus fuit imminisse Senecam. Rectius Zephyrus damnatos ad bestias. Cum quo ex MS. & Vet. exc. iterum legimus*: solum patris filium de crudelitate.

128. Qui natos sibi liberos enecent.] *Vet eum vide*

(inquit Minutius) procreatos filios nunc feris & auibus exponere, nunc ad strangulatos misero mortu genere elidere; & multo latius Lactant. lib. 6. cap. 20. cuius verba qualiam adsert Zephyrus.

129. Ferto enim mori ætas quoque maior optauit.] Repetitio est eius quod antea dixit: Maior ætas apud Gallos Mercurio prosecatur. in libro Puteani elegantes, optauerit. vt infra; deliberatur, pro: delibetur.

130. Homicidij festinatio est prohibere nasci.] Sic iterum ex MS. & prioribus exc. & : an nascentem disturbet, pro: nascentium. ac: fructus omnis, pro: hominis. Sunt (inquit Minutius) quæ in ipsis visceribus, medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, & parricidium faciunt antequam pariant. in Puteani; etiam fructus.

131. (Est apud Herodotum opinor) Mirum est cur hanc periodum præter miserit Zephyrus, nisi putarit esse ex margine contextus additam; verum eandem habent non modo Vet. exc. fed & MS. Belgici, Gallici; & Vaticani omnes, & ipse Zephyr. locum Heredoti citat lib. 9. de Scytharum fœderibus sicuti etiam Plin. lib. 7. verum ibi fœderum talium nullam mentionem reperio. Diffusum sanguinem. Puteani; defusum. quod elegantius videtur Corrions.

132. Nescio quid & sub Catilina degustatum est.] Haud aliter Minutius: Ipsum credo nempè Saturnum, docuisse, sanguinis fœdere coniurare Catilinam. De quo sic Sallustius: Fuere ea tempestate qui dicerent, Catilinam orationi habitæ, cum ad iusiurandum popularis fœderis sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. sic enim locum emendauit Carrio.

133. Aiuut apud quosdam gentiles Scytharum, &c.] Late agit Plin. dicto lib. 7. cap. 2. de Scythis, Cyclopibus, Lestrygonibus & aliis tum trans Alpes tum ad Septentrionem ἀνθρωποφαγοῖς quorum quosdam addit supra boristhenam ossibus humanorum capitum hibere, cutibusque cum capillo pro baltheis ante pectora vti. Hinc illa Prouerbia apud Tertull. lib. 1. aduers. Marc. infra tom. 3. Scytha terrior, Masageta inhumanior.

134. Hodie isthic Bellonæ sacratus sanguis de femore profiso in palmulam exceptus suis datur signatis.] Ita denuo ex MS. omnibus ac prioribus exc. pro: in parmulam. Porrò haud absimiliter Minutius: & Bellonam, inquit, seruum suum hausto humani cruoris imbuere. De quo latius Zephyr. paragh. verbi mutuatis ex Lact. lib. 1. cap. 20. in libro Puteani; in palmulam exceptus & sui datus signat.

135. Item illis qui munere, &c.] MS. & vet. exc. illi Intelligit autem (Rhen. interprete) gladiatorium munus. Minutius pauca sta expressit hunc locum: & comitalem morbum, hominis sanguine, id est, morbo grauiore sanare. Refituimus vero: hauseruit, ex MS. pro: auferunt.

136. Vbi sunt item illi qui de harena.] Etiam hoc his verbis repetit Minutius: non dissimiles, qui de harena feras deuorant illitas & infectas cruore, vel membris hominis & viscere saginatas. Atqui iterum reposuimus ex MS. colluctando, pro: conculcando, & : iactauit: pro: iacuit, licet in Puteani libro sit; iacuit. Ipsorum vrsorum alueis, pro: alui, Item: Ructatur proinde, pro: deinde. pro: cruditantes, liber Puteani; crudutantibus.

137. Minus autem & illi faciunt,] Ironicè loqui rectè admonuit Zephyr. & Gagnæus ad Marg. τῶν λεοβιάζεται notat; cum quo ruursum legimus: ad spurcitiam consecrantur, pro: à spurcitia.

138. Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem, &c.] Nobis (inquit Octauius apud Minutium) homicidium nec videre fas nec audire; tantùmque ab humano sanguine cauemus, vt nec edulium, pecorum sanguinem in cibis nouerimus. Porrò (vt adnotat Rhen.) non ita diu est, quod Christiani vescimur suffocate & morticina carne. Nam Betanus (seu Beda) presbyter & Herabanus in Pœnitentiario, sed & quatquot de hac re supra cccc. annis scripserunt, certum pœnitentiæ tempus præscribunt siquis Apostolicam hanc legem fuerit præuaricatus qua in Actis exstat Apost. (nempè capite 15.) vbi statuitur vt abstineat se à sanguine & suffocato. Atqui ex MS. legimus: ne quo modo sanguine contaminemur; & iterum adiecimus integrum orationis commu ex MS. & prioribus exc. certissimi scilicet, illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Item. ipsum proinde examinatorem acpostea: alioquin.

139. Vt foculum & acerram.] Acerra hoc accipitur sexta secundam interpretationem Festi, pro arcula thuraria in qua thus reponebatur. custodias autem nuncupat captiuos ipsos, vts adnotat Rhen. Alioquin negandi) putabat Carrio vitio admodum familiaris legendum; alioquin necandi.

140. Proinde incœli qui magis, quàm quos ipse Iupiter docuit] Similus locus est apud Cypria. epist. 2. ad Donatum. vbi videat lector adnotat. nostras num. 33. Idem genibus imporerat Iust. Apol. 1. ad Senat. Rom. & apertus de Ioue Athenagoras. Qui, inquit, ex matre ea Rhea & ex filia puella prolem susceptt, & propria sorore pro coniuge abusus est. Et Arn. lib. 5. Etiamne in matrem, etiamne in filium efferas petendi appetentibus adhuniunt? &c. Immo etiam Octauius apud Minutium, & Lactan. lib. 1. cap. 10.

141. Persas cum matribus misceri Ctesias refert.] Similiter Minutius: Ius est apud Persas miscere cum matribus. Vide Zephyri Paraphrasin. Exstant quædam huius Ctesiæ Cnidij fragmenta edita Græcè ab Henrico Stephano.

142. Cum primum Oedipum Tragœdiam.] Hinc Athenagoras concubitus quos Christianis obiçiebant Oedipodis appellat, quod Oedipus matrem Iocastam nescius vxorem duxerat; sic & Lact. vbi infra.

143. ἐμεῖν εἰς τὸν μητέρα.] Priores editiones habebant dumtaxat : ἐμεῖν. Iubsimuit Rhen. μεμίαμμένοι ad est, insanist, ac si dicat Oedipum vsum Macedonibus insanire, qui tantoperè in cœsso doleret. Elm. & S. Baron. & Puteanus MS. cod. ἐλλιῶν εἰς τὸν ἀλιάδα. Placet magis prima lectio quam Zephyro acceptam debemus; vt ἐμεῖν ab ἐμεῖν, id est euomo derivetur. Præsertim cum Vat. cod. idem habuisse coniectam, quod 14. amanuenses qui illa contulerunt nullam hic diuersitatem adnotarint, aliaquin diligentissimus præsertim in Græcis phrasibus.

144. Suppeditante materias passiuitate luxuriæ.] Hanc Rhen restitutionem confirmant quinque MS. cod. quare iterum reposuimus, præsertim cum passiuitas vox sit Tertullianica de qua supra lib. de Pallio, nu. 86.

145. Imprimis filios exponitis suscipiendos ab aliqua præterquam misericordiæ extrancæ.] Ita hunc locum restituimus partim ex MS. & exc. prioribus qui omnes habent: misericordia extranea; partim ex his Minutij verbis: dum etiam dominatus alsena misericordia frequenter exponitur. Quem eundem abusum illis improperat Iust. Mart. Apol. 2. ad Anton. Pium, & Lact. libro 6. capite 20. Manifestum dicens illum fieri exemplo dicti Oedipodis duplices scelere confusum, quod nempè expositio ipsius adhuc infantis materiam subministrarit incesti.

146. Cuius vbique saltus facilè possunt alicubi ignaris filios pangere.] Rursum etiam hoc restituimus ex MS. cod. pro eo quod arrepserat: saltu: & ignari. Iterùmque paulopost adiecimus: & fidelissima.

147. Quidam multo securiores totam vim huius erroris virginc continentia.] Sic etiam ex MS. omnibus, pro: virginea. Locus insignis pro Christianorum primordiis etiam virorum perpetua continentia, aduersus eos qui omnes admatrimonium volunt adigere; de quo alibi latius.

148. idem oculi renuntiassent vtrumque.] Etiam hoc ex MS. & prioribus exc. pro: idem renunciallet; vt: idem: accipiatur more veteri pro: iidem.

149. Sic per omnia ostendam.] Priores exc. dumtaxat habebant: Sic per omnia. Zephyr. in contextu nihil tale, sed tamen interpretari videtur in paraphrasi lectionem hanc MS. quinque codicum, addendo illud: confiderabitur. Quia tamen adhuc locus obscurus est, conjecto legi potuit debere; Sic per omnia offendunt.

CAP. X.

150. Nunc de manifestioribus dicam. Deos, inquitis, non colitis.] *Caput hoc* X. *inscribitur sic in MS. cod.* De non colendis idolis. *sed inscriptio placet, aut quam habent exc. cod.* Deos quos; colunt, non esse deos. *cum similem titulum, libro suo Cyprianus ensisse argumentis inscripserit, auctilla 1. Vat. cod.* Quod Saturnus, Iupiter, & alij Dij, homines fuerint, & non verè Dij. *Liber Puteani ab eo*, Deos iniquitis, *&c. incipit caput* IX. *de non colendo idola.* non impendentis, *liber Puteani*; non penditis.

151. Altera quæ desperat, altera quæ recusat.] *Sic iterum ex MS. ac priorib. exc. pro*: desperer, *ac*: recusset. *Item*: desinimus, *pro*: desijmus. *In Puteani libro est* 3 disperat. *quod rectè putat Carrus pro eo quod est, separat aut potius causam dimidit. mutabant enim in compositis a in e. vt à pato repero. & similia. sic infra semper, despero, pro separo.*

152. Erde ciuitatibus in quibus nati sunt, &c.] *Hoc & quod de sepulchris subiungit ad Iouem refertur, cum Antrum* (*Cypriano teste vbi supra*) *in Creta visitur & sepulchrum, de quibus illic latius in Adnot. nostris num.* 8. *Quod verò de regionibus habet in quibus vestigia sunt relicta, ad Saturnum, de quo mox latius. Athenag. pro Christian. Deos omnes gentium, ex Orphæo & Homero demonstrat, latissimè id etiam Arnob. lib.* 1. *& frequenter Lactant. D. Augustin. denique lib.* 7. *de ciuitate Dei cap.* 18. nec ego; liber *Puteani* Nunc ergo.

153. Nouos, veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, &c.] *Varia Deorum appellationes quorum* 30. *milia censeri ab Hesiodo tellit est Euseb. lib.* 5. *de præpar. Euang. cap.* 15. *Lactant. lib.* 1 *cap.* 1. *& 16. eo quod masculi sint dij & femina, quum quotidie nouos Dij nascantur Deorum innumerabilis plena dicit omnia. Atque Deos Nouos videtur intellegere qui dicebantur Minorum gentium, quales Castor & Pollux vel Amphiaraus. Veteres, maiorum gentium, quales Saturnus, Iupiter, Apollo, Vulcanus, Mercurius.* Barbaros *qui a gentibus Barbaris colebantur.* Græcos & Romanos, *habet distinctim apud Cyprian. vbi supra, & Minutium in Octauio.* Peregrinos, *qui aliunde accersebantur, quales Isis & Serapis.* Captiuos, *sicuti Penates Troiæ adductos, qui vi in triumpho primum aduecti etiam veneratioui esse cœperunt.* Adoptiuos, *quales Antinous.* Proprios, *ideo quinque genti peculiares de quibus infra cap.* 24. Cõmunes, *tam Græcis quam Romanis.* Masculos feminas, *vt Iouem & Iunonem.* Rusticos, *Faunos nempe & Satyros.* Vrbanos, *quos in vrbibus colebantur.* Nauticos, *vt Leucothoëm & Palæmona.* Militares, *vt Martem & Bellonam.* Ante Saturnum. *liber Puteani caput decimum penis de Saturno & Ioue.* Quantum litteræ. *liber Puteani*; si quantum litteræ. *vt infra*; si quantum rerum argumenta, *pro*; si quæras rerum argumenta.

154. Neque Diodorus Græcus. [*Etiam hoc locum ex MS. Elnon. Puteani & S. Bauonis ac exc. priorib. restitutum est, pro eo quod nescio vnde Zephyr, substituerit*: Theodorus. *Quemadmodum Carrus in sua Antiqui lectionibus reiecit emendauit. praefertim cum priori lectioni consentiat ipsiemet penè verbo Lact. lib.* 1. *cap.* 13. *Omnes, inquit, non tantum Poëta, sed historiarum quoque ac rerum antiquarij scriptores, hominem fuisse Saturnum, consentiunt, qui res esse in Italia gestas memoriæ prodiderunt*; Græci, Diodorus & Thallus; *Latini*, Nepos, & Cassius & Varro *verbo mutuatis à Minutio Felice in Octauio. Intelligit autem Diodorum Siculum, de quo in hac verba Iustin. Mart. Orator. ad gent.* Ex qui apud vos historicorum omnium illustrissimus est Diodorus, qui sui Bibliothecas in compendium redegit, & 30. totis annis, quemadmodum ipse scriptum reliquit, Asiam & Europam propter exquisitam diligentiam peragrauit, spectatórque rerum plurimarum fuit, quadraginta integris editis historiæ suæ libris. *Meminit eiusdem Bibliothecæ Aphr. apud Euseb. lib.* 10. *de præp. Euang. cap. vlt. Eiusdem hist. lib.* 1 *de Ægyptiorum Theologia magnam partem, cum laude citat Euseb. de præpar. Euang. lib.* 2. *cap.* 1. *vbi hæc de Saturno verba refert, & ea ad quæ Tertull. alludit*: Deos, inquit, mortales homines fuisse, & deferunt Ægyptij, *sed virtute ac beneficijs immortalitatem consecutos*; *quorum nonnulli Reges fuere. Et paulò post*: *Solem aiunt primum omnium apud Ægyptum regnasse. Soli cælesti cognomine quamuis nonnulli sacerdotum Vulcanũ contendunt primum igne inuento regnum obtinuisse, deinde Saturnum, qui sorore Cybele in vxorem ducta, Osirim & Isim genuit, aut ve plurimi dicunt Iouem & Iunonem. Hos vniuersum orbem imperio subiugasse & quinque Deos procreasse aiunt, Osirim, Isim, Typhona, Apollinem, ac Venerem; Osirim Dionysium, Isim Cererem esse autumant. Exstat dictus Diodor. lib.* 1. *Poggio Florentino interprete & Græci lib. cius* 15. *ex.* 40. *Vixisse autem se fatetur lib.* 6. *sub Augusto Cæsare.*

155. Aur Thallus.] *Etiam hoc & infra cap.* 19. *ex MS. Belgici ac Lactantio pro* Tallus *præfertim cum consentiat Iust. Mart. vbi supra. Et proinde ita etiã cæsim ad Africanus apud Euseb. de prap. Euang. lib.* 10. *cap. vlt. vt & Diodori*, Thalli, *Castoris, Polybij, Phlegontis sique historijs patet. Nam paulò post sequitur*: *Castor & Thallus, in hoc conuenunt qui Syriacam historiam diligenter tractarunt.*

156. Neque Cassius Seuerus] Cassij *meminerunt etiam Lactant. vbi supra & ante eum Minutius. Plin. lib.* 35. *multa se desumpsisse tradit ex Cassio Seuero, & Seneca alicubi* Cassi Seueri *Rhetoris meminit qui multas lucubrationes scripserit.*

157. Neque Cornelius Nepos.] *Etiam hunc meminerunt Minutius, & Lactant. vbi supra, & quã plurima ex illis citantur à Plinio in omnibus pene libris hist. Natur. Atqui ex MS. restituas* eiusdem antiquitatum; &: promulgauerunt.

158. Postque Attica hospitia.] *M S. legunt*: postquam. *Verum illud magis placet*: *præsertim cum ita sit in Puteani.*

159. Exceptus à Iano vel Ianę vt Salij dicunt, &c.] *Hæc eadem tractant isdem penè verbis Minutius in Octauio, & Lact. lib.* 1. *cap.* 3. *Vide etiam paraph. Zephyri ac Adnot. nostras in D. Cyprian. lib. de idol. vanit. num.* 9. 10. 11. 12. 13. & 14. *Atqui ex MS. ad omnibus restituimus*: incoluerat, &: idepalauerat, *pro*: debellauerat, *& additimus qua nescio quo casu præterm isse erant in editione Zephyri & deinceps*: vsque nũc est. Tota denique Italia post Oenotrian Saturnia cognominabatur. Oenotrian *verò dictam tradit Stephanus, aut ab* Oenotrio Arcade, *aut à bonitate vini vel οἰνοτροφίᾳ. scribatur.*

160. Mons quem incoluerat Saturnius dictus est] *Hunc locum videtur desumpsisse ex Varrone lib.* 4. *de ling. Lat. citatum etiam à D. Augustin. lib.* 7. *de ciuitate Dei cap.* 2. Mons, *inquit*, in quo Capitolium est ante Tarpeius dictus est. *Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo latè Saturniam terram vt etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturnium scribitur. Eius vestigia etiam nunc manent tria*; *quod Saturni fanum in fastigio*, *quod Saturnia poëta quam Iunius scribit quam nunc vocant* Pandanum, *quod post adem Saturni in adificiorum legibus*, *parietes*, *postici*, *muri*, *sunt scripti. In quem locum adfert Scaliger ipsos Ennij & similes Maronis versus de Ianiculo. facit etiam ad hunc loci intellectum quod habet Minutius, doceritque Saturnium litteras imprimere, & instrumenta conficere, hoc est enim quod dicit Auctor*; Ab ipso primum tabulæ.

161. Tamen si homo Saturnus, vtique ex homine.] *Lact. cap.* 11. *lib.* 1. *docet ex Trismegisto natum fuisse Saturnum ex eo homine cui Prania nomen fuit.*

162. qua ignoti, &c. de cælo supertenuisse dicuntur, &c.] *Imitatur Athenagoram qui ex Sibylla hos versus adfert*:

Ætas humani generis cum dena vigerer
Ex quo diluuio gentes periere priores;
Saturnus, Titan, regnabant Iapetúsque
Quos homines cœli sobolem terræque vocantes
Eximiam, cœlo nomen rerræque dederunt,
Quod virtute forent reliquis præstabiliores.

Ipsum autem de verbo ad verbum penè Minutius Felix in Octauio & Prudent. lib. 1. *adu. Synun. Lanfiantius vero lib.* 1. *cap.* 11. *postquam verba Felicis citauit addit & aliam rationem*: *Fuit*, *inquit*, *& sic argumentari. Saturnum cum potentissimus fuit, inquit, & fic argumentari. Saturnum cum potentissimus esset, ad retinendam parentum suorum memoriam, nomina Regum cælo terræq; indidisse, cum hac prius alijs vocabulis à po-*

pellarentur; quæ ratione & monitibus & fluminibus nomina fecimus imposita D. Aug. de civit. Dei lib. 7. cap. 19. fortius argumentatur. S. d ecce, inquit, Saturnus, ſi ille eſt filius, Janus eſt filius, Cælum enim eſſe Iouem innumerabiliter & diligenter affirmant. Ita iſta quæ a veritate non veniunt, pleraque & nullo impellente, ſeipſa ſubuertunt. Repentino aduentu. a libro 11. eans abeſſe vox, aduentu. & infra legit; oſtendemus pro, oſtendimus. Atqui cæliganimus ex 2. Vatic. cælitem contigit dici; & ſim Puteus & aqueſt; contingit. Et adnotat Rhenan. Tertull. vſtratum eſſe feminis lui par, cum genitiuo, ſicut etiam infra: quorum pares deos; ac infra tom. 2. lib. de Patientia: magnitudinis pat, ac alias ſæpenumero.

CAP XI.

165. Et quoniam ſicut illos homines fuiſſe, &c.] Caput hoc partim ex cod. exc. partim ex argumento ſic inſcripſimus: Cur cum homines eſſent, facti ſint ab hominibus Dij, cauſſas eſſe vaniſſimas.

164. Mancipem quendam diuinitatis.] Veniſſe (inquit Ren.) mancipem diuinitatis vocat Deum illum ſuprorem ac potiorem, qui reliquis diuinitatem communicarit, ſicuti ſutrinæ magiſtrum Plinius mancipem vocat, & in qualib. tre qui ſummi ſunt mancipes dicuntur. Vide Adnot. noſtrauin Epiſt. 69. D. Cypr. num. 21. Pau. poſt iterum ex MS. reſtituimus & pr oribus excuſis: nec alius præſtare, &c. niſi qui propriè poſſidebat: & poſt a: miniſteria, pro; myſteria.

165. Totum enim hoc mundi corpus, &c.] De mundo varias Zehaorea, Platonu & veterum philoſophorum ſententias videre eſt apud Theodor tum lib. 4. de Grac. affect. curat. vbi lectorem remittit ad Commentarios Xenphontu, Arij philoſophorum Placita eorum dem Plutarchi compend um & Porphyrij Philoſophorum hiſtorum. Platonis autem ipſiſſima verba de mundo g nito adferti bidem ex Timæo, & li de rep. ac Politico. Atqui legimus ex MS. paulopoſt: perfecit, & adiecimus finit.

166. Et ipſum Iouem quæ in manu eius imponitis fulmina timuiſſe.] Hæc iterum adiecimus ex MS. & priorib. exc. timuiſſet Minutius in Octauio: illic Iouis, inquit, fulmen eius Æneæ armis in incude fabricatur, cum cælum & fulmina & fulgura longe ante fuerint quam Jupiter in Creta naſceretur, & flammas veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari, nec ipſe Iupiter non vereri.

167. Item omnem frugem ante Liberum, Cererem, & Mincruam.] Aut alludit ad ætatem Saturni, quem ſcribit Macrobius in Latio primum agriculturam docuiſſe, & / uni quæque uſum demonſtraſſe Seruius in 8. Æne d. Virg. aut certè ad hiſtoriam Geneſeos vbi cap. 3. dicitur: Emiſſus Adam de paradiſo voluptatis vt operaretur terram, & cap 2. Abel paſtor ouium fuiſſe dicitur & Cain agricola, cui conſentiens Joſeph. 1. Antiquit. Judaic. addit. Cain agri fructus Deo obtuliſſe; & cap. 9. poſt diluuium Noë vir agricola exæſſe cœperet. ram, & plantaſſe vineam, cuius filius Japetus cum (vt ſupra dictum eſt) tempore Saturni viueret, non potuit Liber vitu inuentor eſſe; ſed potius oſtenſor nouæ frugis, vt paulopoſt Auctor adfirmat & ſimiliter Lactt lib. 1. cap. 13.

168. Male cum Luculllo actum eſt, &c.] Non minus lepide quam verè adſ ſuers D. Hieronymus ad Martellam. (Iſin. hauddubiè ſecutus lib. 15. natur. hiſt. cap. 25.) Acceptimus, inquit, & canuſtum ceraſis refertum talibus & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata exiſtimarè, ſiquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia (bello nempè Mithridatico anno vrb. cond. 680.) ſubmigatu, de Ceraſunte primus Romam pertulit, vnde & de patria arbor nomen accepit. Oſtenſor & inuentor. a Puteani bro abſunt illa; & inuentor & reſte.

169. quas illis ſtationes & poteſtates diſtribuiſtis.] Alludit ad ſtationes & officia militaria quæ variè diſtribuuntur ab imperatoribus.

170. Ethinc conceditis opinor,] Reſtituimus cum Rhen. hinc: pro: hic. ex MS. omnibus & prioribus exc. Item paulopoſt; cum vultis, pro: cum multis.

171. Quique in parentes & ſorores inceſti, &c.] In Iotiem qui Opt. Max. dicebatur competere inceſtum ſupra diximus cap. 9. num. 140. De adulteriis eius, raptu virginum & pueri Ganimedis late tractatur a Lactant. lib. 1. cap. 10. ſicuts & de ſanitia eius in patrem qu m r gno expulit.

172. Et qui occidunt & qui furantur, & qui decipiunt.] Homicidam Martem & furem ac nebulonem Mercurin (vt cum Lactant ibidem loquar) hic intellegit Auctor. Atqui reſtitutimus ex MS. cod. cum Rhen. Quem neminem pro hominem, ſine interrogationis nota. & : Atquin vt. Item ex Puteani & Vat. 1. cod. aſciuit, pro: acciuit. & ex eodem Vaticano; Deos facitis, pro: facite. ac: Sed vt omitaam.

173. Quot autem potiores viros apud inferos reliquiſtis.] Locm adnotatu dignus aduerſum Eraſmum & alios qui tantum non inferis excludunt Socratem, Tullium, ac alios viros inſignes tam Græcos quam Latinos quorum hic ſit mentio; quorum ferè omnium excellentia in prouerbium venit, de quibus adeo latiuſcuiter Proverbiales formulas. Hic adnotatu digna voces Tertullianæ: militarior, ac cluſit, pro: clauſit.

CAP. XII.

174. Ceſſo iam de iſtis.] Caput hoc 12. paucis ſic inſcribunt exc. priores codices: Quam vana deorum ſimulacra. Vat. 1. cod. non ab militer: Simulacrum colere alienũ eſt prorſus ab omni ratione. Puteani liber penit caput undecimum de ſimulacris. Imitatur autem hic Iuſt. Mart. Apolog. 2. Vide Zephyrum in Paraphraſi ac omnes aduerſus gentes Apologetas.

175. Quam materias ſorores eſſe vaſculorum.] Adiecimus iterum ſorores, ex MS. omnibus & prioribus exc. ac ſi dicat, ex eadem materia fieri deorum ſimulacra & vaſcula domeſtica, immo (vt cap. ſequ.) in vaſa nonnunquam commutantur, vbi ſam contrita & contuſa fuint. Quare & magis placeret lectio 1. edit. matres & ſorores eſſe vaſculorum niſi MS. omnes legerent: materias.

176. Quaſi fatum conſecrationc mutantes, &c.] Sicetiam Minutius in Oct. Imagines conſecratas vulgus dicit publicè colere, dum opimo & mensi imperitorum artu conſummata decipitur, auri fulgore perſtringitur, argenti nitore & candore eboris hebetatur. Et non multo poſt: Nondum, inquit, Deus ſaxum: eſt lignum vel aes, ntum. Dece ornatur, conſecratur, oratur, tunc poſtremò Deus eſt, cum homi lis valuit & dedicauit. In conſecratione autem (i ſte Cicer. pro Domo ſua) ſtatuebantur ar e quæ religionem afferrent, & Jebani conſecrationes à Pontificibus aut à Tribunis plebis. Atqui repoſuimus iterum: contumelioſiſſime. ex MS & exc. prioribus.

177 Crucibus & ſtipitibus imponitis Chriſtianos.] Pulchrè deducit, ijſdem ſupplicys affixos abiſſe Deos ſuos, quibus in Chriſtianos animaduertebant, quæ erant Cruces, ſtipites, vngulæ, captiui pœna, beſtiæ, ignis, & in metallà relegatio. Imitatur autem etiam hic per omnia Tertullianum Minutius, diſtinguens interim inter ſimulacra; vt in lignerum compet as ſuſpendi, cædi, dolari, runcinari, conſtrui; in æreum vel argenteum conflari, fundi, plumbari, tundi malleis, & incudibus figurari, in lapideum denique cædi, ſculpi, leuigari, & erigi. Atqui illud: argilla deformat cruci & ſtipiti ſuperſtructa, ita explicat Joſep. Scaliger in Feſtum, vt alludat Auctor ad derivationem ſtipitis a ſtipa, quæ propriè crux eſt cui argillam imponunt plaſtæ.

178. Dedicatur.] De ſupra Neronem dixit dedicatorem damnationis Chriſtianorum; accipiens, dedicare, pro incipere, in quo illum imitatur etiam D. Cypr. vti adnotauimus ad epiſt. eius 33. num. 9.

179. Aſciæ, runcinæ, ſcobinæ.] Inſtrumenta ſunt fabrilia penè eadem. Aſciæ, quibus ligna dolantur. runcinæ, quibus leuigantur. ſcobinæ a ſcobe quibus limantur. Vide Varronem de Ling. Lat. lib. 5. & 6.

180. Ante plumbum & glutinum & gomphos,] Zephyrius: gomphos, magnos clauos interpretatur, Græca enim vox γόμφος, clauum ſignificat.

181. Ad beſtias, &c. quos Libero & Cybele & Cereri.] MS. quinque Cæleſti & quidem eadem quæ alibi Ceres, in Africa Cæleſtes dicebatur; vt infra latius eap. 29. Cetera requirat lector in paraph. Zephyri.

182. Inde censentur dij vestri.] *Eadem significatione supra dixit cap. 7.* Census iltius disciplinæ à Tiberio est *& cap.* 10. ab illo (*Saturno nempè*) census totius vel potioris diuinitatis est. *& in lib. de Monog. iuxta MS. cod.* Census noster transfertur in Christum. *ac paulo ante*: secundum initium quod tibi & in Adam censetur, & in Abraham recensetur. *nec absimiliter Arnobius non semel Deorum censum dixit. Alludis autem ad morem Romanorum apud quos lex erat* (*Ciceroni teste* 3. *de Leg.*) *Censores populi aestates suboles familias pecunia censento.* Solet in insulis.] *Liber Puteani*: solet & in insula, aliqui Deus vester, *more Tertullians inquit Carrio.*

183. Qui Senecam aliquem.] *Sic supra* (*inquit Rhen.*) *dixit* aliquem de sapientia Socratem. *Ac si dicat* (*vt adnotauit Latinius*) *non quemlibet sed egregium & insignem. Sic enim solet Tertull. vocem hanc*, aliqui, *vsurpare. Quem admodum lib. 4. adu. Marc.* Sed erat vnus aliqui deputandus. *& initio lib.* 5. nouus aliqui discipulus. *Seneca autem librum de superstitione citars adnotauit Gagnaus in margine ab Aur. Augustinum lib. 6. de ciuit. Dei cap. 10. vbi non modo quæ in Paraph. Zephyrus sed multo plura ex eodem libro (quæ deperijt) allegantur tam huic loco conuenientia, vt non dubiũ sit Auctorem hunc illius etiam verba quædam imitatum esse. Similem vero locum ex libris Senecæ Moralibus etiam adfert Lactant. lib. 2. cap. 2. vbi multa in hanc sententiam etiam cap. 3. & 4. profequitur.*

184. Igitur si statuas & immagines frigidas mortuorum suorum similiumas non adoramus.] *Quæ locum hunc Magdeburgenses deturquent aduersus vsum imaginum in Ecclesia vsitatum; possum ipsum uno verbo respondere, quod Patres Synod. 7. General. Nicen. 2. Act. 6. responderunt: ad falsam Synod. contra imagines editam: Eaquæ diuini viri contra idola locuti sunt, hæc ipsi homines etiam post cognitionem veri atq; confessionis Sanctæ, detorquent in imagines sacras. Verum quia etiam Zephyrus censet eius temporis Christianos nihil in templis habuisse præter Crucis insigne super aram ad Orientem* (*de quo infra latius cap.* 16.) *operæpretii fuerit hic antiquitatem Apostolicæ traditionis etiam aliarum imaginum quanto fieri poterit compendio, commonstrare, remittentes lectorem pro latiori huius argumenti intellectu ad totam dictam Synodum 7. Damascen. & Iunæ Aurelianensis de imaginibus libros, & Rouerendissimi Episcopi Vltraiectini Frederici Schenckÿ, Sanderi Angli, & Ioan Molani, eadẽ de re tractatus peculiares, aliósque omnes questquot hæc tempestate hæreticos oppugnarunt. Alani denique Copi Dial. 4. & 5. contra Magd. & adnotat. Feu-ardentÿ in Irenlib. 1. cap. 25. n. 3. Imprimis autem Tertull. non dixit, Christianos* (*vti calumniantur Magdeburgenses*) *odisse statuas & imagines, sed non adorare, quod certè vti frequentissimè inculcant Patres dicta 7. Synod. ac Damascen. & Ionas*) *nemo vnquam nostrũm tentauit, si de adoratione Latriæ intelligatur, qua solis Deo debetur, qua inter gentes vsurpabatur; secus si sermo sit de ea adoratione qua salutationem significat, & in scripturis est frequentissima, qualinempe Abraham & Dauid etiam homines & angelos prosequuti sunt; nihil enim obstat quominus tũ imagines Christi & sanctorum atque homines ipsos veneremur. Deinde de illis dumtaxat agit statuas & imaginibus quæ mortuorum similitudinem sunt; nempe quæ Deos referunt, qui reuera non sunt; atqui Deus vnicum est non mortuorum, & precisè in confessu Domini mors sanctorum eius. Ad rem nunc veniamus, ostendamusq; tam à Christi Apostolorumque temporibus, Christi ipsius Deiparæque virginis & Apostolorum imagines, in vsu ac veneratione fuisse & proinde etiam Tertulliani ætate. Hoc satis constat; tum ex lib. de Pudicitia, vbi Calicum picturas recenset in quibus pastor Christum cum ouepердita depingebatur, tum ex cap.* 16. *infra, vbi Christianos Crucis religiosos non dissitetur, quemadmodum ibi latius, tum denique ex lib.* 2. *adu. Marc. vbi pulcerrimè explicat. interdictæ lege Mosis non alias imagines quam Idololatriæ subsitantiam continentes. Eidem pertinet quod recenset D. Irenæus lı. 1. aduers. hæref. cap. 24. de Eucratitis, imaginibus Iesu & Pauli abutentibus; & posteaquam Epiph. hær. 22. eadem verba citans, ac Theodor. lib. 1. hæret. fab. Item quod Spartianus refert de Alexandro Seuero quod imaginem Iesu in Larario suo habuerit. Encratitæ enim paulo ante Tertull. vixerunt, Alexander verò paulopòst aut cumillo. illud verò quod ab aetate Apostolorum imagines vsitatæ fuerint, vel inde imprimis conuincitur, quod in ædibus omnibus & singulis 7. Synod. Nicen. Secundæ aduersus Iconoclastas frequentissimè dicatur esse veterem Ecclesiæ legislationem & Apostolicam Traditionem imaginum vsum in Ecclesia, quæ obtinentem annos iam obtinuerãt; vti videre est tom. 3. Concil. pag. 53. 54. 65. 67. 68. 73. 74. 75. 80. 81. 82. 103. 111. 113. 120. 123. 127. 128. 129. 142. 144. 150. 154. 170. 172. 182. 187. Latissimè autem in Epist. S. Gregorij Papæ ad S. Germanum Constantinopolitanum, Adriani Papæ primi ad Imperatorem Constantinum & Irenẽ & ad Synodum, Tharasij Patriarchæ ad Patriarchas Antiochenum Alexandrinum & Hierosolymitanum, ac eorundem responsis duobus; ac ipsius Tharasij & Synodi ad Imperatores; in conclusione denique vltimæ Actionis vbi exclamant Patres omnes in hæc verba*: Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum, hæc fides orbẽ terrarum cõfirmauit. Nos antiquæ Ecclesiæ legislationi insistimus, nos decreta Patrum custodimus. *Quam bunus Concily sententiam etiam disertis verbis refensset Photius Patriarcha epist. ad Michaelem Bulgarum de 7. Synod. Ad eundem modum loquitur frequenter dem Adrianus Papa li. de imaginibus, aduersus Pseudocarolinum librum, quis exstat eodem T. 3. Concil. p. 199. & sequ. citans etiam suos prædecessores Gregorium vtrumque, Zachariam, Stephanum vtrumque, & Paulum Romanos Pontifices, ac celebrata duo Romana Concilia contra Iconoclastas, tum sub Gregorio 2. tum sub Stephano 11. Neque vero nudam hanc adfirmationem faciunt, sed citant imprimis Act. 1. in d. Rorum suorum confirmationem, Canonem Apostolorum in Synodo Antiochena in hæc verba: Seruatos non debere amplius ad idola aberrare sed tertaudum esse ante manus scripturæ collimam Dei, hominisque Iesu Christi. Quod significationis Græcè legitur, χεὶρ ὁτοῦπὲρ τὴν ἐπιλεῦ. Quem Germanum esse & legitimum comprobat Turrian. lib. 1. pro Can. Apost. cap. 25. ex scribe D. Basilij epist. ad Iulianum Imperatorem dicti. Syn. Act. 2. ab Adriano Papa citatur: Historias* (*inquit*) *imaginum illorum* (*nempe Christi, Deiparæ, Apostolorum, Prophetarum & Martyrum*) *honoro & palam adoro, hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibendũ, sed in omnibus nostris Ecclesijs historias eorum erigimus. Item ex Pamphylo marty. Deinde plurimi locis citant hujusmodi quam narrat Eusebius lib. 7. cap.* 8. *aus* 14. *de Christi statua in Paneade erecta ab Hemorroussa, ad cuius symbolum vestimenti creuerit herba, qua omnes morbos, curaret; cuius præterea mentionem faciunt Theodorus martyr in Actis passionis sua sub Diocletiano & Martiano apud Surium 8. July. Ioan. Antioch & Damasc. de imaginibus, Nicephlib. Eccl. histor 6. cap. 35. Zonam lib. 5. cap. 20. Antipater Bostrensis Orat. de mult. lab. D. Greger. ad Germ. Constantinop. Theophyl. in cap. 9 Matth. Rursum ad idem institutum citant historiam imaginis Christi ad Abagarum missa quam vidisse se ea etate in ea ipsa Synodo Leo Lectior Constantinopolitanus confitetur. Cuius præterea mentionem faciunt Damasc. lib. 4. de Orthodoxa fide 17. Euagr. lib 4. hist. 26. Nicephor. lib. 2. cap. 7. & Constantinus Porphyrogenitus Rom. Imp. Oratione qua exstat apud Surium 16. Augusti. Adferunt præterea p. 96. D. Athanasij historiã imaginis Christi a Nicodemo factæ quæ per Iudeos confossa, sanguis & aqua Beryti effluxit, qui missus est per Asiam, Africam & Europam, cuiusque festum Græci celebrant 9. Nouembri. Quibus addere licet imaginem Christi per D. Thomam missam ad Nicephorum. Item illam quam Regi Persarum missam tradit Nicephor. lib. 2. cap. 43. lib. 6. cap. 16. & lib. 14. cap. 2. Omitto effigiem Christi, quam Veronicæ in sudario dedisse traditio est, quæ etiam mum Romæ exstat, tanta in veneratione vt de illa dubitare posthac non modo miracula non permittant, sed nec aspectus ipse, cuius interim sit mentio olim apud Albericum in suo dictionario ante annos abhinc ferè trecentos, anno Domini 1350. & exstat in Bibliotheca Vatic. eius imaginis Romam sub Tiberio adueẽ historia grauiter cõscripta, & antiquiss. charact. M.S. quam totam perlegisse se mihi retulit Charisi. Theol. Thomas Stapleto-*

nus Anglus. Eudem pertinet quod describatur imago Christi qualis ad vnius fuerit [12:0 de Epistola Lentuli ne forte à quibusdam *reijciatur*] *à Nicephoro. Eccl. hist. li. vnico quæ excusso est olim cum Tripartita historia, & à Nicephor. Calisto hist. Eccl. lib. 1. cap. vlt. Præterea de imagine Deiparæ virginis à D. Luca depictæ, mentionem faciunt Theodor. Lector suum Commentum in Lucam & Nicepb. Calisti Eccl. hist. lib. 2. cap. 43. lib. 6. cap. 15. lib. 14. cap. 2. ac lib. 15. cap. 14. cum etiam festum à Græcis celebrari solet, & exstant etiamnum Romæ & Cameraci duæ, quas ab ille delineatas traditur; quo pertinet etiam D. Virginis forma & statura quam ex Epiphanio adfert Nicepb. lib. 2. cap. 23.* Apostolorum demique, præsertim Petri & Pauli ; *imagines, ab initio depictas vel illud testatur, quod formam illorum diserte verbis ad vnum exprimat Nicephorus Calisti hist. Eccl. lib. 2. cap. 37. dicens eas etiam à D. Luca depictas lib. 1. cap. 43. & li. 6. cap. 15. Quarum etiam vsum fuisse non ita multo post Tertulliani, testis est in historia sua conuersionis ad religionem Christianam Constantinum Cæsar, citata à dicta 7. Syn. Act. 2. in epist. Adriani Papæ 1. ad Augustos quæ exstat T. 1. Concil. p. 330. Earundem etiam sua ætate meminerunt Euseb. Eccl. hist. (vbi antiquas fuisse dicit) lib. 7. cap. 14. & D. Augustin. lib. 1. de cons. Euang. cap. 10. & lib. 22. contra Faustum cap. 70. His adiciantur Patrum loci qui imaginum sacrarum mentionem faciunt ad ætatem vsque Tertulliani, D. Dionysij Areopagitæ de angelorum imaginibus. Calest. Hierarch. cap. 1. & 2. quem citat Adr. 1. Libro aduersus Pseudocarolinos ad Car. Magn. Irenæi vi supra li. 1. c. 24. & aliorum quos infra citantur de crucis imagine. Vt vero etiam Zephyro satisfiat ; cum, quid ante Constantinum obseruatum sit non ita constet, eo quod paucissima ad eum vsque diem ob persecutiones X. Cæsarum ethnicorum Ecclesiæ ædificatæ fuerint ; certe hoc constat, Constantinum in ædificatio à se templis, non modo signum crucis exsisse, sed & alias imagines collocasse, locupletes eius rei testis est Damasus in Pontificali de S. Syluestro Pontifice, vbi dicit Constantinum in Basilica Constantiniana hæc dona dedisse, fastigium argenteũ habens in fronte Saluatorem sedentem in sella & 12. Apostolos cum coronis, stens à tergo in absidę respicientem Saluatorem sedentem in throno, & angelos quatuor ex argento purissimo ; Candelabra denique ex auricbalco numero 7. intercluſa sigillo prophetarum cum ornatu ex argento. Et rursum in labro fontis vbi baptizatus est, agnum ex auro purissimo, ac dexteram agni, Saluatorem ex argento purissimo, ac in læua agni B. Ioannem Baptistam ex argento tenentem titulum scriptum : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quem adeo ipsum locum citat Adrian. 1. ep. supradicta ad August. Idipsum patet ex multis patrum testimonijs citatis in superdicta 3. Syn. 7. & Adrian. Papa li. de imag. ad Carolum. Magn. de 33. Pontificibus Romanis qui quinq; Synodos Generales approbarunt Syluestro, Damaso, Celestino, Leone, Vigilio ; quibus adiungere licet ipsius 6. Syn. in Trullo can. 82. citatum à Tharasio dicta Syn. 7. Act. 3. Et nominatim ex Basilio ad Iulianum Imperatorem, Athanas. ad interreg. Antiochen. Euseb. Cæsar. hist. lib. 7. c. 14. Prudentio de Martyrũ Cæsiani, Hippolyti & aliorum, Greg. Nyss. in Theodor. mart. Helladio Basilij successore in Enteuξ vita qui 5. Syn. interfuit apud Surium 6. Aprilu. Paulino Naulano epist. 11. & 12. ad Severum, & Nat. fol. 8. 9. & 10. qui non modo D. Martini ac aliorum Sanctorum, sed & totius Vet. & Noui Testamenti historiæ iconibus pictas celebrat Ecclesias. Vt pateat vel in illo hallucinatum Zephyrum; quod dicat, multitudinem imaginum hodie censuram prouocare, quæ tamen iam tum vsitata fuit. Eodem pertinent quæ Act. 6. Syn. 7. reperiuntur prolata de ætate Constantini Imp. Per illa tempora* (inquit Epiphanius diaconus) *Christianorum cœtus diuina æmulatione ducti, templa construxerunt, partim Christi nomine, partim Sanctorum martyrum. Atque illi quidem historiam humanæ Christi dispensationis in iis pinxerunt, hi vero martyrum gestus effigendis operam collocarunt, alij id tabulis expressere, &c. Et sane euidenter hæc ad nostra vsque, inquit, tempora ostenduntur. Hæc hæc loca sustinere puteus, dummodo hoc adgetam primos Ecconeclastas fuisse Iulianum Apostatam ; Samaritas hæreticos aduersus quos cetatur Act. 5. dicta 3 Syn. 7. epist. 5. Simeonis Stilitæ ad Iustinum Imp. deinde Saracenos ; item Nestorium & Philoxenum Manichæos ; quorum ibidem sit mentio ; item Arrianos, Theopasitas, Seuerum (qui etiam reste Epiph. Tyrio in 5. Synodo lapidauit) & Petrum Fullonem hæreticos ea de causa Christi imagines repudiasse, quod eum verum hominem negarent ; sicuti narratur eius dicta 3. Syn. Act. 6. p. 167. ad quod alludit etiam in epist. Tharasij ac totius Concilij quæ exstat Act. 7. Iam antea quidem legunturi Donatistæ apud Optatum & D. Aug. variy in locis, & Arrianos apud Athanasium imagines confregisse ; sed dille etiam ipsas Ecclesias destruebant. En quales* (*vt phrasi Tertullianica loquar*) dedicatores damnationis *Aut imagines Christi & sanctorum nulla sunt.*

183. Quas milui & mures & aranęæ intelligunt.] *Explicatius hæc Minutius : Quanta, inquit, de Dys vestris animalia muta naturaliter iudicant ; mures, hirundines, milui ; non sentire eos fatunt, norunt, inculcant, insident, ac nisi abigatur, in ipsa Dei vestri ore nidificant. Aranęæ vero faciem eius intexunt, & de ipso capite, sua fila suspendunt.*

CAP. XIII.

186. Sed nobis Dei sunt inquitis.] *Caput hoc sic recte interpretatur in altero Vatic. cod.* De laudibus in Deos tum lares, *id est* ; domesticos, tum publicos. *Atque scripsi* : præstruximus, *pro* præstrinximus *ex Vatic. cod. Vide infra lib. 4. adu. Marcionẽ, vbi virumque explicat Rhen. Illudist autem Auctor ad institutum* 5. *pro* ; inquitis : *liber Puteani* ; inquis. *mire Apologeticũ sollemni mutandi numeros : & infra* ; si mentior : *pro* ; si mentiar.

187. Quia nec electio sine reprobatione.] *si non ad hunc nescio quem locum alludat D. Aug. his verbis lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 1. Qua in re non dico* ; inquit, *quod facetius ait Tertullianus fortasse quàm verius : Si Dij eliguntur, vi bulbi, vtique ceteri reprobi indicantur.*

188. Domesticos Deos quos Lares dicitis.] Lares *non modo dicti* Domestici Dei *quos Lares dicitis.] Lares non modo dicti* Domesticos *illos genios, ex nympha quam Lar dicebant Mercurioque genitos, sed omnes Deos qui domi suę quisque colerent, recte adnotauit Zephyrus. De iisdem latini ex Nigidio & Varrone Arnobius lib. 3. aduersi gentes ; & Lact. matrem Larium mutẽi Deam etiam vocatam adfert lib. 1. cap. 20. Paulo aliter Lares accipit D. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 11. vbi inter Lares & laruas distinguit ex Apuleio, sed deillo latius infra vbi de Dæmonibus & Genijs agitur cap. 22. & lib. de Spect. cap. 5. num. 41. hic autem liber Puteani ponit caput duodecimum, de Laribus.*

189. in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua.] *Ita rursum locus hic mutilus aliquot restitutus est ex MS. & prioribus excusis ante Zephyrum ; etiam ex editione Gagnei ; qui adnotauit in marg.* cacabulum *diminutiuum esse à cacabo ; & eodem modo Varro lib. 4. de lin. Lat.* Trullam *à Trua deduci, vt illa magna sit, hæc parua, ita à traγeando dictam, quòd per eam aqua traγiciatur.*

190. Vt quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatem.] *Etiam hanc veterem lectionem ex MS. omnibus restituimus, pro* : dominum sanctiorem expertus est & dom. necessi.

191. Publicos æquè publico iure fœdatis.] Publicos Deos *interpretatur Zephyrus gentis alicuius aut ciuitatis Deos, qui inter manubias captiui vincunt. Rhen. in Scholijs publicas Deorum statuas ; qui etiam adnotat* Hastario *locum auctione intelligi.*

192. si Capitolium.] Capitolium, (*inquit Varro lib. 4. de ling. Lat.*) *sic dictum, quod hic cum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput humanum inuentum dicitur. Addit Arnobius, hominem Tolum vocatum fuisse.*

193. si Oliturium forum.] *Quo conferrent* (*inquit non ita multo post Varro*) *suas controuersias, & quæ vendere vellent, & quæ quæque ferrent* ; forum *appellarunt.* forum vero Oliturium *erat antiquum Macellum vbi olerum copia.*

194. Sub eadem voce præconis, sub eadem hasta, sub eadem adnotatione quæstoris.] *Sic Cicero offic. 1. dixit,* hastam *in foro* ponere, *bona ciuium* voci subijcere præconis;

nis ; *cui addit Tertull.* adnotationem Quæstoris. *Nam Quæstor (inquit Rhen.) aut illud inscribebat Commentario sue, aut res elocaiæ aut vendite subscribebant ; Cui addit, Adnotationis vocabulum sacris seriptis Cæsarum non fuisse incognitum. Liber enim cui titulus Notitiæ Orientis & Occidentis, indicat, Magistrum memoriæ selsium adnotationes omnes dictare & emittere, & prætibus reddendere. Verum hoc huc non pertinet.*

195. Circuit cauponas religio mendicans, &c.] *Illudit ad mendicantes : pro matris Deorum simulacro, de quibus Clemens Alexand. Oration. ad Gentes in hæc verba : Menander certe Comicus in auriga, in Astis qui dicitur Suppositi : ita inquit : Nullus mihi placet Deus foris ambulans, cum vesula neque in domos ingredieus In tabula Metragyrtes. Tales enim erant Metragyrtæ. Vnde eis mendicantibus merito dicebat Antisthenes : Non alo matrem Deorum, quam Dij alunt. Pulchre vero totam amplissimam hanc irrisionem explicat in Paraphrasi Zephyrus. Atqui iterum hunc locum ex M.S. & prioribus restituimus, ut legatur* ædes proinde, aras proinde : idem habitus, &c. vt ætas, vt ars, vt negotium mortui fuerit ; ita Deus est.) *Scribitur autem etiam hic* : idem, *plurali numero.*

196. Quo differt ab epulo Iouis silicernium.] Silicernium *recte interpretatur Zephyr. quantum apparet ex Nonio eorumdem fundebre ; de quo latius Iosseph. Scaliger in Festum, ex Glossario, vt dicatur quasi* seli cernium, *quod luceruæ in conuiuijs cæsibus non adhiberentur, quæ Natalis die in vsu, erant. Alij dictum maluit quod cum silentio cerneretur conuiuium celebrare.*

197. A simpulo obba,] pro simpuuio. *quod primus legit Zephyrus restituimus ex M.S. cod quod habebant antea excusi :* simpulo, *quæ ne Varro lib. 4. de ling. Lat. Quo vinum dabant vt minutatim fundi rent à gu tteu guttum appellarunt ; & quo sumebant minutatim a sumendo* simpulum *nominauere. In huiusce locum in conuiuijs Græcia succe sit Epichysis & Cyathus, in sacrificijs remansit guttus & simpulum. Cicero etiam promiscuè aliter dixit, Flustius* simpulo excitare. *Eadem significatione Vl n. lib. 35. cap. 12. in sacris* ; simpulis *prol bas dixit. Cum autem etiam apud Festum & in Glossario* simpulum *legatur, & Nonius Varronem citet ; videtur & apud eonium legi debere :* simpulum, *non :* simpuuium. *Quamquam interim Inuen. Sat. 6. Simpuuium Numa celebret.*

198. Nam & aruspex mortuis apparet.] *Hu verbis explicat quo soleat officio* pollinctor *fungi, vt pote mortuorum curator.* Apparere, *pro* ministrare, *tum hietum lib. de Resurrectione Carnis ; tum apparitio, pro* ministerio, *lib. de Præscript. adu. hæret. tom. 3. Tertulliano familiaria sunt, vt recte adnotauit Rhen. id ex Agonio confirmant. Vnde Apparitores dici vult viatores qui iudicibus præsto sunt, & ministrant. Paulopost restituimus vet. exc. lectionem ex M.S. & viuentibus* cum addicitis, *pro :* adijcitis *præsertim cum sequ. cap. priors voce vtatur.*

199. Larentinam publicum seortum, &c] *De eadem infra cap. 25. Fuit autem (inquit Lactant. li. 1. cap. 20.) Faustuli vxor, nutrix Romuli, & propter vulgati corporis vtilitatem Lupa inter pastores, id est, meretrix nuncupata est. MS. cod. omnes & hic & infra legunt :* Larentinam. & *Lactant. ibidem, Larentina ita sacra ejus commoda nuncupat. Vide Adnotationes nostras in D. Cypr. lib. de Idolo. van. num. 26. & Vinem in D. Augustt. lebre 6. de Ciuit. Dei cap. 7. vbi etiam* Laurentina *vocatur iuxta MS. cod (nam excusi male habent :* Laurentiam.) *Quare omissimus vulgatam lectionē quæ habebat :* Lautentiam. *Atqui Laidem celebrarunt scriptores omnes* Phrynen. *Auctor infra c. 47.*

200. Simonem Magum statua & inscriptione sancti Dei inauguratis.] *Sicuti alia multa ita etiam hoc ex Iust. Mart. Apeal. 2. desumpta ; qui etiam locum extatur ab Euseb. Eccl. hist. lib. 2. cap. 13. seu 12. ac Niceph. lib. 2. cap. 14. Sicuti & Irenæi ex lib. 1. Adu. hæref. cap. 20. super quo loco extat præterea Fenardentium in suis Adn. n. 2. Cyrill. Hieros. cateh. 6. ac Theodor. lib. 1. hæret. fab.*

201. De Pædagogijs aulicis.] *Orientis (inquit. Rhen.) ac occidentis Notitia, testatur sub distributione Castrensi fuisse* Pædagogia. *Vtitur eadem voce Tertull. infra tom. 3. aduersf. Valent. vbi addit Rhen. sub Castrensi sacri palatij illa fuisse, & inde fieri mentionem* Pædagogianorum *apud Ammian. Marcell.*

202 Nescio quem cynædum.] *Antinoum (inquit idem) Adriani Cæsari delicias ; cuius etiam meminerunt Iust. Mart. Apol. 2. Athenag. in Apol. Hier. in Isaiam ca. 2. Prudentius li. 1. adu. Symmach. Epiph. in Epit. cath. fid. & Ancorat. Euseb. Chron. ad annum Domini 132. & Niceph. li. 7. c. 26. at 10. c. 36. liber tamen Puteani habet ;* Synhodi Deum *qui idem liber ab ijs verbis,* Volo & tus, *ordiitur caput decumumtertium ;* de sacrificando.

203. Capitula & vngulas.] Capitulum *pro parua capite etiam Plauto vsitatum in Curcul. & Terent. in Eunuch. & ipsi Tertull. supra lib. de Pallio. Elegantissimè autem, vt ante me adnotauit Ios. Scaliger, circumloquitur, quæ Festus & antiqui vocant ablegmina ad ea partes quæ Dijs porrigebantur.*

204. de decima Herculis.] *Vide infra c. 39. num. 513. Hic sufficit illud Ciceronis li. 3. de Nat. Deor.* Neque Herculi decumam *quisquam vouit vnquam, si sapiens factius esset. Ad quod fortasse alludit, dum adijcit* Laudabo magis sapientiani ; *quod iterum ex MS. restituimus.*

CAP. XIIII.

205. Sed conuersus ad literas vestras.] *Maximè placet hæc huius cap. inscriptio, parum ex text. antiquus cod. parum ex ipso contextu :* Quæ Poëtæ & Philosophi de dijs ludibria conscripserint. *Imitatur autem Athenagoram, Iustinum, Tatianum in Apol.*

206. Deos inter se propter Troianos & Achiuos, &c.] *Ad Homerum haudquaquam dubie alludit, qui deorum pugnas latè prosequitur in Iliade. Quas etiam gentibus impropiarat : ic. de nat. Deor. li. 2. Iust. Mart. Orat. ad gent. & latè Auctorem, imitatus Minutius vbi supra : Et si fabulas, inquit, & errores ab ipsis studijs & disciplinis elaborarunt, carminibus præcipue Poëtarum. Et vlate adeo præclare Homerum illum inclytum, laudatum, & coronatum, de ciuitate quàm in sermone institutaest ciuitate. Hic enim præcipuum bello Troico, deos vestros esse ludos facit, tamen in hominum rebus & actibus miscuit.* Hic (*en ispa penè Tertull. verba*) corum paria compoſuit. Venerem sauciauit ; Martem vinxit, vulneravit, fugauit ; Iouem narrat à Briario liberatum, nè à Diis ceteris ligaretur ; & Sarpedonem filium quoniam morti non poterat eripere cruentis imbribus fleuisse ; & cesto Veneris illectum flagrantius quàm in adulteras soleat, cum Iunone vxore concubuisse.

207. dedecorator.] *Planè & hoc restituimus cum M.S. pro eo quod irrepserat in editionem Zephyri & deinceps :* decorator.

208. Hic Apollinem, &c. ille Neptuni, &c.] *Latè de hoc loco etiam ex Lact. in Adn. nost. ad lib. D. Cypr. de Idol. Vanit. num. 7. Nec aliter Minutius :* Alibi, *inquit,* Apollo Admeto pecus pascit ; Laomedonti vero muros Neptunus instituit, *nec minus recedem operis insulæ accipit.*

209. Pindarum dico, qui Æsculapium, &c.] *Similia est videre apud D. Cypr. & Min. vbi supra, de quibus latius in Adnot. illic nostris nu. 5. Hoc vnum adjciam, quod non solum Lact. sed & Cic. lib. 3. de Nat. Deor. vno loco Apollinis filium dixerit ; quanquam eodem lib. dum tres distinguat Æsculapios, faciat eum qui fulmine interijt filium secundo loco nominandi. Atque* Pindari *verba ad quæ alludit hæc reperiuntur in Athenag. ex versione Langij :*

Sed quæstu etiam sapientia obstringitur,
Mouit namque illum mercede splendida
Corrusans aurum in manibus.
Ergo & manu Saturnius iaciens vtraque
Spiritum è pectore exemit illico,
Fulmènque corruscum intulit necem.

Atque de fulmine Iouis vide supra cap. 11. num. 185. pro; qui medicinam : *liber Puteani :* quia medicinam, *&c. pro :* vindicatum, *habet* iudicatum.

210. Tragici aut Comici.] *De Tragœdia & Comœdia, vide Adnot. Vtinis in 2. lib. D. Aug. de ciuit. Dei cap. 8. vbi idem argumentum tractatur, & infra latius sequ. cap. Atqui MS. omnes legunt:* præfentur, *pro:* præ se ferant.

211. Taceo de Philosophiis, Socrate contentus.] *Quod damnatus sit Socrates quia Deos destruebat, obijcunt etiam gentilibus Iust. Mart. Apol. 1. & 2. Lact. lib. 5. cap. 14. Euseb. de præp. Euang. lib. 3. cap. 14. Lact. etiam deerationi meminit per canem & anserem, & ante hos omnes Iosephus contra Apionem lib. 2. aut potius tertio: Cuius, inquit, rei gratia Socrates mortuus est. Respondet autem. Quia nouas iuramenta iurauit, & quoddam dæmonium significasse referebat, serio siue ludens, sicut quidam dicunt: propter hoc cicutæ poculo morte multatus est.*

212. Tamen cum pœnitentia sententiæ.] *Vide D. Aug. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 3. & Vtinis ibidem Adnot.*

213. Sed & Diogenes nescio quid in Herculem lusit.] *Cod. Leodiensis:* ludit. *vide Zephyrum in hac verba; Diogenes in Herculem quod luserit nondum occurrit. Diagoras vero melius quum in diuersorio quodam nulla sibi esset materia ad coquendam cœnam prater Herculis idolum. Age (inquit) Hercules cœtamen nobis obeas decimumtertium, & excoquito lentem. Aut itaque legendum:* Diagoras. *Aut loquitur de Diogene comico qui Tragœdiam scripsit inscriptam: Incredibilia, teste Epiphan. hær. 33. Aut de Diogene Smyrnæo seu Cyrenæo qui cum Diagora Deos non esse asserunt.*

214. Et Romanis Cynicus Varro.] *Liberè (inquit Rhen.)* Varro *locutus est de Diis gentium; id quod vel ea sententia satis arguat, quæ citari solet de Extispicijs: Non solum otiosos sed seruidissimos fuisse Deos, si in eorum & viscerum sterquilinio sua occultuerunt consilia, hominibus ab vnanis sacerdotibus manifestanda. Idem Satyras suas Menippæas à Cynico agnominauit.*

215. Trecentos Ioues (siue Iupiteres dicendum) sine capitibus introducit.] *Sic ex MS. omnibus, pro:* introduxit, *quæ etiam legunt:* Iupiteros, *&* Puteani; Iupitros. *Sed vulgatæ lectio magis placet, eo quod apud Priscianum legatur, Iupiter, Iupitris vel* Iupiteris. *Locus autem Varronis quem citat, hodie non exstat, sed qui varia Iouis nomina eâque numerosa videre cupit, consulat Adn. Vtinis in D. Aug. de ciuit. Dei lib. 7. cap. 11. Videtur autem hæc alludere Minutius dum dicit: Et ne longius multos Ioues obeam, tot sunt Iouis monstra quot nouina.*

CAP. XV.

216. Cetera lasciuiæ genera.] *Optimè mihi placet hæc exc. cod. hunc cap. inscripto:* Quàm sint fœda quæ in theatris ac Scena de Diis repræsentantur. *Liber Puteani ponit caput* XIIII. de fabulis & mimis deorum & fœditatibus. *Imitatur autem etiam hic Iust. & Athenagoram. Ipsum verò Minutium in Octauio, Arnob. lib. 4. alicubi Lactantium.*

217. Despicite Lentulorum & Hostiliorum venustates, &c. vtrum mimos an deos vestros in iocis & strophis rideatis.] *Hoc modo iterum locum hunc ex MS. restituimus & suppleuimus. Rhen. in schol. & Vatic. 1. legunt:* vetustates, *sed magis placet* venustates; *eo quod, vt recte admonuit ad marg. Gagnæus* Lentulus *&* Hostilius *Mimographi fuerint. Meminit autem* Lentuli *sup. lib. de* Pallio *cap. 4. & eius fabulæ quam* Catinenses *in scripsit à* Catina *Siciliæ vrbe, qui à moll tie malè audiebant, tanquam qui pumice se leues & glabros redderent, hunc illud Iuuenalis: Attritus Catinensi pumice lumbum. liber Puteani;* despicite.

218. Mœchum Anubim, &c.] *Vide suprà cap. 6. num. 86. de Cynocephalo. Eundem enim esse patet ex lib. 6. aduers. gent. Arnobij verbis ipsis:* Anubis canina cum facie. *Sunt autem hæ fabularum inscriptiones de quibus loquitur:* Mœchus Anubis, Masculus Luna; Diana flagellata; Iouis testamentum, Hercules famelicus. *quas cum illis compositasse videantur in Deorum derisum, frustra quæ singulorum causam inquirere nitatur; vide Paraphrasin Zephyri Lact. lib. 1. cap. 21. cur sacra* Herculis famelici *cum risu & execratione celebrentur, latè explicat.*

219. Sed & histrionú litteræ.] *Ex MS. iterú restituimus:* litteræ: *sicuti habebant priores excusi, pro:* latera.

220. Luget Sol filium. *Phaëtonta intelligi rectè sentit Zephyrus.*

221. Et Cybele pastorem suspirat fastidiosum, non erubescentibus vobis.] *Adnectimus hæc iterum ex MS. cod. omissa citra additionem Zephyri incuria impressoris, nam ipse in paraphrasi explicat. Paulopost verò hoc explicat Auctor cum dicit:* Vidimus aliquando castratum Atten illum deum ex Pessinunte. *Et latius Minutius: De* Cybele, *inquit, Dyndimena pudet dicere, quæ adulterium suum infeliciter fleuerat, quoniam & ipsa deformis & vetula & multorum Deorum mater, ad stuprum illicere non poterat exfecuit, vt Deum sollicet faceret eunuchum. Tractat idipsum D. Aug. De ciuit. Dei, lib. 6. cap. 7. & l. 7. cap. 25. & 26.*

222. Et fustuetis Iouis elogia cantari.] *Aesi dicat, Iouis criminum titulos, nam id significare* elogia *suprà diximus cap. 2. num. 22*

223. Et Iunonem, Venerem, Mineruam à pastore iudicari.] *Etiam Paridis iudicium satis notum est, vel ex Luciani Dialogo. Quod sequitur autem alibi Tertullianus apertius sic dicit:* ipsos Deos vestros sæpè noxii induunt, *quo etiam pertinet locus ille Apulei: Dei dignitati pedibus humanis incedere prodeunt; de sacrorum pompa loquens, in qua sæpè etiam noxij personas Deorum induebant pro;* ignominiosissimum *liber Puteani;* ignominiosum.

224. Planè religiosiores estis in cauea.] *De* cauea, *circo, & scena, latius infra tom. 2. lib. de Spect.*

225. Ex Pessinunte.] *Veterem hanc lectionem iterum ex MS. omnibus restituimus, pro:* Pessimunte. *Confirmatur enim illa tum ex Strabone lib. 12. & Ptolemæo lib. 5. cap. 4. tum vel ex illo Ciceronis de Aruisp. resp. Lege Tribunitia Matris Deûm Pessinuntiæ sacerdos expulsa & spoliatus sacerdotio est.*

226. Et qui vnius ardebat, Herculem induerat.] *Alludit ad Herculis concrematumen in Oeteo montibus, de qua plura in Adnot. nostris in D. Cypr. lib. de Idol. vanit. num. 8.*

227. Inter ludicras meridianorum crudelitates.] *Similiter Suetonius in Claudio cap. 34. bestiarios* meridianosque *adeò delectabatur, vt etiam primalucæ ad spectaculis descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo præsideret, vt potè; Gladiatorum genus intelligens qua hora meridiana digladiabantur.*

228. Mercurium &c. & Iouis fratrem, &c.] *Fabulam explicat Zephyrus de* Mercurio: *Cauterio examinante, ac Plutone malleo & incude confirmante mortuorum cadauera.*

229. obsoletauit.] *Hæc est, inquit Rhen. obsoleta reddunt.*

230. in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari.] *Iisdem penè verbis hæc prosequitur Minutius in Octauio. Exemplum autem reperire est apud Suetonium in Tiberio cap. 44.*

231. Sub iisdem vittis, apicibus, purpuris.] Vittæ, & purpuræ *ornamenta erant capitis flaminum, quibus in sacris Deorum vtebantur. Sine apice vero nec sub dio esse fas erat, vt constat ex lege flaminica quam citat Ioseph. Scaliger in Festum.*

232. Libidinem expungi.] Expungi (*inquit Zeph.*) *extingui & exprimi dixit, quo verbo vsi sunt frequenter Doctiores. Plautus in Amphitryone: Vt metuo ne victis hostibus dispartitam expungat gloriam. Et qui ex alio indicum vel ex classe eximebantur, expuncti dicebantur. Sic Persius & Martialis. Confirmatur id tum aliis multis Tertull. locis, tum illo Minutij:* libido *defungitur.*

233. Christiani templa nec interdiu norunt.] *Similiter eadem penè atate loquuntur Minutius, D. Cyprianus, Arnobius, Lactantius, non semel, nec tamen inde colligere est templa Christianis interdicta. sed dumtaxat ingressum tempore idolorum, maximè eo tempore quo illic celebrabatur Idololatria. Nam (vti Auctor inquit lib. de Spect. cap. 18.)* etiam templa ipsa sine periculo disciplinæ adire seruus Dei potest, vrgente causa simplici dumtaxat, quæ non pertinent ad proprium eius loci negotium vel officium.

CAP.

CAP. XVI.

234. Nam vt quidam somniastis caput asininum, &c.] *Caput hoc ferè & in MS. & in exc. sic inscribitur:* De capite asinino & ceteris insignibus quæ videntur colere Christiani. *Alter end. Vat. hoc pacto:* Quod Christiani non caput asininum (*hi addo*: aut Solem) adorent, vt eis impingebant, sed verum Deum & signum crucis. *Imitatur autem Tertullianum in hoc capite Minutius in Octauio. Puteanus liber cum prorsus inscripsione punc caput* XV.

235. Hanc Cornelius Tacitus, &c. [*Tam latè exordium libri quinti historiæ Cornelij Tacitj quemadmodum nunc prodijt castigatus à Lipsio explicat, vt pluribus non sit opus; præterquam quod Tacitus dicat ab Occhore Rege Ægypti id genus hominum alias in terras exulare iussum, quodque asinos agrestes dicat, quos Tertull.* onagros; *quod denique effigiem eius animalis penetrali sacrauerint. Cui proinde rectè opponit quod paulopost in eadem historia post vnam atque alteram paginam refert Tacitus; Cùm Cn. Pompeius templum ture victoria ingressus esset, inde vulgatum, nulla intus Deûm effigies, vacuam sedem & inania arcana. Et proinde rectè* mendaciorum loquacissimũ *nuncupat Auctor, quia mera sunt mendacia quæ de Iudæorum origine, & nomine, & religione latissimè dicto libro describit. Neque interim nouam esse hanc Taetsi suspicionem rectè adnotauit F. Balduinus in Minuciũ Octauium quod ad eandem idem respondent Ioseph. lib. 2. contra Apionem, quod Tertull. Mentitos enim esse Posidonium & Appollonium Molonis, qui commenti erant in sacrario asini caput collocasse Iudæos, eumque coluisse donec Antiochus Epiphanes spoliato templo tale ex auro compositũ caput inuenisset; vel inde conuincit, quod cum legibus semper vtantur ijsdem; & Pompeium magnum, & Licinium Crassum, & Titum Cæsarem nihil huiusce modi reperisse confiet, pro*; quinto; *rectè liber Puteani:* quinta *Aquæ ex 4. Mss. reflexiuum:* refert, pro: infert, & locis aquarũ egentissimis, *item ex ijsdem & prior. exc. supplesimus*: Iudaicæ religionis propinquos; & *: propterea quæ quia verebatur. rectè Puteanus*; quia nec verebatur.

236. Solis enim sacerdotibus adire licitum, & conspectus ceterorum velo opasso intercidebatur.] *Ita ex MS. pro:* velo opposito intercidebatur. *Scripturæ verò ad quas alludit, tum hic tum alibi posthac, ad margines adnotauimus, vt ne prolixiores sint adnotationes nostræ.*

237. Et iuméta omnia & totos cantheriosis cum sua Hippona, &c.] *Idem sic expressit Minutius: nisi quod vos & totos asinos in stabulis cum vestra* Heppona *consecratis, & eosdem asinos cum Iside religiosè deuoratis, nec Ægyptiorum sacra damnatæ institutæ serpentibus crocodilis, beluis ceteris que, & anubus & piscibus quorum aliquem Deûm fuisse occiderit etiam capite punitur. qui de asinis refert quod Tertull. de* cantheriis. *Quò pertinere videtur illud Plauti:* Cantherino ritu adstans sonitiat. Hipponæ *autem stabulorum Deæ meminit etiam Apul. li. 3. de Asino aur. & Iuuen. Satyra 8. hoc versu:* Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas. *Iustin. Mart. Apol. 2. & asinum Libro patris adsignat quem in eius sacris circumducere solebant, & Bellerophontem memorat cum equo Pegaso. Puteanus liber*, sua Epona. *quod rectè: nos putat Carrio. maximè cum apud tunen alem legatur*; solam Ponam. *item vt apud Prudentium. qui tamen locus illic etiam nunc corruptus mansit & alibi sex. notes.*

238. Sed & qui crucis religiosos nos putat.] *Vtcumque intelligatur locus iste; certe facit pro religione crucis, quod lib. de cor. milit. infra Tom. 2. habet Auctor ex traditione Ecclesiastica:* ad omnem, *inquit*, progressum, &c. quæcumque nos cõuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. *Quod si quis de signo crucis dictum velit dumtaxat, certè qua habet latissimè de figura crucis ex. Vit. Testam. infrà lib. aduers. Iud. & Tom. 3. lib. 3. aduers. Marcionem & lib. de Idolol. non possunt non de imagine crucis intelligi, præsertim cum dicat serpentem illum æneum, à Moyse erectum post interdictam omni rei similitudinem crucis vim in dæmones significasse, & Adu. Marc. lib 3. vbi figuram crucis ad instar litteræ T. describit. Et verò* crucis imaginem *iam ab æuo Apostolorum vsitatam fuisse apud Christianos, & proinde etiã ætate Tertulliani, vel ipsa obsecũdi quã respondet satis indicat sicuti etiã illud quod Cæcilius Octauio apud Minutium Crucis ligna feralia obij cebat. Super quæ respondens Octauius prima quidem facie videtur fauere Magdeburgensibus Centuriatoribus, dũ negat Cruces à Christianis aut colẽ, aut adorari. Sed si de adoratione & cultu latriæ intelligatur vt supra c. 12. n. 184. Tertullianum explicuimus, nihil pro illis facit. Et genuinum enim esse intellectum vel hinc patet, quod paulopriusneget Christianos hominem summo supplicio punitum colere; cùm tamen etiam cultu latriæ Christũ à nubis colatur, et iam inquantum homo propter adiunctam diuinitatem. Sobriè enim primos illos scriptores oportuit de arcanis Christianæ religionis disserere, ne occasionem darent ethnicis in sua idololatria permanendi. Quod vsque adeò verum est, vt etiam Tertull. infrà c. 21. non aussus fuerit dicere Christum Christianos colere, sed Deum per Christum. Ne tamen quis hic hærere pergat, imprimis hoc pertinent quæcunque supra dictis c. 12. de Imaginum Apostolica traditione diximus. Quibus licet adijcere figuras Crucis Veteris Testamento præfiguratas, de quibus modo hunc ipsum Auctorem allegauimus, & aliquid diximus Adu. nostris ad li. 3. Test. D. Cyprianũ xdis. Iud. num. 10. 4. & 105. vbi Tertull. imitatur. Item præditionem Christi de futuro iudicio: Tunc apparebit signum filij hominis, quod omnes Veteres de signo crucis interpretantur. Deinde Abdiam hist. Apost li. 1. 3. 8. & 10. vbi de SS. Apostolis agit Petro, Andrea, Bartholomæo, & Philippo. Apostolorum quoque discipulum Martialis Epist. ad Burdegal. cap. 8. vult fideles Crucem Domini semper non solum in mente & in ore, sed & in signo habere, Iustin. martyr aduers. Typhonem à Tertull. non dissentit, cum inter ceteras crucis figuras ipsidem penè verbis æneum serpentem & vetus in quo assus fuit agnum Paschalis à Iudæis, & cornu vnicornitis cõmemorat, postquam multa alia signa crucis symbola ex Vet. instrumento adtulisset maximè autem per hæc verba: Infidelibus autem hoc est signum (sine hæc figura, vt transfulit Gelenius) in excidium & condemnationem ostentatur. Et rursum Apol. 2. eadem pene verba adfert quæ paulopost Tertull. addens, se etiam figura ea (crucis nempe quæ palam vernitur) Imperatores ad placabilitatem adhortatum; & paulopost citans Platonem. Ad hunc, inquit, modũ hisce locis (nempe dicta historia signi crucis in creme à Moyse erecti) scripsit Plato. Verũ quod non certo nosset neque intelligeret Crucis esse figuram, fed decussationis formam qua litteram x. refert intelligentia completeretur; eam quæ secundum Principem Deum est virtutem, decussatam esse in vniuerso dixit. Verba Graca Platonis & sicuti à Ciceronetranslata sunt lib. de Vniu. habes in Adn. apud lo. Langum ad eum locum; qui ibidem pulchrè explicat decussare tanquam ad decussis signum redigere, vt inter ſe litteræ x. ſpecie m præbeant. Addens ex Euseb. li. 1. de Vita Constantini, in vexillo crucis insignito litteram P. per litteram x. in medio fuisse decussatam; vnde & maiores nostros sic nomen Christi scripsisse* XPC. *hic addantur, qua scribit Irenæus de quadripartito Crucis habitu lib. 2. c. 42. Item Origenes paulo post Tertullianum lib. 6. in Epist. ad Romanos; vbi vim crucis ante oculos posita extollit. Et Severianus Gabalonensis in ſerm. de S. Cruce citatus ab Adr. PP. aduersus Pseudocrolimum. Eodem pertinet Lactantio illud adscriptum carmen.*

Quisquis ades medijque subis in limina templi
Siste parum, infonteimque tuo pro crimine passum
Respiceme, &c. *& paulopost:*
Cerne manus clauis fixas tinctõsque lacertos,
Atque ingens lateri vulnus, cerne inde cruorem
Sanguineum, fossõsque pedes, artúsque cruentos.

Item quæ recen sentur in passione S. Procopij Mart. sub Diocletiano auctore Metaphraste, citata à Syn. 7. Vbi imprimis (sicuti postea Constantino Cæsari) narratur illi apparuisse Crux crystallo similis tum Christi effigie & proinde crucẽ similem illum iussu confectam ex auro & argento, quam secum deferens aduersus Saracenos victorium obtinuerit. Qua præterea de Constantini cruce scribunt Euseb. & de cruce patrum post eum Testimonia breuitatis gratia omitto; remittens Lectorem ad Demochares de Sacrificeis li. 4. c. 28. Multa etiam citantur in fine dict. 7. Syn. pro

Imaginibus. Certè vel Iulianı Apostatæ obiectio in Christianos huc loco debèret sufficere, qua dicit: O miseri mortales qui crucis lignum adoratis, imaginem illum in fronte & ante domes pingentes. Super quo respondet Cyrill. li. 6. Ligni illum picturam ad recordationem omnis virtutis fieri. Restat itaque hoc dumtaxat adserisse Rhenanum & Zephyr. adserere; etiam id temporis non nudam crucem semper solere depingi: sed Crucifixi effigiem picta aut sculptam subinde cruci addi solitam. Vt itaque omittam dicta Lactantij & Procopij manifesta testimonia, ipse Tertull. li. 3. adu. Marc. comparans serpentem æneum cum Cruce dominica, illum pendentis habitu, *& li. de Idolol. c. 5.* suspensi in modum *dicit in spectaculum salutare propositum. Et ante eum D. Iustin. Mart. haud absimiliter, vbi agit de figura Agni paschalis loco supra citato. Minutius etiam disertis verbis vbi hunc locum imitatur, dicit trophæa victricia non tantum simplicis crucis faciem, verùm & adfixi hominis imitari. Eodem pertinet quod in Missa sua Chrysostomus, quam Erasmus Latinam fecit, memnit imaginis Christi, ad quam conversus sacerdos caput inflectit portans Euangelium; loquis autem de Christi imagine in cruce vel hinc patet, quod idem Chrysost. libro quod Deus sit Christus dicat in mensa sacra crucem Christi fulgere. Item quod Chrysost. hom. 55. in Matth. postquam de cruce multa dixit, subiunxit: Si ergo gentilis quispiam tibi dixerit: Crucifixum adores; nolis dubitare clara voce & læta facie: Et adoro; & adorandis numquam finem faciam. Et illud Ambr. serm. 56. (vbi ad infrà scripta Tertull. & Minutij verba alludit:) figura enim sacramenti crucis quadam est velum à humano in arbore suspensum, quasi Christus sit exaltatus in cruce. Illud quoque D. Hieron. de S. Paula: Prosternatique ante crucem, quasi pendentem dominum cerneret, adorabat. Et expressius id adserit Auctor li. 2. de Visit. infirmorum qui eidem adscribitur: Adjicitur, inquit, super crucem quædam hominis pastoritia imago, per quod salutifera Iesu Christi nobis renouatur passio, illud addens:*

Nec Deus est nec homo, præsens quam cernо figura.
Sed Deus est & homo quem signat sacra figura.
Item illud Sedulij lib. 3. Carm.
En signo sacrata crucis vexilla coruscant:
En Regis pia fata micant.

Denique Lex Theodosij Imperat. Tit. 8. libro 1. c. 1. nostram sententiam confirmat, qua statuit, Nemini licere signũ Saluatoris Christi humi vel in silice vel in marmore sculpere aut pingere, & conforme decretum Patrum 6. Syn. c. 73. Quæ de cruce effigie Christi intelligi debere ipsa docet, nunc in hunc vsque diem Ecclesiæ obseruatio, qua videmus quidem in veteribus monumentis humi cruces depictas, sed nusquam Christi in cruce figuram.

239. Consecraneus erit nostер.] *Veterem vocem:* consecraneus, *iterum restituimus ex MS. omnibus, pro eo quod substituerat Zephyrus:* consectaneus *: Simili enim modo maximus Imperator apud Iul. Capitol. milites suos vocat* consecraneos *commilitones.*

240. Quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica aut Ceres farrea, &c.] *Palladem sine Minervam & Cererem inter Rusticorum 12. Deos numerat Varro in tuto li. 1. de re Rustica. Quorum simulacra plerumque solent sine effigie Christi insignita

Fauinij sententia ; quatuor apud veteres Romanos post oppressam rempublicam fuisse in castris signorum genera. Nam, inquit, manipulorum & equitum, vexilla ; cohortium, signa ; legionum Aquilæ ; totius vero exercitus sine Imperatoris labarum vocabatur ; quorum omnium & singulorum exemplaria videre est in numis veteribus tum Hadriani Cæsaris, & M. Antonij iam dicti tum ipsius Constantini, qua ad maiorem intellectum mecum communicata ab Huberto Goltzio hic subiecimus.

HADRIANI.

ANTONII.

CONSTANTINI MAX.

Ex quibus videre licet lectori quemodo non tantum tempore Constantini, sed etiam iam longe ante omnia signa militaria formam quandam crucis habuerint ; & vela illa siue supara *ab* antenna *dependentia* stolæ *seu ornamenta quadam* crucium *fuerint ; prorsus eadem forma qua hodie vexilla cruces ornantur in Ecclesia præsertim à Pascha in Pentecosten. De quo qui plura desideret, videat Comment. Onuphrij in lib. 2. Fastorum. Late etiam de* labari, *Constantini exemplari, tractant Euseb. Eccl. hist. li. 9. cap. 9. iuxta versionem seu potius Paraphrasin Rufini, ac de Vita Constantini li. 1. c. 24. & 25. Socrates hist. Eccl. li. 1. cap. 1. Sozomenus li. 1. c. 4. Niceph. li. 7. c. 29. qui omnes dicunt vexilli id genus à Romanis* labarum *nuncupatum. Latina ergo vox videtur non Græca.* Labari *quoque mentionem videre est apud D. Prudent. lib. 1. adu. Symmach. & D. Amb. epist. 29. ad Theodosium Imperat. quorum ipse quidem verba citantur apud Rhenan. in scholijs, sed compendij gratia prætermittimus remittêtes lectorẽ ad Onuphrium loco citato, aut ad fontes ipsos. Quanquam Cod. l. 12. tit. 18. Lex exstat de Præpositis* labaroꝝ, *scientis primos Aleiatas*

rectè restituit pro eo quod corrupte legebatur : laborum. *Qua etiam Augusto insenhebatur, nunc vero Impp. Honorio & Theodosio Augustis. Data* III. *Idus Nou. Theodosio A. VII. & Palladio Coss.*

246. Ad Persas si fortè deputamur.] Persas *Solem & ignem adorasse affirmatur Sept. Syn. Act. 6.*

247. Nos orientis regionẽ precari.] *Hanc consuetudinẽ qua Christiani ad Orientem versus precantur, pulchrè explicat Iustin. Martyr siue alius Auctor resp. ad Orthodoxos quæst. 118. ostendens eam à Sanctis Apostolis acceptam in Ecclesia, non quod habitaculum diuinum existiment solis clima, sed quod Oriẽ præstabilior sit hominum opinione ceteris mundi partibus. Meminit eiusdem Orig. hom. 5. in Numer. & Epiph. adu. Oppen. hæresi inter Elxai hæreticos errores posuit, quod ad Orientem orare suos sectatores prohibuerit. Si quis hinc coniecturæ locum, existimo eam introductam, vt differrent à Iudæis, qui ad occidentem precabantur, si Cœlus Rhodigino credendum quis id adserit lib. 12. antiqu. lect. cap. 9. Aliis hæc causa probabilior videtur quod Christus sol orientis iustitiæ eiusque Aduentus splendor aduentiens in scripturis nuncupetur Psal. 71. & 84. Isai. 60. Matth. 4. & Isai. 62. & Abacuch. 3. Deinde vocatur ipse Christus, Oriens Zach. 3. & Luc. 1. quo adludit Auctor infra T. 3. libr. adu. Valent. cap. 3. hu verbis.* Amat orientẽ Christi figuram, *vt silic adnotauimus nu. 21. pre.in* affectatione: *longeréctius liber Puteani :* pletique vestrum aliquando affectatione & cœlestia adorandi.

248. Æquè si diem solis lætitiæ indulgemus, &c.] Diem solis *rectè interpretatur in schol. ad márg. Gagnæus* Diem dominicum, *quem Christianos celebrare tradit Auctor. D. Iust. Mart. imitatus in fine Apolog. 2. vt distinguantur à Iudæis qui* diem Saturni, *id est,* Sabbathum *solemniter etsamnum eo die recensunt. Atqui de Die tum tum veteri tum noua nomenclatura, lactissimè & exactissimè tractat Brissonius observ. diu. & hom. tur. li. 1. sub initium, ad quem lectorem compendij gratia remittimus, & de Die Dominico videantur Adnot. nostræ in epist. 33. D. Cypr. num. 7. Hic adijcimus, meminisse præter veteres ibi citatos Dominici diei, D. Ignat. ad Magnes. Dionys. Corinth. apud Euseb. lib. 4. Eccles. hist. cap. 17. eundem Eus. lib. 3. Eccl. hist. cap. 27. vbi de Ebionæo agit. D. Augustepist. 119. ad Ianuar. Gaudentium in sermonibus, & Zozomenum alicubi. & ipsum Tertull. nominatim infra To. 2. de Coron. milit.* Die dominico *[inquit traditiones recensens Apostolicas]* ieiunium nefas ducimus; vel, de geniculis adorare.

249. Deus Christianorum Ononychites.] *Quod pictura huius monstri simillima alibi mentionem reperiatur, haud memini : cum non nisi Carthagini edita sit à Gladiatore in contumeliam Christi.* Ononychitis *vero vox fictitia est, composita ab ὄνος ; quod asinum & ὀνοχοίτης quod ungulatum significat, ea quod pingeretur auribus asinis, & altero pede ungulatus ; quare non placet quod habent MS. Belgici, & Gallici* onochoitis, *neque quod Vaticani :* onochorsitis.

250. Biforme numen.] *Huic lectioni Rhenan. ex Voss. cod. consentiunt MS. omnes, pro eo quod irrepserat :* nomen.

251. Et canino & leonino capite commixtos, &c.] *Hunc locum sic reddidit Minutius : Item boum capita, & capita vertecum & immolatis & colatis ; de capro etiam & homine mixtas Deos, & leonum & canum vultu deos dedicatis. Nonne & Apim bouem cum Ægyptij adoratu & pascitu ? Alludit etiam ad hæc Deorum monstra Prud. lib. 1. adu. Symmach. hiu versibus :*

Quos penes omne factum est, quicquid formido tremendum
Suaserit ; horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monstra Deos.

Atqui de Cynocephalo *supra c. 7. diximus. Albricus etiam lib. de Deorum imaginibus ; sub pedibus Apollinis depingi solere scribit monstrum terrificum, cuius corpus serpentinum, tria habens capita, caninum, lupinum, & leoninum ; Panæ idem describit cornutum, pedibus & cruribus caprinis ; Mercurium vero capite (quod Tertull. de tergo adserit) & talis alatum : Satyros denique cornutos. Haud aliter adnotat Zephyr. in Paraphrasi*

Iouem Ammonem arietino capite, de aliis remittit ad Ouid.5. lib. Metam. D. quoque Hieronymus in vita Pauli Eremitæ Faunos describit homunculos fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Porro ex MS. iterum restituimus: irrepercussum, *pro:* impercussum; *& MS.S. Bauon.* repurgauimus, *pro:* repurgabimus.

CAP. XVII.

252. Quod colimus nos, Deùs vnus est.] *Huius capitis titulum tres MSS habent:* De Deo; *sed magis placet alterius Vat. MS. lectio & excusorum veterum:* Quod Deus vnus sit, multis argumentis probari posse. *liber Puteanus pone caput xvii. de Deo. Atqui addidimus iterum:* nos *ex MS. Vat. id ab iis veteribus abest. Imitatur autem ipsum Mart. vtr. atque Apol. ac præsertim de Monarchia; qui plurimas adfert Ethnicorum in hanc rem sententias, & Athenagoram pro Christian. Ipsum autem imitatur Minutius in Octauio latissimè, D. Cypr. lib. de vanit. idol. & Lactant. Inst. diuin. lib. 1. c. 2. 3. 4. 5.*

253. Vnde & Græci nomen mundo κόσμον.] *Vide infra T. 3. li. 1. ad Marc. & Ia. adu. Hermogenem.* adeo verus.] *liber Puteanus;* ideo verus.

254. Dum æstimari non capit.] *Recte adnotauit in margine Gagn. accipit:* capit: *pro:* ιστγάται; *imperfonaliter nempè pro:* capax non est. *sicuti etiam frequenter adnotauit Rhen. præsertim sub finem lib. de Præscript. adu. hæret. lib. 1. c. 2. 3. & 4. adu. Marc. & lib. de resur. carn.*

255. Ita eum vis magnitudinis.] *Ita legimus ex MS. omnibus pro:* enim; *& paulopost reposuimus quod habebant. Pet. exc.* est, *præter missimus quoque:* &, *& addidimus iterum:* quibus sustinemur, *pro:* obiecit. *liber Puteanus;* objcit.

256. Ex animæ ipsius testimonio.] *Quia peculiarem librum conscripsit Auctor de Testimonio animæ aduersus idola quod vnus sit Deus, vbi latius hæc tractantur, ad eum differimus quæ hic erant adnotanda.*

257. Et sanitatem suam patitur, Deum nominat.] *Latinius coniecit legendum:* potitur; *pro:* patitur. *Zephyr. vero communem exc. & MS. cod. lectionem sic interpretatur acsi dicat: assicitur sanitate, mutuata significatione à Græcis qui* πάσχειν *& πάσχειν tam in bonum quàm in malum accipiunt. Secundum autem MS. omnes præter missimus:* &, *ante illud:* Deum nominat.

CAP. XVIII.

258. Sed quo plenius & impressius, &c.] *Caput hoc quod rectius hic quàm postea inciputur, inscribitur verè. maximè autem placet ista:* De scripturis Dominicis, *siue* diuinis, *aut:* sacris, quæ opera Ptolomæi Philadelphi in Græcam linguam tralatæ sunt. *Atqui iterum cum exc. legimus:* siquis; *pro:* siquid; *item* spiritu diuino; *rursum:* est, *in eo quod sequitur.*

259. Hic enim est verus Prometheus.] *Eodem modo loquimur lib. 1. adu. Marc. & ad idem alludit lib. de carn. Christi infra To. 3. vbi ex Rhen. Latius.*

260. Sed & obseruantibus præmia destinauerit.] *Ita etiam ex MS. pro:* obseruationibus. *Quocunque autem modo legas, totus est insignis pro meritis & præmijs operum, quales complures videre est tum in D. Cypr. tum in huius Auctoris indicibus.*

261. In ignem quoque perpetem.] Perpetem *(inquit Zephyr.) perpetuum continuumque significare, vel ille Plautinus Sefa restatur: Neque inquit, hac nocte longiorem me vidisse censeo, nisi item vnam verberatus quam pependi perpetem; reperitur autem id in Amphytrione. Atqui de ignis inferni perpetuitate infra latius eap. 48.*

262. Ad vtriusque meriti dispunctionem.] *Vat. 1.* dispositionem, *sed illa vox Tertullianea est.* de vestris fuimus,) *Puteanus;* de vestris sumus. Quos diximus.) *hic liber Puteanus ponit caput xvij. de prophetis.*

263. Prophetæ de officio præfandi dicuntur.] *Rursum ita legimus eum Rhen. ex cod. Gortzensi & Belgico 2. cod. MS. & Puteani pro:* prophetandi, *nam (vt recte adnotauit suis ad me missis obseruationibus Io. Harrisius). etiam infra in fine cap. 20. sic loquitur:* vnum tempus est diuinationi, futura præfari, *iuxta veriorem lectionem vt ibi latius. Sic, vbi legitur:* ad fidem diuinitatis, *errorem Typographicum sta castigauimus, qui iterum irrepserat:* finem; *cum tamen antea Rhen. in schol. ita legendum iudicasset, hoc sensu, vt diuina crederentur.*

264. Ptolomæorum eruditissimus quem Philadelphũ supernominãt.) Supernominãt *(inquit Rhen.) pro:* cognominãt, *phrasi Græca* ἐπωνομάζειν *qui fuit vi tertius post Alexandrũ Ægypti Rex Lagi filius. Rem autem totam de Edit. lxx. prosequuntur ante Tertullianum. Iust. in Parænet. ad Gentes & Apol. 2. Iren. lib. 3. adu. hær. cap. 25. Clem. Alexand. 1. stromat. Philo Iudæus lib. 2. de vita Moysi. Iosephus Antiq. lib. 12. cap. 2. ac contra Apion. lib. 2. &* Aristæas *hic ei status libro ex professo de illo edito. Post eius obitum, Hilar. præfat. in Psalmos & in Psal. 2. Epiph. de pond. & mens. Theodor. præfat. in psal. D. Aug. de doctrin. Christ. lib. 2. cap. 15. epistolis ad D. Hieron. & aliis locis citatis ab Eugypio lib. Thesaur. D. Augustʒ. cap. 328. & sequ. Theodorus Antioch. in 1. cap. Sophon. prophetæ. Cyrill. Hierosol. catech. 4. Eusseb. de præpar. Euang. lib. 8. cap. 1. Chrysost. in 1. cap. Matth. Homil. 5. ac in 1. cap. Genes. hom. 4. Procop. Gazæus in cap. 1. Genes. Iustinian. Imp. Nouell. constit. 146. Latissimè denique totam historiam prosequuntur Augustʒ. Iustinian. libro peculiari de Interpret. LXX. & D. Hieron. ac Leo Castrensis suis prologomenis de transl. sacr. scripturæ in Isaiam, ad quos duos lectorem breuitatis gratia remittimus.*

265. Cum studio bibliothecarum Pisistratum, opinor, æmularetur.] Pisistratus *primus omnium in Græcia Athenis publicam Bibliothecam instituisse legitur, quam Athenienses accuratius auxerunt, eandem à Xerxe in Persas asportatam Seleucus Nicator Athenas referre curauit.* propria scilicet,) *scilicet, deest Puteanus libro.*

266. Ex suggestu Demetrij Phalerci.] *Disertè verbis hoc habent etiam Iosephus & ante illum ni fallor* Aristæas *locis supracitatis, Vigues in D. Augustʒ. de ciuit. Dei, addit,* Demetrium *hunc Athenis antea maximis dignitatibus functum, ciuium inuidia pulsum,* à Ptolomæo *fuisse susceptum, & bibliothecæ præfectum; quod ex Diogene Laërtio sumpsit in vita eiusdem* Demetrij, *vbi librum ab eo etiam conscriptum dicit qui* Ptolomæus *inscribebatur, & alterum de Rhetorica; qui fortasse occasionem dedit Tertull. vt vocet eum* Grammaticorum tunc probatissimum, *quem interim tanquam Antiquitatum scriptorem citat infra cap. sequ. Igitur. hic Puteani ponit caput xvij. de scripturis dominicis.*

267. Septuaginta duobus Interpretibus indultis.] *Tot fuisse editionis illius veteris interpretes constat vel ex numero 12. tribuum, quippe cum ex singulis tribubus sex missi adstruantur ab ipso Iosepho; qui sit vt & apud ipsum legi oporteat* LXXII. *pro:* LXX. *Vulgo tamen dumtaxat* LXX. *nuncupari adnotat vbi supra Vigues, vt breuius atque expeditius loquamur, quemadmodum Iudices illi Romani qui ad hastam de rebus minoribus iudicabant, Centumviri appellabantur: cum tamen esset centum & quinque, terni nempe ex singulis tribubus.*

268. Quos Menedemus quoque Philosophus prouidentiæ vindex.] *Vnus Pat. cod.* pro prouinciæ iudex, *sed illam lectionem confirmat is de pone verbis, ad quæ alludere videtur Iosephus: Quos sermones (inquit) loquens de quæstionibus, vti ipse interpretatur in mensa habitis) cum non solum Rex admiratus esset, sed* Menedemus etiam Philosophus *fateretur omnia gubernare prouidentiam, eòque facilius tuero hanc sententiam; finis est huic quæstioni impositus. Meminit eiusdem & Aristæas. Eum vero inter Cynices enumerat Diog. Laërtius, lib. 6.*

269. De sententiæ communione suspexit.] *Fatit hic locus pro D. Augustʒ. sententia, de 70. cellulis siue locis separatis, quas Iustin. Martyr in Pharao se vidisse refert, & disertis etiam verbis meminerunt Philo Iudæus, D. Irenæus, Hilarius, Eusebius, Chrysostomus, & Theodoretus, locis supra citatis.*

270. Affirmauit hæc vobis etiam Aristæas.] *Citat hunc*

hunc eiúdem Ioseph. loco citato vbi ad verbum ex eo multa desumpsit, & Philo etsi non nominet, verbis tamen eius vtitur, Euseb. de Præpar. Euang. lib. 9. cap. 1. ac vlt. multa ex eodem adfert, ipse quoque D. Hieron. Præfat. in Pentateuchum, vbi ipsum τὰ ἑρμαϊκὰ, id est, satellitem Ptolomæi regis nuncupat, sicuti & ipse Aristæas non obscure subindicat. Quorum & Tertullianus auctoritas mihi plurimi est, quam L. Vnus vbi supra, qui putat eum qui exstat librum Aristææ de LXX. interpretibus à recentiore quopiã confectum. Eundem cum Sigisfm. Gelenium in Iosepho & Eusebium Aristæum nunquam, vndecunq; sit, Auctor qui Ptolomæi Philadelphi gesta & orbis mirabilia ac fabularum librum conscripsit. Eius dem Iudaicam historiam de Iob citat Euseb. de præpar. Euang. lib. 9. c. vlt. certe in libro Puteani aperte Aristæus nominatur.

271. Hodie apud Serapæum, Ptolomæi bibliothecæ, &c.] *Locum apparet fuisse Alexandriæ vicinum, forte Serapidis templo vicinum quo* bibliotheca *seruabatur* Ptolomæi, *quam & Iosephus & ante eum Aristæas* 200. *milia librorum habuisse scribunt tam ante euocatas sacras litteras, & Demetrium Phalereum Regi additisse ad* 500. *vsque milia.*

272. Vectigalis libertas vulgo additur.] *Hoc est (inquit Rheu.) pecuniis redimitur libertas, id est, liberum est vt adeas si numeraueris pecuniam.*

Cap. xix.

273. Primam instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas, &c.] *Caput hoc sic recte inscribitur in vno Vatic. cod.* Quod antiquitas scripturarum possit ex Mosis ætate, & supputatione temporum facile probari. *Imitatur etiam hic Ioseph. imprimis: deinde D. Iust. Martyrem & Tatianum eius discipulum. Atqui cum vet. exc. iterum ex MS. adiectimus: istis Hoc hic praterea adnotandum esset hunc locum sub finem libri sequ.* De Testimonio animæ aduersus idola. *& proinde hunc illo primo conscriptum.*

274. Venas veterani cuiusque styli vestri.] *Iterum adiecimus ex MS.* Venas, nam *fic explicat etiam Zephyr.* Venas (*inquit*) cuiusque styli *metaphoræ fontes vocat & origines scripturæ. Sic enim Valerius: Afinius Pollio non minima pars styli Romani.*

275. Historiarum causſas & memoriarum.] *Similiter Iustin. Martyr Orat. ad Gentes: Vt intelligatis, omnibus vestro sine sapientibus, sine Poëtis, sine historicis, sine Philosophis & legislatoribus multo antiquiorem fuisse primum religionis nostræ doctorem Mosen, sicuti nobis Græca declarant historia. Quod ipsum nos antea etiam Ioseph. de Solone & Lycurgo tradi lib. 2. seu potius 3. adu. Apionem.*

276. Ipsas denique effigies litteratum.] *Hoc secundum eam sententiam dicit, qua supradaxit cap. 10. à Saturno primum tabulas siue litteras (vt habet Minutius) inuentas. Eodem pertinet quod Plinius lib. 7. cap. 56. Assyrias litteras semper fuisse arbitratur, eo quod Ægyptias litteras, quæ antiquissimæ habentur, longè post Assyrias fuerint. Et confirmatur ex eo, quod Phœnicas ex Ægypto litterarum inuentum intulisse Græcia, refert Corn. Tacitus lib. 1. hist. Aug. Quæ ipsa latius prosequitur Ioseph. contra Apionem lib. 1.*

277. Ipsos inquam Deos vestros.] *Ad eundem modum Euseb. præfat. sua in Chronicon: Nam Moses (inquit) quos Græci antiquissimos putant, semor deprehenditur, Homero scilicet & Hesiodo, Troianoque bello; ac multo superior Hercule, Musæo, Lino, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline, & ceteris Dijs Gentium sacrisque, vel vitibus; ipsum quoque Iouis gestis, quem Græcia in arce diuinitatis collocauit, etiam si Cecropis tempore vixisse putetur. Cui similia etiam habet lib. 10. de de præpar. Euang. cap. 3. vbi priorem locum citat, & latius Clemens Alexandr. Strom. lib. 1.*

278. Si quem audiſtis interim Moysen, Argiuo Inacho par est ætate.] *Sic locum antea corruptum ex MS. 4. restituimus, pro eo quod erat:* Si quidem audiſtis, &c. Inacho parem. *ab hoc autem loco liber Puteani incipit cap. XIX. de Moyse prophetа in quo etiam est,* Argiuo Inacho pariter ætate est. *Porro non solus Tertullianus* Inacho parem *facit* Moysen, *sed ante illum (iuxta quod citantur disertis verbis ab Eusebio præfat. Chronic. & de præpar. Euang. li. 10. cap. 3.) Iudaei Iosius, hist. Iudaic. & Iosep. lib. 1. contra Apionem, orphyrius adu. Christian. lib. 4. Africanus Annal. lib. 5 Clemens Alexand. lib. 1. Strom. & Tatianus Orat. aduersus Græcos. Quibus adde illum magistrum D. Iustinum Martyrem Oratione aduersus gentes. Cassianum lib. 1. Exeget. a Clemente citatum, & Epiphan. initio operis Panarij. Quanquam interim, vt ingenue fatear, ipse Eusebium magis probet, & magis cum ipsor. consensu vt iuxta calculum quem in Chronico sequitur, primum dicatur floruisse Moyses tempore Cecropis* 300. *circiter annis post Inachum, quem sequitur etiam D. Augustin. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 8. Non possimus tamen non retinere hanc Tertullianis sententiam, præsertim cum ab Eusebio, Africano, Iosepho, & Tatiano ac Clemente citentur ijdem Auctores ethnici paulo post ab Auctore nominati, vbi de singulis latius.*

279. Quadringentis penè annis, nam & septem minus, Danaum, & ipsum, &c.] *Locum hunc corruptissimum ita vt vix mederi liceret, ex MS. Elnon. S. Bauonis Leodiens. 3. Puteani, & 2. Vaticanis castigauimus, pro eo quod antea legebatur:* octingentis penè annis ante vrbem conditam. *& deinde nouaperiodo:* Nam & cétum septuaginta Danaum ipsum. *Secundum quam lectionem quomodo sibi constabit (vti iam super ad me scripsit F. Baldasinus) historia; cum mox sequatur, mille circiter annis Priami cladem anteeeſſiſſe Moysen? An igitur Roma ducentis annis fuit condita, antequam Troia euerteretur? Quod cùm sit absurdissimum; nimis libera fuit Egnatij conjectura, qui primus hunc librum edidit, qua addendum putauit contra MS. cod. fidem:* ante vrbem conditam : *& non minor Zephyri dormitantis, qui pro eo quod vi ne contrarietatem verba implis tarent, excusum erat :* trecentos circiter cladem Priami, *ipse secundum MS. omnes recte quid. m substituit:* mille; *sed tamen retinuit illud:* ante vrbem conditam. *Verissimum autem esse MS. cod. noſtrorum lectionem; Iosephus loco citato satis indicat verbis illis: hac quidem Manethon. Palam vero est ex prædictis annis tempore computato, quod ipsi vocabantur Pastores, id est, nostri progenitores ex Ægypto liberati, ante tres & nonagesta atque trecentos annos hanc prouinciam (nempe Ægyptum) inhabitauere, quàm Danaus ad Argos accederet. Nemini enim dubium quin* 393. *anni, septem minus quàm* quadringentos annos *constituant.*

280. Mille circiter cladem Priami antecedit.] *Etsi etiam hoc cum veritate historiarum non per omnia consentiat : tamen veram eam esse lectionem patet ex Iosepho vbi supra; qui adfirmat Iudæorum egressum ex Ægypto ita antiquissimum, vt* penè mille annis bellum præcedat Iliacum. *Cui astipulatur satis Lactant. lib. 4. cap. 5. dicens Moysen annis nongentis Troiano excidio superiorem fuisse, & ante eum Theophyl. lib. 3. ad Autolycum. Quare non placet quod ante Zephyrum excusſi habebant :* trecentos circiter ; *cum, qui vel minimum quadringentos annos numerent ab Inacho vsque ad Troianum excidium.*

281. Possem dicere quingentis amplius & Homerum, habens quos sequar.] *Euseb de Præpar. Euang. lib. 10. cap. 3. & Tatianus vbi supra hinc locum pulchre explicant ; Cum enim (vt alli referunt)* Homerum *post bellum Troianum Crates anno dumtaxat octogesimo constituat, Eratosthenes centesimo, Aristarchus* 140. *Philochorus* 180. *Apollodorus* 230. *& nonnulli Olympiade prima ante* 400. *alij (inquiunt) Archilochi æqualem fuisse contendunt, qui fuit Olympiade 23. tempore bus Gigæ Regis Lydorum. Et apertius Clementi Alexandr. 1. Strom. ijdem penè opinionibus narratis. Quinetiam (inquit) Theopompus in 43. Philippicarum verum refert ,* Homerum fuisse quingentis annis post eos qui in Ilio militarunt.

282. Et si Moysi postumant.] *hoc est (inquit Rhenan. in schol.) posteriores fuisse Moysi. Sic etiam infra T. 3. lib. de Resurr. carn.* ctsi ordine postumat, effectu anticipat. A postumo *voce derivata, quæ significat, cum quis post mortem patris nascitur.*

283. Extremissimi tamen eorum non retrosiores, &c.] *Ex MS. eorum adiecimus voculam*: non, *planè necessariam*. Extremissimi *vero* (*inquit Zephyr.*) *priscorum more, qui maximè delectatur, locutus est, qui & posteriussima dixerint. Similis vox est*: retrosiores. *Atqui rem ipsam de Prophetis vltimis quod eiusdem aetatis fuerint cum primoribus Philosophis, legiferis & historicis gentium, latissimè prosequutur Clemens Alexand. lib. 1. Strom. & ex Chronic. Eusebij satis patet. Theophyl. vero Antiocb. lib. 3. ad Autolycum paucis id declarat, eo quod Zacharias qui nouissimus est Prophetarum, tempore Darij fuerit, qui aetate etiam Solon primus legislator vixerit, & à quo inceperint ferè suas historias Graeci Herodotus, Thucydides, Xenophon, & legiferis.*) *vocem, &, addidit Carrio ex libro Puteani. Paulopost censebat legendum Harrisium*: Hæc quibus originibus probari possint, *sed quia MS. repugnât retinuimus*: ordinibus. *ab in ante verbo incepit liber Puteani caput xx. de statu temporum.*

284. Cum digitorum fupputariis gesticulis adsidendum est.] *Veteres* (*inquit Rhen.*) *auctore Donato plicatis aut subductis digitis numerabant. hic est digitorum gestus; quos* gesticulos *Tertull. nuncupat. Scripsit autem Ven. Beda librum de loquela per gestum digitorum, qui exstat Oper. ipsius T. 1. cum scelus ad quem lectorem remittimus.*

285. Archiua, Ægyptiorum, Chaldæorũ Phœnicum.] Archiua (*inquit Rhen.*) *Grammatophylatia sive Chartophylacia quæ Latine Tabularia ac Tabliua dicuntur, quod magni placet quã quod infra cap. 21. Zephyrus* archiua, *armaria interpretatur in quibus libri adseruabantur. Vel hinc autem patet, quod sequatur Tertull Iosephum loco citato pene ad verbum, nam & ille* eadem archiua, (*sive vt 1. Vat. cod.* arcana) *erant & eosdem Auctores quorum nomina sequuntur; quos rectè vocat hic* eorum municipes (*licuit ex MS. iterum legimus pro*: etiam) *id est, ciues vt interpretatur Rhen.*

286. Aliqui Manethon Ægyptius.] *Hunc præterquam quod citet Ant. lib. 1. cap. 3. sive 8. ita describit Iosephus lib. 1. adu. Apion.* Manethon *genere* Ægyptius. *Graeca disciplina eruditus, sicuti palam est (scripsit enim Graeco sermone Paternæ religionis historiam, ex sacris sicuti ipse ait interpretatus libris; frequenter arguit Herodotum in Ægyptiacis ignorationementitum. Is in 2. Ægyptiacorum de nobis scripsit; Meminit eiusdem & Theophilus ad Autolycum lib. 3. tanquam qui blasphemam linguam in Mosen & Hebraos soluerit, quem etiam pluribus confutat Iosephus, quemadmodum etiam Euseb. de præparat. Euang. lib. 9. cap. 4. Et in Chronic. anno mundi circiter 3530. Exstat quidem inter Antiquitates Anni* Manethonis *liber sed in quo non reperiuntur quæ allegat Iosephus. liber Puteani legit*; alioquin Manethon, &c.

287. Berosus Chaldæus.] *De hoc quoque lib. 2. contra Apionem sta Iosephus: Testis autem horum est* Berosus, *vir genere quidem* Chaldæus, *notus autem eis qui doctrinæ eruditionique congaudent, quoniam de Astronomia & Chaldæorum Philosophia ipse Græcas conscriptiones edidit. Itaque* Berosus *antiquissimas secutus historias de facto diluuio & hominum in eo corruptione, scicuti Moses, ita conscripsit. Quando autem vixerit, narrat: Tatianus Orat. contra Græcos*: Berosus, *inquit, Babylonius bello in Babylone sacerdos, qui Alexandri etate vixit, & Antiocho post Alexandrum tertio* Chaldæorum *historiam tribus libris perscripsit, & Regum gesta exposuit. Eidem cl. in. tat. hist. lib. 7. cap. 38. scribit statuam maiorata lingua erectam ab Athenien sibus, ob Astrologiæ scientiam. Tatiane etiam ab eodẽ ibidem c. 56. Rursum à Iosepho Antiq. Iud. li. 1. cap. 3. sive 5. & 8. de diluuio & de Abrahamo cap. 7. sive 5. Quorum prior locus ad verbum hodie reperitur in* Berosi *Antiquitatibus quæ exstant ab Annio edite, 2. & 3. non item: quare & ego fentio non esse germanum illius opus; præsertim cum etiam Mosis ibi nulla mentio in contextu, sed diuinxata in Annij commentario, & quod Iosephus illum dicat scribere Babylonem à Semiramide non adficatam, quod tamen habet* Berosus *qui nunc exstat.*

288. Hieronymus Phœnix Tyri Rex.] *Citatur bis apud Iosephum lib. Antiq. 1. locis modo citatis* Hieronymus Ægyptius, *qui antiquitates* Phœnicum *conscripsit; & contra Apion. lib. 2.* Hieronymus *qui de successoribus Ptolomæi Lagi scripsit historiam ipso tempore quo Hecateus fuit. Qui an idem sit ac vero prorsum diuersus, intelligat Tertull. Lectori iudicium relinquo. Iubam interim nuncupatur ab illo* Tyri Rex *fortassis fallsissimi nominis similitudine Tertull. eo quod Hiram cus familiaris fuit Salomon; Theophilo lib. 3. ad Autol. Heromenus appelletur si castigatius sit locus.*

289. Mendesius Ptolomæus.] *De hoc in hæc verba Clem. Alex. Strom. lib. 1.* Mendesius Ptolomæus *fuit quidam sacerdos: Regum autem Ægypti res gestas tribus libris exponens, dicit tempore Amasis Ægypti Regis Mose duce Iudæos exisse ex Ægypto, quæ eadem pene verba reperire, est etiam apud Tatianum Orat. contra Graecos, nisi quod ipse Amasim vocet Regem illum Ægypti, sicuti etiam ipsum magister D. Iust. Mart. vbi supra. quos loci etiat Euseb. de præpar. Euang. lib. 10. cap. 3.*

290. Menandet Ephesius.] *Ioseph. lib. 1. contra Apion. sic hunc describit: Perducam* Menandrum *quoque* Ephesium. *In eum singulorum Regum actus conscripsit apud Græcos & Barbaros, studens ex prouinciarum vnius cuiusque locs litteras historiæ veritatem pandere. Ciuat vero eum de his qui in Tyro regnauere, tum Iosephus tum Theophilus Antioch. lib. 3. ad Autolycum.*

291. Et Rex Iuba.] *Huius in hac verba meminit Tatianus vbi supra: Berosum certo inquit, locupletissimum esse testem vel ex* Iuba *de Assyrus scripta constat historia (duobus lib. secundum quod dam conscripta) quam se ab illo accepisse fatetur. Multa ex eodem transcripsit Plin. nat. hist. lib. 5. & 8. 13. 14. 15. 28. 36. & 37. & ex* Iuba *qui nescio an idem sit, lib. 10. 25. 26. & 32. De alius eiusdem scriptis videatur Io. Gr. 25 apud Sudam qui facit eum Lybia & Mauritiæ Regem, & Epitome Bibl. Gesneri,*

292. Et Appion.] Apion *sive* Appion (*inquit Tatianus*) *Grammaticus vir celeberrimus lib. 4. hist. Ægyptiaca (scripsit enim quinque libros) inter cetera, inquit, quod Amasis rex sub Enocho vixerit. Similia habet Clem. Alexandr. à quo dicitur cognominatus* Μεγιστηκη, *id est, sæpe victor, quo pacto eum etiam nuncupat Plin. hist. nat. lib. 36. Consentunt D. Iustin. Martyr & Africanus 3. Annalium (sit enim lego apud Euseb. de præpar. Euangel. lib. 10. cap. 3.) qui Posidonij filium nuncupant. & præterea memorerunt commentarij eius aduersus Iudæos. Cui respondet latissime Iosepb. lib. duobus qui exstant aut potius libro secundo contra Apionem, nam si verum dicere liceat, tres sunt Iosephi libri Apologetici pro Iudæis aduersus Græcos, primus cõtra Manethonem & alios, secundus peculiariter contra Apionẽ, & tertius qui hactenus tam secundo connungitur aduersus Apollonium & Lysimachum. Pro quo facit quod Tertull. subijcit de* Iosepho & qui istos probat aut reuincitur. *Hunc autem eiũdem Apionem scribit Iosephus Antiq. lib. 18. c. 10. seu 15. sub Caio Imperatore Romam missum pro Græcis Alexandrinis, & Philonẽ pro Iudæis. De qua eadem legatione citatur ab Euseb. Eccles. lib. 2. cap. 5. lib. Philonis, qui etiamnum exstat inter eius opera. in libro Puteanis est; & si quis istos probat.*

293. Græcorum etiam censuales conferendi, &c.] *Pulchre ante Tertullianum hæc collatio Græcorum Auctorum falsa est à præclaris Auctoribus. Iosepho, Africano, Iustino, Tatiano, Theophilo Antiocheno, Clemente imprimis Alexandrino, locis supra citatis.* Censuales *autem libros à censu annorum dixit phrasi Iureconsultorum Pauli & Vlpiani D. de censibus l. forma apud quos forma* censualis *pro: lex* censualis, *&* vinitula censualia *legunturà censu fortunarum & tributum. Atqui pro eo quod legitur:* quasi partem probationis, *legunt MS. omnes tam Vaticani quàm Belgici: & Puteanus* patent; *& pro* asperfimus, *Vatic. cod. 1.* aspeximus; *sed excussorum lectio placet magis.*

Cap. xx.

294. Plus iam offerimus, &c.] *Caput hoc recte inscribitur:* De maiestate & diuinitate scripturarum ex rerum euentu quas prædicunt.

295. Maiestatem scripturarum, si non vetustatem; diuinas probamus si dubitarur antiquas; nec hoc tardius, &c.] *Hoc passo locum hunc restituimus tum ex vet. exc. & MS.*

omnes codices, pro eo quod legebatur: Maiestatem scripturarũ si non vetustate diuinas probamus, si dubitatur antiquitas; nec hoc tardius. *Ertia habet Putesani.*

296. Quod terræ vorant vrbes, quod insulas maria fraudant.] *De hic aliquid adiuit Auctor supra cap. 2. lib. de Pallio, & infra latissimè cap. 40. vbi videat lector nostras Adnotationes, de alio quia hic recensentur aduersus infra cap. 41.* Compulsant *vero cum Datiuo, phrasin Tertullianea.*

297. Et frequentiæ plærumque mortium vastant.] *Hunc quoque locum sic castigauimus, ex MS. omnibus, pro eo quod Adst. Egnatij & 1. Rhen.* frequentium montium, *2. Rhen. adit.* efferuentium montium; *Zephyrini vero* frequentiæ mortuæ.

298. Monstris & portentis.] Monstra *inter animantia siue homines siue bruta reperire est*, portenta, *in rebus mirabilibus.*

299. Testimonium diuinitatis, veritas diuinationis.] *Etiam hoc ex MS. pro:* veritatem; *est autem elegans alludio diuinationis ad diuinitatem, & diuinatio hic in bonam partem accipitur pro prophetia, nam mox subiungitur* vnum tempus esse diuinationi, futura præfari, *saltem iuxta vet. exc.* Diuinationum *autem sacrarum & prophanarum differentiam videre est apud S. & resp. 2. earum quæ D. Iustino inscribuntur; & apud D. Augustin. lib. de d. u. dam. ca. 6. qui etiam aliorum Prophetiam Cæphe de Christo* diuinationem *vocat.*

300. Eadem voces sonant, eadem literæ notant.] *Ex MS. Belgicis & Gallicis hic legimus pro:* eædem. *vtrobique.*

301. Dum expungitur.] *hoc est: completur (inquit Rhen.) vox est sæpissime Tertulliano vsitata.*

CAP. XXI.

302. Sed quoniam edidimus, &c.] *Maximè placet hæc veterum excusoris capitis huius inscriptio:* Quid differant Christiani à Iudæis, & quisnam Christus. *MS. etiam Belgici & Gallici non malè:* De Iudæis & Christo. *Atqui ex MS. omnibus emendandum:* aliquanto, *pro* aliquando, *& ex Vatic. 1.* vobis, *pro* nobis. *Illud autem:* præter ætatem, *sic explicat Rhenan. quod Iudæorum fœda vetustas fit, Christianorum recentior.* Certæ licentiæ aliquid & propriæ.) *Liber Putean. scite licetè aliquid proprie, &c.*

303. Neque de sollemnitatibus dierum.] *Illud interpretatur Zephyrus de obseruatione Sabbatorum, quinimmo etiamsi de cæteris Iudaicis festis intelligatur; nihil facere contra obseruationem sollemnium quæ Christi obseruat Ecclesia, vel ex lib. de Coron. milit. infra T. 2. intelligere est, quemadmodum ibi latius.* Signaculum *autem* corpotis, *recte interpretatur vterque de Circumcisione.*

304. Quo facilius quis nos hominis cultores existimauerit.] *Pulcer locus contra eos qui Christi corpus adorandum negant. Legimus autem paulopost ex MS. iterum cum vet. exc.* neque de Deo aliter præsumimus.

305. Sed quanta deliquerint.] *MS. omnes:* dereliquerint, *& ad* declinandum deriuantes à disciplina; *cum Vet. exc. vti & Rhen. qui interpretatur:* deriuantes *instar rivi defluentes; pro eo quod Zephyrus dumtaxat:* declinantes à disciplina: *Nos priorem lectionem retinuimus, secundam reiecimus.*

306. Dispersi, palabundi & soli ac cæli sui extorres, &c.] *Hunc locum ad verbum descripsit D. Cypr. lib. de vanit. idol. haud procul à fine. Adscimus autem ex Vat. paulopost:* ferè, *& legimus:* adlegeret; *& iterum reposuimus ex MS.* ob disciplinæ Auctoris capacitatem, *pro eo quod ex cõiectura Rhen.* altioris: *& Zephyr.* auctoris. *qua postrema vox disertim in lib. Putean. est.*

307. Non de fororis incesto, nec de stupro filiæ aut coniugis alienæ.] *Ad Iouis incestã alludit, de quo supra cap.* 8. Incesti qui magis quàm quos ipse Iupiter docuit. *vbi vide Adn. nostras.*

308. Squamatum aut cornutum aut plumarum amatorem aut in auro conuersum Danaidis.] *Sic MS. pro eo quod vet. exc.* Danaes; *quod haudquaquam post Zephyrum præterm ssum est. Alludit vero (inquit Rhen.) ad fabulas Iouis in serpentem, taurum & arietem, cygnum & aquilam, etiam in aurum conuersi sui amoribus obsequutus. De quibus latius D. Cypr. epist. 2. ad Donatum, & aliquid etiam in Adn. ibidẽ nostris nu. 32. & 33. Hinc Iouem appellat D. Augustin. epist. 5. ad Marcel.* plurium stuprorum & auctorem & perpetratorem. *in libro Puteanis est,* Danaidis Iouis ista sunt numina vestra.

309. Ceterum Dei filius nullam de impudicitia habet matrem.] *Mirum est unde irrepserit:* de pudicitia, *cum Vet. exc. cum MS. legant:* impudicitia; *vt iam non sit opus legere cum Latinio vocem nouam:* de pudicitia. *Additimus ex isdem:* & ita.

310. Apud vestros quoque sapientes λόγοι, id est, sermonem atque rationem.] *Imitatur etiam hic D. Iustinum Mart., Apol. 2. ad Antonin. Pium & Athenagoram. Hunc verò locum ipse explicat Lactantius Institut. diuin. lib. 4. ca. 9. Sed melius (inquit) Graci λόγον, dicunt, quam nos verbum siue sermonem. λόγος enim & sermonem significat & rationem, qua ille & vox est & sapientia Dei. hunc sermonem diuinum ne Philosophi quidem ignorauit. Adsert autem & de λόγῳ festimonium ex Orpheo D. Iustinus Martyr Orat. ad gentes; & similiter D. Cypr. de idol. vanit. Christum virtutem & rationem & sermonem Dei nuncupat.*

311. Hunc enim Zeno determinat factitatorem.] *Vocabulo hoc factitatoris (inquit Rhen.) vtitur aduersus Hermogenem aduersus Valentin. & in alijs etiam libris. Pro intellectu autem huius loci facit vbi supra Lactant. Siquidem inquit,* Zenon *rerum naturæ dispositorem atque opificem vniuersitatis λόγον prædicat, quem, & fatum, & necessitatem rerum, & Deum, & animum Iouis nuncupat, ea scilicet consuetudine, qua solent Ioue mpro Deo accipere. Sed nihil obstant verba, cum sententia congruat veritati. Est enim spiritus Dei, quem ille animum Iouis nominat. Clarius* Zenon *tempore Regis Antigoni, quemadmodum mutuæ illorum epistolæ testantur, qua etiamnum exstant apud Diog. Laertium lib. 7.*

312. Hæc Cleanthes in spiritum congerit, &c.] *Sic ex MS. cum prioribus excusis pro:* in spiritu, *& paulopost:* autẽ *pro:* etiam. *sunt hæ disceptatis Zenonis sub eodem Antiocho.*

313. Propriam substantiam spiritû inscribimus.] *Etiam hic reposuimus cum MS.* spiritum *pro,* spiritus, *sensus id exigente. Sicuti, paulopost:* didicimus *pro:* dicimus; *ac* filium Dei & Deum *cum Rhenano iam olim.*

314. Trade spiritu spiritus.] *De hac veterum loquendi formula etiam Lactantio vsitata præsertim lib. 4. cap. 12. qua filium Dei Christum spiritum nuncupatur, quantum apparet ex D. Hieronymo in 4. cap. Epist. ad Gal. ex ignorantia scripturarum. Vide Adn. nostr. ad lib. D. Cypr. de Vanit. idol. 71. & latius inter Tertullianis errores in nostrit Prolegomenis.*

315. De Deo Deus vt lumen de lumine.] *Hinc apparet sumptum illud Symboli Nicæni quod in Missæ mysterio decantatur:* Deum de Deo lumen de lumine. *Atqui cum Rhen. ex MS. cod. iterum emendandum:* etsi plures inde traduces qualitatis mutuerisitis ad Quod.

316. Modulo alternum numerum gradu non statu fecit, &c.] *Zephyrus contra sic legit:* non gradu sed statu, *& interpretatur hoc pacto:* Alternus *hic numerus vt Deus & Deifilius duo videantur & vnum sint & quod adest alteri, alteri quoque moduletur,* non gradu *sit aut excellentia, sed* statu *posituráque ea loci, qua ab origine illa patris filius excelsit propagatisque est perpetuo quodam ductu, non autem recessit quasi diuulsus. Quæ certè interpretatio aliquis commoda est, tamen non placet quod de* gradu *&* statu *dicit, lectione quantum apparet mendosa & sui codicis falsui. Si cum MS. & vet. exc. legamus:* gradu non statu, *hunc videtur habere sensum:* gradu *sit hic* alternus numerus *vt pote Deus de Deo;* non statu, *quia status sine conditione & substantia nihil differt à Deo Patre Deus filius. Veram autem hanc esse lectionem confirmatur ex eo quod alibi sic loquatur Auctor:* Tres sunt non statu sed gradu, non substantia sed forma, nec potestate sed specie, vnius autem sub-

ſtantiæ, & vnius ſtatus, & vnius poteſtatis. *Quare ne quis erret etiam Zephyri Paraphraſim in ſanum ſenſum mutauimus. De his autem loquendi formulis latius inter errores Tertulliani.*

317. Homo Deo miſtus.] *Totidem verbis dixit D. Cypr. de vanit. idol. vbi multa hinc deſumpſit:* Deus cum homine miſcetur. *Et phraſim hanc explicat D. Aug. Epiſt. 3. ad Volu. dicens ſimilem eſſe miſturam qua Deus homini permiſtus dicitur, vt vna fieret perſona Chriſti, ſicuti miſcetur anima cum corpori, vt vna fiat perſona hominis.*

318. Quippenes vos haud diſſimiles fabulas.] *Fortaſſis alludit ad fabulam de Deo Ione auri ſpecie delapſo in ſinum virginis Danaes ſiue* Danaidis, *de qua paulo ſuperius num.* 308.

319. Nec alia magis inter nos & illos compulſatio eſt.] *Sic cap. præced.* quod regnis regna compulſant, *Metaphora ſumpta a luctuum in mari compulſatione, cuius meminit Columella lib. 1. cap.* 18.

320. Duobus enim aduentibus eius ſignificatis.] *De duplici Chriſti aduentu latius Auctor infra li. adu. Iudæos, ac lib. 3. contra Marc. infra T. 3. Hunc vero locum imitatur per omnia D. Cypr. li. de Vanit. idol. Atque paulopoſt, cum MS. deleuimus:* & *legimus etiam cum MS. & vet. exc.* prædicatum *cum D. Cypr. vbi ſupra ac cum Rhenano:* meritum fuit delictorum, *pro:* delictum eorum *libri tamen manuſcripti;* delictum eorum.

321. Vti magûm æſtimarent de poteſtate.] *MS. omnes & prima editio:* magnum, *ſed Rhen. & D. Cypr. vbi ſupra, ac MS. cod. ſecuti retinuimus:* magûm; *præſertim quod ca. 23. infra:* Dicent ibidem (*inquit Auctor*) ecquis ille Chriſtus cum ſua fabula, ſi homo communis conditionis, ſi magus; *Et eadem ſignificatione li. 3. adu. Marc. T. 3. planum eſt impoſterem à Iudæis exiſtimatum dicit. Certè Chriſtum tanquam præſtigiatorem à quibuſdam habitum, ſtatu patet ex Euſ. lib. 3. de monſtr. Euang. c. 8. vbi latiſſimè eam calumniam refutat, ſicuti & Epiſt. 5. ad Marcell. D. Auguſt. Legimus autem ex S. Bauonis & vno Vatic. cod.* cæcos reluminaret, *pro:* illuminaret. *Addit autem D. Cyprianus* claudis greſſum daret. Eſſe verbum.

322. Verbum Dei, id eſt λόγος illud primordiale primogenitum.] *Adnotimus vterum ex MS. omnibus:* primordiale, *omiſſum à Zephyro. Alludere autem videtur ad Iuſt. Martyr. tum orat. contra Græcos vbi hunc adducit Orphei verſiculum:*

Vocem iuro patris primum quam prodidit ore.

Tù Apologʼ2. ad Antonin.: in quum λόγος Dei primogenitum, *nuncupat, & rurſum, Chriſtum primogenitum Dei affirmat pro eo autem quod eſt:* ſpiritu inſtructum, *Belgici & Vat. 1. Cod. & Puteani, legunt:* ſuffultum, *& alter Vatic. cod.* ſanctum.

323. Elementa ipſa famularet.] *In actima (inquit Zephyrus) ſignificatione ſicuti Papinius in ſua Herculi Surrentino Vacatum miſſque bonis nec turbidus ira, nec famulare timens. Legimus autem* qua reuincebantur, *pro:* quia. *Iterum adnotimus vocem* Ieſum *paulopoſt.* Parum hoc, *hoc abeſt à libro Puteanis: in eodem paulopoſt legitur;* & prophetæ retro & tamen ſuſſixus.

324. Deliquium vtique putauerunt.] *Recte id dicit Tertullianus, nam non fuiſſe veram Solis Eclypſin oſtendit vna ratione D. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei c. 15. & Epiſt. 80. ad Heſych. Porro rater D. Dion. ſ. Areop. Epiſt. ad Polycarpum (quem citat in Paraphraſi Zephyrus) memenit huius Solis* Deliqui *eſſe Origen. Pflegon. 14. Olympiadaris lib. ſicuti etiã in chronicis ſub Tiberio Cæſare eius verba ipſa aſſert Euſeb. refert etiã Oroſ. li. 7. c. 4. aliquantos Græcorum libros ideipſum adiecſari. A Sybilla quoque prædictus eas tenebras tradit Lact. lib. 4. c. 19. Addit hic Tertull. etiam* in archiua relatas à Romanis.

325. Et tamen cum mundi caſum relatum in archiuis veſtris habetis.] *Vat. 1. cod. & alter quo vſus fuit Zephyrus, legunt:* caſſum, *vt proinde (inquit ipſe) illa Solis intelligatur, qua Analogia: tunſus vſurpauit Plautus, pro tonſura, & Ouid. in Metamorph. narratum pro narratione.* Archiuis *vero etiam hic vt ſupra latius c. 19. num.* 285. *retinuimus, pro eo quod MS. quinque legunt:* arcanis, *quorum 1. Vatic. legit paulopoſt:* circumſepſerunt, *alij:* circunſederunt.

326. Fallerent ſuſpectos.] Suſpectos (*inquit Rhenan.*) pro ſuſpicaces *Iudæos nempe ipſos. Sic lib. de cultu fem. infra T. 2.* Quid geſtis aut ſuſpecto aut non deſideranti placere? *& T. 3. adu. Valent.* ſaltem ſuſpectos de aliquo factore.

327. Populum vectigalem & famularem ſibi ad fidem reuocare.] *Sic iterum cum Rhen. pro:* à fide. *Quod tamen libri manuſcripti habent. Atqui Vat. 1. legit:* familiarem, *ſed placet vox:* famularem; *ac ſi dicat, famulitio ſibi adſtrictum. Sic enim & Statius 1. Achil. turbam* famularem *dixit.*

328. De Romulo Proculi ſolent.] Proculi *dixit (interpretibus Rhen. & Zephyro) numero multitudinis, conuerſa figura diaſtrica, vt veſtri illi Platones & Epicuri. Hoc ipſum autem narrat infra Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. vbi de eo latius.*

329. Ea ipſa ſuper Chriſto Pilatus.] *Exſtat Epiſt. Pilati ad Tiberium de Chriſto inter opera D. Dionyſ. Areop. Colonia excuſa cum commentariis Dion. Carth. p. 757. ci ata tam ante a tum ab Euſebio & aliis qui ſupra citantur c. 5. tum à Gregorio Turon. in Chron, & Hugone Floriacenſi apud nos manuſcripto Antiq. lib. 3. cap. 8. & 9.*

330. Ipſos illos quos adoratis.] *Dæmonas intelligit quos in ſimulacris adorabant, vt recte adnotauit Rhenan. qui Chriſto teſtimonium perhibebant cum à Chriſtianis adurarentur & ejicerentur.* Vt credatis Chriſtianis, *addit liber Puteanis hæc verba,* propter quos non creditis Chriſtianis. *qua huic loco plane neceſſaria credit Carrio* Intetim hic eſt.) *Hic liber Puteanis pone t caput* x x 11. *de Deo omnipotente & Chriſto.*

331. Quia nec fas eſt vlli de ſua religione mentiri, &c.] *Locus inſignis aduerſus noſtri temporis hæreticos quoſdam, quiputant lecutim de religione quam colunt mendacium.*

332. illum hominem putare, &c.] *Rurſus locus pro adoratione humanæ naturæ in Chriſto. Additimus:* autem, *paulopoſt ex cod. S. Bauonis.*

333. Vt Græcis occurram, Orpheus. Pieriæ, &c.] *Satis dilucidè locum hunc interpretatur in Paraphraſi Zephyrus. De* Orpheo *interim & Muſæo ſic ſcripſit D. Iuſt. Martyr Orat. ad Gent.* Orpheus *ſanè πολυθεότητος primus Auctor, qualia poſterius, ad ſilum ſuum* Muſæum *ac reliquos Germanos verò ſuæ auditores, de vno eodémque ſolo Deo prædicauerat, &c. Athenagoras in Apol. etiam* Orphei *recenſet; de quibus apertius Lact. lib. 1. cap. 24. Sacra Liberi patris primus* Orpheus *induxit in Graciam, primiſque celebrauit in monte Bœotiæ Thebis vbi Liber natus eſt proxime, & ſunt per eadem tempora quibus Faunus. Quinetiam ipſe Tertull. lib. de Anima, infra T. 3.* Orpheum & Muſæum *inter Deos relatos ſcribit.*

334. Melampus Argis.] *De hoc Euſeb. de Prapar. Euang. lib. 2. cap. 5. Quidam, inquit, aiunt* Melampodem *Amythaonii filium ab Ægypto in Graciam luctum Cereris ſollemniter celebratum reportaſſe.*

335. Trophonius Bœotiæ.] *MS. quidem omnes:* Boëtiæ, *ſed veram eſſe vulgatam teſtimonem patet vel ex ipſo Auctore lib. de Anima ſupradicto, vbi inter cetera etiam* Oraculum *recenſet* Trophonij in Bœotia; *vbi de illo latius, vt proinde ſimiliter caſtigandus Euſebium de prapar. Euang. lib. 5. cap. 8. vbi Oraculi meminit in Lebadia Boetiæ ſeu potius Bœotiæ.*

336. Homo fuit Pompilius Numa.] De Numæ Pompilij *ſuperſtitionibus latius infra T. 3. lib. de præſcript. hæret. cap.* 40.

337. In agnitionem veritatis oculatet.] *Totidem id verbi repetit lib. de Idol. vanit. D. Cypr. Phraſis eſt Tertullianica vſitatæ etiam in fine lib. de Pœnit. infra T. 2. Paulopost ex MS. reſtituimus:* reformatur *&* renuncietur.

CAP. XXII.

338. Atque adeo dicimus eſſe ſubſtantias quaſdam ſpirituales.]

ſpiritales.] *Recte in exc. cod. hic titulus exprimitur huius capitis:* De Dæmonibus corúmque viribus & actionibus. *Imitatur autem etiam hic D. Iuſtin. Martyrem Orat. ad Gent. & præſertim Athenag. Apolog. Ipſum vero hunc locum ad verbũ penè deſcripſerunt Minutius Felix in Octau. & D. Cypr. lib. de Idol. vanit. Lact. lib. 1. cap. 8. & lib. 2. c. 14. 15. & 16. D. denique Auguſt. lib. 8. de ciuit. Dei c. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & lib. 9. c. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. & li. de diuin. dem. latiſſimè totã hanc materiam pertractat, ſicut & Euſeb. præpar. Euang. l. 4. cto l. 5. & 7. quatuor primis capitibus.*

339. Sciunt dæmonas Philoſophi.] *Philoſophos. aliquos citat D. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 14. & Plutarchum nominatim Euſeb. de præpar. Euang. lib. 5. c. 4.*

340. Socrate ipſo ad dæmonij arbitrium exſpectante.] *Vide Adn. noſtrum in D. Cypr. lib. cit. tatatum num. 5. & latius infra cap. 46. vbi ipſa verba Socratis reperire eſt, item imitium libri de Anima ac vbi Adnot. noſtras.*

341. Dehortatorium planè à bono omnes ſciunt Poëtæ.] *De hoc quoque vide Adn. noſtras vbi ſupra n. 51.*

342. Etiam vulgus indoctum, &c.] *Latius hæc infra lib. de Teſt. animæ. Atqui ex MS. iterum adiecimus:* nam &. *Item legimus:* frequentat *ſingulari numero. in Puteani eſt,* in vſu maledictis.

343. Angelos quoque etiam Plato non negauit.) *Locum hunc ſic Minutius exprimit: Quid* Plato, *inquit, qui innuere Deum negatium credidit? nonne & angelos ſine negotio narrat & dæmonas? & in Sympoſio etiam ſuo naturam dæmonum exprimere conuititur? Vult enim eſſe ſubſtantiam inter mortalem immortalémque, id eſt corpus & animam mediam, &c. Verba ipſa Platonis clariora ſunt. Reſpondet enim apud illum Socrates Diotimæ interpretari dæmones. vel vectare humana ad Deos, diuina ad nos, ab hominibus quidem preces & ſacrificia, à Dijs vero præcepta & mercedem pro ſacrificijs. & paulopoſt: Per Dæmones omne eſt commercium omnis colloquio Dei cum hominibus & vigilantibus & dormientibus. Vbi interim nominatim nuſquam eos angelos nominat, ſed officium tantum angelorum id eſt, nunciorum tribuit, quod ſuperis noſtra nuncient acta. Quare id intelligens quantum apparet vbi ſupra D. Cypr. veluti huius loci interpres quidam: In quo* (*Plato, inquit, pari ratione conſentit; & vnum Deum ſeruant, ceteros* angelos *vel dæmonas dicit. Non deſuiſſe interim paganos, qui eos* angelos *nuncuparent, in quibus & Labeo, diſertis verbis tradit D. Aug. lib. 9. de ciuit. Dei c. 19. Ad quem locum citat in hanc rem Vives Euripidem in Iphigenia, Trifmegiſtum & Martianum Capellam.*

344. Vrriuſque nominis teſtes eſſe vel Magos adſerunt.] *Zephyrus iſtud de* magis *Perſarum interpretatur. Verum in genere iſtius Auctorem patet tum ex cap. ſequenti, tũ ex Minutio & D. Cypriano. Quæris hic: Et* magis, *inquit, inde eſt, ad perniciosa vel ludibria potentatus; quorum tamen præcipuum Hoſtbanes & formam Dei vera negat conſpici poſſe, & angelos veros ſedi eius dicit adſiſtere. Ille vero:* magi *quoque non tantum ſciunt dæmonas, ſed etiam quicquid miraculi ludunt, per dæmones faciunt, &c. Eorum* magorum *& eloquia & negotia primus Hoſtbanes, & verum Deum merita maieſtate proſequitur, & angelos, id eſt, miniſtros & nuncios Dei ſed veri, eius veneratione notuit adſiſtere, & c. idem etiam dæmonas prodidit terrenos, vagos humanitatis inimicos. pro* magos *aſſeruit, liber Puteani,* magi adſunt, *item pro*, ordine, *idem liber*, ordo cognoſcitur.

345. Auſpicata eſt in hominis exitium.] Auſpicata (*inquit Rhenan.*) *paſſimè vt & in lib. præced. ſepe. Alludit autem ad primi hominis Adami exitium. Atqui pro*: ad vtramque ſubſtantiam hominis adeundam *cenſet legendum Rhenan.* adendam, *ſed repugnant MS. ced.*

346. Præcipitat.] *Ita dixit (inquit Zephyrus) ex vera verbi deriuatione, qua aliquid temerè præcipere, & quaſi præoccupare ſignificat. Nos*: examinat, *iterum ex MS. repoſuimus, pro*: examinat. *Dixit etiam*: Cæca ratione *id eſt (interprete Rhen.) qua non videtur ſed latet & ignoratur. Et*: tentatus aër, *hoc eſt, vti Zephyrus, læſus & male affectũs, ſicuti dicimus vino tentari caput Pro*: effundit, *MS. Belgici & Gallici cod. legunt*: offundit; *& paulopost*: aut, *pro*: ac. *Paulopost pro eo quod eſt*: quod eos ipſos captis & circumſcriptis mentibus hominum commendat, *MS. Belgici & Vatic. 1. cuteani ac Vet. exc.* comedat, *quod placet ab hac Plinij verba Nat. hiſt. lib. 30. cap. 1. Hominem occidere religioſiſſimum, mandi vero ſaluberrimum narrauit Hoſthanes.*

347. Pabula propria nidoris & ſanguinis.] *Vt tota (inquit Zephyr.) Magia teſtatur, ſpiritus mali* nidore *& ſanguine delectantur, quod cum alij tum Homerus in ſuis Necyomanticis non abſre ſenſerunt. Latius id ipſum videre eſt apud D. Auguſt. li. 10. de ciuit. Dei c. 11. ex Porphyrij epiſt. ad Anebontem, ac libro Reſponſorum.*

348. Et quæ illi accuratior paſcua eſt.] *In hoc conſentiunt MS. cum vet. exc. pro eo quod ſequens elegantius ſubſtitutum erat*: accuratiora paſcua ſunt, *Auctor itaque vſurpat ſingulari numero*: paſcua quam enuntiant, *liber Puteani*; adnuntiant, *vti infra idem verbum repetit.*

349. Diſpoſitiones etiam Dei, &c.] *Similia videre eſt (vti retulit ad marg. Gagnæus adnotauit) apud D. Auguſt. potiſſimum vero locis ſuperacitatis & nominatim cap. 3. 4. 5. & 6. de diuin. dæmon. ac lib. 2. ſupra Gen. ad litteram cap. 17. & Lactant. lib. 2. cap. 15. D. Cyprianum denique & Minutium vbi ſupra.*

350. Sciunt Cræſi.] *Euſeb. lib. 5. de Præpar. Euang. ca. 10. vbi latè tractat de falſitate oraculorum ex Oenomaes eiuſdem ſtuli libro, etiam hæc recenſet tanquam Apollinem alloquentis verba*: Cræſus, *inquit, imperium Lydiæ à maioribus ſucceſſione ſuſceptum pietate in Deos maiores ſuos ſtatuens ſuperare, vt eorum patrocinio tutior eſſet, te Apollo maximè colui, templúmque tuum Delphice auro atque argento ita ornaui, vt dubium ſimum templorum omnium & ſit & videatur. Vnde iure tua benuolentia ſe. tus aduerſus Perſas arma mouere ſtatuit, neque id abſque conſilio tuo. Tu enim ea de re interrogantis ſic reſpondiſti.*

Intrepidus ſi Cræſus Halym tranſmiſerit amnem,
Imperium perdet magnum, regnúmque ſuperbum.

Hæc reſpoſa ambiguitate, tis numinis cultorem, qui te ſua opibus ditauit, euertiſti, & regnum Lydiæ, quod longiſſima ſucceſſionis ſerie in eum deuenerat, in Perſas tranſtuliſti. Non ſpinte opinor. Non enim tam pium religioſúmque Regem, & præcipuè tibi amicum decipere vnquam voluiſſet, ſed futurorum ignorantia id fatũm arbitror. Nam ſi tanquam Deus futura cognoſceres, non latuiſſet te non intelleCturum oraculi ambigua Cræſum.

351. Sciunt Pyrrhi.] *Hunc locum latius explicat Minutius: De* Pyrrho, *inquit, Ennius Apollinis Pythij reſponſa confinxit (alludens ad illud*: Aio te Æacida Romonos vincere poſſe.) *cum tam Apollo verſus facere deſiiſſet, cuius tunc cautum illud & ambiguum defecit oraculum, cum & politiores homines & minus credulis eſſe cœperunt. Et Demoſthenes quod ſciret reſponſa ſimulata Φιλιππίζειν Pythium querebatur. Similia videre eſt apud Cic, de diuin, & D. Aug. de ciu. Dei lib. 3. cap. 17. Erat autem idem* Apollo Pythius *qui Delphius ita dictus, ſi Pius creditur in D. Auguſt. li. 4. de ciuit. Dei c. 11. à ſacerdote virgine ſeu matrona Pythia quæ reſponſa dabat ex tripode. Pythia autem oracula defeciſſe poſt Chriſtum, comprobat Euſeb. li. 5. de Præpar. Euang. c. 8. ex Porphyrio & Plutarcho de oraculorum ſilentio.*

352. Ceterum teſtudinem decoqui.] *Satis hoc explicat in Paraphraſi Zephyrus.*

353. Momento apud Lydiam fuerat.] *At ſi dicat eo ipſo momento quo teſtudo à Cræſo decoquebatur in Lydia fuerat, quo id Pyrrhus renuntiabat. Atqui ſicuti adnotat in ſua Paraphraſi Zephyrus* Habent, &c. ſapere paraturas, *Græca dicendi figura eſt quã noſtri etiã non refugiunt; vt: habeo multa dicere, id eſt poſſum; Et Cicero ad Lentulum: De Alexandrina re cauſaque regia tantis habeo pollicere, me tibi abſenti, &c.* Paratura *vero nomẽ nondum memini apud alios legiſſe, ex analogia tamen eadem dicitur, qua ſeſſura, commiſſura, & à Plinio dimiſſura dicitur eſt, & volatura pro volatu, quod non minus nouum videri poteſt. Sic etiam infra cap. 47.* nouitiolam paraturam.

354. Phantasmara Castorum , &c.] *Etiam has fallacias* Castorum *victorias pranuntiantium & Vestalium Tuscia ac Claudia & Domitij paucis retè explicat Zephyrus. Rhen. addit eadem narrari à Valer. Maxime li.8.de Vestalibus, & à Suetonio Tranquillo de Domitio. Certè etiam D. Augustin. lib.10. de civit. Dei cap.16. utrumque Vestalis exempla adfert. Minutius verò eadem penè ad verbum.*

Cap. xxiii.

355. Porrò si & Magi phantasmata edunt, &c.] *Inscribitur ferè hoc caput tum in MS.tum in exc.ced.* De phantasmatibus Magiæ & dæmonibus. *Pulcre autem locum hunc quàm paucissimis interpretatur Zephyrus in sua Paraphrasi.*

356. Iam defunctorum inclamant animas.] *Latissimè hanc Magiæ speciem tractat & impugnat Auctor li. de Anima c.penult.infra T.3.vbi & nos latius sicuti etiã & de somnijs quæ videntur Magi immittere.* De circulatorijs præstigijs *aliquid habet D. Aug. li.10. de civit. Dei cap.16. & ibidem latius Vives.* de Capris *ad divinationem preparatis mentionem facit Eusseb. lib.2. de prapar. Euang. cap.5. Porro MS. cod. quinque leguntˆ* infamentˆ, *pro:* inclamantˆ; *&c:* elidunt , *pro:* elicitunt ; *sed magis placet vulgata lectio.*

357. Vt aliter dementire, &c.] *Ex MS. cod. iterum illud restituimus, pro:* dementare; *præsertim cum Zephyrus id interpretetur quasi de mente exire. Addens verbum esse Magicum, quo vtitur Apuleius & hoc hemistichio Lucretius:*

Dementit enim deliráque fatur.

Cetera satis explicat Zephyrus in Paraphrasi, & latius infra c.ap. seq. de Archigallo. *Atqui pro* profecat *liber Puteani habet;* prosectam: *& pro,* comparexitus furoris, *MS. Belgici, Gallici & T.1. Vat. leguntˆ* cõpara exitus; *alter Vat. & vet. exc.* cum par; *eligat lectior quam volet , nos plurium lectionem edidimus, præsertim cum ad etiam Zephyrus alludat. Cum quo etiam & Rhen. ex MS. reposuimus:* institigationis, *pro:* inuestigationis. *maxime cum similiter pene Minutius dicat: par & in illis* institigatio *dæmonis sed argumentum dispar furoris.*

358. Edatur hic aliquis, &c.] *Pulcra comparatio eius quem dæmone agi conflet, & eius quem dicebant de Deo aliquid pati; vti latius explicat Zephyrus in Paraphrasi, eleganter autem liber Puteani;* edatur hic aliquis ibidem sub tribunalibus *& postea;* dominum, *pro,* deum. *sed posterius placet.*

359. Qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt.] *Aliquid de nidore sanguinis in aris immolati dæmonibus grato cap. præced. diximus ; quare magis placet hæc lectio MS. quàm vulgata:* aëris malefícium numen. *Ex quibus etiam cõstigatimus : præfantur , pro :* profantur; *nam & supra eadem voce non semel vtitur.*

360. Ista ipsa virgo cœlestis pluuiarum pollicitatrix.] *Sic partim ex Rhenan. Gorzienſi cod. partim ex MS. nostris, quos omnes conflanter leguntˆ* virgo Cœlestis, *pro eo quod Zephyrus:* vis Cœlestis. *Ego verò existimo eum loqui de* Cœlesti dea *quam colebat Afri, apud quos scribebat Tertullianus (vti ante me etiam adnotauit Pithœus) de qua latius cap.sequ.*

361. Æsculapius medicinarum demonstrator.] *Similiter lib. de coron. Milit. infra T.2.* Primus medelas Æsculapius exploruerit. *Vide Adnot. nostras supra c.14. num.209.*

362. Alias demoriturus.] *Ex veteri exc. hoc iterum adiecimus, maximè cum alludant MS. cod. & Belgici quidem tres legant:* alia die morituris. *Vatic. vero :* alia demorituris. *Leodienſis:* alia demorituris.

363. Scordij & denatij & æsclepiadoti subministrator.] *MS. omnes* scordio & denatio & æsclepiadoto subministratur; *sed magis illud placet eo quod præcedat:* demonstrator; *tum quod medicu notum sit* Scordium, *non :* scordium; *quod inter Mythridatica describit Plinius nat. hist. lib. 25. cap. 6. & 10. Quemadmodum etiam Panacen siue Æsclepion eius dem lib. c. 4. in hac verba: Panacesipsa nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum & Dijs inuenteribus adscripsitum. Vnum quippe Æsclepion cognominatur, quoniam is illam Panacem appellauit, &c. Alludens haud dubiè ad* Æsculapium , *quippe qui Græcè ἀσκλαπιὸς vocetur ; à quo proinde etiam nouam vocem derimauit suo more* Æsclepiadorum *Tertull. tanquam dicat ab Æsclepio datum sen traditum. Vocatur eadem à Theoph. li. 9. c. 6. hist. plantarum ἀσκλαπίειον πανακὲς. Reperitur & aliud herbæ genus Æsclepias apud Plin. li. 27. c. 6. aduersus serpentum ictum præsentaneum ; quod si etiam ab Æsclepio dicatur , etiam hic poterit intelligi; & magis accedit vox* Æsclepiadoton. *Iterum autem ex MS. quod habebant vet. exc. restituimus :* nisi se dæmones confessi sint, Christiano mentiri non audentes, *quod singulari numero expressum erat in recentioribus , &:* magia , *pro:* Magica. *Paulopost pro eo quod est :* inniti *MS. Belgici & Gallici :* inijci, *Vat.* 1. incipi, *sed placet primo quod vet. exc. legant:* niti, *pro;* dictis non stetis: *liber Puteani ,* dictis non dicetis.

364. Si altera parte verè Dei sunt.] *Sicuti hic excusi omnes legunt :* Dei *plurali numero , non* dij ; *ita vbique MS. tum antea tum postea leguntˆ, sicut etiam* deis , *pro :* dijs : *quod semel adnotasse sufficiat. Similiter autem effert lib. 1. adu. Marc* Inuenio planè ignotis deis aras prosstitutas. *Paulopost vet. exc. lectionem iterum reposuimus ex MS.* dæmones se dicere, *pro :* dici.

365. Vererentur enim abuti maiestatem superiorem.] *Etiam hoc pro substitutis ablatiuis , eo quod non semel vti & abuti cum accusatiuo vsurpet , exempli gratia li. de coron. milit. infra T. 2.* qui secundum idolorum ornatum quid vtuntur. *Item legimus* neque à dæmonijs adfectaretur in cõfessione, neque à Deis negaretur. *ac:* verobique iam Deos quærite. *&:* quod neq; ipsi Dei sint, neque vlli alij. Etiam illud ; *omisse :* Sed.

366. In continenti.] *De phrasi hac Tertullianica & Cyprianica vide Adn. nostras in epist. eius 82. num. 2.*

367. Si non Christianorum.] *Hic quoque lectionem Rhen. cum MS. sequimur phrasi Tertullianica, pro :* sed ; *quod habent alij excusi & liber manuscriptus doctissimi Puteani.*

368. Si fortè Minoem & Rhadamanthum secũdum consensum Platonis & Poëtarum.] *Non minus etiam hoc pro :* secundum sensum. *Nam Poëtæ in hoc consentire Platonem, in hac verba recenset D. Iustin. Mart. Apol. 2. Plato, inquit,* Rhadamanthum *&* Minoem *itidem iniustos ad se venientes plexurum esse docuit, nos autem idipsum falsum ita dicimus, sed à Christo. Addit Orat. pro Christ. Athenag. Non autem* sine Minos *fuit* Rhadamanthus *fit, siue, aliquis horum pater, ne cum quidè ipsum effugiturii esse iudicium Dei dicimus.*

369. Et impuratissimis linguis.] *Rursum sic ex MS. cum vet. exc. pro eo quod Zephyrus :* impurissimis ; *nam & Terentius in Phorm. sic loquitur :* Impuratus *me ille, vt etiam irrideat ? pro,* diluerit, *habet liber Puteani;* debuit. *Item cum Rhen. & MS.* operatoribus suis, *pro:* operationibus *legimus : etsi in Puteani erat* ; operationibus.

370. Atquin omnis hæc nostra in illis dominatio, &c.] *Hoc quoque ex ijsdem in Puteani est; in illos. & paulopost addidimus :* Verum. *Pulchrè autem locum hunc imitatur Prudent. in Apoth. contra Iud. Alludit ad* Exorcismos *quibus etiamnum vtitur Ecclesia, de quibus latius infra lib. ad Scapulam & de baptismo. Atqui MS. deinde leguntˆ:* Magis fides proxima est , *pro :* prona ; *sed hoc placet.*

371. Quia plurimum illis credendo, in Christo Domino nostro credimus.] *Imprimis miror hic omissam particulã:* in ; *à Zephyro & posterioribus, cùm eam more loquẽdi Ecclesiastico habeãt non modo vet. exc. sed MS. ad vnum omnes. Vt non dubitem iam tum eam formulam vsitatam fuisse qua profitemur nos* credere in Deo, *siue vt Ruffinus in Symb. & Augustin.* in Deũ, *non vero* credere Deo vel Deum. *Venit hic præterea adnotandum, quod videatur hinc Tertullianus ad fidem conuersos , extestimonijs Deorum, quibus Damonas se confiterentur Christianos facere consueuerunt. Atqui pro:* fiduciam , *ex MS. quatuor substituimus:* fidentiam, *vocem Tertullianicam. pro,* prona est, *liber Puteani;* proxima est.

Cap. xxiiii.

372. Omnis ista confessio, &c.] *Ob prolixitatem hic caput nouum constituimus, præsertim cum veluti Epilogus sit totius dispu-*

disputationes de Deorum cultu. Potest autem inferibi : Quod Chriſtiani non incurrant crimen læſæ religionis, etſi variant in cultu veri Dei, ſed ipſi potius, qui Deos colunt longè diuerſiſſimos. *Hæc autem in codice Puteani longe elegantius ita leguntur:* ſi religio non eſt: *quia nec Dei pro certo: nec nos pro certo rei ſumus læſa religioni. Notanda autem non ita multò poſt vox:* irreligioſitatis. *Porrò imitatur hunc locum Euſeb. ſub finem orationis de Laudibus Conſtantini.*

373. Nunc vt conſtaret, &c.] *Sic ex MS. pro* Nam. *Atqui de* ſublimiore & principe Deo *a gentibus conceſſo imitatur Juſtin. Mart. Orat. ad Gent. & Athenag. Orat. pro Chriſt. Laciant. vere latiſſ. id ipſum profequitur Inſt. diuin. lib. 1. ca. 5. ex Orpheo, qui Deum verum & magnum & πατέρα πάντων appellat: Antiſthene, qui ſummæ totius artificem; Virgilius, qui Magnum; Ariſtotele, qui ſummum; Cicerone, qui ſuprémum, & Seneca, qui Deorum omnium Deum nuncupat.*

374. Vt Plato Iouem Magnum in cœlo comitatum exercitu, &c.] *Hunc Platonis locum ſic recenſet Athenag. Magnus ille Dux in cælo Iupiter, volutrem repens currum (quæ ipſa verba ex ea Orat. ad Gentil. D. Juſt.) exercuit, ornauit, & curans omnia. Hunc autem conſequitur exercitus Deorum atque Damonum. Illud vero, inquit, non ad eum qui Saturni filius eſſe dicitur. pertinet Iouem, nomine namque ipſo conditor rerum vniuerſarum deſignatur. Declarat id ipſe Plato. Nam cum non (ſic lege) haberet aliud quo eum ſignificanter appellaret, vulgari & vſitato, minime autem proprio Dei nomine; eundemtorii deſignationis gratia eſt vſus, adiecto ſuſuper verbo* Magnus, *vt diſcerneret cœleſtem à terreno, ingentium à gento. Pauca idem repetitur ab Arnob. lib. 1. adu. gentes, vel ex appellatione qua Iupiter Opt. Max. dicitur & habetur. Atqui paulo poſt pro:* ſuſpici, *legunt Vat. 1. & vet. exc.* ſuſcipi; *ac pro:* operam, *MS. omnes:* opera. *Elegat Lector quod velet.*

375. Colat alius Deum, alius Iouem, &c.] *Pulchrè has Antitheſes explicat Zephyrinus Proæphraſi, quibus contrariam tradit religionem gentium, Chriſtianæ religioni; & latiùs infra de ceremoniis cultui ſuum dimini externi cap. 30.*

376. Alius ad aram fidei.] *Hæc pertinet illud D. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 10. Sed cur & fides Dea credita eſt, & accepit etiam ipſa templum & altare? Vbi late de hac Dea Virtutes in Adnot. Sufficiat hoc loco quod inxta Plin. lib. 35. & Cic. 3. Offic. Capitolio adeo fidei vicina fuerit: nam quo eam primùs conſecrarent, variant opiniones. quidam Attilio Calatino id adſcribunt, alij Numæ, alij denique Æneæ ante Romulum & Remum. Atqui ara & altare inxta Seruium in hoc differunt, quòd aræ eſſent & ſuperi & ſuperni Dijs conſecratæ, altaria vero ſuperni dijs dumtaxat. Quorum hoc ab altitudine dictum putat, aram verò quaſi* anſam *commutacione litterarum interpretatur Varro.*

377. Atque adeo & Ægyptijs, &c.] *De Ægyptiorum Deorum portenſis vide Adn. noſtras in D. Cyprian. lib. ad Demetr. num. 32. Meminerunt præter Auctores ibi citatos Laciant. lib. 2. cap. 13. & lib. 5. cap. 20. Euſeb. de præpar. Euang. lib. 3. cap. 2. ex Porphyrio; D. Aug. denique lib. 2. de ciuit. Dei cap. 22.*

378. Et capite damnandi qui aliquem huiuſmodi Deum occiderit.] *Neſcio vnde irrepſerit:* & pice damnandis, *ac,* occiderint; *cum illud legat non modò MS. omnes, ſed & exc. priores. maximè cum correſpondeat illud Minutij: Nec eorum ſacra damnatis inſtituta ſerpentibus, crocodilis, bellua ceterus & auibus, & piſcibus;* quorum aliquem Deûm ſi quis occiderit etiam capite punitur.

379. Syriæ Aſtartes.] *Deam hanc fuiſſe conſtat vel ex 3. lib. Reg. cap. 21. vbi ſic legitur : Sed colebat Salomon* Aſtarten *Deam Sydoniorum. & ſub finem. Et quod dereliquerit me & adorauerit* Aſtarten *Deam Sydoniorum. Eodem pertinet quod eſt 4. Reg. 23. de Ioſia Rege : Exceſſa quoque quæ erant in Ieruſalem ad dexteram partem montis offenſionis, quæ ædificauerat Rex Iſraël Aſtaroth ſiue vt 70. legunt ἀσταρτὴ idolo Ægyptiorum. Et quod frequenter repetitur Iud. 2. 3. 10. ac 1. Reg. 7. & 12. Idolis Balaam ſiue Baal & Aſtaroth. Eo autem nomine (ſi Calcagnino creditur lib. 5. obſerv.) Venerem colebant Sydonij, cui no adeo tam atque poteſt autem ſecum admiretur Plautina verſiſtrata. Ponit etiam inter principes Deorum Varro de lang. Lat. li. 4. Tu autem & Aſtarten apud Phanicos, nec aliter Euſeb. de Præpar. Euang. li. 1. ca. 7. Reperitur interim apud Petronium li. 24. de hon. diſc. cap. 8. Syrorum Dea* Adagatis, *ſed qua M.S. omnes cum excuſe leguntur:* Aſtartes; *& ipſe quoque Minutius in Octauio; malui illud retinere; maximè cum Phœnicia Syriæ pars ſit.* Syria *enim (inquit Beda li. de locis Act. Apoſt.) qua Hebraicè Aram dicitur, regio eſt inter ſlumen Euphratem & mare magnũ vſque ad Ægyptum pertingens, habens maximas prouincias Cœlogenam, Phœniciam, & Paleſtinam abſque Saraſenis & Nabathæis, quorum gentes ſunt duodecim.*

380. Arabiæ Dyſares.] *Sic ex MS. omnibus pro :* Diaſares, *eo quod apud Euſebium vbi ſupra ſic legatur:* Arabes *item* Duſarim *quendam & Obdum pro Deo colebant,* Arabiæ *vero regio (inquit Ven. Beda vbi ſupra) inter ſinum maris rubri qui Perſicus, & eum qui Arabicus dicitur, habet gentes multas Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Saracenos, aliaſque quamplurimas. Cùm autem Origen. lib. 5. contra Celſum dicat Arabes Liberum tantum & Vranium Deos coluiſſe, oportet vt altior illorum lingua Arabica* Dyſares *vocatum ſit aut potius* Dyſares *vt vt habent MS. Si quid diuinare liceat, liber ita ab eis eſt cognominatus, nam* דושרא Dafares *Hebraicè & Caldaicè, quibus linguis haud abſimile eſt Arabica, interprete Munſtero Iſai. 19. ſignificat eum qui volutatur vt ebrius; iam vero ebrietas Liberum habet patronum.*

381. Norici,] Noricum (*inquit Ptolem. lib. 2. cap. 14. ad Tab. 5. Europ.) terminatur ab Occaſu Æno fluuio; à ſeptentrione Danubij parte, quæ eſt ab Æno vſque ad Cetium montem; ab ortu vero Solis ipſo monte Cetio, a meridie vero parte Pannoniæ ſuperioris quæ ſub dicto monte eſt, & quod inde eſt ſuper Iſtrũ, eo monte qui Carnuncus appellatur. Similia Oroſ. libr. 1. cap. 26. & Paulus Diac. lib. 3. cap. 25. Ex quo patet (inquit Franciſcus Irenicus Germ. Exeg. lib. 1. cap. 20.)* Noricam *regionem non fuiſſe olim Bauariam vbi nunc collocatur, vltra enim Danubium porrigebatur vbi adhuc veſtigium nominis eſt Norkeyi. Eodẽ pertinet quod collocator ſecundum Strabonem non procul à mari Adriatico inxta Alpes. & ſecundum Plinium apud Aquilegiam. Recenſet autem conuictorum ſuam vir longe eruditiſſimus Puthæus hunc locum caſtigans Adu. li. 1. cap. 3. & 4. ac ſi ſic legendum* Aremorici, *eo quod, vt mox dicetur* Belenum *Deum faciat Auſonius* gentis Aremoricæ, *ſed ſi Gallorum fuit Deus ille potuit eſſe etiam* Noricorum, *immo & omnium Germanorum; quippe qui olim etiam Galli, Galathæ & Celtæ contributi fuerint, vti late deduxit Franc. Irenikus. ſupradicto cap. 12. maximè cum ex eiuſdem lib. 2. cap. 4. conſtet Germanos (vel Caſ. teſte lib. 6.) Solem coluiſſe, immo Munſterus in Chronogr. Auguſtæ Vindelicorum qui Noricis vicini erant, cultum ſuiſſe ſerebat olim Apollinem Cranium; quidni etiam* Belenum.

382. Belenus.] *Antea exc.* Tibelenus, *quod Rhen. ad marg. confirmare videtur ſua 1. edit. his verbis :* Tibelenus *Noricorum Deus der Teuffel, & totidem penè verbis repetit Aſchamarus Comm. in Taciti Germ. comment. Memorat, inquit, Tertullianus in Apologetico aduerſus gentes* Norieos Tibelenũ *Deum coluiſſe, id eſt, den Tufel. Verũ, donec certius quid Germani de ſuo illo Teufel ſiue diabolo adculerint, magis placet lectio Pithœi à Fr. Balduino etiam ſuis litteris ad me comprobata, vti legatur* Belenus, *præſertim cum duo MS. Belgici & vnus Vatic. & Puteani legant:* Nori cibelenus, *aut potius ſi dictionem vti oportet diſtinguamus* Norici Belenus. *Certe ex Auſonio ſatis ſuperque didicimus (inquit ille) Apollinem* Belenum, *eum vero miniſtros ſuæ ſacerdotes Pateræ dicti. Verſus Auſonij his ſunt:*

Tu Baiocaſſi ſtirpe Druidarum ſatus.
Si fama non fallit fidem
Beleni ſacratum ducis è remplo genus. *& alibi*
Nec reticebo ſenem nomine Phœbicium
Qui *Beleni* ædituus, Stirpe ſatus Druidum
Gentis Aremoricæ.

Dictum autẽ exiſtimat Belenum *à iactu ſiue emiſſione radiorum*

vnde Apollinis quisque nomen, deducta Plato scripsit: certe apud quosdam Poetas Sagittipotens eadem ratione dici videtur. Scaliger Lect. Auson. lib. 1. addit, de Beleno *etiam mentionem fieri apud Herodianum quem* βελὸν *vocat, vnde & Galli herbam quasdam sagittas inungebant* Belenium *vocabant. Apud eundem quoque fit mentio Abellionis Lucanorum Dei.*

383. Africæ Cœlestis.] *Etiam hanc emendationem partim Turnebo Adu. lib. 22. cap. 24. partim Pithœo vbi supra, acceptâ debeo, pro eo quod irrepserat,* Cœlestius *Quasi similiter censet castigandâ, Vulpiani fragmentum, & Capitolinum, & infra ipsum quoque Tertullianum lib. de Virg. vel. tom. 2. & Exhort. ad Cast. tom. 5. vbi* Cereris Africanæ *fit mentio. Testimonijs eandem comprobant Spartianus in 30. Tyran. de Celso ab Afris imperatore appellato populo* Deæ Cœlestis ornate, *& Amm. Marcell. lib. 22. de* Deæ Cœlesti argentea breui *figmento, & Apuleio Florid. lib. 4. Quæ autem Dea hoc nomine nuncupata fuerit nondum satis constat, Turnebus* Vranian *intelligit, Philastrius Brixensis Cat. haeret* fortunam cœli *quam iudæi* Cœli reginam *vocabant. Magis placet, vt aut Ceres intelligatur si modo recta sit Pithœi conjectura de locis dictis Tertull. aut Venus quam Mitram Persæ nuncupant iuxta D. Ambros. contra Symmachum & Herodotum loco per Nannium citato; aut peculiaris Dea aliqua ignota, eo quod cap. praeced.* virgo Cœlestis pluuiarum politicatrix *nuncupetur. Reste proinde meo iudicio etiam Saluianum de Prouid. Dei cap. 8. sic castigandum ex MS. adnotauit ille, vt legatur: Habent quippe intra muros patrios intestinum, scelus cœlestem illam scilicet Afrorum damonem dico; cui ideo tot veteres Pagani tam specioſa appellationis titulum dederunt, vt quia in ea non erat numen, vel nomẽ aliquod esset. Et paulopost. Quid non cerũ qui Christianis appellantur* Cœlestẽ *illam aut post Christum adorauit, aut quod pene est multo antequam Christum? Videtur itaque cultus huius Deæ etiam ad Saluiani vsque tempora ex Africa nondum exterminatus; Nam & apud D. Augustẽ temperi huius Deæ mẽtionem fieri lib. 2. de ciuit. Dei. cap. 4. vbi de ludis turpissimis sceniciſ agit, qui* Cœlesti virgini *exhibebantur.*

384. Mauritaniæ Reguli sui.] *Eodem modo dixit D. Cyprianus li. de Idol. vanit. Mauri vero manifestè Reges sues colunt. Atqui ex MS. omnibus ego* Mauritaniæ *pauloposť*; Romanos Deos earum quia *pro*: dominos; *&*: qui.

385. Cruſtuminienſium Beluentinus.] *MS. omnes*: Caſianenſium *seu*: caſianienſium, Deluentinus *aut*: Dementinus, *permitto liberâ lectionem lectori, tum quod Deus ille ignotus sit tum quod &* Cruſtruminus *ager veteris oppidi nomine & haud procul Romæ* Cruſtumerium *in Latio apud Plinium reperiantur lib. 3. cap. 3. & itidem apud eundem lib. 5. cap. 1 Silium lib. 12. ac. Varr. de ling. Lat. lib. 6.* Caſinum, Samnitum *qui à Sabinis orti, oppidum; saltem iuxta castigationem Scaligeri, cum antea legeretur* Caſſinum. *Quia interim magis Romæ vicinum* Cruſtuminum, *priorem retinuimus.*

386. Nirnienſium Viridianus.] *Quod MS. quinque legunt* Vifidianus *eodem recidit; eo quod antiqui Sabini S. pro R. efferrent, vti pluribus locis ex Varrone comprobare est. Atqui* Narnia *eorundem Sabinorum olim, nunc Vmbriæ oppidum, collocatur à Ptolom. ad Europ. Tab. 5. lib. 2. Meminit & Strabo lib. 5. & Sol. lib. 8. ita dicta à* Nar *fluuio qui præterlabitur. Leodiensis cod. peculiariter legit*: Viridiana.

387. Aſculanorum Ancaria.] *Placet hæc coniectura Turn. Adu. li. 17. cap. 24 pro* Æſculanorum; *eo quod* Aſculũ *Apuleæ oppidum Plutarcho notum sit clade Pyrrhi insigne, &* Barri Aſculani *fit mentio apud Cicer. de claris Orat. Maximè cum sit etiam legat Leodiensis cod. MS. Ab* Ancaria *vero dictum putat apud Lucilium eum qui* Ancarius *vocatur, vt defurioso loquatur, tanquam Deæ* Ancariæ *furore capto, aut quod magis placet ex familia* Ancariæ *sacra MS. legunt constanter omnes*: Ancharia.

388. Volſinienſium Nerſia.] *De* Volſiniis *supra aliquid diximus ad lib. de Pallio & infra cap. 40. Varie autem hæc Dea nuncupatur, in MS. Bel.* Nerſia, *in Vat. cod. & Leodiensi* Nerſia, *in vet. exc.* Narcia, *in Puteani*; Norcia.

389. Ocriculanorum Valentia.] *Sic ex MS. Belgicis, Gallicis & Vat pro*: Otriculanorum, *seu*: Orticulanorum *quia Ptol. vbi supra in Vmbria* Ocriculum *collocat. Hodiè tamen vocatur*: Otriculi

390. Sutrinorum Nortia.] Sutrium *in Tuscia periisse serabit Ptol. aliy adhuc existare volunt xxiij. mil. pass. Roma distans; certè apud Silium lib. 8* Sutria *tecta leguntur; fortassis itaque melius legeretur* Sutriorum *in Puteani est*; Norcia.

391. Faliſcorum in honore est pater Curis vnde accepit cognomen Iuno.] Faliſcos *Sermus in 7. Æneid. Virg. populi facti Hetruriæ; memmit & Colonia* Faliſcæ *Plinius, & ferentiæ* Faliſcorum *Ptolom. Hodie vocatur monte* fiaſcone. *Aqui* Curetin, *inquit Festus,* Iunonem *appellabant, & Curiales mensam quibus ili immolabatur; vti ipse quidem conjicit à* Curi *hasta Sabinorum, vnde & Romulus Quirinus dictus; sed potius iuxta Tertullianum à* Curi patre, *quem vt Deum colebant* Faliſci. *in Puteani tamen libro est*; in honore patris Curis, & accepit cognomen Iuno. *Ceterum pauloposť iterum ex vet. exc. cum MS. legimus*: Velimus aut nolimus. *in Puteani est*; velimus ac nolimus.

Cap. xxv.

392. Satis mihi quidem, &c.] *Caput hoc inscribitur tum in exc. vet. tum in MS.* De religiositate *seu* religione Romanorum. *Liber Puteani post caput xxiij* de religiositate Romanorum. *Expressior est hæc Vat. 2. in scripto*: Quod magna fuit præsumptio Romanorum, credentium ob religionem Deorum suorum mundi se imperium occupasse. *pauloposť verò iterum addidimus vocem*: probatio; *ex MS.* Si ista merces.) *Liber Puteani*; Scilicet ista merces a Romanis deis pro gratia expensa est. Sterculus & Muthunus & Larentina prouexit imperium.

393. Sterculius.] *Et hic & cap. sequ. MS.* Sterculus, *eligat Lector quod volet, sic enim etiam variant MS. Lat. cod. qui hunc locum imitatur lib. 1. cap. 20.* Sterculius, *inquit, qui stercorandi agri primus rationem inuenit. Magis interim accedit ad priorem lectionem quod à D. Augustẽ.* Stercutius *vocetur lib. 8. de ciuit. Dei. cap. 15. in hac verba: Pici patrem* Stercen *putas fuisse adseuerant; à quo peritissimo agricola inuentum ferunt, vt sime animalium agris fœcundarentur quod ab eius nomine stercus dictum est, vnde & hunc quidam* Stercutium *vocatum ferunt. Plin. lib. 17. cap. 9.* Stercutium *vocat faciens eundem Faunis filium. Ego verò puto, ioci gratia à Tertull. & Lactant.* Sterculium *seu* Sterculum *nominari à* Stercore.

394 Et Mutinus.] *Ex variis lectionem hanc amplexus sum quam habet vet. exc. & Vat. 1. pro eo quod subsitueras Zephyrus*: Mucunius, *tanquam à* Mucore *dictus, tum quod Lactantius loco, citato sic ferebat*: Et Mutinus *in cuius sinu pudendo nubentes præsidunt, vt illarum pudicitiã prior Deus delibasse videatur; tum quod apud Festum legatur*; Mutini Titini *sacellum quod manserit ab vrbe condita ad Principatum Augusti, & Aedicula eiusdem ad sextum & vigesimum vsque lapidem extra vrbem vbi mulieres togis prætextis velatæ illi sacrificabant. Nolo tamen improbare lectionem MS. Belgicorum, qui*: Mutunus legunt; *maximè cum Arnob. lib. 4. adu. gent duobus in locis sic legat, ac D. quoque Aug. de ciuit. Dei lib. 4 cap. 11. quem ex dicto Festi loco sic restituendum puto: Ipse sit* Mutunus Tutunus *qui est apud. Græcos Priapus.*

395. Et Larentina.] *Ita legunt MS. omnes pro eo quod exc.* Larentia, *vide latius supra cap. 12.*

396. Et patrium soliũ.] *Sic melius meo iudicio MS. S. Bauonis quam alij; veteres solum; quia agit de imperio Romanis concesso, vt patet ex sequentibus, venit autem adnotanda vox Tertullianica* transfretanis.

397. Viderit Cybele, &c.] *Satis hunc locũ explicat in Paraphrasi Zephyrus, restituimus autem ex MS.* vrbem Romanorum *pro*: Romam, & Achiuorum *pro eo quod irrepserat*, Archiuorum; *maximè cum alter Vat. cod. legat*: Argiuorum.

398. Si ad eos vltra transire prospexit quos sciebat Græciam Phrygiæ debellatricem subacturos.] *Vat. 1. si* adula-

adulatores *excusſi ferè omnes*: adulteros: *& eos etiã interpretatur Zephirus Paridem & Helenam; ſed cum illi Græciã Phrygiæ debellatricem non ſubegerint, magis placet hæc Rhen. in 2. edit. ac Gagnæ lectio; vt intelligatur* Cybele *præexiſſe Æneæ altorũmque Phrygum ſeu Troianorum tranſitum ad Romanos, quos ſciebat Græciam à qua prius debellati fuerant ſubactiores poſtmodum. Liber Puteani habet*; ſi adultores tranſire proſpexit: quo ſciebat Græciam Phrygiæ debellatorem ſubacturos.

399. Itaque maieſtatis ſuæ in vrbem collatæ, &c.] *De* Cybele *& M. Aurelio (inquit Zephyrus) Herodianus accuratiſſimè meminit. Aliqui de* Cybele *quidem latè tractat lib. 1. cuius & ſimulacri inuentum & Orgia apud Peſſinuntem, & tranſlationem Romanam (ad quem locum Lectorem compendij gratia remitto) & obitum M. Aurelij in Pannonia pauciu profequitur; verum* Oraculi *quod hic adfert Tertullianus nulla ibi mentio, falſitur idem Zephyrus cũm Caracallam M. Aurelium nuncupat, vt etiam Latinius adnotauit. Onuphrius lib. 2. Faſtorum; quod hic Tertullianus, etiam à Dione narrari ſcribit, certò verò id compertum fuiſſe narrat Xyphilinus in Dionis Epitome, addens M. Aurelium medetorum fraude in gratiam Commodi peremptum. Quare etiam magis placet quod paulopoſt legendum cenſuit Rhen.* interempti; *quam quod legunt MS.* interceptí. *pro*, noſtræ ætati, *Liber Putani*: noſtra ætate.

400. Apud Sirmium.] Sirmium *in Pannonia inferiori collocatur à Ptolomæo*; *Latinius* Vennebonam *etiam dici adnotauit. libro Puteani* ſexmium *vocatur. Legimus autem cum MS.* die decimo ſexto Kalendarum Aprilium; *ac paulopoſt*: die nono, *quam veram lectionem patet eſſe vel ex eo quod in omnibus etiam exc. legitur*: quo, *non*: qua, *in Puteani libro eſt*; ſexto decimo Kalend. Aprilium. *quomodo veteres loqui ſolitos in Cenſorinum annotauit Carro.*

401. Archigallus ille ſanctiſſimus.] *εἰρωνικῶς inquit Rhenan. Addeni, Archigallum principem fuiſſe Gallorum ſiue exectorum ſacerdotum Cybeles, cuius etiam meminit lib. de Reſurr. infra To. 3. & Iulius Firmicus alicubi.* Gallos *autem Diodotradit Herodianus vbi ſupra, à Gallo fluuio, apud quem Orgia celebrabant eiuratí Deæ ſacerdotes.*

402. Lacertos quoque caſtrando.] *De hoc ritu in hac verba Prudentius Perſteph. hy. 10. in Rom. Antioch. ſub finem, vti ante me quoque adnotauit Latinius*:

Sunt ſacra, quando vomet ipſi exſciditis,
Voriuus & cùm membra derruncar dolor,
Cultrum in Lacertos exerit fanaticus
Sectiſque matrem Brachijs placat Deum: *&c.*

quæ breuitatis gratia omitto. Marci iam intereunti.] *Puteani*; iam intereepti.

403. O ſomniculoſa diplomata.] *Oracula ipſa intelligit quibus nuntiabantur ſolita imperia; quæ etiam in ſcripturis obſignatiſque codicillis nonnunquam dari ſolita, patet ex Macrob. lib. 1. Saturn. Conſulant, inquit, hunc Deum, & abſentes miſſu diplomatibus conſignatis; reſcribique ordine ad ea, quæ conſultatione abdita continentur. Niſi mauis Auctorem loqui metaphoricè, ſi de dæmonum quaſi* diplomatibus *quibuſdam quibus obitus Imperatorũ ſeruis nuncíabant. Omnino autem cum MS. & vet. exc legere oportet*: Deam talem; *pro* eo *quod ireprehſit*: Deum, *cum de Cybele loquatur. pro* ; næ Chriſtiani: *liber Puteani*; ne Chriſtiani.

404. Sed non ſtatim & Iupiter, &c.] *Vide ſupra cap. 10. Paraphraſin Zephyri & Adnot. noſtras tum ibi tum in D. Cypr. de Idol. vanit. num. 8. Polstianum item Miſcel. cap. 31. Vbi citat ex Lactant. Eubemeri verba ab Ennio verſa in ſacra hiſt. item Sextum Empir. 4. libr. Pyrrh. ac Timonem Phliaſium, item Poëtam Callimachum, vnde prouerbium illud eiuſdem & Epimenidis ortum putat* Cretenſes ſemper mendaces, *ob hanc de Iouis ſepulchro hiſtoriam ſeu vti illi exiſtimant mendacium. Atqui cum MS. Vat. 2. & Puteani*; *præterimus*: fuis; *nam falces Romani, dici non poſſunt falces Iouis, & ipſidem à ſecimus paulopoſt*: illum. *in Puteani libro eſt*, facibus, *non* faſcibus.

405. Vellet Iuno Punicam vrbem, &c.] *Locum hunc in hac verba mitatur Lactant.*

Videlicet nil tunc accedit Romanis

Fatis Iunonis iniquæ,
cùm Annibal duos exercitus populi Romani & aſtu & virtute coegerit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere, vbi arma eius & currus fuit, aut Romanæ nocere, quia:

— Progenitem Troiano à ſanguine duci

Audierat, Tyrias olim quæ verterer arces.

Sunt autem etiam hic verſus Virgiliani aliquot ex Æneid. lib. 1. ſub initium, quos adeò diuerſo charactere excudi iuſſimus vt quoſcumque alios alibi, quod ſemel dixiſſe ſufficiat. Certè etiam Poëta cum ipſam hemiſtichium illud eſt:

Fato ſtat Iupiter ipſe.

Atqui de fato ſupra latius cap. 1. num. 17. pro, genere, *liber Puteani*; genti. *Iterum autem repoſuimus*: Larentinæ, *pro*: Larentiæ. Plures Deos. *Liber Puteani ponit hic caput xxv.* de regno deorum.

406. Mulrò antequam iſti dij incideretur.] *Alludit ad ſtatuas & ſimulacra deorum de quibus paulopoſt*: nondum tamen templis aut ſimulacris res diuina apud Romanos conſtabat. *Certe confirmatur hoc Tertullianí dictum, hic Plinij verbis lib. 34. cap. 4. Romæ, inquit, ſimulacrum ex ære ſtatuæ Cereris primum reperio ex peculio Sp. Caſſij, quem Regnum affectãtem pater ipſius interemerat. Et apertius ex Plutarcho in vita Numæ, qui dicit ex illius præcepto annos ibi xxx. ab vrb. condit. nullam in templis Romanorum imaginem neque ſiſtam neque piſtam fuiſſe conſpectam. Alludit huc etiam de templis D. Auguſt. lib. 3. de ciuit. Dei cap. 12. cum inquit*: *Nec hoc ſacrũ tamen Roma diu gnata eſt eſſe contenta, quæ tam multa illic Pompilius ſtatuerat, nam ipſius ſummum templum nondum habebat Iouis, Rex quippè Tarquinius ibi Capitolium fabricauit.*

407. ingenia Græcorum atque Tuſcorum.] *Fuiſſe* Tuſcos *& Græcos inſignes ſtatuarios ſatis conſtat. Certè* Græcos *picturæ, plaſticæ & ſtatuariæ artis inuentores recenſet late Athenag. Orat. pro Chriſt. Saturnum Samium, Cratonem Sycionium, Cleanthem Corinthium, Core Corinthium, Dædalum, Theodorum Mileſium, artifices præterea inſignes Endyum Dædali diſcipulum, Theodorum, Telecłem, Idiałæum, Angelionem, Smilidem, Phidiam, & Praxitelem. Plures alios vide apud Plinium libro lib. 34. & Lactant. lib. 2. diuin. Inſtit.* Tuſca *quoque ſigna Plin. ibidem cap. 7. per terras diſperſa dicit, quæ in Hetruria facilitate non ſit dubium. Paulopoſt ex MS. reſtituimus*: Atquin, *&*: de religioſitate, *pro*: ob religioſitatem. *in libro Puteani erat; de irreligioſitate, quam veram ſcripturam putat Carro eo quod ſic concludat*: religionem autẽ ludendo creuerunt, aut creſcendo læſerunt.

408. Eædem ſtrages mœnium & templorum.] *Exempla Dionyſij Tyranni & Antiochi Zizicheni videre eſt apud Clem. Alexandr. Adhort. ad gentes, eiuſdem, & Phalaridis; tum etiam Verrẽ, in quem Cicero Orationem conſcripſit, apud Lactant. lib. 2. De eodem more latius D. Auguſt. lib. de ciuit. Dei cap. 2. 3. 4. 5. & 6. & nominatim de Romanorum cap. 5. ex Salluſtio, de Cæſare & Catilina.*

409. Captiũrum Deorum.] *De his ſupra aliquid adtigimus cap. 10. num. 33. Latius D. Auguſt. ibidem cap. 3.*

410. Quãm adoſationes.] *Sic ex MS. Belgicus 2. pro*: adulationes; *tum quod Scaliger in Feſtum adnotauit ſic vbique legere MS. cod. eadem etiam ſignificatione, tum quod putem alio intellectu vocem hanc veterem Tertulianicam* adoſationes *deriuatam ab adolendo id eſt colendo: iuxta illud Virg. hemiſtichium de Dijs penatibus*:

Flammis adolere Penates.

Idque magis, eo quod præcedat adorari, *& mox ſequatur*: colunrur. *Certè illi duo MS. cod. vbique legunt*: adolari.

411. Quorum regna conſtara ſunt in Romani Imperij ſummam.] *Prouinciales intelligit (inquit Rhen.) id eſt, Regnum Prouinciæ redactũ à Romanis, quæ reperire eſt in libro qui inſcribitur: Notitia Orientis & Occidentis.*

CAP. XXVI.

412. Videre igitur ne ille regna dispensęt.] *Caput hoc 26. inscribitur plerumque in MS. & exc. omnibus:* De regno Dei, *dilucidius vero in altero Vat. cod.* Quod solus Deus, cuius est orbis terrarum, regna contulit. *Atqui cum prima editione legimus*: ille regna; *pro eo quod inrepserat*: illa, *dum taxat. Liber Puteani*, illa regna. *Eleganter autem* sæculum, corpus temporum *dixit.*

413. Sub quo fuit aliquando sine ciuitatibus genus hominum.] *Quum sit legant MS. omnes cum priori bus exc. non placet quod elegantia gratia substitutum fuit* genus humanum. *Liber Puteanus habet*; gens hominum. *fuisse vero illud* sine ciuitatibus; *vel ex lib. Genes. cap. 4. manifestum est, vbi Cain primus legitur ciuitatem ædificasse quam de suo nomine Enoch appellauit*; *sicuti post Diluuium primus Assur Niniuen Genes. 10. Posteriores hi multo quibus alij id inuentum tribuunt*, *Ceteros teste Plinio in Attica*; *Phoronem teste Strabone & Homero apud Pelasgos*, *& Ægyptij apud quos prima Diospolis.*

414. Prior est quibusdam Dijs suis filiaestris Roma.] *Omnino sic lego cum MS. & vet. exc. pro eo quod inrepsit*: discipulis suis. *Patet autem id vel ex Numa prima superstitionum curiositate, de qua supra, qui D. Augustin. teste lib. 3. de ciuit. Dei cap. 11. & 12. cum vererentur ne Troians Dij Romanos iuuare possent*, *Sabinis superatis & Samnitibus*, *etiam eorum Deos Romam introduxit, & post eum alij multo plures etiam exteros.*

415. Regnauerunt & Babylonij, &c.] *Ipsdem propè verbis hunc locum expressit Minutius in Octauio: Deo dispensante diu regna tenuerunt Assyrij, Medi, Persæ, Græci etiam & Ægyptij; cum Pontifices & Aruales, & Salios, Vestales & Augures non haberent. Hoc autem indicat florusse omnia imperia illa, priusquam Roma* Numa Pompilius *Rex secundum prater Deorum 60. sacerdotes à Romulo institutos, Curiones, flamines, tribunum celerum, augures, Virgines 4. Vestales, Salios Palatinos 12. Martis Gradiuo, fetiales cum patre patrato, Pontificem denique maximum ex patritijs instituerat. Quod quam verum sit poterit Lector deprehendere tum ex Eusebij chronico & D. Augustin. de ciuit. Dei lib. 18. tum Adnot. nostris in D. Cyprian. lib. de Idol. vanit. num. 39. & 40. ac supra ad lib. de Pallio num. 30. Immò verò & Annales ante captam Troiam claruisse manifestum est. Liber Puteanus*; regnauerant.

416. Pontifices.] Pontifices, *dicti* (*inquit Varro de ling. Lat. lib. 4. vt Q. Scæuola Pontifex Maximus dicebat, à posse & facere*; Pontifices, *ego à ponte arbitror: nam ab hu publicum pons factum est primum & restitutus sæpè, quod eo facta & vis & cis Tiberim fiant, tu quem locum vide Turnebi adnot. & Latius Onuphrium in 5. lib. Fast. de* Pontificatu Maximo.

417. Ante Quindecimuiros.] *D. Augustin. lib. 6. de ciuit. Dei cap. 3. inter quadringenta & vnum Varronis Antiquitatum libros, enumeras tres qui ad homines pertineant, vt primus sit de* Pontificibus, *secundus de Augusribus, tertius de* Quindecimuitis sacrorum; *ad quos haud dubiè Tertullianus hic alludit. Super quo loco Viues*; *Quum libros* (inquit) *Sibyllinos euuisset Tarquinius Superbus, duos viros illis inspiciendis præfecit, qui soli eos adirent cum esset opus: difficile sunt* Duú viri sacrorum. *Post aucto numero facti* Decemuiri sacrorum. Lege Sextilia Licinia *in contentione ordinum accepta duobus annis antequam Consulatus plebi communicaretur; multo deinde post additi quinque, qui numerus postea mansit.*

418. Ante Salios.] Salij (*inquit vbi supra Varro*) à saliendo *dicti. quod facere in Comitio quotannis in sacris & soleut & debent. Super quo loco videatur Turnebi Adnotatio tum de Quinquatribus mense Martio in loro vbi Comitium erat*, *tum de ipsorum vestitu peculiari ex Dionysio.*

419. Ante Lupercos.] Luperci (*inquit eodem loco Varro*) *quod Lupercalibus in* Lupercali *idque nudi in honorem Panos sacrafaciãt. De quibus Adnot. suis Turnebus consulendos dicit Liuium, Dionysium, Plutarchum; eorumque agmina in vrbe purganda plura fuisse, quorum quidam Fabiani, alij Quintiliani, à Fabio & Quintilio præpositis suis, vocabantur. Ad Varronem verò in vtraque hac dictione alludit Virgil. 8. Aneid.*

Hic exultantes Salios, nudosque Lupercos.

420. Ante virgines Vestales.] *De* Vestalibus, *sic scribit lib. 1. ad vxorem Tertullianus infra T. 2.* Romæ quidem, *inquit*, quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspicia pœnæ eum ipso draconе curantes, de virginitate censentur. *Nec absimiliter D. Augustin.* '*ignis etiam templo Vestæ suæ familiarissimo non pepercit, vbi ex veluti vitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum, non tam honorate quam diuinæ virgines donare consueuerunt. Hinc & Tertull. 1. ad. Marcion. infra T. 3.* Vestam in ignem figurans; *quo accedit etiam illud Ouid. Nil aliud Vestam quàm viuam intelligefiammam; & Ciceronis eum verbu perennem* Vestam *interpretatur lib. 2. de legib. Alioqui etiam* Vesta *dicebatur Deûm mater, cui ignis ille perpetuus dicatus erat, ignem vero hunc illius filium fabulabantur.*

421. Communium istarum diuinitatum.] *Vat. 1. legit*; omnium, *quo fit vt accipiatem hinc* communes diuinitates, *pro*: vniuersas; *sicuti Cicero Orat. 4. in Verrem*, *communem Siciliam dixit, & Orat. in eandem 3. commune, pro*: vniuersitate, *seu collegio.*

422. Cuius & Deum victimis, & templum donis & gentem fœderibus aliquamdiu Romani honoratis.] *De* fœderibus Romanorum *cum Iudæa gente videre est lib. Machab. 1. cap. 8. ac lib. 2. cap. 11. & Joseph. Antiquit. lib. 12. cap. 17. sub Iuda Machabæo. Item lib. Mach. 1. cap. 12. ac Joseph. Antiqu. lib. 13. cap. 8. seu 9. sub Ionatha, & Machab. 1. cap. 15. ac Joseph. Antiqu. lib. 13. cap. 12. seu 9. sub Simone illorum fratre. Rursum apud eundem Iosph. Antiqu. lib. 14. cap. 16. seu 17. ac 17. seu 19. reperuntur Senatusconsulta Romanorum de amicitia Iudæorum sub Iulio Cæsare, & Ioanne Hircano* (*quorum sit mentio etiam lib. 2. aduers. Apionem*) *ac ibidem & cap. 22. seu 20. M. Antony litteræ ad eundem Hircanum, ac litteræ P. Dolabellæ ad eundem. De victimis vero Romanorum aut donariis templo Hierosolymitano factis, quæ nihil hactenus reperire licuit, Lectori diligenti id inquirendum relinquo.*

CAP. XXVII.

423. Satis hæc aduersùs intentionem læsæ diuinitatis.] *Caput hoc 27. inscribitur communiter*: De spiritu dæmoniaco, *expressiùs verò in altero Vatic. cod. MS.* Quod dæmones incitent contra nos gentes; quia, licet Christianis subjiciantur, sunt tamen ferui contumaces. *Atqui MS. Belgici & Gallici hic & infra initio cap. 46. legunt*: intentationem. *fed placet alterilectio*: intentionem. *eo quod Quintilianus l. 3. c. 11. & Ciceronis lib. 1. de Inuent. vsurpetur vox*: Intentio, *pro oratione crimen alicui obiçiente. pro*, quod non, *liber Puteani*; quo non. Igitur pronocati.] *liber Puteanus ab hu verbo incipit caput xxvij. de* spiritu Dæmoniaco.

424. Obstruimus gradum pro fide conscientiæ nostræ.] *Sic iterum legimus cum vet. exc. & Vatic. 1. cod. MS. & altero Puteani: pro eo quod substitutum erat*: obstruimus gradum perfidiæ. *De formula illa autem prouerbiali videat lector* Prolegomena.

425. Quam in primordio exorsi sumus.] *Alludit ad t. & 2. cap. huius Apolog. quibus latissimè Romanorum & iudicandi peruersitatem & sæuiendi iniquitatem prosequitur.*

426. Et eiusmodi spiritu um.] *Recte sic MS. pro eo quod extusi*: spiritus; *item paulò post*: succidunt, *cum priori exc. pro*: succinunt. *Item liber Puteanus habet*: vt nequam & ferui. *copula adiecta.*

427. Vice rebellantium ergastulorum.] Vice, *pro vicissitudine*, ergastula *vero explicant quæ sequuntur voces* carcerum & metallorum; *quæ* rebellantia nuncupat, *quod inuiti & vinčti opus facere cogerentur.* certi impares, *libri omnes manuscripti*; certi & impares.

428. Ingratis resistimus,] Ingratis, *pro inuitis*; *nam sic etiã Donatus interpretatur illud Terentij in Eunucho*, *Ingratus vt dormiam, quemadmodum Rhen. adnotauit ad lib. adu. Valentin. vbi eadem significatvne*: ingratis *aduerbialiter accipitur.*

CAP. XXVIII.

429. Quoniam autem facilè iuiquum videtur, &c.] *Cap. hoc MS. Belgici & Gallici inscribunt* : De Genio Imperatoris; *Vat.*1. Quod gentes propriam religionem parsuipendant, timentes magis Imperatorem quàm Iouem. *Veteres exc. non abſimiliter* : Quod plus honoris Imperatoribus ſuis exhibeant quam Deo. *Etſi autem latius tractetur hic titulus de laſa Auguſtioris maieſtatis tam hoc cum ſequ. uſque ad* 38. *quam infra lib. ad Scapulam, Lectorem tamen illud remittendum putaui in multis, ne hic ſim prolixior: pro*, videtur, *Liber Puteani*; videretur.

430. Nam & alias diuinæ rei faciundæ libens animus indicitur.] *De phraſi illa tam ethnicorum quam Iudæorum & Chriſti ipſius, qua facere pro ſacrificare accipitur*; *videat lector Adnot. noſtras in D. Cypr. epiſt.* 63. *ad Cæcil. num.* 44. *& Liturgica noſtra Latinorum T.*1. *pag.* 25. 26. 27. *&* 28. *Neque vero eſt quod quis hunc locum detorqueat, pro libertate religionum, quam quidam hodie vrgent*; *quia adfert hic aduerſariorum ſententiam, ſuam vero contrariam ſatis indicat his verbis initio Scorpiaci infra T.* 3. Ad officium hæreticos compelli, non illici, dignum eſt; duntia vincenda eſt, non ſuadenda, *vbi de hoc latius, paucula etiam videre eſt Adnot. noſtris in D. Cypr. lib. de Exhort. Mart. num.* 27. *Porro* : indicitur *vet. lectionem ex MS. iterum reſtituimus, pro* : inducitur, & : faciundæ *ex MS. legimus.*

431. Ianus iratus ex qua velit fronte.] *Nam bifrons pingebatur, inquit Rhen. vide Adnot. noſtras in D. Cypr. de Idol. Vanit. num.*10. 13. *&* 14.

432. Formati eſtis] *Etiam hoc ex MS. repoſuimus, pro eo quod Zephyrus tanquam elegantius* : Informati. *nam illud etiam alibi Tertull. vſitatum eſt eadem ſignificatione.*

433. Quam de Olympo Iouem.] *De* Ioue *&* Olympo, *ſic Lact. lib.*1. *inſtit. diuin. cap.*11. *roteſt. & mons* Olympus *figuram Poëtis dediſſe, vt* Iouem *dicerent cæli regnum eſſe ſortitum, quod* Olympus *ambiguum nomen eſt & montis & cæli. in* Olympo *autem* Iouem *habitaſſe docet hiſtoria eadem nempe Ennij ſacra.*

434. reptæſentaneæ poteſtatis.] *Magis placet hæc Vat. cod. lectio quam vulgata & aliorum omnium manuſcriptorum*: præſentaneæ; *vt ſignificet eam poteſtatem magis timeri, quæ ſe coram repræſentat. Pauloposſt vero ponitur comparativus*, potior, *cum datiuo*; *quemadmodum, iuxta quod Rhen. adnotat, Plinius alicubi dicit*: inferius *nulli. Ex MS. vero reſtituimus*: deprehendemini; *&* humano dominio.

CAP. XXIX.

435. Conſtet igitur prius, &c.] *MS. Belgici, Gallici & Vat.*1. *cum vet. exc. ſic inſcribunt hoc cap.* 29. An poſſint prodeſſe idola; *apertius vero alter Vat. cod.* Dij nec Cæſarem nec alium iuuare poſſunt, quare merito Cæſar magis honorandus quàm illi. *pro*, impertiri, *liber Puteani*; impertire.

436. Et ita nos crimini maieſtatis addicite.] *Cum Rhen. ex MS. iterum legimus* : maieſtatis, *& pauloposſt* : in conſcientia veſtra; *ac deinceps ex Vat.*1. excubijs ſuis. *Item ex MS. omnibus*: facit & ad cauſſam ſi & propitium, cum illis. *Et poſt aliquot lineas cum Rhen.* Sed vos irreligioſi : *ac*, poſſunt impetrare. Ideo ergo.] *Liber Puteani hic ponit caput xxx. de poteſtate Imperatorum.*

CAP. XXX.

437. Nos enim pro ſalute Imperatorum, &c.] *MS. inſcribunt cap. hoc* 30. de poteſtate Imperatorum, *ſed placet exc. vet. inſcriptio* : Imperatores à Deo eſſe, quorum ſalutem Chriſtiani à Deo vero ſupplices petant qui eam dare eſt ſolitus.

438. Deum verum, Deum viuum.] *Cum MS. expuniximus*: &; *intermedium, ea quod accedat illud magis ad communes Eccleſiæ Orationes & Exorciſmos.*

439. Sciunt, qua homines, quis & animam.] *Nempe dederit, atque ita hunc locum reſtituimus ex MS. pro* : quis homines quis & animas; *& ex iiſdem* : ſentiunt cum eſſe Deum ſolum. *Item ex MS. & vet. exc. pauloposſt* : ſuper omnes Deos. Quidni? cum ſuper omnes homines; qui vtique viuunt & mortuis antiſtant. Recogitant. *Atqui* antiſtare *(inquit Rhen.) pro* : præcellere, *ſicuti etiam lib. de Virg. vel. infra T.*2. *& alibi ſæpius. Addidimus autem ex MS.* ſui, *& deinceps*; *quod vet. exc. habebant* : cœlo mittat excubias, cœlo vectigalia imponat. *Et poſtea legimus* : cuius & cœlum eſt; *ac* : vnde eſt & homo.

440. Illuc ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, &c.] *Locus inſignis aduerſus contemptores ceremoniarum Eccleſiaſticarum in Oratione, cum quadam earum explicatione, quod oremus expanſis manibus, nudo capite, & de pectore, de quibus intermittam latius lib. de Orat. T.*2. *Pauloposſt autem reſpicit ex MS.* ſcio, pro: ſciam; *& addidi ex MS. quod habebant etiam vet. exc.* qui propter diſciplinam eius occidor.

441. Qui ei offero opimam & maiorem hoſtiam, &c.] *Cum locum hunc detorqueant Magdeburgenſes aduerſus ſacrificium altaris, requirebat de eo tractatum latiorem; ſed remittimus Lectorem ad lib. ad Scapulam infra, quem etiam perpetam pro ſe allegant; qui ppè qui nominatim voce ſacrificamus ibidem videtur.*

442. Non grana thuris vnius aſſis, Arabicæ arboris lacrymas, &c.] *Etiam hic veterem lectionem ſecuti ſecundum MS. omniſſimus* : non *intermedium*; *cum* grana thuris *ſint* Arabicæ arboris lacrymæ. *Sic enim Plinius lib.*11. *cap.*14. Thura *prater* Arabiam *nullo alio nec Arabiæ quidem vniuerſa ac pauloposſt: Regio eorum thuriferæ Saba appellatur. Attingunt & Minæi pagus alius, qui primi commercium thuris faciunt maximèque exercent. Nec præterea Arabum alij thuris arborem vident, & cetera quæ compendij gratia prætermittimus. Remittentes lectorem ad lib. Arnob.* 7. *adu. gentes, vbi latiſſ. deducit nouellum rem eſſe thuris vſum in ſacrificiis Deorum, neque Heroicis temporibus, neque Hetruriæ, Albinis, Romulo aut Numæ fuiſſe cognitum. Neque interim improbat hic locus conſuetudinem Eccleſiæ quæ thure vtitur, quia imprimis non adhibetur Diji fumigandis (vt infra loquitur cap.* 41.) *ſed Chriſtianis ſepeliendis profligatur, & ſi quando in Sacrificio Miſſæ adhibetur ex inſtitutione Apoſtolica (vti conſtat ex Can. Apoſt.* 3. *ſeu* 4. *& Miſſa S. Jacobi ac Dionyſ. Areopag. Eccleſ. hierarch. cap.* 3.) *imprimis non eodem ritu incendiitur nec* eodem habitu (*vt loquitur Tertullian. infra To.* 2. *lib. de Cor. milit.*) nec eodem apparatu quo agitur apud idola; *deinde thure non ſacrificatur Deo, ſed dumtaxat ad certam quandam ſignificationem adhibetur; vt ſicut incenſum in æthera ita in cælos oratio penetret, iuxta illud Pſalmi: Dirigatur ad te oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Atqui* : aliis, *quanti ſit pretij Iatiſſ. Budæus lib. de* Aſſe.

443. Nec duas meri guttas.] *Simile eſt illud Arnobij lib.* 7. *adu. Gentes: & quæ grauior (inquit) inſtigo contumelia, dijs poteſt, quàm ſi eos credas accepto mero propitios fieri, aut honorem exiſtimes habitum hic magnum, ſi modo vini exigui rorem ſuper vindam aſpexerit atque inſtillauerit pruinam? Atqui & verba in fundendo vino viſitata reconſeras: Operæpretium eſt (inquit) etiam verba ipſa deprimere, quibus cum vinum datur, vti ac ſupplicare conſuetudo eſt* : Mactus hoc vino inferio eſto. Inferio *inquit Trebatius verbum ea de cauſſa additum, eadque ratione profertur, ne vinum omne omnino quod in cellis atque apothecis eſt conditum, ex quibus illud quod offunditur promptum eſt, eſſe ſacrum intelligat, & ex vſibus eripiatur humanis. Quem ipſum pluribus irridet morem immò ipſius meri vſum, tum ante pauloposſt ea verba, quæ poteſt ex illo petere diligens Lector, ne æquo prolixiores ſimus.*

444. Nec ſanguinem reprobi hominis.] *MS. omnes*: reprobi bouis; *ſed quia ſequitur* : mottemi optantis, *quod in bouem non competit, magis placet illa lectio; maximè quum conſtet etiam ſanguine humano Diji ſacrificatum fuiſſe, vt ſupra latius cap.* 9.

445. Vngulæ fodiant, &c.] *Diuerſa tormentorum genera enumerat*, vngulas, *cruces, ignes, gladios, beſtias*; *de quibus etiam latius lib. ad Scapulam & ſupra cap.*12. *num.*177.

CAP. XXXI.

446. Adulati nunc sumus Imperatori, &c.] *Cap. hoc 31. inscribitur* De oratione pro inimicis. *Legimus cum MS. cod. sicut: habebant vet. exc.* ad euadendam scilicet vim; *ac paulopost:* Scito, *pro:* Scitote, *quia precedit:* putas, *seu vt MS. omnes legunt:* putaueris. *sed Puteau;* Scitote, *propter eam, de qua dictum est, numerorum variationem.*

447. Contenimur in crimen.] *Phrasis inreconsultorum vti etiam ante me adnotauit Rhen.*

CAP. XXXII.

448. Sed etiam nominatim atque manifestè: Orate inquit.] *Cap. hoc 32. quod hic merito præoccupandum vidctur, sic inscribitur in exc.* Quare etiam pro salute Romani Imperij Christiani orent, *at rectius in MS. Vat.* 1. Quod Christiani pro Imperatoribus precantur, dum orant sæculi clausulam retardari. *Quia vero idem hoc argumentum non modo infra cap. 39. sed & lib. ad Scapulam tractatur, eodem lectorem remittimus.* Est & alia.] *Puteani hic incipit caput xxxij. Item pro* Imperio & potestate Imperatoris.

449. Ipsámque clausulam sæculi. &c. Romani imperij commeatu scimus retardari.] *Ita iuxtam ex MS. pro:* clausuram *De voce autem* Commeatus, *non modo Tertullianus sed & D. Cypriano visitata, videat lector Adnot. nostras in epist. illum 34. num. 2. & 32. num. 38. & lib. de Mort. num. 32. Accipit autem hic pro liberatione ab interitu sine diuturnitate vt mox loquitur sicut patet ex illis verbis lib. ad Scapulam:* pro Romano imperio quousque seculum stabit, tamdiu enim stabit, *sicuti & alibi* commeatum vitæ *dixit.*

450. per salutem eorum.] *Quemadmodum initio Christianæ religionis fuit interdictum* per genios Imperatorum deierare, *ita permissum iuramentum* per salutem eorum; *quod tamen ipsum à Regibus Francorum Christianis prohibitum legibus, adnotauit Rhen. tum hoc loco tum lib. ad Scapulam. Certe inter leges Francorum antiquas Childouei, Childeberti, & Chlotarij (quas MS. penes me habeo) cap. 6. sic legitur: Vt nullus præsumat per Vitam Regis & filiorum eius iurare.*

451. Nescitis genios dæmonas dici & inde diminutiua voce dæmonia.] *Pulchra dæmonij à dæmone deductio. Repetit vero eandem sententiam lib. de Anima infra T. 3. prætereaquam quod ibi peculiariter agat de hominis vnius quisque genio, id est, damone, de quo ibi latius. Haud absimiliter vero Lactant. lib. 2. cap. 14. Hi spiritus contaminati ac perditi per omnem terram vagantur, & solatium perditionis suæ perdendæ hominibus operantur, itaque omnia insidijs, fraudibus, dolis, erroribus complent. Adhærent enim singulis hominibus, & omnes hostiatim domos occupant, ac sibi geniorum nomen adsumunt, sic enim latino sermone dæmonas interpretantur. Quo magis repudianda à Christianis illa Castalionis Bibliorum versio: qua angelos vbique genios transtulit.*

452. Ideoque & saluum volumus esse quod Deus voluit.] *Comma hoc integrum recens ex MS. S. Bauonis Puteani & Elnonensis codicibus adiecimus, alludit autem ad iuramentum* per salutem Imperatorum.

453. Dæmonas id est genios adiurare consueuimus, &c. non deierare.] *Antitheses pulchra inter* adiurare, *&* deierare; *de deiteratione latius lib. de Idol. infra T. 2. de* adiuratione *vere videat Lector Adnot. nostras in epist. 76. D. Cypr. nu. 54. & in lib. de vanit. Idol. nu. 35. & 36.*

CAP. XXXIII.

454. Sed quid ego amplius, &c.] *Rectè hoc. Cap. 33. in vet. exc. sic inscribitur,* Imperatorem hominem esse, nõ Deum. *Liber Puteani. ponit caput xxxiij.* etiam pro Imperatore. *Atque ex MS. legimus:* elegit; *pro:* elegerit *& reposui quod habebant etiam vet. exc.* eam qui potest præstare aut quod talis postulo.

455. Interest homini.] *Etiam hoc restituimus, pro eo quod tanquam elegantius subjtituerat Zephyrus:* hominis; *nam phrasim illam Tertull. vsitatam adnotauit antea me Rhen. tum hic tum alibi, cum dicimo.*

456. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru, &c.] *Facit hic locus ad intellectum eius quod habet Vl. n. nat. hist. lib. 28. c. 4. (vti me sæpe obseruat. monuit Latinus) vbi de curru triumphantium agit: Similis medicina lingua vesit exorata à tergo fortuna, gloriæ carnifex. In ipso enim imperatoris curru (inquit Onuphrius lib. 5. Fast. de* Triumpho *maximè ex Zonara) ponè triumphantem, quidam publicus minister id est (vt habet Isid. Etym. lib. 18. cap. 2.) carnifex, vehebatur, coronam auream gemmis distinctam super eius caput tenens, qui à tergo sæpè illud insusurabat:* Respice post te, hominem memento te; *ne illa felicitate elatus, humanæ conditionis obliuisceretur. & reliqua vita cursum præsidaret, nec eo honore elatus superbiret. Rectè autem* currum sublimissimum *nuncupat triumphi currulis, quia neque bellicis erat similis, neque ijs quorũ in Circensibus vsus erat, sed instar turris rotundæ confectus, quemadmodum ex antiquis nummis cognosci potest. Reliqua huc pertinentia videat studiosus Antiquitatum apud Onuphrium vbi supra, ex Dionys. lib. 5. in triumpho Poplicolæ, Plutarcho in vita Pauli Æmilij, Ioseph. lib. 7. de Bello Iudaic. cap. 24. de triumpho Vespasiani & Titi; & dicto Ioannc Zonara hist. Tom. 2. de triumpho Camilli. Porrò legimus ex MS.* Et vtique hoc magis.

CAP. XXXIIII.

457. Augustus Imperij formator ne Dominum quidem dici se volebat,] *Cap. hoc 34. optimè in vet. exc. sic inscribitur:* Nec Dominum nisi more communi Imperatorem appellandum. *in Puteani verò;* de Augusto Imperatore. *Atqui ipsum de* Augusto *testatur Suetonius Octauij cap. 53.* Domini *(inquit) appellationem, vt maledictum & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo Ludos, pronuntiatum esset à Mimo:* O Dominum æquum & bonum, & vnicum! *quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent; statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die, grauissimo corripuit edicto, Dominumque se posthac appellari ne à liberis quidem aut nepotibus suis vel ioco vel seriò voluit esse.*

458. Et hoc enim Dei est cognomen.] *Hunc alludere videre Oros. hist. l. b. 6. cap. 21. cum inquit: Eodem tempore hic ad quem rerum omnium summa concesserat* Dominuin *se hominum appellari passus non est, immo non audiuit, quo vernã* Dominus *totius generis humani inter homines natus est. Paulopost autem reposuimus:* Sed & gratius est nomen; *& ex Belgicis & Puteani MS.* Tanto autem abest; *& Vat. 1.* pernicioſissima; *ac ex cod. MS. S. Bauonis:* Desine alium Deum colere vel credere. *in Puteani est elegantissimè,* non modo turpissima sed & pernicioſa adulatione, *à qua etiam abest illud;* vel colere.

459. Maledictũ est, ante ἀποθέωσιν Deum Cæsarem nuncupare.] *De caussa allegendæ humanitatis in diuinitatem supra latè tractauit Auctor & impugnauit cap:* 11. Ἀποθέωσις *vero Latinè Rhen, interprete relatio erat inter Dinos sine in Deorum Catalogum; quæ quibus ceremonijs apud Romanos fieri soleat, eleganter describit Herodianus princip. lib. 4. de Seuero Imperatore; narrans post plurimam sumptuosissimamque pompam è supremo tabernaculo turris in modum Phari ædificatæ, in campo Martio tanquam è fastigio quodam, simul cum subiectis ignis aquilam dimitti solitam, quæ in cœlum crederetur ipsam Principum animam deferre, sicuti etiam latissimè describit Onuphrius Panu. Fast. libro 2. MS. autem omnes legunt:* nuncupari.

CAP. XXXV.

460. Propterea igitur publici hostes, &c.] *Cap. hoc 35. inscribitur in MS. & vet. exc.* De solemnibus Cæsarum; *at placet magis 1. Vat. cod. MS.* Quod Christiani maiores & veriores honores exhibent Imperatoribus quàm Gentiles.

461. Sollemnia eorum.] Sollemnia Cæsarum *interpretatur Zephyrus Natales eorum & id genus alios sollemnes dies ad honorem ipsorum institutos; his addere licet tum triumphos tum Vota publica suscepta, Decennalia, Vicennalia, Tricennalia, quæ passim in nummis veteribus & Fastis Consularibus*

ribus repetuntur. Certe inter nummos veteres Huberti Goltzij nostri reperire est has inscriptiones una ex parte IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. I. II. III. IIII. V. VI. COSS. & ex altera: VOTA PVBLICA SVSCEPTA. ad quæ solemnia videtur alludere Auctor. Quin & illa intelligit Sollennia, quæ fiebant (ut loquitur ls. 2. ad Uxorem infra §. 2.) incipiente anno, incipiente mense.

462. Focos & thoros.] Vet. exc. ad Fat. MS. 1. choros. sed illud magis placet, quia sequitur: vicatim epulari, & infra hoc eodem cap. cultissimis & superbissimis thoris forum sibi dividebant. Atque adeo recte thoros interpretatur Zephyrus Eliseterna, in quibus epulabantur; quæ etiam significatio Auctor supra lib. de Pallio cap. 4. & infra cap. 47. superbos Platonis thoros dixit.

463. Ciuitatem tabernæ habitu abolefacere.] Sic legimus cum vet. exc. & MS. cod. pro eo quod alij: obsoletacere, ut sit vox composita ab abolere, pro abluere, quemadmodum vitiatur Virgil. Georg. 4. hu versibus:

—— Nec viscera quisquam.

Aut vndas abolere potest, aut vincere flamma. Paulopost autem item repositum malorum morum licentia, ex MS. & vet. exc.

464. Cur die lætо non laureis postes obumbramus, &c.] Similiter ls. 2. ad Uxorem: Procedit de ianua laureata & lucernata, vt de nouo consistorio publicarum libidinum; & infra hoc ipso cap. recentissimis & ramosiss. laureis postes præstruebant, ac elatiss. & clariss. lucernis vestibula enubilabant; ac lib. de Idol. At nunc lucent tabernæ ac ianuæ nostræ, plures iam ethnicorum fores fine lucernis & laureis quàm Christianorum. ac de Cor. militie: At enim Christianus nec ianuam suam lauris infamabit. Die autem Natalis posimum accendebantur lucerna, vti adnotat Scaliger in Festum. Et de Lauro sic scribit Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, tantrix Cæsarum Pontificumque; quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Quare magis placet vet. exc. & MS. lectio: obumbramus, quam Zephyri: adumbramus; si eutem mox inducrecum Rhen. quàm: inducere. deinde Futeans habet; vti hostes, adiecta una voce.

465. Fidem & veritatem vestram.] Ironicè loqui rectè adnotauit Rhen.

466. Ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem.] Rem ipsa & Romam ipsam allegoricur. Quirites vero dici notat P. arro lib. de ling. Lat. à Curetibus qui cum Tatio Rege in societatem venerant, donati ciuitate. Idem ibidem lib. 4. Roma. (inquit) septem montium demissior insimus locus, & lib 5. Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus, in quos sita vrbs est. De quo lacus lib. de Idol. sbi etiam Septimontium inter idolorum festa Auctor enumerat. Testis & Tybetis: Puteanus, Testis est Tyberis.

467. Et scholæ bestiarum.] In quibus nempe bestiarij (inquit Rhen.) cum pugnare discebant, tum alebantur. Eos sua cæde spectantium oculos, exhubentibus aliquod munus Imperatoribus, oblectaturos; verisimile est, propriam sortem deplorantes à conuitijs in ipsos Imperatores non abstinuisse. Vide librum de Spectaculis cap. 16. num. 144.

468. Iam si pectoribus ad transfucendū quandā speculare materiam.] Iuxta (inquit idem Rhen.) Menu sententiam. Alludit autem ad illud Luciani Dial. de hæres. vbi refert, Momum, prater alia, illud in hominis opificio notasse, quod artifex non in pectore fenestras aut ostiola quadam addidisset, quo perspici posset quid in corde lateret; quod ille speculum aliquo multisque receptibus sinuosum finxisset. Atqui pro eo quod est; apparerent nouiac nouii Cæsaris scena, rectius meo iudicio MS. appararent scenam, hoc est conuitia aliquot in scena proferret salia. Liber tamen Puteani; cuius non præcordia insculta apparent nouii ac noui Cæsaris scenam congiario diuidundo præsidentes.

469. In congiario diuidundo præsidentis.] Sic ex MS. & vet. exc. pro: præsentis. Congiarium vero munus appellabatur, quod per Principes quasi per congios, id est liberaliter distribuebatur. cuius diuisi indicium in Nummis veteribus erat hæc inscriptio: LIBERALITAS AVGG. vti patet ex ijs qui Seuero Imp. inscribuntur Consulatus I. II. III. IIII. V, & VI.

470. De nostris annis tibi Iupiter augeat annos.] Vt sibi carmen confiet, sic ex coniectura Harrisij lego. Videtur id vitiatum fuisse in Faustis Imperatorum adclamationibus; cuius vers sit Poëta, inquirat Lector curiosus. Legimus vero ex MS. & vet. exc. Christianus tam enuntiare non nouit.

471. Depostulatores Christianorum.] Depostulabat (inquit Rhen.) vulgus Christianos ad supplicium, acclamando: Christianos ad leonem, vti patet infra cap. 40. & vlt. & ex D. Cypr. epist. 15. & 55.

472. Planè ceteri ordines, &c.] Etiam hic Ironiam esse rectè adnotauit Rhen. Enumerat autem ceteros ordines Romanorum Senatum, Equites, milites, palatines.

473. Vnde Cælij & Nigri & Albini.] De his latius infra lib. ad Scapulam & in vita Auctoris nostra. Mutat autem numerum (inquit Rhen.) venustatis causa more suo.

474. Vnde qui inter duas lauros obsident Cæsarem.] Interpretatur hoc in sua Paraphrasi Zephyrus de Pertinace Imperatore ab irrumpentibus prætorianis occisse, profanibus ipsius palatij inter iamitrices illas lauros; quod confirmare videtur verbis hu paulopost sequentibus: quam rectissimis & ramosissimis laureis postes præstruebant. Verum mihi id non satisfacit, eo quod illa verba: inter duas lauros, locum quempiam vbi Roma mihi videatur potius significare. Certè Lauretum vbi Romæ vicum celebrat Plinius ls. 15. cap. 30. & Varro de ling. Lat. Inde (inquit) Lauretum ab eo quod ibi sepultus est T. Tatius Rex, qui à Laurentibus interfectus est, ab silua laurea quod ibi excisa & ædificatus vicus. Idque eo magis, quod de Pertinacis cæde postea loqui videatur, vt mox dicemus; quòque in Martyrologijs legatur expressis verbis vndecima Augusti: Romæ inter duas lauros natale S. Tyburtij Martyris. In Puteani est more antiquo; duas laurus.

475. Vnde qui faucibus eius exprimendis palæstricam exercent.] Intelligit (vtrecte adnotauit Rhenan.) Commodum Antoninum, cui inita ad occidendum eum coniuratione, Aliste Lutus prafectus (seu potius Aliuis Lætus subiculatus & Electus prafectus) & Martia concubina primum venenum dederunt; quod quum minus operaretur, per Narcissum athletam cum quo exercers solebat, cum strangulaurunt. Auctor Aliut Spartianus.

476. Vnde qui palatium armati irrumpunt.] Rhen. istud refert ad Plautianum, quem vita Seueri & filij eius Antonini Cæsarum insidiatum constat ex Herodiani lib. 3. Verum quod (vt mox dicemus) ex sequentibus videatur liber iste conscriptus non vsque adeo diu post interfectum Albinum, fortasse etiam antè coniugiū Antonini cum filia Plautiani, & Consulatum illius secundum, non placet. Multò vero minus quod Zephyrus ad Dimitianum hoc refert; quia planè constat Auctorem de alijs loqui hic quàm Stephanis & Parthenijs. Malim itaque de Pertinace hunc locum intelligi, quem constat tum ex Herodiani lib. 2. tum ex Spartiano, Dione & alijs, in foribus Palatij sua ab armatis prætorianis militibus irrumpentibus interfectum.

477. Omnibus Stephanis & Parthenijs audaciores.] Hic alludit quidem ad Stephanum & Partheniū oppressores Cæsaris Domitiani secundum Suetonium, Spartianum, Sextum Aurelium & alios; sed dum dicit hos illis audaciores, haudquaquè de alijs loquitur. In Puteani libro est; Tot Stepexijs & Parthenijs. Cetera quæ sequuntur, repetuntur infra lib. ad Scapulam.

478. Sed & qui nunc sceleſtam partium socij aut plausores quotidie reuelantur.] Vel hinc profectò patet, scriptum hunc non multis annis post eadem Albini in prælio, quæ accidit secundum Galliæ emendatores Goltzij nostri. vti latius in vita Auctoris, quinto anno Imperij Seueri, Laterano & Rufino Consulibus. Scribit enim Herodianus Seuerū Albini amicos vbiq; perquisitos supplicio affecisse; ad quod videtur Auctor

adlusdere, cum dicit scelestarum partium socios quotidie, *adhuc cum hac scribere*t, reuelari.

479. Post vindemiam particidarum racematio *superstes*, &c.] *Elegantissima (inquit Rhen.) translatio seu Metaphora; vtpote qua significat eos, qui in Pertinacis Cæsari & ipsius Seueri necem coniurauerant; qui tamen faustissimo auspicijs Natalem Imperij Seueri concelebrarunt: quos deprehensos scribit Herodianus ex Arcanis quibusdam Epistolis, quas apud Albinum Sepositas reperissent. Pro* enubilabant, *in Puteanis est*, nebulabant. *Paulo post castigamus ex MS. omnibus*: nomen Principis in corde mutantes, *pro*: imitantes.

480. Qui Astrologos & aruspices, & augures & magos consulunt.] *De his omnibus latius infra T. 2. lib. de Idolol. & lib. de Anima, Tertull.*

Cap. xxxvi.

481. Si hæc ita sunt, vt hostes deprehendantur, &c.] *Cap. hoc 36. inscribitur optime in 1. Vat. Mss. cod. cui satis consentiunt vet. exc.* Quod Christiani tenentur diligere non solùm Imperatores, sed & omnes homines. *In Puteanis*; de personarum omnium æqualitate. *Quia vero eodem argumentum tractatur infra lib. ad Scapulam, paucis expediemus hoc & sequens capita.*

482. Romani negamur.] *Sic ex MS. & vet. exc. sicuti etiã ex MS.* & hostes esse, *ita*: Romani habebantur; *& ex vtrisque*: fides Imperatoribus dedita *pro*: debita; *ac deinceps*: necesse habet exhiberi, *phrasi Tertullianica, de qua mox latius, & non ita multo post*: indifferentis benignitatis, *pro*: in differentiis, *denique ex MS.* Idem sumus, *pro*: idem, *Nam & supra illud Tertullianicum esse adnotauimus.*

Cap. xxxvii.

483. Si inimicos vt supra diximus.] *Adludit ad c. 31. Atqui cap. hoc 37. ferè sic inscribitur*: Ne malum contra malum; *sed apertius sapedictus Vat. Ms. cod.* Quod ad Christianos spectat neminem lædere, quamquàm pro multitudine possent se vindicare.

484. Quem habemus odisse.] *Sic ex MS. quinque, pro* habebimus. *Eodem autem modo dixit li. adu. Valent. infra T. 3.* habés superuolate. *& D. Cypr. epist. 27.* rescribere habeam. *Atque hæc Græcorum phrasis (vti adnotauit Pith. Adu. li. 2. c. 11.) exemplis aliis multis defendi potest. Hinc Vlpianus*: habere laborare, *Marcell.* habere operari. *Cicero denique lib. 2. ad Att. epist. 38. De Rep. nihil habeo ad te scribere, Accipitur autem* habeo *hoc significatu, pro possum vel debeo. Paulo post ex ipsdem MS. hos legimus*: Quotiens, *pro*: Quoties, *quia illud etiam alibi vsurpat. Auctor; & ex MS. ac vet. exc.* præteritis vobis, *pro eo quod substituit Zephyrus*: præteritos à vobis.

485. Ipsis Bacchanalium futijs.] *Adludit ad descriptionem Bacchi, quem poëta (inquit B. Iust. Mart. lib. de Monarch.) furentem vocat. De* Bacchi *vero sacris quam turpia, quam furiis plena, videat Lector D. Aug. lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 21. & ibidem Adnotat. Vnus. Quid? quod ea de caussa sublata testetur Auctor Liber sacra, supra cap. 6. Ju eo autem differebant Bacchanalia à Liberalibus, quod illa singulis mensibus, hæc vero non fierent nisi XVI. Kalend. Aprileis.*

486. De requie sepulturæ tanquam de asylo quodam mortis.] *Locus insignis, aduersus nostræ tempestatis Donatistarum assecl*as *hæreticos, qui sepulcra Christianorum, immò Regum corpora effoderunt, quum tamen* asylum mortis sepultura *recte à Tertulliano vocetur. Et certè grauissimæ pœnæ in sepulcrorum violatores, vel ab ipsis Ethnicis Imperatoribus iam olim statuta sunt.*

487. Si enim & hostes exertos.] *Ita ex MS. quatuor, ac si dicat hostes apertos, quia sequitur*, occultos, *pro eo quod alij*: exortes. *Nam vox exertos Tertulliano familiarissima est. Pro*, vindices, *liber Puteanus*; iudices.

488. Vis numerorum & copiarum.] *Intellicit (inquit Rhen.) de* numeris *militaribus. Eadem significatione Plin. epist. 8. lib. 3. an* numeros *referre dixit.*

489. Mauri & Marcomanni, & ipsi Parthi.] *Hos populos potissimum enumerat, quia recens à Seuero victi, populo Romano nomen dederant, sicuti latius in vita Auctoris.*

490. Externi sumus & vestra omnia repleuimus.] Externos *vocat Christianos, quod ex iudæa primum sint orti; deinde adnotanda tam breuis temporis spatio, tam à quam hic recenset Christianismi dilatatio. Liber Puteani*, Hesternique *quod est contemnendum est: & pro* relinquimus: *idem* reliquimus.

491. Solius diuorti inuidia.] *Rhen. rationem adfert: quia, inquit nos reijcimus; sed verior interpretatio est, vt* diuortium *pro* secessione in aliquem; *vti sequitur*, remoti orbis locum, *accipiatur.*

492. Suffudisset vtique dominationem vestram.] *Rectè sic MS. quatuor pro*: damnationem; *& mox*: destitutione, *pro*: institutione. *Rhen. Adnotat* suffudisset *capi pro*: pudefecisset. *Paulo post stem castigauimus ex MS. Vat. s.* quasi mortuæ vrbis quæsissetis quibus in ea imperasseris. *Rursum paulo post ex MS. & vet. exc. addidimus*: penè omnes ciues Christianos habendo. *& deinceps ex MS.* potius quàm erroris humani. *Denique*: raperet, *pro*: ereipiet, *secundum exc. vet.*

Cap. xxxviii.

493 Proinde nec paulò lenius inter licitas factiones.] *Cap. hoc 38. fere inscribitur*: De cœtu, *sed apertius Vatic. illo cod. Ms.* Quod Christianorum cœtus nullam potest proditionis generare suspicionem, *At qua factio & factiosus. (inquit Festus) instio honesta vocabula erant, vnde adhuc factiones histrionum & quadrigarum dicuntur; modò autem nomine factionis, sedato & anima vocantur. Hinc sit vt Auctor ad distinctionem* licitas factiones *dicat. Quare cum simpliciter mitto seq. cap.* Christianæ factionis *memini, ex persona aduersariorum loqui vel inde patet, quod in fine eiusdem ca. dicat*: non factio dicenda, sed curia. *& quod mox cap. 40.* factionum nomen *in malam partem accipit. Atqui pro*: lenius *vet. exc. & Vat. 1.* leuius; *sed illud placet. Paulo post ex MS. legimus*: ab omni. *& mox cum Rhen.* vnam omnium Remp. agnoscimus mundum, *pro*: ac modestia publica, *liber Puteanus habet*; modestiæ publicæ.

494. Æquè spectaculis vestris, &c.] *De his habes librum integrum infra T. 2. ad quem Lectorem remittimus.*

495. Cum ipsis rebus de quibus transiguntur præterfumus.] *Cum ita ex cod. Gor.* legeret *Rhen. addens esse*: præterfumus *verbum nouum sine nouæ compositum; nirum est vnde iterum irrepserit*: præterimus. *Additum autem rursum ex MS. quod habebant exc.* dictu, visu, auditu: *& cum MS. legimus* oblectari nouisse nolumus, *& ex 1. Vat.* si fortè nostra non vestra.

496. Sed licuit Epicureis, &c.] *Pulcrè hunc locum ex Cicer. lib. 1. de Fin. explicat in Paraphrasi Zephyrus, vt pluribus non sit opus.*

Cap. xxxix.

497. Edam iam nunc ipse ego negotia Christianæ factionis, &c.] *Rectè hoc cap. 39. ab omnibus penè inscribitur*; De disciplina Christianorum, *in quo haud dubiè non semel D. Iustinum Martyrem imitatur in fine Apol. 2. atque adeò, vti ex Leturgicis meis Latinorum fatu patet, partim hinc, partim lib. de Orat. Missam Africanam sicuti tum celebrabatur describit. Illud itaque Lectorem, ne hic prolixius simus, remittimus.*

498. Corpus sumus de conscientia religionis.] Corpus (*inquit Rhen.*) *pro Collegio vsurpat, sicuti & supra c. 29.* circulum corpus temporum fecit, *& lib. de præscript. aduersus. T. 3. infra*: quibus incunabulis institutum est corpus. *Quo sit etiam, vt magis placeat quod habent MS.* disciplinæ vnitate, *quam quod alij*: veritate.

499. Coimus in cœtum, &c.] *Similiter fere ante Tertullianum D. Iust. Martyr 1 Noi autem, inquit, credentem iam & nobis ascitum ad fratres qui dicuntur, eo adducimus vbi illi congregati sunt, ad communes preces & supplicationes, tum pro seipsis, tum pro illuminate & alijs vbique gentium omnibus anime*

anime intento peragendas; vt digne idemque simus, qui veritate agnita per opera etiam ipsa bona atque officiosi rerum administratores, & datorum nobis mandatorum custodes, inueniamur, atque vt salute saluemur sempiterna. Quæ similia habet Arnob. adu. Gent. lib. 1. Et vero iam ab Apostolis visitatum hunc cœtum Christianorum patet, vel ex illis Apostoli 1. Cor. 11. Conuenientibus vobis in vnum & pluribus aliis: Act. Apost. ac veterum Patrum locis, quæ videre est 1. Tom. nost. Lutgrecium, vbi Missa Apostolorum late describitur; latius infra lib. de Orat. num. 1. & aliquid dximus Admot. in Epist. 63. D. Cyprian. ad Cæcil. num. 49.

500. Oramus etiam pro Imperatoribus, &c.] *Vide infra lib. ad Scapulam, ex quo confirmatur omnino lectio Mss. & vet. exc.* pro statu sæculi; *quia hi dicitur*: quamdiu sæculum stabit, imperium saluum fore; *& eodem pertinet illud:* pro mora finis, *vt idem velit quod supra dixit ea. 32.* dum clausulam sæculi præcamur differri, Romanæ diurnitati fauemus. *Verum de hoc infra latius. Alibi haud absimiliter lib. de Anima infra T. 2.* moram finis vitæ cuiusque *dixit.*

501. Cogimur ad Diuinarum litterarum commemorationem.] *Sic iterum cum Rhen. & Mss. Fas. 1. cod. pro:* Coimus. *nam* cogere *etiam in vnum colligere est. Aliqui quod* Diuinarum scripturarum commemoratio *initio sacrificij Christiani visitatæ fuerit, repetitur his verbis infra T. 2. lib. 2. ad Vxorem, vbi* fomenta fidei de scripturarum interlectione; *& supra eiusdem alludebatur cap. 22.* & nunc etiam Lectionibus refonantibus. *& confirmatur tum ex verbis hisce D. Iustini: Et commentar. a. (inquit) Apostolorum aut scripta Prophetarum quoad tempus fert leguntur; tum ex nostris Lutgr. Latin. T. 1. p. 72. & 73. 90. 118. 124. 126. 177. & 195. vbi in hanc rem ad. runtur testimonia, ex Can. Apost. 9. seu. 10. Conſtit. Apost. D. Clem. lib. 7. cap. 61. & 63. ac lib. 8. cap. 4. & 21. D. Iacobi Apostoli Lutgr. Albino de Diuin. offic. & Hrab. de Institut. cler. li 1. c. 32. Ilsilone de Therapentis; item ex D. Dionys. Areop. Eccles. Hierarch. c. 3. & 7. Hippol. Port. Orat. de Antichriſto. D. Cypr. epist. 24. 33. & 34. D. Optat. adu. Parmen. li. 6. D. Ambros. epist. 33. ad Marcell. soror. Eodem & D. Aug. ac Maximo Fulgentio, Petro Chrysol. in mixtis sermonibus. His addantur Græcorum quoque testimonia Dionysij Corinthij apud Euseb. lib. 4. Eccl. hist. cap. 23. & Nicephi. lib. 4. ca. 8. Lutgrice denique SS. Basilij & Chrysostomi. Quum autem flaccescente prima illa fidelium deuotione: Missa proinior videretur, loco integri alicuius libri veteris ac noui Testamenti, carperunt dumtaxat quædam Lectiones Epistolarum & Euangeliorum in vsu esse, quas olim a D. Hieronimo librum, quem Comitem inscripsit, qui exstat 2. Tom. nostr. Lutgricium, missa D. Damasi collectas, in hunc vsque diem Ecclesia frequentat.*

502. Et Censura diuina, &c.] *Lucis insignis aduersus contemptores Excommunicationis Ecclesiasticæ a Christo institutæ, & a primis Apostolorum temporibus visitatæ, de qua legat Lector Admot. nostras in Epist. 38. D. Cypr. num. 10. ac epist. 62. ad Pomponium, num. 15. Fulcre autem eam circumloquitur Auctor, quod ea quis relegetur à communicatione orationis & conuentus & omnis sancti commercij; quibus verbis etiam Sacrificij Christiani peripheras haudquaquam contingit, vti infra latius adu. Magd. lib. ad Scapulam.*

503. Præsident probati quique seniores, &c.] *Quandoquidem etiam ipsi Magdeburgenses hunc locum citant pro summa Episcoporum (non presbyterorum dumtaxat vti Zephyrus) auctoritate etiam excommunicandi, nolumus diutius immorari, præsertim cum late hanc materiam tractauerimus Adu. nostris in D. Cypr. ad epist. 55. nu. 8. & 29. ac ad epist. 72. nu. 13. & 15. D. Iustinus Præpositos vocat.*

504. Etiam si quod arcæ genus est, &c.] *Veterem hanc consuetudinem eleemosynæ colligendæ, etiam Apostolorum ætate visitatam, constat ex illo Apost. 1. Cor. 16. De collectis inquit, qua fiunt in sanctos, sicuti ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite. Per viam Sabbathi vnusquisque vestrum apud se ponat, recondens quod ei bene placuerit. Iterum autem cum vet. exc. & Mss. legimus*: congregatur, *item Addidimus ex Mss. & simodo velit; quia haud absimiliter D. Iustinus vti supra, quem ad verbum fere imitatur. Cæterum, inquit, qui copiosiores sunt & volunt, pro arbitrio quisque suo quod visum est contribuunt, & quod ita collegitur, apud Præpositum deponitur. Atque ille inde de opitulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum aut aliam causam egent, quique in vinculis sunt; & peregre aduenantibus hospitibus; & vt simpliciter dicam, indigentium omnium curatur est. Atqui pro:* oneraria summa, *Vatic. 1. cod. Mss.* ordinaria. *Puteani*, honoraria. *Item pro:* ætate quæ domitis scribus; *Mss. quinque*, iamque domesticis: *ac si dicat domi manere coelibes; quod adeo tanquam elegantium retinendum duximus Sicuti & paulo post cum Rhen. ex Mss. & vt pro* alterutro mori sint parati.

505. Sed & quod fratres nos vocamus, &c.] *Item hæc ex Mss. pro,* infamant, *liber Puteani*; insaniunt. *ac paulopost* fratres autem etiam vestri simus. *& cum vet. exc. ad* vnam lucem expauentur veritatis; *pro:* expirauerunt. *& post aliquot lineas:* Itaque quia, *ac deinceps:* in isto loco. *Porro* Fratrum *appellationem inter Christianos, tum ex Euangelio, tum ex Epistolis Paulinis ostani constat, cuius nominis Etymologiam pulcre & late Auctor hic explicat. Certe D. Iustinus vbi supra, & Athenag. Orat. pro Christianis, eius quoque mentionem faciunt, quorum ipse tamen aliam rationem reddit. Quamobrem sit, inquit, vt pro ætatum gradu alios quidem filios & filias agnoscamus, alios autem fratrum & sororum loco habeamus, eosmet autem ætate prouectiores vrbis patrum matrimoque tributumus honorem. Eodem pertinet quod habes Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. Fratres nos esse vtpote vnius Dei & vnius magistri, alicubi Plato dicere videtur hoc modo: Qui in ciuitate estis, omnino fratres estis. Mutuum in oblatis proponit eandem Cæcilij calumniam; sed & respondet ipsidem penè verbis quibus Tertullianus:* Fratres vocamur, *vt vnius Dei parentis homines, vt confortes fidei, vt spei cohæredes. Similes sunt loci lib. de Cor. milit. cap. 1.* ceteris constantior fratribus; *ac*: inter tot fratres commilitones solus Christianus. *Item lib. 3. adu. Marc.* tunc fratris, dehinc apostatæ.

506. Omnia indifferenta sunt inter nos, præter vxores.] *Athenagoræi haud absimiliter: In quibus fratrum, inquit, aut sororum nomina esse nouimus, nihil nobis est, quam vt eorum ab omni impuritia & contumelia libera & incorrupta permaneant corpora, prius & antiquius. Ac mox: Vxorem namque suam vnusquisque nostrum eam esse reputat, quam legibus nostris duxit, atque illam quidem ad prolificationis præscriptum. Locis elegantes, aduersus prom sciuam Anabaptistarum quorundam libidinem.*

507. Græci Socratis.] Socratis *factum Zephyrus paucis explicat; Lactant. verò Instit. diuin. li. 3. cap. 21. & 22. hanc sententiam* Socratis *de vxorum communione etiam Platonis ad scribit. sicuti etiam Theodor. lib. de Græc. affect. curat.*

508. Et Romani Catonis.] *Dissentire (inquit Zephyrus) videtur Auctor a Plutarcho, qui hoc de Vticensi, non de Censorio Catone refert. D. Augusti. etsi lib. de Fide & Oper. cap. 7. simpliciter id Catoni adscribat; lib. de bon coniug. c. 19. etiam* Catonem Romanum *vti Auctor vocat; Zephyrus factum ipsum narrat in Paraphrasi.*

509. Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, ædificant verò quasi numquam morituri.] *Posterius hoc membrum, recens ex 4. Mss. adieci. Diogenem vero sic lusisse in* Megarensium *voracitatem & luxum adnotauit Zephyrus; quod confirmatur ex illo Diogenis Laërtij in vita Diogenis: Ad eum qui pretiosa parabat obsonia, inquit, Nate mihi haud longæuus eris.*

510. Sed stipulam quis in alieno oculo, &c.] *Vide Prolegomena inter Prouerbiales formulas.*

511. Tot tribubus & curijs, & decurijs ructantibus acesscitæ.] *Elegans (inquit Rhen.) Hyperbole.* Curias *autem interpretatur Turnebus. Aduersar. li. 12. c. 13.* Curiales, *qui cum rem diu nam facerent, hilariter operabatur, quorum epulas deseri-*

394. Phantasmata Castorum, &c.] *Etiam hæ fallaciæ* Castorum *victorias præmuntiantium & Vestalium Tuscæ ac Claudiæ & Domitij paucis retrò explicat Zephyrin. Rhen. addit easdem narrari à Valer. Maximo li.8.de Vestalibus, & à Suetonio Tranquillo de Domitio. Certè etiam D. Augustin. lib. 10. de civit. Dei cap.16. utriusque Vestalis exempla asserit. Minutius verò eadem pene ad verbum.*

Cap. xxiii.

355. Porrò si & Magi phantasmata edunt, &c.] *Inscribitur fere hoc capiti tum in MS. tum in exc. cod.* De phantasmatibus Magiæ & dæmonibus. *Pulcre autem locum hunc quam paucissimis interpretatur Zephyrin in sua Paraphrasi.*

356. Iam defunctorum inclamant animas.] *Latissimè hanc Magiæ speciem tractat & impugnat Auctor li. de Anima c. penult. infra T.3. ubi & nos latius sicuti etiã & de somnijs quæ videntur Magi immittere.* De circulatorijs præstigijs *aliquid habet D. Aug. li.10. de civit. Dei cap.16. & ibidem latius Vives.* de Capris *ad divinationem præparatis mentionem facit Euseb. lib.2.de præpar. Euang. cap.5.* Porro *MS. cod. quinque legunt*: infament, *pro*: in clamant, *&*: elidunt, *pro*: eliciunt; *sed magis placet vulgata lectio.*

357. Vt aliter dementire, &c.] *Ex MS. cod. iterum illud restituimus, pro*: dementare; *præterea cum Zephyrino id interpretetur quasi de mente exire. addens verbum esse Magicum, quo vitur Apuleius & hoc hemistichio Lucretius*:

Dementit enim delirâque fatur.

Cetera satis explicat Zephyrin in Paraphrasi, & latius infra cap. seq. de Archigallo. *Atqui pro* prolecat *liber Puteani habet*; profectam: *& pro*, compar exitus furoris, *MS. Belgici, Gallici & 1. Var. legunt*: cõpara exitus; *alter Var. & vet. exc.* cum par; *eligat lector quam volet, nos plurium lectionem edidimus, præsertim cum ad eam etiam Zephyrin alludat. Cum quo etiam & Rhen. ex MS. reposuimus*: instigationis. *pro*: inusitationis. *maxime cum similiter pene Minutius dicat*: par *& in illis* instigatio *dæmonis, sed argumentum dispar furoris.*

358. Edarur hic aliquis, &c.] *Pulcra comparatio eius quem dæmone agi constat, & cuius quem dicebant de Deo aliquid pati; vti latius explicat Zephyrin in Paraphrasi, elegantèr autem liber Puteani*; edatur hic aliquis ibidem sub tribunalibus *& postea*; dominum, *pro*, deum, *sed posterius placet.*

359. Qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt.] *Aliquid de nidore sanguinis in aris immolati dæmonibus grato cap. præced. diximus*; *quare magis placet hæc lectio MS. quam vulgata*: ærris malefi cum numen. *Exquibus etiam castigatissimus*: præfantur, *pro*: profantur; *nam & supra eadem voce non semel vtitur.*

360. Ista ipsa virgo cœlestis pluuiarum pollicitatrix.] *Sic partim ex Rhenam. Gorziensi cod. partim ex MS. nostris quos omnes constanter legunt*: virgo Cœlestis, *pro eo quod Zephyrus*: vis Cœlestis. *Ego vero existimo eum loqui de* Cœlesti dea *quam colebãt Afri, apud quos scribebat Tertull*: anus (vti ante me etiam adnotauit Pithœus) de qua latius *cap. sequ.*

361. Æsculapius medicinarum demonstrator.] *Similiter lib. de coron. Mrlit. infra T.2.* Primus medelas Æsculapius exploruerit. *Vide Adnot. nostras supra c.14. num.209.*

362. Alias demoriturus.] *Ex veteri exc. hoc iterum adiicimus, maximè cum alludant MS. cod. & Belgici quidem tres legant*: alia die imoriturus. *Vatic. vero*: alia demoriturus. *Leodiensis*: alia demotiturus.

363. Scordij & denatij & asclepiadoti subministrator.] *MS. omnes* socordio & denatio & asclepiadoto subministratur; *sed magis illud placet ex quo præcedat*: demonstrator; *tum quod medicus natum sit* Scordium, *non*: socordium; *quod inter Mythridatica describit Plinius nat. hist. lib. 25. cap. 6. & 10. Quemadmodum etiam Panacen fuse Asclepion eius dem lib. c. 4. in hac verba*: Panacen ipse nomine omnium morborum remedia promittit, *numerosum & Dijs inuentoribus adscriptum. Vnum quippe Asclepion cognominatur, quoniam is illam Panacem appellauit, &c. Alludens haudduhse ad* Æsculapium, *quippe qui* Grace ἄσκληπιὸς *vocetur*; *à quo proinde etiam nouam vocem derinauit suo more* Asclepiadotum *Tertull. tanquam dicat ab Asclepio datum seu traditum. Vocatur eadem à Theophr. li. 9. c.6. hist. plantarum* ἀσκληπιὸς πιάκας. *Reperitur & aliud herbagenus Asclepias apud Plin. li. 27. c. 6. aduersus serpentum ictus præsentaneum*; *quod si etiam ab Asclepio dicatur, etiam hic potest intelligi, & magis accedit vox* Asclepiadoton. *Iterum autem ex MS. quod habebant vet. exc. restituimus*: nisi sc dæmones confessi sint, Christiano mentiri non audentes, *quod singulari numero expressum erat in recentioribus, &*: magia, *pro*: Magica. *Paulopost pro eo quod est*: inniti *MS. Belgici & Gallici*: injici, *Var. 1.* incipi, *sed placet prius quod vet. exc. legant*: niti, *pro*; dictis non stetis: *liber Puteani*, dictis non dicetis.

364. Si altera parte verè Dei sunt.] *Sicuti hic excusi omnes legunt*: Dei *plurali numero, non dij; ita vbique MS. tum antea tum postea legunt, sicut etiam deis, pro*: dijs: *quod semel adnotasse sufficiat. Similiter autem essent lib. 1. adu. Marc* Inuenio planè ignotis deis aras prostitutas. *Paulopost vet. exc. lectionem iterum reposuimus ex MS.* dæmones se dicere, *pro*: dici.

365. Vererentur enim abuti maiestatem superiorem.] *Etiam hoc pro substitutis ablatiuis, eo quod non semel* vti *& abuti cum accusatiuo vsurpet, exemplo gratia li. de coron. milit. infra T. 2.* qui secundum idolorum ornatum quid vtuntur. *Item legimus* neque à dæmonijs adfectaretur in cõfessione, neque à Deis negaretur. *ac vtrobique iam Deos quærite. &*: quod neq; ipsi Dei sint, neque vlli alij. Etiam illud; *omisso*: Sed.

366. In continenti.] *De phrasi hac Tertullianica & Cyprianica vide Adn. nostras in epist. eius 82. num. 2.*

367. Si non Christianorum.] *Hic quoque lectionem Rhen. cum MS. sequimur phrasi Tertullianica, pro*: sed; *quod habent alij excusi & liber manuscriptus doctissimi Puteani.*

368. Si fortè Minoem & Rhadamanthum secũdum consensum Platonis & Poëtarum.] *Non minus etiam hoc pro*: secundum sensum. *Nam Poëtæ in hoc consentire Platonem, in hac verba recenset D. Iustin. Mart. Apol. 2. Plato, inquit*, Rhadamanthum *&* Minoem *itidem iniustos ad se venientes plexurum esse docuit, nos autem idipsum falsum esse dicimus, sed à Christo. Addit Orat. pro Christ. Athenag. Nos autem sine* Minos *sine* Rhadamanthus *sit, sine, aliquis horum pater, ne eum quidẽ ipsum effinxiturũ esse iudicium Deo dicimus.*

369. Et impuratissimis linguis.] *Rursum sic ex MS. cum vet. exc. pro eo quod Zephyrus*: impurissimis; *nam & Terentius in Phorm. sic loquitur*: Imputatus *me ille, vt etiam irrideat* ; *pro*, diluerit, *habet liber Puteani*; debuit. *Item cum Rhen. & MS.* operatoribus suis, *pro*: operationibus *legimus*: *etsi in Puteani erat*; operationibus.

370. Atquin omnis hæc nostra in illis dominatio, &c.] *Hoc quoque ex ijsdem Puteani est, in illos. & paulopost addidimus*: Verum. *Pulchre autem locum hunc imitatur Prudent. in Apoth. contra Iud. Alludit ad* Exorcismos *quibus etiamnum vtitur Ecclesia, de quibus latius infra lib. ad Scapulam & de baptismo. Atqui MS. deinde legunt*: Magis fides proxima est, *pro*: prona; *sed hic placet.*

371. Quia plurimum illis credendo, in Christo Domino nostro credimus.] *Imprimis miror hic omissam particulã*: in; *à Zephyro & posterioribus, cùm eam more loquẽdi Ecclesiastico habeãt non modo vet. exc. sed MS. ad vnum omnes. Vt non dubitem iam tum eam formulam vsitatam fuisse qua profitemur nos credere in Deo sine vt Ruffinus in Symb. & Augustin.* in Deũ, *non vero credere Deo vel* Deum. *Venit hic præterea adnotandum, quod videatur hinc Tertullianus ad fidem conuersus, ex testimonijs Deorum, qui dum Dæmonas se confiterentur Christianos facere consueuerunt. Atqui pro*: fiducian, *ex MS. quatuor substitutimus*: fidentiam, *vocem Tertullianicam. pro*, prona est; *liber Puteani*; proxima est.

Cap. xxiiii.

372. Omnis ista confessio, &c.] *Ob prolixitatem hic capus iustum constituimus, præsertim cum veluti Epilogus sit totius* disputa-

distantionis de Deorum cultu. Potest autem iverbi : Quod Christiani non incurrant crimen læsæ religionis, etli variant in cultu veri Dei, sed ipsi potius, qui Deos colunt longè diuersissimos. *Hæc autem in codice Puteani longe elegantius ita leguntur:* si religio non est: *quia nec Dei pro certo : nec nos pro certo rei summæ læsæ religionis. Notanda autem nonnulla multò post* vox: irreligiositatis. *Porrò imitatur hunc locum Eusebius subsinem orationis de Laudibus Constantini.*

373. Nunc vt consfaret, &c.] *Sic ex MS. pro* Nam. *Atqui* de sublimiore & principe Deo *à gent. bus conceſſo imitatur Iuſtin. Mart. Orat. ad Gent. & Athenag. Orat. pro Christ. Lactant. verò latiſſ. idipſum proſequitur Inſt. diuin. lib. 1. ca. 5. ex Orpheo, qui Deum verum & magnum & πανσθενον appellat: Antiſthene, qui ſummæ rerum artificem; Virgilio, qui Magnum; Ariſtotele, qui ſummum; Ciceronе, qui ſuprемum, & Seneca, qui Deorum omnium Deum nuncupat.*

374. Vt Plato Iouem Magnum in cœlo comitatum exercitu, &c.] *Hunc Platonis locum ſic recenſet Athenag. Magnus ille Dux in cœlo Iupiter, volucrem rapens currum (quæ ipſa verba citat Orat. ad Gentil. D. Iuſt.) exornans, ornant, & curans omnia. Hunc autem conſequitur exercitus Deorum atque Damonum. Illud vero, inquit, non ad eum qui Saturni filius eſſe dicitur. pertinet Iouem; nomine namque ipſo conditor rerum vnius ſeruum deſignatur. Declarat id ipſe* Plato. *Nam cùm non (ſic lege) haberet aliud quo eum ſignificanter appellaret, vulgari & vſitato, minimè autem proprio Dei nomine; euidentioris deſignationis gratia eſt vſus, adiecto ſuſpuer verbo* Magnus, *vt diſceerneret cœleſtem à terreno, ingentium à gente. Paucis idem repetitur ab Arnob. lib. 1. adu. gentes, vel ex appellatione quæ Iupiter Opt. Max. dicitur & habetur. Atqui paulopoſt pro :* ſulpici, *legunt Var. 1. & vet. ex.* ſuſcipi; *ac pro:* operam, *MS. omnes :* opera. *Eligat Lector quod volet.*

375. Colat alius Deum, alius Iouem, &c.] *Pulchrè has Antitheſes explicat Zephyrinus Proſphoſi, quibus contrarium tradit religionem gentium, Chriſtianæ religioni ; & latiùs infra de cæremoniis cultus diuini externis cap. 30.*

376. Alius ad aram fidei.] *Hunc pertinet illud D. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 20. Sed cur & fides Dea credita eſt, & accepit etiam ipſa templum & altare? Vbi late de hac Dea Virtute in Adnot. Sufficiat hoc loco quod iuxta Plin. lib. 35. & Cic. 3. Offic. Capitolio adeo fidei vicina fuerit: nam quæ eam primus conſecrarit, variant opiniones. quidam Attilio Calatino id aſcribunt, alij Numæ, alij denique Æneæ ante Romulum & Remum. Atqui* ara *& altare* inuta *Sermium in hoc differunt, quòd* arx *eſſent & inſeru & ſuperiu Diis conſecratæ,* altaria *verò ſuperiu diis dumtaxat. Quærum hoc ab altitudine diſtum putat ,* aram *verò quaſi* anſam *commutatione litterarum interpretatur Varro.*

377. Atque adeo & Ægyptijs, &c.] *De Ægyptiorum Deorum portentis vide Adu. noſtras in D. Cyprian. lib. ad Demetr. num. 32. Meminerunt præter Auctores ibi citatos Lactant. lib. 2. cap. 13. & lib. 1. cap. 20. Euſeb. de præpar. Euang. lib. 3. cap. 2. ex Porphyrio ; D. Aug. denique lib. 2. de ciuit. Dei cap. 22.*

378. Et capite damnandi qui aliquem huiuſmodi Deum occiderit.] *Neſcio unde irrepſerit :* & pice damnandis, *ac,* occiderint; *cum illud legât non modo MS. omnes, ſed & exc. priores. maximè cum correſpondeat illud Minutij : Nec eorum ſacra damnatio inſtituta ſerpentibus, crocodilis , bellua ceteru & auibus, & piſcibus;* quorum aliquem Deũm ſi quis occiderit etiam capite punitur.

379. Syriæ Aſtartes.] *Deam hanc fuiſſe conſtat vel ex 3. lib. Reg. cap. 21. vbi ſic legitur : Sed colebat Salomon* Aſtarten *Deam Sydonorum. & ſub finem. Et quod dereliquerit me & adorauerit* Aſtarten *Deam Sydoniorum. Eodem pertinet quod eſt 4. Reg. 23. de Ioſia Rege : Exceſſa quoque qua erant in Ieruſalem ad dexteram partem montis offenſionis, quæ ædificauerat Rex Iſrael Aſtaroth ſiue vt 70. legunt* ἀστάρτῃ *idolo Ægyptiorum. Et quod frequenter repetitur Iud. 2. 3. 10. ac 1. Reg. 7. & 12. Idolu Balaam ſiue Baal & Aſtaroth. Eo autem nomine (ſi Calmine creditur lib. 5. Colſeu.) Venerem colebant Sydonij , eo maximè quòd eum atque poteſtatem ſecum admiterat Plautus à Veriſtrata. Potuit etiam inter principes Deorum Varro de ling. Lat. li. 4. Tu autem & Aſtarten apud Phœnices , nec aliter Euſeb. de præpar. Euang. lib. 1. ca. 7. Reperitur interim apud Petronium Cruinium li. 14. de hoin. diſc. cap. 8. Syriorum Dea* Adagartis, *ſed quia MS. omnes cum excuſis leguni:* Aſtartes , & *ipſe quoque Magnutius in Oſtanio; malui illud rettinere ; maximè cum Phœnicia Syriæ pars ſit.* Syria enim (inquit *Beda li. de loci Act. Apoſt.*) *qua Hebraicè Aram dicitur, regio eſt inter flumen Euphratem & mare magnũ uſque ad. Ægyptum pertingens, habent maximas prouincias Cõmagenam, Phœniciam, & Paleſtinam abſque Saraſenis & Nabatheis, quorum gentes ſunt duodecim.*

380. Arabiæ Dyſares.] *Sic ex MS. omnibus pro :* Diaſares, *eo quod apud Euſebium vbi ſupra ſic legatur:* Arabes item *Duſarim quendam & Obdum pro Deo colebant ,* Arabiæ *vero regio (inquit Ven. Beda vbi ſupra) inter ſinum maris rubri qui Perſicum , & eum qui Arabicum dicitur, habet gentes multas Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Saracenos , aliaſque quamplurimas. Cum autem Origen. lib. 5. contra Celſum dicat Arabes Liberum tantum & Vranium Deos coluiſſe , oportet vt alter illorum lingua Arabica* Diaſares *vocatus ſit aut potius* Dyſares *vt habent MS. Si quid diuinare liceat, liber ita ab eo eſt cognominatus, nam* Δυσαρης Dyſares *Hebraicè & Caldaicè, quibus linguis haud abſimilis eſt Arabica , interprete Munſtero Iſai. 19. ſignificat eum qui volutatur vt ebrius; tam vero ebrietas Liberum habet patronum.*

381. Norici,] Noricum *(inquit Ptolom. lib. 2. cap. 14. ad Tab. 5. Europ.) terminatur ab Oceano Ænę fluuio ; à ſeptentrione Danubij parte, qua eſt ab Ænо vſque ad Cetium montem; ab ortu vero ſolis ipſo monte Cetio , à meridie vero parte Pannoniæ ſuperioris qua ſub dicto monte eſt, & quod inde eſt ſuper Iſtrũ, eo monte qui Carnanicas appellatur. Similia Oroſ. libr. 1. cap. 26. & Paulus Diac. lib. 3. cap. 25. Exquo patet (inquit Franciſcus Irenicus Germ. Exeg. lib. 1. cap. 20.)* Noricam *regionem non fuiſſe olim Bauariam vbi nunc collocatur , vltra enim Danubium porrigebatur vbi adhuc veſtigium nominis eſt Norkeiy. Eodẽ pertinet quod collocetur ſecundum Strabonem non procul à mari Adriatico iuxta Alpes . & ſecundum Plinium apud Aquileiam. Recenſet autem conciliorum ſuam vir longè eruditiſſimus Puthæus hunc locum caſtigant Adu. li. 1. cap. 3. & ac ſi ſit legendum* Aromorici, *eo quod , vt mox dicetur* Belenum *Deum faciat Auſonius* gentis Aremoricæ , *ſed ſi Gallorum fuit Deus ille potuit eſſe etiam* Noricorum, *immo & omniũ Germanorum; quippe qui olim etiam Gallis , Galathis & Celtis contributi fuerint, vti latè deducit Franc. Iren. lib. ſupradicto cap. 12. maximè cum ex eiuſdem lib. 2. cap. 4. conſtet Germanos (vel Caſ. teſte lib. 6.) Solem coluiſſe, immo Munſterus in Chronogr. Auguſtæ Vindelicorum qui Noricis vicini erant, colluum fuiſſe ſcribit olim Apollinem Cranium; quidni etiam* Belenum.

382. Belenus.] *Antea exc.* Tibelenus, *quod Rhen. ad marg. confirmare videtur ſua Lectt. his verbis :* Tibelenus *Noricorum Deus der Teuffel , & totidem penè verbis repetit Althamerus Comm. in Taciti Germ. comment. Memorat, inquit, Tertullianus in Apologeticis aduerſus gentes Noricos* Tibelenũ *Deum coluiſſe, id eſt, den Teufel. Verũ , donec certius quid Germani de ſuo illo Teufel ſiue diabolo adtulerint, magis placet lectio Pithœi à Fr. Balduino etiam ſuis litteris ad me comprobata, vti legatur* Belenus, *præſertim cum duo MS. Belgici & vnus Vatic. & Puteani legant:* Nori cibelenus, *aut potius ſi dictionem vti oportet diſtinguamus* Norici Belenus. *Certè ex Auſonio ſatis ſuperque didicimus (inquit ille) Apollinem* Belenum, *eius vero miniſtros: ſiue ſacerdotes: Pateras diſtos. Verſus Auſonij his ſunt:*

Tu Baiocaſſi ſtirpe Druidarum ſatus.
Si fama non fallit fidem
Beleni ſacratum ducis è templo genus. *& alibi,*
Nec reticebo ſenem nomine Phœbicium
Qui *Belenę* ædituus, Stirpe ſatus Druidum
Gentis Aremoricæ.

Dictum autẽ exiſtimat Belenum *à iactu ſiue emiſſione radiorum*

vnde Apollinis quoque nomen, deducti à Platone scripsit: certè apud quosdam Poetas Sagittipotens eadem ratione dicitur. Scaliger Lect. Ausonian. lib. 1. addit. de Beleno *etiam mentionem fieri apud Herodianum quem βελίν vocat, vnde & Galli herbam quasagittas inungebant* Belenium *vocabant. Apud eundem quoque sit mentio Abcilonis Lucanorum Dei.*

383. Africæ Cœlestis.] *Etiam hanc emendationem partim Turnebo Adu. lib. 22. cap. 24. partim Puteo vbi supra, acceptâ debeo, proeo quod irreperat.* Cœlestius *Quo similiter censet castigandâ, Vulpiani fragmentum, & Capitolinum, & infra ipsum quoque Tertullianum lib. de Virg. vel. tom. 2. & Exhort. ad Cast. tom. 5. vbi* Ceteris Africanæ *sit meutio. Testimoniis eandem comprobans Spartianus in 30. Tyran. de Celso ab Afris imperatore appellato peplo* Dex Cœlestis *ornato, & Amm. Marcell. lib. 22.* de Dex Cœlestis *argentea bremsi figmento, & Apuleio Florid. lib. 4. Quæ autem Dea hoc nomine nuncupata fuerit nondum satis constat, Turnebus* Vraniam *intelligit, Vbi alibi tres Brixenses Cat. habet* fortunam cœli *quam iudæi* Cœli regnum *vocabant. Magis placet, vt aut Ceres intelligatur simodo rectà sit Puteo coniectura de locis dictis Tertull. aut Venus quam Mitram Persæ nuncupant iuxta D. Ambros. contra Symmachum & Herodotum loco per Nannium citato; aut peculiaris Dea aliqs ignota, eo quod cap. praced.* virgo Cœlestis pluuiarum politricatrix *nuncupetur. Rectè proinde meo iudicio etiam Salusianum de Provid. Dei cap. 8. sic castigandum ex MS. adnotauit ille, vt legatur: Habent quippe intra muros patrios interstinum scelus cœlestem illam scilicet Afrorum dæmonem dicæ; cui ideo reor veteres Pagani tam speciosæ appellationis titulum dederunt, vt quia in ea non erat numen, vel nomẽ aliquod esset. Et paulopost. Quis non eorũ qui Christiani appellantur cœlestẽ illam aut post Christum adoauit, aut quod peius est multo antequam Christum? Videtur itaque cultus humi Deæ etiam ad Saluiani vsque tempora ex Africa nondum exterminatus; Nam & apud D. Auguſt. compers huius Deæ mẽtionem fieri lib. 2. de ciuit. Dei. cap. 4. vbi de ludis turpissimis scenicis agit, qui* Cœlesti virgini *exhibebantur.*

384. Mauritaniæ Reguli fui.] *Eodem modo dixit D. Cyprianus li. de Idol. vanit. Mauri verò manifestè Reges suos colunt. Atqui ex MS. omnibus ego paulopost; Romanos Deos* earum quia *pro:* dominos *; & :* qui.

385. Cruſtuminienſium Beluentinus.] *MS. omnes:* Casianensium *seu:* casianensium, Deluentinus *aut:* Dementinus, *permitte liberi lectionem Lectori, tum quod Deus illegnotus sit tum quod & Cruſtruminus ager veteris oppidi nomine & haud procul Roma* Cruſtumerium *in Latio apud Plinium reperiantur lib. 3. cap. 3. & istidem apud eundem lib. 5. cap. 1 Silium lib. 12. ac. Varr. de ling. Lat. lib. 6.* Casinum, Samnitum *qui à Sabinis orti, oppidum, (altem iuxta castigationem Scaligeri, cum antea legeretur* Cassinum. *Quia interim magis Roma vicinum* Cruſtuminum, *prorem retinuimus.*

386. Nitriensium Viridianus.] *Quod MS. quinque legunt* Visidianus *eodem recidit; eo quod antiqui Sabini S. pro R. efferrent, vti pluribus locis ex Varrone comprobare est. Atqui* Narnia *eorundem Sabinorum olim, nunc Vmbriæ oppidum, collocatur à Ptolom. ad Europ. Tab. 5. lib 2. Meminit & Strabo lib. 5. & Sol. lib. 8. ita dicta à Nar fluuio qui præterlabitur. Leodiensis cod. peculiariter legit:* Viridiana.

387. Asculanorum Arcanius.] *Placet hæc coniectura Turn. Adu. li. 17. cap. 24 pro* Æsculanorum; *eo quod* Asculũ *Apuleio oppidum Plutarcho notum sit clade Pyrrhi insigne, &* Barri Asculani *fiat mentio apud Cicer. de claris Orat. Maxime cum sic etiam legat Leodiensis cod. MS. Ab* Ancaria *vero dictum putat apud Lucilium eum qui* Ancarius *vocatur, vt de furioso loquatur, tanquam* Dea Ancaria *furore capto, aut quod magis placet ex familia* Ancaria *sacra MS. legunt constanter omnes:* Anchacia.

388. Volsinienſium Nersia.] *De* Volsinijs *supra aliquid diximus ad lib. de Pallio & infra cap. 40. Varie autem hæc Dea nuncupatur, in MS. Bel.* Nersia *, in Vat. cod. & Leodiensi* Nersia *, in vet. exc.* Narcia *, in Puteani;* Norcia.

389. Orciculanorum Valentia.] *Sic ex MS. Belgicis, Gallicis & Vat pro:* Orticulanorum *, seu :* Orticulanorum *quia Ptol. vbi supra in Vmbria* Ocriculum. *collocat. Hodie tamen vocatur:* Orticuli

390. Sutrinorum Nortia.] Sutrium *in Tuscia periisse scribit Ptol. aliq adhuc exstare volunt xxiij. mil. pass. Roma distans; certè apud Silium lib. 8.* Sutria *tecta leguntur, fortasses itaque melius legeretur:* Sutriorum *in Puteani est;* Norcia.

391. Falisforum in honore est pater Curis vnde accepit cognomen Iuno.] Falisc*os Seruius in 7. Aneid. Virg. populos facit Hetruriæ; memnit & Colonia* Falisc*a Plinius, & ferentiæ* Falisc*orum Ptolom. Hodie vocatur monte* fiascone. *Atqui* Curetin, *inquit Festus,* Iunonem *appellabant, & Curiales mensæsin quibus illi immolabatur; vti ipse quidem conijcit à Curi hasta Sabinorum, vnde & Romulus Quirinus dictus; sed potius iuxta Tertullianum à* Curi patre, *quem vt Deum colebant* Falisci. *in Puteani tamen libro est;* in honore patris Curis. & accepit cognomen Iuno. *Ceterum paulopost iterum ex vet. exc. cum MS. legimus:* Velimus aut nolimus. *in Puteans est;* velimus ac nolimus.

Cap. xxv.

392. Satis mihi quidem, &c.] *Caput hoc inscribitur tum in exc. vet. tum in MS.* De religiositate *seu* religione Romanorum. *Liber Puteans ponit caput xxuij* de religiositate Romanorum. *Expressior est hæc Vat. 1. inscripto:* Quod magna fuit præsumptio Romanorum, credentium ob religionem Deorum suorum mundi se imperium occupasse. *paulopost verò iterum addidimus vocem:* probatio *; ex MS.* Si ista merces.) *Liber Puteani,* Scilicet ista merces à Romanis deis pro gratia expensa est. Sterculus & Muthunus & Larentina prouexit imperium.

393. Sterculius.] *Et hic & cap. seqn. MS.* Sterculus, *eliqat Lector quod velet, sic enim etiam variant MS. Lact. cod. qui hinc locum iumsatur lib. 1. cap. 20.* Sterculius, *inquit, qui stercorandis agris primus rationem inuenit. Magis interim accedit ad priorem lectionem quod à D. Auguſt.* Stercutius *vocetur lib. 8. de ciuit. Dei. cap. 15. in hac verba: Pici patrem* Stercen *putat fuisse adfecuerant; à quo peritissimo agricola inuentum ferunt, vt simo animalium agris fœcundarentur quod ab eius nomine* Stercus *dictum est, vnde & hunc quidam* Stercutium *vocatum ferunt. Plin. lib. 17. cap. 9.* Stercutum *vocat faciens eundem Fauni filium. Ego vero puto, loci gratia à Tertull. & Lactant.* Sterculium *seu* Sterculum *nominari à* Stercore.

394 Et Mutinus.] *Ex variis lectionem hanc amplexus sum quam habet vet. exc. & Vat. 1. pro eo quod subſtituerat Zephyrus:* Mucunius, *tanquam à* Mucore *dictus, tum quod Lactantius loco. citato sic scribat:* Et Mutinus in cuius sinu pudendo nubentes præsident, vt illarum pudicitiã prior Deus delibasse videatur; *tum quod apud Festum legatur;* Mutini Titini *sacellum quod manserit ab vrbe condita ad Principatum Augusti, & adiecula eiusdem ad sextum & vigesimum vsque lapidem extra vrbem vbi mulieres togis pretextis velatæ illa sacrificebant. Nolo tamen improbare lectionem MS. Belgicorum, qui:* Mutunus *legunt; maxime cum Arnob: lib. 4. adu. gent duobus in locis scribat, ac D. quoque Aug. de ciuit. Dei lib. 4 cap. 11. quem ex dicto Feili loco sic restituendum puto: Ipse sit* Mutunus Tutunus *qui est apud. Graces Priapus.*

395. Et Larentina.] *Ita legunt MS. omnes pro eo quod exc.* Larentia, *vide latius supra cap. 12.*

396. Et patrium soliũ.] *Sic melius meo iudicio MS. 5. Bauonis quam alij; veteres solum; quia agit de imperio Romani concesso vt patet ex sequentibus, venit autem adnotanda vox Tertullianica* transfretanis.

397. Videris Cybele, &c.] *Satis hunc locũ explicat in Paraphrasi Zephyrus, restituimus autem ex MS.* vrbem Romanorum *pro:* Romam, & Achiuorum *pro eo quod irreperat,* Archiuorum; *maximè cum alter Vat. cod. legat:* Argiuorum.

398. Si ad eos vltra transire prosperit quos sciebat Græciam Phrygiæ debellatricem subacturos.] *Vat. 1. si adula-*

adulatores *excusſi ferè omnes*: adulteros: *& eos etiã interpretatur Zephyrus Paridem & Helenam*, ſed cum illa Græcia Phrygiæ debellatricem *non ſubegerint, magis placet hac Rhen. in 2. edit. ac Gagnæus lectio; vt intelligatur* Cybele *proſpexiſſe Æneæ aliorumque Phrygum ſex Troianorum tranſitum ad Romanos, quos ſcribat Græciam à qua prius debellati fuerant ſubacturos poſtmodum. Liber Puteanus habet*; ſi adultores tranſire proſpexit: quo ſciebat Græciam Phrygiæ debellatorem ſubacturos.

399. Itaque maieſtatis ſuæ in vrbem collatæ, &c.] *De* Cybele *& M. Aurelio (inquit Zephyrus) Herodianus accuratiſſimè meminit. Atqui de* Cybele *quidem latè tractat lib. 1. cuius & ſimulacri inuentum & Orgia apud Peſſinuntem, & tranſlationem Romanam* (*ad quem locum Lectorem compendij gratia remitto*) *& obitum M. Aurelij in Pannonia paucis proſequitur; verum* Oraculi *quod hic adfert Tertullianus nulla ibi mentio, falluntur idem Zephyrus cum Caracallam M. Aurelium nuncupat, vt etiam Latinius adnotauit. Onuphrius lib. 2. Faſtorum, quod hic Tertullianus, etiam à Dione narrari ſcribit, certò verò id compertum fuiſſe narrat Xyphilinus in Dionis Epitome, addens M. Aurelium medicorum fraude in gratiam Commodi præmptum. Quare etiam magis placet quod paulopoſt legendum cenſuit Rhen.* interempti, *quam quod legunt MS.* intercepti. *pro*, noſtræ ætati, *Liber Puteanus*: noſtra ætate.

400. Apud Sirmium.] Sirmium *in Pannonia inferiori collocatur à Ptolomæo*; *Latinius* Vennebonam *etiam dici adnotauit. libro Puteani* ſexmium *vocatur. Legimus autem cum MS.* die decimo ſexto Kalendarum Aprilium; *ac paulopoſt*: die nono, *quam veram lectionem patere eſſe vel ex eo quod in nonnullis etiam exc. legitur*: quo, *non*: qua, *in Puteani libro eſt*, ſexto decimo Kalend. Aprilium. *quomodo veteres loqui ſolitos in Conſortium annot. auct. Carrio.*

401. Archigallus ille ſanctiſſimus.] *εὐσεβεστάτος inquit Rhenan. Addens*, Archigallum *principem fuiſſe Gallorum ſiue exectorum ſacerdotum Cybeles, cuius etiam meminit lib. de Reſurr. infra To. 3. & Iulius Firmicus alicubi.* Gallos *autem dilectoſtradit Herodianus vbi ſupra, à Gallo fluuio, apud quem Orgia celebrabant eunuchi Dea ſacerdotes.*

402. Lacertos quoque caſtrando.] *De hoc ritu in hac verba Prudentius Periſtephanon. 10. in Rom. Antioch. ſub finem, vti ante me quoque adnotauit Latinius*:

Sunt ſacra, quando voſmet ipſi exſciditis,
Votiuus & cùm membra detruncat dolor,
Cultrum in Lacertos exerit fanaticus
Sectiſque matrem Brachijs placat Deum: *&c.*

quæ breuitatis gratia omitto. Marci iam intercunti.] *Puteani*; iam intercepti.

403. O ſomniculoſa diplomata.] *Oracula ipſa intelligit quibus nuntiabantur ſolita imperia; quæ etiam in ſcripturæ obſignatiſque codicillis nonnunquam dari ſolita, patet ex Macrob. lib. 1. Saturn. Conſulant, inquit, hunc Deum, & abſentes miſſu diplomatibus conſignatis; reſcribitque ordine ad ea, quæ conſultatione habita continentur. Niſi manus Auctorem loqui metaphoricè de demonum quaſi* diplomatibus *quibuſdam quibus obitus Imperatorum ſeriùs nunciabant. Omnino autem cum MS. & vet. ex legere oportet*: Deam talem; *pro eo quod irrepſit*: Deum, *cum de Cybele loquatur. pro*; næ Chriſtiani: *liber Puteani*; ne Chriſtiani.

404. Sed non ſtatim & Iupiter, &c.] *Vide ſupra cap. 10. Paraphraſin Zephyri & Adnot. noſtras tum ibi tum in D. Cypr. de Idol. vanit. num. 8. Politianum item Miſcel. cap. 31. Vbi citat ex Lactant. Euhemeri verba ab Ennio verſa in ſacra hiſt. item Sextum Empir. 4. lib. Pyrrh. ac Timonem Phliaſium, item Poëtam Callimachum, vnde prouerbium illud euſdem & Epimenidis ortum putat*: Cretenſes ſemper mendaces, *ob hanc de Ioue ſepulchro hiſtoriam ſeu vti illi exiſtimant mendacium. Atqui cum MS. Vat. 2. & Puteani*; *praterimittunt*: ſuis; *nam* faſces *Romani, dici non poſſunt* faſces Iouis, *& ipſidem à ſecutmus paulopost*: illum *an Puteani libro eſt*, faſcibus, *non* faſcibus.

405. Vellet Iuno Punicam vrbem, &c.] *Locum hunc in hac verba imitatur Lactant.*

Vidclicet nil tunc accidit Romanis

Fatis Iunonis iniquæ,

cum Annibal duos exercitus populi Romani & aſtu & virtute confecit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere, vbi arma eius & currus fuit, *aut Romanis nocere, quia:*

— Progeniem Troiano à ſanguine duci

Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.

Sunt autem etiam hic verſus Virgiliani aliquot ex Æneid. lib. 1. ſubinstitum, quos adeo diuerſo charactere excudi iuſſimus vt quiſcumque alios alibi, quod ſemel dixiſſe ſufficiat. Certè etiam Poëta cuiuſpiam hemiſtichium illud eſt:

Fato ſtat Iupiter ipſe.

Atqui de fato ſupra Latius cap. 1. num. 17. pro, genere, *liber Puteani*; genti. *Iterum autem repoſuimus*: Larentinæ; *pro*: Laretiæ. Plures Deos. *Liber Puteani ponit hic caput xxv.* de regno deorum.

406. Multò antequam iſti dij inciderentur.] *Aludit ad ſtatuas & ſimulacra deorum de quibus paulopost*: nondum tamen templis aut ſimulacris res diuina apud Romanos conſtabat. *Certè confirmatur hoc Tertulliani dictum, his Plinij verbis lib. 34. cap. 4. Rome, inquit, ſimulacrum ex ære ſtatium Ceterii primum reperio ex peculio Sp. Caſſij, quem Regnum affectantem pater ipſius interemerat. Et apertius ex Plutarcho in vita Numæ, qui dicit ex illius præcepto annis clxx. ab vrb. condit. nullam in templis Romanorum imaginem neque ſictam neque pictam fuiſſe conſpectam. Aludit hic etiam de templis D. Auguſt. lib. 3. de ciuit. Dei cap. 12. cum inquit: Nec hic ſacrum tamen Roma dignata eſt eſſe contenta, quæ tam multa illic Pompilius ſtatuerat, nam ipſius ſummum templum nondum habebat Iouis, Rex quippè Tarquinius ibi Capitolium fabricauit.*

407. ingenia Græcorum atque Tuſcorum.] *Fuiſſe* Tuſcos & Græcos *ingenes ſtatuarios ſatis conſtat. Certè* Græcos *picturæ, plaſticæ & ſtatuariæ artis inuentores recenſet latè Athenag. Orat. pro Chriſt. Saturn Samium, Cratonem Sycionium, Cleanthem Corinthium, Core Corinthium, Dædalum, Theodorum Mileſium, artifices præterea inſignes Endyum Dædali diſcipulum, Theodorum, Teleclem, Idiæum, Angelionem, Smilidem, Phidiam, & Praxitelem. Plures alios vide apud Plinium dicto lib. 34. & Lactant. l. b. 2. diuin. Inſtit.* Tuſca *quoque ſigna Plin. ibidem cap. 7. per terras diſperſa dicit, qua in Hetruria fabricata non ſit dubium. Paulopost ex MS. reſtituimus*: Atquin, *&*: de religioſitate; *pro*: ob religioſitatem. *in libro Puteani erat; de irreligioſitate, quam veram ſcripturam putat Carrio eo quod ſic concludat*: religionem autè lædendo creuerunt, aut crescendo læſerunt.

408. Ædem ſtragesmœnium & templorum.] *Exempla Dionyſij Tyranni & Antiochi Ziziceni videre eſt apud Clem. Alexandr. Adhort. ad gentes, eiuſdem, & Phalaridis, tum etiam Verris, in quem Cicero Orationem conſcripſit, apud Lactant. lib. 2. De eodem more latius D. Auguſt. lib. de ciuit. Dei cap. 2. 3. 4. 5. & 6. & nominatim de Romanorum cap. 5. ex Salluſtio, de Cæſare & Catilina.*

409. Captiuorum Deorum.] *De his ſupra aliquid adtigimus cap. 10. num. 133. Latius D. Auguſt. ibidem cap. 3.*

410. Quàm adulationes.] *Sic ex MS. Belgicis 2. pro*: adulationes; *tum quod Scaliger in Feſtum adnotauit ſic vbique legere MS. cod. eadem etiam ſignificatione, tum quod putem alio intellectus vocem hanc veterem Tertullianicam* adulationes *derivatam ab adolendo id eſt colendo: iuxta illud Virg. hemiſtichium de Dijs penatibus:*

Flammis adolere Penates.

Idque magis, eo quod præcedat adorari, *& mox ſequatur*: coluntur. *Certè illi duo MS. cod. vbique legunt*: adolari.

411. Quorum regna conflata ſunt in Romani Imperij ſummam.] *Prouinciales intelligit (inquit Rhen.) id eſt, Regnum Prouinciarum redactâ à Romanis, quæ reperire eſt in libro qui inſcribitur: Notitia Orientis & Occidentis.*

CAP. XXVI.

412. Videte igitur ne ille regna dispenſet.] *Caput hoc 26. inſcribitur plerumque in MS. & exc. omnibus* : De regno Dei, *diluculdie vero in altero Vat. cod.* Quod ſolus Deus, cuius eſt orbis terrarum, regna contulit. *Atqui eum primo additione legimus*: ille regna, *pro eo quod ſequitur*: illa *adiumtaxat. Liber Puteani*; illa regna. *Eleganter autem* ſeculum, corpus temporum *dixit*.

413. Sub quo fuit aliquando ſine ciuitatibus genus hominum.] *Quum ſic legant MS. omnes cum prioribus exc. non places quod elegantiæ gratia ſubſtitutum fuit* genus humanum. *Liber Puteanus habet*; gens hominum. *Fuiſſe vero illud* ſine ciuitatibus; *vel ex lib. Geneſ. cap. 4. manifeſtum eſt, vbi Cain primo legitur ciuitatem ædificaſſe quam de ſuo nomine Enoch appellauit* ; *ſicuti poſt Diluuium primus Aſſur Niniuem Geneſ. 10. Poſſeruerunt hic multo quibus aly id inuentum tribuunt, Cecrops teſte Plinio in Attica* ; *Phoroneus teſte Strabone & Homero apud Pelaſgos, & Aegyptij apud quos prima Diofpolis*.

414. Prior eſt quibuſdam Dijs ſuis ſilueſtris Roma.] *Omnino ſic lego cum MS. & vet. exc. pro eo quod ſequitur*: difcipulis ſuis. *Patet autem id vel ex Numa prima ſuperſtitionum curioſitate, de qua ſupra, qui D. Auguſt. teſte lib. 3. de ciuit. Dei cap.* 11. & 12. *cum vereretur ne Troians Dij Romanos iuuare poſſent, Sabinis ſuperatur & Samnitibus, etiam eorum Deos Romam introduxit, & poſt eum aly multo plures etiam exteros*.

415. Regnauerunt & Babylonij, &c.] *Iiſdem propè verbis hunc locum expreſſit Munutius in Octauio: Deo diſponſante diu regna tenuerunt Aſſyrij, Medi, Perſæ, Graeci etiam & Aegyptij; cum Pontifices & Aruales, & Salios, Veſtales & Augures non haberent. Hoc autem indicat floruiſſe omnia imperia illa, priuſquam Roma* Numa Pompilius *Rex ſecundum prater Deorum* 60. *ſacerdotes à Romulo inſtitutos, Curiones, flamines, tribunum celerum, augures, Virgines à. Veſtales, Salios Palatinos* 12. *Martis Gradiui, feciales cum patre patrato, Pontificem denique maximum ex patritijs inſtituerat. Quod quam verum ſit poterit Lector deprehendere tum ex Euſebij chronico & D. Auguſt. de ciuit. Dei lib.* 18. *tum Adnot. noſtris in D. Cyprian. lib. de Idol. vanit. num.* 39. & 40. *ac ſupra ad lib. de Pallio num.* 30. *Immò verò & Annæi Anet ante captam Troiam clariuſſe manifeſtum eſt. Liber Puteani* ; regnauerant.

416. Pontifices.] Pontifices, *dicti* (*inquit Varro de ling. Lat. lib.* 4. *vt Q. Scaeuola Pontifex Maximus dicebat, à poſſe & facere*; Pontifices, *ego à ponte arbitror: nam ab his ſublicium ponsfactus eſt primum & reſtitutus ſæpè, quod eo ſacra & vis & cis Tiberim ſtant. In quem locum vide Turnebi adnot. & latium Onuphrium in 5. lib. Faſt. de* Pontificatu Maximo.

417. Ante Quindecimuiros.] *D. Auguſt. lib. 6. de ciuit. Dei cap.* 4. *inter quadringinta & vnum Varronis Antiquitatum libros, enumerat tres qui ad homines pertineant, vt primus ſit de* Pontificibus, *ſecundus de Auguribus, tertius de* Quindecimuiris ſacrorum; *ad quos haud dubiè Tertullianus hic alludit. Super quo loco Viues*; *Quum libros* (*inquit*) *Sybillinos emiſſet Tarquinius Superbus, duos viros illis inſpiciendis præfecit, quiſoli eos adirent cum eſſet opus: dicitque ſunt* Duũ viri ſacrorum. *Poſt aucti numero ſacris* Decemuiri ſacrorum. *Lege* Sextilia Licinia *in contentione ordinum accepta duobus annis antequam Conſulatus plebi communicaretur; multo deinde poſt additis quinque, qui numerus poſtea manſit*.

418. Ante Salios.] Salij(*inquit vbi ſupra Varro*) à ſaliendo *dicti. quod facere in Comitio quotannis in ſacris & ſolent & debent. Super quo loco videatur Turnebi Adnotatio tum de Quinquatribus menſe Martio in fore vbi Comitium erat, tum de ipſorum veſtitu peculiari ex Dionyſio*.

419. Ante Lupercali.] Lupercci (*inquit eodem loco Varro*) *quod Lupercalibus in* Lupercali *atque nudi in honorem Panos ſacra faciãt. De quibus Adnot. ſunt Turnebus conſulendus dicit Lusium, Dionyſium, Plutarchum; eorúmque agminà in verbe purgandas plurasfuiſſe, quarum quidam Fabianis, aly Quintilianis, à Fabio & Quintilio præpoſitis fuiſſ, vocabantur. Ad Varronem verò in vtraque hac dictione alludit Virgil. 8. Æneid*.

Hic exultantes Salios, nudoſque Lupercos.

420. Ante virgines Veſtales.] *De* Veſtalibus, *ſic ſcribit lib.* 1. *ad vxorem Tertullianus infra T.* 2. Romæ quidem, *inquit*, quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auſpicia pœnæ cum ipſo dracone curantes, de virginitate cenſentur. *Nec abſimiliter D. Auguſt. ignis etiam templo Veſtæ ſuæ familiaribus non pepercit, vbi ex veluti vitam perpetuam diligentiſſimæ ſubſtitutæ ignibus, non tam honorate quam diurnata virginei donare cenſuerunt. Hinc & Tertull. 1. ad. Marcion. infra T.* 3. Veſtam in ignem figurans ; *quo accedit etiam illud Ouid. Nil aliud Veſtam quàm vinam intellige flammam*; & *Ciceronis eum vbru perennem* Veſtam *interpretatur lib.* 2. *de legib. Alioqui etiam* Veſta *dicebatur Deum mater, cui ſenis ille perpetuus dicatus erat, ignem vero hunc illius filium fabulabantur*.

421. Communium iſtarum diuinitatum.] *Vat.* 1. *legit*; omnium, *quo ſit vt accipiatem hic* communes diuinitates, *pro*: vniuerſas; *ſicuti Citero Orat. 4. in Verrem, communem Siciliam dixit, & Orat. in eandem* 3. *commune, pro*: vniuerſitate, *ſeu collegio*.

422. Cuius & Deum victimis, & templum donis & gentem fœderibus aliquandiu Romani honoraſtis.] *De* fœderibus Romanorum *cum Iudæagente videre eſt lib. Machab.* 1. *cap.* 8. *ac lib.* 2. *cap.* 11. *& Joſeph. Antiqu. lib.* 12. *cap.* 17. *ſub Iuda Machabæo. Item lib. Mach.* 1. *cap.* 12. *ac Joſeph. Antiqu. lib.* 13. *cap.* 8. *ſeu* 9. *ſub Ionathæ, & Machab.* 1. *cap.* 15. *ac Ioſeph. Antiqu. lib.* 13. *cap.* 12. *ſeu* 9. *ſub Simone illorum fratre. Rurſum apud eundem Ioſeph. Antiqu. lib.* 14. *cap.* 16. *ſeu* 17. *ac* 17. *ſeu* 19. *repertuntur Senatusconſulta Romanorum de amicitia Iudæorum ſub Iulio Cæſare, & Ioanne Hircano (quorum ſit mentio etiam lib.* 2. *aduerſ. Apionem*) *acbidem & cap.* 22. *ſeu* 20. *M. Antonij litteræ ad eundem Hircanum, ac litteræ P. Dolabellæ ad eundem. De vicißmis vero Romanorum aut donarijs templo Hieroſolymitano factis, quæ nihil hactenus reperire licuit, Lectori diligenti id inquirendum relinquo*.

CAP. XXVII.

423. Satis hæc aduerſus intentionem læſæ diuinitatis.] *Caput hoc* 27. *inſcribitur comeuuntur* : De ſpiritu dæmoniaco, *expreſſim verò in altero Vatic. cod. MS.* Quod dæmones incitent contra nos gentes; quia, licet Chriſtianis ſubijciantur, ſunt tamen ſerui contumaces. *Atqui MS. Belgici & Gallici hic & infra in tito cap.* 46. *legunt*: intentationem. *ſed placet aluũ lectio*: intentionem. *ac quod Quintiliane l.* 3. *c.* 11. *& Ciceronis lib.* 1. *de Inuent. vſurpetur vox*: Intentio, *pro oratione crimen alicui obijciente. pro*, quod non, *liber Puteani*; quo non. Igitur prouocati.] *liber Puteani ab his verbis incipit caput xxvij.* de ſpiritu Dæmoniaco.

424. Obſtruimus gradum pro fide conſcientiæ noſtræ.] *Sic iterum legimus cum vet. exc. & Vatic. 1. cod. MS. & altero Puteani: pro eo quod ſubſtitutum erat*: obſtruimus gradum perfidiæ. *De formula illa autem prouerbiali videat lector* Prolegomena.

425. Quam in primordio exorſi ſumus.] *Alludit ad* 1. *& 2. cap. huius Apolog. quibus latißimè Romanorum & iudicandi perperam ſit atem & faiuendi iniquitatem proſequitur*.

426. Et ciuſmodi ſpirituum.] *Reſtè ſic MS. pro eo quod excuſi*: ſpiritus; *item paulopoſt*: ſuccidunt, *cum priores exc. pro*: ſuccinunt. *Item liber Puteanus habet*: vt nequam & ſerui. *copula adiecta*.

427. Vice rebellantium ergaſtulorum.] Vice, *pro viciſſitudine*, ergaſtula *vero explicant quæ ſequuntur voces* carcerum & metallorum; *quæ rebellantia nuncupat, quod inuiti & vincti opus facere cogerentur*. certi impares, *libri omnes manuſcripti*; certi & impares.

428. Ingratis reſiſtimus,] Ingratis, *pro inuitis; nam ſic etiã Donatus interpretatur illud Terentij in Eunucho, Ingratus vt dormiam, quemadmodum Rhen. adnotauit ad lib. adu. Valentin. vbi eadem ſignificatione*: ingratis *aduerbialiter accipitur*.

CAP. XXVIII.

429. Quoniam autem facilè iniquum videtur, &c.] *Cap. hoc MS. Belgici & Gallici inscribunt* : De Genio Imperatoris; *Vat.*1. Quod gentes propriam religionem parvipendant, timentes magis Imperatorem quàm Iouem. *Veteres exe.non absimiliter* : Quod plus honoris Imperatoribus suis exhibeant quam Deis. *Etsi autem lattus tractetur hic titulus lesæ Augustioris maiestatis tam hoc tum sequ. usque ad* 38. *quam infra lib. ad Scapulam, Lectorem tamen illuc remittendum putatus in multis, ne hic sim prolixior: pro*, videtur, *Liber Puteani*; videretur.

430. Nam & alias diuinæ rei faciundæ libens animus indicitur.] *De phrasi illa tam ethnicorum quam Iudæorum & Christi ipsius, qua facere pro sacrificare accipitur*; *videat Lector Adnot. nostras in D. Cypr. epist.* 63. *ad Cæcil. num.* 44. *& Liturgica nostra Latinorum T.*1. *pag.* 23. 26. 27. *& 28. Neque vero est quod quis hunc locum detorqueat, pro libertate religionum, quam quidam hodie urgent*; *quia adsert hic aduersariorum sententiam, quam vero contrariam fatis indicat his verbis mitto Scripturam infra T.* 3. Ad officium hæreticos compelli, non illici, dignum est; duritia vincenda est, non suadenda, *vbi de hoc latius, paucula etiam videre est Adnot. nostris in D. Cypr. lib. de Exhort. Mart. num.* 27. *Porro*: indicitur *vet. lectionem ex MS. terum restitumus, pro*: inducitur, *&* : faciundæ *ex MS. legimus.*

431. Ianus iratus ex qua velit fronte.] *Nam bifrons pingebatur, inquit Rhen. vide Adnot. nostras in D. Cypr. de Idol. vanit. num.* 10. 13. *&* 14.

432. Formati estis] *Etiam hoc ex MS. reposuimus, pro eo quod Zephyrus tanquam elegantius* : Informati. *nam illud etiam adhi Tertull. vsitatum est eadem significatione.*

433. Quam de Olympo Iouem.] *De* Ioue *&* Olympo, *sic Lact. lib.* 1. *instit. diuin. cap.* 11. *vbi Theſ.* & mons Olympus *figuram Poëtæ dedisse, vt* Iouem *decerent cœli regnum esse fortitum, quod* Olympus *ambiguum nomen est & montis & cœli. In* Olympo *autem Iouem habitasse docet historia eadem nempe Ennij sacra.*

434. repræsentanæ potestatis.] *Magis placet hæc Vat. cod. lectio quam vulgata & aliorum omnium manuscriptorum*: præsentanæ; *vt significet eam potestatem magis timeri, quæ se coram repræsentat. Paulopost vero pontior comparatium, potior, cum datiuo*; *quemadmodum, iuxta quod Rhen. adnotat, Plinius alicubi dicit*: inferius *nulli. Ex MS. vero restitumus*: deprehendimini; & humano dominio.

CAP. XXIX.

435. Conſter igitur prius, &c.] *MS. Belgici, Gallici & Vat.*1. *cum vet. ext. sic inscribunt hoc cap.* 29. An possint prodesse idola; *apertius vero aliter Vat. cod.* Dij nec Cæsarem nec alium iuuare possunt, quare merito Cæsar magis honorandus quàm illi. *pro*, impertiri, *liber Puteani*; immpertire.

436. Et ita nos crimini maiestatis addicite.] *Cum Rhen. ex MS. terum legimus* : maiestatis, *& paulopost* : in conscientia vestra; *ac deinceps ex Vat.* 1. excubijs suis. *Item ex MS. omnibus*: facit & ad causam si & propitium, cum illis. *Et post aliquot lineas cum Rhen.* Sed vos irreligiosi: *ac*, possunt imperrare. Ideo ergo.] *Liber Puteani hic ponit caput xxx. de potestate Imperatorum.*

CAP. XXX.

437. Nos enim pro salute Imperatorum, &c.] *MS. inscribunt cap. hoc* 30. de potestate Imperatorum, *sed placet exc. vet. inscriptio* : Imperatores à Deo esse, quorum salutem Christiani à Deo vero supplices petant qui eam dare est solitus.

438. Deum verum, Deum viuum.] *Cum MS. expunximus*: &; *intermedium, eo quod accedat illud magis ad communes Ecclesiæ Orationes & Exorcismos.*

439. Sciunt, qua homines, quis & animam.] *Nempe dederat, atque ita hunc locum restituimus ex MS. pro*: quis homines quis & animas; *& ex ijsdem* : sentiunt eum esse Deum solum. *Item ex MS. & vet. ext. paulopost*: super omnes Deos. Quidni ? cum super omnes homines; qui vtique viuunt & mortuis antistant. Recogitant. *Atqui* antistare *(inquit Rhen.) pro*: præcellere, *sicuti etiam lib. de Virg. vel. infra T.* 2. *& alibi sæpius. Additimus autem ex MS.* sui, *& deinceps, quod vet. exc. habebant* : cœlo mittat excubias, cœlo vectigalia imponat. *Et postea legimus* : cuius & cœlum est; *ac*: vnde est & homo.

440. Illuc suspicientes Christiani manibus expansis, &c.] *Locus insignis aduersus contemptores ceremoniarum Ecclesiasticarum in Oratione, cum quadam earumdem explicatione, quod oremus expansis manibus, nudo capite, & de pectore, de quibus mitto latius lib. de Orat. T.* 2. *Paulopost autem reposuimus ex MS.* scio, pro: sciam; *& addidi ex MS. quod habebant etiam vet. exc.* qui propter disciplinam cius occidor.

441. Qui ei offero opimam & maiorem hostiam, &c.] *Cum locum hunc detorqueant Magdeburgenses aduersus sacrificium altaris, requirebat de eo tractatum latiorem*; *sed remittimus Lectorem ad lib. ad Scapulam infra, quem etiam pericram pro se allegant*; *quippe qui nominatim vocem sacrificamus ibidem vetatur.*

442. Non grana thuris vnius assis, Arabicæ arboris lacrymas, &c.] *Etiam hic veterem lectionem secuti secundum MS. omissimus*: non *intermedium*; *cum* grana thuris *sint* Arabicæ arboris lacrymæ. *Sicenim Plinius lib.* 12. *cap.* 14. Thura *prater* Arabiam *nullis, ac ne Arabiæ quidem vniuersa ac paulopost: Regio eorum thurifera Saba appellatur. Attinguni & Minæi pagus aliut, qui primi commercium thuris factuni maximeque exercent. Nec præterea Arabum alij thuris arborem vident, & cetera quæ compendij gratia prætermittimus. Remittentes lectorem ad lib. Arnob.* 7. *adu. gentes, vbi latiss. deducit nouellam rem esse thuris vsum in sacrificio Deorum, neque Heroicis temporibus, neque Hetruriæ, Albinis, Romulo aut Numæ fuisse cognitum. Neque interim improbat hoc locus consuetudinem Ecclesiæ quæ thure vtitur, quia imprimis non adhibetur Diis fumigandis (vt infra loquitur cap.* 43.) *sed Christianis sepelendis profligatur, & si quando in Sacrificio Missæ adhibetur ex institutione Apostolica (vti constat ex Can. Apost.* 3. *seu* 4. *& Missa S. Iacobi ac Dionys. Areopag. Eccles. hierarch. cap.* 3.) *imprimis non eodem ritu incendituur nec eodem habitu (vt loquitur Tertullian. infra To.* 2. *lib. de Cor. milit.*) nec eodem apparatu quo agitur apud idola; *deinde thure non sacrificatur Deo, sed dumtaxat ad certam quandam significationem adhibetur*; *vt sicut incensum in aerem ita in cœlos oratio penetret, iuxta illud Psalmi*: Dirigatur ad te oratio mea *sicut incensum in conspectu tuo. Atqui* : assis, *quanti sit pretij latiss. Budæus lib. de* Asse.

443. Nec duas meri guttas.] *Simile est illud Arnobij lib.* 7. *adu. Gentes: & quæ grauior (inquit) iniuria contumelia, dijs poteſt, quàm si eos credas accepto mero propitios fieri, aut honorem existimes habitum hic magnum, si modo vini exigui rorem super vmidam secerus atque insillaueris pruinam? Atqui & verba in fundendo vino vsitata recenseris: Operæpretium est (inquit) etiam verba ipsa depromere, quibus cum vinum datur, vti ac supplicare consuetudo est* : Mactus hoc vino inferio esto. Inferio *inquit Trebatius verbum ea de causa additum, eadque ratione profertur, ne vinum omne omnino quod in cellu atque apotheca est conditum, ex quibus illud quod offundatur promptum est, esse sacrum incipiat, & ex vsibus eripiatur humanis. Quem ipsum pluribus arridet morem immò ipsum meri vsum, tum ante tu poſt ea verba, quæ poteſt ex illo petere diligens Lector, ne aqua prolixiores simus.*

444. Nec sanguinem reprobi hominis.] *MS. omnes*: reprobi bouis; *sed quia sequitur* : mortem oprantis, *quod in bouem non competit, magis placet illa lectio; maximè quum constet etiam sanguine humano Dijs sacrificatum fuisse, vti supra latius cap.* 9.

445. Vngulæ fodiant, &c.] *Diuersa tormentorum genera enumerat, vngulas, cruces, ignes, gladios, bestias*; *de quibus etiam latius lib. ad Scapulam & supra cap.* 12. *num.* 17.

CAP. XXXI.

446. Adulati nunc sumus Imperatori, &c.] *Cap. hoc 31. inscribitur* De oratione pro inimicis. *Legimus cum MS. cod. sicuti habebant vet. exc.* ad euadendam scilicet vim; *ac paulopost:* Scito, *pro:* Scitote, *quia praecedit:* putas, *seu vt MS. omnes legunt:* putaueris. *sed Puteau;* Scitote, *propter eam;* de qua dictum est, *numerorum variationem.*

447. Conuenimur in crimen.] *Phrasis inreconsultorum vti etiam ante me adnotauit Rhen.*

CAP. XXXII.

448. Sed etiam nominatim atque manifestè: Orate inquit.] *Cap. hoc 32. quod hic mentio praecedit, ad quam videtur, sic inscribitur in exc.* Quare etiam pro salute Romani Imperij Christiani orent, *at rectius in MS. Vat.* 1. Quod Christiani pro Imperatoribus precantur, dum orant sæculi clausulam retardari. *Qua vero idem hoc argumentum non modo infra cap. 39. sed & lib. ad Scapulam tractatur, eodem lectorem remittimus.* Est & alia.] *Puteanis hic incipit caput xxxij. Item pro* Imperio & potestate Imperatoris.

449. Ipsámque clausulam sæculi. &c. Romani imperij commeatu scimus retardari.] *Ita rursum ex MS. pro:* clausuram *De voce autem* Commeatus, *non modo Tertulliano sed & D. Cypriano vsitata, videat lector Adnot. nostras in epist. illum 34. num. 2. & 32. num. 38. & lib. de Mort. num. 32. Accipit autem hoc pro liberatione ab interitu sine* diuturnitate *vt mox loquitur sicut patet ex illis verbis lib. ad Scapulam:* pro Romano imperio quousque seculum stabit, tamdiu enim stabit, *sicuti & alibi* commeatum vitæ *dixit.*

450. per salutem eorum.] *Quemadmodum inuocatione Christianorum fuit interdictum* per genios Imperatorum deierare, *ita permissum iuramentum* per salutem eorum; *quod tamen ipsum à Regibus Francorum Christianis prohibitum legimus, adnotauit Rhen. tum hoc loco tum lib. ad Scapulam. Certe inter leges Francorum antiquas Chlodouæi, Childeberti, & Clotharij (quas MS. penes me habeo) cap. 6. sic legitur: Vt nullus praesumat per Vsiam Regis & filiorum eius iurare.*

451. Nescitis genios dæmonas dici & inde diminutiua voce dæmonia.] *Pulchra dæmonij à damone deductio. Repetit vero eandem sententiam lib. de Anima infra T. 3. praeterquam quod ibi peculiariter agat de hominis vnuscuiusque genio, id est, damone, de quo ibi latius. Haud absimiliter vero Latant. lib. 2. cap. 14. Hi spiritus contaminati ac perditi per omnem terram vagantur, & solatium perditionis suae perdendae hominibus operantur, itaque omnia insidijs, fraudibus, dolis, erroribus complent. Adhaerent enim singulis hominibus, & omnes hostiatim domos occupant, ac sibi geniorum nomen adsumunt, sic enim latino sermone dæmonas interpretantur. Quo magis reprobanda à Christianis illa Castalionis Bibliorum versio: qua angelos vbique genios transtulit.*

452. Ideoque & saluum volumus esse quod Deus voluit.] *Comma hoc integrum recens ex MS. S. Bauonis Puteani & Eluonensi codicibus adscitmus, alludit autem ad Iuramentum* per salutem Imperatorum.

453. Dæmonas id est genios adiurare confueuimus, &c. non deierare.] *Antithesis pulchra* inter adiurare, *&* deierare; de deieratione *latius lib. de Idol. infra T. 2. de* adiuratione *vero videat Lector Adnot. nostras in epist. 76. D. Cypr. nu. 54. & in lib. de vanit. Idol. nu. 35. & 36.*

CAP. XXXIII.

454. Sed quid ego amplius, &c.] *Rectè hoc. Cap. 33. in vet. exc. sic inscribitur,* Imperatorem hominem esse, nõ Deum. *Liber Puteanus ponit caput xxxiij.* etiam pro Imperatore. *Aliqui ex MS. legimus.* elegit; *pro:* elegerit *& repositi quod habebant etiam vet. exc.* eam qui potest præstare aut quod talis postulo.

455. Interest homini.] *Etiam hoc restituimus, pro eo quod tanquam elegantius subsituerat Zephyrus:* hominis; *nam phrasim illam Tertull. vsitatam adnotauit ante me Rhen. tum hic tum alibi, cum dat. nu.*

456. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru, &c.] *Facit hic locus ad intellectum eius quod habet Ilarius de Trinit. lib. 28. c. 4. (vti me fuis obseruat. monuit Latinus) vbi de curru triumphantium agit: Simile mediocria lingua vtsit exorata a tergo fortuna, gloriæ carnifex. In ipso enim imperatoru curru (inquit Onuphrius lib. 5. Fast. de* Triumpho *maximè ex Zonara) ponè triumphantem, quidam publicus minister id est (vt habet Isid. Etym. lib. 18. cap. 2.) carnifex, vehebatur, coronam auream gemmis distinctam super eius caput tenens, quæ à tergo sæpè illud insusurrabat:* Respice post te, hominem memento te; *ne illa felicitate elatus, humanæ conditionis obliuiscereturu. & reliqua vitæ cursum praeuideret, nec eo honore elatus superbiret. Recte autem* currum sublimissimum *nuncupat triumphi currulis, quia neque bellicis eras similis, neque eis quorsò in Circensibus vsus erat, sed instar turris rotundæ confectus, quem admodum ex antiquis nummis cognosci potest. Reliqua huc pertinentia videat studiosus Antiquitatum apud Onuphrium vbi supra, ex Dionys. lib. 5. in triumpho Poplicolæ, Plutarchus in vita Pauli Æmilij, Iosephus lib. 7. de Bello Iudaic. cap. 24. de triumpho Vespasiani & Titi: & dicto Ioanne Zonara hist. Tom. 2. de triumpho Camilli. Porrò legimus ex MS.* Et vtique hoc magis.

CAP. XXXIIII.

457. Augustus Imperij formator ne Dominum quidem dici se volebat,] *Cap. hoc 34. optimè in vet. exc. sic inscribitur:* Nec Dominum nisi more communi Imperatorem appellandum. *in Puteani vero;* de Augusto Imperatore. *Atqui idipsum de* Augusto *testatur Suetonius Octauij cap.* 53. Domini (inquis) *appellationem, vt maledictum & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante ex Ludos, pronuntiatum esset à Mimo:* O Dominum aquum & bonum, *& vniuersi quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent; statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die, grauissimo corripuit edicto,* Dominumque se posthac appellari *ne à liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est.*

458. Et hoc enim Dei est cognomen.] *Huc alludere videtur Oros. hist. lib. 6. cap.* 21. *cum inquit: Eodem tempore hic ad quem rerum omnium summa conceditur* Dominum *se hominum appellari passus non est, immo non audiuit, quo versi* Dominus *totius generis humani inter homines natus est. Paulopost autem repositimus:* Sed & gratius est nomen; *& ex Belgicis & Puteani MS.* Tanto autem abest; *& Vat. 1.* perniciosissima; *ac ex cod. MS. S. Bauonis:* Desine alium Deum colere vel credere. *in Puteani est elegantissimè;* non modo turpissima sed & perniciosa adulatione, *à qua etiam abest illud;* vel colere.

459. Maledictũ est, ante ἀποθέωσιν Deum Cæsarem nuncupare.] *De cauſsis allegendæ humanitatis in diuinitatem supra latè tractauit Auctor & impugnauit cap:* 11. Ἀποθέωσις *vero Latinè Rhen, interprete relatio erat inter Diuos siue in Deorum Catalogum; qua quibus ceremonijs apud Romanos fieri soleat, eleganter describit Herodianus princip. lib. 4. de Seuero Imperatore, narrans post plurimam sumptuosissimamque pompam è supremo tabernaculo turris in modum Phari ædificatæ, in campo Martio tanquam è fastigio quodam, simul cum subiecto igni aquilam dimitti solitam, quæ in cœlum crederetur ipsam Principis animam deferre, sicuti etiam latissimè describit Onuphrius Panu. Fast. libro 2. MS. autem omnes legunt:* nuncupari.

CAP. XXXV.

460. Properera igitur publici hostes, &c.] *Cap. hoc 35. inscribitur in MS. & vet. exc.* De solemnibus Cæsarum; *at placet magis 1. Vat. cod. MS.* Quod Christiani maiores & veriores honores exhibent Imperatoribus quàm Gentiles.

461. Sollemnia eorum.] Sollemnia Cæsarum *interpretatur Zephyrus Natales eorum & id genus alios sollemnes dies ad honorem ipsorum instututos; hic addere licet tum triumphos tum Vota publica suscepta, Decennalia, Vicennalia, Tricennalia, quæ passim in nummis veteribus & Fastis Consularibus*

ribus reperiuntur. Certe inter nummos veteres Huberti Goltzij nostri reperire est has inscriptiones una ex parte IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. I. II. III. IIII. V. VI. COSS. & ex altera: VOTA PVBLICA SVSCEPTA. ad quæ solemnia videtur alludere Auctor. Quin & illa intelligit Sollemnia, quæ fiebant (ut loquitur li. 2. ad Uxorem infra ſ. 2.) incipiente anno, incipiente mense.

462. Focos & thoros.] Vet. exc. ac Vat. MS. l. choros. sed illud magis placet, quia sequitur: vicatim epulari, & infra hoc eodem cap. cultisſimis & ſuperbiſſimis thoris forum ſibi diuidebant. Neque adeò reſte thotos interpretatur Zephyrus le-Hyſternia, in quibus epulabantur; quo etiam ſignificatu Auctor ſupra lib. de Pallio cap. 4. & infra cap. 47. ſuperbos Platonis thotos dixit.

463. Ciuitatem tabernæ habitu abolefacere.] Sic legimus cum vet. exc. & MS. cod. pro eo quod alij: oboleſcere, vt ſit vox compoſita ab abolere, pro abluere, quemadmodum vitatur Virgil. Georg. 4. hiſ verſibus:

—— Nec viſcera quiſquam.

Aut vndas abolere poteſt, aut vincere flamma. Paulopoſt autem item repoſummis malorum morum licentia, ex MS. & vet. exc.

464. Cur die læto non lauteis poſtes obumbramus, &c.] Similiter li. 2. ad Uxorem: Procedit de ianua lauteata & lucernata, vt de nouo conſiſtorio publicarum libidinum; & infra hoc ipſo cap. recentiſſimis & ramoſiſſ. laureis poſtes præſtruebant, ac elatiſſ. & clariſſ. lucernis veſtibula enubilabant; ac lib. de Idol. At nunc lucent tabernæ ac ianuæ noſtræ, plures iam ethnicotum fores ſine lucernis & laureis quàm Chriſtianorum. ac de Cor. militis: At enim Chriſtianus nec ianuam ſuam lauris infamabit. Die autem Natalis poſſimum accendebantur lucernæ, vti adnotat Scaliger in Feſtum. Lt de Lauro ſic ſcribit Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, tantùm Cæſarum Penitiſſimoque; quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Quare magis placet vet. exc. & MS. leſtis: obumbramus, quam Zephyri: adumbramus; ſicuti mox induere cum Rhen. quam: inducere. deinde Puteanus habet; vti hoſtes, adieſta una voce.

465. Fidem & veritatem veſtram.] Ironicè loquis reſtè admonuit Rhen.

466. Ipſos Quirites, ipſam vernaculam ſeptem collium plebem.] Romæi & Romam ipſam alloquitur. Quirites vere dici notat Varro lib. de ling. Lat. à Curetibus qui cum Tatio Rege in ſocietatem venerant, donati ciuitate. Idem ibidem lib. 4. Roma. (inquit) ſeptem montium demiſſior infimus locus, & lib 5. Dies Septimontium nonnunquam ab his ſeptem montibus, in quos ſita urbs eſt. De quo lactius lib. de Idol. vbi etiam Septimontium inter idolorum feſta Auctor enumerat. Teſtis & Tyberis: Puteani; Teſtis eſt Tybetis.

467. Et ſcholæ beſtiarum.] In quibus nempè beſtiarij (inquit Rhen.) cum pugnare diſcebant, tum alebantur. Eos ſuæ cædi ſpectantium oculos, exhibentibus aliquod munus Imperatoribus, oblectaturos; veriſimile eſt, propriam ſortem deplorantes à contuitu in ipſos Imperatores non abhinniſſe. Vide librum de Spectaculis cap. 16. num. 144.

468. Iam ſi pectoribus ad tranſlucendū quandā ſpeculare materiam.] Juxta (inquit idem Rhen.) Manus ſententiam. Alludit autem ad illud Luciani Dial. de hæreſ. vbi refert, Momum, prater alia, illud in homine opificio notaſſe, quod artifex non in peſtore feneſtras aut oſtiola quadam addidiſſet, quo perſpici poſſet quid in corde lateret; quod ille ſpeculum aliquis multiſque receſſibus ſimiliſum finxiſſet. Aliqui pro eo quod eſt; apparentnouiac nouiCæſaris ſcena, reſtius meo iudicio MS. appararent ſcenam, hoc eſt conuitia aliquot in ſcena proferrefolia. Liber tamen Putcani; cuius non præcordia inſculta apparent nouiac nouiCæſaris ſcenam congiario diuidundo præſidentes.

469. In congiario diuidundo præſidentis.] Sic ex MS. & vet. exc. pro: præſentis. Congiarium vero munus appellabatur, quod per Principes quaſi per congios, id eſt liberaliter diſtribuebatur. cuius diuiſi indicium in Nummis veteribus erat hæc inſcriptio: LIBERALITAS AVGG. vti patet ex ijs qui Seuero Imp. inſcribuntur Conſulatus I. II. III. IIII. V. & VI.

470. De noſtris annis tibi Iupiter augeat annos.] Vt ſibi carmen conſtet, ſic ex coniectura Hartiſij lego. Videtur id vſitatum fuiſſe in Fauſtis Imperatorum adclamationibus; cuius vero ſit Poëta, inquirat Lector curioſus. Legimus vero ex MS. & vet. exc. Chriſtianus tam enuntiare non nouit.

471. Depoſtulatores Chriſtianorum.] Depoſtulabat (inquit Rhen.) vulgus Chriſtianos ad ſupplicium, accitemendo: Chriſtianos ad leonem, vti patet infra cap. 40. & vls. & ex D. Cypr. epiſt. 15. & 55.

472. Planè ceteri ordines, &c.] Enim hic Ironiam eſſe reſtè admonuit Rhen. Enumerat autem ceteros ordines Romanorum Senatum, Equitet, milites, palatinos.

473. Vnde Caſſij & Nigri & Albini.] De his latius infra lib. ad Scapulam & in vita Auctoris. noſtra. Mutat autem numerum (inquit Rhen.) vemoſtatis cauſſa more ſuo.

474. Vnde qui inter duas lauros obſident Cæſarem.] Interpretatur hoc in ſua Paraphraſi Zephyrus de Pertinace imperatore ab irrumpentibus prætorianis occiſo, proſtribus ipſius palatij, inter iamitrtes illas lauros; quod confirmare videtur verbis huj paulopoſt ſequentibus: quam receſſiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes præſtruebant. Verum mihi id non ſatisfacit, eo quod illa verbis: inter duas lauros, locum quempiam vbris Romæ mihi videatur potius ſignificare. Certè Lauretum vbris Romæ vicum celebrat Plinius li. 15. cap. 30. & Varro de ling. Lat. Inde (inquit) Lauretum ab eo quod ibi ſepultus eſt T. Tatius Rex, qui à Lauretinibus interfectus eſt, ab ſilua laurea quod ibi excisa & adificatus vicus. Idque eo magis, quod de Pertinacis exequiis poſtea loqui videatur, vt mox dicemus, quóque in Martyrologijs legatur expreſſe verbis vndecima Auguſti: Romæ inter duas lauros natale S. Tyburtij Martyris. In Puteani eſt more antiquo; duas laurus.

475. Vnde qui faucibus cius exprimendis palæſtricam exercent.] Intelligit (vt reſtè adnotauit Rhenan.) Commodum Antoninum, cui inita ad occidendum eum coniuratione, Ælius Lutus præfectus (ſeu potius Alius Latus cubicularius & Electus præfectus) & Martia concubina primùm venenum dederunt; quod quum minus operaretur, per Narciſſum athletam cum quo exercere ſolebat, cum ſtrangulauerunt. Auctor Ælius Spartianus.

476. Vnde qui palatium armati irrumpunt.] Rhen. iſtud refert ad Plautianum, quem vita Seueri & filij eius Antonini Caſſarum inſidiatum conſtat ex Herodoti li. 3. Verum quod (vt mox dicemus) ex ſequentibus videatur liberiſte conſcriptus non vſque adeò dui poſt interfectum Albinum, fortaſſis etiam ante coniugium Antonini cum filia Plautiani, & Conſulatum illius ſecundum, non placet. Multò vero minus quod Zephyrus ad Didmitianum hoc refert; quia planè conſtat Auctorem de aliijs quàm hic quàm Stephanis & Parthenijs. Malim itaque de Pertinace hunc locum intelligi, quem conſtat tum ex Herodoti lib. 2. tum ex Spartiano, Dione & aliis, in foribus Palatij ſui ab armatis prætorianis militibus irrumpentibus interfectum.

477. Omnibus Stephanis & Parthenijs audaciores.] Hic alludit quidem ad Stephanum & Partheniumoppreſſores Cæſaris Domitiani ſecundum Suetonium, Spartianum, Sextum Aurelium & alios; ſed dum dicit hos illis audaciores, haudduhiè de aliis loquitur. In Puteani libro eſt; Tot Sigexijs & Parthenijs. Cetera quæ ſequuntur, repetuntur infra lib. ad Scapulam.

478. Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocij aut plauſores quotidie reuelantur.] Vel hinc profectò patet, ſcriptum hunc non multis annis poſt eadem Albini in prælio, quæ accidit ſecundum Faſtos emendatiores Goltzij noſtri. vti latius in vita Auctoris, quinto anno Imperij Seueri, Laterano & Ruffino Conſulibus. Scribit enim Herodianus Seuerū Albinū amicos vbi etiā, perquiſiret ſupplicio affeciſſe; ad quod videtur Auctor

adludere, cum dicit scelestarum pattium socios quotidie, *adhuc cum hæc scriberet,* reuelari.

479. Post vindemiam parricidarum racematio superstes, &c.] *Elegantissima (inquit Rhen.) translatio seu Metaphora; vepote qua ingnificat, quum Pertinacis Cæsaris & ipsius Severi necem consumarent: aut: quæ tamen falsissimæ auspicijs Natalem Imperij Severi concelebrarent: quos deprehensos scribit Herodianus ex arcanis quibusdam Epistolis, quas apud Albinum sepositas reperissent. Pro* enubilabant, *in Puteani est,* nebulabant. *Paulopost castigassima ex MS. omnibus:* nomen Principis in corde mutantes, *pro:* imitantes.

480. Qui Astrologos & aruspices, & augures & magos consulunt.] *De hoc omnibus latius infra T. 2. lib. de Idolol. & lib. de Anima, Tertull.*

Cap. xxxvi.

481. Si hæc ita sunt, vt hostes deprehendantur, &c.] *Cap. hoc 36. inscribitur optime in 1. Vat. Ms. cod. cui satis consentiunt vet. exc.* Quod Christiani tenentur diligere non solùm Imperatores, sed & omnes homines. *In Puteani;* de personarum omnium æqualitate. *Qua verò idem argumentum tractatur infra lib. ad Scapulam, paucis expediemus hoc & sequens capita.*

482. Romani negamur.] *Sic ex MS. & vet. exc. sicuti etiã ex MS.* & hostes esse, *ità:* Romani habebantur; *& ex vtrque:* fides Imperatoribus dedita *pro:* debita; *ac deinceps:* necesse habet exhiberi, *phrasi Tertullianea, de qua mox latius, & non ita multo post:* indifferentis benignitatis, *pro:* in differentiis, *denique ex MS.* Idem sumus, *pro:* idem, *Nam & supra illud Tertullianeum esse adnotauimus.*

Cap. xxxvii.

483. Si inimicos vt supra diximus.] *Adludit ad c. 31. Atqui cap. hoc 37. ferè sic inscribitur:* Ne malum contra malum, *sed apertius sapedictus Vat. MS. cod.* Quod ad Christianos spectat neminem lædere, quamquàm pro multitudine possent se vindicare.

484. Quem habemus odisse.] *Sic ex MS. quinque, pro* habebimus. *Eadem autem modo dixit li. adu. Valent. infra T. 3.* habés superuolare, *& D. Cypr. epist. 27.* referibere habeam. *Atque hæc Græcorum phrasi, vti adnotauit Pith. Adu. li. 2. c. 11.*) *exemplis aliis multis defendi potest. Hinc Vlpianus:* habere laborare, *Marcell.* habere operari. *Cicero denique lib. 2. ad Att. epist. 38. De Rep. nihil habeo ad te scribere, Accipitur autem* habeo *hoc significatu, pro possum vel debeo. Paulopost ex ipsdem MS. bis legimus:* Quotiens, *pro:* Quoties, *quia illud etiam alibi usurpat. Auctor; & ex MS. ac vet. exc.* præteritis vobis, *pro eo quod substituit Zephyrus:* præteritos à vobis.

485. Ipsis Bacchanalium furijs.] *Adludit ad descriptionem Bacchi. quem poëta (inquit B. Iust. Mart. lib. de Monarch.) furentem vocat. De* Bacchi *sacris quam turpia, quam furiis plena, videat Lector D. Aug. lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 21. & ibidem Adnotat. Vnus. Quid? quod ea de caussa sublata testetur Auctor Liberi sacra, supra cap. 6. Ju eo autem differebant* Bacchanalia *à Liberalibus, quod illa singulis mensibus, hæc vero non fierent nisi XVI. Kalend. Aprileis.*

486. De reuque sepulturæ tanquam de asylo quodam mortis.] *Locus insignis, aduersus nostræ tempestatis Donatistarum asseclas hæreticos, qui sepulta Christianorum, immò Regum corpora effoderunt; quum tamen* asylum mortis sepultura *recte à Tertulliano vocetur. Et certè grauissimæ pœnæ in sepulcrorum violatores, vel ab ipsis Ethnicis Imperatoribus iam olim statuta sunt.*

487. Si enim & hostes exertos.] *Ita ex MS. quatuor, ac si dicat hostes apertos, qua sequitur,* occultos, *pro eo quod alij:* exortes. *Nam vox* exertos *Tertulliano familarissima est. Pro,* vindices, *liber Puteani:* iudices.

488. Vis numerorum & copiarum.] *Intelligit (inquit Rhen.) de* numeris *militaribus. Eadem significatione Plin. epist. 8. lib. 3. an* numeros *referre dixit.*

489. Mauri & Marcomanni, & ipsi Parthi.] *Hos populos potissimum enumerat, quia retens à Severo victi, populo Romano nomen dederant, sicuti latius in vita Auctoris.*

490. Externi sumus & vestra omnia repleuimus.] *Externos vocat Christianos, quod ex iudæa primum sint orti, deinde adnotanda tam breui temporis spatio, tanta quam hic recenset Christianismi dilatatio. Liber Puteani,* Hesterni: *quod etiam contemnendum est: & pro* relinquimus: *idem* reliquimus.

491. Solius diuortij inuidia.] *Rhen. rationem adfert: quia, inquit nos reijcimus; sed verior interpretatio est, vt* diuortium *pro* secessione in aliquem; *vti sequitur,* remoti orbis locum, *accipiatur.*

492. Suffudisset vtique dominationem vestram.] *Restitue sic MS. quatuor pro:* damnationem; *& mox:* destitutione, *pro:* institutione. *Rhen. adnotat* suffudisset *capi pro:* pudefecisset. *Paulopost item castigauimus ex MS. Vat. I.* quasi mortuæ vrbis quæsissetis quibus in ea imperassetis. *Rursum paulopost ex MS. & vet. exc. addidimus:* penè omnes ciues Christianos habendo. *& deinceps ex MS.* potius quàm erroris humani. *Denique:* raperet, *pro:* eripiet, *secundum exc. vet.*

Cap. xxxviii.

493 Proinde nec paulò lenius inter licitas factiones.] *Cap. hoc 38. ferè inscribitur:* De cœtu, *sed apertius Vatic. illo cod. MS.* Quod Christianorum cœtus nullam potest prodi tionis generare suspicionem, *At qua factio & factiosus. (inquit Festus) initio honesta vocabula erant, vnde adhuc factiones listrionum & quadrigarum dicuntur; modò autem nomine factionis, sedute & arma vocantur. Hinc fit vt Auctor ad distinctionem* licitas factiones *dicat. Quare cum simpliciter initio seq. cap.* Christianæ factionis *meminit, ex persona aduersariorum loqui vel inde patet, quod in fine eiusdem ca. dicat:* non factio dicenda, sed curia. *& quod mox cap.*

40. factionum nomen *in malam partem accipit. Atqui pro:* lenius *vet. exc. & Vat. 1.* leuius; *sed illud placet. Paulopost ex MS. legimus:* ab omni. *& mox cum Rhen.* vnam omnium Remp. agnoscimus mundum. *pro:* ac modestia publica, *liber Puteani habet;* modestiæ publicæ.

494. Æquè spectaculis vestris, &c.] *De his habes librum integrum infra T. 2. ad quem Lectorem remittimus.*

495. Cum ipsis rebus de quibus transiguntur præterfumus.] *Cum ita ex cod. Gor. legeret Rhen. addendum esse:* præterfumus *verbum nouum sine nouæ compositum; mirum est vnde iterum irrepserit:* præterimus. *Additmus autem rursum ex MS. quod habebant exc.* dictu, visu, auditu: *& cum MS. legimus* obiectari nouisse nolumus, *& ex 1. Vat.* si fortè nostra non vestra.

496. Sed licuit Epicureis, &c.] *Pulcrè hunc locum ex Cicer. lib. 1. de Fin. explicat in Paraphrasi Zephyrus, vt pluribus non sit opus.*

Cap. xxxix.

497. Edam iam nunciṕse ego negotia Christianæ factionis, &c.] *Restitue cap. 39. ab omnibus penè inscribitur;* De disciplina Christianorum, *in quo haud dubiè non semel D. Iustinum Martyrem imitatur in fine Apol. 2. atque adeo, vti ex Liturgicis meis Latinorum satis patet, partim hic, partim lib. de Orat. Missam Africanam sicuti tum celebrabatur deferibit. Illud itaque Lectorem, ne hic prolixius simus, remittimus.*

498. Corpus sumus de conscientia religionis.] Corpus *(inquit Rhen.) pro Collegio vsurpat, sicuti & supra c. 29. cæculum corpus temporum fecit, & lib. de præscript. adu. haeres. T. 3. infra:* quibus incunabulis institutum est corpus. *Quo sit etiam, vt magis placeat quod habent MS.* disciplinæ vnitate, *quam quod alij:* veritate.

499. Coimus in cœtum, &c.] *Similiter ferè ante Tertullianum D. Iust. Martyr: Nos autem, inquit, credentem iam & nobis ascitum ad fratres qui dicuntur, eo adducimus vbi illi congregati sunt, ad communes preces & supplicationes, tum pro seipsis, tum pro illuminate & aliis vbique gentium omnibus animo*

anima intepto peragendae; vt digni idoneique simus, qui veritate agnita per opera etiam ipsa bona atque officiosa rerum administratores, & datorum nobis mandatorum custodes, inueniamur, atque vt salute salueamur sempiterna. Quae similia habet Arnob. adu. Gent. lib. 1. Et vero tam ab Apostolis vsitatum hunc coetum Christianorum patet, vel ex illo Apostoli 1. Cor. 11. Conuenientibus vobis in vnum & pluribus alijs: Act. Apost. ac veterum Patrum locis, quae videre est 1. Tom. nost. Liturgiam, vbi Missa Apostolorum late describitur; latius infra lib. de Orat. num. 1. & aliquid diximus Adnot. in Epist. 63. D. Cypriani. ad Caecil. num. 49.

500. Oramus etiam pro Imperatoribus, &c.] *Vide infra lib. ad Scapulam. ex quo conflatur omnino lectio Mss. & vet. exc.* pro statu saeculi; *quae ibi dicitur:* quamdiu saeculum stabit, imperium saluum fore; *& eodem pertinet illud:* pro mora finis, *vt idem velut quod supra dixit ca. 32.* dum clausulam saeculi praecanunt differri, Romanae diuturnitati fauemus. *De hoc infra latius. Alibi haud absimiliter lib. de Anima infra T. 2.* morum finis vitae cuiusque *dixit.*

501. Cogimur ad Diuinarum litterarum commemorationem.] *Sic iterum cum Rhen. & Mss. 1. ced. pro:* Coimus. *nam* cogere *etiam in vnum colligere est. Atqui quod* Diuinarum scripturarum commemoratio *intus sacrificij Christiani visitare fuerit, repetitur hic verbis infra T. 2. lib. 2. ad Vxorem, vbi* fomenta fidei de scripturarum interlectione; *& supra etiam adludebatur cap. 22. &* nunc etiam Lectionibus resonantibus. *& confirmatur tum ex verbis hisce D. Iustini: Et commentaria (inquit) Apostolorum aut scripta Prophetarum quoad tempus fert leguntur; tum ex nostris Liturg. Latin. T. 1. p. 72. & 73. 98. 118. 124. 126. 177. & 195. vbi in hanc rem ad frumentum testimonia, ex Can. Apost. 9. Sem. 10. Conssit. Apost. D. Clem. lib. 7. cap. 61. & 63. ac lib. 8. cap. 4. & 21. D. Iacobi Apostoli Liturg. Alumo de Diuin. offic. & Hrab. de Institut. cler. li. 1. c. 32. Dionys de Therapeutu; item ex D. Dionys. Areop. Eccles. Hierarch. c. 3. & 9. Hippol. Port. Orat. de Antichristo. D. Cypr. epist. 24. 33. & 34. D. Optat. adu. Parmen. li. 6. D. Ambros. epist. 33. ad Marcell. soror. Eodem & D. Aug. ac Maxim Fulgentio, Petro Chrysol. in mixtis sermonibus. His addantur Graecorum quique testimonia Dionysij Corinthij apud Euseb. lib. 4. Eccl. hist. cap. 23. & Niceph. lib. 4. ca. 8. Liturgiae denique SS. Basilij & Chrysostomi. Quum autem flacceficente prima illa fidelium deuotione Missa prolixior videretur, loco integri alicuius libri veteris ac nous Testamenti, caperunt dumtaxat quidam Lectiones Epistolarum & Euangeliorum in vsu esse, quas olim a D. Hieron. in librum, quem Comitem inscripsit, qui exstat 1. Tom. nostr. Liturgiam, missa D. Damasi collectas, in hunc vsque diem Ecclesia frequentat.*

502. Et Censura diuina, &c.] *Locus insignis aduersus contemptores Excommunicationis Ecclesiasticae a Christo institutae, & a primis Apostolorum temporibus vsitatae, de qua legat Lector Adnot. nostras in Epist. 38. D. Cypr. num. 10. ac epist. 62. ad Pomponium, num. 15. Fulcre autem eam circumlequitur Auctor, quod ea quis relegetur à communicatione orationis & conuentus & omnis sancti commercij; quibus verbis etiam Sacrificij Christiani peripharsis haudquaquam continetur, vt infra latius adu. Magd. lib. ad Scapulam.*

503. Praesident probati quique seniores, &c.] *Quandoquidem etiam ipsi Magdeburgenses hunc locum citent pro summa Episcoporum (non presbyterorum dumtaxat vti Zephyrus) auctoritate etiam excommunicandi, nolumus diutius immorari, praesertim cum late hanc materiam tractauerimus Adu. nostras in D. Cypr. ad epist. 55. nu. 8. & 29. ac ad epist. 72. nn. 13. & 15. D. Iust. nos Praepositos vocat.*

504. Etiam si quod arcae genus est, &c.] *Vererem hanc consuetudinem eleemosynae colligendae, etiam Apostolorum atate vsitatam, constat ex illo Apost. 1. Cor. 16. De collectis inquit, quae fiunt in sanctos, sicuti ordinaui Ecclesijs Galatae, ita & vos facite. Per vnam Sabbathi vnusquisque vestrum apud se ponat, reponendi quod et bene placuerit. Fierum autem cum vel. exc. & Ms. legimus:* congregatur, *item addidimus ex Ms. & si modo velit; quia haud absimiliter D. Iustinus vti supra, quem ad verbum fere imitatur. Ceterum, inquit, qui copositores sunt & volunt, pro arbitrio quisque suo quod vsum est contribuunt, & quod ita collegitur, apud Praepositum deponitur. Atque ille inde opitulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum aut aliam causam egent, quique in vinculis sunt; & peregre aduenientibus hospitibus; & vt simpliciter dicam, tui gentium ita omnium curator est. Atque pro:* oneraria summa, *Vatic. cod. Ms.* ordinaria. *Puteanus*, honoraria. *Item pro:* aetate quae domitis fenibus; *Ms. quinque*, iamque domestitis: *aes dicas domi mauere esse? hic quod adeo tanquam elegantiae retinendum duximus. Sicuti & paulo post cum Rhen. ex Ms. & vt pro* alteruter morti finr parati.

505. Sed & quod fratres nos vocamus, &c.] *Item hoc ex Ms. pro,* infamant, *liber Puteani;* infamiunt. *ac paulo post:* fratres autem etiam vestri sumus. *& cum vet. exc.* ad vnam lucem expauerint veritatis; *pro:* expraueruerunt. *& post aliquot lineas:* itaque quia, *ac deinceps:* in isto loco. *Porro* Fratrum *appellationem inter Christianos, tum ex Euangelio, tum ex Epistolis Paulinis aetam constat, cuius nominis Etymologiam pulcre & late Auctor hic explicat. Certe D. Iustinus vbi supra, & Athenag. Orat. pro Christianis, eius quoque mentionem faciunt, quorum ille tamen aliam rationem reddit. Quamobrem fit, inquit, vt pro aetatum gradu alios quidem filios & filias agno, camus, alios autem fratrum & sororum loco habeamus, cum autem aetate prouecti ordinis patrum matrimoque tribuamus honorem. Eodem pertinet quod habet Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. Fratres nos esse vtpote vnius Dei & vnius magistri, alicubi Plato dicere videatur hoc modo: Qui in eiusdem esse, omnino fratres essis. Minutius in Octauio proponit eandem Caecilij calumniam, sed & respondet ipsdem pene verbis quibus Tertullianus:* Fratres vocamur, *vt vnius Dei parentis homines, vt consortes fidei, vt fidei coheredes. Similes sunt hoc loci lib. de Cor. milit. cap. 1.* ceteris constantior fratribus; *ac:* inter tot fratres commilitones solus Christianus. *Item lib. 3. adu. Marc.* tunc fratris, dehinc apostatae.

506. Omnia indifferenta sunt inter nos, praeter vxores.] *Athenagoras haud absimiliter: In quibus fratrum, inquit, aut sororum nomine ne nominus, nihil nobis est, quam vt eorum ab omni iniuria & contumelia libera & interrupta permaneant corpora, prius & antiquius. At mox: Vxorem namque suam vnusquisque nostrum eam esse reputat, quam legibus nostris duxit, atque illam quidem ad prolificationis praescripsum. Loci elegantes, aduersus prom scuam Anabaptistarum querundam libidinem.*

507. Graeci Socratis.] Socratis *factum Zephyrus paucis explicat, Lactant. vero Instit. diuin. li. 3. cap. 21. & 22. hanc sententiam* Socratis *de vxorum communione etiam Platonis adscribit. sicuti etiam Theodor. lib. de Grac. affect. curat.*

508. Et Romani Catonis.] *Dissentire (inquit Zephyrus) videtur Auctor a Plutarcho, qui hoc de Vticensi, non de Censorio Catone refert. D. Augustin. est lib. de Fide & Oper. cap. 7. simpliciter id* Catoni *adscribat; lib. de bon coniug. c. 19. etiam* Catonem Romanum *vti Auctor vocat; Zephyrus factum ipsum narrat in Paraphrasi.*

509. Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam morituri.] *Posterius hoc membrum, recens ex 4. Mss. adiect. Diogenem vero sic lusisse in* Megarensium *voracitatem & luxum adnotauit Zephyrus; quod confirmatur ex illo Diogenis Laertij in vita Diogenis: Ad eum qui pretium parabat obsonia, inquit, Nate mihi haud longe aures eris.*

510. Sed stipulam quis in alieno oculo, &c.] *Vide Prolegomena inter Prouerbiales formulas.*

511. Tot tribubus & curijs, & decurijs ructantibus accesit aer.] *Elegans (si quis Rhen.) Hyperbole.* Curias *autem interpretatur Turneb. Aduersar. li. 22. c. 23.* Curiales, *quos cum rem diuinam facerent, hilarior operabatur, quorum epulas descri-*

bunt Dionysii li. 2. & Athenæus li. 5. Mihi magis placet, eo quod de tribubus quoque agat & decurijs, vt intelligantur Curiæ, *in quas 30. numero populum Romanum à Romulo distributum esse scribit Festus.*

512. Salijs cœnaturis, &c.] *De* Salijs *supra diximus cap. 10. & 26. quorum luxus ad quem hic alludat, proverbio occasionem dedit:* Saliares cœnæ *fiue* dapes.

513. Herculanaturn decimarum pollu&orum ſumptus.] *Ita ex coiectura Rhen. & Latinij, pro eo quod alij:* pollinctorum. *Loquitur enim (inquit ille) de diuitibus, qui decimam partem bonorum ſuorum* Herculi pollucebant *epulo votuo: cum lautitiam impenſarum arguit magnitudo. Iutabatur eares homines fortunatas reddere. Proinde L. Sylla, M. Craſſus, & L. Lucullus patrimonia ſua* polluxerunt. *Confirmat autem hanc lectionem Varro de ling. Lat. lib. 4. agens de* Decuma Herculis, Polluctum (*inquit iuxta caſtigationem Turneb*) *quod à porriciendo eſt factum; cumenim ex meretibus libamenta porrecta ſunt* Herculi *in ara, tum* polluctum *eſt. Ex apertum Plautus in Rudente: Vt* decumam *partem ex voto* Herculi polluceam.

514. Tabularij ſupputabunt.] *Etiam hoc ex Rhen. & Latini caſtigatione, pro:* Stabularij. *cum liber Puteam habeat expreſſe;* tabularij. *In huiuſmodi enim (inquit Rhen.) Herculanarum decimarum ſacrificio epulloque, ſupra quam dici poſſit lautè, maximis ſumptibus opus erat; quos* Tabularij, *id eſt, qui erant à* Tabulis *domeſticis, cuiuſque in diarium domini ſui referebant ad expenſi titulum* ſupputabantque. *Confirmatur ea à Latino tum ex illo Senecæ epiſt. 13. cuius patrimonium* Tabularios *laſſat, tum quod Arcad. D. demun. & Honor. & Theod. cod. lib. 8. cap. vnico. de* Tabularijs *holographis, id eſt cenſualibus ſcribas ſcribant. Item Theod. cod. lib. 12 tit. 6. cap. & lib. 10. tit. 24. cap. 1.*

515. Apaturijs Dionyſijs myſteriis Atticis.] Apaturia (*inquit Rhen.*) Dionyſij ſacra *quatuor diebus continuis durabant, quibus ſacrificabant & epulabantur Athenienſes publicè & priuatim: nomine deducto ab ἀ, τὴν, quod fraudem ſignificat, quam paſti ſunt Athenienſes à Bœotijs.*

516. Ad fumum cœnæ Serapicæ ſparteoli excitabuntur.] *Refert hoc Zephyrus ad* Serapidis *Ægyptiæ ſacra, quæ quanto, inquit, luxu frequententur, admonet vbi illa* Sparteolorum *& Fiſcellarum quæ vndique concurrunt. MS. omnes.* Sarapiacæ, *non malè, quia à Gracis, vti ex Suida patet,* Sarapis *dicebatur Ægyptiorum Deus, primò tamen dictus* Soropis. *Nominis autem huius (inquit D. Aug. li. 18. de ciuit. Dei c. 5.) cur Rex Argiuorum Apis poſt mortem non Apis, ſed* Serapis *appellatus ſit, facillimam rationem Varro reddidit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur, quod omnes iam σωρὸν vocant, σοροὺς dicitur Græci, & ibi eum venerari ſepultum cœperunt, priuſquam templum eius eſſet exſtructum; velut,* Soroſapis Sarapis primò, *deinde vna littera vis fieri aſſolet commutata,* Serapis *dicta eſt. Eodem verò pertinere puto quod* Sparteoli & Fiſcellæ *in arca formam hic ſacris frequentes in vſu eſſent; immò quantum ex hoc loco apparet, ipſis contrà dicentur, atque adeò fumum excitarent. Vide plura in Adnot. Lud. Viuis in eum D. Auguſt. librum.*

517. Cœna noſtra de nomine rationem ſui oſtendit, vocatur enim ἀγάπη.] *Legimus ex MS.* ſui, *pro:* ſuam. De Agape *autem pauperum videat Lector Adn. noſtras in D. Cypr. Teſtim. lib. 3. nu. 11. & infra in li. ad Mart. T. 2. Hoc vnum hic dicam, non dubiè ſignificare Tertullianum hoc loco* Cœnam *iſtam aliam fuiſſe (contra quam videntur ſentire Magdenburgenſes, & in lib. de Corona milit. Rhenan.) à ſacrificio quod initio huius capitis, & expreſſim lib. de Orat. infra T. 2. deſcribitur. In illo enim* cœtum *dicit* fieri ad orationem, ſacrarum litterarum commemorationem, exhortationes, caſtigationes, & cenſuram diuinam, ad communicationem denique orationis & omnis ſanctæ commercij. *Item li. 2. ad Vxor.* conuiuium Dominicum & ſacrificia nuncupat, vbi Chriſti inuocatio, vbi diuina benedictio. *Nec diſſimiliter li. de Cultu fœmin. lib. de Orat.* Stationem ad aram Dei in qua Dominus adoratur & ſacrificiorum orationes fiunt. *Item lib. 3. adu. Marc.* Gratiarum actiones, *ac li. 3.* Mundicias ſacrificiorum. *& lib. de Cor. milit. ſic deſcribit, quod in eo* Euchariſtia etiam antelucanis cætibus de manu præſidentium ſumatur: *Hanc vero* Cœnam *li. ad Mart.* Agapen fratrum *nuncupat, & hic* ceſtigerium inopum, conuiuium *dequein quo* editur quantum eſurientes capiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile, & ita ſaturantur, vt meminerint etiam per noctem adorandum Deum. *Qua vel ipſa poſtrema verba differentiam indicant; vt pote quod Deus in hac cœna; vti in ſacrificio tum nocturnis tum diurnis, non adoretur, ſed innocetur & laudetur dumtaxat. pro*, inopes quoque *liber Puteanus;* inopes quoſque.

518. Ordinem diſciplinæ de cauſſa æſtimate.] *Addidimus denuo ex MS. & vet. exc.* de cauſſa, *& :* admittit; *legimus cum Rhen. pro:* admittitur.

519. Poſt manualem aquam.] Manualem (*inquit Zephyrus*) *dixit, quæ manibus abluendis effundebatur, ad diſcrimen balnearum quibus ante cœnam vtebantur; qua forma* manualem *quoque obrdientiam Iureconſulti dicunt & manuarium argentum à Gellio ex eodem nomine derivatum.*

520. Prouocatur in medium Deo canere.] *Iſtud aut ad Lucernales orationes & Pſalmos ſeu matutinas hymnos ab Apoſtolis inſtitutos referri debet, quorum meminit Epiph. ſub finem lib. 3. adu. hæreſ. aut certè ad* antelucanos cœtus, *quorũ Auctor infra T. 2. ſub finem lib. de Vel. Virgin. & lib. de Cor. milit. & ſupra cap. 2. huius Apologetici memini, in quibus vel Plinio ſecundo teſte epiſt. 2. lib. 10. canebant Deo & Chriſto. Quod cum ille, & ipſe ethnicus ſcripſerit diſſertis verbis ad Traianum Imperatorem; iam ſæculo amplius ante Tertullianum, mera eſt calumnia Magdenburgenſium, dum aſſerunt hac tempeſtate Pſalmodiam primam inſtitutam, fortè (vti loquuntur) à Nepote Epiſcopo Ægyptio iuxta Euſeb. lib. 7. c. 22. Meminiſſe eos oportebat, (vt omittam interpretationem D. Chryſ. & Hilarij in illud Matt. 26. ac Marc. 14. de Chriſto: & hymno dicto Exijt foras) quid Euſeb. hiſt. li. 2. c. 16. de hymnis & canticis trimestri generis Therapeuticarum ex Philone deſcripſerit; quid de vdem li. 5. c. 28. ex libro adducat incerti Auctoris aduerſus Artemonem hæreticum de Pſalmis & canticis quæ ab initio à fidelibus conſcripta ſint. Qua plura deſiderat, conſulat Adn. noſtras in D. Cypr. Tractatu de Orat. Dom. n. 6. & Leiturgicæ noſtræ Latinorum T. 1. p. 70. 71. 72. 90. 93. 94. 95. 124. 126. 133. vbi reperiet eſt Veterum teſtimonia qua ante Tertullianum in Eccleſia floruerunt, media item ætatis p. 139. 141. 177. 179. 224. 237. 250. 251. 252. 258. 259. 260. 273. 274. & 275. idque non modo Romanorum Pontificum quos hac in re exceſſiſſe calumniantur Magdenburgenſes auctoritate, ſed vel maximè D. Hilarij in Galliis, ac D. Ambroſij apud Mediolanum; quò ex partibus Orientalibus Hymnorum & Pſalmorum cantum tranſlatum eſſe, ipſe D. Aug. Conf. lib. 9. c. 6. & 7. narrat. Recentiora ibidem reperiet etiam ſtudioſus Lector ne hic prolixiores ſimus. Gracorum item aliquot eadem de re exempla à nobis omiſſa indicaſſe ſufficiat; nempe D. Ignat. epiſt. 12. ad Romanos, D. Baſilij apud Ruffinum li. 2. hiſt. Eccl. c. 9. D. Athanaſij; tum in Apol. tum apud Socratem lib. 2. cap. 11. & Theod. li. 2. cap. 23. Publia & virginum Antiochenſium apud Theodor. lib. 3. c. 19. D. Chryſoſtomi apud Socratem lib. 6. cap. 8. Theodoſij imperat. apud Socratem li. 7. cap. 22. ac 23. & Niceph. lib. 14. cap. 46. Flauiani Antioch. apud eundem Niceph. lib. 18. cap. 51. ac Gennadij Conſtantinop. apud eundem lib. 15. cap. 23. Hu licet addere D. Gregorium Nazianzenum in fin. orat. ad ſactum Lunacr. & D. Baſilium epiſt. 63. ad clerum Neocæſ. & ipſas Leiturgias D. D. Iacobi, Baſilij, & Chryſoſtomi; in quibus expreſſa cantus fit mentio.*

521. Non eſt factio dicenda ſed curia.] Curia *paulo alia ſignificatione hic accipi videtur; quàm aut paulò prius vbi pro tribu, aut etiam ſupra lib. de Pallio, vbi pro loco in quo curiæ publicæ gerebant, accipitur; nempe pro Senatu; nam id quoque* Curiam *ſignificare adnotauit iam olim Cicero lib. 3. de Oratore.*

CAP. XL.

522. At ē contrario illis nomen factionis accommodandum, &c.] *Cap.40. hic rectius asspirantur MS.cod.quam exe. infra eo loce :* Et benè quod ſi quid aduerſi, &c. *quæ hic incipit Tractatus, quæ tam in exc. quam MS. intitulatur:* De aduerſis vrbium ; *quem titulum paulo magis expreſſit 1. Vat. cod.* Quod poſt Chriſti aduentum pauciores clades Deo parcente euenerint. *Quo in argumento (quod etiã tractat infra lib. ad Scapulam) ſecutus Tertullianum tum D. Cypr. lo. ad Demetr. (Arnob. initio li. 1. adu. gent. & tribus verbis Origen. Tract. 28. in Matth.) tum D. Aug. libris 20. de ciuit. Dei, & Oroſius hiſt. libro 7. nullo ſupplicio, ad ſuam quiſque atatem vſque. in Puteani libro hic eſt initium capitis* XL. *Etiam contra Ethnicam rationem. Atqui magis placet MS. quinque lectio :* factionis, *quam exeuſ.* factionum. *Ex iiſdem & vet. exe. legimus:* conclamant, *item:* Chriſtianos eſſe cauſſam. *etſi in Puteani eſt* in cauſſam.

523. Si cœlum ſtetit.] *Eodem modo (vti rectè adnotauit ſuus ad me miſſus Scholiſta Harriſius) dixit lib. de Iejun.* cum ſtupet cœlum. Stare itaque & ſtupere cœlum, *idem valere videntur, quod dicit paulo poſt Tertull.* ab imbribus æſtiua hiberna ſuſpendunt, & poſt pauci Or. *Cypr. apertim & planum extulit: Imbres & plumas ſereno longe ſuſpendunt.*

524. Tantos ad vnum!] *Dialyrtita (inquit Zephyrus) exclamatio tam admiratione pronunciandi, quàm dicat: Quæ veſtra mens eſt, vt vni lenis tanta Chriſtianorum multitudo obijciatur? temerarium dictum qui fieri poteri vi conficiantur ? proinde alia ratio vobis inuenuda, quæ odij tacitate depoſita, veſtræ melius tuiquitatis conſulat. in Puteani libro eſt*, adclamatur : Tantos ad vnum?

525. Hierapolim.] *MS. Belgici & Gallici* Hierannapean; *Vat.* 1. Hieramapeam, *alter:* Hieramiapæam. *Sed retinui :* Hierapolim, *eo quod iuxta Euſebij chronicon & Oroſ. lib. 7. cap. 7. tres vrbes Aſiæ anno Neronis 3. nempè* Hierapolis, *Laodicia & Coloſſe terræmotis concidere ; quamquam interim illud ſcrupulum moneat quod loqui videatur Auctor ſolum de cladibus quæ ante Tiberium & Chriſti aduentum contigere.*

526. Et Delon & Rhodon.] *Aliquando peſſum abiiſſe has inſulas & poſtea denuo alibi apparuiſſe, vel ex eius conſtat li. 2. cap. 88. & 89. in hac verba. Naſcuntur & alio modo terræ ac repente in aliquo mari emergunt, veluti paria ſetum fatuente natura, quæque hauſerat brauis alio loco reddente. Claræ sanpridem Inſulæ* Delos & Rhodos *memoriæ prodiuntur enatæ. Atqui de* Delo *idipſum teſtatur Ariſtoteles alicubi cum dixit ita dictam eo quod eum mer aſſet, ſubitò apparuerit.* De Rhodo *in hac verba ſcribit Oroſ. lib. 4. c. 13. & Paulus Diaconus hiſt. lib. 3. Anno, inquit, ab Vrbe condita D.* XVII. *magno terræmotu Caria & Rhodus inſulæ adeò conceſſe ſunt, vt labentibus vulgo cœtus ingens quoque ille colloſſus ruerit.*

527. Et Coon.] *Sic ex MS. Vat.* 2. *cod. pro eo quod ext.* Con; *& ceteri MS.* Cho. *nam teſte Euſ. in chron. anno Aug. Cæſarꝰ 38. in inſula* Coo *terræmotu plurima conciderunt.*

528. Memorat & Plato maiorem Aſiæ & Africæ terram Atlantico mari creptam.] *Similiter ſupra lib. de Pallio cap.* 2. &, (ſi ille non mendax) Æon in Atlantico, &c. Quæritur nunc. *Meminit etiam hu verbis Arnob. lib. 2. adu. Gent. Vtante (inquit) milia annorum decem, ab inſula quæ perhibetur Atlantitis Neptuni, ſitus Plato demonſtrat , magna erumperet vis hominum vt innumeras funditus deleret aiqui extirparet nationes, noſ ſummis cauſſa? Et Plinius nat. hiſt. lib. 2. cap. 92. In totum abſtulit mare terras, primum omnium, vbi Atlanticum mare eſt, ſi Platoni credimus, in medio ſpatio. Platonis verò in Timeo verba ſunt iſta ad Athenienſes. Traditur veſtra ciuitas reſtitiſſe olim innumeris hoſtium copijs, quæ eo Atlantico mari profectæ propè iam cunctam Europam Aſiámque obſederant. Tunc enim erat ſpetum illud columnarum Herculi nauigabile, habens in ore & quaſi veſtibulo eius inſulam Lybiæ ſimul & Aſiæ maiorem; per quam ad alias proximas inſulas patebat aditus , atque ex illis ad omnem continentem è conſpectu iacentem vero mari vtinam. Pelagus illud verum mare, terra quoque illa verè erat continenti. Verum poſthac ingenti terræ motu in quique vnum dies noctiſque illuuione facium eſt, vt terra debiſcens omnes illos veſtros belicoſos hominesabſorberet, & Atlantis inſula ſub vaſto gurgite mergeretur. Quamobrem innauigabile pelagus illud propter abſorptæ inſulæ limum relictum fuit. Hactenus ille. Eodem pertinet quod Ariſtoteles alicubi Oceanum Atlantitum nauigatum ineptum dicat , putans inſulam ſubmerſam mari vadoſi cauſſa dediſſe. Quam narrationem partim veram eſſe partim fabulam , ſicuti ipſa verba Platonis ſatis indicare videntur , noſtra ætate didicimus. Chriſtophorus enim Columbus anno Domini 492. 3. Non Auguſt. ex Hiſpanijs ſoluens , etſi in mari illo per ueterum aliquot tantam graminis vbertatem tlaſti occurrentem inueneris , vt tandem tota circumſepta, tanquam in pratis herbas virentibus nauigare videremur ; nullos tamen ſcopulos aut vada offendit , vt nulla videatur vnquam ſubmerſa fuiſſe illic inſula. Sed nunc illud grauiorem tandem ſuperans , poſt multa pericula, duram ſamem paſſus , non niſi* 11. *die in incognitum Orbem quem nouum vocant adpulſus eſt. Cum orbis cum immenſa ab vno ad alterum polum ſpatia necdum penitus ſint explorata , ſemper ſe noua aliqua regione prodente, patet ſalem illud, verum eſſe , quod de inſula Atlantica magnitudine non modo Plato ſed & poſt eum Auctor libri Mirabilium Auditionum qui perperam Ariſtoteli aſcribitur; ac Diodorus Siculus , memoriæ prodiderunt. Quorum prior eam longa multorum dierum nauigatione tandem à Carthaginenſibus inuentam tradit , Diodorus vero priſcis incognitam , à Phœnicibus primò inuentam. Tyrrhenos itaque fama tantæ regionis illectos Colonijam eo deducere moliri eſſe , verum Carthaginenſes obſtitiſſe , partim ne ſui eo tunes commigrarent , partim vt in irreparabili aliqua clade refugium haberent , in quo locorum ignorantia à potentiorum vi ſua tuerentur. Hæc paulò latius, ad nos ſeiu potuit antiqui ſed incogniti orbis notitiam mutarem; quæ interim pro natoris parte Hugoni Blotio in Orat. Quæſt. & t. Becano Orig. Antuerp. lib. 3. accepta referimus. Hispaniæ ſinus coniclluræ locus, potius crediderim diſcuſſum hunc nouum orbem à reliqua Europa, quàm inſulam fuiſſe intermedium. Porrò MS. legunt:* vel Africæ, *ſed cum conſtet nouum hunc orbem æqualem eſſe magnitudine & Aſiæ, & Africæ malus retinere: &c.*

529. Sed & marc Corinthium terræmotus ebibit.] *Plinius lib. 2. cap. 4. Videmus, inquit , hodie merſam Acarnaniam Ambracio ſinu Achaiam Corinthio. Et cap. 94. Helicen & Buram ſinus Corinthius abſtulit , quarum in alto veſtigia apparent. Quod etiam narrat Euſ. Olymp. 100. & Oroſ. lib. 3. cap. 3. qui terræmotus expreſſam mentionem facunt. An ad illum hic adludat Tertullianus neſcio, quippe qui potiui videtur de talitertæmotu loqui qui ipſum mare abſorbuit.*

530. Et vis vndarum Lucaniam Italiæ abſciſſam in Siciliæ nomen relegauit.] Sicilia *(inquit Plinius) lib. 3. cap. 8. quondam Brutio agro cohærens nox interfuſo mari auulſa* XII. *milium in longitudinem freto. Hinc autem dictam* Siciliam *quaſi Siciliam ideſt abſciſam, tum aliꝰ recentiores tum diſertus verbis indicat Suidas in voce* σικελία. Lucaniam *vero primi dictam vt Auctor adſerit vel hinc ſit verſimile, quod ſcribat Strabo lib. 6. Brutios à quibus* Sicilia *abſciſſa eſt,* Lucanorum *fuiſſe transfugas, & Iuſtinus hiſt. lib. 23. Lucanos Brutiorum auctores dicat.*

531. Cataclyſmus.] *Similiter Varro de re ruſtica libro 2.* κατακλισμὸν Ογγῆ *dixit pro diluuio quo tempore Ogygis contigit.*

532. Vel vt Plato putauit campeſtre ſolummodo.] *Eodem pertinet illud lib. de Pallio cap.* 2. Cupientes Platoni probare etiam ardua fluitaſſe. *Adludit etiam D. Auguſt. lib. 12. de ciuit. De cap. 11. cum dixit illos (Platonem interpretes Virgilium & Ariſtotelem intelligens) putaſſe alluuiones incendiaque terrarum toto prorſus orbe contingere. pro;* ac fines eius. *liber Puteani,* ad fines eius.

533. Olet adhuc incendio terra, &c.] *Simile eſt illud ſupra lib. de Pallio cap.* 2. Hactenus Sodoma & nulla, Go-

mortha & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit.

534. Et siqua illic arborum poma conantur.] *Ita recens legimus ex 2. Belgicis & Vat. 2. pro eo quod exc.* oriantur, *&* *Vat. alter* : cernantur ; *maxime cum etiam carmine de Sodoma* (*quod etsi in D. Cyprians edit. nostra exstat, Tertullianis tamen esse censetur*) *similiter loquatur in hac verba.*

Tota rogus regio est, hinc atro horrore fauillæ,
Hinc que situ cauo cineris incendia signant.
Semiperempta etiam siqua illic iugera ærtas
Autumni conantur opes, facilè optima quæque
Promittunt oculis, pira, persica, & omnia mala,
Donec carpantur; nam protinus indice tactum
Soluitur in cinerem, fit vana fauillaque pomum.

Desumpta sunt autem hæc ex Ioseph. de Bell. Iudaic. lib. 5. cap. 5. & repetuntur à D. Augustin. de ciuit. Dei lib. 21. cap. 8. Idem scribunt Iulius Solinus cap. 48. *Tacitus lib.* 8. *& Egesippus lib.* 4. Sed nec Tuscia iam tunc,] *addit Puteani* ; Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebantur.

535. Vulsinios de cœlo.] *Ita hanc cladem describit Iulius obsequens lib. de Prodig. C. Valerio & M. Herennio consulibus*, Vulsinij, *inquit, primaluce flamma cœlo emicare visa, cum in eum cosset os flammæ ferruginem ostendit, cælum visum descendere, cuius hiatu flammæ vertices apparuerunt. Eodem pertinet quod est & supra lib. de Pallio* : deusta Vulsinios ; *quod oppidum Tuscia fuisse notius est quàm vt pluribus sit opus.*

536. Pompeios de suo monte perfudit ignis.] *Sic ex MS. loco* : profudit. *Atqui* Pompeios *Campaniæ oppidum fuisse constat ex Pomponio Mela li. 2. quod quo tempore incendio sepultum reperiit, hactenus reperire non potui. Eodem pertinet illud lib. de Pallio supra* : erepta Pompeios.

537. Cum Annibal apud Cannas, &c.] *Late hanc describunt pugnam D. Augustin. lib. 3. de ciuit. Dei cap.* 19. *& Orosius lib. 4. hist. cap.* 16. *& post eum Paulus Diaconus. & in D. Augustin. Viues. Contigit ea clades anno ab Vrbe condita* v. xl. i. *Æmilio Paulo & P. Terentio Varrone Coss. apud* Cannas *Apulæ vicum* ; *& Annibal in testimonium victoriæ suæ tres* (*inquiunt illi*) *modios annulorum aureorum Carthaginem misit. Eodem pertinet quod Plinius lib. 39. promiscuum fuisse scribit annulorum vsum, secundo bello Punico* ; *nam alioqui* (*inquit*) *non potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem missa ab Annibale. Livius interim famam veriorem esse adfirmat de vnico modio Auctor noster ita hoc loco ambiguè loquitur, vt neutri contradicat sententiæ.*

538. Cum ipsum Capitolium Senones occuparunt.] *Etiam hanc cladem gentibus obiciunt D. Augustin. lib. 2. de ciuit. Dei cap.* 22. *& Orosius lib. 2. cap.* 19. *quorum ille in terram* Capitolium *quo minus caperetur ansores impediusse scribit* ; *hic obsidione conclusam quidem in monte* Capitolino *vnuersam reliquam nihilominus, sed mille librarum auri discessionis precium pactos Romanos. oportet itaque vt occupare hic accipiatur ab Auctore pro præuenire, siue non opinantem opprimere phrasi Plautina, qui dixit in Rudente* : occupas præloqui ; *quale est & illud Varronis Ephebo apud Nonium* : si Actæon occupasset, *& Curtius lib. 3. Cum Darium Regem* occupare *statuisset. Facit autem ad laudem Belgij quod Paulus Diaconus lib. 1. hanc recensens Romanam cladem* : Dehinc, *inquit, irruptio* Belgicorum, Gallorum *& incendium Vrbis sequitur* ; *ita explicans, ciuitates fuerint Galli illi Senones, qui duce Brenno Romam occuparint. Pro quo etiam facit, quod Suidas in voce* γαλάται, *nuncupet Senones Rheni accolas, sic & Plutarchus in vita Camilli allor Camilli illos Senones* Celtas *vocat.*

539. Et bene, &c.] *Hic Puteani ponit caput* xl i. de aduersis vrbium. *Siciterum ex MS. & prioribus exc. pro* : Est ; *ex quibus cum Rhenan. in Schol. etiam legimus* : in officiosa eius, quem, cum intelligeret ex parte ; non requisiuit ; *pro quod citra Zephyri editionem legebatur* : in officia eius quemcunque intelligeret. *Pro* : commentata est, *legunt quidam MS. codices* : commenta, *sed perinde est.*

540. Nocentiæ iudicem & exactorem, &c.] Nocentiæ *vocabulum* (*inquit Rhen.*) *usurpat etiam lib. 3. Adu. Marc.* Exactorem *puniterem nuncupat. Legimus vere cum MS.* omnibus vitijs & criminibus inoleuit, *pro eo quod erat*: omnibus se vitijs & ceremonijs inuoluit. *Et* : ceterum si requisissiet (*id enim desiderabatur*) sequeretur vt cognoscerer. *breuius & elegantius Puteani* : si requisissiet sequebatur vt cognosceret requisitum & recognitum obseruaret. *Notanda autem phrasis* : cuius ingrata, *pro* ; cui.

541. Cum ab imbribus æstiua, hyberna suspendunt, &c.] *Sic dicit hic* : æstiua hyberna (*inquit Rhen.*) *quemadmodum de Resurr. carn.* Verna & autumna. *Subauditur tempora.* Reuoluuntur, *inquit*, hyemes & æstates & verna, & autumna, cum suis viribus, moribus, & fructibus. *Sic & lib. de Spect. cap.* 9. vetno & autumno *neutro genere. Imitatur autem hunc locum D. Cypr. lib. ad Demetr. & de Mortalit. Cum eodem Rhen. iterum legimus* : cauponis & lupanaribus operati, *pro eo quod aliy* i caponis & lupanaribus operantibus. *Liber Puteani*, cauponijs & lupanaribus operantibus, *& supra* ; pransuri, *pro* pransi.

542. Aquilicia Ioui immolatis.] Aquilicia (*inquit Rhen.*) *dicta ab aquis eliciendis, quod fiebat in magna siccitate. Aquilices siue Aquileges serui andorum fontium antiquos, ab elicibus dictis, qui sunt capsa fontium & scaturigines. Seneca lib. 3. Nat. quæst. Sape colligitur, inquit, eorum modo, tenuis & dispersus liquor, qui ex multis in vnum locum confluit, sudorem aquileges vocant.* Nudipedalia *autem nuncupat, quod nudis pedibus imploretur in publicas supplicationibus pluuium inuocare populus. Alludens forsasan ad sacra* Nudipedalia *Iudæorum apud Ioseph. li. 2. de bello Iudaic. sed quæ in honorem Dei fiebant non idolorum, sicuti & apud Christianos nonnunquam in vsu sunt. Atqui pro* : inuidia cœlū tundimus, *adnotat esse in prima editione ad marginem alia lectio* : inedia ; *sed magis placet vulgata cum MS., consentiens forte aut ensis dictum* (*inquit Rhen.*) *vt illud de fuga in persecut.* Malo inuidiam ei facere per voluntatem ipsius pereundo, quàm bilem per meam euadēdo.

Cap. xli.

543. Vos igitur importuni, &c.] *Optima est hæc MS. Vatic. cod. inscriptio*: Quod merito Deus in genus humanum irasci debuit, cum spernatur, & statuæ adorentur. *Liber Puteani ponit caput xlij. Quod Deus spernitur & statuæ adorantur.*

544. Et indulgens & increpitans, &c.] *Vatic. cod. 2. & Puteani*, increpans, *elegas Lector quod volet. Ex ijsdem & aliis MS. & vet. exc. legimus mox*: quia æquitatem, *pro*: qui, *etsi liber Puteani habet*, quia hæc ita didicimus, *& vt* : vtramque, *pro*: vtrumque ; &, *pro*: etiam. Atquin, *pro* : Atqui ; veltris meritis, *pro*: veris. *Addidimus item denuo*: quoque ; *& restituimus*: prædicationum, *pro eo quod Zephyrus tanquam elegantius*: prædicationum, *ac* : Sin vero, *pro*: Si, in dolore, *pro* dolorem. *Item* que: quos separare deberent, *pro eo quod mendosissimè subsitutum erat*: quàm nos.

Cap. xlii.

545. Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, &c.] *Placet maximè excusorum veterum huius 42. cap. inscriptio*: Contra eos qui infructuosos discedunt Christianos; *maximè cum alia MS. in dem recidant inscriptiones. Iterum autem repositimus ex MS. quod habebant illi*: infructuosi in negotijs, *pro*: negotio.

546. Brachmanæ.] *Philosophorum Indorum qui* Brachmanæ *dicebantur, vitam & instituta describerunt Philostratus in vita Apollonij, Strabo in India descriptione, & Q. Curtius, aliique qui res gestas Alexandri Magni memoriæ prodiderunt. Quos licet Strabo in Vrbibus subinde versari scribat, in Syluis tamen permoltabant, vnde ylicolæ hic nuncupantur.*

547. Indorum Gymnosophistæ.] *Eorundem fit mentio infra T. 3. libro 1. adu. Marcionem. De ijsdem in hac verba C. Augustin. lib. 4. de ciuit. Dei cap. 16. Per opacas quoque Indiæ syl:tudi.*

studinis, cum quidem nudi philosophentur, unde Gymnosophistæ *nominantur, adhibent tamen genitalibus tegumenta quibus per cetera membrorum carent. Super quo loco satè de hu Lud. Vives concordes faciens Diodorum Siculum lib. 4. Philostratum loco citato, & D. Hieronymum epist. ad Paulinum, qui in Æthiopia* Gymnosophistas *repertos scribunt; & Plinium, Solinum, Strabonem, ac Porphyrium (quibus adjicere est nostrum hunc Auctorem & D. Augst.) qui in India illos collocant, quod origo quadrm illorum sit Indica, sed cum reliquis accolæ Indo fluminis in Æthiopiam postea commigrarint, ibique juxta Nilum sedibus positis eam quoque regionem Indeam nuncuparint.*

548. Stabulis.] Stabula, *pro diversoriis accipi, & hic & Luc. 11. ac apud D. Cypr. diximus in Admot. nostris ad epist. 67. nu. 14.*

549 Et militamus.] *Admotandum hic locum contra Erasmum, & Rhenanum ad lib. de Coron. milit. (ubi de hoc latius) qui omnem militiam illicitam Christianis contendunt.*

550. Saturnalibus.] Saturnalia *diebus quinque, aut septem iuxta alios, celebrabantur Decembri mense; quibus frequens lotio in usu fuisse videtur. Atqui:* calorem, *lege ex MS. Belgicis* Puteani *& 1. Vat. pro eo quod alij:* colorem.

551. Rigere & pallere post lauacrum mortuus possum.] *Interpretatur hoc Rhen. de more Christianorum qui lauantur defunctorum corpora, de quo aliquid etiam diximus Admot. nostris in D. Cyprianum.*

552. Non in publico Liberalibus discumbo, &c.] *Infra Tom. 2. lib. de Spect.* Liberalia *appellat ludos quosdam Scenicos; hic accipi videntur, pro die* Libero *sacro qui celebrabatur xvj. Kal Aprilis. De quibus vide Varronem lib. 5. de ling. Lat. & Festum. Atqui placet coniectura Latinij, ut legatur:* attamen vbi de copijs tuis cœno. *Imitatur autem hunc locum Minutius in fine Octauij. De* bestiarijs *vero satis dictum est supra cap. 9. nu. 127. Lege autem:* suprema cœnantibus, *secundum Vatic. 1. cod. stylo Tertullianico pro:* suprema. *Puteanus* sub primam.

553 Non emo capiti coronam, &c.] *Sic ex MS. & vet: exc, pro* capite; *& mox ex Vat. 2. & Puteani* coronam naribus nouimus *pro eo quod alij:* admouemus. *Reliqua quæ de* corona *hic asserri possent, differimus ad lib. de Cor. militi infra T. 2. scienti & de spectaculis ad eiusdem argumenti librum hoc vno addito, quod magis placet lectio MS.* Liberius de proprijs locis fumantur; *quam Rhenani:* fiuno. *Atqui de* Thuris *vsu vide supra Admot. nostras in cap. 30. nu. 442.*

554. Sciant Sabæi pluris & carioris suas merces sepeliendis Christianis profligari.] *Sic ex MS. & vet. exc. pro:* carius. *Atqui ritus si Mortuos aromatibus condendi, ab Ægyptijs per Patriarchum Ioseph Gen. 50. ad Judæos transijt, deinde à Christo adprobatus, qui id se futurum prædixit, hoc verbis: Bonum opus operata est in me. Mittens enim hoc vnguentum in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 11 Atque iam inde à Christianis obseruatus, maximè in sepeliendæ sanctorum viuorum corporibus.*

555. Deis vestris mendicantibus, &c.] *Ad intellectum huius faciunt quæ diximus supra cap. 13. nu. 195. Quibus adde quod habet Varro sub finem lib. 4. de ling. Lat. Dijs cum thesaurus asses dant, stipem dicunt, vbi pulchrè deducitur à stipando* stipem dici, *& latius in conciliuris Turnebi & Iosephi Scaligeri.*

556. Mendacio vestrarum professionum.] *De* Professionibus *mercium rectè hoc interpretatur Rhen. quæ fiebant apud Aedia, quorum etiam meminit Auctor initio lib. 5. adu. Marc. vbi latius ex eiusdem Adnotationibus.*

Cap xliii.

557. Planè confitebor qui conqueruntur, &c.] *Omnium optima hæc est huius cap. 43. inscriptio:* Qui de Christianis conquerantur. *Ex MS. vero legimus:* possint, *pro;* possunt: *&:* erunt *pro* sunt. *In Puteani est capitulo xliij. de lenocinijs.*

558. Perductores. *Intelligit Rhen. in Scholijs puellarum productores & stuprorum & adulteriorum conciliatores.*

559. Aquarioli.] *Lenonum familis (eodem interprete ex Festo) dicebantur* aquarij, *nomen adepti ab aqua petenda ad balneum necessaria. Hinc Lampridius de Commodo: Aquas, inquit, gessit, vt lenonum minister; hinc & illud Iuuenalis: Venisse conductus aquarius* Aquarioli *autem (vt adnotauit Turneb. Aduersar. lib. 14. c. 12.) per diminutionem, ad contemptum, tanquam omnium vilissimi dicuntur.*

560. Dispendium.] *Vatic. cod. 1.* dispendium quantos habetis. *liber* Puteanus *caput xlv. de exercismate. &*; quanti *pro:* quantos.

561. Qui iam de vobis dæmonia excutiant.] *Alludit ad Exorcismos Ecclesiasticos, de quibus in Admot. nostro ad epist. D. Cypr. ad Donatum, nu. 19. & latius ad epist. 76. ad Magnum nu. 55.*

Cap. xliiii.

562. At enim illud detrimentum, &c.] *Præ alijs placet etiam hic vet. exc. cod hæc inscripto:* Quantum incommodi Respub. patiatur ex morte innocentium Christianorum *liber* Puteani *ponit caput xl v. de cultoribus ethnicorum. Atqui:* impendi *& rogari, pro ijsdem, vtì sæpe alias, accipit Tertull. nempe pro:* occidi.

563. Qui sententijs elogia dispungitis.] *Vel ex hoc loco confirmatur nostra opinio supra cap. 1. quod* elogijs *legendum sit, non:* eulogijs *aut:* eclogijs.

564. quis manticularius ?] Manticulari *(vt adnotat Rhen.) scribit Festus Pompeius esse dolose agere, deducitum a mantinculis quæ peræ significent, quas quidam adscribant vt fur ne tur. Ergo* Manticularius *fur erit aut nebulo. Vide Ioseph. Scalig. in Festum.*

565. Aut lauantium prædo.] *Furem balneorum intelligit idem Rhen. eo quod ita loquatur Auctor lib. de fuga in persecut. infra. T. 5.* Inter tabernarios & fures balneorum & aleones, & leniones, *vbi additur à Rhen. huiusmodi furibus graviorem instigi pœnam legibus, cuius ipsius causam reddit Aristoteles in Problematibus.*

566. Nisi planè tantum Christianus.] *Ac si dicat, nisi inquantum Christianus, vtì rectè interpretatur in paraphrasi Zephyrus.*

Cap. xlv.

567. Nos ergo soli innocentes, &c.] *Optima hæc est vnius Vatic. cod. huius cap. 45. inscripto :* Quòd innocentia solum in Christianis reperiri poteft. *Puteani, caput xlvij. de innocentia Christianorum. Atqui pro:* dispensatore *legunt MS. Belgici & Vatic. 1. & Puteani* dispectore; *& quibus etiam repositum quod habebant vet. exc.* æstimatio, *pro:* existimatio *& paulopost ab* oculorum solitaria concupiscentia arcere, *ex MS. pro eo quod ex coniectura Rhen. legebatur:* ab oculis solitariam concupiscentiam. *Cum quo & 1. Vatic. cod. legimus deinde:* de diuina lege, vt antiquioris formæ, *pro:* antiquiore forma. *Quod tamen habent manuscripti.*

568. Diximus iam de Moysi ætate.] *Alludit ad ca. 19. supra: Repositumus autem ex MS.* Moysi, *pro* Mosis. *& partim ex Rhen. partim ex 2. Vat. cod. supleximus:* illas etsi cuadere homini contingat. *Reliqua satis explicat Zephyrus in paraphrasi.*

569. Sic & Epicurus omnè cruciatû, dolorémque depreciat.] *Hæc pertinet illud* Epicuri *Diog. Laërty li. 10. sub finem: Non moratur diutius in carne quod dolet, sed summus dolor minimum durat.* Depreciare *autem (inquit Zephyrus) pro negligere atque in nullo precio habere. Verbum nouum est; quod à Ciceronianis nostris non admitteretur. Similiter tamen dixit Auctor li. 4. adu. Marc. infra T. 3.* Et non erit iam depreciator operum creatoris.

570. Expro scientiæ plenitudine.] *MS. Belgici, Gallici & Vatic. 1.* & prospicientiæ; *verum quia hæ adhuc in eadem præsto:* pro, *ponitur, vulgata lectio placet magis. Vox autem* plenitudine (*vt adnotat Zephyrus*) *etsi plerisque doctioribus noua fuerit dáque videatur, non ea tamen forma est quæ à Plinio*

repudietur. Ille enim li. 6. Homo inquit, crescit in longitudinem ad annos vsque ter sextenos, tum deinde ad plenitudinem.

CAP. XLVI.

571. Constitimus vt opinor aduersus omnium criminum intentationem.] *Eiſ ab initio cap. precedentis ad finem vſque, & exc. vet. & MS. nullam amplius diſtinctionem capitum faciant, nos pro maiori intellectu, & vt Hyperbaton quoddam eſſe tur, in capita ſex vnicum caput diſſecimus; maximè cum (vti ex noſtris inſcriptionibus colligere non eſt difficile) variæ in iis materæ tractentur. Hæc tamen caput 46. hoc modo inſcribimus:* Quod Chriſtiani debeant licentia diſciplinæ Philoſophis adæquari, maximè cum illi veritatem integrè præſtent, quam hi Mimicè affectant. *Ex MS. autem Belgicis, Gallicis & 1. Vatic. legimus:* poſſimus, *pro:* poſſumus. *Imitatur autem Athenagoram Orat. pro Chriſt. Libri manuſcripti* intentationem, *pro,* intentionem. *quo etiam ſupra varia adnotauimus.*

572. Dum de bono ſectæ huius obducitur, &c.] Obduci *pro* connivei (*vt adnotat in Schol. Rhen.*) *ſæpiſſimè vſitur. Sic & infra T. 3. lib. de carn. Chriſti.* quum adulteratores eius obduxerto; & *de Reſurr. carn.* obducti dehinc de Deo carnis auctore. *Rurſum etiam hic:* ſecta *in bonam partem. Cum eodem ex MS. Belgicis & Puteani, iterum reposuimus:* vſui, *ac veecm Tertullianicum:* proinde; *ac addidimus:* nos.

573. Aut lucernas meridie vanas proferre?] *Alludit ad id quod ſupra dixit c. 35.* nec lucernis diem infringimus. *Vbi latius in Adnot. noſtris nu. 464.*

574. Quinimmo & Deos veſtros, &c.] Quinimmo, vtplurimum, intantum (*inquit Zephyrus*) *& alia id genus, ſunt qui dicant à ſacris noſtris Doctoribus in latinitatem incelcata parum eauté. quadoquidem in leſtionibus antiquorum euſmodi lectio, eiuſmodi dictiones occurrant, ſi modo Plinium auctor ijs videtur claſſicus. Ille igitur lib. 16.* Quinimmo *melior & copioſior fructu in plures diſſerſa ramos. Idem de oleo. Tribus botuatibus* vtplurimum *diſtat.* Intantum *vero, &* intotum, *&*: in integrum, *ita paſſim occurrunt, vt in re manifeſta veteret teſtibus non neceſſarijs, ſi Ciceronis & aliorum auctoritatem concitarem. Atqui quæ hic aſſert de contumelijs Philoſophorum in Deos, ſatis ſupra probauit cap. 14. Quod vero ait,* in Principes latrant, *videantur Plutarchus & Diogenes Laërtius, pro quo Vatic. 1. non malè legit:* Principes lacerant.

575. Socratis vox eſt: Si dæmonium permittat, &c.] *Vide ſupra Adnot. noſtras cap. 14. nu. 211. & c. 22. nu. 340. & ipſum Tertull. latiſſimè in itio libri de Anima, ac ibidem Adnot. noſtras. Atqui pro eo quod mox ſequitur* iodio ſtagrat veritas. *MS. Belgici & Puteani legunt* odium. *eligat Lector quod volet. Notat etiam Rhen. phraſim Tertullianicam, qua vſurpat* curare *& procurare cum dativo, ex verbis hiſce:* qui ſaluti ſuæ curant, *cum quo iterum legimus ex MS.* neque de diſciplina; *quorum quidam habent:* ſcientia, *pro:* conſcientia, *ſed iſtud placet.*

576. Quid enim Thales ille princeps Phyſicorum, &c.] Thales *Mileſius* princeps phyſicorum *vocatur, quod primus (iuxta Lact. lib. 3. cap. 14.) de natura rerum diſputaſſe traditur; & Creſi eum vixiſſe temporibus teſtatur Diog. Laërtius De voce autem:* commeatus; *alibi latius. Rhen. adnotat hic intelligi conceſſas dilationes.* Fruſtratus. *vero, magis placet, quàm quod habet MS. S. Bau.* fruſtratur. A Deo. *Puteani, in* Deum.

577. Licet Plato affirmet, factitatorem vniuerſitatis.] *Verba Platonis (quæ etiam vt Socratis apud D. Iuſtinum Mart. reverenſentur Orat. adgentil.) in Timæo hæc ſunt. Parentem & Opificem vniuerſorum neque inuenire facile, neque inuentum in vulgus promulgare tutum eſt, qua etiam videre eſt ſub nomine Platonis tum apud Ciceronem lib. de Vniverſo, tum apud Lact. lib. 1. Inſtitut. diuinar.*

578. Ceterum ſi de pudicitia prouocemus.] *Sic ex MS. pro:* prouocemur. *Atqui de ſententia in Socratem lata videantur Adnot. noſtra infra in Tom. 3. ad initium lib. de Anima.*

579. Noui & Phrynen meretricem Diogenis, &c.] Phrynem Diogeni *familiarem fuiſſe vel inde conſtat, quod Laërtius ſcribat aureum Venerem Delphis abijſſe oblatam ab eo inſcriptam: ex intemperantia Græcorum. Ex quo confirmatur illud Arnobij lib. 6. adu. Gentes:* Phryne *illa Theſpiaca cum in acumine ipſo eſſet pulcritudinis, exemplum fuiſſe perhibetur cunctarum Venerum.*

580. Audio & quendam Pſeuſippum de Platonis ſchola, &c.] Pſeuſippum *D. Auguſt. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 11 Platonis ſororis filium dicit: aliud interim eius mortis genus recenſet Laërtius.*

581. Democritus excæcando ſemetipſum, &c.] *Vt certum (inquit idem Laërtius) ſubtilius que ſecreta naturæ inquireret ſeipſum occæcauit.*

582. Diogenes ſuperbos Platonis thoros, &c.] *De hoc ſic idem Laërtius. Calcans aliquando Platonis ſtratum, dixit: Calco Platonu inane ſtudium; ad quem Plato: Quanto, inquit, ô Diogenes, ſaſtu tumes, dum ſuperbam te calcare putas.*

583. Ecce Pythagoras apud Thyrios, Zeno apud Priennenſes, &c.] *Sic ex MS. pro:* Thurios, *maxime cum Laërtio teſte Tyrrhenum fuiſſe tradat Ariſtoxenus; qui etiam addit, à Crotoniatis tyrannidis ſuſpicione in domo Milonis incenſum periſſe; quo pertinet etiam illud. D. Athenagora. Pythagoras vnà cum alijs 30. (vt legendum putat Langius) vinus igne vſtulatus eſt. Quod vero* Zeno (*ſeu vt MS. legunt:* Zenon) apud Priennenſes *tyrannidem affectarit, reperire hactenus non licuit. Apud Laërtium reperiuntur duo Zenones Philoſophi, Citticus & Eleates, de quorum iſto infra latius cap. 50. Erat autè* Prienne *Thebanorum colonia Laërtio teſte in Bione. Atqui pro:* Ædilitatem (*que vox Ciceroni etiam vſitata eſt, pro Ædilium magiſtratu*) legebant *vet. exc. & vnus Vatic.* ciuitatem.

584. Lycurgus ἀποκλεῖσθαι optauit.] *Eodem modo dixit lib. 1. adu. Marc. vt* ἀποκλεῖσθαι *probet te, & quod ſibi velit ſupra cap. 4. explicat Auctor hæ verba:* Nonne & ipſius Lycurgi leges à Lacedæmonijs emendatæ tantum auctori ſuo doloris inculſorunt, vt in feceſſu inedia de ſemetipſo iudicarit? *Alibi (vt adtigit etiã poſt. Rhen. Zephyrus)* ἀποκλεῖσθαι & ἀποκλεισμὸς *non ſolum de eo intelliguntur qui inedia, ſed & de eo qui laqueo vitam finit, maximè apud Suidam & Quintil. Inſtit. Orat. lib. 9. Atqui* quod Anaxagoras depoſitum hoſtibus denegauerit, *etiam apud Laërtium non inuenitur: an alibi neſcio.*

585. Ariſtoteles familiarem ſuum Hermiam, &c.] *Sic ex MS. & vet. exc. pro* Hermiam, *quia illud legitur apud Laërtium: vbi latius videre eſt, quomodo* Hermiam *Atarnenſium tyrannum Eunuchum prætextu familiaritatis interfecerit, cuius adeò poſtea accuſatus, ſeipſum acenito confecerit.*

586. Plato à Dionyſio ventris gratia venditatur.] *De* Platone vendito à Dionyſio *tyranno etiam videatur Laërtius, & Lact. lib 3. Diuin. inſtit. cap. 14.*

587. Ariſtippus in purpura.] *Etiam* Ariſtipi *purpuram & luxum celebrat Laërtius, & improperat quoque Tertull. ſupra lib. de Pallio cap. 4. ac Lact. Inſtit. diuin. lib. 3. cap. 15. de Lude ipſius ſcorto.*

588. Et Hippas, &c.] *MS. Belgici legunt:* Iethydias, *Vat. 1.* & Hidias, *alter* Ichtidias, *vti & Puteani. Verum illud ferunt, eo quod Ciceroni & Quintiliane notus fuerit* Hippias *Elæus Philoſophus; quorum tamen Cicero lib. 9. epiſt. ad Attic. 181.* Hippiæ *Poſiſtrati filio adſcribit armain patriam.*

589. Deſinunt tum Chriſtiani haberi penes nos.] *Ex MS. addidimus:* haberi; *& ex iiſdem* veritatis interpolator & integrator, *pro:* & expreſſor. *Puteani;* & integrator & expreſſor. *Atqui locum hunc imitatur D. Hieronym. dum Philoſophum vocat gloria animal & venale rumorum mancipium, epiſt. ad Pammach. de obitu Paulinæ, ac conſol. ad Iulian.*

CAP. XLVII.

590. Antiquo rom nibus veritas ni fallor, &c.] *Hoc caput*

put ita rei argumento inscribendum duximus : Quod nemo non Poëtarum & Sophistarum de diuinæ litteraturæ fonte potauerit. *Atqui hæc ex MS. supplementus vocem:* veritas. *imitatur autem Iust. Mart. Orat. ad Gentiles, ac Clem. Alexandr. 1. & 5. Stromatum. Auctorem vero similiter D. August. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 21. & Euseb. de prapar. Euang. unito lib. 11. & latissimè de Platone, toto lib. 12. ad verbum ferè Minutius in Octauio.*

591. Indeopinor à quibusdam quoque Philosophia cicta est, &c.] *De* Philosophia a Thebanis *seu* Thebæis, *vt habet MS. Spartiatis, & Argiuis* cicta *locus infigitur. Certè etiam Roma bis pulsi sunt cum Mathematicis Philoso hi (Euseb. teste in Chron.) a Domitiano Cæsare. Puteanus liber;* Thebæis, Spartiacis & Argiuis. *Ex MS. autem & partim cum Rhen. in Schol. legimus:* nostra conantur, *pro:* contaminantur, *etsi in lib. Puteani est;* ad nostra conantur, *& in eodem ;* digestis ex pro instituto. *pro quo in aliis est;* ex instituto. *& mox:* ad propria opera vetteruit, *adiecta voce:* opera *ex MS. è quibus etiam* subnubila, *pro:* sublimia.

592. Vt de qualitate & de natura eius & de sede disceptent.] *Ex ipsdem MS. & vet. exc. addidimus iterum:* de sede eius, *nam hic non solum recenset opiniones varias Philosophorum* de Dei qualitate & natura, sed etiam de sede eius *extra aut intra mundum. Imitatur autem D. Iustinum Mart. Apol. 1. ad.o. gentiles, & Iren. lib. 2. cap. 19. Eodem etiam pertinet illud Auctoris lib. 1. adu. Marc.* Indignas subſtantias Deum (*ita lego pro:* Deos) pronunciauerunt, v t Thales aquam, vt Heraclitus ignem, vt Anaximenes aërem, v t Anaximandet vniuersa cœlestia, vt Strato cœlum & terram, vt Zeno aëtem & æthereum, vt Plato sidera. *Tertullianum imitantur Arnob. lib. 2. aduersgentes, Lact. lib. 1. Diuin. instit. cap. 5. Euseb. de prapar. Euang. lib. 14. cap. 6. Pro,* ſicut Epicurus, *liber Puteani;* quam Epicurus, *voce Tertulliani. 4. & infra;* alius ex igni.

593. Platonici quidem curantem rerum, &c.] *Idipsum hu verbus repetunt Arnob. Alij, inquit, Deos ex sere neque humanus curare (quod etiam Epicuro adscribit Lact. Inst. diuin. lib. 3. cap. 17.) immo alij perhibent (quod Platonem hic adtribuitur) & rebus interesse mortalium, & terrenas administrare rationes.*

594. Sic & de ipso mundo natus innatúsve sit, &c.] *Similiter lib. de Resurrect. carn. infra Tom. 3.* Planè apud Philosophos habes, qui mundum hunc innatum infectúmque defendant ; *cui similia Arnob. vbi supra: Mundum, inquit, quidam ex sapientibus existimant neque esse natum, neque vllo esse in tempore perituruin: immortalem nonnulli, quamuis eum conserbantesse natum & gentium; tertij vero collabitum est dicere, & esse natum & gentium, & ordinaria necessitate perituruin.*

595. Sic & animæ statu, &c.] *Variat de anima Philosophorum opiniones tractat latius Auctor, tum lib. hunc sequente de Testimonio animæ adu. idola, tum lib. de Anima T. 3.*

596. Ex horum semine & nostram hanc nouitiolam paturam, &c.] *sic alibi dixit Auctor :* de Philosophotum ingenijs omnem hæresim animari, *& adu. Herm.* Hæreticorum Patriarchæ Philosophi ; *vbi latius hæc de re adducimus Magdeburgenses. Legimus autem ex MS. Belgicis & Puteanis:* iudicet veritatem, *pro:* vindicet.

597. Transmissa per comites eius, &c.] *Locum pro traditionibus Apostolicis; de quibus vide Adnot. nostras in lib. de Corona mihi, infra T. 2. c. 3. Pro,* suborta *elegantiùs. liber Puteani ;* subortata. *item:* de similitudine, *pro:* dissimilitudine.

598. Vel eam sibi portius euincerent.] *Sic iterum ex Gorz. & nostris MS. codicibus, pro:* vel etiamsi possent ; *quia illud requirit membrum huius periodi secidum:* vel ideò magis, &c. *Pro,* & Philosophis ; *Puteanus:* nec Philosophis.

599. Tribunal apud inferos ponunt.] *Alludit ad Minoem, Æacum & Rhadamantum, de quibus pulchrè ex Platone, Euseb. de prapar. Euang lib. 12. cap. 3. & Lact. quoque lib. 7. cap. 21. quò pertinet etiam illud eiusdem Lact. de Socrate : Timuit ne apud Rhadamantum receptorem voti reus fieret ab Æsculapio.*

600. Sic etiam & Pyriphlegeton, &c.] *Ignem inferni fluuium incendit, de quo multa fabulantur Poëta, & tractat etiam Minutius Felix verbis infra citatis num. 614.*

601. Paradisum, &c. recipiendis sanctorum spititibus destinatum.] *De hoc Tertull. errore, quem etiam latius deducit lib. de Anima infra T. 3. inter Prolegomena. Legimus autem terrum:* maceria ignea illius zonæ, *cum MS. & Rhen. pro:* materia; *agit enim de flammeo gladio Cherubim quem collocauit ante paradisum Deus, quem zonam igneam vocat ad similitudinem* zonæ flammeæ *seu torridæ cœli.*

602. Elysij campi,] *Notiora sunt quæ de Elysijs campis fabulantur Poëtæ, quam vt repetitione sit opus.*

603. Oto vos.] *Phrasis Tertullianica : atqui ex MS. Belgicis & Puteani, adiecimus,* si de nostris sactamentis.

Cap. xlviii.

604. Age iam siquis Philosophus, &c.] *Caput hoc inscriptionis:* De resurrectione seu restauratione corporum, *qui materia cum peculiaris libro ei adscitur infra T. 3. De resurrect. carnis, breuis esse no hic operis. t. Tertull. autem ad verbum ferè imitatur Minutius in Octauio.*

605. Vt ait Laberius.] Laberius *Poëta fuit Mimographus, cuius meminit Auctor etiam supra lib de Pallio cap. 1. & Macrob. Satur. lib. 2. ac Gell. lib. 11. cap. 9. de quo plura apud Cruitum in Decio* Laberio. *Alludit ad eundem Minutius hu verbis. Mimi officia digna ista sent: titaesti. Age iocis ipsum* Laberij *hu verbus expressit idem Crinitus de honest. discipl lib. 11. cap. 3.*

Et audio mala multa etiam ex bonis;
Par illud. vt nos olim mutant philosophi.
Et nunc de mulo hominem, de mulhere colubrum
Faciunt, & ex diuersis diuersa alia.

606. De sententia Pythagoræ, &c.] *Ad* Metempsychosin Pythagoræ *alludit, de qua latius & ex proposito libr. de Anima, infra Tom. 3. ad quem Lectorem remittimus. Pro,* colubrum *habet liber Puteani;* colubram. *Ferro ex MS. legimus:* distorserit, *pro :* detorserit ; *ac,* confensum mouebit, *pro :* confesstum, *& omissimus cum ipsdem ac vet. exc. &* prandeat.

607. ipsumque de Caio Caiuum. *De hac Iureconsulterum phrasi vide supra cap. 3. nu. 37. Legimus autem:* Multis etiam locis ex ocio, *cui MS. & Rhenan in schol. pro:* & ocio. *Item:* inquam, *pro :* vnquam, *ex MS. & vet. exc. Pro* vidit, *Puteanus,* quis in quam bestiam reformari videretur.

608. Vt eadem qualitas animæ in eandem restauretur conditionem, etsi non essigiem.] *Etiam de hoc inter Tertull. errores, quod videatur animæ essigiem adtribuere, ani se de hominis essigie agat, etiam caute legendum sit, ac si videatur non satis intellexe sse eundem hominem in eadem essigie resurecturum. Scipsum autem explicat paulò post dicit :* sed erimus ijdem qui & nunc, nec alij post. Eo quod omnino de iudicio Dei pati debent, *hæc verba absunt a libro Puteani.*

609. Quia neque pati quicquam debet anima sola sine stabili materia, id est, carne.] *Manifestum etiam hic esse errorem recte adnotauit Zephyrus : quare & de hoc in Prolegomenis latius ; maximè cum & Magdeburgenses non inter errores, sed inter dogmata Tertulliani contra disertam aliorum Patrum sententiam collocent. Iterum autem legimus ex MS. quod habebant vet. exc. &* quod omnino de iudicio Dei pati debent animæ, non sine carne meruerunt, &c. *& paulopost:* ô homo.

610. Idem nihil factus cum esse desieris.] *Caute etiam legi hic debet & Auctor & Minutius ; ne quis enim nihil simus aut esse desinimus post obitum, sed ad illud videatur adludere quod mortuus homo non sit homo. Legimus autem his cum Minutio:* de nihilo, *ac:* ciusdem ipsius ; *supplementus etiam quod omissum erat extra editionem Zephyri:* Redde si potes rationem qua factus es, & tunc require qua fies; *& rursus le-*

gimus: omnium animarum animatore ; *pro:* animatum *item ex MS. reposuimus :* in testimonium vobis, *pro:* nobis.

611. Si intelligas te vel de titulo Pythiæ discēs.] *Sic iterū ex MS. & Rhen. Qui autem hæ* Pythia ; *initio lib. de Anima* Pythius dæmon, *& supra cap.* 36 Apollo *vocat. Apud alios Apollo*, Pythius, *vates Apollinis apud Delphos in tripode* Pythia *nuncupatur, eo quod fœmina esset. quæ quidem (vt adnotat Vuesin c. 11. lib. 4. de cuit. Dei D. Auguſt.) initio virgo fuerit, ſed poſtea vna illarum violata, quæcunque mulier non minor natu annis 50. in virginali habitu. idque à* Pythio *draconе qui (Clem. Alexandr. teſte Orate ad gent.) in Pythone celebratur. Atqui quod Rhen. refert ad illud γνῶθι σεαυτὸν rectiùs Zephyrus adillud oraculum refert, quo homo pronunciatus eſt ab Apolline Dominus omnium morientium & reſurgentium.*

612. Ad expungendum quod in iſto æuo boni ſeu mali meruit.] *Recte adnotauit Rhen. hanc veram eſſe lectionem, pro eo priores exc. & poſtea iterum Zephyrus :* perſoluendum ; *nam vox illa eſt Tertullianica* expungere, *pro* perſoluere. *Sic legimus ſecundum eundem ex Gor. & noſtris MS.* pendendum, *pro eo quod vet. exc.* deprehendendum, *at Zephyrus, tameſi elegantius :* prehendendum. *Eſt autem hic locus adnotandus pro meritis operum, quale multos In indice tum huius Auctoris, tum D. Cypriani noſtri reperiet Lector. paulo. poſt ex MS. legimus :* & qui non integri. *Puteani ;* integrè.

613. Nouerunt & Philoſopi, &c.] *Iſdem penè verbis Minutius. Et tamen admonentur, inquit, deliſſimorum hominum libros illius ignes fluminis, & de Stygia palude ſæpius ambentis ardoris, quæ cruciatibus eternis præparata. & c. quæ compendij gratia omittimus. Atqui* apparet, *interpretatur rectè Rhen. minuſtras. Vox eſt Tertullianica*

614. Non enim abſumit, &c.] *Ex MS. iterum illud reſtituimus iuxta Rhen. cod. pro :* adſumit. *Nam confirmatur etiam his Minutij verbis: Illic ſapientiæ membra vrit & reſicit, carpit & nutrit, ſicut ignes fulminum corpora tantum tangunt, nec abſumunt, ſicut ignes Æthnæ montis & Veſuuij & ardentium vbique terrarum flagrant nec erogantur; ita pœnale illud incendium non damni ardentium paſcatur, ſed inexeſa corporum laceratione nutritur. Quæ latius deſcripſimus, quod locum hunc pulchrè explicent, ſicuti etiam Tract. lib. 7. cap. 21. & Pacianus de Pœnit. pag.* 188. *vti ante me quoque adnotauit Latinius.*

Cap. xlix.

615. Hæc ſunt quæ in nobis ſolis, &c.] *Caput hoc pro ei materia inſcripſimus:* Quòd in Chriſtianis præſumptiones vocentur, quæ in Philoſophis ſummæ ſcientiæ. *In Puteani eſt ;* hæ ſunt quæ tuentur, & præſumptio.

616. Sed in eiuſmodi error, ſi vtique, irriſioni iudicandum eſt, non gladijs, &c.] *Sic hunc locum reſtituimus, partim ex exc. partim ex MS. (omiſſa voce :* vindicandus, *quam ſuperfluè adieciſſe videtur Zephyrus) pro eo quod erat :* adiudicandus eſt ; *vt cum Datino conſtruatur indicandi vox, more Tertullianico. liber Puteani,* ſed in eiuſmodi enim ſi vtique inriſui iudicandum eſt. & ; elegimus : *pro ,* eligimus.

Cap. l.

617. Ergo, inquitis, cur quærimini, &c.] *Poſtremo capiti huic titulum dedimus :* De victoria Chriſtianorum in ſuppliciis, *quam etiam pauci proſequuntur Minutius in calce ſui Octauy.* Nemo quippè : *liber Puteani ;* nemo quidem.

618. Sed obducimur, &c.] *Rhen.* obducimur, *hoc eſt vincimur, quum videlicet pro nomine Chriſti trucidamur Zephyrus in Paraph. ſic. Illi abiguntur trahuntúrque captiui, ſi victoriam non obtinuerint, nos cum obtinuimus. Neuter interim mihi ſatisfacit, eo quod ſequitur :* denique cuadimus, cùm obducimur. *Magis itaque placet ea Rhen. interpretatio quam habet lib. de carn. Chriſti, qua* obducere *interpretatur inter cetera, pro profligare atque delere, at ſi dicat : profligamur & delemur cum obtinuimus ; & rurſum euadimus, in cœlum nempè, cum profligamur.*

619. Sarmentitios & ſemaxios.] *Curita vocarentur Chriſtiani, explicat verbis ſequentibus :* quia adſtipitem dimidij axis reuincti farmentorum ambita exurimur. *Ita enim conſtanter legunt MS. omnes tam Belgici, Gallicus quàm Vaticani, & acceſſit ex coniectura quam proximè Latinius legendum putãs* ſemiaxarios, *& axis ; pro eo quod habemus exc.* ſemiſſarios, *& Cruſius iam olim de hon. diſc. lib. 1. c. 13.* ſemiſſios *ac vterque* dimidij aſſis. *Confirmat noſtram lectionem Latinius, cum his verbis Scorpio. infra T. 3.* & eculeus, axis, & *apertioribus ſub finem lib. de Pudicit. T. 5.* puta in axe iam incendio adſtricto. *Quare non eſt recurrendum ad interpretationem Crinitis de Semiſſibus hominibus ex Cicer. ad Vatinium. Vti etiam non placet quod ille legit* farmentarios ; *ita memoria dignum quod adnotat de ſimili ſupplicij genere loqui Euſebium ac D. Auguſt. Certè de D. Polycarpo ſale quid reperitur hiſt. illius Eccleſ. lib. 4. c. 15. ſeu. 14. tum de ſarmentis in eius combuſtionem coacteratis, & adparatu clauorum quibus adfigeretur, cui dubium quin ſtipiti alicui.*

620. Hæc palmata veſtis. Palmata *tunica ita dicta, quod palmæ illi eſſent intexta : qua etiam Liuio lib. 10. nota eſt, in triumphis.*

621. Mutius, &c.] *Eadem penè omnia reperire eſt exempla lib. ad Mart. qua hic recenſet Ethnicorum virorũ & mulierum. Iiſdē penè verbis etiam Minutius : Vos ipſi calamitoſos viros ferui in cœlum* Mutium *Scæuolam, qui cum erraſſet in Regem, periſſet in hoſtibus niſi dexteram perdidiſſet. Et quot ex noſtris non dexteram, ſed totum corpus vri peruluerunt ; Viros cum* Mutio *vel cum* Attilio Regulo (*de quo paulopost etiam Auctor*) *comparo. Pueri & mulierula noſtra omnes ſuppliciorum terruculas inſpirata patientia doloris illuduntt. Nulla autem eſt hiſtoria (inquit Zephyrus) qua Scæuole dexteram Regulique cruciatum non celebret. De* Empedocle *vide ſupra Adnot. noſtras in lib. de Pallio cap. 4. nu. 83.*

622. Aliqua Carthaginis conditrix, &c. ſecundum matrimonium, &c.] *Figura (inquit Rhen.) Græca, qui & exclamationes hic omnes rectè Ironicas interpretandas cenſet. Hiſtoriam ipſam his verbis explicat Tertull. infra T. 5. lib. de Monoga.* Regina Carthaginis profuga, & in alieno ſolo & tãtæ ciuitatis cùm maximè formatrix, cùm Regis nuptias vltrò optarè debuiſſet, ne tamen ſecundas eas experiretur, maluit econtrario vri quàm nubere. *Exſtant etiam (teſte Zephyro) in laudem Didonis Epigrammata, quæ, ne Herbæ comungererentur, ſe ſuo gladio confecit. Fabulas itaque de ea texuit Virgil. 4. Æneid.*

623. Anaxarchus, &c.] Anaxarchi (*inquit idem Zephyrus) patientiam, cum à Nicocreonte tyranno in Cyprum mala fortuna delatus, piſtillo in mortario tunderetur, mirantur omnes, & celebrat eandem Lactius ijſdem penè verbis quibus Auctor. Ex quo etiam intelligitur ad quid alludat Auctor cum dicit* cum ptiſſanæ, *(quod vet. exeuſ. magis placet quàm Zephyri,* ptiſanæ) pilo tunderetur. *Pro eo enim quod habet Auctor:* Tunde, tunde Anaxarchi follem; *vtrem Græcè ſit ἀσκὸς Ἀνάξαρχε, &c.*

624. Attica meretrix, &c.] *Etiam hoc repetitur infra T. 2. lib. ad Mart. & narratur Zephyro teſte à Valerio Maximo, ac Citerone in Tuſcul. Rhen. in ſchol. hæc adfert ex Plin. hiſt. nat. lib.* 24. *Et Iphicratis (inquit) leæna celebratur. Scortum hæc lyræ cantu familiaris Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio ad mortem vſque excruciata à tyrannis, non prodidit.. Quamobrem Athenienſes eam in honore habere volentes, nec tamen ſcortũ celebraſſe videretur, animal nominis eius fecere, atque vt intelligeretur cauſſa honoris, in opere linguam addidãt artifice vetuerunt. Hippiam autem* tyrannum *vocat Zephyrus. Pro* comeſtam, *liber Puteani ;* comeſam, *elegatius & vetuſtius item :* expellit, *pro* expuit. *Sic etiam apud Martialem expulit veteres libros habere, pro :* expuit, *nonnulli Carrio.* Expulit vna duos tuſſis & vna duos.

628. Zeno Eleates.] *Quid* Zeno Eleates *in tyrannum Dyonisium auſus ſit, Zephyro teſte, etiam videre eſt apud eoſdem. Quibus adde & Laertium qui interim non Dyonyſij, ſed Nearchi, ſeu vt alij. Diomedontis tyranni meminit, & ſimile præ-*

ſue

sua præcedent de lingua præcisa exẽplum illius adfert. Cicero Tuscul. qu. lib. 5. non aliud habet, quàm quod perpessus sit omnia potius quàm consensu delendæ tyrannidis vindicaret. Legimus autem ex MS. impassibilis; *pro eo quod habebant vet. excuss,* impassibilis, *quod omiserat Zephyrus*

616. Certè Laconuin flagella, &c.] *Vide de hoc latius dictum lib. ad Martyres, & nostras ibidem Adnotationes. Pro* acerbata *putat Latinus legendum:* acerbata, *sed placet vulgata lectio ob illud Claud. lib. 1. Et exiguum stimulando vulnus acerbat; vt accipiatur* acerbata *pro atrocius infixta; maximè cum etiã MS. omnes cod. apud D. Cypr. epist. 42. ad Cornel.* acerbationibus *legant, pro eo quod ante exc.* acerbationibus.

627. Statuas defunditis, &c.] *Sic ex MS. pro:* diffunditis, *vt loquatur de statuis fusilibus. Ex iisdem cum Rhen. & Latinio:* præstatis & ipsi, pro ipsis.

628. Ad leonem damnando Christianum.] *Ren. ex Gor. cod.* clamando, *sed illud aliorum MS. & exc. magis placet, eo quod Præfect alloquatur.*

629. Nec quicquam tamen proficit exquisitior, &c.] *Etiam hoc ex MS. pro:* profuit. *Simulæ autem videre est & apud D. D. Hilarium & Hieron. alicubi, & infra lib. ad Scapulam; latissimè vero apud D. Iustin. Mart. lib. de Veræ. relig. Christ. vt verissimum sit illud Epiphonema Auctoris nostri:* Semen est sanguis Christianorum.

630. Cicero in Tusculanis, &c.] *Ciceronis Tusculanæ & Senecæ liber ad Gallionem de remediis fortuitorum possim exstant.*

631. Diogenes.] *Diogenicam tolerantiam interpretè Rhen. sub nomine caninæ æquanimitatis celebrat etiam auctor mitis lib. de Patient. infra T. 2. & latius Laërtius in eius vita, quæ, etiam conscriptum refert ab eo librum de morte.*

632. Pyrrhon.] Pyrrho (*qui Græcè* Πύρρων) *Cicer. teste Acad. qu. lib. 2. ne sentire quidem eo sensit sapientẽ quæ* ἀκαταληψίαν *nominantur. Fuit autem ut Philosophus primo pictor. deinde Anaxarchi discipulus, quem Clemens Alexandr. Strom. lib. 7. contentiosum nuncupat à quo Pyrrhonij quos Sceptices nuncupant, quibus, inquit idem Clemens Stromat. lib. 8. nihil est firmum aut stabile. Cuius autem* Pyrrhon *iste Elicnsis ab Athenæo & Suidæ.*

633. Callinicus.] *Celebratur à Suida Sophistes Petretes, qui inter cetera scripsit Orationes aliquot inter quas vna hunc colligitur, vna ad tolerantiam doloris & mortis adhortatoria.*

634. Vt omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui expediat.] *Simile est illud D. Cypr. epist. 52. ad Antonianum, vbi Martyres dicit statim ad gloriam peruenire fidei statim & virtutis accipere mercedem, statim à Domino coronari. Atque adeo huc locum adnotandum est contra eorum errorem, qui coronam iustitiæ, adeo & martyrij, ad diem vsque iudicij differendam dicere non verentur.*

LIBRI DE TESTIMONIO ANIMÆ ADVERSVS GENTES ARGVMENTVM, PER Iacobum Pamelium.

QVM videret Tertullianus opusculis, quam probatissimis atque lectissimis, pro Christianæ fidei defensione editis, fidem non inclinare humanam de incredulitate duritiam: nouum Testimonium Animæ aduersus Gentes aduocat; latius prosequutus, quod Apologetici cap. XVII. paucis adtigerat.

Imprimis per prosopopœiam ab anima adhuc rudi, impolita & idiotica Christianorum nomine testimonium flagitans. I.

Deinde plures loquendi formulas in medium adducit, quæ omnibus in ore sunt etiam non Christianis exempli gratia: Quod Deus dederit; Si Deus voluerit; Deus bonus est; Deus benefacit; Benedicat te Deus; Deus videt omnia; Deo commendo; Deus reddet; Deus inter nos iudicabit. *quibus manifestè Deum vnicum & solum, confitentur.* II.

Porrò & dæmonia, quamuis Christiani aliquis assentator illudat, esse ea tamen, & abominationem sustinere, execrationes publicas testatum facere; per quas & dæmonum & satanam pronunciare solent. III.

Quin etiã animæ statũ, post vitæ disjunctionem vel inde agnosci; quod quosdam miscellos, alios securos nuncupent, dum alicuius defuncti recordantur, quod defuncti sui parentent; quòd cineri terram grauem & penes inferos tormentum imprecentur; aut econtrario refrigerium comprecentur, & vt benè apud inferos requiescant; quòd postremam famam post mortem affectent; quòd demique de lampridem defuncto occurat dicere: Abijt iam & reuerti debet. IIII.

Atque omnia animæ Testimonia tanto communia, quanto naturalia; quanto naturalia, tanto diuina: friuola cuiquam non debere videri, cùm sit natura magistra, anima discipula, maximè cùm prior anima quàm litera, sermo quàm liber, sensus quàm stylus, & homo quàm philosophus autpoeta: & si hæc eloquia de litteris vsurparit, anima potius de diuinis quàm secularibus; quippè quæ hos ætate aliquà antecedant, vt suo loco edocuit Auctor, nempè Apologet. cap. XIX. V.

Credendum itaque animæ, atque adeò naturæ & Dei ipsius testimonio; eãque conueniendam cùm Christianis quis timet fieri; præsertim cùm omnium gentium nomen sit vnus homo, vna sit anima; varia vox, vnus flatus; varius sonus, sed loquela communis mater. Deus & Dei bonitas vbique: dæmonium & maledictio eius vbique: atque adeò anima in die iudicij exprobrandum fore: Deum prædicabas, & non requirebas; dæmonia abominabaris, & illa adorabas; iudicium Dei appellabas, nec esse credebas; Christianum nomen sapiebas, & persequebaris. VI.

Cetervm primus hunc librum edidit Gagnæus anno 1545. cum titulo dumtaxat: DE TESTIMONIO ANIMÆ, *qui quum satis obscurus esset, adieci,* ADVERSVS GENTES. *Eandem deinde castigauit com-*

pluribus in locis Gelenius, ad Britannicum Lalandi exemplar. Tertulliani autem esse tum stylus difficilis ac sententijs creber, tum dictum Libri argumentum satis conuincunt; ita vt demirer quosdam alioqui eruditos viros contrariam de stylo tenere sententiam: præsertim quum D. Hieronymus plures libros aduersus Gentes conscriptos memoret Epistola ad Magnum quorum vnum hunc esse censeo. His addeverba ipsius Auctoris libro de carne Christi, infra Tom. 3. Plenius hæc prosequitur libellus, quem scripsimus de Testimonio Animæ. *Vtinam suppetiisset exemplar MS. vt lucubrationes emendatiorem in lucem emittere. sed nolui ex solis coniecturis, nisi ijs locis, quos Latinus Latinus indicauit, quicquam castigare; è cuius notis non parum etiam confirmatur mea de hoc libro tanquam Tertullianico censura. Nos autem nunc primum Annotationes addimus.* D

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE TESTIMONIO ANIMÆ LIBER ADVERSVS GENTES.

CAP. I. MAGNA [1] curiositate & maiore longè memoria opus est ad studendum, si quis velit ex litteris receptissimis quibusque philosophorum vel poëtarum vel quorumlibet doctrina sapientiæ secularis magistrorum testimonia excerpere Christianæ veritatis; vt æmuli persecutoresque eius de suo proprio instrumento, & erroris in se, & iniquitatis in nos rei reuincantur. [2] Nonnulli quidem, quibus de pristina litteratura & curiositatis labor & memoriæ tenor perseuerauit, ad eum modum opuscula penes nos condiderunt, commemorantes & contestificantes in suggilationem & originem & traditionem & sententiarum argumenta, per quæ recognosci possit, nihil nos aut nouum aut portentosum suscepisse; de quo non etiam communes & publicæ litteræ ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris eiecimus, aut æquitatis admisimus. Sed ne suis quidem magistris, aliàs probatissimis atque lectissimis, fidem inclinauit humana de incredulitate duritia, sicubi in argumẽta Christianæ defensionis impingunt: tunc vani poëtæ, cùm deos humanis passionibus & fabulis designant: tunc philosophi duri, cùm veritatis fores pulsant. Hactenus sapiens & prudens habebitur, qui propè Christianum pronunciarit, cùm si quid prudentiæ aut sapientiæ affectauerit, seu ceremonias despuens, seu seculum reuincens, pro Christiano denotetur. Iam igitur nihil nobis erit cum litteris & doctrina peruersæ felicitatis, cui in falso potius creditur, quàm in vero. Videritsi qui de vnico & solo Deo pronunciauerunt. Imò nihil omninò relatum sit, quod agnoscat Christianus, ne exprobare possit. Nam & quod relatum est, neque omnes sciunt: neque qui sciunt, constare confidunt. Tãto abest vt nostris litteris annuant homines, ad quas nemo venit nisi iã Christianus. Nouũ testimoniũ aduoco, imò omni litteratura notius, omni doctrina agitatius, omni editione vulgatius, toto homine maius, ist est totum quod est hominis. [3] Consistè in medio anima, seu diuina & æterna res es secundũ plures philosophos, eo magis non mentiens: Seu minimè diuina, quoniã quidem mortalis, vt Epicuro soli videtur, eo magis mentiri non debebis, seu de cœlo exciperis, seu de terra conciperis, seu numeris, seu atomis concinnaris, seu cum corpore incœperis, seu post corpus induceris, vnde & quoquo modo hominem facis animal rationale, sensus & scientiæ capacissimum. Sed non eam te aduoco, quæ scholis formata, bibliothecis exercitata, [4] academijs & porticibus Atticis partam sapientiam ructas. Te simplicem & rudem & impolitam & idioticam compello, qualem habent qui te solam habent, illam ipsam de cõpito, de triuio, de textrino totam. Imperitia tua mihi opus est, quonlam aliquantulæ peritiæ tuæ nemo credit. Ea expostulo, quæ tecum in hominem infers, quæ aut ex temetipsa, aut ex quocunque auctore tuo sentire didicisti. Non es, quod sciam, Christiana. fieri enim, non nasci solet Christiana. Tamen nunc à te testimonium flagitant Christiani, ab extranea aduersus tuos, vt vel tibi erubescant, quòd nos ob ea oderint & irrideant, quæ te nunc conscium detineant. II. [5] Non placemus, Dominum prædicantes hoc nomine vnico vnicum, à quo omnia, & sub quo vniuersa. Dic testimoniumsi ita scis. Nam te quoque palam & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronunciare, Quod Deus dederit, &, Si Deus voluerit. ea voce & aliquem esse significas, & omnem illi confiteris potestatem, ad cuius spectas voluntatem, simul & ceteros negas deos esse, dum suis vocabulis nuncupas, Saturnum, Iouem, Martem, Mineruam. Nam solum Deum confirmas, quem tantum Deum nominas, vt & cùm illos interdum deos appellas, de alieno & quasi pro mutuo vsa videaris. De natura quoque Dei quam prædicamus, nec te latet: Deus bonus est, Deus benefacit, tua vox est. Planè ca dicis, sed homo malus scilicet, contraria propositione obliquè & figuraliter exprobrans, ideò malum hominem, quià E F

A quia à Deo bono abscesserit. Etiam quòd penes Deum bonitatis & benignitatis [6] omnis benedictio inter nos summum sit disciplinæ & conuersationis sacramentum, Benedicat te Deus, tam faciliè pronuncias, quàm Christiano necesse est. At cùm id maledictum conuictis in benedictionem Dei, perinde dicto omnem super nos potestatem eius consistere secundum nos confiteris. Sunt qui etsi Deum non negent, dispectorem planè & arbitrum, & iudicem non putent: in quo vtique nos maximè reijciunt, qui ad istam disciplinam metu prædicati iudicij transuolamus: sic Deum honorantes, dum curis obseruationis, & molestijs anima aduersionis absoluunt, [7] cui ne iram quidem adscribunt. Nam si Deus (inquiunt) irascitur, corruptibilis & passionalis est. Porrò quod patitur, quòdque corrumpitur, etiam interitum potest capere, quem Deus non capit. At idem alibi animam diuinam & à Deo conflatam confitentes, cadunt in testimonium ipsius animæ retorquendum aduersus opinionem superiorem. Si enim anima aut diuina aut à Deo data est, sine dubio datorem suum nouit. Et si nouit, vtique & timet, vt tantum posit remò auctorem. An non timet, quem magis propitium velit quàm iratum? Vnde igitur naturalis timor animæ in Deum, si Deus non nouit irasci? Quomodo timetur, qui nescit offendi? Quid timetur, nisi ira? Vnde ira, nisi ex animaduersione? Vnde animaduersio, nisi de Dei iudicio? Vnde iudicium, nisi de potestate? Cuius potestas summa, nisi Dei solius? Hinc ergo tibi anima de conscientia suppetit domi ac foris, nullo irridente vel prohibente prædicare, Deus videt omnia, & Deo commendo, & Deus reddet, & Deus inter nos iudicabit. [8] Vnde hoc tibi non Christiana? Atque id plerunque & [9] vitta Cereris redimita, & pallio Saturni coccinata, & deæ Isidis linteata. In ipsis denique templis Deum iudicem imploras, sub Æsculapio stans; Iunonem in aëre exorans, Mineruæ calceans furuis galeam formis, & neminem de præsentibus deis contestaris; in tuo foro aliundè iudicem appellas, in tuis templis a-

B lium Deum pateris. O testimonium veritatis, quæ apud ipsa dæmonia testem efficit Christianorum! [10] Enimuero cur dæmonia adfirmamus esse? sanè quasi non & probemus, qui ea soli de corporibus exigimus. [11] Aliqui Chrysippi adsentator inludit ea, & esse & abominationem sustinere, execrationes tuæ respondent. [12] Dæmonium vocas, hominem aut immunditia, aut malitia, aut insolentia, aut quacunque mácula, quam nos dæmonijs deputamus, aut ad necessitatem odij opportunam. Satanam denique in omni auersatione & aspernatione & detestatione pronuncias, quem nos dicimus malitiæ Angelum, totius erroris artificem, totius seculi interpolatorem, per quem homo à primordio circumuentus, vt præceptum Dei excederet, & propterea in mortem datus, exinde totum genus de suo semine infectũ, suæ etiam damnationis traducem fecit. Sentis igitur perditorem tuum. Et licet soli illum nouerint Christiani, vel quæcunque apud dominum secta, & tu tamen eum nosti dum odisti. [13] Iam nunc quod ad necessariorem sententiam tuam spectet, quantum & ad ipsum statum tuum tendit, affirmamus te manere post vitæ dispunctionem, & expectare diem iudicij, [14] próque meritis aut cruciatui destinari, aut refrigerio, vtroque sempiterno. Quibus sustinendis necessario tibi substantiam pristinam, eiusdem que hominis materiam, & memoriam reuersuram, quòd & nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis facultate, & nulla ratio sit iudicij sine ipsius exhibitione, qui meruit iudicij passionem. Ea opinio Christiana etsi [15] honestior multò Pythagorica, quæ te non in bestias transfert, etsi [16] plenior Platonica, quæ tibi etiam dotem corporis reddit, etsi [17] Epicurea gratior, quæ te ab interitu defendit: [18] tamen propter suum nomen soli vanitati & stupori, & vt dicitur, præsumptioni deputatur. Sed non erubescimus, si tecum erit nostra præsumptio. Primò enim cùm alicuius defuncti recordaris, miserum vocas eum: non vtique quòd de bono vitæ ereptum, sed vt pœnæ & iudicio iam ascriptum. Ceterùm aliàs securos vocas defunctos. Profiteris & vitæ incommodum, & mortis beneficium. Vocas portò securos, si [19] quando extra portam cum [20] obsonijs & matteris tibi potius parentans ad busta recedis, aut à bustis dilutior redis. At ego sobriam tuam sententiam exigo: miserum vocas mortuos, cùm de tuo loqueris, cùm ab eis longè es. Nam in conuiuio eorum quasi præsentibus & conrecumbentibus sortem suam exprobrare non possis, debes adulari propter quod lætius viuis. Miserum ergo vocas qui nihil sentit, quid quòd vt sentienti maledicis, cuius memoriam cum alicuius offensæ morsu facis. [21] Terram grauẽ imprecaris, & cineri penes inferos tormentum: æquè ex bona parte, cui gratiam debes, ossibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & vt benè requiescat apud inferos cupis. Si nihil passionis est tibi post mortem, si nulla sensus perseuerantia, si denique nihil es ipsa vbi corpus reliquisti: cur mentiris in te, quasi aliquid vltra pati possis? Imò cur in totum times mortem, si nihil est tibi timendum post mortem, quã nec experiendum post mortem? Nam etsi dicere potes, ideo mortem timeri, non vt aliquid minantem, sed vt commodum vitæ amputantem: atquin cùm & incommoda longè plura vitæ pariter excedas, & lucratione grauioris partis metum diluis, nec iam timenda est amissio bonorum, quæ altero bono, id est incommodorum pace, pensatur. Non est timendum quod nos liberat ab omni timendo. Si times vita decedere, quia optimam nosti: certè mortem timere non debes, quam malã nescis. At cùm times, scis malam. Non scires autem malam, quia nec timeres, si non scires aliquid esse post mortem, quod eam malam faciat, vt timeas. Omittamus nunc naturalem formam timendi mortem. Nemo timeat quod euadere non potest. Ex altera parte congredior lætioris

C

spti post mortem. Nam omnibus ferè ingenita est famæ post mortem cupido. [21] Longum est rete- E
xere Curtios & Regulos, vel Græcos viros, quorum innumera elogia sunt contemptæ mortis pro-
pter postumam famam. Quis non hodie memoriæ post mortem frequentandæ ista studet, vt vel
litteraturæ operibus, vel simplici laude morum, vel ipsorum sepulchrorum ambitione nomen suum
seruet? Vnde anima hodie affectaret aliquid, quod velit post mortem, & tantoperè præpararet quo
sit vsura post obitum, si nihil de postero sciret? Sed forlitan de sensu post excessum tui certior es,
quàm de resurrectione quandoque, cuius nos præsumptores denotamur. Atquin hoc quoque ab
anima prædicatur. Nam si de aliquo iampridem defuncto tanquam viuo quis requirat, præmanı
occurit dicere, Abijt iam, & reuerti debet.

V. [22] Hæc testimonia animæ quanto vera, tanto simplicia: quanto simplicia, tanto vulgaria: quan-
to vulgaria, tanto communia: quanto communia, tanto naturalia: quanto naturalia, tanto diuina.
non putem cuiquam friuolum & frigidum videri posse, si recogitet naturæ maiestatem, ex qua censе-
tur auctoritas animæ. Quantum dederis magistræ, tantum adiudicabis discipulæ. Magistra natura,
anima discipula. Quicquid aut illa edocuit, aut ista perdidicit, à Deo traditum est, magistro scilicet
ipsius magistræ. Quid anima possit de principali institutore præsumere, in te est æstimare de ea
quæ in te est. Senti illam, quæ vt sentias efficit: recogita in præsagijs vatem, in omibus augurem,
in euentibus prospicem. Mirum si à Deo data homini nouit diuinare. Tam mirum, si eum à quo
data est, nouit. Etiam circumuenta ab aduersario meminit sui auctoris, & bonitatis, & decreti eius,
& exitus sui, & aduersarij ipsius. Sic mirum, si à Deo data, eadem canit, quæ Deus suis dedit nosse.
Sed qui ciusmodi eruptiones animæ non putauit doctrinam esse naturæ & congenitæ & ingenitæ
conscientiæ tacita commissa, decet potius de ventilatis in vulgus opinionibus publicatarum litte-
rarum vsum iam & quasi vitium corroboratum taliter sermocinandi. [24] Certè prior anima quàm D
littera, & prior sermo quàm liber, & prior sensus quàm stylus, & prior homo ipse quàm philoso-
phus & poëta. Nunquid ergo credendum est ante litteraturam & diuulgationem eius mutos absque
huiusmodi pronunciationibus homines vixisse? Nemo Deum & bonitatem eius, nemo mortem,
nemo inferos loquebatur: mendicabat serpo, opinor, immò nec vllus esse poterat, cessantibus e-
tiam tunc, sine quibus hodie iam beatior, & locupletior, & prudentior esse non potest, si ea quæ
tam facilia, tam assidua, tam proxima hodie sunt, in ipsis quodammodò labijs parta, retrò non fue-
runt, antequam litteræ in seculo germinassent, [25] antequàm Mercurius (opinor) natus fuisset. Et
Rom. 11. vnde ordo ipsis litteris contingit, nosse, & in vsum loquelæ disseminare, quæ nulla vnquam mens
conceperat aut lingua protulerat, aut auris exceperat? At enim cùm diuinæ scripturæ, quæ penes
nos vel Iudæos sunt, in quorum oleastro insiti sumus, multo secularibus litteris non modica tantùm
ætate aliqua antecedant, [26] vt loco suo edocuimus, ad fidem earum demonstrandam: & si hæc elo-
quia de litteris vsurpauit anima, vtique de nostris credendum erit, non de vestris: quia potiora sunt
ad instruendam animam priora, quàm postera, quæ & ipsa à prioribus instrui sustinebant; cùm etsi
de vestris instructam concedamus, ad originem tamen principalem traditio pertinet, nostrúmque
omninò sit, quodcunque de nostris sumpsisse & tradidisse contingit vobis. Quod cùm ita sit, non
multum refert, an à Deo formata sit animæ conscientia, an litteris Dei. Quid igitur vis homo, de
VI. humanis sententijs litterarum tuarum exisse hæc in vsus communis callositatem? [27] Crede itaque
tuis, & de commentarijs nostris tanto magis crede diuinis, sed de animæ ipsius arbitrio perinde crede
de naturæ. Elige quam ex his fideliùs fororem obserues veritatis. Si de tuis litteris dubitas; neque
Deus, neque natura mentitur: vt & naturæ & Deo credas, crede animæ, ita fiet vt & tibi credas. F
Illa certè est; quam tanti facis, quantum illa te facit, cuius es totus, quæ tibi omnia est, sine qua nec
viuere potes nec mori, propter quam Deum negligis. cùm enim times fieri Christianus, eam conue-
ni: cur alium colens, Deum nominat? cur, cùm maledicendos spiritus denotat, dæmonia pro-
cunciat? cur ad cœlum contestatur, & ad terram detestatur? [28] cur alibi seruit, alibi vindicem con-
uenit? cur de mortuis iudicat? cur verba habet Christianorum, quos ne auditos visósque vult? cur
aut nobis dedit ea verba, aut accepit à nobis? cur aut docuit, aut didicit? Suspectam habe conue-
nientiam prædicationis in tanta disconuenientia conuersationis. Vanus es, si huic linguæ soli aut
Græcæ, [29] quæ propinquæ inter se habentur, reputabis ciusmodi, vt neges naturæ vniuersitatem.
Non Latinis nec Argiuis solis anima de cœlo cadit. omnium gentium vnus homo nomen est, vna
anima, varia vox; vnus spiritus, varius sonus; propria cuique genti loquela, sed loquelæ materia
communis. Deus vbique, & bonitas Dei vbique; dæmonium vbique, & maledictio dæmonij vbi-
que; iudicij diuini inuocatio vbique, mors vbique & conscientia mortis vbique & testimo-
nium vbique, omnis anima suo iure proclamat, quæ nobis ne mutire conceditur. Meritò igitur om-
nis anima rea & testis est: intantum & rea erroris inquantum testis veritatis, & stabit ante aulas Dei
die iudicij, nihil habens dicere. Deum prædicabas, & non requirebas: dæmonia abominabaris, &
illa adorabas. iudicium Dei appellabas, nec esse credebas: inferna supplicia præsumebas, & non præ-
cauebas: Christianum nomen sapiebas, & Christianum persequebaris.

ADNO-

CAP. I.

MAGNA curiositate, &c.] *Posit inscribi caput hoc primum*: Præfatio. *neque enim aliud quam beneuolentia capienda, totius libri argumentum paucis complectitur. Atque aduertandæ sunt phrases vocesque Tertullianeæ*: de suo proprio instrumento, *ac*: reuincantur, *pro* conuincantur.

2. Nonnulli quidem, &c.] *Alludit ad eos, qui ante se aduersus Gentes scripserunt, Graeci præsertim* (*nam secundus ab Apollinio Latinorum scriptorum à D. Hier. in Catalogo recenseur*) *Quadratum dico, Aristidem, Iustinum Philosophum, Anaxagoram, Melitonem, Theophilum Antiochenum, Apollinarium, Tatianum, Irenæum, Clementem Alexandrinum, & Militiadem: quorum quædam ad verbum penè sua Apologetico insparsit, ad quem tacite nomine etiam hic videtur alludere. Admittam autem dignæ hic Tertullianæ phrasis*: priſtina literatura; confeſtibicantes, in ſuggillationem; ſi quid erroris eiecimus; fidem inclinauit; humana de incredulitate duritia; propè pronunciarit; pro Chriſtiano ſidenoretur; viderint ſiqui; neque contiare conſidunt: *pro*, credunt; Tanto abeſt, & omni editione vulgarius.

3. Conſiſte in medio anima, &c.] *Proſopopœia ad Animam, à qua teſtimonium adverſus Gentes depoſcit; in qua perſiſtit ad finem uſque capitis quarti. Varias ante de quibus hic pauciè Epicuri, aliorúmque Philoſophorũ de Anima opiniones latiſſimè recenſet ipſa Tom. 3. lib. de Anima. Hæc unum hic dicam: mendum, quum hæc ſcriberet, fuiſſe Auctorem in errore de Animæ tradice aut corpore: quem poſtea incurrit, vt in Prolegomenis noſtris latiùs, maximè quinto ſubſinem dicat*: anima de cœlo cadit.

4. Academijs & porticibus Atticis, &c.] *Ita caſtigauit Latinus, pro* Academicis, *ex iam dicto libro de Anima, vbi ijſdem proſus verbis vtitur, quò proinde etiam Lectorem ad Adno: at anes noſtras remittimus. Rurſum autem vide phraſin Auctoris*: de compito, de triuio, de textrino (*vocc Ciceronianæ*) totam; & ijſdem verbis quibus in dicto Apologetico: ſicri enim non naſci ſolet Chriſtiana. *Item*: vt vel tibi erubeſcant, *quem admodum & Q. Curtius l. 5.* erubeſcere fortunæ.

CAP. II.

5. NOn placemus Dominum (*ſeu potius meo iudicio*: Deũ) prædicantes, &c.] *Inſcribi meritò debet hoc caput*: De vnico & ſolo iudice Deo. *Certè vel hinc patet hunc eſſe germanum Tertulliani ſœtum, quandoquidem & ſuprà Apol. c. 17. & inſrà T. 3. aduerſus Marcionem, & de Reſ. carn. ijſdem verbis, quanquam paucioribus, idem inculcat, & idipſum faciens l. de Carne Chriſti, nominatim, vt ſuprà in argumento, hunc librum citet. Imitantur autem Auctorem & Minutium in Octauio, & D. Cipr. l. Quod idola non ſint Dij, & Lactant. cum l. 2. c. 1. ſcribus Ethnicos Deum potius quàm Iouem miraſſe. Eſt verò etiam dura vox*: figuraliter, *pro*: figurarè.

6. omnis benedictio inrer nos ſummum ſit diſciplinæ & conuerſationis ſacramentum, &c.] *Eodem modo dixit l. de Pudicitia*: vt ſacramento benedictionis exautoraretur, *de quo ibi latius. Suſpicatur addidiſſe ibi loquo videri Auctorẽ de Euchariſtia Sacramento, huc verò de omni genere benedictionibus, quib. Eccleſia vtitur. Locum pro nde notandum aduerſus eos, qui eos calumniantur, quum eas hic appellet ſummum diſciplinæ Chriſtianæ ſacramentum. Neque verò de benedictione loqui, quæ ſam Deo ſit, patet ex verbis illic adiunctis*: Benedicatte Deus, *qua aut ad hominem aut ad creaturas quæ benedicuntur, referre neceſſe eſt, & (vt liquet ex T. 2. noſtrorum Lutgerici & Lainorum l. Sacra. D. Gregorij 4. p. 259. vſque ad 264. & lib. Sacra. Grimald. Abbatis 1. 1. & c. 102. vſque ad finem*) aut eadem ipſa aut ſimilia benedictionibus Eccleſiaſticis continentur. *Neque etiam recentioribus damnaxat ſeculis in vſum venerãt, ſed & ante legem, & in lege Moyſi (vt natura eſt huius indolem omittam cuius hic quoque ſit mentio) & nou Teſtamenti tempore ſemper vſitatæ fuerunt. Exempli gratia*: Sic benedixerunt Abrahæ Melchiſedech. Gen. 14. Heb. 7. Iſaaci Iacob, Gen. 27. Aaron plebi, Leu. 9. Dauid Ieroſolimis Gad ad ſitæ, 2 Reg. 19. Simeon Mariæ & Ioſeph. Luc 2. in cuius locum ſucceſſit Epiſcopalis benedictio. *Sic Noë, Iſaac, Iacob, Mathatias iam morituri ſilijs ſuis, Gen. 14. 4. 48. Heb. 11. & 1. Mach. 2. item Moſes, Aaron ſilijs eorũ, & Ioſue populo Iſraël, poſt completas baſtiae, Leuit. 9. etiam formula præſcripta, Num. 6. & ante obitũ, Deut. 28. Ioſue 8. Dauid & Salomon cum impleſſent ſacrificium eidem populo, 2. Reg. 6. & 3. Reg. 8. Chriſtus denique eleuato manibus benedicens diſcipulis ſuis, in cœlum ferebatur, Marc. 19. Luc. 24. Act. 1. ad quorum exemplum ſub finem ſacrificij iam inde ab ætate Apoſtolorum datur benedictio. Sic Iſaac, & Tobiæ, Rebecæ & Sarę, parentes benedictionem impertas ſunt, Gen. 24. Tob. 7. & 9. vnde mutuata nuptiarum, quas etiã Chriſtus ſua præſentia benedixit, in Cana Galilęæ, benedictio. Sic benedixit Eleazæ & vxori filiq; Samuel: Heli ſacerdoti, 1. Reg. 2. & puerę Chriſtus complexans, imponensque manus ſuper illos, benedicebat eis, Mat. 19. Luc. 10. ex quo orta inſumis in baptiſmo benedictio. Sic Chriſtus pauẽs piſces benedixit, Mat. 14. Marc. 6. Ioan 6. ac. Matth. 15. Marc. 8. quem morem Eccleſia imitatur in benedictione panis, quem benedictũ nũcupãt de quo in Lutgerico ac ante cibi aut potus ſumptionem, Apoſtolo teſte, qua ſanctificari dicit creaturam per verbum & orationem, 1. Tim. 4. de quo vide Adn. noſtras in D. Cyprian. epiſt. 63. ad Cæcilium, n. 39. Sic aqua aſperſionis, qua iuxta Alexandri PP. 1. inſtitutionem* benedicitur, *ſucceſſit in aſperſionem ſanguinis & aquæ, qua tum Aaron & filij eius tum veſtimenta ſacerdotalia & tabernaculum altare & ſanctuarium aſperſit Moſes, Leuit 7. 16. & Exod. 24. Sic ſit cineris* benedictio *feria quarta in capite quadrageſimæ ad imitationem Moſis, qui cinere vitula aſperſo omnem ſanctificauit congregationem Iſraël, Leuit 16. Heb. 9. Deniq; quoque Eccleſaſticu* benedictionibus *ne hic ſim prolixior, dem eſſe iudicium, vel orationes ipſæ, quibus cereus, palmæ, oleũ, chriſma* benedicuntur; *quas in Ordine Romano reperire eſt, & dicto Lutgerico, noſtroq; T. 2. teſtatum facunt. De* benedictionibus *item ſacramentorũ, vtpote quæ in baptiſmo, chriſmate in confirmatione panis & vini in Euchariſtia, perſonarum per manuum impoſitionem, & alias, in Pœnitentia, Ordinis, & Matrimonij, olei denique extremæ vnctionis Sacramentis, ali ibi latius. Lego autem rurſus ex 1. edit. Gagnæi* diſpectorem, *pro eo quod Oderius*: deſpectorem, *eo quòd adiungatur*: arbitrum & iudicem, *quibuſcum magis conuenit* diſpector, *qui diligenter in omnem partem omnia videat & conſideret, quàm* deſpector *qui deorſum videat, maximè cum ſequatur*: ſic Deum honorantes, dum curis obſeruationis, & moleſtijs animaduerſionis abſoluunt. *Malo etiam legi*, Atidem, *vti erat priùs, quàm* ijdem: *quia etiam alibi idem plurals numero vsurpat.*

7. Cui ne iram quidem adſcribunt, &c.] *Forsaſſis hoc ad errorem Tertulliani vergat, quo Deum corporeum dixerit faciat, & proinde paſſionibus obnoxium, vti latius in Prolegomenis; niſi iram Dei impropriè attipiamus, ſicuti alij Patres, pro virtutibus Dei. Ad quod videtur ſpectare illud*: vnde ira nihil ex animaduerſione? vnde animaduerſio nihil de Dei iudicio?

8. Vnde hoc tibi non Chriſtiana?] *Ita caſtigauit Lucanius, pro* Chriſtiane. *Aliquotiens enim animam, & manifeſtè ſic communiunt quæ ſequuntur.*

9. & vita Cereris, &c.] *Vel hinc patet librum hunc Tertulliani eſſe. Nam ſicuti lib de Pall. c. 4.* vitam Cereris, Pallium coccineum Saturni facerdotibus *adtribuit*; & *quo eũ* ibi dixit de tenebrica veſte & capite territi velleris Bellonæ, *hic* Mineruam (*inquit*) calceas furuis galeam formis. *Illud* explicari poteſt ex Clem. Alexandrino *adm. Gentes, qui ex quatuor* que Minerius (*ſicuti & Arnob. l. 3.*) *vltimam fatit filiã*

Pallantis & Tit. midis, filiæ Oceani, quæ patre impie ab ipsa sacrificia o, ornata fuit patris pelle tanquam vellere. Istud obiurgatus est, iusi ex mea conciliari legas. Mineruæ calceans furuis gaseam formis : *vt* calceare *accipiatur sicuti illud Act.* 12. *Calceate caligas tuas, pro, indivere; & alludas ad vellus suum sine tenebricosum, quo tanquam galea caput tegebant Minerua sacrorum ministri.*

CAP. III.

10. Eninuero cur dæmonia, &c.] *Inscripsimus caput hoc:* De dæmoniis, *quod eiusdem plane est argumenti tum 22. & 23. c. Apologetici, ad quæ Lectorem remittimus, hoc addito, quod ex ijsdem aliquod verbu vbiquepatet Tert. esse hunc librum. Vide eadem apud D. Augustl. 9. de ciuit. Dei ea. 19.*

11. Aliqui Chrysippi adsentator inludis ea. At esse, &c.] *Sic recte Gelenius est vero planè Tertullianicum*, Aliqui, *pro*, aliquis. *Videtur autem* Chrisippus *Philosophus* (*de quo latius l. de Anima, infra T. 3.*) *demonia illusisse, libro, quantum apparet, de diuinatione, quem etiam Lactantius lib. 1.*

12. Dæmonum vocas, hominem, &c.] *Oratio imperfecta, quia dicere oportuerat*: hominem *affectum* immunditia, *aut simile quid. Reposuimus etiam ex margine editionis Gagnei,* auersatione ; *pro*, vexationc. *Et adnotandæ vox phrasisque Tertullianicæ*: interpolatorem, *ac* damnationis traducem: *nam similiter l. de Resurr. car.* subsistantiæ traducem *dixit, vti etiam adnotauit Latinius: & secta in bonam partem.*

CAP. IIII.

13. Iam nunc quod ad necessitatem sententiam, &c.] *Caput hoc* De statu animæ post. mortem *tractatum continet. Atqui similiter infra T. 2. l. de habitu muliebri (quod nonretinet etiam Latinius)* operas necessitatores *dixit : & T. 3. l. de car. Christi*: necessarius aliquid. *Item* disputatio vitæ; *pro*, morte. *Auct. fre iuentissest, vt alibi latius.*

14. pròque meritis, &c.] *Locus pro operum* meritis, *quales alibi complures. En vero rursus vocem obsoletam*: passionalis, *pro*, passioni obnoxiæ.

15. etsi honestior multo Pythagorica, &c.] *De hac opinione Pythagora latius supra Apolog. c. 48. num. 606 & infra T. 3. lib. de Resurr. carn. ac lib. de Anima.*

16. etsi plerique Platonica, &c.] *De hac sic apertius initio l. de Resurr. carn.* Platonici (*inquit*) immortalem animam econtrario reclamant, immò adhuc proximè etiam in corpora remeabilem.

17. etsi Epicurea gratior, &c.] Nihil enim esse post mortem (*inquit ibidem*) Epicuri schola est. *Et proinde magis* gratior, *quod ex margine in contextum inserunt Gelenius, quam*, grauior, *vt habebat. editio.*

18. tamen propter suum nomen, &c.] *Resurrectionis nomen intelligit Gentilibus non vnum modo, sed & ridiculum, vti videre est Act. 17. cum Epicurei & Stoici Philosophi cum Paulo disserentes, Nouorum (inquiebant) dæmoniorum videtur hic annuntius esse; quia iesum & resurrectionem adnuntiabat eis.*

19. siquando extra portam.] *Adnotanda consuetudo* extra portam busta, *seu* sepulcra condendi, *primum apud Etruscos, deinde apud Iudæos, vti patet ex Christi sepulchro. Io. 19. & mortuo elato adolescente extra ciuitatem Naim, Luc. 7. Quæ etiamnum seruatur multis in locis apud Gallias: vbi cœmeteria extra ciuitatis ætes plerumque videre est.*

20. cum obsonijs & mattæis tibi potius parentans ad busta, &c.] *Similiter infra l. de Resu. car.* Et tamen (*inquit*) defunctis parentant, & quidem impensiss. officio, &c. At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque cum ipsos defunctos atrocissi. exurit (*hinc* busta *appellata*) quos postmodum gulos. nutrit. Mattæa *enim* (*Athenæo interprete*) *dicta pretiosa edulia omnia. hinc Matteolius Culdarno gulosus dicitur. Improbant autem eam consuetudinem adhuc ad id vsque tempora in Africa, etiam Christianæ vsitatam, DD. Ambrosius in illud Lucæ: Sine mortuos sep. lire mortuos suos, ac Aug. l. 6. Conf. c. 2. De mor. Eccl. cathol. lib. 1. c. 34. & psl. 64. ad Aurelium, Conc. 1. in Psal. 48. Hodie in locum illarum epularum apud sepulchra Agapæ seu mensa pauperum.*

21. Terram grauem imprecaris, &c.] *De prouerbiali hac formula*: Sit tibi terra granis : *& altera sub huius capitis finem*: Abijcram, & reuerti debet. *quæ etiamnum vulgo quoque Teutonico in ore est, vide nostra Prolegomena. Sunt autem Tertullianica*: quanec; atquin, congredior, lætioris spei.

22. Longum est retexere Curtios & Regulos, &c.] *Notior est* Curtiorum & Reguli, *qui pro patria mortem oppetierunt, historia, quam vt pluribus sit opus. Meminit autem Autor* Reguli, *tum vlt. c. Apol. supra, tum T. 2. l. ad Mart. Atqui quod Auctori* Elogia *partim supra diximus c. 2. Apol. nu. 22. & mox ex Rhen. latini l. seq. ad scapulam.* Postumam famam *verò Metaphoricè dixit, eam qua post mortem perdurat.*

CAP. V.

23. Hæc testimonia animæ, &c.] *Titulum dedimus huic capiti: De auctoritate testimoniorũ Animæ. Vide autè rursus phrasin vocesque Auctoris*; tanto, quanto; prospicem; prouidum: ac exitus sui aduersarij ipsius: *quamquam ibi mendũ subesse videatur, vt legendum sit & aduersarij, vt referatur exitus sui ad statum animæ post mortem*, & aduersarius *ad Sathanam, vti supra latius cap. 2.*

24. Certè prior anima quàm littera, &c.] *Locus ipse, quandoquidem palàposti hanc animæ loquelã, Traditionem nuncupat, optime posset adaptari ad Traditionum Eccl. auctoritatem; quippe quæ libris omnibus & stylo, ad est*, litteratura *omnes priores sunt. Quæ voces etiam sunt Tertullianicæ.*

25. antequàm Mercurius (opinor) natus fuisset.] *Mirum esset; quod hic & l. de cor. m l. c.* 8 Mercurium *litterarum inuentorem faciat, cum Apol. c. 10. Saturno id inuentum videatur adscribere, sicuti etiam Minutius in Octauio, & D. Cypr. de Idol. van. (vbi aliquid hac de re adnotauimus, nu. 10.) nisi etiam scriptores Ethnici ea in re variarent. Hyginus enim fab. c. 277. varijs auctoribus varias adscribit litteras, vti & Iulinus sub finem l. 7. nat. hist. Diodorus interim l. 1. Mercurium eas in Ægyptum intulisse scribit : cùmque Ægyptium quintum eius nominis fuisse, Cicero l. 3. de nat. Deorum, & post eum Arn. l. 3. commemorant, quamquam idem Diodorus paulopòst Ægyptijs primum tribuat earum inuentum. Verum eorum verisimilior est (vti Apol. c. 19. nu. 276. diximus) sententia, qui cum Plinio Assyrias primas arbitrantur litteras, & ab ijs ad Phœnices & in Ægyptum delatas, à Phœnabus verò in Græciam, à Pelasgis in Latium. Quod ipsum de Hebræis intelligitur in Syria etiam ante diluuium vsitatas. Scribit enim Iosephus Antiq. l. 1. à liberis Seth duabus columnis inscriptam fuisse disciplinam rerum cœlestium, quarum ea quæ lapidea fuit, ad ætatem vsque suam in Syria perdurasse affirmat. Eus. denique de Præpa. Euang, l. 10. ca. 2. multa eo probrobat ab Hebræis primum litteras traditas elementa.*

26. vt suo loco edocuimus.] *Alludit haudubiè ad c. 19. Apol. quo Lectorem ad Adnot. nostras remittimus. Est verò etiam Tertullianicè* multo sæcularibus litteris antecedant: *quod vt contradictionem in se non includat, videtur legi debere:* non modica tantum ætare: *pro*, vel modica. callositatem *autem pro vetustate accipit, non aliter atque Cicero l. 3. Tusc. quæ callum vetustatis dixit.*

CAP. VI.

27. Crede itaque tuis, &c.] *Caput hoc meritò* Epilogus *inscribitur. Atqui pulchrè est paulopòst Antistites*: Cur ad cœlum contestatur, & adterram detestatur ? *Ac si dicat: Deum in cœlum suspicimus testem adducat, & vultus in terram depresso dæmonia exercatur ?*

28. cur alibi seruit, alibi vindicem conuenit ?] *Alludit ad id quod supra cap. 2. dixit*: In ipsis denique remplis Deum iudicem imploras; *præterquam quòd hic non solùm vt iudicem, sed & vt* vindicem *innotuit ab ipsis Deum insinuat, id est vt redemptorem & adsertorem, quemad modum ad leges 12. Tabul. hunc locum citans latius interpretatur Reynaldus noster cap. 8. & 9.*

29. quæ propinquæ inter se habentur, &c.] *Veteres enim Græcas litteras easdem penè fuisse, quæ nunc Latina sunt, indicio esse*

A esse scribit Plinius, vbi suprà, Delphicam tabulam aeneam quæ Romæ in palatio Minervæ adhuc constitebatur eo tempore. Deinde de conuenientia Latinæ & Græcæ linguæ complures scripserunt, nominatim verò Adelphus Meet Kerchus noster, l. de vet. & vella pronunt. linguæ Græcæ.

ARGVMENTVM LIBRI AD SCAPVLAM PER IACOBVM PAMELIVM.

QVVM sub ipsis initijs adhuc quintæ persecutionis, suo Apologetico Romam missò vsque adeò nihil se profecisse videret Tertullianus, vt Scapula Prouinciæ Africæ Præses, Carthaginiensium ceteris crudelius in Christianos grassaretur, hunc libellum velut deprecatorium ad illum misit.

Non quòd Christiani tormenta expauescerent, qui magis damnati gaudent quàm absoluti, sed quòd ipsis timerent qui se persequebantur, quos diligere, & pro quibus orare iubentur. I.

Quare (principio & sub finem) paucis inculcat suorum innocentiam, quam latè profectus est dicto Apologetico II.
à c. 28. ad vsque 46. quippè quum nullius hostes sint, nedum Imperatoris, quem scientes à Deo suo constitui, saluum velint cum toto Romano Imperio, quousque sæculum stabit: tam diu enim stabit, pro cuius salute Deo suo & ipsius Imperatoris non orent modo, sed & sacrificent.

Verùm dolere se, quòd neque ipse Scapula, neque villa ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusionem, ma- III.
xime quum signa imminentis iræ Dei portenta aliquot præcessissent, tum messis nulla, & imber nimius, tum ignes qui supermœnia Carthaginis proximè pependerant, & solis pene lumen extinctum in conuentu Vticensi; insuper etiam quorundam Præsidum, qui Christianos vexassent, vitæ exitus id adteſtarentur.

Proinde monet eũ μὴ τρομεῖν, qui posset & officio iurisdictionis suæ fungi, & humanitatis meminisse, ad instar IIII.
aliorum multorum, & nominatim ipsius Seueri Imperatoris, patris Antonini; qui Proculum Christianum, qui se
B per oleum aliquando curauerat; quem & Antoninus Christiano lacte educatus optimè nouerat, in palatio suo vsque ad mortem eius habuerit, acclarissimas fœminas & viros sciens huius sectæ esse, testimonio exornarit, & populo furenti in os restiterit.

Illorum igitur exemplum secutus, parcat Carthagini, quæ alioqui decimanda foret; parcat propinquis suis, & V.
propinquorum amicis: parcat denique Prouinciæ, quæ obnoxia iam facta erit concessionibus militum, maximè quum tunc ædificetur magis hæc Christianorum secta, cum cædi videtur.

Ceterùm hic vnus etiam eorum est librorum Tertulliani, quos plures D. Hieronymus Epist. ad Magnum aduersus Gentes commemorat: & eundem imitatur D. Cyprianus ad Demetrianum, Africæ itidem Proconsulem. Recensent eundem Trithemius Abbas script. Catalogo & Palitianus antequam in lucem ederetur: neque quisquam vnquam, quin huius sit Auctoris, dubitauit. Editus est autem primùm à Rhenano, repurgatus ab eodem ex cod. Gorzi ensi, additis secunda vice Adnotationibus, & deinde ad exemplar Anglicum castigatus à Gelenio: à nobis denique ad Romana tria Vaticana recognitus, & Adnotationibus auctus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI AD SCAPVLAM LIBER.

NOS [1] quidem neque expauescimus, neque pertimescimus ea quæ ab ignorantibus CAP. I.
C patimur: [2] cùm ad hanc sectam vtique susceptæ conditione eius, pacti venerimus, vt etiam [4] animas nostras autorati in has pugnas accedamus, ea quæ Deus repromittit, consequi optantes, & ea quæ diuersæ vitæ comminatur, pati timentes. Denique cum omni sæuitia vestra concertamus, etiam vltrò erumpentes: magisque damnati quàm absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed vobis & omnibus inimicis nostris, nedum amicis: Ita enim disciplina iubemur diligere inimicos quoque, & orare pro eis qui nos persequuntur: vt hæc sit perfecta & propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum. Qui ergo dolemus de ignorantia vestra, & miseremur erroris humani, & futura prospicimus, signa eorum cottidie intentari videmus, necesse est vel hoc modo erumpere ad proponenda vobis ea, [3] quæ palam non vultis audire. [6] Nos vnum Deum colimus, quem omnes naturaliter nostis: ad cuius fulgura & tonitrua con- II.
tremiscitis, ad cuius beneficia gaudetis. Ceteros & ipsi putatis deos esse, quos nos dæmonas scimus. Deut. 6.
Tamen humani iuris & naturalis potestatis est vnicuique quod putauerit colere: nec alij obest, aut Psal. 115.
prodest alterius religio. [7] Sed nec religionis est cogere religionẽ, quæ sponte suscipi debeat, non vi: cùm & hostiæ ab animo libenti expostulentur. Ita etsi nos compuleritis ad sacrificandum, nihil præstabitis dijs vestris: ab inuitis enim sacrificia non desiderabunt, nisi contentiosi sunt: contentiosus autem Deus non est. Denique qui est verus, omnia sua ex æquo, & prophanis, & suis præstat. Idcóq; & iudicium constituit æternum de gratis & ingratis. Tamen nos, quos sacrilegos existimatis, nec in furto vnquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. Omnes autem qui templa despoliant, & per deos iurant, & eosdem colunt, & Christiani non sunt, & sacrilegi tamen deprehenduntur. Longum

est,si retexamus quibus alijs modis & deridcantur & contẽnantur omnes dij ab ipsis cultoribus suis. D
Sic & circa maiestatem Imperatoris infamamur, tamen [8] nunquam Albiniani, nec Nigriani, vel
Cassiani inueniri potuerunt Christiani: sed [9] idem ipsi, qui per Genios eorum in pridie vsque iura-
uerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant & vouerant, qui Christianos sæpè damnauerant,
hostes eorum sunt reperti. Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris: quem sciens à Deo
suo constitui, necesse est vt & ipsum diligat, & reuereatur, & honoret, & saluum velit, cum toto
2. Thess.2. Romano Imperio, quousque seculum stabit: [10] tandiu enim stabit. Colimus ergo & Imperatorem
sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, vt hominem à Deo secundum, & quicquid est, à Deo
consecutum, & solo Deo minorem. Hoc & ipse volet. Sic enim omnibus maior est, dum solo vero
1. Tim. 2. Deo minor est. Sic & ipsis dijs maior est dum & ipsi in potestate sunt eius. [11] Itaque & sacri-
ficamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius: sed quomodo præcepit Deus,
pura prece. Non enim eget Deus conditor vniuersitatis odoris, aut sanguinis alicuius. Hæc
enim dæmoniorum pabula sunt. Dæmones autem non tantùm respuimus, verum & reuincimus, &
cottidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos magis oramus
pro salute Imperatoris, ab eo eam postulantes, qui præstare potest. Et vtique ex disciplina patientiæ
diuinæ agere nos satis manifestum esse vobis potest, cùm tanta hominum multitudo pars penè ma-
ior ciuitatis cuiusque in silentio & modestia agimus, singuli fortè noti magis quàm omnes, nec a-
liundè noscibiles quàm de emendatione vitiorum pristinorum. Absit enim vt indignè feramus ea
nos pati quæ optamus, aut vltionem à nobis aliquam machinemur, quam à Deo expectamus.
III. [12] Tamen (sicut suprà diximus) dolcamus necesse est, quòd nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis E
nostri effusionem: Sicut & sub [13] Hilariano Præside, cùm de areis sepulturarum nostrarum adcla-
massent: Areæ non sint: areæ ipsorum non fuerunt. Messes enim suas non egerunt. Ceterùm & im-
bre anni præteriti, quid commeruerit genus humanum, apparuit, cataclysmum scilicet & retro fuis-
se propter incredulitatem & iniquitates hominum: & [14] ignes qui super mœnia Carthaginis proximè
pependerunt per noctem quid minati sint, sciunt qui viderunt, & pristina tonitrua quid sonauerint,
sciunt qui obdurauerunt. Omnia hæc signa sunt imminentis iræ Dei, quam necesse est quoquo mo-
do possumus, vt & annunciemus, & prædicemus, & deprecemur, interim localem esse. Vniuersa-
lem enim & supremam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur. [15] Nam & sol
ille in conuentu Vticensi extincto penè luminè adeò portentum fuit, vt non potuerit ex ordinario
deliquio hoc pati [16] positus in suo hypsomate & domicilio. Habetis Astrologos. Possumus æquè &
exitus quorundam Præsidum tibi proponere, qui in fine vitæ suæ recordadati sunt deliquisse quòd
vexassent Christianos. [17] Vigellius Saturninus qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. [18]
Claudius Herminianus in Cappadocia, cùm indignè ferens vxorem suam ad hanc sectam transisse,
Christianos crudeliter tractasset, solúsque in [19] prætorio suo vastatus peste cum viuus vermibus ebu-
lisset: Nemo sciat aiebat, ne spe gaudeant Christiani. Postea cognito errore suo: quòd tormentis
quosdã à proposito suo excidere fecisset, penè Christianus decessit. [20] Cæcilius Capella in illo exitu
Byzantino, Christiani gaudete, exclamauit. Sed & qui videntur sibi impunè tulisse, venient in diem
diuini iudicij. Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod cùm [21] adrumeticum Ma-
uilum ad bestias damnasses, & statim hæc vexatio subsecuta est, & nunc ex eadem causa interpellatio
IIII. sanguinis. Sed memento de cetero. [22] Non te terremus, qui nec timemus: sed velim vt omnes sal- F
uos facere possimus monendo, μὴ ἡσσᾶσθαι. Potes & officio iurisdictionis tuæ fungi, & humanitatis
meminisse: vel quia & vos sub gladio estis. Quid enim amplius tibi mandatur, quàm nocentes con-
fessos damnare, negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis ergo quomodo ipsi vos contra man-
data faciatis, vt confessos negare cogatis. Adeò confitemini innocentes esse nos, quos damnare
statim ex confessione non vultis. Si autem contendit is ad elidendos nos, iam ergo innocentiam
expugnatis. Quanti autem Præsides & constantiores & crudeliores, dissimulauerunt ab huiusmodi
causis? vt [23] Cincius Severus qui [24] Thistri ipse dedit remedium quomodo responderent Christiani vt
dimitti possent: vt [25] Vespronius Candidus, qui Christianũ quasi tumultuosum ciuibus suis satisfacere
dimisit: vt [26] Asper, qui modicè vexatũ hominẽ, & statim deiectũ, nec sacrificium compulit facere,
antè professus inter Aduocatos & Adsessores, dolere se incidisse in hanc causã. [27] Pudẽs etiã missum
ad se Christianũ, in [28] elogio concussione eius intellecta, dimisit, sciscitato eodem elogio, sine accusa-
tore negans se auditurum hominem, [29] secundum mandatum. Hæc omnia tibi & de officio sugge-
ri possunt, & ab eisdem Aduocatis: qui & ipsi beneficia habent Christianorum: licet adclamẽt quæ
volunt. Nam & cuiusdam Notarius cùm à dæmone præcipitaretur, liberatus est: & quorundam pro-
pinquus & puerulus. Et [30] quanti honesti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut à dæmonijs: aut
valetudinibus [31] remediati sunt. Ipse [32] etiam Seuerus pater Antonini, Christianorum memor fuit.
Nam & [33] Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, [34] Euhodeæ procuratorem,
qui [35] cum per oleum aliquando curauerat, requisiuit, & in palatio fuo habuit vsque ad mortem eius:
[36] quem & Antoninus optimè nouerat: lacte Christiano educatus. [37] Sed & Clarissimas fœminas: &
Clarissimos viros [38] Seuerus sciens huius sectæ esse, non modò non læsit, verùm & testimonio exor-
nauit

A nauit, & populo furenti in os palàm restitit.[39] Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti illa impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsæ? Tunc & populus adelamans Deo deorum, Et qui solus potens, in Iouis nomine Deo nostro testimonium reddidit. Præter hæc, Depositum non abnegamus, Matrimonium nullius adulteramus, Pupillos piè tractamus, Indigentibus refrigeramus, Nulli malum pro malo reddimus. Viderint qui sectam mentiuntur, quos & ipsi recusamus. Quis denique de nobis alio nomine queritur? Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suæ sectæ?[40] quam incœstam, quam crudelem, tanto tempore nemo probauit. Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo,[41] cremamur. quod nec sacrilegi, nec[42] hostes publici veri, nec tormaiestatis rei pati solent.[43] Nam & nunc à Præside Legionis, & à[44] Præside Mauritaniæ vexatur hoc nomen, sed[45] gladio tenus, sicut & à primordio mandatum est animaduerti in huiusmodi. Sed maiora certamina, maiora sequuntur præmia. [46] Crudelitas vestra gloria est nostra. Vide tantùm ne hoc ipso, quòd talia sustinemus, ad hoc solùm videamur erumpere, vt hoc ipsum probemus, nos hæc non timere, sed vltrò vocare.[47] Arrius Antoninus in Asia cùm persequeretur instanter, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt: cùm ille paucis duci iussis, reliquis ait,[48] ὦ δύλοι, εἰ θέλετε κρεμᾶσθαι, κρημνούς ἢ βρόχους ἔχετε. Hoc si placuerit & hic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac fœminis, omnis sexus, omnis ætatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? Quantis ignibus, quantis gladijs opus erit?[49] Quid ipsa Carthago passura est[50] decimanda à te, cùm propinquos, cùm contubernales suos illic vnusquisque cognouerit, cùm viderit illic fortassè & tui ordinis viros & matronas, & Principales quasque personas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? Parce ergo si tibi, non nobis. Parce Carthagini, si non tibi.[51] Parce Prouinciæ quæ visa intentione tua obnoB xia facta est concussionibus & militum & inimicorum suorum cuiusque. Magistrum neminem habemus, nisi Deum solum. Hic ante te est, nec absconditi potest, sed cui nihil facere possis. Cæterùm quos putas tibi magistros, homines sunt & ipsi morituri quandoque.[52] Nec tamen deficiet hæc secta quam tunc magis ædificari scias, cùm cædi videtur. Quisque enim tantam tolerantiam spectans, vt aliquo scrupulo percussus, & inquirere accenditur, quid sit in causa, & vbi cognouerit veritatem, & ipse statim sequitur.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM AD SCAPVLAM.

AD Scapulam.] *Hunc de genere Patricio ex familia Corneliorum Scipionum fuisse constat. Anno enim vrb. cond.* CCCXII. *& rursum* CDIIII. *P. Cornelium Scipio Scapulam primum regerêda causa cum Appio Claudio Dictatore, deinde comitiorum habendorum causa cum Lucio Camillo Dictatore Magister Equitum creatus. Anno* V. C. CDXXI. *primus antequam Sellam curulem sedisset Pontifex Maximus iuxta Luium, denique anno* V. C. CDXXV. *Consulatum gessit cum Plautio Proculo, Linis & Cassiodoro testibus, quibus fasti consulares consentiunt tam Onuphrij quàm Goltzij.*

CAP. I.

2. Nos quidem neque expauescimus, &c.] *Caput hoc nihil aliud quàm* Præfatio *est.*

3. Cùm ad sectam hanc, &c. pacti venerimus, &c.] *Alludit ad pacta in baptismo, de quibus latiùs infra Tom. sequenti libro de Corona militis.*

4. Animas nostras autorati.] *Ac si dicat. obligati, quèadmodum libro ad Martyres*: Ad ignes quidem se autorauerunt: *unde (vt illic adnotauit Rhen.* Autoramentum, *& milites* autorati.

5. Quæ palàm non vultis audire.] *Hinc patet non porrectum hunc librum supplicem, sed missum potius. Est autem simile locus de dilectione inimicorum, tum Apolog. c.* 31. *tum apud. Athenag. orat. pro Christianis.*

CAP. II.

6. Nos vnum Deum colimus, &c.] *Caput hoc in scripsimus*: De Christianorum innocentia: *quippe quam hic proponit ipsdem pene verbis, quibus latiùs eandem prosecutus est Apologeticus capitibus, in Argumento nostro suprà tactis.*

8. Sed nec religiònis est cogere religiònem, &c.] *Ne quis forte locum hunc detorqueat ad sectarum licentiam, admonendi venit Auctoris sententia earundem libertati prorsus contraria in tus Scorpiaci T.* 3. *infrà.* Ad officiũ hæreticos compelli, non illici, dignum est. Duritia vincẽda est, non suadenda. *Neque verò unde eam proponit, sed scripturis ipsdem confirmat, quibus probat D. Cypr. De exhorta. Mart. c.* 5. *Quod fic idololatriæ indignetur Deus, vt præcepto eos etiam interfici, qui sacrificare & seruire idolis suaserint. Quo loco vide Adnot. nostras num.* 27. *& latiùs in Epist. eiusdem* 52. *ad Antonianum nu.* 78. *Videtur itaque ita Auctor hic intelligendus, quemadmodum loquuntur Doctores Scholastici, dum docent Judæos aut Turcas ad suscipiendam religionem Christianam violenter & directè cogendos non esse, constanter interim asserentes, hæreticos ad officium debere compelli, & similiter Apostatas ad tudaismum aut Mahometismum declinates, non secus atque religionis suæ desertores. Eodem certè pertinent hæc verba Auctoris, vbi suprà*: Nec putem (*inquit*) discerpandum, an dignè Deus quos ab errore superstitionis auulserit, rursus in Ægyptum reportari nolit, an dignè à se non patiatur absistere, quos sibi elegit. Ita nec illud exspectabit retractari à nobis, an obseruari voluerit disciplinam quam voluit instituere, & an meritò vlcisctatur defertam, quam voluit obseruatam, quando frustrà instituisset, si obseruari eam noluisset, & frustrà obseruari voluisset, si vindicare noluisset. *Atqui paulopoſt, siue leganus*: despoliant *cum exc. & vna Vaticana, siue* dispoliant *cum* 2. *Vat. perinde est.*

8. Nunquam Albinianũ, nec Nigriani, vel Cassiani, &c.] *Simuliter Apolog. c.* 35 Vnde Cassij, & Nigri, & Albiniani. *Atqui (quemadmodum adnotauit Rhen. parum ad limen, parum ad librum de Pallio) hinc patet & Apologeticũ, & hunc*

Tractatum posteriorem esse libro de Pallio, cum illic c. 2. plurium Augustorum, quorum Cladius Albinus unus fuit, concordia celebretur. Qui postea Spartianus teste, aduersus Severum Imperatorem rebellis in Gallia victus est die undecimo Kal. Mart. apud Tiuurtium, & eadauer ante domum eius propriam iam diu sum, in Rhodanum flumium abiectum est. Non dissimili fato discessit Niger à Syriacis legionibus Imperator appellatus contra Severum, tandem apud Cyzicum ab eodem est interemptus. At Audius Castus ex familia Cassiorum, qui in C. Iulium constituerant, L. Vero Imperatori insidias struxit, successus tandem non subente illo, sed tamen non vetante. Hinc Albianos, Nigrianos, & Cassianos vocat Tertullianus, defensionum istorum consensi. Vtura de his in vita Auctorum, ne hic prolixiores simus.

9. Sed idem ipsi, qui per Genios eorum iurauerant, &c.] *Ex MS. item, idem legi nusquam vet. exc. pro* ijdem. *Detestamento vero per* Genios Cæsarum, *latius Apolog. cap. 32. num. 450.*

10. Tamdiu enim stabit.] *Hoc colligitur (inquit Rhen.) ex verbis illis Apostoli, 2. Thess. 2. Qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Non aliter autem dixit Auctor Apolog. c. 32.* Est & alia necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni statu Imperij rebusque Romanis, quòd vim maximam vniuerso orbi imminentem, ipsamque clausulam seculi acerbitates horrendas comminantem Romani Imperij commeatu scimus retardari. *Et Lactantius l. 7. c. 15. Incolumi Roma nihil videtur metuendum: at vero cum caput illud orbis occiderit, & ὑρὸμ esse cœperit, quod Sybilla fore aiunt, qui dubitet omnia tam immensa rebus humanis orbique terrarum? Quod miror ab Antonio Raudensi inter errores deridendos admotatum. Neque enim ipse tam de vrbe quàm de Romano Imperio loquitur, & dictam scripturam sic interpretantur tum Græci omnes, & D. Ambros. in Comment. tum etiam DD. Hieron. qu. 11. ad Algasiam, & August. cap. 19. lib. 20. de ciuit. Dei. Legimus autem ex MS.* & solo Deo minorem.

11. Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, &c.] *Cum Apolog. cap 30. non nisi* inuocationis & orationis *mememinerit, hic vero etiam* sacrificij pro Imperatoribus, *videtur hunc librum scribens Presbyter fuisse, quâ tumum hunc locum contra Miss. sacrificium detorqueant Magdenburgenses ob verba adiuncta:* sed quomodo Deus præcepit pura precc: *inde colligentes non nisi precum sacrificium debere intelligi. Verum quid sibi velit, satis colligitur ex eo quod addit:* Non enim eget Deus conditor vniuersitatis (*seu* immensitatis, *vt habent 3. Vat. MS.*) odoris aut sanguinis alicuius. *Opponit enim precem puram odoris aut sanguini, & vero nos Deo non sacrificamus odore aut sanguine, sed precc pura. nã* sacrificiũ *non nisi per preces & per inuocationem sacrificatur aut offertur. Verum de hoc latius tum lib. seqũ de Iudæis, & l. lib. 3. aduersus Marcionem, T. 3. vbi similes loci ab illo in calumniam rapuntur; tum potiss mum lib. de Cultu fœmin. cap. 11. vbi verbum disertus:* aut sacrificium offertur (*inquit*) aut Deiverbum adminiſtratur. & *lib. de Orat. Tom. 2. qui totam rationem Missæ, vti celebratur in Africa, continet, in quo ter quater vbi nomine* sacrificij *nominatim vtitur.*

Cap. III.

12. Tamen (sicut supra diximus) doleamus, &c.] *Inscriptionem hunc capiti dedimus:* Quòd nulla ciuitas impunè latura sit Christiani sanguinis effusionem. *Quam ipsam sententiam ipsdem pene verbis prosequitur D. Cypr. ad Demetrianum, vt adnotauit quoque Rhenanus.*

13. Sub Hilariano Præside, cùm de areis sepulturarum nostrarum, &c.] Hilarianus Præses *Africæ videtur fuisse vnus deceſſorum Scapulæ.* De areis vero sepulturarum, seu *cœmeteriis Christianorum, vide Adn. nostras in D. Cypr. epist. 68. nu. 25.* Cataclysmus autem & *supra in Apolog. & infra de hab. virg. accipitur progenerali diluuio: & exstat libellus de* Cataclysmo *inter. D. Augustopera, T. 9.*

14. Ignes qui super mœnia Carthaginis, &c.] *Portentum simile describitur à Josepho ante excidium Hierosolymitanum, de bello Iudaeo l. 7. c. 12. Hi etiam constat* Carthagini *habitasse Tertullianum.*

15. Nam & sed ille in conuentu Vticensi, &c.] *De* Vtica *Africæ oppido Carthagini vicino vide Adn. nostras in Concil. Carthag. sub D. Cypriano, ad sent. 41. Apparet autem (inquit Rhen.) distinctam fuisse in* conuentus, *instar Hispaniæ. Quam citeriorem in* conuentus *septem diuisam fuisse Plinius auctor est, sicut Baeticam in quatuor. Eos idem vocat iuridicos, quod illic sua quique oppida finitimi discepterarent. Ibi suos conuentus hodie refe runt apud Christianos oppida Episcopis insigna, quantum ad causas adiunct Ecclesiasticas. Igitur* conuentum Vticensem *accipe pro toto tractu, qui Iurisdictionis* Vticensium *subiectus erat. Quæ Rhenani interpretatio confirmatur his verbis Oratij lib. 1. cap. 2. Zeugis prius non vnius* conuentus, *sed totius Prouincia nomen fuisse inuenitur, vbi Carthago magna. Vnde patet Prouinciæ Africæ, seu Carthaginis,* conuentum Vticensem *fuisse.*

16. Positus in suo hypsómate, &c.] *Vitur (inquit idem Rhen.) verbabus astrologorum, loqueris de Eclipsi quadam solu non ordinaria, sed prodigiosa Vulgus astrologorum hodie vocat altitudinem & domum. Si autem certi quid ex aliis scriptoribus aut Ephemeridibus haberi posset de hoc prodigio, certius liceret iudicare de tempore quo scripsus est hic liber.*

17. Vigellius Saturninus.] *Vaticani tres codices*, M. Gellius. *Ego ex coniectura, quam tamen nolui in textum inducere.* Valgius Saturninus. *Quem enim sub Augusto, anno vrbis conditæ. 741. Consul Romæ fuerit in locum Messalæ substitutus.* C. Valgius *C. F. Q. N.* Saturninus *Rufus (cuius etiam A. Gellius memitur) quidni alter aliquis* Saturninus *ex eadem familia potuerit Carthagini: Præsidem agere, qui primus illic persecutionem mouerit? Certè anno Severi Cæsaris VI. anno Vrb. Cond. 950. Consule fuit.* T. Haterius Saturninus, *qui an alius, an idem, alijs disputandum relinquo.*

18. Claudius Herminianus in Cappadocia, &c.] *Veteres ex.* Lucius Hieroninianus. 3. *Vaticani,* Lucius Gerominianus. *Sed placet,* Herminianus, *aut potius,* Herminius: *quòd* Herminia *familia Roma Consularis fuerit. Vide alicubi hac de re Franc. Balduinum, quippè qui suis ad me litteris meminerit se scripsse aliquando de Claudio* Herminiano, *quem latum hactenus reperire non licuit. Colligitur autem hinc tam tum fidem Christianam in Cappadocia viguisse: de qua latius lib. sequenti Aduersus Iudæos.*

19. in prætorio.] prætorium *(inquit Rhenan.) villæ est vrbana, quæ differt a rustica, propter elegantiam & ritorem. Suetonius in Cajo Cæsare; In exstructionibus (inquit) villarum & prætoriorum, omni ratione posthabita nihil tam effugere cupiebat, quàm quod effici posse negaretur. Proinde D. Hieronymus dolium illud versatile Diogenis elegantes prætorium vocat, aduersus Iouinianum lib. 2. Quinique, inquit, se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum iactabat, & se cum temporibus immutantem. Frigore enim, dolij os vertebat in meridiem, æstate, ad septentrionem; & vicunque sol se inclinaret a, Diogenis simul prætorium vertebatur. Porrò reiscia accidit rus; aliquibus latere non potuisse. Addidi autem ex cod. Vat. MS.* spe, *ad illud:* ne spe gaudeant.

20. Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino. &c.] Cæcilius Capella *in Fastis Consularibus non reperitur: forte ajus fuit de familia C.* Cæcilij *Q. F. Q. N. Metelli Capraij Consulis, anno vrb. cond. 638. Quisquis tandem fuerit, Præses fuit* Byzantij *& Christianorum persecutor in* Byzantino exitu, *id est, exitio (sicuti vicissim, teste Festo) olim exitum vsurparunt pro exitu. Quod ipsum ille in vindictam fieri interpretatur:* Christiani gaudete, exclamauit. *Cotigisse id scribit Herodianus, Michael Glycas, & Cussimianus regnante Severo Imperatore post triennij obsidionem, eo quod partes fuisset Pescennij Nigri, mœnibus dirutis, & Iuribus ademptis, demique loco ipso iurisdictioni Perinthiorum adsignato. Vnde desiderps (inquit Glycas) vsus obtinuit, vt Episcopi Byzantini confirmatio ad Heraclia seu Perinthi sterellaret Antistitem. Addens Constantinum Magnum, instau-*

instaurato castro, quod olim à Xyλo Thracum Rege extructum fuerat, magnum loci ſplendorem adieciſſe, vbique cognomentum Nouæ Romæ dediſſe. Hæc ciuitatis ac Imperij Conſtantinopolitani initia etiam Nicephorus commemorat Eccl. hiſt. l. 7. c. 47. qui etiam lib. 8. c. 6. recenſet omnes Epiſcopos Byzantinos *à D. Andrea Apoſtolo ad Conſtantinum vſque, quorum primi xi. propter infidelium incurſiones in oratorio quodam ſynaxes celebrarint, vt non mirum ſit, perſecutionem ibi quoque deſæuiſſe in Chriſtianos.*

21. Adrumeticum Mauilium.] *Vatic. 3. Mss. cod.* Adrimeticum Mauillium, *ſed magis illud placet. Rationem habes in ad. noſtris ad Concil. Carthag. ſub D. Cypr. Sent. 16. Atqui* interpellatio ſanguinis *pro perſecutione ponitur.*]

Cap. iiii.

22. Non te terremus, &c.] *Hinc tapiti titulum damus:* Quòd poſſit Iudex officio iuriſdictionis ſuæ fungi, & humanitatis meminiſſe. *Porrò de Prouerbiali formula, μὴ ἡσυχάζειν, vide noſtra Prolegomena. Quod vero ait,* Cõfeſſos negare, *hoc amplius (inquit Rhen.) Tertullianus deplorat in Apologetico, & Cyprianus martyr aduerſus Demetrianum. Si crimen eſt (inquit) cur non interficis confitentem? Si crimen non eſt, quid perſequeris innocentem? Torquiris enim debui, ſi negarem, &c.*

25. Cincius Seuerus.] *Vat.* 1. Cicius. *ſed illud placet, eo quòd reperiatur apud Romanes familia* Cincia plebeia. *fortaſſe idem fuit* Cn. Clodius Seuerus, *qui Seueri præceptor & Philoſophus Conſulatum geſſit anno vrb. cond.* 925.

24. Thiſtri.] *Vat.* 1 Thiſti. *vnde colligere mihi videor veram huius loci lectionem* Tiriſtri, *aut* Tiriſti. *nam apud Ptolemæum Tab. 9. Europæ, in Myſia inferiori reperitur, &* Tiriſtre, *Græce* Τιρίστη promontorium *&* Tiriſti ciuitas, *Græce* Τιρίστη πόλις *de qua interim lectiori cenſuram relinquo.*

25. Veſpronius Candidus.] *Anno v. c.* 931. *cum Imperatore Commodo hic Conſulatu ſimul cum legatur, cognomento* Verus, *cuius etiam Spartianus meminit in Iuliano, ac Caſſiodorus, Faſti Græci & Lampridius in Commodo, quemadmodum ante me adnotauit Onuphrius in ſecundum lib. Faſtorum.*

26. Aſper.] *Verò ſimile eſt hunc fuiſſe alterum duorum, qui poſtea anno vrb. cond.* 964. *primo poſt obitum Seueri, Conſules memorantur à Caſſiodoro, Faſtis Græco & Latino: ad quos additi Onuphrius, vbi ſupra, hanc inſcriptionem:* M. Pompeio M. F. Ani. ASPRO. 7. leg. xv. Apollin. 7. Coſ. 111. PR. primog. l. 111. CYREN. Præf. Caſtr. leg. xx. Victr. Alimotus Libertus Pullarius fecit. *Atqui* deiectum *rectè interpretatur Rhenan.* deiecto *animo.*

27. Pudens.] *Seruilius* Pudens *Conſul fuit in bello Marcomannico, ſub Cæſaribus Antonino & Vero. Anno vrb. cond.* 917. *& 918. vti patet ex Caſſiodoro, & Faſtis Græcis & Latinis.*

28. In elogio, &c.] Elogium *(inquit idem Rhen.) teſtificationem de aliqua re ſignificat. hic accipit pro charta, qua huiuſmodi teſtimonium continetur. ſicut & Suet. in Caligula: Et cui bibliarum (inquit) ſeriem recognouerit, nullus inſpecto elogio, ſtans tantummodo intra portitum mediam, à calua ad caluum ducitur per aſtus. Spartianus in Seuero: Euſtibius cùm ſub elogio eiuſdè principis occidit. Legatum P. R. homo plebeius temerè amplecti noluiſſe eſt, Exlitteris quas ſimul cùm Chriſtiano captiuo acceperat, intelleuiſſe Præſidem quod ille prius à delatore ſine mulcta iuſſet ſpoliatus; & ſic miſericordia motum, dimiſiſſe hominem, veluti antea ſatis afflictum. Hoc luris conſultis vocant, tum elogio mittere eum, quemadmodum Martianus in l. diuus, de teſtibus & exhibitione reorum. De quo etiam aliquid diximus Apolog. c. 2. nu. 22.*

29. Secundum mandatum.] *Hoc eſt (inquit Rhenan.) ſecundum reſcriptum Imperiale. Vt antè.* Quid enim amplius tibi mandatur; *&:* Videtis ergo quomodo ipſi vos contra mandata faciatis. *Atqui pro*, eiſdem aduocatis, *&c. Vatic. 3.* ciuſdem. *ſed quia antea non niſi ſub* Aſpro *Aduocatorum facta eſt mentio, illud placet magis. Notatu autem digna miracula de Notario & puerulo.*

30. & quanti viri, &c.] Quanti, *pro, quot (inquit idem) &* honeſti, *pro honorati. Sic paulo ante,* Quanti autem præſides & conſtantiores & crudeliores. *Item infrà:* Quantis ignibus, quantis gladijs opus eſt?

31. remediati ſunt.] *Hoc verbo (inquit id.) vſus eſt & in de Reſurr. car.* vitiorum *(inquit.) à* domino remediatorum. *Item in Præſcriptionibus.* Vel tralmutatione remediaremur. *Hinc illud Hieronymi in vita Hilarionis: Igitur poſt annum doloribus aſſiduis & vaſtibus, non remediantis animas, ſed perdentis. Eodem vtitur rurſus in Iouinianum. Quibus addè illud l. 2. adu. Marcio. T. 3.* ad remediandos eos. *& l. de bapt. c.* 10. Item aqua remediatur ; *&* , aquas baptiſmi ex leſe remediatis.

32. ipſe etiam Seuerus.] *Seuerus Imperator intelligitur, cui ad deſtinctionem* Cinci Seueri, *addit,* Antonini pater, *quem eundem vocat Apolog. c. 4.* Conſtantiſſimum Principum. *Hinc autem confirmatur lectio noſtra ibidem. c. 5.* nullus Seuerus, *quippè qui nimitio ſuę Imperij Chriſtianos non ſit perſecutus, vti ex Oroſio & alijs latius in vita Auctoris.*

33. Proculum Chriſtianum, qui Torquation cognominabatur, &c.] Proculus *iſte? haudquaquè alius eſt, quàm ille cuius meminit initio libri adu. Valent. infrà Tom. 3. quemadmodum ibi latius quoſdã vitiliũ cognomen* Torpation *hoc adjectatur. In Martyrologijs iſte nunnio Kalendis Decembribus.* Ciuitate Narnia 5. Proculi presbyteri, *opidò quod haud procul Roma diſtat, & à Seuero frequentatum, quemadmodum ex quibuſdam inſcriptionibus patet. an idem ſit noſter. Videtur interim ex curatione per oleum presbyter etiam iſte* Proculus *fuiſſe.*

34. euhodex proturatorem.] *Quum neque Ptolomæo, neque alicui Geographo nota ſit aliqua prouincia aut ciuitas hoc hoc nomine* euhodex, *conijcio Græce ſcripſum fuiſſe à Tertulliano* εὐοδῆσαι *aut potius in datiuo* εὐοδῆι, *aut ſi manus ſecundum dialection Atticam (vti legiſſe adnotat* euhode, *cod. Gorzienſem Rhenan.)* εὐοδῆ. *Significat enim* εὐοδία *& proſperum iter & proſperitatem. Vnde illud Eſdr. 8.* Ζητῆσαι εὐοδίαν *pro quo noſter interpres vertit, petere viam rectam. Quare non placet conſectura in margine 1. edit qualegitur,* cubodex. *maxime propter phraſin Auctoris peculiarem, qua etiam alibi frequenter vtitur verbis:* procuratio, procurare, procurari *&* procurans in datiuo: *ceſi dicat,* procuratorem proſperitati, *quippè qui Seuero proſperitatem procurarit, reddita per oleum ſanitate. Adnotat eiuſmodi Rhenanus:* homini procurat lib. 1. *adu. Marc.* cui procurant *&* procurantis Euangelio, *lib. 4. adu. Marc.* cui procurent, *de Reſurr. car. Tom. 3. & de Coron. milit. T. 2.* ſibi procuraueruntur. *& de Cult. fem.* affectioni procurans. *ad l. 1. ad vxo. 2. &* quæ pudori procurat, *& lib. adu. Valent.* non ſemel, *ac alibi frequentiſſimè.*

35. qui cum per oleum aliquando curauerat.] *Moris huius Chriſtianorum, qui morbos oleo curabant, meminit etiã B. Hieronymus in vita B. Hilarionis, quod Aprotol à ſerpentibus & venenatis animalibus perculſi, accepto oleo ab illo benedicto vulnera ſua ungentes, priſtinæ ſanitati fuerint reſtituti. Idem refert Ruffinus hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 4. de diſcipulis B. Antonij, & Sulpitius Seuerus in vita S. Martini, de muta & paralytica oleo benedicti ab eo curatis; & Palladius de duobus Macarijs ſimilia. Vt prætermittam plures alios, quorum miracula per oleum retenſentur 6. Voluminibus Vitarum Sanctorum Surij, quæ ex Indicibus licebit petere.*

36. quem & Antoninus optimè nouerat lacte Chriſtiano educatus.] *Quum plures fuerint* Antonini *Cæſares (de quibus late Iacobus Reyardus noſter Var. lib. 3. cap. 10.) loquitur hic vti & Rhenanus ad Marginem adnotauit de* Antonino *Caracalla Seueri filio, de quo plura in vita Auctoris. Peculiare autem eſt Auctori, quod eum ſcribat lacte Chriſtiano, id eſt à nutrice Chriſtiana educatum. Hinc adeò factum puto, vt mutier in Chriſtianos fuerit, quum e contrario Neroni tanta crudelitas adſcribatur à quibuſdam, quòd eam à nutrice hauſerit.*

37. Sed & Clariſſ. fœminas, & Clariſſ. viros.] Clariſſimorum viuorum *(inquit Rhenanus)* uxores clariſſimæ *erãt*

nam fœmina nupta mariti dignitate censentur, vt est apud Vlpian. Iure consul. Senatores quibusdam clarissimi fuerunt. Nonnullis hic ordo dispönitur, Illustrium, spectabilium, Clarissimorum, & Perfectissimorum. Vide autem formulam Clarissimatus apud Cassiodorum, Variarum l.7.epist.63.

38. Seuerus sciens huius sectæ esse, non modò non lædit, &c.] De hac Seuerian Christianos motus sui Imperij indulgentia latius in vita, Auctorum. Atqui pro & populo furenti in os palàm restitit, leguntur, MS. Vatic. populo furenti in nos, nam malè. Eligat Lector quod volet. vnus eorum, restitit, sed illud magis placet.

39. Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione.] Vide hac de re Adnot. nostras in Apologet. ca. cap. 5. n. 64. Quibus adde, quòd hac historia contigerit Pisone & Iuliano Coss. anno, Vrb. Cond. 926. aut iuxta alios, anno 927. Gallo & Flacco Coss.

40. quam incœstam, quam crudelem, &c.] Incœstam (inquit Rhenam.) propter mendacium Gentilium de promiscuo cum matribus & sororibus concubitu; crudelem, propter infanticidium, de quo etiam Christianos calumniabantur. Verùm de hoc latius Apolog. c. 1. 7. & 8.

41. cremamur, &c.] De supplicijs Christianorum variis, & nominatim summa ignium pœna, vide infrà li. ad Martyr. c. 4. & Adn. ibidem nostras n. 46. item & Apolog. c. vlt. num. 619.

42. nec hostes publici veri.] Intelligit (inquit Rhen.) hostes Imperatorum Romanorum & populi Romani, qui indidiarentur salutes eorum. Nam vulgus ipsi quoque Christianos appellabat hostes publicos: sed hi veri hostes non erant, immò potius amici.

43. Nam & nunc à Præside Legionis.] De Legionis regno in Hispanijs quam latè se olim extenderit, vide Adnot. nostras in Epist. B. Cypriani 68. n. 2. Addit autem lib. adu. Iudæos suprà, Hispaniarum omnesterminos iam tum ad Christum conuersos. Neque mirum quum ante Auctorem B. Irenæum l. c. 3. celebret Ecclesias quæ in Hiberia sunt; vbi vide in eandem sententiam Adn. Feu-ardentij nostri, cap. 4. & nostras in supradictum l. n. 41.

44. & à Præside Mauritaniæ.] Quòd Maurorum etiam multi fines iam tum fidem Christi susceperant, testatus est Auctor vbi suprà: quo loco vide Adnot. nostras n. 40 Adnotandum autem, quòd Præsides vocantur Legionis & Mauritaniæ, quum Africæ Præfectis & aliarum Prouinciarum Proconsules, nuncupa rentur.

45 sed gladiotenus, &c.] Eadem phrasi dixit infra T. 2. l. de velan. virg. c. vlt. cerebrotenus. Atqui quod gladio mãdatum fuerit à primordio animaduerti in Christianos, saltem in Africa, patet & ex vita B. Cypriani. De vtce autè animaduerti pro morte puniri, Iurecon. vsitata, vide Adnot. nostras in, eiusdem Cypr. Epist. 69. n. 25. Quod ipsum patet ex epist. eiusdem. 82. ad successum, vbi Logis. Xiltum in cœmiterio animaduersum sciatis, qui quum crucis supplicio martyrium passus sit, patet generale esse animaduersionis nomen; quod ex loco mihi in mentem quum non venisset, putaui pœnas crucem pro omni supplicio accipiendam.

Cap. v.

46. Crudelitas vestra gloria est nostra, &c.] Titulum huic postremo capiti dedimus: Quod Christianis parcendum vel ob nimiam multitudinem. Paucis autem hoc hic deprecatur Auctor; quod latius fusè prosecutus Apolog. c. 44. & 50.

74. Atrius Antoninus in Asia.] Fortassis hic idem fuit, qui à Lampride Atrius Præsens, ab aliis Brutius Præsens appellatur. Consul Romanus anno vrb. cond. 931. Atquibi, manu facta, manus pro multitudine accipitur: & ibi, paucis duci iussis, duci, pro abduci: alludens fortassis ad illud Actorum 12. inquisitione facta de ciuibus, iussit eos duci.

48. ὦ δοῦλοι, εἰθέλετε ἀποθνήσκειν, κρεμᾶσθε ἢ βόθυνος ἕχετε.] Ad verbum sonant hæc Latinè: O miseri, si cupitis perire, præcipitia aut restes habetis. MS. interim 3. Vatic. legunt. ὦ λοιποὶ; quod quum sonet ô reliqui, etiam retineri posset. Rhenano magis placuit ὦ δοῦλοι, eo quòd Græci quasi miserari (non dico insaniam, vti ille: neque enim Christianæ fides Zelus insania est) vulgi inimicam multitudinem hoc dixerit. Græcè autem dicere maluit, vtpotè Græcis Asiatiens.

49. Quid ipsa Carthago.] Vel hinc patet Carthagini egisse Tertullianum, & scapulam Carthagini fuisse præfectum vtpote Prouinciæ Carthaginiensis, Proconsulem: nam mox sequitur) Parce Carthagini, si non tibi. Parce Prouinciæ. De Carthagine porrò vide lib. de Pall. n. 1.

50. Decimanda à re.] Quid sit decimare, indicat his verbis Liuius l. 2. ab vrb. condita 254. Cetera, inquit, multitudo, forte decimus quisque ad supplicium lectus.

51. Parce Prouinciæ.] De Prouincia Proconsulari haud dubie loquitur, de qua & B. Cypr. epist. 45. Sed quoniam latius diffusa est Prouincia nostra. vbi plura prouincijs sex Africæ Adno. nostras n. 7.

52. Nec tamen deficiet hæc secta, &c.] Latius idipsum hic tractauit suprà c. vlt. Apologet.

ARGVMENTVM LIBRI ADVERSVS IVDÆOS PER IACOBVM PAMELIVM.

DISPVTATIONE habita inter Christianum & proselytum Iudæum (de se, quantum apparet, in tertia persona fermonem faciens) Tertullianus, quod per concentum obstrepentium spectatorum minus plenè potuit dilucidari, stylo restrictat, pugnans aduersus Iudæos solidissimis rationibus: & ex sacræ scripturæ fundamentis: idque pace Ecclesiæ adhuc durante ante bellum Brittannicum, eo tempore quo Mauri à Romanis obsidebantur.

Primùm autem etiam Gentibus gratiam Dei vindicat, posse eas ad Dei legem admitti comprobans.

I. Quippe quum lex primordialis matrix omnium præceptorum Adæ & Euæ in paradiso data sit;

II. scriptam, legis naturalis iustitia in Noë & Abraham, quin & sacerdotium in Melchisedech, præcesserit.

III. Et datam quidem Abrahæ circumcisionem carnalem ad tempus, sed in signum, vnde Israelitis nouissimo tempore dinoscerentur, quando secundum sua merita in sanctam ciuitatem ingredi prohiberentur: nunc verò spiritalè circumcisionem in salutem esse populo obedienti.

IIII. Sabbati quoque obseruationem temporalem fuisse, Sabbati æterni figuram: vtpotè quòd neque à prædictis Patriarchis ante legem Moysi, neque post eandem ab omnibus perpetuò obseruatam, exemplis confutes Iesu Naue & Machabæorum.

V. Quid? quòd etiam ipsa sacrificia terrenarum oblationum Abel & Cain, in Leuitico conscripta, spiritalium sacrificiorum prædicta fuisse ex Malachia & Psalmis manifestum sit.

Atque

A *Atque adeo ex prædictis concludi, legem nouam superuenturam; id itaque quærendum, an exspectetur noua legis lator, an vero iam venerit.* VI.

Venisse autem, primùm ex prophetijs commonstrari de regno eius super Gentes, eóque æterno. VII.

Deinde ex temporibus natiuitatis, Ducis Christi, & Passionis, & exterminij Ierusalem à Daniele prædictis. VIII.

Quinetiam prædictionibus variis, quibus à Prophetis nunciata est Christi natiuitas. IX.

Item ex ijs quæ de Passione Christi in cruce prædicta sunt & figuris eiusdem. X.

Rursum ex cladis Ierusalem prædictione, non modo per Danielem, sed & per Ezechielem prophetam. XI.

Insuper & repetitione quorundam scripturæ sacræ locorum de Gentium ad Christum conuersione. XII.

Denique præscriptione aliarum scripturarum, è quibus iam venisse conuincitur. XIII.

Postremo ex abundantia erroris Iudæorum conuinci, ex secundo Christi aduentu in sublimitate post priorem illum in humilitate; circa quem illi decepti sunt, quia non in sublimitate venerit, dum ignorant in humilitate fuisse venturum. XIV.

Cæterùm præterquàm quòd libro tertio aduersus Marcionem ijsdem penè verbis repetit Tertullianus non nihil susius, quæ hic contractius tractet, vnde eiusdem vtrumque Auctoris nemo dubitare possit; & quod B. Cyp. libris duobus prioribus Testimoniorum ad Quirinum aduersus Iudæos, hunc ita sit imitatus librum, vt multa decerpserit; similiter Iulianus Pomerius lib. tribus contra Iudæos. Certe Eusebius in Chronico sententiam Tertulliani de Natiuitate Christi ex hoc libro nominatim recenset, & Pomerius in librum suum primum, ac B. Hieronymus bonam 9. capitis partem suo in Danielem Commentario transcripserunt. Disertis item verbis scripti huius meminerunt Vincentius Lirinensis, Abbas Trithemius, & Polittianus, locis suprà citatis, antequàm prælo committeretur à Rhenano Qui & secundum castigationem edidit ex Gorzienſi codice, additis aliquot scholijs; verùm quod quum in Britannico codice Lelandi non haberetur, à Gelenio non sit recognitus, nondum pristinam faciem receperat. Quare & nobis in eo recurando laborandum fuit, ad quod subsidio fuerunt MS. Vaticanum vnum libri istius, & duo libri tertij aduersus Marcionem exemplaria; item dictus B. Hieronymi Commentarius, & loci aliquot à Latinio vtrobique obseruati: vti ex nostris Adnotationibus videre est.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVL. ADVERSVS IVDÆOS LIBER.

CAP. I.

PROXIME[1] accidit, disputatio habita est Christiano & proselyto Iudæo. Alterius vicibus contentioso fine vtérque diem in vesperam traxerunt. Obstrepentibus etiam quibusdam spectantibus singulorum, nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo quod per concentûdisputationis minus plenè potuit dilucidari, inspici curiosiùs, & lectionis stylo quæstiones retractatas terminare. Nam occasio quidem defendendi etiam gentibus sibi diuinam gratiam, habuit hinc prærogatiuam, quod sibi[2] vindicare Dei legem instituerit homo ex gentibus, nec de prosapia Israëlitûm Iudæus. Hoc enim sat esse, posse gentes admitti ad Dei legem, ne Israël adhuc superbiat, quòd gentes velut stillicidium situlæ, aut puluis ex area deputentur. Quanquam habeamus ipsum Deum idoneum pollicitatorem, & fidelem sponsorem, qui Abrahæ promiserat, quòd in semine eius benedicerentur nationes terræ, & quòd ex vtero Rebeccæ duo populi & duæ gentes essent proceſſuræ: vtique Iudæorum, id est Israël; & gentium, id est noster. Vterque ergo populus & gẽs est appellatus, ne de nominis appellatione priuilegium gratiæ sibi quis audeat defendere. Duos etenim populos & duas gentes proceſſuras ex vnius fœminæ vtero Deus destinauit, nec discreuit gratiam in nominis appellatione, sed in partus editione: vt qui prior esset de vtero proceſſurus, minori subijceretur, id est posteriori. Sic namque ad Rebeccam Deus locutus est, dicẽs: Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Itaque cùm populus seu gens Iudæorum anterior sit tẽpore, & maior per gratiam primæ dignationis in lege, noster verò minor ætate temporum de Rebecca, [3] de duobus populis, intelligitur id posse in vltimo seculi spatio adeptus notitiam diuinæ miserationis, procul dubio secũdum edictum diuinæ locutionis, prior maior populus, id est Iudaicus, seruiat necesse est minori, & minor populus, id est Christianus, superet maiorem. [4] Nam & secundum memorias populus Iudæorum, id est antiquior, derelicto Deo, idolis seruiuit, & diuinitate abrelicta simulachris fuit deditus, dicente populo ad Aaron: Fac nobis deos qui nos antecedant. Quod cũ ex monilibus fœminarũ & [5] annulis virorũ aurũ fuisset igne conflatũ, & processisset eis bubulũ caput, huic figmẽto vniuersus Israël abrelicto Deo honorẽ dederũt, dicẽtes: His sũt Dei qui nos eiecerũt de terra Ægypti. Siẽ nãq; posteriorib⁹ tẽporib⁹, quib⁹ reges eis impetabãt, & cũ Hieroboã vaccas aureas & lucos colebant, & Bahali se mancipabant: vnde probatũr eos semper idololatriæ crimine reos designatos ex instrumento diuinarum scripturarum. Noster verò populus minor, id est posterior, relictis idolis quibus antè deseruiebat, ad eundem Deum conuersus est, à quo Israël, vt suprà memoratum est, abscesserat. sic namque populus minor, id est posterior, populum maiorem superauit, dum

Rom. 3.
Isai. 40.
Gen. 22.
Gen. 25.
Ibid.
Exod. 32.
3. Reg. 12.
Psalm. 2.

II. „ gratiam diuinæ dignationis consequitur, à qua Israël est repudiatus. [6 Igitur gadum conferamus, D
„ & summam quæstionis ipsius certis lineis determinemus. Cur etenim Deus vniuersitatis conditor,
„ mundi totius gubernator, hominis plasmator, vniuersarum gentium sator, legem per Moysen vni
„ populo dedisse credatur, & non omnibus gentibus attribuisse dicatur? Nisi enim omnibus eam dedisset, nullo pacto ad eam etiam proselytos ex gentibus accessum habere permitteret. sed vt congruit bonitati Dei & æquitati ipsius, vtpotè plasmatoris generis humani, omnibus gentibus eandem legem dedit, quam certis & statutis temporibus obseruari præcepit, quando voluit, & per quos vo-
Gen.2. luit, & sicut voluit. Namque in principio mundi, ipsi Adæ & Euæ legem dedit, ne de fructu arboris
plătatæ in medio paradisi ederent: quòd si cõtrà fecissent, morte morerentur. quæ lex eis sufficeret, si
Deut.6. esset custodita. In hac enim lege Adæ data, omnia præcepta cõdita recognoscimus, quæ postea pul-
Leuit.19. lauerunt data per Moysen, id est, Diliges dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota a-
Exod.20. nima tua tua. &, 7 Diliges proximum tibi tanquam te. &, Non occides, non mœchaberis, non
Gen.2. fraudaueris, falsum testimonium non dices. Honora patrem tuum & matrem, & alienum non con-
Gen.3. cupisces. Primordialis lex est enim data Adæ & Euæ in paradiso, quasi matrix omnium præceptorũ Dei. Denique si dominum Deum suum dilexissent, contra præceptum eius non fecissent: si proximum diligerent, id est semetipsos, persuasioni serpentis non credidissent, atque ita in semetipsos homicidium non commisissent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum. à furto quoque abstinuissent, & de fructu arboris clàm non degustassent, nec à conspectu domini Dei nostri sub arbore delitescere gestissent. Nec falsum assuetanti diabolo participes efficerentur credendo ei quòd similes Deo essent futuri. Atque ita nec Deum offendissent vt patrem, qui eos delimo terræ quasi ex vtero matris figurauerat. Si alienum non concupissent, de fructu illicito non gustassent. Igitur hac generali & primordiali Dei lege, quam in arboris fructu obseruari Deus sanxerat, omnia præcepta legis posterioris specialiter indita fuisse cognoscimus, quæ suis temporibus ædita E
germinauerunt? Eiusdem est enim postea docere legem, qui antè præmiserat præceptum: quoniam & ipsius est erudire postea, qui antè iustos formare instituerat. Quid enim mirum, si is auget disciplinam qui instituit, si is perficit qui cœpit? Denique ante legem Moysi scriptam in tabulis lapideis, legem fuisse contendo nõ scriptã, quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus custodiebatur. Nã vn-
Gen.6. de Noë iustus inuentus, si non illum naturalis legis iustitia præcedebat? vnde Abraham amicus Dei
Iac.2. deputatus, si non de æquitate & iustitia legis naturalis? vnde Melchisedech sacerdos Dei summi nũ-
Gen.14. et cupatus, si non ante Leuiticæ legis sacerdotium Leuitæ fuerunt, qui sacrificia Deo offerebant? sic
Hebr.9. enim post suprascriptos patriarchas data lex est Mòisi, eo tempore posteaquam ab Ægypto exceſſe-
Exod.20. runt, post interuallum multorum temporũ & spacia. Denique post quadragintos & triginta annos
Gal.3. Abrahæ data est lex. Vnde intelligimus Deilegem etiam ante Moysen, 8 nec in Coreb tantùm, aut
Exod.33. in Sina & in eremo primũ in pardiso, pòst patriarchis, atque ita & Iudæis certis temporibus reforma-
Exod.20. tam; vt non iam ad Moysi legem ita attendamus; quasi ad principalem legem, sed ad subsequentem, quam certo tempore Deus & gentibus exhibuit, & repromissam per prophetas in melius reformauit, & præmonuit futurã, vt sicuti certo tẽpore data est lex per Moysen, ita temporaliter obseruata & custodita credatur. Nec adimamus hanc Dei potestatem pro temporum conditione legis præcepta
„ reformantẽ, in hominis salutem. Denique, qui contendit & sabbatum adhuc obseruandum quasi sa-
„ lutis medelam, & circũcisionem octaui diei propter mortis comminationem; docet in præteritum iustos sabbatizasse, aut circũcidisse, & sic amicos Dei effectos. Nam si circuncisio purgat hominem, Deus Adam incircuncisum cùm faceret, cur eum non circuncidit, vel postea quàm deliquit, si purgat circuncisio? Certè in paradiso constituens eum incircuncisum, colonum paradisi præfecit. Igi-
Gen.3. tur cùm neque circuncisum, neque sabbatizantem Deus Adam instituerit; consequenter quoque so-
Gen.4. bolem eius Abel offerentem sibi sacrificia, incircuncisum, nec sabbatizantem laudauit, accepto ferẽs F
quæ offerebat in simplicitate cordis, & reprobans sacrificium fratris Cain, eius qui quod offerebat,
Gen.6.7. & 8. non rectè diuidebat. Noë quoque incircuncisum Deus, sed & non sabbatizantem de diluuio liberauit. nam & Enoch iustissimum non circuncisum, nec sabbatizantem de hoc mũdo trãstulit, qui nec-
Gen.5. dum mortem gustauit, vt æternitatis candidatus, iam nobis ostenderet, nos quoque sine legis onere
Gen.14. Moysi, Deo posse placere. Melchisedech quoque summi Dei sacerdos incircuncisus; & non sabba-
Gen.19. tizans, ad sacerdotium Dei allectus est. Et probatus Loth frater Abrahæ; quòd pro meritis iustitiæ
III. sine legis obseruatione de Sodomitarũ incendio sit liberatus. [9 Sed Abraham, inquit; circuncisus
Gen.17. est. Sed antè Deo placuit quàm circuncideretur; nec tamen sabbatizauit. Acceperat enim circuncisionem; sed quæ esset in signum temporis illius, non in salutis prærogatiuam. Denique sequentes
Gen.14. patriarchæ incircuncisi fuerunt, vt Melchisedech, vt qui ipsi Abrahæ iam circuncisо reuertenti de
Exod.4. prælio, panem & vinum obtulit incircuncisus. Sed & filius, inquit, Moysi tum ab angelo præfocatus
„ fuisset, si non Seffora mater eius calculo præputium infantis circuncidisset. Vnde, inquit, cir-
„ cuncisionis maximum periculum est, si præputium carnis quis non circunciderit. Et ideò si salutem circuncisio omni modo adfert, etiã ipse Moyses in filio suo non intermisisset, quo minus octaua die circunciderет eũ, quando constet Seffoꝛã coactã ab Angelo id fecisse in itinere. Consideremus

itaque

A itaque quod non potuerit vnius infantis coacta circumcisio omni populo præscribere, & quasi legem huius præcepti condere in salutem. Nam prouidens Deus quòd hanc circumcisionem in signum, non in salutem esset daturus populo Israël, idcirco filium Moysi ducis futuri instigat circuncidi, vt quum cœpisset per eum populo dare præceptum circumcisionis, non aspernaretur populus, videns exemplum istud in ducis filium iam celebratum. Dari enim habebat circumcisio, sed in signum: vnde Israël in nouissimo tempore dignosci haberet, quãdo secundum sua merita in sanctã ciuitatem ingredi prohiberetur, secundum verba prophetarum dicentium: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni exustæ, regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent & deserta & subuersa à populis extraneis, derelinquetur filia Sion sicut casa in vinea, & sicut custodiarium in cucumerario, & quasi ciuitas quæ expugnatur. Et ideò subsequens sermo prophetæ exprobrat eis dicens: Filios generaui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et iterũ: Et si extenderitis manus, auertã faciẽ meã à vobis; & si multiplicaueritis preces, nõ exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et iterũ: Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, filij scelerati, derelinquistis Deum, & in indignationem misistis sanctum Israël. Hæc igitur Dei prouidentia fuit, dandi circumcisionem Israëlin signum, vnde dignosci posset, cùm adueniret tempus, quo meritis suis suprà dictis in Ierusalem admitti prohiberetur: quod & quia futurum erat, nunciabatur, & quia factum videmus, recognoscimus. Sicut ergo circumcisio carnalis, quæ temporalis erat, imbuta est in signum populo contumaci, ita spiritalis circumcisio est in salutem populo obaudienti, dicente prophetæ Hieremiæ: Innouate vobis nouitatẽ, & nolite seminare in spinis. Circũcidimini Deo, & circuncidite præputiũ cordis vestri.[10] Et alio loco dicit: Ecce enim dies veniũt, dicit Dominus, & disponam domui Iuda, & domui Iacob testamentũ nouum, non tale quale iam dedi patribus eorum, in die quo eos eduxi de terra Ægypti. *Isai. 1.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Hierem. 4.*

B Vnde intelligimus & priorem circumcisionem tunc datam cessaturam, & nouam legem non talem qualem iam dederat patribus processuram, annunciari, sicut Esaias prædicauit dicens: Quod, in nouissimis diebus manifestus futurus esset mons Domini, & domus Dei [11] super vertices montium: & exaltabitur, inquit, super colles, venient super illum omnes gentes, & ambulabunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob; non in Esau prioris filij, sed in Iacob sequentis, id est populi nostri, cuius mons Christus est sine manibus concidentium præcisus, implens omnem terram, apud Danielem ostensus. Denique ex hac domo Dei Iacob, etiam legem nouam processuram sequentibus verbis annunciat Esaias dicens: De Sion enim exiet lex, & verbum Domini ex Ierusalẽ, & iudicabit inter gentes, id est inter eos qui ex gẽtibus sumus vocati: & concident, inquit, gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non accipiet gens super gentem gladium, & iam non discent præliari. Igitur intelliguntur alij quàm nos, qui nouã legẽ edoctiisti obseruamus, oblitterata veteri lege, cuius abolitionem futuram actus ipse demonstrat? Nam vetus lex vltione gladij se vindicabat, & oculum pro oculo eruebat, & vindictam iniuriæ retribuebat. Noua autem lex clementiam designabat, & pristinam ferocitatem gladiorum & lancearum ad tranquillitatem conuertebat, & belli pristina in æmulos legis, & [12] hostis executionem in pacificos actus arandæ & colendæ terræ reformabat. Igitur, sicut suprà ostendimus, quòd vetus lex & circumcisio carnalis cessatura pronunciata est, ita & nouæ legis, & spiritalis circuncisionis obseruantia, in pacis obsequia eluxit. Populus enim, inquit, quem non noueram, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, prophetæ anunciauerunt. Quis autem populus qui Deum ignorabat, nisi noster, qui retrò Deum nesciebamus? & quis in auditu auris obediuit ei, nisi nos, qui relictis idolis ad *Isai. 2.* *Ibid.* *Daniel. 2.* *Isai. 2.* *Leu. 24.* *Psal. 17.*

C Deum conuersi sumus? Nam Israël qui Deo fuerat cognitus, quique ab eo in Ægypto exaltatus fuerat, & [13] per Erythræum pelagum transuectus est, quique in eremo manna cibatus quadraginta annis, ad instar æternitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus, aut seculi huius cibis pastus, sed Angelorum panibus manna cibatus, fatisque beneficijs Deo obligatus, Domini & Dei sui oblitus est, dicens ad Aaron: Fac nobis deos qui nos præcedant. Moyses enim ille, qui nos eiecit de terra Ægypti, derelinquit nos, & quid illi acciderit, nescimus. Et ideo nos, qui non populus Dei retrò, facti sumus populus eius accipiendo nouam legem suprà dictam, & nouam circuncisionem antè prædictam. [14] Sequitur itaque, vt quatenus circuncisionis carnalis, & legis veteris abolitio [15] expuncta suis temporibus demonstratur, ita sabbati quoque obseruatio temporalis fuisse demonstretur. Dicunt enim Iudæi, quod à primordio sanctificauerit Deus diem septimum, requiescendo in eo ab omnibus operibus suis quæ fecit, & inde etiam Moysem dixisse ad populum: Memento diem sabbatorũ sanctificare eum. Omne opus seruile non facietis in eo, præterquam quod ad animam pertinet. Vnde nos intelligimus magis sabbatizare nos ab omni opere seruili semper debere, & nõ tantùm septimo quoque die, sed per omne tempus. Ac per hoc quærendum nobis, quod sabbatum nos Deus vellet custodire. Nam sabbatum æternum, & sabbatum temporale scripturæ designant. Dicit enim Esaias propheta: Sabbata vestra odit anima mea. Et alio loco dicit: Sabbata mea profanastis. Vnde dinoscimus, sabbatum temporale esse humanum & sabbatum æternum censeri diuinum, de quo per Esaiam prædicat: Et erit, inquit, mensis ex mense, & dies de die, & sabbatum de sabbato, & veniet omnis caro adorare in Ierusalem, dicit Dominus. Quod *Exod. 14.* *Exod. 16.* *Psal. 77.* *Exod. 32.* *Gen. 2.* *Exod. 20.* *Isai. 1.* *Zech. 12.* *Isai. 66.*

IIII.

intelligimus adimpletum temporibus Christi, quando omnis caro, id est omnis gens, adorare in
Isai. 52. Ierusalem venit Deum patrem, per Iesum Christum filium eius, [16] sicut per Prophetam prædicatum est: Ecce proselyti per me ad te ibunt. Sic igitur ante hoc sabbatum temporale, erat & sabbatum æternum præostensum & prædictum, quomodo & ante circuncisionem carnalem fuit & spiritalis circuncisio præostensa. Denique docent, sicuti iam præloquuti sumus, Adam sabbatizas-
Gen. 4. se, aut Abel hostiam Deo sanctam offerentem, sabbati religione placuisse, aut Enoch translatum,
Gen. 5. sabbati cultorem fuisse, aut Noë arcæ fabricatorem propter diluuium immensum, sabbatum obser-
Gen. 6. uasse, aut Abraham in obseruatione sabbati, Isaac filium suum obtulisse, aut Melchisedech in suo sa-
Gen. 22. cerdotio legem sabbati accepisse. Sed dicturi sunt Iudæi, ex quo hoc præceptū datum est per Moy-
Gen. 14. sen, exinde obseruandum fuisse. Manifestum est itaque non æternum, nec spiritale, sed temporale fuisse præceptum, quod quandoque cessaret. Denique adeò non in vacatione sabbati, id est, dici
Iosue 6. septimi, hæc solennitas celebranda est, vt Iesus Naue suo tempore, quo Hiericho ciuitatem debel-labat, præceptū sibi à Deo diceret, vti populo mādaret, vt sacerdotes arcā testamēti Dei septē diebus circunferrent in circuitu ciuitatis: atq; ita septimi diei circuitu peracto, sponte ruerent muri ciuitatis. Quod ita factum est, & finito spatio diei septimi, sicut prædictum erat, ruerunt muri ciuitatis. Ex quo manifestè ostenditur, in numero istorū dierū septem incurrisse diem sabbati. Septē enim dies vndecūque initium acceperint, sabbati diem secum concludant necesse est, quo die non tantùm sacerdotes sint operati, sed & in ore gladij præda facta sit ciuitas ab omni populo Israël. Nec dubium est opus seruile eos operatos, cùm prædas belli agerent ex Dei præcepto. [17] Nam & temporibus Machabæo-
1. Mach. 2. rum sabbatis pugnando fortiter fecerunt, & [18] hostes Allophylos expugnauerunt, legémque paternam ad pristinum vitæ statum pugnando sabbatis reuocauerunt. Nec putem aliam legem eos defendisse, nisi in qua de die sabbatorum meminerant esse præscriptum. Vnde manifestum est ad tempus & præsentis causæ necessitatem conualuisse, vt non ad perpetui temporis obseruationem huiusmodi legem eis Deus antè dedisset. [19] Sic & sacrificia terrenarum oblationum, & spiritalium sacri-
V. ficiorum prædicta ostendimus. Et quidem à primordio maioris filij, id est Israël, terrena fuisse in Cain præostensa sacrificia: & minoris filij Abel, id est populi nostri, sacrificia diuersa demonstrata.
Gen. 4. Namque maior natu Cain de fructu terræ obtulit munera Deo: minor verò filius Abel de fructu ouium suarum. Respexit Deus in Abel & in munera eius; in Cain autem & in munera eius non respexit & dixit Deus ad Cain: Quare concidit vultus tuus, quoniā si rectè quidē offeras, non rectè autem diuidas, peccasti, quiescc. Ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis eius. Et tunc dixit Cain ad Abel fratrem suum: Eamus in campum. & abijt cum eo illic, & interfecit eum. Et tunc dixit Iesus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Et dixit: Nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego? Et dixit ei Deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Propter quod maledicta terra quæ aperuit os suum ad excipiendum sanguinem fratris tui. [20] Gemens & tremens eris super terram. Et dixit Cain ad Dominum: Maius delictum meum, quàm vt remittatur mihi, & eijcies me hodie à facie terræ, & à facie tua absc̄ondar, & ero gemens & tremens super terram, & omnis qui me inuenerit, occidet. Ex hoc igitur duplicia duorum populorum sacrificia præostensa iam nunc à primor-
Deut. 12. dio animaduertimus. [21] Denique quū per Moysen in Leuitico lex sacerdotalis conscribererur, inuenimus præscriptū populo Israëli, vt sacrificia nullo in loco offerrentur Deo, quā in terra repromissionis, quam dominus Deus daturus esset populo Israëli & patribus eorum: Et introducto Israël, illic celebrarentur sacrificia & holocausta tam pro peccatis quàm pro animabus, & nusquam alibi nisi in terra sancta. Cur itaque postea per prophetas prædicat spiritus futurum, vt in omni terra, aut in
Malach. 1. omni loco offerantur sacrificia Deo, sicuti ipse per Malachiam angelum vnū ex duodecim prophetis dicit: Non recipiam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab oriente sole vsque ad occidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit Dominus omnipotens. [22] Et in omni lo-
Psal. 95. co offeruntur sacrificia munda nomini meo. Item in Psalmis Dauid dicit: Adferte Deo patriæ gentium: Indubitatè quòd in omni terra exire habebat prædicatio Apostolorum. Adferte Deo claritatē & honorē, adferte Deo sacrificia nominis eius, Tollite hostias, & introite in atria eius. Nāque quòd
Psal. 50. non terrenis sacrificijs, sed spiritalibus Deo litandum sit, ita legimus vt scriptum est: Cor contribu-
Psal. 49. latum hostia est Dei. Et alibi: Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Sic itaque sacrificia spiritalia laudis designantur, & cor contribulatum acceptabile sacrificium Deo demōstratur. Itaque quomodo carnalia sacrificia reprobata intelliguntur, de quibus & Esaias loquitur, di-
Isai. 1. cens: Quò mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Ita sacrificia spiritalia acce-
Ibid. pta prædicantur, vt prophetæ annunciant: [23] Quoniam etsi adtuleritis, inquit, mihi similam, vanum est: incensum abominatio est mihi. Et alibi dicit: Holocaustomata & sacrificia vestra, & adipem
Ibid. hircorum, & sanguinem taurorum nolo. [24] nec si veniatis videri mihi. quis enim exquisiuit hæc de manibus vestris? Spiritalia verò sacrificia de quibus prædictum est, & sicut suprà dicit: Non est mihi voluntas in vobis, dicicit Dominus. Sacrificia non accipiam de manibus vestris: quoniam ab oriente sole vsque in occidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit Dominus. De spiritalibus verò sacrificijs, addit dicens: Et in omni loco sacrificia munda offerentur nomini

A mini meo, dicit Dominus. [[14] Igitur cùm manifestum sit, & sabbatum temporale ostensum, & sabbatum æternum prædicatum: circuncisionem carnalem prædictam, & circuncisionem spiritalem prænidicatam: legem quoque temporalem, & legem æternalem denunciatam: sacrificia carnalia, & sacrificia spiritalia præostensa: sequitur, vt præcedenti tempori datis omnibus istis præceptis carnaliter populo Israel, superueniret tempus, quo legis antiquæ & ceremoniarum veterum præcepta cessarent, & nouæ legis promissio, spiritalium sacrificiorum agnitio, & nouí Testamenti pollicitatio superueniret, fulgente nobis lumine exalto, qui sedebamus in tenebris, & in vmbra mortis detinebamur. itaque necessitas nobis incumbit, vt quoniam prædicatam nouam legem à prophetis prædiximus, & non talem qualis iam data esset patribus eorum, eo tempore quo eos de terra Ægypti produxit; ostendere & probare debeamus, tam legem illam veterem cessasse, quàm legem nouam promissam nunc operari. Et quidem in primis quærendum, an expecterur nouæ legis lator, & nouí testamenti hæres, & nouorum sacrificiorum sacerdos, & nouæ circunsionis purgator, & æterni sabbati cultor: qui legem veterem compescat, & nouum testamentum statuat, noua sacrificia offerat, & ceremonias antiquas reprimat, & circuncisionem veterem cum suo sibi sabbato compescat, & nouum regnum quod non corrumpatur, adnuncier. [[15] Nam etiam nouæ legis lator, sabbati Spiritalis cultor, sacrificiorum æternorum antistes, regni æterni æternus dominator, quærendum an iam venerit, nécne. Et si iam venit, seruiendum est illi: si necdum venit, sustinendus est dùmodò manifestus sit aduentus eius, comprimere legis veteris præcepta, & operari debere nouæ legis exordia: & in primis definiendum est non potuisse cessare legem antiquam & prophetas, nisi venisset is, qui per eandem legem, & per eosdem prophetas venturus annunciabatur. [[16] Igitur in isto gradum conferamus, an, qui venturus Christus annunciabatur, iam venerit, an venturus adhuc

B speretur. quod ipsum vt probari possit, etiam tempora sunt nobis requirenda, quando venturum Christum prophetæ annunciauerunt: vt si in ista tempora recognouerimus venisse eum, sine dubio ipsum esse credamus, quem venturum prophetæ canebant, in quem nos gentes scilicet crediturí anúciabamur: & cùm constiterit venisse, indubitatè etiam legem nouam ab ipso datam esse credamus, & Testamentum nouum ab ipso, & per ipsum nobis dispositum non non dissiteamur. Venturum enim Christum nec Iudæos refutare scimus, vtpotè qui in aduentum eius spem suam porrigant. Nec de isto pluribus quærendum, cùm retrò omnes Prophetæ de eo præcanuerint, vt Esaias dicit: [18] Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cuius tenui dexteram, vt exaudiant illum gentes: fortitudines regum disrumpam, aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. Quod ipsum adimpletum videmus. [19] Cui enim dexteram tenet pater Deus, nisi Christo filio suo? quem exaudierũt omnes gentes, id est cui omnes gentes crediderunt; cuius & prædicatores Apostoli in Psalmis Dauid ostenduntur; In vniuersa, inquit, terra exijt sonus eorum, & vsque ad terminos terræ verba eorũ. In quẽ enim aliũ vniuersæ gentes crediderũt; nisi in Christũ qui iam venit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt, [20] Parthi, Medi, Elamitæ; & [21] qui inhabitant Mesopotamiã, [22] Armeniã, [23] Phrygiam, [24] Cappadociã; & in colentes Pontũ, & [25] Asiam & Pamphyliam; [26] immorantes Ægyptum, [27] & regionẽ Africæ quæ est trans Cyrenẽ inhabitantes? [28] Romani & incolæ tunc & in Hierusalem Iudæi, & ceteræ gentes: [29] vt iam Getulorũ varietates, & [30] Maurorũ multi fines; [31] Hispaniarũ omnes termini, & [32] Galliarum diuersæ nationes, & [33] Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita; & [34] Sarmataru, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum; & abditarum multarũ gentium; & prouinciarum & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus: In quibus omnibus locis Christi nomen, qui iam venit, regnat: vtpotè ante quem omnium ciuitatum portę sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausæ: ante quem seræ ferreæ sunt comminutæ, & valuæ æreæ sunt apertæ. quamquam & ista spiritaliter sint intelligenda, quo præcordia singulorum varijs modis à diabolo obsessa, fide Christi sint reserata: attamen perspicuè sunt adimpleta, vtpote in quibus omnibus locis populus nominis Christi inhabitet. Quis enim omnibus regnare potuisset, nisi Christus Dei filius? qui [35] omnibus in æternuin gentibus regnaturus nunciabatur. Nam si Salomon regnauit, sed in finibus Iudæ tantùm, à Berſabeæ vsq; Dan termini eius regni signantur. Si verò [36] Babylonijs & Parthis regnauit Darius, non habuit potestatem vlterius, vltra fines regni sui: non habuit in omnibus gentibus potestatem. Si Ægyptijs Pharao, [37] vel quisque ei in hæreditate regni successit: illic tantùm potitus est regni sui dominium. Si Nabuchodonosor cum suis regulis ab [38] India vsque Æthiopiam habuit regni sui terminos. Si Alexander Macedo nunquam Asiam vniuersam & ceteras regiones postea quam deuicerat, tenuit. Si [39] Germani adhuc vsque limites transgredi non sinuntur. Britanniæ intra Oceani ambitum concluſæ sunt. [40] Maurorum gens, & Getulorum barbaries à Rom. obsidentur, ne regionum suarum fines excedant. Quid de Rom. dicam, qui de legionum suarum præsidijs imperium suum muniunt, [41] nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt? Christi autem regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus suprà enumeratis colitur, vbique regnat, vbique adoratur, omnibus vbique tribuitur æqualiter; non regis apud illum maior gratia: non Barbari alicuius impetiosi lætitia, non dignitatum aut natalium cuiusquam discreta merita, omnibus æqualis, omnibus rex, omnibus iu-

VI. De Sabbatho & circuncisione, & legis veteris & nouæ obseruatione. Luc. 1.

VII. Isai. 45. Psal. 18. Act. 2. Dan. 7. De regno Christi æterno. 3. Reg. 4.

dex, omnibus Deus & Dominus est. Nec dubites credere quod assueres, cùm videamus fieri. D

VIII. De Passione Christi, & vastatione Ierusalé.

[53] Itaque requirenda tempora prædicta & futuræ natiuitatis Christi, & passionis eius, & extermi-nij ciuitatis Ierusalem, id est, vastationis eius. Dicit enim Daniel: & ciuitatem sanctam, & sanctum terminari cum duce venturo, & destrui pinnaculū vsque ad interitum. Venturi itaque Christi ducis sunt tempora requirenda, quæ inuestigauimus in Daniele, quibus constitutis probabimus venisse eum, etiam ex temporibus præscriptis, & ex signis competentibus, & ex operationibus eius. Quæ prohomines, ex consequentibus quæ post aduentum eius futura adnunciabantur, vt tam adimpleta omnia, quàm perspecta credamus. Sic igitur de eo Daniel prædicauit, vt & quādo & quo in tēpore gētes esset liberaturus, ostenderet, & quoniam post passionē Christi ista ciuitas exterminari haberet. Dicit enim sic: In primo anno sub Dario filio Assueri ex semine Medorum, qui regnauit super regnū Caldæorū, ego Daniel intellexi in libris numerum annorū. Et adhuc me loquēte in oratione, ecce vir Gabriel quem vidi in visione in principio, volans, & tetigit me, quasi hora sacrificij vespertini, & intelligere fecit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nunc exiui imbuere te intelligentia, [54] in principio obsecrationis tuæ exiuit sermo. Et ego veni vt adnunciem tibi, quia vir desideriorum tu es, & cogita in verbo & intellige in visione. Lxx. hebdomadæ breuiatæ sunt super plebem tuam, & super ciuitatē sanctam, [55] quoadusque inueteretur delictum, & signentur peccata, & exorentur iniustitiæ, & inducatur iustitia æterna, & vt [56] signetur visio & prophetes, & vt vngatur sanctus sanctorum. Et scies & perspicies & intelliges à profectione sermonis, [57] integrando & reædificando Ierusalem vsque ad Christum ducem, hebdomadas septē & dimidiā, & Lxi. & dimidiā. & [58] conuertet & ædificabitur in [60] lætitiam, & [61] conuallationem, & [62] innouabuntur tēpora. & post hebdomadas has Lxii. & exterminabitur vnctio, & [63] non erit, & [64] ciuitatem & sanctum exterminabit cum duce adueniente, & concidentur quomodo in cataclysmo vsque [65] ad finem belli, quod concidetur vsque ad interitum. Et [66] confirmabit testamentum multis. Hebdomada vna, & E
dimidia hebdomadis [67] auferetur meum sacrificium & libatio, & in sancto execratio vastationis, &
vsque ad finem tēporis consummatio dabitur super hac vastatione. Animaduertamus igitur terminum, quomodo in verbo quas dixit Lxx. hebdomadas futuras, in quibus si receperint eum, ædificabitur in latitudinem, & in longitudinem, & innouabuntur tempora. Prouidens autem Deus quid esset futurum, & quoniam non tantùm non recipient eum, verùm & insequentur, & tradent eum morti, & recapitulauit, & dixit: In [68] sexaginta duabus hebdomadibus nasci illum, & vngi sanctum sanctorum. Hebdomades autem vii. & dimidia cùm implerentur, pati habere & ciuitatem exterminari post vnam & dimidam hebdomadam, quo scilicet septem & dimidia hebdomadæ completæ sunt. Dicit enim sic: Et ciuitatem & sanctum exterminari cum duce venturo, & concidentur sicut in cataclysmo, & destruet pinnaculum vsque ad interitum. Vnde igitur ostendimus quoniam venit Christus intra Lxii. & dimidiā hebdomadas? Numerabimus autem à primo anno Darij, qnomodo in ipso tempore ostenditur Danieli visio ipsa. Dicit enim: Et intellige, & conijce à profectione sermonis, respondere me tibi hæc. Vnde [69] à primo anno Darij debemus computare, quando hanc visionem vidit Daniel. Videamus igitur anni quoniam impleantur vsque ad aduentum Christi. [70] Darius enim regnauit annis xix. Artaxerxes regnauit annis xl. Deinde rex Ochus, qui & Cyrus, regnauit an. xxiiii. [71] Argus anno vno. Alius Darius, qui & Melas nominatus est, annis xxii. [72] Alexander Macedo annis duodecim. Deinde post Alexandrū, qui & Medis & Persis regnarat quos reuicerat, & in Alexandria regnum suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit. Post cum regnauit illic in Alexandria Soter annis xxxv. [73] cui succedens Philadelphus, regnauit annis triginta nouem. Huic succedit Euergetes, annis xxv. Deinde Philopater annis xvii. Post, [74] hunc Epiphanes, annis xxiiii. Item [74] alius Euergetes, ann. xxix. Soter F
[75] an. xxxviii. [76] Ptolemæus an. xxxvii. Cleopatra annis xx. [77] mensibus vi. Item adhuc Cleopatra conregnauit sub Augusto annis xiii. Post Clepatram Augustus alijs annis xliii. Nam omnes anni imperij Augusti, fuerunt anni lvi. [78] Videmus autem quoniam quadragesimo & primo anno imperij Augusti, quo post mortem Clepatræ imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis xv. Et erunt reliqua tempora annorum in diem natiuitatis Christi & in annum Augusti xli. post mortem Cleopatræ, anni cccxxxvii. menses vi. Vnde adimplentur lxii. hebdomadæ & dimidia, quæ effiiciunt annos cccexxxvii. menses vi. in diē natiuitatis Christi. Et manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctus sanctorum, id est, Christus, & signata est visio & prophetes, & dimissa sunt peccata, quæ per fidem nominis Christi, omnibus in eum credentibus remittuntur. Quid est autem quod dicit, signari visum & prophetiam? Quoniam omnes prophetæ nunciabant de ipso, quòd esset venturus, & pati haberet: igitur quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari visionem & prophetiam dicebat, quoniam ipse est signaculum omnium prophetarum, adimplens omnia quæ retrò de eo prophetæ nunciauerant. Post enim aduentum Christi & passionem ipsius, iam non visio, neque prophetes est, qui Christum nunciet venturum. Denique hoc si non ita est, exibeant Iudæi prophetarum post Christum aliqua volumina, angelorum aliquorum visibilia miracula, quæ retrò patriarchæ

Dan. 9.

Ibidem.

A patriarchæ viderunt vsque ad aduentum Christi, qui iam venit, ex quo signata est visio & prophetia, id est, statuta. Et meritò Euangelista: Lex & prophetæ vsque ad Ioannem baptizatorem: Baptizato enim Christo, id est, [79] sanctificante aquas in suo baptismate, omnis plenitudo spiritalium retrò charismatum in Christo cesserunt, signante visionem & prophetias omnes, quas aduentu suo adimpleuit. Vndè firmissimè dicit aduentum eius signare visum & prophetas. Itaque ostendentes & numerum annorum & tempus, LX. duarum & dimidiæ hebdomadarum adimplerum, tunc venisse Christum, id est, natum; videamus aliæ VII. & dimidia hebdomades, quæ sunt subduisæ, in abscissione priorum hebdomadarum, in quo actu sint adimpletæ. [80] Post enim Augustum, qui superuixit post natiuitatem Christi, anni XV. efficiuntur [81] cui successit Tiberius Cæsar, & imperium habuit annis XXII. mensibus septem, diebus viginti. [82] huius quintodecimo anno imperij passus est Christus, annos habens quasi XXX. quum pateretur. [83] & [84] Item Caius Cæsar, qui & Caligula, annis III. mensibus VIII. diebus XIII. [85] Nero Cæsar annis IX. mensibus IX. diebus XIII. [86] Galba mensibus VII. diebus VI. Otho [87] mensibus III. diebus V. [88] Vitellius mensibus VIII. diebus X. [89]. Vespasianus anno primo imperij sui debellauit Iudæos, [90] & fiunt anni numero quinquaginta duo, menses VI. [91]. Nam imperauit annis nouem: atque ita in diem expugnationis suæ Iudæi impleuerunt hebdomadas LXX. prædictas à Daniele. Igitur expletis his quoque temporibus, & debellatis Iudæis, postea cessauerunt illic libamina & sacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam & vnctio illic exterminata est post passionem Christi. Erat enim prædictum exterminari illic vnctionem, sicut est in Psalmis prophetarum: Exterminauerunt manus meas & pedes. Quæ passio huius exterminij intra tempora LXX. hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare COSS. Rubellio Gemino, & [92] Rufio Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die [93] VIII. *Matth.* 10. *Psal.* 21.

B Calẽdarum Aprilium, die prima azymorum, quo agnum vt occiderent ad vesperam, à Moyse fuerat præceptum. Itaque omnis synagoga filiorum Israël eum interfecit, dicẽtes ad Pilatũ. quum vellet eũ dimittere: Sanguis huius super nos & super filios nostros. &, si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris: vt ad impleri possent omnia quæ de eo fuerant scripta. [94]. Incipiamus igitur probare natinitatem Christi, à prophetis esse nunciatam. Sic Esaias dicit, Audite domus Dauid, [95] non pusillum vobis certamẽ cum hominibus, [96] quoniam Deus præstat certamen; propter hoc ipse Deus dabit vobis signum: [97] Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur: Nobiscum Deus. Butyrum & mel manducabit. [98] Quoniam prius quàm cognoscat infans vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Itaque dicunt Iudæi, Prouocemus istam prædicationem Esaiæ, & faciamus comparationem, an Christo qui iam venit, cõpetat illi primò nomen quod Esaias prædicauit eum Emmanuelem vocari oportere, dehinc virtutem sumpturum Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Porrò, inquiunt, iste qui venit, neque sub eiusmodi nomine est dictus, neque re bellica fun ctus. At nos econtrariò, admonendos eos existimauimus, vti coharentia quoque huius capituli recogoscant: subiuncta est enim & interpretatio Emmanuel, Nobiscum Deus, vti non solùm sonum nominis expectes, sed & sensum. [99] Sonus enim Hebraicus, quod est Emmanuel, suæ gentis est. Sensus autem eius, quod est, Deus nobiscum, ex interpretatione communis est. Quæro ergo an ista vox, Nobiscum Deus, quod est Emmanuel, exinde quo Christus inluxit, agiteturin Christo: & puto ex toto non negabis. Nam qui ex Iudaismo credunt Christo, ex quo in eum credũt, Emmanuel cùm volent dicere, nobiscum Deum esse significant. Atque ita constat iam venisse illum

C qui prædicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel, venit, id est Nobiscum Deus, Æque & sono nominis inducuntur, cùm virtutẽ Damasci & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum, sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christum, non animaduertentes quid scriptura præmittat: quoniam prius quàm cognoscat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Antè est enim inspicias ætatis demonstratio nem, an virum iam Christum exhibere ista ætas possit, nedum Imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signum belli non tuba, sed [100] crepitacillo daturus: nec ex equo vel de muro, sed de nutricis & gerulæ suæ dorso siue collo hostem designaturus; atque ita Damasc um & Samariam pro mammis subacturus. Aliud est, si penes vos infantes in præsium erumpunt, credo ad solem vnctiprius, dehinc pannis armati, & butyro stipendiati, qui antè norint lancare quàm lancinare. Enimuerò si nusquam hoc natura concedit, antè militare quàm virum facere, antè virtutem Damasci sumere quàm patrem nosse, sequitur vt figuratè pronunciatum videatur. Sed & virginem, inquiunt, parere natura non patitur, & tamen credendũ est prophetæ. Et merito. Præstruxit enim fidem incredibili rei, dicendo, quod signum esset futurum: Propterea, inquit, dabitur vobis signum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Signum autem à Deo, nisi notuitas aliqua monstruosa fuisset, signum non videretur. Denique si quando ad deijciendos aliquos ab hac diuina prædicatione, vel conuertere singulos simplices quosque gestitis, mentiri audetis quasi non virginem, sed iuuenculam concepturam scriptura contineat. Hinc quo que reuincimini, quòd nihil signi videri possit res quotidiana, [101] inuenculæ fecilicet prægnatus & partus. In signum ergo

Matth. 26. *Marc.* 15. *Exod.* 12.

Matth 27 *Ioan.* 19. *Act.* 13.

IX. Item probatio Natiuitatis. Christi ex Prophetis. *Isa.* 7.

nobis posita virgo mater meritò creditur, infans verò bellator nõ æquè. Non enim & hîc signi ratio D
versatur, sed signo natiuitatis nouæ adscripto, exinde post signũ alius iã ordo infantis edicitur, mel &
butyrũ mãducaturi. Nec hoc vtique in signũ est, & hoc enim infantiæ est; sed accepturum virtutem
Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum, hoc est mirabile signum. Seruate modum
ætatis, & quærite sensum prædicationis: immò reddite veritati, quæ credere non vultis, & tam in-
telligitur prophetia, quàm renuntiatur expuncta. Accepit Christus infans virtutem Damasci, &
spolia Samariæ. [101] Mancant enim orientales illi Magi infantiam Christi, vt regem auro, thure, &
myrrha remunerantes, & accepit infans virtutem Damasci sine prælio & armis. Nam præter quod
omnibus notum est, Orientis virtutem, id est vires, auro & odoribus pollere solitam, certè est crea-
toris, & ex diuinis scripturis virtutem quoque ceterarum gentium aurum constituere. Sicut per
Zacharian dicit: [102] Et Iudas pertendet Ierusalem, & congregabit omnem [103] valentiam populo-
Zac.14. rum per circuitum aurum & argentum. Nam de hoc auri munere etiam Dauid dixit: Et dabitur illi
Psal.71. de auro Arabiæ. Et iterum: Reges Arabum & Saba munera afferent illi. Nam & Magos reges
Ibidem. ferè habuit Oriens, & Damascus Arabiæ retrò deputabatur, antequàm transcripta esset in Syro-
phœnicen ex distinctione Syriarum, cuius tunc virtutem Christus accepit, accipiendo insignia
eius, aurum scilicet & odores: spolia autem Samariæ, ipsos Magos, qui cùm illum cognouissent, &
munera bus honorassent, & genu posito adorassent, quasi Deum & regem sub testimonio indicis
& ducis stellæ spolia sunt facti Samariæ, id est, idololatriæ, credẽtes videlicet in Christo. Idololatri-
am enim Samariæ nomine notauit, vt ignominiosæ ob idololatriam, quà descíuerat tunc à Deo
Isai.1. sub rege Hieroboam. nec hoc enim nouum scripturis diuinis, figuratè vti translatione nominum ex
comparatione criminum. Nam & Σοδόματα Sodomorum appellat archontas vestros, & populum
vestrum populum Gomorræ vocat: cùm iam olim essent ciuitates istæ extinctæ. Et alibi per prophe-
Ezech.16. tam ad populum Israël dicit: Pater, inquit, tuus Amorreus, & mater tua Cethea. Quorum ex gene- E
re procreati non sunt, sed ob consimilem impietatem: quos aliquando etiam filios suos dixerat per
Isaiã.1. Esaiam prohetam: Filios generaui & exaltaui. [105] Sic & Ægyptus nonnunquam totus orbis intelli-
Isai.19. gitur apud illum, superstitionis & maledictionis elogio. [106] Sic & Babylon apud Ioannem nostrum,
Apoc.17. Romanæ vrbis figuram portat, proinde & magnæ, & regno superbæ, & sanctorum debellatricis.
Hoc itaque modo Magos quoque Samaritanorum appellatione titulauit, & despoliatos quod ha-
buerant cum Samaritis, vt diximus, idololatriam. Aduersus regem autem Assyriorũ, aduersus dia-
bolum, qui ad hoc se regnare putat, si sanctos à religione Dei deturbat. A diuuabitur autem hæc no-
stra interpretatio, dum & alibi bellatorem Christum scripturæ designant, ob armorum quorundam
vocabula & ciusmodi verba. Sed ex reliquorum sensuum comparatione conuincentur Iudæi: [107]
Psal.44. Accingere, inquit Dauid, ensem supra femur. Sed quid suprà legis de Christo, ὦ φιλτατος τῷ κραλλ, [108]
Tempestiuus decore super filios hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Valde autem absurdum est
si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur, de
quo subiungens, dicebat: Extende, & prosperare, propera & regna. Et adiecit: Propter lenitatem
& iustitiam tuam. Quis ensem accingitur, & non contraria lenitati & iustitiæ exercet? id est, dolum
Apoc.1. & asperitatem & iniustitiã, propria scilicet negocia præliorum. Videamus ergo an alius sit ensis ille,
cuius est alius actus, [109] id est Dei sermo diuinus, bis acutus duobus testamentis, legis antiquæ, & le-
gis nouæ; acutus sapientiæ suæ æquitate, reddens vnicuique secundum actum suum. Licuit ergo &
Christo Dei in Psalmis sine bellicis rebus ensem sermonis Dei præcingi figuratò, cui prædicta tem-
pestiuitas congruat cũ gratia labiorũ, quẽ tunc cingebatur super femur apud Dauid, quando ventu-
rus in terras ex Dei patris decreto nunciabatur: [110] Et deducet, inquit, te magnitudo dexteræ tuę, vir-
Eph.6. tus scilicet gratię spiritalis, de qua Christi agnitio deducitur. [111] Sagittæ tuæ, inquit, acutę, per volan- F
tia vbique Dei præcepta, minantes traductionẽ vniuscuiuque cordis, compungentes & transfigen-
tes conscientiam quamque; populi sub te cadent, vtique adorantes. Sic bellipotens & armiger
Christus accipiet spolia non solius Samarię, verùm & omnium gentium. Agnosce & spolia figurata
cuius & arma allegorica didicisti. Atque ita in tantum Christus qui venit, non fuit bellator, quia nõ
talis ab Esaia prædicabatur. Sed si Christus, inquiunt, qui venturus creditur à Iudęis & dicitur, Non
est Iesus, quare is qui venit, Iesus Christus, appellatur? [112] Constabit autem vtrũque nomen in Chri-
Num.13. sto Dei, in quo inuenitur etiam Iesus appellatus. Discę erroris tui morem. Dum Moysi succęssor de-
1. Cor.10. stinaretur Auses filius Naue, transfertur certè de pristino nomine, & [113] incipit vocari Iesus? Certè,
inquis. Hanc priùs dicimus figuram futuri fuisse. Nam quia Iesus Christus secundum populum,
quod sumus nos nationes in ſęculi deserto commorantes antea, introducturus esset in terram re-
promissionis, melle & lacte manantem, id est, in vitę ęternę possessionem, qua nihil dulcius: idque
non per Moysen, id est, non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est per nouę legis gratiam proue-
nire habebat circumcisis nobis petrina acie, id est, Christi præceptis (petra enim Christus multis
Exod.3. 4. 6. & seqq. modis & figuris prædicatus est) ideo is vir qui in huius sacramenti imagine parabatur, etiam nomi-
nis dominici inauguratus est figura, vt Iesus nominaretur. [114] Nam qui ad Moysen loquebatur, ipse
erat Dei filius, [115] qui & semper videbatur. Deum enim patrem nemo vidit vnquam, & vixit: &

ideò

A idcò constat ipsum Dei filium Moysi esse locutum, & dixisse ad populum: Ecce ego [16] mitto angelum meum ante faciem tuam, id est, populi, qui te custodiat in itinere, & introducat in terram quam præparaui tibi: Intende illi, & audi eum, & ne inobediens fueris ei: [17] non enim calauit te, quoniam nomen meum superillum est. Populum enim introducturus erat Iesus in terram repromissionis, nō Moyses. Angelum quidem dixit eum ob magnitudinem virtutum, quas erat aditurus (quas virtutes fecit Iesus Naue, & ipsi legitis) & officium prophetæ, nunciantis scilicet diuinam voluntatem, sicuti & præcursorem Christi Ioannem, futurum angelum appellat, perophetam spiritus dicens, ex persona patris: [18] Ecce ergo mitto angelū meum ante faciē tuā, id est, Christi, qui præparabit viam tuam ante te. Nec nouum est spiritui sancto, angelos appellare eos, quos ministros suæ virtutis Deus præfecit. Idem enim Ioannes non tantùm angelus Christi vocatus est, sed & lucerna lucens ante Christum. Paraui enim, inquit, lucernam Christo meo, Dauid prædicat: quare ipse Christus veniens adimplere prophetas, dicit ad Iudæos: Ille fuit, inquit, lucerna ardens & lucens: vtpotè, qui non tantùm vias eius parabat in eremo, sed & agnum Dei demonstrando, illuminabat mentes hominum, præconio suo, vt eum esse intelligerent agnum, quem Moyses passurum nominabat. Sic & Iesus ob nominis sui futurum sacramentum: id enim nomen suum confirmauit, quod ipse ei indiderat, quia non angelum, nec Ausen, sed Iesum eum iusserat exinde vocari. Sic igitur vtrumque nomen competit Christo Dei, vt & Iesus appellaretur. Et quoniam ex semine Dauid, genus trahere deberet virgo, ex qua nasci oportuit Christū vt suprà memorauimus, euidēter Esaias propheta in sequentibus dixit: Et nascetur, inquit, virga de radice Iesse, quod est Maria, & [19] flos de radice eius ascendet. Et requiescet super illum spiritus Dei, & spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus agnitionis & pietatis, spiritus Dei timoris implebit illum. Neque enim vlli hominum vniuersitas spi-

B ritalium documentorum competebat, nisi in Christum, flori quidem ob gratiam adæquatum, ex stirpe autem Iesse deputatū, per Mariam scilicet in de censendum. Fuit enim de patria Bethlehem & de domo Dauid, sicut apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus. Expostulo etiam & quia à prophetis prædicabatur ex Iesse genere venturus, & omnem humilitatem & patientiam, & tranquillitatem esset exhibiturus, an venerit, atque ita is homo qui talis ostenditur, ipse erit Christus, qui venit. De hoc enim prophetа Esaias dicit: Homo in plaga positus, & sciēs ferre imbecillitatem: quitantquam ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente se, non aperuit os suum. Sic neque contendit, neque clamauit, neque audita est foris vox eius, [20] qui arundinem contusam, id est quassam Israēlis fidem, non comminuit: qui linum ardens, id est, inomentaneum ardorem gentium non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. Non potest alius esse quàm qui prædicebatur. Oportet itaque actum Christi eius qui venit, ad scripturarum regulam recognosci. Duplici enim, nisi fallor, operatione distinctum eum legimus, prædicationis & virtutis, sed de vtroque titulo sic disponam: itaque specialiter [21] dispungamus ordinem cœptum, docentes prædicatorem adnunciatum Christum, vt per Esaiam dixit: Exclama, inquit, in vigore, & ne pepercueris; exalta vt tuba vocem tuam, adnuncia plebi meæ facinora ipsorum, & domui Iacob delicta eorum. Me de die in diem quærunt, & cognoscere vias meas cupiunt. Quasi populus qui iustitiam fecerit, & iudicium Dei non dereliquerit, & reliqua. Virtutes autem facturum à patre, Esaias dicit: [22] Ecce Deus noster iudicium retribuit, ipse veniet, & saluos faciet nos. Tunc infirmi curabūtur, & oculi cęcorum videbunt, & aures surdorum audient, & claudus saliet velut ceruus, & multorum linguæ soluentur & cetera quæ operatum Christum nec vos diffitemini, vtpotè qui dicebatis,

C quòd propter opera eum non lapidareris, sed quoniam ista sabbatis faciebat. [23] De exitu planè passionis eius ambigitis, negantes passionem crucis in Christum prædicatam, & argumentantes insuper non esse credendum, vt ad id genus mortis expoſuerit Deus filium suum, quòd ipse dixit: Maledictus omnis homo qui pependit in ligno. Sed huius maledictionis sensum antecedit rerum probatio. Dicit enim in Deuteronomio: [24] Si autem fuerit in aliquo delicto, ita vt iudicium mortis sit, & morietur, & suspendetis eum in ligno. Sed & sepultura sepelietis eum ipsa die: quoniam maledictus à Deo est omnis qui suspensus fuerit in ligno, & non inquinabitis terram quam dominus Deus tuus dabit tibi in sorte. Igitur non in hanc passionem Christum maledixit, sed distinctionem fecit, vt qui in aliquo delicto iudicium mortis habuisset, & moreretur suspensus in ligno, hic maledictus à Deo esset, quia propter merita delictorum suorum suspenderetur in ligno. Alioquin Christus, qui dolum de ore suo locutus non est, quique omnem iustitiam & humilitatem exlibuit, & vt suprà de eo prædictum memorauimus, non pro meritis suis in id genus mortis expositus est: sed vt ea quæ prædicta sunt à prophetis, per vos ei obuenturа implerentur, sicut in Psalmis ipse spiritus Christi iam canebat, dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis; & [25] Quæ non rapueram, tunc exoluebam. Exterminauerunt manus meas & pedes; & [26] Miserunt in potum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto: &: Super vestem meam miserunt sortem: sicuti cetera quæ in illum commissuri essetis, prædicta sunt. Quæ quidem omnia ista perpessus, non pro actu suo aliquo malo passus est, sed vt scripturæ implerentur de ore prophetarum. Et vtique sacramentum passionis ipsius figurari in prædicationibus oportuerat: quantóque incredibile, tantò magis scandа-

16 Exod. 23. & Deut. 28. & Iudic. 2. & Esai. 63. & Malach. 3. & Matth. 11. & Marc. 1. & Luc. 1. & Ioan. 1. & Act. 7.
17 Exod. 23. & Iudic. 2. & Esai. 63.
18 Malach. 3. & Matth. 11. & Marc. 1. & Luc. 7.
19 Psal. 103. & Psal. 131. & Ioan. 1. & Ioan. 3.
20 Exod. 12. & Num. 13. & Esai. 42.
21 Esai. 58.
22 Esai. 35. & Ioan. 5. & X.
23 Item negantes Iudæi passionem Christi. Deut. 21. & Gal. 3.
24 1. Pet. 2. & Matth. 3.
25 Psal. 34. & Psal. 68. & Psal. 21. & Matth. 26.
26 1. Cor. 2.

XI. [116] Ité patriarchæ ostẽdunt figuram crucis. *Gen.* 12. *Gen.* 37. *Deut.* 33.

lum futurum, si nudè prædicaretur: quantóque magnificum, tanto magis obumbrandum, vt difficultas intellectus gratiam Dei quæreret. [117] Itaque in primis Isaac quum à patre hostia duceretur, & lignum ipsi sibi portaret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi à patre, lignum passionis suæ baiulantis, Ioseph & ipse Christum figuratus. vel hoc solo, ne cursum demorer ipse, quòd persequutionem à fratribus passus est, & venundatus est in Ægyptum, ob Dei gratiam, sicut & Christus à Iudæis carnalibus fratribus venundatus, à Iuda quum traditur. [118] Nam & benedicitur in hæc verba Ioseph: Tauri decor eius; cornua vnicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad summum vsque terræ. Non vtique [119] rhinoceros destinabatur vnicornis, vel [120] minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur: taurus ob vtranque dispositionem, alijs ferus vt iudex, alijs mansuetus vt saluator: [121] cuius cornua essent crucis extima. Nam & in antenna nauis, quæ crucis pars est, hoc extremitates huius cornua vocantur: vnicornis autem media stipitis palus. Hac denique virtute crucis, & hoc more cornutus, vniuersas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens à terra in cœlum, & tunc ventilabit per iudicium, deijciens de cœlo in terram. Idem erit & alibi taurus apud eandem scripturam, cùm Iacob Simeon & Leui exporrigit benedictionem, de scribis & pharisæis prophetat: ex illis enim deducitur eensus illorum. interpretatur enim spiritaliter sic, [122] Simeõ & Leui persecerunt iniquitatem ex sua secta, qua scilicet Christum sunt persecuti. In concilium eorũ ne veneritanima mea, & in stationem eorum ne incuberint iecora mea: quoniã in indignatione sua interfecerunt homines, id est, prophetas in conconcupiscentia sua subneruauerunt taurũ, id est, Christum, quem post necem prophetarum interfecerunt, & neruos eius suffigendo clauis defœuierunt. Ceterùm vanum, si post homicidium iam ab eis commissum alicuius bouis ipsis exprobrat carnificinam. Iam verò Moyses, quid vtique tunc tantũ quũ Iesus aduersus Amalech præliabatur, extensis manibus orabat residens; quando in rebus tàm attonitis magis vtique genibus positis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutata, orationem commendare debuisset? nisi quia illic vbi nomen Iesu dimicabat, dimicaturi quandoque aduersus diabolum, crucis habitus quoque erat necessarius, per quam Iesus victoriam esset relaturus. Idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno impositum, pendentis habitu in spectaculum Israëli salutare proposuit, eo tempore quo à serpentibus post idololatriam exterminabantur? nisi quòd hic dominicã crucem intentabat, qua serpens diabolus publicabatur, & læso cuique ab eiusmodi colubris, id est, angelis eius, à delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur. Nam qui in illam tunc respiciebat, à morsu serpentium liberabatur. Age nunc, si legisti penes prophetam in Psalmis, [123] Dominus regnauit à ligno; expecto quid intelligas, ne fortè lignarium aliquem regẽ significari putetis, & non Christum, qui exinde à passione Christi superata morte regnauit. Proinde & Esaias: Quoniam puer, inquit, natus est nobis, & datus est nobis filius. Quid nouum, si non de filio Dei dicit? natus est nobis, cuius imperium factum est super humerum ipsius. Quis omninò regum insigne potestati suæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notam? Sed solus nouus rex seculorum, Christus Iesus nouæ gloriæ & potestatem & sublimitatem suam in humero extulit, crucem scilicet, vt secundum superiorem prophetiam exinde Dominus regnaret à ligno. De hoc enim ligno etiam Deus insinuat per Hieremiam quòd essetis dicturi: Venite, mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra viuorum, & nomen illius non memorabitur amplius. Vtique in corpus eius lignum missum est. Sic enim Christus reuelauit, [124] panem corpus suum appellans, cuius retrò corpus in pane prophetes figurauit. Si adhuc quæres dominicæ crucis prædicationem, satis iam poterit tibi facere xxi. Psalmus totam Christi continens passionem, canentis iam tunc gloriam suam, [125] Foderunt, inquit, manus meas & pedes: quæ propria est atrocitas crucis. Et rursus cùm auxilium patris imploraret: Saluum me fac, inquit, ex ore leonis, vtique mortis, & de cornibus vnicornuorũ humilitatem meam: de apicibus scilicet Christi crucis, vt suprà ostendimus quam crucem nec ipse Dauid passus est, nec vllus regum Iudæorum, ne putetis alterius prophetari passionem, quàm cius qui solus à populo tam insigniter crucifixus est. Nunc & si omnes interpretationes istas respuerit, & inriserit duritia cordis vestri, probauimus sufficere posse mortem Christi prophetatam, vt ex hoc quòd non esset edita qualitas mortis, intelligatur per crucem euenisse, nec alij deputandam fuisse passionem crucis, quàm cuius mors prædicabatur. Nam mortem eius & passionem eius, & sepulturam vna voce Esaias dicit: A facinoribus, inquit, populi mei perductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius: quia scelus non fecit, nec dolus in ore eius inuentus est, & [126] Deus voluit eximere à morte animam eius, &c. Dicit etiam adhuc: Sepultura eius sublata est è medio, nec sepultus enim est nisi mortu⁹, nec sepultura eius sublata est è medio, nisi per resurrectionẽ. Quomodo nisi per resurrectionẽ? Denique subiungit idem Esaias: Propterea ipse multos in hæreditatem habebit, & multorum diuidet spolia. Quis enim alius, nisi qui natus est, vt suprà ostendimus, pro eo quòd tradita est in mortem anima eius? Ostensa enim causa gratiæ eius pro iniuria scilicet mortis repensandæ, pariter ostensum est hæc illum propter mortem consecuturum; post mortem vtique per resurrectionem consecuturum. Nam quod in passione eius accidit, vt media dies tenebresceret,

Num. 21.

Exod. 17.

Psal. 95.

Isai. 9.

Hier. 11.

Psal. 21. *Ibidem.*

Isai. 53.

A brescerct, Amos propheta annunciat, dicens: Et erit, inquit, in die illa, dicit Dominus, occidet sol media die, [17] tenebrescet super terram dies luminis, & conuertam dies festos vestros in luctum, & omnia cantica vestra in lamentationem, & imponam super lumbos vestros saccum, & super omne caput caluitiū, & ponam eum quasi luctum dilecti, & eos qui cum illo quasi diem mœroris. Hoc enim & Moyses initio primi mensis nouorum facturos vos prophetauit, cùm omne vulgus filiorum Israël ad vesperam agnum esset in molaturum: & hanc solennitatem diei huius, id est, Paschæ azymorum, cum amaritudine manducaturos præcanebat: & adiecit [18] Pascha esse Domini, id est, passionem Christi. Quod ita quoque adimpletum est, vt prima die azymorum interficeretis Christum, & vt prophetiæ adimplerentur, propetauit dies vesperam facere, id est, tenebras efficere: quæ media die factæ sunt: atque ita dies festos vestros conuertit Deus in luctum, & cantica vestra in lamentationem. Post passionem enim Christi etiam captiuitas vobis & dispersio obuenit, prædicata per spiritum sanctum. [Nam & pro istis meritis vestris, cladem vestram futuram Ezechiel nunciat: & non solùm in isto seculo quæ iam euenit, sed in die tribulationis quæ subsequetur. Qua clade nemo liberabitur, nisi qui passione Christi, quam respuitis, fuerit obsignatus. Sic enim scriptum est: Et dixit Dominus ad me, Fili hominis, vidisti quæ seniores Israël faciunt vnusquisque eorum in tenebris, vnusquisque in cubiculo absconso. quoniam dixerunt: Non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram. & dixit ad me: Adhuc conuersus videbis facinora maiota quæ isti faciunt. Et introduxit me ad limina ianuæ domus Domini quæ aspicit ad Aquilonem, & ecce illic mulieres sedentes & [19] plangentes Thammus. & dixit Dominus ad me: Fili hominis, vidisti? Nunquid modica domus Iudæ, vt faciant facinora quæ fecerunt: & adhuc visurus es adfectiones maiores eorum. Et introduxit me in ædem domus Domini interiorem, & ecce in liminibus templi Domini inter medium elam &

B inter medium altaris, quasi viginti quinque viri posteriora sua dederunt ad templum Domini, & facies suas contra orientem, hi adorabant solem. & dixit ad me: Vides fili hominis? Nunquid pusilla domus Iudæ, vt faciant facinora quę fecerunt hîc? Quoniā impleuerunt impietates suas, & ecce ipsi quasi subsannantes. Ego faciam cum indignatione mea, non parcet oculus meus, neque miserebor. Et exclamabunt ad aures meas voce magna, non exaudiam eos, sed neque misetebor. [21] Et clamauit in aures meas voce magna dicens: Adproximauit vindicta ciuitatis huius, & vnusquisque habuit vasa exterminij in manu sua. Et ecce sex viri veniebant à via portæ altæ, quæ respiciebat ad Aquilonem, & vniuscuiusque bipennis dispersionis erat in manu eius. Et vnus vir in medio eorum indutus podere, & zona saphiri in lumbis eius. Et introierunt, & steterunt in proximis altaris æreì, & claritas Dei Israël ascendit à Cherubin, quę fuit super eam in subdiual domus. Et vocauit hominem qui indutus erat podete, qui habuit super lumbos suos zonam, & dixit ad eum Dominus: [22] Transi mediam Ierusalem, & scribe signum Tau in frontibus virorum qui gemunt, & dolent super omnia facinora quæ fiunt in medio eorum. Et in his dixit ad audientem: Ite post eum in ciuitatem & concidite, & nolite parcere oculis vestris, & ne misereamini senioris aut iuuenis, aut virginis, & paruulos & mulieres interficite omnes, vt perdeleantur. Omnes autem super quos est Tau signum, ne accesseritis. Et à sanctis meis incipite. Huius autem signi sacramentum variis modis prædicatum est, in quo vita hominibus præstruebatur, in quod Iudæi non essent crediturì. [23] Sicut Moyses antè nunciabat in Exodo dicens: Eijciemini de terra in quam introibitis, & in nationibus illis non eritis in requiem. Et non erit stabilitas vestigio pedis tui, & dabit tibi Deus cor trædians, & tabescentem animam, & oculos deficientes, vt non videant, & erit vita tua pendens in ligno ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ.

C Itaque quoniam impleta est prophetia per aduentum eius, id est, per natiuitatem, quam suprà memorauimus, & passionem quam euidenter ediximus, propterea & Daniel signari visionem, & prophetem dicebat, quoniam Christus est signaculum omnium prophetarum, adimplens omnia quæ [24] retrò erant de eo nunciata: post enim aduentum eius & passionem ipsius iam non visio, neque prophetes. Vnde firmissimè dicit aduentum eius signare visum & prophetiam. Itaque ostendentes & numerum annorum, & tempus [25] LXII. & dimidiæ hebdomadarum adimpletarum, probauimus tunc venisse Christum, id est, natum: [26] & septem & dimidiæ hebdomadarum, quæ sunt subduisse in absciſionē priorum hebdomadarum, intra quæ tempora passum ostendimus Christum: atque ita [27] LXX. hebdomadibus concluſis, & ciuitate exterminata, & sacrificium & vnctionem exinde cessare. Sufficit huc vsque de his interim ordinem Christi decucurtisse, quo talis probatur qualis adnunciabatur, non alius haberi debeat quàm qui illic adnunciabatur, etiam exista consonantia scripturarum, quā ex prēiudicio maioris partis aduersum Iudæos, elocuti sumus. Neque enim in dubium deducant vel negent, quæ scripta profetimus: vt ex hoc quoque paria esse scripturis diuinis negare non possint: vt quæ post Christum futura prēcanebantur, adimpleta cognoscantūr. Neque enim dispositio expuncta innenietur, nisi ille venisset post quem habebant expungi, quæ nunciabantur, quæ completa esse etiam probarentur. [28] Aspice vniuersas nationes, de voragine erroris humani exinde emergentes ad dominum Deum creatorem, [29] & ad Deum Christum eius. Et si audes, nega prophetatum, si tibi promissio patris occurrit in Psalmis dicens: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Nec po-

Amos 8.

Exod. 12.

Matth. 26.

XI.
[19] Deuastatione Ierusalem post passionem Christi.

Ezech. 8.

Ezech. 9.

Dan. 9.

XII.
Item de claritate Gentium in Christo Iesu.

Deut. 28.

Psal. 2. teris eum magis Dauid filiũm dicere, quàm Christum: aut terminos terræ Dauid potius promissos D
qui intra vnicam Iudæam regnauit, quàm Christo, qui totum iam orbem Euangelij sui fide cepit,
Isa. 42. sicut per Esaiam dicit: [147] Ecce dedi te in dispositionem generis mei in lucem gentium, aperire oculos cæcorum, vtique errantium, exsoluere de vinculis vinctos, id est, de delictis liberare, & de domo carceris, id est, mortis, sedentes in tenebris, ignorantiæ scilicet. Quę si per Christum euenient, non in alium erunt prophetata quàm per quem expuncta conspiceramus. [148] Igitur quoniam
XIII. filij Israel adfirmant nos errare recipiendo Christum, qui iam venit: præscribamus eis ex ipsis scripturis, iam venisse Christum qui prædicabatur, Quamuis ex temporibus Danielis prædicantis probauerimus iam venisse Christum, qui nunciabatur. Nasci enim eum oportuit in Bethlehem Iudæ. sic
Mich. 5. Matth. 2. enim scriptum est in propheta: Et [149] tu Bethlehem non minima es in ducibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui pascat populum meum Israël. Si autem adhuc natus non est qui processurus dux de tribu Iuda ex Bethlehem nunciabatur, oportet enim eum de tribu Iuda & à Bethlehem procedere: animaduertimus autem tunc neminem de genere Israël in ciuitate Bethelehem remansisse, & exinde quod interdictum est, nec in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Iudæorum, vt hoc quo-
Isai. 1. que esset adimpletum per phrophetam: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni exustæ, id est, quod belli tempore eis euenerit, regionem vestram in conspectu vestro exteri comedent, & deserta & subuersa erit à populis alienis. Et alio loco sic per prophetam dicitur: Regem cum claritate videbitis,
Isai. 33. id est, Christum facientem virtutes in gloria Dei patris, & oculi vestri videbunt terram de longin-
quo: quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Ierusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam oculis tantùm videre permissum est. Anima, inquit, vestra meditabitur timore, scilicet quo tempore excidium sui passi sunt. Quomodo igitur nascetur, dux de Iudæa & quatenus procedet de Bethlehem, sicut diuina prophetarum volumina nunciant, cùm nullus omninò sit illic in hodiernum derelictus ex Israël, cuius ex stirpe possit nasci Christus? Secundum, Iudæos adhuc non venit: Cùm venire cœperit, vnde vngetur? [150] Lex enim præcepit, in captiuitate E
Dan. 9. 3. Reg. 1. non licere vnctionem chrismatis regalis confici. Si autem iam nec vnctio est illis, vt Daniel prophetauit: dicit enim; exterminabitur vnctio: ergo iam non est illic vnctio; quia [151] nec templum vbi erat cornu de quo reges vngebantur. Si ergo non est vnctio, vnde vngetur dux qui nascetur in Bethlehem? aut quomodo procedet de Bethlehẽ, cũ de germine Israël nullus omninò sit in Bethlehem? Iterato denique ostendimus, & venisse iam Christum secundùm prophetas, & passum, & in cœlis iam receptum, & inde venturum secundum prædicationes prophetarum. Nam post aduentum eius secundum Danielem, quòd ipsa ciuitas exterminari haberet legimus, & ita factum recognoscimus. Dicit enim scriptura: Sic & ciuitatem & sanctum simul exterminari cum duce, indubitatè, qui de Bethlehem & de tribu Iuda esset processurus. Vnde & manifestum est quòd ciuitas simul eo
Isa. 65. tempore exterminari deberet, cùm ducator eius in ea pati haberet, [152] secundum scripturas prophetarum dicentium: Expandi manus meas tota die ad populum contumacem contradicentem mihi.
Psal. 21. Psal. 68. Qui ambulat viam non bonam, sed post peccata sua. Et in Psalmis dicit: Exterminauerunt manus meas & pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt & viderunt me, &: In
Psal. 95. Psal. 68. Gen. 2. siti mea potauerunt me aceto. Hæc Dauid passus non est, vt de se meritò dixisse videatur, sed Christus qui crucifixus est. Manus autem & pedes non exterminantur, nisi eius qui à ligno suspenditur. Vnde & ipse Dauid regnaturum ex ligno Dominum dicebat: nam & alibi propheta ligni huius fructum prædicat dicens: Terra dedit benedictiones suas. Vtique illa terra virgo nondum pluuijs rigata,
Ioel. 2. Gen. 2. & 3. nec imbribus fœcundata, ex qua homo tunc primùm plasmatus est, ex qua nunc Christus secundum carnem ex virgine natus est. Et lignum, inquit, attulit fructum suum. Non illud lignum in paradiso, quod mortem dedit protoplastis, sed lignum passionis Christi, vnde vita pendens à vobis cre-
Deut. 28. Exod. 15. dita non est: Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moyses aquam amaram indulcauit: vn- F
Hier. 2. de populus qui siti peribat in eremo, bibendo reuixit: sicuti nos qui de seculi calamitatibus extracti, in quo commorabamur siti pereuntes, id est, verbo diuino propinati, ligno passionis Christi aquam baptismatis potantes, fide quæ est in eum reuiximus, à qua fide Israël excidit, secundum Hieremiam dicentẽ: [153] Mittite, & interrogate nimis, si facta sunt talia. Si mutabũt gentes deos suos, & isti nõ sunt dij. Populus autem meus mutauit gloriam suam, ex quo nihil proderit eis. Expauit cœlum super isto.
Amos 8. Matth. 27. Hier. 2. Et quomodo & quando expauit? Indubitatè quando passus est Christus. Et horruit, inquit, plurimũ nimis, & fol media die tenebricauit. Et quando horruit nimis, nisi in passione Christi, cùm terra quoque contremuit, & velum templi scissum est, & monumenta dirupta sunt? Quoniam duo hæc malà fecit populus. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere. indubitatè non recipiendo Christum, fontem aquæ vitæ, lacus contribulatos cœperunt habere, id est, synagogas in dispersiones gentium, in quibus iam spiritus sanctus non immoratur, vt in præteritum in templo commorabatur ante aduentum Christi, qui est verũ Dei templum. Nam & istam sitim diuini spiritus eos passuros dixerat propheta Esaias dicens: Ecce qui
Isai. 65. seruiunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis. Seruientes mihi potabuntur, vos autem sitietis, & à contribulatione spiritus vlulabitis. [154] Remittetis enim nomen vestrum, in satietatẽ electis meis

vos

A vos autem interficiet Dominus. Eis autem qui seruiunt mihi, nomen nominabitur nouum, quod benedicetur in terris. A duc huius ligni sacramentum in Regnorum legimus celebratum. Nam cùm filij prophetarum super flumen Iordanem lignum securibus cæderent, exilijt ferrum, & mersum est in flumine, atque ita Helisæo propheta superueniente petunt ab eo filij prophetarum, vti ferrum flumini quod mersum fuerat erueret. Atque ita Helisæus accepto ligno, & misso in eum locum vbi submersum fuerat ferrum, statim supernatauit, & [115] lignum mersum est, quod receperunt filij prophetarum. Ex quo intellexerunt quod Heliæ spiritus in eum sit repræsentatus. Quid manifestius huius ligni sacramento? quòd duritia huius seculi mersa in profundo erroris, & à ligno Christi, id est passionis eius, in baptismo liberatur, vt quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignum Christi. Nobis igitur qui successimus in loco prophetarũ, ea sustinentibus hodie in seculo quæ semper passi sunt prophetæ propter diuinam religionem. Alios enim lapidauerunt, alios fugauerunt, plures verò ad mortis necem tradiderunt, quod negare non possunt. Hoc lignum sibi & Isaac filius Abrahæ ad sacrificium ipse portabat, cùm sibi eum Deus hostiam fieri præcepisset. [116] Sed quoniã hæc fuerant sacramenta, quæ temporibus Christi perficienda seruabantur: & Isaac cum ligno referratus est, ariete oblato in vepre cornibus hærente: & Christus suis temporibus lignum humeris suis portauit, inhærens cornibus crucis corona spinea in capite eius circundata. Hũc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui tanquam ouis ad victimam ductus est, & velut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Hic enim Pilato interrogante nihil locutus est: in humilitate enim iudicium eius sublatum est. [117] Natiuitatem autem eius quis enarrabit? quia nullus omninò hominum natiuitatis Christi fuit conscius, in conceptu, quum virgo Maria verbo Dei prægnans iniueniretur. Et quia tolleretur à terra vita eius. Cùm vtique post resurrectionem eius à mortuis, quæ

B die tertia effecta est, cœli eum receperunt, [118] secundum prophetiam Oseæ emissam huiusmodi: Ante lucem surgent ad me dicentes, Eamus & reuertamur ad Dominum Deum, quoniam ipse eripiet, & liberabit nos. Post biduum, die tertia, quæ est resurrectio eius gloriosa, de terrain cœlos eum recepit, vnde & venerat ipse (spiritus ad Virginem: cuius neque natiuitatem, neque passionem Iudæi agnouerunt. [119] Igitur quoniam adhuc contendunt Iudæi, necdum venisse Christum eorum quem tot modis adprobauimus venisse, recognoscant Iudæi exitum suum, quem post aduentum Christi relaturi præcinebantur ob impietatem. qua eum & despexerunt, & interfecerunt. Primò enim ex qua die, secundum illud dictum Esaiæ, proiecit homo abominamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis [120] vanis & noctuis: id est, ex quo gentes nos dilucidata per Christũ veritate, proiecimus idola (videant Iudæi) & quod sequitur, expunctum est. Tulit enim Dominus sabbaoth à Iudęis, & ab Ierusalem, inter cetera, & sapientem architectum, qui ædificat ecclesiam Dei templum, & ciuitatẽ sanctam & domum Domini. Nam exinde destitit apud illos Dei gratia. Et mandatum est nubibus ne pluerent imbrem [121] super vineam Sorech, id est, cœlestibus beneficijs ne prouenirent domui Israël. Fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat: & non iustitiam, sed clamorem, quo in crucẽ eum extorserat: & ita subtractis charismatis prioribus, lex & prophetæ vsque ad Ioannem fuerunt: & piscina Bethsaida vsque ad aduentum Christi, curando inualitudines ab Israël, desijt à beneficijs deinde, ex perseuerantia furoris sui nomen Domini per ipsos blasphematur. Sicut scriptũ est: Propter vos nomen Dei blasphematur in gentibus. Ab illis enim incepit infamia, & tempus medium á Tiberio vsque ad Vespasianũ. Quæ cùm ita commisissent, nec intellexissent Christum in tempore suæ vi-

C sitationis inuenisse, facta est terra eorum deserta, & ciuitates eorum igni exustæ. Regionem ipsorum in conspectu eorum extranei deuorantes: derelicta est filia Sion tanquam specula in vinea velut in cucumerario casula: ex quo scilicet Israël Dominum non cognouit, & populus eum nõ intellexit, sed dereliquit magis, & ad indignationem prouocauit sanctum Israël. Sic & machæræ conditionalis comminatio: Si nolueritis, nec obaudieritis, gladius vos comedet. probauit Christum fuisse, quem non audiẽdo perierunt. Qui & in Psalmo dispersionem eius postulat à patre dicens: Dispergeillos in virtute tua. Qui & rursum per Esaiam exustionem eorum orat: Propter me, inquit, hæc facta sunt vobis, in anxietate dormietis. Hæc igitur cùm pati prædicarentur Iudæi propter Christum, & passos eos esse inueniamus, & in dispersionem demorari cernamus, manifestũ est propter Christum Iudæis ista accidisse, conspirante sensu scripturarum cum exitu rerum, & ordinis temporum. Aut si nondum venit Christus, propter quem hæc passuri prædicabantur, quum venerit etgo, patientur. Et vbi tunc filia Sion relinquenda, quæ nulla hodie est? vbi ciuitates exurẽdæ, quæ iam in tumulis exustæ sunt? vbi dispersio gentis, quę iam extortis? Redde statum Iudææ quem Christus inueniat, & alium contende venire. [Discite [122] nunc ex abundantia erroris vestri ducatum. Duos dicimus Christi habitus à prophetis demonstratos, totidem aduentus eius prænotasse. Vnum in humilitate vtique primum, cùm tanquam ouis ad victimam duci habebat, & tanquam agnus ante tondentem sine voce, sic non aperuit os suum. Nec [123] aspectu quidem honestus. Annunciamus enim, inquit, de illo, sicut puerulus sicut radix in terra sitienti, & non erat ei species, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem, sed speciesejus in honorata, deficiens citra filios hominum, homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem: scilicet vt positus à patre in lapidem offensionis

4. Reg. 6.

2. Reg. 6.

Matth. 21.
Gen. 22.

Ioan. 19.

Ibidem.
Matth. 27.
Osee 6.

Luc. 2.

Isai. 2.

Isai. 3.

Isai. 5.
Matth. 27.
Matth. 11.
Ioan. 5.

Isai. 52.

Luc. 3.
Isai. 1.

XIIII.

Psal. 58.
Isa. 50.

Isai. 53.

Isai. 28.
Isai. 8.

Psal. 21. & minoratus ab eo modicũ citra angelos: vermem se pronunciat, & non hominem, ignominiam ho- D
minis, & abiectionem populi. Quæ ignobilitatis argumenta, primo aduentui competunt: sicut sub-
Isai. 28. limitatis secundo; cũ fiet, iam non lapis offensionis, nec petra scandali, sed lapis summus angularis, post
Psal. 118. reprobationem adsumptus, & sublimatus in consummationem: & petra sanè illa apud Danielem de
Dan. 2. monte præcisa, quæ imaginem secularium regnorum comminuet & conteret. De quo secundo ad-
Dan. 7. uentui idem Daniel dixit: Et ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis veniens, venit vsque ad
veterem dierum, & aderat in conspectu eius. Et qui adsistebant, adduxerunt illum, & data est ei potes-
tas regia, & omnes nationes terræ secundũ genus, & omnis gloria seruient illi, & potestas illius æter-
na, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrũpetur. Tunc scilicet speciem honorabilem, &
decorem habiturus est indeficientem supra filios hominum: tempestiuus enim decore citra filios ho-
minum. Effusa est gratia, in quit, in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in secula. Accingere ensem
Psal. 4. tuum circa femur tuum potens tẽ pestiuitate & pulchritudine tua. cùm & pater postea cùm diminuit
Psal. 8. illum modicũ quid citra angelos, gloria & honore coronauit illũ, & subiecit omnia sub pedibus eius.
Zach. 12. Et tunc cognoscent eum quem pupugerunt. Et eædẽ pectora sua tribus ad tribum, vtique quod re-
trò non agnouerint eum, in humilitate conditionis humanæ constitutum. Hieremias inquit: [16] Et
Hier. 17. homo est, & quis cognoscet illum? quia & Natiuitatem eius, in quit Esaias, quis enarrabit? Sic & apud
Isai. 53. Zacha. in persona ipsius, imò & in ipsius nominis sacramento, verus summus sacerdos patris Christus
Zach. 3. Iesus duplici habitu in duos aduentus delineatur. Primo sordidis indutus est, id est, carnis passibilis &
mortalis indignitate, cùm & diabolus aduersabatur ei, autor scilicet Iudæ traditoris, qui eum etiam
Ioan. 13. post baptismũ tẽtauerat. Dehinc spoliatus pristinas sordes, exornatus podere & mitra, & cidari mũ-
Matth. 4. da, id est, secundi aduentus: quoniam gloriam & honorem adeptus demonstratur. Nec poteritis
eum Iosedech filiũ dicere, qui nulla omninò veste sordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus, nec
Hebr. 7. vnquam sacerdotali munere priuatus. Sed Iesus iste Christus Dei patris summus sacerdos, qui primo
Ezech. 9. aduentu suo humana forma & passibilis venit in humilitate vsque ad passionem; ipse etiã effectus ho- E
Psal. 109. stia per omnia pro omnibus nobis; qui post resurrectionem suam indutus podere, sacerdos in æternũ
Leuit. 16. Dei patris nuncupatus est. Sic enim & duorum hircorum, qui ieiunio offerebantur, faciam interpre-
tationem. Nónne & illi vtrunque ordinem nominis Christi qui iam venit, ostendunt? pares quidem
atque consimiles, propter eundem Domini conspectum, quia non in alia venturus est forma, vt qui
agnosci habet à quibus & læsus est. Vnus autem eorum circundatus coccino, maledictus & conspu-
tatus, & conuulsus, & compunctus, à populo extra ciuitatem abijciebatur in perditionem, manife-
Matth. 26. stis notatus insignibus Christi passionis; qui coccinea circundatus veste, & conputatus, & omnibus
Hebr. 13. contumelijs afflictus: extra ciuitatem crucifixus est. Alter verò pro delictis oblatus, & sacerdotibus
tantùm templi in pabulum datus, secundæ repræsentationis argumenta signabat: qua delictis omni-
bus expiatus, sacerdotes templi spiritalis, id est, ecclesiæ, dominicæ gratiæ [164] quasi visceratione qua-
dam fruerentur, ieiunantibus ceteris à salute. Igitur quoniam primus aduentus & plurimis figuris
obscuratus, & [165] omni inhonestatæ prostratus canebatur, secundus verò & manifestus & Deo con-
dignus: idcircò quem facilè & intelligere & credere potuerunt, eum solum intuentes, id est, secun-
dum qui est in honore & gloria. non immeritò decepti sunt circa indigniorem, certè obscuriorem,
id est, primum. Atque ita in hodiernum negant venisse Christum suum, quia non in sublimitate
venerit dum ignorant in humilitate primò fuisse venturum, Sufficit huc vsque de his, interim ordi-
nem Christi decucurrisse, quo talis probatur, qualis annunciabatur: vt iam ex ista consonantia
scripturarum diuinarum intelligamus, & quæ post Christum futura prædicabantur, ex dispositione
diuina credantur expuncta. Nisi enim ille venisset post quem habebant expungi, nullo modo eue-
nissent quę in aduentum eius futura prædicabantur. Igitur si vniuersas nationes de profundo erroris
humani exinde emergentes ad Deum creatorem & Christum eius cernitis, prophetatum non aude- F
tis negare: quia etsi negaretis, statim vobis in psalmis, sicuti iam prælocuti sumus, promissio patris
Psal. 2. occurreret, dicentis: Filius meus es tu, ego hodie genui te, Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditа-
tem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: nec poteritis in istam prædicationem magis Dauid
filium Salomonem vindicare, quàm Christum Dei filium dicere: nec terminos terræ, Dauid filio
Psal. 44. promissos, qui intra vnicam Iudæam regnauit, quàm Christo filio Dei, qui totum iam orbem
Isai. 55. Euangelij sui radijs illuminauit. Denique & thronus in æuũ magis Christo Dei filio cõpetit, quàm
Salomoni, temporali scilicet regi, qui soli Israël regnauit. Christum enim hodie inuocant nationes,
quæ eum non sciebant, & populi hodie ad Christum confugiunt, quem retrò ignorabant. non potes
futurũ contendere, quod vides fieri. Hæc autem prophetata nega, quum coràm videntur, aut adim-
pleta quum leguntur: aut si non negas vtrumque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata.

ADNO-

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM ADVERSVS IVDÆOS.

CAP. I.

PRoximè accidit, disputatio habita est Christiano & proselyto Iudæo.] *Caput primum inscriptionis (vt omittamus inutilem quod Prologus continet)* De Gentibus ad gratiam & legem Dei admittendis. *quod imitatur B. Cyprian. lib. 1. Testim. ad versus Iudæos, cap. 1. & 19. Atqui προσήλυτος apud Iudæos nuncupabatur* ex gentibus, nec de prosapia Israëlitarum Iudæus, *id est, qui ex gentibus ad ipsorum legem accessisset, vocatur etiam scriptura vsitata, 1. Paral. 22. & 2. Paral. 2. ac 3. Tob. 1. Isai. 52. sicuti inxta 70. infrà citatur Ezechiel. 14. Matth. 23. & Act. 2.* De proverbialis autem formula : contentiosè fune diem in vesperum trahere, *videat Lector nostra Prolegomena.* Spectantes *denique; pro* Spectatoribus *accipi, ad marginem adnotauit Rhenan. Ego verò ex Vaticano cod. lego* lectionis stylo, *pro*: lectionibus.

2. sibi vindicare Dei legem.] *Vatic. cod.* Vendicare *perinde est. nam &* vindicare, *quod à vindicijs derivatur, est rem controuersam sibi adscrere. Ex quo etiam reposuimus paulopost:* Israël, *pro*: Israëlis, *& adiectimus*: dicens.

3. de duobus populis intelligitur. &c. *Hyperbaton est in vsu ipse, aut corruptus, cui ex MS. mederi non licuit. Sine autem legamus* edictum, *sine* dictum, *vt habebat 1. editio, non refert.*

4. Nam & secundum memorias, &c.] Memorias *vsurpat pro scripturis sacris, & :* abrelicta (*vti adnotauit Rhen.*) *hic & postea, pro*: derelicta. *Paulopost MS. legit*, deseruiuit, *pro*: seruiuit, *quorum vtrumque placet.*

5. & annulis virorum, &c.] *Similiter B. Ambros. epist. 56. ad Romulum* : *Coelum igitur Aaron petit* anulos *eorum, & in aures mulierum. Quum autem ipsud neque Græce hodie legatur, neque Latinè in editione B. Hieronymi reperiatur, oportet diuersam fuisse 70. editionem quibusdam in locis, ab ea quæ nunc exstat; quod confirmatur ex verbis quæ mox ab Auctore citantur:* His sunt dij quinos eiecerunt de terra Ægypti, *pro eo quod alibi est*: Dij tui qui te, &c. *quod semel admotasse sufficiat, quando id ex Indice scripturarum cuilibet potest Lector. Porrò ea B. Cyprianus loco prioris citatæ Vsurpat*: eiecere, *pro*: educere. *Nos verò ex Vatic. cod. restituimus*: probatur, *pro*: putabatur, *& additimus paulopost*: Deum.

CAP. II.

6. Igitur gradum conferamus, & summam quæstionis ipsius certis lineis determinemus.] *Secundum hunc capitis titulum imposuimus*: Quòd lex naturalis lege Mosi sit antiquior, qua vigente neque Sabbatum neque circumcisio obseruata fuit. *Atqui de duabus hic formulis proverbialibus, vide nostra suprascripta Prolegomena. Legit verò Bas. cod.* terminemus : *sed illud placet*

7. Diliges proximum tibi.] *In MS. est*: tuum, *quemadmodum & in omnibus edit. 70. sed illud*: tibi, *ad mutationem eiì eius quod Græci vti*: τὸν πλησίον σῦ. *Legimus autem ex MS.* non concupiscent, *pro*: concupiscerent.

8. nec in Choreb tantùm.] *Ita hunc locum restituimus, pro*, Oreb. *ex vestigijs cod. MS. qui habebat*: Chores, *quum 70. legant constanter Græci* Χωρήβ, *in Hebraicum* Χ, *Græce exprimentes. Reliè autem addit Author* aut in Syna & in eremo primùm, *quia priores legis tabulæ Mosi tradituæ sunt in monte Syna, posteriores, vti constat Exod 33. in monte* Choreb, *de quo latius B. Hieronymus lib. de 42. mansionibus. Ex eodem legimus*: futuram, *pro*: futurum. *Et paulopost ex MS. adiectimus*: eius. *De* Enoch *vide Adnot. nostras ad lib. de Resurr. carn. vbi sicut hic, ipsum & Heliam* æternitatis candidatos *nominat.*

CAP. III.

9. Sed Abraham, inquit, circumcisus est, &c. [*Titulum hunc capitis dedimus*: Quod circumcisio in signum data sit spiritalis circumcisionis, *seu vt B. Cyprianum imitemur lib. 1. suprastat cap. 8.* Quòd circumcisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritalis reprobata. *Tertullianus, dum cap. precedens negat* circuncisione hominem purgari, *& hic in signum datam dicit*, non in salutis præogatiuam, *differentiam insinuat inter* circumcisionem *& baptismum, aliáque nouæ legis sacramenta, quod quamquam in circumcisione dabatur salus, & remittebatur originale peccatum, non tamen per circumcisionem sicuti per baptismum, sed solùm ex vi pactis à Deo cum Iudæo inuitis. Atque adeò intelligendus Author ad instar illius ad quod alludit Apostolus Rom. 4. Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio. Atque illud*: inquit, *hic & postea refertur ad Iudæum profelytum. Legimus autem*: ipsi Abrahæ *ex MS. ac paulopost*: in ducis filium, *cum 1. editione, pro*: iudicis. *Perinde verò est, sine legatur*: scelerati, *vt excusi. sine*: scelesti, *vti B. Cyprianus & MS.*

10 Et alio dicit, &c.] *Nempè scriptura, interim hoc ex MS. recens adiectimus, nam alibi reperitur quod sequitur*: Ecce dies veniunt. *quod ipsum & Hebræus & Græco textui, ac B. Cyprianus vbi suprà cap. 11. conforme est, pro quo malè excusi*: venient.

11. super vertices montium.] *MS.* vertice : *sed quia insciè lib. 3. aduers. Marcionem transferi super summos montes, magis illud placet, maximè quum Græca Regia Dn. Arie Montagi Bibliorum edito ἀκρῶν legat, quamquam interim hoc responsum Hebræi, & editioni Græcæ Argentoratensi, quæ ἀκρῶν habet. Atque reste Rhen. cassigauit ex Gorleniensi cod.* prioris filij, *pro* populi, *ac* discent, *pro* dicentur, *denique*: abolitionem, *pro*: obolationem. *Additimus autem*: Lex, *ex MS.*

12. & hostis executionem.] Executionem, *inquit Rhenan. pro persecutione, sicut lib. 1. adu. Marc.* Quid denique adulantius quàm delicta non exequi, *id est, non persequi. & ibidem paulo antè*: executione mali, *ac postea*: executore delicti, *id est, iudice. Qui addit in illius loci commentario, non aliter Pompeium Turcorum consultum D. lib. 48. tit. de accus. & inscript. diuisse*: mortem exequi, *pro, instituere actionem de parricidio perpetrato.*

13. per Erythræum pelagum.] *Plinium, vti solet, imitatur, qui* Erythræum *mare nuncupat lib. 6. cap. 23. quod nos Rubrum dicimus, sicuti & Dionysi, de situ orbis,* ἐρυθραῖον πέλαγος.

CAP. IIII.

14. Sequitur, &c.) *Inscriptionem huic capitis dedimus*: Quòd & Sabbati obseruatio temporalis fuerit. *Tractatur autem idem argumentum ipsidem pene verbis lib. 3. & 4. aduers. Marc. T. 3.*

15. expunctæ.) *Id est (inquit Rhenan.) præsitæ, perfectæ, adimpletæ. Sic infrà*: renunciatur expuncta. *item* : expuncta consideramus. *rursum*: quod sequitur expunctum est. *Similiter T. 2. lib. de Patientia*: omnem patientiæ speciem expunxit. *& lib. ad Marc.* expuncti contumelia. *Item T. 3. lib. de Resurr. carnis*: iudicium resurrectio expungeret. *lib. 3. ad Marc.* sam expunctum, & expungendam putauit. *lib. 4. adu. eundem*: inueniatur expuncta. *ad lib. 5. aduers. eundem* expunxerimus. *Metaphoram denique expesuit T. 2. lib. de Cor. militis, quum dicit*: Expungebantur in castris milites. *de qua latius Adnot. nostras in Epist. 38. B. Cyprian. nos. 5. hoc vno addito ex Rhen. in dictum locum lib. de Patient. quòd veteres in Calendarijs, quæ cera vt plurimum conflabant, verso stylo expungebant nomina seu debita dissoluta. Additimus autem paulopost ex MS. ab.*

16. sicut per prohetam prædicatum est : Ecce proselyti per me ad te ibunt.] *Ex MS. vocem Tertullianicam:* prædicatum, *subſtituimus, pro* : dictum. *Citat autem eandem ſcripturam infrà dicto lib. 3. adu. Marc. & paulolatiùs explicat, nominatim Iſaiæ adſcribens, apud quem reperiri unxta 70. cap. 52. adnotarunt quidam, ſed ibidem hactenus non reperi. Legimus autem paulopoſt* : Sabba religione, *pro* : religionem.

17. Nam & temporibus Machabæorum, &c.] *Quandoquidem Machabæorum hiſtoriam citet ut re fides, non dubium quin illam pro Canonica ſcriptura coguouerit. verùm de hoc latius Adnot. noſtris in B. Cyprians c. 18. lib. 3. Teſtimoniorum. quibus adde, quòd non ſit mirum, ſi in Canone Hebraorum libri iſti non habeantur, quandoquidem pluſquam ſeculo poſt illum ab Eſdra editum conſcripti ſint. Nam inter Cyrum Darij ſucceſſorem, ſub quo Eſdras claruit, & Antiochum Epiphanem, ſub quo Machabæi, anni interceſſerunt vt minimum 180.*

18. & hoſtes Allophylos.] ἀλλοφύλους *Græci Bibliorum interpretes* (*inquit B. Hieron. in Iſaiæ c. 2.*) *ſunt interpretati, pro Philiſtijm, quæ eſt hodie gens Paleſtina: quod ipſum comprobatur & in editione Latina 70. ex titulo Pſal. 55. Verùm hîc id refert Tertullianus ad Græcos, contra quos Machabæi dimicabant, eo quòd vox Græca alienigenas ſignificet in genere.*

Cap. v.

19. Sic & ſacrificia, &c.] *Iſtud caput hoc titulo inſigniuimus:* Quòd & ſacrificia terrenarum oblationũ figuræ fuerint ſpiritualium. *Cui reſpondet inſcriptio, qua Auctorem imitatur c. 16. lib. 1 Teſtim. B. Cypr. Quòd ſacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebraretur. Atque tum MS. legimus conformiter Hebraico, Græco, & Latino exemplaribus:* Vbi eſt Abel frater tuus ? & nuuquid cuſtos fratris mei ſum ego?

20. Gemens & tremens eris ſuper terram, & omnis qui te inuenerit occidet.] *Secundum ſcripturæ veritatem non ſunt hæc Dei verba: quinpotius ille poſito in Cain ſigno, canet vt non occidat eum omni qui inuenerit eum; cui correſpondet & Joſephus Antiq. li. 1. cap. 3. quin & ipſe Tertull. infrà T. 3. lib. 2. aduerſ. Marc. in hæc verba:* Cain & maledixit, & culpidum morte luere delictum mori interim vetuit. *Videtur itaque mutilus iſte locus vitio librariorum, qui inter bis repetitum* Gemens & tremens ſuper terram, *media tranſilierunt, atque adeò ſic ſupplendus & emendandus:* Gemens, & tremens eris ſuper terram. Et dixit Cain ad Dominum : Maius delictum meum, quàm vt remittatur mihi, & ejicies me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram, & omnis qui me inuenerit, occidet.

21. Denique quum per Moyſen in Leuitico, &c.] *Vel ex hoc loco patet ſubinde memoria lapſum Auctorem in citandis ſcripturarum locis, quum hoc præſcriptum nuſquam in Leuitico reperiatur, ſed Deuter. 13. Eodem pertinet quod ſuprà c. 7. dixit:* Et ideò ſubſequens ſermo prophetæ, &c. *quum præcedat ea ſcriptura illam quæ prius citata eſt, non ſubſequatur : & infrà :* Et alibi dicit, *quum eodem capite contineatur. quod ſemel admoneſſe ſufficiat contra ſcioles quoſdam, qui nolunt addmittere in Patribus ἀμάρτημα μεμιμονικὸν. Reſtituimus autem ex MS.* repromiſſionis, *pro :* promiſſionis ; & terra ſancta, *pro:* terram ſanctam.

22. Et in omni loco offeruntur, &c.] *ſic ex MS. & hic, & ſub finem capitis, conformiter Latino, Græco, & Hebraico textui, pro :* offerentur, *maximè quum ſic legat etiam B. Cyprianus vbi ſuprà, & ipſe Auctor infrà T. 3. d. 3. aduerſus Marc. vbi paulo latius explicat* ſacrificia munda, *ſeu* ſpiritalia, *non modò vt intelligantur quemadmodum hoc loquitur*, ſacrificia laudis, *& :* cor contribulatum, *ſed etiam* Gloriæ relatio, & benedictio, & laus, & hymni; *denique :* Eccleſiarũ ſacramenta, & munditiæ ſacrificiorum. *Quare valeant Magdenburgenſes, qui ex hoc Tertulliani loco ſimili, ſub initium lib. 4. aduerſ. Marc. argumentum ſumunt aduerſus Eccleſiæ ſacrificium, quum illud maximè ab Auctore confirmetur verbis illis modo citatis. Vt omittam locus, de quibus ſuprà l. ad Scapulam, c. 2. n.*

11. *& infrà latius lib. Orat. nn. 1. vbi diſertè verbis ſacrificij Eccleſiæ meminit. Certè ex Liturg. Latin. noſtris. T. 1. pag. 9. & ſequ. videre eſt conformem Patrum loci huius Malachiæ intellectũ de Eccleſiæ ſacrificio : & nominatim SS. Iuſtini Mart. Irenæi, Cypriani, Euſebij Cæſarienſis, Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Theodoreti, & Damaſceni.*

23. Quoniam etſi adtuleritis mihi ſimilam.] *Sic vertit quod Græce eſt* σεμίδαλιν, *pro* qua *Latinis interpres* : ſacrificiũ *tranſtulit.*

34. nec ſi veniatis videri mihi.] Videri *pro:* apparere. *quod legit dicta Latina editio 70. & haud abſimiliter vertit noſter interpres ex Hebræo* : cùm veneritis ante conſpectum meum.

Cap. vi.

De Sabbato & circunciſione, & legis veteris & nouæ obſeruatione.] *Quemadum handubiè titulus hic ex margine (ſicuti & ſequentes aliquot) in textum irrepſerunt ; ita paucis iterum in margenem rejectendum, ſiquæ eo magis, quod cum hoc caput quædam ſit concluſio ex præcedentibus, hic potius titulus conueniat :* Ex præcedentibus concludi legem nouam ſuperuenturam, atque adeò quærendum, an iam nouæ legis lator venerit nècne. *Legimus autem:* præcedenti tempori, *pro* : tempore; *& ſuxta MS. cod. omiſimus illud* : oriretur lumen, *vepote ſuperfluum, quandoquidem præcedat:* fulgente nobis lumine.

26. De natiuitate Chriſti, & aduentu primo.] *Hunc titulum ne quidem ad margenem tranſcripſimus, quod huic loco non conueniat. Reſtituimus etiam quod habebat prima editio:* Nam etiam, *phraſi Tertullianea, pro eo quod tanquam elegantius ſubſtitutum fuit :* Hic inquam, *& omiſimus :* an, *vbi legebatur :* an necne.

Cap. vii.

27. Igitur in iſto gradum conferamus, an, qui venturus Chriſtus adnunciabatur, iam venerit.] *Ita ex MS. & 1. edit. pro eo quod erat :* an qui venturus eſt Chriſtus. *Titulum autem hunc capiti dedimus :* Quòd nouæ legis lator non exſpectetur, ſed iam venerit, ex Prophetijs de regno eius inter Gentes æterno manifeſtum fieri. *Atque de prouerbiali formula :* Gradum conferre, *videantur noſtra Prolegomena. Legimus verbex MS.* præcanuetint *vocem Tertullianicam, pro:* præcinuerint.

28. Sic dicit Dominus Deus Chriſto meo Domino.] *De erronea hac lectione, tamen iam olim inuetera, vide Adnot. noſtras in S. Cyprian. lib. 1. Teſtim. adu. Iud. cap. 21. nu. 60.*

29. Cui enim dexteram tenet pater, &c.] *Alludit haud dubiè ad locum ſcripturæ præcedentem, ſicuti etiam in illo* : quem exaudierunt omnes gentes.

30, Parthi, Medi, Elamitæ.] *Comprobans Auctor, quòd iam tũ omnes Gentes in Chriſtũ crediderant, primium vtitur verbis ſcripturæ Act. 2. de ijs qui, vbi in feſto Pentecoſtes audierant Apoſtolos ſua quibuſque linguas loquentes, ad Chriſtum conuerſi ſunt. Vbi ex inſtituto videntur comiſcti* Parthi, Medi, & Elamitæ, non (Ælamitæ) *id eſt Perſæ, ſic ab Elam filio Sem (reſte Ioſephus Antiq. lib. 1 cap. 7.) nuncupati, eo quòd ſibi innocem vicini ſint. Atqui conſtat ex Auctoris ſententia à B. Sophronio Gallo. Græcor. vir. illuſtrium inter opera Hieronymi, qui B. Thomam Apoſtolorum prædicaſſe dicit Euangelium Chriſti*, Parthis, Medis, *& Perſis ; Carmanis quoque, Hircanis, Bactris, & Magis ; Indis denique, apud quos in ciuitate Calamina martyrium paſſus ſit.*

31 Et qui inhabitãt Meſopotamiam.] *Apud* Meſopotamiam *primi Doctores recenſentur ab Epiphanio Archelaus & Marcellus; quam tamen ſua cæpit hereſis infiſere Bardeſanes Valentini ſectator, etiam ante Tertullianum.*

32. Armeniam.] *Huius quidem in Actis Apoſtolorum pumunicia non fit mentio : ſed iam tum etiam Chriſti fidem apud eos viguiſſe vel inde manifeſtum eſt, quòd non ita multo poſt* Armenij *bellum Maximino tyranno indixerint, ancea ſocij*

Romanorum

Romanorum, Christiana fides & religionis ergò, à qua illos ad idololatriam conabatur abducere. Testis est eius res Niceph. Eccl. hist. lib. 7. cap. 28.

33. Phrygiam.] *Quum* Phrygia *Asiæ minoris sit prouincia, vellim Act. 2. comungatur cum Asia & Pamphylia, quippe quam, vt est Act. 16. & 18. etiam peragrauerit B. Apostolus Paulus. Hierapolis autem* Phrygiæ *oppido sepultum fuit, teste Sophronio, vbi supra, B. Philippum Apostolum cum filiabus. Insuper eadem hac fere ætate celebrata narrant Icenij & Synoda Concilia de baptismo hæreticorum, Eirmilianus, de quo infra Epist. lxv. quam edidimus inter B. Cypr. opera, & Dionys. Alexandr. Episcopus ad Philemonem apud Euseb. lib. 25. cap. 6. & Niceph. lup. 3. cap. 9.*

34. Cappadociam, & incolentes Pontum.] *Ad eclesiæ aduenas dispersionis* Ponti, *Galatæ*, Cappadociæ, Asiæ, & *Bythiniæ suum prorsus scripsit Epistolam Canonicam B. Petrus Apostolorum princeps. Deinde persecutionis Christianarum in* Cappadocia *meminit supra Auctor lib. ad Scapulam cap. 3. Cuius sedes Episcopales, Cæsarea, in qua diu sim Eirmilianus pontificij Episcopus, Amasia, in qua quondam Phedimus & Lucianus, iuxta Euseb. ium & Niceph. qui etiam Mitenij mentionem faciunt.*

35. Asiam & Pamphyliam.] *In* Asia *Apostolicas Ecclesias recenset late Auctor noster lib. de Præscript. hæretic. Clarenus autem in ea præter B B. Paulum & Barnabam Apostolos, qui* Asiam & Pamphyliam *peragrarunt Act. 13. 14. 15. & 27. scripsere Ecclesiasticas iuxta B. Hieron. Catal. vir. Illustrium, iam ante Tertullianum Apollinarium & Papiæ* Hierapolitani, *Quadratum & Aristidem* Athenienses, *Melito* Sardenses, *Dionysium & Bacchilum* Corinthij, *Rhoden* Asianus, *ac Polycratem Ephesium.*

36. imnorantes Ægyptum.] *Vel sola* Alexandrinæ Ægypti *metropolis Ecclesia à B. Marco Euangelista instituto, de qua latius in nostro Lusurgico Latin. pag. 88. & sequent. emisimus, vsque adeò nota est, vt pluribus non sit opus. Vide adde antiquiores Hermopolitanam: Nili, Athenæum, & Tingitanam.*

37 Egressionem Africæ, quæ est trans Cyrenem.] Pentapolin Cyrenaicam (*de qua Plin. lib. 5. cap. 5. Pompon. Mela lib. 1. Strabo lib. 17. & Amm. Marcell. lib. 22.*) *ita peraphrasi quadam post B. Lucam delineauit Auctor, cuius Epistopij plures etiam antiquitus celebrantur. Erant autem inea ciuitates quinque Berenice, Apollonia, Ptolemais, qua & Barce, Arsinoe, & ipsa à qua denominatio* Cyrene.

38. Romani & incolæ, tunc & in Ierusalem Iudæi.] *Ita prorsus distinguo, vt incolæ ydem sint Auctori qui Act. 2.* aduenæ, *quandoquidem & Cicero lib. Offic. eadem significatione dixerit: Peregrini atque incolæ officium est nihil præter suũ negotium agere. Addit autem:* tunc, *vt indicet id temporis quidem Iudæos credidisse, sed non sua ætate. Porro de* Romana *Ecclesia vide Adnot. nostras in B. Cypr. epist. 45. nu. 6. & 55. nu. 90 & 91. & in Symbolum nu. 17. infra quoque T. 3. ad librum Auctoris de Præscripe, adu hæreticos.*

39. vt iam Getulorum varietates.] Getuli, *qui & Libyes, Africæ populi prope ractum inhabitabiles inuxta Melam Pomponium, qui primi omnium (teste Salustio in Iugurtha) eam regionẽ tenuerunt, asperi incultique, quibus cibus caro ferina atque humi pabulum vix pecoribus, qui neque moribus neque lege neque imperio cuiusquam regebantur, & vagi palantes quo nos cogerat, sedes habebant. Vnde & paulo post Auctor,* Getulorum barbaries *dixit.*

40. & Mauorum multrfines.] Mauritaniæ *Ecclesiarum perfectionem memini Auctor supra lib. ad Scapulam cap. 4. Atqui* Mauorum multi fines, id est: *Genes multa, à Plinio recensentur hist. natur. lib. 5. cap. 2. & 3. & de* Mauritanijs *duabus aliquid diximus Adn. nostras in B. Cypr. epist. 45. nu. 7. & 8.*

41. Hispaniarum omnes termini.] *Videntur hinc* Hispaniæ *regna omnia eam tum Christi fidem suscepisse, inter quæ* Præses Legionis *Christianorum hostis recensetur a Tertulliano loco citato, & eiusdem ac Asturica B. Cypria. epist. 68. vbi vide Adnot. nostras num. 2. Atqui* Hispaniarum *Apostolus celebratur iuxta B. Isidorum B. Iacobus maior. Testis est etiam B. Ioan. Chrysost. : profectionis B. Pauli. Apostoli in* Hispanias, *vbi locum tradit 2. Tim. 4. cui satis consentit B. Hieron in eo supplicatione, dum scribit post primam sub Neronc captiuitatem prædicasse illum in partibus Occidentis. Ex expresse adstipulantur Dorotheus in Synopsi, Athanas. ad Dracont. & Epiphan. alicubi.*

42. Galliarum; diuersæ nationes.] *Vt ne sim prolixior in commemorandis* Galliarum diuersis nationibus, *Lectori sufficiat hoc loco, quod primum Galatarum vt patet ex Epist. ad Titum cap. 4.) atque adeo Galorum, præsertim Viennensium, Apostolum fuisse B. Crescens, B. Pauli Apostoli discipulus, docuit B. Martialis Lemouicensium, Burdegalensium, Agenensium, Caduicorum, Ruthenensium, Auscensium, Engolismensium & Xaintonensium; Saturninus Tolosanum; Austrominius Autissiodorensium; Paulus Narbonensium, Frontis Petragoricorum, cuius Xantiensium, Gatianus Turonensium, Iulianus Cenomanorum, Benignus Lingonensium, BB. Dionysius Areopagita Parisiorum, Ophrodisius & Vrsinus Biturigum, Saturnius & Potentianus Senonensium, Clemens Metensium, & Belgarum, Valerius Treuirensium, Maternus Colonensium & Tungrorũ, Regulus ac Trophimus Arelatensiũ, & sanctissimus Carnotensium, Stelidensium & Virdunensium; piscopos. Sexti late deducit primo Centenarius suo Stengrensis, & multorum memini B. Petrus Cluniacensis adu. hæres. de tempsis, de quorum adeò Liturgijs testimonia reperire est inter nostra Lusurgus Liturgicas, pag. 93. & sequentibus.*

43. & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita.] *Asserunt quidem cum* Britanis *bella Iulius Cæsar & Claudius Imperator teste Beda hist. Angl. lib. 1. cap. 2. & inde* Britanicus *dictus sed & plurimam Insulæ partem occupauerunt. Deinde & Vespasianus, aliique Romani præfecti eam administrarũt. Qui tetiã Adrianus, Seuerus, & Alanus imperatores eam : ranssmiserunt, teste Volatrro Vergilio Ang. hist. lib. 2. Neuo tamen ante Seuerum integram insulam obtinuit, & Pictones ab eo primùm in muteam tempusse sunt, vsque adeo vt verè asserat Eutropius ad Septentrionales* Britanniæ *partes prorsus Cæsares no pernenisse. Atqui adeò teste* Romanis inaccessa *loca* Auctor, *vtpote quum lib. 1 sit de ante expeditionẽ Seueri* Britannicam, *subiicere vita adeo scripserit, in qua etiam pergit, scripsisse sit. Et tamen (quod illa aduersatiua particula verò subindicat) Christo subdita, quippe quum (iuxta Bedam & Polydarum) sub Marco Antonino Vero* Britannia omnium Occiduarum prima, *regnatu Lucij Regis, & antiquijs Eleutherij Papæ Romani, opera SS. Eugatij & Damiani plubliter tota Euangelium receperit. Imò si Volydoro credatur, iam ante alitis fides fundamenta iacta fuerint à B. Iosepho ab Arimathia: quod confirmat Gildas Britannus, asserens iam ante ab ortu Euangelij* Britannos *Christi Religionem susceptisse, quare non placet lectio Mss. cod. in* accessu Romanorum loca Christo verò subdita.

44. & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorũ, & Scytharum.] *De his in hac verba Plin. vbi supra l. 4. cap. 12. Ab eo in plenum quidem omnes* Scythæ, *verie tamen littori apposita tenuere, aliàs Getæ, Daci Romanis dicti aliàs Sarmatæ Gracis Saurmatæ, & c. Superiora vero inter Danubium & Hercynium saltum vsque ad Pannonica Hyberna Carnuta; Germanorũmque ita cognium campos planas Cygnes Sarmatæ, montes vero pulsi ab his Daci. Quare recte Auctor tum hic tum libro de Anima infra T. Gentes hanc consumsit, eadem paulopost vna* Germanorum *nomine cuprehendens. Et de parte aliqua singularum harum Prouinciarum intelligendum Auctorem non male adnotauit Rhenanus. Atqui Totum profectum in Dalmatiam testatur ipse B. Paulus ina 2. ad Tim. Epist. cap. 4. Deinde traditur B. Apollinaris B. Petri Apostoli discipulus, primus Ravẽne Episcopus, dein Dalmatus & dicis Danubij accolis Euãg. prædicasse. Sunt qui & B. Thomã* Germanorum *Apostolũ facium. Scythis autẽ, Sogdianis & Sacis fidẽ Christi tradidisse B. Andream Apostolum scribit, vbi supra, Sophronius: inde profectum ita*

16. sicut per prohetam prædicatum est : Ecce proselyti per me ad te ibunt.] *Ex MS. vocem Tertullianicam:* prædicatum, *subſtitutimus, pro* : dictum. *Citat autem eandem ſcripturam infra dicto lib. 3. adu. Marc. & paulo latius explicat, nominatim Iſaiæ adſcribens, apud quem reperies iuxta 70. cap. 52. adnotarunt quidam, ſed ibidem hactenus non reperi. Legimus autem paulopoſt :* Sabba religione, *pro* : religionem.

17. Nam & temporibus Machabæorum, &c.] *Quandoquidem Machabæorum hic hiſtoriam citet in re fidei, non dubium quin illam pro Canonica ſcriptura coguouerit. verùm de hoc latius Adnot. noſtrũ in B. Cyprianic. 18. lib. 3. Teſtimoniorum, quibus adde, quòd non ſit mirum, ſi in Canone Hebræorum libri illi non habrantur, quandoquidem pluſquam ſeculo poſt illum ab Eſdra edutum conſcripti ſint. Nam inter Cyrum Darij ſucceſſorem, ſub quo Eſdras claruit, & Antiochum Epiphanem, ſub quo Machabæi, anni interceſſerunt vt minimum* 180.

18. & hoſtes Allophylos.] Ἀλλοφύλους *Græci Bibliorum interpretes* (*inquit B. Hieron. in Iſaiæ c. 2.*) *ſunt interpretati, pro Philiſtijim, quæ eſt hodie gens Paleſtina: quod ipſum comprobatur & in edutione Latina 70. ex titulo Pſal. 55. Verùm hic id refert Tertullianus ad Græcos, contra quos Machabæus dimicabant, eo quòd vox Græca alienigenas ſignificet in genere.*

Cap. v.

19. Sic & ſacrificia, &c.] *Iſtud caput hoc titulo inſigniuimus:* Quòd & ſacrificia terrenatum oblationũ figuræ fuerint ſpiritualium. *Cui reſpondet inſcriptio, quæ Auctorem imitatur c. 16. lib. 1 Teſtim. B. Cypr. Quòd ſacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebraretur. Atqui cum MS. legimus conformiter Hebraico, Græco, & Latino exemplar. hoc :* Vbi eſt Abel frater tuus ? & nuuquid cuſtos fratris mei ſum ego?

20. Gemens & tremens eris ſuper terram, & omnis qui te inuenerit occidet.] *Secundum ſcripturæ veritatem non ſunt hæc Dei verba: quinpotius ille poſito in Cain ſigno, canet vt non occidat eum omnis qui inuenerit eum; cui correſpondet & Joſephus Antiq. li. 1. cap. 3. quin & ipſe Tertull. infrà T. 3. lib. 2. aduerſ. Marc. in hæc verba :* Cain & maledixit, & cupidum morte luere delictum morti interim vetuit. *Videtur itaque mutilus iſte locus vitio librariorum, qui inter hæ repetitum Gemens & tremens ſuper terram, media tranſilierunt, atque adeò ſic ſupplendus & emendandus:* Gemens, & tremens eris ſuper terram. Et dixit Cain ad Dominum : Maius delictum meum, quàm vt remittatur mihi, & eijcies me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram, & omnis qui me inuenerit, occidet.

21. Denique quum per Moyſen in Leuitico, &c.] *Vel ex hoc loco patet ſubinde memoria lapſum Auctorem in citandis ſcripturarum locis, quum hoc præſcriptum nuſquam in Leuitico reperatur, ſed Deuter. 13. Eodem pertinet quod ſupra c. 3. dixit:* Et ideò ſubſequens ſermo prophetæ, &c. *quum præcedat ea ſcriptura illam quæ prius citata eſt, non ſubſequatur : & infrà :* Et alibi dicit, *quum eodem capite contineatur. quod ſemel admoneſſe ſufficiat contra ſcuolas quaſdam, qui nolunt admittere in Patribus* ἀναχρονισμοὺς. *Reſtituimus autem ex MS.* repromiſſionis, *pro :* promiſſionis ; & terra ſancta, *pro:* terram ſanctam.

22. Erin omni loco offeruntur, &c.] *sic ex MS. & hic, & ſub finem capitis, conformiter Latinæ, Græcæ, & Hebraico textui, pro :* offerentur, *maximè quum ſic legat etiam B. Cyprianus vbi ſupra, & ipſe Auctor infrà T. 3. 4. aduerſus Marc. vbi paulo latius explicat* ſacrificia munda, *ſeu* ſpiritalia, *non modo vi intelligantur quemadmodum hic loquitur*, ſacrificia laudis, *&* : cor contribulatum, *ſed etiam* Glorię relatio, & benedictio, & laus, & hymni; *denique* : Eccleſiarũ ſacramenta, & munditiæ ſacrificiorum. *Quare valeant Magdenburgenſes, qui ex hoc Tertullianiloco ſimile, ſub initium lib. 4. aduerſ. Marc. argumentum ſumunt aduerſus Eccleſiæ ſacrificium, quum illud maximè ab Auctore confirmetur verbis illo modo citatis. Vt omittam locos, de quibus ſupra l. ad Scapulam, c. 2. n.* 11. *& infrà latinis lib. Orat. nũ. 1. vbi diſertis verbis ſacrificij Eccleſiæ meminit. Certè ex Liturg. Latin. noſtrũ. T. 1. pag. 9. & ſequ. videre eſt conformem Patrum loci huius Malachiæ intellectũ de Eccleſia ſacrificio: & nominatim 55. Inſtitus Mart. Irenæi, Cypriani, Euſebij Cæſarienſis, Chryſoſt. Hieron. Auguſt. Theodoreti, & Damaſceni.*

23. Quoniam etſi adtuleritis mihi ſimilam.] *Sic vertit quod Græce eſt* σεμίδιν, *pro qua Latinius interpres :* ſacrificiũ *tranſtulit.*

34. nec ſi veniatis videri mihi.] Videri *pro:* apparere. *quod legit dicta Latina editio 70. & haud abſimiliter vertit noſter interpres ex Hebræo:* cùm veneritis ante conſpectum meum.

Cap. vi.

De Sabbato & circunciſione, & legis veteris & nouæ obſeruatione.] *Quemadmodum hæc titulus hic ex margine (ſicuti & ſequentes aliquot) in textum irrepſerunt; ita quæui ſterum in margineni reycicndum, ſdque eo magis, quod eium hoc caput quodam ſit concluſio ex præcedentibus, hic potius titulus conuenit :* Ex præcedentibus concludi legem nouam ſuperuenturam, atque adeò quærendum, an iam nouæ legis lator venerit nèene. *Legimus autem:* præcedenti tempori, *pro :* tempore; *& iuxta MS. cod. omiſſimus illud :* otiretur lumen, *vtpote ſuperfluum, quandoquidem præcedat:* fulgente nobis lunine.

26. De natiuitate Chriſti, & aduentu primo.] *Hunc titulum ne quidem ad marginem tranſcripſimus, quod huic loco non conueniat. Reſtituimus etiam quod habebat prima editio:* Nam etiam, *phraſi Tertullianea, pro eo quod tanquam elegantius ſubſtitutum fuit :* Hic inquam, *& omiſimus :* an, *vbi legebatur :* an necne.

Cap. vii.

27. Igitur in iſto gradum conferamus, an, qui venturus Chriſtus adnunciabatur, iam venerit.] *Ita ex MS. & 1. edit. pro eo quod erat :* an qui venturus eſt Chriſtus. *Titulum autem hunc capiti dedimus :* Quòd nouæ legis lator non exſpectetur, ſed iam venerit, ex Prophetijs de regno eius inter Gentes æterno manifeſtum fieri. *Atqui de Prouerbiali formula :* Gradum conferre, *videantur noſtra Prolegomena. Legimus verò ex MS.* præcanuetint *vocem Tertullianicam, pro:* præcinuerint.

28. Sic dicit Dominus Deus Chriſto meo Domino.] *De errore hac leſſione, tamen iam olim inueterato, vide Adnot. noſtras in 5. Cyprian. lib. 1. Teſtim. adu. ind. cap. 21. nũ. 60.*

29. Cui enim dexteram tenet pater, &c.] *Alludit haud dubiè ad locum ſcripturæ præcedentem, ſicuti etiam in illo :* quem exaudierunt omnes gentes.

30, Parthi, Medi, Elamitæ.] *Comprehans Auctor, quòd iam ſũ omnes Gentes in Chriſtũ crediderant, primùm vtitur verbis ſcripturæ Act. 2. de ijs qui, vbiin feſto Pentecoſtes audierant Apoſtolos ſuis quibuſque linguis loquentes, ad Chriſtum conuerſi ſunt. Vbi ex inſtitute videntur coniuncti* Parthi, Medi, *&* Elamitæ, *non (* Ælamitæ *) id eſt Perſæ, ſic ab Elam filio Sem (teſte Ioſepho Antiq. lib. 1 cap. 7.) nuncupati, eo quòd ſibi inuicem vicini ſint. Atqui conſirmatur Auctoris ſententia à B. Sophronio Catal. Græcor. vir. Illuſtrium inter opera Hieronymi, qui B. Thomam Apoſtolum prædicaſſe dicit Euangelium Chriſti, Parthis, Medis, & Perſis; Carmanis quoque, Hircanis, Bactris, & Magis; Indis denique, apud quas in ciuitate Calamina martyrium paſſus ſit.*

31 Et qui inhabitât Meſopotamiam.] *Apud* Meſopotamiam *primi Doctores retenſentur ab Epiphanio Archelaũ & Marcellus; quam tamen ſua capit hæreſi inſicere Bardeſanes Valentini ſectator, etiam ante Tertullianum.*

32. Armeniam.] *Huius quidem in Actu Apoſtolorum puuincia non ſit mentio : ſed iam tum etiam Chriſti fidem apud eos vigniſſe vel inde manifeſtum eſt, quòd non ita multò poſt* Armenij *bellum Maximino tyranno indixerint, antea ſocij*

Romanorum

Romanorum, Christiana fides & religionis ergò, à qua illos ad idololatriam conabatur abducere. Testis est eius res Niceph. Eccl. hist. lib. 7. cap. 28.

33. Phrygiam.] *Quum* Phrygia *Asiæ minoris sit provincia, rectius Act. 2. connumeratur enim Asiæ & Pamphyliæ, quæ pe quam, vt est Act. 16. & 18. etiam peragrauerit B. Apostolus Paulus. Hierapolis autem* Phrygiæ *oppido sepultus fuit, teste Sophronio, vbi supra, B. Philippum Apostolum cum filiabus. Insuper eadem hæc feré atate celebrata narrant Iconij & Synada Concilia de baptismo hæreticorum, Eirmilianus, de quo infra Epist. lxv. quam edidimus inter B. Cypr. opera, & Dionys. Alexandr. Episcopus ad Philemonem apud Euseb. lib. 25. cap. 6. & Niceph. lib. 3. cap. 9.*

34. Cappadociam, & incolentes Pontum.] *Adeleftes aduenas dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bythiniæ suam priorem scripsit Epistolam Canonicam B. Petrus Apostolorum princeps. Deinde perfecutione Christianorum in Cappadocia meminit supra Auctor lib. ad Scapulam cap. 3. Cum fedes Episcopales, Cæsarea, in qua dictus Eirmilianus pastor Episcopus, Amasia, in qua quondam Phedimus & Lucianus, iuxta Euschium & Niceph. quietissimi Mitenij mentionem faciunt.*

35. Asiam & Pamphyliam.] *In Asia Apostolicas Ecclesias recenset late Auctor noster lib. de Præscript. hæretic. Claruerunt autem in ea præter B B. Paulum & Barnabam Apostolos, qui Asiam & Pamphyliam peragrarunt Act. 13. 14. 15. & 27. scripserè Ecclesiasticis iuxta B. Hieron. Catal. vir. Illustrium, iam ante Tertullianum Apollinarius & Papias* Hierapolitani, *Quadratus & Aristides* Athenienses, *Melito* Sardenses, *Dionysius & Bacchilus* Corinthij, *Rhodon* Alianus, *ac Polycrates* Ephesius.

36. immorantes Ægyptum.] *Vel sola* Alexandrinæ Ægypti *metropolis Ecclesia à B. Marco Euangelista instituta, de qua latius in nostris Lustrugicis Latin. pag. 88. & sequent. omnibus, vsque adeo nota est, vt pluribus non sit opus. His adde antiquiores Hermopolitanam: Nili, Arsenoitem, & Tinguitanam.*

37. Etregionem Africæ, quæ est trans Cyrenem.] Pentapolin Cyrenaicam (*de qua Plin. lib. 5. cap. 5. Pompon. Mela lib. 1. Strabo lib. 17. & Amm. Marcell. lib. 22.*) *ita peripheia quadam post B. Lucam delineauit Auctor, tunc Episcopi plures etiam antiquitus celebrantur. Erant autem intra ciuitates quinque* Berenice, Apollonia, Ptolemais, *quæ & Barte, Arsinoe, & ipsa qua denominatio* Cyrene.

38. Romani & incolæ, tunc & in Ierusalem Iudæi.] *Ita prorsus distinguo, vt incolæ ydem sint Auctori qui Act. 2.* aduenæ, *qui adsiquidem & Cicero lib. Offic. eadem significatione dixerit: Peregrini atque incolæ officium est nihil præter suũ negotium agere. Addit autem: tunc, vt indicet id temporis quidem Iudæos credidisse, sed non sua ætate. Porro de Romana Ecclesia vide Adnot. nostras in B. Cypr. epist. 45. nu. 6. & 55. nu. 90 ac 91. & in Symbolum nu. 17. infra quoque T. 3. ad libros Auctoris de Præscript. adu. hæreticos.*

39. vt iam Getulorum varietates.] Getuli, *qui & hyeri, Africæ populi prope tractum inhabitabilem iuxta Melam Pomponium, qui primi omnium (teste Salustio in Iugurtha) eam regionẽ tenuerunt, asperi incultique, quibus cibus caro ferina atque humi pabulum vti pecoribus, qui neque moribus neque lege neque imperio cuiusquam regebantur, et vagi palantes qua nox coegerat, sedes habebant. Vnde & paulopost Auctor,* Getulorum barbaries *dixit.*

40. & Maurorum multrfines.] Mauritaniæ *Ecclesiarum perfectionis meminit Auctor supra lib. ad Scapulam cap. 4. Atqui* Maurorum multi fines, id est: *Gentes multæ, à Plinio recensentur hist. natur. lib. 5. cap. 1. & 2. & de* Mauritanijs *duabus aliquid diximus Adn. nostras in B. Cypr. epist. 45. nu. 7. & 8.*

41. Hispaniarum omnes terminj.] *Videntur hinc* Hispaniæ *regna omnia iam tum Christi fidem suscepisse, vnde quæ* Præses Legionis *Christianorum hostis recitetur à Tertulliano lo-*

co citato, & eiusdem ac Asturica B. Cypria. epist. 68. vbi vide Adnot. nostras num. 2. Atqui Hispaniarum *Apostolus celebratur iuxta B. Isidorum B. Iacobus maior. Testis est etiam B. Ioan. Chrysost.: prosectionis B. Pauli Apostoli in* Hispanias, *vbi locum tradit 2. Tim. 4. cui satis consentit B. Hieron loco præciato, dum scribit post primam sub Nerone captiuitatem prædicasse illum in partibus Occidentis. Et expresse adsepultum Dorotheus in Synopsi, Athanasius ad Dracont. & Epiphan. alicubi.*

42. Galliarum diuersæ nationes.] *Vt ne sim prolixior in commemorandis Galliarum diuersis nationibus, Lectori sufficiat hoc loco, quod primus Galiarum vt patet ex Epist. ad Iulium cap. 4.) atque adeò Galiorum, præsertim Viennensium, Apostolus fuerit B. Crescens, B. Pauli Apostoli discipulus, deinde B. Martialis Lemouicensium, Burdegalensium, Agenensium, Caduicorum, Rothenensium, Aruernensium, Engolismensium & Xaintonensium; Turonensium Tolosatum; Augustonemensium Auernensium; Paulus Narbonensium, Frontes Petrocoricorum, Eutropius Xantiensium, Gatianus Turonensium, Iulianus Cenomanorum, Benignus Lingonensium, BB. Dionysius Areopagita Parisiorum, Aphrodisius & Fyssius Biturigum, Saturninus & Potentianus Senonensium, Clemens Metensium, & Belgarum, Valerius Treuirensium, Maternus Colonensium & Tungrorũ, Regulus ac Trophimus Arelatensiũ, & Sanctinus Carnotensium, Sicelensium & Virdunensium: præsertim Stouts late deducit primo Centenario suo Ffengrensi, & multorum meminit B. Petrus Cluniacensis adu. hæres. de tempsit, de quorum adeò Lustrugicis testimonia reperire est inter nostra Latinorum Lustrugica pag. 93. & sequentibus.*

43. & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita.) *Asserunt quidam Britanis bella Iulius Cæsar & Claudius Imperator teste Beda hist. Angl. lib. 1. cap. 2. & inde Britanicus dictus sed & plurimam Insulæ partem occupauit. Deinde & Vespasianus, aliique Romani præfecti eam administrarũt. Quo etiã Adrianus, vt tanax, & Albanus Imperatores in eam transmiserunt, teste Voldoro Vergilio Ang. hist. lib. 2. Nemo tamen ante Seuerum integram insulam obtinuit, & Pictones ab eo primùm in montana compulsi sunt, vsque adeo vt verè asserat Voldorus ad Septentrionales* Britanniæ *partes proiecit Cæsares nõ peruenisse. Atqui adeo vtile* Romanis inaccessa loca nõcupat *Auctor, vtpote quum liber ille dante expeditiuè Seuero* Britannicum, *subiisum vsie ab eo susceptum, in quo etiam peryt, scrip us sit. Et tamen (quod illa adiunctiua particula verbi subindicat) Christo subdita, quippe quum (inxta Bedam & Polydorum) sub Marco Antonino Vero* Britannia omnium trucinciarum prima, *regnante Lucij Regis, & auspicijs Eleutherij Papæ Romani, opera SS. Fugatij & Damiani plublicè tota Euangelium receperit. Imò si Polydoro credatur, iam antea illustres fundamenta iacta fuerint à B. Iosephe ab Arimathia: quod confirmat Gildas Brit annus, asserens iam inde ab ortu Euangelij* Britannos *Christi Religionem susceptisse; quare non plures lectio MSS. cod. in* accessu Romanorum loca Christo verò subdita.

44. & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorũ, & Scytharum.) *De his in hac verba Plin. vbi supra lib. 4. cap. 12. Abeo in plenum quidem omnes* Scythæ, *varie tamen litteras apposita tenuere; aliàs* Getæ, Dacl *Romanis dicti aliàs* Sarmatæ *Graeis Sauromatæ, &c. Superiora vero inter Danubium & Hercynium saltum vsque ad Pannonica Hyberna Carnuti; Germanorũmque ubi cõsinum campus & planã Asyges* Sarmatæ, *montes vero pulsi ab his* Daci. *Quare recte Auctor tum hic tum libro de Animavsus fra T. Gentes hæ continuæ, easdem paulopost vno* Germanorum *nomine cõprehendens. Et de parte aliqua singularum harum Prouintiarum intelligendum Auctorem non male adnotauit Rhenanus. Atqui Totum profectum in Dalmatiam testatur ipse B. Paulus sua 2. ad Tim. Epist. cap. 4. Deinde tradituc B. Apollinaris B. Petri Apostoli discipulus, primus Ravennæ Episcopus, etiã Dalmatiæ & dictis Danubij accolis Euãg. prædicasse. Sunt qui & B. Thomã* Germanorum *Apostolũ faciunt.* Scythis *autẽ, Sogdianis & Saxes fidẽ Christi tradidisse B. Andream Apostolum scribit, vbi supra, Sophronius: inde profectum ita*

Sebastopolim magnam, vbi interirent incolunt Æthiopes. Ad quos fortasse alludit Auctor adijciens: & abditarum multarum gentium. *Ceterùm legimus paulopost cum MS.* populus nominis Christi inhabitet, *pro:* Christiani habitet.

45. qui omnibus in æternum gentibus regnaturus nunciabatur.] *Addidimus:* gentibus, *ex MS. quia alludere eum ad aliquod scriptura testimonium de regno Christi aterno in omnibus gentibus pater ex aduersatiua illa de regno Salomonis.* Sed in finibus Iudæ (*sic enim lege, pro:* Iudææ) tantùm, & *similibus aliquot, maximè autem illa:* non habuit in omnibus gentibus potestatem. *Videtur autem alludere ad illud Danielis 7. quod infrà citatur cap. vlt. & lib. 4. adu. Marc. T.* 3. Et data est ei potestas regia, & omnes nationes tertæ secundum genus, & omnis gloria seruient ei, & potestas illius æterna, &c. *Atque etiam hic illud:* De regno Christi æterno, *ad margenem resecamus.*

46. Si Babylonijs & Parthis regnauit Darius.] *Agit de* Dario *prime, qui occupauit* Babylonem, & *interfecit Balthasar regem, qui quum rex Persarum fuerit, confirmatur nostra sententia in cap. 2. lib. de Fallis, quod* Parthi *Auctoris nostri ijdem sint qui* Persæ, & *econtrario.*

47. vel quisque.] Quisque, *pro:* quisquis, *familiare esse Tertulliano etiam alibi adnotauimus.*

48. ab India vsque Æthiopiam.] *Hæc pertinet imprimis illud Plinij lib. 6. cap. 26. Babylon Chaldæorum gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriaque* Babylonia *appellata est. Item quod habet 24. cap. Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, Græci parallelos. Principium habet* Indiæ *pars versa ad auſtrum. Patet vsque Arabiam & rubri maris incolas. Continentur Gedrosi, Persæ, Carmani, Elymæi, (qui suprà Elamitæ) Parthyæi, Ariæ, Susianæ, Mesopotamiæ, Seleucia cognominata* Babylonia, *Arabia ad Petram vsque, Syria Cœle, Pelusium Ægypti. Quibus posterioribus proximi sit a Mesopotamia ad Pelusium vsque, & post debellatam Ægyptum ad* Æthiopes *vsque Ægypte conterminos Nabuchedonosor cum suis Regulis habuit regni sui terminos. Deindeetiam sub secundo circulo post excidium Hierosolymitanum ampliè tebatur (vt einsdem verbis vtar) Babylonem, Idumæam, Samariam, Hierosolymam, & reliquas Syriæ prouincias ac oppida. Si autem Assyriam coniungas, quã Sogdianos & Sacas complectitur, à meridie terminatur* India *intra Gangen patte Imai montis, quæ sub illa est. Vide de his Tabulam apud Ptolomæum Asiæ 4. 5. & 10.*

49. Alexander Macedo, &c.] *Vide Q. Curtium.*

50. Si Germani, adhuc vsque limites transgredi non sinuntur.] Germani *à Romanæ potius bellum in ea tempa vsque Tertulliani pæſi sint quàm intulerunt, quòd metuerent illi ne fines suos transgrederentur, vtpotè vtcinantes, quanta postea mala Italiæ intulerint Longobardi, Gothi, Hunni, Vandali, Squadi, & id genus* Germani.

51. Maurorum gens, & Getulorum barbaries, &c.] Barbaries & Barbaræ & Barbaria *pro regione seu regionibus Barbariæ vsurpata à Tertulliano, tum hic, tum Tom. 2. de Vel. virg. & Tom. 3. lib. 1. aduerſ. Marcion. & alibi.*

52. nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt.] *Causam huius rei tradit Iosephus oratione sua ad Iudæos, lib. 6. de bello Iudaico cap. 11. Quid Romanos effugit, nisi quod propter astus & frigora esset inutile. ? Paulopost verò rectè castigauit Rhen. ex Gor Lensi codice:* Barbari, *pro:* Barbaræ.

Cap. viii.

53. Itaque requirenda tempora; &c.] *Titulus huius capitis, quem ad margenem etiam resecimus, haſtenus excusus erat:* De Passione Christi, & vastatione Ierusalē. *sed iste Auctoris magis conformis est:* De temporibus aduentus ac passionis Christi, & exterminij ciuitatis Ierusalem. *Restitutimus autem ex MS.* operationibus, *vocem Tertullianicam, pro:* operibus. *Citant porrò Auctor Glossa ordinaria, Hugo, ac B. Hieron. Comment. in Danielem, magnã huius capitur partem ab eo loco qui incipit:* Vnde etgo ostendimus, &c. *vsque ad illud:* Igitur expletis his. *Hieronymum autem citat, & hunc locum imitatur B. Prosper, aut quisquis est Auctor librorum de Promiſſ. & Prædict. Dei, part. 2. cap. 35. Imitatur etiam tuliamne Pomerius contra Iud. lib. 1. editus in Bibl. SS. Patrum T. 5. immo nominatim citat, cuius verba ipsa adfert mus, quæ multum lucis adferunt: Alij (inquit) à prime Darij anno, quando & Daniel hanc visionem vidit, vsque ad aduentum Christi exulutes fuisse sexaginta duas & dimidiam hebdomodas dicuerunt, pro eo quod & in ipsa Prophetia Danielis sic subdiuisa monstrantur. Reliquus autem septem hebdomadas & dimidiam in Passione Christi, & expugnatione Iudæorum, quæ per Vespasianum deuicti sunt, completas esse definunt. Aliuo vtpote ordinem regnorum (sic lege, pro:* regnum) & *suppputationem sequentes annorum, quam illi quos præmisimus, tenuerunt. Sicut Tertullianus in libro quem contra Iudæos scripsit, præloquitur, cuius iam breuiter verba ponenda sunt. Sic enim ait:* Vnde igitur ostendimus, &c. *Si ergo secundum Tertullianum has hebdomadas suppitare velitis, in earum euoluticne & natiuitate, & Passionem Christi, excidiumque Hierosolymorum (sicut à Prophete prædictum est) completum fuisse videbitis. Atqui scio (vt B. Hieron. verbis vtar, qui diuersas adfert sententias Africani, Eusebij, Clementis Alexandr. Apollinarij & Hebraorum) de hac quæstione varie ab eruditiſſ. viris disputatũ, & vnumquemque pro captu ingenij sui dixisse quod senserat. Sed quia periculosum est de Magistrorum Ecclesiæ iudicare sententijs, & alterũ præferre alteri, Lectoris arbitrio derelinquo, cuius expositionem sequi debent; dummodò (inxta veteres omnes) aduentus Christi adaptemus tempora à Daniele prædicta, & perspicua sit Auctoris nostri, prima facie subobscura sententia; in qua non parum nos laborasse, ex Adnot. nostrur sequentibus colligi poterit.*

54. In principio obiectrationis tuæ.] *Sic restitui hunc locum, pro:* obseruationis, *ex originalibus fontibus huius scripturæ Danielis, non solum Hebræis, sed & Græcis, simon 70. saltem Theodotionis editione. Græce enim est:* τῇ ἀρχῇ τῆς δεήσεώς σου. *quæ vox deprecationem vel obsecrationem significat.*

55. quoadusque inueteretur dilectum, & signentur peccata, & exorentur iniustitiæ.] *Tres etiã mẽbra hæc dumtaxat reperire est in Africana apud B. Hieron. similiter & apud B. Prosperi locis citatis; neq; vero etiã plura in editione Latina B. Hieron. ex Hebræo. Clemens tamen Alexandrinus Strom l. 1. quartũ mẽbrum interponit: &* deleat iniquitates. *& Græce item ad utrũque:* καὶ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀνομίας σου. *quod Latine transtulum est & ad delendum iniquitates. Verum videtur id aliquando ex margine in textum irrepsisse ad interpretationem secundi membri,* καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἁμαρτίας. *quod vt signentur peccata, veteres omnes verterunt, phrasi scripturæ, quæ signari seu obsignari accipit, pro adimplere, finem accipere, & proinde etiam delere.*

56. & vt signetur visio & prophetes.] *Id est, adimpletur, quod B. Prosper transtulit, & B. Hieron. ex Hebræo, sux ta illud: Let & prophetæ vsq; ad Ioannẽ, quemadmodũ etiã infrà interpretatur ipse Auctor. Quum autem etiam varient Græci cod. legentes aut:* προφήτην, *aut:* προφήτας, *illud etiam diserte verbis Africanus & Clemens; perinde est, sine hic legatur,* Prophetes, *sive:* Prophetia, *maximè quum postea Auctor tam in MS. cod. quam apud Iulianum Pomerium & alios modo hoc, modo illud legat. Idem etiam est sive legas hic & postea:* à prosectione sermonis, *quod Græce & Hebræo textui magis conforme est, sive:* prophetatione, *sicuti legunt MS. & Iulianus. Lego verò ex MS.* & vt vngatur.

57. integrando & reædificando.] *Quum paulopost hæc verba repetens vertat ipsum hoc modo:* respondere me tibi, *ad verbum ex Græco:* τῷ ἀποκριθῆναί με, *puto legi debere in* respondendo, *maximè quum Africanus, Clemens, Eusebius, Prosper constanter legant:* vt respondeatur, *seu:* vt respondeas, *sive:* in respondendo. *Nolui tamen in textu immutare ob nimiam literariã distantiam; ex quod MS. etiã illud legat. Interpretatur autem illud Glossa interlinearis, intelliget à prosectione sermonis, quo respondebitur vt ædificetur Ierusalem computationem incipi debere*

bere hebdomadarum. Auctor verò noster paulò aliter, ac si dicat angelus, ab exitu sermonis quo tibi respondeo.

58. Hebdomadas septem & dimidiam & L X I I. & dimidiam.] *Illud* septem & dimidiam *adiectimus tum quod hoc diserte verbis interpretetur & hoc capite, & iterum sub finem. 11.c. tum quòd illud* hebdomadas septem *legant Hebræi, Græci & Latinos codices, & Patres omnes; immo Glossa interlinearis, vbi apud vulgatum interpretem Latinum paulò post habetur: Et post lxxij. hebd. occidetur Christus, addit: & septem, sicuts etiã Lyranus. Neque verò obstat quod primum interpretatur seorsum* lxxij. hebdom. & dimidiam *& postea:* septem & dimidiam, *vt supradictum est nu. 53. quia etsi plerique Patrum prius putent adimpletas* septem, *& postea* lxxij. *certe Hebræi, etsi in reliquo absurdè, postremo tamen etiam loco* septem hebdom. *eõplendas sentiunt, addentes (apud B. Hier. in comment.) Nec moneat quòd primum numerentur vij. hebdom. & postea* lxxij. *& rursum vna quæ in duas partes diuidatur. Est enim hæc idioma sermonis Hebraici & antiquorum sermonis Latini, vt antè numerem numerum supputent, & postea maiorem; vt verbi gratia: Abrahæm vixit annos quinque & septuaginta & centum.*

59. & conuertet & ædificabitur.] *Clemens Alexand.* cõuerterur. *sed magis illud placet, eo quod Græce sit:* ἐπιστρέψει. *quare etiam ille sic castigandus videtur. Quod Periphrasticè; sic vertit vetus interpres edit. 70. (seu Theodotionis, secundum cuius editionem editum scribit Iunc librum B. Hieron) & rursum* ædificabitur, *sicut & Latina ex Hebraica editione.*

60. in lætitiam.] *Certè si vsquam alibi, tum ex præcedent. tum ex sequentibus in hoc capite, constat verò esse quod scribit B. Ambr. & in vita Auctoris à nobis citatis est, etiã ipsos Græcos diuersos habuisse scripturæ sacræ codices, atque hinc quæ in Latinis reprehendantur, inuentum tamen posita à Tertulliano, Victorino, & Cypriano. Est enim prorsus peculiaris hæc lectio, & quæ cum Græca voce* πλατεῖα, *quam legunt Latini reliqui, & interpretantur ex Hebræo Latinis, minimè conueniat, vsque adeò vt legisse debeat* εἰς τὸν πλατεῖαν, *hoc est, vti paulò post transtulit:* in latitudinem; *quo fit vt suspicaretur nonnãs vocem hic legendam: latitiam, non:* lætitiam, *nisi ex Varrone seruem lib. 5. de Lat. ling. etiam à latitudine* lætitiam dici. Lætati enim (inquit) *ab eo quod latino gaudium propter magni bonipromotem diffusum.*

51. & conuallationem.] *Hoc vicissim Græce voci* περιτειχισμὸς *magis correspondet, quàm quod alij* mutum *vertunt: quandoquidem Isai. 16. vertatur:* circummurale.

62. & innouabuntur tempora.] *Sic etiam Clemens Alexandrinus, pro eo quod Græcè est in edit. Basilienſi,* καὶ ἐκκαινωθήσονται οἱ χρόνοι. *quæ adeo lectio magis placet, quã alia edit. Complut. & Regia, in* τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, *mutatæ quantum apparet ex Hebraico Latina editione, quæ habet* in angustia temporum *maximè quum eadem etiam in hoc mendosa sit quod habet:* καὶ τὰς ἑβδομάδας ἐγκαινα τὰ στασιασμοῦ *est* lexaginta quatuor, *sicuts vnius & est etiam Latina interpretatio, pro eo quod omnino legendum est cum Patribus omnibus tam Græcis quam Latinis, sicuts habet edit Basil.* ξδ. *id est* lexaginta duas.

63. & non erit.] *Etiam hic variat ab omnibus alijs, quum Græcè sit* καὶ ἔσται ὁ λαὸς αὐτοῦ. *quod verterunt & iudicium non est in eo, & Latini ex Hebræo: & non erit eius* populus qui cum negatur as est.

64. & ciuitatem & sanctum.] *Omninò sic legendum, non autem:* ciuitatem sanctam, *patet tum ex ijsdem verbis suprà, & infrà, quæ etiam sic olim legunture à B. Hieron. Pomerio, & Glossa ordinaria, tum ex cod. Græcis, Hebræis, & Latinis omnibus.* Et sanctum pro templo *acceptur. Quod autem hic dicit:* cum duce aduenient, *sicut & Clem. Alexandr. antea & postea dicit conformius Græco & Hebræo textui:* venturo *Latinè etiam expressiùs vocem Græcam:* καὶ κλυσμῷ, *pro eo quod alij:* diluuio.

65. vsque ad finem belli, &c.] *Pariam etiam lectionem Græcorum codicum commonstrat, quum hic vertit* vsque ad finem belli, quod concidetur; *iuxta id quod Græcè nunc est* ἕως τέλους πολέμου συντελεσθήσεται, *huius verò cap. initio. ac infrà verbis hus suprà citatis:* & destrui pinnaculum, *ac si legerit* πτερυγίου. *pro* πολέμου. *Paraphrasticus etiam extulit* vsque ad interitum, *enitio & hoc loco Græcum illud.* πτέρυξ ἐπὶ ἀφανισμοῖς ἀφανισμοῦ. *quod ipsum repetitum postea à Daniele vertit paulò post:* dabitur super vastatione, *Nec mirum, quum etiam ibi variet Græcorum lectio, quam vtrum que, vt mox dicemus, habet editio Basilienſis.*

66. Et confirmabit testimonium multis.] *Omisimus, vti legebatur:* in multis. *quod neutra illa lectio neque Hebræa id habet, neque illi veteres aut Græci aut Latini interpretes.*

67. auferetur meum sacrificium & libatio, & in sancto execratio vastationis, & vsque ad finem temporis consummatio dabitur super vastatione.] *Illud:* meum, *habet etiam Clemens Alexandr. Ad verbum autem reliqua trãsfert, sicuts Græcè est in Complut. & Regia edit. & Basilienſis posteriores loco:* ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδὴ, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἕως, καὶ ἕως συντελείας καιρὸν συντελεῖ ὀδύρεται ἐπὶ τὸν ἤρημωσιν. *Cui etiã cõforme est quod legit Latina cõmunis titulo 70. & primo loco Clemens Alexandr. Verùm in edit. Basilienſi primo loco habetur hæc lectio:* καὶ παύσει θυσιαστήριον καὶ θυσίαν. *Quod vertit in Chron. Eusebij, & Com. in Daniel. B. Hier.* ceſſabit hostia & sacrificium: *& ad verbum est:* ceſſare facet, *seu destruet altare & sacrificium; deinde sequitur* καὶ πτέρυγι ἕως ἀφανισμὸς καὶ ἕως συντελείας. *ad est* (ad quod, *vti modo dictum est, ad usque Auctor*) & pinnaculum *nempè destruet,* vsque ad interitum & vsque ad finẽ seu consummationem, καὶ σπόδος τοῦ ἀφανισμοῦ. *quod vertere licet:* & ordinabit super interitu seu desolatione. *Atqui Clemens Alexandrinus posteriori loco addit lectionem hanc nonnihil à præcedentibus diuersam:* καὶ ἤμειψεβδομάδος καὶ παύσει θυσίαμα θυσίας, καὶ πτέρυγι ἀφανισμοῦ ἕως συντελείας, καὶ σποδὸς βδέλυμα ἀφανισμοῦ. *quæ sic interpretatur eius interpres.* In medio hebdomadæ ceſsare faciet thymiama sacrificij, & expansio destructionis vsque ad consummationem, & instar destructionis libaminis. *Atqui vel hinc patet versibimum esse quod præfat. in Comment. Danielis asserit B. Hieron. tres fuisse editiones huius Prophetæ, nempè Aquilæ, Theodotionis, ac Symmachi, sed tamen iuxta Theodotionem Ecclesias legere.*

68. in sexaginta duabus hebdomadibus. *Mendum apertissimum ita corrigimus, quo legebatur contra & scripturæ sacræ & Auctoris sententiam,* L X X I I. *Sic autem legas:* ostendimus, *sicut exx. hactenus, Pomerius & Glossa Ordin. siue:* ostendemus, *vti B. Hieron. perinde est; & similiter, an legas:* Numerabimus, *vti vnigò, an* Numeremus, *quod habet Pomerius. Sed legimus paulò post num. 69. cum B. Hieron. Pomerio & Glossa:* quoniam, *pro:* quomodo *Legit deinde Pomerius:* Intellige prophetationes sermonis huius. *sed placet vulgata lectio:* Et intellige & conijce à profectione *seu* Propheratione (*quod legunt B. Hieron. & Glossa*) sermonis.

69. Vnde à primo anno Darij debemus computare, &c.] *Cuius Darij annum primum intelligat expli cat mox, cum adiungit:* Darius enim regnauit annis X I X. *quod propter Reges Persarum seu Medorum sequentes non potest nõ de Dario Notho, aut saltem* Longimano *intelligi. Fuit itaque ipse ea sententia, quod sub hoc Dario hanc visionem vidit Daniel. Quod etsi sit contra omnium aliorum sententiam, & sub nomine Porphyrij impugnet eam B. Hieron. initio huius Prophetæ; confirmatur tamen ab Abben. Esra. in c. 1. Danielis. dicit enim hunc vixisse admodum senem temporibus Esther. Videamus ergo an ne aliquo modo cum historia possit conſistere, quòd vsque ad hunc* Darium *vixerit Daniel. Imprimis autem (vt hoc semel admoneamus, diuersum hunc 70. hebdomadarum computationem pertinere, partim ex 4. prophetijs de restitutione Ierusalem, Hierem. 23. Hierem. 29. Dan. 9. & 1. Esdr. 5. ac 6. partim ex diuersitate Regum, qui Darij cognominati sunt, & maximè annorum quibus regnarunt, immò etiam prædictione angeli, 4. Esdr. 7. de reuelatione Iesu post annos 400. & more Christi post tempus illud) Danielis 1. & 13. constat, anno 1. Nabuchodonosor transtulisse*

eum in Babyloniis (iuxta quosdam, annorum 12. aut ad summum 15.) puerum anno 3. Regni Joakin Regis Juda, 11. ante euersionem templi Hierosolymæ, quæ contigit anno Nabuchodonosor 12. Porrò à captiuitate Ioachim filij Ioakin eodē anno aut saltem ab euersione vrbis, vsq; ad reditū è captiuitate sub Cyro, anni 70 Ab elle, vsq; ad Darium Nothum (quem confundunt Hebræi cum Longimano) iuxta calculum Genebrardi anni 50. Si itaque idipsum senserit Auctor, fuerit Daniel annorum circiter 140. aut ad summum 150. Quod ipsum quidni per suasum potuerit esse Tertulliano, quum Philo. Iesu filio Iosedech attribuat annos ætatis centum triginta, & Nehemiæ Turnault lib. 3. de dog. Eccl. annos 140. & alij quidam, Genebrardo teste, asserant Esram & Nehemiam ad Alexandrum vsque Magnum vixisse? Ergo Danielem vixisse annos 140. aut circiter dicit possit. Videntur autem in hanc opinionem Auctor & Porphyrius incidisse exeo, quod alibi apud Danielem sit mentio Darij Medi: hoc loco autem: Darij filij Assueri. & verò Longimanus Assueri filius ab omnibus scribitur. Si id Lectori non placet, memineris etiam hîc committi τριτοπροτερον, ab Auctore nostro; sicut & in numerie annorum Regum sequentium dissentit longe ab aliis Auctoribus.

70. Darius enim, &c.] *Quandoquidem* hebdomadæ LXII. & dimidia, efficiunt (*vt infrà dicit Auctor*) annos quadrigentos triginta septem & menses sex, *constat numerum annorum Regibus qui sequuntur, aliquot in locis, quæ à nobis adnotantur, necessariò supplendum esse, ex B. Hieron. Pomerio, & Glossa ordinaria, quum antea non computarentur in vulgatis eo dicibus plures quam* CCCXXVII. *anni. Anni autē* CCC. XXXVII. *menses* V. *vel semel id hic dicam, sic conficiuntur. Imprimis* Anni Darij XIX. Artaxerxis XL. Ochi XXIIII. Argi. I. & alterius Darij XII. *conficiunt annos* CVI. *Deinde* Alexandri XII. Soteris XXV. Philadelphi XXXIX. & Euergetis XXV. *fiunt simul anni* CX I. *Item* Anni Philopatoris XVII. Epiphanis XXIIII. Eurgetis XXIX. ac Soteris XXXVIII. *faciūt annos* CVIII. *Denique* Anni Ptolomæi XXVIII. Cleopatræ solius XX. & menses VI. Eiusdem cum Augusto XIII. & Augusti I. *computum reddunt annorum* CXII. *Porrò ex his omnibus conficitur summa annorum* CCCCXXXVII. *mensium sex.*

71. Argus anno vno.] *Ab Eusebio nuncupatur iste:* Arses, *à Iustin.* Arse. *cuius interim abilius aut* 4. *aut* 3. *anni tribuuntur, Dario* 6. *dumtaxat.*

72. Alexander Macedo annis duodecim.] *Ita haud dubie legendum ex B. Hieron. in* 11. *cap. Daniel. Beroſo & Sulpitio Seuero hiſt. ſacra lib.* 2. *& Gloſſa ordinaria, pro eo quod antea & hic & apud Pomerin:* decem. *Et possunt concordare cum Eusebij annis sex dumtaxat, quia ille succeſſori Ptolomæo Lago (quæ hic & Ioſepho Antiq. li.* 12. *c.* 1. Soter *vocatur) attribuit annos* 40. *Auctor vero dumtaxat* 35. *ita vt ſolum in vno anno differant. Atqui legimus ex tribus illis,* posti eum, *pro:* Postea.

73. Cui succedens Philadelphus regnauit annis triginta nouem.] *Etiam hoc ex Pomerio & Gloſſa, pro eo quod erat* cui ſuccedit Philadelphus, & regnauit an. triginta octo. *Atque adeò etiam apud B. Hieron. caſtigandus hic annorum numerus, qui legit non male:* cui ſucceſſit regnans. *Atqui omnibus hic Ptolomæi nomen fuiſſe, quos hic ſuo cognomine appellat, patet ex Ioſepho lib.* 2. *contra Apionem, & maximè Euſebij Chronico ſub initium.*

74. Item alius Euergetes annis viginti nouem.] *Sic rectius B. Hieron. & Gloſſa ordinaria, quàm vulgatus codices:* viginti ſeptem. *quare etiam ſic legendum apud Pomerium, & ibidem hic reponendum* Euergetes, *pro eo quod eſt ex librariorum negligentia:* Eſepthas.

75. Soter annis triginta octo.] *In hoc tres illi conſentiunt pro eo quod mendoſiſſ. erat:* triginta quatuor *dumtaxat. Atqui pro iſto vno recenſentur duo apud Euſebium, Ptolomæus Phyſcon, & Ptolomæus Alexander.*

76. Ptolomæus annis XXXVIII.] *Omninò ſic caſtigandus hic locus etiam apud tres prædictos Auctores, pro:* XXXVI. *vt conſtet numerus annorum* CCCCXXXVI. *maximè quum Euſebius Ptolomæo Cleopatræ filio (ſi mendoſum non ſit codex) octo, & Ptolomæo Dionyſio triginta annos attribuat, quos duos pro vno & eodem ſilij connumerant.*

77. mensibus sex.] *Ita etiam omninò ex Gloſſa ordinaria, pro eo quod* aliy quinque, *tum hic, tum poſtea, & ex tribus illis, de Auguſto:* annis quadraginta tribus, *pro:* quadraginta octo. *nam* XIII. *anni cum Cleopatra &* XLIII. *poſt illum* fuerunt (*vt inquit Auctor*) anni quinquaginta sex.

78. Videmus autem quoniam quadrageſimo & primo anno imperij Auguſti, &c. naſcitur Chriſtus.] *Magis etiam illud placet Pomerij, quàm quod aly, videamus; maximè cum Gloſſa ordinaria habeat.* Scimus. *Atqui quamquam aly plerique* 42. *Auguſti anno Chriſtum natum ſcribant (ſicuti Euſeb. Eccl. hiſt. li.* 1. *c.* 5. *& Epiph. hær.* 51. *in Ancoratu, & lib. de pond. & menſur.) cum Tertulliano ſentit Irenæus li.* 3. *c.* 25. *qui aſſerit natum Chriſtum circa annum Auguſti.* 41. *& veramque ſententiam refert Clemens Alexandr.* 1. *Stromatum, vbi dixit Chriſtum natum anno Auguſti* 28. *poſt demiſſam Cleopatram (quæ victoria contigit anno imperij eius* 14. *conſenſio omnium) & deinde addit aliorum ſententiam, qui ſubtilius (inquit) Natalis Domini non ſolum annum, ſed & diem addunt, quem dicunt* XXIX. *anno Auguſti (ſic enim legendum pro eo quod mendosè iterum eſt* 28.) *in* 25. *menſis Pachon (quæ nos Decembrē diximus.) Deinde ſi diligenter excutiatur Epiphanius, ex eo quod natiuitas Coſulatus Auguſti & Siluani, patet eandem fuiſſe illius ſententiā. Anno enim vrb. cond.* 751. *Imperij Auguſti* 42. *Coſules fuerunt Imp. Cæſar Diui F. C. N. Auguſtus* XIII. *&* M. *Plautius M. F. M. N. Siluanus; qui, ſi computemus ab ipſa occiſione Julij Cæſaris quæ contigit Idibus Martij, quadrageſimus ſecundus, ſin verò ab anni ſequentis initio, dum. v. Kal. Decembris Triumuir Reip. capeſſendæ conſtitutus fuit cum Lepido & M. Antonio, quadrageſimus primus dumtaxat. Quare rectè Oroſius natum dicit Chriſtum, anno* XLI. *(ſic enim haud dubiè caſtigandus eſt) ſereēmenſe, iam ineunte nempe anno* 42. *De quo plura vide in Feardenſij Adnotat. nu.* 26. *in* S. *Irenæum. Verùm quod hic & paulopoſt habet Auctor:* poſt mortem Cleopatræ, *certè ad laſſum memoriæ: pertinet, & tamen genuinum eſſe vel inde patet, quod computatione ſequenti annorum* CCCCXXXVII. *computet & annos Cleopatræ ſub Auguſto* XIII. *& præterea Auguſtus* XL. *quum reuera ſolum debuiſſet computare (vti Clemēs Alexandrinus) annos Auguſti poſt Cleopatram* XXIX. *Atque adeo rurſum hallucinatur, quum dicit ſuperiuiſſe Auguſtum poſt natum Chriſtum annos* XV. *qui aliosque ſecundum priorem eius computationem non potuit viuiſſe poſt Cleopatræ an.* 13. *& ſuos* 41. *quàm annos duos, quippe quem fatetur iuxta communem omnium ſententiam imperaſſe duntaxat annos numero* LVI. *vbi etiam hoc loco addutur vox numero, ex lectione Pomerij, B. Hieronymi ac Gloſſa ordinariæ, qui etiam legunt: & erunt reliqua tempora annorum in diem natiuitatis Chriſti & in annum Auguſti* XII. poſt mortem Cleopatræ anni CCCXXVII. menſes ſex. *rectius meo iudicio, quàm vulgati cod.* in diem natiuitatis Chriſti anni XII. Efficiuntur autem anni CCCXXXVII. menſes V. *Sicuti etiam quod habet Pomerius:* remittuntur, *magis placet quàm quod erat:* tribuūtur. *quia ſimpropriè dicerentur* tribui peccata, *pro: dimitti. Item:* ipſo, *pro:* illo. *ex iiſdem legimus*, ipſe eſt ſignaculum. *Perinde eſt autem ſiue legas:* neque Prophetes eſt qui, *ſiue* neque Prophetia eſt quæ.

79. ſanctificante aquas in ſuo baptiſmate.] *Simile eſt illud B. Cypriani Sermon. de Baptiſmo Chriſti: Veniebat Chriſtus ad baptiſmum, non egens lauacro, in quo peccatum non erat, ſed vt ſacramento perennis daretur auſtoritas. Loci adnotandi contra Caluinum & alios, qui negant aquam in baptiſmo neceſſariam, qualis etiam eſt Epiſt.* 2. *B. Cypriani ad Donatum, ad quem Adnot. noſtras videat Lector nu.* 8. *& infrà latius lib. de baptiſ. num.* 3. *Ex iiſdem autem Auctoribus, & maximè Pomerio, legimus* videamus (*omiſſo:* quid, *ſuperfluo*) aliæ ſeptem & dimidia hebdomadæ, *pro eo quod legebatur:* dimidiæ. *& retinuimus:* quæ ſunt ſubdiuiſæ, *pro eo quod Gloſa ordin.* quæ ſuperſunt diuiſæ: *quod illud legant B. Hier & hic Pomerius.*

80. Poſt

80. Post enim Augustum, &c. annixv, efficiuntur.] *Similiter Clemens Alexandrinus diserte verbis Stromat.* I. *& confirmatur hæc sententia, atque adeò quòd* 41. *anno Augusti natus sit, quia Consulatus duorum Sexiorum iuxta Epiphanium & secundum Fastos Consulares Goltzij* ANNO AB VRBE CONDITA DCCLXVI. AD XIV. K. SEPTEMBR. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS MORTVVS EST. AC TIBERIVS IVLIVS AVG. F. DIVI NEPOS CÆSAR COGNOMEN AVGVSTI CVM IMPERIO ACCEPIT. *Aqui à supradicto anno vrb. cond.* 751. *vsque ad* 766. *sunt anni* xv. *Atqui videtur legi debere* primum Augusti, *pro*: Post enim Augustum: *quia isti anni* xv. *ipsius sunt Augusti.*

81. Cui succeſsit (*ita ex Pomerio, pro*: succedit) Tiberius Cæſar, & imperium habuit annis XXII. menſibus VII. diebus XX.] *Annos* XXII *Tiberio adſcribit & Clemens Alexandrinus, addens tamen aliorum ſententiam de annis* 25. *Euſ. verò annos* 24. *Epiph. lib de menſ. & ponder.* 23. *Quæ tamen ſi B. Hieron. Pomerius & Gloſſa ordin. legunt* XXVIII. *placet tamen vulgata lectio, maximè cùi dies Auctor non cõputet. Nam vti eſt in dicto Faſti Conſularibus.* ANNO AB VRB. C. DCCLXXXIX AD XVII. *Kal.* APRIL. TIB. CÆSARDIVI AVGVSTVS F. DIVI IVLII NEPOS AVGVSTVS MORTVVS EST. *A menſe autem Auguſto ſupradicto anni* V. C. 766. *ad menſem vſque Martium anni* 789. *ſunt dumtaxat anni* XXII. *menſes* VII.

82. Huius quintodecimo anno Imperij paſſus eſt Chriſtus, annos habens quaſi XXX. quum pateretur.] *Gloſſa ordin. legit* baptizatus eſt, *omittens etiam illud*: quum pateretur; *quantum apparet, exſtimans Auctorem conſentire cum communi ſententia, quòd anno* XV. *Tiberij baptizatus ſit Chriſtus quaſi annorum* 30. *&* XVIII. *paſſus. Verum præter quàm quod correſpondeat iuxta dictos Faſtos Conſulatus duorum Geminorum ſub quo paſsionem Chriſti contigiſſe mox addit Auctor; & B. Hier. & Pomerius illud conſtanter legunt. Deinde ipſe Auctor lib.* I. *aduerſus Marc. inſrà Tom.* 3. *aſſerit*, Dominum à XII. Tiberij Cæſaris anno reuelatum, *hoc eſt prædicationem ſuam cœpiſſe: cui ſi addantur tres prædicationes eius anni, peruenimus ad* XV. *Denique Euſeb. in Chron. diſertè verbis: Tertullianus (inquit) in eo libro quem contra Iudæos ſcripſit*, affirmat Chriſtum 41. anno Auguſti natum, 15. Tiberij paſſum eſſe. *Verum de hac erronea eius ſententia ſcripturæ contraria Luc.* 3. *latiùs inter Auctoris errores, noſtris in Prolegomenis.*

83. Item Cæſar, qui & Caligula, annis III. menſibus VIII. diebus XIII.] *Ita Tertullianistæ codices omnes. Clem. Alexandr. ſua quidem ſententia* IIII. *aliorum autem (quæ eſt & Euſebij)* III. *annos adſcribit* menſ. X. dies VIII. *& comprobatur poſterior ſententia hic verbis Faſtorum Conſularium:* AN. V. C. DCCXCIII. AD IX. K. FEBR. C. CÆSAR AVGVSTVS GERMANICVS OCCISVS EST. *Nam à menſe Martij anni* 789. *vſque ad menſem Ianuarij an.* 793. *non poſſunt computari* IIII. *ſed dumtaxat* III*es* anni X. menſes VII. dies; *à quibus nonnihil diſſentis hic Auctor. Porrò illud:* Tiberius Claudius annis XIII. menſibus VII. diebus XX. *deſideratur apud B. Hier. Pomer, & Gloſſ. ordin. & verò omiſit debet, vt conſtet ſententia Auctoris de annis dumtaxat* III. *menſibus* VI. *Videre itaque eſt vel hinc, parum ipſum curioſum fuiſſe hiſtoriæ, fortaſsis imitatus in hoc Matthæum Euangeliſtam, qui in libro Generationis Chriſti, tres generationes prætermiſit, vt (interprete B. Hieron.) tres teſſaradecades non excederet. Conſentit interim ſatis numeris annorum cum Clem. Alexand. & Faſtis, quippe qui regnare cœperit menſe Ianuario anni* V. C. 793. *& obierit menſe Septembri anni* 806.

85. Nero Cæſar annis nouem, menſibus. IX. diebus XIII.] *Sic ex B. Hieronymo & Pomerio, præcoque erat*: annis vndecim. *neque enim plures requiruntur ad perficiendum* III. *annorum* VI. *menſium numerum. quid quòd & dierum omnes numeri ſint ſuperflui. Atque adeò quis integrum imperium omiſit Claudij, quatuor annos præter mittit Neronis, ſortè quia poſtremis illis annis perfectionem in Chriſtianos mouit, ſicuti B. Matthæus Euangeliſta tres impios Reges de ſanguine Iſabelæ præterunt. Imperarunt enim Nero* 3. *idus Octobres diêi anni* 806. *ad* 4. *idus Iunias anni* 820. *annis* XIII. *menſibus* VIII. *dies* I. *quem etiam numerum annorum allegat Clemens Alexand. vbi ſuprà, & aſſecdunt quam proximè Euſeb. & Epiph. vno ſolo menſe differentes. Qui autem* XIIII. *illis annos attribuunt, vt ipſe Clemens & Martyrol. integrum annum pro maiori parte anni computant.*

86. Galba menſibus VII. diebus ſex.] *Illi tres & I. editio* diebus viginti octo. *ſed illud placet, quia imperauit dumtaxat* VII. *menſibus & diebus pauciſſimis, nempè* 11. *Idus Iunias, vſque ad* XVIII. KAL. *Febr. Et conſentit Clemens Alexandrinus in ſecundo ſuo computo, nec diſſentit vbi ſuprà Epiphan. menſibus.*

87. Otho menſibus tribus, diebus quinque.] *Imperium occupauit* M. Saluius Otho Cæſar *à dicto die* XVIII. *Kal. Febr. vſque ad* XII *Kal Maias, quod tempus tres ferè menſes continet. quare non rectè ſecundo loco Clemens (ſi emendatus ſit codex) quinque menſes numerat. Cum Tertull. conſentit Epiphan.*

88. Vitellius menſibus octo, diebus decem.] A. Vitellius *imperauit à dicto die* 12. *Kal. Maias vſque ad* 9. *Kal. Ianuar. quo die occiſus eſt, & illi ſucceſsit* Veſpaſianus *nempe* menſibus octo & diebus aliquot. *quare magis placet etiam illud*: decem, *quàm quod alij*: XVIII. *maximè quum conſentiant cum eo numero Epiph & Clemens.*

89. Veſpaſianus anno primo Imperij ſui debellauit Iudæos.] *Quum Ioſeph. de bell. Iudaic. li.* 7. *c.* 18. *diſertis verbis tradat captam Hieroſolymam ſecundo anno* Veſpaſiani. 8. *ſeptembris: Auctor illud refert ad* debellatam Iudæam *præter ſolam Hieroſolymam.*

90. Et ſiunt anni numero quinquaginta duo menſes ſex.] *Antea legebatur corruptiſſ.* quadraginta duo, *quia* hebdomadæ ſeptem, annos III. menſes ſex *conſtituunt. Et verò ſic legunt conſtanter B. Hieron. Pomerius & Gloſſa Ordin. Ex quibus iterum addidimus*: numero, *& legimus*: à Daniele, *pro*: in. *Porrò* anni quinquaginta duo menſes ſex, *ſic colligunturr.* Auguſti poſt natiuitatem Chriſti anni X V. Tiberij annis XII. menſes 7. Caij annis III. menſes VIII. Neronis anni IX. menſes IX. Galbæ menſes VII. Othonis menſes III. Vitellij menſes VII. Veſpaſiani an. I.

91. Nam imperauit annis vndecim.] *Ita conſtanter B. Hieronymus, Pomerius & Gloſſa ordin. ſed videtur legi tantum debere*: nouem. *Neque enim amplius quàm nouem anni & menſes quinque aut circiter reperiri poſſunt à* IX. *Kal. Ian. anni* V. C. DCCXXI, *quo die occiſus fuit Vitellius, vſque ad* VIII. *Kal. Iulij anni* DCCXXXI. *quum Veſpaſianus mortuus eſt: & ad ſummum, ſi computemus initium à tempore quo in Iudæa Imperator appellatus, anni* X. *menſes* X. *& dies aliquot, quemadmodum illi attribuit Euſeb. in Chronicis.*

92. & Rufio Geminо.] *In Faſtis Conſularibus* Golzij Verò C. Fufijus Geminus. *Seuerus Sulpitius* Fuſium nuncupat, *hiſt. ſacra li.* 2. *Vbi Auctoris hanc ſententiam ſequitur.*

93. die VIII. Kal. Aprilium, die primaazymorum, quo agnum vt occiderent ad veſperam à Moſe fuerat præceptum.] *Hinc imprimis confirmatur eorum Patrum ſententia, qui eodem die, nempè* VIII. Kal. April. *paſſum ſcribunt Chriſtum, quo B. Virginis annunciatum. deinde Latinorum omnium conformie expoſitio Euangeliſtarum trium Matth.* 26. *Marc.* 14. *& Luc.* 22. *quod* XIIII: *luna primo azymorum die tam veſperi incipiente, celebrarit Paſcha Chriſtus cum diſcipulis, & eo ipſo die ipſe tanquã verum Paſcha immolatus & paſſus ſit, contra Euthymij & recentiorum Græcorum opinionem non probabilem, quia volunt Chriſtum Paſcha anticipaſſe. de qua difficultate videat Lector, ne hic prolixiores ſimus, D. Cornelij Ianſenij Gandauenſis pia memoria Epiſcopi Comment. ad Concord. Euang. Ex qua comprobatur etiam receptiſſ. Eccleſiæ Romanæ doctrina, quod in pane Azymo Euchariſtia ſacramentum Chriſtus inſtituerit, quippe quum Exod.* 12. *quiſquis ijs diebus fermentatum panem maduceſ-*

set, pritura diceretur animasilla de Isaël; qua de re exstat insignis tractatus B. Anselmi Cantuariensis contra Græcos.

CAP. IX.

94. Incipiamus igitur probare, &c.] *Titulus huius capitis, quem uterq; ad marginẽ adiectmus est iste* ITEMPROBATIO NATIVITATIS CHRISTI, *cui addidimus:* EX PROPHETIS. *Atqui magnam huius capitis partem ab eo loco:* Porrò (inquiunt) iste qui venit, &c. *post paginas aliquot penè ad finem vsque paucis omissis, & quibusdam lineis subinde interpositis, descripsit Auctor infra T. 3. adu. Marc. lib. 3. Et eum imitatus est B. Cyp. Test. li. 2. adu. Iudæos c. 9. 10. 12. & 13.*

95. non pusillum vobis certamen cum hominibus.] *Vide Adnot. nostras dicto loco in B. Cyprian. n. 48.*

96. quoniam Deus præstat certamen.] *B. Cypr. legit:* agonem. *tum ebi tum ep. 8. 9. de Mappalico, quo loco vide Adnot. nostras n. 15.*

97. Ecce virgo concipiet in vtero, & parier filium.] *Sic constanter vbique Tertull. tum paulopost & loco citato, tum etiam Tom. 3. li. de carn. Christi quare addidimus* : in vtero, *maximè quum legatur etiam à B. Cypriano vtroque loco mox, citato de quo latius ibidem in Adn. nostris ad Epist. 9. n. 16. & li. 2. adu. Iud. n. 49. Sicut & de lectione tum Tertullianica* : & vocabitis nomen eius, *tum Cyprianica ac 70. & vocabis tum denique Chrysost.* & vocabitur *Restituimus etiam ex dicto lib. 3. adu. Marcionem hic & vbique postea:* Emmanuel, *iuxta Græcos & Hebraos codices, pro:* Emanuel.

98. Quoniam priusquam, &c.] *Periodum hic nouam incœpisse distinximus, quia hoc non Isai. 7. vti præcedentia, sed habentur Isai. 8. cap. Ad verbum autem pro eo quod est Græcè apud 70.* ΛΗΜΨΕΤΑΙ ΔΥΝΑΜΙΣ ΔΑΜΑΣΚΟΥ, *transtulit:* accipiet virtutem Damasci, *pro eo quod transtulit B. Hieron auferetur fortitudo Damasci, & Hebor Pintus ex Hebræo: auferet virtutẽ Damasci. Verum quandoquidem hic & infrà sæpius, & li. 3. adu. Marc. legit constanter* aduersus Regem Samariæ, *videtur legisse* ΕΝΑΝΤΙΟΣ, *pro eo quod ibidem. Græce legitur:* ΕΝΑΝΤΙ. *& Latinè coram, sine, in conspectu, sicut legit Auctor Oper. Imperfect. hom. 2. in Matth. B. Chrys. adscripti, quis interim ibidem legit:* accipiet fortitudinem Damasci *conformiter Auctori; e vim etiam interpretationem sequatur, intelligens per virtutem* Dammasci, *Magos illos Orientales Arabas. Verum de hoc & aliis omnibus quæ infrà repetuntur, latius in adn. nostris in dictum 3. lib. adu. Marc. ne forte hic prolixiores simus, adnotatis interim locis, quos subinde cæteroquinus.*

99. Sonus enim Hebraicus, quod est Emmanuel suæ gentis est, &c.] *Præterea firmius quod in medio interiicebatur:* id est, Nobiscum Deus. *ex quod sequatur:* Sensus autem eius quod est: Nobiscum Deus, &c. *maximè quum lib. 3. adu. Marc. non habeatur, & quod adiectum esse ex editione Paternac. adnotarit Rhenanus. Aliudit verò ad illud Matth. 1.* Et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscum Deus. *Legimus autem ex MS.* QUÆTO, *pro:* QUÆTE, *ac:* Æquè &. *Item repetimus ex præcedentibus ac sequentibus:* aduersus Regem Assyriorum, *pro:* & regnum.

100. crepitacillo.] *Crepitacillum (inquit Rhenan.) ex ludicris puerilibus est, forma diminutiua à Crepitaculo deducitum, sicuti à floculo floccillum. Aptè verò diminutiuo vtitur, de infantilo loquens.*

101. iuuenculæ fcilicet prægnatus.] *Sicut adnotat Rhen.* prægnatus *pro impregnatione. Legimus autẽ ex lib. 3. adu. Marc.* Non enim & hic signi ratio verfatur, *pro:* & hic enim, *sic:* Nec hoc vrique in signum est, & hoc enim infantiæ est, *pro:* Et hoc vtique in signum est infantiæ. *Rursum cum MS.* & tam intelligitur prophetia, quàm renunciatur expunsta.

102. Maneant enim Orientales illi magi infantiam Christi.] Maneant, *pro: esse sent. quo significatio Terentius Phorm.* mansurus patrum dixit. *Emendauimus autem ex eodem:* creatoris, *pro:* creatori, *ac:* ceterarum gentium. *pro:* cetrarum.

103. Et Iudas pertender Ierusalem, &c.] *Sic ex lib. 3. adu. Marc. pro* prætendet, *eo quod Græcè sit* ΠΡΟΣΤΑΞΕΤΑΙ, *quod quum propriè significet*, in acie stabit, *seu:* pugnabit, *vt habet Latina editio 70. magis conuenit illud.* Pertendere *enim, non item* prætendere, *inter alia significat* contendere. *Sic Cicero pro Corn. Balbo: cum fœderibus pertendemus. Item* Obstinatè agere, *Propertius li. 2. Eclog. & Varroni de ling. Lat. initio lib. 4. cum pertinaciam à* pertendendo *scribit deduci. Imo forsassis. Auctor ipsam vocem Græcam sic interpretatur, pro* extender, *eo quod* ΠΡΟΣΤΑΤΙΚΟΝ *Grammaticis dicatur Præteritum imperfectum, ac ij dicant extensiuum in rem quæ agebatur nondũ perfectam. Quod confirmatur ex eo, quod omissa vnique præpositione:* in (*quod 70. etiam habent*) *legat:* pertender Ierusalem, *pro:* extender, *sive:* dilatabit, *maximè quum instituto magis illud conueniet.*

104. valentiam populorum.] *Est ea vox nouæ* valentiæ, *pro:* robur, *quod habent Lat. edit. 70. aliudeni forsãs ad illud Solinici ca. 2. qui Romam, Græcè,* ῥώμην, *Latinè* Valentiam, *ab Euandro nuncupatam scribit, ab vrbis nimirum & inuictura Latini robore, quod etiam ipsa vox Græca* ῥώμη *significat. Paulopost autem restituimus ex libro sæpe citato:* Deum & Regem, *pro:* Dominum Regem: *Item qua desciuerat, pro:* quæ.

105. Sic & Ægyptus nõnunquam totus orbis intelligitur apud illum.] *Aludit fortasse ad Isai. cap. 19. in quo quis plerique ad Ægyptum pertinent, quadam tamen non solum veteres, sed & Iudæi, interpretantur de mundo Ægyptijs tenebris inuolues, & nomina: in illud die erit altare Domini in medio terræ Ægypti.*

106. Sic & Babylon, &c.] *Expungenda quæ ad marginem descripta fuit adnotatio* Babylon Rom. *quòd haudubie ab hostibus Romanæ Ecclesiæ adiecta sit, quippe quibus hæc locum contra eam det: quæ te non verecantur, qui tamen non de Ecclesia sed vrbe Romagit, eáque eo tempore, quo sanctorum debellatrix in Christianos persecutionem mouebat per suos Antistites seu Idolorum Pontifices, sicuti supra initio Apologetici Auctoris allegauimus Adn. nostris nu. 2. Verum de hoc latius infrà ad dictum lib. 3. adu. Marc vbi idem scholion adiectum est. In eo autem quod sequitur:* despoliaros quod habuerant. *Synecdochen adnotauit Rhen. Omisimus verò quod infrà omittitur:* aduersus Dominum, *cum vnus idololatriæ sit aduersus Dominum.*

107. Accingere (inquit Dauid) ensem supra femur.] *Magis placet:* ensem. *quàm quod alibi habet* ense, *eo quod Græce sit:* τὴν ῥομφαίαν. *Placet etiam vt legatur:* supra. *pro eo quod est* alibi: super. *nam vox* ἐπὶ. *etiam* supra *significat, vnde est illud Homeri Iliad.* Β. ΠΙΤΝΟΥΣΙ ἐπ' ἄνθεσι.

108. Tempestiuus decore, super filios hominum.] *Videtur Græcum illud expressisse* ὡραιος τῷ κάλλει: *vt probetur sua ad verbum versio:* Tempestiuus decore, *pro eo quod alij:* decorus specie, *seu speciosus forma; vnde & ex Græco etiam transtulit vocem antiquam:* Tempestiuitate, *Nostratum etiam Ciceroni li. de Senectut. De qua aliquid etiam diximus Adnot. nostris ad B. Cypr. li. 2. adu. Iud. ca. 29. nu. 134. Atqui quod hic est:* super filios hominis; *infra legit:* præter, *& super.* ὑπὲρ, *significat dictio* παρὰ, *quod alij plerique vertunt* præ filijs. *Correximus autem ex eo loco:* labijs tuis, *pro:* eius, *quod erat contra omnium codicum fidem. Legimus etiam* tri sillic: & prosperate, *&* ; propera, *magis consonum Veri Græca* ΧΡΗΤΙΣΘΗΤΙ, *quod alij rectè verterunt:* prosperè procede.

109. id est Dei sermo diuinus bis acurus.] *Loco sæpissime citato interserit ipsam scripturam Apocalipsios Apostoli Ioannis, ad quam hic aludit, Apoc. 1. iuxta quem etiam omissa voce:* vt, *superflua, legimus:* bis acutus duobus testamentis.

110. Et deducetre magnitudo dexteræ tuæ.] *Sic ex MS. 1. huius lib. & 2. lib. 3. adu. Marc. pro:* deducit. *nam præterquàm quod præmittit:* venturus nunciabatur, *etiam Græce est:* ΧΑΙ ΕΛΕΥΣΟΝΤΑΙ. *Et ille quod legit conformiter cum editionibus omnibus: Mirificè dextera tua propria est Auctori Psalmorum editio ab aliis diuersa, scitus etiam alibi adnotauimus.*

111. Sagitæ tuæ acutæ, per volantia vbique Dei præcepta.] *Sic omnino legendum tum hic, tum alibi, pro*: peruolantia. *Placet autem magis quod hic eſt*: minantes traductionem vniuſcuiuſque cordis & compungentes & transfigentes, *quam quod ibi eſt*, & minæ, & traductiones cordis compungentes & transfigentes (*vnde interim lege*: conſcientiam quamque) *pro eo quod hic erat*: conſcientiam. Namque. *Dixit enim & Lucanus lib. 1. eriſte* minantes.

112 Conſtabit autem vtrumque, &c.] *Hæc iterum paucis interpoſitis reperis. Auctor dicto lib. 3. adu. Marcion. præterquam quod ibi* Chriſtum creatoris, *hic verò*: Chriſtum Dei *nominat.*

113. & incipit vocari Ieſus.] *Ita ex MS. & prædicto loco. Alludit autè ad id quod habetur Nu. 13. iuxta editiones Latinas, 12. Vero iuxta Græcam quæ hodie exſtat: καὶ ἐπωνόμασε Μωυσῆς τὸν Αὐσὴ υἱὸν Ναυὴ Ἰησοῦν, quod tranſtulit B. Auſt. lib. 16. contra Fauſtum cap. 19.* & cognominauit Moyſes Auſen filium Naue, Ieſum. *pro quo proinde male editio Lat. adſcripta 70. interpretibus*: Oſee filium Nun Ioſue; *Eſt enim hæc vulgata B. Hieron. ex Hebræo lectio. Caſtigauimus autem*: in ſeculi deſerto, *pro*: ſeculo; *& ex MS. vtrobique*: in ſacramenti huius imagine, *pro*: imagines.

114. Nam qui ad Moyſen loquebatur, ipſe erat filius Dei, &c.] *Iſtud non reperitur infrà lib. 3. adu. Marc. Sed ſimiliter lib. 2. adu. Iud. c. 5. habet hunc titulum B. Cypr.* Quòdidem angelus & Deus Chriſtus, *idipſum ſcripturis iſdem cõfirmans. Vbi vide Adnot noſtras n. 22. & 23.*

115. qui & ſemper videbatur.] *Videtur hoc pertinere etiã ad errores Tertull. quaſi ſenſerit idem quod Maximinus Arrianus*: filium Dei ſemper viſum eſſe hominibus, *contra quem latè diſputat B. Aug. lib. 3. cap. 26. Verùm de hoc latius inter eius errores. Porrò quod ſequitur*, Deum enim Patrem nemo vidit vnquam, & vixit, *ſimiliter etiam prorſus lib. adu. Praxeam, vbi latiſſ. hinc argumentum tractat, ad quem adeò Lectorem remittimus, ſicuti & ad lib. de Trinit. Tomo 5.*

116. Ecce ego mitto angelum meum, &c.] *Adiecimus*: ego *ex MS. tum poſtea. nam legitur in plerisque Græcè, Hebraïs, Latinisque codicibus. Retinemus verò*: Intende illi, & audi eum, & ne inobediens fueris ei. *quæ omnia pluralinumero efferuntur lib. 3. adu. Marc. quia illud Græco textui 70. conforme eſt, ſimò & Hebræo & Latino.*

117. non enim celauit te.] *Græce eſt*: ὑ γὰρ μὴ ποήσει σε. *quare rectiùs hic* celauit, *quàm adu. Marc.* celaui. *& ſimiliter legunt Act. 20.* οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ συμφέροντος, *quod vertit interpres Latinus*: nihil ſubterfugi vtilium. *Quare patet Latinum interpretem 70. legiſſe* ἀποστέλλεται, *aut ſimile quid, quum ſic vertit*: Non enim dimittet te, *ac B. Cypr. aliud, quippe qui legit*: Et non deerit tibi. *Ita hunc iterum probatur Græcorum codicum varietas.*

118. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.] *Erat teſtimonium hic Malachiæ, ſicut ab Euangeliſtis Matthæo, Marco, & Luca. Nam apud Prophetam Græcè eſt* πρὸ προσώπου μου, *id eſt*: ante faciem meã. *Paulòpoſt autem legimus ex MS.* Quare ipſe Chriſtus, *pro eo quod corruptiſſ. legebatur*: quem

11. & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper illum, &c.] *Sic locum hunc Iſaiæ 11. mutilum ex lib. adu. Iudæos Marcionitas ſupplesimus conformiter editionibus omnibus. Transpoſuimus etiã cum iſdem, vti oportet, verba illa*: ſpiritus conſilij & virtutis, ſpiritus agnitionis & pietatis; *vbi ex MS. correximus illud*: virtutis, *pro eo quod erat malè*: veritatis; *nam & lib. 3. adu. Marc. tranſtulit*: vigoris; *& lib. 5. legit*: valentiæ. *Vulgata etiam ex Latino editio*: fortitudinis; *quæ omnia in idem recidunt cum eo quod Græcè eſt*: ἰσχύος. *Legimus autem vti illic eſt*: flori quidem ob gratiam adæquatum, *pro eo quod erat*: floridum quidem ob gloriam, ob gratiam, adæquatum. *videtur namque illud*: ob gloriam *ad marginem pro varia primium lectione adnotatum, poſteà in textum irrepſiſſe. Siue autem mox*: dicit *legas*; *ſiue*: dixit, *ſecundum MS. cod. perinde eſt.*

120. qui arundinem contuſam, id eſt, quaſſam Iſraëlis fidem, &c.] *MS. concuſſam. verum vox Græca Iſa. 42.* σωτὴρ θλασθῆσθον, contuſam *ſignificat. Auctor etiam interim Latine reddit & interpretatur*: quaſſam, *quod Græce eſt Matth. 12.* σωτὴρ ῥιμμένον. *quare ex lib. adu. Marc. id adiecimus. Legit etiam ſecundum 70.* ὁ σωαρίνλ, *id eſt*: comminuet, *pro eo quod Matth. ὑ κατεάξει, & reddit per Latinum interpretem*: non confringet. *Item apud ipſum eſt*: λίνον κεπτιζόμενον *apud Matth.* τυφόμενον, *quod vtrumque reddi poteſt*: ardens *ſine accenſum, & fumigans. Sequitur interim initio huius ſcripturæ Mat. qui habet*: ἐξ ὑρίσει δὲ ἡ κρίσις σου, *id eſt*: non contendet neque clamabit, *quum iſa. habeat. ſaltem hodie* ὑ κεκραξεται οὐδὲ ἀκουσθήσεται, *quod interpretatur Lat. 70. interpres*: non clamabit neque dimittet. Ἀσχὶς πεκραγμένον *interpretatur illud*, ἀναλάμψει, *id eſt*: ſplendebit, *quum addit*: ſed lucernam magis ſecit ortum luminis ſui. *Legimus autem ex lib. 3. adu. Marc.* de vtroque titulo ſic diſponam, *pro eo quod erat*: de vtroque populo ſic diſpoſitam. *Eodem autem modo hanc ſcripturam interpretatur B. Hieronym. in ſuo Commentario.*

121. diſpungamus.] *Rhenanius interpretatur*: abſoluamus, *& rectè, quemadmodum adnotauimus ad epiſt. 38. B. Cypr. num. 5. & in carm. de Sodoma, nu. 23. quod tunc quidem B. Cypria. adſcripſimus, ſed interea Tertullianus eſſe deprehendimus. Similis phraſis eſt Tom. 2. lib. de Patientia*: eodem exitu diſpungetur, *vbi dem Rben. illud Vlpiani etiat*: Diſpungere eſt conferre accepta & data. ff. de verb. ſignific. *Sumpta tranſlatione à ceratis tabulis, in quibus quæ diſſoluta ſunt nomina, graphæ diſpungantur. Verùm magis placet diſtinctio Caſly Calcagnini lib. de verb. ſignif. vbi dicit illud proprie dici*: expungere (*ſicut & nos ſupra adnotauimus cap. 4. nu. 15.*) *ſed* diſpungere *maiorem, inquit, vim habet. inde dictum*: quod rationibus puncta præfigebantur, *quæ deinde in dati & accepti computatione, quum ſubtraherentur*, diſpungi *dicebantur. Nam ſuæ mos veterum, vt ijs quæ ſibi conſtabant, puncta adſcriberent. Sic milites præſcriptis punctis in albo ſignabantur, qui ſiquando exauctorarentur*, expuncti *dicebantur, ſic ſuffragatores, candidatis quibus fauebant, puncta præfigebant: vnde Horatianum illud in prouerbium abijt, de ijs quibus faueſcter cuncta prouentunt:*

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.

122. Ecce Deus noſter iudicium remittit, &c.] *Rurſum hic variat Auctor ab editione vulgata 70. Græca & Latina: nam imprimis omittit quod ſuperſtue ille repetis videtur*: καὶ ἀντὶ πάντων ὧν, & tertiùm. *Deinde addit*: infirmi curabuntur, *quod ibi non exſtat. Tranſpoſuimus conformiter 70. & claudus ſaliet velut cetuus, & multorum linguæ ſoluentur, &c.*

Cap. x.

123. De exitu planè paſſionis, &c.] *Caput hoc inſcribebatur hic verbis, quæ ad marginẽ retecimus*: ITEM NEGANTES IVDÆI paſſionem Chriſti in cruce; *& poſtea in ſubdiuiſione eiuſdem cap. vtiin margine etiã reperire eſt.* ITEM PATRIARCHÆ oſtendunt figuram crucis. *Sed quum non placerent, malus hunc titulũ præfigere*: De paſſionis Chriſti prædictione, ac curcis figura. *Atqui etiam ſitud caput paucis interpoſitis, & quibuſdam omiſſis, deſcripſit iterum Tertull. fere ad verbum dicto lib. 3. adu. Marc. ex quo multa caſtigauimus. Imitatur autem B. Cypr. ſepedicto Teſt. li. 2. adu. Iud. c. 23. 24. 15. 20. 21. 22. & 23. Item Iulian. Pomerius lib. ſuprædicto, & B. Proſper de prædict. & promiſſ.*

124. Si autem fuerit in aliquo delicto.] *Ita ex MS. pro* delictum. *eo quod poſtea illud iterum legatur. Addidimus ex eodem*: eum, *& legimus*: in ſorte. *quod Græce eſt, pro eo quod* in ſortem. *Item*: quia ptopter, *pro*: qui. *Hæc autem non habentur infrà vſque ad illum*: Et vtique ſacramentum.

125. &: Quæ non rapueram, &c.] *Locum hunc ita diſtinximus per varias commutationes, eo quòd ex diuerſis, non autem vno Pſalmo deſumpta ſint, quemadmodum ad marginem aduatauimus. de quibus latius infrà cap. 13.*

126. Item Patriatchæ, &c.] *Si iste titulus, & reliqui præcedentes ac sequentes essent Tertullianei, haberentur etiam infrà lib. adu. Marc. atque adeò meæ confirmatur opinio, quòd ex margine in textum irrepserint vti supra dixi.*

127. Itaque imprimis Isaac, &c.] *Hunc locum ex illo castigantes, legimus:* & lignum ipse sibi portaret, *pro:* portans; *item conformiter MS.* Christum figuratus *pro:* figuravit, *phrasi Tertullianæ; denique:* à Iudæis carnalibus fi atribus, *pro:* ab Israël à fratribus.

128. Nam & benedicitur in hæc verba Ioseph: Tauri decor, &c.] *Præmittimus:* à patre. *Neque enim hoc est patru super Ioseph benedictio, sed Moysi, Deut. 33. qua benedixit tribus Ioseph. Translulit autem* ventilabit, *pro* καθαριεῖ· *quod magis proprie vertit Latinus 70. interpres:* cornu petet.

129. rhinoceros vnicornis.] *De hoc ita Plin. Nat. hist. lib. 8. cap. 20. ijsdem ludis (nempè Pompeij Magni)* & Rhinoceros vnius in nare cornu, *qualis sæpè visus. Alter hic genitus hostibus Elephante, longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus. Ego verò hunc Auctorem citandum duxi, contra eorum opinionem, qui putant* Rhinoceroten *vnico cornu nusquam in rerum natura fuisse, quum aliquot eorum cornua existent insignia apud S. Dionysium inxta Parisios in thesauric Regys*

130. vel Minotaurus bicornis.] *Fabulam tradtat Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13.*

131. cuius cornua essent crucis extima.] *De figuris, imò & imagine crucis, Lector videat supra Adnot. nostras ad cap. 16. Apol. nu. 238. Aqui partim ex MS. tum hic, tum lib. 3. adu. Marc. partim ex exc. castigauimus:* crucis extima *sive* extrema *pro:* æltimata; & *suppleuimus:* cornua vocantur; *item legimus:* stipitis, *pro:* stipite; & deijcions de cœlo, *pro* descendens.

132. Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem ex fua secta, &c.] *Ad verbum translulit illud quod Græce est* ἐξ ἀφορισμοῦ αὐτῶν, *pro eo quod Latina 70. editio: sui proposiit. Legimus etiam ex MS. hic & exc. infra:* In concilium eorum ne venerit anima mea, &c. *pro:* veniat, *eo quod sequatur vtrobique:* & in stationem (*Græce* τὴν συστασιν) eorum ne incubuerint iecora mea, *quod malo, quàm:* viscera, *eo quòd Græce sit* τὰ ἥπατα μου. *Legimus etiam inde paulopost:* aliquius bous ipsis exprobat carnificinam, *pro eo quod erat:* alijs & non ipsis, *ex:* tunc tantùm, & *:* vbi nomen Iesu dimicabat, *pro* dicebatur. *Item:* diabolus, publicabatur, *pro:* designabatur. *Sine autem legas:* facie humi volutata, *vti hic;* jue: volutante, *sicuti infrà, perinde est.*

133. Dominus regnauit à ligno.] *Sic ex MS. hic & ex exc. infrà, pro* regnabit. *nam illud legitur Græcè & Latinè. Stenti etiam illud:* à ligno, *reflè addit ur ab Auctore tum hic, & ut-rũ c. 13. tũ lib. 3. adu. Marc. non modo in editione Romana, ex qua versus ille Paschalis in Ecclesia decantatur, sed etiam Gallica, saltem tuxtacmendatiores codices Latines, & inter ceteros Donatianicum Bibliorum MS. quem Aureum vocat Erasmus, ob aureas capitales litteras. Et ally veteres idipsum legunt nominatim, inter Græcos Iustinus Martyr contra Tryphonem; & ex Latinis Auctor lib. de Monte Syna & Syon inter opera B. Cypr. Arnobius in Psal. ac Theodul. car. de passion. in hæc verba:*

Dauid fideli carmine, *dicens:*

In nationibus regnauit à ligno Deus.

Quomodo legit MS. hoc loco nempè: Deus, *sed illud:* Dominus, *retinuimus. Vsque adeò vt non possim adsentiri Iac. Fabro Comment. in quintuplex Psalterium, qui putat paraphrastices tantùm esse adiectum pro pia alicuius deuotione: sed contrario sentio genuinam esse lectionem, maximè quum etiam ipse eam lectionem agnoscat in veteri Psal. editione ante B. Hier. ætatem: Nec quod obstat quòd in Hebræo codicibus non legatur, quæ potuit à Iudæo expungi sicuti multa alia, quemadmodum latini professuntur Reuerendiss. longèque eruditiss. D. Guil. Lindanus Episcopus Ruremundensis. Atqui legimus ex MS. & exc. infrà:* aliquam propriæ vestis notam, *pro:* aliqua proprietate vsus noua, & nouæ gloriæ, *pro:* nouam gloriam; *item:* superiorem prophetiam, *pro:* priorem. *Denique:* in corpus eius, *pro:* corpore, *quod habet Lugdun. editio.*

134. panem corpus suum appellans.] *Videtur alludere ad verba illa Euangelistarum & B. Pauli: Accepit Iesus panem, &c. & ait:* Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. *Quare magis vera esset marginalis adnotatio ista:* panem corpus suum appellat, *quàm quæ nescio à quo irrepsit:* corpus in panem; *maximè quum illud:* in panem, *meritò dubites quin an genuinum sit, quin potius legi debeat* in pane, *seu vti MS. infrà lib. 3. adu. Marc.* pani; *ex quo correximus:* figurauit, pro nunciauit: *Vbi etiam plura de hoc loco, hoc addito, quòd confirmet dicta verbis veritatem corporis Domini in Eucharistia. Legimus autè paulopost, sicut infrà,* prædicatiorem, *pro:* prædicationes.

135. Foderunt (inquit) manus meas & pedes.] *Latinum censes legendum sicuti supra c. 8. & hoc ipso cap. & infrà c. 13.* Exterminauerunt. *Verum quia MS. & exc. omnes tum hic, tum lib. 3. adu. Marc. constanter legunt:* Foderunt, *retinuimus, eo quòd videatur modo hoc modò illud legisse, fortasis (vt aiadem Latinus adnotauit) quòd in quibusdam exemplaribus legisset* ὠρυξαν, *quod est:* foderunt, *& in alys* ἐξώρυξαν, *id est exterminauerunt, maximè quum etiam B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. to 20. legat:* Effoderunt. *Legimus etiam ex MS.* de cornibus vnicornuorum, *secundum editionem Romanam, eo quòd alibi videar mihi meminisse similis Tertull. lectionis, pro eo quod erat elegantius:* vnicortnium; *& infrà lib. 3. adu. Marc.* vnicornis. *Illudist autem ad id quod supra dixit:* extremitates cornua vocantur, vnicornis autem media stipitis palus.

136. & Deus voluit à morte eximere animam eius, &c.] *Ista Paraphrastices translulit ex ijs quæ sequuntur. nam primò habetur Græce & Latinè apud 70. & Dominus vult mundare eũ à plaga. & paulopost: & vult. Dominum in manu eius conferre dolorē animæeius, Piaga itaque & dolorē, mortē interpretatur. Atqui paulopost suppl. uimus ex MS. sic & ex exc. infra:* Nec sepultus enim est niſi mottuus, nec sepultura eius ſublata eſt è medio niſi per reſurrectionem. *quas duas voces vltimas iterum paulopost legimus, nempè* per reſurrectionem, *pro:* poſt.

137. & tenebreſcet ſuper terram dies luminis.] *Videtur legisse:* ἡ ἡμέρα φωτὸς *quod hodie legitur:* ἡ ἡμέρα φωτὸς *sicuti & Latina 70. translatio legit:* in die luminis, *qua interim male omittit:* ſuper terram.

138. Paſcha eſſe Domini, id eſt paſſionem Chriſti.] *Videtur* Paſcha *interpretari à* πάσχω *id eſt:* pati. *Aly malunt ex Hebræo Phaſe derivatum, vti latini profequntur Reuer. D. Ian. Genius in Comment. Concord. Euang. Legimus autem paulopoſt ex 1. edit. & MS. &* vt (*pro:* vt &) prophetiæ impleretur, propterauit, &c.

Cap. xi.

139. De vastatione Ierusalem poſt paſſionem Chriſti.) *Verum hunc huius cap. titulum ad marginem cum præcedentibus reiecimus, incipientes ab eo loco:* Nam & pro meritis, &c.

140. & plangentes Thammus.] *Ita & Græcè eſt, pro quo Latinus ex Hebr. interpres vulgatus vertit:* Adonidem. *Videtur autem his legisse, quum in Græcis hodie exemplaribus ſeuel dumtaxat reperiatur. Deinde hic & paulopoſt vbi legitur:* Nunquid modica (*ſeu, vt mox loquitur, puſilla, Græce* μικρὰ) domui Iudæ; *quum Græcè legatur, malus ſequi lectionem MS.* domus; *qui etiã conſtanter legit,* Iuda, *bis, pro eo quod ſemel hic erat:* Iudæ, & *Græcè eſt:* ἰουδαία. *Porrò etiamillud ex Græco ad verbum:* inter medium ἁλαμ, *pro eo quod B. Hiero.* veſtibulum. *Legimus etiam ſecundum 70.* & 1. edit. viginti quinque viri. *pro* viginti; *nam & Hebraice veritatis reſpondet. Item:* quæ fecerunt hic. Quoniã impleuerunt *pro eo quod erat:* quæ fecerunt hi? & *in MS.* quæ fecerunt hic quoque. Impleuerunt. *Denique:* & exclamabunt. *Atqui neque in ſonibus exſtat illud:* ſed neque miſerebor.

141. Et clamauit in aures, &c.] *Continuatio quidem eſt verborum Ezechielis prophetæ, ſed nouis captus initium, Reſtius autē transfertur ab auctore:* bipennis, *pro:* πέλυξ, *ſed hodie Græce non exſtat,* diſperſionis, *ſeu quod. vertit Latinus 70. interpres:*

interpret exterminationis, *& B. Hieron. ex Hebræo*: interfectionis. *Legimus autem vtrobique tum Græcis & MS.* podere, *pro*: poderem, *&* in subdiuial, *pro*: subdiuiali, *eo quod Græce est* εἰς τὸ ἀῦπνον. Cheruibin *autē videtur fœminino genere, vsurpare, si vera sit lectio*: super eam.

142. Transi mediam Ierusalem.] *Citat etiam scripturam illam de signo* Tau *infrà lib. 3. adu. Marc. vbi de illo latius, quemadmodū & supra Adnot. nostr. in Apolog. citatis cap. præcedent. & tenitatur in eodem illum B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap.* 22. *hoc titulo*: *Quòd in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in frontibus notantur. Quo loco vide Adnot. nostras nu.* 105. *Cum Cypr. autem, MS. & Græca edit.* 70. *malluimus legere dum taxat* Transi mediam Ierusalem. *omissa voce*: per, *quod habet infrà adu. Marc.* Pertransiin medio portæ, in medio Ierusalem. *Illiad verò* Tau *habent MS. nullus hic, & 2. infrà, sicuti & excusi omnes. De vera etiam sequentium verborum lectione vide Adnot. nostras in lib. eiusdem Cypria. ad Demetr. nu.* 52. *&* 53.

143. Sicut Moses antè nuntiabat in Exodo.] *Quem non in* Exodo, *sed Deuteron.* 28. *habeantur scripturæ verba quæ citat, etiam hic lapsus est memoria Tertullian. aut legendum contra codicum omnium fidem*: in Deuteronomio. *Certè legimus*: vestigio, *pro*: vestigij, *quod illud Græce sit. Mirum etiam quòd legant* in ligno *MS. & excusi codices, quum in finibus nusquā nequæ apud B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap.* 20. *aut apud B. August. lib.* 16. *contra Faustum cap.* 22. *illud legatur*; *genuinū tamen esse videtur ex eo quod dicit Auctor infrà cap.* 13. sed lignum passionis Christi, vnde vita pendens à vobis creditа non est.

144. & septem & dimidiæ hebdomadarum.] *Nempè tempus. Ita vero necessario legendum, non &* quatuor, *sicuti corruptissimè legebatur, plus satis manifestum sit suprà cap.* 8. *non semel*: *secundum quod etiam legimus conformiter MS.* in abscissione, *pro*: absciscionem. *Item paulopost ex lib.* 3. *adu. Marc. & calce huius libri vbi ipsdem verbis pene ea repetuntur, quæ sequuntur, suppleuimus* quo talis probatur qualis adnunciabatur, non alius haberi debeat, quām qui illic adnunciabatur, *pro eo quod erat dumtaxat*: quo talis probatur qualis adnūciabatur. *& iterū*: Neque enim dispositio expuncta inueniretur, nisi ille veniſſet. *Castigauimus etiam*: quæ completa esse probarentur, *pro*: quæ completa sunt.

Cap. xii.

145. Aspice vniuersas nationes, &c.] *Recte hoc caput inscribitur hoc titulo in marginem relatus (nam genuinum non esse tonstat ex sapedicto 3. lib. adu. Marc.)* Item de clari-tatis gentium in christo Iesv, *quamquam hoc paucis, dumtaxat id tractet, quod initio & rursum cap. sequ. multa habeat eodem pertinentia, sicut & latissimè B. Cypr. Testim. lib.* 1. *adu. Iud. cap.* 21. *hoc titulo*: Quòd gentes magis in Christum credituræ essent.

146. & ad Deum Christum eius.] *Sic ex sapedicti lib.* 3. *adu. Marc. pro eo quod erat dumtaxat*: & Christum eius. *Porrò de* Christo *quòd Deus fuerit, aut illic, aut alibi habitur Iesus tractādi occasio contra quosdā nostra tēpestatis sectatores, qui id negare non verentur. Inde etiam legimus*: & si audes, nega prophetatum, *pro*: negare. *Quod autem paulopòst hic & ibi dumtaxat dicit*: Dauid filium, *in calce libri* Salomonem *exprimit.*

147. Ecce dedi te in dispositionem gentium, &c.] *In eandem sententiam ex Isai. cap.* 42. *priora hæc verba allegarunt BB. Paulus & Barnabas Act.* 13. *Conformiter sequentibus Græco more legimus*: aperire oculos cæcorum, *sicuti loco citato, pro*: vt aperias.

Cap. xiii.

148. Igitur quoniā filij Israël &c.] *Caput hoc rectè sic intitulatum est*: Quòd omnes prædictæ Prophetarum prædictiones iam adimpletæ sint. *Est enim quasi Epilogus quidam præcedentium iam inde a sexto cap. Multis autem ex eisdem scripturas hunc Auctorem imitatus transcripsit B. Cypr. in lib. Test 2. adu. Iud. locis mox citandis.*

149. Et tu Bethlehem nō minima es in ducibus Iuda.] *Sic ex MS. & Græcis B. Matth. fontibus, pro*: Iudæ. *quemadmodū etiam*: pascat *pro*: paſceet. *Græce enim est* ποιμανεῖ. *Quod quiū vertat Latinus Ver. interpres regat, illic, & eādē voce idem Ioannis vltimo, sicuti hic Auctor, patet antiquitus acceptam à Patribus*: paſcere, *pro*: regere. *Quòd adnotatu dignum contra eos, qui omnem regendi potestatem ab Ecclesia tolli volunt. Videtur autem in eo quod sequitur Hyperbaton. Sine autem*: exteri, *legi paulopost, vt excusi, siue* externi, *vt MS. perinde est. suprà enim verti*; alieni.

150. Lex enim præcepit, in captiuitate non licere vnctionem chrismatis regalis confici.] *Nescio ad quem locum adludat, nisi forte ad cap.* 28. *Deuteronomij, vt Paraphrastes ex aliquot commatis hanc sententiam de more suo decerpserit, aut fortassis alia etiam editione aut Aquilæ aut Theodotionis sit vsus, quo casu aporteret accipi*: præcepit, *pro*: præcidit: *Illic legitur*: *Et eleo non vngaris, quia defuiet oliua tua, Græcè* γὰρ ἐλαιὸν σοῦ χρίσῃ ὅτι ἐκ ἐκκοπήσεται ἡ ἐλαία σοῦ. *& deinde subiungitur*: *Filios & filias generabis, & non erūt tibi. Ducentur enim in captiuitatem. Videtur itaque legisse Auctor*: Et oleo non vngetis, quia defluet vnctio tua, quia in captiuitatem ducentur. *Verūm hoc coniectura est. Si quis alium melius sentiat, permet kcet. Nisi malit quis locum hunc perſequentis interpretari. Quod quum in captiuitate non fuerit templum, atque adeo nec oleo oleo quod in tabernaculo adseruari solebat, non licuisse proinde vnctionem chrismatis regalis confici, quia non supererat oleum quo contunebatur, nec permissum erat aliud oleum conficeri, quàm Moysi conficere iuerat, Exod.* 8. *Est autem elegantiſs. locus de* vnctione Regali *apud Lact. lib.* 4. *cap.* 7. *Erat* (inquit) *Iudæa alitè præceptum, vt sacrum conficeretur vnguentum, quo perungi possent & qui vocabantur ad Sacerdotium, vel ad Regnum. Et scias nunc Romanis indumentum purpuræ sinsigne est Regiæ dignitatis adsumptæ*; *sic illis Vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiam conferebat. Ob eam causam nos eum Christum appellamus, id id est vnctum, qui Hebraicè Messias dicetur.*

151. nec templum, vbi erat cornu de quo vngebantur reges.] *Alludit ad illud* 3. *Reg.* 21. *Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, vnde colligetur in templo obseruatum fuisse. Atque* ducator *verūtur, pro*: dux, *iaxta vocem Græcam*: ἡγούμενος.

152. secundum scripturas Prophetarum, &c.] *Rursum scripturas adfert, quibus prædictum est (vti B. Cyprian. hunc locū imitatus scribit lib.* 2. *adu. Iud. cap.* 20.) *Quod crucifixum fixuri essent Iudæi. Paulopost autem ex MS. correximus*: à ligno *pro*: in ligno, *eo quod nusquā scriptura quam citat, torreſpondeat. Item* à vobis credita non est, *pro*: credi non est.

153. Mittite, & interrogate, &c.] *Quis Græce sit* πόστος τὸ *quod rectè vertit Lat.* 70. *interpres considerate*; *videtur hic etiam aliam vocem Auctor legisse. Illud autem* (*quod inter verba Hieremi. interserit*: Et sol media die tenebricauit; *ita enim legimus ex MS. pro*: tenebrificauit) *repertur Amos* 8. *Quamquam obiter etiam hoc citauerit suprà cap.* 10. *sicuti & B. Cypr. lib. dicto cap.* 23. *Legimus etiam ex MS. conformiter ipsis fontibus*: duo mala fecit, *pro*: malè. *De illa autem lectione*: qui non poterant cōtinere aquam, *vide Adnot. nostras in B. Cypr. libr.* 1. *adu. Iudæos cap.* 3.

154. Remittetis enim nomen vestrum, &c.] Remittetis *vsurpat pro*: Dimittetis, *seu derelinquetis, quæ Græce est*: Καταλείψατε. *Legit etiam in terris, pro eo quod est*: ἐπὶ τῆς γῆς, id est, in terrā.

155. & lignum mersum est.] *Paraphrastice, hoc addidit Auctor, ex eo quod habeatur supernatauit ferrum*; *aliquin apud* 70. *& Hebraos legitur, sicut, & illud*: quod receperunt filij Prophetarum, *quum solum vnum ex illis sit mentio.*

156. Sed quoniam hæc fuerant sacramenta, &c.] *Similiter hanc scripturam paucis interpretatur B. Cypr. & ipse infrà T. 2. Tertull. lib. de patientia.*

157. Natiuitatem autem eius quis enarrabit?] *Non dubium quin ita legendum fuerit: aliæ editiones Isaiæ omnes, non autem:* enarrauit, *maximè quum illud etiam legat B. Cypr. lib. 2. adu. Iud. cap. 15. & infrà lib. 3. adu. Marc. Tertull.*

158. secundum Prophetiam Osee.] *ista econtrario contra omnium edictum fidem legimus, pro:* Isaiæ, *propter voces similitudinem, quia non apud Isaiam, sed apud Osee prophetam inuenitur.*

159. Igitur quoniam contendunt, &c.] *Sequentia etiam desiderantur infrà lib. 3. adu. Marc. paucis interpositis, ex quo legimus:* Christum eorum, *& paulopòst num.* 160. diluciditata per Christum veritate, *pro:* diluciditata pectora per Christi eritatem.

160. adorandis vanis & noctuis.] *Ex eodem castigatimus:* adorandis; *pro:* adorare, *& ex edit.* 70. noctuis, *pro:* nociuis; *quod corruptissimè legebatur mutato t. in i. nam & Græce est: νυκτερὶς, quod vespertiliones significat, quas Aulor* noctuas *nuncupat, quasi nocturnas, eo quòd Lucifugæ noctè volitet, quemadmodum etiam B. Hieron. hunc locum interpretatur in Comment.*

161. super vineam Sorech.] *Sic castigauimus ex 2. MS. infrà lib. 3. adu. Marc. pro:* Soreth; *nam & Hebraicè & Græcè illud legitur, pro quo B. Hieron. transtulit:* vineam electam. *Illa interim vox ampliùs significat, nempè vitem optimam, cuius vua non habent acinos. Castigauimus autem ex MS.* charissimatis prioribus, *pro:* charismatum toribus, *& legimus:* ex perseuerantia, *ac non multò pòst:* Regionem, *pro:* Regiones; *ac:* derelicta est. *Rursum:* Sic & machæræ conditionalis comminatio, &c. probauit Christum fuisse, *pro:* Sicut, *&c.* ex quo probamus machæram Christum fuisse. *Denique*, prædicarentur, *pro:* prædicerentur. *item:* Et vbi tunc filia Sion.

Cap. xiiii.

161. Discite nunc ex abundantia erroris vestri ducatum.] *Id est, interprete Rhenano, quid vos in errorem inducat. Caput hoc autem hinc incipi debere patet ex sapedicto lib. 3. adu. Marc. multo ante ea quæ prius allegauimus haud procul à principio, vbi iterum ijsdem penè verbis idipsum repetit, ad quem locum præcipua quæque distulimus. Æquè inscribitur titulo, quem cum aliis ad marginem reiecimus: De secundo aduentu christi, quippè qui ex illo errorem iudæorum communicat, Imitatur B. Cypr. sapedicto lib. 2. adu. iud. cap. 10. 13. 26. 28. 29. & 30. Legimus autem inde:* præntasse, *pro:* præntatos; *& ex MS. os* suum.

161. Nec aspectu quidem honestus.] *Tralatio etiam ex MS. pro:* Ne. *sunt autem verba Æschyli, quæ comprobat scriptura sequente:* Annunciauimus enim de illo, sicut puerulus, &c. *In qua sine lege:* citra filios hominum, *vbi, sine:* supra, *vt paulopòst, sine:* circa: *vt MS. lib. 3. adu. Marc. sine:* præter, *vt B. Cypr. lib. 2. adu. iud. cap. 13. (vbi vide Adnot. nostras, nu.* 62.) *perinde est, omnia enim illa significat* παρὰ vox *Græca. Legimus autem ex MS. hic & infrà:* De quo secundo aduentu idem Daniel, *pro:* eiusdem, *eo quòd præcessit:* apud Danielem.

163. Et homo est, & quis cognoscit illum?] *Sic ex sapedicto lib. infrà, tum quòd ita sit apud 70. tum quod similiter legat B. Cypr. lib. 2. adu. Jud. cap.* 10. *Quo eodem modo hunc locum interpretatur, sicuti Lact. etiam lib. 4. c. 13. Ambr. Instit. Virg. cap.* 16. *& Aug. lib. 3. contra Faustum c.* 11. *Rursum autem castigauimus:* Natiuitatem eius quis enarrabit? *pro:* enarrauit. *Item:* verus summus sacerdos, *pro:* veriss. sacerdos, *&* Christus Iesus, *pro:* Christus ipsius; *ac:* sordidis indutus, *pro:* sordibus *& rursum* Dei summus sacerdos: *pro:* summi. *Item non multo pòst:* manifestis notatus insignibus, *pro*, notis.

164. quasi viscerationc quadam.] Visceratio (*vt ad marginem adnotauit Rhenanus*) *distributio erat carnis, quæ fieri solebat, vel in sollemni sacrificio, vel in funere excellentis alicuius.*

165. & omni inhonestate.] Inhonestatem (*inquit rum hic, tum infrà lib. 3. adu. Marc. Rhen.*) *accipit pro deformitate, sicuti paulò prius* honestus *pro formoso. Supra autem lib. ad Scapulam* quum dixit: quanti honesti viri, *honoratos viros intelligi ibidem ibi adnotauit. Supplemus verò ex MS.* Christum suum, *& legimus pòstea:* nullo modo euenissent, *pro:* venissent; *& omittimus:* quod, *superfluum, secuti ipsum Auctorem supra sub finem cap.* 11. *ad quod alludit hu:* sicuti iam prælocuti sumus.

FINIS TOMI PRIMI OPERVM Q. SEPTIMII.
Florentis Tertulliani Carthaginiensis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI OPERVM,

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO HABENTVR LIBRI PARÆNETICI SIVE ADMONITORII AD CHRISTIANOS, ARGVMENTIS etiam nouis & Adnotationibus aucti.

De Pœnitentia.	pagina. 165.
De Oratione.	pag. 180.
Ad Martyras.	pag. 190.
De Patientia.	pag. 198.
De Spectaculis.	pag. 212.
De Idololatria.	pag. 238.
De Habitu muliebri.	pag. 257.
De Cultu fœminarum.	pag. 264.
Ad Vxorem liber primus.	pag. 273.
Ad Vxorem liber secundus.	pag. 280.
De Corona militis.	pag. 288.
De Velandis virginibus.	pag. 309.

IACOBI PAMELII DE SECVNDI TOMI LIBRORVM ORDINE AD LECTOREM PRÆFATIO.

QVò, pro instituto nostro, etiam huius SECVNDI TOMI Librorum Ordinis rationem reddam, primo loco collocati sunt octo numero, quos ante hæresim, immò errorem omnem, conscriptos constat. Quorum quum de quatuor prioribus quis altero priùs sit editus, certò dici nequeat: in paria duo, vtpotè similis argumenti distinximus. Priores sunt, LIBRI DE POENITENTIA & DE ORATIONE, quippè qui Sacramenti Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacrificij quis vsus tum in Africa fuerit, non obscurè significent. Hos sequuntur AD MARTYRAS & DE PATIENTIA LIBRI, initio quintæ persecutionis sub Seuero publicati. Deinde quos DE SPECTACVLIS & DE IDOLOLATRIA lucubrauit, quantum adparet, anno circiter XII. Seueri, quum iam indicti essent Ludi sæculares octaui: quorum prior, posteriori citatur libro c. XIII. Quum etiam eiusdem de Spectaculis opusculi mentionem faciat LIBER DE HABITV MVLIEBRI, post illum meritò subiicitur, atque adeò etiam alter eiusdem prorsus materiæ DE CVLTV FOEMINARVM. Post quos, quatuor, qui Romæ scripti videntur, à nobis digesti sunt. Et primò AD VXOREM LIBRI DVO; quòd etsi secundas nuptias in iis dissuadeat, nondum tamen omninò damnare videatur, dummodò in Domino, id est, cum Christianis contrahant. Deinde qui etiam libri de Spectaculis Græcè conscripti meminit LIBER DE CORONA MILITIS, quòd de fuga in persecutione & Paracleto sobriè magis loquatur, quàm in eo quem postremum posuimus, DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBRO: quem germanum esse fœtum (quod ipsum de prioribus profitemur) ipse Auctor hoc Epiphonemate significat, CVM SEPTIMIO TERTVLLIANO, cuius hoc opusculum est. Ceterùm ad intellectum Auctoris hunc ordinem facere non parum, sat scio, mecum iudicabis, Lector studiose. Vale itaque, & siquid profeceris, Deo Opt. Max. vnà mecum gratias agito.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI LIBRI PARÆNETICI SEV ADMONITORII, ad Christianos.

ARGVMENTVM LIBRI DE POENITENTIÀ, PER IACOBVM PAMELIVM.

PAce Ecclesiæ adhuc vigente ante persecutionem sub Seuero, quum talentum sibi à Domino concreditum nollet abscondere Tertullianus in terram, sed fructum facere, ipse (vti loquitur sub finem) peccator, ac proinde nulli rei nisi Pœnitentiæ natus, super illà tacere nolens, hunc Librum de POENITENTIA edidit, paræneticorum quantum apparet primum.

Principio autem eam definitionem Pœnitentiæ legitimam esse negat, quæ definiebant Gentiles, passionem animi quandam, quæ veniat de offensa sententiæ prioris, quam etiam in bonis factis suis adhibeant. I.

Verùm eam veram esse Pœnitentiam, quæ malorum sit & delictorum ex metu Dei ad salutem; vt potè quam Deus in semetipso dedicarit, rescissa sententia irarum pristinarum, & Ioannes per intinctionem in Pœnitentiam præministrarit; cuius Deus acceptator & remunerator; quum bonum factum Deum habeat debitorem sicut & malum. II.

Pœnitentiæ proinde deputanda esse delicta, non carnalia modò siue quæ facto, sed & spiritualia, ac quæ animo seu voluntate fiunt. Siquidem & caro & spiritus, alia manu eius expressa, alia adflatu eius consummata; ac proinde quodcumque eorum deliquerit: ex pari Dominum offendat. Quid? quòd voluntas vsque adeò facti origo sit, vt præter ea quæ casui aut necessitati aut ignorantiæ imputantur, non nisi voluntate delinquatur. III.

Amplexetur itaque peccator Pœnitentiam, vt naufragus alicuius tabulæ fidem: maximè quum non præcipiat tantùm Deus, sed etiam præmio ad eam inuitet. IIII.

Pœnitentia autem delictorum functus, non se rursus in delicta restituat: quum enim ignorantes, Dominum nulla exceptio tueatur à culpa, cognita despici periculosum esse. Neque verò satis Deum habere, si corde & animo suscipiatur, licet actu minus fiat: atque adeò qui saluo metu & fide peccare se dicunt, salua venia in gehennam detrudendos. V.

Et si denique inituris aquam intinctionis seu baptismi omni modo saluum sit beneficium abolitionis delictorum: non tamen ob id Audientes seu Catechumenos Pœnitentiam renuere debere: quòd peccator ante veniam deflere se debeat, antequàm tantam mercedem, perennis scilicet vitæ, concedat. VI.

Absit autem vt Pœnitentiam secundam post baptismum tabulam ita aliquis interpretetur, quasi eo sibi pateat ad delinquendum locus, quia & ad pœnitendum: & nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior, totiens deliquendo quotiens ignoscitur. VII.

Quippè qui hanc clementiæ suæ profusionem multis scripturæ testimonijs demonstrauerit. VIII.

IX. Porrò actum Pœnitentiæ, qui magis Græco vocabulo ἐξομολόγησις exprimitur, prosternendi & humilificandi hominis disciplinam esse: quæ mandet sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deijcere, illa quæ peccauit tristi tractatione mutare: plerumque verò ieiunijs preces alere, ingemiscere, lucrymari, presbyteris aduolui, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ mittere.

X. Neque verò publicationem sui suffugere, aut de die in diem differri debere, ne velut illi qui in partitibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant, ita cum erubescentia sua pereant.

XI. Multo minus reformidanda corporis incommoda, quum neque pigeat neque pudeat illos, qui ambitu obeunt capessendi magistratus, propter vnius anni volaticum gaudium, omnibus etiam contumelijs eniti.

XII. Postremò si de Exomologesi retractet aliquis, gehennam in corde suo consideret, & pœnæ magnitudinem imaginetur ignis æterni. Immò & ceruum & hirundinem imitando, medicinam sibi diuinitus adtributam in tempore agnoscat, ad instar Regis Babylonij, quem Pœnitentia in regnum restituit.

Ceterùm præterquàm quòd librum hunc cum ceteris iam olim *MS.* reperit Trithemius, antequàm prælo committeretur, disertis verbis eius meminit in hac verba: *B. Pacianus Barcinonensis Episcopus Ad Sympronianum contra Nouatianos: Tertullianus (inquit) post hæresim vester est: nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua (Epistolas vocat, sicuti veteres, Tractatus omnes, & nominatim quoque B. Cyp. Librum de lapsis, & ea ipsa quam Catholicus edidit) audies confitentem: posse Ecclesiam peccata dimittere. Quid? quod lib. de Pœnitent. & Confess. quem illic etiam Epistolam vocat) & lib. 2 ad eundem Sympron. locis infrà citandis (iuxta quod me monuerunt Latinus Latinius & Ioannes Harrisius) ipsa verba Tertulliani transscripsit. Sicuti etiam illud de ceruo & hirundine suprà allegatum B. Hieron. in c. 7. Ecclesiastica, ac de secunda post naufragium tabula, Epistolis ad Eustoch. de Virg. & ad Saluin. de Viduit. sicuti etiam Ambros. ad virg. lapsa. Denique B. Cyprian. sub finem l. de Lapsis. Actum Pœnitentiæ hinc decerpsit, eundem etiam ibi in reliquis imitatus. Quæ iocasi animaduertissent Erasmus & Rhenanus, nullam habuissent dubitandi caussam, quin germanus sit iste Tertulliani fœtus, maximè quum ipse Rhenanus plures hìc phrases vocesque Tertullianicas (de quibus infrà) adnotauerit, quàm vsquam alibi: qui eundem secunda editione ex Gorzienſi cod. & Paterniacensi non paucis in locis emendauit. Certè Tertulliani titulo agnoscunt MS. tres Vaticani codices, ad quos à me iam postremùm emendatus prodit: cum Antidoto ad eiusdem Rhenani Adnotationes, & quibusdam nostris.*

A

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE POENITENTIA LIBER.

PŒNITENTIAM, [a] hoc genus hominum, quod & ipsi retrò fuimus, cæci sine Domini lumine, natura tenus, norunt, passionem animi quandam esse, quæ veniat de offensa sententiæ prioris. Ceterùm à ratione eius tantum absunt, quantum ab ipso rationis auctore: [b] quippè res Dei ratio. Quia Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinauit; nihil non ratione tractari intelligique voluit. Igitur ignorantes quique Deum, rem quoque eius ignorant necesse est: quia nullus omninò thesaurus extraneis patet. Itaque vniuersam vitæ conuersationem sine gubernaculo rationis transfretantes, imminentem sæculo procellam vitare non norunt. Quàm autem in pœnitentiæ actu irrationabiliter deuersentur, vel vno isto satis erit expedire, cum illam etiam in bonis factis suis adhibent. Pœnitet fidei, amoris, simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, [d] prout quid in ingratiam cecidit; Semetipsos execrantur, quia benefecerint: eámque maximè pœnitentiæ speciem quæ optimis operibus irrogatur, in corde figunt: meminisse curantes ne quid boni rursus præstent: contra pœnitentiam malorum leuiùs incubant. Denique faciliùs per eandem deliquunt, quàm per eandem rectè faciùt. [e] Quòd si Dei ac per hoc rationis quoque compotes agerent, merita primò pœnitentiæ expenderent, nec vmquam eam ad augmentum peruersæ emendationis adhiberent: modum denique pœnitendi temperarent, quia & delinquendi tenerent, [f] timentes Dominum scilicet. Sed vbi metus nullus, emendatio proinde nulla: vbi emendatio nulla, pœnitentia necessariò vana: quia caret fructu suo, cui eam Deus seuit, id est, hominis saluti. Nam Deus post tot ac tanta delicta humanæ temeritatis à principe generis Adam auspicata, post condemnatum hominem cum seculi dote, post eiectum paradiso, mortisque subiectum: quum rursus? ad suam misericordiam maturauisset: iam inde in semetipso [g] pœnitentiam dedicauit, rescissa sententiam irarum pristinarum ignoscere pactus operi & imagini suæ. Itaque & populum sibi congregauit, & multis bonitatis suæ largitionibus fouit, & ingratissimum totiens expertus, ad pœnitentiam semper hortatus est, & prophetando, vniuersorum prophetarum emisit ora: mox gratiam pollicitus, quam in extremitatibus temporum per spiritum suum vniuerso orbi illuminaturus esset, [h] præire intinctionem pœnitentiæ iussit vt quos per gratiam vocaret ad promissionem semini Abraham destinatam, per pœnitentiæ subsignationem antè componeret. Non tacet Ioannes: Pœnitentiam initote dicens: iam enim salus nationibus appropinquabit, Dominus scilicet afferens, secundum Dei promissum. Cui præministrans, pœnitentiam destinabat purgandis mentibus præpositam: vti quicquid error vetus inquinasset, quicquid in corde hominis ignorantia contaminasset, id pœnitentia verrens & radens, & foras abijciens, mundã pectoris domũ superuenturo Spiritui sancto paret, quo se ille cũ cœlestibus bonis libẽs inferat. Horũ bonorũ vnus est titulus, salus hominis, criminũ pristinorũ abolitione præmissa. Hæc pœnitentiæ causa: hæc opera negotiũ diuinæ misericordiæ curans: quod homini profecit, Deo seruit. Ceterùm ratio eius quam cognito Domino discimus, certã formã tenet, ne bonis vmquã factis cogitatisue, quasi violentia aliqua, manus inijciatur. Deus enim reprobationem bonorum ratam non habens, vtpotè suorum: quorum quũ auctor & defensor sit, necesse est proinde & acceptator. Si acceptator, etiam remunerator. Viderit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad beneficiendum incitamento est. Terrena, mortalis vtraque. Quantulum enim compendij, si grato benefeceris? vel dispendij, si ingrato? Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malum: quia iudex omnis remunerator est causæ. At cùm iudex Deus iustitiæ charissimæ sibi exigendæ tuendæque præsideat, & in eam, omnem summam disciplinę suæ sanciat, dubitandum est, sicut in vniuersis actibus nostris, ita in pœnitentiæ quoque causa iustitiam Deo præstandam esse? quod quidem ita impleri licebit, si peccatis solummodò adhibeatur. Porrò peccatum, nisi malum factum dici non meretur, nec quisquam benefaciendo delinquit: quòd si non delinquit, [i] cur pœnitentiam inuadit delinquẽtium? priuatum cur malitiæ officium bonitati suæ imponit? Ita euenit, vt cum aliquid vbi nõ oportet

CAP. I.

RATIO.

II.

Gen. 3.

ibidem 8. & 9.

ibid. 12.

Matth. 3.

III. adhibetur, illic vbi oportet, negligatur. [[11]] Quorum ergo pœnitentia iusta & debita videatur, id est, D
quæ delicto deputanda sint, locus quidem expostulat denotare, sed otiosum videri potest. Domino
enim cognito, vltrò spiritus à suo auctore respectus, emergit ad notitiam veritatis, & admissus ad do-
minica præcepta, ex ipsis statim eruditur: id peccato deputandum, à quo Deus arceat. Quoniam
cùm Deum grande quid boni constet esse: vtique bono nisi malum non displiceret, quòd inter con-
traria sibi nulla amicitia est. Perstringere tamen non pigebit, delictorum quædam esse carnalia, id
est, corporalia, quædam verò spiritalia. Nam cùm ex hac duplicis substantiæ congregatione confe-
ctus homo sit, non aliundè delinquit, quàm vnde constat. Sed non eo inter se differunt, quòd corpus
& spiritus duo sunt: alioqui eo magis paria sunt, quia duo vnum efficiunt: ne quis pro diuersitate ma-
teriarum peccata eorum discernat, vt alterum altero leuius aut grauius existimet. Siquidem & ca-
Gen. 2. ro, & spiritus, Dei res: [[12]] alia manu eius expressa, alia adflatu eius consummata. Cùm ergo ex pari
ad Dominum pertineant, quodcunque eorum deliquerit, ex pari Dominum offendit. An tu discer-
nas actus carnis & spiritus? quorum & in vita, & in morte, & in resurrectione, tantum communio-
Joan. 5. nis atque consortij est: vt pariter tunc aut in vitam, aut in iudicium suscitentur: quia scilicet pariter
aut deliquerint, aut innocenter egerint. Hoc eo præmiserimus, vt non minorem alteri quam vtique
parti, si quid deliquerit, pœnitentiæ, necessitatem intelligamus impendere. Communis reatus am-
borum est, communis & iudex, Deus scilicet: communis igitur & pœnitentiæ medela. Exinde spiri-
talia & corporalia nominantur, quòd delictum omne, aut agitur, aut cogitatur: Vt corporale sit quod
in facto est: quia factum, vt corpus & videri & contingi habet: Spiritale verò, quod in animo est, quia
spiritus neque videtur, neque tenetur. Per quod ostenditur, non facti solùm, verùm & voluntatis
delicta vitanda, & pœnitentia purganda esse. Neque enim si mediocritas humana factis solùm iu-
dicat, quia voluntatis latebris par non est: idcircò crimina eius etiam sub Deo negligamus. Deus in
omnia sufficit. Nihil à conspectu eius remotum, vnde omninò delinquitur. Quia non ignorat, E
nec omittit, quominus in iudicium decernat. Dissimulator & præuaricator perspicaciæ suæ non
est. Quid? quòd voluntas facti origo est? [[13]] Viderint enim, si qua casui aut necessitati, aut ignoran-
tiæ imputantur, quibus exceptis, iam non nisi voluntate delinquitur. Cùm ergo facti origo est,
non tanto potior ad pœnam est, quanto principalis ad culpam? quæ ne tunc quidem liberatur, cùm
aliqua difficultas perpetrationem eius intercipit. Ipsa enim sibi imputatur, nec excusari poterit per
illam perficiendi infelicitatem, operata quod fuum fuerat. Denique Dominus, quemadmodum se
Matth. 5. adiectionem legis superstruere demonstrat, nisi & voluntatis interdicendo delicta? quum adulte-
rum, non eum solum definit, qui comminus in alienum matrimonium cecidisset verum etiam illum,
qui aspectus concupiscentia contaminasset: adeò quod prohibetur administrare, satis periculosè
animus sibi repræsentat, & temerè per voluntatem expungit effectum. Cuius voluntatis cùm vis tan-
ta sit, cur non, solatium sui faturans, pro facto cedat? pro facto ergo plectetur. Vanissimum est dice-
re: Volui, nec tamen feci. Atquin perficere debes, quia vis: aut nec velle, quia nec perficis. Sed ipse
conscientiæ tuæ confessione pronuncias. Nam si bonum concupiscseres, perficere gestisses: porrò si-
cut malum non perficis, nec concupiscere debueras. Quàque te constitueris, crimine astringeris:
quia aut malum volueris, aut bonum non adimpleueris. [[14]]
IIII. Ezech. 18. Omnibus ergo delictis, seu carne seu
spiritu, seu facto, seu voluntate commissis, [[15]] qui pœnam per iudicium destinauit, idem & veniam
per pœnitentiam spopondit, dicens ad populum: [[16]] Pœnitere, & saluum faciam te. Et iterum: Vi-
uo, inquit, Domiuus, & [[17]] Pœnitentiam malo quàm mortem. Ergo pœnitentia vita est, quum præ-
ponitur morti. Eam tu peccator, mei similis (imò me minor; [[18]] ego enim præstantiam in delictis
meam agnosco) ita inuade, ita amplexare, [[19]] vt naufragus alicuius tabulæ fidem. Hæc te peccato-
rum fluctibus mersum perlauabit, & in portum diuinæ clementiæ [[20]] protelabit. Rape occasionem
Isai. 40. inopinatæ fœlicitatis: vt ille tu, nihil quondam penes Deum, nisi stilla situlæ, & areæ puluis, & vas- F
Dan. 2. culum figuli; arbor exinde fias illa quæ penes aquas seritur, & [[21]] in folijs perennat, & tempore suo
Psal. 1. fructus agit; quæ non ignem, non securim videbit. Pœniteat errorum reperta veritate, pœniteat a-
Hier. 19. masse quæ Deus non amat; quando ne nos quidem ipsi, seruulis nostris ea quibus offendimur, non
Matth. 3. odisse permittimus. Obsequij enim ratio in similitudine animorum constituta est. De bono pœni-
tentiæ enumerando, diffusa & per hoc magno eloquio committenda materia est. Nos verò pro no-
stris angustijs vnum inculcamus, bonum atque optimum esse quod Deus præcipit. Audaciam exi-
stimo de bono diuini præcepti disputare. Neque enim quia bonum est, idcircò auscultare debemus,
sed quia Deus præcepit. Ad exhibitionem obsequij, prior est maiestas diuinæ potestatis. Prior est
auctoritas imperantis, quàm vtilitas seruientis. Bonum est pœnitere, an non? Quid reuoluis, Deus
præcipit. At enim ille non præcipit tantùm, sed etiam hortatur. Inuitat præmio salutem; iurãs, etiam:
Ezech. 33. Viuo, dicens, cupit credi sibi. O beatos nos, quorum causa Deus iurat! O miserrimos, si nec iuranti
Domino credimus! Quod igitur Deus tantoperè commendat, quod etiam humano more sub de-
ieratione testatur, summa vtique grauitate & aggredi & custodire debemus; vt in assueratione diui-
V. næ gratiæ permanentes, in fructu quo que eius & emolumento proinde perseuerare possimus. [[22]] Hoc
enim dico, pœnitẽtiam quæ per Dei gratiam ostensa & indicta nobis, in gratiam nos Domino reuo-
cat,

A cat, semel cognitam atque susceptam, nunquam posthac iteratione delicti resignari oportere. Iam quidem [20] nullum ignorantiæ prætextum tibi patrocinatur : quòd Domino agnito præceptisque eius admissis, denique pœnitentia delictorum functus, rursus te in delicta restituis. Ita, inquantum ignorantia segregaris, intantum contumaciæ adglutinaris. Nam si idcircò te deliquisse pœnituerat, quia Dominum cœperas timere; cur quod metus gratia gessisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere desijsti ? Neque enim timorem alia res quàm contumacia subuertit. [24] Cùm etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tueatur à pœna (quia Deum in aperto constitutum, & vel ex ipsis cœlestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet) quanto cognitum despici periculosum est? Despicit porrò qui bonorum ac malorum intellectum ab illo consecutus, quod intelligit fugiendum, quódque iam fugit, refumens, intellectui suo, id est, Dei dono contumeliam facit : respuit datorem, cùm datum deserit; negat beneficium, quum beneficium non honorat. Quemadmodum ei potest placere, cuius munus sibi displicet? Ita in Dominum non modò contumax, sed etiam ingratus apparet. Ceterùm non leuiter in Dominum peccat, qui quum æmulo eius diabolo pœnitentia renunciasset, & hoc nomine illum Domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius seipsum facit; [25] vt denuò Malus, recuperata præda sua aduersus Dominum, gaudeat. Nonne, quod dicere quoque periculosum est, sed ad ædificationem proferendum est, diabolum Domino præponit? Comparationem enim videtur egisse, qui vtrumque cognouerit; & iudicatò pronunciasse, eum meliorem cuius se rursus esse malucrit. [26] Ita, qui per delictorum pœnitentiam instituerat Domino satisfacere, diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam satisfaciet; eritque tanto magis perosus Deo, quanto æmulo eius acceptus. [27] Sed aiunt quidam : Satis Deum habere, si corde & animo suspiciatur, licet actu minus fiat. Itaque, se saluo metu & fide peccare; hoc est, salua castitate, ma-

B trimonia violare: salua pietate, parenti venenum temperare. Sic ergo & ipsi, salua venia, in gehennam detrudentur: dum saluo metu peccant. Primum exemplum peruersitatis : quia timent, delinquunt: opinor non delinquerent, si non timerent. Igitur qui Deum nolit offensum, nec reuereatur omninò, si timor offendendi patrocinium est. Sed ista ingenia de semine hypocritarum pullulare consuerunt, quorum inuidia cum diabolo amicitia est, quorum pœnitentia nunquam fidelis. [28] Quicquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capessendam & perpetuò continendam suggerere conata est, omnes quidem deditos Domino spectat, vt omnis salutis in promerendo Deo petitores : sed præcipuè [29] nouitiolis istis imminet: qui, cùm maximè incipiunt diuinis sermonibus aures rigare, quique catuli infantiæ adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant : & dicunt quidem pristinis renunciare, & pœnitentiam assumunt, sed [30] includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad desiderandum ex pristinis aliquid, ipse finis desiderandi: velut poma, cùm iam in acorem vel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiæ suæ adulantur. Omne præterea cunctationis & tergiuersationis erga pœnitentiam vitium, [31] præsumptio instinctionis importat. Certi enim indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur; & [32] commeatum sibi faciunt delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi. Quàm porrò inepte tum; quàm pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere? hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim pretio Dominus [33] veniam addicere instituit; hac pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant, priùs nummum quo pacisc untur examinant, ne scalptus, néve rasus, ne adulter: etiam Dominum credimus, pœnitentiæ probationem priùs inire : tantam nobis mercedem, perennis scilicet vitæ, conces-

C surũ. Sed differamus tantisper pœnitentiæ veritatẽ. [34] Tunc opinor emẽdatos liquebit, cùm absoluimur. Nullo pacto. Sed cum pendẽte venia, pœna prospicitur: cũ adhuc liberari non meremur vt possimus mereri: cùm Dẽus cõminatur, non cùm ignoscit. Quis enim seruus, [35] postea quã libertate mutatus est, furta sua & fugas sibi imputat? Quis miles, postquã castris suis emissus, pro notis suis satagit? Peccator ante veniam deflere se debet, quia tempus pœnitentiæ, idem quod periculi & timoris. Neque ego renuo, diuinum beneficium, id est, abolitionem delictorum, inituris aquam omni modo saluum esse; sed vt eò peruenire contingat, elaborandum est. Quis enim tibi tam infidæ pœnitentiæ viro, [37] asperginem vnam cuiuslibet aquæ commodabit? Furto quidem aggredi, & propositum huius rei assecurationibus tuis circumduci facile est. Sed Deus Thesauro suo prouidet, nec finit obrepere indignos. Quid denique ait: Nihil occultum quod non reuelabitur. Quantacun- Luc. 8.
que tenebras factis tuis superstruxeris, Deus lumen est. Quidam autem sic opinantur : quasi Deus necesse habeat præstare etiam indignis, quod spopondit, & liberalitatem eius faciunt scrututem. Quòd si necessitate nobis [38] symbolum mortis indulget, ergo inuitus facit. Quis enim permittit permansurum, id quod tribuerit inuitus? non enim multi postea excidunt? nõn à multis donum illud aufertur? Hi sunt scilicet, qui obrepunt : qui pœnitentiæ fidem aggressi, super arenas domum ruituram collocant. Nemo ergo sibi adulẽtur, quia [39] inter Auditorum tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere liceat. Dominum siniul cognoueris, timeas simul inspexeris, reuereatis. Ceterùm quid te cognouisse interest, cùm ijsdem incubas quibus retrò ignarus? Quid autem te à perfecto Dei seruo separat? An alius est intinctis Christus, alius Audientibus? Num spes alia, vel

mercès: alia formido iudicij, alia neceſſitas pœnitẽtiæ? [40] Lauacrũ illũ obſignatio eſt fidei, quę fides à pœnitentiæ fide incipitur & commendatur. Non ideò abluimur, vt delinquere deſinamus: ſed quia deſijmus, quoniam iam corde loti ſumus. Hæc enim prima Audientis intinctio eſt, metus integer. Exinde quoad Dominum ſenſeris, fides ſana conſcientia ſemel pœnitentiam amplexata. Ceterùm ſi ab aquis peccare deſiſtimus; neceſſitate, non ſponte innocentiam induimus. Quis ergo in bonitate præcellens? cui non licet, an cui diſplicet malo eſſe? qui iubetur, an qui delectatur à crimine vacare? Ergo nec à furto manus auertamus, niſi clauſtrorum duritia repugnet: nec oculos à ſtupri concupiſcentijs refrenemus niſi à cuſtodibus corporũ obſtructi: ſi nemo Domino deditus delinquere deſinet, niſi intinctione alligatus. Quòd ſi qui ita ſenſerit, neſcio an intinctus magis eõtriſtetur, quòd peccare deſierit, quàm lætetur quòd euaſerit. Itaque Audiẽtes, optare intinctionẽ, non præſumere oportet. Qui enim optat, honorat: qui præſumit, ſuperbit. In illo verecũdia, in iſto petulantia apparet. Ille ſatagit, hic negligit. Ille mereri cupit, at hic vt debitũ ſibi repromittit. Ille ſumit, hic inuadit. Quẽ cenſeas dignioré, niſi emendatioré? quem emendatioré, niſi timidioré, & idcircò vera penitẽtia functũ? Timuit enim adhuc delinquere, ne non mereretur accipere. At ille præſumptor, cùm ſibi repromitteret, ſecurus ſcilicet, timere non potuit: ſic nec pœnitentiã impleuit, quia inſtrumento pœnitẽtiæ, id eſt metu caruit. Præſumptio inuerecũdiæ portio eſt, inflat petitorẽ deſpicit datorẽ. Itaque decipit nonnumquã. Antè enim quàm debeatur repromittit, quo ſemper is qui eſt præſtaturus, offenditur. [[41]

VII. Hucuſque Chriſte Domine, de pœnitẽtię diſciplina ſeruis tuis dicere vel audire cõtingat, quouſque etiam delinquere non oportet Audientibus: vel nihil iam de pœnitentia nouerint, nihil eius requirant. Piget ſecundæ, imò iam vltimæ ſpei ſubtexere mentionem: ne retractantes de reſiduo auxilio pœnitendi, ſpacium adhuc delinquendi demonſtrare videamur. Abſit vt aliquis ita interpretetur, quaſi eo ſibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad pœnitendum: & redundantia clementiæ cœleſtis, libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo idcircò deteſior ſit, quia Deus melior eſt, totiens delinquendo, quotiens ignoſcitur. Ceterùm finem vtique euadendi habebit, cùm offendendi non habebit. Euaſimus ſemel, hactenus periculoſis noſmetipſos inferamus, etſi iterum euaſuri videmur. Plerique naufragio liberati exinde [42] repudium & nauí & mari dicunt; & Dei beneficium, ſalutem ſuam ſcilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam: nolunt iterum diuinæ miſericordiæ oneri eſſe; [43] formidant videri inculcare, quod conſecuti ſunt: bona certè ſollicitudine iterum experiri vitant, quod ſemel didicerunt timere. Ita modus temeritatis, teſtatio eſt timoris. Timor autem hominis, Dei honor eſt. Sed enim peruicaciſſimus hoſtis ille, nunquam malitiæ ſuæ otium facit. Atquin tunc maximè ſæuit, cùm hominem plenè ſentit liberatum: tunc plurimum accenditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiſcat neceſſe eſt, venia peccatorum permiſſa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retrò ſuæ eraſos. Dolet, quòd ipſum & angelos eius, Chriſti ſeruus ille peccator iudicaturus eſt. Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet: ſi quâ poſſit aut oculos concupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſecularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine euertere: aut à via certa [44] peruerſis traditionibus detorquere: non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur venena eius prouidens Deus: clauſa licet ignoſcentiæ ianua, & [45] intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere. Collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat; ſed iam ſemel, quia iam ſecundo, ſed amplius nunquam, quia proximè fruſtra. Non enim & hoc ſemel ſatis eſt? Habes quod iam non merebaris: amiſiſti enim quod acceperas. Si tibi indulgentia Domini accommodat vnde reſtituas quod amiſeras, iterato beneficio gratus eſto, nedum ampliato: maius eſt enim reſtituere, quàm dare: quoniam miſerius eſt perdidiſſe, quam omninò non accepiſſe. Verùm non ſtatim ſuccidendus ac ſubruendus eſt animus deſperatione, ſi ſecundæ quis pœnitentiæ debitor fuerit: pigeat ſanè peccare rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat: pigeat iterum periclitari, ſed non iterum liberari. Neminem pudeat. [46] Iteratæ valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in

VIII. Dominum extiteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaueris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentem. [Id ſi [47] dubitas, euolue quæ ſpiritus eccleſijs dicat: Deſertam dilectionem Epheſijs imputat: Supruм & idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat: Sardos non plenorum operum incurſat: Pergamenos docentes peruerſa reprehendit: Laodicenos fidentes diuitijs obiurgat: & tamen omnes ad pœnitentiam commonet, ſub commination ibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti. Dubium, ſi non & alibi hanc clementiæ ſuæ profuſionem demonſtraſſet. Non [48] ait, qui ceciderit, reſurget, & qui auerſatus fuerit, conuertetur? Ille eſt ſcilicet, ille eſt [49] qui miſericordiã mauult quàm ſacrificium. [50] Lætantur cœli, & qui illic angeli, pœnitentia hominis. Heus tu peccator bono animo ſis: vides vbi de tuo reditu gaudeatur. Quid illa ſimilitudinum Dominicarum argumenta nobis volunt? Quòd mulier drachmam perdidit, & requirit, & reperit, & amicas ad gaudium inuitat: nõnne reſtituti peccatoris exemplum eſt? Errat & vna paſtoris ouicula, ſed grex vna carior non erat: vna illa conquiritur, vna pro omnibus deſideratur, & tandem inuenitur, & humeris paſtoris ipſius refertur: multum enim errando laborauerat. Illum etiam mitiſſimum patrem non tacebo: qui pro-

digum

Apoc. 1. 2. 3.

Hier. 8. oſea 6. & Matth. 9.

A digum filium reuocat,& [11] post inopiam pœnitentem libens suscipit,immolat vitulum præopimum, conuiuio gaudium suum exornat. Quidni? filium enim inuenerat quem amiserat, cariorem sensserat quem lucrifecerat. Quis ille nobis intelligendus pater? Deus scilicet. Tam pater nemo; tam pius nemo. Is ergo te filium suum,etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nudus redieris, recipiet, quia redistis magisque de regressu tuo quàm de alterius sobrietate lætabitur. Sed si pœniteat ex animo, si famem tuam cum saturitate mercenariorum paternorum compares, si porcos immundum relinquas pecus, si patrem repetas vel offensum: Deliqui,dicens, pater,nec dignus ego iam vocari tuus. Tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis confilium est, dissimulatio contumaciæ. [12] Huius igitur pœnitentiæ secundæ & vnius, quantò in IX.
arto negotium est,tanto operosior probatio est; vt non sola conscientia præferatur,sed aliquo etiam actu administretur. Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur & frequentatur,[13] exomologesis est, [14] qua delictũ Domino nostrum confitemur,non quidem vt ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur,confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiæ illicem. De [15] ipso quoque habitu atque victu mandat, [16] sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, [17] animum mœroribus deijcere,illa quæ peccauit tristi tractatione mutare: ceterùm, pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet,sed animæ causa: plerumque verò iciunijs preces alere,ingemiscere, lacrymari,& mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, [18] presbyteris aduolui,& caris Dei adgenciculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. Hæc omnia exomologesis,vt pœnitentiam commendet,vt de periculi timore Dominum honoret,vt in peccatorem ipsa pronuncians pro Dei indignatione fungatur,& temporali afflictione æterB na supplicia non dicam frustretur,sed expungat. Cùm igitur prouoluit hominem, magis releuat: cùm squalidum facit, magis mundatum reddit: cùm accusat,excusat: cùm condemnat, absoluit. In quantum non pepercerit tibi,intantum tibi Deus, crede, parcet. [19] Plerosque tamen hoc opus vt publicationem sui aut suffugere,aut de die in diem differre,præsumo, pudoris magis memores quàm X.
salutis: velut illi,qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conscientiam medentium vitant,& ita cum erubescentia sua pereunt. Intolerandum scilicet pudori, Domino offenso satisfacere, saluti prodactæ reformari: Næ tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem,ad deprecandum verò subducens. Ego rubori locum non facio, cùm plus de detrimento eius acquiro, cùm ipse hominem quo damnodo exhortatur: Ne me respexeris dicens, pro te mihi melius est perire. Certè periculum eius tunc si fortè onerosum est, cùm penes insultaturos in resiloquio consistit,vbi de alterius ruina alter attollitur, vbi prostrato superscenditur. Ceterùm inter fratres atque conseruos,vbi communis species,metus, gaudium, dolor, passio (quia communis spiritus de communi Domino & patre) quid tuos aliud quàm te opinaris? [20] Quid consortes casuum tuorum,vt plausores fugis? Non potest corpus de vnius membri vexatione lætum agere: condoleat vniuersum, & ad remedium conlaboret,necesse est. In vno & altero Ecclesia est,Ecclesia verò Christus. Ergo cùm te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Æquè illi cùm super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus patrem deprecatur. Facilè impetratur semper,quod filius postulat. [21] Grande planè emolumentum verecundiæ, occultatio delicti pollicetur. Videlicet si quid humanæ notitiæ subduxerimus,proinde & Deum cælabimus. Adeóne existimatio hominum & Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere, [22] quàm palàm absoC luiæ Misereum est sic ad exomologesin peruenire. Malo enim ad misericordiam perueniri: sed vbi pœnitendum est,desinit misereri,quia factum est salutare. Miserum est secari & cauterio exuri, & puluueris alicuius mordacitate cruciari: Tamen quæ per insuauitatem medentur, & emolumento curationis offensam sui excusant,& præsentem iniuriam superuenturæ vtilitatis gratia cõmendant. [23] Quid XI.
si præter pudorẽ quẽ potiorem putant, etiam incõmoda corporis reformident, quòd inlotos,quòd sordulẽtos,quòd extra lætitiã oportet deuersari,in asperitudine sacci,& horrore cineris,& oris de ieiunio vnitate? Nũ ergo in [24] Coccino, & [25] Tyrio pro delictis supplicare nos condecet? Cedò acumcrinibus distinguendis,& puluerem dentibus elimandis,& bisulcum aliquid ferri vel æris vnguibus repastinandis: [26] si quid ficti nitoris,si quid coacti ruboris,in labia aut genas vrgeat: præterea exquirito balneas lætiores hortulani maritimiue secessus: adijcito ad sumptum: conquirito altilium enormem faginam, [27] defæcato senectutem veni: quúmque quis interrogarit,cur animæ largiaris: Deliqui dicito in Deum,& periclitor in æternum perire: itaque nunc pendeo, & macero, & excrucior, vt Deum reconciliem mihi quem delinquendo læsi. [28] Sed enim illos qui ambitu obeunt capessendi magistratus,neque pudet,neque piget incommodis animæ & corporis,nec incommodis tantùm, verùm, & contumelijs omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas non ignobilitates vestium affectant? quæ non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant? ad omnem occursum maioris cuiusque personæ decrescentes,nullis conuiuijs celebres,nullis comessationibus congreges,sed exules à libertatis & lætitiæ fœlicitate: idque totum [29] propter vnius anni volaticum gaudiũ. Nos quòd [30] securium virgarúmve petitio sustinet, in periculo æternitatis tolerare dubitamus? & castigationem

victus atque cultus offenso Domino præstare cessabimus, quæ Gentiles nemine omnino læso sibi irrogant? His iunt de quibus scriptura commemorat: Væ illis qui delicta sua velut procero fune nectũt. D

C. XII. [71] Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet: & pœnæ prius magnitudinem imaginare, vt de remedij adeptione non dubites. Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, quum [72] fumariola quædam eius tales flammarum ictus suscitent, vt proximæ vrbes aut iam nullæ extent, aut idem sibi de die sperent. Dissiliunt superbissimi montes [73] ignis intrinsecus fœta. Et quod nobis iudicij perpetuitatem probat, cùm dissiliant, cùm deuorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc supplicia interim montium non iudicij minantis exemplaria deputabit? quis scintillas tales non magni alicuius & inæstimabilis foci missilia quædam & exercitoria iacula consentiet? Igitur cùm scias aduersus gehennam post primam illa intinctionis Dominicę monimenta, esse adhuc in exomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? Cur cessas aggredi, quod scias mederi tibi? Mutæ quidem animę & irrationales, medicinas sibi diuinitùs attributas in tempore agnoscunt. [74] Ceruus sagitta transfixus vt ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, scit sibi dictamno medendum. Hirundo si excæcauerit pullos, [75] nouit illos oculare rursus de sua chelidonia. Peccator restituendo sibi [76] institutam à Domino exomologesin sciens, præ-
Dan. 4. teribit illam, quæ Babylonium regem in regna restituit? Diu enim Pœnitentiam Domino immolarat, septenni squalore exomologesin operatus, [77] vnguium aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horroremleoninum præferente. Prò malæ tractationis! Quem homines perhorrebant,
Exod. 14. Deus recipiebat. Contrà autem Ægyptius Imperator, qui populum Dei aliquando afflictum diu Domino suo denegatum persecutus, in prælium irruit, post tot documenta plagarum, discidio maris, quod soli populo peruium licebat, reuolutis fluctibus perit. Pœnitentiam enim & ministerium eius exomologesin abiecerat. Quid ego vltra de [78] istis duobus humanæ salutis quasi Pharis, styli potius negotium quàm officium conscientiæ meæ curans? Peccator enim omnium notarum cùm sim, nec vlli rei nisi pœnitentiæ natus, non facilè possum super illa tacere, quam ipse quoque & stirpis E humanæ & offensæ in Dominum princeps [79] Adam, exomologesi restitutus in paradisum suum, non tacet.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE POENITENTIA.

DE POENITENTIA.] *Scripserunt de* Pœnitentia *aduersus Montanum hunc librum Tertullianus, contra Nouatian. verò B. Cyprian. Epistolam ad Antonian. ac libros de Lapsis & ad Nouatianum, item Pacianus lib. & duas Epistolas ad Sympronianum, ac de Pœnit. & confess. seu Paran. ad Pœnitentiam, & B. Ambr. lib. 2. de Pœnit. Chrysost. homilias 10. & sermonem de Pœnit. Ephrem lib. & serm. de Pœnit. Fulgentius lib. 2. de remiss. peccatorum ad Euthymium, Gregorius Nyssenus Orationem de Pœnitentia, Basilius homil. vnam postremam Variarum. Denique insignem etiam librum de pœnit. medicina B. Augustinus, quem etsi alibi id neget germanum esse illius, confitetur Erasmus, vbi loco vltimo eum edidit inter Homil. 50. Qui omnes ad libri huius intellectum faciunt. Etsi autem in genere agat de Pœnitentia sub initium ferè ad cap. 8. vsque, certè postmodum agit de* Pœnitentia publica, *quam Exomologesin vocat. Atque adeo fallitur Rhenanus in argumento, dum errorem non ipsi modo, sed & permultis veteribus adscribit, immò & ipsi B. Augustin. de vnica post Baptismum Pœnitentia. Fateor equidem hos Auctoris sententias:* semel cognitum atque susceptum; secundæ, immò iam vltimæ spei; sed iam semel, quia iam secundò, sed amplius nunquam, quia proximè frustrà; *Item:* secundæ & vnius Pœnitentiæ. *Verum loquis cum de publica Pœnitentia & infrà patebit cap. 10. & iam nuper adtigimus Adnot. nostris in B. Cyprian. libr. de Lapsi. num. 99. Atqui semel dumtaxat vnicuique permissam Pœnitentiam publicam testantur dissertis verbis Orig. homil. 15. in 25. cap. Leuit. ac BB. Ambros. lib. 2. de Pœnit. cap. 10. & Augustin. epist. 54. ad Macedonium Præsidem. Qui etiam caussa illius statuti addita, nihilominus desperandum adhuc de illo negat, in hæc verba: Quamuis (inquit simili assertioni Macedonij respondens) cauté & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis vtilis est, quanto minus contemptibilis fuerit, quo tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini, qui post pœnitentiam primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Alioquis certè non Origenes modò, Ambrosius & Augustinus frequentem pœnitentiam agnoscunt etiam in culpa mortali (vt verbis Origenis vtar) quæ in sermonis vel morum vitio consistit, sed & ipse Tertullianus hisce verbis 8. cap. quæ & Pacianus transscripsit: Nemo idcircò deterior sit, quia Deus melior est; toties delinquendo, quotiens ignoscitur. Porrò indigebat quidem Antidote Rhenanus illa in eodem Argumento admodùm (quæ, vti ipse diminuat, multum fallitur) dum Confessionem secretam ex publica illa originem sumpsisse existimat. Verùm tam latè contrarium docuimus dictis Adnotat. nostris in libr. B. Cyprian. de Lapsi. num. 98. & 99. quòd nempe publica pœnitentia confessionem priuatam continuò habuerit, vt foret actum agere: quare illue Lectorem remittimus. Itaque hoc loco sufficiant hæc ipsa Rhenani verba: Confessionem secretam rem (inquit Admonit. de Tertull. dogmatis) antiquissimam, qua hodie conscientiam nostram sacerdoti detegimus, vsque ad circumstantiarum omnium minutias, saluberrimam esse nemo potest inficiari, si morositatem & scrupulositatem nimiam auferas. Quid enim per Deum immortalem, vtilius habere possit Ecclesia ad continendam disciplinam, quid commodius quàm priuatam istam confessionem ad populum in necessarijs erudiendum? vbi horula spatio plus proficit laicus quàm triduana concione. Nam dum è suggestu declamat sacerdos, pœnaci diligenter auscultant, multis aliorsum cogitando distrahuntur. quidam iuxta prouerb. ὄνου λύρας, vel propter obtusitatem ingenij, vel ob materiæ sublimitatem, cuius non sunt capaces, etiamsi curiosè auscultent non tamen precipiunt quod dicitur. At hic cùm res ipsius, tum sacerdotis reuerentia attentum reddit hominem.*

Et do-

Et doctrina quàm illic cum petente communicat, ad eius captum adrepertatur. Quòd si in ludis litterarijs frustrà præceptor scholasticis prælegit, nisi illud idem paulopost ex eu exigat. & vt reddant cogat: haud aliter quantumcunque publicis concionibus instituatur populus, nisi isto pacto examinetur, longè minus proficient auditores. Itaque quod D. Cyprianus Disciplinæ encomium pronuntiat, mihi liber accommodare confessioni, vt dicam eam, retinaculum fidei, ducem itineris salutaris, fomitem ac nutrimentum bonæ indolis, magistram virtutis. Enimverò non probauerim quòd tanta res iuuenibus quibuslibet committitur, necessitatem semper excipio. Quinpotius moribus & ætate grauis Theologus ad hoc officium in singulis Ecclesijs paulo celebrioribus, quarum modo tanti sunt reditus & obuentiones, deputari deberet; id quod Lutetiæ Parisiorum fieri videmus aliquando apud Nostre Domine (sic enim vulgò vocant) in ædemnunc Archiepiscopali, vbi statis res diuinæ horis, senex quidam venerabilis, Pœnitentiarium ipse nominant, semper præsto erat. Quod autem apud illum deinde sequitur de libro Pœnitentiali, quem vt sacerdotes probè calleant, seuerè iubent fuisse Legibus, Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus & Lotharius, eò pertinet, vti fuerint presbyteri quam deberent instigere pœnitentiam publicam pro delictorum qualitate. Quod ex verbis Venerab. Bedæ, quæ deinceps allegat, manifestum est. Per idem tempus (inquit illelin Chronicis) id est sub Dagoberto rege, Theodorus Archiepiscopus & Abbas Adrianus doctiss. à Vitelliano Papa missi sunt in Britanniam, plurimúsque Ecclesias Anglorum doctrinæ Ecclesiasticæ fruge fœcundarunt. E quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium iudicia, quantùs scilicet annis pro vnaquoque peccato quis pœnitere debeat, mirabili & discreta ratione describit. Neque enim aliquot annorum pœnitentia alijs quàm publicè pœnitentibus vnquam fuit inflicta. Eodem pertinent, quorum partim etiam meminit Rhenanus, similes multóque antiquiores BB. Basilij Cæsariensis & Petri Alexandrini, aliorúmque Græcorum, qui apud Balsamonem exstant Canones. Item Betani, seu potius eiusdem Bedæ, Hrabanus & aliorum veterum in simili argumento lucubrationes, quæ passim exstant MS. in antiquis Bibliothecis, non indigna (vel ipso Rhenano teste) quæ legantur, præsertim ab eis qui sunt curiosi vetustatis indagatores. E quibus nunc exstat excussus liber Pœnitentialis Bedæ, operum eius Tom. 8. & penes me MS. habentur plures Hrabani eiusdem argumenti, ac nominatim tres illi, quos Anonymus citat Rhenanus, & commendat, vbi de erroribus agit Tertulliani, quorum primus de Pœnitentia & pœnitentibus, criminibus, atque iudicijs; secundus de accusatis & accusatoribus ac testibus, tertius de sacerdotum ordinibus, quos deperijsse iniuria temporum & hominum ille conqueritur præter Præfationem solam, quam in meis MS. cod. quum desideraretur, ex illo adyciendam censui. Eiusdem sunt argumenti etiam Constitutiones aliquot tunc ab eodem desideratæ, nunc autem editæ, Concilij Moguntini sub eodem Hrabano, fortassis ex eodem quem ille vidit codice, quia etiam non integræ, quales nec eo reperire potui. Neque interim confirmant illi Rhenani opinionem, tanquam publica illi pœnitentiæ primùm successerit secreta confessio, quæ sit hodie sacerdotij, quin potius contrariam nostram, quòd adnexa hæc fuerit illi solemni. Præterquàm enim quòd omnes illi (vel ipso Rhenano teste) non Deo solum, sed & sacerdoti confessionem fieri iubeant, quippe qui aliqui non potuisse pro peccatorum modulo pœnitentiam publicam imponere, etiam secreto fieri solitam fateatur infrà Rhenanus, & ipsum Nectarij factum quod allegat, conuincit, nempè de abrogata pœnitentiali presbyteri, non autem (vti ille falsò interpretatur) de abrogata confessione, quemadmodum pulcherrimè deducit libello ad hoc vnum conscripto Ioannes Hasselius, à me quoque apud B. Cyprianum citatus. Quod ipse Rhenanus animaduertisset, si æque priora atque posteriora in medium eius historiæ verba protulisset. Quæ (ne quid desideret Lector) sic habent. Ab illo tempore (inquit Socrates Ecclesiast. hist. lib. 5. cap. 19.) quo Nouatiani se ab Ecclesia seiunxerant, Ecclesiarum Episcopi Canoni (nempè Pœnitentiali) adiunxerunt, vt in singulis Ecclesijs presbyter quidam præsset, vt qui post Baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad eam rem delignato (secretorum tenace, vt addit Zozom. lib. 7. cap. 16.) peccata sua confiterentur. Episcopi verò (addit postea) qui iam præsunt, quamuis ad longinquum temporis spatium hoc tenerent institutum, tamen temporibus Nectarij immutarunt, propter eiusmodi facinus, quod tum fortè fortuna in Ecclesia admissum est. Mulier quædam nobilis ad presbyterum Pœnitentiarium accedit; peccata sua post Baptismum admisserat particulatim (vide hic etiam particularem confessionem) confitetur. Presbyter multeri mandatum dat vt teuuijs & precibus se deleret. Mulier diutiùs eam ob causam in templo morata (vti apertius iterum Zozomenus) se à Diacono conspuratam prodidit. Ob quod facinus hic modo patefactum, Diacono ab Ecclesia ejecto, tumultus populi concitatum est. Nam indignabantur non solùm de commissa facinore, verumetiam quòd indegressi intra Ecclesiæ inuisa esset. Itaque Eudæmon quidam Ecclesiæ Alexandrinæ presbyter, Episcopo Nectario consilium dedit, presbyterum pœnitentiarum tollerer. Quamquam interim ipsi illi Zozomenus & Socrates adrepsantur, quòd antea minora fuerint perpetrata peccata, tum ob verecundiam, tum ob seueritatem eorum qui iudices erant constituti, quippe qui peccata sic sibi priuatim confessa populo publicare fuerint soliti, & sic cogere ad publicam pœnitentiam; quæ, sublato pœnitentialis presbytero, eadem opera fuisse sublata videtur. Atque hoc est (inquit idem Rhenan. Admon. de Tertull. dogmatis, sub finem sæ editionis, vbi suam sententiam mitigat) quod nonum caput Agathensis Concilij præcipit, & referitur etiam à Gratiano dist. 50. Est autem tale. In capite Quadragesimæ omnes publicè pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se repræsentent Episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, vulnibus in terram prostratis, reos se esse ipsis habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent Decani, id est, Archipresbyteri, presbyteri parœciarum, & presbyter pœnitentium, qui eorum conuersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus iniungant. Post hæc Episcopus in Ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentiæ Psalmos in terram prostratus, cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod Canones iubent, manus eis imponat, quam super eos benedictam ſgargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperias, & cum gemitu & crebris fusſuris eis denunciet, quòd sicut Adam proiectus est de paradiso, ita & ipsi ab Ecclesia pro peccatis suis abijciuntur. Post hæc tabuet minsstris, vt eos extra tanuas Ecclesiæ expellant. Clerus verò prosequatur eos cum Responsorio: In sudore vultus tui vescēris, &c. Vt videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parui pendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursum ab eorum Decanis & presbyteris Ecclesiæ liminibus repræsententur. Hactenus Decretum Agathensis Concilij retulimus. Porrò de secreta ista confessione ex longè saluberrima, qua hodie Ecclesia vtitur, Decretum Vuormaciensis Concilij repers in hunc modum: Siquis pro aliquo criminali peccato ad nes pœnitentiam alturus vel susceptur accesserit, oportet nos imprimis rei veritatem ad liquidum interrogande discutere. deinde si fidem rectam & Christianam crediderit eam fideliter pronuntiet, id est: Pater noster, &: Credo in Deum, quam statim coram nobis memoriter cancre compellatur. Et si talis persona est quæ non intelligat, neque etiam illam benè memoriter teneat, exponemus illi prout tunc necesse est; & vt melius statute die reddat, præcipiemus. Præterea studiosè perseruandum, an diuersis erroribus sit implicitus; sicut quidam increduli, lapides, lucos, arbores, & huiusmodi vanitates relictà Ecclesia venerantur, & vanissimam phantasie deceptionis illusionem in somnijs obseruant. Inquirendum etiam ab eo, si velit pro Christi amore omnem iracundiam dimittere illi cui inimicus est. Ant si habeat quis aliquid aduersus eum, vnde reconciliari debeat, sicut Dominus in Euangelio docet: Si ergo offers munus tuum ad altare, &c. Et alibi ait: Sic & pater meus faciet vobis, si non remiseritis, &c. Et ideo

in oratione quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et de aliis vitiis quæ non ex Deus dederit posse, deinceps se emendaturum promiserit, tunc cum omni deuotione ante absidem suscipi debet ad pœnitentiam. Atque tale quidem est Pœnitentiæ Decretum. Quòd verò in capite Quadragesimæ sieri confessio debeat, aliud Decretum reperi, cuius Synodi sit nescio, nam titulo caret, ejusque huiusmodi: Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam, vt omnis qui se sentit mortifero peccato vulnere saucia-cium, ferat quàrta ante Quadragesimam, cum omni festimatione reuertat ad viuificatricem matrem Ecclesiam; vbi quod male commisit, cum omni humilitate & contritione cordis simplicitet confessus, suscipiat remedia pœnitentiæ, secundum modum canonicis auctoritatibus præfixum. Non solum autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo, quicunque se recognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in Baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad propriam sacerdotem festinet venire; cum puritate mentis omnes transgressiones, omnia peccata, quibus Deo offensam se incurrisse meminit, humiliter confiteatur, & quicquid à sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum, ita diligenter adtendat, & cautissimè obseruet. Consentit cum his, quod in Pœnitentiario Romano legitur in hunc modum: Hebdomada priori ante ieunium Quadragesimæ, presbyteri plebium ad se conuocent populum, & discordantes canonica authoritate reconciliene, & omnia iurgia sedent. Et tunc primùm confitentibus peccata dent pœnitentiam, ita vt antequam caput ieunij veniat, omnes confessi pœnitentiam acceptam habeant, vt liberius dicere possint: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hucusque ex Pœnitentiario. Ceterùm non solùm apud Tertullianum, sed etiam apud eos qui multis seculis post vixerunt, sit mentio de Exomologesi, id est actu pœnitentiæ, quam confessio criminum necessario præcedebat, sine publicè sieret de publicis flagitijs, siue priuatim de priuatis. De Exomologesi complures etiam elegantissimi sermones exstant Cæsarij illius Arelatensis, inter quos eminet ille, cuius initium, Quotiescumque, &c. Quin ipse Ioannes Chrysostomus, quamquam pluribus locis suam de exomologesi & pœnitentia sententiam indicat, vix tamen alibi id vel magis ingenuè vel apertius testatur, quàm in sermone cui titulus est: ὅτι μετανοίας ἡ ἐξομολόγησις, quem ego super inter alia eius opera nondum versa reperi, vbi sic scribit de exomologesi: Νυνὶ δὲ ὅτι ἀναγκαῖον παρόντας μαρτύρων ἐξομολογεῖσθαι πᾶσι τοῖς λογισμοῖς γνώσῃ τῆς παπαιμελημένης ἡ ἐξέτασις. ἁμαρτυρόητος ἴστω τὸ δικαιωθῆναι· ὁ γὰρ ὁ σὸς μόνος ἐξομολογήσεως. Et paulò post. Ἐγὼ γὰρ ἁμαρτυρῶ σοι δικαιωθῆναι καὶ οὐ καὶ τὸς δικαίους ὁ ἁμαρτήσας. Porro tamctsi in collectaneis quibusdam Græcis multa comperierim de exomologesi & pœnitentia, partim ex Veteribus Basilio, Chrysostomo, Maximóque, partim ex Iunioribus, Nilo, Climace, Isaaco, & Thalassio monachis desumpta; placuerunt tamen in primis quæ nuper ex codice quodam vetustiori excerpsi, in libello de Medicina pœnitentiæ, quo Augustino inscribitur, & aliundè etiam, per studiosum quempiam subiecta. Nam à Gratiano variis locis variis titulis citantur, ad quem librum Lectorem, ne hic prolixiores simus, remittimus. Atqui confessionem secretam & antea & postea in vsu fuisse, immò etiam sub præcepto, satis commonitratiunus dict. Adnot. nostros ad B. Cypr. de Lapsis, & infrà cap. 9. respondebimus ad argumenta, quæ ex Patribus hic in argumentis adsert Rhenanus, de confessione soli Deo faciendæ, & consilio diuntaxat à sacerdotibus petendo. Idque ad Verba illa cap. 9. Exomologesis est, &c. aduolui prestbytetis, catis Dei adgeniculati, &, quæ eodem pertinent: Cùm igitur prouoluit hominem, magis releuat; cùm accusat, excusat; cùm condemnat, absoluit. & illud cap. 10. Videlicet siquid humanæ notitiæ subduxerimus, proinde & Deum celabimus. An melius damnatum latere, quàm palàm absolui? Quæ pro nostra sententia facere quis dubitet?

Cap. 1.

2. Pœnitentiam, hoc genus hominum, &c.] *Caput hoc primum inscripsimus:* Quòd de bonis factis non sit pœnitentia. *Atqui, vt Adnotat Rhenanus, Gentiles hic intelligit iuxta quod & in Apolog. dixit:* & de vestris fuimus. *Sicut autem hic:* naturatenus, *sic & alibi aduers. Marc. dixit:* scilicet animatenus saluos.

3. quippè tes Dei ratio, &c.] *De* ratione Dei *(inquit Rhenan.) quod vid. licet omnia quæ Deus facit, sine naturalia, habes in superioribus libris sæpenumerò. Vt aduers. Marc. lib. 2.* Bonitas Dei & ratio eius, huic quoque instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes apud Deum nostrum. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas. *Item:* & hoc bonum sine dubio & rationale. *Legimus autem ex MS. 2.* nihilque non. *Metaphoram vero esse adnotauit Rhenan. à nauigante sumptam, vbi legitur:* sine gubernaculo rationis transfretantes. *Ego verò lego paulo post:* deuersentur, pro: diuersentur, *tum quod infrà legatur, tum quod phrasis sit Tertullianea, de qua latius lib. aduers. Valentin.*

4. prout quid in ingtatiam cecidit.] *Nos (inquit Rhenan.) attento quòd alibi etiam* ingratiæ *vocabula vtatur pro ingratitudine, scripsimus,* prout quid in ingratiam cecidit. *Sic infrà in hoc ipso libro:* videtis ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad beneficiendum incitamento est. *Vbi videi* ingratiam *opponi gratiæ. Qui etiam repolust reste:* pœnitentiæ speciem, *pro:* patientiæ specìem, *ex Gorlæi cod. quamtumuis legant: Parisiensis MS. 3. cod. neque enim hic villa patientiæ mentio. Eidem etiam acceptum debemus:* contra pœnitentiam malorum, *pro:* patientiæ malum. Incubandi *autem verbo (inquit) & id præced. & in sequ. vtitur, de quo videas Lector ad lib. de Patientia Adnotationes nostras.*

Cap. 11.

5. Quòd si Dei, &c.] *Titulum capiti huic dedimus:* De vera delictorum pœnitentia. *Atqui adnotandum hic illud:* metita pœnitentiæ. *Item:* Si acceptator, etiam remunerator, *demque:* Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malum; quia iudex omnis remunerator est causæ. *Item illud cap. 6.* mercedem perennis vitæ, *ac:* vt posfumus mereri; *idque contra negantes operum bonorum merita, de quo loco communi latius librit ad Mart. & de Patientia. Hic sufficias illud Paciani locum hunc imitantis ad Sympronianum contra Nouatianos: Pœnitentium venia, meritum confitentis.*

6. timentes Dominum scilicet.] *Pertinet hoc ad primam Pœnitentiæ partem, qua est contritio, cuius initium timor Domini, sicuti infrà Auctor cap. 5. docet disertis verbis, & B. Augustinus lib. de Pœnitent. medic. contra quam sentiunt nostri aduersarij, dicentes, vti Lutherus, optimam pœnitentiam esse nouam vitam, neque vlla contritione opus esse, aut (sicuti Melanchthon) non nisi seruili quodam timore qui metum incutiat. Certè illa necessario connineitur vel ex illo Isai. 26. secundum 70. Ante conspectum Domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis.*

7. ad suam misericordiam maturauisset.] *Hoc est (inquit Rhenan.) maturè se recepisset & in tempore. Sic Cyprianus gratiam maturantem eleganter ad Donatum dixit: Accipe (inquit) quod sentitur antequàm discutur, nec per moras temporum longa cognitione colligitur, sed compendio gratiæ maturantis hauritur.*

8. pœnitentiam dedicauit.] Dedicandi *verbo (eodem Rhenano reste) libenter vtitur Tertullianus, de nouis rebus loquens, vt aduers. Marc. lib. 1.* vt imperio eius diuina bonitas in tertis dedicaretur, *& lib. de Carn. resurrectione:* De materia potius subiacenti volunt ab illo vniuersitarem dedicatam. *Cyprianus de Aurelio: Interim (inquit) vobis hæc die auspicatus est pacem, dum dedicat lectionem. Vide & Adnotat. nostras in B. Cypr. Epist. 33. num. 9.*

9. præsbu

9. præire intinctionem pœnitentiæ.] Intinctionem *vocat Baptismum (inquit Rhenan.) vt infra*: Erga pœnitentiam vitium, præsumptio intinctionis importat, *item*: Hæc enim prima audietis intinctio est, metus integer. *Sic aduersus Praxeam*: Et nouissimè mandans vt tingerent in patrem & filium & spiritum sanctum, non in vnum. Nã non semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tingimur. *Ita loquitur & Cyprianus. Expone (inquit Rhenan.)* præire pœnitentiæ, *hoc est præcedere pœnitentia. Qui ex Gorr. in secund. castigauit*: ante cõponeret, *pro*: ante poneret. *& vbi* Dominus scilicet afferens, *subaudi*: salutem. *Est autem signficantius quod legitur*: pœnitentia verrens & radens, *quã quod habet Rad. tio, & MS.* auertens & tradens *sic placet*: foras, *quod habent excuſ., magis quàm*: foris, *quod MS. Atq*; opera *(inquit rectè Rhenan.) pro labore. Legimus denique cum Latinis & MS.* ne bonis vnquam factis, *pro* ne nobis.

10. cur pœnitentiam inuadit delinquentium? priuatum.] *Sic distinximus textu Latinij notas. Atqui* inuadere *(ait Rhenan.) verbum vsurpatum sæpe Tertulliano ad Vxorem lib.* 2. De cibo, de poculo inuadere, desiderare, in mente habere? *& in hoc lib. infrà*: Eam tu peccator, mei similis ita inuade.

Cap. iii.

11. Quorum ergo pœnitentia iusta, &c.] *Huius capitis inscriptio hæc est ex verbis ipsis Auctoris*: Quòd etiam carnalium delictorum pœnitentia iusta sit, *qui hanc materiam latius tractat, ne quis forte in calumniam veritas quod promisit*: Peccatum, nisi malum factum, dici non meretur. *Legimus autem paulopost cum MS.* peccata eorum diseernat, *pro*: earum. *Nam de corpore & spiritu loquitur.*

12. alia manu eius expressa, alia adflatu eius consummata.] *Allusit ad illud Genes.* 2. *secundum* 70. *Formauit Deus hominem, pulueremaccipiens de terra*; & adflauit *in faciem eius spiritum vita. Pertinere interim videtur quod carne formata paraphrastes adjecit*, manu Dei, *ad errorem eius, quo corpoream Deum putauit, ac quod de spiritu dicit* adflato *spiritu Dei, ad eius opinionem alteram paradoxam, quod animæ omnes ex prima illa traducuntur, de quibus latius inter errores in nostris Prolegomenis.*

13. Videtur enim fiqua casui, &c.] *Simile est illud illi quod alicubi habet B. Augustinus, peccatũ adeo debere esse voluntarium, vt nisi voluntarium, peccatum non sit. Recte autem dicit*: Videtur, *tamquam desinere nolens, an sicut* casus *& necessitas, ita & ignorantia a peccato excuſer. nam hoc eodem libro contrarium sustinet de ignorantia cap.* 5. *Atqui adpotat rursus phrasen Tertullianicam Rhenanus*: quanto principalis, *tum hic, tum antea, & mox*: quemadmodum, *pro*: *Quomodo, interrogatiuè; qui etiam ex Gor. Jensi collatione primus legit*: adulterum eum. *pro*: ad vltimum reum, *&* cur non, solitam sui saturans, pro facto cedat, *ex coniectura quæ mihi placet, pro*: vt non eis, *sine interrogatione.*

Cap. iiii.

14. Omnibus ergo delictis, &c.] *Aliud nihil hoc capite tractatur, quàm* Ad pœnitentiam excipiendis adhortatio. *quod imitatur Cyprian. lib.* 3. *Testimon. cap.* 114. *hoc titulo*: *Dum in carne est qui, exomologesin facere debere. Quum autem prius dixerit*, non facti solùm, sed & voluntatis delicta pœnitentia purganda esse, *& hic repetat*: Omnibus delictis seu carne spiritu, seu facto, seu voluntate commissis; *faciunt hi loci pro particulari pœnitentia, atque adeò & confessione omnium & singulorum peccatorum grauiorum. Quo pertinet etiam locus B. Cypriani lib. de Lapsis*: *Videt Deus corda & pectora singulorum, iudicaturus est non tantùm de factis, sed & de verbis & de cogitationibus nostris, &c. Quanto itaque fide maiores & timore meliores sunt, &c. qui quonam de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentur. Similiter Origenes lib.* 3. *in cap.* 16. *Leuit. Pronuntiet, inquit, peccatum quod peccauit, etiam de cogitationum secretis. Et expressius B. Chrysost. homil.* 46. *ad pop. Antiochenum*: *Die tua pro specie peccata. Ac homil.* 9. *in Epist. ad Hebr. Si dicat, peccator sum, non autem ad peccatorum species descendat, dicens quia hoc & hoc peccaui, numquam, &c. D. vero Augustin. etiam circumstantias considerandas monet lib. de Vera & falsa pœnitentia cap.* 14. *Considerer (inquit) qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quals hoc fecerit tentatione, & de ipsius vitij multiplici executione. Non male ergo & B. Thomas Aquinas similia docet, quamtumuis repugnet Rœnanus in huius libri argumento.*

15. qui pœnam per iudicium destinauit.] Destinare *hîc proprie accipitur, pro*: deputare, *cuius & alteram significationem habes infra lib. aduers. Valentin.*

16. Pœnitete, & saluum faciam te.] *Hanc scripturam hoc modo citatam nusquã reperire potuisse eius loco apud B. Cyprian. epist.* 28. *& lib. de Lapsis hanc*: Cum conuersus gemueris, *sunt saluaberis, & scies vbi fueris. Similiter B. Hieron. epist. ad Sabinian. ac Rusticum, & B. Augustin. de Pœnitent. medicin. quædamodum adnotauimus illic Adnotat. nostræ ad priorem locum num.* 2. *& ad posteriorem num.* 110. *Asserentes etiam illic, locum hunc desumptum ex Ezechiele, partim* 18. *partim* 33. *cap. Similiter Cæsarius Arel. lib.* 50. *de Latin. & Ambros. in Psal.* 37. *Facianus verò ad Sympron. contra Nouat. Isaiæ illud ipsum adscribit, alludens fortasse ad illud cap.* 43. *Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Hanc autem lectionem nusquam quidem reperi, sed magis accedit ad illud Ezechiel.* 18. *Conuertimini, & viuetis. Atqui* Pœnitere, *pro pœnitentiam age, noua vox est; sicuti etiam apud vulgatum interpretem* Pœnitemini, *Marc.* 1. *& Act.* 3.

17. & pœnitentiam malo quàm mortem.] *Etiam hoc paucioribus verbis contraxit Auctor. nam Ezechiel.* 33. *pluribus idipsum habet ut. Imitatis sunt autem illum B. Pacianus vbi supra, & B. Cyprian. dicto l. Testim. cũ li. de Bono patien. legant*: *Nolo mortem morientis, quantum vt conuertatur & viuat. Et lib. ad Nouatian. Nolo mortem peccatoris, sed desidero vt auertatur à via sua pessima, & viuat.*

18. ego enim præstantiam in delictis meis agnosco.] *Simulter sub finẽ*: peccator enim omnium notarum quum sim. *vnde videtur nondum presbyter fuisse cum hunc librum scriberet, & eodem tempore scriptus liber de Baptismo, vbi sub finẽ*: Tertulliani, *inquit*, peccatoris memineritis. *Atqui adnotat Rhenanus* præstantiam *hic in malam partem accipi*

19. vt naufragus liicuius tabulæ fidem.] *Ambrosius (inquit Rhenan.) ad Virginem lapsam*: *Sed tu quæ iam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste misera fortiter, inhære tamquam* naufragus tabulæ. *Hieronymus ad Demetriadem de Vomitentia loquens*: *Illa, inquit, quasi* secunda post naufragium *mysteriu* tabula. *quod ipsum repetit in cap.* 3. *Esaiæ. Ambo sunt hunc locum imitati. Quibus adjice Pacianũ verba infrà citata cap.* 8. *vbi de hoc latius etiam Auctor. Legimus autem ex MS.* perlauabit, *pro eo quod erat*: proleuabit, *maximè cum* 3. *codex legat*: prolauabit.

20. protelabit.] *Hoc est (vt interpretatur Rhen.) ad portũ vsque qualibet distantem producet. Aduersʒ. Marcli.* 4. *dixit*: Nec quinque circiter, sed sexcenta millia hominum protelauit, *pro eo quod est, vitam eorum exhibito victu produxit sustentauitque.*

21. & in foliis pœnitent.] Perennat *(inquit Rhenan.) pro perennitter durat. Aliter dixit Suetonius, non* perennauit, *pro eo quod est, non vixit anne integro. Alludit autem ad verba Psalmi primi. Admotauerat idem ad lib. de Resurr. carn. Vbi legitur*: dentes incorruptos perennate. *Mirum verò quòd* 3. *MS. legans* securem, *pro*: securim; *qui etiam legunt*: pro hoc, *vbi est*: per hoc. *sed priorem lectionem vtrobique retinuimus.*

CAP. V.

22. Hoc enim dico, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* De peccato post pœnitentiam non iterando, & ijs qui saluo metu & fide peccare se dicunt. *Memnerit autem Lector eum de pœnitentia publica loqui, vti initio diximus.*

23. nullum ignorantiæ prætextum.] *Quem admodum adnotat Rhenan. Vsurpat prætextum neutro genere, sicut in Valentinianum:* Sed enim, *inquit*, sub prætexto dilectionis in patrem, æmulatio superabat. *& infrà lib. de Cult. fæm.* prætexto necessitatis.

24. Cùm etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tueatur à culpa.] *Facit locus iste contra nonnullos Euangelicos, qui ab Apostolorũ tempore maiores nostros in ignorantia perpetua vixisse dicunt, & tamen à culpa excusatos. Imprimis autem pro sententia Auctoris faciunt frequentissimi illa sacrificia, immolari iussa pro peccatis ignorantiæ, Leuit. 4. & 5. ac Num. 15. de quibus & Hebr. 9. Deinde & in nouo Testamento Act. 2. B. Petrus ad illos, quos sciebat per ignorantiam peccasse: Pœnitemini, inquit, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Hinc Patrum omnium consensu est sententia, quòd ignorantia, quam crassam modernis Theologi vocant, neminem à culpa excusat, qualis illa haud dubiè fuisset, si verum illi dicerent.*

25. vt denuò Malus.] *Recte ad marginem adnotauit Rhenan.* Malus *diabolus, tum hic, tum lib. de Patient. non semel. Similiter Patres quidem interpretantur illud Orat. Dominica: Sed liberanos à malo. ad quod alludere videtur Auctor.*

26. Ita, qui per delictorum pœnitentiam statuerat Domino satisfacere.] *Similiter Auctor infrà sub finem cap. 7.* Habes cui satisfacias. *cap. 8.* Confessiõ satisfactionis consilium est. *& cap. 9.* Sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia; Deus mitigatur. *& cap. 10.* Domino offenso satisfacere. *Loci adnotatu certè digniss. pro* satisfactione *peccatorum, quæ tertia est Pœnitentia pars, quam hic agniam à Tertulliano Magdeburgenses Centuriatores negare non audent, sed* Vti calumniantur, *à Montanisante. Verum redarguite eos loco in arg. suprà citato B. Pacianum, qui ante hæresim conscriptum hunc librum asserit. Deinde B. Cyprianus Tertulliani errores nusquam secutus, certe in hoc loquendi genere ipsum imitatur frequentissimè Epistolis, nempè 8. 9. 10. 11. 12. 26. 27. 40. 52. 55. 59. 64. 65. & 69. item libris de Lapsis, de Vnitate Ecclesiæ, ac de Oper. & eleemosyn, quibus locis non semel* satisfactionis *etiam necessitatem vrget. Nec absimiliter B. Pacianus Paræn. ad Pœn. ac Epist. ad Sympron. ac lib. aduersus Nouatian. & post eos BB. Basilius Orat. 1. de iejunio, Ambros. ad Virg. lapsã. cap. 8. & in Psalm. 37. Augustin. Enchirid. cap. 70. & hom. 50. cap. 11. ac 15. Ieo item Papa Epist. 91.* Quin quòd locum illum *Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, de* satisfactione *interpretantur Chrys. & Hieron. in Comment. ac Basil. Reg. breuiorum cap. 288. Quò pertinet etiam quod suprà cap. 2. dixit Auctor:* Bonum factum Deum habet debitorem, sicuti & malum; quia iudex omnis remunerator est causæ. *Et pulcherrima illa c. seqn. comparatio inter emptorem & venditorem, pretium & mercem, ac Deum & pœnitentem, veniam & pœnitentiam. Denique illud Epiphonema B. Cyprian. lib. de Lapsi. Quis sic, inquit, Deo* satisfecerit, &c. *non eam solam Dei veniam meretur, sed coronam. Neque verò hæc satisfactio peccatorum quicquam repugnat* satisfactioni *Christi. Quia (Basilio teste dict. Reg. breu. qu. 2.) Deus, pro remissione peccatorum nostrorum dimisso vnigenito suo, quantum in se est, ea iam ante omnibus condonauit. Quoniam autem misericordiam & iudicium sanctus vocauit, & restatur Deus misericordem esse & iustum, necesse est vt quæ à Prophetis & Apostolis de Pœnitentia dicta sunt, ea à nobis præstentur.*

27. Sed aiunt quidam, &c.] *Adnotatu dignum etiam iste locus aduersi. nonam quorundam hæresim (à qua nec Calumniæ abhorrent) qui sibi sufficere arbitrantes, si corde & animo suam religionem retineant, quamuis Catholicorum contrariæ sibi religioni exercitijs ac mysterijs se immisceant, immò & communicent.* Sed ista (*inquit Auctor*) ingenia de semine hypocritarum pullulare consuerunt.

CAP. VI.

28. Quicquid ergo mediocritas nostra, &c.] *Inscripsimus hoc caput:* Quòd etiam Audientes seu Catechumeni pœnitentiam agere debeant. *Idipsum antem inculcant Auctor infrà lib. de Baptismo, Augustin. epist. 48. & 118. ac homil. 39. & 50. & latius de Vtilit. pœnitent. libro, Chrysost. in illud supradictum Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & illa antiquior Origenes homil. 2. in Leuit. addentes interim multo fusse grauiorem & luctuosiorem eorum, qui post Baptismum peccarunt, pœnitentiam. Legimus autem ex MS.* omnis salutis, *pro:* omnes.

29. nouitiolis istis.] *Catechumenos intelligi adnotauit Rhen. & simili appellatione vocari* Nouitios *fratres initio sue conuersionis non inale diuinauit. Est autem pulcherrima Metaphora, qua eos vocat catulos infantiæ recentis, qui necdum perfectis luminibus incerta reptant (vbi Hellenismus est) alludens (vt ille adnotauit) ad prouerbium: Canis festinans cæcos parit catulos.*

30. sed includere eam negligunt.] *Translatio (inquit ille) à rebus, quas si non includas, statim amittat.*

31. præsumptio intinctionis.] Intinctionem *Latinè exprestit. Auctor, quod Græci βαπτισμὸν vocant, sicuti & paulò post:* intinctos, *pro: Baptizatos. Vide suprà num. 9.*

32. & commeatum sibi faciunt delinquendi.] Commeatus (*inquit Rhen.*) *est venia quæ militi datur, vt possit ad tempus abesse à castris, vel negotiorum vel valetudinis causa. Adnotauimus plus semel. Cyprianus in Epist. quadam Ad martyres & confessores; Hæc (inquit) latior accepto post gloriam* commeatu, *in Ecclesia laude florere. Idem de Mortalitate: Quam quidam de collegijs & consacerdotibus nostris sam infirmitate defossus, & de appropinquante morte solicitus,* commeatum sibi *precaretur. Vtitur etiam eadem voce B. Cypr. Epist. 34. vbi vide Adnotat. nostras num. 2. Acceptur etiam illud:* quàm eruditionem, *pro potius quàm. Item* metecem *singulari numero, pro:* merces.

33. veniam addicere instituit.] Addicere (*inquit idem*) *venditoris est, verbum Iuris.*

34. Tunc opinor eimendatos licebit.] Opinor [*adnotauit idem Rhenan.*] *& hic licebit, dictum pro:* liquebit, *fallente fortasis pronuntiatione. Nam lib. de Carne Christi, indicauimus in vetustis exemplaribus* licuit *scriptum pro:* liquuit, *à liquet:* Quanquã licuit iam & de nomine hominis, de statu qualitatis, & de seusu tractationis, & de exitu passionis humanam conflitisse. *Ita, ne faller, hoc loco* licebit, *pro* liquebit *positum. Infrà habes:* diseidio maris, quod solipopulo peruium licebat.

postquàm libertate mutatus est.] Mutare (*inquit idem*) libertate; *Tertullianicum est. Sic & lib. de Resurr. carn.* Oro te, si famulum tuum libertate donaueris. Notarum *verò nomine, ignominias intelligit, & non ita multo post:* circumduci *vsurpat, pro: fallacijs obiegi. Legimus autem ex MS.* quia tempus pœnitentiæ *idem, pro:* id est.

36. abolitionem delictorum omni modo inituris aquam, &c.] *Quod baptismus* omni modo abolitio fit delictorum, *habet etiam B. Cyprian. dum ab omni face contagionis antiquæ, lauacri vtalis sanctificatione purgari nos dicit, lib. de Disc. & hab. virg. & Epist. 2. ad Donatum* vocat *baptismum, mortem criminum. Vbi latius contra Lutheranos hanc esse & aliorum veterum sententiam comprobauimus Adnot. nostr. n. 8. & 14. & infrà aliquid dicemus lib. de Baptismo. Eodem pertinet quod habet* cùm hominem sentit plenè liberatum, *& tot* in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis erasos.

37. asperginem vnam, &c.] *Videtur alludere ad baptismum qui per aspersionem fiebat, quem etiam verum esse B. Cypr. indicat Epist. 76. ad Magnum, vbi videat Lector Adnot. nostras*

nostrum n. 44. *Etsi autem in qualibet aqua celebrari possit baptismum in necessitate, aquam tamen prius consecrari oportere non semel idem B. Cyprian. docet, & nom natim etiam in concil. Carthag. Sed atum Episcopus: Aqua (inquit) sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata, ablust delicta.*

38. ſymbolum mortis.] *Baptiſma intelligi rectè admonuit Latinus: in eo enim Chriſto commorimur (Apoſtolo teſte) & conſepelimur.*

39. inter Auditorum tyrocinia.] *Eleganter dictum probè admonuit Rhenan. Nam* Auditores, *& vti mox appellantur* Audiētes (*quos ea ætas vocabat Catechumenos*) *nihil aliud erāt quàm tyrones fidei Chriſtiana. Similiter B. Cypr. Epiſt.* 13. *&* 24 *de quo vid. Admot. noſtras, priori loco num.* 4. *& poſteriori n.* 7. *quibus adde ex Rhenano, quòd ſicut* Audientium *deſiderem Optatum Cypr. ſic Demetrius Epiſcopus Origenem Adamantium conſtituit Magiſtrum Catechumenorum apud Alexandriam. Quo officio primus poſt Apoſtolos apud Alexandriam Pantenus, ſecundus per ordinem Clemens, tertius fuerit ſum eſt Origenes Clementis diſcipulus. Auctor Euſeb. Eccl. hiſt. l.* 6. *c.* 3. *Legimus autem cum MS.* 3. Quid autem tē à perfecto Dei verbo ſeparat, *pro*: Dei ſeruo.

40. Lauacrum illud obſignatio eſt fidei.] *Econtrario infra ſi mendoſi non ſint codices lab. de Baptiſmo*: Fides (*inquit*) obſignatio baptiſmi, & baptiſmus veſtimentum fidei. *de quo ibi latius. Legimus autem mox cum Latino*: an cui diſplicet *pro*: aut. *Atqui pro eo quod exoſiſi legunt*, à cuſtodibus corporum obſtructi (*qua paraphraſi intelligit Eunuchos, qui etiamnum apud Arabes & Hiſpanos matronas cuſtodiunt*) *legunt MS.* 2. abſtracti, *& vnus*: abſtructi, *ſed illud placet.*

Cap. VII.

41. Huc uſque Chriſte Domine, &c.] *Proſopopœia hæc ad Chriſtum, antiquiſſimo huius capitis, cuius titulus*: De ſecundâ poſt baptiſmum pœnitentia. *Quod imitantur BB. Patauini epiſt.* 1. *ad Sympron. Vbi de pœnitentia tractare incipit, & Auguſt. hom.* 27. *qui dicit Paganorum ſuiſſe eam obiectionem quam proponit*, quaſi pareat ad delinquentum locus, quia pareat ad pœnitendum. *Ironia autem videtur illud*: Euaſimus ſemel, hactenus periculoſis (*ſequod malim*, periculis) noſmetipſos inferamus.

42. repudium & naui & mari dicunt.] *Nam (inquit Rhen.) vt eſt apud Publium Mimographū: Improbè Neptunū accuſat, qui iterum nauſragium facit. Venuſtum verò ſermo ſcium inquit*: Repudium & naui & mari dicere, *tranſlatione ſumpta ab hoc qui vxori libellum repudij mittit. Similiter infra lib. de Hab. mul. cap.* 4. *repudium cælis dixit.*

43. Formidant videri inculare.] *Aliter hic*: inculcare *accipit, quam. c.* 4. *cum dicerem*: Nos verò pro noſtris anguſtijs vnū inculcamus. *Ibienim proprie, hic verò pro*: cōculcare *aut proculcare. Similiter dixit etiam Pacianus aduerſ. Nouatian. ad Sympron. Videt nō* inculcati *à nobis ſententiā Domini, ſed probrari. Eſt autem phraſis Tertullianica, qua & lib. de Patientia dixit*: tenrationes inculcat: *imò & Cyprianica, quemadmodum admotanimus lib. ad Demetrian. num.* 3.

44. peruerſis traditionibus.] *MS. tres*: conditionibus. *Illud tamen magis placet, vt agat contra Montaniſtas, qui peruerſis traditionibus ſua de nulla poſt baptiſmum pœnitentia, à vera certa fideles deturquebant. Eo autem quod addit* peruerſis, *patet non omnes ab Auctore Traditiones impugnari. Verum de his latius infra lib. de Cor. militis, vbi multas Eccleſiæ Traditiones probat.*

45. intinctionis ſera obſtructa.] *Pulchrè: nam baptiſmum iterari non lucre. Verum de hac latius lib. de Baptiſmo contra Anabaptiſtas, Atqui non multo poſt Vbi legitur*: pigeat iterum. periclitari, ſed non iterum liberari, *Pacianus Vbi ſupra, qua verba præcedentia & hæc imitatur, ſic legit*: pudeat periclitari, ſed non pudeat liberati; *non tamen illud cum MS. retinuimus.*

46. Iteratæ valetudinis iteranda medicina eſt.] *Admotauit Latinus*: valetudinem *pro morbo accipi.*

Cap. VIII.

47. Id ſi dubitas, cuolue quæ ſpiritus Eccleſijs dicat; &c.] *Caput hoc titulo inſignitumus*: Quòd ad veniam pœnitentiæ ſufficere poſſit. *Imitatur autem & hunc locum Pacianus, tū ad verbū dicta epiſt.* 1. *ad Sympron. tum etiā Paranes. de Pœnitent. & partim cōtra Nouatian. ad cundē Sympron. qui vbique ſcripturam eandem Apocalypſeu citat, & proinde poſtremo loco caſtigādum, ſicuti alibi & vere legit*: age pœnitentiam, *pro eo quod eſt*: patientiani. *Item prioris ſupracitate loco debet legi*: Pergamenos docentes peruerſa, *pro*: diuerſa. *Et contrario cum Paciano lego hic*: Sardos, *pro*: Sardios, *quum illud Græcè & Latinè legatur.*

48. Non ait, qui ceciderit, reſurget, &c.] *B. Pacianus* 2. *prioribus locis iam dicta legit*: Nonne. *B. Cyprianus*: Numquid, *lib. Teſtimon.* 3. *c.* 114. *& idipſum ſignificat Hebræa & Græca verſa apud Hieronym. Sed meminerit Lector Tertull. Vſurpare ſolere*: Non, *pro*: Nonne. *Sic infrà Exhort. caſtit. Tom.* 5. Non illud dicendum erit? *Atqui ſi veraeſt lectio*: auerſatus, *quod legit hic Auctor & Pacianus Paran. ad pœnit. oportet vt Actiuum paſſiue accipiatur more Tertullianico, pro*: auerſus, *quod altero loco legunt Pacianus & B. Cyprian. et editiones Latinæ omnes: nam Græce eſt ὁ ἐπιστρέψας. Quod ipſum Cyprianō non infrequens eſſe admotauimus ad lib.* 1. *Teſtim. aduerſ. Iudæos n.* 15.

49. qui miſericordiam mauult quàm ſacrificium.] *Sic ex* 3. *MS. pro*: ſacrificia. *nam illud Oſee* 6. *& Matth.* 9. *in omnibus editionibus legitur.*

50. Lætantur cœli, &c.] *Hunc quoque Luc.* 16. *locum latiſſ. Auctorem imitatus profequitur B. Pacianus, cum Paranes. ad pœniten. tum epiſt.* 1. *ad Sympron. qui priori loco legit*: vides vbi de tuo redire gaudeat. *quare & hic adiecimus* reditu.

51. poſt inopiā.] *Latius Pacianus ad Sympron. poſt prodacta omnia bona, & cum meretricibus & fornicarijs nepotata; quod panciſſimis Euangeliſtis (vt etiam admotauit Rhenan.)* ἀσωτίαν ἔστιν δὲ αὐτὸ πάντα. *nā luxus comeſſ olet eſſe inopiæ. MS. autem cod.* 3. *legunt hic*: virulum præoptimum, *ſed magis correſpondet contextui*: præopimum. *Legimus autem iterum cum* 3. *MS.* Tantum reletur confeſſio delictorum. *pro eo quod ſubiiciunt Rhen.* delictum.

Cap. IX.

52. Huius igitur pœnitentiæ ſecundæ, &c.] *Caput hoc pertractat* De pœnitentiæ actu publico, *quod ipſum ad verbum imitantur & B. Cyprian. ſub finem lib. de Lapſ. & B. Pacianus Paranesi ad pœnit. ſeu libro de Pœnit. & confeſſ.*

53. Exomologeſis eſt, &c.] *Hoc diligenter (inquit Rhenan.) obſeruandum quod hic dicit*, Exomologeſin actum eſſe, quo pœnitentia adminiſtratur, & miniſterium pœnitentiæ, *quemadmodum infrà docebit. Id quod rectè intellectum, multum conferet ad capiendam mentem veterum Eccleſiæ ſcriptorum. Hinc illud Cypriani eſt, ad Antonianum*; *Apud inferos dum confeſſio non eſt, nec* exomologeſis *illic fieri poteſt. Diſcimus autem ex eiuſdem ſanctiſſimi Martyris ſcriptis hunc olim in Eccleſia ſeruatum ordinem, vt primum fieret confeſſio criminum apud ſacerdotes Dei: hanc ſequebatur pœnitentia, quæ & præceſſerat: Pœnitentiā excipiebat* exomologeſis, *quā ſubſequebatur impoſito manus Epiſcopi aut cleri. Hæc acta, dabatur Euchariſtia ſic reconciliato. Atque hoc eſt quod Cyprian. epiſt.* 14. *tertij libri (iuxta nouam editionem n.* x.) *dicit*: Nondum pœnitentia factis, *nondum* exomologeſi *finita (Vbi videsapertam diſtinctionem), nondum manus eis ab Epiſcopo aut clero impoſita. Euchariſtia illis datur. Et præcedit*: Quum in minoribus peccata nōant peccatores pœnitentiam iuſto tempore, *& ſecundum diſciplinæ ordinem ad* exomologeſin *veniant, & per manus impoſitionem Epiſcopi aut cleri ſua communicationis accipiant. Hæc illic. Ergo* exomologeſis *actus ipſe pœnitentiæ fuit illic communitus. Idem epiſt.* 16. *l.* 3. *(ſeu iuxta nouā editionē n.* XII.) *Nā quiin minoribus (inquit)*

delictis quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur iusto tempore, & exomologesis fiat, inspecta vita eius qui agit pœnitentiã nec ad cõmunicationem quis venire possit, nisi prius illi ab Episcopo aut clero manus fuerit imposita. Et reliqua. Item in sermone (seu potius libro) de Lapsi. Denique, inquit, quanto & fide maiore & timore meliore sunt, qui quamuis nulla sacrificij aut libelli facinore constricti, quorum tamen de hoc cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentur; exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelã parare licet & modicæ vulneribus curationem. Enimuero isquere possẽ ex citatis Cyprians locis, occultorum scelerum exomologesin etiam sinsse secretam, quam etiamnum retinet Ecclesia, dum sacerdos pro modo delicti, certum tempus, modumque, et genus iudicat, quo pœnitens publicam exomologesin faciat, & modicæ vulneribus curationem accipiat, & proprie, pro omni confessione pœnitentiali. Bene autem habet quod etiam Rhenan. hic fateatur primum in Actu solemni pœnitentiæ confessionem apud sacerdotes Dei etiam secretè fieri solitam, idque post pœnitentiã quæ præcesserat, quã non contritionem vocamus, de qua mox latius, vt non sit necesse pluribus eius opinionem conuellere, de qua suprà num. 1. nisi quatenus quatenus sentire videtur sacerdotes solum in consilium adhiberi, de quo c. sequ. latius remittentes interim Lectorem ad meas Admon. n. 98. in lib. B. Cypr. de Lapsis, hoc vno hic addito, quod diserti verbis confessionem secretorũ peccatorum agnoscat lib. de baptismo, infrà in hæc verba: Impressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis & genuflationibus, & peruigilijs orare oportet, & cum confessione omnium retrò delictorum, &c. Nobis gratulandum est, si non publicè conitemur iniquitates aut turpitudines nostras.

54. qua delictum Domino nostrum confitemur.] *Pertinet hoc ad primam confessionem, qua Deo fit antequam sacerdotes accedamus, dum contersimur de peccatis commissis: verũ hanc non solam sufficere ex sequentibus manifestius est, quàm vt pluribus sit opus. Itaque eodem modo intelligendi sunt loci B. Chrysost. in argumento citati, quæ perperam adducit Rhenanus, vt probet sola Deo confitendum (cui tamen hic contradicit, comprobant etiam sacerdotes, vti modò dictum, eam fieri solitam) neque enim vspiam addit vocem: soli, & vbi dicit: Non dico vt confiteatis conseruo tuo, addit: vt exprobret. Deinde de pœnitentia publica illum agere, quæ iam à prædecessore suo Nectario sublata erat, patet ex his verbis: Nec apud alios accusa, vt te prodas in publicum & similia. Et verò contrarius locis Chrysostomi partim in Cypr. adnotauimus, partim sequenti capite, quibus expressiũ, docet (& maximè lib. 3. de sacerdot.) etiam sacerdotibus confitendum. De Ambrosio (quamquam ille locum non adferat) eadem est ratio. Bedam denique & Hesichium etiam de publica pœnitentia loqui manifestum est, quæ eorum ætate solis hæreticis & schismaticis infligebatur, non alijs, quantumuis grauiss. peccatoribus. Pulcher est hac de re Augustin. locus hom. 49. Nemo sibi dicat: Occulti ago pœnitentiam, apud Deum ago, in corde ago. Ergo sine causa dictum est? Quæ saluetitis, &c.*

55. De ipso quoque habitu atque victu handat, &c.] *Deerat hic (inquit Rhen.) verbum* mandat, *quod not reposuimus ex Gorz. ensi collatione.* De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cineri incubare, *subaudi Exomologesis. Nam* cum exomologesis sit actus pœnitentiæ, & disciplina hominis humilificandi, conuersationem iniungens misericordiæ illicem; *exponi, quidnam sit illud, aut quænam conuersatio, quæ Dei misericordiam & Ecclesiæ illiciat inuisitique.*

56. Sacco & cineri incubare, &c.] *Rursum hic habes (inquit idem) verbum* incubare, *vt paulo antè:* Cum ipsi deum incubas quibus retrò ignarus? *In libro de Patientia:* Quòd si hic patientiæ incubabo. *Hieronymus ad Demetriadem: Meliusque est hoc facere, quam reposito opibus* incubare. *Porrò similia* exomologeseos *opera describit nobis Cyprianus in sermone (seu libro) de Lapsis: Orare, inquit, oportet impensius, & rogare, diem luctu transigere, vigilijs noctes ad lectulum ducere, tempus omne lacrymosi lamentationibus occupare, stratos solo, adhærere cineri, in cilicio volutari & sordibus, post indumentum Christi prostratos nullum iam velle vestitum, post diabolo cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere quibus peccata purgentur, eleemosynis frequenter insistere quibus à morte anima liberentur. Atque ijsdem pene verbis Pacianus loco mox citato: Cilicio corpus inuoluere, cineri incubare, ieiunia fera meditari, perditam vitam sordida veste lugere.*

57. animum mœroribus deijcere, &c.] *Idipsum more latium dixit:* ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum. *Similiter & Pacianus: Flere in confessu Ecclesiæ & lugere. & B. Cyp. præter verba paulo ante citata eodem l. de Lapsi. Pœnitentiam criminis veræ doloribus exprimentes, Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi mœstitia satisfactat. Resertimuis, inquit, ad me ex toto corde vestro, similique ieiunio & planctu. Irã enim igitur & offensam ieiunijs, fletibus, sicut admonet ipse, placemus. Quæ omnia quum sint ob peccata commissa, cui dubium hæc ad Contritionem pertinere, primam pœnitentiæ partem, maximè quum addat Auctor animum deijcere, & proinde non solum exteriori habitu, sed ex animo velut istã fieri? Certè præterquàm quod fundamentum sit huius destructa illud Psalm. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies; manifestè dolorem illum ob commissa peccata ad pœnitentiam necessarium esse docent Patres omnium sæculorum, cum in Comment. eius loci, tum etiam alibi, plerumque etiam vtentes contritionis voce aut compunctionis & ad eam rem comprobandam scripturis Psalm. 6. 37. 55. ac 118. Hierem. 31. Ioel. 2. 1. Corinth. 2. & 2. Corinth. 7. Nominatim verò BB. Basil. hom. in Martyr. Iulittam, ac Regul. brev. qu. 22. & 288. Chrysost. homil. 5. de Pœnit. ac 34. in c. 12. ad Hebræos, & 46. ad popul. Antioch. item Paræneti ad Theodor. Monach. ac lib. duobus de compunct. cord. Ephrem similibus eodem titulo libris duobus. Ambros. in Psal. 37. & conc. 17. in Psalm. 118. Aug. Enchirid. c. 65. ac serm. 1. 2. 3. de Nat. Domini, ac de nat. boni contra Manich. c. vlt. Theodoretus denique Epit. dim. decret. c. de Pœnitentia. Eodem etiam pertinere adnotauit Illustriss. Eruditissimusque Cardinalis nostri sæculi Stanisl. Hosius Confessionis. Polonicæ c. 46. illud Auctoris infra lib. 2. adu Marc.* Nam & in Græco sono (*nempè μετανοίας*) Pœnitentiæ nomen ex dilecti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. *Quæ autem (inquit ille) potest esse animi demutatio, vbi ea quæ prius placuerunt, non displicent?*

58. presbyteris aduolui caris Dei adgenticulari.] *Sic hunc locum restitui ex 3. Mſs. Vaticanis codicibus, qui consentiunt legunt:* caris Dei, *pro eo quod excusi hactenus:* aris Dei; *qua adeo lectione Rhen. colligebat suos Adnotat. & ego similiter in Leturgicis Latinorum meis, ad aras fuse ad altare Dei adgenticulationes iam tum vsitatas fuisse: Verùm quod huic loco non conueniat, remittimus eius rei tractatum ad illum lib. de Orat. si ad aram Dei steteris. Hic enim re penitus examinata, legi non potest:* aris Dei. *Nam Pœnitentes nec ad Pastophoria quidem virũ aut mulierum, multominùs intra septa cleri, aut ad aras vsque venire permittebantur, sed ante fores Ecclesiæ illis locus assignabatur, sicuti patet ex ijs quæ suprà de publicæ pœnitentiæ ritibus ex Rhenano descripsimus. Quibus adijcere licet illud quod in argumento huius libri habet idem Rhenanus. Ex tripartita, inquit, historia (quæ habetur ex Zozomeno loco supracitato) veterem Pœnitentium ritum libet referre, quando conferet id ad Tertullianum intelligendum, quamquam nonnihil discrepare fuisse puto. Sunt autem hæc verba: stant enim tres, & velut in Lamentationibus constituti. Dum enim sacra celebratio fuerit admpleta, illi communionem non percipientes, cum gemitu & lamentatione semetipsos*

semetipsos in terram prosternunt. Ad quos concurrens Episcopus, & ipse cum lacrymis & gemitu spirituali prosternitur, & omnes Ecclesiæ plebes flentibus immiscitur. Post hæc autem prior surgit Episcopus, & elevat iacentes à terra. Time competenter pro pœnitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illis afflictionibus spontè vacantes aut iejuniis, ab abstinentia lauacri, aut suspensione eiborum, aut rebus aliis quæ iubentur, expectant communionis tempus, quod decernit Episcopus. Constitutis verò tempore, velut quaddam debitum exsoluentes, assistione peccatorum curati cum populo communione participantur. Hactenus illius historiæ verba recuimus. Hæc mos adhuc obseruatur in quibusdam Ecclesijs in die Dominicæ cœnæ, haud dubiè natus ab illa examinologesi, id est, actu pœnitentiæ, cuius Tertullianus meminit, immò fieri potest, vt ab illius ætate quasi per manus in hæc vsque tempora sit traditus, pauculis ceremonijs adiectis. Examinologesin Fabiola D. Hieronymus hoc verbo describit: Quis (inquit) hoc crederet, vt post mortem Secundi viri, in semet reuersa (quo tempore solent viduæ negligentes, iugo seruitij excusso agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretrici) faccum induerit, & errorem publicè fatebitur, vt tota vrbe spectante Romana ante diem Paschæ in basilica quo dam Laterani, qui Cæsarianus tunc atus est, gladio stabat, in ordine pœnitentium, Episcopo, presbyteris, & omni populo collacrymantibus: sparsum crinem, ora lurida, & squalidas manus, sordida colla submittere? Quæ peccata fletus iste non purget? Quas inietet aras maculas hæc lamenta non abluant? Hæc Hieronymus. Et verò quod adudum, seu prouolsu, seu prosternè presbyteris & cæteris Dei adgenicularis soleant confitentes, sic ab Apostolicis ceperibus patet, ex Epistola S. Dionysij Areopagitæ ad Demophilii, Epist. 8. vbi illum increpat, quod sacerdotem sacerdotis genua procidentem calce abiecisset. Eodem pertinet quod B. Augustinus dicit homil. 49. contra eos agit, qui erubescant genu flectere sub benedictione Dei, ita illic absolutionem nuncupant, eò quod sacerdos absoluens, benedictione quadam vtatur, vrs infrà latius. sequ. Atqui & antea & hic voces sunt Tertullianeæ: expungit, & frustratur.

Cap. x.

59. Plerosque tamen hoc opus, &c.] Inseripsimus hoc titulo De ijs quos pudor à Pœnitentia deterret. Fatentur autem etiam hic Tertullianum pœnè ad verbum Pacianus Paræneſi ad Pœnit. Prudentes, inquit, ægri medicos non verentur, ne in oculis quidem corporum parsibus etiam fœcaturas, &c. Similiter vulnerum apertiones confessionem comparare solent alij Veteres, & nominatim Origenes & Ambrosius locis infrà citatis, Basil. Reg. Brev. qu. 229. & Chrysost. hom. 3. ad populum Antioch. Quum autem qui curari cupit sua vulnera, necesse sit vt omnia & singula medico seu chirurgo pateſaciat, certè facit & ista comparatio pro particulari peccatorum confessione, de qua suprà initio cap. Est etiam Tertullianicum: saluti prodactæ, pro: profligatæ, & Næ, Græcum adjirmandi aduerbium. Item: offensam sui.

60. Quid consortes casuum tuorum, &c.] Locum hunc sic expressit B. Pacianus: Consortes casuum vestrorum simere nolite. Nullum corpus membrorum suorum vexatione letatur, immò pariter dolet, & ad remedium collaborat. In vno & altero Ecclesia est, Ecclesia vero Christus. Atqui adeo qui fratribus peccata sua non tacet, Ecclesiæ lacrymis adiutus, Christi precibus absolvitur.

61. Grande planè emolumentum, &c.] Ironiam esse recte adnotauit Latinus: nam id patet ex eo quod sequitur, videlicet (quod vsurpat pro Scilicet) impetratur, &c,

62. quam palàm absolui,] Quandoquidem qui à Deo solo absolueretur, non posset dici: palàm absolui, facit istud magnoperè ad absolutionem Pœnitentiæ in Ecclesia per sacerdotes. De qua sic pulchrè B. Cyprian. de Lapſ. Confitantur singuli quæ delicta sua sunt, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominū grata est. Et expressius epist. 52. ad Anton. contra Nouatios, Per sacerdotes eum pacem posse concedi. Item epist. 54. ad Cornel. Quando permiserit ipse qui legem dedit, vt ligata in terris, etiam in cœlis ligata essent, solus autem possent illic, qui hic in Ecclesia soluerentur. Neque verò aliter illam scripturam Matth. 18. & aliam simslem Ioan. 20 interpretantur (præter eos quos dictauimus ad epist. 1am dictam 31. n. 86. & ad epist. 54. n. 17.) BB. Cyril. in c. 12. Ioan. tract. 56. Leo Papa epist. 91. Augustin. de verbis Domini ser. 11. ac de Ciuit. Dei l. 20. c. 19 Hier. Comment. in 16. c. Matt. Ambrosius in Psal. 38. & l. de Pœnit. 2. c. 2. Chrysost. hom. 5. de verbis Isaiæ, Vidi Dominum. Basil. constit. Monast. c. 23. & epist. 3. ad Amphil. c. 73. Athanas. denique sermon. in illud : Profectis in pagum. Ex quibus omnibus put t non solùm consilij gratia adirs solitos sacerdotes à Pœnitentibus sed potius absolutionis gratia, cuius vel ipsam formam expressit Ambros. l. de Spiritu sancto c. 19. Non in suo, inquiens, sed in Patris & Filij & Spiritus sancti nomine sacerdotes peccata dimittere. Quo persuret adeò etiam illud quod suprà ex Augustin. adduximus, vbi Benedictionem Dei appellat hic sacramentum. Plerique etiam Veterum interpretantur sic illud Ioan. 11. de Lazaro, Vbi Apostolis Christus dixit: Soluite eum, & sinite abire. Denique quod ipsi sacerdotes peccata remittant, expressè verbis præterea recipere est apud Chrysost. lib. tribus de Sacerd. & Origenem hom. 2. in Psalm. 37. & hom. 2. in Leuit. B. autem Pacianus epist. 1. ad Sympron. etiam argumentis aduersariorum nostrorum refondet in hæc verba : Solus hoc, inquiet, Deus potest. Sed & quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolus dicit: Qua ligaueritis in terris, &c. Cur hoc, si ligare aut soluere hominibus non licebat? Antantiimo hoc solus Apostolis licet? Ergo & baptizare solus licet, & Spiritum sanctum dare solus, & solus gentium peccata purgare, quia totum hoc non alijs quàm Apostolis imperatum est; &c. Denique & Episcopi Apostoli nominantur, sicut de Epaphrodito Paulus edisserit: Fratrem & commilitonem, inquit, meum, vestrum autem Apostolum. Si ergo & lauacra & chrismata possessa maiorum longè charisma tum ad Episcopos inde descendit, & ligandi quoque ius adfert & soluendi. Quod & si nos id obnostra peccata temerarie vindicamus, Deus tamen illud vt sanctis & Apostolorū cathedrā tenentibus non negabit. Cui similia habet etiam Anastasius Nicenus qu. 6. in script. hoc titulo. Sit ne bonum confiteri peccata virus spiritalibus: vbi latiss. tractat quidquid huc pertinet. Quæ verba eo lubentius adduximus, tum quod rarus sit liber, tum vt eadem opera respondeatur similibus argumentis, quæ infrà iam Montanisani adfert. Nullor mutatæ priori sententiæ Catholicæ, lib. de Pudicitia T. 5. Atqui paulopost pro eo quod erat: pulueris alicuius mordacitate anxiari, subſtitumus ex Mss. c. cruciari.

Cap. xi.

63. Quid si præter pudorem, &c.] Agit c. istud: De ijs qui corporis incommodis deterrentur à Pœnitentia. In quo eundem imitatur tum B. Cyprian. sub finem li. de Lapſ. Lamentari eum putauimus ex toto corde, &c. Item B. Pacianus dicta Paræneſi ad pœnit. Quid dicitis (inquit) Pœnitentes? Vbi est vestræ carnis interitus? An quod in ipsa pœnitentia, & c. reliqua vtrusque locis omittentes, ne fortè prolixiores simus. Sunt autem iterum hic Tertullianeæ voces & phrases: diuersari; oris de iciunio vanitate.

64. in coccino.] Per coccinum (inquit Rhenanus) intelligit vestem tocco infectam. Martialis:

Coccina formosæ donas & lunthina mœchæ.

Coccum vulgo grauum vocant, Latinè reddeuses Græcum τὸ κόκκος vocabulum. Apud Hieronymum ad Fabiolam de veste sacerdotali, Coccus igni & athers deputatur.

65. & Tyrio.] Tyrium (inquit idem) appellat vestimentum ex purpura Tyria constans. Ouidius.

Siue cruentin Tyrijs, Tyrios laudabis amictus.

Qui etiam adnotat Cedo hic accipi pro: da, aut: date.

66. Siquid ficti nitoris, &c.] Ad hunc fucum (inquit Rhen.) mulieres ceruſſa vtuntur, coactum verò ruborem purpuriſſe efficiunt, vsum autem explicat clarius B. Pacianus: Siquid (inquit) ferruginei puluer is in fupertilio fulgeret, aut ficti nitoris in genas rutilet, aut coacti ruboris in labia defudet. Verùm de his latius infrà lib. de hab. mulebri.

67. Defæcato senectutem vini.] *Similiter B. Pacianus: Et exquisitum* vinum *&* defæcatio senecturis. *Vetere enim vt* vinum defæcarent. *& liquidius redderent, minusque nocens fiaclis viribus, ante quam biberent; colo transmittebant, vtsante me ad notauit Turnebus Aduers. l. 11. c. 28.*

68. Sed enim illos qui ambitu obeunt capeſſendi magiſtratus, &c.] Obire (*inquit Rhen.*) *abſolute pro obambulare, quod Cicero* obire *commutata dixit. Moleſtiæ autem & labores eorum qui Conſulatum vrbis Romæ vel alios* magiſtratus *quendam ambiebant, graphicè hic depinguntur. Sed eandem rem elegantiſſimè deſcribit Cypr. ad Donatum: Qui amictu clariore conſpicuus fulgere ſibi videtur in purpura, quibus hoc ſordibus emit vt fulgeat? quos arrogantium faſtus prius non perculit? quas ſuperbæ fores matutinus ſalutator obſedit? quot tumentium contumelioſa veſtigia ſtipatus clientium cuneis antè præceſſit; vt ipſum etiam ſalutantium comes poſt modium pompa præcederet, obnoxia non hominis, ſed poteſtati ſuæ reliqua. Aliqui per vocem* decreſcentes *ſignificat geſtum ſeſe dimittentis in reverentiam alterius, sicut a quod idem adnotauit; & vice* congreges *vitur, propter ſchema quod eſt in vocibus* celebres *& exules.*

69. propter vnius anni volaticum gaudium.] *Nam Conſulatus (inquit idem Rhenanus.) erat magiſtratus annuus. Ite-ra aliæ quædam functiones annuæ. Cyprianus: Eant nunc magiſtratus, & Conſules ſine Proconſules annuæ dignitatis inſignibus, & diadectim faſcibus gloriantur. Eſt verò antiqua vox* volaticum, *pro inconſtanti etiam Ciceroni vſitata l. 2. ad Attic. & de Arust. c. 43.*

70. ſecurium virgarúmve.] Secures & virgæ *præferebantur Conſulibus in publicum prodeuntibus, quas vno faſcium nomine comprehendit dicta Epiſt. ad Donatum B. Cyprianus.*

CAP. XII.

71. Si de Exomologeſi retractas, &c.] *Capiti huic titulum dedimus* Quod omnia hæc metus gehennæ æternæ ſuperare debeat. *Imitatur etiam hunc locum B. Pacianus ijſdem penè verbis vbi ſuprà. ex quo & MS. 3. correximus:* exomologeſis extinguet, *pro:* extinguit. *Ex cenſura item Ioan. Harriſij legimus:* adeptione, *pro:* adoptione.

72. quum fumatiola quædam.] *Alludit (inquit) Rhen.) ad Veſuuium Campaniæ montem. Quod autem deinde adiungit, apertius exponit. de Pallio, quum inquit*, Ex huiuſmodi nubilo & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta, quo magis de montibus ſuis Campania ſperet erepta Pompeios. *Vbi vtrobique figura Græca vtitur: nam oppidorum nomina ſunt. In altero loco etiã ſperet, pro timeat poſuit, ſicut & hic ſperent, pro timeãt. Idem narrat in Apologetico his verbis:* Sed nec Tuſcia iam tũc atque Campania de Chriſtianis querebantur, quũ Vulſinios de cœlo, Pompeios de ſuo monte proſudit ignis. *Similiter Pacianus: Aſſiduam indefeſſu flammarum globin Æthna & Vanuclius (ſic enim lego) & Veſuuius Campanus.*

73. ignis intrinſecus fœta.] *Figura (vti adnotauit Rhenan.) Græca, hoc eſt ſecundum eas partes quæ* igni fœtæ *ſunt ſine* fœtæ ignis, *vt ipſe loquitur, per genitiuum.*

74. Cerus ſagitta tranſfixus, &c.] *Imitantur ijſdem penè verbis & hunc locum B. Pacianus, vbi ſuprà, & B. Hieronym. in c. 7. Eccleſiaſtæ. verum Capro, ſeu potius Capreæ, illi tribuunt quod Auctor* Ceruo *tribuit. Cui conſentit Plin. lib. 8. in hac verba (vti etiam Rhen. citat.)* Dictamnum *herbam extrahendis ſagittis* Cerui *demonſtrauere, percuſſi eo cele, paſtuque eius herbæ ejecto. Auctor Plin. l. 8. c. 27. Mentionem eius herbæ facit Virgil. lib. Æneid. 12.*

Tum Venus indigno nati concuſſa dolore
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puribus caulam ſolijs & flore comantem
Purpureo. Non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæſere ſagittæ.

Irreuocabiles motas *verò interpretatur idem Rhen. diſſuidiſter reuocabiles: nam ferrum cels facile eximi non poteſt.*

75. nouit illos oculare ruſtus, &c.] *Hiſchabes (inquit Rhenan.)* oculare, *cuius contrarium exculare triſtum verbum. De.* Chelidonia *Plinum*: Chelidoniam, *inquit, vſus ſaluberrimã hirundines monſtrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Vtitur autem eadem voce & Pacianus & Hieronymus.*

76. inſtitutam à Domino Exomologeſin ſciens.] *Reſtè etiam hic Rhenanus adnotat, Traditum à Domino & inſtitutum iſtum præmunientiæ actum & miniſterium, qui adeò quum etiam confeſſionem vel ipſo teſte (vti ſupra diximus cap. 9.) comunitã habuerit, neceſſe eſt vt & illam à Domino inſtitutam credamus, maxime illis verbis ſupracitatis c. 10. Quorum retinuerit peccata, &c. atque adeò, male rurſum hic adnotat ſecretam confeſſionem ex publica exortum. Benè interim habet, quòd nolit abrogari, ſed emendari adhibitis ſacerdotibus (iuxta B. Cyprian.) ætate & fide integris, ſacra lectione inſtructis.*

77. vnguium aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente.] *Ita hunc locum caſtigauimus ex Paciano, qui eum imitatus ad verbum, ferè ſic habet: Leonum in illa tubas impexa ceſaries, & barbarum horrorem exuperat, & longè curuis vnguibus horrentes aquilas mentiuntur. Antea erat* vnguium leonium in morem, &: horrorem aquilinum. *Verum repugnat etiam ipſa aquilæ & leonis effigies, quorum ille vnguibus, hic verò capillis horret. Ex MS. autem tribus legimus, vti verè legendum eſt* Pro, pro Proh. *Item:* diſcidio maris, *pro:* diſſidio, *quam etiam lectionem comprobauimus in Cyprian. Adnotat. noſtris ad epiſt. 44. n. 4.*

78. deiſtis duobus humanæ ſalutis quaſi Pharis.] *Alludit ad turrim Pharon. quæ in inſula Pharo inter orbis miracula (quibus comparat Reges duos Nabuchodonoſor & Pharaonem: quo fit vt legamus cum MS. cod.* duobus, *pro* duabus) *à Plin. lib. 36. cap. 13. & Strabone lib. 17. recenſetur.*

79. Adam exomologeſi reſtitutus in Paradiſum.] *Hoc contra Tatianum hæreticum, cuius erat hæreſis, Adam ſalutem conſequi non potuiſſe, vti patet ex l. de Præſcript. adu. hæreſ. inſtit. T. 3. vbi de hoc latius.*

ARGV-

ARGVMENTVM IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE ORATIONE.



RATIONEM *Dominicam explicaturus Tertullianus, eadem opera Orationibus sacrificiorum quomodo intereſſe debeamus explicat.*

Principio, tum ab auctore Chriſto, qui eam Diſcipulis noui Teſtamenti determinauit, I. *commendat, tum etiam quòd ea Breuiarium quoddam totius Euangelij diſciplinæ comprehendatur.*

Præfatiuncula autem illa: Pater noſter qui in cælis es, Deum orari docet, & fidem commendari.

Petitionem primam hoc continere, vt ſanctificetur in nobis nomen Domini. II.

Secundam, vt fiat voluntas Dei per omnia in nobis tam ſpiritu quàm carne, & vt ſalui ſimus & III. IIII. *in cælis & in terris.*

Tertiam, vt adueniat nobis regnum Dei, & cum illo regnemus. V.

Quartam, tum vt terrenis quoque noſtris neceſſitatibus prouideat Deus, tum vt corpori Domini VI. *quòd illis verbis: Hoc eſt corpus meum, in pane cenſetur, communicemus.*

Quintam eſſe Exomologeſin delicti, & veniæ petitionem, vti euadamus iudicium exactionis ad ſoluendum nouiſſ. quadrantem. VII.

Sextam, vt non de remittendis tantùm, ſed & de auertendis delictis ſupplicaremus, petendo ne nos induci patiatur in tentationem, ſed vti indicat interpretans clauſula, nos euehat à malo. VIII.

Porrò addit, ex eo quod dixit Dominus: Petite & accipietis, etiam ius nobis eſſe ſuperſtruendi & IX. *alias petitiones, quas, ſub finem, ſacrificiorum Orationes nuncupat, nos Collectas Miſſarum dicimus.*

Ita tamen vt præceptorum Dei memores, non priùs ad Dei altare accedamus, quàm omni & ira X. *& animi confuſione vacui: neque enim agnoſci poterit à Spiritu ſancto ſpiritus inquinatus.*

Alioqui rationi non eſſe conſonum, manibus ablutis, ſpiritu verò ſordente, orationem obire, (im- XI. *probans quibuſdam vſitatum morem laudandi totius corporis) quas, inquit, non adtollimus tantùm, ſed etiam expandimus Dominica paſſione modulantes.*

Deinde & alia quædam denotat, quæ non religioni, ſed ſuperſtitioni deputanda ſunt; vel eo coërcenda, quòd gentilibus adæquent; vti ſunt depoſitis penulis orationem facere, & adſignata oratione aſſidendi mos: ſiquidem irreuerens ſit aſſidere ſub conſpectu Dei viui, angelo adhuc orationis aſtante. XII.

Atqui & cum modeſtia & humilitate adorandum, manibus temperatè ac probè elatis, nec vultu in XIII. *audaciam erecto, neque clariore voce, ne proximis obſtrepamus.*

Denique eos item reprehendit, qui ieiunantes, præterquàm ſub Paſcha, habita oratione cum fratri- XIIII. *bus oſculum ſubtrahunt; quale enim ſacrificium, à quo ſine pace receditur. Item illos qui ſtationem ſeu ieiunium ſolui putabant accepto corpore Domini: accepto enim corpore Domini & reſeruato, vtrumque ſaluum eſſe, & paticipationem ſacrificij, & executionem officij.*

Ceterùm meminit huius libri S. Hilarius in Matth. can. 5. De Orationis autem ſacramenti neceſſitate commentandi (ita lego, pro: commendandi) Cyprianus vir ſanctæ memoriæ nos liberauit; quâquâ & Tertullianus huic volumĕ aptiſſ. ſcripſerit; ſed conſequēs error hominis detraxit ſcriptis probabilibus auctoritatem. Quæ eius verba adduximus vt agnoſcat vel ipſo adſtante Lector, quod ante hæreſim Liber hic conſcriptus ſit, vt nc quis (quod facere ſolent Magdenburgenſes) quæ hic de ſacrificio & corpore Domini tam luculenter expreſſit, ad errorem Montaniſtarum referat. Intelligit autem Librum S. Cypriani de Oratione Dominica, in quo ad verbum ferè, vti ſolet, hunc imitatur, & verba etiam quædam ex vltimo capite, de quibus infrà, tranſcripſit Hrabanus noſter lib. de Inſtit cler. 2. c. 3. Quorum duorum teſtimonia, etſi vel ſola ſufficere debeant, certè non modò Ioan. Gagnæus, qui primus in editione Pariſienſi edidit, ſed & Lælandus MS. hunc librum vidiſſe ſe teſtatur, atque adeò ad MS. Anglicanum exemplar Gelenius caſtigauit. Ego, quum quod optaſſem, nullum nanciſci potuerim, ſaltem Adnotationibus, quæ ad confirmationem Chriſtiani ſacrificij faciunt, illuſtraui.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE ORATIONE LIBER.

CAP. I. *Matth. 6. & Luc. 11. Matth. 9.*

DEI [1] spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio, sermo rationis, & ratio sermonis & spiritus. Vtrumque Iesus Christus Dominus noster nouis discipulis noui Testamenti nouam orationis formam determinauit. Oportebat enim in hac quoque specie nouum vinum nouis vtribus recondi, & nouam plagulam nouo assui vestimento. [2] Ceterùm quicquid retrò fuerat, aut demutatum est, vt circuncisio; aut suppletum, vt reliqua lex: aut impletum, vt prophetia: aut perfectum, vt fides ipsa. Omnia de carnalibus in spiritalia renouauit noua Dei gratia superducto Euangelio expunctore totius retrò vetustatis. In quo & Dei spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio approbatus est Dominus noster Iesus Christus: Spiritus quo valuit, sermo quo docuit, ratio quo venit. Sic oratio à Christo constituta ex tribus constituta est. Ex sermone, quo enunciatur: ex spiritu, quo tantum potest: ex ratione, qua docetur: Docuerat & Ioannes discipulos suos adorare. sed omnia Ioannis Christo præstruebantur, donec ipso aucto (sicut idem Ioannes prænuntiabat, illum augeri oportere, se verò deminui) totum præministri opus cum ipso spiritu transiret ad Dominum. Ideò nec extat in quæ verba docuerit Ioannes adorare, quòd terrena cœlestibus cesserint. Qui de terra est, inquit, terrena fatur, & qui de cœlis adest, quæ vidit, ea loquitur. Et quid non cœleste, quod Domini Christi est? vt hæc quoque orandi disciplina. Consideremus itaque benedicti cœlestem eius sophiam, in primis de præcepto secretè adorandi: quo & fidem hominis exigebat, vt Dei omnipotentis & conspectum & auditum sub tectis & in abditis etiam adesse cõsideret: & modestum fidei desiderabat, vt quẽ vbique audire & videre fideret, ei soli religionẽ suam offeret. Sequente sophia in sequenti præcepto proinde pertineat ad finem & modestiam fidei, si non agmine verborum adeundum putemus ad Dominum, quem vltrò suis prospicere certi sumus. Et tamen breuitas ista, quòd ad tertium sophiæ gradum faciat, magnæ ac beatæ interpretationis substantia fulta est: quantùmque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim propria tantùm orationis officia complexa est, veneration em Dei, aut hominis petitionem, sed omnem penè sermonẽ Domini, omnem commemorationem disciplinæ, vt reuera in oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur. [4] Incipit à testimonio Dei & merito fidei, quum dicimus, *Pater qui in cœlis es.* Nam & Deum oramus, & fidem commendamus, cuius meritum est hæc appellatio. Scriptum est, Qui in eum crediderint, dedit eis potestatem vt filij Dei vocentur. Quanquam [5] frequentissimè Dominus patrem nobis pronunciauit Deum. Immò & præcepit, ne quem in terris patrem vocemus, nisi quem habemus in cœlis. Itaque sic adorantes etiam præceptum obimus. Fœlices qui patrem agnoscũt. Hoc est quod Israëli exprobratur, quod cœlum ac terram spiritus contestatur, [6] Filios, dicens, genui, & illi me non agnouerunt. Dicendo autem patrem, Deum quoque cognominamus. Appellatio ista & pietatis & potestatis est. Item in patre filius inuocatur. Ego enim, inquit, & pater vnum sumus. [7] Ne mater quidem Ecclesia præteritur. Siquidem in filio & patre mater recognoscitur, de qua constat & patris & filij nomen. Vno igitur genere aut vocabulo & Deum cum suis honoramus, & præcepti meminimus, & oblitos patris denotamus. [8] Nomen Dei patris nemini proditum fuerat: etiam qui de ipso interrogauerat Moyses, aliud quidem nomen audierat. Nobis reuelatum est in filio. [9] Iam enim filius nouum patris nomen est. Et apertiùs, *Nomen tuum* manifestaui hominibus. id ergo vt *sanctificetur* postulamus. Non quòd deceat homines benè Deo optare, quasi sit & aliud de quo ei possit optari, aut laboret nisi optemus. Planè benedici Deum omni loco ac tempore condecet ob debitam semper memoriam beneficiorum eius ab omni homine. Sed & hoc benedictionis vice fungitur. Ceterùm quando non sanctum & sanctificatum est per semetipsum nomen Dei, cùm ceteros sanctificet ex semetipso? Cui illa angelorum circumstantia non cessat dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus. Proinde igitur & nos [10] angelorum si meruerimus cãdidati iam hinc cœlestem illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis edisc imus. Hoc quantum ad gloriam Dei. Alioquin quantum ad nostram petitionem, cùm dicimus, Sanctificetur nomen tuum, id petimus vt sanctificetur in nobis, qui in illo sumus: simul & in ceteris quos adhuc gratia Dei expectat, vt & huic præcepto pareamus, " orando pro omnibus, etiam pro inimicis nostris. Ideóque suspensa enunciatione non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus. [11] Secundum hanc formam subiungimus; [12] *Fiat voluntas tua in cœlis & in terra*, non quòd aliquis obsistat quo minus voluntas Dei fiat, & ei succedãt voluntatis suæ oremus, sed in omnibus petimus fieri voluntatem eius. [13] Ex interpretatione enim figurata carnis & spiritus nos sumus cœlum & terra. Quanquam etsi simpliciter intelligendum est: idem tamen est sensus petitionis, vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt " possit scilicet fieri & in cœlis. Quid autem Deus vult quàm incedere nos secundum suam disciplinam? Petimus ergo subsidium & facultatem voluntatis suæ subministret nobis, vt salui simus & in cœlis & in terris, quia summa est voluntatis eius salus eorum quos adoptauit.

Ioan. 3.

Matth. 6.

Ioan. 1. Matt. 6. 7. 10. 16. 21. Matth. 23.

Isai. 1.

Ioan. 10.

Gen. 32. Exod. 3. Matth. 11. Ioan. 17. Psal. 34.

Isai. 6. & Apoc. 4.

Matth. 5.

Est

A Est [15] & illa Dei voluntas, quam Dominus administrauit prædicando, operando, sustinendo. Sic enim ipse pronunciauit, non suam, sed patris facere se voluntatem: sine dubio quæ faciebat, ea erant voluntas patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria prouocamur, vt & prædicemus, & operemur, & sustineamus ad mortem vsque. Quæ vt implere possimus, opus est Dei voluntate. Item dicentes, Fiat voluntas tua, vel eo nobis benè optamus, quòd nihil sit mali in Dei voluntate, etiam si quid pro meritis cuiusque secus inrogatur. Iam hoc dicto ad sufferentiam nos metipsos præmonemus. Dominus quoque cùm substantia passionis infirmitatem carnis demonstrare iam in sua carne voluisset, [17] Pater, inquit, transfer poculum istud. Et recordatus, nisi quòd mea non, sed tua fiat voluntas. Ipse erat voluntas & potestas patris, & tamen ad demonstrationem sufferentiæ debitæ voluntati se patris tradidit. [18] *Veniat* quoque *regnum tuum*, ad id pertinet quòd & fiat voluntas tua, in nobis scilicet. Nam Deus quando non regnat, in cuius manu cor omnium regnum est? Sed qui quid nobis optamus, in illum auguramur, & illi deputamus quod ab illo expectamus. Itaque si ad Dei voluntatem & [19] ad nostram suspensionem pertinet regni dominici repræsentatio, [20] quomodo quidam pertractum quendam in seculo postulant? quum regnum Dei, quod vt adueniat oramus, ad consummationem seculi tendat, optamus maturiùs regnare, & non diutiùs seruire. Etiam si præfinitum in oratione non esset, de postulando regni aduentu, vltrò eam vocem postulassemus, festinantes ad spei nostræ complexum, Clamant ad Dominum in visu animæ martyrum sub altari: Quonam vsque non vlciscéris, Domine, sanguinem nostrum de incolis terræ? [21] Nam vtique vltio illorum à seculi fine dirigitur. Immò quàm celeriter veniat, Domine, regnum tuum. Votum Christianorum, confusio nationum, exultatio angelorũ, propter quod conflictamur, immò potius prò pter quod oramus. [22] Sed quàm cle- C. VI.
B gáter diuina sapientia ordinẽ orationis instruxit? vt post cœlestia, id est post Dei nomen, Dei voluntatem, & Dei regnum terrenis quoque necessitatibus petitioni locum faceret? nam & edixerat Dominus: Quærite priùs regnum, & tunc vobis etiam hæc adijcientur. Quanquam *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, spiritaliter potiùs intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis. Ego sum, inquit, panis vitæ. Et paulò suprà: Panis est sermo Dei viui, qui descendit de cœlis. [23] Tum quòd & corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & indiuiduitatem à corpore eius. Sed & quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione poteſt fieri & spiritalis disciplinæ. Panem enim peti mandat, [24] quod solum fidelibus necessarium est: cetera enim nationes requirunt. Ita & exemplis inculcat, & parabolis retractat, cùm dicit, Num quid panem filijs pater aufert, & canibus tradit? Item, Nunquid filio panem poscenti lapidem tradit? Ostendit enim quid à patre filij expectent. Sed & nocturnus ille pulsator, panem pulsabat. Meritò autem adiecit; Da nobis hodie, vt qui præmiserat; Nolite de crastino cogitare quid edatis. Cui rei parabolam quoque accommodauit illius hominis, qui prouenientibus fructibus ampliationem horreorum & longæ securitatis spatia cogitauit, is ipsa nocte moritur. [25] Consequens erat, vt obseruata Dei liberalitate, etiam clementiam eius precaremur. Quid enim alimenta proderunt, si illis reputamur reuera quasi taurus ad victimam? [26] Sciebat Dominus se solum sine delicto esse. Docet itaque, *petamus* [27] *dimitti nobis debita nostra*. [28] Exomologesis est petitio veniæ, quia qui petit veniam, delictum confitetur. Sic & pœnitentia demonstratur acceptabilis Deo, quia magis vult eã quàm mortẽ peccatoris. [29] Debitũ autem in scripturis delicti figura est, quòd perinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio, sicut illi seruo dominus debitum remisit. Huc enim spectat exemplum parabolæ to-
C tius. Nam & quod idem seruus à domino liberatus, non perinde parcit debitori suo, ac propterea delatus penes dominum tortori delegatur ad soluendum [30] nouissimum quadrantem, id est modicum vsque delictum, eò competit, quod remittere nos quoque profitemur debitoribus nostris. Iam & alibi ex hac specie orationis: Remittite, inquit, & [31] remittetur vobis. Et cùm interrogasset Petrus, si septies remittẽdum esset fratri: Immò, inquit, septuagies septies; vt legem in melius reformaret, quòd in Genesi de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies vltio reputata est. [32] Adiecit ad plenitudinem tam expeditæ orationis, vt non de remittendis tantùm, sed etiam de auertendis in totum delictis supplicaremus, *Ne nos inducas in tentationẽ*, id est, ne nos patiaris induci, ab eo vtique qui tẽtat. Ceterũ absit vt Dominus tẽtare videatur, quasi aut ignoret fidẽ cuiusque, aut deijcere fit cõstientes. Diaboli est & infirmitas & malitia. Nã & Abrahã non tẽtandæ fidei gratia sacrificare de filio iusserat, sed probãdæ, vt per eũ faceret exemplũ præcepto suo, quo mox præcepturus erat, neque pignora Deo chariora habenda. Ipse à Diabolo tẽtatus præsidem & artificẽ tentationis demonstrauit. Hunc locũ posterioribus confirmat: Orate, dicẽs, ne tentemini. Adeò tentati sunt Dominũ deserendo, qui sinno potius indulserant quàm orationi. Eò respondet clausula interpretans quid sit, Ne nos deducas in tentationem. Hoc est enim, [33] *Sed euehe nos à malo*. [34] Compendijs paucorum verborum, quot attinguntur edicta Prophetarum, Euangeliorum, Apostolorum, sermones Domini, parabolæ, exempla, præcepta, quot simul expunguntur officia Dei, honor in patre, fides, testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, commemoratio spei in regno, petitio vitæ in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tentationum in postulatione tutelæ. Quid mirum? Deus

Ioan. 6.

Luc. 22.

C. V.

Prou. 21.

Apocal. 6.

C. VI.

Matt. 6.

Ioan. 6.

Matth 6.
Matth. 15.
Matth. 7.
Luc. 11.
Matth. 6.
Luc. 12.

C. VII.

Zech. 13.

Matth. 18

Matth. 5.

Luc. 6.
Matth. 18.
Gen. 4.

C. VIII.

1. Thes. 3.
Iacob. 1.
Gen. 22.

Matth. 4.
Ibid. 26.

C. IX.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE ORATIONE LIBER.

CAP. I. *Matth.6. & Luc.11. Matth.9.*

DE[1] spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio, sermo rationis, & ratio sermonis & spiritus. Vtrumque Iesus Christus Dominus noster nouis discipulis noui Testamenti nouam orationis formam determinauit. Oportebat enim in hac quoque specie nouum vinum nouis vtribus recondi, & nouam plagulam nouo assui vestimento. [2] Ceterùm quicquid retrò fuerat, aut demutatum est, vt circuncisio: aut supplet um, vt reliqua lex: aut impletum, vt prophetia: aut perfectum, vt fides ipsa. Omnia de carnalibus in spiritalia renouauit noua Dei gratia superducto Euangelio expunctore totius retrò vetustatis. In quo & Dei spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio approbatus est Dominus noster Iesus Christus: Spiritus quo valuit, sermo quo docuit, ratio quo venit. Sic oratio à Christo constituta ex tribus constituta est. Ex sermone, quo enunciatur: ex spiritu, quo tantum potest: ex ratione, qua docetur: Docuerat & Ioannes discipulos suos adorare. sed omnia Ioannis Christo praestruebantur, donec ipso auctore (sicut idem Ioannes praenuntiabat, illum augeri oportere, se verò deminui) totum praeministri opus cum ipso spiritu transiret ad Dominum. Ideò nec extat in quae verba docuerit Ioannes adorare, quòd terrena coelestibus cesserint. Qui de terra est, inquit, terrena fatur, & qui de coelis adest, quae vidit, ea loquitur. Et quid non coeleste, quod Domini Christi est? vt hæc quoque orandi disciplina. Consideremus itaque benedicti coelestem eius sophiam, in primis de praecepto secretè adorandi: quo & fidem hominis exigebat, vt Dei omnipotentis & conspectum & auditum sub rectis & in abditis etiam adesse cõsideret: & modestum fidei desiderabat, vt quẽ vbique audire & videre fideret, ei soli religionẽ suam offerret. Sequente sophia in sequenti praecepto proindè pertineat ad finem & modestiam fidei, si non agmine verborum adeundum putemus ad Dominum, quem vltrò suis prospicere certi sumus. Et tamen breuitas ista, quòd ad tertium sophiæ gradum faciat, magnæ ac beatæ interpretationis substantia fulta est: quantúmque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim propria tantùm orationis officia complexa est, venerationem Dei, aut hominis petitionem, sed omnem penè sermonẽ Domini, omnem commemorationem disciplinæ, vt reuera in oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur. [4] Incipit à testimonio Dei & merito fidei, quum dicimus, *Pater qui in cœlis es.* Nam & Deum oramus, & fidem commendamus, cuius meritum est hæc appellatio. Scriptum est, Qui in eum crediderint, dedit eis potestatem vt filij Dei vocentur. Quanquam [5] frequentissimè Dominus patrem nobis pronunciauit Deum. Imò & praecepit, ne quem in terris patrem vocemus, nisi quem habemus in coelis. Itaque sic adorantes etiam praeceptum obimus. Fœlices qui patrem agnoscũt. Hoc est quod Israëli exprobratur, quod coelum ac terram spiritus contestatur, [6] Filios, dicens, genui, & illi me non agnouerunt. Dicendo autem patrem, Deum quoque cognominamus. Appellatio ista & pietatis & potestatis est. Item in patre filius inuocatur. Ego enim, inquit, & pater vnum sumus. [7] Ne mater quidem Ecclesia praeteritur. Siquidem in filio & patre mater recognoscitur, de qua constat & patris & filij nomen. Vno igitur genere aut vocabulo & Deum cum suis honoramus, & praecepti meminimus, & oblitos patris denotamus. [8] Nomen Dei patris nemini proditum fuerat: etiam qui de ipso interrogauerat Moyses, aliud quidem nomen audierat. Nobis reuelatum est in filio. [9] Iam enim filius nouum patris nomen est. Et apertiùs, *Nomen tuum* manifestaui hominibus. id ergo vt *sanctificetur* postulamus. Non quòd deceat homines benè Deo optare, quasi sit & aliud de quo ei possit optari, aut laboret nisi optemus. Planè benedici Deum omni loco ac tempore condecet ob debitam semper memoriam beneficiorum eius ab omni homine. Sed & hoc benedictionis vice fungitur. Ceterùm quando non sanctum & sanctificatum est per semetipsum nomen Dei, cùm ceteros sanctificet ex semetipso? Cui illa angelorum circumstantia non cessat dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus. Proinde igitur & nos [10] angelorum si meruerimus cãdidati iam hinc coelestem illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis ediscimus. Hoc quantum ad gloriam Dei. Alioquin quantum ad nostram petitionem, cùm dicimus, Sanctificetur nomen tuum, id petimus vt sanctificetur in nobis, qui in illo sumus: simul & in ceteris quos adhuc gratia Dei expectat, vt & huic praecepto pareamus, [11] orando pro omnibus, etiam pro inimicis nostris. Ideóque suspensa enunciatione non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.

CAP. II.

[12] Secundum hanc formam subiungimus; [13] *Fiat voluntas tua in cœlis & in terra*, non quòd aliquis obsistat quo minus voluntas Dei fiat, & ei succedsum voluntatis suæ oremus, sed in omnibus petimus fieri voluntatem eius. [14] Ex interpretatione enim figurata carnis & spiritus nos sumus cœlum & terra. Quanquam etsi simpliciter intelligendum est: idem tamen est sensus petitionis, vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt [15] possit scilicet fieri & in cœlis. Quid autem Deus vult quàm incedere nos secundum suam disciplinam? Petimus ergo substantiam & facultatem voluntatis suæ subministret et nobis, vt salui simus & in cœlis & in terris, quia summa est voluntatis eius salus eorum quos adoptauit.

Est

Ioan.3.

Matth.6.

Ioan.1. Matt.6.7. 10.16.21. Matth.23.

Isai.1.

Ioan.10.

C. III.

Gen.32. Exod.3. Matth.11. Ioan.17. Psal.34.

Isai.6.& Apoc.4.

Matth.5.

C. IIII.

A Est [16] & illa Dei voluntas, quam Dominus administrauit prædicando, operando, sustinendo. Sic enim ipse pronunciauit, non suam, sed patris facere se voluntatem: sine dubio quæ faciebat, ea erant voluntas patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria prouocamur, vt & prædicemus, & operemur, & sustineamus ad mortem vsque. Quæ vt implere possimus, opus est Dei voluntate. Item dicentes, Fiat voluntas tua, vel eo nobis benè optamus, quod nihil sit mali in Dei voluntate, etiam si quid pro meritis cuiusque secus inrogatur. Iam hoc dicto ad sufferentiam nos metipsos præmonemus. Dominus quoque cùm substantia passionis infirmitatem carnis demonstrare iam in sua carne voluisset, [17] Pater, inquit, transfer poculum istud. Et recordatus, nisi quòd mea non, sed tua fiat voluntas. Ipse erat voluntas & potestas patris, & tamen ad demonstrationem sufferentiæ debitæ voluntati se patris tradidit. [18 *Veniat* quoque *regnum tuum*, ad id pertinet quòd & fiat voluntas tua, in nobis scilicet. Nam Deus quando non regnat, in cuius manu cor omnium regnum est? Sed qui quid nobis optamus, in illum auguramur, & illi deputamus quod ab illo expectamus. Itaque si ad Dei voluntatem & [19] ad nostram suspensionem pertinet regni dominici repræsentatio, [20] quomodo quidam pertractum quendam in seculo postulant? quum regnum Dei, quod vt adueniat oramus, ad consummationem seculi tendat, optamus maturiùs regnare, & non diutiùs seruire. Etiam si præfinitum in oratione non esset, de postulando regni aduentu, vltrò eam vocem postulassemus, festinantes ad spei nostræ complexum, Clamant ad Dominum in visu animæ martyrum sub altari: Quonam vsque non vlcisceris, Domine, sanguinem nostrum de incolis terræ? [21] Nam vtique vltio illorum à seculi fine dirigitur. Immò quàm celeriter veniat, Domine, regnum tuum. Votum Christianorum, confusio nationum, exultatio angelorũ, propter quod conflictamur, immò potius prò per quod oramus. [22] Sed quàm elegãter diuina sapientia ordinẽ orationis instruxit? vt post cœlestia, id est post Dei nomen, Dei voluntatem, & Dei regnum terrenis quoque necessitatibus petitioni locum faceret? nam & edixerat Dominus: Quærite priùs regnum, & tunc vobis etiam hæc adijcientur. Quanquam *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, spiritaliter potiùs intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis. Ego sum, inquit, panis vitæ. Et paulò suprà: Panis est sermo Dei viui, qui descendit de cœlis. [23] Tum quòd & corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & indiuiduitatem à corpore eius. Sed & quia carnaliter admittitur ista vox, non sine religione potest fieri & spiritalis disciplinæ. Panem enim peti mandat, [24] quod solum fidelibus necessarium est: cetera enim nationes requirunt. Ita & exempliis inculcat, & parabolis retractat, cùm dicit, Num quid panem filijs pater aufert, & canibus tradit? Item, Nunquid filio panem poscenti lapidem tradit? Oftendit enim quid à patre filij expectent. Sed & nocturnus ille pulsator, panem pulsabat. Meritò autem adiecit; Da nobis hodie, vt qui præmiserat; Nolite de crastino cogitare qui edatis. Cui rei parabolam quoque accommodauit illius hominis, qui prouenientibus fructibus ampliationem horreorum & longæ securitatis spatia cogitauit, is ipsa nocte moritur. [25] Consequens erat, vt obseruata Dei liberalitate, etiam clementiam eius precaremur. Quid enim alimenta proderunt, si illis reputamur reuera quasi taurus ad victimam? [26] Sciebat Dominus se solum sine delicto esse. Docet itaque, *petamus* [27] *dimitti nobis debita nostra*. [28] Exomologesis est petitio veniæ, quia qui petit veniam, delictum confitetur. Sic & pœnitentia demonstratur acceptabilis Deo, quia magis vult eã quàm mortẽ peccatoris. [29] Debitũ autem in scripturis delicti figura est, quòd perinde iudicio debeatur; & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio, sicut illi seruo dominus debitum remisit. Huc enim spectat exemplum parabolæ tetius. Nam & quod idem seruus à domino liberatus, non perinde parcit debitori suo, ac propterea delatus penes dominum tortori delegatur ad soluendum [30] nouissimum quadrantem, id est modicum vsque delictum, eò competit, quod remittere nos quoque profitemur debitoribus nostris. Iam & alibi ex hac specie orationis: Remittite, inquit, & [31] remittetur vobis. Et cùm interrogasset Petrus, si septies remittẽdum esset fratri: Immò, inquit, septuagies septies; vt legem in melius reformaret, quòd in Geneſi de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies vltio reputata est. [32] Adiecit ad plenitudinem tam expeditæ orationis, vt non de remittendis tantùm, sed etiam de auertendis in totum delẽctis supplicaremus, *Ne nos inducas in tentationẽ*, id est, ne nos patiaris induci, ab eo vtique qui tẽtat. Ceterũ absit vt Dominus tẽtare videatur, quasi aut ignoret fidẽ cuiusque, aut deijcere sit cõsentiens. Diaboli est & infirmitas & malitia. Nã & Abrahã non tẽtandæ fidei gratia sacrificare de filio iusserat, sed probãdæ, vt per eũ faceret exemplũ præcepto suo, quo mox præceptus erat, neque pignora Deo chariora habenda. Ipse à Diabolo tẽtatus præfidem & artificẽ tentationis demonstrauit. Hunc locũ posterioribus confirmat: Orate, dicẽs, ne tentemini. Adeò tentati sunt Dominũ deserendo, qui somno potius indulserant quàm orationi. Eò respondet clausula interpretans quid sit, Ne nos deducas in tentationem. Hoc est enim, [33] *Sed eueh nos à malo*. [34] Compendijs paucorum verborum, quot attinguntur edicta Prophetarum, Euangeliorum, Apostolorum, sermones Domini, parabolæ, exempla, præcepta, quot simul expunguntur officia Dei, honor in patre, fides, testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, commemoratio spei in regno, petitio vitæ in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tentationum in postulatione tutelæ. Quid mirum? Deus

Ioan. 6.

Luc. 22.

CAP. V. *Prou. 21.*

Apocal. 6.

CA. VI.

Matt. 6.

Ioan. 6.

Matth. 6.
Matth. 15.
Matth. 7.
Luc. 11.
Matth. 6.
Luc. 12.

C. VII.

Matth. 18.

Matth. 5.

Luc. 6.
Matth. 18.
Gen. 4.

C. VIII.

1. Thes. 3.
Iacob. 1.
Gen. 22.

Matth. 4.
Ibid. 26.

CA. IX.

solus docere potuit, vt se vellet orari. Ab [11] ipso igitur ordinata religio orationis, & de spiritu ipsius iam tunc cùm ex ore diuino ferretur, animata suo priuilegio ascendit in cœlum commendans patri quæ filius docuit. Quoniam tamen Dominus prospector humanarum necessitatum seorsum post
Ioan. 16. traditam orandi disciplinam, Petite, inquit, & accipietis, & sunt quæ petantur pro circûstantia cuiusque, præmissa legitima & ordinaria oratione quasi fundamento, accidentiû ius est desideriorum, ius
CAP. X. est superstruendi extrinsecus petitiones. [12] Cum memoria tamẽ præceptorum, ne quantum à præceptis, tantum ab auribus Dei longè simus. Memoria præceptorum viam orationibus sternit ad cœlum, quorum præcipuum est: Ne priùs ascendamus ad Dei altare, quàm si [13] quid discordiæ vel offensæ cum fratribus contraxerimus, resoluamus. Quid est enim ad pacem Dei accedere sine pace? ad remissionem debitorum cum retentione? Quomodo placabit patrem iratus in fratrem, [14] cùm
Gen. 4. omnis ira ab initio interdicta sit nobis? Nam & Ioseph dimittens fratres suos ad perducendum pa-
Gen. 45. trem, Et ne, inquit, irascamini in via, nos scilicet monuit. Aliàs enim via cognominatur disciplina
Psal. 118. nostra. Tũ ne in via orationis constituti ad patrem cum ira incedamus. Exinde apertè Dominus
Matth. 5. amplians legem, iram in fratrem homicidio superponit, ne verbo quidem malo permittit expungi;
Ephes. 4. etiam si irascendum est, non vltra solis receptum, vt Apostolus admonet. Quàm autem temerarium est aut diem sine oratione transigere, dum cessas fratri satisfacere, aut orationem perseuerante ira-
cundia perdere. Nec ab ira solummodò, sed omni omninò confusione animi libera debet esse ora-
Sap. 1. tionis intentio, de tali spiritu emissa, qualis est spiritus ad quem mittitur. [15] Neque enim agnoscipoterit à Spiritu sancto spiritus inquinatus, aut tristis a læto, aut impeditus a libero. Nemo aduersarium
CA. XI. recipit, nemo nisi comparem suum admittit. [16] Ceterùm quæ ratio est manibus quidem ablutis, spiritu verò sordente orationem obire? quando & ipsis manibus spiritales munditiæ sint necessariæ, vt à falso, à cæde, à fœuitia, à veneficijs, ab idololatria, ceterisque maculis quæ spiritu conceptæ manuum opera transiguntur, puræ alleuentur. Hæ sunt veræ munditiæ, non quas plerique superstitiosè curant, ad omnem orationem etiam cum lauacro totius corporis aquam sumentes. Id cùm scrupulosè percontarer & rationem requirerem, comperi commemorationem esse in Domini deditionem. Nos Dominum adoramus, non dedimus, imò & aduersari debemus deditoris exemplo, nec propterea manus abluere, nisi quòd conuersationis humanæ inquinamentum conscientiæ causa la-
Isai. 1. uemus. Ceterùm satis mundæ sunt manus, quas cum toto corpore in Christo semel lauimus. Omnibus licet membris lauet quotidie Israël, numquam tamen mundus est. Certè manus eius semper immundæ sanguine Prophetarum & ipsius Domini cruentatæ in æternum. Et ideò [17] conscientia patrum hæreditarij rei nec attollere eas ad Dominum audent, ne exclamet aliquis Esaias, ne exhorreat Christus. Nos verò non attollimus tantùm, sed etiam expandimus, & dominica passione modulantes, & orantes confitemur Christo. [18] Sed quoniam vnũ aliquod attigimus vacuæ obseruationis,
C. XII. non pigebit cetera quoque denotare, quibus meritò vanitas exprobranda est, [19] si quidem sine vllius aut Dominici aut Apostolici præcepti auctoritate fiunt. huiusmodi enim non religioni, sed superstitioni deputantur, affectata & coacta & curiosi potius quàm rationalis officij, certè vel [20] eò coërcenda quòd gentilibus adæquent. Vt est quorundam [21] positis penulis orationem facere: sic enim a-
1. Cor. 11. deunt ad idola nationes. Quod vtique si fieri oportet, Apostoli qui de habitu orandi docent, com-
2. Tim. 4. prehendissent, nisi si qui putant Paulum penulam suam in oratione penes Carpum reliquisse. Deus
Dan. 3. scilicet non audiat penulatos; qui tres sanctos in fornace Babylonij regis orantes [22] cum sarabaris & tyaris suis exaudiuit. Item quòd adsignata oratione [23] assidendi mos est quibusdam, non perspici orationem, nisi si [24] Hermas ille, cuius scriptura ferè Pastor inscribitur, transacta oratione non super lectum assedisset, verum aliud quid feci sset, id quoque ad obseruationem vindicaremus. Vtique non. Simpliciter enim & nunc positum, Cùm adorassem & assedissem super lectum, ad ordinem narratio-
nis, non ad instar disciplinæ. Alioquin nusquam erit adorandum nisi vbi fuerit lectus. Imò contra
Luc. 1. scripturam fecerit, si quis in cathedra, aut subsellio sederit. Porrò cùm perinde faciant nationes [25] adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur quod apud idola celebratur. Eò apponitur & irreuerentiæ crimen, etiam ipsis nationibus, si quid saperent, intelligendum.
Luc. 1. Si quidem irreuerens est assidere sub conspectu contraque conspectum eius, quem cùm maximè re-
C. XIII. uerearis ac venereris: quanto magis sub conspectu Dei viui [26] angelo adhuc orationis astante factum
Luc. 18. istud irreligiosissimum est, nisi exprobramus Deo quod nos oratio fatigauerit. [27] Atqui cum modestia & humilitate adorantes magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperatè ac probè elatis. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam ille publicanus, qui non tantùm prece, sed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior pharisæo procacissimo discessit. [28] Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, aut quantis arteriis opus est si pro-
Ion. 2. sono audiamur: Deus autem non vocis: sed cordis auditor est sicut conspector. [29] Dæmonium oraculi Pythij; Et mutum, inquit, intelligo, & non loquenti m exaudio. Dei aures sonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre ceti per tantæ be'liæ viscera ab ipsis abyssis per tantam æquoris molem ad cœlum potuit euadere? Quid amplius refer ent isti qui clariùs adorant, nisi quòd proxi-
C. XIIII. mis obstrepunt? Imò prodendo petitiones suas, quid mi ius faciũt quàm si in publico orent? [30] Alia

ian

iam consuetudo inualuit, iciunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt [17] osculũ pacis, quod est signaculum orationis. Quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, nisi cùm oratione commendabilior ascendit, vt ipsi de nostra operatione participent, quàm auderent de sua pace fratri transigere? Quæ oratio cum diuortio sancti osculi integra, quem Domino officium facientem impedit pax? [18] Quale sacrificiũ est, à quo sine pace recedit ur? Quæcunque ratio sit, non erit potior præcepti obseruatione, quo iubemur ieiunia nostra celare. Iam enim de abstinẽtia osculi agnoscimur ieiunantes. Sed & si qua ratio est ne tamen huic præceptor tu sis, potes domi fortè inter quos latere ieiuniũ in totum non datur, differre pacem. Vbicunque autem alibi operationem tuam abscõdere potes, debes meminisse præceptis ita & disciplinæ foris, & consuetudini domi satisfacies. Sic [19] & die Paschæ quo communis & quasi publica ieiunij religio est, meritò deponimus osculum, nihil curãtes de osculando quod cum omnibus faciamus. [20] Similiter de stationum diebus, non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quòd statio soluẽda sit accepto corpore Domini. [21] Ergo deuotum Deo obsequium Eucharistia resoluit, an magis Deo obligat? Nónne solẽnior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? [22] Accepto corpore Domini & reseruato vtrunque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officij. Si statio de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei sumus) vtique nulla lætitia siue tristitia obueniens castris, stationes militum rescindit. Nam lætitia libentius, tristitia sollicitius adminiſtrabit disciplinam.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE ORATIONE.

1. De oratione.] *Est initio* Orationis *vox à Tertulliano accipiatur in genere, post nihilominus explicationem Orationis Dominicæ ferè vsurpatur pro Oratione mystica, seu sacrificio Christiano, vt ille sint idem* Oratio & Sacrificium; *quare existimauit huic loco potius conuenire quæ Rhenanus adnotauit in lib. de Coron. militis, de Sacrificio seu Missæ Christiana per ipsum Christum institutione, & vsu continuo tam inde ab Apostolis ad nostram ætatem vsque. Quam antiquetatem quum modò fere ille proponat, nos etiam Tertulliani testimonio comprobabimus, vt non sit difficile hinc intelligere, qualis tum Missa Africana fuerit, idque verbis quam poterit fieri paucioribus, remittentes Lectorem ad Liturgicas nostra Latinarum pag. 161. & sequ. vbi locos ipsos, sicuti se habent, reperire est, & ex aliis Patribus similia licet colligere.*

Missam (*inquit Rhenan. Adnotat. in 3. lib. adu. Marc idipsum paucis repetens vbi supra*) *dixit ea ætas pro missione. Vnde sacrificio id vocabulum accommodatum ex hac occasione. Catechumens in templo manebant donec Euangelium expositum esset Episcopus, similiter Energumeni, Illuminandi, & Pœnitentes. Tum clamabat Leuita (iuxta D. Dionys. Areopag. libr. de Hierarch. Eccles. & Clemens. Rom. de const. Apostol. Tertull. quoque de præscript. aduers. hæres.*) *post benedictionem singulorum ab Episcopo facta: Catechumeni (& sic de reliquis) exeunte in pace. Ab hac itaque dimissione, non vulgus modò (vt ille) sed & Ambros. epist. 33. & B. Augustin. serm. 227. de tempore.* Missæ *appellationem sacro tribuerunt. Hoc antiquitatis mysterium in Isidori Lexico legitur. Aly* Missam *deriuant à dimissione populi in fine sacri, quum (non hodie tamtaxat, vt ille, sed iam ab initio) Diaconus pronunciat, Ite Missa est. Quò alludere adnotauimus B. Cyprian. lib. de spectat. Adnot. nostris nouem. 7. quum dicit: Qui festinans ad spectaculum dimissus, & adhuc gerens secum, vt ad lectum, Eucharistiam. Eodem etiam pertinet quod habet Auctor Tom. sequ. lib. de Anima.* Post transacta sollemnia dimissa plebe. *Hinc duplicem fuisse* Missam, *aliam Catechumenorum, aliam fidelis populi recte adnotauit Claudius de Sainctes Præfat. in Liturgias Græcorum, cui interim magis placet, vt ab Hebræa voce Missach deriuationem accipiat vox* Missæ: *quam sententiam & nos probabilem aduotauimus dict. Leiturg. nostrorum pag. 36. Tertullianus interim (sicut & de aliis Patribus tam Græcis quam Latinis adnotauimus in Epist. S. Cyprian. ad Cæcil. num. 49.*) *aliys appellationibus diuersis* Missam *circumscribit. Apologeticus enim cap. 39. vocatur* coitio Christianorum, communicatio orationis & conuentus & omnis sancti commercij: & *plurali numero:* cœtus & congregationes. *ac:* mysteria & diuina *eiusdem libr. cap. 6. ac lib. de Coron. militis:* antelucani cœtus. *Item lib. 2. ad Vxorem:* nocturnæ conuocationes, sollemnia, conuiuium Dominicum, & *:* Dei cœna. conuentus *etiam & sollemnia, ac:* Orationes diuinæ, *lib. de Anima & de Spectac.* Denique lib. dicto ad vxorem de Monog. & de Cor. militis; *ac hic sub finem:* oblatio, *seu:* oblationes, *ac de Cast.* oblatio per sacerdotem. *Immo verò hoc libro:* sacrificium, sacrificij participatio, sacrificiorum orationes, *ac lib. ad Vxorem 2.* sacrificia sine scrupulo. *Eodem pertinent quæ habentur in Apolog.* coire in cœtum & congregationem, vt ad Deum precationibus ambiamus orantes, *& lib. de Fuga in persecut.* Colligere & collectas facere, *ac infra hoc libro:* Habere orationem cum fratribus, de oratione & operatione participare; ac sacrificiorum orationibus interuenire. *Item:* Oblationes reddere, offerre, & commemorare per sacerdotem, *libr. de Exhort. cast.* Per nocturn Deum adorare, orare, precari. *In Apolog. Et quæ reſpellitud officia sunt:* Episcopi, Presbyteri, Diaconi, *libro hoc infrà:* Adfugnare & transigere Orationem, Dominicum officium facere. *In Apolog.* Deum inuocare æternum, Deum verum, Deum viuum. *lib. de Cor. milit. & de Vel. virg.* Offerre & Oblationes facere. *Ad Scapulam:* sacrificare quomodo præcepit Deus pura precc. *lib. de Monogam.* corpus Domini initiare. *denique imperſonaliter de Cult. fœmin.* Sacrificium offerti, *& li. 1. adu. Marc. carmine conscripto:* offerri calicem. *Quæ omnia eo latius adduximus contra Magdeburgenses, qui ex Tertulliano sacrificium Ecclesiæ oppugnare intuntur, sed perperam si quis omnes has eius phrases diligentius perpendat, vti supra etiam adnotauimus in lib. ad Scapulam.*

Porrò in Ecclesijs Missæ sacrificium, *aut locis ad eam rem deputatis fieri consueuisse, rectè ex ille Hieron. aduers. Iouinian. quare non ingrediuntur Ecclesias, colligit idem Rhenan. vbi supra amomò & ex ille Apostoli 1. Cor. 11. Ad Ecclesiam Dei conuenitis; nam interpretationem veterum talem reperire est & in nostra Leiturgicis pag. 55. & sequent. Neque id solum in die Paschæ, seu Cœnæ Domini (vtille) sed quando per tyrannos licebat singulis diebus Dominicis, vti latius adnotauimus ad lib. B. Cypr. de Opere & Eleemosynis n. 32. Quibus adde Tertulliani locum li. de Spectaculis:* Quale est de Ecclesia Dei ad diaboli ecclesiã tenderet *& illud aduers. Valentinian.* Nostræ, *inquit*, colũbæ domus, simplex etiam in ædibus semper & apertis ad lucem; amat enim figuram Spiritus sancti, & Orientem Christi figurãm. *Alios item similes locos reperire est in Adn. nostris ad lib. de edolol. c. 7. n. 29.*

Arqui etiam ad altare (*quod omisit Rhenanus*) *celebratum* sacrificium, *vt omittam quæ adducu testimonia Liturg. nostrorum p. 66. & deinceps certe etiam Tertullianus agnouit, tum hoc libro c. 11.* ne prius (*inquiens*) ascendamus ad altare, &c. *& 14. c.* si ad aram Dei steteris, *tum etiã Exhort. castit.* quomodo audebit orationem dicere ad altare.

Videtur etiam ad vsum luminariorum pertinere illud Apologetici: post aquam manualem & lumina.

Vasorum *item* sacrorum *vsum*, calicum *&* patenarum *antiquum indicat lib. de Pudicitia.* Præcedant ipsæ picturæ calicum vestrorum. *Quos ipsos et vitreos fuisse ex eo quod sequitur ibidem:* At ego paßtoris eius picturam haurio, quæ non potest frangi. *Cui consentit Zepherinus Papa, qui testibus Damaso Vvalafrido & Radulpho, in patenis vitreis Missas celebrari constituit, vbi quædeo vt verißimo sit quod habet vbi supra Rhenanus: Sed & vasorum, quibus in sacrificeando vtimur, magna reperio fuisse diuersitatem, dum primum lignea, mox vitrea, tandem argentea & aurea locus sactus est.*

Rursum quòd non oporteat per laicum, sed per sacerdotem offerri sacrificia, *præter locum illum supradictum Exhort. ad castit. diserte verbis id significat Auctor, vbi li. de Præscript. haer. de illo conquestur*, & laicis sacerdotalia munera inijungunt, & quòd alius illis Episcopus hodie, eras alius, hodie Diaconus qui eras Lector, hodie Presbyter qui eras Laicus. *Quò etiam pertinet illud Apolog.* Præsident probati quique leniores, *& illud lib. de Cor. milit.* Eucharistiam, &c. nec nisi de manu præsidentium sumimus. *Vti rectè etiam adnotauit Rhenan. ex loci addens, & illud ex lib. de Castit.* Ecclesiæ auctoritatem constituisse differentiam inter ordinem & plebem & honorem per ordinis consensum sanctificatum à Deo. *De quo plura lib. de Cor. milit. c. 3. n. 35. & dict. lib. de Præscript. adu. har.*

Fallitur autem Rhenanus, dum pro diuersitate narrat, quòd aly hac vinis loco offerebant, aly vuas tantum, quibus plebem communicabant, aly panem linenm muso intinctum per totum annum reseruabant, & in tempore sacrificij cum aliqua parte eius lauabant & sic offerebant. Quidam denique intinctum Eucharistiam populo dabant, per quæ propter intinctum illum buccellam quam Iudæ Christus tradidit. Nam ad sacrificij abusum spectanti illa, non vsum: atque adeò Nicæni Concilij damnata, sicuti alibi dicendi erit locus in Assertione Communionis sub altera specie. Et nostrũ Adnot. in epist. S. Cyp. ad Cæcil. n. 2. ostendimus, in calice sanctificando & populo offerendo non posse nos vti nisi vino aqua mixto.

De cantu autem & ante & post sacrificium vsitato, præter ea quæ reperiet Lector in Liturgicis nostris pag. 71. & frequenter postea, admonuit quidem etiam Rhenanus ex Tertulliani l. 2. ad Vxorem, Verùm fallitur, quòd non nisi in mensa communi illum agnoscat, & vel de piorum facilitate, vel impiorum crudelitate dumaxat, quum etiam ad Psalmorum & hymnorum cantum referri debere ostenderimus illud Auctoris: prouocatur aliquid in medium canere, *Adnotat. nostris in cap. 39. Apolog. num. 320. Certè aut cantum aut lectionem Psalmorum initio sacrificij vsitatum fuisse comminiscl vel illud Apostoli 1. Cor. 14. Cum conuenitis vnusquisque vestrum Psalmum habet, &c. vti adnotauimus in lib. de Orat. Dominic. B. Cyprian. num. 6. Inquirum locum breuitatis ergò post modum ex Psalmis illu, qui integri canebantur, versus aliquot (vti etiam Rhenan. adnotauit) cantari cœperunt tempori congruentes ad Introitum, Graduale, Offertorium & Communionem, vti posteriores scriptores nuncupant. Eodem pertinet quod legitur Tom. sequ. lib de Anima:* aut Psalmi canuntur.

Iam verò ad Precationes ex vetustate relictas, quas vulgò Collectas vocant, eo quòd populo collecto recitentur, recte adnotauit pertinere illud ex Apolog. Tertull. Oramus pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, & mora finis. *de quo vide etiam Adn. illic nostras n. 449. & 500. De ysdem est illud Auctoris l. de Anima:* aut petitiones delegantur.

Legebaturne (inquit ibidem Rhen.) aliquid ex sacris literis in congregatione Christianorum? Etiam. Siquidem pergit Tertullianus: Coimus (*sen potius, vis castigauimus:* cogimur) ad litterarum diuinarum commemorationem, &c. *in quorum locum ibidem latius Adnot. nostros num. 51. ostendimus successisse quæ hodie canantur, Epist. Iam & Euangelium. Pertinent eadem hæc verba libri supracitati de Anima:* prout scripturæ leguntur.

Ex ijs autem quæ sunt intermedia: Kyrie eleison, &c. *Græci additerunt (vti item Rhenan. adnotauit:)* siquidem his sacra sua à Kyrie eleison solebant auspicari, *qui mos adhuc obseruatur in seruijs Paschalibus. Hymnus:* Gloria in excelsis, *non ab illis, vti opinatur, sed à Pel. Sphero Papa est additus, initio sumpto ex Euãgelio Luc. 1. nam apud Græcos non reperitur, vti videre licet in nostris Leiturgicis pag. 142.* Alleluya *ab Ecclesia Hierosolymitana mutuati sumus.*

De Sermone ad populum Missa tempore, intelligitur illud Auctoris, dicto libro de Anima: aut adlocutiones proferuntur.

Post Euangelij lectionem & Concionem (inquit idem Rhenan.) foras missus Catechumenus Symbolum *legebatur. Initio quidem Symbolum Apostolicum, vt ex Missa S. Iacobi patet, quod paulatim auctum fuit: quo pertinere videtur quod supra ex Apolog. cap. 39. Adduximus:* Deum inuocamus, Deum verum, Deum viuum, &c. *ex quo proinde etiam sumptum videtur illud Symboli Constantinopolitani: Deum verum de Deo vero, sicuti etiam Apolog cap. 21.* Deum de Deo, lumen de lumine.

Et mox (addit idem ibidem) variarum rerum oblatio, quas sacerdos benedicebat non tam in priuatum cuiusque vsum, quàm in communem pauperum refocillationem. Quod ex parte verum est de nummis qui offerebantur in arcã: nam hoc pertinet illud Apolog. c. 39. Modicã quisque ßtipem menstrua die, vel cùm velit, & si modo velit, & si modò possit apponit; nã nemo cõpellitur, hæc quasi deposita pietatis sunt; nam inde dispensatur egenis alendis, &c. *Verùtamen & alia offerri solere ad sacrificium necessaria, immò & quædam solita benedictionis ergò, latè demonstrauimus Adnot. nostris ad lib. B. Cypr. de Opere & eleemos. num. 33. Quemadmodum etiam in eo fallitur quòd ad eiusmodi oblationes refert illud Tertull. lib. de Cult. fœmin.* aut sacrificium offertur. *quum ita intelligi eum locum prohibeat quod subiungitur:* aut verbum Dei prædicatur. *Unde & mos (inquit idem) aquam & salem benedicendis nobis etiam mos durat, sed extra sacrificium, quinpotiùs à prima institutione per Alexandrum Papam ante sacrificium.*

Deinceps adnotandum ex Rhenano illud quod primo fere loco ponitur, sed hic magis quadrat: Eucharistiam (*inquit*) *quam quidam bonam gratiam interpretantur (cui & ego consentire me indicaui Adnot. in B. Cyprian. de Lapsi. n. 94) videtur Tertull. à gratiarum actione dictam putauisse, quòd ducat 1. adu. Marc.* super alienum panem alij Deo gratiarum actionibus fungitur. *Unde & sacerdos conficeraturus, Christum imitando, dicet:* Gratias agamus Domino Deo nostro, *& mox:* Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Domine sancte pater omnipotens, æterne Deus. Per Christum Dominum nostrum. *Quibus verbis quidam putant (quod & nos verum esse comprobauimus Adn. in l. B. Cypr. de Orat. Domin. n. 85.)* Apostolos *et antiquos,* Λειτουργίαν *auspicari confuse, quam nos Missam vocamus, quasi præmonito populo per præcedentem exhortationem:* Surßum corda. *Quale illud olim in Romanorũ sacrificijs sollemne: Hoc age, si modo licet sacris prophana comparare. Et arbitrantur quidem illi* Missam (*eam nempe quæ fidelium dicebatur*) *incepisse discente sacerdote:* Dominus vobiscum (*cuius etiam meminimus Adnotat. nostris in B. Cyprian. lib. de Exhortat. Mart. num 32.*) *& mox:* Surßum corda, *deinde:* Gratias agamus &c. *vti supra. Post quæ verba putant illum statim subdidisse:* Qui pridie quàm pateretur, &c. *Nam Canonem:* Te igitur, &c. *à quodam scripsum aiunt, cui Scholastico cognomen,* & in-

à quadã conscriptũ sint, cui Scholastica, cognomẽ & indicat D. Gregorium hoc paulo ante suam ætatem factum, & alium habet Ambrosius. Id quod verum arbitror (inquisitiõe, & rectè mea quidem sententia) quo ad priorem illius partem. Nam posteriores invocationis & benedictionis patres, ipsiss. antiquitatem præ se ferunt, & admirabilem spirant sanctitatem.

Enimverò (inquit idem Rhenanus & recte) Inuocationis *ingratiarum actione, sic enim Eucharistiæ consecrationem vocat, obiter meminit Irenæus (loco nempè ab Epiphan. citato hær. 32.)* & *in Æonas Æonum in est in* secula seculorum *in eum qui in Gratiarum actionibus est, panem & calicem, ab orthodoxis dici tradit, id est adhuc obtinet Ecclesia. Huic simile est illud Tertulliani lib. de Spectaculis :* Ex ore quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere; εἰς ὦῶνα; alij omninò dicere nisi Deo & Christo. *Qui notanter addit illud :* in Sanctum, *eo quòd antiquitus post verba consecrationis populus respondebat :* Amen ; *nisi forte illic in ipsum sacerdotem stomachetur. nam illud :* secula seculorum *non reperi vsquam a populo responsum.*

Quoniam verò (pergit idem Rhenan.) Pontifex quidam Romanus (Sixtus I.) instituit ante consecrationem Sanctus Sanctus Sanctus *à populo cantari (ad quod alludit etiam Auctor hoc lib. cap. 3.) fuit opus aliquid Præfationi, quam agnouit etiam B. Cyprian. de nomine vbi supra, addere, quod quasi piam pararet* & *ad quod responderet canticum illud. in hoc itaque post verba illa :* Per Christum Dominum nostrum, *adiectum voluit,* Perquem maiestatem tuam, & *quæ sequuntur. hactenus ille.*

Quibus adiungendum (præter varias periphrases Consecrationis quas commemorauimus in sepedictam 63. epist. B. Cyprian. ad Cæcil. num. 39.) quod Tertullianus hac in re non modo nota sit vox supracitata : gratiarum actionis, *pro consecratione, sed etiam nũcupetur lib. 2. ad Vxorem :* Christi inuocatio, diuina benedictio, & *lib. de Pudicit.* Sacramentum benedictionis, *denique lib. de Ieiunio,* consecratio, *in hec verba :* Nobis omnis dies etiam vulgata, consecratione celebratur.

Neque verò hic præter mittenda tam fidelius astantiũ, tum sacerdotis, qua post consecrationem sic : Adoratio. *Hæc enim pertinere non dubito, quod toties in hoc libro eius fiat mentio ; nos compendij gratia illud ad sermones cap. 11.* Nos Dominum adoramus. *Ité vbi etiam modum indicat :* Atqui cum modestia & humilitate adorantes magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimiùs elatis, sed temperatè & probè elatis. *Item illud Apologet. vbi supra :* vt qui memineritin etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. *Denique quod habet lib. de Idolol.* attollere ad Deum patrem manus matres idolorum, his manibus adorare. *Genuclari autem in adorando quod vocat Tertull. cap. 3. de Coron. milit* de geniculis adorare, *adnotat Rhenanus pœnitentis esse. Quis stans autem (inquit) adorat, tamquam tam veniam consecutus gratias agit.*

Iam verò sequitur ipsum sacrificium, *quod interpretantur illis verbis fieri Officiorum Ecclesiasticorum scriptoris, vbi dicitur:* Vnde & memores, &c. offerimus præclaræ maiestati tuæ, &c. *Quo pertinent quæcunque initio de oblatione &* sacrificio *ac* Sacrificiorum orationibus, *ex hoc Auctore adduximus. Item & illud lib. 3. aduer. Marc. Vbi propheram Malachiam explicat :* sacrificium mundum gloriæ scilicet telario & benedictio & laus & hymni. *De qua re etiam aliquid diximus in eandem epist. B. Cyprian. ad Cæcil. Quin quod Tertullianus ceremoniam, qua sacerdos offerens admitationem Christi in cruce vtitur, his verbis hic explicat :* Nos verò manus non tantùm attollimus, sed etiam expandimus diuina passione modulantes. *Ad quod etiam alludit lib. 1. adu. Marc.* Ad alienum, *inquit,* cœlum alij Deo expanditur, in aliena terra alij Deo æternitur. *et lib. de Spect.* Illas, *inquit,* manus quas ad laudandum Dominum extuleris.

De Sanctorum & defunctorum commemoratione *videantur Missæ & Liturgiæ SS. Iacobi Clementis Romani, Dionysij Areopagitæ, Basilij & Chrysostomi, aliaque Patrum testimonia in nostris Liturgicis pag. 77. 78. ac 79. de defunctis nominatim, ex institutione Apostolica.*

Redeamus ad Rhenanum. Post consecrationem, inquit, subsequebatur Oratio Dominica, *quam Christus (Auctore Hieronymo lib. 3. aduers. Pelag.) docuit vt ea in corporin illius sacrificio quotidie vterentur. Ad id alludere etiam videtur Auctor infrà c. 9. his verbis :* præmissa legitima & ordinaria Oratione quasi fundamento, accidentium ius est desideriorum, ius est superstruendi extrinsecus petitiones

Hic interferendum Oscului pacis, *quod Rhenano excidit, de quo ante communionem vsitate latè infra Auctor cap. 14. causas hæc verba hic sufficiant :* Quæ oratio cum diuortio sancti Oscului integra? quem Domino officium facientem impedit pax? Quale sacrificium est, à quo sine pace receditur?

Addit Rhenanus : Deinde populus communicabat vnde adhuc in hunc vsque diem vltimo canitur Communionis *nomen mansit; dum enim communicaret populus, versus aliquot è Psalmo Dauidicis canebantur. Quorum vtrumque, ex Liturgicis scriptoribus notum est, quàm quod probatione indigeat. Nos hic duntaxat adferemus, quòd variè videatur Tertullianus ætate communicatum : Nonnumquam sub vtraque specie, quò pertinent illa lib. 2. ad Vxorem :* De cibo, de poculo inuadere, & De cuius manu desiderabit? de cuius poculo participabit? *Nonnumquam etiam sub altera specie, quò illud spectat eiusdem libri :* Non scit maritus, quid secretò ante omnem cibum gustes, & si sciuerit, panem non illum credit esse qui dicitur. *Item illud libri de Monog,* Et illi planè dabunt viros & vxores, quomodo buccellas. *& illud huius lib. vlt. c.* quòd ftatio soluenda sit accepto corporé Domini. *Item* accepto corpore Domini & seruato. *De qua re aliquid diximus in Epist. Cyprian. ad Cæcil. num. 2. & Deo sauente latius dicta Assertione Communionis sub altera specie iam nuper à nobis promissa ; ad quem etiam Tractatum differimus, quæ haber Rhenanus de cauna seu fistulis argenteis, quibus solent laici haurire sanguinem Domini, & quæ de Oblatione intincta adfert ex Concilio Turonensi.*

Hic ocasione illius : de cibo, de poculo inuadere; *& illius :* accepto corpore Domini & seruato, *obiter faciendæ est mentio consuetudinis Ecclesiæ antiquioris, sublatæ in Concil. Rotomagensi, qua in manus tradebatur Eucharistia, de qua tractauimus Anno. in lib. B. Cyprian. de Lapsis. num. 82. & alterius, quæ domum deferebatur, cuius meminit & Rhenanus, & nos ibidem n. 92. & in l. de Spect. n. 7. Qua adeò posterior conseruandi corporis Domini consuetudo contra eos facit, qui solum in vsu huius sacramenti corpus Domini agnoscunt, atque adeò conseruari nefas putant. Matim paulo sentit Rhenanus, qui abusus taxans, Ysum tamen comprobat, Canone Conc. Turonensis, qui ex sit at apud Burchardum (Wormatiensem, non secuti malè habent libri excusi, Borborotomagensem) qui sic habet : Vt omnu presbyter habeat pixidem, & vas tanto sacramento dignum, vbi corpus Dominicum diligenter reconditur ad viaticum recedentibus à seculo. Et paulopost : Sempèque sit obseruata sub altari propter mures et nefarios homines. Et de septimo in septimum diem semper mutetur, id est à presbytero illa sumatur, & alia que eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur, ne forte diutius obseruata, muscida, quod absit, fiat. Quanquam interim adhuc variet anceps suam sententiam; dum ait, quòd Vetustissimus Clementis Pontificis Canon apud eundè Burchardum, prohibeat veterem Eucharistiam adseruari, quare & illius sensus genuinus à nobis hic explicandus est, differendo confirmationem huius conseruidinis vsque ad dicti libelli nostri Deo fauente editionem. Imprimis autem grauiter hallucinatur ille hoc asserens, quum Magdeburgenses ea potiss. de caussa Epist. S. Clementis Romani ad Orthod. reijciant, quòd reliquiæ corporis Dominici asseruari velit. Et verè id priora illa verba à Rhenano citata indicant : Cum timore eleriis*

reliquias corporis Dominici *debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne quum negligenter agitur (quod nescio an fatens ille omisit) portions* Corporis Dominici *grauis inferatur iniuria. Et si negligenter agendo pro portione* corporis Domini *nostri Iesu Christi, presbyter minora non curat admouere officia grauiathemate percussus digna humiliatione plaga feriatur. Cui simile est illud Constit. Apostol. lib. 8. Postquam omnes communicauerint, inferant Diacons reliquias quæ supersunt, in* παστοφόριον (*quod nos appellamus tabernaculum.*) *Si diuisset Rhenanus Clementem vetusse diu reseruari, non esset reprehensione dignus. Nam hoc est quod apud illum subiicitur: Certè tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant: quòd remanserint, in crastinum non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua* corporis Domini (*ergo etiam extra vsum*) *qua in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctæ portioni commissere cibum, qui per aqualiculum digestus in secessum fundatur. Et tamè reliquias non omnes consumi solere, sed quasdam relinqui in sacrario disertis verbis indicat, dum iterum postea repetit: Aprincipio Epistolæ hunc locum de sacramentis delegam bene intuendum, vbi non murium fæterea inter fragmenta* Dominicæ portionis *appareant, neque putridaper negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes (pro quo fortè legendum communicantes) qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum viderint, magis cum fastidio videantur accipere.*

Denique post hæc omnia celebrabatur Agapæ pauperum, quam distinctam fuisse contra quam sentit Rhenanus) ab ipso sacrificio, ostendimus sapedicto apolog. 33. cap. num. 517.

His addendum ex eodem Rhenano, solere à ieiunio Eucharistiã sumi, excepto vno anniuersario die Cœnæ Domini, quod & postea sublatum apud Christianos. Intellige conuiuium illud in die Cœnæ Domini, vti adnotauimus ad Epistolam illam sapedictam B. Cypriani ad Cæcil. n. 45. etiam ex illo Tertull. supracitato lib. ad Vxorem: quid secreto ante omnem cibum gustes. *quibus adde quæ hic habes de ieiunantibus cap. vlt. pulchre etiam ostendens* corpore Domini *non solui ieiunium: nam id Stationis nomine intelligit. Quod adeò mirè facit ad afruendam veritatem* corporis & sanguinis Domini *in Eucharistia, de qua latius infrà cap. 6. & lib. 3. adu. Marc. sicuti & multi loci hic citati eandem confirmant.*

Deinde etiam hic adnotandum, quòd c. 9. huius libri docet Auctor &c. ab ira & ab omni animi confusione animum debere esse liberum: *quippe quo confirmetur catholicorum sententia de premittenda confessione ante Eucharistiam: de qua aliquid etiam diximus ad l. de Lap. B. Cypriani. n. 34.*

Postremò quod hic adfert ex Concilio Triburiensi Rhenanus de Missarum numero, latius tractauimus in Epist. B. Cypriani ad Cæcil. n. 48. Quid verò sentiendum de illis qui Eucharistiam mortuis in eos inferebant, quod prohibetur Concil. Carth. can. 6. alibi erit dicendi locus, dum & de Baptismo mortuorum agemus ibidem (vti adnotat Rhenan.) phrohibito initio libri de baptismo.

Cap. I.

1. Dei spiritus & Dei sermo. &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De orationis Dominicæ auctoritate & substantia. *Nouè autè & hic & paulopòst,* Christus Dei spiritus *dicitur, quod videtur pertinere ad errorem Veterum, qui etiam Spiritum sanctum illum vocabant, de quo latius in Prolegome. Imitatur autem finem huius capit. ad verbum ferè Cypr. libro de Oratione Dominica ante expositionem eiusdem. Lege autem:* nouis, *pro:* nobis.

3. Cæterùm quidquid retrò fuerat, &c.] *Pulcherrimè distinguit legem nouam à Vetere, quòd per hanc* Circumcisio mutata, Lex suppleta, Prophetia impleta, & fides perfecta sit. *Atqui paulopòst vbi dicitur:* Ex sermone, quo enunciatur: ex spiritu, quo tantum potest, *desideratur haud dubiè tertium membrum:* ex ratione qua docetur: *quare & in contextu id addendum putauimus. Pertinent autem ad phrasim Tertullianicam* Benedicti *item,* modestum fidei breuiarium, *pro compendio.*

Cap. II.

4. Incipit à testimonio Dei & merito fidei, &c.] *Tractat cap. hoc:* De interpretatione illius, Pater noster qui in cœlis es. *In quo rursum eum imitatur B. Cyprian, item & Venantius Fortunatus de Orat. Dominica. ipsiusmet penè verbis, quum dicit: In hac confessione & Deum veneramur, & mandata sequimur,* & fidem nostram exponimus, *& eos qui Patrem in cœlo nobis negant refutamus.*

5. frequentiss. Dominus Pattem nobis pronunciauit Deum.] *Loci quibus Christus* Dominus patrem nostrum pronunciauit Deum, *sunt Matth. 5. 6. 10. 16. & 23. Luc. 12. & Ioan. 8.*

6. filios genui.] *Siue fic legas, siue:* generaui, *vti legitur supra lib. adu. Iud, & lib. 3. adu. Marc. infrà, perinde est. Quod autem alibi legit S. Cypr.* spteuerunt, *seu* reiecerunt, *hic transfert,* non agnouerunt, *paraphrasticos.*

7. Ne mater quidem Ecclesia præteritur.] *Sic cum Gagnæo, pro eo quod irrepserat:* Ecclesiam, *in editione falsem Lugdunensi. Atqui alludere videtur, ad hunc locum B. Cypriani. lib. de Vnitate Eccles. quum dicit: Deum habere non potest patrem qui Ecclesiam non vult habere matrem. Vide similem locum infrà l. ad. Mart. c. 1. n. 5.*

Cap. III.

8. Nomen Dei Patris, &c.] *Istud cap. hoc titulo insignimus:* De sanctificatione Dei nominis in nobis. *Et vero etiam hoc imitatur B. Cypr. & Venantium Fortunatus vbi supra.*

9. Iam enim filius nouum Patris nomen est.] *Gagnæus habebat:* non, *sed istud rectius Gelenius ex Anglico cod. Explicatur enim quid velit hic verbis à B. Cypr. Quod* nomen (Filij inquam) *nemo nostrum in Oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare.*

10. angelorum si meruerimus candidati.] *Iterum sic lege cum Gagnæo, pro eo quod Gelenius substituerat:* si meminerimus. *neque enim hoc vllum sensum habet; & illud optimè conuenit:* candidati angelorum si meruerimus: *quippe qui alicquis ad angelorum honorem, quem (vti candidati apud Romanos Consulatus) petimus, peruenire non possimus nisi meremur, quem admodum recte interpretatur Rhenanus illud:* candidatus æternitatis, *ac restitutionis* candidatos, *l. 2. adu. Marc. Simili etiam phrasi à contrario sensu dixit Auctor:* candidatis diaboli, *lib. de Cor. militis, &* candidatus timoris, *lib. de Fuga in persecut.*

11. orando pro omnibus, &c.] *Fortunatus hùc loco imitatus paulo clarius. Quia ipsa oratione non continetur expressum:* in nobis sanctificetur nomen tuum, *iubemur [sic enim lego, pro:* videmur] *non tantummodò pro nobis optare, sed & pro illis qui necdum ad baptismi meruere gratiam peruenire; nam in Christi plenissimi charitate docemur etiam pro inimicis orare.*

Cap. IIII.

12. Secundum hanc formam subiũgimus, &c.] *Inscripsimus hoc caput,* De verbis: Fiat voluntas tua in cœlis & in terra. *In quo etiam imitantur hunc B. Cypr. & Fortunatus, præterquam quòd iuxta ordinem Orationis Dominicæ, secundum petitionem:* Veniat regnum tuum, *huic præponat. Auctor videtur ea de caussa ordinem mutasse, quòd eodem ferè pertineat quò precedens, quemadmodum etiam illis verbis indicat:* Secũdum hanc formam.

13. Fiat voluntas tua in cœlis & in terra.] *Etsi codices omnes Graci & Latini qui hodie exstant, addant:* sicut, *quia tamen in contextu nulla illius comparationis explicatæ mentio, retinuimus hanc lectionem; quod in B. Cypr. non fecimus, quia desertis verbis ibidem illud:* sicut explicat.

14. Ex interpretatione enim figurata, &c.] *Clarissimè B. Cypr. Vt in vtroque, id est, corpore & spiritu voluntas Dei fiat, oramus.*

15. vt possit fcilicet fieri & in cœlis.] *Quod obscurè dicit, potest*

poteſt ſic explicari, vt dum voluntatem Dei facimus in terris, eandem & poſtea faciamus in cœlis.

16. Eſt & illa Dei voluntas, &c.] *Iſtud ſic explicat Fortunatus: Fiat voluntas tua. Patres voluntas erat, quod filius prædicauit, quod paſſus & mortuus eſt, & reſurrexit, ſicut ait: Non veni, &c. Ergo orandum eſt vt nos ſimiliter meremur dicere (ſicſego, pro: ducere) agere, ſuſtinere, & in ipſo reſurgere, vt poſſimus cum ipſo regnare.*

17. Pater, inquit, transfer poculum iſtud.] *Latinè dixit quod Græcè eſt Luc. 22. τὸ ποτήριον τοῦτο, pro quo noſter interpres: calicem iſtum.* & niſi quid, *iuxta quod Latinum adnotauit, pro:* πλὴν ἀλλά.

Cap. v.

18. Veniat quoque regnum tuum, &c.] *Titulus huius Capit.* De illo: Veniat regnum tuum, *In quo etiam Anſilonem ſequuntur B. Cypr. & Venantius Fortunatus, quorum ille iſdem verbis: Regnum etiam nobis de ipſa præſentari petimus, id eſt præſens ſacerdotium, ſicuti & alibi diximus.*

19. & ad noſtram ſuſpenſionem, &c.] Suſpenſionem *accipi pro: ſuſpenſa exiſtentione, vel ex eo patet quod præcedit:* quod ab illo exſpectamus. *Quod ſic expreſſit Fortunatus, qui omnem ſpem in futuri regni facultate plantauit.*

20. quomodo quidam pertractum, &c.] *Et hic nouit* pertractum *pro prolongatione accipi, ſicuti & Plin.* pertrahere *vitam dixit lib. 28. c. 1. Clarius ſic reddidit Fortunatus: Aegroſcitur hic verbis eas increpare perſonas, qui ſæculi iſtam vitam diutius volunt* protrahere.

21. Nam vtique vltio illorum à ſeculi fine diiigitur.] *Malim legere* ad ſeculi finem; *ſed etiam illud non diſplicet. Eodem autem modo explicat iſtud Apocal. 5. Cypr. vt differatur vltio ad conſummationem vſque temporum, libro de Bono patientiæ.*

Cap. vi.

22. Sed quàm eleganter diuina ſapientia, &c.] *Caput hoc tractat* De petitione: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. *In quo etiam illam imitantur qui ſuprà, quorum* Vtcunque *ad quotidianam iſtud communitionem refert, de qua latius Adnotat noſtris in B. Cypr. libro de Orat. Dom. nic. n.* 48.

23. Tum quod & corpus eius in pane cenſetur: Hoc eſt corpus meum.] *Librum hunc vel ipſi Magdenburgenſes adferunt, vt deceant in Sacramento Euchariſtiæ corpus & ſanguinem Chriſti, verè & ſubſtantialiter diſtribui. Pro quo facit eum locus iſte, & quod mox ſubiungit:* indiuiduitatem à corpore eius, *tum ſub finem apertiores:* accepto corpore Domini, & Accepto corpore Domini & reſeruato. *Item illud ex lib. adu. Iud.* Sic enim Chriſtus reuelauit panem corpus ſuum appellans. *Et ex lib. 4. adu. Marc.* acceptum panem & diſtributum diſcipulis corpus ſuum illum fecit. & *quod ibidem paulò poſt ſequitur:* Ita & nunc ſanguinẽ ſuum in vino conſecrauit. *Ne quis interim calumnietur, non ignoro ibidem legi:* Hoc eſt corpus meum, dicendo, id eſt figura corporis mei. *ſed eum loci interpretationem illuc reiecimus, ne hic prolixiores ſimus. Certè id etiam Magdenburgenſes à dicta ſententia ſua non auertit, maximè quum legiſſent & alium locum aperiorem lib. de Pudicitia:* atque ita exinde opimitate Dominici corporis veſcitur, Euchariſtia ſcilicet. *Exſtat etiam omnium apertiſſ. quem illi non videntur animaduertiſſe lib. de Reſurr. carn.* Caro corpore & ſanguine Domini veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. *Verùm hic vnus reſtat ſcrupulus, quod ſatentur quidem illi veritatem corporis & ſanguinis Domini in diſtributione, verùm ſub pane (inquiunt) & vino; allegantes ad hoc eum hunc locum quem tractamus, tum in quibus paruis ſic mentio, aliquot tam additâ teſtimonia. Verùm alia illa teſtimonia, vbi pauci nulla mentio, tam ſunt aperta, vt non videatur alium ſenſum locus ille accipere poſſe, quàm in pane cenſetur, hoc eſt ſub ſpecie panis. Aliquo enim non dixiſſet,* panem corpus ſuum fecit, *ſed in pane, vel ſub pane: item cum dicit:* opimitate corporis Domini, *addit* Euchariſtia *ſcilicet, non antem pane. Certè quod non maneat commune panis in Euchariſtia, aperte indicat l. 2 ad Vxorem:* Non ſciet maritus, quid ſecretò ante omnem cibum guſtes, & ſi ſciuerit panem, non illum credit eſſe quiſumitur. *Nec obſtat quòd addat locus ſupradictus:* panem corpus ſuum appellans, *quaſi id intelligas vti debet:* panem appellans corpus, *non mirum: quia panẽ corpus ſuũ fecit, imo vero cum ſi accipias vt illi:* corpus appellans panem, *interpretantur ſimilem Apoſtoli locum 1. Cor. 11. vbi panem Euchariſtiam vocant SS. Ambr. & Auguſt. quia in eo panis fuit, ſicuti in Exodo, virga in ſerpentem mutata adhuc virga vocatur. Deinde loquuntur Patres iuxta morem ſcripturarum, quo rei quales apparent, ſolec appellare: vti Gen.* 18. viri appellantur angelicis ſpecie virorum apparentes. *Denique qu. à panis cœleſtis eſt, ſicuti eum vocat S. Cypr. quum penè ipſis verbis locum hunc interpretatur. Qui ſi diuinitatem in pane, vel ſub pane intelliguiſſet corpus Domini contineri, non dixiſſet ibidem:* Qui corpus eius contingimus, & à Chriſti corpore ſeparemur, *ac:* dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, *& iterum:* qui corpus eius adiungunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiunt; *quemadmodum paucis ibidem adnotauimus num. 47. 48. 49. & in Epiſt. eius ad Cæcil. plura, num.* 12. *Reperiet etiam locos ſimiles innumeros Lector in noſtri Liturgicis Lutiorum, qui non ſolum ad veritatem corporis & ſanguinis Domini, ſed etiam ad tranſiũ ſtantionem pertinent: quò peruenire videtur & Auctorus illud ſupracitatum* acceptum panem, *&c.* corpus ſuum fecit. *Si enim corpus ſuum fecit, ergo iam non amplius panis eſt, Aperiùs eſt locus ſerm. De Cœna Dominicæ 2. Cypr. oper. Panem iſte, quem Dominus diſcipulis ſuis porrigebat,* non effigie, ſed natura mutatus omnipotentia verbi factus eſt caro, &c. *Quæ voce* : mutationis *vtuntur etiam SS. Gregor. Nyſſ. Oratione Catechetica, & de Vita Moyſ. Chryſoſtom Liturgia, & hom. de prod. Iudæ, Amb. de iis qui myſt. init. cap. 9. ac Damaſc. lib. 4. cap. 14. Similiter dixit S. Cyrill. Hieroſ. Catech. myſtag. 4.* ὅτι μετεβλήθη εἰς σῶμα, *quod tranſmutare recte vertit interpres. Tranſformationem item tranſfigurationem tranſitum, ſeu conuerſionem agnoſcunt Theodophil, in c. 26. Matth. & 14. Marc. Ambr. lib. 4. de ſide ad Gratian. cap. 5. Euſeb. Emſen. hom. 5. de Paſcha, Iſid. lib. 1. de ſiſte. & lib. de ſacram. corp. Domini, Fulbertus Epiſt. ad Deudatum. & Algerus de hoc ſacramento. Denique Concil. Lateranenſe ſub Innocentio 3. etiam Tranſſubſtantiationẽ agnoſcit, ſicuti & poſtea Concil. Florent. tract. de Sacram. & Tridentinũ, vbi & quia clarius exprimitur vnius ſubſtantiæ in alteram ſubſtantiam tranſmutatio, ſicuti iam olim & Trimetius & Homiſius voces in Eccleſia introduxere Veteres aduerſus Arianos. Porrò antiqua vox eſt* indiuiduitas, *pro perpetua adhæſione; ſic autem hunc locum explicat S. Cypr. ne dum abſtenti, & non communicantes, à cœleſte pane prohibeamur, à Chriſti corpore ſeparemur.*

24. Quod ſolum fidelibus neceſſarium eſt.] *Alludit ad illud quod prius dixit: Quæriſe primùm regnum Dei, & reliqua adijcientur vobis. Nam cùm Deiſint omnia (inquit S. Cypr.) habenti Deum nihil deerit, ſiquidem Deo non deſit: quod ipſum latiùs & exemplis & ſcripturis explicat.*

Cap. vii.

25. Conſequens erat.] *Huius cap. inſcriptio hæc à nobis poſita eſt:* De peccatorum remiſſione. *nec verò minus hic illi duo Tertullianum imitantur.*

26. Sciebat Dominus ſe ſolum ſine delicto eſſe.] *Sanè intelligendus locus, ſicuti & ſimiles ſcripturæ ſatis loci, vti alicubi adnotauit S. Auguſt. ne excluderatur beata Virgo Deipara, quæ ſine omni delicto vixiſſe illi aſſerit.*

27. dimitti.] *Similiter lib. 4. aduerſ. Marc.* Quis mihi delicta dimittet? *quod adnotandum pro veteri noſtro interprete contra Eraſmum, qui contendit debere legi* Remittet, *ſicuti etiam adnotauimus ad ſupradictum libro B. Cypr. de Orat. Dominicum.* 16.

28. Exomologeſis eſt petitio veniæ, &c.] *Hic pro* ipſa

Confessione delictorum Exomologesis, *supra pro toto actu pœnitentiæ accipiebatur, lib. eiusdem argumenti.*

29. Debirum autem in scripturis delicti figura est.] Figura *hic pro significatione accipitur. Addit autem* : in Scripturis, *quia sic accipitur* debitum *pro delicto, Matth. 6. & 18. non autem apud scriptores prophanos. Rationem autem etiam reddit Fortunatus, hunc locum explicans : Quia & debentur peccata, & requirenda sunt. Nam sicut debitor à creditore requiritur ita peccatum à Deo in die iudicij necesse est exigatur.*

30. nouissimum quadrantem.] *Alludit ad locum Matth. 5. De quo latius Adnot. nostris in B. Cypr. Epist. ad Antonian. num. 59. & in lib. de laude Mart. num. 31. & infrà lib. de Anima.*

31. & remittetur vobis.] *Etiam hic videtur aliam versionem secutus. Nam Græce hodie habetur:* ὑ̓ ἀπολυθήσεται, *id est*, & dimittemini.

Cap. viii.

32. Adiecit ad plenitudinem, &c.] *Tractat hoc caput* : De petitione illa : Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. *In qua etiam illum imitatur S. Cyprian. in eo quòd omnia hæc pro eadem petitione habeat, qui interim vel Augustin. teste legit* : & ne nos patiaris induci, *quemadmodum ibi adnotauimus num.* 17.

33. Sed eueh e nos à malo.] *Gagnæus* : deuehe, *sed Græca* ῥῦσαι, *magis illud conuenit.*

Cap. ix.

34. Compedijs paucorum verborum, &c.] *Inscribitur hoc, in excusis codicibus* Aναχεφαλαίωσις. *sed quum multa sequantur in hoc libro, nisi adiecimus* Oratione Dominicæ *minus conuenit. Interim magis placet alter titulus quasi nouis capitis* : Posse nos superadijcere & alias Orationes ; *quem vtrumque, vti & sequentes, sicuti ex margine in textum irrepserunt, iterum ad marginem reiecimus, & aliam distinctionem quàm in excusis erat, secuti sumus.*

35. Ab ipso igitur, &c. de spiritu ipsius iam tunc cùm ex ore diuino, &c.] *Quamquam initio, vti diximus, etiam Christum Spiritum Dei dicat, hic certè pro distincto posuit* Ab ipso, *nempè patre* : de spiritu ipsius, *sancto equidem, vti cap. sequ. dicit* : *&*, ex ore diuino, *Christi. Atque adeò facit hic locus pro Trinitate personarum.*

Cap. x.

36. Cum memoria tamen præceptorum, &c.] *Titulum huius capitis ex duorum excusorum codicum in vnum sic contraximus* : Otantes ab omni ira & animi confusione vacuos esse debere. *Atqui vel ex hoc contextu* : Quorum præcipuum est, ne priùs ascendamus ad Deialtare, &c. *patet titulum intermedium* : Ne orans pattem fratri iratscaris, *ex margine in textum irrepsisse. Atqui latius multo illud persequitur B. Cypr. explicans illud* : sicuti & nos dimittimus debitoribus nostris.

37. Siquid discordiæ vel offensæ cum fratribus contraxerimus, resoluamus.] *Paraphrastice interpretatur illud : si frater tuus habet aliquid aduersum te vade reconciliari, &c.*

38. cùm omnis ira ab initio interdicta sit.] *Alludit ad illud Gen. 4. Quare iratus es, &c. sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.*

39. Neque enim agnoscit poterit à spiritu sancto spiritus inquinatus.] *Hic haud dubiè allusit ad illud sapientiæ 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum : atque adeò confirmatur eiusdem lib. auctoritas. verùm de ea latius lib. 3. ad u. Marc.*

Cap. xi.

40. Ceterum quæ ratio est, &c.] *Hoc caput inscripsimus cum hactenus excusis* : De lauatione manuum *In quo non simpliciter illam improbat, sed quòd* manibus ablutis, spiritu verò fordente orationem obirent. *Item quòd eam facere se diceret tamquam* commemorationem in Domini deditionem, *vtpote quùm Pilatus Christum dedens Iudæis, manus prius lauerit* ; neque enim *(inquit)* Christum dedimus sed adoramus. *Alioqui permittit* manus abluere, dummodò & connersationis humanæ inquinamentum conscientiæ causla lauemus, *improbans maximè* totius corporis lauacrum ad omnem orationem. *Certè in eam Christianorum* manualem aquam, *cognoscit Auctor Apolog. 39. cap.*

41. conscientia Patrum hæreditarj rei.] *Iudæos ita circumscribit, quos reprehendit quòd manum non attollant in suis sacrificijs quippè qui in terram prono orare plerumque soleant, saltem in hac sua execratione extra Christi passionem. De more autem Christianorum latius ipse Auctor infra capit.* 13.

Cap. xii.

42. Sed quoniam vnum aliquod attigimus, &c.] *Huius capitis optima est ea inscriptio* : De alijs aliquot obseruationibus superstitiosis.

43. siquidem sine vllius aut Dominici aut Apostolici præcepti auctoritatem, &c.] *Cauè legendus hic locus, ne contra Traditiones Ecclesiasticas facere videatur, quas ita defendit Auctor lib. de Cor. milit. vt pluribus non sit opus; hoc vno addito non recipiendas quidem obseruationes sine* præcepto aut Dominico aut Apostolico *sed & Traditiones non aliud esse quàm* Apostolica præcepta, *vna voce ab ijs edita, iuxta illud S. Augustin. epist. 118. Siquid vniuersa celebrat Ecclesia, ab Apostolis traditum habuisse credendum est.*

44. vel eo coërcenda quòd Gentilibus adæquent.] *Istud contra eos facit, qui omnium pene ceremoniarum Ecclesiasticarum à Gentilismo deriuant originem.*

45. positis penulis, &c.] *Haud absimiliter infrà lib. de Cor. milit.* grauissimas penulas posuit. *hic agit de consuetudine* ponendi penulas, *quam* adeunt ad idola nationes.

46. cum sarabaris & tiaris.] *Quem lib. de Resurrectione carnis infrà Tom. 3. eadem voces ex Daniele extentur, illuc earum tractatum distulimus, quamquam & de Satabara aliquid dixerimus supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. num. 81. Illic etiam aliquid dicturis summa de auctoritate huius historiæ trium puerorum in fornacem missorum.*

47. assidendi mos, &c.] *Quem impugnet hic morem, non perinde constat, maximè ob verba illa* ; allignata, seu transacta orationè, *& illa* : cùm adorassem & sedissem. *quæ videntur indicare loqui eum de ieiunio sacrificij ; & alijs verbis quæ videntur significare sessionem ipsius sacrificij tempore, quum dicit* : irreuerens esse, sedere sub conspectu Dei vtui, angelo orationis adhuc astante. *Abusum itaque peculiarem quendam suæ Ecclesiæ significet oportet, alibi non vsitatum, maximè cum non improbet* : siquis in cathedra aut subsellio sederit, *sicuti iam olim Episcopi & Cantores in Ecclesijs cathedrabilibus.*

48. Hermas ille, cuius scriptura ferè Pastor inscribitur.] *Confirmat hic locum lectionem nostram in Symbolo Rufino inter opera S. Cypr. qua Adnot. nostrarum num. 158. comprobaui, quòd* Hermas *auctor fuerit libri Pastoris, non* Hermes : *Vbi etiã de eius lib. auctoritate non satis probata latiùs. Atqui verba illa:* Cùm adorassem & sedissem super lectum, *desumpta sunt ex præmio lib. 2.* Hermæ, *qui* Pastor *inscribitur. Vbi interim hodie paulò aliter legitur* : Cùm orassem domi, & consedissem super lectum. *Prior eiusdem liber Ecclesiæ inscribitur posterior Similitudinum, & exstat in Orthodoxographa.*

49. adoratis sigillaribus suis, &c.] Sigillaria *dicebantur parue imagines fictilibus descriptæ tanquam parua signa, de quibus vetus quidam Auctor : Quimmo Deo, esse* sigillaria *ipsa sanctis; nomen nunc non occurrit. Vtitur autem Ironice eadem voce singulari numero lib. adu. Valentinian.* vt autem *(inquit, de factitio ipsorum Deo, vti Rhenan. illic adnotauit, loquens)* tantum sigillarium intrinsecus quoque exornassent. *Atqui adorationis ritum, quo vtebantur Gentiles, explicat Plin. nat. hist. lib. 28. cap. 2. In adorando (inquit) dexteram ad osculum*

referimus, totámque corpus circumagimus, quod ad lęuam fecisse Gallię religiosius credunt. Illud autem adoratis figillaribus residendo, *confirmatur ex Plautarcho, qui Numæ Pompilo adscribit: vt Dęos adoraturi sedent. quod & vice Prouerbij vsurpatur.*

50. angelo adhuc orationis astante.] *Alludit quidem ad illud Luc. 1. Apparuit illi angelus stans ad dexteram altaris incensi; Verùm referri potest etiam (vt indefinitè loquis sentiatur) quemadmodum Patres SS. Ambros. Augustinus, & Chrysostomus, dum ex eo loco colligunt sacrificio nostro Christianos interesse angelorum frequentiam. Immò verò hinc confirmatur ea pars Canonis, qua post consecrationem petimus: Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, &c. quod pluraliter expressit in sua Missa Canone Ambros. per manum angelorum tuorum, lib. 4. de Sacram. cap. 6.*

CAP. XIII.

51. Atqui cum modestia, &c.] *Locorum diuersarum inscriptionum vsitam hanc subsistuimus* : De modo adorationis Christianorum. *De quo adeò plura reperiet Lector Adnot. nostru ad Apolog. hac verba:* Illuc in cœlum suspicientes Christiani, manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia ex pectore. *item ad similia verba B. Cypr. libr. de Orat. Dominic. num. 6. & 9.*

52. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, &c.] *Ad verbum etiam hæc transcripsit loco dicto B. Cypr. Verùm ibidem mentem virtusque indicauimus, loqui eos de oratione fidelium priuata in sacrificio, non autem de oratione publica, quam clara voce pronunciatam, immò & decantatam ibidem ostendimus nu. 6. & Apolog. cap. 39. num. 520.*

53. Dæmonium oraculi Pythij, &c.] *De* Pythij *dæmonio* oraculis *vide instium lib. de Anima infra To. 3. Cur etiam* Pythius *dictus idem, qui Delphicus, diximus Annot. nostris in Apolog. cap. 22. num. 351.*

CAP. XIIII.

54, Alia iam consuetudo inualuit, &c.] *Inscriptionẽ hanc habet cap. illud:* De osculo pacis & communione corporis Domini non omittendis à ieiunantibus.

55. osculum pacis, &c.] *Illud obseruatum fuisse iam ab ipsis Apostolorum temporibus manifestius est ex nostris Latinorum & Græcorum Leiturgiis, quàm vt confirmatione sit opus: quare illuc Lectorem remittimus.*

56. Quale sacrificium, &c.] *Initio huius capitis plures adduximus Tertulliani locos de sacrificio.*

57. Sic & die Paschæ.] *Quum ipse Dominico die* Paschæ, *immò nec tota Pentecoste ieiunare permissum fuerit, oportet vt* diem Paschæ, *diem pas:onis Domini hic intelligas, iuxta quod suprà lib. adu. Iudæos:* Paschæ enim passio Domini est. *ac lib. 4. adu. Marc.* Quo patereturne Paschæ diem elegit Dominus. *Eo enim die* communis & publica est ieiunij religio, & meritò osculum deponimus. *rursus posteræ ceremoniæ omissæ rationem reddunt, qui de diuinis seribunt officijs (eo quòd osculo Christum tradiderit Iudas.) si quis velit & ad feriam quintam referre, qua die institutum est sacrificium, oportet vt eo tempore nondum introducta fuerit in Africa consuetudo, qua post cœnam communicabant, de qua latius egimus in epist. B. Cypr. ad Cæcil. nu. 45. & 48. Vbi & generalem Ecclesiæ contrariam consuetudinem, quod etiam eo die ieiunij communicarent fideles, commonstrauimus.*

58. Similiter de stationum diebus, &c.] Stationes *longè aliter accipiuntur ab Auctore, tum hic, tum lib. de Cor. milit. & de Ieiunio adu. Psychicos, quàm à B. Cypriano; ille enim accipit pro consuetu Ecclesiasticæ (vt adnotauimus ad epist. 41. nu. 10.) Auctor verò (quantùs ex diligentius quàm tunc examinata ex Hrabano nostro nunc tandem deprehendo) pro statu ieiuniorum diebus. Eò enim pertinet illud :* quòd statio soluenda sit. *Deinde illud lib. de Cor. milit.* Stationes aut alijs magis faciet quàm Christo, aut & Dominico die, quando neq; Christo. *Nam Dominico die ieiunia non permittebantur, quemadmodum illic dicemus latius. Denique apertiùs lib. de Ieiunio:* Quartæ (inquit) sextæque feriæ Stationes. *Agnoscunt & hanc significationem hoc loco Magdenburgenses, sed peculiarem illam appellationem dicunt ieiuniorum Montanistarum. Si id verum est, ergo Montanista fuit Hermas Apostoli Pauli discipulus (quem certè in hoc imitatus est Tertullian.) apud quem lib. 3. cap. 5. interrogat Pastor: Quid est* Statio ? *& respondet ipse:* Ieiunium. *Montanista fuit & S. Ambros. qui etiam rationem nominis explicat Serm. 25. in hæc verba:* Stationes vocantur (inquit) ieiunia, *quod stantes & comparantes in eis inimicos insidiantes repellimus; vbi quum loquatur differre de indictis à Christo Quadragesimæ ieiunia, quod resoluere (Vote Tertullianea Veteri) non liceat (neque enim hoc genus dæmoniorum ejicitur nisi nisi in ieiunio & oratione) atque adeò id comparet ad 42. mansiones filiorum Israël, stationum instar, confirmatur nostra iam dicta sententia, quòd quum prius simpl. cater de ieiunantibus, hic de ieiuniorum statu diebus Auctor loquatur. Sicuti etiam iam olim distinguendum putauit Hrabanus noster. (mentẽ etiam Montanistæ) de Instit. cleric. lib. 2. cap. 18.* Ieiunium (inquit) & statio dicitur. Statio autem de militari exemplo, &c. *quæ ad verbum sumpsit ex hoc ipso loco. Discernunt autem quidem (inquit idem Hrabanus) inter ieiunium & Stationem. Nam ieiunium indifferenter cuiuslibet diei est abstinentia, non per legem, sed secundum propriam voluntatem: Statio, obseruatio statuturum diei rel temporum, diei rum, vt quartæ & sextæ feriæ, de qua stationẽ in Euangelio dixit sponsus, vel ieiunia obseruatio Quadragesimæ, quæ in vniuerso orbe institutione Apostolica obseruatur. Neque vero etiam illud pro Magdeburgensibus facit, quod videatur loqui hic de stationibus seu ieiunijs quæ in vesperam producebantur ; quia neque S. Hieronymi epist. ad Marcellum, neque Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, libris de hæresibus, inter errores Montani illum morem recensent, vpote qui serpent iam ab initio Ecclesia vsque ferè & ad sua vsque tempora vsitatum illum etiam apud Catholicos, quemadmodum ex Paulino patre Nolano, Naroli 7. Felicis, & latius infra T. 5. supradicto libro de Ieiunijs. Huc adde, quòd, vti sub finem Argumenti diximus, teste Hilario, ante hæresin hic liber scriptus fit.*

59. Ergo deuotum Deo obsequium, &c.] *Adnotanda est hæc ieiunij paraphrasis contra illum obtrectatorem, de quo etiam latius vbi supra.*

60. Accepto corpore & reseruato.] *Confirmatur hoc loco* Reseruatio corporis Domini, *de qua late huius libri initio num. 1.*

ARGVMENTVM LIBRI AD MARTYRAS, PER IACOBVM PAMELIVM.

AD Martyras in carcere constitutos in ipsis Persecutionis quintæ Christianorum sub Seuero initijs librum hunc misit Tertullianus, benevolentiam captans ab exemplo idiotarum, quorum dicta etiam perfectiss. gladiatoribus subinde profuerint.

I. Imprimis verò ad pacem & concordiam adhortatur, vtpotè quam ipsam quidam in Ecclesia non habentes à Martyribus exorare consueuerint.

II. Deinde vt non eos conseruet, quòd segregati sunt à mundo; quippè qui carcer sit grauior, quique iudicia non Proconsulis, sed Dei sustineat; cuique etiam extra carcerem Christianus renunciauit, in quo etiam caro non amittit quæ iusta sunt per Agapen fratrum, & quòd hocillu carcer præstet, quod eremus Prophetis.

III. Etsi autem molestus sit vocatos esse nos ad militiam Dei viui, cùm in sacramenti, baptismi nempè, verba respondimus. Multum itaque exemplo agonem subeant, in quo Agonothetes Deus, Xystarches Spiritus sanctus, corona æternitatis brabium, Epistates Christus Iesus, qui eos Spiritu vnxerit, & ad hoc scamma produxerit.

IIII. Neque sibi blandiantur, quia caro infirma est. addidit enim Dominus spiritum promptum esse debere; qui proinde, timeat licet caro, gladium, crucem, rabiem bestiarum, & summam ignium pœnam, contraponat sibi, acerba licet ista, à multis tamen vec viris tantùm, sed & fœminis æquo animo accepta, immò & vltrò appetita famæ & gloriæ caussa; exempli gratia, Lucretiæ, Mutij, Heracliti, Empedoclis, Peregrini, Didonis, vxoris Hasdrubalis, Reguli, Cleopatræ meretricis Athenienses & Lacedæmonium.

V. Immò & affectationis morbo à gladiatoribus omnia sæuitiæ & cruciatus certamina conculcari, qui Christianos confundent in die iudicij, si reformident pati pro veritate in salutem.

VI. Denique conuertantur ad ipsam conditionis humanæ contemplationem, in qua constanter adeunda sunt, quæ etiam inuitis accidere solent, incendij, ferarum, latronum pericula; maximè ijs ipsis temporibus, quibus hominis (nempè Imperatoris) caussa, inopinatos natalibus, dignitatibus & ætatibus exitus multi referebant.

Ceterùm librum hunc more suo imitatus est B. Cyprianus Epistolis ad Martyras & Confessores varios 7. 9. 16. 25. 56. 77. & 81. tum libris de Exhortatione & de Laude Martyrij. Immò verba quædam transscripserunt ex v. capite, & B. Cypr. Epist. 1. ad Donatum, & S. Hieronymus Epistolis ad Demetriadem de Virginit. ac ad Saluinam de Viduit. atque ad Heliodorum verba cap. 3. & 4. & alibi alia, vti infrà latiùs. Denique iam olim tamquam Tertulliani visus & lectus est à Trithemio & Politiano, & editus à Rhenano ex Paterniacensi ac Gorziensi primùm cod. cum Scholijs, deinde & Adnotationibus. Quibus nunc & nostras adiecimus, & ex tribus exemplaribus Vaticanis postremùm castigauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI AD MARTYRAS LIBER.

CAP. I. INTER [2] carnis alimenta [3] benedicti [4] Martyres designati, quæ vobis & [5] domina mater Ecclesia de vberibus suis, & singula fratres [6] de operibus suis proprijs in carcerem subministrant, capite aliquid & à nobis, quod faciat ad spiritum quoque educandum. Carnem enim saginari, & spiritum esurire non prodest. Imò si quod infirmum est, curatur: æquè quod infirmius est, negligi non debet. Nec tantus ego sum, vt vos alloquar. Veruntamen & [7] Gladiatores perfectissimos non tantùm magistri & præpositi sui, sed etiam idiotæ, & superuacuè quique adhortantur de longinquo, vt sæpè

A sæpè de ipso populo [8] dictata suggesta profuerint. In primis ergo benedicti, nolite contristare Spiritum sanctum, qui vobiscum introijt carcerem. Si enim non vobiscum nunc introisset, nec vos illic hodie fuissetis. Et ideò date operã, vt illic vobiscum perseueret: ita vos inde perducat ad Dominum. Domus quidem diaboli est & carcer, in qua familiam suam continet. Sed vos ideò in carcerem peruenistis, vt illum etiam in domo sua conculcetis. Iam enim foris congressi conculcaueratis. Non ergo dicat: In meo sunt, tentabo illos vilibus [9] odijs, affectionibus, aut inter se dissensionibus. Fugiat conspectum vestrum, &c [10] in ima sua delitescat, contractus & torpens, tanquam coluber exantatus, aut effumigatus. Nec illi tam benè sit in suo regno, vt [11] vos committat: sed inueniat munitos, & concordia armatos; quia pax vestra bellum est illi. Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, à [12] martyribus in carcere exorare consueuerunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fouere, & custodire debetis: vt si sortè & alijs præstare possitis. [13] Cetera æquè animi impedimenta vsque ad limen carceris deduxerint vos, quousque & [14] parentes vestri. Exinde segregati estis ab ipso mundo. Quanto magis à seculo rebúsque eius? Nec hoc vos contsernet, quòd segregati estis à mundo. Si enim recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse, exisse [15] vos è carcere, quàm in carcerem introisse intelligemus. Maiores tenebras habet mundus, quæ hominum præcordia excæcant. Grauiores catenas induit mundus, quæ ipsas animas hominum constringunt. Peiores immunditias expirat mundus, libidines hominum. Plures postremò mundus reos continet, scilicet vniuersum hominum genus. Iudicia denique non [16] Proconsulis, sed Dei sustinet. Quo vos benedicti de carcere in [17] custodiarium si fortè translatos existimetis. [18] Habet tenebras sed lumen estis ipsi. Habet vincula, sed vos soluti Deo estis. [19] Triste illic expirat, sed vos odor estis suauitatis. Iudex expectatur de iudicibus, sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illic, qui fructum seculi

B suspirat. [20] Christianus etiam extra carcerem seculo renunciauit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest vbi sitis in seculo, qui extra seculum estis. Et si aliqua amisistis vitæ gaudia, negotiatio est aliquid amittere vt maiora lucreris. Nihil adhuc dico de præmio, ad quod Deus martyres inuitat. Ipsam interim conuersationem seculi & carceris comparemus, si [21] non plus in carcere spiritus acquirit, quàm caro amittit; imò & quæ iusta sunt, caro non amittit [22] per curam Ecclesiæ, & [23] agapen fratrum: & insuper quæ semper vtilia fidei, spiritus adipiscitur. [24] Non vides alienos Deos, non imaginibus eorum incurris, [25] non solennes Nationum dies ipsa commixtione participas, non nidoribus spurcis verberaris, non [26] clamoribus spectaculorum, atrocitate, vel furore, vel impudicitia celebrantium cæderis: [27] non in localibidinum publicarum oculi tui impingunt: vacas à scandalis, à tentationibus, à recordationibus malis, iam & à persecutione. Hoc præstat carcer Christiano, quod eremus Prophetis. Ipse Dominus in secessu frequentiùs agebat, vt liberiùs oraret, vt seculo cederet. Gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstrauit. Auferamus carceris nomen, secessum vocemus. Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur, omnia spiritui patent. Vagare spiritu, spatiare spiritu, & non stadia [28] opaca aut porticus longas proponens tibi, sed illam viam quæ ad Deum ducit. Quotiens eam spiritu deambulaueris, totiens in carcere non eris. Nihil [29] crus sentit in neruo, quum animus in cœlo est. Totum hominem animus circumfert, & quo velit transfert. Vbi [30] autem erit cor tuum, illic erit & thesaurus tuus. Ibi ergo sit cor nostrum, vbi volumus habere thesaurum.

[Sic [31] nunc benedicti carcer etiam Christianis molestus. Vocati sumus ad militiam Dei viui, iam tunc, cùm [32] in sacramenti verba respondimus. [33] Nemo miles ad bellum cum delicijs venit, [34] nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de [35] papilionibus expeditis & substrictis: vbi omnis duritia, &

C [36] imbonitas, & insuauitas constitit. Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati iam ediscunt: in [37] armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, [38] testudinem desiccando. Sudore omnia constant, ne corpora atque animi expaueſcant: De vmbra ad solem, & sole [39] ad cœlum, de [40] tunica ad loricam, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. [41] Proinde vos Benedictæ, quodcunque hoc durum est, ad exercitationem virtutem animi & corporis deputate. Bonum agonem subituræ estis, in quo [42] Agonotheres Deus viuus est: Xystarches Spiritus sanctus: [43] corona æternitanis, brabium, angelicæ substantiæ politia in cœlis, [44] gloria in seculaseculorum. Itaque Epistates vester Christus Iesus, qui vos spiritu vnxit, & ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione seponere, vt vires corroborarentur in vobis. Nempè enim & athletæ segreganturad strictiorem disciplinam, vt robori ædificando vacent: continentur à luxuria, à cibis lætioribus, à potu iucundiore. Coguntur, cruciantur, fatigantur; quàto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria sperant. Et illi, inquit Apostolus, vt coronam corruptibilem consequantur. Nos æternam consecuturi, carcerem nobis pro palæstra interpretemur, vt ad stadium tribunalis benè exercitati incommodis omnibus producamur: quia virtus duritia extruitur, mollitia verò destruitur. [45] Scimus ex Dominico præcepto, quòd caro infirma sit, spiritus promptus. Non ergo nobis blandiamur, qùia Dominus consensit, carnem infirmam esse. Propterea enim prædixit spiritum promptum esse, vt ostenderet quid cui debeat esse subiectum, scilicet, vt caro seruiat spiritui, infirmior fortiori, vt ab eo etiam ipsa fortitudinem assumat. Colloquatur spiritus cum carne, de communi salute, nec iam de incommodis carceris, sed ipso ago-

Ephes. 4.

Cap. II.

Sap. 3.

Marc. 1.
Luc. 4.
Matth. 17.
Marc. 9.
Luc. 2.
1. Pet. 1.

Matth. 6.

C. III.

1. Cor. 9.

Psal. 83.

C. IIII.

ne & prælio cogitans. [46] Timebit forsitan caro gladium grauem, & crucem excelsam, & rabiem bestiarum, & summam ignium pœnam, & omne carnificis ingenium in tormentis. Sed spiritus contraponat sibi & carni, acerba licet ista, à multis tamen æquo animo excepta, imò & vltrò appetita, famæ & gloriæ causa, nec à viris tantùm, sed etiam à fœminis, vt vos quoque benedictæ sexui vestro respondeatis. Longum est si enumerem singulos qui se gladio confecerint, animo suo ducti. De fœminis ad manum est [47] Lucretia, quæ vim stupri passa, cultrum sibi adegit in cõspectu propinquorum, vt gloriam castitati suæ pareret. [48] Mutius manum suam dexteram in ara cremauit, vt hoc factum eius fama haberet. Minus fecerunt Philosophi, [49] Heraclitus, qui se bubulo stercore oblitum exussit. Itẽ [50] Empedocles, qui in ignes Ætnæi montis dissiluit, & [51] Peregrinus qui non olim se rogo immisit: cùm fœminæ quoque contempserint ignes. [52] Dido, cùm post virum dilectissimum nubere cogeretur: Item [53] Asdrubalis vxor, quæ iam ardente Carthagine maritum suum suppliciem Scipionis videret, cum filijs suis in incendium patriæ deuolauit. [54] Regulus dux Ro. captus à Carthaginensibus, cùm se vnum pro multis captiuis Carthaginensibus compensari noluisset, maluit hostibus reddi, & in arcæ genus stipatus, vndique extrinsecus clauis transfixus, tot cruces sensit. Bestias fœmina libens appetijt, & vtique horridiores aspides serpentes, tauro, vel vrso, quas [55] Cleopatra immisit sibi, ne in manus inimici peruenirent. Sed mortis metus non tantus est, quantus tormentorum. Itaque cessit carnifici [56] meretrix Atheniensis, quæ conscia coniurationis cùm propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, & nouissimè linguam suam comestam in faciem tyranni expuit: vt nihil agere se sciret tormenta, etsi vltrà perseuerarent. [57] Nam quæ hodie apud Lacedæmonas solennitas maxima est Διαμαστίγωσις, id est flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur astantibus parentibus, & propinquis, & vti perseuerent adhortantibus. Ornamentum enim & gloria deputabitur maiore quidem titulo, si anima potius cesserit plagis, quàm corpus. Igitur si tantum terrenæ gloriæ licet de corporis & animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub præmio laudis humanæ, possum dicere, modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cœlestis & diuinæ mercedis. [58] Tanti vitreum? quanti verum margaritum? Quis ergo non libentissimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alij pro falso? [59] Omitto nunc gloriæ causam. Eadem omnia fœuitiæ & cruciatus certamina, iam apud homines affectatio quoque & morbus quidam animi conculcauit. Quot ociosos affectatio armorũ ad gladiũ locat? Certè ad feras ipsas affectatione descendunt, & de morsibus & de cicatricibus formosiores sibi videntur. [60] Iam & ad ignes quidam se autor auerunt, vt certum spatium in tunica ardente conficerent. Alij inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulauerunt. Hæc benedicti non sine causa Dominus in seculum admisit, sed ad nos & tunc exhortandos, & in illo die confundendos, si reformidauerimus pati pro veritate in salutem, quæ alij affectauerunt pro vanitate in perditionem. [61] Sed hæc exempla constantiæ omittamus de affectatione venientis. Conuertamur ad ipsam conditionis humanæ contemplationem, vt & illa nos instruant, si quâ constanter adeũda sint, quæ & inuitis euenire consueuerunt. Quoties enim in cendia viuos cremauerunt? quoties feræ & in syluis suis & in [62] medijs ciuitatibus elapsæ caueis, homines deuorauerunt? quot à latronibus ferro, ab hostibus etiam cruce extincti sunt, torti priùs, imò & omni contumelia expuncti? Nemo non etiam hominis causa pati potest, quod in causa Dei pati dubitat. Ad hoc quidem vel præsentia nobis tempora documenta sunt, [63] quantæ qualésque personæ inopinatos natalibus, & dignitatibus, & corporibus, & ætatibus suis, exitus referunt, hominis causa: aut ab ipso, si contra cum fecerint, aut ab aduersarijs eius, si pro eo steterint.

D

E

Cap. V.

Ca. VI.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM AD MARTYRAS.

1. AD MARTYRAS.] *Sic legimus ex tribus Vaticanis codicibus, pro eo quod erat* MARTYRES. *Porrò non ista solus (inquit Rhenanus in Argumento huius libri)* Martyrum *appellationem accommodabat ea ætas, qui iam tolerata supplicij pro Christo mortem obierant, sed & illis qui in confessione nil tormentorum atrocitate mortis firmiter perstiterant, etiam si adhuc in carcere detinerentur; de quibus intelligit Cyprianus, quum scribit: Fecerunt ad nos de quibusdam beati* Martyres *literas. Item: Si qui libello à* Martyribus *accepto de seculo excederent. Sicque non modo Cyprianus* Martyras *appellare soleat, sed & Tertullianus hoc loco. Verùm sciè addit*, designati. *Quin eos etiam hoc nomine solitos vocari indicat, qui dimissi fuissent, vt quum de Valentino inquit:* Sed alium ex Martyrij prærogatiua loci potitum indignatus. *& de Praxea:* Insuper de iactatione martyrij inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tædium. *Nec aliter Cyprianus dixit in Epistola, qua Celerinum in ordinem cleri significat adscitum:* Commeatum dando nobis confessoribus suis & Martyribus gloriosis. *Vbi commeatum accipit pro liberatione & dilatione, qua vita captiua & mori parato conceditur. Eadem in sanctis quibusdam, vt ipse alibi scribit, nequaquam fuit minor confessionis virtus, sine testimonio passionis. Neque enim in confessoribus Christi dilata* Martyria *merstum confestionis minuere, sed magnalia diuina protectionis ostendere, docet ad Luc. Romanum Pont. scribens.* Confessoris *nomen in ista significatione quam exposuimus, Cypriano familiare, recentior ætas etiam nec carere nec tormenta perpessis attribuit. Ille verò ad Mosen & Maximum presbyteros scribens: Beatum, inquit, facit prima & vna*

& una confessio. *Vos totiens confitemini, quotiens rogati vt de carcere recedatur, carcerē fide & virtute præligitur. Hactenus Rhenanus. Cuius sententiæ nos quoque accedere quod ad Martyras adtinet, de Confessoribus non item, latius commonstrauimus Admot. nostris in S. Cypr. Epist. 9. quæ* Martyribus & Confessoribus *inscribitur num. 8. In Epist. quoque 30. num. 7. Et verissima est illa mea interpretatio quoad S. Cyprianum: verum vel ex solo isto citato patet* Martyras *appellari Tertullianō, non solum eos qui aut torti essent & tormenta perpessi, sive vsu, sive defunctis, sed & eos, qui vt torquerentur, inclusi erant, quos peculiariter S. Cyprianus* Confessores *nuncupat. Neque enim cete hoc libro vlla tormentorum iam perpessorum mentio, sed duntaxat carceris & metus pœnarum.*

Cap. I.

2. Inter carnis alimenta, &c.] *Caput hoc primum post capectam benevolentiam* Martyrum, *non aliud est quàm:* Ad pacem & concordiam exhortatio, *in qua imitatur Aethrem S. Cypr. sub finem Epist. 7. ad Rogatianum & alios Confessores, & insuper ab hoc loco infrà extatis. Ad intellectum autem huius loci facere admonuit Rhenanus in Admotationibus quod inferius diximus:* Imò: & quæ iusta sunt, caro non amittit per curam Ecclesiæ, & agapen fratrum. *Sanè D. Cyprianus epist. 37. seu 6. lib. 3. admoner presbyteros & diaconos, vt gloriosa voce Domino confessio, omnis diligentia præbeatur. Ibidem mox Tertullum quendam ab hoc professioni laudat, quod videlicet circa curam corporum captivis Christianis non desit.*

3. benedicti.] *Id est laudandi (inquit Rhenan.) Hoc Epitheto Martyres ornat Tertullianus, vt paulò post:* Imprimis, ergo benedicti. *Etsinfrà ad mulieres:* Proinde vos benedictæ. *Quod Eleutherio Pont. Rom. & martyrs tam defuncto lib. de præscr. adu. hæref. cap. 30. etiàm adtribuit. Cyprianus Fortissimos & beatissimos subinde vocare solet, quodam loco Fortissimos & fidelissimos.*

4. Martyres designati.] Designati *(inquit idem) id est, futuros martyres. Metaphora ab electiu magistratibus sumpta, qui* designati *dicuntur, quum eliguntur. Suetonius in vita Claudij Cæsarisin fine:* Nam & quum Consules designaret, *neminem vltra mensem, quo obijit,* designauit. *Porrò quos alloquitur Tertullianus, nondum Martyrium tulerant, sive fecerant, vt Cyprianus loquitur, sed exspectabant, vt est apud eundem, quotidie lati profectionis suæ salutarem diem, & iam tamquæ de sæculo recessi sorbeat martyrum minera & domicilia diuina properabant.*

5. & domina mater Ecclesia.] *Observa (vt ibidem Rhenan.) quod* matrem Ecclesiam *pulchrè* dominam *vocat. Addit verò:* de vberibus suis. *nam præcesit:* mater, *quibus significat thesauros Ecclesiæ. Vide suprà libro de Orat. c. 2. num. 7.*

6. de operibus suis proprijs.] *Docet enim (inquit idem) Paulus ad Ephesios scribens, etiam propriis manibus laborandum, vt habeas quod indigentiscommunices. Ergo pistor panem missitabat, calcearius calceos, telam textor, hanc sullo gratis curabat consobat vestiarius. Alius pecuniam mittebat, diurno labore collectam. Vide autem quantum prisci Martyribus tribuerint.*

7. Gladiatores, &c.] *Quod hic habetam de Gladiatoribus, quam eorum* Magistris & Præpositis, *distulimus vsque ad librum de Spectaculis.*

8. dictata.] Dictata *(eodem interprete) non solùm ludi magistrorum sunt litteras docentium. Sic & Suetonius in vita Iulij Cæsaris, de gladiatoribus loquens: Tyrones, inquit, neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat, præcipuè enitens, quod epistolæ eius ostenditur vt disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Et Iuuenalis:*

–Donec pereat dictata magistri
Omnia.

9. rentabo eos vilibus odijs, affectionibus, &c.] *Ita ex MS. 2. Vaticanus, pro eo quod erat:* vilibus inedijs, defectionibus, *quæ subtitutæ videntur ab illis qui putabant non posse competere in Martyras* odia; *verum quandoquidem sequitur:* aut inter se dissensionibus, *illud magis conuenit, maximè quum etiam S. Cypriano contentiones, æmulationes, conuitia & maledicta in confessoribus reprehendat, vbi suprà.*

10. & in ima fuæ delitescat.] *Non dissimile est (vt iudicat Rhen.) sententia ei quæ in Valentinianis legitur.* Abscondat se itaque serpens quantum potest, totàmque prudentiam in latebrarum ambagibus torquear, altè habitet, in cæca detrudatur, &c. *Alludit autem Auctor ad Serpentes, qui extaxationibus fugas solent aut fustigationibus; atque hoc est quod dicit:* excantatus vel effumigatus. *Nam Plinio teste lib. 8. cap. 31. atcensis cornibus cerui edore fugantur, & maximè styracis vis est apud eundem lib. 10. c. 70. Inuitantonis autem aspidis sit mentio in sal. 57.*

11. vt vos committat.] *Sæpè (inquit Rhenan.) iam diximus* committendi *verbum ad contentionem & certamen referri, vnde gladiatores propriè* committuntur. *Metaphora à Funeralis:* Committit vates. *Cypr. epist. 14 l. 2. (quæ sit in nostra editione x.) Ecgloriosos seruos Dei cum Dei sacerdote* committunt. *Est autem hæc etiam Iurisconsultorum vox:* committere, *pro ad certamen prouocare. Hinc Vlpianus ad legem Aquiliam Digest. lib. 9. Planè, inquit, si cadentem vulneratus, erit Aquilia locus, nisi damno committente hoc factum sit. Aliàm etmotiorem huius vocis significationem eiam Iurisconsultorum habes infra lib. de Cor. militis cap. 2. num. 22. De vtraque eodem loco infrà Tom. 3. libro de Præscriptione, adu. hær. capite 24. num. 193.*

12. à martyribus in carcere exorare consueuerunt.] *Alludit (inquit idem Rhenan.) ad consuetudinem eius temporis, quæ etiam ætate Cypriani in vsu fuit, quemadmodum ex eius viris scripsit colligitur. Siquidem lapsi, id est, qui sacrificauerant idolis, aut necessitatem sacrificandi pecunia apud magistratum redemerant, accepta securitate fingrapha, quo recuperentur in Ecclesiam ante confessionem exomologesinque & pœnitentiam, ante impositionem manus Episcopi & cleri, solebant à* Martyribus & Confessoribus in carcere constitutis libellum extorquere deprecatorium, *per quem in Ecclesiam recipi subcbantur. Sic enim lapsi quidam importunius precibus Martyres & Confessores fatigabant, corrumpebantque. Vocabant autem veteres:* Date pacem, *recipere in tus communicationē. In hunc igitur sensum accipi debet quod hic Tertullianus scribit:* Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes. *Item:* vt ii fortè & alijs præstare possitis. *Vide quanta fuerit olim Martyrum etiam dum viuentium auctoritas. Sanè Cyprianus epist. 15. lib. 3. (quæ est in nostra editione x 1.) in bello quorundam Martyrum pro lapsis scripto hoc infertum paulo incautius fuisse testatur: Communicet ille cum suis. Nam addè debat: qui nam sui. Proinde idem sanctissimus vir scribit sub antecessoribus suis id semper obseruatum, vt Diaconi ad carcerem commendates, martyrum desideria consilijs suis & scripturarum præcepis gubernarent: hi enim illic verbis vtitur. Nos ad dictam x 1. epist. 5. Cypriani, quæ Confessoribus & Martyribus inscribitur, addimus; pertinere istam* pacem, quam lapsi à Martyribus in carcere exorabant, *ad vsum indulgentiarum in Ecclesia iam cum cœptum, immò & ab Apostolo Paulo in Corinthium illum, idque integris illic Admotationibus nostris.*

Cap. II.

13. Cetera æquè animi impedimenta, &c.] *Caput hoc insignissimus:* De comparatione carceris cum mundo. *In quo etiam locus infrà citatus imitatur S. Cyprianus.*

14. parentes vestri.] Parentum *(inquit Rhenan.) vocabule, ni fallor, quoslibet cognatos intelligit, quemadmodum & hodie vulgus Italorum & Gallorum loquitur. Planè autem ita esse patet ex libro de Carne Christi, vbi de matre & fratribus sic loquitur:* cùm indignatio parentes non neget, sed obiurget.

15. exisse vos è carcere, quàm in carcerem introisse.] *Simile sermonis (inquit Rhenan.) schema est in Valentinianis:*

Vbi superindui potuit quàm despoliari. *Inspice quod illic adnotauimus. Faustus Manichæus apud Aurel. Augustinum. Ex iordane nobis erit factus Iesus Dei filius*, quàm natus ex Vtero muliebri. *Ammian. Marcellinus lib. 27. de ingruentibus populis in Symmachi profectu verbis sub Valentiniano & Gratiano Aug. loquens: Quidam plebeius (inquit) finxerat illum dixisse sine iudice vllo vel teste, libenter se vino proprio calcarias extinc turum*, quàm id venditurum pretijs quibus sperabatur. *Item alibi Ambrosius in libro de Viduis: Vtem facilis tondere quàm præcidere. Tamesis aduerbium Magæ quod præcedit. hic repeti potest, id quod in hoc scripturæ nouum non est, vt plus semel monuimus. Atqui pro*: gratuiores cathenas induit mundus, *MS. tres legunt*: imbuit. *sed illud placet.*

16. Proconsulis.] *Ex hoc loco (inquit idem Rhen.) licet animaduertere Martyres istos, ad quos scribit Tertullianus, vel in ipsa Carthagine, vel aliquo oppido vicino captiuos fuisse detentos, certe in prouincia Carthaginiensi. Nam Carthagine* Proconsulem *fuisse declarat Pontius Diaconus in vita B. Cypriani martyris, cùm inquit: Denique comprehensus à ministris Paterni* Proconsulis *dixit. Item Galerius* Proconsul *dixit. Is mortuo Paterno successerat. Eráque* Proconsulum magistratum olim annuum. *Vnde illud Cypriani: Eant (inquit) nunc magistratus & Consules sue* Proconsules *annuæ dignitatis insignibus, & duodecim fascibus glorientur. Neminem verò latere administrationes Prouinciarum subinde mutatas fuisse pro libidine Cæsarum. Equidem in libro, cui titulus Notitia Occidentis, nominatim sit mentio* Proconsulis Africæ, *sub cuius dispositione fuerit Prouincia Consularis, & legati eius duo. Is, vt videtur, apud Carthaginem tanquam Metropolim habitabat. Vnde & Carthaginiensis Africa dicitur eodem libro. Atqui ex his probatur esse verissimum, quod S. Augustinus tradit (ni fallor lib. de Grammatica) tam veteribus vsitatam fuisse vocem*: Proconsul, *atque* Pro consule. *Eius verba sunt: Ab E littera vocalis nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, Masculinum inuenitur, vt* Pro consule, *Pro Prætore. Ergo iuncta præpositione fiunt Latina, vt dixi: Pro Prætore, Pro Quæstore. Nam veteres Nominativo casu*: Proconsul *dicebant, attendentes nullum nomen Latinum exire in E litteram, Nominativo casu generis Masculini.*

17. in custodiarium.] *Eodem modo legit lib. adu. Iud. cap. 4. illud Isaiæ 1.* sicut custodiarium in cucumerario, *quod ibidem cap. 13. vertit*: casula, *seu*: specula; *à custodiendo illud derivans.*

18. Habet tenebras, &c.] *Recte adnotauit similes locos Rhenanus ex S. Cypriani Epist. 81. ad Rogationum iuniorem et ceteros Confessores, & 16. ad Moysem, Maximum & ceteros Confessores: O beatum carcerem (inquit) quem illustrauit vestra præsentia. O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cœlum. O tenebras lucidiores sole ipso, & luce hac mundis clariores, vbi modo constituta sunt Dei templa, & Sanctificatæ diuinis confessionibus membra vestra. Et alibi: illuminabat mundum sol orientis & luna decurrens, sed vobis idem qui solem fecit & lunam, maius in carcere lumen fuit, & in corde ac mentibus vestris Christi claritudo resplendens, horribiles carceris atque funestas pœnalis loci tenebras æterna illa & candida luce radiauit.*

19. Tristè illic exspirat.] Tristè *(inquit Rhenan.) id est res tristis, grauelencia videlicet*, illic exspirat, *si accipias verbum* exspirat, *vt sit absolutum. Atqui quod sequitur*: de iudicibus ipsis iudicaturi, *etiam imitatur S. Cypr. epist. 81.*

20. Christianus etiam extra carcerem seculo renunciauit.] *Verissima est (inquit idem Rhenan.) Cypriani sententia de Habitu virginum: Ceterum quecunque terrena sunt, in seculo accepta, & hic cum seculo remansura, tam contemni debent, quàm mundus ipse contemnitur; cuius pompis & deliciis iam tunc renunciauimus, quum meliore transgressu ad Dominum venimus. Verum de hac renunciatione in Baptismo facta, latius infrà T. 3. lib. de Baptismo.*

21. si non plus, &c.] *Emendanimus (inquit Rhenanus) ex Gorziensi*, si non plus in carcere spiritus acquirit, quàm caro amittit. Si acquirit, *pro*: An acquirat. *Similem locutionem habes in Apologetico*: Consteret igitur prius, si isti, quibus sacrificatur, salutem Imperatoribus vel cuilibet homini impertiri possunt, *pro*: An isti possunt.

22. per curam Ecclesiæ, &c.] *Meminit huius consuetudinis Origenes hom. 11. in Leuiticum. Exstat etiam hac de re Epist. S. Cypr. 37. hoc titulo*: Ad clerum, vt Confessoribus in carcere constitentibus omnis humanitas præbeatur. *Cui consentiunt quæ hic adnotat Rhenan. partim ex eadem epistolain hæc verba: Veteres non solum externam curam corporibus Martyrum impendebant, sed & spiritum eorum & sanctum animi propositum precibus adiuuabant, quum publicè in sacrificio, quam nos hodie Missam dicimus, tum priuatim in secessu Deum comprecantes. Sic enim D. Cyprianus epist. 16. ad Confessores & Martyres captiuos scribit: Et nos quidem (inquit) vestri diebus ac noctibus memores, & quando in sacrificijs precem cum pluribus facimus, & quum in secessu priuatu precibus oramus, coronis ac laudibus vestræ plenam Domini fauentiam postulamus. Hactenus ille. Verum enimuero vt adhuc in carne constitutis Martyres veteribus illu Christianis cura erant, sic nec defunctos neglegebant. Diebus enim quibus excesserant, commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrabant; nec id semel, sed singulis quibusque annis facitabant, cum videlicet is dies recurrisset, aut statum commorandarum pæsinum tempus aduenisset. Hæc noi docet Sanctiss. Cyprianus epist. 6. num. 7. nunc. 37. in hunc modum scribens*: Denique & dies eorum (inquit) quibus excedunt admota e, vt commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus. *Quamquam Tertullus fidelissimus & deuotissimus fractor noster inter cetera solicitudinem & curam suam cum fraribus in omni obsequio operationis impartit; qui nec illic circa curam corporum deest (sic enim eam periodum legendam arbitror) scribat ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt, vt & celebrentur hic à nobis Oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum, quæ cùm vobiscum Domino prosperante celebrabimus. Rursum epistola 34. hoc idem adtestatur*: Sacrificia pro eis (inquit) semper vt meminisse, offerimus, quoties Martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. *Hæc ille. Ceterùm quod dicit sacrificia pro Martyribus offerri, sic accipiendum, ni fallor, vt pro eis, idem valeat quod pro commemoratione eorum (nam id prioris loci mox citati verba aperte continent.) veluti passione sive commemoratione passionis oblationibus & sacrificijs dante. Quæ res inde nata videtur, quod in sacrificio sexta ritum veteris Ecclesiæ (quemadmodum in Adnotationibus libri de Cor. milit. ex Magno Dionysio obiter indicauimus) post Symbolum decantatum, & mutuam pacis consolationem, nomina piè defunctorum conscripta in schedâ, quam in altari ponebant, recitabantur, non sine laude & precatione virtutum quarin vsentibus eluxerant. Quo honore, bone Deus, qui digniores, quàm qui pro Christo sanguinem fusum fudissent? Hanc Ecclesiæ consuetudinem indicat Aur. Augustinus. libro de Virgin. Perhibet enim (inquit) præclarissimum testimonium Ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco Martyres, & quo defuncta Sanctimoniales ad altaris Sacramenta recitentur. Hactenus ille. Gratulatoria ergo preces erant potius, quibus quum Deo gratias agebant, qui Martyribus eam gratiam & tantum dignationis contulisset; tum simile donum cæteris sibi dari concordibus votis flagitabant, ceu adhuc canit Ecclesia, Gaudeamus in Domino, & reliqua. Id confirmas idem Aur. Augustinus. Tractatu 84. in Euangelium Ioannis, De Martyribus & altaris disputans, his verbis*: Ideò quippe ad ipsam (inquit) mensam, non sic eos commemoramus, quemadmodum alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt orent ipsi pro nobis, te eorum vestigijs adhæreamus. *Hæc Augustin. Alibet pro Lapsis qui iam reconciliati essent, offerebatur, qui post confessionem criminis & factam pœnitentiam, exomologesin-*

que

que finitam, post manus impositionem Episcopi & cleri hoc consequebantur, vt facta pro eis oblatione & precatione Eucharistiam acciperent. Id ea ætas etiam vocabat Offerre nomen alicuius, forte sic quod eius nomen recitaretur commendandum communibus Ecclesiæ precibus, descriptum in schedâ, atque in altari positum. Quod monere libuit, vt locum Cypriani intelligas in epist. 10. lib. 3. cum dicit: Ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum. Porrò huiusmodi memoriæ Martyrum sine commemorationes peperere tibi postea festos dies pleráque, quibus hodie Christiani feriantur. Sanè ipsum Commemorationis vocabulum Ecclesia retinuit, sacrificijs nostrùm non ignotum. Nos verò eadem adnotauimus, & multo plura, tùm secundo loco ad epist. 37. de Commemoratione Martyrum quotidiana in Martyrologio, num. 7. tum tertio quoque ad Epist. 34.. de sacrificijs in anniuersarijs Martyrum, ac quotidiana eorundem commemoratione in sacrificio nu. 12. & 13. tum denique ad epist. 1. quarto loco hic citatam de sacrae ΔΥΤΛΟΓΙΑΣ, n. 9. ad quos locos compendij gratia Lectorem remittimus.

23. agapen fratrum. *Intelligit (inquit Rhen.) eleemosynam, quod ex charitate cum egente debeat fieri communicatio. Hinc legimus apud Cyprianum lib. 3. ad Quirinum:* Agapen & dilectionem fraternam religiosè & firmiter exercendam. *Vtitur Latino vocabulo Tertullianus, adu. Marc. lib. 1.* De alienis bonis (*inquit*) ob alium Deum nomine eleemosynæ & dilectionis operatur. *Hieron. ad Eustochium, loquens de illu qui laudem humanam eleemosynæ largiendis venantur: Cùm manum (inquit) egenti porrexerint, buccinant, quum ad agapen vocauerint, præco conducitur. Huiusmodi* Agapen *Germani* Spendam *vocant. Erat & cœnæ genus pro pauperibus refocillandis, qualis apud Gentiles sportula, à sportulantes fratres dixit Cyprianus nouo verbo. Tertullianus Apologet. c. 39.* Cœna nostra (*inquit*) de nomine rationem suam ostendit. Vocatur Agape id quod dilectio penes Græcos est. quantiscunque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Siquidem inopes quoque refrigerio isto iuuamus. *Et reliqua. Porro* fratrum nomine Christianos *intelligi sæpè iam monuimus. Tertull. in Apolog. cap. mox. citato de Christianis loquens:* Quanto dignius (*inquit*) fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero ignorantiæ eiusdem ad vnam lucem expauerint veritatis. *Vnde* fraternitas *pro collegio fratrum siue Ecclesia, Cypriano, Hieron. Ambr. & etiam nostro Tertulliano. Videat autem Lector eadem quoque de re Adnot. nostras ad lib. 3 Testimon. num 21. & Apolog. 39. cap. num. 317.*

24. Non vides alienos Deos.] *Nam (vt etiam adnotauit Rhen.) ætate Tertulliani adhuc vigebat Paganismus.*

25. non follemnes Nationum dies.] *Hic etiam rectè adnotat, qui dies* follemnes Nationum *vocantur, hoc pacto deferibit lib. de Corona militis. Sollemnitates, postulatrices, falsa vota, vbi de hoc latius, quemadmodum etiam Apologeticus cap. 35. num. 461. Hic fusiùs quod Rhenanus adnotat apte dicit ab Auctore:* non nidoribus fpurcis verberaris, *eo quod in* follemnibus *Cæsarum* Gentiles (*vt ex loco dicto Apolog.*) focos & choros in publicum educebant, vicatim epulabantur, ciuitatem tabernæ habitu abolefaciebant. *Huc facit quod ad Vxorem lib. 2. de disparj coniugio loquens, vbi videlicet mulier Christiana Gentili marito nupta est:* Moratur (*inquit*) Dei ancilla cum laribus alienis. Et inter illos, omnibus honoribus dæmonum, omnibus follemnibus Regum, incipiente anno, incipiente menſe, nidore thuris agitabitur.

27. non clamoribus ſpectaculorum, &c.] *Etiam ea quæ hic adnotauit Rhenanus, ad lib. de Spectaculis adiecimus.*

27. non in loca libidinum publicarum.] *Similiter (adnotante Rhenan.) Hieronymus ad Gerontiam: Vt in eo ſe putet eſſe laudabilem, ſi ſcortis melior ſit, ſi* publicarum libidinum victimas *ſuperet. Tertull. lib. de Pallio:* Lupas popularium libidinum nundinas *vocat.*

28. ſtadia opaca aut porticus, &c.] Stadia (*vti rectè adnotauit Rhen.*) *hæc eſt exercitij loca demiſſa ad geſtationem, curſum, & deambulationem apta, redabant opaca ſilua, quæ inter* porticus *in ædificijs veterum conſita erant; nempe nunc platanones, nunc daphnones, hoc eſt platanetæ & laureta, in quibus etiam prædeambulare ſolebant veteres. Erdique* ſtadium *viridario communium. De huiuſmodi* ſtadio *ſentit Tertullianus lib. de Cor. milit. cùm ait:* Sufannam in ſtadio mariti non velatam deambulaſſe. *Quò loco de* ſtadiatis porticibus *Pitruuium ſacere mentionem ſcripſi lib. 5.*

29. Nihil crus ſentit in neruo.] *Similiter S. Cyprianus dicta epiſt. 81. Poſitas in* neruo, *ac ferro fuit, ſed ſolutus ac liber ſpiritus manſit. Vbi & quid* neruus, *tractauimus in Adn. num. 7.*

30. Vbi autem erit cor tuum, &c.] *Auctor verba Euangeliſtæ tranſponit vti melius intelligi poſſint. nam apud Matthæum eſt:* Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum.

Cap. iiii.

31. Sit hunc Benedicti, &c.] *Capitis huius titulus dedimus:* De cæteris moleſtijs æquanimiter ſuſtinendis coronæ æternitatis ergò. *In quo etiam illum S. Cyprianus imitatur locis mox citatis. Atqui (vti adnotat Rhen.) illud:* Sit, *hic concedentis eſt, non impercantis. Vellud libro de Cor. Chriſti:* Sit planè ſtultum, ſi de noſtro ſenſu iudicemus Deum.

32. cùm in Sactamenti verba reſpondimus.] *De reſponſo ad verba* Sacramenti *Baptiſmi, ſeu* Sacramento, *id eſt, iureiurando in eodem præſtito, tractatum ad lib. de Baptiſ. Tom. 3. differimus.*

33. Nemo miles ad bellum, &c.] *Hunc totum locum (vti adnotat Rhenan.) imitatus eſt B. Hieronymus, cùm epiſtolam illam ad Heliodorum ſcriberet. Inquit enim: Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi vallum? vbi foſſa? vbi hyemis acta ſub pellibus?*

34. nec de cubiculo in aciem.] *Hieronymus ibidem: Et tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de vmbra egrederis ad ſolem.*

35. ſed de papilionibus expeditis & ſubſtrictis.] Expediuntur (*inquit Rhenan.*) *tentoria involuta, quum in caſtra extenduntur, & funiculus ad palos terræ infixos ſubſtringuntur. alligantúrque, ne vento diſturbante corruant.*

36. & imbonitas.] Imbonitatis (*inquit Rhenan.*) *Vocabulo rurſus vtitur in libro de Exhort. caſtit.* Alioquin res (*inquit*) & viris & fœminis eadem imbonitate ad matrimonium & ſtuprum commixtio carnis licitandum. *Porrò eadem forma dixit* imbonitatem *qua inalienum, pro non alieno, lib. 4. adu. Marc. Rectè autem paulopoſt reſtituit idem ex Gorlæenſi cod.* Etiamin pace, labore & incommodis.

37. in armis deambulando.] *Vegetius (ſecundum quod idem citat) penult. cap. lib. 1. Præterea veteres (inquit) conſuetudo permanſit, & Diui Auguſtus atque Adrianus conſticuionibus præcauerur, vt in menſe tam equites quàm pedites educantur ambulatum. Hoc enim verbo hoc exercitij genus nominant, & decem millia paſſuum armati inſtructique omnibus telis militari gradu ire ac redire iubebantur in caſtra, ita vt aliquã ſtineris partem curſu alacriore confi cerent. Rurſum lib. ſecundo: Iumentes quidem (inquit) & noui milites manè ac poſt meridem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem & eruditi, ſine intermiſſione ſemel in die exercebantur in armis. ibidem docet tempeſtate vel ventis aere turbato milites ſub tecto, quod ex cannis, vlna, vel culmo conſtabat, armis eruditi ſolitos. Ceteris autem & hyberna diebus ſi nimes pluuiaqua ceſſarent, exerceri cogebantur in campo; ne intermiſſa conſuetudine, animi militum dò litarentur & corpora. Sylua cædere, onera portare, foſſas transſilire, in mari vel in fluminibus natare, gradu pleno ambulare, vel etiam armatos cum ſarcinis ſuis currere frequentiſſimè conuenit, vt quotidiani vſus labores in pace, difficilis non videatur in bello:*

38. testudinem deficcando.] *Rectè quidem Rhen. De materia (inquit) actabulatus* testudo *contexitur, quæ ne exuratur incendio, corijs vel oliveijs, contemnibijque vestitur. Auctor Vegetius. Robustiora fiunt ligna, dum exsiccantur. Sed hos adijcendum, quod* Testudo *instrumentum fuerit bellicum sim le penè arieti, de quo libro de Pallio, dicta à similitudine reptilis, quod* Testudinem *dictum, eo quod trabem funiculis suspensam, quæ falx dicebatur modo, sicut suum caput reptile nunc exerat, nunc reducat. Addunt autem MS. 3.* defudando. *sed videtur loco huic non convenire.*

39. & solead cœlum.] *Adnotat. Rhenan. accipi hic cœlum pro vento seu aëre frigidiore; aliaqui (inquit) posset etiam legi:* gelu. *Ego verò magis crediderim accipi pro aëre crasso seu obscuro , iuxta illud Ciceronis lib. 2. de. Diuin. De cœlo aëris crassitudo; & quod apertius idem habet Tuscul. qu. libro 1.* Cœlum *hoc, in quo nubes, imbres, ventique agantur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ. Quò pertinere videtur & illud Virgilij Æneid.*

-Cœlúmque serenat.

40. de tunica ad loricam.] *Hieron. (vti ab eodem citatur) ad Helsodorum : Corpus adiuetum* tunicis loricæ *enim non fert. Atqui de* Tunica *vide lib. de Pallio cap. 1. & ibidem Adnot. nostras num. 4.*

41. Proinde vos Benedictæ] *Inter captiuos (inquit Rhenan.) ipsos Christianos erant & mulieres quæ nunc compellat, benedictas vocando. Eodem fœminas vocabulo ornat lib. de Cultu fœmin. cap. 4. 5. 9. & 13. Sic Cyprianus in epistola quadam ad Martyres : Beatas autem fœminas (inquit) saluto, quæ vobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutæ; & reliqua. Idem in sermone de Lapsis: Cum triumphantibus viris (inquit) & fœmine venient , quæ cum seculo dimicantes sexum quoque vicerunt.*

42. Agonothetes Deus viuus, &c.] *Vel ex eo quod hic & Deum vium agnoscit , Patrem nempe , & mox* Spiritum sanctum , *& deinde* Christum Iesum , *atque adeo tres in Trinitate personas, patet hunc librum conscriptum priusquam in Montani hæresim laberetur , quippe qui Hieron. teste contrarium senserit , vt lib. de Trinitate latius infrà Tom. 5. Atqui quid officij habuerint* Agonothetes, Xystarches, *& Epistates, ex Rhenano & aliis infrà latius libro de Spectaculis. Sicus & de* Brabio, *&* Athletarum *tum* vnctione, *tum* strictiori disciplina. *Hæc loco sufficiunt similes. Hieronymi loci, alter ad Lucinum: Nonest inuidia* Agonotheta *noster. Alter lib. ad Pammach. contra errores Ioannis Hierosolymitani: Cur ergo ista quæruntur (inquit) cur tu omissis super quibus pugnaest, de scamm ate & locorum animosis egredieris , in peregrinis & longè alienis disputationibus immoraris ?*

43. corona æternitatis, brabium , &c.] *Sine* brabium *legas ad imitationem Græcæ vocis sine* brauium , *vti habent 3. MS. perinde est. Similiter autem S. Cyprian. epist. 9. ad martyres & Confessores de Mappalico , explicans illud Psalm. 115. Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius. Pretiosa (inquit) mors hæc est , quæ mit immortalitatem pretio sanguinis sui, quæ accepit* coronam. *de consummatione virtutis. Et sub finem eiusdem Epistolæ: Sed & ipse (Dominus nempè) luctatur in nobis, ipse congreditur , ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter & coronatur. Latius autem idipsum repetit Tertull. sub finem lib. de Coron. milit. allegans & Scripturas , quæ* coronam *vitæ promittunt & repræsentant , Apocalyps. 3. 4. 6. 10. & 2. Tim. 4. Loci aduersus contra modernos aduersarios , qui vitam æternam non nisi gratiam esse volunt , non* coronam *aut mercedem. Item contra eos qui merita sanctorum Martyrum negant , qua correlativa sunt merita & merces , certamen legitimum & corona , quem admodum adtigimus lib. de Pœnit. & latius tractabimus lib. sequenti de Patientia.*

44. gloria in sæcula sæculorum.] *Adiudat ad illud Psal. 83. In sæcula sæculorum laudabunt te.*

CAP. IIII.

45. Scimus ex Dominico præcepto , &c.] *Inscriptionem huius capitis fecimus :* Quòd animari debeant Martyres exemplis eorum , qui famæ & gloriæ solius causa multa perpessi sunt. *in quo multa eadem reperet , quæ supra videre est Apologetici capite Vr. Atqui ex MS. 3. legimus :* Spiritum promptum esse , *& ex coniectura Ioannis Harrisij nec iam de incommodis carceris. Vbi* esse, *&* : de , recens adiecimus.

46. Timebit forsitan caro gladium grauem , &c.] *Cyprianus (inquit Rhenan.) aduersus Demetrianum generatorum tormentorum enumerans, quibus ille Christianos affligeret : innoxios (inquit) iustos, Deo carос , domo primas , patrimonio opibus , cathenis premit , carcere includit ; famis , bestijs , ignibus , punis . Rursum lib. de Lapsis : Sed cùm durissimi iudicis rectudescente sæuitia , iam fatigatum nunc flagella scinderent , nunc contunderent fustes , nunc equuleus extenderet , nunc vngula efferaret , nunc flamma torreret , caro me in collustatione deserat , infirmitas vsi cerum cedat. Idem alijs multis locis supplicia Christianorum commemorat. Videat ibidem Lector Adnot. nostras ad posteriorem librum num. 32. item in Tertull. Apolog. alicubi, vbi & vlt. cap. etiam supplicij meminit , ob quod* Sarmentitij *ac* Semaxij *dicebantur , eo quod ad stipitem dimidij axis reuincti Sarmentorum ambitu exurerentur. Qui lib. ad Scapulam cap. vlt. indicat primum dumtaxat gladiotenus animaduersum in Christianos , quamquam ab illo etiam cremarentur.*

47. Lucretia.] *Exemplum hoc notius quàm vt explicari debeat Repete idipsum sub finem lib. de Cultu.*

48. Mutius.] *De hoc vide Adnot. nostras in Apolog. cap. vlt. num. 621.*

49. Heraclitus.] *Is (vt adnotat Rhenan.) laborabat morbo aquæ intercutis , & cum obscuris sermonibus affectus homo , quærendum è medicis suisset; Num eximbre fieret atem facere possent , & ab illis ludi si putantibus fuisset neglectus; eandem ipse sibi subuenire volens , bubulis extrementis oblini corpus suum inflatum , fecit. Est apud Laërtium.*

50. Empedocles.] *De hoc vide Adnot. nostras in lib. de Pallio cap. 4. num. 83. Meminit item eiusdem infrà Tom. 3. lib. de Anima.*

51. Peregrinus, &c.] *Hæc lectio (inquit Rhenan.) mihi non displicet. Nam auctor est Eusebius Cesariensis in Chronicis, quæ nobis vertit Hieronymus , anno Imperij Marci Antonini Veri quinto , si non fallit numerus , Peregrinum Philosophum apud Pisas , rogo quem ex lignis compositerat incenso , semet superecesse. Rectè ergo Tertullianus dixit : non olim , ad antiqua exempla, quæ præmisit , respiciens ; cùm ipse vixerit sub Seuero , qui post Marcum Antoninum anno 33. regnare cœpit.* Peregrini *vitam descripsit Lucianus in libello cui titulus: De morte* Peregrini. *Qui fe to stator interfuisse spectacule , cùm in ignem se Proteus iniceret, hoc pacto gloriam aucuparetur ; id enim vocabula sibi indiderat impostor ille. Ammianus Marcellin. lib. 29. loquens de crudelitate Valentis Augusti ; Dudi vniuersi (inquit) flebiliter ingulantur præter Simonidem ; quem solum fauisse ille sententiæ lator, efferatus ob constantiam grauem , iusserat flammis exuri ; qui visam vt dominam fugitans rabidam , ridens subitas momentorum ruinas , immobilis constagrauit,* Peregrinum *illum imitatus: Praetea cognomine Philosophum clarum , qui cùm mundo digredi statuisset , Olympiæ quinquennalis certamine sub Græcæ conspectu tetus , ascensa rogo quem ipse construxit , flammis absumptus est. Aul. Gellius Noct. Attic. lib. Philosophum (inquit) nomine* Peregrinum , *cui postea cognomen fuit* Proteus *fatum est , virum grauem atque constantem vidimus , cùm Athenis essemus, diuerfantem in quodam tugurio extra vrbem , & reliqua.*

52. Dido.] *Vide hæc Adnot. nostras in vlt. cap. Apolog. num. 622.*

53. Asdrubalis vxor.] *Refert hoc Liuius lib. 51. ad vxorem Asdrubalis illius , qui tertio bello Punico à Scipione Æmiliano victus est.*

54. Regulus.] *Carthaginienses Attilium* Regulum (*vti adnotat Rhenan.) palpebris resectis dolio incluſum quo vndique acuti ſtimuli eminebant , necauerunt. Ex Valerio Max. L. Florus*

L. Florus de Regulo: *Nec vltimo siue carceris seu crucis supplicio deformata maiestas.* Seneca complurib. locu eruem Reguli commemorat.

55. Cleopatra.] *Hæc historia notior est quàm vt commentario sit opus. De regno eius cum Augusto vide lib. 4. du. 1ud. cap. 8. Adnotat autem Isidorus Etymol. li. 12. c. 5. quòd perierit Cleopatra genere aspidis quæ Ispala dicitur, eò quod somno necet, atque adeo quòd in mortem quasi somno soluta sit.*

56. merettrix Athenienſis.] *Exemplum hoc* meretricis Articæ *habes etiam supra, Apolog. cap. vlt. & in Adnot. nostris ibidem nn. 624.*

57. Nan quæ hodie apud Lacedæmonas, &c.] *Sic ex MS. pro:* Nam quod. *Atqui* (*Vti adnotauit ad ea. vlt. Apolog. hic citatum à Rhenano Francisc. Zephyrus*) *Δημαγωγὸν illam Spartanorum puerorum celebrauit Cicero in Tusculano. Alludit ad eandem illud Stratonici Apophthegma apud Athenæum: Quòd siquis horum, inquit, delinquat, plagis afficiatur* Lacedæmonij. *Cui add. Eustathius interpret. Hoc obiter dictum ſeſtiuius eſt, ob Δημαγωγίαν Spartanis ſollemnibus etiã feſtis celebrem.*

58. Tanti vitreum, quanti verum margaritum?] *Prouerbij huius explicationem ad Prolegomena noſtra differimus, ne hic prolixiores ſimus.*

CAP. V.

59. Omitto nunc gloriæ cauſſam, &c.] *Hæc caput inſcripſimus:* De exemplis illorum qui affectatione quadã omnia tormenta conculcant. *quod quum de Gladiatoribus agat, id etiam diſſerimus ad librum de Spectaculo.*

60. Iam & ad ignes quidam ſe autorauerunt.] Autorare (*Vti recte adnotauit Rhen.*) *obligare eſt, Vnde* autoramentum, *& milites* autorati. *Atqui alludere videtur ad Herculem, de quo S. Cyprian. lib. Quod idola non ſint Dij, ſic loquitur: Hercules vt hominem exuat, Oeteis ignibus concremabitur. Quod confirmatur etiam Feſti teſtimonio, qui eum dicit aſtrologum eo die ſeſtiſſimis interiiſſe, quo ſolis erat obſcurita futura. Quod quum ſecerit, Vt opinio ſuæ diuinitatis confirmaretur, recte adfectationi tribuit Auctor. Qui præterea illud recenſeant, citatus Adnotatoribus in dictum locum nu. 6. & exſtat eius rei hiſtoria apud Philoſtratum in Heroicis cap. 16. Plane autem ad loci huius intellectum facit, quod ſupra habet Auctor Apol. cap. 16. & qui viuus arderet, Herculem induerat.*

CAP. VI.

61. Sed hæc exempla, &c.] *Vltimum hoc caput inſcripſimus:* De conditionis humanæ contemplatione. *Quem etiam locum alicubi imitatur S. Cyprianus.*

62. & in mediis ciuitatibus elapſæ cauſis.] *Hîc venit mihi, inquit Rhenanus, in mentem duarum ſanarum Vrſarum, quas Valentinianus Auguſtus alebat, earum caucas iuxta cubiculum ſuum locare ſolitus. Alteri Micæ auræ nomen erat, alteri Innocentiæ. Mulres illæ mortalem lauarum, ridente & hac ſæuitia delectato principe. Auctor Ammian. Marcellinus lib. 39.*

63. quantæ qualeſque perſonæ, &c.] *Reſtè illud* hominis cauſſa *interpretatur Rhenanus de Imperatore: nam alludit ad exitus, ſeu occiſiones eorum, qui contra vtì partibus Seueri Imperatoris iurant, de quibus in hac verba Apolog. c. 35.* Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocij aut plauſores quotidie reuelantur, poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes. *de quibus ibidem lacuna n. 478. & 479. Hæc vnum ſit adjuuam, hunc apparere eodem ferè tempore ſcriptum hunc librum, quo Apologeticum.*

ARGVMENTVM IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE PATIENTIA.

PATIENTIÆ *encomium deſcripturus Tertullianus, poſt captatam Lectoris benevolentiam, non alijs modò, ſed ſibi potiſſimum eam exoptans, ſuſpirans & inuocans.* I.

Primùm deducit, etiam eos qui cæca viuunt Philoſophos, omnem ſapientiæ oſtentationem de Patientia præ ſe ferre.

Deinde Deum ipſum Patientiæ nobis exemplum eſſe debere, vſque adeò vt plures Dominum idcircò non credant, quia ſæculo iratum tamdiu neſciunt. II.

Item & Chriſtum Dominum inter homines in terris, qui etſi homo, nihil tamen de impatientia hominis imitatus eſt. III.

Quidquòd & obſequij diſciplina, quam nobis alij exhibent, quámque nos Deo debemus, commendationem & præſcriptionem Patientiæ in ſe contineat. IIII.

Imò quantum ſit bonum Patientia, ex contrario impatientiæ malo magis illuminari; cuius natales in ipſo diabolo deprehenduntur, qui quia patienter hominem non tulerat, angelus perditionis factus eſt, & eundem hominem primò conuenta & infecta muliere in crimen aduocauit. Qui ant. 4 innocens vbi ſemel impatientiæ ſuccidit, deſiuit Deo ſapere, ex qua proinde matrix facta eſt in omne delictum. V.

Porrò Patientiam eam eſſe, quæ fidem antecedat & ſubſequatur, exemplo Abrahæ comprobat, & Chriſti, quum gratiam legi ſuperduxit, fidem Patientia ira prohibita compoſuit. VI.

Atque adeò contemptum diuitiarum, & cupiditatum detruncationem, Patientiæ exercitationem eſſe. VII.

Eadem quoque fieri, vt minoribus delictis, vt potè maledicti, & linguæ amaritudinis non lædamur, quum æquanimiter iniuriam patimur. VIII.

In amiſsione item noſtrorum Patientia dolorem temperari. IX.

Vltionis item libidinem aut gloriæ aut malitiæ cauſſa, numquam non Domino odioſam, qui ſibi vindictam arrogat, Patientia excludi. X.

Multiplicia præterea mali ſpiritus incitamenta & domi & foris noſtra æquanimitate eludi, & in- XI.

super eius officij dignam esse mercedem, salicitatem scilicet regni cælorum. D

XII. *Quum præterea omnem speciem salutaris disciplinæ gubernet Patientia, etiam pacis & pœnitentiæ ministram esse, solitæ lapsis subuenire; item fidei, spei & dilectionis.*

XIII. *Neque verò in animo tantùm constitutam Patientiam, sed & in corpore demerendo Domino multipliciter adlaborare, tum afflictatione corporis per ieiunia, tum continentia carnis, in viduis, virginibus, voluntarijs spadonibus, tum denique in persecutionibus, seu fuga vrgeat, seu carcer præueniat, seu denique verbera, ignem, crucem, bestias, gladium constanti ſſ. tulerit.*

XIIII. *Exemplo esse, qui hic Patientiæ viribus subnixi sunt, Isaiam, Stephanum, & fæliciſſ. illum Iob, qui omnem Patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit.*

XV. *Denique Patientiam Deum habere debitorem, quòd omnibus eius mandatis interueniat, & fidelem delectet, Gentilem inuitet, in omni ætate, in omni sexu formosa sit, vti velex effigie habituque Patientiæ, quam paulo latiùs prosequitur, comprehendere est.*

XVI. *Ita tamen vt de cælesti, vera, Christiana Patientia hæc omnia intelligantur, non de Patientia Gentium falsa & probrosa, quam diabolus æmulatus & suos docuit.*

Ceterùm præterquàm quòd nemo de hoc libro Tertulliani vmquã dubitauerit, pro more suo ad instar huius S. Cyprianus librum scripsit: De bono Patientiæ, in quem multa etiam ipse verba transscripsit. Viderunt etiam Manuscriptum Trithemius & Politianus ante omnem editionem, quæ multo pòſt facta est per Rhenanum, ex Paterniacensi primùm, deinde & Gorziensi codice, & initio scholijs, posteà & Adnotationibus egregiè aucta, vt non magnoperè nouo commentario sit opus. Nos interim aliquot additis nostris Adnotationibus, iterum ex tribus Vaticanis codicibus MS. hunc librum repurgauimus. E

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI PRESBYTERI DE PATIENTIA, LIBER.

CAP. I. ONFITEOR [1] ad Dominum Deum satis temerè me, si non etiam impudenter, de patientia componere causum. cui præstandæ idoneus omninò non sim, vt homo nullius boni: quando oporteat demonstrationem & commendationem alicuius rei adortos, ipsos priùs in administratione eius rei deprehendi, & constantiam commonendi propriæ conuersationis auctoritate dirigere, nec dicta factis deficientibus erubescant. Atque vtinam erubescere istud remedium ferat, vti pudor non exhibẽdi, quod alijs suggestum imus, exhibendi fiat magisterium: nisi qui quod bonorum quorundam sicuti & malorum, intolerabilis magnitudo est: vt ad capienda & præstanda ea, sola gratia diuinæ inspirationis operetur. Nam quod maximè bonum, id maximè penes Deum, nec alius id quàm qui possidet dispensat, vt cuique dignatur. Itaque velut solatium erit disputare super eo [2] quod frui non datur, vice languentiũ, qui cùm vacent à sanitate, de bonis eius tacere non norunt. Ita miserrimus ego, semper æger caloribus impatientiæ, quam nõ obtineo, patientię sanitatẽ, & suspirẽ & inuocem & petorẽ necesse est, cũ recordor, & in meę imbecillitatis cõremplatione digero, bonã fidei valetudinẽ, & dominicæ disciplinæ sanitatẽ, non facilè cuiquã, nisi patientia adsideat, prouenire. Ita proposita Dei rebus est, vt nullum præceptum obire quis, nullũ opus Domino complacitum perpetrare extraneus à patientia possit, bonũ eius, ctiã [3] qui cæca viuunt, summæ virtutis appellatione honorent. Philosophi quidẽ, qui alicuius sapientiæ animalia deputantur, [4] tantũ illi subsignant, vt cũ inter sese varijs sectarũ libidinibus & sententiarum æmulationibus discordent, solius tamen patientiæ in cõmune memores, huic vni studiorum suorũ commiserint pacem. In eam conspirant, in eam fœderantur, illi in adfectatione virtutis vnanimiter student, omnem sapientiæ ostentationem de patientia præferunt. Grande testimonium eius est, cùm etiam vanas seculi disciplinas ad laudem & gloriam promouet. Aut nunquid potius iniuria cum diuina res in seculari bus artibus volutatur? Sed viderint illi, quos mox CAP. II. sapientiæ suæ cum seculo destructæ ac dedecoratæ pudebit. [5] Nobis exercendæ patiẽtiæ auctoritatẽ, non [6] affectatio humana caninæ æquanimitatis [7] stupore formata, [8] sed viuæ ac cælestis disciplinæ diuina dispositio delegat, Deum ipsum ostendens patientiæ exemplũ: iam primum qui [9] florem lucis huius super iustos & iniustos æqualiter spargit: qui temporum officia, elementorũ seruitia, [10] totius geniturę tributa dignis simul & indignis patitur simul occurrere, sustinẽs ingratissimas nationes, ludibria artium & opera manuum suarum adorantes, [11] nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, F

Matt. 5.

A xuriam, auaritiã, iniquitatem, malignitatem quotidie insolescẽtem, vt sua sibi patiẽtia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tamdiu nesciunt. [Et[11] haec quidem diuinæ patientiæ species quasi de longinquo, fors vt de supernis æstimetur. Quid illa autem quæ inter homines palàm in terris quodammodo manu apprehẽsa est? [12] Nasci se Deus in vtero patitur matris, & expectat, natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus insuper sibi est, & à [13] seruo suo tinguitur, & tentatoris congressus solis verbis repellit. Cùm de domino fit magister, docens hominem euadere mortem, ob salutem [14] scilicet venire offensa patientia eruditus, non contendit, non reclamauit, nec quisquam in plateis vocem eius audiuit, arũdinem quassatam non fregit, linum fumigans non restinxit. Nec enim mentitus fuerat Propheta, imò ipsius Dei contestatio, spiritum suũ in filio eum tota patientia collocantis. Nullum volentem sibi adhærere non suscepit: nullius mensam tectũmve despexit. [15] Atquin ipse lauandis discipulorum pedibus ministrauit. Non peccatores, nõ publicanos aspernatus est. Non illi saltem ciuitati quæ eum recipere noluerat iratus est, cùm etiam discipuli tam contumelioso oppido [17] cœlestes ignes repræsentari voluissent. Ingratos curauit, insidiatoribus cessit. [18] Parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotauit. Cùm verò traditur, cùm adducitur, vt pecus ad victimã (sic enim non magis aperit os, quàm agnus sub tondentis potestate) ille cui legiones angelorum, si voluisset, vno dicto de cœlis affuissent, [19] ne vnius quidem discentis gladium in vltorẽ probauit: patientia Domini in Malcho vulnerata est. [20] Itaque & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei, quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam, misericordiæ matrem, Taceo [21] quod figitur. in hoc enim venerat. Nunquid tamen sub eundæ morti etiam contumelijs opus fuerat? Sed saginari voluptate pãtientiæ discessurus volebat. Despuitur, verberatur, deridetur, fœdis vestitur, fœdioribus coronatur. Mira æquanimitatis

B fides. Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatiẽtia hominis imitatus est. Hinc vel maximè Pharisæi Dominum agnoscere debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantáque documẽta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei est, [21] penes nos verò ratio & structio, satis apertè non sermonibus modò in præcipiendo, sed etiam passionibus Domini sustinendo probant his quibus credere datum est, patientiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam ingenitę cuiusdam proprietatis. [23] Igitur si probos quoque seruos & bonæ mẽtis, pro ingenio dominico conuersari videmus (si quidem artificium promerendi, obsequium est: obsequij verò disciplina, morigera (subiectio est) quantò magis nos secundũ Dominũ moratos inueniri oportet? Seruos scilicet Dei viui, cuius iudiciũ in suos, [24] non in compede, aut pileo vertitur, sed in æternitate aut pœnæ, aut salutis. Cui seueritati declinandę, vel liberalitati inuitandę, tanta obsequij diligẽtia opus est, quãta sunt ipsa quæ aut seueritas cõminatur, aut liberalitas pollicetur. Et tamẽ nos nõ de hominibus modò [25] seruitute subnixis, vel quolibet alio iure debitoribus obsequij, verũ etiã de pecudibus etiã de bestijs obedientiã exprimimus, intelligentes vsibus [26] nostris à Domino prouisas traditásque. Meliora ergo nobis erũt in obsequij disciplina, quæ nobis Deus subdit? agnoscũt deniq; quæ obediũt. nos cui soli subditi sumus, Domino scilicet, aufcultare dubitamus? At quã iniustũ est, quẽ etiã ingratũ quod per alterius indulgentiã de alijs consequaris, idẽ illi per quẽ consequeris, de temetipso non rependere? Nec pluribus de obsequij exhibitione debita à nobis Domino Deo. Satis enim agnitio Dei quid sibi incũbat, intelligit. Ne tamen vt extraneũ de obsequio videamur interiecisse, ipsum quoque obsequiũ de patientia trahitur. Nunquam impatiẽs obsequitur, aut patiens quis obluctatur.

C Quàm ergo Dominus omniũ bonorum & demonstrator & acceptor, Deus in semetipso circũtulit, quis de bono eius latere retractet? cui item dubium sit omne bonum, quia ad Deum pertineat, pertinẽtibus ad Deũ tota mente sectandũ? Per quæ in [27] expedito & quasi in præscriptionis cõpendio & cõmendatio & exhortatio de patiẽtia constituta est. [[28] Verumtamẽ procedere disputationẽ de necessarijs fidei non est otiosum, quia nec infructuosum. Loquacitas in ædificatione nulla turpis, si quãdo turpis. Itaque si de aliquo bono sermo est, res postulat cõtrariũ quoque boni recẽsere. Quid enim sectandũ sit, magis illuminabis, si quod vitandũ sit proinde digessĕris. Consideremus igitur de impatientia: an sicut patientia in Deo, ita aduersaria eius in aduersario nostro nata atq; cõperta sit: vt ex isto appareat, quàm principaliter fidei aduersetur. Nam quod ab æmulo Dei cõceptum est, vtique nõ est amicum Dei rebus. Eadẽ discordia est rerũ quæ & auctorum. Porrò cùm Deus optimus, diabolus contrariò pessimus, ipsa sui diuersitate testantur [29] neutrũ alteri facere, vt nobis non magis à malo aliquid boni, quàm à bono aliquid mali editũ videri possit. Igitur [30] natales impatientiæ in ipso diabolo deprehendo, iã tunc cùm dominum Deum vniuersa opera quæ fecisset, imagini suæ, id est, homini subiecisse impatiẽter tulit. Nec enim doluisset, si sustinuisset: nec Inuidisset homini, si nõ doluisset. Adeò decepit cũ, quia inuiderat. Inuiderat autẽ, quia doluerat. Doluerat, quia patienter vtique non tulerat. Quid primùm fuerit ille angelus perditionis, malus an impatiens, contemno quærere: palàm cùm sit, impatientiam cum malitia, aut malitiam [31] ab impatientia ausp icatam; deinde intet se consp irasse, & indiuiduas in vno patris sinu adoleuisse. At enim quam primus sensĕrat, per quam delinquere intauerit, de suo experimento quid ad peccandũ adiutaret structus, eandẽ impingẽdo in crimen homini aduocauit. conuenta statim illi mulier, non temerè dixerim per collo quium ipsum

C. III.

Isai. 42.

Ioan. 13.
Matth. 9.
Luc. 9.
Luc. 17.
Matth. 14.
Matth. 26.
Isai. 53.
Matth. 26.
Ioan. 18.
Matth. 16.
Matt. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.

C. IIII.

Gen. 1. & 9.

Cap. V.

Gen. 1.

Gen. 3.

eius afflata est spiritu impatientia infecto. vsqueadeò nunquam omnino peccassет, si diuino [11] interdicto patientiam perseuassет. Quid quòd non sustinuit sola conuenta, sed [12] apud Adam nondum maritum, nondum aures sibi debentem, impatiens etiam tacendi est? ac [13] traducem illum eius quod à malo hauserat, facit. Perit igitur & alius homo per impatientiam alterius: perit mox & ipse per impatientiam suam vtrobique commissam, & circa Dei præmonitionẽ, & circa [14] diaboli circumscriptionem: illã seruare, hanc refutare non sustinens. Hinc prima iudicij, vnde delicti origo: hinc Deus irasci exortus, vnde offendere homo inductus. Inde in Deo prima patientia, vnde indignatio prima. Qui tunc maledictione sola contentus, ab animaduersionis impetu in diabolo temperauit. Aut quod crimen ante istud impatientiæ admissum homini imputatur? [15] Innocẽs erat, & Deo de proximo amicus, & paradisi colonus. [17] At vbi semel succidit impatientiæ, desiuit Deo sapere, desiuit cœlestia sustinere posse. Exinde homo terræ datus, & ab oculis Dei eiectus, facilè [18] vsurpari ab impatientia cœpit in omne quod Deum offenderet. Nam statim illa semine diaboli concepta, malitiæ fœcunditate iram filium procreauit: editũ suis artibus erudijt. Quod enim ipsum Adam & Euã morti immersérat, docuit & filium ab homicidio incipere. Fruſtrà istud impatiẽtiæ adscripsérim, si Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes suas à Domino recusatas æquanimiter nec impatienter tulit: si iratus fratri suo non est, si neminem denique interemit. Cùm ergo nec occidere potuerit nisi iratus, nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram gessit, ad eam referendum, à qua ira suggesta est, per hæc [19] impatientiæ tunc infantis quodammodò incunabula. Cæterùm quanta mox incrementa? nec mirũ. Nam si prima deliquit, consequens est vt quia prima, idcircò & sola sit matrix in omne delictum, defundens dè suo fonte varias criminũ venas. De homicidio quidem dictum est. Sed ira editũ à primordio, etiã quæcunque postea causas sibi inuenit, ad impatientiam vt ad originem sui confert. Siue enim quis inimicitijs, siue prædæ gratia id scelus cõficit, prius est vt aut odij aut auaritiæ fiat impatiens. Quicquid compellit, sine impatientia sui nõ est, vt perfici possit. Quis adulteriũ fine libidinis impatientia subijt? Quòd & si pretio in fœminis cogitur venditio illa pudicitiæ, vtique impatientia contemnendi lucri ordinatur. [40] Hæc vt principalia penes Dominũ delicta. Nam vt cõpendio dictum sit, omne peccatum impatientiæ asscribendũ. Malum impatiẽtia est boni. Nemo impudicus nõ impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. Vt malus vtusquisque fiat, bonus perseuerare non poterit. Talis igitur excetra [41] delictorũ: cur non Dominũ offendat improbatorem malorum? An non ipsum quoque Israël per impatientiã semper in Deũ deliquisse manifestum est? exinde quũ oblitus brachij cœlestis quo Ægyptijs afflictationibus fuerat extractus, de Aaron sibi Deos duces postulat, quum in idolum auri sui collationes defundit: tã necessarias enim Moysi cum Domino congredientis impatienter exceperat moras. Post [43] mannæ escatilẽ pluuiã, post petræ aquatilẽ sequelam desperant de Domino, tridui sitim non sustinendo. nã hæc quoque illis impatientia à Domino exprobratur. Ac ne singula peruagemur, nunquã non per impatientiã delinquẽdo perierunt. Quomodò autem prophetis manus intulerunt, nisi per impatientiã audiendi? Domino autem ipsi, per impatientiã etiam videndi. Quòd si patientiã inissent, liberarentur. [Ipsa [43] adeò est, quæ fidem & subsequitur, & antecedit. Denique Abraham Deo credidit, [44] & iustitiæ deputatus ab illo est: sed fidem eius patientia probauit, quum filium immolare iussus est, ad fidei nostrę contentionem dixerim, sed typicã contestationẽ. Cæterùm Deus quẽ iustitię deputasset, sciebat. Tã graue præceptũ quod nec Domino perfici placebat, patiẽter & audiuit, & si deus voluisset, implesset. Meritò ergo benedictus, quia & fidelis: meritò fidelis, quia & patiens. Ita fides patientia illuminata, quũ in nationes seminaretur, per semen Abrahæ, quod est Christus, & gratiam legi superduceret, ampliandæ adimplendæque legi adiutricem suam patientiam præfecit, quòd ea sola ad iustitiæ doctrinam retrò defuisset. Nam olim & oculum pro oculo, & dentem pro dente repetebant, & malum malo fœnerabãt: nondum enim patientia in terris, quia nec fides: scilicet interim impatientia occasionibus legis fruebatur. Facilè erat absente domino patientiæ & magistro. Qui postquàm superuenit, & gratiam fidei patientia composuit, iam nec verbo quidem lacessere, nec fatue quidem dicere [45] sine iudicij periculo licet. Prohibita ira, restricti animi, compressa petulantia manus, exemptum linguæ venenum plus lex quàm amisit, inuenit: dicente Christo: Diligite inimicos vestros, & maledicentibus benedicite: & orate pro persecutoribus vestris, vt filij sitis patris vestri cœlestis. Vides quàm nobis patrem patientia acquirat? Hoc principali præcepto vniuersa patientiæ disciplina succincta est, [46] quando ne linguæ quidem malefacere concessum est. [Iam [47] verò percurrentibus nobis causas impatientiæ, cetera quoque præcepta suis locis respondebunt. Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni penè in loco de contemnendo sæculo scripturis dominicis commoneturnec maior ad pecuniæ contẽptum exhortatio subiacet, quàm quod ipse Dominus in nullis diuitijs inuenitur. Sẽper pauperes iustificat, diuites prædãnat. [48] Ita detrimentum patientiæ, fastidium opulentiæ præministrauit demõstrans per abiectionem diuitiarum, [49] læsuras quoque earum computandas non esse. Quod ergo nobis appetere minime opus est, quia nec Dominus appetiuit, detruncatum vel etiam ademptum non ægrè sustinere debemus. Cupiditatem omnium malorũ radicem spiritus Domini per Apostolũ pronunciauit. Eam non in concupiscentia alieni tantùm constitutam interpretemur: nam & quod nostrum

Gen. 4.

Exod. 16.

Exod. 17.

Act. 8.
Sap. 2.
CA. VI.
Gen. 15.
Gen. 22.

Gal. 3.

Exod. 21.
Deut. 19.

Matth. 5.

C. VII.

A strum videtur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos. [15] Itaque si damno affecti impatienter senserimus, non de nostro amissum dolentes, sed affines cupiditatis deprehendemur. Alienum quærimus, quum alienum amissum dolentes ægrè sustinemus. Qui damni impatientia concitatur, terrena cœlestibus anteponendo, de proximo in Deum peccat. Spiritum enim quem à Domino sumpsit, secularis rei gratia concutit. Libentes igitur terrena amittamus, cœlestia tueamur. Totum licet seculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Iam qui minutum sibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignauia, non constanter sustinere constituit nescio an facilè, vel ex animo ipse rei suæ manum inferre posset in causa eleemosynæ. Quis enim ab alio secari omninò non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi & communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferè di tunicam, etiam pallium offerre possit: Quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, si cum in tantum amauerimus, vt amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. Quid hic inuenimus, vbi habemus amittere? Gentilium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animę anteponant. Nam & faciunt cùm lucri cupiditatibus quæstuosa pericula mercimoniorum in mari exercent: cùm pecuniæ causa [17] etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant: [18] cùm denique ludo & castris sese locant, cùm per viam in mores [19] bestiarum latrocinantur. Nos verò secundum diuersitatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere conuenit; seu sponte in largiendo, seu patientem in amittendo. [14] Ipsam animam, ipsumque corpus in seculo isto exposi- C.VIII.
tum omnibus ad iniuriam gerimus, eiúsque iniuriæ patientiam subimus: [15] minorum deliberatione
B lædemur? Absit à seruo Christi tale inquinamentum, vt patientia maioribus tentationibus præparata in friuolis excidat. Si manu quis tentauerit prouocare, præsto est Dominica[16] monela, Verberantite, inquit, in faciem, etiam alteram genam obuerte. Fatigetur improbitas, patientia tua. [17] Quiuis ictus ille sit dolore & contumelia constrictus, grauius à Domino vapulat. Plus improbum illum cædis sustinendo. Ab eo enim vapulabit, cuius gratia sustines. Si linguæ amaritudo, maledicto siue conuicio eruperit, respice dictum: Quum vos maledixerint, gaudete. [18] Dominus ipse maledictus in lege est, & tamen solus est benedictus. Igitur dominum serui consequamur, & maledicamur patienter, vt benedicti esse possimus. Si parum æquanimiter audiam dictum aliquod in me proteruum aut nequam, reddam & ipse amaritudinis vicem necesse est, aut cruciabor impatientia muta. Quum ergo percussero maledicto, quomodo secutus inueniat doctrinam Domini qua traditum est, [19] non vasculorum iniquinamentis, sed eorum quæ ex ore promuntur, hominem communicari. Item: Manere nos omnis vani & superuacui pictí reatum? Sequitur ergo vt à quo nos Dominus arcet, idem ab alio æquanimiter pati admoneat, hic iam de patientiæ voluntate. Nam omnis iniuria, seu lingua, seu manu incussa, cùm patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo [20] telum aliquod in petra constantissimæ duritiæ libratum & obtusum. Concidet enim ibidem irrita opera & infructuosa, & nonnunquam repercussum in eum qui emisit, reciproco impetu fæuiet. Nempè idcircò quis te lædit vt doleas: quia fructus lædentis in dolore læsi est. Ergo cùm fructum eius euerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui: tunc tu non modò illæsus ibis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper aduersarij tui & frustratione oblectatus, & dolore defensus. Hæc est patientiæ vtilitas & voluntas. [61] Ne illa quidem impatientiæ species excusatur in amissione nostrorum, vbi aliqua do- CA. IX.
loris patrocinatur assertio. Præponendus est enim respectus denunciationis Apostoli, qui ait: Ne 1.Thess.4.
C contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes quæ spe carent. Et merito. [62] Credentes enim resurrectionem Christi, in nostram quoque credimus, propter quos ille & obijt & resurrexit. Ergo cùm constet de resurrectione mortuorum, vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris. Cur enim doleas, si perisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum? Profectio est quam putas mortem. Non est lugendus qui antecedit, sed planè desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderatè feras abisse, quem mox subsequeris? Cæterùm impatientia in huiusmodi, & spei nostræ malè ominatur, & fidem præuaricatur. Et Christum lædimus, cùm euocatos quosque ab illo, quasi miserandos non æquanimiter accipimus. [63] Cupio, inquit Apostolus, recipi iam, & esse cum Christo. quantò melius ostendit votum Christia- Philip.1.
norum. Ergo votum si alios consequutos impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus. [64] Est CAP.X.
& alius summus impatientiæ stimulus, vltionis libido, negotium curans aut gloriæ aut malitiæ. Sed & gloria vbique vna, & malitia nunquam non Domino odiosa, hoc quidem loco maximè, quum ab alterius malitia prouocata, superiorem se in exequenda vltione constituit, & remunerans nequam duplicat quod semel factum est. Vltio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certam redarguitur malignitatis. Quid enim refert inter prouocantem & prouocatum, nisi quòd ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? Tamen vterque læsi hominis Domino reus est: qui omnem nequam & prohibet & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio est: nec locus secernit, quod similitudo coniungit. Absolutè itaque præcipitur malum malo Rom.12.
non rependendum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruabimus, si fastidientes.

in fastidio vltionis non erimus ? Quem autem honorem litabimus domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus ? Nos putres vasa fictilia, seruulis nostris assumentibus sibi de conseruis vltionem, grauiter offendimur: cósque qui nobis patientiam obtulerint suam, vt memores humilitatis, seruitutis, ius dominici honoris diligentes, non probamus modò, sed ampliorem quam ipsi sibi præsumpsissent, satisfactionem facimus. Id nobis in Domino tam iusto ad æstimandum, tam potentiad perficiendum periclitatur? Quid ergo credimus iudicem illum, si non & vltorem? Hoc se nobis
Deut.32. repromittit, dicens: Vindictam mihi, & ego vindicabo. id est, Patientiam mihi, & ego patientiam
Matth.7. remunerabo. Cùm enim dicit, Nolite iudicare, ne iudicemini, nónne patientiam flagitat ? Quis enim non iudicabit alium, nisi qui patiens erit non defendendi ? quis idcircò iudicat, vt ignoscat? Ac si ignoscet, tamen iudicantis [61] impatientiam cauit, & honorem vnici iudicis, id est, Dei absti-
lit. Quantos verò casus huiusmodi impatientia incurrare confuecerat ? Quotiens pœnituit defensionem ? [66] quotiens instantia eius deterior facta est causis suis ? Quoniam nihil impatientia susceptum, sine impetu transigi nouit: nihil impetu actum, aut non offendit, aut corruit, aut præceps abijt.
Iam si leuiùs defendaris, insanies: si vberiùs, oneraberis. Quid mihi cum vltione, cuius modum regere non possum per impatientiam doloris? [67] Quòd si patientiæ incubabo, non dolebo: si non do-
CA. XI. lebo, vlcisci non desiderabo. [Post [63] has principales impatientiæ materias, vt potuimus regestas, quid inter ceteras euagemur, quæ domi, quæ foris? Lata atque diffusa est operatio mali. Multiplicia spiritus incitamenta iaculantis, & modò paruula, modò maxima. Sed paruula de sua medio critate contemnas, maximis pro sua exuberantia cedas. Vbi minor iniuria, ibi nulla necessitas impatientiæ. At vbi maior iniuria, ibi [69] necessarior iniuriæ, medela patientiæ. Certemus igitur [70] quæ à Malo infligauntur sustinere, vt hostis studium, æmulatio nostræ [71] æquanimitatis eludat. Si verò quædam ipsi in nos, aut imprudentia, aut sponte etiam superducimus, æquè patienter obeamus, quæ nobis imputamus. Quòd si à Domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiam quàm Domino præbeamus? Quin insuper gratulari & gaudere nos docet, dignatione diuinæ castigationis. Ego, E
inquit, quos diligo, castigo. O seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus instat! cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit. Vndique igitur adstricti sumus officio patientiæ administrandæ. Quia qua ex parte, aut erroribus nostris, aut Mali insidijs, aut admonitioni-
Matth.5. bus Domini[72] interuenimus, [71] eius officij magna merces, fœlicitas scilicet. Quos enim fœlices Dominus nisi patientes nuncupauit dicendo : Beati pauperes spiritu, illorum est enim regnum cœlo-
Ibidem. rum. Nullus profectò spiritu pauper, nisi humilis. Quis enim humilis nisi patiens? quia nemo subijcere sese potest, sine prima patientia subiectionis ipsius. Beati, inquit, flentes atque lugentes. Quis
Luc.6. *Matth.5.* talia sine patientia tolerat? [74] Itaque talibus & aduocatio & risus promittitur. Beati mites. Hoc quidem vocabulo: impatientes non licet omninò censeri. Item quum pacificos eodem titulo fœlicitatis notat, & filios Dei nuncupat, nunquid impatientes pacis affines? Stultus hæc senserit. Quum verò gaudete & exultate dicit, quotiens vos maledicent & persequentur: [75] merces enim vestra pluri-
ma in cœlo: id vtique non exultationis impatientiæ pollicetur: quia nemo in aduersis exultabit, nisi
C. XII. antè ea contempserit: nemo contemnet, nisi patientiam gesserit. [[76] Quod pacis gratissimæ Deo
Matth.18. adtinet disciplinam, quis omninò impatientiæ natus, vel semel ignoscet fratri suo? non dicam septies,
Matth.5. sed septuagies septies? Quis ad iudicem cum aduersario suo dirigens, negotium [77] conuenientia soluet? nisi priùs iam doleret, duritiam, amaritudinem, venena scilicet impatientiæ amputaret ? Quo
Luc.6. *Matth.5.* modo remittes, & remittetur tibi, si tenax iniuriæ per absentiam patientiæ fueris? Nemo conuulsus animum in fratrem suum, munus apud altare perficiet, nisi priùs reconciliando fratri reuersus ad pa- F
Ephes.4. tientiam fuerit. Sol super iram nostram si occiderit, periclitamur. Non licet nobis vna die sine patiétia manere. Atenim cùm omnem speciem salutaris disciplinę gubernet, quid mirum quod etiam pœnitentiæ ministrat, solitæ lapsis subuenire, [78] cùm disiuncto matrimonio, ex ea tamen causa, qua licet seu viro, seu fœminæ ad viduitatis perseuerantiam sustineri, hæc expectat, hęc exoptat, [79] hęc exorat pœnitentiam, quandoque inuitis salutem. Quantum boni vtrique confert, alterum adulterum non facit, alterum emendat. Sic & illis dominicarum similitudinum exemplis de patientia sanctis adest. Erroneam ouem patientia pastoris requirit & inuenit. Nam impatientia vnam facilè cõtemneret. Sed laborem inquisitionis patientia suscipit, & humeris insuper aduehit baiulus patiens
Luc.15. peccatricem derelictam. Illum quoque prodigum filium patientia patris & recipit, & vestit, & pascit, & apud impatientiam irati fratris excusat. Saluus est igitur qui perierat, quia pœnitentiam inijt.
Ibidem. Pœnitentia non perit, quia patientiam inuenit. Nam dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus sanctì spiritus commendat, cuius nisi patientiæ
1. Cor.13. disciplinis eruditur? Dilectio, [80] inquit, magnanimis est: ita patientiam sumit. Benefica est: malum patientia non facit. Non æmulatur: id quidem patientiæ proprium est. Nec proterunm sapit: modestiam de patientia traxit. Non inflatur, non proteruit: non enim ad patientiam pertinet. Nec sua requirit, suffert sua, dum alteri prosit: nec incitatur. Ceterùm quid impatientię reliquisset? Ideò, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat. vtique quia patiens. Merito ergo nũquam excidet: nam cetera euacuabuntur, consummabuntur. Exhauriuntur linguæ, scientiæ, prophetię: permanent fides,

spes,

A spes, dilectio. Fides, quam Christi patientia induxit: spes, quam hominis patientia expectat: dilectio, quam Deo magistro patientia comitatur. [81 Vsque huc de patientia tandem simplici & vniformi, & tantùm in animo constituta: quum eadem etiam in corpore, 82 demerendo Domino multipliciter 83 adlaboret: 84 vtpotè quæ ab ipso Domino in corporis quoque virtute edita est, siquidem rector animus facilè communicat spiritus inuecta cum habitaculo suo. Quæ igitur negotiatio patientiæ in corpore? In primis adflictatio carnis hostia Domino placatoria per humiliationis sacrificium, quum sordes cum angustia victus Domino libat, contenta simplici pabulo puróque aquæ potu, quum ieiunia coniungit, quum cineri & sacco inoleſcit. Hæc patientia corporis precationes commendat, deprecationes affirmat: hæc aures Christi Dei aperit, seueritatem dispergit, clementiam elicit. Sicilerex Babylonius offenso Domino cùm squalore & pædore septennij ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis sui, & regnum recuperauit, & quod optabilius homini est, satis Deo fecit. Iam si altiores & fœlicliores gradus corporalis patientiæ digeramus, eadem sanctitati quoque procurat continentiam carnis. 85 Hæc & viduam tenet, & 86 virginem adsignat, & 87 voluntarium spadonem ad regna cœli leuat. Quod de virtute animi venit, in carne perficitur, carnis patientia in perſequutionibus denique præliatur. Si fuga 88 vrgeat, incommoda fugæ caro militat. Si & carcer præueniat, caro in vinculis, caro in ligno, caro in solo, & in illa paupertate lucis, & in illa patientia mundi. Quum verò producitur, ad experimentum fœlicitatis, ad 89 occasionem secundæ intinctionis, 90 ad ipsum diuinæ sedis ascensum, nulla plus illic quàm patientia corporis. si spiritus promptus, sed caro sine patientia infirma, vbi salus spiritus & carnis ipsius. Atquum hoc Dominus de carne dicit infirmam pronuncians, quid ei firmandæ opus sit ostendit, patientia scilicet 91 aduersus omnem subuertendæ fidei, vel puniendæ paraturam, vt verbera, vt ignem, vt crucem, bestias, gladium con- C.XIII. Dan. 4. Matth. 19. Matth. 26

B stantissimè toleret, quæ Prophetę, quæ Apostoli sustinendo vicerunt. [92 His patientiæ vitibus secatur Esaias, & de Domino non tacet. 93 Lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat. 94 Ofœliciſſimum illum quoque, qui omnem patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit. Quem non abacti greges, non illæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruinæ impetu adempti, non ipsius denique corporis in vulnere cruciatus, à patientia (fide Domino dedita) excluſit, quem diabolus totis viribus frustrà cæcidit. Neque enim à respectu Dei tot doloribus auocatus ille est, sed constitit nobis in exemplum & testimonium, tam spiritu quàm carne, tam animo quàm corpore, patientiæ perpetrandæ: vt neque damnis ſecularium, necamiſſionibus chariſſimorum, nec corporis quidem conflictationibus succidamus. 95 Quale in illo viro feretrū Deus de diabolo exstruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ suæ extulit, quum ille homo ad omnem acerbum nuntium nihil ex ore prometet, nisi Deo gratias, cùm vxorem iam malis delassatam, & ad praua remedia suadentem execraretur? Quid? ridebat Deus: quid? disſecabatur Malus, quum Iob immundam vlceris sui redundantiam magnæ æquanimitate 96 distringeret, 97 cùm erumpentes bestiolas inde, in eosdem specus, & pastus foraminosæ carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille victoriæ Dei, retusis omnibus iaculis tentationum, lorica clypeóque patientię, & integritatem mox corporis à Deo recuperauit, & quæ amiserat reduplicata possedit. 98 Et si filios quoque restitui voluisset, pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die reddi sibi tantū gaudij: securus sic de Domino, distulit. Sustinuit tam voluntariā orbitatem, nc sine aliqua patientia vinceret. [99 Adeò satis idoneus 100 patientiæ sequester Deus. Si C. XIII. Act. 7. Iob. 2. Iob. 17. Iob. vlt.

C. XV. iniuriam deposueris penes eum, vltor est: si damnum, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortē, resuscitator est. Quantum patientiæ licet, vt Deum habeat debitorem? Necimmeritò. Omnia enim

C placita eius tuetur: 101 omnibus mandatis eius interuenit. Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exomologesin adsignat, carnem regit, spiritum seruat, linguam frænat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat: pauperem consolatur, diuitem temperat, 102 infirmum non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem inuitat, seruum domino, dominum Deo commendat, fœminam exornat, virum approbat: amatur in puero, laudatur in iuuene, suspicitur in senectu: in omni sexu: in omni ætate formosa est. 103 Age iam si & effigiem, habitúmque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus & placidus, frons pura, nulla mœroris aut iræ rugositate contracta: remissa æquè in lętum modum supercilia, oculis humilitate, non infœlicitate deiectis. Os taciturnitatis honore signatum. Color qualis securis & innoxijs. Motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Ceterūm amictus circum pectora candidus, & corpori impressus: vt qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno Spiritus eius mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, sed est teneræ serenitatis, apertus & simplex, quem 104 tertiò vidit Helias. Nam vbi Deus, ibidem & alumna eius, patientia scilicet. Cùm ergo spiritus Dei descendit, indiuidua patientia comitatur eum. Si 105 nos cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper: imò nescio an diutius perfeueret sine sua comite ac ministra. Omni loco ac tempore tangatur necesse est: quodcunque inimicus eius insserit, solus sustinere non poterit, carens instrumento sustinendi. [106 Hæc patientiæ ratio, hæc disci- C.XVI. Matth. 17.

plina, hęc 107 opera cœlestis & vera, scilicet Christiana, non vt illa patientia gentium terrę, falsa, probrosa. Nam vt in isto quoque Domino 108 diabolus æmularetur, quasi planè ex pari (nisi quòd ipsa

diuersitas mali & boni æqualiter [109] magnitudinis par est) docuit & suos patientiam propriam: illam dico, quæ maritos dote venales, aut [110] lenocinijs negotiantes vxorũ potestatibus subijcit. [111] Quæ aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequij laborem mentitis adfectionibus tolerat: [112] quæ ventris operarios, contumelijs patrocinijs subiectione libertatis, gulæ addicit. Talia Nationes patientiæ studia nouerunt: & tanti boni nomen, fœdis operationibus occupant: patientes riualium & diuitum & inuitatorum, impatientes solius Dei viuunt. [113] Sed viderint suam fui [114] Præsides, [115] quam patientia subter ignis expectat. Ceterum nos amemus patientiam Dei, patientiam Christi: rependamus illi, [116] quam pro nobis ipse dependit. Offeramus patientiam spiritus, patientiam carnis, qui in resurrectionem carnis & spiritus credimus.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE PATIENTIA.

Cap. 1.

1. Confiteor ad Dominum Deum, &c.] *Prater Præfationculam quandam caput hoc tractat, sicuti & inscriptionis*: De affectata Philosophorum Patientia. *De qua adeo etiam S. Cyprianus lib. de bono Patientiæ cap. 1. & ipse Auctor rursum vlt. cap. Est autem Tertullianicum*: Confiteor ad Dominum, *pro*: Confiteor Domino. *Item*: suggestum imus. *Legimus verò paulo post ex tribus MS. Vaticanis cod.* non sim, *pro*: non sum.

2. quod frui non datur.] *Dicimus (inquit Rhenanus) vtrumque, & fruor hac re, & fruor hac re. Tertulliano etiam non sæpe sed dicere*: Vacent sanitate, *nisi præpositionem à addat, quod perpetuò fere facit.*

3. etiam qui cæca viuunt.] *Hic (vt adnotat idem Rhenanus) eleganter Græcam affectationem solent illi adducere pluralitate nominum instar Græcæ*: Expone ergo cæca, *pro*: cæcè. *Non prorsus dissimile apud Cyprianum locutio est, quum inquit, de bono Patientiæ*: Qui non loquimur magna, *sed vniuersum. Simile est Lucretianum illud*: Acerba tuens, *pro acerbe. Quum autem hîc nominatim bonum patientiæ appeller, hinc natus titulus libri cæteri S. Cypriani.*

4. tantum illi subsignant.] *Hæc sic (inquit Rhenanus) tanti Patientiam faciunt, tantum ei tribuunt.* Subsignare, *pro subscribere & fauere. Aduersus Marcion. lib.* 1 In vobis est, si velitis, illi obsequium subsignare.

Cap. 11.

5. Nobis exercendæ Patientiæ, &c.] *Capiti huic titulum dedimus*: De Dei Patientia. *quam etiam celebrat ipsidem penè verbis S. Cyprian. dicti libri cap.* 2.

6. non affectatio humana, &c.] *Sic ex* 3. *MS. pro* affectio, *nam haud absimiliter S. Cyprian. etiam istante Rhenano*: *Apparet (inquit) non esse illic veram patientiam, vbi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & exerti ac feminudi pectoris inuerecunda iactantia. qui etiam rectè interpretatur* caninam æquanimitatem, *de Cynica seu Diogenica tolerantia.*

7. stupore.] *Pro arrogantia, vt hic, accipi videtur. S. Cypriano vox est familiaris, vti adnotauimus ad Epist. eius* 41. *nu.* 21. *& ad lib. de Vnitat. Eccles. num.* 56.

8. sed viuæ ac cœlestis disciplinæ diuina dispositio delegat.] *Legimus cum Latinis ex* 3. *MS.* viuæ, *pro*: viua. *Atque (inquit Rhenanus) pro*: diligat, *quod prima habebat edition, putauimus aliquando nobis scribendum esse*, dirigat. *Nunc in*: delegat *mutauimus, non male, vt putamus. Est* delegare, *mandare seu committere aliquid. Sic lib.* 2. *aduers. Marc.* Nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. *Porro* cœlestem disciplinam *vocat a Christo missa cœlestis institutam. Quam magistersis cœlestibus discimus, inquit Cyprianus lib. de Bono Patientiæ, veluti declarans quod hic dixit Tertullianus*: Cœlestis disciplinæ diuina dispositio.

9. qui florem lutis huius, &c.] *Et hunc locum (inquit Rhenanus) suauiter edisserens Cyprianus*: *Qualis verò in Deo (inquit) & quanta patientia, qua in contumelias sua maiestatis & honoris instituta ab hominibus profana templa, & terrena figmenta & sacra sacrilega patientissime sustinens, super bonos & malos æqualiter sue diem nasci, & lumen solis oriri; & cum imbribus terram rigari, nemo a beneficijs eius excluditur, quo minus iustis simuliter & iniustis indifferatas pluuias largiatur? Videmus inseparabili æqualitate patientia nocentibus & innoxijs, religiosis & impijs, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obsequi, elementa familiaria, spirare ventos, fontes fluere, granescere copias messium, frumenta mitescere, vineas, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere, &c. Quæ etiam Rhenanus rectè explicat*: temporum officia, *qui a Deo suo tempore fruges proferat, æstus calore concoquat*; elementorum seruitia. *refrigerat enim aer, calefacit ignis, irrigat aqua, terra fructificat.*

10. totius genituræ tributa.] *Per tributa genituræ (inquit idem Rhenanus) concipiunt nutrices tenimque fœtus in vtero & partum ipsum intelligit. Animalium, inquam, omnium, non solum hominis. Nam* genitura *Auctori natiuitas est. Quod ipsum ab eo repetitur, ad illud de Resurrectione carnis*: à benedictione genituræ, *& ibidem ad illud*: concubitus geniturarum, *& ad illud lib.* 4. *aduers. Marc.* genitura peruersa est. *Quam quam paulo aliter accipiatur lib. aduers. Valentin. quæ admodum ibi latius. Atque hîc ex MS.* 3. *legimus*: patitur, *pro eo quod male legebatur*: patiatur.

11. nomen cum familia ipsius persequentes.] *Ita tres MS. pro eo quod erat*: nomen, familiam. *Sic autem accipit*: nomen (*vti rectè adnotauit Rhenan.*) *vt in lib. de Resurrect. carn.* cùm pro nominis fide in medium extracta 3 *& Lactantius lib.* 5. *de Philosopho quondam loquens*: *Tres (inquit) libros euomuit contra religionem nomenque Christianum. Cyprianus*: *Illos* nominis *sui semper inimicos. Nempe pro professione Christiana, vti ad marginem eius libri idem Rhenanus adnotauit, & nos quoque in illud S. Cypriani Epistol.* 52. *cui occasio propter* nomen *posse modum fuerit, num.* 50. *Similiter etiam Auctor libro secundo ad Vxorem*, 5. obiectione nominis. *& l. de Coronat. c.* 1. *infra*: nomini negotium fecerit.

Cap. 111.

12. Et hæc quidem diuinæ patientiæ, &c.] *Inscriptissimus caput hoc*: De Christi patientia. *quam etiam ipsidem penè verbis inculcat Sanctus Cyprianus vbi supra cap.* 3. *Additimus autem*: quidem *ex* 3. *Manuscriptis. fors verò pro forte accipitur adverbialiter.*

13. Nasci se Deus, &c.] *Hæc (eodem Rhenano adnotante) Cyprianus eapse explicat*: *Omnes denique actus eius ab ipso statim aduentu patientia comite signantur. Quod primum de illa sublimitate cœlesti ad terrena defendens, non aspernatur Dei filiut carnem hominis induere.*

14. & à seruo fuo tinguitur.] *Sic ex MS. pro*: tingitur: *nam Tertullianæ phrasin esse patet vel ex illo lib. aduers. Marc.* 1. vbi

vbi similiter dixit: oleum quo suos vnguit ; *maximè quod etiam Plinius, quem libenter imitatur, dixerat lib. 35. cap. 6. cum purpurissimo pariter* tinguitur. *Atqui hoc sic expressit loco citato S. Cyprianus: Dominus baptizatur à seruo; sicuti & id quod sequitur his verbis: Cum diabolo tentante congreditur, & inimicum tantùm vicissè contentus, nil vltra verbis conatur.*

15. absolutè scilicet venia offensæ patientiæ eruditus.] *Interpretatur Rhenanus, quam videlicet offensa patientia dare solet, hoc est ignoscentiam. Verùm hic scholio opus non erat, si legamus cum tribus MS. ob* salutem scilicet venire offensa patientia eruditus. *Quæ etiam lectio magis placet. nam ita loquitur Tertullianus:* venire eruditus.

16. Atquin.] Atquin (*inquit Rhenan.*) *vsurpat perpetuò, pro:* atqui. *quod semel adnotasse sufficiat. Talia multa Librarij veteres exemplaribus inuexerunt. Sic & alioquin receptus vsus, pro:* aliqui.

17. cœlestes ignes repræsentari.] *Vide infrà lib. primum aduersus. Marcion. ad illa verba:* panem quo ipsum corpus suum repræsentat.

18. Parum hoc, si non etiam proditorem, &c.] *Cyprianus (adnotante Rhenano) hic verbis sententiam istam circumloquitur: Nec mirandum (inquit) quòd circa obedientes talis exstiterit, qui audam potuit vsque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum inimico sumere, hostem domesticum scire, nec palàm offendere. Ergo quod Tertullianus dicit:* denotare, *id vult explicans Cyprianus dixit: offendere. Qua ipsa significatione dixit infrà lib. de Vel. virg. cap. 9.* in Ecclesia denotaretur. *Alibi ferè pro:* arguere *ab Auctore accipitur, vti patet lib. de Pall. suprà n. 3.*

19. ne vnius quidem discentis.] Discentem (*inquit Rhenan.*) *vocat discipulum compluribus locis, sicut* audientes, *auditores, in lib. de Vera carne Christi.* Sed quidam, *inquis*, discentes Pontici illius. *In lib. de Præscript. ad. hæreticos: c. 3.* Nonne ab ipso Domino quidam discentium scandalizati deuerterunt. *cap. 20.* siue discentibus seorsum, *cap. 22.* Discentibus missum. *Et*, Discentibus (*inquit*) meis eadem ad vos prædicare mandaueram. *Intelligit autem hic Petrum. Eodem item libro:* Etiam proprij (*inquit*) discentes & successores eorum. *Sic etiam l. ad. Marc. 4.* tres de discentibus.

20. Itaque & gladij opera maledixit in posterum.] *Quam frequentissimè (vti lib. de Spectaculis n. 1. latius) gladiatores impugnet, contra eos propriè hoc dictum videtur; de quo interim latius lib. de Corona Militar.*

21. Taceo quod figitur, &c.] Figitur *accipit Auctor pro* cruci figitur. *Atqui pro:* subeundæ morti, *MS. 3.* subiendæ, *quod nescio si ita antiquitus vsurpatum sit. Paulo autem latius S. Cyprianus hoc prosequitur, additis pulcherrimis antithetis ab eo loco: Sub ipsa autem passione, &c.*

22. penes nos verò ratio & structio.] *Alludit ad illud 1. Cor. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem seu gentibus stultitia, nobis autem Dei virtus est. Eis autem MS. 3. legant:* instructio, *magis tamen placet* structio. *Nam (sicut Rhenanus adnotat)* structionem *vsurpat, pro:* institutione, *vel lib. de Cult. fœm. cap. 11.* structius *comparatiuum, pro:* instructius; *&:* structus, *pro:* instructus, *vt in hoc libro paulopost:* De suo experimento (*inquit*) quid ad peccatum adiuuaret structus: *in libro de Resurr. carn.* Quot sterriles, *inquit*, vtriusque naturæ infructuosis genitalibus structi.

CAP. IIII.

23. Igitur si probos quoque seruos, &c.] *Inscriptionem capitis hinc dedimus:* De patientia obsequij, quam vicissim Deo debemus. *Accipit autem* ingenium dominicū, *pro:* ingenio dominorū. *Legunt autem MS. 3.* secundum morigeros, *pro eo quod excusi:* moratos. *quod adeo in textum reposui, quia nusquam reperi* mores matos, *pro:* morigeros.

24. non in compede, aut pileo. *Prius illud (vti restè adnotauit Rhenan.) seruitutem & pœnam, posterius manumissionem libertatemque respicit. Virgilij interpres Seruius auctor est, seruos in Feronia templo olim raso capite* pileum *accipere solitos. Erat enim insigne libertatis* pileum. *Hinc illud: Ad* pileum *vocare seruos, passim apud Authores obuium. Eodem pertinet numisma Bruti, pileo duobus hinc inde pugionibus insignitum; nam ex his (inquit Dion Iustor. l. 47.) Brutus significabat à se & Cassio patriam seruitute liberatam. De aliis quoque libertatis insignis vide T. 3. l. de Præscript. aduers. hæreses.*

25. seruitute subnixis.] *Sic Cyprianus alicubi (citante Rhenano.) de Lucifero loquens lib. de Zelo & liuore. Ille, inquit, dudum angelica maiestate subnixus, ille Deo acceptus & carus. Quanquam sibi aliter videatur accipi, nempe pro eo qui nitebatur maiestate, & numium ea sibi confidebat; hic verò pro:* subiectis.

26. vsibus nostris eas à Domino prouisas.] *Alludit ad illud Gen 1. Dominamini pisc. bus maris, &c. item quod est Genes. 9. Terror & tremor vester sit super omnia animantia, &c. Atqui pro eo quod sequitur non ita multo post:* quis de bonō eius latere retractet, *MS. 3. legunt:* tractet. *sed non placet, quia videtur propriè hic:* retractet *accipi, non sicuti alibi, pro* tractare, *quemadmodum lib. adu. Praxeam T. 3. latius.*

27. in expedito.] *Phrasis turecon fultoriū* in expedito esse. *Hinc illud Vlpiani lib. 51. dubitet. ff. De fideiuss. quum numeratio toties debitori* in expedito. *Similiter & illud:* in præscriptionis compendio. *verùm de eo latius in Admot. nostris ad lib. de Præscrip. adu. hæreses n. 1.*

CAP. V.

28. Verumtamen procedere disputationem, &c.] *Titulus huius capitis haud immeritò inscribitur:* De impatientia. *de qua non Auctor modo, sed & S. Cypr. lib. suprà citat. t. 7. tractant latissimè, multis ijsdem penè verbis etsam vtens.*

29. neutrum alteri facere.] *Videtur (inquit Rhenan.) dictum à Tertulliano:* Neutrum alteri facere, *pro eo quod est, neutrum cum altero facere, id est: neutrum alteri consentire.*

30. natales impatientiæ.] *Appellat (inquit Rhenan.)* impatientiæ natales, *originem siue initium impatientiæ. Sic lib. 1. adu. Marc.* natales *agnitionis dixit:* Idcircò, *inquit*, à Pentateucho natales agnitionis supputabuntur. *Et in lib. de Pallio:* natales mundi: Ab ipsius, *inquit*, mundi natalibus computes tumus.

31. malitiam ab impatientia auspicatam. *Frequenter admotat Tertul. hic participio passiue vti. Similiter autem infrà lib. de Cor. milit.* reuelari auspicatus, *vbi idem:* Auspicari, *inquit, vsurpat pro simpliciter incipere. Atqui pro:* quid ad peccandum adiuturet, *legunt MS. 3.* adiuuaret, *perinde est.*

32. si diuino interdicto patientiam perseuasset.] *Sic ex 3. MS. pro eo quod erat:* præleuasset. De diuino *autem illo* interdicto *latius l. de tentio T. 5*

33. apud Adam nondum maritum.] *Idem est quod alicubi contra Iouinian. habet Hier.* Adam *quamdiu in paradiso fuit, virginem fuisse.*

34. ad traducem.] *Quamquam obscurè, videtur tamen ad peccatum originale alludere. Verùm de eo latius l. de Bapt. T. 3. Latinius censet legendum* ? ac traducem: *meo quidem iudicio rectè.*

35. & circa diaboli circumscriptionem.] *Deceptionem, vti adnotauit & Rhenan. intelligit, qua diabolus Euam circumuenerat. Hanc refugere debebat Adam.* Circumscribere, *decipere significat; & Ciceroni* circumscribere *senatum, est authoritate senatum priuare; trahi à fabris aut chirurgis Metaphora, quique præsiuri sunt, primi* circumscribunt. *Et ressera primi parentes nostri à diabolo sunt* circumscripti, *cuius astu de paradiso sunt eiecti, atque exilio damnati, omni iure possessionis sibi adempto. Eodem pertinet illud Cornificij: Ne omnino Patres Conscripti* circumscripti *putentur.*

36. Innocens.] *De Adami* innocentia *ante lapsum, pleni sunt libri S. August. Aduersus Pelagianos, ad quos Lectorem remittimus.*

37. At vbi semel succidit impatientiæ.] *MS. 3.* succubuit; *verùm illud placet, eo quòd alibi frequenter* succidere *accipiat Auctor pro:* succumbere; *vt exempli gratia l. de Cor. milit* Vanitati succidisse, *& infrà huius lib. cap. 14.* confli-

ctationibus succidamus.

38. Vsurpari.] Vsurpant, *inquit Rhenanus, ad quos ius professionis spectat. Sic impatientia veluti iam possidens hominem, facilè eum ad quidius traxit, quod Deum offenderet. Est etiam hæc Turnebi sulterum vox. Non multo autem post legimus in MS. 3. cum Latinio:* si iratus fratri suo non est.

39. impatientiæ tunc infantis, &c. incunabula.] *Eleganter, inquit Rhenanus, vir undequaque doctissimus Tertullianus* incunabula impatientiæ *vocat prima exordia, ac quasi rudimenta. Alioqui* incunabula *pro natalibus & origine sumere solent Auctores. Iustinus l. 12. Si non solum tyrocinia, verùm etiam* incunabula, *in ipsis castris posuissent. Idem lib. 31. Contra Romanos autem lares & incunabula maiorum templique, ac Deorum simulatra inexplebile desiderium videndi tenebat. Apte verò addit* infantis. *Similiter dixit Auctor l. de Præscript. adu. hereses:* quibus incunabulis in fituram est corpus.

40. Hæc vt principalia penes Dominum delicta.] *Haud absimiliter S. Cyprian. lib. de Bono patient. cap. 5. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est, super quo aliquid diximus nostris Adnotat. num. 26. Hoc interim hic notandum, quòd quum S. Augustin. & alij recentiores delicta accipiant pro peccatis minoribus, Tertullianus genere accipit pro omni genere peccatorum; vbi autem de grauioribus agit, addit:* principalia, capitalia, mortalia. *verum de hoc latius lib. 4 adu. Marc.*

41. excetra delictorum.] *Magis placet hæc lectio posteriore editionis Basilien sis, quàm ea quam habent Lugdunensis & aliæ quædam, quámque interpretatur Rhenanus,* exhedra, *eo quòd plus habeat energiæ dicere impatientiam* excetram, *id est:* hydram, *quàm dumtaxat:* exhedram, *id est sedem delictorum. Maximè quum etiam S. Heron.* (vitam olim ad me scripsit Ioan. Harrisius, hinc comprobans) *epist. 37. ad Iulianum Diaconum, eodem significatu* excetram *accipiat, & multi scriptores hydram ab Hercule superatam, eodem appellent nomine.*

42. Post mannæ efcatilem pluuiam.] *MS.* 3. manna. *Verùm illud placet, tum quòd sequatur:* petræ aquatilem sequelam, *tum quod lib. aduers. Iud. cap. 3. ablatus casus vtens dicat:* manna cibauit, *& in accusatiuo aduers. Marc. lib. 4.* legi manna. *Atqui, vti adnotauit Rhenanus, hic audu Scholastica phrasin eius temporu.*

Cap. vi.

43. Ipsa adeò est, &c.] *Vel ipsum initium huius capitis titulum indicat:* Quòd Patientia fidem antecedat & subsequatur. *quod ex parte etiam imitatur S. Cypr. vbi suprà c. 4.*

44. & iustitiæ deputatus est ab illo, &c.] *Omittenda est hic marginalis suspecta adnotatio, In Abraham typica fides contestatio. Neque enim illud ad fidem aliam quàm viuã pertinere ipse Auctor hic indicat, dũ subiecit:* sed fidem eius Patientia probauit; *& paulopost*, fides patientia illuminata. *Cui similem planè habes locum apud S. Cypr. Epist. 63. Vti & nos ibidem adnotauimus num. 13. Facit pro eodem quod paraphrastices vertit illud:* & iustitiæ deputatus est ab eo, *id est:* iustus deputatus est, *pro eo quod legitur Gen. 22.* Et deputatum est ei ad iustitiam.

45. sine iudicij periculo licet.] *Illud non tam pertinet ad illud:* nec fatue (*quod Græcè est μωρῶ*) quidem dicere; *quia hoc prohibet Christus sub pœna gehennæ, quàm ad id quod præcedit:* nec verbo quidem lacessere; *quia sic legitur Matth. 5. Quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Nisi dicamur iudicium hic ab Auctore in genere accipi, tam pro concilio, quàm pro gehenna. Aqui in vis que sequntur, irursus Cyprian. Auctorem imitatur sub finem 2. cap.*

46. quando ne linguæ quidem malefacere concessum est.] *Adnotatu digna hæc ex 3. MS. restituto, qua:* linguæ *legimus, pro:* dignè; *vt non sit opus nos torquere cum Rhenano in huius sententiæ explicatione.*

Cap. vii.

47. Iam verò percurrentibus nobis, &c.] *Capitis huius titulus rectè hic ponitur positus:* Quòd contemptum fœculi Patientia operetur. *In quo iterum Auctorem imitatur S. Cyprianus de Bono patient. cap. 5.*

48. Ita detrimentum patientiæ, &c.] *Obscura, inquit Rhenanus, sententia. Videtur sic intelligenda distinguendáque.* Ita Dominus præmisitrauit patientiæ detrimentum, *subaudi res familiaris*, fastidium opulentiæ, *hoc est, contemptum diuitiarum, Appositus, vt sit sensus, Dominus primus ostendit patientiæ tolerandumesse detrimentum res familiaris, dum docet diuitias esse contemnendas. Sic apte cohærebit clausula quæ sequitur.*

49. Læsuras quoque earum computandas non esse.] Læsuras, *inscripserat idem, vocat detrimenta ipsius dispendia, quum aliquid de re familiari nostra amittitur. Potuisset dicere, sacturas; sed placuit nouum vocabulum. Sic lib. de Resurrectione carnis* Præsuras & læsuras quibus corrumpitur homo exteriot. *Eodem lib.* ex læsuris & animæ & carnis obueniunt.

50. Itaque si damno affecti impatientes fensirimus.] *Iterum hoc ex MS. 3. restituimus, quum phrasis sit Tertullianica, pro eo quod Rhenanus suum, vt fatetur, iudicium secutus:* impatientes erimus. *Cum quibus etiam veteres sequuntur legendo:* adfines, *pro:* affines. *& supplemus illud:* quum alienum anisſum dolentes ægrè sustinemus. *& mox* Libentes, *pro eo quod tamquam elegantius erat sub stitutum:* Libenter.

51. etiam in foro.] *Illud videtur referendum ad forum iudiciarium, vt agat contra aduocatos, qui pecuniæ gratia nihil damnationis timentes, quiduis adgredi dubitant.*

52. quum denique ludo & castris fese locant.] Ludum *inquit, gladiatorum intelligit, cuius præfectus Lanista dicebatur* per castra *militum. de quibus latius partim lib. de Spectac. partim lib. de Cor. milit.*

53. in mores bestiarum.] *Hoc iterum restitui, pro eo quod tamquam elegantius legebatur* more bestiarum. *Nam sta legisse Tertullianum (Rhenano teste) codex Paternacensis aperiò ostendit, vt sit:* in mores, *pro:* in morem, *pro quo quidam offensi ad lectionem legebant, sed vitiosè:* immemores.

Cap. viii.

54. Ipsam animam, ipsúmque corpus, &c.] *Quum à detrimentis temporalibus ad iniuriarũ patientiam transeat, rectè hoc caput inscripsimus:* De iniuriarum Patientia. *In quo partim illum imitatur S. Cypr. vbi suprà.*

55. minorum deliberatione lædemur, &c.] *Similiter dixit Auctor lib. adu. Marc. 4.* non decem mensium cruciatu deliberatus. *Ad quem locum Rhenanus*, deliberatus, *inquit, pro:* liberatus, *& mox locum hunc sic explicat:* minorum deliberatione, *hoc est dum sollicitis animis vt minoribus periculu liberemur. Idem autem lib. adu. Valentinianos:* animale mediæ spei deliberatum, *longè aliter interpretatur, pro:* adiudicatum, *ac si diceret:* deliberatum, *etiam si Festus Pompeium, qui deriuat:* deliberare, *à libella qua quid perpenditur. Ego quomodo loci illi intelligendi sint, illuc Lectorem remittens, hic existimo simpliciter accipi debere pro simplici deliberatione, quæ minimùm à cogitatione differt, vt sit sensus: Minorum iniuriarum deliberatã cogitatione ledemur, quas ad maiorem iniuriarum integrum corpus expositum gerere debemus?*

56. monela.] *Sic* monelam, *inquit Rhenanus, Vsurpat à monendo, pro monitione, sicut à fequendo, fequelam. Paulo antè:* Post pettæ aquatilem sequelam sperant de Domino. *Sic lib. adu. Marc. 5.* Imò, *inquit*, nostri monela de cœlo.

57. Quiuis ictus.] *Dixit, inquit Rhenanus*, Quiuis, *pro: Quantuscunque.*

58. Dominus ipse maledictus in lege est.] *Necessariò hoc referri debet ad illud Deuteron. 21. Maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno. Item ad locum Gal. 3. vbi post eam scripturam citatam, addit: Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chri-*

sto

ſto Jeſu. hoc eſt enim quod addit : & tamen ſolus benedictus. *Quod quum & Patri tribuatur frequentiſſimè, ſanè debet intelligi vt pater non excludatur, ſicuti contrario ſilium non excluditur, quum de Patre dicitur : Sols Dei honor et gloria.*

59. non vaſculorū inquinamentis, &c. hominem cōmunicari.] *Sic omnino legendum, pro* : communicare, *patet tum ex MS. Anglico cod. infrà lib. de leiunijs, tum ex MS. 3. Var. & 1. editione, & excuſ. illic qui legunt* : coinquinari. *Quod adeò etiam placeret, niſi tranſlaret clari ab Auctore hic non Matthæum* (*vti opinatur Rhenanus*) *ſed Marcum cap. 7. tuius interpres hæc vere*: communicare, *pro* coinquinare *vitur vitio apud quem non verò apud Mattheum, recenſeturā Chriſto Baptiſmata calicum; cui reſpondet quod hic habet Auctor* : non vaſculorum inquinamentis. *Plura illic videat Lector.*

60. telum, &c. libratum.] Librare *hic pro magna vi conjicere accipi, imitatus illud Virgilij Æneid. 9.*

Summa telum librabat ab aure.

Alioqui ſignificatio propria longè alia eſt, pro ponderare.

CAP. IX

61. Ne illa quidem Impatientiæ ſpecies, &c.] *Titulus huius capitis à nobis ponitur* : Quòd patientia luctum etiam temperet. *Quod imitatur S. Cyprian. ſub finem libri de Mortalitate.*

62. Credentes enim Chriſti reſurrectionem, &c] *Paraphraſticos explicat quod ſequitur apud Apoſtolum 1. Theſſ. 4. Si enim credimus quod Jeſus mortuus eſt & reſurrexit, &c. Atqui paulopoſt legimus ex 3. MS.* Cur enim doleas, *pro* Cur ergo.

63. Cupio, inquit Apoſtolus, recipi iam & eſſe cum Chriſto.] *Itaex MS. 3. pro* eſſe cum Domino. *nam Græcè* ὑπὲρ τοῦ *legitur. Videtur autem etiam hic aliam quàm hodie exſtet, editionem ſecutus : nam pro eo quod habet* : recipi, *Græcè eſt* : ἀναλῦσαι, *quod rectè vertit noſter interpres, diſſolui; & tamen eodem modo legit infrà, & lib. de Spectac. 28. & lib. 1. ad Vxorem cap. 5.*

CAP. X.

64. Eſt & alius ſummus impatientiæ ſtimulus, &c.] *Hoc caput inſcribimus* : Quòd Patientia vltionis libidinem excludat. *In quo ipſidem penè verbis utitur Auctorem S. Cyprian. de Ben. Patient. cap. vlt. multo latius, quo Lectorem remittimus compedij gratiâ.*

65. tamen iudicantiſ impatientiam cauit.] *Synecdochica (inquit Rhenanus) locutio huic Auctori familiariſſima vt præpoſitionem* χρ῀ *ſubintelligamus, ſeu ſtandum, vel per* impatientiam. Cauere *autem iuris verbum. Cauet ſibi aliquis ab aliquo Hic itaque erit ſenſus Auctoris, at ſi dicat : Tamen per iudicantiæ* impatientiam *de hoſte ſuo ſibi cauit, id eſt* (*vtiin verbis Iuris perpeſſamus*) *ſatis accepit, quod alij ſatisfecit dicerent. Legimus autem tumeodem Rhenano* : incuſare conſueuerat, *pro* : incuſare.

66. quotiens inſtantia eius deterior facta eſt cauſſis ſuis ?] *Etiam (inquit Rhenanus).*] inſtantia *Iuris vox eſt. quare miror à quo poſtea ſit ſubſtitutum* : quoties impetu eius, *nullo planè ſenſu. Reperitur enim hæc vox lege finali, De pignorat. actionē.*

67. Quòd ſi patientiæ incubabo.] Incubare (*inquit Rhenanus*) *pro indormire, tranſlatione ſumpta à rebus tetris, quæ ne perdamus etiam cum dormimus, nobis ſupponimus tuſſulis tanſa. Cypr. in lib. de Eleemoſyna : Quid diuetys tuæ ſolus* incubas ? *Sic in I. Præfcript. adu. hæreſ. Tertull.* Pectori eius (*inquit* incubantem *dixit : & in lib. de Reſurrectione carnis.* Et de iſto, *inquit*, cœlo, quod nobis incubat. *Namcum Maro cecinit:*

Ponte nox incubatatra,

rem incommodam violentámque voluit exprimere. Sanè Plinius aliter loquitur in initio lib. 2. de Naturaagens: Aut ſi vna omnes incubaret, *hoc eſt foueret, ab auibus fœtificantibus ſumpta Metaphora. Similem autem locum S. Hieron. adfert idem Rhenanus ad illud lib. de Pœnit.* ſacco & cineri incubare, *vbi dixit ad Demetriadem* : repoſitis opibus incubare.

CAP. XI.

68. Poſt has principales, &c.] *Inſcriptio huius capitis hæc eſt* : Quòd præterquam quòd reliqua eludat mali ſpiritus incitamenta, etiam pro mercede æternam fœlicitatem recipiat.

69. neceſſariot.] *Comparatiuum, inquit Rhenanus, inſtitutum. Sic* neceſſarius *dixit in neutro, in libro de Car. Chriſti.* Quaſi, *inquit*, neceſſarius aliquid adferrent, eò quod ille tum maximè agebat. *Similiter autem dixit etiam lib. 4. adu Marc.* maius & neceſſarius lumen, *& lib. de Habit. mulieb.* opera plures & neceſſariores.

70. quæ à Malo, infiguntur.] *Similiter ſuprà* : vt nobis non magis à Malo, *& infrà cap. 14.* diſſecabatur Malus. *Vtrobique autem, vti adnotauit Rhenanus* Mali *nomine diabolum intelligit. Hunc quoque* malignum *votat in lib. de Fuga in perſecut.* Sed erue nos, *inquit*, à maligno, *id eſt, ne nos inducxeris in tentationem, permittendo nos maligno. Sic enim τοπικῶς vertit. Paulopoſt rurſum:* Aut Mali inſidijs. *Similiter infrà lib. de Cult. fœm.* Chriſtianus à Malo illo. *cap. 5. Et lib. 2. ad Vxorem cap. 6.* à Malo immiſſa, *ac cap. 7.* vbique Malo ſe inferunt, *item* à Malo conciliatur, *denique cap. vlt.* ibi & Malus non eſt.

71. æquanimitatis.] *Non ſemel & antea et poſtmodum* æquanimitatem *accipit Auctor pro* patientia.

72. interuenimus.] Interuenimus, *inquit Rhenanus*, erroribus noſtris aut mali inſidiis *tum nos illo opponimus non conſentiendo, ſed euitando potius. Sic enim olim Tribunus Senatuſconſultus intercedebat : at* admonitionibus Domini interuenimus *cum illo obſequimur. Sic infrà* : Omnibus Mandatis eius interuenit.

73. eius officij magna merces, fœlicitas ſcilicet,] *Similesleti à nobis ſunt adnotati, & lib. de Pœnit. complures, & aliquot libro ad Martyras. Et imitatur hunt in hoc S. Cyprianus de Bono Patient. c. 4. in hæc verba: Tot denique Prophetæ interfecti, tot Martyres glorioſis mortibus honorati, qui omnes ad cœleſtes coronas patientiæ laude venerunt. Neque enim poteſt accipi dolorum & paſſionum* corona, *niſi præcedat in dolore & paſſione patientia. Deinde etiam libro de Exhort. Martyrum cap. 12. eius huius dedit titulum : Quæ ſpes & merces maneat iuſtos & Martyras poſt conflictationes huius temporis ; vbi de hoc adfert complura ſcripturarum teſtimonia, & inter teteras eam quæ hic tiatur:* Merces enim veſtra copioſa eſt in cœlis. *vt omittamus alios eius locos qui in Indice noſtro citantur. Quæ ipſa ratiſſam ab eodem repetuntur Teſtimonia l. 3. ad Quir. c. 16. & 17. Eodem pertinet quod ex perſona Dei dixit tap. prated.* Ego patientiam remunerabo. *& quod habet l. 4. adu. Marc.* Pro differentia mercedum, operarum quoque credenda diſtantia eſt. *Quum autem* merces *ſit correlatiuum meriti, locut orat etiam de illo hic aliquid tradſandis : ſed de eo latius infra cap. 13. contra huius temporis ſectatores. Hæ ſuſſitiat hæc adnotaſſe contra eos, qui quum Catholici cenſeri velint, tamen omnes paſſiones Martyrum pœnas eſſe peccatorum docere non verentur.*

74. Itaque talibus & aduocatio & riſus promittitur.] Aduocationis, *inquit Rhenanus, vocabulo conſolationem accipit; nam ſic vertit Græcam dictionem* παράκλησιν. *Similiter dixit lib. adu. Marc.* 3. aduocate languentes, pro conſolari, ſeu aduocatum *languentium agere, quem paulopoſt illic vocat* : aduocatorem. *Atqui hinc verbis non modo interpretatur illud Matth. 5. Quoniam ipſi conſolabuntur, ſed & id quod habet Lucas:* Beati qui nunc fletis, *quia ridebitis.*

75. merces enim veſtra plurima in cœlo.] *Græce eſt & apud Matth. & apud Lucam,* ὁ μισθὸς ὑμῶν *pro quo Latine ab omnibus vertitur* merces. *Atqui* merces, *teſte Varrone lib. 3. de ling. Lat. à merendo dicta. Siquid ; inquit, datum pro opera, aut opere ; merces à merendo. Itidem* μισθὸς *Græcè apud nullos vnquam Auctores reperietur alia ſignificatione quàm* mercedis *ſtipendij, præmij. Quæ adnotaui diligentius,*

vt ne quisquam euadere possit, siquis vitam æternam mercedem *negare ausus fuerit. Quibus addo, quod etiam alijs locis scripturæ sacræ* mercedes *vitæ æternæ appellatur. Ruth. 2. Ecclesiastici* 11. 18. 36. *ac* 50. *Sapient.* 5. *&* to *Matth.* 10. t. *Corinth.* 3. *Hebr.* 2. 2. *Ioan.* 1. *&* 4. *Apocal.* 11. *Item &* præmium, *Teb.* 4. *Sap.* 4. *Ite* bravium 1. *Cor.* 9. *Philipp.* 3. *Denique* remuneratio, 2. *Cor.* 6. *Hebr.* 10. *&* 11. *Græce quoque locis cuiusmodi* μισθὸς, βραβεῖον, ἀντιμισθία, μισθαποδοσία. *Quæ omnia eodem pertinere perspicuum est ei qui Græcè nouit. Neque obstat quod* τὸν *Roman.* 6. *vocetur Gratia vita æterna, quia non esse simpliciter Gratiam patet ex illo* 1. *Ioan. Gratiam pro gratia.*

Cap. xii.

76. Quod pacis gratiſſ. Deo adtinet diſciplinã, &c.] *Titulum huic cap. dedimus :* Quòd & paci quoque & pœnitentiæ miniſtret patientia ? *Imitatur hic etiam Auctorem S. Cypr. c. 6. de Bon. Patient Atqui* (*vti adnotat Rhenan.*) Adtinere diſciplinam *dicit, pro diſciplinæ ſeu ad diſciplinam adtinere.*

77. conuenientia.] Conuenientiam (*inquit idem Rhenan.*) *vſurpat ſubſtantiuè, pro conuentione & pacto. Quia intereſt. Alludit ad illud Matth.* 5. *Eſto citò conſentiens aduerſario tuo. ego potius pro : conſenſio & beuolentia accipi. Sic enim legit lib. de Orat. & adu. Marc. lib.* 3. *vbi de hoc latius. Adnotat idem figuratam locutionem, vbi legitur* conuulſus animũ, *pro quo MS.* 2. animi. *ſed perinde eſt. L. de Orat. cap.* 10. *ſic iſtud circumloquitur :* ſiquid diſcordiæ vel offenſæ cum fratre tuo contraxeris.

78. cum diſſuncto matrimonio.] *Loqui videtur (vti recte Rhenanus adnotauit) de Chriſtianis, ſeu viris, ſeu fœminis, qui ſe thoricis in matrimonio coniunxerunt. Hic aliquando contingebat, vt vxor Chriſtiana marito ethnico tandem conſentientiam perſuaderet, quam amplexus ille ſernabat ; mulier verò pœnitentiam agebat, atque prius factum expiabat apud Eccleſiam iuxta ritum eius temporis. Atque hoc eſt quod ſequitur :* Quantum boni vtique confert, alterum adulterum non facit, alterum emendat. *Conſentit quod infrà dicit :* Pœnitentiam exſpectat exomologeſin adſignat.

79. hæc coram pœnitentiam.] *Ita hunc locum reſtituimus, pro :* exhortatur, *partim ex Paternacenſi cod. qui (iuxta quod adnotat Rhenanus) legit :* exorta, *&* Gorzienſi *qui habebat :* etortat ; *partim verò ex MS.* 3. *Vatic. qui habent :* & orat. *Neque placet quod putat legendum Rhenan.* extortat, *vel :* etortat, *forma frequentatiua, ac ſi diceret :* extorquet, *quæ apud alios Auctores neutrum illud reperitur.*

80. Dilectio, inquit, magnanimis eſt, &c.] *Paulinum (inquit Rhenanus) verbum* μακροθυμεῖ, *vertit Tertullianus* magnanimis eſt, *quod vocabulum Latinis inſolens eſt. Sed ſuo more loqui ſolet. Cyprianus æmulator Tertulliani, ſed ſtyli puriori, Caritas, inquit,* magnanima *eſt. Idem* μακροθυμίαν, magnanimitatem *reddidit in libro de Eleemoſyna. Alijs magis placet longanimitas. Verte et iam :* benefica, *pro eo quod* 3. *Cypria. & alij plerique :* benigna. *quod poſtremum magis conuenit voci Græcæ* χρηστεύεται. *Illud ineptum :* Nec proteruum fapit, *correſpondet voci Græcæ* ἀσχημονεῖ ; *nam & Eraſmus vertit :* non eſt procax *& quædam Græca ſcholia eodem teſte interpretantur exoſtli & oſtentare ſe. Similiter Auctor vertit :* proteruit, *pro eo quod Græcè eſt* ἀσχημονεῖ, *& noſter interpres vertit :* non eſt ambitioſa. *Item :* Nec incitatur *pro eo quod noſter interpres, nec irritatur. Nos autem id quod eſt intermedium :* offert ſua, dum alteri prodeſt, *pro :* ſuffert ſua, *quod nullo ſenſu legebatur, debemus Dn. Latinio. Placeret etiam magis :* Meritò ergo numquam excidit. *quod ita Græcè ſit & Latinè apud Apoſtolum, ſed naluimus immutare, eo quod ſic legãt & MS. Et proinde tum vt conſtet ſenſus, cum vt correſpondeat Apoſtolo, legimus :* euacuabuntur, conſummabuntur, exhaurientur, *non* exhauirietur. *Atqui eſſi contrario ordine hic ſubijciantur, tamen iuxta Apoſtolum ſic intelligendus eſt Auctor :* euacuabuntur prophetiæ, conſummabuntur linguæ ; *nam Græcè eſt* παύσονται, exhaurientur, (*vbi repetitur verbum* καταργηθήσονται) ſcientiæ. *nam plurali numero γνώσεις legiſſe videtur.*

Cap. xiii.

81. Vſque huc de Patientientia tandem iim, rici, &c.] *Tractat hoc caput & ita inſtituit :* De Patientia coporis tam in ieiunijs & continentia, quàm in ſubeundis Martyrijs. *De qua etiam S. Cyprian. lib. de bon. Patient. cap. penult.*

82. De metendo Donino.] *Similes locos adnotauimus de meritis Pœnitentiæ & Martyrum lib. præced. de Pœnit. & Ad Martyres, eoſque vtrobique complures ; hic habes* merita *ieiunij & continentiæ. Alibi in genere quoque :* Pro meritorum nomine, *inquit,* ordo reſurgentium diſponetur, *& lib. ad u. Marc.* 2. quoniam & aliàs poſitum hoc nomen ſub iudicio Dei oportebat iuſtum illum eſſe rem de arbitrij ſui, *ad vſi* liberi, meritis : cetetùm nec boni nec mali meres iure penſaretur ei, qui aut bonus aut malus neceſſitate fuiſſet inuentus, non voluntate. *Denique Scorpiace aduerſus Gnoſticos :* Aut quomodo, *inquit,* multæ manſiones apud Patrem, ſi non pro veritate meritorum. *Apud S. Cypria. in noſtro Iudice ſimiles locos reperire eſt numero* xvtt. *vtne hic in citando prolixiores ſimus. Similiter* merita *Martyrum concelebrant SS. Chryſoſt. hom.* 42. *in Geneſ.* 2. *in Pſalm.* 50. *in Matth.* 27. *ad popul. Antioch.* 77. *& ea quam ſcripſit poſt reditum prioris exſilij ; item lib.* 3. *adu. vitupер. Vit. Monaſt. ac Sermone de Pœnit. & Confeſſ. Ambroſ. Serm.* 91. *&* 93. *Ephrem de laudibus SS. Mart. in fine. Auguſt. l. qui ſuper Exod. c.* 149. *l.* 16. *de Ciuit. Dei c.* 36. *ac l.* 18. *c.* 46. *vbi l. item de Cura pro mort. c.* 5. *&* 11. *de conſ. Euangel c.* 10. *Paulinus Nat.* 8. *Felicis, Lucianus presbyt. epiſt. ad vniuerſ. Eccl. Maximus Serm. de Natal. &* Celſo, Sephiron *ad Serm. de Aſſumpt. B. Mariæ, & Leo Papa* 1. *Serm.* 1. *&* 3. *de ieiunio mẽſ. Sept. Neque verò etiã ſcripturæ deſunt. Inter quas occurrit imprimis illa Hebr.* 13. *Talibus enim hoſtijs* promeretur Deus. *& Eccleſiaſt.* 16. *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique, ſecundùs* meritum *ſuum. Atqui* meritum *correſpondere mercedi ſuprà ex Varrone diximus ca.* 11. *num.* 75. *Eodem pertinet vox Græca* εὐρήσεται, *ſiue* εὑρήσεται, *vbi legitur loco citato Eccleſ.* 16. ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει, *quæ promereri ſignificat. Aqua etiã derivatur vox, qua vtitur Apoſt. Hebr.* 13. τοιαύταις, *inquiens,* θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ θεός. *Sufficiunt hæc contra eos, qui merita Martyrum aut bonorum operum negant, quia carta deficiet, ſiquis omnia tum ſacræ ſcripturæ, tum Patrum loca eo pertinentia velit producere. Quid? quod & milites (inquit Iſidor. Etym. lib.* 10.) *vt ſtipendia accipiant, merers dicuntur. Quare recte Auctor infrà cap.* 15. Quantum, *inquit,* patientiæ licet, vt Deum habeat debitorem.

83. adlaboret.] Adlaborandi *verbo (inquit Rhen.) Horatium quoque vſum eſt Odarum lib.* 1.

Simplici myrtho nihil adlabores.

84. vtpotè quæ ab ipſo Domino, &c.] *In prima editionem aliud legebatur quàm :* vtpotè quæ ab ipſo Domino in Apoſtolis ſuſtinendo vicerit ; *neque etiam aliud legunt* 3. *Vaticani codices. Verum ex vetuſto codice quæ deerant, ſuppleuit Gagneus ſua editione per lineas* 24. *quæ etiam gentina eſſe Tertulliani ſtylus ſatis indicat, tum etiam quod nullus ſic ſenſum in verbis illis priuarbus, & probè conſtet ſententia quam legitur :* vtpotè quæ ab ipſo Domino in corporis quoque virtute edita eſt, *& ſub finem huius Appendicis iterum in hoc verba :* quæ prophetæ, quæ Apoſtoli ſuſtinendo vicerunt. *Sunt autẽ voces hæ & phraſes Tertullianæ :* negotiatio Patientiæ, adflictãrio carnis ; ſqualore ſeptenni ; altiores gradus patientiæ digerere ; ſanctitati procurat, virginem adſignat, incommoda militat, *aliaque de quibus noſtræ ſubijcuntur Adnotationes. Eſt interim adhuc Hyperbaton, & corruptus ſeu mutilus locus, vbi legitur in textu huius Appendicis :* ſiquidem rector animus facilè communicat ſpiritus inuecta cum habitaculo ſuo.

85. Hæc & viduam tenet.] *De viduarum continentia infrà libris duobus ad Pxorem. S. Cyprianus de Bono Patient. cap.* 9. *ſic mentem Auctoris expreſſit : in* viduis *laboriſam caſtitatem, in virginibus turbatam integritatem. Atque hoc eſt quod ſubiungitur.*

86. & virginem adſignat.] *Similiter infrà cap.* 15. exomologeſin adſignat. *Eſt autem* adſignare *etiam vox Iureconſultis uſitata. Sic enim* adſignare *libertum Modeſtinus uſurpat de Verb. ſignific. quamquam Viri videtur paulo alia ſignificatione. Atqui de virginum* continentia *infrà lib. de Virginibus velandis.*

87. voluntariam ſpadonem ad regna cœli leuat.] *De* continentia ſpadonum voluntariorum, *ſeu virorum Eccleſiaſticorum, infrà lib. Exhortat. ad caſtit. Tom.* 5. *& latiùs infrà lib. de Cultu fœm. c.* 9. *n.* 51.

88. Si fuga vrgeat, &c.] *Cùm bis* fugam in perſecutione *non improbet, patet ſcriptum hunc librum ante hæreſin, atque adeò ante eum titulı librum, quem habemus, infrà Tom.* 5. *vbi ea de re latiùs.*

89. ad occaſionem ſecundæ intinctionis.] *Ita Baptiſmum ſanguinis ſeu Martyrium nuncupat, de quo libro de Baptiſmo Tom.* 3. *vbi eadem phraſi illud ipſum ſcribit.*

90. ad ipſum diuinæ ſedis aſcenſum.] *Simile eſt illud S. Cypriani Epiſt.* 52. *ad Antonian. vbi Martyres dicit ad gloriam peruenire, ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem, omnia peccata paſſione purgare, ſtatim à Domino coronari. S aque iuxta illud Apoſtoli ſupraexcitatum cap.* 9. Cupio iam recipi, & eſſe cum Chriſto. *Admotatu profectò digni loci ad diluendum, quod auctori quidam impingunt, quaſi ſenſerit animas Martyrum non ante iudicium in cœlum recipi. de quo latius inter eos errores in noſtris Prolegomenis.*

91. aduerſus omnem ſubuertendæ fidei vel puniendæ paraturam.] *Sic omnino legendum cenſeo pro eo quod erat:* paratum; *quod Auctori frequentiſſima ſit vox* paratura, *pro* apparatu, *quemadmodum alibi latiùs.*

CAP. XIIII.

92. His patientiæ viribus ſecatur Iſaias.] *Inſcriptionem capitis hanc ipſe contextus innuit:* De exemplis patientiæ Iſaiæ, Stephani & Iob. *Atqui quod* Iſaias ſecatus ſit *teſtantur Epiphanius, Dorotheus, & Iſidorus de Vitis Prophetarum.*

93. Lapidatur Stephanus, &c.] *Eodem hunc imitatus S. Cyprianus lib. de Bono patient. cap.* 6. *ſicuti & apud Rhenan.* tacite tit atur nomine: *Non poterat* (inquit) *iſta perferre, niſi toleraniia & patientia teneax firmitatem. quod factum videmus in* Stephano, *qui quum à Iudæis vi & lapidibus necaretur, non ſibi vindicıam, ſed interceſſoribus veniam poſtulabat, dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sic eſſe oportuit primum Martyrem Chriſti, qui Martyres ſequuturos gloriſa morte præcurrens, non tantum Dominicæ paradıtatis eſſet paſſionis, ſed & patientiſſimæ lenitatis imitator.*

94. O ſœliciſſ. illum quoque, &c.] *De Iob hæc dubiè loquitur vir manifeſtum eſt ex S. Cypr. vbi ſuprà.*

95. Quale in illo vito feretrum, &c.] *Inter inſtrumenta triumphi* (inquit *Rhenan.*) ferretrum *eſt in quo pompa fertur. Intelligein quo diabolus triumpharetur, Deo trophæum ſtatuente. Nam Iob per diuinam gratiam diabolum vicit, impatientia neutiquam ſuccumbens; quaſi dicat: Quale trophæum de diabolo Deus erexit? Olim circumferebantur arma deuictarum gentium in pompa, moxſuſpendebantur. Aptè ergo ſequitur:* Qualе vexillum.

96. diſtringeret.] *Baſilien. ſ. editio* deſtringeret. *Perinde eſt vtrum legas, quum vtrumque abradere ſignificet. Abuſit enim ad illud Iob* 2. *quòd teſta ſaniem raderet.*

97. quum erumpentes beſtiolas, &c.] *Mirum eſt vnde hoc habeat Tertullianus. nam in libro Iob. de* beſtiolis *non alia mentio, quàm quod habetur cap.* 17. *Putredini dixi: Pater meus es mater mea & ſoror mea vermibus. Exiſtimo autem hoc exiſtimatum S. Franciſcum; de quo ſimile quid legitur, quale hic narrat Auctor. Acquieſcit mea indicio reſtituit Rhenan.* foraminoſa, *pro eo erat aut* teroſſa, *aut* reforata; *magis enim refert phraſin Afrıcanam.*

98. Et ſi filios quoque reſtitui voluiſſet, &c. *Si vnquam alıàs, certè hic eſt in Auctore* ἀμφιβολία μειζονικὸν *aut non vidit extremam partem vltimi capitis. nam ibi in editione non Latina modo, ſed & Græca & eiuſdem verſione, manifeſtè legitur fuiſſe Iob filios ſeptem & filias tres, & quod vidcrit filios ſuos & filios filiorum ſuorum in quartam generationem. Verum de hoc latiùs inter errores eius in Prolegomenis.*

CAP. XV.

99. Adeò ſatis idoneus. &c.] *Inſcripſimus hoc caput:* Quòd omnibus Dei mandatis interueniat, ac deeſſigie patientiæ. *In cuius priori parte Auctorem S. Cypr. imitatur capite* 9. *& ſimiliter Prudentius in Pſychomachia his verbis:*

Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur;
Auxiliúmque ſuum fortis patientia miſcet.
Nulla anceps luctamen init virtute fine illa:
Virtus nam vidua eſt, quam non Patientia format.

100. patientiæ ſequeſter.] *Elegantiſſimè* (inquit *Rhenan.*) *dictum à viro vndequaque doctiſſimo.* Sequeſter *eſt* μαρτυρικὸν *teſtimonium Iureconſulte deſinente, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, deponunt. ſic dicitur* aultore Lamino, *quem ait Aulus Gellius, quòd eius vtraque pars fidem ſequatur. Eandem ſignificationem indicat etiam Auctor lib. de Reſurr. carn. infrà Tom.* 3. Sequeſter (*inquit de Chriſto loquens*) Dei & hominum appellatus, ex vtriuſque partis depoſito commiſſo ſibi.

101. omnibus mandatis eius interuenit, &c.] *Simile* (*inquit Rhenan.*) *Patientiæ Encomium non omiſit æmulator Tertullianus S. Cyprian. lib. de Bon. Patient. Patientia eſt* (inquit) *qua nos Deo & commendat, & ſeruat. Atqui de Vocibus:* Exomologeſi, & inculcat, *pro* conculcat, *vide libr. de Pœnitentia.*

102. infirmum non extendit, valentem non conſumit.] *Quum Impatientia infirmitates pra cholera ſoleat augere, & valetudinem bonam conſumere, eò certè Auctor videtur alludere: Patientia* infirmum non extendit, *hoc eſt non prorogat eius infirmitatem, & valentem non conſumit, id eſt, rectè* valentem non conſumit.

103. Age iam ſi & effigiem, &c.] *Totum hunc partim imitatus eſt Pſychomachia ſua Prudentius, dum impugnat Patientiæ & Iræ ſic illam deſcribit.*

Ecce modeſta grauì ſtabat Patientia vultu,
Per medias immota acies, variò ſque tumultus,
Vulneráque, & rigidis vitalia perſita pilis
Spectabat *deſixa oculos, & tenta* manebat.

104. quem tertiò vidit Helias.] *Quandaquidem agit Metaphraſis de throno Patientiæ poſito*, non in ſtubine aut nubilo, ſed qui ſit teneræ ſerenitatis, apertus & ſimplex, *videtur mihi alludere ad nubem lucidam, quæ obumbrauit Chriſtum, Moyſen & Heliam in transfiguratione Domini, Matth.* 17. *idque eo magis, quòd ibi de Chriſti paſſione, qui Patientiæ primarium fuit exemplar, ſermocinarentur. Atqui* tertiò vidit *ſe nubem talem* Helias *dicitur, quia primum.* 3. *Reg.* 18. *legitur puero ſuo oſtendiſſe nubeculam paruam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari, deinde* 4. *Reg.* 2. *perturbinem in nubeis nes raptus in cœlum, tertiò denique cum Chriſto in nube lucida ſerena, aperta & ſimplici apparuit.*

105. Si nos cum ſpiritu, &c. *Hic* (*inquit Rhen.*) *variis aliàs conieturis diſtractis ſumus. Verum ſimplicius videtur, ſi pro:* non *legamus: nos, hoc modo:* Si nos cum ſpiritu admiſeremus, in nobis morabitur ſemper. *Aut* ſi cum ſpiritu. *Nam pro:* morabitur, *legere:* inorabitur, *pro in extremitate verſabitur, ab hora deducto verbo prorſus durum & abſurdum videtur, quamquam in lib. de Reſurr. carn. ſic loqui videtur.* Atenim & calix bene ſibi conſcius, & de diligentia miniſterij commendatus, coronis quoque potatoris ſui inorabitur, *pro eo quod eſt, in ora ſiue extremitate cingetur, vt illic indicaumus. Vti autem illa placet reſtitutio, ita cum omnibus excuſis retinco illud.* ſolus ſuſtinere non poteiit, *eo quòd ab ſpiritum id referatur, non autem (vti Rhenan opinantur) ad patientiam, vtpotè de qua ſequitur:* carens inſtrumento ſuſtinendi.

CAP. XVI.

106. Hæc patientiæ ratio, &c.] *Caput vltimum in ſuni-*

uimus hoc titulo: De falsa ethnicorum Patientia, *de qua & suprà aliquid dixit cap.* 1. *& latius etiam additis scripturæ testi.* S *Cyprian. initio sui libri de Bono Patientiæ.* 7.

107. hæc opera cœlestis & vera.] *Hic iterum non placet coniectura Rhenani, qui legendum censet*: verax, *& opera, neutro genere in plurali accipit*; *quia vox vel ipso teste, frequentet*: opera *fœminino genere & singulari numero à Tertulliano pro opere accipitur, vti ipse adnotauit ad illud libro adu. Hermog.* Vbi & opera & operæ operator.

108. Domino diabolus æmulatur.] Æmulari (*vti recte adnotauit Rhenan.*) *cum Datiuo construit. Iustinus lib.* 7. *Si quidem amissis cui* æmulari *consueuerant, in segnitiem torperémque resoluti. Sic & Fabius loquitur. Sic etiam dixit lib. de Præscript. adu. hæres.* æmulæ fidei, *& lib. adu. Marc.* 5. Christo æmulæ, *& lib. de Coron. mil. capite* 11. signum æmulum Christo.

109. magnitudinis par.] *Tres quidem MS. legunt*: magnitudine. *verùm* (*vti ante me adnotauit Rhenan.*) par *cum Genitiuo iungere solet. Sic in lib. de Præscript. adu. hæret.* A diabolo, scilicet (*inquit*) cuius sunt pares. *& adu. lib.* 5. Dicimus (*inquit*) circumferri ab Apostolo aut creatorem, aut (quod nolit Marcion) parem creatoris. *Id in plerisque vetibus adiectum facit, pro Datiuo Genitiuum usurpans. Similiter dixit lib. adu. Marc.* 3. par creatoris, *ac*: quorum & ipse par sit. *Item lib.* 5. parem creatoris.

110. lenocinijs negotiantes.] *Etiam hæc phrasis est Iurisconsultorum. nam teste Vlpiano, de ijs qui notantur infamia. l. Athletas*: lenocinium facit, *qui quæstuaria mancipia habuerit, sed & qui in libertatem* (*adde ex sententia auctoris vxorem*) *hunc quæstum exercet.*

111. Quæ aucupandis orbitatibus.] *Notat* (*inquit Rhenanus*) *testamentorum captatores, quos Satyra* 12. *redarguit Iuuenalis*: *contra quos etiam alicubi, maximè clericos, S. Hieronymus.*

112. quæ ventris operarios, &c.] *Appellat* (*inquit Rhenanus*) operarios ventris, *quum parasitos & alienarum mensarum assectas, quibus nihil aliud magis est cura quàm vt ventris satisfiat*; *tumeos qui se in diuitum clientelam tradunt quibus illi postea abutantur. Nam* contumelioforum patrociniorum *nomine, patronos cantumelios intelligit, quibus tamen ab ventrem replendum clientes, imò propudiosa mantipia, nusquam non obsequantur. Huusmodi partim satyra quinta, partim nona notat Iuuenalis. Ordinabis sic verba*: Quæ, *subaudis Patientiæ*, operarios ventris addicit gulæ, *hoc est, venundat, siue in nexum dat gulæ*; (*nam vtrumque significat* addicere) subiectione libertatis contumeliosis patrocinijs, *hoc est subiectiendo libertatem contumeliosis patrocinijs. Parasitos & ventris mancipia Græci* γαστρὸς δουλεύοντας *appellant*; *& in Symposiacis Plutarchus, non minus eleganter quam vere*, τὴν γαστέρα τῆς ψυχῆς σώδινους *vocat.*

113 Sed viderint suam.] *Sic ex coniectura Dn. Latinij, patientiam nanque. Atque de vsu verbi illius*: viderint, & viderit, *vide Adnot. nostras in S. Cypr. epist.* 2. *num.* 53.

114. sui Præsides.] Sui (*inquit Rhenan.*) *dixit pro*: eorum.

115. quam patientia subter ignis exspectat.] Quam (*inquit Rhenan.*) *subaudis patientiam Gentilium*, subter *id est in inferno*, patientia ignis exspectat, *id est, æterna damnatio.*

116. quam pro nobis ipse dependit.] *Ex coniectura Ioannis Harrisij Angli, & Dn. Latini Latinij Itali, substituimus*: dependit, *pro*: defendit; *eo quòd alibi quoque sic loquatur Auctor*: cùm caro & anima dependitur.

ARGVMENTVM LIBRI DE SPECTACVLIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

QVVM *iam anno xij. Seueri Romæ indicti essent Ludi (de quibus latiùs in vita auctoris) seculares octaui, quos & imitari solebant reliquæ prouinciæ, atque adeò & apud Carthaginem superstitiosa illa (quorum meminit Auctor Scorpiaco aduersus Gnosticos) certamina Græcarum religionum & voluptatum iam celebrari inciperent, in quibus omnis generis Spectacula exhiberi consueuerant, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccaret, librum hunc ea occasione scripsisse videtur Tertullianus.*

I. *Primùm autem recensetethnicorum argumenta duo, tum quòd nihil dicebant religioni obstrepere oculorum solatia, cuius contrarium maximè se demonstrare paratum; tum etiam quod Christianus Spectaculis eruditur, quò faciliùs vitam contemneret, quasi verò pigeret propter Deum mori.*

II. *Item & ijs respondet, qui prætendebant omnia à Deo instituta, & bona omnia, atque adeò & ea ex quibus Spectacula instruuntur; nempè non hoc solum respiciendum, quo omnia sint instituta, sed à quo interpolatore, diabolo nempè, in corruptelam conuersa; alioqui omnes malorum species, quum ex operibus Dei constent, prohibendas non esse.*

III. *Iam verò & ad suorum argumentum respondet, qui per scripturas non nominatim denuntiari dicebant, hanc Spectaculorum abdicationem, ad hanc speciem pertinere primam illam Dauid vocem: Fælix qui non abijt in concilium impiorum, &c.*

IIII. *Nequis autem argumentari illum putet, conuertitur ad principalem auctoritatem signaculi nostri, cùm aquam ingressi & Christianam fidem in legis suæ verba professi, renuntiasse nos diabolo & pompis & angelis eius ore nostro cõtestamur, eo quòd ex idololatria vniuersa Spectaculorũ paratura constet.*

V. *Quod comprobat, primùm ex Ludorum origine, qui religionis nomine inter ceteros ritus superstitionum instituti sint, & diebus festis & templis Deorum reputabantur.*

VI. *Deinde ex eorum titulis, per quos signatum est, cui idolo & cui superstitioni vtriusque generis Ludi notarentur, tum sacri, tum funebres.*

VII. *Ex Apparatibus item eorundem, maximè Circensium; præcedente pompa, de simulacrorum serie, de ima-*

de imaginum agmine, quos præcedant etiam, intercedant, succedant sacra & sacrificia; in quibus moueantur collegia, sacerdotia, officia.

Ex locis denique, quippè quum Circus soli principaliter consecratus sit, & singula ornamenta eius, VIII.
singula templa sint; Non quidem quòd loca nos contaminent, atque adeò extra Spectaculorum tempus adiri possint, sed quæ in locis fiunt.

Nunc si particulatim Circenses ludos quis discutiat, Dijs deputari, vel elementis; & verò etiam IX.
elementorum damnatam idololatriam.

Theatri etiam Apparatibus qui ad Scenam spectant, à templis ac aris auspicari, & Veneris ædem X
à Pompeio superpositam; itaque & Liberi domum esse: quæ verò voce, modis, organis & lyris transiguntur, Appollines, Musas, Mineruas, Mercurios habere mancipes.

Agones & ipsos sacros, vel funebres, aut Dijs Nationum, aut mortuis fieri; apparatus item illo- XI.
rum idololatria conspurcari. Stadio Circum æmulari, & Gymnicas artes Castorum esse, Herculum, Mercuriorum.

Munus denique ab officio dictum quod mortuis faciebant, quos humano sanguine propitiari credi- XII.
tum erat, quum impietatem posteæ placuit voluptate adumbrare; posteæ prouecti ad tantam crudelitatem, vt & feris humana corpora dissiparentur, in quorum idolis dæmonia consistebant. Acerbioribus item Amphytheatrum consecrari dæmonibus.

Non quòd idolum sit aliquid sed quòd quæ faciunt, dæmonibus faciant, atque adeò tum & mortui XIII.
& Dij vnum sint, vtraque idololatria abstinere debere Christianos.

At qui non solùm idololatriæ, sed & concupiscentiæ seculi nomine, interdici Spectacula. XIIII.

Deinde Spiritui lenitatis non posse cum spectaculis conuenire, vbi per æmulationem, furor, bilis, ira XV.
& dolor.

Furorem enim maximè in Circo præsidere, populo iam de sponsionibus concitato, vnde & in discor- XVI.
dias itur.

Impudicitiæ etiam consistorium, quam amoliri iubemur, esse Theatrum, in quo etiam Tragœdiæ, XVII.
& Comœdiæ, scelerum & libidinum nutrices.

Stadium etsi in scripturis nominetur, quæ in eo geruntur, indigna conspectui nostro, & diaboli ne- XVIII.
gotia esse.

Amphitheatri denique repudium de scripturis peti, si sæuitiam, impietatem, feritatem consideremus. XIX.

Atque ita responsum illis, qui abstinentiam Spectaculorum specialiter in scripturis non determinari XX.
argumentantur, sicuti & illis, qui à sole & Deo Spectacula conspici argumentantur, nec contaminari, quum alioqui in illum scelus damnatum censeretur.

Aliam esse ethnicorum rationem, qui pro libidine interpretantur alibi bonum, quod alibi malum, XXI.
& econtrario.

Atque adeò ab ipsis Auctoribus Spectaculorum manifestè artifices damnari capitis diminutione, & XXII.
arceri honoribus omnibus.

Quanto magis diuina iustitia in huiusmodi artifices animaduertet, maximè quum faciant quæ XXIII.
scripturæ fieri vetant.

Sed & præterquàm quòd in baptismo pompam diaboli eiurauimus, ipsorum ethnicorum testimonio XXIIII.
Spectacula Christianis interdicta esse, eo quòd Christianum factum intelligant ex repudio eorundem.

Neque verò de Deo cogitare posse illic vbi nihil est de Deo, & quale est de Ecclesia Dei in diaboli Ec- XXV.
clesiam tendere? illas manus quas ad Dominũ extuleris, postmodùm laudãdo histrionem fatigare? ex ore quo Amen protuleris, gladiatori testimonium reddere? ὡς ἀϊσματι alij dicere, nisi Deo & Christo?

Atque adeò non mirum esse, si eiusmodi dæmonijs penetrabiles fiant vti duobus exemplis comprobat: XXVI.

Cùm illicnomen Dei blasphemetur, illic quotidiani leones in Christianos expostulentur, inde perse- XXVII.
cutiones decernantur.

Sagmentur itaque voluptatibus ethnici, lugeant Christiani, quorum voluptas non in seculo, sed in XXVIII.
cœlo esse debeat.

Neque verò etiam hic voluptatibus carere Christianos multo iocundioribus; Quibus pro Ludis XXIX.

Circensibus intueri liceat seculi cursum, pro scenica doctrina satis sit cantica rum, pro pugillatu & luctatu agones quibus coronantur; sanguis denique Christi, si sanguinis aliquid velint. D

xxx. *Postremò, quale Spectaculum aduentus Domini in proximo, cùm tanta seculi vetustas vno haurietur, tot Reges cũ ipso Ioue in imis tenebris congemiscentes cernentur; item Præsides persecutores sæuioribus quàm ipsi sæuierunt flammis liquescentes; denique qualia illa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.*

Ceterum libri huius nominatim meminit ipse Tertullianus lib. de Habitu muliebri. Nam (inquit) & omnes istæ prophanæ Spectaculorum secularium voluptates, sicut de ipsis suum volumen edidimus, ipsa etiam idololatria ex rebus Dei constat. Non tamen ideò Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut Scenæ turpitudinibus Christianum adsici oportet; quia Deus & Equum & Pantheram, & vocem homini dedit. Sic etiam lib. de Coron. militis, non Latino modo, sed & Græco stylo, se de Spectaculis scripsisse disertis verbis significat, quæ in Tomum quintum differimus. Hinc est quòd Abbas Thrithemius, et si non vidisset, alioqui initium libri sicuti aliorum descripturus, tamen inter opera Tertulliani librum hunc recenset. Et iam olim ex illo multa describserunt B. Isidorus Etymol. lib. 18. cap. 16. 27. 28. 29. 34. 35. 37. 42. 43. 53. ac 61. Hrabanus noster De Naturis rerum. Quare optimè de Republ. meritus est Gagnæus, qui primus in editione Parisiens. in lucem edidit; quippè quum ad intellectum faciat liber iste omniũ priscorum Auctorum, non sacrorum modò, sed & prophanorum, sicubi de Spectaculorum aliquo genere mentionem faciunt. Castigatus fuit deinde per Sigismundum Gelenium multis E *in locis ex Lælandi Britannico codice; denique nunc postremùm emẽdatur, partim ex Isidoro & Hrabano & coniecturis quibusdam Latinij, in totum autem ex codice Anglico, piæ memoriæ Dn. Doct. Ioannis. Clementis, viri longè eruditissimi: Adiectis nunc primùm & Argumento & Adnotationibus nostris, quibus illustrantur obscuriores loci quamplurimi; vsque adeò vt alio de Spectaculis commentario præter librum hunc post hac non sit opus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE SPECTACVLIS LIBER.

Cap. I. QVi [2] status fidei, quæ ratio veritatis, quod præscriptum disciplinæ inter cetera secularium errorum etiam spectaculorum voluptates adimat, Dei serui cognoscite, qui cummaximè ad Deum acceditis, recognoscite qui iam accessisse vos testificati & confessi estis, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccet. Tanta est enim vis voluptatum, vt ignorantiam protelet in occasionem, & conscientiam corrumpat in dissimulationem, aut vtrunque. Adhuc forsan alicui opiniones ethnicorum blandiuntur, quæ in ista causa aduersus nos ita argumẽtari consueuerunt: Nihil ob- F strepere religioni in animo & conscientia tua tanta solatia extrinsecus oculorum vel aurium: nec verò Deum offendi oblectatione hominis, qua [3] saluo erga Deum metu & honore, suo in tẽpore & suo in loco frui scelus non sit. Atquin hoc cum maximè paramus demonstrare, quemadmodũ isthæc non cõpetant veræ religioni & vero obsequio erga Deum verũ. Sunt qui existiment Christianũ expeditũ morti genus ad [4] hanc obstinationẽ abdicatione voluptatum erudiri, quo faciliùs vitam contemnant amputatis quasi retinaculis eius, ne desiderent quam iam superuacuam sibi fecerint: vt hoc consilio potius & humano prospectu non diuino præscripto definitum existimetur. Pigebat scilicet etiam perseuerantes in tantis voluptatibus propter Deum mori. Quanquã & si ita esset, tam apCap. II. to consilio, tãtæ obstinatio disciplinæ debebat obsequium. [5] Iam verò nemo est, qui non hoc quoque prætendat, omnia à Deo instituta, & homini attributa (sicut prædicamus) & vtiq; bona omnia, *Gen. 1.* vt boni auctoris: inter hæc deputari vniuersa ista, ex quibus spectacula instruuntur, Circum verbi gratia, & [6] leonem, & vires corporis, & vocis suauitates. Igitur neque alienum videri posse, [7] neque inimicum Dei, quod de conditione constet, ipsius: neque cultoribus Dei vitandum, quod Dei non sit inimicum, quia nec alienum. Planè & ipsæ extructiones locorũ, quòd saxa, quòd cæmenta, quòd marmora, quòd columnæ Dei res sint, qui ea ad instrumentum terræ dedit: sed & ipsi actus sub cœlo Dei transiguntur. Quàm sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia humana, præsertim cum aliquid eiusmodi de gaudijs & de fructibus seculi metuit amittere. Plures deniq; inuenias, quos magis periculũ voluptatis quàm vitæ, auocetab [8] hac secta. Nam mortem etiam stultus vt debitam non extimescit, [9] voluptatem etiam sapiens vt tantam non contemnit, cùm alia non sit & stulto & sapienti

A sapienti vitæ, gratia nisi volupt Nemo negatas, quia nemo ignorat quod vltrò natura suggerit, [10] Deum esse vniuersitatis conditorem, eámque vniuersitatem tam bonam quàm hominimancipatam. Sed quia non penitus Deum norunt, nisi naturali iure non etiam familiari, de longinquo, non de próximo, necesse est ignorent, qualiter administrari aut iubeat aut prohibeat quæ instituit, simul quis sit æmulus ex diuerso adulterandis vsibus diuinæ conditionis quia neque voluntatem, neque aduersarium noueris eius, quem minus noueris. Non ergo hoc solum respiciendum est, quo omnia sint instituta, sed à quo conuersa. Ita enim apparebit cuius vi sint instituta, si appareat cuius non sint. Multum interest inter corruptelam & integritatem, quia multum est inter institutorem & interpolatorem. Ceterùm omnes species malorum, quæ etiam ethnici inubitatè & prohibent & defendunt, ex operibus Dei constant: Vis homicidium ferro, veneno, [11] magicis deuinctionibus perfici. Tam ferrum Dei res est quàm herbæ, quàm angeli. Nunquid tamen in hominis necem auctor ista prouidit? Atquin omnem homicidij speciem vno & principali præcepto interemit: Non occides.

Proinde aurum, æs, argentum, ebur, lignum, & quæcunq; fabricandis idolis materia captatur, quis *Exod. 20.*
in seculo posuit, nisi seculi auctor Deus? Nunquid tamen vt hæc aduersus ipsum adorentur? Atquin summa offensio penes illum idololatria est. Quid non Dei est quod Deum offendit? sed cum offendit, Dei esse desijt; & cum desijt, offendit. Ipse homo omium flagitiorum actor, non tantùm opus Dei, verumetiam imago est: & tamen & corpore & spiritu desciuit à suo institutore. Neque enim oculos ad concupiscentias sumpsimus, neque linguam ad maliloquium, & aures ad exceptaculum maliloquij, & [12] gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulæ fatietatem, & genitalia ad excessus impudicitiæ, & manus ad vim, & gressus ad vagam vitam, [13] aut spiritus ideò insitus corpori, vt insidiarum, & fraudum, & iniquitatum cogitatorium fieret, non opinor. Nam si omnem malignitatem, & si tantam malitiam excogitatam Deus exactor innocentiæ odit, indubitarè quæcunque condi-
B dit, non [14] in exitum operum constat condidisse quæ damnat, licet eadem opera per ea quæ condidit administrentur, quãdo hæc sit tota ratio damnationis peruersa administratio conditionis à conditis. Nos igitur qui Domino cognito etiam æmulũ eius inspicimus, qui institutore cõperto etiam interpolatorem vnà deprehendimus, neq; mirari neque dubitare oportet, cùm ipsum hominem opus & imaginẽ Dei totius vniuersitatis possessorẽ illa vis interpolatoris & æmulatoris angeli ab initio de integritate deiecerit, vniuersam substantiam eius pariter cum ipso in peruersitatem demutatam aduersus institutorem: vt quam doluerat homini concessam non sibi, in ea ipsa & hominẽ reum Deo faceret, & suam dominationem conlocaret. [15] Hac conscientia instructi aduersus opiniones CAP. III
ethnicorum, conuertamur magis ad [16] nostrorum detractatus. Quorundã enim fides aut simplicior, aut scrupulosior, ad hanc abdicationem speculatorum de scripturis auctoritatẽ exposcit, & se in incertum constituit, quòd non significanter neq; nominatim denuntietur seruis Dei abstinentia eiusmodi. Planè nusquã inuenimus quemadmodum apertè positum est, [17] Non occides, non idolũ co- *Exod. 20:*
les, non adulterium, non fraudem admittes: ita excertè definitum, non in Circũ ibis, non in theatrum, agonem, munus non spectabis. Sed inuenimus ad hanc quoque speciem pertinere illãm primam vocem Dauid, Felix, inquit, qui non abijt in concilium impiorum, & in via peccatorũ non ste- *psal. 1.*
tit, & in cathedra pestium non sedit. Nam etsi iustũ illum videtur prædicasse, quod in concilio & in consessu Iudæorum de Deo denegãdo consultantium non communicauit, latè tamen semper scriptura diuina diuiditur, vbicunq; secundum præsentis rei sensum etiã disciplina munitur, vtique quoque non sit aliena vox à speculatorum interdictione. Si enim pauculos tunc Iudæos impiorũ conciliũ vocauit, quanto magis tantum conuentũ ethnici, populi: ni pij ethnici, minus peccatores. minus hostes Christi, quàm tunc Iudæi, quò & cetera congruunt. Nam apud speculata & in via statur.
C [18] Vias enim vocant cardines balteorum per ambitum, & discrimina popularij per procliuum. [19] Cathedra quoq; nominatur ipse in anfractu ad consessum situs. Itaque contrariò infelix qui in quodcunque conciliũ impiorum abierit, & in quacunq; via peccatorum steterit, & in quacũque cathedra pestium sederit, generaliter dictũ intelligamus, cùm quid etiam specialiter interpretari capit. [20] Nam & specialiter quædã pronunciata, generaliter sapiunt. Cùm Deus Israëlitas admonet disciplinæ vel obiurgat, vtique ad omnes habet: cùm Ægypto & Æthiopiæ exitium comminatur, in omnem gen- *Exod. 12.*
tem peccatricẽ prætudicat. Sic omnis gens vocatur Ægyptus & Æthiopia, à specie ad genus. Quẽ- *Isai. 14. & alib.*
admodũ etiam de origine speculatorũ omne spectaculum concilium vocat impiorum, à genere ad speciem. [21] Ne quis argumentari nos putet, ad principalẽ auctoritatem conuertar ipsius signaculi CAP. IIII.
nostri. Cùm aquam ingressi Christianã fidem in legis suæ verba profitemur, renunciasse nos diabolo & pompæ & angelis eius ore nostro contestamur. Quid erit summum ac præcipuum, in quo diabolus & pompæ & angeli eius cẽseantur, quàm idololatria? ex qua omnis immundus & nequam spiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc. [22] Igitur si ex idololatria vniuersam speculorum paratur à constare constiterit, indubitatè prætudicatum erit etiã ad spectacula pertinere renunciationis nostræ testimonium in lauacro, quæ diabolo & pompæ & angelis eius sint mancipata, scilicet per idololatriam. Commemorabimus origines singulorum, quibus incunabulis in seculo adoleuerint: exinde titulos quorumdam, quibus nominibus nuncupentur: exinde apparatus, quibus

superstitionibus instruantur: tum loca, quibus Præsidibus dicentur: tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque ad idololatriam, neque ad nostram cierationem pertinebit. [23] De originibus quidem vt secretioribus & ignotis penes plures nostrorum altiùs, nec aliundè inuestigandum fuit, quàm de instrumentis ethnicarum litterarum. [24] Exstant auctores multi, qui super ista re commentarios ediderunt. Ab his Ludorum origo sic traditur. [25] Lydos ex Asia transuenas in Hetruria consedisse, vt [26] Tiberis refert, duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Hetruria inter ceteros ritus superstitionũ suarum, spectacula quoque religionis nomine instituunt. [27] Inde Romani acceperitos artifices mutuantur, tempus, enunciationẽ, [28] vt ludi à Lydis vocarentur. [29] Sed & si Varro ludos à ludo, id est à lusu interpretatur, [30] sicut & Lupercos ludos appellabant, quòd ludendo discurrant: tamen eum lusum inuetum & diebus festis, & templis, & religionibus reputat. Nihil iam de causa vocabuli, cùm rei causa idololatria sit. Nam & [31] cùm promiscuè ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi patris manifestè sonabant. Libero enim à rusticis primò fiebant ob beneficium quod ei adscribunt [32] pro demonstrata gratia vini. [33] Exinde ludi Consualia dicti, [34] qui initio Neptunum honorabant. Eundem enim & Consum vocabant. [35] De hinc Equiria Marti Romulus dixit: [36] quanquam & Consualia Romulo defendunt, quòd ea Conso dicauerit Deo, vt volunt, consilij: eius scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinã militibus suis in matrimonia excogitauit. Probum planè consilium, & [37] nunc quoque apud ipsos Romanos iustum & licitum, ne dixerim penes Deum. Facit etenim ad originis maculam, ne bonũ existimes, quod initium à Malo accepit, ab impudentis violentiæ alio Deo, à [38] fratricida Institutore, à filio Martis: & nunc [39] ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra, cum inscriptione huiusmodi, CONSVS CONSILIO, [40] MARS DVELLO. [41] LARES COMITIO POTENTES. Sacrificant apud eam nonis Iulijs [42] sacerdotes publici, xij. [43] Kalen. Septembres [44] flamen Quirinalis, & virgines. De hinc idem Romulus [45] Ioui Feretrio ludos instituit in Tarpeio, [46] quos Tarpeios dictos & Capitolinos Piso tradidit. [47] Post hunc Numa Pompilius Marti & Robigini fecit. Nam & Robiginis deam finxerunt. [48] Dehinc Tullus Hostilius. [49] Dehinc Ancus Martius, & ceteri quoque per ordinem. Et quibus idolis ludos instituerunt, positum est [50] apud Suetonium Tranquillum, vel à quibus Tranquillus accepit. Sed hæc satis erunt ad originis de idololatria reatum. [51] Accedit ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis præferens, per quos signatum est cui idolo, & cui superstitioni vtriusque generis ludi notarentur, [52] Megalenses & [53] Appollinares, item [54] Cereales & [55] Neptunales, & [56] Latiares, & [57] Florales in commune celebrantur: reliqui ludorum, de natalibus & solennitatibus regum, & publicis prosperitatibus & [58] municipalibus, fastis superstitionis causas originis habent. Inter quos etiam priuatorum memorijs legatariæ editiones parentant, id quóque secundum institutionis antiquitatem. Nam & à primordio bifariam ludi censebantur, [59] sacri & funebres, id est dijs Nationum & mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos sub quo nomine & titulo, dum ad eosdem spiritus perueniat, quibus renunciamus, licet mortuis, licet dijs suis faciant. Proinde mortuis suis vt dijs faciant, vna conditio partis vtriusque est, vna idololatria, vna renunciatio nostra aduersus idololatriam. [60] Communis igitur origo ludorum vtriusque generis, communes & tituli, vt de communibus causis, proinde apparatus communes habeant necesse est de reatu generali idololatriæ conditricis suæ. [61] Sed Circensium paulo pompatior suggestus, quibus propriè hoc nomen pompa, præcedit, quorum sit in semetipsa probans, de [62] simulacrorum serie, de imaginum agmine, de [63] curribus, de thensis, de [64] armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuuijs, quanta præterea sacra, quanta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia quot officia moueantur, sciunt homines [65] illius verbis in qua dæmoniorum conuentus consedit. Ea si minore cura per prouincias pro minoribus viribus administrantur, tamen omnes vbique Circenses illuc deputandi, vnde & petuntur, inde inquinentur, vnde sumuntur. Nam & riuulus tenuis ex suo fonte, furculus modicus ex sua fronde, qualitatem originis continet. Videri ambitio siue frugalitas eius quo Deum offendit: qualiscunque pompa Circi, & si pauca simulacra circunferat, in vno idololatria est: & si vnam thensam trahat, [66] Iouis tamen plaustrum est: quæuis idololatria sordidè instructa, vel modicè locuples, splendida est censu criminis sui.] [67] Vt & de locis secundum propositum exequar, [68] Circus Soli principaliter consecratur: cuius ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quòd non putauerint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. [69] Quod spectaculum primum à Circe habent. Soli patri suo, vt volunt, editum adfirmant: ab ea & Circi appellationem argumentantur. Planè venefica eis vtique negotium gessit hoc, nomine quorum sacerdos erat, dæmonijs & angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscis, singula ornamenta Circi, singula templa sunt. [70] Oua [71] honori Castorum adscribunt, qui illos ouo editos credendo de cygno Ioue non erubescunt. [72] Delphinos Neptuno vouent, [73] columnas sessias à sementationibus, messias à messibus, tutelinas à tutelis fructuum, sustinent. ante has tres aræ, trinis dijs parent, magnis, potentibus, valentibus.

CAP. V. Vnde Ludi dicti.

CAP. VI. De Titulis.

CAP. VII. De Apparatibus.

CAP. VIII. De Loco-

A tibus. Eosdem [74] Samothracas existimant. [71] Obeliſci enormitas, vt Hermateles adfirmat, Soli proſtituta: ſcriptura eius, vnde & cenſus de Ægypto ſuperſtitio eſt. Frigebat dæmonum concilium ſine ſua [76] matre magna; ea [77] itaque illic præſidet euripo. Conſus (vt diximus) apud metia ſub terra deliteſcit. [78] Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vouêre. Animaduerte Chriſtiane, quot nomina immunda poſſederint Circum. Aliena eſt tibi religio, quam tot diaboli ſpiritus occupauerunt. de locis quidem locus eſt rectà tandi ad præueniendam quorûdam interrogationem. Quid enim inquis, ſi alio in tẽpore Circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla eſt præſcriptio de locis. Nam non ſola iſta conciliabula ſpectaculorum, ſed etiam templa ipſa ſine periculo diſciplinæ adire ſeruus Dei poteſt vrgente cauſa ſimplici dumtaxat, quæ non pertineat ad proprium eius loci negotium vel officium. [79] Ceterùm & plateæ, & forum, & balneæ, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ ſine idolis omninò non ſunt; totum ſeculum ſatanas & angeli eius repleuerunt. Non tamen quod in ſeculo ſumus, à Deo excidimus, ſed ſi quid de ſeculi criminibus attigerimus. [80] Proinde ſi Capitolium, ſi Serapeum ſacrificator & adorator intrauero, à Deo excidam: quemadmodum Circum vel theatrum ſpectator. Loca nos non contaminant per ſe, ſed quæ in locis fiunt, à quibus & ipſa loca contaminari altercati ſumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem commemoramus quibus eiuſmodi loca dicentur, vt eorum demonſtremus eſſe, quæ in his locis fiunt, quibus ipſa loca dicantur.

[[81] Nunc de artificio quo Circenſes exhibentur. [82] Res equeſtris retrò ſimplex de dorſo agebatur, & vtiq; communis vſus reus non erat. Sed cùm ad ludos coactus eſt, tranſijt à Dei munere ad dæmoniorum officia. [83] Itaque Caſtori & Polluci deputatur hæc ſpecies, quibus equos à Mercurio diſtributos Steſichorus docet. [84] Sed & Neptunus equeſtris eſt, quem Græci Ἵππιον appellant. De [85] iugo verò quadrigas ſoli, bigas lunæ ſanxerunt. Sed & Cap. xix. De arte Circi.

B [86] *Primus Erichthonius currus & quatuor auſus*
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

Erichthonius Mineruæ & Vulcani filius. & quidem de eaduca in terram libidine, portentum eſt dæmonicum, imò diabolus ipſe, non coluber. Si verò [87] Trochilus Argiuus auctor eſt currus, [88] primò Iunonii id opus ſuum dedicauit. Si Romæ Romulus quadrigam primus oſtendit, puto & ipſe inter idola conſcriptus, ſi [89] idem eſt Quirinus. Talibus auctoribus quadrigæ productæ, meritò & aurigis coloribus idololatriam veſtierunt, & ab initio duo ſoli fuerunt, [90] albus & ruſſeus. Albus hyemi, ob niues candidas: ruſſeus æſtati, ob ſolis ruborem voti erant. Sed poſtea tam voluptate, quàm ſuperſtitione prouecta, [91] ruſſeum alij Marti, alij [92] album Zephyris conſecrauerunt: [93] Praſinum verò terræ matri vel verno: Venetum cœlo & mari, vel autumno. Cùm autem omnis ſpecies idololatriæ damnata ſit à Deo, vtique etiam illa damnatur, quæ elementis mundialibus profanatur. [[94] Tranſeamus ad ſcenicas res, quarum & originem communem, & titulos pares ſecundum ipſam ab initio ludorum appellationem & adminiſtrationem coniunctam cum re equeſtri iam oſtendimus. Apparatus etiam ex ea parte conſortes, quæ ad ſcenam ſpectat: nam à templis & aris, & illa [95] in fœlicitate thuris & ſanguinis [96] inter tibias & tubas itur, duobus inquinatiſſimis arbitris, funerum & ſacrorum, [97] deſignatore & haruſpice. Ita cùm de originibus ludorum ad Circenſes tranſimus, inde nunc ad ſcenicos ludos dirigimus, à loci vitio. [98] Theatrum propriè ſacrarium Veneris eſt. Hoc denique modo id genus operis in ſeculo euaſit. [99] Nam ſæpè cenſores renaſcentia cùm maximè theatra deſtruebant, moribus conſulentes, quorum ſcilicet periculum ingens de laſciuia prouidebant, vt iam hinc ethnicis in teſtimonium cedat ſententia ipſorum nobiſcum faciens, & nobis in exaggerationem diſciplinæ etiam humanæ prærogatiua. [100] Itaque Pompeius Magnus ſolo theatro ſuo minor, cùm illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque mememoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, [101] Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, ſed Veneris tẽplum nuncupauit, [102] cui ſubiecimus, inquit, gradus ſpectaculorum: ita damnatum & damnandum opus templi titulo prætexuit, & diſciplinam ſuperſtitione deluſit. ſed Veneri & Libero conuenit, Duo iſta dæmonia conſpirata & coniurata inter ſe ſunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus eſt. Nam & alios ludos ſcenicos Liberalia propriè vocabant, præter quàm Libero deuotos, [103] quod ſunt Dionyſia penes Græcos, etiam à Libero inſtitutos. Et eſt planè in artibus quoque ſcenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ priuata & próprja ſunt ſcenæ, de geſtu & corporis fluxu. Nam mollitiam Veneri & Libero immolant: illi per ſexum, illi per fluxum, diſſoluti. [104] Quæ verò voce & modis & organis & lyris tranſiguntur, [105] Apollines & Muſas & Mineruas & Mercurios mancipes habent, oderis Chriſtiane, quorum auctores non potes non odiſſe. Iam nunc volumus ſuggerere de artibus, & de his quorum auctores in nominibus execramur. Scimus nihil eſſe nomina mortuorum, ſicut nec ipſa ſimulacra eorum. Sed non ignoramus, qui ſub iſtis nominibus & inſtitutis ſimulacris operentur & gaudeant & diuinitatem mentiantur, [106] nequam ſpiritus ſcilicet dæmones. Videmus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas eſſe, qui nomina incolunt auctorum earum, nec ab idololatria vacare, quarum inſtitutores etiam propterea dij habentur. Cap. xx. De Theatro, & attribus Scenicis.

C

Imò quod ad artes pertinet, altius præscripsisse debemus, dæmonas ab initio prospicientes sibi inter D
cetera idololatriæ etiam spectaculorum inquinamenta, quibus hominem à Deo auocarent, & suo
honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse. Neque enim ab alijs præoccupa-
tum fuisset, quod ad illos peruenturum esset. Nec per alios tunc homines edidissent quàm per ip-
sos, in quorum nominibus & imaginibus & historijs fallaciam consecrationis sibi negotium acturæ
CAP. XI. De Agonibus. constituerant. [106] Vt ordo peragatur, incamus etiam agonum retractatum. Origo istis de ludorum
propinquitate est. Inde & ipsi sacri vel funebres instituti, aut dijs nationum aut mortuis fiunt. [107]
Proinde Tituli [108] Olympia Ioui, quæ sunt Romæ capitolina. Item [109] Herculi Numæa, [110] Nep-
tuno Isthmia, ceteri mortuorum varij agones. Quid ergo mirum, si apparatus agonum idololatria
conspurcat de coronis profanis, de [111] sacerdotalibus Præsidibus, de collegiarijs ministris, de ipso
postremo boum sanguine, vt de loco communi pro collegio artium musica-
rum & minerualium, & apollinarium, etiam martialium, per duellum, per tubam, [112] vt stadio Cir-
cum emulentur, quod vtique templum est, & ipsum eius idoli cuius solennitates agit. [113] Sed &
CAP. XII. De mu-nere. gymnicas artes Castorum & Herculum & Mercuriorum disciplinæ prodiderunt. [114] Superest il-
lius insignissimi spectaculi acceptissimi recognitio. Munus dictũ est ab officio: [115] quoniam officium
etiam Muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur,
posteaquàm illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim quoniam animas defunctorum
humano sanguine propitiari creditum erat, [116] captiuos vel malo ingenio seruos mercati in exequijs
immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos parauerant armis, qui-
bus tunc & qualiter poterant eruditos, tantùm vt occidi discerent: mox edicto die [117] Inferiarum
apud tumulos erogabant: Ita mortem homicidijs consolabantur. Hæc muneris origo, sed paula-
tim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia ferrum voluptati satis non fa- E
ciebat, [118] nisi & feris humana corpora dissiparentur. [119] Quod ergo mortuis litabatur, vtique pa-
rentationi deputabatur. Quæ species proinde idololatria est, quoniam & idololatria parentationis
est species. Tam hæc quàm illa mortuis ministrat. In mortuorum autem idolis dæmonia consi-
stunt, vt & titulos consideremus: licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad
honores viuentium, [120] quæsturas dico & [121] magistratus, & [122] flamina & sacerdotia: cùm tamen
nominis dignitas idololatriæ crimine teneatur, necesse est quidquid dignitatis nomine administra-
tur, communicet etiam maculas eius, à qua habet causas. Idem de apparatibus interpretabi-
mur in ipsorum honorum suggestu deputandis, [123] quòd purpuræ, quòd fasciæ, quòd vittæ, quòd
coronæ, quòd denique [124] conciones & edicta, & [125] pultes pridianæ sine pompa diaboli, sine in-
uitatione dæmonum non sunt. Quid ergo de horrido loco perorem, quem nec periuria sustinent?
pluribus enim & asperioribus nominibus [126] amphitheatrum consecratur, quàm [127] capitolium om-
nium dæmonum templum est. Tot illic immundi spiritus consident, quot homines capit. Vt &
CAP. XIII. de artibus concludam, [128] Martem & Dianam vtriusque ludi Præsides nouimus. [129] Satis, opi-
nor, impleuimus ordinem, quot & quibus modis spectacula idololatriam committant, de origi-
nibus, de titulis, de apparatibus, de locis, de sacrificijs, quo certi sumus, nulla ex parte compete-
re nobis ea, qui idolis renunciauimus: Non quòd idolum sit aliquid (vt Apostolus ait) sed quòd
1. Cor. 8. quæ faciunt, dæmonijs faciunt, consistentibus scilicet in [130] consecrationibus idolorum siue mor-
tuorum, siue (vt putant) Deorum. Propterea igitur, quoniam vtraq[illegible]pecies idolorum condi-
tionis vnius est, dum mortui & dij vnum sunt, vtraque idololatria abstinemus: nec minus templa,
quàm monumenta despuimus: neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus: non sacrifi- F
camus, non parentamus, sed neque de sacrificato & [131] parentato edimus, quia non possumus cœnam
Actor. 20. 1. Cor. 10. Dei edere, & cœnam dæmoniorum. Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis liberamus, quan-
to magis augustiora nostra, oculos & aures ab [132] idolothytis & necrothytis voluptatibus abstine-
mus, quæ non intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu & anima digeruntur: quorum munditia
magis ad Deum pertinet, quàm intestinorum. [133] Nunc interposito nosse de idololatria, quod so-
CAP. XIIII lum subiectum sufficere deberet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tractemus ex
abundanti: propter eos maximè qui sibi blandiuntur, quòd non nominatim abstinentia ista præ-
scripta sit, quasi parum etiam de spectaculis pronuncietur, cùm [134] concupiscentiæ seculi damnan-
tur. Nam sicut pecuniæ, vel dignitatis, vel gulæ, vel libidinis, vel gloriæ: ita & voluptatis con-
1. Jo. 2. cupiscentia est. Species autem voluptatis etiam spectacula (opinor) generaliter [135] nominatæ con-
cupiscentiæ continent in se & voluptates: Æquè generaliter intellectæ voluptates specialiter & in
spectacula disseruntur. Ceterum retulimus suprà de locorum conditione, quòd non per semetipsa
nos inquinent, sed per ea quæ illic geruntur, per quæ simul inquinamentum combiberint, tunc
CAP. XV. & in alteros respuunt. [136] Videritergo, vt diximus, principalis titulus idololatriæ, reliquas rerum
ipsarum qualitates contrarijs omnes feramus. [137] Deus præcepit spiritum sanctum, vtpotè pro
naturæ suæ bono tenerum & delicatum, tranquillitate & lenitate, & quiete & pace tractare, non
furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. Huic quomodo cum spectaculis poterit con-
uenire? Omne enim spectaculum sine concussione spiritus non est. Vbi enim voluptas, ibi &
studium,

A ſtudium, per quod ſcilicet voluptas ſapit. Vbi ſtudium, ibi & æmulatio, per quam ſtudium ſapit. *Ephes. 4.*
Porrò & vbi æmulatio, ibi & furor & bilis, & ira & [138] dolor, & cetera ex his quæ cum his non competunt diſciplinæ. Nam & ſi qui modeſtè & probè ſpectaculis fruitur, pro dignitatis, vel ætatis, vel etiam naturæ ſuæ conditione: non tamen immobilis animi eſt ſine tacita ſpiritus paſſione. Nemo ad voluptatem venit ſine adfectu, nemo adfectum ſine caſibus ſuis patitur. Ipſi [139] eaſus incitamenta ſunt adfectus. Ceterùm ſi ceſſat adfectus, nulla eſt voluptas, & eſt reus iam ille vanitatis cò conueniens, vbi nihil conſequitur. Puto autem etiam vanitas extranea eſt nobis. Quid quòd & ipſe ſe iudicat inter eos poſitus, quorum ſe ſimilem nolens vtique deteſtatorem confitetur? Nobis ſatis non eſt, ſi ipſi nihil tale faciamus, niſi & talia facientibus non conferamur. Si furem, inquit, videbas, concurrebas cum eo. Vtinam ne in ſeculo quidem ſimul cum illis moraremur: ſed tamen *Pſal. 49.*
in ſecularibus ſeparamur, quia ſeculum Dei eſt, ſecularia autem diaboli. [140] Cùm ergo furor interdiciturnobis, ab omni ſpectaculo auferimur, etiam à Circo, vbi propriè furor præſidet. Aſpice *CAP. XVI*
quam ad id ſpectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuoſum, iam cæcum, [141] iam de ſponſionibus concitatum. [142] Tardus eſt illi Prætor, ſemper oculi in vrna eius cum ſortibus volutantur. Dehinc ad ſignum anxij pendent, vnius dementiæ vna vox eſt. Cognoſce dementiam de vanitate: Miſit [143] dicunt, & nunciant inuicem quod ſimul ab omnibus viſum eſt. Teneo teſtimonium cæcitatis, non vident miſſum quid ſit mappam putant: ſed eſt diaboli ab alto præcipitati figura. Ex eo itaque itur in furias & animos & diſcordias, & quidquid non licet facerdotibus pacis. Inde maledicta, conuicia ſine iuſticia, odij etiam ſuffragia ſine merito amoris. Quid enim conſecuturi ſuum illic agunt, qui ſui non ſunt? niſi fortè hoc ſolum, per quod ſui non ſunt: de aliena infelicitate contriſtantur, de aliena felicitate lætantur. Quidquid optant, quidquid abominantur, extraneum ab illis eſt. ita & amor apud illos otioſus, & odium iniuſtum. Et forſitan ſine cauſa
B amare licet, quàm ſine cauſa odiſſe. Deus certè etiam cum cauſa prohibet odiſſe, qui inimicos diligi *Matth. 5.*
iubet. Deus etiam cum cauſa maledicere non ſinit, qui maledicentes benedici præcipit. Sed Circo *Marc. 7.*
quid amarius, vbi ne [144] principibus quidem aut ciuibus ſuis parcunt? Si quid horum quibus Cir- *Rom. 13.*
cus furit [145] aliubi competit ſanctis, etiam in Circo licebit. Si vero nuſquam, ideò nec in Circo. *CAP. XVII*
[146] Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur modo etiam à theatro ſeparamur, quod eſt priuatū conſiſtorium impudicitiæ, vbi nil probatur, quàm quod alibi non probatur. Ita ſumma gratia eius de ſpurcitia plurimum cōcinnata eſt, [147] quam Atellanus geſticulator, [148] quam Mimus etiam per mulieres repræſentat ſexū pudoris exterminās, vt faciliùs domi quàm in ſcena erubeſcant. Quam [149] denique Pantomimus à pueritia patitur in corpore, vt artifex eſſe poſſit. Ipſa etiā proſtibula publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur, plus miſeræ in præſentia fœminarum, quibus ſolis latebant, pérque omnis ætatis, omnis dignitatis ora tranſducuntur, locus, [150] ſtipes, elogium, etiam quibus opus non eſt, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & in ſpeluncis ſuis deliteſcere decebat ne diem contaminarent. Erubeſcat ſenatus, erubeſcant ordines omnes. Ipſæ illæ pudoris ſui intereemptrices de geſtibus ſuis ad lucem & populum expaueſcentes ſemel anno erubeſcunt. Quod ſi nobis omnis impudicitia execranda eſt, cur liceat audire quæ loqui non licet? Cum etiam ſcurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum à Deo ſciamus, cur æquè liceat videre, quæ facere flagitium eſt? Cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admiſſa non videantur hominem communicare: [151] cùm ſpiritui appareant aures & oculi, nec poſſit mundus præſtari, cuius apparitores inquinantur? Habes igitur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitiæ. [152] Sin & doctrinam ſecularis litteraturæ vt ſtultitiæ apud *CA. XVIII*
Deum deputatam aſpernamur, ſatis prolcribitur nobis & de illis ſpeciebus ſpectaculorum, quæ ſe-
C culari litteratura [153] luſoriam vel agoniſticam ſcenam diſpungunt: quòd ſint tragœdiæ & comœdiæ ſcelerum & libidinum auctrices, cruentæ & laſciuæ, impiæ & prodigæ. Nullius rei aut atrocis, aut vilis commemoratiò melior eſt: quod in facto reijcitur, etiam in dicto non eſt recipiendum. [154] Quòd ſi & ſtadium contendas in ſcripturis nominari, ſanè obtinebis. Sed quæ in ſtadio geruntur, indigna conſpectui tuo non negabis, pugnos & calces & colaphos & omnem petulentiam manus, & quamcunque humanioris, id eſt, diuinæ imaginis depugnationem. [155] Non probabis viſquam vanos curſus & iaculatus & ſaltus vaniores, nuſquam tibi vires autiniurioſæ aut vanæ placebunt, ſed nec cura factitij corporis, [156] vt plaſticam Dei ſupergreſſæ propter ocium Græciæ altiles homines o- *Gen. 3.*
deris. Et [157] paleſtrica diaboli negotium eſt. [158] Primos homines diabolus clinit. Ipſe geſtus colubrina vis eſt tenax ad occupandum, tortuoſa ad obligandum, liquida ad elabendum. Nullus tibi
CAP. XIX.
coronarū vſus eſt, quid de coronis voluptates aucupāris? [159] Expectabimus nunc vt & Amphithea- *Gen. 9.*
tri repudium de ſcripturis petamus. Si [160] fœuitiam, ſi impietatem, ſi feritatem permiſſam nobis *Exod. 20.*
contendere poſſumus, eamus in amphitheatrum. Si tales ſumus quales dicimur, delectemur ſan- *Matth. 6.*
guine humano. Bonum eſt cùm puniuntur nocentes. Quis hoc niſi noxens negabit? Et tamen innocens de ſupplicio alterius lætari non poteſt, cùm magis competat innocenti dolere, quòd homo par eius tam nocens factus eſt, vt [161] tam crudeliter impendatur. Quis autem mihi ſponſor eſt, nocentes ſemper vel ad beſtias vel ad quodcunque ſupplicium decerni, vt non innocentiæ quo-

que inferatur, aut vltione iudicantis, aut infirmitate defendentis, aut instantia quæstionis? Quàm melius ergo est nescire cùm mali puniuntur, ne sciam & quum boni pereunt, si tamen bonum sapiunt.[161] Certè quidem gladiatores innocentes in ludū veniunt, vt publicæ voluptatis hostiæ fiant. Etiam qui dānantur in ludum, quale est vt de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant. Sed hæc ethnicis respondi. Ceterùm absit vt de istius spectaculi auersione diutius discat Christianus: quanquam nemo hæc omnia pleniùs exprimere poterit, nisi qui adhuc spectat. malo non implere quàm meminisse. [Quàm[163] vana igitur, immò desperata argumentatio eorum qui sine dubio tergiuersationem admittendæ voluptatis obtendunt. Nullam eius abstinentiæ mentionem specialiter vel localiter in scripturis determinari, quæ directò prohibeant eiusmodi conuentibus interesse seruum Dei. Nouam proximè defensionem[164] suauiludij cuiusdam audiui. Sol (inquit) imò etiam ipse Deus de cœlo spectat, nec contaminatur. Planè sol & in cloacam radios suos defert, nec inquinatur. Vtinam autem Deus nulla flagitia hominum spectaret, vt omnes iudicium euaderemus. Sed spectat & latrocinia, spectat & falsa, adulteria, & fraudes, & idololatrias, & spectacula ipsa. Idcircò ergo nos non spectabimus, ne videamur ab illo qui omnia spectat. Compares homo reum & iudicem: reum, qui quia videtur, reus est: iudicem, qui quia videt, iudex est. Nunquid ergò & extra limites circi furori studemus, & extra cardines theatri impudicitiæ intendimus, & insolentiæ extra stadium, & immisericordiæ extra amphitheatrum, quòd Deus etiam extra cameras, & [165] gradus, & [166] apulias oculos habet. Erramus, nusquam & nunquam excusatur quod Deus damnat. Nusquam & nunquam licet, quod semper & vbique non licet. Hæc est veritatis integritas, & quæ ei debetur disciplinæ plenitudo & æqualitas timoris, & fides obsequij, non immutare sententiā, nec variare iudicium. Non potest aliud esse, quod verè quidem est bonū seu malum. Omnia autem penes veritatē Dei fixa sunt. [167] Ethnici quos penes nulla est veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malū ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretātur, alibi bonum quod alibi malum, & alibi malū quod alibi bonum. Sic ergo euenit, vt qui in publico vix necessitate vesicæ tunicam leuet: idem in circo aliter non exultet, nisi totum pudorem in faciem omnium intentet. & qui filiæ virginis ab omni spurco verbo aures tuetur, ipse eam in theatrum ad illas voces gesticulationésque deducat, & qui in plateis litem manu agentem aut compescit, aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat. Et qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incūbat. Imò qui propter homicidæ pœnam probandā ad spectaculum veniat, idem [168] gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. Et qui insigniori cuique homicidæ leonem poscit, idem gladiatori atroci [169] petat rudem, & pileum præmium conferat. Illum verò confectum etiam amoris spectaculo repetat, libentiùs recognoscens de proximo, quem voluit occidere de longinquo, tanto durior si noluit. [170] Quid mirum de inæquata ista hominum miscentium & commutantium statum boni & mali per inconstantiam sensus & iudicij varietate? [171] Etenim ipsi auctores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xysticos, harenarios illos amantissimos, quibus viles animas fœminæ, aut illi etiam corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte quam magnificiunt, deponunt, & deminuunt, imò [172] manifestè damnant ignominia & [173] capitis minutione, [174] arcentes curia, rostris, senatu, equite, ceteríque honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta peruersitas. Amant quos multant, depreciant quos probant. Artem magnificant, artificem notant. Quale iudicium est, vt ob ea quis offuscetur, per quæ promeretur? Imò quanta confessio est malæ rei, quarum auctores, quum acceptissimi sint, sine nota non sunt. [175] Quum igitur humana recordatio etiam obtrepente gratia voluptatis damnandos eos censeat ademptis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot statuum, vt sacerdos coronatus, vel [176] coloratus vt leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Heliam exornauit? Placebit & ille, qui [177] vultus suos nouacula mutat infidelis erga faciem suam, [178] quam non contentus Saturno & Isidi & Libero proximam facere, insuper [179] contumelijs alaparum sic obijcit, quasi de præcepto Domini ludat? Docet scilicet & diabolus verberandam maxillam patienter offerre: [180] Sic & tragœdos cothurnis extulit, quia nemo potest adijcere cubitū vnum ad staturam suam, mendacem facere vult Christum. Iam [181] verò ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ. Non amat falsum auctor veritatis: adulterium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem sexus, ætates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adseuerantem non probabit, qui omnem hypocrisin damnat. Ceterùm cùm in lege præscribit, [182] maledictum esse qui muliebribus vestietur, quid de Pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus curatur? Sanè & ille artifex pugnorum impunitus ibit? Tales enim cicatrices cæstuum, & callos pugnorum, & [183] aurium fungos à Deo cum suo plasmate accepit. Ideò illi oculos Deus plasmauit, vt vapulando deficiant. Tacco de illo, qui hominem Ioani præsepponit, ne parum sit homicida, quàm qui eundem postmodum iugulat. [184] Quot adhuc modis perorabimus,

Cap. xx.

Cap. xxi.

Ca. xxii.

Ca. xxiii

Ca. xxiiii.

Matth. 6. Luc. 12.

Exod. 20.

Deut 22.

A perorabimus, nihil ex his quæ spectaculis deputantur, placitum esse, aut congruens Dei seruis, quod Domino placitum non sit. si omnia propter diabolum instituta, & ex diaboli rebus instructa monstrauimus: nihil enim non diaboli est, quidquid Dei non est, vèl Deo displicet: hoc erit pompa diaboli, [185] aduersus quam in signaculo fidei eieramus. Quod autem eieramus, neque facto, neque dicto, neque visu, neque prospectu participare debemus. Ceterùm nónne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Nunquid ergo supereſt vt ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi iam nobis renuncient, an liceat Christianis spectaculo vti. Atquin hinc vel maximè intelligunt factum Christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifestè, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei supereſt in huiusmodi homine? nemo in castra hostium transit, nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis & sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire. [186] An ille recogitabit eo tempore de Deo, positus illic vbi nihil est de Deo? pacem opinor habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam edisset, attonitus in mimos. Imò in omni spectaculo nullum magis scandalum occurret, quàm ipse ille mulierum & virorum accuratior cultus? ipsa consensio, ipsa in fauoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de commercio [187] scintillas libidinum conflabellant. Nemo denique in spectaculo ineundo priùs cogitat, nisi videri & videre. Sed tragœdo vociferante exclamationes ille alicuius prophetæ retractabit. Inter effœminationis modos Psalmum secum comminiscetur, & cùm athletæ agent, ille dicturus est repercutiendum non esse; poterit & de misericordia moueri defixus in morsus vrsorum, & [188] spongias retiariorum. Auertat Deus à suis tantâ voluptatis exitiosæ cupiditatem. Quale est enim de ecclesia Dei in diaboli ecclesiam tendere? de [189] cœlo (quod aiunt) in cœnum? illas [190] manus quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex [191] ore quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, ἰὸς ἀνῶτας alij omninò dicere nisi Deo Christo? [Cur [192] ergo non huiusmodi etiam dæ-
B monijs penetrabiles fiant? Nam & exemplum accidit Domino teste, eius mulieris quæ theatrum adijt, & inde cum dæmonio redijt. [193] Itaque in exorcismo cùm oneraretur immundus spiritus, quòd ausus esset fidelem adgredi: constanter & iustissimè quidem (inquit) feci, in meo eam inueni. Constat & alij litteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragœdum audierat, cum exprobatione nominato tragœdo, nec vltra quintum diem eam mulierem in seculo fuisse. Quo vtique & alia documenta cesserunt de his qui cum diabolo apud spectacula communicando à Domino exciderunt. Nemo enim poteſt duobus dominis seruire. Quid luci cum tenebris? quid [194] vitæ & mortis? [195] Odisse debemus istos conuentus & cœtus ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illic [196] quotidiani in nos leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur. Quid facies in illo suffragiorum impiorum æstuario deprehensus, non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus, nemo te cognoscit Christianum, sed recogita quid de te fiat in cœlo. Dubitas enim illo momento, quo in diaboli ecclesia fueris, omnes angelos prospicere de cœlo, & singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus Deum adminiſtrauerit? Non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiariam, ipsúmque aërem qui de super incubat scelestis, vocibus constupratum? Sint dulcia licet & grata & simplicia, etiam honesta quædam. Nemo venenum temperat felle & elleboro, sed conditis pulmentis & [197] benè saporatis, & plurimùm dulcibus id mali inijcit: ita & diabolus letale quo conficit, rebus Dei gratissimis & acceptissimis imbuit. omnia illic seu fortia,
C seu honesta, seu sonora, seu canora, seu subtilia, proinde habe ac si stillicida mellis de [198] libacuncu-
lo venenato: nec tanti gulam facias voluptatis, quanti periculum. [199] Per suauitatem faginentur eiusmodi dulcibus conuiuæ sui & loca & tempora & inuitator ipsorum est. Nostræ cœnæ, nostræ nuptiæ, nondum sunt non possum cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum. Vicibus dispositæ res est. Nunc illi lætantur, nos conflictamur. Seculum (inquit) gaudebit, vos tristes eritis. Lugeamus ergo dum ethnici gaudent, vt quum lugere cœperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es, Christiane, si & in seculo vòluptatem concupiscis, immò [200] nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. [201] Philosophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, in eæ gaudent, in ea auocantur, in ea etiam gloriantur. Tu mihi [202] metas & scenas & pulucrem & harenas suspiras. Dicas velim. Non possumus viuere sine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus? Nam quod est aliud votum nostrum, quàm quod & Apostoli, exire de seculo, & recipi apud Dominum? Hæc voluptas, vbi & votum. [203] Iam nunc si putas delectamentis exigere spatium hoc, curtam ingratus es, vt tot & tales voluptates à Deo contributas tibi satis non habeas, neque recognoscas? Quid enim iocundius, quàm [204] Dei patris & Domini reconciliatio, quàm veritatis reuelatio, quàm errorum recognitio, quàm tantorum retrò criminum venia? quæ maior voluptas, quàm fastidium ipsius voluptatis, quàm seculi totius contemptus, quàm vera libertas, quàm conscientia integra quàm vita sufficiens, quàm mortis timor nullus. [205] quòd calcas deos Nationum, quòd dæmonia expellis, quòd medicinas facis, quòd reuelationes petis, quòd Deo viuis? Hæ voluptates, hæc spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita: in [206] his tibi ludos Circenses interpretare, cursus seculi intuere, tempora laben-

A Cap. xxv

B Cap. xxvi.

Matth. 5.

1. Cor. 6.
Eccles. 33.
Cap. xxvii

Psal. 1.

Cap. xxviii

Joan. 16.

Philip. 1.
Cap. xxix.

tia dinumera, metas consummationis expecta, societates Ecclesiarum defende, ad signum Dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrij palmas gloriare. Si [207] scenicæ doctrinæ delectant, satis nobis litterarum est, satis versuum est, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis vocum, nec fabulæ, sed veritates, nec strophæ, sed simplicitates. Vis [208] & pugillatus & luctatus? præsto sunt, non parua, sed multa. Aspice impudicitiam deie ctam à castitate, perfidiam cæsam à fide, sæuitiam à misericordia contusam, petulantiam à modestia obumbratam, & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. D

Cap.xxx. Vis [209] autem & sanguinis aliquid? habes Christi. [210] Quale autem spectaculum in proximo est aduentus Domini iam indubitati, iam superbi, iam triumphantis? Quæ illa exultatio angelorum, quæ gloria resurgentium sanctorum? quale [211] regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Ierusalem? At enim supersunt alia spectacula, ille vltimus & perpetuus iudicij dies, ille nationibus insperatus, ille derisus, cùm tanta seculi vetustas, & tot eius natiuitates vno igne haurientur. Quæ tunc spectaculi latitudo? quid admirer? quid rideam? vbi gaudeam, vbi exultem, spectans tot ac tantos Reges, qui in cœlum recepti nuntiabantur, cum ipso Ioue & ipsis suis testibus in imis tenebris congemiscentes? item Præsides, persecutores Dominici nominis sæuioribus quàm ipsi flammis sæuierunt, insultantibus contra Christianis, liquescentes? quos præterea sapientes illos philosophos coram discipulis suis vnà conflagrantibus erubescentes, quibus nihil ad Deum pertinere suadebant, [212] quibus animas aut nullas, aut non in pristina corpora redituras adfirmabant, etiam poëtas [213] non ad Rhadamanti, nec ad Minois, sed ad inopinati Christi tribunal palpitantes? Tunc magis tragœdi audiendi, magis scilicet vocales in sua propria calamitate. Tunc histriones cognoscendi solutiores multò per ignem: tunc spectandus auriga, in flammea rota totus rubens: tunc xystici contemplandi non in [214] gymnasijs, sed in igne iaculati, nisi quòd nec tunc quidem illos velim visos, vt qui malim ad eos potius conspectum insatiabilem conferre, qui in Dominum desæuierunt. E

Hic [215] est ille (dicam) fabri aut questuarij filius, sabbati destructor, Samarites & dæmonium habens. Hic est quem à Iuda redemistis, hic est ille arundine & colaphis diuerberatus, sputamentis dedecoratus, felle & aceto potatus. Hic est quem clàm discentes subripuerunt, vt resurrexisse dicatur, vel [216] hortulanus detraxit, ne lactucæ suæ frequentia commeantium læderentur. Vt talia spectes, vt talibus exultes, qui tibi Prætor Consul, aut Quæstor, aut sacerdos de sua liberalitate præstabit? & tamen hæc iam quodammodò habemus per fidem spiritu imaginante repræsentata. Cæterùm qualia illa sunt quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Credo, Circo & [217] vtraque cauea & omni stadio gratiora. F

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE SPECTACVLIS.

1. DE SPECTACVLIS.] *Vti ne fapius infrà eadem repetenda sint, initio tum de iis quæ* Spectaculis *omnibus communia sunt, tum de* Spectaculorum *variis generibus præfari visum est operæpretium, quod fiet, vt reliqua ei fiant dilucidiora, qui hæc memoriæ suæ inculcauerit. Imprimis autem Auctori sunt eadem* Spectacula, Ludi, Certamina, *in genere. Deinde ad omnia genera* Spectacula *referantur quæ cap. v. vj. vij. & viij. tractat de* Ludorum Origine, Titulis, Apparatibus, *&* Locis. *Item ad omnia generatim pertinet, quam c. xiij. impugnat,* concupiscentia, vel pecuniæ, vel dignitatis, vel gulæ, vel libidinis, vel gloriæ aut voluptatis. *Præterea illud cap.* 15. vbi voluptas est, ibi & studium; vbi studium, ibi & æmulatio; porrò vbi æmulatio, ibi & furor, & bilis & ira, & dolor; denique (*vti addit cap. sequ.*) amor otiosus, & odium iniustum.

Atqui quatuor genera Spectaculorum *improbantur, non à Tertulliano tantùm, sed & à SS. Cypriano, Epiphanio, Isidoro et Hrabano; nempè* Ludi Circenses in Circo, Artes scenicæ in theatro, Agones in stadio, & Munera, venationes, seu gladiatorij Ludi in Amphitheatro. *De quibus quidem singulis Tertull. singulariter eodem ordine tractat c. ix. x. xi. & xij. & rursum xvi. xvij. xviij. ac xix. Verùm alibi quæquid in illis quatuor fieri solet, vno quidem fasce & eadem serie coniungit, exceptis tribus locis, quos ad eundem ordinem reduximus, idque non modo in hoc libro, sed & in Apologetico, & lib. ad Martyr. ac adu. Marcionem, quos hic adnotandos duximus, quia magnoperè ad intellectum totius libri faciunt. Loci sunt isti libri huius, c. 2.* Circum (*inquit*) *verbi gratia*, vocis suauitates, vites corporis, *&* leonem. *Cap. 3. Non in* Circum *ibis, non in* theatrum; Agonem, munus *non spectabis. Cap. 20. Nunquid ergo* extra limites Circi furori *studemus*, extra cardines theatri impudicitiæ, insolentiæ extra stadium, immisericordiæ extra amphitheatrum? *Cap. 21. Sic ergo euenit*, vt in Circo totum pudorem in faciem omnium intentet. filiam in theatrum ad voces gesticulationéque deducat; in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat; in Amphitheatro derosa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientiss. oculis desuper incúbat. *Cap. 22.* Quadrigarios scenicos, xysticos harenarios. *Cap. 23. An Deo placebit* Autiga curru rapiendus? *sic* & Tragœdos corhurnis extulit; *sanè & ille artifex* pugnorum *illa fuga abibit? taceo de ille* qui hominem leoni præse opponit. *Cap. 25. pacem opinor habebit in animo* contendens pro Auriga; Tragœdo vociferante *exclamationes alicuius Prophetæ retractabit*; cùm Athletæ agent, *ille dicit non esse repercutiendum, poterit & de misericordia moueri* defixus in morsus vrsorum & spongias retiatorum. *Cap. 28. Tu mihi* Metas, scenas, pulueremˊ, *&* harenas *suspiras. Cap. 29. In hæ tibi* Ludos Circenses *interpretare*; si Scenicæ doctrinæ *delectant*, vis pugillatus & luctatus; *vis autem &* sanguinis aliquid? *Cap. vltimo. Tunc spectandus* Auriga *in flammea rompheæ totus rubens*; histriones *cognoscendi multo* solutiores *per ignem.* Xystici *contemplandi non in* gymnasijs, *sed in igne iaculati; nec tunc quidem illos velim visos*, qui in Dominum desæuierunt. *Denique ibidem in ipsa calce libri: Credo (inquit)* Circo *&* vtraque cauea (*theatro nempè & Amphitheatro*) & stadio

dio gratiora. *Item Apologet. cap.* 38. *Nihil nobis eſt, inquit, cum* inſania Circi, cum impudicitia theatri, cum xyſti vanitate, cum atrocitate harenæ. *Et iiſdem penè verbis lib.* 1. *aduerſ. Marc. Nihil eſt nobis dictæ, viſæ, auditu cum* inſania Circi, &c. *Vt priùs. Poſtremo libro ad Martyras cap.* 2. *Non* claromoribus Spectaculorum, *vel* impudicitia, *vel* furore, *vel* atrocitate *celebrantium caderis. Haud abſimiliter D. Cyprianus* quatuor *enumerat* Spectaculorum *ſpecies libro quo Auctorem imitatur de Spectaculis, & de ſingulis eorum ſingula habet capita, nempè* III. IIII. V. *&* VI. *ſed alio ordine. Primùm enim reprehendit* cruenta Spectacula, ad quæ rabida fera nutritur in delicijs ad pœnam hominis; *deinde* Circenſia certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, *inde* ſcenæ ſales inuerecundos, &c. *denique* Græca certamina, *&* fœda illa luctamina. *Quorum duo* Gladiatorios *&* ſcenicos Ludos *etiam redarguit epiſt.* 2. *ad Donatum, & poſtremum Epiſtol.* 62. *ad Hiſtrionem. Nec diſſentit Epiphanius, qui ſub finem operis aduerſus hæreſes:* Eccleſia, *inquit, prohibet* Ludos equeſtres, Theatra, Muſicos item *&* venatores. *Eodem pertinent quæ ipſis Tertulliani verbis habet Iſidorus vbi ſuprà cap.* 62. *Proinde, inquit, nihil debet eſſe Chriſtiano cum* Circenſi inſania, cum impudicitia theatri, cum Amphitheatri crudelitate, cum atrocitate harenæ, cum luxuria ludi (*ſeu ſicut legendum cenſeo,* xyſti.) *Quæ ipſa cap.* 16. *clarius explicans:* Ludus autem, *inquit, aut* Circenſis *eſt, aut* Scenicus, *aut* Gymnicus, *aut* gladiatorius. *Et eadem repetit Hrabanus vbi ſuprà.*

Porrò deſeruente illo priori ſeruore Chriſtianiſmi, quum vbique ferè vanitatem xyſti *appellet Auctor dumtaxat, & apud Græcos propter numerum Olympiarum, quæ dicebantur ab Agonibus Olympijs quinto quoque anno celebratis, tolerandum videtur tertium illud genus ſpectaculorum; poſteriores ſcriptores, Arnobius, Lactantius, Hieronymus tres tantùm reliquas ſpecies impugnarunt, fortaſſis retenere quarto illo, vti iuxta Apoſtolum exemplo eorum ſic currerent Chriſtiani vt apprehenderent, & meminiſſent quod niſi legitimè certauerint, coronari non poſſint, & quod multi currunt, vnus autem accipit brauium, maximè ſubſtatis vti videtur impudicis illis in* xyſto *meretricium colluctationibus. Arnobius quidem de* Amphitheatris *lib.* 2. *paulo poſt medium, in quibus, inquit, mundi homines cernerent & beſtiarum lanationibus diſſipari, interficere ſe alios nullius ob meriti cauſam, ſed ingratam voluptatem confeſſorum; ipſoſque illos dies, quibus tantum committeretur nefas, in gaudijs communibus ducerent, & feſta hilaritate ſacrarent. Idem de* Circenſibus, *quum aliquid adtigiſſet lib.* 4. *tractat de origine eorundem latiſſimè lib.* 7. *aliquot ante finem paginis. Denique de* Theatralibus ludis *ſub finem lib.* 4. *aduerſus Gentes. Lactantium verò latiſſimè de ſingulis horum trium generum verbis infrà citandis tractat lib.* 6. *cap.* 20. *ita tractatium ſunt concludens: Et primitiùs quidem* venationes, quæ *&* Munera vocantur. *Saturno attribuæ ſunt;* Ludi autem Scenici *Libero;* Circenſes *Neptuno; paulatim verò & ceteris dijs idem honos tribus cæpit, ſingulique Ludi eorum nominibus conſecrati ſunt, ſicut* Siſinnius Capito in libris Spectaculorum *docet. Cui ſimilia repetuntur Epitome eiuſdem cap.* 6. *B. Hieronymus denique peritus Tertullian. imitatus in vita Hilarionis: Non, inquit,* Circi furoribus, *non* theatri luxuria, *non* harenæ ſanguine *delectabatur. Et ad Marcellam: Habeat ſibi Roma ſuos tumultus,* Circus inſaniat, theatra luxurient, harena ſæuiat.

Ex quo adeò loco conſtat, etſi (Euſebio lib. 4. *de vita eiuſdem cap.* 28. *& Zozom. lib.* 1. *huſtor. Eccleſ. teſtibus) Conſtantinus* Gladiatorios ludos *lege lata ſuſtulerit, quæ exſtat lib.* 2. *Cod. de Gladiatoribus, adhuc tamen Romæ non in vniuerſum abolites fuiſſe. Quod ipſum ſatis etiam conſtat ex lib.* 2. *de Gladiat. Cod. Theodoſiani per Conſtantium lata, quæ* Munerationes *prohibet eſſe Auctoratos milites, aut Palatina præſidia dignitate. Item ex lib.* 2. *de Spectacul. eiuſdem Cod. Theodoſiani, vbi inter cetera dumtaxat interdicitur Magiſtratibus per Gratianum, Valentinianum & Theodoſium, alio tempore ferarum curſibus vacare, quàm quo die aut nati aut Imperij ſceptra Principes ſuſcepérunt. Rurſum ex B. Auguſtino lib.* 6. *Confeſſ. cap.* 8. *vbi meminit Gladiatorij ludi Romæ in ſua adoleſcentia celebrati. Denique ex Prudentio ad finem lib.* 2. *ad Symmachum, qui Honorium imperatorem hortatur vti illos tollat his verbis:*

Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari, &c.

Qui certè tantum profecit, vt omninò Gladiatorum ludum interdixerit occaſione cuiuſdam Telemachij Monachi, qui quum Amphitheatrum ingreſſus pugnantes ſeparare niteretur, à populo lapidibus fuit obrutus, quem admodum à Theodoreto memoratur proditum eſt Eccleſ. huſt. lib. 5. *c.* 26.

Verum enimverò permiſſa ſunt reliqua duo Spectaculorum *genera à Cæſaribus, quamuis Chriſtiani, quantumuis repugnantibus Epiſcopis, ne (vti loquuntur Arcadius & Honorius) nimia triſtitia in populo generaretur, interdiſtæ dumtaxat* Maiumæ *feſtis & obſcœnis ſpectaculo. vti patet ex l. Vlt. ff. de* Maiuma. *in Cod. Theodoſ. Vnde & multos ſubinde ſubortos tumultus docent hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Aurigarum Agitatoriúmque factionibus. Hinc factum vt BB. Chryſoſt. & Auguſtinus, dum frequentiſſimè aduerſus Spectacula ſcribunt, non tam aliorum meminerint quam eorum qua in* Circo *aut* Theatro *fiebant. Chryſoſtomus quidem* Circenſium *hom.* 31. *in Ioan.* Scenicorum *homil.* 2. 6. *& cap.* 69. *in Matth. & verorumque in Pſal.* 50. *& hom. de Kalendis. Auguſtinus verò lib.* 2. *de Symbolo cap.* 2. *& lib.* 2. *de Ciuit. Dei c.* 6. Circenſium *Lib. verò* 1. *de conſenſu Euangeliſt. c.* 37. *& dict. lib.* 2. *de Ciuit. Dei cap.* 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. *ac* 14. *Sceniorum. Hoc interim effecerunt ſuis Declamationibus ſanctiſſimi viri, vt ſaltem omnis* Theatrorum *atque* Circenſium *voluptas per vniuerſas vrbes prohibita ſit Dominicis diebus, & Feſtis Natalis, ac Epiphaniæ Domini, Paſchæ item & per totam Pentecoſten. l. Dominico. de Spectaculis. in Cod. Theodoſ. quæ data eſt Kalend. Februarij, Conſtantinopoli, Theodoſ. xi. & Valentiniano Cæſar. Coſſ. vti refte ante me adnotauit quiſquis Auctor eſt libri Obſeruationum diuini & humani iuris, à quo non parum hac in re me adiutum ingenuè fateor. Qui interim recte & illud adnotauit Conſtantinopoli poſtea inoleuiſſe Ludos illos Gladiatorios, ex eo quòd exſtet lex vlr. Cod. De feriis, qua Zeno Imperator interdixit (non ſimpliciter, ſed Dominico diumtaxat die.) Scenam Theatralem, Circenſe certamen, & ferarum lacry moſa ſpectacula. Ego verò exiſtimo aut non permiſſe niſi de Maleficis, qui ad beſtias ſubinde condemnabantur, aut certè non niſi ferarum inter ſe certamina, quæ annos ſubinde lacrymoſa facta ſunt, ſiquando (vt Tertullian. verbis vtar l. ad Martyras) feræ in medijs ciuitatibus elapſæ caueis, homines deuorauerunt. Certè etiam* Circenſe, *aut aliquod aliud Spectaculum Dominico diebus interdictum eſt* 6. *Synodi in Trullo celebratæ, can.* 66. *Quod vtinam etiamnum obſeruaretur, quum videamus plerumque Dominicis & Feſtis diebus Spectacula exhiberi, nec modò Comœdiarum aut Tragœdiarum veterum honeſtorum dramata, ſed & lubrica ſubinde & pudenda, etiam ad mediam noctem vſque.*

Ceterùm poſt abſolutas dudum huius libri Adnotationes, vti Lector æquus facilè colligет, tandem nactus Circi Maximi deſcriptionem Romæ à Bolognino Zalterio formis editam, auctore Pyrrho Ligorio Pictore Neapolitano, eandem à nobis ſubinde caſtigatam nouis formis excuſam, in Lectorum gratiam ſimul edi, & ſuperiori folio adiungi iuſſimus.

T

CAP. I.

2. Qui ſtatus fidei, quæ ratio veritatis, &c.] *Præter præfationculam quandam hoc caput hanc meretur inſcriptionem:* De reſponſo ad duo ethnicorum argumenta pro Spectaculis. *Atqui ſcriptum hunc librum non ad iam Chriſtianos tantùm, ſed & Catechumenos, quos Auctor* Audientes *ſolet nuncupare, patet tum ex verbis iſtis:* Dei ſerui cognoſcite, qui maximè ad Deum acceditis, *quæ ad Catechumenos, tum ex illis:* recognoſcite qui iam acceſſiſſe vos teſtificati & confeſſi eſtis, *quod ad iam Baptiſatos, qui fides teſtificationem in Baptiſmo reddiderant, pertinet, vti infrà l. de Baptiſmo latiùs.*

3. ſaluo erga Deum metu & honore.] *Hoc ipſum argumentum in cauſa ſimili dilutum reperire eſt lib. de Pœnitent. cap. 5. Quantum autem præſtiterit Gelenius, vel ex hoc licet deprehendere, vbi recte legit;* nec veto Deum offendi, *pro:* nec verbo; & qua, *pro:* quo. *item paulopost:* definita, *pro:* deſcripta.

4. adhanc obſtinationem.] *Familiaris eſt Auctori vox* obſtinatio *in bonam partem, pro conſtantia, ſicuti & apud Tacitum lib. 19.* obſtinatio *fidei. quare non placet quod paulopost pro:* obſtinatio diſciplinæ, *MS. codex Anglicus habeat:* obſeruatio. *Atqui ex conjectura Latinij legimus:* quam iam ſuperuacuam ſibi fecerint, *pro:* ſuperuacuum.

CAP. II.

5. Iam verò nemo eſt, &c.] *Titulum ſimilem huic capiti dedimus:* De tertio ethnicorum argumento, quòd ideò perniſſa ſint Spectacula, quia ex rebus conſtent à Deo inſtitutis & homini attributis, *Quod in ſimilis iterum ſoluit Auctor infrà li. de Habitu mulebri, haud procul à fine, quemadmodum ex verbis ſupra in Argumento allegatis conſtat.*

6. Leonem.] *Auctor loci citato* Pantheram *recenſet, pro eo quod hic* leonem; *non enim* leones *dumtaxat, ſed & Panthetas omnis generis in Amphitheatrum adduci ad venationem ſolitas ex Plinio manifeſtum eſt, hiſt. nat. lib. 8. cap. 16. & 17.* Leonum, *inquit, plurium pugnam princeps Romæ dedit Q. Scæuola Pulſilum in Curulis Ædilitate. Centum autem tubatorum primus omnium L. Sylla, qui poſtea Dictator fuit, in Prætura. Poſt eum Pompeius Magnus in Circo DC. in ijs lubatorum CCCXV. Cæſar Dictator DCCC. Vbi certè Circum pro Amphitheatro Pompeij accipiendus, de quo infrà. De* Pantheris *vero Senatuſconſultum, inquit, vetus fuit, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius Tribunus plebis, permiſtique Circenſium gratia importarent. Primus autem Scaurus Ædilitate ſua varias C.L. vniuerſis dedit; dein Pompeius Magnus CCCCX. Diuus Auguſtus CCCCXX.*

7. inimicum Dei.] *Sic ex MS. cod. pro:* Deo; *nam Tertullianicum eſſe, vt Adelitinacum Genitiuo conſtruat, adnotauimus Vlt. c. l. de Patient. & mox ibi ipſum etiam in excuſis legitur. Ex quo etiam reſt. tui* : neque cultoribus Dei vitandum, *pro eo quod corruptiſſ. legebatur* putandum.

8. ab hac ſecta.] *Rurſum in bonam partem accipitur* ſecta *pro Chriſtiana religione.*

9. voluptatem etiam ſapiens vt tantam non contemnit.] *Locus obſcurus & fortaſſis corruptus, quia Lactantius vbi ſupra, tum ex Ciceronem Catone maiore, tum aliunde, adſtruit Philoſophos voluptatem oculorum ſuſtuliſſe, dicentes multa præclarius eſſe cælum, quàm cælata intueri; ad quod etiam Spectaculum adhortatur B. Cyprian. vlt. c. lib. de Spectac.*

10. Deum eſſe vniuerſitatis conditorem.] *Zenonis & aliorum Philoſophorum ſententias hac de re videre eſt apud Iuſtinum Martyrem, Apol. 2. & Anaxagoram eiuſdem argumenti l. Item ſupra Apol. c. 21. qui* vniuerſitatis artificem & factitatorem Deum *ſeu Rationem dicunt, de quo latiùs Lact. l. 4. verbis ibidem citatis, num. 310. & 311. Pro eo autem quod erat:* quæ ſit æmula ex diuerſo, *legimus, & melius,* quis ſit æmulus, *quæ mox ſequitur:* aduerſarium, *& interpolatorem, & poſtea:* æmulum.

11. Magicis deuinctionibus.] Deuinctiones *accipi pro ligaturis, de quibus latiùs l. de Anima. Et hic vero pulcra eſt Geleni caſtigatio:* in hominis necem Auctor, *pro:* in nece eſt auctor. *Ex MS. paulopost lege:* flagitiorum actor, *pro:* auctor; *neque enim homo, ſed Diabolus interpolator illorum eſt auctor.*

12. gulam ad gulæ crimen.] Gulæ crimem *ſolummodò Eccleſiaſticus notum pro* gulæ *intemperantia ſeu gulositate, prophanis non item. Similiter dixit l. de Ieiunijs:* Adam ſalutem gula vendidit, *& l. 1. ad. Marc.* comitibus gulæ, libidini ſcilicet atque luxuriæ. *Sine autem legas:* gulæ ſatietatem *cum excuſis, ſiue* ſocietatem *cum MS. pernde eſt.*

13. aut ſpiritus ideò inſitus corpori.] *Videtur hoc pertinere ad eius errorem de* anima traduce, *de quo inter Prolegomena.*

14. non in exitum operum conſtat condidiſſe quæ damnat.] *Locus adnotandus contra Calumnium, qui Inſtit. l. 3. c. 22. 23. & 24. aſſtruit, quod Deus creauit maximam partem mundi ad damnationem & perditionem ſimplicis decreto voluntatis ſuæ, quem admodum ipſi ab Heluetucis obiectum eſt. Verùm de hoc latiùs l. de Habitu virginum. Hic ſufficiat quod ſubiungit:* quòd hæc ſit tota ratio damnationis, peruerſa adminiſtratio conditionis à conditis. *Legimus autem:* neque mirari neque dubitare, *ex conjectura Ioan. Harriſij Angeli, pro:* dubitari, *& cum Gagnæo:* illa vis interpolatoris & æmulatoris angeli ab initio de integritate deiecetit, *pro eo quod irrepſerat:* illi interpolatoris, &c. deiecerint.

CAP. III.

15. Hac conſcientia inſtructi, &c.] *Caput hoc inſcripſimus.* Quòd erſi non expreſſè, tacitè ſaltem in Scripturis Spectacula prohibeantur. *Ioque Auctorem imitatur B. Cypr. l. de peſt. c. 1. & Chryſoſt. hom. 62. ad popul. Antioc. Vbi de Spectac. interpretatur illud Pſalmi primi:* Fœlix qui non abijt in concilium impiorum, &c.

16. ad noſtrorum detractatus.] *Similiter l. Ad uxorem* 2. detractata & exerta ſententia eſt; *vbi Rhenanus: Nouum (inquit) huius verbi vſus:* detracto. *Sic & de Virgin. velandis:* Nec detractamus, quare non & puerum nominarit. *Compoſitum pro ſimplici. Atque legimus iterum cum Gagnæo:* ad hæc abdicationem ſpectaculorum, *pro:* ab hac abdicatione. *Eſt autem etiam hæc ſuæ conſultorum vox.*

17. Non occides, non idolum coles, &c.] *Non fuit hic ordinis curioſus Auctor; nam aliquis oporteret coniungere, ſicuti alibi facit:* Non occides, non adulterium, non fraudem facies, *& preponere illud:* Non idolum coles, *quod ipſum Paraphraſtes citat. Verum de his latiùs alicubi ad. Marc.*

18. Vias enim vocât cardines balteorum per ambitum, &c.] *Facis ad hunc loci intellectum quod habet Nonius Marcellus. Neutro, inquit, genere nempè, Varro rerum diuinarum l. 11. Tragica vincula* Baltea *ſunt. Accius* βάλτεα τὰ ἀγκάλιχάν *lib. 8. Actoribus manuleos,* baltea, *macheras. Dicit itaque Auctor* vias vocari cardines, *id eſt quæ patebat ingreſſus,* balteorum *ſiue cingulorum è corio bullis ornatorum (nam ita balteum definit idem Varro l. 4. de ling. Lat.) quibus theatrum concludebatur. Alludere autem videtur ad* Theatra duo *penſilia C. Curionis, quæ (teſte Plinio hiſt. natur. lib. 36. cap. 10.) fecit amplißima ex ligno cardinum ſingulorum, verſatilis ſuſpenſa libramento. In quibus vtrouſque antemeridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſe auerſis, ne inuicem obſtreperent Scenæ, & repente circumactis vt contra ſtarent, proſtrema iam diu deſcendentibus tabulis & cornibus inter ſe cocuntibus faciebat Amphitheatrum, & Gladiatorum ſpectacula edebat; ipſum magis auctoratum populum Romanum eruſmodi. Quid enim miretur quiſquam in hoc primum? inuentorem, an inuentum? artificem, an auctorem? auſum aliquem hoc excogitare, an ſuſcipere? parere, an iubere? Super omnia erat populi furor, ſedere auſi tam infida inſtabilique ſede, & paulopost. Ecce populus Romanus vniuerſus vel duobus tantùm gyris impoſitus binis cardinibus ſuſtinetur, & ſeipſum depugnantem ſpectat, perſturtus, mouente aliquem laxatis machinis. Variauit (inquit paulopost) hanc ſuam magnificentiam feſſis turbatiſque cardinibus, & Amphitheatri forma cuſtodita,*

custodita, nouissime die duabus per medium scenis Athletas *edidit, rapitisque ecuitrario repente pulpitis, eodem die victores è Gladiatoribus suis produxit. Vide infrà cap. 8. num. 68. verba Cassiodori huc pertinentia, & totius Circi descriptionem Catagraphicam, quam Adnotationibus huius libri ad maiorem intellectum vná excudi suprà iussimus.*

19. Cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad cõsessum situs.] Anfractum, *sine, vt legit Varro lib. de ling. Latin.* amfractum, *intelligit theatri totius circuitum siexuosum. Est autem & illa phrasis Tertullianica* : interpretari capit, *de qua latius li. 5. aduers. Marc.*

20. Nam & specialiter quædam pronunciata, generaliter sapiunt.] *Regula ad intellectum scriptura sacra adprimè utilis. Atqui quod hic dixit omnibus dictum quod Israelitæ dicebatur, non tno in loco adnotauit B. Hieronymus in Prophetas; quod addit de Ægypto & Æthiopa, ijsdem penè verbis habet suprà lib. adu. Iud. c. 9. & infrà li. 3. adu. Marc.* (*vbi de hoc latius*) *præterquam quòd vocatur his vocibus* : omnis gens, *pro eo quod ibi*; totus orbis.

Cap. iiii.

21. Nequis argumentari, &c.] *Inscriptio capitis huius hæc est*: Quòd in baptismo cùm Diabolo & pompæ & angelis eius renuntiauimus, etiam Spectaculis renuntiauerimus. *In quo etiam Auctorem imitatur B. Cyprian. lib. de Spectaculis. cap. 2. & ipsum repetit Auctor infrà cap. 5. & 24. Eodem pertinet quod habet Isidorus Etymol. lib. 18. cap. 62. Deum, inquit, negat, qui talis præsumit: fides Christiana prauaricator effectus est, qui id denuo appetit, eni* (*ita enim lege, pro* : quod) *in lauacro sam pridem renuntiauit: id est, Diabolo, pompis, & operibus eius. De qua renuntiatione etiam latius infrà Tom. 3. lib. de Baptismo, sicut &* de Christianæ fidei in eo professione.

22. Igitur si ex idololatria, &c.] *Isidem penè verbis B. Cyprianus*: *Omnia ista spectaculorum genera, inquit, damnauit, quando idololatriam substulit, ludorum omnium matrem, &c. quæ compendij gratia omittimus. Atqui de hac Metaphora Auctoris*, quibus incunabulis adoleuerit, *vide lib. præcedent. de Patientia, cap. 5.*

Cap. v.

23. De originibus quidem, &c.] *Veterem titulum huius capitis retinuimus, sed ad marginẽ reiecimus*: Vnde ludi dicti, *pro quo MS. etiam non malè*: De origine ludorum. *Cuius ipsa verba pleraque repetuntur ab Isidoro Etymol. lib. 18. cap. 27. & quædam etiam à B. Cypriano c. 2. vbi suprà.*

24. Existant Auctores multi, &c.] Auctores *qui de Spectaculis scripserint, etiamtur hic ab Auctore, Timæus, Varro, Piso, Suetonius Tranquillus, Hermateles & Stesichorus, de quibus infrà latius: at verò à Lactantio Vincus Sigisfinnius, seu Sisinnius Capito.*

25. Lydos ex Asia transuenas in Herturia consedisse, &c.] *De hoc ita Plinius li. 3. cap. 5. Patet ora Liguria inter amnes Varum & Macrum CCXI. M. pass. Adnectitur septima, in qua est* Herturia *ab amne Macro ipsa, mutatis sæpè nominibus; Inde Umbros exegere Pelasgi, hos* Lydi, *à quorum Rege* Tyrrheni, *mox à sacrificij ritu linguæ Graecorum Thusci sunt cognominati. Eodem pertinet quod habet Auctor l. de Pallio c. 1. de Toga à Pelasgis ad* Lydos, *à* Lydis *à* Romanos, *de quo ibi in Adnot. nostrum num. 14.*

26. vt Timæus refert.] Timæus *Siculus Historicus recenseturà Plutarcho in Nicia, & à Diodoro Siculo, & à Ciceroneli. 2. de Orat. & Epist. ad Lucceium li. epist. 12.*

27. Inde Romani accersitos artifices, &c.] Ludiones (*inquit Liu. l. 7. Decad. 6.*) ex Herturia accita *ad tibicinum modos saltantes.*

28. vt ludi à Lydis vocarentur.] *Hæc pertinet quod habet Nonius Marcellus* : Ludios *Romani* Lydios *vocabant, vt est in l. 1. Varronis de vita populi Romani.*

29. Sed etsi Varto Ludos à ludo, &c.] *Quum priorem sententiam ex modo citata verbis videatur M. Varro secutus, nec etiam repetatur hodie apud Varronem de ling. Latina, fortassis non ad M.* Varronem, *sed ad* Varronem Atacinum, *quem sæpe citat Plinius, referendum, aut certè in libris Varronis de Scenicis originibus, que non exstant, ad legebatur. Certè* Varronieram *illud ad scribit Isidorus vbi suprà.* Varro *autem, inquit, dicit* Ludos à Luso *vocatos, seu potius* Lusu, *quemadmodum hinc est castigandum.*

30. sicut & Lupercos ludos, &c.] Lupercalia *dicta (inquit Varro de ling. Lat. l. 5.) quòd in* Lupercali Lupersi *sacra faciũt. & paulopost: Nam & Lupercalia Februario, vt in Antiquis tum libris demonstratum. Atqui ijs festis etiam ludos Lupercos exhiberi solitos alibi idem Varro testatur, in quibus nudi discurrebant iuuenes, idque in honorem primium Panis, qui & Lupercus ab Arcadibus, deinde à Romanis in honorem Lupæ Romulum matris. Vide item Adnot. nostras in Apolog. c. 16. nu. 419.*

31. & cùm promiscuè ludi Liberalia vocarentur, &c.] *Idipsum repetitur infrà cap. 10. Pertinet autem eodem quod suprà ex Lactantio citauimus*, Ludos Scenicos Libero adtributos, *quod ipsum etiam repetit vbi suprà Isidorus, & Alexander ab Alexandro, Genial. dier. lib. 6. cap. 19. Apertissimè autem B. Cyprianus : Ceterum dum vrbem fames occupasset, ad aduocationem populi acquisiti sunt ludi Scenici, & Ceres & Libero dicati; qui per agros fiebant Athenis mense Posideone.*

32. pro demonstrata gratia viui.] *Quod demonstrator vini dum taxat* Liber *fuerit, non inuentor, dixit Auctor suprà Apo. c. 11. vbi vide Adn. nostras nu. 167.*

33. Exinde ludi Consualia dicti, &c.] Consualia (*inquit Varro de ling. Lat. lib. 5.*) *dicta à* Conso, *quod tum feriæ publicæ ei Deo, & in Circo ad aram eius ab sacerdotibus fiant* Ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ.

34. qui initio Neptunum honorabant, &c.] *Hunc imitatus Lactantius*, Neptuno *adtributos scribit ludos Circenses, vbi suprà. Nam eundem & Consum vocatum tradunt Livius, Dionys. & Plutarchus (quem infrà cap. 9. huius libri Auctor* Neptunum equestrem *dicit*,) *cuique fuerit templum ædificatum ab Arcadibus ante Romulum & Remum. Halicarnassæus interim videtur lib. 6. eam magis probare sententiam, quòd* Ludi equestres Neptuno *fiebant, at ara constructa fuerit alteri Genio arcano, quem* Consum *ab arcanis consilijs nuncuparunt.*

35. Dehinc Equiria Marti Romulus dixit.] Equiria (*inquit Varro vbi suprà*) *ab equorum cursu. Eo enim die currunt equi in campo Martio. & ijsdem Auctoris verbis Festus* (*ex quo adeo desumpsisse videtur*) Equiria *ludi, quos Romulus* Marti instituit *per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur. Ea autem* (*vti adnotauit Gyraldus, hist. Deorum syntag. 17.*) *duplicia Ouidius commemorat Martio & Aprili mensibus.*

36. quamquam & Consualia Romulo defendunt.] *Præterquam quod apertissimè id habeat B. Cypr. & lib. de Idol. vanitate, & l. de Spectaculis, idipsum habent Auctores mox citati quippè qui scribunt eius Deicensilio vsum Romulum in rapiendis Sabinis. Certè etiam Arnobius lib. 3. & Augustl. 4. de Ciuitate Dei cap. 11.* consilij Deum, Consum *nuncupant, & latiss. historiam recenset Liuius li. 1.*

37. & nunc quoque apud ipsos Romanos, &c. licitum &c.] *Ironia est; nam multis locubus ante Christianæ fidei notitiam, raptus virginum, vel ipso Auctore teste alicubi, fœuiè est prohibitus. Ejusdem autem* : ab impudentis violentiæ alio Deo, pro impudentia, *vt correspondeatei, de quo prius, Consilij Dei,* Conso *nempè, qui etiam* violentiæ Deus *fit, aut loquitur de ipso Romulo: nam & , vti inquit B. Cypr. libr. de Idol. vanitate, Romulus peterante Proculo Deus factus est, de quo ibi Adnot. nostris num. 19.*

38. à fratricida institutore, à filio Martis.] *Sic Romulum nuncupat, quòd fratrem Remum interfecerit, sicuti passim narrant historiæ. Et esse Quintiliano l. 3. c. 7. Romulus* Martis filius, *educatusque à Lupa dicitur.*

39. & nunc ara Conſo illi in Circo defoſſa eſt, &c.] Aræ Conſi *ſtrementio apud Varronem lib. 5. de ling. & Dionyſ. Halicarnaſſeum lib. 2. Plutarchus in Romule*, dicit repertam ab eo aram conditam ſub terra in Circo, *eique Deo nomen indidiſſe* Conſo, *a conſilio*; aramque *ipſam reliquis latere temporibus, ineaque ſolum vero certa animibus aperiri. Quod poſtremum videtur quidem prima facie repugnare cum eo quod dicit infrà cap.* 8. Conſus, vt diximus, Deus apud Metas ſub terra delitescit; *ſed quum hic ipſam inſcriptionem Aræ recitet, quæ videri non potuit, niſi aperiretur, conſentire cum Plutarcho videtur. Atqui de Metis infrà latius cap.* 28. *Porrò habet etiam* Aram Conſi conſilii Dei *in Circi deſcriptione* apud Metas *à parte Septentrionali; cui etiam* P. *Victor adſentitur.*

40. MARS DVELLO.] Duellum (*inquit Varro l. 6. de ling. Lat.*) *id poſtea bellum; ab eadem cauſſa ſicta* Duellona Bellona: *Idem itaque hæc vetus inſcriptio ſignificat, quod aliys dicitur* Mars Belliporeus.

41. LARES COMITIO POTENTES.] *De* Latibus *vide Adnot. noſtras in Apolog. c.* 13. *n.* 188. *Atqui ea propterea* Comitio potentes, *quòd ædes Larium ab Æmilio Rugillo Prætore dedicata fuerat in campo Martio, in quo ſiebant* comitia, *an verò legendum* Compitalitio potentes; *quippe in quorum honorem celebrari ſolerãt Compitalitia ludi. Habes et* Larium aram *in Circi deſcriptione, iuxta* Metas, *item &* Aras potentium ac valentium Deorum. *De quibus, etiam infrà num.* 74.

41. ſacerdotes publici.] *Quod Varro vbi ſuprà* ad Sacerdotes *in genere refert, Auctor reſtringit ad* ſacerdotes publicos. *Quod veriſimile interim facit ibidem Varro, quimox ſubiungit, quod Opeconſiua dæ in Dea Opeconſiua (forte ab Ope & Conſo in vnum ſolum conflata) ſacrarium præter virgines Veſtales & ſacerdotem publicum intrare nemo.*

45. XII. Kal. Septembres.] *Quum Gyraldus ſcribat, vbi de Conſo agit, raptas fuiſſe Sabinas* XVII. Kal. Septembres, *fortè ita & hic legendum, niſi apud illum numerus corrections indigeat, vtpotè qui nullum Auctorem citet.*

44. Flamen Quirinalis.] Flamines *dicti (teſte Varrone lib. 4. de ling. Lat.) quod licio in apice velati erant ſimper, ac caput cinctum habebant filo. Qui quum omnes ſint à ſingulis Deis cognominati (vti idem inquit l. 6. in quibuſdam apparent Etyma, vt cur ſit Martialis, Quirinalis, &c. in aliis latent origines.*

45. Ioui Ferretrio ludos inſtituit, &c.] *Poſt pompam triumphi (inquit Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. hiſt.) & ſacrificium, Romulus exſtructo templo in vertice mõtis Capitolini (qui & antiquitus Tarpeius dicebatur)* Ioui, *quem* Ferretrium *Romani vocant, Ceruenſium in eo Regis ſua manu interfecti ſpolia conſecrauit.*

46. quos Tarpeios dictos & Capitolinos Piſo tradidit.] Ludos Capitolinos *recenſet etiam Alexander ab Alexand. Genial. diet. l. 6. c.* 19. L. Piſonis *autem de Annalibus libros frequenter citat Plinius, ad quem alluſiſſe Auctorem eſt veriſimile vel ex loco infrà citato.*

47. Poſt hunc Numa Pompilius Martí & Robigini fecit, &c.] Robigalia (*inquit Varro de ling. Lat. l.* 5.) *dicta ab* Robigo. *Secundum ſegetes huic Deo ſacrificatur, ne rubigo occupet ſegetes. Atqui & fœminino genere* Robiginem *appellat Lactantius l.* 1. *c.* 20. *item Auguſt. de Ciuit. Dei l.* 4. *c.* 22. *Nec Dea (inquit)* Robigo. *Atqui Plinium hic imitatur Auctor, qui l.* 18. *c.* 29. Rubigalia (*inquit*) Numa conſtituit *anno regni ſui xij. quæ nunc aguntur ad vij. Kal. Maij, quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat. In iis igitur & ludos inſtituros Auctor adfirmat.*

48. Dehinc Tullus Hoſtilius.] L. Piſo (*inquit Plinius l.* 28. *c.* 2.) *primo Annalium, auctor eſt* Tullum Hoſtilium *Regem ex* Numæ *libris, eodem quo illum ſacrificio, Iouem cælo deuocare conatum, quoniam parum rite feciſſet quædam, fulmine ictum; quod refert B. Auguſt. de Ciuitate Dei lib.* 3. *c.* 15. *Attribuit autem hoc etiam ludos quoſdam ad imitationem Numæ ſui prædeceſſoris.*

49. Dehinc Ancus Martius, &c.] ceteri quoque per ordinem.] *Quos ludos* Ancus Martius *inſtituerit, nondum reperire licuit. A Seruio Tullio verò inſtitutos Ludos Compitalitios, & poſtmodum renouatos per dictum Lucium Piſonem, auctorem eſt, vbi ſuprà, Alexander ab Alexandro. Macrobius item Saturn. l.* 1. *narrat. reſtitutos fuiſſe Laribus & Mania ludos Compitalitios à Tarquinio Superbo ex reſponſo Apollinis, cum ſacrificio quo pueri mactabantur, quod tamen Brutus Conſ. puſſo Tarquinio, mutauit in capita papauerea pro capitibus puerorum.*

50. apud Suetonium Tranquillum.] *Videtur librum peculiarem de ludis ſcripſiſſe* Suetonius Tranquillus. *idem enim exſtant hiſtoria Cæſarum, & libri de Claris Grammaticis & Oratoribus.*

CAP. VI.

51. Accedit ad teſtimonium antiquitatis, &c.] *Etiam hic titulum veterem ſeruauimus, ad margineum tamen*: De titulis ludorum. *Atqui dum dicit*; vtriuſque generis ludi, *refert ad Scenicos & Circenſes; quippè de quibus ſolis egit cap. præced.*

52. Megalenſes.] Megaleſia (*inquit Varro l.* 5. *de ling. Lat.*) *dicta à Græcis, quòd ex libris Sibyllinis accerſita ab Attalo Rege Pergami Peſſinunte, vbi Megaleſion templum eius Deæ (magnæ inquam matris Deum) vnde aduecta Romam. Hinc & Ludi* Megalenſes, *de quibus in hac verba B. Auguſt. de ciuit. Dei l.* 2. *c.* 4. *Veniebamus nos etiam aliquando adoleſcentes ad ſpectacula ludibriaque ſacrilegiorum, ſpectabamus arreptitios, audiebamus ſymphoniacos, ludis turpiſſimis qui Diis Deabuſque exhibebantur, delectabamur. Cœleſtis virgini & Berecynthiæ matri Deorum omnium tala per publicum cantitabatur à nequiſſ. ſcenicis, qualia non dico matrem Deũm, ſed matrem quarumcunque Senatorum, vel quorumlibet honeſtorum virorum; immo verò qualia nec matrem ipſorum Scenicorum deceret audire. Liuius l.* 29. *dicit celebrari ſolitos pridie idus Apriles, & l.* 35. primos ſcenicos *hos fuiſſe ſcribit, à Marco Iunio Bruto primum exhibitos. Alludit ad eoſdem Auctor Apolog. c.* 15. *his verbis*: Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum, non erubeſcentibus vobis. *& paulò poſt*: Vidimus aliquando caſtratum Atyn illum Deum ex Peſſinunte, *de quo latius ibi Adnotat. noſtratum num.* 221.

53. & Appollinares] *De* Apollinaribus *ludis infrà latius l. de Baptiſ.*

54. item Cereales.] Cerealia (*inquit Varro l.* 5. *de ling. Lat.*) à Cerere: *ita & ludi* Cereales, *quos factos narrat Liuius* 16. *anno ſecundi belli Punici ex Senatuſconſulto à Dictatore Gn. Seruilio Gemino, & Magiſtro Equitum Ælio Pæto. Deinde primus Æ-dilis tum inite cauſſa eoſdem C. Memmius Ædil. Cur. fecit eos in Circo celebrare. Neque tamen propterea ideirco ſunt cum Circenſibus: in quo hallucinantur Politianus & Alexander ab Alexand. quippe multo antiquiores à Romulo primùm inſtituti, & in honorem (vti infrà Auctor c.* 4.) *Neptuni equeſtris, non* Cereris.

55. & Neptunales.] Neptunalia (*inquit Varro vbi ſuprà*) à Neptuno: *eius enim Dei feria.* Neptunales *autem ludos eoſdem eſſe exiſtimo cum Circenſibus,* Neptuno *equeſtres ſacrũ.*

56. & Latiares:] *Quod Latinus Rex (inquit Feſtus in Oſcello) precibus quod ei ſuus adueſſus Mezentium Cæritum Regem, ruſticanus apparuerit, iudicatúſque ſit* Iupiter *facilis* Latiaris; *itaque per ſex eos dies feriatos, liberos ſeruoſque requirere eum, non ſolum in terris, ſed etiam qua videretur cœlum poſſe adiri per oſcillationem, &c. quæ compendij gratia hic omittentes, Lectorem remittimus ad Adnotat. noſtras in lib. de Pallio cap.* 1. *num.* 17. *Hi ergo ſex dierum Auctori ludi* Latiares *dicti, Macrobio verò*: Latiar, *quòd in honorem ſicrent Ioui* Latiaris *ſeu* Latialis, *vt legunt Lactantius & Minutius locis citatis Apologet. & cap. num.* 126. *vbi Auctor*: Ecce in illa religioſiſſ. vrbe Ænearum piorum eſt Iupiter quidam, quem ludis ſuis humano ptoluunt ſanguine. Sed beſtiarij, inquitis. Hoc opinor minus quàm hominis, &c. *Eo quo loco patet fuiſſe hos Gladiatorios ludos.*

57. & Florales.] *De* Flora (*quam meretricem vocat Minutius in Octavio, & Tatianus adversus Gentes*) florum *vel* loquebantur *Dea*, tradat Lactantius *lib. 1. c. 20. Augustin. de Civit. Dei l. 4. c. 8. Vbi adnotat Vsuos quibusdã eandẽ esse* Floram, *quæ Acca Larentina, matrem Romuli.* Floralia *autem* (*teste Plinio lib. 18. cap. 29.*) IIII. *Kal. Maias instituerunt, urbis anno 516. ex Oraculis Sibyllæ, vt omnia bene defloreſcerent. Hunc diem Varro determinat* (*inquit ibidem*) *Sole Tauri partem quartamdecimam obtinente. Atqui de Ludis* Floralibus *in hac verba B. Auguſt. de conſenſ. Evangel. lib. 1. capite 37. Cicero, inquit, ſibi* Floram *matrem* Ludorum celebritate *placandam ait. In quibus Ludis tanta turpitudo exhiberi conſuevit, vt in eorũ comparatione cetera honeſta ſint.*

58. & municipalibus Faſtis ſuperſtitionis.] *Sic denuo enim Gagnæo, pro* ex *quod erat mendoſe* ſuperſtitionibuſque. *Quemadmodum enim* Faſtorum ſuperſtitionis *Romanæ ſcripſit* 12. *libros* (*quorum ſex perierunt*) *Ouidius, ſic & ſingula* Municipia *ſuos* Faſtos *habebant.* Faſtos *autem circa forum in albo propoſitos à Flauio ſcribit Liuius prope finem lib. vi quando agi lege poſſet, ſcaretur.*

59. ſacri & funebres.] Sacri *erant, de quibus paulo antè Magnæ matri Deũm, Apollini, Cereri, Neptuno, Lætari, Ioui, & Floræ dicatis:* funebres *vero, de quibus infrà cap. 12.*

Cap. VII.

60. Communis igitur Ludorum origo vtriuſque generis, &c.] *Nihil etiam hic in titulo immutauimus, ſed caput hoc ad marginem inſcripſimus:* De apparatibus Ludorum. *Atqui placet magis illud excuſorum cod.* de reatu generali, *quam quod habet Mſs.* genitali.

61. Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus.] Suggeſtus *pro apparatibus vel ornatibus frequenter accipitur ab Auctore, eleganter autẽ* pompatior *nouum vocem formauit à* põpa, *nam & ſequitur:* quibus propriè hoc nomen pompa præcedit. *Ac ſi dicat propriè* pompam *dici* Circenſium ludorum, *ac inde etiam ad vſum communem veniſſe. Hinc Varro lib. 4.* ἐναν reddit *rationem cur* Circus *dicatur, quod ibi circum* Metas pompa *feratur. Huc pertinet illud Ciceronis lib. 1. Offic. Cauendum ne tarditatibus vtamur in greſſu melioribus, vt* pomparum *furculæ ſimiles eſſe videamus: & illud Ouidij Faſtorum ſupradictorum lib. 4.*

Circus erit *pompæ* celebris:

62. de ſimulacrorũ ſerie, de imaginum agmine.] *Ad inſtar illorum facit quod catatur à Gyraldo hiſt. Deorum, ſyntag. 7. ex Plutarcho de* ſimulacro *Apollinis Heliopolitani: Vehebatur, inquit, ferculo, veluti* deuehebantur in pompa Ludorum Circenſium imagines Deorum.

93. de curribus, de thenſis.] Currus, *prophana*, thenſæ, *ſacra erant vehicula.* Thenſam *enim* (*teſte Feſto*) *aut* Vocars *Sinnius* (*ſeu, vti legendum ex Lactantio patet, Siſinnius*) *Capito velum illum, quo exuuia Deorum ludicris Circenſibus in Circum ad puluinar vehuntur, & ex hoc, vt apud Titinium in Barbato, et ex argento. Quæ ipſa Feſti verba malim ſuo more ponere, quã quod habebat Rhenanus partim ex illo partim ex Pedianeo in illud Tertulliani lib. de Coron. milit.* quas (*nempe coronas, de quibus ibi latius*) ad deducendas thenſas cum palmatis togis ſumunt. *Ex quo interim illud Ciceronis etiam adnotandis: Omneſque Dij, quos vehiculis* thenſarum *ſollemnes cœtus ludorum ire conſueſſe.*

64. de armamaxis.] ἁρμαμαξα, *vehiculi genus, de quo Herod. lib. 7.* ἐκ τε ἁρματος ἐς ἁρμαμαξαι, *quod* Vertit *interpres, ex curru in eſſedum. Valla putat eſſe vrorum vehiculum, ὡς ἀβρόμαξα. ſed pro curru, quo mulieres vehuntur, clauſis vndique tabernaculis, accipit Plutarchus in Themiſtocle, Plinius libro 34. capite 13. narrat eſſeda, vehicula, petoritа etiam argento ornari ſolere; quod ad pompam Circenſium pertinere puto.*

65. illius vrbis, &c.] *Recte in margine Gagnæus adnotauit Romam intelligi. Eſt autem de vinea intelligendum quod dicit:* & furculus modicus ex ſua fronde; *neque enim ex frondibus alterum arborum, ſed ex trunco aut radice furculi oriuntur.*

66. Iouis tamen plauſtrum eſt.] *Quum Deorum omnium exuuiæ* (*vt mox diximus*) thenſa *veherentur; maximè certe, Iouis Deũm patris ſupremi. Ceterùm ex conjectura Latinè, omiſſa particula:* ſed, *legimus in huius capitis calce:* vel modicè locuples, ſplendidâ eſt cenſu criminis ſui.

Cap. VIII.

67. Vt & de locis ſecundum propoſitum exequar &c.] *Retinuimus etiam hîc titulum priorem ad marginem:* De ludorum locis. *Multa autem ex hoc capite deſcripſit Iſidor. lib. 18. Etymol. c. 28. & poſt eum Hrabanus vbi ſuprà.*

68. Circus Soli primopaliter conſecratur, & c.] *Primus* (*teſte Caſſiodoro Varia rum lib. 3. Epiſt. 51.*) *hoc ſpectaculum apud Heliodem Aſiæ ciuitatem Oenomaus ſertur edidiſſe. Quod poſtea Romulus in raptu Sabinarum necdum fundatis adificijs extraliter oſtendatur Italiæ. Deinde* (*Liuio teſte li. 1.*) *Tarquinius Priſcus Romæ* Circum *primus inſtituit, an quo ludos opulentius inſtructiùs quæ quam ceteri Reges fecit. Poſtea mundi dominus* (*inquit ibidem Caſſiodorus*) *ad potentiam ſuam opus excolens, mirandam etiam Romanis fabricam in valle Martiana tetendit Auguſtus; vt immenſa moles firmiter præcincta montibus* (*Palatino nempè & Auentino iuxta Pompeianum Letum de Antiquit. Rom.*) *contineret, vbi magnarum rerum iudicia celebrantur. Biſſena quippè oſtia ad duodecim ſigna poſuerunt. Hæc ab Hermolie, ſimilibus demiſſa* (*quo alludit haudubiè ſuprà Auctor, quum loquitur de cardinibus balteorum per ambitum*) *ſpinea æqualitate panduntur. Quod ſic explicat ſua deſcriptione Pyrrus Ligorius, aſſumicoſtia oſtia duodecim pandereneur. Rationem autem reddit Auctor, & poſt eum Iſidorus* (*cum quibus etiam conſentit Circi cataſtaphica ſepe dicta deſcriptio*) *quod ædes* Solis medio ſpatio Circi, & effigies de faſtigio ædis emicet. *In eo autem quod habet Auctor,* Solem non ſub tecto fuiſſe conſecratum, *ſed in aperto, imitatur Vitruuium, vbi de templorum ſitu tractat. Qui, Fana fulgori, inquit, & cœlo & ſoli & lunæ ædificia ſub diuo hypæträque conſtruuntur. horum enim deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo & lucenti præſentes videmus. Quamquam tamen ille ibidem Herculi, non Soli, ædem ad Circum collocari iubeat, vbi non fuerint gymnaſia neque amphitheatra. Eſt autem* Circus (*teſte Iſidoro*) *ſimilis illud ſpatium quod circuire equi ſolent. Atqui quum Varro lib. 4. de ling. Lat. faciat mentionem* Circi maximi, Circi intimi, *&* Circi Flaminij: *videtur primùm, inxta quod habet Iſidorus dicti lib. c. 27. locus ille idem, qui* Circus *dicatur; cenſibus duntaxat circumdari ſolitus, deinde & balteo per ambitum concluſus* (*vti ſuprà c. 3. Auctor ſubindicat*) *poſtremum ſpectaculis* (*vti Varro loquitur*) *circumædificat. 1. Et* intimus Circus, *id eſt* interior pars ad Murtium vocatus, *ſiue à Murcia, quòd in locis eſſet inter ſigulos, ſiue à Murtero, ſiue à ſacello Murtiæ Veneris, de qua paulopoſt Auctor. Deinde quia amplior factus eſſet,* Circe Maximus *appellatus eſt. Nam* (*inquit Plin l. 36. c. 15.*) Circum Maximum *à Cæſare Dictatore exſtructum longitudine ſtadiorũ trium, latitudine vnius, ſed eum adiſcij ſurgerint qui ſternũm, ad ſedem C C L X. milium inter magna opera dicimus. Poſtremum &* Circus Flaminius *dicitur, qui adiectus circa campum* Flaminiũ, *quas an idem ſit, an aliud, diſputant alij. Exſtant interim diuerſæ quidem vtriuſque deſcriptiones, ſed quæ in multis conſentiant.*

69. Quod ſpectaculum primùm à Circe habent.] *Ad concordiam huius loci cum Varrone, faciunt verba hæc Iſidori vbi ſuprà. Romani, inquit, dictum putant à circuitu equorum, eo quòd ibi circum metæ equi currant. Græci verò à* Circe, filia Solis, *quæ patri ſuo hoc genus tertaminis inſtituit, aſſerunt nuncupatum, & ab ea Circi appellationem argumentantur. Fuit autem* Maga & veneſica & facerdos dæmonum, *in tuum habitu & opere Magicæ artes & cultus idololatriæ* recõgnoſcuntur. *Atqui quintum hunc* Solem *fuiſſes*

qui Colchis Æetam & Circen procreauerit, teſtatur Cicero l. 2. de nat. Deorum; ad quem alludit Arnob l. 4. adu. Gentes: Quintus (inquit) Sol Scythis Regis & Verſipellis habetur Circes pater nempe.

70. Ova.] Spatia curriculorum in Circo ouis notata fuiſſe ex Liuio, Dione, & Caſſiodoro primus adnotauit Alciatus l. 4. Parergon. c. vlt. Quo etiam alludit Varro dere Ruſtica l. 1. c. quum dicit apud illum Agrium: Non modò illud ouum ſublatum eſt, quod Ludis Circenſibus nouiſſimi curriculi finem facit quadrigis, ſed ne illud ouum videmus, quod in Cereali pompa ſolet eſſe primum. De hic ita vbi ſupra Caſſiodorus: Nec illud iritum puteſtur, quod Materiam circuitus ouorum erectionibus exprimatur; quando actus ipſe, multis ſuperſtitionibus grauibus, oui exemplo, genitorum ſe aliqua profiteatur. Atque ad huius loci intellectum etiam facit dicta deſcriptio. Vide etiam num. 72.

71. honori Caſtorum adſcribunt.] Explicatibus paulo Iſidorus: Caſtoris & Pollucis, quippè qui nomine Caſtorum antiquitùs vocentur. Hinc apud Trebellium Pollionem & Capitolinum, Ædes Caſtorum. Arnobius ſimiliter. Tindaridæ Caſtores (inquit) vnus equos domitare conſueuere, alter pugillator bonus. Caſtori interim ſingulari numero vſurpat etiam Auctor infrà lib. 4. aduerſ. Marc. vbi de eorum patre latiùs, & cap. ſequent. Itaque Caſtori & Polluci deputatur hæc ſpecies.

72. Delphinos Neptuno vouent.] Gagn. Delphines. Perinde eſt. Delphinos autem vocat Auctor columnas Delphinis inſcriptas, de quibus citat Alciatus loco citato Dionem l. 49. qui tradit Marcũ Agrippam, quòs in ἐκ πόδ ρόμῳ (quod nos Circum dicimus) videret plerosque errantes in numero, dum duorum ſtadiorum circuitionem curſumque minus recte obſeruarent, iuſſiſſe fieri τὰς τῶ δελφίνας χαὶ ὠοειδῆ ἀνάθημ ρ γμα τοῦ (pro quo interpres vertit machinas ſeu phalas in oui formam: quas Metas dicimus,) quibus viarum circuitus demonſtrarentur. Atque eò alludere Iuuenalem hoc verſu.

Conſulit ante Phalas Delphinorúmque columnas.

Atqui tum ad has, tum ad eas quæ ſequuntur columnas, refertur illud Seueri & Antonini hac tempeſtate reſcriptum: ſi columnas Circenſibus promiſiſti, &c. lib. 1. §. denique. de poll. Atqui comprobatur Auctoris ſententia, quod habet Hyginus in Delphino: Qui Neptuno (inquit) ſimulachrum faciunt, Delphinum aut in manu aut ſub pede eius conſtituere videmus, quod Neptuno gratiſſ. eſſe arbitrantur. Atque adeò in dicta deſcriptione ſuper Columnas Delphino factas oporteat ſuperius adſculpi Delphini.

73. columnas ſeſſias à ſementationibus, meſſias à meſſibus, tutelinas à tutelis fructuum.] Religione veteri conſtitutum fuit (ſi Celio Rhodigino Antiqu. lect. li. 1. c. 30. credimur) vt qui Salutem Semoniam, Setiam Segeſtam, Tutelinam inauſpicatò nominaſſet, is ferias obſeruaſſet. Quod habere illum ex Macrobio teſtatur Turnebus Aduer. lib. 20. cap. 36. vbi & citat locum Plinij ſimilem lib. 18. cap. 2. Sciam (inquit) à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant, quarum ſimulacra in Circo ſuper, tertiam ex ijs nominare ſub tecto religio eſt. Hanc poſteremam Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. vocat, quemadmodum & hic Auctor, Tutelinam. Atque adeò quum adnotet Turnebus in MS. Plinij legi: Seriam, ego ex vicinitate litterarum puto legendum Setiam, quamquam interim Macrob. Seiam vocet; & eandem reſtè adnotat Turneb. hic vocari Seſſiam. Ego verò etiam exiſtimo eandem eſſe Plinij Segeſtam, Macrobij Segetiam, & Tertulliani Meſſiam. Quæ tria explicatius diſtinguuntur à Petro Crinito de honeſt. diſciplı. lib. 25. cap. 11. & 8. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 8. Seia (inquit) quæ ſatis frumentis oputulatur, antequam è ſolo exſtant; Segetia, eus ſegetes ipſæ commendantur; Tutulina collectis atque reconditis, ſeu potius (vti & apud Varronem & Nonium Marcellum & omnes ſcriptores) legendum cenſeo, quod à Tutela dereturbet, Turelina. fuit namque ei & ara dicata, in Auentino, ad tutelam populi Romani. Habet Columaas Seſſias, Meſſias & Tutelinas etiam in dicta deſcriptione.

74. Eoſdem & Samothracas exiſtimant.] Imitatur hic Auctor Varronem lib. 4. de ling. Lat. Terra enim (inquit) & cælum, vt Samothracum initia docent, ſunt Dei Magni, & hi quos dixi multo nonumbus. Nam neque quas Samothracia (ſic enim lege, pro eo quod alij Ambracia, vel Imbraſia) duas viriles ſpecies ahencas Dei Magni, neque vt vulgus putat, hi Samothracij Diſ, qui Caſtor & Pollux; ſed hi mas & fœmina, & hi quos Augurum libri ſcripti habent ſic: Diuipotes (hoc eſt enim quod addit Auctor: porentibus, valentibus) & ſunt proſilis, quos Samothracæ θεοὺς δυνατοὺς. Habes vbi ſupra etiam Aras, Deorum potentium & valentium, de quibus & n. 41.

75. Obeliſci enormitas, vt Hermateles adfirmat, &c.] De hoc Plinius lib. 36. cap. 9. Is autem Obeliſcus, inquit, quem Dimas Auguſtus in Circo magnoſtatuit, extuſus eſt à Rege Semneſerte, quę regnante Pythagora in Ægypto fuit, centum viginti quinque pedum & dodrantu præter baſim eiuſdem lapidis. Is vero qui eſt in campo Martio, nouem pedibus minor, à Seſoſtride. Inſcripti ambo, rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum (atque hinc eſt quod addit Auctor: Scriptura eius, vnde & cenſius, de Ægypto ſuperſtitio eſt) opera Philoſophiæ continent. An autem legendum ſit cum Geleno: Hermateles, an cum Gagnæo: Termateles, poterit iudicare Lector, vbi aliquid de alterutro Auctore innenerit. Atqui Caſſiodorus vbi ſupra dues in Circo Obeliſcos ponit: Obeliſcorum (inquit) prolixitates ad cœli altitudinem ſubleuantur, ſed potior Sols, inferior Luna dicatus eſt. Vbi ſacra priſcorum Chaldæcis ſignis (pro eo quod Tertull. & Plinius de Ægypto) quaſi litteris indicantur. Eoſdem reperire eſt in ſupradicta deſcriptione.

76. matre magna.] Ita Tellurem nuncupatam manifeſtum eſt, ex eo quod infrà cap. ſequ. Tertæ matri (inquit) quæ Euripo præſidebat, ſicuti ex dicta deſcriptione conſtat, leoni inſidens, iuxta illud:

Sedibus in curru biiugos agitare leones.

77. ea itaque illic præſidet Euripo.] Plinius ſimiliter lib. 8. cap. 7. poſt Suetonium, vbi de Elephantis agit, qui ne erumperent, circundati erant elathriæ, ſeu vti aly legunt, cloſtris ferreis. Qua de cauſa, inquit, Cæſar Dictator poſtea ſimile ſpectaculum edituros, Euripis harenam circundedit, quos Nero Princeps ſubſtulit. Super quo loco Hermolaus: Euripi, fuſſe in ludis circundata pro ſepibus, quorum loco temporaris prius cloſtra fuerunt. Eodem pertinet quod habet Spartianus in Heliogabalo: Euripis vino plenis nauales Circenſes exhibuit. De eodem Caſſiodorus in hac verba vbi ſupra. Euripus maris vitreo reddit imaginem, vnde illuc Delphini aquores aquas interfluunt.

78. Martias quoque idolum fecit. Murtiam enim, &c.] Sic omnino legendum, non Mortiam, tum quòd præcedit Murtias, tum quòd omnes veteres Auctores Murtiam, ſeu Murceam, hanc Deam nuncupent. Atqui quòd apud Metas coleretur indicat illud Apuleij lib. 6. cium dixit Metas Murtias, tum quòd P. Victor in x]. regione vrbis Ædem Murtiæ conſtruxit, ſicuti & Circum. Quod autem Murtia Dea amoris vocata ſit, patet ex Plinio li. 15. Quin, inquit, & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quàm nunc Murtiam vocant. Aliunde interim deriuat eam hic Auctor à Murtia, qui idolum primus fecerit. Plinio partum conſentit Varro de ling. Lat. l. 4. loco ſupra citato, dentans aut à Murteto, ſeu Myrteto, vt Plinius, in quo ſacellum erat edificatum Murtiæ Veneri, aut à Murcia, id eſt ſigulis. Atqui in dicta Circi deſcriptione inſtitur etiam Ædes Martiæ.

79. Ceterùm & plateæ, & forum, & balneæ, & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ ſine idolis non ſunt.] Platearum, ſiue Compitalities Deos ſupra cap. 5. Lares eſſe diximus. Mercurio Vitruuius in foro tenſilium conſtrui vult. In balneis & in ſtabulis & in domibus Dij penates conſtitui ſolent. Eodem pertinent, de quibus libro ſeq. Oſtiorum dij.

80. Proinde ſi Capitolium, ſi Serapeum.] De Capitolio infra cap. 12. num. 127. de Serapeo ſupra Apolog. cap. 18. num. 171.

Cap.

Cap. 1x.

81. Nunc de artificio quo Circenſes exhibentur, &c.] *Caput hoc ad marginem adnotauimus eodem titulo quo prius:* De arte Circi. *quod integrum ferè deſcripſerunt Iſidorus & Hrabanus vbi ſuprà.*

82. Res equeſtris retrò, &c.] *Hunc locum ad verbum penè tranſcripſit Iſid. lib. 18. cap. 27. de ludis Circenſibus. Vbi quod Auctor* retrò *dicit, ipſe:* antea. *item & vtique communis vſus huius reatus non erat, pro:* communis vſus reus non erat; *& tranſlatus eſt, pro eo quod Auctor:* tranſijt *iuxta MS. non enim recte legebatur* tranſit. *Recte autem Tertullianus; nam & ab equis Hippodromos Græcæ* Circus *dicebantur.*

83. Itaque Caſtori & Pollnci deputatur hæc ſpecies.] *Iſidorus:* deputantur hæ ſpecies; *ſed illud placet, eo quod præcedat:* res equeſtris de dorſo agebatur. *Hunc autem pertinet imprimis quod habet Arnobius lib. 8. Feſtes equeſtrium fratrum in lacu ſiciuſe oſtendebant, ſtatua conſecratæ, qui anheli ſpumantibus equis atque fumantibus de perſe victoriam eadem die quæ ſecerant nuntiauerunt. Ad quod alludit Prudentius adu. Symachum his verbis:*

Nolturnique equites celſæ duo Numina Romæ.

Legit etiam Iſidorus: quibus equos à Mercurio deſtributos hiſtoriæ docent, pro eo quod non: Steſichorus docet; *qui ſic exſtatur, aliquid hac de re adnotari poſſet. Fortaſſe id habet libro quem ſcripſit de Vituperatione Helenæ, de quo* Steſichoro *inquã, Poëtæ inſigni, Quintilian. lib. 16. cap. 1. & Horatius lib. 4. Carm.*

84. Sed & Neptunus equeſtris, &c.] *Veriſimile hic caſtigandus eſt Iſidorus omiſſa voce* ludus, *& ita vt legatur* τῶν ἵππων, *non Hippon. Atqui de* Neptuno equeſtri *latiſſ. Gyraldus hiſtor. Deorum ſyntag. 5. ex Dionyſio Halicarnaſſeo, Pauſania in Achaicis & Arcadicis, Diodoro Siculo, Valerio Probo, Feſto, Fluruntio, Artemidoro 1. Oniroticon. Quæ ſere in hoc conſentiunt quòd equitationis inuentor fuerit, vt fabulas omittamus quòdque primus equos domuerit. Atqui Iſidorus hic addit:* Sed & Martis & Iouis in ludis equi ſunt conſecrati. *eis correſpondet, quòd legatur etiam Hippius Mars, & Hippia Iuno. quare videtur apud illum potius legi debere &* Iuno*ni, quam nuſquam Iupiter Hippius legatur aut equeſtris.*

85. De iugo verò quadrigas Soli, bigas Lunæ, &c.] *Iſidorus vbi ſuprà cap. 36. de equis quibus currunt* Quadrigæ, *inquit, &* Bigæ *& trigæ, &* ſeiugæ, *à numero equorum &* iugo *dictæ. Ex quibus* Quadrigas Soli, Bigas Lunæ, *trigas inferis, ſeiugas Ioui, deſultores Lucifero & Heſpero ſacrauerunt.* Quadrigas *ideò* Soli, *quia per quatuor tempora annus vertitur, ver, æſtatem, autumnum, & hyemem.* Bigas lunæ, *quoniam, ſic enim lego, pro:* quo, *gemino curſu cum Sole contendit, ſiue quia nocte videtur & die; iungunt enim vnum equum nigrum, alterum candidum. Vide inſpe latiùs num. 90.*

86. Primus Erichthonius currus & quatuor auſus iungere equos, rapidiſque ioris inſiſtere victor, &c.] *Ita hũc locum reſtituimus, iuxta quod admonuit Iſaacius, ſum ex Virgilio Georg. 3. ex quo ſumpſit ſua hi verſus, tum ex Iſidoro vbi ſuprà cap. 34. qui addit* Erichtonium, *quod res eſt, Athenis regnaſſe, & legit* portentum dæmoniacum, *pro eo quod excuſſi certulians cod. dæmonicum. ſed iſtud placet, eo quod & Lactantio dæmoniacæ fraudes appellentur. Atqui ad hunc locũ intellectum facit, quod habet in dictum Virgilij locum Seruius: Vulcanus, inquit, impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante effectum libidinis proiecit in terram. Inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt* Erictonius, *quaſi de terra & luto procreatus. Hic ad legendam pedum ſpecietatem iunctis equis vſus eſt curru. Porrò his conſentit etiam Plinius lib. 7. cap. 56.* Bigas, *inquit primum iunxit Phrygum natio,* Quadrigas Erichtonius.

87. Trochilus Argiuus, &c.] *Hinc ita caſtigandus & ſupplendus Iſidorus:* Si verò Trochilus Argiuus auctor eſt currus, primo, *ſic enim & hic lego, pro eo quod erat* primæ, Iunoni curruum dedicauit. *Lego enim iuxta emendationem Leop. rdi. lib. 1. cap. 15.* Trochilus, *pro eo quod hic antea erat* Acrophilus, *iuxta Gelenium & Gagnæum, aut* Prophilus *in margine apud Gagnæum. Adducitur autem auctoritate Theonis in hæc verba:* οἱ δὲ μυθολογοῦσι ὑπὸ Ἥρας λέγουσι δοῦναι ἑαυτῇ ὑπὸ βασιλέως Φορωνέως, ἢ περσέως τῆς καλλιράης πεμφθὲν, *&c. item Pauſanias in Atticis* ὑφῆνε (inquit) δὲ ἡ Ἥρα τὸν ἱππόδαμον φωτίνην ἐξ ἄργους, *& ſequitur eodem modo eius legendum eſt apud Euſebium in Chronico: Primus quadrigas iunxiſſe fertur* Trochilus, *non autem vt hactenus:* Arogilus *ſeu* Proclytus, *& apud Hyginum. Nouimus etiam qui de ſydere ſibilos ſcripſerunt, hunc natione Argeum,* Trochilum *(non autem* Orthiochum*) nomine primum inuenterem quadrigarum eſſe dixerunt, & proinuentione ſiderum locum poſſediſſe.*

88. primò Iunoni id opus ſuum dedicauit.] *An quia* Argiua Iuno, *an verò quod dedicator eius currus, quo de more ad ſacra perficienda pergebat, duabus ſtratibus curruum ſubernabus, vti narrant Palæphatus in Incred. hiſt. Herodotus & Valerius Maximus, ſi creditur Gyraldo vbi ſuprà ſyntag. 3.*

89. Iisdem eſt Quitinus.] *Vide Adnotat. noſtras in Opp. lib. de Idol. Vanit. num. 19. & ſuprà cap. 6. num. 37.*

90. albus & ruſſeus.] *Pro eo quod hic, & pu poëtæ:* ruſſeus legitur, *Gagnæus legebat & ſimiliter Iſidorus:* roſeus. *verùm noſtram veram eſſe lectionem patet vel ex hiſ verbis* ruſſeus æſtati ob Solis ruborem. *Quum enim duo Solis aſcribantur equi à Martiali, Xanthus & Æthon, &* ξανθὸς Græcè ruſeum *ſignificet flauum, & proinde etiam* ruſſeum. *Eodem pertinent ſere quatuor nomina equorum apud Ouidium, Pyroïs, Eous, Æthon, & Phlegon, & quæ ſunt apud Fulgentium Mythol. lib. 1. Erythreus Æthon, Lampus, & Phlegeus. Nam Pyroïs & Erythreus,* ruſſeum *etiam ſignificat, ſi Græcam derivationem ſpectemus. Certè etiam Cato Orig. lib. 7.* ruſſea facie *dixit, de qua latiùs lib. de Hab. mulieb. Similiter caſtigandus Caſtiodorus lib. 3. Variarum Epiſt. 34.* Colores *autem in rem temporum quadrifaria diuiſione funduntur. Præſinus virenti verno; Venetus nubila hyemi,* ruſſeus *eſtati flammeæ, albus primoſo autumno dicatus eſt.*

91. ruſſeum alij Matti.] *Etiam hinc confirmatur dicta lectio Q. enim Calaber Paralip. in Homer. lib. 8. inter quatuor Martis equos, Phlogium etiam enumerat, abigne, cuius color* ruſſeus.

91. album Zephyris.] *Imprimis Phœnicen Plinem Taauto templa poſuiſſe, & illi ſacra feciſſe narrat Euſebius lib. de Præparat. Euang. vbi de Phœnica theologia tractat, ſi Gyraldo credatur ſyntag. 5. Virgilius verò Aen. 8. inducit pecudem albam Zephyro feciſſibus immolaſſe. Reddat rationem Iſidorus vbi ſuprà cap. 41. quia ſereni ſere Zephyri.*

93. præſinum rertæ matri.] *Huius rationem reddit etiam ibidem Iſidorus, quia terra viridis; & ſimiliter Venetus, quod mari tribuebatur, quia cæruleus eſt coloris.*

Cap. x.

94. Tranſeamus ad Scenica, &c.] *Hic ex tribus titulis in vnum caput communibus, vnicũ hunc in margine adnotauimus* De Theatro & Artibus Scenicis. *Iuuatur autem etiam hic, & quædam ad verbum deſcribit vbi ſuprà Iſidorus cap. 43. cuius hoc ad intellectum huius capitis & 17. facit.* Scena, *inquit, erat locus inſra Theatrum in modum domus conſtructa cum pulpito, qui pulpitus orcheſtra dicebatur, vbi* cantabant Comici, Tragici; *atque* ſaltabant Hiſtriones & Mimi. *Dicta autem* Scena, *Græca appellatione, eo quòd in ſpecem domus erat inſtructa: vnde & apud Hebræos Tabernaculorum dedicatio à ſimilitudine domicilionum Scenopegia dicebatur. In* Orcheſtra *autem (vti addit c. 44.) etiam* Poëtæ, Comœdi & Tragœdiad cantum conſcendebant, *hiſque canentibus alij geſtus edebant.* Officia Scenica, Tragœdi, Comœdi, Themelici, Hiſtriones, Mimi, & Saltatores.

95. infœlicitate thuris & ſanguinis.] *Vide Adnotat. noſtras in Apolog. cap. 30. num. 442. & 444.*

96. inter tibias & tubas.] Tibiæ *(inquit Gyraldus hiſt. Deo Syntag. 17.) quibus in ſacris vtebantur, ex buxo fuerant; qua*

autem in ludis, ex tibiæ asininæ esse, aut ex argento confectæ erant. vbi etiam citat Iunonem hac de re tractatum suum in Pictarum historia de Scena. Desumpsit illa sed ex Plinio lib. 16. cap. 36. Qui etiam lib. 7. cap. 36. Obliquam, inquit, tibiam Midam i Phrygia, geminas tibias Marsyam in eadem gente inuenit. Vbi & paulo prius Æneam tubam Pisæum Tyrrhenum innenisse tradit.

97 desiginatore & haruspice.] Sic omninò lego, pro eo quod erat: dissignatore. Ex eo verò quod præcedit: funerum & sacrorum, videtur Auctor loqui de funerum designatore & sacrorum haruspice. de hoc infrà latius lib. de Idololatria, & de Animâ. Designator autem, etsi Budæo qui funebri pompa præerat, & ab Auctore Pollinctor appellatur Apolog. c. 9. 13. Vt ibi adnotauimus num. 198. Verùm quia ibi quo differt, inquit, ab haruspice pollinctor, nam & haruspex mortuis apparet; verisimilius est & ad funera, & ad sacra referri ab Auctore Designatorem & haruspicem: immo & ad Ludos. Nam Vlpianus l. Aëroleat. de his qui notantur infamia. Designatores nominat, quos Græci βραβευτὰς appellant, qui ministerium, non autem artem ludorum exercent. βραβευτὴς autem is erat, qui distribuebat βραβεῖα.

98. Theatrum propriè sacrarium Veneris est.] Quum Agricultores feriatis diebus, inquit Cassiodorus Variarum lib. 4. epist. 51. sacra diuersis numinibus per lucos uicosque celebrarent Athenienses, primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt. Theatrum Græce vocabulo visorium nominantes, quòd eminus astantibus verba conuenientia sine aliqua impedimento videatur. Frons autem Theatri Scena dicitur, ab umbræ luci densiss. vbi à pastoribus inchoante verno diuersis sacris carmina cantabantur, ibi & actus musicus & prudentiss. faculs dictata claruerunt. Theatrum verò ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id est, à spectando. Clarius Tertullianum explicans Isidor. dicti lib. cap. 42. Theatrum erat, inquit, quo Scena includebatur, semicirculesiguram habens, in quo stantes, immò postea etiam sedentes, omnes insiciunt. Cuius forma primùm rotunda erat, sicut & Amphitearis, postea ex medio Amphitheatro Theatrũ factũ est Cur verò Veneris sacrariũ, infrà hinc & c. 17. apparet. De theatris verò pestilibus Curionis, supra ex Plinio d. xxxvii c. 3. Theatro M. Scauri ibidem paulo prius: Hæc, inquit, fecit in Ædilitate sua opus maximũ omnium quæ umquã fuere humana manu facta, non temporaria mora, verumetiam æternitatis destinat. nec. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex in altitudine CCCLX. columnarum, in ea ciuitate quæ sex Himettias non tuleras sine probro ciuis amplius. Ima pars Scenæ è marmore fuit dimidia è vitro: inaudito etiam postea genere luxuriæ. Summæ tabulis inauratis vt diximus imæ duodequadragenum pedũ. Signa ærea inter columnas fuerunt tria milia numero. Caucaipsa cepit LXXX, hominum milia. Meminit item idem Theatri Marcelli ab Augusto dedicati lib. 8. cap. 17.

99. Nam spectacula Censores renascentia eum maximè theatra destruebant.] Quum plures eusmodi Censorum edicta aduersus Theatra passim occurrant in Liuio, de Nasica Scipione sic scribit B. Augustin. lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 5. de simulacro agens, & ludis Deûm matris. Absit, inquit, vt Senator populo Romani, ea mente præditus, qua Theatrum ædificari in vrbe fortium virorum prohibuit, sic coli vellet matrem suam, vt talibus Dea sacris propitiaretur, qualibus matrona verbis offenderetur. Atqui videtur Auctor pro eodem habere: in testimonium, & c. in exaggerationem.

100. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, &c.] Tertullianum imitatus videtur his verbis vbi supra Cassiodorus: Hos ritus, inquit, Romani sicut ceteras culturas ad suã remp. trahentes, ædificium ita cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. Vnde non immerito creditur Pompeius hinc potius Magnus fuisse vocatus. De hoc etiam vbi supra Plinius. Pompeij Amphiteatri cauea tenes multiplicata vrbe, tantóque maiore populo. sufficiat largè XL. milibus. Fortassis fuit duplex Theatrum, quale supra Curionis, atque hinc à Plin. Amphitheatrum dictum. Aut potius, quod colligi potest ex varijs Pliinij locis, tum antea, tum postea hoc libro citatis, pater pro eisdem vsurpasse Plinium & Circum & Theatrum, & Amphitheatrum, vbi de varijs animantibus Romæ exhibitis agit.

101. Veneris ædem superposuit, &c.] Tradit latius ipsud Plutarchus in vita Pompeij, quod iuxta Porphyrionem victrici Veneri ædes superposita sit in theatro Pompei Memnie & Plinius lib. 8. Pompeij, inquit, alteri Consulatus dedicationẽ templi Veneris victricis pugnauere in Circo XX. aut vt quidam, XVII. elephanti, Getulis ex aduerso iaculantibus, mirabilis vnius dimicatione, qui pedibus confossis repsit genibus in cateruas, arrepta scuta iacientes in sublime, quæ decidentia voluptate spectantibus erant in orbem circumacta, veluti arte, non furore bellue iacerentur.

102. quod sunt Dionysia penes Græcos.] De Liberalibus supra cap. 5. Eadem fuisse appellata à Græcis Dionysia vel inde patet, quòd eandem fuisse & Liberum, & Bacchum, manifestum sit quãm quod probatione indigeat, atque Bacchum Dionysium à Græcis appellatum tradit Euseb. de Præparat. Euang. lib. 2. cap. 2. eo quòd ad spelunam Nisæ, quæ inter Phœniciam & Nilum sita est, puer à Mercurio transmissus fuit, ibidem à Nymphis educatus. Quibus additi quod huic loco maximè conuenit. Satyri, inquit, eum secuti dicuntur, qui saltando & Tragicè canendo voluptatem eis adferebant. Ab hoc primùm Theatrum & Musicam fuisse harmoniam inuentam. Atqui hic omissuus illud: De artibus Scenicis, & quod non sta multo post erat: De artibus, quæ ex margine in textũ irrepserant. Deinde ex M.S. & Isidor. dictis l. cap. 51. legimus: quæ priuata & propria sunt Scenæ de gestu & corporis fluxu, non: flexu, eo quòd sequatur, iuxta quod castigauimus exeodem: Nam mollitiam, seu molliciem, Veneri & Libero immolant, illi per sexum, illi per fluxum dissoluti, pro quo corrupte legebatur: dissolutis.

103, Quæ verò voce & modis & organis & lyris transiguntur.] Ita etiam ex eodem, pro eo quod erat: organis & litteris; nam & Poëtæ lyris sua concinebant carmina: hinc Lyrici dicti. Si interim ad Mercurios postremum illud referatur, posset retineri litteris, vtpotè quarum inuentum illis tribuit Auctor infrà de Coron. militis. Verumtamen ibidem: Sed etsi neruos (inquit) idem in fonum strinxit, non negabo: quorum quum vsus sit etiam in lyris, placet magis hæc lectio. Conuincitur denique ea lectio ex B. Cypriano lib. de Spect. cap. 2. vbi Auctorem imitatus; Græca (inquit) certamina vel cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus præsides suos habent varia dæmonia.

104. Apollines & Musas & Mineruas & Mercurios mancipes habent.] Vel hinc confirmatur præcedens lectio: nam & Apollini simulacro lyra adiungebatur & Musis cithaehabatur lyra septichordis, quemadmodum & Musicæ aueniæ cognominata, atque adeò omnis generis & vocum modi & organa instrumẽta relıqua. Recte etiam & Mineruis & Mercuriis eadem tribuuntur, eo quòd artium omnium illis parentes tradantur. Plura vide apud Gregorium Gyraldum de Diis Gentium, de Apolline & Musis syntag. 7. de Mineruis syntag. 11. et de Mercuriis syntag. 9. Exquo opere multa me passim fateor deferpsisse hic in hunc librum Adnotationibus, eòque magnoperè me adiuuit, quippè qui multum lucis addere possit scriptoribus omnibus. Porro quid mancipes dij, vide Apolog. c. 11. num. 164.

105. nequam spiritus scilicet dæmones.] De his vide peculiariter capita integra 22. 23. & 27. Apologetici, & Adnotat. ibidem nostras. Atqui lego in calce capitis: constituerant ex MS. pro: constituerunt.

Cap xi.

106. Vt ordo peragatur, ineamus etiam agonum retractatum.] De titulo priori nihil immutauimus, præterquam quòd ad marginem retermisi, qui est: De Agonibus. Atqui

Atqui nemo exactiùs omnis generis Agones *describit quàm Auctor ipse. Imprimis infrà in Scorpiace:* Agonas *(inquit)* istos, contentiosa sollemnia, & superstitiosa certamina Græcarum & religionum & voluptatum, quanta gratia sæculum celebret, etiam Africa liquit. Adhuc Carthaginem singulæ ciuitates gratulando inuicitant, donatam Pythico agone post Stadij senectutem. Ita ab æuo (*alludens quantum apparet ad Ludos seculares, de quibus in Argumento*) diginiſſ. creditum eſt, ſtudiorum experimentum committere artes, corporum & vocum præſtantiam expendere, præmio indice, ſpectaculo iudice, ſententia voluptate; qua nulla ſunt prælia, nonnulla ſunt vulnera, pugni quaſſant, calces arietant, cæſtus dilaniant, flagella dilacerant, nemo tamen Agonis Præſidem ſuggillauerint, quòd homines violentiæ obiectet. Iniuriam actiones extra Stadium: ſed quantum liuores illi & cruores & vibices negotiantur intendit, coronas ſcilicet, & gloriam, & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſæculum de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem. Pyctes ipſe non quærritat, dolere ſe non vult; corona præmit vulnera, plaima ſanguinem obſcurat; pius victoriatum & quàm iniuriatum. Hunc tu læſum exiſtimabis, quem vides lætum? Sed nec victus ipſe, de Agonotheta caſum ſuum exprobrabit. *Deinde Metaphoricos Chriſtus ab Auctore cap. 3. lib. adu. Marcyan* vocatur Agonothetes, Xyſtarches & Epiſtates, *vbi reſtè exponitur per Rhenanum* Agonothetes, *qui certamen inſtruit præmijs propoſitis*, Xyſtarches, *Xyſti præſes, loci (inquam) in quo per hyemem exercebantur*, & Epiſtates *Athletarum magiſter*; *addens apud Athenienſes, qui decem virit diuerſa præerat imperio*, διζιατὴν *dictum Demoſthenis*, *Metaphora accepta ab iis qui aciei* διζιατὰς & ἀνδρεατὰς *apud Aelianum appellantur, quæ rectè Theſſalonicis Gata tranſitulis Subſtites & Aſtites. Adijcribidem Rhenanus apud Græcos olim luctaturos Athletas ceromare, id eſt oleo cerato perfundi ſolitos, quibus ſic tactu pulſus inſpergebatur*; *hinc* Nectores Ceromatiſtas *dictos, atque adeo Chriſtum ſuos athletas ſpiritu vngere. Deinde locum certaminis, in quo athletæ congrediuntur*, σκάμμα *Græci dictum, quòd is foſſa cinctus ſoleret*, ἀπὸ τοῦ σκάπτω *atque adeò prouerbialiter dixiſſe ibidem Tertullianum.* ad hoc Scamma produxit, *de quo latius inter Prouerbiales formulas in noſtris Prolegomenis. Denique* Et Athletas ad ſtrictiorem diſciplinam ſegregari *ſolere, & ibidem Tertull. & Epiſt. 2. ad Donatum tradit B. Cyprianus, de quo videat ibi Lector Admet. noſtras num.* 23. & *infrà quoque, vbi de* Gladiatoribus *agemus nam idipſum in illo exempleuit.*

107. Proinde Tituli.] *Illud*: Tituli *ex Mſs. adiecimus; nam eodem ordine & de reliquis agit, primum ab origine, deinde à* Titulis, *ab apparatibus & à locis.*

108. Olympia Ioui quæ ſunt Romæ Capitolina.] Hercules, *inquit Plinius lib. 7. cap. 56.* Olympiæ Athleticam *inſtituit, ab hic quòd quinto quoque anno fierent Olympiades, de quibus ſic Euſeb. in Chronico: Aeſchylus, inquit, Iudicie Athenienſiũ anno 2. prima Olympias acta, qua erat Agon Gymnicus, in quo Chorabus Heleuſijs exiſtitit victor. Heliy enim agiunt quinquennale certamen quatuor annis in medio expleto, in quibus principes annui conſtituuntur quatuor: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis ſiue Hamonis primus conſtruxit: Idque anno 3. Phaceia regni Iſraël. Cui correſpondet illud Pomponij Melæ: In Achaia quondam Piſæ Oenomai Elus, & nomen delubrúmque Olympij Iouis, certamine Gymnico, ipſo ſimulacro quod Phidiæ opus eſt maximè celebre.*

109. Herculi Nemæa.] Nemæa *inquit Rhenanus in lib. de Cor. milit. celebrabantur in honorem Herculis, quòd in* Nemæa *ſylua leonem occidit. Ludi inſtituti propter Archiemorum.*

110. Neptuno Iſthmia.] Ludos Gymnicos, *inquit vbi ſuprà Plinius, in Arcadia Lycaon, ſimebres Acaſtus in Iulee, poſt eum Theſeus in* Iſthmo. *Hinc & Strabo lib. 8. In* Iſthmo *(inquit) Neptuni, quem* Iſthmium *vocant, templum eminet, piceatum arborum luce circumcluſum. Vbi* ludos Iſthmios *decertates Corinthij celebrare ſolent. Legimus autem cum Mſs.* ceteri mortuorum varij agones, *pro eo quod erat*: mortuarij.

111. de ſacerdotalibus præſidibus, de Collegiarijs miniſtris.] *Similiter ſupra dixit cap. 7. Quos* colegia, quot ſacerdotia, quot officia. *Atqui* Sacerdotum Collegij *meminit Cicero aduerſ. Verrem, & mox Auctor* Collegij artiũ Muſicarum, Minerualium, Apollinarium, & Martialium per duellum per tubam. *Atqui Numa Pompilius plura in ciuitate (vt Plutarchus ſcribit)* Collegia *conſtituit* quæ per artes ſingulas *diſtinxit. Ea l. Iulio & C. Mario Coſſ. Senatuſconſulto ſunt ſublata, quum aduerſus Remp. eſſe viderentur. Poſt nouem deinde annos quàm ſublata fuerant, P. Clodius (vti eſt apud Pædianum) legem tulit de* Collegijs *reſtituendis, nouiſque in ciuitate inſtituendis. Vnde Cicero*: Collegia *(inquit) non ſolum quæ Senatus tuleras reſtituta, ſed innumerabilia quædam ex omni face vrbi aſſerutio concreata; idque ad varios Deorum honores. De hinc Iulius Cæſar (Suetonio teſte cap. 42.)* cunctà Collegia *præter antiquitus conſtituta derraxit. Quod ipſum teſtatur etiam in Octauij cap. 31. idem. refert in Claud. c. 12* quòd *in coepiando per* Collegia facerdotibus, *neminem niſi turarius nominaue.*

112. vt ſtadio Circum æmulentur.] χαλκοῦς *iuxta Gell. lib. 1. cap. 1.* ἀπὸ τῆς χαλκοῦς *id eſt à ſtatuæ, quòd Hercules eo ſtatio quo ſpiritu confecto, conſtituiſſet. Inſtitutum quippe ab Hercule* Stadium *traduut, eumque pedibus ſuis metatum eſſe id* Stadium, *quod eſt Piſis apud Iouem Olympium, feciſſe que longum pedes ſexcentos. Atqui Domitianus Romæ inter cetera etiam* Stadium *exſtruxit. Hinc Iulio Firmo Stadiodromus, qui ſtadium præcurrit; item & Plinio lib. 34. cap. 8. Leontium (inquit) fecit Stadiodromum Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur. Neque enim Aſtylus, loci ipſius nomen, vt quidam voluunt, ſed Athletæ. Legimus vero cum Mſs.* & ipſum eiusidoli, *ex quo adiectimus*; eius.

113. Sed & Gymnicas artes Caſtorum, &c. diſciplinæ prodiderunt.] *Sic iterum cum Gagnæo, pro eo quod ita ipſe erat* Gymnicæ. Gymnicus *autem ludus (inquit Iſidor. vbi ſuprà cap. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.) eſt velocitatis aut virium gloria. Antea certantes cincti erant nenudarentur: poſt relaxato cingulo repente poſtratus & examinatus eſt quidam curſor; quare ex conſilij decreto tunc* Archon, *id eſt Xyſtarches, Hippomenes, vt nudi deinceps omnes exercitarentur, permiſit. Ex illo γυμνικὸς dictus eſt (ſic enim legendum vbi cenſeo non gymnaſium, de quo prius egerat) quod inuenes nudi exercebatur in campo, vbi ſola tantùm pudenda operantur. Genera autem* Gymnicorum *quinque, Saltus, curſus, iactus, luctus, virtus, atque luctatio. Atqui teſte Plinio lib. 7. cap. 56. ludos* Gymnicos *inſtituit in Arcadia Lycaon.*

Cap. xii.

114. Superest illius inſigniſſ. ſpectaculi acceptiſſ. recognitio. Munus, &c.] *Etiam hic priorem titulum retinnimus, at in margine reteximi iſtum* De Munere. *Quod ipſum ita pulchrè quod ſit explicat, vt commentario magno non ſit opus, vti etiam adnigimus epiſt. 2. B. Cyprian. ad Donatum, num. 27. adillud: Et ſpectaculi iſtet pretium largior* Muneris *apparatus ampliſitet. Eodem pertinent phraſes Iureconſultorum, Munus dare, l. Mortuo. & Munus edere, l. Charidemus. De pollicit. Quod autem Auctor hic & Apolog. cap. 4. non uno in loco Cicero ſimpliciter* Munus, *Sueton. in Cæſar. cap. 39.* Munus gladiatorium *dixit.* Munerarium *autem (inquit Quintilian. l. 8. cap. 3.) Auguſtus primus dixit: eodem appellat nomine & Suetonius Domitianus cap. 10. cum ferarum ſpectaculum ſeu Gladiatorum ludum exhiberet. Cuiuſmodi, quando, & à quibus exhibiti ſint ludi, mox diceimus latiùs. ſuprà etiam aliquot ad notauimus. 77. 98. & 101. Atqui B. quoque Irenæus*

lib. adu. hæref. 1. cap. 1. hæreticis inter cetera impingit, quòd non abilluerent. quod est apud Deum & homines odiosum (sic enim lego pro: ociosum) Muneris homicidiale spectaculum.

115. quoniam officium etiam Muneris nomen est.] *Hæc pertinet quòd Veteres* Officium munúsque *fere* coniungere *soleant. Hinc Cicero lib. 1. de Diuin.* Officium & munus *eodem modo, & lib. 4. de Finibus:* Officium munúsque *sapientæ, quamquam interim Auctor* Officium *accipere magis videatur pro* Officio mortuorum, *quod* postremum officium *Tacito lib. 5. & Q. Curtio lib. 3. dicitur.*

116. captiuos vel malo ingenio seruos mercati in exequiis immolabant.] *Habet idipsum Alexander ab Alexandro Genial. dierum lib. 6. addens apud Athenienses ritum obtinuisse, vt Imperatore vitæ functo duodecim captiui ad sepulchrum iugulati una tumularentur.*

117. edicto Inferiarum die apud tumulos erogabant.] Inferiæ *(inquit Festus) sacrificia quæ dis Manibus inferebant. Facit autem pro Auctore illud Virgilij 10. Æneid.*

Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris.

Atqui etiam huius secundo introduxit consuetudinis meminit Alexander ab Alexandro, adiiciens: ad id certamen, non modo Gladiatores à Lanistis eruditos produxisse, sed & à Nerone exhibitos ad ferrum Senatores CCCC. *&* Equites DC. *Et Domitiani quoque temporibus non modo Nobiles ad virtutis specimen ostendendum, in arenam produxisse, sed & mulierum pugnas illum commisisse, donec cautum fuit, ne Equites Romani Ludo arenæ polluerentur. Primum autem & Iunium Brutum, in honorem patriæ munus edidisse Gladiatorium testis est Liuius in Periocha. Legimus autem ex MS. cod.* quia ferrum voluptati satis non faciebat, *pro eo quod erat:* ferarum voluptati satis non fiebat; *alioquin enim repetitio fieret superuacanea in eo quod subiungitur.*

118. nisi & ferishumana corpora dissiparentur.] *Valerius Max. lib. 2. tradit Appium Claudium & Fuluium Coss. primos in foro Boario Gladiatores cum feris commisisse. De hoc in hac verba Isid. vbi supra cap. 58.* Ferarum pugna *erat, missæ bestiæ tumentes excipere, & pugnare aduersus eas, vltroneas funere cædere, non crumine, sed furore.*

119. Quod ergo mortuis litabatur, vtique parentationi deputabatur.] *Alludere videtur ad illud Ciceronis pro L. Flacco.* Litemus *igitur Lentulo,* parentemus *Cethego.* Parentare *enim primùm accipebatur pro parentibus iustè celebrare, deinde & ad alios transitum. Ad institutum autem nostrum pertinet illud Senecæ epist. 123.* Mortuis *certè* vnis parentantur.

120. Quæsturas dico.] *De* Quæstoribus *aliquid diximus in epist. 2. ad Donatum B. Cypr. num. 42. Atqui huc pertinet quod habet vbi supra Alex. ab Alex.* Quum antea Gladiatorij Ludi *Imperatorum* munus *forent, Claudius princeps* Vt pecunia Quæstorum *fieret, cauit edicto.*

121. & Magistratus.] Magistratus *(teste Festo) qui per imperia potentiores sunt quàm priuati. Hactaque appellatione intelligit Auctor* Ædilitatem, Prætvram, Consulatvm *ac* Dictaturam. *Nam apud Plinium lib. 8. hist. natur. legitur, in* Ædilitate Curuli *Claudij Pulcri primùm Romæ pugnasse Elephantes, deinde & Lucullorum, cap. 7. Leonum plurium pugnam Romæ primùm edidisse Q. Scæuolam P. filium, cap. 16. M. Scaurum 150. Pantheras & 5. Crocodilos, cap. 17. & 26. Domitium denique Ænobarbum Vrsos Numidicos 100. & totidem venatores Æthiopas, cap. 36. In* Prætura *verò centum iubatorum Leonum pugnam primum omnium L. Syllam, qui postea Dictator fuit, cap. 16. In* Consulatu *Pompeij altero Elephantes 20. & Leones 60. Cæsaris Dictatoris tertio Elephantes etiam 20. ac Leones 400. cap. 7. & 16. Denique Dictatoris Cæsaris Ludos Circenses primùm visam Camelopardalim, cap. 18.*

122. Flaminia & sacerdotia.] *Festus ob* Flamines & sacerdotes, *qui Munerum editionem prætorem vsurparent, Tiberio imperante, cautum fuit (vti scribit Alexander vbi supra) ne quis* Gladiatorum munus *daret, cui minus quadringenis millibus census esset.*

123. quòd purpuræ, quòd fasciæ, quòd vittæ, quòd coronæ.] *Ita omnino lege, pro eo quod irrepserat corruptissè,* fasces, *neque enim* fasces *in Gladiatorio munere vsurpabantur, sed* fasciæ. *Vide autem de* purpuris *& vittis Adnotat. nostras ad cap. 15. Apolog. nu. 231. De* coronis *vere, quarum hoc lib. frequentiss. mentio, l. de Cor. milit. penè integrum, & ibidem de tanis, seu fascis, cap. 18.*

124. conciones & edicta.] *Similiter loquitur Liu. lib. 2.* Concione *(inquit)* edicto *fecit fidem, ne quis ciuem Romanum vinctum aut clausum teneret. Videntur itaque ante editum Munera Gladiatorij aut inter sacrificandum, aut paulo post, varia fuisse vsurpata* conciones & edicta *(vt cum Tacito loquar) in populum; quæ plerumque etiam edicebantur contra Christianos, vti infra latius cap. 23.*

125. & pultes pridianæ.] Pultium *& liborum solites Deorum victus irridet Arnob. lib. 7. dicens se ipsum propterea illa vino opus esse insacrificiis, quo putrefiat facilius, & percoquatur cibus. Et multo ante eodem lib. Quid frutilla (ficenim lego à frit, pro stilla) quid frumen; quid gratilla, catumenum, compolium, cumbala, ex quibus duo quæ prior a sunt,* pultium *nomina, fed genere & qualitate diuersa, series verò quæ sequitur liborum significantias continet.*

126. Amphitheatrum.] Amphitheatrum *(inquit Isidorus, vbi supra, cap. 52.) locus est spectaculi, vbi pugnant Gladiatores, ita dictum, quòd ex duobus theatris sit factum: nam rotundum est, theatrum verò semi circuli figuram habet. Huc pertinet illud Suetonij in Neron. Hos Ludos spectauit Proseuij fastigio munere quod in Amphitheatro dedit. Addit Cassiodorus Var. l. 5. epist. Theodorici Regis ad Maximum: Oui specie, sic enim castigo, eum arenam concludens.*

127. Capitolium omnium dæmonum templum est.] Capitolium *non modò Romæ, sed & aliis in locis atque ciuitatibus erectum fuisse ex Sidonio patet, qui & Narbonensis, & Rauennatis, & Tolosani* Capitolij *meminit, in Vitis sanctorum Apollinaris & Saturnini; atque adeò & Carthaginis fuisse* Capitolium *patet ex Cypriani Epist. 55. & lib. de Lapsis. Atqui de Romano* Capitolio *clarissimi scribit Arnobius adu. Gentes lib. 4. Nonne, inquit, vides in* Capitoliis *omnibus Virginales esse effigies Mineruarum? & lib. 6. Regnatoribus, inquit, in populi* Capitolio *quis est hominum qui ignoret, Toli esse sepulcrum Vulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat, ex fundamino sedibus caput hominis euolutum, non ante plurimum temporis, aut solum sine partibus ceteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humationis officia sortitum? Quod si planum fieri testimonijs postulatis Auctorum; Sammonicus, Granius, Valerianus vobis & Fabius indicabunt, cuius Tolus filius fuerit, gentis & nationis cuius, vt à germani seruulo vita fuerit spoliatus & lumine, quid de suis commercutit ciuibus, vt ei sit abnegata telluris patriæ sepultura. Condiscetis etiam, quamuis nolle istud publicare se fingant, quid sit capite resecto factum, vel in qua parte fuerit curiosa obscuriate conclusum, vt immobilis videlicet atque fixa obsignatis ominis perpetuitas staret. Quod quum opprimi par esset, & vetustatis obliteratione celari, compositio nominis iecit in medium, & cum suis causis per data sibi tempora inextinguibilis fecit testificatione procedere; nec erubuit ciuitas maxima & numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Tolo capite* Capitolium *quàm ex nomine Iouis nuncupare.*

128. Martem & Dianam, &c.] *Vtrumque Ludum intelligit, opinor, tum eum qui per soles Gladiatores Marti, tum eum qui cum feris fiebat* Dianæ *consecratis: Dianæ, inquam, Scythicæ, vti tradit Theodoricus Rex epist. ad Maximum, Variarum Cassiodorus lib. 5.*

CAP. XIII.

129. Satis, opinor, impleuimus ordinem, &c.] *Titulum huic capiti dedimus* Præcedentium Epilogus; *quo nempè concludit ab omnium 4. generum spectaculis, tanquam ab idololatria abstinendum.*

130. in consecrationibus idolorum siue mortuorum, siue

ſiue (vt putant) Deorum.] *Vide Adnot. in Apolog. cap. 12. num. 176.* De conſecrationis ritu, & quòd *Dij non ſint, ſed homines mortui, integris duobus captibus tractat Auctor eiuſdem Apolog. cap. 10. & 11.* De idolis etiam, quod nihil ſint, *libro ſequenti de Idololatria.*

131. de parentato edimus.] *De abuſu obſoniorum* parentantium *ad buſta, vide Adnot. noſtras ſuprà ad lib. de Teſtim. animæ, cap. 4. num. 10.*

132. ab idolothytis & necrothytis voluptatibus.] *Quem admodum* εἰδωλόθυτα, *in ſcripturis ſacris appellantur quæ idolis immolantur, ita & eadem derivatione dixit Auctor* νεκρόθυτα, *mortuis immolata.*

Cap. xiiii.

133. Nunc interpoſito noſſe de idololatria, &c.] *Capitis huius titulus à nobis attributus eſt :* Quòd concupiſcentiæ nomine interdicantur Spectacula. *Legimus autem omninò* noſſe de idololatria, *ac ſi dicat : Poſtquam* interpoſuimus notitiam de idololatria, *quòd nempe ad* idololatriam *pertineant ſpectacula. Et mox cum MS.* quaſi parum etiam de ſpectaculis pronuncietur, *pro* : de litteris,

134. cùm cc ncupiſcentiæ ſæculi damnantur, &c.] *Alludere videtur ad illud 1. Ioan. 2. Omne quod eſt in ſæculo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex ſæculo eſt, & ſæculum tranſit, & concupiſcentia eius.*

135. nominatæ concupiſcentiæ.] *MS.* nomina concupiſcentiæ. *ſed neutrum ſatisfacit ; integra periodus hæc aut mutila eſt, aut corrupta.*

Cap. xv.

136. Videtit ergo, vt diximus, principalis titulus idolatriæ, &c.] *Caput hoc inſcripſimus :* De furore, bile, ira, & dolore. *Porrò etiam hic corruptus eſt locus, cui ſine MS. codicum plurium ope mederi non potuimus.*

137. Deus præcepit Spiritum ſanctum, &c. tranquillitate, &c. tractare, &c.] *Alludit haud dubiè ad illud Ephes. 4. Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia ; indicans per poſteriora illa verba explicari præcedentia.*

138. & dolor.] *Inſigne hunus rei exemplum recitat Plinius lib. 8. cap. 7. Vniuerſi, inquit, Pompeiani elephantis eruptionem tentauere, non ſine vexatione populi, circundatis cloſtris ferreis. Sed amiſſa fugæ ſpe miſericordiam vulgi inenarrabilis habitu quærentes, ſupplicauere, quadam ſeſe lamentatione complorantes.* Tanto populi dolore, *vt obliuiſci Imperatoris, ac munificentiæ honoriſue exquiſitæ, ſtens vniuerſus conſurgeret, diràque Pompeio quas ille mox luit, precas imprecaretur. Atqui ſine lege immobili animi, cum excuſis, ſiue* immobili animo *cum MS. perinde eſt.*

139. Ipſi caſus incitamenta ſunt adfectus.] *Huius quoque experientiam videre eſt apud D. Auguſt. Confeſſ. lib. 6. cap. 8. de Alypio. Quum, inquit, auerſaretur & deteſtaretur talia, quidam eius amici & condiſcipuli, cùm forte de prandio redeuntibus obuius eſſet, recufantem vehementer & reſiſtentem familiari violentia* duxerunt in Amphitheatrum, crudelium & funeſtorum Ludorum diebus, *hæc dicentem : Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi conſtituitis, numquid & animum & oculos meos in illa ſpectacula poteſtis intendere ? Adero itaque abſens, & ſic & vos & illa ſuperbo. Quibus auditis illis nihilo ſetius eum abduxerunt ſecum, id ipſum explorare cupientes, vtrum poſſet efficere : Quò vbi ventum eſt, & ſedibus quibus potuerunt locati ſunt, feruebant omnia* immaniſſimis voluptatibus. *Ille clauſis foribus oculorum, interdicit animo, ne in tanta mala procederet ; atque vtinam & aures obturaſſet. Nam quodam* pugnæ *caſu, quum ingens clamor populi totus vehementer eum pulſaſſet, curioſitate victus, & quaſi paratus quicquid illud eſſet, etiam ipſum contemnere & vincere, aperuit oculos. Et percuſſus eſt grauiore vulnere in anima, quàm ille in corpore quem videre concupiuit, cecidit que miſerabilius, quàm ille qua cadente factius eſt clamor. Porrò poſt aliquot lineas, pro eo quod excuſ ſegunti* niſi & talia facientibus non conſtetamur, *MS.* factiantibus. *eligat alterutrum Lector.*

Cap. xvi.

140. Quum ergo furor interdicitur nobis, &c.] *Huic capiti titulum dedimus :* De furoribus Circi. *In quo intuetur illum B. Cypr. locis ſuprà citatis, præterquàm quòd hic pulcherrimè explicat morem ſponſionum in populo commitendorum Gladiatorum, iuxta ſortes in vrna volutatas, & ſimilia, de quibus mox latius.*

141. iam de ſponſionibus concitatum.] Sponſiones (*inquit Turnebus Aduerſ. lib. 8. cap. 4.*) *intelligit depoſitas pignoribus aut pecunia de alicuius Gladiatoris victoria faſtu. Edem pertinet illud Martialis :*

Sed cum *ſponſio* fabulæque laſſæ
De ſcarpo fuerint & incitato.

142. Tardus eſt illi Prætor, &c.] *Eodem iſtud pertinet cum ea quod mox ſequitur,* Dehinc ad ſignum anxij pendent. *Nam* Prætor (*vti adnotat Turnebus lib. Aduerſ. 18. cap. 33.*) ſignum quadrigis mittebat ; *vt è carceribus exirent.* Miſſus *autem ſeu emiſſio quadrigarum ſorte mutebatur, &* Prætor *qui Ludis præerat, ex vrna eas educebat ; hoc eſt enim quod habet Auctor :* Semper oculi in vrna eius cum ſortibus volutantur. *Hæc ille. His addeyod adnotat Politianus, agens de Ludis ſecularibus in ſuis Miſcellaneis : Centum* miſſus *ſolere fieri in Circenſibus ; proinde Domitiani Ludis, quò facilius totidem peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſtatis ad quina ab eo fuiſſe correctos. Deinde alludit huc haud dubiè Auctor ſuprà lib. de Pallio cap. 1. his verbis :* At quum ſæculatium ſortium variauit vrna, *vbi aliquid de eo more ſortium in vrnam mittendorum diximus num. 9. Certè etiam in ſcenicis ſpectaculis ſorte emitti ſolere citharœdos, patet ex illo Suet. de Nerone cap. 21. Nomen ſuum, inquit, in albo profitentium citharœdorum inſtit ad ſcribi, ſorticulaque in vrnam demiſſa cum ceteris, interuit ordine ſuo.*

143. Miſit dicunt, &c. non vident miſſum quid ſit, Mappam putant.] Mappam, *inquit Quinct. lib. 1. cap. 9. vſitatum nomen Cœo, Pœnis ibi venditant. Super quo loco intelligit interpres* Mappam *victori Auriga à Prætore mitti ſolitam. Verùm magis placet Budæi ſententia, qui tradit ſignum fuiſſe commitendorum auri garum, quam ſequutor & Turnebus vbi ſuprà, eo quòd ſequatur :* Ex eo itur in furias & animos & diſcordias, &c. Odij etiam ſuccagia. *Si enim mappa victoriæ ſignum erat poſt brauium ſeu corouam datam, fruſtra fiebant ſuffragia. Confirmatur idipſum ex Suetonio, qui de Nerone cap. 22. ita ſcribit : Vniuerſorum, inquit, ſe oculis in Circo Maximo præbuit, aliquo liberto mittente* mappam, *vnde magiſtratus ſolent. In qua ſententia Caſſiodorum fuiſſe adnotat in Suetonium Sabellicus, allegans ibidem ſimiles locos, Martialis lib. 11.*

Cretatam Prætor quum vellet mittere *mappam,*
Prætori *mappam* ſurripit Hermogenes.

& Iuuenalis Satyr. 22.

Interea Megaleſiacæ ſpectacula *mappæ.*

Certè noſtram ſententiam veriorem eſſe conuincit dictus Caſſiodorus Variarum lib. 3. epiſt. 51. ſuprà citata ad Fauſtum Præpoſitum Mappa, *inquit*, quæ ſignum dare ſolet Circenſibus, *talis caſus fluxit in morem. Quum Nero prauidium protenderet, & celeritatem, vt aſſolet, auidus ſpectandi populus ſtigitaret, ille* mappam, *qua tergendis manibus vtebatur, inſtit abijci per feneſtram, vt libertatem daret certaminis poſtulati. Hinc tractum eſt*, vt oſtenſa Mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum. *Atqui inde Prouerbium ortum indicat Auctor lib. adu. Valent. infrà Tomo ſequentis* Sed, inquit, mappa, quod aiunt, miſſa. *Vbi poſtmodum eadem multa apud Rhenanum reperi. Atqui illud :* ſed eſt diaboli ab alto

præcipitati figura, *etiam confirmat nostram sententiam, eo quòd post* mappam missam *incipiant diaboli instinctu furiæ & discordiæ, &c. Est autem Tertullianicum illud*: quam sine caussa odisse, *pro*: potius quàm.

144. vbi ne Principibus quidem suis aut ciuibus parcunt.] *Præterquàm quòd supra eius rei exemplum posuimus, certè idipsum habet supra Auctor sui Apolog. cap.* 35. Ipsos (*inquit*) Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem conuenio, an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana? Testis est Tiberis & scholæ bestiarum. *Huc pertinet illud Suetonij in Domitiano*: *Patrem familias quod Thracem Myrmillonis parem, muneratio* (*Imperatori nempè*) *imparem dixerat, detractum è Spectaculo in harenam, canibus obiecit cum hoc titulo*: *Impiè locutus Parmularius. Quare & hæ iniuriæ Theodorico Rex epist.* 27. 30. 31. *& 32. lib.* 1. *Variarum Cassiodori edicto vetuit. Atque ideò* (*inquit epist.* 30.) *Edictali programmate definimus, vt si atroces iniurias in quempiam Senatorum vox iniusta scripserit, nouerit se à Præfecto Vrbi legibus audiendum, & c. ne prolixiores simus. Idipsum de Scena ibidem subiungens, quamquam paulo obscurius, clarius autem B. Augustin. de Comœdia, & Ciceroni lib.* 4. *de Republica, mentionem faciens de lege* XII. *Tabul. contraria lib.* 2. *de Ciuit. Dei, cap.* 9. *&* 12.

145. alibi.] *Mss. & Gagneus*: alicubi. *Verùm illud placet*: *nam similiter Plinius lib.* 11. *cap.* 14. Aliubi (*inquit*) *fauicera spectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Sicilia*; aliubi *mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa*, aliubi *magnitudine, vt in Septentrionalibus.*

Cap. xvii.

146. Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur.] *Dedimus huic tractuum capiti*: De Theatri impudicitia. *In quo illum disertis verbis imitantur B. Cypr. epist.* 2. *& lib. de Spectaculis, cap.* 5. *Lactantius lib.* 6. *cap.* 20. *& Augustin. lib.* 2. *de Ciuitate Dei cap.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *&* 13. *Alludit autem hic Auctor ad illud Marci* 7. *de quorel qua citat sub finem huius capitis*: *Quæ de homine exeunt, illa communicant hominem. Ab intus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, &c.* impudicitiæ, &c. *Omnia hæc ab intus procedunt, & communicant hominem. Fortassis & ad illud Roman.* 13. *Non in cubilibus & impudicitiis.*

147. Atellanus gesticulator.] *Ita omnino legendum cum Latinio, pro*: gesticulatur. Atella *Ptolomæo & Stephano oppidum, & scorum, vbi grande & egregium Amphitheatrum*; hinc Atellani ludi, *Liuio teste lib.* 7. *quod genus ludorum* (*inquit ille*) *ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est.*

148. quam Mimus etiam per mulieres repræsentat.] *Ita omnino legendum, pro eo quod antea corruptiss. minus. nam si idem pene verbis & B. Cyprian. epist.* 2. *& Lact. & Augustin. de Mimis loquuntur, de quibus aliquid diximus ad dictam Cyprian. epist. num.* 30. *Alludit huc etiam Isidorus, quum dicit*: Theatrum etiam lupanar vocatum & prostibulum, *eo quòd post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur. Quod ipsum iam diu antea reprehendit Chrysost. hom.* 6. *in Matth.*

149. Quam denique Pantomimus.] *Similiter distinguit Arnobius lib.* 4. *Quid* Pantomimi *velint, quid Histriones, quid illa* Mimorum *atque exoletis generis multitudo*? *Dicebatur autem* Pantomimus *tamquam personarum omnium imitator efficiórque. Hinc Cassiodorus vbi supra lib. Variar.* 4. *epist. vlt.* Pantomimo (*inquit*) *à multifaria imitatione nomen est. Idem corpus Herculem designat & Venerem* (*eas similis Auctor Apolog. cap.* 19.) *fœminam præsentat & marem, Regem facit & militem, senem reddit & iuuenem, vt in vno credas esse multos, tam varia imitatione disceptes.*

150. Stipes, elogium.] *Alludere videtur ad ludos Scenicos Matris Deum Cybeles, de quibus potiss. Augustin. valde obscurè*

nè; *nam edicto cauebantur* (*vti adnotauit Alexand. ab Alex. vbi supra.*) *Præter Idæe matris familiàs, eòsque iustis diebus ne quis stipem cogito. Quæ ipsa de re plura videat Lector in Apolog. cap.* 13. *nu.* 195. *&* 42. *cap. num.* 555. *De elogio verò lib. ad Scapulam cap.* 4. *num.* 26.

151. cùm spititui appareant aures & oculi.] *Similiter dixit lib. de Resurr. carnis*: apparere animæ, *super quo loco Rhenanus*: Apparere (*inquit*) *est ministrare, famulari, inseruire. Est ergo, vt Asconius docet, minoris ad maiorem. Vnde & Appariteres dicti viatores, qui iudicibus præsto sunt, & iussa, mutis quæ eorum expediant. Quo sensu & hic accipi potest vel exeo quod de istdem oculus & auribus subiungitur*: cuius apparitores inquinantur. *Eodem etiam significatu dixit Auctor lib. de Præscad. hæres.* & appatitio deuota.

Cap. xviii.

152. Sin & doctrinam sæcularis litteraturæ.] *Inscripsimus hoccaput*, Destadij & palæstricæ vanitatibus. *In quo imitatur Auctorem B. Cyprian. lib. de Spectac. cap.* 7. *& Lactantius vbi supra, ac Arnob. lib.* 7. *Alludit autem ad illud* 1. *Cor.* 3. *Sapientia huius seculi stultitia est apud Deum.*

153. Iuforiam vel Agonisticam scenam.] *Quamquam prima facie pertinere istud adhuc videatur ad Theatrum, certè & in Olympijs, ac quinquennalorum certaminibus quæ in stadio fiebant, more Græcorum* (*quò pertinet illud propter Græciæ ocium*) *ceperunt tandem etiam Comœdiæ & Tragœdiæ celebrari. Quod imprimis indicat illud B. Cyprian. lib. de Spectac. cap.* 2. *Græca illa certamina, vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus, præsides suos habent diuersa dæmonia*: *atque adeo etiam Comicas & inutiles curas, & Tragicæ vocis insanias cap.* 6. *inter Græciæ oblectamenta recenset. Deinde Alexand. ab Alex. vbi supra*: *Fuit præterea, inquit, quinquennale ludicrum, in quo tam versu quàm prosa oratione Græcè Latinèque* (in sæcularem, de qua hic Auctor, litteraturam) *tum Musica per citharœdos & citharistas, tum Gymnicis ludis certabatur. Quos Nero Cæsar primus ad morem Græci certaminis ex Græcia Romam deduxisse, Iouique Capitolino dicasse, atque singulis quinquenniis magno animorum certamine celebrasse legitur apud Suetonium, iam intermissis ducentis annis à Lucij Memmij triumpho, qui primus hoc Spectaculi genus in Vrbe præstitit. C. Caligula verò horum instar, miscellos Ludunos fecit, Græcæ Latinæque facundiæ experimento*; *in quo lege sanctum erat, vt victi victoribus hoc præmij darent, vt ipsorum laudes tamquam obnoxij carmine celebrarent. Posteà à Domitiano triplex institutum fuerat eidem Capitolino Ioui, Musicum, Equestre, & Gymnicum, in quo Publius Mimographus palmam tulisse fertur.*

154. Quòd si & stadium contendas in scripturis nominari.] *Hunc locum imitatur B. Cyprian. lib. de Spectac. cap.* 2. *De* stadijs, *inquit, Apostolus sumit exempla*; corone quoque collocas præmia. *Cur ergo hominis fideli, Christiano non liceat spectare, quod licuit diuinis litteris scribere? Respondet autem*: *Argumentum est exstandæ virtutis, non permissio siue libertas spectaculorum. Alludit verque ad illud* 1. *Cor.* 9. *Nescitis quòd qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

155. Non probabis vsquà vanos cursus & iaculatus, &c.] *Huc pertinet illud Isidori libri sapedicti cap.* 26. Agonum *genera, immensitas* virium, cursus celeritas, *sagittandi peritia, flandi patientia, ad citharam quoque vel tibias incedendi modus*; *de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque & naualis præli perpetuendorumque supplicitorum certamina.*

156. vt plasticam Dei supergressæ propter ocium Græciæ altiles homines oderis.] *Si hoc modo legatur, constabit aliquis sensus*; *alioqui Hyperbaton est, si legatur supergressæ propter Græciæ ocium. De* Plastica *infrà lib. de Cultu fœmin. Porrò* altiles homines *pulcherrima metaphora*

vocat Athletas, qui ad instar altilium, id est animantium, quæ inclusa aluntur vt pinguefiant, saginabantur. De quibus in hac verba B. Cyprianus epist. 2. ad Donatum Impleturin succum tibi fortioribus corpus, & aruinæ toris membrorum moles robusta pinguescit, vt saginatus in pœnam cariis pereat. Alebantur autem & instituebantur Rauenna Gladiatores à lanistis, Strabone teste.

157. Et Palæstrica diaboli negotium est, &c.] Palæstram (*inquit Isidorus vbi supra capite 24.*) *vel* ἀπὸ τῆς πάλης (*sic enim supplex quod desiderabatur*) *id est, à luctatione, vel* ἀπὸ τῦ πάλλειν, *id est à motu vrnæ, eo quod ductæ sorte luctabantur. Nam* πάλλειν *& vibrare, & concutere, & sortiri significat. Aldist ibidem: Quosdam opinari aiunt luctandi Vrsorum contentione monstratum, namque inter cæteras feras eos soles & erigi congressos, & subsidere celeriter accruentes; ac modo maiorem tentare inuitem, modò complexu abigere (seu potius, vti lego, subigere) sese more luctantium, dicunt.*

158. Primos homines diabolus seliſit, &c.] *Metaphoricè istud adaptat ad lapsum primi hominis, institutu diaboli in forma colubri seu serpentis, Gen. 3. ad quod Auctor potius referre videtur luctæ originem. Quod verò* Chriſtiano nullus coronarum vſus, *laniſt. tractat integro libro de Corona militis.*

Cap. xix.

159. Exſpectabimus nunc, vt & Amphitheatri repudium de ſcripturis petamus.] *Dedimus ſeculum huic capiti* : De Amphitheatri ſæuitia. *Imitantur autem auctorem B. Cyprian. & Lactantium locis ſæpè citatis, ac Arnobium libro 2. verbi initio hunc libri citati, & Theodoricum Rex epiſt. 42. ad Maximum libro 5. Variarum Caſſiodori, vbi diuerſiſſima hominum cum feris certamina quaſi ad oculum verbis aliquanto obſcurioribus depingit, quò Lectorem compendij gratia remittimus. Idem epiſt. 49. libro 3. meminit ruinarum* Amphitheatri *Catanenſis, vnde patet etiam in aliis ciuitatibus erecta fuiſſe. Suetonius verò in Auguſto capite 29.* Theatrum *ſcribit exſtructum à Cornelio Balbo, Amphitheatrum à Statilio Tauro. Fuiſſe & ligneum Amphitheatrum erectum, teſtis eſt Suetonius in Nerone. capite 12.* Amphitheatrum *autem magna Auguſtus deſtinauit, Veſpaſianus exſtruxit, Titus dedicauit.*

160. Si ſæuitiam, ſi impietatem, ſi feritatem permiſiſſem nobis, &c.] *Alludit ad ſcripturas interdicentes ſæuitiam, impietatem, feritatem. Quales ſunt imprimis illa Geneſ. 9. Qui effuderit ſanguinem hominis, pro ſanguine hominis eius effundetur. Deinde præceptum Decalogi Exodi 20. Non occides: illique correſpondet ſermo Domini in monte, Matth. 6. & complures alij. Lego autem paulopoſt; Et tamen innocens de ſuppliciis alterius lætari non poteſt, pro eo quod vtroque tutra editionem Gagnæi* : nocentes &. non oportet, *eo quod ſequatur* cùm magis competat innocenti.

161. vt tam crudeliter impendatur.] Impendi *hic accipit Auctor pro* : morte conſumi.

162. Certè quidem Gladiatores innocentes in Ludum veniunt, &c.] *Eiſdem penè verbis hæc repetuntur ab Auctoribus initio huius capitis allegatis, & ipſe Tertullianus ſupra libro ad Martyras* Gladiatorum *autem genera plura ex Rhenano libro ad Martyras recenſuimus in diſtam 2. epiſt. 8. Cyprian. ad Donatum numero 22. De Retiarijs infrà latius capite 25. Certè imitis (vt ſcribit Senatus Vrbis Romæ Rex Theodoricus, Variarum Caſſiodori libro 1. epiſt. 30.) non erant armata certamina, ſed pugnæ ſic quamlibet ferudæ lacceſſebat intentio, vnde & Pugna nomen accepit. Poſtea Bolus ferreum gladium primus produxit, à quo & Bellum placuit nuncupari. Conſilium atrox, deinde crudele præſidium, ſeriptæ certatio. Non permittat ergitur à formulis veſtris fieri in ciuibus, quod adhuc debet in hoſtibus accuſari.*

Cap. xx.

163. Quàm vana igitur, immo deſperata, &c.] *Caput hoc inſcripſimus* : Quòd alia ſit ratio hominis & Dei in aſpectu Spectaculorum. *Eſt verò Tertullianicum illud* : ſpecialiter vel localiter.

164. ſuauiludij cuiuſdam.] *Eodem modo dixit* : Suauiludios *noſtros libro de Coron. militis, quos rectè Rhenanus ibi interpretatur, eos qui ex Chriſtianis Spectatulorum adhuc oblectamentis, ſeu ſuauitate ludorum delectabantur. Paulopoſt MS. legit*: Planè ſol & in cloacam radios ſuos deflectit; *ſed placet magis quod vulgatum eſt* : radios ſuos defert. *Lego verò* : Compares homo reum & iudicem, *pro eo quod erat*: Comparas.

165. extra gradus.] *In Circo* gradus *fuiſſe patet ex Suetonio. Hinc lex illa Othonis, Liuio & Plin. teſtibus, ne qui niſi cui 400. eſſent ſeſtertia, ex* XIII. *gradibus ſpectaret: quam legem Iuliam theatralem alicubi Plinius nuncupat.*

166. & apulias.] *Vox eſt Græca, compoſita ex ἀ, ἡ πύλη, quæ idem ſignificat quod* extra portas. *Simile Ariſtophani dicitur* ἔξω ἀ πύλων, *pro effrenate ore, ac ſi dicas ſine foribus. Sin manus* extra columnas; *quum* πύλη *etiam columnam ſignificet vt alludat ad Circum. Si apelleas legeretur, poſſet intelligi de loco à Sole remoto, voce compoſita ab* ἀπὸ *&* ἥλιος. *Denique eodem pertinet, quod conſuſſ. ac ſolutiſſ. ſpectandi morem coreuerit Auguſtus, vt primus ſubſellorum ordo vacaret Senatoribus, Legati in ſecundo ſubſellio collocarentur. Muliterm etiam ſeorſum à populo maritis à plebe proprios ordines aſſignauit: præterea cauſam ſuam proximam padagogus: ſæminis, ne Gladiatores quidem niſi ex ſuperiori aliquo loco ſpectare conceſſit. Solis Veſtalibus locum in Theatro ſeparatum contra Prætoris tribunal dedit, vti patet ex Suetony Octauio capite 44. 41. & 43. Item quod Nero Cæſar Circenſibus Equitiloca ſecreta à cetert tribuiſſe legitur apud Sueton. capite 11. Hinc confirmatur mea coniectura libri ad Scapulam, quòd ſubinde Auctor ex duabus vocibus Græcis vnam nouam componat, vbi tractauimus illud Euhoe procuratorem numero 34. capite 4. Vt vt ſit, confirmatur etiam hinc Meurſchij de pronunt. ling. Græcæ ſententia, quòd ῠ Græcum Latinis per V. litteram reddere ſoleant. Paulò poſt legit MS. quod verè quidem eſt, pro*: quidem *&* : penes vos veritate defixa ſunt, *pro* : penes veritatem Dei fixa *ſed placet excuſatum codicum lectio.*

Cap. xxi.

167. Ethnici quos penes nulla eſt veritatis plenitudo, &c.] *Inſcripſimus huius capitis dedimus*: Quod Ethnicis alibi ſit malum, quod in Spectaculis bonũ dicunt. *Petrò qui alibi Latini* Gentes *aut* Gentiles *plerumque, hic & libro de Reſurr. carn.* Ethnici *vocantur ſecundum Græcos. Si autem vſquam alibi, certè hic multum valet Sigiſmundi Geleny caſtigatio, vti ex collatione cum editione Gagnæi colligere eſt.*

168. Gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum.] *Hucimprimis pertinere videtur quod de Cæſare ſcribit Suetonius capite 27. quod* Gladiatores; *ſicubi inſectio ſpectatoribus amicarent, vt rapiendos ferrandoſque mandauit. Certè ſentit Auctor* Gladiatores *à laniſtis, ſiquando tardiores eſſent in pugna*, flagellis compulſos.

169. rudem petat; & pileum præmium conferat.] Rudem petere *dixit eodem ſignificatu, quo Cicero 2. Philip. Tam bonus (inquit) gladiator tam tibi rudem acceptiſti, id eſt, dimiſſus es à munere: quæ ceſſatio indicabatur virga* tudi, *qua dimiſſi dabatur; vnde & Rudiarij dicti, eo quod tantum* Rudibus *batuere (iuxta quod & Turnebus vbi ſupra adnotauit) cogerentur. quod confirmat Lampridius in Commodo, quum eum alij* Rudibus *in harena inter tubiculares Gladiatores depugnaſſe. Petrò de* Pileo *libertatis inſigni, vide ſupra libro de Patientia cap. 4.*

CAP. XXII.

170. Quid mirum de inæquata ista hominum, &c. varietate, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd capitis diminutione damnati fuerint quadrigarij, Scenici, Xystici, & harenarij. *Porro omnino hoc modo legendum, pro eo quod erat corruptiss.* Quid mirum, inæquata ista, &c. varietatem. *Accipitur autem*: inæquata, *pro*: inæquali.

171. Etenim ipsi auctores & administratores.] *Iterum ex MS. pro eo quod erat mendosè*: actores; *nam agit de Auctoribus seu datoribus munerum Imperatoribus, quos alij vocabant Muneratius*; *& inter ceteros Suetonium, loco supracitato num.* 144. Administratores *verò Praetores intelligi constat, tum ex c. supra 16. tum ex Edicto Praetoris, ad quod mox alludit.*

172. manifestè damnant ignominia.] *Eodem pertinet, quod initio capite sequentis*, eos damnatos *dicit* (*vti castigat de quo infrà, Petrus Faber*) in quendam scopulum famositatis. *Alludit hauddubie ad Edictum Praetoris* (*quem* Spectaculorum Administratorem *diximus*) *quod exstat lib.* 3. *Digest. Tit.* 2. *De his qui notantur infamia. l.* 1. *quo inter cetera continetur*: *Infamia notatur, qui artis ludicræ pronunciandive causa in Scenam prodierit. Ad quod Edictum lib.* 6. *ita referspit Ulpianus ibidem l.* 2. *§. vlt. Eos enim qui quæstus causa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in Scenam prodeuntes, famosos esse Pegasus & Nerua filius responderunt. Atque adeò etiam intelligi debet locus hic Tertulliani dejs, qui quæstus gratia in Circum quadrigarij, in Scenam scenici, in Xystum Xystici aut in harenam prodibant harenarij. Nam Ministros ludorum sacrorum, qui à quibusdam etiam appellabantur generali nomine Agitatores, Tymelici, Xystici, ignominiosos non haberi responditse Sabinum & Cassium idem Ulpianus eodem lib. tradit leg.* 4. *titulo supradicti.*

173. & capitis minutione.] *Hæc quoque phrasis Iurisconsultorum, apud quos est Digest. libro* 4. *Tit.* 5. *De capite diminutis. Atqui quum teste Paulo libro* 2. *ad Sabinum vtsilicet legitur l. vlt.* Capitis diminutionis *tres sint genera, maxima, media, minima*; *tres enim esse qua habemus libertatem, ciuitatem, familiam*; *quæ quum omnia amittimus, maximam esse* capitis diminutionem; *cim etiam amittimus ciuitatem, mediam*; *cum familiæ tantum mutatur, minimam: Videtur, hic impropriè accipi* capitis minutio *ab Auctore, pro*: famæ diminutione, *atque hinc vocari à Cassiodoro Variarum libro* 7. *capite* 35. *fama deminuta. Nam neque ciuitate pulsi sunt nisi ad tempus ab Augusto* (*vti est apud Suetonium Oct. cap.* 41.) *neque in seruitutem redacti, Senatu tamen moti & omnibus honoribus, vt sequitur, quæ infames.*

174. arcentes curia, rostris, Senatu, Equite, ceteriſque honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta peruersitas.] *ita omninò legendum, pro eo quod erat mendosè*: ac ornamentis quibusdam. Quanta peruersitas. *Quod autem* Senatu *arcerentur, patet ex Suetonio in Cæsare cap.* 39. *Munere*(*inquit*) *in foro dimicauit & Calpenus Senator quondam*; *ac si ducat, antea quidem Senator, at nunc minimè. Clarissimum ex eiusdem Ossuio capite* 43. de Equite. *Ad Scenicas* (*inquit*) *& Gladiatorias operas, & Equitibus Romanis aliquando vsus est*; verùm prius quàm Senatusconsulto interdicetetur. *Undepatet sub Augusto tale Senatusconsultum editum, ad quod hauddubie Auctor alludit. De quo plura apud Petrum Fabrum Præsidem Tholosanum Semestrium libro* 1. *capite* 20. *sinon fallit memoria. nam nunc ad manum non erat liber. Atqui de* Curia *vide Adnotat. nostras in Apologg. capite* 39. *numero* 511. *& de* Rostris *in B. Cypr. Sapeditam Epist.* 2. *numero* 5. *Reliqua notiora sunt.*

CAP. XXIII.

175. Quum igitur humana recordatio, &c.] *Titulum hinc capiti dedimus*: Quòd si humana, multo magis diuina iustitia in Spectaculorum artifices animaduertat. *Et comprobat ipsiusmet apse singulis scripturis.*

176. coloratus vt leno.] *De coloribus equorum in ludis Circensibus supra affatim diximus capite* 9. *Hic indicat etiam Aurigas seu moderatores equorum* (*nam vtroque nomine appellantur à Cassiodoro Variarum libro* 2. *capite* 9.) *etiam diuersis coloribus vsos, & à coloribus singulas nomen sumsum habuisse factiones diuisas in partes & populos. Hæc pertinet illud eiusdem Cassiodori lege* 3. *epist.* 51. *Transit* Prasinus, *pars populi mœret* ; *procedit* (*nam sic lege, pro eo quod erat*: *praecedit*) Venetus, *& postea turba ciuitatis affligitur. Similiter de* russeo *& albo* auriga *dicere licuit. Quin quod etiam Scenicos Pantomimos diuersis ejusdem coloribus vsos significet idem Cassiodorus l.* 1. *epist.* 27. *& c.* 33. Partis (*inquit*) Prasini *insinuatione comperimus* (quoniam hoc introductum est vt populi de colore vocitentur) *seditionet turbulentas* (*sic enim corrige, pro*: turbulenta) *à quibusdam scelleratiss. incitari, & causam lætitiæ publicæ ad furoris certamina peruertisse. Quapropter, &c. à vobis* Prasini Pantomimi *constituatur, &c. Eodem pertinet illud Antonini Imperatoris in vita sua*: τὸ μὲντοι θρέψασθαι, μὲντοι βεβιῶσαι, μὲντοι παμμάλδεως: *intelligent eos qui factioni fauebant* Prasinæ *aut* Venetæ. *Item* Prasini *agitatoris memnit Suetonius in Nerone capite* 22. *& Spartianus, qui Neronem* Prasinæ *factioni fauisse tradit. Item quòd Domitianus duas Circensibus gregum factiones auratis purpureisque pannis ad quatuor prisinas addidit*; *apud eundem cap.* 7.

177. qui vultus suos nouacula mutat, &c.] *De his abunde libro. de Pallio supra capite* 44. *numero* 62. *Quod autem addit*: infidelis erga faciem suam; *latius explicat B. Cyprian. de Disc. & habit. virg. tamquam peccetur contra Dei similitudinem, ad quam nos factos Geneseos* 1. *scriptura dicit.*

178. quam non contenrus Saturno & Isidi & Libero proximam facere.] *Significat auctor depingi solere imberbes* Saturnum, Isidem, & Liberum, *quod ex diuersis Numismatibus Gulielmus Gyraldus, libello suo de facie in orbe luna apparente, quòdque castratus à Ioue filio traderur, euincendo carere barba solent. De* Isde, *quòd Dea fuerit, nihil difficultatis. Alludit fortasse etiam ad eius sacerdotes, qui non barbam modò, sed & capus solent rasitare.* Liberi *denique simulacrum* (*Macrobio teste*) *partim puerili, partim iuuenili ætate pingebatur: ad quæ Auctor respexit*: nam raiora erant barbata *species.*

179. insuper contumeliis alaparum sic objicit, &c.] Mimi enim (*vti adnotat loco supracitato Turnebus*) *in Theatralibus spectaculis quum dabantur, alios* Mimos *ad risum excitandū alapis eadere solebant. Alludit autē ad præceptum Domini, seu monelam, vti commodius libro de Patient. capite* 8. *loquitur* (*de quo alibi latius.*) *Verberanti te in faciem etiam alteram genam tribue.*

180. Sic & Tragœdos cothurnis extulit.] *De* cothurnis *diximus aliquid in Epist. B. Cypriani* 2. *numero* 29. *Formam verò eiusmodi calceorum tradit Cassiodorus Variarum l.* 4. *epist. vlt.* Tragœdia (*inquit*) *ex vocis vastitate nominatur, qua concauis repercussionibus roborata, talem sonum videtur efficere, vt penè ab homine non credatur exire. Erigitur autem in hitcinos pedes, qua si quis inter pastores tali voce placuisset, capro munere donabatur.*

181. Iam verò ipsum opus personatum, &c.] Persona (*inquit Plin. libro* 12. *cap.* 14.) *adjuctur capiti, densiore vesiculo. Hic autem pertinent qua supra dixit num.* 149.

182. maledictum esse qui muliebribus vestietur.] *Hunc locum imitatus est B. Cypr. epist.* 61. *ad Euchratium de Hystrione, vbi facit ad intellectum eius quod hic dicitur*: qui etiam muliebribus curatur, *quod ibi legitur*; *sed & gestus quoque turpes & mollet & muliebres magisterio impudicæ artis exprimere. quo sit vt corruptum putem illud*: curatur, *& legendum censeam*: curat. *nam Plautus Trinummo*, curare *rebus publicis dixit, deinde Auctoris vsitatum* procurare *cum Datum ostendimus lib. ad Scapulam capite* 4. *n.* 34. *&* curare *similiter, Apolog. cap.* 46. *num.* 575.

183. & aurium fungos.] Fungum *adnotat vbi supra Turnebus, appellari à similitudine in* auribus *pugilum tuber prominens ex ictibus crebrum.*

Cap. xxiiii.

184. Quot adhuc modis perorabimus, &c.] *Inscriptissimum huic capiti simili quo 4. capite supra titulo*: Quòd in baptismo Spectacula eieraumus, & Christiani agnoscamur de repudio eorundem; *nam idipsum latius hic repetit. quod & facit eum imitatus B. Cyprian. Sapeditæ epist. 2. Nos autem omnino legimus*: Quot modis, *pro eo quod corruptiss. legabatur* Quod, *in Lugdunensi editione.*

185. aduersus quam in signaculo fidei eieramus.] *Latius hac de re lib. de Baptismo. Vox autem*: eierare. *vsitata est ab Auctore, pro*: abiurare; *& lib. de Pallio cap. 4. & Apolog. & de Cor milite*, vbi eierare patrem & matrem dicit. *Ad quem locum recte Rhenanus* Eierare *sive* eiurare, renuntiare *est & abdicare. Unde illud apud Tacitum*: Eiuraro magistratu. *Sic etiam paulo inferius*: semel iàm in sacramenti testatione eierati. *Cui simile est quod hic subjungit*: Ceterùm nónne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? *Quam* Conrestationem nuncupat *supra cap. 4.* qua renuntiasse nos diabolo & pompæ & angelis eius ore nostro contestamur. *Pertinet etiam huc illud B. Hieronymi ad Gerontiam, de Monogamia Hierophanta apud Athenas* eierat (*seu, vt alij legunt*: eiurat) *virum. Qua de re vide etiam infra Tom. 3. lib. de Præscript. adv. hær. cap. 33. num. 185. Aliquid de Proverbialibus formulis*: Proijcere arma, & desistuere signa & sacramenta, *vide nostra Prolegomena.*

Cap. xxv.

186. An ille erecogitabit eo tempore de Deo, &c.] *Huius capitis titulum scribimus*: Quòd de Deo cogitare non possit in Spectaculis posirus.

187. scinillas libidinum conflabellant.] *Elegans compositio vocis*: conflabellant, *metaphora sumpta ab ijs, qui flabello scintillas quamminimas exiguas in ignem excitant.*

188. & Spongias Retiariorum.] Spongijs (*inquit Turnebus vbi supra*) Retiarij *ad siccandum vulnerum sanguinem & reprimendum vitebantur, cum sæpenumerò vsu venirent, vt cum Virgilius aliisque bestijs, aut tum Myrmillonibus depugnantes vulnerarentur, vt pote non satis adeò firmis eos munitis, cum tot in retis intexendo intenti essent.* Retiarius autem (*Isidoro teste vbi supra cap. 54.*) *ita dictus ab eo armatura genere, quod in Gladiatorio ludo contra alterum pugnantes occulè ferebant, rete, quod iaculum appellatur, vt aduersarium cuspide insistente (jeu potius infixo) operirent, implicitúmque viribus superarent; qua armatura pugnabat Neptuno Tridentis causa. Inseruit Caius Cæsar etiam cæterius Asserum Campanorúmque pugilum, vti est apud Sueton. cap. 8.* Secutor *verò* (*vt idem habet Isidorus cap. 55.*) *ab insequendo* Retiarium *dictus. Gestabat enim cuspidem & massam plumbeam, quæ aduersum iaculum impediret, vt antequam ille feriret rete, iste superaret. Hæc armatura sacrata erat Vulcano; ignis enim semper insequitur, ideóque cum* Retiario *componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt. Atqui eundem fuisse cum* Secutore Myrmillonem *patet, ex ille Quintiliani lib. 6. cap. 3. Et Pedo* (*inquit*) *de* Myrmillone *qui* Retiarium *consequebatur, nec feriebat, Vnum, inquit, capere vult.* Thrax *econtrario videtur idem fuisse cum* Retiario, *ex illo Ciceronis de Prouinc. cons. Rex* (*inquit*) *Ariobarzanes Consulem vestrum ad eadem faciendam tanquam aliquē* Thracem *conduceret, quippè qui oculis* (*vt modo diximus*) *ferire soleant. Addit autem ibidem Isidorus* (*vt omnia perstringam eadem opera Gladiatorum genera*) Equestrem *ludum cap. 53. qui Martis ob duellum sacrabatur, quale per Thessalos equites exhibuit Claudius apud Sueton. cap. 21. & cap. 56. Laqueatorum pugnam addit Isidorus, quorum erat fugientes incitō laqueo impedites prosternere, (nam sic lege, pro*: prosatre) *amictus umbone pellitos. Denique. 57. Velitum, qui vltrò citróque tela obiectabant. sic dicti rum sive à velitatione, sive à civitate Hetruscorum Velite.*

189. de cœlo (quod aiunt) in cœnum.] *Videinter Proverbiales formulas Prolegomena nostra.*

190. illas manus quas ad Dominum extulcris.] *De manibus ad dominum extolli consuetis in sacrificio Christiano, vide libro de Orat. capite 3. & Adnotat. nostras ibidem num. 1. & 31.*

191. ex ore quo Amen in sanctum protuleris, &c.] *Eo quod addatur* τὸ ἀμὴν ἀμὴν alij dicere quam Christo, *videtur lequs de Sacerdotibus, quos non pudebat Spectacula frequentare, quod etiam confirmatur ex præcedentibus verbis* exclamationes ille alicuius Prophetæ retractabit; *ac*: Psalmum secum comminiscetur, *quæ magis in illos quàm Laicos competunt. Atqui similem locum Irenæi quoque de illo* τὸ ἀμὴν *adnotaumus ad dictum lib. de Oratione num. 1. vbi de reliquis Missæ ceremonijs latissimè.*

Cap. xxvi.

192. Cur ergo non eiusmodi, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus*: Quòd dæmonijs fiant penetrabiles qui Spectacula adeunt.

193. Itaque in exorcismo, &c.] *De* Exorcismo *vide infrà libro de Baptismo, quæ etiam præmitti iam ab initio Ecclesiæ consuevit. Est autem exemplum, quod merito à Spectaculis deterrere debeat, ictus etiam id quod sequitur*, de linteo in somnis ostenso.

194. quid vitæ & morti.] *Quum istud non addatur apud Apostolum videtur aliudere ad illud Ecclesiastici 33. Contra mortem vita. Videdisputationis libro de Idolatria capite 13. n. 85.*

Cap. xxvii.

195. Odisse debemus istos conuentus, &c. *Titulum dedimus huic capiti*: Quòd odisse debeamus istos conuentus, in quibus nomen Dei blasphematur.

196. quotidiani in nos Leones expostulantur.] *Quæ de re aliquid diximus Apolog. capite 40. num. 324. ad illud*: Christianos ad leonem. *Quod ipsum ijdem verbis repetitur libro de Resurr. carnis. Paulopost lege ex MS.* Sint dulcia licet *pro eo quod erat corrupte*: licebit.

197. & benè saporatis.] *Similiter alicubi Animianus*: Invica (*inquit*) *inuenis sunt aspera, vt neque igni neque* saporatis *indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semitrucidatis pectoris carne vescantur. Atque adeò accedit sententiæ Turnebi. adu. l. 28. capite 45. vt simliter legi debeat apud Marcellum.*

Melle *saporatam* & medicatis frugibus offam.

Melle enim (*vt ille rectè admonuit*) *veteres in omni opere dulciario vti solisi, quum saccarum prisci non nouerint*: *pro quo etiam fatti Auctor, eo quòd paulopost sequatur* stillicidia mellis. *Legimus autem*: Ita & diabolus lethale quo conficit; *pro*: quod.

198. de libacunculo venenato.] *Ego sic omninò scribendum existimo, pro*: liuacunculo; *à* libando *derivetur vox noua.*

Cap. xxviii.

199. Per suauitatem faginentur eiusmodi, &c.] *Caput hoc tali titulo inscribimus*: Quòd à Christianis nulla debeat in hoc fœculo concupisci voluptas.

200. immò nimium fastus, si hoc existimas voluptatem.] *Paulo aliter, sed in eandem sententiam* (*quandoquidem etiam Philosophorum auctoritate nitatur*) *Lactant. l. 6. c. 20. Dem* (*inquit*) *idcirò virtutem dedit, vt expugnaret ac vinceret* voluptatem, *eámque egredientem, fines sibi datos intra præscriptum coërceret; ne hominem suauitatibus delinitum & captum ditione sua subyceret, ac sempiterna morte multaret.* Voluptas *oculorum varia & multiplex est, quæ capitur ex aspectu rerum quæ sunt in vsu hominum, vel natura, vel opere delectabiles. Hanc Philosophi* (*Architas nempè, Cato, Cicero*) *retiss. sustulerunt. Aiunt enim multo esse præclarius, & homine dignius, cœlum potius quàm cœlata intueri.*

201. Philosophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati. &c.] *Fortasse alludit ad Epicureos, qui quum summum bonum* voluptatem *dicerent, eam interpretatur Auctor*

Apolog. cap. 38. animi æquitatem *ex Cicer. l.* 1. *de Fin. bonorum. Eodem pertinet quod habet Lactantius l.* 3. *c.* 7. *Epicurus summum bonum & voluptate animi esse censet ; item illud de. sequ. apud eandem : Sapiens ergo non fuit, qui summum bonum credidit voluptatem, quoniam sine illa securus est (quam Aulor* quicquam & tranquillitatem *vocat) sine gaudium, communis est omnibus.*

202. Metas.] *Septem* Metis (*inquit Cassiodor. Variarum l.* 3. *c.* 51.) *omne certamen peragitur, in similitudinem hebdomadis reciprocæ. Ipsæ verò* Metæ *secundum Zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas ad instar Solis celeres Quadrigæ perrugantur. Arcet as pro inde (vt adnotauit Viues ad B. Augustin. l.* 2. *de Ciuit. Dei. c.* 6.) *non paruas in equi rotisque flectendo ad finem* Metarum, *ne posterior dexteritate flectendi priorem anteueriet. Atque adeò huc pertinet illud Propertij:*

Haud priùs infecto depositi præmia curſu,
Septima quàm *Metam* tulerit tantè rota.

Et illud Suetonij in Domitiano cap. 4. *supracitato ; Circensium (inquit) die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatijs ad quina corripuit. Qui* etiam *tradit in Claudio cap.* 21. *quòd Circum Maximum marmoreis carceribus (erant carceres, quibus equi cœrcebantur nelongius progrederentur, Iſidoro teste ſepedicto lib. c.* 32. *atque xij. numero, vti ex supradicta Circi descriptione manifestum est) auratisque* Metis, *quæ vtrasque & tophina (id est ex vili tophio lapide) & ligneæ antea fuerant, excoluerit. Quò hauddubiè spectat illud B. Cyprian. lib. de Spectac cap. vlt. Quod* Theatrum (inquit) *humanis manibus exstructum operibus Dei poterit comparari? Magnis licet lapidum molibus exstruatur, crusta sunt montium, & auro licet tecta lacunaria refulgeant, astrorum fulgore vincentur. Sunt autem qui scribunt (& consentit dicta descriptio)* Metas *extructas fuisse in formam coni, seu strui alicuius in acutum cendentis ; ita dictas, quòd in dimenso spatio sint constitutæ. Atqui septem hæc spatia circum* Metas (teste *Isidoro vbi suprà capite* 37.) *erant singulantur. Atque hoc est quod dicit Plinius libro* 36. *capite* 17. *Est vilissima creta, qua Circum præducere ad victoriæ nostræ instituerunt maiores. Quod quomodo factum, Cassiodorus loco citato memorat : Albi (inquit) lineæ non longè ab ostijs in vtrumque podium quasi regula directa producuntur, vt quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum semper properè conantur elidere flectendi voluptatem, viderentur populis abrogare. Qui* Podium *vtrumque vocat locum spectaculis accommodatum instar pulpiti exporrecti, vt commodius spectare liceret.*

Cap. xxix.

203. Iam nunc si putas, &c.] *Contrarium præcedenti titulum hic posuimus :* Quòd longè maiores voluptates à Deo contributas habeamus. *quale quod habet etiam B. Cypr. vlt. cap. l. de Spectacul. præterquam quòd alias voluptates recenseat, quas licet capere ex faculi huius cursu longè latius.*

204. quàm Dei patris & Domini reconciliatio, &c.] *Ista periodus ad beneficia Baptismi pertinet, de quibus omnibus latius lib. de Baptismo.*

205. quòd calcas Deos nationum, &c.] *Illud ad Gratianum diuisiones pertinet, de quibus Apost. 1. Cor.* 12. *Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, quo* calcat (*vt Tertull. inquit*) Deos gentium; *alij fides sive operatio virtutum in eodem spiritu, qua* dæmonia expellit; *alij gratia sanicatum, qua* medicinas facit; *alij prophetia, qua* reuelationes petit; *alij discretio spirituum, qua* Deo viuit.

206. in his tibi ludos Circenses, &c.] *Pulchrè hic ad mores Christianos accommodat ea quæ ad* Circenses ludos *spectant*, cursus, tempora, metas, societatis signum, tubam, & palmam denique. *de quibus omnibus alicubi suprà, exceptis temporibus. Quò pertinere videtur illud Cassiodori Variarum lib.* 3. *epist.* 51. *Nec vacat (inquit) quòd viginti quatuor mensibus candida hiems certaminis expeditur, vt diei noctisque horæ cali numero claudorentur. Quod ipsum quum obscurum sit, videtur sentire quòd singulis viginti quatuor mensibus renouari soleant* ludi Circenses.

207. Si Scenicæ doctrinæ delectant, &c.] *De hic suprà latè num.* 153. *Hic præterea exprimit in Scena vitæ* [illegible]*teras* versus, sententias, cantica, voces, fabulas, & strophas, *& contrario exhortatur ad cantica Ecclesiastica, quemadmodum etiam B. Chrisost. hom.* 2. *in Matth. de quibus aliquid diximus initio libri de Oratione num.* 1. *& plura Apolog. cap.* 39. *num.* 520. *quemadmodum & de sacrarum litterarum* commemoratione *ibidem num.* 501.

208. Vis & pugillatus & luctatus? &c.] *Plurali numero vsurpat vtrumque.* Pugillatus *autem voce vsitur & Plautus* Captiuis, & Luctatus *Plinius libro* 8. *capite* 12. *& libro* 32. *capite* 2. *Est autem similis locus apud B. Chrisost. hom.* 31. *in Ioannem, & in Pschemachia Prudentij, vbi adpicere est*, impudicitiam *seu libidinem* à castitate *seu pudicitia* deiectam; perfidiam *siue Idololatriam* cæsam à fide; scuitiam *ira nimisè* à misericordia, *quam patientiam ille vocat*, contusam: petulantiam *demique luxuria titulo*, à modestia, *quæ & sobrietas*, obumbratam. *Sic enim lego prorsus pro eo quod erat:* adumbratam.

209. Vis autem & sanguinis, &c.] Sanguinis *à Christo effusi memoriam obijcit sanguinarijs voluptatibus.*

Cap. xxx.

210. Quale autem Spectaculum in proximo est, &c.] *Postremum hoc caput inscripsimus :* Quòd multo ampliora Spectacula sint Christianis iudicij die exspectanda. *Quem quomodo Tertullianus in proximo esse dicat, alibi, ni fallor, libris aduersus Marcionem latiùs, ne hic prolixiores simus. B. Cyprian. sub finem libri de Spectaculis, hortatur Christianos ad* Spectacula *miraculorum cœlesti & redempti mundi, nisi quòd etiam addat postremo loco, diabolum illum qui totum detriumphauerat mundum, sub pedibus Christi iacentem spectandum iri; quod hic etiam infrà insinuat.*

211. quale regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Ierusalem?] *Illud fortassis ad errorem Millenarium pertinet, de quo latiùs inter errores Tertulliani nostros in Prolegomenis, quemadmodum & illud quod subijcit :* de tot sæculi natiuitatibus.

212. Item Præsides, persecutores Dominici nominis, &c.] *Tum ex hoc loco cum ex superiori, de quo suprà num.* 146. *patet librum hunc in ipsa persecutione Christianorum conscriptum fuisse. Legimus autem ex MS.* insultantibus contrà Christianis *pro eo quod erat corruptiss.* Christianos.

213. quibus auimas aut nullas, &c.] *De duobus his Philosophorum erroribus latiùs lib. de Anima, & de Resurr. carnis, aliquid etiam diximus de posteriore, Apolog. integro capite* 48.

214. non ad Rhadamanti, nec ad Minois.] *De his etiam diximus Apolog. cap.* 23. *num.* 368. *vbi similis est locus.*

215. non in gymnasijs.] Gymnici ludi *locus (inquit lib.* 18. *suprà dicto Iud. cap.* 17.) Gymnasium *dicebatur, vbi exercebantur Athletæ, & eursorum velocitas comprobabatur : ita dictum, quòd iuuenes nudi exercerentur. Hinc accidit, vt omnium propè Artium exercitia* Gymnasia *dicantur. Sic & Cassiodorus Variarum lib.* 5. *epist* 23. *Ostentent (inquit) iuuenes nostro bellu, quod in* Gymnasio *didicere virtutis : Schola Martia mitat examina.*

216. Hic est ille (dicam) fabri aut quæstuarij filius,] *Omnino sic lego, pro :* quæstuariæ. *Neque enim legitur vsquam Christus nisi* fabri filius, *nempè Matth.* 13. *vbi vox Græca non modo* fabrum, *sed & quæstuarium significat. Atqui de* Discentibus, *pro discipulis, alibi.*

217. vel hortulanus detraxit, ne lactucæ fuæ frequentia commeantium læderentur.] *Ironia hæc videtur irridere aliquem illorum hæreticorum, qui Christum verè passum negant, Marcionem nempè, Cerdonem eius magistrum, & ante eos Basilidem, & Simonem Magum.*

218. & vtraque cauea.] *Intelligit* caueam *& Theatri, & Amphitheatri. De* Cauea *Theatri Scauri meminit & Plinius*

nim l. 36. c. 17. & mediæ caueæ *mentionem facit Suetonius in Claudio cap. 21. & Virgilius dixit : totum* caueæ *consessum. Quos omnes videntur accipere* caueam *pro altera parte Theatri, in qua erat consessus spectantium ; & similiter Cassiodorus l. 4. Variarum epist. 51. his verbis ; Caueas illas saxo pendentibus absidatas, ita sunt vtrinque absconditis in formas pulcherrimas conuenisse, vt cryptas magis excelsi montis crederes, quàm aliquid fabricatum esse indicares. Sic etiam Cicero lib. de Senect. de eo qui in prima* caueâ *spectat, & eo qui in vltima. Verùm Auctor hoc loco & Chrysost. hom. de Kalendis, item Augustin. l. 1. de Consens. Euang. c. 30.* Caueam *accipunt pro area in medio Theatri aut Amphitheatri, ad imitationem* caueæ *ferarum vndique clausæ, primùm clanstris seu claustris ligneis, deinde ferreis, denique & cæmentitiis, vt suprà diximus c. 8.*

ARGVMENTVM LIBRI DE IDOLOLATRIA
Per Iacobvm Pamelivm.

POst *librum de Spectaculis æditum (vti infrà patet cap. xiij.) quantumuis adhuc durante perfectione, cupiens Tertullianus etiam reliquas Idololatriæ species in vniuersum tollere hunc sibi conscribendum putauit, ne diutiùs Christiani ignorantia crassa laborarent, existimantes in solo Idolorum cultu Idololatriam consistere.*

Imprimis autem docet omnia crimina in Idolalatriæ crimine, & in omnibus Idololatriam deprehendi. I.

Deinde in multas venas eam defundi, & multifariam seruos Dei subuertere. II.

Ita ad originem Idololatriæ, & interpretationem vocabuli descendens, Idola esse ostendit habenda, non solùm hominis effigie consecrata, sed quæcumque simulacra. III.

Agens deinde aduersus confectores Idolorum Christianos, ostendit tam fieri quàm coli prohibita Idola. IIII.

Neque se excusare illos posse prætextu operationis manuum ab Apostolo præscriptæ, quæ intelligitur de Artibus quas Ecclesia Dei recipit, neque à Deo sunt prohibitæ. V.

Maximè quòd renuntiantes Diabolo & angelis eius, illis repudium dixerimus; quippè quibus plures Deos, eósque falsos facto confiteantur, atque adeò eosdem colant, qui faciunt vt coli possint. VI.

Quòd denique zelus fidei prohibeat Christianum ab Idolis in Ecclesiam venire, adrollere ad Deum Patrem manus matres Idolorum, his manibus adorare, eáque admouere corpori Domini quæ Dæmonijs corpora conferunt; multò verò magis in Ordinem Ecclesiasticum adlegi artifices Idolorum, quorum manus potius amputandæ, quibus quotidie corpus Christi lacessunt, quibus Domini corpus scandalizatur. VII.

Eandem esse rationem fabricæ templi, aræ, ædiculæ, domus, in honorem Idolorum, siue expressionem in bracteæ, aut insignibus eorundem. VIII.

Deinceps Professiones Astrologorum, Mathematicorum, Magorum, Idololatriæ obnoxias esse tradit. IX.

Item & Ludimagistros, cetérosque litterarum professores adfines esse multimodæ Idololatriæ, qui eorumdem solemnia obseruent, quum etiam fidelium sit magis discere quàm docere litteras. X.

Quin etiam negotiationes mercium earum, quæ ad Idololatriam pertinent. XI.

Et verò necessitates humanas minimè prædicta omnia excusare, quòd fidei semel obsignatæ sint contraria, atque adeò propter Dominum derelinquenda Apostolorum exemplo. XII.

Porrò non solùm à sacrificijs & sacerdotijs Idolorum & Spectaculis (de quibus alio volumine) sed & à festis illorum diebus abstinendum, etiam extraordinarijs. XIII.

Neque in his placere nos ethnicis posse, vt eos lucrifaciamus, quòd nomen Dei blasphemetur, quando Saturnalia, Ianuaria, idque genus alia à Christianis frequentantur; quum ipsi econtrario non octauo quoque die Dominicum diem, non Pentecosten, immò nullam Christianorum solemnitatem obseruent. XIIII.

Immò neque sollemnibus Cæsarum tabernas, seu ianuas Christianorum lucernis ornandas, aut laureis coronandas, tum quòd omnis Idololatria ab hominum cultura cœperit, & ipsos Deos Nationum homines retrò fuisse constet, tum quòd & Ostiorum dij varij apud Romanos, tum denique quòd Magistratibus subditos quidem esse oporteat, sed intra limites Christianæ disciplinæ. XV.

XVI. *Aliud esse iudicium de communibus aut priuatis solemnitatibus & Sponsalium, & nuptiarum, nisi quis interfit illorum Idolorum sacrificijs.* D

XVII. *Neque verò etiam seruis licere ministros esse Idololatriæ.*

XVIII. *Omnem item superfluum vestium ornatum & honorum apparatum, maximè qui idololatriæ dicatus sit, ab initio in diaboli pompa damnatum esse.*

XIX. *Item & militiam, cui necessitas sit immolationum vel capitalium iudiciorum, eámque in qua militandum sit sub signo diaboli, cui non conuenit cum signo Christi.*

XX. *Quum autem conuersatio diuinæ disciplinæ etiam verbis periclitetur, ne Idola Deos vocemus interdictum; item & deierationem omnem exempli gratia; Me Hercule, Me Dius fidius, & similia.*

XXI. *Perinde etiam esse, siue iuret quis per Idola siue ab alio adiuratus adquiescat, siue per litem dicat, Iupiter tibi sit iratus, siue respondeat: Immò tibi.*

XXII. *Æquè etiam benedici per Deos Nationum Christo initiatum non debere permittere; exempli gratia, si eleemosynam accipiens Deos suos propitios ethnicus imprecetur, respondendum, Dei caussa id factum esse.*

XXIII. *Postremò neque pecuniam ab ethnicis mutuantes Christianos iuratos cauere posse, quum æquè stylo & scripto, etiam alio dictante, atque verbo Christus negetur.*

XXIIII. *Epilogo denique breui concludit, inter hos scopulos, inter hæc vada & freta Idololatriæ, velificare debere fidem Dei tutam & securam.* E

Ceterùm hunc librum verè Tertullianicum esse, vel ex eo constat, quòd his verbis citet supradictum Spectaculorum librum c. xiij. De Spectaculis autem & voluptatibus eiusmodi, suum iam volumen impleuimus. *Viderunt etiam iam olim olim B. Cyprian. qui adinstar conscrisit librum de Idolorum vanitate, & B. Isidorus, qui Etymol. lib. 8. cap. vlt. verbis ipsis vtitur c. 3. huius libri, vbi agit de vocabuli Idoli interpretatione. Quòd itaque Trithemius & Politianus hunc præterierint, hinc factum, quòd nusquam exemplar MS reppererint. Certè Gagnæus sua æditione ex MS. Gallicò codice illum edidit, & post illum ex Britannico Lælandi codice quàm accuratiss. per Sigismundum Gelenium castigatus est, vsque adeò vt vix vllus hiatus, aut corruptus supersit locus. De qua eius diligentia tanto magis nobis congratulandum, quòd nullus etiam mihi MS. codex contingere potuerit. Nostris interim Adnotationibus haud parum illustratus, Deo fauente, nunc primum prodit.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE IDOLOLATRIA LIBER. F

CAP. I. PRINCIPALE crimen generis humani, summus seculi reatus, tota causa iudicij, Idololatria. Nam etsi suam speciem tenet vnumquodque delictum, & si suo quoque nomine iudicio destinatur, in Idololatriæ tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognosce, Idololatres, idem homicida est. Quæris quem occiderit? si quid ad elogij ambitionem facit, non extraneum nec inimicum, sed seipsum. Quibus insidijs? erroris sui. Quo telo? offensa Dei. Quot plagis? quoquot Idololatrijs. Qui negat Idololatren perisse, is negabit Idololatren homicidium fecisse. Proinde adulterium, & stuprum in eodem recognosces: nam qui falsis deis seruit, sine dubio adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est. Sic & in stupro mergitur. Quis enim immundis spiritibus operatus, non conspurcatus & constupratus incedit? Atque adeò scripturæ *Ezech. 23.* sanctæ stupri vocabulo vtuntur in Idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea est opinor, si quis alienum rapiat, aut alij debitum deneget, & vtique erga hominem admissa fraus maximi criminis nomen est. At enim Idololatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegans, & conferens alijs, vt fraudi etiam contumeliam coniungat. Quodsi tam fraus quàm stuprum atque adulterium mortem adferunt, iam in his æquè Idololatria de homicidij reatu non liberatur. Post talia crimina, tam

A tam exitiosa, tam dcuoratoria salutis, cetera quoque ad aliquem modum, & seorsum proinde dis-
posita, in Idololatria conditionem suam repræsentant. In illa & concupiscentiæ seculi. Quæ enim
Idololatriæ solennitas sine ambitione cultus & ornatus? In illa lasciuiæ & ebrietates, cùm plurimùm
victus & ventris & libidinis causa frequentantur. In illa iniustitia. Quid enim iniustius ea quæ iu-
stitiæ patrem nescit? In illa etiam vanitas, quum tota eius ratio vana sit: in illa mendacium, quum
tota substantia eius mendax sit. Ita fit, vt omnia in Idololatria, & in omnibus Idololatria deprehen-
datur. Sed & aliàs quum vniuersa delicta aduersus Dominum sapiant, nihil autem quod auersus Do-
minum sapiat, non dæmonijs & immundis spiritibus deputetur, quibus Idola mancipantur: sine du-
bio Idolatriam admittit, quicunque delinquit: id enim facit quod ad Idolorum [4] mancipes per-
tinet. [Sed [5] vniuersa nomina criminum discedant in operum suorum proprietates, remaneat Ido- CAP. II.
latria in eo quod ipsa est: sufficit sibi tam inimicum Deo nomen, tam locuples substantia crimi-
nis, quæ tot ramos porrigit, tot venas defundit, vt de hoc cùm maximè materia suscepta sit, quot
modis nobis præcauenda sit Idololatriæ latitudo. Quoniam multifariam seruos Dei nec tantùm ig-
norata, sed etiam dissimulata subuertit. Plerique Idololatriam simpliciter existimant his solis mo-
dis interpretandam, Si quis aut incendat, aut immolet, [6] aut polluceat, aut sacris aliquibus aut
sacerdotijs obligetur: quemadmodum si quis existimet adulterium in osculis, & in amplexibus, &
in ipsa carnis congressione censendum: aut homicidium in sola sanguinis profusione, & in animæ
ereptione reputandum. At enim Dominus quàm extensiùs ista diffinit certi sumus, cùm adulte- *Matth. 5.*
rium etiam in concupiscentia designat, si oculum quis impegerit libidinosè, & animam commo-
uerit impudicè: cùm [7] homicidium etiam in verbo maledicti vel conuicij iudicat, & in omni im- *Ibid.*
petu iræ, & in negligentia charitatis in fratrem. Sicut Ioannes docet homicidam esse qui oderit
fratrem. Alioquin in modico consisteret, & diaboli ingenium de malitia, & Dei Domini de disci- *1. Ioan. 3.*
B plina, qua nos aduersus diaboli altitudines munit, si in his tantùm delictis iudicaremur, quæ etiam
nationes decreuerunt vindicanda. Quomodo abundabit iustitia nostra super Scribas & Pharisæos, *Matth. 5.*
vt Dominus præscripsit, nisi abundantiam aduersarię eius, id est iniustitiæ perspexerimus? Quòd si
caput iniustitiæ Idololatria est, prius est vti aduersus abundantiam Idololatriæ præmuniamur, dum
illam non solùm manifestis recognoscimus. [Idolum [8] aliquandiu retrò non erat. Prius quàm CAP. III.
huius monstri artifices ebullissent, sola [9] templa & vacuæ ædes erant, sicut in hodiernum quibus-
dam locis vetustatis vestigia permanent. Tamen Idololatria agebatur, non in isto nomine, sed in
isto opere. Nam & hodie extra templum & sine Idolo agi potest. At vbi artifices statuarum & ima-
ginum, & omnis generis simulacrorum diabolus seculo intulit, rude illud negocium humanæ ca-
lamitatis, & nomen de Idolis consequutum est, & profectum. Exinde iam caput facta est Idololatriæ
ars omnis quæ Idolum quoquomodò edit. Neque enim interest, [10] an plastes effingat, an cælator
exsculpat, an Phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære,
an argento, an filo formetur Idolum. Quando enim & sine Idolo Idololatria fiat: vtique cùm
adest Idolum nihil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id solum Ido-
lum habendum, quod humana effigie sit consecratum. Ad hoc necessaria est vocabuli interpre-
tatio. εἴδωλον [11] Græcè formam sonat, ab eo per diminutionem εἰδώλιον deductum, æquè apud nos
formulam fecit. Igitur omnis forma vel formula Idolum se dici expossit. Inde Idololatria omnis
circa omne Idolum famulatus & seruitus. Inde & omnis Idoli artifex, eiusdem & vnius est criminis:
nisi parum Idololatriam populus admisit, quia [12] simulacrum vituli, & non hominis sibi consecrauit.
[13] Idolum tam fieri quàm coli Deus prohibet. Quanto præcedit vt fiat quod coli possit, tanto prius CA. IIII.
est ne fiat si coli non licet. Propter hanc causam ad eradicandam scilicet materiam Idololatriæ, lex *Exod. 32.*
C diuina proclamat: Ne [14] feceritis Idolum. Et coniungens, Neque similitudinem eorum quæ in
cœlo sunt, & quæ in terra, & quæ in mari. Toto mundo ciusmodi artibus interdixit seruis Dei. [15] *Ibid. 20.*
Antecesserat enim hoc prædicens Enoch omnia elementa, omnem mundi sensum, quæ cœlo,
quæ mari, quæ terra continentur, in Idololatriam versuros dæmonas, & spiritus desertorum ange-
lorum, vt pro Deo aduersus Dominum consecrarentur. Omnia igitur colit humanus error, præter
ipsum omnium conditorem. Eorum imagines Idola, [16] imaginum consecratio Idololatria. Quic-
quid Idololatria committit, in artificem quemcunque & cuiuscunque Idoli deputetur necesse est.
Denique idem Enoch simul & cultores Idoli & fabricatores in comminatione prædamnat. Et rur-
sus: Iuro vobis peccatores, quòd in diem sanguinis perditionis pœnitentia parata est. Qui seruitis
lapidibus, & qui imagines facitis aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & seruitis
phantasmatibus, & dæmonijs, & spiritibus infamibus, & omnibus erroribus non secundum scien-
tiam, nullum ab ijs inuenietis auxilium. Esaias verò: Testes, ait, vos estis, si est Deus absque me. Et *Isai. 44.*
non erant tunc qui fingunt & exsculpunt, omnes vani qui faciunt libita sibi, quæ illis non prode-
runt. Et deinceps tota illa pronunciatio, qua in artifices, qua in cultores detestatur, cuius clausula
est, [17] Cognoscite quòd cinis sit cor illorum, & errant, & nemo animam suam liberare possit. Vbi *Psal. 113.*
æquè Dauid, Et [18] tales fiant, inquit, qui faciunt ea. Et quid ego modicæ memoriæ homo vltrà
quid suggerem, quid recolam de scripturis; quasi aut non sufficiat vox Spiritus sancti, aut vltrà deli-

berandum sit, an male dixerit atque damnauerit Dominus ipsos priùs artifices eorum, quorum cul- D
CAP. V. tores maledicit & damnat? [19 Planè impensiùs respondebimus ad excusationes huiusmodi artifi-
" cum, quos nunquam in domum Dei admitti oportet si quis eam disciplinam norit. Iam illa obiici
" solita vox: Non habeo aliud quo viuam: districtiùs repercuti potest, Viuere ergo habes. Quid ti-
" bi cum Deo est? si tuis legibus. Tum quod & de scripturis audent argumentari: dixisse Apostolum, vt [20 quisque fuerit inuentus, ita & perseueret: possumus igitur omnes in peccatis perseuerare ex ista interpretatione. Nec enim quisquam nostrum non peccator inuentus est, cùm Christus
1. Cor. 4. non alia ex causa descenderit, quàm peccatorum liberandorum. Item: eundem præcepisse dicunt
1. Thess. 4. secundum suum exemplum, vt manibus vnusquisque operetur ad victum. Si hoc præceptum ab omnibus manibus defendatur, credo & [21 fures balneariorum manibus suis viuere, & ipsos latrones manibus agere quo viuant. Item falsarios vrique non pedibus, sed manibus operari malas litteras. Histriones verò non manibus solis, sed totis membris victum elaborare. Pateat igitur Ecclesia omnibus, qui manibus, & suo opere tolerantur, si nulla exceptio est artium quas Dei disciplina non recipit. Sed
NUM. 21. ait quidam aduersus similitudinis interdictæ propositionem, [22 Cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit? Scorsum figuræ quæ dispositioni alicui arcanæ præstruebantur, non ad erogationem legis, sed ad exemplarium causæ suæ. Alioquin si hæc vt aduersarij legis interpretemur, nunquid & nos, quod & Marcionitæ, inconstantiam adscribimus omnipotenti, quem illi hoc modo destruunt vt mutabilem, dum alibi vetat, alibi mandat? Si quis autem dissimulat illam effigiem æreiserpentis suspensi in modum, [23 figuram designasse Dominicæ crucis à serpentibus, id est ab angelis diaboli liberaturæ nos, dum per semetipsam diabolum, id est serpentem interfectum
1. Cor. 10. suspendit, siue quæ alia figuræ istius expositio dignioribus reuelata est, dummodò Apostolus affir- E
met omnia tunc figuratè populo accidisse: benè quod idem Deus qui lege vetuit similitudinem fieri, extraordinario præcepto serpentis similitudinem interdixit. Si eundem Deum obseruas, ha-
EXOD. 20. bes legem eius, Ne feceris similitudinem. Si & præceptum factæ postea similitudinis respicis, & tu
CAP. VI. imitare Moysen, Ne facias aduersus legem simulacrum aliquod, nisi & tibi Deus iusserit. [24 Si nullalex Dei prohibuisset Idola fieri à nobis, nulla vox Spiritus sancti fabricatoribus Idolorum non minus quàm cultoribus comminaretur: de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. Quomodo enim renunciauimus diabolo & angelis eius, si eos facimus? Quod repudium diximus his, non dico eum quibus, sed de quibus viuimus? Quam discordiam suscepimus in eos, quibus [25 exhibitionis nostræ gratia obligati sumus? Potes lingua negasse, quod manu confiteris? Verbo destruere, quod facto struis? Vnum Deum prædicare, qui tantos efficis? Verum Deum prædicare, qui falsos facis? Facio (ait quidam) sed non colo. quasi ob aliam causam colere non audeat, nisi ob quam & facere non debeat, scilicet ob Dei offensam vtrobique. Imò tu colis, qui facis vt coli possint. Colis autem non spiritu [26 vltissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio: nec anima pecudis impensa, sed animatua. Illis ingenium tuum immolas, illis sudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. Plus es illis quàm sacerdos, cùm per te habeant sacerdotem. Diligentia tua numen illorum est. Negas te quòd facis colere? Sed illi non negant, quibus hanc saginatiorem & [27 auratiorem & maiorem hostiam cædis, salutem tuam. [28 Tota dic ad
CAP. VII hanc partem zelus fidei perorabit ingemens Christianum ab [29 Idolis in Ecclesiam venire, de aduersaria officina in domum Dei venire, [30 attolere ad Deum patrem manus matres Idolorum, his manibus adorare quæ foris aduersus Deum adorantur, eas [31 manus admouere corpori Domini, quæ dæmonijs corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab [32 alijs manibus accipiant F
quod contaminant, sed etiam ipsæ tradunt alijs quod contaminauerunt. [33 Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices Idolorum. Prò scelus! Semel Iudæi Christo manus intulerunt, isti
[34 quotidie corpus eius lacessunt. O manus præcidendæ! Viderint iam an per similitudinem dictum sit, Si te manus tua scandalizat, amputa eam. Quæ magis amputandæ, quàm in quibus Do-
CA. VIII mini corpus scandalizatur? [35 Sunt & aliæ complurium artium species, quæ etsi non contingunt Idolorum fabricationem, tamen ea sine quibus Idola nil possunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt, an extruas vel exornes, si remplum, si aram, si ædiculam eius instruxeris, si bracteam expresseris, aut insignia, aut etiam domum fabricaueris. Maior est ciusmodi opera, quæ non effigiem confert, sed auctoritatem. Si ita necessitas exhibitionis extenditur, habent & alias species, quæ sine exorbitatione disciplinæ, id est, sine Idoli confectura opem victus præstent. Sic [36 albarius tector & tecta sarcire, & tectoria inducere, & [37 cisternam liare, &[38 cymatia distendere, & multa alia ornamenta præter simulacra parietibus incrustare. Scit & pictor & marmorarius, & ærarius, & quicunque celator, latitudines suas vtique multo faciliores. [39 Nam qui signum describit, quanto faciliùs abacum linit? [40 Qui de tilia Martem exsculpit, quanto citiùs armarium compingit? Nulla ars non alterius artis, aut mater, aut propinqua est. Nihil alterius vocat. Tot sunt artium venæ, quot hominum concupiscentiæ. Sed de [41 mercedibus & manuspretijs irrerest. Proinde interest & de labore. Minor merces frequentiore actu repensatur. Quot parietes signa desiderant? Quot templa & ædes Idolis ædificantur? Domus verò & prætoria & balnea & insulæ

quanę

A quantæ? [42] Soccus & baxa quotidie deaurantur, Mercurius & Serapis non quotidie. Suffician[t] ad quæſtum artificiorum, frequentiores omni ſuperſtitione luxuria & ambitio. [43] Lances & ſcyphos faciliùs ambitio, quam ſuperſtitio deſiderabit. Coronas quoque magis luxuria, quàm ſolemnitas erogat. Cùm igitur ad hæc artificiorum genera cohortemur, quæ Idolum quidem, & quæ Idolo competunt, non attingant, ſint autem & honiinibus communia ſæpè quæ & Idolis, hoc quoque cauere debemus, ne quid ſcientibus nobis ab aliquibus de manibus noſtris in rem Idolorum poſtuletur. Quòd ſi conceſſerimus, & non remedijs tam vſitatis egerimus, non puto nos à contagio Idololatriæ vacare, quorum manus non ignorantium in officio vel in honore & vſu dæmoniorum deprehenduntur. [44] Animaduertimus inter Artes etiam profeſſiones quaſdam obnoxias Idololatriæ. [45] De Aſtrologis neloquendum quidem eſt. Sed quoniam quidam iſtis diebus prouocauit defendens ſibi perſeuerantiam profeſſionis iſtius, paucis vtar. Non allego quòd Idola honoret: [46] quorum nomina cœlo inſcripſit, quibus omnem Dei poteſtatem addixit: quòd propterea homines non putant Deum requirendum, præſumentes ſtellarum nos [47] immutabili arbitrio agi. Vnum propono, Angelos eſſe illos deſertores Dei, [48] amatores fœminarum, [49] proditores etiam huius curioſitatis, propterea quoque damnatos à Deo. O diuina ſententia vſque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes teſtimonium reddunt! [50] Expelluntur Mathematici ſicut angeli eorum. [51] Vrbs & Italia interdicitur Mathematicis, ſicut cœlum & angelis eorum. Eadem pœna eſt exilij diſcipulis & magiſtris. [52] Sed Magi & Aſtrologi ab Oriente venerunt. Scimus Magiæ & Aſtrologiæ interſe ſocietatem. Primi igitur ſtellarum interpretes natum Chriſtum annunciauerunt, primi muneruerunt. Hoc nomine Chriſtum (opinor) ſibi obligauerunt. Quid tum? Ideò nunc & Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio? [53] De Chriſto ſcilicet eſt matheſis hodie, ſtellas Chriſti, non Saturni & Martis & cuiuſque ex eodem ordine mortuorum obſeruat & prædicat. At [54] enim ſcientia iſta vſque ad Euangelium fuit conceſſa, vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretetur. Nam & thus illud & myrrham & aurum ideò infanti tunc Domino obtulerunt, quaſi clauſulam ſacrificationis & gloriæ ſecularis, quam Chriſtus erat adempturus. Quod ijſdem Magis ſomnium ſine dubio ex Dei voluntate ſuggeſſit, vt irent in ſua, ſed alia non qua venerant via, id eſt ne priſtina ſecta ſua incederent: ne illos Herodes perſequeretur, qui nec perſecutus eſt etiam ignorans alia via digreſſos, quoniam & qua venerant ignorabat. Adeò viam rectam & diſciplinam intelligere debemus. Itaque magis præceptum, exinde aliter incederent. Sic [55] & aliam illam ſpeciem Magiæ quæ miraculis operatur, etiam aduerſus Moyſen æmulata, patientia Dei traxit ad Euangelium vſque. Nam exinde & Simon Magus iam fidelis, quoniam aliquid adhuc de [56] circulatoria ſecta cogitaret, vt ſcilicet inter miracula profeſſionis ſuæ etiam Spiritum ſanctum per manuum impoſitionem enundinaret, maledictus ab Apoſtolis de fide eiectus eſt: & alter Magus qui cum Sergio Paulo, quoniam ijſdem aduerſabatur Apoſtolis, luminum amiſſione multatus eſt. Hoc & Aſtrologi retuliſſent credo, ſi quis in Apoſtolos incidiſſet. Attamen cùm Magia punitur, cuius eſt ſpecies Aſtrologia, vtique & ſpecies in genere damnatur. Poſt Euangelium nuſquam inuenias [57] aut ſophiſtas, aut Chaldeos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos, niſi planè punitos. Vbi ſapiens, vbi[58] litterator, vbi conquiſitor huius æui? Nónne infatuait Deus ſapientiam huius ſeculi? Nihil ſcis Mathematice, ſi neſciebas te futurum Chriſtianum. Sin ſciebas, hoc quoque ſcire debueras nihil tibi futurum cum iſta profeſſione. Ipſa te de periculo ſuo inſtrueret, quæ aliorum [59] climacterica præcauit, Non eſt tibi pars neque ſors in iſta ratione. Non poteſt regna cœlorum ſperare, [60] cuius digitus aut radius abutitur cœlo. [61] Quærendum autem eſt etiam de ludimagiſtris, ſed & ceteris profeſſoribus litterarum. Imò non dubitandum affines illos eſſe multimodæ Idololatriæ. Primùm quibus neceſſe eſt Deos Nationum prædicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quæque eorum enunciare, tum ſolennia feſtáque eorundem obſeruare, vt quibus vectigalia ſua ſuppetant. Quis Iudimagiſter, ſi [62] non tabularia Idolorum, quinquatria tamen frequentabit? Ipſam [63] primam noui diſcipuli ſtipem Mineruæ & honori & nomini conſecrat, vt etſi non prophanatus alicui Idolo, verbotenus de Idolothyto eſſe dicatur, pro Idololatra vitetur. quid minus eſt inquinamenti eo quod præſtat quæſtus & nominibus & honoribus Idolo nuncupatus? [64] tàm Mineruralia Mineruæ, quàm [64] Saturnalia Saturni, quæ etiam ſeruiculis ſub tempore Saturnalium celebrari neceſſe eſt. Etiam ſtrenæ captandæ, & [65] ſeptimontium, & brumæ, & caræ cognationis honoraria exigenda omnia, flore ſcholæ coronandæ. [66] Flaminicæ & [67] ædiles ſacrificant Cereri, [68] ſchola honoratur ferijs. Idem ſit Idoli natali, omnis diaboli pompa frequentatur. Quis hæc competere Chriſtiano exiſtimabit, niſi qui putabit conuenire etiam non magiſtro? Scimus dici poſſe, Si docere litteras Dei ſeruis non licet, etiam nec diſcere licebit. Et quomodo quis inſtituetetur ad prudentiam interim humanam, vel ad quemcunque ſenſum vel actum, cùm inſtrumentum ſit ad omnem vitam litteratura? Quomodo repudiamus ſecularia ſtudia, ſine quibus diuina non poſſunt. Videamus igitur neceſſitatem litteratorię eruditionis, reſpiciamus ex parte eam admitti non poſſe, ex parte vitari, fideles magis diſcere quàm docere litteras capit. Diuerſa eſt enim ratio diſcen-

CAP. IX.

Gen. 6.

Matth. 2.

B

Exod. 7. Act. 8.

Ibid. 17.

1. Cor. 1.

Act. 8.

C CAP. X.

di & docendi. Si fidelis litteras doceat insertas Idolorum prædicatione, sine dubio dum docet, D
commendat: dum tradit, affirmat: dum commemorat, testimonium dicit.[69] Deos ipsos hoc no-
mine obsignat,[70] cùm lex prohibeat (vt diximus) deos pronunciari, & [71] nomen hoc in vano col-
locari. Hinc prima diabolo fides ædificatur ab initijs eruditionis. Quære an Idololatriam com-
mittat,[72] qui de Idolis catechizat. At cùm fidelis hæc discit, si iam sapit qui sit, neque recipit, ne-
que admittit, multo magis si nundum sapit. Aut vbi cœperit sapere, priùs sapiat oportet quod priùs
didicit, id est de Deo & fide. Proinde illa respuet nec recipiet. Et erit tam tutus quàm qui sciens ve-
nenum ab ignaro accipit, nec bibit. Huic necessitas ad excusationem deputatur, qui aliter discere
non potest. Tanto autem facilius est litteras non docere quàm non discere, quanto & reliqua scho-
larum de [73] publicis proprijs solennitatibus inquinamenta faciliùs discipulus fidelis non adibit,
CAP. XI. quàm magister non frequentabit. [74] Degenerabimus si cetera delictorum recogitemus, in pri-
mis cupiditatem radicem omnium malorum,[75] qua quidam irretiti, circa fidem naufragium sunt
passi: quamuis & Idololatria ab eodem Apostolo dicta sit cupiditas, tum mendacium cupiditatis
ministrum. Taceo de periurio, quando ne iurare quidem liceat. Negotiatio seruo Dei aptata est?
Ceterum si cupiditates abscedat, quæ est causa adquirendi: cessante causa adquirendi, non erit ne-
cessitas negotiandi.[76] Sit nunc aliqua iustitia quæstus secura de cupiditatis & mendacij obseruatio-
ne, in crimen offendere Idololatriæ eam opinor, quæ ad ipsam Idolorum animam & spiritum per-
tinet, quæ omne dæmonium saginat an non illa principalis Idololatria viderint si eædem merces,
[77] thura dico & cetera peregrinitatis sacrificium Idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medi-
cinalia,[78] nobis quoque insuper ad solatia sepulturæ vsui sunt. Certè cùm pompæ, cùm sacerdo-
tia cùm sacrificia Idolorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discur-
sibus negotiationibúsve instruuntur, quid aliud quàm procurator Idolorum demonstraris? Nemo E
contendat posse hoc modo omnibus negotiationibus controuersiam fieri. Grauiora delicta quæ-
que pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obseruationis, vt non ab his tantùm abscè-
damus, sed & ab ijs per quæ fiunt. Licet enim ab alijs fiat, non interest fi per me. In nullo necessa-
rius esse debeo alij, cùm facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo
curandum mihi esse ne fiat per me. Denique in alia causa non leuioris reatus prædiudicium istud
obseruo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, alijs ad eam rem nihil aut operæ aut conscien-
tiæ exhibeo. Nam quòd ipsam carnem meam à lupanaribus segregaui, agnosco me neque lenoci-
nium, neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. Sic & homicidij interdictio ostendit
mihi[79] laniftam quoque ab [80] Ecclesia arceri: nec per se non faciet quod faciendum alijs submi-
nistrat. Ecce magis proximum prædiudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem acce-
dat, permittes ei in eo negotio permanere? Aut si iam fidelis id agere susceperit, retinendum in Ec-
clesia putabis? Non opinor, nisi si quis & de thurario dissimulabit. Scilicet ad alios peruenit procu-
ratio sanguinis, ad alios odorum. Si antequàm Idolain seculo essent, his mercibus adhuc informis
Idololatria transigebatur, si & nunc fere sine Idolo opus Idololatriæ incendijs odorum perpe-
tratur, ecquid maioris operæ & erga dæmonia thurarius: nam faciliùs sine Idololatria quàm sine
thurarij merce. Ipsius fidei conscientiam perrogemus, quo ore Christianus thurarius si per tem-
pla transibit, quo ore fumantes aras despuet, & [81] exsufflabit quibus ipse prospexit? Qua constan-
tia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellariam præstat? Ille quidem si excluserit dæ-
monium, non sibi placeat de fide. Neque enim inimicum excluſit. Facilè debuit de eo impetra-
re quem quotidie pascit. Nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiatio, quæ quid aut instruen- F
dis aut formandis Idolis administrat, carere poterit titulo Idololatriæ: nisi si aliud omninò interpre-
temur, Idololatriam, quàm famulatum Idolorum colendorum. [82] Malè nobis de necessitatibus
CAP. XII. humanæ exhibitionis supplaudimus, si [83] post fidem obsignatam dicimus, Non habeo quo viuam.
Iam hic enim plenius illi abruptæ propositioni respondebo, Sero dicitur. Ante enim fuit deliberan-
dum ex similitudine prouidentissimi [84] ædificis illius, qui priùs sumptus operis cum viribus suis
supputat, ne vbi cœperit defunctus postea erubescat. Sed & nunc habes dicta Domini exempla adi-
mentia tibi omnem causationem. Quid enim dicis? Egebo. Sed fœlices egenos Dominus appel-
Matth. 5. lat. Victum non habebo: Sed [85] nolite, inquit, cogitare de victu. Et vestitus habemus exemplum
Matth. 6. lilia. Substantia mihi opus erat: Atquin omnia vendenda sunt, & egentibus diuidenda. Sed filijs
Ibid. & posteritati prouidendum. Nemo aratro manum imponens & retrò spectans aptus est.[86] Opera
Matth. 9. *Luc. 9.* conditionalis eram. Nemo duobus dominis seruire potest. Si vis Domini discipulus esse, crucem
tuam tollas, & Dominum sequaris necesse est, id est, anguſtias & cruciatus tuos,[87] vel corpus so-
Matth. 6. lum, quod in domum Christi est. Parentes, coniuges, liberi propter Deum relinquendi erunt.
Ibid. 16. De artibus & negotiationibus, & de professionibus etiam liberorum & parentum causa dubitas.
Marc. 10. Iam tunc demonstratum est nobis & pignera, & artificia, & negotia propter Dominum derelin-
Matth. 4. quenda, cùm Iacobus & Ioannes vocati à Domino & patrem nauémque derelinquunt. Cùm
Matth. 9. Matthæus de teloneo susceratur. Cùm etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. Nemo eorum quos
Matth. 8. Dominus allegit, Non habeo dixit quo viuam. Fides famen non timet. Sic etiam famem non

minus

A minus sibi contemnendam propter Deum, quam omne mortis genus. Didicit non respicere vitam, quanto magis victum? Quotusquisque hæc adimpleuit? Sed [88] quæ penes homines difficilia penes Deum facilia. Sic tamen nobis de mansuetudine & clementia Dei blandiamur, vt non vsq; ad Idololatriæ adfinitates necessitatibus largiamur. [89] Sed omnem adflatum eius vice pestis etiam de longinquo deuitemus, non in his tantùmq; præmisimus, sed in vniuersa serie humanę superstitionis, siue deis suis, siue defunctis, siue regibus mancipatæ, vt ad eosdem spiritus immundos pertinentis, modò per sacrificia & sacerdotia, modò per spectacula, & hoc genus, modò per festos dies. Sed de sacrificijs & de sacerdotijs quid loquar? De[90] Spectaculis autem & voluptatibus eiusmodi suum iam volumen impleuimus. Hoc loco retractari oportet de festis diebus, & alijs extraordinarijs solennitatibus, quas interdum lasciuiæ, interdum timiditati nostræ subscribimus aduersus fidei discipli*nam* [91] cõmunicantes nationibus in Idolicis rebus. De hoc quidem primo cõstitam, an cum ipsis quoque nationibus communicare in huiusmodi seruus Dei debeat, siue habitu, siue victu, vel quo alio genere lætitiæ earum. Gaudere cum gaudentibus, & lugere cum lugentibus, de fratribus dictum est ab Apostolo ad vnanimitatem cohortante. Ceterùm ad hæc, nihil communionis est lumini & tenebris, [92] vitæ & morti: aut scindimus quod est scriptum: Seculum gaudebit, vos verò lugebitis. Si cum seculo gaudemus, verendum est ne cum seculo & lugeamus. Seculo autem gaudente lugeamus, & seculo postea lugente gaudebimus. Sic [93] & Lazarus apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium consecutus, contrà diues in tormento ignis constitutus, alternas malorũ & bonorum vices æmula retributione compensant. [94] Sunt quidem dies munerum, quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel rependam alienum: si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu extraneus ab omni eorum vanitate, [95] quid participas Idolothyta solennia, quasi tibi quoque præscriptum sit de die, quo minus id quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra dici obseruationem luas, vel recipias, da [96] formam in quam velis agi tecum. Cur enim & lacteas, cùm ignorantia alterius tuam conscientiam contamines, si non ignoraris quòd sis Christianus, tentaris. Et contra conscientiam alterius agis tanquam non Christianus. Enimuerò etsi simulaueris, tentatus addictus es. Certè siue hac, siue illac, reus es confusionis in Deo. Qui autem confusus super me fuerit penes homines, & ego confundar super illo, inquit, penes patrem meum, qui est in cœlis. [97] Sed enim plerique iam induxerunt animo ignoscendum esse quandoque his quæ ethnici faciunt, ne [98] nomen blasphemetur. Porrò blasphemia quæ nobis omninò deuitanda est, hæc opinor est. Si quis nostrum ad iustam blasphemiam ethnicum deducat, aut fraude, aut iniuria, aut contumelia, aliáve materia dignæ querelæ, in qua nomen meritò percutitur, vt meritò irascatur & Dominus. Ceterùm si de omni blasphemia dictum est: vestri [99] causa nomen meum blasphematur perimus vniuersi. cùm totus Circus scelestis suffragijs nullo merito nomen lacessit, desinamus, & non blasphemabitur. Imò dum sumus, blasphemetur in obseruatione no in exorbitatione disciplinæ, dum probamur, non dum reprobamur, ob blasphemiam martyrij affinem, quæ tunc me testatur Christianum, cùm propter eam detestatur. benedictio est nominis, maledictio custoditæ disciplinæ. Si [100] hominibus inquit, vellem placere, seruus Christi non essem. Sed idem alibi iubet, omnibus placere curemus. Quemadmodum ego, inquit, omnibus per omnia placeo. Nimirùm [101] Saturnalia & [102] Kalendas Ianuarias celebrans hominibus placebat, an modestia & patientia, an grauitate, an humanitate, an integritate. Proinde cùm dicit. Omnia omnibus factus sum, vt [103] omnes lucrifaciam, nunquid Idololatris Idololatres, nunquid ethnicis ethnicus, nunquid secularibus secularis? Sed etli non prohibet nos conuersari cum Idololatris & adulteris & ceteris criminosis dicens, Ceterùm [104] de mundo exissetis: non vtique eas habenas conuersationis immutat, vt quoniam necesse sit & conuiuere nos & commiscere cum peccatoribus, ideò & cum eis peccare possimus. Ibi est commercium vitæ, quod Apostolus concedit: hic peccare, quod nemo permittit. Licet conuiuere cum ethnicis, commori non licet. Conuiuantius cum omnibus: conlætemur ex communione naturæ, non superstitionis. Pares anima sumus, non disciplina: compossessores mundi, non erroris. Quòd si nobis nullum ius est communionis in eiusmodi cum extraneis, quanto scelestius est hæc inter fratres frequentare? Quis hoc sustinere aut defendere potest? Iudæis dies suos festos exprobrat Spiritus sanctus. [105] Sabbata, inquit, vestra & neomenias & ceremonias odit anima mea. Nobis quibus sabbata extranea sunt & neomenia & feriæ à Deo [106] aliquando dilectæ, Saturnalia, & Ianuariæ, & [107] Brumæ, & [108] Matronales frequentantur, munera commeant, strenæ consonant, lusus, conuiuia constrepunt. O melior fides nationum in suam sectam: quæ nullam solennitatem Christianorum sibi vindicat, [109] non Dominicum diem, non [110] Pentecosten! etiam si nossent, nobiscum non communicassent; timerent enim ne Christiani viderentur. Nos ne ethnici pronunciemur, non veremur. Si quid & carni indulgendum est, habes non dicam tuos dies tantùm sed & plures. Nam ethnici semel annuus dies quisque festus est: tibi octauo quoq; die, excerpe singulas solennitates nationũ, & in ordinem texe, Pentecosten implere non poterunt. [111] Sed luceant, inquit, opera vestra. At nunc luceant tabernæ &

Rom. 8.
Luc. 18.
CA. XIII
Rom. 12.
2. Cor. 6.
Joan. 16.
Luc. 16.
Matth. 10.
Luc. 2.
CA. XIIII
Gal. 1.
1. Cor. 10.
1. Cor. 5.
Isai. 1.
CAP. XV.

Matth.5. ianuæ noſtræ: plures iam inuenies ethnicorum fores ſine lucernis & laureis quàm Chriſtianorum. D
Deiſta quoque ſpecie quid videtur? Si Idoli honor eſt, ſine dubio Idoli honor Idololatria eſt. Si
hominis cauſa eſt,[113] recogitemus omnẽ Idololatriam in hominis cauſam eſſe. Recogitemus omnem
Idololatriã in homines eſſe culturã, cùm ipſos Deos nationũ homines retro fuiſſe, etiam apud ſuos
cõſtet. Itaq; nihil intereſt ſuperioris, an huius ſeculi viris ſuperſtitio iſta præſtetur. Idololatria nõ pro-
pter perſonas quę opponũtur, ſed propter officia iſta dãnata eſt: quæ ad dæmones pertinẽt. Reddẽda
ſunt Cęſari quę ſunt Cæſaris. benè quod appoſuit, & quæ ſunt Dei Deo. Quæ ergo ſunt Cæſaris ſci-
Matth.22. licet de quibus tunc cõſultatio mouebatur, præſtandúlne eſſet cẽſus Cæſari, an non. Ideò & monce-
Luc. 1. tam oſtendi ſibi Dominus poſtulauit, & de imagine cuius eſſet requiſiuit. Et cum audiſſet, Cæſaris,
Reddite, ait, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, id eſt imaginem Cæſaris Cæſari, quæ
in nummo eſt, & imaginem Dei Deo, quæ in homine eſt: vt Cæſari quidem pecuniam reddas, Deo
temetipſum. Alioquin quid erit Dei, omnia Cæſaris? Ergo, inquis, honor Dei eſt, lucernæ pro
foribus, & lauros, in poſtibus? non vtique quod Dei honor eſt, ſed quod eius qui pro Deo hu-
iuſmodi officijs honoratur quantum in manifeſto eſt, ſalua operatione quæ eſt in occulto, ad dæ-
monia peruenient. Certi enim eſſe debemus, ſi quos latet per ignorantiam litteraturę ſecularis, etiam
[113] oſtiorum Deos apud Romanos, [114] Cardeam a cardinibus appellatam, & [115] Forculum à foribus,
& Limentinum à limine, & [116] ipſum Ianum à ianua: & vtique ſcimus, licet nomina inania atque
confictа ſint, cùm tamen in ſuperſtitionem deducuntur, rapere ad ſe dæmonia & omnem ſpiritum
immundum per conſecrationis obligamentum. Alioquin dæmonia nullum habent nomen ſingu-
latim, ſed ibi nomen inueniunt, vbi & pignus. Etiam apud Græcos [117] Appollinem Ὑγιείου, & [118]
Antelios dæmonas oſtiorum præſides legimus. Hæc igitur ab initio præuidens Spiritus ſanctus,
etiã oſtia in ſuperſtitionem ventura præcecinit per [119] antiquiſſimum propheten Enoch. [120] Nã & alia E
oſtia in balneis adorari videmus. Si autem eorũ ſunt quę in oſtijs adorentur, ad eos & lucernę & lau-
reæ pertinebunt. Idolo feceris quidquid oſtio feceris. Hoc in loco ex auctoritate quoq; Dei con-
teſtor, quia nec tutũ eſt ſubtrahere quodcũque vni fuerit oſtenſum, vtiq; omnium cauſa. Scio [121] fra-
trem per viſionem eadem nocte caſtigatum grauiter, quod ianuam eius ſubitò annnunciatis gau-
dijs publicis ſeruì coronaſſent. Et tamen non ipſe coronauerat aut præceperat, [122] nam antè proce-
ſerat, & regreſſus reprehenderat factum: adeò apud Dominum in huiuſmodi etiam diſciplina fa-
miliæ noſtræ æſtimatur. Igitur quod attineat ad honores regum vel imperatorum, ſatis præſcri-
ptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundum Apoſtoli præceptum ſubditos ma-
Rom. 13. giſtratibus & principibus & poteſtatibus. Sed intra limites diſciplinæ, quouſque ab Idololatria ſe-
paramur. Proptereа enim & illud exemplum trium fratrum præcurrit, qui aliàs obſequentes erga
Dan .3. regem Nabuchodonoſor, honorem imaginis eius conſtantiſſimè reſpuerint, [123] probantes Idolo-
latriam eſſe quicquid vltra humani honoris modum ad inſtar diuinæ ſublimitatis extollitur. Sic &
Daniel cetera Dareio ſubnixus, tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo diſciplinæ vacaret. Nam
Dan. 6. id ne ſubiret, non magis leones regios timuit, quàm illi regios ignes. Accendant igitur quotidie
lucernas quibus lux nulla eſt, adfigant poſtibus lauros poſtmodùm arſuras, quibus ignes imminent;
illis competũt & teſtimonia tenebrarũ, & auſpicia pœnarum. Tu lumen es mundi & arbor virens
Matth. 5. *Pſal. 1.* ſemper. Si templis renunciaſti, ne feceris templum ianuam tuam. Minus dixi: ſi lupanaribus re-
nunciaſti, ne indueris domi tuæ faciem noui lupanaris. [114] Circa officia verò priuatarum & com-
munium ſolemnitatum, vt [125] togę puræ, vt ſponſaliuni, vt nuptialium, vt [126] nominalium, nul-
CA. XXI. lum putem periculum obſeruari de flatu Idololatriæ quæ interuenit: cauſæ enim ſunt conſiderandę F
quibus præſtatur officium. Eas mundas eſſe opinor per ſemetipſas, quia neque veſtitus virilis, ne-
que annulus aut coniunctio maritalis, de alicuius Idoli honore deſcendit. Nullum denique cultum
à Deo maledictum inuenio, niſi muliebrem in viro. Maledictus enim, inquit, omnis qui mulie-
Deut.22. bribus induitur. Toga verò etiam appellatione virilis eſt. Nuptias quoque celebrari non magis
Deus prohibet quàm nomen imponi. [127] Sed his accommodandatur ſacrificia. Si in [128] vocatu nec in
ſacrificijs ſit titulus officij, & operæ meę expunctio, quid tum? ſi libet. Vtinam quidem nec vi-
dere poſſimus quæ facere nobis nefas eſt. Sed quoniam item malis circundebit ſeculum Idolola-
tria licebit adeſſe in quibuſdam, quę nos homini non Idolo officioſos habent. Planè ad ſacerdo-
tium & ſacrificium vocatus non ibo (proprìù enim Idoli officium eſt) ſed neque conſilio neq; ſum-
ptu aliáve opera in eiuſmodi fungar. Si propter ſacrificium vocatus adſiſtam, ero particeps Idolola-
trię: ſi me alia cauſa coniũgit ſacrificanti, ero tantum ſpectator ſacrificij. [129] Ceterùm quid facient
CA. XVII ſerui vel liberi fideles, [130] item officiales ſacrificantibus dominis vel patronis vel præſidibus ſuis ad-
[131] hęrentes? Sed ſi merum quis ſacrificanti tradiderit, imò ſi verbo quoque aliquo ſacrificio neceſ-
[132] ſario adiuuerit, miniſter habebitur Idololatriæ. Huius regulę memores etiam magiſtratibus & po-
teſtatibus officium poſſumus reddere ſecundum patriarchas & ceteros maiores, qui regibus Idolo-
latris vſque ad finem Idololatrię apparuerunt. Hinc [133] proximè diſputatio ſuborta eſt, an ſeruus
Dei alicuius dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem capiat, ſi ab omni ſpecie Idololatrię inta-

ctum

A ctum ſe aut gratia aliqua, aut aſtutia etiam præſtare poſſit: ſecundum quod & Ioſeph, & Daniel mundi ab Idololatria, & dignitatem & poteſtatem adminiſtrauerunt, in [112] ornamento & purpura extitere totius Ægypti ſiue Babyloniæ. Credamus itaque ſuccedere alicui poſſe vt in quoquo honore, vt in ſolo honoris nomine incedat, neque [113] ſacrificet, neque ſacrificijs auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non veſtigalia eorum procuret, non ſpectacula edat de ſuo aut de publico, aut edendis præſit: nihil ſolemne pronunciet vel edicat, ne iuret quidem. Iam verò quæ ſunt poteſtatis, [114] neque iudicet de capite alicuius vel pudore (feras enim de pucunia) neque damnet neque præmiet, neminem vinciat, neminem recludat, aut torqueat; ſi hæc credibile eſt fieri poſſe. [Iam [115] verò de ſolo ſuggeſtu & apparatu honoris retractandum: proprius habitus vniuſcuiuſque eſt, tam ad vſum quotidianũ, quàm ad honorem & dignitatem. [116] Igitur purpura illa & aurum ceruicis ornamentum eodem more apud Ægyptios & Babylonios inſignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, [117] vel palmatæ, & coronæ aureæ ſacerdotum prouincialium, ſed non eadem conditione. Tantum enim honoris nomine conferebatur his qui familiaritatem regum merebantur. Vnde & purpurati regum vocabantur à purpura, ſicut apud nos à [118] toga candida candidati: ſed non vt ſuggeſtus ille ſacerdotijs quoque aut aliquibus Idolorum officijs adſtringeretur. Nam ſi ita eſſet, vtique tantæ ſanctitatis & conſtantiæ viri ſtatim habitus inquinatos recuſaſſent, ſtatimque apparuiſſet Danielem Idolis non deſeruiſſe, nec Belem nec draconem colere, quod multo poſtea apparuit. Simplex igitur purpura illa, nec iam dignitatis erat, ſed [119] ingenuitatis apud Barbaros inſigne. Quemadmodum enim & Ioſeph qui ſeruus fuerat, & Daniel qui per captiuitatem ſtatum verterat, ciuitatem Babyloniam & Ægyptum ſunt conſecuti per habitum barbaricę ingenuitatis: ſic pencs nos quoque fideles ſi neceſſe fuerit, [140] poterit & pueris prætexta concedi, & puellis ſtola, natiuitatis inſignia, non poteſtatis: generis, non honoris: ordinis, non ſuperſtitionis. Ceterùm purpura vel cetera inſignia dignitatum & poteſtatum, inſertæ dignitati & poteſtatibus Idololatriæ ab initio dicata, habent profanationis ſuæ maculam: cùm præterea ipſis etiam Idolis inquantũ [141] prætextæ & trabeæ & laticlaui, faſces quoque & virgæ præferantur, & meritò. Nam dæmonia magiſtratus ſunt ſeculi huius, vnius collegij inſignia faſces & purpuras geſtãt. Quid ergo proficies, ſi ſuggeſtu quidem vtaris, opera verò eius non adminiſtres? Nemo immundis mũdus videri poteſt. Tunicam ſi induas inquinatam per ſe, poteris forſitan illam non inquinare per te, ſed tu per illam mundus eſſe non poteris. Iam nunc quid de Ioſeph & Daniel argumentaris, ſcito non ſemper comparãda eſſe vetera & noua, rudia & polita, cœpta & explicita, ſeruilia & liberalia. Nam illi etiam ſerui conditione erant: tu verò nullius ſeruus in quantum ſolius Chriſti, qui te etiã captiuitate ſeculi liberauit, & forma Dominica agere debebis. Ille Dominus in humilitate & ignobilitate inceſſit domicilio incertus: Nã filius, inquit, hominis nõ habet vbi [142] caput ſuum colloret, veſtitu inculto. neque enim dixiſſet, Ecce qui teneris veſtiuntur, in domibus regũ ſunt. Vultu [143] denique & aſpectu inglorius, ſicut & Eſaias pronunciauerat. Si poteſtatem quoque nullam ne in ſuos quidem exercuit, quibus [144] ſordido miniſterio fũctus eſt: ſi regem ſe denique fieri, conſcius ſui regni, refugit, pleniſſimè dedit formam ſuis diligendo omni faſtigio & ſuggeſtu tam dignitatis quàm poteſtatis. Quis enim magis his vſus fuiſſet quàm Dei filius, quales & quanti cum faſces producerent, qualis purpura de humeris eius floreret, quale aurũ de capite radiaret, niſi gloriã ſeculi alienã & ſibi & ſuis iudicaſſet? Igitur quæ noluit reiecit, quæ reiecit dãnauit, quę dãnauit in pœpa diaboli deputauit. Non enim dãnaſſet, niſi non ſua: alterius autem eſſe non poſſent, niſi diaboli quæ Dei non ſunt. [145] Tu ſi diaboli pompam ieraſti, quicquid ex ea attigeris, id ſcias eſſe Idololatriam; vel hoc te commoneaciat, omnes huius ſeculi poteſtates & dignitates non ſolùm alienas, verùm & inimicas Dei eſſe, quòd per illas aduerſus Dei ſeruos ſupplicia conſulta ſunt, per illas & pœnæ ad impios paratæ ignorantur. Sed & natiuitas & ſubſtantia tua moleſtæ tibi ſunt aduerſus Idololatriam, ad euitandum remedia deeſſe non poſſunt; cùm etſi defuerint, ſuperſit vnicum illud quo fœlicior factus non in terris magiſtratus, ſed in cœlis. [[146] Poſſet in iſto capitulo etiam de malitia definitum videri, quæ inter dignitatem & poteſtatem eſt. At nunc de iſto quæritur, an fidelis ad militiam conuerti poſſit, & an militia ad fidem admitti [147] etiam caligata, vel inferior quæque cui non ſit neceſſitas immolationũ vel capitalium iudiciorũ. Non conuenit ſacramẽto diuino & humano, ſigno [148] Chriſti & ſigno diaboli, caſtris lucis & caſtris tenebrarũ: non poteſt vna anima duobus deberi, Deo & Cæſari. Et [149] virgam portauit Moyſes; [150] fibulã & Aaron; cingitur loro & Ioannes; agmen agit & Ieſus Naue; bellauit & populus, ſi placet ludere. Quomodo autem bellabit, imò quomodo etiam in pace militabit, ſine gladio; quem Dominus abſtulit? Nam & ſi adierant milites ad Ioannem, & formam obſeruationis acceperant, ſi etiam centurio crediderat; omnẽ poſtea militem Dominus in Petro exarmando diſcinxit. nullus habitus licitus eſt apud nos illicito actui aſcriptus. [151] Sed enim cum conuerſatio diuinæ diſcipline non factis tantum, verumetiam verbis periclietur, (nam ſicut ſcriptum eſt, [152] Ecce homo & facta eius, ita: Ex ore tuo iuſtificaberis) meminiſſe debemus etiam in verbis quoque Idololatriæ incurſum præcauendum, aut de conſuetudinis vitio, aut timiditatis. Deos Nationum nominari lex prohibet, non vtique ne nomina eorum pronunciemus, que nobis vt dicamus conuerſatio extorquet. Nam id plerunque dicendum eſt,

Gen. 41. *Dan. 2.* *& 7.*

XVIII.

Dan. 12.

Gen. 41. *Dan. 7.*

B

Gen. 41. *Dan. 7.*

Luc. 9. *Matth. 11.* *Iſa. 53.*

Ioan. 13. *Ioan. 6.*

C

C.XIX.

Matt. 22. *Exod. 3.* *Exod. 28.* *Matth. 3.* *Exod. 17.* *Luc. 3.* *Matth. 8.* *Matth. 26.*

C. XX.

Matth. 12. *Exod. 23.*

In [13] templo Æsculapij illum habes, & vico Isidis habito, & sacerdos Iouis factus est, & multa alia in hunc modum, quando & hominibus hoc genus nomina inducuntur. Neque enim Saturnum honoro, si ita vocauero cum suo nomine; tã non honoro quã Marcum, si vocauero Marcum. sed ait: Nomẽ aliorum deorum ne commemoremini, neque audiatur de ore tuo. Hoc præcepit, ne Deos vocemus illos. Nã & in prima parte legis, Non sumes, inquit, nomen Domini Dei tui in [14] vano, id est Idolo. Cecidit igitur in Idololatriam, qui Idolum nomine Dei honorauerit. Quòd si Deos dicendum erit, adijciendum est aliquid, quo appareat, quia non ego illos Deos dico. [15] Nã & scriptura Deos nominat. sed adijcit suos, vel: nationũ. Sicut Dauid cùm Deos nominasset, vbi ait: Dei autem nationũ dæmonia. Sed hoc mihi ad sequẽtia magis præstructum est: ceterùm consuetudinis vitiũ est [16] me Hercule dicere, me Dius fidius, accedente ignorantia quorundam, qui ignorant iusiurandũ esse per Herculem. [17] Porrò quid erat deieratio per eos quos ejerasti, quàm præuaricatio fidei cum Idololatria? quis enim per quos dejerat, non honorat? [18] Timiditatis est autẽ, cùm te alius per Deos suos obligat iuratione vel aliqua testificatione, & tu nec intelligaris quiescis. nam quẽ quiescendo confirmas maiestatem eorum, cuius causa videberis obligatus. Quid refert Deos nationũ dicendo Deos, an audiendo confirmes? iures per Idola, an ab alio adiuratus acquiescas? Cur non agnoscamus versutias satanæ, qui quod ore nostra perficere non potest, id agit vt suorum ore perficiat, per aures inferẽs nobis Idololatriam? Certè quisquis ille est, aut amica aut inimica cõgressione adstringit. Si inimica, iam ad pugnam vocaris, & scis tibi dimicandum esse. Si amica, quanto securiùs in Dominũ trãsferes responsionem tuam, vt dissoluas obligationem eius, per quem te Malus honori Idolorum, id est, Idololatriæ quęrebat annectere. Omnis patientia eiusmodi Idololatria. Honoras eos, quibus impositis obsequiũ præstitisti. Scio quendam cui Dominus ignoscat, quum illi in publico per litem dictum esset, Iupiter tibi sit iratus, respondisse, Immò tibi. Quid aliter fecisset ethnicus, qui Iouem deum credidit? etiãsi nõ per eundem retorsisset maledictum, nec per vllum Iouis similem, confirmauerat Iouem Deũ, per quẽ se maledictum indignè tulisse demonstrauerat remaledicens. At quid enim indigneris per eum quem scis nihil esse? Nam si insanis, iam esse confirmas, & erit Idololatriæ professio timoris tui: quãto magis cùm per ipsum remaledicis, eodem Iouis honorem facis, quo & ille qui te prouocauit? fidelis autem in eiusmodi ridere debet, non insanire. Imò secundum præceptum ne per Deũ quidem remaledicere, sed planè benedicere per Deũ, vt & Idola destruas, & Deũ prædices, & adimpleas disciplinã. [19] Æquè benedici per Deos Nationum Christo initiatus non sustinebit, vt semper reijciat immundã benedictionem, & eam tibi in Deum conuertens emundet. Benedici per Deos Nationũ, maledici est per Deum. Si dedero eleemosynam, vel aliquid prætitero beneficij, & ille mihi Deos suos vel [20] coloniæ genium propicios imprecetur, iam oblatio mea vel operatio Idolorum honor erit, per quę benedictionis gratiã compensant. Cur autem non sciat me Dei causa fecisse, vt & Deus potius glorificetur, & dæmonia non honorentur in eo quod propter Deum feci. Deus videt quoniam propter ipsum feci, pariter videt quoniam propter ipsum fecisse me nolui ostendere, & præceptum eius Idolothytũ quodãmodò feci. Multi dicunt, Nemo se debet promulgare: puto autem nec negare: [21] negat enim quicunque dissimulat in quacũque causa pro ethnico habitus. Et vtiq; omnis negatio Idololatria est, sicut omnis Idololatria negatio, siue in factis siue in verbis. [22] Sed est quædã eiusmodi species in facto & in verbo, bis acuta & infesta vtrinque, licet tibi blãdiatur, quasi vacet in vtroque dũ factũ nõ videtur, quia dictũ non tenetur. pecuniã de ethnicis mutuãtes sub [23] pignoribus fiduciati, [24] iurati cauent, & sic negant. Scire volunt scilicet tempus persecutionis, & locum tribunalis, & personam præsidis. [25] Præscribit Christus, non esse iurandũ. Scripsi, inquit, sed nihil dixi, lingua, non littera occidit. Hic ergo naturã & conscientiam aduoco: naturam, quia nihil potest manus scribere, etiamsi lingua in dictitando cessat immobilis & quieta, quod non anima dictauerit, quanquã & ipsi linguæ anima dictauerit, aut à se conceptũ, aut ab alio traditum. Iam ne dicatur, alius dictauit, hîc conscientiã appello, an quod alius dictauit anima suscipiat, & siue comitante siue residente lingua ad manũ transmittat. & benè quod in animo & conscientia delinqui Dominus dixit? Si, [26] inquit, concupiscẽtia vel malitia in cor hominis ascenderit, pro facto teneris. Cauisti igitur quod in cor tuum planè ascẽdit, quod neque ignorasse te contendere potes, neque noluisse. Nam cùm caueres, scisti: cùm scires, vtique voluisti, & es tã in facto quàm cogitatu, nec potes leuiore crimine manus excludere, vt dicas falsùm planè effici cauendo quod non facis. Tamen non negaui, quia non iurauì. Imò etsi nihil tale fecisses, tamen diecreris deierare si consenseris. Non valet tacita vox in stylo, & mutus in litteris sonus. At enim Zacharias temporalis vocis orbatione mulctatus, cum animo collocutus linguã irritam transiit, manibus suis à corde dictat, & nomen filij sine ore pronunciat, loquitur in stylo, auditur in cera manus omni sono clarior, littera omni ore vocalior. Quære an dixerit, qui dixisse compertus est. Dominũ oremus, ne qua nos eiusmodi cõtractus necessitas circũsistat. Et si ita euenerit, de fratribus [27] operandi copiã, vel nobis abrumpendæ omnis necessitatis conscientiã, ne illæ litteræ negatrices vicariæ oris nostri in die iudicij aduersus nos proferantur signatę signis, non iã aduocatorum, sed angelorũ. [28] Inter hos scopulos & sinus, inter hæc vada & freta Idololatriæ velificata [29] spiritu Dei fides nauigat, tuta si cauta, secura si attonita. Ceterũ in enatabile excussis profundũ est, inextricabile impactis naufragiũ est, [30] irrespi-

Vbi supra. Exod. 20.

Psal 113.

C.XXI.

XXII.

XXIII.

Matth. 5.

Luc. 1.

XXIIII.

irrespirabile denotatis hypobrichium in Idololatria: [171] quicunque fluctus eius offocant, omnis vertex eius ad inferos desorbet. Nemo dicat, quis tam tutò præcauebit? exeundum de seculo erit. quasi non tanti sit exire, quàm Idololatren in seculo stare. Nihil esse facilius potest, quàm cautio Idololatriæ, si timor eius in capite sit. quæcunque necessitas minor est periculo, tanto comparata. [172] Propterea Spiritus sanctus consultantibus tunc Apostolis vinculum & iugum nobis relaxauit, vt Idololatriæ deuitandæ vacaremus. Hæc erit lex nostra quo expedita, hoc plenius administranda, propria Christianorum, per quã ab ethnicis agnoscimur & examinamur: hæc accedentibus ad fidem proponenda, & ingredientibus in fidem [173] inculcanda est, vt accedentes deliberent, obseruantes perseuerent, non obseruantes renuncient sibi. [174] Viderimus enim si secundum archetypum & coruus & miluus & lupus & canis & serpens in Ecclesia erit, certè Idololatres in archetypo non habetur. Nullum animal in Idololatren figuratum est: [175] quod in arca non fuit, in Ecclesia non sit.

Act. 15.
Isai. 34. Matth. 7. Philip. 3. Luc. 10. Gen. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE IDOLOLATRIA.

CAP. I.

1. Principale crimen genetis humani, &c.] *Caput hoc primum inscripsimus:* Quòd in Idololatria crimen omne, & in omni crimine Idololatria deprehendatur. *Atqui de* Elogio *vide Librum ad Scapulam cap. 4. nu. 26. Legimus autem tum Gagnæo:* Proinde, *vocem Tertullianeam, pro eo quod substitutum erat:* Perinde. *Porrò etiam summum delictum Idololatriam nuncupat B. Cyprian. est. 10. 11. 12. 26. & 30. libro 1 tem de Lap. & de Idolor. vanit. & similiter Author Chrysost. in Psal. 113. Nihil est, inquit, aliud in Idolorum festis quam libido, impudicitia, intemperantia, ebrietas, crudelitas, inhumanitas, cædes.*

2. Atque adeò Scripturæ sanctæ stupri vocabulo vtuntur in Idololatriæ exprobratione.] *Alludit inter cetera ad Ezech. cap. 23. vbi &* fornicationem & stupra populo *Israel, & in Ægypto, & suo tempore exprobrat; quod de Idolatriis loquatur. Eodem pertinet quod Clemens Alexandr. lib. 7. stromatum, tertiam* fornicationis speciem Idololatriam *facit.*

3. mottem adferunt.] *Ita describit quæ vulgo dicuntur,* mortalia *peccata, & ipse mox* Necat: exitiosa, & denotatoria salutis. *Lego autem non ita multò:* frequentatur, *pro:* frequentantur.

4. idolorum mancipes.] *Eodem modo dixit lib. de Spectac. cap. 10.* Apollines & Musas, & Mineruas, & Mercurios mancipes habent. *Hic autem* dæmonia *intelligit* & immundos spiritus, quibus idola mancipantur. *De similibus B. Cypriam. loco, vbi* mancipem *pro Præfecto accipit, vide Adnot. nostras ad Epist. ejus 69. num. 21. & in Apolog. cap. 11. num. 164.*

CAP. II.

5. Sed vniuersa nomina criminum, &c.] *Titulum huic capiti indidimus:* De variis Idololatriæ modis.

6. aut polluceat.] *Recte sic legendum admonuit Harisius. pro eo quod erat:* prolueat, *addens* polluceat, *ad sacra pertinere, ait dicas, vouere vel dedicare. aut, vt alij, inquit, volunt, Hercules libamenta in aram projecere. Nam & nos cum Rhenano & Latino ita castigauimus illud Apologet. cap. 39.* Hetculanarum decimarum polluctorum iumptus. *Vbi plura hac de re num. 513.*

7. cùm homicidiũ etiam in verbo maledicti vel conuitij iudicat, &c.] *Large interpretatur illud: Audistis quæmã dictũ est antiquis, Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicij, &c. tanquam etiam* ira & maledictum, homicidij *sint species. Recte proinde Doctores Theologi in illo præcepto Decalogi: Non occides, comprehendi* iram traduni, & maledictũni, *aliaque eiusmodi.*

CAP. III.

8. Idolum aliquam diu rerrò non erat, &c.] *Inscriptionem hanc capiti dedimus:* De origine Idolorum *in qua Auctorem imitantur partim B. Cypr. initio lib. de Idol. vanit: partim Isidorus lib. 8. Etym. cap. vltimo.*

9. sola templa & ædes vacuæ erant, &c.] *Similiter dixit Apologet.* 25. Nam etsi à Numa concepta est curiositas superstitionum, nondum tamen aut templis diuina res apud Romanos agebatur, &c. *de his latius n. 406. & 407. Hic autem amplius dicit:* etiam aliquandiu sola templa sine idolis fuisse, *Atque hoc est quod Plutarchus ibidem citatus tradidit in vita Numæ Pompily: In prioribus, inquit, centum septuaginta annis* templa quidem ædificabant, *sacrificare tamen & turgitia erigebant*, simulacrum *vero nullum corporeum dedicabant. Quod ipsum etiam habet Dionys. Halicarnass. addens Tarquinium Priscum Vanitate & stultitia Graecarum Religionum Hetrusci ritus que domi imbuisse, Romanos docuisse* simulacra *diu potuisse. Atque adeò sic etiã intelligi debent verba Varronis similia Plutarcho, & Augustino citata lis. 4. de Ciuit. Dei. c. 31. quem admodum adnotauit ibidem Ludouic. Viues, citans in eandem sententiam Clementem Alexandrinum & Eusebium, loci interim non indicatu, qui ibidem etiam rectè interpretatur eodem pertinere illud Vbi supra Tertull.* nondum enim tunc ingenia Græcorum atque Tuscorum fingendis simulacris vrbem inundauerant. *Quos ipsos etiam hic* artifices statuarum & imaginum *appellat.*

10. an plastes' effingat, an cælator exsculpat, an Phrygio detexeat.] *Tria genera artificum hic recensentur.* Plastes, qui gypso effingit; Cælator, *qui in lapide aut ære aut* argento *illud* exsculpit; Phrygio, *qui* filo formatidolum. *Quia autem etiam addit:* an coloribus, *forte ista lege debet:* an Plastes aut pictor effingat. *Recte autem ordine* Plasten *præponit, quia Plinio teste lib. 34. cap. 7. Plastica prior fuit quàm statuaria; & quemadmodum idem tradit lib 36. cap. 5. Arsin marmore exsculpendi vetustior etiam est, quàm statuaria aut pictura. Atque hoc est quod Core Corinthia (vti tradat post Plinium lib. 35. cap. 12. Athenagoras Apolog. pro Christ.) eam, quæ dicitur Coroplastice, prima inuenisse, traditur. Quum enim amore eius adam vir teneretur, circumlineauit eius dormientis in pariete vmbram; puta deinde eius similitudine nihil euariante delectata, eorum scriptionem eiusmodi efficiam tum late admplenit. Quò respexit & Epiphan. in principio Panar. oper. dum per sublimã scientiam primum imagines effictas scribit. Vide vtrobique plura de primis statuarum auctoribus, quorum inuentores Græci & Tusci antiquiores facit Epiphan. Ægyptii, Babylonios, Phryges & Phœnices; immò à Thare, qui in Cappadocia primus Aram sui filij ante defunctis imaginem fieri iussserit, deducit originem: à quo non multum aberrant, qui à Nino primam Beli filij sui statuam effictam testantur; nam eodem vixit tempore. Isidorus interim vbi supra, scribit Ismaël primum simulachrum de lute feciffe: Gentiles verò id Promethee tribuere, & apud Graces Cecropi. Adnotarad a est autem paulopiß phrasis Tertullianea:* ne qui putet, pro ne quis.

11. Græcè formam sonat, &c.] *Hinc lectum quæ transscripserit Isidorum loco citato, ego cum sic castigandum censeo:* Idolum *est* simulacrum, *quod quasi* (*pro eo quod*

est humana (effigie factum & consecratum est, iuxta vetabuli interpretationem εἴδωλον *enim* Græcè formam sonat, & ab eo per diminutionem εἰδώλιον deductum, æquè apud nos formulam facit (*quemodo etiam hic lego, pro*: fecit.) Igitur omnis forma vel formula Idolum se dici exposcit. Inde Idololatria, omnis circa omne idolum famulatus & seruitus. *Quidam vero Latini* (*nam & sic lego pro*: Latini) *ignorantes Græcè, imperitè dicunt Idolum ex dolo sumpsisse nomen, quod diabolum creaturæ cultum* (*aliquid deest, forte*: *in insuriam*) *diuini nominis inuexit.*

12. simulacrum vituli, &c.] *Paterhinc vera lectio lib. adu. Iud. cap. 1. vbi legitur*: bubulum caput; *& similiter apud B. Cyprian. lib. de Patient. bono, pro eo quod quidam etiam Mss. cod.* bubalum; *nam* vitulus; *censetur habere caput* Bubulum.

Cap. iiii.

13. Idolum tam fieri quàm coli Deus prohibet, &c.] *In scripsimus hoc caput*: De interdicto ne fiant Idola.

14. Ne feceritis Idolum, &c.] *Ad verbum transtulit eum vulgato interprete 70. quod Græcèest* εἴδωλον *quemadmodum & B. Cyprian. cap. 1. lib. de Exhort. martyr. qua versione explicatur verum huius loci sensus, de quo Auctor latinis lib. 2. adu. Marc. vbi locum huius scripturæ interpretatur de imaginibus Idolatriæ substantiam continentibus. Vno autem verbo transtulit, & quæ in mari, pro eo quod ex Græco alij rectè transferunt: & quæcunque in aquis sub terra.*

15. Antecesserat enim hoc prædicens Enoch.] *Rectè adnotauit Harrisius hic adiciendam vocem*: Enoch, *eo quod paulopòst sequatur*: Denique idem Enoch, *maximè quod simulem etiam eiusdem locum infrà citet cap. 15. De Ostiorum Dijs. Quum autem varij loci communes citentur à Patribus ex libro* Enoch, *certè peculiare est Tertulliano, quod eum citet hic, & infrà contra Idololatriam, nisi forè dicamus istud etiam pertinere ad comminationem iudicij Dei, de quo prophetasse eum testis est Apost. Iudas epist. Canonica, eo quod mox subiungat*: quòd in diem sanguinis perditionis pœnitentia parata est. *De alijs eiusdem libri Enoch locis, & angelis defectoribus, latius infrà lib. de Habit. mulebri, vbi eius auctoritatem probat Auctor. Hic sufficiat quòd prophetasse septimum ab Adam* Enoch *tradat Apostolus Iudas, ad intellectum illius* hoc prædicens, *eo quod paulopòst sequitur*: in cõminatione prædamnat; *item quòd infrà legitur cap. 15.* Hæc igitur ab initio prænuidens Spiritus sanctus, etiam Ostia in superstitionem ventura præcecinit per antiquiss. Propheten Enoch. *Quæ omnia diligenter adnotanda sunt ob Ludos. Vnum in Augustin. de Ciuit. Dei, qua si dijs placet, de Apostolica veritate dubius, dicit incertum esse, an debeat illud eiusdem* Enoch *à Iuda citatum huic* Enoch *adscribi, quòd Moysi corporis meminerit, qui illo multo fuit posterior; quippè qui sd prophetiæ spiritu scripserit.*

16. imaginum consecratio Idololatria.] *De hac aliquid adnotauimus ad illud Apolog. cap. 12.* quasi fatum consecratione mutantes, *num. 176. Atqui pro* spiritibus infamis, *putas legendum Latinius*: infamibus, *Harrisius*: infernis; *illud magis placet.*

17. Cognoscite quòd cinis sit cor illorum, & errant.] *Sic omnino restituendum est hic locus, pro eo quod corruptiss. legebatur*, & terra. *nam magna dictionum vicinitas ob easdem litteras, & Græci est*: καὶ πλανῶνται.

18. Et tales fiant, *inquit*, qui faciunt ea.] *Quum repetitio aliquos esset eiusdem superuacanea, omissimus* factores. *nam lib. adu. Gnosticos, non aliud legit quàm*: Similes erunt illis qui ea faciunt.

Cap. v.

Planè impensius respondebimus, &c.] *Huic capiti titulum damus*: Aduersus eos qui idola facientes, peccare se non existimant.

20. vt quisquis inuentus fuerit, ità & perseueret.] *Sic transtulit Auctor, eo quòd interpretes alij conformes Græco textui*: vnusquisque in quo vocatus est, in hoc permaneat, *Legimus autem*: Necenim quisquam nostrum, *sensu hoc exigente.*

21. fures Balnearios.] *Hos præ alijs commemorat, quòd scribat Vlpianus* fures balnearios *extra ordinem puniendos: cuius rei causam adfert Aristoteles in Problematis, vti adnotauit Rhenanus ad illud lib. de Fuga in persecutione*: & fures balnearum & aleones & lenones.

22. Cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit, &c.] *Locus obscurus, sed qui explicandus venit tum ex lib. adu. Iud. supra cap. 10. lib. 3. adu. Marc. vbi eadem ipsa dem verbis repetit, tum maximè ex lib. 2. contra Marc. vbi respondetur ad obiectionem Marcionis eandem, de qua hic*: Alioqui (*inquit*) si hæc vt aduersarij Legis interpretemur, nunquid & nos, quod Marcionitæ, inconstantiam adscribimus omnipotenti, &c. *Et certè plenius multo quàm hic, vtpote ad institutio magis.* Proinde (*inquit*) & similitudinem vetans omnium quæ in cœlo & in terra & in aquis, ostendit & cauillas, Idololatriæ scilicet substantiã cohibẽtes. Subijcit enim: Non adorabitis ea neq; seruietis illis. Serpẽtis autẽ æneiꝰ effigies posita præcepta Moysi à Domino, non ad Idololatriæ titulũ pertinebat, sed ad remediandos eos qui à serpentibus infestabantur. Et: taceo de figura remedij. Sic & Cherubin & Seraphin aurea in aræ figuratũ exẽplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestui, longè diuersas habendo cauillas ab Idololatriæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi refragari; nõ in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. *Quare nihil facit Tertullian. pro Econoclastis, quum sententia eius clara sit, cur prohibite sint imagines, sicuti latius deduximus Adnot. nostras in Apolog. cap. 12. num. 184. Sunt autem Tertullianea*: præstruebantur, *&*: exemplarium.

23. figuram gestisse Dominicæ crucis, &c.] *Latius hoc tractat lib. adu. Iud. vbi supra. & l. 3. adu. Marc. Nos etiam de* figura Dominicæ crucis *latè tractauimus Apolog. cap. 16. num. 238. Atqui paulopòst cum Latinis legimus*: quòd idem Deus quilege vetuit, &c, *pro eo quod erat*: & lege vetuit; *alioqui enim nullius sensus commodus elici poterat.*

Cap. vi.

24. Si nulla lex Dei prohibuisset, &c. *Titulus huius capitis à nobis ponitur*: Quòd in Baptismo eiusmodi artibus repudium dixerimus. *Atqui de renuntiatione, qua diabolo & angelis eius renuntiauimus, latius infra l. de Baptismo, & de phrasi illa*: repudium dicere, *supra libro de Pœnit. cap. 7. num. 42.*

25. exhibitionis nostræ gratia. *Quod capite præcedenti ad victum dixit, hic ita circumloquitur, in qua significatione eadem voce vtitur infrà cap. 8. & 12. Auctor, & iterum lib. de Corona milit. cap. 8. Vbi dicit* instrumenta humanæ exhibitionis. *& etiam B. Cyprian. dum & lib. de Orat. & Testim. ad Quirinum lib. 3. cap. 61. transfert ex Græco illud Apost. 1. Tim. 6.* Habentes exhibitionem, *pro eo quod vulgatus interpres*: Habentes victum. *Est autem etiam hæc vox Iureconsultorum: nam* exhibuisse, *pro alimenta suppeditasse, vsurpat Paulus I. Nesennius. ff. De neg. gest. Lege autem cum Latinio paucis interiectis*: quasi ob aliam causſam, *pro* ob aliquam.

26. vilissimi. nidoris alicuius.] *De* nidore *Demonibus grato vide Apolog. capite 22. num. Adnot. nostr. 347. & capite 23. num. 359.*

27. auratiorem & maiorem hostiam cædis.] Hostia (*inquis Festus*) *dicta ab eo, quod est* hostire, *ferire. Aly ab Hostilio deriuant, quòd post victoriam immolari soleant, sicuti & ipse Festus alibi. Alludit autem ad eas* Hostias, *quæ auro ornabantur; quas proinde auratas vocat: solent enim subinde bouum cornua deaurari, qui immolabantur.*

Cap. vii.

28. Tota die adhanc partẽ zelus fidei perorabit, &c.] *Hoc caput insignumus isto titulo*: Quòd zelus fidei idipsum prohibeat.

29. ab idolis in Ecclesiam venire, &c.] *Quam hic* Ecclesiam, *mox* domum Dei *vocat. Neque verò est aliud apertior locus apud Tertullianum* de Christianorum Ecclesijs, *sive* domibus Dei; *quare etiam hic ea de re fusiùs tractum habendum. Diximus quidem aliquid in librum de Oratione, & in librum de Eleemosynis B. Cypriani. adillud: Quæ in* Dominicum (*ita appellat* Domini domum) *sine sacrificio venis, num.* 32. *& Veterum, de* Ecclesijs, *Apostolorum ætate, plura testimonia ante Tertull. prolixiùs citata reperire est Lexturgicon Latinorum nostrorum Tom.* 1. *pag.* 55. *& sequentibus, item pag.* 80. 81. 83. 84. 85. 88. 92. 93. 95. 96. 124. 139. 145. 150. 152. *Post ipsum sunt eadem tam frequentia, vt omnibus sint obvia. Quibus nunc addimus, jam ab initio mundi locaculties Dei dicata extitisse, eáque variis nominibus appellata. Sic legitur natura tempore,* Gen. 8. altare *seu* θυσιαστήριον, Gen 28. ac 35. Domus Dei, & porta cœli. *Post lege Moysi,* Sanctuarii. *Exod.* 25. *ac Deut.* 12. οἶκος προσευχῆς, *Isai.* 56. Sancti, *Daniel.* 7. *ac Amos* 4. Dei templi, 2. *Machab.* 14. Templum Domini, *ac* Domus Dei, *seu* Domini, *vbique tam in libris omnibus Veteris Testamenti, quàm Psal. & Eccles. ac Prophetarum omnium.* Tabernaculum Domini, 2. *Paral.* 1. *& psal.* 131. 144. *Deinde à Christo:* οἶκος τοῦ θεοῦ, καὶ οἶκος τοῦ πατρός, *Ioan.* 2. Domus orationis, *Marc.* 11. *Denique ab Apost. Paulo* 1. *Cor.* 11. Ecclesia Dei, *quemadmodùm etiã hic ab Auctore, & infrà* 1. 2. *ad Uxorem* 9. *hic verbi:* In Ecclesia Dei pariter. *Idque per Synecdochen, quæ loco applicatur congregationis nomẽ, quemodo etiã in antea Deut.* 23. *Iudith.* 6. *Thr.* 1. *Quæ fere etiã nomine appellatur plerumque tam à Latinis quàm à Græcis Patribus, vnde vox Gallica* Eccliſe, *sive vti vulgò loquuntur,* Eccliſe. *Nec absimili errore infrà lib. de Virgin. Velãd. vbi cap.* 3. Trahantur, *inquit,* virgines sanctæ in Ecclesiam; notabilis & insignis introëat. *Denique ea.* 13. Certè virginitatem suam in Ecclesia abscondant, quam extra Ecclesiam exlant. ac: constanter audeant & in vicis virgines videri, sicuti audent in Ecclesijs. *Item lib. de Coron. milit. cap.* 3. Aquam adituri ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub manu Antistitis. *Ab Auctore verò eti am* Domus columbæ, *hic verbis initio lib. adu. Valent.* Nostræ columbæ domus, simpex, etiam in ædibus semper & apertis ad lucem. Amat enim figuram spiritusanctì, amat Orientem Christi figuram. *A Philone Iudæo lib. de Therapeutis, apud Euseb. cap.* 16. & 17. *lib.* 2. *hist Eccl.* σεμνεῖον ἢ μοναστήριον. *A quibusdam,* Oratorium. *Ab Anastaeto Papa,* loca sancta. *A Græcis verò Patribus aliis quoque diuersis nominibus. A posteoribus denique, Concilio Gangr. ac* 55. *Ambrosio, Hieronymo, Augustino, nec à etiam* basilicæ *martyrum. Primus autem qui contempsit Ecclesias* χειροποιήτους, *id est manufactas, fuit Eustathius ille, contra quem congregatum Concil. Gangrense can.* 5. *anathematizauit eum, qui* domos Dei *contemnendas diceret. Quem errorem paulò ante renouarunt (iuxta quod scribit Hugo Ferrariensis) anno Christi* 1200. *Patarem haretici, contra quos exstant Constit. Honorij Papæ* 111. *& Fredrici* 11. *Imperatorum, Cod. de heret. Vlt. a.* 6. *Gazaros. Quasimitati postea Waldenses & Wicleuistæ, Hussitæ, & Taboritæ, circiter ann.* 1420. *Verùm in ventum, vt ita loquar, abijt interea hæc hæresis, præterquàm apud quosdam Anabaptistas, qui essi allegare soleant illud Apostoli Paulo ad Athenienses, Act.* 17. *Deus in manufactis templis non habitat, facilè est ex eo ipso loco responsio, ex eo quod ad aitur: Indigens aliquo, quum ipse det omnibus; ac si dicat, Sic Deo templa non constitui, tanquam illis indigeret. quemadmodum haud absimiliter Irenæus lib.* 4. *cap.* 34. *Offerimus, inquit ei non quasi indigenti, sed gratias agentes. & mox: Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ à nobis fiunt, sic nos indigemus aliquid offerre ei. Non aliter enim nos quoque* Ecclesijs *indigemus, ad conuentus, in gratiarum actionem, tum sacrificiorum, tum etiam concionum, agendos. Siqui autem Patrum Vetustissimorum, vti Minutius, Arnobius, Lactantius, videantur templa nulla agnoscere, aut de templis Idolorum expressè loquuntur, aut ij sua aduersus Gentes defenderent,* κατ' οἰκονομίαν *metuebant: quare admodum illorum memineruntne; deinde templa, vocant Idolorum,* Ecclesias, Christianorum; *vt patet infrà cap.* 11. Christianus (*inquit*) thurarius, si pet templa transibit, *quum paulò prius dixerit,* Laniſtam ab Ecclesia arcendum. *Quibus addo, quòd perdurantibus illis primis Christianorum persecutionibus, vix permissum fuerit* Ecclesias *ædificare; quò pertinent quæ de antelucanis cœtibus Apolog.* 39. *cap. & alibi frequenter ab Auctore recensentur.*

30. atollere ad Deum Patrem manus matres idolorum, his manibus adorare,] *Locum hunc pro* Adoratione in sacrificio Christiano *facere admodum mirus in tus lib. de Orat. num.* 1. *Synecdochicos autem addas:* quæ foris aduersus Deum adorantur, *eo quòd opera ij manibus fiacta adorentur.*

31. manus admouere corpori Domini.] *Pertinet hic locus ad eam consuetudinem, quam manus tradebatur Eucharistiæ cuius memnimus loco mox citato, & Latius in lib. de Lapsi. Cypr. num.* 82.

32. si ab alijs manibus accipiant, &c.] *Hic iterum insinuatur alia consuetudo, qua (sicuti loquitur sufinus Martyr Apolog. pro Christianis*) *Eucharistia de manibus præsidentium sumitur, vt potè à sacerdotibus corpus Domini, & à Diaconis calix Dominicus, quamdiu administrari fidelibus solet, quorum illud manifestius est quàm vt probatione sit opus. Hoc verò à nobis comprobatum est in Epist. B. Cypr* 65. *num.* 14. *& in lib de Lapsi. num.* 88.

33. Adleguntur in Ordinem Ecclesiasticum.] *Quem hic* Ordinem Ecclesiasticum, *infrà lib. de Præscipt. adu. hæres.* sacerdotalia munera *appellat, vbi de Sacramento Ordinis, & singulis eius gradibus latius B. Cyprian. epist.* 33. *&* 68. Ordinationes clericas *seu* clericorum *vocat. Græcum Apostolo Paulo ad Timot. & Titum* χειροτονίας, *seu* manus impositiones.

34. isti quotidie corpus eius lacessunt.] *Similiter paulò post:* in quibus corpus Domini scandalizatur. *quibus adeo locis & eo quo præceſit,* manus admouere corpori Domini, *meè probatur veritas corporis Dominici in Eucharistia, de qua aliquid adtigimus lib. de Oratione cap.* 6. *num.* 23. *& plura dicturi.*

Cap viii.

35. Sunt & aliæ complurium artium ſpecies, &c. *Capitis huius inscriptionem damus:* Quòd etiam Idololatria sit, Idolorum templa, aras, ædiculas, aut insignia fabricare, vel exornare. *Legimus autem interieſtim aliquot locis eum Latius:* sine idoli confectura, *pro eo quod erat:* confictura.

36. albarius tector.] *Terra Chia (inquit Plin. lib.* 35. *cap.* 16.) *lacte diluta,* tectoriorum albaria *interpolantur: & lib.* 36. *cap.* 23. *Contrà in albario opere, vt macerata calx seu glutinum hæreat. Ex quibus locis colligitur* tecta albatio opere cofecta *dici, qua calce farciuntur, & quibus proinde* tectoria *indumtur: nam eadem vece vides etiam* Vsum *Plinium.*

37. & cisternam liate.] Albatij tectoris *etiam hic opificium esse posteriori loco citato indicat idem Plinius:* Et cisternas, *inquit, harenæ puræ & asperæ quinque partibus calcis quàm vehementissimè diuabus construi conuenit, fragmentis silicis non excedentibus libras. Atqui ego quidem exsistimo legendum prorsus:* ligare, *quàm* liare; *verùm nolis immutare veterem lectionem, si forte, vt multa alia, vox sit Tertullianæ peculiaris, tam obsoleta.*

38. & cymatia distendere.] *Videtur* cymatia *nuncupare arcus ipsos templorum seu tectorum, crera incrustatos, voce derivata à* κυμάτια, *id est illusione aquarũ, quod illi arcus plusquam illusionem impediant. Atque adeò malim legi paulopost:* parietibus incrustare, *quàm* incrispare; *quod* incrustare parietes calce albarij tectores *soleant. Verùm neqne hic temerè aliquid immutandum putani.*

39. Nam qui signum describit.] Signum *hic vocat quod suprà:* insignia. *Age autem contra* signa *Deorum imaginibus insignita, à quorum missione* Sigillaria *dies festi Saturnalibus additi nuncupantur à Macrobio Saturn. lib.* 1. *cap.* 10.

seu potius quæ parietibus solent adfigi, ex quòd paulopòst sequitur: Quor parietes signa desiderant?

40. Qui de tilia Martem exsculpit.] *Quum non ex omni ligno* (non in proverbio est) *Mercurius aut cetera Deorum simulacra fieri soleant, sed inxta Pausaniam, ex ebore, cupresso, cedro, quercu, smilace, lato, buxo, quibus Theophrastus oleam addit, quippè quæ Plinio teste lib. 16. cap. 40. etiam inter cetera arbores antisphimen dicat scutis faciendis: Mars verò armipotens & armiger dicatur, atque adeò etiam cum scuto aliquando pingatur, maximè quum subiungat:* quanto citiùs armarium compingit. *fieri enim solent* armaria *ex* tilia, *quòd & mollissima sit, & tamen tenacissima, Plin. ibidem teste.*

41. mercedibus & manuspretijs.] *Similiter hæc duo coniuncta sunt à Varrone lib. 4. de ling. Lat.* Merces, *inquit, à merendo. Quòd manufactura erat, & datum pro eo* Manupretium, *à manibus & pretio. Perinde enim est, sive* Manuspretium, *sive* Manupretium *dicas.*

42. Soccus & baxa quotidie deaurantur.] Soccus (*inxta quod Rhenanus adnotauit in lib. adu. Valentinianos*) *Comœdorum erat calceus, sicuti cothurnus Tragœdorum:* Baxa *seu baxea Philosophorum. vti diximus lib. de Pall. cap. 4. num. 82. ad illud:* Si Philosophis in purpura, eur non & in baxea Tyria, nisi aurum minimè Græcatos decet. *Ex quo adeò etiam constat* deaurari baxeam *solere, quod de socco hic scribit Auctor.*

43. lances & scyphos faciliùs ambitio, &c. *Haudubiè alludit ad* lances centenarias *&* quinquagenarias, *de quibus Apul. cap. 6. & lib. de Pallio cap. 5. num. 102. & 103. De* coronis *latiùs lib. de Coron. milit.*

Cap. ix.

44. Animaduertimus inter Artes, &c.] *Titulum huius capitis scripsimus:* Quòd Astrologi & Magi Idololatriæ etiam sint obnoxij.

45. De Astrologis ne loquendum quidem.] *Eodem modo consunxit Apologetics cap. 35.* Astrologos, aruspices, augures & Magos. *item cap. 43.* ariolos, aruspices, Mathematicos; *vnde & ex sequentibus patet, per* Astrologos *accipere Auctorem Genethliacos (non Astronomos, de quibus alia est ratio) quippè qui* stellarum sint interpretes, stellas Saturni & Martis obseruent, & aliorum climactherica nuncient, *quorum denique digitus aut radius abutitur cœlo. de quibus suis quibusque locis infrà latiùs. Porrò contra hos suus solum disputant ex Christianis Bardesanes Syrus, Origenes, aliique ab Ensebio citati contra fatum, lib. de Præpar. Euang. 6. cap. 2. Augustin. plurimis locis: sed ipsi etiam ethnici, Phauorinus apud Gellium lib. 14. cap. 19. aliique Philosophi apud Euseb. lib. 15. cap. 6. denique & Plinius (saltem eas artes Mathematicas, quæ cum Magia communia sunt, lib. 30. cap. 1.*

46. quorum nomina cœlo inscripsit.] *B. Augustin. lib. 7. de Ciuit. Dei integro cap. 15. de* stellis *tractat (septem Planetas nempè) quas* Pagani Deorum suorum nominibus nuncuparunt. *Addit Isidorus lib. 3. Etym. cap. 30. à Diis, quorum nomina Romani sydera sacrauerunt, etiam dies appellatos. Primum enim* (inquit) *diem à* Sole *appellauerunt, Secundum à* Luna, *Tertium à stella* Martis, *Quartum à stella* Mercurij, *Quintum à stella* Iouis, *Sextum à stella* Veneris, *Septimum à stella* Saturni. *Quibus nomina hæc* (inquit *Beda lib. de rat. temporum cap. 4.*) *Gentilitas indidit, habere se credentes à* Sole *spiritum, à* Luna *corpus, à* Marte *sanguinem; à* Mercurio *ingenium & linguam, à* Ioue *temperantiam, à* Venere *voluptatem, à* Saturno *tarditatem.*

47. immutabili arbitrio, *Ita fatum describit, quod agnoscendum non esse Christianis adnotauimus Apologetics capite. 2. num. 17.*

48. amatores fœminarum.] *De hoc errore Tertullianus latius inter Prolegomena.*

49. proditores etiam huius curiositatis.] *Disertis verbis Demonum nequitia inuentam fuisse* Astrologiam, *aruspicinam, augurationem, oracula, & ipsam artem Magicam, tradit Lactant. lib. 2. cap. 17. Neque obstat illud Arnobij: Quando Syderum motus aut ratio capta est Genethliaca fieri, numquid post Theutin Ægyptum, aut post Atlantem, vt quidam ferunt? Nam, si Vnus creditur in lib. 8. de Ciuit. Dei B. Augustin. cap. 26. Theut dæmonem illum vocat Phædrus in Platone. Quinetiam etsi cum Plinio lib. 30. cap. 1. & Epiph. initio oper. Panarij, Zoroastrem (qui & Ero Pamphilum) primum inuentorem faciamus Astrologiæ, non dubium quin instructiu dæmonum primum inuentasit, maximè si Auctorem sequamur in eo, quòd sub finem capitis dicit:* Astrologiam Magiæ speciem esse. *Vide infrà l. de Hab. mul. cap. 2. num. 22.*

50. expellunter Mathematici. *Etsi* ἐκβάλλειν *pro disciplinâ in bonam partem accipiatur subinde, à qua* Mathematicæ *disciplinæ, Geometrica, Gnemonica, Musica, Arithmetica, Astronomia: tamen* Mathematici *ferè in malam partem accipuntur pro Genethliacis, Astrologis seu Chaldæis, quemodo etiam hic ab Auctore & paulopòst* Mathesis: *quò pertinet etiam illud Iuuenalis Sat. 14.*

Nota *Mathematicis* genesis tua.

Atqui in eandem sententiam B. Augustl. lib. de Ciuit. Dei cap. vlt. tradit, Has artes etiam ante Saluatoris nostri aduentum in ipsis ciuitatibus Gentium legibus solere prohiberi, & pœna seuerissimè vindicari. Qui etsi præcipuè agat de Hydromantia & Necromantia, tamen ibi ipsum hic de Mathematicis *videtur assirmare Auctor, nisi forte illud referatur ad id quod sequitur.*

51. Vrbs & Italia interdicitur Mathematicis.] *De hoc in hac verba Suetonius in Vitellio cap. 14. Nullu infensior quàm vernaculu & Mathematicis, vt qui sque deferretur, nanditum capite punsebat. Exacerbatum, quòd post Editiu sumn, quo iubebat intra Kal. Octobris* Vrbe Italiâque Mathematici excedentent, *statim libellum est propositus, & Chaldæos dicere, Bonum factum est, ne Vitellius intra eundem Kalendarum diem vsquè esset. Vide eadem dere Originem hom. 6. in Iesue, & 3. in Hieremiam. Tradit etiam Tacitus à Vespasiano pulsos Vrbe* Mathematicos.

52. Sed Magi & Astrologi ab Oriente venerunt &c.] *De ijsdem inquit suprà Auctor l. adu. Iud. c. 9.* Nam & Magos & Reges Oriens habuit. *alludit enim, quantum apparet, ad illud Plinij loce supracitato. Ita* Magia *possessio hominum sensibus triplici vinculo* (Magiæ *nempè, Medicinæ, & Mathematices*) *in tantum fastigij adoleuit, vt hodie etiam in magna parte Gentium præualeat, & in* Oriente Regum Regibus *imperet.*

53. De Christo scilicet est Mathesis hodie, &c.] *Ironiam esse patet ex ipso contextu. quare non est quod quisquam hinc opinioni suæ suffragari putet Tertullianum, siquis etiam Christi genesim ex stellarum cursu metiri ausus fuerit. Legimus autem post num. 54. omissa negatione* non *superflua:* ne illos Herodes persequeretur. *Atqui de* Saturno quadrato & Marte trigono *vide infrà Tom. 3. lib. 1. adu. Marc.*

54. At enim scientia ista quod ad Euangelium, &c.] *Hæc causa fuit Constantino primo Christiano Imperatori legem edendi contra hanc scientiam, Cod. l. 9. tit. 19. Nemo (inquit) Aruspicem consulat, aut* Mathematicum, *aut Ariolum: Augurum & Vatum prauia confessio contiscat. Chaldæi & Magi, & ceteri, quos malefices ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid meliantur. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas; etenim supplicium capitis feret gladio vltrò prostratus, quicunque nostrum iussu obsequium denegauerit.*

55. Sic & aliam illam speciem Magiæ, &c.] *Etiam hoc necessario legimus, pro eo quod incongruè legebatur:* alia illa species

ſpecies. *Atqui de* Magia quæ miraculis operatur, *id eſt lignum, mirandis latè tractauit Auctor ſuprà Apolog. c. 23. integer, & latiùs infrà Tom. 3. lib. de Anima; & nos ſtrobique Adnotationibus noſtris: Laſtantium etiam loos ſuprà citatos latiſſimè.*

56. de circulatoria ſecta.] Circulatorias præſtigias *tacit in Apol. vbi vide Adnot. noſtras num. 356.*

57. aut ſophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos.] *De horum inter ſe differentia, infrà etiam latius lib. de Anima, ne hic prolixiores ſimus.*

58. vbi litterator.] *Ita tranſtulit vocem Græcam γραμματιστὴς, pro eo quod interpres vulgatus:* vbi ſcriba, *more ſuo, quam eodem ſignificatu ſit illis vſitata:* literatura *cap. ſequenti, & lib. de Anima. Æuum* etiam *hic, quod mox:* ſæculum, *interpretatur vocem* αἰὼνος.

59. climacterica.] Climacterica *vſurpat ſubſtantiuè pro* climacteres, *quas Chaldæi vocant pericula vitæ, fortunarimque hominum, quæ Marcus Varro, teſte Gellio lib. 3. cap. 10. grauiſſimas fieri ſeptenarijs, præcipuè autem anno ætatis 63. ſcribit. Quò pertinet illud Auguſti epiſt. ad Caium nepotem ſuum, apud eundē Gell. lib. 15. cap. 7. Spero (inquit) Letum & bene valentem celebraſſe quartum & ſexageſimum Natalem meum. nam vt vides, κλιμακτῆρας communem ſenſum rerum omnium, tertium & ſexageſimum annum euaſimus. Verùm fides penes illos eſto: nouit enim Chriſtianus nihil illi eribuendum.*

60. cuius digitus aut radius abutitur cœlo.] *Quemadmodum enim de* Radio Geometrico *dixit Virgil.*

Deſcipſit *radio* totum qui gentibus orbem.

ita etiam alibi de radio Aſtrologico *dixit, deſcribere* radio cœli *meatum. Eſt autem ferreum inſtrumentum, aut æneum, quo lineas indicant aut terrarum, aut cœli.*

Cap. x.

61. Quærendum autem etiam eſt, &c.] *Inſcriptionem dedimus huic capiti: De ludiinagiſtris Idololatris.*

62. ſi non tabularia Idolorum, Quinquatria tamen frequentabit.] Tabularia *fuiſſe ſuſpicor feſtum aliquem diem quo* tabulas litterarias *Idola dedicabant.* Quinquatria, *quas &* Quinquatris, *dies feſtus, ita dictus iuxta Feſtum, non à numero dierum, ſed quòd poſt diem quintum Idum celebraretur. Minervæ autem dicatum exiſtimant, quòd eo die ædes eius in Auentino conſecrata ſit. Varro de ling. Lat. lib. 5.* etiam Quinquatrus minores *narrat, in quibus Fidibus Iunijs ab ſimilitudine* maiorum *tibicines feriati per Vrbem vagabantur, & conueniebant ad ædem Minervæ.*

63. Ipſam noui diſcipuli primam ſtipem Minervæ, &c.] Minerual *intelligit. ita enim nuncupabant* primam ſtipem, quam magiſtris noui diſcipuli dabant. *Hinc illud Varronis lib. 3. de Ruſtica. Æsim: Merula ms (inquit) reeipe me queſo diſcipulum, &c. Ille: Quin, ſimul ac promiſeris* Minerual, *incipiam, id eſt, canam. Meminit etiam B. Hieron. in Epiſt. ad Epheſios, & innuunt Horatius & Ouidius alicubi, quemadmodum primis adnotauit Politianus. Lege autem mox:* Quid minus eſt inquinamenti eo quod præſtat, *pro:* inquinamẽto quod. *Hoc autem:* verbotenus de Idolothyto, *confirmat illud Varronis, quòd* Minerual *ferè cœna fuerit, quam hic proinde* verbotenus Idolothytum *nuncupat. Infrà autem latiùs c. 13. de* Idolothytis.

63. tam Mineruala Mineruæ.] *Sine* Minerualia *pluralis numero accipimus cœnam prædictam, ſiue* Mincruæ *feſta, perinde eſt. Nam &* Quinquatria *Minervæ mox diximus dicata &* Oſchophoria *Athenis celebrabantur, quorum Plutarcho crebra mentio, in quibus pueri ingenui pubeſcentes elegebantur, qui ferrent* ὄσχας, *id eſt, ramos ac plamites cum ſuis racemis, in templum Minervæ Sciriados, Item &* Panathenæa *in Minervæ honorē ſingulis quinque annis celebrabantur, in quibus, teſte Ariſtophane & Suida, pueritantium certabant, & victori ex oleæ corona præmium dabatur.*

64. Saturnalia Saturni, quæ etiam ſeruiculis.] *De* Saturnalibus *latè infra cap. 13. vbi particulatim agit de feſtis Idolorum, quemadmodum & de* Brumijs honorarijs. *Hic ſufficiat adnotandū, quòd ſicut à Latinis in* Saturnalibus, *ita & apud Græcos in Anthiſteria celebritate, vti adnotat Gyraldus lib. ſyſt. Deorum ſynt. 17. ex quo etiam præcedentia ſeruis, quos hic diminutiuè ſeruiculos dicit, communijs liberalibus exiſtiebantur.*

65. & ſeptimontium.] Septimontium, *inquit Feſtus, appellabant diem feſtum, quòd in ſeptem locis faciebant ſacrificium Palatio, Veliæ, Fagutali, Suburræ, Cœlio, Oppio, & Ciſpio, de quo plura Plutarchus, ſi Gyraldo credimus, in Cauſis Romanis. Quod confirmat hic verbis Varro l. 5. de ling. Lat. Dies* ſeptimontium *nominatus ab his ſeptem montibus, in quibus ſita Vrbs eſt. Qui quidem l. 4. memimit etiam montium Cœlij, Ciſpij, & Oppij, item regionem Palatinæ & Suburranæ, & Iuci Fagutalis & Veliarum. Quare operæpretium foret duos Auctores in concordiam de iſtis montibus reducere, verùm ad alia properandum. Atqui de* ſcholis flore coronandis, *l. de Cor. militis.*

66. Flaminicæ.] *De his lib. de Monogamia ad illud:* Flaminica ſemel nubit

67. & Ædiles.] Ædilis, *inquit Varro de ling. Lat. cap. 4. qui ædes ſacras priuatas procurarent, hic verò* Ædiles *pro* Flamines *accipi videtur.*

68. ſchola honoratur ferijs.] *Non importunè etiam ſcitas Idololatriæ adſcribit Auctor; nam* Feria, *inquit Feſtus, à feriendo victimis appellata. Cui addit:* Feriæ *antiquis Feſtas vocabant: & alie erant ſiue dies feſtus, vt nundinæ; alia cum feſto, vt Saturnalia. Quibus adde ad inſtituram Auctoris,* Cerealia & Idolorum natales.

69. Deos ipſos hoc nomine obſignat.] *Accipit* obſignat, *pro eo quod immediatè dixit:* teſtimonium dicit *metaphora ſumpta ab ijs qui obſignatione ſua fidem faciunt. Similiter infrà num. 78.*

70. cùm prohibeat Lex, vt diximus, Deos pronuntiari.] *Haud dubie intelligit illud Exodi 23. Et nomen aliorum Deorum non memorabitis, neque audietur ex ore veſtro, iuxta 70. pro eo quod noſter interpres ex Hebr. Per nomen externorum Deorum non iurabitis. Nam idipſum repetens infrà ca. 20. ſic reddit:* Præcepit ne Deos vocemus eos.

71. & nomen hoc in vano collocari.] *Apertiùs infrà ibidem:* Non ſumes, *inquit, nomen Domini Dei tui in vano, id eſt,* Idolo. *Quod quum B. Cypr. accipiat de non iurando, lib. 3. Teſtim. ad Quirinum cap. 12. puleri idipſum Tertull. etiam interpretatur de iureiurando per Deos; atque adeò in idem recidit vtraque ſcriptura præcedentis tranſlatio.*

72. quī de Idolis catechizat.] *Hinc apparet Auctoris ſententia, quòd in præcedentibus non loquitur de nuda Deorum ac nominum eorundem pronuntiatione, ſed catechizatione & prædicatione, ac honoriſica mentione, vt id nemo contrà nos detorqueat, qui ſortaſſe quibuſdam videbor in his explicandis prolixior; ſed meminerit Lector me non doctis, ſed putiſſrudibus hos Adnotationes conſcribere, vt necubi hæreant. Atqui* κατηχίζειν *& κατηχεῖσθαι, inſtituere & erudire eſt; à quo tranſlatium à Chriſtianis ad eruditionem fidei, vti latiùs infrà 70. 3. l. de Præſcr. hæret. ad illud:* quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt. *Similiter etiam & apud Antiquos, potiſſimum in ſacris, vſitata vox ab* ἠχὴ, *quod eſt voce ſonare, eo quòd apud priſcos Ægyptios mori eſſet, vemyſteria vocetantium, non ſcripto ad poſteros trãſferrentur.*

73. de publicis proprijs ſollemnitatibus.] *Opinor illum de illis loqui, de quibus ſuprà:* Tabularijs, Quinquatrijs, *&* Minerualibus.

Cap. xi.

74. Degenerabimus, ſi cetera delictorum recogitemus.] *Titulus huius capitis ponitur à nobis:* De negotiatione mercium quæ ad Idololatriam pertinent. *Prorſus autem legimus:* Degenerabimus, *pro eo quod nullo ſenſu legebatur:* De generationibus.

75. qua quidam ireriti, circa fidem naufragium ſunt paſſi.] *Poſterius illud etiam legit B. Cypr. tom I. de Lapſ. (*τινὲς *aliquid diximus adnot. noſtro n. 47.) tum librum de Orat. Dominic. De oper. & eleemoſ. & Teſtim. 3. ad Quir. c. 61. Tertullianum op-*

nor hoc libro imitatus ; quietiam paraphrasticos potius & metaphoricè vertit quàm de verbo, id quod Græcè est: ὡς τινὲς ὀρθῶς μετοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, pro eo quo reddidit noster interpres, Quam quidà appetentes erraverunt à fide, sortasse illustri ad illud cap. 1. eiusdem epist. ad Timoth. naufragauerùt à fide. *Lego autem mox:* Ceterùm si cupiditas absscedat, *omisso* dat *superstuo*, quæ est caussa adquirendi?

76. Sit nunc aliqua iustitia quæstus secura, &c.] *Hoc pertinet illud sapientis : Non iustificabitur coupo à peccatis labiorum : vnde & l. de Patientia, versat :* mercimoniorum periculà quæstuosa. *Non dissitetur interim aliquam negotiationem de iustitia securam, maximè quum paulopost subdat :* Nemo contendat posse hoc modo omnibus negotiationibus contrauersiam fieri.

77. thura dico & cetera peregrinitatis.] *De his vide suprà Apologet. cap. 30. num. 442. de* Pompis *vero lib. de Spectac. cap. 7. num. 61.*

78. nobis quoque insuper ad solatia sepulturæ vsui sunt.] *Eodem modo dixit Apolog. c. 42.* Si Arabiæ quæruntur sciant Sabæi pluris & cariùs suas merces Christianis sepeliendis profligari, quàm digis fumigandis.

79. laniſtam.] Lanista, *vti ex Rhenano l. ad martyras diximus, præfectus erat Gladiatorum.*

80. ab Ecclesia arceri.] *Similiter paulopost dixit contrarium huius*, retinere in Ecclesia. *Quum autem faciat hoc pro Excommunicatione Ecclesiastica, locus erat hîc de ea tractandi, nisi id iam olim feciſſemus Adnotat. noſtris in B. Cypr. ad Epist. 35. n. 8. ac 29. & ad Epist. 72. n. 13. & 15. quemadmodum etiam ad illud Apolog. c. 39.* Præsident probati quique seniores, &c.

81. & exsufflabit.] *Alludit ad exsufflationem damonum. quæ fit in Exorcismo ante baptismum. vnde & subiungit :* qua constantia exorcizabit alumnos suos. *De quibus omnibus latius l. de Baptismo infrà T. 3.*

CAP. XII.

82. Malè nobis de necessitatibus humanæ exhibitionis, &c.] *Tractat hoc caput :* Quòd non oporteat post fidem præterexere vitæ necessitates ad Idololatriam. *Quam quidem obiectionem fecit sibi suprà c. 6. sed hic aut se* pleniùs respondere.

83. post fidem obsignatam.] *Alludit ad testificationem fidei, quæ fit ante Baptismum, de qua etiam lib. de Baptismo.*

84. ædificis illius, &c.] Ædifex *pro Ædificatore, non ædium dumtaxat, sed cuiusuis structura ; & mox* defunctus, *non pro mortuo, sed pro eo qui ab opere cæpto defungitur.*

85. nolite cogitare de victu.] *Una verbo exprimit quod alibi ad verbum ex Matthæo : Nolite cogitare de crastino, quid edatis aut bibatis.*

86. Opera & conditionalis eram.] *Videtur* Opera *accipi pro Operatio* : conditionalis *verò pro eo, cuius officium aliquid condere, quem paulopruis* Ædificem *vocauit ; nam simili in electu & li. de Cor mulie. & l. de Resurrectione carnis*, conditio *ab Auctore vsurpatur, pro* te condita *seu creata.*

87. vel corpus solum, quod in domum Christi est.] *Corruptus aut mutilus locus, cui sine MS. cod. mederi non licuit, nisi forte ex coniecturis parum probabilibus.*

88. Sed quæ penes homines difficilia, penes Deum facilia.] *Similiter. l. de Baptis.* Prædifficilia penes homines, facilia penes Deum. *Ita transferens quod Græcè est Lucæ 18.* τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατὰ ἐστὶ παρὰ τῷ θεῷ. *pro quo vertit interpres noster :* impossibilia, *&* : possibilia. *Verique rectè*

CAP. XIII.

89. Sed omnem adflatum eius, &c.] *Capiti huic titulum imposuimus :* De festis & extraordinariis aliis sollemnitatibus Idolorum.

90. De Spectaculis autem, &c.] *Vel hinc patet librum hunc posteriùs scriptum ibro de Spectaculis, et authenticum quoque esse, ac germanum Tertullianisatum.*

91. communicantes nationibus in Idolicis rebus.] *Fulcher lotus quod salte* cum nationibus, cõmuniçare non possimus in rebus Idolicis, *id est quæ idolis consecratæ sunt ; & proinde quod subdit* de habitu, siue victu, vel quo alio genere lætitiæ earum, *ita intellegendum quatenus ad Idololatriam pertinent ; aliaqui iuxta Apost. Paulum, mundum exire oporteret, sicuti infrà ipse Auctor allegat cap. sequenti.*

92. vitæ & morti.] *De simili loco vide l. de Spectac. c. 26 n. 194. vbi & sequens scriptura citatur c. 27.*

93. Sic & Lazarus, &c.] *Omnino sic lego, pro eo quod tanquam elegantius subſtitutum erat :* Eleazar. *nam illud & Græcè & Latine legitur tam apud Lucam, tum apud interpretes veteres omnes, & nominatim etiam à B. Cypr. epist. 55. ac l. 3. Testim. ad Quirin. c. 61. immò ab ipso Tertulliano infrà. de Anima :* Et quid, *inquit*, illic Lazari nomen, si non in veritate res est?

94. Sunt quidam Munerum dies.] Munera *hîc pro donis accipit, non vt suprà l. de Spectac. pro ludo Gladiatorio, aut vt alibi, pro :* officio. *Alludit autem tum ad Quinquatrus minores, de quibus suprà n. 62. quæ* Minusculæ, *seu iuxta quod Gyraldus adnotat vbi suprà, à quibusdam* Munusculæ *à mittendo vltro citroque muneribus diebantur: item de Strenarum diebus, de quibus ibidem et c. seqq. in* Saturnalibus *seu* Ianuarijs Kalendis, *aut* Brumæ tempore.

95. quid participas Idolothyta sollemnia.] Idolothyta *propriè accipit pro omnico quod idolis sacratum est ; aliquos in scripturis sacris & Auctoribus Christianis, tam Græcis quam Latinis, propriè ad cibos Idolis immolatos pertinet.*

96. da formam in quam velis agi tecum.] *Pertinet etiam hoc ad phrasin Imperatorum, & maximè quod sequitur :* Enimuerò etsi simulaueris, *ita lego pro :* & dissimulaberis, rentatus addictus es. *ac si dicat, quodammodo Idolis tam venditur ; nam addicere venditores est, quemadmodum rectè adnotauit Rhenanus ad illud lib. de Pœnit. cap. 6.* Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit.

CAP. XIIII.

97. Sed enim plerique iam induxerunt animo, &c.] *Hoc caput inscriptionis :* De ijsdẽ, & quòd non sit ignoscendum ijs quæ ethnici faciunt.

98. ne nomen blasphemetur.] *Eodẽ modo paulopòst* : in qua nomen meritò percutitur. *&* : cùm totus Circus scelestis suffragijs nullo merito nomen lacesſit. *Denique :* benedictio est nominis. *De significatione autem* Nominis *vide lib. de Patient. cap. 2. n. 11. Et de denominatione* Circi: Christianum ad leonem, *lib. de Spect. cap. 27. num. 396.*

99. Vestri causſa nomen meum blaphematur.] *Sic omninò lege cum Gagnæo, pro eo quod erat :* væ cuius causſa. *Alludit enim ad illud Isai. 52. Admiramini & vlulate, hoc explicans vnica voce væ : Hæc dicit Dominus. Propter* vos nomen meum *semper* blasphematur *in Gentibus. Quod ipsum repetitur ab Apostolo Rom. 2. nisi quòd legatur ibi:* Per vos.

100. Si hominibus placere vellem.] *De hac lectione Tertulliano & B. Cypriano familiari, pro eo quod hodie legitur tam Græcè quam Latinè :* Si hominibus placerem, *vide Adnotat. nostras in eiusdem Cypriani lib. de Hab. & discipl. virg. num. 22.*

101. Saturnalia.] *De his aliquid diximus in Apolog. c. 42. n. 550. & suprà hoc lib. n. 64. Quibus adde ex Varrone lib. 4. Quod cælum principium, sit rerum, ab satu dictus est Saturnus, et quòd ignis sit generationis principium, Saturnalibus ceres superioribus mittuntur. Hinc illud infrà hoc eodem capite :* Saturnalia *, in quibus* munera commeant. *Plura vide apud Gyraldum hist. Deorum synt. 3.*

102. & Kalẽdas Ianuarias.] *Mox simpliciter vnica voce* vocantur Ianuariæ, *in quibus* strenæ consonant, *quod ipsum quòd etiam hodie à gentilitate permanserit in consuetudine, pluribus non est opus, reliquæ interim insolentiæ, contra quas scripsit Chrysost. inter serm. ad pop. Antiochenum de Kalendis, tam pene intercurunt.*

103. vt omnes lucrifaciam.] *Quum hoc loco habeatur 1. Cor. 9. vt omnes salvos faciam, Græcè enim est* ἵνα πάντας σώσω

ὀτόπυ: *videtur memoria lapsus, aut hic posfuisse, quod hu tèrve repetitum fuit ibidem.* ἅπαξ λεγόμενα.

104. Ceterùm de mundo existestis.] Cetetùm *a cepit, pro Atsequim,* & existestis, *pro: exisse debueratis; nam vulgate interpreti correspondet veritas Græca. Legimus autem non multo post* Quòd si nobis nullum ius est communionis, *cum Gagneo.*

105. Sabbata *(inquit)* vestra & Neomonias & ceremonias, &c.] *Quum alibi solum duo legat priora Auctor, hic etiam ceremonias addit, ut hinc constet sensum dumtaxat, tum hic, tum alibi, Prophetæ citasse, pro: breuioribus verbis. Nam Isai. 1. sic legitur iuxta 70.* Neomenias *vestras & Sabbata & diem magnum non feram. Iesuninum & ociù* & Neomenias & festiuitates vestras odio habet anima mea, *pro quo nostri sic:* & ceremonias. *Græci est* τὰς ἑορτὰς. *quare mirum est quod non transfulerit, aut* festa *aut,* sollemnitates, *maximè quum hinc loco magis fuissent accommoda.*

106. à Deo aliquando dilectæ.] *Præceperat enim Deus observationem* Sabbati, *Exodi* 20. Neomeniarum, *Num.* 28. *& Ezech.* 45.

107. & Brumæ.] *De hii Gyraldus Syntag. 8. hist. Deorum,* Bρῦμος *vt tradit Proclus in Hesiod. comment. de re Rustica Dionysius est, unde* Brumalia, *celebritas quæ in* Bruma, *atque adeo mense Ianuario agebatur, tum in nostro Decembri, tum Ianuario. Huic autem celebritati videntur conuenire lusus quos hic adnotat.*

108. & Matronales.] Matronalia *(inquit ibidem sunt.* 1.) *Kalendis Martij agebantur, vt Horatius, Ouidius, & Acron ostendunt, & Plutarchus, & Festus, qui interim non nisi de Matribus agit, Matris matutæ festu. De qubus hic est etiam Varro: Libi festuatum, quod in testa calida coquebatur, Vetiam nunc* Matralibus *facunt Matronæ. Hinc opinor et* Matronalia *dicta, ad quæ adeò aptare videtur Auctor illud:* coniuia constrepunt.

109. non Dominicum diem.] *Huiusetiam meminit lib. de Cor. milit , dum dicit:* Dominico die ieiunium nefas ducimus, *& Apolog. c. 16. eundem intelligit, quum dicit:* Æquè si Solis diem lætitiæ indulgemus, &c. *vbi de eo latius Addenda nostrarum* p. 248. *Auctor autem paulo inferius etiam* diem octauum *vocat, ac B. Cyp. epist. 59. ad Fidum, primum post Sabbatum.*

110. non Pentecosten.] *Intelligere Auctorem non solum* Pentecosten *festum, sed etiam (vt sæpiùs alibi de Cor. milit.) tempus illud integrum à die Paschæ in Pentecosten, patet ex eo quod mox sequitur:* excerpe singulas sollemnitates nationum, & in ordinem texe, Pentecosten implete non poterunt. *Eodem modo & B. Hieron. libris aduersus Montanum & Luciferianos: per omnem* Pentecosten *dixit & B. Augustinus epist.* 119. *ad Ianuarium; Ite Irenæus Orat. de Pascha, citatus à Iustino Martyre, quæst. & respons. ad Orthodox. cap.* 115. *& Epiphan. in Epistol. cathol. Ind. Nicenum denique concil. can.* 20. *& Basil. de Spiritu sancto, cap.* 27.

Cap. xv.

111. Sed luceant, *inquit*, opera vestra.] *Inscribimus huius capitis titulum:* De sollemnibus Cæsarum etiam non obseruandis. *Neque vero hic primum, sed etiam Apolog. capue integro id tractauit Auctor, quo Lectorem ad Adnotationes nostras remittimus, potiss. nu.* 461. 463. 464. *quo postremo loco tractat de* lucernis tabernarum, & laureis ianuarum. *Atqui etiam hic non integra scripturæ verba citat, sed id quod ad institutum pertinebat, quemede etiam lib. de Cultu fœmin. Neque enim dumtaxat legitur Matth.* 5. Luceant opera vestra, *sed sic: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.*

112. recogitemus omnem Idololatriam in hominis causſam esse, &c.] *Hoc ipsum tractauit Apolog. toto c.* 11. *huc titulo:* Cur quum homines essent, facti sint ab hominibus Dij, causſas vanisſ. esse, *et c. præced.* Quòd Saturnus, Iupiter, & alij Dij, homines fuerint, & non verè Dij. *Vbi vide Adnot. nostras: item & ad illud eius dem l.* 34. *cap.* Maledictum est ante ὑποθέσεως Deum Cæsarem nuncupare. *Habet etiam B. Augustl. simili titulo integrum caput l.* 8. *de Ciuit. Dei c.* 26. *Quòd omnis religio Paganorum tutela homines mortuos impleta sit. Denique B. Cyprian. qui hic communò Auctorem imitatur, lib. Quòd Idola non sint Dij.*

113. etiam ostiorum Deos.] *Similes loci Auctoris sunt infrà. Prior l. de Coron. milit.* At enim Christianus nec tanuà suam laureis iuſuambit, si norit quantos Deos etiam ostijs diabolus adfinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculum & Cardam à foribus & cardinibus & apud Græcos Thyraxum Apollinem & Antelios dæmonas. *Alter Scorpiaco adu. Gnosticos, T. sequ.* Quas mihi *inquit*, potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Cardum quendam, *sine vti legendum puto,* Cardeam quandam, & Forculum, & Limentinum; quas à cancellis ordinas potestates? *De quorum singulis mox plura, quòd propriè ad hunc librum pertineant, atque adeo eosdem etiam nominet B. Cyprian. libro suprascripto de Idolorum vanitate.*

114. Cardeam à cardinibus.] *De hac Adnot. nostris in eum Cypr. lib. num.* 30. *Eadem autem est; quam alij libentius* Carnam *vocant.*

115. Forculum à foribus, & Limentinum à limine.] *Ibidem de his Dijs n.* 29. *Sic Arnob. l.* 4. Limentinum *& Limum, custodiam limorum gerere dicit, & tanutorum officia sustinere.*

116. & ipsum Ianum à ianua.] *Hinc, inquit Rhenanus in l. de Cor. milit illud Septimij Afri, non nostri Septim. Tertulliani,* Iane pater, *Iane* tuens, diuc biceps, biformis,

O care rerum sator, ô principium Deorum,
Stridula cui limina, cui cardines timultus,
Cui reserata mugiunt aurea clausſra mundi.

117. Apollinem Thyrxum.] *Græci, inquit ibidem Rhenanus* θυρεῖς *vocant, quicquid foribus adiacet, & extra fores est. Vnde & Iano Cyclopa, quo speluncam suam claudebat, nomen. Siquidem* θύρεος *illi tanuam dicunt. Facunt autem eum idem mentione Macrobius et Nigidius si Gyraldo creditur, cuius area aute fores stat unebantur.*

118. & Antelios dæmonas.] *Rhenanus vbi suprà:* Antelij *Græcis Dij sunt, qui foribus dedicantur. Sic enim arae, vel Deorum statuæ vocabant subdiales, vt quæ soli soleant expositæ (nempe ab* ἀντὶ καὶ ἥλιος *) Hinc Hesychius:* Αντήλιοι θεοὶ πρὸ θύρας πυλῶν ἱδρυμένοι. *Et rursus* Αντήλιος, ὁ ἐντὸς πλὴν ἱδρυμένος θωμὸς ἢ θεός.

119. per antiquill. Prophetam Enoch.] *De hoc suprà num.* 15.

120. Nam & alia ostia in balneis adorati videmus.] Balneorum Deos *intelligit in* ostijs balneorum *insculptos Genios aut Lares.*

121. Scio fratrem per visionem, &c.] *Similem* visionem *recensuit supra l. de Spectac.* 27. *de eo* cui lineum in somnis ostenſum *eum dies nocte*, qua Tragœdum audietat; *quales complures etiam apud B. Cypr. reperire est nostro in illum Indice, ne hic prolixiores simus. Quod adnotandum contra eos, qui fabularum loco omnes* visiones *existimant, & ea de causſa Dialogus B. Gregorij Papæ calumniantur. Recensetur etiam altera revelatio angeli in somnis mulieri facta c. vlt. l. de Veland. virg. & l. de Anima sic legitur:* Est sotor apud nos reuelationum charismata sortita, quas in Ecclesia inter Dominica sollemnia pet exstasin in spiritu patitur, conuersatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit sacramenta, & quorundam corda dignoscit, & medicinas desiderantibus statuit.

122 nam antè processerat.] *Anhoc ad* Processiones *Christianorum pertineat, liberum esto Lectori; certè de illis latius lib. de Cor. milit. & libris ad Vxorem.*

123. probantes Idololatriam esse quicquid vltra humani honoris modum ad instar diuinæ sublimitatis extollitur] *Acontrario ergo sensu luet omnem eum honorem sanctis Dei, tamin hac vita quàm in gloria cœlesti existentibus, tribuit & imaginibus eorum exhibere*, qui humani honoris modum non excedit.

CAP XVI.

124. Circa officia verò priuatarum & communium sollemnitatum,] *Tractat hoc caput:* De priuatis sollemnitatibus, quòd Idolatriæ non sint obnoxij, nisi quis harum occasione sacrificijs interfit.

125 vt togæ puræ. *Quam hic intelligat, mox tum hic verbis manifestat:* velitti virilis, *tum illic*: Toga verò etiam appellatione virilis est; *quam nempè deposita prætexta assumebant pueri anno ætatis xvij. Quæ & pura nuncupatur (Budæo teste) quòd nec picta esset, nec triumphalis, nec prætexta. Meminit eiusdem Cicero l. 9. Epist. ad Atticum, quum scribat Ciceronis filio se puram togam dedisse.*

126. vt nominaliu.] *Eam sollemnitatem intelligit. qua (vti paulopost dicit)* nomen imponi *consuenit De qua Cicero 13. Philip. Ego, inquit, eum, Vt quod à patre accepi filio reddam, mea nomiuatione cooptabo. Hinc*: gentilitate nominali *dixit Varro de ling. Lat. l. 7. quippè quod* Nomen *gentis esset, vti pulcrè & latissimè deducit Onuphrius, Vbi agit de Prænominibus, Nominibus, Cognominibus veterum Romanorum. Quò pertinet illud eiusdem Varr. lib. 8. In seruis gentilitia* (nominum nempè) *natura non est in vsu, in nostris* nominibus, *qui sumus in Latio & liberi, necessaria. Itaque ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius vir, Tertius femina, Terentia gens: (nam sic lego pro: Terentium genus.) In Prænominibus ideo non fit idem, quòd hæc instituta ad vsum singularia, quibus discerneretur nomina* gentilitia, *Vt à numero, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, vt Quintus, Sextus, Decimus, &c. ne prolixiores fimus.*

127. Sed his accommodantur sacrificia.] *Ande solis* nuptijs *loquatur, incertum, maximè quòd pueri quum Bullas deponerent, Laribus eas suspendere sint soliti & Togam in conspectu Deorum assumi soleat, iuxta illud Propertij.*

Mox vbi bulla rudi demissa facta iuuenca collo,
Mattis & ante Deos libera sumpta toga.

Certè celebrantur à Gyraldo Gamelia sacra nuptialia, in quorum illis Iuno Gamelia colebatur mense Ianuario. Anacalypteria autem sed quantum apparet, sine sacrificio. Dies erat festus post nuptias, cum sponsa reuelabatur, cui tum munera exhiberi solent.

128. Si in vocatu.] Vocatus *pro vocatione accipit, imitatus opinor illud Ciceronis 3. de Orat. Senatus frequens*: vocatu *Drusi in curiam venit.*

CAP. XVII.

129. Ceterùm quid facient serui, &c.] *Titulo hoc insignium usum capit illud:* Quòd seruis fidelibus non liceat ministros esse Idolatriæ.

130. iteni Officiales.] Officialium coronas *similis phrasi dixit Auctor de Cor. milit. vbi refert Rhenanus interpretatur eas quæ eorum sunt, qui in aliquo sunt publico vel priuato officio, qua significatione etiam dixit Apuleius: Iussit potestas* Officiales *famum magna seueritudine coërceri. quam significationem quoque indicat Auctor. quum* seruos *dicit*, adhærentes dominis, liberos patronis, Officiales Præfidibus suis.

131. Hinc proximè disputatio, &c.] *Definit hic Auctor exemplo Iosephi & Danielis*, posse seruum Dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem apud ethnicos capere, si ab omni specie Idolatriæ aut gratia aliqua aut astutia intactum se præstare possit. *Locus qui videtur hac tempestate aptari posse in iis regionibus, Vbi nullum est exercitium Catholicæ religionis.*

132. in ornamanto & purpura exstitere totius Aegypti siue Babyloniæ.] *Respectiuè, vt ita loquamur, præserendum est* ornamentum *nempe torques aureus, & stola byssina cum administratione totius, Aegypti ad Iosephi; & purpura ac* Imperium Babyloniæ *ad Danielem.*

133. neque sacrificet, &c.] *Speciem Idolatriæ hic habere tradat Auctor*: (sacrificare *(quod sacerdotum est)* sacrificijs auctoritatem *(præsentia sua)* accommodare *(quod summorum Pontificum est)* hostias locare, curas templorum delegare, ac vectigalia eorum procurare, *(quod aduturorum est)* spectacula ædere aut ædedis præesse *(quod Aedilis Curulis & Prætorum est)* sollemne aliquid pronuntiare vel edicere *quod Augurum est, denique* iure, *quod apud ethnicos non nisi in Deorum sit nomine, vti infrà latius cap. 20.*

134. neque iudicet de capite alicuius vel pudore.] *Tum hinc, tum cap. 19. videtur in ea fuisse sententia*, Christiano non fuisse licita capitalia iudicia *etiamsi in potestate seu magistratu constitutus esset, fortasis ea de causa, quòd communia essent iudicia criminalia, tam in Christianos quàm in ethnicos. Quò pertinere videtur illud quod habet infrà l. de Cor. mil. c. 11. n. 127.* Et vincula & carcerē, & tormēta, & supplicia administrabit.

CAP. XVIII.

135. Iam verò de solo suggestu & apparatu honoris, &c.] *Agit hoc caput, atque adeo & titulum habet:* Quòd nec vestium ornatus sit licitus, qui cum Idololatria commune quid habet. *Nam* suggestus *pro ornatu frequentiss. est Auctori, cuius distinguit duplicem habitum, & ad vsum quotidianum, & ad honoreni seu dignitatem.*

136. Igitur purpura illa, &c.] Purpuræ *inuentum tale tradit Pollux. l. ad Commod. 1. Tyrj ferunt captum amore Herculem Nymphæ cuiusdam indigenæ, cui nomen Tyro, quem canis eius secutus irreptantem scopulis purpuram conspicatus, perosa carunculæ, sua sibi labra puniceo cruore infecerit. Quum igitur ad puellam Hercules adijsset, deleßata illa injecta tunicura, quam cernsforentem in eius canis labrus aspexisset, affirmauit sibi cum illo post hac nihil fore, nisi ad se vestem afferret etiā eanis illius labris splendidiorem. Quocirca Hercules mouetur animante, colleßioque sanguine, minius puellæ detulit, primus (vt illis dicebant) puniceæ inuentor auctior.*

137. vel trabeæ vel palmatæ, &c.] Trabearum *tria genera, teste Seruio, iuxta Suetonium l. de genere vestium. Vnum quod Dijs sacratur, tantum purpura saltum, aliud Regum (de quo hic) quod purpureum quidem est, habet tamen aliquid albi; Tertium Augurale ex purpura & cocco mistum. Erat autem vestis toga purpurea circundata subtemine puniceo, quem aureæ fibulæ nectebant: sta dicta, quòd trabes pannorum haberet. De* Palmatis, *quæ triumphantium vestes erant; vide Apolog. c. vlt. n. 620. De* Coronis *aute sacer dotū* Prouincialiū aureis, *l. de Cor. milit.*

138. à toga candida candidati.] Toga candida *erat, quā pestores Magistratuum induebant, a qua* Candidati; *ab illis ad alios traducta Metaphora, frequenter ea voce Vsus est Tertullianus, quemadmodum admotasse nos putamus alicubi.*

139. fed ingeniuitatis apud Barbaros infigne.] *Adnotatu hoc dignum de purpura. Porro omninò legimus:* Quemadmodum enim Iosephi, &c. *pro eo quod erat, ex litteratum vsumature:* Quodammodò; *nam correspondet illud*: si penes nes quoque, &c.

140. poterit & pueris prætexta concedi, & puellis stola.] *Paulopriùs etiam prætextæ ab Auctore commemoratæ sunt, genus Togæ, sta dictæ, quod purpura prætexerentur, qua vtebantur (vti suprà dictum est) pueri, ad 17. annum vsque.* Stolam *Nonius Marcellus etiam Virilem describit sed postea fere pro sola muliebri Veteres vsurparunt. Quare rectè puellæ* stola *hic ab Auctore tribuitur; quo pertinet etiam illud lib. de Pallio c. 4.* & stolam & supparum & crepidulum.

141. prætextæ & trabeæ & laticlaui, fasces quoque & virgæ.] *De his sta Plinius l. 9. c. 39.* Purpuræ *vsum Romæ semper fuisse video, sed Romulo in* trabea. *Nam* Toga prætexta & latoclauo, *Tullum Hostilium e Regibus primum fuisse vsum Hetruscæ disciplinæ satis constat. Fuisse autem* Latum clauum *non Senatorum modò, sed & sacrificum ex Silio patet; quare non malè eam Idololatriæ adtribuit Auctor. Idipsum Orat. sua Liuius lib. 4. de* prætexta *hic verbis indicat*: Prætextati *in magistratibus & sacerdotijs. De* Trabeis *idem habes suprà num. 137. De* fascibus (*quorum mentio per nos facta Adnot. nostris in epist. 16. B. Cypr. n. 10.*) *videtur etiam hoc Auctor sentire. nam mox subiungit:* vnius collegij insignia, fasces & purpuras gestant; *Quanquam putem potius legs debere*: fascias, *sicuti lib. de Spectaculis.*

142 vbi caput suum collocet.] *Apud Gagnæum desideratur* suum: *quod etsi Græcè hodie non sit, in MS. tamen. cod. Latinis legitur. Atqui* xcollocet *vertit, pro*: reclinet, *et mox.* qui teneris vestiuntur, *pro*: qui *mollibus.*

143. vultu

143. vultu denique & aſpectu inglorius.] *Alludit ad illud Iſai. 53. ſecundum 70. Auerſa eſt facies eius, deſpecta, & non eſt reputata. Accedit autem magis ad noſtrum interpretem, qui legit: Et quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus.*

144. quibus ſordido miniſterio functus eſt.] *Nempe dum pedes diſcipulorum lauit.*

145. Tu ſi diaboli pompam eieciaſti.] *Vide lib. de Baptiſ. infrà Tom. ſeq. de renuntiatione pompæ diaboli, & alicubi de* eieratione.

Cap. xix.

146. Poſſet in iſto Capitulo, &c.] *Titulus huius capitis eſt:* Neque militiam licitam, quæ aliquid cum Idololatria commune habet. *De quo latius infrà lib. de Cor. milit. hîc paucula quædam adnotabimus, quorum ibinon ſit mentio.*

147. etiam caligata.] *Et hæc phraſis inreconſultorum eſt. Vlp. enim tit. De hu quæ infamia notantur, Dimiſſum (inquit) accipere debemus militem caligatum. & Venuleius, l. Militibus. Dig. de Cuſtod. & exhib. reor. Ii qui exercitum acceperat, etiam ſine animaduertendi in* milites caligatos *habet. Ita verò dicti milites Manipularij, à Caliga militum, iuxta Suetonium Caij Cæſ. cap. 9. qui ideò dictum ſcribit Caium Cæſarem* Caligulam, *quod inter Manipularios milites natus.*

148. ſigno Chriſti.] *De* ſigno Crucis Chriſti, *quod frontis imprimitur, vide lib. de Baptiſma, Tom. ſequ.*

149. Et vitgam portauit Moſes.] *Alludit ad Ducis militaris officia, qui* virgam *præfert, qua milites in officio continet; qui ſubinde* fibulis *aureis (iuxta Liuium lib. 7.) eos donare conſueuit antiquitus, qui* loris *ſeu corrigijs gladios cinxiſſet, qui* agmen *agit, & bellat, ſeu bellum auſpicatur.*

150. fibulam & Aaron, &c.] *Veteres aureos intelligit, quibus colligabantur Superhumerale & Rationale, quemadmodum loci nomine, Iannis Baptiſtæ Zonam pelliceam.*

Cap. xx.

151. Sed enim quum conſertatio diuinæ diſciplinæ, &c.] *Inſcriptionem huius capitis damus:* Etiam verbis abſtinendum ab Idololatria.

152. Ecce homo & facta eius, &c.] *Scripturæ hunc locum haſtenus reperire non potui: quærat diligens Lector alicubi in editione 70. Habet eandem B. Aug. Medit. cap. 39. ſed ſine aſcriptione loci.*

153. in templo Æſculapij, &c.] *De* Æſculapio *vide Adnot. noſtras ad lib. de Pallio cap. 1. n. 6. & Apol. cap 14. n. 209 ac cap. 23. n. 361. De* Iſide *infrà lib. de Cor. milit. De* Ioue *Apolog. c. 10. n. 152. De* Saturno *denique Apolog. eodem capite n. 159. 160. 161. & 162.*

154. in vanã, id eſt, idolo.] Vanum *pro*: idolo *etiam accipitur ab interprete B. Hyeronymo, 1. Reg. 12. Nolite declinare poſt* vana, *quæ non prodernnt vobis, neque eruent vos, quia* vana *ſunt: pro eo quod ex Græca 70. edit. tranſtulit alter interpres: Non declinetis poſt eos qui nihil ſunt, qui perfitient nihil, & non eruent, quia nihil ſunt. Et rurſum Act. 14. Annunciantes vobis, ab hu* vanis conuerti *ad Deum viuum. vbi Græce eſt: ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων: eademque ſemper vox quæ hîc habetur. Videtur autem Auctor reſpicere illud 1. Corinth. 8. ei etiam ſuprà cap. 13. lib. Spect. Non quod idolum ſit aliquid, pro quo verſut idem noſter interpres: Scimus quia* nihil eſt idolum *in mundo; de quo etiam Auctor cap. Spectemus, pet eum quem ſcis nihil eſſe. Porrò hoc argumentum latiſſ. tractat B. Cyp. lib. de* vanitate Idolorum, *ſiue: Quòd fabula Dij nihil ſint. Et Auctor Apolog. cap. 12. integro.*

155. Nam & ſcriptura Deos nominat, ſed adijcitiſuos, vel nationum.] *Locis ad quos alludit, videre eſt ſeparatim in Oeconomia methodica Concordantiarum S. Scripturæ Georgij Bullocci. Nequeinterim ſola adiectione prædicta vtitur ſcriptura, ſed* vocat Deos *alienos, aureos, Ægypti, tuos, meos, conflatiles, Gentium, quos ignorabant patres eorum, Amorrhæorum, Syriæ, Sidonis, ac Moab, montium, terrarum, populorum, terræ ſeliorum Seir, Edom, regum Syriæ, Damaſci, patrum ſuorum, opera manuum, Inda, quos feciſti, illorum, falſi, Ægnei, qui non vident, denique muti, & qui natura non ſunt Dij. Legimus autem cum Gagnæo:* Sicut Dauid *; pro*: Sic &c.

156. ne Hercule.] *Idem paulo poſt reddit:* me Dius fidius, *& deinde*: per Herculem. *Veriſſ. autem id eſſe patet ex his verbis Varronis lib. 4. de ling. Lat. Sub dio (inquit) & Dius fidius. Itaque inde ejus perforatum telium, vt videatur diuum, id eſt, cælum. Aliius Gallus* Dius fidius *dicebat, Dijouis filius, vt Græci Διόσκορος Caſtorem. Et putabant hunc eſſe Sancum ab Sabina lingua, & Herculem ab Græca. Super quo loco ſcaliger: Dionyſius, inquit, ὁ τύτιος Græce reddit, quod Latini, in quo multi errarunt, qui id non animadueterunt, qui etiam legendum cenſet apud Ouidium,*

Quætebam Nonas, Sanco *fidione* reſtrem,

An tibi Semo pater.

Nam Semonem eundem cum Sanco facit T. Liuius lib. 8. quamquã interim fateatur in Inſcriptione Reatina legi: Semipatri Sanco: Atque adeò magis placet, vt ſicuis legitur: me Hercule, *ſic etiam legatur:* me Dius fidius, *pro eo quod aliꝫ*: medius fidius. *Nam etſi feſtum ſcribas commiſſa vt ea videri, & ſignificare Herculem, idem tamen addit, quaſi dam ex ſtimare iuſurandum eſſe per Dium (Herculis nempè) hîdem. Cui accedens noſter Auctor, priorem ſententiam refutat dicens:* accedente quorundam ignorantia, qui ignorant eſſe iuſiurandũ per Herculem.

157. Porrò quid erat deieratio per eos quos eieraſti, &c.] *Ita legimus cum Latino, omiſſa voce: ſi; aliequi enim oporteret iuxta conſectũrã Herriſij legere:* Porrò quid erat deietatio, ſi per eos deieraſti, quos eieraſti. *ſed illud magis placet. Eodem autem modo dixit Auctor Apolog. cap. 32.* Dæmonas, *id eſt, genios*, adiurare ſolemus, non deietare, vt illis honorem diuinitatis tribuamus. *Similiter Lactantius Seſtatem* deietaſſe *dicit per canem & anſerem. Ita enim acceptum antiquitus patet etiam ex Varrone vbi ſupra. Quidam (inquit) negant ſub teſto per hunc (*Dium fidium) deierare *oportere; & apertim ex Donato in Terentium, qui interpretatur* Deierare, *per Deos iurare. Porrò de* Eieratione *vide Adnot. noſtras ſuprà lib. de Spectac. cap. 24. num. 185.*

Cap. xx.

158. Timiditatis eſt autem, quam te alius per Deos ſuos obligat iuratione, &c.] *Huic capiti titulum dedimus:* Quòd idem ſit ſiue iures per Idola, ſiue per alios adiuratus adquieſcas. *Atque adeò etiam iuxta editionem Gagnæi lego illud:* iures, *pro eo quod irreſpectiuè iuret. Siue autè legas:* quanto ſecurius in Dominum transfetes reſponſionem tuam, *ſiue vt Gagnæus*: ſponſionem, *perindeeſt.*

Cap. xxii.

159. Æquè benedici per Deos nationum, &c.] *Notus eſt huius capitis titulus:* Quòd neque benedici per Deos nationum Chriſtianus ſuſtinere debeat. *Lego autem* vt ſemper reijciat immuundam benedictionem, *omiſſa negatione* non, *qua aliquicontrarium ſonabat.*

160. vel coloniæ genium.] *De* Genijs *ſic Tertull. ſuprà Apolog. c. 32.* Neſciti genios dæmonas dici; *cui ſimile eſt & paulo prolixior locus Lactantij l. 2. ibidem Adnot. noſtris citatus n. 451. Eos ſingulis hominibus adtributi patet l. de Anima, vbi de ijs latius. Æquè quemadmodum Martianus l. 2. de nuptijs Mercurij & philologi, dicit etiam populi Genio ſupplicaſſe Veteres, ita videtur hîc vſurpaſſe Auctor* colonię Genium, *qui colonij præſet.*

161. negat enim quicunque diſſimulat. *Locus inſignis contra* ſimulatores, *& quodammodo libellaticos huius ætatis in Belgio, qui excuſari ſe credunt, ſi loco iuramenti, quod contra fidem & religionem Catholicam exigitur*, ſimulatione *quapiam aliud præſtent, longe diſſimiles Eleazaro, qui (vt habetur 2. Machab. 6.) Non ætati noſtræ, inquit, dignum eſſ fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum 90. annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, vt ipſi propter meam* ſimulationem, *& propter modicum corruptibilis vitæ tempus, decipiantur.*

Cap. xxiii.

162. Sed eſt quædam eiuſmodi ſpecies in facto & in verbo, &c.] *Hîc tractatur:* Quòd neque ſcripto etiam iurare per Deos liceat.

163. sub pignoribus fiduciari.] *Etiam hæc phrasis Iureconsulterum est.* Fiduciaros *vero appellare videtur eos, qui* pignus *seu* fiduciam *dederant recepturi vbi soluissent.* Fiduciam *enim accepisse dicitur (vti interpretatur Boetius in Topica Ciceronis) cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet.*

164. iurati cauent.] *Item & istud Iureconsultis familiare est:* cauere, *pro cautionem Syngraphæ præstare. Quod ipsum bis terve hoc capite repetit.*

165. Præscribit Christus, non esse iurandum.] *Non intelligere Auctor e omni iuramento simpliciter abstinendam patet vel ex Apolog. c. 32. vbi:* sed & iuramus *(inquit)* sicut non per Genios Cæsarum, ita per salutem eorum: *de qua iurãdi formula ibidem latius nu. 450. Deinde frequentissimum* Iureiurandi *seu* Sacramenti *meminit, quod in Baptismo præstatur, de quo l. eius dem titulis latius Tom. sequ. Sanè itaque secundum hunc capitis institutum intelligi istud debet. Videatur Chrysost. in cap. 5. Matth. vbi præcipue iuramenta illa forensia coram ethnicis magistratibus improbat.*

166. Si *(inquit)* concupiscentia, &c.] *Quum ipsa hæc verba in S. Scripturis reperire hactenus non potuerim videtur mihi in compendium contraxisse istud Ecclesiasticus 5. Ne sequaris in fortitudine tua* concupiscentiam *cordis tui, & ne dixeris: Quomodo potui, aut quis me subjicet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Aut potius illud respectatum alludit Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus est eam in corde suo.*

167. operandi copiam.] Operari *hic accipitur pro eleemosynam facere, quemadmodum & a B. Cypr. titulo libri:* De opere & eleemosynis, *& alibi frequenter, de quo ibidem Adnot. nostra rum nu. 4.*

Cap. xxiiii.

168. Inter hos scopulos & sinus, &c.] Epilogus totius huius libri *hoc caput inscribitur. Videat autem Lector Prolegomena nostra de hiu Prouerbialibus formulis:* Inter scopulos & sinus, inter vada & freta nauigare.

169. velificata spiritu Dei.] *Hæc vox Auctori nostro peculiaris, inter cetera effecit, vt Sixto Senensi adsentiar, quod Carmina illa Geneseos & Sodoma, quæ à me post Morelium & Fabricium B. Cypriano adscripta sunt Tom. 3. operum eius, Tertulliani sint, vbi legitur, quamquam satis obscurè;*

Quã spiritus igni est, velificatur apex.

Vtitur eadem voce infra Tom. 3. lib. adu. Gnost. c. 1. Austro *(inquit)* & Africo fœuitia velificat.

170. irrespirabile decuoratis hypobrychium.] *Etiam de hoc latius inter Prouerbiales formulas, sicuti & de mox præcedentibus:* inenatabile excussis profundum, *&:* inextricabile impactis naufragium. *Atqui vocem* hypobrychium *derivasse à voce Græca* ὑποβρύχιος, *quod submersum significat, ac si dicat, ipsam submersionem.*

171. quicumque fluctus eius offocant.] Offocare, *pro præfocare vsurpat etiam Florus lib. 2. cap. 11. Quum* offocandas *(inquit) inuitem fauces præbuissent.*

172. Propterea Spiritussanctus consultantibus tunc Apostolis, &c.] *Alludit ad Constitutionem illam primam Apostolorum in Concilio Hierosolymitano Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris (quod hic Auctor* vinculum & iugum *dixit) quàm hæc necessaria, vt* abstineatis vos ab immolatis simulacrorũ, &c. *hoccst enim quod addit:* vt Idololatriæ deuitandæ vacaremus.

173. inculcanda est.] *Hic propriè mersum accipitur:* inculcare, *quum aliquando accipiatur ab Auctore pro:* conculcare.

174. Viderimus enim si secũdum Archetypum & coruus, &c. in Ecclesia erit.] *Illud:* Viderimus, *Tertullianicum & Cypricanum est. Quod quum Ironiam sonet, hæc videtur Auctoris sententia:* Sit ita vt in Ecclesia sint secundum Archetypum *(Isaiæ nempe 34.)* coruus & miluus, *id est, mali Catholici,* & lupus & canis & serpẽs, *id est (iuxta Scripturas Matth. 7. Philip. 3. & Luc. 10.) hæretici quamdiu non dum publicati sunt,* certè Idolatres in Archetypo non habetur. *nequeenim in Ecclesiam admissi sunt vnquam ethnici Idolatræ quod explicat Auctor, dum addit:* Nullum animal in Idolatren figuratum est.

175. Quod in arca non fuit, in Ecclesia non fit.] *Epiphonema istud prioribus longè est obscurius. Hoc interim velle videtur. Quum in arca Noë fuerint omnis generis animalia, munda septena & septena, immunda verò duo & duo; exclusi verò fuerint Idololatræ omnes; consequitur vt quod in Arca non fuit, in Ecclesia non sit. Eam enim Ecclesiæ figuram gessisse tradit Auctor lib. de Baptismo, infra Tom sequ. Vbi de ea latius.*

ARGVMENTVM LIBRI DE HABITV MVLIEBRI, Per Iacobvm Pamelivm.

CONSIDERATO *excessu Habitus muliebris tam in cultu, quàm in ornatu, librum hunc Paræneticum scripsit Tertullianus.*

I. *Primùm autẽ docet lugere potius, pœnitere, & omni satisfactionis habitu ignominiam primi Euæ delicti expiare, debere mulierem quàm ornari, si ad mercedem respiciat quæ exspectatur in cœlis.*

II. *Deinde angelis desertoribus, qui & metallorũ opera nudauerint, & incantationum vires prouulgauerint, & omnem curiositatem vsque ad stellarum interpretationem designauerint, propriè & peculiariter adribui debere omne instrumentum muliebris gloriæ, quibus tamen in lauacro renunciauimus.*

III. *Quod quum ex libro Enoch comprobetur, eam scripturam, etsi in armarium Iudaicum non admittatur, fortasse quòd non putauerint eam post cataclysmum saluam esse potuisse, tamen à Noë illius abnepote æquè potuisse in spiritu reformari, atque per Esdrã omne instrumentũ Iudaicæ litteraturæ restauratum, maximè, quum etiam de Domino prædicarit, & apud Iudam Apostolum testimonium posideat.*

IIII. *Porrò etsi illiũ non imputetur, rerum tamen ipsarum cultum (seu mundum muliebrem) qui in auro & argento, & gemmis, & vestibus, consistit, ad ambitionem pertinere; ornatum verò (quem immundum muliebrem conuenit dici) qui in cura capilli & cutis & earum partium corporis quæ oculos trahunt (de quo sequenti libro latiùs) ad prostitutionem.*

Auri

Auri verò & argenti, ac ferri & æris parem esse conditionem, & ex istiu necessariores operas V.
A *exhiberi rebus humanis.*

Gemmas item non aliud esse quàm aut lapillos & calculos, aut maris conchas; aut denique de VI.
fontibus draconum erui solitas, vt sic etiam de serpente cultior fiat mulier.

Hæc omnia sola raritate & peregrinitate gratiam posidere; quòd apud Barbaros, vbi vernacu- VII.
lum est aurum; & apud Parthos & Medos, gemmæ fastidio sint; apud Tyrios etiam vilior sit
purpura quàm rubrica.

Non placere quoq; Deo colores, quos non ipse produxit, atque adeò intelligi à diabolo esse interpola- VIII.
tore naturæ, neque ecxusari quòd materiæ ipse ex Deo sint, quum etiam rebus Dei Idololatria constet.

Denique ad ambitionem pertinere hæc omnia, quæ inde nomen habet, quòd concupiscentia apud ani- IX.
mum ambiente nascatur ad gloriæ votum.

Ceterùm genuinum esse hunc Tertulliani fœtum conuincit, quòd libri de Spectaculis nominatim men-
tionem faciat. Imitantur autem illum ad verbum penè locis infra adnotatis BB. Cyprianus libris de
Habit. & discipl. Virg. ac de bono Pudicitiæ, & Hieronymus in vita Pauli Eremitæ, ac Epist. ad
Lætam. Meminerunt etiam Trithemius & Politianus locis initio Apologetici citatis. Edidit verò pri-
mùm ex cod. MS. Hirsaugiensi & Paterniacensi, cum Scholijs, deinde & cum Adnotationibus Rhe-
nanus; castigauit rursum ex Britannico Lælandi codice Gelenius. Nos denique iterum repurgauimus
ex tribus Vaticanis MS. codicibus, & nostris quoque Adnotationibus auximus.

B

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE HABITV
MVLIEBRI LIBER.

SI [1] tanta in terris morarentur fides, quanta mercès eius expectatur in cœlis, nulla om- CAP. I.
ninò vestrum, Sorores dilectissimæ, ex quo Deum viuum cognouisset, & de sua, id
est fœminæ cõditione didicisset, lætiorem habitum, ne dicam gloriosiorem appetisset,
vt non [2] magis in sordibus ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumfe-
rens Euam lugentem & pœnitentem, quo plenius id [3] quod de Eua trahit (ignomi-
niam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) [4] omni satisfactionis habitu expiaret. [5]
In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad virum tuum conuersio tua, & ille dominabitur Gen. 3.
tui, & Euam te esse nescis? Viuit sententia Dei super sexum istum in hoc seculo, viuat & rea-
tus necesse est. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius refignatrix, tu es diuinæ legis prima deser-
trix, tu es quæ eum suasisti quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam
facilè elisisti. Propter tuum meritum, id est, mortem, etiam filius Dei mori habuit: & adornari tibi in
mente est, [6] super pelliceas tuas tunicas? Age nunc si ab initio rerum & [7] Milesij oues tonderent, & [8]
Seres arbores nerent, & [9] Tyrij tinguerent, & [10] Phryges insuerent, & [11] Babylonij intexerent,
& [12] Margaritæ canderent, & [13] Ceraunia coruscarent, si ipsum quoque Aurum iam de terra cum
C cupiditate prodisset, si iam & [14] Speculo tantùm mentiri liceret: hæc Eua concupisset, de paradiso
expulsa, iam mortua opinor? Ergo nec nunc appetere debet, aut nosse, si cupit reuiuiscere, quæ
nec habuerat, nec nouerat, quando viuebat. Ideo omnia ista damnatæ & mortuæ mulieris [15] impedi-
menta sunt, quasi ad pompam funeris constituta. [16] Nam & illi qui ea constituerunt, damnati CAP. II.
in pœnam mortis deputantur: illi [17] scilicet angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, vt Gen. 6.
hæc quoque ignominia fœminæ accedat. Nam cùm & materias quasdam [18] benè occultas, & artes
pleraſque non benè reuelatas, seculo multò magis imperito prodidissent (siquidem & [19] metallo-
rum opera nudauerant, & [20] herbarum ingenia traduxerant, & [21] incantationum vires prouulga-
uerant, & omnem curiositatem vsque [22] ad stellarum interpretationem designauerant) proprie &
quasi peculiariter fœminis instrumentum istud muliebris gloriæ contulerunt: lumina lapillorũ, qui-
bus monilia variantur: & circulos ex auro, quibus brachia artantur: & medicamenta ex fuco, quibus
lanæ colorantur: & illũ ipsum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producuntur. Hæc qualia
sint, interim iam ex Doctorum suorum qualitate & conditione pronunciari potest, quòd nihil [23] ad
integritatem peccatores, nihil ad castitatem adamatores, nihil ad timorem Dei desertores spiritus
aut monstrare potuerunt, aut præstare. Si do ctrinæ diceridæ sunt: mali magistri malè docuerint ne-
cesse est. Si mercedes pro libidine: nullius rei turpis, merces decora est. Quid autẽ tanti fuit ista mõ-
strare siue conferre? vtrũmne mulieres sine matcrijs splendoris, & sine ingenijs decoris placere non

possent hominibus, quæ adhuc incultæ, & incõpositæ, & (vt ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos mouerant? Anne [24] sordidi, & per gratuitum vsum contumelioſi amatores viderentur, ſi nihil fœminis in connubium allectis contuliſſent? [25] Sed hæc non capit æſtimare. Nihil plus deſiderare poterant quæ angelos poſſidebant, magno ſcilicet nupſerant. Enimuerò qui vtique interdum cogitabãt vnde cecidiſſent, & poſt libidinum vaporata momenta cœlum ſuſpirabant, illud ipſum bonum fœminarum naturalis decoris vt cauſam mali, ſic remunerauerunt, ne eis profuiſſet fœlicitas ſua, ſed vt deuectæ de ſimplicitate & ſinceritate, vnà cum ipſis in offenſam Dei peruenirent. Certi erant [26] omnem & gloriam & ambitionem & affectionem per carnem placendi, Deo diſplicere. Hi ſunt nempè angeli, quos iudicaturi ſumus: hi ſunt angeli, quibus in lauacro renunciamus. Hæc ſunt vtique, per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo faciunt apud iudices ſuos res eorum? Quod eſt commercium damnaturis cum damnandis? opinor quod [27] Chriſto & Beliæ. Qua conſtantia tribunal illud aſcendimus, decreturi aduerſus eos quorũ munera appetimus? Nam & vobis eadẽ tunc [28] ſubſtantia angelica repromiſſa, [29] idem ſexus qui & viris, eandem iudicandi dignationẽ pollicetur. Niſi ergo hic iam præiudicauerimus res eorum prædamnando, quas in illis tunc damnaturi ſumus, illi potiùs nos iudicabunt atque damnabunt. [30] Scio ſcripturam Enoch, [31] quæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibuſdam, quia [32] nec in armarium Iudaicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclyſmum æditam, poſt eum caſum orbis omnium rerum abolitorem, ſaluam eſſe potuiſſe. Si ſtatio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enoch fuiſſe ſuperſtitem cataclyſmi Noë, qui vtique domeſtico nomine & hæreditaria traditione audierat & memineratde proaui ſui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius: cùm Enoch filio ſuo Matuſalæ nihil aliud mandauerit quàm vt notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione ſucceſſiſſe, vel quia & aliàs non tacuiſſet, tam de Dei conſeruatoris ſui diſpoſitione, quàm de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expeditè haberet, illud quoque aſſertionem ſcripturæ illius tueretur: proinde potuit abolefactam eam violentia cataclyſmi, in ſpiritu rurſus reformare: quẽadmodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, [33] omne inſtrumentum Iudaicæ literaturæ per Eſdram cõſtat reſtauratum. [34] Sed cùm Enoch eadem ſcriptura etiam de Domino prædicarit, à nobis quidem nihil omninò reijciendum eſt, quod pertinet ad nos. Et legimus omnẽ ſcripturam ædificationi habilem, diuinitùs inſpirari, à Iudæis poſtea iam videri propterea reiectam, ſicut & cetera ferè quæ Chriſtum ſonant. Nec vtique mirum hoc, ſi ſcripturas aliquas non receperunt de colocutas, quem & ipſum coràm loquentem non erant recepturi. Eò accedit quòd Enoch apud Iudam Apoſtolum teſtimonium poſſidet. [35] Nulla nunc muliebri pompæ nota inuſta ſit prædamnationis de exitu auctorum. Nihil angelis illis imputetur præter repudium cœli, & [36] matrimonium carnis. Rerum ipſarum qualitates examinemus, conſilia quoque concupiſcentiæ earum deprehendamus. Habitus fœminæ duplicem ſpeciem circumfert, [37] cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & veſtibus deputatur: Iſte in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri proſtitutionis: vt iam hinc proſpicias, Dei ancilla, quid ex his diſciplinæ tuæ conueniat, quæ de diuerſis inſtitutis cenſearis, ſcilicet humilitatis & caſtitatis. [38] Aurum & argentum principes materiæ cultus ſeculares affinxerunt neceſſe eſt, vnde ſunt: Terra ſcilicet planè glorioſior, quoniam in maledictorum [39] metallorum ferali bus officinis [40] pœnali opere deplorata nomen terræ in igni reliquit, atque exinde de [41] tormentis in ornamenta, de ſupplicijs in delicias, de ignominijs in honores, [42] metalli refuga mutatur. Sed & ferri & æris, & aliarum viliſſimarum materiarum par conditio eſt, & terreni generis, & metallici operis: quo nihilo generoſior iudicari poſſit auri & argenti ſubſtantia penes naturam. Quòd ſi de qualitate vſus, gloria eſt auro argento: atquin magis ferro & æri: quorũ ita diſpoſita eſt vtenſilitas, vt & proprias operas plures & neceſſariores exhibeant rebus humanis, & nihilominus auri & argenti de ſua vice accommodant iuſtioribus cauſis. [43] Nam & annulli ferro fiunt. quædam eſui & potui vaſcula ex ære adhuc ſeruat memoria antiquitatis. Viderit ſi etiam ad ſpurca inſtrumenta auri & argenti demens copia deſeruit. Certè nec ager auri opere paratur nec nauis argenti vigore contexitur. Nullus bidens aurum demergit in terram, [44] nullus clauus argentum intimat tabulis. Taceo totius vitæ neceſſitates ferro & æri innixas: cùm illę ipſæ diuites materię, & de metallis refodiendæ, & in quocũque vſu producendę, ſine ferri & æris operario vigore non poſſint. Iam igitur æſtimandum eſt vnde obueniat tanta dignitas auro & argento, cùm & conſanguineis quantum ad genus, & potioribus quantum ad vtenſilitatem materijs præferantur. [45] Sed & lapillos iſtos qui cum auro ſuperbiam iungunt, quid aliud interpreter quàm lapillos & calculos, eiuſdem [46] terræ minutalia: nec tamen aut fundamentis demandandis, aut parietibus moliendis, aut faſtigijs ſuſtinendis, [47] aut tectis denſandis neceſſaria? Solum hunc [48] mulierum ſtuporem ędificare nouerunt: quia tardè teruntur vt niteant, & ſubdolè ſubſtruuntur vt floreant, & anxiè forantur vt pendeant, & auro lenocinium mutuum præſtant. [49] Sed ſi quid de mari Britannico aut Indico ambitio piſcatur, conchę genus eſt, non dico conchylio, aut oſtreo, ſed nec [50] peloride gratius de ſapore. Ad hoc [51] enim conchas nouerim maris poma. Quod ſi concha illa aliquid intrinſecus poſtulat, vitiũ eius magis debet eſſe quàm gloria. Et licet margarituni

Gal. 6. 1. Cor. 6.
2. Cor. 6. Matth. 22.
Cap. III
Iuda. 1.
Cap. IIII.
Cap. V.

margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum quàm conchæ illius aliqua dura & rotunda
A verruca. [52] Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui, sicut in piscium cerebris lapidositas quædam est. Hoc quoque deerit Christianæ, vt de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, cerui cibus suis aut ipsi capiti ornamenta struit? [53] Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, gratiam possident. Denique intra terminos suos patrios, non tanti habentur. Semper abundantia contumeliosa in semetipsa est. Apud Barbaros quosdam, quia [54] vernaculum est aurum & copiosum, [55] auro vinctos in ergastulis habent & diuitijs malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum est, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem [56] vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum ceterorúmque gentilium suorum, coram matronis erubescentem, nisi quòd nec ad ostensionem ferè habentur. [57] Latent in singulis smaragdi, & [58] cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in [59] peronibus vniones emergere de luto cupiunt. Deniq; iam gẽmatum habent quod gemmatum esse non debet, si non comparet: aut ideò comparet, vt neglectum quoque ostendatur. [60] Proinde & vestium Ca. VIII
de coloribus honorem ferui etiam eorum terunt. Sed & parietes [61] Tyrijs & hyacinthinis, & illis regijs velis, quæ vos operosè resolutatransfiguratis, pro pictura abutũtur. Vilior est apud illos purpura, quàm [62] rubrica. Quis enim est vestium honor iustus, de [63] adulterio colorum iniustorum? Non placet Deo quod non ipse produxit, nisi si non potuit [64] purpureas & carinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, vtiq; non licet fingi. Non ergo natura optima sunt ista, quæ à Deo non sunt auctore naturæ. Sic à diabolo esse intelliguntur, ab interpolatore naturæ. Alterius enim esse non possunt, si Dei non sunt: quia æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt. alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus Dei non est. Ceterum [65] materiæ ex Deo sunt. non statim & huiusmodi fructus latere in omnibus quæritur, & vnde sint conchæ, & qua dispositione decurant, & vbi collocentur. Nam & omnes istæ prophanæ spectaculorum seculariũ voluptates; [66]
B sicut de ipsis suum volumen ædidimus, Ipsa etiam Idololatria ex rebus Dei constat: non tamen ideò Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut scenæ turpitudinibus, Christianũ affici oportet: quia Deus & equum, & pantheram, & [67] vocem homini dedit: nec ideò Idololatriam impunè faciet Christianus, quia Dei conditio est & thus, & merum, & ignis qui vescitur, & animalia quæ victimæ fiunt, cùm & ipsa materia quæ adoratur, Dei sit. Sic ergo & circa actum materiarum census à Deo descẽdens, propterea excusatus. Deo extraneum vt reum scilicet gloriæ seculũm. [68] Nam vt quæque Cap. IX
rerum, per singulas quasque terras & vnamquamque regionem, materijs à Deo distributa sunt, inuicem sibi peregrina apud exteros, mutuo rara, apud vos, iure, si vtique vel appetũtur, vel negliguntur, quia non tantus est in illis feruor gloriæ inter domesticos frigidæ. Sed enim ex [69] possessionũ distributione, quam Deus vt voluit ordinauit, raritas & peregrinitas apud extrancos semper gratiam inueniens, de simplici causa non habendi quæ Deus alibi collocauit, concupiscentiam concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderatè habendi: quod & si fortè habendum sit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, [70] vnde & nomen eius interpretandum, quòd concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum: grande scilicet votum, quod (vt diximus) non natura, nec veritas, sed vitiosa animi passio concupiscentia commendauit, & alia vitia ambitionis & gloriæ: sic & pretia rebus inflammauit, vt se quoque accenderent. [71] Non tanto maior fit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupijt? [72] Breuissimis loculis patrimonium grande profertur. [73] Vno lino decies sestertium inseritur. [74] Saltus & insulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes [75] Kalendarium expendunt, & [76] finistra per singulos digitos de saccis singulis ludit. Hæ sunt vires ambitionis, tantarum vsurarum substantiam vno & muliebri corpusculo baiulare.

C

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE HABITV MVLIEBRI.

CAP. I.

1. Si tanta in tertis, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd lugere potius quàm ornari mulier debeat. *Malumus autem legere* in terris; *quàm illud Trithemij, quum instium huius libri citat*: in terra.

2. vt non magis in sordibus ageret.] *Describit* (*inquit Rhenanus*) *exemplum hominis exomologesin facientis, & actum pœnitentis exequentis; de quo latius supra lib. de Pœnitent.*

3. id quod de Euatrahit, &c.] *Adnotandus locus, quòd* primum delictum *seu peccatum originale, de* Euatrahi *dicit: quum quidam vsque adeò ab Adamo illud propagatum dicant, vt si Adam non peccasset, in posteros derivatum non fuisset.*

4. omni satisfactionis habitu.] *De* Satisfactione *supra late tractauimus lib. de Pœnit. c. 5. n. 26.*

5. In doloribus & anxietatibus paries, &c.] *Quum Rhenan. ex eo quod prius legebatur*: paris, *collegerit legendũ*: dominatur; *ego contrario quum inxta editiones omnes tam Hebraicas quàm Græcas & Latinas constet legendum cum M.S. 3. Vatic. cod.* dominabitur, *lego etiam*: paries; *maximè quum similiter legat B. Cyprianus; & lib. de Hab. virg. & l. Test. 3. c. 32. Vertit autem illud.* & etit ad virum tuum conuersio tua *ex Græco*, καὶ αὐτὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου: *pro quo B. Hieronymus apertius ex Hebræo*: & sub viti potestate eris.

possent hominibus, quæ adhuc incultæ, & incõpositæ, & (vt ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos
mouerant? Anne[24] sordidi, & per gratuitum vsum contumelioſi amatores viderentur, ſi nihil fœmi- D
nis in connubium allectis contuliſſent? [25] Sed hæc non capit æſtimare. Nihil plus deſiderare pote-
rant quæ angelos poſſidebant, magno ſcilicet nupſerant. Enimuerò qui vtique interdum cogitabãt
vnde cecidiſſent, & poſt libidinum vaporata momenta cœlum ſuſpitabant, illud ipſum bonum fœ-
minarum naturalis decoris vt cauſam mali, ſic remunerauerunt, ne eis profuiſſet fœlicitas ſua, ſed vt
deuectæ de ſimplicitate & ſinceritate, vnà cum ipſis in offenſam Dei peruenirent. Certi erant[26] om-
Gal. 6. nem & gloriam & ambitionem & affectionem per carnem placendi, Deo diſplicere. Hi ſunt nempè
1. Cor. 6. angeli, quos iudicaturi ſumus: hi ſunt angeli, quibus in lauacro renunciamus. Hæc ſunt vtique, per
2. Cor. 6. quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo faciunt apud iudices ſuos res eorum? Quod eſt com-
Matth. 22. mercium damnaturis cum damnandis? opinor quod[27] Chriſto & Beliæ. Qua conſtantia tribunal
illud aſcendimus, decreturi aduerſus eos quorũ munera appetimus? Nam & vobis eadẽ tunc[28] ſub-
ſtantia angelica repromiſſa,[29] idem ſexus qui & viris, eandem iudicandi dignationẽ pollicetur. Niſi
ergo hic iam præiudicauerimus res eorum prædamnando, quas in illis tunc damnaturi ſumus, illi
CAP. III potius nos iudicabunt atque damnabunt. [30 Scio ſcripturam Enoch,[31] quæ hunc ordinem angelis
dedit, non recipi à quibuſdam, quia[32] nec in armarium Iudaicum admittitur. Opinor non putaue-
runt illam ante cataclyſmum æditam, poſt eum caſum orbis omnium rerum abolitorem, ſaluam eſſe
potuiſſe. Si ſtatio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enoch fuiſſe ſuperſtitem cataclyſini Noë,
qui vtique domeſtico nomine & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proaui ſui penes
Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius: cùm Enoch filio ſuo Matuſalæ nihil aliud mandauerit
quàm vt notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noë in prædicationis de-
legatione ſucceſſiſſe, vel quia & aliàs non tacuiſſet, tam de Dei conſeruatoris ſui diſpoſitione, quàm
de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expeditè haberet, illud quoque aſſertionem ſcripturæ il-
lius tueretur: proinde potuit abolefactam eam violentia cataclyſmi, in ſpiritu rurſus reformare: quẽ-
admodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis,[33] omne inſtrumentum Iudaicæ lit- E
teraturæ per Eſdram cõſtat reſtauratum.[34] Sed cùm Enoch eadem ſcriptura etiam de Domino præ-
dicarit, à nobis quidem nihil omninò reijciendum eſt, quod pertinet ad nos. Et legimus omnẽ ſcri-
pturam ædificationi habilem, diuinitùs inſpirari, à Iudæis poſtea iam videri propterea reiectam, ſicut
Iud. 1. & cetera ferè quæ Chriſtum ſonant. Nec vtique mirum hoc, ſi ſcripturas aliquas non receperunt de
CA. IIII. eo locutas, quem & ipſum coràm loquentem non erant recepturi. Eò accedit quòd Enoch apud
Iudam Apoſtolum teſtimonium poſſidet. [35 Nulla nunc muliebri pompæ nota inuſta ſit prædam-
nationis de exitu auctorum. Nihil angelis illis imputetur præter repudium cœli, &[36] matrimonium
carnis. Rerum ipſarum qualitates examinemus, conſilia quoque concupiſcentiæ earum deprehen-
damus. Habitus fœminæ duplicem ſpeciem circumfert,[37] cultum & ornatum. Cultum dicimus,
quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Illein
auro, & argento, & gemmis, & veſtibus deputatur: Iſte in cura capilli, & cutis, & earum partium cor-
poris quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri proſtitutionis: vt iam hinc
proſpicias, Dei ancilla, quid ex his diſciplinæ tuæ conueniat, quæ de diuerſis inſtitutis cenſearis, ſci-
licet humilitatis & caſtitatis. [38 Aurum & argentum principes materiæ cultus ſecularis affinit ne-
ceſſe eſt, vnde ſunt: Terra ſcilicet planè glorioſior, quoniam in maledictorum[39] metallorum feralibus officinis[40] pœnali opere deplorata nomen terræ in igni reliquit, atque exinde de[41] tormentis in
ornamenta, de ſupplicijs in delicias, de ignominijs in honores,[42] metalli refuga mutatur. Sed & ferri & æris, & aliarum viliſſimarum materiarum par conditio eſt, & terreni generis, & metallici operis: F
quo nihilo generoſior iudicari poſſit auri & argenti ſubſtantia penes naturam. Quòd ſi de qualitate
vſus, gloria eſt auro argento: atquin magis ferro & æri: quorũ ita diſpoſita eſt vtenſilitas, vt & proprias
operas plures & neceſſariores exhibeant rebus humanis, & nihil ominus auri & argenti de ſua vice
accommodant iuſtioribus cauſis.[43] Nam & annulli ferro fiunt. quædam eſui & potui vaſcula ex
ære adhuc ſeruat memoria antiquitatis. Viderit ſi etiam ad ſpurca inſtrumenta auri & argenti de-
mens copia deſeruit. Certè nec ager auri opere paratur nec nauis argenti vigore contexitur. Nul-
lus bidens aurum demergit in terram,[44] nullus clauus argentum intimat tabulis. Taceo totius vitæ
neceſſitates ferro & æri innixas: cùm illę ipſæ diuites materię, & de metallis refodiendæ, & in quocũque vſu producendę, ſine ferri & æris operario vigore non poſſint. Iam igitur eſtimandum eſt vnde
obueniat tanta dignitas auro & argento, cùm & conſanguineis quantum ad genus, & potioribus
quantum ad vtenſilitatem materijs præferantur.[45 Sed & lapillos iſtos qui cum auro ſuperbiam iun-
CAP. V. gunt, quid aliud interpreter quàm lapillos & calculos, eiuſdem[46] terræ minutalia: nec tamen aut
fundamentis demandandis, aut parietibus moliendis, aut faſtigijs ſuſtinendis,[47] aut tectis denſandis
neceſſaria? Solum hunc[48] mulierum ſtuporem ędificare nouerunt: quia tardè teruntur vt niteant, &
ſubdolè ſubſtruuntur vt floreant, & anxiè forantur vt pendeant, & auro lenocinium mutuum præ-
ſtant.[49] Sed ſi quid de mari Britannico aut Indico ambitio piſcatur, conchę genus eſt, non dico con-
chylio, aut oſtreo, ſed nec[50] peloride gratius de ſapore. Ad hoc[51] enim conchas nouerim maris po-
ma. Quod ſi concha illa aliquid intrinſecus poſtulat, vitiũ eius magis debet eſſe quàm gloria. Et licet
margaritum

margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum quàm conchæ illius aliqua dura & rotunda
A verruca. [52] Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui, ſicut in piſcium cerebris lapidoſitas quædam eſt. Hoc quoque deerit Chriſtianæ, vt de ſerpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, ceruicibus ſuis aut ipſi capiti ornamenta ſtruit? [53] Hæc omnia de raritate & peregrinitate ſola, gratiam poſſident. Denique intra terminos ſuos patrios, non tanti habentur. Semper abundantia contumelioſa in ſemetipſa eſt. Apud Barbaros quoſdam, quia [54] vernaculum eſt aurum & copioſum, [55] auro vinctos in ergaſtulis habent & diuitijs malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum eſt, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem [56] vidimus Romæ de faſtidio Parthorum & Medorum ceterorúmque gentilium ſuorum, coram matronis erubeſcentem, niſi quòd nec ad oſtenſionem fetè habentur. [57] Latent in ſingulis ſmaragdi, & [58] cylindros vaginæ ſuæ ſolus gladius ſub ſinu nouit, & in [59] peronibus vniones emergere de luto cupiunt. Deniq; iam gématum habent quod gemmatum eſſe non debet, ſi non comparet: aut ideò comparet, vt neglectum quoque oſtendatur. [60] Proinde & veſtium de coloribus honorem ſerui etiam eorum terunt. Sed & parietes [61] Tyrijs & hyacinthinis, & illis regijs velis, quæ vos operoſè reſoluta & transfiguratis, pro pictura abutũtur. Vilior eſt apud illos purpura, quàm [62] rubrica. Quis enim eſt veſtium honor iuſtus, de [63] adulterio colorum iniuſtorum? Non placet Deo quod non ipſe produxit, niſi ſi non potuit [64] purpureas & carinas oues naſci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, vtiq; non licet fingi. Non ergo natura optima ſunt iſta, quæ à Deo non ſunt auctore naturæ. Sic à diabolo eſſe intelliguntur, ab interpolatore naturæ. Alterius enim eſſe non poſſunt, ſi Dei non ſunt: quia æmuli ſint neceſſe eſt, quæ Dei non ſunt. alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus Dei non eſt. Ceterum [65] materiæ ex Deo ſunt. non ſtatim & huiuſmodi fructus latere in omnibus quæritur, & vnde ſint conchæ, & qua diſpoſitione de-
B curant, & vbi collocentur. Nam & omnes iſtæ prophanæ ſpectaculorum ſecularium voluptates, [66] ſicut de ipſis ſuum volumen ædidimus, Ipſa etiam Idololatria ex rebus Dei conſtat: non tamen ideò Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut ſcenæ turpitudinibus, Chriſtianũ affici oportet: quia Deus & equum, & pantheram, & [67] vocem homini dedit: nec ideò Idololatriam impunè faciet Chriſtianus, quia Dei conditio eſt & thus, & merum, & ignis qui veſcitur, & animalia quæ victimæ ſiunt, cùm & ipſa materia quæ adoratur, Dei ſit. Sic ergo & circa actum materiarum cenſus à Deo deſcẽdens, propterea excuſatus. Deo extraneum vt reum ſcilicet gloriæ ſeculũm. [68] Nam vt quæque CAP. IX
rerum, per ſingulas quaſque terras & vnam quamque regionem, materijs à Deo diſtributa ſunt, inuicem ſibi peregrina apud exteros, mutuo rara, apud vos, iure, ſi vtique vel appetũtur, vel negliguntur, quia non tantus eſt in illis feruor gloriæ inter domeſticos frigidæ. Sed enim ex [69] poſſeſſionũ diſtributione, quam Deus vt voluit ordinauit, raritas & peregrinitas apud extrancos ſemper gratiam inueniens, de ſimplici cauſa non habendi quæ Deus alibi collocauit, concupiſcentiam concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderatè habendi: quod & ſi fortè habendum ſit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, [70] vnde & nomen eius interpretandum, quòd concupiſcentia apud animum ambiente naſcatur ad gloriæ votum: grande ſcilicet votum, quod (vt diximus) non natura, nec veritas, ſed vitioſa animi paſſio concupiſcentia commendauit, & alia vitia ambitionis & gloriæ: ſic & pretia rebus inflammauit, vt ſe quoque accenderent. [71] Non tanto maior fit concupiſcentia, quanto magno fecit quod concupijt? [72] Breuiſſimis loculis patrimonium grande profertur. [73] Vno lino decies ſeſtertium inſeritur. [74] Saltus & inſulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes [75] Kalendarium expendunt, & [76] ſiniſtra per ſingulos digitos de ſaccis ſingulis ludit. Hæ ſunt vires ambitionis, tantarum vſurarum ſubſtantiam vno & muliebri corpuſculo baiulare.

C

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE HABITV MVLIEBRI.

CAP. I.

1. Si tanta in terris, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: Quòd lugere potius quàm ornari mulier debeat. *Maluimus autem legere* in terris, *quàm illud Truthemij, quum intrinſm huius libri citat*: in terra.

2. vt non magis in ſordibus ageret.] *Deſcribit (inquit Rhenanus) exemplum hominis exomologeſin facientis, & altum pœnitentiæ exequentis; de quo latius ſupra lib. de Pœnitent.*

3. id quod de Eua trahit, &c.] *Adnotandus locus, quòd* primum delictum *ſeu peccatum originale*, de Eua trahi *dicit; quum quidam vſque adeò ab Adamo illud propagatum dicant, vt ſi Adam non peccaſſet, in poſteros derivatum non fuiſſet.*

4. omni ſatisfactionis habitu.] *De* Satisfactione *ſupra late tractauimus lib. de Pœnit. c. 5. n. 26.*

5. In doloribus & anxietatibus paries, &c.] *Quum Rhenan. ex eo quod prius legebatur*: paris, *collegerit legendũ*: dominatur; *ego contrario quum iuxta editiones omnes tam Hebraicas quàm Græcas & Latinas conſtet legendum cum Mſs. 3. Vatic. cod.* dominabitur, *lego etiam*: paries; *maximè quum ſimiliter legat B. Cyprianus, & lib. de Hab. virg. & 1. Teſt. 3. c. 32. Vertit autem illud.* & erit ad virum tuum conuerſio tua *ex Græco*, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου: *pro quo B. Hieronymus apertius ex Hebræo*: & ſub viti poteſtate eris.

6. super pelliceas tuas tunicas.] *Similiter B. Chrisostomus homil. 18. in Genes. ornatum vestium hac scriptura impugnat.*

7. Milesij oues tonderent.] *D. Hieronymus (inquit Rhenan.) enarrans Ezech. cap. 27. auctor est, ex* Mileto *lanas praecipuas olim Tyrum deferri, vt non sine causa libuerint interpretibus 70. apud eum Prophetam vertere, & lanas de* Mileto *quum tamen* Mileti *vocabulum in Hebraeo nusquam inueniatur. Nos etiam hac de re aliquid diximus ad illud libro de Pallio:* Nec de ouilibus dico Milesijs n. 54.

8. & Seres arbores nerent.] *Apud* Seras *(teste eodem Rhenano) Scythicam gentem in arboribus lanugo reperitur, quam aqua perfusam depectiunt.* Seras *lanitio filiarum nobilesi vocat Plinius l. 6. c. 17.*

9. & Tyrij tinguerent.] *Idem Plinius (inquit Rhenanus) Phoenicem describens:* Tyrus *(inquit) quondam insula, praetio mari septingentis passibus diuisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim portu clara vrbibus genitu, Lepti, Vtica, & illa Romani Imperij aemula, terrarum orbe auida, Charthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius Nobilitas conchylio atque purpura constat.*

10. & Phryges infuerent.] *Pictas (inquit idem) vestes ita facere Iudaei* Phryges *inuenerunt idcoque* Phrygiones *appellati sunt, ex eodem Plin. Eodem pertinet quod supra dixit Auctor libro de Idolol. cap. 3.* an Phrygio detexat; & an filo formetur.

11. & Babylonij intexerent.] *Colores (inquit Rhenanus) diuersos picturae intexere* Babylon *maxime celebrauit, & nomen impositum. Eius dem Plinij verba sunt: Vnde* Babylonicae *vestes & ptragulae dictae. Ad explicationem verò facit illud B. Cypr. lege de bono Pudic. Vestibus aurum intexere, quasi pretio est vestes corrumpere. quid inter fila flaminum delicata rigida faciunt metalla?*

12. & margaritae canderent.] *Et hoc (inquit Rhenanus.) docente Plinio, margaritarum dos omnis, in* candore, *magnitudine, orbe, leuore, & pondere. Hinc placet magis hac lectio, quàm quod habet l. Vatic. cod. MS.* margatita.

13. & Ceraunia coruscarent.] *Fulgur (inquit Rhenanus) proprie coruscat, & à fulmine nomen habet* Ceraunia *gemma. Siquidem fulmen Graeci κεραυνὸν appellant. De hac gemma Plinius quoque l. 37. capite 9. Est (inquit) inter candidas & quae* Ceraunia *vocatur, fulgorem sydere rapiens; ipsa crystallina ydoris caruleis in Carmania nascens. Albam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concurrantem. Memnit & alterius eiusdam* Ceraunias, *Parthorum Magis quaestae, sed rara admodum, quoniam non alicubi inuenantur quàm in loco fulminesto. Flammas* Cetaunijs *tribuit Hieronymus, quum ad Demetriadem scribens: Vt taceam (inquit) de inaurum pretijs, candore* margaritarum, *rubri maris profunda testantium, smaragdorum virore,* Ceraunio*rum flammis, Hyacinthorum pelago. Ad quae ardent & insaniunt studia matronarum.*

14. Siiam & Speculio tantùm mentiri liceret.] *Huc alludit B. Cyprian. libro citato in hac verba: Quid postremò* Speculum *consulitur, nisi qua ne ipsa sit timetur.*

15. impedimenta.] Impedimentorum (*inquit idem Rhenanus*) *nomine sartinas accipimus. Ita rursum libro sequenti,* Et reliqua compositionis vestrae impedimenta. *Item libro ad Martyr. supra capite 2.* Ceteta aeque animi impedimenta, *& infra libro 1. ad Vxor. capite 5.* filiorum impedimenta. *Alludit autem hic ad pompam triumphalem, qua reduces Imperatores pop. Rom. rebus bene gestis vrbem ingrediebatur variis ostentatibus praelatis. Siue potius ad funebrem Triumphalium virorum pompam, in qua similia deferebantur. Nam sequitur:* quasi ad pompam funeris constituta.

CAP. II.

16. Nam & illi qui ea constituerunt, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd angelis desertoribus debeatur quicquid ad instrumentum mulieb ris gloriae pertinet.

17. illi scilicet angeli, qui ad filias hominũ de cœlo ruerunt] *Pertinet hoc ad errorem Tertull. etiam Veteribus aliis, & ipsi B. Cypr. communem. de quo aliquid diximus ad libr. eius de Discipl. & hab. virg. num. 54. & latius inter Auctoris errores in nostris Prolegomenis.*

18. benè occultas.] *Hoc est (Rhenano interprete) vtiliter* occultas, *vt mox* non bene reuelatas, *id est, quas expedebat non esse reuelatas.*

19. metallorum opera.] *Intelligit (vti Rhenanus adnotauit) de foditis auri & argenti. Id quod in sequenti libro aliis verbis explicat.* Qui (*inquit*) & materias eiusmodi illecebras detexerunt. *Cyprianus in Demetrianum: Minus argenti & auri opes suggerunt iam exhausta metalla & pauperes venae.*

20. herbarum ingenia traduxerant.] *Hoc est (inquit Rhenan.) herbarum vim atque naturam publicauerant. Eodem autem modo dixit lib. de Fuga in persecutione infra T. 5.* non traditus autem traduci habebat: *id est (vti idem ibidem) exponi omnium oculis, seu publicari.*

21 & incantationum vires prouulgauerant.] *MS. 3. Vatic. ad.* promulgauerant. *Perinde esse, indicat Fesius his verbis:* Promulgari *leges dicuntur, quum primùm in vulgum edunitur, quasi:* ptoulgari. *Atqui de incantationibus infra, Tomo sequenti; l. de Anima.*

22. vsque ad stellarum interpretationem.] *Similiter dixit Auctor sub finem libri de Pallio:* & qui stellarem coniectat. *Verumtamen, autem pertinere in idiro non ad* Astronomiam, *quae de cursu aceto stellarum agit, sed ad* Astrologiam, *de qua latius supra lib. de Idolol. c. 9. & Adnotat. ibidem nostros. Nisi quis malit illud referre ad stellatũ nomina, de quibus Origene teste, homil. 28. in Num. plurima in libellis, qui appellantur Enoch, secreta cõtinentur & arcana, de cuius scriptis latius sequente capite.*

23. nihil ad integritatem peccatores.] *Quantumuis reprehendantibus MS. 3. Vatic. qui legunt* i pectoris, *assentiens Rhenano lege:* peccatores, *vt oratio tribus membris constet, maxime quod libro sequenti legatur:* per angelos peccatores demonstrata sunt. *Lego interim cum 1. edit. in marg.* ita monstrare siue cõferre, *pro:* sicut conferre.

24. An ne sordidi, & per gratuitum vsum conrumelio-si.] *Posterioribus verbis prior a explicantur. nam (vti adnotauit etiã Rhenan.)* sordidos *pro auaris accipit, &* gratuitum vsum *intelligit, eum qui taret praemio.*

25. Sed hæc non capit aestimare.] *Et hic (inquit Rhenan.) vti in aliis libris saepè:* non capit, *pro eo quod Graeci dicunt:* οὐ δέδεκται, *hoc est, non licet fieri non potest, vt res sic aestimetur. Similes locos sunt supra l. de Spectacul. c. 4.* interpretari capit. *lib. de Praescript. haeret.* Alia capit opinari. *Item adu. Marc. l. 1.* si depreciari capit. *lib. 2.* capit etiam imaginem spiritus dicere statuni. *lib. 3.* Id enim intelligi vel non intelligi capit. *l. 4.* separatio per coniunctionem capit de qua fit. *& lib. 5.* animale dici capit, &: absq; qua nec corpus aliud dici capit. *Denique:* Quòd si non capit alterius omnia ista deputari.

26. omnem, &c. affectionem per carnem placendi.] *Alludit haud dubie ad illud Galat. 6. Quicunque volunt placere in carne, &c. de quo latius lib. aduers. Marc. 5. Legimus autem ex 3. MS. Vatic. cod.* Quid ergo faciunt, *pro:* facient.

27. Christo & Belix.] *Peculiare est hoc Auctori tum hic, tum lib. de Cor. milit. infra cap. 10.* Belix, *pro eo quod Graecè* βελίαρ, *& tum 2. Cor. 6. tum frequenter in veteri Testamento ex Hebraeo interpres Latinus:* Belial. *Quod esse proprium diabolo etiam adnotauit Cyrillus Orat. de exitu Animae, & 70. interpretibus vertitur Deuter. 13.* υἱοὶ παρανόμου, *quod iniquum seu peruersum, aut* λοιμώδες, *vti 1. Reg. 1. 2. 10. & 25. quod pestilentem sonat. Pro vero Hieron. Iudic. 19. interpretatur filij* Belial, *sine iugo.*

28. subsistantia angelica.] *Pertinet hoc ad alterum Auctoris errorem, quo corpora subsistantiam angelu tribuebat; de quo etiam inter Prolegomena.*

29. idem sexus qui & vitis. *Hoc addit, quia legitur Matth. 22. Neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in caelo, de quo latius lib. de Resurrect. carn. Tom. sequent.*

CAP. III.

30. Scio scripturam Enoch, &c.] *Huius capitis inscriptio seipsam prodit:* De scripturae Enoch auctoritate. *Porrò praeterquam*

præterquam quod Prophetiam Enoch. citarit Auctor supra Apolog. ca. 22. & lib. de Idolol. cap. 4. & 15. vbi aliquid adtigimus Adnot. nostr. & infra quoque libro de Cultu fœminarum, hic etiam auctoritatem eius vindicat quatuor potissimum rationibus. Primum contra eos, qui non putauerunt eam post catastrophem saluam esse potuisse, quòd pronepos Enoch Noe potuerit eam, si non scripto, saltem hæreditaria per Mathusalem filium eius traditione posteris sua prædicatione delegasse, aut tam abolefactam inspiritu rursus reformare, quemadmodum ab Esdra instrumentum litteraturæ Iudaicæ restauratum est. Deinde quòd omnis scriptura adeò inhabilis diuinitus inspirata credatur, quæ ratio etiam allegari possit contra eos, qui hodie hagiographos libros Apocryphos censent, vt sunt Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, & Ecclesiastici, ac Machabæorum libri. Item quòd à Iudæis reiecta sit, eo quòd de Domino prædicatus, quemadmodum & antiquis & hodierni hæretici scripturas multas reiecerunt, eo quòd hæresi suæ contrarietur; de quo latius libris aduersus Marcionem. Denique quòd apud Iudam Apostolum testimonium possideat. Neque mirum quum etiam Irenæum, Iustinum Martyr, Clemens Alexandrinum, & Athenagoras Tertullianus antiquiores tanti fecerint dictam Enoch Prophetiam, vt inde errorem suum hauserint (de quo in Prolegomenis nostris latius) de angelis malis, qui adsumpsis corporibus ex filiabus hominum Gigantes suscepernint, immo & post eum Methodium Martyr, B. Cyprianus, Lactantius, Severus Sulpitius, Theclus denique & Psellus, Philosophi Christiani. Verum B. Hieron. vsque adeò in contraria est sententia, vt lib. de Eccles. script. asserat, properasse Epistolam Iudæ à quibusdam Ecclesiasticis Patribus fuisse reiectam, quòd apocryphum librum Enoch citet. De quo tamen Apostolum Iudam excusat in Comment. epist. ad Titum, quòd vti liceat parte libri, etiamsi totum librum quæ non adprobet. Similiter Chrysost. in Comment. ad Gen. c. 6. fabulas nuncupat Enoch. libri dictam sententiam, & apertius D. August. l. 15. de Ciuit. Dei c. 23. Scripsisse quidem nonnulla diuina Enoch septimum ab Adam negare non possumus, cum hoc in Epistola canonica Apostolus Iudas dicat, sed non sunt in canone scripturarum. Vnde illa quæ sub nomine eius proferuntur, & continent fabulas illas de Gigantibus, quòd non habuerint homines patres, recte à prudentibus indicantur non ipsius esse credenda. Cui similia ab eodem repetuntur, ne hic prolixiores simus, lib. 18. de Ciuit. Dei c. 38. Idem sensisse videtur Epiphanius, vbi agit de hæresi Martionis, qui quum Enoch mentionem secisse, addit: Sed nondum exstabat lex scripta, verùm naturalis tantùmodo ea mente & traditione per successionem patrum ad filios; quod tamen ipsum accedit ad primam rationem supra scriptam Auctoris.

31. quæ hunc ordinem angelis dedit.] De hoc lib. seqn. de Cultu fœminar. Iidem (inquit) angeli, qui & materias huiusmodi illecebras detexerunt, aurum dico & argentum illustrium, & opera eorum tradiderût, etiam calliblepharum vellerumque tincturas inter cetera docuerunt, damnati à Deo sunt, vt Enoch refert. Reliqua nunc diximus ex August. & reliquis Veteribus, de quibus latius Sixtus Senensis, Bibliothecæ sanctæ l. 2. de Henoc.

32. quia in armarium Iudaicum admittitur.] Canonem scripturarum Iudaicarum intelligit, qui (B. Augustino teste vbi supra) seruabatur in templo Hebræo populi, succedentium diligentia sacerdotum. De catacly smo vero pro diluuio aliquid diximus. Prodauum item Noe fuisse dictum Enoch patet, quia Enoch genuit Mathusalem, ex illo Lamech, cuius filius Noe.

33. omne instrumêtum Iudaicæ litteraturæ per Esdram constat restauratum.] Similiter Irenæus lib. 3. adu. hæres. c. 25. In ea (inquit) captiuitate populo quæ facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturis, & post 70. annos Iudæis descendentibus in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspirauit Deus Esdræ sacerdoti tribus Leui præteritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data esset per Moysen. Hinc etiam B. Hieron. lib. aduersus Heluidium, Esdram restauratorem Pentateuchi nuncupat: & alibi scribit, quod scriptura sacra sum dissipata eodem spiritu, quo ante scripta erant, resumsit: Eodem pertinet illud B. Isidori Etym. l. 6. c. 1. Hebræi (inquit) vetus Testamentum Esdras Auctore iuxta numerum litterarum sacrarum in 22. libris accipunt, dividentes eos in tres ordines, Legu scilicet, prophetarum, & Hagiographorum, &c.

34. Sed quum Enoch eadem scriptura etiam de Domino prædicatit.] Verba ipsa prædicationis Enoch de Domino reperire est in Testamento duodecim Prophetarum, quod frequenter citatur ab Origene & Procopio. In Testamente enim suo Simeon: Vidi (inquit) in charactere scripturæ Enoch, &c. quoniam Dens corpui adsumens, & comedens cum hominibus, saluabit homines. Et nunc filioli mei, obedite Leui, & in Iuda liberabimini, & nõ efferemini super duas tribus has, quoniã ex ipsis orietur nobis saluture Dei. Suscitabit enim Dominus ex Leui principem sacerdotum, & ex Iuda Regem Deum & hominem, ita saluabit omnes Gentes. Haud absimiliter etiam Leui: Innocens (inquit) ego sum ab omni impietate vestra & transgressione, quam facietis in consummatione seculorum, in saluatorem mundi impiè facientes, & suscitantes eis mala magna à Domino, & iniquè facietis cum Israel, vt non sub spiritu Dei saluum à facie malitiæ vestræ, & scindetur velum templi, &c. quemadmodum continet liber Enoch ipsi.

CAP. IIII.

35. Nulla nunc muliebri pompæ nota iniusta sit, &c.] Inscriptionem hunc capiti dedimus: De cultu & ornatu muliebri.

36. & matrimonium carnis.] Etiam hoc ad supra scripta c. 3. errorem pertinet.

37. cultum & ornatum, &c.] Alludere videtur Auctor ad illud Varronis: Mundus muliebris dicitur à munditia, Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maxime sumitur, quòd eam decorat. Itaque ob id paratur speculum; hoc est enim quod dicit: Ornatum in cura cutis & capilli consistere, quam adeò eleganter à contrario sensu, immundum muliebrem vocat.

CAP. V.

38. Aurum & argentum principes materiæ cultus, &c.] Insigniumque caput illud hoc titulo: De auri & argenti qualitatibus. In quo imitatur ex parte Plin. Nat. hist. l. 33. Præmium.

39. metallorum feralibus officinis. MS. 3. ferialibus; sed illud placet. Nam (vt recte adnotauit Rhenanus) metallorum operibus adducebantur damnati, inque his sæpè Christiani. De quibus 25. epist. l. 3. qua nunc est 77. Cyprianus Martyr: Non fouetur (inquit) in metallis lecto & tuleetur corpus. Humi iacens fossa laboribus vifcera. Squalent sine balneis membra situ & sorde deformia. Panis ille exiguus. Vestis algentibus deest. Semitonsi capitis capillus horret, &c. reliqua. Frustrà hic dicit feralibus officinis. Apud Cypr. legumus: feralibus cibis pollui; violarique.

40 pœnali opere.] Ita (inquit idem Rhenanus) B. Cyprianus horribiles carceris atq; funestæ pœnalis loci tenebras dixit. Ità: Squalorem carceris & ergastuli pœnalis horrorem. Et ad Donatum: Pergit pœnalibus cumulis pertinacitet adhærere.

41. de tormentis in ornamenta.] Eleganter (inquit idē) hic contungit contraria, quorum hoc primum membrum commendat Professionasia. Hinc illud Ambrosij: Vos vero beatæ virgines, quæ talia tormenta potius quàm ornamenta nescitis.

42. metalli refuga.] Nam (eodem adnotante) mutat nomen: Vocatur enim armilla aut torques. Est autem & hæc phrasis Ireconsultorum. Plautus enim: Aut damnum, D. De pœnis. Quique (inquit) refugæ ex opere metalli in metallum damnatur. Hinc & Marcellus l. Milites. D. De re militari: custodiæ refuga dixit. Ibi autem: & nihilominus auri & argenti, subaudi, operas, idque iustioribus, id est prædatoribus causis.

43. Nam & annuli ferro fiunt.] Triumphantibus (vti adnotat Rhenanus) olim corona ex auro Hertusca fustinebatur à tergo; annulus tamen in digito ferreus erat. Hi quoque qui obsidionem acceperant aureos, in publico tantum vtebantur; intra domes verò, ferreis. Quo argumento etiam nunc sponsæ annulus ferreus mittatur, si que sine gemma. Ex Plinio. Nos aliquid etiam adtigimus in cap. 6. Apolog. n. 79. Recte autem ex coniectura

Flituit Rhenanus: Nullus bidens, *pro*: videns; *nam correspondent M.S. cod. 3. Vatic.*

44. nullus clauus argentum intimat tabulis.] *Simili Metaphora dixit lib. de Resurrect. carnis* Si quidem Ephesijs scribens Apostolus, in interiorem hominem habitare Christum, sensibus vtique intimandum Dominum significauit. *vt* intimare *accipiatur*, *pro*: insetere.

CAP. VI.

45. Sed & lapillos istos qui cum auro superbiam iungunt, &c.] *Tractat hoc capus*: De gemmatū qualitatibus. *De quibus latiss. Plinius hist. nat. toto libro 37. & ad instit. tum lib. 9. c. 35. quem imitatus etiam hic videtur.*

46. terræ minutalia.] *Minutias* (inquit Rhenan.) *intelligit*. Minutalibus *regnis dicit adu. Marc. l. 1. Adiectiue. Vulgus hodie* mineralia *vocat.*

47. aut tectis densandis.] *Loqui adnotauit Rhenanus Æthiorem de* tectis *Africanis, & Orientalium regionum, quibus apud nos pergula similes sunt, Germani Tarras vocant, quasi Terracium.*

48. mulierum stuporem ædificate.] Stuporem *accipi pro cultu, cum affectum stupent viri. Ædificandi vero verbo* (inquit *Rhenanus*) *per translationem vti solet. Ieron Martyribus* vt robori ædificando vacent.

49. Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscatur, conchæ genus est, &c. licet Margaritum vocetur, &c.] *Pulcherrime describit originem margaritæ, quod nunt neutro genere dixit, quum l. cap. fœmineo margaritæ dixisset. Non dubium autem quin Plinium* (*vti ferè semper in eiusmodi imitetur, cuius hac verba ad lectoris amplorem intellectum scribenda putauit, ex lib. 9. Nat hist. c. 35. Principium culmen que omnium rerum pretij* Margaritæ *tenent*. Indicus *maxime has nutrit* Oceanus. *Origo atque gentura* conchæ *est haud multum* ostrearum conchis *differens. Hæ vbi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quandam ostiatione impleri roscido conceptu fraudunt, grauidas postea enitt*, partūmque concharum esse margaritas, *pro qualitate roris accepti; si purus influxerit, candorem* (*hinc supra dixit Auctor*: margaritæ canderent) *conspicis: si verò turbidus, eandem pallere. Sani quidem partus multiplicem constant cute, non impropriè callum* (*quod vocatur ab Auctore* dura & rotunda vertuca, *& dicitur* concha aliquid intrinsecus pustulare, *vti recte captabat ex hoc loco Rhen. pro* postulare) *vt existimari corporis possit. itaque purgantur & à peritis*. In Britannia *quoque parum ac desolores* (*viniones nempè, qui pro eodem habentur, vt cap. sequenti dicetur*) *nasci certum est, quamuam D. Iulius thoracem, quem Veneri genitrici in templo eius dicauit, ex* Britannicis margaritis *factum voluerit intelligi.*

50. Peloride.] *Inter testacea seu concharum genera inquit Rhenan.*) Pelotidem *quoque Plinius recenset, & aliarum emollire scribit, l. 32. c. 9.*

51. Ad hoc enim conchas nouerim matis poma.] *Sensus est* (*inquit Rhenan.*) *Non ad fastum, sed ad saporem & vsum nouerim conchas, veluti poma quadam matis quibus assimilantur. In profundo maris eminiscentia ab vrinatoribus colligantur, velut*:

Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.

quorum figuram repræsentant.

52. Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui, &c.] Draconites, *siue* Draconitas (*vti adnotauit etiam Rhenanus*) *Plinio teste l. 37. cap. 10.* è cerebro fit Draconum, *sed nisi viuentibus abscisso numquam gemmescat, inuidia animalia mori se sentientia. Igitur mos est vt dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus, qui vsum eam gemmam apud regem scripsit, bigu vehi quarentes tradit: & viso Dracone, spargere somnifica medicamenta, atque ita præcidere. Esse autem candore transluciduo, nec postea polirt, aut artem admittere.*

CAP. VII.

53. Hæc omnia de taritate & peregrinitate sola, &c.] *Inscriptio est huius capitis*: Quòd apud Barbaros hæc prædicta, sint fastidio. *Est autem plane similes id quod repetit l. sequ. de Cultu fœmin. & imitatur Auctorem S. Cyprian. l. de Hab. virgin. quum sub finem dicit*: *Sint à compedib. aureu pedes liberi.*

54 vernaculum est aurum.] *Tamquam illic natum* (*vti adnotat Rhen.*) *similiter Paula & Eustochium in epistola ad Marcellam: Totum mysterium nostrum istius prouincia vrbisque vernaculum est.*

55. auro vinctos in ergastulis habent.] *Sic l. seq.* Quamquam & aurum ipsum cuidam Gentiad vincula seruire referunt Gentium litteræ. *atque adeo recte addit*: diuitijs malos onerant. *quanto enim quisque sceleratiss. tanto cenfestior ex aureis vinculis deuisimus. Apud Æthiopes autem hunc morem fuisse adnotauit Theodorus Cantenus Variar. Lec. l. 1. c. 5. ex Plutarcho in Erotice, & Dione Chrisost. in Orat.* Περὶ Μοναρχ.

56. vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum. *Recte adnotauit Rhenanus* Parthos Romæ vilos ab Auctore, *quam legatione fungerentur apud Seuerum Imperatorem, aut in eius triumpho de* Parthis, Medis *& Adiabenis, qui quo anno eius imperij contigerit, latius in vita Auctoris.*

57. Latent in cingulis Smaragdi. *De* Smaragdis *vide Plin. l. 37. c. 5. qui tertiam ambitionem illis tribuit, & Persicos* (*quibus Parthi cōtribuantur, vt sæpè diximus*) *tradit non tralucidos, sed iucundi teneru visum implere, quem non admittunt, selium pantherarū que oculu similes.*

58. & cylindros.] *De* Cylindris ex Smaragdis confectis, *ita ibidem Plinius*: Inde (inquit) *mirè gaudent longitudine eorum, solosq; gemmarum esse pradicant, qui carere aure malint, ob id perforatu Elephantorū setis relugant. Et alios conuenit non oportere perforari, quorū sit absolutæ bonitas, umbelicū flatim ex auro capita imprehendentibus. Ideò* Cylindros *ex iis facere malunt quàm gemmas, quoniam non est summa commendatio in longitudine. Sunt autem* Cylindri, *teretes gemmæ & oblongæ instar* Cylindri, *vel est columnæ lapidea rotatiles, qua vtuntur res rusticæ cultores aquandis areis.*

59. & in peronibus vniones.] *Auctor est Seruius* (inquit *Rhenanus*) peronem *esse rusticum calciamentum, quo vocabulo vsus est Virgilius l. 6. Aeneidos*:

~Cudus tegit altera *pero.*

Et Iuuenalis:

Nil vetitum feciſſe valet, quem non pudet alto
Per glaciem *perone* tegi.

Et quidem hic proprie locutus est, de Barbaris facietes sermonem. Meminit & peronum in lib. de Pallio, quum inquit: Magnum incessui monimentum sustrinæ veneræ prospexere perones effœminatos; *vbi vide Adnotat. nostram n. 91. Scribit autem eadem de re Plin. l. 9. c. 35. in hac verba*: Nulli diu reperuntur indiscreti, *vnde nemen* vnionum *Romanæ scilicet impatientes deliciæ. Nam id apud Græcos non est, ne apud Barbaros quidem eius inuentores aliud quàm* margaritæ. *Et paulopost*: *Hos & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulu, sed totu soleas addunt. Neque enim gestare iam* margaritas, *nisi calcent, ac per* vniones *etiam ambulent, satis est. Legimus autem cum 2. Mss. Vatic. cod.* Denique iam gemmatum, *pro eo quod erat*: denique tantum, *maxime quod 1. edit. & 1. Vatic. legant*: tam.

CAP. VIII.

60. Proinde & vestiū de coloribns honorem, &c. *Ipsa hæc verba titulum huius capitis indicant*: De vestium coloribus adulterinis.

61. Tyrijs & hyacinthinis, & illis regijs velis.] *Per* Tyria vela *purpurea intelligit, quippè quum purpura illis maximè nota sit vti patet ex Plinio lib. 9. cap. 36. 37. 38. 39. 40. & 41. vnde & subiungit*: vilior est apud illos purpura &c. Regia *autē* vel *intelligit Rhen* Attalica aulæa, *quæ tamen ipsa mulieres id temporis operosè, id est filatim* resoluta tanfigurabant, *id est aliter retexebant. De his ita Plinius lib. 8. cap. 48. Aurum intexere iis Asia inuenit* Attalus *Rex, vnde nomen* Attalicis.

62. rubrica.] *Milton significat* (*inquit Rhenan.*) *siue colorem rubrum. De varijs autem* rubricæ *generibus vide Plinium l. 35. cap. 6.*

63. de adulterio colorum iniustorum.] *Harrisim censuit legendum*: iniustorum, *sed plures*: iniustorum, *eo quòd addat*: adulterio.

adulterio. *Imitatur autem hunc locũ S. Cyprian. l. de Pudic. hiu verbis*; Adulterium *fidelis nec in* coloribus *nouerit.*

64. purpureas & carinas oues, &c.] *Hæc alludit idem B. Cypriano lib. de Discipl. & hab. virg. Neque enim Deus coccineas aut* purpureas *oues fecit, (aut herbarum succu, id est virgo de seu* carinas) *& conchylijs tingere & colorare lanas docuit. Vtrumque autem imitatus est B. Hieronym. in vita B. Marcellæ. In hunc autem locum pulcrè fe commentatur Rhenan. Græcus codex habet:* arinas: nec refert, *vtrumque Græcu vernum significat; quad tu hic pro viridi interpretare. Ambo vocabula coniuncta habes in illo lepidissimo Epigrammate de Lusciniæ, quæ cicadem corripuerat, quod legitur tituli in Aaes, Epigrammatum Græcorum l. 1.*

τὸν ξεῖνον ἀ ξεῖνα, ἀεῖσον ἀηδονίδα.

65. mareticæ ex Deo sunt, &c.] *Etiam hunc locum benè explicat his verbis Rhenan. Sensus est*: Mareticæ ex Deo sunt, *sed tamen iste vsus mareticarum nequaquam secundum diuinam voluntatem, quasi qui illic ideò* lateat, quærtitur, *videlicet* vnde sint conchæ, *hoc est ex quo mari, Indico, aut Britannico,* & qua dispositione decurrant, *scilicet in monilibus & murenulis mulierum*, & vbi collocentur.

66. sicut de ipsis suum volumen ædidimus.] *Haudubiè librum de Spectaculis intelligit, vbi de Pantheræ aliquid admonuimus, c. 2. n. 6.*

67. & vocem homini dedit, &c.] *Hunc locum ad verbum ferè imitatur vbi supra B. Cypr. n. 43.*

CAP. IX.

68. Nam vt quæque rerum, &c.] *Postremum hoc caput inscriptum*: Quòd omnis iste ornatus ad ambitionem pertineat.

69. ex possessionum distributione, &c.] *Adnotatu dignum locum contra eos, qui* possessiones *omnes omnibus communes esse volunt, quippè quum* distributionem *earum à Deo ordinatam asserat. Sunt autem mox legas*: concupiscentiam concitat *excusè, sine* excitat *cum MS. Vatic. cod. perinde est. ad posteriorem lectionem aludit magis tertius cod. MS. legens*: excutat.

70. vnde & nomen eius intercptandum, &c.] *Elegans definitio* ambitionis.

71. Non tanto maior, &c.] Non (*inquit Rhenan.*) *pro*: Annon, *seu* Nõnne. *Eodem modo dixit Exhort. ad castit.* Non dicendum erit.

72. Breuiss. loculis, &c.] *Intelligit (inquit Rhenan.) repositoria, in quibus monilia magnum patrimonium aquantia seruantur, aut ipsa monilia, quæ vice* loculorum *sunt.*

73. Vno lino, &c.] *Summa hæc (inquit idem) vitiis quinquies mille auteorum coronatorum. Hoc innotuit D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ dixit, Qui vno filo villarum insunt pretia. Atqui de Sestertijs videnostras Adu. in B. Cyp. epist. 60. ad Episcopos Numidas n. 5.*

74. Saltus & insulas, &c. *Hoc est (inquit Rhenan.)* saltuũ *& insularum pretia. Sunt autem etiam* insulæ *domus, quæ non communibus parietibus coniunguntur cum vicinis, aulæ Festi. Atqui in illo* tenera cerùix, *emphasis est in* tenera, *quemadmodum est in eo quod mox sequitur*: Graciles aurium cutes. *Similiter autem etiam B. Cypr. lib. de Bono pudic. Miuum negotium, mulieres ad omnia delicatæ, ad vitiorum sarcinas fortiores sunt viris.*

75. Kalendarium expendunt] Kalendarium *hic (eodem admonente) significat eas tabulas domesticas, quæ non singulos dies sed menses singules respiciunt. In his vsuræ perscriptæ erant ad* Kalendas *exigendæ. Seneca epistola 88. Diuitem (inquit) illum putas, qui aureo supellex etiam in via cum sequitur, quia in omnibus prouincijs erat, quia magnus* Kalendarij *liber volutur. Signanter autem dixit* expendunt, *hoc est in extima aurie pellicula appendunt. De pretijs insuribus loquitur. Eponit autem seipsum, quum inquit*: Hæ sunt vires ambitionis, tantarum vsurarum substantiam vno & muliebri corpusculo baiulare. *Similiter autem dixit B. Cypr. l. de Bono pudic. quorum pretia etiam sine artibus* Kalendarium *eiusmodi excedunt. vbi etiam aliquid admonuimus n. 47.*

76, & sinistræ per singulos digitos de faccis singulis ludit.] *Ita ex coniectura Latinij, emissa voce*: in, *superflua. Similiter B. Cypr. l. de Bono pudic. Quod quum* digiti *tali auro onerantur, nec intrare possunt, nec egredi, vtrum vsus expetatur, an patrimonium (quæ per laccos pecuniarios intelligit hic Auctor) inanis pompa monstratur? Plin. l. 33. c. 2. vbi integram annulorum macerami latissimi tractat, inter cetera hæc habet, quæ ad loci huius intellectum facere putaui. Manum (inquit) & prorsus sinistræ maximam auctoritatem conciliauere aures. Et pag. sequ. Multis hoc modis vt cetera omnia luxuria variauit, gemas addendo exquisito fulgori, censui; optimo* digitos *onerando. & vt*: Singulis *primò* digitis *annullos geri mos erat qui fuit minimus proximo postea pollici proximo inducre, deinde iunit & minimo dare, Gallis Britannisque; in medio dicuntur vsq; hinc nunc solus excipitur; cæteri omnes onerantur, atque etiam primatim articuli minoribus alijs. Sunt qui tres vni minimo congerit, iam alij pondera eorum ostentant.*

ARGVMENTVM LIBRI DE CVLTV FOEMINARVM PER IACOBVM PAMELIVM.

EIVSDEM *penè argumenti est liber iste cum præcedenti, præterquàm quòd hic curam capilli & cutis magis peculiariter reprobet.* I.

Primùm verò pudicitiam, quæ ancillas Dei deceat, non in sola docet consistere carnis integritate, sed & cultus ac ornatus, vt à Gentilibus differant, simplici munditie. II.

Deindè quòd studium placendi per decorem non re integra conscientia veniat, quippè quod & tentationibus viam aperiat, & spectatoribus sit periculo. III.

Quòd item laude formæ frui ad gloriam, pertineat in carne; in qua non gloriandum, nisi quum propter Christum lacerata duruuerit, vt spiritus in ea coronetur. IIII.

Neque verò in maritorum gratiam id fieri debere, quum fidelis maritus formam non spectet, infidelis suspectam habeat. V.

Maximè autem delinquere, quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt, reprehendentes artificem Deum quum emendant. VI.

Eas etiam quæ croco, vel Germanæ & Gallæ, capillum vertunt, malè sibi flámeo capite auspicantes, VII.

& cerebro perniciem reseruantes.

VII. *Nec minus illis, quæ nescio quas enormitates futilum atque textilium capillamentorum alieni capitis, nunc in galeri modum vertici adfigunt, nunc collyridas quasdam ceruicibus astruunt.*

VIII. *Magis adhuc, proprias formæ præstigias in viris improbari, vt fœminis placeant.*

IX. *Quinuerò & circa vestitum curandam esse impedimentorum amputationem; & siquas diuitiarum natalium vel dignitatum ratio compellat pompaticas progredi, sic agant quasi non vtantur; non secus atque multi faciunt, spadonatui se adsignantes propter regnum Dei.*

X. *Nimirùm à Deo non esse vestium colores & officinas, aurique opera & lapillos, sed ab angelis peccatoribus; & etiamsi Esaias nullum cultum interdixisset, abstinere tamen debere quòd non ædificet.*

XI. *Nullam enim esse causam structiùs prodeundi, quum procedendi omnis causa sit tetrica: aut enim imbecillus aliquis visitandus, aut sacrificium offertur, aut verbum Dei administratur; ac si necessitas Gentilium amicitiarum eas vocet, esse debere inter ancillas Dei & diaboli discrimen.*

XII. *Præsertim quum lenocinia formæ magis conueneniant; immò numquam non, prostitutis corporibus coniunctа esse & debita ex Scripturis constet.*

XIII. *Denique lucere debere opera earum, discutiendas delicias, quibus fidei virtus effœminari potest; quum tempora Christianorum, tunc vel maximè ferro transigerentur.*

Ceterùm librum hunc Tertulliani patet esse, tum ex eo quòd ijsdem subinde verbis repetat quæ præcedenti libro, tum quòd ad verbum quædam hinc B. Cyprianus desumpserit lib. de Discipl. & habitu virgin. Quare rectè eum agnouerunt pro fœtu germano adhuc Manuscriptum Trithemius & Politianus vbi suprà. Ædidit primùm ex Paternacensi ac Hirsaugiensi, deinde & ex Gorzienſi codicibus Frobenius; castigauit Sigismundus Gelenius ex Anglico Lælandi codice, nos denique iterum restituimus ex tribus libris MS. Vaticanis, auctiorem quoque nostris, ad Rhenani adiunctis. Annotationibus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE CVLTV FOEMINARVM LIBER.

CAP. I. ANCILLÆ Dei viui, conseruæ & sorores meæ, quo iure deputor vobiscũ, posttremissimus omnium, qui de meo iure conseruitij & fraternitatis audeo ad vos verba ista facere, non vtique affectationi, sed affectationi procurans in causa vestræ salutis. Ea salus nec fœminarum modò, sed etiam virorum, in exhibitione præcipuè pudicitiæ statuta est. Nam cùm omnes templum simus Dei illato in nos & consecrato spiritu sancto, cius templi æditua & antistes pudicitia est, quæ nihil immundum nec prophanum inferri sinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquat. Sed modò non de pudicitia, cui indicendæ & exigendæ sufficiunt: instantia vbique diuina præcepta, verùm de pertinentibus ad eandem, id est qualiter vos incedere oporteat. Pleræque enim (quod ipsum, mihi reprehendendo in omnibus reprehendere Deus permittat) aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, ita ingrediuntur, quasi pudicitia in sola carnis integritate, & stupri auersione consistat, nec quicquam extrinsecus opus sit, de cultus dico & ornatus dispositione. Sed enim perseuerent in pristinis studijs formæ & nitoris sui, eandem sui circumferentes quam fœminæ Nationum, à quibus abest conscientia veræ pudicitiæ: quia nihil verum in his quæ Deum nesciunt præsidem & magistrum veritatis. Nam etsi qua in Gentilibus pudicitia credi potest, vsq; adeò eam imperfectam & inconditam constat, vt licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamẽ licentia sese dissoluat propter veritatem Gentilium, solatium appetendo cuius rei deuitat effectum. Quota denique est quæ nec placere quidem extraneis concupiscat, quæ non velit idcircò se expingere, vt neget appetitum. Quanquam & hoc Gentili pudicitiæ familiare sit non delinquere, attamẽ velle vel etiam nolle, attamen non denegare, mirum: quia peruersa sunt omnia quę à Deo non sunt. Videant igitur quæ totum bonum non obtinendo, facilè & quod obtinent, malo permiscent. Vos ab illis, vt in ceteris, incessu quoq; deuertere necessarium est: quoniã perfectę esse debetis, sicut pater vester qui CAP. II. est in cœlis. [Perfectæ autem, id est Christianæ pudicę, appetitionem sui non tantùm non appetendam, sed etiam execrandam vobis sciatis: primò quòd non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter inuiatorem libidinis scimus. Quid igitur in te excitas malum istud? quid inuitas, cuius te profiteris extraneam? Tum quòd tentationibus viam apperire non debemus, quæ nonnunquam (quod Deus à suis abigat) instando perficiunt, certè vel spiritu scandalum

1. Cor. 3.

A scandalum permouent. Debemus quidem ita sanctè & tota fidei substantia incedere, vt cõfessæ & securæ simus de conscientia nostra, optantes perseuerare id in nobis, non tamen præsumere. Nam qui præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor, fundamentum salutis est: Præsumptio, impedimentum timoris. Vtilius ergo si [15] speremus nos posse delinquere: sperando enim timebimus, timendo cauebimus, cauendo salui erimus: cõtrà si præsumamus neque timendo, neq; cauendo, difficilè salui erimus. Qui securus agit, non est sollicitus, non possidet tutam & firmam securitatem. At qui sollicitus est, is verè potest esse securus. Et de suis quidem seruis Dominus pro misericordia sua curet: etiam præsumere illis de bono suo fœliciter licet. Quid autem alteri, periculo sumus? quid illis alteri cõcupiscentiam importamus? quam si Dominus ampliando legem à facto stupri non discernit in pœna, nescio an impunè abeat qui alicui fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tua forma si cõcupierit, & admisit iam in animo quod concupiuit, & facta es tu gladius illi. Vt à culpa vaces, ab inuidia non liberaberis. Vt cùm in alicuius agro latrocinium gestũ est, crimen quidẽ dominum non cõstringit: dum res tamẽ eius ignominia notatur, ipse quoq; infamia aspergitur. Expingamus nos [15] vt alteri pereant: vbi est ergo, [15] Diliges proximum tuum sicùt teipsum? Nolite vestra curare, sed alterius. Nulla enunciatio spiritus sancti, ad præsentẽ tantùm materiam, & non ad omnem vtilitatis occasionem dirigi & suscipi potest. Cùm igitur & nostra & aliorum causa versetur in studio periculosissimi decoris, iam non tãtùm conflictæ & [14] elaboratæ libidinis suggestum recusandum à vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterandum, dissimulatione & incuria, vt proinde oculorum incursibus molestum. Nam etsi accusandus decor non est, vt fœlicitas corporis, [15] vt diuinæ plasticę accessio, vt animæ aliqua vestis virbana, timẽdum tamen est vel propter iniuriam & violentiã spectatorum, quæ etiã pater fidei Abrahã in vxoris suę specie pertimuit, & [16] sororẽ mentitus Sarã, salutem cõtumelia redemit. [17] Nunc non sit timenda dignitas formæ, vt nec possidenti- B bus grauis, [18] nec appetentibus exitiosa, nec coniunctis periculosa, nec exposita tẽtationibus, non circunuenda fraudibus existimetur: sufficit [18] quòd angelis Dei non est necessaria. Nã vbi pudicitia, ibi vacua pulchritudo; quia propriè vsus & fructus pulchritudinis corporis, luxuria, nisi si quis aliàs esse decorem arbitratur. Ille sibi formositatem & datam extendant, & non datã conquirant, quæ quod ab illa flagitatur, sibi quoque præstare se putent, quum alteri præstant. Dicet aliquis, Quid ergo non est exclusa luxuria admissa castitate? Laude formæ sola frui, & de bono corporis gloriari licet. Viderit quem iuuat de carne gloriari. Nobis autem nullum gloriæ studium: quia gloria, exaltationis ingenium est. Porrò exaltatio non congruit professionibus humilitatis ex præceptis Dei. Dein si omnis gloria vana & stuporata, quanto magis quæ in carne? Nobis duntaxat. Nam etsi gloriandum est, in spiritus bono, non in carnis placere velle debemus, quia spiritalium sectatores sumus. In quibus operamur, in illis & gaudemus. De his gloriam capimus, de quibus salutem speramus. Planè gloriabitur Christianus in carne, sed quum propter Christum lacerata durauerit, [19] vt spiritus in ea coronetur, non vt oculos & suspiria adolescentium post se trahat. Ita quod ex omni parte in vobis vacat, meritò & non habentes fastidiatis, & habentes negligatis. Sancta fœmina sit naturaliter speciosa non adeò sit occasioni. Certe si fuerit, non ignorare; sed etiam impedire se debet. [20] Quasi Gentilibus dicam, Ca. IIII. Gentiles communionum præceptis alloquens, Vos solis maritis vestris placere debetis. In tantum autem placebitis eis, in quantum alteris placere non curaueritis. Securæ estote benedictæ. Vxor nulla deformis est marito suo. Satis placuit cùm electa est, seu moribus, seu forma commendata. Ne quę vestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum prosecuturas. Omnis maritus castitatis exactor est. Formam verò fidelis non expectat, quia non ijsdem bonis quæ Gentiles putant, capimur. Infidelis contrà etiam suspectam habet, vel [21] propter illam scelera-
C tam in nos opinionem Gentilium. Cui ergo pulchritudinem tuam nutrias, si fidelis non exigit, si Gentilis non credit? quid gestias aut suspecto, aut non desideranti placere? [22] Hæc vtique non ad Ca. V. crudã in totum & ferinam habitudinẽ insinuandam vobis suggeruntur, nec de bono corporis squalorem, sed de pudoris suademus, sed de modo & cardine, & iustitia corporis excolendi. Non supergrediendum vltrà quàm quod simplices & sufficientes mundiriæ concupiscunt, vltra quàm Dominõ placere. In illum enim delinquunt, quæ [23] cutem medicaminibus vnguunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Displicet illis nimirùm plastica Dei: in ipsis redarguũt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim cùm emendant, cùm adijciunt, vtique ab aduersario artifice sumentes additamenta ista, id est diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfigurauit? ille indubitatè huiusmodi ingenia concinnauit, vt in nobis quodammodò manus Deo inferret. Quod nascitur, opus Dei est. Ergo quod fingitur, diaboli negotium est. Diuino operi, satanæ ingenia superducere quàm scelestum est? Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutauntur, milites ab hoste imperatoris sui nihil concupiscunt. De aduersario enim eius in [24] cuius manu sit, aliquid vsui postulare transgressio est. Christianus à Malo illo adiuuabitur? nescio an hoc nomen ei persueret. Erit enim eius, de cuius doctrinis instrui concupiscit. Quantum autem à nostris disciplinis & professionibus aliena sunt, quàm indigna nomine Christiano, faciem fictam gestare, quibus simplicitas omnis inducitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non sit, quibus alienum abstinendum: speciem exercere, quibus studium

Matth. 5.

Marc. 19.

Gen. 12. & 20.

Cap. III

1. Cor. II.

pudicitiæ est? Edite benedictæ, quomodo præcepta Dei custodietis, lineamenta non custodientes? [[35] Video quasdam & capillum croco vertere. Pudeat eas etiam nationis suæ, quòd non [36] Germanæ aut Gallæ sint procreatæ, ita patriam capillo transferunt. malè ac pessimè [37] sibi auspicantur flammeo capite, & decorum putant quod inquinant. Atqui & detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, & cerebro perniciē etiā cuiuslibet synceri humoris assiduitas reseruat, tum solis animando simul & siccando capillo exoptabilis ardor. Quis decor cum iniuria? quæ cum immunditijs pulchritudo? Crocum capiti suo mulier Christiana ingerit vt in aram. [38] Quodcunque enim immundo spiritui excremari solet, id nisi probis & necessaris & salubribus vsibus adhibeatur, ad quod creatura Dei est prospecta, sacrificiū videri potest. Sed enim Dominus ait, Quis [39] vestrū potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro? Hæ quæ reuincunt Deum. Ecce, inquiunt, pro albo [40] vel atro, flauum facimus gratiæ facilioré: quamuis & atrum ex albo conātur facere, quas pœnituit ad senectam vsq; vixisse. Prò temeritatem! Erubescit ætas exoptata votis, furtum confitetur, adolescentia in qua delinquimus suspiratur, occasio prauitatis interpolatur. Absit à sapientiæ filiabus stultitia tanta. Senectus cùm plus occultari studuerit, plus detegetur. Hæc est æternitas nostra, de capitis iuuentute. Hāc incorruptibilē [41] habemus semper induere ad domū Domini, [42] quā ἀχρωμάτα pollicetur. Benè properatis ad Dominū, benè festinatis excedere de isto iniquissimo seculo, quis in fine appropinquare deforme est. [[43] Quid enim tāta ornandi capitis onerositas falutem subministrat? Quid crinibus vestris quiescere nō licet, modò subtrictis, modò relaxatis: modò suscitatis, modo elisis? Aliæ gestiūt in cincinnis coērcere, alię vt vagi & volucres elabātur non bona simplicitate. [44] Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atq; textiliū capillamentorū, nunc in galeri modū, quasi vaginā capitis & operculū verticis, nunc in ceruicē retrò suggestū. Mirū quòd contra Domini præcepta cōtenditur. Ad [45] mensurā neminem sibi adijcere posse pronunciatū est. Vos planè adijcitis ad pondus, [46] collyridas quasdā, scutorū vmbilicos, ceruicibus astruēdo. Sinō pudet enormitatis, pudeat inquinamēti: ne exuuias alieni capitis forsitan immundi, forsan nocentis & gehēnæ destinati sancto & Christiano capiti [47] suppares. Immò hanc ornatus seruitutē à libero capite propellite. Fustrà laboratis ornatæ videri, frustrà peritissimos quosq; structores capillaturę adhibetis. Deus vos velari iubet. Credo ne quarundam capita videantur. Atq; vtinam miserrimus ego, in illo die Christianæ exultationis, vel inter calcanea vestra caput eleuē, videre, an cùm [48] cerussa, & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis: an taliter expictam, [49] angeli in nubila subleuent obuiā Christo. Si nunc bona & Dei sunt, tunc quoque occurrent resurgentibus corporibus, & sua loca agnoscent. Sed non potest resurgere nisi caro ac spiritus solus ac purus. Damnata sunt igitur quæ in carne & spiritu non resurgunt, quia Dei non sunt. Damnatis hodie abstinete. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit. [[50] Videlicet nunc & vir & sexu æmulus fœminas à suis depello. An & nobis quædam respectu obediendæ grauitatis propter metum debitum Domino, detrahunt? Siquidem & viris propter fœminas, & fœminis propter viros vitio naturæ ingenita est placendi voluntas. Propriáſque præstigias formæ, & hic sexus sibi agnoscit, barbam acriùs cædere, interuellere, [51] circundare capillum, disponere, etiam [52] colorare caniciem, primam quamque subducere totius corporis lanuginem pigmento quoque muliebri distinguere, cetera pulueris cuiusdam asperitudine leuigare, tum speculum omni occasione consulere, anxiè inspicere: cùm tamen cognitio Deo adempta placendi voluntate, per luxuriæ vacationem, omnia illa vt ociosa, vt hostilia pudicitiæ recusantur. Nam vbi Deus, ibi pudicitia, ibi grauitas adiutrix & socia eius. Quo ergo pacto pudicitiam sine instrumento eius, id est sine grauitate tractabimus? Quomodo autem grauitatem administrandæ pudicitiæ adhibebimus, nisi & in facie, & in cultu, & in totius hominis contemplatione, seueritas circunferatur? [Quam obrem ega vestitum quoque & reliqua compositionis vestræ impedimenta, proinde vobis curanda est amputatio, & decussio redundantioris nitoris. Nam quid prodest, faciem quidem frugi & expeditam & simplicitate condignam diuinæ disciplinæ exhibere, cetera verò corporis, [53] lasciniosis pomparum & deliciarum ineptijs occupare? Hæ pompæ quàm de proximo curent luxuriæ negotium, & obstrepant pudicitiæ disciplinis, dinoscere in facili est, quòd gratiam decoris cultus societate prostituant: adeò si desint irritam & ingratam reddunt, velut [54] exornatam & naufragam. Contrà si forma defecit, adminiculum nitoris quasi de suo gratiam supplet. Ætates deniq; requietas iam & in portū modestiæ subductas splendor & dignitas cultus auocant, & sæueritatem appetitionibus inquietant, compensantibus scilicet habitus irritamento pro frigore ætatis. Ergo benedictæ, primò quidem vt lenones & prostitutores vestitus & cultus ne in vos admiseritis, tum si [55] quas vel diuitiarum suarum vel natalium, vel retrò dignitatum ratio compellit, ita pompaticas progredi: vt sapientiā consecutę, tēperare saltē ab huiusmodi curate, ne totis habenis licentiā vsurpetis prætexto necessitatis. Quomodo etenim humilitatē quā Christiani profitemur, implere poterimus, non [56] repastinantes diuitiarū vestrarū vel elegātiarum vsum, quæ ad gloriā faciunt? Gloria autē [57] recōsuescit, [58] Nō enim vtemur nostris? Quis autē prohibet vti? Secundū Apostolum tamē, qui nos vti monet mūdo isto, [59] quasi nō abutamur. Præterit enim, inquit, habitus huius mūdi. Et qui emunt, inquit, sic agant quasi nō possidētes. Cur ita? quoniam præmilerat dicens:

Cap. vi. Pro. 8. Ca. vii. Matth. 6. 2. Thess. 4. Ca. viii Cap. ix. 1. Cor. 7.

dicens: Tempus in collecto est. Si ergo vxores quoq; ipsas sic habendas demonstrat tanquam non
A habeantur, propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum? Non enim & ita multi faciunt, & se [51] spadonatui affignant, propter regnum Dei tam fortem & vtique permissam voluptatem sponte ponentes? Quidam ipsam Dei creaturã sibi interdicunt, abstinentes vino, & [52] animalibus exulantes, quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animę suæ in victus quoque castigatione Deo immolant. Satis igitur vsæ estis diuitijs atque delicijs, satis dotum vestrarum fructum cæcidistis. Vnde notitia salutarium disciplinarum, nos sumus in [53] quos decurrerunt fines seculorum. Nos destinati à Deo ante mundum in æstimationem temporum, tanquam castigando & castrando (vt ita dixerim) seculo erudimur à Domino. Nos sumus circuncisio omnium, & spiritalis & carnalis, nam spiritu & carne secularia circuncidimus. [54] Nimirũm enim Deus deum monstrauit succis herbarum & concharum alueis incoquere lanas. Exciderat illi cùm vniuersa nasci iuberet, purpureas & coccineas oues mandare. Deus & ipsarum vestium officinas commentus, quo leues & exiles, solo pretio graues essent: Deus & auri tanta opera produxit contemplandis & distinguendis lapillis: Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit: & tanti habuit vexationem operis sui & cruciatus infantiæ tunc primùm dolentis, vt ex illis ad [55] ferrum nati corporis cicatricibus, grana nescio quæ pederent, quæ planè Parthi per omnia quæque sua [56] bullarum vice inserunt. Quamquam & aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidem genti ad vincla seruire referũt Gentiliũ litteræ. Adeò non veritate bona sunt, sed raritate. Per angelos autẽ peccatores demonstrata sunt, qui & ipsas materias prodiderunt, & [57] operositas cum raritate cõmissa pretiositate, ex ea libidine possidendæ pretiositatis fœminarũ. Quod ijdẽ angeli, qui & materias huiusmodi illecebras detexerunt, [58] aurũ dico & argentũ illustrium, & opera corũ tradiderunt, etiã [59] calliblepharũ vellerũmq; tincturas inter cetera docuerunt, dãnati à Deo sunt, vt Enoch refert. Quomodo placebimus Deo, gaudẽtes rebus illorũ qui iram & animaduersionẽ prouocauerunt? Nunc Deus
B ista prosperexerit, Deus permiserit, [60] nullam de conchylio vestem Esaias increpet, nullas lunulas reprobet, nullũ botronatum retundat: tamẽ non vt Gentiles, ita nos quoq; nobis adulemur, instituto rem Deũ solummodò existimãtes, non etiã [61] despectorem institutorũ suorum. Quãto enim melius & cautiùs egerimus, si præsumamus omnia quidẽ à Deo prouisa tunc, & seculo posita, vti nunc esset in quibus disciplina seruorũ eius probaretur: vti per licentiã vtendi, cõtinentiæ experiẽtia procederet? Nónne sapiẽtes [62] patresfamiliæ de industria quædã seruis suis offerunt atq; permittunt, vt experiantur an æqualiter permissis vtantur, si probè, si modestè? Quanto autem laudabilior qui abstinuerit in totũ, qui timuerit etiã indulgentiã Domini? Sic igitur & Apostolus: [63] Omnia, inquit, licent, sed non omnia ædificant. Quanto faciliùs illicita timebit, qui licita verebitur? [64] Quæ autem vobis causa est structiùs prodeundi, quũ remotæ fitis ab his quæ ad aliud indigent? Nam nec tẽpla circuitis, nec spectacula postulatis, nec festos dies Gentiliũ nostis. Propter ipsum enim conuentum, & mutuũ videre ac videri omnes põpæ in publicum proferũtur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria in solescat. Vobis autem nulla procedẽdi causa non tetrica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus, aut [65] sacrificium offertur, aut Dei verbũ administratur. Quoduis horũ, grauitatis & sanctitatis negotium, & cui opus nõ sit habitu extraordinario, & [66] compositio, & soluto. Ac si necessitas amicitiarũ officiorũmq; Gentilium vos vocat, cur non vestris armis induræ procedimus, tanto magis, quãto ad extraneas fidei? vt sit inter ancillas diaboli & Dei discrimen: vt exẽplo sitis illis, vt ædificẽtur in vobis: vt (quomodo ait Apostolus) [67] magnificetur Deus in corpore vestro. Magnificatur autẽ, si per pudicitiam, vtiq; & per habitum pudicitiæ competentem. Sed enim dicitur à quibusdam, Ne [68] blasphemetur nomen in nobis, si quid de pristino habitu & cultu detrahamus. Non auferamus ergo nobis & vitia pristina, simus & moribus ijsdẽ, si & superficie eadẽ: & tunc verè non blasphemabunt Nationes. Grandis blas-
C phemia, si qua dicatur, ex quo facta est Christiana pauperiùs incedere. Timebit pauperior videri, ex quo locupletior facta est, & sordidior, ex quo mundior. Secundum Gentilium, an secundum Dei placitum incedere Christianos oportet? [69] Optemus tantummodò, ne iustæ blasphemationis causa simus. Quãto autem blasphemabile est, si quæ sacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, aut expictæ? Aut quid minus habent infœlicissimæ illæ [70] publicarum libidinum victimæ? quas si [71] quæ leges à matronis & matronalibus decoramẽtis coërcebãt, Iam certè seculi improbitas quotidie insurgens honestissimis quibusq; fœminis vsque ad errorem dignoscendi coæquauit: quanquam lenocinia formæ nunquam non prostituto corpori coniuncta & debita, etiam scripturæ suggerunt. Illa [72] ciuitas valida, quæ super septem montes & plurimas aquas præsidet, quum prostituta à Domino appellationem meruisset, quali habitu appellationi suę comparata est? Sedet certè in purpura cum coccino & auro, & lapide pretioso, quæ maledicta sunt, sine quibus non potuit maledicta & prostituta describi. [73] Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat, idcircò Iudæ suspicioni visa est quæstui sedere, adeò, quia sub velamento latebat, habitus qualitate quæstuariam mentiente, & fecit vt quęstuariam, & voluit, & compellauit, & pactus est. Vnde addiscimus aduersus congressus etiam, & suspiciones impudicas prouidendum omni modo esse. Quid enim castę mentis integritas in alterius suspicione maculatur? quid speraturi in me quo d auersor? cur non mores meos habitus pronunciat, ne spiritus peraures ab impudentia vulneretur? Liceat videri pudicam, certè impu-

Matth. 19.

1. Cor. 10.

Philip. 3.

Cap. x.

Gen. 6.

Isai. 3.

1. Cor. 10.

Cap. xi.

Philip. 2.

Rom. 2.

Ca. xii.

Apoc. 17.

Gen. 38.

CA. XIII dicam non licet. [74 Aliqua forsan dicat : Non est mihi necessarium hominibus probari : nec
1. Reg. 16. enim humanum testimonium requiro. Deus conspector cordis est. Scimus omnes, quum ta-
men quid idem per Apostolum dixerit recordemur : 75 Probum vestrum coram hominibus ap-
Philip. 4. pareat. Ad quid, nisi vt malitia ad vos accessum omninò non habeat, & vt malis & exemplo &
Matth. 5. testimonio sitis? Aut quid est, Luceant opera vestra? 76 Aut quid nos Dòminus lumen terræ
vocauit? quid ciuitati supra montem constitutæ comparauit, si non relucemus inter tenebras, &
77 extamus inter dimersos? Si lucernam tuam sub modium abstruseris, in tenebris relictæ à mul-
tis incuseris necesse est. Hæc sunt quæ nos 78 luminaria mundi faciunt, bona scilicet nostra.
Bonum autem dunxtaxat verum & plenum non amat tenebras, sed gaudet videri, & ipsa 79 de-
notatione sui exultat. Pudicitiæ Christianæ satis non est esse, verùm & videri. Tanta enim debet
esse plenitudo eius, vt emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem, vt &
foris inspiciat quasi suppellectilem suam, vt conueniat fidei continendæ in perpetuum. Discu-
tiendæ enim sunt deliciæ, quarum mollitia & fluxu fidei virtus effœminari potest. Ceterùm nes-
cio an manus 80 spathalio circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat. Nescio an crus de 81 periscelio in neruum se patiatur artari. Timeo ceruicem, ne margaritarum & smaragdorum
laqueis occupata, locum 82 spathæ non det. Quare benedictæ meditemur duriora, & non sen-
tiemus : relinquamus lætiora, & non desiderabimus. Stemus expeditè ad omnem vim, nihil
habentes quod relinquere timeamus. Retinacula ista sunt spei nostræ. Proijciamus ornamenta ter-
rena, si cœlestia optamus. Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicta populi Israëlis denotantur.
Exod. 32. Odisse debetis quod Iudæos perdidit, quod derelinquentes Deum, adorauerunt : Iam tunc aurum
ignis est esca. Ceterùm tempora Christianorum semper & nunc vel maximè, non auro, sed ferro
transiguntur : stolæ 83 martyriorum præparantur, Angelis baiulis sustinentur. Prodite vos iam me-
dicamentis & ornamentis exstructæ Apostolorum sumentes de simplicitate eandorem, de pu-
Apoc. 6. dicitia ruborem, depictæ oculos verecundia, & spiritus taciturnitate, inserentes in aures sermo-
nem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi. Caput maritis subijcite, & satis ornatæ eritis.
Manus lanis occupate, pedes domi figite, & plus quàm in auro placebunt. Vestite vos serico pro-
bitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ. 84 Taliter pigmentatæ, Deum habebitis amatorem.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE CVLTV FOEMINARVM.

1. DE CVLTV.] *Ersilib. praced. cap. 4. & infrà, non semel* cultum ab ornatu *distinxerit, hic certè in titulo confundi ab Auctore patet, quòd* DE CVLTV, *inscripserit hunc librum, quum tamen maximè de* ornatu, *quemadmodum ibi interpretatus est, agat, vt potè de cura capilli & cutis, seu de fucis & capillorum tinctura. Hinc paulopòst vtrumque coniungit :* de cultus dico & ornatus dispositione. *Cap. interim 9. rursum de vestitu agens propriè :* quòd gratiam (*inquit*) decoris cultus societate prostituant ; *ac paulopòst* : prostitutores vestitus & cultus ; *item cap. 11.* de pristino habitu & cultu. *Similiter etiam* ornatum *propriè accipit cap. 7. hiis verbis* : tanta ornandi capitis onerositas; *ac cap. 12.* Thamar illa, quia se expinxerat.

CAP. I.

2. Ancillæ Dei viui, &c.] *Caput hoc inscriptionis* : Quòd pudicitia etiam in cultu ornatúque consistat. *In quo vel maximè imitatur Auctorem B. Cyprianum libro in Argumento citato de Disc. & hab. virgin.*

3. postremissimus.] *Superlatiuum est.* (*inquit Rhen.*) *superlatiui. Significare vult plus quam summam animi demissionem. Quo alludat his verbis B. Cyprian. vbi supra, num. 16. Ad hæc loquimur, has adhortamur* affectione *potius quàm potestate. Non quòd nos extremi & minimi, & humilitatu nostra admodum conscij, &c. Hoc est enim quod addit Auctor* : non vtique affectationi, sed affectioni.

4. Nam quum omnes templum simus Dei, &c.] *Ex 3. MS. Vatic. cod. adiectimus* : Dei, *quippè quod habeat Apostolus, & B. Cypr. auctorem imitatus, vbi ita loquitur : scientes quòd* templa Dei sint *membra nostra, &c. Eorum* templorum *cultores* & Antistites sumus. *Similiter etiam lib. de Pudicitia Auctor. Ex quibus etiam legimus* : & consectato spiritu-sancto, *pro* : conseruato. *item* : æditua & Antistes pudicitia, *pro* : ædituus. *Quid verò significet* Antistes, *instio Apologet. diximus num. 2. & de* Ædituis, *lib. de Idol.*

5. quæ nihil immundum, &c.] *Similiter B. Cypr. nequid* immundum *& profanum templo Dei* infectatur, *ne* offensus sedem *quam* inhabitat, derelinquat.

6. cui indicendæ, &c. sufficiunt instantia vbique diuina præcepta.] *Quibus scripturis* indicta sit pudicitia, *videre est lib. de* Pudicitia, *tum Auctoris, tum B. Cyprian. Atquillud* : mihi reprehendendo, *dandi casu dictum esse adnotat Rhen. hoc est, digno qui reprehendar. Ego verò ex MS. 3. Vatic. lego* : Sed enim perseuerant, *pro* : perseuerent, *&* : formæ & nitoris sui, *cum Latino*, eandem *nempè formam* circumferentes, &c.

7. Nam & iqua in Gentilibus pudicitia credi potest.] *Correctio est eius quod præmisit* : nihil verum, &c. *contra eos qui virtutes in Gentilibus peccata autumant, quum hic Auctori sufficiat* imperfectam pudicitiam *illis adscribere. Adnotat autem Fronice dictum Rhenanus* propter vetitatem Gentilium. *Ego malim legere, quod in 1. edit. ad marginem adnotatur* : vanitatem, *nisi refragarentur MS. codices. Ex quorum vno lego* : deuitat effectum, *pro* : affectum ; *& iuxta 1. edit. in marg. cum Latino* : Quota denique est, *pro eo quod alij* : Tota.

8. expingete.] *Eodem modo dixit capite seq.* Expingamus nos, *& cap. 12.* Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat ; *ex quo patet hæc vocem ornatum intelligi. De voce autem Tertullianica* : deuertete, *alibi latius.*

CAP. II.

9. Perfectæ autem, id est, Christianæ pudicæ, &c.] *Inscriptionem hanc capiti damus.* Quòd studium placendi per decorem de integra conscientia non veniat. *In*

quo

quo similiter Auctorem B. Cyprian. imitatur de Discipl. & hab. virg. his verbis: Ceterum si te sumptuosius comas, &c.

10. cuius te profiteris extraneam.] *Extraneus cum Genitiue, quales etiam loces tum hic, tum alibi adnotat Rhenan. lib. de Resurr. carnis*: extranea gloriæ, *lib. 2. adu. Marc.* Quis mali extraneus; *& lib. 5. adu. eundem*: extranei sacramenti, *id est, à sacramento.*

11. si speremus non posse delinquere.] Sperare, *inquit idem, protimere, vt hic mox*: Speraindo enim timebimus; *& in superioribus libris sæpè. Terentius*: *Nam quod tu speras, propulsabo facilè. Sic etiam supra lib. de Panitent.* aut idem sibi de die sperent; *& lib. de Pallio*: Campania speret. *Legimus autem mox eum Latinus*: etiam præsumet illis. *pro*: illi. *Qui superfluum putat*: illis, *ibi*: quid alteri concupiscentiam importamus? *Verum Rhenanus mox non malè explicat*: illis, subaudi, *forme studiis. Paulo post retinemus cum excus.* crimen quidem dominum non constringit, *pro eo quod Vat. MS.* 2. crimine.

12. vt alteri peteant.] Alteri *pluralinumero, pro*: alij. *Quemadmodum etiam infrà cap.* 4. Alteris placere. *Cui similiter Cicero lib. 6. epist. ad Torquat. me epist.* 3. alteri *dimicant*, alteri *victoremus timent.*

13. Diliges proximum tuum sicut teipsum.] *In MS.* 3. *deest*: tuum, *sed legitur apud Matth. & Græce & Latinè.*

14. elaboratæ libidinis suggestum.] *MS.* 3. cupidinis, *perinde est. Recte autem Rhenan.* suggestum *interpretatur ad paratum, cum etiam alibi frequenter in ea significatione vsatur Auctor.*

15. vt diuinæ plasticæ accessio.] *Similiter infrà Auctor cap.* 5. Displiceret illis nimirùm plastica Dei. *& B. Cyprian. lib. de Habit. virg. quod opus Dei & factura & plastica adulterarimullo modo debeat.*

16. & sororem mentitus Saram.] Mentiri *hic accipit pro simulare, quemadmodum & Plinius lib.* 35. *cap.* 6. *Color ille chrysocolorum* mentitur. *Neque enim ego exilimo aliud sensisse Auctorem, quàm Origenem hom.* 6. *in Gen. qui Allegoricè interpretatur, aut B. Chrysost. hom.* 32. *in Gen. qui fictionem nuncupat, aut B. Augustinus lib.* 22. *adu. Faustum, cap.* 33. 34. *&* 35. *& lib. contra* mendac. *ad Consent. Non enim dixit, inquit, Non est vxor mea, sed dixit, Soror mea est; quòd erat veritati tam propinqua genere, vt soror non mendacium diceretur, &c. Aliquid ergo verisimile, non falsi aliquid dixit, maximè quum pro iis etiam faciat, quod illud Gen.* 12. *Et benè mihi fit propter te, quidam rectiùs ires ex Hebræo vertant, In inuolutione, sine: in fictione tua. Latiss. autem de tota hac materia* mendacij *idem tractat, tum eo libro, tum præced. ad eundem Consentium, quem de* Mendacio *inscripsit.*

Cap. iiii.

17. Nunc non sit timenda, &c.] *Titulum huic capitis dedimus*: Quòd quum in carne gloriandum non sit, nec proinde etiam in laude formæ.

18. quòd angelis Dei non est necessaria.] *Videtur alludere ad illud 1. Cor.* 11. *Ideò debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos. De qua latiùs lib. sequ. de Vel. virg. Paulo post autem iuxta 1. edit. ex 3. Vat. MS. cod. legimus*: professionibus humilitatis, *pro*: professoribus. *Sine autem legas*: Dein *cum excus. sine*: Deinde *cum MS. perinde est. Eadem est ratio vtrum legas*: Nobis dumtaxat, *an*: vobis. *Atqui de* stupore, *pro* ornatu, *à quo deducta vox*: stuporata, *lib. præced. diximus.*

19. vt & spiritus in ea coronetur.] *Pertinet hoc ad* coronam *seu mercedem bonorum operum, de qua supra lib. ad Martyr. cap.* 3. *num.* 43. *Illud autem in calce huius capitis*: non ignorare, *accipitur, pro non tantùm ignorare. Simile est illud B. Cyprian. Epiphonema lib. de Hab. virg. Cum virginitas in vobis experit* coronari.

Cap. iiii.

20. Quasi Gentilibus dicam, &c.] *Breui capiti breuem titulum adscribimus*: Quòd mariti causſa componere se mulier non debeat. *B. Cyprian. quasi aliud agens, eiusdem meminit lib. de Hab. virg. vbi num.* 61. *docuimus ex Ambros. & Augustino. nuptias fuisse excusare non posse. Recte autem interpretatur Rhenan. Ironiam esse in verbis illis*: vos solis maritis vestris placere debetis, *& alioqui illas Auctorem, iuxta quod premittit*: Quasi Gentiles, *hoc est paulo indulgentius, oblitum disciplinæ seueriorem. Vix enim verisimile permittit vt propriis maritis placeant.*

21. vel propter illam sceleratam, &c.] *Quòd videlicet Christianis* (*inquit Rhenan.*) *tum matribus & sororibus incestum exercerent libidinem in conuenticulis suis, de qua latiùs Apologet. cap.* 7. 8. 9. *& Adnotat. nostras ibidem.*

Cap v.

22. Hæc vtique non ad crudam, &c.] *Inscriptio huius capitis est*: De fuco quo cutem vnguunt. *Recte autem Auctor* (*vti adnotat Rhenan.*) *nam matronas Christianas decet negligentia mundacies, vt est apud D. Hieron.*

24. quæ cutem medicaminibus vnguunt, &c.] *Ita ex 3. MS. pro*: vngunt. *Quod autem hic dicit*: genas rubore maculare, *& infrà cap.* 7. cum cerussa & purpurissa, *B. Cyprian. de Hab. virg.* genas *mendacio* ruboris *inficere dixit*: *& quod hic.* oculos fuligine collinere, *ac supra lib. præced. cap.* 2. nigro puluere oculorum exordia producere; *ibidem Cyprian.* oculos *circumducta* nigrore *fucare*; *& rursum*: nigro puluere vel rubore *aut qualibet denique linamenta natura torrumpente medicamine adulterare*; *& lib. de Pudicit.* oculorum *extremitates fuligine sare. Qui etiam idipsum apostatis Angelis tribuit. De quo vide Adnot. nostras in priorem lib. num.* 55. *ad posteriorem, num.* 44.

24. in cuius manu sit.] *Iuxta* (*inquit Rhenan.*) *sermo est. hoc est, in cuius potestate sit, nec dum manumissus: cuius mancipium sit. Domini peripharsis est. De significatione* Mali, *pro diabolo, vide supra lib. de Patient. num.* 70. *Legimus autem*: à nostris disciplinis, *pro* vestris: *& paulo post*: Edite benedictæ, *ex castigatione Harrisij, pro*: Credite. *Pro isdem denique Auctor accipit*: faciem fictam gestare, effigiem mentiri, speciem exercere.

Cap. vi.

25. Video quasdam & capillum croco vertere.] *Similis huius capitis titulus*: De capillorum colore immutato. *De eodem mox*: crocum capiti suo mulier Christiana ingerit, *& capite sequ.* an cum croco, &c. refurgatis. *Quid autem* croco *fieret, paulo post indicat, flauum facimus. Hinc & flaui coloris meminit B. Cyprian. lib. de Hab. virg.*

26. Germanæ aut Gallæ.] *Equidem* (*inquit Rhenanus*) *ita suam Bissulam Sueuam, puellam natam in Martiana silua ad Danubij fontem, celebrat Ausonius*:

Sic Latiis mutata bonis, *Germana* maneret
Vt facies, oculos cærula *flaua* comas.

Prater ea D. Hieronymus de Gothis loquens, qui postea primi ex Germanis *Romanorum Reges fuere: Getarum, inquit, rutilus & flauus exercitus, ecclesiarum circumsert tentoria. Idem in vita Hilarionis eremitæ, de Nobili quodam qui agebat in aula Constantij Aug. Rutilum, inquit, comæ, & candore corporis indicans prosuniciam.*

27. pessimè sibi auspicantur flammeo capite.] *Croceus, inquit idem, color & flammeus dicitur. Alludit autem ad flammarum ignis inferni. Hunc locum imitatus Cyprianus martyr dixit*: Audaci conatu *& sacrilego contemptu crines tuos inficis, malo præsagio futurorum*, capillos *tuos tumbis* flammeos *auspicaris. Et Hieronymus ad Letam, de Institutione filiæ*: Nec caput, inquit, gemmis oneres, nec capillum rutilos, *& ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris.*

28. Quodcumque enim immundo spiritui excremari solet, &c.] *De croco haud dubiè loquitur, quem fortassis pauperiores loco thuris* cremabant, *si illud ad manus non esset: vt eò pertinere posse videatur etiam illud Arnobij lib.* 7. *Et odoris alicuius tuum concremet glebulam.*

29. Quis vestrum poterit capillum atrum, &c.] *Periphrasticos est ut illud Matth.* 5. *Non potes vnum* capillum album facere aut nigrum.

30. pro albo velatro.] *Vox noua, composita à velando, pro velamine capillorum. Aequa illud*: gratiæ facilioremq́, *interpretatur Rhenan. ad gratiam.*

31. habemus semper induere.] *Sic illud lib. sequ. de Vel. virgin.* Quum habet delitescendum; *& lib. de Monogamia*: decurrere habebat. *Similiter B. Cypr. epist.* 27. rescribere habeam; *quales eius item sunt locis epist.* 47. *& ad Cæcil. item alibi etiam apud Tertullianum.*

32. quam ἀκμὴν pollicetur.] *Videtur alludere (inquit Rhenan.) ad locum illum* 83. *Psalmi*: *Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. Porrò probum est vocabulum* ἀκμαῖος, *pro puritate à vitiis, & simplicitate. Eo vtitur etiam Dionysius, quem Areopagitam vocant*: ἡ ἁβὸς ὡς ἀκμαίας ἐρρώμενος ἐδύκαιότο. *Ego verò eo quòd præcedit ad* domum Domini, *magis puto respicere Auctorem ad illud Psalmi* 23. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens, &c.*

Cap. vii.

33. Quid enim tanta ornandi capitis, &c.] *Tractat hoc caput*, De capillamentis adfutitiis. *In quo etiam imitatur Auctorem B. Cyprian. lib. spectator. Mox MS. 3. cod. Vat. legunt*: modò subtructus. *verum magis placet*: subtrictis, *eo quòd opponatur*: relaxatis; *&*, Aliæ gestiunt in cincinnis, *id est*: *torto crinibus*, coërcere.

34. Adfigitis præterea nescio quas enormitates futilium, &c.] *MS. 3. cod. Vat. legunt*: subtilium, *sed illud placet. Galericulum autem (inquit Rhenan.) intelligit, id est, comam adulterinam, simpliciter* capillamentum *dictam Tranquillo in C. Caligula*, Capillamento *celatus. De his scripsit Hieronymus ad Marcellam scribens*: *Quæ* capillis (*inquit*) *alienis verticem struunt. Porrò* Galeri *vocabulo Tertullianus capitis tegmen accipit, siue pileolum. Quibus adde quæ habet Iunius lib. de Coma, cap.* 7. *de Vsu fœminis olim recepto in fastigiando, & crinem aggestum in turrim quodammodò primo resin espitis parte exstruendo*: *cuius modi structuram Tutulum vocari auctor est Sextus Pompeius, & de lingua Latina Varro, eo quòd tuendi capilli gratia fieret. De qua re etiam ibidem est autor Papinius Epithal. Violantillæ, Iuuenalis Satyr. 6. Gregorius quoque Nazianzenus hoc versiculo?*

Ne caput ædifices *adsuto* fœmina *crine.*

Apertior est autem Lucanus illud citatum à Iosepho Scaligero in Varronem:

Turritáque getens frontem matrona corona.

Neque interim apud Christianos quicquam profecit & Tertulliani & Gregorij Nazianzeni, & B. Hieronymi, aliorúmque Patrum reprehensio, quippe qui videamus antiquas picturas per totum Belgium fœminarum eo capitis ornatu, & nominatim per Artesiam, Camaracesium, Tornacesium, & Pontaum, quippè tentra quem anno 1428. *magnoperè insuetum fuerit (iuxta quod tradit Meuerus in Flandricis Annalibus) Fr. Thomas Cometa genere Brito, à quo tempore paulatim diffusa fere capit.*

35. Ad mensuram neminem sibi adiicere posse, pronunciatum est.] Mensuram *pro statura accipere videtur, nam apud Matth. est*, *Quis potest* adiicere ad staturam suam *cubitum vnum?*

36. collyridas quasdam, scutorum vmbilicos, &c.] *Verum quidem est quod scribit Rhenan.* Collyris *à* collyra *per diminutionem deductum, paruus panis est de farina puriore. Quidam frixam farinam esse putant. Nominantur* collyrides, *Leuitici* 7. *&* 8. *& cap. lib.* 2. *Regum. Verum hic alio significatu metaphoricè accipi existimo, pro ornatu capitis, qui placenta seu* collyridarum *in morem* cetuicibus astruebatur. *Quum autem placentæ eius fuerint formam rotundam habeant, eo magis assentior eruditiss. viro Dn. Latino Latinio, qui censuit legendum*: scutorum vmbilicos, *pro eo quod antea erat nullo sensu*: sputorum, *quos* vmbilicos *vocant, indicat in medio eius ornatus lapillos quosdam preciosos* vmbilicorum *instar, illi ornamento adiunctos fuisse. Atqui particulam*: vel, *adiecimus MS. 3. Vatic. Verùm omissi cum excus. vt posteriori interpretatio sit prioris clausula.*

37. suppares.] Supparandi *verbum (inquit Rhen.) frequens est Tertull. Hinc illud in Valentinianis*: Quantum lupæ fœminæ formam quotidie supparare solemne est, *id est, suffucere, subsistereque. Et lib. de Resurr. car.* neque generis supparatura. *Vbi etiam significationem indicat. Nam supparatur genus, dum sobolem subsistuimus, seu, vti loquitur B. Cyprian. epist. 1. ad Donatum, subcisimus.*

38. cetusa & purpurissa.] *Prius illud (inquit idem) candoris est, posterius ruboris medicamentum. Vide Adnot. nostros in lib. de Pœnit. num.* 66.

39. angeli in nubila subleuent.] *Transtulit Auctor illud εἰς ἀέρα, in nubila. est enim aer fere nubilus: addens* subleuationem *illam seu raptum, saltum ipsis ab Angelis.*

Cap. viii.

40. Videlicet nunc & vir, &c.] *Inscribitur hoc caput à nubi*: De studio formæ in viris. *Aequi pro*: obediendę gratuitatis *coniicit Latinius legendum*: obeundæ; *at placet magis illa lectio cum interpretatione Rhenani*: cui obedire debeat. *Legimus autem cum* 3. *MS.* An & nobis, &c. detrahunt, *pro eo quod erat*: detthahuntur.

41. circundare capillum, dispondere.] *Propriè contra eos agere videtur, quibus adsistar Philosophorum quorundam, sicuti testatur Strabo lib.* 15. *ex auctoritate Chatarchi, moris erat μακροκομᾶν τὰς κόμας, id est, implexos crines in modum tiaræ circumdare. Plura hac de re, ne prolixiores simus, videat Lector apud Iunium, Comment. de Coma, cap.* 7. *ex Lucano, Homero, Philostrato, & Suida. Eodem pertinere etobylos barbaricos, cicadas Athenienſium, & cirros Germanorum, infrà ostendemus lib. sequ. de Velandis virg.*

42. etiam colorare canitiem.] *Similiter Hier. lib. ad Eustoch. de Virgin. vitari vult Comatos clericos, quibus fœminei contra Apostolum crines; alludens ad illud. Apost.* 1. *Cor.* 11. *Natura docet eos nam non decere virum. Vnde & Hilarium tradit semel in anno ad Pascha capillum tondisse.*

Cap. ix.

43. Quamobrem erga vestitum quoque, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: De vestitus pompa. *Inque vel maxime Auctorem imitatur B. Cypr. vbi supra.*

44. laciniosis pomparum & deliciarum ineptiis.] *MS. 3. Vatic. cod.* lasciuiosis; *sed magis illud placet, pro Varijs & redundantibus, vti interpretatur Rhenanus, eo quod lib. sequ. simulis significatione dixerit*: lemo laciniosus, *& adu. Marc. initio lib.* 4. à legis laciniosis oneribus expeditum, *id est in quæ homines occupationibus dilabentur, sicut impedit gressum vestis laciniosa.*

45. Velut exornatam.] Exornatam *(inquit Rhenan.) vsurpat, sicut dicimus exornatam, hoc est ornatu spoliatam & destitutam. Similiter dixit Terentius in Phormione*: *Adeò* exornatum *dabo, adeò depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei. Ibi autem*: & in portum modestiæ subductas, *Transitio est à nudibus, quæ in tutam stationem ex alto maris subducuntur.*

46. Tum siquas vel diuitiarum suarum vel natalium vel retrò dignitatum, &c.] *Locum hunc latius explicat B. Cyprian. vbi supra*: *Lecupletem, inquit, te dicit & diuitem, & adferentes testimonia* 1. *Timoth.* 2. *& 1. Petri* 3. *de cultu atque ornatu nullo fine moderando. Hoc est enim quod dicit Auctor*: ne totis habenis licentiam vsurpetis. *Verùm de hoc argumento, quibus cultus moderatur sit licetus, aliquid ibidem diximus, num.* 36. *&* 37.

47. repastinantes.] *Hoc est (inquit Rhenan.) euellentes, repurgantes, cruentes. Metaphora ab eo sumpta, qui solum futuro nouali præparat, inutilibus omnibus resectis. Inlib. de Pœnit. legimus*: Et bisulcum aliquid ferri vel æris vnguibus repastinandis, *hoc est refodiendis, perpurgandisque.*

48. reconsueuit.] *Vsurpare, inquit idem, videtur, quando consuetum exemplaria*, reconsueuit, *pro*: *consueuit reparandere sine regerere.*

49. Non enim vtemur nostris?] Non, *pro*: Nonne. *& similiter paulo post*: Non enim & ita multi faciunt?

50. quasi

50. quasi non abutamur, &c.] *Ad verbum expressit quod Græce est* ὡς μὴ κατεχόμενοι. *Quemadmodum enim* κρώμενοι, vti, κατακρώμενοι *abuti significat. Eodem pertinet illud lib. de Corou. milit. cap.* 10. Nobis autem abuti apud Apostolum non licet, facilius non vti docentem. *Accipitur autem & ab Auctore hic & infrà lib. de Pudic. Tom.* 5. *& à B. Cyprian. vbi supra*, habitus huius mundi, *profigura.*

51. & se spadonatui adsignant propter regnum Dei.] Spadonatui se adsignate *accipitpro eo quod B. Cypr. vbi supra, & Hieron. sua editione vulgata*, Castrare verterunt. *Eosdem* voluntarios spadones *nuncupat infrà lib.* 1. *Ad vxorem. Similiter etiam B. Cyprian. quum alibi frequenter, Testim. lib.* 3. *ad Quirin. locum hunc Matth.* 19. *de bono virginitatis & continentiæ interpretatur. De his etiam in hanc sententiam B. Iustinus Martyr: Permulti profectò sexus vtriusque & 60. & 70. nati annos, qui à pueris disciplinam Christi sunt adsecutati, incorrupti & calubes perdurant. Et Athenagoras Orat. pro Christ. Virginitate & Eunuchismus propius nos ad Deum adducit. Quos ad verbum ferè imitatus Auctor supra Apolog. cap.* 9. Quidam, *inquit*, multò securiores totam vim huius erroris, virgine continentia depellunt, senes pueri. *Et infrà lib. sequ.* Viri, *inquit*, tot virgines, tot spadones voluntarij, &c. *& paulo pòst*: etiam continentiæ nomine malsculos honorari. *Similia reperire est etiam de continentia Clericorum ab vxoribus apud Euseb. de Demonstr. Euang. lib.* 1. *cap.* 9. *Arelat.* 2. *Synod. cap.* 2. *& 3. Eliberit. Conc. cap.* 33. *Hieron. lib.* 1. *contra Iouin. & Apol. pro eisdem lib. & contra Vigilant. Sixtum Pap.* 3. *lib. de Cast. Ambros. adscriptum comment. in Epist.* 1. *ad Timoth. cap.* 3. *Ipsum Ambrosium epist. ad Ecclesiam Vercellens em, Origen. hom.* 23. *in Num. ti. cap. & lib.* 8. *adu. Celsum. Denique Innocent. Papam epist. ad Victricium cap.* 9. *Latissimè autem apud Epiphanium adu. hæresim Caraph. disertis verbis adserentem, quod Apostoli talem Ecclesiastici sacerdotij Canonem constituerint. Similiter etiam aduersus Catharos. Quin quod Apostolus Paulus ad Titum* 1. *non solum pudicum vult esse Episcopum, atque adeò & Presbyteros ac Diaconos, sed etiam continentem, Græcè* ἐγκρατῆ. *Neque verò obstare illud eiusdem Apostoli Hebr.* 13. *Honorabile coniugium in omnibus; aut illud* 1. *Cor.* 7. *Si non se continent, nubant, pulcrè prosequitur Euseb. vbi lib. de Demonstr. Euang. c. vlt. dicens ea dici de non sacrasu, aut qui ijsnfiniens cum Deo non fecerint. Loci adnotandi aduersus Magdeburgenses, qui continentiam sacerdotum, aliorúmque Ecclesiasticorum impugnant. Immò etiam illud:* se spadonatui adsignant, *& quod infrà est lib.* 1. *Ad vxorem*: Qui statim à lauacro carnem suam obsignant, *ad vetum continentiæ haud dubiè pertinet Virorum (nam de Sanctimonialibus lib. de Vel. virg. latiùs) de quo videat Lector Adnotat. nostras in B. Cyprian. epist.* 62. *ad Pompon. nu.* 16. *& lib. de Disc. & hab. virg. num.* 18. *Nemo natimetsum Origenes lib. de Singularit. Cler. inter opera eiusdem Cyprian. Omne, inquit, quod vetis est, etiam in actu signandum est, ne aliud vera commendent, & aliud actus insinuent. & paulo pòst: Dantes simplices animos ad cælestia vota seruanda. & 1. Num.* 24. *in Num. Quia castitate vnit, corpus suum vouit Deo. Hilarius item in Psalm.* 64. *Deo, inquit, ergo vouenda sunt, contemptus corporis, castitatis custodia, &c. B. Augustinus postremò tot sunt loci huc pertinentes, vt pagina illis recensendis non sufficias: quare ad Indicem eius operum Lector remittimus.*

52. animalibus exulantes.] *MS.* 3. exolentes. *sed illud magis placet, quia similibus phrasibus alibi vtitur, vti* (Rhenano etiam adnotante) *supra lib. de Pœnit.* exules à libertatis & lætitiæ fœlicitate, *& lib. de Resurr. carn. Tom.* 3. exules carnis. *Qui etiam recte adnotat, Transtationem à lignatoribus sumptam, quum subiungitur*: fatis dotum vestarum fructum cæcidistis.

53. in quos decucurrerunt fines sæculorum.] *Ad verbum vertit ex Græco illud*: κατήντησεν, *pro eo quod noster interpres, deuenerunt. Est autem* decurrere *eodem significatu frequens Tertulliano.*

CAP. X.

54. Nimirum enim Deus, &c.] *Capiti huic titulum dedimus*: Quòd vestium colores non à Deo, sed à desertoribus angelis monstrati sint. *Sue autem leges*: monstrarit *cum 3. MS. Vatic. sine*: demonstrauit *cum excusis, perinde est. Lectorem autem remittimus ad lib. præced. cap.* 8. De vestium coloribus, *& eiusdem cap.* 7. De lapillis qui anxiè perforantur vt pendeant *ab auribus, nempè quemadmodum hic latius, & eiusdem cap.* 2. De Angelis peccatoribus.

55. ad fertum nati corporis.] *Humanum corpus (inquit Rhenanus) intelligit, quod in illa protoplasti Adami maledictione ad laborem & agrorum culturam, quæ ferro potissimùm exercetur, ipso Deo pronuntiante sententiam, damnatum est. Notus est locus Gen.* 3. *ad quem hic alludit. Ceterùm emphasis est in vocabulo*; ferrum. *q. d. Non ad aurum, non ad argentum. Iam quoniam hic de* barbaris *loquitur, & Parthorum mox fit mentio, possit aliquis etiam ad ferrum exponere, pro eo quod est ad militiam; sed prius illud magis placet.*

56. bullarum vice, &c.] *Apud Romanos (inquit idem) ornamentum puerile erat* bulla aurea, *& prætexta purpurea. Auctor Plutarchus. Quod quum à pectore pendere soleret, eò alludit Auctor, quum dicit*: per omnia quæque sua.

57. & operositas cum raritate, &c.] *Sensus est (inquit Rhenan.)* Et operositas cum raritate, commissa est cum pretiositate, *id est prouocauit & accendit pretium, ex ea libidine possidendæ* pretiositatis *fœminarum. Hoc est, cùm omnes expererent id possidere quod merces & pretium fuisset fœminarum, quæ cum Angelis illa libidinem exercuerant. Veluti magis quid esset quod Angelis suis amasiis contulissent pro mercede stupri.*

58. aurum dico & argentum Illustrium.] *Hoc est (inquit idem)* aurum & argentum, *quo bodie* Illustres *matronæ vtuntur; nam quemadmodum Plinius docet, fœmina nuptæ maritì dignitate censentur, vt* illustribus (*qui summus est dignitatis gradus*) *nuptæ sint* illustres, *quæ spectabilibus spectabiles, quæ clarissimis clarissimæ, perfectissimæ quæ perfectissimis. Erant autem* illustres, *qui senatoris ornamenta præditi erant. Tradit Isidorus primos ordines senatorum dici* illustres, *secundos spectabiles, tertios clarissimos. Viri* illustris *titulo primos illos veterum Francorum Reges contentos fuisse, tabellæ vetustæ quæ exstant, abundè testantur. Exstat formula* Illustratus *vacantis apud Cassiodorum Variar. l. 6. epist.* 11.

59. calliblepharum.] καλλιβλέφαρον *(inquit Rhenan.) medicamentum est oculorum, præsertim palpebris venustandis seu fucandis seruiens. Non solùm autem ex folijs vilis rosfarum confici docet Plinius lib.* 21. *cap.* 19. *sed etiam ex nucleis palmarum, lib.* 27. *cap.* 4. *sed & ex medulla bubula* calliblephara *modò fulgo temperatur. Denique & ex Ampiliti, vti est apud eundem lib.* 35. *cap.* 16. *De libris autem Enoch vide libri præcedentis cap. tertium.*

60. nullam de concluylio vestem Efaias increpet.] *Alludit ad verba Esaiæ* 3. *quibus inter cetera mulierum ornamenta reprehendit, aut hec*: ὃ τὰ περιπόρφυρα, ὃ τὰ μεσοπόρφυρα, *quæ vertit vulgatus interpres* 70. *interpretum*: & circumpurpuream & clauatam vestem, *aut illa*: ὃ τὰ βύσσινα, ὃ τὰ ὑακίνθινα, ὃ κόκκινα, *id est*: *& bysina & hyacinthina & coccinea. Atqui de lunulis & botronatu videat Lector Adnotat. nostras ad lapidicinam B. Cyprian. librum num.* 49. *& sq.*

61. despectorem institutorum suorum.] Despector *(inquit Rhenan.)* vt & antè plus semel, *pro*: dispectore, *qui curam habeat & considerationem* institutorum suorum. *Sic & lib. de Velandis virg.* Sed nec inter cõsuetudines, *inquit*, despicere voluerunt illi sanctissimi antecessores. *Legimus autem cum* 3. *MS.* vti nunc esset.

62. patresfamiliæ.] *Illud vsurpat Auctor, contra quem sentit Varro lib.* 7. *vbi dicere debuisset* Patresfamiliàs. *Eodem modo Mart. l.* 1. Paterfamiliæ *verus est Quirinalis.*

63. Omnia, *inquit*, licent, sed non omnia ædificant.] *Similiter locum hunc citat B. Cyprian. & lib. Sapientiæ, & lib.* 3. *Testim. ad Quirin. cap.* 92. *Contra tamen in Apostoli exemplar, omittitur particula*: mihi, *quæ Græcè & Latinè est vbique.*

CAP. XI.

64. Quæ autem causa vobis est structiùs prodeundi, &c.] *Titulo hoc caput insinuamus:* Quòd nulla sit causa ornatiùs prodeundi. *hoc enim significat* structiùs, *de qua plenè supra lib. de Patient. nu. 22. Sicuti de templis Idolorum Apolog. cap. 15. nu. 233. & de fratribus, id est Christianis, eum sidem lib. cap. 39. nu. 505. De* Spectaculis *item, totoeius argumento libro, & de festis Gentilium, integra 13. & 14. cap. libri de Idololatria.* Procedere *denique pro eodem accipit, quod prius* prodire *dixit.*

65. aut sacrificium offertur.] *Si quis alius, iste certè locus adnotandus pro* Oblatione sacrificij Christiani. *De quo latiùs supra l. ad Scap. num. 11. l. ad. Iudæos nu. 19. & 22. lib. de Orat. num. 1. & Admot. nostris in B. Cyprian. epist. 34. num. 12. & epist. 63. ad Cæcil. num. 3. 44. 45. 46. 48. ac 53. item lib. 1. Testim. adu. Iud. nu. 44. Quibus adde Synonyma eodem pertinentia ex Patrum testimoniis inter nostra Latinorum Leiturgica, pag. 80. & sequente. præter ea quæ in dictis epist. ad Cæcil. num. 49. recitavimus. Vocantur enim à Clemente Romano:* holocausta altaris, oblationes Domini, sactificatio, *item* sacrificij oblatio, oblatio, Eucharistiæ sacrificium, mysticum sacrificium, consecratio, & oblatio corporis & sanguinis Domini. *A Philone de Therapeutis (vti vertit Rufinus)* sacerdotalis officia, Orationis oblatio. *A S. Potentiano:* Sacrificium laudis. *A B. Martiale:* Sacrificium, & Oblatio munda. *A B. Dionysio Areop.* mystica hostia. *Ab Anacleto Papa, & Marcellino & Iulio, Aniceto, Sotere, Calixto, & Eutichiano, Alexandri ac Euaristo:* sacrificium, & Oblationes. *A B. Hyppolito* Oblatio, *& à S. Fabiano:* sacrificium, & Oblationes. *A B. Cornelio & Stephano Papis & Conc. Africano, de Lapsis utroque:* sacrificium. *A B. Lucio Papa:* holocausti oblatio. *A B. Sixto Papa 2.* sacrificium hostiæ puræ & immaculatæ. *A B. Laurentio:* sacrificij oblatio. *A B. Euseb. Papa:* sacrificium altaris. *A Conc. Arelat. 1.* oblatio & sanctificatio. *A Licinio tyranno:* oblatio hostiarum, immolatio sacrificij. *A B. Sylvestro Papa:* oblatio incruenta, & sacrificium. *A B. Optato Milevitano:* oblatio & sacrificium. *A B. Ambrosio:* sacrificium, oblatio, sacrificij celebratio, sacrificij ad altare oblatio, Christi oblatio, Christi immolatio. *A Mario Victorino Afro:* oblatio Eucharistica. *A B. Syricio Papa, & Conc. Romano:* sacrificij oblatio, & sanctificium. *A Conc. Carthag. 2. Prudentio & Rufino:* sacrificium & sacrificij celebratio. *A Conc. Carthag. 4. & 5.* sacrificium, oblatio, oblationis consecratio. *A B. Hieronymo:* sacrificium, sacrificij ad altare celebratio, Christi immolatio, oblatio. *Ab Innocentio Papa:* oblatio, sacrificium; *similiter a Concilio Tolet. 1. A B. Paulino Nolano:* hostiæ immolatio, & celebratio, sacra litatio. *A B. Augustino denique:* sacrificij ad altare oblatio, sacrificia, benedictio *seu* consecratio eius quod oblatum est, Christi immolatio, sacrificium laudis, eius quod oblatum est distributio, oblatio. *Atqui B. Irenæi hac de re sententiam videat Lector studiosus latè tractatam à Feu-ardentio nostro eiusdem l. 4. c. 31. n. 7. & deinceps. Item c. 33. n. 1. & c. 34. n. 1. ac deinceps. Porrò Græcorum Patrum similia Epithet an alium locum differimus, ne hic prolixiores simus. Legimus autem eum Ms. 3. Vatic.* Quoduis horum gratuitatis & sanctitatis, *pro:* aut.

66. & compositio.] *Sic & compositionem (inquit Rhenan.) ostiarij aut arei:* Ne quæ vestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum prosecuturam. *Rursum paulo post:* Et reliqua compositionis vestræ impedimenta.

67. magnificetur Deus in corpore vestro.] *Ad alios adplicat quod deſe dixit Apostolus:* & nunc magnificabitur Christus in corpore meo.

68. Ne blasphemetur nomen in nobis.] *Cùm 3. Ms. omissum particulam ejus, quia non semel adnotauimus nomen simpliciter accipi tum ab Auctore, tum à Cypriano, pro nomine Christiano, præsertim verò ad librum de Patientia, num.* 11.

CAP. XII.

69. Optemus tantummodò, &c.] *Tractatur hoc capite,* Quòd lenocinia formæ magis prostitutis conueniant.

70. publicarum libidinum victimæ.] *Similiter ferè dixit l. de Pallio, vbi etiam vestitum ornatum superfluum taxat. c. 4.* Aspice lupas popularium libidinum nundinas, &c. *& mox:* ab eiusmodi propudiis occisæ in publico castitatis. *quare non placet quod habent 3. MS. Vatic.* impudicarum libidinum.

71. si quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coërcebant.] *Ad eundem modum dixit Auctor Apolog. c. 6.* Video & inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discrimen relictum.

72. Illa ciuitas valida, &c.] *Hunc locum ad verbum ferè imitatur B. Cyprian. l. de Disc. & hab. virgin. Sic, inquit, in scripturis sanctis describitur ciuitas meretrix, &c. & mulier illa amicta erat Pallio* purpureo & coccineo, *& adornata erat* auro & lapidibus pretiosis. *Quod ipsum iterum citat ad idem institutum Testim. lib. 3. cap. 36.*

73. Thamar illa, &c. vifa est quæstui (*id est ad quæstum*) sedere, &c.] *Etiam hanc scripturam posterori loco citat B. Cypr. vt ostendat mulierem ornari seculariter non debere, in hac verba:* Thamar *cooperuit se pallio (quod appellat vt B. Hieronymus theristrum) & adornauit, & cùm adspexisset eam Iudas, visum est ei meretricem esse, illud autem:* & voluit, *accipere videtur Auctor, pro: concupiscentia eius exarsit.*

CAP XIII.

74. Aliqua forsan dicat, &c.] *Postremo capiti dedimus titulum:* Quòd quum lucere debeant bona opera coram hominibus, persecutionis temporibus non conueniat ornatus.

75. Probum vestrum coram hominibus appareat.] *Ad verbum expressit quod Græce est* apud Apostolum (*quo nomine vbique S. Paulum Apostolum intelligit*) *Philipp. 4.* τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν, *pro quo noster vulgatus interpres Παραφαστὴς, Modestia vestra.*

76. Aut quid nos Dominus lumen terræ vocauit?] *Quum apud Matth. Græce legatur* τὸ φῶς τοῦ κόσμου, *quæ autem* κόσμος *pro terra vsurpetur, etiam hic videtur memoriæ lapsus Auctor, eo quòd paulo antè præcesserit:* sal terræ, *quum aliquis debuisset dicere:* lumen mundi, *quemadmodum mox:* luminaria mundi.

77. & exstamus inter dimersos. *Exstamus (inquit Rhen.) id est, eminemus, proprio verbo vsus. Atqui ita ſi Rhen. & 3. MS. Vatic. cod. legant:* diuersos, *magis placet quod Gelenius hauddubiè ex Anglico codice substituit:* dimersos, *vt metaphoricè loquatur, comparans Christianos* ciuitati constitutæ supra montem, *qua proinde* exstat inter dimersos, *siue* demersos (*nam ea variatio Auctori frequens*) *hoc est persistenti in Metaphora, inter eos qui montis comparatione videntur* dimersi *in paludibus circumacentibus.*

78. luminaria mundi.] *Etiam hic variat ab Apostolo, qui dixit Philipp. 2.* ὡς κόσμῳ.

79. denotatione fui.] *Quum alibi accipiat Auctor:* denotare, *pro reprehendere, hic accipit* denotationem, *pro: ostensione, quemadmodum etiam supra lib. de Patient. cap. 3.* proditorem suum nec denotauit. *de quo ibi Admot. nostr. num. 18.*

80. manus Spathalio circumdari solita.] Spathalium (*inquit Rhenan.*) *mulierbre est ornamentum,* Σπὸ τῦ σπαθᾶν, *quod delicias significat. De eodem Plinius l. 13. c. 15. qui adhuc illum facit eius quod* manū circumdari solitam *dicat Auctor. Iubatradit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidos placentem, corallio similem, sine foliis; præcipuum colore mutato in nigrum dureſcere, quum cadat, frangi. Item alium qui vocetur charisobleparon, efficacem in amatoriis.* Spathalia eo facere & monilia *fœminas. Alludit itaque ad armillas ex eo genere corallij nigri.*

81. de Petiscelio.] Periscelide, *siue* Periscelio (*inquit Rhenan.*) crura *vel tibiæ exornabantur.* σκέλος *Græci* crus *vocant. De* netuo *autem diximus lib. ad Martyras, num. 29.*

82. Spa-

82. Spathæ.] *Vegetius de re milit. gladios maiores spathas vocari dicit. Est autem Græca vox σπάθη eodem significatu.*

83. stolæ martyriorum.] *Alludit ad illud Apocal. 6. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.*

84. Taliter pigmentatæ.] *Metaphoricè pigmentatæ dixit, voce compositâ a pigmento, quod vnguenti genus esse ad vestitum eadem facies tradit Plinius lib. 16. cap. 43.*

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI AD VXOREM, PER IACOBVM PAMELIVM.

I. ERTVLLIANVS *iamdudum Presbyter, ad Vxorem pari inter se consensu continentiæ ergò à se separatam, humanæ conditionis memor, si fortè (persecutione nempè Ecclesiæ adhuc durante) de seculo prior euocaretur, admonitionis hoc fideicommissum (fortassis Romæ) conscripsit, quo vt post excessum suum nuptiis renuntiet, adhortatur.*

II. *Non abnuens coniunctionem viri & fœminæ benedictam & permissam à Domino, sed (sua quidem sententia, verùm erronea) vnam tantùm.*

III. *Et quamtumuis nuptias prohiberi nusquam legamus (quod inter cetera peruersitatum suarum volebat Marcion) tamen abstinentiam præferri ab Apostolo, & felicem illum, qui Pauli similis exstiterit.*

IIII. *Disiunctis enim matrimonio duas quidem species humanæ imbecillitatis necessarias nuptias facere, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam seculi; sed vtramque repudiandam à seruis Dei; exemplo earum quæ malunt Deo nubere, & in viduitate apud Deum subsignata perseuerare.*

V. *Deinde penes Christianos etiam odiosas esse causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate; quos quum habemus, præmittere optamus ad Dominum.*

VI. *Quod si difficile videatur, recenseri tot voluntarios spadones, qui statim à lauacro carnem suam obsignant, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, Gentiles etiam Satanæ suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferre.*

VII. *Nobis autem continentiam à Domino demonstratam, cuius voluntate defungitur matrimonium; maximè quum disciplina Ecclesiæ & præscriptum Apostoli digamos non sinat præsidere, & viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniuiram, non concedat.*

VIII. *Viduarum denique honoribus, quibus Deus benedicit, moueatur: nam licet in virginibus tota sit sanctitas, de proximo visura faciem Dei, viduam habere aliquid operosius; in illis gratiam, in istis virtutem coronari.*

Ceterùm præterquàm quòd multa huius libri ad verbum ferè descripserit, non minus continentiæ fauens, B. Hieronymus locis infrà citatis; Tertulliano iam olim adscripserunt, & MS. viderunt Trithemius & Politianus vbi suprà. Editus est etiam inter primos ex Paterniacensi ac Hirsaugiensi, deinde ex Gorziensi codicibus à Rhenano, primùm scholijs, postea & Adnotationibus illustratus. Nunc verò à nobis denuò castigatus ex tribus MS. Vaticanis, & aliquot Adnotationibus auctior.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI AD VXOREM LIBER PRIMVS, DE VNIS NVPTIIS.

CAP. I. DIGNVM[2] duxi, dilectissima mihi in Domino conseruа, quid tibi sectandum sit post discessum de seculo meum, si prior te fuero vocatus, iam hinc prouidere, vt prouisum obserues mandare fidei tuæ. [3] Nam secularibus satisfagentes sumus, & vtrique nostrum consultum volumus. Si talibus ordinamus, cur non magis de diuinis atque cœlestibus posteritati nostræ prospicere debeamus, & [4] legatum quodammodò prælegare, admonitionem & demonstrationem eorum, quæ ex bonis immortalibus, & de hæreditate cœlorum deputantur? Tu modò [5] vt solidum capere possis hoc meæ admonitionis [6] fideicommissum, Deus faciat, [7] cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas nunc & in secula seculorum, Amen. Præcipio igitur tibi, quanta continentia potes, [8] post excessum nostrum [9] renuncies nuptiis, nihil mihi isto nomine collatura, nisi quod tibi proderis. Ceterùm Christianis seculo digressis nulla restitutio nuptiarum in diē resurrectionis repromittitur, [10] translatis scilicet in angelicam qualitatē & sanctitatem. *Apocal. 5. & 7. Matth. 22.*

Proinde ſollicitudo nulla quæ de carnis zelo. Vel Domini ſententia, illa quam ſeptem fratribus per D
ſucceſſionem nupſiſſe volucrunt, neminem tot maritorũ reſurrectionis die offendet, nec quiſquam [11]
illam confuſurus expectat. Quæſtio Sadducæorum ceſſit ſententiæ Domini. Ne me putes propter
carnis tuæ integritatem mihi referuandam, de contumeliæ dolore ſuſpectum inſinuare iam hinc tibi
conſilium viduitatis: nihil tunc inter nos dedecoris voluptuoſi reſumetur. Nec enim tam friuola,
tam ſpurca Deus ſuis pollicetur. Sed an tibi vel cuicunque alij fœminæ ad Deum pertinenti profi-
CAP. II. ciat quod ſuademus, licet retractare. [12] Non quidem abnuimus coniunctionem viri ac fœminæ
benedictam à Domino, vt ſciremus generi humano, & replendo orbi, & inſtruendo ſeculo, exco-
Gen. 16. gitatam, atque exinde permiſſam, vnam tamen. Nam & Adam vnus Euæ maritus, & Eua vna vxor
Gen. 30. illius, vna mulier, vna coſta. Sanè apud veteres noſtros, ipſoſque Patriarchas, non modò nubere,
ſed [13] etiam plurifariàm matrimonijs vti fas fuit. [14] Erant & concubinæ. Sed licet figura tum in Sy-
nagogam & Eccleſiam ceſſerit, vt tamen ſimpliciter interpretemur, neceſſarium fuit inſtituere, quæ
poſtea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuenturaenim lex erat. Opottebat legis adim-
plendæ cauſas præcucurriſſe. Eidem mox legi ſuccurrere habebat Dei ſermo, circunciſionem induc-
cens ſpiritalem. Igitur per licentiam tunc paſſiuam, materiæ ſubſequentium emendationem præmi-
niſtrabantur, quas Dominus Euangelio ſuo, dehinc Apoſtolus in extremitatibus ſeculi excidit
C. III. redundantes, aut compoſuit inconditas. [15] Sed non ideò præmiſerim de libertate vetuſtatis, & po-
ſteritatis caſtigatione, vt præſtruam Chriſtum ſeparandis matrimonijs & delendis coniunctionibus
adueniſſe, quaſi iam hinc finem nubendi præſcriptam viderint, [16] qui inter cetera peruerſitatum ſua-
rum diſiungere docent carnem de duobus vnam, negãtes eum qui fœminam de maſculo mutuatus,
duo corpora ex ciuſdem materiæ conſortio ſumpta, rurſus in ſe matrimonij compactione compegit. E
1. Cor. 7. Denique prohiberi nuptias nuſquam omninò legimus, vt bonum ſcilicet. Quid tamẽ bono iſto me-
lius ſit, accipimus ab Apoſtolo, permittente quidem nubere, ſed abſtinentiã præferente: illud propter
inſidias tentationum, hoc propter anguſtias temporũ. Qua ratione vtriuſq; pronũciationis inſpecta,
facilè dinoſcitur neceſſitate nobis conceſſam eſſe nubendi poteſtatẽ. quod autem neceſſitas præſtat,
Vbi ſuprà. depreciat ipſa. Quod denique ſcriptum eſt, Melius eſt nubere quàm vri: quale hoc bonum eſt, oro te,
quod mali comparatio commendat? vt ideò melius ſit nubere, quia deterius eſt vri. At enim quanto
melius eſt neq; nubere, neque vri? [17] Sed etiã in perſecutionibus melius eſt ex permiſſu fugere de op-
pido in oppidum, quàm cõpreſſum & diſtortũ negare. at quæ iſta beatitas eſt, ideo ne qui neget, beati
teſtimonij cõfeſsione excidere? Poſſum dicere, quod permittitur, nõ eſt bonum. Quid enim neceſſe
eſt mori mihi? ſi ploro, bonũ eſt: ſi timeo. Quod permittitur, ſuſpectã habet permiſsionis ſuę cauſam:
quod autem melius eſt, nemo permiſit, vt indubitatum & ſua ſinceritate manifeſtum. Non propterea
appetenda ſunt quædam, quia non vetantur: etſi quodammodò vetantur, cùm alia illis præferuntur.
Præſtatio enim ſuperior [18] diſſuaſio eſt infimorum. Non ideò quid bonũ eſt, quia malum non eſt: ideò
malum non eſt, quia nõ obeſt. Porrò planè bonum hoc antecedet, quod non modò nõ obeſt, ſed in-
Philip. 3. ſuper prodeſt. Itaq; malle debes quod prodeſt, quàm quod non obeſt. Ad primum enim locum cer-
1. Cor. 12. tamen omne contẽdit: ſecundus ſolatium habet, victoriã non habet. Quòd ſi Apoſtolo auſcultamus,
1. Cor. 7. obliti poſteriorum, extendamur in priora, & [19] meliorum donationum ſectatores ſimus. Si nobis la-
Ibidem. cum non imponit, quid vtilitatis ſit oſtendit, dicens: Innupta de dominicis cogitat, vti corpore &
Vbi ſuprà. ſpiritu ſanctа ſit. Nupta vero ſollicita eſt quomodo cõiugi ſuo placeat. Ceterùm nuſquam ita nuptias F
permittit, vt nõ potius ad ſuum exemplum nos eniti malit. [20] Fœlicẽ illum, qui Pauli ſimilis extiterit.
C. IIII. [21] Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis adulamur impenſiùs. [22] Legimus tamen & ſpiritũ fir-
Matth. 26. mum. Nam in vno ſenſu vtrunque poſitum eſt. Caro terrena materia eſt, ſpiritus verò cœleſtis. Cur
ergo ad excuſationem proniores, quæ in nobis infirma ſunt, opponimus: quæ verò fortiora, non tue-
mur? Cur cœleſtibus terrena nõ cedant? Si ſpiritus carne fortior, quia & generoſior, noſtra culpa in-
1. Ioan. 2. firmiora ſectamur. Nã diſiunctis matrimonio, duæ ſpecies humanæ imbecillitatis neceſſitatis nuptias
faciunt. Prima quidẽ potentiſſima, quæ venit de cõcupiſcentia carnis: Sequens, de concupiſcẽtia ſe-
culi. Sed vtraq; repudianda eſt à ſeruis Dei, qui & luxuriæ & ambitioni renunciamus. Carnis concu-
piſcentia [23] ætatis officia defendit, decoris meſſem requirit, gaudet de cõtumelia ſua: dicit virũ neceſ-
ſarium ſexui, vt auctoritatis & ſolatij cauſa, vel vt à malis rumoribus tuta ſit. Et tu aduerſus cõſilia hæc
cius, adhibe [24] ſororũ noſtrarum exẽpla, quarum nomina penes Dominum, quæ nulla formę vel ætа-
tis occaſione preſſæ, maritis ſanctitatẽ anteponũt: [25] malũt enim Deo nũbere. Deo ſpecioſę, Deo ſunt
puellę: cum illo viuunt, cum illo ſermocinãtur: illum diebus & noctibus tractãt: orationes ſuas velut
dotes. Domino adſignant: ab eodẽ dignationẽ velut munera maritalia quotieſcunq; deſiderant, cõ-
ſequuntur. Sic ęternum ſibi bonũ Domini occupauerunt, ac iã in terris non nubendo, de familia en-
Matth. 22. gelica deputantur. Talium exẽplis fœminarum ad æmulationẽ te continentiæ exercens, ſpiritali affe-
ctione carnalẽ illam concupiſcentiam humabis, tẽporalia & [26] volatica deſideria formæ, vel ętatis ini-
micantium bonorum, cõpenſans delenda. Ceterùm ſecularis concupiſcentia cauſas habet, gloriam,
cupiditatem, ambitionem, inſuſſiciẽtiam, per quas neceſſitatẽ nubendi ſubornat: Videlicet cœleſtia
repromittẽs, dominari in aliena familia, in alienis opibus incũbere, cultũ de alieno extorquere ſum-

ptu,

A ptu,quem non sentias cedere in te. Hæc procul à Fidelibus,quibus nulla cura tolerandæ vitæ, nisi si diffidimus de promissis Dei,& cura,& prouidentia:qui lilia agrestia vestit, qui volatilia cœli nullo ipsorum labore pascit,qui [27] prohibet de crastino, victúque curari,respondens scire se quid cuique seruorum suorum opus sit: non quidem monilium pondera, non vestium tædia, [28] non Gallicos vultus,nec [29] Germanicos baiulos,quæ nuptiarum gloriam accendunt,sed sufficientiam,quæ modestię & pudicitiæ apta est. Præsume,oro te,nihil tibi opus esse,si Domino appareas: imò omnia habere, si habeas Dominum: cuius omnia cœlestia recogita,& terrena despicies. Nihil viduitati apud Deum subsignatæ necessarium est quàm perseuerare. [30] Adijciunt quidem sibi homines causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate. Sed id quo que penes nos odiosum est. Nam quid gestiamus liberos ferere,quos cũ habemus,præmittere optamus, respectu scilicet imminentium angustiarum,cupidi & ipli iniquissimo isto sæculo eximi, & recipi ad Dominum? quod etiam Apostolo votum fuit. Nimirùm necessaria soboles seruo Dei. Satis enim desunt nostra: securi sumus vt liberis vacemus: quærenda nobis onera sunt,quæ etiam à Gentilium prophanis vitantur, [31] quæ legibus locantur,quæ parricidijs expugnantur: nobis quidem plurimùm importuna, quantum fidei periculosa. Cur enim Dominus, Vę prægnãtibus & nutricantibus,cecinit,nisi quia filiorum impedimenta testatur in illa [32] die expeditionis incommodũ futura? vtique nuptias imputaturus. Tum autem ad viduas non pertinebit: ad primam angeli tubam expeditè profilient. Quamcunque pressuram persecutionémque liberè perferent: nulla in vtero,nulla in vberibus æstuãte sarcina nuptiarum. Igitur siue carnis,siue sæculi,siue posteritatis gratia nubet,nihil extrà istis necessitatibus Dei seruis,vt nõ satis habeam semel alicui earum succubuisse,& vno matrimonio omnem cõcupiscentiam huiusmodi expiasse. Nubamus quotidie,& nubentes à die illo deprehendamur,vt Sodoma & Gomorrha. Nã

B illic non vtique nuptias & mercimonia solummodò agebant: sed [33] cùm dicit, Nubebant & emebãt, insigniora ipsa carnis & sæculi vitia definit,quæ à diuinis disciplinis plurimùm auocent: alterum per lasciuiendi voluptatem, alterum per acquirendi voluntatem. [34] Etenim illa tunc cæcitas longè à finibus sæculi habebatur. Quid ergo fiet,si quæ olim detestabilia sunt penes Dominum, ab his nos nũc arcear? Tempus,inquit,in collecto est. superest, vt qui matrimonia habent, tanquam non habentes, agant. [35] Quòd si habẽtes obliterare debent quod habent,quanto magis non habentes prohibentur repetere quod non habent: vt cuius maritus de rebus abijt,exinde quietem sexui suo nubendi abstinentia iniungat: quam pleræque Gentilium fœminarum [36] memoriæ charissimorum maritorum parcant. Cùm quid difficile videtur,difficiliora alios obeuntes recenseamus. [37] Quot enim sunt qui statim à lauacro carnem suam obsignant? [38] Quot item qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt? Voluntarijs spadonibus pro cupiditate cœlesti [39] saluo matrimonio abstinentia toleratur,quanto magis adempto? Credo enim difficiliùs saluum derelinqui,quàm amissum non desiderari. Durum planè & arduum satis,continentia sanctæ, fœminæ post viri excessum,Dei causa, cùm Gẽtiles Satanæ suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferant? [40] [illegible]næ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant,auspicia pœnæ suæ cum ipso draconẽ curantes,de virginitate cẽsentur. [41] Achææ Iunoni apud Ægium oppidum virgo sortitur: & [42] quæ Delphis insaniunt,nubere nesciunt. [43] Ceterùm viduas Africanæ Cereri assistere scimus,durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in æternum viris non modò thoro decedunt, sed & alias eis vtique ridentibus loco suo insinuant,adempto omni contactu vsque ad osculum filiorum: & tamen durante vsu perseuerant in tali viduitatis disciplina,quæ pietatis etiam sanctæ solatia excludit. Hæc diabo-

C lus præcipit,& auditur: prouocat nimirùm Dei seruos continentia suorum, quasi ex æquo. O continentiam gehennæ sacerdotem! Nam inuenit quomodo homines etiam boni sectationibus perderet: & nihil apud eum refert,alios luxuria,alios continentia occidere. [44] Nobis continentia ad strumẽtum æternitatis demonstrata est à Domino salutis Deo,ad testimonium fidei,ad commendationem carnis istius exhibendæ superuenturo indumento incorruptibilitatis,ad sustinendam nouissimè voluntatem Dei. Super hæc enim recogites moneo, neminem, nisi ex Dei voluntate de sæculo duci, si nec folium quidem ex arbore sine Dei voluntate dilabitur. Idem qui nos mundo infert,idem & educat necesse est. Igitur defuncto per Dei voluntatem,etiam matrimonium Dei voluntate defungitur. Quid tu restaures,cui finem Deus posuit? Quid libertatem collatam tibi, iterata matrimonij seruitute fastidis? Obligatus es,inquit,matrimonio,ne quæsieris obligationem. [45] Nam etsi non delinquas renubendo,carnis tamen pressuram subsequi dicit. Quare facultatem continentiæ, quantum possumus, non diligamus? quamprimùm obuenerit, imbibamus: vt quod in matrimonio non valemus,in viduitate sectemur. Amplectenda occasio est, quæ ademit quod necessitas imperabat. Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ & præscriptio Apostoli declarat, [46] cùm digamos non sinit præsidere, [47] cùm viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniuitam,non concedit: aram enim Dei mundam proponi oportet. Totalla Ecclesia, candida de sanctitate describitur. Sacerdotium viduitatis,& celebratum est apud Nationes pro diaboli scilicet æmulatione. [48] Regem sęculi Pontificem Maximum rursus nubere,nefas est. Quantum Deo sanctitas placet, cùm illam etiam inimicus

Matth.6.

Cap.V.

Philip.3.

Matth.24.

Gen.19.

Matth.24.

1.Cor.7.

Ca.VI.

C. VII.

1.Cor.7.

1.Timot.2.

1.Timot.5.

adfectat: non vtique vt [49] alicuius boni adfinis, sed vt Dei domini placita cum contumelia adfe-
C.VIII. ctans? [50] Nam de viduitatum honoribus apud Dominum vno dicto eius per Prophetam expe-
ditum: [51] Iustè facite viduæ & pupillo, & venite disputemus, dicit Dominus. Duo ista nomina
inquantum despectui humano, intantum diuinæ miseri cordiæ exposita, suscepit tueri. Pater om-
nium vide quàm ex æquo habetur, qui viduæ benefecerit. Quanti est vidua ipsa, [52] cuius adfector
Dominus disputabit? Non tantùm virginibus datum opinor, licet in illis integritas solida & tota san-
ctitas de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius: quia facile est non
appetere quod nescias, & auersari quod desideraueris nùmquam. Glorioſior continentia quæ ius
suum sentit: quæ quid viderit, nouit. [53] Poterit virgo fœlicior haberi, at vidua laboriosior. Illa quod
bonum semper habuit, ista quod bonum sibi inuenit. In illa gratia, in ista virtus [54] coronatur.
Quædam enim sunt diuinæ liberalitatis, quædam nostræ operationis. Quæ à Domino indulgen-
tur, sua gratia gubernantur: quæ ab homine captantur, studio perpetrantur. Stude igitur ad vir-
tutem continentiæ, modestiæ, quæ pudori procurat: sedulitati, quæ nugas non facit: frugalitati,
quæ seculum spernit. [55] Conuictum atque commercia Deo digna sectare, memor illius versiculi,
sanctificati per Apostolum:

[56] *Bonos corrumpunt mores congressus mali.*

1. Cor. 5. Loquaces, otioſæ, vinoſæ, curioſæ contubernales, vel maximè proposito viduitatis officiunt. Per
loquacitatem inrepunt verba pudoris inimica: per [57] otium se veritate deducunt: per vinolentiam
quiduis mali insinuant: per curiositatis æmulationem libidines conuehunt. Nulla huiusmodi fœ-
minarum de bono Vniuiratus loqui nouit: Deus enim illis (vt ait Apostolus) venter est, ita & quæ
ventri propinqua. Hæc tibi iam hinc commendo, conseruа charissima, post Apostolum qui-
dem ex abundanti retractata, sed tibi etiam solatio futura, quòd meam memoriam, si ita euenerit,
in illis frequentabis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM PRIMVM AD VXOREM.

1. AD VXOREM.] *Locum hic requirebat tractatum de coniugio Sacerdotum, eo quòd Tertullianus, quum Presbyter esset,* ad vxorem *hunc & sequentem librum scripserit: Verùm differre maluimus ad lib. de Exhort. ad castitatem, Tom. 5. eo quòd non hunc, sed illum librum pro se (quamquam perperàm) allegat Magdeburgenses. Hoc hic sufficiat adferre, quod essis multi coniugati in ordinem Presbyterorum allegerentur, numquam tamen, ne apud Græcos quidem, iam Presbytero* [redacted] *cum fuisse vxorem ducere; immò disertis verbis interdictum hoc Apost. 27, Eodem pertinent quæ supra lib. de Cultu fœminarum cap. 9. num. 51. de continentia Clericorum adnotauimus.*

CAP. 1.

2. Dignum duxi, dilectissime mihi in Domino conseruа, &c.] *Caput hoc primum non aliud est quàm libri totius Argumentum, quippe quo studet,* vt post excessum suum renuntiet nuptijs: *atque adeo recte etiam inscribi posset liber hic,* De Monogamia ad Vxorem. *Aliquanto autem agit hic modestius quàm in post. rioribus libris de Castitate & Monogamia, Tom. 5. veruntamen omninò ab errore excusari non potest. Et fortasse si ea scisset aliquis sic locum, hic liber in caussa fuit, non fecus atque B. Hieronymo simile scriptum quoddam, cui Roma Tertulliano discendum fuerit, quòd errorem hunc mordicus vellet defendere. Verùm de eo latius tum dicta libris duobus, tum in Prolegomenis inter errores Tertulliani. Atqui & Trithemius & Paternacensis ac Hirsaugiensis codices hoc huius libri initium collocarunt:* Dilectiss. in Domino conseruа, &c. *Verùm ex Gorziensi codice supplemi quod deerat:* Dignum duxi.

3. Nam secularibus satisfagentes sumus.] *Hoc est (vti adnotat Rhen.) in secularibus negotijs anxij & curiosi sumus.* Satisfagentes, *pro: satagentes, quo verbo etiam alibi vtitur, imitatione Iureconsultorum, qui dicunt satis accipere, & satis præstare, & satis dare. Simili phrasi mox dixit:* Si talibus ordinamus, *id est (inquit idem) de tam leuibus & frivolis rebus* ordinamus.

4. & legatum quodammodò prælegare.] Prælegare *(inquit idem) pro prius legare, dum videlicet adhuc summus in vita. Iureconsultorum verbum vtitur, agens de hereditate quæ morte relinquitur. Quireflè etiam adnotauit Appositiuè legi debere:* admonitionem; *nam sequitur:* hoc meæ admonitionis fideicommissum.

5. vt solidum capere possis.] *Alludit (inquit Rhenan.) ad hæreditatis diuisionem in partes duodecim. Siquidem cui ex asse contingebat hæreditas, is* solidum *capiebat hæreditatem, hoc est totam & integram, nec vlla sui parte diminutam. At inter hæredipetas & captatores quidam etiam dextante, hoc est decima parte, nonnulli deunce, hoc est vndecima parte hæreditatis, cogebantur esse contenti. Similiter dixit Tom. 5. lib. de Monogamia sub finem:* ex testamento Dei solidum non posse capere.

6. Fideicommissum.] Fideicommissum, *inquit idem, Iureconsulti vocant, vltima voluntatis executionem, quæ per verba deprecatoria amico iniungatur, qualia sunt, Peto, cupio, rogo, & similia. A fide hæredis cui committitur, nomen habet. Vnde* fideicommissarij *dicti. Hæreditas* fideicommissaria *etiam fiduciaria appellatur Vlpiano. De discrimine* fideicommissorum *& legatorum, prolixè apud Iureconsultos disputatio. Libres certè tres videre est in Digestis seu Pandectis Iustinian. 30. 31. & 32. Titulo de* legatis & fideicommissis, *ad quos in Paratitlis adnotauit Cuiacius hanc vtrius que differentiam: Quod* Legatum *donatio sit testamento hæredi mandata,* fideicommissum *verò liberalitas, quæ verbis precarijs, vel alio quocunque indicio voluntatis precatæ, in aliquem conferitur etiam ex intestato.*

7. cui sit honor, gloria, &c.] *Rursum hic more suo ex duobus locis Apocalypsis 5. & 7. istud desumpsit. Nam priori loco legitur:* honor, gloria, potestas; *posteriori:* claritas *& virtus, pro quorum postremo hic legitur:* dignitas; *nam & magistratum vox Græca διώγμως significat. Addit etiam alunde:* nunc, *fortasse ex Epistola Judæ, qui subdit;* nunc, & in seculа seculorum. Amen.

8. post excessum nostrum.] Excessum *rectè Rhenanus mortem interpretatur. Sic enim & infrà cap. 6.* post vi ri excessum; *& lib. adv. Valentin. Tom. 5eqq.* vbi post excessum omninò non nubitur. *Quo loco adnotauit, etiam Suetonium sic loqui solitum. Adde & B. Cyprianum epist. 4. ac 31. & lib. ad Demetr.*

9. renunties nuptijs.] *Asconius Pedianus (inquit Rhenanus)*

digitized by Google

ratili, luminúmque toruitate terribiles, auidi iurgiorum, & ſubitatim inſolentes. Intelligit itaque Gallos aſſedas ſeu famulos. Prima edition in margine habebat: mulos, *pro:* vultus, *quòd magis placet, eo quòd lib. ſequ. c. 8. nu. 37. legatur:* & mulabus & cineratijs peregrinæ proceritatis. *quem ſimilem huic locum eſſe Rhen. adnotat. Nihil tamen in contextu immutauit, eo quòd* 3. *MS. Vatic.* vultus *legant.*

29. nec Germanicos baiulos.] *Hæc eſt (inquit idem) lecticarios ſeruos, quos in lectica aut ſella geſtent. Ad hanc operam ob ſtaturæ procerit atem,* Germanis *vtebantur, olim etiam Syris: vnde Iuuenalis,*

Nec quæ longorum vehitur cernuice Syrorum.

Aiunt antiquitatis peritilecticam iſtiuſmodi geſtationem non abſimilem ſandapilæ fuiſſe, qua mortui hodie efferuntur, ſed obdutilem velis, ſi ſtatres poſtulaſſet, adfixos etiam inferné ſuſtentaculis, quæ nunc ſuſpendi, nunc dimitti poſſent, ſiquando baiulos interquieſcere neceſſitas coëgiſſet, denos plerumque vel duodenos, quibus etiam recentes ſuccedebant vicary. Nam non per vrbem modo, verum etiam per agros magna stinera huiuſmodi geſtatione confiebantur. Seneca epiſt. 80. *Idem quoque de iſtiuſmodi lectis omnibus dicebatur. Seneca epiſt.* 80. *Idem quoque de iſtiuſmodi omnibus dicebatur, quos ſuperbia capit a hominum, ſupra quamque turba m delicatus lectica ſuſpendit. Idem alibi: Non facies, inquit, te beatum turba ſeruorum lecticam tuam per stinera vrbana aut peregrina portantium. Et rurſum alio loco: Quoties occurrit domui ſplendida, cohors cultæ ſeruorum, lecticæ formoſis impoſitæ calonibus. Porro Romanus Pontifex vſum lectic æ ex antiquitate retinuit, vt alia multa, ſæpe nitimus & concedentibus hoc Imperatoribus, Flauio Conſtantino Magno, & ceteris qui hunc inſecuti ſunt. Nam de vehiculo, ſiue ſella curuli, clarum teſtimonium habemus ex Ammiano Marcellino. Denique Romæ* baiulos *agunt hodiéque* Germani, *Pontificis corporis geſtatores ex cohorte illa ſtipatorum Palatina, quam à multis iam annis Romani Pontifices alunt.*

Cap. v.

30. Adijcium quidem ſibi homines cauſſas, &c.] *Inſcripſimus hoc caput:* Quòd nec liberorum procreatio neceſſaria ſit. *Quamquam autè paulopoſt malit legere Rhen.* ocioſum eſt, *nos:* odioſum *retinuimus cũ MS. & excuſis codicibus. Pro eo autem quod eſt:* iſto ſeculo eximi, *legunt MS. 3. Vat. cod.* excuti. *ſed pro priori lectione facit illud ſupra lib. de Spectac. cap.* 28. exire de ſeculo. *Ibi denique,* Nimirum neceſſaria, *rurſum ironiam eſſe adnotauit Rhenanus.*

31. quæ legibus locantur.] *Vitur hic (inquit Rhenan.) Metaphora locatis: aliquid vt fiat, velut si facit qui domum conſtruendã alicui locat, qui conducere dicatur, & redimere. Quemadmodum verò* locator *conductori re perfectã pactam mercedem exoluit, ſic & leges patribus ob filios procreatos præmium conferunt. q. d. Niſi mutuat et homines propoſitum præmium, nemo liberos relleret. Quod magis placet, quam quod Adnot. ſuis in lib. de Exhor. caſt. cenſet legendum:* cogantur, *eo quòd illic ſimiliter dicat:* ad quos ſuſcipiendos legibus compelluntur homines: *inter quas (præter eas, de quibus ſupra Apolog. c.* 4. *num.* 52.) *erat illa xij. Tabularum: Cenſores, cælibes eſſe prohibunto. Item illa Platonis l.* 6. *de Leg. quæ eos qui annis xxx. peracto ſe coniuges nec haberent, nec habere vellent, pecuniæ & honoribus multauit. Vide autem etiam de pœna cælibum infrà Tom.* 5. *ſub finem lib. de Monogamia.*

32. in illa die expeditionis.] Dies expeditionis, *vti ad marginem adnotauit Rhenanus, dies vltimi iudicij. Siue autem paulopoſt legas:* poſteritatis gratia nubet, *cum excuſis, ſiue:* nubebit, *cum MS. 3. Vatic. perinde eſt.*

33. ſed quum dicit, Nubebant & emebant.] *Etiam hic memoria lapſus videtur Auctor, dum Sodomæ & Gomorrhæ adſcribit, quod Chriſtus narrat de diebus Noe, Matth.* 24. *quamquam etiam ibi non ducatur quicquam de ijs quæ emebant. Rectiùs lib. de Monog. T.* 5. *infrà ſub finem, omiſſa emptione:* Nubant *(inquit)* huiuſmodi in finem vſque, vt in iſta confuſione carnis, ſicut Sodoma & Gomorrha & diluuij dies, ab illo vltimo exitu ſeculi deprehendantur.

34. Etenim illa tunc cæcitas, &c.] Illa *(inquit Rhenan.)* excitas, *videlicet non curantium Deum, ſed nubtium & emen-*

tium, accidit ante tot ſecula, mundo adhuc propemodum recenti, in cuius finem nos incidimus, hoc vult dicere. Pertinet etiam hoc ad errores Tertulliani.

Cap. vi.

35. Quòd ſi habentes, obliitterare debent, quod habent, &c.] *Huic capiti titulum facimus:* Quòd imitari debeant & Chriſtianarum & Gentilium fœminarum continentiam.

36. memoriæ chariſſ. maritorum parcant.] Parcant *(inquit Rhenan.) hoc eſt ſeruent. Tranſlatione ſumpta ab hominibus frugi, qui rebus ſuis parcè vtuntur, malentes quod habent ſeruare, quàm inutiliter prodigere. Ipſe cum Accuſatiuo conſtruit, vt ſic* parcant, *pro:* comparcant, *niſi mauis* parentant.

37. Quot enim ſunt qui ſtatim à lauacro carnem ſuam obſignant,] *Siquis alius, certè hic locus, anquiſſ. Votum continentiæ ſignificat, de quo latius ſupra l. de Cultu fœminarum, c.* 6. *nu.* 51. *& infrà lib. de Velan. virg. nu.* 1. *Simile eſt illud lib. de Patientia ſupra cap.* 13. Spadonem voluntarium ad regna cœli leuat.

38. Quot item qui conſenſu pari inter ſe matrimonij debitum tollunt.] *Simile eſt illud infrà lib. de Veland. virg. ca.* 10. Siue qui ex conſenſu contumeliam communem iam recuſauerunt. *Iſtud autem pertinet ad continentiam coniugum, quam pari inter ſe conſenſu in primitiua Eccleſia venientes, ſtatim adhibebant matrimonij debitum ſimul atque remittant, & quodammodò tollunt. Atque id imprimis vſi tatum fuit in ijs, qui ad ſacros adlegebantur ordines, iam antea coniugati, atque adeò & de Tertulliano vt ipſum credam, facit quod ad Vxorem haud dubiè à ſe abſentem, hos duos libros ſcripſerit; maximè quum conſtet in Eccleſia Latina id iam ab ætate Apoſtolorum etiam ex præcepto obſeruatum fuiſſe. Quò pertinet imprimis illud Decretum Clement. Romani Papæ* 1. *Quod ſi poſt ordinationem miniſtro altaris contingat proprium in ſudere cubile vxorie, ſacrarij non intret limina. & quæ in illud commentatur eſt Franciſcus Turrianus l.* 5. *pro Epiſt. Pontific. c.* 12. *nominatim ex B. Sixto Papa* 3. *lib. de Caſtit. De quo vide plura ſupra lib. de Cultu fœminar. c.* 9. *n.* 51. *vbi etiam de Spadonibus voluntarijs.*

39. ſaluo matrimonio.] *Facit hoc pro altera Eccleſiæ ſententia, quæ etiam matrimonium ſaluum agnoſcit in B. Virgine & Joſeph, etiam ſi in abſtinentia ſeu continentia perpetua vixerint, atque adeò etiam in reliquis conſenſu pari continentibus. Ibi autem* Durum planè & arduum, *Ironiam iterum adnotauit Rhenanus, qui quamquam malit legere:* continentia ſanctæ fœminæ, *mihi id non placet, facit enim magis ad inſtitutum illud:* continentia ſanctæ, fœminæ poſt viri exceſſum, Deî cauſa.

40. Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis, &c.] *Alijs verbis hoc expreſſit ſub finem libri de Monogamia cit atis:* Sunt & quæ de tota continentia iudicent nos virgines Veſtæ, & Iunonis Achaicæ, & Apollinis Pythij. *Item lib. de Exhort. caſtit.* Noueram virgines Veſtæ apud Achaiæ ganeum, & atrocis apud Delphos. *Atqui de* Veſtalibus *vide ſupra Apolog. cap.* 26. *n.* 420.

41. Achæ Iunoni apud Ægium oppidum virgo ſortitur.] *Antea erat:* Acæ *(inquit Rhenan.) nos ſcripſimus:* Achæ. *Nam Ægium oppidum eſt* Achaiæ, *vbi colebatur* Iuno. *Auctor Plinius & alij. Huius* Iunonis *ex hoc loco facit mentionem Hieronymus in Epiſt. ad Gerontiam, apud quem legitur in permulgata editione,* Iunonisque Achiuæ. *Gyraldus huic. Deorum ſyntag.* 3. *legit, & probat lectionem:* Acreæ Iunoni. *Verum placet magis Rhenani lectio, quod non ſolùm excuſi, ſed & MS. cod. legunt, lib. de Exhort. caſtit.* Iunonis Achaicæ, *ſicuti etiam apud B. Hieronymum retinendum puto:* Achiuæ, *pro eo quod Eraſmus legendum cenſet:* Argiuæ. *Idem quidem ab illo repetitur adu. Iouin. libr.* 1. *ſed dumtaxat:* Iunonis virgines *vocat.*

42. & quæ Delphis inſaniunt.] Antiſtites *hæc vocat li. de Monog.* Apollinis Pythij. *Ibi de ijs latius.*

43. Cæterùm viduas Africanæ Cereri, &c.] *Similiter lib. de Exhort. caſtit. paulò clarius:* Fœminas verò Cereris Africanæ, cui etiam ſponte abdicato matrimonio, adſeneſcunt,

cunt, exinde adempto contactu masculorum, vsque ad oscula filiorum. & / paucioribus lib. de Monog. Ceteris sacerdotes viuentibus etiam viris & consentientibus, amica separatione viduantur. *Ex quo loco constat etiam hic legêdum:* cis vsque viuentibus, *pro:* tidentibus. *Atqui quum & hic & locus duobus modo citatis nominatim legant codices omnes* Ceteri, *etsi non placeat coniectura eruditiss. D. Pithœi (de qua suprà Apolog. cap. 4. num. 383.) qua legendum censet:* cœlesti; *tamen in hoc ei assentior, vt* Deam cœlestem *existimen eandem, quo hic* Africana Ceres *nuncupatur. Sine autem legas paulo post:* pietatis sanctæ solatia *cum excus. sine.* sancta *cum 3. MS. Vatic. cod. perinde est.*

CAP. VII.

44. Nobis continentia ad strumentum æternitatis demonstrata est, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd etiam Scriptura videatur dehortari secundas nuptias. Strumentum *autem (inquit Rhenan.) pro instrumento, etiam abusu usurpatum, vt* fructus *pro* instructus, & structûs *aduerbialiter, pro:* instructiùs.

45. Nam etsi non delinquas renubendo, &c.] *Hinc patet nondum omninò Montanistam fuisse Tertullianum, quum hæc scriberet, sed amore continentiæ vehementius scripsisse: quem admodum etiam B. Hieron. Epist. modo citata ad Gerontiam de Monogamia. Quamuis enim adluduat ad verba Apostoli, tamen adserit se dicta verba pronuntiat, addendo de Apostolo:* carnis tamen pressuram subsequi dicit. *Omninò tamen illud ab errore excusare non potest quod subdit:* Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, &c. *ad quæ, aliâque eiusmodi respondebimus infrà. aut libris supracitatis, aut inter Prolegomena.*

46. quum digamos non sint præsidere.] Præsidebant *(inquit Rhenan.) Presbyteri & Episcopi: vnde* Præsidentes *dicti. Tertull. lib. de Coron. milit. loquens de Eucharistia:* Nec de aliorum, *inquit*, manu quàm Præsidentium sumimus. *Adludit autem ad locum qui est ad Titum c. 1. Unius vxoris vir. Vide similem locum Apolog. cap. 34.* Præsident quique probati seniores, *vbi de auctoritate Episcoporum latius num. 503. Atqui de hac scriptura loco latius infrà dictum libris de Cast. & Monogamia.*

47. quum viduam adlegi in Ordinationem, &c.] *quod hic* Ordinationem *vocat (inquit Rhenan.) in lib. de Veland. virg. vocat* sedem. Ad quam, *inquit*, sedem præter annos sexaginta non tenit vniuirx, *id est nupta* aliquando eliguntur. *Refficit autem locum qui exstat ad Timoth. priore epist. cap. 5. Quod autem hic* Ordinationem, *illic:* Viduatum *vocat, &* sedem viduarum. *Verùm de hoc etiam vbi suprà, lib. de Castit. erit dicendi locus ad illud sub finem:* Quanto igitur & quæ in Ecclesijs ordinari solent.

48. Regem seculi Pontificem Maximum, &c.] *Idem repetit dicto libr. de Exhort. cast. vbi hæc de re tractabitur, & aliquid etiam dicetur Tomo sequ. lib. de Præscrip. adu. hæres. cap. 40. num. 241.*

49. vt alicuius boni adfinis.] *Ita suprà lib. de Patientia:* Numquid impatientes pacis adfines, *& T. seq. l. Adu. Hermog.* boni & mali adfinem.

CAP. VIII.

50. Nam de viduitatum honoribus, &c.] *Postremo huic capiti titulum imposuimus:* De viduitatis honoribus.

51. Iustè facite viduæ & pupillo.] *Vtrique adscribit quod Isai. secundo loco ponitur* Σπουδάσατε. *nam apud illum sic legitur:* Iudicate pupillo, & iustificate viduam. *Legimus autem mox ex 3. Vat. cod.* qui viduæ benefecerit, *pro:* benefecit.

52. cuius adfertor Dominus.] Adfertor *inquit Rhenan. vindex est, qui aliquem vindicat in libertatem. Hic pro patrono, qui hominem tuendum suscipit. Ita lib. 1. in Marc.* talis adfertor etiam damnaretur in seculo, neolum plagiator.

53. Poterit virgo fœlicior haberi, at vidua laboriosior, &c.] *His & præcedentibus ac sequentibus verbis indicat, quo sensu infrà dicat lib. de Veland. virg. c. 10.* Non enim & continentia virginitati antisstat, &c. *vbi de hoc latius nu. 83. Similis etiam locus est suprà lib. de Patient. c. 13. nu. 85. & B. Hieronymi complures.*

54. virtus coronatur.] *Pertinet hoc ad coronam seu præmium* virtutum, *de qua suprà l. de Patient. c. 11. nu. 73. & 75. & lib. ad Martyras c. 3. nu. 43.*

55. Conuictum atque commercia, &c.] *Similiter (vti etiam adnotat Rhenan.) B. Hieronym. ad Eustochium: Eas autem (inquit) virgines & viduas, quæ otiosæ & curiosè domos circũeunt matronarum, quæ rubore frontis abstrite, parasitos vincunt mimorum, quasi quasdam pestes abijce.* Corrumpunt bonos mores consubulationes pessimæ. *Nulla illis nisi ventris cura est, & quæ ventri sunt proxima. Iustumodi hortari solent, & dicere: Misatella, rebus tuis vtere, & vive dum vius, & nunquid filijs tuis seruat? Vno se atque lasciua quidvis mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias emollunt.*

56. Bonos corrumpunt mores.] *Hunc Menandri versum* sanctificatum *(vti loquitur Auctor) per Apost. 1. Cor. 15. sic extat in Tractat. de Simpl. Prælat. seu de Vnitate Ecclesiæ B. Cyprian. martyr.* Corrumpunt ingenia bona consubulationes pessimæ. *Et in sequ. lib. rursum Tertull.* Bonos corrumpunt mores consubulationes malæ.

57. per otium se veritate deducunt.] *Sic iterum legimus ex 3. MS. Vatic. ac si dicat:* se à veritate deducunt, *pro eo quod substituit ex collatione Gorlensi Rhen.* securitatem inducunt.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI AD VXOREM, PER IACOBVM PAMELIVM.

CRIPTO *ad Vxorem Libro præcedenti, respectu humanæ infirmitatis ad secunda consilia conuersus, hunc quoque Librum ad eam scripsit, quo vti saltem à matrimonio cum Gentilibus abstineat, adhortatur.*

Atque imprimis id ex Apostoli præcepto vrget, qui nubendi disciplinam præscribendo, I.
non suadet, sed iubet, vt tantùm in Domino nubant.

Neque verò sibi quemquam blandiri debere de illo eiusdem Apostoli; Siquis frater infidelem habet II.
vxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam, &c. quia manifestum est eos fideles designari, qui in matrimonio Gentili à gratia Dei inuenti fuerint.

Proinde fideles Gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse, & arcendos ab omni communica- III.
tione fraternitatis.

iiii. *Maximè, quum Gentili iuncta fœmina Domino pro disciplina satisfacere non possit, si statio facienda sit, si ieiunia obseruanda, si procedendum erit. Quis enim coniugem suam nocturnis conuocationibus aut solemnibus Paschæ abnoctantem substinebit? quis ad conuiuium Domini, cùm quod infamant, sine suspicione dimittet?*

v. *Et vt aliqui nostra sustineant, hoc esse delictum, quòd Gentiles nostra nouerunt? Quomodo enim latebis (inquit) cùm lectulum, cùm corpusculum tuum signas, cùm etiam per noctem oratum consurgis? Nec sciet maritus, quid secretò ante omnem cibum gustes? & si sciat, panem non illum credit esse qui dicitur.*

vi. *Deinde, quum moretur Dei ancilla cum Laribus alienis, de cuius manu desiderabit, de cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, aut illa quid marito suo cantabit? quæ Christi inuocatio? quæ fomenta fidei de scripturarum interlectione? vbi diuina benedictio?*

vii. *Aliam verò esse rationem, si hæc eis quo que euenire possint, quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ sunt: quia facilius tales lucrifiunt, eo quòd ratum sit apud Deum matrimonium.*

viii. *Quid? quòd etiam Iure serui foras nubere interdicantur, & censeantur seruituti vindicandæ, quæ cum alienis seruis post dominorum denuntiationem in consuetudine perseuerauerunt.*

ix. *Fœlix econtrario esse matrimonium, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, duorũ fidelium; qui simul orant, simul ieiunia transigunt; vbi sacrificia sine scrupulo, non furtiua signatio, non muta benedictio.*

Ceterùm, præterquàm quòd præcedentis libri nominatim hic fiat mentio, & non semel imitetur Auctorem, verbus penè iisdem B. Hieronymus locis infrà citatis, etiam hunc viderunt MS. iam olim Trithemius & Politianus. Editus verò fuit primùm cum Scholijs, deinde & Annotationibus à Rhenano; at nunc & denuò castigatus ad tria MS. Vaticana exemplaria, & Annotationibus auctus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI AD VXOREM: DE MATRIMONIO CVM GENTILIBVS, LIBER SECVNDVS.

CAP. I. ROXIME [1] tibi, dilectissima in Domino conserua, quid [2] fœminæ sanctæ, matrimonio quacunque sorte adempto, sectandum sit, vt potui, prosecutus sum. Nunc ad secunda consilia conuertamur, respectu humanæ infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quæ [4] diuortio, vel mariti excessu, oblata continentiæ occasione, non modò abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubendo quidem rursum disciplinæ meminisse voluerunt, vt in Domino potissimùm nuberent. Itaque mihi confusus est animus, ne qui te nuper ad vniuiratus & viduitatis perseuerantiam hortatus sum, nunc mentione nuptiarum, [5] procliuum tibi labendi ab altioribus faciam. Quòd si integrè sapis, certè scis id seruandum tibi esse, quod sit vtilius. Quod verò difficile est, & non sine necessitatibus & hoc [6] maximum propositum vitæ supremi præsidij, nec mihi de isto quoque referendi ad te causæ fuissent, nisi grauiorem meam sollicitudinem comprehendissem. Nam quanto grandis est continentia carnis, quæ [7] viduitatem ministrat, tanto si non sustineatur, ignoscibilis videri potest. difficilium enim facilis est venia. Quanto autem nubere in Domino [8] perpetrabile est, vti nostræ potestatis, tanto culpabilius est non obseruare quod possis. Eò accedit, quod Apostolus de [9] viduis quidem & innuptis, vt ita permaneant suadet, cùm dicit: Cupio autem omnes meo exẽplo perseuerare. De nubendo verò in Domino, cùm dicit, Tantùm in Domino, iam nõ suadet, sed [10] exertè iubet. Igitur in ista maximè specie nisi hoc sequimur, periclitamur: Quia suasum impunè quid negligas, quàm iussum, quòd illud de consilio veniat, & voluntati proponatur: hoc autem de potestate defendat, & necessitate obligetur: illic libertas, hic contumacia delinquere videatur. { [11] Igitur cùm quædam istis diebus nuptias suas de Ecclesia tolleret, id est, Gentili coniungeretur: idque ab alijs retrò factum recordarer, miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum præuaricationem, quòd nulla scriptura eius facti licentiam proferrent, Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur, primæ ad Corinthios, vbi scriptũ est: Si [12] quis frater infidelem habet vxorẽ, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis infideli nupta, si consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli marito: ceterùm immundi essent filij vestri. [13] Hanc monitionem fors fidelibus iniunctis simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Absit vt sciens se circumscribat. Ceterùm manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matri-

1. Cor. 7.

Vbi suprà.

CAP. II.

1. Cor. 7.

A In matrimonio Gentili inuenti à Dei gratia fuerunt, secundum verba ipsa: Si quis, fidelis vxorẽ habet infidelem, non dicit, vxorẽ ducit infidelem: ostendit iam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conuersum perseuerare cum vxore debere: scilicet propterea, ne [14] qui fidem cõsecutus, putaret sibi deuertendum esse ab aliena iam & extranea quodammodò fœmina. Adeò & rationem subijcit in pace nos vocari à Domino, & posse infidelem à fideli per vsum marrimonij lucrifieri. Ipsa etiam clausula hoc ita intelligendum esse confirmat, Vt quisque, air, vocatur à Domino, ita perseueret: vocantur autem Gentiles, opinor, non fideles. Quòd si de fideli ante matrimonium pronunciasset absolutè, permiserat sanctis vulgò nubere. Si verè permiserat, nunquam tam diuersam atque contrariam permissui suo pronunciationem subdidisset, dicens: [15] Mulier defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantùm in Domino. Hìc certè nihil retractandum est: nam de eo quod tractari potuisset, Apostolus cecinit: ne, quod ait, cui velit nubat, malè vteremur, adiecit, tantùm in Domino, id est, in nomine Domini, quod est indubitatè Christiano. Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integritati perseuerare mauult, qui nos ad exemplum sui hortatur. nullam aliam formam repetundarum nuptiarum nisi in Domino præscribit, huic soli conditioni continentiæ detrimenta concedit: Tantùm, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suæ, Tantùm. Quo sono & modo enunciaueris dictum istud, onerosum est: & iubet & suadet, & præcipit & hortatur, & rogat & comminatur: [16] detractata & exerta sententia est, & ipsa sui breuitate fœcũda. Sic solet. Diuina, vxor, statim obserues. Quis enim alius possit pericula multa, & vulnera fidei in huiusmodi nuptijs quas prohibet Apostolus prouidisse: & primò quidem carnis sanctæ in carne Gentili inquinamentum præcauisse? Hoc loco dicet aliquis, Quid ergo refert inter eum qui in matrimonio Gẽtilis à Domino allegitur, & olim, id est, ante nuptias fidelem, vt non proinde carni suæ caueant? alter arceatur à nuptijs infidelis, alter in his perseuerare videatur: cur si à Gentili inquinamur, non & ille disiungitur, quemadmodum iste non obligatur? Respondebo si spiritus dederit, ante omnia allegãs Dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quàm omninò disiungi: denique diuortiũ prohibet, nisi stupri causa, continentiam verò commendat. Habet igitur ille perseuerandi necessitatem, hic porrò etiam non nubẽdi potestatem. Tum si secundum scripturã qui in matrimonio Gentilis à fide deprehenduntur, ac propterea non inquinantur, cum ipsis alij quoque sanctificantur: sine dubio isti, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneę carni commisceantur, sanctificare eam non sint deprehensi. Dei autẽ gratia illud sanctificat, quod inuenit. Ita quod sanctificari non potuit, immundum est: quod immundum est, cum sancto non habet partem, nisi vt de suo inquinet & occidat. [17] Hæc cùm ita sint, fideles Gẽtilium matrimonia subeuntes, [18] stupri reos esse constat, & [19] arcendos ab omni cõmunicatione fraternitatis, ex litteris Apostoli dicentis, cum eiusmodi nec cibum sumendum. At nunquid [20] tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? Et matrimonium ritè contractum allegabimus quod vetuit ipse? Non adulteriũ est quod prohibetur? non stuprum est extranei hominis admissio? Minus templum Dei violat? minus membra Christi cum membris adulteræ commiscet? Quod sciã non sumus nostri, sed pretio empti: & quali pretio? sanguine Dei. Lædentes igitur carnem istam, eum lædimus. De proximo quid sibi voluit ille qui dixit, delictum quidem esse extraneo nubere, sed minimum, cùm aliàs deposita carnis iniuria ad Dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in Domino grande sit? Quanto enim potestas vitandi fuit, tanto contumaciæ crimen oneratur. Recensemus nunc cetera pericula & vulnera, vt dixi, fidei ab Apostolo prouisa, non carnis rãtùm etiã ipsius spiritus, molestissima. Quis enim dubitet obliterari quotidie fidẽ commercio infideli? Bonos corrũpunt mores, confabulationes malæ: quantò magis [21] coniunctus, & indiuiduus vsus. Quæuis mulier fidelis Dominũ obseruet necesse est. Et quomodo potest duobus dominis deseruire, Domino, & marito, adde Gentili? Gentilẽ enim obseruãdo Gẽtilia exhibebit, formã, [22] extructionẽ, munditias seculares, blanditias turpiores, ipsa etiã matrimonij secreta maculosa: non vt penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei molestè & moderatè transigũtur [23] Sed videtur qualiter viro officia pendat. Domino certè nõ potest pro disciplina satisfacere habens in latere diaboli seruũ, procuratorem Domini sui ad impedienda fideliũ studia & officia. Vt [24] si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: si [25] procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim sinat coniugem suam [26] visitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libenter feret? Quis denique [27] Solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit? Quis ad [28] conuiuiũ Dominicum illud, quod infamant, sine sua suspicione dimittet? Quis in carcerem ad [29] osculanda vincula martyris reptare patietur? iam verò alicui fratrũ ad osculũ conuenire? aquã sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo inuadere, desiderare, in mẽte habere? Si & peregrè frater aduenìat, quod in aliena domo hospitium? Si cui largiendũ erit, horreum, [30] proma, præclusa sunt. [31] Sed aliqui sustinent nostra, nec obstrepunt. Hoc est igitur delictum, quòd Gentiles nostra nouerunt, quòd sub conscientia istorum sumus: quòd beneficium eorum est, si quid operamur. Non potest se dicere nescire, qui sustinet: aut si cælatur quia non sustinet, timetur. Cùm autem scriptura vtrunque mandet; &

Ibidem.

vbi supra.

Ibidem.

C. III.

1. *Cor.* 5.

1. *Cor.* 3.

1. *Cor.* 6.

Ibidem.

1. *Cor.* 15.

Matth. 6.

C. IIII.

CAP. V.

Matth. 5.

2. *Cor.* 9.

[31] sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari Domino: nihil interest in qua parte delin- D
quas, aut in conscientia mariti, si sit vt patiens: aut in conflictatione tui, dum vitatur impatiens. Noli-
Matth. 7. te, inquit, margarita vestra porcis iactare, ne conculcent ea, & [32] conuersi vos quoque euertant. Mar-
garita vestra, sunt quotidiana conuersationis insignia. Quanto curaueris ea occultare, tãto suspectio-
ra feceris, & magis cauenda Gentili curiositati. Latebis ne tu, cùm [33] lectulũ, cùm corpusculum tuũ
signas, cùm aliquid immundũ flatu expuis, cùm etiam per nostem exurgis oratum, & [34] non Magiæ a-
liquid videberis operari? Non sciet maritus [35] quid secretò ante omnem cibum gustes? Et [36] si sciuerit,
panem, non illũ credit esse qui dicitur. Et hæc ignorans quisque, rationem simpliciter sustinebit, si-
ne gemitu, sine suspicione panis an veneni? Sustinent quidem, sed vt inculcent, vt inludãt huiusmodi
fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt seruent, si fortè lædantur, ipsi sustinent: quа-
rum dotes, obiectione nominis, mercedem silentij faciant, scilicet apud arbitrum spiculatorẽ litiga-
C.VI. turi. Quòd pleræque nõ prouidentes, aut re excrũciata, aut fide perdira recensuerũt. [37] Moratur Dei
ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus dæmonum, omnibus sollennibus regũ
incipiente anno, incipiente mẽse, nidore thuris agitabitur. Et procedit de ianua laureata & lucernata,
vt de nouo consistorio libidinum publicarum. Discumbit cum marito in [38] sodalitijs, sæpè in popi-
nis. Et ministrabit nonnunquã iniquis, solita quondã sanctis ministrare. Et non hinc præiudiciũ dã-
nationis suæ [39] adcognoscet? Eos obseruabit quos erat iudicatura. De [40] cuius manu desiderabit? de
cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat sanè, [41] audiat
aliquid Dei cœna, de taberna, de gehenna. Quæ Dei mentio? quæ Christi inuocatio? vbi [42] fomenta
fidei de scripturarũ interlectione? vbi spiritus refrigeriũ? vbi diuina benedictio? Omnia extranea, om-
C. VII. nia inimica omnia dãnata [43] adterendæ saluti, à Malo immissa. [44] Hæc si eis quoq; cuenire possint E
quæ in matrimonio Gentilis fidẽ adeptæ morãtur, tamen excusantur, vt in ipsis deprehensæ à Deo,
& iubẽtur perseuerare, & sanctificantur, & spem lucrationis accipiunt. Si ergo ratum est apud Deum
matrimonium huiusmodi, cur non prosperè cedat, vt & à pressuris, & angustijs, & impedimentis, &
inquinamentis non ita lacessatur, iam habens ex parte diuinæ gratiæ patrocinium? Nã & ad aliquam
virtutem cœlestẽ documentis dignationis alicuius vocata, terrori est Gentili, quo minus sibi obstre-
pat, minus sciat, minus speculetur. Sensit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorẽ factam; sic & ipse
[45] candidatus est timoris. Ita faciliùs huiusmodi lucrifiũt, in quos Dei gratia consuetudinẽ fecit. Ce-
1. Cor. 7. terùm aliud est, vltrò & sponte in prohibita descendere. Quæ Domino non placent, vtique Dominũ
offendunt, vtique Malo se inferunt. Hoc [47] signi erit vt solis, quòd solis Petitoribus placet nomen
Christianũ. ideò inueniuntur qui tales non exhorreant, vt [48] exterminent, vt arripiãt, vt a fide exclu-
dant. Habes causam, qua non dubites, nullũ huiusmodi matrimoniũ prosperè decurri. à Malo conci-
C.VIII. liatur, à Domino verò damnatur. [49] Ad hoc quæramus an iure, quasi reuera [50] desp ectatores diui-
narum sententiarum. Nónne [51] quique domini & disciplinæ tenacissimi seruis suis foras nubere in-
terdicunt: scilicet ne in lasciuiam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant? Nónne in-
super censuerunt [52] seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo post dominorũ denunciationem in
consuetudine perseueraueruntr? Seueriores habebuntur terrenæ disciplinæ cælestibus præscriptis? vt
Gentiles quidẽ extraneis iunctæ, libertatẽ suam amittant: nostræ verò diaboli seruos sibi coniungãt,
2. Cor. 6. & in statu suo perseuerent. [53] Scilicet negabunt sibi à Domino per Apostolũ ciusdem denunciatum.
Quam huius amentiæ causam detineã, nisi fidei imbecillitatem pronã semper in concupiscentiam se- F
cularium gaudiorum? Quod quidẽ plurimum in lautioribus deprehensum est. Nã [54] quanto diues a-
liqua est commatrona nomine inflata, tanto capacem domũ onoribus suis requirit, campum in quo
ambitio decurrat. Sordent ralibus Ecclesiæ. [55] Difficilè in domo Dei diues, ac, si quis est, difficilè cœ-
lebs. Quid ergo faciant? Vnde nisi à diabolo maritũ petant [56] bonũ exhibẽdæ sellæ, & [57] mulabus, &
[58] cinerarijs peregrinæ proceritatis? Christianus ista etiã diues fortassè nõ præstet. Quæso te, Gentiliũ
exempla proponas tibi. Pleræque & genere nobiles, & re beatæ, pessimis de ignobilibus & me-
diocribus simul, coniunguntur, aut ad luxuriam inuentis, aut ad licentiam expertis. Nonnullæ
se libertis & seruis suis conferunt, omnium hominum existimatione despecta, dum modò habeant
à quibus nullum impedimentum libertatis suæ timeant. Christianam fidelem fideli re minori nube-
re piget, locupletiorem futuram in viro paupere? Nam si pauperum sunt regna cœlorum, quia
Matth. 5. diuitum non sunt, plus diues, in paupere inueniet maiore dote. Sit illa ex æquo in terris, quæ
CA. IX. in cœlis forsitan non erit. [59] Dubitandum, & inquirendum, & identidem deliberandum est, an
ideò sit inuestis dotalibus cui Deus censum suum credidit. Vnde sufficiam ad enarrandam fœlicita-
tem eius matrimonij [60] quod Ecclesia conciliat, & [61] confirmat oblatio, & obsignatum angeli re-
nunciant, pater rato habet? [62] Nam nec in terris filij sine consensu patrum ritè & iure nubent. Qua-
le iugum Filium duorum vnius spei, vnius voti, vnius disciplinæ, ciusdem seruitutis? Ambo fra-
tres, ambo conserui, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin verè duo in carne vna. Vbi ca-
ro vna, vnus & spiritus. Simul orant, simul volutantur, & simul iciunia transigunt, alterutro
ducentes, alterurro hortantes. In [63] Ecclesia Dei pariter, in connubio Dei pariter. In an-
gustijs, in refrigerijs, neuter alterum cælat, neuter alterum vitat, neuter alteri grauis est. Li-
berè

berè æger visitatur, indigens sustentatur. Eleemosynæ sine tormento, [64] Sactificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento. Non furtiua signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duos Psalmi & Hymni, & mutuò prouocant quis melius Deo suo canet. Talia Christus videns & audiens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi & ipse; vbi & ipse, ibi & Malus non est. Hæc sunt quæ [61] Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda nobis, reliquit. Hæc tibi suggere, si opus fuerit. His te ab exemplis quarundam reflecte. Non licet aliter fidelibus nubere: & si liceret, non expediret. *Matth. 18. 1. Cor. 7.*

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM AD VXOREM SECVNDVM.

1. DE MATRIMONIO CVM GENTILIBVS.] *Istud titulo adiunximus, vt norit Lector libri argumentum. Cui similem locum etiam habet B. Cyprianus lib. Testimon. 3. ad Quirin. cap. 62. hoc titulo:* Matrimonium cum Gentilibus non iungendum; *vbi & adleguat hunc locum 1. Corint. 7. quem hic veget Auctor,* Tantùm in Domino, *tum & alius Scriptura: Tob. 6. Genes. 24. 1. Esdræ 10. Reg. 3. cap. 11. Epistol. 3. & 2. Corin. 6. Quo etiam lib. de Lapsis, inter crimina collocat:* Iungere cum infidelibus vinculum matrimonij; *ad quam locum Patrum similes sententias adnotauimus num. 21. infrà ad hunc aliquot citatur. cap. 1. & 3. aduersus Magdeburgenses, qui peperàm inter errores Tertulliani collocare non verentur, quòd dicat:* stupri reos fideles Gentilium matrimonia subeuntes.

CAP. I.

2. Proximè tibi, dilectissima in Domino conserua, &c.] *Caput hoc primus inscripsimus:* Quòd tantùm in Domino, id est Christiano, nubendum præcipiat Apostolus. *Quem locum 1. Corin. 7. non modo ita interpretatur Tertullianus hic & infrà lib. de Monogam. & B. Cyprianus vbi suprà, verumetiam B. Ambrosius & reliqui Latinorum in eius loci commentarijs, B. Hieronymus lib. 1. ad aduers. Iouinianum hunc locum imitatus. Vbi etiam adlegat 2. Corin. 6. Nolite iugumducere cum infidelibus, & præter scripturæ loca mox citata etiam locum Malachiæ:* Polluit enim sanctum Domini, *& dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Ex eo autem quod hoc capite Tertullianus permittit viduæ secundas nuptias, dummodò in Domino,* id est Christiano, *nubat, colligunt rectè Magdenburgenses, quum hunc librum scriberet, nondum incidisse in hæresim damnatæ Digamiæ.*

3. fœminæ sanctæ,] *Hoc est (inquit Rhenanus) Christianæ, vt infrà cap. 2.* Permiserat sanctis vulgò nubere. *Item:* carnis sanctæ in carne Gentili inquinamentum; *& in lib. præcedente: cap. 6.* durum planè & arduum continentia sanctæ fœminæ. *Nam olim Christiani vocabantur* sancti. *Vnde* sanctissimi *dicti Episcopi. Quem titulum ex antiquitate retinuit Pontifex Romanus. Similiter iterum infrà cap. 3. &* penes sanctos *dixit, ac cap. 6.* sancti sanctis ministrare. *Appellatione hauddubiè desumpta ex illo 1. Corin. 7. Alioqui filij vestri immundi essent, nunc verò* sancti *sunt, iuxta interpretationem BB. Chrysost. & Ambrosij in Commentarijs, quos Auctor lib. de Anima infrà Tom. sequ.* sanctitatis candidatos *quàmapposit. appellat, vtpote quum Apostolus etiam de nondum baptizatis loquatur.*

4. diuortio, vel mariti excessu.] *Sanè hic locum intelligendum, quippè quum suam sententiam explicet infrà his verbis lib. de Monogam. Tom. 5.* Repudiatis non permitteret nubere aduersus pristinum præceptum. *vbi, & lib. 4. aduers. Marc. Tomo sequent. hæc de re latiùs, contra eos qui errorem hunc Tertulliano impingunt, quasi ille censuerit licitum repudiatis nubere potissimùm in Domino.*

5. procliuum tibi labendi ab altioribus faciam.] Proclitium *(inquit Rhenanus) hoc est proclinitatem, id est, ansam, rumpe præstem.*

6. & hoc maximum propositū.] *Videtur esse (inquit ide) figura Græca, hoc est, secundum* maximum propositum, *cd est, Rem quæ posita est in matrimonio, eamquam in supremo præsidio vitæ commoditas transfegendæ, quum maritus sit auctoris atus & solatij causa mulieri necessarius.*

7. quæ viduitatem ministrat.] *Similiter dixit Apologet. c. 2. quæ vos aduersus formam, &c. ministret. Vbi aliquid de hac phrasi diximus, Admon. nostris num. 29.*

8. perpetrabile.] *In bonam partem & proprie hic accipitur* perpetrabile. *Nam (teste Festo)* Perpetrat, *qui peragit, perficit. Hinc Pacuuius in Teucro:* Perpetrate precibus imperia.

9. de viduis quidem & innuptis.] *Omnino sic hoc restituo, tum quòd infrà c. 2. hunc ipsum locum citans dicat:* Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integritati perseuerate mauult; *tum quod non modo Latinè legatur. Dico autem* non nuptis & viduis, *bonum est illum sic persuaserint: sed & Græcè* τοις ἀγαμοις καὶ ταις χηραις, *maximè quum infrà l. de Cast. Tom. 5. etiam sic legat. Alioqui enim nihil ad institutum faceret.*

10. exertè iubet.] Exertè *(inquit Rhenan.) id est, clarè & expressè. Sic paulopòst etiam c. 2.* exerta sententia. *Qui addit eo loci:* Quia suasum impunè quid negligas quàm iussum, *subaudirr: magis. Cuinsmodi locutiones multas congestas ab eodem habes suprà lib. ad Martyras c. 1. n. 15.*

CAP. II.

11. Igitur quum quædam, &c.] *Capitis huic titulum damus:* Quid sibi velit Apostolus vbi de viro agit infideli, & vxore fideli. *Quem adeo Apostoli locum pulcherrimè explicat, in quo eum imitantur plerique Græcorum & Latinorum Commentarij, & B. Hieronym. lib. 1. aduers. Iouinian. Ignoscit, inquit, Apostolus infidelium coniunctionis, qua habentes maritos, in Christum posteà crediderunt, non hic quæ quum Christianæ essent, nupserunt Gentilibus. Atqui* nuptias de Ecclesia tollere, *pro eodem habet ac:* Gentili coniungi, *eo quòd fidem alteri, nempè Gentili, dando, Christianus erpere videamur.*

12. Siquis frater in fidelem habet vxorem, &c.] *Quod hic:* fratet, *mox ab Auctore vertitur* fidelis, *de quo plura Apolog. cap. 39. Atqui ibi:* & illa matrimonio consentit; *Parasphastices reddit quod ad verbum ex Græco vertit noster Interpres:* & hæc consentit habitare cum illo. *cum quo magis conuenit quod mox reciprocè de viro subditur:* si consentaneum maritum experitur. *Qui interim illi conformiter legit:* Similiter mulier fidelis; *vnde apparet olim etiam Græce lectum fuisse,* καὶ γυνὴ πιστὴ *pro eo quod nunc dumtaxat:* καὶ γυνὴ. *Accipit denique ceterùm, pro aliquin, more Iureconsultorum, & nominatim Vlpiani. Sipiuta. §. posteà. D. De damno infecto. Paulopòst accipitur* ceterùm *proprie ab Auctore, pro:* verò, *de quo diximus ex Zephyro suprà ad Apologet. cap. 1.*

13. Hanc monitionem, fors fidelibus iniunctis.] Fors, *pro forte, hic accipitur ab Auctore. Atque ita est. edit. legat:* iniunctis, *magè placet vulgata confirmata M. S. cod. Vat. 3.* iniunctis, *vt accipiatur pro:* non iunctis.

14. ne qui.] *Pro:* ne quis *(inquit Rhenan.) quem admodum alibi frequentiss.*

15. Mulier defuncto viro.] *Etiam hoc Paraphrasticus transferens defungi, pro dormire, quod & Græce & Latinè est apud Apostolum hic verbis*: Quòd *si dormierit vir eius; familiarissimi scripturæ phrasi, Vti ex Concordantijs Bibliorum manifestissimum est.*

16. detractata & exerta sententia est. *Nouus, inquit Rhenanus, huius verbi vsus* detractata. *Sic l. de Virgin. vsland.* Nec detractamus, quare non & puerum nominarit. *Compositum pro simplici.*

Cap. iii.

17. Hæc quum ita sint, fideles Gentilium matrimonia subeuntes, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd arcendi sint à communicatione fraternitatis, matrimonia cum infidelibus contrahentes.

18. stupri reos.] *Perperàm hoc inter errores Tertullianiani recensent Magdenburgenses, vt est supra adnotatum num. 1. Nam haud absimiliter. B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouinian. At nunc (inquit) plerique contemnentes Apostoli iussionem, iunguntur Gentilibus*: & templa Christi idolis prostituunt, *nec intelligunt se corporis eius esse partem, cuius & cœtæ sunt. Sic etiam B. Ambrosius alicubi.*

19. & accendos ab omni communicatione fraternitatis.] *Ita excommunicationem Ecclesiasticam circumscribit, de qua videat Lector Adnotat. nostras in B. Cyprian. Epistol. 38. num* 10. *& supra Apolog. cap. 39. Quæquid præterea inungat, addit* ex litteris Apostoli, 1. *Cor. 5. nempe*: cum ciusmodi nec cibum sumere.

20. tabulas nuptiales.] *Syngraphas, inquit Rhenanus, intelligit. Sic Cicero de Oratore*: *Nam pro* tabulis, *& contra* tabulas, *& pro testibus, vel contra testes, vel separatim distere ejlemus, vel de genere vniuerso. Porro Tertullianus hic vtitur translatione actionum siue causarum forensium. Siue autem paulopost legamus*: ab Apostolo prouisa, *cum excusis, siue*: præuisa, *cum 3. Vatic. Ms. cod. perinde est.*

21. coniunctus & indiuiduus vsus.] *Quum sic legant MS. dicti cod. 2. & ipse Rhenan. in Aduot. probet, magis placet, quàm quod ille in 1. edit. substituerat.* conuictus, &c.

22. exstructionem.] *Sic vocat, inquit Rhenanus, exornationem, siue expolitionem, quam & expolitionem appellare solet.*

Cap. iiii.

23. Sed viderit qualiter viro officia pendat, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd Deo satisfacere Gentili viro nupta non possit.

24. Vt si statio facienda est.] Stationem *plerumque pro statu seruitij die accipi ab Auctore, supra satis ostendimus lib. de Orat. cap. 14. num. 58. & de Cor. milit. num. 11. Hic tamen ex quod illi opponatur* confidere ad balneas, *videtur accipi sicuti à Rhenano accipitur, & à B. Cyprian. epist. 41. num. 10. & 42. num. 11. A militia, inquit hic Rhenanus, Romana tractatum & vsurpatum hoc vocabulum, vt alias multa, hosti in vsu Christianorum. Faciebant* stationem *milites, præsidium certo loco agitantes. Vnde & stationarij dicti. Christiani, nunc in hac Basilica, nunc in alia conuenientes, nonnumquam apud Martyria, hoc est, Martyrum sepulchra, Deum stantes & adenti precabantur.* Stationis *vocabulum in hoc sensu non ignotum verbi Romanæ, ex antiquitate relictum, ipse etiam obseruantiæ veteri per manus tradita ac retenta.*

25. si procedendum erit.] *Similiter (quemadmodum adnotat & Rhenanus) B. Hieronym. ad Eustochium*: *Martyres tibi querantur in cubiculo tuo, nunquam causa deerit procedendi, si semper, quando necesse est,* processura *sis. Porrò* Processionum *ceremonias antiquas esse vel ex hoc loco colligere potes, certè non contemnendas, si cum adtentione animi & puritate precum peragantur. Quibus adde quod habet dem Rhenan. in argumento, quod* processiones *Ecclesiasticæ referunt Iudaicum populum obuiam Christo factum, & Apostolos exeuntes in mundum vniuersum, cum Christus in cœlos ascenderet. Hæc paulo prolixiùs contra Magdenburgenses, qui* Processionum *ritum ad Montani ceremonias referunt; quod quàm non rectè, vel inde colligere est, quòd fatentur alibi librum hunc ante hæresim à Tertulliano conscriptum, vt supra adnotatum num. 2.*

26. vsitandorum fratrum gratia, &c.] *Similiter dixit supra lib. de Cultu fœmin. cap. 11.* Aut imbecillus aliquis ex fratribus visitandus. *Atqui ex vtroque loco hæc colligit Christianorum veterum officia Rhenanus in lib. de Coron. milit. & hic in argumento*, Stationes, ieiunium, processionem; visitationem fratrum, *hoc est Christianorum ægrotantium*; conuocationem nonnumquam nocturnam, sollemnia Paschæ, Dominicum conuiuium, consolationem Martyrum *in vinculis detentorum*, exosculationem fratrum, ablutionem pedum, peregrinorum susceptionem, communionem Eucharistiæ; Signum crucis, precationem nocturnam; Eucharistiæ priuatim ante omnem cibum degustationem; sacram Christianorum cantillationem.

27. sollemnibus Paschæ.] *De his videinfra lib. de Coron. milit. cap. 3. De* peruigilio *verò Paschæ adnotat hunc locum B. Hieron. in argumento Rhenan. Vndecror, inquit, & Traditionem Apostolicam permansisse, vt in die Vigiliarum Paschæ ante nocte m dimidiam populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi (quem Iudæi tradunt media nocte venturum in similitudinem Ægyptij temporis) & posteaquàm illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctis agentibus diem. Habes id ille Comment an Matthæum, si fallor, ad illud cap. 24. Nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Quod hausisse videtur ex Lactant. lib. 7. cap. 13 vbi inter cetera*: Et hæc est nox, *inquit, quæ à nobis propter aduentum Regis ac Dei nostri peruigilio celebratur. Quæ ipsa verba paucis immutatis iterum transcripsit B. Isidorus Etymolog. lib. 6. cap. 16. Eiusdem diei* sollemnis vigiliarum Paschæ *meminit Euseb. histor. Eccles. lib. 6. cap. 25. ac 34. à quo vocatur, ἡ μεγάλη τῆ πάσχα Δεμνὰ τέλειος & ἡμέρα τῆς ὑγιείης τῆ πασχαπανυχίδος. Eodem pertinet quod Gregor. Nazian. Hieronymo de Pascha, & Orat. funebris in patrem, scribit de nocte diem festum Paschæ precedente, luminibus & flammis coruscantem. Item B. Gregor. Nyss. Orat. de Pascha, & Ausonius*:

Ad temet properant vigilatum conuenientes,
Nox lucem referet funalibus anteferendam, &c.

28. coniuium Dominicum illud quod infamant.] *De* coniuio Dominico, *seu Missa Christianorum, vide supra Adnotat. nostras, lib. de Orat. num. 1. De calumnijs verò, quibus illud Gentes infamabant, totis capitibus sexto & septimo Apologetici.*

29. ad osculanda vincula martyris reptare.] *Quod* martyr *dicebatur Auctori etiam qui exercere adhuc includebatur, patratus ad martyrium, supra ostendimus lib. ad Martyras, num. 1. Atqui adnotãda hæc non nouæ Ecclesiæ ceremonia, tum de osculandis vinculis martyrum, tum de reptatione ad eadem, Nemo similes hodie ceremonias contemnat, quæ fuint ad reliquias martyrum. Quas etiam antiquissimas esse ostendunt, qui easdem memoriem faciunt Patres à nobis citatis Adnotat. nostris in epistol. 27. B. Cypriani, num 4. Quibus adde Theodor. de cura Græc. affect. lib. 8. B. Cyrill. lib. 6. & 10. contra Iulianum, I. Augustin. epist. 43. contra Max. Madaurensem, ac lib. 20 contra Faustum, c. 4. & 21. Eodem pertinent Epistolæ Reliquiis Sanctorum adtributæ, quibus appellantur Sanctæ BB. Hieronymo & Ambrosio, Suscipiendæ ciuimodi bonore & amplectendæ, à Basilio Ancyrano Syn. 7. Act. 1. Honorandæ à B. Theronymo aduers. Vigil. Venerandæ à Rufino, Eccles. hist. lib. 2. cap. 28. Quas qui ornant, tuentur, venerantur, propinqui Sanctorum dicuntur à Gregor. Nyss. Orat. in S. Theodor. quas adeũgere eius modi donum, vt supremo voto nihil magis optare possit, eodem teste ibidem; quâ sique omnes cum summo gaudio circumstant, benedici cupientes, ac secũ referre animæ corporisque remedia, & perinde ac vsue essent, amplexantur, & ore deosculantur, sicuti idẽ ibidem. Cur enim non honorent (inquit Ambros. serm. 93.) fideles quas reuerentur dæmones? Quis ergo nobis der (inquit Chrysost. homil. 32. in epistol. ad Roman.) circumfundis corpori Pauli, &c.*

Eadem

Eadem enim possunt (inquit Gregorius Nazianzenus orat. contra Iulianum) tactæ siue venerata, quæ animæ eorum sanctificant. Quas qui contingit (Basilio teste in Psal.115.) quandam sanctificationis societatem assumit.

30. proma, præcluſa ſunt.] *Intelligit (inquit Rhenan.) cellas* promas *siue promptuaria, in quibus esculenta reponuntur, & vnde cibus opus est, per* promuin *eundum depromuntur. Lib. de Resurr. carnis, apud Esaiam cap. 26. legit:* Populus meus introite in cellas promas; *pro quo nos in veteri Bibliorum versione habemus: Vade populus meus, intra in cubicula tua. Eiusque locum exponens:* Sepulchra *(inquit)* erunt cellæ promæ. *& addit:* Cur cellarum promarum potius vocabulo vſus eſt, & non alicuius loci receptorij, niſi quia in cellis promis caro ſalita & vſui repoſita ſeruatur, depromenda illinc ſuo tempore ? *Hæc ille. Vides igitur quid hic intelligat per* proma.

CAP. V.

31. Sed aliqui ſuſtinent noſtra, nec obſtrepunt , &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus :* Quòd Gentiles non expediat noſtra noſſe.

32. & ſine alterius conſcientia , & ſine noſtra preſſura operari Domino.] *Prouerbium verbum videtur alludere ad illud Matth. 6. Attendite ne iuſtitiam veſtram facitatis coram hominibus. Poſterioribus verò ad illud, 2. Cor. 9. Non ex triſtitia aut neceſſitate.*

33. & conuerſi vos quoque euertant.] *Ad verbum tranſtulit quod Græcè eſt :* καὶ στρέφητε ὑμᾶς ὑμῶν , *pro eo quod noſter interpres paraphraſticè addita voce:* canes; & canes conuerſi dirumpant vos , *ſaltem iuxta poſteriores editiones: nam in antiquioribus non habetur. Certè nec B. Cyprianus legit, nec eandem ſcripturam citans, hîc aduerſ. Demetr. & lib. 3. Teſtimon. ad Quirin. cap. 50. hoc titulo: Sacramentum fidei non eſſe prophanandum. Quæritur modo legit: ne forte* conculcent pedibus *fuit, modò:* inculcent, *Auctorem hoc loco imitatum. Nam* inculcare *eodem ſignificatu accipi adnotauimus eiuſdem Cyprian. lib. ad Demetr. nu. 3. & ſimiliter ſuprà li. de Patientia dixit Auctor:* tentationes inculcat. *c. 15.*

34. quum lectulum, quum corpuſculum tuum ſignas.] *De more hoc* crucefignandi *antiquis etiam Chriſtianis vſitato, vide inſrà Admnat. noſtras in cap. 3. lib. de Coron. milit. Ergo (inquit Rhenanus) quod loco citato dixit:* cubilia , *hîc* lectulum *vocat. Simile eſt etiam illud Auctoris infrà ſub finem:* non futtiua ſignatio.

35. & non Magiæ aliquid videberis operari.] *Hoc addit ob id quod præmittitur :* etiam per noctem exſurgis. *quippè quod vſitatum ſit & Magis, & maximè Maleficis mulieribus, de quibus latiùs infrà Tom. ſequ. l. de Anima.*

36. quid ſecretò ante omnem cibum guſtes.] *Quamquam rectè adlegat tamquam ſimilem locum Rhenanus ex lib. de Coron. milit. in hoc tamen falſitur, quòd pro eodem habeat:* ante omnem cibum, *& quod ibi dicitur:* tempore victus ; *quippè quum hoc potius ſignificet prandij ſeu cœnæ tempus; verùm correſpondet potius illud quod ibidem ſubijcitur :* anteluceanis certibus. *Atqui de more hoc Euchariſtiam domum portandi, & ſecretò guſtandi, vide Admot. noſtras ſuprà l. de Orat. nu. 1.*

37. Et ſciuerit, panem, non illum credit eſſe qui dicitur.] *Facit etiam hic locus ad confirmationem veritatis corporis Domini in Euchariſtia, (de qua ſuprà dicto l. de Orat. c. 6. nu. 23. & infrà li. 4. adu. Marc.) quia hinc patet non eſſe* panem *communem, ſed iuxta quod eſt Matth. 6. ſuperſubſtantialem.*

CAP. VI.

38. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis , &c.] *Titulum huic capiti damus :* Quòd non poſſit non Gentilium ſollemnia obſeruare Gentili viro iuncta. *Atqui de* Laribus *vide Admotat. noſtras Apolog. num. 188. cap. 13.* De ſollemnibus Regum *ſiue Cæſarum (nam etiam Regum nomen Cæſaribus tribuit alicubi, ſi Rhenano credendum, B. Hieronymum) ibidem num. 461. ac de* ianuis laureatis & lucernatis ; *num. 464. De quibus etiam tractat Auctor lib. de Idolol. cap. 15.*

39. in ſodalitijs.] *Collegia (inquit Rhenan.) Gentilium inuit. Eadem mensa* ſodales *vtuntur, vnde & Græcis* ὁμοτίμοι *dicti ſodalitates. Cato apud Ciceron. lib. de ſenect.* Sodalitates *autem, inquit, me Quæſtore conſtitutæ ſunt ſacris Idæa Magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cum* ſodalibus. *Porro Licinia lex olim aduerſum* ſodalitia *lata eſt ad vitandam popularium ſuffragiorum corruptelam.*

40. adcognoſcet.] *Hoc verbo, inquit idem, etiam in aliis libris vſus eſt Auctor.*

41. De cuius manu deſiderabit?] *Facit ad huius intellectum quod habet infrà cap. 3. de Coron. milit.* Sactamentum Euchariſtiæ non niſi de manu Præſidentium ſumimus; *Vbi ea de re plura.*

42. audiat aliquid Dei cœna, &c.] *De more hoc tantandis præſertim in Eccleſia, & tempore* cœnæ Dei *ſeu ſacrificij (non vt per præm Rhenan.* cœnæ *Chriſtiani hominis: nam indicatur illud infrà ſub finem, dum dicit:* ſacrificia ſine ſcrupulo.) *vide ſuprà Tom. 1. Admotat. noſtras ad Apologet. cap. 39. num. 320.* Prouocatur in medium Deo canere. *Quid autem caneretur , indicat infrà ſub finem:* Sonant, *inquit*, inter duos Pſalmi & hymni, & mutuò prouocant quis melius Deò ſuo canet.

43. vbi fomenta fidei de ſcripturarum interlectione? vbi ſpiritus refrigerium? vbi diuina benedictio?] *Non pertinere iſtud dumtaxat (vti adnotat Rhenan.) ad Pſalmos & Hymnos, patet ex eiuſdem Apologet. verbus iſtis : eodem enim multo ante:* Coimus ad ſcripturarum diuinarum commemorationem, &c. *tum & exilio infrà Tom. ſequent. lib. de Anima :* Iam verò prout ſcripturæ leguntur, aut Pſalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur. *Pertinent enim illa omnia ad diuerſas Miſſæ partes, prout etiam adnotauimus lib. de Oration. num. 1. Atque adeò:* diuina benedictio *referri debet potius ad conſecrationem Euchariſtiæ , quàm ad benedictionem Dei , quæ fit per Pſalmos & Hymnos.*

44. adterendæ ſaluti.] *Sic ex MS. 3. & partim 1. edit. quæ habet :* adterrendæ, *pro eo quod ſubſtituit Rhenanus:* abterrandæ.

CAP. VII.

45. Hæc ſi eis quoque cuenire poſſint , quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ morantur, &c.] *Huic capiti inſcriptionem dedimus:* Quòd alia ſit ratio earum quæ cum Gentili matrimonio ante baptiſmum iunctæ ſunt. *Nam plurali numero hæc loquitur Latinus, eo quòd ſequitur :* excuſantur, ſubintur, ſanctificantur, accipiunt. *Siue autem legas cum 1. edit. vidit expediementa, ſiue cum excuſſa alijs, & MS. experimenta, perinde eſt.*

46. candidatus eſt timoris , &c.] *Hæc eſt, inquit Rhenanus, paulatim imbibit & appetere diſcit* timorem *Domini , quæ initium eſt ſapientiæ iuxta Pſalmographum. Eſt autem elegantiſſ. dictum:* candidatus timoris, *tranſlatione ſumpta ab ambientibus olim Romæ magiſtratum , indutis* candida veſte. *Atque hæc eſt cauſſa, cur Apoſtolus nolit deſerti maritum Gentilem. Ex cohabitatione enim & ipſe paulatim fiet Chriſtianus.*

47. Hoc ſigni erit vt ſolis , &c.] *Hoc eſt, inquit Rhenanus, hæc re peculiariter ſunt inſignes. & notabiles. Agit autem de prouincia matronarum Chriſtianarum , quas ipſe* Petitores *vocat. Quas ipſe interim miſis non ſatisfacit, mecum cogitet Lector. Antiquarius, quemodo locus, quem corruptum patet, poſſit reſtitui ; nam ex MS. 3. mederi non licuit. Fortaſſis accipit illud:* vt ſolis , *ac ſi dicat : ſole clarius. Verùm ſi omittatur illud :* vt ſolis, *conſtabit ſenſus.*

48. vt exterminent.] Exterminare , *inquit Rhenanus; proprie eſt extra terminos & fines territorij ſiue poſſeſſionis aliquem ejicere & propellere. Sic lib. de Velandis virgin. dixit.* mulierem ream eſſe angelorum exterminatorum , *ejectos illos ſentiens de ſedibus cœleſtibus ob amorem & libidinem mulierum. Hieronym. ad Euſtochium: Expleſa igitur & exterminatis his quæ nolunt eſſe virgines, ſed videri. Vbi* exterminatis *plus eſt quàm expleſis.* Exterminare *eſt , quod Germani ſua lingua*

vocant: verbannen, *id est, extra bannum ejicere, quam vocem Auctor ipse Aubin Franciscanus legum interpres, quas de Germanico sermone in Latinum vertit: Forbannire reddidit. Vnde Forobannuiti in legibus Langobardarum & Alemannorum & reliquarum gentium nominu Germanici. Tum ipsum erit,* vt exterminent, *hoc est, vt de possessione fidei Christianæ deijciant. Qui etiam recte adnatet:* decurri *verbum esse Tertulliani. Nam iterum cap. sequ. dixit:* in quo ambitio decurrat.

Cap. viii.

49. Ad hoc quæramus an iure, quasi reuera, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Quòd etiam de iure ciuilemodi matrimonia rata non sint. *Ac iudicat: Si sententias diuinas despiciamus, quæramus an vel de iure liceant eiusmodi matrimonia.*

50. Despectatores.] *Hoc est (inquit Rhen.) contemptores. Sic enim Vsurpat:* despectare, *vt paulo post:* omnium hominum existimatione despectandum.

51. Nonne quique domini, &c.] *Quum hoc peculiariter iure interdictum non reperiatur, vi deur pertinere ad SC. Claudianum de quo mox.*

52. seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo, &c.] *Planè sic castigandum hic locus, pro;* vindicandos, qui, *ex coniectura & Francisci Balduini, suis ad me missis litteris; & Latinij, eo quòd Senatus consultum Claudianum, ad quod alludit, sciamus id non nisi de mulieribus consuluisse. Consentitur eadem castigatio necessario etiam ex verbis sequentibus:* vt Gentiles quidem extraneis iunctæ, libertatem suam amittant. *Antiquatum fuit SC. illud à Iustiniano Imperatore Cod. l. 7. tit. De Senatusconsulto Claudiano tollendo, cap. 24. & Institut. De succeff. libert. sub lat. quæ sieb. per SC. Claudian. §. fin. Vbi interim indicat, non modo* dominorum denunciationem, *sed & Iudicum sententias prærequisitas fuisse, antequam seruituti vindicarentur. Vlpianus tamen consentiens Tertulliano, solum* denunciationis dominorum *meminit, Fragm. tit. 11. Sic enim habet: Maxima (inquit) capitis diminutio est, per quam & ciuitas & libertas amittitur, velut si* quum mulier alieno seruo se iunxerit denuntiante domino, *& ancilla facta fuerit ex Senatusconsulto Claudiano. Disputatur autem inter doctiores, à quo SC. Claudianum dictum, an à Claudio Imperatore, an verò à Pallante Claudij liberto, nomine patroni, Claudio appellato, quem eius relationi Auctorem fuisse Tacitus scribit lib. 12. Ve rsi, videtur primùm in vsu fuisse tempore Vespasiani, de quo sic scribit Suetonius cap. 11. Libido atque luxuria nulle coërcente insaluerat. Auctor itaque Senatui fuit, vt quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur. Sed delusi fatis, quæ accepta me debere fateor eruditissi. I. C. D. Hadriano Fuestio, primo apud Durcenses Iurisconsulti Antecessori.*

53. Scilicet negabunt sibi à Domino per Apostolum eiusdem denuntiatum.] *Ironiam esse recte adnotauit Rhenanus. Nam haud dubiè alludit ad illud supracitatum ex B. Hieronym. 2. Corint. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial (quo pertinet illud quod paulò antè dixit:* nostræ verò diaboli seruos sibi coniungant) *aut quæ pars fidelis cum infideli?*

54. Nam quanto dues est aliqua commatrona.] *Sic iterum lego ex 1. edit. cum 3. MS. Vatic. cod. pro eo quod subsitiuerat Rhenan.* & matrona, *vt sit Vox Tertullian. peculiaris: fortassis eadem significatu, quo à Plauto in Casina vocatur; Commatrissa, qui vicem matris supplet. Ioquitur enim de ea quæ nondum matrona erat, id est, nondum matrimonio data, sed quæ se pro matrona gerebat.*

55. Difficilè in domo Dei dues; ac, si quis est, difficilè cœlebs.] *Alludit ad c. 19. Matthæi, vbi non modo dicitur:* Dives difficilè *intrabit in regnum cœlorum, sed præterea etiam de cœlibatu: Non omnes capiunt verbum hoc.*

56. bonum exhibenda sellæ.] *Id est (inquit Rhenan.) idoneum ad exhibendam sellam, in qua vel à baiulo gestetur, vel iumentis ducentibus vehatur. Vlpianus De legatis tertio: Lectica-rij qui solùm matrem familiæ portabant, continentur legato rerum vxoris caussa paratarum; item iumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones. Plura autem vide suprà de sellis, vel lecticis, lib. præced. cap. 4. ad illud:* nec Germanicos baiulos. *num.* 29.

57. & mulabus.] *Repete (inquit idem)* bonum, *id est, aptum & sufficientem exhibendis mulabus. Vtebantur autem ad vehicula mulabus prisci. Seneca epistol. 88. Vehiculum in quo positus sum, rusticum est. mulæ se vncere ambulando testantur. Eadem epistola post de sumptuosa homine loquens: Quid (inquit) ad rem pertinent mulæ sagmatæ, vnum omnes colorè? quid sella vehicula celata? Lampridius in Commodo Antonino: Dedit & Vehicula, cum mulabus, & mulionibus, & cum illuris argenteis, vt ea à comitibus redirent. Aliqui hinc confirmatur mea lectio, quam amplexum sum loco libri præcedentis citato, vt legam:* Gallicos mulos, *pro eo quod alij:* Gallicos vultus.

58. & cinerarijs.] *Acron (inquit Rhenan.) Grammaticus exponens illud Horatianum primo Sermonum, Satyra secunda.*

> -Multæ tibi tum officient res,
> Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ;

Ciniflones, inquit, & cinerarij eadem significatione apud Veteres habebantur, ab officio Calamistrorum, id est vernum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Custos rei & Virgilius meminit dicens: Vibratos calido ferro. Dicta autem Ciniflones, ab eo quòd in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos Cinerarios *appellant. Hæc ille. Ceterum quæ hic additur peregrinæ proceritatis, intelligo quæ suprà dixit:* baiulos Germanos. *Eorum enim Gentile fuit capillum in cirros torquere. Hinc ille, de Velan. virg. infrà cap. 10. num.* 81 aut cirros Germanorum.

Cap. ix.

59. Dubitandum & inquirendum, &c.] *Postremum hoc caput hoc titulo infigmentum:* De matrimonio Christiano. *Atque inuestis, Vox Tertulliano usitata, & lib. de Pallio, & aliis frequenter. Transstatione (inquit Rhenan.) sumpta ab impubere, qui propriè inuestis dicitur.*

60. quòd Ecclesia conciliat, &c.] *Locus insignis contra matrimonia clandestina; Vnde iuxta quod optabat Rhenanus, dictens Verba hæc aureu litteris scribenda, & interpretans illud:* quod pater ratò habet, *de patre cælestis rectè Concilio Tridentino damnata fuit Sess. 24. Reform. matrim. cap. primo, hoc verbis: Qui aliter, quàm præscute Parocho, vel alio sacerdote; de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere adtentabunt: eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit; & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti Decreto irritos facit & annullat. Aliqui etiam hoc Tertullianicum esse:* ratò habere, *adnotauit Rhenanus.*

61. & confirmat oblatio.] *Præterquàm quòd hoc ad sacrificij Christiani probationem pertinet, etiam hinc manifestè est antiquæ Christianorum consuetudo, quæ sacrificio confirmabantur nuptiæ. Hinc etiam Eusebius Papa epist. ad Episc. Africæ, ad quam mihi videtur alludere (quod adeo fatear ad eius epistolæ auditoriatem:) Aliter, inquit, legitimum non fit consugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam diminationem habere videntur, & à quibus cuj oditur Vxor petatur, & à parentibus & à propinquoribus sponsetur, & legibus detetur, & suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur, &c. Quod ipsum transscripsit in suum Decretum Gratianus 30. qu. 5. cap. Aliter. Vbi etiam de benedictione sacerdotali Concil. Carthag. 4. cap. Sponsus. Quin quòd Traditionis eam esse Apostolicæ significet his verbis consequentibus Euaristus: Aliter enim, vt à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus, non fit matrimonium.*

62. Nam nec in tertis, filij sine consensu patrum ritè & iure nubent.] *Leges hoc pertinentes reperire est Digest. lib. 23. tit. 2. De ritu nuptiarum, cap. Nuptiæ, si nepos, Si ita pater, Oratione, Nuptiæ & filius familiæ. Quorum saltem 11. & 18. Iuliani, & Papiniani 35. sunt Tertulliano antiquiores, & l. Oratione, Diui Marci meminit, qui etiam Auctorem præcessit. Quin quòd antiquiorem fuisse hanc legem Seuero & Antonino Imperatoribus, sub quibus dixit Tertullianus, patet ex l. ibidem, Quis liberos. Cod. li. 5. tit. 4.*

tit. 4. De nuptijs. l. 1. Quippe qui leges priores interpretando decreuerunt requirendum arbitrium Præsidis prouinciæ, si liberos impotestate habentes, iniuria prohibuerint vxorem ducere, aut nubere, vel dotem dare neluerint, aut denique inter tutorem, matrem, & propinquos, de eligendo matrimonio non conuenit. Quæ interim omnes intelligi debent de filijs familiæ nondum emancipatis contingentur l. Filius emancipatus. d. Digestorum titulo.

63. In Ecclesia Dei pariter.] *Hoc pertinet ad confirmationem eius, quòd etiam tum Christiani* Ecclesias *habuerint, de quo suprà lib. de Idolol. cap. 7. num. 29.*

64. Sacrificia sine scrupulo.] *Hoc similiter ad confirmandum Christianum sacrificium, de quo suprà lib. de Orat. nu. 1. & de Cultu fœmin. cap. 11. num. 65.*

65. Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda.] *Quum videlicet, inquis Rhenanus, indulgenter loquens* mulier (*inquit*) defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantùm in Domino. *Cæterùm vel ex hoc etiam loco patet Librum hunc scriptum ante errorem Montanistarum de Monogamia.*

ARGVMENTVM LIBRI DE CORONA MILITIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

QVVM (*Romæ, quantum ex libri calce apparet*) *facta esset liberalitas, Donatiui dispensatione Militibus facta, præstantiss. Impp. Cæsarum L. Septimij Seueri patris, & M. Aurelij Antonini Caracallæ filij, fortassis ob sollemnia Cæsarum votis decennalibus; Miles Christianus Tribunum accedens, qui Donatiuum singulis ex ordine erogabat, Lauream castrensem manu gestabat, quam ceteri in capite. Caussam expostulatus, quum Christianum se respondisset, non licere sibi coronatum incedere; russatus suo sanguine in carcerem rapitur. De quo quum variæ essent sententiæ, quasi qui solus videretur inter tot fratres commilitones Christianus, Tertullianus coronari capite Christianos prohibitum, hoc libro latissimè deducit.* I.

Atque imprimis obseruationem eam esse satis auctoratam consensus patrocinio, in quam committere delictum sit, quum laudetur fides, quæ ante credit obseruandum esse quàm didicit. II.

Traditiones enim etiam non scriptas debere recipi, exemplo esse obseruationes sine vllius scripturæ instrumento, in Baptismate, Eucharistiæ Sacramento; Oblationibus pro defunctis, pro natalitijs; de non ieiunando die Dominico, de Crucis signaculo in fronte. III.

Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum traditio (inquit) auctrix, consuetudo confirmatrix, fides obseruatrix, quibus & ratio patrocinatur. Atque adeò his exemplis renunciari, posse etiam non scriptam traditionem defendi, confirmatam consuetudine, idoneaque teste ex perseueranti obseruationis; quæ etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur. IIII.

Deinde hanc Christianam obseruationem etiam naturâ defendi. V.

Naturalem autem legem, Dei esse in naturalibus tabulis scriptam. VI.

Et verò ex origine ipsa, Coronarum vsum interdictum, quum Claudius Saturninus libro de Coronis, ab ijs significet ortas, quos seculum Deos credidit. VII.

Neque obstare quòd multa alia ab ijs prolata, in nostris tamen vsibus, & in Dei rebus deprehendatur, quia meras illa vtilitates necessarijs necessitatibus vitæ humanæ procurent; at quæ hunc ordinem excesserint, non conuenire vsibus nostris. VIII.

Quis denique (inquit) Patriarches, Prophetes, Leuites, Sacerdos, ἄρχων seu Iudex, vel postea Apostolus, Euangelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? neque ipsum Dei templum, nec arca, nec tabernaculum, nec altare nec candelabrum. Quæ omnia portendebant homines Dei coronari non debere; nisi fortè sicuti Christus coronatus est. IX.

Proinde quum mortuorum sit coronari & Idolorum, apud quæ ipsæ fores, hostiæ, aræ, & sacerdotes coronantur; Christianis non licere. X.

Iam vt ad caussas coronarum veniatur, militiam imprimis in castris æmulis Christi non conuenire Christianis. XI.

Deinde vt liceat certè caussam coronarum contra eos faceré, seu Laurea ista coronentur, seu Myrto, siue Olea; idque siue in Donatiui dispensatione, siue in triumpho, siue in sollemnibus Cæsarum; Castrensibus vel Municipiis coronis coronentur milites. XII.

Eiusdem esse generis coronas Laureas publicorum ordinum, Aureas Magistratuum, siue Hetruscas, aut Prouinciales; item eas quibus publici equi coronantur, aut vulgus in Principalibus & Municipali- XIII.

bus sollemnitatibus, aut sponsæ in nuptijs, aut serui manumissi; denique & Agonisticas, & quibus coro- D
nantur Lupanaria, pistrina, carcer, Ludus, Amphitheatra, spoliaria, ipsæque Libitinæ.

XIIII. *Nullo itaque modo capiti inferendas Idololatriæ manus, maximè quum Christus sertum ex spinis pro*
vtroque sexu subierit.

XV. *Quinpotius coronam vitæ exspectet, ad quam ille inuitat, quam Apostolus repositam sibi meritò con-*
fidit, ac victoriæ quam accepit in visione angelus vt vinceret; qua sedent Protopresbyteri coronati, & ip-
se Filius hominis supra nubem micat.

Ceterùm Tertulliani esse hunc Librum, vel exco manifestum est, quòd Librum citet de Spectaculis
Græco quoque stylo à se conscriptum, cuius alibi frequenter meminit. Deinde multa ijsdem penè verbis
repetat, quibus suprà in Apologetico, & Libris de Idololatria, ac de Velandis virginibus. Imitantur
etiam eundem BB. Hieron. & Basilius locis infrà citatis, & ex c 4. locum integrum transcripsit B.
Isidorus Etym. l. 5. c. 3. Viderunt proinde etiam Manuscriptos Trithemius & Politianus. Primus
autè edidit Rhenan. non semel castigatũ ex Paterniac. Hirsaug. & Gorzien. codicibus; & initio Scho-
lijs, deinde & Adnotationibus, quibus Traditiones Ecclesiasticas non scriptas mirè confirmat, illustra-
uit. Nos easdem (paucis immutatis, in quibus hallucinabatur) partim hic retinuimus, partim suprà,
quæ nempè ad Missæ sacrificium pertinent, Libro de Oratione; partim infrà, quæ Baptismi Sacramen-
tum concernunt, libro de Baptismo, nostris Adnotationibus inseruimus; & iam postremùm ex tribus E
MS. Vatic. codicibus denuò castigauimus, & ex Plinio integram Coronarum materiam ita deduxi-
mus, vt posthac alio Commentario eius argumenti non sit opus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE CORONA MILITIS LIBER.

CAP. I. [1]ROXIMÈ [2] facta est liberalitas [3] præstantissimorum Imperatorum. [4] Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quidem illic magis Dei miles, ceteris constantior fratribus, qui se duobus dominis seruire non posse præsumpserat, solus libeto capite, coronamento in manu ocioso. [5] Vulgata iam & ista disciplina Christianorum relucebat. Denique, singuli designare, eludere eminus, infrendere cominus in nostrum. [6] Tribuno defertur, & persona iam ex ordine accessetat. Statim Tribunus, Cur, inquit, tam diuersus habitu? Negauit ille cum ceteris sibi licere. Causas expostulatus, Christianus sum, respondit. [7] O militem in Deo gloriosum! [8] Suffragia exinde, & res [9] apud Acta, & reus apud Præfectos. Ibidem [10] grauissimas penulas posuit [11] reuelari auspicatus. [12] speculatoriam morosissimam pedibus absoluit, terræ sanctæ insistere inci- F
Exod. 3. piens: gladium nec dominicæ defensioni necessarium reddidit: laurea & de manu claruit. Et nunc
Matth. 26. russatus sanguine suo, [13] spe calceatus, de Euangelij paratura sueincinctus acutiore verbo Dei, totus
Ephes. 6. de Apostolo armatus, & de [14] martyrij candida, laurea meliùs coronatus, donatiuum Christi in carcere expectat. Exinde sententiæ super illo, nescio an Christianorum, non enim aliæ Ethnicorum, vt de abrupto, & præcipiti, & mori cupido, qui de habitu interrogatus nomini negotium fecerit, lo-
„ lus scilicet fortis, [15] inter tot frattes commilitones solus Christianus. Planè supereſt [16] vt etiam
„ martyria recusare meditentur, qui prophetias eiusdem spiritus sancti respuerunt. [17] Mussitant deni-
„ que tam bonum & longam sibi pacem periclitari. Nec dubito quasdam scripturas emigrare, sarcinas
„ expedire, fugæ accingi de ciuitate in ciuitatem. Nullam enim aliam Euangelij memoriam curant.
„ Noui & Pastores eorum in [18] pace leones, in prælio ceruos. Sed de [19] quæstionibus confessionum
„ alibi docebimus. At nunc quatenus illud opponunt: Vbi autem prohibemur coronari? Hanc ma-
„ gis localem subStantiam causæ præsentis aggrediar, vt & qui ex sollicitudine ignorantiæ quærunt, instruantur: & qui in defensione delicti contendunt, reuincantur ([20] ipsius vel maximè exemplo) Christiani laureati, quibus in solatium quæstio est, quasi aut nullum aut incertum saltem haberi possit delictum quod patiatur quæstionem. Nec nullum autem nec incertum, hinc interim ostendam.

CAP. II. [21] Neminem dico fidelium coronam capite nosse aliàs extra tempus tentationis eiusmodi. Omnes ita obseruant à catechumenis vsque ad confessores, & martyres, vel negatores. Viderint vnde auctoritas moris, de qua cumuiaximè quæritur. Porrò cùm quæritur cur quid obseruetur, obseruari interim constat. Ergo nec nullum nec incertum videri potest delictum, [22] quod committitur in obseruatio-

A uationem suo iam nomine vindicandam, & [13] satis auctoratam consensus patrocinio. Planè; sic tamen vt ratio quærenda sit. sed salua obseruatione, [14] nec in destructionem eius, sed in ædificationem potius, quò magis obserues cùm fueris etiam de ratione securus. Quale est autem vt tunc quis in quæstionem prouocet obseruationem, cùm ab ea excidit? & tunc requirat vnde habuerit obseruationem, cùm ab ea desijt? quando etsi ideò velit videri ad quæstionem vocare, vt ostendat se non deliquisse in obseruationis destitutione, nihilominus deliquisse eum constet retrò in obseruationis præsumptione. Si enim non deliquit hodie susceptа corona, deliquit aliquando recusata. Et ideò non ad eos erit iste tractatus, quibus non competit quæstio, sed ad illos qui studio discendi, non quæstionem deferunt, sed consultationem. Nam & semper quæritur de isto, & [15] laudo fidem quæ antè credit obseruandum esse quam didicit. Et [16] facile est statim exigere, vbi scriptum sit, ne coronemur. At enim vbi scriptum est, vt coronemur? Expostulantes enim scripturæ patrocinium in parte diuersa, prædiudicant suæ quoque parti scripturæ patrocinium adesse debere. Nam si ideò dicetur coronari licere, quia non prohibeat scriptura, æquè retorquebitur ideò coronari non licere, quia scriptura nõ iubeat. Quid faciet disciplina? vtrunque recipiet, quasi neutrum prohibitum sit? An vtrunque reijciet, quasi neutrum præceptum sit? Sed quod non prohibetur, vltrò permissum est. Imò prohibetur, quod non vltrò est permissum. [17] Et quandiu [18] per hanc lineam ferram reciprocabimus, habentes obseruationem inueteratam, [19] quæ præueniendo statum fecit? Hanc si nulla scriptura determinauit, certè consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum priùs non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo quæramus an & traditio non scripta non debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine vllius scripturę instrumento, so-

B lius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus. [20] Denique vt à baptismate ingrediar, Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto priùs in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quàm Dominus in Euangelio determinauit. Inde susceptі, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. [21] Eucharistiæ Sacramentum & [22] in tempore victus, & [23] omnibus mandatum à Domino, [24] etiam antelucanis cœtibus, [25] nec de aliorum manu quàm præsidentium sumimus. [26] Oblationes pro defunctis, [27] pro natalitijs, annua die facimus. [28] Die Dominico ieiunium nefas dicimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. [29] Calicis aut panis etiam nostri, aliquid decuti in terram anxiè patimur. Ad [30] omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. [31] Harum & aliarum ciusC modi disciplinarum si legem expostules scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit disces. Interim nonnullam esse credes cui debeatur obsequium. Adijcio vnum adhuc exemplum, quatenus & de veteribus docere conueniat. [32] Apud Iudæos tam solenne est fœminis eorum velamen capitis, vt inde noscantur. Quæro legem. Apostolum differo. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen inuasit, priuatus pudor legem fecere non potuit, aut causæ suæ fecerit. Tegantur virgines solæ, & hoc nuptum venientes, nec anteC quàm cognouerint sponsos. Si & [33] Susanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præstat, possum dicere, & hìc velamen arbitrij fuit. Rea venerat, erubescens de infamia sua, meritò abscondens decorem, vel quia timens iam placere. Ceterùm in [34] stadio mariti non putem velatam deambulasse, quæ placuit. Fuerit nunc velata semper. In ipsa quoque legem habitus requiro, vel in quacunque alia. Si legem nusquàm reperio, sequitur vt traditio consuetudini morem hunc dederit, habiturum quandoque Apostoli auctoritatem ex interpretatione rationis. His igitur exemplis renuntiatum erit, [35] posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste probatæ tunc traditionis ex perseuerantia obseruationis. [36] Consuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cùm deficit lex: nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendet. Porrò si lex ratione constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit à quocunque productum. [37] An non putas omni fideli licere concipere & constituere, dũtaxat quod Deo congruat, quod disciplinæ conducat, quod saluti proficiat, dicente Domino: Cur autem non [38] à vobis ipsis quod iustum est iudicatis? vt non de iudicio tantùm, sed de omni sententia rerum examinandarum. Dicit & Apostolus. Si [39] quid ignoratis, Deus vobis reuelabit: Solitus & ipse consilium subministrare, cùm præceptum Domini non habebat: & quædam edicere à semetipso, [40] sed & ipse spiritum Dei habens deductorem omnis veritatis. Itaque consilium & edictum eius diuini iam præcepti instar obtinuit, de rationis diuinæ patrocinio. Hanc nunc expostula, saluo traditionis respectu, quocunque traditore censetur: nec auctorem respicias, sed auctoritatem: & in primis consuetudinis ipsius, quæ propterea colenda est, ne non sit rationis interpres: vt si hanc Deus dederit, tunc discas curnam obseruanda sit tibi consuetudo. [41] Sed cur maior exigitur ratio Christianarum obser-

3. Cor. 13.

Isai. 7.

C. III.

Luc. 12.

philip. 3.

Ioan. 16.

C. IIII.

1. Cor. 15.

Gen. 24.

Dan. 13.

Cap. V.

uationum, cùm illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est? Ideóque hæc prima D
Gen.1. præscribet coronam capiti non conuenire. Puto autem naturæ Deus, noster est, [14] qui figurauit hominem: & fructibus rerum appetendis, iudicandis, consequendis, certos in eo sensus ordinauit, per propria membrorum quodammodo organa; [15] Auditum in auribus fodit, visum in oculis accendit, gustum in ore concluſit, odoratum in naribus ventilauit, contactum in manibus æstimauit. Per hæc exteriora hominis ministeria, interiori homini ministrantia, fructus munerum diuinorum ad animam deducuntur à sensibus. Quis igitur fructus ex floribus? [16] subſtantia enim propria, certè præcipua coronarum, flores agri. Aut odor, inquis, aut color, aut pariter vtrunque. Qui erunt sensus coloris, odoris? visus opinor & odoratus. Istos sensus quæ membra sortita sunt? oculi, nisi fallor, & nares. Vtere itaque floribus visu & odoratu, quorum sensuum fructus est. Vtere per oculos & nares, quorum sensuum membra sunt. Subſtantia tibi à Deo tradita est, habitus à sæculo: quamquam nec habitus extraordinarius ordinario vsui obstrepit. Hoc sint tibi flores & [17] inserti & innexi, & in filo, & in scripto, quòd liberi, quòd solutis spectaculi scilicet, & spiraculi res. [18] Coronam si fortè fascem existimas florum per seriem comprehensorum, vt plures semel portes, vt omnibus pariter vtaris: iam vero & in finum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge, si tanta mollitia est: in poculum crede, si tanta innocentia est. Tot modis fruere, quot & sentis. Cetertùm in capite quis sapor floris? quis coronæ sensus nisi vinculi tantùm? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam cõtra naturam est florem capite sectari, quàm cibum aure, quàm sonum nare. Omne autem quod contra naturam est, monstri meretur notam penes omnes, penes nos verò etiam elo-
Ca. VI. gium sacrilegij, in Deum naturæ dominum & auctorem. [[19] Quæres igitur Dei legem, habens com- E
„ munem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare: vt cùm
1. Cor. 11. in velamine fœminæ: Nec natura vos, inquit, docet? Vt cùm ad Romanos: Natura facere, dicens,
Rom. 2. Nationes ea quæ sunt legis: & legem naturalem suggerit, & naturam legalem. [20] Sed & in priore Epistolæ, naturalem vsum conditionis in non naturalem masculos & fœminas inter se demutasse affirmans, ex retributione erroris in vicem pœnæ, vtique naturali vsui patrocinatur. Ipsum Deum secundum naturam priùs nouimus, [21] Deum appellantes Deorum, bonum præsumentes, & iudicem innuocantes. Quæris, an [22] conditioni eius fruendæ natura nobis debeat præire, ne illâ rapiamur, quâ Dei æmulus vniuersam conditionem certis vsibus homini mancipatam, cum ipso homine corrupit.
Rom. 8. Vnde eam & Apostolus inuitam ait vanitati [23] succidisse, vanis plurimum vsibus, tum turpibus, & iniustis, & impijs, subuersam. Sic itaque & circa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis, qui naturâ quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à diabolo esse mutata. [24] Sed & huic materiæ propter suauiluC. VII. dios nostros Græco quoque stylo satisfecimus. [[25] Proinde coronarij isti agnoscant interim naturæ auctoritatem, communis parentis nomine, quâ homines, & propriæ religionis pignora, quâ Deũ naturæ proximo colentes: atque ita, velut ex abundanti, ceteras quoque rationes discipiant, quæ nostro priuatim capiti coronamentis & quidem omnibus interdicunt. Nam & vrgemur à communione naturalis disciplinæ, conuerti ad proprietatem Christianæ totam iam defendendam, per ceteras quoque species coronarum, quæ alijs vsibus prospectæ videtur, vt ex alijs substantijs astructe; ne quia non ex floribus constant, quorum vsum natura signauit, vt ipsa hæc [26] Laurea militatis) non credantur admittere sectæ interdictionem, quia cuaserint naturæ præscriptionem. Video igitur & curiosiùs F
& pleniùs agendum ab originibus vsque ad profectus & excessus rei: Litteræ ad hoc seculares necessariæ. De suis enim instrumentis secularia probari necesse est: quantulas attigi, credo sufficient. Si [27] fuerit aliqua Pandora, quam primam fœminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est à Charitibus, cùm ab omnibus muneraretur: vnde Pandora. Nobis [28] verò Moyses Propheticus, non Poëticus pastor, principem fœminam Euam faciliùs pudenda folijs quàm temporaria floribus incinctam, describit. Nulla ergo Pandora. Sed & de mendacio erubescenda est coronæ origo. Iam nunc & de veritatibus suis. Certè enim ceteros fuisse constat auctores rei vel illuminatores. [29] Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, [30] Iouem Diodorus post deuictos Titanas hoc munere à ceteris honoratum. Dat & [31] Priapo tæniasidem, & [32] Ariadnæ sertum ex auro & Indicis gemmis: Vulcani opus, Liberi munus: post & sidus. [33] Iunoni vitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum eius palmite redimitum, subiecto pedibus eius corio Leonino, insultantem ostentans noueram de exuuijs vtriusque priuigni. [34] Hercules nunc populum capite præfert, [35] nunc oleastrum, [36] nunc apium. Habes [37] tragœdiam Cerberi, habes Pindarum, atque Callimachum, [38] qui & Apollinem memorat interfecto Delphico draconc, lauream induisse quâ supplicem. [39] Erant enim supplices coronarij apud veteres. [40] Liberum, eundem apud Ægyptios Osirin, [41] Harpocration in industria [42] hederatum argumentatur, quòd hederæ natura sit cerebrum ab [43] heluco defensare. Sed & aliàs [44] Liberum principem coronæ planè laureæ, in qua ex Indis triumphauit etiam vulgus agnoscit, cùm [45] dies in illum solennes Magnam appellat coronam. Si & [46] Leonis Ægyptij scripta euoluas, prima [47] Isis repertas spicas capite circuntulit, rem magis ventris. Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator [48] Claudius Saturninus

A ninus. Nam eſt illius de Coronis liber, & origines, & cauſas, & ſpecies, & ſolennitates earum ira ediſſerens, vt nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum ceſpitem, aut palmitem, [85] non alicui capiti inuenias conſecratum. Quo ſatis inſtruamur, quàm alienum iudicare debeamus coronati capitis inſtitutionem, ab eis prolatam, & in eorum deinceps honorem diſpoſitam, quos ſeculum Deos credidit. Si enim mendacium diuinitatis diabólus operatur, in hac etiam ſpecie, à primordio mendax, ſine dubio & eos ipſe proſpexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igitur habendum eſt apud homines veri Dei, quod à candidatis diaboli introductũ, & ipſis à primordio dicatum eſt, quódque iã tunc Idololatriæ initiabatur ab idolis, & idolis adhuc viuis? nõ quaſi aliquid ſit idolum, ſed quoniam quæ [87] idolis alij faciunt, ad dæmones pertinent. Porrò ſi quæ alij idolis faciũt, ad dæmones pertinent, quanto magis quòd ipſa ſibi idola fecerũt cùm aduiuerẽt? Ipſi ſcilicet ſibi procurauerunt dæmones, per eos in quibus eſurierãt, antequàm procurauerant. [88] Tene interim C.VIII.
hanc fidem, dũ in curſum quæſtionis excutio. Iam enim audio dici: Et alia multa ab eis prolata, quos “
ſeculum Deos credidit: tamen in noſtris hodie vſibus, & in priſtinorum ſanctorum, & in Dei rebus, “
& in ipſo Chriſto deprehendi, non aliàs ſcilicet hominem functo quàm per communia iſta inſtrumẽta exhibitionis humanæ. Planè ita ſit, nec antiquius adhuc in originẽ diſceptabo. [89] Primus Mercurius litteras enarrauerit; neceſſarias confitebor & commercij rebus, & [90] noſtris erga Deũ ſtudijs. “
[91] Sed etſi neruos idem in ſonum ſtrinxit, non negabo & hoc ingenium [92] cum ſanctis feciſſe, & Deo miniſtraſſe, audiẽs Dauid. [93] Primus medelas Æſculapius explorauerit; [94] memini & Eſaiã Ezechiæ *Iſai. 38.*
languenti aliquid medicinale mãdaſſe. Scit & Paulus ſtomacho vinũ modicum prodeſſe. Sed & Mi- *1. Timot. 5.*
nerua prima molita ſit nauẽ; videbo nauigantem Ionam & Apoſtolos. Plus eſt quod & Chriſtus ve- *Iona. 1.*
ſtietur: habebit etiã penulam Paulus. Si & vniuſcuiuſque ſupellectilis & ſingulorum veſtulorum ali- *Luc 8.*
B quem ex dijs ſeculi auctorẽ nominaris, agnoſcã neceſſe eſt & recumbentẽ in lectulo Chriſtũ, & cùm *Act. 13. et*
peluem diſcipulorum pedibus offert, & cùm aquã ex vreco ingerit, & cùm linteo circunſtringitur, [95] *deincep.*
propria Oſiridis veſte. Huiuſmodi quæſtioni ſic vbique reſpondeo, admittens, quidẽ vtẽſilium com- *2. Tim. 4.*
munionem, ſed prouocans eam ad rationaliũ & irrationalium diſtinctionẽ, [96] quia paſſiuitas fallit o- *Ioan. 13.*
brumbrans corruptelam conditionis, quã ſubiecta eſt vanitati. Dicimus enim ea demũ & noſtris, & *Rom. 8.*
ſuperiorum vſibus, & Dei rebus, & ipſi Chriſto competiſſe, quæ meras vtilitates, & certa ſubſidia, &
honeſta ſolatia neceſſarijs neceſſitatibus vitæ humanæ procurent: vt ab ipſo Deo inſpirata credantur
propiore proſpectore, & inſtructore, & oblectatore ſi fortè hominis ſui. Quæ verò hunc ordinem ex-
ceſſerint, ea non conuenire vſibus noſtris, præſertim quæ propterea ſcilicet nec apud ſeculum, nec in
Dei rebus, nec in conuerſationibus Chriſti recognoſci eſt. [97] Quis denique Patriarches, quis Pro- C. IX.
phetes, quis Leuites, aut Sacerdos, [98] aut ἄρχων, quis vel poſtea Apoſtolus aut Euangelizator, aut Epiſcopus inuenitur coronatus? Puto nec ipſum Dei templum, nec arca teſtamenti, [99] nec tabernacu- *3. Reg. 6. & 8.*
lum martyrij, nec altare, nec candelabrum: quibus vtique & in prima dedicationis ſolennitate, & in *1. Eſdr. 7.*
ſecunda reſtitutionis gratulatione competiſſet coronari, ſi dignum Deo eſſet. Atquin ſi figuræ noſtræ *1. Cor. 10.*
fuerunt ([100] nos enim ſumus & templa Dei, & altaria, & luminaria, & vaſa) hoc quoque figuratè por- *1. Cor. 3.*
tendebant, homines Dei coronari non oportere. Imagini veritas reſpondere debebit. Sed forſitan *Zachar. 9.*
oppones ipſum Chriſtum coronatum. Ad hoc breuiter interim audies. Sic & tu coronare, & licitum *Philip. 2.*
eſt. Tamen nec illam impietatis contumelioſæ coronam [101] populus conſciuit. Romanorum militũ *Rom. 9.*
commentum fuit, ex vſu rei ſecularis, quem populus Dei nec publicæ vnquam lætitiæ, nec ingenitæ *Matth. 27.*
luxuriæ nomine admiſit; facilius cum tympanis & tibijs & pſalterijs reuertens de captiuitate Baby- *1. Eſdr. 2. & 3.*
C loniæ, quàm cum coronis: & poſt cibum & potum exurgens ad ludendum ſine coronis. Nam neque *1. Reg. 30.*
lætitiæ deſcriptio, neque luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut dedecore tacuiſſet: adeò & E- *Iſai. 15.*
ſaias, Quando, inquit, cum tympanis & tibijs & pſalterijs bibunt vinum: dicturus eſſet etiam cum
coronis, ſi vnquam hic vſus fuiſſet & in Dei rebus. [102] Ità cùm ideirco proponis: Deorum ſecula- CAP. X.
rium commenta etiam apud Deum deprehendi, vt inter hæc coronam quoque capitis communi “
vſui vindices; ipſe tibi iam præſcribis non habendum in communione vſus apud nos, quod non in- “
ueniatur in rebus Dei. Quid enim tam dignum Deo, quàm quod indignum idolo? Quid autem tam “
dignum idolo, quàm quod & mortuo? [103] Nam & mortuorum eſt ita coronari: [104] vel quoniam & “
ipſi idola ſtatim fiunt & habitu & cultu conſecrationis, quæ apud nos ſecunda idololatria eſt. Igitur
qui ſenſu careant, illorum erit proinde vti ea re, cuius ſenſu careant æquè, ſi abuti vellent, ſi ſenſu
non carerent. Nulla vero diſtantia eſt abuteṅdi, cùm veritas ceſſat vtendi, ceſſante natura ſentiendi; quáve quis abutatur, cùm non habeat quâ vtatur. [105] Nobis autem abuti apud Apoſtolum non *1. Cor. 7.*
licet, faciliùs non vti docentem, niſi quòd nec abuturuntur qui nihil ſentiunt: ſed vacat totum, & eſt ipſum quoque opus mortuum, quantum in idolis: viuum planè quantum in dæmonijs, ad quæ pertinet ſuperſtitio. Idola Nationum, inquit Dauid, argentum & aurum: Oculos habent, nec vi- *pſal. 113.*
dent: nares habent, nec odorantur: manus, nec contrectabunt. Per hæc enim floribus frui
eſt. Quod ſi tales edicit futuros, qui idola fabricantur, tales iam ſunt qui ſecundum idolorum
ornatum quid vtuntur. Omnia munda mundis; ita & immunda omnia immundis: nihil au- *Tit. 1.*
tem immundius idolis. Ceterùm ſubſtantiæ mundæ vt Dei res, & hæc ſua conditione commu- “

uationum, cùm illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est? Ideóque hæc prima D
Gen.1. præscribet coronam capiti non conuenire. Puto autem naturæ Deus, noster est, [11] qui figurauit hominem: & fructibus rerum appetendis, iudicandis, consequendis, certos in eo sensus ordinauit, per propria membrorum quodammodò organa; [12] Auditum in auribus fodit, visum in oculis accendit, gustum in ore concluſit, odoratum in naribus ventilauit, contactum in manibus æstimauit. Per hæc exterioris hominis ministeria, interiori homini ministrantia, fructus munerum diuinorum ad animam deducuntur à sensibus. Quis igitur fructus ex floribus? [13] subſtantia enim propria, certè præcipua coronarum, flores agri. Aut odor, inquis, aut color, aut pariter vtrunque. Qui erunt sensus coloris, odoris? visus opinor & odoratus. Istos sensus quæ membra fortita sunt? oculi, nisi fallor, & nares. Vtere itaque floribus visu & odoratu, quorum sensuum fructus est. Vtere per oculos & nares, quorum sensuum membra sunt. Subſtantia tibi à Deo tradita est, habitus à sæculo: quamquam nec habitus extraordinarius ordinario vsui obstrepit. Hoc sint tibi flores & [14] inserti & innexi, & in filo, & in scripto, quòd liberi, quòd soluti: spectaculi scilicet, & spiraculi res. [15] Coronam si fortè fascem existimas florum per seriem comprehensorum, vt plures semel portes, vt omnibus pariter vtaris: iam verò & in sinum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge, si tanta mollitia est: in poculum crede, si tanta innocentia est. Tot modis fruere, quot & sentis. Cæterùm in capite quis sapor floris? quis coronæ sensus nisi vinculi tantùm? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam cõtra naturam est florem capite sectari, quàm cibum aure, quàm sonum nare. Omne autem quod contra naturam est, monstri meretur notam penes omnes, penes nos verò etiam elo-
Ca. VI. gium sacrilegij, in Deum naturæ dominum & auctorem. [16] Quæres igitur Dei legem, habens com-
„ munem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare: vt cùm E
1. Cor. 11. in velamine fœminæ: Nec natura vos, inquit, docet? Vt cùm ad Romanos: Natura facere, dicens,
Rom. 2. Nationes ea quæ sunt legis: & legem naturalem suggerit, & naturam legalem. [17] Sed & in priore Epistolæ, naturalem vsum conditionis in non naturalem masculos & fœminas inter se demutasse affirmans, ex retributione erroris in vicem pœnæ, vtique naturali vsui patrocinatur. Ipsum Deum secundum naturam priùs nouimus, [18] Deum appellantes Deorum, bonum præsumentes, & iudicem inuocantes. Quæris, an [19] conditioni eius fruendæ natura nobis debeat præire, neillâ rapiamur, quà Dei æmulus vniuersam conditionem certis vsibus hominum capitam, cum ipso homine corrupit.
Rom. 8. Vnde eam & Apostolus inuitam ait vanitati [20] succidisse, vanis plurimum vsibus, tum turpibus, & iniustis, & impijs, subuersam. Sic itaque & circa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis, qui naturâ quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à diabolo esse mutata. [21] Sed & huic materiæ propter suauiluC. VII. dios nostros Græco quoque stylo fatisfecimus. [22] Proinde coronarij isti agnoscant interim naturæ auctoritatem, communis parentis nomine, quà homines, & propriæ religionis pignora, quâ Deũ naturæ proximo colentes: atque ita, velut ex abundanti, ceteras quoque rationes disputiant, quæ nostro priuatim capiti coronamentis & quidem omnibus interdicunt. Nam & vrgemur à communione naturalis disciplinæ, conuerti ad proprietatem Christianæ totam iam defendendam, per ceteras quoque species coronarum, quæ alijs vsibus prospectæ videtur, vt ex alijs subſtantijs astructæ; ne quia non ex floribus constant, quorum vsum natura signauit, vt ipsa hæc [23] Laurea militatis) non credantur admittere sectæ interdictionem, quia euaserint naturæ præscriptionem. Videó igitur & curiosiùs F
& plenius agendum ab originibus vsque ad profectus & excessus rei: Litteræ ad hoc seculares necessariæ. De suis enim instrumentis secularia probari necesse est: quantulas attigi, credo sufficient. Si [24] fuerit aliqua Pandora, quam primam fœminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est à Charitibus, cùm ab omnibus muneraretur: vnde Pandora. Nobis [25] verò Moyses Propheticus, non Poëticus pastor, principem fœminam Euam facilius pudenda folijs quàm tempora floribus incinctam, describit. Nulla ergo Pandora. Sed & de mendacio erubescenda est coronæ origo. Iam nunc & de veritatibus suis. Certè enim ceteros fuisse constat auctores rei vel illuminatores. [26] Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, [27] Iouem Diodorus post deuictos Titanas hoc munere à ceteris honoratum. Dat & [28] Priapo tænias idem, & [29] Ariadnæ sertum ex auro & Indicis gemmis: Vulcani opus, Liberi munus: post & sidus. [30] Iunoni vitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum eius palmite redimitum, subiecto pedibus eius corio Leonino, insultantem ostentans nouercam de exuuijs vtriusque priuigni. [31] Hercules nunc populum capite præfert, [32] nunc oleastrum, [33] nunc apium. Habes [34] tragœdiam Cerberi, habes Pindarum, atque Callimachum, [35] qui & Apollinem memorat interfecto Delphico draconе, lauream induisse quâ supplicem. [36] Erant enim supplices coronarij apud veteres. [37] Liberum, eundem apud Ægyptios Osirin, [38] Harpocration in industria [39] hederatum argumentatur, quòd hederæ natura sit cerebrum ab [40] heluco defensare. Sed & aliàs [41] Liberum principem coronæ planè laureæ, in qua ex Indis triumphauit etiam vulgus agnoscit, cùm [42] dies in illum solennes Magnam appellat coronam. Si & [43] Leonis Ægyptij scripta euoluas, prima [44] Isis repertas spicas capite circuntulit, rem magis ventris. Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator [45] Claudius Saturninus

A ninus. Nam est illius de Coronis liber, & origines, & causas, & species, & solennitates earum ita edis-
serens, vt nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum cespitem, aut palmitem, [86] non ali-
cui capiti inuenias consecratum. Quo satis instruamur, quàm alienum iudicare debeamus coro-
nati capitis institutionem, ab eis prolatam, & in eorum deinceps honorem dispesatam, quos seculum
Deos credidit. Si enim mendacium diuinitatis diabolus operatur, in hac etiam specie, à primordio
mendax, sine dubio & eos ipse prospexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igi-
tur habendum est apud homines veri Dei, quod à candidatis diaboli introducti, & ipsis à primordio
dicatum est, quódque iã tunc Idololatriæ initiabatur ab idolis, & idolis adhuc viuis? nõ quasi aliquid
sit idolum, sed quoniam quæ [87] idolis alij faciunt, ad dæmones pertinent. Portò si quæ alij idolis fa- 1.Cor.10.
ciũt, ad dæmones pertinent, quanto magis quòd ipsa sibi idola fecerũt cùm aduiuerẽt? Ipsi scilicet si-
bi procurauerunt dæmones, per eos in quibus sæuierãt, antequàm procurauerant. [88] Tene interim C.VIII.
hanc fidem, dũ in cursum quæstionis excutio. Iam enim audio dici: Et alia multa ab eis prolata, quos “
seculum Deos credidit: tamen in nostris hodie vsibus, & in pristinorum sanctorum, & in Dei rebus, “
& in ipso Christo deprehendi, non aliàs scilicet hominem functo quàm per communia ista instru- “
menta exhibitionis humanæ. Planè ita sit, nec antiquius adhuc in originẽ disceptabo. [89] Primus Mer- “
curius litteras enarrauerit; necessarias confitebor & commercij rebus, & [90] nostris erga Deũ studijs.
[91] Sed etsi neruos idem in sonum strinxit, non negabo & hoc ingenium [92] cum sanctis fecisse, & Deo
ministrasse, audiẽs Dauid. [93] Primus medelas Æsculapius explorauerit; [94] memini & Esaiã Ezechiæ Isai. 38.
languenti aliquid medicinale mãdasse. Scit & Paulus stomacho vinũ modicum prodesse. Sed & Mi- 1.Timot. 5.
nerua prima molita sit nauẽ; videbo nauigantem Ionam & Apostolos. Plus est quòd & Christus ve- Ione. 1.
stietur: habebit etiã penulam Paulus. Si & vniuscuiusque supellectilis & singulorum vasculorum ali- Luc. 8.
B quem ex dijs seculi auctorẽ nominaris, agnoscã necesse est & recumbentẽ in lectulo Christũ, & cùm Act. 13. et
peluem discipulorum pedibus offert, & cùm aquã ex vrceo ingerit, & cùm linteo circunstringitur, [95] deinceps.
propria Osiridis veste. Huiusmodi quæstioni sic vbique respondeo, admittens quidẽ vtẽ filium com- 2.Tim. 4.
munionem, fed prouocans eam ad rationaliũ & irrationalium distinctionẽ, [96] quia passiuitas fallit o- Ioan. 13.
brumbrans corruptelam conditionis, quã subiecta est vanitati. Dicimus enim ea demũ & nostris, & Rom. 8.
superiorum vsibus, & Dei rebus, & ipsi Christo competisse, quæ meras vtilitates, & certa subsidia, &
honesta solatia necessitatibus vitæ humanæ procurent: vt ab ipso Deo inspirata credantur
propiore prospectore, & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quæ verò hunc ordinem ex-
cesserint, ea non conuenire vsibus nostris, præsertim quæ propterea scilicet nec apud seculum, nec in
Dei rebus, nec in conuersationibus Christi recognosci est. [97] Quis denique Patriarches, quis Pro- C.IX.
phetes, quis Leuites, aut Sacerdos, [98] aut ἔξαρχον, quis vel postea Apostolus aut Euangelizator, aut E- 3.Reg. 6.
& 8.
piscopus inuenitur coronatus? Puto nec ipsum Dei templum, nec arca testamenti, [99] nec tabernacu- 1.Esdr.7.
lum martyrij, nec altare, nec candelabrum: quibus vtique & in prima dedicationis solennitate, & in 1.Cor.10.
secunda restitutionis gratulatione competisset coronari, si dignum Deo esset. Atquin si figuræ nostræ 1.Cor.3.
fuerunt ([100] nos enim sumus & templa Dei, & altaria, & luminaria, & vasa) hoc quoque figuratè por- Zachar. 9.
tendebant, homines Dei coronari non oportere. Imagini veritas respondere debebit. Sed forsitan Philip.2.
oppones ipsum Christum coronatum. Ad hoc breuiter interim audies. Sic & tu coronare, & licitum Rom. 9.
est. Tamen nec illam impietatis contumeliosæ coronam [101] populus conscius. Romanorum militũ Matth.27.
commentum fuit, ex vsu rei seculari, quem populus Dei nec publicæ vnquam lætitiæ, nec ingenitæ 1.Esdr.2.
luxuriæ nomine admisit; facilius cum tympanis & tibijs & psalterijs reuertens de captiuitate Baby- & 3.
C loniæ, quàm cum coronis: & post cibum & potum exurgens ad ludendum sine coronis. Nam neque Exod.32.
lætitiæ descriptio, neque luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut dedecore tacuisset: adeò & E- Isai. 15.
saias, Quando, inquit, cum tympanis & tibijs & psalterijs bibunt vinum: dicturus esset etiam cum
coronis, si vnquam hic vsus fuisset & in Dei rebus. [102] Ità cùm idcirco proponis: Deorum seculo- C.X.
rium commenta etiam apud Deum deprehendi, vt inter hæc coronam quoque capitis communi “
vsui vindices; ipse tibi iam præscribis non habendum in communione vsus apud nos, quod non in- “
ueniatur in rebus Dei. Quid enim tam dignum Deo, quàm quod indignum idolo? Quid autem tam “
dignum idolo, quàm quod & mortuo? [103] Nam & mortuorum est ita coronari: [104] vel quoniam &
ipsi idola statim fiunt & habitu & cultu consecrationis, quæ apud nos secunda idololatria est. Igitur
qui sensu careant, illorum erit proinde vti ea re, cuius sensu carerent æquè, si abuti vellent, si sensu
non carerent. Nulla vero distantia est abutendi, cùm veritas cessat vtendi, cessante natura sentien-
di, quáve quis abutatur, cùm non habeat quâ vtatur. [105] Nobis autem abuti apud Apostolum non 1.Cor. 7.
licet, faciliùs non vti docentem, nisi quòd nec abutuntur qui nihil sentiunt: sed vacat totum, & est ip-
sum quoque opus mortuum, quantum in idolis: viuum planè quantum in dæmonijs, ad quæ perti-
net superstitio. Idola Nationum, inquit Dauid, argentum & aurum: Oculos habent, nec vi- Psal.113.
dent: nares habent, nec odorantur: manus, nec contrectabunt. Per hæc enim floribus frui
est. Quod si tales edicit futuros, qui idola fabricantur, tales iam sunt qui secundum idolorum
ornatum quid vtuntur. Omnia munda mundis; ita & immunda omnia immundis: nihil au- Tit. 1.
tem immundius idolis. Ceterùm substantiæ mundæ vt Dei res, & hac sua conditione commu- “

nes vsui: sed [106] ipsius vsus administratio interest. Nam & ego mihi gallinaceum macto, non [107] minus quàm Æsculapio Socrates: & si me odor alicuius loci offenderit, [108] Arabiæ aliquid incendo, sed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur apud idola. Si enim verbo nudo conditio polluitur, vt Apostolus docet: Si [109] quis autem dixerit, hoc idolothytum est, non contigeris: multo magis cum habitu, & ritu, & apparatu idolothytorum cõtaminatur. Ita & corona idolothytorum efficitur. Hoc enim ritu, & habitu, & apparatu, idolis immolatur auctoribus suis: quorũ eo vel maximè proprius est vsus, ne in communionem possit admitti quod in Dei rebus non inuenitur. Propterea Apostolus inclamat: [110] Fugite idololatriam: omnem vtique & totam. Recogita syluã, & quantæ latitant spinæ. Nihil dandum idolo, si nec sumendum ab idolo. [111] Si in idolio recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Christi & Beliæ? & ideò fugite. Lõgum enim diuortium mandat ab idololatria, in nullo proximè agendũ. [112] Draco etiam terrenus de longinquo non minus spiritu absorbet alites. Ioãnes: [113] Filioli, inquit, custodite vos ab idolis: nõ iã ab idololatria quasi ab officio, sed ab idolis, id est ab ipsa effigie corũ. Indignũ enim vt imago Dei viui, idoli & mortui fiat. Vsque adhuc proprietatem istius habitus & ex originis censu, & ex superstitionis vsu idolis vendicamus, ex eo præterea, quòd dum in rebus Dei nostri non refertur, magis magisque imago illorum deputatur, in quorum & antiquitatibus, & [114] solennitatibus, & [115] officijs [116] conuenitur. [117] Ipsæ denique fores, [118] ipsæ hostiæ & [119] aræ, [120] ipsi ministri & sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum sacerdotalium coronas [121] apud Claudinm. Sed & illam interstruximus distinctionem differentiæ rationalium & irrationalium, eis occurrentem, qui communionem in omnibus de quorundam exemplorum occasione defendunt. Ad hanc itaque partem causas iam ipsas coronarias inspici superest, vt dum ostendimus extraneas, immò & contrarias disciplinæ, nullam earum rationis patrocinio fultam probemus, quòd possit habitus eiusmodi quoque cõmunio-

CA. XI. ni vindicari: sicut & quidam, quorum exempla nobis obiectantur. [122] Etenim vt ipsam causam coronæ militaris aggrediar, puto priùs conquirendum, an in totum Christianis militia conueniat. Quale est alioquin de accidentibus retractare, cùm à præcedentibus culpa sit? [123] Credimusne humanum sacramentum diuino superduci licere, & in alium dominum respõdere post Christũ, & [124] cierare patrem ac matrem, & omnem proximum, quos & lex honorari & post Deũ diligi præcepit? Hos & Euangeliũ solo Christo pluris non faciens, sic quoque honorabit? Licebit in gladio conuersari, [125] Domino pronunciãte: gladio periturũ, qui gladio fuerit vsus? Et prælio operabitur filius pacis, [126] cui nec litigare conuenit? [127] Et vincula & carcerẽ, & tormenta, supplicia administrabit, [128] nec suarũ vltor iniuriarum? [129] Iam & stationes aut alij magis faciet quàm Christo? aut & dominico die, quãdo nec Christo? Et excubabit pro tẽplis [130] quibus renunciauit? [131] & cœnabit illic vbi Apostolo non placet? Et [132] quos interdiu exorcismis fugauit, nocti bus defensabit, [133] incumbens & requiescens super lunecho, quo perfossum est latus Christi? Vexillũ quoque portabit æmulum Christi? & signũ postulabit à principe, qui iam à Deo accepit? [134] Mortuus etiã tuba in quietabitur æneatoris, qui excitari à tuba angeli expectat? [135] Et cremabitur ex disciplina castrensi Christianus, cui cremare nõ licuit, cui Christus merita ignis indulsit? Quãta alia in delictis circũspici possunt castrensiũ munerũ, transgressioni interpretanda? Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen deferre, trãsgressio est. Planè si quos militia præuentos fides posterior inuenit, alia conditio est, [136] vt illorum quos Ioannes admittebat ad lauacrum; vt [137] Cẽturionum fidelissimorum, quem Christus probat, & quẽ Petrus catechizat: dum tamen susceptæ fide atque signata aut deserendum statim sit, vt multis actum: [138] aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduersus Deum cõmittatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut nouissimè perpetiendum pro Deo, [139] quod æquè fides pagana condixit. Nec enim delictorum impunitatem, aut [140] Martyriorum immunitatem militia promittet. Nusquã Christianus aliud est. Vnum Euãgelium, & idẽ Iesus: negaturus omnẽ negatorem, & confessurus omnẽ confessorẽ Dei: & [141] salutem facturus animæ pro nomine eius amissam, perditurus autẽ de contrario aduersus nomen eius lucri habitã. [142] Apud hunc tam miles est, paganus fidelis: quàm paganus est, miles infidelis. Nõ admittit status fidei, allegationẽ necessitatis. Nulla est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas non delinquendi. Nam & ad sacrificandum & directò negandum, necessitate quis premitur tormentorum siue pœnarum: [143] tamen nec illi necessitati disciplina conniuet: quia potior est necessitas timendæ negationis & obeundi martyrij, quàm euadendæ passionis & implendi officij. Ceterùm subuertit totam substãtiam sacramenti causatio eiusmodi, vt etiam voluntarijs delictis [144] fibulã laxet. Nam & voluntas poterit necessitas contendi, habẽs scilicet vnde cogatur. Vel ipsæ hęc præstruxerim, & ceteras officialiũ coronarum causas, quibus familiarissima ista [145] ducatio necessitatis: cùm idcircò aut officia fugienda sint, ne [146] in delictis incidamus, aut & martyria toleranda sint, vt officia rũpamus. De prima specie quæstionis etiam militiæ ipsius illicitæ, plura non faciunt, vt scaenda reddatur. Nisi omni ope expulero militiam, frustrà iam de corona militari prouocarim. Puta denique licere militiam, vsque ad

C. XII. causam coronæ. [147] Sed & de corona priùs dicam. Laurea ista [148] Apollini vel Libero sacrata est: illi vt [149] Deo telorum, [150] huic vt Deo triumphorum, sic docet Claudius. [151] Quanquam ex myrto ait milites redimiri solere. Veneris enim myrtum matris Æneæ, non laurum, etiam amiculæ [152] Martis,

per

A per Iliam & Romulos Romani. Sed ego Venerem nõ credo ex hac parte cum Marte Romanam, quã pellicis dolor est. [173] Quin & olea militiam coronari à Minerua, [174] non solùm artium, sed armorum quoquè dea: & pacem cum Neptuno iniſſe, ex hac arbore coronatam. In his erit ſerti militaris ſuperſtitio vbique polluta, & polluens omnia, quæ iam polluuntur & cauſis. [175] Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principijs, ſecunda in Capitolijs. Accipe poſtloca, & verba, Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus eſſe futurum. Cuius ſententiæ vox eſt? vtique negationis. Etiamſi tacet illic Chriſtianus ore, coronatus capite reſpondit. [176] Eadem laurea in Donatiui diſpenſatione denunciatur. Planè non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans Chriſtum, vt argenteis Iudas. Hoc erit: Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ: mãmonæ manum tradere, & à Deo abſiſtere. Hoc eſt reddere quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo: nec homini Deo reddere, & denarium Cæſari auferre. [177] Triumphi laurea folijs ſtruitur. [178] hinc aduerbis [179] Iemniſcis, [180] inauratur lamnulis, vnguentis delibuitur à lachrymis coniugum & matrum, fortaſſe quorundam & Chriſtianorum: & [181] apud Barbaros enim Chriſtus. Qui hanc portauerit in capite cauſam, nónne & ipſe pugnauit? Eſt & [182] alia militia regiarum familiarum. [183] Nam & caſtrenſes appellantur, [184] munificæ & ipſæ ſolennium Cæſareanorum. Sed & tu proinde miles ac ſeruus alterius es: & ſi duorum, Dei & Cæſaris, certè tunc non Cæſaris cùm te Deo debes, etiam in communibus credo potiori. [185] Coronant & publicos ordines laureis publicæ cauſæ: [186] Magiſtratus verò C.XIII.
inſuper aureis, vt Athenis, vt Romæ. [187] Præferuntur etiam illis Hetruſcæ. Hoc vocabulum eſt co-
B ronarum, quas gemmis & folijs ex auro quercinis ob Iouem inſignis, ad deducendas thenſas cum palmatis togis ſumunt. [188] Sunt & prouinciales aureæ, imaginum iam non virorum, capita maiora quærentes. Sed tui ordinis, & tui magiſtratus, & [189] ipſum Curiæ nomen, Eccleſia eſt Chriſti. [190] Il- *Philip. 4.*
lius es, conſcriptus [191] in libris vitæ. Illic purpuræ tuæ, ſanguis Domini: & clauus latus in cruce ip- *Apoc.13.*
ſius; illic [192] ſecuris ad caudices arboris poſita; illic virga ex radice Ieſſe. [193] Viderint & publici equi *Matth.27.*
cum coronis ſuis Dominus tuus, vbi ſecundum ſcripturam Ieruſalem ingredi voluit, nec aſinum *Matth.3.*
habuit priuatum. Iſti in curribus, & iſti in equis, [194] nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuo- *Iſai.21.*
cabimus. [195] Ab ipſo incolatu Babylonis illius in Apocalypſi Ioannis ſubmouemur, nedum à ſugge- *Matth.21.*
ſtu. Coronatur & vulgus nunc ex [196] Principalium proprietatum exultatione, nunc ex Municipalium *Pſal.19.*
ſolennitatum proprietate: & eſt omnis publicæ lætitiæ luxuria captatrix. Sed tu peregrinus es mundi *Apoc.18.*
huius, ciuis ſupernæ Ieruſalem. [197] Noſter, inquit, municipatus in cœlis. Habes tuos cenſus, tuos *Philip.3.*
Faſtos: nihil tibi cum gaudijs ſeculi; immò contrarium debes. Seculum enim gaudebit, vos verò *Ioan.16.*
lugebitis. Et puto, fœlices, ait, lugentes, non coronatos. [198] Coronant & nuptiæ ſponſos: & [199] ideò *Matth.5.*
non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriam vſque deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt. [200]
Habes legem à Patriarchis quidem, habes Apoſtolum in Domino nubere iubentem. [201] Coronat & *Gen.24.*
libertas ſeculoris. Sed tu iam redemptus es à Chriſto, & quidem magno. Seruum alienum, quomodo *1.Cor.7.*
ſeculum manumittet? Et ſi libertas videtur, ſed & ſeruitus videbatur. Omnia imaginaria in ſeculo, & *Gal.3.*
nihil veri. Nam & tunc liber homini eras redemptus à Chriſto: & nunc ſeruus es Chriſti, licet manu- *1.Cor.7.*
miſſus ab homine. Si veram putes ſeculi libertatem, vt & coronam conſignes, rediſti in ſeruitutẽ ho-
C minis, quam putas libertatem: amiſiſti libertatem Chriſti, quam putas ſeruitutem. [202] Nunquid & Agoniſticæ cauſæ diſputabuntur, [203] quas ſtatim tituli ſui damnant, & ſacras & funebres ſcilicet hoc enim ſupereſt vt Olympius Iupiter, & Nemæus Hercules, & [204] miſellus Archemorus, & [205] Antinous infœlix in Chriſtiano coronentur, vt ipſe ſpectaculum fiat, quod ſpectare non debeat. Vniuerſas (vt arbitror) cauſas enumeramus, nec vlla nobiſcum eſt: omnes alienæ, prophanæ, illicitæ, [206] ſemel iam in ſacramenti teſtatione cieratæ. Hæ enim erant pompæ diaboli & angelorum eius, officia ſeculi, honores, ſolẽnitates poſtulatrices, falſa vota, humana ſeruitia, laudes vanæ, gloriæ turpes: & in omnibus iſtis idololatria in ſolo quoque cenſu coronarum, quibus omnia iſta redimita ſunt. Præfabitur quidẽ Claudius etiam [207] cœlum ſyderibus apud Homeri carmina coronatum, certè à Deo, certè homini: igitur & homo ipſe à Deo coronandus eſt. [208] Ceterùm à ſeculo coronãtur & lupanaria, & latrinæ & piſtrina, & carcer, & [209] ludus, & ipſa [210] amphitheatra, & ipſa ſpoliaria, [211] ipſæque libitinæ. Quàm ſacer ſanctus, quámque honeſtus ac mundus ſit habitus iſte, noli de vno poëtico cœlo, ſed de totius mundi commercijs æſtimare. [212] At enim Chriſtianus nec ianuam ſuam laureis infamabit, ſi norit quantos Deos etiam hoſtijs diabolus affinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculum & Cardam à foribus & cardinibus, & apud Græcos Thyræũ Apollinẽ, & Antelios dæmones. [213] Tan- C.XIIII.
to abeſt vt capiti ſuo manus inferat idololatriæ, immò iam dixerim Chriſto, ſiquidẽ viri caput Chri- *1.Cor.11.*
ſtus eſt, tam liberum quàm & Chriſtus, ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamẽto. Porrò & quod obnoxium eſt velamento caput fœminę, iam hoc ipſo occupatum non vocat etiam obligamento. Habet humilitatis ſuæ ſarcinam. Si nudo capite videri non debet propter angelos, multo magis coronato: fortaſſe tunc illo coronato ſcandalizauerit. Quid enim eſt capiti fœminę corona, *1.Cor.11.*
quàm formę lena, quàm ſumma laſciuię nota, extrema negatio verecundiæ, confiatio illecebrę? Propterea nõ ornabitur operoſiùs mulier ex [214] Apoſtoli proſpectu, vt nec crinium artificio coronetur. *1.Tim.2.*
Qui tamen & viri caput eſt, & fœminæ facies, vt Eccleſiæ Chriſtus Ieſus, quale, oro te, ſertũ pro vtro- *Matth.27.*

que sexu subijt? ex spinis opinor & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis: abstulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens. Certè præter figuram contumelia in promptu est, & turpitudo & dedecoratio, & his implexa fœuitia, quę tunc Domini tempora & fœdauerunt & lancinauerunt: vti tu nunc laurea & myrto, & olea, & illustriore quaque fronde, & quod magis vsui est, [195] centenarijs quoque rosis ex horto Midæ lectis, & vtrisque lilijs, & omnibus violis coroneris, etiam gemmis forsitan & auro: vt & illam Christi coronã æmuleris, quæ postea ei obuenit: quia & [196] fauos post fella gustauit; nec antè rex gloriæ à cœlestibus salutatus est, quàm rex Iudæorum proscriptus in crucem; minoratus primò à patre modicum quid citra angelos, & ita gloria & honore coronatus. Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus coroneris, si spinis non potes: quia non floribus potes. [197] Serua Deo rem suam inattaminatam. Ille eam si volet, coronabit. Immò & vult. Denique æmulat: [198] Qui vicerit, inquit, dabo ei coronam vitæ. Esto & tu fidelis, ad mortem. Decerta & tu [199] bonum agonem, cuius coronam & Apostolus repositam sibi meritò confidit. Accipit & angelus victoriæ coronam procedens in candido equo, vt vinceret. Et alius Iridis ambitu ornatur cœlesti. [200] Protosedent & Presbyteri coronati: [201] eodémque auro & ipse Filius hominis supra nubem micat. Si tales imagines in visione, quales veritates in repræsentatione? Illas aspice, illas odorare. Quid caput [202] strophiolo aut dracontario damnas, diademati destinatum? [203] Nam & reges nos Deo & patri suo fecit Christus Iesus. Quid tibi cum flore moriturо? Habes florem ex virga Iesse, super quem tota diuini spiritus gratia requieuit, florem incorruptum, immarcessibilem, sempiternum: quem & [204] bonus miles eligendo, in cœlesti dignatione, ordinatione profecit. [205] Erubescite Romani commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed [206] ab aliquo Mithræ milite. Qui quum initiatur [207] in speræo in castris verè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam [208] quasi mimum martyrij, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si fortè transferre, dicens, Mithram esse coronam suam. Atque exinde nunquam coronatur: id quod in signum habet ad probationem sui, ficubi tentatus fuerit de Sacramento: statímque creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcircò quędam de diuinis affectantis, vt nos de suorum fide confundat & iudicet.

Isai. 52.

Psal. 23. Matth. 27. Isai. 8.

C. XV. *Apocal. 2. & 3. 2. Timot. 4. Apocal. 6. Apoc. 10. Apoc. 4. Apoc. 14. Apocal. 1. Isai. 11.*

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE CORONA MILITIS.

1. DE CORONA MILITIS.] *Facit magnopere ad Libri huius totius intellectum, quod habet de* CORONIS *Plinius l. 21. c. 1. & 3. Tenuioribus (inquit)* Vtebantur *antiqui,* strophia *appellantes: unde nata* Strophiola, *Quin & vocabulum ipsum tarde communicatum est, inter sacra tantum & bellicos honores* coronis *suum nomen vindicantibus. Cum verò è floribus fierent serta, à ferendo, seriè ve appellabantur. Quod apud Græcos quoque non ita antiquitus placuit. Arborum enim ramis* coronari *in sacris certaminibus mos erat primùm, postea variari cœptum mistura versicolori: floríque usum odores, color eque accendere Sicyonij: Idque factum est post Olympiadem centesimam. Sic* coronis *è floribus receptis, paulomox subiere quæ vocantur* Ægyptiæ, *ac deinde* Hybernæ, *cum terra flores negat, ramento è cornibus tincto. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio,* corollis *inter initia propter gracilitatem nominatis; mox &* corollatijs, *postquam è lamina area tenus inaurata aut inargentata dabantur. Crassiores iuuenes, primùm* argento *aurôque folia imitatus, Ludis suis* coronas *dedit. Accesserintque & lemnisci, quos adijcis ipsarum* coronarum *honos erat, propter* Hetrusc as, *quibus usus nisi auriti non debebat. Puri diu fuere ij. Celare eos primus instituit P. Claudius Pulcher, brattea: quæ etiam* Philyræ *dedit. Deinde etiam hæc pertinent quæ habet idem de* coronis militum, *lib. 16. ca. 4. Hinc (inquit)* ciuicæ coronæ, militum *virtutis insigne clarissimæ. Cedunt his* murales vallaréque, & aureæ, *quamquam pretio antecedentes. Cedunt &* rostratæ. *Item lib. 22. cap. 3.* Corona *quidem nulla fuit* graminea *nobilior in maiestate populi terrarum Principia, præmijs* gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, rostratæ, ciuicæ, *triumphales post hanc fuere, sunt que cunctæ magno inter nullo magnâque differentia. Ceteras omnes, singulę & Duces ipsi Imperatoréque* militibus *aut aliquando Collegia dedere. Ceteras Imperatores,* gramineam *solam* Miles *Imperatori. Eadem* vocatur Obsidionalis.

CAP. I.

2. Proximè facta est LIBERALITAS, &c.] *Caput hoc primum meritò inscribitur :* Libri de Corona Militis argumentum. *Atqui legunt quidem MS. 3. Vatic. codices :* Liberalitate; *verùm magis placet lectio Gorlæensis codicis secundum Rhenanum* LIBERALITAS, *vt adludat Auctor ad Numismata, quæ etiam num exstant apud Goltzium & alios, in quibus ex vno latere inscribitur:* IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. *ex altero verò :* LIBERALITAS AVGG. S. C. *hoc est Imperatori Cæsari Lucio Septimio Severo Pertinaci Augusto; & : Liberalitas Augustorum, Senatusconsulto. Quam adeò rectè interpretatur Rhenanus de* Donatiuo *Militibus dato ; nam eò adludens Auctor paulopost dicit:* Donatium Christi in carcere exspectat. *de quo interim latius infrà cap. 12. vbi loquitur de* Laurea in Donatiui dispensatione. *Eodem etiam adludit lib. de Præscript. adu. hæret. c. 2. hoc verbum:* Quis, *inquit*, miles ab insœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, Donatium & stipendium captat, nisi planè desertor & transfuga, & rebellis?

3. PRÆSTANTISS. IMPERATORVM.] *Videlicet (vti & adnotatur Rhen.)* L. Sept. Seueri patris, & M. Aurel. Antonini Caracallæ filij, sub quibus Tertullianus floruisse D. Hieron. auctor est in Illustribus Ecclesiæ viris. *Porrò ornatæ honorifico epitheto, cùm dicit* præstantissimorum. *Sanè etiam tum angustioribus rebus Christianis honorificentissimè locutus sunt de* Imperatoribus *veteres scriptores; Vt cùm ad Scapulam Præsidem scribens Tertullianus :* Colimus ergo, *inquit*, & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, vt hominem à Deo secundum, & quicquid est, à Deo consecutum, solo Deo minorem. *At eum pronestioribus parcius loquuntur, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus & alij.*

4. Espun-

4. Expungebantur in castris milites Laureati.] *Ex supradictis num. 2. manifestum est recte subaudiri à Rhenano*: Donatiuo. *Hoc est*: Donatiuum *premissum multitudo solemniter exsolueba tur, sine præstabatur. Indicauimus in scholijs librorum præcedentium, huius usum verbi declarantes, Metaphoram hinc deductam videri, quod in perscriptionibus siue libellis debita contincntibus eorum nomina quibus satisfactum est, punctò notentur. De quo vide supra libr. adu. Iud. cap. 4. num. 15. Legimus autem ex 3. MS. Vatic. cod.* qui se duobus dominis seruire non posse præsumperat. *nam si, vti antea, affirmatiue legeretur, magnè cemeuniret conciliura nostra, & Latinij*: præsumpserant.

5. Vulgata iam & ista disciplina Christianorum, &c.] *Huc pertinet illud Apologetici cap. 42. Tom. 1.* Non emo capiti coronam, &c. *& quod supra lib. de Spect. cap. 11. dixit*: idololatria consurcat de coronis profanis. *Item quod habet B. Iustinus Martyr Apolog. ad Antoninum. Sed neque vitimus multus & florum* coronis *colimus, &c. Illud quoque B. Cypriani lib. de Lapsis: Frons cum Dei signo pura diabolo* coronam *ferre non potuit. Denique Auctorem imitatus Minutius in Octauio (qui liber perperam Arnobij Octauius liber à quibusdam appellatur) sanè quod caput non coronamus, ignoscite. Aurum bonus flora naribus ducere, non accipitis capilli vt se odoramus haurire, &c. qua supra suo loco citabimus. Porro verum legimus ex MS. 3. Vatic. quod habebant priores excusi, & Paternianensis ac Hirsaugiensis codices*, eludere eminus, infrendere cominus, *& deinde nunc primum*: in nostrum, *nempè militem*. Tribuno defertur, *id est: accusatur, pro eo quod ex Gothi ensi substituerat Rhenanus*: eludere eminus, infrendere. Continuò murmur. Tribuno defertur. *Infinitiua autem verba*: designare, illudere, infrendere, *expono debere pro Præteritis imperfectis Indicatiui, id est: designabant, eludebant eminus, infrendebant cominus. Aut certè Verum Coperunt subaudiendum.*

6. Tribuno.] Tribunum Militum *intelligit, qui pro more habebat* (*iuxta quod Seuerum narrat in Vita S. Martini, adnotante etiam Rhenano*) *vt singulæ ex ordine vocatu* Donatiuum *erogaret; quo pertinet illud*: & persona iam ex ordine accesserat.

7. O militem in Deo glotiosum.] *Alludit (inquit Rhenanus) ad illud Apostoli: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.*

8. Suffragia exinde.] *Nam (inquit idem) res in consultationem venerat, qui esset de eo faciendum.*

9. apud Acta.] Acta (*inquit Rhenan.*) *commentarij sunt, quos confisus Respublica. Hoc declarat Tertullianus lib. in Marc. 5. sic scribens*: Planè profiteri potest semetipsum quis. Verùm professio eius alterius auctoritate conficitur, alius scribit, alius subscribit, alius obsignat, alius Actis refert. *Ergo significat hic etiam rem ipsam in Acta relatam.*

10. grauissimas penulas.] Pœnula (*inquit idem*) *quæ laeerna, vestimenti genus itinerarium & arcendæ pluuiæ accommodatum, apud veteres, teste Ælio Lampridio.*

11. reuelari auspicatus.] *Auspicari (eodem adnotante) vsurpat pro simpliciter incipere. Similiter dixit supra lib. de Patientia*: malitiam ab impatientia auspicatam. *Accipitur autem propriè reuelari, pro detegi, tum hic, tum cap. 4. vbi legitur*: Sufanna in iudicio reuelata.

12. speculatoriam morosissimam.] Caligam *militarem recte interpretatur Rhenanus. Hinc &* militia caligata *apud Auctorem, lib. de Idolol. c. 19. num. 147. Alludit autem ad diuinum vsionem, quæ Moysi apparuit.*

13. spe calceatus, de Euangelij paratura, &c.] *Paraphrastice expressit quod est ad Ephes. 6.* calceati *pedes in præparationem* Euangelij *istem*: succinctus acutiore vetbo Dei, *pro illo*: succincti *in veritate gladio spiritus, quod est* verbum Dei. *&*: torus de Apostolo armatus, *alludens ad illud: Accipite totam armaturam Dei, saltem quemadmodum legit B. Cyprian. ad verbum ex Græco* παυοπλιαν, *sicuti etiam adnotauimus ad illum epist. 56. num. 30. Similiter etiam dixit lib. de Fuga in persecut. T. 3.* tam plenè ab Apostolo armatus.

14. Martyrij candida.] *Hinc alludere videntur BB. Ambros. & Augustin. in illo Cantico: Te Deum laudamus: te* Martyrum candidatus *laudat exercitus. B. Cyprian. alicubi Martyribus purpureum, Virginibus* candidam *coronam adscribere manuit.*

15. inter tot fratres commilitones.] *Ergo (vt recte adnotauit Rhen.) & Christians militabant. Hoc non mirum; nam ex militibus multi conuertebantur ad Christum, ceu de Duo Martino legimus. Qui locus diligenter notandus contra eos, qui ex cap. 11. infra perperam colligunt nullam militiam Christianis licitam, atque adeo contra Erasmi librum de Bello.*

16. vt etiam Martyria recusare, &c.] *Pertinet hoc ad errorem Tertull. de quo latius I. de Fuga in persecut.*

17. Mustiant denique, &c.] Mustitant (*inquit idem*) *id est, seculè conqueruntur. Sic Hieronym. ad Rusticum: Euphitis Latine mustitas, & testudineo gradu moueris potius quam incedis. Et ad Hedibiam: Et taciti me inre reprehendunt, quod audeam ad scripti genetis sui quippiam mustitare. Periclitari autem, id est in periculum vocari, tanquam ea bona ac longa pace non sint vsuri diutius.*

18. in pace leones, in prælio cetuos.] *Sapiunt hæc prouerbialem formulam, de quibus latius inter nostra Prolegomena.*

19. de quæstionibus confessionum.] *Loquitur (inquit idem) de confessionibus nominis Christiani. Sic adm. Præxeam*: Nisi spiritus Dei sit in nobis, qui & loquitur de nobis, quæ sunt confessionis. *Legimus autem cum Paternianensi, Hirsaugiensi, & 3. Vatic. MS. cod. iterum*: At nunc quatenus illud opponunt, *pro eo quod ex Gothi ensi restituerat Rhenanus*: At nunc quia maximè, *eo magis quod sequatur.*

20. ipsius vel maximè exempio.] *Subaudi (inquit idem)* Militis, *qui maluit exauctorari & supplicio addici, quam coronam in capite gestare. Sensus istorum verborum est & ordo. Vt & Christiani laureati, id est quos laureamus capite ferre non pudet, & quibus in solatium quæstio ista est, qui in defensione delicti contendunt, reuincantur, ipsius vel maximè exempio, hoc est ipsius militis de quo nunc loquimur.*

Cap. II.

21. Neminem dico fidelium coronam capite nosse, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quòd coronam capite nosse contra obseruationem Christianam, atque adeò delictum sit. *Aqui de* Catechumenis *infrà Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæres. de* Confessoribus *&* Martyribus *supra, lib. ad Martyras num. 1.*

22. quod committitur in obseruationem.] *Accipitur hic* committi *pro deliquere, eadem significatione, qua Iureconsulti in commissum cadere dicunt: quo pertinet etiam titulus, De publicis vectigalibus & commissis. De alia significatione etiam Auctori vsitata, vide supra lib. ad Martyras num. 11.*

23. satis auctoratam.] *Etiam hic alia significatione (quam eodem lib. ad Mart. nu. 60.)* auctoratam *vocat auctoritate præditam & confirmatam siue authenticam.*

24. nec in destructionem eius, sed in ædificationem.] *Alludit ad illud Apostoli 2. Cor. 13. in ædificationem, non in* destructionem.

25. & laudo fidem quæ antè credit obseruandum esse quàm didicit.] *Reficere videtur ad illud Isai. 7. iuxta 70. Nisi crediderit is, non intelliget is, quemadmodum non semel cutatur à B. Cyprian. Locus insignis contra eos qui fidem sensu aut scientiæ metiri volunt.*

26. Et facile est statim exigere: vbi scriptum est, &c.] *Locus alter adnotandus contra eos, qui nihil hodie volunt recipere, nisi quod scriptum est: contra quos pulcherrime scribit Vincentius Lirinensis, lib. de Prophan. hæres. nouitate. Verùm eodem etiam pertinet integrum sequens caput.*

Cap. III.

27. Et quamdiu, &c.] *Inscriptionem capiti huic fecimus*: Quòd debeat recipi Traditio etiam non scripta. *In quo imitantur Auctorem non solum BB. Basilium & Hieronymus locis infrà citatis, & Origenes homil. in Numeros, sed vel ipse etiam B. Cyprianus, quamtumuis alij pro se illum citent in con-*

trarium, vti de iuxtà in Epist. eius 74. ad Pompeium, num. 7. Quo loco etiam videre est confermem Veterum tam antè quàm post Tertullianum, de Traditionibus non scriptis *consuetudinem, quorum quosdam locos ad institutum nostrum propius accedentes infrà quoque citabimus. Vnde patet non aliud esse quàm calumniam, quia Magdenburgenses volunt hanc suam de Traditionibus non scriptis sententiam hausisse Tertullianum ex Montano, quum econtrario (teste Euseb. hist. Eccles. lib. 5. cap. 16.) primus Montanus legatur noua quædam ingessisse* Traditioni *contraria, maximè quum etiam lib. de Præscript. adu. hæres. Auctor* Traditionum *præscriptione vtatur: idque ante omnem hæresim, ad quam postquàm cœpit declinare, ipse etiam sicuti Montanus, consuetudinei antiquus minoris cœpit æstimare, vti patet lib. seq. cap. 1. num. 2. & 3. Qui adeò manifesti erroris conuincuntur infrà, quum de singulis exemplis demonstrabimus, etiam ante Tertullianum & Montanum visitatas fuisse, quas hoc capite recenset, ceremonias Ecclesiasticas. Certè de* Traditionibus *in genere apertiores sunt loci apud B. Irenæum lib. 3. cap. 1. 2. 3. & 4. qui Montanum præcesserit; in quem pulcherrimè etiam & exactissimè commentatus est noster Feu-ardentius, quo, vt pluribus non sit opus, Lectorem remittimus.*

28. per hanc lincam ſerram reciprocabimus.] *Quia hoc habet Prouerbij ſpecimen, latiùs de eo inter noſtra Prolegomena.*

29. quæ præueniendo ſtatum fecit?] *Simili phraſi dixit l. 4. adu. Marc.* ſtatum ſcripti & voluntatis. *Sed & Quintil. vſurpatur* ſtatum facere, *l. 3. c. 6.*

30. Denique vt à Baptiſmate ingrediar, &c.] *Multa hîc pulerè Rhenanus de* Baptiſmatis *ceremoniis. Verùm ad Librum de Baptiſmo differimus; Magdenburgenſibus verò, qui omnes has ceremonias hîc enarratas Montanicas calumniantur, hoc vnum reſpondemus, dictum Librum conſcriptum fuiſſe à Tertulliano ante omnem hæreſim, quemadmodum ibi in Argumento latius; atque adeò quum eodem illic aut aliis certè libris eodem tempore conſcripti recenſeantur ab Auctore planè omnino, non à Montano, ſed à primitiua Eccleſia profectas. Perinde eſt autem ſiue legas:* per totam hebdomadam *cum exc. ſiue* hebdomadem *cum 3. Vat. MS. cod.*

31. Euchariſtiæ Sacramentum.] *De* Euchariſtia, *quòd* Sacramentum *ſit, etſi nemo eſt qui dubitet, oſtendemus infrà To. ſequ. ad lib. 4. adu. Marc. ex definitione* Sacramenti, *quemadmodum ab Eccleſia peculiariter accipitur. Deinde huius* Sacramenti, *quatenus* Euchariſtia *eſt, ceremonias (quas plerasque hîc recenſet Rhenanus) eo quòd proprie magiè eo pertinent, ſuprà recenſuimus, & ex Tertulliani aliis locis comprobauimus libr. de Oratione num. 1. ordine quidem alio, ſed magis congruenti.*

32. & in tempore victus, &c.] *Videtur ad locum hunc alludere B. Cyprianus Epiſt. 63. ad Cæcilium ſub finẽ, hu verbu: At enim, inquit, non mane (quod hic dixit antelucanis cœtibus) ſed poſt cœnam (id enim eſſe videtur: in victus tempore) mixtum calicem obtulit Dominus. Numquid ergo Dominicum poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic mixtum calicem frequentandis Dominicis offeramus? Cui reſpondet: Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, &c. Nos autem reſurrectionem Domini manè celebramus. Idem itaque eſt, ac ſi dicat: Chriſtus præcepit in victus, id eſt cœnâ, tempore, Euchariſtia Sacramentum ſumi, & tamen nos eis tam antelucanis cœtibus ieiunis, & ante omnem cibum (vti loquitur lib. 2. ad Vxorem ſuprà) illud guſtamus. De quo vide plura in titio Adnot. noſtrarum in dictum lib. de Orat. & maximè in dictam epiſt. B. Cypr. num. 46.*

33. & omnibus mandatum à Domino, &c.] *Similiter hîc, ei quod dixit:* omnibus, *correſpondet quod ſubiungitur:* nec de aliorum manu quàm præſidentium; *ac ſi dicat: Etſi Chriſtus inſtituens hoc Sacramentum, dixerit* omnibus, *Accipite & manducate: tamen non niſi de manu præſidentium ſummus. Locus alter, quo comprobatur, de modo ſumendæ Euchariſtiæ nihil certi præſcriptum fuiſſe à Chriſto, iuxta illud B. Auguſt. epiſt. 129. ad Ianuar. Neque enim, inquit, præcepit Chriſtus, quo deinceps ordine ſumeretur hoc Sacramentum, vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi ille hoc monuiſſet (quod proprie ad id quod præcedit pertinet) vt poſt alios ſemper ſumeretur, credo quòd eum vnorem nemo variaſſet. Proinde etiam ibi* mandatum à Domino, *non debet Mandare, accipi pro præcipere, ſed proprie pro, agendum committere: qua ſignificatione dixit etiam Auctor initio lib. 3. adu. Marc.* quem numquam mandator deſignauit, *id eſt (vti interpretatur etiam Rhenanus) qui aliquid agendum committit.*

34. etiam antelucanis cœtibus.] *Plinij Secundi hæc de re epiſtolam ad Traianum, quam hic Rhenanus citat, reperire eſt apud ipſum quoque Tertullianum, ne hîc prolixiores ſimus, Apolog. cap. 2. Atque adeò non poteſt ſtudi ad nouam Montani inſtitutionem pertinere, quemadmodum calumniantur Magdenburgenſes, quum ab initio Eccleſiæ, immò ab Apoſtolis ipſis vſitata fuerint* antelucani cœtus, *quibus etiam communicabant fideles, vti modo dictum eſt.*

35. nec de aliorum manu quàm præſidentium.] *Ad eoſdem pertinet quod prius dixit, de Baptiſmo loquens:* ſub Antiſtitis manu; *& illud (vti rectè adnotauit Rhenanus) Apolog. cap. 39.* Præſidentes probati quique ſeniores. *Loquitur autem non ſolùm de Epiſcopo, ſed & Presbyteris & Diaconis Vxorbique, de quibus latiùs lib. de Præſcript. adu. hæreſ. Tom. ſequ. cap. 41. Atque etiam hanc Traditionem Apoſtolicam fuiſſe, non Montaniſticam, præterquàm quòd etiam agnoſcant Magdenburgenſes, confitentes (tum ex hoc loco, tum ex eo lib. de Caſt. Tertull.) quòd* Eccleſiæ auctoritas differentiam conſtituerit inter Ordinem & plebem *in adminiſtratione Sacramentorum. Certè (vt obiuemus Calmiſtis id negantibus) ante omnem ſuſpicionem hæreſeos, libr. de Præſcript. adu. hæreſ. iam dicto, hæreticis improperat Auctor:* Nam & laicis ſacerdotalia munera iniungunt. *Deinde ipſidem penè verbis (quem adeò hic imitatus Auctor videtur) B. Iuſtinus Martyr 2. Apolog. ad Antoninum Pium:* Præſidens verò, *inquit, poſtquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuerſus approbauit, quæ à nobis dicuntur & fiunt, quæ apud nos vocantur Diaconi atque Miniſtri, diſtribuunt vnicuique præſentium, vt participet cuique in quo gratia acta ſunt, panem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt. Porrò alimentum hoc apud nos vocatur Euchariſtia, quod nulli aly participare licitum eſt, quàm veram eſſe doctrinam credenti, & lauacro propter remiſſionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita vt Chriſtus tradidit viuenti. Eodem pertinet quòd punctum ſcribar. B. Cyprian. lib. de Lapſis, quendam: Qui maculatus (idololatria nempè) ſacrificio à ſacerdote celebrato, partem cum ceteris anſus eſt latenter accipere; ſanctum enim Domini edere et contrectare non potuit; cinerem ferre ſe apertis manibus inuenit. Qui ijs verbis ſignificant propterea inſtitutum ab Eccleſia, non de aliorum quàm Præſidentium manu ſumere, vt ne indignis adminiſtretur Euchariſtia, iuxta illud Apoſtoli (vbi iuxta B. Aug. morem communicandi huius Sacramenti præſcripſit) 1. Cor. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

36. Oblationes pro defunctis, &c.] *Simile eſt illud lib. de Monog. infrà Tom. 5.* Pro anima eius (nempè mariti) otet, & refrigerium interim apoſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium; & offerat annuis diebus dormitionis ejus. *Item lib. de Exhort. ad caſtit.* Etiam repete apud Deum, pro cuius ſpiritu poſtules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus, quot illa oratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per ſacerdotem (*quod adnotandum, vt conſtet Auctorẽ de* oblationibus, *quæ per* ſacerdotem Deo ſacrificantium, *etiam hic loqui*) de monogamia, ob priſtinum de virginitate ſanctum, circundatum virginibus & viuiuiris, & aſcender ſacrificium tuum libera fronte. *Vnde (vel reſtè etiam Rhen. Anniuerſariorum cum eleemoſynis erige, quæ apud nos perpetuo inſtituuntur. Sed reſpondent Magdenburgenſes, has oblationes pro defunctis originem habere à Montano. Quibus imprimis oppono conſuetudines ſeu obſeruationes Eccleſiaſticas hic præmiſſas, quas penè omnes pro legitimis agnoſ-*

agnoſcunt (vti ſuo loco latius) de Baptiſmate & de Sacramento Euchariſtiæ, & eas quæ ſubſequuntur de ieiunio vetito in die Dominico, ac à die Paſchæ in Pentecoſten; denique & de ſignaculo crucis qua frontem terimus. Quidni ergo etiam agnoſcant oblationes annuas pro defunctis, & pro Natalitijs? Verùm familiare eſt illis, quod de reliquis hæreticis profitetur Auctor lib. de Præſcript. adu. hæreſ. Tom. 2. ſequente. Iſta hæreſis non recipit quæſdam ſcripturas (addere licet ad inſtitutum & traditiones) & ſi quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit; & ſi recipit, non recipit integras. At (vti ibidem mox ſubiungit) vbi apparuerit veritas diſciplinæ & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas & ſcripturarum, & expoſitionum, & traditionum Chriſtianarum, &c. Ex quo recta conſequentia conſtabit, hanc eſſe Traditionem legitimam, ſi ab Apoſtolis ipſis profectam oſtenderimus. Hue pertinet imprimis quod diſcretur verbum Patres veteres adreſtantur, commemorationem defunctorum in ſacrificio, Apoſtolicam eſſe, quemadmodum videre eſt Leturgicon noſtrorum Lutnorum Tom. 1. pag. 77. 78. & 79. Eſt enim eiuſdem rationis, commemorationem defunctorum in Miſſa facere, & Oblationes pro defunctis facere. Quod? quòd etiam id Apoſtolum Petrum præceptiſſe locuples teſtis B. Clemens Papa 1. Epiſt. 1. Vt celebrentur exequiæ mortuorum hymnis, precibus, & Lectionibus ſacris. Deinde etiam Leiturgiam pro defunctis reperire eſt, tum apud eundem Clementem, Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 8. tum apud Dionyſium Areopagitam ſub finem lib. de Hierarch. Eccleſ. Quam adeò latè contra Magdenburgenſes vindicat Franciſcus Turrianus lib. 5. Defenſionum pro Canonibus Apoſtolorum & Epiſtolis primorum Pontificum, & Commentarijs ſuis in dictas Conſtitutiones Apoſtolicas, vt pluribus non ſit opus. Duot duntaxat locos rariores ex illo, (à Garetio non viſos in libro ſuo quem ſcripſit: Mortues iuuari viuorum precibus) Lectori hic indicabimus. Alter eſt Euſebij Alexandrini hom. 6is τὴν ἀναλογίαν. Memente (inquit) in oblatione (Græcè μεμνησθαι δὲ) etiam eorum qui iam de vita deceſſerunt, μεμνησθαι τῶν ἐκ τοῦ βίου μεταστάντων; hoc ſi fecerit, magnam eis requiem prabes. Alter Ephrem Syri, in Sermone de ſua morte, vbi ex illa Iudæorum conſuetudine, de qua Apoſtolus 1. Cor. 15. Vt quid bapti ſantur pro mortuis; inſert, multo magis poſſe ſacerdotes nouæ Teſtamenti ὑπὲρ τῶν ἀναπαυομένων, id eſt oblationibus & precibus, debitum mortuorum diſſoluere. His adde B. Cyprani locum epiſt. 66. qui tam ſuo quàm Concilij Carthaginenſis nomine, ſcribens ad Epiſcopos Antecoſſores, referet ſtatutum, vt ſiquis frater clericum tutorem nominaſſet, non offertetur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur. Vbi vide Adnotat. noſtras num. 13. Iam verò defunctorum Annuerſarijs, pro quo dicit Auctor oblationes defunctorum annua die fieri, videre eſt B. Ambroſium de obitu fratris, Orat. 2. vbi etiam de depoſitionis defunctis, tertio, trigeſimo, & quadrageſimo, Orat. de obitu Theodoſij.

37. pro Natalitijs annua die.] Hallucinari hic grauiter Rhenanum, quòd locum hunc intelligit de Natalitijs ciuiuſque, more ethnicorum, qui natalem diem, qua quis natus erat, genialiletitia celebrabant. quin potius intelligendum de Natalitijs Martyrum (quæ ipſa partim hic, partim ſuprà lib. ad Marc. nu. 22. o. agnoſcit) lætiſſimè deduximus in epiſt. B. Cypriani 34. num. 13. ad illud: quoties martyrum paſſiones & dies anniuerſaria commemoratione celebramus. Quum autem à nobis loco citato de Feſtis Natalitijs martyrum multo antiquiores Tertullianus, Smyrnenſis in paſſ. B. Polycarpi, & dictus Clemens Papa 1. certò conſtet (Vt mittam Martyrologorum ad eam rem per eundem Clementem inſtitutorum, quæ Faſtos Eccleſiæ infrà vocat Auctor cap. 13.) non à Montano primum ortas oblationes in Natalitijs, quemadmodum calumniantur Magdenburgenſes. Quibus hic licet addere teſtimonium citatum in noſtris Leiturgicis pag. 476. B. Hieron. lib. 2. in epiſt. ad Galat. cap. 4. ſuper, Dies obſeruatis, vbi pulchrè eam locum explicat aduerſus noſtri ſeculi Ariſtarchos, qui approbat etiam conuentum ad ſacrificia Feſtis diebus Martyrum. Omitto Origenem de celebrando Natali 55. Innocentium, & Præſationes & Collectas in Feſtis complurium Sanctorum Martyrum eorumdem, quas reperire eſt vbi ſuprà, in Miſſa Ambroſiana: item BB. Auguſtin. & eiuſdem ac Chryſoſtomi, Ephrem, Athanaſij, aliorumque Veterum Homelias, Tractatus & Sermones, qui paſſim extant in Sanctorum Natalitijs. Addam duntaxat dicti Euſebij Alexandrini dictum teſtimonium ex homil. eius de Sanctis colendis, eiusdem ab eodem Turriano, vbi ideos argumentum tractat ſupradicti operis lib. 5. cap. 17. Ob hanc igitur cauſſam præcepit nobis memorias Sanctorum, Græcè ἁγίων μνήμας, vt accepiis hymnis, & auditis laudibus, benignum Deum exorent, vt preces noſtras caducas admittant.

38. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, &c.] Integrum hunc locum Tertulliani B. Hieronym. adu. Luciferianos (vti etiam ante me adnotauit Rhenanus) videtur emulatus, his quidem verbis: Nam & multa alia, quæ per traditionem, inquit, in Eccleſijs obſeruantur, auctoritatem ſibi ſcripti eloqui vſurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egreſſos, lactis & mellis præguſtare concordiam, ad infantiæ ſignificationem; die Dominico, & per omnem Pentecoſten, nec de geniculis adorare, & ieiunium ſoluere, multæque alia quæ ſcripta non ſunt, rationabilis ſibi obſeruatio vindicauit. Item quod ad ieiunium adtinet, idem lib. ad adu. Montanum: Non quis, inquit, & per totum annum, excepta Pentecoſte (id eſt, vti Auctor: à die Paſchæ in Pentecoſten) ieiunare non liceat. Qui & dicta Traditionis rationem reddit Prolog. Comment. in Epiſt. ad Epheſios: Pentecoſten, inquit, tempus lætitiæ atque victoriæ, quo nec genua flectitur, nec curuamur, ſed cum Domino ad cœlorum alta ſuſtollimur. Cui non abſimiliter B. Auguſt. epiſt. 119. ad Ianuar. c. 15. Propter hoc, inquit, ieiunia relaxamus, & ſtantes oramus, quòd eſt ſignum reſurrectionis. Vnde etiam omnibus diebus Dominicis ad altare id obſeruatur. & cap. 17. Vt autem ſtantes in illis diebus & omnibus Dominicis oremus, vtrum vbique ſeruetur, ignoro; tamen quod in eo ſequatur Eccleſia, dixi, vt potui, & arbitror eſſe manifeſtum. Et latius paulo B. Maximus Taurinenſis Epiſcopus, hom. 1. de Pentecoſte, ac Iſidorus lib. 1. Offic. Eccleſ. c. 33. denique Hrabanus noſter lib. 2. de Inſtit. Clericor. 42. Quid? quod & Nicæni Concilij can. 20. idipſum iam ante hos tres Patres conſtitutum eſt, quòd hanc Traditionem non mandaſſet obſeruari, ſi à Montano profecta eſſet. Cuius certe contrarium probatur de genuflexione ex B. Iuſtino Martyre, Reſponſ. ad Orthod. c. 115. & de ieiunio, ex c. 94. Can. Apoſtol. Porrò de die Dominico vide Adnot. noſtras in Tertull. Apolog. c. 16. n. 246. & in epiſt. B. Cyprian. 33. n. 7. De eodem, & Pentecoſte, id eſt tempore à die Paſchæ in Pentecoſten, lib. de Idolol. ſuprà cap. 14. num. 109. & 110. E quibus quum conſtet & Dominicum diem, & Paſcha, & Pentecoſten, ab Apoſtolis inſtituta, non poſſunt non & hos dies Feſtos adprobare, non Magdenburgenſes modò, ſed & Caluini aſſecla, & Ariſtarchi ſuum temporis omnes. De Paſcha: denique ſolemnibus ſuprà latius l. 2. ad Vxorem.

39. Calicis aut panis etiam noſtri.] Quod addit: etiam noſtri, facit ad diſtinctionem Euchariſtiæ Sacramenti, in quo non panis & calix communes prepenuntur, ſed ipſum corpus & ſanguis Chriſti, qua in terram decuti nefas eſſet. Locus adeò facienda ad veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, de qua latiùs ſuprà li. de Orat. cap. 6. nu. 23. & infrà lib. 4. adu. Marc.

40. Ad omnem progreſſum, &c. frontem crucis ſignaculo terimus.] Locus maximè inſignis de vſu ſignaculi crucis apud Chriſtianos antiquiſſimo, quem adeò omittere maluerunt Magdenburgenſes quàm recenſere, dumtaxat negantes ea ætate in Baptiſmo adhibitum fuiſſe ſignum crucis. Verùm non ſolum Patres poſteriores, ſed etiam ante Tertullianum B. Iuſtinum Martyrem id agnouiſſe oſtendimus Adnotat. noſtris in B. Cyprian. epiſt. 56. num. 31. Eſſi enim vbi de Baptiſmo agit, expreſſè non meminerit, certè eadem Apologia dicit nihil ſine hac figura crucis adminiſtrari. Cui adde B. Dionyſium Areopagitam lib. de Eccleſ. Hierarch. qui crucis ſignaculi vſum in Baptiſmo, & confecratione Chriſmatis, toties nominatim recenſet. BB. Ignatij quoque & Martialis teſtimonia, etiam Origenis apud Euſeb. li. 6. c. 43. quæ breuitatis gratia omitto; quare calumniantur,

dum ad Montani ceremonias id referunt. Certè morem, quo crucis signaculo frontem terimus ad omnem progressum, ad omnem promotum (*vbi* promotus, *sicuti ex* calceatus, *nec ea quartam inflexionem præcalcearine capi adnotauit Rhenanus*) ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad sedilia, ad cubilia, quacumque nos conuersatio exercet: *Magdeburgenses quum ipsi vtantur cum ceteris Lutheranis, non dissentiunt antiquissimum. Eundem interim (contra Caluinistas) etiam omnibus Veteribus vsitatum fuisse comprobauimus ex aliis in B. Cyprian. Adnotac. nostris in epist. 63. num. 39. & lib. 3. Test. ad Quirin. c. 22. n. 105. Quibus si addidero alios locos Tertulliani, finem faciem. Est alter supra lib. aduers. Iud. Tom. 1. cap. 11. vbi postquam de signo Tau adtulit scripturam Ezech. 9. addit:* Huius autem signi sacramentum variis modis prædicatū est. *Quod ipsum explicat lib. 3. adu. Marc.* Ipsa est enim littera Tau, nostra autem T. (species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicā Ierusalem. *Denique adhuc apertius l. 2. ad Vxorem:* Latebis ne (*inquit*) tu, cùm lectulum, cùm corpusculum tuum signas?

Cap. 1111.

41. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules, &c.] *Quum caput hoc eiusdem sit argumenti cum præcedenti, titulo nouo non est opus. Atqui contra calumnias Magdeburgensium hæc Traditiones ei a Montano, originem sumpsisse calumniantium, vel ipse locus imprimis facit, quod addat Auctor:* Traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. *Si enim noua essent Montani institutiones, iam in consuetudinem non abiissent, & proinde nec Traditiones dicerentur. Nam, vt loquitur c. præced.* consuetudo sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum priùs non est? *Legunt autem MS. 3. Vatic. &* fidei confirmatrix, *pro:* fides, *sed non placet; nam tria membra fecisse Auctorem patet ex eo, quòd mox tria illa si semutuò distinguas, eiim subdat:* traditioni, consuetudini, fidei. Porrò (*inquit Rhenanus*) *in Volumine Decretorum, quòd Burchardus Formationis Episcopus ante Gratianum congesserit, reperi sic caput quo addam sub Basilij nomine (nempe libro de Spiritu sancto) cum hoc Tertulliani loco consentiens. Id est quinti libri, quis de Nouersalis Ecclesiæ inscribitur C C X X I I I. Sic autem habet:* Ecclesiasticarum (*inquit*) *institutionum quasdam scripturæ, quasdam verò Apostolica auctoritate Traditiones, per successiones, in ministerio confirmatas accepimus. Quibus par vtrumque, & idem veri sque pietatis affectus quin sit, quotus quisque vel aliquantum sacrarum expertus scripturarum hæsitauerit? Si enim adtentauerit consuetudines Ecclesiæ, non scripturas (opinor legendum, non scriptas) à Patribus traditas nihil æstimare, quantum religio detrimenti lætura sit, disputationibus liquidò constabit. Quæ enim, vt iam inde ordiamur, scripturæ salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insignire? Quæ multis fariam dicesta super panem & calicem prolixæ orationis & consecrationis verba commendauit? Nam non modo quod in Euangelio continetur, vel Apostolo, in Secretis dicimus sed & alia complura adiyimus, magnam quasi vim consummandæ accommodantia mysterijs. Quæ* Orientem versus *nos* orare *litterarum forma præstituit?* Benedicimus fontem Baptismatis, oleum vnctionis. *Hinc accedit quòd* ter immergimus quos baptizamus, oleo vngimus, verbis abrenunciare Satanæ & angelis eius informamur. *Unde & hæc & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacita ac mystica traditione à Patribus Ecclesiastico more, reuerentiri delegentia, sunt in mysterijs obseruaca silentio, quam publicaca scripta? Hactenus ille.* Porro non me fugit, idem caput à Gratiano repetitum esse distinct. 11. Verum quia mendosissimè legitur in vulgacu Decretorum codice, indubiè studio deprauatum ac mutatum, volui sinceram lectionem hic proponere. Itaque per Christum te rogo, Lector, vt cum excusis libris conferas. Videbis quàm corruptemulta apud Gratianum legantur. Quasi enim parum fuisset præter innumeras clausulas vitiatas, pro adtentauerit scribere, adtenderimus: pro multi fariam, trifariam, pro accommodantia, commendantia; *ausim est tandem depranator, quicunque ille fuit, quod erat: Hæc accedit quod* ter immergimus quos baptizamus, oleo vngimus, *sic immutare: Hæc accedit quòd ter oleo inungimus quos baptizamus: propterea quod pro trina illa Veterum mersione, cuius Tertullianus quoque meminit, Ecclesia simplam induxerit: & rectè quidem, ne videamur apud nos, quitertio iterugnt, hæreticorum probare assertionem, dum sequimur morem, quemadmodum ad Leandrum Episcopum scribit Gregorius Pontifex. Adtende quantum sibi quidam permittant in inuertendis Veterum scriptis, cùm tamen vnusquisque liber non alterè sit legendus, quàm ab ipso Auctore est suo seculo proditus. Quin verò non rideas Gratiani glossematarium, deprauatas hoc loco dictiones & sententias insulsè exponentem? Hæc Rhenanus, haud immeritò de corruptissima Gratiani Decreto: quare summoperè desideratur ab omnibus nouæ, quam adornare iussit Sanctiss. Dn. noster Gregorius Papa xiij. emendem recognitio. Porrò addit ibidem Rhenanus: De ceremonijs & Ecclesiasticis quibusdam ordinationibus post primordia nascentis Christianismi institutis absque scriptura hauddubiè, meminit & Hrabanus Maurus in Epistola quadam ad Regenbaldum, quemadmodum citat idem Baluzius sextolibro, qui est de Sacramentis, in hæc verba: Igitur, vt B. Ambrosius testatur, postquàm omnibus locis Ecclesiæ sunt constituta, & officia ordinata, est aliter compositæ res quàm cæperat. Primùm cum nomines docebant, & omnes baptizabant, quibuscunque diebus & temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quæsuit aut diem qua Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit. Neque Paulus & Silas tempus distulerunt, quo cuilodem carcere baptizarent cum omnibus suis. Neque Petrus clericos habuit, aut diem quæsuit, quando Cornelium cum omni domo sua baptizauit. Necipse, sed iussit fratribus, qui cum illo erant apud Cornelium in Ioppe. Adhuc enim præcer septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergo creseret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & Euangelizare, & baptizare, & scripturas in Ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, connexuscia constituta sunt, & reliqua, & cetera officia in Ecclesia sunt ordinata, vt nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, quod fieret non sibi creditum vel concessum. Et capit alio ordine & prouidentia gubernari Ecclesia, in qua si omnes eadem possent, straginale esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hinc est ergo vnde nunc neque Diaconi in populo prædicant, neque ceteri vel laici baptizant, neque quicunque die credentes tinguntur nisi agri. Ideo non per omnia consonunt scripta Apostoli, ordinationique nunc in Ecclesia est: quia hæc inter initia sunt scripta. Nam & Timotheum Apostolum à se creatum, Episcopum vocat, qua præmis: Presbyteri Episcopi apellabantur, vt recedente eo sequentes succederent. Denique apud Aegyptum Presbyteri confignant, si præsens non sit Episcopus. Sed qua cæperunt sequentes Presbyteri indigni inuenti ad primatus tenendos, immutata est ratio, præsciente consilio, vt non ordo, sed merstum crearet Episcopum, multerumque sacerdotum indicio constituatur, ne indignus temerè vsurpatet & esset multis scandalum. Hæc Hrabanus noster.*

42. Apud Iudæos tam sollemne est, &c.] *De Velandis fœminis omnibus cuiuscunque generis, ordinis, conditionis, dignitatis, etatis, ex Apostolo, exstat integer liber Auctoris, quem suspicior hoc posteriorem, eo quòd hic subdat:* Quæro legem, Apostolum dissertò. *nam illic id potissimùm probat auctoritate Apostoli Pauli 1. Corin. 11. Vbi etiam adfert* Rebeccæ *exemplum c. 11. Legimus autem ex 3. MS.* Nec antequam cognouerint sponsos, *pro:* cognouerunt.

43. Si & Susanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præstat.] *Paraphrasticos explicat quod legitur Danielis 13. Ac iniquitas inuenit discooperiri eam; erat enim cooperta. Atqui vel hinc comprobatur auctoritas huius historiæ de Susanna, quamquam Græce dumtaxat legatur. Sed & B. Cyprianus citata est epist. 40. ac lib. de Bono pudicit. item ab Origene lib. de singularitate Clericorum, qui & librum integrum de eius auctoritate contra Africanum scripsit. Ab aliis quoque Veteribus, quemadmodum adnotauimus ad librum eiusdem de Orat. Domin. n. 59. Quibus adde, quòd à Theodotione Ephesio Græce ea descripta sit ex exemplari Græco, quod forte asus ad manum non esset Hebræum, atque*

atque adeò etiamnum in exemplaribus Græcis primo loco collocetur, eo quòd Daniele adhuc puero contigerit: quemordinem etiam non minùs esse patet ex Synopsi Scripturæ trium B. Athanasij, ubi istum Prophetæ Danielis ab hac historia recenset: ὃ δὲ αὖθ ὁ ἐν τῷ Βαβυλῶνι, quemadmodum antè me quoque admonuit erudissimus Sixtus Senensis, Biblioth. sanct. l. 1. Qui etiam lib. 8. hæres. 6. latiss. omnia in contrarium argumenta dissolvit, quam adscribit Anabaptistæ, de Manichæorum sordibus hausta; & inter ceteros etiam B. Ignatium citat epist. ad Magnesianos, Memineruntque Theraeum eandem historiæ B. Irenæus lib. 4. cap. 44. Dionys. Areopag. cap. 7. de Divin. nom. & aly post. B. Hieronym. Patres omnes.

44. in stadio mariti.] *Similiter lib. ad Martyr. c. 2.* stadia opaca aut porticus, *dixit. Accipit autem (admonente Rhenano)* stadij. *nomine, hypæthram, hoc est subdiu istem ambulationem, quã & xystum nuncupat Varronius, quemadmodum ibi latiùs diximus Admotat. noſtræ num. 28. Græcè est apud Danielem* παράδεισος, *quod Latinus Vulgatus interpres Pomarium vertit, & aly Hortum. Xenephontis quoque Viridarium significat.*

45. posſe etiam non ſcriptam traditionem.] *Cum Tertullianus (inquit Rhenanus) morè factum eaque D. Hieron, ad Lucinium scribit, qui quæſierat de Sabbato, utrum ieiunandum eſſet: & de Eucharistia, an accipienda quotidie. Nec verò ſolum Tertullianæ conſentiunt, verùm etiam ad ſedandas horum temporum tumultus omnibus id conducunt. Sic autem eius verba habent: Sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant, ita obſeruandas, vt à maioribus tradita ſunt: Nec aliorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti. Atque vtinam omnis tempore ieiunare poſſimus, quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus; nec tractamen Manichæa hæreſeos accuſandi ſunt, cum carnalis cibus præferri non debuerit ſpiritualis, Eucharistiam quoque abſque condemnatione noſtri, & pungente conſcientia, ſemper accipere, & Pſalmiſtam audire docentem: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus; & cum eo canere: Eructauit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quòd Dominicis diebus ieiunandum putem, & contextas ſexaginta diebus ferias auferam, ſed vnaquæque prouincia abundet in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum leges Apoſtolicas arbitretur.*

46. Conſuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege ſuſcipitur, cùm deficit Lex, &c.] *Locum hunc tranſcripſit integrum B. Iſidorus (quemadmodum primus nobis indicauit Latinus) Etym. lib. 5. c. 3. & ex illo Gratianus Decret. diſt. 1. c.* Conſuetudo, *præterquam quòd legant:* dumtaxat quod religioni congruat, quod diſciplinæ conueniat, *pro eo quod nos:* quod Deo congruat, quod diſciplinæ conducat. *Exſtant vero etiam in iure ciuili leges de* Conſuetudinibus.

47. An non puras omni fideli licere, &c.] *Verba hæc omiſſa ſunt à B. Iſidoro, aut quòd ad inſtitutum conſuetudinis non facerent, aut quòd etiam ipſe indicaret ſauè locum hunc intelligendum, quum aliquot libi contrariari videretur Auctor: neque enim etiam de iure ciuili particulari perſonæ licet aliquid nouum concipere & ſtatuere, quod poſtea pro conſuetudine habeatur. Aut certè inter errores eius reponendum, de quibus inter noſtra Prolegomena.*

48. Siquid ignoratis, Deus vobis reuelabit.] *Nouum eſt lectio:* Siquid ignoratis, *& differens etiam ab eo quod Græcè eſt:* εἰ τι ἑτέρως φρονεῖτε, *quod rectè vertitur à noſtro interprete:* ſi quid aliter ſapitis. *At rectè legit:* reuelabit, *cum codicibus Apoſtolis emendatoribus, pro eo quod vulgati:* reuelauit. *nam Græcè eſt:* ἀποκαλύψει.

49. ſed & ipſe ſpiritum Dei habens deductorem omnis veritatis.] *Etiam hinc colligere eſt, ſcriptum hunc librum ante illum de Veland. virginib. nam ibi in ſole Montano agnoſcit completum illud Ioan. 16. Quum venerit ille ſpiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem: hic verò in Apoſtolo Paulo eundem ſpiritum Dei agnoſcit. Ita miſer paulatim ex vno errore in alium, ac demum in hæreſin lapſus eſt, de quo latiùs in vita Auctoris. Placet autem quòd Rhenanus cenſuit legendum:* conſilium & edictum eius, *eò quod præceſſerit:* & quædam ediçere.

CAP. V.

50. Sed cur maior exigitur, &c.] *Caput hoc inſerciſſimus:* Quòd natura ipſa præſcribat coronam ex floribus, capiti non conuenire.

51. qui figurauit hominem.] *Quod his:* figurauit, *Vertiſſ. lib. de Reſurr. carnis:* ſinxit, *& lib. 1. adu. Marc.* fecit. *B. autem Cypr. Epiſt. 74. ad Pompeium:* plaſmauit. *noſter inter pres Gen. 1.* creauit, *Gen. 2.* formauit. *Latinus denique 70. interpres, modo:* fecit, *modo:* formauit. *Græcè priori loco eſt:* ἔπλασεν, *poſteriori:* ἔπλασεν.

52. Auditum in auribus ſodit, &c.] *Pulcra eſt circumſcriptio ex ipſis organis membrorum quinque ſenſuum hominis.*

53. ſubſtantia enim proprià, certè præcipua coronarum, flores.] *Facit ad loci huius intellectum quod ſupra n. 1. de coronis, ſeu ſertis è floribus, ex Plinio allegauimus.*

54. & inſerti & innexi, & in filo, & in ſcirpo.] *Duogenera ſertorum ſignificat, quorum altero flores ſcirpo inſerti, altero filo erant* innexi.

55. Coronam ſi fortè faſcem exiſtimas florum per ſeriem comprehenſorum.] *Hinc confirmatur mea in Plinium ibidem caſtigatio; qua cenſus ſupra legendum:* Cùm verò fierent è floribus ſerta, à ſerendo, ſertiſeæ appellabantur, *pro eo quod corrupt. legebatur:* ſertuiæ. *maximè quod Varro de ling. Latin. l. 5.* ſerta à ſerie *deriuet: præſertim quum fateatur Turnebus legis in Vsetis & fugacibus libris:* ſertiue, *pro quo ipſe put at legendum:* ſatiuæ. *ſed illud puto magis germanum. Atque illud:* ſi tanta innocentia eſt, *rectè interpretatur Rhenan. ſi flores tam ſint innoxij & ſalubres.*

CAP. VI.

56. Quæres igitur Dei legem, habens, &c.] *Inſcribimus hoc caput:* Quòd natura legis Dei auctoritatem obtineat. *Cui ſimile eſt illud l. 5. adu. Marc. Tom. ſequ.* ipſa natura quæ legis eſt inſtar ignorantibus legem. *vbi explicat eandem ſcripturam Apoſtoli Rom. 2.* Natura faciunt quæ ſunt legis, *pro quo noſter interpres:* naturaliter.

57. Sed & in priore Epiſtolæ.] *Sic lego ex M. S. cod. t. Vat. Et verò neceſſariò ita legendum, vt ſubintelligatur:* parte, *ſeu capite:* quum præmiſerit: ad Romanos, *vna verò dumtaxat ſit* Apoſtoli ad Romanos Epiſtola. *Addit interim ibi Auctor:* conditionis, *quod non eſt apud Apoſtolum.*

58. Deum appellantes Deorum.] *De naturali hac Dei cognitione latiùs ſupra T. 1. lib. de Teſt. Animæ, c. 2. præſertim de talibus vobis etiam Ethnicorum,* Deus bone, Deus iudicabit, *quibus & bonum & iudicem Deum confitentur. De appellatione item,* Deum Deorum *inſrà T. ſequ. 1. adu. Marc.*

59. conditioni.] Conditio *& paulo antè, & mox ibi,* vniuerſam conditionem, *item paulo poſt:* infamata conditio eſt, *rectè adnotauit Rhenan. accipi pro rebus creatis ſeu creatione; nam etiam alibi id Auctori frequens eſt. Sic lib. de Reſurr. carn.* homini addicta conditione; *& iterum:* ipſam conditionem colentes aduerſus conditorem. *Atqui legunt quidem 2. MS. Vatic. cod.* certis vſibus hominum mancipatam. *ſed placet magis Tertullianica phraſis:* homini mancipatam.

60. ſuccidiſſe.] *Id vſurpat (inquit Rhenan.) vt in aliis libris ſæpenumerò, pro:* ſuccubuiſſe, *vel:* ſubiectum eſſe, *vti tranſtulit noſter interpres Rom. 8. Legimus autem paulo poſt iterum ex 3. MS. Vatic. cod. Paterniacenſi, ac Hirſaugienſi:* qui natura quidem, Dei omnia ſentiunt. *nam:* Dei, *ſuſtuleras Rhenanus.*

61. Sed & huic materiæ, &c.] *Alludit haudquaquam dubie ad librum* Spectaculorum, *non modò Latinè, ſed & Græcè ſtylo à ſe ſcriptum.*

CAP. VII.

62. Proinde coronarij iſti agnoſcant, &c.] *Titulum huic capiti damus:* Quòd vel ex origine Idololatrica, reliquarum coronarum eas interdictas conſtet.

63. Laurea militaris.] *Ita circumscribit ad distinctionem alterius* laurearum *coronarum, de quibus infrà cap.12.*

64. Si fuerit aliqua Pandora, &c.] Πανδώρα, *ab omnibus (inquit Rhenan.) omnium Deorum dotis nomen habet; ad quod alludit hic Tertullianus, cui hoc peculiare est, quod à Chatitibus caput eius coronatum dicit. Atqui:* primam fœminarum *non modo* Hesiodus memorat, *qui libro quo inscribitur: Opera & dies, latè eius rerum describit, sed etiam Pausanias in Atticis. Vide Palæphatum lib. Incredibilium. Similiter autem inter ea quæ multa confricta sunt, Pandoram Hesiodi, recensens Auctor infrà Tom. sequente. l. adu. Valent. imitatus Irenæum. l.2. cap.39.*

65. Nobis verò Moyses Prophecticus, non Poëticus pastor.] Mosen pastorem *fuisse (inquit Rhenan.) indicant Exodi verba c.4. Moyses autem pascebat oues Ietro soceri sui sacerdotis Madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Oreb. Porrò per* Poëticum pastorem *intelligit* Hesiodum, *qui ad Heliconem paternarum ouium custodem ascen; ibum Musas conspexisse, & ab eis ad Hippocrenen, id est Cabalinum fontem deductus fuisse, statim excellentissimus* Poëta *factus est. Vnde illud Ouid.*

Non mihi sunt vitæ Clio Cliúsve sorores,
Seruanti pecudes vallibus Ascra tuis.

Admotauit idem: ceteros, Gentiles intelligi paulo post.

66. Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum.] Pherecydes (*quantum colligo*) *Syrius citatur ab Auctore, cuius Theogoniam 10. libris describpsit citat Clemens Alexandrinus 5. Stromatum, scribens eum fuisse obscurum & ænigmaticum. De quo latius infrà lib. de Anima, sequ. Tomo.*

67. Iouem Diodorus, &c.] *Rerum (inquit Rhenanus) forsan antiquarum lib.3.c.5. Nam illic Iouis & Titanum certamen describpsit. Hic autem variam historiam libris 40. conscripsit, quam Bibliotheca nominar. Floruit Augusti temporibus: 30. annis Asiam & Europam peragrauit. De quo Iustinus Martyr & Eusebius plura. Vide Adn, nostras ad cap. Apolog. 10. num.134.*

68. Dat & Priapo tæniasidem.] Ταινίαι *(inquit Rhenan.) vittæ sunt & ligamenta capitis. Quod ad verbum habet ex B. Hier. in c. 4. Isa. Auctor hic abutitur ea voce, proferris ad insaniæ vittarum. Citat autem & ipsum ex* Diodoro. *Coronabantur autem* Priapus *(si Gyrald. creditur) ex iis quæ hortensia erant.*

69. & Ariadnæ sertum, &c. post & Sydus.] *Cum Hirsauiensi (inquit Rhenanus, cui adiicio etiam 3. MS. Vat.) codice consentiens & Gorr. ensis, quemadmodum docet collatio, habet* Thesidus. *Pro quo corrupto vocabulo, meum secutus iudicium, posui in contextu:* post & Sidus. *Nam qui de signis cœlestibus apud nos scripsere, Iul. Hyginus, & innominatus Interpres fragmenti Phænomenon Aratı, citante Auctorem qui Cretica prodiderit, referentem, cum liber ad Minoem regem venisset, vt Ariadnen filiam eius duceret vxorem, coronam dono Ariadnæ dedisse, Vulcanique opere fabram ex auro & gemmis preciosis. Ea talis fulgoris fuit, vt Theseus ex labyrintho liberaret, quæ post mortem Ariadnes astris à Libero est adfixa. Commemoratur id & Aratus in Phænomenis hic carminibus:*

Αὐτὰρ χαλκείοιο Θεμιστοκλῆος ἔθηκε
Σκηπ ἐφύσας Διόνυσος· Στεφανηφόρος ἀελάδησε.

Quæ Germanicus Cæsar, nisi fallit titulus, sic vertit:

Clara Ariadnæ propiùs stant signa coronæ:
Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

Rufus Fest. Auienius sic.

Aspice ecu rutilis vibret lux Gnosia flammis,
Hæc quondam Bacchi monumentum fulget amoris:
Hæc *Ariadnes* capitis testatur honorem.

Ceterum quia corrupta lectio Thesidus *habet, & tradunt eius coronæ beneficia, quæ propter gemmas vsque adeò fulserit, à labyrintho Theseum liberatum, putaui aliquando legendum:* post Thesei dux, *quòd videlicet illud sertum sua luce eduxerit Theseum. Verumenimverò maius coronæ* Ariadnæ *præconium est, quòd in cœlum inter astra fuerit translata, quàm quòd Theseo è labyrinthi tenebris educendo dux fuit. Idcirco malueram in contextu scribere:* post & Sidus.

70. Iunoni vitam Callimachus induxit, &c.] *Apud Græcos (teste Plinio lib. 21. c.3.) de* Coronis *primum scripsere Menethemi atque* Callimachus *Medici. Ex quibus etiam multa transcripsisse se libro eodem indicat in sua Indice, & deinde multa etiam ad Medicinam pertinentia libris 23. 24. 25.26. 27. & præterea ex* Callimacho *lib.30. Citat autem hunc locum Gregorius Gyraldus hist. Deorum Syntag. 3. explicans illud:* de exuuiis vtriusque priuigni, *Bacchi scilicet & Herculis. De Hercule id manifestum est: de Bacchonescio an ipse alicubi pingi soleat cum* leoninis exuuiis.

71. Hercules nunc populum capite præfert.] Populum Herculi *dicat am lib. 12. c.1. Plinius tradit, & Macrobius illud Virgilij de Salijs eius sacerdotibus explicat, Saturn.3.*

Populeus adsunt euincti tempora ramis.

72. nunc oleastrum.] *Olympia (inquit Plinius lib.16.c.14.)* Oleaster ex quo primus Hercules coronatus est, *& nunc custoditur religiosè.*

73. nunc apium.] Apio *(inquit idem l. 19. c. 8.) bonos in Achia,* coronate *victores facri certaminis Nemeæ. Quum autem illud in honorem* Herculis *fieret, non mirum si & Hercules* apium capite præferat.

74. Habes Tragœdiam Cerberi, &c.] *Videtur* Tragœdia illa Cerberi *meminisse coronæ populeæ;* Pindarus *oleastri,* Callimachus *apij. Exstant autem Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.*

75. qui & Apollinem memorat.] *Videtur hoc referri ad* Callimachum. *Attamen videat curiosus Lector, num & Pindarus habet idipsum in suis Pythiis. Atqui* Apollini *sacram* Laurum *scribit Plinius l.12.c.1. atque adeò adfuetos Reges Romanos Laurum Delphicam illi dono mittere l.15.c.30.*

76. Erant enim supplices coronarij apud Veteres.] *Pie memoriæ eruditissi. vir Alanus Copus, qui Vaticanos codices MS. meo nomine cum excussis conculit, ad inscellitum huius loci adnotauit, ex Aristophane Pluto ad margem; quod coronam capite gestabant qui supplicabant, id est qui Dis litabant.*

77. Liberum, eundem apud Ægyptios Osirin.] *Idipsum pluribus profequetur Plutarchus, & ante eum Diodorus Siculus l.1. vnde & Hedeta, de qua mox,* Cynosiris *dicta. similiter Euseb. de Præparat. Euang. lib. 2. c.2. Asserunt (inquit) Ægyptij, & c. regnum aliquando obtinuisse Saturnum, qui sorore Cybele in vxorem ducta,* Osirin & Isin *genuit; aut, vt plurimi dicunt, Iouem & Iunonem. Hos vniuersum orbem imperio subiugasse, ac quinque Deos procreasse aiunt:* Osirin, Isin, *Typhona, Apollinem, ac Venerem.* Osirin, Dionysium (*quem hic* Liberum *vocat Auctor*) Isin, *Cererem esse autumant. Quo matrimonio coniunctos, cum regno successissent, plurimum generi hominum contulisse. Quæ verba ea de causa in medium adducere libuit, vt concordia ineatur inter Lactantium lib.1. cap.21. Lucanum, ac alios qui Osirin Iudis filium, & Diodorum, eo que, qui Osirin Isidis maritum & fratrem tradiderunt; quum priores de filio, posteriores de patre loquantur. Meminit certè* Osiridis *quoque filij Auctor l.1. aduers. Marc.* Sic & Osirin, quòd semper sepelitur, & in viuis quæritur, & cum gaudio inuenitur *(iuxta illud Lucani:*

Numquámque satis quæsitus *Osiræ.*)

reciprocarum frugum, & viuidorum elementorum, & recidiui anni fidem argumentantur.

78. Harpocration.] *Ego cum Auctorem puto intelligi, cuius exstat Romæ in Vaticano MS. Liber* περὶ φυσικῶν δυνάμεων; *quippè quum ad Physicam rationem referatur id quod sequitur.*

79. hederatum.] *Pium (quemadmodum etiam Rhenanus adnotauit) lib. 16. c. 4. Feriantque primum omnium* Liberum *patrem impositisse capitisuo ex* hedera. *Item c.34. Alexandrum vero ob rariratem ita coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo* Liberi *patris; cuius Dei & nunc adornant thyrsos, galeásque etiam & scutain Thracia populi, sollemnibus sacris.*

So. ab

80. ab heluco.] *Significat* helucus *(inquit Rhenan.) auctore Sexto Pompeio languidum, & semisomnum, & hesterno vino languentem; sic dictum ab hatu orit & oscitatione. Quamquam Tertullianus pro ipsa potius affectione capitis videtur usurpare, qua prectiues in somnum reddimur, quam Graci κεφαλαίαν appellant. De* hedera *vis frigorifica, multa sunt apud Auctores. Perrò tradit Athenæus eos qui profusius biberent apud Veteres, fascias primùm circumligare capus solitos. Deinde vt aliquid ornatus accederet, alios postea corollas exegisse. Sed & pectora cinxisse coronis unguentatis quis dam. Fortassis eodem alludit Plinius l. 24. c. 10. quum de 20. generibus* hederarum *loquens: Capitis (inquit) dolorem sedant, præcipuè cerebro continentique cerebrum membrana, vtiliter molibus impositis soliis.*

81. Liberum Principem coronæ planè Laureæ, in qua ex Indis triumphauit, &c.] *Ad victoriam Indicam pertinet, quod habet vbi suprà Eusseb. In* India *multas* Liberum *vrbes construxisse. De eodem Plinius l. 8. c. 2. Romæ iunctis Elephantes primùm subtere currum, Pompeij Magni Africano triumpho; quod prius* India victa triumphante Libero Patre *memoratur. Atqui* Laurus *(inquit idem lib. 15. cap. 30.)* triumphis *propriè dicatur, venemo muretur postbac, fictiam* Laurea Libero *detur.*

82. Dies in illum sollemnes Magnam appellat coronam.] *Peculiare est hoc Auctori*, dies Liberi solemnes, Magnam coronam *appellari a vulgo.*

83. Leonis Ægyptij.] *Ego eundem hunc esse existimo* Leonem *citatum à Clemente Alexandrino lib. 1. Stromat. qui tradidit. De diis qui sunt in Ægypto.*

84. prima Isis repertas spicas capite circumtulit.] *Hinc etiam comprobatur, deque suprà num. 77. Ceremen eandem fuisse, quæ Isis ab Ægyptiis dicebatur; quippe cui ab omnibus inuentio spicarum adtribuatur. Atqui ex spicis, siue spicea coronam, omnium primam apud Romanos in honore fuisse tradit Plinius lib. 18. cap. 2.*

85. Claudius Saturninus. Nam est illius de Coronis liber.] *Peculiare est & hoc Auctori, quòd* Claudij Saturnini librum de Coronis *memoret.*

86. non alicui capiti inuenias consecratum.] *De quorum capite loquatur, indicat verbis sequentibus:* in eorum honorem deinceps dispensatam, quos feculum deos credidit. *Quod ipsum indicat Plinius his verbis lib. 16. cap. 5. Post* Libetum Patrem *Deorum honori sacrificantes sumpsere, victimis simul consecratis. Atqui paulo post pro:* adiuuerent, *legendum puto Latinius:* adhuc viuerent. *sed illud magis placet, quia Tertullianicam phrasim redolet.*

87. quæ Idolis alij faciunt.] *Non placet hic mihi interpretatio Rhenani: sed puto* alios *hic intelligi Gentiles, quemadmodum suprà ceteros. Illud autem:* in quibus esurientant, *interpretatur Rhenanus, in quibus fuerunt passi fuerant, significans idolothytorum deuoratores.*

Cap. viii.

88. Tene interim hanc fidem, &c.] *Non aliud est hoc caput quàm* Obiectionis cuiusdam solutio, de aliis rebus quę in vsu sunt Christianis, habentibus tamen suam ab Idolis originem.

89. Primus Mercurius litteras enarrauerit.] *Vide suprà lib. de Testim. Animæ, c. 5. n. 15. Hic vnum addam Tertull. conforme testimonium Casiodori Variarum lib. 8. epistol. 12.* Litteras, *inquit*, primùm *vsi frequentior tradit opinio*, Mercurius *reperator. Artium multarum, volui Stry monitarum auium collegisse memoratur. Nam & hodie grues, quum classe conficiantur, Alphabeti formas naturâ imbuente describunt. Quem in ordinem decorum redigens, vocalibus consonantibusque congruenter admixtis, viam sensualem repperit, per quam ora peteni, ad penetralia prudentia mens possit velocissimè pernenire.*

90. & nostris etga Deum studiis.] *Magna sanè (inquit Rhenanus) litterarum laus, Deum Christo etiam inseruiunt. Adtendant hoc qui centra litteras & disciplinarum cognitionem oblatrant.*

91. Sed & si neuos idem in sonum strinxit.] *Idipsum adtestantur commentatores in Homeri Odysseam, quum non modò litteras, sed & Musicam eius inuentum facunt.*

92. cum sanctis fecisse.] *Quemadmodum (inquit Rhen.) perquàm eleganter dicimus Chrysostomum facere cum Hieronymo, significare volentes eum consentire cum illo, sic Tertullianus dicit, cum sanctis fecisse, quòd sanctos adiuuit, siue sanctis in vsu fuit. Hoc loquendi modo & in præcedentibus libris vsus est.*

93. Primus medelas Æsculapius explotauerit.] *Vide Adnotat. nostras in Apolog. c. 14. num. 109. & c. 23. n. 361.*

94. memini & Esaiam, &c.] *Locus est (vti etiam Adnotauit Rhenan.) Esai. 38. Et iussit* Esaias *vt vellerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus eius, & sanaretur.*

95. propria Osiridis vestę.] *Auctor est, inquit idem, Herodotus, nefas apud Ægyptios fuisse laneas vestes in ædes sacras inferre: proinde linea vocabantur.*

96. quia pasiuitas fallit.] Istud *ex margine in contextum subiitit, quæ frequentissima est vox Tertulliano*; pasibilitas *autem rarissimè, aut numquam vsitata.*

Cap. ix.

97. Quis denique Patriarches, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd nemo in scripturis coronatus legitur præter Christum, quem adeò imitari liceat in corona spinea. *Aequi de Hierarchia Ecclesiastica, quam hic adtingit, latius infrà Tom. seq. l. de Præscript. adu. hæreses.*

98. aut Ἀ[ρχ]ων.] Ἀ[ρχ]ων, *inquit Rhenanus, princeps: vt de Iaire Luc. 8.* ὁ αὐτὸς ἀρχων ὁ συναγωγῆς ὑπηρχε: *& de Nicodemo Ioan. 3.* ἄρχων τῶν ἰουδαίων.

99. nec tabernaculum martyrij.] Μαρτυρίᾳ *voce Græca vtitur, pro eo quod Latinè vocatur* tabernaculum testimonij.

100. nos enim & templa Dei sumus.] *Alludit ad scripturas, Apostoli ad Corinthios:* Templum enim Dei estis vos. *Osee. 9. Et replebuntur vt phialæ & cornua altaris. Item illud: sicuti luminaria in mundo lucentia; & : Aliud quidem fecit Deus* vas *in honorem, &c.*

101. populus consciuit.] *Id est (inquit Rhenan.) decreuit, siue communi sententia statuit. Hoc enim* consciscere *significat. Liuius: Quod Senatus populi Romani Quiritium censuit, consensit,* consciuit, *re bellum prisci Latinorum. Item alibi: Itaque consentio* consciscóque. *Non aliter autem hic dicit:* Nec illam impietatis contumeliosæ coronam populus consciuit, *quam Liuius,* consciscere *facinus.*

Cap. x.

102. Ita quum idcircò proponis, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quod quum mortuorum aut Idolorum corona sit, Christianos non deceat. *Sine autem* vendices *legas cum* 1. *MS. Vat. cod. siue*: vindices *cum reliquis tam exc. quàm MS. perinde est.*

103. Nam & mortuorum est ita coronari, &c.] *Quòd aut mortuis aut Diis consecrabantur coronæ, in hæc verba, ad quæ etiam adludit Rhenanus, habet Plinius l. 21. c. 3. Primùm ex lege xij. Tabularum his verbis: Qui ergo honos? Vt ipsi* mortuo, *parentibusque eius dum intus positus esset, foris ve ferretur, sine fraude esset imposita. Vbi adluditur ad eum morem, quo & intus positum, & elatum funus, & ipsos coronis ornabant. Eodem pertinet illud eiusdem capitis: Corona Deorum bones erant, & Larium publicorum priuatorumque, ac sepulcrorum ac Manium.*

104. vel quoniam & ipsi Idola statim fiunt.] *Quòd ex mortuis hominibus Dij fiunt, tractauit latè Auctor suprà Tom. 1. Apolog. cap. 10. & 11. & nominatim etiam de habitu & cultu consecrationis, cap. 12. de quo ibidem in Adnot. nostris nu. 176.*

105. Nobis autem abuti apud Apostolum non licet.] *Alludit ad illud Apostoli:* Sic vtamur mundo isto, quasi non abutamur. *de quo suprà lib. de Cult. fœmin. c. 9. n. 50.*

106. sed ipsius vsus adminiſtratio intereſt.] Intereſt *(inquit Rhenan.) pro differt.*

107. non minus quàm Æsculapio Socrates.] *Hoc iniustè (inquit Rhenan.) quum in carcere esset, paulo post bibiturus venenum. Quam ipsam historiam latè prosequitur Auctor initio lib. de Anima, infrà Tom. sequenti.*

108. Arabiæ aliquid incendo, &c.] *De hoc vide suprà T. 2. in Apol. c. 30. Adn. nostras n. 442.*

109. Siquis autem dixerit: hoc Idolothytum est, non contigeris.] *Ipsum ex Apost. 1. Cor. 10. ubi retinuit vocem Græcam* εἰδωλόθυτον, *pro eo quod noster interpres vertit:* immolatum Idolis. *Mirum est autem quomodo legat:* non contigeris, *quum Græce sit:* μὴ ἅψητε, *quod non aliter potest transferri quam sicut noster interpres, ne manducaris.*

110. fugite Idololatriam.] *Etiam hic vocem Græcam retinuit* εἰδωλολατρείας, *pro qua propriè transtulit Latinus interpres Idolorum cultum.*

111. Si in Idolio recumbere, &c.] *Adludit ad illud eiusdem Apostoli eiusdem Epist. cap. 8. Si enim quis videret eum qui habet scientiam, in Idolio recumbentem.*

112. Draco etiam terrenus, &c.] Draco *hic ab Auctore pro Basilisco usurpatur, de quo scribit Isidorus Etymol. l. 12. c. 4.* Βασιλίσκος *Græcè, Latinè interpretatur Regulus, eo quòd rex Serpentium sit. Ad eius adspectum nulla auis volans, illæsa transfertur, sed quamuis procul sit, eius ore contusa deuoratur. Quod eleganter expressit Auctor hic verbis:* de longinqua spiritu ablorbet alites.

113. Filioli, *inquit*, custodite vos ab Idolis.] *Etiam hic retentæ ab Auctore vox Græca* εἰδώλων, *pro eo quod noster interpres Latinè vertit: simulacris; quod ipsum explicat, quum subiungit:* id est, ab ipsa effigie eorum.

114. sollemnitatibus.] *De* Idolorum sollemnitatibus *aliquid diximus supra lib. de Idolol. cap. 13. & 14.*

115. & officiis.] *Similiter dixit dictol. c. 16.* Circa officia verò priuatarum & communium sollemnitatum. Officia *autem (inquit Rhenan.) vocat ministeria, quæ Gentilium sacris, aut ipsis aliquo Gentilium impenduntur, vt infrà:* Et implendi officij. *Eadem significatione infrà c. 11.* Officiales coronas dixit, id est vis idem interpretatur, quas Christiani gestabant ex officio, *quo Gentilibus erant obligati; vt quum militarent, aut in officio, quo Gentilibus erant obligati; vt quum militarent, aut in officio quo Gentilibus erant obligati; vt quum militarent, aut in officio quo Gentilibus erant obligati; vt quum militarent, aut in officio

123. Credimúsne humanum sacramẽntum diuino superduci licere, &c.] *Alludit ad Sacramentum & responsionem sine contestationem dicta in Baptismo factam, de quibus supra c. 3. & infrà latiùs tractatu l. de Bapt. Tom. sequenti.*

124. & eiectare patrem & matrem, &c.] *Alludit ad verba* Sacramenti, *quo se milites obstringebant* (*teste Vegetio de re militari lib. 2.*) *nunquam deserturos militiam pro rep. Romana; atque adeò eiectabant, id est, renuntiabant seu abdicabant, quemadmodum supra diximus alicubi*, patrem & matrem & proximum.

125. Domino pronuntiante : Gladio periturum qui gladio fuerit vsus?] *Simuliter dixit supra l. de Idolol.* Quomodo autem bellabit, &c. sine gladio quem Dominus abstulit. *Verùm disertis verbis adfert B. Hilarius Can. 32. in Matth.* id non intelligi de iis qui gladio aut iudicij officio aut resistendi latronibus necessitate fuerint vsi. *Quem adeò sensum etiam Apostolus Paulus satis insinuat, quum ea Christi præstantissima non obstante, 2. Cor. 13. inquit : Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram, ei qui malè agit. Quò adludens Auctor supra Tom. 1. lib. ad Scapulam, cap. 4.* vel quia & vos, *inquit*, sub gladio estis.

126. cui nec litigare conueniet?] *Alludit ad illud 1. Cor. 6. Iam quidem omnino delictum est, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Atque adeò non male interpretatur Rhenanus*: litigare, *vocem iureconsultoriã, Actionem vel in personam vel in rem apud iudicem suscipere. Verùm aduertendum quod continuò subiungit ibidem Apostolus : Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis ; vti videatur magis de iniustis litibus agere.*

127. Et vincula & carcetem, &c. & supplicia administrabit.] *His verbis indicat se non de simplici Milite agere, sed etiam de eo, qui (vti adnotauit etiam Rhen.) commentariensem aut carnificem agat. Vide supra l. de Idol. c. 17. n. 134.*

128. nec suarum vltor iniuriarum.] *Si adludat ad illud Matth. 5. Ego dico vobis, non resistere aduersùs malum, &c. respondet B. Augustinus l. 22. contra Manich. c. 76. Intelligunt, inquit, hanc præparationem non esse in corpore, sed in corde. Nam, vti subdit postea, & Christians Imperatores, de iniuriosa iacrilegis, quispiam suam in sacramentis Idolorum dæmoniorumque posuerant, gloriosissimè vulgoriam retulerunt.*

129. Iam & Stationes aut alij magis faciet quàm Christo.] *Exstat lib. 12. Codicis Iustinianis Tit. de Curiosis & Stationariis. Loci verò huius intellectus haberi potest supra ex c. vlt. lib. de Oratione*: Si Statio, *inquit*, de militari exemplo nomen accipit, nam & militia Dei sumus, vtique nulla lætitia siue tristitia obueniens castris, Stationes militum rescindit. *Vbi vide Adnot. nostrorum aliam longè n. 58. sententiam de* Stationibus, *quàm Rhenani hoc loco, aut militam priorem ad Epist. 41. B. Cypr. n. 10. nempè quòd* Stationes *& ibi, & hic, & l. de Ieiunio infrà T. 5. accipiantur, non de conuentibus Ecclesiasticis, in quibus feriatæ orabant, sed de statis ieiuniorum diebus ; metaphoràdà militibus orta, quòd quamdiu in statione erant, ieiunare eos oportebat. Et verò hic aliter accipi non posse, manifestum est ex verbis sequentibus*: aut & die Dominico, quando nec Christo. *Nam vti supra locutus est c. 3.* Die Dominico ieiunium nefas dicimus, ergo nec Christo fiebant die Dominico ieiunia; *& contrariò magis diebus Dominicis fiebant* Stationes, *id est à stantibus officia diuina, in xta illud eiusdem c. 3.* Die Dominico, &c. nefas, vel de genicuiis adorate.

130. quibus renuntiauit.] *Vtpotè in baptismo, quum diabolo & pompis eius renuntiauit. quod alia phrasi supra repetiuit cap. 13.* semel iam in sacramenti testatione eieratæ. *De quo etiam infrà latius Tomo sequenti. lib. de Baptismo.*

131. & cœnabit illic vbi Apostolo non placet.] *Alludit ad illud Apostoli, quod sic c. praced. expressit.* Si in Idolio tecumbere alienum est à fide, *vti etiam adnotauit Rhenanus.*

132. Et quos interdiu exorcismis fugauit.] *Adiende (inquit idem Rhenan.)* exorcismorum *antiquitatem ; de quibus etiam latiùs dicto l. de Baptismo. Hoc autem vult, quòd* excubando pro templis *Idolorum*, dæmones defenſabit, quos interdiu exorcismis fugauit.

133. incumbens, &c. super luncho, quo pet fossum est latus Christi.] Λόγχος (*vti ad marginẽ etiam adnotauit Rhen.*) *castrensis vox* ἀπὸ τῆ λόγχη, *qua vsus est ipse quoque Euangelista Ioannes c. 19. & lanceam rectè vertit Latinus interpres ; vbi adeò castigandos censeo vulgatos codices Gratos, qui legunt* λόγχαι, *quum legendum potius sit* λόγχα.

134. Mortuus etiam tuba.] *Fumist (inquit Rhen.) morem castrensem, quo mortui milites tubicinis cantu, quem hic* ænea torem *vocat, deplorabantur. Nostrates milites ad camina pellis, hoc est tympani pullum efferuntur, vt habet vulgaris cantio incanis militet.*

135. Et crebabitur ex disciplina castrensi.] *Hinc illud (inquit idem Rhenan.) Tom. sequ. l. de Resurr. car. in principio.* At ego magis ridebo, *inquit*, vulgus, tũ quoque quum ipsos defunctos atrocissimè exurit. *& mox* : cum creniaris, crematt. *Plinius l. 7. c. 54. Ipsum* cremare *apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. At postquàm longinquis bellis obruti erui cognouere, tunc institutum. Probat autem contrariò Auctor eodem libro eum Ecclesiæ morem (de quo ibi latius)* quo mausoleis & monumentis sequestrantur corpora.

136. vt illorum quo Ioannes admittebat ad lauacrum.] *Idem exemplum extauit supra l. de Idol. Certè non modo B. Ambrosius, vbi supra, sed & B. Augustin. ex hoc loco scripturæ, de militibus à B. Ioanne Baptista baptizatis, Militiam non interdixisse adstruit his verbis, l. 22. supra citato contra Faustum, c. 74.* Ac lioquin (inquit) Ioannes, *quum ad eum baptizandi Milites venirent, dicentes: Et nos quid faciemus? responderet eis : Arma abiicite, militiam istam deserite, neminem percutite, vulnerate, prosternite neminem. Sed quia sciebat eos, quum hæc militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, & non vltores iniuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores, respondit eis, Neminem concussoritis, & c. ne prolixiores simus. Quod ipsum etiam in suum Decretum transcripsit Gratianus nobiscum sentiens, 23. qu. 1. c. Paratus. in fine.*

137. vt Centurionum fidelissimorum.] *Alterum intelligit Archisynagogum, de quo Christus Matth. 8. dixit: Non vidi fidem tantam in Israel: alterum Cornelium, de quo Actib. Apost. Quibus ipsis exemplis Militiam adprobatam à B. Chrysostomo supra ostendimus, & priori etiam vtitur B. Augustinus, vbi supra, & Auctor l. de Idololatria.*

138. aut omnibus modis cauillandum.] Cauillari (*inquit Rhen.*) *tradunt à cauendo dictum Grammatici. Hic pro cauere sumit. Atqui vel ipse locus sententiam de Militia, Christianis anlicita, plus satis indicat. Nam quum dixisset*: aut deferendum esse suscepta fide, aut signata (*quorum prius ad baptismum, posterius ad Catechumenos adrinet, de quo etiam initio l. de Baptismo*) *quasi scipsum corrigens*: aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduersùs Deum committatur, *& ne quis eò vsque militiam extendat, vt aut* declictum impunitatem, aut martyrium immunitatem promittat, *addit* : aut perpetiendum pro Deo, *eo nempe casu, quo aliquid faciendum foret aduersus Christi fidem.*

139. quod æquè fides pagana condixit.] *Hoc est, vt ire ille Rhenanus, quod fides etiamco Duci vel Imperatori data promissa pacta, nempè extrema perpeti, & mortè, nam id significat hic* condicere. *Plinius in Præfatione ad Vespasianum : cum hanc operam condixerem, non eras in hoc albo ; id est, ex pacto polliceter.*

140. aut martyrium immunitatem.] *Vbique* martyria (*inquit Rhenan.*) *crepat Tertullianus. Paulo post* : Quia potior est necessitas timendæ negationis & obeundi martyrij, quàm euadendæ passionis & implendi officij.

141. & saluam facturus animam pro nomine eius amisſam, &c.] *Quod Matthæus passiuè : Qui perdiderit animam suã, inueniet eam ; ipse quomodo id fuit explicans, Christo adtribuit quod ipse saluam facturus sit, & contrariò, lucri habitam perditurus. Atqui lucri habere dixit* (vti adnotat etiã *Rhen.*) *quemadmodum sub finem l. 5. adu. Marc.* lucri ducere, *& eodem libro*: boni ducere.

142. Apud hunc tam miles est, paganus fidelis: quàm, &c.] *Elegantissima (inquit Rhen.) sententia constans ex contrariis. Hic oportet scire* paganum *duo significare, tum eum qui miles non est, vnde Persius se semipaganum vocat, tum eum qui Christum minime agnoscit. Certè est etiam hæc vox* paganus *Iureconsultorum. Huc illud Scævolæ D. ad Legem Falcidiam. l. vlt. Miles si dum* paganus *erat, fecerit testamentum, &c. Deinde Aug. Auctorem secutus, & reliqui Doctores Ecclesiastici, peculiariter fere accipiunt pro ethnico.*

143. tamen nec illi necessitati disciplina conniuet.] *Aditio* 1. *& MS.* 3. conibet.

144. fibulam laxet.] *De hoc inter Proverbiales formulas in nostris Prolegomenis. Legimus autem*: nam & voluntas poterit, ex 3. *MS. Vat. cod. pro*: poterat.

145. ducatio necessitatis.] *Suprà dixit (inquit Rhenan.)* Ducator *pro duce, hic habes* ducationem *pro* ducatu. *Q. D. excusans necessitatem, qua duce in hæc delicta incidant, non autem sponte sua.*

146. in delictis incidamus.] *Sic dictum, inquit idem, vt illud ads. Hermogenem*: ante eam in bono conuertisset; *& ads. Indices*: Legis præcepta reformantem in hominis salute. *Est autem hoc & Tertulliano familiarissimum. Vtrinque Ablatiuis coniungat, quod aly cum Accusatiuis.*

Cap. xii.

147. Sed & de corona priùs dicam.] *Titulum huic capiti damus*: Quòd ipsæ coronarum causæ contra Christianos faciant. *Incipit autem loqui (inquit Rhenan.)* de corona *triumphali, propter quam incepta est disputatio.*

148. Apollini vel Libero sacrata est.] *De* Liberi *&* Apollinis Laurea *diximus suprà c.7. Propterea verò adnotat ex Plinio Rhenanus, quod* Laurus *pulcherrima reperiatur in monte Parnasso, ideóque grata* Apollini. *Habet id Plinius l.15.c.30.*

149. illi vt Deo telorũ.] *Hæc pertinet quod à Platone* Apollo dicatur Ἀπὸ τῦ ἀπολλύειν, *id est à iaculando; vnde etiam sagittæ, vt cum arcu & sagitta eius simulacra formari soleant.*

150. huic vt Deo triumphorum.] *Alludit ad ea simulacra* Liberi; *quibus effingebatur in curru pampineo triumphans, qui Pantheris modo, modo Tigribus & Lyncibus trahebatur, vti Geraldus testatur hist. Deorum Synt. 8. Nominatim autem etiam Plinius l. 7. c. 56.* Liber *pater, inquit, diadema Regum insigne & triumphum immensi.* Claudius *autem de quo hic loquitur, idem est qui suprà c.7.*

151. Quamquam ex myrto ait milites redimiti solere, &c.] Myrtus *(inquit Rhen. ex Plinio l. 15. c. 29.) bellicis quoque se rebus inseruit, triumphánque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ouans ingressus Vrbem est, quanquam tenuiter sine cruore gesserat)* myrto *Veneris victrici coronatus incessit, optabilémque arborem etiam hostibus fecit. Hæc pulcra ouantium fuit corona. Quibus & hæc addit ibidem Plinius: Mastrius Auctor est currum quoque triumphantes* myrtea corona *vsos. L. Piso tradit, Papyrium Mastium, qui primus in monte Albano triumphauit de Corsis,* myrto *coronatum, Ludos Circenses spectare solitum. Marcus Valerius duobus coronis vsebatur,* Laurea *& myrtea, qui & hoc honorat.*

152. Martis per Iliam & Romulos Romani, &c.] *Pulcrè sic restituit hunc locum Rhenanus, & sensum quoque explicuit. Non est mirum Romanos milites* myrto coronari *solitos olim, quum hæc arbor Veneri sit consecrata, quæ non solum Troianis est propter Iilium Æneam ex Anchise conceptum, verùm etiam amicula* Martis, qui per Iliam & Romulos Romanus est, *id est; eo quòd ex Ilia Remum & Romulum Romæ conditores suscitulerit: Romani Martis amica, quis Romuli & Remi sit pater. Verùm ego, incautus inquit Tertullianus*, non arbitror Venerem catenùs esse valde Romanam, *siue amare Romam*, quatenus pellicis Iliæ dolor est. *Fit enim verisimile Venerem, quæ sola amasio suo Marte potiri cupiebat, non parum offensam Iliæ concubitu, vnde Romulus & Remus progeniti conditores vrbis Romæ. Quos ambos intelligit, quum dicit* Romulos, *ceu nos vetustiores. Nec caret aliquâ gratiâ varietas numeri. Sic & Casiodorus dicimus* τὸν δῆον κύριον. *Pertinere autem hoc videtur quod habet Plinius l.16.c.4. Romulus* frondea (*quantum hinc apparet ex myrto*) *coronauit Hostium Hostilium, quòd Fidenam primus occupasset.*

153. Quin & olea militiam coronari à Minerua, &c.] *Athenis (inquit idem lib. eiusdem cap. vlt.) olea durare traditur in certamine edita à* Minerua. *Quod de certamine cum Neptuno interpretatur Auctor. Certamen verò ipsum occasione regionis Trœzeniorum describit Pausanias hister. lib. 2. Hinc exstant nummi veteres, quibus vno ex latere inscribitur* D. Clod. sept. alb. Cæs. *& ab altero Coss. II. ac* Minervæ *Pacifice. S. C. cum effigie* Minervæ *oleam manu tenentis.*

154. non solùm Artium, sed & armorum Dea.] *Vide Isidorum Etymol. l. 8. cap. de Dijs Gentium. Ab armis autem vocata fuit, & παρὰ τὸ ἀίρειν, id est militiam, & ἀρετὰ. id est Martia Minerua, sed thus Plinius & Lucianus.*

155. Ecce annua votorum nuncupatio, &c.] *Hinc intelligi datur, quid sibi velint Numismatum inscriptiones* Votæ, *& nominatim hæ de Seuero Imperatore,* Imp. Cæs. L. Sept. Sev. Per. Aug. *vna ex latere, & ex altera*: Vota publica susceptа: *item de Antonino, vnaex parte*: Antoninvs pivs Avg. *& ex altera*: Vota svscepta decennalia. *item*: Ant. pivs Avg. cos. iii. *&*, Vota soluta Deo. *Id autem quotannis fellemne fuisse hic significat Auctor, sed maximè in principio Imperij, etiam addit locum,* in Capitolijs: *& verba*: Hunc tibi Iupiter boum cornibus auro decoratis vouemus esse futurum. *De qua auro sic purgatione etiam in hæ verba Plinius lib. 33. c. 3. Deorum verò honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quàm vt auratis cornibus hostiæ, maiores dumtaxat immolarentur.*

156. Eadem Laurea in Donatiui dispensatione, &c.] *Vide suprà c.1. Quod ipsum eleganter hic comparat cum prodituræ Christi per* Iudam acceptis argenteis; *atque adeò, vt etiam Rhen. eleganter dicit*: non esse gratuitam idololatriam, *vtpote ipsa captatrix doni, atque hoc etiam quod subiungit:* denarium Cæsari auferre, *id est non dare Cæsari, sed ab eo* Donatiuum *accipere.*

157. Triumphi Laurea foliis struitur.] *Hoc est, inquit Rhenan. quod Plinius de Lauro scribit: Vnius folia distinguuntur appellatione.* Lauream *enim vocamus.* Laurus *autem, inquit idem Plinius lib. 15. cap. 30. Triumphis propriè dicatur. Duo eius genera tradit Cato, Delphicum, & Cyprium: Illam aquali colore, viridiorem maximè baccis, atque è viridi rubentibus: Hæc vsitata Delphis coronari, & Triumphantes Romæ. Sterilem verò baccarum, quod maximè miror, aliqui triumphalem; eáque dicunt triumphantes vti; nisi id à D. Augusto cœperit, vt deobumbrata ex ea Lauru, quæ ei missa è cœlo, minima est altitudine, folia crispo ac breui, inuentura rara. Inter causas autem cur in* triumphis *vsitata, eam quæ reddit, quòd sola manus fulminum recepit arámque in domos fulmine non iectur. Vbi & plura videat Lector, ne hic sim prolixior. Aequi pro*: struitur. *MS. 3. Vat.* instruitur *, sed illud magis Tertullianicum est.*

158. Hinc aduerbis.] Hinc *omninò legendum esse satis constat, pro*: hanc. *Quid verò sibi velit vocabulum*: aduerbis, *rectè adnotant Rhenanus se nescire. Ego adeò vocem esse corruptam, & videri aliquod verbum substituendum, qualia sunt quæ sequuntur*: inauratur, *&* delibuitur, *fortasse ita quem admodum & Rhenanus aut Gelenius in margine*, ambitur, *quod maximè placet, aut*: adornatur, *aut*: adumbratur, *vel*: aduestitur. *Lectori autem liberum iudicium permitto, donec ex aliqua MS. cod. melius aliquid proferamus. Fortasse eius rei non malè legatur:* aduersis.

159. lemniscis.] *Sunt* lemnisci, *inquit Rhenan. auctore Pompeio Festo, fasciolæ dependentes ex coronis. Docti colligunt ex Plinio, tunicullas fuisse ex libro ipso Tiliæ arboris, cuius eius demibelli sint, id quod Auctores vocant Philyras. De* lemniscis *sic Plinius lib. 21. cap. 3. vbi de coronis loquitur, quæ ex foliis aureis & argenteis conflabant. Accesserunt quoque, inquit, & lemnisci, quos adyes ipsarum coronarum bones erat propter Herrusci, quibus iungi nisi aureis non debebant. Ab huiusmodi lemniscis*

niſcis *coronæ* lemniſcatæ *dicta ſunt. Hactenus Rhenan. qui videtur reſpicere ad Politianum in Miſcellaneis, qui multa adfert de* lemniſcis, *tum ex Plinio l. 16. c. 14. & de* lemniſcatis *coronis ex numiſmatibus antiquis ac Suetonio, tum denique de* phlyriis, *ex quibus* lemniſci *ſicbant, ex Nicæa in Comment. Græcæ linguæ, & ipſo Tertulliano hoc loco. Eodem pertinet etiam illud Horatij:*

Diſplicent nexæ phlyria coronæ.

160. inauratur lamnulis.] *intelligit* lamnulas *æreas, quæ deauratæ ſolent, idque ex arte* coronatio, *de quo Plinius lib. 33. cap. 9. & lib. 34. c. 8. In Cypro (inquit) arc* coronarium *eſt & regulare, utrumque ductile.* Coronarium tenuatur in laminas; *taurorumque felle tinctum,* ſpeciem auri in coronis *hiſtrionum* præbet.

Quamquam interim A. Gellius etiam verè aureas fuiſſe ſcribat triumphales coronas, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur ex auro coronario.

161. & apud Barbaros enim Chriſtus.] *Videtur agere de Parthis & Armenijs, aliiſque barbaris à Seuero domitis, quos iam tum Chriſtianos fuiſſe ſupra videre eſt lib aduerſus Iudæos cap. 7. Alnet. noſtrarum nu. 30. & deinceps.*

162. Eſt & alia militia tegiarum familiarum.] *Intelligit (inquit Rhen.) milites illos Romanorum perpetuos, qui ſunt veluti familia Imperatoris.*

163. Nam & Caſtrenſes appellantur.] Caſtrenſis *eſt (inquit A. Gellius libro 5. capite 6.)* corona, *qua donat eum Imperator, qui primus caſtra hoſtium pugnans intrauit. Eacorona inſigne vallo habet. Hinc & vallares vocantur à Plinio, citato loco initio lib. huius num. 1.*

164. Municiæ & ipſæ.] *Apud Feſtum (inquit Rhenan.) legimus:* Municipes *voraces milites, qui non vocabant, ſed munia Principi faciebant. Qui vocabant, vocabantur Beneficiarij. Sed & Vegetio* Municipes *ſunt milites, qui munus ſatiunt, à quo liberi ſunt, Immunes qui dicuntur. Exponere ergo municiæ, id eſt ad munus ſollemnium Cæſareanorum adſtricta & obligata. Poſterior ætas* municium, pro municipe *vſurpauit. Nam & Paulus Iureconſ. in cap. Munus. De verborum ſignificatione,* Munus *etiam officium ſignificare docet, vnde munera militaria, & quoſdam milites municipes vocari. Vide etiam plura de* Munere *ſupra l. de Spectac. cap. 12. nu. 114. & 115. De* ſolemnibus Cæſarum *autem, Apolog. capite 35. numero 461.*

Cap. xiii.

165. Coronant & publicos Ordines laureis, &c.] *Quam eiuſdem ſit argumenti hoc caput nouo titulo non eſt opus. Hoc autem pertinere videtur illud Plin. ſupra citato cap. vlt. l. 13.* Laurus *Romanæ præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia additur litteris & militum lanceis faſces Imperatorum decorat. Ex hu in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties latitiam noua victoria adtulit.*

166. Magiſtratus verò inſuper aureis.] *Vide de his ſupra initio operis n. 1. & cap. præced. & infrà ex Plinio, vbi de* Geinmatis *agitur n.* 167.

167, Præterunt etiam illis Hetruſcæ. Hoc vocabulum eſt, &c.] Hetruſcas coronas *commemorat Plin. l. 21. c. 3. verbis ſuprà citatis cap. præced. vbi de* Lemniſcis *egimus. Hic autem etiam quales fuerint, deſcribit Auctor, nempe:* quas gemmis & ſolijs ex auro quercinis ob ſouem inſignes, ad deducendas thenſas cum Palmatis togis ſumebant. *Videtur eodem pertinere quod ſcribit Plinius lib. 12. cap. 3. & 4. de* gemmatis & aureis coronis, *& lib. 37. cap. 2. de Pompeio quod in triumpho 33. ex margaritis coronas habuerit. Denique quòd eodem teſtet lib. 33. cap. 1. Triumphantibus* corona aurea *ſoſtineretur à tergo. Atqui ad eaſdem adludit Auctor ſupra l. de Spect. c. 7.* de thenſis de coronis, *vbi vide Adn. noſtras n. 63.* de Palmata veſte, *Apolog. c. vlt. n. 620.*

168. Sunt & Prouinciales aureæ.] *Ad loci huius intellectum facit illud libro de Idolol. c. 18. &* coronæ aureæ facerdotum Prouincialium, *à quibus hic indicat etiam ipſa Deorum capita fuiſſe eiuſdem coronæ coronata.*

169. & ipſum Cutiæ nomen, &c.] *Propriè hic* Curia *accipitur locum nempè (teſte Feſto) vbi publicas curias gerebant. De aliis eiuſdem ſignificationibus vide Apolog. cap. 39. num. 511. & de* clauo lato, *ſiue* lato clauo, *lib. de Idolol. cap. 18. num. 141. ac de* purpuris, *ibidem n. 136. & 141.*

170. Illius es, conſcriptus.] Conſcripti *(teſte Feſto) dicebantur qui ex Equeſtri ordine Patribus adſcribebantur, vt numerus Senatorum expleretur quod ipſum Luuius l. 2. ab Vrbe condita.*

171. in libris vitæ.] *Malim legere,* in libro vitæ, *quia ſcriptura vbique in ſingulari numero vetitur; ſed nolui adhuc immutare, quod conſentiant cum excuſis MS. 3. Vatic. cod. Fadue ea magis, quòd à Sixto Senenſi Bibliotheca Sanctæ lib. 2. Quintuplex* Liber vitæ *explicetur ex variis ſcripturis, (quò compendij ergò Lectorem remitto) & nominatim vnus, cuius ſit mentio Philipp. 4. ac Apoc. 2. & alterius Apocal. 20. prior* Vitæ æternæ, *alter* Vitæ vniuerſimſque *vſque ad obitum.*

172. illic ſecuris ad caudices arboris. [Caudex *hic accipitur ab Auctore pro ſtirpe radicu, quemadmodum & à Plinio l. 16. Quadam (inquit) arbores ſimplices, quibus à radice caudex vnus, & olina, ſico, vitis. Noſter interpres & Matth. & Luc. 3. vertit ad verbum ex Græce paulo aliter:* ad radicem arborum.

173. Viderint & publici qui cum coronis ſuis.] *De his exſtat apud Plinium lex 12. Tabularum: Quam ferui equive meruiſſent; pecunia partem lege dici, neme dubit aunt.*

174. nos autem in nomine Domini Dei noſtri inuocabimus.] *Confirmatur hinc eorum cod. MS. Latinorum lectio, quæ addunt:* Domini; *nam & Græce additur κυρίου.*

175. ab ipſo incolatu Babylonis, &c.] *Alludit ad illud Apocal. 18. Exite de illa (nempè Babylone) populus meus, &c. quæ ſequuntur; vbi etiam ſuggeſtim* Babylonis *meretricis magnæ reprehendit, id eſt, ornatum eius. nam id ſignificari voce Tertull. ſuggeſtus ſupra documus dicubi.*

176. ex Principalium proprietarum.] *Reſtè hic Rhenan. Ob natalem videlicet Principum, aut victorias, & cauſas ſimiles. Nam eadem phraſi dixit Apolog.* Reſcripta & Edicta Principalia. Municipales *item* ſollemnitates, *Feſtos dies eiuſque* Municipij.

177. Noſter (*inquit*) Municipatus in cœlis.] *Tranſtulit* municipatus, *pro eo quod Græce eſt* πολίτευμα. *& apud noſtrum interpretem: conuerſatio.*

178. Coronant & nuptiæ ſponſos.] *Huc pertinet quòd* ſponſa *ad virum iter parans, ex verbena, quæ veneri dicata eſt, & floribus herbiſque ac ſe lectis,* corollam texere ſoleat, *eámque ſecum deferre; nam empta geſtare ſerta vetio debatur. Item quod Sponſus domi illam operiens, parata magno iamnam coronare, multáque Lauro exornare ſoleat, quemadmodum auctor eſt Alexander ab Alexandro Genial. dier. l. 2. c. 5.*

179. & ideò non nubimus ethnicis, &c.] *De hoc Argumento ſupra tractat auctor toto lib. 2. ad Vxorem, vbi latius.*

180. Habes legem à Patriarchis.] *Alludit ad præcepta Patriarcharum Abrahæ & Iſaac: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chanaam, Gen. 24. & 28.*

181. Coronat & libertas ſeculoris.] *Quum pleraque* Manumiſſionis *inſignia recenſeat Auctor Tom. ſequen. lib. de Reſurrectione carn. mirum eſt quòd coronam non commemoret.*

182. Nunquid & Agoniſticæ cauſſæ, &c.] *Sentit (inquit Rhen.) de certaminibus Gymnicis, quorum victores coronabantur. Eodem pertinet quod habet Plin. l. 16. c. 4. de* coronis ex hedera. *Nouiſſimè (inquit) & in ſacris certaminibus vſurpata, in quibus hodiéque non victori datur ſed patriam ab eo coronari pronunciatur. Et peculiariter* Delphis Lauro *coronari ſolites victores lib. 10. c. vlt.* Pinea corona apud Iſthmum *l. 15. c. 10.* Ex Apio in Nemæis certaminibus, *lib. 19. c. 8. Ex* Oleaſtro *denique* Olympiæ, *l. 15. c. 4.*

183. quas ſtatim rituli ſui damnant.] *De his latè Auctor & ex inſtitute ſupra l. de Spect. c. 6. n. 51. vbi vide Adn. noſtras, præſertim de Olympijs Iouis dicatis certaminibus nu. 108. de* Nemæis *Herculi ſacris. n. 109.*

184. & miſcellus Archemorus.] Archemorus (*inquit Rhenan.*) *Lycurgi filius à ſerpente leſus adhuc infans perijt, ex in-*

curia nutricis suæ Hypsipyles, quæ illum in grammaticis reliquerat, ostensura Græcis iuris laborantibus Langiam fontem. In eum pueri memoriam annuus agon instituitus est. Et quia puer adhuc infans, insisellum vocat, non miserum.

183. & Antinous insœlix.] *Hunc (inquit idem) Hadrianus Cæsar in deliciis habuit, & tam tenere dilexit, vt ab illo exstitatem, Ægipti cognominarit, vbi & agonem illi quotannis celebrandum instituit. Quam rem inlitteras pulchrè retulit Egesippus, sic scribens, referente Hieronymo: Tumulos (inquit) mortua templaque fecerunt, si ut vsque hodie videmus. E quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicum agon exercetur apud* Antinoum *exstitatem, quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in templo. hæcille. Notat* Χίλιων *Tertull.* Alioquin si sic homo Deum commentabitur, quomodo Romulus Consum, & Tatius Cloacinam, & Hostilius Pauorem, & Metellus Alburnum, & quidem ante hoc tempus Antinoum, &c.

186. semel iam in sacramenti testatione eieratæ.] *Sic omnino legimus pro*: tentatione, *vt accipiatur pro*: contestatione, *qua vox Auctori etiam de* Sacramento *baptismi non est inusitata, quemadmodum latius infrà Tom sequenti. l. de Baptis. numero 1. Placet autem magis lectio excusorum*: Hæ enim erant pompæ diaboli, &c. *quam 3. Mss. cod. Vatic.* erunt. *nam actis de* eieratione *iam facta. Siquis autem (Rhenan. inquit) hic obijciat. Tertullianus ante dixit*: Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto ptiùs in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renunciare diabolo, & pompæ & angelis eius; *Et hic loco dixit*: Semel iam in sacramenti testatione eierare, *Is scire debet* Semel *hic accipi pro prorsus & omninò, ita vt* semel *fecisse sufficiat.*

187. etiam cœlum (ydibus apud Homeri carmina coronatum.] *Huic loco (inquit idem) subscribit Plinius (lib. nempe 16. cap. 44.) Antiquitus quidem (inquit) nulla nisi Deo dabatur. Obid* Homerus cœlo *tantum ea & prælio vniuerso tribuit.*

188. Ceterùm à seculo coronantur & lupanaria, &c.] *Videtur intelligere coronas, quibus Lares publici vel priuati in singulis domibus coronabantur, atque adeò & in* lupanaribus, latinis, & pistrinis, & carcere, & spoliatrijs, *hoc est speluncis latronum, iuxta illud Plinij supratitatum libro 21. capite 3. &* Larium *primasorum publicorumque.*

189. & Lindus.] Ludum *litterarium intelligit, de quo suprà Auctor lib. de Idiot. cap. 10.* Flore scholæ coronandæ.

190. & Amphitheatra.] *Inter* Amphitheatrorum adparatus *etiam* coronas *recenset Auctor suprà lib. de Spectac. cap. 12. vbi quid* Amphitheatrum, *Adnotat. numero 126.*

191. ipsaque libitinæ.] *Recte Pithœus Aduers. lib. 2. c. 15. de* sepulcralibus coronis *interpretatur, de quibus etiam illud Plinij supratitatum l. 21. c. 3. ac sepulcrorum & Manium.*

192. At enim Christianus nec ianuam suam, &c.] *De hoc suprà Apologet. cap. 35. num. 464. De* Dijs verò Ostiorum *lib. de Idolol. cap. 15. num. 113. 114. 115. 116. 117. 118. Cuius loci considerationæ malui retinere*: Cardam, *seu* Cardeam, *cum editionibus excusis, quàm* Carnam, *secundum 3. Mss. cod. maximè quòd à* cardinibus *ita dictum adseratum hic Tertull. tum etiam B. Cypriani lib. de Idol. vanitate, vti etiam illic adnotauimus n. 30.*

Cap. xiiii.

193. Tanto abest vt capiti suo manus inferat Idolatratrix, &c.] *Caput hoc inscribimus*: Quòd capiti nullo modo corona conueniat, nisi ad instar Christi spinea. *Illud autem*: Tanto abest, *phrasis est (vti etiam Rhenanus.) Auctore familiarus. Porro de* velamento capitis *vide Tertull. de* Velandis virginibus. *Cuius quam his etiam mentis non sit, verisimile non sit quod suprà centius cap. 4. librum hunc illi priorem esse. Lego autem omnino cum Latinio*: Quid enim est capiti fœminæ, *pro*: capite. *Aliam autem legere paulopost*: Propterea non ornabitur operosiùs mulier, *pro eo quod est*: coronabitur, *eo quod sequatur*, vt nec crinium artificio coronetur, *& quod Apostolus ornatum quidem esse, non coronam interdicat.*

194. ex Apostoli prospectu.] *Hoc est (interprete Rhenano)* prospicientia *prouidentia que, quippè qui* ornatum operosiorem, *vt modo diximus, in fœminis prohibuerit 1. Tim. 2. Adnotata erat varia lectio à Latinio*: præscripto. *sed illud magis Tertullianicum est. Est autem mira totutio paulopost, vbi nuncupatur* fœminæ facies Christus, & viri caput.

195. centenarijs quoque rosis.] *Mss. 3. & 1. editio*: centaureis. *Verùm lego cum Rhenan.* centenarijs, *eo quod* rosæ centifoliæ *meminerit Plin. l. 21. cap. etiam vbi de ceronis agit, quamquam neget Tiberij Principatu nondum* rosam centifoliam in coronis *additam. Atqui de* Midæ roseto *vide suprà T. lib. de Pall. c. 2. nu. 43.*

196. fauos post fella gustauit.] *De hoc Prouerbio vide nostra Prolegomena. Atqui pro*: si fortè, *tenset legendum Latinius*: si potes.

Cap. xv.

197. Serua Deo rem suam inattaminatam, &c.] *Titulum postremo huic capiti damus*: Quòd à Christo corona exspectanda. *Locus insignis pro* corona, *seu* mercede bonorum operum, *seu* meritorũ nostrorum; *de quibus tamen latius suprà lib. ad Martyras, cap. 3. num. 43. & lib. de Patientia, cap. 11. num. 73. & 75. & cap. 13. num. 82.*

198. Qui vicerit, dabo ei coronam vitæ. Esto & tu fidelis ad mortem.] *Sicuti alias sæpè, sic & hic memoria quantum adparet lapsus, ex duobus scriptura testimonijs vnum confecit. Nam Apoc. 2.* Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *& Apoc. 3.* Qui vicerit, sic vestietur, &c. *Item*: Qui vicerit, *facsamillum columnam.*

199. bonum agonem.] *Similiter B. Cypr. ex epist. 3. & l. 3. Testim. ad Quir. t. 16. qui votem Græcam*: ἀγῶνα, *Latinam feterunt, pro eo quod noster interpres*: certamen *vertit, 2. Timot. 4.*

200. Protosedent & Presbyteri, &c. *Mirabilis (inquit Rhenanus) verbi compositio ex peregrino & nostro, quamuis & nostrum à Græco ἔδω deturum sit. Adludit autem ad locum Apocalypseos 4. Et super thrones viginti quatuor sessores, &c. Aliqui etiam hic seruata est ab Auctore vox Græca*: πρωτοκαθέδροι.

201. eodẽnique auro, &c.] *Et hic (inquit Rhenanus) locus est Apoc. 14. Propterea post tot ies citatam Apoc. inquit*: Si tales imagines in visione, quales veritates in repræsentatione. *Loquitur autem de visione Ioannis, qui scripsit Apocalypsin.*

202. Strophiolo aut dracontario.] *Tenuissimus (inquit idem ex Plinio l. 21. c. 2.)* setaceæ coronis *vtebantur antiqui,* strophia *appellantes, vnde nata* strophiola. *Porrò* Dracontarium *videtur esse seculi vocabulum fuisse, pro corolla. Ego verò puto* Dracontarium, coronam *intelligi confectam aut ex* dracontia *herba antidoto aduersus venena, cuius meminit Plin. l. 24. cap. 19. aut ex gemmis* draconilibus, *de quibus idem l. 37. cap. 10. & Auctor suprà l. de Hab. mulebri, c. 6. n. 52.*

203. Nam & Reges nos Deo, &c. fecit.] *Versus ad verbum ex Græco* ξασιλεῖς, *pro eo quod noster interpres*: regnum.

204. bonus miles.] *Loquitur (inquit Rhenanus) de* Milite *isto, qui coronam in manu, non in capite gestauerat, ob eam rem in carcerem raptus.*

205. Erubescite Romani commilitones.] *Hinc patet Romæ hunc librum scriptum fuisse.*

206. sed ab aliquo Mithræ milite, &c.] *Huius (inquit Rhenanus.) Dei* Mithræ *meminit in Præscriptionibus, de diabolo nostra religionis sacra (imme* sacramenta) *imitante loquens.* Tingit & ipse quosdam *(inquit)* vtique credentes & fideles suos. Expiationem delictorum de lauacro repromittit. Signat illic in frontibus milites suos. Celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. *Quæ postrema verba: & sub gladio redimit coronam, hic exponuntur. Nam hanc ceremoniam hoc loco explicat, quam demiror animine fuisse commemoratam. D. Hieronymus tantum obiter indicat, quam ad Latam de Institutione filiæ scribens: Ante paucos (inquit) annos propinquus vester Gratchus nobilitatem patritiam sonans nomine, quem*

quum præfecturam geretet vrbanam, nonne Specum Mithræ, *et omnia portenti usa simulacra, quibus* Corax, Niphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Bromius pater, initiantur, subuertit, fregit, excussit? *Vbi vides* Militis *fieri mentionem, cuius initiationem, in* Specu Mithræ *hoc loco describit Tertullianus. Lactantius sine Lutatine Statij interpres vltimum carmen primi Thebaidos exponens:*

Indignata sequi torquentem cornua *Mitram*, *scribit Apollinem à diuersis gentibus variis appellari nominibus. Apud Achemenides enim Titan vocatur, apud Ægyptios Osiris, apud Persas vbi in antro colitur,* Mithra *nominatur. Eius simulacrum singebatur reluctantis tauri cornua retentare, eaque significatur Lunam ab eo lumen accipere, quum acceperit ab eius radijs segregari. Erat autem ipse Sol Leonis vultu eumtiara prisco habitu, virisque manibus, ceu diximus, bouis cornua comprimens. Siquidem Sol principale signum inculcat & frenat, Leonem scilicet, ideò quòd hic Deus ceteros sui nominis & potentiæ impetu extollat, vt inter reliquas feras Leo: vel quòd sit rapidum animal. Hæc ille Commentario propterea paulo prolixiùs retuli, vt melius intelligatur Tertullianilocus ille* 1. *lib. adu. Marc. quum inquit:* Sicut aridæ & ardentis naturæ Sacramenta Leones Mithræ philosophantur. *Meminit & Martianus Capella* Mithræ, *quum eanst lib.* 3. *de nupt. Mer. & Philog.*

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirin,
Dissona sacra *Mithram.* ---

Plura dicto lib. de Præscript. adu. hær. cap. 40. *Tom. sequ. videat Lector, tum de* Mithra, *tum de* diabolo diuina adfectante, *vti paulopòst Auctor commemorat.*

207. in spelæo & castris verè tenebrarum.] *De hoc* spelæo *latiùs in hac verba B. Iustinus Martyr aduersus Tryphonem: Porrò quando illi qui* Mithræ initiationes *(si enim verò, pro eo quod aly:* initia*) tradunt, è petra eum natum esse memorant (de quo vide etiam testimonium B. Hieron. infrà Tom. sequ. lib. de Præscript. adu. hæres. supradicto num.* 271.) & spelæum nominant eum locum, vbi initiari ei credentes perhibent; *non ego hic, quod à Daniele dictum est, lapidem absque manibus abscissum de monte ingenti, & quod ab Esaia est prænulgatum, eos sequutos esse, atq; hæc consimiliter mistituisse scimus? cuius Prophetiæ promulgationis etiam verba omnia imitari sunt conati. Nam & iuste rectèque agendi præcepta, vt apud illos dicuntur, arte quadam effecerunt. Verba Esaiæ sunt talia cap.* 33. *Audite qui longè estis quæ fecerim, & cognoscite propinquantes fortitudinem meam. Desciuerunt in Syon iniqui. Corripiet tremor impios. Quis annutiabit vobis locum sempiternum? Ambulans in iustitia (hinc apud illos de quibus supra recte agendi præcepta) loquens viam rectam, odio habens iniquitatem & iniustitiam, manus obtinens puras à munere bus, obturans aures, vt ne audiat iudicium sanguinis iniusti, connitens otulis vt ne videat iniustitiam. Hic habitabit in excelso specu petræ fortis: (hinc* spelæi *imitatio.) Panis dabitur ei (ex quo desumpta apud illos panis oblatio, cuius mentio sit libro de Præscript. adu. haret.) & aqua eius fidelis (quò pertinet de qua ibidem tinctio.) Regem cum gloria videbitis (quod ad resurrectionem pertinet) & oculi vestri longè prospicient. Anima vestra meditabitur timorem Domini: (hinc ibidem expiatio delictorum.) Vbi est litteratus? vbi sunt Consiliarij? vbi est eos dinumerans qui alunt ur, parvum & magnum populum? Quacum consilia non agitarunt, neque profundi atem vocum scimerunt, ita vt non audirent, Populus vitiosus, & non est audientis scientiæ? Quod ipsum rursum paucioribus his verbis non multopòst repetit: Quòd vero (inquit) Esaias de symbolis arcanique specus vaticinio præloquutus sit, vobis recensui, sed eorum gratia, qui hodie vobiscum venere, locum eum repetam: insuper hoc addens, propter verba eiusdem modi, eos qui* Mithræ mysteria *instituerunt in loco qui apud illos* spelæum *vocetur, suos* initiare, *sacraque sua arcana peragere, diabolo instinctu agitatos. Atqui* spelæum *illud primum Zoroastres in Persidis montibus dicasse fertur prope fontes, iuxta quod habet Porphyrius in Comment. antri Nympharum, ex* 13. *Odyss. Homeri.*

208. quasi nimium martytij.] *Hoc est (inquit idem Rhenanus) imitamentum* martyrij *quod pro Christo tolerant Christiani. Quare & hanc lectionem retinendam duxi, pro eo quod in excusis subrepserat:* minimum, *maximè quum illud etiam legât* 3. *MS. cod. Vatic. Vnde nec placet lectio Gyraldi hist. Deorum Synt.* 7. *qui legit:* munus. *Maximè quòd haud absimiliter B. Gregor. Nazian. Orat* 1. *in Julian. Imper. scribat: Ab illo fuisse comparata martyria Christianorum cruciatibus, qua in Mithræ sacris celebrabantur Super quo loco (vti citatatur ibidem à Giraldo) vetus commentator.* Mithra, *id est, Sol cui celebritates fiunt, & imprimis à Chaldæis. Cui Deo qui voluit initiari, duodecim contumelijs afficiuntur, per verbera, ælorem, frigus, & alia eiusmodi. Quæ proinde put at fuisse etiam ea sacra, qua Commodus Imperator homicidio pollut.*

ARGVMENTVM LIBRI DE VELANDIS VIRGINIBVS PER IACOBVM PAMELIVM.

QVVM *prætextu contrariæ consuetudinis, contra quam Apostolus præceperat, non modò nuptæ, & virgines hominum, seu seculares quæ ad nuptias virorum adspirant; sed & virgines Dei, quæ Christo nupserant, præsertim in Ecclesijs caput non velarent; quod antea Græcè, nunc Latinè quoque ostendit, Virgines velari oportere.*

Imprimis autem consuetudinem aduersus veritatem non præscribere, ex eo docet, quòd Regula fidei vna irreformabili manente, cætera disciplinæ & conuersationis admittant nonnitatem correctionis. I.

Maximè quum Ecclesiarum, quas Apostoli seu Apostolici viri condiderunt, consuetudo opponatur, nobis autem & illis vna fides, vnus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lauacri Sacramenta, vna Ecclesia. II.

Proinde quum arbitrio cuiusque permissa res esset; vt quæque voluisset, aut velari, aut non tegi, sicut & nubere; temerariam audaciam reprehendit, qua virgines hominum ambibant aduersus virgines Dei, quòd aliter (velatæ inquam) illæ incederent; immò sacrilegis manibus dicatum Deo habitum à virgine electum detraherent. III.

Neque verò obstare quod opponitur, nullam mentionem virginum ab Apostolo factam, vbi de velamine præfinit, sed tantum mulieres nominatas; quia Spiritus sanctus vno nomine Mulieris etiam virginem intelligi voluit, vt potè quòd generale sit vocabulum, vti & Fœmina. IIII.

v. *Ad sexum enim pertinere, non ad gradum sexus, probat scriptura Geneseos; quæ Eua mulier est cognominata, adhuc fœlix, adhuc virgo; post matrimonij verò connexum, mulier eius*

VI. *Sic & Apostolum mulierem vocare Virginem Mariam, quam vtique virginem constat fuisse, licet Hebion resistat; & Angelum Gabrielem ad Virginem missum, cùm benedicit illam, inter mulieres deputasse.*

VII. *Iam verò etiam ipsas rationes virginibus competere, per quas Apostolus docet velari fœminam oportere.*

VIII. *Eadem itaque ratione virginem in muliere intelligendam, qua puerum in viro; vtpotè quum Adam adhuc integer ante nuptiarum congressum vir sit cognominatus in Genesi, & apud Apostolum vox: Omnis, tam de viro quàm de muliere, aquè virginem in viro atque in muliere comprehendat.*

IX. *Alia item disciplinæ Ecclesiasticæ præscripta de muliere in virgine spectare, nam nec virgini, quantumuis carnem suam sanctificare proposuit, licere in Ecclesia docere, tinguere, offerre, aut sacerdotalis officij sibi sortem vendicare.*

X. *Non itaque magis debere virgines honorigeram notam virginitatis suæ non (velando se) præferre; quàm tot viros virgines, tot spadones, qui nulla sibi defendunt continentiæ insignia, quæ tamen virginitate fœminarum est laboratior*

XI. *Ad responsionem autem ex diuerso, quasi à natiuitate proinde virginem operiri oporteat respondet; Apostolum intelligi debere, ex quo se virgo intelligere cœperit, post contestatam maturitatem; interserens exempla tum Rebeccæ, quæ velata sponso suo occurrit, (nec minus post continentiæ votum virgini id faciendum) & ethnicorum, apud quos velatæ ad virum ducuntur*

XII. *Proinde tegantur superiora, cuius inferiora nuda non sunt, nec eas imitentur, quæ sola capitis nuditate virginitatem nundinant.*

XIII. *Deinde si & apud ethnicos propter homines iam nupturæ caput velant, saltem in Ecclesia virginitatem abscondant, vt in occulto mercedem apud Deum mereantur, quæ tantam oblationem Deo offerut ipsius corporis & spiritus sui, cùm illam ipsam naturam conferant.*

XIIII. *Neque verò cogendas ceteras ad huiusmodi opus virginitatis; quia vbi coactio, illic necessitas; vbi necessitas, illic infirmitas; & proinde facilè ruunt, & funem lõgum delictorum sibi adtrahentes, intecto tamen permanentes capite, ne prodantur, virgines sub Deo se mentiuntur.*

XV. *Sed enim vera & pura virginitas, etiam fœminarum oculos timens, confugit ad velamẽ capitis tãquam clypeum, quo bonum suum protegat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus sascinum etiam apud ethnicos metuendum.*

XVI. *Scripturam itaque legem hanc de velamine condidisse, naturam contestari, disciplinam exigere maximè in virgine quæ Christo nupsit, illi tradidit carnem suam, illi sponsauit maturitatem suam; qui quum alienas sponsas & maritatas velari iubeat, vtique multo magis suas.*

XVII. *Postremò eas, quæ in nuptias inciderunt admonet, vt ne quidem in momento horæ à disciplina velaminis exoleſcant, tum Apostoli verbis, tum Arabicarum fœminarum quæ faciem totam contegunt, & reuelationis cuiusdam exemplis; præsertim verò ne inter Psalmos aut in Oratione ipsa, vel quacunque Dei mentione, retectæ perseuerent.*

Ceterùm librum librum hunc germanum esse patet ex eius hoc Epiphonemate, Pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum SEPTIMIO TERTVLLIANO, cuius hoc opusculum est. *Deinde eundem imitatur B. Cyprian. lib de Disciplin. & habitu virginum, locis infrà citatis. Habuerunt denique MS. Thritemius Catal. Script. & Politianus epist. 5. lib. 4. Ædius autem fuit primùm à Rhenano ex Paterniacensi & Hirsaugiensi exemplaribus MS. cum Scholijs, deinde castigatus ex cod. Gorzziensi, additis Adnotationibus; quibus acceßit etiam recognitio Sigismundi Gelenij ex Britannico codice. Non tamen eiusmodi, quin plures adhuc loci recogniti fuerint à nobis ex 3. MS. Vatic. codicibus, & Adnotationibus quoque nostris locupletati.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBER.

PROPRIVM [1] iam negotium passus meæ opinionis, [2] Latinè quoque ostendam, virgines nostras velari oportere, ex quo transitum ætatis suæ fecerint: Hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in vsum per successionem corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominauit. Si semper Christus, & prior omnibus: æquè veritas sempiterna & antiqua res: Viderint ergo quibus nouum est quod sibi vetus est. [3] Hæreseis non tam nouitas quàm veritas reuincit. Quodcunque aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo. Cæterùm suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quàm recipiendum quod agnoscitur. [4] Regula quidem fidei vna omninò est, sola immobilis, & irreformabilis, credendi scilicet in vnicum Deum omnipotentem, mundi conditorem, & filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum à mortuis, receptum in cœlis, sedentem nunc ad dexteram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos, per carnis etiam resurrectionem: Hac lege fidei manente, cetera iam disciplinę & conuersationis, admittunt nouitatem correctionis, operante scilicet & proficiente vsque in finem gratia Dei. B Quale est enim vt diabolo semper operãte & adijciente quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit, aut proficere desiterit, [6] cùm propterea Paracletum miserit Dominus, vt quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur & ad perfectũ perduceretur disciplina, ab illo vicario Domini Spiritu sancto. Adhuc inquit, multa habeo loqui vobis, sed nõdum potestis ea baiulare: Cùm venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, [7] & superuenientia renunciabit vobis. [8] Sed & suprà de hoc eius opere pronunciauit. Quæ est ergo Paracleti administratio nisi hæc, quòd disciplina dirigitur, quòd scripturæ reuelantur, quòd intellectus reformatur, quòd ad meliora proficitur? Nihil sine ætate est, & omnia tẽpus expectãt. Denique Ecclesiastes, [9] Tẽpus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum est primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula enititur. Deinde rami & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germinis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoque rudis aliquandiu & informis, paulatim ætatem suam dirigẽs, [10] eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & iustitia (nam idem Deus iustitiæ & creaturæ) primò fuit in rudimentis, natura Deum metuens: dehinc per legem & Prophetas promouit in infantiam: dehinc per Euangelium effer buit in iuuentutem: nunc per Paracletum componitur in maturitatem. Hic erit solus à Christo magister & dicendus & verendus. Non enim ab se loquetur, [11] sed quæ mandantur à Christo. [12] Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt, Hunc qui audierunt vsque non olim prophetantem, virgines contegunt. [[13] Sed nolo interim hunc morem veritati deputare. Consuetudo sit tantisper, vt consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Græciam & [14] quasdam Barbarias eius, plures Ecclesiæ virgines suas abscondunt. Est [15] & sub hoc cœlo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Græcanicæ aut Barbaricæ consuetudinem illam asscribat. Sed eas ego Ecclesias proposui, C quas & ipsi Apostoli vel Apostolici viri çondiderunt, & puto ante quosdam. Habent igitur & illæ eandem consuetudinis auctoritatem, tempora & antecessores opponunt magis quàm posteræ istæ. Quod obseruabimus, quid diligemus: Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare nõ possumus, vtpotè non extraneam, quia nõ extraneorum, cum quibus scilicet communicamus [16] ius pacis & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem [17] lauacri sacramenta. [18] Semel dixerim, vna Ecclesia sumus. Ita nostrum est, quodcunque nostrorum est. Cæterùm diuidis corpus: tam hic, sicut in omnibus variè institutis & dubiis & incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, [19] quæ magis ex duabus tam diuersis consuetudinibus disciplinæ Dei conueniret. Et vtique ea deligenda, quæ virgines includit, soli Deo notas, quibus præter quòd à Deo non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est. Virginem magis laudando quàm vituperando confundas: quia delicti durior frons est, ab ipso & in ipso delicto impudentiam docta. Nam illam consuetudinem, quæ virgines negat dum ostendit, nemo probasset, nisi aliquæ tales quales virgines ipsæ. Tales enim oculi volent virginẽ visã, quales habet virgo quæ videri volet. Inuicẽ se eadẽ oculorũ genera desiderãt. Eiusdẽ libidinis est videri, & videre. Tã sancti viri est [20] subfũdi, si virginẽ viderit, quã sanctæ virginis, si à viro visa sit. [[21] Sed nec inter consuetudines dispicere voluerũt illi sanctissimi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos

Cap. I.

Joan. 14.

Joan. 16.

Eccles. 3

Joan. 16.

Cap. II.

Ca. III.

ad vsque proximè vtriq; consuetudini communicabatur. Arbitrio permissa res erat, vt quæque vo- D
luisset aut tegi aut prostitui, sicut & nubere: quod & ipsum neque cogitur neque prohibetur Con-
tenta erat veritas pacisci cum consuetudine, vt tacitè sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex
parte Sed quoniam cœperat agnitio proficere, vt per licentiam vtriusque moris indicium melioris
partis emergeret, statim ille aduersarius bonorum, multóque institutorum, opus suum fecit. Am-
biunt virgines hominum aduersus virgines Dei, nuda planè fronte temerariè audaciam excitatæ.
Et virgines videntur quæ aliquid à viris petere possunt, nedum tale factum, vt scilicet æmulæ earum,
tanto magis liberæ, quanto Christi solius ancillæ, dedantur illis. Scandalizamur, inquiunt, quia ali-
ter aliæ incedunt: & malunt scandalizari, quàm prouocari.[23] Scandalum, nisi fallor, non bonæ
rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum. Bonæ res neminem scandalizant, nisi malam
mentem. Si bonum est modestia, verecundia, fastidium gloriæ, soli Deo captans placere: agnosc-
ât malum suum, quæ de tali bono scandalizantur. Quid enim si & incontinẽtes dicant se à cõtinen-
tibus scandalizari, continentia reuocanda est? & ne multi nobis scandalizentur,[24] monogamia recu-
sanda est? Cur non magis hæ quærantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiã ostentatitiæ vir-
ginitatis? Propter eiusmodi igitur capita nundinatitia, trahantur virgines sanctę in Ecclesiam, erube-
scentes quòd cognoscantur in medio, pauentes quòd detegantur accersitæ quasi ad stuprum. Non
minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bonæ, stupri passio est. Et tamen vim car-
nis pati, minus est; quia de officio naturę venit. Sed cùm spiritus ipse violatur in virgine, sublato vela-
mine didicit amittere quod tuebatur.[25] O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitũ detrahere po-
tuerunt! Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset? Denudasti puel-
lam à capite, & tota iam virgo sibi non est: alia est facta. Exurge igitur veritas, & quasi de patientia
erumpe, nullam volo consuetudinem defendas; nam iam & illa cõsuetudine, sub qua te fruebaris, ex-
pungitur. Te esse demõstra quę virgines tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non
CA.IIII. nouit. Si enim nosset, nunquam esset. [[27] Quatenus autem & de scripturis aduersus veritatem argu-
" mentari consuetudo est, statim opponitur nobis; nullam mẽtionem virginum ab Apostolo factam, E
1. Cor. 11. " vbi de velamine præfinit, sed tãtùm mulieres nominatas: cùm si voluisset, & virgines tegi, de virgini-
" bus quoque cum mulieribus nominatis pronuntiasset:[26] quomodo illic, inquit, vbi de nuptijs tra-
1. Cor. 7. " ctat, quid obseruandum sit etiam de virginibus, declarat: Itaq; non contineri eas lege velãdi capitis,
" vt non nominatas in hac lege: immò ex hoc non velari quã non iubentur, quæ nec nominantur. Sed
" & nos eandem argumentationẽ retorquemus. Qui enim sciebat aliàs vtriusque generis facere men-
" tionem, virginis dico, & mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis in his in quibus non no-
minat virginem, non faciens distinctionem, ostendit conditionis communionem. Ceterum
potuit hic quoque constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit:[27] Diuisa est
1. Cor. 7. mulier & virgo: igitur quas non diuisit, tacendo[28] inalteratas. Nec tamen quia illic diuisa est & mu-
lier & virgo, hîc quoque patrocinabitur illa diuisio, vt quidam volunt. Quanta enim alibi dicta, non
valent, vbi dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa, quę alibi, vt sufficiat semel dictum? Illa autem
causa virginis & mulieris lõgè diuisa est ab hac specie. Diuisa est, inquit, mulier & virgo. quare? quo-
niam innupta, id est, virgo, cogitat ea quæ sunt Domini, vt sit sancta, & corpore & spiritu. Nupta au-
tem, id est, non virgo, cogitat quomodo placeat viro. Hæc erit interpretatio diuisionis illius, nullum
habens locũ in isto capitulo, in quo neq; de nuptijs, neque de animo & cogitatu mulieris & virginis,
pronuntiatũ, sed de capite velando. Cuius nullam volens esse discreptationem, Spiritus sanctus vno
nomine mulieris, etiã virginem intelligi voluit, quã propriè non nominãdo à muliere non separauit,
& non separãdo coniunxit ei à qua non separauit. Nouum est nunc ergo principali vocabulo vti, & F
cetera nihilominus in eo vocabulo intelligi, vbi nulla est necessitas singillatim distinguendæ vniuer-
sitatis? Naturaliter compendium sermonis & gratum & necessarium est: quoniam sermo laciniosus,
& onerosus & vanus est. Sic & generalibus vocabulis contenti sumus comprehendentibus in se spe-
cialium intellectũ. Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulũ est fœmina.[29] Naturalis vocabuli
generale mulier. Generalis etiam speciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiã ætatis nomina ac-
cedũt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est: & [30] subiectiuum anteceßiuo, &
portionale vniuersali: in ipso intelligitur cui subijcitur, & in ipso significatur, quia in ipso continetur.
Sic nec manus, nec pes, nec vllum membrorum desideratur significari corpore nominato. Et si mun-
dum dixeris, illic erit & cœlum, & quæ in eo, sol & luna, & sidera, & astra, & terra, & freta, & [31] omnis
census elementorum. Omnia dixeris, cùm id dixeris quod ex omnibus constat. Sic & mulierem no-
CAP.V. minando, quicquid est mulieris nominauit. [[32] Sed quoniã ita mulieris nomen vsurpant, vt non pu-
" tent competere illud nisi ei soli quæ virum passa sit; probari à nobis oportet proprietatem eius voca-
" buli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur.
Gen. 2. Cùm hoc genus secundi hominis à Deo factum est, in adiutorium hominis; fœmina illa, statim mu-
lier est cognominata, adhuc fœlix,[33] adhuc digna paradiso, adhuc virgo. Vocabitur, inquit, mulier.
Habes itaque nomen, non dico iam virgini commune, sed proprium. quod à principio virgo sor-
tita est. Sed ingeniosè quidam de futuro volunt dictum: Vocabitur mulier, quasi quæ hoc futura
esset, cùm virginitatem resignasset: quoniam & adiecit, Propterea relinquet homo patrẽ & matrem,
& [34]

A &[14] conglutinabitur mulieri suæ, &[15] erunt duo in carnem vnam. Ostendant igitur primò, vbi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea vocabulum acceperit. Non poterit enim sine vocabulo præsentis qualitatis suæ fuisse. Cæterùm quale est vt quæ in futurum vocaretur nomine designato, in præsenti nihil cognominaretur? Omnibus animalibus Adam nomina imposuit, & nemini ex futura conditione, sed ex præsenti institutione, cui conditio quæcunque seruiret, hoc appellata, quod à primordio voluit; quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotiēscūque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequàm nupta, & nunquam virgo cùm virgo. Hoc nomen vnum illi fuit, & quando nihil[16] prophetico modo dictum est. Nam cùm scriptura refert fuisse nudos duos, Adam & mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in præsagio vxoris. Sed quoniam & innupta illius mulier, vt de substantia ipsius: Hoc, inquit, os ex ossibus meis, & [17] caro ex carne mea vocabitur mulier. Hinc ergo tacita conscientia naturæ, ipsa diuinitas animæ in vsum sermonis eduxit nescientibus hominbus (sicut & alia multa, quæ ex scriptura fieri & dici solere alibi poterimus ostendere) vti mulieres nostras dicamus vxores, quanquam & impropriè quædam loquamur.[18] Nam & Græci qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur,[19] alia habent propria vocabula vxoris. Sed malo hunc vsum ad scripturæ testimonium deputare. Vbi enim duo in vnam carnem efficiuntur per matrimonij nexum, caro ex carne, & os ex ossibus, vocatur secundum originem mulier eius, ex cuius substantia incipit censeri facta vxor. Ita mulier non natura nomen est vxoris, sed vxor conditione nomen est mulieris. Denique mulier & non vxor dici potest, non mulier autem vxor dici non potest, quia nec esse. Constituto igitur nomine nouæ fœminæ, quod est mulier, & explicito quod priùs fuit, id est nomine assignato, conuertir iam ad propheticam rationem, vti diceret,[40] Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Adeò separatum est nomen à prophetia, quantum & ab ipsa persona, vt non vtique de ipsa Eua dixerit, sed in illas fœminas
B futuras, quas in[41] matrice generis fœminini nominarit. Alioqui nō Adam relicturus erat patrē & matrem quos hon habebat, propter Euam. Ergo non ad Euā pertinet, quia nec ad Adam, quod propheticè dictum est. De maritorum enim cōditione prædictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam. Si ita res est, apparet non propter futurum, mulierem cognominatam, ad quam futurum non pertinebat. Eò accedit, quòd ipse rationem eius nominis ædidit. Cùm enim dixisset, Vocabitur mulier,[42] quoniā ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine.[43] Sed dicemus & de viri nomine suo loco. Nemo itaq; nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductum est: præsertim cùm appareat, vbi de futuro nomen acceperit, illic scilicet,[44] vbi Eua cognominatur, personali iam vocabulo, quia naturale præcesserat. Si enim Eua mater viuētium est, ecce ex futuro cognominatur, ecce vxor & non virgo prænunciatur, hoc erit vocabulum nupturæ. Ex nupta enim mater. Ita hic quoque ostēditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quæ postmodùm acceptura erat futuræ conditionis suæ nomen. Responsum satis est ad hanc partem. [45] Videamus nunc si & Apostolus formam vocabuli istius secundum Genesim obseruet, sexui deputans illud, sic mulierem vocans virginem Mariam, quemadmodū & Genesis Euam. Scribens enim ad Galatas, Misit, inquit, Deus filium suum factū ex muliere. Quam vtiq; virginē constat fuisse,[46] licet Hebion resistat. Agnosco & angelū Gabrielem ad virginem missum: sed cùm benedicit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat:[47] Benedicta tu inter mulieres. Sciebat & angelus mulierem etiam virginem dici. Sed & ad hæc duo ingeniosè quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcircò & ab angelo & ab Apostolo mulierem pronuntiatam.[48] Desponsata enim, quodammodò nupta. Tamen inter quodammodò, & verum, satis interest dumtaxat hoc in loco. Nam alibi ita sanè habendum est. Nunc verò non quasi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiauerūt, sed quasi nihilo minus fœminam, etiāsi non sponsam, quasi
C hoc à primordio dictā. Illud enim præiudicet necesse est, à quo forma descēdit. Ceterùm quod pertineat ad hoc capitulū, si hic desponsatæ ad æquatur, vt idcò mulier dicta sit Maria, non quā fœmina, sed quā marita, iam ergo Christus non ex virgine natus est, quia ex desponsata quæ virgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex virgine natus est, licet ex desponsata tamen integra, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. Hic certè nihil propheticè dictum videri potest, vt futuram mulierem, id est nuptam Apostolus nominarit, dicendo, factum ex muliere. Non enim poterat pōsteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam: sed illa quæ erat præsens, quæ erat virgo, & mulier vocabatur post vocabuli huius proprietatem, secundum primordij formam, virgini, & ita vniuerso mulierum generi defensam. [49] Cōuertamus ad ipsas iam rationes recensendas, per quas Apostolus docet velari fœminam oportere, an eædem etiam virginibus competant: vt ex hoc quoque vocabuli cōmunio inter virgines & non virgines constet, dum eædem velaminis causæ in vtraque parte deprehēduntur. Si caput mulieris, vir est, vtique & virginis, de qua fit mulier, illa quæ nupsit: nisi si virgo tertium genus est monstruosum aliquod sui capitis. Si mulieri turpe est radi siue tonderi, vtique & virgini.[50] Proinde viderit seculum æmulum Dei, si ita virgini cæsum capillum decori mentitur, quemadmodum & puero permissum. Ergo cui æquè non conuenit radi siue tonderi, æquè conuenit operiri. Si gloria viri est mulier quantò magis virgo, quæ & gloria sibi est? Si mulier ex viro & propter virum, costa illa Adæ virgo primùm fuit.[51] Si

Ibid. paulo prius.

Ibid. in fine.

Ibid. antea

Vbi suprà.

Gen. 3.

CAP. VI.

Gal. 4.

Luc. 1.

Gal. 4.

CA. VII.

1. Cor. 11.

ad vsque proximè vtriq; consuetudini communicabatur. Arbitrio permissa res erat, vt quæque vo- D
luisset aut tegi aut prostitui, sicut & nubere: quod & ipsum neque cogitur neque prohibetur Con-
tenta erat veritas pacifci cum consuetudine, vt tacitè sub consuetudinis nomine fructetur se vel ex
parte Sed quoniam cœperat agnitio proficere, vt per licentiam vtriusque moris indicium melioris
partis emergeret, statim ille aduersarius bonorum, multóque instítutorum, opus suum fecit. Am-
biunt virgines hominum aduersus virgines Dei, nuda planè fronte temerariè audaciam excitatæ.
Et virgines videntur quæ aliquid à viris petere possunt, nedum tale factum, vt scilicet æmulæ earum,
tanto magis liberæ, quanto Christi solius ancillæ, dedantur illis. Scandalizamur, inquiunt, quia ali-
ter aliæ incedunt: & malunt scandalizari, quàm prouocari.[21] Scandalum, nisi fallor, non bonæ
rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum. Bonæ res neminem scandalizant, nisi malam
mentem. Si bonum est modestia, verecundia, fastidium gloriæ, soli Deo captans placere: agnos-
cât malum suum, quæ de tali bono scandalizantur. Quid enim si & incontinentes dicant se à cõtinen-
tibus scandalizari, continentia reuocanda est? & ne multi nobis scandalizentur,[22] monogamia recu-
sanda est? Cur non magis hæ quærantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiã ostentatitiæ vir-
ginitatis? Propter eiusmodi igitur capita nundinatitia, trahantur virgines sanctę in Ecclesiam, erube-
scentes quòd cognoscantur in medio, pauentes quòd detegantur accersitæ quasi ad stuprum. Non
minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bonæ, stupri passio est. Et tamen vim car-
nis pati, minus est; quia de officio naturę venit. Sed cùm spiritus ipse violatur in virgine, sublato vela-
mine didicit amittere quod tuebatur.[24] O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitũ detrahere po-
tuerunt! Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset? Denudasti puel-
lam à capite, & tota iam virgo sibi non est: alia est facta. Exurge igitur veritas, & quasi de patientia
erumpe, nullam volo consuetudinem defendas; nam iam & illa cõsuetudine, sub qua te fruebaris, ex-
pungitur. Te esse demõstra quę virgines tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non
CA.IIII. nouit. Si enim nosset, nunquam esset. [25] Quatenus autem & de scripturis aduersus veritatem argu- E
" mentari consuetudo est, statim opponitur nobis; nullam mẽtionem virginum ab Apostolo factam,
1. Cor. II. " vbi de velamine præfinit, sed tãtùm mulieres nominatas: cùm si voluisset, & virgines tegi, de virgini-
" bus quoque cum mulieribus nominatis pronuntiasset:[26] quomodo illic, inquit, vbi de nuptijs tra-
1. Cor. 7. " ctat, quid obseruandum sit etiam de virginibus, declarat: Itaq; non contineri eas lege velãdi capitis,
" vt non nominatas in hac lege: immò ex hoc non velari quã non iubentur, quæ nec nominantur. Sed
" & nos eandem argumentationẽ retorquemus. Qui enim scie bat aliàs vtriusque generis facere men-
" tionem, virginis dico, & mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis in his in quibus non no-
" minat virginem, non faciens distinctionem, ostendit conditionis communionem. Ceterum
L. Cor. 7. potuit hîc quoque constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit:[27] Diuisa est
mulier & virgo: igitur quas non diuisit, tacendo[28] inalteravit. Nec tamen quia illic diuisa est & mu-
lier & virgo, hîc quoque patrocinabitur illa diuisio, vt quidam volunt. Quanta enim alibi dicta, non
valent, vbi dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa, quę alibi, vt sufficiat semel dictum? Illa autem
causa virginis & mulieris lõgè diuisa est ab hac specie. Diuisa est, inquit, mulier & virgo. quare? quo-
niam innupta, id est, virgo, cogitat ea quæ sunt Domini, vt sit sancta, & corpore & spiritu. Nupta au- F
tem, id est, non virgo, cogitat quomodo placeat viro. Hæc erit interpretatio diuisionis illius, nullum
habens locũ in isto capitulo, in quo neq; de nuptijs, neque de animo & cogitatu mulieris & virginis,
pronuntiatũ, sed de capite velando. Cuius nullam volens esse disceptationem, Spiritus sanctus vno
nomine mulieris, etiã virginem intelligi voluit, quã propriè non nominãdo à muliere non separauit,
& non separãdo coniunxit ei à qua non separauit. Nouum est nunc ergo principali vocabulo vti, &
cetera nihilominus in eo vocabulo intelligi, vbi nulla est necessitas singillatim distinguendæ vniuer-
sitatis? Naturaliter compendium sermonis & gratum & necessarium est: quoniam sermo lacinio sus,
& onerosus & vanus est. Sic & generalibus vocabulis contenti sumus comprehendentibus in se spe-
cialium intellectũ. Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulũ est fœmina.[29] Naturalis vocabuli
generale mulier. Generalis etiam speciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiã ætatis nomina ac-
cedũt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est: & [30] subiectiuum antecessuo, &
portionale vniuersali: in ipso intelligitur cui subijcitur, & in ipso significatur, quia in ipso continetur.
Sic nec manus, nec pes, nec vllum membrorum desiderat significari corpore nominato. Et si mun-
dum dixeris, illic erit & cœlum, & quæ in eo, sol & luna, & sidera, & astra, & terra, & freta, & [31] omnis
CAP.V. census elementorum. Omnia dixeris, cùm id dixeris quod ex omnibus constat. Sic & mulierem no-
minando, quicquid est mulieris nominauit. [32] Sed quoniã ita mulieris nomen vsurpant, vt non pu-
" tent competere illud nisi ei soli quæ virum passa sit; probari à nobis oportet proprietatem eius voca-
Gen. 2. " buli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur.
Cùm hoc genus secundi hominis à Deo factum est, in adiutorium hominis; fœmina illa, statim mu-
lier est cognominata, adhuc fœlix,[33] adhuc digna paradiso, adhuc virgo. Vocabitur, inquit, mulier.
Habes itaque nomen, non dico iam virgini commune, sed proprium. quod à principio virgo sor-
tita est. Sed ingeniosè quidam de futuro volunt dictum: Vocabitur mulier, quasi quæ hoc futura
esset, cùm virginitatem resignasset: quoniam & adiecit, Propterea relinquet homo patrẽ & matrem,
& [34]

A &[14] conglutinabitur mulieri suæ, &[15] erunt duo in carnem vnam. Ostendant igitur primò, vbi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea vocabulum acceperit. Non potest enim sine vocabulo præsentis qualitatis suæ fuisse. Cæterùm quale est vt quæ in futurum vocaretur nomine designato, in præsenti nihil cognominaretur? Omnibus animalibus Adam nomina impo- *Ibid. paulo prius.*
suit, & nemini ex futura conditione, sed ex præsenti institutione, cui conditio quæcunque setuiret, hoc appellata, quod à primordio voluit; quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotiensc̃unque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequàm nupta, & nunquam virgo cùm virgo. Hoc nomen *Ibid. in fine.*
tum vnum illi fuit, & quando nihil[16] prophetico modo dictum est. Nam cùm scriptura refert fuisse nudos duos, Adam & mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in præsagio vxoris. Sed quoniam & innupta illius mulier, vt de substantia ipsius: Hoc, inquit, os ex ossibus *Ibid. antea*
meis, &[17] caro ex carne mea vocabitur mulier. Hinc ergo tacita conscientia naturæ, ipsa diuinitas animæ in vsum sermonis eduxit nescientibus hominbus (sicut & alia multa, quæ ex scriptura fieri & dici solere alibi poterimus ostendere) vti mulieres nostras dicamus vxores, quanquam & impropriè quædam loquamur.[18] Nam & Græci qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur,[19] alia habent propria vocabula vxoris. Sed malo hunc vsum ad scripturæ testimonium deputare. Vbi enim duo in vnam carnem efficiuntur per matrimonij nexum, caro ex carne, & os ex ossibus, vocatur secundum originem mulier eius, ex cuius substantia incipit censeri facta vxor. Ita mulier non naturâ nomen est vxoris, sed vxor conditionis nomen est mulieris. Denique mulier & non vxor dici potest, non mulier autem vxor dici non potest, quia nec esse. Constituto igitur nomine nouæ fœminæ, quod est mulier, & explicito quod priùs fuit, id est nomine assignato, conuertit iam ad propheticam rationem, vti diceret,[20] Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Adeò separatum est no- *Vbi suprà.*
B men à prophetia, quantum & ab ipsa persona, vt non vtique de ipsa Eua dixerit, sed in illas fœminas futuras, quas in[21] matrice generis fœminini nominarit. Alioqui nõ Adam relicturus erat patrẽ & matrem quos hon habebat, proprerEuam. Ergo non adEuã pertinet, quia nec ad Adam, quod prophetiè dictum est. De maritorum enim cõditione prædictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam. Si ita res est, apparet non propter futurum, mulierem cognominatam, ad quam futurum non pertinebat. Eò accedit, quòd ipse rationem eius nominis ædidit. Cùm enim dixisset, Vocabitur mulier,[22] quoniã ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine.[23] Sed dicemus & de viri nomine suo loco. Nemo itaq; nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductum est: præsertim cùm appareat, vbi de futuro nomen acceperit, illic scilicet,[24] vbi Eua cognominatur, personali iam vocabulo, quia naturale præcesserat. Si *Gen. 3.*
enim Eua mater viuẽtium est, ecce ex futuro cognominatur, ecce vxor & non virgo prænunciatur, hoc erit vocabulum nupturæ. Ex nupta enim mater. Ita hic quoque ostẽditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quæ postmodùm acceptura erat futuræ conditionis suæ nomen. Resp̃onsum satis est ad hanc partem. [25] Videamus nunc si & Apostolus formam vocabuli istius secundum Ge- CAP. VI.
nesim obseruet, sexui deputans illud, sic mulierem vocans virginem Mariam, quemadmodũ & Genesis Euam. Scribens enim ad Galatas, Misit, inquit, Deus filium suum factũ ex muliere. Quam vtiq; *Gal. 4.*
virginẽ constat fuisse,[26] licet Hebion resistat. Agnosco & angelũ Gabrielem ad virginem missum: sed cùm benedicit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat:[27] Benedicta tu inter mulieres. Scie- *Luc. 1.*
bat & angelus mulierem etiam virginem dici. Sed & ad hæc duo ingeniosè quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcircò & ab angelo & ab Apostolo mulierem pronuntiatam.[28] Desponsata enim, quodammodò nupta. Tamen inter quodammodò, & verum, satis interest dumtaxat hoc in loco. Nam alibi ita sanè habendum est. Nunc verò non quasi iam nu-
C ptam mulierem Mariam pronuntiauerũt, sed quasi nihilo minus fœminam, etiãsi non sponsam, quasi hoc à primordio dictã. Illud enim prætudicet necesse est, à quo forma descẽdit. Cæterùm quod pertineat ad hoc capitulũ, si hic desponsatæ ad æquatur, vt idcò mulier dicta sit Maria, non quã fœmina, sed quã marita, iam ergo Christus non ex virgine natus est, quia ex desponsata quæ virgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex virgine natus est, licet ex desponsata tamen integra, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. Hic certè nihil prophetiè dictum videri potest, vt futuram mulierem, id est nuptam Apostolus nominarit, dicendo, factum ex muliere. Non enim poterat *Gal. 4.*
pòsteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam: sed illa quæ erat præsens, quæ erat virgo, & mulier vocabatur post vocabuli huius proprietatem, secundum primordij formam, virgini, & ita vniuerso mulierum generi defensam. [29] Cõuertamus ad ipsas iam CA. VII.
rationes recensendas, per quas Apostolus docet velari fœminam oportere, an eædem etiam virginibus competant: vt ex hoc quoque vocabuli cõmunio inter virgines & non virgines constet, dum eædem velaminis causæ in vtraque parte deprehẽduntur. Si caput mulieris, vir est, vtique & virginis, de qua fit mulier, illa quæ nupsit: nisi si virgo tertium genus est monstruosum aliquod sui capitis. Si mulieri turpe est radi siue tonderi, vtique & virgini.[30] Proinde viderit seculum æmulum Dei, *1. Cor. 11.*
si ita virgini cæsum capillum decori mentitur, quemadmodum & puero permissum. Ergo cui æquè non conuenit radi siue tonderi, æquè conuenit operiri. Si gloria viri est mulier quantò magis virgo, quæ & gloria sibi est? Si mulier ex viro & propter virum, costa illa Adæ virgo primùm fuit.[31] Si

Ibid. mulier potestatem habere super caput debet, vel eo iustiùs virgo, ad quam pertinet quod in causa D
Gen. 2. est. Si enim [12] propter angelos, scilicet quos legimus à Deo & cœlo excidisse, ob concupiscentiam
1. Cor. 11. fœminarum; quis præsumere potest tales angelos, maculata iam corpora, & humanæ libidinis reliquias desiderasse, vt non ad virgines potiùs exarserint, [13] quarum flos etiam humanam libidinem excussat? Nam & scriptura sic suggerit, Et factum est, inquit, cùm cœpissent homines plures fieri
Gen. 6. super terram, & filiæ natæ sunt eis. Conspicati autem filij Dei, filias hominum, quòd pulchræ essent, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. [14] Hîc enim nomen mulierum Græcum, vxores sapit, quia de nuptijs mentio est. Cùm ergo filias hominum dicit, manifestè virgines portendit, quæ adhuc apud parentes deputarentur: nam nuptæ maritorum nuncupantur: cùm potuerit dixisse vxores hominum æquè, non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum inuptas sumunt filias hominum, quas natas suprà dixit, sic quoq; virgines significans. Suprà natas, at hîc angelis nuptas, aliud eas nescio quàm natas, & dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quæ vsq; ad cœlum scandala iaculata est, vt cum Deo assistens, cui rea est angelorũ exterminatorum, [15] ceteris quoque angelis erubescat, & malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. Sed & si contaminatas iam fœminas angeli illi appetissent, tanto magis propter angelos virgines velari debuissent, quãto magis propter virgines angeli deliquisse potuissent. Si autem & naturæ præiudicium adijcit Apostolus, quòd honor sit mulieris redundantia
1. Cor. 11. capillorum, quia coma pro operimento est: vtique hoc maximè virginis insigne est, quarum & ornatus ipse, propriè sic est, [16] vt concumulata in verticem, ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat. [17] Horum certè omnium contraria efficiunt, ne vir caput velet: scilicet quia non sit naturaliter cõsecutus ambitionem capillorum, quia radi siue tonderi non sit turpe illi, quia non propter illum angeli exorbitarint, quia gloria & imago Dei sit, quia caput eius Christus. Itaque cùm de viro & muliere Apostolus tractet, cur illã oporteat velari, illum verò non, apparet cur & virginis silẽtium fecerit: eadem ratione scilicet virginem in muliere intelligendam sinens, [18] qua & puerum vt in viro deputandum non nominauit totum ordinem vtriusque sexus proprijs vocabulis complexus, mulieris & viri. Sic Adam etiã adhuc integer, vir in Genesi est cognominatus: Vocabitur, inquit, mulier,
Gen. 2. quia de viro suo sumpta est. [19] Sic vir Adam ante nuptiarum congressum, quemadmodum & Eua mulier. De vtraque parte satis ad vniuersam speciem cuiusque sexus Apostolus pronunciauit, & breuiter & plenè, tam instructa definitione, Omnis, inquit, mulier. Quid est omnis? nisi omnis
1. Cor. 11. generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis. Siquidem omne totum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & virgo est. Æquè & de viro non
Ibid. velando, Omnis, inquit. Ecce duo diuersa nomina, Vir & Mulier, Omnis vterque. Duæleges obnoxiæ inuicem, hinc velandi, inde nudandi. Igitur si eo quòd dictum sit omnis vir, commune est nomen viri, etiam nondum viri, [60] masculi inuestis: commune autem cùm sit nomen secundum naturam, communis est & lex non velandi eius, [61] qui inter viros virgo est secũdum disciplinam: cur non præiudicatum sit proinde & mulierem virginem omnẽ muliere nominata contineri consortio nominis, vt contineatur & cõmunione legis. Si virgo mulier non est, nec vir inuestis est. Si non operitur virgo, quia mulier non sit, operiatur inuestis, quia vir non sit. Eiusdem virginitatis æqua sit venia. Sicut virgines non coguntur velari, ita pueri non iubeantur reuelari. Cur ex parte definitionem Apostoli agnoscimus absolutam, circa omnem virum, [62] nec detractamus, quare non & puerum nominarit: ex parte autem præuaricamur, æquè absoluta ea circa omnem mulierem? Si quis, inquit, contentiosus est, nos talem consuetudinẽ non habemus, neq; Ecclesia Dei. Ostendit contentionem F
aliquam de ista specie fuisse, ad quam extinguẽdam toto cõpendio vsus est: neq; virginem nominãs, vt ostenderet dubitandũ de velanda non esse, & omnem nominans mulierẽ, cùm nominasset virginẽ. Sic & ipsi Corinthij intellexerũt. [63] Hodie deniq; virgines suas Corinthij velant. Quid docuerint
1. Tim. 2. Apostoli, qui didicerunt, approbant. [64] Videamus nunc, an sicut naturæ & causæ ærguẽta virgini
CAP. IX. quoque competere monstrauimus, ita etiam disciplinæ Ecclesiasticæ præscripta de muliere in virginem spectẽt. [65] Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, [66] nec tinguere, [67] nec offer-
1. Cor. 4. re, [68] nec vllius virilis munetis, nedũ sacerdotalis officij sortem sibi vendicare. Quæramus an aliquid horum virgini liceat. Si virgini non licet, sed in omnibus eadem conditione subijcitur, & necessitas humilitatis cum muliere censetur, vnde illi vnum hoc licebit quod omni fœminæ non licet? Quid prærogatiuæ meretur aduersus conditionem suam, si qua virgo est, & carnem suam sanctificare proposuit? [69] Idcircò velaminis venia fit illi, vt in Ecclesiam notabilis & insignis introeat, vt honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat? Potuit dignius honorari aliqua prærogatiua virilis aut gradus, aut officij. planè scio alicubi virginem [70] in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. [71] Cui si quid refrigerij debuerat [72] episcopus, aliter vtique saluo respectu disciplinæ præstare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in Ecclesia denotaretur: virgo vidua hoc quidem portentuosior, quòd nec quæ vidua caput texit, vtrunque se negans, & virginem quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Sed ea auctoritate illic sedet intecta, qua & virgo. [73] Ad quam se-
1. Tim. 5. dem præter annos sexaginta non tantùm vniuiræ, id est nuptæ aliquando eliguntur, sed & matres & quidem educatrices filiorum: scilicet, vt experimentis omnium affectuum structę, facilè norint ceteras

A ras & consilio & solatio iuuare, & vt nihilominus ea decucurrerint, per quæ fœmina probari potest adeò nihil virgini ad honorem de loco permissum est. [74 Sic nec de aliquibus insignibus. Cæterum satis inhumanum, si fœminæ quidem per omnia viris subditæ, honorigeram notam virgini tatis suæ præferant, qua suspiciantur & circumspiciantur & magnificentur à fratribus, 75 viri autem tot virgines, tot spadones voluntarij 76 cæco bono suo incedant, nihil gestantes, quod & ipsos facerettillustres. Debebunt etiam & ipsi 77 aliqua sibi insignia defendere, 78 aut pennas Garamantum, 79 aut crobylos Barbarorum, aut 80 cicadas Athenienſium, aut 81 cirros Germanorum, 82 aut stigmata Britonum: Aut ex diuerso fiat, capite velati in Ecclesia lateant. Certi sumus Spiritum sanctum magis masculis tale aliquid subscribere potuisse, si fœminis subscripsisset: cùm præter sexus auctoritatẽ, etiam ipsius continentiæ nomine masculos potius honorari oportuisset. Quorum quanto sexus auidior & calidior in fœminas, tanto continentia maioris ardoris laboratior, ideóque digniot omni ostentatione: si ostentatio, virginitatis est dignitas. 83 Non enim & continentia virginitati anstitat, siue viduorum, 84 siue qui ex consensu contumeliam communem iam recusauerunt? Nam virginitas gratia constat, continentia verò virtute. Non concupiscendi, cui concupiscendo inoleueris, grande certamen est. Cuius autem concupiscendi ignoraueris fructum, facilè non concupisces, aduersarium non habens, concupiscẽtiam fructus. Quomodo ergo non magis viris aliquid tale Deus in honorẽ subscripsisset, vel quia familiariori, scilicet imagini suæ vel quia plus laboratiꝰ Si autẽ nihil masculo, multo magis fœminæ. [85 Sed quod suprà intermissimus, ex parte subsequutæ dis- CAP. XI.
putationis, ne cohærentiã eius dispergeremus, nũc responso expungemus. 86 Vbi enim gradũ fiximus
de Apostoli absoluta definitione, omnem mulierẽ etiam omnis ætatis intelligendã: responderi ex di- 1. Cor. 11.
uerso habebat, ergo à natiuitate & à primo nomine ætatis, virginẽ operiri oportere. Non ita est autẽ,
sed ex quo se intelligere cœperit, & censum naturæ suæ intrare, & de 87 virginis exire, & pati nouũ il- Gen. 2.
lud quod alterius ætatis est. Nam & principes generis Adam & Eua quàm diu intellectu carebant, Gen. 3.
B nudi agebant. At vbi 88 de arbore agnitionis gustauerunt, nihil primum senserunt quàm erubescendum. Itaq; sui quique sexus intellectum teginine notauerunt. Sed & si proter angelos velãda est, sine dubio ab ea ætate lex velaminis operabitur, à qua potuerunt filiæ hominum concupiscentiam sui adducere, & nuptias pati. Ex illo enim virgo desinit, ex quo potest non esse. Et 89 ideò penes Israël illicitum est ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem: ita ante hunc indicem 90 acerba res est. Igitur si tam diu virgo, quàm diu acerba est, desinit virginẽ cùm matura cognoscitur, & vt
virgo iam legi applicatur, sicut & nuptijs. Et 91 desponsatæ quidem habent exemplum Rebeccæ, quæ Gen. 24.
cùm ad sponsum ignotũ adhuc ignota perduceretur, simul ipsum cognouit esse, quem de longinquo perspexerat, non sustinuit dexteræ collocationem, nec osculi congressionem, nec salutationis cõmunicationem, sed confessa quod senserat, id est spiritu nuptam, negauit virginem velata ibidem. O
mulierem iam de Christi disciplina. 92 Ostendit enim etiam nuptias de aspectu & animo fieri, quem- Matth. 5.
admodum stuptum: nisi quòd etiam Rebeccam quidam adhuc velant: de ceteris verò, id est,
quæ desponsatæ sunt, & pudor vbique vestitur, & 93 menses tributa defendunt: ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis. Si congressio viri mulierem facit, non tegantur, nisi post ipsam nuptiarum passionẽ. 94 Atquin etiam apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur. Si autẽ ad desponsationem
velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixtæ sunt per osculum & dexteras, per quæ primũ resi-
C narunt pudorem spiritu, per commune cõscientiæ pignus, quo totã condixerunt confusionẽ, quanto magis tempus illas velabit, sine 95 quo sponsari non possunt, & quo vrguente sine sponsalibus virgines desinunt esse? Tempus etiam ethnici obseruant, vt ex lege naturæ iura sua ætatibus reddant. 96
Nam fœminas quidem à duodecim annis, masculũ verò à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptijs decernentes. Materfamiliæ vocatur licet virgo, & paterfamiliæ licet inuestis. A nobis nec naturalia obseruantur, quasi alius sit Deus naturæ quàm noster.
[101 Agnosce & mulierem, agnosce & nuptam de testimonijs & corporis & spiritus, quæ patitur & in CAP. XII
conscientia & in carne. Hæ sunt tabellæ 102 priores naturalium sponsalium & nuptiarum. Impone velamen extrinsecus, habenti tegumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora, cuius inferiora nuda non sunt. Vis scire quæ sit ætatis auctoritas? Propone vtramque, immaturè compressam in habitu mulieris, & quæ maturitate progressa in virginitate duret cum suo habitu, facilius illa mulier negabitur, quàm ista virgo credetur. Tanta est adeò fides ætatis, vt nec habitu obstrui possit. Quid quòd etiam hæ nostræ etiam habitu mutationem ætatis confitentur, simúl que se mulieres intellexerunt, de
103 virginibus educantur, à capite quidem ipso deponentes quod fuerunt: vertunt capillum, in acu lasciuiore comam sibi inferunt, crinibus à fronte diuisis apertam professæ 104 mulieritatem. Iam & consilium formæ à speculo petunt, & faciem morosiorem lauacro macerant, forsitan & aliquo eam medicamine interpolant, 105 pallium extrinsecus iactant, 106 calceum stipant multifor-

mem, plus instrumenti ad balneas deferunt. Quid singula persequar? Solennem manifestæ paraturæ totam circumferunt mulieritatem. Sed [107] virginari volunt sola capitis nuditate, vno habitu ne- D
CA. XIII gantes quod toro suggestu profitentur. [108] Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, vt & apud ethnicos caput velent. Certè in Ecclesia virginitatem suam abscondant, quam extra Ecclesiam cælant. Timent extrancos, reuereantur & fratres: aut constanter audeant & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Laudabo vigorem, si aliquid & apud ethnicos virginitatis nundinarint. Eadem natura foris quæ & intus, eadem institutio apud homines & apud Dominum eadem libertate constat. [109] Quò ergo foris quidem bonum suum abstrudunt, in Ecclesia verò prouulgant? Expostco rationem. Vtrúmne vt fratribus suis placeãt, an vt ipsi Deo? Si vt ipsi Deo: tam idoneus est ad conspicienda quæque in occulto fiunt, quàm iustus ad remuneranda quæ soli sibi fiunt. Denique præcipit, nihil [110] debuccinemus eorum [111] quæ apud illum mercedem merebuntur, nec ea ab hominibus compensemus. [112] Quòd si vnius Victoriati, vel quamcunque eleemosynæ operationẽ, sinistra conscienta facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus, cùm tantam oblationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cùm illam ipsam naturã consecramus. Ergo quod non potest videri propter Deum fieri, quia sic fieri Deus non vult, sequitur vt hominum gratia fiat: vtique primò illicitum, vt gloriæ libidinosum. Gloria enim illicitũ est eis, quorũ probatio in omni humiliatione constat. Et [113] si à Deo confertur continentiæ virtus; Sup. 8. 1. Cor. 4. Quid gloriaris quasi non acceperis? Si verò non accepisti, quid habes quod datum tibi non est? Hoc ipso aut constat à Deo datam tibi non esse, quòd illam non soli Deo præstas. Videamus ergo quod humanum est, an firmum sit & verum. [114] Referunt aliquando dictum à quodam, cùm primùm
CA. XIV. quæstio ista tentata est, & quomodo ceteras sollicitabimus ad huiusmodi opus: Scilicet fœlices nos facient, si plures erunt, & non Dei gratia vel merita cuiusque, Virgines Ecclesiam, an Ecclesia virgines ornat Deo, siue commendat? Confessus est igitur gloriam esse in causa. Porrò vbi gloria, illic sollicitatio, vbi sollicitatio, illic coactio, vbi coactio, illic necessitas, vbi necessitas, illic infirmitas. Meritò itaque dum caput non tegunt vt sollicitentur gloriæ causa, ventres tegere coguntur infirmi- E
tatis ruina. Æmulatio enim illas, non religio producit: aliquando & ipse Deus venter earum, quia facilè virgines fraternitas suscipit. Nec tantùm autem ruunt, sed & [115] funem longum delictorum sibi adtrahunt. Prolatæ enim in medium, & publicato bono suo elatæ, & fratribus omni honore & charitatis operatione cumulatæ, dum non latent vbi quid admissum est, tantum dedecoris cogitãt quantum honoris habuerunt. Si intectum caput virginitati asserebitur, si qua virgo exciderit de gratia virginitatis, ne prodatur, intecto permanet capite: & tunc iam alieno ambulat habitu, id est quem sibi vẽdicat virginitas: permanet nihilominus in habitu, vel tunc saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur. Conscię muliebritatis, iam indubitatè audent nudo capite ad Deũ adire. Sed æmulator Deus
Matth. 10. & Dominus, qui dixit, Nihil [116] occultũ quod non reuelabitur, pleraq; etiam in cõspectum deducit. Non enim confitebũtur, nisi ipsorũ infantium suorũ vagitibus proditę. Quantũ autẽ plures, non etiã de pluribus sceleribus suspectas habebis? Dicam licet nolim difficilè mulier semel fit, quæ timet fieri: quęque iam facta potest virginem mẽtiri sub Deo, quanta item circa vterũ suum audebit, ne etiã mater detegatur? Scit Deus quot iam infantes & perfici & perduci ad partum integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillimè semper concipiunt, & fœliciſſimè pariunt huiusmodi virgines, & quidem simillimos patribus. Hæc admittit flagitia coacta & inuita virginitas. Ipsa concupiscentia non latendi non est pudica: patitur aliquid quod virginis non sit, studiũ placendi vtiq; & viris. Quãtum velis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum per cutitur oculis incer- F
tis & multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimiũ amatur, dum inter [117] amplexus & oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere
CAP. XV desiderare. [118] Sed enim vera & tota & pura virginitas, nihil magis timet quàm semetipsam: etiam fœminarum oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: confugit ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones, & susurros, & æmulationem, [119] ipsum quoq; liuorem. [120] Nam est aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod fascinum vocant, infœliciorem laudis & gloriæ enormioris cuentum. Hoc nos interdum diabolo interpretamur. ipsius est enim, boni odium. Interdum Deo deputamus. illius est enim, superbiæ iudicium, extollẽtis humiles, & deprimentis elatos. Timebit itaq; virgo sanctior, vel in nomine fascini: hinc aduersariũ, inde Deum: illius liuidum ingenium, huius censoriũ lumen: & gaudebit, sibi soli & Deo nota. Sed & si cui innotuerit, sapit si [121] tẽtationibus gradum obtraxerit. Quis enim audebit oculis suis premere faciem elausam, faciem non sentientem? faciem (vt dixerim) tristem? Quicunq; malus cogitatus ipsa seueritate frangetur. Iam se etiam muliem rem negat, quæ virginem cælat. [122] In his consistit defensio nostræ opinionis secundũ scripturam,
CA. XVI. secundum naturã, [123] secundum disciplinam. Scriptura legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his cõsuetudo opinionis prodest, vel qui diuersæ sententiæ color est? Dei est scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina. quicquid cõtrarium est istis, Dei non est. Si scriptura incerta est, natura manifesta est. Et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina quid [124] magis Deo ratũ sit ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius modestia,

A stia, nihil perosius gloria, & studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi & scriptura, & natura, & disciplina quod ratum Deo inueneris, sicut iuberis omnia examinare, & meliora quæque sectari. Superest etiam vt ad ipsas conuertamur, quò libentius ista suscipiant. Oro te siue mater soror, siue filia, virgo,[115] secúdum annorũ nomina dixerim, vela caput: si mater, propter filios: si soror, propter fratres, si filia propter patres: omnes in te ætates periclitantur, induc armaturam pudoris, circumduc vallum verecundię, murũ sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitũ mulieris. Vt statũ virginis serues, mẽtire aliquid ex his quæ intus sunt, vt soli Deo exhibeas veritatem, quanquam non mentiris nuptam.[116] Nupsisti enim Christo: illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem. Christus est qui & alienas sponsas & maritatas velari iubet, vtique multo magis suas. [117] Sed & vos admonemus alterius pudicitiæ mulieres, quæ in nuptias incidistis, ne sic à disciplina velaminis exoleſcatis, ne quidem in momento horæ, vt quia reijcere illam non potestis, alio modo destruatis, neque tectæ, neque nudæ incedentes.[118] Mitris enim & lanis quædam non velant caput, sed conligant, à fronte quidem protectæ: qua propriè autem caput est, nudæ. Aliæ modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures vsque demissis cerebrotenus operiuntur. Misereor si tam infirmo auditu sunt, vt per tegmen audire non possint. Sciant quia totum caput mulier est. Limites & fines eius cousque porriguntur, vnde incipit vestis. Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, vt ceruices quo- 1. Cor. 11.
que ambiantur. Ipsæ enim sunt quas subiectas esse oportet; propter quas potestas supra caput habeat debet, velamen iugum illarum est. Iudicabunt vos[119] Arabiæ fœminæ ethnicæ, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem, quàm[120] totam faciem prostituere. Mauult fœmina videre quàm videri.[121] Quas propterea infœlicissimas ait Romana quædam regina, quòd adamare magis quàm adamari possint, cùm sint vel ex alterius in fœlicitatis, & quidem frequentioris, immunitate fœlices, quia faciliùs adamari quàm
B adamare fœminæ possint. Et ethnicæ quidem disciplinæ[122] meracior, & (vt ita dixerim) barbarior modestia. Nobis Dominus etiam reuelationibus[123] velaminis spatia metatus est. Nam cuidam sorori nostræ angelus in somnis ceruices quasi applauderet verberans, Elegantes, inquit, ceruices, & meritò nudæ. bonum est vsq; ad lumbos à capite veleris, ne & tibi ista ceruicum libertas non prosit. Et vtique quod vni dixeris, omnibus dixeris. Quantam autem castigationem mereburitur etiam illæ,[124] quæ inter Psalmos, vel in[125] quacunque Dei mentione retectæ perseuerant? Meritone etiam[126] in Oratione ipsa facillimè[127] fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum cerebro superponunt, & tectas se opinantur? Tanti caput suum metiuntur.[128] Aliæ quibus planè maior est palma omni fimbria & filo, non minus capite suo abuntur, vt[129] bestia quædam magis quàm auis, licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cetera altegradia. Hanc aiunt, cùm delitescendum habet, caput solum planè totum in condensum abstrudere, reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda quà maior est, capitur tota cum capite. Tales erũt & istæ minus quàm vtile est tectæ. Oportet ergo omni tempore & omni loco memores legis incedere, paratas & instructas ad omnem Dei mentionem: qui si fuerit in pectore, cognoscetur & in capite fœminarum. Hæc cum bona pace legentibus, vtilitatem consuetudini præponentibus, pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum[140] Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

Ca. xvii

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE VELANDIS VIRGINIBVS.

C DE VIRGINIBVS VELANDIS.] *Si vsquam alibi, certè hic adfirmare possum, quòd quum multa alia Rhenanus probè tractarit Tertullianꝰ lacꝰ, in nonnullis visus est parum fauente, ne dicam inuita, Dea venari. Quippe qui sub finem Argumenti, auditorem omnino aliter interpretur quàm ipse scripserit, in hæc verba: Porrò (inquit) obseruandum est virgines, quæ velatæ in Ecclesiam ventitabant, virgines Dei hic dicit, illæ verò quæ furiè quidem, hoc est in vicio, propter ethnicos velabantur, cæcutiun in ipso cœtu Christianorum siue Ecclesia nudaco stabant capite,* virgines hominum *appellari, iuxta illud Genesios, filij Dei, & filiæ hominum. Neque enim* virgines hominum, *quas vocat auctor, in Ecclesijs dumtaxat, sed & in vicis & vbique retecto capite incedebant, donec tam desponsatæ nuptijs essent proxumæ. Atque hinc dicuntur cap. 3.* non tegi, sed prostitui, *&*: nuda planè fronte temeratiè audaciam excitatæ, *tamquam* quæ aliquid à viris peterent, ambire auersus virgines Dei, eo quòd aliter incederent, *nempè velata. Deinde eásdem increpat, quòd*, quum reliquo habitu mulieritatem profitentur, sola capitis nuditate virginari, *id est: pro virginibus haberi* vellent. *Ac econtrario* virgines Dei *increpat, quòd quum foris* velari *soleant, in Ecclesia ostentationis gratia caput nudent. Sic capite 9.* vt in Ecclesiam notabilis & insignis introëat, vt honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat. *& capite 13.* Certè (*inquit*) in Ecclesia virginitatem suam abscondant, quam extra Ecclesiam exlant. Timent extraneos, reuerentur & fratres. Aut constanter audeant & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesijs. *Verùm de hoc hactenus.*

Alium est error Rhenani manifestior, qui ex ipso contextu Auctoris cognoscitur, quòd dubitet an virgines Dei, *de quibus supra, consecratæ fuerint, aut professionem fecerint, addens nullam prorsus eius rei hic mentionem fieri. Cuius tamen contrarium mecum iudicabit aquus Lector, qui sequentes Tertulliani phrases penitiùs inspexerit. Primùm capite 3. dicuntur*

tanto magis liberæ, quanto Christi solius ancillæ. *item:* virgines sanctæ. *Quod vt quæat alio retorqueri, certè illud non potest:* O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum *(en consecrationem etiam ipsius Velaminis virginum Dei)* de quo *tamen etiam Rhenanus negat hic agi)* detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum *(en voluntariam electionem)* cognouisset? *Cui similiter c.* 9. Si qua *(inquit)* virgo est, & catnem suam sanctificare proposuit. *Jam verò ad professionem numquid illud pertinet cap.* 11. Vident & ipsum continentiæ votum? *Aperiens est illud cap.* 13. Cùm rantam oblationē Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cùm illi ipsam naturam consecramus. *Denique & illud cap.* 16. Nupsisti enim Christo; illi tradidisti carnē tuam, illi sponsasti maturitatē tuam. *Bene quidem habet, quòd melius Erasmo sentiens, eiusdem subungit. Posterior acus, nempè D. Ambrosij, sacratas virgines habuit, & velacas ab Episcopo. Hinc illud apud eum Auctorem libro 3. de Virginibus: Discite quantas Alexandrina, totiúsque Orientis & Africana Ecclesia quotannis sacratæ consueuerint. Pauciores hic homines prodeunt, quàm illic virgines consecrantur. Jeem mox: Aunt etiam plerique maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque eo abnuo, Sacerdotales esse cautionis debere, vt non cemerē puella veletur. Et infrà: nec mirere in adolescentiuli professionem. At etiam media illa ætate, immo & ab Apostolorum temporibus, continentia in viros supra ostendimus libro de Cultu fœmin. capite 9. numero. 31. & in fœminu, Virginitatu vsti antiquicatem, Adnocac. nostru in dictam libro B. Cyprian. de Habit. virgin. numero 18. & in epist. 62. ad Pompon. de Virgin. numero 9. Loci autem ibi ex Tertulliano præterea extant sunt isti. Aiter libro 1. ad Vxorem:* Quæ *(inquit)* nulla formæ vel ætatis occasione pressæ maritis sanctitatem antepouunt. Malunt enim Deo nubere; Deo speciosæ, Deo sunt puellæ; cum illo viuunt, cum illo sermocinantur, illum diebus ac noctibus tractant; orationes suas velut dotes illi adsignant; ab eodem dignationem velut munera maritalia, quotiescunque desiderant, consequuntur. *Et quod ad professionem propriè pertinet (nam de vidua eandem rationem esse ibidem diximus :)* Nihil *(inquit)* viduitati apud Deum subsignatæ necessarium est quàm perseuerare. *Aiter verò sub finem libro Exhort. ad castit.* Quantæ igitur *(inquit)* & quæ in Ecclesijs ordinariin Ecclesia solent, quæ Deo nubere malerunt, quæ catais suæ honorem instituerunt, quæque se iam illius pudoris filias dedicauerunt. *Eodem pertinet & illud libro de Resurrect. carn Tom. seqn.* Virginitas quoque & viduitas Deo adolenrur: *& quod apertius est lib. de Monogamia, vbi tractant locum Apostoli* 1. *Timot.* 4. Habentes *(inquit* iudicium quòd primam fidem rescinderunt, illam videlicet, à qua in viduitate inuentæ & professæ eam, non perseuetant. *De recentioribus taceo, quandoquidem Rhenanus citra Ambrosij atatem, Virginum velatarum professionem agnoscit. Addam dumtaxat eos auctores veteres, apud quos quum de Virginitate ex professo scripserint, non dubium quin dogma hoc catholicum confirmatum reppetare sic. Sunt autem præter Tertullianum & B. Cyprianum BB. Xystum Papa* 11. *Athanasium, Basilium, Nazianzenum, Christostomum Jeem Ambrosij libri de De Virg.* 3. *Exhort. ad Virg. Al virg. lapsam de institutione Virg D. Hieronymus de Virgin. ad Eustochium & ad Demetriadem, Augustinus libro de virginitate & epistola ad Armentarium ac Paulinam. Præterea libri eiusdem argumenti tituli Toletani, Fulgentij, Aatis Viennensis, Leandri Hispalensis. Quibus adde Bernardi seu Clunacensis seu alterius libros tres insignes de Virginitate, quos penes me MS. habeo.*

Errant denique crassissimè Magdenburgenses, dum interpretantes Tertullianum collatani : Quòd hoc libro Virgines velueri velari sicut marritatas. Verium quum nullis rationibus errorem id esse comprehenderi, & contrario pro se auctor ipsum Apostolum non semel abegee, putaui esse supernacaneum in hac de re respondere. Neque enim video quid ad illud Apostoli respondere queant, 1. Corinthi. 11. Omnis mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. Vnum enim est ac si decalueiur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tondere aut decalvari, velet caput suum, &c. Ideò debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos; vbi potestatem *accipi pro* velamine *infrà latius suo loco diximus. Hic sufficiat addidisse illud Auctoru infrà capite* 8. Omnis *(inquit)* mulier. Quid est omnis? nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis? Siquidem omne, totum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulietis & virgo est, &c. *qua compendij gratia omittimus.*

CAP. I.

2. Proprium iam negotium passus meæ opinionis, &c.] *Caput hoc inscripsimus.* Quòd consuetudo veritati contraria non præscribat. *Similes autem loci sunt apud B. Cyprianum epistola* 63. *ad Cecilium : Neque enim hominis* consuetudinem *sequi oportet, sed Dei* veritatem. *Item epist.* 73. *ad Iubaianum : Proinde frustrà quidem, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi* consuetudo maior sit veritate, *aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à Spiritu sancto ordinatum. Et ad Pompeium epist.* 74. Consuetudo fine veritate vetustas erroris est. *Quos locos ea de causa citauimus, quòd in iis ad verbum ferè Auctorem in hoc capite imitetur. Neque interim hæc facimus contra* consuetudinem, cui veritas suffragatur, *quia B. Augustin. docet nihil debere firmius retineri, de qua latius Adnotat. nostrū in dictam epist. ad Iubaianum numero* 50. *Pro quo facit illud Apostu. infrà citatum :* Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei, *ex qua proinde à contrario sensu conflat* Ecclesiæ consuetudinem obseruandam esse. *Item illud Auctoru capite* 2. Habent Ecclesiæ Apostolicæ consuetudinis auctoritatem, *&* : Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus. *Denique quod suprà lib. de Coron. milit. cap.* 4. *vbi etiam hoc ipsum argumentum tractat.* His *(inquit)* exemplis renunciarum erit, posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste probatæ tunc traditionis ex perseuarantia obseruationis. Consuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cùm deficit lex. *Vbi vide Adnotat. nostras numero* 27. 41. 42. *& c.*

3. Latinè quoque ostendam.] *Ex hoc loco rectè colligit Rhenanus librum hunc argumenti Græcè quoque scriptisse Auctorem. Id est enim quod vult suprad ctile obscurisse. illius verbis,* negotium passus meæ opinionis. *Verùm de hoc latius infrà Tom. 5. inter fragmenta librorum Tertull. qui desiderantur.*

4. Hæreseis non tam nouitas quàm veritas reuincit.] *Quum vbique ferè contrarium inculcet Auctor, nempè vnam ex præcipuis esse contra hæreices Præscriptionibus, quòd* nouitate reuincantur, *sicut latè deduximus lib. de Præscript. adu. haret. num.* 1. *&* 182. *ac integrum* 29. 30. *&* 31. *capitibus, videtur ipsud pertinere ad institum sue erroris. Nam & max num. 6. diserte verbis meminit* Paracleti *(quo nomine haudubiè Montanum intelligit)* à Domino missi.

5. Regula quidem fidei vna omninò est, sola immobilis, &c.] *Sic cum excusis, MS. 1. Vatic. aliquinuiolabilis, perinde est. Similiter autem dixit lib.* 1. *adu. Marc.* Srabat *(inquit)* fides semper in creatore & in Christo eius, sed cōuersatio & disciplina nutabat: Nā alij de Idolothyto edēdo, alij de mulierū velamento, &c. disceptabāt de Deo nemo. *Ex quo loco patet varium etiam fuisse de* mulierum velamento, *aliquādo sentētiam. At qui* Regulā *(seu Symbolū)* fidei, *ipsdem pene verbis immo integram repetit libro de Præscript. adu. haref. & adu. Praxeā infrà Fo. sequ. quò Lectorē remittimus. Ad librū priorē admittasse contēti quod ex hoc loco ille suppleri debeant: omnipotentē &* sub Pōtio Pilato, *& hic ex l. ad Praxeā :* mortuum & sepultū. *istic autē omisit fortasse ex proposito mentionē Spiritus, quod iam*

tam inciperet Montani ζare, secum libro illo priori, quem adhuc catholicum confecerpsit. Atqui quòd Deus sit omnipotens, latè tractat Rufinus in Symbolo inter opera B. Cypriani, qui etiam legit illud sub Pontio Pilato. *Cum* 3. *Patic. denique legimus*: tertia die, *eo quòd sic etiam habeat lib. de Præscr. adu. hæres.*

6. cùm propterea Paracletum miserit Dominus, &c.] *Pertinent hæc & sequentia ad finem huius capitis vsque, ad hæresim Tertulliani ac Montanistarum, qui Montanum Paracletum faciebant, contra quam latiùs in nostrum Prolegomenis. Hoc hic dixisse sufficiat, quod ineptissimè quæ de* Spiritu sancto *prædixit Christus, ipse suo* Paracleto *adscribat.*

7. & superuenientia renuntiabit vobis.] *Ad verbum ex Græco* (*Vti ante me ad marginem adnotauit Rhenanus*) ὃ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. *De reliquis huius scriptura vide infrà initium lib. de Monog. Vbi ad idem institutum ea sinistrè interpretatur.*

8. Sed & suprà de hoc eius opere pronuntiauit.] *Alludit ad illa verba eiusdem capitis præcedentia: Si non abiero,* Paracletus *non veniet ad vos, &c.*

9. Tempus (*inquit*) omni rei.] *Ad verbum etiam hoc ex Græca* 70. *edit.* καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι.

10. eruditur in manſuetudinem saporis.] *Ita dixit (inquit Rhenan.)* eruditri in fructum, de flore, *in lib. de Carne Christi*: Quia per florem (*inquit*) & ex flore omnis fructus eruditur in fructum.

11. sed quæ mandantur à Christo.] *Hîc videtur aliud exemplar habuisse, sicuti fere in scripturis noui Testamenti & Psalmis; nihil enim tale hodie legitur, sed ad verbum ex Græco:* quæcumque audiet, loquetur.

12. Hic solus anteceſſor.] *Aliter hîc videtur accipi* Anteceſſor *quàm paulò pòſt, vbi agnoſcit in* Eccleſiis Græciæ tempora & anteceſſores; *quia ibi videtur propriè accipere pro iis qui tempore anteceſſerunt, hîc verò pro eo qui honore anteceſſit & auctoritate; aliqui enim sibi videretur contradicere. Poſteriorem hanc acceptionem Iureconſulti etiam adhibuit Iuſtinianus, quòd alii qui tum non didicere, honore antecedant: qua ſignificatione etiam Auctor Apoſtolos* Anteceſſores *vocauit* (*Vti etiam ante me adnotauit Turnebus*) *de Paulo Apoſtolo loquens lib. adu. Marc. 1. & 5. hîc verbi*: cum Apoſtolis anteceſſoribus conferebat, &: quas dexteras ei darent anteceſſores. *Quo ſit vt etiam capite ſequenti Apoſtolos intelligi exiſtimarim, niſi hîc vitetur hæ exceptionæ*: Hic ſolus Anteceſſor. *Atqui etiam nouæ phraſis eſt*: vſque non olim, *pro*: *non ita pridem, quod initio cap. 3. dixit*: ad vſque proximè.

Cap. II.

13. Sed nolo interim hunc morem, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quòd in Eccleſiis per Græciam Apoſtolicis hæc conſuetudo velandarum virginum vſitata fuerit. *De quibus Eccleſiis vt ne hîc ſim prolixior, latiùs lib. de Præſcript. adu. hæreſ. Tom. ſequ. actib. 4. adu. Marc. illuc etiam differentes Rhenani bonam hac de re Annotationem.*

14. & quaſdam Barbarias.] *Quid hîc, inquit Rhenanus, audimus? etiam* Barbariæ *ſunt in Græcia?* Barbaria *pro regione Barbarorum etiam alibi vtitur, vt adu. Marc. l. 1.* Iam & beſtiis illius Barbariæ, *importunior* Marcion. *Loquitur autem de Ponto.*

15. Eſt & ſub hoc cœlo inſtitutum iſtud alicuſbi.] *Europæ* cœlum *intelligit, in qua alicubi indicat Virgines velari ſolitas.*

16. ius pacis & nomen fraternitatis, &c.] *Etiam de hoc vide labrum de Præſcript. adu. hæreſes eodem loco.*

17. lauacri ſacramenta.] *Quamquam neſcio an quæ* vmquam *quantumdubitarit, an Baptiſmus* (quem lauacri nomine intelligit) ſacramentum *ſit, de eo tamen etiam ibi, & latiùs lib. de Baptiſmo. Alludit autem ad illud Apoſtoli Epheſ. 4. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.* Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus.

18. Semel dixerim, vna Eccleſia ſumus.] *Libro de Vnitate Eccleſiæ B. Cypr. dictam etiam ſcripturam aſſert ad eandem comprobandam, & alias præterea multas; ad quem librum Lectorem remittimus, & noſtras in eundem Adnotationes. Vterque autem illud*: vnum corpus, vnam Eccleſiam *interpretatur.*

19. quæ magis ex duabus, &c.] *Quæ (inquit Rhenan.) pro vtra; qui etiam recte interpretatur illud*: quæ virgines incluſit, *velamine nempè, id eſt velat. Atqui imprimis pulcra eſt ſententia: quod* in omnibus variè inſtitutis & dubiis, & incertis adhibenda ſit examinatio, quæ magis ex tam diuerſis conſuetudinibus diſciplinæ conueniat. *Siue autem paulo pòſt legas*: aliquæ tales *cum ex. aut*: aliqui *cum* 3. *MSS. perinde eſt.*

20. ſubfundi.] *Hoc verbo (inquit Rhenan.) etiam alibi vtitur lib. de Exhort. caſtit.* Imò ſubfuſio pigris ſimul ad continentiam Deo exhibendam.

Cap. III.

21. Sed nec inter conſuetudines diſpiceere, &c.] *Inſcriptionem hanc huic capiti facimus*: Quòd vtraque conſuetudo Carthaginilibera fuerit, tegi vel non, ſicut & nubere. *Atqui obſcurum illud*: aduerſarius bonorum multòque inſtitutorum, *videtur ſic interpretandum: aduerſarius bonorum, multòque magis bonorum inſtitutorum, vt* multòque *accipiatur pro multo magis.*

22. Scandalum, niſi fallor, non bonæ rei, ſed malæ exemplum eſt, ædificans ad delictum.] *Pulcra* ſcandali *definitio, ex qua proinde rectè concludit*: Quid enim ſi & incontinentes dicant, ſe à continentibus ſcandalizari, continentia reuocanda eſt? *ac ſi dicat, minimè. Atqui de virorum continentia vide lib. præced. de Cultu fœmin. c. 9. de Virgin. initio huius lib. cap. 1. Legunt autem* 3. *MS. cod.* mundinatitia capita, *pro eo quod eſt*: nundinaritia, *& ſimiliter infrà c. 13.* ſi aliquid & apud ethnicos virginitatis mundinarint, *pro*: nundinarint. *Sed neutrum placet. Sine autem cum iiſdem MS. legas*: arceſſitæ quaſi ad ſtuprum, *ſine* arceſſitæ *cum excuſ. perinde eſt. Quomodo etiam indifferens eſt lectio*: non minus enim & hoc pari nolunt, *quod excuſ, aut* volunt, *quod habent MS.*

23. monagamia recuſanda.] *Etiam hoc ad hæreſim Tertulliani pertinet, de qua latiùs tum in eius libri argumento, tum lib. 2. ad Vxorem, & Exhort. ad caſtit. ac in Prolegomenis inter errores eius.*

24. O ſacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt, &c.] *Quod priùs dixit*: ſubiato velamine, *hîc*: dicatum Deo habitum *vocat; vt hinc appareat iam ab ea ætate quaſdam Virgines Dei* velamine *vti ſolitas; quod ipſum in Epiſt. 62. B. Cyprian. num. 9. comprobauimus. Idque etiam ex Eccleſione, iuxta id quod ſequitur*: Quid peius aliquis perſecutor feciſſet, ſi hoc à virgine electum cognouiſſet? *de quo & ſimilibus infrà loco ſuprà latius nu. 1. Ex Vatic. verò MS. 3. cod. paulò pòſt reſtitumus vocem Tertulliano vſitatiſſ.* expungitur, *pro eo quod erat*: expugnatur.

Cap. IIII.

25. Quatenus autem & de ſcripturis, &c.] *Inſeguimimus hoc caput hac inſcriptione*: Quòd Apoſtolus velamen præfiniens, mulieris nomine etiam virgines intelligat.

26. quomodo illic (inquit) vbi, &c.] *Rectè adnotauit Rhenanus*: inquit, *accipi ſicuti & alibi frequenter, pro*: inquiunt, *Ad diuimus verò particulam negantem, vbi legimus*: immò ex hoc non velari quâ non iubentur. *Item ex MS. 3. Vatic. legimus*: Qui enim ſciebat aliàs, *pro*: in aliis.

27. Diuiſa eſt mulier & virgo.] *Ad verbum expreſſit quod Græcè eſt. 1. Cor. 7.* μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. *Pro quo noſter interpres*: diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, *plane diuerſe ſenſu. B. autem Cypr. l. de Habit. Virg. & l. 3. Teſtim. ad Quirin. omiſſo illo*: & diuiſus eſt, *ſine*: & diuiſa eſt, *non aliud quam*: Sic & mulier. Et virgo innupta. *Explicat autem mox ſuam lectionem, dicens*: Quòniam innupta, id eſt, virgo, *mox ſuam lectionem, dicens*: Quòniam innupta, id eſt, virgo, cogitat, &c. nupta verò, id eſt, non virgo, &c. *quæ ipſa alio*

verbis veris supra lib.1.ad Vxorem cap. 3. in eandem tamen sententiam. Verumtamen legisse Auctorem alicubi cum nostro interprete Latino: Et diuisus est: videtur indicare B.Hieronym.lib. 2.adu. Iouin. Vbi dicit: Certe & Tertullianus cum adhuc esset adolescens, lustri in hac materia, defendens disertis verbis, in Latino quidem codice nunc lectum fuisse, quemadmodum hodie in Graeco, sed eam lectionem non esse Apostolicae veritatis, & Apostolum legisse: & diuisus est, ac deinde: Mulier innupta & virgo.

28. inalterauit.] *Vsurpat hoc Auctor, pro:* non alteratur, *sicuti alibi incriminati, pro:* non criminari. *Lege autem paulopost ex MS.* 2. mulieris & virginis, *pro:* mulieris. *De voce autem:* singillatim, *vide adnot. nostras in B. Cypr. lib. de Orat. Dominica, num* 18.

29. Naturalis vocabuli generale mulier.] *Etiam apud Iurisconsultos* Mulierem generale vocabulum esse *patet ex Vlpiano, l. Quaeritur. D. de Aedilit. edicto, vbi* mulier *dicitur etiam ea, quae virum non agnouit.*

30. subiectiuum antecessiuo.] *Quandoquidem hae duo tam quam relatiua commemorat, oportet vt* subiectiuum *accipiat, pro eo quod subijcitur seu succedit.* De portionali *autem infra latius Tom. 5. lib. de Iun. Legimus vero cum MS.* 3. *Vatic.* in ipso intelligitur, *pro:* intelligetur, *qua subditur:* & in ipso significatur.

31. & omnis census elementorum] *Similiter dixit Apolog. cap.* 7. Census istius disciplinae à Tibetio est. *Accipit autem* censum, *pro recensitione.*

Cap. v.

32. Sed quoniam ita mulieris nomen, &c.] *Huius capitis titulum constituitur:* Quòd ex scriptura Geneseos comprobetur generale esse mulieris vocabulum. *In quo Auctor. m imitatur B. Augusti. de side contra Manich. cap.* 22. *adducens illud Genes.* 2. *Formauit eam* in mulierem.

33. adhuc digna paradiso, adhuc virgo.] *Haud absimiliter paulopoſt:* Quoniam ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine. *In quibus locis Tertullianum imitatur B. Hieronym. dum disertis verbis alicubi dicit : Quamdiu in paradiso fuerunt Adam & Eua, fuisse virgines. Item & B. Auguſt. lib.* 14. *de Ciuit. Dei, cap.* 26. *Sine autem legas cum excuſ.* quoniam & adiecit, *siue cum MS.* adijcit, *perinde est.*

34. & conglutinabitur mulieri suae.] *Ad verbum etiam ex Graeco transtulit illud:* καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, *voce compoſita à* κόλλη, *quod gluten ſignifi. at.*

35. & erunt duo in carnem vnam.] *Hanc veram esse lectionem, pro eo quod erat:* in carne vna, *censeo, tum ex eo quod paulopoſt ſequitur:* vbi enim duo in carnem vnam efficiuntur, *tum quod ſimiliter legat Auctor l. de Anima, tum denique quòd non modo Gen.* 2. *ſed & Matth.* 19. 1. *Cor.* 6. *& Epheſ.* 5. *legatur Graecè:* οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

36. Prophetico modo.] *Nam* Prophetae *(inquit Rhenan.) ſolent de futuris ceu de praeſentibus loqui. Senſum eundem habet quod ſequitur :* Ad Propheticam rationem. *item :* ad Prophetiam interpretetur. *Illudit autem ad illa verba ſequentia :* Hoc os ex oſſibus meis, &c. *quae prophetaſſe dicitur ab Auctore etiam dicto lib. de Anima.*

37. & caro ex carne mea vocabitur mulier.] *Hic praetermiſit veculam Graecam:* αὐτῆ, *& proinde ſine diſtinctione connexit duo commata, quum aliter Graecè & Latinè legatur:* Haec vocabitur.

38. Nam & Graeci, qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur, &c.] *Vocem* γυνὴ *intelligit, quae quamquam locis praediſtis, hiscumque vertit Auctor* mulier, *accipiatur generaliter pro muliere, ſicuti etiam vocatur* γυναικὸς ὄμμος, *muliebris ſexus ſimilis, ſi frequentius tamen pro* vxore *vſurpatur.*

39. alia habent propria vocabula vxoris.] *Huc ſpectat imprimis quòd* vxor *dicatur Platonis* τοῦ θ. γυνὴ, γαμετὴ, *quemadmodum Xenophontis in Oeconomico. Deinde haec ſunt eiuſdem ſynonyma:* σύζυγος, ἄλοχος, ἀκόντις, παρακοίτις.

40. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem.] *Eſt refragantibus exemplaribus etiam MS. ita legendum cenſeo, eo quod ſupra legat Auctor:* Propterea, *& lib. de Anima :* Propter hoc; *nam* propter hanc, *quod legebatur, nullo pacto ſignificare poteſt phraſis Graeca:* ἕνεκεν τούτου, *quae eſt Gen.* 2. *& Matt.* 19. *neque etiam illa :* ἀντὶ τούτου, *qua eſt Epheſ.* 5. *quibus etiam correſpondet Latinus interpres, transferens aut :* Quamobrem, *aut:* Propter hoc.

41. matrice generis fœminini.] *Similiter dixit Auctor li.* 4. *adu. Marc.* matricem religionis, *& B. Cypr. Romanam Eccleſiam Eccleſiae Catholicae* matricem *dicit epiſt.* 45.

42. quoniam ex viro suo sumpta est.] *Quum nomini* mulier *hac ratio nominis non videatur competere, alludere ciſco Auctorem ad Platonem, cui alicubi* γυνὴ *dicitur, quaſi* γονὴ, *id eſt factus ſeu propagatio, vt pote ex viro ſumpta. Addit autem :* ſuo, *qui Graece additur iuxta 70.* αὐτοῦ, *quod Hebraeis non longunt.*

43. Sed dicemus & de viri nomine ſuo loco.] *Infra nempe cap.* 8. *vbi de eo latius.*

44. vbi Eua cognominatur, &c.] *Videtur Auctor apud 70 legiſſe Gen.* 3. *ſicuti & ex Hebraeo interpres B. Hieronymus :* καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὰ, *pro eo quod hodie legitur:* ζωὴ, *nam* Eua *idem ſonat quod* vita, *maxime quum ſubiungat:* Si enim Eua mater viuentium eſt.

Cap. vi.

45. Videamus nunc si & Apostolus, &c.] *Similis eſt praecedenti huius capitis titulus:* Quòd eodem mulieris generali vocabulo Maria virgo appelletur. *Ad quod quum adferat duas eaxas duos locos, alterum Luc. alterum Gal.* 4. *licebit illum addere illud Ioan.* 2. Quid *mihi & tecum eſt* mulier? *item eiuſdem cap.* 9. Mulier, *ecce filius tuus.*

46. licet Hebion resistat.] *De* Hebionis *haereſi infra ſub finem l. de Praeſcript. adu. haereſes.*

47. Benedicta tu inter mulieres.] *Expreſſior eſt haec verſio quam vulgata:* in mulieribus, *quam interim etiam habet interpres B. Hieron. eodem c. in benedictione Eliſabeth.*

48. Desponsata enim quodammodò nupta. Tamen inter quodammodo, & verum; &c.] *Videtur hoc pertinere ad errorem Tertulliani, quem haberi. de Monog. quod poſt partum Chriſti primum nuſperat Virgo Maria. de quo inter Prolegomena latius.*

Cap. vii.

49. Conuertamus ad ipsas iam rationes recensendas, &c.] *Inſcribitur hoc caput:* Quòd rationes quibus Apoſtolus docet fœminam velari debere, etiam in virgines cõpetant. *Legimus autem ſecundum* 3. *MS. cod. Vatic.* Conuertamus *abſolute, eo quòd cap.* 5. *praecedent. dixerit ſimiliter:* conuertit iam, *pro quo tamquam elegantius ſubſtitutum erat :* conuertamur.

50. Proinde videtit seculum æmulum Dei, &c.] Æmulum Dei seculum *intelligit Chriſtianum. Nam* Æmulum, *&* Æmulari, *fere in bonam partem accipitur ab Auctore, pro imitatore, & imitari. Sunt eiuſmodi loci frequentes, adnotati ſub finem lib. de Patientia, quibus interim fere cum Datino vſurpat. quare & hic malle mi legere:* æmulum Deo, *niſi illud legerem cod MS. Atqui* cæſum capillum *correſpondet eo quod dixit :* tonderi, *quemadmodum illud etiam lib. de Cult. fœmin.* barbam actius cædere; *at quod hic* radi, *hi dixit :* interuellere , & primam quamque subducere lanuginem.

51. Si mulier poteſtatem habere ſuper caput debet.] *Quid hic* poteſtatis *nomine intelligatur , infra explicat c. vlt* Ipſae enim , *inquit*, sunt, quas subiectas esse oportet; propter quas poteſtas habeti ſupra caput debet. Velamen iugum illarum eſt. *eiuſ ſimilis eſt locus adu. Marc. l.* 5. *Quod enim ex Graeco ad verbum* ἐξουσίαν ἴχειν, *vertit cum Tertull. Ambroſ.* poteſtatem habere, *eodem modo explicat, addens in Commentario:* Per poteſtatem velamen ſignificauit. *Hinc ſit, vt eciam paraphraſtices B. Hieronym. verterit* velamen, *non modo in vulgara verſione, ſed etiam in illud Matth.* 18. *Angeli eorum, &c. Quod ipſum interpretatur Synodus Gangr. cap.* 17. *Comae quas Deus in memoria ſubiectionis muliori dedit. Cui ſimiliter*

B. Chry-

B. Chrysost. in Comment. potest tamen *interpretatur* velum subiectionis insigne. *Et horum sententiam vel inde confirmari scripsit Ioan. Quintinus, quòd radere caput in seruis signum fuerit manumissionis, vti patet ex Plautino Sosia in Amphitryone.*

52. ptopter angelos, quos legimus, &c. excidisse, ob concupiscentiam, &c.] *Rursum hoc ad errorem Tertull. pertinet, cuius meminit supra libro de Idolol. de Idolat. mulieb. & de Cultu fœmin. de quo inter Prolegomena latius. B. Ambrosius verò Angelos Episcopos interpretatur, iuxta Apocalypsim B. Ioannis Apostoli. Legimus autem mox:* tales angelos, *pro:* quales.

53. quarum flos etiam humanam libidinem excussat.] *Ita prorsus legendum, pro eo quod erat corruptiss.* (*contra quam hominem Christianum loqui decebat*) excusat, *ne dicam etiam contrà quàm iure consultum conuenebat, quum non ignoraret Virginum deflorationem legibus ciuilibus interdictam.*

54. Hîc enim nomen mulierum Græcum, vxores sapit.] *Quum Genes. 6. habeatur vox* γυναῖκας, *quæ & mulieribus, & vxoribus communis est, vt supra diximus num. 38. & 5. præceden. videtur potius alludere ad phrasin Græcam,* ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, *quæ haud dubiè non aliud etiam Thucydides significat, quàm:* accipere sibi vxores.

55. ceteris quoque angelis erubescat.] *Hîc videtur quasi secundam interpretationem dare illum:* propter angelos, *hoc est ob reuerentiam angelorum bonorum; iuxta quod loca supracitata B. Hieron. interpretatur, qui & vniquique animæ ab ortu natiuitatis, vti ille inquit, in custodiam delegati sunt, & diuinus officius (ad quæ videtur alludere Auctor, quum dicit:* Deo assistens) *adsistere solent, vti alias latius.*

56. vt concumulata in verticem, &c.] *Alludit ad morem etiamnum in Germania obseruatum, & per quasdam Belgij prouincias, quo non alio ornatu tuuntur virgines, quàm capillorum suorum in verticem concumulatione.*

Cap. viii.

57. Horum certè omnium contraria efficiunt, &c.] *Huic capiti inscriptionem dedimus:* Quòd vocabulo generali Omnis, vir & fœmina omnis intelligatur.

58. qua & puerum vt in viro deputandum.] *Sic legimus ex 3. MS. Vat. ed. Simili autem phrasi dixit Plinius natur. hist. l. 1. c. 17.* Virorum *caduacra supra limitare, fœminarum prona. id enim etiam de puertis verum esse experientia docet; aliquam magis propriè* pueri *mares dicuntur.*

59. Sic vir Adam ante nuptiarum congressum.] *Alludit ad propriam viri significationem, quæ sexum respuit aut ætatem, non autem nuptiarum congressum.*

60. masculi inuestis.] Inuestis (*inquit Rhen.*) *impuberem significat, sicut Vestes pro impubere. Est autem receptum* inuestis *vocabulum apud Auctores pro imberbi, à vestiendo. Etymologiam explicat paulo post:* Et pudor, *inquit,* vbique vestitur. *Simpliciter tamen Auctor accepit hanc vocem lib. de Pall. c. 3. quum de Adam:* nudus, *inquit, & inuestis.*

61 qui inter viros virgo est.] *Addimus: est ex 3. MS. cod. Vatic. Similiter dixit supra c. 10.* Viri autem tot virgines, tot spadones voluntarij, *phrasi magis Ecclesiasticis quàm profanis scriptoribus vsitata. Eodem pertinet illud etiam quod mox subiungit:* Eiusdem virginitatis æqua sit venia.

62. nec detractamus.] *Similiter dixit initio lib. 2. ad Vxorem, cap. 2. supra,* Detractata & exerta sententia est, *nouo vsu huius verbi (vti ille adnotat Rhenan.) quo accipit compositum pro simplici. Quare non placet Varia lectio 1. edition. in margin.* nec retractamus.

63. Hodie denique virgines suas Cerinthij velant.] *Explicat hîc quam Ecclesiam supra intellexerit c. 1. quum dixit:* per Græciam & quasdam Barbarias eius plures Ecclesiæ virgines suas abscondunt. *Nam & Apostolicam esse Corinthiorum Ecclesiam patet ex Apostoli duabus ad eas Epistolis, è quibus etiam hæc scriptura de Velandis mulieribus desumpta est. Atque hoc est quod subiungit:* Quid docuerint Apostoli, qui didicerunt, adprobant.

Cap. ix.

64. Videamus nunc, an sicut naturæ & caussæ, &c.] *Titulum hunc capiti dedimus:* Quòd præscripta disciplinæ Ecclesiasticæ de muliere etiam in virginem spectent. *Ita enim legimus ex 3. d. MS. Vatic. pro eo quod erat:* spectant.

65. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui.] *Sensum potius tranſtulit hîc Auctor quàm verba Apostoli 1. Cor. 14. priora & posteriora coniungens; deinde illud:* sed nec docere. *& 1. ad Tim. 2. c. Quæ prædicatio mulieribus interdictur (vt Rhenanus tefte.)*

66. nec tinguere.] *Sic MS. 3. pro:* tingere. *De quo suprà lib. de Patient. n. 14. Atqui quòd mulieribus tinctionem, id est baptismum non permittit Auctor, sanè intelligendum: in* Ecclesia *nempe, vt illud ad omnia hæc referatur, nam in necessitate id illis permittitur. De quo interim latius lib. de Præscript. aduers. hæres. & lib. de Baptiſequ. Tomo.*

67. nec offerre.] Offerre, *si vsquam alibi, hic accipi pro* sacrificare (*vti loquitur Rhenan.*) *Missam celebrare mulieri non permittitur; alibi igitur vbi permittit vidua* offerre annuis diebus dormitionis sui mariti, *aut debet accipi, pro:* oblationes offerre in sacrificio, *aut certè quemadmodum loquitur l. de Exhort. ad cast.* offerre & commemorare per sacerdotem. *Loci adnotatu digni ad confirmationem sacrificij Missæ, quemadmodum l. præcetiam adnotauimus, & l. de Orat. n. 1. ac alibi quoque locis ibidem citatis latius.*

68. nec vllius, &c. sacerdotalis officij sortem sibi vendicare.] *Clericorum officium ita circumscribit. nam* κλῆρος *à sorte nuncupatur, vt diximus ex B. Hieron. ad epist. 6. B. Cypr. n. 1. Vsque adeò autem hoc verum est, vt non* mulieribus *modo, sed & virginibus sacratis sit interdictum sacra vasa, vel pallas contingere, aut incensum circum altare deferre, per B. Soterem Papam Epistol. 2. iam ante Tertullianum ætatem, quare videtur ad illam alludere, vt vel hinc comprobetur eius Epist. Decretalis auctoritas.*

69. Idcircò velaminis venia fit illi.] *Recte hoc interpretatur Rhenanus, ac si ducat, gratia sit illi ne* velamen *gestet, seu: illud remittitur ei, quemadmodum dixit Tacitus lib. 10. Exulq; veniam. De voce autem:* notabilis, *siue,* notabiliter, *vide Adn. nostras in B. Cypr. de Discip. & hab. virg. n. 37.*

70. in viduatu.] Viduatum (*inquit Rhen.*) *accipi pro ordine viduarum, quæ post annum 60. ab Episcopis in eum numerum ascisebantur.*

71. Cui siquid refrigerij.] Refrigerium *accipit pro subsidio seu subministratione, vti versus interpres. apud Apostolum. Similiter dixit supra lib. ad Scapulam.* Indigentibus refrigeramus, *id est, refrigerum adferimus. Sic absolute lib. ad ux. Præxeam;* apud Abraham sub quercu refrigeratuerit.

72. Episcopus.] *De* Episcopo *& aliis ordinibus Ecclesiasticis videas Lector infrà Adnot. nostras in lib. de Præscript. aduers. hæres. ad illud:* Itaq; alius hodie Episcopus, alius cras. *Paulo post 3. MS. cod. habent:* illic sedet contecta; *sed instituto magis conuenit Rhenani lectio:* intecta, *ex Gorlæensi cod. Est autem monstri simile inter vetulas iam canas sedere puellam virginem intecto capite.*

73. Ad quam sedem, &c. eligantur.] *Quòd hic ad sedem eligi, suprà l. 1. ad Vxorem dixit:* in ordinationem adlegi, *de quo ibi latius. Alludit autem ad Apost. 1. Tim. 5. de Viduis.*

Cap. x.

74. Sic nec de aliquibus insignibus, &c.] *Huius capitis titulus à nobis ponitur:* Quòd non magis fœminæ quàm viri notam virginitatis suæ præferre debeant.

75. Viri autem tot virgines, tot spadones.] *Vide hac de re librum præcedentem de Cultu fœmin. Eodem pertinet quod paulo post dicitur de iisdem:* tanto continentia maioris ardoris laborator. *&:* Virginitas gratia constat, continentia verò virtute, &c.

76. cæco bono suo, &c.] Cæcum (*inquit Rhen.*) *vocat, quod non videtur. Ita sepulos in mari latentes Poëtæ cæcos vo-*

cant. Sic in Valentinianis: Altè habitet, *inquit*, in cæca detrudatur.

77. aliqua sibi insignia defendere.] Defendere sibi, *pro arrogare. Ita (inquit Rhenan.) jam loquitur per verbum*, defendo, *vt paulo superius* fecundum primordij formam, vitigmi, & ita vniuerso mulierum generi defensam.

78. aut pennas Gatamantum.] *Inter semiferos, inquit idem, illos Libyæ populos sunt & Gatamantes. Virgilius:*

--aut Rhodope, aut extremi *Garamantes.*

Plinius tradit eos matrimoniorum exortes, passim cum fœminis degere.

79. aut crobylos Barbatorum.] *Prima editione Rhenlegebat* Scrobulos, *& scholiæ ad marg. interpretabatur, tamquam* scrobuli, *vice diminutiua à scrobe, foramina essent aurium, per quæ Barbari trauicrent gemmas & annulos. Deinde in altera* Strobulos, *adiecta Adnot. ista:* Strobulus *Græcis picnam nucem significat, gestamen ex auro Barbarorum quorundam. At restituit Adrianus Iunius Animadu. lib. 2. cap. 1. & lib. de Coma c.1. censuit legendum* crobylos, *cui etiam adsentitur Ioan. Harrisius.* κρωβύλος enim *est, inquiunt illi, crinium plexus in acumen desinens, iuxta interpretem Thucydidis l. 1. Lucianum in Naufrag. & Plutarchum. Eodem pertinet etiam illud Theophrasti epistola quadam:* κρωβύλου ἢ πτίλης ὁ τριχὸς ουχὶ ὑφέτται, *id est,* crobylo & cicada *superbit Gorgias. Erant autem* crobyli, *seu* cicadæ, *virorum, quod* κορυμβοὶ *mulierum.*

80. aut Cicadas Athenienſium.] Athenienſes (*inquit Rhenan.*) *in capillo* cicadas *ferebant, hoc argumento ostendere volentes se esse indigenas, quemadmodum sunt* cicadæ. *Dicti sunt hinc* πτίλιοφόροι, *quasi ducas* Cicadiferos. *Nam* Cicadas *Græci vocant* πτίλιας. *Hunc rei meminit & Aristophanes Comicus. Quibus adde prudentes Auctores Græcos, qui fere* κρωβύλους & πτίλιας *coniungunt, & præcipue Thucydidem, qui disertis verbis intto hist. Athenienſium mentionem facit. Philostratum item l. 2. Heliadum, & Asium Poëta Samium & in Cri Virgilium, quorum verba videre est apud Iunium, ne prolixiores simus. Hic vnicum sufficiat Gregorij Nazianzeni carmen:*

Cecropidæ indigenæ natam tellure *cicadam*
Innodant *cirris.*--

81. aut citros Germanorum.] Cirri (*inquit Rhenan.*) *capilli capitis sunt, sic dicti, quod quasi in circum torti.* Germanorum *autem fuit obliquare crines, & in nodum substringere. Hinc illud Martialis:*

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Quibus adde illud Nazianzeni. & interpretis Thucydidis, qui citros transtulit, quod Græce erat: κρωβύλους. *Dicuntur autem* & cirratæ *puellæ Ammianæ, iuxta quod adnotauit Turneb. Adu. l. 28. c. 26. vbi & hunc locum citat.*

82. aut stigmata Britonum.] Britanni (*inquit Rhenan.*) *super Ligerim, hostiles in Gallia, cuius maritimam partem ex aduersa veteri Britannia, quæ nunc Angelia est, aduectis quondam occupauere, solemniter certis notis apud suos inurebantur. Horum meminere posteriores scriptores, Ausonius, Sidonius Apol. Aliqui & Romanis postea visitatum fuisse, vt in manibus eorum, qui in milites adscribebantur,* stigmate notarentur, *testes fuere Aetius & Vegetius de re milit. l. 1. & 2. Item de seruorum* stigmatibus *infrà, lib. de Resurr. carne. Legimus autem paulo post ex 3. MS. Vat. cod.* etiam ipsius continet. tiæ nomine.

83. Non enim & continentia virginitati antistat, &c.] *Imprimis* Non, *pro:* Nonne, *accipitur, vti suprà libru præcedentibus. Deinde,* virginitati antistat, *recte interpretatur Rhenan. ac si dicat:* excellit virginitatem. *Nam hoc verbo etiam alibi vsus est. Quamquam interim non alia ratione id verum sit, quàm ob difficultatem, vtpotequum (vti subiungit) non concupiscendi, cui concupiscendo inoleueris, gtande certamen sit, & qui concupiscendi fructum ignorauerit, facilius non concupiscet. Cui prorsus similia habent alicubi BB. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, difficiliorem facientes statum vidualem virginitate, quamquam tamen in se virginitas sit excellentior per se ipsa considerata. Vide simulem locum suprà l. 1. ad Vxor. c. 8.*

84. siue qui ex consensu contumeliam communem iam recusauerunt.] *Pertinet illud:* contumeliam communem, *ad errores, seu potius naues Tertulliani, qui tanto flagrabat virginitatis & continentiæ amore, vt ita legitimum viri & vxoris congressum appellet:* contumeliam communem, *hoc loco, & infrà c. 11. vti adnotauit Rhenan. Sub finem Argumenti,* confusionem. *Verum de hoc latius inter Prolegomena nostra. Pro Antidoro autem hic seruire poterit, quòd l. de Pudicitia vocet:* benedictionis concubitum. *De continentia autem coniugum ex mutuo consensu alibi latius: nam etiam non semel eius facit mentionem Auctor.*

CAP. XI.

85. Sed quod suprà intermisimus, &c.] *Huic capitiinscriptionem dedimus:* Quòd velari debeat virgo, ex quo se intelligere cœpit, & sensum naturæ suæ.

86. Vbi enim gradum fiximus.] *De Prouerbiali formula* Gradum figere, *inter Prolegomena latius.*

87. & de virginis exire, &c.] *Subaudi (inquit Rhenan.) sensu. Intelligit autem idem in eo quod sequitur:* pati nouum illud, *mensium purgationem. Vnde mox* nisi post contestatam *inquit*, sanguine maturitatem. *Item:* Iam & vox obsolefacta est, & membra completa sunt, & pudor vbique vestitur, & menses tributa defendunt.

88. de arbore agnitionis.] *Simpliciter dixit, quod scriptura* agnitionis *boni & mali, idque ab euentu, qui postea subsecutus est. Legimus autem more Tertullianico ex 3. MS.* Itaque sui quique sexus, *pro:* quisque, *nam & cap. 13. infra legitur:* quæque in occulto fiunt, *pro:* quæcunque.

89. Et ideò penes Israel illicitum est ad virum tradere, &c.] *Hactenus reperire non potus, qui locu istud scriptum sit; nescio an adiudus ad c. 22. Deuter. de signis virginitatis.*

90. acerba res est.] Acerba *proprie accipitur, pro:* immatura, *translatione ab immaturis fructibus. quòd vel his verbis subsequentibus indicat:* Igitur si tam diu virgo, quamdiu acerba est, desinit virginem. *Quod postremum recte adnotauit Rhenanus figuram esse Græcam.*

91. Et desponsatæ quidem habent exemplum Rebeccæ, &c.] *Similiter suprà l. de Coron. milit.* Si Rebecca conspecto procul sponso, velamen inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut causſæ suæ fecerit. Tegantur virgines solæ, & hoc nuptum venientes, nec antequàm cognouerint sponsos. *Accipitur autem hic* simul, *pro:* simulac, *quemadmodum etiam initio libri 4. adu. Marc. vbi:* simul crediderunt. *Habent verò Mss.* salutationis communionem. *sed vulgatum est Auctoris:* communicationem.

92. Ostendit enim etiam nuptias de adspectu & animo fieri.] *Hæc pertinet illud Apostoli 1. Cor. 7. Vt sit sancta corpore & spiritu. Quod ipsum de supra adsumitur à Christo, illis verbis:* Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, *machatus est eam in corde suo.*

93. ex angustiis.] *Hoc est (inquit Rhenan.) ex tenuitate facultatum sine fortunarum. Nam vt est apud Satyrographum:*

Non facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.--

Huiusmodi puella paupertas difficilius etiam maritum inuenunt. qui etiam rectè interpretatur illud: vel ex scrupulositate, *hoc est ex morositate parentum, quibus nullus genet placet.*

94. videtur & ipsum continentiæ votum.] *Nullus est apud veteres locus apertus de voto continentiæ. Verum de hac latius tum l. præced. de Cult. fœm. tum initio huius n. 1. tum denique Adnotat. nostris in B. Cypr. locis ibidem citatis.*

95. cui tu secundum paras maritum.] *Sensus est (inquit Rhen.) Virgo tua, quam in adhuc virginem existimas, propter ætatem desiit esse virgo, non quidem à vitæ corrupta, sed ab ætate. Proinde* maritus *quem ei tradet, secundus erit.*

96, Iam & vox obsolefacta est.] *Intelligit (eodem adnotante) robustiorem factam. Nam, auctore Plinio, vox robu-*

ratur à decimo tertio anno. Eadem in senella exiliur.

97. & menses tributa defendunt.] *Innuit (inquit idem) menstruos illos mulierum cursus sic enim Plinius vocat. Infrà habebis lib.3. ad Marc.* Nam & mulierculæ nonnumquam prægnantes sibi videntur, aut sanguinis tributo, aut aliqua valetudine inflatæ.

98. Atqui etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur.] *Usque adeò verum hoc est, vt inde à nubendo sine velando nuptæ dicantur. Hinc illud Varronis lib. 4. de ling. Lat. Neptunus, quòd mare terras obnubat, vt nubes cœlum, à nuptu, id est opertione, vt antiqui;* à quo nuptui nuptiæ *dictæ. hinc illud Poëtæ:*

Lutea demissos velauit flammea vultus.

99. sine quo sponsari non possunt.] Sponsari (*inquit Rhen.*) *pro:* desponsari, *vt infrà:* illi sponsalti maturitatem ruam. *Legimus autem more Tertullianeo:* quo vrgucnte, *pro:* vrgente, *ex 3. MS. Var. cod.*

100. Nam fœminas quidem à xii. annis, &c.] *De hoc loco eleganter in hac verba Iureconsultus longè eruditiss. Antonius Contius Subcesivarum Lectionum lib. 2. cap. 12. Verum est (inquit) olim fœminas anno xii. tutelæ liberari solitas, & biennio quidem citius quàm mares. Quamuis, vt ait Cicero pro Cœcinna & Murena, maior esset in eis sexus & consilij imbecillitas. Id Macrobius asserit, propter vuterum festinationem, siuti & ostauo die nomen illis imponi, masculis nono. Plutarchus autem id fieri putat, quòd eitem in fœminis natura duo vigor proficiat: (ad quod videtur mihi Auctor noster omnino respicere illo verbo:* vt ex lege naturæ iusta sua ætatibus reddant.) *Et quidem (addit Contius) pupillæ, à negotiorum quidem tutela liberabantur, nondum tamen ab auctoritatis tutela; quod eleganter Tertull. verborum turu experiri, expressit, dicens:* ad negotia mittunt. *Nam ista propria negotia agere poterant fœmina, capillari tutela liberatæ, tamen quia adhuc sub mulierbris tutela erant, testari non poterant nisi interueniente auctore, iuxta Vlpiani fragm. de test. & tit. vlc. Fœc nec manu mittere, nec agere, nec fe obligare, nec ciuile negotium gerere poterant. hactenus ille.*

Cap. xii.

101. Agnosce & mulierem, &c.] *Inscribimus hoc caput:* Quòd sola capitis nuditas ostentetur ab illis virginibus, quæ reliquo habitu mulleritatem produnt.

102. tabellæ naturalium sponsalium & nuptiarum.] *Phrasis Iureconsulterum, qua alludit ad* Tabellas *tum* sponsalium, *tum* nuptiarum, *inter eos qui coniugio iunguntur:* quæ naturalia *dum vocat, perspicit in Metaphora è præced.* natura, &c. & tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. *Differunt autem* sponsalia à nuptijs, *quod* spondebatur (*vt loquitur Varro de ling. Lat. l. 5.*) *filia* nuptiarum *causa, quam despondisse dicebatur: quòd de ipsius eius, id est voluntate, exieras; &c. ne fors prolixior.*

103. de virginibus educantur.] *Vsurpat (inquit Rhenan.)* educare *pro:* educere. *Sensus est: De numero* virginum educitur, *eximuntur que. Nam, vt fallor, ducatorem supra dixit, ductorem, sine ducem significans. Similiter autem dixit supra lib. de Pall. cap. 2.* Chaldæum semen in Ægyptum educatur. *Illud autem:* deponentes quod fuerunt, *interpretatur idem Rhenan. puellaria virginculatarum rediminula, &:* faciem morosiorem *intelligit inelegantiorem, & quæ disficilius nitescat.*

104. mulieritatem.] *Ita nunc voce vocat, quam alij, & ipse Auctor infrà cap. 14.* mulierbratem, *non modo hic, sed & paulò post, dicens:* totam circumferunt mulieritatem.

105. pallium extrinsecus iactant.] *Quale fuerit* Pallium *mulebre, videre est Adnotat. nostris in lib. de Pallio, num. 5.*

106. calceum stipant multiformem.] *Quæ sunt (inquit Rhenan.) admodum puella, vniformi genere calceorum vtuntur: Grauiores multiformi, pro diuersitate loci, temporis, & rei. Dixit autem:* stipant, *ne videlicet soliceat calceos, vt vtar verbo Hieronymi & Ambrosij.*

107. Sed virginari volunt.] *Refellit adnotat idem scribendum:* virginati, *vt sit verbum Deponentale, hoc est: virgines age-re. Alludit autem ad vocem Græcam* παρθενεύειν.

Cap. xiii.

108. Si propter homines habitu aburuntur, &c.] *Tuulum capiti hinc dedimus:* Quòd non solùm foris, sed & in Ecclesia virgines velari debeant. *Atqui quòd* Fratrum *nomine Christiani intelligantur, ostendimus Adnot. nostris ad Apol. cap. 39. num. 505.*

109. Quò ergo.] *Id est, ad quid, vti etiam adnotauit Rhenan. Sic lib. de Resurrect. carn. To. sequent.* Quò ergo legimus; *& l. 5. adu. Marc.* Quò iam mihi duos. *Legunt autem 2. MS.* peruulgant, *sed magis placet:* prouulgant.

110. debuccinemus.] *Hunc locum (inquit Rhenan.) imitatus D. Hieron. in epist. ad Eustochium dixit: Quum manum egenti porrexerint, buccinant. Alludit autem ad illud Matth. 6. Noli tuba canere ante te, &c. Pro quo vertit. B. Cypr.* buccinare. *Test. lib. 3. ad Quirin. cap. 40. ad verbum, ex Græco* σαλπίσῃς.

111. quæ apud illum mercedem merebuntur.] *De mercede apud Deum videat Lector Adnotat. nostras in lib. ad Martyras cap. 3. num. 43. & lib. de Patientia cap. 11. nu. 73.* De meritis *autem eius dem lib. cap. 13. num. 82.*

112. Quòd si vnius Victoriati.] *Plinius (inquit Rhenan.) lib. 33. cap. 3. Quinque, inquit,* Victoriatus *appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico aduehitur, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, & inde nomen. Porrò* gloriæ libidinosum *recte interpretatur Rhenan. quod sit ob libidinem & cupiditatem gloriæ.*

113. Et fœ Deo confertur continentiæ virtus.] *Alludit ad illud Sapientiæ 8. Vt scivi, quoniam non possem esse continens, nisi* Deus *det.*

Cap. xiiii.

114. Referunt aliquando dictum à quodam, &c.] Quòd non curandum an in Ecclesia multæ, fed & veræ sint virgines. *Est autem notandum locus contra abusum quorundam parentum, qui etiam subinde compellunt ad huiusmodi opus, id est (interpretè etiam Rhenano) ad virginitatem. Qua consideratione habita, nō mirum est quod subiungit Auctor:* Vbi sollicitatio, illic coactio; vbi coactio, illic necessitas; vbi necessitas, illic infirmitas. *De talienum necessitate, & talis coacta & imuita virginitate, sequi se, dicetur verbis indicat, non autem ea necessitate, quæ quum ex voto voluntario sit, fœlix est, quia ad bonum compellit, & proinde calibus Deus dat gratiam, sicuti aufert contrario iam dicto item est, quarum (vt eum Auctore loquar)* Deus venter est, id est, *quæ solius ventris gratia religionem adeunt.*

115. funem longum delictorum sibi adtrahunt.] *De hoc Prouerbio* ; funem longum adtrahere, *vide inter cetera Prouerbiales formulas in nostris Prolegomenis. Sine autem paulò post legas cum excusis:* quem sibi vendicat virginitas, *sine cum MS. Vatic. 2.* vindicat, *perinde est.*

116. Nihil occultum quod non reuelabitur.] *Græca exemplaria mirè aucr, quæ legunt:* Οὐκ ἔστι κρυπτὸν ὃ οὐ φανερωθήσεται. *Sunt nihilominus etiam Latina exemplaria MS. editionis vulgatæ, quæ sic legunt:* reueletur. *Atqui non multo post, vbi legunt excusi:* non est pudica, *MS. 3. Vatic. habent:* compudica.

117. inter amplexus & osculа.] *Hoc autem (inquit Rhenan.) faciebat fraternitas. Nam osculo se quondam salutabāt Christiani. Et antè dixit:* facilè virgines fraternitas suscipit. *sit autem susceptio per amplexum.*

Cap. xv.

118. Sed enim vera & tota & pura virginitas, &c.] *Tractatum huius capitis insignimus hoc titulo:* Quatum boni velamen adferat veris virginibus. To ta *autem accipitur, pro integra: quare & retinuimus eam vocem cum 3. MS. Vat.*

119. ipsum quoqueliuorem.] Liuorem *accipit Auctor, vt ex sequ. patet, pro:* odio, *& mox* liuidum, *pro inuidioso.*

Similiter & B. Cypr. qui librum scripsit de Zelo & liuore, & B. Hieronymus, etiam de libro citat ista in epistolam Apostoli ad Galat. 5.

120. Nam est aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod falsinum vocant.] *Inuidiæ quam Auctor (vti dixi mus)* liuorem *nuncupat, magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cum eam sola voluntate, & ipso adflatu ac contagione maleficium & venenatam esse, & hominibus, quibus male vellet, obesse & auctor est Seruius. Hinc illud Horatij:*

Non illic obliquo oculo mea commoda quisquam
Limat, non odio obscuro morsúque venenat.

Item illud Maronis, quod ad institutum magis pertinet:

Nescio quis teneros oculis mihi fascinat agnos.

Hanc ego ab ethnicis falsinum *dictam recte dicit Auctor, & ad odium diabolo refert, atque adeò adnsitat illorum, qui varia contra* fascinum, *præsertim in pueri, adhibebant remedia*, velamen capitis virginibus *proponit.*

121. si tentationibus gradum obtraxerit.] *Est & hæc Prouerbialis formula, de qua latè in nostris Prolegomenis.*

Cap. xvi.

122. In his consistit defensio nostræ opinionis, &c.] *Epilogus est hoc caput omnium præcedentium*, quod ad virgines velandas adtinet. *Quo repetit pauca conformem esse suam opinionem scripturæ, naturæ, & disciplinæ.*

123. secundum disciplinam.] *Quòd* disciplinam *Christianam intelligat, patet ex Epitheto eius, quibus ornatur ab Auctore. Appellatur enim mox, & suprà c.2.* Disciplina Dei, *cap.9.* disciplina Ecclesiastica; *c. verò 11.* Christi disciplina. *Item lib. de Patient. suprà cap.2.* Dominica disciplina, *& alibi:* disciplina salutaris, *& de Cult. fœmin.* disciplina seruorum Dei. *Quare & alibi, vbi simpliciter* disciplina *ab Auctore vocatur, similiter accipienda, quemadmodum & paulò post hu, & dict. lib. de Patient cap. 4. & 12. ac Tom. sequent. lib. de Præscript. adu. hæres. & de Resurr. carn. denique & initio lib. aduers. Valentinianos. Vbi etiam propriam eius significationem indicat, quam dicit:* & disciplina non terretur. *Accipi enim pro seueritate castigatrice, ostendimus initio lib. B. Cypr. de Disc. & hab. virginum, num. 1.*

124. quid magis Deo ratum sit.] *Harrisius putat legendum & hic, & paulopost:* gratum. *Verùm placet prior lectio, vt ratum accipiatur pro firmo seu certo. Nam videtur opponere hoc illi, quod in fine cap. 13. suprà dixerat:* Videamus ergo quod humanum est, an firmum sit. *Atque leguminum cum Rhenano:* nihil perosius, *vt accipiatur pro exosius, etsi ref agantibus exemplaribus MS. quo:* perosius *legunt. Sed non rectè, quum opponatur* perosius *illi quod præcedit:* nihil acceptius.

125. secundum annorum nomina dixerim.] *Subindicat olim fœminas Christianas* sorores *solere nuncupari à fratribus, hoc est Christianis, qui in nulla erant dignitate*; filias verò à Patribus, *hoc est Episcopis & Presbyteris. Hinc patet noua nomina non esse in Ecclesia &* Patrum & Fratrum, *item* Filiarum, *&* Sororum.

126. Nupsisti enim Christo, &c.] *Vt alia, de quibus suprà, phrases aliter forsan detorqueri possent, certè hic locus non potest aliter intelligi quam de virginibus, quæ Christo sue sponso continentiam suam consecrarunt, & professæ sunt. Verùm de hoc latius suprà initio huius libri num. 1.*

Cap. xvii.

127. Sed & vos admonemus alterius pudicitiæ mulieres, &c.] *Hic veluti coronidis vice addit Auctor etiam aliud caput:* Quòd non modò virginibus *[de quibus hactenus egit]* sed & nuptis mulieribus conueniat velaminis disciplina.

128. Mitris enim & lanis, &c.] *Similiter Plinius l. 35. c. 9.* Capita mulierum mitris *verficolaribus operuit. & Cicer. de Arusp. respons.* Amitra, *à mulieribus solus, purpureisque fasciolis. Erat enim* mitra, *corona muliebris, atque adeò vti Auctor:* non velabat, sed conligabat caput, *ex qua pendebant fasciolæ, quæ pro illa dicebantur.*

129. Arabiæ fœminæ, &c.] *De* Arabia *vide Adnot. nostras infrà l. 3. adu. Marc.*

130. quàm totam faciem profitiuere.] Quàm (*vti & ante me Rhen.*) *accipitur pro:* potius quàm. *Similis est locutio suprà l. ad Martyr. c.2.* Exisse vos è carcere, quàm in carcerem introsisse intelligemus. *Item in Valentinianis:* Vbi superindui potuit, quàm despoliari. *Illic ex aliis Auctoribus complura exempla adduximus.*

131. Quas propterea infœlicissimas air Romana quædam Regina, &c.] *Locus obscurissimus. & nescio an corruptus, nisi forte intelligat illud:* magis adamare quàm adamari, *id est, maiori seruore: illud verò* facilius adamari quàm adamare, *id est, citius in earum amorem alios vros ruere, quàm fœminas in virorum.*

132. Meracior & (vt ita dixerim) barbarior.] *Quia comparatius non fuit, addit:* vt ita dixerim. *Atque* meracior, *pro ritior intelligitur, Metaphora à vino merace sumpta.*

133. Velaminis spatia metatus est.] Metatus est (*inquit Rhenan.*) *hoc est præscripsit, definuit. Metaphora sumpta à castrorum locatione, qua metari propriè dicuntur. Hoc verbo quoque vsus est suprà, lib. de Pall. Tom. 1.* Nostra certè metatio. *& infrà Tom. 3. lib. adu. Marc.* Tempore arbitro & metatore initij & finis. *Denique lib. adu. Valent.* Metatur medietatem. *Vide autem & nostras Adnotat. in B. Cypr. epist. 22. num. 1. vbi habes quicquid adnotauimus aliis Rhenanus.*

134. quæ inter Psalmos, &c.] *Rectè adnotat Rhenanus* Psalmos *olim legi, vel potius cani solitos in Ecclesia. Quod ipsum latiùs tractauimus c. 39. Apolog. n. 520.*

135. vel in quacumque mentione Dei.] *Vide (inquit idem) quanta priscorum reuerentia fuerit, vel ergà Dei, vel Domini nomen?*

136. in Oratione ipsa.] *Loquitur (eodem adnotante) de Oratione quæ fiebat in Ecclesia.* Oramus (*inquit in Apologetico, c. 39.*) etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. *Atqui* Orationis *nomine sacrificium Ecclesiæ ab Auctore solere intelligi ostendimus lib. de* Oratione *n. 1. Quod confirmatur vel ex eo, quòd loco eius quod modò dictum est:* Oramus pro Imperatoribus, &c. *lib. ad Scapulam cap. 2. suprà Tom. 1. dicat:* sacrificamus pro salute Imperatoris, &c. *Vbi etiam aliquid diximus hac de re nu. 31.*

137. fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum.] *Tria sunt tegmina capitis muliebris, aliàs Auctoribus ignota præter* filum, *quod agnoscit etiam Arnobius l. 6. cùm dicit:* filum capitis *profitiuit Cytherei in simulacra traducere. Existimo idipsum, quod ex filo factum reticulum vocant: fortasse autem* villum *nuncupat, quod Nonius Marcellus capitum, & fimbriam: quod & ipse, & Auctor lib. de Pallio c. 4. aliendrum, aut quod* crepitulum *ibidem vocatur.*

138. aliæ quibus planè maior est palma.] *Quum constanter legant:* palma *cod. omnes tam exc. quàm MS. magis placet adnotatio marginalis Rhenani, aut alterius, vt* palma *accipiatur pro velo palmato, quàm vt legatur,* palla, *quod in Adnot. sui ille contendit.*

139. vt bestia quædam, &c.] *Struthio camelum (inquit Rhenan.) intelligit, cuius in initio 10. l. meminit Plinius. Eius verba quoniam ad hunc locum facsunt, libet adscribere; Auium (inquit) grandissimi & penè bestiarum generis, Struthiocameli Africi vel Æthiopici, altitudinem equitu insidentis equo excedunt: celeritatem (sic enim nos in castigationibus nostris legendum monuimus) vincunt; ad hoc demum datis pennis vt currentem adiuuent. Cetero non sunt volucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ his ceruinis similes, quibus dimicant, bisulcæ, cõprehendendis lapidibus vtiles, quos insuga contra fugientes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata, mira natura; sed non minus stolidi atque, in tanta reliqui corporis altitudine, quum cella fruticeæ occulauerint, latere sese existimantiũ. Pramia ex his oua, propter amplitudinem pro quibusdã habita vasis, conióque bellicos, ac*

galeæ

galeas adornãtes penna. Hæc Plinius. Ceterum Tertullianus Struthiocamelum eleganter bestiam altegradiam appellat, quòd altè incedat longis gradibus cruribus, qualesſunt & ciconiæ & grues. Adnotas idem ibi esse figuram Græcam: cetera altegradia. Cui similis est Virgilii phrasis: quum habet delitescendum, hoc est, vt delitescat.

140. cum Septimio Tertulliano.] De nomine Septimij, & cognomine Tertulliani, videas Lector vitam Auctoris. Illud familiæ est, hoc Gentis. Hinc autem manifestum est (vti etiam in Argumento adnotauimus) librum esse nostri Auctoris.

FINIS TOMI SECVNDI OPERVM Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS Presbyteri.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, OPERVM

TOMVS TERTIVS.

QVI COMPLECTITVR SCRIPTA ADVERSVS HÆRESEIS, CVM SVIS ARGVMENTIS ET Adnotationibus, per Iacobum Pamelium.

De Præscriptionibus aduersus Hæreticos.	pagina. 330.
De Baptismo aduersus Quintillam.	pag. 387.
Aduersus Hermogenem.	pag. 411.
Aduersus Valentinianos.	pag. 441.
De Anima, aduersus Philosophos & hæreticos	pag. 477.
De Carne Christi, aduersus quatuor hæreseis	pag. 543.
De Resurrectione Carnis.	pag. 566.
Aduersus Marcionem lib. I.	pag. 618.
Aduersus Marcionem lib. II.	pag. 643
Aduersus Marcionem lib. III.	pag. 668.
Aduersus Marcionem lib. IIII.	pag. 697.
Aduersus Marcionem lib. V.	pag. 782.
Aduersus Gnosticos Scorpiacum.	pag. 824
Aduersus Praxean.	pag. 844.

IACOBI PAMELII DE LIBRORVM TERTII TOMI ORDINE PRÆFATIO AD LECTOREM.

OMI tertij operum Tertulliani aduersus hæreseis ordinis, vti iuxta promissum reddamus rationem: Primum duo illi libri locum occupant, quos ante omnem errorem ab Auctore conscriptos constat; nempè: DE PRÆSCRIPT. ADVERSVS HÆRETICOS, ad quem in sequenibus frequens adlusio, &: DE BAPTISMO ADVERSVS QVINTILLAM. Secundum, alij tres; quum iam inciperet nonnihil ad errores inclinare, editi; ADVERSVS HERMOGENEM. ADVERSVS VALENTINIANOS, ac: DE ANIMA ADVERSVS PHILOSOPHOS ET HÆRETICOS; quorum duo posteriores, prioris, prout etiam libri de Anima qui sequuntur, mentionem faciunt. Tum deinde, libri septem, vno eodémque tempore, circa annum Seueri Cæsaris xv. sic elucubrati, vt nisi diuersi essent argumenti, sibi mutuò deberent interijci, vt potè: DE CARNE CHRISTI ADVERSVS QVATVOR HÆRESEIS, ac: DE RESVRRECTIONE CARNIS, quos continuo stylo scriptos manifestum est; & ADVERSVS MARCIONEM LIBRI QVINQVE; quorum quartus citatur libro de Carne Christi, & vicissim quinto eius operis libro adlegatur de Resurrectione Carnis liber. Posthæc SCORPIACVM ADVERSVS GNOSTICOS, in quo adludit Auctor ad libros aduersus Marcionem. Denique aduersus PRAXEAN liber, vbi paulo vehementiùs sui Paracleti mentionem facit. Quos, & potissimùm primum De Præscriptione aduersus hæreticos librum, Lector candide, si diligenter perlegeris, munieris etiam aduersus huius tempestatis hæreseis; discéssque veriss. esse illud Tertulliani; Hæreseis demonstrasse, vicisse est. Vale igitur, & iuxta Apostoli sententiam Hæreticum hominem post vnam atque alteram correptionem deuitans, memineris nihil prodesse cum hæreticis disceptationem.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI ADVERSVS Hæreſes, ſcripta.

ARGVMENTVM LIBRI DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, PER Iacobum Pamelium.

ADVERSVS *hæreticos ſiue hæreſeis tum temporis graſſantes ſcripturus Tertullianus, videns diſputationibus nihil aut parum profici, certis Præſcriptionibus, ſiue doctrinarum retractatu (vti ipſe alibi loquitur) reuincendos exiſtimauit.* I.

Priuſquàm autem ad propoſitum veniat: docet non oportere nos admirari ſuper hæreſeis, eo quòd prænunciatæ fuerint. II.

Sed abominandas potius, & præcauendas, tamquam mortem æternam adferentes, nihil virium habentes, niſi apud eos qui in fide infirmi ſunt. III.

Neque ſcandalizari quemquam oportere, ſi Epiſcopus, ſi Diaconus, ſi vidua, ſi virgo, ſi doctor, ſi etiam martyr lapſus à regula fuerit, quia ex perſonis non probatur fides, ſed ex fide perſonæ.

Quinpotius memores ſimus tam Dominicarum quàm Apoſtolicarum litterarum, quæ futuras hæreſeis prænuntiarunt, & fugiendas præfinierunt. IIII.

Non modò diſſenſionum & ſciſmatum, ſed etiam ipſarum hæreſeon nomine. V.

Quippè quum Epiſtola ad Titum Apoſtolus hæreticum deſcribens, hæreſeis dictas inſinuet Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis ſiue ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas, eas vtitur. VI.

Ipſas denique hæreſeis quum à Philoſophia ſubornentur, eo & curioſitatis nomine etiam caueri oportere ab Apoſtolo præſcriptum. VII.

Nihil autem obſtare illud: Quærite & inuenietis; id enim dictum ad eos, quibus nondum agnitus Chriſtus. VIII.

Nobis autem qui iam credidimus, aliud non quærendum. IX.

Alioqui ſi ſemper quærimus, numquam inueniemus, nunquam credemus. X.

Nemo enim quærit, niſi qui aut non habuit, aut perdidit. XI.

Si tamen adhuc quærendum ſit; non apud hæreticos, ad quos vetamur accedere, ſed in noſtro, à noſtris, & de noſtro quæramus. XII.

Regulam enim (ſeu ſymbolum) fidei nobis præſcriptam, vt iam hinc quid credamus, profiteamur. XIII.

Hanc à Chriſto inſtitutam nullas apud nos habere quæſtiones, niſi quas hæreſes inferunt; & quæ hæreticos faciunt. XIIII.

Porrò ad propoſitum veniens Tertullianus, præſcribit non admittendos hæreticos ad vllam de ſcripturis diſputationem. XV.

Primùm, quòd fides noſtra obſequium Apoſtolo debeat, diſputationem prohibenti, dum poſt vnam correptionem conuenire hæreticum interdixit. XVI.

XVII. *Deinde quòd nihil proficiat congressio scripturarum; quum hæreseis quasdam non recipiant; & si quas recipiant, adiectionibus & detractionibus interuertant, aut non recipiant integras; & si aliquatenus integras, diuersas expositiones comminiscantur.*

XVIII. *Ille etiam, cuius caussa in congressum scripturarum descendis, incertior discedet, de pari altercatione negandi & defendendi.*

XIX. *Illud itaque solum disputandum, quibus competat fides, cuius sint scripturæ, à quo, per quos, & quibus sit tradita disciplina quà Christiani sunt.*

XX. *Atqui à Christo vnam eiusdem fidei doctrinam Apostolis traditam, qui eam Nationibus promulgauerunt, & Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus cetere Ecclesiæ quotidie mutuantur vt Ecclesiæ fiant; ita vt tot ac tãtæ Ecclesiæ, vna sit illa ab Apostolis prima, ex qua omnes.*

XXI. *Hanc itaque dirigit alteram præscriptionem; Non alios recipiendos prædicatores, quàm quos Christus instituit, & proinde eam doctrinam recipiendam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis tam viua voce quàm per Epistolas, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit; hoc itaque testimonium veritatis doctrinæ nostræ, quòd cum Ecclesijs Apostolicis communicemus.*

XXII. *Apostolos autem (quicquid in contrarium soleat dicere diuersa pars) omnia & scisse, & tradidisse; quibus & omnes scripturas edisserere dignatus est, & Spiritum sanctum misit, qui eos deduceret in omnem veritatem.*

XXIII. *In Petro enim non reprehensam ignorantiam aliquam à Paulo, sed conuersationem.*

XXIIII. *Idque pro temporibus, personis, & causis.*

XXV. *Neque verò occultum aliquod Euangelium prædicasse Apostolos;*

XXVI. *Quamquam non passim, nec inconsideratè omnibus.*

XXVII. *Vnam etiam Regulam fidei eos instituisse, tam ad Ecclesias correptas postea emendatas, quàm ad eas quas commendarunt.*

XXVIII *Quod autem apud multos vnum inuenitur, non censeri erratum, sed traditum.*

XXIX. *Hæreseis potius errasse, quæ vera doctrina sunt posteriores.*

XXX. *Marcionem enim & Valentinum, in Catholicam primò doctrinam apud Ecclesiam Romanensem sub Episcopatu Eleutheri credidisse; donec ob inquietatem curiositatem semel & iterum eiecti, nouissimè in perpetuum disidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminarunt. Atque idem de alijs iudicium; qui virtutibus & miraculis nouos se Apostolos esse probare nequeunt.*

XXXI. *Id itaque esse verum & Dominicum, quod priùs sit traditum; falsum, quod posteriùs.*

XXXII. *Si interim quædam sint hæreseis iam inde ab ætate Apostolica; præscribendum vti euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis aut Apostolicis viris habeat antecessorem, quemadmodum Smyrnæorum & Romanorum Ecclesia; quod quum probare non possint, in communicationem non recipiantur.*

XXXIII *Quid quòd iam tum ab Apostolis & demonstratæ & eiectæ fuerint, ex quibus & reliquas hæreseis omnes sua semina sumpsisse.*

XXXIV. *Atque adeò, quum habeant cum illis consortium suæ prædicationis, habere etiam damnationis consortium, maximè quum ab Apostolis prænunciatæ fuerint.*

XXXV. *Nullam autem econtrario dictarum præscriptionum competere aduersus nostram disciplinam.*

XXXVI. *Percurrenti enim Ecclesias Apostolicas, apud quas adhuc ipsæ cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur, & inter eas Romanam, vnde nobis quoq; auctoritas præsto est (vbi Petrus & Paulus coronati) constabit eandem ab Apostolis suam potasse fidem, per quam aqua signat, Spiritus sanctus vestit, Eucharistia pascit.*

XXXVII *Quum igitur ijs veritas adiudicetur quicunque in ea Regula incedimus: quam Ecclesia ab Apostolis accepit; constare propositum suum non esse admittendos hæreticos ad ineundam de scripturis prouocationem, quum Christiani non sint, & proinde exhæredati à possessione Christianarum litterarum.*

XXXVIII *Maximè quum illis non possit succedere corruptela doctrinæ sine corruptela instrumentorum, deprehensa in scripturis detractione, vel adiectione, vel transmutatione; & interpolatione, qua alius manu scriptur.as, alius sensus expositiones interuertit.*

XXXIX. *In eo comparandi illis, qui Virgiliocentonas & Homerocentonas composuisse leguntur.*

Fieri

Fieri hæc autem eodem diaboli instinctu, qui ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in Idolorum mysteriis æmulatur, exempli gratia, qui quosdam tinguit, expiationem delictorum de lauacro repromittit, signat in frontibus, celebrat & panis oblationem.

Non omittendam denique, qua contra eos præscribamus, ipsius etiam hæreticæ conuersationis descriptionem; vbi, quis cathecumenus, quis fidelis, incertum; pariter enim adeunt, pariter audiunt, pariter orant; qui pacem cum omnibus miscent; quorum mulieres audeant exorcismos agere, forsitan & tinguere. Quorum ordinationes temerariæ, & alius hodie Episcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie presbyter, qui cras laicus; nam et laicis sacerdotalia munera ininungere. XLI.

In verbi quoque administratione negotium illis esse, non ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, nec suis Præsidibus reuerentiam præstent; & hinc apud eos schismata non parere, quantumuis tamen à regulis suis inter se varient, & etiam ab auctoribus suis. XLII.

Notata etiam fuisse eorum commercia cum Magis, Circulatoribus, Astrologis, Philosophis, vt adeò doctrinæ ipsorum non verè index sit disciplina non bona. XLIII.

Postremò, si fortè præscriptionibus his non moueantur, ad futuri iudicij metum & hæreticos pronocat, & eos qui aures hæreticis accommodant. XLIIII.

Porrò hoc institutum semel adgressus, etiam specialiter, initio facto à Iudaismo, hæreticos omnes ad sua vsque tempora recenset, & imprimis Dositheum, Sadducæos, Pharisæos. XLV.

Deinde eos, qui ex Euangelio hæretici esse voluerunt, Simonem Magum, Menandrum, Saturninum, Basilidem, Nicolaum. XLVI.

Quibus adiungit Ophitas, Cainæos, Setthoitas. XLVII

Præterea Carpocratem, Cerinthum, Hebionem. XLVIII.

Valentinum deinceps, ac eius sequaces Ptolomæum, Secundum, Heracleonem. XLIX.

Marcum item & Colarbasum. L.

Post hæc Cerdonem, Marcionem, eiusque discipulos Lucanum & Apellem. LI.

Tatianum inde; & eos qui secundum Phrygas dicebantur, κατὰ Proclum, ac secundum Æschinem, Montanistas. LII.

Denique Blastum, Theodotum vtrumque, Praxean & Victorinum. LIII.

Ceterùm præterquàm quòd ad librum hunc adludat Auctor infrà initio librorum aduersus Hermogenem, 4. aduers. Marcionem, & aduers. Praxean, eam repetens præscriptionem, de qua c. 28. 29. & 31. id verum esse quod priùs fit traditum, falsum quod posteriùs: certè etiam nominatim eius meminit lib. De carne Christi, & lib. 1. adu. Marcionem. Priori loco: Sed pleniùs (*inquit*) eiusmodi Præscriptionibus aduersus omnes hæreses, alibi iam vsi sumus. *Posteriori:* Sed alius (*inquit*) libellus hunc gradum sustinebit, aduersus hæreticos, etiam sine retractatu doctrinarum reuincendos, quòd hoc sint de Præscriptione nouitatis. *Vbi duos titulos huius libri indicat* DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRESES, *siue* ADVERSVS HÆRETICOS. *Minimè verò illum, quem quidem breuitatis gratia legunt:* DE PRÆSCRIPTIONIBVS HÆRETICORVM, *quia ille argumento libri contradicit, in quo vti in nostris Adnotationibus infrà latiùs, præscriptionibus variis vtitur, non hæreticorum, sed aduersus hæreseis. Atqui in codice Anglico MS. Ioannis Clementis, solùm liber hic reperitur vsque ad illud:* Quorum hæreticorum; *& in cod. Vatican. MS. separatur à parte huius libri secunda. Quin etiam iam olim à Trithemio & Politiano non vnus, sed duo libri recensentur; vnus aduersus omnes hæreseis, alter de præscriptionibus aduersus hæreticos: & in prima editione ac sæpiss. in Adnotationibus, Rhenanus Catalogum hæreticorum inscripsit posteriorem huius libri partem. Verùm rectè, meo iudicio, adnotauit Gelenius ad marginem, Hanc adpendicem malè reuulsam fuisse à reliquo corpore. Nimis enim abruptù esset illud libri noui iam dictum auspicium:* Quorũ hæreticorum, *&c. maximè quum etiam libellis suis aliquâ præfatiuncula soleat præmittere Tertullianus. Liberum interim iudiciũ relinquo cuiuis separandi si velit, eo quòd separatim pars citetur posterior à Tertull. Scorpiaco aduers. Gnosticos, vbi dicit: Alibi se dimicasse de corpore hæreticæ cuiusq; doctrinæ; quod ego intelligendũ puto de Tractatu, vbi singulas hæreticas doctrinas recenset. Edidit autẽ primũ cũ scholijs, & posteà Adnotat. Rhen. deinde castigauit Gelen. postmodũ anno 1560. seorsum, saltẽ præcipuâ libri partẽ,*

Adnotationibus illustrauit vir eruditiß. Dn. Ioannes Quintinus Hæduus, Decretorum apud Parrisios Professor, meus quondam præceptor: denique & Gallicè integrum Audobertus Macereus, Parrisinus item Theologus, cum Scholijs aliquot, anno 1561. Nunc verò postremùm, præterquàm quòd librum hunc ex dictis MS. cod. & varijs editionibus recèns castigauimus, Adnotationes Quintini, & nostras, ac Macerei aliquot, Adnotationibus Rhenani adiecimus, & nouo Argumento illustrauimus. D

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE PRÆPRESCRIPTIONIBVS ADVERSVS Hæreticos, Liber.

Cap. I. ONDITIO [1] præsentium temporum, etiam hanc admonitionem prouocat nostram, non oportere nos mirari super hæreses istas, siue quia sunt; futuræ enim prænunciabantur: siue quia fidem quorundam subuertunt; ad hoc enim sunt, vt fides habendo tentationem, habeat etiam probationem. Vanè ergo & inconsideratè plerique hoc ipso scandalizantur, [4] quòd tantum hæreses valeant, quantum sint: quum quid sortitum est, vt omni modo sit, sicut causam accipit ob quam sit, sic vim consequitur per quam sit, ne esse

Cap. II. non possit. [5] Febrem denique inter ceteros mortiferos & [6] cruciarios exitus [7] erogando homini deputatam, neque quia est miramur, est enim, neque quia erogat hominem, ad hoc enim est. Proinde hæreses ad languorem & interitum fidei productas, si expauescimus, hoc eas posse; prius est, vt expauescamus hoc eas esse; quæ dum sunt, habent posse, & dum possunt, habent esse. Sed enim febrem vt malum, & de causa & de potentia sua, vt notum est, abominamur potius quàm miramur, &, quantum in nobis est, precauemus, non habentes abolitionem eius in nostra potestate. Hæreses verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferenteis, malunt quidem mirari quòd hoc possint, quàm deuitare ne possint: quum habeant deuitandi potestatem. Ceterum nihil valebunt, si illas tantùm valere non mirentur. Etenim dum mirantur, in scandalum submministrantur: aut quia scandalizantur, ideò mirantur quòd tantum valeant, quasi ex aliqua veritate veniant. Mirum scilicet vt malum vires suas habeat: nisi quòd hæreses apud eos multum valent, qui in fide non valent. In pugilum & gladiatorum, plerunque non quia fortis est, vincit quis, aut quia non potest vinci, sed quoniam ille qui victus est, nullis viribus fuit: adeò idem ille victor benè valenti postea comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses de quorundam infirmitatibus habent quod valent, nihil

Cap. III valentes si in benè valentem fidem incurrant. [9] Solent quidem isti [10] miriones etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, ædificari in ruinam. Quare illa vel ille fidelissimi, prudentissimi, & vsitatissimi in Ecclesia, [11] in illam partem transierunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi respondet, neque prudentes, neque fideles, neque vsitatos æstimandos, quos hæreses potuerint deinutare? Et hoc mirum (opinor) vt probatus aliquis retrò postea excidat? [a] Saul bonus præ ceteris; liuore postea euertitur. [b] Dauid vir bonus secundum cor Domini; [c] postea cædis & [12] stupri reus est. [d] Salomon omni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Dei filio seruabatur sine delicto permanere. Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr [13] lapsus à regula fuerit, ideò hæreses veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo sapiens est, nisi fidelis; [14] nemo maior, nisi Christianus: nemo autem Christianus, nisi qui ad finem vsque perseuerauerit. Tu vt homo extrinsecus vnumquemque nosti: putas quod vides. Vides autem quousque oculos habes. [15] Sed [a] oculi, inquit, Domini alti. [b] Homo in faciem, [16] Deus in præcordia contemplatur. Et [c] ideò cognoscit Dominus qui sunt eius, &: [d] Plantam quam non plantauit pater, eradicat: & [e] de primis nouissimos ostendit: & [17] palam [f] in manu portat ad purgandam aream suam. Auolent quantum volent palearis leuis fidei quocunque afflatu tentationum, eo puriorem massa frumenti in horrea Domini reponetur. Nónne ab ipso Domino quidam discentium scandalizati deuerterunt? Nec tamen propterea ceteri quoque discedendum à vestigijs eius putauerunt: [18] sed qui scierunt illum vitæ esse verbum, & à Deo venisse, perseuerauerunt in comitatu eius vsque ad finem: cùm illis, si vellent & ipsi, discedere, placidè obtulisset. Minus est si & Apostolum eius, [19] aliqui [a] Phygellus, & Hermogenes; & [b] Philetus, & Hymenæus reliquerunt: [c] ipse traditor Christi de Apostolis fuit. Miramur de Ecclesijs eius, si à quibusdam deseruntur, quum ea nos ostendunt Christianos, quæ patimur ad exemplum ipsius Christi:

Ex

a 1 Reg. 10. b 1. Reg. 13. c 2. Reg. 12. d 3 Reg. 3. & 11.

Matth. 10.

a 1 Esd. 8. b 1 Reg. 16. c 2. Tim. 2. d Matth. 15. e Matth. 10. f Matth. 3. Luc. 3.

Joan. 6.

a 2. Tim. 1. b 2. Tim 2. c Matth. 26

A Ex nobis, inquit, prodierunt, sed non fuerunt ex nobis. si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. [20 Quin potius memores simus tam Dominicarum pronunciationum, quàm Apostolicarum litterarum, quæ nobis & futuras hæreses prænuntiarunt, & fugiendas præfinierunt: vt sicut esse illas non expauescimus, ita posse id propter quod fugiendæ sunt, non miremur. 21 Instruit Dominus multos esse venturos, sub pellibus ouium rapaces lopos. Quænam istæ sunt pelles ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficies? Qui lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli, ad infestandum gregem Cstristi intrinsecus delitescentes? Qui pseudoprophetæ sunt, nisi falsi prædicatores? 22 Qui pseudapostoli, nisi adulteri euangelizatores? Qui antichristi interim & semper, nisi Christi rebelles? Hoc erunt hæreses non minus doctrinarum peruersitate Ecclesiam lacessentes quàm tunc antichristus persecutionum atrocitate persequetur: nisi quòd persecutio & martyras facit, hæresis apostatas tàtùm. Et ideò hæreses quoq; oportebat esse, vt probabiles quiq; manifestarentur, tam qui in persecutionibus steterint, quàm qui ad hæreses non exorbitauerint. 23 Neque enim eos probabiles intelligi iuuat, qui in hæresim fidem demutant: sicut ex diuerso sibi interpretantur, quia dixit alibi: 24 Omnia examinate, quod bonum est tenete. Quasi non liceat omnibus malè examinatis in electionem alicuius mali impingere per errorem. [25 Porrò si dissensiones & schismata increpat, quæ sine dubio mala sunt, & 26 incontinenti hæreses subiungit, quod malis adiungit, malum vtiq; pro fitetur, & quidē maius: cùm ideò credidisse dicat, de schismatibus & dissensionibus, quia sciret etiam hæreses oportere esse. Ostendit enim grauioris mali prospectu de leuioribus se facilè credidisse, certè non vt ideò de malis crediderit, quia hæreses bonæ essent, sed vti de peioris quoque notæ tentationibus præmoneret non esse mirandum, quas diceret impendere ad probabiles quosque manifestandos, scilicet quos non potuerint deprauare. Denique si totum capitulum ad vnitatem continendam, & separationes coërcendas sapit: hæreses verò non minus ab vnitate diuellunt, quàm schismata & dissensiones, sine dubio & hæreses in ea conditione reprehensionis con-

B stituit, in qua schismata & dissensiones. Ac per hoc non eos probabiles facit, qui in hæreses deuerterint, 27 quum maximè deuerti ab eiusmodi obiurgans, & docens, vnum omnes loqui; & idipsum sapere, quod etiam hæreses non sinunt. [28 Nec diutius de isto, si idem est Paulus, qui & alibi hæreses inter carnalia crimina enumerat, 29 scribens ad Galatas, & qui Tito suggerit, hominem hæreticū post primam correptionem recusandū, quòd peruersus sit eiusmodi & delinquat, vt à semetipso dānatus. Sed & in 30 omni penè epistola de 31 adulterinis doctrinis fugiendis inculcans, hæreses taxat, quarū opera sunt adulteræ doctrinæ: 32 hæreses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vtitur. 34 Ideò & sibi damnatum dixit hæreticum, quia & in quo damnatur, sibi elegit. Nobis verò nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus adsignauerunt. Itaque etiamsi angelus de cœlis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. Prouiderat iam tunc spiritus sanctus futurum 35 in virgine quadam Philumene angelum seductionis; transfigurantem se in angelum lucis, cuius signis & præstigiis Apelles inductus, nouam hæresim induxit. [36 Hæ a sunt doctrinæ hominum & b dæmoniorum, c prurientibus auribus natæ 37 de ingenio d sapientiæ seculi, quam Dominus stultitiam vocans, e stulta mundi in confusionem etiam Philosophiæ ipsius elegit. Ea est enim materia sapientiæ secularis, temeraria interpres diuinæ naturæ & dispositionis. Ipsæ denique hæreses à Philosophia 38 subornantur. 39 Inde Æones & formæ, nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat. 40 Inde Marcionis Deus melior de trāquillitate: à Stoicis venerat. 41 Et vti anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur. Et vt 42 carnis restitutio negetur, de vna omnium Philosophorum schola fumitur. 43 Et vbi materia cum

C Deo æquatur, Zenonis disciplina est: 44 & vbi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus interuenit. Eædem materiæ apud hæreticos & Philosophos volutantur, idem retractatus implicantur. Vnde malum, & quare? & vnde homo, & quomodo? Et quod proximè Valentinus proposuit, Vnde Deus? 45 Scilicet de enthymesi, & ectromate. 46 inserunt Aristotelem, qui illis Dialecticam instituit, artificem struendi & destruendi versipellem, in sententijs coactam, in coniecturis duram, in argumentis operariam contentionum, molestam etiam sibijpsi, omnia retractantem, ne quid omninò tractauerit. 47 Hinc illæ fabulæ & genealogiæ 48 indeterminabiles, & quæstiones infructuosæ, & sermones serpentes velut cancer; à quibus nos Apostolus refrænans, nominatim Philosophiam testatur caueri oportere, scribens ad Colossenses: Videte 49 ne quis vos circumueniat per Philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, præter prouidentiam Spiritus sancti. Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam, affectatricem, & interpolatricem veritatis, de congressibus nouerat, ipsam quoque in suas hæreses multipartitam 50 varietate sectarum inuicem repugnantium. Quid ergo Athenis & Hierosolymis? quid Academiæ & Ecclesiæ? quid hæreticis & Christianis? Nostra institutio 51 de porticu Solomonis est, 52 qui & ipse tradiderat: Dominum in simplicitate cordis esse quærendum. Viderint qui Stoicum, & Platonicum, & Dialecticum, Christianismum protulerunt. [53 Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangelium. Cùm credimus, nihil

1. *Ioan.* 2. CA. III.

Matth. 24. *Matth.* 7. *Vbi supra.*

2. *Cor.* 11. 1. *Ioan.* 2.

1. *Cor.* 11.

1. *Thess.* 5. CAP. V.

1. *Cor.* 11.

1. *Cor.* 2. *Rom.* 11. CAP. VI. *Gal.* 5. *Tit.* 3.

Gal. 1.

2. *Cor.* 11. a *Coloss.* 2. CAP. VII b 1. *Tim.* 4. c 2. *Tim.* 4. d 1. *Cor.* 3. e 1. *Cor.* 1.

1. *Timot.* 1. *Tit.* 3. 2. *Timot.* 2.

Coloss. 2.

Act. 17.

Sap. 1. CA. VIII

desideramus vltrà credere. Hoc enim priùs credimus, non esse quòd vltra credere debeamus. Venio itaque ad illum articulum, quem & nostri prætendunt [53] ad incundam curiositatem, & hæretici
Matth. 7. inculcant ad importandam curiositatem. Scriptum est, inquiunt: Quærite, & inuenietis. Quando
" hanc vocem Dominus emisit, recordemur. [54] Puto in primitijs ipsis doctrinæ suæ, cùm adhuc dubitaretur apud omnes, an Christus esset. Et cum adhuc nec Petrus illum Dei filium pronunciasset,
Matth. 16. [55] cùm etiam Ioannes, de illo certus, esse desisset. Meritò ergo tunc dictum est, Quærite & inuenietis,
Matth. 11. quando quærendus adhuc erat, qui adhuc agnitus non erat: & hoc quantum ad Iudæos. Ad illos enim pertinet totus sermo suggillationis istius, qui habebant vbi quærerent Christum. [57] Habent
Luc. 16. inquit, Moysen & Heliam, id est Legem & Prophetas Christum prædicantes: secundum quod &
Ioan. 5. alibi apertè: [58] Scrutamini, inquit, scripturas, in quibus salutem speratis. Illę enim de me loquuntur. Hoc erit, quærite & inuenietis. Nam & sequentia in Iudæos competere manifestum est, Pul-
Matth. 7. sate & aperietur [59] vobis. Iudæi retrò penes Deum fuerant, dehinc ciecti ob delicta, extra Deum esse cœperunt. [60] Nationes verò nunquam penes Deum, [61] nisi stillicidium de situla, & puluis ex area;
Isai. 40. & [62] foris semper. Itaque qui foris semper, quomodo pulsabit eò vbi nunquam fuit? quam ianuam
1. Cor. 15. nouit, in qua nec receptus nec ciectus aliquando? an qui scit se intus fuisse & foris actum, is potius
Matth. 7. pulsabit, & ostium nouit? Etiam: Petite & accipietis, ei competit, qui sciebat à quo esset petendum,
Exod. 3. à quo & erat aliquid promissum, à Deo scilicet Abraham, Isaac & Iacob, quem nationes non ma-
Matth. 25. gis nouerant quàm vllam repromissionem eius. Et ideò ad Israël loquebatur: Non sum, inquit, mis-
Ibid. sus, nisi ad oues perditas domus Israëlis. Nondum canibus iactabat panem filiorum: nondum in
Matth. 10. viam nationum ire mandabat. Si quidem in fine præcepit, vt vaderent ad docendas & tinguendas
Matth. 28. nationes; consecuturi mox spiritum sanctum paracletum, qui illos deducturus esset in omnem veri-
Joan. 16. tatem. Et hoc erga illos facit. Quòd si nationibus destinati doctores Apostoli, ipsi quoque doctorem consequuturi erant paracletum; [63] multo magis vacabat erga nos: Quærite & inuenietis: quibus
Matth. 7. vtrò erat obuentura doctrina per Apostolos, & ipsis Apostolis per spiritum sanctum. Omnia qui-
Rom. 15. dem dicta Domini omnibus posita sunt, quæ per aures Iudæorum ad nos transierunt; sed pleraque E
in personas directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt, sed exemplum. [64] Ce-
Cap. IX. do nunc sponte de gradu isto: omnibus dictum sit, Quærite & inuenietis: tamen & hic expetit sensus certę interpretationis gubernaculum. [65] Nulla vox diuina ita dissolua est & diffusa, vt verba tantùm defendantur, & ratio verborum non constituatur. Sed in primis hoc propono: [66] Vnum vtique & certum aliquid institutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcircò quærere, vt possint cùm inuenerit credere. Vnius porrò & certi instituti, infinita inquisitio non potest esse: quærendum est donec inuenias, & credendum vbi inueneris: & nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideóque nec requirendum, cùm id inueneris & credideris quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quàm quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id quod à Christo institutum est. [67] Interim ex fiducia probationis præuenio, admonens quosdam nihil esse quærendum vltra quod crediderunt, id esse quod quærere debuerunt: ne, Quærite & inuenietis, sine disciplina rationis interpretentur. [68] Ratio autem dicti huius in tribus articulis constitit:
Cap. X. in re, in tempore, in modo. In re, vt quid sit quærendum consideres. In tempore, vt quando. In modo vt quousque. Igitur quærendum est quod Christus instituit, vtique quamdiu non inuenis, & vtique donec inuenias. Inuenisti autem cùm credidisti. nam non credidisses, si non inuenisses, sicut nec quæsisses, nisi vt inuenires. Ad hoc ergo quæris vt inuenias, & ad hoc inuenies vt credas. Omnem prolationem quærendi & inueniendi credendo fixisti, hunc tibi modum statuit fructus ipse F
quærendi. Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non vult aliud credere, quàm quod instituit, ideóque nec quærere. Cęterùm si quia alia tanta ab alijs sunt instituta, propterea in tantum quærere debemus, inquantum possumus inuenire, semper quæremus, & [69] nunquam omninò credemus. Vbi enim erit finis quærendi? [70] vbi statio credendi? vbi expunctio inueniendi? Apud Marcionem? sed & Valentinus proponit: Quærite & inuenietis. Apud Valentinum? sed & Apelles hac me pronuntiatione pulsabit, & Hebion, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes, me sibi adducant. [71] Ero itaque nusquam, dum vbique conuenior: Quærite & inuenietis: & velint me sic esse nusquam, quasi qui nunquam apprehenderim illud quod Christus instituit;
Cap. XI. quod quæri oportet, quod credi necesse est. [72] Impunè erratur, nisi delinquatur, quamuis errare delinquere est. Impunè, inquam, vagatur, qui nihil deserit. At enim si quod debui credere credidi, & aliud denuò puto requirendum, spero vtique & aliud esse inueniendum, nullo modo speraturus istud nisi quia aut non credideram qui videbar credidisse, aut desij credidisse. Ita fidem meam deseLuc. 15. rens, [73] negator inuenior. Semel dixerim, Nemo quærit, nisi qui aut non habuit, aut perdidit. [74]
Lege ar. Luc. 18. Perdiderat vnam ex decem didrachmis anus illa, & idcò quærebat: vbi tamen inuenit, quærere desiit. Panem vicinus non habebat, & ideò pulsabat: vbi tamen apertum est ei, & vt accepit, pulsare cessauit. Vidua à iudice petebat audiri, quia non admittebatur: sed vbi audita est, hactenus institit.
Luc. 11. Adeò finis est, & quærendi, & pulsandi, & petendi. Petenti enim dabitur, inquit, & pulsanti aperietur, & [75] quærenti inuenietur. [76] Viderit qui quærit semper, quia non inuenit. Illic enim quærit, vbi

A vbi non inuenietur. Viderit qui semper pulsat, quia nunquam aperietur. Illic enim pulsat, vbi nemo est. Viderit qui semper petit, quia nunquam audietur. Ab eo enim petit, qui non audit. [77 Nobis etsi quærendum esset adhuc & semper, vbi tamen quæri oportet?78 Apud hæreticos? vbi omnia extranea & aduersaria nostræ veritati; ad quos vetamur accedere. Quis seruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui sperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, 79 donatiuum & stipendium captat; nisi planè desertor & transfuga & rebellis? Etiam anus illa intrare rectum suum dragmam requirebat: etiam pulsator ille vicini ianuam tundebat: etiam vidua illa non inimicum, licet durum, iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, vnde destruitur.80 Nemo ab eo illuminatur, à quo cõtenebratur. Quæramus ergo in nostro, & à nostris & de nostro: idque duntaxat quod salua regula fidei potest in quæstionem deuenire. [81 Regula est autem fidei, vt iam hinc quid credamus profiteamur, illa scilicet qua creditur: 82 Vnum, a omninò Deum esse; b nec alium præter mundi conditorem; c qui vniuersa de nihilo produxerit, d per verbum suum primò omnium emissum: Id 83 Verbum e filium eius appellatum, f in nomine Dei variè visum Patriarchis g in Prophetis semper auditum, 84 postremò h delatum ex spiritu Dei patris & virtute in virginem Mariam, i carnem factum in vtero eius, & ex k ea natum hominem & esse Iesum Christum: l exinde prædicasse nouam legem, & nouam promissionem regni cœlorum, m virtutes fecisse: 85 Fixum n cruci; 86 Tertia o die resurrexisse: 87 In p cœlos ereptum sedere ad dexteram patris: 88 Misisse q vicariam vim Spiritus sancti qui credentes agat: 89 Venturum r cum claritate; 90 ad s iudicandos de iustos in vitæ æternæ & promissorum cœlestium fructum, & ad prophanos iudicandos igni perpetuo, 91 facta t vtriusque partis resuscitatione cum carnis resurrectione. [92 Hæc regula à Christo vt probatur instituta, nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Cæterùm manente forma eius in suo ordine; quantumlibet quæras & tractes, & omnem

B libidinem curiositatis effundas, si quid ribi videtur vel ambiguitate pendêre, vel obscuritate obumbrari: 93 est vtique frater aliquis doctor gratia scientiæ donatus: est aliquis inter exercitatos conuersatus; aliquis tecum curiosus: tecum tamen quærens: nouissimè ignorare melius est, ne quod debeas noris, quia quod debeas nosti. Fides, inquit, tua te saluũ fecit: non exercitatio scripturarũ. Fides 94 in regula posita est: habes legẽ, 95 & salutem ex obseruatione legis: exercitatio autem in curiositate cõsistit, habens gloriam solam de peritiæ studio. Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Certè aut non obstrepant, aut quiescant aduersus regulam. Nihil vltrà scire, omnia scire est. Vt non inimici essent veritatis hæretici, vt de refugiendis eis non præmoneremur, quale est conferre cum hominibus, qui & ipsi adhuc se quærere confitentur? Si enim verè adhuc quærunt, nihil adhuc certi deprehenderunt: & ideò quodcunque videntur interim tenere, dubitationem suam ostendunt quandiu quærunt. Itaque tu qui proinde quæris, spectans ad eos qui & ipsi quærunt, dubius ad dubios, certus ad incertos, cæcus ad cæcos; in foueam deducaris necesse est.96 Sed quum decipiendi gratia prætendunt se adhuc quærere, vt nobis per solicitudinis iniectionem tractatus suos insinuent: denique vbi adierunt ad nos, statim quę dicebant quęrenda esse defendunt: iam illos sic debemus refutare, vt sciant nos non Christo, sed sibi negatores esse. Cùm enim quęrunt adhuc, nondum tenent: cùm autem non tenent, nondum crediderunt. Cùm autem nondum crediderunt, non sunt Christiani. At cùm tenent quidem & credunt, quęrendum tamen dicunt vt defendant: antequàm defendant, negant quod credunt, confitentes se nondum credidisse, dum quęrunt. Qui ergo nec sibi sunt Christiani, quanto magis nobis? Qui per fallaciam veniunt, qualem fidem disputant? 97 cui veritati patrocinantur, qui eam à mendacio inducunt? [98 Sed ipsi & de scripturis

C agunt, & de scripturis suadent. Aliunde scilicet loqui posse de rebus fidei, nisi ex litteris fidei. 99 Venimus igitur ad propositum: huc enim dirigebamus, & hoc præstruebamus, ad locutionis præfationem, vt iam hinc de eo congrediamur, de quo aduersarij prouocant. Scripturas obtendunt, & hac sua audacia statim quosdam mouent: in ipso verò congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimùm gradum obstruimus, non admittendos eos ad vllam de scripturis disputationem: si hæsunt vires eorum, ánne eas habere possint dispici debet, cui competat possessio scripturarum, nec is admittatur ad eas, cui nullo modo competit. [100 Hoc de consilio diffidentiæ, aut de studio aliter ineundæ 101 constitutionis induxerim, nisi ratio constiterit, in primis illa, quòd fides nostra obsequium Apostolo debeat, 102 proinde nobis quæstiones inire, nouis vocibus aures accommodare, hæreticum 103 post vnam correptionem conuenire, non potest disputationem. Adeò interdixit disputationem, correptionem designans causam hæreticorum conueniendi: & hoc vnam, scilicet quia non est Christianus: ne more Christiani, semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus castigandus videretur: cùm ob hoc sit castigandus propter quod non sit cum illo disputandum. [104 Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, nisi planè vt aut stomachi qui ineat euersionem, aut cerebri. Ista 105 hæresis non recipit quasdam scripturas: & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit: & si recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantùm veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus. Variæ præsumptiones necessariò nolunt agnoscere ea, per quæ conuincuntur: his

Ca. xii.
a Deut. 6.
b Isai. 40.
c Act. 17.
d Ioan. 1.
e Ibidem.
f Gen. 32.
g Hebr. 1.
h Matth. 1.
i Ioan. 1.
k Matth. 1.
l Matth. 4.
m Matth 9.
n Matth. 28.
o Ibidem.
p Marc. 16.
q Act. 2.
r Matth. 24.
s Matth 25.
t Ioan. 5.
Ca. xiii.
Ca. xiv.
Luc. 18.
Matth. 13.
u Ca. xv
Ca. xvi.
1. Timot. 6.
Tit. 3.
Matth. 18.
Ca. xvii

[106] nituntur quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambiguitate cœperunt. Quid promouebis exercitatissime scripturarum, cùm si quid defenderis, negetur ex diuerso, si quid negaueris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem incontentione: nihil confequeris, nisi bilem de blasphematione. [107] Ille verò, si quis est cuius causa in congressum descendis scripturarum, vt eum dubitantem confirmes, ad veritatem an magis ad hæreses deuerget? hoc ipso motus, quòd te videat nihil promouisse [108] æquo gradu negandi & defendendi, diuersa parte statutum: certè de pari altercatione incertior discedet, nescions quam hæresin iudicet. Hæc [109] vtique & ipsi habent in nos retorquere. Necesse est enim & illos dicere à nobis potius adulteria scripturarum & expositionum mendacia inferri, qui proinde sibi defendant veritatem. [110] Ergo non ad scripturas prouocandum est: nèc in his constituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria est, aut parum certa. Nam etsi non ita euaderet conflatio scripturarum, vt vtranque partem patem fisteret, ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est: Quibus competat fides ipsa, Cuius sint scripturæ: A quo, & per quos, & quando, & [111] quibus sit tradita disciplina quâ fiunt Christiani. [112] vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ & fidei Christianæ, illic erit veritas scripturarum & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. [113] Christus Iesus Dominus noster permittat dicere, [114] Interim quisquis est Christus, cuiuscunq; Dei filius, cuiuscunq; materię homo & Deus, cuiuscunq; fidei præceptor, cuiuscunque mercedis promissor. [115] Quid [a] esset, quid [b] fuisset, [c] quam patris voluntatem adminis traret, [d] quid homini agendum determinaret, quâdiu in terris agebat, ipse pronũtiabat, [e] siue populo palàm, [f] siue discentibus seorsum. Ex [g] quibus, duodecim præcipuos latere suo adlegerat destinatos Nationibus magistros. Itaq; [h] vno eorum decisso, [i] reliquos vndecim regrediẽs ad patrem post resurrectionem, iussit ire & docere Nationes, [116] tinguẽdas in Patrem & in Filium & in Spiritũ sanctum. [k] Statim igitur [117] Apostoli (quos hæc appellatio Missos interpretatur) assumpto per sortem duodecimo Mathia in locum Iudæ, [l] ex auctoritate prophetiæ, quæ est in Psalmo Dauid, [m] cõsecuti promissã vim Spiritus sancti ad virtutes & eloquium, [118] primò [n] per Iudæã contestata fide in Iesum Christũ, & Ecclesijs instituris, [119] dehinc [o] in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdẽ fidei Nationibus promulgauerunt, & proinde [120] Ecclesias [p] apud vnamquãque ciuitatem cõdiderunt, à quibus [121] traducẽ fidei & semina doctrinæ, ceteræ exinde Ecclesię mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur vt Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarũ. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. [122] Itaq; totac tãtæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primę, & omnes Apostolicæ, dum vnã omnes probãt vnitatem. [123] Cõmunicatio pacis, & [124] appellatio fraternitatis, & [125] cõtesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quàm [126] eiusdem sacramẽti vna traditio. [127] Hanc igitur dirigimus præscriptionem: Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quàm quos Christus instituit; quia nec alius patrem nouit nisi filius, & cui filius reuelauit, nec alijs videtur reuelasse filius, quàm Apostolis quos misit ad prædicandum, vtique quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid *illis* Christus reuelauerit, & hîc præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam [128] viua (quod aiunt) voce, quàm per Epistolas postea. Si hæc ita sunt, cõstat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs Apostolicis [129] matricibus & originalibus fidei consentit, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, [130] quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquã verò omnẽ doctrinã de mẽdacio præiudicandã, quæ sapiat contra veritatẽ Ecclesiarũ, & Apostolorũ, & Christi, & Dei. Superest ergo vti demõstremus, an hæc nostra doctrina, cuius regulã suprà ædidimus, de Apostolorũ traditione cẽnseatur, & ex hoc ipso, an ceteræ de mendacio veniant. Cõmunicamus cũ Ecclesijs Apostolicis, quòd nulla doctrina diuersa, hoc est testimoniũ veritatis. [131] Sed quoniã tam expedita probatio est, vt si ſtatim proferatur, nihil iã sit retractandũ, ac si prolata non sit à nobis, locũ interim demus diuersæ parti, si quid putant ad infirmandã hanc præscriptionẽ mouere se posse. [132] Solẽt dicere nõ omnia Apostolos scisse, eadem agitati demẽtia qua rursus conuertũt: omnia quidẽ Apostolos sciẽsse, sed non omnia omnibus tradidisse; in vtroq; Christũ reprehẽsioni subijcientes, qui aut minus instructos, aut parũ simplices Apostolos miserit. Quis enim integræ mentis, credere potest aliquid eos ignorasse, [133] quos magistros Dominus dedit, indũiduos habitos in comitatu, in discipulatu, in conuictu; quibus obscura quæque seorsim disserebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana, quæ populo intelligere non liceret? Latuit aliquid [134] Petrum ædificandæ Ecclesiæ petrã dictum, claues regni cœlorum consecutum, & soluendi & alligandi in cœlis & in terris potestatem? Latuit & Ioannẽ aliquid dilectissimum Domino, pectori eius incubantem, cui soli Dominus Iudam traditorem præmonstrauit, quem loco suo filiũ Mariæ demandauit? Quid eos ignorasse voluit, quibus etiam gloriam suam exhibuit, & Moysen & Heliam, & insuper de cœlo patris vocem? non quasi cæteros reprobans, sed: [135] quoniam in tribus testibus stabit omne verbum. Ignorauerunt itaque & illi, quibus post resurrectionem quoque in itinere omnes scripturas edisserere dignatus est. Dixerat planè aliquando: Multa habeo adhuc vobis loqui, sed non potestis modò ea lustinere. tamen adijciens: Cùm venerit ille spiritus veritatis, ipse vos deducet in omnẽ veritatem: ostendit illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem confecturos per

spiritum

CA. XVIII

CA. XIX.

CAP. XX

a Ioan. 9.
b Ioan. 8.
c Ioan. 6.
d Matth. 19.
e Matth. 5.
f Matth. 12.
g Matth 10.
h Matth. 17.
i Matth. 28.
k Act. 1.
l Psal. 108.
m Act. 2.
n Act. 8. 9. 11.
o Act. 11.
p Act. 14.

CA. XXI.

Matth. 10.

Luc. 10.

2. Thess. 2.

CA. XXII

Matth. 28.

Matth. 13.
Matth. 16.
Ioan. 21.
Ioan. 13.
Ioan. 19.
Matth. 17.
Deut 19.
Luc. 24.

Ioan. 16.

A spiritum veritatis repromiserat; & vtique impleuit repromissum, probantibus Actis Apostolorum descensum Spiritus sancti. [96] Quam scripturam qui non recipunt, nec Spiritum sanctum possunt agnoscere discentibus missum, sed nec Ecclesiam se dicant defendere, qui quando, & quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent. Tanti enim est illis non habere probationes eorum quæ defendunt, ne pariter admittantur [97] traductiones eorum quæ mentiuntur. [98] Proponunt ergo ad suggillandam ignorantiam aliquam Apostolorum; quòd Petrus & qui cum eo erant, reprehensi sint à Paulo. Adeò inquiunt, aliquid eis defuit. vt ex hoc etiam illud struant, potuisse positea pleniorem scientiam superuenire, qualis obuenerit Paulo reprehendenti antecessores. Possumus & hæc Acta Apostolorum repudiantibus dicere: Prius est vti ostendatis quis iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus: [99] quatenus & alias ad quæstiones plurimùm eò vtuntur. Neque enim, si ipse se Apostolum de persequutore profitetur, sufficit vnicuique [100] examinatè credenti; quando nec Dominus ipse de se testimonium dixerit. Sed credant sine scripturis, vt credant aduersus scripturas: tamen doceant ex eo, quod allegant Petrum à Paulo reprehensum, aliam Euangelij formam à Paulo superinductam, citra eam quam præmiserat Petrus & ceteri. Atquin demutatus in prædicatorem de persequutore, deducitur ad fratres à fratribus, vt vnus ex fratribus, & ad illos ab illis qui ab Apostolis fidem inducrant. Dehinc, sicut ipse enarrat, ascendit Hierosolymam cognoscendi Petri causa, ex officio & iure scilicet eiusdem fidei & prædicationis. Nam & illi non essent admirati de persecutore factum prædicatorem, si aliquid contrarium prædicaret; nec Dominum præterea magnificassent, quia aduersarius eius Paulus obuenerat. Itaque & dexteram ei dederunt signum concordiæ & conuenientiæ: & inter se distributionem officij ordinauerunt, non separationem Euangelij: nec vt aliud alter, sed vt alijs alter prædicaret, Petrus in circumcisionem, Paulus in Nationes. Cetèrùm si reprehensus est Petrus, quòd cùm conuixisset ethnicis, postea se à conuictu eorum separabat personarum respectu: vtique conuersationis fuit vitium, non prædicationis. [101] Non enim ex hoc alius Deus quàm creator, & alius Christus, quàm ex Maria, & alia spes quàm resurrectio annuntiabatur. [102] Non mihi tam benè est, immò non nihil tam malè est, [103] vt Apostolos committam. Sed quoniam peruersissimi istiillam reprehensionem ad hoc obtendunt, vt suspectam faciant doctrinam superiorem, respondebo quasi pro Petro: ipsum Paulum dixisse, factum se omnibus esse omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæis non Iudæum, vt omnes lucrificaret. Adeò pro temporibus & personis & causis quædam reprehendebant, in quæ & ipsi æquè pro temporibus & personis & causis committebant quemadmodum si & Petrus reprehenderet Paulum, quòd prohibens circumcisionem, circumciderit ipse Timotheum. Viderint qui de Apostolis iudicant. Benè quòd [104] Petrus Paulo & in martyrio adæquatur. [105] Sed & si in tertium vsque cœlum ereptus Paulus & in Paradisum delatus audisti quædam illic, non possunt videri ea fuisse, quæ illum in aliam doctrinam institutiorem præstarent, cùm ita fuerit conditio eorum, vt nulli hominum proderentur. [106] Quod si ad alicuius conscientiam manauit nescio quid illud, & hoc se aliqua hæresis sequi affirmat, aut Paulus secreti proditi reus est, aut & alius postea in paradisum ereptus debet ostendi, cui permissum sit eloqui, quæ Paulo mutire non licuit. [107] Sed, vt diximus, eadem dementia est; cùm confitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se prædicasse, sed non omnia volunt illos omnibus reuelasse: quædà enim palàm, & vniuersis: quædam secretò, & paucis demandasse: quia & hoc verbo vsus est Paulus ad Timotheum: O Timothee, depositum custodi. Et rursum: Bonum depositum custodi. Quod hoc depositum est, tam tacitum, vt alterius doctrinæ deputetur? An illius denuntiationis, de qua ait? [108]

C Hanc denuntiationem commendo apud te filiole Timothee. Item illius præceptí, de quo ait: Denuntio tibi ante Deum, [109] qui viuificat omnia, & Iesum Christum, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt custodias præceptum. Quod autem præceptum quæ denuntiatio, ex suprà & infrà scriptis intelligetur; non nescio quid subostendi hoc dicto de remotiore doctrina. sed potius inculcari de non admittenda alia præter eam, quã audierat ab ipso: & puto [110] coram multis, inquit, testibus. Quos multos testes si nolunt Ecclesiam intelligi, nihil interest quomodo nihil tacitum fuerit, quod sub multis testibus proferebatur. Sed nec quia monet illum: hæc fidelibus hominibus demandare, qui idonei sint & alios docere. id quoque argumentum occulti alicuius Euangelij interpretandum est. Nam & cùm dicit Hæc, de eis dicit, de quibus in præsenti scribebat: de occultis autem vt de absentibus apud conscientiam, non hæc, sed illa dixisset. [111] Porrò consequens erat, vt cui demandabat Euangelij administrationem, non passim nec inconsideratè administrandam adijceret, secundum Dominicam vocem, ne margaritam porcis, & sanctum canibus iactaret. Dominus palàm edixit, sine vlla significatione alicuius taciti sacramenti; ipse præceperat: si [112] quid in tenebris & in absconditò audissent, in luce & in tectis prædicarent. Ipse per similitudinem prefiguraverat: ne [113] vnam mnam, id est vnum verbum eius, sine fructu in abdito reseruarent. Ipse docebat lucernam [114] non sub modio abstrui solere, sed in candelabrum constitui, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Hæc Apostoli aut neglexerunt, aut minimè intellexerunt, si non adimpleuerunt absconden tes aliquid de lumine, id est, de Dei verbo, & Christi sacramento. Neminem quod scio verebantur non Iudæorum vim, non ethnicorum: quo magis [115] vtique in Ecclesia liberè prædicabant, qui in synagogis & in locis

Act. 2.

C. xxiij Gal. 2. " " Act. 9.

Gal. 1. Ioan. 5. Gal. 2.

Act. 9, Gal. 2. Act. 9. Act. 25. Gal. 2.

C.xxiiij

1. Cor. 9.

Act. 16. Gal. 6. Act. 16. 2. Cor. 12.

C. xxv " " " 2. Tim. 1. Ibid. 1. Tim. 1. 1. Tim. 6.

2. Tim. 2.

Ibid.

C. xxvj Matth. 7. Matth. 5. Luc. 19. Matth. 5.

Act. 4.

publicis non tacebant: immò neque Iudæos cõuertere, neque ethnicos inducere potuissent, nisi quod credi ab eis volebant, ordine exponerent. Multo magis iam credentibus Ecclesijs nihil subtraxissent, quod alijs paucis seorsum demandarent: quanquam etsi quædam inter domesticos, vt ita dixerim, differebant, non tamen ea fuisse credendum est, quæ aliam regulam fidei superducerent, diuersam & contrariam illi, [166] quam catholicè in medium proferebant: [167] vt alium Deum in Ecclesia diceret, alium in hospitio: & aliam Christi substantiam desygnarent in aperto, aliam in secreto: & aliam spem resurrectionis apud omnes annuntiarent, aliam apud paucos: cùm ipsi obsecrarent in epistolis suis: vt idipsum & vnum loquerentur omnes, & non essent schismata & dissensiones in Ecclesia, quia siue Paulus, siue alij, eadem prædicarent. Alioquin meminerant: Sit sermo vester: est, est: non, non: quod amplius, hoc à malo est, ne scilicet Euangelium in diuersitate tractarent. [168] Si ergo increbile est, vel ignorasse Apostolos plenitudinem prædicationis, vel non omnem ordinem regulæ omnibus ædidisse, videamus ne fortè Apostoli quidem simpliciter & plenè, Ecclesiæ autem suo vitio aliter acceperint quàm Apostoli proferebant. Omnia ista scrupulositatis incitamenta inuenias pretendi ab hæreticis. Tenent correptas ab Apostolo Ecclesias, O insensati Galatæ, quis vos fascinauit? &, [169] Tam benè currebatis, quis vos impedijt? ipsúmque principium? Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium. Item ad Corinthios scriptum, quòd essent adhuc carnales qui lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum; qui putarent se scire aliquid, quando nondum scirent, quemadmodum sciri oporteret. Cùm correptas Ecclesias opponunt, credant emendatas. Sed & illas recognoscant, de [170] quarum fide & scientia & conuersatione Apostolus gaudet, & Deo gratias agit: quæ tamen hodie cum illis correptis vnius institutionis iura commiscent. [171] Age nunc: Omnes errauerint; deceptus sit & Apostolus de testimonio reddendo quibusdam: nullam resperexerit Spiritus sanctus vti eam in veritatem deduceret: ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus de patre vt esset doctor veritatis: neglexerit officium Dei villicus, Christi vicarius, finens Ecclesias aliter interim intelligere, aliter credere, quàm ipse per Apostolos prædicabat. Ecquid verisimile est, vt tot ac tantæ in vnam fidem errauerint? Nullus inter multos euentus est vnus exitus: variasse debuerat error doctrinæ Ecclesiarum. Ceterùm quod apud apud multos vnum inuenitur, non est erratum, sed traditũ. Audeat ergo aliquis dicere illos errasse qui tradiderunt? [172] Quoquo modo sit erratum; tam diu vtique regnauit error, quàm diu hæreses non errant. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberanda veritas expectabat: interea perperàm euangelizabatur, perperàm credebatur, tot milia milium perperàm tincta, tot opera fidei perperàm adminiſtrata tot virtutes, tot charismata perperàm operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperàm functa, tot denique martyria perperàm coronata. Aut si nec perperàm nec in vacuum, quale est vt antè res Dei currerent, quàm cuius Dei notum esset? antè Christiani, quàm Christus inuentus? antè hæreses, quàm vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit: posterò, similitudo succedit. Ceterùm satis ineptum, vt prior in doctrina hæresis habeatur; vel quoniam ipsa est quæ futuras hæreses & cauendas prænuntiauit. Ad eius doctrinæ Ecclesiam scriptum est, immò ipsa doctrina ad Ecclesiam suam scribit: Et si angelus de cœlo aliter euangelizauerit citra quàm nos, anathema sit. [Vbi [173] tunc Marcion, [174] Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonicæ sectator? Nam constat illos, [175] neque adeò olim fuisse, Antonini ferè Principatu, & in [176] Catholicam primò doctrinam credidisse apud Ecclesiam Romanensem, donec [177] sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitiabant, semel & iterum eiecti, Marcion quidem [178] cum ducentis sestertijs suis quæ [179] Ecclesiæ intulerat, [170] nouissimè in perpetuum discidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminauerunt. Post modùm Marcion pœnitentiam confessus, [171] cùm conditioni datæ sibi occurrit, [172] ita pacem receprurus, si ceteros quoque quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præuentus est (oportebat enim hæreses esse) nec tamen ideò bonum hæreses, quia esse eas oportebat: quasi non & malum oportuerit esse. Nam & Dominum tradi oportebat, sed væ traditori: ne quis etiam hinc hæresim defendat. [173] Si & Apellis stemma retractandum est, tam non vetus & ipse quàm Marcion institutor & præformator eius: sed lapsus in fœminam desertor [174] continentiæ Marcionensis, ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam secessit. Inde post annos regressus non melior, nisi tantùm quâ iam non Marcionites, in alteram fœminam impegit, illam virginem Philumenen (quam suprà ædidimus) postea verò immane prostibulum & ipsam, [175] cuius energemate circumuentus, quæ ab ea didicit [176] Phanerosseis scripsit. Adhuc in seculo supersunt qui meminerint eorum, etiam proprij discenres & successores ipsorum ne posteriores negare possint. Quanquam & de operibus suis, vt dixit Dominus, reuincuntur. Si enim Marcion nouum Testamentum à vetere separauit, posterior est eo quod separauit, quia separare non posset, nisi quod vnitum fuit: vnitum ergo ante quàm separaretur, post ea factum separatum, posteriorem ostendit separatorem. Item Valentinus, aliter exponens & sine dubio emendans hoc nomine, quicquid emendat, vt mendosum retrò alterius fuisse demonstrat. Hos vr insigniores, & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Ceterùm & [177] Nigidius nescio qui & Hermogenes, & multi alij adhuc ambulant peruertentes vias Dei. Cupio ostendant mihi, ex qua auctoritate prodierunt. Si alium Deum prædicant, quomodo eius

Dei

1. Cor. 1.
Matth. 5.
C. xxvii.
Gal. 3.
Gal. 5.
Gal. 1.
1. Cor. 3.
1. Cor. 8.
Rom. 1. & 15. Ephes. 1.
Philip. 1.
C. xxviii.
Ioan. 14. & 16.
C. xix.
Matth. 24.
Gal. 1.
C. xxx.
1. Cor. 11.
Marc. 14.
Matth. 7.

A Dei rebus & litteris & nominibus vtuntur aduersus quem prædicant? si eundem, quomodo aliter? [174] Probent se nouos Apostolos esse: dicant Christum iterum descendisse, iterum ipsum docuisse, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterum resuscitatum: sic enim Apostolos solet facere, dare illis præterea virtutem, eadem signa ædendi, quæ & ipse. Volo igitur & virtutes eorum proferre, nisi quod agnosco maximam virtutem eorum, qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi [179] enim de mortuis viuos faciebant, isti de viuis mortuos faciunt. [Sed [180] ab excessu, reuertar ad principalitatem veritati, & posteritatem mendacitati deputandam, ex illius quoque parabolæ patrocinio, quæ bonum semen frumenti à Domino seminatum primo constituit, [181] auenarum autem sterilis fœni adulterii ab inimico diabolo postea superducit. Propriè enim doctrinarum distinctionē figurat, quia & alibi verbum Dei seminis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur, [182] id esse Dominicū & verum, quod sit priùs traditum: id autem extraneū & falsum, quod sit posteriùs immissum. Ea sententia manebit aduersus posteriores quasque hæreses, quibus nulla constantia de conscientia competit ad defendendam sibi veritatem. [183] Ceterum si quæ audent interserere se ætati Apostolicæ, vt ideo videantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt: possumus dicere: Ædāt ergo origines Ecclesiarum suarum: euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerit auctorē & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ [184] census suos deferunt: [185] sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert: [186] sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde vtiq; & ceteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habeant. Cōfingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est? se detsi confinxerint nihil promouebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque Apostoli alicuius auctoris esse neque Apostolici: quia sicut Apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis æ didissent, nisi illi qui ab Apostolis desciuerūt, & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaq; formam prouocabuntur ab illis Ecclesijs, quæ licet nullum ex Apostolis, vel Apostolicis auctorem suum proferant, vt multò posteriores, quæ denique quotidie instituuntur: tamen in eadem fide conspirantes, non minus Apostolicæ deputantur pro consanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreses [187] ad vtranque formam à nostris Ecclesijs prouocatæ, probent se quaquà putant Apostolicas. Sed adeò nec sunt: nec possunt probare quòd non sunt: nec recipiuntur in pacem & in communicationem ab Ecclesijs quoquo modo Apostolicis: [188] scilicet ob diuersitatem sacramenti, nullo modo Apostolicæ. [189] Adhibeo super hæc ipsarum doctrinarum recognitionem, quæ tunc sub Apostolis fuerunt, [190] ab ijsdem Apostolis & demonstratæ & emendatæ. [191] Nam & sic faciliùs traducentur: dum aut iam tunc fuisse deprehenduntur, aut ex illis quę iam tunc fuerunt, semina sumpsisse. [192] Paulus in prima ad Corinthios epistola, notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hęc opinio prima Sadducæorū: partem eius vsurpat Marcion, & Apelles, & Valentinus, & si qui alij resurrectionē carnis infringunt. Ad Galatas scribens, inuehitur in obseruatores & defensores circūcisionis & legis. Hebionis hæresis est. Timotheū instruens, nuptiarū quoq; interdictores suggillat: Ita instituūt Marcion, & Appelles eius secutor. Æquè tangit eos, qui dicerent factam iam resurrectionem: id de se Valentiniani adseuerant. Sed & cum genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur: apud quem [193] Æon ille nescio qui [194] noui & nō vnius nominis, generat è sua Chatitate Sensum & Veritatem: & hi æquè procreant duos, Sermonem & Vitam. Dehinc & isti generāt Hominem & Ecclesiam: de qua prima ogdoadę æonum exinde decem alij, & duodecim reliqui æones, miris nominibus oriuntur, in merā fabulam triginta æonū. Idem Apostolus cùm improbat elementis seruientes, & aliquē Hermogenem ostendit, qui materiam non natā introducens, Deo non nato eam cōparat, & ita matrem elementorū deam faciens, potest ei seruire quam Deo comparat. [195] Ioannes verò in Apocalypsi idolothyta edentes & stupra cōmittentes iubetur castigare: Sunt & nunc alij Nicolaitæ, [196] Caiana hæresis dicitur. At in epistola eos maximè antichristos vocat, qui Christū negarent in carne venisse, & qui non putarent Iesum esse filium Dei: illud Marcion, hoc Hebion vindicauit. Simonianæ autem Magiæ disciplina [197] angelis seruiens, vtiq; & ipsa inter idololatrias deputabatur, & à Petro Apostolo in ipso Simone dānabatur. [198] Hæc sunt, vt arbitrior, genera doctrinarum adulterinarū, quę sub Apostolis fuisse ab ipsis Apostolis discimus: & tamen nullam inuenimus institutionem, inter tot diuersitates peruersitatum, quæ de Deo creatore vniuersorū controuersiā mouerit. [199] Nemo alterum Deum ausus est suspicari: faciliùs de filio quàm de patre hæsitabatur, donec Marcion præter creatorem alium Deum solius bonitatis induceret: Apelles creatorem angelorum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deum legis & Israëlis, illum igneum affirmans: Valentinus æonas suos spargeret, & vnius æonis vitium in originem deduceret Dei creatoris. His solis & his primis reuelata est veritas diuinitatis, maiorem scilicet dignationem & plenioré gratiam à diabolo consecutis, [200] qui Deum sic quoque voluerit æmulari, vt de doctrinis venenorum, quod Dominus negauit, ipse faceret discipulos super magistrū. Eligant igitur sibi tempora vniuersę hæreses quæ, quando fuerint, dum interfit quæ quando, dum de veritate non sint: vtique quę sub

Mart. 16.

C. xxxii

Matth. 13.

Luc. 8.

C. xxxiii

B

C. xxxiii

1. Cor. 15.

Gal. 5. 1. Timot. 4. 2. Tim. 2. Tit. 3.

C

Gal. 4.

Apocal. 2. 2. Ioan. 1.

Coloss. 2. Act. 8.

C. xxxiiii

Luc. 6.

Apostolis non fuerunt, eas dicere fuisse non possunt. Si enim fuissent, nominarẽtur & ipsæ, vt & ipsæ D
coërcendæ. Quæ verò sub Apostolis fuerunt, in sua nominatione damnantur. Siue ergo eædem
nunc sunt [201] aliquanto expolitiores, quæ sub Apostolis rudes, habent suam exinde damnationem:
siue aliæ quidem illic fuerunt, aliæ autem postea obortæ sunt, & quasdam ex illis opiniones vsurpauerunt, [202] habendo cum eis consortium prædicationis, habeant necesse est etiam consortium damnationis: præcedẽte illo fine supradicto posteritatis, quo etsi nihil de damnatitijs participarẽt, de ætate
sola præiudicarẽtur, tanto magis adulteræ, quanto nec ab Apostolis nominatæ. Vnde firmiùs cõstat
C. xxxv. has esse, quæ adhuc tunc nuntiabãtur futuræ. [203] His definitionibus prouocatæ à nobis & reuictę
hæreses omnes, siue quæ posteræ, siue quę coętaneæ Apostolorum, dum modò diuersæ: siue generaliter siue specialiter notatæ ab eis, dummodò prædamnatæ; audeant respondere & ipsæ aliquas eiusmodi præscriptiones aduersus nostram disciplinam. Si enim negant veritatem eius, debent probare illam quoquo hæresim esse eadem forma reuictam qua ipsæ reuincuntur: & ostendere simul vbinam
quærenda sit veritas, quam apud illas non esse iam constat. Posterior nostra res non est, immò omnibus prior est: [204] hoc erit testimonium veritatis vbique occupantis principatum. Quòd ab Apostolis non damnatur, immò defenditur: hoc erit indicium proprietatis. [205] Quam enim damnant, quasi
C. xxxvi. extraneam: quâmque non damnauerunt, suam ostendunt, ideóque & defendunt. [206] Age iam qui
voles curiositatem meliùs exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesias Apostolicas, [207] apud
quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præsidentur, apud quas ipsæ [208] authenticæ literæ eorum recitantur, sonantes vocem, & repræsentantes faciem vniuscuiusque. [209] Proximè est
tibi Achaia, habes Corinthum. Si non [210] longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si [211] potes in Asiam tendere, habes Ephesum: si [212] autem Italiæ adiaces, habes Romam,
vnde nobis quoque auctoritas præsto est. Statu [213] fœlix, Ecclesia, [214] cui totam doctrinam Apostoli
cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu
coronatur, vbi [215] Apostolus Ioannes posteà quã in oleum igneũ demersus, nihil passus est, in insulã E
relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cũ Aphricanis quoq; Ecclesijs cõtesserarit. vnũ
Deum nouit creatorẽ vniuersitatis, & Christum Iesum ex virgine Maria filiũ Dei creatoris, & carnis
resurrectionẽ: Legem & Prophetas cum Euãgelicis & Apostolicis litteris misceat, & inde potat fidem
eam: [216] aqua signat, sancto spiritu vestit, Eucharistia pascit, [217] martyrio exhortatur, & ita aduersus hãc
institutionẽ neminem recipit. Hæc est institutio, non dico iam quæ futuras hæreses prænũtiabat, sed
de qua hæreses prodierunt. Sed non fuerũt ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illam. Etiã de oliuæ nu-
1. Ioan. 2. cleo mitis & opimæ & neceſſariæ asper oleaster exoritur, etiã de [218] papauere fici gratissimæ & suauissimæ, vétosa & vana caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructicauerunt, non nostræ degeneres
C. xxxvii. veritatis grano & mendacio syluestres. [219] Si hæc ita se habent, vt veritas nobis adiudicetur, quicunque in ea regula incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit, constat ratio propositi nostri, definientis non esse admittendos hęreticos ad ineundam de scripturis prouocationem, quos [220] sine scripturis probamus ad scripturas non pertinere. Si [221] enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo quod de sua electione sectati hæreticorum nomine admittunt. Ita non Christiani nullum ius capiunt Christianarum litterarum, ad quos
meritò dicendum est, qui estis? quando, & vnde venistis? [222] quid in meo agitis non mei? quo deniq; Marcion iure syluam meam cædis? qua licentia Valentine fontes meos transuertis? qua potestate
Apelles limites meos cõmoues? Mea est possessio. quid hîc ceteri ad voluntatem vestrã seminatis & F
pascitis? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, [223] habeo origines firmas, ab ipsis auctoribus
quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicunt adiuerauerunt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt, semper & abdicauerũt, vt extraneos,
vt inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apostolis hæretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam
C. xxxviii vnusquisque de suo arbitrio, aduersus Apostolos aut protulit, aut recepit? [224] Illic igitur & scripturarum & expositionum adulteratio deputãda est, vbi diuersitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propositum aliter docendi, eos necessitas cogitaliter disponendi instrumenta doctrinę. Aliàs enim
non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent per quę docerent hęresim. Sicut illis non potuisset succedere corruptela doctrinę sine corruptela instrumentorum eius: ita & nobis integritas doctrinę non competisset sine integritate eorum, per quę doctrina tractatur. Etenim quid contrarium nobis in nostris? quid de proprio intulimus, vt aliquid contrarium ei & in scripturis deprehensum, [225] detractione, vel adiectione, vel transmutatione remediaremus? Quod sumus, hoc sunt.
Ab initio fuo ex illis sumus, antequàm nihil aliter fuit quàm sumus. Quid denique fuit antequàm à
nobis [226] interpolarentur? Cùm autem omnis interpolatio posterior credenda sit, [227] veniens vtique ex causa æmulationis, quę neque prior neque domestica est eius vnquam quod æmulatur,
tam incredibile est sapienti cuique, vt nos adulterum stylum intulisse videamur scripturis, qui
sumus à principio & primi, quàm illos non intulisse qui sunt & posteri & aduersi. Alius manu
scripturas, alius sensu expositiones interuertit. [228] Neque enim si Valentinus integro instrumento
vti videtur, non callidiore ingenio, quàm Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exertè &
palàm

A palàm machæra, nõ ſtylo vſus eſt: quoniam ad materiam ſuam cædem ſcripturarum cõfecit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam ſcripturas, ſed materiam ad ſcripturas excogitauit: & tamen plus abſtulit, & plus adiecit, auferens proprietates ſingulorum quoque verborum, & adijciens diſpoſitiones non comparentium rerum. [329 Hæc ſunt ingenia de 330 ſpiritalibus nequitiæ, cum quibus luctatio eſt nobis fratres, meritò contemplandæ fidei neceſſaria, vt electi manifeſtentur, vt reprobi detegantur. Et idcò habent vim & excogitandis inſtruendiſque erroribus fœlicitatem: non adeò mirandam, quaſi difficilem & inexplicabilem, cùm de ſeculatibus quoq; ſcripturis exemplum præſto ſit eiuſmodi facilitatis. 331 Vis hodie ex Vergilio fabulam, in totum aliam, cõponi materia ſecundum verſus, verſibus ſecundũ materias cõcinnatis? 332 Deniq; Ouidius Geta Medeã tragœdiã ex Vergilio pleniſſimè expreſſit. 333 Meus quidé propinquus ex eodem poëta inter cetera ſtyli ſui otia Pinacem Cebetis explicuit. 334 Homerocentonas etiam vocare ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera 335 more cẽtenario ex multis hinc inde compoſitis in vnum ſarciunt corpus. Et 336 vtique fœcundior diuina litteratura ad facultatem cuiuſcunque materiæ. Nec periclitor dicere, ipſas 337 quoque ſcripturas ſic eſſe ex Dei voluntate diſpoſitas, vt hæreticis materias ſubminiſtrarent, cùm legam: oportere hæreſes eſſe, quæ ſine ſcripturis eſſe non poſſent. [Sed 338 quæritur, à quo intellectus interpretetur, eorum quæ ad hæreſes faciant? A diabolo ſcilicet, cuius ſunt partes interuertendi veritatem, 339 ipſas quoque res ſacramentorum diuinorum, in idolorum myſterijs æmulatur. Tinguit 340 & ipſe quoſdam, vtique credentes & fideles ſuos: 341 expiationẽ delictorum de lauacro repromittit, & ſic adhuc initiat 342 Mithræ: 343 ſignat illic in frontibus milites ſuos, 344 celebrat & panis oblationẽ, & 345 imaginem reſurrectionis inducit, & ſub 346 gladio redimit coronã. 347 Quid? quòd & ſummum Pontificem 348 in vnis nuptijs ſtatuit? 349 Habet & virgines, habet & continentes? Ceterùm ſi 350 Numæ Pompilij ſuperſtitiones reuoluamus, ſi ſacerdotalia officia, inſignia, & priuilegia, ſi ſacrificalia miniſteria, & inſtrumenta, & vaſa ipſorum ſacrificiorum, ac piaculorum & votorum curioſitates conſideremus, 351 nónne manifeſtè diabolus moroſitatem illam Iudaicæ legis imitatus eſt? Qui ergo ipſas res, de quibus ſacramenta Chriſti adminiſtrantur, tam æmulanter affectauit exprimere in negotijs idololatriæ, vtique & idem & eodem ingenio geſtijt, & potuit inſtrumenta quoque diuinarum rerum & 352 ſanctorum Chriſtianorum, ſenſum de ſenſibus, verba de verbis, parabolas de parabolis, prophanæ & 353 æmulæ fidei attemperare. Et ideò, neq; à diabolo immiſſa eſſe ſpiritalia nequitiæ, ex quibus etiam hæreſes veniunt, dubitare quis debet, neque 354 ab idolatria diſtare hæreſes, quum & auctoris & operis eiuſdem ſint, cuius & idololatria. Deum aut fingunt alium aduerſus creatorem; aut ſi vnicum creatorem confitentur, aliter eum diſſerunt, quàm in vero eſt. Itaq; omne mendacium quod de Deo dicunt, quodãmodò genus eſt idololatriæ. [355 Non omittam ipſius etiam conuerſationis hæreticæ deſcriptionem, quàm futilis, quàm terrena, quàm humana ſit, ſine grauitate, ſine auctoritate, ſine diſciplina, vt fidei ſuæ congruens. In primis 356 quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam ethnici ſi ſuperuenerint, ſanctum canibus, & porcis margaritas, licet non veras, iactabunt. Simplicitatem volunt eſſe proſtrationem diſciplinæ, cuius penes nos curam lenocinium vocant. pacem 357 quoque paſſim cum omnibus miſcent. Nihil enim intereſt illis, licet diuerſa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpirent. 358 Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur. 359 Antè ſunt perfecti catechumeni, quàm edocti. Ipſæ 360 mulieres hæreticæ quam procaces, quæ audeant docere, contendere, 361 exorciſmos agere, 362 curationes repromittere, 363 forſitã & tingere. Ordinationes eorũ temeratiæ, leues, inconſtantes: 364 nunc neophytos conlocant, 365 nunc ſeculo obſtrictos, nunc 366 apoſtatas noſtros, vt gloria eos obligent, quia veritate non poſſunt. Nuſquã faciliùs proficitur, quàm in caſtris rebelliũ, vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt. 367 Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius: 368 hodie Diaconus, 369 qui cras Lector: 370 hodie Presbyter, qui cras Laicus. 371 Nam & Laicis ſacerdotalia munera iniungunt. [372 De verbis autẽ adminiſtratione quid dicam; cùm hoc ſit negotiũ illis, non ethnicos conuertendi, ſed noſtros euerrendi? hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinã, non ſi iacentibus eleuationem operentur: quoniam & ipſum opus eorum non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione. Noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædificent. Adime 373 illis Legem Moyſi, & Prophetas, & creatorem Deum; accuſationẽ eloquii non habent. Ita fit vt ruinas faciliùs operentur ſtantium ædificiorum, quàm exſtructionis iacentium ruinarum. Ad hæc ſolummodò opera humiles, & blandi, & ſummiſſi agunt. Ceterùm nec ſuis Præſidibus reuerentiam nouerunt. 374 Et hoc eſt quòd ſchiſmata apud hæreticos ferè non ſunt: quia cùm ſint, non pãrent ſchiſmata; eſt enim vnitas ipſa. Mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſq; proinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio ea cõpoſuit ille qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ morem, profectus rei. Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio ſuo fidem innouare. Denique penitus inſpectæ hæreſes omnes in multis cum auctoribus ſuis diſſentientes deprehenduntur. 375 Plerique nec Eccleſias habent, ſine matre, ſine ſede, orba fide, extorres, quaſi ſibi, latè vagantur. [376 Notata ſunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quampluribus, 377 cum circulatoribus, 378 cum Aſtrologis, 379 cum

B

C

C. xxix *Ephes.6. 1. Cor.11.*

Vbi ſupra. CA. xl.

Ephes.6.

CA.xli.

Matth.7.

CA.xlii

C. xliii

Philosophis curiositati scilicet deditis. Quærite & inuenietis, vbique meminerunt. Adeò & de genere conuersationis qualitas fidei æstimari potest: [280] doctrinæ index disciplina est. [281] Negant Deum timendum. Itaque libera sunt illis omnia & soluta. Vbi autem Deus non timetur, nisi vbi non est? Vbi Deus non est, nec veritas vlla est. Vbi veritas nulla est, meritò & talis disciplina est. At vbi Deus, ibi metus in Deum qui est initium sapientiæ. Vbi metus in Deum, ibi grauitas honesta, & diligentia adtonita, & cura sollicita, & [282] adlectio explorata, & communicatio deliberata, & [283] promotio emerita, & subiectio religiosa, & [284] apparitio deuota, & [285] processio modesta, & Ecclesia vnita, & Dei omnia. [286] Proinde hæc apud nos testimonia disciplinæ ad probationē veritatis accedunt: à qua deuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij: quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationem, in primis ipsius fidei. Quid ergo dicent [287] qui illam stupruerint adulterio hæretico, virginem traditam à Christo? Credo allegabunt, nihil vnquam sibi ab illo vel ab Apostolis eius, de fœuis & peruersis doctrinis futuris prænuntiatum, & de cauendis abominandisque præceptum. [288] Agnoscent suam potius culpam quàm suorum, qui nos non antè præstruxerunt. [289] Adijcient præterea multa de auctoritate cuiusque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ suæ fidem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformasse, futura significasse, vti meritò Apostoli crederentur: quasi nec hoc scriptum sit, venturos multos, qui etiam virtutes maximas æderent, ad fallaciam muniendam corruptæ prædicationis. [290] Itaque veniam merebuntur. Si verò memores Dominicarum & Apostolicarum scripturarum & denuntiationum in fide integra steterint, credo de venia periclitabuntur, respondente Domino: Prænuntiaueram planè futuros fallaciæ magistros in meo nomine, & Prophetarum, & Apostolorum etiam; & discentibus meis eadem ad vos prædicare mandaueram, semel Euangelium, & eiusdem regulæ doctrinam Apostolis meis delegaueram: sed quum vos non crederetis, libuit mihi postea aliqua inde mutare. [291] Resurrectionem promiseram etiam carnis; sed recogitaui ne implere non possem. Natum me ostenderam ex Virgine; sed postea turpe mihi visum est. Patrem dixeram, qui solem & pluuias facit: sed alius me pater melior adoptauit. Prohibueram vos autem accōmodare hæreticis, sed erraui. Talia [292] capit opinari eos qui exorbitant & fidei veritatis periculum non cauent. [293] Sed nunc quidem generaliter actū est à nobis aduersus hæreses omnes, certis & iustis & necessarijs præscriptionibus repellendas à conlatione scripturarum. De reliquo, si Dei gratia annuerit, [294] etiam specialiter quibusdam respondebimus. Quorum hæreticorū, vt plura præteream, pauca perstringam. Taceo [295] enim Iudaismi hæreticos. [296] Dositheum in quam Samaritanum, qui primus ausus est Prophetas, quasi non in Spiritu sancto locutos repudiare. [297] Taceo Sadducæos, qui ex huius erroris radice surgentes, ausi sunt ad hanc hæresim etiam resurrectionem carnis negare. [298] Prætermitto Pharisæos, qui additamenta quędam Legi adstruendo à Iudæis diuisi sunt: vnde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen, digni fuerunt: [299] cum his etiam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt. [300] Ad eos me conuerto, qui ex Euangelio hæretici esse volucrunt: ex quibus est [301] primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro iustámque sententiam. Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum. Mundum autem ab angelis suis institutum: à dæmone se oberrante qui esset sapientia descendisse quærendum apud Iudæos: se in phantasmate Dei non passum, sed esse quasi passum. [302] Post hunc Menander, discipulus ipsius, similiter Magus, eadem dicens quæ Simon ipse: quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quēquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset. [303] Secutus est post hæc & Saturninus, & hic similiter dicens, Innascibilem virtutem, id est Deum, in summis & illis infinitis partibus & in superioribus manere, longè autem distātes ab hoc angelos inferiores mundum fecisse: & quia splendor quidam luminis defursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinē illam superiorē propter illius luminis angelos hominē instituere, angelos curasse: hunc super terrā iacuisse reptantem: cuius lumen illud & virtutem misericordiam, scintillam saluam esse, cetera hominis perire: Christum in substantia corporis non fuisse, & phantasmate tantùm quasi passum fuisse: resurrectionem carnis nullo modo futurā esse. [304] Postea Basilides hæreticus erupit: hic esse dicit summum Deū nomine Abraxan, à quo mentem creatam, quam Græcè νοῦν appellat. Inde verbū. Ex illo prouidentia, ex prouidentia virtutem, & sapientiam: Ex ipsis inde principatus, & potestates, & angelos factos deinde infinitas angelorum ædītiones & probolas: ab istis angelis trecentos sexaginta quinque cœlos institutos: & mundum in honore Abraxæ, cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. In vltimis quidem angelis, & qui hunc fecerint mundum, nouissimum ponit Iudæorum Deum: id est, Deum Legis & Prophetarum: quem Deum negat, sed angelum dicit. Huic fortitò obtigisse semen Abrahæ, atque ideò hunc de terra Ægypti filios Israēl in terram Chanaam transtulisse. Hunc turbulentiorem præ ceteris angelis, atque ideò & seditiones frequenter & bella concutere, sed & humanum sanguinem fundere. Christum autem non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum venisse in phantasmate: sine substantia carnis fuisse. Hunc passum à Iudæis non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse: vnde nec in eum credendum esse qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidisse. Martyria negat esse facienda. Carnis resurrectionem grauiter impugnat

C. XLIIII. Matth. 24. Vbi supra. Matth. 28. Ioan. 6. Matth. 1. Matth. 5. Matth. 7. CA. XLV Matth. 22. Matth. 16. C. XLVI. Act. 8.

A nat, negans salutem corporibus repromissam. [95] Alter hæreticus Nicolaus emersit: hic de septē Diaconis, qui in actis Apostolorum allecti sunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis, & quidem fœda & obscœna fuisse: ex hac permixtione, pudor est dicere quæ fœtida & immunda. Sunt & cetera obscœna. Omnes enim refert quosdam turpitudinis natos, & complexus, & permixtiones execrabiles obscœnásque coniunctas, & quædā ex ipsis adhuc turpiora. Natos præterea dæmones, Deos, & spiritus septem, & alia satis sacrilega pariter & fœda: quæ referre erubescimus, & iam præterimus. Satis est nobis quòd totam istam hæresim Nicolaitarum, Apocalypsis Domini grauissima sententiæ auctoritate damnauit, dicendo: Quia hoc tenes, odisti doctrinam Nicolaitarum, quam & ego odi. [96] Accesserunt his hæretici etiam illi, qui [97] Ophitæ nuncupantur. Nam serpētem magnificant in tantum, vt illum etiam, ipsi Christo præferant. Ipse enim, inquiunt, scientiæ nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduertens potentiam & maiestatem Moyses, inquiunt, æreum posuit serpentem: & quicunque ipsum aspexerunt, sanitatem consecuti sunt. Ipse, aiunt præterea, Christus in Euangelio suo imitatur serpentis ipsius sacram potestatem, dicendo: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ipsum introducūt ad benedictionem Eucharisticæ suæ. Sed tota istius erroris & scena & doctrina inde fluxit. Dicunt enim de illo summo primatio æone complures alios æones extitisse inferiores; omnibus tamen istis æonem antestare, cuius sit nomen Ialdabaoth. Hunc autem conceptum esse ex altero æone æonibus inferioribus permixto: seque postea cùm in superiora voluisset eniti, grauitate materiæ permixta sibi, non potuisse ad superiora peruenire, in medietate relictum, extendisse totum, effecisse sic cœlum. Ialdabaoth tamen inferiùs descendisse, & fecisse sibi filios septem: quem occlusisse superiora dilatatione; vt quia angeli quæ superiora essent, scire non possent, ipsum solum Deum putarent. Virtutes igitur illas & angelos inferiores hominem fecisse: & quia ab infirmioribus & mediocribus virtutibus institutus esset, quasi vermem iacuisse reptantem: Illum verò æonem ex quo Ialdabaoth processisset, inuidia commotum, scintillam quandam iacenti homini immisisse, qua excitatus per prudentiam saperet & intelligere posset superiora. Sic rursum Ialdabaoth istum in indignationem conuersum ex semetipso ædidisse virtutem & similitudinem serpentis: & hanc fuisse virtutem in paradiso, id est istum fuisse serpentem, cui Eua quasi filio Dei crediderat. Deceperit, inquiunt, de fructu arboris, atque ideò generi humano scientiam bonorum & malorum contribuit. Christum autem non in substantia carnis fuisse: salutem carnis sperandam omninò non esse. [98] Necnon etiam erūpit alia quoque hæresis, quæ dicitur Cainæorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso. Nam Abel ex inferiore virtute conceptum, procreatum: & ideò inferiorem repertum. Hi qui hoc adserunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabilem illum & magnum esse memorātes, propter vtilitates quas humano generi contulisse iactatur. Quidā enim ipsorum gratiarum actionem Iudæ propter hanc causam reddendam putant. Animaduertens enim, inquiunt, Iudas, quòd Christus vellet veritatem subuertere, tradidit illum, ne subuerti veritas posset. Et alij sic contrà disputant & dicunt: Quia potestates huius mundi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti cōsulens generis humani, tradidit Christum, vt salus, quæ impediebatur per Virtutes, quæ obsistebant ne pateretur Christus, impediri omninò non posset: & ideò per passionem Christi non posset salus humani genetis retardari. [99] Sed & illa hæresis processit, quę dicitur Setthoitarum. Huius peruersitatis doctrina hæc est: Duos homines ab angelis constitutos, Cain & Abel: propter hos magnas inter angelos contentiones & discordias extitisse; ob hanc causam illam Virtutem quæ super omnes virtutes esset, quam matrem pronuntiār, dum Abel interfectū diceret, voluisse concipi & nasci hunc Seth loco Abelis: vt euacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen mundum oritur & nascitur. Permixtiones enim dicunt angelorum & hominum iniquas fuisse: ob quam causam illam Virtutē quam (sicut diximus) pronuntiant matrem, ad vindictam etiam cataclysmum inducere, vt & illud permixtionis semen tolleretur: & hoc solum semen, quod esset purum, integrum custoditetur. Sed enim illos qui seminis illos prioris instituissent, occultè & latenter, & ignorāte illa matre Virtute, cum illis octo animabus in arcam misisse etiam semen Cain, quò semen malitiæ non periret, sed cum ceteris conseruatum & post cataclysmum terris redditum, exemplo ceterorum excrescēret, & effunderetur, & totum orbē & impleret & occuparet. De Christo autē sic sentiunt, vt dicant illum tātumodò Seth, & pro ipso Seth ipsum fuisse. [100] Carpocrates præterea hanc tulit sectā. [101] Vnam esse dicit Virturem in superioribus principalem; ex hac prolatos angelos, atque virtutes: quos distātes longè à superioribus virtutibus, mundum istum in inferioribus partibus condidisse: Christum non ex virgine Maria natum, sed ex semine Ioseph, hominem tantumodò genitum, sanè præ ceteris iustitiæ cultu, vitę integritate meliorem: hunc apud Iudęos passum: solam animam ipsius in cœlo receptā, eo quòd & firmior & robustior ceteris fuerit: ex quo colligeret, tentata animarum sola salute, nullas corporis resurrectiones. [102] Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, similia docens. Nam & ipse mundum institutum esse ab illis dicit: Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodò sine diuinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens:

Act. 6.

Apocal. 2. C. XLVII

Gen. 3.

Num. 21

Ioan. 3.

Gen. 3.

C. LXVIII

Iudæorum Deum non Dominum, sed angelum promens. [99] Huius successor Hebion fuit, Cerin- D
tho non in omni parte consentiens, quòd à Deo dicat mundum, non ab angelis factum: & quia scri-
ptum sit, Nemo discipulus super magistrum nec seruus super dominum, legem etiam proponit, scili-
C. XLIX. cet ad excludendum Euangelium, & vindicandum Iudaismum. [100] Valentinus autē hæreticus mul-
tas introducit fabulas: has ego circunducens breuirer expediam. [101] Introducit enim Pleroma &
Æones triginta: exponit autem hos per syzygias, id est cōiugationes quasdam. Nam dicit in primis,
esse Bython & Silentium; ex his processisse semen, mētem & veritatem: ex quibus erupisse verbum &
vitam: de quibus rursum creatum hominem & Ecclesiam. Sed enim ex his quo que processisse duo-
decim æonas; de sermone autē & vita, æonas alios decem: hanc esse æonum triacōtada, quę fit in Ple-
romate ex ogdoade & decade, ac dyodecade. Tricesimum autem æonem, Bython illum videre vo-
luisse, & ad videndum illum ausum esse in superiora Pleromatis conscendere. Et quoniam ad magni-
tudinem ipsius videndam capax non fuit, in defectione fuisse, & penè dissolutum esse, nisi quia mis-
sus ad constabiliendum illum, ille quem appellant Horon, cōfirmasset illum dicto Iao. Hoc pronun-
tiatio appellat. Istum autem Æonem in defectionem factum Achamoth dicit in passionibus desideri-
j quibusdam fuisse, & ex passionibus materias ædidisse. Expauit enim, inquit, & extimuit, & contri-
stata est, & ex his passionibus concepit & ædidit. Hinc fecit cœlum & terram, & mare, & omnia
quæcunq; sunt in eis, ob quam causam omnia infirma esse & fragilia, & caduca, & mortalia quæcun-
que sunt ab ipso facta: quoniam quidem ipse fuerit de aporiatione conceptus atque prolatus: hunc
tamen instituisse istum mundum ex his materijs, quas Achamoth, vel pauēdo, vel timendo, vel con-
tristando, vel sudando præstiterat. Nam ex pauore, inquit, tenebræ factæ sunt: ex timore & ignoran-
tia, spiritus nequitiæ & malignitatis: ex tristitia & lachrymis, humida fontium, fluminū materia, ma-
risque. Christum autem missum ab illo propatore qui est Bythos. Hunc autem in subst antia corporis
nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic
per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Resurrectionem hu- E
ius carnis negat, sed alterius, Legis & Prophetarum quædam probat, quædam improbat: id est om-
nia improbat, dum quædam reprobat. Euangelium habet etiam suum, præter hæc nostra. [106] Post
hunc extiterunt Ptolomæus & Secundus hæretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt. In
illo solo differunt. Nam cùm Valentinus Æonas tantùm triginta finxisset, isti addiderunt alios com-
plures; quatuor enim primùm, deinde alios quatuor aggregauerunt. Et quod dicit Valentinus
æonem trigesimum excessisse de Pleromate vt in defectionē, negant istī. Non enim ex illa triaconta-
de fuisse hunc qui fuerit in defectionē, propter desiderīū videndi propatoris. [107] Extitit præterea He-
racleon alter hæreticus, qui cum Valentino paria sentit, sed nouitate quadā pronuntiationis vult vi-
deri alia sentire. Introducit enim in primis illud fuisse quod pronuntiat, & deinde ex illa monade
CAP. L. duo, ac deinde relinquos æonas, deinde introducit totum Valētinum. [108] Non defuerunt post hos
Marcus quidam & Colarbasus, [109] nouam hæresim ex Græcorum alphabeto componentes. Negant
enim veritatem sine istis posse litteris inueniri; immò totam plenitudinem & perfectionem veritatis,
in istis litteris esse dispositam. Propter hanc enim causam Christum dixisse: Ego sum α & ω. Denique
Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum venisse, quæ Græco nomine quum ϖεριστερὰ
pronuntietur, habere secundum numerum, DCCCI. Percurrunt isti α.λ.χ.φ.ω.τ. totum vsque ad Al-
pha Beta, & computant, ogdoadas & decadas, ita vt afferre illorum omnes vanitates ineptum sit &
ociosum, quod tamen non tantùm iam vanum, sed etiam periculosum sit. Alterum Deum fin-
gunt præter creatorem: Christum in subst antia negant carnis fuisse, negant carnis resurrectionem F
futuram. [110] Accedit his [111] Cerdon quidam; hic introducit initia duo, id est duos Deos, vnum bo-
CAP. LI. num, & alterum sæuum, Bonum superiorem: sæuum hunc, mundi creatorem. Hic prophetias & Le-
gem repudiat, Deo creatori renūciat, superioris Dei filium Christum venisse tractat, hunc in subst an-
tia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronunciat: nec omninò passum, sed quasi passum; nec ex
virgine natum, sed omninò nec natum. Resurrectionem animæ tantūmodò probat, corporis negat.
Solum Euāgelium Lucæ, nec tamen totū recipit. Apostoli Pauli neque omnes, neq; totas Epistolas
sumit. Acta Apostolorum & Apocalypsim quasi falsa reijcit. [112] Post hunc discipulus ipsius emersit
Marcion quidam nomine, Ponticus genere, Episcopi filius, propter stuprum cuiusdam virginis ab
Matth. 7. Ecclesiæ cōmunicatione abiectus. Hic ex occasione qua dictum sit, Omnis arbor bona bonos fru-
ctus facit, mala autem malos, hæresim Cerdonis approbare conatus est, eadem dicere, quæ ille supe-
rior hæreticus antè dixerat. [113] Exstitit post hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis sectator atque
discipulus: & hic per eadem vadens blasphemiæ genera, eadem docet quæ Marcion & Cerdon do-
cuerant. [114] Post hos subsequitur Apelles discipulus Marcionis, qui postea quàm in carnem suam lap-
sus est, à Marcione segregatus est: hic introducit vnum Deum infinitis superioribus partibus: hunc
potestates multas, angelosque fecisse: propterea & aliam virtutem quam dicit, Dominum dicit, sed
angelum ponit. Hoc vult videri mundum institutum ad imitationem mundi superioris, cui mun-
do permisceri pœnitentiam: quia non illum tam perfectè fecisset, quàm ille superior mundus
institutus fuisset. Legem & Prophetas repudiat. Christum neque in Phantasmate dicit fuisse sicut
Marcion,

A Marcion, neque in substantia veri corporis, vt Euangelium docet, sed in eo quod è superioribus partibus descenderet, ipso descensu sideream sibi carnem, & aëream contexuisse: hunc in resurrectione singulis quibusq; elementis, quæ in descensu suo mutuata fuissent, in ascensu reddidisse, & sic dispersis quibusq; corporis sui partibus, in cœlo spiritum tantùm reddidisse: hic carnis resurrectionem negat, solo vtitur & Apostolo, sed Marcionis, id est non toto. Animarum solarum dicit salutem. Habet præterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phanerosceis Philumenes cuiusdã puellæ, quam quasi prophetissam sequitur. Habet præterea suos libros, quos inscripsit Syllogismorum, in quibus probare vult, quòd omnia quæcunque Moyses de Deo scripserit, vera non sint, sed falsa sint. [137] His hæreticis omnibus accedit[136] Tatianus quidam alter hæreticus, hic Iustini martyris discipulus fuit; post hunc diuisa sentire cœpit. Totus enim secundum Valentinum sapit, adijciens illud, Adam nec salutem consequi posse, quasi non si rami salui fiunt, & radix salua sit. [137] Accesserunt alij hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum non vna doctrina est. Sunt enim qui Kata Proclum dicuntur, sunt qui secundum Æschinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem & suam: & communem quidem illam, qua in Apostolis quidem dicant Spiritum sanctum fuisse, paracletũ non fuisse: & qua dicãt paracletum plura in Montano dixisse, quàm Christum in Euangelium protulisse; nec tantùm plura, sed etiam meliora atque maiora. Priuatam autem blasphemiam illi qui sunt Kata Æschinem, hanc habent, qua adijciunt etiam hoc, vt dicant Christum ipsum esse filium & patrem. [138] Est præterea his omnibus etiam [139] Blastus accedens, qui latenter Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi XIIII. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum redigit? [140] Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius; qui postea quàm Christi pro nomine comprehensus negauit, in Christum blasphemare non destitit. do ctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tantummodò diceret, Deum autẽ illum negaret: ex spiritu quidẽ sancto natum ex virgine, sed hominem solitarium atq; nudum, nulla alia præ ceteris, nisi sola iustitiæ auctoritate.[141] Alter post hunc Theodotus hæreticus erupit, qui & ipse introduxit alteram sectam, & ipsum hominem Christum tantummodò dicit ex Spiritu sancto, ex virgine Maria conceptum pariter & natum; sed hunc inferiorem esse quàm Melchisedech, co quòd dictum sit de Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam illum Melchisedech præcipuæ gratiæ cœlestem esse virtutẽ: eo quòd agat Christus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipsorũ factus, Melchisedech facere pro cœlestibus angelis atque virtutibus. Nam esse illum vsqueadeò Christo meliorem, vt apator sit, ametor sit, agenealogitus sit, cuius neque initium, neque finis comprehensus sit, aut comprehendi possit. Sed[142] post hos omnes etiam Praxeas quidã hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. hic Deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit; hunc crucifixum passúmque contendit; mortuum præterea seipsum sibi sedere ad dexteram suam, cum profana & sacrilega temeritate proponit.

Ca. LII.

Ca. LIII.

Ca. LIIII

B

Psal. 109.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADuersus Hæreticos.

C

1. DE PRÆSCRIPTIONIBVS.] Præscriptionum, & Præscribendi *verbum frequenter vtitur Tertullianus, non modo locis supracitatis sub finem Argumenti ex lib. aduers. Hermog. De Carne Christi, aduers. Marc. l. 1. & adu. Præxean, sed & supra Tomo præced. lib. de Patientia, cap. 4.* quasi (*inquit*) in præscriptionis compendio & commendatio & exhortatio de patientia constituta est. *Atqui (iuxta quod adnotauit Quintinus) Tertullianum Romani Iuris, & in lege ciuili peritissimum fuisse passim deprehendas, eius operibus atque scriptis euoluendis.* Præscribo, & Præscriptio, *vocabula sunt è tribunalibus, & à medio fori desumpta. Qui se iudicio defendit, & qui crimen in aduersarium transfert aut detorquet, eúmque refellit, is ita fori dicitur aduersario suo præscribere. Si reus, inquit Marcellus lib. 3. ff. de Præuar., accusatori suo præscribat. id est, si reus accusatorem suum repellat, & exceptione legitima se defendat.* Vlpianus *lib. 4. ff. ad SC. Treb. non debet hæredi instituto* præscribi, *hoc est opponi, vel obiici, cur hæreditatem non adeat. A verbo defendi verbale,* Præscriptio, *id est repulsio, defensio. Velut l. 2. §. Marito. ff. de adult.* Præscriptio *lenocinij quòd vxor adulterij rea obijcit accusatori marito lenotinum, séque sic defendit & tuetur contra lenonem maritum.* Præscriptio *fori lib. 29. ff. de pactis, quando quis sese dicit alterius esse iurisdictionis, & aduersarium suum remocat ad alium iudicem.* Præscriptio *nuncupatur aliter exceptio. Dicta est autem exceptio, quasi excluſio; qua res cuiusque actioni sole interpono ad id excludendum & remouendum, quod in controuersiam deductum fuit, vt accipitur in eo titulo, qui primus est in Pandectarum libro 44. De exceptionibus,* seu Præscriptionibus. *Itaque* DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, *id est de confutationibus & expulsionibus & exclusionibus hæreticorum, & quemadmodo Catholici* præscribant hæreticis *id est, quonam modo propulsent hæreticos, quomodo sese defendant* aduersus *insolentes actiones & insultus hæreticorum. Qua expositio summoperè placet; nam & Rhenanus pro excipere accipit* Præscribere *supra Tomo 2. libro de Velandis Virginibus capite 1. vbi inquit:* Hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, *id est, contra quam non licet excipere.*

2. ADVERSVS HÆRETICOS.] *Quid hæretici, infrà videre est capite 6. ex definitione* hæreseon, *quam illic Auctor adfert.*

CAP. I.

3. Conditio præsentium temporum, etiam hanc admonitionem, &c.] *In capitu distinctione Quintiniu secuti (uti Lectori commodemus in citatione locorum huius libri à variis Authoribus facta) titulum huic capiti damus* : Quòd mirari super hæreses non oporteat. *Atqui secundum MS. Vaticanum codicem omittimus vocem* : Fratres, *utpotè nusquam instar libri Tertulliani vsitatam, & legimus cum MS. Anglico codice, ac Macereo* : habeat etiam probationem, *pro* : haberet.

4. quòd hæreses tantum valeant, quantum sint.] *Subsistiterat Rhenanus* : quantum si non fuisseut, *quomodo legit etiam Vatic. codex, quod lectu peraratum hoc modo Gelenius* : quantum non valerent, si non fuissent. *Verum placet prima illa lectio* : quantum sint, *non mihi modò, sed & Quintino, qui sic hunc locum explicat* : Hæresis (*inquit*) *ex quo nata est, statim valet, hos est vires habet. Nunquam certè fuit hæresis vlla, quantumcumque absurda, quæ sectatores non habuerit. Cui simulia Gallice adnotauit Macereus. Sine autem legas cum vulgatis codicibus*, quum quid sortitum est, *sine* : quia quid, *perinde est.*

CAP. II.

5. Febrem denique inter ceteros mortiferos,] &c. *Hoc caput in scripsimus verbis pluribus Quintinii in compendium tractus* : Quòd vt malas deuitare oporteat hæreseis.

6. cruciarios exitus.] *MS. Anglicus* : cruciatorios. *Verum illud placet cum Quintino, cuius hæc sunt verba* : *Morbus* (*inquit*) *qui cum cruciatu adfert homini exitum, vocatur hic nouè cruciarius, quatorqueat, vexet, & crutiet plurimùs; velut est* febris, *quæ rabida nominari solet, acerba, dira, molesta.* Febris ergo, cruciarius *est* exitus. *Tertulliani conterraneus Apuleius paulo post principium* 10. *l. sui de Asino, verborem quendam ferum, herilis filij calumniatorem, vocauit* cruciarium, *quòd esset cruciatu sue cruce dignus. Vt carcerarius est, qui carcerem meritus habetur in publica custodia. Nonnulli* cruciarium *duci volunt auctorem cruciatus seu carnificem; sicuti Venerarius in Nerone Suetonij, vocatur is, qui venenum parat & conficit, id est, veneficus. Lutilius appellauit insuaue & acerbum vinum cruciatum, quia stomachum gignat, & cruciet. Hoc significatu* febrem cruciarium *dicas. Non nouum autem esse Auctori* exitum, *pro*: exitio, *adnotauimus supra lib. ad Scapulam, c.3.n. 20. ad illud*: in illo exitu Byzantino.

7. erogando homini. *Sic (inquit id Quintinus) omnes legunt, & inferius*: erogat hominem. Erogare *significat impendere, distribuere, donare, quasi rogatibus*: vt erogare *de bonis*, erogare *aliquid in filium*, erogationes *quas pater in filium fecit. Quando verò pecunia, siue res alia sic distribuitur & erogatur, eam vltipliciter partita perditur seu consumitur. Hic ideo capio* erogare, *pro minutim perdere siue paulatim consumere. Sed Metaphora mihi dura videtur. quid igitur? si legeremus* erodit hominem, & erodendo homini deputatam. *Febris enim rodit & exedit intus medullas. Edax propterea vocatur à quodam Poëta. Placet interim magis vulgata lectio, maximè quum Gallica vox apud Macereum significet consumere. Placet etiam illa*: hoc eas esse, *vbi omiserat*: hoc. *Legat autem Lector aut*: expauescamus cum *Angl. aut*: expauescantur cum *Vatic. MS. cod.*

8. Etenim dum mirantur.] *Sic cum Quintino & Macereo, pro*: Aut enim. *Quorum vtcunque sic locum hunc explicat*: *Qui* miratur *hæreses, inde scandalizatur. At animo semel offensus & pertubatus aliquin, admirans offendiculi sui causam, tam vacillat & incipit dubitare, Num insit aliquid veritatis in ea re, per quam scandalizatur. Hinc lapsus est valde lubricus, & procliues casus in id quod admirat. Admiratio namque de diuobus alterum facit. Aut enim rem quam mirabilem ducimus, habere tamquam nobis vtilem defideramus, aut si nequimus, eam certè veneramur & colimus, vt honorificam, dignamque cui seruiamus, nosque subijciamus. Veluti si diuitias, honores, mulierum formas admiremur, aut eas procul dubiò venarie aut certè veneramur. Vade Poeta sapientissime, scribit.*

Nil admirari, propè res est vna, Numici,
Solàque, quæ possit facere & seruare beatum.

Sicut autem de peste nemo miratur, nec homines peste correptum moriatur, vel inermem ab armato trucidari, quia etiam miratur, nihilo magis hæreses aut hæreticos admirari debemus, tantumne dò causes longèque fugere, ne nos inficiant. Ita perelegantè est hæreses comparatio cum pestifera febre, cruenta quæ digladiatione. Econtrario retinemus: qui in fide non valent, *cum MS. cod. pro eo, quod ille*: qui in fide parum valent.

CAP. III.

9. Solent quidem.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quòd non ideò scandalizari oporteat, quòd quidam prudentiss. ædificentur in ruinam.

10. isti Mitiones.] Mitiones (*inquit Rhenanus*) *vocat hic simplicitèr admiratores. Aliquas sic appellauit antiquitas, quibus orio distorti deformitatem admirationi forent. Quibus addit Quintinus*: *Varro lib. 6. de ling. Latin. citat Accium dicentem personas deformes, & ore distorto vocari* mitiones, *à mirio, hoc est, monstro, eo quod essent illa monstrosa. Tertullianus hic per irrisionem vocat eos, qui mirantur hæreticos, non miratores (quod erat proprium rei vocabulum) sed* ridiculè mitiones, *quasi iam sint animi variis atque distortis, & quæpenè assentiantur hæreticis; quandoquidem* mirari *est imitari. Retinemus autem cum illo & Macereo*: fidelissimi & prudentissimi & vsitatissimi. *pro eo quod MS. Vatic. & 1. editio*: vetustissimi, *& Latinius*: veristatis. *eo quòd sequatur*: neque vsitatos æstimandos.

11. in illam partem transierunt.] *Loquitur more veteribus Africis vsitato, qui hæreticorum aut schismaticorum conuentum, non Ecclesiam, sed* partem *appellabant, quemadmodum latius adnotauimus ad Epist. 42. S. Cypr. num. 6. Eodem pertinet quòd Indæos vocet* partiarios erroris eius, *infrà l. 3. adu. Marcionem.*

12. & stupri reus est.] *Admonuit me sua Gallica versione Macereus*, stuprum *ab Auctore accipi pro adulterio. nam quod lib. de Idol. cap. 2. supra Tom. 2. dixit*: Dominus adulterium etiam in concupiscentia defignat, *infrà Tom. 5. libro de Exhort. ad castit. sic expressit*: Interim Dominus ipse dicit: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam stuprauit eam in corde suo. *vbi etiam* stupri *voce, quater vitur eadem hac significatione.*

13. lapsus à Regula fuerit.] *Iuxta quod adnotauit Macereus*, Regulam *seu symbolum fides intelligit, de qua infrà capite.* 13.

14. nemo maior nisi Christianus.] *Sic lego secundum MS Vatic. & Angl. cod. & Quintin. ac Macereum.* Maior *hic* (*inquit Quintinus*) *non ad ætatem, vel qualitatem refertur. Sed qui dignitate, vel honore præcedit alios, simpliciter appellatur* maior. μείζων, μείζονος, *Græc. Luc. 22. cap. 22.* ὁ μείζων ἐν ὑμῖν *qui* maior *est in vobis, &c. cui Minor opponitur. Sic in Poëta*: *Tu* maior. *Tibi me est æquum parere, &c. Paradoxum autem Tertullianì venit obseruandum, quòd*: Nullus est sapiès, nullus est honore dignus, nisi fidelis, & Christianus. *Ab hoc non abhorruit D. Hieronymus, dum scriptum reliquit in Epitaphio Nepotiani*: *Ad eo tempore censemur, ex quo in Christo renascimur. Censemur, id est alicuius nominis, census, atque dignationis haberi debemus. Quam adnotationem Gallicè etiam expressit Macereus, quibus verbis*: Putas quod vides, *sic interpretatur, ac si dicat*: non aliud cogitas quàm vides.

15. Sed oculi (inquit) Domini alti.] *Idem Macereus versione sua indicat quoties ita loquitur Auctor, subintelligi* inquit scriptura. *quod semel adnotasse sufficiat. Qui etiam ad margínem adnotauit locos scripturæ, quorum ad quos hic alludat Auctor*. 2. Paralip. 16. *&* Ecclesiastici, *quem posteriorem citat etiam Quintinus*: *quibus addere liceret similes locos, Oculus Dei super omnem terram. Iob. 34. Psalm. 65. Hieron. 16. & 32. Verumego puto citari ab Auctore illud 4. Esdræ 8. pro more suo, quo etiam illum per scripturæ authoritea citare solet*: Domine qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna. *Simulter aucem citatur à B. Cypriano locus 3. Esdr. 4. epist. 74. ad Pompeium. & li. ad Demetrian. ex 4. Esdr. 5. sumpsit illud*: Mundum iam senescere, *&c. Equidem tertium illum librum Græci non solum in Canonem recipiunt, sed etiam ante duos libros priores collocant, & vti authenticum citant Athan. contra Arrian. l. 3. ac Aug. l. 18. de Ciuit.*

Cinit. Dei. Quartum verò D. Amb. etiam putat additum ab ipso Esdra non diuina reuelatione, l. de Bono mortis, & l. 2. in Lucam atq; adeò epist. 21. ad Hieronimum, hortatur ad eius lectionem. Denique ex eo ciuſdē l. 2. deſumpſit Eccleſiæ, feria tertia Pentecoſtes, introitum Miſſæ: Accipite vestem lætitiæ veſtræ; & in ſollemnitatibus Martyrū ex eodem capite decantat illud: Modò coronantur, & accipiunt palmam. Vide autem plura apud Sixtum Senenſem Biblioth. ſanctā.

16. Deus in præcordia contemplatur.] *Paraphraſtes vertit* : præcordia, *pro* τὰ ἔνδον. *Alibi ad verbum, vbi ſuprà, l. de Cibi ſœmin. c.* 13. Deus conſpector eſt cordis.

17. & palam in manu pōrtat.] *Vatic. MS. & Quintinus:* ventilabrum. *Idem vtrumque ſignificat, niſi quod illud magis placeat, ex quod B. Cyprian. id legat epiſt.* 51. *ad Confeſſores, & 52. ad Antonianum, immò ipſe quoque Tertull. infrà Tom. 5. lib. de Fuga in perſec. & Hieron. aduerſ. Luciferianos, quemadmodū latius deduximus Annotat. ad dictam epiſt. Cyprian. 51. num. 8. Atqui pro:* deuerterunt, *Vatic. MS. & Quintin. legunt:* diuerterunt; *ſed illud Tertullianicum eſſe infrà patebit lib. de Reſurr. carnis.*

18. ſed qui ſcierunt illum vitæ eſſe vetbum.] *Cenſerem legendum eſſe:* apud illum, *eo quòd ita habeatur Ioan. 6.* verba vitæ æternæ habes. *ſed colligo non verba, ſed ſenſum voluiſſe exprimere Auctorem, eo quod ſubiunga at:* & à Deo veniſſe, *pro eo quòd illic ſit: Quia tu es Chriſtus filius Dei. Legimus autem cum MS. Vatic. Quintino, & Macereo:* ſi vellent & ipſi, *pro ex quod ſcripta erat:* ipſis.

19. aliqui Phygellus.] *Sic ex Macereo, & Apoſtolo* 2. *Timot.* 1. *pro eo quod legebatur:* Phygelus. *de cuius ac* Hermogenis *hæreſi, item* Phileti & Hymenæi, 1. *Tim.* 1. *vide Commentarios veterum in Paulo Epiſtolas. Hinc autem addiſcamus (inquit Quintinus) quemodo Gnoſticis in ſolucio huius cum noſtris reſpondeatur, qui de pleriſque magnanimis & populis miſerabiliter euerſis, ac ſibi conſentientibus gloriantur. Regna, Tribunalia, Monaſteria, quin & Epiſcopia (ſedes hominum prima) ſcatēbre hæreſibus, in dies ab Eccleſia deficientibus, & ad gehennam rectà currentibus, non expectato carnifice; quippè qui iam ſunt ſua iudicio damnati. Haud ideo verè ſunt hæreſes. Nullum namq; Deus elegit vnquam gradum, à quo deciderenon permiſerit in eo ſtantem.* ὁ αὐτὸς θεὸς, *ex arbitrij libertate eſt, aut ſtare firmiter, aut cadere miſerabiliter. Laus & præmium firmis. Ve cadentibus. De* Saule *quod hic dicitur, habes* 1. *Reg.* 10. 15. *& ſubſequent. ibi capite De* Dauide, *quem ſibi Dominus quaſi neratus ex cor ſuum, lege primi quoque Reg. c.* 13. *& 2. Reg.* 11. *De* Salomone *traditur* 3. *Reg.* 3. *& 11. De* Phygello *& Hermogene Pauli perſecutoribus & aduerſarijs, Apoſtolus ipſe meminit* 2. *Tim.* 1. *Meminit* Hymenæi *& Phileti Hæreticorum in c.* 1. *eiuſdem epiſt.* 1. *De* Iuda Iſcariote, *qui ſuis vnus de duodecim per Dominum ſelectiſſ. ipſum que Dominum poſtea prodidit. Euangeliſta Matthæus ſcribit* 10. *cap. ſimiliter & alij.*

Cap. IIII.

20. Quin potius memores ſimus tum Dominicarum pronuntiationum, &c.] *Caput hoc inſcriptiſſimum* : Quòd à Domino & Apoſtolis & prænunciatæ ſint hæreſeis, & fugiendas eſſe præſnitum. *Retinuimus autem communem lectionem:* pronuntiationū, *& mox:* prænuntiarunt, *pro eo quod priori loco:* prænuntiationum, *& Macereus:* pronuntiarunt.

21. Inſtruit Dominus, &c.] *Ad verbum fere hunc locum imitatur B. Cyprian. l. ad Nouatianum hæreticum, Peadixerat quidem (inquit) Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui ſunt iſti rapaces lupi niſi ſenſus ſubdoli (ſic enim etiā ibi legendū cenſeo, pro eo quòd habetur:* ſenſus ſubdolo) conſpirantes ad infeſtandum gregem Chriſti. *Verùm antem videtur legiſſe Matth.* 7. *Attendite vobis à* Pſeudoprophetis, *qui veniunt ad vos in pellibus ouiū, pro eo quod noſter interpres:* veniunt, *& in veſtimentis ouium. Mirum ſanè etiam hic alijs exemplaribus Græcis offiſum fuiſſe, quàm hodie eſſe ſtant.*

22. Qui Pſeudapoſtoli, &c.] *Prius illud ex Dominicis pronuntiationibus, hoc & quòd ſequitur, ex Apoſtolicis literis ſumpſit* 2. *Cor.* 11. *& 1. Ioan.* 2. *Illud autē* interim & ſemper *reſtè explicat Macereus, non modò intermedio tempore, quo Antichriſtum illum præcipuum præſtolamur, ſed & omnibus tempore. Qui etiam illud:* niſi quòd perfectutio & martytas *(ſic enim lege ex MS. Anglico pro:* martyres) facit, ita vertit *ac ſi dicat:* perfectos non ſolùm apoſtatas, *ſed & martyres facit;* Hæreſes verò (*ſiue* Hæreſis, *vti legit Vatic. cod. MS. & Quintinus*) apoſtatas *dumtaxat.*

23. Neque enim eos probabiles intelligi iuuat.] *Fortaſſe, pro:* probatos, *quia tum paulo antè in ſcriptura ciuitatine, tum iterum c. ſequ. illud legitur. Item ex Patric. MS. cod. & 1. edit.* iuuat, *pro* iubet. *Nam eodem modo dixit lib. de Pall. c.* 1. cum concordia iuuat. *Atque reſtè adnotauit Macereus,* Hæreſeos *nomen initio Eccleſiæ non tam odioſum fuiſſe, quippe quod in bonam partem acceptum ſit, Act.* 24. *& 26. atque adeò non veritos hæreticos id ſibi nomen adtribuere, ex diuerſo ſibi interpretantes (vt Tertullianus verbis vtar)* eos probabiles debere intelligi, qui in hæreſim ſidem demutant, *ita prætexentes ad probationem hæreſeos. Quare non mirandum, ſi Tertullianus ſeq. capite hoc agat, vt hæreles malas eſſe comprobet: Scripturæ autem ſenſum, quod per hæreſes maniſeſtentur probabiles quique, ſimilem eſſe; ac ſi dicat aduerſitate approbari conſtantiam hominis. Similiter autem adnotauit Quintinus interpretatam eſſe hanc ſcripturam à B. Ambroſ. & manifeſtè quòd intelligat, indicat Auctor infrà c.* 39. *ſic hunc locum interpretatum:* vt electi manifeſtentur, & vt reprobi detegantur.

24. Omnia examinate.] *Hæreticī (inquit Quintinus) nunquā non prætexuerunt, modòq; non prætexūt opinionibus ſuis à ſolita Patrum regula variantibus, id quod ipſe Chriſtus, Chriſtique diſcipulus, faciendum præmonuerunt. Ille ſuis dicebat: Attendite à falſis Prophetis. Caute à Scribis. A fermento Phariſæorum & Sadducæorum cauete. Videte ne qui vos ſeducat, & c. Matth.* 7. 16. 24. *Subinde ſuos Apoſtoli monebant: Probate (diſcutite, diguoſcite, diudicate) quid ſit bene placitum Deo, ad Epheſ. c.* 5. *Item: Prophetiæ (interpretationes putà ſcripturæ diuinæ, ac declarationes fidei veſtræ) nolite ſpernere, ſed omnia probate, quod autem bonum fuerit, ipſi tenete,* 1. *Theſſ. c. vlt. Praterea: Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate an ſpiritus ex Deo ſint, quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundū.* 1. *Ioan.* 4. *& c. Probatunt & examinatiſſimi exempla cognoſcite. Apoſtolis prædicabant in carne veniſſe Chriſtū qui Deus & homo pariter erat. Apoſtolorum contemporaneos Cerinthus & Hebion contrà docebant.* Hymenæus, & Philetus mortuorum reſurrectionem meſſe iamque factam, quotidiēque fieri per continuas filiorum procreationes atque ſucceſſiones aſſeuerabant, *nec aliam ſperari debere. Paulus verò contrà clamabat:* Si reſurrectio non eſt, neque Chriſtus reſurrexit, neque eonſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum, 1. *Cor.* 15. *Sic modò curioſi quidam maleferiati, ratiocinantur de Sacramentis omnibus Eccleſiæ, priſca ſint ea, nécne, de ritibus ac formis vixantes. Et explorare ſe velle dicunt (vt olim dicebant) vtri vera proferant, omnium ſcilicet, hinc inde ratiocinium excuſūt. Aunt enim ſcripta fuiſſe: Omnia probate. Sic ſenſim per ſuperbiam noſtra nimis quàm facili, & lubrico aſſenſu labimur in hæreſes, dum Theologia ſtudemus omnes, artibus etiā noſtris propriis deſertis. Nam quiſquis ſuque Fœreniam (bone Deus) tam ſeſe non profiteatur eſſe Theologum ſummū ne ſimulet ſit ac ſimeorum Statutes. Apoſtoli, Conſtitutiones, & Officiuæ, aliud nihil quàm Theologizātes. Chriſtiane Lector, haud quàm ſuſpicor illud: Omnia probate, cetera quæ ſuperiora dicta fuere. Non enim puto ἐνύπνια quæpiā, ſi velit ambulare cauté, poſſe hoc implere præceptum: quia ſapientibus & inſipientibus imperatum eſt. Hæc & alia eadem pertinentia Hieronymus interpretans illud ad Epheſ.* 5. *Videte quomodo cauté ambuletis: non vt inſipientes, ſed vt ſapientes. Ambroſ. quoq; legendus in illud ad Theſſ. mandatum: Omnia probate.*

Cap. V.

25. Portò ſi diſſenſiones & ſchiſmata increpat, &c.] *Titulum huic capiti fecimus:* Quòd non modò diſſenſiones & ſchiſmata, ſed & hæreſeis Apoſtolus increpet. *Et eiusdem ad capitā 3. epiſt. ad Galat. Atqui Apoſtolus (inquit Quintinus) inter Chriſtianos perpetuam voluit eſſe tam verborum quàm*

buncatum concordiam, scilicet, ipsos in eodem sensu, in eademque sententia manere, & unanimes omnes idem sapere, idemque sentire. Discordes & seditiosos de medio fratrum præcipit expelli. Rogo vos, fratres (ait) vt obseruetis (vt consideretis) eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis, Rom. 1. vbi Primus ad Corinth. c. 1. Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt non sint in vobis schismata. Rursus & in eusdem epist. cap. 12. Ecclesiam Christi comparat humano corpori, dicens: Sic Deus temperauit corpus, vt non sit in eo schisma. Non debet igitur esse in Ecclesia. Reddit optimam causam paulo post in cap. 14. quia non est dissentionis Deus sed pacis. Apostolus διχοστασίας & αἱρέσεις appellat, & etiam σχίσματα, quæ nostri dissentiones, diuisiones, seditiones, Græcismque recentes vocem, nominant schismata. Schisma significat alicuius rei diffectionem, rupturam, scissuram, fractionem, vt si pannus rudis assuatur veteri, tunc pœne scissura fit. Χεῖρον σχίσμα γίγνεται, Matth. 9. Tranisfertur ad opinionum sanctarum sententiarum diuisionem. Ioan. 9. Schisma erat inter eos, vt est, non concordabant, non conuenebant opinionibus, in diuersa studia scindebantur, ac dissentiebant. Shcismatis nomen in Ecclesia semper fuit ignominiosum, publiceque damnatum. Schisma est, quando quis ab Episcopo suo, vel Ecclesia communione, sine nouo sanam dogmate, secedit; nec regi pari unitate cum eterni assentit, vt in can. 31. Apostolico docebamus amplius. Quòd si nouum quoque doctrinam sua rebellionis, ac superbia comminxerit, tum demum ab ea discedere tunc appellatur Hæresis, in capite sequ. Sanè malum grauius schismate, vt in Tertulliano: Carnis opus vtrumque, quod qui perpetrarint, regnum Dei non consequentur, Galat. 5. vbi post διχοστασίας, id est scissiones, recensentur αἱρέσεις. Quibus adde similes locos de distinctione inter schisma & hæresin, B. Augustini quæstione 11. super Matth. l. de Fid. & Symb. c. 10. l. 2. contra Cres. Grammat. c. 7. & epist. 164. Item B. Hieron. in c. 3. epist. ad Titum.

26. incontinenti.] Id est statim (inquit Rhenanus) Iustinus solet dicere: ex continenti, seu l. 5. Vt ex continenti Acubadem duxe Corone duce mitarent; & l. 7. Teneri non potuit, quin exconuentis acte decerneret. Legimus autem cum MS. Aquileio cod. & Latino: quod malis adiungit, pro: adiungat. Quod quum videret non conuenire, ex coniectura scripserat Quincinus: quòd hæreseis malis adiungat, has vtique malum profiteri. Sed non placet. Item cum codem cod. MS. & Macero legimus: de leuioribus.

27. quum maximè diuerti (seu deuerti) ab eiusmodi obiurgans.] Ita ex vtroque MS. Vatic. & Angel. Verum necdum mihi satisfactum puto, nisi legatur: deuertit. Neque verò etiam sensum satis adfecutus est Macerem, eo quòd legit vti prius erat: ad eiusmodi. Fortasse retinere posset illa lectio vt sit Græcismus; obiurgans deuerti ab eiusmodi, id est, vt diuertant.

Cap. vi.

28. Nec diutius de isto, &c.] Tractat hoc tapite: Quid sint & vnde dicantur hæreseis.

29. scribens ad Galatas.] Locus Apostoli ad quem alludit, iste est: Manifesta sunt opera carnis, seu crimina carnalia, vti vertit Auctor, dissensiones, schismata, hæreses, pro eo quod nostri interpres, contentiones, dissensiones, sectæ, & Græce (vti etiam suprà adnotauimus ex Quintino) διχοστασίαι, αἱρέσεις.

30. in omni penè epistola.] Quum nusquam alibi reperiatur tale quid apud Apostolum nisi illud: Adulterantes verbum Dei, 2. Cor. 2. & 9. sit mihi magis verisimile versio Macerei, qui pro adulteriis falsa vertit, & interpretatur de ista epist. ad Titum.

31. de adulteriis doctrinis.] Sic paulopost etiam: quarum opera sunt adulteræ doctrinæ, & infrà c. 34. doctrinarum adulterinarum, ac 38. adulterum stylum. Quod quomodo intelligendum sit, explicat infrà c. 44. qui illam stupratæ inter adulterio hæretico virginem traditam à Christo. Quicquid autem (inquit Quincinus) corruptum est, quod non est sincerum, quod in sua pristinate non mansit, quod denique falsum est, id adulterum vel adulterinum est. Vtpianus vocat insti. lib. 6. de extraord. cri. l. 6. Ad le. Corn. de fal. adulterinas flatuas, & Aphricanus adulterinum testamentum. Hæreses hoc sensu vocantur adulteræ, vel adulterinæ doctrinæ, quia purum diuinarum scripturarum simplicitatem corrumpant. Apostolum gloriatur, quod instar hæreticorum, non adulteret verbum Dei, sed prædicet illud in manifestatione veritatis, 2. Cor. 4. Adulteratæ, est rem quampiam corrumpere, seu falsificare, externa res commixtione. Rem cum dolo tractare, veluti quum ferum dicitur: adulteare, dominicas rationes, in fr. l. 1. de fersit. corrup. Igitur hæretis sunt Adulteratores scripturæ, non mitius puniendi, quàm lex punit Adulteratores monetæ.

32. Hæreseis dictæ Græca voce:] Verba hæc ad verbum fere transscripserunt B. Isid. Etym. lib. 8. c. 3. & Hrabanus, tum opere de Vniuerso, tum de Instit. cleric. lib. 2. c. 58. Haud absimiliter verò author infrà c. 37. quod de sua electione sectati hæreticorum nomine admittunt, & lib. 1. ad. Marc. vt bine (inquit) iam destinari possit hæreticus, qui de sexto quod priùs fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Item infrà dicto c. 37. quam vtvulpsique de suo arbitrio aduersùs Apostolos aut protulit, aut recepit. Item Scorpiaco adu. Gnosticos: desertam disciplinam hæreticis impingit. Similiter lib. 2. adu. Marc. quis (inquit) dubitabit Adæ illud delictum hæresim pronuntiare, quod per electionem suæ potius quàm diuinæ sententiæ admisit? Atqui Αἵρεσις (inquit Quintum) Græca quidem vox est, at Ecclesia Latina vsu cerberrimo facta, iam Latina videtur Hæreseis, & Αἱρετικὸς, Hæreticus. Hæresis est assectatio, delectus, voluntas, electio res cuiusquam. Nunc applicatio omnino probrosa, quòdam minimè. Quam sicut hic Tertullianus ita his definiuit Hieronymus in duobus locis per Tertullianum titatis, ad Galat. 5. ad Tit. 1. Hæresis Græcè (ait) ab electione dicitur, quòd scilicet vnusquisque eam sibi eligat disciplinam, quam putat esse melioream. Vt in hoc prophanis, & in secularibus disciplinis facere cuique licuit, quum tamen desde Christiana, quum de nostra salutatione agitur doctrina, tùc nullis datur optio credendi; sectam sibi nullus eligere potest: Sed quod in Euangelio scriptum est, quod à sanctis maioribus nostris nobis traditum est, hoc tantum sectandum est. Hæc nostra sola fides est, si quid additur, aut minuitur, Hæresis est. Et Hæreticus est, qui aliter intelligit scripturam, quàm sensus spiritus sancti flagitet, à Romana, & vniuersali Ecclesia in fidei doctrina discordat. Quia interim perperam legit: ad instruendas, pro eo quod aly omnes; in stituendas. Intelligit enim Tertullianus Auctores Hæreseon, siculi etiam rectè vertit Macerem. Eodem pertinet illud frenæi aduersus hæref. l. 3. c. 2. Hanc (inquit) sapientiam vnusquisque eorum esse dicit, quam à semetipso adinuenerit, fictionem scilicet. Vnusquisque enim ipsorum omnis modo peruersus, semetipsum Regulam veritatis deprauans, prædicare non confunditur.

34. Ideò & sibi damnatus dixit hæreticum.] Paulo prius dixit, vtà semetipso damnatus. Pro quo legitur hodie apud Apostolum: proprio iudicio condemnatus. Verumillud & legit etiam, & declarat sic (vti etiam adnotauit Quintinus) B. Hieronym. Hæreticus à semetipso damnatus esse dicitur, propterea quòd adulter, formicator, homicida, & cetera vitia per sacerdotes ab Ecclesia propellantur. Hæretici autem in semetipsos sententiam ferunt, arbitrio suo de Ecclesiæ recedentes; quæ recessio, propria consentiæ videtur esse damnatio. Legit autem eodem modo frequenter B. Cyprian. Atqui legimus cum Isidoro & Hrabano, vbi suprà: Non sibi vero nihil ex nostro arbitrio inducere licet, pro eo quod erat: indulgere, ex quòd sequatur: induxerit, & cæ: quod inducetent. Rectè autem Macerei illud: adsignauerunt paulopost interpretatur de legitima Traditione. Sunt autem legi: Etiam si angelus aliter Euangelizaret, anathema diceretur; sicuti vulgò legitur, sive cum MS. Anglico & Isidoro: Euangelizauerit, & : dicetur persona est.

35. in virgine quadam Philumene, &c.] Quisnam fuerit (inquit Quintinus) Appelles, & cuius auctor Hæreseos, dicitur in c. 30. Et in hæreticorum escalago inferius, hæref. 19. Nunc de Philumena. Fuit hæc Alexandrina puella sicut existimo. Appelles enim libidinosus homo, quum propter multiplex amorem defecisset à magistro suo Marcione, qui sectatores suos in continentia viuere,

viuere saltem continentiam fingere, volebat, , essi manerent assidui cum mulieribus (nec eu m Martion fuit alioquæ mulierc, quam & Romam præmisit ad annos decipiendorum sibi præparandos, ait Hieronymus) Appelles (inquam) deserens magistrum, quem malebam ipse magister ferre non poterat, Alexandriam migrauit: ibi tutius & in hanc fœminam impegit, vt à Tertulliano refertur capite 30. iam dicto. Philumena verò dum iuuencula virgo foret albus, familiare sibi dæmonem habuit, cum qua perfœcerans dæmon habitu pueri sæpe se puellæ demonstrabat, aliquando se Christum, quandoque Paulum se mentiens esse; per quem futura multa vaticinabatur, ac diuinabat, sed & miracula quædam, portentosáque faciebat. Ita fuis diuinationibus & præsagijs effectum, vt inspirata videretur esse diuinitus. vnde eam fibi dæmon nomen Φιλούμενον, *id est: Amans animi, furoris, atque potentiæ. Crescentibus hæc annis, insigne foretum fuit. Cum que congressus* Appelles, & eius Energemate circumuentus (*vt Tertullianus ait*) *id est, cum vi, dæmonum vexatione, & efficacia magna deceptus, quasi numine quodam meretrix affiata foret, omnes animi sui motus, & impios æstus ad eam mulierem referebat. Et hanc inde suarum doctrinarum perpetuam comitem semper habuit infelicique librum conscripsit, quem* Philumenæ Prophetias & Phaneroseis inscripsithoc est Prædictiones, Apparitiones, Manifestationes atque Reuelationes. Christiane Lector, hæresis nulla fuit vnquam, nec eis hodie, cum auctor, dux, & præcipua fautrix, impudica mulier aliquando exstiterit: nec est aut fuit hæretimi vnquã, qui suas non habeat & habuerit Philumenas. *De* Philumena autem tacuerunt Epiphanius, Philastrius, & Damascenus, Apellem describentes. *At meminerunt Euseb. lib. 5. hist. cap. 13. & Augustinus ad Quodvult Deum, de hæresibus. Hieronym. his paulopoſt institum lib. contra Pelagianos ad Ctesiphontem, & ca. super epist. ad Galat. vbi ista Tertull. verba ipſa*: Prouiderat iam tunc Spiritus sanctus, &c. *integra pene refert, exponens Apostoli verbum hic à Tertulliano citatum*: Sed licet angelus de cœlo Euangelizet, &c. *Meminit eiusdem & Apellis iterum auctor lib. 3. adu. Marc. in hæc verba*: Nam & Philumenella magis petfuasit Apelli, cetcrisque defertoribus Marcionis. *Apertiora sunt interiora verba ad quæ adludit Quintilianus infra c. 30.* Inde (*inquit*) post annos regtessus non melior, nisi tãtùm qua iam non Marcionites, in alteram fœminam impegit, illam virginem Philumenen quàm suprà ædidimus, &c. *Cui similes est & illud infrà lib. de Carn. Christi*: & dehinc in virgine Philumene spiritu euerfus, &c.

Cap. vii.

36. Hæ sunt doctrinæ hominum, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quòd hæresicon otigo à Philosophia. *Id est enim quod paulopoſt dicit*: Ipſæ deniq; hæreſes à Philosophia subortnantur. *Cui similis est & illud infrà l. adu. Hermogen.* Patriarchæ hæreticorum Philosophi, *& B. Hieron. initio lib. contra Pelagian. ad Ctesiphontem, vbi indicare etiam videtur, hoc verbo*: Pulchrè quidam noſtrum dixit: Philosophi patriarchæ hæreticorum. *Quod ante nos quoq; admonuit Quintianus, addens Tertullianum de eo* Philosophis *loqui, quos Petrus graphicè describit 2. Pet. 2. quos notauit & Seneca Epist. 89. Quibus etiam hæc addit: Tertullianus insectatur vbique Philosophos, quippè de quorum ingenio omnis hæresis animatur, vt ipſe dixit primo aduerſ. Marc. libro*, qui de certis incerta præiudicent, ad artis fuæ propriæ gloriam. *Siquidem*: Philosophus est animal gloriæ. venaleque rumorum mancipium. *Sed quod huc adtines, ille de* Philosophis *ita loquitur in Apologetico Christianorum capite 47.* Philosophi gloriæ solius & eloquentiæ libidinoſi, ſi quid in ſanctis ſcripturis offenderint di geſtum, pro inſtituto curioſitatis, ad propria verterunt. *Paulò suprà dixerat*: Philosophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt; vt qui gloriam captent. *Hæc dicta putato de Gnostico. Et vero similiter dixit Auctor aduerſus Marc. libro 5.* omnes hæreſes ex ſubtiloquentiæ viribus & Philoſophiæ tegulis conſtare; *ac suprà Tom. 1. Apologetici capite 47.* Ex horum (*Philosophorum*) ſemine & noſtram hanc nouitiolam paratutam viri quidam ſuis opinionibus ad Philoſophicas ſententias adulteruerunt, & de vna vis obliquos multos & inextricabiles tramites ſciderunt. *Eodem pertinet & illud infrà libro de Resurrectione carn.* Diſcedeab ethnico hæretice, reddeillis ſenſus ſuos, quia nec ille de tuis inſtruitur. Quid cæco duci inniteris, &c. *Latiſsimè idipſum deducit B. Cyrillus Hieros. ſilentio, catech. myſtag. 18.* Stoulta etiam habet alitubi *Lactantius. Quæ eo prolixius proſecuti ſumus, quod perpetàm & Magdeburgenſes interpretem Tertulliani, & quidam alios inter Lactantij errores collocarint. decere: Ex Philoſophia ortas hæreſes. Vtinterem contrario nemo hinc exiſtimet, omninò Chriſtiane interdiſtim hic omne Philoſophiæ ſtudium, ſeipſum interpretatur Tertullianus in hac verba, vbi cauſſam reddens*: Eædem (*inquit*) materiæ apud hæreticos & Philoſophos voluntatur, ijdem rettactatus impliicantur. *Alioqui neceſſariam iſſe aliquam Philoſophiæ ſcientiam ſatis indicat infrà lib. de Reſurrectione carnis, quum dicit*: Ira nos Rhetoricari quoque prouocant hæretici, ſicut & Philoſophari. *Eſt autem adnotandum, quòd* doctrinas hominum, *Col. 2. & de* doctrinas dæmoniorum, *1. Tim. 4. hæreſes interpretetur.*

37. de ingenio ſapientiæ ſeculi, quam Dominus ſtultiam vocans.] *Ita ex MS. Anglico, pro*: ſapientiæ ſæculatis, *Qua aduerſ. Marc. lib. 2. vertit auctor*: ſapientia mundi, *& ſic etiam noſter interpret. Paraphraſtes autem* Domino *adſcribit id quod Apoſtolo eſt, eo quòd addat Apoſtolus, 1. Cor. 3. Stultitia eſt apud Deum; more ſue, etiam confundens illud tum eo quod 1. Cor. 1. dicitur*: Stulta mundi elegit Deus, *vt confundat ſapientes.*

38. ſubortnantur.] *Hoc accipias (inquit Quintinus) non in vulgari ſignificatu, quod eſt occulte, latenter, arte, vel potenua ſeducere, per dolum falliciare, ſicuti vulgò dici conſuenit de ſeſtibus. Hic ad adparatum & inſtructionem & ornatum pertinet.* Hæreſes à Philoſophia ſubornantur, *id eſt primiùm, quadamtenus ornantur, inſtruuntur, adparantur. Homo à natura ſubornatus, in vitam venit.* Subornatus, *id eſt, apparatus, ornatus iam ferè totus, apud Cicer. in. de Legibus.*

39. Inde Æones, & formæ, neſcio quæ, & trinitas hominis; &c.] *Valentinus (inquit Quintinus) Tumaum Platonis, & eius Epinomidem totam voluit in ſalutis noſtræ negotium, relegionem que transferre, numeris atque proportionibus omnia deſignans, & horum cognitioni tribuens hominu abſolutam ſolicitudem. Ex vnitate neſcio qua connexuit quindecim Dualitates. Ex his quendam Tritenarium deduxit. Quem rurſus trifariam partitus eſt, in Oſtenarium, in Denarium, & in Duodenarium. Numeros ſistos appellauit* αἰῶνας, *id eſt, ætates, aut ſæcula; quæ triginta dicebat eſſe. Cur autem ſuos numeros appellarit Æonas, & ſecula, non recordor, me legiſſe rationem: Niſi quòd aſtutum nebulonem putem, quum nuſquam videret in Eccleſie Chriſtiane myſteriis haberi numerorum rationem, Sæculorum verò ſeculà* αἰώνων αἰῶνας *ſubinde memorari cerneret: illos nobis Æonas pro numero ſuppoſuit: De quibus intelligi volebat vbi vnumque ſæculum vel ſæcula nominantur in ſacris. Inſuper & integrum Parmenidem, qui de vno omnium principio, ſine de Deo agit, ad noſtræ quoque ſalutis inſtrumentum, concneſſarium quiddam, proferebat. Rerum duntaxat intellectualium ſpecies quaſdam ſeu formas* ἀΰλους ἰδέας, *indefinenter operantes, & inabolibiles exponenent. Alcibiadem quoque primum, qui de natura tractat hominis, Euangelio permiſcebat. Ex tribus hominem compoſitum dicitur ibidem, nonnulliſque locis aliis, ex corpore, ex anima, ex mente ſiue ſpiritu. Valentinus hinc eſſe tres hominum dicebat ordines, ſine tria diſtinguebat hominum genera, πνευματικὸν καὶ σαρκικὸν, ſpirtealium, animalium, & carnalium, ſine corporeorum. Pneumaticos, id eſt, ſpirtuales, dicebat homines perfectos eſſe, quibus tam nullo labore foret opus, quibus intrepidè licebat agere quod volebant; nec eum peccare poſſe. Morientes in alciſſimum cœlum rectà meare, cum ſue quidem corpore ſpirtuale, quod habere ſe ſomniabant & imaginabantur. Talem ſe dicebat, & Gnoſticos omnes eſſe. Ipſychicos autem, id eſt* animales (*vt anima opponatur ſpiritui*) *minimè poſſe per ſeſe ſalutari aſtruit; ſed illis opus eſſe labore magno, & operatione aliqua*

ustio. *Post quæ opera boni, si diu se calibus fatigarint, in medium nescio quod cœlum feruntur, vbi Christus habitat vna cum Angelis, nihil torporum terrenorum secum ferentes: ibique desponduntur Angelis. Tertium verò genus hominum, quod sarkicon & hylicon, carnale & materiale, & choicum, id est terreum, nominabat; ab omni virtutis & veritatis cognitione remotum dicebat, etiamsi maximè vellet eam suscipere, sed vna cum corpore & anima simul interire asseuerabat. Hæc est illa* Trinitas hominis, *quam notat hic Tertullianus. de quibus nugis ampliorem tractatum videre quarens, adeat Irenæum, ipsum quoque Tertullianum contra Valentinianos. Legat & Epiphanium in Tomos 2. libro 1. Panary. Satis hæc ad loci præsentis explicationem.*

40. Inde Marcionis Deus melior, &c.] *Quum* Marcion (*inquit idē*) *diuiderit homines à* Stoicis *in duo genera distinguat, quorum dicerentur aly sapientes, & insipientes aly: Sapientes autem nemini vmquam nocere, vel inferre malum, sed qui summa vtuantur in euthymia, id est in animi tranquillitate, quietepace, commodi & vtiles omnibus: Insipientes verò sanoi esse, nihil quàm noxia cogitantes: Ille protinus vlcisci se cupiens aduersus Ecclesiam, cuius communione priuatus fuerat, ob stupratum virginem quandam,* commentus est etiam duos esse Deos, alterum bonum, & sapientem Deum, *tranquillum, quietum, sedatum, qui neminiper indicibilem naturæ suæ bonitatem nocere, neque velit, sed neque possit. Iesū Christi pater.* Alterum *verò* Deum finxit esse malum, qui mundum creauerit, & omnium sit auctor malorum, *quæ fiunt & perpetrantur in mundo; propterea dixit hic Tertullianus & in vlt. c. huius libri:* Deus melior de tranquillitate, &c. *Hunc ipsum videas in illis quinq; libris quos in Martionem composuit. Prædicta quæq; facilos Ecclesiæ Dei propagatores aduersus hæreticos legito.*

41. & vti anima interire dicatur.] Epicurus (*inquit idem*) *atque sua putarunt, hominē & pecudū idem bonum simpliciter esse, neque post mortem differre, sed animante dissoluto, sentiunt omnem pariter extinctum dissolutimque sensum. Tusculanam vide Quæstionē 1. 5. disputatam. Plinius* Epicureus planè, qui scripsit: *Omnibus à suprema die sunt eadem quæ ante primum nec magū à morte sensus vllus est aut corpori aut animæ, quām fuerit ante natalem, capite 55. libro 7. Eodem pertinet quod suprà dicit Tom. 1. lib. de Testim. Animæ, c. 4.* Christiana opinio, &c. Epicurea gratior; iam te ab interitu defendit. *Item Apol. c. 47.* Animam aly dissolubilem dicunt. *Item quòd infrà est l. de Resurrectione carn. cap. 1.* Nihil esse post mortem Epicuri schola est. *Atqui lego cum MS. Pat. 1. adst. & Quintino:* ab Epicureis, *pro eo quod Macerem & aly:* Epicurus, *nam Epitureorum nomine Sadducees hæreticos intellegit, qui (Rhenano teste ad initium lib. de Resurr. carnis) etiam animarum interitum prædicabant. Verum de hu latiùs infrà lib. de Anima, vbi de immortalitate Animæ agit.*

42. carnis restitutio, &c.] *Impietas hæc fuit (inquit Quintinus) omnium pene Philosophorum communis, vt asseuerent, Deum non posse mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos, in qua sunt & vanius animæ negans immortalitatem, modum corporum. Vocat eorum vanitatem, qui se propagant in saturum, & in ipso mortis tempore vitam sibi somniant futuram. Vnum Democritum refert, qui tametsi Philosophus insignis fuerit, hæc tamen reuinsscendi vanitate laborarit, d. c. 55. & c. 7. lib. 2. Tertullianus l. de Resurrectione carnis scripsit in idtosopinatores.*

43. Et vbi materia, &c.] Hermogenes (*inquit idem*) *pictor arte sua derelicta, cepit (vt prouerbio dicitur) vltra leonem Theologari, seu magus, Philosophari sicuti nunc etiam sartores, sutoresque faciunt vltra crepidam. Tertullianicumum erat in Africa,* qui Zenonis in porticu *somnia sectatus, asserunt eternam, ac sine principio fuisse* materiam *quandam (Graci vocauerunt ὕλην) ex qua Deus omnia post formauerit & creauerit. Vehementis, nec mimis elegantis libello confutauit hunc Tertull. Verumtamen nescio, cur Zenoni magus, quàm cæteros quibusdā sommatoribus hæc opinio tribuatur. Nā Cleanthes duos ponit principia rerum,* Deum, & materiam: *Plato in Timæo tris;* Deum, materiam, & Ideas, seu formas. *Certè non videntur inferiorem tempore fuisse materiam, quæ semper fuerit, neque nata, neque facta, nec habens initium, neque finem, ex qua Deus omnia posteà fecerit.* Zenoni *autem potius quàm aly hanc opinionem adtribuit, quòd hæc communis sit Stoicorum opinio, quorum princeps* Zeno. *Hinc Martinus libro 5. inter cetera objicit, quòd* cum Deo creatore materiam collocaret de portico Stoicorum.

44. & vbi aliquid de Deo igneo, &c.] *Philosophi (inquit idem) paucissimi, aut certè nulli, de rerum principijs inuicem concordarunt: alius aliud statuit. De quibus Hermiæ Diasyrmon (scripturæ sanè perelegantesque libellum) legat.* Hetaclitus *inter alios apud Laertium dicebat: Omnia ex* igne *constare, & in* ignem *tandē resolui. Iuxta quam Philosophiam nonnulli verba Mosis Deuteron. capite 4. & Apostols ad Hebr. 12. interpretabantur: Dominus Deus tuus* ignis *consumens est. Atqui sic* ignem *faciebant Deum. Quemodo accipienda sint verba illa, reperiet apud Hieronym. capite 66. Isai. & in Augustino capite 13. contra Adamantum Manichæum. Vide eiusdem scriptæ explicationem infrà Tom. 5. libro de Trinitate. Eodem vero pertinet quod habet suprà Apologet. capite 47.* Deum alij ex igne adseuerant, vt Heraclyto visum est. *Item quod est infrà libro 1. aduersus Marc.* Deum pronuntiauerunt, Thales aquam, Heraclitus ignem. *Verum autem etiam hæresterorum aliqui eò dementiæ venerint, vt* ignem *Deum dicerent, hactenus reperire non licuit. Certè quàm proximè accedit Apelles, dum (vti est infrà capite 34.)* angelum superioris Dei creatorem mundi, igneum dixit; *immò (licet lib. de Anima refert Auctor)* eundem ignеum *angelum Deum Israelis vocat. Atqui illu verbus:* Vnde malum, *ad Marcionis hæresin adludere de Deo* malo, *libro 1. adu. Marc. indicat:* Languens enim (*inquit*) quod & nunc multi, & maximè hæreti, circa mali quæstionem: Vnde malum.

45. Scilicer & de Enthymesij & Ectromate.] *Subaudiui hic (inquit idem Quintinus) Deus prouenit. Iusiuus modi quæstionibus, auditor Christiane, non minus ineptis rum, quàm sit impietatum. Qui videre plenè velet, Irenæum legat, & hunc ipsum Auctorem nostrum, & omnium diffusissimè Epiphanium contra Valentinianos. Hic dixero tantùm, quòd in Æonum decuria posterni duo nominantur Æones,* θελητὸς καὶ σοφία. *Teletus & Sophia, perfectus & sapientia. Masculus Æon semper habet fœminam secum. Nam per coniugia tradiant omnia sua mysteria, sic vt suo quoque Christo coniungem dederint. Obiter vobis omnium, qui fuerint, quique sunt, Gnosticorum legem referam, post Epiphanium contra Valentinianos sta scribentem, quod ab Irenæo sumpsit, cap. 1. lib. 1.* Οὗ ἀν ὁ κόλπος γονόβωσ. γενέσθαι σὺν ἐρίλογον, ὅστε αὐ τῶν κεφαλὴν, σὺν ἑστι ἐξ ἀληθείας καὶ ὁ σρόπος εἰς ἀληθέα. *id est: Qui genitus in mundo, mulierem non amauerit, vtea potiatur, non est ex veritate, nec ad veritatem peruenet vnquam. Te quæso, Lector Christiane, num putas hæc eos lege viuere, qui legē calubatus abrogant. Sed ad rem.* Sophia per incontinentiam suam vel (*vt ait Tertullianus*) mariti sui tædio, exarsit amore videndi primi patris illius, vnde prognati forent Æones reliqui fratres sui. Θεῦτος *appellabatur. A cuius confpectu dum prohiberetur per Monogenem Æonum præcipuum, qui solus ille patre primo frueba tur, affectū maximo dolore propter hūc repulsam, diuitacuit; Indeiq; præ ardore, quo tota flagrabat in patrem, ex semetipsa sola concepit, quin & peperit, sed minimè vitalem fœtum, quia sine masculo. Propterea vocatus ille partus* ἄνεκφωτα, *id est: Abortus, cui nec forma, nec facies, nec species vlla. Quia verò non conuenebat in centro pleromatis, id est, alcrum perfectorum Æonum, manere quia abortiuum, fuit informis ille partus in quadā fine lumine loca deiectus. Cuius tādem miserti salices Æones, eo precibus adduciū misere sui nescio quem Christum cum sua coniuge* Ἐνθύμησιν, *quorum partes erant Æonū consummationē procurare, qui de sua magna virtute, sparique misericordia, de sua indicibilibus viribus, informauit abortum illum. Propterea fuit ab actu nominata mala illa* Ἐνθύμησις, *id est, inanimatio, anima in esse, forma compositio, quam forma Christus Æonicus illa mole dederat. Ex qua post, omnium rerū subsistentia constituisse dicitur, ipsum esse Demiurgū, id est, Deu nostri. Reliquos ipsius fabula si forte cupius adiui, in prædicti u fanili u*

sanctis Auctoribus legito. Nimis multa sunt hæc ad huiusce loci declarationem. Satis habet quid res sit Enthymesis, *& quid* Ectroma. *Allegat etiam Rhenanus D. Hieronym. Comm. lib. 11. in Amos prophetam, qui scribit* Valentinum *ex Aonibus suis posteremum, id est, tragœdiam, vetare ἐκτρωμα, hoc est: abortiuum. Verum de hoc latius infrà lib. aduers. Valentinianos.*

46. Inserunt Aristotelem.] *Sic iterum legimus ex Paticano codice, sin quo mecum consentit Quintinus. In additione posteriora (inquit) legitur:* Miscrum Aristotelem, qui illis, &c. *Aspice postea est, vt subaudias Interrectionem quampiam* ὦ, heu, ah, *&c. Nec congruent verbum, Dico, exclamo, iudico, &c. In aliis omnibus est:* Inserunt Aristotelem, quod magis placuit. *Argutus autem nescio quas Dialecticas in sacris tractandis litteris damnanti Tertulliano consonat Hieronymus, exponens hæc Prophetæ verba: Brachium expansum est, &c. Nabum cap. vlt. Consideremus (ait) hæreticos, & Ecclesiæ multiplices hæreses, & videbimus quòd eorum dogmata, quum figerant, & velare non possint, sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spineta reperiunt. Inde nominatis aliquot hæreticis, paulò post subiungit: Et vt similibreuiscuncta concludam sermone, de spinibus illis vniuersa dogmata trahunt argumenta: nunquam iuxtam ruinulas vias vlas quaquæ loca, de quibus argumenta sumuntur,* τοῦτ' ἐκ *superscripserint. Hæc ibi. Aequi non Didectica artem Aristotelis, sed Sophisticam improbari ante me admonuit Macerus, cui consentit Clemens Alexandrinus Stromatum l. 1. vbi de Philosophia Christianis necessaria, ac de Sophistica improbanda latissimè disputat.*

47. Hinc illæ fabulæ & genealogiæ.] *Propter Iudæos (inquit Quintinus) hoc admonitum puto arunt, qui continuè progenitoribus suis Abraham, Isaac, Iacob, & aliis gloriabantur. Inutilis certè gloriatio, sed quæ nullam gignebat quæstionem, neque fabulas habebat. Non verum sanè quisque genus & matres sunt inter Iudæos habebat netissimas, & extra controuersiam. Nonnulli reprehendi Gentiles hic dixerunt cum sua Theogenia. Tertullianus Hæreticos, Aonum fabricatores notat is credidit. Incellas enim varias distinguebant illi suos Aonas, ostendentes, quis à quo gigneretur, quibus omnem continere diuisiculam fabulabantur. Apostolorum coœui Cerdon & Valentinus erant, qui non sinendis illis quæstionibus supra modum turbabant fideles. Inter quas ab Apostolo nominantur Hymenæus, Alexander, Philetus. Et meo quidem iudicio, totus ille locus ad hæreticorum confutationem spectat. Epiphanius etiam sic intelligit. Pro more calumniaris mihi videtur, qui locum detorquet ad ceremonias, & hominum constitutiunculas (vt loquitur) & quæstiones scholasticas. Non sunt illa Vana, non sunt inutiles, non generant lites: Impie quis vecordi eas, ineptas & aniles fabulas, quum præstent ædificationem Dei, quæ est in fide. Non ergo Paulus ipsas desiguauit.*

48. indeterminabiles.] *Expressit quod Græcè est* ἀπερισ-τάτους, *pro eo quod noster interpres:* interminatæ. *qui legisse videtur:* ἀπερατους. *quare illud male, quàm cum Macero legere:* interminabiles, *præsertim quum & infrà cap. 33.* Genealogias indeterminatas *nominet.*

49. ne quis vos circumueniat.] *Sic legimus ex MS. Anglico codice ad verbum cum Apostolo, pro:* ne quis sit circumueniens. *Illud verò præter proiudentiam sancti Spiritus, Auctoris est, non Apostoli, nisi quis velit esse paraphrasim eius quod subditur Col. 2. & non secundum Christum.*

50. varietate fœcatum.] *Diogenes Laërtius (inquit Quintinus) de Philosophorum vitis, in Prœmio libri circa finem scribit, quòd Philosophorum decem fuerint* αἱρέσεις, *id est, sectæ, quas ibi singulas enumerat. Alius tamen minus ibidem recensuit easdem. In schola, vulgus dumtaxat quatuor posuit. Ego tot fuisse putarim, quot vnquam Philosophi docuerunt in scholis cum auditoribus. Deprehendes ex ipso Laërtio me dicere verum. Secundus à primo discessit, à secundo tertius: & in omnibus ferè consequentibus hoc ipsum videre licet. Nullus in ea Gentilis Philosophia discipulus, qui non velit esse supra magistrum; secus in Euangelica facile est (aiunt) inuentis addere. Id est, profectio sectam nouam facere, prout de hæreticis dicemus in cap. 34. & 42.*

51. de porticu Salomonis est, &c.] *Quasi (inquit idem) dicere velles: Non de* porticu *Zenonis.* Στοᾶ *Græcè est, quæ Latinis appellatur* Porticus. *Athenis erant Stoæ complures: vna præ ceteris nominatissima, quam polygnotus excellentibus picturis ornarat. Ideo* παίκιλλη *cognominabatur, ab varietatem picturarum. In hanc sæcularibus multis infamem, Zeno Cuticus primùm diuertit, & conciones habuit: cui cesserunt omnes; nec eo, nisi Philosophandi causa, corpum est curi. Stoici sunt inde nuncupati ab ea* porticu, *qua singulariter inter alias appellabatur Stoa. De* Στοᾶ *vero Salomonis, id est: de* porticu Salomonis, *in quam post Christum præceperem suum, Sapiens nouimuster Apostoli, cum suis conuenichant, Euangelista meminere, Ioan. 10. Act. Apost. c. 3. & 5.*

52. qui & ipse tradiderat: Dominum in simplicitate cordis esse quærendum.] *Quum de* Salomone *loquatur, & citet hunc dubiùe (ficuti ante me etiam Quintinus admonuit) illud Sapientiæ 1. In simplicitate cordis quærite illum, confirmatur hic auctoritate eius libri, & insuper Salomon ab Auctore tributur. Sicut etiam S. Cyprianus non vnaloco, & aly quoque Patres: tam Græci quàm Latini, quemadmodum late admonuimus ad l. Cypr. de Mort. n. 43. & ad l. Test. 2. 43. vbi hunc eundem locum citat, n. 99. Eodem pertinet etiamsi illud lib. aduers. Valent. c. 2.* Portò facies Dei expectar in simplicitate quærentes, vt docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis. *Plures etiam loci huius libri tacito nomine ab Auctore citatos reperire est in Indice scripturarum, & aliorum similiter Auctorum, apud Sixtum Senensem Bibl. sanctæ l. 1. cap. 8. vbiex professo hoc argumentum tractat. Aequi paulo post retinuimus* Christianismum protulerunt, *cum Macero & cod. Vatic. pro eo quòd Rhenanus Gothicus codex:* Christianis prætulerunt, & *Quintinus;* Christianum protulerunt.

Cap. viii.

53. Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, &c.] *Caput hoc in scripsimus :* Quòd curiositate Christianis non sit opus. *In quo & 2. sequitibus latiùs explicat, quod tribus verbis dixit Irenæus lib. 3. aduers. Hæret. cap. 1. Sunditer quidem illi illicunt per horum artem simplicioresad requirendi modum quæ etiàm ipsa verba transcripsit Epiphanius. Eodem pertinet quod Cyrillus Alexandrinus non semel inculcat, præcul relegandas à fidei rebus voces illas:* Quare, *&* Quamobr. *Admonuit autem Macerus quo dam aduersarii nostri (* Magdenburgenses nempè) *locum hunc detorquere ad solam fidei nostræ comprobationem ex scripturis. Verùm non eam esse mentem Auctoris, vel inde constare, quòd non solum dicat:* nec inquisitione post Euangelium, *sed etiam verba præcedentia. Christum autem Dominum nihil scripto commisisse, sed viua voce dumtaxat, neque verò etiam Apostolos, vt scriberent, mandasse, sed solum ad prædicandum misisse, vti patet Matth. 28. Marc. 16. Luc. 24. Ioan. 20. & ex Apostolo 2. Thessalonicensium 2. Quare* Euangelium *hic accipi debere, nò modò id quod scriptum est, sed in genere, vt comprehendatur etiam illud quod viua voce traditum est: quemadmodum accipitur Matt. 4. & 9. Marc 16. Act. 20. & 1. Corint. 4. Hæc nouimus, & recte. Nam si omninò ad litteram verba hæc intelligamus, solùi ergo Euangelium, non vero Epistolas Apostolorum, licebit suscipere. Cui addi potest & illud, quòd quum simpliciter dicat: post Euangelium, si solum de scripto Euangelio intelligatur, iam in disputatione fore, cuius Euangelium, Matthæi, Marci, Lucæ, an Ioannis, maximè quum quadam eorum à Marcione aliisque hæreticis reiecta sint. Certè etiam ipse Auctor supra lib. de Corona militis, Traduiones non scriptas agnouit, & infrà cap. 21. eas Ecclesias commendat, quas Apostoli condiderunt, prædicando eis, tam viua voce, quàm per Epistolas.*

54. ad ineundam curiositatem.] *Similiter dixit infrà cap. 36.* Agetam qui voles curiositatem, meliùs exercere. *infrà Tom. 3. lib. de Pudicitia:* Huiusmodi, *inquit,* curiositates & suspecta faciunt quædam, & cunctarum ex positionem subtilitate plerumque deducunt à veritate. Inculcare *autem & hic, & supra cap. 6. propriè ascripsit* ; *Libi* proconculcare.

55. Puto in primitiis ipſis doctrinæ ſuæ.] Primitias doctrinæ *(inquit Quintianus)* *Tertullianus* vocat, *dum Chriſtus poſt Baptiſmum ac Deſertum tentationem, Ioanne iam vincto, capit Euangelium regni prædicare, Matth. 4.* ſic primitias *operum dicunt, opera prima; & Armorum* primitiæ.

56. quum etiam Ioannes, de illo certus, eſſe deſiſſet.] *Recte ſic interpretatur Maceremi* de Ioanne Baptiſta, qui de Chriſto certus, *vpote* voce audita de cœlo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Matth. 3.* iam eſſe deſierat, *id eſt*, obierat, *decollatus ab Herode, vti eſt apud Matth. 19. Sed magis placet ſenſus, quem indicat Latinus in libro ſequ. de Bapt. vt ſit idem quod ibi cap. 10. de Ioanne legitur:* vſque adeò ſpiritum prophetiæ in illo poſt totius ſpiritus in Dominum tranſlationem defeciſſe; vt quem prædicauerat, quem ipſe deſignauerat, poſtmodùm an ipſe eſſet, ſciscitatum miſerit. *Cuius ſimile eſt & illud infrà lib. adu. Marc. 4.* ipſo iam Domino virtutum ſermone & ſpiritu patris operante in terris & prædicante, neceſſe erat portionem ſancti ſpiritus iam abſcedere à Ioanne.

57. Habent Moyſen & Heliam, id eſt, Legem & Prophetas.] *Etiam hic amplius quid legit quàm habeatur Luc. 16. vbi ſolùm legitur & Græcè & Latinè:* Habent Moyſen, & Prophetas. *fortaſſis cognitus, quum hæc ſcriberet, ſuper apparitione* Moyſis & Heliæ *in monte Thabor, de qua alibi latius.*

58. Scrutaminiſcitipturas, &c.] *Etiam hic variat ab editionibus vulgatis, quum vertit:* in quibus ſalutem ſperatis, *pro eo quod noſter interpres ex Græco:* in quibus putatis vos vitam æternam habere.

59. Iudæi retrò, &c.] Retrò *(inquit Quintinus)* pro *ſuo contrario, quod eſt: Aut*, non ſemel acceptum reperies. *Conſuetudo* retrò *obtinuit. ſic loquitur Aſpranius: id eſt, ante actus, & præteritis temporibus.* Retrò *principes, id eſt, anteriores principes. Et hic* retrò *fuerant, hoc eſt: ante fuerant. lib. 7. ff. de offic. pro. C. de no. conſ. & cod. compo.*

60. Nationes.] *Tertullianus (inquiunt Quint. & Macerem) eum ceteros ſcriptoribus Eccleſiaſticis,* Nationum *nomine intelligit ethnicos & Gentes, quæ Deum neſciunt. Act. Apoſt. cap. 10. Vetus interpres* τὰ ἔθνη *tranſtulit in* Nationes. *Et obſtupuerunt, quia & in* Nationes *gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.*

61. niſi ſtillicidium de ſitula.] *Quintinus putat Auſterem alludere ad illud 4. Eſdr. 6. Quaſi* ſtillicidium *de vaſe ſimul eſt abundantiam eorum. Verùm eo quod ſubiicitur:* & pulueris ex arca, *quod ibi non legitur, magis placet Maceres ſententia, qui citari adnotat illud Eſai. 40. quod etiam citat ſuprà Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 1.* Gentes velut ſtillicidii ſitulæ, aut puluis ex arca. *de quo ibi latiùs. Quintinus autem aptè ſic explicat:* Situla *eſt vas hauriendis & continendis aquis accommodatum, quod in hortis ad eos irrigandos habere ſolemus. In* ſitula *eſt etiam* ſtillicidium *ſeilicet vnde aqua ſtillet ac deſluat guttatim. Sanè* ſtillicidium, *quamuis ſit in* ſitula, *tamen eſt* ſitulæ *contrarium. Illud enim ſpargit aquas, & ſitula continet. Nationes hoc modo ſunt in Deo, vel apud, ſeu penes Deum.*

62. & foris ſemper.] *Alludere videtur ad phraſin ſcripturæ, qua deſcribuntur Gentes hac periphraſi:* ij qui foris ſunt, *1. Corinth. 5. Coloſſ. 4. 1. Theſſal. 4. & 1. Tim. 3. fortaſſis etiam ad illud Apocal. 22.* foris canes; *nam (ſicuti etiam Maceremi adnotauit) canes appellat* Nationes *Chriſtus, quemetiam locum paulo poſt citat, Matth. 15. Quibus conformiter paulo poſt legit MS. Vatic. cod.* & foris *actum, pro eo quod alij eleganter:* foras, *ſed illud placet. Mox autem legimus ex MS. duobus Vatic. & Anglico:* Nondum in viam Nationum ire mandabar, *omiſſis vocibus ſuperfluis:* Gentium vel.

63. multo magis vacabar ergà nos.] *Id eſt, inquit Quintinus, vacuum, ſuperfluum. Occaſum erat illud mandatum à Chriſto Iudæis:* Quærite & inuenietis. *Vſus ſtilus imperſonalis & abſolutè verbi ſequentiſſimus.*

Cap. ix.

64. Cedo nunc ſponte de gradu iſto, &c.] *Inſcriptionem huic capiti damus:* Quòd nihil quærendum ſit vlrà quàm quærimus. *Atque de illo Prouerbio:* Cedere de gradu, *latius inter Prolegomena.*

65. Nulla vox diuina, &c.] *Similem locum adlegat ad marginem Quintinus, qui in Decreto citatur. 1. qu. 1. c. Marcionis Non putemus in ſcripturarum verbis eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis.*

66. vnum vtique & certum aliquid inſtitutum eſſe à Chriſto, &c.] *Recte hoc interpretatur Maceremi de vna Regula ſeu ſymbolo fidei, cuius tranſgreſſor articulus vnus eſt, certus, & determinatus. Neque enim Eccleſia poſt Apoſtolos nouum aliquem fidei articulum credendum propoſuit. Eiſ enim clariùs explicuerit quoſdam obſcuriores, qui ob ſui aut obſcuritatem, aut ambiguitatem poſſent contentionis cauſſa eſſe inter fideles, & diſtinxerit in plures, qui priùs* vno *generali articulo comprehendebantur; non propterea cenſendi ſunt plures reipſa articuli fidei, ſed diſtinctione & explicatione dumtaxat. Quod enim veteres in genere concuerunt, non diſtinctius & particulatim, creſcente indies hominum (hæreticorum nempè qui fidem impugnant) curioſitate, & gratia Dei in ſcripturis explicandis. Iuxta illud Apoſt. Epheſ. 3. Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc eſt reuelatum ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in ſpiritu. Paulo poſt autem ſic diſtinguo illud oratione communi & nihil amplius, niſi cuſtodiendum quod crediditi. Quamodo ſi legas, non opus erit Ioan. Harriſij conſectarum ſequi: & nihil amplius cuſtodiendum, niſi quod crediditi.*

67. Interim ex fiducia probationis præuenio, &c.] *Sic lego cum Quintino & Macereo, pro eo quod erat obſcuriſſimè* præuento. *Tertullianus enim (inquit idem Quintinus) dixerat* ſe probaturum clariſſimè veram Chriſti religionem penes nos eſſe. *quod oſtendetur in cap. 20. & 21. Certus autem de promiſſa probatione (quam dictis in capp. & aliis nonnullis videbimus) illam præueniens, tamquam iamiam faciendam; præmones interim quoſdam, qui credideràne in Chriſtum, ne ſint amplius alterius inueſtigandæ curioſi. Fuento enim Chriſto, nihil eſt amplius quærendum. Quiſquis autem ſimpliciter Euangelio credidit, vt à Catholicis maioribus noſtris traditum, prædicatumque fuit, is clariſſimè Chriſtum inuenit.*

Cap. x.

68. Ratio autem dicti huius in tribus articulis conſtitit, &c.] *Quum caput hoc eiuſdem ſit materiæ, nous titulo non eſt opus. Atque* ratio *hic vocatur. adnotante Rhenano, quæ paulo antè:* probatio. *Magis autem placeret* conſiſtit, *quod habet Quintinus, & interpretatur Maceremi, quàm quod erat:* conſtitit, *niſi infrà legeretur cap. 16.* niſi ratio conſtitetit. *Atque de Prouerbialis formula:* Hanc tibi foſſam determinauit, *inter Prolegomena ex Rhenano & Quintino.*

69. & numquam omninò credemus.] *Recte vertit Maceremus:* perfectè, *pro:* omninò. *Quia ſuprà Tom. 2. lib. de Veland. virg. ſic loquitur Tertull. cap. 8.* ſiquidem omne totum eſt & integrum, & nulla ſui parte defectum.

70. vbi ſtatio credendi?] *Metaphora à* Stationibus *militum, à quibus Veteres progredi prohibentur. De voce expunctionis vide ſuprà Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 4. nu. 15. & Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 1. num. 4. De* Matcione *autem,* Valentino, Apelle, Hebione, *&* Simone, *infrà ſub finem huius libri. Lego autem cum MS. Vatic. cod.* quo ſe mihi inſinuantes, me ſibi adducant, *pro eo quod erat:* inſinuent & me.

71. Ero itaque nuſquam, &c.] *Ex diuerſiſſima I. editionis & Rhenani ac MS. & Quintini ac Maceri lectione, hanc tamquam genuinam colligiſſe mihi videor:* Ero itaque nuſquam dum vbique conuenior: Quærite & inuenietis: & velint me ſic eſſe nuſquam; quaſi qui numquam adprehenderim illud quod Chriſtus inſtituit, quod quæri oporteat, quod credi neceſſe eſt. *Atquerecte ſic hunc locum interpretatur: Tibi ſtatuæ, quid quærendum, quando quærendum, & quoadiu quærendum, quia ſemper addiſcentes, & ad ſcientiam veritatis numquam peruenientes, improbat Apoſtolus. Dum clamatur vndique:*

vndique : Ecce hic est Christus , ecce illic est ; plerique nunc hoc, nunc illuc diuertunt, hæsitantes nunc vbi Christum adhuc inuenerint , admonitionis diuinæ eorum memores, quæ prædixerat, Nolite credere. Hinc omnium fere ebullit hæresium, quasque suum sibi Christum fingente , subindeque refingente. Fallitur iste Christi, variantesque de salute hominum sententias , à ueligio sequitur Epicurissimus, in magna cæli cælestisque securitate , & contempti vitæ. Quidam vero sese medios interferunt, quos non improprie cum vulgo nostro sapientes mundi , seu sapientes mundanæ vocaru. Academicum nefcio quod ἀκατάληπτον prisca Ecclesiæ Decretis commissent , Cunctari, Morari, Sustinere volunt ad futurum vsque Concilium : Nec inierim Constantios puniri (quia delinquere non existimant) nec antiquæ communionis Ecclesiasticæ vros (quod more maiorum viuant) veritate vexari. Bene vir, si nesciss (& certè quisquis es, nescire te puto) insomne præuaricator es , pœna simili , qua tu uille Gnosticus , cuius causa præuaricatio , affecturus. O solomin ciuitate bene constituta tribus formidandum legem! quæ prinat honoribus eum, qui nesitrans factionem sequitur, aræ sedilione. Cæterum, vt hæc hominum leges effugias , ineuitabilis est illa , quæ voluit, aut calidos nos, aut frigidos esse. Tepidos enim Deus nunc euomit.

Cap. xi.

72. Impunè erratur , nisi delinquatur , &c.] *Eiusdem etiam quum argumenti sit hoc caput , titulo non indiget. Errare autem (inquit Quintinus) est otiosum & sine causa vagari, & hac illac discurrere , dum nulla certa rectáque via tenetur, qua nos ad desideratum quempiam locum ducat. Metaphoricè inde factum, vt errare sit à vero labi , veritatem rectè non sequi ; quod absque reprehensione fieri nonnunquam potest. Et si per ignorantiam ac simplicitatem labamur , impunè tunc erratur. Homines etiam spirituales & sancti hoc modo frequenter errant, ignorantes quid agant, aut dicant. Hieronymi celebratur verbum de optimo genere interpretandi : Humanum est errare, prudentis est errorem confiteri. Propius hic dictis accedit , quod Augustinus cap. 4. lib. 1. contra Academicos scriptum reliquit : Errare est semper quærere, & nunquam inuenire. In Tertulli uno sequitur :* Errare est delinquere. *Certèin vita morum nullus error sine delicto. Nec error est vllus , qui non sit malum. Videas eundem Augustinum cap. 17. de tribus quatuórve subsequ. capp. in Enchiridio ad Laurentium. Adscribam quod est in cap. 19. Ipse per seipsum error, aut malum in re magna, aut paruum in re parua , tamen semper est malum. Quia enim malum neget esse , adprobare falsa pro veris : aut improbare vera pro falsis : aut habere incerta pro certis : vel certa pro incertis ?*

73. negator inueniot.] *In Christi* (inquic idem) *religione qui sint habendi Confessores, & qui* Negatores, *ex verbis Christi cognoscitur apud Luc. 12. c. Prolixè dicebamus in Apost. can. 62.* Negator *est, qui tritam veritatis viam semel inuentam, Christique fidem cum Catholicis acceptam, postea deserit coram hominibus, innouat , aut immutat. Hunc etiam Christus deserturus ac negaturus est coram Angelis Dei. Propterea* Negatores *ab Ecclesia communicatione depellebantur , quia non sustinuissent in finem, sed ad Gentes aut hæreticos defecissent ; quod ipse Tertull. adstruit in lib. de Monogamia. Vixque recipiebantur , dum pœnitentes postea redirent. Quæres in Ecclesia prisca fecerolim controuersiam maximam. Quamobrem Tertullianus hic tam quam probrum grande, non tantum deficientibus ad hæreticos plenè, sed ab hæreticis aliquid addiscere volentibus, obiicit, quòd sint* negatores.

74. Perdideratvnam ex decem didragmis, &c.] *Similis planè locus infrà aduers. Marc. lib. 5.* Dragmam perditam quis requirit? Nónne qui perdidit ? Quis autem perdidit ? nónne qui habuit ? *Atque adeò magis quidem placeret, vt secundum Quintinum, Macerum, & Latinum legeretur:* ex decem dragmis, *maximè quum etiã Græce legatur δέκα δραχμὰς, & lib. quoque de Pœnit. supra Tom. 2. & capite sequenti legatur:* dragmam , *nisi meminissem legi 2. Machab. 4.* argenti didragmas *trecentas, & Matth. 17. Accesserant qui didragma accipiebant, &* : *Non soluit didragma. quorum posteriori loco etiam Græce legitur τὰ δίδραχμα. Atqui δίδραχμον, sine* didragma, *duas* dragmas *Budæus significat , valentes sexta illum 7. solidos Turonicos. Legimus autem mox ex Vatic. cod. MS. & vt acce pit. Illud autem :* hactenus institit, *acciputur, ac si dicat : insistere cessauit.*

75. & quærenti inuenietur.] *Sic veritir quod noster habet interpres:* & qui quærit, inuenit.

76. Viderit qui quærit semper, &c.] Semper quætere *(interpretatur Macereus) eius est qui incertus est :* semper pulsare, *eius qui audiuit non est :* semper interpellare, *eius qui admissus non est. Nobis verò Dominus contrarium præcepit, vt nemp̃ non dubie fidei simus, Matth. 14. Vt credamus nos exaudituros, Matth. 7. & satis sum de veritate instructus, Ioan. 4. & 16. Legimus autem mox :* Vbi non inuenietur, *ex cod. Vatic. MS. pro* : inuenitur, *eo quod sequatur :* quia numquam aperietur.

Cap. xii.

77. Nobis etsi quærendum esset , &c.] *Titulum huic capiti damus :* Si Christianis quærendum , non apud hæreticos, sed apud nostros. *Legimus autem ex Macereo :* esset, *pro :* est.

78. apud hæreticos? vbi omnia extranea.] *Omissum negationem :* Non, *cum MS. Vatic. cod. & Quintino. De hoc autem loco sic Macereus :* Apud hæreticos *veritas non inuenitur, quia quæ illorum est pro fanat magis quàm ædificationem Dei , quæ est in fide, 1. Tim. 1. & semper discentes , nunquam ad scientiam veritatis peruenientes , 2. Tim. 3. & volunt esse tere Euangelium Christi, Gal. 2. Quia etiam Ecclesia apud eos non est (sed apud nostros) quæ dicitur columna & fundamentum veritatis, 1. Tim. 3. Neque Deus penes illos est , qui aperit oltium fidei , Act. 14. qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit , Apocal. 3. neque etiam S. Petrum agnoscunt , sine hæresis auctorem , cui tradita sunt claues regni cælorum, Matt. 10. quarum etiam donare non est, quod apud eos non sit patet luminum (à quo omne donum perfectum, Iacobi 1.)*

79. donatiuum & stipendium captat.] *De* Donatiuo *vide supra Tom. 1. lib. de Cor. mil. cap. 11. num. 2. quod Macereus non videtur adsecutus , quando vertit Gallicè :* appointement. *Legimus autem cum Quintino & MS. Vatic. cod. pauló post :* vicini ianuam, *pro eo quod erat :* vicinam , *eo quòd id magis respondeat parabola Luc. 11. Et legit quidem MS. cod. Anglicus :* Nemo inde instrui potest. *sed Tertullianicum est :* strui.

80. Nemo ab eo illuminatur , à quo contenebratur.] *Et hoc & prius illud de hæreticis dictum :* vbi omnia aduersaria veritati, *seu* veritatis , *vt legit MS. Vatic. cod. pertinet ad errorem B. Cypriani, de quo latius infrà lib. de Baptismo, & inter Tertulliani doctrinam in Prolegomenis. Legimus autem ex conciliatura Rhenani & Latini :* sdque dumtaxat, *pro :* in quo ? dumtaxat.

Cap. xiii.

81. Regula est autem fidei, &c.] *Inscriptionem hinc tu pices desumus :* Quæ sit Regula seu symbolum fidei. Regulam *enim fidei nuncupat Symbolum, quod nos Apostolorum (& ipse quoque Auctor infrà cap. 21.) dicimus, idque non hic modo, & cap. proced. & sequenti, sed & supra Tom. 2. lib. de Veland. Virg. cap. 1. & infrà ad. Marc. lib. 1. & lib. adu. Praxeam, cap. 2. Imitatus (vti rectè admotauit noster Fen-ardentius) B. Irenæum l. 1. cap. 4. adu. hæres. & l. 3. c. 2. qui* Regulam fidei *vocat, seu veritatis , quam in Baptismo accipimus , adludens ad recitationem Symboli in Baptismo , de qua latius infrà initio libri de Baptismo Auctor. Hos autem etiam ineas appellatione* Symboli Apostolorum *sequuntur Nouatianus infrà Tom. 5. initio lib. de Trinitate , qui* Regulam veritatis *nuncupat , sequutus Tertull. initio lib. adu. Hermogenem ; Origenes Præfat. in lib. Periarchon; Augustl. 1. de fide & symbolo, & B. Chrysost. hom. 1. in Symbolum, & Rufinus initio sua Expositi. in Symb. Tom. 3. inter opera Cyprian.* Regulam *autem capias (inquit Quintinus) quam definit Isidorus apud Gratianum Dist. 3.* Regula *dicta est, eo quod recte ducat, nec aliquem trahat aliorsum. Nostræ fidei symbolum , nostræ religionis articuli vocantur hic* Regula. *Legimus autem cum MS. Vatic. cod. & Quintino ac Macereo :* vt iam hinc Quid credamus profiteamur, *pro :* quid defendamus.

nihilo, *pro*: ex, *ac deinde*: ex spiritu Dei patris *cum Patric. & Quintino.*

82. vnum omninò Deum esse, &c.] *Quod ad hunc primum fidei articulum adiines. Imprimis de Deo vero & vnico, eóque eodem mundi conditore, exstant infrà duo integri libri Auctoris* 1. & 2. *adu. Marc. qui duos Deos, vt infrà patet cap.* 51. *commentus erat, & libri* 8. *Cypriani ad Demetrianum, & de Idolorum vanitate. Quod autem hic non additur*: omnipotentem, *id reperire est supra lib. de Veland. virgin. in hac verba*; & *infrà cap. vlt. hmnis libri, vbi de Praxeæ hæresi disputat*: Regula quidem fidei vna omninò est, sola immobilis & irreformabilis, credendi scilicet in vnicum Deum omnipotentem, mundi conditorem. *Quod posteremum pluribus verbis huic exprimit*: qui vniuersa de nihilo produxerit, per verbũ suum primò omnium emisſum, *hoc est* (*vt interpretatur etiam Mercerus*) *ante omnia sæcula genitum. Similiter quem Auctor imitatur, Irenæus lib.* 2. *cap.* 2. In vnum Deum patrem omnipotentem, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. *Quemadò verò* omnipotens *dicatur, latè explicat Rufinus in Symbolo, qui addit omnes Orientis Ecclesias legere*: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem.

81. Id verbum filium esse appellatum, &c.] *Sic hunc* secundum articulum fidei *rectissimus ex Mss. cod. Anglico, pro eo quod erat*: filius. *Quod autem hic dicit*: filium appellatum, *suprà lib. de Veland. virgin. simpliciter dicit*: & filium eius Iesum Christum, & *infrà adu. Praxean apertius*: vnicum quidem (*inquit*) Deum credimus, sub hac tamen dispensatione, quam οἰκονομίαν dicimus, vt vnici Dei sit & filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. *B. Irenæus similiter*: & in vnum Iesum Christum filium Dei. *Rufinus verò*: & in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, vnicum filium eius. *Et certè quòd Christus verè sit* Dei filius (*contra negantes eius diuinitatem*) *latè Auctor docuit Tom.* 1. *Apolog. cap.* 20. & 21. & *infrà lib. adu. Praxean paulo post medium. Omittimus autem cum Mss. Vatic. cod. & Quintino, secundo loco* Verò, *ac*: eius, *legentes dumtaxat*: in nomine Dei variè visum Patriarchis (*de quo etiam alibi latius*) in Prophetis semper auditum. *Pertinent autem huc quæcunque citat scripturas B. Cyprian. lib.* 2. *Testim. adu. Iudæos, vsque ad cap.* 6. *titulo: Quòd Deus Christus*; & *Nouatianus infrà sub medium lib. de Trinit. Tomo* 5.

84. Postremò delatum ex spiritu Dei patris, & virtute in virginem Mariam, &c.] Tertium fidei articulum *paucioribus expressit lib. de Veland. virgin.* natum ex Maria virgine; & *latius adu. Praxeam*: Hunc missum, *inquit*, à patre in virginem, & ex ea natum, hominem & Deum, filium hominis & filium Dei, & cognominatum Iesum Christum, *pro quo hic apertius*, & esse Iesum Christum. *Rursus autem*: Qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine, *Quod etiã verobique defenditur, hic supletur*: ex spiritu Dei patris. *Irenæus verò quàm breuiſſ.* incarnatum, *inquit*, pro nostra salute; & *mox*: & eam quæ ex virgine est generationem. *Præterquàm autem quod latissimè incarnationem Domini comprobat suprà Tom.* 1. *contra Iudæos, cap.* 7. & 9. *totus liber adu. Marc.* 3. *de Christo est, quem contra illius hæresim, probat verè hominem fuisse, & quòd ex virgine nasceretur, etiam lib. de Carne Christi. Quem imitatur rursum B. Cyprian. loco citato à cap.* 7. *vsque ad* 14. *Cur autem* & Christus *dicatur, & Iesus, tradit Auctor suprà Tom.* 1. *lib. adu. Iud. cap.* 9. & *infrà lib.* 3. *adu. Marc.*

85. Fixum cruci.] *Latius hunc* quartum articulum fidei *explicat lib. de Veland. virgin.* Crucifixum sub Pontio Pilato, & *lib. adu. Praxean*: Hunc passum, hunc mortuum, & sepultum secundum scripturas. *Quæ Irenæus vnica voce expressit, & passionem. Atqui scripturas, ad quas alludit, videre est, tum lib. adu. cap.* 8. 10. & 11. *ac iisdem penè verbis dicto lib.* 3. *adu. Marc. quemrursus imitatur B. Cyprianus dicti libri à cap.* 14. *vsque ad* 24. & *Rufinus in Symbolo, qui etiam difertis verbis sepulturam Christi prædicans, vt non dubitandum sit esse hic cassigandum Symbolum Rufini*: Crucifixus sub Pontio Pilato, mortuus & sepultus.

86. Tertia die resurrexisse.] Quintum fidei articulum *ipsum sic reddit lib. de Veland. virg.* Tertia die resuscitatum à mortuis, & *adu. Praxean*: & resuscitatum à patre. *Qua tria solùs hic recitat expressiùs Irenæus*: & resurrectionem à mortuis. *Scripturas, quibus ea probàtia fuit, habet B. Cyprian. vbi suprà cap.* 24. & 25. *ac Rufinus in Expositione Symboli. Quibus verbis præmittit*: Descendit in infernã, *etiam id scripturis comprobans, Psal.* 15. 21. 29. *ac* 58. & *Matth.* 11. *ac* 1. *Petri* 3. *quarum & plerasque citat Cyprianus dicto cap.* 24. *hoc titulo*: *Quòd à morte non vinceretur, nec apud inferos remanſurus esset*; *cui similis & alterius cap. titulus*: *Quòd ab inferis tertia die resurgeret. Tertull. verò etiam descensum Christi ad inferos confitetur. lib. de Resurr. carn. dum eum scribit portas adamantinas mortis & æneas seras inferorum confregisse*; & *apertiis lib. de Anima, vbi disputat*, an ad inferos omnes animæ compellantur.

87. In cœlos ereptum sedere ad dexteram Patris.] *Haud absimiliter* sextus fidei articulus *legitur lib. de Veland. virg.* Receptum in cœlis, sedentem nunc ad dexteram patris. *ac adu. Praxean*: & in cœlos resumptum, sedere ad dexteram patris. *Quare etiam notandus hic locus mss ex Mss. Vatic. cod. & Quintino*: sedere, *pro eo quod erat*: sedisse, *maximè quomlegatur Marci vlt.* Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei, *non*: sedit; & *Colloss.* 1. *vbi Christus est* in dextera Deisedens, *quod* 1. *Petri* 3. *iisdem verbis repetitur. Quæscripturæ quum manifestæ sint, nescio quid Rhenanoin mentem venerit, quod exemeriti illa verba*, sedere ad dexteram Patris, *quæ adeò rectè iterum sunt addita à Gelenio ex Anglico altero codice. Irenæus quidemnon aliud legit quàm*: & in carne in cœlos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri. *Sed Rufinus conformiter Auctoris nostri*: Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris: *quam etiam Prophetis veteris Testamenti posteriorem clausulam confirmat. Eadem pertinet cap.* 26. *lib. Testim. B. Cyprianibus titulis*: *Quòd quum resurrexisset, acceperit à Patre peccatorem, & potestatem eius æterna sit. Illud enim*: sedere ad dexteram Patris, *ad aqualem cum patre potestatem pertinere theologi fiunt.*

88. Mississe vicariam vim Spiritussancti, qui credentes agat.] *Transpositi sunt isthæ & sequens articuli alio quàm apud Rufinum ordine, qui* octauum articulum ponit (*sicuti & alij omnes*) Et in Spiritum sanctum; *quem hic satis congruè semporis habita ratione*, septimum *facit Auctor, & Irenæus quarto loco collocat, paulo latiùs in hac verba*: Et in Spiritum sanctum, qui per Prophetas prædicauit dispositiones Dei. *Auctor quoque infrà lib. adu. Praxeam, loco postremo*: Qui exinde (*inquit*) miserit secundum promissionem suam à Patre Spiritum sanctum paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.

89. Venturum cum claritate, &c.] *Hic tres* fidei articulos septimum, vndecimum, & duodecimum *quasi vno fasce compingit, imitatus in hoc Irenæum, qui sic habet*: Et de cœlis in gloria Patris aduentum eius ad recapitulanda vniuersa, &c. *qua mox adsereemus suo ordine. Auctor interim etiam distinguit lib. de Veland. virgin.* Venturum, *inquit*, iudicare viuos & mortuos: *acisdem verbis lib. adu. Praxean. Quare non mirum est, eadem ipsa reperiri in Symbolo Rufini, qui insuper multis diuinarum scripturarum testimoniis id ipsum comprobat, & iam olim ante illum B. Cyprian. lib. superius citato cap.* 28. & 30. *quin verò etiam ipse Tertull. suprà Tom.* 1. *adu. Iudæos, cap.* 14. & *infrà lib.* 3. *adu. Marc.*

90. Ad sumendos sanctos in vitæ æternæ & promissorum cœlestium fructum, &c.] *Pertinet huc ad* duodecimum articulum fidei *secundum communem distinctionem*: Et vitam æternam, *quem etiam in Explicatione Symboli Rufinus cum præcedenti coniunxit articulo, vti etiam Irenæus*: Et iustis (*inquit*) & æquum & præcepta eius seruantibus (*quos Auctor* sanctos *nuncupat*) in dilectione eius perseuerantibus, *quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex Pœnitentia* vitam

donari,

donans, incurruprelam loco muneru conferat, & claritatem æternam circumdet. *Qui etiam ecentrario addit: Spiritalia verò nequistæ & angelos transgressos atque apostatas factos atque impios & iniustos, & iniquos & blasphemos homines* in ignem æternum mittat, *quemadmodum hic Tertull. locum imitatus:* & ad profanos iudicandos igni perpetuo. *De quo alibi latius.*

91. facta vtriusque partis refutcitatione cum carnis resurrectione.] *Illud denique ad* 21. articulum fidei *spectat, quem scireddit Rufinus:* Huius carnis resurrectionem. *Immò ipse quoque Auctor iisdem penè verbis lib. de Veland. virg.* per carnis etiam resurrectionem, *cui addit Irenæus:* à mortuis. *Verùm de ea latius infrà lib.* de Resurrectione carnis. *Hic sufficiat quod adnotauit Quint. nus ad illa verba:* partis vtriusque resuscitatione. *Non intelligas* (inquit) *corporis & animæ* resuscitatione; *quandoquidem Tertullianus Animam credidit, & vbique posuit immortalem; non ergo* resuscitatur. *Sed* vtriusque partis resuscitatione, *id est,* partis *Sanctorum & bonorum mortuorum,* partisque *malorum & profanorum mortuorum* suscitatione. *Deus enim* suscitabit *vtrosque. Plerique putabant impios, & peccatores hic morientes, animo, corporeque simul interire, nunquam resurrecturos. A Dauide nempè scriptum fuerat: Non resurgent impij in iudicio, Psal.* 1. *Resurgent quidem, sed non in iudicio; id est, vt iudicentur: quia iam iudicati sunt, & pœnis certissimis destinati. Sed omnibus, & carnem resituet Deus, & in omnibus anima sociabitur carni. Verò de reliquis duobus* nono & decimo articulis fidei, *qui vel præcipuè à baptismate existi solent, libro de Baptismo infrà latius, vel ex ipso Tertulliano sub finem, vbi agemus de verbo illo:* Credis remissionem, *siue:* in remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam. *Quid enim aliud sonant illi apud Rufinum articuli:* Sanctam Ecclesiam Catholicam, *&:* remissionem peccatorum?

Cap. xiiii.

92. Hæc Regula à Christo vr probabitur, instituta, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quòd de hac fidei Regula quæritiones non sint agitandæ. *Atqui ei quod hic dicit:* à Christo institutam hanc Regulam, *nihil obstat quod infrà cap.* 21. *videatur eam ad* Traditionem Apostolorum *referre, quia quemadmodum ibidem loquitur, & rursum cap.* 30. Id sine dubio tenendum, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo fuscepit. *Talem autem esse hanc* Regulam *seu Symbolum hoc, ipse Auctor affirmat lib. adu. Praxean infrà dicens:* hanc regulam ab initio Euangelij decucurrisse. *Nec dissentit Irenæus:* Ecclesia enim *(inquit)* per vniuersum orbem vsque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorum accepit eam fidem. *Quæ eo diligentius aduertamus aduersus Erasmum, & eos, qui in hoc* Symbolum Apostolicum *sit, dubitare non verentur. Adleget præterea in Irenæum Epi. ardentius ex Clem. Rom. epist. 1. ad tacitum seu Simonem fratrem Domini, eadem penè verba quæ transcripsit Rufinus, ac ipsius symboli verba ex Leitourgeis B. Iacobi Hieros. Epi. capi., citata à Dionysio Areopag. Eccles. hierarch. cap.* 3. *& nos suprà memoriamus Tom.* 2. *initio lib. de Oratione, inter diuinæ cæremoniæ; infrà idipsum probatur de Baptismo, ex Patribus, atque ipse eodem Clemente Constit. Apost. lib.* 7. *Hic sufficiant loci ab eodem adnotati BB. Hieron. ad Pammach. & Ambr. epist.* 81. *Aug. sermone* 115. *& de tempore, Leonis Papæ serm. & epist.* 13. *ac Isidor. lib.* 2. *de Eccles. offic. c.* 23. *vt omittam Hrabanum nostrum de Symbolo & regula fidei, cap.* 56. *& sq. lib.* 2. *de instit. clericor. & in opere de Vniuerso.*

93. est vtique frater aliquis Doctor, &c.] Doctores *(inquit Quintinus)* in Ecclesia Christi tertium locum tenent. *Apostolis præmium, Prophetæ secundum, Act. Apost. cap.* 13. *& 1. Corinth.* 12. *Quos & Euangelistas & pastores eo dem nominat puto, Eph. cap.* 4. *Tertullia. autem nobis hic ostendit, quisnam sit Ecclesiæ* Doctor, *qui gratia scientiæ donatus est, puta; qui docet (vt ait Apostolus) & in doctrina perseuerantes est, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Nullus igitur qui præstare superiora non potest, Ecclesiasticus* Doctor *est. Qui interim nimis liberè legit:* Fides, inquit ille, tua, *quum nusquam aliter loquatur Tertullianus quàm absolutè:* inquit.

94. fides in regula posita est.] *Non (inquit Quintinus) in disputatione ergo ita, vel in magna aliqua scientia. Exiisdem verbis infert Macrerius, quandoquidem in regula sit posita, sequi eam oportere sine immutatione aua disputatione.*

95. & falurem ex obseruatione Legis.] *Colligit hinc idem Macrerius nudam fidem sine obseruatione legis, atque adeo sine operibus, salutem non adferre, vt est epist. Iacobi cap.* 2. *de quo alibi latius. Qui etiam legit paulo post cum Quintino:* Nihil vltrà scire, omnia scire est, *pro eo quod aliy:* Nihil scire. *Sine autem mox legas:* qui & ipsi adhuc fe quærere confitentur *cum excusis, sine cum Anglico cod. MS.* profitentur, *perinde est. Lego deinceps cum Vatic. MS. cod.* spectans ad eos qui & ipsi quærunt, dubius ad dubios, incertus ad incertos, cæcus ad cæcos, *pro eo quod aliy:* à dubiis, ab incertis, à cæcis; *quam lectionem secuti videntur, solum ea de causa quod sequatur:* in foueam deducaris necesse est.

96. sed quum decipiendi gratia prætendunt se adhuc quærere, &c.] *Sic ex Vatic. MS. cod. & Quintino, maximè quum Latinius eundem sensum insinuans, existimarit:* ad hoc, *quod prius erat, accipiendum pro:* adhuc, *& quod sequitur:* Quum enim quærunt adhuc. *Atqui paribus (inquit Quintinus) strophis, vt olim Gnostici, nunc græssantur. Clàm fugerunt nescio quos Catechesum suarum, Locorumque communium libellos legendos; quibus perlectis (ni Deus interfit) tamquam diuini pectoris fonte epotæ, delirus senex, anus garrula, verbosus sophista, causidicus, laniticus, turidicus, panificus, (& qui non banausi) de repente summus orbs Theologus prodit, qui Ioannem, qui Paulum commentari possit. Dumque mella sua nobis Hyenæ venena propinant, ad ea bibenda nos voce blandissima prouocant, & monent, vt solummodò disficiamus, an vera, nobisque salutaria mentent; à quouis enim sese paratos addiscere verutatem. Si vel nutu contradicas, in rabiosas mox incenduntur disputationes. Omnia siquidem se scire persuadent. Iam nihil se quærere, aut addiscere velle proclamant. Ista nobis graphicè designat hic Tertullianus.*

97. cui veritati patrocinantur, &c.] *Sicuti (inquit idem) meretrix, & adultera mulier apud Salomonem de vetu & victimæ se ostentat pro salute suuenis à se deceptisalsis & exoletis, Prouerb. cap.* 7. *sic & hæreties fingunt apud simplices, nihil se, quàm salutis viam munire ceteris. Nec aliud se, quàm veritatem quærere; quum tamen toti sine ex mendaciis conflati. Veteres sunt ista diabolitechna.*

Cap. xv.

98. Sed ipsi & de scripturis agunt, &c. de scripturis suadent, &c.] *Titulum hunc capiti dedimus:* Quòd proinde hæretici non sint admittendi ad scripturarum disputationem. *Quadere Auctor vsque ad cap.* 22. *& cap.* 37. *vsque ad* 41. *Tertullianum etiam imitatur Pœnentius Litmensis, cuius libro De profana hæreseon nouitate, vereè aureo, ad quem compendij gratia Lectorem remittis. Similiter iam antea B. Irenæus lib.* 3. *adu. hæres. postquam cap.* 2. *docuit hæreticos & scripturis aduersari, & traditionibus, sequentibus capitibus, omissa disputatione ex scripturis, per Traditiones eos conuincendos putauit, quæ madmodum & Tertull. infrà cap.* 21. *vbi de eo latius. Atque adeò Auctor libris sequentibus, dum aduersus hæreticos etiam nonnunquam ex scripturis disputat, addit aliquam excusationem. Sic lib. de Baptismo:* Huius memores pronuntiationis tamquam præscriptionis, nihilominus, &c. *Item lib. de Carne Christi:* Post quas *(nempè præscriptiones)* etiam ex abundanti retractamus. *Et lib. de Resurr. carn.* Hoc fermè modo dicimus ineundam cum hæreticis disceptationem. Atque adeò & hæretici ex conscientia infirmitatis numquam ordinariè tractant. *Et lib.* 1. *adu. Marc.* Nunc quatenus admittenda est congressio interdum, ne compendium præscriptionis vbique aduocatum dissidentiæ deputetur. *Denique adu. Praxean:* Sed salua ista præscriptione, vbique tamen propter institutionem & munitionè quorundam,

dandus est etiam retractatibus locus, vel ne videatur vna-quæque peruersitas, non examinata, sed præiudicata damnati. *Non itaque omnem Auctor disputationem cum hæreticis damnat: sed imprimis* (*Vti adnotat Macerus*) *eam quæ fit ab eo, qui diu stans apud quos fit futura victoria, ad quam refertur illud Matth. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. Item quando planè indurati sunt, & proprio iudicio damnati, iuxta Apostolum ad Titum 3. quales plerumque sunt ipsorum Ministri hæresiarcha, quibus nec Auc dicendum, 2. Ioan. 1.*

99. Venimus igitur ad propositum, &c.] *Tertullianus enim, inquit Quintinus, hoc vnum tot suo libro docendum proposuit, non esse de scripturis cum Gnosticis altercandum, sed neque loquendum. Nam disputationes huiusmodi vexant in fide firmos, conturbant, & vacillare faciunt, & alio sæpè transferunt medios, In hæresin verò deturbant infirmos. Hæc verè verosa si non sunt, aduersus hæreticos altercari, disputare, scribere non cessemus. Neque ieiunemus, & ermmi in eos: interim tamen, & vbique memores, quòd hoc genus dæmoniorum nmi eiicitur, nisi in oratione & ieiunio. De Prouerbialis autem formula: gradum obstruere, vide nostra Ptolegomena. Lego autem cum Quintino: non admittendos, pro:* admittendi, *eo quòd infrà initio cap. 37. illud legatur. Atqui pro eo quod satis obscure legitur:* Si hæc sunt vires eorum, *Latinus putat legendum:* Sint ne illæ iuris eorum. *sed nihil potest immutandum, eo quod illud etiam MS. legant, & constet sensus etiam legendo:* Anne, *quemadmodum ex versione Macerei constat: Vt nihil sit opus cum Quintino legere:* vt ne. *Illud autem:* ad eas, *interpretatur Paraphrastes Macerei de disputatione ex eisdem scripturis.*

Cap. xvi.

100. Hoc de consilio diffidentiæ, &c.] *Causam primam reddit hoc capite, cur cum hæreticis ex scripturis non sit disputandum:* Quòd id Apostolus censuerit.

101. constitutionis.] Constitutio (*Vti suis ad me missis Scholiis adnotauit Latinus*) *pro constitione videtur poni, vt apud Ciceron. lib. 2. de Inuentione.*

102. prohibenti quæstionesinire, nouis vocibus aures accommodare.] *Adludit ad duo loca 1. Tim. 6. priorem: Iangueus circa* quæstiones, *& pugnas verborum: alterum, deuitans profanas* vocum nouitates.

103. post vnam correptionem.] *Sic etiam paulo post; pro eo quod supra cap. 6.* post primam. *Atqui B. Hieronym. (inquit Quintinus) in huius fere loci declaratione multus est. Imprimis τὸ δεύτερον, quæ lectio Græca est, commentionem magis, atque doctrinam, quæ sit absque increpatione, melius dici, quam correptionem, quæ non est sine austeritate verborum & mali comminatione, adstruit. Inde legit:* hæreticum post vnam & alteram correptionem deuita, *quod in Latinis codic. dicit esse scriptum, & addit, quod hanc lectionem Papa quique Anastasius adprobat. Mendosus est B Hieronymi codex, in que scribitur Athanasius: nullus enim fuit hoc nomine Papa Romæ, sed quatuor fuerunt. Anastasij, quorum primus ille fuit exercitet annum Domini 400. dum fratres Arcadius & Honorius imperarent. Hieronymus postea subiungit admonitionis iterande causam, contrariam certe Tertulliano, dicens, quòd scilicet non sufficiat eum semel tantum corripi vel commoueri, qui sit aliqua deprauatus errore. Sed & secunda fit ei adhibenda doctrina,* vt in ore duotum vel ttium stet omne verbum. *Hæc Hieronymus à Tertulliano multum diuersa secutus videtur. Et equidem miror, quomodo pari iure Christianos & hæreticos regi velit, quum pro constitutu ponat (* vt etiam Tertullianus) hæreticos non esse Christianos. *Ambrosius hunc explicans Apostoli locum, sequitur Auctorem nostrum: verumtamen aliam rationem reddit, quam Tertullianus. Quum deferipsisset hæreticos, & hæreticorum morem damnasset in scripturis interpretandis, subdidit:* Idcirco huiusmodi homines in inexcusabiles sint, semel corripi oportere. *Frequentius enim correpti, exercitatiores fient in malo. Cogere autem illos videtur qui sæpe corripit, vt solicitores fiant ad perditionem multitudinem. Ideo dimittendus, vt negligentiores effectis, soli sorte pereant. Hæc Ambrosius Tertulliano consentiens. Chrysostomus* post admonitionem statim vitandos *putat esse, quorum sanitatis spes nullo superest, quando quis videlicet apertus & manifestus veritatis aduersarius, τῦτος ἔσται (ait) παντὸς ἐκτὸς. τί τὸ ὄφελος δ' σώσεις; id est, cuius causa laboras incassum? quid aërem verberas? Suo namque iudicio damnatus est, qui* post admonitionem *perstitit in infidelitate. Sed in quibus admonitionis spes est aliqua, tamets nonnumquam reluctentur, sed simpliciter, & veritatis studio magis, quam pertinaci & contentioso disputandi affectu, iam tum nobis in mentem veniat alterius Apostolicæ institutis: Vt eos tolereimus, & erudiamus continuè, qui resistunt veritati, siquando Deus det illis pœnitentiam: ad cognoscendam veritatem, & respiscant à diabolica captiui tenentur ad ipsius voluntatem, 2. Tim. 2. Istas autem Christi tranorum* admonitiones *sine castigationes, vt loquitur Tertullianus, ad Christi constitutionem refero, Matth. 18. vt occulte prius meneantur, inde coram testibus. Quod si contemnant, ad Ecclesiam deferantur. Incorrigibiles autem si non audierint Ecclesiam, iam pro publicanis & ethnicis habeantur. Atqui nulla cum talibus de scripturis communio Christianis interesse sit vnquam. Hoc pio modo sanctis Patres, Apostolis locum nobis explicant, non ridiculis & cauillis agentes, vt quidam cum suis nescio quibus Coletis adnotauit. Hæc prima ratio cur de scripturis disputare non oporteat cum hæreticis, quia prohibuit hoc Apostolus. Porro Tertullianus, Ambrosius, & Chrysostomus consentit etiam B. Cyprianus, non vno in loco, quemadmodum nuper adnotauimus ad epist. eius 55. num. 108. & lib. Testim. 3. cap. 78. num. 142. Item Lucifer Caralitanus, libro De non communicando cum hæreticis, & B. Irenæus lib. 3. aduers. hæres. cap. 3. contra quam sententiam perperam Quintinus; Vt etiam in hoc videtur hallucinari Feu-ardentius, quòd Chrysost. alteram lectionem adscribat, nisi forte mendosum nactus fuerit codicem, quum supractatus Commentarius contrarium contineat. Legit autem sicut nos I.r Auctor, B. Ambros. epist. 55. & secundum quosdam codices, B. Augustin. epist. 162.*

Cap. xvii.

104. Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, &c.] *Alteram hoc capite dicta sua præscriptionis causam reddit:* Quòd nihil proficiat ex scripturis disceptatio. *Hæreticis enim (inquit Quintinus) numquam fuerunt, neque modo sunt, in scripturis aut recipiendis, aut exponendis concordes. Nec hic vbique regis cum Catholicis, sed has priustim pro suo quisque captu regere volunt, atque voluerunt. Hæc est ratio secunda, propter quam de scripturis congressus nullus debet esse Christianis, & hæreticis. Qualem Tertullianus hic, talem demonstras Ambrosius hæreticorum pernicicsam esse circa scripturarum authoritatem. Sancti Doctoris verba subnectam ex ea capite ad Titum posteemo, quod anteriore cap. citabam. Sic Ambrosius: Hæretics sunt, qui legem per verba legis impugnant. Proprium enim sensum verbis adstruunt legis, vt praustatem mentis sue commendent legis auctoritate. Impietas enim sciens auctoritatem multum valere, fallaciam sub eius nomine componit: Vt quia res mala per semetipsam non poterit accepta bilis esse, nomine bono commendetur. Hæc Ambros.*

105. Ista hæresis non recipit quasdam scripturas, &c.] *Hæc pertinet quod habet B. Irenæus lib. 3. adu. hæres. cap. 5. Glariantes emendatores fe esse Apostolorum, & illud B. Cyprians lib. de Vnit. Eccles. Corruptores Euangelij atque interpretes falsi, extrema ponunt, & superiora præterunt, partis memores, & partem subdolè comprimentes. Vt ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita vnius capitulis sententiam scindunt. de quo ibidem latius Adnot. nostris num. 38. Similiter B. Augustin. de Genesi ad litt. lib. 7. Hæreticis proprium esse dicit, vt falsas opiniones suas scripturis præue detortis contra veritatem pernicacter adferant. Plura vide apud Vincentium Lirinensem. Hic sufficiat quod habet Macereus: Quum (inquit) aduersus hæreticos scriptura sacra adlegatur, euadere nituntur tribus modis; Aut dicendo apocryphum esse librum qui citatur, aut falsam esse lectionem & suppositiuam, aut ex cerebro suo nouam quærentes, aliam quam Ecclesiæ est, interpretationem. Legunt autem Quintinus & Macereus:* diuersas expositiones commenta eas conuertit. *Sed placet excussorum aliorum & MS. lectio:*

commen-

commentata conuertit. *Huc pertinet etiam illud B. Augustini her. 46. de Manichæis: Ipsum nouu Testamenti scripturas ita legunt, ve quod volueriut, inde accipant*; quod nolunt, reijciant; *eisque tamquam non sotium Verum habentibus Apocryphas anteponant. Et her. 70. Priscillianist, inquit, hoc verfutiores Manichæis, quòd nihil scripturarum Canonicarum repudiant, & Vetus & nouum Euangelium recipiunt. Sed in suos sensus allegorizando vertentes quicquid in libris sanctis est, quod eorum euertat errorem.*

106. his nituntur quæ ex falso composituntur, &c.] *Eodem pertinere admonuit Latinius quod infrà habes Auctor sub finem cap. 22.* ne patriciet admittantur traductiones eorum quæ mentiuntur; *vbi hæc de re latius. Quæ etiam rectè legut: & quæ de ambiguitate cæperunt, pro*; cœperunt.

Cap. xviii.

107. Ille verò, siquis est cuius caussa in congressum descendis scripturarum, &c.] *Tertiam hic reddit caussam, cur ex scripturis non disputandum cum hæreticis*: Quòd faciat ad subuersionem audientium.

108. æquo gradu negandi & defendendi.] *Magna certè, inquit Quintinus, ratione non congrediendi, non colloquendi, non denique disputandi cum Gnostica; quia non disputatur, nisi quando negando similiter & affirmando par est, & æqualis virtuque potestas; quod in sacris fieri non potest, vbi solummodo dicere conuenit vtrumque, Verum, non, Est, est. Legimus autem cum MS. vtroque & Quintino* : hæresin, *pro*: hæresim.

109. Hæc vtique & ipsi habent, &c.] *Quod Catholici (inquis idem) vere dicunt in hæreticos (scilicet, ipsos non intelligere, sed corrumpere scripturas) idipsum Catholicos obijciunt hæretici. Quæ pœne figuram disputationis cum talibus vtilitas esse? Quòd (quod ab Hieronymo verissimè dictum fuit in fine libri contra Luciferianos*) *Hæretici quidem facilè vincere possint, persuaderi nunquam possint. Itaque disputans, verba certè perdes, & audientia animam fortasse, audisque demum, hæreticum. Res autem nouanon est, Christi fidem & religionem ab aduersarijs hæresin vocari per ignominiam. Cepit hoc ab eius institutione prima, quod Hieron. adhibetur in praclit. cap. 3. ad Titum, sic scribens: Quod autem magis mirum sit, etiam illud de Act. Apost. videtur esse relegendum, fidem nostram in Christo, & Ecclesiasticam disciplinam, tam tunc à peruersis hominibus hæresin nuncupatam. Act. cap. 28. ad Paulum Iudæi: De hæresi sit notum est nobis, aiunt, quia vbique ei contradicitur. Itaque Paulus ipse erat hæreticus. Et Catholici suam habent ac nominant Ecclesiam, hæretici quoque se ita tant Ecclesias habere. Et hoc etiam mirum. Sed quod Tertullianus respondit Marcionitis, qui de suis multis atque magnis gloriabantur Sedalitatibus, & Ecclesias appellabant, id in eos conuenientissimè retundi animo, ac dicamus*: Faciunt fauos & vespæ, faciunt Ecclesias & Marcionitæ. *Latenein sinu Phygadeuteriys, & obscuris quibusdam guzgustiolis claudiuntur. Ecclesiam tamen suam vocant Apostolicam & Catholicam : De Gnosticis aui nostris loquor.*

Cap. xix.

110. Ergo non ad scripturas prouocandum est, &c.] *Epilogum est quidam hoc caput dicte præscriptionis, quem adeò inscripsimus* : Quòd proinde non alia debeat cum hæreticis iniri disputatio, nisi an Christiani sint.

111. & quibus tradita fit disciplina quâ fiunt Christiani.] *Mauerem interpretatur disciplinam, Regulam seu Symbolum fidei. Quod ipsum comprobatur verbis sequentibus.*

112. vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ & fidei Christianæ, &c.] *Locus insignis pro Catholicis, quòd apud eos sit veritas scripturarum & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. Sic enim prorsus lego cum Quintino, pro eo quod aly*: Christianorum; *quippè qui eam fidem teneant, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit, Vt prosequitur cap. sequ. & apertius infrà loquitur Auctor cap. 21. Imitatus verobique B. Irenæum lib. 1. adu. hær. cap. 2. & 3. actib. 3. quinque primis capitibus.*

Cap. xx.

113. Christus Iesus Dominus noster permittat dicere.] *Turulum hunc capiti damus*: Quòd per Christum Apostolis, per illos verò Ecclesijs Apostolicis fides sit tradita.

114. Interim quisquis est Christus, &c.] *Nopotes (inquit Quintinus, & post eum Mercerus) verba dubitantis esse. Sed quia Marcion cum missis prædicabat esse duos Deos, alterum bonum, & alterum malum; sic etiam duos introducebat Christos, alterum boni Dei filium, qui atque eorum hominem, & alterum mali. Propterea dicebat his*: Quisquis est interim Christus, &c. *Non quidem de vero & Vnico Christo dubitans, sed hanc interim disputationem differens in alios tractatus. Vide 5. libros in Marcion.*

115. Quid esset, quid fuisset, quâ Patris voluntatem administraret, &c.] *Adludit ad tres scripturas diuersas: Ioan. 4. vbi quid esset, Messias nempè pronuntiauit dicens: Ego sum qui loquor tecum, & Ioan 8.* Quid fuisset, *explicauit: Ego à Patre processi, ac Ioan. 6.* quam Patris voluntatem administraret: *Hæc est voluntas eius qui misit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, &c. Denique* quid ho nùni agendum determinaret, *Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Malo autem paulopost retinere quod habent exemplaria* : negrediens ad Patrem, *quàm quod Anglicum MS. ed.* digrediens.

116. tinguendas in Patrem & Filium & in Spiritum sanctum.] *Ita lege more Tertullianeo, pro*: tingendas, *addens tertio loco in ex vtroque MS. & 1. edit. Atqui noua etiam est hæc versio Auctoris, pro eo quod aly omnes, Matth.* 28. in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

117. Apostoli, quos hæc appellatio missos interpretatur.] Ἀπόστολος *Græc, inquit Quintinus, dicitur Latinè* Missus, *nuncius, legatus, qui cum mandatis aliquò mittitur*, Ἀπόστελλω *verbum significat mittere cum potestate & auctoritate aliquæ. Dominus ergo quem delegisset è suis discipulis præcipuos duodecim, hos nominauit Apostolos, Luc. cap. 6. De quorum nomine atque missione legas Hieron. in epist. ad Galatas ſalutatione.* Missi multi, legatique multi fuere, sed illi duodecim per Antonomasiam dicti sunt Apostoli. *Tertullianus hic videtur eos Legatos à latere*: Ad legerat, *inquiens*, duodecim lateri suo. *Non omnis scitur honor audi, quam sit in eius legatione iungunturque. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Vnde Canonib. Ecclesiæ cautur, Alatere Papa Papa veneretur & quem esse, pars eum corporis eius est. Imitatur autem hunc locum B. Ifidorus lib. 2. de Eccles. offic. cap. 5.*

118. primò per Iudæam, &c.] *Ecclesia primò, inquit idem, per Apostolos exstruitur & fundata fuit in Ierusalem, & ex Iudæis congregata. De qua Iacobus, & ceteri loquuntur ad Paulum : Videsfrater, quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt &c. Hæc autem Hierosolymitana Ecclesia prima, totius orbis Ecclesias posteæ fœminauit. Hieronymus sic interpretatur illud 1. cap. 2. De Sion exibis lex, & verbum Domini de Ierusalem. Certè* Ecclesiæ *quæ erat Hierosolymis, dissertè dicit Act. 8.* deinde *legitur Act. 9.* Ecclesia quidem per totam Iudæam *& Galilæam & Samariam habebat pacem. Et vti ost Act. 11. Illi qui dispersi fuerant à tribulatione, qua facta est sub Stephano perambulauerunt vsque Phœnicen & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Iudæis.*

119. dehinc in orbem profecti, &c.] *Erant autem, legitur ibidem, quidam ex eis viri Cyprij & Cyrenei, qui quum venissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos; ac paulopost: Et annum stum conuersati sunt ibi Paulus & Barnabas. Ita vt eognominauerint primum Antiochæ discipulos Christiani. Debine apud Antiochiam posidet constanter ad Iudæos dixerunt Paulus & Barnabas, Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes.*

120. Ecclesias apud vnamquamque ejusitatem condiderunt.] *Hoc pertinet quod legitur Act. 14. Et quum constituissent eis per singulas Ecclesias Presbyteros. Item illud B. Cyprianæ epist. 52. ad Antonianum: Cumque iampridem per ea ipsa prouincias & per vrbes singulas ordinati sint Episcopi. & quæ supra ex*

Trabans adnat animum epist. ad Regenbaldum, ad lib. de Cor. milit. cap. 4. num. 41.

121. traducem fidei.] *Qui de re rustica, inquit Quintinus, Latine scripsere,* Traduces *appellant, in vitibus maxime, quando ramis culi plures ex uno trunco, vel uno brachio diffunduntur, & in alium locum deducuntur mutuem connexi. Non videntur a propagatione admodum differre. Per Metaphoram elegantem sane Tertullianus hic vocat* traducem fidei, *translationem fidei de una Ecclesia in aliam. Ecclesiæ nempe mutuo, quasique per manus, Apostolicam doctrinam sibi tradidere. Quod enim prima (videlicet ab Apostolis) acceperat, hoc docuit secundæ successioni Ecclesiam, inde secunda tertiam, sic ordine consequenti. Sunt ista* Traduces *& fidei nostræ propagines, vt in cap. 32. inferius, vbi dicit Apostolicas eas esse Ecclesias,* quæ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Apostolici seminis traduces habeant. *Siue autem legas :* Apostolicæ deputantur *cum excusis, sine :* deputabuntur *cum MS. Vaticanis est.*

122. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, vna est, &c.] *B. Cyprianus, inquit Quintinus, hinc sumere potuit, quod ad Antonianum scripsit epist. 2. lib. 4. contra Novatianum, dicens :* vna est *a Christo* Ecclesia, *per totum mundum in multa membra diuisa. Item Episcopatum vnum, Episcoporum multorum concordi numerositate diffusum, can. Novatian. 7. quæst. 1. Apertior est adhuc Cyprian. locus lib. de Vnitate Ecclesiæ : Episcopatus, inquit, vnus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur.* Ecclesia quoque vna est, *quæ in multitudinem latius incremente fœcunditatis extenditur, quemodo solus multi radij, sed lumen vnum : & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum. Et quum de fonte vno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis a corpore, diuisionem lucis vnitas non capit; ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit; a fonte præcide rivum, præcisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per orbem totum radios sui porrigit;* vnum *tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur. Et reliqua quæ ibidem toto libro prosequitur, quo Lectorem compendij gratia remittimus. Certe alibi Tertullianus* vnam Ecclesiam *confitetur. Sic infra T. 5. etiam iam in hæresin lapsus :* Vnus Christus, & vna ciuis Ecclesia.

123. Communicatio pacis, &c.] Communicatio pacis *(inquit Quintinus) quod etiam Veteres, Dexteram dare, in pacem recipere, dare quoque pacem dixerant ; id est, in Ecclesiæ consortium admittere, & Eucharistiam præbere, quod est sanctum Dominici corpus, vt Cyprianus exponit. Huc pertinet, etiam adnotante Rhenano, id quod infra dicit cap. 23.* Itaque & dexteram ei dederunt signum concordiæ & conuenientiæ. *Item quod est cap. 12.* nec tecipiuntur in pacem & in communicationem ab Ecclesijs quoquomodo Apostolicis. *Item quod legitur initio lib. aduers. Praxean :* cœpit & litteras pacis reuocare ; *vbi de ijs latius, quas* formulas *vocarunt Patres posteriores.*

124. appellatio fratetnitatis.] *Omnes Christiani, inquit Quintinus, quum sint ab eodem patre renati, fratres omnes inter se debent appellari, quod fuit abinitio communæ Christianorum nomen, vt hic vides. Singuli simum alter alterius membra, ministerium dilectionis inuicem exhibentes, ait Cyprianus; ergo fratres. Vide plura hac de re Adnot. nostris in Apolog. c. 39. supra Tom. 1. & Tom. 2. lib. ad Martyr. cap. 2. num. 23.*

125. & confessoratio hospitalitatis.] Hospitalitas, *inquit idem Quintinus, omnibus mandata Christianis, vt pauperes & peregrinos excipiant, ac benigne tractent. A qua quidem (vt nec ab aliis duobus) neminem pauperem excusat, quum vel in aqua frigidæ calice tantum sub nomine stranda, sit* hospitalitas, *quæ mercedem non perdet, Matth. 10. vbi Hieronymum legas. Eleganter autem, vt primus adnotauit Rhenanus, & post eum Quintinus & Macerius, à tessera nouator vocabulorum Tertullianus* verbum *finxit* confesserate ; *vnde* confesseratio. *Id significat communitchem familiarem, qua per signum fiat. Nam* tessera *signum erat apud Veteres hospitale, cuius ostensione si quem rediisse contigisset, statim aquæ fecebatur. Vnde Plautinum illud : Conspexisti tesseram. Atque haud sæo an per primum salutatio, compellatio per secundum, denique per tertium sacrosancta communio intelligantur. Nam constat ex Veterum monumentis, maiores nostros peregre aduenientibus hominibus probatæ religionis & fidei, eorum Dominis mittere solitos. De qua observatione etiam Romæ à Stammis Pontificibus vsurpata, latius, Deo fauente, in Assertione nostra Communionis sub altera specie. Quare & placet etiam magis hæc lectio :* & confesseratio, *quàm :* confessatio, *quod habebat vetus additio; maximè quum simili phrasi dixerit Auctor infra c. 36. de Ecclesia Romana :* Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque Ecclesijs contesserarit.

126. eiusdem sacramenti vna traditio.] *Recte hic Macerius sacramentum vertit Gallice iuramentum : adludit enim ad iusiurandum, quo tamquam sacramento milites in Baptismo non adstringimus, de quo infra latius inter ciuis dem ceremonias, lib. de Baptismo.*

Cap. xxi.

127. Hanc igitur dirigimus præscriptionem, &c.] *In scripsimus hoc caput :* Quòd proinde alia doctrina non recipienda, quàm ab Apostolis viua voce aut per Epistolas tradita. *Recte autem sic hunc locum interpretatur Quintinus, Aduersarios, qui regulam supra scriptam non sequuntur, & sæmen contendunt esse Christianos, ab ipse sua intentione, vel altione sic repellimus & excludimus; si prædicta non prædicarunt Apostoli, is nec his ipsi credidit, iam Christiani non estis. Vbique Tertullianum vides suris esse peritum. Vulgatissimaista est exceptionum seu præscriptionum formula in foro : Si non dolo meriò factum fit. Sunam legem prædixit. Si non consensit vt eares mihi pignori foret, & c. quasi sum Romanis consulti turis ita loquuntur.*

128. tam viua, quod aiunt, voce. *Tertullianus (inquit idem) sumpsit hoc ab Apostolo 2. Thess. 2. scribente : State fratres, ac tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam. Per sermonem, hoc est, per vocem viuam.* ἄρα οὖν ὦ ἀδελφοὶ στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν, *ait Chrysost. Id est, præcepta sine scriptura (ὡσπερ φωνὴν videlicet, id est viuæ vocis) & cum scriptura traditerunt Apostoli.*

129. matricibus & originalibus fidei.] *Vt in re rustica, inquit idem, matrix ea femina dicitur, ex qua pecudes aliæ progenerantur, & matrix arbor, de qua sucreuerunt arbores aliæ. Vsitate matrices in aqua ductibus, à quibus primis aqua fluit, & deducitur. Sic vrbis illa matrix appellatur, ex qua tamquam matre, processerunt vrbes aliæ, ceu filiæ, hoc est, deductæ sunt coloniæ. Matrix Ecclesia, cui subsunt aliæ, velut ab eagenitæ & edoctæ. Nominantur Græcè* μητροπόλεις, *de quibus in Analectis nostris nonnihil dicebam. Quod hoc autem solum pertineat, Ecclesiæ matrices fidei vocantur, vnde fides Christi primum venit ad nos: & originales fidei, à quibus diffusa per orbem fides, originem sumpsit. Exemplaria veræ fidei scilicet, vt sunt Hierosolymitana, Antiochena, Corinthia, Philippensis, Ephesina, Romana, & alia, de quibus inferius cap. 36. Simile autem phrasi dixit infra lib. 4. adu. Marcion.* vt scirent Hierosolymis esse & sacerdotes & templum & matricem religionis. *Et supra Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 5.* Eam *appellat* matricem generis feminini. *Alia verò significatione* Matrices beneficiatorum *vsurpat infra Tom. 5. lib. de Fuga in persecut. quemadmodum ibi latius.*

130. quod Ecclesiæ ab Apostolis, &c.] *Est similis infra hoc loco cap. 37. penè ad verbum. Adnotanda vtrobique vera Traditionum origo ab Apostolis, & proinde à Christo & Deo; quæ adeò quomodo reijci possint, non video. Verùm latius de illa supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 3. num. 27. & sequ. ac Fusardentius Adnot. ad lib. 3. Irenæ. aduers. hæres. cap. 3. Qua autem tales sint, infra significat c. 32. quæ ab ijs Ecclesijs obseruatur,* quæ ordinem suorum Episcoporũ ita per successiones ab initio decurrentem possint demonstrare, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis vitis, habuerit antecessorem. *Atque hoc est quod subiungit :* Communicamus cum Ecclesijs Apostolicis, & : quod nulla

doctri-

doctrina *ab ijs nempè*, diuersa, hoc est testimonium veritatis. *vbi minus liberè legit Quintinus*: quòd autem nulla sit. *Sine autem legamus cum excusis*: suscepit, *sine cum MS. Anglico*: accepit, *perinde est*.

CAP. XXII.

131. Sed quoniam tam expedita probatio est, &c.] *Verùm hunc capiti damus*: Quòd Apostoli nihil ignorarunt, & proinde nihil non docuerunt, quòd ad salutem nostram pertinet. *Atqui legit Quintinus*: ac si probata non sit à nobis. *verùm magis placet vulgata lectio*, ac si, *pro quasi*, prolata nõ sit à nobis; *quam pulcherè sic vertit Mercerus, vt velit Auctor dicere*: locum interim demus diuersæ parti, *ac sinumquam huius probationis mentionem fecerimus. Sine autem legas cum excusis*: ad infirmandam hanc præscriptionem, *sine*: ad infirmandum, *vti MS. Vatic. ideos est*.

132. Solent dicere: non omnia scisse Apostolos, &c.] *Adnotat hic restè idem Mercerus, non aliter atque olim hæreticos contendebant*: non omnia scisse Apostolos, *sed huius tempestatis hæreticos*: *idem adfirmare de Patribus, quorum scripta exstant, sibi solui adstruebantes Spiritum sanctum & omnem scientiam. Quo etiam interpretatur paulpoiè*: parum simplices, *ac si dicat, duplicesterè de seductores. Legat autem Lector quod refert*: qui mirus instructos *eum excusis, vel*: quia *cum MS. Vatic. ed. & mox*: scortum, *aut* scortum.

133. quos magistros Dominus dedit.] *Ad quam scripturam* (nempè Matth. 28.) *hic adludat, ipse Auctor indicat his verbis infrà scripsit ad. Gnosticos*: & nobis magistros ordinauit cognoscere arcana omnia vtique docturos: *Atquibi*: arcana *vertit, quod est Græcè* ωμῆτα, *quemadmodum etiam correctiores Latini codices Matth.* 13. *pro eo quod alij*: mysterium.

134. Petrum ædificandæ Ecclesiæ petram dictum, &c.] *Similiter etiam locum hunc interpretatur Auctor infrà lib. 4. adu. Marc. & etiam post hæresin libri de Monogamia, & libro de Pudicitia, vbi hæc de relatius, & maximè Adnot. nostrisin B. Cypran. epist. 55. ad Cornelium Papam, num. 35. De claubus Petri, & per illum Ecclesia cõmissa, idem repetit Scorpiaco aduersus Gnostics. Non refert autem sue legas*: prædemonstrauit, *quod habent excusi, sue*: demonstrauit, *ex cod. Vatic. MS.*

135. quoniam in tribus restibus stabit omne verbum.] *Quum Deuter. 19. & Matth. 18. habeatur*: in ore duorum vel trium testium, *Auctor alterum tantum membrum enuntiat, eo quòd hic tres esse fuerint, Pater Deus, Moyses, & Helias. Quum etiam mox legit*: omnes scripturas edisserere dignatus est, *quæcumque erant de Christo, vti est Luc. 24.*

136. Quam scripturam qui non recipiunt, &c.] *Manichæos* (*inquit Quintinus*) *prorsus eum nouis Testamentis librum, qui Actus Apostolorum inscribitur, non recipiebant. In suum nempè Archimanicheum, non in Apostolos Christi, adserebant venisse de cœlo Spiritum sanctum, veritatis doctorem, quem Dominus missurum se suis Apostolis promiserat, indèque mundo fuisse communicatum per illum sicum Manen, qui sub Aureliano veniente à Perside, primùm cœpit insanire, hoc est, annue pene trecentis, certè annis plusquàm ducentis sexaginta post illum stupendam & admirandam missionem, de qua in cap. 2. disserunt Act. Apostolic. Demque scripturæ manifestiõ coarguere impudens ipsorum mendacium, negabant illud vmquam scriptum fuisse, librumque damnabant. Augustinum lege cap. 3. lib. de Vtilit. credendi, tom. 8 Manicheos, Monta nũ idem primi seceras, immo se Paracletum nominabat. Ebionæi, Cerinthus, Marcion, & alij Tertulliano pares, non recipiebant. Quæ ipse etiam Mercerus repetit. De ipsis & ea, sequenti.* Possimus, *inquit*, & hîc Acta Apostolorum repudiantibus dicere. *Atqui quum subdit Auctor*: quibus ineunabulis institutum est hoc corpus, *recte aduertat Rhenanus* corpus *accipi pro collegio seu congregatione, quam vulgò dicunt communitatem; nam de Ecclesia loquitur.*

137. Traductiones eorum quæ mentiuntur.] *Traductiones (inquit Rhenanus) opponit probationibus. Sunt autem deprauatæ rerum scripturarum imitationi non absimiles. Eodem pertinere supra adnotauimus illud quod legitur cap. 19.* Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus. *ac*: his nituntur quæ ex falso componuntur.

CAP. XXIII.

138. Proponunt ergo ad suggillandam ignorantiam aliquam Apostolorum, &c.] *Inscribimus hoc caput*: Quòd Petri per Paulum reprehensio non prædicationis fuerit, sed conuersationis. *Quod ipsum argumentum eodem modo tractatur infrà lib. 1. adu. Marc. vbi inter cetera sic simuls obiectioni respondet*. Igitur si feruenter adhuc vt Neophytus aduersus Iudaismum aliquid in conuersatione reprehendendum existimauit, passiuum fuit ei conuictum, postmodùm & ipse vsu omnibus omnia futurus vt omnes luerit facere, Iudæis quasi Iudæus, & ei quisub Lege tamquam sub Lege; tu illam solius conuersationis, placituræ posteaæquisatori fuo reprehensionem, suspectam vis haberi etiam de prædicationis erga Deum præuaricatione. Atquin de prædicationis vnitate, quod suprà legimus, dextras iunxerant, & ipsa offieij distributione de Euangelij societate condixerant, &c. *Quæ ipse repetet lib. adu. Marc 4. Vide autem de hac controuersia epistolas aliquot BB. Hieronymi & Augustini in vtriusque operibus.*

139. quatenus & alias ad quæstiones plurimùm eo vtuntur.] *Adludit ad eos hæreticos, vti adnotauit Mercerus, de quibus 2. Petri 3. Sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & infabiles deprauant, sicuti & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Potest etiam referri ad Marcionitas, qui potissimùm vrebantur Pauli testimonijs, ad quos dicit*: Si Acta, *inquit*, Apostolorum repudiatis; vnde ostendetis, quis iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus; *quippè qui duo nusquam scripturum reperetur, nisi Act. 9. quemadmodum paulopòst citatur.*

140. examinate credenti.] *Restè hoc de eo interpretatur Mercerus, qui nihil credere vult, nisi prius examinatum exactiùs. Deinde illud*: doceant *accipit, ac si dicat: docere non potuit. Legimus autem paulopòst ex MS. dumbus eod. Atquin, pro*: Atqui, *& (quomodo etiam Quintinus)* nec vt aliud alter, sed vt alijs alter prædicaret, *pro*: alij. *Si placeat etiam cum MS. Vatic. legere*: prædicarent, *per me licet.*

141. Non enim ex hoc alius Deus quàm creator, &c.] *De duobus prioribus membris contra Marcionem agit lib. 1. 2. & 3. de posteriori, libro de Carne Christi, & Resurrectione carnis.*

CAP. XXIIII.

141. Non mihi tam benè est, &c.] *Huic capiti titulum damus*: Quòd pro temporibus & causſis quædam reprehenderit Paulus, non quòd esset instructior.

143. vt Apostolos committam.] Committuntur *(inquit Rhenanus) gladiatores in arena depugnaturi. Mox dicit*: in quæ & ipsi eo committebant, *id est parabant. Sic lib. adu. Iudæos, cap.* 10. Sicuti cetera quæ in illum commissuri essetis, prædicta sunt, *pro*: admittebant; *& admissuri. De vtraque significatione vide suprà Tom. 2. nostro Aduer. priori lib. ad Marc. cap. 1. num.* 11. *posteriori lib. de Cor. milit. cap. 2. num. 22.*

144. Petrus Paulo & in martyrio adæquatur.] *Quæ diceret (inquit Quintinus): Etiam (quod non est) ô* Petrus & Paulus *Euangely doctrina fuse scientes dissipare fuissent, in omnium tamen rerum maxima, hoc est*, in Martyrio *pro Christo pares fuerunt. Oh tua pectrenda spe mortalis hominis brevitudo, Matth. 5. terminatur* Martyrio, *cui merces in cœlis copiosa promittitur. Ad* Martyres *pleraque scripturum scripturum referunt illum contestmum fruſtum, de quo Matth. 13. Dignissima & maxima res est igitur* Martyrium, *quo Paulus non superauit Petrum. Vide plura de vtrusque* Martyrio *infrà c. 36. Legimus autem*: non possunt videri ea fuisse, *ex MS. Angl.*

145. Sed etsi in tertium vsque cœlum ereptus Paulus.] *Simuleter suprà de Christo, c. 14.* In cœlos ereptum. *& mox*: aut & alius postea in paradisum ereptus. *ex quo presinde patet pro eodem habere illud*: & in paradisum delatus, *vt ereptus & delatus idem sint Auctori.*

146. Quòd si ad alicuius conscientiam manauit nescio

quid illud, &c.] *MS. cod. Angl.* emanauit. *sed vtrum volet, eligat Lector. Atqui haereticis (inquit Quintinus) semel omnia prius mentiri, quam quoquomodo à veritate vinci, semper apud se statuerunt. Aliquos hic videt adseuerantes se scire, & à Paulo deserpta legere secreta illa, quae Paulus audierat in caelo, & ea se praedicare, in literâ (quae mittere se dicebant. In Can. Sanctâ Rom. 25. dist. damnatur vt Apocrypha reuelatio, qua appellatur Pauli. A-pud Augustinum se nonnullis dicebant habere libros ab ipso Christo compositos, & Apostolis suis Petro atque Paulo deseriptos, vnde se suam nouam doctrinam famebant. In primo de consensu Euangelistarum lib. cap. 7. & aliquammultis capitib. subsequ. Quod hic gelisiarum lib. cap. 7. & aliquammultis capitib. subsequ. Quod hic agat. Apostolico can. 60. copiosius ista tractabam. Imitatur autem hunc locum ferè verbotenus B. Augustin. tract. at. 98. in Ioan. qui* Apocalypsin Pauli *nuncupat. Epiphanius vero lib. 1. Panary: Cerinni, inquit, & Iulianus librum finxerunt ex nomine Pauli, nescirijs alicuimbus refertum, quo etiam Gnostici appellati fruuntur, quem* Ascensum Pauli *vocant, occasione inuentâ ab eo, quòd Apostolus dicit ascendisse se in tertium caelum, & audiuisse arcana verba, quae non licet homini loqui. Et hae, inquiunt, sunt arcana verba. Meminerunt etiam Chrysost. & alij in Comment. 2. Cor. 12. & tamquam fabulas reprobant.*

CAP. XXV.

147. Sed, vt diximus, eadem dementia est, &c.] *Hoc capite tractat:* Quòd non aliud docuerint Apostoli occultè quàm in publico. *Legimus autem ex MS. Vatic.* quę dam enim palàm.

148. Hanc denuntiationem commendo apud te, &c.] *Ex proposito Auctor hanc scripturam amcitat, vt ostendat* depositũ *Apostolo, nihil aliud esse, quam quod* commendatur *custodiendum; nam à voce Graeca* παραθήκη, *quae hic legitur, componitur Vox Graeca* παρακαταθήκη, *quae* depositum *vertit eum nostro interprete; pro quo Auctor libri de Aleatoribus, & Cypriani operum To. 3.* commendatum. *Deinde transtulit & hic* denuntiationem, *ac mox:* Denuntio, *ad verbum ex Graeco; nam ibi legitur:* 1. *Tim.* 1. διαμαρτύρομαι, & 1. *Tim.* 6. διαμαρτύρομαι, *pro quo noster interpres & ipse Auctor paulopost:* praeceptum, *ac* Praecipio, *eo quòd id etiam voces Graecae impropriè significent. Econtrario magus Graeco exemplari correspondet illud Latini interpretis:* commendo tibi, *quam quod habet Auctor:* apud te.

149. qui viuificat omnia.] *Etiam hoc ex Graeco* ζωοποιοῦντος *cum emendatioribus Latinis codicibus, pro eo quòd ait:* qui iustificat; & *vnica Nouę expressit vocem* μαρτυρήσαντος, qui testificatus est, *pro eo quod noster interpres:* testimonium reddidit.

150. coram multis testibus.] *Sensum magis hic expressit, quàm quod ad verbum ex Graeco Latinus interpres:* per multos testes. *Lege autem paulopost:* Sed nec quia mouet, *nempe Paulus, pro eo quod vulgo legebatur:* volunt, *tam ex MS. cod. Vatic. quam Quintino & Macereo.*

CAP. XXVI.

151. Porrò consequens erat, &c.] *Prosequitur hoc capite docta scriptura Pauli interpretationem, & docet:* Cauendum semper fuisse, ne religionis mysteria propalarentur. *Quod ipsum etiam inculcauit supra Tom. 1. in Apologetico; quippe quod causam etiam daret suspicionem de Christianorum omnium Eucharistiae, quod infamabant ethnici.*

152. Siquid in tenebris & in abscondito audiſſent, &c.] *Sicuti multa alia, sic & hoc Paraphrasticos citat, pro eo quod est Matth.* 10. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure audistis, praedicate* super tecta.

153. ne vnam minam.] *Adnotat hic Macerus* minam, *sue* minam, *vel ut alij* 10. *cornutor, quod ex Budaeo sumpsit. Plin. l. 21. cap. 7. Mina, inquit, quam nostri* minam *dicunt, pendet drachmas Atticas centum. Videtur vero vterque Euangelista & Lucas, qui* μνᾶν *legit, & Matthaeus qui talentum, non pro certo aliquo genere nummorum intellexisse, sed in genere; quum talentum, eodem Budaeo teste, 60. minas valuerit, quae 600. coronates valent.*

154. non sub modio abstrui solere.] *Sic legendum, non* ὑπὸ abstrudi, *aut:* obstrui, *hic verbum probat Rhenanus aduersus Marc. lib. 4. Et negat, inquit, lucernam abstruendam.*

155. Vtique in Ecclesia liberè praedicabant.] *Alludit ad hoc Act. 4. Et loquebantur verbum Dei cum fiducia.*

156. quam Catholicè in medium proferebant.] *Illud:* Catholicè, *vertens Macerus, vno per omnia consensu, campum hic nobis aperit explicandi, quid* Catholicam, *& proinde penes quos* Catholica *fides & Ecclesia, aduersus quos dam qui hodie non verentur nomen* Catholici *etiam haereticis Caluinistis ad placare, contra expressam B. Augustini sententiam, l. contra epist. Fundamenti, cap. 4. de iis quae cum tenebant in Ecclesia (quae adeò prima est Ecclesia nota) sic loquitur: Tenet posteremò Catholicae nomen, quod non sine causa inter eam varias haereses ista Ecclesia sola obtinuit. Immò contra ipsam καθολικὴν etymologiam; quam pulchrè sic reddit Vincentius Lirinensis libro suprà citato, c. 38. In qua, inquit,* Catholicae *Apostolicaeque Ecclesiae sequantur necesse est vniuersitatem, antiquitatem, consensionem. & apertius c. 3. Id tenemus quod ab omnibus creditum est. Hoc etenim verè propriéque* Catholicum, *quod ipsa vi nominis ratione declarat, quae omnia verè vniuersaliter comprehendit. Demonstrent itaque sues errores vbique semper, & ab omnibus fuisse creditos, & tum primum* Catholicos *se fuisse dicitent. Alioquin si ipsorum Synagoga haeretica,* Catholicam *interpretatur, vbique vnum. Et quòd tanes fecerit Tertullianus, vt iam in haeresin lapsus, inito libri de Monogamia, praetendat (quamquam falsò) Montanum* suum Paracletum nihil docuisse, quod deputari possit aduersus Catholicam veritatem.

157. vt alium Deum, &c.] *Rursum hic agit contra duos Deos, & duos Christos Marcionis, ac Sadducaeos, & eorum, vti libro de Resurr. carn. loquitur, partiarios. Legunt autem paulopost Quintinus & Macerus:* ne scilicet Euangelium in diuersitate tractarent, *sed MS. non legunt illud:* scilicet.

CAP. XXVII.

158. Si ergo incredibile est &c.] *Hoc caput inscribimus:* Quòd vna fuit Apostoli Ecclesiarum institutio, earum quas corripit, & quas commendat. *Legimus autem cum MS. Anglico cod.* ne fortè Apostoli. *Magis etiam placet vulgata MS. & excusorũ lectio:* simpliciter & plenè, *quam quod Quintinus substituit:* plantè. *Macerem vtrumque vertit.*

159. Tam benè curre batis.] *Etiam hoc nouum est:* Tam benè, *pro:* καλῶς. *Sine autem lege us:* impedit, fue: impediuit, *perinde est. Item paulopost omissit vocem:* Christo, *quę Graecè est & Latinè, Gal. 1. legeni dumcaxat: in* gratiam, *quemadmodum & B. Cypr. epist. 23. num. 19. Rursum:* pabulum à lacte *distinguens, 1. Cor. 3. pro eo quod noster interpres:* escam, *aut* cibum, *quod vtrumque legit B. Cypr. variis locis.*

160. de quarum fide & scientia & conuersatione Apostolus gaudet.] *De* fide *quidem & dilectione, quam hic* conuersationem *vocat, commendat Apostolus Romanos, Ephesios, Philippenses, suarum Epistolarum initio: de* scientia *verò peculiariter Romanos, ad quos ait cap. 15. Quoniam & ipsi plemi estis dilectione, repleti omni scientia.*

CAP. XXVIII.

161. Age nunc: omnes errauerint, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd constans omnium consensus, non error sit, sed traditio. *Quò pertinet imprimis illud B. Augustini vbi suprà: In Catholica, inquit, Ecclesia me tenet consensio populorum atque gentium, quae adeò altera nota est Ecclesiae Catholicae. Et emisit illud Vincentij Lirinensis c. 34. Quidquid vel Patres omnes vel plures, vno eodemque sensu, manifestè, frequenter, perseueranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, acceperint, tenendo, tradendo, firmauerint, id pro indubitato, rato, certoque habeatur. Et emisit illud cap. 3. Sequemur vniuersitatem hoc modo si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia: Antiquitatem verò ita, si ab his nulla-*

nullas eum fensibus recedamus, quos sanctos maiores ac Patres nostros celebrasse manifestum est: Confessionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiásque fectemur.

CAP. XXIX.

162. Quoquo modo iit erratum, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Quòd potius hæreticiin errorem impegerint, vtpotè vera doctrina posteriores. *Cui quum similia prorsus tradat infrà cap. 31. illuc Lectorem remittimus. Possum autem optima ratione id ipsum restimonio Arist archi refpondere, qui hactenus errasse Ecclesiam non verentur dicere: Si aliquos Lutheranus, aut Calumnistas, aut Anabaptistas liberanda veritas exspectabat, tot ergo milia milium perperàm tincta, tot operà fidei perperàm administrata, tot virtutes, tot charismata perperàm operata; tot sacerdotia, tot ministeria perperàm functa, tot denique martyria perperàm coronata.*

CAP. XXX.

163. Vbi tunc Marcion, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd vel ex eo comprobentur hæretici Marcion, Valentinus, Apelles, & alij finiles, quòd vera doctrina posteriores sint.

164 Ponticus naucletus.] Pontus *Asiæminoris (vti adnotauit Macerus) provincia, patria fuit Marcionis.* Naucletum *autem fuisse idem existimat: Verùm de eo latius infrà huius lib. ca. 51. & libris adu. eundem Marcionem. Vbi autem legitur:* Stoicæ studiosus, *& mox de* Valentino (*de quo etiam infrà cap. 49. & lib. adu. Valentinianos*) Platonicæ fectator, *vtrobique rectè subintelligitur: Philosophiæ.*

165. neque adeò olim fuisse Antonini ferè Principatu.] *Tertullianus (inquit Quintinus) sub imperatore Severo vixit. Valentinianus & Marcion fuere sub Marco* Antonino *Philosopho, vel eius socero T. Aurelio* Antonino Pio. *Sub quibus et ille magnus impostor, à Lucian, & A. Gellio vocatus* Peregrinus, *cognominatus Proteus, cuius meminit etiam Tertullianus in libro quæ scripsit ad Martyras cap. 4. Inter illos Principes Antonius, & Seuerum, non interfuerunt anni quinquaginta. Propterea dixit hic:* Neque adeò olim. *Quibus addit Macerus, non eandem obiectionem nostris temporis hæreticis obijcere posse, quod non adeò olim fuerint, vtpotè ab annis circiter 60. duntaxat. Atqui rectè addi potest, quia Valentinus quidem, & Cerdo Marcionis magister, Romam venerunt sub Antonino Pio, & Hygino Papa, iuxta Eusebij Chronicon; verùm Marcion paulopoſt sub Aniceto & Eleutherio Pontificibus, qui vixerunt sub Antonino Philosopho, alterius illius successore. Atqui* Antoninianis temporibus cœpisse Marcionem etiam fectatur *Auctor infrà adu. Marc. lib. 4.*

166. in Catholicam primò doctrinam ctedidisse apud Romanensem Ecclesiam.] *Pulcher locus pro auctoritate* Ecclesiæ Romanæ *(quam* Romanensem *vocat, eodem stylo quo lib. de Pallio cap. 4. supra Tom. 1.* Romanitatem *dixit) apud eam* Catholica doctrina *fuerit, vti etiamnum. In qua adfertione sequitur B. Irenæum lib. 3. adu. hæres. cap. 3. Ad hanc (inquit) Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles* (Catholicos *nempe*) *in qua semper ab his qui sunt vndique (haud dubiè* Catholicis) *conseruata est ea, quæ ab Apostolis est traditio. Vtrumque autem expressissimis verbis imitatus B. Cypr. epist. 52. ad Antonianum: Vt depolita, inquit, omni fallacitudine ferret Cornelius (loquitur de Cornelio Papa primo) te secum, id est cum Catholica Ecclesia, communicare. Item B. Ambrosius Orat. funebri de Satyro fratre, dicit eum interrogasse Episcopum quempiam, vtrum ab eo cum Catholicis Episcopis, id est cum Romana Ecclesia, conueniret. Verùm de hoc latius infrà cap. 32. Vbi successio Romanorum Episcoporum nota tertia* Ecclesiæ Catholicæ *ostenditur, vel ex ipso Tertulliano.*

167. donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti.] Benedictus *(inquit Quintinus) vbi à Tertulliano vocatur, id est: laudandus. Beatus atque sanctus* Eleutherus *Papa fuit à Petro tantùm eiusdem ordinis. Ita numerat Irenæus (cuius eas sedebat) in t. 3. l. 3. Primas fuit hac Apostolorum successio, qui sanctè Iesu Apostolis sub Traiano (scilicet anno post Christi passi centesimo decimo, vel 11. circàve) desierant in terris viuere. Tum crudeliter vltimo Apostolorum perempto Symone Cleophæ filio, Hegesippus tempus Episcopi, quum ccxum & viginti annos ageret (auctore Eusebio hist. lib. 3. cap. 32.) Tum quoque Ioannes Euangelista, plus quàm senex natus, de sanctius est vita. Inter hos duos Apostolos, & Eleutherum non interfuerunt anni sexaginta. Nam Pontificatum susceperat Eleutherus anno decimo sexto Mar. Antonini Veri, qui fuit annus 177. Christi. Verùm & hoc pertinet magis ad dictum capit 32. infrà.* Eleuthero *autem (inquit Rhenanus) decimoquarto Romanæ Ecclesiæ Pontificiam defunctio bene precans, addit:* benedicti. *Sic posteà veteres, cuius memoria sit in benedictione, quotiès vrs sanctis tam mortui meminissent: Hodie Sanctus dicimus; vulgus Germanorum, etiam quoslibet, Beatos ac Beliceti. Cæterum meritò præclarum Christi martyrem ornat elogio* Benedicti *Tertullianus amantissimus Martyrij, quum ille sanguinem suum pro religione fuderit, in martyrum numerum relatus, quos etiam illa tempora summe veneratione habuere. Vbi quum dissentiant Quintinus & Rhenanus in numero Romanorum Pontificum, locus hic erat tractandi de caussa dissensionis, verùm infrà id fiet aptius cap. 32. vbi de Clemente agit. Porrò quod hic dicit Marcionem cœpisse sub* Eleutheri Episcopatu, *infrà To. 3. lib. 3. adu. Marc. id temporibus tribuit Anicetus Papa, vbi de his latius. Legimus autem necessario transposita vocabula aliquot:* donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem. *Quæ ex Irenæo lib. 3. cap. 3. & 4. ac Eusseb. Eccles. hist. lib. 4. cap. 23. constat, sub* Eleutherο *nò amplius Catholicos fuisse* Valentinum *& Marcionem. Valentinum enim in hæresin prolapsum sub Hygino Papa, & Marcionem, vti dictum est, sub Aniceto. Quibus duobus, immò & Soteri intermedio quum successerit* Eleutherus, *sub eo primum Roma electi fuere in perpetuum discidium.*

168. cum ducentis sestertijs.] *Confiteor quidem cum Quintino antiquam* Sestertiorum *hant H. S. notam fuisse; quippè quæ id etiam adnotauerim in B. Cypr. epist. 60. num. 5. Verùm vt cuiusLectoris etsi simpliciori satisfiat, substituex vtroque MS. codice:* sestertijs. Ducenta *verò* sestertia, *vti adnotauit ille, suppuratore Budæo, valere aureorum quinque milia. Quibus & hæc partim ex Rhenano subiungis: Gnostici calumniatores hic mihi respondeant, qui mentiri non erubescunt, Ecclesias illas primitiuas nostrarum Matrices adeò vixisse pauperes, immò tam tenues, indigas & mendicas exstitisse, támque nihil habuisse pecuniæ vel suum, vt ostiatim pene compellerentur quæritare cibos. Hic vides aurs pondo milia donata à Ecclesia, atque reddita non cunctanter, sed mox atque reposta si quo donarat; & forrè non repositebat, sed ab Ecclesia pellebatur, quæ nolebat aliquid illius retinere. Sic intelligimus Ecclesiam habuisse locules, neque mendicasse, aut vorsuram fecisse, quum liberè donata sit tam promptè restituta. Hoc fust Ecclesiæ quasi naſi centis initio sactum. Eadem pertinet illud Cypriani Epist. 60. Missimus* sestertia centum, *aut, vt alij legunt:* sestertium centum milia nummum.

169. quæ Ecclesiæ intulerat.] *Quod hic dixitur (inquit idem) de 200.* sestertijs Ecclesiæ illatis *per Marcionem, id est donatis & oblatis, quum ad eam venit, ac receptus est, ad antiquum Christianorum morem pertinet, qui non sè tantùm, sed sua simul offerre solebant Ecclesiæ, in communi fratrum sodalitio viuentes. De quo per antiquos mores, déque duitijs & loculis Ecclesiæ, respondens in caussis nescio quibus Cuneristris per Gallias, Nigrus, & Onagrijs, tamdudum conabar, historia temporum fretus, & Patrum canonibus, differere in Aristocratia nostra de rebus Ecclesiæ temporalibus agens, & in Canon. Apost. 40. & 41.*

170. nouissimè in perpetuum discidium relegati.] *Ita omninò lege cum MS. & excusis codicibus, pro eo quod subsitiuerat Quintinus:* dilidium. *Nam illud magis conuenit cum perpetua ab Ecclesia sessione, quæ sit per excommunicationem certam, quam haudquidue hic intelligi patet ex eo quod præcessit:* semel & iterum electi. *Certè similiter de quibusdam schismaticis dixit B. Cypr. epist. 55. ad Cornelium, & iterato quoque à plurib. nobis in Concilio anno priore habenti. Atqui de Excommunicatione Ecclesiastica auctoritate latius supra T. 1. ad Apolog. c. 39.*

171. cùm conditioni sibi datæ occurrit.] *MS.* — *al.* con-

ditione sibi data. *Verùm illud magis placet cum Rhenano ; qui ad explicuit* , dum conditioni sibi datæ vellet occurrere. *Quod quidem in malam partem vertit Macerem, ac si dicat : dum dubitaret an conditioni datæ vellet obedire. Verùm etiam de hoc infra c. 51. aut alicubi, libris adu. Marcionem.*

172. ita pacem recepturus, &c.] *Hunc locum (inquit Quinenius) tam in Prænuis Synodi Gangrensis, hunc ipsum explicans Versum: Quòd si mencem mutarint. Agens de connessis ab hæresi in Ecclesiam denuo recipiendis: Dogmatistes non admittitur , nisi contraria prædicet ac doceat, ut hic. Aly verò fidem suam prodere scripto publice debent coram Ecclesia, tumque demum recipi. Decretum Gangrense videto. Atqui periodum illam :* Oportebat enim hæreseis esse, &c. *parenthesi concisissimus.*

173. Si & Apellis stemma.] *Id est (inquit Quintinus) ab* Apelle *designatum, parvatimque fascimus, insigens inter hæreticos* Apellis *ordo vel imago. Quum Tertullianus* stemma *dixit : &, continentiam* Marcionensem, *& sanctissimum magistrum vocant, ironicè loquutum putato. De Philumene dictum fuit in cap. 6. De singulis istis hæreticis agetur in hæreticorum catalogo. Rhenanus & Macerem malunt Frenicos ad generositatem eius referre, ac si dicat:* Apellis *originem successionem, & antiquitatem.*

174. continentiæ Marcionensis.] *Interdicebat enim nuptias, ut adnotauit Rhenanus , & nos alibi latius , minimè tamen (Vti adnotat Macerem) continentiæ observator, vti & supra adnotauimus cap. 6. nu. 35.*

175. cuius energemate circumuentus.] *Istud explicatur verbis illis c. 8.* cuius signis & præstigijs Apelles inductus, *vbi hæc de re latius num. 35. Hoc sufficiat quod hic ἐνεργήματα pro vi seu efficacia demonum accipiatur in malam partem.*

176. Phanerosceis inscripsit.] *Expositiones (inquit Rhenanus) erant rerum secretarum, hoc est insignium magarum procul dubio. Φανερόω Græce est manifesto. Vnde φανέρωσις , manifestatio. De hoc scripsit c. 51. de Hæresibus.* Habet præterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellât Phanerosceis Philumenes cuiusdam puellæ, quam quasi Prophetissam sequitur. *Quare recte vertit Macerem Reuelationes. Atqui paulo post ex MS. codice Vaticano lege:* quia separare non posset, pro: separari, *& :* tertò alterius fuisse demonstrat (*vti etiam Quintin. & Macerem*) *pro:* demonstret.

177. & Nigidius nescio qui & Hermogenes.] *Sic etiam lege ex MSS. Vatic. cod. secundum stylum Tertulliani, pro :* nescio quis. *Quem admodum autem* Nigidius *Tertulliano, sic & nobis hactenus planè ignotus est. Verisimile est aut præceptorem fuisse Hermogeni, aut aliquem ex eius discipulis , quos Hermogenianos ab Hermogene vocat B. Augustinus. Verùm de hac latius num. 1. lib. adu. Hermogenem, & alios multos, qui adhuc (vtibi loquitur) ambulabant peruertentes vias Dei. Hic sufficiat errorem eorum de indicasse ex c. infrà 33.* Idem Apostolus, *inquit Auctor* , cùm improbat elementis seruientes , aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum Deam facientes, poteât ei seruire quam Deo comparat. *Aliquid etiam eadem de re suprà ex Quintino aduliuimus cap. 7. num. 43.*

178. Prosternè nouos Apostolos esse, &c.] *Pulchrè hic Macerem philosophatur contra nouos istum seculi Pseudo apostolos; quare putauimus operæ pretium verba eius Gallica in Latinum trãsferre: Extraordinarij, inquit, Apostoli aut Prophetæ bis arsiam agonem ceperunt. Per Prophetiam, quæ de illo prædicta est, quem admodum suam vocationem comprobauit B. Ioannes Baptista ex verbis Ysaiæ 40. vti legitur Ioan. 1. Aut per virtutem signa ædendi, siue miracula, sicuti Helias, Helisæus, Daniel, & Apostoli Christi. Neque eamen postremum hoc signum sufficiens esse, eo quòd præduxerit Christus , Matth. 24. etiam miracula facturos Pseudoprophetas & Pseudo apostolos. Verùm necessaria esse omnia hæc signa, vt de illis aliquis prophetarit, vt edant miracula, vt habeant manus impositionem ab Apostolis, aut eorum successoribus , quemadmodum Paulus & Barnabas ac Timotheus ; vt denique ostendant successionem Episcoporum iam inde ab Apostolis aut Apostolicis viris, sicuti præscribit Auctor infrà cap. 32. Atqui hæc omnia pauciissimi verbo concludit Auctor infra lib. de Carne Christi cap. 1.* Ex qua (*inquit ad Marcionem*) oro te auctoritate? Si Prophetas es, prænuntia aliquid; si Apostolus, prædica publicè ; si Apostolicus cum Apostolis senti ; si tantùm Christianus es, crede quod est traditum.

179. Illi enim de mortuis viuos faciebant , isti de viuis mortuos faciunt.] *MS. Vatic. cod. legit:* de mortuis fuscitabant. *verùm altera Antithesi placet. Quod autem Macerem de hæreticis ad mortem animæ refert , quam suis hæresibus inferunt, poteât etiam ad literam intelligi, quod tantum absit, vt ætate Tertullianis , aut nostra , de mortuis viuos faciant , vt potius de viuis mortuos faciant. Certè nostra hac tempestate contigisse id Caluino , oculatus testis Hieronymus Bolsec in vita ipsius describit.*

Cap. xxxi.

180. Sed ab excessu, reuertar ad principalitatem veritati, &c.] *Titulum huic capiti damus:* Quòd falsa itaque sit, & à diabolo hæreticorum doctrina, quia veritate posterior. *Quid autem sit hic, inquit Quintinus*, principalitas, *intelligere facile potes ex eo, quod sequitur, verbo* posteritas ; *nam ponuntur vt contraria, quasi diceres:* Prioritas (*qua prior puto esse ea præcedit*) *&* posteioritas. *Successio* principalis *ab Irenæo interprete vocatur, quando sere continua velut a principio duci 4, secundus primo, tertius secundo, quartus tertio, &c. succedit. Aqua* principali *successione qui quis absistit, aut hæreticus, & malæ sententiæ, aut elatus & schismaticus est, in cap. 43. lib. 4. Hoc significatus sæpè leges* principalitatem *in Tertulliano. Tertullianus quoque sententiam diligenter observa , primæ dumtaxat institutionis tribunitiæ veritatem, non adeò verò decentis eam, quacunque sequitur. Hoc est Euangelicæ doctrinæ proprium, solisque Dei mandatis ac legibus ad animarum salutem conuenit, vt quum dantur, vera sint, nec veriora, sanctiora, meliora postea dari possint, quibus addere, vel adimere quippiam, corrigere, supplere nefas & impium semper est iudicatum. Semel loquitur Deus, & secundum idipsum non repetit, Job. 33. cap. & in diuino Psalmorum vate: Semel loquimus est Deus, Psalm. 61. In hominum verò factis & cogitatis illud obtinere solet, quod proverbio circumferitur : Posteriores cogitationes (aiunt) sapientiores esse solent. Hinc panitentia sibi locum fecit inter homines, dum perspicuum aliter agendum sibi fuisse quàm prius egerint, & allorum propter ea panitet. Atqui:* excessum *hic accipit Auctor pro: egressione, seu digressione ab institutore; quod etiam sua verbione expressit Macerem. Legimus autem ex Vatic. MS. cod. conformiter Quintino:* veritati, *ac:* mendacitatis. *Legunt etiam paulo post Vat. & Angl. MS. cod.* quæ bonum semen frumenti à Domino seminatum in primore constituit. *verùm placet vulgata lectio:* primò constituit, *eo quòd sequatur:* posteà. *pro quo dicitur Vatic. MS. cod.* pro parte. *sed non satisfacit, nisi quis fortè legendum putet :* posteriori parte, *quod tamen etiam mihi non probatur.*

181. auenarum autem sterilis fœni adulterium.] *Haud absimiliter dixit infrà lib. adu. Praxean, c. 1.* Fructificauerunt auenę Præxeanæ, hîc quoque superseminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ. *Verobique sic circumloquutus, quæ Matth. 13. nuncupantur* zizania, *ad ludens, quantum adparet, ad illud Virgilij Georgicon. c.*

Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ.

182. id Dominicum & verum esse, quod sit priùs traditum, &c.] *Hanc aduersus hæreticos præscriptionem sæpissimè in medium adducit Tertullianus, non modo hoc libro suprà cap. 29. & infrà cap 36. sed pene sub initio singulorum librorum aduersus hæreticos. Sic lib. adu. Hermogenem:* Solemus, *inquit*, hæreticis compendij gratia de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis Regula prior , quæ etiam futuras hæreseis prænuntiauit, intantum posteriores quæque doctrinæ hæreseis præiudicabunt. *Item lib. de Carne Christi:* Quod tradidum erat, id erat verum; vt ab eis traditum, quorum erat tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti. *Et apertius l. 1. aduers. Marc.* Non negabunt discipuli

discipuli eius primam illis nobiscum fidem fuisse, ipsius litteris testibus; vt hinc iam destinari possit hæreticus, qui, deserto quod priùs fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Intantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur; inquantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est. *Ac adu. eundem l. 4.* In summa si constat, id verius quod prius, id prius quod est ab initio, ab initio quod ab Apostolis; pariter vtique cõstabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolicas fuerit sacrosanctum. *Denique adu. Praxean.* Quo per æque diuersus vniuersas hæreseis iam nunc præiudicatum sit, id esse verum quodcunque primum; id esse adulterum, quodcunque posterius. *Quæ omnes loco adduximus tum, quod in ijs ad librum hunc adludatur, tum quòd hæc sententia totius huius libri sit scopus, tum etiã quod magnopere fatae ad retundendas nouellas omnes huius tempestatis hæreseis.*

Cap. xxxii.

183. Ceterùm siquæ audent interserere se, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd non habeant hæreleis suorum Episcoporum successionem, qua suas Ecclesias probent Apostolicas. *Cuiusmilia habet Author, Pontifices omnes vsque ad Anicetum, subque Marcian caperit, enumerans lib. 3. Carminum adu. Marcionem, infra Tom. 4. In quo ipse B. Irenæum imitatur li. 3. aduers. hæref. c. 2. 3. & l. 4. c. 43. 45. 46. vtrumque vero B. Cyprianus epist. 52. ad Antonian. & 76. ad Magnum, Origenes lib. 1. Periarchon, B. Optatus Mileuitanus lib. 2. aduersus Parmenianum, & Augustinus denique in Psal. contra partem Donati, & epist. 165. Qui omnes cum Tertulliano Ecclesiæ Catholicæ notam potissimùm faciunt, successionem Episcoporum à B. Petro Apostolo in Ecclesia Romana ad sua vsque tempora; Immò particulatim Tertullianus, Irenæus, Optatus, & Augustinus Pontifices Romanos omnes ad sua vsque tempora enumerare. Verba ipsa compendij gratia præcetimus. Videat autem curiosus Lector tam Adnotationes Eas-ardentij nostrijn dictum cap. 3. lib. 3. Irenæi, ac nostras in B. Cyprian. modo citat. epist. 2. in prioris, & posteriorisnu. 11. Illud denique B. Augustini catholicum Lector memoria non patiatur excidere lib. contra epist. Fundamen. cap. 4. Tenet me in Ecclesia catholica ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotum. Hæc paulo latius quàm Quintinus aut Macerem. Legimus autem eam MS. Vatic. cod.* qui tamen cum Apostolis perseueranerint, pro: perseueruerit.

184. census suos deferunt.] *Similiter dixit lib. adu. Marc. 3.* Exhibe ergo aliquam ex tuis Apostolici census Ecclesiam, & *lib. 4.* Habet planè & illud *Euangelium nempè Marcionis*) Ecclesias, sed suas, tam posteras quàm adulteras, quarum si censum requiras, faciliùs Apostaticum inuenias, quàm Apostolicum. *Non intelligo* (inquit *Quintinus*) *quòd Ecclesiæ censitæ forent, aut censerentur, id est, enumerarentur, ac recenserentur ad præfationem census, id est, tributi, seu pensionis alicuius annuæ. Sed accipe* census *pro dignatione, exsistimatione* (*vultò reputatione*) *in qua quis est. Rei quidem censentur, id est, ciuium facultates & bona recognoscuntur, describuntur, æstimantur: vt Respubl. sciat, quantum quisque possit ad communes vsus contribuere. Per sinquoque censentur, vt eadem cognoscat, quibus vrui & ciuibus fulcita sit ac nitatur, atque sic recensiti, pro sua quæque virtute decorat, & dignatur honoribus. Vnde Scriptores per translationem, vt* census *accipiatur pro pretio, in quo quis habetur.* Quis alius Dei census quàm æternitas? *adu. Hermog. cap. 4. Scilicet loquitur:* Ecclesiæ deferunt census suos, id est, eo se maiore putant auctoritate valere, ceteris præcellere, quo propius ad Apostolos accedunt, & intemeratam eorundem doctrinam diligentèr obseruant & obseruarunt. *Quod metaphoræ hic habei,* Deferunt census suos, *Secunda propriæ verborum significatu dixit:* in censum deducere prædia, *lib. 64. De æquæ re. dom. & Plinianus, Lacus piscarios & portum in census deferre, lib. 4. ff. de censib. Pulgus nostrum, Dare per denumerem mentum. Superius ostendimus Tertullianum iuris admodum peritum fuisse, forensibusque delectari verbis & locutionibus, quibus Auctoris scripta redundant. Atqui hoc eodem significatu est Auctori frequentissima vox* census. *Sic supra Tom. 1. Apolog. cap. 7.* Census (*inquit*) istius disciplinæ, vt eam addimus, à Tiberio est. *Item infrà dicto lib. adu. Hermog. cap. 33.* Ex facto habet censum, *& aduersus. Praxean:* totum censum Monarchiæ. *Cui similes etiam aliquot locis lib. aduersus Valentinianos. & Tom. 5. lib. de Monogamia:* Atqueita census nosset transfertur in Christum, &c. proinde videamus an idipsum debeas huic quoque censui secundo, *ac paulopost:* in Christo nouans census. *& iterum:* non enim pastiuus tibi census in illo est.

185. sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum, &c.] *Sic B. Irenæus (vti etiam Quintinus adnotauit) de* Polycarpo *scribit. Et* Polycarpus *non solùm ab Apostolis edoctus, & conuersatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in eaque* Smyrnis est Ecclesia constitutus *Episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra ætate. Multum enim perseuerauerat, & valde senex gloriosissimè & nobilissimè Martyrium faciens exiuit de hoc vita, dicto cap. 3. Quibus addat ibidem Eas-ardentius, Ierum hunc Irenæus reperit apud Euseb. lib. 4. Eccles. hist. cap. 13. item alterum de eodem Irenæi fragmentum lib. 5. c. 19. Denique eiusdem Martyrium l. 4. c. 15. Meminisse item eiusdem* Polycarpi *& Ignatium frequenter Epist. ad Antiochenses: immò & ad ipsum epistolam ab eo conscriptam. Hæ & ego suprà adde, ad* Polycarpum *proinde pertinere admonitionem illam ad Angelum Ecclesiæ* Smyrnæ, *quæ habetur Apoc. 2. Hæc dicit primus & nouissimus, &c.*

186. sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum ædit.] *Et si hic eradat* Clementem à Petro ordinatum, *non tamen hinc sequitur (quod tamen adnotauere Quintinus & Macereus)* Clementem à B. Petro *fuisse primum Pontificem, quum ordinatio Clementis nihil obstet quo minus à B. Petro etiam Linus & Cletus ordinati fuerint, & sufficiat huic instituto, quòd* Clemens ab Apostolo Petro ordinatus sit. *Certè certo dumtaxat loco ille Clementem successisse ipse Auctor testatur infrà T. 4. lib. 3. Carminum aduersus Marcian. hæc verba:*

Hæc cathedra *Petri*, qua sedetat ipse, locatum
Maxima *Roma*, *Linum* primum considere iussit;
Post quem *Cletus* & ipse gregem suscepit ouilis,
Quem sequitur *Clemens* is Apostolis benè notus.
Huius *Anacletus* successor forte locatus:
Euaristus ab hoc rexit sine crimine legem:
Sextus *Alexander*, *Sixto* commendat ouile.

Quæ omnia eò adduximus, vt magis confiet de Tertulliani sententia, quinon modo omnes iam nominatos Pontifices, & eorum successores vsque ad Anicetum enumerat, sed diserte verbis Alexandrum à Petro sextum *fuisse adseris; vt inde confiet non solùm inter Episcopos, sed Papas Romanosqui in cathedra Petri successerunt, haberi debere Linum & Cletum, idque ante* Clementem, *quippe quum alteqiis ijs omnibus* Alexander non *sextus, sed quartus dumtaxat foret. In qua Auctorem sequuntur inter Græcos Epiphanius haer. 27. & 78. Latinorum B. Damasus Papa, & Anencletalis c. 21. & 24. Rufinus Prologo in Epistolam Clementis ad fratrem Dominni, & B. Hieronymus Catal. script. Eccles.* Clementem quartum à Petro *constituens, interpositis inter verumque Linoe & Anacleto, iuxta Versionem ex Sophronio, aut potius Lino & Cleto iuxta emendatiores Latinos codices MS. & Damasum, Anicrem Chronici chronicorum, ac Platinam, reliquos denique media ætatis & posteriores Historicos Latinos. Quæsententia quum conformetur Martyrologijs Bedæ, Vsuardi, ac Romani (atque adeo verisimiliter Eusebij & Hieronymi, è quibus desumpta fuit) certè omninò Lectoris Catholici qui Romanam Ecclesiam matrem fidei suæ agnouit, amplectenda videtur; Vpotè quæ sedia æquè celebret Linu Papa xxij. Septembru, ac Cleti Papæ 26. Aprilis, atque* Clementis *Papæ 23. Decembris. Proqua etiam facunt illi, qui cum Lino Anacletum præponunt* Clementi, *eidem substituentes Euaristum, quippè quum pro ijsdem habeant Clerum & Anacletum: nempe B. Irenæum lib. adu. hær. 3. cap. 3. Euseb. histor. Eccles. lib. 3. cap. 2. 4. & 13. lib. 5. cap. 6. ipsis Irenæi verbis, ac in Chronico, & Nicephorum histor. Eccles. l. 3. c. 2. Partim denique B. Clemens (si*

emendati sint ordices) Const. Apostol. lib. 7. cap. 45. qui Linus ante se meminit, & B. Ignatius ad Mariam Cassobolitanam, qui Anacleti ante Clementem meminit. Quamquam interim & Epiphanius, & illi omnes, Graci existentes, atque adeo Latine Ecclesiæ successionis non tam prouidi examinatores in hoc fallantur, quòd vtraque vnum dumtaxat faciant, aut Cletum, vtrilibet, aut Anacletum, quemadmodum aliij, sic Clemens successerit. Aquibus non multum dissentunt BB. Optatus & Augustinus, qui Cleto prorsus omisso, Anacletum solummodo recensent, in hac tamen nostram, eámque probabiliorem adprobantes assertionem, quòd Clementis successorem faciant Anacletum, non prædecessorem. Verum præter expressam Tertulliani ea de re assertionem, 8. Damasius Pontifex. cap. 5. Clemum ab Anacleto distinguit, quòd ille Romanus ex patre Æmiliano federat an. 12. hic vero Græcus & Athenien sis, ac patre nauu Antiocho, annis 9. Deinde Anacletus ipse vtraque sua Epistola Decretalis sumam antecessorem Clementem vocat: denique Ecclesia Romana separatim festum Anacleti Papæ & martyris in Beda, Vsuardi, ac Romano Martyrologio observat xiij. Iuly. Reflat difficultas, quomodo hæc constare possint cum eo quod refert ipse Clemens epistola 2. ad Iacobum (Alpheiemph, qui teste Dorotheo in Synopsi, idem fuit qui Symeon cognominatus, Hierosolymorum Episcopus exstitit) fratrem Domini, se Romæ a Petro ordinatum his verbis: Clementem hunc vobis Episcopum ordino, Item cum eo quod B. Hieron. Tri supra: Tametsi (inquit) plerique Latinorum secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clementem. Ad quam non aliud mihi videtur respondendum, quàm quod respondetur patrum B. Epiphanius loco supra citato, partim Rufinus Prologo in dictam Epist. & Ioannes Papa tertius sine sexto Martianum Scotum, Leo 2. epist. ad Episcopos German. & Gall. & Haymo de Christi anarum rerum memoria, ac post eos Vincentius Bellouacensis, hist. lib. 10. cap. 21. & B. Antoninus, Summæ histor. part. 1. Tit. 6. §. 3. ac Auctor Chronici chronicorum: Nemini nempe mirum videndebere, quòd ante Clementem Linus & Cletus Episcopatum assumpserint, cum sua sicuti Clemens, sic & illi contemporanei fuerint Petri & Pauli Apostolorum, tum quod non potuit vrbs Roma sine Episcopo esse: Atque adeò Linum & Cletum, non solum Episcopalis officios functos (vti hodie Romæ Episcopi Cardinales) sed B. Petro ad alias terras abligato (quod mihi referri videtur ad Claudij tempora, quum exsularet Roma iussis sunt Iudæi, è quorum numero Petrus) ad prædicationis gratia Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, Asiam subinde visitante, primò Linum, inde eo mortuo aut absente & Cletum, etiam Pontificiis Summi Papæ Romani munia exercuisse: Deinde post SS. Petri & Pauli obitum, Clemente recusante, ac discedente, & secedente (iuxta quod, inquit Epiphanius, in quadam Epistola eius, & quibusdam Commentarijs reperimus) aut vtrumque, aut certè Cletum in Romana cathedra sedisse, & post eorum obitum, Clementem rursus coactum esse ad suscipiendum Romani Episcopatus onus. Hactenus ad verbum fere ex Epiphanio, præterquam quòd eo adseretur non sufficere, quòd ille ad fecerat, Linum Petro superuixisse, tum ob verba illa Clementis ipsius, Constit. Apostolicarum li. 7. cap. 45. Post mortem verò Lini, Clemens à me Petro constitutus est Episcopus, si modò (de quo dubitare me facit vicinitas dictionum Λίνος, & Ἐυὼς, sine ἐμοῦ, ac si verè deberet, post mortem meam, quemad modum legitur eusdem epistola 2. ad fratrem Domini) emendati sine codices Graci, è quibus transtatio falsa est, tum quòd non satis consentire cum Fastis Consularibus annos Consulum à B. Damaso recitatos, quibus sederunt Linus, Cletus, Clemens & Anacletus, quidam admodum viri eruditi. Quamquam vt verum fatear, præter illud Clementis nihil obstare videam, atque adeò totus eam in eorum sententiam, qui non Cletum modò Petro superuixisse existimant, sed & Linum. Nam præterquàm quòd exstent libri duo, Lini Papæ tituli, eius item olim ab Antonino Summ. hist. part. 1. Tit. 6. cap. 4. §. 1. & à Trithemio Abbate de Martyrio Apostolorum Petri & Pauli, quos non nisi post obitum eorum conscripsisse potuit (nam fortasse aliquas illos Ego sippe potuit) ad scripserit, cuim eadem penè verba sunt lib. 7. de Excidio Hierosolymitano, eo quòd ibi nulla mentio certaminis B. Petri cum Simone Mago, ex quo Antoninus quadam adloqui, & quod perissimum abille conscriptum recitat Auctor Chronici chronicorum) certè B. Damasus & Ep phanius locis citatis mecum sentiunt. Immò etiam Eusebius in Chronico an. primium Christi 70. Neronis 14. Linum Petro successisse tradit, & deinde Lino Anacletum (quem nos Cletum dicimus) non modo in Chronico, sed etiam dicto cap. 13. lib. 3. eusdémque anno 12. eidem successisse Clementem. Item Nicephorus Eccles. hist. lib. 3. cap. 2. & alij plerique historici, qui Linum sub Vespasiano, Cletum sub Domitiano, Clementem, & Anacletum ac Euaristum sub Traiano passos scribant. Quò etiam pertinere videtur illud B. Hier. Catal. Script. Illustrium, qui tertio anno Traiani passum scribit Clementem. Pro eodem facit quod & Optatus & Aug. vtuntur his verbis: Sedit prior Petro, huic successit Linus, non enim quis succedere dicetur, nisi vnus defuerit, aut defuncto. Denique quantumuis ob discrepantiam Consulum à reliquis differat, & præfertim de Cleto, Onuphrius in Platinam, & in Chronico, Petro superuixisse scribit Linum saltem ad menses tres, passum eodem anno quo Petrum sub Nerone, Capitone & Rufo Coss. Verùm de hoc alias latius, si dei etium Deus, aliquan do conscribendo Chronica Ecclesiastica. Paulopòst autem sue locus cum excusis: ab Apostolis delciuerunt, sue cum MS. Anglico: difcesserunt, perinde est.

187. ad vtramque formam.] *Tertullianus (inquit Quinitus) hic duas proponit exceptionum seu præscriptionum formulas aduersus hæreticos, in quas profectò Gnostici, ne nunc quidem quid habent quod replicare valeant. Altera ducitur à defectu successionis, & altera sumitur ab argumento mutuo adipsos nos. Signa sunt duo longè certissima, per quæ mox omnis procul dubitatione cognoscimus, vbinam sint Ecclesiæ constituta, quas Apostolicas & Catholicas habere, sequi, venerarique debemus, & extra quas non est salus. Imprimis Ecclesia, quæ clerum successionis Pastorum Presbyterorumque suorum ad nos vsque continuam ducit ab Apostolis, aut Apostolicis viris, ea sola dicenda venit Apostolica & Catholica Ecclesia. Tam patens & euidens est hæc Tertulliana positio vt nec ab hæreticis eatenus obscura sit. Quis enim negare possit Apostolicum, quod ab Apostolicis præcepta ordine continuo Statuenda? Sed apud hæreticos non est aliqua talis ordinatio succedentes, qui nec Episcopos, neque Presbyteros apud se ferunt, sed laicis facerdotalia munera iniungunt, & laicos de Presbyteris facunt. Inferius cap. 41. ponit hoc ipsum Tertullianus. Apostolica non est ipsitus ipsius modi ciuicio, vel Ecclesia. Iam tamen Episcopi videntur, ne non sit in eis & inter eos Apostolica successio. Planè non esse, Lex Apostolica videtur pronuntiare in Can. Apost. 29. & 30. Iuxta edictum ipsum successorij, sunt in Ecclesia designati gradus & modi quidam succedendi, contra quos, minimè præter quos, non succeditur, sed hæreditas inuaditur seu occupatur. Secunda Catholice & Apostolice fidei nota indubitabilis est, concors & una omnium sanctorum Patrum sic fibi succedentium doctrina, dum diuersi sapiunt, & sentunt vnum, Idémque per omnia concorditer eaque semper docuerunt. Quæ numquam fuit, nec est, in hæreticis concendia, vt nec in Philosophis Gentium de rerum principijs vna fuit vnquam sententia. Ista duo fibi vendicare quum non possint hæretici, ergo non sunt Christiani. Vnde sic vtraque forma præscribunt is, Catholice, sciet ati symbola tria vidimus in cap. 20. supra, singulariter illa quemque nostrum concernunt.*

188. scilicet ob diuersitatem sacramenti.] *Recte intelligit ipsum Macerem de sacramento fidei in Baptismo, de quo latius infrà initio lib. de Baptismo: quod quum ab hæreticorum confessione fidei diuersum sit, rectè diuersitas sacramenti hæreticis hic imputatur. Aliuqui certè multa reperiuntur apud hæreticos & Catholicos eadem sacramenta.*

Cap. xxxiii.

189. Adhibeo super hæc, ipsarum doctrinarum recognitionem &c.] *Titulum huius capitis ponimus:* Quòd ex hæresibus quas Apostoli damnarunt, reliquæ omnes exortæ sint.

190. ab ijsdem Apostolis & demonstratæ & eieratæ.] *Sic omnino legendum pro:* deieratæ. *Præterquam enim quòd Tertullianus;* deieratæ, *pro abiurare vsurpat, vti diximus lib. de Idolol. supra Tom. 2. nu. 157. Vsicumque de abiuratione diaboli in baptismo, vel & hic (nã à diabolo esse hæreseis infrà profequitur cap. 40.)*

cap. 40.) *Vocabulo* eierandi *vitatur, quem admodum latinis suprà eodem Tom. lib. de Spect. c. 24. nu. 183. Neque verò id ego primum, sed num. 2. am ante me Quintinus*: Deietare, *inquit, significat hic* eiectare, *nisi legere vis* eiurare. *Est autem* eiectare, *sive eiurare, res cuipiam renuntiare, rem repudiare, confutare, prorsus abijcere. Apud Ciceronem,* eiectare *inquimus sibi forum, eiurare iniquum totam prouinciam, id est, recusare: sic hæreleis* eiectare, *id est propulsare, refutare, detestare. Nam & qui sancto aliquo iureiurando testatur aut detestatur aliquid, ille* deietare *dicitur.*

191. Nam & sic facilius traducerentur.] *Alia hic significatione accipitur* traducere, *quam suprà* traductiones *c. 22. propriè nempè. Nam* traducere *(inquit Rhenan.) proprie est ignominiæ causa aliquem publicè circumducere, lib. 4. adu. Marc.* Vbi traducerer, *inquit*, eas. Ergo illis traduxisse debuerar, &c. *Verùm* traducentur *hic idem est ac si dicat: inanes ostendentur. Similetiam significatione pro publicare dixit Auctor infrà Tom. 5. lib. de Fuga in persecu.* Non traditus autem, traduci habebas? Ergo dum nolendo tradi, non vis traduci; nolendo negasti, quod te traduci noluisti.

192. Paulus in prima ad Corinthios Epistola, &c.] *Sic ex MS. Vat. cod.* &: Hæc opinio prima (*pro*: propria) Sadducæorum. *De quibus* alisque, qui resurrectionem carnis infringunt, *latius infrà cap.* 45. 49. 51. & *lib. de Resurrect. carnis, quem admodum de* defensore Circumcisionis & legis Hebione, *c.* 48. de nuptiarum interdictoribus Marcione & Apelle, *rursum c.* 51. de discretionibus resurrectionem iam factam Valentinianis, & eorum Genealogijs, *cap.* 49. de Hermogene, *I sequenti, vbi ex Isidoro & Hrabano ipsa hæc verba citabimus, de* Nicolaitarum & Simontana Magia, *cap.* 46. *denique* de negante in carnem venisse Christum Marcione, & filium Dei Hebione non agnoscente, *vbi suprà.*

193. Æon ille nescio qui, &c.] *Etiam hic retinus*: qui, *vocem Tertullianicam, pro eo quod Quintinus substituerat*: quis. *Qui sic in hunc locum scribit: Valentinianos istos* Æonas *iamque nos adtigimus in cap.* 7. *suprà. Tertullianus, necnon Irenæus diebus,* Æonica *ista* fabula *supra modum vexabat Ecclesiam Christi; propterea necessum fuit, vt sancti scriptores indicarent ista nominatim: non enim potuissent aliter nugas refutare. quod Irenæus feci integro primo libro, Tertullianus etiam lib. contra Valentinianos. Irenæus istum Oëonarum primum, vnde præcesserunt* Æones reliqui, *declarauit in c.* 3. *dicti libri, quod vobis eius verbis apud Epiphanium referemus, vt vel hinc dendiculos homines deprehendatis. Huius* ogdoadis, *id est, octonarij dualitas primò est innominabilis (vt aiunt) & quicquid est eius, inenarrabile est. Istius tamen coniugationis prima masculus ab eis nominatur* Βυθὸς, *fœmina* Σιγὴ, *id est profundum & silentium. Si fœminam vis habere Latinam, dicas securitatem. Secunda dualitas hinc emittitur,* Νοῦς & Ἀλήθεια, Sensus (*sine Mens, nisi mas primus esset*) & Veritas. *A duobus istis generantur* Λόγος & Ζωὴ, *id est, Sermo & Vita. Nec sunt insecundis isti, à quibus producuntur* Ἀνθρωπος & Ἐκκλησία, *Homo & Ecclesia. Deinde Genealogia decem aque duodecim* Æonum *procedit ab istis. Quæ sunt istæ (quæso) genealogiæ? & vnde probantur? Cabalam vides nugacissimam, qualis nunc & in Gnosticis, quum de Sacramentis garriunt nihil quam Spiritus, & Ideas loquuntur.*

194. nouí & non vnius nominis, &c.] *Hoc dixit, quia vix infrà lib. adu. Valentinianos*: Βυθὸς ille primus Æon *vocatur etiam* πλήρωμα, πατρᾶ, προαρχὴν, & προαρχὴ. *Quomodo etiam sua (vt ea loquar) vxor, non σιγὴ dum taxat (quam ni mis liberè fu bstituit hic Quintinus) sed* & charis. *quare placet communis lectio*: è sua charitè, *quam etiam agnoscit & interpretatur Macerius.*

195. Ioannes verò in Apocalypsi, &c.] *Ex hoc libro, & eo quod sequitur mox*: At in Epistola, *indicat eundem esse auctorem & Epistolarum Ioan. 1. & 2. & Apocalypsis, atque adeò B. Ioannem Apostolum & Euangelistam. Nam in secunda legitur*: Qui non confitetur Iesum Christum venisse in carne, hic est seductor & Antichristus. *& in primacap.* 2. Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. *Verùm quum planè sit simulis locus infrà Scorpiaco adu. Gnosticos, illuc tractatum de Apocalypsi, & maximè in lib. adu. Marc. diffèrimus; hic verò epistolam secundam eius dem Ioannis cum Tertulliano adserimus, contra Erasmi opinionem contrariam. Nam imprimis in Canone sacrarum scripturarum tres Epistola recensentur à Synodis Apostolorum, scil. Laodicena c.* 59. *ac Carthaginensi* 3. *cap.* 47. & *BB. Athanasio in Synopsi, Gregorio Nazianzeno inter pia carmina, Augustino de doctr. Christ. lib.* 2. *c.* 8. *Innocentio Papa* 1. *epist. ad Exuper. Gelasio c. Sancta Romana Ecclesia; item Rufino in Exposit. Symboli, Cassiodoro diuinarum lectionum lib.* 1. *Damasi ce ordine dexa fide lib.* 4. *cap.* 18. *Isidoro Etymol. lib.* 6. *cap.* 1. & *Hrabano Mauro nostro de Instit. cleric. lib.* 2. *cap.* 53. & *lib.* 3. *ca.* 7. *Deinde citatur hæc* 2. *Ioannis Epistola à Patribus Carthaginiensis Synodi sub B. Cypriano, alisque Patribus, & nominatim ipso B. Hieronymo epist. ad Gerontiam de Monogamia, vbi eundem Ioannem huius Epistolæ auctorem facit, & Apocalypseos; quam lib.* 1. *adu. Iouinianum diserti verbis affirmat conscriptam à Ioanne Apostolo & Euangelista in Pathmos relegato, & Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib.* 7. *cap.* 20. *videtur agnoscere tamquam eiusdem Ioannis Apostoli aquè secundam & tertiam ac priorem epistolam. Quomodo etiam Origenes Præfat. in Matth. solummodò addycam dubitationem quorumdam. Atque adeò etiam intelligendum B. Hieronym. Catal. script. Eccles.* 'tamquam qui ex aliena persona loquatur, patetrum ex eodem in Papia, tum maximè ex prologo in Biblia ad Paulinum, vbi simpliciter sine hæsitate aliqua inter reliquas noui Testamenti scripturas, tres Ioannis Epistolas cõmemorat. Quid? quod exstant eciamnum Clementis Alexandrini in* 1. & 2. *interprete Cassiodoro, ac Didymi Alexandrini in tres Ioannis Epistolas breues Commentarij, quorum hic quædam secundæ Epistolæ dictæ cum priori Epistolæ concordare velut ex propositio nititur.*

¶ 196. Caiana hæresis dicitur.] *Quid* Caiana hæresis *Tertulliano, vbi etiam tractabimus latius lib. Scorpiaci initio, eo quòd B. Hieron. lib. adu. Vigilantium cam hæresin* Cainam, *seu potius* Caianam, *dictam adserat, postillum autem lib. de Baptismo cap.* 1. *vbi legitur*: quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima.

197. angelis seruiens.] *Rectè hoc de Simoniana Magia dici patet infrà cap.* 46. & *latius multo, libro de Anima, vbi aduersus opinionem eius de Anima agit: atque adeò locus iste notandus, vt intelligat Lector, quam Angelorum seruitutem seu religionem impugnet Apostolus, Colos.* 2. *contra calumnias hæreticorum nostri temporis. Quo etiam pertinet Apellu hæresis de angelo creatore.*

Cap. xxxiiii.

198. Hæc sunt, vt arbitror, genera doctrinarum, &c.] *Capiti huic inscriptionem damus*: Quòd in primis illis hæresibus, etiam reliquæ posteriores prædamnatæ sint.

199. Nemo alterum Deum, &c.] *Hæreticorum proueCtum (inquit Quintinus) sine progressum vides, de quibus: illud e Philosophica schola dicitur quam verissimè, Paruus error in principio maximus est in fine. Bis in Synodo Gangrensi declarare conabamur, vulpes istas inuicem caudis colligari, scilicet, vnius alicuius hæreseos reum, paulatim ceteros ceteraram, totumque demum comburi. Sunt enim concatenatæ. Nostrorumque temporum probabimus hoc exemplis, in Synodi Præmio, versu: Et alia mulcet; & initio canonis* 12. *Verùm de Martionis, Apellis, & Valentini hæresibus infrà latius. Hic hoc solum dicemus ex Quintino, quòd* Vnius Æonis vitium *intelligat Ecclesia, de quo suprà cap.* 7. & *infrà latius, I. adu. Valentinianos. Quid autem contra eius dem hæreseu teneat Ecclesia Romana, cap.* 36. *infrà docet*: Vnum, *inquit*, Deum nouit creatorem vniuersitatis; & Christum Iesum ex virgine Maria filium Dei creatoris, & carnis resurrectionem.

200. qui Deum sic quoque voluerit æmulari.] *Quintinus substituerat*: noluerit, *quantum apparet*; *excisimans*: æmulari *hic accipi sicut infrà cap.* 38. *num.* 227. & *cap.* 40. *quum dixit*: ipsas quoque res sacramentorum diuinorum diabolus æmulatur; *nempè promittari. Verùm accipitur hic pro*: per inuidiam contendere, *eadem significatione qua alibi æmulatio accipitur ab Auctore pro inuidia, qua etiam dixit eo-*

dem capite 40. profanæ & æmulæ fidei, quemadmodum & alibi, æmulus Deo. Atqui ex Quintino & Macereo legimus paulopost: eas dicere fuisse non posſunt, pro eo quod aly dumtaxat: fuisse non posſunt.

201. aliquanto expolitiores, &c.] Audiu (inquit Quintinus) hæreſeis rudes primùm, deinde factas expolitiores. Ab annis quadragintà ſic etiam non aris cœperunt hereſes, vt quanto quis in Græcitate, & Latinitate neſcio qua peritior exſtiterit hæreticus, tanto plauſibilior atque receptior fuerit. Purè, & verè, mandè loquitur. Inde ſectatores iſtius eloquentiæ colligunt, Ergo pura, ſerſa, munda eſt hæreſis. Admodum reprehenſibile eſt gratuitè eam Theologes iſtu humanæ facundiæ verbis & eleganti ſtilo effere. Num bona ſit dictio, quærunt. Atqui meminiſſe nos oportet, quod nulla eſt in aliquo Chriſtiano bona dictio, quæ pariter non ſit in Chriſto Ieſu benedictio. Bonæ iſtæ dictiones, & Rhetoricationes reliquamus Creſconijs Grammaticis, vt fecit Auguſtinus. Sacra fuiſſe ereſtantibus non conuenit, vt neque matronæ cerruſa, neque boni eſe roma.

202. habendo cum eis conſortium.] Geleſius primus (inquit idem) Aſer etiam ſimile cum Tertulliano ſcribit, inquiens: Quicunque in hæreſin ſemel damnatam labitur eius, damnatione ſeipſum inuolut, 24. q. 1. c. 1. Eodem pertinent definitiones Concilij Chalcedonenſis & aliorum, Vbi expreſiè cauetur de ſemel definitis amplius dubitare non licere, ſed cum illis, quorum ſectantur hæreſin, eſſe condemnandos, & participationem, vti loquitur Auctor, cum damnatitijs hæreſibus, id eſt, vti interpretatur Quintinus, iam damnatis, vt fictitium, quod fictum eſt, donatiſtum, dedititium, conduſtitium. Cum quo ac Macereo & MS. Vatic. codic. legimus: nec ab Apoſtolis nominatæ.

Cap. xxxv.

203. His definitionibus prouocatæ, &c. Titulum huic capiti damus: Quòd hæreticæ dici non poſſint Eccleſiæ Apoſtolicæ, quæ nihil cum hæreſibus habeant commune.

204. hoc etiam teſtimonium veritatis, &c.] Iterum repetit totum huius libri præſcriptionem, quod veritas prior ſit, mendacium poſterius; & proinde quam priores ſint Eccleſiæ Catholicæ, etiam veritate vnita, de quo ſuprà latius c. 29. & 31.

205. Quam enim damnant, quaſi extraneam; &c.] Rhenanus, Quintinus ac Macerens ſic interpretantur, ac ſi velis dicere: quaſi extraneam damnant. ſed non eſt opus, ſi illud quod ſequitur: oſtendunt, referatur ad verumque membrum, hoc ſenſu: quam enim damnant, quaſi extraneam oſtendunt; quámque non damnauetunt, ſuam.

Cap. xxxvi.

206. Age iam qui voles curioſitatem meliùs exercere. &c. Huius capitis inſcriptio eſt: Quòd illæ ſolæ Eccleſiæ ſint veræ, quæ Romanæ aliarúmque Apoſtolicarum Eccleſiarum fidem ſequuntur.

207. apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur.] Facit huic locum contra eos, qui Cathedræ Apoſtolicæ in Romana Eccleſia nomen nolunt agnoſcere, quam etiam in aliis Apoſtolicæ Eccleſijs agnoſcunt Tertullianus, & poſt eum B. Pacianus epiſſ. 1. ad Sympronianum. Immò & in Romana tamquam aliarum matrice Veteres penè omnes, nominatim Auctor lib. 3. cap. adu. Marc. Vbi poſtquàm mentionem catathedræ Petri fecit, in qua & ipſe ſedit, & alios poſt ſe ſedere iuſſit, hæc ſubiungit:

Conſtabat pietate vigens Eccleſia Romæ,
Compoſita à Petro.

Item D. Cyprianus epiſt. 40. de quinque Presbyteris: Deus (inquit) vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & cathedrà vna ſuper Petrum Domini voce fundata. & lib. de Vnit. Eccleſ. vnam cathedram conſtituit, & vnitatis eius ſedem originem ab vno incipiente ſua auctoritate diſpoſuit. ac: Primatus Petro datur, vt vna Eccleſia & cathedra vna monſtretur. & post: Petri cathedratn deſerit, in Eccleſia non eſt. Et verò eandem etiam ad ſucceſſores ſe extendere idem indicat, epiſtol. ad Antonian. Cum Fabiani, inquit, locus, id eſt, cum Petri locus & gradus ſacerdotalis cathedræ vacaret. Quo pertinet etiam illud Epiſt. 1. 55. Ad Petri cathedram & Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta. Optatus item Mileuitanus lib. 2. aduerſ. Parmenia. Negare, inquit, non potes ſcire te, in vrbe Roma Petro primo Epiſcopalem Cathedram eſſe collocatam, in qua federit omnium Apoſtolorum caput Petrus, & paulopoſt: Cathedra vnica, quæ eſt prima de Eccleſia dotibus, ſedit prior Petrus. Similiter autem Cathedram Petri, Romanam Eccleſiam appellant B. Hieronymus epiſt. ad Damaſum, ac Catal. Script. Eccleſ. Prudentius in Laurentium, ac apud eundem B. Happolytus, Proſper in Carmin. decimæ Leo 1. Romam (inquiens) caput orbis eſſe ſtatim per ſacram B. Petri ſedem. Quæ omnia eo adduximus, quia ad Petri, atque adeò Eccleſiæ Romanæ primatum pertinent.

208. ipſæ authenticæ litteræ.] Authenticas (inquit Quintinus) litteras Apoſtolorum manu ſcriptas aut ſubſcriptas, vt ab Vlpiano dicuntur authenticæ tabulæ, authenticæ rationes, authenticum teſtamentum, quod diſtinguitur ab exemplo teſtamenti, lib. 4. ff. Fa. Erciſc. lib. vlt. ff. de Teſtament. Vulgus appellat originalia. Non dubio primarias illas Apoſtolicas epiſtolas ab Eccleſijs incredibili cura & religione conſeruatas, tantúmque non adoratas, vt etiam facile duraeuerit annis Tertullian. Siquidem medij non ſunt anni ſeptem viginti inter Neronis imperium, ac regnum Seueri, quo Tertullianus floruit. Quinetiamus ait epiſtolas Auguſti ſe vidiſſe, quas Auguſtus ſua manu ſcripſerat, aut emendauerat, in cap. 13. lib. 2. Laboratur (vt munimum) contextimus a deſcriptis annus; nam fuit ille ſub Domitiano. Plinius ſub Veſpaſiano manum Tiberij Cæſaris Gracchorum vidit, annos fere poſt ducentos, vt ait in lib. 13. cap. 12. nat. hiſt. Tertullianus igitur vidiſſe potuit Apoſtolorum manus, & autographa, ſaltem ſuo tempore exiſtabant adhuc integerrima. Neque magnum quid eſt, quod Plinius de ducentis annis refert. In archeis & grammatophylacijs Collegiorum, atque ciuitatum publica vſuntur inſtrumenta trecentorum, & quadringentorum annorum. Sodalitatem noſtram ſcio ſeruare quædam ſupra quingentorum. Similis eſt autem locus noſter ſub lib. 4. aduerſ. Marc. Videamus, inquit, quod lacà Paulo Corinthij hauſerint, ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti, quid legant Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſij, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Euangelium & Petrus & Paulus ſãguine quoque ſuo ſignatũ reliquerũt; habemus & Ioannis alumnas Eccleſias. Atqui (vti adnotat Macereus) non ſolum per amanuenſes, ſed & propria manu plerasque Apoſtolis Pauli epiſtolas ſcriptas fuiſſe conſtat, 1. Corinth. 16. Gal. 6. Coloſſ. 4. Theſſal. 3. & Philem. 1.

209. Proximè eſt tibi Achaia, habes Corinthum.] Sic ex MS. Vatic. cod. pro: proxima, quia magis ad ſtylum Tertullianicum accedit. Corinthum in Achaia ſitam patet, Act. cap. 18. ac 19. & 1. Cor. 16. ac 2. Corin. 1. 9. ac 11. Modo autem interualla (inquit Plinius lib. 4. cap. 4. & 5.) quod Iſthmon appellamus, applicæa colli, habitatur Corinthus colonia, antea Ephyra dicta, ſexagenis ab vtroque litore ſtadijs, & ſumma ſua arce quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pyrene, diuerſa duo maria proſpectans. Achaiæ verò prouinciæ nomen ab Iſthmo incipit.

210. Si non longè es à Macedonia, habes Philippos.] Etiam hoc patet Act. 16. Et inde, inquit, venimus Philippos: quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas colonia.

211. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum.] Idipſum etiam indicatur Apoc. 1. Et mitte (inquit angelus) ſeptem Eccleſijs quæ ſunt in Aſia, Epheſo, &c. Quod haudquaquam dubiè intelligendum de Aſia minore.

212. ſi autem Italiæ adiaces, habes Romam, &c.] Vatic. cod. MS. et Quintinus Romanam: ſed placet magis illud, ex quòd priùs etiam ſint enarratæ tres ciuitates in vna Eccleſia. Atqui calumniæ Magdeburgenſium, quæ huic colligunt Romæ Eccleſiæ non niſi in Italia iuriſdictionem eſſe, poteſt reſponderi vel ex ſolo eo quod ſequitur: vnde nobis quoque auctoritas præſtò eſt; nobis, inquit, aut Catholicis omnibus aut certè Africanis, qua nempè (vti interpretatur Macereus) noſtras Eccleſias defenſemus.

Quare

Quare rectè Quintianus: Ecclesiæ Romanæ, *inquit, mos ita institutus fuit, auctoritas ante omnes, & per omnes aquè gentes, maxima semper exstitit, etiam gentium Regibus, quos persequutores habebat, eidem multum deferentibus: quod ex historia, quam de Samosatenis peruersitate resuli, circa finem versus vltimi. Si verò qui non paruerit, in Prouincia dictæ Synodi Gangrensis, apparet: Hunricus Attila, Genserichus Vandalus, Totila Gothicus, impietatum faces, & Flagella Dei verè nuncupata, nullo tamen non sunt honore dignati Pontifices Vrbis. Illi due Leonem primum creuerent annum Domini 450. Vltimus Pelagium quoque primum, anno Domini 556. Quàm reuerenter loquatur hic Tertullianus de* Romana *sede, videmus. Cyprianus hanc postea nominauit Ecclesiam principalem, vnde sacerdotalis vnitas exorta est, epist. 3. lib. 1. quam nostra aduione est 55. Et cunctos ex Africa nauigantes hortabatur, vt Ecclesiæ Catholicæ matricem, & radicem* Romam *tenerent ac agnoscerent, epist. 8. lib. 4. num. 45. Hæc Africa de* Roma *sensit. Irenæus vtroque prior, pro sua Galliæ non minus magnificum testimonium reddidit Ecclesiæ* Romanæ, *in cap. 3. l. 3. quod superius iam citauimus in cap. 32. Irenæi verba sunt: Maximè & antiquissimæ, & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & adnunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquàm oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio. Hæc Irenæus. Si non creditur hic, vt antiquitate maxima (fluxerunt anni plusquàm mille, mille quadringenti) sic & vitæ sanctitate summa suscipiendæ & adorandæ vrbis, frustrà produceremus turbam sanctissimorum clarissimorúmque postea scriptorum, qui maioribus concinunt, & pro constantissimo tradunt, quod ab ipsis acceperunt, Petrum Romæ crucifixum, Paulum decollatum. Denique Romam esse caput omnium Ecclesiarum, Eusebius Iustinianus agnouit, & vbique predicauit, epist. inter claras, cap. de Summa Trinitat. Et certe maiores illi insita penè prodiderunt, vt merito credendum sit eis. Irenæus (quod superius adnotabamus) scribebat anno Christi 177. dum* Romæ *præsederet Eleutherius. Petrus & Paulus vltimo Neronis anno passi sunt: hoc est, anno post Christum resurgentem 39. post natum 69. Sic ab Apostolorum martyrio distabat Irenæus scribens annis tantum 138. nec inuenisse illa scribebat. Quadragenarium enim, vel maior, missus est* Romam *ad Victorem Papam per Ecclesiam Gallicanam. Quare non tot præterierant anni septuagima, vel octogima, quum fuit Apostolus vterque* Romæ *trucidatus. Aliquanto prius Egesippus idem scripserat sub Aniceto & Sotere Pontificibus, circiter annum Domini 169. & 170. Soteri successerat Eleutherius. Tertullianus ab hac tempore non bene lapsis annis viginti decere capit in Africa. Regens eas ingluies in hominibus Apostolici Martyrij memoria. Neque dubito superfuisse tum qui viderant, illud maximè, quod hic Tertullianus de sancto Ioanne Euangelista memorat, qui propter incredibilia, quæ per Asiam quotidie fiebant ab eo miracula, fuit ex Epheso vinctus Romam perductus, imperante Domitiano. Sepius ibi loci consenisse fratres, & in Christi fide confirmasse, non est hesitandum; sic vt* Roma *primam suam, perpetuámque fidem debeat primis tribus Apostolis Christi, Petro, Paule, & Ioanni, qui suo solemni Martyrio sunt eandem* Romæ *confessati. Demum iussu Domitiani comprehensus Ioannes, ad Vrbis portam Latinam, tota* Roma *cum suo Rege, suoque Senatu spectantes, tantam crudelitatem in hominem iam septuagenario maiorem, in feruentis olei dolium pridie Nonas Maij demersus est: vbi quum duo permansissent illæsus, ad monumentum cunctis stupentibus inde fuit exfractus. Innumeros re tam prodigiosa conuertisse ad Christum fuisse, & alios inde corroborates (quod est verissimum) existimemus. Indeioannes ob assiduum verbi diuini testimonium (* Roma *simul & Epheso sibi interdictus) relegatus est in Insulam Pathmon, circa finem Imperij tam terræ belluæ Domitiani, vt Irenæus testatur, quem refert Eusebius in cap. 18. lib. 3. histor. Planè superstites erant inter fratres non pauci, qui Ioannem viderant in delio. Iam Phanaticum aliquis heri natus, & à cunis ebrius totus, ex aleatis nescit quo sue caput efferens æstuario, contra sanctissimos & purissimos, & antiquissimos istos sacrarum rerum tractatores atque scriptores (quorum testimonia hic citantur num. 207. 208. 213. & 214.) exhalans eructat tetrum non fuisse* Romæ, *Babylonem esse Romanam Ecclesiam, meretricem sedentem super talentum, cathedram pestilentiæ, & alia nefanda, quæ de triumphanti in orbe tum vrbe incredibili magnitudine, miscellaneáque gentium confusione, vel de* Romano *pape prædeuntur, & in diei magni, magisque vera videntur, Imperio, quod est illa terribilis, & abhorrenda bestia quarta, Daniel. cap. 7. in Ioan. Apocalyp. ruitus designatum. Quæ si quis in Ecclesiam* Romanam *torqueat & euomat, nauseáne istius tuus ad has putidissimas Mephyten subuertitur stomachus? Si non iam cerè præcordijs es infestissimis & corruptissimo corde, salutisque deperditissimæ. Hactenus ille.*

213. Statu fœlix Ecclesia.] *Sic nunc primùm legimus ex cod. Vatic. adijcientes* Vocem, Statu. *Atqui magna (inquit in Adnotationib. Rhenanus) laus Ecclesiæ Romanæ, quam omnes Veteres summè sunt venerati. Et in Argumento: Insigne, inquit, Epiphonema, cui simile est quod habet libr. 4. aduers. Marcionem, verbis nempè supracitatis numer. 208. Ex quibus locis (eiusdem verbis vti pergo) liquet, vnde Apostolici cognomen Pontifici Romano aduenerit. Sed & in lib. aduers. Praxean, & aliis item locis non obscurè significat, quantum valuerint illo quoque ævo* Romani *Præsulis iudicium, aliquid aut agnoscentis aut reijcientis. Huius Ecclesiæ semper mensura auctoritas quantum orbi Christiano profuerit, dum dogmatum contordiam sartam tectámque præstat, ac vndique pacem conseruat, hæc turbulenta tempora abunde docent. Quæ præcipuè causa veteres Imperatores olim mouit, vt ipsam sedem El. Constantinus primulegij, Iustinianus, & Gotthorum Principes, qui primi ex Germanis Romanorum Reges exstitere, Italiæ & Prouinciarum Domini, atque hos sequutes Langobardi, prædijs amplissimis, Carolus Magnus, Ludouicus Pius, atque Rudolphius Habspurgius, terris ac profana ditione extulerint, auxerint, atque ordinarint. Denique idem Rhenanus initio lib. aduersʒ. Praxean:* vbi Episcopi Romani *Tertullian. & litteratum pacis* ab eo reuocatarum *meminit: Adtende, inquit, summam* Romani Pontificis auctoritatem, *etiam illis temporibus, dum aliquid aut reuipit aut damnat. Hinc illud Ammiani Marcellini libr. 15. de Constantio Augusto & Liberio Pontifice: Iam* auctoritate, *qua potiores æterna vrbis Episcopi formari desiderio nitebantur ardenti. Quibus addit etiam verba ipsiss. B. Irenæi paulanate num. 212. à Quintino adiegata. Quæ omnia huc transferbenda existimauis contra calumniam alteram Magdenburgenssium, qua dicunt* Fœlicem *dumtaxat hic dici* Ecclesiam Romanam, *non autem primam, atque adeò Primatum Ecclesiæ Romanæ non agnitum à Tertullian. Verùm contra eos facunt tum suprà verba illa:* vnde nobis auctoritas præsto est, *tum aduersʒ. Praxean:* reuocatio illa litterarum pacis, *tum:* cathedræ Petri *appellatio, de qua suprà num. 207. tum denique quòd etiam inhæresin lapsus,* Pontificem Maximum Episcopum Episcoporum *nuncupet, lib. de Pudicitia, Tom. 5. infrà. Et vtid ex Tertullianis dictis verbis haberi non possit, certe subsistere debet eadem ætate suprædicta B. Irenæi, quem ille maximis fecit, sententia, & deinde B. Cypriani, etiam à Quintino adnotati loci. Quibus accedit apertissimus item locus lib. de Vnitate Ecclesiæ: Primatus Petro datur, &c. vti suprà à nobis citatus est num. 207. Ad quem Cypriani locum etiam aliorum Veterum loces simules citaui, Adnotation. num. 14. sicuti etiam in epistol. 45. num. 6. 55. num. 27. 55. ac 90. & in epist. 67. num. 11. 68. num. 17. 71. num. 19. 72. num. 3. 76. num. 29. Quarum si ipsa etiam verba quis requiret, præter Nostrates Auctores ibi citatos, liceat etiam*

consulere Fen-ardentium in dictum cap. 3. lib. 3. Irenæi, & Sanderam Anglum de Visibili Monarchia lib. 7. vbi etiam plura aliquot testimonia pro ipsius mediæ ætatis & posteriorum sæculorum reperire est, atque Calumniatoribus nostri temporis hæreticorum, qui veritate convicti negare non audent Romanum Episcopum primum omnium sacerdotum semper habitum fuisse. Eodem etiam pertinent quæcunque à nobis citata sunt Cyprians & aliorum Patrum testimonia hoc ipso capite supra nu. 207. 208. & 212. & quæ de hoc argumento scripta est eruditissima illustriss. Cardinalis Hosij Epistola.

214. cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine profuderunt, &c.] *Simile locum ad verbum pene ex l. 4. adu. Marc. supra citatum est num. 208. Infra quoque Scorpiace adu. Gnosticos:* Vitas, inquit, Cæsarum legimus, orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cùm cruci affringitur. Tunc Paulus Romanæ ciuitatis consequitur facultatem, cùm illic martyrij renascitur generositate. *Atqui eorum martyrij Romæ præterea meminerunt B. Linus Papa lib. duobus ea de re conscriptis, Clemens Papa non vno in loco, Egesippus lib. 7. de excid. Hierosolym. Dorotheus in Synopsi, Hieronym. Catal. Scriptor. Eccles. Ambrosius & Augustinus frequentissimè, Orosius lib. 7. cap. 6. Eusebius in Chronica & hister. Eccles. lib. 3. cap. 1. Vbi etiam martyrij genus explicans adserit, quod ad extremum capite deorsum verso, (sic enim perpetuo cap. ebat) Petrus cruci suffixus sit; quo adludit Auctor dicens:* vbi Petrus pallioni Dominicæ coæquatur. *quem in hoc imitatur Nicephor. lib. 2. cap. 36. vbi etiam quo supplicio Paulus affectus sit, adserens:* Paulum vero, inquit, gladio feriens occidit eodem tempore eodémque die. *quod ipsum his verbis significat Auctor:* vbi Paulus Ioannis exitu, hoc est, vitreliæ translulit Macretus, eodem martis quo Ioannes Baptistæ plexus est exitu. *nam Auctori visitatam vocem:* exitu, *pro exitu, supra Tom. 1. adnotauimus lib. ad Scapulam, cap. 3. adillud:* in illo exitu Byzantino. *De quo ad hunc locum adludens baudubitè, in hæc verba latinis Michael Glyca hist. sue Byzant. part. 3. Nero, inquit, impurissimus. Princeps, primus persequis Christianos cæpit, & duos summos viros interfecit, vt nonnulli quidem historici voluunt, & vna & eodem die, verum (sicuti inter cetera Prodentius) diuersis annis, vt Eusebius autem Pamphili F. memoriæ prodidit, & anno eodem, & eodem die. Quinetiam Tertullianus, vir apud Romanos illustris, & Caius scriptor Ecclesiasticus, & Dionysius Corinthi Episcopus, simul & eodem tempore Petrum & Paulum Martyrio suo doctrinam Christianam obsignasse scribunt, anno videlicet imperij Neronis xiij. aui, vt alij, xiij. sâltem anno Imperij eius vltimo. Quòd quòd etiam ante illos Nicephorus hoc adludere videtur, quum dicit. lib. 2. cap. 37. hæc verba, quæ in genere tantummodo Euseb. lib. 3. cap. 24. historiarum monumentis, ipse Tertullano adscribit: & Paulus quidem Romæ capite plexus, petrus autem crucis fixus est eodem tempore tradunturque; quorum deinque vterque Caij & Dionysij Corinthiorum modo citatorum etiam ipsa verba adlegant.*

215. vbi Apostolus Ioannes, posteaquam in oleum igneum demersus, &c.] *Addit* Apostolus, *ad distinctionem Ioannis Baptistæ, de quo prius. Atqui hoc adludit B. Hieronym. lib. 1. aduers. Iouinian. Refert, inquit, Tertullianus, quòd à Nerone missus Ioannes Euangelista in feruentis olei dolium, postea & vegetior exierit, quàm intrauerit. Quò pertinet etiam illud eiusdem de Ioanne in Matth. cap. 20. Sed si legamus Ecclesiasticas historias, in quibus fertur quòd ipse propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit, statimque relegatus sit in Pathmon insulam, videbimus martyrio animum non defuisse, & libisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberint, licèt perseuerator non fuerint sanguinem. Legimus autem eum MS. Patic. cod.* quid dixerit, *pro* didicerit, *& addimus:* quid *retro loto:* quid cum Africanis, &c.

216. aqua signat, spiritu sancto vestit, Eucharistia pascit.] *Primum hoc Baptismi, secundum Confirmationis, tertium Eucharistiæ, Sacramentorum efficientiam significat, de quibus mox latius cap. 40.*

217. martyrio exhortatur.] *Vat. MS. cod. & Quintinus* martyrium, *sed illud placet. Eius autem etiam fauet meatuenem Auctor propter refragatores martyriorum Gnosticos; adnexus quos scriptum est quod infrà est Scorpiacon.*

218. de papauere fici, &c.] *Quod Varro dere Rust. lib. 1. cap. 4. semen vocat & granum, hic Auctori peculiaciter* papauer fici *dixit. De* caprifico *denique, id est sicu siluestri, vide Plinium lib. 15. c. 19. Atqui sic quæ sequuntur, distinguo:* degeneres veritatis (*adiectiua enim cum Genitiuus solet Auctor consungere*) grano & mendacio syluestres, *sine, vti Quintin.* grano mendacij. *est enim perinde.*

Cap. xxxvii.

219. Sic hæc ita se habent, &c.] *Hoc caput inscribimus:* Quum scripturæ Christianorum sint, & hæreticis alienæ, minimè ex illis cum hæreticis disputandum. *De quo latius supra c. 15. sicuti etiam cap. 21. de* Regula fidei (*nempe eadem, de qua c. 13.*) quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit. *Legimus enim omnino* accepit, *pro* tradidit. *Item:* ad ineundam de scripturis prouocationem *ex MS. Anglico, pro eo quod subsistuerat Rhenanus* ad eandem. *Super qua monet Quintinus: Tertulliani, inquit, sententia diligêter obserua. Hæresis non a Catholicarum scripturarum fide prouenit, sed a priuata superbi cuiuspiam hominis persuasione, qui credere sic vel ipse elegit, nos minimum suam detorquens scripturas, & non se scripturis obedientes sub ycimus. Cum talibus ergo non est de scripturis aliquid agendum vel tractandum.*

220. sine scripturis.] *Reddit rationem Rhenanus, quia ex eâ scripturis, proprium nempe. Ego vero refero ad probationem sine scripturis; quippe quum Auctor nullis ad hoc scripturis vtatur, sed solummodo ea præscriptione quæ sequitur.*

221. Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt.] *Similiter dixit supra cap. 7.* Quid hæreticis & Christianis? *& 14. quum autem non dum crediderunt, non sunt Christiani. & 16. fcilicet quia non est Christianus. Similes autem locos reperire est BB. Cyprianus lib. de Vnitat. Eccles. & Hieronymi initio libri contra Luciferianos. Quare & Theodosius Iunior ac Valentinianus tertius Legem tulere, (quæ extat leg. 6. c. de hæreticis) qua vetant hæreticis Christianorum nomine vti. sed ab Auctore scelerisque duobus sequuntur, nomen sortiri volunt.*

222. quid in meo agitis non mei, &c.] *Tertullianus (inquit Quintinus) vbique sensu sure prodit exercitatissimum fuisse. Ipsissima Iuris verba sunt:* Quid in meo agitis, *quod semanus, quid pascitis in alieno? Cur limites, hoc est terminos meos mouesi? fontes meos, aquam scilicet meam* transfuertis? *Cur syluam meam cædis? mea possessio, prior possideo. Lege autem bus:* mea est possessio, *quod prior lecc solus præterquisc Quintinus. Pulcre autem adnotat Rhenanus omnia illa esse insudentium, & aliena bona occupantium.*

223. habeo origines fitmas ab ipsis auctoribus.] Auctor (*inquit idem Quintinus*) *apud Iureconsultos dicitur is, cuius res erat, a quo rem nobis emimus, aut alio modo quouis habemus. Hinc* Auctorem laudare, auctori denuntiare, & auctoritas, *ipsum ius Dominij. Instrumentum* auctoritatis, *id est, venditionis. Venditor est* auctoritatis obligatus. *Quæ verò sequuntur, pura sunt vltimarum voluntatum seu testamentorum verba.* Testamento cauere, fidei committere, exhæredare, &c. *Quibus adde etiam:* adiurare; *nam & heredes* adiurari *solent ad testamenta executionem, & abdicare. Atqui de* fideicommisso *latius supra li. 1. ad Vxorem c. 1. nu. 6.*

Cap. xxxviii.

224. Illic igitur & Scripturarum, & expositionum adulteratio, &c.] *Capitis huius, quod materiæ eiusdem resectio paulo prius inscripsimus quam Quintinus, hic est titulus:* Quòd scripturarum & expositionum adulteratio hæreticis, non Catholicis tribuenda sit. *Atqui etiam phrasis est Iureconsultorum:* instrumenta doctrinæ, *sicuti & :* corruptela instrumentorum.

225. detra-

225. detractione, vel adiectione vel transmutatione.] *Hæc tres modas commemorat, quibus adulterare scripturas solent hæretici de quibus latius supra cap. 17. n. 105. Atqui illud:* Quod sumus, hoc sint, &c. *fic interpretatur Macrenus: Nam profitetur nobiscum scripturæ fidem, professionem & vivendi modum, id quæ exquisse illæ initium cæperint, eo tam antequam aliter vivere-tur, aut credi-retur quam nos Christiano sint credimus.*

226. antequam interpolarentur.] Interpolare (*inquit Quintinus*) *est formam nouam veteri cuipiam re dare. Vestimentanoua, & vestimenta* interpola *sine* interpolata *apponuntur in Romanorum Legibus l. 45. De contrah. empt. l. 37. De addil. edi. ff. Hinc* interpolatio, *id est, antiquæ formæ renouatio & immutatio.* Scripturæ interpolantur, *quando lectio quæpiam noua & insolita proponitur, in Ecclesia non assueta; vel sensus alius adfertur, quem prius catholica non audierit, nec admiserit Ecclesia. Qui pro ineffabilis Deo, vel angelo, louem dicit, aut Genium, similiaque transformat, interpretor* scripturam interpolat. *Omnium tamen deformissimè, qui verbum veritatis & substantiale, atque reale existentia, refert cum nefanda sensus inuersione ad exterius quoddam res signum seu significatum: Hoc est corpus meum: id est, significat. Apostolos non satis eruditos fuisse, neque discretos credunt, ad tradenda nobis mysteria, docendáque sacra quæ didicerant à Christo; proiectæ verborum proprietates, quas & ipsa verba communant ac transponunt. Quædam quidam tradiderunt atque docuerunt Apostoli (sicut aiunt:) Hos tamen adiuuandi vel supplendi, vel etiam corrigendi gratia (pretorij cuiusdam iuris vsitar) introducunt alias Sacramentorum formas, & nouas fidei traditæ modos. Modos autem tres* interpolandi *iam præmisit. Addit mox & alios duos:* Alius manu scripturas, alius sensu expositiones interuertit.

227. veniens vtique ex causa æmulationis.] *Ideò (inquit Quintinus) Tertullianus adserit hic hæreticos* æmulari *Apostolos, hoc est, ambitione plusquam Sathanica tentare, & conari per temeritatem propriam facere, quod Apostoli, Christo iubente, fecerant in Sacramentis Christianæ religionis instituendis. Et quia se superiores Apostolo iudebant esse humanæ sapientiæ verbis, in nouas fidei regula docenda nolebant inferiores haberi, quamobrem dicuntur Apostolos* æmulari. *Quod autem quis* æmulatur, *id anterius est, & & æmulantem præcedit, & verus est quod* interpolatur. *Ergo traditiones Apostolicæ præcedunt æmulatores & interpolatores illos. Igitur illæ verissimæ. Fictitium est quicquid posteà sequutum est. Hæc sincerè Catholica Tertullianæ sententiæ, propter quam explicandam paulo longiùs digredi mihi visum est.*

228. Neque enim si Valentinus, &c.] *Diuersæ sunt, inquit idem Quintinus) illorum duorum hæresiarchiarum sententiæ circa Biblicas & sanctas scripturas admittendas, de quibus commodius in tractanda hæreticorum historia dicetur. Marcion de vetere Testamento nihil recipiebat, & de nouo quadam decerpebat, ac in duos libros descripserat, ex Euangelio Lucæ, reiectis aliis, & ex aliquibus Epistolis Pauli Apostoli, resecans ex ipsis quicquid sua doctrinæ non conueniebat. Hoc est omnia sine dubio negare. Propterea dicitur hic quòd* Marcion machæra confecit cædem scripturarum. *Vi scilicet aperta & publica de medio repulit scripturas.* Machæra *enim est gladius magnus, & planè bellicus.* Stylus *instar est parua cuiusdam columnæ, acuminatus, & habens mucronem.* quo cultelli genere vsus est cautissimè Valentinus in scripturis omnibus configendis, *quarum paraphrasten quum pro libitu suo ageret, nihil non propenebat, quod scripturis suis non comprobaret. Ideò* stylo dicitur vsus in auferendis scripturis. *Inter Rhetores verò (vt hic sensus mannulsi dici metaphoricè)* stylus *est ipsa structura sermonis & orationis. Addit autem Rhenanus, quasi scripturas de Instrumento sacro resecet, nempè Acta Apostolorum, Apocalypsin, Euangelij Lucæ & Paulinarum Epistolarum partem.*

CAP. XXXIX.

229. Hæc sunt ingenia, &c.] *Huius capitis inscriptionem secimus:* Quòd in hoc Virgilio centonas & Homerocentonas imitentur hæretici. *Imitatur autem B. Irenæum (quod etiam transcripsit Epiphanius) qui Valentini fabulas lib. 1. cap. 2. aduers. haret.* Homerocentonas *appellat. Vti enim* Homerocentonibus *Tragici, sic variis scripturæ sacræ detortis sententiis abutuntur ad sua figmenta hæreticis. Verum de hoc infra nu. 231. & 234.*

230. de spiritalibus nequitiæ, &c.] *Paulus, inquit Quintinus, Ephesios armari iubet armatura Dei contra* spiritualia nequitiæ *in cœlestibus, Ephes. cap. vltim. Vocat autem* spiritualia nequitiæ *in cœlestibus, aëreas quasdam malignas spiritus, nocendi nobis auidos atque potentes. Aer dicitur etiam cœlum. Demones autem quidam feruntur in aëre habitare. Sic Demonia vocantur hic* spiritualia nequitiæ *in cœlestibus. Quod Ambrosius aliquibi explicare voleni inuertit ac dixit: Aduersus nequitias spiritualium. Mentis fit de quamplurimis in scripturæ spiritibus; malos hic intelligimus; è summo cœlo, de quo Dominus apud Esaiam c. 66. Cœlum mihi thronus est, præscriptus; alios in aëra, alios in terram. Appositissimè sunt illis ad errores & fraudes, è quibus hæreticorum ingenia procedere, docet ique, Tertullianus adserit hic, & inc. seqq. Alios autem spiritus, rudentibus inf. ni detractos in tartarum tradidit Deus cruciandos, 2. Pet. 2. Inferi sunt isti, & subterranei spiritus.*

231. Vis hodie ex Virgilio fabulam, &c.] *Quintinus:* Vides. *Sed reliqui omnes rectius illud. Sine vero legentis totum, an simpliciter: torum alium, iuxta primam editionem, perinde est. Illud tamen probatur cum Rhenano, qui figuram esse Græcam admittant, quia stylus est Tertullianicus. Qui subiungit: Circumfertur, inquit, Probæ Falconiæ titulo opusculum huius generis ex Virgilii centonibus tum etiam excusum Basileæ an. 1578.) & alterum ex Homeri centris Auctoris Græci. Quod quidam etiam Probæ vindicare conantur. Refert etiam B. Isidorus Hispalensis, Pomponium quendam nobilem Poëtam consimili studio multa ex Virgilianis versibus adunasse, vt adnotat Sixtus Senensis in Emēnd. Bibl. sanctæ lib. 4. Verum de omnibus his B. Hieronym. Prologo ad Paulinum in Biblia: Quæsi, inquit, non legerimus* Homerocentonas *& Virgiliocentonas, ac non sic etiam Maronem sine Christo posse nos dicere Christianum, qua scripserit:*

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Et paulò post loquentem ad filium:

Nate meæ vires, mea magna potentia solus.

Et post Verba Saluatoris in cruce:

Talia præstabat memorans, fixúsque manebat.

Puerilia sunt hæc (inde & fabulam Auctor vocat) & Circulatorum ludo similia. Atque adeò rectè etiam damnatur scriptum illud Falconiæ tamquam Apocryphum (vti ante me adnotauit Quintinus) cap. Sancta Romana Eccl. dist. 15. quod Decretum est S. Gelasij Papæ. x. Adnotat idem tolerabiliorem esse Ausonium, qui Theodosij sui nuptias (dus tamen post Tertullianum, contra quem ipse fentit) hoc otioso compilationis genere celebrauit, etiam sponsi cum sponsa congressum, Virgilij metris exhibens.

232. Denique Ouidius Geta Medeam Tragœdiam, &c.] *Prima editione legebat Rhenanus* Ouidius; *cui consentit Politianus, hunc locum citans, antequam excusus esset, Miscell. l. 1. c. 59. docens eum laudari à Tacito & Quintiliano; quin etiam Gesnerus in Bibliorth. & Lycosthenes ac Smilerus in Epitome eiusdem,* Ouidio Medeam Tragœdiam *adscribunt; item Libellum de laudibus Cæsaris, lingua Getica conscriptum: unde non mirum si* Geta *vocetur ab Auctore, maximè quum Ibrisi Tristium & de Ponto conscelium exulasse in hunc Getica, vbi & facile litteris Geticis mentionem. Quo etiam accedit magni M. S. Vatic. cod. lectio:* Ossidius. *Solum hoc videtur obstare, quod etiam aduersat Politianus, mirum videri quòd* Ouidius Virgilio *coetaneus, ex eo Medeam Tragœdiam expressisset. Sed quidni id faceret, qui argumentum librorum Æneidos 10. versibus expressit, quantúmque illum fecerit, hac præfatiuncula indicat:*

Quantum Virgilius magno concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso Poëta meo.

Locus Tacitiest Dialogo de Claris Oratoribus: Nec vllus (inquit)

Æsinij aut Messalæ liber tam illustris est, quàm Medea Ouidij, *aut Varij Thyestes. Quare non placet vulgata lectio* Ouidius Geta, *quam primus substituit Sigismundus Gelenius, quantumuis etiam sic legant Quintinus & Macerouius atque adeo tuus suo repositus:* Ouidius. *Nam saltem* Ouidij Medeam *olim exstitisse ex Tacito, & Quintiliano manifestum est. At verò* Ouidij *Nasonis, an alterius* Ouidij Getæ, *liberum reliquæ Lectoris iudicium: hoc unum censeo, si diuersus sit, etiam librum illum Getica Lingua conscriptum, de quo suprà, non Ouidio Nasoni adscribendum, sed Ouidio Getæ.*

233. Meus quidam propinquus ex eodem Poëta, &c.] *Oportet fuisse hunc etiam Auctorem aliquem insignem, quisquis qui dicat explicatam ab eo* Cebetis Pinacem (*quod nos Latinè Tabulam dicimus*) inter cetera stylisui otia: *Hoc est, vt rectè interpretatur Macenas, vbi à reliquis maioris momenti scriptis otiatus est. Atqui Cebes Thebanus* secta Pythagoricus *scripsit Dialogos tres, è quibus primus* Pinax *seu Tabula inscriptus, tam olim in Italia, Gallia, & Germania excusus, & in pictura etiam expressus, in qua depingitur iter ad virtutem & voluptatem, & domus vtriusque.*

234. Homerocentonas etiam vocate solent.] *Suprà num.* 231. *aliquid de hoc dicere cœpimus: Nunc hic addimus, ab aliis adscribi potius* Eudoxiæ *Iuniorꝛ Theodosij coniugi, quæ (*Zonara teste*) eas dem priùs à Patricio quodam inceptas absoluerit, & in ordinem redegerit. Qui liber excusus iam olim fuit Basileæ anno* 1541. *cum dicto* Virgiliocentonibus, *& postea ab Aldo, Græco dumtaxat titulo* Ομηροκέντρωνες. *Post deinde, inquit, dictiones & nomina dispersim posita collegisse transferunt; similia facientes iis, qui controuersias silua metipsis quasi tibet proponunt, post deinde conanatur &* Homericis verlibus *meditari eas; ita vt idiotæ putent ex illa temporali declamata controuersia Homerum versus eos fecisse, & multis abducuntur per compositam consequentiam versuum, ne forte hæc Homerus fecerit, &c. vbi etiam aliquot* Homerocentonas *recitat de eane infernali misso ab Eurysthco ad Herculem, quos compendij gratia omittimus.*

235. more centonario.] *Quando quid, inquit Quintinus, ex bene connexis, probèque sibi cohærentibus aliqua dere verbis (prosa, carmine ve sit, haud refert) in fragmenta quædam dissungitur, atque distrahitur, ex quibus alterius post argumenti consingatur & connectatur oratio, diuersissima prorsus à primis scribentis intentione; Latini vocant hoc genus confarcinationis,* Centonas. *Vt puto, metaphoricè, à genere quodam vestis detritæ iam veteris, atque dissutæ, quæ variis ac ridibus diuersorum pannorũ assuturis postea resuta est. Hæc nominatur* Centon. *Orthographiam Græcam non moror, vna littera à prodiuitorem. Nam χάντρονας dicunt.*

236. & vtique fœcundior diuina litteratura.] *Obiuius est omnibus, inquit idem Quintinus, similis locus in generali B. Hieronymi Bibliorum Præfatione ad Paulinum, cuius initium: Frater Ambrosius, in quo scribit ille: Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint, & sermone composito aurem populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legere Deiputant, nec fas e dignantur, quid Propheta, quid Apostoli sensserint, sed ad sensum suum incongrua aptans testimonia, quasi grande sit, vt non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas, &c. Vis suprà n.* 231. *Noi verò ferimus Rhetoricul nesciocuos, & admiramur ac laudamus, vbi de Grammaticorum subsellijs duos pedes exulcerint, ad exercendas quasdam suas phantasias nouas, impudenter & impiè detorquentes sacratissima verba scripturæ. Gnosticum pridem legi, qui de cibis, de vocis, de Sacramentis, & in summa quicquid antea fuit, & hodie est controuersum, de libris Aug. fruftratim consarcinarat, vt non aliud in Augustino legens, ita diceres Augustinum sensisse; loca verò consulas, impostiarum detestaberis. Vlterius adhuc (inquit idem) iam non Scholiastes exturram, narrabopœ vobis ab Epiphonio propositam (sed ab Irenæo sumptã c.1.l.1.) fanè quàm maximè propriam, quàmq; conuenientissimam rei tam nefariæ comparationem, dicit ille contra Valentinianos: Præpotentem quempiam Regem mundasse singat, vt sua sibi de gemmis electissimis & pretiosissimis exprimeretur imago. Per fides autem gemmarum imaginem affabre connexis, & inuicem compactis lapillis, ad vnum sic expressa est; vt omnes in eo regem venerarentur. Artificis postea nouæ, neque difficilis, circulator quispiam gemmas illas imitatus, inuertit, atque transpositas in canem seu vulpem deformauit, interim veriferans: Hæc Regis imago. Certe qui Regem nouere formam, præterquam quòd non adsentiuntur, Regis inde maiestatem laedi grauissimè contestantur, & impostorem querum ad supplicium, sed interim simplicioresfallunt, ac splendore vilo gemmarum, necnon formæ nouæ pretio tam raro, quo perstringantur oculi videntium, facilè pro Rege, quicquid adorationis sic est, honorare se debere credunt. Hæretici gemmas Euangelicas & Apostolicas in suas Pseudeuangelicas institutiones, & Catechesin ex apostaticas, arte simili tran ferunt. In quibus nostros quidem lapillos regios (qui frons, aut oculus eram, vt, aut nasus) loco suo motos agnoscimus planissimè, sed à sacrosancta Regis effigie per execrabiles istos insertores, acceterrimos insertores ad illusirandum sua vulpi, canisve caudam, inflatione plusquàm circulatoria, detractos. I nunc, & ab antiquis Ecclesiæ Christi patribus tam religiosè commendatos, istos circumforaneos nebulones admirare, quæ sua sint quærentes, atque prædicantes blatterones adzende, & per emendicata misere procedentes suffragia (sicut est in Scholarum Prouerbio) seclare. Saluetic homo qui squas es deploratissimæ, qui ea lia facis, viuens, videns, atque volens, te perditum cupis. Dominus noster Iesus Christus à tam fœdoso & horribili præcipitio conseruet suos ac retrahat. Amen.*

237. ipsas quoque scripturas sic esse, &c. dispositas, vt hæreticis materias subministrarent, &c.] *Posteri (inquit idem Quintinus) gratia sanè & perelegantis Metaphoræ, quæ hue respicit, scripturam vocarunt cereum, cuius quæ cereum nasum dixere, quia possit ad libitum quocunque flecti. Tam facile est enim, immò facilius est, ad res profanas & impias probandas detorquere sanctam scripturam, quàm facile est ex pedibus ac semipedibus, aut penthemimeribus Virgilianis, epithalamia seu quidquid aliud, in vnum congerere.*

Cap. xi.

238. Sed quærit ur, à quo intellectus, &c.] *Caput hoc inscriptimus:* Quòd ficutires Sacramentorum diuinorum Diabolus æmulatur, ita & sacras scripturas hæresibus attemperat, atque adeò ab Idololatria hæreseis non differant. *Atqui inter non numerabiles (inquit Quintinus) spiritualium monstra, id est, astutias, fallacias, versutias, denique nequitias, quibus homines à Deo sedducere conantur, vna est omnium fallacissima & insidiosissima, dum quicquid Dominus Deus in hominum salutem constituit, inuidus hostis diuinæ æmulatur, & suos instituit. Hic Tertullianus profert in exemplum tam veteris Testamenti ceremonias, quàm nous Mysteria atque sacramenta, quorum modos & operationes diabolicus ille Satanio diuinorum Sirmon operum, exercendæ cultibus suis admiscere gestit.*

239. ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum. &c.] *Quæ hic* Sacramenta diuina, *mox* Sacramenta Christi *nuncupat, vtpotè de nouo Testamenti* Sacramentis *agens, de quibus paulo post latius, vbi varias alias eius vocis acceptiones etiam apud ipsum Tertullianum indicauerimus. Alibi enim proprio significatu vitur (* Sacramentum *enim Festo dicitur, quòd iurisiurandi factione interposita geritur) pro iuramento quod Deo in baptismo præstamus; nempè Tom. præcedent. lib. ad Martyr. cap. 3. num. 32. lib. de Spectac. cap. 24. num. 185. lib. de Cor. milit. itidem num. 3. & vltim. & suprà hoc ipso libro, vbi num. 126. adnotauimus ad illud:* eiusdem Sacramenti vna traditio: *& num. 188. ad illud:* ob diuersitatem Sacramenti, *infrà quæque hoc Tomo lib. de Baptisi. vbi de eo latius. Deinde pro signo quidem sacro, sed quod allegoricum sit, aut figura futurorum dumtaxat. Priori generi est illud lib. 1. aduersꝰ. Marc. infrà:* Vtique manifestauit & Christianismi generotis tatem in filio Abrahæ ex libera nato allegoriæ habere sacramentum. *& lib. 3. adu. Marc.* Immò & in ipso nominis sacramento. *ac dicto lib. de Baptisme, c. 13.* fidei sacramenta. *Posteriorem illud*

illud libri eiusdem: Hæc figurarum sacramenta si tibi displicent. *item quod supra est cap.11.lib.adu.Iud.* Adhuc huius ligni Sacramentum in Regnorum legimus celebratum; *& infra lib. 5. adu. Marc.* cuius rei figuram exstanei sacramenti interpretatur. *Alibi quod propius hue accedit, more Scripturis veteris Testamenti vsitatissimo* (*Vbi* Sacramentum *vertitur, quod Græce est*: μυστήριον) *pro Mysterio, idque non solum Christiano, sed etiam ethnico, & Iudaico, & hæretico. Sicuti enim infra lib.2.aduers. Marc. dixit*: aridæ & ardentis naturæ (*solis nempè*) sacramenta Leones Mithræ: *sic lib. 4.adu. eundem*: Religionis Christianæ Sacramentum, *ac l. de Anima*: vider & audit sacramenta; *denique supra Tom.1. Apolog. cap.*19. totius Iudaici sacramenti, ac inde etiam nostri. *Item Scorpiaco infrà*: arcana illa hæreticorum sacramenta; *& lib. adu. Valent. cap.*31. Qui tantum sacramentum etiam eludendo prodiderint. *ac, cap. Vlt.* magno nomine Sacramento. *Et verò etiam vt omittamus veteris Legis* Sacramenta (*quæ B. Augustino teste in Psal.*73. *significabant diutaxat Saluatorem, non vero, vti nostræ Legis, dabant saluatem*) poterat eodem modo verti à nostro interprete illud Apostoli Pauli 1. *Cor.* 4. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores* Sacramentorum Dei; *pro eo quod vere Græca in Latinam Coloniam recepta legimus, Mysteriorum Dei, vtpote ex quo loco pets debeat prima* Sacramentorum *nouæ Testamenti mentio, qua inde deceret veteres Interpretes* Sacramentorum *noui Testamenti dispensatores fuisse Apostolos, eorúmque successores Episcopos & Presbyteros. Quò adludit hauddubiè, simul en anonimine Mysterij rationem indicans Basilius lib. de Spiritu sancto, cap.* 23. *in hæc verba*: *Ad eundem profectò modum, & qui in primordijs Ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli & Patres, in occulto silentioque Mysterij suam seruauerunt dignitatem. Neque enim omninò Mysterium est, quod ad populares aut vulgares aures effertur. hæc est ratio cur quædam citra scriptum tradita sint. Nam & traditione fola acceptæ ab iisdem Apostolis plera[que* Sacramentorum *formas nullí dubium est. Hinc factum est, vt quæ Græci & quibusdam Latinis Patribus dicuntur Mysteria BB. Ambrosio, Basilio, ac Chrysostomo non semel, aut mystica symbola eidem Basilio hom. 13. ad populum, siue exhort. ad Baptismum, aut diuina mysteria Origeni, hom.5. in Numer. aut Mystagogia Cyrillo Hierosol. Orationibus quinque, à Latinis Patribus vocentur* Sacramenta, *quem admodum Tertullianus tum hoc loco, tum iis quis de Sacramentis separatim infrà citabuntur, & B. Cypriano, Hilario, Ambrosio, Augustino, Prospero loco paulo post citatis. Quare recte etiam Concil. Nicen. can.*14. *& apud Chrysost. varia loca interpretes* Sacramenta *transtulerunt, vbi Græcè* μυστήρια, *aut simile quid piam, sicuti & apud Dionys. Areopag. Hierarch. Eccl.* 1. *vbi* Sacramentorum *nouæ legis à Christo institutionem ab Apostolis promulgatam insinuat*: Necessario (*inquit*) primus ille nostri Sacerdotalis Ordinis dux, *quum ex summa supersubstantialique Deitate ipsi sanctissimum eri plenitudinem percepissent, & adipsum deinceps proferre & propagare à diuina bonitate missi essent, ipsique vt qui transissent in Deum, posteros ad diuina prouehere paulatim tuperent*, visibilibus signis cœlestia sacramenta texerunt. *Ex quibus proinde verbis constat non nuda esse mysteria seu signa, sed diuina, sed cœlestia, id est cœlestem diuinámque gratiam conferentia. Vt proinde non noua, sed tam ab Apostolis ipsis accepta ea* Sacramenti *definitio, qua dicitur, non semel ab Augustino* Sacramentum visibile signum inuisibilis gratiæ. *Quamquam interim magis clarè vim* Sacramentorum *significet, quod descripsit partim ex Augustino. lib. 19. contra Faustum, partim ex B. Cypriano item olim B. Isidorus Etymol. lib.6. cap.* 18. *& post eum Hrabanus lib.1. Instit. Cleric. cap.*24. Ob id Sacramenta dici, quia sub tegumento rerum corporalium virtus diuina secretiùs operatur salutem, nempè à decretis virtutibus vel sacris. *Ita enim Augustinus*. Sacramenti vis ine narrabilitet valet plutimùm. *Et B. Cyprian. serm. de Baptismo*: *Verborum* (*inquit*) *sollemnitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus Apostolorum sacerdotum ministerijs adhibita, visibile celebrant* Sacramentum. *Rem verò ipsam Spiritus sanctus formæt efficit*, & confecrationibus visibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis auctor apponit; & plenitudinem gratiæ vnctionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti confirmat & perficit. *Porrò quod habet Augustin. Epist.*118. *cap.*1. *& alibi frequenter, Dominum nostrum Iesum Christum* Sacramentis numero paucis*s*. *observatione facillimis, significatione præstantiss. sactet at eum noui populi colligesse, referendum ad* septem Sacramenta Ecclesiæ, *in qua quum competat quæcunque de* Sacramentorum *virtute diximus, oportet etiam vt verè sint* Sacramenta Christiana. *Horum sex numero hic enumerantur ab Auctore*: tinctio, *id est, Baptismus*; expiatio delictorum, *quæ ad pœnitentiam spectat*, ignatio in frontibus, *quæ in Confirmatione fit*; panis oblatio *Eucharistica*, summus Pontificatus *siue Sacerdotum, reliquos in se septem sacros ordines continens*, & nuptiæ *siue Matrimonium. Quibus haud dubiè etiam* Extremam vnctionem infirmorum *adiecisset, si ethnicis æque atque præcedenta in vsu fuisset. Verùm de singulis adnotabimus veterum Patrum loces, à quibus* Sacramenta *seu mysteria nouiscapantur, de virtute eorumdem suis quibusque locis dictum, vbi de illa ab Auctore tractatur latius. Hoc vnum adijcium ex Quintino*: *Quod Celsus Christianis Mithræ sacrificia obiecerit, tanquam qui inde omnes fuos ritus sumpserint, iuxta Origenem lib. 6. contra eundem Celsum. Quireſponderillos à Christianis potius defumpsisse. Quid si & ille ad septem Sacramenta Ecclesiæ adiuserit, septenas obijcens sedis Mithriacæ portas.*

240. Tinguit & ipse quoſdam, &c.] *Quòd* tinctionis Baptismi Sacramentum diuinum Christianúmque *emulabatur diabolus, tam in Isidis, quàm in* Mithræ mysteriis, *vide infrà latius ab Auctore tractatum lib. de Baptismo, quò etiam tractatum differimus de locis Veterum, qui* Sacramentum nuncupant, *ad illud Auctoris*: Fœlix sacramentum aquæ nostræ. *Atqui illis verbis*: vtique credentes, *imitatur illud B. Instinis Martyris adu. Tryphonem, vbi initiati ei credentes perhibent, lore suprascitato suprà de Cor. milit. nu.* 207. *quibus ibidem etiam ad* tinctionem *alludit, quum eos imitatores scribit Prophetsm Isaiæ* 33. & aqua eius fidelis.

241. expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc iniiat.] *Videtur hoc pertinere ad secundam institutionem Mithræ, eo quòd addat*: & sic adhuc; *atque adeò intelligendum illud*: de lauacro, *more Tertullianisto, pro*: à lauacro, *siue post lauacrum. Plura enim institutionis generalis Vitæ at fuisse ex sequentibus patet. Maximè quum Iustinus Martyr contra Tryphonem, ex Isaia etiam hæc verba citet, qua illi sunt imitati*: *Animæ vestræ meditabitur timorem Domini, & populus virtutosus; quare & expiationem peccatorum reprominebrant. Atqui de huius sacramenti partibus & efficacia late tractat Auctor supra Tom. 2. lib. de Pœnit. Vbi videat Lector totius libri Adnotationes nostras. Etsi verò diserti is verbis raro* Sacramentum *vocitur à Patribus, Tertullianus non nisi hoc loco, tertè eodem pertinent hæc Synonyma*: Sálubre temedium, *à B. Cyprian. lib. de Opere & eleem.* salutaris medela, *lib. eiusdem de Lapsis*; in qua nomen Dei æquè atque in Baptismate operatur, *B. Ambr. lib. 2. de Pœnit.* Ecclesiæ mysterium, *B. Augustin. homil.* 27. *inter* 50. *hom. qui additur lib. de Adulr. coniug. cap.*28. eandem esse reconciliationis & baptismatis causam. *Similiter etiam coniungit B. Hieron. epist. ad Helivd.* potestatem clauium cum ea quæ est conficiundi corporis Christi, & trium Charismatum, Baptismi, Chrismatis, & ligandi *atque soluendi, B. Patianus epist.* 1. *ad Sympronianum. Qui proinde etiam* animarum medicos sacerdotes *vocat, tumibi, tum libro de Pœnit. & confess. cap.*10. *imitatum in hoc Tertull. supra lib. de Pœnit. & Origenem hom.*1. *& 2. in Psal.* 37. *Verum pluribus hic nonest opus, quod & Confessimilia & Catechumilia Sacramentum agnoscunt Pœnitentiæ, hoc addito, quod etiam hic mansus impositio sit signum visibilis gratiæ inuisibilis quæ per absolutionem confertur.*

242. Mithræ, &c.] *D. Hieron. lib.1. Comment. in Amos* (*inquit Rhenanus*) *Prophetam, ait*: Mithram *sub eodem numero aliarum litterarum ethnicis esse, quem Basilides hæreticus portentoso nomine vocet Abraxan, qui sit omnipotens Deus secun-*

Asinij aut Messalæ liber tam illustris est, quàm Medea Ouidij, *aut Varij Thyestes. Quare non placet vulgata lectio* Ouidius Geta, *quam primus substituit Sigismundus Gelenius, quantumuis etiam sit legens Quintilium & Macrobium: atque adeo rursus reposui:* Ouidius. *Nam saltem* Ouidij Medeam *olim exstitisse ex Tacito, & Quintiliano manifestum est. At verò* Ouidij *Nasonis, an alterius* Ouidij Getæ *liberum reliquas Lectoris iudicium: hoc unum censeo, si diuersus sit, etiam librum illum Getica Lingua conscriptum, de quo suprà, non Ouidio Nasoni adscribendum, sed Ouidio Getæ.*

233. Meus quidam propinquus ex eodem Poëta, &c.] *Oportet fuisse hunc etiam Auctorem aliquem insignem, quippe qui dicat* explicatam ab eo Cebetis Pinacem (*quod nos Latinè Tabulam dicimus*) inter cetera styli sui otia: *Hoc est, vt rectè interpretatur Macrobius, vbi à reliquis maioris momenti scriptis otiosus est. Apud Cebes Thebanus secta Pythagoricus scripsit Dialogos tres, è quibus primus* Pinax *seu Tabula inscriptus, iam olim in Italia, Gallia, & Germania excusus, & in pictura etiam expressus, in qua depingitur iter ad virtutem & voluptatem, & domus vtriusque.*

234. Hoc centoncentonas etiam vocare solent.] *Suprà nu.* 231. *aliquid de hu dicere cæpimus: Nunc hîc addimus, ab aliis adscribi potius Eudoxiæ Iunioris Theodosij coniugi, quæ (Zonara teste) eas dem prius à Patricio quedam inceptas absoluerit, & in ordinem redegerit. Qui liber excusus iam olim fuit Basileæ anno* 1541. *cum dicitur* Virgiliocentonibus, *& postea ab Aldo, Græco dumtaxat titulo* Ομηροκέντρωνες. *Post deinde, inquit, dictiones & nomina disperso posita colligentes transferunt, similia facientes his, qui centrouersias fabricatiuas quasdam proponunt, post deinde conantur & Homericis versibus modatas eas; ita vt Idiotæ putent ex illa temporali declamata controuersia Homerum versus eos fecisse, & multi abducuntur per compositam consequentiam versuum, ne forte hæc Homerus fecerit, &c. vbi etiam aliquot Homerocentonas recitat de cane infernali misso ab Eurysthea ad Herculem, quos compendij gratia omittimus.*

235. more centonario.] *Quando quid, inquit Quintinus, ex bene connexis, probéque sibi cohærentibus aliqua de re verbis (prosa, carmine sit, haud refert) in fragmenta quædam disiungitur, atque distrahitur, ex quibus alterius post argumentis coniungatur & connectatur oratio, diuersissima prorsus à primis scribentis intentione; Latini vocant hoc genus confarcinationis,* Centonas. *Vt puto, metaphoricè, à genere quodam vestis detritæ iam veteris, atque discissæ, quæ Varius ac rudibus diuersorum pannorũ assuturis postea refarcita est. Hæc nominatur* Centon. *Orthographiam Græcam non moror, vnaliitera p prodiuitorem. Nam κέντρωνας dicunt.*

236. & vtique fœcundior diuina litteratura.] *Obuius est omnibus, inquit idem Quintinus, similis locus in generali B. Hieronymi Bibliorum Præfatione ad Paulinum, cuius initium: Frater Ambrosius, in quo scribit ille: Tacedo de mes similibus, qui sic forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint, & sermone compositio aurem populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur, quid Propheta, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grandes sit, vt non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad volantatem suam scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas & Virgiliocentonas, &c. Vt suprà n.* 231. *Nos verò scriptura Rhetoricules nescio quos, & admiramur ac laudamus, vbi de Grammaticorum subsellijs duos pedes exilierint, ad exercendas quasdam suas phantasias nouas, impudenter & impiè detorquentes sacratissima verba scripturæ. Gnosticum pridem legi, qui de cibis, de votis, de Sacramentis, & in summa quicquid antea fuit, & hodie est contrenersum, de libris Aug. fusstratim confarcinarat, vt non aliud in Augustino legeres, ita diceres Augustinum sensisse, loca verò consulas, impostturam detestaberis. Vlteriùs adhuc (inquit idem) iam non Scholiastes excurrem, narrabóque vobis ab Epiphanio propositam (sed ab Ireneo sumptã c. 1. l. 1.) sanè quàm maxime propriam, quámque conuenientissimam rei tam nefariæ comparationem, dicit ille contra Valentinianos: Præpotentem quempiam Regem mandasse fingas, vt suis sibi de gemmis electissimis & pretiosissimis exprimeretur imago. Per fidas autem gemmarios mox affabre connexis, & insuecum compactis lapillis, ad vnum sic expressa est; vt omnes in eo regem Venerarentur. Artificio postea nouo, neque difficili, circulator quispiam gemmas illas immutauit, inuertit, atque transpositas in canem seu vulpem deformauit, interim veciferant: Hæc Regis imago. Certè qui Regiam nouere formam, præterquàm quòd non adsentiuntur, Regis inde maiestatem laedi grauissimè contestantur, & impostrem querunt ad supplicium, sed interim simpliciores falluntur, ac splendore vsq; gemmarum, necnon forma nouæ pretio tam raro, quo perstringuntur oculi videntium, facilè pro Rege, quicquid adorn tum sic est, honorare se debere credunt. Hæretici gemmas Euangelicas & Apostolicas in suas Pseudeuangelicas Institutiones, & Catecheseis apostaticas, arte simili trans ferunt. In quibus nostros quidem lapillos negare (qui frans, aut oculus erant, is, aut nasus) loco suo motos agnoscimus plausimè, sed à sacrosancta Regis effigie per execrabiles ibis onuersores, ac teterrimos inuersores ad illustrandam sua vulpu, canisue caudam, saltarine plusquàm circulatoria, detractos. I nunc, & ab antiquæ Ecclesiæ Christi patribus tam religiosè commonefactibus, istos circumforaneos rebulones admirare, quæ sua sunt quærentes, atque prædicantes blatterones adrende, & per emendicata miserè præcedentes fas sciagia (sicut est in Scholarum Prouerbio) sectare. Saluris homo quisquis es deplorati simè, qui talia facis, viuens, videns, atque volens, te perditum cupis. Dominus noster Iesus Christus à tam frageso & horribili præcipitio conseruet suos ac retrahat. Amen.*

237. ipsas quoque scripturas sic esse, &c. dispositas, vt hæreticis materias subministrarent, &c.] *Posters (inquit idem Quintinus) grata sanè & perelegantis Metaphora, qua hæreticas, scripturam vocarunt ceream, cuiusque ceream nasum dixere, quia possit ad libitum quecunque flectis. Tam facile est enim, immò facilius est, adres profanas & impias probandas detorquere sanctam scripturam, quàm facile est ex pedibus ac semipedibus, aut penthemimeribus Virgilianis, epithalamia seu quidnis aliud, in vnum congerere.*

Cap. xl.

238. Sed quæritur, à quo intellectus, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quòd secutires Sacramentorum diuinorum Diabolus æmulatur, ita & sacras scripturas hæresibus attemperat, atque adeò ab Idololatria hæreseis non differant. *Atqui inter nos numerabiles (inquit Quintinus) spiritualium* πονηρίας, *id est, astutias, fallacias, versutias, denique nequitias, quibus homines à Deo seducere conantur, vna est omnium fallacissima & insidiosissima, dum quicquid Dominus Deus suis hominum salutem constituit, simillime hic spiritus æmulatur, & sibi instituit. Hic Tertullianus profert in exemplum tam veteris Testamenti ceremonias, quàm nouæ Mysteria atque sacramenta, quorum modos & operationes diabolicum ipse Samio duumvirum Simium operum, exercendis cultibus sue admiscere gestit.*

239. ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum. &c.] *Quæ hîc* Sacramenta diuina, *mox* Sacramenta Christi nuncupat, *vtpote de nouo Testamento* Sacramentis *agens, de quibus paulo post latius, vbi varias alias eius vocis acceptiones etiam apud ipsum Tertullianum indicuerimus. Alibi enim propriis significatu vtitur* (Sacramentum enim Festo dicitur, quod iureiurandi sacratione interpositæ gerstur) *pro iuramento quod Deo in baptismo præstamus; nempe Tom. præcedent. lib. ad Martyr. cap. 3. num. 32. lib. de Spectac. cap. 24. num. 185. lib de Cor. milit. eisdem num. 3. & vltim. & suprà hoc ipso libro, vbi num. 126. adnotauimus ad illud* sacramento, *& eiusdem Sacramenti vna traditio: & num.* 188. *ad illud:* ob diuersitatem Sacramenti, *infrà quoque hoc Tomo lib. de Baptisi. vbi de eo latius. Deinde pro signo quidem sacro, sed quod allegoricum sit, aut figura futurorum dumtaxat. Priorsi generis est illud lib. 1. aduers. Marc. infrà:* Vtique manifestiauit & Christianifini generositatem in filio Abrahæ ex libera nato allegoriæ habere sacramentum. *& lib. 3. adu. Marc.* Immò & in ipso nominis sacramento. *ac dicto lib. de Baptisi me, c. 13.* fidei sacramenta. *Posteriorsi illud*

illud libri eiusdem : Hæc figurarum sacramenta si tibi displicent. *item quod supra est cap.11.lib.adu.Iud.* Adhuc huius ligni Sacramentum in Regnorum legimus celebratum; & *infra lib. 5. adu. Marc.* cuius rei figuram extranei sacramenti interpretatur. *Alibi quod propius huc accedit, more Scripturis veteris Testamenti vsitatissimo* (*vbi* Sacramentum *vertitur, quod Græce est* μυστήριον) *pro Mysterio, idque non solum Christiano, sed etiam ethnico, & Iudaico, & hæretico. Sicuti enim infra lib.2.aduers. Marc. dixit* : aridæ & ardentis naturæ (*solu nempè*) sacramenta Leones Mithræ : *sic lib. 4. adu. eundem* : Religionis Christianæ Sacramentum, *ac l. de Anima* : videt & audit sacramenta; *denique supra Tom.* 1. *Apolog. cap.* 19. totius Iudaici sacramenti, ac inde etiam nostri. *Item Scorpiace infrà* : arcana illa hæreticorum sacramenta; *& lib. adu. Valent. cap.* 31. Qui tantum sacramentum etiam eludendo prodiderint. *ac. cap. Vlt.* magno nomine Sacramento. *Et verò etiam vt omittamus veteris Legis* Sacramenta (*quæ B. Augustino esse in Psal.* 73. *significabant duratæ Salvatorem, non vero, vti nostra Legis, debant salutem*) poterat eodem modo verti à nostro interprete illud Apostoli Pauli 1. *Cor.* 4. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores* Sacramentorum Dei; *pro eo quod voce Græca in Latinam Coloniam recepta legimus, Mysteriorum Dei, vtpotè ex quo loco peti debeat prima* Sacramentorum *noui Testamenti mentio, quia inde docent veteres Interpretes* Sacramentum *noui Testamenti dispensatores fuisse Apostolos, eorúmque successores Episcopos & Presbyteros. Quò adludit hauddubiè, simul etiam nominis Mysterij rationem indicans Basilius lib. de Spiritu sancto, cap.* 23. *in hæc verba* : *Ad eundem profectò modum, & qui in primordijs Ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli & Patres, in occulto silentióque Mysterijs suàs seruauerunt dignitatem. Neque enim omninò Mysterium est, quod ad populares aut vulgares aures effertur. hæc est ratio cur quædam citra scriptum tradita sint. Nam & traditione sola acceptus ab isdem Apostolis plerásque* Sacramentorum *formas nullí dubium est. Hinc factum est, vt qua Græcus & quibuslam Latinis Patribus dicuntur Mysteria BB. Ambrosio, Basilio, ac Chrysostomo non semel, aut mystica symbola eidem Basilio hom.* 13. *ad populum, siue exhort. ad Baptismum, aut diuina mysteria Origeni, hom.* 5. *in Numer. aut Mystagogia Cyrillo Hierosol. Orationibus quinque, à Latinis Patribus vocentur* Sacramenta, *quem admodum Tertullianus tum hoc loco, tum iis qui de Sacramentis separatim infrà citabuntur, & B. Cyprianus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Prosperus loco paulò post citatis. Quare recte etiam Concil. Nicen. can.* 14. *& apud Chrysost. varijs locis interpretes* Sacramenta *transtulerunt, vbi Græci* μυστήρια, *aut simile quid pisam, sicuti & apud Dionys. Areopag. Hierarch. Eccl.* 1. *vbi* Sacramentorum *nomæ legis à Christo institutionem ab Apostolis promulgatam insinuat* : *Necessario (inquit) primi illi nostri sacerdotalis Ordinis duces, quum ex summa supersubstantialique Deitate ipsi sanctiimmersi plenitudinem percepissent, & adipsum deinceps proferre & propagare à diuina bonitate missi essent, ipsi quæ vt qui transissent in Deum, posteris ad diuina prouehere paulatim cuperent, visibilibus signis cœlestia* Sacramenta *texerunt. Ex quibus proinde verbis constat non mudaesse mysteria seu signa, sed diuina, sed cœlestia, id est cœlestem diuinámque gratiam conferentia. Vt proinde non noua, sed tam ab Apostolis ipsis accepta ea* Sacramenti *definitio, qua dicitur, non semel ab Augustino* Sacramentum visibile signum inuisibilis gratiæ. *Quamquam interim magis clarè vim* Sacramentorum *significet, quod descripsit partim ex Augusti. lib.* 19. *contra Faustum, partim ex B. Cypriano iam olim B. Isidorus Etymol. lib.* 6. *cap.* 18. *& post eum Hrabanus lib.* 1. *Instit. Cleric. cap.* 24. Ob id Sacramenta dici, quia sub tegumento rerum corporalium virtus diuina secretiùs operatur salutem, nempè à decretis virtutibus vel sactis. *Ita enim Augustin.* Sacramenti vis ine narrabiliter valet plurimùm. *Et B. Cyprian. serm. de Baptismo* : *Verborum (inquit) sollemnitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus Apostolorum sacerdotum ministerijs adtributa, visibile celebrant* Sacramentum. *Rem verò ipsam Spiritus sanctus formas & efficit, &* consecrationibus visibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis auctor apponit; & plenitudinem gratiæ vnctionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti confirmat & perficit. *Porrò quod habet Augustin. Epist.* 118. *cap.* 1. *& alibi frequenter, Dominum nostrum Iesum Christum* Sacramentis numero paucissi. *obseruatione facillimis, significatione præstantiss. Societatem noui populi colligasse, referendum ad septem* Sacramenta Ecclesiæ, *in qua quum competat quicquid de* Sacramentorum *virtute diximus, oportet etiam vt verè sint* Sacramenta Christiana. *Horum sex numero hic enumerantur ab Auctore* : tinctio, *id est, Baptismus*; expiatio delictorum, *quæ ad pœnitentiam spectat*, lignatio in frontibus, *quæ in Confirmatione fit*; panis oblatio *Eucharistica*, summus Pontificeatus *siue Sacerdotium, reliquos in se septem sacros ordines continens*, & nuptiæ *siue Matrimonium. Quibus hauddubiè etiam* Extremam vnctionem infirmorum *adiecissit, si ethnicis æque atque præcedentia in vsu fuisset. Verùm de singulis adnotabimus veterum Patrum locos, à quibus* Sacramenta *seu mysteria nuncupantur, de virtute eorumdem suis quibusque locis dictum, vbi de illa ab Auctore tractatur latius. Hoc vnum adijcium ex Quintino* : *Quod Celsus Christianis Mithræ sacrificia obiecerit, tamquam qui inde omnes fuerimus sumpserint, iuxta Origenem lib.* 6. *contra eundem Celsum. Quis respondebit illos à Christianis potius desumpsisse. Quid si & ille ad septem* Sacramenta Ecclesiæ adluserit, *septenas obijciens scalas Mithriacæ portas.*

240. Tinguit & ipse quosdam, &c.] *Quòd* tinctionis Baptismi Sacramentum diuinum Christianúmque *emulabatur diabolus, eam in Isidi, quàm in* Mithræ mysteriis, *vide infrà latius ab Auctore tractatum lib. de Baptisme, quo etiam tractatum differimus de locis Veterum, qui* Sacramentum nuncupant, *ad illud Auctoris* : Fœlix sacramentum aquæ nostræ. *Atqui illis verbis* : vtique credentes, *imitatur illud B. Iustini Martyris adu. Tryphonem, vbi initiari ei credentes perhibent, loco supracitato supra de Circumcis. nu.* 207. *quibidem etiam ad* tinctionem *adludit, quum eos imitatos scribit Prophetiam Isaiæ* 33. & aqua eius fidelis.

241. expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat.] *Videtur hoc pertinere ad secundam initiationem Mythræ, eo quod addat* : & sic adhuc; *atque adeò intelligendum illud* : de lauacro, *more Tertullianeo, pro* : à lauacro, *siue post lauacrum. Plura enim initiationis genera illic ycleta fuisse ex sequentibus patet. Maximè quum Iustinus Martyr contra Tryphonem ex Isaia etiam hæc verba citet, quæ illi sint imitati* : *Animæ vestræ meditabitur timorem Domini, & populus virtutum; quare & expiationem peccatorum repromittebant. Atqui de huius sacramenti partibus & efficacia latè tractat Auctor supra Tom.* 2. *lib. de Pœnit. Vbi videat Lector totius libri Adnotationes nostras. Etsi verò diserèis verbis raro* Sacramentum *vocetur à Patribus, Tertullianus non nisi hoc loco, certè eodem pertinent hæc Synonyma* : Sálubre remedium, *à B. Cyprian. lib. de Opere & eleem.* salutaris medela, *lib. eiusdem de Lapsis*; in qua nomen Dei æquè atque in Baptismate operatur, *B. Ambr. lib.* 2. *de Pœnit.* Ecclesiæ mysterium, *B. Augusti. homil.* 27. *inter* 50. *hom. qui ad dit lib. de Adulti. coniug. cap.* 28. eandem esse reconciliationis & baptismatis causam. *Similiter etiam coniungit B. Hieron. epist. ad Heliod.* potestatem clauium cum ea quæ est conficiundi corporis Christi, *&* trium Charismatum, Baptismi, Chrismatis, & ligandi *atque soluendi, B. Patrianus epist.* 1. *ad Sympronianum. Qui proinde etiam animarum* medicos sacerdotes *vocat, tum ibi, tum libro de Pœnit. & confess. cap.* 10. *imitatus in hoc Tertull. supra lib. de Pœnit. & Origenem hom.* 1. *& 2. in Psal.* 37. *Verùm pluribus hic non est opus, quod & Confessionistæ & Caluinistæ Sacramentum agnoscunt Pœnitentiæ, hoc addito, quod etiam hic manus impositio sit signum visibile gratiæ inuisibilis quæ per absolutionem confertur.*

242. Mithræ, &c.] *D. Hieron. lib.* 1. *Comment. in Amos* (inquit *Rhenanus*) *Prophetam, ait* : Mithram *; sub eodem numero aliarum litterarum exhiscis esse, quem Basilides hereticus portentosè nomine vocet Abraxan, qui sit, pro nipotens Deus secun-*

dum Græcas literas, & annui cursus numerum in solis circulo concentum. Idem lib. 1. adu. Iouinianum, tradit Mithram & Erichthonium, iuxta Gentilium fabulas, vel in lapide vel in terra, de solo ostia hilaritatis esse generatos. Eandem sit nescio. Sed ceremonias, quibus aliquis initiaretur Mithræ, satis prolixè describit Tertull. noster in fine lib. de Coronamilit. Tom. 2. Quum Mithræ miles (inquit) in spelæo in castris veræ tenebrarum initiatur, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mimum martyrij, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si forte transferre, dicens, Mithram esse coronam suam; atque exinde numquam coronatur. Id quod in signum habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de Sacramento; statimque creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Haec ille. Quæ verba paulo prolixius examinus, quo facilius intelligas quod hic dicit: & sub gladio redimit coronam. Porrò Mithræ leones adsignabant. Vnde in lib. 1. adu. Marc. Sicut aridæ & ardentis (inquit) naturæ sacramenta Leones Mithræ philosophantur. De quo plura ex eodem Rhenano supra Tom. 2. lib. de Corona milit. cap. 11. num. 106. cum adpendice nostra, num. 107. & 108. Item lib. adu. Marc. 1. infrà ad locum citatum num. 239. Quibus adde quod hic habet Quintinus: Itaà Tertuliano pari (inquit) nescio quis Mithra prophanauit Euangelicæ fidei nostræ sacra. Non aliter enim Christiani suo Christo nomen dabant, quàm suo Mithræ milites initiabantur, hoc est, se dedicabant seu consecrabantur. Ibi, tamquam lauacri sancti baptismalis (adde: & confirmationis siue confignationis in fronte) & Eucharistiæ, & confessionis atque remissionis peccatorum, denique Martyrij mimos agebant, vt hic Tertullianus, & in fine lib. de Cor. militis adstruit. Angelus tenebrarum sic se transformare solet in angelum lucis, atque ita fuis fannis homines, & ipsam Deum deridet. In Symbo Gangrenis docebam continentias & abstinentias hæreticorum prisco rum seueriores & austeriores olim fuisse, quam veræ Christianorum tunc erant. Alcoran (id est, præceptorum collectio per infelicem Machumetem datorum) nihil quàm iecunia, orationes, elemosynas, peregrinantum susceptiones, amorem Dei summum crepat, operum supplicia, præmiaque futuramineant. Et se modo Gnostici prae ceteris, innocentia morum, simplicitate vitæ, parsimoniæ, multa in pauperes benignitate, (pauperes inquam sectæ suæ, sicuti sunt iuste Machumetes) extollunt & iactant. Quid agas? Impostores & plani sic res ipsas delirant, sic sibi ipsis imaginati sibi sterquilinia, mellæque prælinunt venenorum pocula. Christus à tam periculosis, & sine Christo non euitabilibus technis conseruet suos. Fortè quis de Mithra scire cupiet, qualenam fuerit hoc demonis genus. Audi Suidam sic describentem: Μίθρας νομίζουσι οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον, ἣ τὸν τοῦ κόσμου πολλὰς ὑφ' αἷς σέβεται θεοὺς ἐπὶ αὐτοῦ διωνομασθῆναι πλὴν Διὸς καὶ Διὸς πυθοῦ βαθμὸς παρελθὼν τῆς κολάσεως, δίκῃ ἑαυτὸν ὅσιον ἣ ἁπαθῆ. Id est: Mithram Persæ nominant solem, cui multas sacrificant hostias. Huic autem nemo potest initiari, nisi per quosdam gradus adscitionum, & adpetitionum suarum cohibitarum atque domitarum eò peruenerit, sèque sanctum demonstrarit, & animi peturbationibus caruerit. Non dissimulus Apathia quæritur in sacerdote Christiano. sed hæc Mithriaca ludibria non se continuerunt in Persidesola. Poëtæ Latini meminere Mithræ non semel. Post tempora Constantini Magni celebratæ adhuc in Alexandria, cuius templum dicebatur Mithrion. Ex Socrate cap. 2. lib. 3. & cap. 16. lib. 5.

243. Signat illic in frontibus milites suos.] Hoc ad imitationem pertinet Sacramenti confignationis siue confirmationis, de cuius variis nominibus, ritu, & efficacia infrà latius lib. de Baptis. cap. 8. ac lib. de Resurrect. carnis, hic tantùm de Sacramenti, seu mysterij, seu spiritalis signaculi, siue mystagogiæ, seu sigilli Dominici (quæ in idem recidunt) appellatione, quæ tam apud Patres frequens est, vt vix sit reperire tot locos de Baptismo aut Eucharistia, de quibus tamen nemo dubitat. Talis est imprimis locus ipsius Tertullianiinfrà lib. adu. Praxean, vbi dicit: Christum dictum ab vnctione Sacramento; & alius similis, dicto cap. 8. de Baptis. Similia apud BB. Dionys. Areopag. Eccles. hierarch. cap. 4. Pacianum lib. de Baptis. Auguss. lib. 1. contra Donat. cap. 19. ac 20. & super Psal. 141. Ambros. cap. 7. lib. De his qui initiantur mysteriis, ac lib. 3. de Sacram. cap. 2. item Cyrillum Hierosol. Cat. mystag. 3. B. Cornelium denique Papam, epist. ad Fabium Antioch. apud Euseb. lib. 6. cap. 36. & apertissimis verbis B. Cyprianum epist. 72. ad Stephanum Papam, vbi plures eiusmodi locos videre est Adnotat. nostr. num. 4. Est verò hic visibile signum, confignationis in fronte, inuisibilis gratiæ spiritussancti septiformis, qua confirmantur in fide per baptismum accepta fideles.

244. Celebrat & panis oblationem.] Habet id ipsum Iustinus Martyr Apologia ad Anton. Pium. Quod quidem etiam in Mysteriis atque initiis Mithræ fieri docuerunt per imitationem prauidæmones: Quòd namque panis & poculum aquæ in sacrificiis eius qui initiatur, ponatur verbis quibusdam additis μετ' ὀλίγων τινῶν, aut certè scitis aut cognescere potestis. Hoc verò illi etiam ex Isaie verbis sumpserunt citatis ab eodem Iustino adu. Tryphonem: Panis dabitur ei & aqua fidelis. Atqui de oblatione panis, cuiusque non communis, sed (teste priori loco Iustino) verè incarnati silius Iesu carnis & sanguinis, siue sacrificio Christiano, supra latiss. Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. & lib. de Cultu fœmin. cap. 11. nu. 63. Atqui nemo vmquam dubitauit de Eucharistiæ sacramento, vti etiam adnotaui cap 3. lib. de Cor. milit. To. præced. sed infrà latiùs Tom. 5. adu. Marcionem.

245. & imaginem resurrectionis inducit.] Qua ceremonia vsi sint in Mysteriis Mithræ ad imaginem resurrectionis, non ita atque de reliquis constat. Habent interim etiam ipsud ex verbis Isaiæ 33. à B. Iustino citatis: Regem cum gloria videbitis, cùm hoc in resurrectione futurum Christus, Matth. 24. significet.

246. & sub gladio redimit coronam.] Ad intellectum huius facit quod habet supra dicto l. de Cor. milit. quod etiam hoc eodem cap. adnotauit Rhenanus nu. 242. Vbi facit non minimum Mithræ, quam vna cum illo ego miror à nemine fuisse alio commentatam.

247. Quid? quòd & Summum Pontificem.] Hoc (vti rectè adnotauit Quintinus) non ad Mithræ mysteria pertinet, sed ad leges Flaminis Dialis, vtille, an verò ad eas qua Pontifici Maximo præscribebantur, respiciat Lector infrà latius Tom. 5. lib. de Exhort. ad cast. Hic sufficiat adnotasse, quòd etiam in hæ æmulatus sit diabolus diuina Sacramenta, Ordinis dico Sacramentum, cuius summus gradus est Pontificatus, seu Episcopatus, sui præscribitur ab Apostolo Paulo Monogamia, his verbis: Oportet Episcopum vnius vxoris esse virum. 1. Tim. 3. quippè quum in Episcopo etiam iuxta Ambros. in 1. Cor. 1. sit omnium Ordinationum dignitas: & Dionysio Areopagite Eccl. Hierarch. c. 5. Ordinibus sacris initiandis solum facultatem habeat per manus impositionem. De qua idem Apostolus 1. Tim. 4. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, & manus impositionem presbyterij. ac 2. Tim. 1. Resuscita gratiam quæ in te est per impositionem manuum mearum. Quod non de solo Episcopo, sed etiam omnibus sacerdotibus (vt alibi diximus) interpretatur Gregor. Nyss. Orat. in sanctum Baptisma sacerdotum de scribens; quinuisibilis quadam gratia inuisibilem animam in melius transformatam gerit. Quum itaque hæc manus impositio, sacrum sit signum inuisibilis gratiæ, qua per eam confertur, quis dubitet sacramentum esse? Et verò nominatim se appellatur à BB. Leone Papa Epist. 81. ad Dioscorum Alexandr. & Augustino lib. de Bono coniug. cap. 24. ac lib. 1. contra Donat. cap. 1. & apertissimè lib. 2. contra Epist. Parmen. Si enim (inquit de Baptismo & Ordinib. sacris) vtrumque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud nun amittitur, & illud amittitur? Neutri Sacramento facienda iniuria est. Similia repetire est inter Opera B. Cypriani, sermone de Ablut. pedum: Docetur (inquit) quæ sit Baptismi & cæterorum Sacramentorum stabilitas. Nam Baptismum repeti Ecclesiasticæ prohibent regulæ, nemo sacros Ordines semel datos iterum renouat. Et eodem pertinent (etiam Luthero agnoscente) quæ de Mysteriis confecrationis Pontificis & sacerdotis habet Areopagita cap. 5. & 6. supra citato, vbi Mysteriorum seu Sacramentorum

torum *frequens sit mentio.*

248. in vnis nuptiis statuit.] *Sic ex MS. Anglica codice, pro:* vnius, *eo quòd primi illud reperatur etiam l. de Monogam. infrà To.5. Atqui etiam* in nuptiis diuina Sacramenta æmulatus est diabolus, *quas iisdem penè celebrauit ethnics ceremoniæ quibus Ecclesia, ſecuti notius eſt quàm probatione indigeat. Atque adeò etiam* Matrimonij Sacramentum *à Tertullianо hic agnitum colligitur, maximè quum ante me adnotarit Franciſcus Turrianus, id ſexies ab eo* Sacramentum *nuncupari, idque confirmatur Apoſtolo Ephes.5. Quemadmodum patet ex eius lib. de Monogamia: Nuptiæ (inquit de Chriſto) habent Eccleſiam ſponſam, ſecundum Adam & Euæ figuram, quam Apoſtolus in illud magnum* Sacramentum *interpretatur in Chriſtum & Eccleſiam competiſſe. Quò pertinet illud eiuſdem eodem libro: Ab Epiſcopo Monogamo, à Preſbyteris & Diaconis eiuſdem* Sacramenti. *Item illud lib. adu. Valentin.* Nam & celebrandorum coniugiorum gratia dicitur apud eos meditandum atque celebrandum ſemper Sacramentum. *In cuius confirmationem à Valentinianis allegari dicta Apoſtoli verba adnotauit B. Irenæus l. 1. adu. hæreſ. cap. 1. Quam ſcripturam etiam tractans Auctor l. 3. adu. Marc. quinquies Matrimonium* Sacramentum *adpellat. Neque vero ſolus ipſe, ſed & Ambroſ. ac Chryſoſtomus ita locum hunc interpretatur in Commentariis, Sixtus l. 3. de Caſtit. Method. Martyr Sympoſ. 2. Virgin. Gregor. Nazianz. alicubi, Auguſt. de Bon. coniug. cap. 77. De nupt. & conc. cap. 10. Hieron. Epitaphia Fabiolæ, ac ad Quæſt. Amandi, & Origenes hom. 9. in Matth. Quid? quòd etiam peculiariter* Sacramentum *appellent Matrimonium Leo Papa Epiſt. 92. ad Ruſticum Narbonenſem, Iſidor. lib. 2. de dium. offic. cap. 19. & Auguſt. præterea dicti lib. cap. 10. 18. & 24. l. de Gen. ad litt. 9. cap. 7. de Adult. coniug. lib. 2. cap. 5. De fide & operib. cap. 7. de Nupt. & concupiſc. cap. 21. Quomodo autem ſit ſacrum ſignum inuiſibilis gratiæ, ipſe Tertullianus ſuprà lib. 2. ad uxorem cap. vlt. non obſcurè his verbis ſignificauit:* Vnde (*inquit*) ſufficiam, ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonij, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum angeli renuntiant, & pater (*cœleſtis hauddubiè*) rato habet. Quale iugum fidelium duorum vnius ſpei, vnius voti, vnius diſciplinæ? His Deus pacem ſuam mittit. Vbi duo, ibi & ipſe; vbi & ipſe, ibi malus non eſt. *Vides enim iugum ſine conſuetudinem fidelium ſignum eſſe viſibile inuiſibilis gratiæ, pacis nempè, & à malo ſeu diabolo tentatione immunitatis cuiuſdam. Ceterum ad Sacramentum* νυπτοποιὸν *extremæ non dubito etiam adluſorium fuiſſe Auctorem, ſi & illud æmulatus fuiſſet diabolus, de quo veterum etiam ſufficientia teſtimonia in proximum caput diſſeremus ad illud:* curationes repromittere, & *non reticendus Petrus Damianus, qui ſerm. 1. de Dedic. Eccleſ. nominatim ſimul ſeptem Eccleſiæ ſacramenta recenſuit, quæ alij ſeparatim.*

249. Habet & virgines, habet & continentes.] *Chriſtianos quoque (inquit Quintinus) ſuarum* virginum & continentium *exempla duxiſſe calumniabantur à Gentilium virginibus, & alias quamplurimis in admiranda caſtitate propter ſuos Deos, & populorem famam, vtuentibus, quum potius econtrario illi à Chriſtianis ſumpſerint. De quibus Hieronymum legas in priora contra Iouinianum libro, & in ea ad Gerontium Epiſtola. Iſta quidem pro diabolo amicianiæ Gentiles obſeruabant. Unde nos addiſcamus (vt alibi Tertullianus admonet) quantum Deo ſanctitas placeat, quum illam etiam inimicus affectat; non vitiquè vt alicuius boni ſit aſſimilis, ſed vt Domini Dei placita cum contumelia adfectans. In eo de Monog. libro. Præterea (quod Hieron. ait) hoc & Gentilitas obſeruat, in condemnationem noſtri, ſi hoc non exhibeat veritas Chriſto, quod mendacium tribuit Diabolo, qui & caſtitatem reperit pendtricem, ad Geront. Atqui exempla Virginum & continentium habes ſuprà ſub finem lib. 1. ad Vxorem, Tom. 2. & inſrà Tom. 5. libro de Exhort. ad caſtit. & de Monogam. vbi quæ de ſingulis exemplis latius.*

250. ſi Numæ Pompilij ſuperſtitiones, &c.] *Pulcra eſt hic adnotatio Audeberti Macerei, quam adeò ex Gallico idiomate tranſferendam duximus. Quidam (inquit) libro quodam non ita nuper excuſo, cuius titulus: Breuis commentarius de ſignis ſacris, ſacrificiis, & ſacramentis à Deo inſtitutis à creatione mundi, nobis obijcit, noſtras ceremonias maiori ex parte deſumptas à Numa Pompilio, & proinde reijciendas & ſubſannandas. Feſellit eum (inquit idem) quod non conſideraſſet aſſumtum ſuo patre & magiſtri. Diabolus enim eas mutuatus ex veteri Teſtamento, & Numæ tradidit, vt per eas ab illo & ſuo honoretur & adoretur. Quod ad nos attinet, quibus ad manum eſt vetus illud Teſtamentum (etiam ſi omittamus Traditionem Patrum) meqs credibile eſt, deſumpſiſſe nos inde, quàm à libris Pompilij. Interim etiam illud conſiderandum, quòd talium & ſimilium ceremoniarum obſeruatio Deo grata ſit, quandoquidem eas tam ſtudiosè affectet & æmuletur Diabolus. Eodem pertinet quod Apologetics c. 19. habet Auctor, de Moyſe loquens:* Omnes, *inquit,* materias, origines, ordines, venas, veterani cuiuſque ſtyli veſtri, hiſtoriarum cauſſas & memoriarum. Ipſos Deos veſtros, ipſa templa, & oracula, & ſacra vnius Prophetæ ſcrinium fœculis vincit, in quo theſaurus collocatur totius Iudaici Sacramenti, & inde etiam noſtri. *Atque hunc eſt quod etiam hic addat Auctor.*

251. nonnemanifeſtè diabolus moroſitatem illam Iudaicæ legis imitatus eſt?] *Vbi rectè interpretatur Rhenanus* moroſitatem, *illam accuratam præſcriptionem Inſtrumenti veteris etiam vſque ad minutias; & addit Quintinus: Per quot & quantas, quámque diligenter & operosè Dominus Deus à Iudæis hoſtias ſibi offerri præceperit, in Leuitarum lib. tradatum videmus. Onerasſa ſacrificiorum, & negotioſas oblationum ſcrupuloſitates, ac penè totam* Iudaicæ legis moroſitatem (*vt hic Tertullianus adpellat*), *Ægeria calliditſimus in ſpiritualibus Dæmon, ſuum quendam* Numam *Romæ poſtea decuit, ac inſtituit.*

252. & ſanctorum Chriſtianorum.] *Iterum ſic legimus ex MS. 3. Vaticanis cum Rhenano in 1 editione, & Adnotationibus,* ſanctorum, *pro eo quod Gelenius ſubſtituit:* ſacramentorum. *Si coniectura locus eſſet, malim legere:* ſcripturarum Chriſtianatum. *qua hauddubiè à ſimili ſic argumentatur Auctor:* Qui ipſas res, de quibus ſacramenta Chriſti adminiſtrantur, tam æmulanter affectauit exprimere, vtique & idem inſtrumenta ſcripturarum Chriſtianarum poterit profunæ fidei attemperare, *per hæreticos nempè,* ſenſum de ſenſibus, verba de verbis, imitando. *Maximè quum ſimiliter omnio locutus ſit ſuprà cap. 19. & aliquì ad propoſitum non ita aptè conueniret hic locus.*

253. æmulæ fidei.] *ſolet dicere (inquit Rhenanus)* æmulus Deo, *in Datino. Sic etiam per Aduerbium,* æmulè Deo. *nam fidei hic in dandi caſu dictum eſt. Similiter etiam in Gallicum tranſlatis Macereus.*

254. neque ab idololatria diſtare hæreſeis.] *D. Hieronymus, inquit Quintinus, Eccleſ. cap. 8.* Per idola in parietibus templi depicta intelligit ea peccata, *quibus hominum conſcientiæ ſubiacent, quando varias in corde noſtro pingimus imagines vitiorum; quibus tamquam diuis noſtris inſeruimus, & obtemperamus. Apoſtolus hoc modo dixit, quòd auaritia eſt idolorum ſeruitus, ad Gal. 5. & auarus idolorum ſeruus, Epheſ. 5. Sic* hæreſis *eſt idolum, nam carnis operibus & peccatis adnumeratur, & hæreticus eſt idololatra. Sed hic Tertullianus in vero ſenſu capit idolum, & idololatram; vt ſit idolum, falſi cuiuſpiam Dei ſimulacrum; & idololatra eſt eiuſmodi commentitij Dei cultor & adorator. Hoc ipſe declarat, inquiens:* Valentinus & Marcion Deum quidem creatorem colebant, ſed ipſum quoque creatum, & ex coëxiſtente materia creantem. *Veri ergo idololatræ, quum nullus ſit eiuſmodi creator Deus. Et breuiter omnes fere, quotquot ſunt ac fuerunt hæreſeis, vnum quidem Deum dicunt, ſed per malam ſententiam immutant eum, ſicut ait Irenæus c. 19. l. 1. Aſſimile non eſt, quod ſubiungam. Impietas Turcica ſummo cultu veneratur & adorat vnum Deum ſolum, qui creauit omnia, qui ſummè pius, bonus, & miſericors eſt omnium cognitor & iudex, &c. In fanis ſuis effictum nihil ſuſtinet; impiiſſimus tamen ſunt idololatræ. Deum namque ſunam negant eſſe patrem, qui filium ſibi coæternum genuerit, unde coæternus & conſubſtantialis procedat Spiri-*

tus. At qui scripturæ talem Deum Turcicum non docuerunt, neque est ali-quis; à Machumete, post hæreticos alios multos, nutrodotibus vsi. Igitur qui fictitium talem colunt, idololatræ sunt. Aliud ego refero am, quod omnium modo patet oculis, & inculcatur auribus, vt intelligamus omnes hæreticos vt olim, sic & suo nostro, verissimè dici & haberi idololatras. Vbique Gnostici clamosissime buccinant vnigenitum Dei filium Dominum Deum nostrum Iesum Christum, hominem propter nos factum, hominum Deique mediatorem solum, non pro nostris tantùm, sed pro totius mundi peccatis, vnicum pro tribunali Patris aduocatum, cuius vnius liuore saluati sumus, sanguine loti, morte redempti, similáque de Christo sanè Christianis omnibus adoranda prædicant. Sed siquid vlteriùs dixeris (quod ipsemet, quod Apostoli sui præterea docuerunt) illum videlicet, exomologesin peccatorum nostrorum in Ecclesia sua quærere, dignos pœnitentia fructus à nobis exigere, vellenos pro commissis animas nostras affligere, mœrere, ieiunare, tibis abstinere, carnis voluptatibus omnibus temperare, nostra Deo vota reddere, nec infringere debere; certè quidem libertatis suæ carnalis mancipia non norunt ipsum Christum, qui sic in seruitutem suam redigi corpus nostrum inuidet. Nec eum simuliter nouere Christum, qui dextera patris assidens in cœlo, præsens pariter in terra sit in altaris mysterio: Nos corpore suo, sic ineffabiliter & incomprehensibiliter suis distributus, verè pascens, & sanguine potans. Illi verò suum Christum cœlo sic alligant, vt absens inde non possit, aut certè non velit, adesse corporaliter hic nobiscum vsque ad consummationem sæculi: Suos dumtaxat in terra visitans in figuris atque figuris, prout singulorum sunt imaginationes & fantasiæ, recipere, vel excludere, vti, vel non vti voluerint. Perierat Euangelium, si non isti summi Spiritualium nequitiæ Theologi in eius auxilium nescio quas Ideas Platonicas ab Orco nunc euocassent. In Præfatione Synodi Gangrensis ostendebamus, ipsorum Christum, non esse Christum Basilij, Nazianzeni, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, sanctissimique nostrorum martyrum. Ergo merum est idolum. Ipsitur, quum nouitium quendam commenti sint ex vetere, sibique finxerint Christum (siesti suum sibi Turcæ Deum) quem summo cultu prosequantur, idololatræ planè sunt. Quisquis eum talem cogitat Deum, qualis non est Deus, alienum Deum vtique, & falsum in corde suo portat, & est idololatra. Hæc D. Augustin. cap. 29. l. 6. quæst. super Iosue. D. Hieronymus, quoties Prophetæ detestantur idololatras, in hæreticos etiam dictum monet accipendum. Quorum autem iussu diuino debeat occidi idololatra, Exod. 22. ergo & hæreticus. Si non impiè, certè nimis inconsultè dolebat, qui nuper dolebat hanc ob idololatriam tam multos ab vitatos, est iure, quondam necatos fuisse, quos in vitam sua ipsius vita lubens renouaret, vt aiebat, & hoc amplius terrere gladio nolebat. Atqui Moyses talium sanguine putauit Leuitarum furorem minus consecratasse vti, Exod. 32. quod & Phinees ad iustitiam reputatum est vsque in sempiternum. Num. 25. Psal. 105. Propterea, princeps, vt benè tibi sit, auferas Prophetas istos, qui Deis prædicant alienum, de medio tui. Nec malum dimittis viuere permittas. Hæc tibi Dominus tuus imperat. Deuteron. cap. 13. Hoc si feceritis, ô Reges Iuda, tenebitis pristinam potestatem, can. Reg. 23. quæst. 5. Hactenus ille. Atqui haud absimiles sunt locis apud S. Irenæum l. 1. c. 19. Origenem hom. 12. super illud Hieremiæ c. 16. Si facietis homo sibi Deos. Hieronymus disertis verbis in Dan. c. 3. ac Oseæ c. 2. 8. ac 11. Denique Athanasius & Lucifer Caralitanus frequentissimè Arij hæresin Idololatriam vocant. Ex MS. autem partim Vatic. partim Anglico legimus in huius c. calce: Itaque omne mendacium quod de Deo (pro: de eo) dicunt, quodammodò, id antea desiderabatur, genus est Idololatriæ.

Cap. xii.

255. Non omittam ipsius etiam conuersationis hæreticæ, &c.] *Titulum huiuscapiti damus:* Quòd nulla vmquam fuerit vitæ, sexus, ordinis apud hæreticos distinctio.

256. quis Catechumenus, quis fidelis, &c.] *Apud antiquos, inquit Quintinus, populus diuersis quatuor distinguebatur gradibus. Erant enim* ακροωμενοι και πιστοι, κατηχουμενοι, & μεταβολιζοντες: Competentes, Catechumeni, (Ecclesia Latina retinuit Græcum) Fideles seu credentes, & Pœnitentes. *Alteri verò ministrantium fuerunt ab ipsis etiam Christi discipulis ordines distincti.* Catechumenus *dicebatur is, qui post diuturnam baptismi petitionem, demum baptizandus, priùs catechizabatur, id est, instituebatur, erudiebatur, edocebatur, in articulis fidei nostræ, priusquàm baptizaretur, & in Ecclesiam intromitteretur. Cui* fidelis *opponitur, qui iam plenè doctus & institutus erat in fide, iámque receptus & admissus erat ad nostra mysteria percipienda.* Catechumenus, & Catechizo, *sunt apud Apostolum hoc in sensu ad Gal. cap. 6. Eosdem* Audientes *sine* Auditores *nuncupari ab Auctore supra adnotauimus Tom. 2. lib. de Pœnit. cap. 6. num. 39. & latius in Cyprian. Epist. 23. num. 4. & 24. num. 7.*

257. pacem quoque passim cum omnibus miscent.] *Inscriptoribus, inquit Quintinus, Ecclesiasticis frequentissimus est iste vocabuli* Pacis *vsus, apud Cyprianum sæpè:* Date pacem, *hic:* miscere pacem; *hoc est, in ius communionis recipere; in consortium Ecclesiæ admittere; à commissis facinoribus absoluere; quod absque satisfactione non debere fieri, nec ante confessionem purgatam sacrificio & manu sacerdotis, liquet ex eodem Cypriano sæpius hoc adserente:* Pax (air, id est absoluto) absque ira & falsa est, periculosa damnibus, & nihil accipientibus profutura. Nec communicationem tribuit, sed impedit ad salutem. Vide fermonem de Lapsis. Hæretici non morantur ipsas pœnitentias atque satisfactiones in Ecclesia nostra, sed pacem, id est, communicationem miscent indiscriminatim, cum quibuslibet ad eos accedentibus, & humisemodi familiaritatem, siue dolo tribe communionem, vocans illa vitæ simplicitatem, quæ nihil occultet, ac sit sine superciliis. Eodem pertinent quæ supra adnotauimus cap. 20. ad illud: Communicatio pacis, num. 123. & 32. ad illud: nec recipiuntur in pacem & communionem.

258. Omnes tument.] *Non semel, inquit idem Quintinus, in Synodo Gangrensi demonstrauimus, Hæreseos cunctarum matrem & præcaricem esse singularum esse superbiam. Hieron. in cap. Oseæ 5. ic habet: Hæresis matrem habent iniquitatis suæ superbiã, dum semper se scire aliora existant, & in Ecclesia contumeliam debeat exhauire. Itaque Tertullianus ait:* Omnes tument, *omnes scientiam pollicentur. Auctor est Epiphanius contra Valentinianos scribens: Omnes hæreticos se cognominasse* Gnosticos, *id est, peritos, scientes, & rerum disciplinarumque multarum cognitores. Est à nomine tenus ac fama tantùm; nam reuera nihil est imperitius. Cupido scientiæ perdidit ab annis quadraginta, pro dolor, & indies perdit innumerum Gallicæ iuuentutis multitudinem. Quid enim scire sibi non videntur, dum sectam sibi, vel hanc, vel illam nouam delegerint, & in eam se perditum concesserint? Vnus de* Gnosticorum *appellatione latiùs infrà ad titulum Scorpiaci aduersus* Gnosticos.

259. Antè sunt perfecti Catechumeni quàm edocti.] *Sic legimus cum MS. Vatic. cod. pro eo quod erat:* educati; *non non aliud* Catechumeni, *quàm* edocti, *propterea quòd qui catechizantur, id est, docentur. Ipsud autem (inquit Quintinus) pij quotidie non sicut oculis videre cupiuntur. Heri Lutetiæ cerdo vbi summe, triduo post inter Gnosticos Euangelicæ vitæ prædicans, est admirandus. Nudius tertius ganeo priscillianus, & lupanari sellator & assecla nequissimus, aut multis transactis lustris, etiam Commentarios scribit in Euangelia. Videt* Catechumenorum *Tertullianæ perfectionem.*

260. Ipsæ mulieres hæreticæ, &c.] *Christianæ Lector (inquit idem) siquid vmquam certò credidisti, certo certius hoc vnum credito, quocunque modo sit, aut olim fuerit hæresis (ab ea prima Simonis incantatoris, ad hæc vsque tempora nostra, in quæ fines sæculorum deuenerunt) in ea fuit, & est: Dux fœminæ facti. Nulla est, inquam, (iam superius adfirmabam) quæ suas Helenas & Plutumenas non habeat, & Heu! Helenas ista (non possum me continere quin dicam, taciturnus grauiora) miseram modò Galliam nostram complerent satagunt, immò complerunt ipsi nescio quibus barbatulis Gnosticis, in gynæcia quidem prædicantibus sua, vt appellant) ad populum verò Secretariorum nomine recitis. Et eo iam non nullæ deuenerunt abominationis, vt eos palàm circumducant, quos amatoribus, & adfectatoribus suis facilimè, lasciuis autem mollibusque maritis non magna cum difficultate sedulitates insinuant, esuinque pomi decerpsis, & incautis perfuadent. Apostolus dixit istiusmodi*

ijsmodi Gnosticorum sororcula, omissas illas peccatis, non otiosas esse tam temerario: sunt insuper & curiosæ, loquaces, & garrulæ videlicet, loquentes quæ non oportet; quas Tertullianus propriè nominat hic Procaces, id est, petulantes, inverecundas, impudentes, & quæ publicè docere non erubescant; quum Paulus eamen scripserit hoc esse turpe mulieri, & in Ecclesia loqui mulierem non licere, sed à viro domi discere. Nunc inter Gnosticos ille de sacris & fide palàm contenantur, immo contendunt, ut ait hic Tertullianus. Ab anno Domini 1521. quo passim Biblia sacra profanasi capere vernaculis populorum linguis, adeo quoque mulieres incæperunt, pro fusis & colo, Theologari, & inventa sint, qua de scripsere pauli themata collegerint, de quibus esset illa parata publicè quibusvis disceptantibus, & in quibuscunque scholis, respondere. Nolite tempus historiæ contentiosè sectari, & disputatrices fœminas nominatim produnt, & publicè cum idolum Dolitrichius, ab eisdem conscripti libelli profitant. Unde satis intelligimus, quid hic Tertullianus dicat: hæreticorum mulieres de sacris contendere, id est disputare.

261. Exorcismos agere, &c.] Montanistas, inquit idem, sine Pepuzianos arguit, apud quos etiam mulieres fungebantur sacerdotio; quod Epiphanius, Augustinus, & alij testantur. Atqui, sicut Epiphanius ait, ab æterno nulla mulier vmquam sacrificauit Deo. Ne Eua quidem, nec eius filiæ. Denique nec superbeata virgo Maria Dei mater. Atqui de Exorcismis latius infrà initio libri de Baptismo.

262. curationes repromittere.] Quum nemo in muliere meritò reprehendere possit curationes infirmorum simplices, videtur adludere ad gratias curationum, de quibus 1. Cor. 12. quas sibi mulieres hæreticæ arrogabant, atque adeò sicuti tinguere (de quo mox) audebant, id est, Baptismi sacramentum administrare, fortasse etiam Sacramentum extremæ vnctionis prætextu curationis conferre. Vtut fuerit, quemadmodum de eo tractandi non melior in Tertulliano detur occasio, quàm vbi de gratiis curationum agitur, etiam illud Ecclesiæ esse sacramentum hic comprobabimus, maximè quum curationes repromittat. Nam de eo Apostolus Iacobus sic loquitur Epist. suæ cap. 5. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fides salubit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Quibus verbis quum profitetur sacrum visibile, olei nempè vnctionem, inuisibilis gratiæ, nempè remissionis peccatorum, quidni Sacramentum dicatur? Quare Innocentius Papa 1. epist. 1. ad Decentium Eugubinum, de extrema vnctione loquens, quam quidam pœnitentibus conferebant: Quibus (inquit) reliqua Sacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur posse concedi? Quæ ipsa verba transcripta sunt à Patribus Concilij Vormatiensis cap. 72. vbi disertis verbis de Sacramento extremæ vnctionis locum illum B. Iacobi Apostoli interpretatur, quemadmodum etiam Beda in Comment. super Marc. c. 6. P. Damianus sermone 1. de Dedicat. Eccles. Nec absimiliter, nisi quòd Sacramentum non appellent Concil. Meld. cap. 2. teste Burchardo lib. 4. Decret. cap. 75. ac prioreparte 1. cap. 263. Theophil. in cap. 6. Marc. & B. Augustin. serm. 235. de tempore, & libris qui eidem adscribuntur de Rebus. cathol. conuers. ac de Visit. infirmorum lib. 2. cap. 4. Quò adludere videtur Cyrillus Alexandrin. lib. 2. in Leuitic. dum septimam remissionem peccatorum vocat, quæ sit iuxta præceptum D. Iacobi Apostoli.

263. fortsitan & tinguere.] B. Epiphanius contra Collyridianos: Sed neque mulieri baptisma dare concreditum est, aliquis potuisset Christus à matre baptizari potius quàm à Ioanne. Præterea (vt adnotat Quintinus) Tertullianus hic, quasi prodigiosum quid & difficile creditu posuit in fine versus illius: hæreticorum mulieres audent forsitan & tinguere, id est, baptizare. Certè Gnosticum mulieres nihil non audent in nocturnis fussicosi sombus, quum discipulæ bonæ cum suis bonis magistrus & præceptoribus congreditur, & ad suas phratrias conueniunt in occulta quædam triclinia. Ferunt à Damalide quadam, post habitam à se concionem, fusse panem, vinúmque (sanctum Domini cœnam vocant) adstantibus distributum & administratum. Sed hoc non est mirum, quum sint omnes apud eos presbyteri, atque sacerdotes. Nostra tempora nihil in hæresi sua materia reliquerunt intentatum. Verùm de hoc latius infrà lib. de Baptism. dum modò hic adijcimus illud Auctoris supra Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 9. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum sacerdotalis officij sortem sibi vendicare. Vbi aliquid etiam hac de re adnotauimus num. 65. 66. 67. & 68.

264. nunc Neophytos conlocant.] Propterea improbat temerarias Ordinationes hæreticorum, quod contra interdictum Apostoli 1. Tim. 4. Non Neophytum, ne in superbum elatus, in iudicium incidat diaboli; ipsi Neophytos in Ordine conlocant. Quid autem Neophyti, explicat eiusdem argumenti canon 2. Nicæni 1. Canali. Qui nempè, ex vita Gentilium nuper admodum, catechizati, statim ad spiritale baptisma venerant, quos adeò contimo quum baptizati sint, interdicitur ad Episcopatum promouere. Cui similia habet etiam B. Hieronym. in fine Epist. ad Oceanum, & Innocentius Papa 1. epist. 12. ad Aurelium Carthag. Episcopum, ex qua conijcimus non modo Tertullianum tempore, sed & diu postea in Africa hunc abusum perseuerasse.

265. nunc sæculo obstrictos.] Intelligit eos, qui cupiditatis pecuniæ gratia, sæculo adhuc obstricti permanent, contra interdictum Apostoli 2. Tim. 2. Nemo militans Deo obligat se molestijs sæcularibus. Quod quum de omnibus dictum sit (inquit B. Cyprian. epist. 65. ad Furnitanos) quanto magis molestijs & laqueis sæcularibus obligari non debent, qui diuinis rebus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad seculares actus vacare non possunt? Videtur autem Auctor adludere ad Canon. 80. Apostolorum (in quem fuæ scholæ citat Quintinus) qui habet: Ex Gentili vita connersum recens baptizatum, id est, Neophytum, aut ex alio turpi vitæ initiatum aduenientem, id est, sæculo obstrictum, non esse iustum mox in Episcopum deligere.

266. nunc Apostatas nostros.] Similiter Apostatam hic modò describit Canon Apostolorum 62. (etsam à Quintino commemoratur) eidem qui Christum negauerit; quare merito idnomen Iuliano Imperatori datum.

267. Itaque alius hodie fit Episcopus, eras alius.] Præterquàm quod apud Montanistas (B. Hieron. teste epist. 5. ad Marcellam contra Montanum) tertium dumtaxat locum tenebant Episcopi, quale quid etiam narrat Epiph. de Arrio, haer. 75. videtur innere quòd dum hæreticos Auctor, qui frequentissimè ordinem Ecclesiasticum immutabant, & modo hunc, modò illum pro Episcopo habebant, ad eadem dignitate destituebant pro libito. Atqui Episcoporum mentio frequens apud Tertullian. hic supra Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 9. vbi & veteris Testamenti & noui Hierarchiæ producit. Quis (inquit) Patriarches, Prophetes, Leuites, sacerdos, Aaron seu Iudex, vel postea Apostolus, Euangelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? Item lib. de Veland. virgin. cap. 9. Cui siquid refrigerij deberat Episcopus. Item infra lib. de Bapt. cap. 17. summus sacerdos, qui est Episcopus; & Tom. 5. lib. de Pudicitia: non Ecclesia numerus Episcoporum; & lib. de Monogam. ab Episcopo Monogamo; & lib. de Fuga in persecut. sed quum ipsi auctores, id est Episcopi, fugiunt, item lib. de resurrit: Hæc erunt exempla & populo & Episcopis; denique hoc eodem lib. supra latissimè cap. 31. Euoluant (inquit) ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, aut Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseueranerint, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt; sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum ædit; proinde vtique & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habeant. Vbinam modò Episcopos agnosci ab Apostolorum ætate (quæ etiam pertinet tractatio illius Apostolis Paulo 2. Tim. 4. Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum) sed & Episcoporum successionem legitimam etiam cum auctoritate; quam certè summam professetur in Romano Pontifice, dum l. de Pudicitia, Episcopum Episcoporum vocat.

Eadem pertinet quod eosdem non semel Præsidentes *nuncupat. Hinc illud Apolog. cap. 39.* Præsident probati quique seniores, *& lib. de Cor. milit. cap. 3.* nec de aliorum manu quàm Præsidentium sumimus, *denique sub finem lib. de testimon:* quòd duplex apud te Præsidentibus honor binis partibus deputatur, quum Apostolus duplicem honorem dederit, vt fratribus & Præpositis. *Quamquam ineerum postremo his locis etiam* Presbyteros Præsidentium *nomine intelligat, de quibus mox latius num. 270. Atqui vnde dicatur Episcopus, & quid à Presbytero differat, adnotauimus in B. Cypria. epist. 65. ad Rogatianum, num. 13. & de* Episcopatum auctoritate *in epist. eiusdem 55. ad Cornelium, num. 8. & 27.*

268. hodie Diaconus.] Diaconorum *etiam alibi sit mentio ab Auctore, potissimum locis supradictis de Monogamia, & Fuga in persecut. priori:* à Diaconis, *inquit*, ciusdem Sacramenti, *posteriori:* id est ipsi Diaconi. *Porrò de* Diaconi *officio remoto Lectorem ad meas Adnotat. in B. Cypriani dictam epist. 65. num. 14. Cui etiam ius baptizandi adtribuit Auctor lib. sequ. de Baptismo cap. 17.*

269. qui cras Lector.] *Mirum est quid Magdeburgenses bonum Veneris in mentem, dum, B. Cypriani ætate primum Clero additos fuisse audent scribere* Lectores, *quum hic disertis verbis* Lector *commemoretur: immò & ab ætate Apostolorum* Lectores *fuisse satis demonstrauimus in eiusdem Cypr. Epist. 33. de* Aurelio Lectore ordinato, *num. 5. Quæ minus illis credendum, dum etiam* Hypodiaconos *non ante Cypriani agnitos fuisse in Ecclesia argumento negatiuo (quod nihil habet validitatis) comprobant, ex quod Tertullianus nusquam* Hypodiaconorum *meminerit. Verùm contrariam etiam de illis comprobauimus ad Epist. Cypr. 24. de* Saturo Lectore & Optato Hypodiacono factis, *num. 5. E quo loco hoc vnum repetimus, quod ne fortasse inde errorem suum adstruerent, commodum accideret, quod S. Ignatius, qui plerumque (epistolis nempè prioribus ad Mariam Cassobolitam, Trallianos, Magnesianos, Tharsenses, Philippenses, Philadelphienses, Smyrnenses) non meminerit, nisi* Episcoporum, Diaconorum & Presbyterorum; *Epistola ad Antiochenses, post mentionem eorundem sic subiungat (cui Græca editio etiam consentit)* Saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas atque Confessores. *Vbi habes præterea* 4. Ordines, *quos minores seu non sacros nuncupamus, eo quod matrimonium in illis contrahere licet, non item in sacris illis tribus,* Hypodiaconatu, Diaconatu, *&* Presbyterio, *& qui est caput omnium* Episcopatu.

270. hodie Presbyter, qui cras Laicus.] Presbyterorum *frequentissimè quoque meminit Tertullianus, & imprimis duobus locis supraciatis lib. de Monog. & Fuga in persecut.* à Presbyteris eiusdem Sacramenti. *Deinde, vt omittam locos citatos supra num. 268. qui eodem pertinent, supra Tom. 2. lib. de Pœnit. cap. 9. vbi de Confessione agitur:* Presbyteris aduolui, & catis Deiangenicularis: *vbi videat Lector Adnot. nostras num. 1. & 58. item infra cap. 17. lib. de Baptismo, vbi ius baptizandi Presbyteris tribuit, & Tom. 5. li. de Exhort. ad castit.* Vsque adeò (*inquit*) nisi laici ea obseruent, per quæ Presbyteri adlegûtur, quomodo erunt Presbyteri qui de laicis adleguntur. *& mox:* dum Presbyter alius esse non potest, quàm laicus qui semel fuerit maritatus. *Adeo dem aquè atque ad Episcopes pertinent quæcunque variis locis de Sacerdotibus & Sacerdotio, & maximè eodem illo loco commemorat. Nequid dicam, de quo in vita eius latius, quod etiam ipse Tertullianus* Presbyter *fuerit. Cetera prudens præreo, remittens Lectorem ad Adnotat. nostras in B. Cyprian. supraciatas, in epist. 35. num. 4.*

271. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt.] *Quæ hic* sacerdotalia munera, *paulo antè* ordinationes *dixit, & supra Tom. 2. l. de Veland. virgin. quemadmodum paulo antè eis animus, nu. 263.* sortem sacerdotalis officij, *adludens haud dubiè ad Cleri derisionem, vt sillic ad notauimus, num. 68. id confirmantes etiam B. Cypriani testimonio (qui* Ordinationes Clericas *) vocat. Eadem pertinet illa, de qua num. præced.* adlectio Presbyterorum, *de qua etiam supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 7. num. 33.* Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices idolorum. *Omnium autem apertissimus locus est ille infrà Tom. 5. lib. de Exhort. ad castit.* Differentiam, *inquis*, inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinis consessum sanctificatus à Deo. *Interim etiam altius sacræhumæ Hierarchiæ institutionē petit B. Dionys. Areop. Eccles. hierarch. cap. 5. à Christo nempè ipso: Quinetiam, inquit, diuinus ac primus Pontifex noster, hoc enimetiam caussa nostra humanissimus Iesus factus est, quum discipulos ad Sacerdotij honorem efferret, quamquam erat vt Deus auctor sacrorum, tamen sanctissimo Patri suo, diuinoque Spiritui munus consecrationis adtribuit, præcipiens discipulis, vt scripta diuina legumtur, ab Hierophylymi ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis à me, quia baptizi abuncus Spiritus sanctus. Vbi indicat institutos quidem à Christo sacerdotes Apostolos, nempè in nouissima cœna, dum dixit: Hoc facite in meam commemorationem, sed à Spiritu sancto confectatos Episcopos in die Pentecostes; iuxta quod etiam B. Ister. adscrit Dial. supraciatæ contra Luciser. Cui confectationi facta per Spiritum sanctum super capita Apostolorum in linguis igneis (vti adnotauit sam olim Ammonius Alexandr. in Acta Apostol.) succesit Manus impositio, quam signum esse visibile inuisibilis gratiæ, atque adeò Sacramentum, supra demonstrauimus cap. præced. 40. n. 247. Quare & sacras ordinationes plerumque vocare solent Veteres; immò & cum signo aliquo visibili seu miraculo, adhuc B. Cypriani tempore frequenter conferebantur sacri Ordines, immò & minores, vti adnotauimus ad Epist. eiusdem 35. de* Numidico Presbytero ordinato, *num. 2.*

Cap. xlii.

272. De verbi autem administratione, &c.] *Inscripsimus huic capiti dedimus:* Quòd in verbi quoque administratione, ob mutuam discordiā nihil hæretici proficiant. *Sine autem lege cum excusi:* non ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, *sine cum MS. Anglico:* non ethnicis conuertendis, sed nostris euertendis, *parum refert.*

273. Adime illis Legem Moysi.] *Sic ex MS. Vatic. pro:* in Lege. *Cui consentiunt Quintinus & Macerius. Quorum ille sic interpretatur hunc locum; id est: Ne sinas eos de Mose loqui, cuius libros improbare gaudent;* Prophetis *maledicere cessent, quos omnes etiam reijciebant. De malo sus quidam Deo, mundi creatore, non amplius disputent. Hæc tria, dico, suorum dissertationum argumenta remoueas ipsis; quid vltrà loquantur, aut quid in Christianis accusent, amplius non habent. Acsi quis modo prædicatibus Gnosticorum diceret, in Pontifices, & Presbyteros, in ceremonias, & ritus Ecclesiasticos definite probra conjcere, sed aliud quodvis argumentum fides nostræ vestrùm in concionibus tractate. Talibus hæc adimes (inquam) ludoria, mutos planè vndebis conuicatores tibi, contumeliarum totos, & Euangelici rhaca venenis inflatos.*

274. Et hoc est quod schismata apud hæreticos ferè non sunt, &c.] Schisma, *inquit idem, quod iam superius dicebam, est quando quis à præfecto suo secedit, quando nouam cathedram statuit, & Ecclesiam quandam nouam priuatim congregat, vt est in Can. Apost. 31. Hoc autem non sit apud hæreticos, qui nullos morum suorum, vitæ, seu doctrinæ magistros & præsides habent; subinde pro libito singula mutantes & innouantes, quod sanè* Schisma *fore: inter Catholicos. Lego autem rursus ex MS. cum Rhenano:* quia quum sint, non parent, *id est non apparent,* schisinata; est enim vnitas ipsa: *vt postremum istud ironicè dictum intelligatur. Perinde est autem, seu lege cum excusi:* quæ accepit, *seu cum MS.* quod accepit.

275. Plerique nec Ecclesias habent, &c.] *Clarius explicat Macerius sequentia,* sine matre, *id est: matrice* Ecclesia: sine sede, *episcopali nempè,* orbi side *(si enim rectius ipse & Quintinus, quàm alij:* orba) extortes. *Quemadmodum Quintinus rectè interpretatur illud:* quasi fibi, latè vagantur *(quod legit etiam MS. Vatic.) in hunc modum: id est, absque mandato, non missi, omninuno obedientia soluti prædicant, quæ nusquam sun discurrunt, aridam circuunt, & mare; trans Arcton nauigant, vt sibi proselytos faciant. Olim tam vagè, & incerti per populos & regiones errabant hæretici: modo quoque sic Gnostici*

vocant,

runt, vt hæreticos inter se non similes esse cognoscas, quàm viperæ nunc sint antiquorum, seculorum viperæ aquales.

CAP. XLIII.

276. Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quamplurimus, &c.] *Hoc caput (quod aliter paulo quàm Quintinus distinximus)* inscriptione *hac insignimus:* Quòd ob commercia hæreticorum cum Magis aliisque eius generis hominibus, disciplinæ apud eos neglectus, index sit de doctrinæ peruersæ. *Atque de Magorum cum hæreticis communione latius infra lib. de Anima.*

277. cum Circulatoribus.] *Sibi familiares (inquit Quintinus) & amicos habent* circulatores, *ideſt* vates *& circumforaneos homines, qui serpentes & simias, & vrſos, aliaque genus, per fora circumferunt; Hiſtriones, qui cantillant in trimis, & comœdias agunt, quos omnes tamen Cyprianus in Eccleſiam recipi nolunt, ne pudor, & honor Eccleſiæ tam turpi contagione fœdaretur. Epiſt. 10. lib. 1.* (*quæ nunc eſt num. 61.*) *Conta. ioſe tempeſtiuis noſtræ Gnoſtici tantum perſtet, quantum per ſuas concinnes proficiunt. Inter Prædicantes apud eos collocantur; alteuendo enim ſuis mimis, nihil quàm ridente Eccleſia noſtræ Sacrifices, & execrando ſacra noſtra traducunt.*

278. cum Astrologis.] Astrologos (*inquit idem*) *diuinos & ariolos intelligo; ſibi familiares & amicos habent hæretici. Numtibi videtur* Astrologus *ille ser impius & hæreticus eſſe, qui geneſin Chriſti* (*8. Cal. Ianuarij menſis*) *retulit ad aſtra, futuriſmum dixit Bioethanaton, morte violenta perituram; quia Draco tam, cum cæleſtibus aliis ſeſtis quibus ſignis, traheret caudam, quod ait ſimiſtra prognoſticon eſſe genitura. Nos hæc inter Chriſtianos, & à Chriſtianis, publicèq; patimur. Num tibi quoque γνωστικὸς προς ille videtur* (*alias pura perstier & elegantior, quique plus de ſonte Caſtalio potarit* Scriptura *cum ſua Latinitate nouus interpolator, qui verba Chriſti, Marci 14. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: Væ autem homini illi, per quem traditur; ſic interpretatur, & ad marginem ſuæ nouæ traductionis interpretamentum ſuum adſcribit* (*inquiens, & Chriſtum loqui facientes:*) *Eſt quidem mihi fatale prodi, ſed non idcirco feret impunè prodetor. En? Chriſtimorem renouetad fata, ſicut* Astrologus *ad aſtra. Totus orbis Gallicus in ſanie, & fornicatur modo poſt quemdam Magum, quo quid hæreticus? In ſuis prognoſticis nihil, quàm raſus, & de raſis loquitur* (*quas appellationes à facie ſuis Gnoſticis didicit*) *Eccleſiæ noſtræ facerdotes intelligens, quibus dum mala vaticinatur, ipſis optat & imprecatur, Hierarchiam noſtram turbare cupiens; ne enim quicquam, Chriſto Ieſu gratia, de prædictis ſuis accidat. Itaque magna eſt inter* Astrologos *& hæreticos, atque ſemper fuit, concordia. Sunt enim & iſti* (*quamuis non profiteantur*) *hæretici, aut nihil quidem quàm ſua ſomnia credentes, & Athei.*

279. cum Philosophis.] *Quàm benè, inquit idem,* Philoſophis *& hæreticis conueniat, in cap. 7. dictum fuit. A Philoſophis autem didicerunt iſti pacem cum quibuſuis miſcere, ſicuti proximè legiſtis.*

280. doctrinæ index disciplina est.] *Hoc etiam ex MS. Vatic. cod. ſecundum lectionem Quintini & Macrei, pro eo quod contrario prorſus ſenſu legebatur:* Doctrina index diſciplinæ, *ex quod præcedat:* de genere conuerſationis qualitas fidei æſtimati poteſt. *Nam* (*Mireſſe admodum Quintinus*) *quales magiſtri, tales ſunt etiam diſcipuli; mali corrumpunt malum eſt enim.* Doctrinam *nominat à docendo, & diſciplinam à diſcendo.*

281. Negant Deum timendum.] *Hæretici, inquit idem, dumexaxt amandum* Deum *docent, Catholici vero timendũ, pariter & amandum. Qui ſolummodo putant amandum, ſolummodo putant eſſe bonum, quippe qui nemini per ſuam bonitatem valeat inferre malum. Quæſiuit opinio quondam Marcionitarum, modoq; ue Gnoſticorum. Vnde morum vtteque diſſolutio maxima, ſcilicet, excluſo metu damnationis. Eteronym. exponens illud in Oſee cap. 4. Secundum multitudinem eorum, ſic peccauerunt mihi, &c. ſcriptum reliquit, quod hoc maximè pertineat: idcirco ferebam, quamus prolixè. De hæreticis facile intelligentia eſt, quod quanto plures fuerint, tanto magis delinquunt Deo, & gloriantur in populis, & idcirco decipiunt infelices, vt peccata populi comedant, & per dulces ſermones deuorent domos viduarum. Quum enim vtderint aliquos delinquentes, aiunt: Nihil aliud quærit Deus, niſi fidei veritatem, quam ſi cuſtodieritis, non curat quid agatis. Hæc enim dicentes, in iniquitatibus ſuis lenant animas eorum, vt non ſolum non agant pœnitentiam, nec humilientur, ſed gaudeant in ſceleribus ſuis, & creſta cernice gradiantur. Si tempeſtate noſtræ Gnoſtici ſuis in congregationibus & libris eadem ſcripturæ, atque diſtinant, ergo ſunt hæretici; falſus eſt alioqui Eternonymus. Quod ecbrici de Ioue ſuo cantant, idem quoque de ſuo Ioua Gnoſtici credunt.*

Iuppiter eſſe pium ſtatuit, quodcumque iuuaret.

Deus quidem ſummè bonus eſt, ideòque ſuper res omnes amandus. Sed etiam ſummè iuſtus eſt, reddens vnicuique iuxta opera ſua, propterea ſummè timendus. *Quo ex timore maxima bonus ſequantur in Eccleſia catholica, qualia per Tertullianum deſcribuntur hic. Inter quæ ſunt.*

282. adlectio explorata.] *Illud reſpicit Apoſtolicum can. 33.* (*eodem admodum*) *quisubet in fidelium ſocietatem recipiendo* ἀναχώνευσιν, *id eſt,* explorari, *diligenter examinari, priuſquam recipiantur in conſortium publicum. Verbum iuris eſt* Adlectio, *quando quis in aliquorum cœtum recipitur, adſcribitur, cooptatur.* Adlectio, *ſicut & origo, cives facti, & immunitatem tribuit, vt eſt in leg. inſi. lib. 5. ff. De ſu. m. & l. 7. De excu. l. 10. C.*

283. promotio emerita.] *Idem, inquit* Quintinus, promoueri *quod prouehi. Qui vero prouehitur, de muneri ad munus prouehitur, vt eſt in Hieronymi canone, Legimus. 93. diſt. Sic etiam Latini dicunt: ad dignitates* promoueri; *& in noſtris* promotio *eſt ordinum ſacrorum ſuſceptio; prout hic* promotio *dicitur eius quiſit Epiſcopus, & alias in Eccleſia præfuitur. Quod fieri de ſolis emeritis in ſuis Eccleſiis Canones præcipunt, ſ. Nec emeritis. 61. diſt. Vnde hic Tertullianus oſtendit* emeritam *eſſe debere* promotionem, *hoc eſt,* emeritos *muniſtros eſſe ſolos honoribus, ac dignitatibus euehendos.* Emeriti *milites appellantur, qui militia tempus impleuerunt. In ture quoque vox triſtiſima, l. 3. ignominia. ff. De inſa. & C. ſicuti quæ ſequitur.*

284. appatitio deuota.] *Id eſt* (*vti idem admotat*) Preibyteri, Diaconi, *Hypodiaconi, Lectores, alteriúmque turba muniſtrorum, qui præſto ſolent Epiſcopo ſacrificanti, vel in Eccleſia quid alidad agenti, adeſſe, officij cauſſa tales, inquam, ſacrorum muniſtri per Dei timoremſunt obſequentes, & deuuti ſuo Præſuli. Leges dicunt Officiales* (*puta Scribas, Notarios & nuncios publicos, & pracones, atque ſimiles*) apparere *magiſtratui: propterea vocantur* apparitores. *Et* apparitio, *pro* apparitoribus *in lege quadam legitur:* apparitio iudiciaria, *vt & hic:* Epiſcopalis apparitio, *id eſt, Epiſcoporum muniſtri. Similiter autem & ipſud, & quod ſequitur, transfert Macrerus in linguam Gallicam.*

285. proceſſio modeſta.] *Sic legimus ex MS. Vatic. cod. Quintino & Macrero, pro:* moderata. *Atqui, quando foras* (*inquit ille*) *aliquis, & in publicum progreditur, non ille ſolus & priuatim, ſed antecedentibus, ſeque ſequentibus multis, cum pompa & comitatu longo; Latini dicunt eum* procedere. *Sponſus & ſponſa* procedunt *ad nuptias. Quando mortuus cuiuſpiam corpus effertur, apud Comicum* procedit *funus. Et purpuratus Imperator ab aula ſua* procedit, *quando cum ſuis antecambulonibus, & aliis circumcirca ſatellitibus & comitibus egreditur à regia. Sic & Epiſcopus infulis Pontificalibus ornatus, pede pariter & mitra decoratus, elata cruce præcedente, cereis ac facibus præluentibus, de templo, ſeu templi ſecretario progrediens, quem circumſtat vndequaque Clerus, quem ſequitur populus, hum procumbens ad benedictionem, tum valde proprie dicetur ille* procedere. *Auguſt. cap. 8. lib. 22. de ciuit. Dei, circa finem capitis: Ad me curritur, vbi ſedebam, tam* proceſſurus. *paulòque poſt:* Procedimus *ad populum, plena erat Eccleſia, &c. Frequenter alubi leges: Inde* proceſſio *venit, actus ipſe* procedendi, *qui debet abſque faſtu & ſuperbia fieri. Publicas Litanias, & Supplicationes, apte quoque nunc appellamus* Proceſſiones. *In lege quadam Romana, l. 42. ff. De dona. inter vir. & vxo.* Proceſſus viri nominantur, *quando vir honoribus, ac dignitatibus euehitur & augetur. Hoc eſt:* Procedit. *Atqui aliquid*

etiam hac de re ex Rhenano supra diximus lib. ad Uxorem 2. cap. 2. num. 25.

CAP. XLIIII.

286. Proinde hæc apud nos testimonia, &c.] *Hæc peculiaris er caput titulo insigniminus:* Quòd vel metus tuturi iudicij ab hæresibus absterrere nos debeat.

287. qui illam stupruerint adulterio hæretico, virginem traditam à Christo.] *Sæpè quidem (inquit Quintinus) innvò semper ab impuris hæreticis & Idololatris tentata fuit Ecclesiæ Christi virginitas, sed incorrupta mansit, & inviolata Virgo, ad eas usque tempora, quibus sacer Apostolorum chorus dimersum finem fortitus est, & ea tota generatio præterijt, quæ diuinam sapientiam suis ipsius auribus audire meruerat, quod Traiano regnante contigit, sub quo Simeon Cleophæ filius, Domini consobrinus, centum viginti natus annos, Hierosolymis grauia passus, demum fuit crucifixus, sub quo etiam Traiano Ioannes vita functus est. Illo priore Apostolico sæculo, quæ fuerunt hæreses, latebant, neque palam, diam præsentei adhuc essent Apostoli, quid audebant, aut meditabantur, sed in angulis, & procul ab Apostolis delitescentes gannibantur. Postea vero nihil, effrontes aduersus Ecclesiam Christi, non ausa sunt adtentare.* ὁ γαμῶ λοιπὸν ἥδη τὴν κεφαλήν. *Et aperte propterea tam nudo que capite nihil occultantes, contra Veritatis prædicationem cœperunt falsò nominatam scientiam quandam suam prædicare. Hæc Eusebius apud Eusebium cap. 32. Eccles. hist. lib. 3. Quæ tetulinon inuitus, vt intelligamus hoc nostro sæculo nostro tam multos emersisse ex abysso perfidos hæreticos, qui malo principes atque potentatus demerserint Episcopos, hoc est: Quia nunc Ecclesia iam nullos habet Apostolorum successores genuinos. Hinc intelligimus etiam quid nam Tertullianus dicere velit, quum stupratam scribit ab hæreticis Ecclesiam, quæ quum scribebat, animi nondum præterierant integri centum sexaginta (vis ipse adfirmat, lib. de Monogam.) post Apostolorum decessum, quod etiam superiùs adnotabamus.*

288. Agnoscent suam potius, &c.] *Quintin. & Mss. Variè legunt:* Agnoscunt, *& Quintin. addit:* hic. *sed placet magis prior lectio:* Agnoscent, *eo quod præcedit* allegabant, *& sequatur:* Adiicient. *Lege autem cum Rhenano:* quàm suorum. *Quod rectius interpretatur Macereus de hæreticorum magistris, subsistuens cum Celenio partim, & cum Quintino:* qui suos non antè præstruxerunt, *quàm Rhenanus de Apostolis legens:* qui nos antè præstruxerunt. *Aliqui sic in hunc locum scribit Quintinus: Christum, Christique discipulos dicere nequeunt omnibus nō denunciasse venturos, & summoperè cauendas hæreses esse. Denunciarunt enim quod hæreticorum magistri non fecerunt. Hi cigitur, occasati licet, discipuli vident eorum Doctorum suorum culpam, qui futura pericula non antè viderunt, & fugienda non admouerunt.*

289. Adijcient præterea, &c.) *Stupendè (inquit idem) & mirabilibus præstigijs hæretici nonnulli circumuenerunt atque decepernnt populos, vt Samarites ille Magus, qui dementasse homines magicis artibus suis dicitur, Act. cap. 8. Menander, atque ceteri. Legas Epiphanium. Quod eorundem sectatores in errorio excusationem prætendebant, quasi tantis miraculis ad credendum fuissent inducti. Frivola sanè defensio, quam Christus ipse reiecit. Cui maximas hac parte gratias debemus, quòd in hoc here seos tumultu, quo permittit Ecclesiam suam nimis agitari, non item spirituales illas nequitias permiserit per Gnosticos, ipsarum planè ministros, edi prodigia. Nam si quinouas docent, etiam nouas signa facerent (vt oportet in nouæ religionis institutione) de Christi certè fide (ni fallor cum pijs multis) actum foret in Gallia nostra; quandoquidem turmatim currunt ad agyrtas: nescio quos blateones, sermone quidem fallaces, opere nullo potentes, ostentis atque miraculis destitutos, nulla denique virtute redemptos.*

290. Itaque veniam merebuntur.] *Et hæc, & quod sequitur tertium genus excusationis hæreticorum, Tertullianus tutum per Ironiam tractat (vti adnotauit etiam Quintin.) Hæreticis ita saepiùs fingens excusare, dicereque: Satis sæcharmus hæreses futuras, nec hæresibus propter hæresiarcharum prodigia credidimus: attamen ex Euangelio concepram primam fidem mutauimus, ideò quod & Euangelium suum Deus mutauerit, & aliud nouum reuelauerit ebioni, Cerintho, Marcioni, Valentino, cererisque, cuinous nunc Euangelio citra venie periculum credimus. Horribiles & stupendas insidias Satanæ, nihil non mouensis, vt nos à Christo dimoueat. Legimus autem ex cod. Anglico:* respondente Domino, pro: Deo, *quæ illud magis Christo competit, quem loquentem ad hæreticos hic introducit per Prosopopœiam. Deinde cum Quintino & Macereo verbis aliquot transpositis: & discentibus meis eadem ad vos prædicare mandaueram, semel Euangelium, & eiusdem regulæ doctrinam Apostolis meis delegaueram, sed quum vos non crederetis, libuit mihi, &c.*

291. Resurrectionem promiseram, &c.] *Rursus vel Macereo adnotante, tres has hæreses simul coniungi, vti antea hoc libro non semel, negantes* Resurrectionem carnis, natiuitatē Christi ex virgine, *&:* facientes Deum meliorem.

292. Talia capit opinari.] *Verbum:* capit (*inquit Rhenanus*) *hoc modo solet vsurpare; id est, accidit vt alias adhuc opiniones habeant hæretici; aut: possunt adhuc alia opinari quæ exorbitant, vt vis verbi:* capit, *melius exprimatur. l. 1. aduer. Marc.* Si depreciari capit in creatore. *Addit autem ad explicationem Quintinus: Hic adstruit quod perpetuo videmus esse verum. Fieri solet (inquiens) vt qui semel à via veritatis contumaciter aberrarit, in profundissimum hæresim mendacium deuret, & corruat, & aliena prorsus opinetur ac somniet. In Synodo Gangrensi probare conabar (& non refractarius probatum puto) quòd meus hæreseos reus omnium simul reus est. Herculeo plus quàm modo (sicut est in prouerbio) connexæ sunt, & colligatæ similes hæreses, non minus arctè, quàm sam (omicarum vulpium cauda. Quo Gnosticus est hoc ano, Simonianus est, Manichæus est, Arrianus est, Atheus est, & quinic alius est ex eo numero. Nihil enim tam impium commenta sunt illi, nihil tam quam tam ridiculum seu fabulosum meutitis sunt, quod sectatores non habuerit, & quod à Gnostico in medium modo non proferatur.*

LIBRI

LIBRI DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS PARS ALTERA, QVÆ inscribi possit de Hæresibus.

Cap. xlv.

293. Sed nunc quidem generaliter actum est à nobis, &c.] *Addimus à, ex MS. Vatic. cod. Hucusque vero (inquit Quintinus) Tertullianus de* Præscriptionibus, *id est: Exceptionibus ac defensionibus, quibus Catholici valeant hæreticorum depellere calumnias intentiones, in genere disserui. Speciatim iam singulos proponit Hæreseon Auctores, qui quasi iudicio contendere non verebantur in Ecclesiam Christi. Atque adeo alterum quendam ceu libellum post hunc subnexit, quo nominatim ad unum suum persequitur hæreticos, qui seditiosis factionibus Ecclesiam Christi vexarant, & vexabant adhuc. Quare & nos prima facie iudicabamus distinguendum hunc librum in duas, sicuti sub calcem Argumenti admonuimus, exemplo Quintini, & inter Rhenanos de Trithemij, qui posteriorem hanc partem,* Librum de Hæresibus *inscribunt, maximè quum in MS. Anglico nonreperiatur, & in Vaticano ita à priori distinctus sit, vt etiam antepenultur libro de Præscriptionibus aduersus hæreses. Verum quia nimis abruptum foret exordium:* Quorum hæreticorum, *& quod etiam Gelenius censebat male recusi sam fuisse hanc partem à præcedenti, maluimus sequi vulgatas editiones, & posteriores etiam ipsas Rhenani, in quibus Adnotationes in priorem libri partem à posterioribus non distinxit. Sufficit (si quis forte in diuisa sit sententia) hic admonisse distinctionem, & singulas hæreses numero quodam præstituisse, vt si quis velit, possit citare aut per capita, aut per Hæreses, exemplum secuti Epiphanij & B. Augustini. Præter quos interim præterea exstant qui de hæresibus scripserunt antiquiores, B. Irenæus & Philaster, posteriores vero Theodoretus, Eutbymius, Damascenus, B. Isidorus, Hrabanus, Honorius, ac Gratianus, & qui nostra tempestate scripserunt Bernardus Lutzemburgus, & Gabriel Prateolus, qui multum hic me iuuerunt; Ego vero etiam hac occasione multos in ille locos restitui. Ad quos etiam, quod ad reliquos hæreticorum blasphemias adtinet, Lectorem remitto: Vt etiam ad Nicolaum Sanderum Anglum de Visibili monarchia lib. 7. vbi singulis singulorum hæreticorum hæresibus Antidotum ex Patribus apponit. Quarum interim eas quæ Iudaismi sunt, quatuor nempè, & eas quæ post Euangelium insurrexerunt, numero xxxj. separatim distinximus. Proinde capuis huic titulum damus:* De Iudaismi hæresibus iiii. Dosithei Samaritani, Sadducæorum, Phariseorum, & Herodianorum. *Hæc admotandum autem, antequàm ad singulas hæreses veniam, quòd Epiphanius & Damascenus libris de hæresibus ante Christum, quatuor genera hæreseon ponant;* Barbarismum *nempè, ab Adamo ad are vsque ad Noè;* Scythismum, *à Noè vsque ad Phalec & Ragau,* Hellenismus *siue Græcismum, à Saruch ad Abrahamum vsque, sub qua Philosophorum sectas comprehendit;* & Iudaismum, *à filij Iacob Iuda temporibus ad Christum vsque; quibus addit Epiphanius & Samaritismum, facens 4. eius dem sectas, Gortheneos, Sebuæos, Essenos, Dositheos. B. Honorius vero lib. de hæresibus, tria dumtaxat, Iudaismum, Pagatorum, & qui in Ecclesiam irruperunt. Quorum quod ad Hellenismi seu Pagatorum hæreses adtinet, retinis Epiphanius ac Damascenus quatuor dumtaxat Philosophorum sectas enumerant, nempè: Pythagoreorum seu Peripateticorum, Platonicorum, Stoicorum, & Epicureorum, quàm Honorius, qui Peripateticos à Pythagoreis, Academicos à Platonicis, & Cynicos ab Epicureis distinguit; addens interim non malè Gymnosophistas, quia & Indorum Gymnosophistas Tertullianus recenset infra lib. adu. Marc. 1. quibus addit, quorum ibidem meminit,* Persarum Magos, *& Ægyptiorum Hierophantas, stidem & Gallorum Druidas. Scribit autem ferè integrum librum de Anima Tertullian.* aduersus Platonicos.

294. etiam specialiter quibusdam respondebimus.] *Recte hoc interpretatur Macereus, non de tractatu sequenti, quem* De Hæresibus *inscribere licuerat, vti diximus, sed de libro, quibus aliàs respondit aduersus hæreses quas dam specialiter, nempè ie qui toto hoc Tomo continentur, quorum catalogum habes supra pagina prima.*

295. Taceo enim Iudaismi hæreticos.] *Præter Tertullianum,* Iudaismi hæreses recensent *ex superioribus veteribus, Philaster, Epiphanius, Damascenus, & Honorius, in hoc tamen diuersi, quòd primus 28. alter 12. tertius 8. Auctor denique quatuor dumtaxat enumeret, quantum adparet, ex professo præstermittens* Essenorum sectam, *quòd ea, vel fortasse esse, ceteris sit probabilior, & neque hæresis dici possit, quòd secundum Eusebium ex Philone libro de Theorapeutæ, ad fidem Christi mox conuersi fuerint, atque adeò primi ex illo Christiani exorti Monachi. Habet id fortasse tum lib. 2. de Bell. Iudaico cap. 7. tum Antiq. Iudaic. lib. 18. cap. 2. vbi præterea Pharisæorum & Sadducæorum, de quibus mox latius, & quartam Iudæ Galilæi sectam commemorat. Porrò à Philastro 28. Iudaismi hæreticis recensentur: Ophitæ, Caiani, Sethiani,* Dosithei, Sadducæi, Phariſæi, Samaritani, *Nazaræi, Essenj, Heliognostj, Ranarum cultores, Musorræ, Musascaronitæ, Troglodita, Fortunæ cœli cultores, Baualitæ, Astaritæ, Molochitæ, Tophet ræ cultores, Puteoritæ, Serpentis æreicultores, Subterranei, Thamur cultores, Belitæ, Baualitæ, Phytonissæ, Asthæritæ,* Herodiani. *Ab Epiphanio 7. Scribæ,* Phariſæi, Sadducæi, *Hemerobaptistæ, Ossæi, Nazarei,* Herodiani. *A Damascen.* Samaritani, *Corthenij, Iebussæi, Essenj,* Dosithei, *Scribæ,* Phariſæi, Sadducæi, *Hemerobaptistæ, Hosanij, Nazarei,* Herodiani. *Ab Honorio,* Phariſæi, Sadducæi, *Essenj, Marbonæi, Genistæ, Meristæ,* Samaritæ, *Hemerobaptistæ. Ab Auctore denique:* Dositheni, Sadducæi, Phariſæi, Herodiani. *A Hrabano de Institut. cler. lib. 2. c. 58.* Phariſæi, Sadducæi, *Essnei, Marbonæi, Genistæ, Meristæi, Samaritæ, & Hemerobaptistæ. Quos omnes vt in concordiam quandam contrahamus, imprimis præter 9. priores & vltimum Philastri, reliqui sunt potius idololatræ quàm sectarij. Ophitæ, Caiani, Sethiani, post Euangelium ab Auctore recensentur. Essenes inter hæreticos deputandenon veniunt. Samaritani* Dosithei *erant discipuli, & proinde ijdem, quemadmodum Corthenij & Iebussæi sine Gortheni & Nebuæi. Scribæ cum Phariſæis intelliguntur. Hemerobaptistæ, Hosenij, Nazarei, Marbonæi & Meristæ, peculiarem quidem hæresim habebant, sed nonita noti; Genistæ verò potius schismaticis censendi. Certè B. Hieron. Dialog. adu. Lucifer. in ſidem pene verbis Auctorem imitatur:* Taceo *(inquit)* de Iudaismi hæreticis, *qui ante aduentum Christi legem tradit am disiparunt. Quòd* Dositheus Samaritanorum princeps Prophetas repudiauit. *Quòd* Sadducæi ex illius radice nascentes, *etiam* resurrectionem carnis *negauerunt, & c. ne hic prolixioresfimus.*

296. Dositheum inquam Samaritanum, &c.] *Alium hunc esse existimo à* Dositheo, *quem inter 7. primos Ecclesiæ hæreticos recensetTheodoretus sub. hæretic. lib. 1. cap. 3. & (si Prateolo editio mendosa non sit) etiam Egesippum, in quo ego interim nihil tale repperi. Nunc enim* Samaritanum *fuisse non modò Auctor, sed & B. Hieronym. Dial. adu. Lucif. & Epiphanius ac Damascenus asserunt; Philaster Iudæum vocat generali nomine, qui plures etiam eius errores recenset, quamodo & Damascenus, in hoc tamen conſentientes cum Auctore & Hieron. quòd primus ausus est* Prophetas repudiare. *Vide plura apud Epiphanium hær. 13.*

297. Taceo Sadducæos, &c.] *Consentiunt Auctori Iosephus, Philaster, Epiphanius & Damascenus, quòd ex* Dosithei erroris radice surgentes, *reprobe etiam* Prophetas re-

pudiantes, *item posteriores, quòd* ausi sint etiam ad hanc hæresin resurrectionem carnis negare, *addentes præter alia à Saddoc homine Iudæo sic appellatos, immò & à iustitia quam iactitabant, Epiphanius & Damascenus, vtpotè quum Saddoc Hebraicè iustum significet. Patet autem illud de negata carnis resurrectione, Matth.22. Marc.12. Luc.20. & Act. 23. Iosephus etiam satis consentit, dum ait eos cum corpore simul & animas extinguere.*

298. Prætermitto Pharisæos, &c.] *Quòd his* additamenta quædam legi (*nam sic lego, pro*: legis) adstruxerint, *patet Matth. 23. vbi* Pharisæos *&* Scribas, *graphicè suis depingit coloribus, & apertius Matth.15. & Marc.7. quum ad illos Christus dixit: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem hominum, &c. vel Honorio sic interpretante. Adludit eodem etiam Iosephus, dum ait ex horum præscripto & interpretatione, solere fieri quicquid ad precationes, sollemnes ac cultum diuinum attinet, & certiorem eos legalium rituum notitiam profiteri: Et Damascenus item, dum expiationes vrecorum & aliae iusc emodi illu tribuit. Denique magus dilucidè Epiphanius de Scribis, fereè. 16. (quos sub* Pharisæis *comprehendit Auctor) consuetudines, inquit, seruantes, quas non ex lege didicerant, & similia de* Pharisæis, *aliáque multa plura, hæres.17. Accepisse verò eos ipsum quod habent nomen, ab eo quod à Iudæis diuisi sunt, præterquàm quòd ex etymologia nominis Hebraica manifestum est; adserebat etiam à Damasceno & Honorio, ac Hieron. vbi suprà.*

296. cum his etiam Herodianos, &c.] *Idipsum adfirmant Philaster, Epiphanius & Damascenus, quorum duo variant,* quum Herodem Christum esse dicerent: *Damascenus nempè, percussum ab angelo (vti legitur Act.*10.) *eundem qui occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio: Epiphanius verò alludens ad* Herodianos, *quorum sit mentio Matt.*22. *& Marc.*3. *ac*12. *Herodem sub quo Christus passus est, quod ipsum probatum ab illis scribit illa scriptura Gen.*49. *Nō deficiet princeps ex Iuda, &c. donec venerit cui reposita quæ reseruantur ipsi. nam sic illis legebant. plura vide apud eundem, hæres.*20.

Cap. xlvi.

300. Ad eos me conuerto, qui ex Euangelio hæretici esse voluerunt, &c.] *Caput hoc inscripsimus: De* I. II. III. IIII. *&* V. post Euangelium hæresibus, Simonis Magi, Menandri, Saturnini, Basilidis, & Nicolai: *in quo haud dubiè, vti & in plerisque sequentibus, B. Irenæi librum primum aduersi hæres. est imitatus, de quibus priusquàm vlteriùs aliquid dicam, inijciendæ est hic mentio aliorum quorumdam hæreticorum, qui ab Apostolo Paulo recensentur. Sunt illi:* Phygellus *&* Hermogenes; 2. *Tim.*1. Hymenæus *&* Philetus, 2. *Tim.*2. *de quibus suprà cap.*3. *Item* Alexander, *qui cum Hymeneo etiam coniungitur,* 1. *Tim.* 1. *ac Alexander ærarius nuncupatur,* 2. *Tim.* 4. *qui quum eandem sententiam ab Apostolo cum Hymeneo acceperit, videtur etiam idem cum ille sensisse: resurrectionem nondum esse factam. De quo plura reperire est in eius epist. Commentariis, & apud Theodoretum Præfat. in Polymorphum, vbi eum fabrum ærarium vocat. Deinde* Diotrephes, *de quo conqueritur B. Ioannes Apostolus Epist.*3. *quòd amans Primatum gerere esse non reciperet, & plura Ven. Beda in eius loci Commentario. Porrò Pacianus coniungit tamquam primos tres hæreticos:* Simonem Magum, Menandrum, & Nicolaum.

Hær. i.

301. primus omnium Simon Magus, &c.] *Imprimis primam etiam hæresin post Christum* Simonis Magi *facit Epiphan. hæres.*21. *vbi hæc omnia latissimè tractat, Simonem oriundum dicens à Gittharum ciuitate in Samaria. Similiter etiam Eusebius hist. Eccles. lib.*2. *cap.*12. *post eum Niceph. lib.*2. *cap.*14. *& ante hos omnes Ignatius Epist. ad Trallienses, item Cyrillus Hierosol. Catech.* 6. *Deinde quod paucis Auctor expressit:* qui in Actis Apostolorum condignam metuit ab Apostolo Petro iustámque sententiam, *prolixè ex cap.*8. *Act. prosequuntur B. Irenæus lib.*1. *cap.*20. *Epiphan. & Theodoretus. Item quod hic est:* Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum, *ipsdem penè verbis ille habet: Ipse se docuit sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia pater, & sustinere se vocari quodcunque eum vocant homines, Deum nempè (vti apertius habet Cyrillus Hierosol.) nam hoc est quod præmisit: Hic igitur à multis quasi Deus glorificatus est. Idipsum habent etiam Philastrius, Epiphanius, Theodoretus, immò & B. Lucas Act.*8. *his verbis: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna, & B. Hieron. adu. Lucifer. Quòd verò* mundum ab angelis suis institutum diceret, *adstruunt etiam B. Irenæus, Philastrius, Epiphanius, Theodoretus, vbi suprà: quo accidit etiam Damascenus dicens: Quòd Deum mundi effectorem negabat; & Isidorus Etymol. lib.*8. *cap.*5. *Honorius & Hrabanus vbi suprà, ac Gratianus, dum & hunc errorem adtribuunt: Creatorem non à Deo, sed à virtute quadam superna creatum. Rursum quòd adseruerit:* à Dæmone se oberrante, qui esset sapientia, descendisse, quærendum apud Iudæos, se in phantasmate Dei, non passum, sed esse quasi passum, *partim sic explicat Irenæus: Docuit semetipsum esse, qui inter Iudæos quasi filius apparuerit. Et Epiphanius: Error (usquè) ille seipsum redarguit. Quum enim diceret, quòd ab ipso facti sunt angeli per ipsius intelligentiam, eurus dixit se transformatum esse per singulos cœlos, vt lateret ipsos in descendendo. Clarissimè verò Theodoretus. Mutatum descendisse, ne ab angelis agnosceretur, qui creationis officium administrant; & in Iudæa tamquam hominem apparuisse, quum non esset homo, & passum esse, quum non esset passus. Quibus quod ad posteriorem partem adtinet, consentit etiam B. Augustin. hæres.*1. *Porrò quemodo ipse credi à fuerit statua Romæ, diximus suprà Tom.*1. *Apolog. cap.*13. *num.*200. *& de* Helena *ipsius meretrice infrà dicemus, libro de Anima, vbi agit nominatim* aduersus opinionem Simonis hæretici. *De eadem hæresi, sic suprà Auctor cap.*33. Simonianæ autem Magiæ disciplina angelis seruiens, vtique & ipsa inter idololatrias deputabatur, & à Petro Apostolo in ipso Simone damnabatur. *Sub Claudio autem & Nerone Cæsaribus clarnisse constat. Addit præterea Theodoretus ex hac radice ortos Dositheos, Cleobanes, Gorthenos, Masbotheos, Adrianistas, Eutychitas, & Canistas, hæreses septem. Quorum Eutychitas Clemens Alexandr. Strom. lib.*7. *sub finem, dictas dicit ex ius quæ nasarię perpetrarunt.*

Hær. ii.

302. Post hunc Menander discipulus eius, &c.] *Quod* Menander eadem dixerit quæ Simon ipse, & quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, *latius traduns B. Irenæus lib.*1. *cap.*21. *Euseb. hist. Eccles. lib.*3. *cap.*20. *Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus vbi suprà. Consentunt etiam B. Augustinus, Isidorus, Honorius, Hrabanus, & Gratianus hæres.*2. *dum illis & eius discipulis Menandrianis errorem adtribuunt, quòd mundus non à Deo, sed ab angelis conditus fuerit. quod etiam habet Dæmascenus; sed (si emendatis sint codices) in hoc dissentit ab aliis & Auctore, quòd dicit Simonianos id negasse. Similiter confirmant Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus, illud Auctoris:* negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset; *& omnium latiss. Euseb. hist. Eccles. lib.*3. *cap.*20. *qui eundem multos Antiochiæ seduxisse tradit, ex Apolog. B. Iustini Martyris. Ille autem addit & ipsum Samaritanum fuisse in vico Capareatæ ortum, qui se discipulos suos minimè eos morturos esse persuasit. Fugiendum eundem Menandrum, & totam collectionem malignitatis eius monet B. Ignatius epist. ad Trallienses. Vexisse autem sub Vespasiano tradit Niceph. hist. Eccles. lib.*3. *cap.*12. *& aduersus eum scripsisse dicit Theodoretus B. Iustinum Martyrem, irenæum, & postea etiam Origenem. Scripsit contra eundem caput integrum Auctor infrà lib. de Anima, & alterius capitis partem de vi mortis.*

Hær. iii.

303. Secutus est post hæc & Saturninus, &c.] Saturninum *patria etiam Antiochenum fuisse scribit Philastrius, ab ea (inquit Irenæus lib.*1. *cap.*22.) *quæ est apud Daphnem, addens eum in Syria spansisse hæresin, quem Saturnilum vocant Epiphanius*

Epiphanius hæref. 23. & Theodoretus, ac eiusdem etiam meminit B. Hieron. vbi suprà. Cuius errores sequentes partim ipsi, partim aliy enumerant. Primum nempè: Innasci bilem virtutem, id est, Deum, in summis & illis infinitis partibus & in superioribus manere, longèautem distantes ab hoc angelos inferiores mundum fecisse, *agnoscunt Irenæus, Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus ipsis Irenæi verbis, Augustinus, Damascenus. quare adyciendum est in Versione Macres secundum dicti commatis membrum. Illud verò:* Quia splendor quidam luminis de sursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinem illius lumînis angelos hominem instituere curasse, &c. (*secùdo enim loco vocem* angelos *omisit debere insinuat Macrem*) *latius explicatur ab Irenæo, Philastrio, Epiphanio, & Theodoreto, in hanc sententiam: Angelos desursum à summa potestate lucida imagine apparente, quum eam continere non possent, eo quòd statim recurrerent sursum, adhortatos esse semel ipsos dicentes: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Primòque (*ut deinceps etiam Tertulliani ipsius verbis vtar ex libro de Anima, c.23.*) opus fuisse futile & inualidum & instabile, in terra vermis instar palpitasse, quòd consistendi vires deessent. Dehinc ex misericordia summæ potestatis, ad cuius effigiem nec tamen plenè perspectam temerè structus esset, scintillulâ vitæ consecutum, quæ illum exsuscitarit & erexerit, & constantiùs animarit, & post decessum vitæ ad matricem relatura sit. *Deinde agnoscunt & illud eusdem:* Christum in subsistantia corporis non fuisse, & phantasinate tantùm quasi passum esse, *Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus, addentes quòd sæpissum Christum illum adseruerit. Denique quòd dixerit:* resurrectionem carnis nullo modo futuram esse, *colligitur ex supradicto secundo errore, vbi dixit:* reliqua hominis perire. *quare & abilloid non repetitur. Sub Adriano autem hunc commemorat Euseb. hist. Eccles. lib. 4. cap. 7. quod magis placet, quàm quod alij sub Traiano eum collocent, eo quod conflet simul capisse cum Basilide, quem etiam illi sub Adriano recensent; maximè quum mecum sentiat Theodoretus & Clemens Alexandr. Strom. lib. 7. qui addit, quod Glauciam sibi magistrum adscribat, contra quem alij, qui Menandri discipulum faciunt.*

Hær. iiii.

304. Postea Basilides hæreticus erupit, &c.] Basilidem *Alexandrinum in Ægypto virum suum parsisse, non modò Eusebium loco sam citato, sed & B. Irenæus scribeat. 1.c.23. (vbi titulus capitis, cum eo qui erat præcedentis, debet commutari; neque enim hic, sed ibi de Saturnino agit) & meminerunt eiusdem præterea B. Ignatius vbi suprà, Firmilianus epist. 75. inter opera B. Cypriani. Et nominatim B. Hieron. adu. Lucifer. breuibus expressit, quod latius Auctor. Tunc* Basilides *(inquit)* summum Deum nomine Abraxas cum trecentis sexaginta quinque ædificationibus commentatus est; *qui & Comment. lib. 1. in Amos, Michæam sub eodem aliarum litterarum numero ethnicis esse scribit, quem* Basilides Abraxas *portentuosa appellauit nomine. Similiter etiam BB. Irenæus vbi suprà, & Augustinus hæref. 4. per literas septem Græca voce* Αβραξάς *explicat illud Auctoris:* cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. *Nam(inquit) α. & β. vnum & duo, p. & α. centum & vnum, ξ. & α. sexaginta & vnum, & ς. ducenta faciunt, quæ sunt in summa ccclxv. Nec dissentiunt Epiphanius, Theodoretus, & Damascenus, nisi quòd legunt:* Abraxax, *vbi eadem sunt etiam Græcæ litteræ. Hinc vero pater legi debere:* Abraxas *tribus in locis, pro eo quod erat:* Abraxan, *&:* Abraxx, *&:* Abraxa, *&:* à quo mentem crearam, &c. *Vbi Latinè expressè* verbum, prouidentiam, virtutem, *&* sapientiam, *quæ B. Irenæus* Logon, Phronesin, Dynamin, *&* Sophiam. *Secundum quem & Epiphanium, Theodoretum ac Damascenum, omninò etiam legi:* Exillo prouidentiam: ex prouidentia virtutem, *&* sapientiam. *Interpretatur autem Macrem* angelorum probolas, *primas phalangis partes; nam singulæ angelorum ordinibus singulos tutelos illis adscribunt paulo apertiùs à primo vsque ad trecentesimum sexagesimum quintum. Mihi interim magis probatur, vt dicamus synodima:* ædificationes, *&* probolas; *nam sic ab Irenæo frequenter, & Auctore ipso l. 1. adu. Praxean accipitur. Porrò Irenæus & Philastrius agnoscunt etiam illud:* in vltimis quidem angelis. & qui hunc mundum fecerunt, nouissimum ponit Iudæorum Deum, &c. *sed latius Epiphanius & Theodoretus, & illud:* Christum autem veniſſe in phantasmate, non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxas missum, *Irenæus, quibus præterea addunt Epiph. ac Theodoretus:* sine substantia carnis fuisse. *Rursum quod subiungit Auctor:* Hunc passum à Iudæis (*nam sic lego ex MS. Victorino:* apud Iudæos) non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse, *Cyrenæum nempe, non ille modò, sed etiam Augustinus. Isidorus, Hrabanus & Gratianus. Priores etiam illi agnoscunt illud:* Martyria negat esse facienda, *sed latius. illud denique quod* grauiter carnis resurrectionem impugnabat, &c. *solus Irenæus, quâquam obscurius, dum illi adstruit:* Animæ soli esse salutem, corpus verò natura corruptibile existere, *quod iterum repetit Auctor infrà lib. de Resurrect. carnis sub initium. Qui etiam li. 1. Carm. adu. Marc. paucis hæresin primariam Basilidis expressit:*

Tantos esse Deos Basilides credere iussit,

Quantos & dies annus habet, tot denique mundos.

Cæterum, vt diximus, etiam hic sub Adriano Cæsare vixit, & a diuersus eum scripsit (Eusebio ac Theodoreto testibus) Agrippa, cui cognomen Castor, Irenæus, Clemens Stromateus, ad sit Alexandrinus, & Origenes. Meminit etiam filij eius Isidorus Theodoretus.

Hær. v.

305. Alter hæreticus Nicolaus emersit, &c.] *Essi quinto hac hæresis ponatur loco ab omnibus Auctoribus prædictis, tamen secunda potius fuit, vpotè Simoni Mago contemporanea, quam Auctor quidem adtribuit* Nicolao, qui de septem Diaconis, qui in Actis Apostolorum adlecti sunt, fuit; *quemadmodum etiam Philastrius, Epiphanius, Damascenus, & Hieron. ad Ctesiph. contra Pelagianos, accepit. de Fabiano lapso, qui interim adserius Lucifer. non nisi* Nicolaitas *commemorat. Longè tamen aliter Clemens Alexandrinus Strom. lib. 3. & post eum Euseb. hist. Eccl. li. 3. c. 23. Augustin. hæref. 5. Theodoretus hær. fab. lib. 3. & Nicephorus hist. Eccl. lib. 3. cap. 15.* Nicolaum *excusant; sed dumtaxat ab illo dictos* Nicolaitas *accusant. Hinc puto scilegi debere apud B. Ignatium epist. ad Trallianos: Fugite quoque & immundissimos* Nicolaitas, *amatores libidinis, malos calumniatores; nam talis non fuit Apostolorum minister* Nicolaus. *B. denique Irenæus l. 1. cap. 27. Honorius, Isidorus, Hrabanus, & Gratianus dubiè loquuntur. Certè B. etiam Ioannes Apostolus Apocal. 2. non nisi* Nicolaitas *fugiendos mandat. Atqui illud:* Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis, & quidem fœda & obscœna fuisse, &c. atque ex ipsis natos, dæmones, & Deos, & spiritus sepré, &c. *etiam habent Philastrius, Epiphanius; qui latius prosequuntur illos* quosdam turpitudinis natos, & quædam ex illis turpiora, *quæ Auctor præterit. Barbara (inquam) quædam Principum nomina, quæ etiam Damascenus, Augustinus, commemorant. Reliqui verò Irenæus, Clemens Alexand. Euseb. Theodoretus, Isidorus. Honorius, Hrabanus, & Gratianus, quemadmodum Auctor supra c. 33.* Nicolaitas *non aliud faciunt, quàm* adfectores libidinis atque luxuriæ; *iuxta Apostolum Apocal. 2. qui eos comparat tenentibus doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere & fornicari. Vixit* Nicolaus, *vt diximus, Apostolorum tempore, atque adeò Claudij usq; Neronis.*

Cap. xlvii.

306. Accesserunt his etiam hæretici illi, &c.] *Titulum huius capitis facimus:* De vi. vii. & viii. hæresibus, Ophitarum, Caineorum & Sethoitarum. *quas longè post recensent Epiphanius Panarij lib. 1. Tom. 3. Augustinus, Theodoretus, & Damascenus, præter Gnosticos, quos hic primo loco subijciunt illi. Illos quidem Augustino & Epiphanio testibus à* Nicolaitis ortos volunt, *aly, vti Irenæus, à* Carpocrate. *quem adeo cum* Cerintho *&* Hebione *ex reliquis, de quibus infrà cap. 48. 49. et 50. ad* Cerdonem *vsque istu præmittunt. B. Irenæus vero adhuc serius, nempè post Marcionem, in titulo c. vlt. li. 1.*

Ophitas & Cainos *collocat*, *nulla facta* Sethoitarum *mentione Philastrius*, *vti supra etiam admonuimus*, *primo loco* Ophitas, Cainos, Sethianos. *Reliqui*, *Isidorus nempè*, *Honorius*, *Hrabanus*, *& Gratianus*, Ophitas *post* Cerinthum *ante Valentinianos*, *& postea* Caianos *&* Sethianos. *Quo fit*, *vt certo mihil de tempore*, *quo suas hæreses sparserunt*, *liceat definire. Ex eo interim quod* Nicolao *subiungat Auctor*, *& Augustinus*, Nicolaitis *ortos* Ophitas *scribit*, *certe eodem pene tempore fassè conflat. Et verò non inter Iudaismi hæreses recensendas*, *etiam patet ex B. Hieronym. aduersus Luciferian. qui* Ophitas *inter eos numerat*, *qui Euangelia laniarunt.*

HÆR. VI.

307. qui Ophitæ nuncupantur. Nam serpentem, &c.] *Clemens Alexandrinus Strmat. lib. 7. hos* Ophianos *nuncupat. Eandem verò nominis Etymologiam reddit Philastrius*, *Epiphanius*, *Augustinus*, *Isidorus*, *Honorius*, *Hrabanus*, *& Gratianus*, *quod* ὄφις *Græcè serpens seu coluber Latinè dicatur*, *quem* Ophitæ Christo præferebant, *& adorabant*, *quod* ipse (*inquiunt*) *scientiæ nobis boni & mali originem dedit. Quò etiam alludit B. Irenæus l. 1. cap. 36. supra dicto* (*nam inde id debet incipi*, *vt conflet cum titulo caput in hac verba*:) *Quidam etiam ipsam Sophiam* serpentem *fallam dicunt*, *quapropter & contrariam exstitisse fabrefactori Ædæ*, *& agnitionem hominibus immisisse*, *& propter hoc dictum* serpentem *omnium sapientiorem. Quibus addit Auctor*, *ac post eum Epiphanius*, *& aliam scripturam Num.* 21. *de* serpente æreo *exaltato*, *qua mosi*, ipsum introducebant ad benedicenda Eucharistica sua; *ita enim prorsus lego*, *quòd nusquam neutro & plurali numero* Eucharistia *legatur*; *& dicti Epiphanius*, *Theodoretus*, *Augustinus*, *eius loco transferùt* mysteria, gratiarum actionem, *seu* oblationes in Eucharistia, *quæ voces sacrificij magis competunt*, *quæ* Eucharistica *rectè dicuntur*, *quam simplici* Eucharistiæ. *Quod quamedo facerent*, *sic B. Augustinus explicat. Habent* (*inquit*) *verum columbam*, *quem nutriunt & venerantur. Qui & incantante sacerdote egreditur de cauerna*, *& ascendit super altare innixum spelunce*, *& oblationes eorum lambit*, *& involutus se circa eas*, *regreditur ad spelucam*, *& ita confringunt oblationes in Eucharistiam*, *quasi a serpente Christo*, *vt illi putantes*, *sanctificatas. Quæ ipsa verba etiam ante me citauit Rhenanus. Porrò quæ hic habet de* Ialdabaoth (*quod nomen rectè interpretatur Feu-ardentium*, *Patres generans*) *partim conformia hæresi Saturnini*, *quod ad condituem hominis adtinet*, *partim noua*, *B. Irenæus lib. 1. cap. 34.* Gnosticis, *Epiph. her. 25. & 26.* Nicolaitis *&* Gnosticis, *item her. 45. Seuerianis tribuit*; *at idem Epiph. her. 17. cum Tertulliano*, Ophitis *rursum*, *quomodo etiam* (*solo nomine* Ialdabaoth *omisso*) *Theodoretus*, *& Augustinus. Ad quos compendij gratia Lectorem remittimus*, *quippè qui clarissimè explicant quæ hic Auctor paulo obscurius*, *maximè autem ad Irenæum & Epiphan. hær. 27. qui ijsdem penè verbis vtuntur. Sufficior propterea vocari ab Auctore* totam ibi us errotis scenam, *quòd plures idem sentirent. Quedam dum texat adijciam ad maiorem intellectum necessaria.* Ipsum *illud*: omnibus tamen ibi us Æonem antestare, cuius fit nomẽ Ialdabaoth, *ita reddit Irenæus*: *Eum qui à matre primus sit*, Ialdabaoth *vocare. quare haud dubiè etiam apud Epiphanium legere oportet*: *Et prius genitum esse* Ialdabaoth, *pro eo quod perperam legitur*: *posterius. Deinde* alterum Æonem inferiorem bus, *siue aqua* (*vti Epiphan.*) æonibus permixtum, ex quo Ialdabaoth concepti us fit, *vocant Prunicum siue Pronicum. Deinde* filios *septem interpretatur Epiphan. cœlos septem siue* Æonas, *aut Deos*, *aut angelos. quos adeo Auctor post modum* virtutes *nuncupat & angelos inferiores. Quos interim Irenæus & Theodoretus nonomines filios* Ialdabaoth *faciunt*, *fed exilla ad septenarium vsque numerum processisse productiones. Lego autem mox*: quem occlusisse fupetiora dilatatione, *pro eo quod erat*: dilatione; *nam præcedit conformiter Epiphanius*; sèque, (*quod*, *pro* illum, *accipitur*) in medietate relictum, extendisse totum. *Et quod ab Auctore* homo institutus dicitur, *ab illius interprete Vertitur*, *formatus*; *item* excitatus, *prædes erectus*, *quemodo etiam transfulit Matereus*; *qui* fupetiora (*ficuti etiam vbique legimus cum Vatic. MS. cod. non*: fupetna) *cœlestia interpretatur. Denique illudit* Christum non in substantia carnis fuisse, *ita intelligendum ex Irenæo & Theodoreto*, *quod* Christum *putabant colitus in Iesum descendisse*, *deinde Christo discedente*, *in incorruptibilitatem solum Iesum passum fuisse. Quòd autem* salutem carnis sperandam non esse *etiam hi docerent*, *Auctori peculiare est*; *verum de hoc infra latius lib. de Resurr. carn.*

HÆR. VII.

308. Nec non etiam erupit alia quoque hæresis, quæ dicitur Cainæorum, &c.] *Supra sic loquitur Auctor cap. 33.* Sunt & nuncalij Nicolaitæ, Caiana hæresis dicitur; *& infra initio lib. de Baptismo*: quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima; *quæ an eadem sit cum* Cainæorum, *in posteriorem locum differo. Certè etiam ipsos* Caianos *vocant Philastrius*, *Epiphanius*, *Augustinus*, *ac Damascenus*; *denique Hieron. adu. Lucifer. dum coniungit* Ophitas, Caianos, Carpocratem, Cerinthum, Hebionem, *Auctorem quantum apparet*, *imitatus. Clemens verò Alexandr. Stromat. li. 7.* Caianistas. *Irenæus magis proprie*, *vti & Theodoretus*, Cainos: *quæ nomen vno consensu omnes deruant*, *quòd* Cain magnificabant, quasi ex potenti quadam virtute conceptum; sed & Iudam proditorem defendebant, *vti eum Auctore idem sentiunt*: *Aliy secundum posteriorem quam hic refert sententiam* (*præter quam quòd Philastrius eam hæresin à* Caiana *distinguens*, *subiungit post Nicolaum*) *& Epiphanius ijsdem penè verbis secundum vtramque. Legimus autem ex MS. Vatic. cod.* potestates huius mundi, *pro* potestates hæ.

HÆR. VIII.

309. Sed & illa hæresis processit, quæ dicitur Setthoitarum, &c.] *Ijdem* Sethiani *vocantur ab Epiphanio*, *Theodoreto*, *& Damasceno*, *dicti à* Seth Adæ filio, qui loco Abelis natus est, *quem etiam Venerabantur*, *scribus Philastrio & Augustino*, *qui fere ijsdem verbis repetunt illud*: Duos homines ab angelis cõstitutos, &c. *maximè Epiphanius*, *et multo prolixiùs. Huc verò alludunt haud dubiè*, *dum scribunt quosdam se sentire*: vt dicant Christum Seth fuisse.

CAP. XLVIII.

310. Carpocrates præterea hanc tulit sectam, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus*: De 1x. x. & x1. hæresibus post Euãgelium, Carpocratis, Cerinthi, & Hebionis. *Atqui hæ, vti supradiximus*, *aliy scriptores etiam coniungunt*, *sed vt longè præponunt*, *de quibus capite præcedenti à Num sit*, *& subiungunt* Nicolaitas *&* Gnosticos.

HÆR. IX.

311. Vnam esse dicit Virtutem, &c.] *Quandoquidem non solum nostro Auctori*, *sed & à B. Irenæo lib. 1. cap. 24. Augustino*, *Theodoreto*, *Damasceno*, *Isidoro*, *Honorio*, *& Hrabano*, Carpocratiani à Carpocrate *dicuntur huius hæreseos fcitatores*, *omninò puto legendum*, *& apud Philastrium*, *& apud Epiphanium*, *her. 27.* Carpocrates, *non*: Carpocras, *maximè quum similiter appelletur à Clemente Alexandr. Strom. l. 3. Euseb. hist. Eccles. lib. 4. c. 7. Hieronym. adu. Lucifer. Haymone libro 4. Memorabilium*, *& Niceph. Eccles hist. lib. 4. cap. 2. Atqui dixisse illum*: vnam virtutem, ex qua prolatos angelos, mundum condidisse, *agnoscunt Iren. Philastr. Theodoret. Epiphan. Augustin. Et ijdem cum reliquis*, Christum natum ex semine Ioseph, hominem tantùmodò; *item & priores ili*, ;solummodò animam Christi in cœlum receptam, ex quo colligeret, tentata animarum sola salute (*id est*, *vt recte interpretatur Materus*, *quandoquidem sola anima salus creditur*) nullas corporis resurrectiones. *Verò alterum eius errorem de* Metempsychosi animarum, *integro capite refutat Tertullianus infra lib. de Anima*, *vbi de eo latius*; *item de* descensu animæ à cœlis, & quòd Magus & fornicarius fuerit, *atque adeò de incestis & nefandis* Carpocratianorum mysteriis, *& fecis eius Marcellina. Hæc vnum addam*, *quòd Gnosticorum præcipuum Auctorem faciant* Carpocratem *Irenæus*, *Epiphanius*, *Eusebius & Nicephorus*, *Alexandrinum genere Theodoretus*, *qui etiam filium eius Epiphanem commemorat*, *& eodem tempore*, *sub Adriano nempè Imperatore*, *cum Basilide vixisse scribunt Eusebius & Nicephorus.*

rus. Aduersus hunc scripsisse Agrippinum testatur Hymo.

HÆR. X.

312. Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, &c.] Illud intelligendum, vt: post, non ordinem temporu, sed narrationis significet, quum multo ante, & sub Apostolis, erupetit Cerinthus. Nam imprimis Philastrius & Epiphanius dicunt à Cerintho sectatores mortam, dicente Gentes debere circumcidi; contra quam hæresin Dectretum contrarium promulgatum est in primo Concilio Hierosolymitano, Act. 15. & addit Epiphan. etiam contrahunc scriptam Epist. 1. ad Corinth. ab Apostolo Paule de resurrectione mortuorum. Deinde de B. Apostolo Ioanne legimus apud Irenæum lib. 3. cap. 3. ex relatione B. Polycarpi, quòd reperiens Cerinthum in balneo, statim inde profugerit, quòd ipsum etiam trascrisse prunt (longè ante Carpocratis mentionem) Euseb. l. 4. hist. Eccl. cap. 22. Theodoretus & Nicephorus lib. 4. c. 14. & idipsum quidem refert Epiphan. hær. 30. contigisse sub Traiano de Hebione, aut potius (Vt corrigendum iudico) de Cerintho. Quorum quum nemo aliud narret quàm vnecm Ioannis, Fugiamus ne balneum corruat, nescio vnde de sumpserit Prateolus, quòd Eusebium citauit, dicat Cerinthum ruina eius domus exanimatum: à quibus & B. Hieron. aduers. Lucifer. non dissentit, addens insuper Catal. Script. Eccles. quòd Ioannes Apostolus rogatus ab Asiæ Episcopis, aduersus Cerinthum, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui adeo erubuit Christum aute Mariam non fuisse, Euangelium scripserit: Imitatum haud dubiè ipse Iren. lib. 3. cap. 11. Atque eo idem cum Carpocrate errorei, de mundo ab angelis instituto, & Christo homine tantùm sine diuinitate, ei adscribuunt Irenæus lib. 1. cap. 25. Philastrius, Epiphanius, Augustinus, Theodoretus, & Damascenus. Verium illud: Legem ab angelis datam, & Iudæorum Deum, eum nempè qui legem dedit, angelum esse vnum ex iis qui mundum fecerunt, non Dominum, Epiphanius eorum apertissimè tradit. Adtribuunt eidem præterea Augustinus, Theodoretus, Isidorus, Honorius, & Hrabanus, post Eusebium Chalcedonium errorem, à quo quum alicui non fuerunt, Irenæus & Tertullianus ex proposito omisisse videntur; scripserunt incerim aduersus eundem Cerinthi errorem Gaius & Dionysius Alexandrinus. Quum autem omnes aly Cerinthus & Cerinthiani legant, certè ita etiam esse tiganda sunt Isidorus & Honorius, pro: Cerinthiani à Cirintho.

HÆR. XI.

313. Huius successor Hebion fuit, &c.] Successorem Cerinthi Hebionem sine, Ebionem, vocant etiam Philastrius & B. Hieronym. aduers. Lucifer. quibus consentire videntur, qui eum Auctore Hebionem Cerintho posponunt, B. Iren. lib. 1. cap. 26. Epiphanius, Augustinus, Damascenus, Isidorus, Honorius, & Hrabanus. Eusebius verò econtrario Hebionem Cerintho præponit, quemadmodum etiam Theodoretus, ac Nicephorus lib. 3. c. 3. Vt verò sit, eodem tempore vna cum B. Ioanne Apostolo vixisse vtrumque constat ex supradicto testimonio B. Hieronymi Catal. Script. Eccl. sub Traiano nempè, post Hierosolymorum excidium, vti Epiphanius tradit. Nomen autem etymologicum, ac si dicas mentem inopem, ex Hebraa redditi Eusebius. Verò differentiam, quam hic Hebionis à Cerintho facit Auctor, quòd à Deo dicit imũdum, non ab angelis factum, Philastrius constituit inter Carpocratem & Cerinthum: sed emendatos non esse eodices, patet ex Irenæo, qui idipsum Ebioni tribuit, tanquam diuersum à Cerinthi hæresi, & Hebioni idipsum tribuit etiam Theodoretus. Quod denique Legem propositi cum Euangelio, testantur Scriptores ceteri de hæresibus ad B. Augustinum & Theodoretum vsque, ipse Auctor supra cap. 30. & B. Hieron. in 10. cap. Isaiæ, vbi & Millenarium hæresin ipse adscribit. De altero eius errore, quòd Christus nudus homo fuerit, infra latius id. de Carne Christi, vbi illum Auctor redargunt.

CAP. XLIX.

314. Valentinus autem hæreticus multas introduxit fabulas, &c.] Inscribimus hoc capus: De XII. XIII. XIIII. hæresibus post Euangelium, Valentini, Ptolomæi ac Secundi & Hetaclconis. Quos etiam enumerat B. Irenæus, nempè lib. 1. cap. 5. Secundum, ac cap. 6. Ptolomæum, & lib. 1. cap. 5. ac lib. 2. cap. 4. Valentinum, quem coniungit cum Ptolomæo & Hetaclcone, & Marcum cum Colarbasæis cap. 8. Philastrius vero etiam ab inuicem distinguit Ptolomæi, Secundi, Heracleonis, & Marci hæreses; Epiphanius, Augustinus, Damascenus, Secundianos à Ptolomaitis, & Marcosios à Colarbasianis & Heracleonitis distinguunt. Quos omnes Collegium Valentinianorum appellat lib. adu. eos Auctor verbis mox citandis.

HÆR. XII.

315. Introducit enim pleroma & Æones triginta.] De Valentini, & Valentinianorum hæresi aliquid supra diximus cap. 7. 30. 33. 38. 43. tractatum verò præcipuum disserimus Vsque ad initium lib. infra aduersus Valentinianos, vbi latissimè tractatur quicquid ad pleroma, id est, locum cœli alissi, à plenitudine sic appellatum, & Æones triginta, adeo nerbic tantum quædam adyciemus ad hos huius cæsligatarum & intellectum. Primum itaque Syzygias, id est coniugationes, recte interpretatur Maccreus coniunctiones matrimoniales, nam ea Græca vox & ζυγίας, coniugium & coniugationem significat; vnde & infrà lib. adu. Valent. cap. 7. Auctor appellat coniugationes masculorum & fœminarum. Deinde legisse etiam ipse videtur, quod habet Vatic. cod. Sed enim ex his quoque procelligit, pro: ex eis; nam referitur ad proxima, hominem & Ecclesiam. Et cum eodem & Philastrio lege: hanc esse triacõtada, id est trecenarium; nam Aecusatium esse vel Græcum φειακοσιάδα, & singulare numeri, non pluralis; quare non conuenit illud quod erat prius: hæc. Ibidem ex MS. Vat. quæ fit in pletomate, pro eo quod aly: sit; & ex lib. adu. Valentinia. Og doade, pro: Octoade. Rursum probe ille ad mauerem intellectum illius de ctestigium Æone (Sophia nempe) quòd nisus sit ascendere in superiora, addit: pletomatis, & illud: penè dissolutum esse, interpretatur de dissolutione subsantiæ huius Æonis in subsantiam vniuersi: Atque lege eum Macereo, & parum Rhenane: nisi quia nisus ad consabilendum illum, ille quem adpellant Horon, confirmasset illum dicto Iac. Hoc pronuntiatio appellat, pro ex quod legebatur corruptè. nisi quia misisset, &c. cõfirmasset illum dicto hoc, Pronuntiatio appellat, vereferatur ad Horon, qui adinstar exclamantis Iac proclamauit, non aliter atque fecit, quum postea Sophiæ huius filia Achamoth enundem assensum in pletoma tentaret, sicuti legitur infrà latius lib. adu. Valentin. & recte interpretatur sua in hunc ilorum Adnotationibus Macereus. Addensi rectius hic etiam legi: Iac, secundum & Irenæum & Epiphanium ac Tertullianum infrà, quàm Iaoth, quod legebat Rhenanus, quia illud viemen erat filij Ialdabaoth iuxta Irenæum, de quo ne somnubant quidem Valentiniani. Quid autem Iao significet, & Horos, ibi latius. Addens autem: Hoc pronuntiatio appellat, acsi dicat, tale fuerit nomen ille pleromatis essus, adludit ad Heracleonitarum & Marcosiorum hæresin, quæ (Iren. lib. 1. cap. 9. & Epiphanii hær. 34. testibus) hoc adstruebat quod primus ille pater, qui infrà vocatur Propator Bythos, pronuntiando & aperiendo os, Verbum emisit, quod adstans, quemlibet Æonem nomine suo appellabat. Quare relle Rhenanus Lectorem remisit ad illud infrà de Heracleone: sed nouitate quadam pronuntiationis vult videri alia sentire. Introducit enim imprimis illud fuisse quod pronuntiat. Rursum quod obscurissimè dixit Auctor: ipsum autem Æonem in defectionem factum Achamoth, dicit in passionibus defideri) quibusdam fuisse, transfert Macereus ac si dicat: ab isto Æone factam in defectione Achamoth (ita vocat partum abortiuum fœminæum, quem supra c. 7. Enthymesin & Ectroma dixit, de quo lib. adu. Valent. latius, vti & de nomine Achamoth) etiam ipsam in passionibus desiderij quibusdam fuisse. Oportet enim sic locum, alioqui corruptissimum, etiam ex contextu emendari, vt correspondeat ei quæ habent Irenæus, Epiphanius, & Auctor vbi supra. Cum quibus etiam omnino lege: Achamoth, pro: Achamore, quæ illud Græce & Latine legatur; & proinde etiam contristata est, pro; consistatus, quia Achamoth fœmina. Nisi malis quis sic legere: Ipsum autem Æonem in defectionem factum, dicit, &c. & con-

tristatus est, & ex his passionibus concepit & peperit Achamoth. Hinc fecit Demiurgus cœlum & terram. *Ut vero autem legatur, adjici debet* vox; Demiurgus. *Denique reste etiam Rhenanus interpretatur:* aporiationem, *quam Græco nomine* Χωρίσαν *dicere solet Irenæus, desperationem; nam id Græca vox significat. Porro alterum errorem Valentini (de quo etiam adu. Valentin. c.a.26.) de Christi spiritali corpore, qui quasi aqua per fistulam, ita per Mariæ corpus transmearit, Auctor infrà l. de Carne Christi impugnat, ubi de eo latius; Quemadmodum etiam lib. de Resurr. carn. errorem eius tertium, quo* Resurrectionem huius carnis negat, sed alterius; *nam vti suprà dixit cap. 33.* Paulus in prima ad Corinthios, notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio propria Sadducæorum; partem eius vsurpat Marcion, & Apelles, & Valentinus. *ac paulò post:* Timotheum instruens, tangit eos qui dicerent factam iam resurrectionem; id de se Valentiniani adseuerant. *Atque hoc est quod addit:* sed alterius, *nempè carnis resurrectionem admittunt, vtpote iam factâ. Eius facit etiam mentionem B. Hier. adu. errores Joan. Hieros. ad Pammachium. Præterea illud adnotatione dignum, quo nos hodie munire possumus aduersus modernos hæreticos:* Legis & Prophetarum quædam probat, quædam improbat, id est omnia improbat, dum quædam reprobat. *Quod vsqueadeò verum agnouerunt alij scriptores, vt discretis verbis scribant, & inter ceteros Damascenus, quòd vetus Testamentum reprobauerit. Denique* Euangelium Valentini præter hæc nostra, *solus quantum habemus indagare potui, commemorat Auctor. nam B. Irenæus l. 3. c. 21. Vbi probat quatuor tantùm esse recipienda Euangelia, plenissimè est scribit Vos Euangelio Ioannis. Idem est iudicium de Psalmis Valentini, quorum facit mentionem Auctor infrà lib. de Resurr. carnis. Præterea* Valentinum primò in Catholicam doctrinam apud Romanensem Ecclesiam credidisse, sub Episcopatu Eleutheri, Antonini principatu, *suprà docuimus cum Auctore c. 30. Vbi de temporibus Valentini latius n. 165. sicuti & infrà lib. adu. Valentini. nu. 1.*

HÆR. XIII.

316. Post hunc exstiterunt Ptolomæus & Secundus hæretici, &c.] *Quas alij distinguunt, vti suprà dictum est num.* 314 Ptolomæi & Secundi hæreseis, & *ipse quoque Auctor cap. 4. libri aduer. Valentin. hic tanquam nam recenset, vtpotè illos solum duos errores commemorant, qui vtrique communes sunt. primum, post Irenæum lib. 1. cap. 5. sic clarius explicat sub eius dem libri finem cap. 38.* Humanior (*inquit*) iam Secundus vt brevior, Ogdoadem in duas Tetradas diuidens, in dextram & sinistram, seu lumen & tenebras; *quo fit vt hic dicat* aggregatos ab istis quatuor primùm, deinde alios octo Æonas (*nam sic lego ex Vatic. cod. pro:* Aeones, *aut potius, quemadmodum legunt Philastrius, Augustinus, & ego, hic legendum censeo, conformiter superioribus verbis:* quatuor primùm, deinde alios quatuor, *nam eodem modo dixerunt etiam Irenæus & Epiphanius her. 32. quaternionem dextram & quaternionem sinistram, quas vocabant lumen & tenebras. Philastrij verò illud, quod peculiariter* Secundo *adscribit,* Secundum *adseruisse infinitos Æonas, videtur referre ad id quod hic dicit Auctor: ista addiderunt alios complures; ipsi quia malè ad* Ptolomæum *referri, quod Irenæus lib. 3. cap. 6. & Epiphan. her. 33. scribunt ab hac Bythe duas vxores datas, Ennœan & Thelesin, id est, intelligentiam & voluntatem, aut vti Irenæum & Auctorem intelligamus cum Theodoreto, præter Ogdoadem, quem bipartitò diuisit, adiecerit* Secundus *luem & tenebras. Alter eorumdem error (quem solus tamen* Secundo *ipse Auctor, Irenæus & Epiphanius adtribuunt) etiam paulò clarius recitatur vbi suprà:* Desultricem (*inquit*) & defectricem illam virtutem, *vtpotè Achamoth,* non vult abalioquo deducere triginta (*nam id ibi addendum*) Aeonum, sed à fructibus de subsistantia eorum venientibus, *vtpote Epiphanius scribit, ex illis Æonibus, qui post alterum Ogdoadem non posterius factis fuisse. Vixerunt autem* Ptolomæus & Secundus *sub Antonino Pio, & Marco Aurelio Imperatore eius filio.*

HÆR. XIIII.

317. Extitit præterea Heracleon alter hæreticus, &c.] *De hoc similiter Auctor infrà, lib. adu. Valentin. cap. 4.* Deduxit & Heracleon à Valentino tramites quosdam, *& meminit etiam Irenæus lib. 2. cap. 4. & Clemens Alexandrinus libr. 4. Strom. præter Auctores alios initio huius libri citatos. Ad intellectum autem huius capitis maximè facit illud Philastrij: Post hunc* Heracleon *discipulus ipsius, Valentini nempè, surrexit, dicens principium esse vnum, quem Dominum appellat, deinde de hac natum aliud, de quo hus duobus generationem multorum adseruit principiorum. Quo autem nomine vocarentur illa, habet Epiphanius her. 36. Ex vniuersorum patre Bytho vult esse vniuersorum matrē, quam & Silentium vocat & Veritatem; ex ipsa verò secundum matrem, quæ non obliuione genita est, quam & ipse* Achamoth *vocat, ex qua de cetero omnia in defectu constituta sint. Quibus consentit etiam B. Augustinus her. 16. Duo adseruunt (inquit) principia, vnum ex altero, & ex his duobus plura alia, ex quo colligitur haud dubiè, additis duabus vocibus sic legi debere:* imprimis illud fuisse quod pronuntiat, ex ipso Monadeni, & deinde ex illa Monade duo. *Cur autem vocibus,* Pronuntiationis, *& pronuntiat, viatur Auctor, suprà diximus num. 315. eo quòd Marcus, cuius & Colarbasi discipulum facit Epiphanius* Heracleonem, *eo genere loquendi vteretur.*

CAP. I.

318. Non defuerunt post vos Marcus quidam & Colarbasus, &c.] *Capitis huic titulum damus:* De xv. post Euangelium hæresi Marci & Colarbasi, *quos coniungit Auctor Irenæum imitatus, qui lib. 1. cap. 8. & aliquot sequentibus simul tractat, & in seq'le, & in contextu.* Quæ sit Colarbaseorum & Marci doctrina, *quemadmodum etiam Philastrius. At Augustinus, Theodoretus, Damascenus, in duas sectas distinguunt. Epiphanius (vt est eum ante adnotauit Feu-ardentius) veluti modum dissoluens, primum scribit secutum Marci doctrinam* Colarbasum, *vndunque hæresin fuisse instar serpentis hucipitis, sed postea de suo quoque nomine cœtus habuisse. Mirum autem quòd Irenæus* Marcum *suscepteri in vnere* Colarbasi *silentij, tanquè eius discipulum; verum ego sic intelligo, quòd Marcus scripserit, quæ primatim cum* Colarbaso *suis discipulis tradendas simul concluserant, quæ* Colarbasi *silentio præterirent. Porro facit* Marcum Magum *istum etiam Valentini discipulum Tertullian. dist o cap. 4. lib. adu. Valentin.*

HÆR. XV.

319. Nouam hæresim ex Græcorum Alphabeto componentes, &c.] *Primquàm ad particulares horum duorum veniam errores, operæ pretium videtur indicare, primum fuisse* Marcum, *qui Gallus & Hispanias penetrauit hæreticum. Ita enim habet B. Hieron. Epitaphio Lucinij Batici. Refert Irenæus vir Apostolicorum temporum, & Papiæ auditoru Euangelistæ Ioannis discipulus, Episcopus Ecclesiæ Lugdunensis:* quòd Marcus quidam de Basilidu Gnostici stirpe defendens, primus ad Gallias venerit, *& eas partes, per quas Rhodanus & Garumna fluunt, sua doctrina maculauerit: maximeque nobiles feminas, quædam in occulto mysteria reprimittens, hoc errore seduxerit, magicis artibus ex secreta corporum voluptate amorem sui consciscans; inde Pyreneum transiens, Hispanias occuparit. Hoc (inquit) ille scripsit ante annos circiter trecentos in ijs libris, quos aduersus omnes hæreses edissimo & eloquentissimo sermone agnoscunt. Quum autem solum ex parte reperiantur apud Irenæum, puto mutilum adhuc esse* 9. caput lib. 1. adu. hæreses. *Atqui primum illum errorem de* Græcorum Alphabeto, *quemadmodum hic Auctor, sic etiam B. Irenæus lib. 1. cap. 12. & 13.* Marco & Colarbaso *adtribuit, sibi vero* Marco Philastrius, Epiphanius *& Theodoretus. Quorum Philastrius indicat hic legi debere:* Denique Christum descendisse, *quem scribit* Christum *descendisse in Iesum, iuxta* Marci *opinionem, maximè quum idipsam etiam Irenæus non obscurè significarit. Epiphanius verò ipsis Irenæi verbis omnia latissimè explicat her. 34. E quibus hæc præcipuè ad loci huius intellectum pertinent. Primum illud cap. 12. Quæ propter etiam Alphabetum Græcorum habere monadas illo, decadas illo, hecatontadas illo, (*in quas Auctor vocat ogdoadas & decadas) DCCCLXXXVIII.

(*nam

(*nam sic corrigendus Irenæus*) *numerum demonstret, hoc est* Iesum *ex omnibus numeris conflatum*, & propter hoc α & ω nominari eum, vt significet ex omnibus eius generationem. *Item illud: Vbi vero venisse ipse ad aquam*, descendisse in ipsum quasi columbam: *Ipsum autem virtutem, quæ descendit, semen esse patris dicit, habens in se & patrem & filium. Cui consequens debet, quod habetur cap. 10. Quem manifestauit ipse veniendo ad baptismum columbæ descensu, quæ est* ϖ & ω. Numerus enim ipsius vocis columbæ apud Græcos (*sic ex Epiphanio*) nimirum πατρικὸς, est vnum & octoginta. *Atqui etiam* ϖ & ω *tantundem conficiunt. Quod ipsum indicat his verbis ex Irenæo cap. 12. Epiphanius. Et propter hoc ait eum α. & ω. Vt πατρικὸν manifestet, quum hunc numerum habeat hæc auis. Quumodo vero* πατρικὸς *DCCCI. significet, sic poteſt explicari.* π & ϱ *valent* 85. ρ & ι. 110. σ. 200. & τ. & ϵ 305. ϵρ & α 101. *Ibi autem ita affertur, &c. haud dubie locus corruptus est, nisi legatur*, ita vt afferte, &c. vanitates ineptum sit, & *tunc sensum facile Lector intelliget. Porro ad illud*: Alterum Deum fingunt præter creatorem, *ad laudat B. Augustinum hær.* 34. & *Damascenus. dum dicunt* Marcum *duo sibi opinatum esse principia. verum quia hæc præcipua Marcionis hæresis, de ea latiùs disputatur adu. eum Auctor libris duobus prioribus. Illud autem* Christum in subſtantia negant carnis fuisse, *diluendiis explicant Philastrius & Augustinus, dum* Marco *adtribuunt Christum putasse apparuisse & passum esse. Ex quo proinde errore sequitur aliud: quo* negabant carnis resurrectionem futuram. *Nam si Verè in carne non fuit, Christus ergo nec in carne resurrexit: proinde nec nos resurgemus: tuxta quod à contrario sensu argumentari possumus ex illo Apostoli, 1. Cor. 15. Si resurrectio mortuorum non est, ergo nec Christus resurrexit. Denique de Marcionis præsigijs Magum vide inutium libri adu. Valentin. & l. Carm. adu. Marcion. & de altero eius errore, quod ad corporis humani creationem adtinet, lib. de Carne Christi. Vixisse autem putatur* Marcus & Colarbasus *tempore eodem sub Antonino patre aut filio.*

Cap. ii.

320. Accedit his, &c.] *Hoc caput inscribimus*: De xvi. xvii. xviii. & xix. post Euangelium hæresibus, Cerdonis, Marcionis, Lucani, & Apellis, *quos simul connumerauimus, tum quòd eiusdem sectæ fuerint, tum quod similiter Cerdoni Marcionem subijciant B. Irenæus lib. 1. cap. 28. & 29. Philastrius, Epiphanius, hæres. 41. & 42. B. Augustinus hær. 21. & 22. Theodoretus, Damascenus, Isidorus, Honorius, Itrab. & Gratianus locis supracitatis, &* Lucanum & Apellem Marcionis *discipulos faciunt Philastrius, Epiphanius, & Damascenus*, & Apellem *similiter Augustinus. Quo pertinet etiam illud Tertullianus infrà lib. 4. adu. Marc.* Sic nec Marcion aliquid boni de thesauro Cerdonis malo protulit, nec Apelles de Marcionis.

Hær. xvi.

321. Cerdon quidam, &c.] *De hoc lib. 1. Auctor Carmin. aduersus Marcionem*:

Hæc vobis per Marcionem Cerdone magistro.

nec dissimiliter B. Cypr. epist. 74. ad Pompeium: Marcion, cuius magister Cerdon; *quare? & mox recitè subijcitur*, Marcion ipsius discipulus, qui hæresin Cerdonis adprobare conatus est. *Eodem pertinet illud lib. 1. adu. Marc.* Habuit & Cerdonem quendam informatorem scandali huius. *Quod ipsum certè constat ex erroribus sequentibus, quos confutatus reperire est libris quinque & carmine & prosa aduersus Marcionem conscriptus. Quarum primum*: De initijs, id est Deis duobus, *agnoscimus qua supra scriptores de Hæresibus omnes. Commemorant & alterum*, quòd Prophetias & Legem repubiabat, *apertis verbis Epiphanius ac Damascenus, & ex consequentes Irenæus, Augustinus, Theodoretus, dum scribit Deum malum, eumque creatorem Legis Mosaicæ legislatorem, & Vetus Testamentum ab eo reprobatum dicunt. Tertium errorem*, quòd Christum in subſtantia carnis negabat, *&c. etiam recensent Philastrius, Epiphanius, Augustinus, summo & Damascenus his verbis à me castigatis, gemitum Christum nolebat fuisse. Quare & resurrectionem corporis ab illo fuisse negatam fatentur etiam Epiphanius, Augustinus, & Damascenus. De reliquis illi quidem* Cerdone *tacent, sed Marcioni omnes ea adtribuunt, vti mox latius. Atqui Irenæus loco citato, & rursum lib. 3. cap. 4. & post eum Cyprianus vbi suprà, Eusebius histor. Eccles. l. 4. cap. 10. Epiphanius, Damascenus & Nicephorus Eccles hist. lib. 4. cap. 3. de temporibus* Cerdonis *scriptum reliquerunt, quod Romam venerit sub Hygino Papa, & prorsus sub Antonino Pio.*

Hær. xvii.

322. Post hunc discipulus ipsius emersit Marcion, &c.] *Quandoquidem particulariter aduersus hunc scripsit Tertullianus libros quinque & carmine & prosa, longiorem de Martione tractatum differimus ad initium libri 1. infrà hic eodem Tomo. Hîc tantum dicemus occasionem hæresos, tum ex hoc loco, tum ex cap. suprà 30. & quibus locis singulis refutentur eius errores. Primus itaque illud paulò sic explicat Epiphanius*: Marcion genere Ponticus fuit ex vrbe Synope (*quod ipsum habet ex Philastrio & Tertulliano tum suprà cap. 30. tum infrà lib. 1. adu. Marc.*) *qui prima vita sua virginitatem exercuit (solitarius enim vixit)* Episcopi sanctæ Ecclesiæ nostræ filius; *Tom. 5. lib. de exhort. ad castit. latius (ante Episcopatum & sacerdotium) nam & sequitur de patre, honesté Græce viuens in Episcopatu. Progressu vero temporis*, circa virginem quandam corrumpitur, & *decepta virgine*, *seipsum atque illam à spe detraxit. Et quum illam corrupisset, à proprio patre ex Ecclesia ejicitur.* Marcion *autem multum supplicans, ac veniam precatus, eam à patre non impetrauit. Quum itaque adsequutus non esset ab illo per blanditias quæ petebat, non ferens multorum ludibria, ab vrbe sua fugit, & venit Romam, quum mortuus esset Hyginus Episcopus Romanus, & cum simbras adhuc superstitibus à discipulis Apostolorum congressus, petebat vt in congregationem reciperetur; & nemo id ipsi permittebat. Æmulatione igitur elatus, vbi non accepit præsidentium & Ecclesiæ congressum, ad impostoris Cerdonis scitam profugit. Quibus addit Philastrius, fugatum eum dem etiam fuisse à B. Ioanne Euangelistâ, alijsque Presbyteris de ciuitate Ephesi, antequàm Romam veniret. Irenæus item lib. 3. cap. 3. & Epiphanius dicti lib. 4. cap. 13. quòd temporibus Aniceti Romæ existens, B. Polycarpus occurrens ſibi* Marcioni, *rogantique num cum nosset, respondent: Noui primogenitum Sathanæ. Neque dissentit ab eo Epiphanius, quòd dicat, Post tempora Aniceti primum venisse Marcionem, quia ejs antea privatum esset pro hæretico à Polycarpo agnitus, certe non videtur antea declaratus fuisse pro tali. Atque hoc est quod suprà cap. 30. adnotauimus de Eleutheri Episcopatu secundum Tertullianum. Auctori verò suprà cap. 30. peculiare est, quod legitur de* ducentis ſestertijs à Marcione Ecclesiæ illatis, & eius pœnitentia, qua pacem erat recepturus; ſi ceteros quoque, quos peditioni erudiſſet, Ecclesiæ restituereret, ſed morte præuentus. *Atqui non restè hîc adsequitur mentem Auctoris Macerest, dum illud*: Hic ex occasione qua dictum ſit: Omnis arbor bona, *& cæterpretatur*: *Hîc vt demonstret verum esse*: *Omnis arbor, & c. quia Auctor vult potius illud* (*vti pater lib. 1. adu. Marc.*) quòd occasione illius ſcripturæ, Marcion hæresin Cerdonis adprobare conatus ſit, *tamquàm illa bonis Deum & malis Deũ significaret, at ſ; adeo duos deos seu duo principia; quem errorem confutat latiſſimè totis duobus libris aduersus Marcionem, vbi etiam interim tertiũ principiũ, quod ipſe adiicit suprà Cerdonem, ſit mentio. verum de eo ibi latius. Secundum tertiũ que error em de reiectîo Lege & Prophetæ, ſimiliter red arguit adu. Marc. lib. 4. Tertium vero errorem de* Christo, tum quòd Dei creatoris filius fuerit, tum quòd verè natus & paſſus, *tota lib. 3. adu. Marc. & libro de Carne Christi. Item & tertium de* resurrectione carnis, *libro eiuſdem argumenti, & sub finem lı. 5. adu. Marcion. Quartum errorem item de* Euangelio Lucæ ſolo, *quod Marcionis appellabant, adu. Marc. lib. 4. Quintum de* Apoſtoli Pauli Epiſtolis quibuſdam, iiſque non totis, *lib. 5. Sextum de* Apocalypſi *ab eodem reiecta, recenſet etiam dicto lib. 4. Vbi de eo latius. Septimum denique de* Actis Apoſtolorum, *nemo quod ſciam, præter Tertullianum, aut Cerdoni aut Marcioni adtribuit; fortaſſe id ex conſequentia colligit, quòd quum non alias ſcripturas reperiret quàm* Euangelium Lucæ & Apoſtoli Pauli Epiſtolas vndecim, *neceſſario ſequatur, quòd &*

Acta Apostolorum cum Apocalypsi & veteri Testamento reiecerit. Verumtamen hunc errorem Philastrius Cerinthо *adscribit. Eusebius verò lib. 4. Eccles. hist. cap. 29. & Niceph. lib. 4. cap. 4. tribuunt Tatiano, seu potius Seuero eius discipulo, à quo Seueriani dicti. Quum autem nemo alius de Actis Apostolorum dubitauerit, non opus est pluribus, ne magis, quòd Concilia omnia & Auctores, de quibus supra cap. 33. num. 195. qui catalogum scripturarum connexuerunt, nominatim illa inter scripturas noui Testamenti enumerent. Ceterùm rectè admonuit Rhenanus, ad verba illa: ceasem dicere, Tertullianum solitum verbum præcedens etiam in sequente sententia subaudire, vt hic contra est* eadem dicere.

HÆR. XVIII.

323. Exstitit post hunc Lucanus quidam nomine, &c.] Lucanum *etiam inter ipsit inter* Marcionem & Apellem *Philastrius*; nec *absimiliter Epiphanius & Damascenus*, *præterquàm quòd* Lucianum *nuncupent. Quorum Epiph. alli etiam adtribuit, quòd nuptias reprobarct. Ipse autem Auctor infrà instito libri de Resurr. carnis cap. 2. etiam alium errorem de Anima:* Videri (*inquit*) vnus aliqui Lucanus, nec huic quidem subsistantiæ (*animæ nempè*) parcens; quam secundum Aristotelem dissoluês, aliud quid pro ea subijcit; tertium quiddam resurrecturus, neque animæ neque caro, id est, non homo, sed vrsus forsitan, quâ Lucanus. *Verùm de hoc errore, & potissimùm Aristotelis, quæ animam dissolui dicebat, latiùs infrà lib. de Anima.*

HÆR. XIX.

324. Post hos subsequitur Apelles discipulus Marcionis, &c.] *Hunc* Apellis *frequentissima est apud Auctorem mentio, de quo etiam, ac* Philumene *eius socrte, suprà aliquid diximus c. 6. nu. 35. & c. 30. nu. 173. 174. & 175. & latiùs infrà To. 4. vbi* Libri aduersus Apellem, *qui desiderantur, sit mentio. Hic dumtaxat subijciemus quæ ad locs huius snscllestium pertinent. Imprimis autem ibi*, posteaquàm in carnem suam lapsus est, *alludit ad illud 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat; nam idem est quod dixit suprà cap. 30.* Lapsus in fœminam, desertor continentiæ Marcionensis, ab oculis sanctissimi (*ironicè*) magistri Alexandriam secessit. *Et rursum infrà lib. de Carne Christi, cap. 6.* qui postquàm à disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus est. *Atqui* Apelles Marcionis de discipulo emendator *appellatur ab Auctore infrà lib. 4. adu. Marc. &* discipulus *postea* desertor *vocatur eodem libro, eo quòd quum ille plures deos, hic hoc loco* (*inquit*) vnum inroducit Deum, &c. *Illud item:* Properea & aliam virtutem quam dicit, Dominum dicit, sed angelum ponit, *explicatus dixit suprà cap. 34.* donec (*inquit*) Apelles Creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deum Legis & Israelis, illum igneum adfirmans. *Meminit autem etiam angeli ignei*, Dei Israelis *& nostri infrà lib. de Anima, vbi de eo, vti & de* Anima ex supercœlestibus sedibus euocata, & de carne quoque ab igneo angelo exstructa, *cuius meminit etiam initio lib. de Resurrect. carnis. Legimus autem secundum interpretationem Rhenani & Maceres:* Ab hoc videri mùdum institutum, &c. *Quòd verò* Legem & Prophetas repubiabat, *à Marcione sumpsit, de quo lib. 4. aduersus Marc. Peculiaris error Apellis de* Christi carne siderea, *refutatur infrà lib. de Carne Christi, quemadmodum error de* animarum solarum salute, & negata resurrectione carnis, *libro eiusdem argumenti.* De solo Apostolo Marcionis, *infrà lib. 5. adu. eumdem.* De Phanerosibus Philumenes puellæ, *suprà dictum est cap. 6. num. 35. & cap. 30. num. 176.* De syllogismis Apellis *denique, aliisque ad eum hæresin pertinentibus, infrà To. 5. inter fragmenta Tertullian. Vixisse autem putatur Marco Antonino Philosopho Imperat. & aduersus eum scripsisse Rhodonem testatur Eusebius Eccles. histor. lib. 5. c. 3.*

CAP. LII.

325. His hæreticis omnibus accedit, &c.] *Caput hoc inscribimus:* De xx. & xxi. post Euangelium hæresibus, Tatiani, & eorum qui χ῀ φρυγας diciuntur; *quæ non longè post Marcionem & Apellen hæreses testatur B. Patianus obortas, epist. 1. ad Sympronianum.*

HÆR. XX.

326. Tatianus quidam alter hæreticus, &c.] *Quòd* Tatianus, *siue vt aliy* Tacianus, discipulus Iustini Martyris post hunc, *id est post eius obitum*, Diuisa (*aut potius* diuersa, *quemadmodum censeo*) sentire cœpit, *habet B. Irenæus l. 1. cap. 31. cuius ipsa verba transscripserunt Euseb. hist. Eccles. l. 4. c. 27. ac Nicephor. lib. 4. cap. 4. item Philastrius, Epiphanius hær. 46. Theodor. lib. 1. Damascenus, ac Heronymus Catal. Script. Eccl.* Deinde quòd totus secundum Valentinum sapit, *ydem partim apertè, partim ex eo quòd dicunt eum etiam quosdam Æones finxisse; quas quum à Valentino sumpsisse certum sit, non à Marcione, legendum puto apud Philastrium:* Æonas autem nuncians, *sicut Valentinus delirauit. Item apud Augustinum hæres. 25. lego:* Taciani à Taciano quodam, *pro eo quod hactenus legitur:* Tacio, *de quibus eadem phrasi qua Auctor subdit: prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi* sapiunt; *cuius modi similem etiam phrasin hunc Auctorem Rhenanus adnotat libro tertio argumenti:* ne de resurrectione ad Sadduczos sapere videamur. *Quod verò etiã adiecerit illud:* Adam nec salurem consequi posse (*quemadmodum omninò cum Rhenano legere oportet, etiam refragante MS. cod. lectione, qui habet:* quod iam, *vel:* quo dam) *tradunt etiam* (*vel Rhenano adnotante*) *B. Irenæus, item Philastrius, Epiphanius, Eusebius, & Nicephorus. Hinc etiam Tertullianus* Adæ salutem ex *pœnitentia non semel tribuit. Sic suprà lib. de Pœnitent. cap. vltimo.* Adam exomologesi restitutus in paradisum suum, *& lib. 2. adu. Marcionem:* Ideòque, *inquit*, nec maledixit ipsum Adam & Euam, vt restitutionis candidatos, vt confessione reuelatos. *Porrò facunt hunc Encratitarum, id est qui se continentes vocabant, principem, damnantium nuptias, suprà dicti Irenæus l. 1. c. 30. Epiphanius hær. 46. & 47. Eusebius, B. Heronym. Augustin. Theodoretus, Damascenus, Isidorus, Honorius,* (*nam legendum haud dubiè Encratitas, pro eo quod est Creathitæ*) *Monarchus, Hrabanus, & Gratianus locu supracitatis. Atqui Syrum fuisse* Tatianum *tradunt Clemens Alexandr. Strom. l. 3. & Epiphanius, qui & hæc addit: Scholam suam, inquit, erexit ab initio in Mesopotamia circa xij. fermè annum Antonini Pij Cæsaris. Maximam verò partem prædicationis suæ in Antiochia quæ ad Daphnem sita est, fecit, & in Cilicum partibus; multum autem & in Pisidia. Vbi quum tempora, quibus vixit, significet sub Antonino, necesse est mendum esse in Philastrio illud: post Decij persecutionem; pro quo legendum censeo: Adrianj, nam sub illo passum B. Iustinum Martyrem testis est præter alios, etiam Epiphanius.*

HÆR. XXI.

327. Accesserunt alij hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas, &c.] *Rationem nominis, cur* χ῀ φρυγας, *& Latinè* secundum Phrygas, *Tertullianus & Interpres Epiphanij, reddidimus ad Epist. 75. B. Cypr. nu. 27. ac B. Augustino hær. 26. & Epiph. hær. 48. quòd maximè in* Phrygia *versarentur. Vnde etiã à Clemente Alexandrino Strom. li. 7.* Phrygum *hæresis ex Gente nuncupatus, sicuts Encratitarum, ex operatione. Quum autem* χ῀ *semper Accusationum regat, censeo etiam legi debere* Cata Phrygas *apud Philastrium, Eusebium, l. 5. c. 14. & sequentibus, B. Augustinum, Theodoretum, Damascenum, Isidorum, Honorium, Hrabanum & Nicephorum, ac Gratianum, pro eo quod legitur:* Cataphryges, *aut* Cataphrygis, *aut* Cataphrygiæ; *maximè quum aut* Cataphrygas, *aut* Phrygas *nuncupet etiam B. Hier. Catal. Script. Eccl. in Apollinario & Rhodone, qui aduersus eos scripserunt; & iam antea* Cataphrygas *B. Optatus Milevitanus appellet lib. 1. adu. Parmenianum. Eorundem distinctio in eos, qui* χ῀ Proclum dicuntur, & qui secundum Æschinem pronuntiantur *(sic enim lege ex Vat. MS. cod. pro:* dicantur, *&:* pronuntientur) *Tertullianus peculiaris est, cuius interim eo magis hac in re credendum, quòd posteà in eandem hæresin incederit. Procli incerta sit mentio apud Eusch. Eccl. hist. lib. 6. cap. 14. & Nicephorum lib. 4. cap. 20. Disputatio (inquit) Gaij viri eloquentissimi Romæ, Zepherino Ecclesiam regente, contra* Proclum Phrygum erroris propugnatorem *habita, ad nos peruenit. Quod ipsum repetitur à Nicephoro l. 4. c. 12. & 34. Quæ etiam verba transscripsit in Catal. Script. Eccl. Hier. in Gaio, præterquàm quòd* Proculum *vocat* Montani sectatorem, *addens hanc*

hanc disputationem habitam sub Antonino Severi filio. Meminit etiam Theodoret. his verbis, sicuti a me exhibita sunt: Aduersus Proclũ *(antea perperam* Pattoclũ*) qui hunc hæresis præsulem scripsit* Caius *(pro quo erat corruptissime* Canius*) cuius etiã paulo ante meminimus. Vtrũ legatur, perinde esse iudico, maxime quũ MS. liber Vatic. legat:* Procolum*, quod magis accedit ad* Proclum*. An idem sit* Proculus*, quem tantopere commendat Author infrà libro, aduersus Valentinianos, nescio; sed de eo ibi latius. De eodem sic Pacianus ibi supra: Ipsi illi* Phtyges nobiliores*, qui se animatos mentumtur à Leucio, institutos à Proclo gloriantur.* Montanum *&* Maximillam *secuti, quam multiplices controuersias excitarunt* de Paschali die, de Paracleto, de Apostolis, de Prophetis, *multáque alia, sicut &* de Catholico nomine, *&* de venia Pœnitentium. *Porrò* communem illam blasphemiam, qua in Apostolis quidem (*sic lege ex MS. Vatic. cod. pro*: quidam) dicunt Spiritum sanctum fuisse, &c. *inter scriptores de hæresibus pene peculiare est Auctori. Nam alij distinctionem non facientes inter* Spiritum sanctum *&* Paracletum, *sentiunt quòd in Montano, non in Apostolis,* Spiritum sanctum *agnouerint. Sic Philastrius. Adunt etiam plenitudinem* sancti Spiritus, *non per Apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos Pseudoprophetas æstimant impartitam. Eodem pertinet quod Epiphanius Maximilla adtribuit, quòd se* Spiritum sanctum *dona deresiliatret. Et illud B. Augustin. Aduentum (inquit)* Spiritus sancti *à Domino promissum ipse potius quàm in Apostolis fuisse adserunt. Quæ ipsa verba etiam transcripserunt BB. Isidorus & Honorius, item Hrabanus & Gratianus. Solus Theodoretus propius accedit his verbis: Is (inquit, de Montano loquens) ambitione & primum locum obtinendi cupiditate mitis, (ipsum* Paracletum nominauit, *& duas fecit Prophetissas, Priscillam (quam* Priscam *vocare solent Auctor & Hieronymus) & Maximillam & earum scripta, libros Prophetices appellauit. Quæ desumsit ex Eusebio histor. Eccles. lib. 8. cap. 14. Et hæc consentit etiam B. Hieronym. aduersus Vigilantium: Sicut (inquit) alia hæresis* Paracletum *in Montanum venisse concendunt. Quem ipsum errorem idem pulchrè refutat Epistol. ad Hedibiam quæst. 9. & latius Epistol. 54. ad Marcellam aduersus Montanum. Verùm de his omnibus latius partim in Vita, partim inter errores Tertulliani; nam B. Augustino teste, hæres. 86. ad Cataphrygas ille postea transijt, quos antea destruxerat, haudubiè ad hunc locum adludens; vbi* blasphemiam *vocat, quam tamen posterioribus libris sua sponte frequenter tamquam veritatem ipsam inculcat. Quid? quòd B. Hieronym. Catal. Script. Eccles. & post eum Sophronius ac Nicephorus histor. Eccles. libro 4. capite 34. ante hæresin plura aduersus* Montani *dogma conscripsisse illum tradunt, inter quæ etiam est liber inscripta de Baptismo contra Quintillum, à quo quidam Montani sectatores Quintilliani appellabantur; quare & hunc illum libro subnumero, quòd inde colligat ante omnem errorem ab Auctore conscriptum. Peculiare est etiam illud:* quòd plura dicant in Montano Paracletum dixisse, quàm Christum in Euangelium protulisse, &c. *verùm latius etiam inculcatum ab Auctore post hæresin, vt nullus de eo dubitandi sit locus. Apud neminem etiam reperire licuit illud:* Priuatam autem (*recùs addo autem ex MS. Vat. cod.*) illi qui sunt χτ Æschinem, hanc habent, vti (*sic etiam ille, pro*: vt) dicant Christum ipsum esse Filium & Patrem. *quæ blasphemia quum ferè confentiat cum hæresi xxv.* Praxeæ, *c. sequentis adscribitur, & latè confutatur infrà lib. adu. Praxean. Quum autem Eusebius teste Appollonius (aduersus quem scripsit Tertullianus, vtis ex fragmentis conflat infrà Tom. 5.) scribat non nisi 40. annis ante se obijsse Montanum, facile est Lectori colligere, verissimum esse quod scribit in Chronico Eusebius, eodem pene tempore cum Tatiano sub Marco Antonino exortam hanc hæresin, quæ χτ ρρυχὸς nominatur, auctore Montano & Priscilla, Maximillaque insania vatibus.*

Cap. lxii.

318. Est præterea his omnibus, &c.] *Postremum hoc caput inscribimus*: De xxii. xxiii. xxiiii. & xxv. post Euangelium hæresibus, Blasti, Theodoti Byzantij, Theodoti altetius, Praxeæ ac Victorini.

Hær. xxii.

329. Blastus accedens, &c.] *De hoc solus scribit Eusebius hist. Eccles. lib. 5. capite 14. & post eum Nicephorus lib. 4. capite 20. cuius hæc sunt verba: Primi hæresibus diuinorum virorum doctrina & virtute prorsus emulis, Quianiorum sator alias insuper seminare non cessauit. Sed & priorum illarum multi adhuc præstabant, furculi, multæ etiam derepentè tum primùm mistum fumentes prodiebantur. Nam quidam Romæ vigebant, vt Florinus & Blastus, qui & ipsi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quòd in petitione Presbyterij repulsam tulerat:* Blastus *autem non distimilem ob causam. Quilibet verò eorum officina seorsum contra veritatem insistebat, permultos ex Ecclesia in errorem sium pertraxit. Contra quem cap. 19. eius dem libri Eusebius, postquæ eum B. Hier. Script. Eccl. Catalogo, B. Irenæum scripsisse dicunt librum de Schismate. Quum itaque de* Blasto *scribat hic Auctor, quòd* Pascha dixerit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi xiiii. mensis, *cuiusce post Cantilia (quorum vtcumque Euseb. dicti libri 5. cap. 23. Romanum B. Victoris Papa, Palestinæ sub Theophilo Cæsariensis, Ponti Palma Presbit., Galliæ sub Irenæo, item Ecclesiarum apud Osrhænam & Bachilli Corinthiorum Episcopi, quæ contrarium definierunt,* Blastum *hunc pro dicta sua hæresi nenda schisma fecisse. Certè eius aut discipuli aut collegæ fuerunt Quartadecimani, seu Tessarasdecadites, seu Paschales hæretici, sta dicti, quò xiiii. mensis, more Iudæorum, Paschæ custodiendum concenderent. Quos recenses Philastrius post Floriaum, Epiphan. hæres. 50. B. Augustin. hæres. 29. Theodoretus hær. fab. lib. 3. & Damascenus post Quintillianos. Vixisse autem hunc sub Irenæo, & proinde paulo ante Tertullianum, ex prædictis patet.*

Hær. xxiii.

330. Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius, qui postea quàm Christi pro nomine comprehensus negauit, &c.] *Sic ex MS. cod. Vat. pro eo quod erat*: apprehensus est *dumtaxat. Nam* negatorem *fusse tradunt etiam Philastrius post Cataphrygas, Epiphanius hæres. 54. B. Augustin. hæres. 33. (vbi legendum cum ceteris*: à Theodoto *quodam, ac*: Quod *dicitur quidem* Theodotus*, pro eo quod est*: Theodotionis*, &* Theodotion) *& Damascen. post Sanseos. Qui ad unum omnes commemorant causam erroris fuisse, vt ne dicerecur Deum negasse, quum Christum negauit, quippè quem hominem tantummodò diceret, nulla alia (sic lege Ex MS. Vatic. pro*: nullo alio) præceteris, nisi sola iustitiæ, auctoritate. *Meminit autem eius dem* Theodoti hæretici Byzantini *veriusly Eusebius lib. 5. cap. 17. & Nicephorus lib. 4. cap. 20. ac 21. Audem sit eum illo* Theodoto admirabili, *qui primus commentitia doctrina Montani procurationem suscepit, & fecit ille, & Maximilla suspendis periit, nescio, certè Eusebius diu antea, einsdem nempè libri cap. 15. illum meminit sed Nicephorus eodem tempore, nempè lib. 4. capute 23. Illud autem Tertulliani, quòd agnouerit* Theodotus Christum ex virgine natum, *non est contrarium ei quod Beatus Hieronymus aduersus Helusdium dicit,* Theodotum Byzantium *eadem cum illo sensisse, quia neque ille Christum negabat ex virgine natum, sed dicebat ex Maria & Ioseph, postea etiam alium natu, qui fratres Christi dicebantur. Qui omnes quum* Theodotum *hunc nominent, non placet quod legit vtrobique MS. Vatic. cod.* Theodocus. *Pixisse autem constat ex Eusebio & Theodoreto hæret. fab. libro 2. & aliys supra citato, sub Victore Romano Pontifice, atque adeo sub Commodo Cæsare.*

Hær. xxiiii.

331. Alter post hunc Theodotus hæreticus erupit, &c.] *Peculiare est hoc ferè Tertull., quòd primus Auctor hæresis* Melchisedechianorum Theodotus *fuerit, quum Epiphanius hæresi 55. magis eo videatur inclinare, quod illi à priori hæresiarcha illo* Theodotianis *orti, & postmodum auni si fuerint, qui interim & ibi, & hæref 67. Hieracem auctorem facit. Consentit tamen Theodoretus libro 2. qui hunc* Theodotum *argentarium fuisse dicit. Certè his* Melchisedechianis *quod*

Christum inferiorem esse quàm Melchisedech *dicant*, *attribuit praeter Auctorem etiam Epiphanius. Reliqui, qui eodem ordine hanc haeresin post praecedentem collocant, nempè Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, non aliud illis adscribunt, quàm quod dixerint, vti etiam Auctor*, Melchisedech. praecipuæ gratiæ cœlestem fuisse virtutem, *atque adeò neq; hominem. Nam id est quod subiungit Auctor, vt* Aparator sit, ametor, & agenealogetus, &c. *adlud eus ad illud Hebr. 7.* ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μητε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, *quod recte vertit noster Interpres: sine patre sine matre, sine genelogia; neq; initium dierũ, neq, finem vitæ habẽs; pro quo sic paraphrastice Auctor*: cuius neque initiũ, neq; finis comprehensus sit, aut comprehẽdi possit. *Quare adnotandus hic locus aduersus eos, qui Epistolam Pauli ad Hebraos apocryphum facere non verentur. Verum de hoc locus dicendus infrà Tom 5. libro de Pudicitia, vbi Barnabæ (vel Beato Hieronymo teste Catal. Script. Eccles.) non Paulo eam adscribere videtur. Atque ex dictis Auctoribus constat* Melchisedechianos, *atque adeò hunc* Theodotum, *antecessisse Tertullianum quamproximè, atque adeò non sub Maximino, vti Praetelus, sed sub Severo potius constituendos.*

HÆR. XXV.

331. Sed post hos omnes etiam Praxeas, &c.] *De* Praxea *& eius haeresi infrà latius ad titulum libri aduers. Praxean, quò Lectorem remittimus; hic dixisse contenti, quòd etiam hallucinetur Praetelus, dum hanc haeresin primum ortam dicat tempore Galieni & Stephani Caesarum, qui diu post Tertullianum claruerunt. Quo autem* Victorinus, qui haeresin illius corroborare cutauit, *non perinde constat. Relinquo itaque Lectoris diligentiæ eius inquisitionem, vt tandem aliquando huic libro finem imponamus.*

ARGVMENTVM LIBRI DE BAPTISMO
Adversvs Qvintilam, Per Iacobum Pamelium.

ADversvs haereseis specialiter responsurus Tertullianus, *ab ea incœpit, quæ maximi erat momenti, vt potè quæ aquæ baptismum tolleret omninò ad salutem necessarium, eo absurdior, quòd à Quintilla fœmina suam haberet originem.*

I. *Imprimis autem, quum fœlix sit aquæ sacramentum baptismus, quo ablutis delictis pristinæ cæcitatis in vitam liberamur æternam, non otiosum fore istud digestum.*

II. *Nihil enim obstare, aut simplicitatem sine adparatu, quum stulta mundi Deus elegerit; aut mirandam potestatem, qua lauacro mors diluitur, quòd opera diuina sint super omnem admirationem.*

III. *Maximè, quum à mundi primordio plurima fuerit aquæ auctoritas, vis, & gratia, quæ proinde animare & in baptismi Sacramento nouerunt.*

IIII. *Vtpotè quæ de pristina originis prærogatiua (sicuti tunc Spiritus superferebatur super aquam) sacramentum sanctificationis consequantur inuocato Deo, & sanctificatæ vim sanctificandi combibant, atque adeò & ipsæ sanctificent.*

V. *Si enim nationes extraneæ, Diabolo res Dei æmulante, in sacris Isidis aut Mithræ aquis initiabantur, & purgatrice aqua se expiari putabant; quanto id magis præstabunt aquæ per Dei viui auctoritatem, quæ adeò Spiritui medentur, salutem æternam reformant & conseruant, deleta morte per ablutionem delictorum; quibus exempto reatu eximitur & pœna, ac homo ad similitudinem Dei, non ad imaginem solùm, in æternitate censetur.*

VI. *Et verò in aqua emundatos ad maiora dona Spiritus sancti præparari, per ablutionem delictorum: quam fides impetrat obsignata in Patre & Filio & Spiritu sancto; adiecta etiam in testatione fidei & sponsione salutis, Ecclesiæ mentione.*

VII. *Exinde egressos lauacro perungui benedicta vnctione, eo quòd Christus ab ea dicatur; quæ quidem etsi carnaliter fiat, spiritaliter proficit, quomodo baptismi carnalis actus, quòd in aqua mergimur, spiritalis effectus, quòd delictis liberamur.*

VIIII. *Dehinc manu simpositionem fieri, qua per benedictionem (capiti impositis & intermutatis manibus, & transfuersim obliquatis ad instar Ioseph, qui Christum ita deformabat) aduocatur Spiritus sanctus; qui tunc super emundata & benedicta corpora, specie columbæ in Dominum baptizatum à patre descendit.*

IX. *Atqui & plura alia religionem aquæ demonstrantia, naturæ patrocinia, priuilegia gratiæ, sollemnia disciplinæ, figuras, præstructiones, & precationes; ad confirmationem ac testimonium baptismi facere.*

X. *Porro in hoc differe à nostro Ioannis baptismum, quod pœnitẽtiæ esset baptismus in futuram remissionem peccatorum, & quasi candidatus remissionis & sanctificationis in Christo futuræ.*

XI. *Neque id obstare, quod Christus ipse non tinxerit, quum Apostolos tinxisse constet baptismo eodem quo Ioannes, qui postea Christi.*

Apostolos

Apostolos verò aut baptismo Ioannis tinctos fuisse aut si illoti, vel primæ adlectionis vel indiuiduæ familiaritatis prærogatiuam, compendium baptismi conferre potuisse. XII.

Legem autem tinguendi impositam, & formam præscriptam à Christo, Ioannis 3. & Matthei 28. qua obstrinxit fidem ad baptismi necessitatem, post Domini passionem; post quam tincti credentes omnes. XIII.

Etsi enim Apostolus Paulus ad prædicandum potius quàm ad tinguendum missus sit, tamen quosdam ab eo baptizatos; & alijs Apostolis id à Christo præceptum fuisse. XIIII.

Præterea vnum omninò esse aquæ baptismum, sicuti vnus Deus & vna Ecclesia, quo semel delicta diluuntur, quem iterari non oportet, de quo latiùs in Græco à se digestum esse. XV.

Secundum etiam vnum & ipsum sanguinis baptismum, qui & lauacrum non acceptum repræsentat. XVI.

Dandi porrò baptismum ius esse Episcopo, ac Presbyteris & Diaconis cum Episcopi auctoritate, nisi in necessitatibus vt vtaris, aut loci, aut temporis, aut personæ conditio compellat. XVII.

Neque verò temerè baptismum cuiuis credendum, sed pro cuiusque personæ conditione, ac dispositione. XVIIII.

Diem etiam baptismo sollemniorem Pascha præstare & Pentecosten ordinandis lauacris latissimum spatium. XIX.

Denique ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiunijs, geniculationibus, & peruigilijs, cum confessione omnium retrò delictorum, præparari oportere; quibus gratulandum, si non publicè confitentur iniquitates. XX.

Ceterùm præterquàm quòd stylus libri huius ita Auctorem redoleat, vt dubitandi non sit locus; certè à B. Hieronymo Catal. Script. Eccles. Luca, citatur ex Tertulliano locus, de Periodis Pauli & Theclæ; nempè Presbyterum quendam in Asia ἀνδρεῖον Apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd Auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. quod ijsdem penè verbis reperire est huius libri de Baptismo capite xvij. Alludit idem Hieronym. epistol. 83, ad Oceanum, agens de plena peccatorum in Baptismo remissione, ad verba illa primi capitis: Quædam de Caiana hæresi vipera; immò ibidem integra ferè 3. & 9. huius lib. capita descripsit. Hrabanus quoque noster libro 1. de Institutione cler. capite 3. multa desumpsit ex capite 8. & 9. Ante verò hæresin omnem conscriptum vel inde constat, quòd aduersus Quintillam conscriptus sit, quæ Montani insaniam secuta, etiam hunc errorem de Baptismo sparsit; sicuti Adnotationibus nostris latiùs infrà numero 2. Edidit hunc primus Gagnæus Parisiensis Theologus, & postea etiam multis in locis castigauit ex Britannico Lælandi codice Sigismundus Gelenius. Nunc verò quum aliquot etiam loci à nobis iuxta sententiam Dominorum Latinij & Harrisij restituti sint reliquis mederi non licuit sine MS. codice, sed coniecturas quasdam Adnotationibus nostris, quas cum Argumento hoc recèns adjicimus, interiecimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, DE BAPTISMO ADVERSVS Quintillam Liber.

OE LIX[1] sacramentum aquæ nostræ, [4] quia ablutis delictis pristinæ cæcitatis, [5] in vitam æternam liberamur. Non erit otiosum [6] digestum istud, instruës tam eos qui cùm maximè formantur, quàm & illos qui simpliciter credidisse contenti, non exploratis rationibus traditionum, intentatam probabilem fidem per imperitiam portant: atque adeò nuper conuersata istic[7] quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima doctrina sua plerosque rapuit, imprimis baptismum destruens planè secundum naturam: [8] nam ferè viperæ, & aspides, ipsique reguli serpētes arida & inaquosa sectātur. [9] Sed nos pisci- CAP. I.

Acta Apostolorum cum Apocalypsi & veteri Testamento reiecerit. Verumtamen hunc errorem Philastrius Cerintho *adscribit. Eusebius verò lib.4. Eccles. hist. cap.29. & Niceph. lib.4. cap.4. tribuunt Tatiano, seu potius Severo eius discipulo, à quo Severiani dicti. Quum autem nemo alius de Actis Apostolorum dubitaverit, non opus est pluribus eo magis, quod Concilia omnia & Autores, de quibus suprà cap. 33. num. 195. qui catalogum scripturarum connexuerunt, nominatim illa inter scripturas novi Testamenti enumerarunt. Ceterum recte admonuit Rhenanus, ad verba Ilarii:* eadem dicere, *Tertullianum solitum verbum præcedens etiam in sequente sententia subaudire, ut hic conatus est* eadem dicere.

HÆR. XVIII.

323. Exstitit post hunc Lucanus quidam nomine, &c.] Lucanum *etiam inter ejicit inter* Marcionem & Apellem *Philastrius; nec absimiliter Epiphanius & Damascenus, præterquàm quòd* Lucianum *nuncupent. Quorum Epiph. illi etiam adtribuit, quòd nuptias reprobarent. Ipse autem Auctor infrà initio libri de Resurr. carnis cap. 2. etiam alium errorem de Anima:* Videtit (*inquit*) vnus aliqui Lucanus, nec huic quidem subsistantiæ (*animæ nempè*) parcens; quam secundum Aristotelem dissoluës, aliud quid pro ea fubijcit; tertium quiddam resurrecturus, neque anima neque caro, id est, non homo, sed vrsus forsitan, quâ Lucanus. *Verùm de hoc errore, & potissimum Aristotelis, quæ animam dissolui dicebat, latius infrà lib. de Anima.*

HÆR. XIX.

324. Post hos subsequitur Apelles discipulus Marcionis, &c.] *Hunc* Apellis *frequentissima est apud Auctorem mentio; de quo etiam, ac* Philumene *item scorto, suprà aliquid diximus c.6. nu.35. & c.30. nu.173. 174. & 175. & latius infrà To. 4. vbi* Libti aduersus Apellem, *qui desiderat ur, sit mentio. Hic dum taxat subijciemus quæ ad loci hujus intellectum pertinent. Imprimis autem ibi,* posteaquàm in earnem fuam lapsus est, *alludit ad illud 1. Cor. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat; nam idem est quod dixit suprà cap. 30.* Lapsus in fœminam, defertor continentiæ Marcionensis, ab oculis sanctissimi (*ironice*) magistri Alexandriam fecellit. *Et rursus infrà lib. de Carne Christi, cap. 6.* qui postquàm à discipulina Marcionis in mulierem carne lapsus est. *Atqui* Apelles Marcionis de discipulo emendator *appellatur ab Auctore infrà lib. 4. adu. Marc. & discipulus postea* defertor *vocatur eodem libro, eo quòd quum ille plures deos, hic hoc loco (inquit)* vnum introducit Deum, &c. *Illud item:* Properera & aliam virtutem quam dicit, Dominum dicit, sed angelum ponit, *explicatius dixit suprà cap. 34.* donec (*inquit*) Apelles Creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deum Legis & Israelis, illum igneum adfirmans. *Meminit autem etiam angeli ignei, Dei Israelis & nostri infrà lib. de Anima, vbi de eo, vti & de* Anima ex supercœlestibus sedibus eucata, & de carne quoque ab igneo angelo exstructa, *cuius meminit etiam initio lib. de Resurrect. carnis. Legimus autem secundum interpretationem Rhenani & Macerei:* Ab hoc videri mũdum institutum, &c. *Quòd verò* Legem & Prophetas repubiabat, *à Martione sumpsit, de quo lib. 4. aduers. Marc. Peculiaris error Apellis de* Christi carne siderea, *refutatur infrà lib. de Carne Christi, quemadmodum error de* animarum solarum salute, & negata resurrectione carnis, *libro eius dem argumenti.* De solo Apostolo Marcionis, *infrà lib. 5. adu. eumdem.* De Phanerosibus Philumenes puellæ, *suprà dictum est cap. 6. num. 35. & cap. 30. num. 176.* De syllogismis Apellis *denique, aliisque ad eius hæresin pertinentibus, infrà To. 5. inter fragmenta Tertullian. Vixisse autem putatur Marco Antonino Philosopho Imperat. & aduersùs eum scripsisse Rhodonem testatur Eusebius Eccles. hist. lib. 5. c. 3.*

CAP. LII.

325. His hæreticis omnibus accedit, &c.] *Caput hoc inscribimus:* De xx. & xxi. post Euangelium hæresibus, Tatiani, & eorum qui χῆ φρυγας dicuntur, *quas non longè post Marcionas & Apellu hæreses testatur B. Tatianus obortas, epist. 1. ad Symproniamum.*

HÆR. XX.

326. Tatianus quidam alter hæreticus, &c.] *Quòd* Tatianus, *sive vt alij* Tacianus, discipulus Iustini Martyris post hunc, *id est post eius obitum,* diuisa, (*aut potius* diuersa, *quomodo legendum censeo*) sentire cœpit, *habet B. Irenæus l. 3. cap. 31. cuius ipsa verba transscripserunt Euseb. hist. Eccles. l. 4. c. 27. ac Nicephor. lib. 4. cap. 4. item Philastrius, Epiphanius hær. 46. Theodor. lib. 1. Damascenus, ac Hieronymus Catal. Script. Eccl. Deinde* quòd totus secundum Valentinum sapit, *ydem partim aperit, partim ex eo quòd dicunt eum etiam quosdam Æones finxisse; quos quum à Valentino sumpsisse certum sit, non à Marcione, legendum puto apud Philastrium:* Æonas autem nuncians, *sicut Valentinus delirauit. Item apud Augustinum hæres. 25. lego:* Taciani à Taciano quodam, *pro eo quod hactenus legitur:* Tacio, *de quibus eadem phrasi qua Auctor subdit: prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi sapiunt; cum simodi similem etiam phrasin hanc Auctor Rhenanus adnotat libro eius argumenti:* ne de resurrectione ad Sadducæos sapere videamur. *Quod verò etiã adiecerat illud:* Adam nec salutem consequi posse (*quomodo omnino cum Rhenano legere oportet, etiam refragante MS. cod. lectione, qui habent:* quod iam, *vel:* quodam) *tradunt etiam (vel Rhenano adnotante) B. Irenæus, item Philastrius, Epiphanius, Eusebius, & Nicephorus. Hinc etiam Tertullianus* Adæ salutem ex *pœnitentia non semel tribuit. Sic suprà lib. de pœnitent. cap. vlt.* Adam exomologesi restitutus in paradisum suum, *& lib. 2. adu. Marcionem:* Idcòque, *inquit*, nec maledixit ipsum Adam & Euam, vt restitutionis candidatos, vt confessione renclatos. *Porrò facunt hunc Encratitarum, id est qui se continentes vocabant, principem, damnantium nuptias, supradicti Irenæus l. 1. c. 30. Epiphanius hær. 46. & 47. Eusebius, B. Hieronym. August. Theodoretus, Damascenus, Isidorus, Honorius,* (*nam legẽdum haudquaquam dubitauerim, pro eo quod est Creathitæ*) *Nicephorus, Hrabanus, & Gratianus locis suprà citatis. Atqui Syrum fuisse* Tatianum *tradunt Clemens Alexandr. Strom. l. 3. & Epiphanius, qui & hæc addit: Scholam suam, inquit, erexit ab initio in Mesopotamia circa xij. fermè annum Antonini Pij Cæsaris. Maximum verò partem prædicationis suæ in Antiochia quæ ad Daphnem sita est, fecit, & in Cilicum partibus; multum autem & in Pisidia. Vbi quum tempora, quibus vixit significet sub Antonino, necesse est mendum esse in Philastrio illud: Post Decij persecutionem; pro quo legendum censeo: Adrianum; nam sub illo passum B. Iustinum Martyrem testis est præter alios, etiam Epiphanius.*

HÆR. XXI.

327. Accesserunt alij hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas, &c.] *Rationem nominis, cur* χῆ φρυγας, *& Latinè* secundum Phrygas, *Tertullianus & Interpres Epiphanij, reddidimus ad Epist. 75. B. Cypr. nu. 27. ex B. Augustino hær. 26. & Epiph. hær. 48. quod maximè in Phrygia versarentur. Vnde etiã à Clemente Alexandrino Strom. li. 7.* Phrygum *hæresis ex Gente nuncupatur, sicuti Encratitarum, ex operatione. Quum autem* χῆ *semper Accusatiuum regat, censeo etiam legi debere* Cata Phrygas *apud Philastrium, Eusebium, l. 5. c. 14. & sequentibus, B. Augustinum, Theodoretum, Damascenum, Isidorum, Honorium, Hrabanum & Nicephorum, ac Gratianum, pro eo quod legitur:* Cataphryges, *aut* Cataphrygis, *aut* Cataphrygiæ; *maximè quum aut* Cataphrygas, *aut* Phrygas *nuncupet etiam B. Hier. Catal. Script. Eccl. in Apollinario & Rhodone, qui aduersus eos scripserunt; & iam antea* Cataphrygas *B. Optatus Milevitanus appellet lib. 1. adu. Parmenianum. Eorundem distinctio in eos, qui* χῆ Proelum dicuntur, & qui secundum Æschinem pronuntiantur (*sic enim lege ex Vat. MS. cod. pro:* dicantur, & pronuntientur) *Tertullianu peculiaris est, cui interim eo magis hæc in re credendum, quòd posteà in eandem hæresin inciderit.* Procli *interim sit mentio apud Euseb. Eccl. hist. lib. 6. cap. 14. & Nicephorum lib. 4. cap. 20. Disputatio (inquit) Gaij viri eloquentissimi Romæ, Zephyrino Ecclesiam regente, contra* Proclum Phrygum erroris propugnatorem *habita, ad nos peruenit. Quod ipsum repetitur à Nicephoro l. 4. c. 12. & 34. Quæ etiam verba transscripsit in Catal. Script. Eccl. Hier. in Gaio, præterquàm quòd* Proculum *vocat* Montani sectatorem, *addens hanc*

hanc disputationem habitâm sub Antonino seueri filio. Meminit etiam Theodoret. his verbis, sicuti à me castigata sunt: Aduersus Proclũ (*anceps per eam* Patroclũ) *qui huic hæresi præfuit, scripsit* Caius (*pro quo erat corruptiss.* Canius) *cum essa paulo antè meminiminus. Verũ legatur, per eas esse indices, maxime quũ MS. liber Vatic. legat:* Procolum, *quod magis accedit ad* Proclum. *Audem sit* Proculus, *quem tantoperè commendat Actor infrà libro. aduersus Valentinianos, nos ita; sed de eo ibi latius. De eodem sic Pacianus ubi supra: Ipsi illi* Phryges *nobiliores, qui se animatos mentiuntur à Montano, institutos à* Proclo *gloriantur.* Montanum & Maximillam *secuti, quàm multeplices controuersias excitarunt* de Paschali die, de Paracleto, de Apostolis, de Prophetis, *multa quæ alia, sicut & de Catholico nomine, & de venia Pœnitentium. Porrò* communem illam blasphemiam, quain Apostolis quidem (*sic lego ex MS. Vatic. tod. pro*: quidam) dicunt Spiritum sanctum fuisse, &c. *inter scriptores de hæresibus primè peculiare est Augustini. Nam aliq distinctionem non facientes inter* Spiritum sanctum *&* Paracletum, *sentiunt quòd in Montano, non in Apostolis,* Spiritum sanctum *agnouerint. Sic Philastrius. Adunt etiam plenitudinem* sancti Spiritus, *non per Apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos pseudoprophetas æstimant impartitam. Eodem pertinet quod Epiphanius Maximillæ adscribunt, quòd se* Spiritum sanctum *dona dare iactitaret. Et illud B. Augustin. Aduentum (inquit) Spiritus sancti à Domino promissum in se potius quàm in Apostolis fuisse asserunt. Quæ ipsa verba etiam transcripserunt BB. Isidorus & Honorius, item Hrabanus & Gratianus. Solus Theodoretus propius accedit his verbis: Is (inquit, de Montano loquens) ambitione & primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsum* Paracletum nominauit, *& duas fecit Prophetissas,* Priscillam (quam Priscam vocare solent *Auctor & Hieronymus*) *& Maximillam & earum scripta, libros Prophetucos appellauit. Quæ desumsit ex Eusebio histor. Eccles. lib. 8. cap. 14. Et hæc consentit etiam B. Hieronym. aduersus Vigilantium: Sicut (inquit) alia hæreses* Paracletum in Montanum *venisse contendunt. Quem ipsum errorem idem pulchrè refutat Epistol. ad Hedibiam quæst. 9. & latius Epistol. 54. ad Marcellam aduersus Montanum. Verùm de his omnibus latius partim in Vita, partim inter errores Tertulliani; nam B. Augustino teste, hæres. 86. ad Cataphrygas ille postea transijt, quos antea destruxerat, haudubiè ad hunc locum adludens; vbi* blasphemiam *vocat, quam tamen posterioribus libris sua sumo frequenter tamquam veritatem ipsam inculcat. Quid? quòd B. Hieronym. Catal. Script. Eccles. & post eum Sophronius ac Nicephorus histor. Eccles. libro 4. capite 34. ante hæresin plura aduersus* Montani *dogmata conscripsisse illum tradant, inter quæ etiam est liber infrà de Baptismo contra Quintillam, à qua quidam Montani sectatores Quintillani appellabantur; quare & huic illum libro subiecimus, quòd inde eòstet ante omnem errorem ab Auctore conscriptum. Peculiare est etiam illud:* quòd plura dicant in Montano Paracletum dixisse, quàm Christum in Euangelium protulisse, &c. *verùm latius etiam inculcatum ab Auctore post hæresin, vt nullus de eo dubitandi sit locus. Apud neminem etiam reperire licuit illud:* Priuatam autem (*recinsadde* autem *ex MS. Vat. cod.*) illi qui sunt χατ' Æschinem, hanc habent, vti (*sic etiam ille, pro*: vt) dicant Christum ipsum esse Filium & Patrem. *quæ blasphemia quem ferè consentiat cum hæresi xxv.* Praxeæ, *c. sequenti adscribitur, & latè confutatur infrà lib. adu. Praxean. Quam autem Eusebio teste Appollonius (aduersus quem scripsit Tertullianus, vti ex fragmentis constat infrà Tom. 5.) scribat non nisi 40. annis ante se obijsse Montanum, facile est Lectori colligere, verisimum esse quod scribit in Chronicis Eusebius, eodem pene tempore cum Tatiano sub Marco Antonino exortam hanc hæresin, quæ* χατ' ἐξοχὴν *nominatur, auctore Montano & Priscilla, Maximillaque insano vatibus.*

Cap. lxii.

328. Est præterea his omnibus, &c.] *Postremum hoc caput inscribimus*: De xxii. xxiii. xxiiii. & xxv. post Euangelium hæresibus, Blasti, Theodoti Byzantij, Theodoti alterius, Praxeæ ac Victorini.

Hær. xxii.

329. Blastus accedens, &c.] *De hoc solus scribit Eusebius hist. Eccles. lib. 5. capite 14. & post eum Nicephorus lib. 4. capite 20. cuius hæc sunc verba: Primo hæresibus assumptum virorum doctrina & virtute prorsus exulsit, χαὶ tenuorum satorum alias insuper seminare non cessauit. Sed & priorum illarum multi adhuc resistabant, furculi, multæ etiam deprementè tum primùm instituum semenes producebantur. Nam quidam Romæ vigebant, vt Florinus & Blastus, qui de ipsi nouas opiniones de vero veritatem verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quod ob peritiuæ Presbyteryrepulsam tulerat: Blastus autem non dissimilem ob causam. Quilibet verò eorum officina seorsum contra veritatem instituit, permultos ex Ecclesia in errorem suum pertraxit. Contra quem cap. 19. eius dem libri Eusebius, postquæ cum B. Hier. Script. Eccl. Catalogo, B. Irenæum scripsisse dicunt librum de schismate. Quum itaque de* Blasto *scribat hic Auctor*, quòd Pascha dixerit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi xiiii. mensis, *conjicio post Concilia (quorum meminit Euseb. dicti libri 5. cap. 23. Romanum B. Victorio Papæ, Palæstinæ sub Theophilo Cæsariensi, Pontì Palmæ Præside, Galliæ sub Irenæo, item Ecclesiarum apud Osrhenam & Bachilli Corinthiorum Episcopi, quæ contrarium definierunt,* Blastum *hunc pro dicta sua hæresi tuenda schisma fecisse. Certè eius aut discipuli aut collegæ fuerunt Quartadecimani, seu Tessareskedecatitæ, seu Paschaïtæ haretici, ita dicti, quò xiiii. mensis, more Judæorum, Paschæ custodiendum contenderent. Quos recenset Philastrius post Florianos, Epiphan. hæres. 50. B. Augustin, hæres. 29. Theodoretus hær. fab. lib. 3. & Damascenus post Quintillianos. Vtxiisse autem hunc sub Irenæo, & proinde paulo ante Tertullianum, ex prædictis patet.*

Hær. xxiii.

330. Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius, qui postea quàm Christi pro nomine comprehensus negauit, &c.] *Sic ex MS. cod. Vat. pro eo quod erat*: apprehensus est *dumtaxat. Nam negatorem fuisse tradunt etiam Philastrius post Cataphrygas, Epiphanius hæres. 54. B. Augustin. hæres. 33. (vbi legendum cum certeris à* Theodoto *quidam, ac: Quod dicitur quidem* Theodotus, *pro eo quod est*: Theodotionem, *&* Theodotion) *& Damascen post Samsen. Qui ad unumomnes commemorant causam erroris fuisse, vt ne diceretur Deum negasse, quum Christum negauit, quippè quem hominem tantummodò diceret, nulla alia (sic lego Ex MS. Vatic. pro*: nullo alio) præceteris, nisi sola iustitiæ, auctoritate. *Methinis autem eum sibem* Theodoti hæretici Byzantini *coriarij Eusebius lib. 5. cap. 17. & Nicephorus lib. 4. cap. 20. ac 21. Anidem fit cum illo* Theodoto admirabili, *qui primus commentitia doctrina Montani procurationem suscepit, & sicuti ille, &* Maximilla *suspendio periit, nescio, certè Eusebius diu antea, einsdem nempè libri cap. 23. illius meminit sed Nicephorus eodem tempore, nempè lib. 4. capite 23. Illud autem Tertulliani, quòd agnouerit* Theodotus Christum ex virgine natum, *non est contrarium ei quod Beatus Hieronymus aduersus Helui diam dicit,* Theodotum Byzantium *eadem cum illo sensisse, quia neque ille Christum negabat ex virgine natum, sed dicebat ex Maria & Ioseph, postea etiam alios natos, qui fratres Christi dicebantur. Qui omnes quum* Theodotum *hunc nominent, non placet quod legit vtrobique MS. Vatic. cod.* Theodocus. *Vixisse autem constat ex Eusebio & Theodoreto hæret. fab. libro 2. & aliis supraatatis, sub Victore Romano Pontifice, atque adeo sub Commodo Cæsare.*

Hær. xxiiii.

331. Alter post hunc Theodotus hæreticus erupit, &c.] *Peculiare est hoc ferè Tertull., quod primus Auctor hæresi* Melchisedechianorum Theodotus *fuerit, quum Epiphanius hæresi 55. magis eo videatur inclinare, quod illi à priori sua prædicta illius* Theodotianis *orti, & postmodum duas si fuerint, qui interim & ibi, & hæref 67. Hieracten auctorem facit. Consentit camen Theodoretus libro 2. qui hunc* Theodotum *argentarium fuisse dicit. Certè hic* Melchisedechianis *quod*

Christum inferiorem esse quàm Melchisedech *dicant, attribuit prater Auctorem etiam Epiphanius.* Reliqui, *qui eodem ordine hanc hæresin post præcedentem collocant, nempè Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, non aliud illu adscribunt, quàm quod dixerint, vti etiam Auctor,* Melchisedech. præcipuæ gratiæ cœlestem fuisse virtutem, *atque adeò neq; hominem. Nam id est quod subiungit Auctor, vt* Aparator sit, ametor, & agencalogetus, &c. *adlud enim ad illud Hebr. 7.* ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, *quod rectè vertit noster Inscriptus: sine patre sine matre, sine genealogia; neq; initium dierũ, neq; finem vitæ habẽs; pro quo sic paraphrastes* Auctor: cuius neque initiũ, neq; finis comprehensus sit, aut comprehẽdi possit. *Quare admonendus hic locus aduersus eos, qui Epistolam Pauli ad Hebræos apocryphum facere non verentur. Verum de hoc locus dicendus infrà Tom 5. libro de Pudicitia, vbi Barnabæ (vel Beato Hieronymo teste Catal. Script. Eccles.) non Paulo eam adscribere videtur. Atque ex dictis Auctoribus constat* Melchisedechianos, *atque adeò hunc* Theodotum, *antecessisse Tertullianum quamproximè, atque adeò non sub Maximino, vti Pratcolus, sed sub Severo potius constituendos.*

HÆR. XXV.

332. Sed post hos omnes etiam Praxeas, &c.] *De* Praxea *& eius hæresi infrà latius ad titulum libri aduersus. Praxean, quò Lectorem remittimus; hic dixisse contenti, quòd etiam hallucinetur Prateolus, dum hanc hæresin primum ortam dicit tempore Galieni & Stephani Cæsarum, qui diu post Tertullianum claruerunt. Quis autem* Victorinus, qui hæresin illius corroborare cutauit, *non perinde constat. Relinquo itaque Lectoris diligentiæ eius inquisitionem, vt tandem aliquando huic libro finem imponamus.*

ARGVMENTVM LIBRI DE BAPTISMO
ADVERSVS QVINTILAM, PER Iacobum Pamelium.

I. ADVERSVS hæreseis specialiter responsurus Tertullianus, ab ea incœpit, quæ maximi erat momenti, vt potè quæ aquæ baptismum tolleret omninò ad salutem necessarium, eo absurdior, quòd à Quintilla fœmina suam haberet originem.

Imprimis autem, quum fœlix sit aquæ sacramentum baptismus, quo ablutis delictis pristinæ cæcitatis in vitam liberamur æternam, non otiosum fore istud digestum.

II. *Nihil enim obstare, aut simplicitatem sine adparatu, quum stulta mundi Deus elegerit; aut mirandam potestatem, qua lauacro mors diluitur, quòd opera diuina sint super omnem admirationem.*

III. *Maximè, quum à mundi primordio plurima fuerit aquæ auctoritas, vis, & gratia, qua proinde animare & in baptismi Sacramento nouerint.*

IIII. *Vtpotè quæ de prisĸina originis prærogatiua (sicuti tunc Spiritus superferebatur super aquam) sacramentum sanctificationis consequantur inuocato Deo, & sanctificatæ vim sanctificandi combibant, atque adeò & ipsæ sanctificent.*

V. *Si enim nationes extraneæ, Diabolo res Dei æmulante, in sacris Isidis aut Mithræ aquis initiabantur, & purgatrice aqua se expiari putabant; quanto id magis præstabunt aquæ per Dei viui auctoritatem, quæ adeò Spiritui medentur, salutem æternam reformant & conseruant, deleta morte per ablutionem delictorum; quibus exempto reatu eximitur & pœna, ac homo ad similitudinem Dei, non ad imaginem solùm, in æternitate censetur.*

VI. *Et verò in aqua emundatos ad maiora dona Spiritus sancti præparari, per ablutionem delictorum; quam fides impetrat obsignata in Patre & Filio & Spiritu sancto; adiecta etiam in testatione fidei & sponsione salutis, Ecclesiæ mentione.*

VII. *Exinde egressos lauacro perungui benedicta vnctione, eo quòd Christus ab ea dicatur; quæ quidem etsi carnaliter fiat, spiritaliter proficit; quomodo baptismi carnalis actus, quòd in aqua mergimur, Spiritalis effectus, quòd delictis liberamur.*

VIIII. *Dehinc manu simpositionem fieri, qua per benedictionem (capiti impositis & intermutatis manibus, & transuersim obliquatis ad instar Ioseph, qui Christum ita deformabat) aduocatur Spiritus sanctus; qui tunc super emundata & benedicta corpora, specie columbæ in Dominum baptizatum à patre descendit.*

IX. *Atqui & plura alia religionem aquæ demonstrantia, naturæ patrocinia, priuilegia gratiæ, sollemnia disciplinæ, figuras, præstructiones, & precationes; ad confirmationem ac testimonium baptismi facere.*

X. *Porro in hoc differe à nostro Ioannis baptismum, quod pœnitẽtiæ esset baptismus in futuram remissionem peccatorum, & quasi candidatus remissionis & sanctificationis in Christo futuræ.*

XI. *Neque id obstare, quod Christus ipse non tinxerit, quum Apostolos tinxisse constet baptismo eodem quo Ioannes, qui postea Christi.*

Apostolos

Apostolos verò aut baptismo Ioannis tinctos fuisse aut si illoti, vel primæ adlectionis vel indiuiduæ familiaritatis prærogatiuam, compendium baptismi conferre potuisse. XII.

Legem autem tinguendi impositam, & formam præscriptam à Christo, Ioannis 3. & Matthei 28. qua obstrinxit fidem ad baptismi necessitatem, post Domini passionem; post quam tinctis credentes omnes. XIII.

Etsi enim Apostolus Paulus ad prædicandum potius quàm ad tinguendum missus sit, tamen quosdam ab eo baptizatos, & alijs Apostolis id à Christo præceptum fuisse. XIIII.

Præterea vnum omninò esse aquæ baptismum, sicuti vnus Deus & vna Ecclesia, quo semel delicta diluuntur, quem iterari non oportet, de quo latiùs in Græco à se digestum esse. XV.

Secundum etiam vnum & ipsum sanguinis baptismum, qui & lauacrum non acceptum repræsentat. XVI.

Dandi porrò baptismum ius esse Episcopo, ac Presbyteris & Diaconis cum Episcopi auctoritate, nisi in necessitatibus vt vtaris, aut loci, aut temporis, aut personæ conditio compellat. XVII.

Neque verò temerè baptismum cuiuis credendum, sed pro cuiusque personæ conditione, ac dispositione. XVIIII.

Diem etiam baptismo sollemniorem Pascha præstare & Pentecosten ordinandis lauacris latissimum spatium. XIX.

Denique ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiunijs, geniculationibus, & peruigilijs, cum confessione omnium retrò delictorum, præparari oportere; quibus gratulandum, si non publicè confitentur iniquitates. XX.

Ceterùm præterquàm quòd stylus libri huius ita Auctorem redoleat, vt dubitandi non sit locus; certè à B. Hieronymo Catal. Script. Eccles. Luca, citatur ex Tertulliano locus, de Periodis Pauli & Teclæ; nempè Presbyterum quendam in Asia ἀνῳδευσὰν Apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd Auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. quod ipsidem penè verbis reperire est huius libri de Baptismo capite xvij. Alludit idem Hieronym. epistol. 83, ad Oceanum, agens de plena peccatorum in Baptismo remissione, ad verba illa primi capitis: Quædam de Caiana hæresi vipera; immò ibidem integra ferè 3. & 9. huius lib. capita descripsit. Hrabanus quoque noster libro 1. de Institutione cler. capite 3. multa desumpsit ex capite 8. & 9. Ante verò hæresin omnem conscriptum vel inde constat, quòd aduersus Quintillam conscriptus sit, quæ Montani insaniam secuta, etiam hunc errorem de Baptismo sparsit; sicuti Adnotationibus nostris latiùs infrà numero 2. Edidit hunc primus Gagnæus Parisiensis Theologus, & postea etiam multis in locis castigauit ex Britannico Lælandi codice Sigismundus Gelenius. Nunc verò quum aliquot etiam loci à nobis iuxta sententiam Dominorum Latinij & Harrisij restituti sint reliquis mederi non licuit sine MS. codice, sed coniecturas quasdam Adnotationibus nostris, quas cum Argumento hocrecèns adijcimus, interiecimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, DE BAPTISMO ADVERSVS Quintillam Liber.

CAP. I.

OE LIX[1] sacramentum aquæ nostræ, [4] quia ablutis delictis pristinæ cæcitatis, [1] in vitam æternam liberamur. Non erit otiosum [6] digestum istud, instruēs tam eos qui cùm maximè formantur, quàm & illos qui simpliciter credidisse contenti, non exploratis rationibus traditionum, intentatam probabilem fidem per imperitiam portant: atque adeò nuper conuersata istic [7] quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima doctrina sua plerosque rapuit, imprimis baptismum destruens planè secundum naturam: [8] nam ferè viperæ, & aspides, ipsique reguli serpētes arida & inaquosa sectātur. [9] Sed nos pisci-

culi secundum ἰχθύας nostrum Iesum Christum[10] in aqua nascimur. Nec aliter quàm in aqua permanendo salui sumus. Ita Quintilla monstrosissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè
CAP. II. norat piscículos nec are, de aqua auferens. [[11] Sed enim quanta vis est peruersitatis ad fidem labefactandam, vel in totum non recipiendam, vt ex his eam impugnet, ex quibus constat. Nihil adeò est quod obduret mentes hominum, quàm simplicitas diuinorum operum quæ in actu videntur, & magnificentia quæ in effectu repromittitur: vt hic quoque quoniam tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, deniq; sine sumptu homo in aqua demittitur, &[12] inter pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio æternitatis. Mentior si non econtrariò Idolorum solemnia vel arcana de suggestu & apparatu, déque sumptu fidem & auctoritatem sibi extruunt. Prò misera incredulitas, quæ denegas Deo proprietates suas, simplicitatem
1. Cor. 1. Matth. 19. & porestatem. [13] Quid ergo? nónne mirandum & lauacro dilui mortem? Atquin eo magis credendum, si quia mirandum est, idcircò non creditur. qualia enim decet esse opera diuina, nisi super omnem admirationem? Nos quiq; ipsi miramur, sed quia credimus. Ceterùm incredulitas miratur non credit. Miratur enim simplicia quasi vana, magnifica, quasi impossibilia. Et sit planè vt putas, satis ad vtrumque diuina pronuntiatio præcucurrit. Stulta mundi elegit Deus[14] vt confundat sapientiam eius, [15] & prædifficilia penes homines, facilia penes Deum. Nam si Deus & sapiens & potens, quòd etiam prætereuntes eum non negant; meritò in aduersarijs sapientiæ potentiæque, id est in stultitia & impossibilitate materias operationis suæ instituit. Quoniam virtus omnis ex his causam
CA. III. accipit, à quibus prouocatur. [[16] Huius memores pronuntiationis tanquam præscriptionis, nihilominus quàm stultum & impossibile sit aqua reformari tractamus, quid vtique ista materia tantæ dignationis meruerit officium, vt opinor, auctoritas liquidi elementi exigenda est. Atquin plurima suppetit, & quidem à primordio. Nam vnum ex his est, quæ ante omnem mundi suggestum
Gen. 1. impolira adhunc specie penes Deũ quiescebant.[17] In primordio (inquit) fecit Deus cœlũ & terram. Terra autẽ erat inuisibilis & incõposita, & tenebræ erant super abyssum,[18] & spiritus Dei super aquas ferebatur. Habes homo in primis ætatem venerari aquarum, quòd antiqua substantia; dehinc dignationem, quòd diuini spiritus sedes, gratior scilicet ceteris tunc elementis. Nam & tenebræ totæ adhuc sine culeu siderum informes, & tristis abyssus, & terra imparata, & cœlũ rude: solus liquor, semper materia perfecta, læta, simplex de suo pura, dignum vectáculum Deo subijciebat. Quid quòd
Ibidem. Prou. 8. Gen. 1. exinde dispositio mundi modulatricibus quodammodò aquis Deo constit. [19] Nam vt firmamentum cœleste suspenderet in medictate distinctis aquis fecit,[20] & vt terram aridã suspenderet, segregatis aquis expedijt, ordinato dehinc per elemẽta mundo cùm incolæ darentur,[21] primis aquis præceptũ est animas proferre. Primus liquor quod viueret edidit, ne mirũ sit in baptismo, si aquæ animare
Gen. 1. nouerunt.[22] Nam ipsius quoq; hominis figurandi opus sociantibus aquis absolutũ est de terra materia, non tamen habili nisi humecta & succida quam. Sanctæ quartum diem segregatæ aquæ in stationẽ suam superstite humore limo temperarant. Si exinde vniuersa vel plura prosequar, quæ de elementi istius auctoritate commemorem, quanta vis eius aut gratia, quot ingenia, quot officia, quantum instrumentum mundo ferat: vereor ne laudes aquæ potius quàm baptismi rationes videar congregasse. Licet eo plenius docerem non esse dubitandum, si materiam, quam in omnibus rebus & operibus suis Deus disposuit, etiam in sacramẽtis proprijs parere fecit, si quæ vitam æternã gubernat, & in cœ-
CA. IIII. lesti procurat. [23] Sed ea satis erit præcerpisse, in quibus & ratio baptismi recognoscitur prima illa, quę
Gen. 1. iam tunc etiam ipso habitu prænotabatur ad baptismi figuram, Dei spiritus, qui ab initio superuectabatur super aquas, intinctos reformaturus. Sanctum autem vtique super sanctum ferebatur, aut ab eo quod superferebatur, id quod ferebat, sanctitatem mutuabatur. Quoniam subiecta quæq; materia eius quæ desuper imminet, qualitatem rapiat necesse est, maximè corporalis spiritalem, & penetrare & insidere facilè per substantiæ suę subtilitatem.[24] Ita de sancto sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare concepit. Nemo dicat,[25] Nũnquid ipsis enim aquis tinguimur quæ nunc in primordio fuerunt? non vtiq; ipsis nisi ex ea parte qua genus quidem vnum, species verò cõplures. Quod autẽ generi adtributũ est, etiam in specie redundat. Ideóq; nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an aluco diluatur,[26] nec quicquã refert inter eos quos Ioannes in Iordane, & quos Petrus in Tiberi tinxit, Nisi & ille spado quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit.[27] Igitur omnes aquæ de pristina originis prærogatiua sacramentũ sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. Superuenit enim statim spiritus de cœlis, & aquis supersedit, sanctificans cas de semetipso, & ita sanctificatæ vim sanctificandi combibunt. Quanquam ad simplicem actum competat similitudo, vt quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur. Sed dilecta sicut non in carne comparent, quia nemo super cutem portat maculam Idololatriæ, aut stupri, aut fraudis: ita eiusmodi in spiritu sordent qui est auctor delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur: tamen vtrunque inter se communicant reatum, spiritus ob imperium, caro ob ministerium. Igitur medicatis quodammodò aquis per angeli interuentum,
CAP. V. & spiritus in aquis corporaliter diluitur, & caro in eisdem spiritaliter mundatur. [[28] Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu spiritalium potestatem eadem efficaciã idolis suis subministrant,

sed

A ſed viduis aquis ſibi mentiuntur. [29] Nam & ſacris quibuſdam per lauacrum initiantur, [30] Iſidis alicuius, [31] aut Mithræ, [32] ipſos etiam Deos ſuos ſuos lauationibus efferunt. [33] Ceterum villas, domos, templa, totáſq; vrbes aſpergine circumlatæ aquæ expiant paſſim, [34] certè Iudis Appollinaribus & Peluſijs tinguntur. Idq; ſe in regenerationem & impunitatem periuriorum ſuorum agere præſumunt. Itẽ penes veteres [35] quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat. Igitur ſi de ſola natura aquę, quòd propria materia ſit adlegendi auſpicij emundationis, blandiuntur, quanto id verius aquæ præſtabunt per Dei auctoritatem, à quo omnis natura earum conſtituta eſt? Si religione aquam medicari putant, quæ potior religio quàm Dei viui? quo agnito, hîc quoq; ſtudiũ diaboli cognoſcimus res Dei æmulantis, cùm & ipſe baptiſmũ in ſuis exerceat. quid ſimile? Immũdus emundat, perditor liberat, dãnatus abſoluit. ſuam videlicet operã deſtruet diluens delicta, quæ inſpirat ipſe. Hæc quidem in teſtimonium poſita ſunt repellentibus fidem, ſi minimè credant rebus Dei, quarũ adfectationibus apud æmulum Dei credunt. an non & aliàs ſine vllo ſacramento [36] immundi ſpiritus aquis incubant, adfectantes illam in primordio diuini ſpiritus geſtationem? Sciunt opaci quiq; fontes, & auij quique riui, & in balneis piſcinæ & erupi in domibus vel ciſternæ & putei, qui rapere dicuntur, ſcilicet per vim ſpiritus nocentis. [37] Nam & enectos [38] & lymphatos & [39] hydrophobos vocant, quos aquæ necauerunt, aut amentia vel formidine exercuerũt. Quorſum iſta retulimus: ne quis duriùs credat angelũ Dei ſanctũ aquis in ſalutem hominis temperãdis adeſſe, cùm angelus malus profanus commercium eiuſdẽ elementi in pernicié hominis frequentat. Angelum aquis interuenire, ſi nouũ videtur, exemplum futuri præcucurrit. piſcinam Bethſaidam angelus interueniens commouebat, obſeruabant qui [40] valetudinem querebantur. Nam ſi quis præuenerat deſcendere illuc, queri poſt lauacrum deſinebat. Figura iſta medicinæ corporalis ſpiritalem medicinam canebat, ea forma, qua ſemper carnalia in figura ſpiritalium antecedũt. Proficiente itaque in hominibus gratia Dei plus aquis & angelo acceſſit: qui vitia corporis remediabant, nunc ſpiritum medentur: qui temporalem operabantur ſalutem, nunc æternam reformant: qui vnum ſemel anno liberabant, nunc quotidie populos conſeruant, deleta morte per ablutionem delictorum. [41] Exempto ſcilicet reatu, eximitur & pœna. [42] Ita reſtituetur homo Deo ad ſimilitudinem eius qui retrò ad imaginem Dei fuerat. imago in effigie, ſimilitudo in æternitate cenſetur. [43] Recipit enim illum Dei ſpiritum, quem tunc de afflatu eius acceperat, ſed pòſt amiſerat per delictum. [44] Non quòd in aquis Spiritum ſanctum conſequamur, ſed in aqua emundati ſub angelo Spiritu ſancto præparamur. Hîc quoque figura præceſſit. Sic enim Ioannes antepræcurſor Domini fuit, præparans vias eius: ita & angelus baptiſmi arbiter ſuperuenturo Spiritui ſancto vias dirigit ablutione delictorum, quam fides impetrat [45] obſignata in Patre & Filio & Spiritu ſancto. Nam ſi in tribus teſtibus ſtabit omne verbum, quantò magis dum habemus per benedictionem eoſdem arbitros fidei, quos & ſponſores ſalutis, ſufficit ad fiduciam ſpei noſtræ etiam numerus nominum diuinorum. Quum autem ſub tribus [46] & teſtatio fidei & ſpõſio ſalutis pignerentur, [47] neceſſariò adijcitur Eccleſiæ mentio: quoniam vbi tres, id eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, ibi Eccleſia quæ triũ corpus eſt. [48] Exinde egreſſi de lauacro perũguimur benedicta vnctione [49] de priſtina diſciplina, qua vngui oleo de cornu in ſacerdotium ſolebant. Ex quo Aaron à Moyſe vnctus eſt, [50] vnde Chriſtus dicitur à [51] chriſmate quod eſt vnctio, quæ Domino nomen accommodauit, facta ſpiritalis, quia ſpiritu vnctus eſt à Deo patre, ſicut in Actis: [52] Collecti ſunt enim verè in iſta ciuitate aduerſus ſanctum filium tuum, quẽ vnxiſti. [53] Sic & in nobis carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritaliter proficit: quomodo & ipſius baptiſmi carnalis actus, quòd in aqua mergimur, ſpiritalis effectus, quòd delictis liberamur. [54] Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum ſanctum. Sanè humano ingenio licebit ſpiritum in aquam arceſſere, & concorporationem eorum accommodatis deſuper manibus alio ſpiritu tãtæ claritatis animare, Deo autem in ſuo organo non licebit per manus ſanctas [55] ſublimitatem modulari ſpiritalem? Sed eſt hoc quoque de veteri ſacramento, [56] quo nepotes ſuos ex Ioſeph Efrem & Manaſſem Iacob capitibus impoſitis & intermutatis manibus benedixerit, & quidem ita tranſuerſim obliquatis in ſe, vt Chriſtum deformantes iam tunc portenderent benedictionẽ in Chriſtum futuram. [57] Tunc ille ſanctiſſimus Spiritus ſuper emundata & benedicta corpora libens à patre deſcendit, [58] ſuper baptiſmi aquas tanquam priſtinam ſedem recognoſcens conquieſcit, columbæ figura delapſus in Dominum, vt natura Spiritus ſancti declararetur per animal ſimplicitatis & innocentiæ: [59] quòd etiã corporaliter ipſo felle careat columba. Ideóque, Eſtote (inquit) ſimplices ſicut columbæ, ne hoc quidem ſine argumento præcedentis figuræ. [60] Quemadmodum enim poſt aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata eſt, poſt baptiſmum (vt ita dixerim) mundi pacem cœleſtis iræ præco columba terris adnunciauit dimiſſa ex arca, & cum olea reuerſa: quod ſignum etiam apud nationes paci prætendit. Eadem diſpoſitione ſpiritalis effectus terræ, id eſt carni noſtræ emergenti de lauacro poſt vetera delicta columba Sancti ſpiritus aduolat, pacem Dei adferens, emiſſa de cœlis, [61] vbi Eccleſia eſt arca figurata. Sed mũdus rurſus deliquit, quo malè cõparetur baptiſmus diluuio. Itaque igni deſtinatur, ſicut & homo qui poſt baptiſmum delicta reſtaurat, vt hoc quoque in ſignum admonitionis noſtræ debeat accipi. [62] Quot igitur patrocinia naturæ, quot priuilegia gratiæ, quot ſolemnia

Gen. 1.

Ioan. 5.

B

Gen. 1.

CAP. VI.

Matth. 3.

Matth. 28.

Ibid. 18.

CA. VII.

Leuit. 18.

1. Reg. 15.

Act. 4.

C

C. VIII.

Gen. 49.

Matth. 3.

Matth. 10.

Gen. 8.

Luc. 3.

CAP. IX.

disciplinæ, figuræ, prestructiones, præcationes religionem aquæ ordinauerunt:[61] Primò quidem D
Exod. 14. quum populus de Ægypto liberè expeditus, vim regis Ægypti per aquam transgressus euadit, ipsum regem cum totis copijs aqua extinxit. Quæ figura manifestior in baptismi sacramento? Liberantur de seculo nationes per aquam scilicet, & diabolum dominatorem pristinum, in aqua oppressum de-
Exod. 15. relinquūt. [64] Item aqua de amaritudinis vitio in suum commodum suauitatis Mosi ligno remediatur. Lignum illud erat Christus venenatæ & amaræ retrò naturæ venas insaluberrimas, aquas baptismi, scilicet ex ese remedians.[65] Hæc est aqua, quæ de comite petra populo defluebat. Si enim petra
Exod. 7. Num. 20. Christus sine dubio aqua in Christo baptismū videmus benedici. Quanta aquę gratia penes Deum
1. Cor. 10. & Christum eius est ad baptismi confirmationem. Nunquam sine aqua Christus; [66] siquidem a &
a Matth. 3. b Ioan. 3. ipse aqua tinguitur.[67] Prima b rudimenta potestatis suæ vocatus ad nuptias aqua ausspicatur. Cùm
c Ioan. 7. sermonem facit,[68] sitientes c ad aquam suam inuitat sempiternam. Cùm d de agape, docet,[69] aquæ
d Matth. 10. calicé fratri oblatum inter opera dilectionis probat.[70] Apud puteum vires resumit, super aquam in-
Ioan. 4. Matth. 14. ceditlibenter transfretat; aquam discentibus ministrat; perseuerat testimonium baptismi vsque ad
Ioan. 13. passionem quum deditur in crucē, aqua interuenit sciunt Pilati manus.[71] quum vulneratur, aqua
Matth. 27. de latere prorumpit, scit lancea militis. [72] Diximus quantum mediocritati nostræ licuit de vniuer-
Ioan. 19. sis, quæ baptismi regionem struunt, nunc ad reliquum statū eius æquè vt potero progrediar de quæ-
Cap. x. stiunculis quibusdam.[73] Baptismus ab Ioanne denuntiatus iam tunc habuit quæstionem, ab ipso quidem Domino propositam Phariseis, cælestis ne is baptismus esset, an verò terrenus? De quo illi non
Matth. 21. valuerunt constanter respondere,[74] vtpotè non intelligentes, quia nec credentes. Nos portò quantula fide sumus, tantulo & intellectu possumus æstimare, diuinum quidem eum baptismum fuisse,
Isaiæ. 7. mandatu tamen non & potestate, quòd & Ioannem à Domino missum legimus in hoc munus, ceterùm humanum conditione. Nihil enim cœleste præstabat, sed cœlestibus præministrabat,[75] pœnitentiæ scilicet præpositus, quæ est in hominis potestate.[76] Denique legis doctores & Pharisæi, qui
credere noluerunt, nec pœnitentiam egēre. Quòd si pœnitentia humanum est, & baptismus ipsius E
eiusdem conditionis fuerit necesse est, aut daret & Spiritum sanctum & remissionem delictorum si
cœlestis fuisset.[77] Sed neque peccatum dimittit, neque Spiritum indulget nisi Deus solus. Etiā ipse
Dominus, nisi ipse priùs ascenderet ad patrē, aliter negauit Spiritum descensurū. id quod Dominus,
Marc. 3. Ioan. 16. Act. 19. nondū conferebat, seruus vtiq; præstare posset.[78] Adeò postea in Actis Apostolorum inuenimus, quoniam qui Ioannis baptismum habebant, non accepissent Spiritum sanctum, quem ne auditu
quidem nouerant: ergo non erat cœleste quod cœlestia non exhibebat: quum[79] ipsum quod cœ-
Joan. 1. Matth. 11. leste in Ioanne fuerat spiritus Prophetiæ; post totius spiritus in Dominum translationem vsque-
adeò defecerit, vt quem prædicauerat, quem aduenientem designauerat, postmodum an ipse esset,
miserit scisscitatum. Agebatur itaque baptismus pœnitentiæ quasi candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsecuturæ. Nam quòd prædicabat[80] baptismum pœnitentiæ in remissionem
delictorum, in futuram remissionem enuntiatum est. Siquidem pœnitentia antecedit, remissio sub-
sequitur, & hoc est viam præparare: qui autem præparat, non idem ipse perficit, sed alij perficien-
dum procurat. Ipse profitetur sua non esse cœlestia, sed Christi, dicendo, Qui de terra est, de terra loquitur:[81] qui de supernis venit, super omnes est.[82] Item sola se pœnitentia tinguere, venturum mox
Ioan. 3. Luc. 3. qui tingueret in spiritu & igni. Scilicet, quia vera & stabilis aquæ fides qua tinguitur in salutem, simulata autem & infirma igni tinguitur in iudicium. [83] Sed ecce (inquiunt) venit Dominus, & non tinxit. Legimus enim: & tamen is non tinguebat, verùm discipuli eius: quia reuera ipsum suis
Cap. xi. manibus tinctarum Ioannes prædicasset. Non vtiq; sic intelligendum est, sed simpliciter dictū mo- F
Joan. 4. Luc. 3. re cōmuni. Sicut est (verbi gratia) Imperator proposuit edictum, aut præfectus fustibus cæcidit:
nunquid ipse proponit, aut nunquid ipse cædit?[84] semper is dicitur facere cui præministratur. Ita
erit accipiendum, Ipse vos tinguet, pro eo quod est, per ipsum tinguemini, vel in ipsum. Sed ne
moueat quosdam, quòd non ipse tinguebat. In quem enim tingueret? in pœnitentiam. quò ergo
illi præcursorem? in peccatorum remissionem, quam verbo dabat? in semetipsum, quem humilitate cælabat? in Spiritum sanctum, qui nondum à patre descenderat? in Ecclesiam,[85] quam nondum Apostoli struxerant? Itaque tinguebant discipuli eius vt ministri, vt Ioannes antè præcursor
[86] eodem baptismo Ioannis, ne qui alio puret, quia nec exstat alius nisi postea Christi, qui tunc vtique à discentibus dari non poterat, vtpotè nondum adimpleta gloria Domini, nec instructa efficacia lauacri per passionem & resurrectionem:[87] quia nec mors nostra dissolui posset nisi Domini passione, nec vita restitui sine surrectione ipsius. [88] Quum verò præscribitur[89] nemini sine baptismo
Rom. 6. Cap. xii Ioan. 3. competere salutem, ex illa maximè pronuntiatione Domini, qui ait: Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam, suboriuntur scrupulosi immò temerarij retractatus quorundam, quomodo ex ista præscriptione Apostolis salus competat,[90] quos tinctos non inuenimus in Domino, præter Paulum. Immò quum Paulus solus ex illis baptismum Christi inducrit, aut præiudicatum esse de ceterorum periculo, qui careant aqua Christi, vt præscriptio salua sit, aut rescindi præscriptionem, si etiam non tinctis salus statuta est. Audiui, Domino teste, eiusmodi, ne quis me tam perditum existimet, vt vltrò exagitem libidinem styli, quæ alijs scrupulum incutiat. Et nunc illis, vt potero,

respon-

A respondebo, qui negant Apostolos tinctos. Nam si humanum Ioannis baptismum inierant, & Dominicum desiderabant, quatenus vnum baptismum definierat ipse Dominus, dicens Petro perfundi nolenti: [91] Qui semel lauit, non habet necesse rursum: quod vtique non tincto non omninò dixisset: & hæc est probatio exerta aduersus illos, qui adimunt Apostolis etiam Ioannis baptismum, vt destruant aquæ sacramentum. An credibile videri potest, in his personis viam tunc Domini non præparatam, id est baptismum Ioannis, quæ ad viam Domini per totum orbem aperiendam destinabantur? Ipse Dominus nullius pœnitentiæ debitor tinctus est, peccatoribus non fuit necesse? Quid ergo, alij tincti non sunt? non tamen comites Christi, sed æmuli fidei, legis doctores & Pharisæi. Vnde & suggeritur, quum aduersantes Domino tingui noluerint, eos qui Dominum sequebantur, tinctos fuisse, nec cum æmulis suis sapuisse, maximè quando Dominus cui adhærebant, testimonio Ioannem extulisset, Nemo dicens maior inter natos fœminarum Ioanne baptizatore. Alij planè satis coactè injciunt tunc Apostolos baptismi vicè impleſſe, quum in nauicula fluctibus adsperſi operti sunt; ipsum quoq; Petrum per mare ingredientem satis mersum. Vt opinor autè, aliud est adspergi vel intercipi violentia maris, aliud tingui disciplina religionis. Ceterùm nauicula illa figuram Ecclesiæ præferebat, quòd in mari, id est, seculo, fluctibus, id est, persecutionibus & tentationibus inquietatur, Domino per patientiam velut dormiente, donec orationibus sanctorum in vltimis suscitatus compescat seculum, & tranquillitatem suis reddat. Nunc siue tincti quoquo modo fuerunt, siue inloti perseuerauerunt, vt & illud dictum Domini de vno lauacro sub Petri persona ad nos tantummodò spectet, de salute tamen Apostolorum satis temerarium est æstimare, quia illis vel primæ adlectionis, & exinde indiuiduæ familiaritatis prærogatiua compendium baptismi conferre posset. Cum illo opinor, sequebantur illum, qui credenti cuique salutem pollicebatur. fides tua te (aiebat) saluum fecit, & remittuntur tibi peccata, credenti vtique, nec tamen tincto. Id si Apostolis defuit, nescio quorum fides. [92] vno verbo Domini suscitatus teloneum derelinquit; patrem, & nauem, & artem qua vitam sustentabat, deseruit; qui patris exequias desperat: summum illius Domini præceptum: [93] Qui patrem aut matrem mihi prætulerit, non est me dignus, antè perfecit quàm audiuit. [94] Hic ergo sceleſtimiſſi illi prouocant quæstiones. Adeò dicunt, baptismus non est necessarius, quibus fides satis est: nam & Abraham nullius aquæ nisi fidei sacramento Deo placuit. Sed in omnibus posteriora concludunt, & sequentia antecedentibus præualent. Fuerit salus retrò per fidem nudam ante Domini passionem & resurrectionem. At vbi fides aucta est credendi in natiuitatem, passionem, resurrectionémque eius, addita est ampliatio sacramento, [95] obsignatio baptismi, vestimentum quodammodò fidei, quæ retrò erat nuda, nec potentiam habuit sine sua lege. [96] Lex enim tinguendi imposita est, & forma præscripta. Ite (inquit) docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti. Huic [97] legi collata definitio illa: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum, obstrinxit fidem ad baptismi necessitatem. Itaque omnes exinde credentes tinguebantur. Tunc & Paulus vbi credidit, tinctus est. Et hoc est quod Dominus [98] in illa plaga orbationis præceperat, [99] Exurge, dicens, & introi Damascum, illic tibi demonstrabitur quid debeas agere, scilicet tingui, quod solum ei deerat. Alioquin satis didicerat atque crediderat Nazarenum esse Dominum Dei filium. [100] Sed deipso Apostolo reuoluunt, quòd dixerit, Non enim me ad tinguèdum Christus misit, quasi hoc argumento baptismus adimatur. Cur enim tinxit Gaium & Crispum & Stephanæ domum? quamquam etsi non eum miserat Christus ad tinguendum, tamen alijs Apostolis præceperat tinguere. Verùm hæc pro conditione tunc temporis ad Corinthios scripta sunt, quoniam schismata & dissentiones inter illos mouebantur, dum alius Paulo deputat, alius Apollo. Propter quod pacificus Apostolus, ne sibi omnia defendere videretur, non ad tinguendum ait se missum, sed ad prædicandum. Nam & prius est prædicare, posteriusque tinguere. Si prius prædicatum: puto autem licuit & tinguere, cui licuit prædicare. [101] Nescio si quid amplius ad controuersiam baptismi ventilatur. Sanè retexam quod suprà omisi, ne imminentes sensus videar intercidere: Vnus omninò baptismus est nobis, [102] tam ex Domini Euangelio, quàm ex Apostoli litteris; [103] quoniam vnus Dominus & [104] vnum baptismum & [105] vna Ecclesia in cœlis [106]. Sed circa hæreticos sanè quid custodiendum sit, dignè quis retractet; ad nos enim æditum est. Hæretici autem nullum habent consortium nostræ disciplinæ, quos extraneos vtiq; testatur ipsa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoscere quod mihi est præceptum, quia non idem Deus est nobis & illis, nec vnus Christus, id est idem. Ideóque nec baptismus vnus, quia non idem. Quem quum ritè non habeant, sine dubio non habent, nec capit numerari, quod non habetur: ita nec possunt accipere, quia non habent. [107] Sed de isto pleniùs iam nobis in Græco digestum est. [108] Semel ergo lauacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. [109] Ceterùm Israël Iudæus quotidie lauat, quia quotidie inquinatur. Quod ne in nobis quoq; factitaretur, propterea de vno lauacro definitum est. Felix aqua quæ semel abluit, quæ ludibrio peccatoribus non est, quæ non adsiduitate sordium infecta rursus quos diluit, inquinat. [110] Est quidem nobis etiam secundum lauacrum, vnum & ipsum sanguinis scilicet: de quo Dominus, [111] Habeo, inquit, baptismo tingui, quum iam tinctus fuissem. Venerat enim per aquam & sanguinem, sicut Ioannes scripsit, vt

Ioan. 13.
Matth. 11.
Matth. 8.
Matth. 14.
Matth. 8.
Ioan. 13.
Marc. 10.
Matth. 9.
Matth. 4.
Matth. 8.
Matth. 10.
C. XIII.
Gen. 15.
Matth. 28.
Ioan. 3.
Act. 9.
Ibid.
C. XIIII.
1. Cor. 11.
Ibid.
Ibid.
C. XV.
Ioan. 3.
Ephes. 4.
Marc. 7.
Hebr. 6.
C. XVI.
Luc. 12.

aqua tinguerétur, sanguine glorificaretur. [111] Proinde vt nos faceret aqua vocatos, sanguine electos, D
hos duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit. Quia qui in sanguinem eius crederent, aqua la-
uarentur: [112] qui aqua lauissent, etiam sanguinem potarent. Hic est baptismus, qui lauacrum & non
CA. XVI. acceptum repræsentat, & perditum reddit. [113] Superest ad concludendam materiolam de obser-
uatione quoque dandi & accipiendi baptismum commonefacere. Dandi quidem habet ius sum-
mus sacerdos qui est Episcopus. [114] Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi aucto-
ritate propter Ecclesiæ honorē. [115] Quo saluo, salua pax est. Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim
ex æquo accipitur, ex æquo dari potest, nisi Episcopi iam aut Presbyteri, aut Diaconi vocantur, di-
centes, Domini sermo non debet abscondi ab vllo. Proinde & baptismus æquè Dei census ab om-
nibus exerceri potest: sed quanto magis laicis disciplina verecundiæ & modestiæ incumbit, quum
ea maioribus competat, ne sibi adsumant dicatum Episcopi officium Episcopatus. Æmulatio, schis-
2. Cor. 6. & 10. matum mater est. Omnia licere dixit sanctissimus Apostolus, sed non omnia expedire. Sufficiat sci-
licet in necessitatibus vt vtaris, sicubi, aut loci, aut temporis, aut personæ conditio compellit. Tunc
enim constantia succurrentis excipitur, quum vrget circunstantia periclitantis. Quoniam reus erit
perditi hominis, si superfederit præstare, quod liberè potuit. [117] Petulantia autem mulierum quæ
vsurpauit docere, vtique non etiam tinguendi ius sibi pariet, nisi si quæ noua bestia euenerit similis
pristinæ: vt quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat. [118] Quòd si quæ
Pauli perperàm scripta legunt, [119] exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi tinguendíque
defendunt; sciant in Asia Presbyterum qui eam scripturam construxit quasi titulo Pauli de suo cu-
mulans, conuictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Quàm enim fidei pro-
1. Cor. 14. ximum videretur, vt is docendi & tinguendi daret fœminæ potestatem, [120] qui ne discere quidem
C. XVIII constanter mulieri permisit. Taceant, inquit, & domi maritos suos consulant. [121] Ceterùm baptis-
Luc. 6. mum non temerè credendum esse sciunt, quorum officium est, Omni petenti te dato, suum habet
Matth. 7. titulū perinde ad eleemosynam pertinentē. Immò illud potius perspiciendum, Nolite dare sanctum E
1. Timot. 5. canibus, & [122] porcis proijcere margaritas vestras, & manus ne facilè impositeris, [123] ne participes alie-
Act. 8. na delicta. Si Philippus tam facilè tinxit eunuchum, recogitemus manifestam & exertam dignatio-
nem Domini intercessisse. Spiritus Philippo præceperat in eam viam prætendere; spado & ipse in-
uentus est non otiosus, nec qui subitò tingui concupiscerat: sed ad templum orandi gratia profectus
scripturæ diuinæ impressus, sic oportebat deprehendi, cui vltrò Deus Apostolum miserat. ad eq
Act. 9. quē rusus spiritus vt se curriculo eunuchi adiungeret iussit, scriptura ipsius fidei occurrit, in tempore
exortatus adsumitur, Dominus ostenditur, fides non moratur, aqua non expectatur, Apostolus
perfecto negotio eripitur. [124] Sed & Paulus reuera citò tinctus est. Citò enim cognouerat Iudas hos-
pes vas cum esse electionis constitutum. Dei dignatio suas præmittit prærogatiuas; omnis petitio &
decipere & decipi potest. Itaque pro cuiusq; personæ conditione ac dispositione, etiam ætate cun-
ctatio baptismi vtilior est: præcipuè tamen circa paruulos. [125] Quid enim necesse est, si non tam ne-
Matth. 19. cesse [126] sponsores etiam periculo ingeri? qui & ipsi per mortalitatem destituere promissiones suas
possunt, & prouentu malæ indolis falli. Ait quidem Dominus, Nolite illos prohibere ad me veni-
re. Veniant ergo dum adolescunt, veniant dum discunt, dum quò veniant docentur, fiant Christia-
ni quum Christum nosse potuerint. quid festinat innocens ætas ad remissionem peccatorum? cau-
tiùs agetur in secularibus, vt cui substantia terrena non creditur, diuina credatur. norint petere salu-
tem, vt petenti dedisse videaris. [128] Non minore de causa innupti quo que procrastinandi, in quibus
tentatio præparata est tam virginibus per maturitatem, quàm viduis per vagationem, donec aut nu- F
CA. XIX. bant, [129] aut continentiæ corroborentur. Si qui pondus intelligant baptismi, magis timebunt [130] con-
secutionem quàm dilationem: fides integra secura est de salute. [131] Diem baptismo solenniorem
Pascha præstat, cum & Passio Domini in qua tinguimur, adimpleta est. nec incongruenter ad figu-
ram interpretabitur, quòd cùm vltimum Pascha Dominus esset acturus, missis discipulis ad præpa-
Mar. 14. & Act. 2. parandum, [132] Inuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem. Paschæ celebrandæ locum de signo
aquæ ostendit. [133] Exinde Pentecostes ordinandis lauacris latissimum spatium est, quo & Domini re-
Act. 1. surrectio inter discipulos frequentata est, & gratia Spiritus sancti dedicata & spes aduentus Domini
Hier. 31. subostensa, quòd tunc in cœlos recuperato eo, angeli ad Apostolos dixerūt sic venturum quēadmo-
dum & in cœlos conscendit, vtique in Pentecoste. Sed enim Hieremias cùm dicit: [134] Et congrega-
bo illos ab extremis terræ in die festo, Paschæ diem significat & Pentecostes, qui est propriè dies fe-
stus. Ceterùm omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de solennita-
CA. XX. te interest, de gratia nihil refert. [135] Ingressuros baptismum, orationibus crebris, iciunijs & geni-
culationibus, & peruigilijs orare oportet, & [136] cum confessione omnium retrò delictorum, [137] vt ex-
Matth. 3. ponant etiam baptismum Ioannis, Tinguebantur, inquit, confitentes delicta sua. Nobis gratulan-
dum est, si non publicè confitemur iniquitates aut turpitudines nostras. [138] Simul enim & de pristi-
Matth. 26. nis satisfacimus conflictatione carnis & spiritus, & subsecuturis tentationibus munimenta præstrui-
mus. Vigilate & orate, inquit, ne incidatis in tentationem. Et ideò credo tentati sunt, quoniam ob-
dormierunt, vt ad prehensum Dominum destituerint, & qui cum eo perstiterit, & gladio sit vsus, ter

etiam

Ioan. 5.
Ioan. 19.

etiam negauerit:[139] nam & præcesserat dictum; Neminem intentatum regna cœlestia consecuturum. Ipsum Dominum post lauacrum statim tentationes circumsteterunt quadraginta diebus ieiunijs functum. Ergo & nos, dicet aliquis, à lauacro potius ieiunare oportet. & quis enim prohibet,[140] ni- sine cessitas gaudij & gratulatio salutis? Sed Dominus, quantulum æstimo, à de figura Israëlis expro- brationem in ipsum retorsit. Namq; populus mare transgressus, in solitudine transtatus per quadra- ginta annos, illic cùm diuinis copijs aleretur, nihil ominus ventris & gulæ meminerat,[141] quàm Dei. Deinde Dominus post aquam segregatus in deserta quadraginta dierum ieiunia emensus, ostendit non pane viuere hominem Dei, sed Dei verbo: tentationi cæque plenitudini & immoderantiæ ventris adpositas abstinentia elidi. Igitur benedicti quos gratia Dei expectat, cùm de illo sanctissimo la- uacro noui natalis ascenditis, & primas manus apud matrem cum fratribus aperitis, petite de patre, petite de domino, peculia, gratias, distributiones ex charismatum subijcientes, Petite, & accipietis, in- quit. Quæsistis enim, & inuenistis; pulsastis, & apertum est vobis. Tantùm oro, vt cùm petitis, [142] etiam Tertulliani peccatoris memineritis.

Luc. 22.

Matth. 4.

Matth. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE BAPTISMO.

1. DE BAPTISMO.] *Vti Lectori Catholico, iuxta quod promissum supra Tom. 2. lib. de Cor. militis cap. 3. numero 30. hic satisfaciamus, de singulis Baptismi ceremonijs partim ex ipso Rhenani in eum librum Adnotationibus, partim ex ipso Tertulliano, B. Cypriano, aliisque Patribus, breuissimo quo fieri poterit compendio tractabimus, sicuti de Missæ ceremonijs idipsum præstitimus initio libri de Oratione, & de Pœnitentia tribus partibus eiusdem tituli libro. Quum autem de baptismo dicimus (vti etiam Rhenanus adnotauit) qui apud Veteres & Tertullianum in vsu fuit, quodam consuetudo mutarit; plerasque tamen hodie etiam à nobis obseruari manifestum fiet, si eodem ordine quo celebrantur, singulas tractemus ceremonias, idque verbis potissimum Tertulliani & Burchardi seu potius Alcuini, à Rhenano citatis, additione facta ex Sacramentario D. Gregorij à nobis Tom. 2. Liturgicon Lutheranum adito, aut Ordine Romano antiquo vulgato, non ita pridem à Dn. Melchiore Hittorpio cum reliquis Officiorum Diuinorum Scriptoribus. Præmittemus interim aliquod de ætatibus in anno (vti etiam ante me adnotauit Rhenanus) baptismi temporibus, & Ministro baptismi, ac Sponsoribus, quos Susceperet vocamus item & de Catechumenis ac Competentibus, de Scrutinijs quinque, differentiæ tractatum de Baptismo parumlorum vsque ad hunc librum cap. 18.*

Imprimis itaque Pascha & Pentecosten sola antiquitas extra necessitatem præscripta fuisse ad baptismum, *Tertullianus hic verbis infrà cap. 19.* (*vbi de ea latius*) *significat.* Diem (*inquit*) baptismo solemniorem Pascha præstat, quum & passio Domini, in qua tinguimur, adimpleta est. Exinde Pentecoste (*id est, vti loquitur cap. 3. lib. de Cor. milit.* à die Paschæ vsque ad Pentecosten) ordinandis lauacris latissimum spatium est; quo & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, & gratia sancti Spiritus dedicata. Ceterùm omnis alioqui dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo. *Hactenus ille. Quo mos antiquus* (*inquit Rhenanus*) *etiam vsque ad tempora Caroli Magni & Ludouici Augusti seruatum est. Indicant hoc leges aduersus sanctæ, quibus cauetur ne quemquam sacerdotes baptizent, excepto mortis articulo, præterquam in Paschæ & Pentecostes. Has sanctiones complectitur volumen Legum Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij, quas Ansegisus Abbas collegit, & extant adhuc in multis Bibliothecis. Seleuciadij sanè habentur apud Fidei, & Argentoratum Librarias complura. Hoc sic accipiendum, vt sciamus post Pascha infantes natos ad baptismum Pentecostes reseruatos, & natos post Pentecosten ad Paschalem festum diem baptismo offerri solitos, excepta, seu dixi necessitate, vnà cum adultis Catechumenis, qui de exterris nationibus Danorum, Normannorum, Sclauinorum, & similium populorum, Christiana religionis imitabantur. Ex his enim gentibus propter continua Germanorum bella nunquam non in has regiones manicipia asserebantur. Quin ipsi maiores nostri propter Hunnorum, Auarium, Vgrorum, assiduas & excitabiles denas fatunes suis interdum sacris priuabantur ad tempus. Quibus adde, quòd aut consuetudinis veligium etiamnum seruetur in quibusdam antiquis cathedralibus Ecclesijs, & nominatim ante hoc motus Vltrectinæ, in quibus prodie Paschæ & Pentecostes solemnis baptismus per Episcopos celebrari solet: & eius obseruationis memnit Rupertus libro 4. de Diu. offic. cap. 8. Quid? quòd etiam quotannis obseruatur Romæ apud S. Ioannem Lateranensem in baptisterio Constantini solemnis baptismus Catechumenorum Iudaorum aut aliorum Infidelium. Hæc res animaduersa laucem adfert (eodem admonente) ad intelligendas ceremonias & caurica, quibus adhuc vtimur, non solùm (vtiille) in Paschalibus ceremonijs, sed per multas etiam Quadragesimæ ferias, quibus propriæ dicebantur solemnes illius baptismi, quod sub Paschæ fiebat, singula quaque quæ præmitti solent, ceremonia.*

De Ministro baptismi *hæc loquitur Tertullianus infrà cap. 17.* Dandi baptismi ius habet summus sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate propter Ecclesiæ honorem. Sufficiat tamen in necessitatibus vt vtatis laico, sicubi aut loci, aut temporis, aut personæ conditio compellit. Tunc enim constantia succurrentis excipitur, quum vrget circumstantia periclitantis. *Vbi de hoc etiam latius.*

Sponsiorum verò in baptismo *mentio infrà Tertullianus cap. 18.* Quid enim (*inquit*) necesse est, non tam necesse esse Sponsores etiam periculo ingeri? *Quos etiam susceptores iam tum appellatos* (*vti & Rhenanus adnotauit*) *significat ex, suprà dicto 3. cap. de Coron. militis:* Inde suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus. *Sed etiam infrà de hoc plura.*

Ante omnia autem (*inquit Alcuinus, quem nomine Burchardi aut Rhenanus*) Paganus sit Catechumenus. *Ita enim illos à cathechizando vocabant Veteres, sicuti etiam* Audientes *sine* Auditores, *de quibus suprà Tom. 2. lib. de Pœnitent. cap. 6. num. 39. & libro præcedenti de Præscript. aduersus hæret. capite 41. numero 256. & latius in Cyprianum epistola 33. numero 4. ac 24. numero 7. Hic sufficiant verba hæc Tertulliani ex loco prioris:* Nemo fibi' aduletur, Auditorum tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc fibi delinquere liceat. An alius est intinctis Christus, alius Audientibus? Num spes alia, vel merces; alia formido iudicij, alia necessitas pœnitentiæ? Hæc prima Audientis intinctio est, metus integer. *Vbi habes, quòd etiam pœnitentiam agere deberent ante baptismum Catechumeni præter fidei catechizationem in qua instruebantur, quamquam interim primas baptismi ceremonias, de qui-*

tus infrà, Ordo Romanus & B. Gregorij Sacramentarius inscribitur Ordinem ad faciendum Cathechumenum *ex quo eo modo dumtaxat, sicut etiam hodie, cathechizarentur paruuli; quum adulti multo ante in Cathecumenorum fuissent numero.*

Hi verò tam baptismi tempore ad propinquante à BB. Patres sermonibus de baptismo Augustino & Ambrosij sermonibus quamplurimis Competentes *vocantur (vti etiam libro præced. numero 256. diximus) quòd simul baptismum peterent. Quo adludit his verbis Tertullianus dicto cap. 6. lib. de Pœnit.* Itaque Audientes optare intinctionem, non præsumete oportet. Qui enim optat, honorat; qui præsumit, superbit. *Eidem ab eodem Augustino vbi suprà, & in Ordine Romano, ac Sacramentario B. Gregorij,* Electi *vocantur, quòd ad baptismum fidei scrutinijs eligerentur.*

Scrutinia denique ante Baptismum sex fiebant *Quadragesimæ tempore, & semetipsum in Vigilia Paschæ, iuxta Ordinem Romanum, quem citant Alcuinus & Amalarius libris de Diuin. Officijs. Ita vt primum* scrutinium *incipiat à feria quarta Dominicæ tertiæ. Quæ frequentius sterabantur (Alcuino teste, iuxta quod etiam sub nomine Burchardi citauit Rhenanus) vt exploretur fapius, an post renuntiationẽ Sathanæ sacra verba data fidei ex radicibus cordeofixerint. Atque (quum ex Ordine Romano similia in scrutinijs illu facta conster) adludit haudubiè Tertullianus his verbis infrà cap. xx.* Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiunijs, & geniculationibus, & peruigilijs orare oportet. *Certè etiam Concilij Bracarensis Patres eodem spectant cap. 3. Nos (inquiunt) omnimodè præcipimus, & antiqua Canones præcipiunt, vt ante Baptismum xx. dies ad purgationem exorcismi Cathecumeni veniant, & in illu xx. diebus iuxta canonicum præceptum erudiantur, & consacrentur. Totidem enim dies computantur à Sabbatho Hebdomadæ 111. Alcuinus eodem, & potissimùm tertium, quod in aperione aurium dicebatur, adludit B. Ambrosius libro de iis qui mysterijs initiantur, capite 1. & de Sacramentis libro 1. capite 1. item B. Augustinus, Sermone ad Competentes, & loco citato ab Amalario de Diuinis officijs, libro 1. capite 8. & Rupertus de Diuinis officijs, libro 4. capite 18. 19. 20. & 21. verbis infrà citatis capite 20. huius libri.*

In Hispanijs præterea id peculiare fuit, vt infantium capita ante baptismum lauarentur, idque certo die, quem Capitilauij appellabant, vti patet ex B. Isidoro libro 6. Etymologiarum, capite 18. & libro 1. de offic. Ecclesiastici, capite 27. Quod in Gallijs quoque vsitatum patet ex Alcuino, libro de Ecclesiast. offic. quod & fieri solere scribit in Dominica Palmarum; cui similia sunt apud B. Cyrillum Hierosolymitanum, Præfatione in Catechesin.

Porrò quandoquidem omnes & singulæ septem scrutinierum, aliaque ceremoniæ repetebantur in Sabbatho sancto quum baptizarentur, maximè ob paruulos recens natos, qui prioribus non interfuerant (sicuts patet ex Ordine Romano pag. 32. & 37. Amalario de Diuin. offic. lib. 1. cap. 16. ac sequentibus, & Alcuino eusdem argumenti libro pag. 61. & sequent.) quare & à Hrabano simul omnes recitantur lib. 1. de Institi. cleric. cap. 27. 28. 29. & 30. eo quo celebrabantur ordine omnes recitabimus, quas tribus quod aiunt verbis demonstrabo eas dem esse penè, quibus etiam nunc vtimur.

Primum itaque recitabantur nomina baptizandorum *in prioribus scrutinijs descripta (vti est in Ordine Romano, & Sacramentario B. Gregorij) quorum masculi stabant ad dexteram, fœminæ ad sinistram. Hæc pertinet illud Concilij cuius Iam Carthaginensis can. 85. ita etiam à Burchardo Decret. libro 3. capite 1. Baptizẽ, ands nomen suum dent. & cùm sit apud Dionysium Areopagitam Ecclesiasticæ hierarchiæ capite 2. mentio, nominum descriptos, tam eius qui baptizandus est, quàm susceptoris; item illud B. Augustini libro de cura pro mortuis agenda: Dedit nomen inter alios Competentes. & verba similia epistola 155. item quod habet B. Clemens Romanus epistola 3. Accedat qui baptismum vult, ad faciendum, & nomen suum det. Memmit & Rhenanus citant caput Legum 1. quæstion. 2. quod est ex Concilio Hinemari Remensis Episcopi apud S. Medardum cap. 8. Atque etiam hodie ante omnia* Nomina baptizandorum *reddi iubentur à Susceptoribus, & postea sapius interrogantur, & citantur à Susceptoribus, vti tam olim etiam Dionys. Areopag. adnotauit.*

Posthæc (Alcuino teste lib. de Diuin. offic. quem ex Burchardi Decret. lib. 6. qualem sit oportet quàm hodie exstat, citat Rhenanus) accedens ad baptismum, renuntiat maligno spiritui & omnibus damnosis eius pompis. *Quod ipsum hodie fit, nisi quòd alio ordine, nempè immediatè ante baptismũ, quum illud fieret olim bis, nempè & in scrutinio primo, & rursum extemporalem baptisterio. Hinc est illud Tertullianus lib. de Corona militis, cap. 3.* Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto priùs in Ecclesia sub Antistis manu contestamur nos renuntiare diabolo, & pompæ, & angelis eius. *Super quo loco Rhenanus. Hoc (inquit) fiebat ad Occidentem, teste Hieronymo. Interpres Dionysij de Eccles. hierarth. Deinde (inquit) Occidentem versus illum statuens intendentem, manifestè impingentem ad eandem regionem conuersus, insufflare illum ter Satanam iubet, ac præterea abrenuntiationem profiteri. Id sequentes capite expunens, docet impulsione manuum baptizandum obscure militia confortia renuere & exsufflare. Quibus adjicienda præterea hæc verba Dionysij Areopagitæ ibidem, nempè capite 2. sequentia: Et quum post trinam abrenuntiationis contestationem tertio se ille abrenuntiare professus fuerit, ad Orientem illum traducit. Qua omnia etiam repetit B. Cyrillus Hierosolymitanus Catecheseos 1. mystagogica, clarius appellans protensionem manuum in renuntiatione. Eodem adludit etiam Auctor dicti libri capite 13.* Omnes (cotonandi cauſæ) alienæ, profanæ, illicitæ, semel iam in Sacramenti testatione eieratæ; hæ enim erant pompæ diaboli & angelorum eius. *Item quod est libro ad Martyras, capite 2.* Christianus etiam extra carcerem sæculo renuntiauit. *& libro de Spectaculis, capite 4.* Quum (*inquit*) renuntiasse nos diabolo & pompæ & angelis eius ore nostro contestamur, quid erit summum ac præcipuum, in quo diabolus & pompæ & angeli eius censeantur, quàm Idololatria? Igitur si ex Idololatria vniuersam Spectaculorum paraturam constare consteterit, indubitatè præmeditatum erit, etiam ad Spectacula pertinere renuntiationis nostræ testimonium in lauacro; quæ diabolo & pompæ & angelis eius sint emãcipata. Siquid ex his non ad Idolũ pertinuerit, id neq; Idololatriam neque ad nostram eieratione pertinebit. *Acc. 24.* Hoc erit pompa diaboli, aduersus quam in signaculo fidei eieramus. Quod autem eieramus, neque facto, neque visu, neque prosp ectu, participare debemus. Cæterùm nonne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? *Rursum illud libro de Idololatria capite 6.* Quomodo (*inquit*) renuntiauimus diabolo & angelis eius, si eos facimus? Quod repudium diximus his, non dico cum quibus, sed de quibus viuimus? *Libro item de Habitu mulierũ, capite 2.* Hi sunt angeli, quibus in lauacro renuntiamus. *Denique illud infrà libro de Anima* Pactus es enim renuntiare ipsi, & pompæ, & angelis eius. *Similia B. Cyprianus testimonia & aliorum Patrum citata inueniet Lector Adnotat. nostris in epist. eius 7. num. 15. & lib. de Orat. Dom. num. 53. Quibus adde Origenem hom. 12. in Numeros, B. Patianum lib. de baptismo, B. Ambrosium l. de iis qui mysti. initiantur, cap. 1. & lib. 1. de Sacrament. cap. 2. B. Scuerum Alexandr. in baptismi tritio. Repetitam autem iterum immediate ante baptismum interrogationem & abrenuntiationem diaboli, sicuti sit hodie, patet ex Sacramentario S. Gregorij, Ambrosio & Augustino locis ibi citatis.*

Exsufflatur etiam *(inquit apud Rhenanum Alcuinus) ne fugato diabolo, Christo Domino nostro paretur introitus. Ad* Exsufflationis *verò ritum adludit B. Dionysius Areopagitas verbis citatis, præterquàm quòd per ipsum baptizandum in sua Ecclesia id fieri solitum significet, quum dicit:* Insufflare, seu potius exsufflare illum ter *Satanam iubet. Rectius. Gregorius in Sacramentario magis accedit ad Alcuini & nostram consuetudinem, qua sufflat ter in faciem Presbyter, dicens: Exi ab eo Satan, &c. quod in baptismo paruulorum per Susceptores & Presbyteros sam olim vsitatum significat locus paulò post citandus. Eodem pertinet illud B. Cyrilli Hierosolym. Catech. mystag. 2. vbi loquitur de oleo exorcizato, in cuius etiam exorcismo spiritus & fa-*

lus,

lu, de quibus infrà latiùs fiebant exsufflationes. Insufflationes (inquit) sanctorum & nomina Dei invocatio, tamquam vehementissimæ quædam flamma vrit damones, & in fugam convertit. Memineruntque eiusdem Exsufflationis B. Isidorus lib. 2. de offic. Eccles. cap. 20. ac Hrabanus noster de Instit. cleric. lib. 1. cap. 27. Denique illis vetustior B. Augustinus lib. 2. de nuptijs & concupisc. cap. 18. ac 29. etiam BB. Cyprianum & Ambrosium citans lib. 2. de pecc. orig. lib. 3. contra Julianum, libro 3. contra Epist. Parm. lib. 2. contra Cresc. cap. 3. & lib. 1. de Symbolo ad Catechum. cap. 1. denique etiam B. Severus Alexandr. in Oratorium baptismi ritibus. Eodem denique pertinere existimant viri eruditi quod annum illud Anselmi supra lib. 2. ad Fratrem capite 5. quum aliquid immundum flatu expuis.

Exorcizatur etiam (inquit ibidem Alcuinus) id est, coniuratur malignus spiritus, vt exeat & recedat, dans locum Deo vero. Cuius Exorcismi eadem penè verba, quibus hodie vtimur recensentur in Ordine Romano, & parcimin Sacramentario B. Gregorij. Quod? Quod ad verba illa: Da honorem Deo viuo & vero, adludat B. Cyprianum alicubi. Similes autem exorcismos Græcorum habes apud B. Severum Patriarchum Alexandr. in diliu baptismo ritibus, qui exstant in Bibliotheca SS. Patrum. Alios quoque locos aliorum Patrum de exorcismo in baptismo citauimus in epist. Cypriani ad Magnum 76 num. 54. Sicuti & de potestate Exorcistarum in damones, quam ijsdem penè verbis amplificat ille, epist. 2. ad Donatum. num. 10. quibus Tertullianus supra Tom. 1. Apolog. cap. 23. & 43. Quibus adde Optatum Milevitanum contra Parm. lib. 4. & Julium Firmicum lib. 2. Matheseos cap. 3. & 4. Addor præterea ad baptismi Exorcismum videtur addadere supra lib. de Præscription. aduers. hæret. cap. 41. Ipsæ (inquit) mulieres hæreticæ quàm procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere. Exorcismus autem teste B. Isidoro lib. 2. de offic. Ecclesiast. cap. 20. sermo increpationis est contra immundum spiritum, in Energumenis sine Catechumenis factus, per quem diabolis nequissima virtus & inuetcrata malitia expulsa fugetur. Cui simile est illud Optati Milevitani contra Parmenian. libro 4. Hoc Exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur & fugatur.

Imponit etiam manum (inquit B. Gregorius in Sacramentario) Presbyter in frontibus eorum, dicendo: Signaculum Saluatoris Domini nostri Jesu Christi in frontem tuam pono, & similiter in pectus. Quam haud dubie intelligit Vincentius à Thibaris in Concil. Carthag. sub B. Cypriano, sententia 37. dicens: Ergo primò per manus impositionem in Exorcismo, secundò per baptismi regenerationem, possunt ad Christi pollicitationem venire. Et eodem adludit Tertullianus libro de Spect. cap. 4. & 24. dum baptismum signaculum fidei vocat verbis supra citatis. Quemadmodum & Theodoretus libro 4. hist. Ecclesiast. cap. 8. Σφραγισαμενος, & Dionys. l. Eccles. Hierarch. cap. 5. σφραγιδα θεολογικην, baptismum nuncuparent. Ceterorum Patrum de signo Crucis in baptismo vsitato testimonia habes partim supra Tom. 2. lib. de Corona militis, numero 40. & latius Adnotat. nostris in B. Cypriani epist. 56. numero 31. & epist. 63. numero 39. Hæ addemus illud Dionys. Areopag. Imponit eius capiti manum, confignánsque illum, sacerdotibus mandat virum suscepturumque describant. Et paulopost: Rursusque ille vrans benedicit, eique manus imposit. Et quod habet B. Augustin. de Symbolo libro 2. & libro 4. capite 1. Per sacratiss. signum crucis vos suscepit in vtero sanctæ matter Ecclesia, cuius etiam meminit in Psalm. 30. Orationes compures hucpertinentes, quæ etiamnum recitantur, reperire est in Ordine Romano, & Sacramentario B. Gregorij.

Accipit quoque Cathecumenus sal (inquit vbi suprà Alcuinus) vt putrida & vitiosa eius peccata sapientiæ sale diuino munere mundentur. Et verò Exorcismum & Benedictionem, talis eandem, qua nunc vtimur, reperire est in Ordine Romano, & Sacramentario B. Greg. Deinde huius cerimoniæ meminerunt præterea Ven. Beda in 1. 1. Regum, cap. 27. quemadmodum citatur ab Ivone, Decreti parte 1. de baptismo, capite 100. & Gratino de consecratione distinctione 4. cap. Sal. B. Isidorus de Eccles. offic. lib. 2. cap. 20. & Hrabanus noster loco sæpè citato, quemodo etiam B. Severus Alexandr. in bapt. ritibus. Eodem videtur pertinere quod legitur de Sale Cathecumenorum Concil. Carthag. 3. can. 5. & illud B. Augustin. Confess. libro 1. capite 11. Signabar iam signo eius, & condiebar eius sale Deinde (inquit eodem Alcuinus) Symboli Apostolici traditur ei fides, vt vacua domus, & à prisco habitatore derelicta, fide ornetur, & vt præparetur habitatio Deo. Quò adludit præcipuè dubio Tertullianus libro de Corona militis, capite 3. numero 30. quum dicit: Amplius aliquid respondentes quam Dominus in Euangelio determinauit. Verùm de eo latiùs in Adnotationib. nostris in B. Cyprian epist. 70. numero 15. & infra capite 6. Hic dumtaxat discemus, quod ex BB. Augustino & Ambrosio confiet iterum repetitam Symboli interrogationem & professionem, scitisit hodie immediatè ante baptismum. Item illud quòd fidem suam Romæ exediderit loco in conspectu populi profiterentur Competentes sicuti patet de Victorino Rhetore apud Augustinum lib. 8. Confess. cap. 2.

Tanguntur (inquit Alcuinus vbi suprà) & nares, vt quamdiu spiritum naribus trahat, in fide accepta perseueret. De quo apertius secundum consuetudinem etiam hodie obseruatam in hac verba Sacramentarium Beati Gregorij: Deinde verò tangat ei nares & aures cum digito de sputo, & dicat ad aurem dexteram, Epheta, quod est: Adaperire; ad nares: In odorem suauitatis; ad aurem sinistram: Tu autem effugare diabole, &c. Ea autem omnia authentica esse patet ex B. Ambrosio libro 1. de Sacrament. capite 1. & l. de his qui mysser. initiantur, capite 1. Cuius mysterium exillu in hac verba de scripsit loco citato Hrabanus: Posteà tanguntur etnares & aures cum saliua, & dicitur ei verbum Euangelicum, quod Jesus, quando surdum & mutum sanauit, Marc. 7. Tangens eius sputo linguam eius, & mittens digitos fues in auriculas eius, dixit Epheta, quod est, Adaperire. Quod ipsum etiam repetit Beda homil. 19. id Euangelium tractans, quemadmodum ab Ivone in Decreto citatur. Fit etiam mentio tactus narium & aurium apud B. Cyrill. Hierosol. Catechesi 3. mystag. sed per vmbrunem. Adludit etiam B. Augustinus quodam Sermone, vbi aperitionis mysterij meminit & expressè Amalarius libro de Eccles. offic. capite 8. & ipse Alcuinus latiùs lib. de Diuin. offic. de Sabb. Paschæ.

Pectus quoque (inquit Alcuinus) perungitur oleo, vt signo sanctæ crucis diabolo claudatur ingressus. Signantur & lacrimæ, vt vndique muniatur. Item in pectori & Scapularum (sic enim lego, pro: scapula) vnctione signatur fides firmitas, & operum bonorum perseuerantia. Quod explicatius tradit mox etiamnum obseruate B. Gregorius in Sacramentario. Postha tangat ei pectus & inter scapulas de oleo sancto, cruccm faciendo eum pollice dicens: Vngote oleo sanctificato in nomine Patrm, & Filij & Spiritus sancti. Cui similia Amalar. de Eccles. offic. libro 1. cap. 23. & Hrabanus vbi suprà. Et verò sam ab Apostolorum ætate Beatus Dionysius Areopagita. vbi suprà: Et quum illum ministrum perfectè exuerint, deferunt sacerdotes sanctum vnctionis oleum, at verò Pontifex trino crucis signaculo vnctionem sanctioani. Cui similia de tota corporis vnctione habet Beati Cyrill. Hierosol. Catheches 3 mystag. 2. Chrisost. hom. 6. in Epist. ad Colloss. ac B. Severus Alexandrinus in baptismi ritibus. Verùm in Ecclesia Latina, dumtaxat vnctium caput & pectus fatis indicat B. Ambros. libro de iis qui mysser. initiantur, capite 6. facienstidem mentionem vnctionis in genere libi. de Sacrament. cap. 2. quemodo etiam B. Isidor. lib. 2. de Diuin. offic. cap. 20. Eodem pertinent quæ scribuntur in Ordine Romano, Sacramentario Beati Gregorij, at Amalario lib. 1. de Ecclesiast offic. cap. 12. de Exercismo olei, quod sanctum sanctificatum, seu Catechumenorum, appellant, in die Cœnæ Domini. Nam ficloquitur Hrabanus vbi suprà: Vngetur illius tunc pectus de oleo sanctificato; & ante illum iamdudum B. Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 27. verbis mox citandis, immò & B. Clemens Romanus similia habet epist. 3.

Deinde (inquit Hrabanus libro 1. de Institutione clericorum capite 28.) consecratur fons. Quod etsi prius loco à Rhenano citato non habeatur, reperitur tamen eodem capite apud Alcuinum de Sabbatho sancto Paschæ, & præterea in Amalario libro 1. capite 26. in Ordine Romano, & Beati Gregorij Sa-

cramentario. Immò verò disertiùs verbis B. Cypr. Epist. 7. ad Ianuarium: Oportet (inquit) mundari & sanctificari aquam prius à sacerdote: quò adludit etiam Tertullianus infrà huius lib. cap. 4. Igitur omne suæ de pristina originis prærogatiua Sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. Superuenit enim statim spiritus de cœlis, & aquis supercelst, sanctificãs eas de semetipso. *Vbi hæc de relatiuis, potissimùm propter Magdeburgenses, qui negant ea ætate aquam consecratis solere.*

Posthæc (inquit Alcuinus) in nomine sanctæ Trinitatis, tertiùa submetione baptizatur, *Et rectè per mucronationem sanctæ Trinitatis (sic enim lego) homo ad imaginem sanctæ Trinitatis creatus, ad eandem renouatur imaginem, & qui tertio gradu peccauit, id est, consensu, cecidit in mortem, tertio elevatus à sorte, per gratiam surgit ad vitam. Similiter Tertullianus suprà libro de Coronamilit cap. 3.* De hinc ter mergitamur. *quæ verba transscripsit B. Hieron. lib. aduers. Lucifer. & infrà lib. aduers. Praxeam (nuxta quod & Rhenanus ibi adnotauit) vbi de Christo loquitur:* Et post resurrectionem (*inquit*) spondens missurum se discipulis promissionis Patris, & nouissimè maudans vt tinguerent in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non in vnum. Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tinguimur. *Atqui baptismum in nomine Trinitatis necessarium esse ex Matth. capite 28. & aliàs latè deduxit B. Cyprian. Epist. ad Iubaianum 73. numero 56. & 74. ad Pompeium, numero 18. quò pertinent quæ similia leguntur de trina mersione apud BB. Dionys. Areopag. Clementem Romanum, Basilium, Cyrillum Hierosolym. locis citatis in Canone Apostol. 49. & apud Ambros. libro 2. de Sacrament. capite 5. Hieronym. in cap. 4. ad Ephesios, Isidorum lib. 2. de Ecclesiast. offic. capite 24. & Seuerum Alexandrinum vbi suprà, Christom. hom. 24. in Ioannem, Didymum libro 2. de Spiritu sancto, Basilium sterum lib. de Spiritu sancto, cap. 15. Ambros. de Spiritu sancto lib. 1. cap. 3. Denique Zachariam Papam epist. ad Bonifacium Episcopum.* Mersioni verò, *quæ propriè baptismus est, successit nunc in Occidentali Ecclesia citra ætatem B. Gregorij primi aspersio, seu perfusio aqua terna, quam etiam legitimam esse, & verum baptisma confitere, multis probat B. Cypria. epist. 76. ad Magnum, vbi etiam aliquid diximus num. 44. Ad quam etiam pertinet illud Auctoris suprà Tom. 2. libro. de Pœnit cap. 6.* asperginem vnam cuiuslibet aquæ.

Tum (inquit Alcuinus vbi suprà, quamquam ordine præposterò, postponens quod debebat præmittere, sicuti idem ipse eodem capite indicat) sacro chrismate caput perungitur, *& mysticè egitur velamine, vt intelligat se diadema regni & sacerdotij dignitatem portare, iuxta Apostolum: vos estis genus regale & sacerdotale, offerentes vosmetipsos Deo viuo hostiam sanctam & Deo placentem. Cui similia videre est apud Beatum Isidorum libro 2. capite 26. Amalarium de Eccles. offic. libro 1. capite 27. & Hrabanum vbi suprà; denique in Ordine Romano, Beati Gregorij Sacramentario. Quod quòd Tertullianus infrà cap. 7.* Exinde (*inquit*) Egressi de lauacro perungimur benedicta vnctione, de pristina disciplina, qua vngi oleo de cornu in sacerdotium solebant, ex quo Aaron à Mose vnctus est. *Vbi & de hac vnctione, & de chrismate, ex Patribus eiusdem aut prioris ætatis, aduersus Magdeburgenses, qui ad Montanas ceremonias referre non verentur.*

Denique (inquit idem Alcuinus) albis induitur vestibus. *Cui correspondent Ordo Romanus, B. Gregorij Sacramentarius, Amalarius lib. 1. capite 29. & Hrabanus lib. 1. vt idem capite 29. Ac etiam eandem recenset consuetudinem B. Dionys. Areopag. loco sæpè citato: Assumentes autem illum (baptizatum nempe) sacerdotes, susque accessus duces consignant, & vna cum spe illius vestem baptizati manditiæ congruam induant, ticque indutum rursum ad Pontificem deducunt. Vbi vides denuo mentionem Susceptorum. Meminit & B. Ambros. de iis qui mysterijs initiantur capite 7. & Laurentius Presbyter sermone de Pœnit. Hæ adde quæ habet Rhenan. in dictam librum Tertull. de Cor. milit: Pontius Paulinus baptismum (inquit) hoc carminibus describit:*

Inde parens facto ducit de fonte sacerdos
Intantes niueos corpore, corde, habitu:
Circumdátque rudes festis altaribus agnos:
Pura salutiferis imbuit hora cibis.
Hinc senior sociæ congaudet turba cæteræ,
Alleluia nouis balat ouile choris.

Ista imis vestigium adhuc hodie seruatur, per hoc quod vestis candida baptizatis imponitur post baptismum & vnctionem.

Quidam etiam (inquit B. Honorius in Gemma anima, libro 3. de Sabb. Paschæ) mox de fonte eleuatis lumen dare solent, *quatenus splendidis operum lampadibus sponsæ venienti occurrant. Meminit etiam lucernarum ardentium, quæ dabantur in manum baptizatorum B. Gregor. Nazianz. serm. de baptis. & Gregor. Turonensis libro 5. cap. 11. ac Niceph. hist. Eccles. lib. 3. cap. vltimo.*

Sic corpore (*inquit vbi suprà Alcuinus*) & Sanguine Domini confirmatur, *vt illum sit capitu membrum, qui pro nobis passus est, & resurrexit. Cui similia habent Ordo Romanus, & Sacramentarius B. Gregorij, nisi quod Communionem recensent post Manus impositionis seu Confirmationis Sacramentum, quod Pontifex sine Episcopus baptismum celebrat. Quæ conditio etiam additur ab ipso Alcuino non multopost præcedentia, atque adeo etiam illa sic intelligenda veniunt. Nam & B. Dionys. Areopag. commemorant post inunctionem Episcopalem collocari, vt idem & B. Ambros. lib. 3. de Sacram. capite 1. & lib. de iis qui mysteri. initiantur cap. 7. & 8. Adludit ad hanc consuetudinem etiam auctor lib. 4. aduers. Marcion. cùm dicit:* nec alibi coniunctos ad Sacramentum baptismatis & Eucharistiæ admittens. *Qui etiam interim post Manus impositionem collocat Communionem, libro de Resurrectione carnis verbis infrà citatis capite 8. Meminerunt eiusdem consuetudinis Beatus Hieronymus aduersus Lucifer. Paulinus verbis paulo antè citatis, Augustin. lib. 5. Hypognosticon. Hanc verò Communionem etiam à paruulis tunc vsitatam, manifestum fit ex Ordine Romano & Alcuino, vbi sic legitur: Illud autem etiam de paruulis prouidendum est, ne postquam baptizati fuerint, vllum cibum accipiant, neque lactentur sine summa necessitate, antequam communicent Sacramento corporis Domini. Quod ipsum verbis repetitur ab Alcuino. Verùm aliquid de paruulorum Communione diximus Adnotationibus nostris in B. Cypriani lib. de Lapsi. numero 89. qua hauddubie tum sublata est, quando cessauit adulterum baptismus & certa illa baptizandi tempora amplius obseruata non sunt, ob periculum irreuerentiæ.*

Nouissimè (*inquit idem Alcuinus apud Rhenanum*) per impositionem manus à summo sacerdote septiformis gratiæ spiritum accipit, vt roboretur per spiritum sanctum, ad prædicandum alijs qui fuit in baptismo per gratiam vitæ donatus æternæ. *Quod, sicuti diximus, intelligitur, vbi sacerdos baptizatis in absentia Episcopi. Verùm de hoc latiùs infrà huius lib. cap. 8. cuius institum:* Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum sanctum.

Porrò, vti Tertullianus: tradit sapedicto capite 3. lib. de Corona militis, in Africa aliquid præterea seruabatur post dictam Confirmationem & Communionem: Inde suscepti, (*inquit, vbi rursus ad Susceptores adludit*, lactis & mellis concordiam prægustamus. *Et huius autem apud Veteres ceremoniæ memnit Hieronym. aduers. Lucifer., vti etiam ante me adnotauit Rhenanus, in hæc verba:* Deinde, (*inquit egressos à baptismo lactis & mellis prægustare concordiam.*

Quibus addit Rhenanus ex eodem Hieronymo etiam alteram consuetudinem in Occidentis Ecclesijs, quæ recèns baptizatis vinum & lac dabatur. Explicans autem ille Isaiæ locum illum: Venite, emite sine argento & absque vlla commutatione vinum & lac: Quod, inquit, vinum misceat & sapientia in cratere suo, emates stultes sæculi mundique sapientiam non habentes prouocans ad bibendum; & vt non solùm vinum emamus sed & lac, quod significat innocentiam paruulorum.

Lotionem pedum quoque in Mediolanensi Ecclesia obseruatam significat hic verbis D. Ambrosius libro 3. de Sacram. capite 1. *Succinctus (summus sacerdos pedes tibi lauit. Non ignoramus*

ram : quod Eccles. Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequamur & formam. Vide ergo, ne forte propter multitudinem declinaverit. Cuius rei am memini l. dein qui myster. instantur, cap. 6. Quod posse inter dictum Camilli Rhobertinus cap. 48. Fortasse ea loca pedum sechat, quod observaretur ad quod requitur dictr cap. 3. lib. de Corona militis, apud Tertullianum: Exque ea die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abhinemus. Super quo loco Rhenanus: Apud Veteres (inquit) frequens erat lauandi consuetudo, quorum recens hodie extant per hebdomadam abstinebant. Docet in Apologetico suo Tertullianus Christianos etiam usus lauacri, sed semel tantum: ne abstinerem ceremonias observare videremur: Non lauor (inquit) diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam. Atramen lauor hora non honesta hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem seruet.

Quando autem Ebdomadæ Pascha tis incidit mentio, hoc & hic adjiciendum, quòd ea vocaverint antiquitis Hebdomada in albis, utpote cum Sabbatho sive Dominica sequenti Albæ vestes deponerent baptizati, sicuti constat tum ex multis Veteribus, tum præsertim ex S. Augustini sermone ad Competentes, Dominicam Octavæ Paschæ. Quam consuetudinem etiam observatam teca Octava Pentecostes patet ex Amalario lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 38.

Hæreses animadvertat (inquit vbi supra Rhenanus) lucem adferet ad intelligendas ceremonias & cantica, quibus adhuc in Paschalibus ferijs sollemniter vtimur (nempe illæ Paschæ dies peculiariter resurrectionis dedicatæ est) Qualia sunt, Hymnus: Rex sanctorum. Responsorium: Vidi aquam. Hymnus: Ad cænam agni prouidi. Introitus feria secunda: Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel. Introitus feriæ tertiæ: Aqua sapientiæ potauit eos, & huius Orate: Deus qui Ecclesiam tuam nouis semper fœtu multiplicas. Introitus feriæ quartæ: Omnite benedicti patre meo. Introitus feriæ quintæ: Vtcirconcisio manûs eorum Domine laudauerit nos. Et Oratio Deus qui diuersitate gentium, in confessione tui nominis adunasti, da vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas alligatum. Secreta: Suscipe quæsumus Domine munera populorum tuorum propitius, vt in confessione tui nominis, & baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Introitus feriæ sextæ: Educet eos Dominus in fide. Secreta: Hostias quæsumus Domine placatus assume, quas pro renatorum existitiæ peccata deferimus, & pro accelerationæ cælestis vitæ. Introitus Sabbati: Educit Dominus populum suum. Introitum quoque Dominicæ diei: Quasi modo geniti. Quæ præterea plurimis indicasi, quò res apertius cognoscetur.

2. Adversvs Quintillam.] Quintilliani (inquit Epiphan. hæres. 48. 49. & 52.) qui & Pepuziani appellantur. Artotyritæque, ac Priscillani, ijdem sunt cum Phrygibus, & ex ipsis originem ducunt; diuiduntur autem variis quemadmodum. Tradunt enim his in Pepuza, aut Quintillam, aut Priscillam (non possum certo asfirmare, vnam autem ex ipsis) in Pepuza dormiuisse, & Christum ad ipsam venisse, eandemque ipsi hoc modo, velut ilia delusa dixisse: In forma (inquit) mulieris formatus, in veste splendida ad me venit Christus, & immisit in me sapientiam, & reuelauit mihi hunc locum, esse sanctum, & hic Jerusalem è cælo descendisse. Quare etiam hucusque dicunt, mittere sic quasdam mulieres ad eos. Mulieres itaque apud ipsos vocantur Prophetissæ. Quintillam verè ducem ac principem ijs habent cum Priscilla, quæ etiam est apud Phrygas. Episcopi quoque apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres. Quod ipsum ijsdem pene verbis repetunt Beatus Augustinus hæres. 27. & Damascenus libro de hæresibus; nulla interim mentione facta quòd baptismum negauerint; quem errorem adsiribunt Archontici, quos contribuit Theodoretus Ascodrutis vel Astrodupeis. Propius adjungere ad hanc hæresin Seleucianos & Hermitnianos scribunt Philastrius & Augustinus hæres. 59. quos dicunt baptismum in aqua non recipere. Quos secutus sunt Proclianæ (sicuti apud Philastrium legere oportet, pro: Prodianitæ) quibus Presbyter dicit, infrà latiùs libro 4. de. r. f. Præter ad hæc verba Auctoris: secundum Valentinos & Proclos. Atque Tertullianus notat quidem suprà libro de Præscription. aduersus hæreticas capite 41. Mulieres hæreticas procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere. Quo pertinet etiam illud Tom. 2. lib. de Veland. virgin. capite 9. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum sacerdotalis officij sortem sibi vendicare. Et infrà illud capite 17. Petulantia autem mulierum quæ vsurpauit docere, vtique non etiam tinguendi ius sibi patiet. Verùmpanem ibidem adjicet nondum Quintillam eo tunc deuenisse audaciæ, ea quòd subiungat: nisi si quæ nouæ bestiæ euenerit similis priscinæ, vt quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat; videtur Quintilla pestis hoc septimum quidem admisisse, sed per multos dari voluisse, tamquam Presbyteras & Prophecissas. Vt vt sit, hinc patet, non-dum confessisse, quum hæc scriberet Auctor, in Quintillam, aut Marcellam, aut Priscam tamquam Prophetissas, atque adeò ante hæresin nomem conscriptum hunc librum. Quod etiam vo sas manifestius, recens titulo addidimus: Adversvs Quintillam, quippe quæ indicet aduersus eam conscriptum hunc Librum hic verbo capite 1. Ita Quintilla monstrosissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat pisciculos necare, de aqua auferens.

Cap. I.

3. Fœlix Sacramentum aquæ nostræ, &c.] Caput hoc primum non aliud quàm Præfatio est totius libri. Sacramentum autem esse baptismum quum nemo vmquam dubicauerit, pauci dumtaxat loca Tertullianis adferemus; idque non solùm ea significatione qua Sacramentum pro sacrarijs assipitur, quem admodum interpretatur Rhenanus (nec indicio non rectè) illud suprà libri ad Martyras capite 3. quum in Sacramenti verba relpondimus, & debet intelligi illud ejusdem Tom. 2. libro de Corona militis capite 11. Credimusne humanum Sacramentum diuino superduci licere? Verum etiam propriè pro mysterio diuino & Ecclesia Sacramento, quale est illud libro 4. aduers. Marc. necalibi coniunctos ad Sacramentum baptismatis admittere, & illud libro de Anima: fecuisiimi atque tutissimi Sacramenti. Item quod habet suprà libro de Idolatria capite 6. De ipso Sactamento nostro interpretaremur, nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. Et libro de Velandis virginib. cap. 2. eadem lauacri Sacramenta. Rursum infrà hoc ipso libro capite 5. an non & aliàs sine vllo Sacramento, immundi spiritus aquis incubant; & cap. 9. Quæ figura manifestior in baptismi Sacramento? Item infrà capite 13. addita est amplatio Sacramento. Et lib 1. aduersus Marcion iam nec ipis fidei Sactamentum; & paulopòst: & in hoc totum salutis Sacramentum carnem mergit. Similes Beat. Cyprianilucs septem à nobis adnotati sunt in Indice. Si quæ aliorum Veterum testimonia possulet, faciliérit reperire apud modernos scriptores, & maximè inter Auctoritates quæin Cathecismum maiorem Canisij latissimè citantur. Nos hic dumtaxat ob Calumnian & alios qui dam aquæ nec essi stem in baptismo adferimus, prout etiam fecimus Adnotation. nostrie in Beati Cyprieni Epistola 2. numero 8. vbi adnotauimus non nouum esse hanc hæresin, sed iam olim à Philastrio & B. Augustino hæresi 14. damnatamin Seleucianis & Hermitnianis, & ex posisso contra eundem conscriptum esse hunc librum. Pro quo sæst tum illud exordium, tum illud infrà cap 12. vt desiruant aquæ Sacramentum; & illud capite 13. nullius aquæ Sacramento, quemadmodum etiam loquitur ipsum illud apud Beatus Heronymum epistola 83. ad Oceanum, apud quem etiam aquatum Sacramenta leguntur; tum denique quòd capite 3. 4. 5. & 9. ieties prærogatiuas aquæ inculcet. Vt non omittam quòd vox βάπτισμα, tinctionem significat, quæ sine aqua fieri nequit, & lauacri appellatione, omnibus Veteribus vsitatam, ipsique Auctori nostro frequentissimam, infrà hic libro, & aliyt locis suprà citatus num. 2. Quo pertinet etiam

rum : quod Eccles. formam hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur & formam. Vide ergo, ne forte propter multitudinem declinaueris. Cuius etiam meminit l. de iis qui myster. initiantur, cap. 6. Quod postea interdictum Concilio Eliberitino cap. 48. Eorum ita celatio pedum fiebat, quòd observaretur id quod sequitur dicto cap. 3. lib. de Corona militis, apud Tertullianum: Exque ea die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Super quo loco Rhenanus: Apud Veteres (inquit) frequens erat lauandi consuetudo, verùm recèns baptizati per hebdomadam abstinebant. Docet in Apologetico suo Tertullianus Christianos etiam vsos lauacris, sed tamen causisse, ne ethnicorum ceremonias observare viderentur: Non lauor (inquit) diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam. Attamen lauor honesta hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem seruet.

Quando autem hebdomada Paschatis incidit mentio, hoc & hic adijcendum, quòd ea vocaretur antiquitus Hebdomada in albis, *vtpotè cum Sabbathis sine Dominica sequenti Albas vestes deponerent baptizati, sicuti constat tum ex multis Veteribus, tum præsertim ex S. Augustini sermone ad Competentes, Dominicain Octauas Paschæ. Quam consuetudinem etiam obseruatam tota Octaua Pentecostes patet ex Amalario lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 38.*

Hæc ita animaduersa (inquit vbi supra Rhenanus) lucem adferet ad intelligendas ceremonias & cantica, quibus adhuc in Paschalibus ferijs solemniter vtimur (nam ipse Paschæ dies peculiariter resurrectionis dedicatus est) Qualia sunt, Hymnus : Rex sanctorum. Responsorium : Vidi aquam. Hymnus : Ad cænam Agni prouidi. Introitus feria secunda : Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel. Introitus feria tertia : Aqua sapientiæ potauit eos, & huius Oratio : Deus qui Ecclesiam tuam nouis semper fœtu multiplicas. Introitus feria quartæ : Venite benedicti patris mei. Introitus feria quintæ : Vtiriemini manibus Dominæ laudaueriat. Et Oratio : Deus qui diuersitate gentium, in confessione tui nominis adunasti, da vt renatæ fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas alumnum. Secreta : Suscipe quæsumus Domine munera populorum tuorum propitius, vt in confessione tui nominis, & baptismate renouati, semperiam beatitudinem consequantur. Introitus feria sexta : Eduxit eos Dominus in fe. Secreta : Hostias quæsumus Domine placatus assume, quas & pro renatorum expiatione peccata deferimus, & pro acceleratione cælestis auxilij. Introitus Sabbati : Eduxit Dominus populum suum. Introitus quoque Dominicæ diei : Quasi modo geniti. Quæ propterea plurium indicant, quòs res apertius cognoscetur.

2. ADVERSVS QVINTILLAM.] Quintilliani (*inquit Epiphan. hæref. 48. 49. & 51.*) *qui & Pepuziani appellantur. Artotyritæque, ac Prisciliani, idem sunt cum Phrygibus, & ex ipsis originem ducunt; dumduntur autem vxxta quendam modum. Traduxit enim hi in Pepuzę, aut Quintillam, aut Priscillam (non possum certò affirmare, vnam autem ex ipsis) in Pepuzę dormuisse, & Christum ad ipsam venisse, vtque mutuisse ipsi hoc modo, veluti illa deluso dixit: In forma (inquit) mulieris formatus, in veste splendida ad me venit Christus, & immisit in me sapientiam, & reuelauit mihi hunc locum esse sanctum, & hinc Jerusalem è cælo descendisse. Quare etiam hucusque dicunt, initiare sic quasdam mulieres in eo loco. Mulieres itaque apud ipsi vocantur Prophetissæ.* Quintillam *verò ducem ac principem hi habent cum Priscilla, quæ etiam est apud Phrygas. Episcopi quoque apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres. Quod ipsum ijdem penè verbis repetunt Beatus Augustinus hæref. 27. & Damascenus libro de hæresibus; nulla interim mentione facta quòd baptismum negauerint; quem errorem adsirbunt Archontici, quos contribuit Theodoretus Ascodrutis vel Ascrodupetis. Propius adtingere ad hanc hæresin Seleucianos & Hermianos scribunt Philastrius & Augustinus hæref. 59. quos dicunt baptismum in aqua non recipere. Quos secutus fuit Pœcliancita (sicuti apud Philastrium legere oportet, pro : Prodianita) qui à quo Proclo dicti, infrà latius libro adsert. Praxean adhæc verba Austerii : secundum Valentinos & Proclos. Atque Tertullianus notat quidem suprà libro de Præscription. aduersus hæreticos capite 41. Mulieres hæreticas procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere. Quo pertinet etiam illud Tom. 2. lib. de Veland. virgin. capite 9. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum sacerdotalis officij sortem sibi vendicare. Et infrà illud capite 17.* Petulantia autem mulierum quæ vsurpauit docere, vtique non etiam tinguendi ius sibi paratiet. *Verùm quum ibidem indicet nondum Quintillam eò tunc decessisse audacia, eo quòd subrinxerat: nisi fi quæ noua bestia eueneritsimilis priscinæ, vt quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per fe eum confertat; videtur Quintilla postea baptismum quidem admisisse, sed per mulieres dari voluisse, tamquam Presbyteras & Prophetissas. Vt vis sit, hinc patet, nondum consensisse, quum hæc scriberet Auctor, in Quintillam, aut Marcellam, aut Priscam tamquam Prophetissas, atque adeò ante hæresin nomen concepturam hunc librum. Quòd etiam vt fiat manifestius, recèns titulo additimus:* ADVERSVS QVINTILLAM, *quippè qua nondum aduersus eam conscriptum hunc Librum hu verba capite 1.* Ita Quintilla monstrosissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat pisciculos necare, de aqua auferens.

CAP. I.

3. Fœlix Sacramentum aquæ nostræ, &c.] *Caput hoc primum non aliud quàm* Præfatio *est totius libri.* Sacramentum *autem esse* baptismum *quum nemo vmquam dubitauerit, paucis dumtaxat locis Tertullianus adferemus; idque non solùm ex significatione qua Sacramentum pro inreuirando accipitur, quem admodum interpretatur Rhenanus (meo iudicio non rectè) illud suprà libri ad Martyras capite 3.* quum in Sacramenti verba respondimus, *& debet intelligi illud eiusdem Tom. 2. libro de Corona militis capite 11.* Credimusne humanum Sacramentum diuino supetducilicere? *Verùm etiam propriè pro mysterio diuino & Ecclesia Sacramente, quale est illud libro 4. aduers. Marc.* nec alibi coniunctos ad Sacranientum baptismatis admittete, *& illud libro de Anima :* fecurisimi atque tutisimi Sacramenti. *Item quod habet suprà libro de Idolatria capite 6.* De ipso Sacramento nostro interpretaremut, nobis aduersus esse fidei eiusmodi artes. *Et libro de Pelaudis virginib. cap. 2.* eadem lauacri Sacramenta. *Rursum infrà hoc ipso libro capite 5.* an non & aliàs fine vllo Sacramento, immundi Spiritus aquis incubant; *& cap. 9.* Quæ figura manifestior in baptismi Sacramento? *Item infrà capite 13.* addita est ampliatio Sacramento. *Et lib 1. aduersus Marcium* iam nec ipsis fidei Sacramentum; *& paulopoſt :* & in hoc totum salutis Sacramentum carnem mergit. *Similes Beati Cyprianiluculs septem à nobis adnotatis sunt in Indice. Si quis aliorum Veterum testimonia pustulet, facilè erit reperire apud modernos scriptores, & maximè inter Auctoritates quæin Catheresibus maiori Cantij latitsimè citantur. Nos hic dumtaxat ob Calumnum & alios quosdam aquæ necessitatem in baptismo adserimus, prout etiam fecimus Adnotatione. nostris in Beati Cypriani Epistola 2. numero 8. vbi adnotauimus non nouum esse hanc hæresin, sed iam olim à Philastrio & D. Augustino hæresi 14. damnatam in Seleucianis & Hermianis, & ex professo contra eundem conscriptum esse hunc librum. Pro quæ facit tum stilus exordium, tum illud infrà cap 12.* vt desttuantur aquæ Sacramentum; *& illud capite 13.* nullius aquæ Sacramento, *quemadmodum etiam loquitur ipsum imitatus Beatus Hieronymus epistola 83. ad Oceanum, apud quem etiam* aquatum Sacramenta *legunt; tum denique quòd capite 3. 4. 5. & 9. tetiet prærogatiuas aquæ inculcet. Ve non omittam quòd vox βάπτισμα, tinctionem significat, quæ sine aqua fieri nequit, & lauacri appellationem, omnibus Veteribus vsitatam, ipsique Auctori nostro frequentissimam, infrà hoc libro, & aliis locis suprà citatis num. 1. Qui pertinet etiam*

ttina, *de quapaulo ante*, mersio, *quæ sine* aqua *fieri non potest, & ipsum Christi baptismi præceptum: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum; quod infra etiam urget Auctor cap. 13. tum etiam* benedictio aquæ, *quæ baptismo præmittatur, cum paulo ante etiam facta esse mentie, & latior infrà cap. 4. Comprobat eandem aquæ necessitatem B. Chrysost. hom. 24. in Ioannem, ex baptismo famulæ Cornelij per B. Petrum Apostolum, Act. 10. vbi dicitur: Numquid aquam prohibere quis potest? &c. Atque adeò comprobari potest etiam verbis illis Eunuchi, Act. 8. Ecce aqua qui prohibet me baptizari? Beatus Hieronymus similiter & Auctor ferm. de Ablutione lauti, quia tam vim habet aquæin Christo sanctificatæ, ipsi dem scripturæ comprobant, quibus Auctor infrà. Eodem etiam pertinet comparatio baptismi cum diluuio, 1. Petri 3. Item quòd cum Nataria Silæ comparetur plerumque à Patribus. Rursum quòd Aspersione aquas veteris Testamenti figuratum baptismum scribunt Beatus Cyprianus epistol. ad Magnum 76. & B. Augustinus, quæst. 32. in Numeros. Denique illud 1. Corinth. 6. Sed ablutus estis; & quòd ad ipsum B. Paulum dicit Ananias, Act. 22. Exurge & baptizare, & ablue peccata tua. Et illud B. Cyprianiepist. 63. ad Cæcil. Quotuscunque aqua sola in scriptura sancta nominatur, baptisma prædicatur.*

4. quia ablutis delictis pristinæ cæcitatis, &c.] *Latinius tenset legendum*: qua, *vti ad aquam referatur, sed illud placet. Similes autem sunt loci supra libro de Pœnit. Tom. 2. cap. 6.* Neque ego renuo diuinum beneficium, id est, ablutionem delictorum, inituris aquam omninò faluum esse. *Infrà quoque cap. 4.* Quamquam ad simplicem actum competat similitudo, vt quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis ablua mur. *Et cap. 5.* per ablutionem delictorum, *id*: exempto reatu. *Et cap. 6.* ablutione delictorum. *Item cap. 7.* quòd delictis liberamur. *Denique lib. 1. adu. Marc. agens contra Deum creatorem Marcionis:* Cui enim (*inquit*) rei baptisma quoque apud eum exigitur, si remissio peccatorum est? quomodo viderur delicta dimittere, qui non videtur retinere? *Quæ omnia faciunt aduersus eos, qui dicere non verentur in baptismo peccata omnia non plenè deleri, sed reatum manere, contra quos etiam egimus Alnot. nostra in B. Cyprian. epist. 2. num. 14. Quibus addi loteos Patrum sequentes B. Hieron. epist. 83. ad Oceanum, Clem. Alexand. lib. 1. Pædag. c. 6. Christi hom. ad baptizandos, Reticij Augustud. epist. verbis à Bellarmin. citatis lib. 1. contra Iulianum, capite 2. & ipsum Beati Augustini libro 1. contra 2. Epist. Pelag. cap. 33. libro 1. de nupt. & concupisc. cap. 23. Enchirid. capite 119. libro 2. de Symbolo capite 10. ac 25. & lib. 1. Retract. capite 15. Ambr. libro 1. de Apol. Dauid, cap. 12. denique Lactantij lib. 3. Diuin. Instit. 26. c. Eodem omnino pertinet verba Beati Hieronymi paulopost citata n. 7. & hac B. Optati Mileuitani lib. 5. contra Parm. Quæ fidelis nesciat baptismia virtutum esse vitam, criminum mortem, peccatorum naufragium?*

5. in vitam æternam libetamur.] *En alterum effectum baptismi. Quò pertinet etiam illud infrà cap. 2.* consecutio æternitatis; *& cap. 5.* Ita restituetur homo ad similitudinem eius, qui retrò ad imaginem Dei fuerat; imago in effigie, similitudo in æternitate censetur; *item illud, quamquam subobscurum, capite 3. de aqua*: si, quæ vitam æternam gubernat, & in cœlesti procurat. *Similia videre est apud Christ. hom. 13. quæ est exhortatio ad baptismum, Clem. Alexand. Pædag. libro 1. capite 6. Ambros. libro de Hel. & ieiun. cap. 22. & vbi hæredes Dei baptizatos esse probat ex Apostolo Paulo, Epist. 82. ad Vercell. Eccles. quod ipsum repetit Christ. hom. de baptizatis, quem admodum à B. Augustino. citatur libro 1. contra Iulianum capite 2. Eodem pertinet præceptum Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum, ergo è contrario sensu, qui renatus fuerit, hæres sit regni cælorum. Quibus adde locum ipsum Apostoli Pauli apertissimum Tit. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Et illud Optati Mileuit. loco dicto numero præcedenti, vbi cœlestis regni comparationem baptismum vocat.*

6. digestum istud.] *Etiam hæc vox Iureconsultorum, vti patet ex titulo Digestorum Iuris ciuilis.*

7. quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima, &c. imprimis baptismum destruens.] *Omninò ita legendum, pro eo quod erat* Caiana, *inde colligitur, quod nusquam Caianæ hæreses, aut similes appellationis, præterquam tempore Zenonis Imperatoris, multis post Tertullianum seculis, Gainistarum fiat mentio, & Caianæ etiam meminerit Auctor supra libro de Præscription. aduersus hær capite 33.* Sunt & nunc (*inquit*) alij Nicolaitæ, Caiana hæresis dicitur; *vbi ad hæresin istum Quintilla illum adiudere adnotauimus num. 196. vt peræ qua se Prophetem esse diceret, non aliter atque Montanus, contra quam B. Ioannes Apostolus Apocal. 2. Deinde confirmatur hæc mea castigatio ex B. Hieron. Epist. 83. ad Oceanum, vbi ad verbum ferè locum hunc imitatur: Et consurgit (inquit) mihi Caiana hæresis, atque olim emortua vipera contritum caput leuat; quæ non ex parte, vt antè consueuerat, sed totum Christi subruit Sacramentum. Dicit enim esse illa peccata, quæ Christum non possit purgare sanguine suo, & tam profundas scelerum præstimorum inhærere corporibus atque animis cicatrices, vt medicina illius adtenuari non queat. Quid aliud agit, nisi vt Christus frustrà mortuus sit? Frustrà enim mortuus est, si aliquies viuisficare non potest. Cetera omitto, ne sim prolixior. Quid? quòd etiam hæresin, quòd non sint perpetienda Martyria, contra quam agit Auctor Scorpiaceadversus Gnosticos, Caianam nuncupat Beatus Hieronymus libro aduersus Vigilantium, de qua appellationeibi latius. Hic subungam, confirmari meam opinionem ex dicto verbo eiusdem, quòd non omninò baptismum destrueret Quintilla sed ex parte id est, negaret quæ à baptismum, quem tamen imprimis necessarium esse dixit Tertullianus. Cui congruit etiam sequens comparatio & Auctoris, & Beati Hieronymi cum vipera, & quod paulopòst dicit:* optimè norat pisciculos necare, de aqua auferens. *Restat autem dicit hanc viperam de Caiana hæresi ortam; nam Marcosij (quorum Caianos discipulos fuisse adnotauit Epiphan. vti diximus suprà libro de Præscript. aduers. hæret. capite 47. numero 306. hær. 7.) seu Gnosticorum quidam, Beato Irenæo teste lib. 1. capite 18. etiam baptismi mysterium per visibiles creaturas, atque adeò per aquam fieri negabant.*

8. Nam ferè vipeæ & aspides, ipsique reguli serpentes arida & inaquosa sectantur. *Legimus hic ferè aduerbialiter, ex tenellara Latinij, pro eo quod erat per diphthongum* fetæ; *nam ferus alijs non tempestiue quod hic habet Auctor. De vipera & serpentibus (quorum species etiam aspides) consule Plinium nat. hist. libro 8. capite 39. hic verbus:* Serpentium sola vipera terra dicitur condi, cetera arborum aut saxorum cauernis. *Nam inde colligitur eos* arida & inaquosa sectari. *De Regulis, id est Basiliscis, apertius habet Beatus Isidorus Etymol. lib. 12. capite 4.* Reguli (*inquit*) *sicut scorpiones*, arentia quæque sectantur. *Quod ad verbum ferè desumpsit ex epist. 83. B. Hieronym. ad Oceanum, ad laudentia, quantum adparet, ad parabolam Christi de spiritu qui ambulat per loca arida & inaquosa.*

9. Sed nos pisciculi secundum ἰχθύν nostrum.] *Facit ad intellectum huius loci B. Optatus Aseer lib. 3. adu. Parmenian. (vti etiam ante me adnotarunt Latinius & Franciscus Balduinus.)* Hic (*de Christo loquens, inquit*) est piscis, quem in baptismate per invocationem sentalibus unde inseritur; *vt quæ aqua fuerat, à pisce etiam piscina vocitetur. Cum* piscis *nomen, secundum appellationem Græcam, in vno nomine per singulas litteras turbam sanctorum nominum continet* ἰχθὺς enim (*sic lege*) Latinè est Iesus, Christus, Dei filius, saluator. *Quod ipsum repetit B. Augustin. lib. de ciuit. Dei, cap. 23. Voces autem Græcæ, quæ singulis vocibus* ἰχθὺς *litteris indicantur, hæ sunt* Ἰησοῦς, Χριστὸς, Θεοῦ, Υἱὸς, Σωτὴρ.

10. in aqua nascimur, &c.] *Sic rursum ex castigatione Latinij lego pro*: natcamur; *nam sequitur*: nec aliter quàm in aqua permanendo saluisumus. *Quæ ipsa verba imprimis sunt adnotanda contra eos, qui aquæ necessitatem in baptismo negant, contra quos egimus suprà n. 3. De* Quintilla, *item n. 2.*

CAP. II.

11. Sed enim quanta vis eſt peruetſitatis, &c.] *Caput hoc inſcriptiſmo:* Quod nihil nos inuoete debeat baptiſmi ſimplicitas & admiranda poteſtas in mò tanto magis amplectendum.

12. inter pauca verba tinctus.] *Adludit ad formam baptiſmi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſanctiſ, de qua ſupra nu. 1. vbi de trina merſione agitur, ad ſingula nomina & perſonas ſingulas.*

13. Quid ergo? nònne mirandum & lauacro dilui mortem?] *Et tertium baptiſmus effectum*, quo mors diluitur, *non quidem temporalis, ſed æterna*, quod ipſum repetit *Auctor infrà cap.* 5. deleta morte per ablutionem delictorum; *item lib.* 1. *ad. Marcion.* Si abſolutio mortis eſt baptiſmus, quomodo abſolueret (Deus creator) à morte, qui non deuinxit ad mortem? *Eadem pertinet quod infrà cap.* 3. *habetur*: ne mirum ſit in baptiſmo, ſi aquæ animare nouerunt. *quod tamen tam B. Cyprian. epiſt.* 1. *ad Donatum*: *Lauacro (inquit) aquæ ſalutaris animamus. Prætermiſit autem quod ſecundo ſuperfluè repetebatur*: Atquin eo magis credendum eſt. *item cum Gagnæus ſterum*: præcucurrit, *pro*: præcurrit.

14. vt confundat ſapientiam eius.] *Etiam hinc patet propriam habuiſſe tranſlationem Auctorem maximè noui Teſtamenti, quòd ipſe legat ſapientiam eius mundi tempè, pro eo quod & Græcè & Syriacè, & Latinè, & aly omnes non aliud quam*: ſapientes. *Et verò germanam hanc eſſe lectionem Auctoris patet ſupra libro de Præſcription. aduerſus hæret. capite* 7. *vbi ſic legitur*: ſtulta mundi in confuſionem etiam Philoſophiæ ipſius elegit.

15. & prædifficilia penes homines, &c.] *Simile eſt iſtud, quod carmen paraphraſtico: magis videtur tetare, pro eo quod eſt Matth.* 19. *Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia ſunt poſſibilia*; *nam* prædifficilia *inter pretatur impoſſibilia, & poſſibilia facilia.*

CAP. III

16. Huius meniores pronunciationis, &c.] *Titulum huic capiti damus*: Quòd plurima in primordio mundi elemento aquæ auctoritas fuerit. *probat autem hoc ſuum inſtitutum* ex aquarum antiqua ætate, dignatione ſua dignitate, mundi modulatione, quæ & animas protulerint, ſine quibus etiam hominis opus abſolutum non ſit, *quæ omnia ad verbum fere tranſcripſit B. Hieron. epiſt.* 73. *ad Oceanum, verbo nos excandus.*

17. In primordio (*inquit*) fecit Deus, &c.] *Infrà lib. aduerſ. Hermogen. vertit*: in principio, *vbi idipſum latiſſimè explicat*; *ſed eiuſdem vtrumque ſignificationis eſt, & genuinum eſſe conſtat ex eo quod ſequitur infrà cap.* 5. in primordio. *Illud autem*: & tenebræ erant ſuper abyſſum, *paulopoſt declarat.*

18. & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur.] *Hæ ipſum diuerſi verbis explicat. Mox biſce*: aqua vectaculum Deo ſubijcitabat, *&c.* 4. Dei ſpiritus ſuperuectabatur ſuper aquas; *& ab eo quod ſuperferebatur, id quod ferebat, ſanctitate mutuabatur*; *ac cap.* 5. adfectantes illam diuini ſpiritus geſtationem. *ex quibus locis reposuimus etiam hic*: Dei, *pro eo quod erat*: Domini, *maximè quum & Græca vox Θεῦ, & Hebræa id conſentiant, & ipſe B. Hieronym. vbi ſupra. Rodit* (*inquit* (*mundus, nocebat ſole rutilante, nec pallente luna nec aſtris micantibus*, incompoſitam & inuiſibilem (*ex verſionem Tertullani*) *materiam abyſſis magnitudine & deformibus tenebris opprimebat. Solus* ſpiritus *Deus in aurigæ modum* ſuper aquas ferebatur, *& naſcentem mundum in ſegitra baptiſmi parturiebat.*

19. Nam vt firmamentum cœleſte, &c.] *Hoc ſic expreſſit B. Hieronym. Inter cælum & terram medium exſtruitur firmamentum*; *& iuxta Hebraicæ ſermonis ἐτυμολογίαν, cœlum Samaim ex aquis ſortitur vocabulum*; *& aquæ quæ ſuper cælos ſunt, in laudes Dei ſeparantur.*

20. & vt terram aridam ſuſpenderet.] *Adludit ad illud Proverb.* 8. *quando appendebat fundamenta terræ. tui ſimile eſt illud Iſaiæ* 40. *Quis appendit trutina digitis molem terræ, & libramine ponderemontes, & colles in ſtatera.*

21. primis aquis præceptum eſt, &c.] *Iſtud totidem ferè verbis B. Hieronymus repetit*: *Primum (inquit) de aquæ quod vitas egreditur*; *& pennatos ſidelles de terra ad cælum leuat.*

22. Nam ipſius quoque huminis figurandi opus, &c.] *Iſidem & iſtud ſic tranſcribit B. Hieronym. Fabricatur homo delimo, & inter manus Dei aquarum ſacramenta verſantur. Limus enim deſcribitur ſic ab Auctore* humecta & ſuccida materia; *eadem nempè, ſicuti eleganter ſubiungit*: quam ante quartum diem ſegregatæ aquæ in ſtationem ſuam ſuperſtite humore limo temperarant. *Nam ſic lego cum Latino pro: temperant.*

CAP. IIII.

23. Sed ea ſatis erit præcerpiſſe, &c.] *Inſcriptionem huius capitis ſecimus*: De ſanctitate aquæ, quæ à Spiritu ſancto ſanctificata etiam ipſa ſanctificat.

24. Ita de ſancto ſanctificata natura aquarum, & ipſa ſanctificatæ cõcepit.] *Eode pertinet quod mox ſubiungit* ſuperuenit enim ſtatim ſpiritus de cœlis, & aquis ſupereſt, ſanctificans eas de ſemetipſo, & ita ſanctificatę vim ſanctificandi cõibunt. *Item quod infrà legitur c.* 10. candidatus remiſſionis & ſanctificationis in Chriſto ſubſecuturæ. *Adnotandus locus contra eos, qui negant ſanctificationem quæ fit per baptiſmum, quæ tamen ex ipſis ſcripturæ ſacris confirmatur. Eò pertinet illud* 1. *Cor.* 6. *Ablutis eſtis, ſanctificatis eſtis, iuſtificatis eſtis. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret mundam eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Quare reſtè etiam Chryſoſt. homil. ad Neophytos*: *Non enim ſunt tantum libeti, ſed & ſancti, non tantùm ſancti, ſed & iuſti, non ſolùm iuſti, ſed & filij, nec ſolùm filij, ſed & hæredes, non ſolùm hæredes, ſed & fratres Chriſti, ſed & cohæredes. Cui ſimilia habet hem, ad baptizandos, lotum illum priorem tutant. Similibus aliorum Patrum teſtimonijs ſuperſedeo, ne ſim prolixior. Hic ſufficiat locus B. Optati Milcuitani l.* 5. *contra Parmenian. vbi de vnico baptiſmo tractat*: Sacramenta per ſe eſſe ſancta.

25. Numquid ipſis enim aquis, &c.] *Adnotat ſimilem particulæ enim vſurpationem Latinum etiam infrà c.* 11. In quem enim tinguerer? *&c.* 20. & quis enim prohibet.

26. Nec quicquam refert inter eos quos Ioannes in Iordanc, &c.] *Quod hic crudè dixit, quo ſenſu id intelligat, infrà latè proſequetur l.* 8. *Atque per illud*: & quos Petrus in Tiberi tinxit, *refutatur ruſum eorum calumnia, qui Petrum Romæ fuiſſe negant; contra quos ſupra vide Adnotat. noſtras in lib. de Præſcript. adu. haret. cap.* 24. *numero* 144. *cap.* 32. *n.* 186. *& t.* 36. *n.* 214.

27. Igitur omnes aquæ, &c. ſacramentũ ſanctificationis conſequuntur, inuocato Deo. Omnes (*inquam*) aquæ, *ſiue (vti paulò prius locutus eſt)* mari quis an ſtagno, flumine an fonte, lacu an alueo diluatur. *Deinde dixit quidem* ſanctificationem conſequi de priſtina originis prætogatiua, *ſed non niſi* inuocato Deo. *Quod adeo quantumuis id negent Cœnturiatores Magdenburgenſes, ad confirmationem, aquæ, quæ ante baptiſmum fit, omninò pertinet (vtcetiam Caſſander fatetur lib. de Baptiſmo) De qua apertiùs B. Cyprianus, imnò Synodus Africana, Epiſt. ad Januar. Oportet (inquit) mundari & ſanctificari aquam à ſacerdote. Item Sedatus Epiſt. in Carthag. Concil. ſeneuc* 68. *Aqua ſacerdotis prece in Eccleſia ſanctificata, ablutt delictæ. Etiam his antiquior B. Dionyſ. Areop. Eccl. Hier. cath. c.* 2. *Auctoro Pontifex (inquit) aquas baptiſmi prece at inuocatione ſanctificantes, teque in eas ad crucis effigiem (vti etiam nunc fit) ſanctiſſimum fundens vnguentum, teique ad numerum ſacra effuſionis, carmen quod Prophetæ Deo ſlem diuinitiſq; affiati, pronuntiant. Quod idem repetit ſub finem cap.* 4. *Etiam mediætatis Auctores conſuetudinis non ſcripta memineruntqua* conſectabatur aqua baptiſmi, *beatus Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap.* 27. *Ambroſ. lib.* 1. *de Sacramentis t.* 5. *ac de iis qui myſt. inſtituntur cap.* 3. *& B. Hieronym. ſapedicta Epiſt.* 73. *ad Oceanum. Retentiorum teſtimonia habes ſupra n.* 3. *inter reliquas teremonias baptiſmi. Etſi autem fateor plerumque conſeruatam primùm aquam baptiſmi tempore, tamen pro baptiſmandis in neceſſitate, ſicuti & hodie, reſeruari*

solere aquam consecratam in labro aliquo, satis indicare videntur B. Optat. Mileuit. lib. 5. contra Parmenian. Cyrill. Hierosol. Catechesi 5. Origenes hom. 12. in Numeros, & Ambros. l. 1. & 2. de Sacramentis, c. 5. ac Prudent. Hymno nocturno, qui fontes baptismi mentione facunt. Idem ritus seruatus fuit à multis seculis & apud Graecos, ac apud Aethiopes, vti ex ritibus constat B. Seuero Patriarcha Alexandrino, & Petro Abbatis Aethiopici, quorum de ab Apostolorum temporibus, vti etiam constat ex dictis verbis Dionys. Areopag. Hierarch. Eccl. cap. 4. Quid quod Iustinus respond. ad Orthod. quaest. 139. Socrates hist. Eccl. cap. 27. & Zonaras in Leone Isaurico, κολυμβήθρας vocant, & Ambr. de iis qui myst. initiantur, cap. 11. regenerationis sacramum; Baptisterium etiam, vti hodie id vocamus, celebrat suis versibus Paulinus episc. quadam ad Seuerum. Aquae vero Diuinorum officiorum peculiarem consecrationem fuisse baptismate facturi, ipsi dem pene verbis, quibus hodie pro die Paschae & Pentecostes. Quicquam interim in necessitate omnis aqua etiam non consecrata sufficiat.

CAP. V.

28. Sed enim nationes, extraneae ab omni, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Si nationes lauacro se initiantes, putgati se putabant, multo id magis baptismi aquas efficere. *Atqui huc etiam pertinet illud quod est infrà cap. 8.* Sauè humano ingenio licebit spiritum in aquam arcessere, & concorporationem eorum aocommodatis desuper manibus alio spiritu tantae claritatis animare.

29. Nam & sactis quibusdam per lauacrum initiantur.] *Desumpsisse istud videtur partim Auctor ex B. Iustino Martyre, qui Apolog. 2. ad Antonin. Pium ita loquitur: Petrò lauationem hanc quam audissent daemones per Prophetam promulgatam, vt & ingressuri in delubra eorum, & accessuri ad illos, atque libationibus & adipi nidoribus offerendis operaturi seipsos aqua adspersione lustrarent, effecerunt. Quin vt toto quisque corpore lauentur prodentes, prius quàm ad templa, vbi illa colocata sunt, veniant, institutis & opera sua turanti: Scribit & Seruius in 4. Aeneid. Virgil. quòd qui supras sacrificabant, ablueturus; qui verò inferis, aspergeretur. De quo plura Gyraldus Syntag. 17. quamquam quod ad omnia sacrificia pertineat, quam Auctor solum de quibusdam loquatur.*

30. Isidis alicuius.] *De Isde vide supra Tom. 2. lib. de Corona Milit. c. 7. n. 77. & 84. vbi ex Euseby. lib. 3. c. 2. de Demonstratione Euang. docuimus Isidem dictam non modo Cererem, sed & Iunonem, immò etiam Cybelen, quam Magnam matrem Deûm appellabant. Quod postremum sit probabile ex B. Hieron. lib. 2. adu. Iouinian. vbi coniungit iouinia castorum Isidis & Cybeles, de quibus infrà libro de Ieiunio. Deinde omninò confirmatur ex carmine B. Cypriani, seu potius Tertulliani, ad Senatorem, vbi poëtquàm dixisset,*

Quis pariatur enim te Matrem credere magnam.
Posse Deûm dici, rutsusque putare colendam,
Cuius cultores infamia turpis inurit?

paulopost subiungit,

Siquis ab Isiaco Consul procedit in vrbem,
Risus oris erit; quis re non rideat autem,
Qui fueris Consul, nunc Isidis esse ministrum?

Et quasi adludat ad lauacrum imitationem qua fiebat in sacris hisce, poslea adfert:

Et patriter lædunt gelidum fetuênsque lauacrum.

Quandoquidè interim mox citandis verbis B. Aug. videtur indicare Coelesti virgini & Berecynthiae matri Deorum omnium, ante cum lectiscam, die sollemni lauationis eius, talia per publicum cantari antiquissimi scenicis, qualia non dico matrem Deorum, sed nec matrem ipsorum scenicorum decerat audire. Apaulopost: Quae sunt sacrilega, si illa erant sacra? aut quae iniquitatio, si illa lauatio? Superquo loco Ludou. Viues tradit pridiè Idus Aprilem matrem Deûm, magna pompâ à Gallis ad Almonem fluuium, qui non procul ab Vrbe Tiberi influit, ubique ad confluentè duorum amnium ablui solere eam simulatrum, id quae ex Lucano libro 1. Pharsal. Ouid. Fastor. libro 4. & B. Prudentio in Romano martyre. Citat etiam Gyrald. de Dijs gentium, Syntag. 4. Vibium Sequestrum ad Virgilianum filium, Aemilianum lib. 23. Valerium Flaccum lib. 8. Argonaut. & Claudianum. De Isidis autem sacris videtur accedere ad Auctoris sententiam, quod ex Herodoto citat A. henagoras Orationem pro Christianis. De lacu apud Saitas circulari forma sole exornato, in quo imagines erant defunctorum lignea pictura expressa, quas ostendebant in nocte sacris & mysteriis.

33. Ceterùm villas, &c. aspergine circumlatae aquae expiant.] *Adludit handdubiè ad Lustrationes, quibus expiabantur, tum aliis variis modis, tum etiam aliquando aspergine circumlatae aquae villae, domus templa, & totae vrbes; quam adeò aquam lustralem vocabant. Verùm de hi latè Gyraldus 17. Syntag. histor. Deorum, agens de sacris Amburbalibus, Ambarualibus, & lustralibus.*

34. certè Ludis Appollinatibus & Peluſijs tinguuntur, &c.] *Lege:* tinguuntur, *pro:* tinguntur, *more Tertullianeo. Atqui puto Apollinates ludos hic dici qui fiebant in honorem Mithrae: quem eundem Apollinem dictum supra adnotauimus lib. de Cor. milit. & Peluſios à Peluſio Aegypti oppido sic dictos, qui celebrabantur Isidi, vt quemadmodum in sacris, sic & in eorundem ludis tinguerentur. Nam de Apollinaribus Ludis aut Peluſijs nihil isle apud alios alibi reperire potui.*

35. quiſquis ſe homicidio infecerat, putgatrice aquaſe expiabat.] *Nota est (teste Gyraldo vbi supra) hysteria, nihil omninò notum apud Auctores, quo quiſquis homicidio se infecerat, bis septies se purgatrice aqua, vestesque aqua ablue bat & expiabat plerumque apud fluminа. Lequs autem additis ibidem Pausaniam in Atticis de Ismidi purgatione Thesei obinterfectos Pallantis filios, & in Corinthijs de Apollinis expiatione & Diana post eadem Pythonis. Item Hero datum lib. 2. de Abrahe, qui Crœsum Regem adijt expiationis causa, ob interemptum incautè Regis filium. Atqui paulopoſt pro:* perditor liberat (*inquit Horatius*) *legendum:* proditor. *verum illud placet.*

36. immundi ſpiritus aquis incubant, &c.] *Istud apertiùs explicat, quam subiungit de quibusdam fontibus, riuis, piſcinis, cutipis, (de quibus supra libro de Spectac. capite 8. numero 77.) ciſternis, & puteis; qui tapete dicuntur per vim ſpiritus nocentis. Hue autem pertinet quod Orpheus poëmate ad Muſaeum, daemonas distinguit in coelestes aëreos, aqueos, terrestres, subterraneos & vagos, quorum aqueos Deos Nymphas vocabant, de quibus mox latius. Pſellus libro. de Daemonibus, quartum eorum genus facit aqueum, quod humoribus se immergit, ac libenter circa lacus fluuiosque habitat, & multos perdit aquis. Porphyrius haud abſimiliter lib. Responſ. ex Orac. Apollinis.*

37. Nam & enectos.] *Quasta dicantur subiungit, nempè:* quos aquae necauerût. *Curiosè modo varijs aliquot recenſet aquas*

Plin.

b untur, in hoc imitatus verba quaedam Isaiae 33. Aqua eius fidelis. Plura de mysterijs Mithrae *videtur ibi libro de Praescriptione vbi supra num. 240. 241. 242. 243. 244. 245. & 246. Item Tom. 2. lib. de Cor. milit. c. vlt. n. 206. 207. & 208. Quam interim Capella de Mercurio verbis vbi supra citatis eundem facit* Mithram *& Osirin, siue Serapin, apud Aegyptios, cuius sacra & Isidis eadem, non mirum est si simulsa dicit Auctor* Isidis & Mithrae *sacra. Porrò B. Hier. l. 2. aduerſ. Iouinian. citat Eubulium, qui historiam* Mithrae *multis voluminibus exsecuit.*

32. Ipſos etiam Deos ſuos lauatio nibus efferunt.] *Istud de sacris Matris Deûm disertis verbis tradit B. Augustin. lib. 2. de ciuit. Dei. c. 4. Ludis (inquit) turpissimis, qui Dijs Deabisque exhubentur, obleſtabamur. Coelesti Deae & Berecynthiae matri Deorum omnium, ante eum lectiscam, die ſollemni lauationis eius, talia per publicum cantari antiquis simi scenicis, qualia non dico matrem Deorum, ſed nec matrem ipſorum ſcenicorum deceret audire. Apaulopoſt: Quae ſunt ſacrilega, ſi illa erant ſacra? aut quae iniquitatio, ſi illa lauatio? Superquo loco Ludou. Viues tradit pridiè Idus Aprilem matrem Deûm, magna pompâ à Gallis ad Almonem fluuium, qui non procul ab Vrbe Tiberi influit, ubique ad confluentè duorum amnium ablui solere eam simulatrum, id quae ex Lucano libro 1. Pharsal. Ouid. Fastor. libro 4. & B. Prudentio in Romano martyre. Citat etiam Gyrald. de Dijs gentium, Syntag. 4. Vibium Sequestrum ad Virgilianum filium, Aemilianum lib. 23. Valerium Flaccum lib. 8. Argonaut. & Claudianum. De Isidis autem ſacris videtur accedere ad Auctoris ſententiam, quod ex Herodoto citat A. henagoras Oratione pro Chriſtianis. De lacu apud Saitas circulari forma ſole exornato, in quo imagines erant defunctorum lignea pictura expreſſa, quas oſtendebant in nocte ſacris & myſterijs.*

33. Ceterùm villas, &c. aſpergine circumlatae aquae expiant.] *Adludit handdubiè ad Luſtrationes, quibus expiabantur, tum aliis variis modis, tum etiam aliquando aſpergine circumlatae aquae villae, domus templa, & totae vrbes; quam adeò aquam luſtralem vocabant. Verùm de hi latè Gyraldus 17. Syntag. hiſtor. Deorum, agens de ſacris Amburbalibus, Ambarualibus, & luſtralibus.*

34. certè Ludis Appollinatibus & Peluſijs tinguuntur, &c.] *Lege:* tinguuntur, *pro:* tinguntur, *more Tertullianeo. Atqui puto Apollinates ludos hic dici qui fiebant in honorem Mithrae: quem eundem Apollinem dictum ſupra adnotauimus lib. de Cor. milit. & Peluſios à Peluſio Aegypti oppido ſic dictos, qui celebrabantur Iſidi, vt quemadmodum in ſacris, ſic & in eorundem ludis tinguerentur. Nam de Apollinaribus Ludis aut Peluſijs nihil iſle apud alios alibi reperire potui.*

35. quiſquis ſe homicidio infecerat, putgatrice aquaſe expiabat.] *Nota eſt (teſte Gyraldo vbi ſupra) hyſteria, nihil omninò notum apud Auctores, quo quiſquis homicidio ſe infecerat, bis ſepties ſe purgatrice aqua, veſteſque aqua abluebat & expiabat plerumque apud fluminа. Lequs autem additis ibidem Pauſaniam in Atticis de Ismidi purgatione Theſei obinterfectos Pallantis filios, & in Corinthijs de Apollinis expiatione & Diana poſt eadem Pythonis. Item Hero datum lib. 2. de Abrahe, qui Crœſum Regem adijt expiationis cauſa, ob interemptum incautè Regis filium. Atqui paulopoſt pro:* perditor liberat (*inquit Horatius*) *legendum:* proditor. *verum illud placet.*

36. immundi ſpiritus aquis incubant, &c.] *Iſtud apertiùs explicat, quam ſubiungit de quibuſdam fontibus, riuis, piſcinis, cutipis, (de quibus ſupra libro de Speciac. capite 8. numero 77.) ciſternis, & puteis; qui tapete dicuntur per vim ſpiritus nocentis. Hue autem pertinet quod Orpheus poëmate ad Muſaeum, daemonas diſtinguit in coeleſtes aëreos, aqueos, terreſtres, ſubterraneos & vagos, quorum aqueos Deos Nymphas vocabant, de quibus mox latius. Pſellus libro. de Daemonibus, quartum eorum genus facit aqueum, quod humoribus ſe immergit, ac libenter circa lacus fluuioſque habitat, & multos perdit aquis. Porphyrius haud abſimiliter lib. Reſponſ. ex Orac. Apollinis.*

37. Nam & enectos.] *Quasta dicantur ſubiungit, nempè:* quos aquae necauerût. *Curioſè modo varijs aliquot recenſet aquas*

Plin.

Plin. nat. hiſt. l. 2. cap. 103. & lib. 31. cap. 2. Priori quidem loco treſ fontes in Beroſe Taurorum colle, & unum in Carcienſi Hiſpan. agro. Poſteriori vero aquæ in Phoracia apud Cyclopes, & Lycia in Icentinis tertio die, ſi quis puer biberit; & tres Theſſalicæ tempe, vrrebique vero Nonacrin Arcadiæ, de qua latius lib. de Anima, c. 50. infrà, vbi eius fit mentio.

38. & lymphatos.] *Nempe eos (vti mox addit)* quos aquæ amentia exercuerunt. *Quod ipſum de Scythis refert Auctor infrà lib. de Anima:* Lymphaticos *legens de quo ibi latiùs. Attribuitur idipſum Plinius poſteriori loco iuxta Callimachum Gallo Phrygiæ fluuio, ſi in potando excedatur neceſſarius modus, & fontis rubro in Æthiopia ſecundum Cteſiam.* Lymphatos *autem a* Lymphis, *quo olim nomine Nymphæ nuncupabantur, dictos adnotauit Nannius Miſcell. l. 4. p. 107. id comprobans ex Varrone de Re ruſtica lib. 1. cap. 1. vbi inter Deos agrorum enumerat* Lympham. *Quamiam* (inquit) *ſine aqua omnis arida ac miſera cultura. Græcis autem dicebantur hi* Νυμφόληπτοι, *tamquam ex adipeſtu Nympha alicuius territi, quam in aquis vidiſſent; quòd primam ab aquis abhorrentes, paulopoſt furere inciperent.*

39. & hydrophobos.] *Eos nimirum,* quos aquæ (*vti ſequitur*) formidine exercuerunt. *Similiter ancem 8. Hier. epiſt. 83. ad Oceanum: Regula* (inquit) *& ſerpentes poſtquam ad aquas venerint,* ὑδροφοβέας *&* Lymphaticos *faciunt. Qua B. Iſidorus ad verbum tranſcripſit Etym. lib. 12. cap. 3. & alibi iiſdem nominibus nuncupat, quæ à cane rabido morſi aquam metuunt atque adeò aquæ marinæ immerſi ſanari ſolent. Quod haud dubiè habet ex Plinio lib. 29. cap. 6. vbi etiam aliud remedium indicans: Eſt limus* (inquit) *ſaluæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu ſiccis hydrophobos non patitur. Multo tamen vtiliſſimè iecur eius, quis rabiem nomordeat, datur ſi poſtea ſiccis crudum, mandendum; ſi minus, quo quemlibet cocium, aut ius cocti carnibus.*

40. qui valetudinem quetebantur.] Valetudinem *appellat, quam ſuprà Tom. 1. lib. aduerſ. Iudæos cap. 13.* inualetudinem; *quippè quæ illa etiam in malam partem attipiatur. Deinde queri cum Acciuſatiuo uſitatum eſt etiam Ciceroni lib. de Amicit. & epiſt. ad Atticum libro 5. epiſt. 65. ac Cæſar lib. 1. de bello Gall. Quemadmodum & mederi cum Accuſatiuo Terentio in Phorm. vt non miretur quis illud Auctorem iuxta electionem Gagnæi, qui primus hunc librum edidit:* nunc ſpiritum medentur, *quæ adeo magis platet quàm ea quam ſubſtituit Genebrius:* ſpiritui.

41. Exempto ſcilicet reatu, eximitur & pœna.] *Facit hic locus contra eos, qui contuppoſitionem poſt baptiſmum audent peccatum dicere, quippè quum* reatum exemptum *dicat. Pœnam autem, quam eximi quoque dixit, æternam intelligi; nam mors & diuæ pœnæ peccati originalis temporales manent in baptizato.*

42. Ita reſtituetur homo Deo ad ſimilitudinem eius qui retrò ad imaginem Dei fuerat, &c.] *Facit ad hunc locum intelligi quod habet Origenes l. 3. Periar. c. 6. Moſes* (inquit) *ante omnes primam hominis conditionem enarrans,* inquit: *Et dixit Deus,* Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem *noſtram. tunc deinde addit:* Et fecit Deus hominem ad Dei imaginem. *Hoc ergo quod dixit:* Ad imaginem Dei fecit eum, *& de ſimilitudine tacuit; non aliud indicat, niſi quòd imaginis dignitatem in prima conditione præceperit: ſimilitudinis verò perfectionem conſummationi ſeruat ait. Scilicet vt ipſe ſibi propriæ induſtriæ ſtudijs ex Deo imitatione conſeſceret; quum poſſibilitatem ſibi perfectionis dumtaxat datam, per* imaginis *dignitatem, in fine demum, per operum expletionem perfectam ſibi ipſi* ſimilitudinem *conſummaret. Id enim eſt quod addit Auctor,* Imago in effigie, ſimilitudo in æternitate cenſetur. *Et infrà quoque libro de Reſurrectione carn. capite 6. legit dumtaxat:* Et fecit hominem Deus; id vtique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum.

43. Recipit enim illum Dei ſpiritum, quem tunc de adflatu eius acceperat, &c.] *Senſum iſte illum Gen. 2. Et flauit Deus flatum vitæ in faciem hominis; quem ſequitur etiam Cyrillus in hunc locum ſcribens: Allegoricum potius eſt quàm litterale, vt D. Thoma Aquinate teſte l. aduerſus errorem Græcor. c. 27. immò eundem deridet D. Auguſt. lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 24. Quare ipſe quoque verum & germanum ſenſum indicant de ſpiritu vitæ, id eſt ipſa anima, tum ſuprà lib. de Pœnit. cap. 3. quum dicit* animam adflatu Dei conſummatam, *tum latiùs infrà libro de Anima vbi de eadem. Hic adiungam dumtaxat ex B. Auguſt. lib. de Hæreſ. quod Philaſtrius multas hæreſes recenſuerit, quæ hæreſes non ſunt; inter quas refert Sixtus Senenſis B. bl. Sanctæ lib. 5. admot. 27. collocat eam, quæ (non erroneè, ſed rectè) ſpiraculum vitæ ſuprà dictum de anima rationali interpretatur cum BB. Chryſoſtomo Auguſtino, & ipſo, vti iam dictum eſt, Tertulliano.*

CAP. VI.

44. Non quòd in aquis ſpiritum ſanctum conſequamur, &c.] *Huic capitis titulum damus:* Quòd ad maiora donа Spiritus ſancti per baptiſmum præparemur. *Atqui quamquam hic crede loquatur Auctor, tertiò mentem ſuam indicat infrà cap. 10. quum baptiſmum Ioannis à baptiſmo Chriſti diſtinguit, quod ille neque remiſſionem peccatorum, neque* Spiritum ſanctum daret; *agnoſcat ergo in baptiſmo* Spiritum ſanctum dati, *non ibi modò, ſed & apertius alibi, vbi baptiſmum dicit eſſe confectionem Spiritus ſancti. Reliquis enim conſtaret illud Chriſti, Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. Verum hic loquitur more ipſo ſcripturarum, ſecundum quem legitur Act. 8. de Petro & Ioanne in Samaritanis miſſis: Qui quum veniſſent, orauerunt pro ipſis vt acciperent* Spiritū ſanctum. *Nondum enim in quemquam illorum venerat; ſed baptizati cancium erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Eò enim hauddubiè adludit auctor infrà initio cap. 8. vbi de ſacramento agit Confirmationis, ſeu Manuſimpoſitionis, quum dicit:* Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum ſanctum. *Et ſimiliter loquuntur quotquot de baptiſmi cæremonijs ſcribunt; vocantes Manuſimpoſitionem ſeu Vnctionem chriſmatis Epiſcopalem, perfectionem baptiſmi, quæque perfitiendi vim habeat, & Spiritum ſanctum pleue conferat; de quo infrà latius. Hic ſufficiat Patrum ſententiæ explicatio, quam habet Hrabanus noſter l. 1. de Inſtit. cler. c. 30. Signatur* (inquit) *baptizatus cum chriſmate per ſacerdotem in capitis ſummitate, per Pontificem verò in frontis vel priori vnctione ſignificetur* Spiritus ſancti *deſcenſio ad habitationem Deo conſecrandam (hoc eſt enim quod hic dicit Auctor:* Spiritus ſancto præparamur ablutione delictorum) *in ſecunda quoque, vt eiuſdem* Spiritus ſancti *ſeptiformi gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & virtutis veniat in hominem declaretur. Nec mirum (addit ibidem) ſi homo bis eodem chriſmate ad accipiendum* Spiritum ſanctum *vngiatur, quum idem* ſpiritus *bis ſit ipſis Apoſtolis datus. Iu terra ſemel, quando poſt reſurrectionem ſuam Dominus inſufflauit in eos, & dixit: Accipite* Spiritum ſanctum, &c. *Et de cœlo ſemel, quando poſt aſcenſionem Domini in die Pentecoſtes in linguis igneis ſuper Apoſtolos venit, & omnium gentium linguis eis loqui conceſſit. Et poſtea: Quod autem gratia* Spiritus ſancti *aquas baptiſmi ſecundans illuſtret, inſinuat Ioannes, quum ipſum Dominum in* Spiritu ſancto *baptizare teſtatus eſt, dicens: Hic eſt qui baptizat in* Spiritu ſancto. *Numquam enim aqua baptiſmatis filios lucis generare poſſet, niſi prim ipſa dono* Spiritus ſancti *illuminata eſſet, vt in ipſa mirabiliter partum ſpiritalis lucis efficeret idem* ſpiritus, *qui in primordio ſimul cum Patre & Filio illum purgationi aptum creauit. Si quis plura deſideret, latiſſimè proſequitur B. Hieron. libro aduerſus Luciferianos,* Baptiſmum ſine Spiritu ſancto non eſſe. *Quò pertinet etiam illud B. Cypriani epiſt. 2. ad Donatum: Cœlum* ſpiritu *hauſto reparat ſecunda natiuitas; & epiſt. 63. ad Cæcilium: Per baptiſmum* Spiritum ſanctum *accipitur. Et tamen idem epiſt. ad Ianuarium 70. ita loquitur: Vnde neceſſe eſt qui baptizatus ſit, vt habeat in ſe gratiam Dei poſſit. Quod hauddubiè de maiori gratia debet intelligi. Conferur itaque, vt tandem concludam in baptiſmo* Spiritum ſanctus *ad peccatorum remiſſionē, & in confirmatione ad robur fidei. Huc pertinet etiam illud Melchiadis epiſtola ad Epiſc. Hiſpan., vbi dicit* Spiritum

sa nctum *in baptismo tribui ad innocentiam, in Confirmatione verò ad gratiæ argumentum. Porrò legimus omnino cum Gagneo:* Spiritui sancto præparamur, *pro:* Spiritu, *eo quod sequatur:* superueniente spiritu sancto vias diriget.

45. obsignata in Patre & Filio & Spiritu sancto.] *Istud pertinet ad* interrogationes *&* recitationes Symboli quæ fiuntante baptismum, *de quibus aliquid supra diximus n. 1. & Adnotat. in Cyprian. loco ibi citato. Hic adde, videri mihi desumpcum hanc ceremoniam ex illa 1. Petri 3. Quod & vos nunc similis forma saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed, bonæ conscientiæ* interrogatio *in Deum. Hinc est & illud Cyrilli Hierosolymitani Catheq. 1. mystag. Tum admonebaris vt diceres, Credo in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, de quo vide Optat. lib. 3. & Formilianum inter Epist. Cyprianæ epist. 75. Cæcilium, Concil. Carthag. Cyprianc, Rufinum in Expositionem Symboli, & Originem homil. 5. in Numeros.*

46. & testatio fidei & sponsio salutis pignorentur.] *Sic omnino lege, pro:* pignerentur. *Huc autem pertinent phrases hæ Tertulliani supra Tom. 2. libro de Spectac. capite 4.* Quum aquam ingressi Christianam fidem in legis fœdere professemur; *& lib. de Coron. milit. cap. 11.* Credimusne humanum sacramentum divino superduci licere, & in alium Dominum respondere post Christum? *& illud eiusdem lib. de Spect. c. 24.* Nonne ieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? *Deinde etiam alij similes loci, vbi de sacramente seu iuramento (quod hic testationē & sponsionem vocat) agit, quod in baptismo præstatur. Sic l. ad Martyr. c. 3.* quum (*inquit*) in sacramenti verba respondimus. *Item hoc Tom. 3. l. de Præscript. adu. hær. c. 20.* ciusdem sacramenti vna traditio; *& infra Scorpiaco adu. Gnosticos:* Præscribitur mihi ne quem alium Deum dicam huic sacramento militans ab hostibus prouocem *& mox:* Quis hunc suo militi exitum voluit, nisi qui tali cum sacramento consignauit; *vbi habes etiam* consignationis *vocem, pro eo quod hic* obsignatam. *Nec verò absimiliter B. Hieron ad Helvodorum: Recordare tyrocinij tui diem, quo Christo in baptismate consepultus in* sacramenti verba iurasti.

47. necessariò adjicitur Ecclesiæ mentio.] *Istud ipsum habent BB. Cyrian. epist. 70. supra citata ad Januarium, & 76 ad Magnum, Cyrill. Hieros. Cathech. 18. mystag. Hieronym. contra Luciferr. Augustin. lib. 5. contra Donatistas c. 20. ac homil. ad Neophytos. Quamquam enim nonnihil differant in forma huius interrogationis, ab omnibus* certè adjicitur Ecclesiæ mentio. *Apud BB. Cyprianum & Augustt. legitur illa: Credis in remissionem peccatorum & vitam æternam* per sanctam Ecclesiam. *Apud Hieron. Credis* sanctam Ecclesiam, *credis remissionem peccatorum. Cyrillus sic: Credo in vnum baptisma, in remissionem peccatorum, &* in vnam sanctam Ecclesiam Catholicam. *Rufinus:* Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, *remissionem peccatorum. Et hunc satis consentit Hrabanus noster libro 1. de Institt. eler. c. 24. Et exquisitur* (*inquit*) *siconfiteatur* vnam esse Catholicam Ecclesiam, *&:* *si credat remissionem peccatorum. In Ordine Romano (vti etiammum recitatur integrum Symbolum post trinam interrogationem, quarum vltima est: Credis in Spiritum sanctum,* sanctam Ecclesiam Catholicam, *sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam? quam eandem reperire est in Sacramentario B. Greg. Quæ omnia ex latius, vt supplemus hucquod desideratur supra l. de Præscript. aduersh. hær. c. 13. in Expositione Symboli. Apostolici. Eodem pertines quod infra habet Auctor cap. 11. de Christo:* In quem enim tingueret? In pœnitentiam. quò ergo illi præcurserome? In peccatorum remissionem, quam verbo dabat? In semetipsum, quem humiliatæ exaltabat? In Spiritum sanctum, qui nondum à Patre descendetat? In Ecclesiam, quam nondum Apostoli structuerant?

Cap. vii.

48. Exinde egressi de lauacro peruenguimur, &c.] *Inscriptionem hanc capes dedimus:* Quòd post baptismum Chrismate perunguatur baptizatus. *Cuius similes sunt loci Tertulliani infrà lib. de Resurr. carn. cap. 8.* Sed & caro abluitur, vt anima emaculetur, carovngitur, vt anima consecretur. *& lib. 1. adu. Marc.* Sed ille quidem nec aquam reprobauit qua suos abluit, nec oleum quo suos vngit. *Meminerunt præterea hunc vnctionis post baptismum (quam in vertice capitis per sacerdotem fieri supra diximus, num. 44.) BB. Dionys. Areop. Eccl. Hierarch. c. 2. & 3. Cyrill. Hierosol. Catech. mystag. 3. Basilius l. de Spiritu sancto, c. 27. Theophyl. ad Autolycum lib. 1. Iustinus Martyr quæst. 137. Nazianzenus Orat. in sanctum Baptisma, Damascenus Orthod. fid. lib. 4. cap. 10. & Severus Alexandr. in ritibus baptismi, Auctores Græci. Nec absimiliter Latini BB. Cyprianus sermone de vnctione Christm. Ambrosl. 2. de Sacram. cap. 5. & l. de is qui mysterijs initiantur, cap. 6. Augustin. lib. 15. de Trinit. cap. 26. & li. 4. de Symbolo c. 1. & Damasus in Siluestro, Concil. Arausic. c. 1.* Adludit etiam *B. Hieron. Epist. 4. ad Rusticum sub finem, ac Laurentius homil. de Pœnitent. Optatus denique Mileuitanus distinctissimè indicat inter hanc vnctionem, & eam quæ postea fit per Manus impositionem lib. 4. adu. Parmen. dum ad Priorem hanc vnctionem refert descensum columbæ in Christum, ad Manus impositionem verò vocē auditum de cœlo: Hic est filius meus dilectus. Quam distinctionem plerique non animaduertentes etiam viri eruditi (sicuti & nos in Cypr. Epist. ad Iuuen. nu. 16.) Veterum confundunt testimonia tanquam de vna, quam lequuntur de tribus vnctionibus diuersis; prima ante baptismum oleo, quod Catechumenorum vocant, in pectore & scapulis: secunda post baptismum chrismate per sacerdotem in vertice capitis (de quibus supra n. 1.) & tertia quæ sit in sacramento Confirmationis in fronte per Episcopos, (de qua latius cap. sequente) Laodicenſis Concilij can. 48. ad verramque vnctionem chrismatis post baptismum est indifferentia; & Cyrill. Alexandr. l. 9. in Leuticum. Neq; verò quæ hæreticis etiam opibus fauorem vngue bant baptizatum, propterea in Catholicis id improbandum pulchrè deducit Feu-ardentius noster in B. Irenæum l. 1. c. 18. n. 7.*

49. de pristina, &c.] *Hunc locum penè ad verbum sic describit Hrabanus noster loco supracitato: Et hoc de pristina disciplina (sic enim ibi lege, pro: vnitione) tractum est exemplum,* qua vngui in sacerdotium *& regnum* solebant *antiqui.* Vnde & Aaron *& filij eius post lauacrum à* Moyse vncti sunt, *vt sacerdotes Domini essent. Et Salomon & ceteri Reges per Prophetas & sacerdotes perfusi sunt* cornu olei, *vt regni gubernacula tenerent. Exquo loco etiam hic legimus:* in sacerdotium, *pro:* sacerdotio.

50. Vnde Christus dicitur, &c.] *Similiter de Christianismo lib. 3. adu. Marc, & l. adu. Praxean infrà, vbi de voluetius.*

51. à chrismate.] *De* Chrismate, *sine oleo in altari sanctificato, quo post baptismum vngunntur fideles, adnotauimus Veterum testimonia ad epist. 70. B. Cypreani ad Januarium, nu. 17. Quibus adde B. Cyrilli Alexandrini lib. 9. in Leuticum, Cyrill. Hierosol. Catech. mystag. 3. Pacianum l. de bapt. & epist. 1. ad Sympron. Amphiloch. in vita Basilij, Optat. Mileuit. contra Parmen. libro 3. Eiusautem consecrationem solis Episcopis licitam definuunt Concil. Rom. sub B. Syluestro capite 5. Carthag. 3. cap. 36. Carthag. 4. capite 36. Toletan. 1. capite 20.* Plura vide de Chrismate *apud B. Isidorum lib. 2. de Eccles. offic. cap. 25. & Hrabanum noſtrum libro 1. de Inst. cleric. dicto 27. cap. Hoc vnum addam, quòd Episcopi Consecrationem* Chrismatis *istam adtribuunt BB. Dionys. Areopag. Eccl. Hier. c. 4. & Clemens Papa 1. Constit. Apost lib. 7. vbi eandem pluribus prosequuntur.*

52. Collecti sunt enim verè, &c.] *Sic prorsus castigandus hic locus, pro eo quod erat:* enimuerò. *nam Græce legitur Ἀλλ᾽ ἀ συνήχθησαν γὰρ ἐν ἀληθείᾳ, paraphrastice autem translulit:* filium tuum *pro eo quod Græce est* παιδάριόν, *id est puerum tuum, sicut translulit noster interpres; qui etiam recte addit* Iesum *quod in Græco & Syriaco exemplaribus legatur.*

53. Sic & in nobis carnaliter, &c.] *Etsam istud penè ad verbum transcripsit Hrabanus vbi supra: Quod (inquit)* dum carnaliter fit, spiritaliter proficit, quomodo & ipsius *(sic enim lego)* baptismi gratia visibilis actus est, quòd in aqua mergimur, sed spiritalis effectus, quòd à dilectis mundamur. *Simile est autem illud B. Cyrilli Hierosol. Ceterum vide*

vise (inquit) ne illud esse putes unguentum tantum. Quemadmodum enim panis Eucharistia post sanctis spiritus invocationem non amplius est panis communis, sed est corpus Christi, sic & sanctum hoc unguentum (quod paulauante Chrisma nuncupauit) non amplius est nudum unguentum, neque (si quis ita appellare malit) commune, postquam iam consecratum est, sed est charisma Christi, quod aduentu spiritus sancti per ipsius diuinitatem energiam habet. Nec absimiliter B. Cyprian. serm. de unctione chrismatis, & alij sacramentis. Non hæc medendis corporibus est unctio inditia, quia sanctificatis elementis, iam non prophanatur prabet effectum, sed virtus diuina potentius operatur, & adest veritas ipsa, & spiritus sacramento, &c. ne prolixiores simus.

Cap. viii.

34. Debinc manus imponitur, per benedictionem adiuocans & inuitans Spiritum sanctum, &c.] *Caput hoc inscriptum:* De manusimpositionis sacramento. *Quod essi pro veteri Ecclesiæ more ita nuncupet, tamen etiam cum unctione olei fieri solere satis indicat comparatio, quam subiungit Spiritus sancti, & columbæ is arcam Noe cum olea reuersa. Immo & diserte ex verbis supra Tom. 2. l. ad Martyras, de Christo, c. 3. qui vos (inquit) spiritu vnxit; cum quo conuenit illud l. de Præscript. adu. hær. c. 36. aqua signat, Spiritus sancto vestit. Item ad confignationem in fronte, qua fit in hoc sacramento, adludit eusdem lib. cap. 40. Signat illicin frontibus milites suos. Quæ quem effectum habeant, hic verbis indicat infrà lib. de Resurr. carn. cap. 8. Caro signatur, vt & anima muniatur, caro manusimpositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur. Quæ omnia in hoc sacramento vsitata fuisse tam à tempore Apostolorum, quàm eos vestitus & B. Dionys. Areopag. Quis imprimis Eccles. Hierarch. cap. 2. postquam vnctionis meminisset duplicis ante & statim post baptismum, postea subiungit: Sicque indutum candida veste ad* Pontificem *ducunt.* Ille diuino ac deifico prorsus vnguento virtus signat. *Deinde c. 4. eiusdem: Est (inquit) synaxis finistimum* Sacramentum, *quod præceptores nostri* vnguenti mysterium *nominant; etiam modum consecrationis late dedutens, & inter cetera adiungens: quòd hoc* diuinum vnguentum *in cuius hac consecratione adhibetur, & paulò post: Quinetiam ei qui sanctissimæ regenerationis mysterio initiatur, diuini spiritus aduentum consumens, vnguenti datur profusio. Quid? quod Ebrahanus vbi supra de hoc sacramento interpretatur illud B. Ioannis Apostoli: Vos (inquit) vnctionem habetis à Spiritu sancto vtem illud Apostoli 2. Cor. 1. Qui vnxit nos Deus, qui & confignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Cui similè videtur etiam illud ad Ephes. 1. In quo credentes signati estis, spiritu promissionis sancto. Pluribus Veterum testimonijs, superfedeo, remittens Lectorem ad Athanas. nostrum in B. Cyprian. epist. 72. ad Stephanum Papam n. 4. ac 73. ad Iubaianum n. 74. item ad ea quæ supra diximus lib. de Præscript. adu. hær. c. 40. n. 243. vbi comprobatum sacramentum esse, & huius libri c. 6. n. 44. vbi quid à baptismo differat diximus. Hic adijciemus duntaxat, quod tribum verbis indicauimus ad epist. 70. Cyprian. n. 16. quòd etiam necessarium sit hoc sacramentum. Id autem imprimis vel ex eo constat, quod non modò præditio verbis Dionys. Areopag. perfici dicat hoc vnguento baptismi sacramentum, (quo genere loquendi vtitur etiam Concil. Eliber. c. 38. Aurel. cap. 3. inuit. a quod à Gratiano citatur de consecr. dist. 5. c. vt iejunia. Item Clemens 1. epist. 3. Fabianus epist. 2. Melchiades & Vrbanus Papa Romani locis infrà citatis.) Quod item & supra cap. 6. & hic Auctor satis indicat, hic primum plenitudinem conferri Spiritus sancti ad roburfidei, qualiter etiam loquitur B. Cyprianus dicta epist. ad Iubaianum. Quod nunc quoque (inquit) apud nos geritur, vt quiin Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem & manusimpositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo diuino consumentur; & B. Hieronym. aduers. Luciferi. Quòd sihoc loco quæras, quare in Ecclesia baptizatur nisi per manum Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem nos adsermum in vero baptismate tribui; disce hanc obseruationem ex ea auctoritate descendere, quòd post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos discendit. Aperiùs autem* B. Cyprianus *epist. 70. ad Januar. Vnde quoque necesse est eum qui baptizatus sit, vt accepto Chrismate, id est vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. & Concil. Laodic. cap. 48. Oportet baptizatos post baptismus sacratissimum Chrisma percipere, & regni cælestis participes fieri, & Canon B. Prbani Papæ: Omnes fideles per manusimpositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur. Et hic antiquior B. Pacianus, serm. de baptis. Et ac autem compleri alias nequeunt, nisi lauacris & chrismate & Antispitis sacramento. Lauacro enim peccata purgantur, chrismate Spiritus sanctus superfunditur, vtraque vero sit mana & ore Antistitis impetramus. Item Melchiades Papa epist. ad Epist. Hispaniæ: Ita consuetudo sanct hæc duo sacramenta, vt ab inuicem nisi morte præueniente, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero rite perfici non potest, nam vnum præueniente morte saluare sine altero potest, aliud autem non potest. Denique omnium horum antiquissimus B. Clemens Papa 1. Omnibus fest inandum est sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo id est septiformem gratiam Spiritsancti percipere: quia aliter perfectus Christianus esse non poterit, si non necessitate, sed iniuria vel voluntate fit remanens. Quod à B. Petro accipimus, & ceteri Apostoli docuerùt. Qui etiam Apost. Constit. l. 3. c. 1. 16. vnguentum istud sacrum vocat* βεβαιωτὴν τῆς ἐξομολογήσεως, *id est confirmationem confessionis fidei. Quod nomen etiam in hodiernum diem huic sacramento adscribitur, quòd confirmetur baptizatus in fide. Sed hæc sufficiant dummodò adijciamus etiam formam, qualis hodie vtimur, huius sacramenti, indicari à B. Ambrosio l. de iis qui myster. instantur, c. 7. Signauit (inquit) te Deus pater, confirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus Spiritus in cordibus tuis. Hoc etiam à diecilo, quod tum ex locis citatis de Christmate suprà numero 51. & aliis hic adductis, nominatim B. Hieronym. patet ordinarie non nisi ab Episcopis conferri hoc sacramentum, cui consentiunt BB. Pontifices Eusseb. epist. 3. Damas. epist. 4. Innoc. 1. epist. 1. & Leo 1. epist. 88.*

35. sublimitatem modulati spiritalem.] *Simili phrasi dixit suprà Auctor cap. 3.* modulatricibus quodámodò aquis: *& quod magis ad instit utum hoc pertinet, Tom. 2. lib. de Orat cap.* 11. Nos verò non adtollimus tantùm manus, sed etiam expandimus, dominica passione modulantes, *Metaphora deducta à cantitis ad alterum similitudinem* modulatis. *Ac si dicat, Dominicam passionem expansione manuum imitantes; quod hic paulopost dixit:* Christum deformantes.

36. quo nepotes suos, &c. Iacob capitibus impositis. & intermutatis manibus benedixerit, &c.] *Pulchrè Auctor hanc benedictionem* Iacob, qua nepotes suos ex Iosepho Ephrem & Manasem benedixit, *Gen. 28. figurani fuisse indicat huius sacramenti* manus impositionis, *in qua* & manus imponuntur, & benedictio in Christum *datur, per confignationem nempè crucis, quæ ibi significabatur* intermutatis manibus *in formam crucis. Cus similiter infrà Tom. 5. Nonatius lib. de Trinit. Iacob transfuerfis super capita puerorum manibus collatis, Deus, inquit, &c. Quod adeo etiam confirmat sententiam Catholicorum, qui omnem benedictionem tum Beato Augustino tradunt per signum crucis fieri, vti iam nuper adnotauimus in Beati Cypriani epistola 63. ad Cæcilium numero 39. & suprà etiam adtigimus Tomo secundo libro de Corona militis, capite 3. numero 40. & suprà hoc libro numero 1. vbi de crucis signo inter baptismi ceremonias agimus, quò pertinet id etiam quod sequitur.*

37. Tunc ille sanctissimus spiritus, &c.] *Etiam hæc verba transcripsit loco suprà citato Ebrahanus noster:* Tunc *(inquit)* ipse Spiritus sanctus post (*seu potius*, super) mundata & benedicta (*nota benedictionem post baptismā*) corpora, *atque animas*, libens à patre descendi. *Quibus præterea hic addit Auctor:*

38. super baptismi aquas tamquam pristinam sedem recognoscens conquiescit, columbæ figura delapsus in Dominum, &c.] *Similiter ferè B. Cyrillus Hierosolymitanus*

Catechesi 3. mystagogica: Vt Christus (inquit) postquàm in Iordane baptizatus est, ascendit de aquis, & factus est super eum substan tialis aduentus Spiritus simili, similis super similem ascendentes, sic etiam nobis, postquam ex sacro fonte ascendimus, datum est Chrisma, *quod in imaginem gerat illius, qui unctus est Christus. Vbi etiam plures de hoc sacramento Prophetias praefuisse tradit in veteri Testamento, Leuit. 8. 3. Regum. 1. & praedictionem eiusdem Isaiae 25. quam dicitur: Et vnguentur vnguento. quod postremum etiam sic interpretantur Beatus Cyrillus Alexandrinus in Commentar. & Theophanes Nicen. Epis. pro l. de Symphonia veteris & noui Testamenti. Verùm hoc magis pertinet ad ea quae suprà diximus numero 54. Propius huc accedit B. Hyeronymus aduersus Luciferianos, & apertius adhuc 2. Optatus Milleuitanus contra Parmen. libro 4. Descendit (inquit) Christus in aquam, non quia erat quod in Deo mundaretur, sed venturum oleum aquis debuit antecedere, ad mysteria initianda & ordinanda & implenda baptismatis. Apertum est caelum Deo Patre vngente, spiritale oleum descendit in imagine columbae, & insedit capiti eius, & perfudit eum. Cui nec impositis manus defuisse videretur, vox audita est Dei de nube dicentis: Hic est filius meus de quo benè sensi. Porrò de columbae figura latius infrà libro de Carne Christi.*

59. quòd etiam corporaliter felle ipso careat, &c.] *Similiter B. Isidorus Etymol. l. 12. capite 7. Columbae anes mansuetae, & in hominum multitudine conuersantes, ac sine felle.*

60. Quemadmodum enim post aquas diluuij, &c.] *B. Hieronym. hunc locum imitatus epistol. 83. ad Oceanum: Peccat (inquit) mundus, & sine aquarum* diluuio *non purgatur. Statimque* columba spiritus sancti, *expulso aere terrimo, ita ad Noe, quasi ad Christum in Iordane deuolat, & ramo refectionis ac luminis (* oleae *nempe) pacem mundo adnunciat. Immo integram quam hic habet comparationem Auctor, paucis ille repetens Dialog. aduersus Luciferianos. Emittitur (inquit) de arca coruus, & non redijt & postea pacem terrae columba nuntiat: Ita & in baptismate Ecclesiae, terrimo aere expulso, id diabolo, pacem terrae nostrae columba Spiritus sancti nuntiat.*

61. Vbi Ecclesia est arca figurata.] *Idipsum latius exprefsit ibidem B. Hieronym. A xxx. (inquit) cubitis incipiens, & vsq; ad vnum cubitum paulatim decrescens arca construitur. Similiter & Ecclesia multis gradibus consistens, ad extremum Diaconis, Presbyteris, Episcopisque finitur. Perfectissima est arca in diluuio: perfectissima Ecclesia in mundo. Dees me deficiet, si omnia arcae sacramenta cum Ecclesia componens edisseram. Porrò de bapt. ignis in iudicio, latius infrà c. 10.*

Cap. ix.

62. Quot igitur patrocinia naturae, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* De aliis multis aquae priuilegijs. *Similiter autem laudes aquae prosequitur B. Hieronym. verbis mox citandis dicta epistol. ad Oceanum. Quibus addit praeterea aquae priuilegia ex scripturis & Psalm. 73. Gen. 21. 24. 26. & 29. Exod. 2. Item* praedictiones, *Cantic. 6. Mich. 7. Ezechiel. 36. Isai. 41.*

63. Primò quidem quum populus de Aegypto, &c.] *Idem paucioribus paulò verbis transcripsit D. Hieron. Pharao (inquit) cum exercitu suo, nolens populum Dei exire de Aegypto, in typo baptismatis sustinetur.*

64. Item aqua de amaritudinis vitio, &c.] *Etiam hoc imitatus B. Hieronym. Mara (inquit) mutatur sacramento crucis; hoc enim est quod hic dicit Auctor:* ligno remediatur.

65. Haec est aqua quae de comite petra populo defluebat; &c.] *Paraphrastice: hoc commemorat ex scripturis, partim Exod. 17. & Numero 20. maximè verò 1. Corinth. 10. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra; quod hic dicit:* comite petra. Petra autem erat Christus. *Quum autem & Graece & Latine addatur apud Apostolum, spiritali, facilior est usus loci, aliquis difficilis, intellectus, vt fuerit Prophetia non modo baptismis, sicuti hic apud Auctorem & apud Beatum Augustinum Sermone 93. sed etiam potius sanguinis Christi in nouo Testamento, quemadmodum interpretatur B. Augustinus Sermone 108. de tempore, qui etiam vtrumque intellectum subindicarlib. 4. quaest. super Numer. cap. 35.*

66. Siquidem & ipse aqua tinguitur.] *Id pluribus expressit B. Hieronymus Ipse saluator (inquit) post baptisma & sanctificatus suo baptizato Iordane aquas, regnum caelorum incipit praedicare.*

67. Prima rudimenta, &c. *Paucioribus illud B. Hier. Primum signum ex aquis facit.*

68. sitientes ad aquam suam, &c.] *Sic & B. Hieron. Sitientes vocatur ad potum.*

69. aquae calicem fratri porrigamus, &c.] *Omninò sic legendum, pro:* patri. *Nam nulla mentio patris Matth. 10. sed legitur & Graece, Latinè, & Syriacè: Quicumque dederit potum vni ex paruulis seu minimis istis* calicem aquae.

70. Apud puteum vires resumit.] *Eodem pertinet quod habet ex eodem capite 4. Ioannis Hieronymus: Samaritanus vocatur ad puteum. Peculiariter autem citatur ab Auctore illud Matth. 24.* super aquam incedit libenter, & transfretat. *Deinde, vbi discentes more suo accipit pro discipulos: illud Ioann. 13.* aquam discentibus ministrat. *Denique quod addit de aqua & Pilati manibus.*

71. quum vulneratur, &c.] *Istud rursum sic repetit Hieronym. Quia ab* aquis *ceperat, finiuit ab* aquis. *Latus Christi percutitur lancea; & baptisma atque martyrij pariter sacramenta funduntur.*

Cap. x.

72. Diximus quantum mediocritati nostrae, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quid differat Ioannis baptismus à baptismo Christi. *In hoc nempe quòd hic det spiritum sanctum, & remissionem delictorum, ille verò dumtaxat fuerit candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsecuturae, vt pote* baptismus poenitentiae in futuram peccatorum remissionem. *Cui similia habet vbi suprà B. Hieronymus, & Dial. aduersus Luciferian. ipsdem Auctoris verbis: Ioannis baptisma non tam peccata dimisit, quàm* baptisma poenitentiae fuit in peccatorum remissionem, id est, in futuram remissionem, quae esset postea per sanctificationem Christi subsecutura, &c. *ne prolixiores simus. Eadem videre est apud BB. Ambrosium lib. 2. super Luc. cap. 48. & in Psalm. 37. Chrysostom. homil. 11. in Matth. Augustinum lib. 5. de baptismo, capite 10. Hilarium in Matth. Canon. 2. Quid? quòd ipse Apostolus Paulus Act. 19. Sic Ioannes (inquit) baptizauit baptismo poenitentiae in eum qui venturus est: Quae omnia adnotanda contra Caluinum, Institut. c. 17.*

73. Baptismus ab Ioanne denuntiatus, iam tunc habuit quaestionem, &c.] *Latius hanc scripturam Matth. 21. tractat Auctor infrà l. 4. aduersus Marcionem, quò ad intellectum huius loci Lectorem remittimus.*

74. vt potenon intelligêtes, quia nec credentes.] *Allusit ad illud Isai. 7. iuxta edit. 70. Nisi crediderit is, non intelliget; nec tandum contra nostri temporis Aristarchos, qui intellectu volunt omnia metiri. Quò pertinet etiam titulus cap. 5. libro 1. aduersus Iud. B. Cyprian. vbi & hanc scripturam ita citat: Nihil posse Iudaeos intelligere de scripturis, nisi prius in Christum crediderint. Item titulus l. 3. c. 42. tantùm nos posse quantum crediderimus. Quem admodum autem hic dicit:* quantula fide sumus, *similiter etiam infrà capite 20.* Sed Dominus quantulum aestimo.

75. poenitentiae scilicet praepositus, quae est in hominis potestate.] *Facit hoc ad adstruendum Libera arbitrij, de quo latius infrà libro 2. aduersus Marcion. Aduersus (inquam) à gratia Dei.*

76. denique Legis doctores, &c. nec poenitentiam egere, &c.] *Ita lege ex castigatione Dn. Latinij & Hartuig, pro* ea quod erat: agere; *nam & infrà cap. 12. etiam in praeterito de ipsdem dicit:* tincti non sunt, sed aemuli fidei Legis doctores & Pharisaei.

77. Sed neque peccatum dimitti, &c.] *Alludit ad Marc.* Quis potest peccata admittere nisi solus Deus?

78. Adeò

78. A deò posteà in Actis Apostolorum, &c.] *Ad eundem fere modum B. Hier. Sapedicta epist. ad Oceanum.* Qui Ioannis acceperant baptisma, quia Spiritum sanctũ nesciebant, *iterum baptizantur, ne quis putaret Gentibus ac Iudæis aquas sine Spiritu sancto ad salutem posse sufficere. Quibus cumeraceas admotas sit, quæ Gentilibus & Iudæis salutem insua fide adscribere non verentur.*

79. quum ipsum quod cœleste in Ioanne fuerat spiritus Prophetiæ, &c. defecerit, &c.] *Facit huc locus, quemadmodum etiam ibi monuimus, num. 56. ad intellectum eius quod legitur cap. 8. lib. de Præscript. aduersus hæreticos:* quum etiam Ioannes, de illo certus, esse desisset. *Ita enim interpretatur illum suscitationem B. Ioannis Baptistæ Matth. 11. per discipulos suos: Tu quis es? ac si rerum ignarosset, & ibi, & hic, & infrà quoque libro 4. aduersus Marcion. Eodem videntur accedere B. Hieronym. in Matthæum, & post eum Bedam Luc. capite 7. ac B. Gregorium Papam, homil. 6. & homil. 1. in 6. Ezechielem. Verùm Chrysostomus homilia 38. in Matth. & post eum Theophylactus & Oecumenius, sine secundum quosdam Euthymius, eam opinionem oppugnant.*

80. baptismum pœnitentiæ in remissionem delictorum, &c.] *Alludit ad illud Marc. 1. & Luc. 3. prædicani baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum; in futuram (inquit) remissionem vti latius suprà nu. 72.*

81. qui de supernis venit. &c.] *Suprà lib. de Orat. capite 1. legit:* qui de cœlis. *Verumque habetur Ioann. 3. illud prioribus eis Græco ad verbum: ὁ ἄνωθεν, hoc est superioris, præterquam quòd & latinè legatur singulari numero:* in cœlo.

82. Item sola sit pœnitentia tinguere, &c.] *Paraphrastes sic illud extat. Nam Luc. 3. non aliud legitur, quàm:* ego quidem baptizo vos aqua. *Legimus autem more Tertullianico:* tinguere, *& mox:* tingueret, *ac tinguitur, & sic vbique hoc libro, tum antea tum posteà, quod semel dixisse sufficiat.* Tinctionem autem *in ingri, interpretatur, de igni in extremo iudicio, non hic modò, sed etiam suprà cap. 8.* Sed mundus (*inquiris*) rursus deliquit, quo malè conparetur baptismus diluuio. Itaque igni destinatur. *Quæres etiam peregrinè legere:* Simulata autem & infirma igni tinguitur in iudicium. *Mirum est autem quòd legat hic Auctor dominexat:* in spiritu, *quum exemplaria omnia tam Græca & Syriaca quàm Latina legant:* Spiritu sancto.

CAP. XI.

83. Sed ecce (inquiunt) venit Dominus, & non tinxit, &c.] *Insrespissimum istud caput:* Quòd Christus, si non per se, mandato suo per Apostolos tinxerit. *In quo Auctorem imitatur B. Augustinus epist. 108.*

84. Sempet is dicitur facere, cui præmittitur.] *Hoc enim est, cum edicto proposito obeditur. Hæc est autem regula ad eumdem dictum a de multis eiusdem di quæstiones scripturæ decidendas, vti etiam ante me adnotauit Latinum.*

85. quam nondum Apostoli struxerant.] *Istud facit pro Traditionibus Ecclesiasticis non scriptis, quod non Christum modò, sed & Apostolos Ecclesiam struxisse scribat; quanto magis illa aliqua ceremonias locuit Ecclesia superstruere, vti etiam suprà l. de Orat. c. 9. tradidit, quòd* Orationi Dominicæ ius sit superstruendi petitiones alias.

86. eodem baptismo Ioannis, ne qui alio putet.] *Peculiaris est Auctoris sententia, quod Apostoli non nisi Ioannis baptismo baptizarint, & hic differens à communi Petri Lombardi sententia.*

87. quia nec mors nostra dissolui posset, &c.] *Alludit ad illud Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus, &c.*

CAP. XII.

88. Quum verò præscribitur, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd Apostoli baptizati fuisse videantur.

89. nemini sine baptismo competere salutem, &c.] *De hoc latissimè frà cap. sequ. quo nobiles articulus tractatur ex eadem scriptura toto. 3. Legeautem paulopost cum Latino:* vt vltrò exagitem libidinem styli, *pro:* & vltrò exagitet.

90. quos tinctos non inuenimus in Domino præter Paulum, &c.] *Similiter Beatus Augustinus dicit epistola 108. scriptum est quando baptizatus fit Apostolus Paulus, & scriptum non est quando baptizati sint ali Apostoli; veruntamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus. Quis deinde queat cõgiem eos a Christo baptizatos, quando dicatur Ioannis certis: Posthæc exiit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, & baptizabat; eandemconcludit saltem baptizasse per discipulos suos. Quo (inquit) intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur (haudquidè ad hunc Tertulliani locum adludens) siue quod magis credibile est, baptismo Christi. Porrò lege paulo post, num. 91.* quia illis vel primæ adlectionis, *pro:* quæ, *quod nullo sensu legebatur.*

91. Qui semel lauit, non habet necesse rursum, &c.] *Etiam hoc longè alio est, atque adeo paraphrastica lectio Auctoris, pro eo quòd omnia exemplaria Ioannis decimo tertio cap. tam Latina quàm Græca & Syriaca legunt: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Auctor vero addit: semel, & postremum illud per Eclipsin omittit, vt magis ad institutum faceret, tam de non iterando baptismo, quod paulopost iterum repetit (de quo lacius infrà capite 15.) quàm vt hinc probet* Apostolos antea tinctos fuisse, *saltem* Ioannis baptismo. *Priorem interpretationem sequitur etiam B. Cyprianus sermone de ablutione pedum. Posteriorem B. Augustinus dicta epistol. 108. dicens discretè verbis ibi intelligi, quòd iam Petrus baptizatus fuerat. Lege autem paulopost, vt eoniõe sensus:* Quid ergo, ahj tincti non sunt? non tamen comites Christi. *& deinde:* sed æmuli fidei, *phrasi Auctoris vsitata suprà libro de Præscripti smibus aduersus hæreticos cap. 40. numero 253. Posteà etiam neuè dixit:* Ioanne baptizatore, *quem nos Baptistam vocamus & ipse alibi semper Ioannem simpliciter nuncupat, alterum verò semper* Ioannem Apostolum.

92. Vno verbo Domini suscitatus, &c.] *Illud refertur ad vtrumque membrorum, tum de Matthæo qui telonium dereliquit, audito verbo Domini, Sequere me, Matth. 9. tum de aliis discipulis, Matth. 4. qui vocati a Domino, statim reliquis retibus & patre, secuti sunt eum. Illud item:* Qui patris exequias desiexit, *ad illum refertur, cui dixit Dominus, Matth. 8. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quæ ipsa omnia ipsi dem pene verbo habet suprà Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 12.*

93. Qui patrem aut matrem mihi prætulerit, &c.] *Etiam hoc paraphrastice & tranſtulit: mihi prætulerit, pro eo quod tam Græci & Syriaci quàm Latinè legitur: amauerit plusquam me.*

CAP. XIII.

94. Hîc ergo scelestissimi illi, &c. *Titulus huius capitis est:* Quòd post passionem Christi baptismus sit necessarius. *Adueraudum autem, quod veteres scelestissimos, qui dicerent fidem satis esse, exemplo Abrahæ, contra quos scripta est l. 1. de bapt. catholica.*

95. obsignatio baptismi, vestimentum quodammodò fidei.] *Isidem pene verbis dixit suprà Tom. 2. lib. de Pœnitent. cap. 6.* Lauacrum illud obsignatio est fidei.

96. Lex enim tinguendi impositia est, & forma præscripta, &c.] Formam baptismi *indicat præcipuè verbis illis Christi, Matth. vltim.* Ite, docete omnes nationes, tinguentes eas in nomen Patris, & Filij & Spiritus sancti. *Quod ipsum fatentur Patres plerique loco suprà citato. Adnotation. huius libri numer. 1. de trina mersione. Vertit autem illud:* in nomen, *ad verbum ex Græco,* εἰς τὸ ὄνομα, *pro quo suprà lib. de Præscription. aduersus hæret. capite 20. paraphrastice:* in Patrem, & in Filium, & in Spiritum sanctum, *sicuti & ibi adnotauimus, num. 116.*

97. Huic legi collata definitio illa, &c.] *Eadem pertinet illuc præced.* Præscribitur nemini sine baptismo competere salutem, ex illa maximè pronuntiatione Domini,

qui ait : Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam ; *paucissimis desit, quod hic pluribus, ipsis verbis Euangelicis, tom. 3. expressit* : Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non introibit in regnum cœlorum; *præterquam quod legat* : regnum cœlorum, *pro eo quod & à Patribus aliis & Latinè, Græcè, & Syriacè legitur* : regnum Dei. *Quemadmodum etiam Auctor ipse infrà libr. de Anima, cap. 39.* Alioquin meminerit Dominicæ definitionis : Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non introibit in regnum Dei. *Quo sit ut hic legendum putem* : regnum Dei *Atqui hanc scripturam etiam ad baptismum necessitatem comprobandam adducunt BB. Clemens Romanus epist. 4. Augustin. libro 6. de baptismo contra Donatum, cap. 12. ac libro 1. de Peccat. merit. & remiss. capite 30. Cyprian. epistol. 72. ad Stephanum Papam, ad Iubaianum, & libro 3. Testimoniorum ad Quirinum capite 25. Denique Patres reliqui omnes.*

98. in illa plaga orbationis.] *Nouè* orbationem *accipit pro orbatione visus.*

99. Exurge (dicens) & introi Damascum, &c.] *Etiam hic paraphrastes* Damascum *transtulit, pro eo quod Latinè & Græcè indefinitè* : ciuitatem ; *& demonstrabitur, pro eo quod Græcè est* λαλησῆται, *& Latinè* : dicetur, *aut sicuti ex Syriaco vertitur, Sermo habebitur.*

CAP. XIIII.

100. Sed de ipso Apostolo reuoluunt, &c.] *Hoc caput inscribimus* : Quòd etiam Apostolus Paulus quosdam tinxerit. *Pulchre autem redarguit eos qui contrarium adfirmabant, ex eodem ipso Apostoli loco 1. Cor. 1.*

CAP. XV.

101. Nescio si quid ampliusad controuersiam baptismi, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus* : Quòd baptismus aquæ vnus sit. *Quod ipsum latissimè & sæpissimè tractatur à B. Cypriano, maximè vero Epistolis 70. ad Iubaianum, 71. ad Quintum, 73. ad Iubaianum, 74. ad Pompeium, & ante omnem errorem libri de Vnit. Ecclesiæ.*

102. tam ex Domini Euangelio.] *Adludit ad quod suprà dixit. capite 12.* quarenus vnum baptismum definierat ipse Dominus, dicens Petro perfundi nolenti : Qui semel lauit.

103. quoniam vnus Dominus, &c.] *Addidimus cum Haresio & Latinis* : Dominus, *tumquod ita legitur ab omnibus, Ephes. 4. Græcè, Latinè, & Syriacè, tum quòd aliqui imperfecta esset oratio* : quoniam vnus & vnum.

104. vnum baptismum.] Baptismum *vsurpatur ab Auctore neutro genere, sicut & Rufinio loco infractato num. 112.*

105. & vna Ecclesia in cœlis.] *Videtur hic desiderari* : & in terris, *quod tamen addere noluimus sine MS. cod. Etsi autem id aperiè ad Ephes. 4. non habeatur subindicatur tamen hic verbis* : Vnum corpus & vnus spiritus. *Quemadmodum pulchrè explicat D. Cyprian. libro de Vnitate Eccles. in hæc verba* : Quando (inquit) *Apostolus Paulus hoc idem docet, & sacramentum vnitatis ostendat, dicens* : Vnum corpus & vnus spiritus, *&c. vbi toto libro & Adnotatione nostris in eundem latiss. tractatus videreris, vt pluribus non sit opus.*

106. Sed circa hæreticos sanè quid custodiendum sit, &c. *Sic omnino legendum, pro eo quod erat* : quæ, *mendosiss. obscurissimum est autem illud* : Ad nos enim æditum est ; *vti etiam sequentia* : An velut ab hæreticis non posse conferri, *an verò accipi non posse* baptismum. *de quo latius Tom. 4.*

107. Sed de isto plenius iam nobis in Græco digestum est.] *Patet hinc etiam Græcè scriptum ab Auctore librum de Baptismo*, in quo plenius digestum est de hæreticorum baptismo *sicuti infrà dicemus latius Tom 4. inter fragmenta Ter.*

108. semel ergo lauacrum inimus, &c.] *Similiter infrà lib. 1. aduersus Marcion. de Baptismo loquetis.* Iteratio enim (*inquit*) non competit ei *& disertis verbis B. Cyprian. epistol. 63. ad Cæcilium* : Quòd semel sumitur, nec rursus iteratur, *ad quem locum ex B. Augustin. causam reddimus num. 27. Sic etiam fermone de ablut. pedum* : Quem sis reuerètia non patitur iterari. *Similia videre est apud Clementem Romanum Constitut. Apostol. lib. 6. c. 15. Optatum toto fere lib 5. aduersus Parmenian. Basil. lib. de Spiritusanctо cap. 15. Vnde & rebaptizationes prohibentur disserte verbis Carthaginiens. Concil. 1. cap. 1. à Leone 1. Epistol. 79. ad Nicetam, & 37. ad Leonem Rauennatem Episcopum. demique & ab Imperatoribus Honorio & Theodosio, iuxta quod à Iustiniano in Codicem relatum est lib. 1. tit. 1. de Ne sanctum baptisma iteretur, l. 2.*

109. Cæterùm Israël Iudæus quotidie lauat, &c.] *Adludit partim ad lectiones crebras manuum, & baptismata quotidiana Iudaorum, quorum sit mentio Marco 7. maximè verò ad baptismatum doctrinam, quam reuelat Hebr. 6. etiam de vno lauacro definiens, quum subdit : Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritussancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, prolapsi sunt; rursus renouari. Nam de baptismo locum illum interpretatur B. Ambros. tum in Comment. tum l. 2. de Pœnitent. c. 2. & alij Patres.*

CAP. XVI.

110. Est quidem nobis etiam secundum lauacrum, vnum & ipsum, sanguinis, &c.] *Titulum hunc sapiis damus* : De baptismo sanguinis ; *quem & ipsum vnum recte addit, ne quis putet contraria baptismi vnitati. Meminit eiusdem baptismi sanguinis B. Cyprian. epistol. 73. ad Iubaianum, vbi aliquot Veterum similia testimonia adnotauimus ; quibus addere licet eundem Cyprian. lib de Orat. Domin. post num. 68. & lib. de Exhort. mart. Vbi etiam secundum baptismum vocat, & sub finem serm. de Stella & Magis, Originem lib. de Singular. clerici. n. 120. & omnibus his antiquiorem Clementem Roman. lib. 5. Constitut Apostol. cap. 7.*

111. Habeo (inquit) baptismo tinguii.] *Similiter hucleotem Luc. 12. interpretantur de baptismo sanguinis BB. Cyprianus dicta epistola ad Iubaianum, Ambrosius in Psal. 118. lit. 3. vers. 1. Gregorius quoque Nazianzenus hom. de secundis Epiphaniis. Legisse autem videtur Auctor βαπτίσματα, pro eo quod legitur etiamnum βάπτισμα. Illud legit editio Syriaca, & B. Cyprianus ac Ambrosius, hoc verò B. Irenæus lib. 1. capite 18. & B. Hieronymi versio.*

112. Proinde vt nos faceret aqua vocatos, &c.] *Omnino sic legendum, pro eo quod erat* dumtaxat *nullo sensu* : Proinde nos facere. *Porrò hunc respexisse videtur Rufinus in Symbolum, numer. 94. quum locum illum Ioannis 19. de aqua & sanguine, qua profluxerunt de latere Christi inter cetera interpretatur. Testè tamen (inquit) etiam intelligi, quòd duplicem gratiam baptismi figurauerit, vnâm qua datur per aquæ baptismum, aliam qua per martyrium profusione sanguinis queritur. Vtrumque enim baptismum nominatur.*

113. qui aqua lauiissent, etiam sanguinem potarent.] *Hic videtur respexisse B. Cyprian. lib. 3. Testimon. ad Quirin. cap. 25. quin illud : Ad regnũ Dei nisi baptizatum non posse peruenire, probat non solùm ex supradicta scriptura, Ioan. 3. sed & ex illa Ioan. 6. Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hinc etiam B. Augustin. libro 3. de peccat. merit. & remiss. cap. 4. sic idem illud interpretatur : Nisi participes facti fuerint corporis eius. Qui tamen conformiter reliquæ Patribus etiam de sacramentalis esu & potu corporis & sanguinis Domini lecum illum interpretantur. Cyprianis locis sunt Testimon. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 22. & Serm. de Cœna Domini ; Augustini verò serm. 2. de verbo Apostoli & alij complures.*

CAP. XVII.

114. Superest ad concludendam materiolam &c.] *Inscriptionis hoc caput* : De baptismi ministro.

115. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate.] *Similia habet B. Ambrosius lib. 3. de Sacramen. cap. 1. Clemens Rom. Apostol. Constitut. lib. 3. c. 10. & 11. Eorum intelligendum vterque extra necessitatem. Nam subiungitur paulopoſt ab Auctore* : Sufficiat scilicet in necessitatibus vt

vtatis (*ad locum verba faciens*) ſicubi aut loci, aut temporis, aut perſonæ conditio compellit. *Hinc & B. Hieronym. Dial. aduerſ. Luciferian. in perſona Orthodoxi, primum quidem dicit: Indecens, vt* ſine Epiſcopi iuſſione neque Presbyter neque Diaconus ius habeant baptizandi; *ſed addit*: quod frequenter, ſi tamen neceſſitas agit ſumma, etiam licete laicis. *Addemi deinde exemplum baptiſmi per Diaconum, baptiſmum Eunuchi à Philippo Diacono, Act. 8. quem ipſum etiam allegat B. Hilarius in Pſalm. 160. Quibus conſentit B. Iſidorus lib. 2. de offic. Eccleſ. cap. 24. verbis ciuitas de conſecr. diſt. 4. capite Conſtat.*

116. Quo ſaluo, ſalua pax eſt, &c.] *Obſcurum eſſe hunc locum etiam Latinus adnotauit. Ergo vero puto hunc ferè eſſe ſenſum*: Saluo honore Eccleſiæ, ſalua pax etit, *id eſt* nulla controuerſia. Alioquin etiam laicis ius eſt, *ſi nempe non reſpiciamus honorem Eccleſiæ.*

117. Petulantia autem mulierum, &c.] *De baptiſmo mulieribus interdicto diximus ſupra Tom. 2. libro de Velandis virginibus, capite 9. ad illud*: Non permittitur mulieri tinguere, *numer.* 65. 66. 67. & 68. *item ad illud lib. de Præſcription. aduerſ. hæret. cap.* 41. Ipſæ mulieres hæreticæ audent, forſitan & tinguete, *num* 263. & *ſupra huius lib. numero* 2. *Hîc adjecimus dumtaxat ita Tertullianum & reliquos Patres hac in parte intelligendos, de mulieribus quæ baptiſandi officium ſibi vſurpabant, non verò ita, vt neceſſitate baptiſare non liceret. Nam (ſicuti pauloprius ipſe Auctor dixit)* tunc conſtantia ſuccurrentis excipitur, quum vrget circumſtantia periclitantis. *Hinc tam olim legitur in Concil. Carthag. 4. can.* 100. *Mulier quamuis ſanctæ, baptizare non audeat, niſi neceſſitate cogente.*

118. Quòd ſi quæ Pauli perperàm ſcripta degunt, &c.] *Supra in Argumento huius libri adduximus verba Beati Hieronymi ex Catalogo Script. Eccleſ. quibus hunc locum citat, atque adeò librum in ſcripcum* Periodos Pauli & Teclæ, *ſiue* Actus Pauli, *ſiue* Actus Pauli & Teclæ, *tamquam* perperam ſcriptum *ide eſt, Apocryphum, ſicut hic Auctor improbat, quemadmodum etiam Euſeb. Eccleſ. hiſtor lib. 3. capite 9. Gelaſius Papa in Decreto de ſcripturis quæ legendà in Eccleſia, relato in Decretum Gratiani, diſt. 15. 4. Sancta Romana Eccleſia.*

119. exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt.] *Huc propiùs reliquæ accedit B. Hieronym. quum addit: Et ſetſam baptiſati Leonis fabulam. Etſi autem liber ille pro Apocrypho ſit habitus ob cauſam hic ab Auctore redditam, non tamen integra martyrij Teclæ hiſtoria propterea ceoſcribitur talis, quia eius diſſerit hic verbis meminit Cypriap. Oratione, quam ſub die paſſionis ſuæ dixit: Sicuti (inquit) liberaſti* Teclam de medio Amphitheatro. *Meminit etiam eiuſdem Ambroſius epiſtol. 7. ad* 81. *& libro 2. de Virgin. Chriſoſtomus homil. 35. in Acta Apoſtolorum, Nazianz. Orat. 12. 13. & 30. Epiphan. hæreſ. 78. Auguſtinus lib. 30. contra Fauſtum cap. 4. Seuerus vitæ Martini, libro 2. capite 16. & pluribus in locis Fortunatus, ſicuti ante me adnotauit doctiſſimus vir Dn. Doctor Ioan. Molanus, ad 23. Septemb. diem Martyrologij Vſuardi, & inſuper primam Martyrem eam dicit in Gretorum Menologio. Hieronymus paucis ibi commemoratam videre eſt, & latinum Martyrologio Adonis inter vitas Sanctorum Sury noſtri, quarum ſummaeſt: Quòd* Tecla in *Seleucia ciuitate Iſauriæ agnem, beſtias, ſerpentes, aliaſque vicerit creaturas. Cui ibidem ob victoriam Zenonis Imperatoris eius reuelatione ſibi promiſſam, poſtea templum erexit Zeno Imperator, vetrefert Euagr. Eccleſ. hiſtor. lib. 3. cap. 8. Porrò ex Beato Hieronymo hunc locum etiam addidi: à Ioanne maximè quum etiam Sophronius legat* Ἰωάννης.

120. qui ne dicere quidem conſtanter mulieri permiſit, &c.] *Gagnæus habet*: ne docere quidem, *ſed iſtud magis placet. Adludit enim ad illud 1. Corinth. 14.* Mulieres in Eccleſia taceant; *neque enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit: Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Quod ipſum paucioribus hic citatur*: Taceant (*inquit*) domi maritos ſuos conſulant.

121. Cetarùm baptiſmum non temerè credendum eſſe ſciunt, &c. *Verba hæc titulum huius capitis indicant*: Quòd non temerè cuiuis credendus baptiſmus.

122. & porcis proijcere margaritas veſtras.] *Rurſum ſic lego ſecundum exemplaria omnia tam Græca & Syriaca, quam Latina, Matth. 7. qua pluralis numero legunt, maximè quum ſic legat Auctor ſupra à Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, cap. 5. & lib. præced. cap. 41. vbi diſerè legitur*: & porcis margaritas, licet non veras, iactabantet.

123. ne participes aliena delicta.] *Etiam hoc peculiare eſt Tertulliano, quem reliqui patres, & adiectiones omnes, eam Latina quàm Græca & Syriaca legant*: neque. *Sedulius interim Comment. ſuo in Epiſtol. Pauli (qui B. Hieronymo etiam inſcribitur interſilius opera) ſimili modo interpretatur. Si enim (inquit) eiò ante tempus (quod hîc tranſtulit Auctor facilè) manus cuiquam poſuero, peccato eius communicabit.*

124. ad quem ruſus, &c.] *Sic iterum cum Gagnæo; nam in poſteriori bus additionibus omiſſum erat: ad. Fulchris autem totam hiſtoriam Act.* 8. tinCti ſpadonis proſequitur.

125. Sed & Paulus, &c.] *Sic emmò legendum, eo quòd Act. 9. quo haud dubiè adludit*, tinctus, *non* vnctus Paulus *Apoſtolus legatur, & quæri iubeatur ab Ananiâ, in domo Iudæ; non ergo* Simon hoſpes, *ſed*: Iudas. *Niſi forte quis malit Auctoris impingere memoriæ lapſum, vt hoſpitem Petri Simonem pro hoſpite Pauli Iuda recenſuerit. Legimus item cum Gagnæo*: cunctatio baptiſmi vtilior eſt.

126. Quid enim neceſſe eſt, ſi non tam neceſſe, &c.] *Ex eodem Gagnæo iterum adycis*: ſi non tam neceſſe; *nam illud mitigat Auctoris opinionem, qua ſentire videtur* circa paruulos cunctationem baptiſmi vtiliorem, *ſed*: ſi non tam neceſſe eſt, *id eſt extra neceſſitatem. Fortaſſis loquitur de baptiſmo dumtaxat illorum paruulorum differendo, quorum parentes infideles ſunt. Hoc enim per illud quod de ſponſorũ periculo ſubijcitur, videtur innuere. Vbi enim parentes Chriſtiani ſunt, non videntur ſponſores periculo ingeri. Videat itaque Lector de hoc etiam loco noſtra Prolegomena. Hoc hic ſufficiat, non propterea improbari ab Auctore baptiſmum paruulorum, ſed ſaltem in neceſſitate adprobari, tum hoc loco, tum ſupra capite 12. vbi dicit*: Nemini ſine baptiſmo competere ſalutem; *capite 13. vbi dicit de neceſſitate baptiſmi ex profeſſe tractat, tum infrà libro de Anima, vbi filios fidelium ſanctitatis quidem candidatos fatetur, ſed ſanctos negat, niſi renatos. Paulo minus adhuc ſentiebat Fidus Epiſcopus Africæ, qui exiſtimabat non ante octauum diem baptizandos infantes. Verùm hæc reſpondet B. Cyprian. epiſt. 59. cum ceteris ſuis Collegis in Synodo Africana*: Nulli hominum natos miſericordiam Dei denegandam. *vbi in Adnotat. noſtris numero 5. varia Veterum teſtimonia pro baptiſmum paruulorum adduximus. Quibus adde B. Auguſt. epiſtol. 23. ad Bonifacium libro 6. Hypognoſtico, libro 3. de Anima & eius origine, capite 9. libro 1. de peccat. merit. & remiſſ. capite 23 libro 1. de nupt. & concupiſcentia capite 20. & 21. libro capite 7. & ſermon 14. de Verbis Apoſtolis libro 10. ſuper Geneſ. ad litt. & Enchirid. c. 43. Item Ambroſ. lib. 2. de Abraham, cap. 11.*

127. Ipſonſores.] *De* Sponſoribus *in baptiſmo paruulorum apertim hic locus; de Suſceptoribus adulterum interſeſſigendum ſacerdotes, ſuſceptoriſque ſui acceſſus ducti conſignant. Eadem pertinet illud B. Auguſtini de reſtit. cath. conuerſ. Quos ex baptiſmo ſuſceperis, docete & caſtigate. Atque hoc eſt quod hic Auctor*: ſponſores periculo ingeri, & prouentu malæ indolis falli.

128. Non minore de cauſſa innupti quoque procraſti-

nandi, &c.] *Etiam hoc inter errores, aut saltem nanas Tertulliani collocandum putant in nostrum Prolegomenis.*

129. aut continentiæ corroborentur.] *Facit istud pro continentia matrimonio, de qua latius supra Tom. 2. libro de Cultu fœminarum, cap. 9. num. 31. libro 1. ad Uxorem, cap. 6. numero 37. & 38. ac l. de Veland. Virginib. n. 1.*

130. consecutionem.] *Similiter* consecutionem, *pro baptismi consecutione accipit B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin. capite 97. sicut &* consequi, *pro baptisma consequi ibidem, capite 43. num. 88.*

Cap. xix.

131. Diem baptismo sollenniorem Pascha præstat, &c.] *Caput hoc inscriptionis* : De tempore ibus solemnis baptismi Paschæ & Pentecostes. *quippe extra quæ non nisi infirmi, & qui mortis, ægritudinis, obsidionis vel naufragij necessitate periculoque urgebantur, tingui olim consueuerunt. Quamvis* (*uti etiam ante me adnotauit Brissonius in Observ. diuinis & humanis Iuris*) *reliquis festis statutibus baptismi celebrationem interdixisse constat ex Concilio rum Gerundensis capite 4. Compendiensis cap. 3. & Vormat. cap. 11. quemadmodum à Burchardo citantur lib. 4. Decret. capite 6. & 7. ab Iuone Panorm. cap. 60. & Gratiano de consecrat. distinct. 4. cap. de Catechumenis. Qui etiam adfirmant in eandem rem Decreta Syricij ad Himerium Tarraconensem, Leonis ad Episcopos Siculos, & Gregorij ad Tarsenses, Burchard. nempe eius dem lib. cap. 5. Iuo c. 58. 59. & 63. Gratianus de consecrat. dist. 4. cap. Non sine ratione, 5. Duo tempora, c. Venerabilis, &c. Baptizandi consentunt præterea Tertullianæ Ambrosius libro de Myster. Pasch æ, & Basilius hom. exhortatoria ad sanctum baptisma. & Concil. Matis c. 2. 3. de Pascha te, Nicephorus histor. Eccles. lib. 13. cap. 19. Aimoinus lib. 3. de Gest. Franc. capite 49. & Otho Frisingensis histor. lib. 6. cap. 1. De* Pascha vero *&* Pentecoste *B. Hieronym. epistol. ad Pammach. contra errores Ioannis Hierosolym. Gregor. Turon. histor. Franc. lib. 5. capite 11. ac Scriptores de Eccles. offic. Alcuinus agens de Festo Epiphaniæ ac vigilia Paschæ, Amalarius alicubi, Hrabanus de Instit. cleric. lib. 2. cap. 38. & perduraſſe vſque ad tempora Caroli & Ludouici Imperatorum supra ostendimus num. 1. inter baptismi ceremonias. Causam cur abrogata sit hac consuetudo, subdorsarii ex Socrate libro 5. histor. Eccles. cap. 19. vbi dicit in Thessalia plurimos absque baptismo mortuos, quòd diebus Paschæ diuinitatis baptismata fieri consueuissent. Eandem rationem mutatæ etiam de toto tempore Pentecostes verisimile est ex negligentia fidelium aut parentum, aut presbyterorum parochialium. Reddit Rupertus Tuitiensis & aliam causam l. 4. de Diuin. off. c. 18. propter auctam fidelium multitudinem. Certè necessitatem numquam exclusam significat ipse Auctor hu verbis, sub huius capitis finem:* Ceterùm omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo. Si de sollemnitate interest, de gratia nihil refert.

132. Inuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem.] *Omninò lego:* Inuenietis, *pro:* Conuenietis, *eo quòd & Marc. 14. & Luc 22. Occurret vobis homo aquæ lagenam sine amphoram baiulans; maximè consentientibus etiam Græco & Syraco exemplaribus. Et verò non inhebantur conuenire, id est alloqui hominem aquam baiulantem, sed dominum domus quam ille ingrediebatur.*

133. Exinde Pentecoste.] *Quum & libro de Idolalatria capite 14.* (*uti illic numero 110. adnotauimus*) *accipiat* Pentecosten, *pro tempore omni inter Pascha & Pentecosten hic certè accipi dum taxat pro ipsa festa* Pentecostes, *patet ex supracitata Patrum testimonijs, qui scribunt in vigilia* Pentecostes *baptismum celebrari solitum, cuius vestigium etiamnum retinemus in benedictione fontis, tam in dicta vigilia, quàm in vigilijs Paschæ. Nam & subiungit Auctor diserte verbis:* Paschæ diem significat ac Pentecostes, qui est propriè dies festus.

134. Et congregabo illos ab extremis terræ in die festo.] *Istud ita stat re secundum adnotauimus 70.* (*uti etiam adnotauit Latinius*) *ex Hierem. capite 31. vbi legitur illud :* Et congregabo illos ab extremis terræ ; *quod etiam Hebraicè ad verbum legitur, & Iubilæi:* ἐν ἑορτῇ, *id est, in sollemnitate, siue, vt transfert Auctor :* in die festo, *pro eo quod ex Hebraico legitur pluribus longè verbo : inter quos erunt cæcus & claudus. Atqui ex interpretatione hac eius loci per Auctorem, constat in textum explicandi gratia additum, quod hodie præterea legitur Græcè πάσχα, & transfertur* Paschæ.

Cap. xx.

135. Ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiunijs & genuflectionibus, & pernigilijs, &c.] *Inscriptionem hanc posterem capiti dedimus :* De pœnitentia baptizandorum, *exstat autem supra Tom. 2. de re integrum caput 6. libro de Pœnit. huc vsque :* Quòd etiam audientes pœnitentiam agere debeant. *Pro etiam numero 28. plura ad eandem rem testimonia Patrum adduximus. Atqui ad verbum ferè istud descripsit Beatus Leo Papa epistola sua Decretal. ad Episcopos Siciliæ, citata iam olim ab Alcuino libro de Eccles. offic. de baptizandis Electis, præterquàm quòd ad Apostolorum institutionem id referat :* Qui (inquit) secundum Apostolicam regulam & exercissimè scrutandi, & ieiunijs sanctificandi, & frequentibus præ dicationibus imbuendi sunt. *Et magis huc accedit illud B. Aug. lib. 4. de Symbolo, cap. 1.* Omnia sacramenta, quæ dicta sunt & aguntur in vobis per ministerium seruorum Dei, exorcismus, orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, cibis, inclinatione terræ tum, humilitate pedum. *Hic sufficiat adnotatum, quòd huc pertineant septem illa seruitutis, de quibus supra numero 1. inter ceremonias baptismi, quippe in quibus frequentissimè vsitatæ orationes, ieiunia, genuflationes, & pernigilia, vti ex Ordine Romano, & alijs scriptoribus de Diuinis officijs illic citatis, manifestum est.*

136. & cum confessione omnium retrò delictorum.] *Si vllus locus facrat pro confessione peccatorum specialis & secreta, certè ille imprimis. Verùm de illo vide latissimum tractatum dicto libro de Pœnitentia, num. 1. 14. 54. 58. 59. & 62. Maximè autem facit hoc id quod addit Auctor :* Nobis gratulandum est, si non publicè confitemur iniquitates aut turpitudines nostras.

137. vt exponant etiam baptismum Ioannis.] *Sanè hoc intelligendum, & per Parenthesin legendum, ne videatur etiam baptismum Ioannis inter peccata quæ confitenda erant, ante baptismum comprehendi.*

138. Simul etiam & de priſtinis satisfactionis, confligatione carnis & spiritus.] *Hoc similiter ad confirmandam satisfactionem, alteram pœnitentiæ partem pertinet, de qua etiam latissimè dicto libro de Pœnit. cap. 5. n. 26.*

139. Nam & præcesserat dictum : Neminem intentatum regna cœlestia consequuturum.] *Videtur alludere ad illud Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et* (*ac si dicat, propterea*) *ego disponovobis regnum. Aliquis certè non poterit reperiri locus vbi negatiue istud dicatur.*

140. nisi necessitas gaudij & gratulatio salutis.] *Videtur alludere ad Alleluya, quod in* signum gaudij & gratulationem salutis *recens baptizatorum, toto Paschali tempore in Ecclesia vsitatum est.*

141. quàm Dei.] *Rursus* quàm *usurpat Auctor, pro, plus quàm. Paulopòst autem Latinius censet legendum :* Domino, &c. subiciente : Petite & accipietis, *omisso* inquit, *pro eo quod legebatur :* subiacente : Petite & accipietis, inquit. *Cui & ego adsentior.*

142. etiam Tertulliani peccatoris meminerit.] *Vel hinc constat, contra quam quidam perperàm censuerunt, aliquos viros eruditi, non esse dubitandum de hoc libro, quin Tertulliani sit. Atqui etiam* peccatorem *se ex humiliatate nominat supra Tom. 2. sæpedicto lib. de Pœnit. cap. vltimo.*

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI ADVERSVS HERMOGENEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

QVVM *Hermogenes in Africa hæresin introduceret de Materia Deo coæterna, ex qua, non verò de nihilo, mundum creasset Deus, Librum hunc aduersus illum conscripsit Tertullianus.*

Primùm autem nouellam eam esse doctrinam tradit, & à Stoicis mutuatam. I.

Deinde hac augumentatione suam illum coloraſſe hæresin; quum ex semetipso facere mundum non potuerit, neq; etiam ex nihilo, sicuti ille perperàm contendebat, proinde ex Materia feciſſe. II.

Etsi autem Deus semper Deus fuerit, non tamen semper Dominum fuisse, quòd Deus substantiæ nomen sit, Dominus potestatis. III.

Hinc institutam disputationem incipiens, docet Materiam Deo coæternam esse non posse, nisi duos Deos faciamus. IIII.

Si enim innata & semper Materia, sunt innatus & semper Deus; ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiam auctores vniuersitatis; Materiæ illum eadem adscribere, quæ Deo. V.

Frustrà adeò dicere illum, saluum esse Deo vt sit solus, & primus omnium auctor, & omnium Dominus; quum eadem Materiæ contra Dei ipsius contestationem adscribat. VI.

Si dicat minorem & inferiorem Materiam Deo, & idcircò illi incomparabilem, obstare Materiæ æternitatem, quæ neque diminutionem, neque subiectionem admittit. VII.

Proinde etiam Deo præponere Materiam, & Deum potius Materiæ Hermogenem subijcere; quum de Materia cuncta feciſſe illum scribit, cuius proinde substantia eguerit Deus VIII.

Non posse etiam dicere Deum vt Dominum Materia vsum; quum Dominus nondum esset, atque adeò aut vi, aut precario. IX.

Neque excusari Hermogenem, quòd alio qui Deum mali auctorem dicere oporteat, nisi malum à Materia, non à creatore deducant; quia si non auctor, certè mali assentator, immò assertor inuenietur Deus, qui malum Materiæ ante mundi constitutionem sustinuerit, quam vt mali æmulus emendasse debuerat. X.

Maximè quum persuadere non possit malam esse Materiam, si æterna sit; aut si quod æternum sit, malum credi possit, insuperabile malum esse, & frustrà nos laborare de auferendo malo ex nobis ipsis. IX

Deinde si mala sit, æternam esse non posse, quum Deus illam de malo in bonum demutarit, faciens bona omnia; id autem quod æternum est, sit indemutabile. XII.

Sin verò nulla demutatio in illa sit facta, oportere Materiam & bonæ fuisse & malæ naturæ; & proinde neque etiam boni auctorem Deum facere licebit, nisi ex occasione Materiæ. XIII.

Quòd proinde Deus seruiat Materiæ iuxta illum, & ex necessitate quædam etiam mala producat. XIIII.

Porrò rectiùs dici creasse Deum ex nihilo omnia. XV.

Igitur aut Deo adscribendum & bonum & malum qui ex Materia fecerit, aut Materiæ, aut vtrumque vtrique; vt pares sint ambo, ex æquo mali & boni adsines; atque adeò non posse euadere Hermogenem, quin Deum auctorem mali faciat. XVI.

Iam verò non conuenire eius sententiam cum vnici Dei statu, à quo omnia, sine alterius cuiusquam consilio, vt scripturæ sanctæ ratio constet. XVII.

Solam enim Sophiam, id est Sermonem Dei filium, nempè vnigenitum & primogenitum, patri cooperatum, cui perperàm Hermogenes Materiam præponit. XVIII.

Occasiones quidem Hermogenem sumpsisse (vt hæreticis ferè mos est simplicia torquere) verborum illorum: In principio Deus fecit cœlum & terram. Sed principium ibi esse inceptionis verbum, non alicuius substantiæ nomen, aut pro principatu & potestate positum. XIX.

Posse interim intelligi & in Sophia sua condidisse omnia Deum, iuxta illud Euangelij: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo; omnia per ipsum facta sunt. XX.

Scripturam etiam eo ipso ex nihilo omnia facta significare, quòd non scribat ex aliquo facta. XXI.

XXII. *Spiritum enim sanctum hanc rationem scripturæ constituere, vt quum quid ex aliquo fit, & quod fiat, & vnde fiat, referat.*

XXIII. *Argumentari equidem Hermogenem ex illis sequentibus scripturæ verbis: Terra erat inuisibilis & incomposita.*

XXIIII. *Verùm terræ nomen, Materiam non significare.*

XXV. *Neque duas proponi terras in scriptura, vnam quam Deus in principio fecerit, aliam ex qua fecerit.*

XXVI. *Sed vnam dumtaxat terram, quæ initio facta narretur, postmodùm verò etiam qualis fuerit facta describatur.*

XXVII. *Particulam item: Erat, non significare quasi infecta sit; quippè quæ etiam de omni re, nata dici possit.*

XXVIII. *Etiam nihil pro eo facere particulas, Inuisibilis & Incomposita.*

XXIX. *Si quidem omnia opera sua primùm inculta, postea suo ordine ornauit & consummauit.*

XXX. *Immò etiam sequentia illa. Et tenebræ super abyssum, & spiritus Dei ferebatur super aquas, potius illi contrariari quàm fauere.*

XXXI. *Nihil quoque pro illo facere, quòd scriptura expressè solùm cœli & terræ mentionem faciat; sub illis enim & species omnes contineri.*

XXXII. *Quid? quòd & abyssum & tenebras à Deo conditas scriptura testetur, quæ adeò ad Materiam innatam pertinere nequeant.*

XXXIII *Constare proinde omnia à Deo facta, ex Materia non facta; quæ etiamsi fuisset, à Deo facta crederetur.*

XXXIIII *Porrò ex nihilo omnia constitisse, inde suaderi, quòd diuina dispositio omnia vti è scripturis patet, in nihilum redactura sit.*

XXXV. *Iam verò inde etiam agnosci contrarietates Hermogenis, quòd neque corporalis sit, neque incorporalis Materia.*

XXXVI *Neque etiam rationi rectæ conuenire, quòd partim corporalem, partim incorporalem dicat.*

XXXVII *Sibi quoque in hoc consentire, quòd alibi boni & mali adfinem Materiam constituat, alibi nec bonam nec malam pronuntiet.*

XXXVIII *Quum autem etiam situm Materiæ adsignet, faciens illam subiacentem Deo in loco qui sit infra Deum; obduci eum & refelli, qui alibi eam infinitam fecerit*

XXXIX *Definitiuam autem dici non posse, aut comprehensibilem, aut demutabilem, sicut tamen rectius illi videbatur, si (quod alibi adseruit) æterna sit.*

XL. *Et iam in hoc etiam sibi non constare, quòd dicat in melius reformatam Materiam.*

XLI. *Motum etiam Materiæ nequaquam adscribi posse.*

XLII. *Plurimas itaque colligi posse contrarietates Hermogenis.*

XLIII. *Etiam de motu, quippe qui alibi certamen, alibi tarditatem motui adscribat.*

XLIIII. *Denique dum disputat qualiter Deus mundum operatus sit, & à Stoicis Philosophis illum recedere, & à Prophetis.*

XLV. *Prophetas autem & Apostolos rectiùs tradere non solùm visu & accessu Deum omnia creasse, sed in sermone & spiritu suo, modo inuestigabili, ex nihilo.*

Ceterùm Libri huius aduersus Hermogenem hisce verbis mẽtionem facit Tertullianus libro sequenti aduersus Valentinianos c. 14. Hæc *(inquit)* erit materia, quæ nos cõmisit cum Hermogene, cereriſque, qui Deum ex Materia, non ex nihilo, operatũ cuncta præsumunt. *Disertis etiam verbis scripti eius aduersus Hermogenem meminit Vincentius Lirinensis: & B. Hieron. lib. aduersus Heluidium, ad verbum quædam citat ex huius lib. cap. 1. & l. ad Ctesiphontem adu. Pelagianos illud:* Patriarchæ hæreticorum Philosophi. *Quare rectè etiam recensetur inter opera Tertulliani à Trithemio & Politiano, qui MS. viderunt. Publicauit autem primus Rhenanus, primùm Scholijs, deinde & Adnotationibus illustratum, & multis quidem locis egregiè castigauit. Nunc denuò verò eundem ex Vaticano vno MS. exemplari, & Latinij codice recognouimus, & Adnotationibus quoque nostris locupletauimus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI: ADVERSVS HERMOGENEM LIBER.

SOLEMVS[a] hæreticis compendij gratia de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis regula prior quæ etiam futuras hæreses prænunciauit, in tantum posteriores quæque doctrinæ hæreses præiudicabuntur, quia sunt quæ futuræ veritatis antiquiore regula prænuntiabantur. [b] Hermogenis autem doctrina tam nouella est, denique ad hodiernum homo in seculo, & [c] natura quoque hæreticus, etiam turbulentus:[d] qui loquacitatem, facundiam existimet: & impudentiam, constantiam deputet: & maledicere singulis, officium bonæ conscientiæ iudicet,[e] Præterea pingit licitè,[f] nubit assidue: legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit: bis falsarius[g] & cauterio & stylo totus adulter, & prædicationis & carnis. siquidem & nubentium contagio fœtet,[h] nec ipse Apostolicus Hermogenes in regula perseuerauit: Sed viderit persona, cum doctrina mihi quæstio est: Christum Dominum non alium videtur aliter cognoscere, alium tamen facit quem aliter cognoscit: immò totum quod est Deus aufert, nolens illum ex nihilo vniuersa fecisse.[i] A Christianis enim conuersus ad Philosophos, de Ecclesia[k] in Academiam & Porticum, inde sumpsitâ Stoicis Materiam cum Domino ponere, quæ ipsa semper fuerit neque nata, neque facta, nec initium habens omninò nec finem, ex qua Dominus omnia postea fecerit. [l] Hanc primam vmbram planè sine lumine pessimus pictor illis argumentationibus coloravit. Præstruens aut Dominum de semetipso fecisse cuncta, aut de nihilo aut de aliquo: vt cùm ostenderit neque ex semetipso fecisse potuisse, neque, ex nihilo, quod superest exinde confirmet, ex aliquo eum fecisse, atque ita aliquid illud Materiam fuisse. Negat illum ex semetipso facere potuisse: quia partes ipsius fuissent, quæcunque ex semetipso fecisset Dominus. Portò in partes non deuenire, vt indiuisibilem & indemutabilem, & eundem semper quâ Dominus. Ceterùm si de semetipso fecisset aliquid, ipsius fuisset aliquid. Omne autem & quod fieret: & quod faceret, imperfectum habendum: quia ex parte fieret, & ex parte faceret: aut si totus totû fecisset, oportuisset illum simul & totum esse, & non totum: quia oporteret & totum esse, vt faceret semetipsum, & totum non esse, vt fieret de semetipso. Portò difficillimum. Si enim esset, non fieret, esset enim: si verò non esset, non faceret: quia nihil esset. Eum autem qui semper sit non fieri, sed esse illum in æuum æuorum. Igitur non de semetipso fecisse illum[m] qui non eius fuerit conditionis, vt de semetipso facere potuisset. Proinde ex nihilo non potuisse eum facere, sic contendit, bonum & optimum definiens Dominum qui bona atque optima tam velit facere quàm sit, immò nihil non bonum atque optimum & velle eum & facere. Igitur omnia ab eo bona & optima oportuisse fieri secundum conditionem ipsius. Inueniri autem & mala ab eo facta, vtique non ex arbitrio, nec ex voluntate: quia si ex arbitrio & voluntate, nihil incongruens & indignû sibi faceret. Quod ergo non arbitrio suo fecerit, intelligi oportere ex vitio alicuius rei factum, ex materia esse sine dubio. [n] Adijcit & aliud: Deum semper Deum etiam Dominum fuisse, nunquam non Deum. Nullo porrò modo potuisse illum semper Dominum haberi, sicut & semper Deum, si non fuisset aliquid retrò semper, cuius semper Dominus haberetur: fuisse itaque Materiam semper Deo Domino. Hanc coniecturam eius iam hinc destruere properabo, quam hactenus propter non intelligentes adiecisse duxi, vt sciant, cetera quoque argumenta tam intelligi quàm reuinci. Dei nomen dicimus semper fuisse apud semetipsum, & in semetipso, Dominum verò non non semper diuersa enim vtriusque conditio. Deus substantiæ ipsius nomen, id est diuinitatis; Dominus verò non substantiæ, sed potestatis: substantiam semper fuisse cum suo nomine, quod est Deus; postea Dominus accedentis scilicet rei mentio. Nam ex quo esse cœperunt in quæ potestas Domini ageret, ex illo per accessionē potestatis & factus & dictus est Dominus: quia & pater Deus est, & iudex Deus est, non tamē ideò pater & iudex semper quia Deus semper. Nam nec pater potuit esse ante filium, nec iudex ante delictum.[o] Fuit autem tempus, cùm & delictum & filius non fuit, quod iudicem & qui patrem Dominum faceret. Sic & Dominus non ante ea, quorû Dominus existeret, sed Dominus tantùm futurus quandóque, sicut pater per filium, sicut iudex per delictum, ita & Dominus per ea, quæ sibi seruitura fecisset. Argumentari tibi videor Hermogenes.[p] Nauiter scriptura nobis patrocinatur, quæ vtrunque nomen ei distinxit, & suo tempore ostendit. Nam Deus quidem quod erat semper, statim nominat: In principio fecit Deus cœlum & terram. Ac deinceps quàm diu faciebat quorum Dominus futurus erat, Deus solummodò ponit.[q] Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus, & nusquam adhuc Dominus. At vbi vniuersa perfecit, ipsúmque vel maximè hominem qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus etiam cognominatur. Tunc etiam Dominus nomen adiunxit:[r] Et accepit Deus Dominus hominem quem finxit,

CAP. I. *Matth. 24. 1. Cor. 11.*

CA. II

CA. III.

Gen. 1.

Et præcepit Dominus Deus. Ac exinde Dominus qui retrò Deus tantùm, ex quo habuit cuius esset. D
Nam Deus sibi erat, rebus autem tunc Deus cùm & Dominus. Igitur in quantum putabit id eò Materiam semper fuisse, qua Dominus semper esset, intantum constabit nihil fuisse quia constat Dominum non semper fuisse. Adijciam & ego ptopter non intelligentes, [19] quorum Hermogenes extrema linea est, [20] & quidem ex pœnu etiã illius retorquebo aduersus illum. Cùm enim neget Materiam natam aut factam, sic quoq; inuenio Domini nomen Deo non competisse in Materiam: quia libera fuerit necesse est, quæ originem non habendo, non habuit rem quod erat, nemini seruiens. Ita-
CA. IIII. que ex quo Deus potestatem suam exercuit in eam faciendo ex Materia, ex illo Materia Dominum Deum passa, demonstrat, hoc illum tam diu non fuisse, quàm diu fuit. [21] Hinc deniq; incipiam de Materia retractare, quòd eam Deus sibi comparet proinde non natam, proinde non factam, proinde æternam: sine initio, sine fine propositam. Quis enim alius Dei cẽsus, quàm æternitas? quis alius æternitatis status, quàm semper fuisse & futurum esse, ex prærogatiua nullius initij & nullius finis? Hoc si
1. Cor. 8. Dei est proprium, solius Dei erit, cuius est proprium: quia etsi alij asscribatur, iam non erit Dei proprium, sed commune cum eo cui & asscribitur. [22] Nam: etsi sunt qui dicuntur Dei siue in cœlo, siue in terra nomine, cæterùm vnus Deus pater, ex quo omnia: quo magis apud nos solius Dei esse debeat, quod Dei proprium est: &, vt dixi, iam non proprium esset, quia alterius esset. Quòd si Deus est, vnicum sit necesse est, vt vnius sit. Aut quid erit vnicum & singulare, nisi cui nihil adæquabitur? quid principale, nisi quod super omnia, nisi quod ante omnia, & ex quo omnia? Hæc Deus solus habendo est, & solus habendo, vnus est. Si & alius habuerit: tot iam erunt Dei, quot habuerint quæ Dei sunt. Ita Hermogenes duos Deos infert. Materiam parem Deo infert. Deum autem vnum esse oportet: quia quod summum sit, Deus est: summum autem non erit, nisi quod vnicum fuerit: vni-
CAP. V. cum autem esse non poterit, cui aliquid adæquabitur. Adæquabitur autem Deo Materia, cùm æterna censetur. [23] Sed Deus, Deus est: Materia, Materia est. Quasi diuersitas nominum, comparationi resistat, si status idem vindicetur. Sit & natura diuersa, sit & forma non eadem, dummodò ipsius E
" status vna sit ratio. Innatus Deus, an non & innata Materia? Semper Deus, an non semper & Materia?
" Ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiam auctores vniuersitatis: tam qui fecit, quàm de qua fe-
" cit. Neque enim potest non & Materia auctrix omnium deputari, de qua vniuersitas constitit. Quo-
" modo respondebit? Non statim Materiam comparari Deo, si quid Dei habeat, quia non totum habendo non concurrat in plenitudinem comparationis? Quid Deo reliquit amplius, vt non totum
" Dei, Materiæ dedisse videatur? Vel quâ, inquit, & sic habente Materia salua sit Deo & auctoritas & subsistantia, quâ solus & primus auctor est, & Dominus omnium censeatur. Veritas autem sic vnum
" Deum exigit defendendo, vt solus sit quicquid ipsius est. Ita enim ipsius erit si fuerit solius: & ex hoc
Psal. 81. Ibid. " alius Deus non possit admitti, dum nemini licet habere de Deo aliquid. Ergo, inquis, nec nos habemus Dei aliquid. Immò habemus, & habebimus, sed ab ipso, non à nobis. [24] Nam & Dei erimus, si
" meruerimus illi esse de quibus prædicauit, Ego dixi, vos Dei estis, &: [25] Stetit Deus in Ecclesia Deorum: sed ex gratia ipsius, non ex nostra proprietate: quia ipse est solus, qui Deos faciat. Materia autem proprium facit quod cum Deo habet: aut si à Deo accepit, quod est Dei ordinem dico æternitatis,
CAP. VI. " potest & credi & habere illam cum Deo aliquid, & Deum illam non esse. Quale est autem cùm confiteatur ille aliquid cum Deo habere, & vult solius Dei esse, quod Materiam non negat habere? [26] Di-
" cit saluũ Deum esse, vt & solus sit & primus, & omniũ auctor, & omnium Dominus, & nemini com-
Isai. 45. parandus, quæ mox Materiæ quòque adscribit. [27] Ego quidem Deus, contestabitur Deus, & iurauit
Ibid. 41. nonnũquam per semetipsum, quòd alius non sit qualis ipse: sed mendacem eum faciet Hermogenes: F
Isai. 44. erit enim & Materia qualis Deus, infecta, innata, initium non habens, nec finẽ. [27] Dicet Deus: Ego
" primus, & quomodo primus, cui Materia coætanea est? Inter coætaneos autem & contempora-
" les ordo non est, aut & Materia prima est. Extendi, inquit, cœlum solus: atquin non solus; cum
" ea enim extendi, de qua & extendit. Cùm proponit: saluo Dei statu fuisse Materiam; vide ne irridearur à nobis, proinde saluo statu Materiæ fuisse Deus, communi tamen statu amborum. Saluum ergo erit & Materiæ, vt & ipsa fuerit, sed cum Deo: quia & Deus solus, sed cum illa. Et ipsa prima cum Deo quia & Deus primus cum illa: sed & illa incomparabilis cum Deo, quia & Deus incomparabilis cum illa, & auctrix cum Deo, & domina cum Deo. Sic aliquid & non totum Ma-
Isai. 44. teriæ habere, ita illi nihil reliquit Hermogenes, quod non & Materiæ contulisset: vt non Materia Deo, sed Deus potius Materiæ comparetur. Atque adeò cùm ea quæ propria Dei vindicamus, semper fuisse, sine initio, sine fine, & primum fuisse & solum, & omnium auctorem, Materiæ quoque competant: quæro quid diuersum & alienum à Deo, ac per hoc priuatum Materia possederit, per
CA. VII. quod Deo non compararetur? In qua omnia Dei propria recensentur, satis præiudicant de reliqua
" comparatione. [28] Si minorem & inferiorem Materiam Deo, & idcircò diuersam ab eo, & idcircò
" incõparabilem illi contẽdit, vt maiori, vt superiori: præscribo non capere vllam diminutionem &
" humiliationem, quòd sit æternum & innatum: quia hoc & Deum faciat tantum, quantus est, nullo minorem, neque subiectiorem, immò omnibus maiorem & sublimiorem. Sicut enim cetera quæ nascuntur, aut finiunt, & idcircò æterna non sunt semel opposita fini, quæ & initio admittunt ea quæ

Deus

A Deus non capit, diminutionem dico interim & subiectionem: quia nata & facta sunt: Ita & Deus ideò ea nõ capit, quia nec natus omninò, nec factus est. Materiæ autem status talis est. Igitur & duobus æternis, vt innatis, vt infectis, Deo atque Materiæ, ob eandem rationem communis status, ex æquo habentibus id, quod neque diminui, nec subijci admittit, id est æternitatem: neutrum dicimus altero esse minorem siue maiorem: neutrum altero humiliorem, siue superiorem, sed stare ambo ex pari magna, ex pari sublimia, ex pari solidæ & perfectæ fœlicitatis, quæ censetur æternitas. [29] Neque enim proximi erimus opinionibus Nationum, quæ si quando coguntur Deum confiteri, tamen & alios infra illum volunt. Diuinitas autem gradum non habet vtpotè vnica. Quæ si & in Materia erit, vt proinde innata & infecta, & æterna, aderit vtrobique: quia minor se nusquam poterit esse: quomodo ergo discernere audebit Hermogenes: atque ita subijcere Deo materiam, æternam æterno, innatam innato, auctricem auctori? dicere audentem, & ego prima, & ego ante omnia, & ego à quo omnia: pares fuimus, simul fuimus, ambo sine initio, sine fine: ambo sine auctore, sine Deo, Quis me Deus subijcit contemporali, coætaneo? Si quia Deus dicitur, Habeo & ego meum nomen. Aut ego sum Deus, aut ille Materia: quia ambo sumus quod alter est nostrum. Putas itaque Materiam Deo non comparasse, quam scilicet subijciat illi? [30 Atquin etiam præponit illam Deo, & Deum potius subijcit Materiæ; cùm vult: eum de Materia cuncta fecisse. Si enim ex illa vsus est ad opera mundi: iam & Materia superior inuenitur, quæ illi copiam operandi subministrauit, & Deus subiectus Materiæ videtur, cuius substantiæ egerit. Nemo enim non eget eo [31] de cuius vtitur: nemo non subijcitur ei cuius eget, vt possit vti: sic & nemo de alieno vtendo non minor est eo de cuius vtitur. Et nemo qui præstat de suo vti, non in hoc superior est eo cui præstat vti. Itaq; Materia ipsa quidem Deo non eguit, sed eguisse Deo præstitit, diuite & locuplete & liberali, minori opinor & inualido & minus idoneo de nihilo facere quæ velit. Grande reuera beneficium Deo contulit, vt haberet hodie per quem Deus cognosceretur, & omnipotens vocaretur: nisi quòd iam non omnipotens: si non & hoc potens, ex nihilo omnia proferre. Sanè & sibi præstitit aliquid Materia, vt & ipsa cum

B Deo possit agnosci coæqualis Deo, immò & adiuxtrix: nisi quòd solus eam Hermogenes cognouit, [32] & Hæreticorvm Patriarchæ Philosophi. Prophetis enim & Apostolis vsque adhuc latuit, puto & Christo. [33 Non potest dicere Deum vt Dominum Materia vsum ad opera mundi: Dominus enim non potuit esse subst antiæ coæqualis. [34 Sed precario forsitan vsus est: & ideò precario, non dominio, vt cum ea mala esset, de mala tamen sustinuerit vti, scilicet ex necessitate medio critatis suæ, qua non valebat ex nihilo vti: non ex potestate, quam si habuisset omninò vt Deus in Materiam, quam malam norat, antè eam in bonum conuertisset vt Dominus & bonus, vt ita de bono, non de malo vteretur. Sed quia bonus quidem, Dominus autem non, ideò, qualem habuit tali vsus, necessitatem fuam ostendit cedentem conditioni materiæ: quam si dominus fuisset emendasset. Sic enim Hermogeni respondendum est cùm ex dominio defendit Deum materia vsum, & de re non sua, scilicet non facta ab ipso. Iam ergo malum ab ipso, qui est mali si non auctor, quia non effector, certè permissor, quia dominator. Si verò materia non & ipsius quà malũ, Dei non erit: de alieno ergo vsus, aut precario vsus est qua egens eius: aut & iniuria, qua præualens eius. His enim tribus modis aliena sumuntur: Iure, beneficio, impetu, id est dominio, precario, vi, dominio non suppetente. Eligat Hermogenes, quid Deo congruat, precario an vi de materia cuncta fecisset. Non ergo melius censuisset Deus nihil omninò faciendum quàm precario, aut vi faciendum, & quidem de malo? [35 Nónne etiam si materia optima fuisset, æquè indecorum sibi existimasset de alieno licet bono?

C Fatuè satis, si ita gloriæ suæ causa molitus est mundum, vt debitorem se alienæ substantiæ ostenderet, & quidem non bonæ. Ergo, inquit, ex nihilo faceret, vt mala quoque arbitrio eius imputarentur. Magna, [36 bona fide, cæcitas hæreticorum pro huiusmodi argumẽtatione, cùm ideò aut aliumDeum bonum & optimum volunt credi, quia mali auctorem existiment Creatorem: aut materiam cum Creatore proponunt, vt malum à materia, non à Creatore deducant: quando nullus omninò Deus liberetur ista quæstione, vt non auctor mali videri proinde possit, quisquis ille est qui malum etsi non ipse fecit, tamen à quocunque & vndeunde passus est fieri. Audiat igitur & Hermogenes, dum alibi de mali ratione distinguimus, interim se quoque nihil egisse hac sua iniectione. Ecce enim etsi non auctor, [37 sed assentator mali inuenitur Deus, qui malum materiæ tantò sustinuit de bono ante mundi constitutionem, quàm vt bonus & mali æmulus emẽdasse debuerat. [38 Aut enim potuit emendare, sed noluit: aut voluit quidẽ, verùm non potuit infirmus Deus. Si potuit & noluit, malus & ipse, quia malo fauit: & si iam habetur eius quod licet non instituerit, quia tamen si noluisset illud esse, non esset, ipse iam fecit esse, quod noluit non esse. Quo quid est turpius? Si id voluit esse quod ipse noluit fecisse, aduersum semetipsum egit, cùm & voluit esse quod noluit fecisse, & noluit fecisse quod voluit esse. Quasi bonum voluit esse, & quasi malum noluit fecisse. Quod non faciendo malum iudicauit, id sustinendo bonum pronuntiauit: malum pro bono sustinendo, & non potius eradicando, assertor eius inuentus est: malè si per voluntatem, turpiter si per necessitatem. Aut famulus erit mali Deus aut amicus, cum materiæ malo conuersatus, nedum etiã de malo eius operatus. [39 Ettamẽ vnde nobis persuadet Hermogenes, malã esse materiam? Non enim poterit non malũ dicere cui

Ca. VIII

Cap. IX.

Cap. X.

Cap. XI.

malum ascribit. Nam definimus diminutionem & subiectionẽ capere non posse quod sit æternum [46] vt alij cœterno inferius deputetur. Ita & nunc nec malum dicimus competere illi, quia nec subijci ex hoc possit, quod nullo modo potest subijci, quia æternum est. Sed cùm aliàs summum bonum constet esse quod sit æternum vt Deus, per quod solus est Deus, dum æternus est, & ita bonus, dum Deus: quomodo materiæ inerit malum, quàm vt æternam, summum bonum credi necesse est? Aut si quod æternum est, peribit & mali capax esse, poterit hoc & in Deum credi: & sine causa gestiuit malum à Deo transferre, si competit & æterno, competendo materiæ. Iam verò si quod æternum est, malum potest credi, inuincibile & insuperabile erit malum vt æternum: & tamen nos frustrà laboramus de auferendo malo ex nobis ipsis, cùm & Deus hoc frustrà mandat & præcipit: [47] immò & iudicium frustrà constituit Deus; & in iustitia vtique puniturus, quibus contra malum finis, cùm præses eius diabolus abierit in ignem, quem præparauit illi Deus & angelis eius, [48] priùs in puteum abyssi relegatus, [49] quum reuelatio filiorum Dei redemerit conditionem à malo, vtique vanitati subiectam; cùm restituta innocentia & integritate conditionis, [44] pecora condixerint bestijs, [45] & paruuli de serpentibus luserint; cùm pater filio posuerit inimicos sub pedes, vtique operarios mali. Itaque si finis malo competit, necesse est competierit initium. Erit materia habens initium, habendo & finem mali. Quæ enim malo deputantur, secundum mali statum computantur. [46] Age nunc malam ac pessimam eredamus esse materiam vtique natura: sicut Deum bonum & optimum credimus proinde natura porro naturam certam & fixam haberi oportebit tam in malo perseuerantem apud materiam, quàm in bono apud Deum inconuertibilem & indemutabilem. Scilicet quâ si demutabitur natura in materia, de malo in bonum demutari poterit, & in Deo de bono in malum. Hoc loco dicet aliquis: [47] Ergo de lapidibus filij Abrahę non suscitabuntur, & in genimina viperarum non facient pœnitentiæ fructum, & filij iræ non fient filij pacis; si natura mutabilis non erit. Temerè ad ista exempla respicies ô homo: non enim competunt ad causam materiæ, quæ innata est, ea quæ nata sunt, lapides, & viperæ, & homines. horum enim natura habendo institutionem, habere poterit & cessationem. Materiam verò tene semel æternam determinatam, vt infectam, vt innatam: & ideò indemutabilis & incorruptibilis naturæ credendam, ex ipsius etiam sententia Hermogenis, quam opponit cùm Deum negat ex semetipso facere potuisse: quia non demutetur quod sit æternum, amissurum scilicet quod fuerat, dum fit ex demutatione quod non erat, si non esset æternum. Dominum verò æternum aliud esse non posse, quàm quod est semper. Hac & ego definitione meritò illum repercutiam. Materiam æquè reprehendo, cùm ex illa mala, pessima eriam, bona atque optima à Deo fiunt: [48] Et vidit Deus quia bona, & benedixit ea Deus, vtique quà optima, non certè quà mala ac pessima. Demutationẽ igitur admisit materia, & si ita est, statum æternitatis amisit: mortua est denique sua forma. Sed æternitas amitti non potest: quia nisi amitti non possit, æternitas non est. Ergo nec demutationem potuit amisisse: quia si æternitas est, demutari nullo modo potest. [49] Et quæretur, quomodo ex ea bona facta sint, quæ ex demutatione nullo modo facta sunt? Vnde in mala ac pessima boni atque optimi semẽ? Certè nec bona arbor, fructus malos ædit: quia nec Deus nisi bonus: nec mala arbor, bonos: quia nec materia est nisi pessima. Aut si dabimus illi aliquid, etiam boni germinis, iam nõ erit vniformis naturæ, id est malæ in totũ: sed iam tum duplex, id est bonę & malę naturæ. Et quęretur iterũ, an in bono & malo poterit conuenire luci & tenebris, dulci & amaro. Aut si potuit vtriusque diuersitas boni & mali concurrisse, & duplex natura fuisse materiæ amborum ferax fructuum, iam nec bona ipsa Deo deputabuntur, vt nec mala illi imputentur: sed vtraq; species de materiæ proprietate sumpta, ad materiam pertinebit. Quo pacto neque gratiam bonorum Deo debebimus, nec inuidiam malorum, quia nihil de suo operatus ingenio. [50] Per quod probabitur manifestè materiæ deseruisse. Nam etsi dicatur, licet ex occasione materiæ, suo tamen arbitrio bona protulisse, quasi nactus bonum materiæ, quanquam & hoc turpe sit, certè cùm ex eadem etiam mala profert, vel hæc vtique non de suo arbitrio proferendo, seruit materiæ, aliud non habens facere quàm ex malo proferre, inuitus vtique quâ bonus, ex necessitate vt inuitus, & ex seruitute vt ex necessitate. Quid ergo dignius, ex necessitate eum condidisse mala, an ex voluntare? Si quidem ex necessitate condidit, si ex materia: ex voluntare, si ex nihilo. Iam enim sine causa laboras, ne malorum auctor constituatur Deus: quia etsi de materia fecit, ipsi deputabuntur qui fecit, proinde quatenus fecit. Planè sic interest vnde fecerit, ac si de nihilo fecisset: nec interest vnde fecerit, vtinde fecerit, vnde eũ magis decuit. Magis autem cum decuit ex voluntate fecisse quàm ex necessitate: id est ex nihilo potius quàm ex materia. Dignius est Deum etiam malorum auctorem liberum credere, quàm seruum. Quæcunque potestas ei, [51] quàm pusillitas competit. Si & sic concedimus materiam quidem nihil boni habuisse, Dominum verò si quid boni ædidit, sua virtute ædidisse, aliæ æquè oborientur quæstiones. Primò si bonũ in materia omninò non fuit, non ex materia bonũ factum, quod materia scilicet nõ habuit. Dehinc si non ex materia, iam ergo ex Deo, factũ. Si nec ex Deo iam ergo ex nihilo factum. Hoc enim superest secundum Hermogenis dispositionem. [52] Porrò si bonum, neq; ex materia factum est; quia non erat in illa vt in mala: neque ex Deo; quia nihil potuit ex Deo fieri, sicut definit Hermogenes:

inuenitur

1. Cor. 5. Matth. 24. Act. 20. Rom. 8. Isai. 11. Psal. 109.

Ca. xii.

Matth. 3.

Gen. 1.

Ca. xiii

Matth. 7.

C. xiiii.

Ca. xv.

A inuenitur bonum iam ex nihilo factum, vt ex nullo factum, vt neque ex materia neque ex Deo. Et si bonum ex nihilo, cur non & malũ? immò cur non omnia ex nihilo, nisi si insufficiens fuit diuina virtus omnibus producendis, quæ aliquid protulerit ex nihilo: Aut si ex materia mala bonum processit, quia neque ex nihilo neque ex Deo; sequetur vt ex conuersione processerit materiæ, contra denegatã æterni conuersionem. Ita vnde bonum constitit, iam negabit Hermogenes inde illud constare potuisse. Necesse est autem ex aliquo eorum processerit, ex quibus negauit procedere potuisse. Ceterùm si id eò malum non ex nihilo, ne Dei fiat, de cuius arbitrio videbitur factum sed ex materia, vt ipsius sit, de cuius substantia erit factum: & hic vt dixi, auctor mali habebitur Deus, qui cùm eadem virtute & voluntate debuisset omnia ex materia protulisse aut tantùm bona (non omnia tamen bona) protulisset etiam mala vtique aut volens esse mala, si poterat efficere ne essent: aut non valens efficere omnia bona, si voluit & non fecit: dum nihil interfit per infirmitatem Dominus auctor mali existerit, an per voluntatem. Aut quæ fuit ratio, vt cùm bona fecisset quasi bonus, etiã mala protulisset quasi non bonus cùm non congruentia sibi solummodò ædidit. Quid necesse erat suo opere prolato, etiam materiæ negotium curare, proinde & malum proferendo, solus vt cognosceretur bonus de bono, materia autem ne cognosceretur mala de malo? Plus bonum floruisset sine mali affatu. Nam & Hermogenes expugnat quorundam argumentationes, dicentium mala necessaria fuisse ad inluminationem bonorum, ex contrarijs intelligendorum. Ergo nec propterea locus mali proferendi fuit: aut si qua alia ratio exegit illud induci, cur non & ex nihilo potuerit induci, ipsa ratione excusatura Dominum ne mali auctor existimaretur, quæ nunc cùm de materia operatur mala excusat: si excusat adeò vbique & vndique illuc compellitur quæstio quò nolunt, qui ipsam mali rationem non examinando, nec dignoscendo, quomodo illud aut Deo adtribuant, aut à Deo separent, pluribus, & indigninoribus destructionibus Deum obijciunt. [7] Igitur in præstructione huius articuli, & alibi forsitan retractandi, equidem definio, aut Deo ascribendum & bonum & malum, quæ ex materia fecit: aut materiæ ipsi ex qua fecit aut vtrunque vtrique, quia ambo sibi obligantur, qui fecit, & de qua fecit: aut alterum alteri. Tertius enim præter materiam & Deum, non est. Porrò si Deus erit vtrunque, videbitur Deus etiam mali auctor: Deus autem vt bonus auctor mali non erit: si materia vtrunque, videbitur materia etiam boni matrix, mala autem in totum materia boni non erit matrix. si vtriusque erit vtrunque: in hoc quoque comparabitur Deo materia, & pares erunt ambo, ex æquo [8] mali ac boni adfines: æquari autem Deo materia non debet, ne duos Deos efficiat: si alterum alterius, vtrique Deo bonum, & materiæ malum: neque malum Deo, neq; materiæ bonum adscribetur: & bona autem & mala Deus de materia faciendo, cum ea facit. Hæc si ita sunt, nescio qua possit euadere sententia Hermogenes, qui Deum, quoquomodo de materia malum condidit, siue voluntate, siue necessitate, siue ratione, non putet mali auctorem. Porrò si mali auctor est ipse qui fecit, planè socia materia [9] per substantiæ suggestum: excludis iam causam materię introducendæ. Nihilominus enim, & per materiam Deus auctor mali ostenditur, si ideò materia præsumpta est, ne Deus mali auctor videretur. Excluſa itaque materia dum excluditur causa eius, superest vti Deum omnia ex nihilo feciſſe conſtet. Videbimus an & mala, cùm apparuerit quæ mala, & an mala interim ea quæ putas. Dignius enim de suo arbitrio produxit, hæc quoque producendo de nihilo, quàm de præiudicio alieno, si de materia produxiſſet. Libertas, non neceſſitas, Deo competit: malo voluerit mala à semetipso condidiſſe, quàm non potuerit non condidiſſe. [10] Vnici Dei ſtatus hanc regulam vindicat: non aliter vnici, niſi quia ſolius: non aliter ſolius, niſi quia nihil cũ illo: ſic & primus erit, quia omnia poſt illũ: ſic omnia poſt illũ, quia omnia ab illo: ſic ab illo, quia ex nihilo, vt illi quoq; ſcripturæ ratio conſtet. [11] Quis cognouit ſenſum Domini? Aut quis illi conſiliarius fuit? aut quem conſultatus eſt? aut viam intelligentiæ & ſcientiæ quis demonſtrauit illi? quis tradidit, & retribuetur ei? Nemo vtique: quia nulla vis, nulla materia, nulla natura ſubſtantiæ alterius aderat illi. Porrò ſi de aliquo operatus eſt, neceſſe eſt ab ea ipſa acceperit & conſilium & tractatum diſpoſitionis, vt viam intelligentiæ & ſcientiæ. Pro qualitate enim rei operari habuit & ſecundum ingenium materiæ, non ſecundum ſuum arbitrium: adeò vt & mala pro natura non ſua, ſed ſubſtantiæ fecerit. [12] Si neceſſaria eſt Deo materia ad opera mundi, vt Hermogenes exiſtimauit; habuit Deus materiã longè digniorem & idonciorem non apud Philoſophos æſtimandã, ſed apud Prophetas intelligendam, Sophiam ſuam ſcilicet. [13] Hęc denique ſola cognouit ſenſum Domini. Quis enim ſcit quæ ſunt Dei, & quæ in ipſo, niſi ſpiritus qui in ipſo? Sophia autem ſpiritus, hæc illic conſiliarius fuit, via intelligentiæ & ſcientiæ ipſa eſt. Ex hac fecit, faciendo per illam, & faciẽdo cum illa. [14] Quum pararet cœlum, inquit, aderam illi, & quum fortia faciebat (ſuper ventos) quæ ſurſum nubila, & cùm firmos ponebat fontes eius quæ ſub cœlo eſt, ego eram compingens cum ipſo. Ego eram ad quam gaudebat, quotidie autem oblectabar in perſona eius. Quando oblectabatur, quum perfeciſſet orbem, & inoblectabatur in filijs hominum. Quis non hãc potius omnium fontem & originem commẽdet, materiam verò materiarũ, non ſibi ſubditam, non ſtatu diuerſam, non motu inquietam, non habitu informem, ſed inſitam & propriam & compoſitam & decoram, quali Deus potuit eguiſſe, ſui magis

A
B
C
Ca. xvi.
Ca. viii
Ca. ix.
Ifai. 40.
Rom. 11.
1. Cor. 2.
Ifai. 40.
Prou. 8.

Prou. 8. quàm alieni egens? Deniq; vt necessariam sensit ad opera mundi, statim eam condit & generat in se-
metipso. Dominus, inquit, condidit me initium viarum suarum in opera sua: [46] ante secula fundauit D
me prius quam faceret terram, priusquàm montes collocarentur, ante omnes autem colles genera-
uit me; [47] prior autem abysso genita sum. Agnoscat ergo Hermogenes idcircò etiam Sophiã Dei na-
tam & conditam prædicari, ne quid innatum & inconditum præter solũ Deum crederemus. Si enim
intra Dominum quod ex ipso & in ipso fuit, sine initio non fuit: Sophia scilicet ipsius exinde nata &
Ioan. 1. condita, ex quo in sensu Dei ad opera mundi disponenda cœpit agitari: multo magis [48] non capit sine
initio quicquam fuisse quod extra Dominũ fuerit. Si verò Sophia eadem Dei sermo est sensus sophia,
& sine quo factum est nihil, sicut & dispositum sine sophia, quale est vt filio Dei sermone vnigenito
& primogenito aliquid fuerit præter patrem antiquius: & hoc modo vtiq; generosius, nedum quod
innatum nato fortius, & quod infectum facto validius? quia quod vt esset nullius eguit auctoris, mul-
to sublimius erit eo, quod vt esset, aliquem habuit auctorem. Proinde si malum quidem innatum est,
natus autem sermo Dei: Eructauit enim, inquit, sermonem optimũ, non scio an à bono malum pos-
sit adduci, validius ab infirmo, vt innatum à nato. Ita & hoc nomine materiam Dei præponit Her-
mogenes, præponendo eam filio. Filius enim sermo, & Deus sermo: & ego & pater vnum sumus: ni-
CA. XIX. si quòd sustinebit æquo animo filius eam præponi sibi, quæ patri adæquatur. [49] Sed & ad originale
instrumentũ Moysi prouocabo, vnde & diuersa pars suspiciones suas ingratis fulcire conatur, ne sci-
» licet non inde instrui videretur vnde oportet. Itaq; occasiones sibi sumpsit quorundam verborum,
Gen. 1. » [50] vt hæreticis ferè mos est simplicia quæque torquere. Nam & ipsum principium, in quo Deus fecit
» cœlum & terram, aliquid volunt fuisse, quasi substantiuum & corpulentum, quod in materiam inter-
» pretari possit. Nos autem vnicuique vocabulo proprietatem suam vindicamus, principium initium
esse, & competisse ita poni rebus incipientibus fieri. Nihil enim quod fieri habet sine initio esse, quin
initium sit illi ipsum dum incipit fieri. [51] Ita principium siue initium inceptionis esse verbum: non ali-
cuius substantiæ nomen. Iam nunc si principalia Dei opera cœlũ & terra sunt, quæ ante omnia Deus
E. fecit suorum esse propriè principium, quæ priora sunt facta, meritò sic præfatur scriptura, In princi-
pio fecit Deus cœlum & terram, quemadmodum dixisset, In finem Deus fecit cœlum & terram: si
post vniuersa fecisset. Aut si principium aliqua substantia est, erit & finis aliqua materia. Planè licebit
etiam substantiuum aliquid principium esse alij rei, quæ ex ipso sit futura: vt argilla principium testæ,
vt semẽ principium herbæ. Sed cùm ita vtimur vocabulo principij quasi originis, non quasi ordinis
nomine: adijcimus & mẽtionem ipsius rei specialiter, quam volumus principium alterius rei, De ce-
tero si sic ponamus, verbi gratia: In principio fecit figulus peluim vel vrnam: iam non materiam si-
gnificabit principium: nõ enim argillam nominauit principium, sed ordinem operis; quia figulus an-
te cetera primùm peluim & vrnam fecit, exinde facturus & cetera, ad ordinationem operum princi-
pij vocabulum pertinebit, non ad originem substantiarum. Possum & aliter principium interpreta-
ri, non ab re tamen: [67] nam & in Græco principij vocabulum, quod est ἀρχή, non tantùm ordinati-
uum, sed & potestatiuum capit principatũ. [68] Vnde & ἄρχοντες dicunt principes & magistratus. Er-
go secundum hanc quoq; significationem principium pro principatu & potestate sumetur. In prin-
cipatu enim & in potestate Deus fecit cœlũ & terram. [69] Sed vt nihil aliud significet Græca vox, quàm
Isai. 1. principium; & principium nihil aliud capiat, quàm initiũ: habemus etiam illam initiũ agnoscere, quæ
Psal. 2. CA. XX. dicit: [70] Dominus condidit me initiũ viarum suarum in opera sua. Si enim per Sophiã Dei omnia fa-
Gen. 1. cta sunt; & cœlum ergo & terram Deus faciens in principio, id est initio, in Sophia sua fecit. Denique
Sap. 8. si principium materiã significaret, non ita scriptura instruxisset, In principio Deus fecit, sed ex prin- F.
cipio. Non enim in materia, sed ex materia fecisset. De Sophia autem potuit dici, in principio. In So-
Gen. 1. phia enim primò fecit, in qua cogitando & disponẽdo iam fecerat; quoniam etsi ex materia facturus
fuisset, antè in Sophia cogitãdo & disponendo iam fecerat. Quoniã etsi erat initium viarũ, quia co-
gitatio & dispositio prima Sophię fit operatio, de cogitatu viam operibus instituens, hanc & inde au-
Prou. 8. ctoritatem scripturæ mihi vindico, quòd & Deus qui fecit, & ea quę fecit ostẽdens, vnde fecerit non
proinde testatur. Nam quum in omni operatione tria sint principalia, qui facit, & quod fit, & ex quo
fit: tria nomina sunt ædenda in legitima operis enarratione: persona factoris, species facti, forma ma-
teriæ. Si materia non ædetur, [71] vbi & opera & operæ operator ædũtur, apparet ex nihilo eum opera-
tum. Proinde enim ædereturex quo, si ex aliquo fuisset operatus. Deniq; Euangelium vt supplemen-
tum instrumenti veteris adhibebo, in quo vel eo magis debuerat ostendi Deus ex aliqua materia vni-
uersa fecisse, quod illic etiam per quem omnia fecerit reuelatur. [72] In principio erat sermo. In quo
Ioan. 1. principio scilicet, Deus fecit cœlum & terrã. Et sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Omnia
Gen. 2. per ipsum facta sunt, & sine illo factum est nihil. Cùm igitur & hic manifestetur & factor, id est Deus,
Ioan. 1. & facta, id est omnia, & per quem, id est sermo nonne & vnde omnia facta essent à Deo per sermonẽ,
exegisset ordo profiteri, si ex aliquo facta essent? Ita quod non fuit, non potuit scriptura profiteri. Et
C. XXI. » non profitendo, satis probauit non fuisse: quia profiteretur si fuisset. [73] Ergo, inquis, si tu ideò
» præiudicas ex nihilo facta omnia, quia non sit manifestè relatum de materia præcedenti factum
» quid, vide ne diuersa pars ideò contendat ex materia omnia facta, quia proinde non apertè signi-
ficatum

A ficatum sit, ex nihilo quid factum. Planè retorqueri quædam facilè possunt: non statim & ex æquo admitti, vbi diuersitas causæ est. Dico enim etsi non apertè scriptura pronũtiauit ex nihilo facta omnia, sicut nec ex materia, non tantam fuisse necessitatem apertè significandi de nihilo facta omnia, quanta esset si ex materia facta fuissent. Quoniam quod fit ex nihilo, eo ipso dum non ostenditur ex aliquo factum, manifestatur ex nihilo factum: [74] & non periclitatur ne ex aliquo factum existimetur, quando non demonstretur ex quo sit factum. Quod autem ex aliquo fit, nisi hoc ipsum apertè declaratur ex aliquo factum, illud dum ex quo factum sit ostenditur, periclitabitur primò videri ex nihilo factũ, quia non æditur ex quo sit factum. Dehinc etsi ea sit conditione vt non possit videri ex aliquo, proinde periclitabitur, ex alio longè factum videri, quàm ex quo factum est, dum non proponitur vnde sit factum. Ita si ex nihilo Deus cuncta fecisse non potuit, scriptura non adiecisset illum ex nihilo fecisse: ex materia eum fecisse omni modo debuit edixisse, licet ex materia fecisset: quia illud in toto habebat intelligi, etsi non significaretur: at istud in dubio, nisi significaretur. [75] Atque adeò C. XXII.
Spiritus sanctus hanc scripturæ suæ rationem constituit, vt cùm quid ex aliquo fit, & quod fit, & *Gen. 1.*
vnde fit, referat. [76] Fruticet, inquit, terra herbam fœni, seminantem semen secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. Et factum est sic. Et produxit terra herbam fœni seminantem semen secundum genus, & li- *Ibid.*
gnum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. Et rursus: Et dixit Deus: Producant aquæ repentia animarum viuarum, & volatilia volantia super terram [77] per firmamẽtum cœli. Et factum est sic. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium repentium, quæ *Ibid.*
produxerunt aquę secundum genus ipsorum. Item post hæc. Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupedia & repentia, & bestias terræ, secundum genus ipsorum. Si ergo ex iam factis rebus, alias res Deus proferens, ostendit per Prophetã, & dicit quid vnde protulerit: [78] (quãquam possimus vnde illas prolatas æstimare, dum ne ex nihilo, iam enim facta erant quædam ex quibus prolatæ videri possent:) si tantam curam institutionis nostræ insumpsit Spiritus sanctus, vt sciremus quid vnde processerit, nónne proinde nos & de cœlo & de terra compotes reddidisset, significando vnde ea esset operatus, si de aliqua materia origo constaret illorum? vt tanto magis ex nihilo ea videretur operatus, quanto nihil adhuc erat factum, ex quo operatus videretur. Itaq; sicut ea quæ de aliquo prolata sunt, ostendit vnde prolata sint, ita quę non ostendit vnde prolata sint, *Gen. 1.*
ex nihilo prolata confirmat. Igitur in principio Deus fecit cœlum & terram. Adoro scripturæ pleni- *Ioan. 1.*
tudinem, qua mihi & factorem manifestat & facta. In Euangelio verò amplius & ministrum atque arbitrum rectoris inuenio sermonem. An autem de aliqua subiacenti materia facta sint omnia nusquam adhuc legi. Scriptum esse docet Hermogenis officina. Si non est scriptum timeat [79] Væ illud *Apoc. vlt.*
adijcientibus aut detrahentibus destinatum. [80] Sed ex sequentibus argumentatur; quia scriptum C. XXIII
sit: [81] Terra autem erat indiuisibilis & incomposita. Nam & terræ nomen redigit in materiam, quia "
terra sit quæ facta est ex illa. Et erat in hoc dirigit, quasi quæ semper retrò fuerit innata & infecta. In- *Gen. 1.*
uisibilis autem & rudis; quia informem & confusam & inconditam vult fuisse materiam. Has quidem "
opiniones eius singillatim reuincam, sed interim volo sic ei respondere. Putamus his articulis materiam demonstrari. Nunquid tamen, quia erat ante omnia, & tale aliquid esse ex ea factũ scriptura significat? Atquin nihil tale significat. Fuerit licet materia, quantum sibi licet, vel potius Hermogeni potuit & fuisse, & tamen nihil Deus ex illa fecisse, vel quia non decebat Deum aliquius eguisse, certè
C quia nec ostenditur quicquam ex materia fecisse. Sine causa ergo esset, inquis. Non planè adeò sine causa. Nam etsi mũdus non est factus ex illa, sed hæresis facta est, & quidem hoc impudentior, quòd non ex materia facta est hæresis, sed materiam ipsam potius hæresis fecit. [82] Reuertor nunc ad singu- C. XXIV.
los articulos, per quos putauit significatam esse materiam. Et primò de nominibus expostulabo. "
Horum enim alterum legimus, quod est terræ: alterum non inuenimus, quod est materiæ. Quæro *Gen. 1.*
ergo, Cùm materiæ nominatio non extet in scriptura, quomodo ei etiam terræ appellatio accommodetur in alio iam genere substantiæ nota? Quo magis materię quoque nominatio extitisse debuerat, consecuta etiam terræ appellationem, vt scirem terram commune cum materia esse nomen, nelud ei soli substantiæ vindicarem, cuius & proprium, in qua magis notũ est, vel ne illud in quamcunque aliam speciem, nec vtiq; omni materiæ cõmunicare possem, si vellem. cùm enim non extat proprium vocabulum eius rei cui commune vocabulum adscribitur, quanto non compãret cui adscribatur, cuicunq; alij poterit asscribi. Ita Hermogenes, etsi materiam ostenderet nominatam, deberet candé probare terram quoq; cognominatam, vtita vtrunq; illi vocabulum vindicaret. [83] Vult igi- C. XXV.
tur duas proponi terras in ista scriptura; vnam quam in principio Deus fecit: Aliam, materiã, ex qua "
fecit, de qua dictũ sit, Terra autem erat inuisibilis & rudis. Vtiq; si quærã ex duabus quæ cui nomen "
terræ accommodare debeat? dicetur, hanc quæ facta sit ex illa ex qua facta est, vocabulum deriuasse, *Gen. 1.*
quia verisimilius sit ab origine sobolem potius, quàm originem à sobole vocitari. Hoc si ita est, alia nobis obuoluitur quæstio, an competat terram hanc quam Deus fecit, ex illa ex qua fecit, ex cognomentum deriuasse. Audio enim apud Hermogenẽ cæteróque Materiarios hæreticos, terram "
quidẽ illam in formem & inuisibilem & rudem fuisse: hanc verò nostrã proinde & formã, & conspe- "

ctum, & cultum, à Deo consecutam. Aliud ergo factam quàm erat ea ex qua facta est. Porrò aliud D
facta, non potuit cum ea denominatione sociari, à cuius conditione desciuerat. Si nomen proprium
materiæ illius fuit terra, hæc quæ non est materia, aliud scilicet facta, terræ quoq; non capit nomen
alienũ, & statu suo extraneũ. Sed materia facta, id est terra, habuit cum sua origine consortiũ nominis
sicut & generis. Non audio. Nam & testam, licet ex argilla confectam, iam non argillam vocabo, sed
testam: [74] & electrum, licet ex auro & argento fœderatum, nec argentũ tamen nec aurũ appellabo, sed
electrũ, à cuius habitu quid diuertit, pariter & à voto eius recedit, appellationis, sicut & conditionis
proprietate. Quàm autẽ transierit de statu terræ illius, id est materiæ, ista terra, vel eo palàm est, quòd
hęc apud Genesim testimoniũ boni accipit: Et vidit Deus quia bonũ: illa autem apud Hermogenẽ in
originẽ & causam malorũ deputatur. Postremo si ideò hæc terra, quia & illa, cur non & materia hæc
quoq;, quia illa? Immò iam & cœlũ & omnia, si ex materia cõstant, & terræ & materiæ vocari debue-
rũt. Satis ista de terræ nomine (in quo materia intelligi voluit) quod nomen vnius elementi omnes
sciunt, natura primùm, deinde scriptura docente, [81] nisi & Sileno illi apud Midam regẽ adseuerãti de
C. xxvi. alio orbe, credendum est, [86] auctore Theopompo. Sed & Deos multos idem refert. [87] Nobis autem
Gen. 1. vnus Deus & vna est terra, quam in principio Deus fecit. Cuius ordinẽ incipiẽs scriptura decurrere,
primò factã eam edicit, dehinc quã talem ipsius edisserit. sicut & cœlũ primò factũ professa, In profes-
cipio fecit Deus cœlũ, dehinc dispositionẽ eius superinduxit: [88] Et seiungit inter aquã quæ erat infra
firmamentũ, & quæ super firmamẽtum, & vocauit Deus firmamẽtum cœlũ, ipsum quod in primor-
dio fecerat. Proinde & de homine, Et fecit Deus hominem, ad imaginẽ Dei fecit illum. Dehinc qua-
liter fecerit reddit: [89] Et finxit Deus hominem de limo terræ, & afflauit in faciẽ eius flatum vitæ & fa-
ctus est homo in animam viuam. Et vtique sic decet narrationem inire, primò præfari, postea prose-
qui, nominare, deinde describere. Alioquin vanum, si cuius rei cuius nullam præmiserat mentionem,
id est materiæ, ne ipsum quidem nomen, subitò formam & habitum promulgauit: antè enarrat qua-
lis esset, antequàm an esset; ostendit figurã deformati, nomen absc ̃dit. At quanto credibilius secun- E
dum nos eius rei dispositionẽ scriptura subiunxit, cuius institutionem simũlq; nominationem præ-
Vbi supra. misit. Quàm denique integer sensus est: In principio Deus fecit cœlum & terrã, terra autem erat in-
uisibilis & rudis, quam Deus scilicet fecit, de qua scriptura cùm maximè ediderat. 90 Nam & autem
ipsum, velut fibula coniunctiuæ particulæ ad cõnexum narrationi appositum est, Terra autem. Hoc
enim verbo reuertitur ad eam, de qua suprà dixerat, & alligat sensum. Adeò auferhinc Autem, & so-
C. xxvii luta compago est, vt tunc possit de alia terra dictum videri, Terra erat inuisibilis & rudis. [91] Sed tu
supercilio capitis & nutu digiti accommodato altiùs tollens, & quasi retrò iactans: Erat, inquis, quasi
semper fuerit scilicet innata & infecta, & idcircò materia credenda. At ego sine vllo lenocinio pro-
nuntiationis simpliciter respondebo, de omni re posse dici, Erat, etiam de ea quæ facta, quæ nata sit,
quæ aliquando non fuerit, & quæ materia non sit. Omne enim quod habet esse, vnde habeat, siue per
initium, siue sine initio, hoc ipso quod est, etiam Erat dicetur. Cui competit prima verbi positio in
definitionẽ, eiusdem etiam declinatio verbi decurret in relationẽ. Est definitionis caput, Erat rela-
tioni facit. [92] Hæ sunt argutię & subtilitates hæreticorum, simplicitatem cõmuniũ verborum torquẽ-
tes in quæstionem. Magna scilicet quæstio est, Si erat terra quæ fact ̃ est. Sanè discutiendum, an ei
competat inuisibilẽ & rudem fuisse quæ facta est, an ei ex qua facta est, vt eiusdẽ sit erat, cuius & quod
C. xxviii erat. [93] Atquin non tãtùm probabimus istum habitum huic terræ cõpetisse, sed & illi alij non com-
petisse. Nam si nuda materia Deo subiacebat, nullo scilicet elemento obstruente: siquidem nondum
quicquam erat præter ipsam & Deum: vtique inuisibilis esse non poterat. Quia etsi tenebras volet in F
subst antia fuisse materia (94 cui articulo respondere debebimus suo ordine) etiam homini tenebræ vi-
sibiles sunt; hoc enim ipsum quod sunt tenebræ videntur, nedum Deo. Et vtique si inuisibilis esset,
nullo modo cognosceretur qualitas eius. 95 Vnde ergo compertus est Hermogenes informẽ & con-
fusam & inconditam illam fuisse, quæ vt inuisibilis latebat: 96 aut si hoc à Deo reuelatum est, probare
debet. Sic & an rudis dici potuerit, expostulo. Certè enim rude illud est quod imperfectum est? Cer-
tè imperfectum non potest esse, nisi quod factum est? Quod enim minus factum est, imperfectum est.
Certè, inquis. Ergo materia quæ facta non erat, in totum imperfecta esse non potuit. Quæ imperfe-
cta non fuit, etiam rudis non fuit. Initium non habẽs, quia facta non fuit, caruit & rudimento. Initij
C. xxix. enim accidens est, rudimentum. Terra verò quæ facta est, meruit & rudis dici. Statim enim vt facta
est, habuit imperfectæ locum, ante perfectionem. [97] Si quidem omnia opera sua Deus ordine con-
summauit, inculcis primò elementis 98 depalans quodammodò mũdum, dehinc exornatis velut de-
dicans. Nam & lumen non statim splendore solis impleuit, & tenebras non statim solatio lunæ tem-
peruit, & cœlum non statim sideribus stellisque signauit, & maria non statim beluis frequentauit,
& ipsam terram non statim varia fœcunditate dotauit: Sed primò esse ei contulit: dehinc non inua-
cuum esse suppleuit. Sic enim & Esaias: Non inuacuum fecit illam, 99 sed inhabitari. Postea ergo
Isai. 25. quàm facta est, futura etiam perfecta, interim erat inuisibilis & rudis. Rudis quidem, hoc quoq; ipso
quòd inuisibilis, vt nec visui perfecta, simul & vt de reliquo nondum instructa. Inuisibilis verò, vt
adhuc aquis tanquam munimento genitalis humoris obducta. Qua forma, etiam adfinis eius caro
nostra

A noſtra producitur. Nam & Dauid ita canit: Domini eſt terra plenitudo eius, [100] orbis terræ, & omnes qui habitant in illa. Ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam. Segregatis enim aquis in cauationem ſinum, emicantior facta eſt arida, quæ antehac aquis tegebatur. Exinde itaque & viſibilis efficitur, dicente Deo: [101] Congregetur aqua in congregationem vnam, & videatur arida. Videatur, inquit, non fiat. Iam enim facta erat, ſed inuiſibilis vſque tunc videri ſuſtinebat. Arida autem, quòd erat futura ex diuortio humoris, tamen terra. Et vocauit Deus aridam terram, non materiam. Sic & perfectionem poſtea conſecuta, deſinit rudis haberi cùm pronũtiat Deus: Fructicet terra herbam fœni ſeminantem ſemen ſecundum genus & ſecundum ſimilitudinem, & lignum fructuoſum faciens fructum, cuius ſemen in ipſo in ſimilitudinem. Item: Producat terra animam viuam ſecundum genus, & quadrupedia, & repentia, & beſtias terræ ſecundum genus. Impleuit igitur ordinem ſuum ſcriptura diuina. Quam enim prædixerat inuiſibilem & rudem, ei & viſionem reddidit & perfectionem. Non alia autem materia erat inuiſibilis & rudis. Ergo materia erit poſtea viſibilis & perfecta. Volo itaque videre materiam: viſibilis enim facta eſt. Volo & perfectam eam recognoſcere, vt ex illa etiam fœni herbã, & ex illa decerpam lignum fructuoſum, & ex illa animalia vſui meo famulentur. Sed materia quidem nuſquam: terra verò hîc, id eſt coràm. Hanc video, hac perfruor, ex quo inuiſibilis & rudis eſſe deſijt, de qua manifeſtiſſimè Eſaias: [102] Hæc dicit Dominus qui fecit cœlũ. Iſte Deus qui demonſtrauit terrã & fecit illam. Certè eandem demonſtrauit, quam & fecit. Quomodo demonſtrauit? Vtiq; dicendo: Videatur arida. Quare videri iubet, niſi quia retrò non videbatur? vt ſic quoq; eam non in vacuum feciſſet faciendo viſibilẽ, & ita habilem. Et ſic per omnia probatur nobis, hanc quam incolimus, eandem & factam eſſe à Deo & oſtenſam, nec aliam fuiſſe rudem & inuiſibilem, quàm quæ & facta & oſtenſa eſt. atq; ita: Terra autem erat inuiſibilis & rudis, ad

B eam pertinet quam Deus cum cœlo ſeparauit. [103] Sic & ſequentia cõiecturam Hermogenis inſtruere videbũtur: Et tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur; quaſi & hæc cõſufæ ſubſtantiæ, maſſalis illius modis argumenta portendant. Atquin ſingillatim definies tenebras, abyſſum, ſpiritum Dei, aquas nihil confuſum, nec in confuſione incertũ æſtimari facit tam diuiſa relatio certorum & diſtinctorũ elementorum. Hoc quidem amplius, quum ſitus proprios eis adſcribit, tenebras ſuper abyſſum, ſpiritum ſuper aquas, negauit confuſionem ſubſtantiarum, quarum demonſtrando diſpoſitionem, demonſtrauit etiam diſtinctionẽ. [104] Vaniſſimum denique, vt materia quæ informis inducitur, de tot formarum vocabulis informis adſeueretur, non ædito quid ſit illud corpus confuſionis, quod vnicum vtique credendum eſt, ſi informe eſt: vniforme etenim quod informe eſt. Informe autem quod ex varietate confuſum eſt, vnam habeat neceſſe eſt ſpeciem: quod non habet ſpeciem, dum ex multis vnam habet ſpeciem. Ceterùm aut habebant in ſe ſpecies iſtas materia, de quarum vocabulis intelligendas eſſe tenebras dico, & abyſſum, & ſpiritum, & aquas aut non habebat. Si enim habebat, quomodo inducitur non habens formas? Si non habebat, agnoſcitur?

[105] Sed & illud vtique captabitur: de cœlo ſolo & de terra iſta ſcripturam ſignificaſſe, quòd eam in principio Deus fecerit: de ſpecibus autem ſupradictis nihil tale: & ideò eas quæ factæ non ſignificentur, ad infectam materiam pertinere. Reſpondebimus huic quoque ſcrupulo. Scriptura diuina ſatis diſſereret, ſi ſummas ipſas rerum à Deo factas commendaſſet cœlum & terram, habentes vtique ſuggeſtus ſuos proprios, qui in ipſis ſummis intelligi poſſent. Suggeſtus autẽ cœli & terræ primò

C tunc fuerint tenebræ, & abyſſus, & ſpiritus, & aquæ. Nam terræ quidem ſuberat abyſſus & tenebræ. Si enim abyſſus infra terram, tenebræ autem ſuper abyſſum, ſine dubio & tenebræ & abyſſus infra terram. Cœlo verò ſpiritus & aquæ ſubiacebant: nam ſi aquæ ſuper terram, quæ eam texerant, ſpiritus autem ſuper aquas, pariter & ſpiritus & aquæ ſuper terram. Quæ verò ſuper terram, ea vtique infra cœlum. Et ſicut terra abyſſo & tenebris, ita & cœlum ſpiritui & aquis incubabat, & complectebantur. Et ita nouum non eſt, vt id ſolum quod continet nominetur, quâ ſummale: in iſto autem intelligatur & quod continetur, quâ portionale. Ecce ſi dicam, ciuitas extruxit theatrum, & circum, ſcena autem erat talis & talis, [106] & ſtatuæ ſuper euripum, & obeliſcus ſuper omnia ferebatur: quia non & has ſpecies edixerim factas à ciuitate, non erunt ab ea cum circo & theatro? an ideò non adieci factas has quoque ſpecies, quâ inerat eis quæ facta prædixeram, & ineſſe quibus inerant, intelligi poterant. Sed vacet hoc exemplum vt humanum: aliud de auctoritate ſcripturæ ipſius arripiam. Fecit, inquit, Deus hominem de terra & adflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viuam. Faciem quidem eius hîc nominat, ſed nec ipſam factam à Deo dixit. [107] Coſtam verò & oſſa, & carnem, & oculos, & ſudorem, & ſanguinem poſtea loquitur, quæ nec tunc facta à Deo ſignificauit. Quid reſpondebit Hermogenes? Nunquid & mẽbra hominis ad materiam pertinebunt, quia non nominatim facta referuntur? An & hæc in hominis [108] factitatione cenſentur? Proinde membra erant cœli & terræ abyſſus & tenebræ, ſpiritus & aquæ. In corporibus enim membra ſunt facta, in corporibus & membra ſunt nominata. Nullum elementum non membrum eſt eius elementi quo continetur; Omnia autem elementa cœlo aut terra continentur. [109] Hæc reſpondeſim pro ſcriptura præſenti, quatenus hîc ſolorum corporum factitationem commendare videtur cœli & terræ. Scijt eſſe qui vltrò in corporibus & membra cognoſcerent,

Pſal. 23.

Gen. 1.

Ibid.

Ibid.

Iſai. 45.

Gen. 1.

Iſai. 45.

Gen. 1.

C. XXX

Gen. 1.

C. XXXI.

Gen. 1.

Gen. 2.

Gen. 2. & 4.

Gen. 1.

C. XXXII.

& ideò compendio vſa eſt. Prouidit tamen & hebetes & inſidioſos, qui diſſimulato tacito, intel-
Prou. 3. lectu, ipſis quoque membris verbum factitationis ſignificatorium exigerent. Itaque & propter iſtos D
ſingulas ſpecies factas docet alijs in locis. Habes Sophiam, Prior autem abyſſo genita ſum, dicen-
tem: vt credas abyſſum quoque genitam, id eſt factam, quia & filios facimus, licet generemus. Nihil
Iſai. 45. intereſt facta an nata ſit abyſſus, dum initium deturilli, quod non daretur ſi materiæ ſubiecta eſſet.
Amos 4. De tenebris verò ipſe Dominus per Eſaiam: Ego, qui ſtruxi lueem & feci tenebras. De ſpiritu æquè
Amos: [10] Qui ſolidat tonitruum, & condidit ſpiritum, & adnuntiat in homines Chriſtum ſuum:
eum ſpiritum conditum oſtendens, qui in terras conditas deputabatur, qui ſuper aquas ferebatur,
Iſai. 57. librator & adſtator & animator vniuerſitatis: [11] non, vt quidam putant, ipſum Deum ſignificari ſpi-
Zech. 8. ritum, quia Deus ſpiritus. Neque enim aquæ Dominum ſuſtinere ſufficerent; ſed eum ſpiritum dicit,
» de quo etiam venti conſtiterunt: vt ait per Eſaiam: quia ſpiritus à me exiuit, & flatum omnem ego
» feci. Item de aquis eadem Sophia. [12] Et cùm firmos ponebat fontes quæ ſub cœlo eſt, ego erã mo-
» dulans cum ipſo. Quum ergo & eas ſpecies probamus à Deo factas, etſi in Geneſi tantummodò no-
» minantur ſine factitationis mẽtione; reſpondebitur fortaſſe ex diuerſo: [13] Planè factas eas, ſed ex ma-
teria. vt ſtilus quidem Moyſi, Et tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur; mate-
riam ſonet: ceteræ verò ſcripturæ, quæ ex materia factæ ſint ſpecies in diſperſo demonſtrent. Ergo ſi-
cut terra de terra, ita & abyſſus ex abyſſo, & tenebræ ex tenebris, & ſpiritus & aquæ ex ſpiritu & aquis
conſtiterunt. Et ſicut ſuprà diximus, non potuit informis fuiſſe materia, ſi ſpecies habebat, vt & aliæ
ex ea ſint confectæ, niſi quòd non aliæ, ſed ipſæ ex ſemetipſis. Siquidem non capit diuerſas fuiſſe
quæ hiſdem nominibus æduntur: quòd iam operatio diuina otioſa videri poſſit, ſi quæ erant fecit:
cùm generoſiora eſſent, quæ non erant facta, ſi fierent. Igitur vt concludam, aut materiam tunc
ſignificauit Moyſes cùm ſcribit, Et tenebræ ſuper abyſſum, & ſpiritus Dei ſuper aquas ferebatur; Aut quum hæ ſpecies alibi poſtea demonſtrantur factæ à Deo, debuerunt æquè demonſtrari
ex materia, quam Moyſes præmiſerat, factæ: Aut ſi ſpecies iſtas, & non materiam ſignificauit Moyſes,
C. xxxiiii. vbi materia demonſtrata ſit quæro. [14] Sed dum illam Hermogenes inter colores ſuos inuenit [15] (in- E
ter ſcripturas enim Dei inuenire non potuerit) ſatis eſt quòd omnia & facta à Deo conſtat, & ex ma-
teria facta non cõſtat: quæ etiam ſi fuiſſet, ipſam quoque à Deo factam credidiſſemus: quia nihil innatum præter Deũ præſcribentes, obtineremus. In hunc vſque articulum locus eſt retractatui, donec
ad ſcripturas prouocata deficiat exhibitio materiæ. Expedita ſumma eſt: nihil inuenio factũ, nihil ex
nihilo, quia quod factum inuenio, non fuiſſe cognoſco. Etiamſi quid ex aliquo factum eſt, ex fa-
cto habet cenſum, vt ex terra, herba, & fructus, & pecudes, & figurario hominis ipſius: vt ex aquis
natatiles & volatiles animæ. Huiuſmodi origines rerum ex his prolatarum, potero materias appel-
C. xxxiiii. lare: ſed factas à Deo & ipſas [16] Ceterùm omne ex nihilo conſtitiſſe, illa poſtremò diſpoſitio ſua-
debit, quæ omnia in nihilum redactura eſt. Siquidem & cœlum conuoluetur vt liber, immò nuſ-
Iſai. 34. quam fiet eum ipſa terra, cum qua primordio factum eſt. Cœlum & terra præteribunt, inquit, [17]
Matth. 24. Apoc. 21. Cœlum primum & terra prima abierunt, & locus non eſt inuentus illis: quia ſcilicet quod & finit, lo-
cum amittit. Sic & Dauid, Optra manuum tuarum cœli, & ipſi peribũt. [18] Nam etſi mutabit illos ve-
Pſal. 101. lut opertorium, & mutabuntur, ſed mutari perire eſt priſtino ſtatui, quem dum mutãtur, amittunt. [19]
Apoc. 6. Pſal. 96. Et ſtellæ quidem de cœlo ruent, ſicut ficiarbor, quum valido commota vento acerba ſua amittit.
Apocal. 6. Montes verò tanquam ceraliqueſcent, à conſpectu Domini. [20] Quum ſurrexerit, ſcilicet cõfringere
Iſai. 2. terram. Sed & paludes, inquit, arefaciam. [21] Et quærent, aquam, nec inuenient; [22] etiam mare Ocea-
Iſai. 41. nus. Quæ omnia etſi alter putauerit ſpiritaliter interpretãda, non tamen poterit auferre veritatem ita
futurorum, quomodo ſcripta ſunt. Si quæ enim figuræ ſunt, ex rebus conſiſtentibus fiant neceſſe F
eſt, non ex vacantibus: quia nihil poteſt ad ſimilitudinem de ſuo præſtare, niſi ſit ipſum quod tali ſimi-
litudine præſtet. Reuertorigitur ad cauſam definientẽ omnia ex nihilo ædita, in nihilum peruẽtura.
Ex æterno enim, id eſt ex materia, nihil Deus interibile feciſſet, nec ex maioribus minora cõdidiſſet,
cui magis congruat ex minoribus maiora producere, id eſt ex interibili æternum: quod & carni no-
ſtræ pollicetur, cuius virtutes & poteſtates ſuas, hunc iam arrabonem, voluit in nobis collocaſſe, vt
credamus etiam illum vniuerſitatem ex nihilo velut emortuam, quæ ſcilicet non erat, in hoc vt eſſet,
C xxxv. ſuſcitaſſe. [23] De cetero verò ſtatu materiæ, etſi non eſt retractandum, prius enim erat vt eam eſſe
conſtaret, tamen ac ſi conſtiterit, perſequendus eſt ordo: quo magis eam non eſſe conſtet, cuius nec
» reliquus ſtatus conſiſtat, ſimul vt contrarietates ſuas agnoſcat Hermogenes. Prima, inquit, facie vide-
» tur nobis incorporalis eſſe materia: exquiſita autem ratione recta, inuenitur neque corporalis, neq;
» incorporalis. Quæ eſt iſta ratio recta, quæ nihil recti renũciat id eſt nihil certi? Niſi fallor enim, om-
nis res aut corporalis aut incorporalis ſit neceſſe eſt: ([24] vt concedã interim eſſe aliquid incorporale
de ſubſtantijs duntaxat, cùm ipſa ſubſtãtia corpus ſit rei cuiuſq;:) certè poſt corporale & incorporale
nihil tertium. Age nunc ſit & tertium quod illa recta ratio Hermogeniana compererit, quæ neque
corporalem neque incorporalem materiam facit: vbi eſt, quale eſt, quid vocatur, quid deſcribitur,
quid intelligitur? Tantùm hoc ratio renuntiauit, nec corporalem materiam nec incorporalem.
C. xxxvi. [25] Sed ecce contrarium ſubijcit, aut alia fortaſſe ratio ei occurrit, ex parte corporalem
renuntians

D renuntians materiam, & ex parte incorporalem. Iam ergo ne neutrum sit, vtrunque materia censenda
est? Erit enim corporalis & incorporalis aduersus renuntiationem rectæ rationis illius planè rationē ,,
non reddentis sententiæ suæ, sicut nec alia reddit. Corporale enim materiæ, vult esse, de quo corpora ,,
ædantur: incorporale verò, inconditum motum eius. Si enim, ait, corpus tantummodò esset, nihil ei ,,
incorporale appareret, id est motus. Si verò in totum incorporalis fuisset, nullum corpus ex ea fieret.
[116] Quanto hæc rectior ratio, nisi quòd si tam rectas lineas ducis Hermogenes quàm ratio ista, pictor
te barbior non est. Quis enim tibi concedit motum, in secundam partem subſtantiæ deputare: cùm
subſtantiua res non sit, quia nec corporalis, sed accidens, si fortè subſtantiæ & corpori, vt actus, &
pulsus, vt lapsus, vt casus, ita & motus. Nam siue à semetipso quid mouetur, actus eius est motus,
certè pars subſtantiæ non est, sicut tu motū subſtantiā facis materiæ incorporalem. Omnia denique
mouentur aut à semetipsis vt animalia, aut ab alijs [117] vt inanimalia, tamen nec hominē, nec lapidē, &
corporalē & incorporalē dicemus, quia & corpus habeat & motum, sed vnā omnibus formā solius
corporalitatis, quæ subſtantiæ res est: si qua incorporalia eis adsunt, aut actus, aut passiones, aut offi-
cia, [118] aut libidines eorum, non portiones deputamus. Quò ergo facit, portionem materiæ in mo-
tum disponere, qui non ad subſtantiam pertinet, sed ad subſtantiæ habitum? Quid enim si immobi-
lem placuisset tibi inducere materiam, nunquid immobilitas secunda pars formæ videretur? Sic
itaque nec motus. [119] Sed de motu & alibi licebit. [120] Nunc enim video tead illam rursus ratio- XXXVII.
nem reuerti, quæ tibi nihil certi renuntiare consuevit. Nam si vt nec corporalem, nec incorpora-
lem insert materiam, ita nec bonam nec malam adlegasset, proinde superargumentasset, Si enim, in- ,,
quis, esset bona quæ semper hoc fuerat, non desideraret compositionem Dei: si esset natura mala, ,,
non accepisset translationem in melius: nec quicquam compositionis suæ adplicuisset illi Deus tali ,,
natura: Inuacuum enim laborasset. Verba hæc tua sunt: quorum te & alibi meminisse oportuerat, ne
E quid his contrarium inferres. [121] Sed quoniam de mali & boni ambiguitate super materiam in præ-
teritis aliquid retractauimus, nunc ad præsentem, & solam propositionem & argumentationem
tuam respondebo. Nec dicam, & hic te certum aliquid debuisse pronuntiasse: aut bona, aut mala,
aut tertium aliquid: sed ne hic quod tibi libuit pronuntiasse, custodisse. Rescindis enim quod pro-
nuntiasti nec bonam nec malam: quia cum dicis, Si esset bona, non desideraret componi à Deo, ma-
lam portendis: & cùm adponis, Si esset mala natura, non admitteret in melius translationem, bonam
subostendis: Atque ita & boni & mali adfinem constituisti, quam nec bonam nec malam pronuntia-
sti. Vt autem & argumentationem, qua putasti te propositionem tuam confirmaturum, retūdam, op-
pono etiam illud, Si bona fuisset materia semper, quare non desideraſſet in melius reformari? Quod
bonum non desiderat, aut non optat, aut non capit profectum, vt fiat de bono melius. Æquè si ma-
la natura fuisset, quare non potuerit à Deo conuerti, vt à potentiore, vt ab eo qui lapidum quoque *Matth. 3.*
naturam conuertere valeat in filios Abrahæ? Nempè ergo non tantùm comparas Dominum mate-
riæ, sed & subijcis, à quo natura materiæ deuinci & edomari in melius non potuisset. Sed & quam hic ,,
non vis natura malam, alibi te confessum negabis. [122] De situ materiæ id tracto, quod & de motu, XXXVIII.
vt peruersitatem tuam traducat. Subiacentem facis Deo materiam, & vtique locum illi qui sit infra
Deum. In loco ergo materia. Si in loco, ergo intra locum: si intra locum, ergo determinatur à loco,
intra quem est: si determinatur, habet lineam extremam, [123] quam quantum propriè pictor, agnos-
cis finem esse omni rei cuius linea extrema est. Non ergo erit infinita materia, quæ dum in loco est, à
F loco determinatur, & dum determinatur ab illo, extrema eum linea patitur. At tu infinitam facis di- ,,
cens: Infinita est autem, eo quòd semper est. Etsi qui discipulorum tuorū voluerit argumentari, quasi
infinitatē æuo, non motu corporis intelligi velis: atquin corporaliter infinitam, corporaliter immen-
sam, & incircunscriptam, sequentia ostēdunt, Vnde, inquis, nec tota fabricatur, sed partes eius. Adeò ,,
corpore infinita, non tempore est. [124] Et obduceris, corpore eam infinitam faciens, cùm locum ei ad-
scribens, intra locum & extremam loci lineam includis. Sed tamen cur non totam eam formauerit
Deus, nō scio, nisi quā aut inualidus, aut inuidus. Itaq; diminuidū eius quæ non tota formata sit quæro,
vt qualis tota fuerit agnoscam. Debuerat enim Deus vt [125] exemplarium antiquitatis ad gloriam ope-
ris palàm feciſſe. [126] Sit nunc definitiua, sicut rectius tibi videtur, per demutationes suas & translatio- XXXIX.
nes: sit & cōprehensibilis, vt quæ fabricatur, inquis, à Deo, quia & conuertibilis & demutabilis & di- ,,
spartibilis. Demutationes enim eius, inquis, dispartibilem eā ostendūt. [127] Et hic à lineis tuis excidisti, ,,
quibus circa personam Dei vsus es, præscribens Deum illam non ex semetipso feciſſe, quia in partes ,,
venire non posset qui sit æternus & manēs in æuum, ac per hoc immutabilis & indiuisibilis. Si & ma- ,,
teria eadem æternitate censetur, neque initium habens neque finem eadem ratione non poterit pati ,,
dispertitionem & demutationem, quā nec Deus. In æternitatis consortio posita, participet cum illo
necesse est & vires, & leges, & conditiones æternitatis. Atque cùm dicis, Partes autem eius omnia si- ,,
mul ex omnibus habent, vt ex partibus totum dinoscatur: vtique eas partes intelligi vis, quæ ex il-
la prolatæ sunt, quæ hodie videntur à nobis. Quomodo ergo omnia ex omnibus habent, vtique ex
pristinis, quando quæ hodie videntur, aliter habeant quàm pristina fuerunt? [128] Dicis in melius re- XL.
formatam materiam, vtique de deterioribus: & vis meliora deteriorum exemplarium ferre. Confusa

res erat, nunc verò composita est. Et vis ex compositis incomposita præberi. Nulla res speculum al- D
" terius rei, id est non coæqualis. [137] Nemo se apud tonsorem pro homine mulum inspexit, nisi si qui
putat in hac extructione mundi, disposititæ iam & comptæ, informem & incultam materiam respon-
dere. Quid hodie informe in mundo, quid retrò speciatum in materia, vt speculum sit mundus mate-
riæ? Cùm ornamenti nomine sit penes Græcos mundus, quomodo inornatæ materiæ imaginem re-
fert, vt dicas totum eius partibus cognosci? Certè exillo toto erit etiam hoc quod non venit in defor-
mationem. Et suprà ædidisti, non totam eam fabricatam. Igitur vel hoc rude & confusum & incom-
positum non potest in expolitis & distinctis & compositis recognosci, quę nec partes materiæ appel-
lari conuenit, cùm à forma eius ex mutatione diuisa recesserunt. [140] Reuertor ad motum, vt vbique
XLI. te lubricum ostendam. Inconditus, & confusus, & turbulentus fuit materiæ motus. Sic enim & ollæ
" vndique ebullientis similitudinem opponis. Et quomodo alibi alius à te adfirmatur? Cùm enim vis
" materiam nec bonam nec malam inducere: Igitur, inquis, subiacens máteria æqualis momenti ha-
" bens motum, neque ad bonum, neque ad malum plurimum vergit. Si æqualis momenti, iam non
" turbulentus, nec [141] cacabaceus, sed compositus, & temperatus, scilicet qui inter bonum & malum
" suo arbitrio agitatus, in neutram tamen partem pronus & præceps, [142] mediæ (quod aiunt) aginæ æ-
" quilibrato impetu ferebatur. Hæc inquies non est, hæc turbulentia [143] & passiuitas non est, sed mode-
" ratio, & modestia & iustitia motationis neutram in partem inclinantis. Planè si huc & illuc autin al-
" terum magis proclinaret, tunc inconcinnitatis, & inæqualitatis, & turbulentiæ denotari mereretur.
Porrò si neque ad bonum, neque ad malum pronior erat motus, vtique inter bonum & malum age- E
batur: vt ex hoc quoque materiam determinabilem appareat, cuius motus [144] nec malo nec bono
pronus, eo quòd in neutrum vergebat, intra vtrumque ab vtroque pendebat, & hoc nomine ab vtro-
que determinabatur. Sed & bonum & malum in loco facis, cùm dicis motum materiæ in neutrum
" eorum fuisse propensum. Materia enim quæ in loco erat, neque huc neque illuc deuergens, in loca
" non deuergebat, in quibus erat bonum & malum. Dans autem locum bono & malo, corporalia ea
" facis, faciendo localia, quia quæ locum habẽt, prius est vt corporalia sint. Denique incorporalia pro-
" prium locum non haberent, nisi in corpore, cùm corpori accedũt. Ad bonum autem & malum non
deuergẽte materia, vt aut corporalia aut localia non deuergebat. Bonum ergo & malum erras si sub-
stantias esse vis. Substantias enim facis quibus loca adsignas. Loca autem adsignas, cùm materiæ mo-
XLII. " tum ab vtraque regione suspendis. [145] Dispersisti omnia, ne de proximo quàm contraria sibi sint
" relucerent. At ego colligam singula & conferam. Inconditum adseueras motum materiæ, eámque
" adijcis sectari informitatem: dehinc alibi, desiderare componi à Deo. Desiderat formationem quæ
" sectatur informitatem, aut sectatur informitatem quæ desiderat formationem? Non vis videri Deum
" æquari materiæ: & subijcis, habere illam cum Deo communionem. Impossibile enim, inquis, nõ ha-
" bentem illam commune aliquid cum Deo, ornari eam ab ipso. atquin si commune aliquid habebat
" cum Deo, non desiderabat exornari ab ipso, pars scilicet Dei per communionem. Aut & Deus pote-
rat ornari à materia, habẽdo cum illa aliquid & ipse commune, & iam in hoc necessitati subijcis Deũ,
si fuit aliquid in materia propter quod eam formaret. Cõmune autem inter illos facis, quòd à semet-
" ipsis mouentur, & semper mouentur. Quid minus materię quàm Deo adscribis? Totum consortium
" diuinitatis hoc erit, libertas & æternitas motus. Sed Deus compositè, materia inconditè mouentur.
Tamen diuinum proinde, motu proinde libero & æterno. Atquin plus materiæ das, cui licuit sic
XLIII. " moueri quomodo Deo non licuit. [146] De motu & illud notauerim. Nam secundum ollæ simi- F
" litudinem, sic erat, inquis, materiæ motus, antequàm disponeretur, concretus, inquietus, inadpre-
" hensibilis præ nimietate certaminis. Dehinc subijcis: Stetit autem in Deo compositionem, & inad-
" prehensibilem habuit inconditum motum, præ tarditate inconditi motus. [147] Suprà, certamen mo-
" tui adscribis, hîc tarditatem. Nam de natura materiæ quoties cadas, accipe. Suprà dicis: Si autem es-
" set materia natura mala, non accepisset translationem in melius: nec Deus aliquid compositionis ac-
commodasset illi. Inuacuum enim laborasset. Finisti igitur duas sententias, nec materiam natura ma-
" lam, nec naturam eius à Deo potuisse conuerti. Horũ immemor, postea infers: At vbi accepit cõpo-
" sitionem à Deo & ornata est, cessauit à natura. Si in bonum reformata est, vtique de malo reformata
est. Et si per cõpositionem Dei cessauit à natura mali, natura cessauit ergo, & mala fuit natura ante cõ-
XLIIII positionem, & definere potuit à natura post reformationem. [148] Sed & qualiter operatum facias
" Deum, sequitur vt ostendam. Planè à Philosophis recedis, sed tamen & à Prophetis. [149] Stoici enim
" volunt Deũ sic per materiam decucurrisse, quomodo mel per fauos. At tu non, inquis, pertransiens
" illam facit mundum, sed solummodò adparens & adpropinquans ei, sicut facit [150] qui decor solum-
modò adparens, & Magnes lapis solummodò adpropinquans. Quid simile Deus fabricans mundũ,
& decor vulnerans animum, [151] aut Magnes adtrahens ferrum? Nam etsi adparuit Deus materiæ, sed
non vulnerauit illam quod decor animum: & si adpropinquauit, sed non cohæsit illi, quod Ma-
gnes ferro. Puta nunc exempla tua competere. Certè si adparendo & adpropinquando materiæ, fe-
cit ex illa Deus mundum, vtique ex quo adparuit fecit, & ex quo adpropinquauit. Ergo quando non
fecerat retrò, nec adparuerat illi, nec adpropinquauerat. Et cui credibile est, Deum non adparuisse
mate-

A materiæ, vel quâ consubstantiali sue per æternitatem: ab ea longè fuisse, quem credimus vbique esse, & vbique adpariere?[14] cui etiam inanimalia & incorporalia laudes canunt apud Danielem. Quantus hic locus, in quo Deus à materia tantum distabat, vt neque adpareret, neque adpropinquaret ante mundi molitionem? credo peregrinatus est ad illam de longinquo, cum primum ei voluit adparere & adpropinquare. [15] At enim Prophetæ & Apostoli non ita tradunt mundum à Deo factum, adparente solummodo & adpropinquante materiæ, quia nec materiam vllam nominauerunt: sed primò Sophiam conditam, initium viarum in opera ipsius: dehinc & sermonem prolatum, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Denique sermone eius cœli confirmati sunt, [14] & spiritu ipsius vniuersæ virtutes eorum. [15] Hic est Dei dextera, Dei & manus ambæ per quas operatus est, atque molitus est. Opera enim manuum tuarum, inquit, cœli: [16] per quas & mensus est terram, & palmo cœlum. Noli ita Deo adulari, vt velis illum solo visu & solo accessu tot ac tantas subtantias protulisse, & non propriis viribus instituisse. Sic enim & Hieremias commendat: Deus faciens terram [17] in valentia sua, parans orbem in intelligentia sua, & suo sensu extendit cœlos. [18] Hæ sunt vires eius, quibus cnixus, totum hoc condidit. Maior est gloria eius, si laborauit. Denique septima die requieuit ab operibus. Vtrunque suo more. Aut si adparens solummodò & adpropinquans fecit hûc mundum, nunquid cùm facere desijt, rursus adparere & adpropinquare cessauit? Atquin magis adparere cœpit & vbique conueniri Deus, ex quo factus est mundus. Vides ergo quemadmodum operatione Deus vniuersa constituit, valentia facientis terram, intelligentia parantis orbem, & sensu extendentis cœlum: non adparentis solummodò nec adpropinquantis, sed adhibentis tantos animi sui

B nisus, Sophiam, Valentiam, Sensum, Sermonem, Spiritum, Virtutem. Quæ illi non erant necessaria, vt adparendo tantummodò & adpropinquando profectus fuisset. [19] Hæc autem sunt inuisibilia eius, quæ secundum Apostolum ab institutione mundi factis eius conspiciuntur, non materie nescio quę, sed sensualia ipsius. Quis enim cognouit sensum Domini? De quo exclamat, ô profundum diuitiarũ & Sophiæ, [20] vt inuentibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quid hæc magis sapiunt, quàm vt ex nihilo omnia facta sunt? quæ nec inueniri nec inuestigari nisi solo Deo possent, alioqui inuestigabilia, si ex materia sunt inuestigata & inuenta. Igitur inquantum constitit materiam nullam fuisse, ex hoc etiam quòd nec talem competat fuisse qualis inducitur, intantũ probatur omnia à Deo ex nihilo facta, nisi quòd Hermogenes eundem statum describendo materiæ quo est ipse, incondi-

C tum, confusum, turbulentum, ancipitis & præcipitis & feruidi motus, documentum artis suæ dum ostendit, ipse se pinxit.

Dan. 3. XLV.

Sap. 8. Ioan. 1. Psal. 32. Isai. 48. Psal. 101.

Isai. 48.

Hier. 51. Psal. 64. Gen. 1.

Hierem. 51.

Rom. 1.

Rom. 11.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM ADVERSVS HERMOGENEM.

1. ADVERSVS HERMOGENEM.] *Etsi* Hermogenis *in hæreticorum Catalogo sub finem lib. de Præscriptionib. adu. hæreticos non meminerit, ad hæresin tamen eius adludit, eiusdem libri c. 7. in hac verba:* Et vbi Materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est; *vbi quadam huc pertinentia ex Quintino describ simus n. 43. & nominatim etiam eius meminit e.* 30. Ceterùm, *inquit*, & Nigidius nescio quis, & Hermogenes, & multi alij adhuc ambulant, peruertentes vias Dei. *Vnde videtur Nigidius ille eiusdem cum illo secta fuisse, sicutillic adnotauimus n. 177. Et verò iam dictam hæresin* Hermogeni *adscribit ca. 33.* Idem *inquit*, Apostolus, quum improbare elementis seruientes, aliquem Hermogenem ostẽdit, qui Materiam non natam introducens, Deo non nato eã comparar. *Eundem etiam errorem Marcioni impingens lib. adu. eundem 5. c. penult.* Collocans, *inquit*, & cum Deo creatore Materiam de Porticu Stoicorum. *Meminit rursum infrà li. sequenti, verbi in Argumento citatis. Item libro de Anima, libri mentionem facit*, De censu animæ aduersus Hermogenem, *de quo plura T. 4. inter Tertulliani Fragmenta. Rursum tractatu de nomine lib. de Resurrect. carnis:* Igitur confido Deum totũ hoc ex nihilo protulisse, & Deum nosti fidendo, quòd tantum Deus valeat. Nam & quidam infirmiores hoc priùs credere volunt, de Materia potius subiacenti ab illo vniuersitatem secundum Philosophos dedicatam. *Denique etiam Tom. 5. l. de Monogam. verbis mox citandis c. 2. n. 7. Quare fallitur Pratcolus Catal. hæreseon, dum* Hermogenem *facit Sabellij æqualem, atque adeò non nisi Galieni Imperatoris ætatibus repulisse, quemadmodum etiam in eo quòd* Hermiam, *à quo* Hermianis, *confundit cũ* Hermia *Massilianorũ hæreticorum duce:* Hermiani *(inquit Aug. her. 54.) ab* Herma, *qui elementorũ Macerinã, de qua factus est mundus, nõ à Deo factã dicit: sed Deo æternã. Quæ quis eadẽ planè sit hæresis, omnino putarim illic legendũ:* Hermogeniani *ab* Hermogene. *ni postea etiã* Hermogenẽ *et* Hermogenianos *recenseret, qui Patripassianorũ hæresis sint secuti. Verũ quid obstat duos hæreticos eodẽ dici vocatos nomine, maximè quũ conformiter Auctori nostro scribat Theodoretus haret. fab. l. 1.* Hermogenes, *inquit, ex subiecta Materia, & coæterna dicit Deum omnis fabricatum. Existimabat enim soliduũ fieri non posse, vt Deus vniuersũ ex iis quæ non sunt fabricaret: ita enim lege, pro: fabricaretur. Vbi etiã addit: Is dicebat corpus Domini in sole esse repositum: Diabolum autem & Dæmonas esse in Materia refundendos. Theophilus Antiochenus Episcopus scripsit in eum, & similiter Origenes. Quod ipsum de Theophili lib. adu. hæresin* Hermogenis *adfirmatur 8. Hier. Catal. Script. Eccl. quæ adeò Auctorem iuntarũ esse versimile est. Item Origenis ea de re fragmentum habetur apud Eusebiũ loco infrà citato. Quid? quòd 8. Isidorus Etymol. l. 8. c. 5. Rabanus l. 1. Instit. clericæ. cap. 58. & post eos Gracianus Can. Quidã Aute. 24. qu. 3.* Hermogeniani, *inquiũt, ab* Hermogene *vocati qui Materiã non natam introducunt, &c. verbis ipsis Auctoris vtentes paulo prius citatis ex lib. de Præscript. hæret. c. 33. apud quos interim legere oportet cum Tertulliano: & Deum adseruit, pro eo quod irreperat:* Deam. *Quibus consentit etiam Honorius lib. de hæres.* Hermogeniani, *inquit, ab* Hermogene *quadã vocati. Hi Materiam mundi Deo æqualem faciunt. Quæ sit verò legendũ esse putem apud Philastrium l. de hæres. in hunc modũ:* Hermogeniani *ab* Hermogene, *qui fuerunt in Africa, qui et ita sentientes abierũt in Galatas. Est & hæc vanitas Galatarũ Seleuci et Hermiæ hæreticorũ, qui quũ voluit Deũ esse corporeũ, Hylen etiã, id est Materiã mundi coæternã esse cũ Deo adserant. Eusẽbe intermixtæ hæreseos fecit autorẽ fuisse Sabellium non solũ ex Philastrio et Augustino patet, sed etiã Eusebio de Præpar. Euãg. l. 7. vbi contra Sabellium de Materia non ingenita, & quod causa malorum non sit, cap. 8. & 9. disputat, atque adeò ad intellectum horum libri facit, vt posthea suis quibusdam locis adnotabimus.*

ficuti & ex Epiphanio quædam, hær. 66. Qui Manetì Manichæorum principis secundem errorem adferibat, quemadmodum etiam Gregorium Nyssenum lib. de Homine. Auctor infrà c.25. hos vocat: Materiarios hæreticos, contra quos etiam agit Lactant. diuin. Institut. li. 2. c. 9. cum verba adferemus infrà, partim ad illud c. 1. nu. 10. A Christianis conuersus ad Philosophos, partim ad illud ca. 8. num. 32. Patriarchæ hæreticorum Philosophi. Ceterùm antequàm in hæresin incideret, pictorem fuisse Hermogenem infrà demonstrabitur ex Auctore num. 6.

CAP. I.

2. Solemus hæreticis compendij gratia de posteritate præscribere, &c.] Primum hoc caput inscripsimus: Quòd nouella sit pictoris Hermogenis hæresis de Materia Deo coæterna. Atqui præscriptionem aduersus hæreses de nouitate esse quamoptimam latè deduxit Auctor suprà eiusdem tituli & argumenti libro, maximè num. 1. & 182. & totis capitibus 29. 30. & 31. Alludit hic ad scripturas eadem de præmunitatis hæresibus, quæ ibi citatæ sunt c. 4. Matth. 7. & 24. 1. Cor. 11. 2. Cor. 11. & 1. Ioan. 2.

3. Hermogenis autem doctrina tam nouella est, &c.] Hinc patet vixisse Hermogenem ætate Tertullianì, quòd addar, ad hodiernum homo in sæculo.

4. natura quoque hæreticus etiam turbulentus.] Hos adnotatu dignum, quòd iam tum adferatur hæreticus natura turbulentus: quod, pro dolor, exemplis quàm manifestis plus satis hodie experimur.

5. qui loquacitatem, facundiam existimet, &c.] Locum hunc his verbis citat S. Hieron. lib. adu. Heluidium: Homo (inquit) turbulentus. Qui, velle as (Tertullianum haudquàquè significans, quem admodum me iam nuper monuit Dn. Harrisius) loquacitatem facundiam existimat, & maledicere omnibus, bonæ conscijentiæ signum arbitratur.

6. Præterea pingit licitè.] Hermogenes ille (inquit Rhen.) Africanus, arte pictor erat. Nec verò prohibitum vsquam pingere, si obscœna ignominiosaque exigitas. hoc est ergo quod dicit: pingit licitè. Qui item illud quod mox sequitur: in attem contemnit, sic interpretatur. Nam, inquit, pictoriam deseruit, quæ ars ex se malanon est. Præcipit autem lex Dei, Velabore manuum viuamus. Ceterùm maluit otiosus esse sedulòr populs, quàm pictor. Eodem pertinent quæ habet infrà Auctor cap. 2. hanc primam vmbram planè sine lumine pessimus pictor colorauit. & cap. 33. Sed dum illam Hermogenès inrer colores suos inuenit. & c. 36. nisi quòd si tam rectas lineas ducis Hermogenes, quàm ratio ista, pictor te bardior non est. & cap. 38. quam, quantum propriè pictor, agnoscis. Eodem etiam adludit lib. 1. adu. Marc. quum dicit: & pictoria licentia, de duobus Deis agens.

7. nubit alludè, &c.] Videtur (inquit Rhenanus) Hermogenes non solum Polygamiam defendisse, sed dimissis aut mortuis vxoribus nouas superduci ad matrimonium sæpius repetisse. Tertullianus autem adeo fauit cassitati, vt Cataphrygarum tandem secutus delirium, secundas nuptias contra Apostolum Paulum damnarit. quæres fecit, vesipse postea abiectus sit extra consortium Ecclesiæ. Unde & addit: Legem Dei in libidinem defendit, præterea ter aut sæpius nuptias, quod negabat fieri Tertullianus. item: totus adulter & prædicationis & carnis. rursum: nubendi rium contagio fœtet. vbi nubentes (inquit idem) appellat iteratores nuptiarum sive polygamos, à quibus fletis, cum exemplo, tum doctrina Hermogenes. Tertullianus Monogama placebat. Sed Auctor opusculi de Bono viduitatis ad Iulianam, quod inter lucubrationes D. Aurelij Augustini legitur, oppidoquam sanctè inquit: Nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quoties voluerit, viris mortuis nubat fœmina; nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ auctoritatem quantaslibet nuptias audeo condemnare. Et præcedit: Nec ipsam tam maritorum multitudinem vlla sue sententiæ significatione damnauit. loquitur de Christo, qui locus est apud Matth. c. 22. Eodem pertinet quod legitur infrà Tom. 3. de Monogam. Sed Hermogenem aliquem plures solitù mulieres ducere, quàm pingere. Verùm de hoc Auctoris primum errore, deinde hæresi, latiùs in Prolegomenis.

8. & caurerio & stylo.] Hæreticis namque (inquit Rhenan.) multa delent eraduntque, depranantes sacram scripturam voluentis & coactis interpretationibus. Prodit Irenæus morem fuisse Gnosticis, vt discipulos suos cauterio signarent in aure dextra. Idque Romæ sub Aniceto Marcellinam linius impietatis alumnam factitasse. Aiidem obseruarit Hermogenes, nescio. Cauterij quæ sacra scripturæ adatur, perhortitrique, in præcedentibus libris meminit.

9. necipse Apostolicus Hermogenes, &c.] Paulinum (inquit idem) Hermogenem intelligit, cuius sit mentio Epistol. ad Timotheum posteriore. Sic enim Græce scribit: διὰ τοῦτο ὅτε ἀπεστράφησαν με πάντες οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ ἑρμογένης; id est: Nostì hoc, quòd auersati fuerint me omnes qui sunt in Asia, quorum est Phygellus & Hermogenes. De quo vide suprà lib. de Præscr. cap. 3. num. 19. & cap. 46. num. 300. Atqui MS. Vatic. paulopost legit: Christum Dominum non alium videtur agnoscere, pro: cognoscere, omisso aliter; in illo perinde est quod sequitur, at: aliter retinendum censeo.

10. A Christianis enim conuersus ad Philosophos, &c.] Hue pertinet illud Lactant. loco supracitato num. 1. Poetæ facile est respondere, Philosophi Deinon intelligentibus, quem credunt nihil efficere posse nisi ex materia subiacente. In quo errore etiam Philosophi fuerunt, & inter eos Cicero de Nat. Deorum disputans.

11. in Academiam & Porticum.] Similiter Auctor infrà l. de Anima: Academijs & Porticibus Atticis. Eodem adludebat etiam suprà lib. de Præscrip. aduers. hæret. c. 7. quum inquit: Quid Academiæ & Ecclesiæ; & mox: Nostra institutio de Porticu Salomonis est. vbi vide adnotat. Quintini de Stoa Porticu Stoicorum latiùs num. 51. Hìc sufficiat quod ibidem paulopost subjicit Lactantius: Sed concedamus hoc more & instituto Academicorum, vt liceat hominibus valde libere docere & sentire quæ velint. Eodem pertinet quod sequitur: à Stoicis, & quod suprà extauimus num. 1. de porticu Stoicorum. Addit vero & Rhenanus B. Augustinù scribi lib. 20. contra Faustum, de Hyle: In hoc, inquit, errant quidam Gentilium, quòd eam tamquam coæternam Deo coniungunt, vt hæc ab illo non sit, quamuis ab illo formetur. Eodem pertinet illud Auctoris li. seqq. aduers. Valentin. num. 10. Age nunc diſcant Pythagorici, agnoscant Stoici, Plato ipse, vnde Materia, quam innatam volunt, & originem & subſtantiam traxerit in omnem hanc ſtruem mundi. & cap. 24. Materiæ illius scilicet Philosophicæ.

CAP. II.

12. Hanc primam vmbram planè sine lumine, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd dicat Hermogenes Deum neque ex ſeipſo cuncta facere potuiſſe, neque ex nihilo. Cuius verba alij litteris hic & vbique exeudi iuſſimus, aut ſaltem cum nota "", vt in margine. Porrò de Prouerbiali formula vmbram ſine lumine colorare, inter Prolegomena latius.

13. qui non eius fuerit conditionis.] Ita rectè cæſligauit Latinius, pro: fieret. Eſt autem phraſis Tertullianica, indignum ſibi.

CAP. III.

14. Adijcit & aliud: Deum ſemper Deum etiam Dominum fuiſſe, &c.] Inſcriptionem huic capiti dedimus: Quòd etſi Deus ſemper, non tamen Dominus ſemper fuerit, ſed poſtquàm creaturam aliquam, cui dominaretur, condidit. Sunt autem & hìc verba Hermogenis, vſque ad illud: Hanc coniecturam, &c.

15. Fuit autem tempus, quum & delictum & filius non fuit, &c.] Caute locum hunc legendum adnotauit etiam Latinius, vnde fortaſſis Arriani occaſionem ſue hæreſi ſumpſerunt. Verùm de hoc errore Auctoris inter Prolegomena. Hoc addidiſſe ſufficiat, rectiùs & cum Catholica Eccleſia conſentire librum infrà de Trinitate Tom. 5.

16. Nauiter ſcriptura nobis patrocinatur, &c.] Nauus, feſte Feſto, celer & ſtrenuus, à nauium velocitate dictus; hinc nauiter, pro ſtrenuè. Rectè autem adnotat Rhenan. quòd

quòd ad illa verba: nominat ponit, adiunxit, *subaudiatur scriptura.*

17. Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus.] *Referuntur hæc ad diuersa membra cap.* 1. *Gen. Vbi frequenter legitur:* & dixit Deus, *ac:* & vidit Deus, *sed aliquoties dumtaxat:* & fecit Deus; *nusquam autem* Dominus, *vtis rectè adnotauit Auctor.*

18. Et accepit Deus Dominus hominem, &c.] *Verum quidem est, quod adnotat Auctor,* Dominum *non vocari* Deũ, *nisi vbi* vniuersa perfecit, ipsúmque vel maximè hominem. *Sed etiam ante scripturam hic ostatam, flatim initio 2. cap. non enim placeras* Dominus Deus, *&c. Et plantauit* Dominus Deus *paradisum; tum verò demum istud:* Et accepit Dominus Deus hominem.

19. quorum Hermogenes extrema linea est, &c.] *Quum Tertullianus (inquis Rhenanus)* Hermogenem *hic vetat non* intelligentium exemplum lineam, *imperitiss. accipe, quemadmodum latiùs id producemus Prolegomenis nostris inter Proœmia: Simul tacitè adludit ad artem Hermogenis penicillo lineas ducere soliti; erat enim pictor. Sic infra cap.* 38. Si in loco *(inquit)* ergo intra locum; si intra locum, ergo determinatur à loco intra quem est; si determinatur, habet lineam extremam, quam, quantum propriè pictor, agnoscis finem esse omni rei, cuius linea extrema est. *& quæ sequuntur. In libro adu. Praxean, vocat Deum,* extremam lineam vniuersitatis.

20. & quidem ex penu etiam illius.] *Sic partim ex castigatione Latinij, partim ex Vatic. cod. pro:* ex pœnitentia illius, *quod corruptissimè antea lectum etiam Rhenanus adnotauit: qui proinde conijciebat legendum:* exorbitantia, *aut:* repetentia, *siue* reciprocantia, *aut denique:* euenientia, *seu:* euentitia. *Verum illud rectius Latinius. Est autem quantum apparet, adhuc corruptum:* non habuit rem quod erat, nemini seruiens; *neque enim alter habet Vatic. cod. nisi quòd legit:* ideò que nemini seruiens. *Etiam sequentia obscura sunt, quibus mederi ex MS. cod. non licuit, quòd in itinere Romano perierit integer huius libri ternio.*

Cap. IIII.

21. Hinc denique incipiam de Materia retractare, &c.] *Titulum huic capiti fecimus:* Quòd Materia Deo coæterna esse non possit. *Quod ipsum etiam peculiariter tractat Euseb. de Præp. Euang. lib. 7. cap. 8. ex Dionysio Alexand. adu. Sabell. Origene adu. Hermog. Philone Iudæo, & Maximo quodam. Similiter Lactantius loco supracitato. Lego autem:* sine fine propositam, *pro:* proposita.

22. Nam etsi sunt qui dicuntur Dei, &c.] *Legimus:* Dei, *pro:* Dij, *& hic, & mox: & cap. sequ. (iuxta quod etiam alibi adnotauimus legendum vbique apud Auctorem ex lib. 5. adu. Marc. vbi illud* 1. *Cor. 8. citat. Rectius autem hic:* siue in cœlo, siue in terra, *quod legunt editiones Græca, Latina, Syriaca, quàm quod ibi est:* siue in cœlis, siue in terris.

Cap. V.

23. Sed Deus, Deus est, & Materia, Materia, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quòd Materiæ eadem adscribat quæ Deo. *Sunt autem et in his verba Hermogenis, vti etiam ante me adnotauit Latinius; cui quo & hic & alibi semper legendũ censeo:* auctor, auctrix, auctores & auctoritas, *pro eo quod hactenus legitur:* autor, autrix, autores & autoritas. *Sunt autè et in illa verba Hermogenis:* Non statim materiam, &c. in plenitudinem comparationis? *vbi interrogationis nota adijcienda est. & iterum:* Vel qua, inquit, & sic habente, &c. *Item:* Ergo (inquis) nec nos habemus aliquid Dei.

24. Stetit Deus in Ecclesia Deorum.] *Similiter initium hoc Psalmi* 81. *citat infrà lib. Aduers. Marc. & lib. aduers. Praxeã, pro eo quod & Græce & Latine* 70. in synagoga (*quemadmodũ & B. Cyprian. lib. 2. Testimon. aduers. Iudæos, cap.* 6. *Verum voces Hebræa & Chaldaica simpliciter eorum significant. Pro congregatione itaque* Ecclesia *hic ab Auctore accipitur, sicuti etiam supra lib. de Spectac. cap.* 25. *quem dicit:* in Ecclesiam diabolitendere.

Cap. VI.

25. Dicit saluum Deo esse, vt & solus sit, &c.] *Dedimus huic capitis titulum:* Quòd saluo statu Materiæ Deus solus & primus omnium auctor dici nõ possit. *Sunt autem etiam hic verba Hermogenis.*

26. Ego quidem Deus, contestabitur Deus, &c.] *Omninò sic legendum, pro:* Ille quidem, *nulle sensu. Vt correspondeat scripturæ loco Isai.* 45. *vbi* turauit Deus per semetipsũ, quòd alius non sit qualis ipse est. *Sic enim ibi legitur:* Ego sum Deus, & non est alius præter me. Per memetipsum iuro. *Latinius autem de iuramento Dei infrà Auctor lib.* 2. *adu. Marc. quasi per illud ipsum significet* non esse alium, *qualis ipse est, quod* per semetipsum iurauit. *Hæc etiam omnia repetit, & pulcre explicat infrà lib. aduers. Praxean.*

27. Dicet Deus: Ego primus.] *Terstlud habetur apud Isaiam cap.* 41. 44. *& 48. in hec verba:* Ego primus *& nouissimus. Illud autem,* Extendi cœlum solus, *secundum* 70. *reperitur Isai.* 44. *Vbi editio ex Hebræo habet:* Extendens, *cui præmittitur:* Ego Dominus complens aut faciens omnia. *Ad quod etiam adludat hic Auctor, quum* Deum omnium auctorem *dicit.*

Cap. VII.

28. Si minorem & inferiorem Materiam Deo, &c.] *Inscripsimus caput hoc:* Quòd minor & inferior Deo Materia esse non possit, si æterna sit. *Quod ipsum iterum repetit cap.* 11. *Alludere autem Auctorem ad verba Hermogenis manifestum est. Atqui simile est illud Lactanty vbi suprà, a contrario sensu: Materia verò semper fuisse non potest, quia mutationem non caperet, si semper fuisset. Ita enim lego, addita voce:* semper.

29. Neque enim proximi etimus opinionibus Naasenum, &c.] *Quòd* nationes, si quando Deum coguntur confiteri, tamen & alios infra illum volunt, *hu verbis indicauit Auctor supra Apolog. cap.* 11. Imprimis quidem necesse est concedatis esse aliquem sublimiorem Deum, & mancipem quendam diuinitatis, qui ex hominibus Deos fecerit. *Item c.* 24. Nõne conceditis de æstimatione communi aliquem esse sublimiorem & potentiorem velut principem mundi, perfectæ petitiæ & maiestatis? Nam & sic plerique disponunt diuinitatem, vt imperium summæ dominationis esse penes vnum, officia eius penes multos velint. Vt Plato Ioue magnum in cœlo, comitarum excreitu defcribit Deorum pariter & dæmonum. *Vbi vide Adnot. nostras num.* 373. *ac* 374. *Eodem adludit quum dicit infrà l.* 2. *adu. Marc.* Si enim Deus, & quidem sublimiõt.

Cap. VIII.

30. Atquin etiam præponit illam Deo, &c.] *Titulum dedimus huic capiti:* Quòd etiam præponat Materiam Deo.

31. de cuius vtitur.] *Defectiua (inquit Rhenan.) locutio, subaudiatur rebus, aut aliquid simile. Huiusmodi formula sermonis etiam in aliis libris vsus est aduersus Marc. lib.* 5. Sin in creatoris, *inquit,* accipitur. *eodem libro:* Et à nostræ, *inquit,* partis possit opponi. *rursum mox sequitur :* Non minor est eo de cuius vtitur. *Græcorum est imitatio. Paulopost citat Latinius legendum:* sed vbi de se Deo præstitit; *verùm placet vulgata lectio:* sed eguisse Deo præstitit, *eo quod pauloprius præcesserit* Deus subiectus Materiæ videtur, cuius substantiæ eguit.

32. & hæreticorum Patriarchæ Philosophi.] *Ex professo istud tractatum habet suprà ab Auctore lib. de Præscription. aduers. hæret. toto* 7. *cap. vbi vide Adnot. nostras nu.* 36. *Hic dumtaxat addam, quod habet Rhenan. In Epistola, inquit, ad Ctesiphontem hunc Tertulliani locum citat D. Hieronymus. Idem in Nahum Prophetam exponens illud : Exilium quasi attelabores. Omnia enim, inquit, dogmata eorum (loquitur de hæreticis) quærunt frigeant, & volare non possint, sedem sibi & requiem inter Aristotelæ & Chrysippi spineta reperunt. Atqui quòd Philosophorum fuerit hæc hæresis, præterquàm quod suprà docuimus nu.* 10. *& 11. etiam Platonis opinionem fuisse, quod duo rerum prin-*

cipia possierit, Materiam vnum, & alterum Deum, patet ex Laerty in vita eius, hu verbu: ἐὺὸ δὲ ἀρχὰς πάντων ἀπέφηνε ὑρ. λεῖς θεὸν καὶ ὕλην: *contra quam disputat Lactantius vbi supra, docens non posse constitui duo principia aeterna: & refutantur etiam ab Epiph. hær. 66. adu. Manicheos.*

CAP. IX.

35. Non potest dicere Deum vt Dominum Matetia vsum, &c.] *Hunc capitis titulum fecimus:* Quòd si de Materia Deus mundum creavit, id non dominio fecerit, sed precario aut vi.

34. Sed precario forsan vsus est.] *Quid sit* precario vti, *explicat, quum subdit:* & ideò precario, non dominio. *Ad eius maiorem declarationem facit quòd paulopòst additur:* His enim tribus modis aliena sumuntur, iure, beneficio, impetu, *id est:* dominio, precario, vi. *Quibus verbis significat* precarium *idem esse quod* beneficium, *id est* (*iuxta Pipinum lib. 43. ff. de precario*) *quod precibus petenti tendam concedimus, tam diu quàm is qui concessit, patitur. Recte itaque adnotauit Rhenanus:* Precatio, dominio, vi, sumere aliena, *verba esse Iurisconsultorum, & proinde Legum cultum pertinere in Tertulliano permagnam fuisse frequenter ostendi.*

CAP. X.

35. Nónne etiamsi Materia optima fuisset, &c.] *Inscriptionem hanc huius capitis damus:* Quòd proinde Deus mali aut auctor, aut adsentator dici debebit. *Cui simile est illud Eusebij lib. de Præpar. Euang. cap. 9. Ostendam* (inquit) *non esse possibile, quin malorum Deum auctor sit, si Materia ei aliunde ad creandum subijcitur. Legimus autem paulopòst cum Latino & Rhenano:* fatue satis, si ita gloriæ suæ, *addita recens particula:* Si porrò sunt iterum illa verba Hermogenis: Ergo, inquit, ex nihilo, &c.

36. bona fide.] *Id dixit* (inquit Rhenan.) *pro ferò, siue profectò. Q. D. nihil mentior. Sic aduersus Valentinianos cap. 1.* Si, inquit, bona fide quæras, concreto vultu, suspenso supercilio, Altum est, aiunt.

37. sed adsentator mali.] Adsentari, *inquit idem, etiam in libris superioribus, pro* assentire *siue consentire dixit.* Adsentator *itaque hic dicitur, qui nec* assertor mali, *&* amicus mali; *vbi autem, qui malum Materiæ tantò sustinuit, puto aduerbialiter legendum* tantò.

38. Aut enim potuit emendare, sed noluit, &c.] *Totidem penè verbis vbi supra Eusebius: Cur igitur malas qualitates reliquit: vtrum quia euellere noluit, aut quia non potuit? Nam si noluit & potuit, necesse tibi erit causam malorum Deo adcribere, qui mutatione mundum creant, non destruxit neque mutauit in melius mala eius potuerit. Nec poterit si ita opinare, Deum non culpare, qui malignitatem Materiæ non abstulit quum posset, sed ad perniciem creaturarum reliquit.*

CAP. XI.

39. Et tamen vnde nobis persuadet Hermogenes malam esse Materiam? &c.] *Titulum dedimus huic capiti:* Quòd Materia mala esse non possit si æterna, aut si æternum esse malum possit, proinde sit insuperabile. *Prius autem membrum late etiam deducit vbi supra Eusebius, quamquam paulo aliis argumentis, sicuti etiam partim Epiphanius aduersus Manichæos.*

40. vt alijs contemno inferius deputetur.] Inferius *cum Datino adnotat Rhenan. etiam vsitatum Plinio lib. 4. cap. 13. Interiùs verò, inquit, nulli* inferius *nobilitate, Hercynium iugum pratenditur.*

41. Immò & iudiciù frustrà constituit Deus, &c.] *Quum frequentissimi, scriptura meminerit iudicij Dei, videtur tamen propriè adludere ad Matth. c. 25. quum sequantur illa verba, quæ præparauerit illi Deus & angelis eius. Sunt autem verba illa obscurissima, quibus contra malum finis, quibus mederi non licuit, quod hic adhuc deesset ternio Variarum lectionum Vaticanus codicis.*

42. priùs in puteum abyssi relegatus.] *Adludit ad illud Apocal. 20. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & iniecit eum, siue relegauit (vti hic Auctor loquitur) in abyssum, siue secundum Aretherem:* in puteum abyssi. *Nisi malit quis referre ad illud eius dem capitis:* & diabolus, *qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis.*

43. quum reuelatio filiorum Dei, &c.] *Hic illum locum respicit Rom. 8. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei exspectat; Vanitati enim creatura subiecta est, non volens. Quam enim Interpres Latinus creaturam, Tertullianus, conditionem* vocat *siue more, non aliter atque dixit supra Tom. 2. lib. de Car. m'lit. cap. 6.* vniuersam conditionem *inuitam vanitati succidisse. Vbi & alios similes locos eius videre est num. 59. quò pertinet & illud, quod sequitur:* & integritate conditionis. *Hic autem paraphrasticos locum illum egregiè quasi aliud agens explicat.*

44. pecora condixerint bestijs.] *Recte adnotauit Latinius citatus hic ab Auctore illud Isai. 11. Lupus cum agno & pardus simul accubabit cum hœdo, & vitulus & leo & taurus simul pascentur, &c. Agnum etiam, hœdum, vitulum, taurum, & bouem,* pecora *vocat Auctor, Lupum verò, pardum, leonem, & vrsum,* bestias. *vt* condixerint *nam conciliatrix:* conuixerint, *non placet) accipiatur pro,* iuerint sem inserint. *Nam similiter infrà lib. 1. aduersus Marc.* (*quamquam paulò aliter interpretetur paper ám Rhenan.*) *dixit Auctor de Paulo & reliquis Apostolis:* dextras iunxerant, & ipsa officij distributione de Euangelij societate condixerunt; *nec absimiliter l. adu. Praxeam,* condicente etiam scriptura, *hoc est* (*vel ipse Rhenano resse*) *consentiente scriptura. Aliter interim acceptum est supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. vt illic ex Rhenano diximus, nu. 139.*

45. & paruuli de serpentibus luserint.] *Pertinet hoc ad illud eius dem capitus: Et puer paruulus in cauernam aspidum, &c. manum immittet. Vbi tamen videtur legisse aliquid amplius quàm hodie Græce legatur, & magis consentire cum Hebræa B. Hieron. ac Chaldaica interpretatione, quæ legit: Et delectabitur paruulus super foramine aspidum.*

CAP. XII.

46. Age nunc malam ac pessimam credamus esse Materiam, &c.] *Titulo hoc caput insignimus:* Quòd si mala creditur Materia, oporteat esse demutabilem, & proinde non æternam, quum Deus omnia bona fecerit.

47. Ergo de lapidibus filij Abrahæ non suscitabuntur, &c.] *Obiectio hæc aut ipsius Hermogenis est, aut alicuius Hermogeniani. Sumptum est autem paraphrasticos ex cap. 3. Matth. ordine immutato. Nam primò ibi iubentur:* Genimina vipetarum facere pœnitentiæ fructum, & filij iræ *fugere ab ira ventura; ac postremò additur: Potens est Deus* de lapidibus suscitare filios Abrahæ.

48. Et vidit Deus quia bona, & benedixit ea Deus.] *Ad verbum sic transtulit ex editione 70. Vbi de creatis animantibus agit. nam Græce legitur:* ὅτι καλὰ, *pro eo quod B. Hieron. ex Hebræo, & Chaldæa paraphrasi:* quia bonum. *Eodem adludit infrà lib. 2. aduers. Marc. hic verbo:* Sic & benedicebat quæ benè faciebat. *Similiter vero argumentum simile Manichæi dissoluit, & Lactius, Epiph. Vbi supra, qui interim maximè veget postremum illud eius dem cap. Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: eum additamento* (inquit) *vocis valdè, quod ipsum repetitur Eccl. 39. Legimus autem iuxta morem Tertullianicum,* quà optima, *&:* quà mala, *pro eo quod erat verobique:* quasi.

CAP. XIII.

49. Et quæretur, quomodo ex ea bona facta sint, &c.] *Caput hoc hanc sortitur inscriptionem:* Quòd si nulla demutatio fiat in Materia, oportuisse illam boni & mali capacem esse. *Vtitur autem etiam Prateolus argumento illius scripturæ:* Non potest arbor bona fructus malos facere, *adu. Hermiam, nec ex eo Auctore.*

CAP. XIIII.

50. Per quod probabitur manifestè Materiæ deseruisse, &c.] *Hic non solum nouæ periodus, sed & nouum caput incipiendum hoc titulo:* Quòd proinde Deus Materiæ deseruierit,

ſeruierit, ex ea proferens etiam mala. *Quare reſtè adnotauit Rhenanus illud*: deferuiſſe *dici à deſeruiendo, non à deferendo.*

51. quàm puſillitas competit.] *Duæ voces hæc Tertulliano etiam alibi viſitatæ reſtè adnotauit Latinius.* Quàm *enim frequentiſſimè pro potius quàm accipitur*; & puſillitas *l. 2. aduers. Marc.* An hæc ſint (*inquit*) puſillitates, *ac lib. 4.* ad Heliſæi puſillitatem.

Cap. xv.

52. Porrò ſi bonum neque ex Materia factum eſt, &c.] *Inſcriptiſſimus hoc caput*: Quòd ſi bonum ex nihilo factum probetur, conſequenter etiam malum. *Reſtè autem adnotauit ad marginem Rhenanus phraſin Tertullianicam*: expugnare argumentationes.

Cap. xvi.

53. Igitur in præſtructione huius articuli & alibi ſæpe ſuſtran retractandi, &c.] *Tutulum hucusque damus*: Quòd aut Deo adſcribendum bonum & malum, aut Materiæ, aut alterum alteri. *Atqui de verbis Auctoris viſitatis*: præſtruere, & retractare, *pro præſtare, alibi latius, & de poſteriori infrà l. adu. Praxean.*

54. maliac boni adſines.] Adſinis (*inquit Rhen.*) *cum Genitiuo, vt alibi compluribus locis. Similiter infrà c.* 29. adſinis eius caro noſtra.

55. per ſubſtantiæ ſuggeſtum.] *Sic (inquit Rhenan.) lib. de Carne Chriſti c.* 16. Et venturam (*inquis*) in de ſuggeſtu paternæ claritatis prædicemus. *Nos verò etiam diuubi ſupra ſimiles locos adnotauimus. Non aliter dixit infrà cap.* 31. habentes voique ſuggeſtus ſuos proprios, & Suggeſtus autem cœli & terræ, *id eſt ornatus.*

Cap. xvii.

56. Vnici Dei ſtatus hanc regulam vindicat, &c.] *Tractatur hoc capite*: Quòd repugnet Hermogenis ſententia cum vnici Dei ſtatu, qui fecit omnia ſolus.

57. Quis cognouit ſenſum Domini, &c.] *Locus hic præcipuè reperitur Iſai. 40. partim Rom. 11. mere Apoſtolo Pauli, qui prima quæ hic habentur verba, ex Iſaia deſumpſit, poſteriora auctor illa*: *Quis priordedit illi (ſiue vt hic habet Auctor)* quis tradidit, & retribuetur ei? aliunde. Deinde *etiam in hoc illum imitatur Tertullian. quòd non hic modo, ſed & alibi frequenter quædam omittat, aliaq; panat, ſicuti* 1. Cor. 2. *omittit ut illud intermedium*: aut quis conſiliarius eius fuit? & *additur quod præterminſſum eſt* & *hic, & Rom.* 11. aut quis inſtruxit illum. *Innotò infrà initio lib. 2. aduerſ. Marc. omnia hæc Apoſtolo adtribuit, quia potiorem habet partem, quum tamen illud*: aut viam intellectus & ſcientiæ quis demonſtrauit illi? *ſolus habeat Iſaias, apud quem tamen 70. non habent illud*: ſcientiæ, *cuius mentio in Hebræo. Quod ſemel adnotaſſe ſufficiat. Atqui*: ſenſum & *Auctor, tum hîc tum infrà l. 2.* & 5. *adu. Marc. ac aduerſ. Praxean*, & *interpres noſter, epiſtolarem Pauli acceptum pro mente, ſicuti Vulgatus 70. interpres Verbi ad Verbum vocem Græcam*: νοῦν, *quæ tribus illis locis reperitur. Vertit etiam (vti adnotauit Rhenan.) noſter Auctor* conſultatus eſt. *Deponentaliter, pro* conſuluit, *quod aliy verterunt*, & : ad quem conſuluit, *ſicuti ipſe legit dicto lib. 2. adu. Marc.*

Cap. xviii.

58. Si neceſſaria eſt Deo Materia, &c.] *Inſcriptionem huic capiti damus*: Quòd nemo Deo cooperari potuerit niſi Sophia eius & ſermo eius, id eſt: filius Dei, cui Hermogenes Materiam petperàm præponit. *Eſt autem planè ſimilis huic locus infrà lib. aduerſus Praxean, vbi pleraq; ea ſedem ſcripturas citat.*

59. Hæc denique ſola cognouit ſenſum Domini, &c.] *Hic citat Auctor dictum locum Apoſtoli* 1. Cor. 2. *immutato tamen verborum ordine. Nam multo prioribus legitur, quod hic ſequitur*: Quis enim ſcit quæ ſunt Dei, & quæ in ipſo, niſi ſpiritus qui in ipſo? *aut ſaltem illud cuius hic paraphraſin reddidit Auctor*: Et quæ Dei ſunt, *nemo nouit niſi ſpiritus Dei; legem ex præcedentis connate, quod etiam ſubaudiitur*: niſi (ſpiritus qui in ipſo; non (*inquit aduerſus Praxean*) qui extra ipſum eſt.

60. Quum pararet cœlum (inquit) aderam illi, &c.] *Scripta ſunt hæc Prou. 8. & citantur etiam ab Irenæo l. 4. c. 37. ſed paulo aliter ab Auctore tranſlata, tum hîc, tum l. adu. Praxean infrà, quàm hodie & Græcè & Latinè apud 70. exſtant. Primum videtur non legiſſe συμπαρὼν ἤμην, quod tranſvertit: ſimul aderam, pro quo Irenæus*: cum illo aderam, *quamuis ipſe ſolum legat conformiter B. Hieronym.* aderam, *tum hîc tum infrà lib. aduerſus Praxean. Deinde omittit quod illic eſt Græcè & Latinè*: quando ſecernebat ſedem ſuam ſuper ventos, *pro quo per parentheſin hîc eſt dumtaxat*: ſuper ventos. *Elegantèr autem transfert*: & cùm fortia faciebat, quas ſurſum nubila, *pro eo quod. Latinus 70. Interpres, quando ſortes faciebat quæ ſuprà nubes; nam* τὸν ὑψοῦ, nubila *aquè ſignificat atque* nubes. *Omninò etiam legimus*: & cùm firmos ſine tutos, *vt infrà*, ponebat fontes eius quæ ſub cœlo eſt (*nempe aquæ, ſiue abyſſi, vt Irenæus*) *ad verbum ex Græco, pro quo mendoſiſſ. irrepſerat*: montes, *maximè quum etiam infrà c.* 32. *ſic legat, & illud ſignificente voces Græcas, Hebraïcas, & Chaldæas. Porrò quod hic legitur*: ego eram compingens cum ipſo, *ibi more ſuo legit*: modulans, *Irenæus*: aptans, & *Latinus interpres vterque*: componens. *Græcè eſt*: ἁρμόζουσα. *Deinde Vertit* obiectabat in perſona eius, *pro eo quod alius interpres in facie eius, vtrumque ſignificat Græca vox* ἐφεστήκει, & *rectiùs Tertullian. ac Iren.* quum perfectiſſet orbem, *quam ille*: habitabilem poſtquàm perfeciſſet, *non* ἐκτέλεσθὴν orbem *terræ ſignificat potius quàm habitabilem terram.*

61. ante ſæcula fundauit me, &c.] *Hîc rurſum in hac ſcriptura eiuſdem cap. 9. Prouerb. paulo ante præcedentem variat à Græco textu, quum legit*: ante ſecula, & *ibi ſit*: πρὸ τῶν αἰώνων, *omittens etiam repetitum illud* ἐν ἀρχῇ, *id eſt, ab initio, quod tamen Irenæus lib. 4. cap. 37. ac Hebræi & Chaldæi legunt. Cum quibus etiam magis, quàm cum Græca voce* ἐθεμελίωσεν *conuenit illud*: collocarentur, & *quod habet Irenæus*: confirmarentur, *pro eo quod aly*: fierent. *item illud*: generauit me, *pro* γεννᾷ με, *quod alter vertit, gignit me.*

62. prior autem abyſſo genita ſum.] *Met aphraſis eſt hæc prius tum hîc, tum infrà cap. 32. quàm ad verbum verſio*: & etiã *magis conuenit cum Hebræo quàm Græco textu, qui à legitur quidem Græcè* πρὸ τῶν βυθῶν γεννᾷ με, *id eſt antequàm abyſſos faceret, ſed additur ex Hebræo*: Ego iam concepta eram, *pro vtroque hæc dixit*: Prior abyſſo genita ſum. *Deinde alio hic ordine hoc citat quàm Prouerb. 8. legatur.*

63. non capit ſine initio quicquam fuiſſe.] Non capit, *id eſt (ſicuti recte interpretatur Rhenan.) fieri non poteſt, non datur, non conceditur, non eſt poſſibile. Verùm de hac phraſi latiùs ſuprà Apolog. num.* 154. & *infrà lib. 5. aduerſ. Marc. Hæc ſufficiat addidiſſe, ſimiles eſſe locutiones infrà cap.* 20. & principium nihil aliud capiat quàm initium, *ac cap.* 32. Siquidem non capit diuersas fuiſſe.

Cap. xix.

64. Sed & ad originale inſtrumentum Moyſi prouocabo, &c.] *Caput hoc inſcribimus*: De loco Geneſeos: In principio creauit Deus cœlum & terram, quòd in principio debeat intelligi ante omnia, aut in principatu ſeu poteſtate. *Sine autem legat*: occaſiones ſibi ſumpſit, *ſiue*: ibi, *id eſt* in originali inſtrumento Moſeos, *perinde eſſe adnotauit Rhenanus. Facit autem illud pro eorum ſententia, qui Moyſen Geneſeos auctorem reſtè dicunt.*

65. vt hæreticis fetè mos eſt ſimplicia quæque torquere.] *Illud abundè tractatum eſt ab Auctore ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. maximè c.* 17. 38. 39. & 40. *vbi videre tam Adnotationes Quintini & noſtras.*

66. Ita principium ſiue initium inceptionis eſſe verbum, &c.] *Verſimile eſt vt hanc ſignificationem* principij *indicaret Auctor, propterea alibi ab eo verti ſolere, quum dictam ſcripturam citat*: In principio fecit Deus Cœlum & terram, *ſicuti ſuprà lib. de Baptiſmo, cap.* 3. *num.* 17. & *cap.* 5. & *alicubi infrà. Quò pertinet etiam illud infrà cap.* 34. Immò nuſquam fiet (cœlum) cum terra, cum qua primordio factum eſt.

67. Nam & in Græco Principij vocabulum, quod eſt

ἀρχὴν, &c.] *Consentiunt etiam Tertullianus in significatione* ἀρχὴ, *pro principatu. Xenophon lib. 1. de Imperio, Aristot. Polit. 1. & 7. late de Republica.*

68. vnde & ἄρχοντες dicunt Principes & Magistratus.] *Hoc adnotatu dignum, quod vbi Græcè est* ἄρχοντες, *eam vocem in translatione scripturarum retinere soleat Auctor. Sicuts supra lib. aduers. Iudæos cap. 9. & infrà lib. 3. aduers. Marc.* Nam & ἄρχοντας *(inquit, Isaiæ citans cap. 1.)* Sodomorum, appellat Archontas vestros. *Item lib. de Resurrectio. carnis, cap. 20. alium locum Isai. 3. sic vertit:* Venturum in iudicium cum Presbyteris & Archontibus populi; *quemadmodum etiam illud Psal. 2.* Astiterunt Reges terræ, & Archontes congregati sunt in vnum.

Cap. xx.

69. Sed vt nihil aliud significet Græca vox, &c.] *Titulum huius capitis ponimus* : Quòd illud in principio, etiam de Sophia seu sermone, atque adeò filio Dei possit intelligi. *Quam interpretationem fere sequi solet B. Augustin. & nominatim lib. 1. de Genes. ad litter. cap. 2. Lib. 1. contra aduers. Leg. & Proph. c. 2. ac de Ciuit. Dei, l. 11. c. 32. Hoc idem argumentum latiùs quamplurimum scripturis deducit Theodoretus Epis. d. u. dogmatum, nempe Deum cum filio omnia condidisse. Nec dissentunt ab his B. Hilarius in Psalm. 2. & Auctor rursum infrà lib. aduersus Praxeam, vbi de hoc latius.*

70. Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua.] *Addidi hic necessariò* : initium viarum suarum, *tum quòd c. 18. sup. & infr. l. adu. Praxeã legatur, sicuti & in omnibus adiunctis Bibliorum, Hebræa, Chaldaica, Græca & Latina; tum quòd paulo post idipsum his verbis:* Quoniam etsi erat initium viarum, &c. *Certe id etiam legit Athenagoras Oratione pro Christianis.*

71. vbi & opera & operæ operator.] Opus *(inquit Rhenanus) sit per operam. Sed Tertullianus etiam in præcedentibus libris* operam *vsurpauit pro opere. Vult ergo dicere: Vbi & opus, & operis operator aduntur.*

72. In principio erat sermo, &c.] *Non solum Auctori istius & B. Cypriano vsitatum fuit,* Verbum *pro* Sermone *dei potius quàm Verbum appellare tur filium Dei. Hinc illud huius libri 2. Testimon. aduers. Iud. cap. 3.* Quòd Christus idem sit sermo Dei; *vbi id probat ex Variis scripturis Psal. 32. 44. & 106. Isai. 10. 10. an. 1. & Apoc. 6. Adquæ his interpres Irenæus, lib. 2. cap. 2. magis vocem* Verbi *retinet, ea de re scripturas citans.*

Cap. xxi.

73. Ergo inquis: Si tu ideò præiudicas, &c.] *Huic capitulo scripturam dedimus* : Quòd ex nihilo omnia facta esse scriptura suo silentio indicat, dum non addit ex quo facta sint. *Sunt autem iterum hic verba Hermogenis, aut alicuius Materiary haretici.*

74. & non periclitatur, &c.] *Hanc locutionem (inquit Rhenan.)* per *verbum:* Periclitor, *etiam alibi vsurpat mutatione Græcorum, qui verbo:* κινδυνεύω *sic vtuntur:* Non periclitatur, *hoc est, abest, nõ est periculum. Sic mox:* Periclitabitur primò videri ex nihilo factum. *Item:* Proinde periclitabitur, ex alio longè factum videri. Periclitabitur, *id est, propè erit vt videatur. Periculum erit. Non aliter accipi debet illud lib. de Carne Christi:* Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm sunt, *& lib. de Præscrip. aduersus haret. c. 39.* Nec periclitor dicere. *rursum infrà, cap. 44.* credo de venia periclitabuntur. *Hic loquendi modus admodum Platoni familiaris. Plutarchus :* κινδυνεύει ἡδὺς ἐχθρὸς ὁ κόλαξ εἶναι. *Hoc est : verendum est, sue timendum, ne Deorum inimicus sit adulator.*

Cap. xxii.

75. Atque adeò Spiritus sanctus hanc scripturæ suæ rationem, &c.] *Hoc caput titulo insignitumus:* Quòd scripturæ quum quid exaltquo fit, referat vnde fiat.

76. Fructicet terra herbam virentem, &c.] *Sic iterum legimus tum hic, tum infrà cap. 29. ex admonitione Latini, pro eo quod Rhenanus substituerat:* fructificet. *Idque ea magis, quòd vox Græca:* βλαστάνω, *germinare & fructuare significet, non fructificare, quemodo etiam voces Hebræa & Chaldaica. Rectius autem vertit Auctor* lignum fructuosum, *pro eo quod Græcè est* καρπιμον, *quam Latinus 70. interpres pomiferum; nam correspondent etiam ex Hebræo & Chaldaico versiones, quæ habent: Faciens fructum. Videtur etiam illius temporis additio Græca semel dumtaxat legisse in hac scriptura:* secundum genus & secundum similitudinem, *& postea sicuts Auctor, modo:* in similitudinem, *modo:* secundum genus suum, *quippe quæ duo idem fere significant, quemadmodum etiam B. Hieron. primò vertit:* secundum genus suum, *& deinde :* iuxta speciem suam. *Porrò cum Latinus præterm isimus id quod iterum superfluo repetebatur :* Factum est sic. Ex producat terra herbam fœni seminantem semen secundum genus, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso secundum genus.

77. per firmamentum cœli.] *Jahac secunda dicti cap. 1. Gen. scriptura obscurius est ipsum, stem quod & Græco* στερεωμα *vertitur* secundum firmamentum, *pro quo apertius B. Hieron.* sub firmamento cœli. *Porrò quum subdit:* per Prophetam, *Moysen intelligit Genesios Auctorem, quum supra cap. 19. appellauit* originale instrumentum Moysi.

78. Quamquàm possimus vnde, &c.] *Istud ad clariorem intellectum parenthesi includimus, vsque ad :* si tantam. *Atqui (vt recte adnotauit Rhenan.)* vnde *Tertullianus solet vsurpare pro* vnde vnde, *id est, vndelibet. Sic l. 3. adu. Marc.* Difficilius Deo mentiri, quàm carnis veritatem vnde producere, licet non natæ, *hoc est, vndelibet. Lib. 4. adu. eundem :* Non etit *(inquit)* mirum quod ex dispositione est creatoris, sed vnde magis probetur quàm ex Legis & Prophetarum in Ioannem occasu, & exinde ortu, regnum Dei. *Cui addendum est & illud eius dem l. 4. qui neque vnde speraret, ex adnotat. eius dem in eundem locum.*

79. Væ illud, &c.] *Recte idem adnotauit alludere Auctorem ad cap. vlt. Apocal. ita tamen vt Metaphrastice; tantum id facias, paucissimis verbis integram periodum comprehendens.*

Cap. xxiii.

80. Sed ex sequentibus augmentatur, &c.] *Inscripsimus hoc caput:* De loco illo Geneseos: Terra autem erat inuisibilis & incomposita. *Atqui hausisse Hermogenem, cuius hic iterum verba sunt, ex Platone manifestum facit B. Justinus Martyr Apol. 1. siue Orat. pro Christianis : Nec minus (inquit, de Platone loquens) istidem in cœlo & terra lapsum eum esse liquet. Quæenim Moses ita scripsit: In principio fecit Deus cœlum & terram, de deinceps hæc adiungit, dicens:* Terra autem erat non aspectabilis & incondita; *existimauit hanc, de qua ille ait:* Terra autem erat, *præexistentem dei terram, quoniam Moyses dixerat:* Terra autem erat inaspectabilis & incondita. *De quà verò dicit:* Fecit Deus cœlum & terram, *eam illum designare putauit, quæ iuxta præexistentem Ideam, à Deo sensibilis est creata. Jn hoc tamen differt Hermogenes à Platone, quod duo tantùm faceret principia rerum, Deum & Materiam, Plato verò Deum, Materiam, & Ideam.*

81. Terra autem erat inuisibilis & incomposita.] *Quæ hic & cap. 3. lib. de Baptismo suprà, incomposita dicitur, mox hic appellatur:* tudis, informis, confusa, & incondita. *Omnia enim hæc significat vox Græca* ἀκατασκεύαστος. *Vide ibi nu. 18. verba B. Hieronym.*

Cap xxiiii.

82. Reuertor nunc ad singulos articulos, &c.] *Huic capitis titulum fecimus:* Quòd Terræ nomen Materiam non significet. *Sumpsit autem & istud ex Platonis verbis non curatis simum. 80. Hermogenes.*

Cap. xxv.

83. Vult igitur duas proponi terras in ista scriptura, &c.] *Inscripsimus huic capiti damus :* Quòd non duæ, sed vna terra recenseatur, Gen. 1. *In quo errore etiam Hermogenes dictum Platonem imitatus est.*

84. & electrum, licet ex auro & argento fœderatum, &c.] *Plinius lib. 33. hist. nat. cap. 4. Omne auro ineſt argentum; Vbicunque*

obiecunque quinta portio argenti est, electrum *vocatur. Fit & cum* electrum *argento additæ; quod si quintam portionem excesserit, incudibus non resistit. Et ipse quoque Auctor infrà lib. adu. Praxeam*: Vt electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse neque argentum, dum alterum altero muratur, & tertium quid efficitur. *Quas locos facere ad intellectum Plauiani cap. 4. de Legatis 1. adnotauit Rosardus Var. lib. 1. cap. 19. vbi & aliud genus* electri *commemorat ex Ambrosij Hexamer. lib. 2. cap. 15.*

85. nisi & Sileno illi apud Midam Regem, &c.] *Simile est illud supra cap. 2. lib. de Pallio*: Videris fiquis vspiam alius (*orbis nempè*) ad Meropas, vt Silenus pènes aures Midæ blatir, aptas sanè grandioribus fabulis. *Et quod habet Maximus Tyrius serm. 30.* (*si medo rectè citatur à Gyraldo de Diis Gentium*) Silenum *ebrium laqueis & vinculis constrictum* Midæ *prædixisse varia & diuersa. Vnde etiam facilè colligere est Petram Virgilium sua Eclogæ* Sileni *argumentum sumpsisse, & in prouerbium quoque abisse* Silenis *Alcibiadis magis ridiculum, quali nomine ob* grandiores fabulas, *Rhenanus dicebat Valentianorum somnia appellat.*

86. auctore Theopompo.] Theopompus (*inquit Rhenan.*) *Historicus Græcus & vetustissimus. Ego verò magis puto referri apertere ad* Theopompum *antiquæ Comœdiæ Poëtam, qui* 24. *fabulas, teste Suida, conscripsit, equibus una fuisse videtur* Silenus *inscripta, quam adeò etiam imitatus videtur Virgilius in Eclog.* Sileno, *de qua iam diximus. Ibi autem*: Sed & Deos multos idem refert, *videtur adludere ad alium aliquem* Theopompi *librum.*

Cap. xxvi.

87. Nobis autem vnus Deus & vna est terra, &c.] *Caput hoc inscribi simus*: Quòd de terra dumtaxat vna loquatur scriptura, cuius dispositionem postea recensebit iuxta ordinem etiam in aliis seruatum. *Quæ ipsa infrà paucis repetit cap. 29. Atqui* Vox: decurrere, *frequentissimè. Auctori, sicuti & alibi admotauimus. Sic admonente Rhenano lib. de Carne Christi, cap. 20.* Quod idem dicit Matthæus, originem Domini decurrens.

88. Et separauit inter aquam quæ erat infra firmamentum, &c.] Infra *omnino hic accipit Auctor prosubter, aut sub; neque enim aliter accipi potest quod Græcè est*: ὑπὸ τὸ στερέωμα τῶ οὐρανῶ, *maximè quum illud Hebr. 2. transferatur: sub pedibus eius, sicut hoc ab aliis Interpretibus*: sub firmamento. *Quod hîc verbis Tertullianus supra lib. de Baptis. cap. 3.* Nam vt firmamentum cœleste suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit. *Cui similiter B. Hieron. vti ibi videre est num. 39.*

89. Et finxit Deus hominem de limo terræ, &c.] *Similiter citat hunc locum infrà cap. 31.* Fecit Deus hominem de terra. *Ac supra lib. de Baptis. cap. 3.* Figurandi hominis opus absolutum est de terra. *& lib. 2. adu. Marc.* Bonitas finxit hominem de limo. *Item lib. 1. adu. eundem*: Quis? vtique qui de limo. *Vbi tamen verba Gen. 2. citans legit*: Et fecit Deus hominē limum de terra, *quomodo etiam l. de Resurr. carnis, c. 5. in 51. vbi de calicibus latius. Illud magis Hebraæ, hoc verò adst. 70. & paraphrasi Chaldaica respondet. Distinximus autem paulo post sequentia ad hunc modum, vt illa*: antè enartat, & ostendit, *per commata tantummodo, non per periodos distinguantur.*

90. Nam &, Autem, ipsum, velut fibula, &c.] *Pulcra interpretatio, quid particula*: Autem, *in scripturis sacris addita significet. Adnotatur autem à Rhenano similis huic locus ex lib. de Resurrect. carnis infrà, cap. 40.* Ita vocabulum Homo, conferrarum substantiarum duarum quodammodò fibula est.

Cap xxvii.

91. Sed tu supercilio capitis & nutu digiti accommodato, &c.] *Titulum capitis hunc damus*: Quòd particula: Erat, de omnibus dicatur quæ habent esse. *De Prouerbialibus autem hic formulis*, (supercilio capitis & nutu digiti accommodato altius vocem adtollere, *inter Prolegomena. Loco autem mox*: vnde habeat, *pro*: habet, *quòd sensus id necessario exigat.*

92. Hæ sunt argutiæ & subtilitates hæreticorum, &c.] *Supra etiam de subtilitatibus & argutiis hæreticorum abundè dictum est, lib. de Præscript. adu. hæret. nam hoc in loco.*

Cap. xxviii.

93. Arguin non tantùm probabinus, &c.] *Huius capitis hæc est inscriptio*: Quòd contrarientur dictæ interpretationi Hermogenis voces illæ: Inuisibilis & rudis, quia proinde imperfectam fuisse Materiam oporteret,

94. Cui articulo respondere debebimus suo ordine.] *Infrà nempè cap. 30.*

95. vnde ergo compertus est, &c.] Compertus (*inquit Rhenan.*) *Depontentaliter, pro comperti, vt infrà lib. 4. adu. Marc.* Quo die, *inquit*, ipse compertus est veniam, ieiunij dico. *Loquitur illic de Dauid. Sic Cicero dixit: Elucubratus sum, pro elucubraui. Quin etiam, inquit, eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. ad Atticum lib. 7. Et Suetonius in Augusto*: multatus est, *vsurpauit pro multauit. Item alibi Cicero, punitus est, pro punuisti. Legendum autem censeo prorsus*: informem & confusam & inconditam illam fuisse, *pro eo quod est tertulo-ce*: & inquietam, *eo quòd similiter supra c. 23. ipsi dem verbo illis sit visus.*

96. aut si hoc à Deo reuelatum est, probare debet.] *Locus adnotandus aduersus hæreticos, quos spiritudes quidam nuncupant, aut extaticos, qui etiam scriptura contempta solis reuelationibus nitendum docent; in quo non credendum illis docet hic Auctor, nisi* probent id à Deo reuelatum.

Cap. xxix.

97. Siquidem omnia opera sua Deus, &c.] *Damus huic capiti titulum*: Quomodo terra primùm inuisibilis & rudis, postea visibilis & composita.

98. depalans quodammodò mundum.] Depalans (*inquit Rhenan.*) *hoc est manifestans, palàm ostendens. Adu. Marc. lib. 5. Paulum Apostolum vocat depalatorem disciplinæ diuinæ, id est, enarratorem, promulgatorémque. Nam* depalare *est Tertulliano propalare.*

99. sed inhabitari.] *Ad verbum Versis illud Isaiæ 45.* ἀλλὰ κατοικῶν θεὸς, *pro*: vt inhabitaretur.

100. orbis terræ & omnes qui habitant in illa, &c.] *Veterem Psalmorum editionem veram esse, quam addit Faber in Psalterio quinquplici, vel hunc patet, eámque ad verbum ex Græca 70. vbi legitur*: ἐν αὐτῇ, *& mox vtrobique* αὐτὴν, *pro eo quod B. Hieron. in vtraque adst. ex Hebræa & Gallica*, in eo, *& mox hoc*: eum. *Sine autem legatur cum Tertulliano*: orbis terræ, *sine cum alijs*: orbis terrarum, *perinde est; nam vnica vox Græca* οἰκουμένη *ad vtrumque est indifferens.*

101. Congregetur aqua in congregationem vnam, &c.] *Sic legimus cum Græcis, Hebræis, & Chaldæo ac Latinis vtriusque editionis exemplaribus, pro*: in congregationē vna. *Mirum est autem, quòd sicuti illi habent, non addiderit quæ sub cœlo est, ad distinctionem alterius quæ super firmamentum. Legimus autem iterum cum Latinis*: Fruticet terra, &c.

102. Hæc dicit Dominus qui fecit cœlum, &c.] *Etiam illud inuentur iuxta 70. Isai. 45. in eadem periodo ante verba paulo ante citata. Variat interim ab hodierno textu Græco, quòd legat sicut edit. Hieron.* Hęc dicit Dominus, *quum sit Græcè*, ὅτι τάδε λέγει κύριος. *Legimus autem*: fecit, *pro*: facit, *cum Latinis, quia Græcè est*: ποιήσας.

Cap. xxx.

103. Sic & sequentia coniecturam Hermogenis, &c.] *Inscribimus caput illud*: Quòd neque illud: Et tenebræ super abyssum, pro Hermogene faciat. *Restè autem (vti adnotauit Rhenan.) dixit*: in struere videbuntur, *quasi veneranorum instrumēt. Lego necessariò, vt oratio sit congrua*: abyssum, spiritum Dei, aquas; *& mox*: spiritum super aquas, *pro eo quod erat* spiritus; *maximè quum postea sic legatur. Sine autem legas*: æstimare facit tam diuersa relatio, *cum Vatic. cod. MS. sine*

cum excussi: æstimari facit tam diuisa relatio, *perinde est*.

104. Vanissimum denique, &c.] *Vatic. MS. cod. & 1. editio, legunt*: vanitimum. *Sed quia nusquam eam vocem reperi, placet vulgata lectio. Quas autem mox vocat*: species; *paulo post formas dicit. quare non arridet Vatic. cod. varia lectio*: formam. *Et legendum cum Latino interrogatiue*: si non habebat, agnoscitur?

Cap. xxxi.

105. Sed & illud vtique capiebatur, &c.] *Capiti huic inscriptionem fecimus*: Quòd sufficerent initio in genete id quod continet, nominare, postea verò etiam contenta cœlo & terra. *Sunt autem etiam hæc verba Hermogenis. Atqui pro eo quod legitur*: & complectebantur, *Vatic. cod. MS. & contemplabantur. Neutrum placet.*

106. & staruæ super Eutipum.] Eutipus (*inquit Rhenanus.*) *fretum quod est ad Chalcidem, nomen dedit ob similitudinem. Fossæ erant, quibus ludi erui dabantur septorum loco. Faltum deinde est, vt propalibet fossa aut canalis caperit.* Eutipus *Vsurpari. Plinius Nepoti in epistola ad Cannium Rufum*: Quid Eutipus viridis & gemmeus? *Vitruuius in libro 7. Pinguntur enim portus, promontoria, littora, flumina, fontes,* Eutipi, *lucі, montes, pecora, pastores. Vide plura, quæ magis ad locі huius declarationem faciunt de* Statuis super Eutipum, & obelisco in Circo *suprà lib. de Spectac. cap. 8. n. 72. 73. 74. 75. 76. & 77.*

107. Costam verò & ossa, &c.] *Quum* autem *non commemoret alicubi liber Geneseos in homine, prorsus* costam *legi; & verò tam mihi licet hoc coniectura substituere, atque illud Rhenanus, pro eo quod in prima adit. legebatur* Enim verò, *maximè quum adludat magis lectio, quam quum mendosa MS. Vatic. cod.* cuitam. *Alludit autem ad hæc scripturæ*: *Et tulit vnam* costarum *eius, & c. ac*: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Gen. 2. Item*: *Aperientur* oculi vestri, *& eris sudore vultus tui, Gen. 3. denique*: *vox* sanguinis *fratris tui, Gen. 4.*

108. Factitatione.] Factitationis (*inquit Rhenanus*) *vocabulum à verbo frequentatiuo deductum neminem mouebat. Nam in præcedentibus libris, non solùm in hoc opere, factitationem pro creatione, sine cunctatione accipit, lib. adu. Valentinian. cap. 21.* Ergo & factum (*inquit*) ittelligebat, & factitatorem facti esse quemcumque. *Similiter etiam dixit suprà Tom. 1. Apolog. cap. 21. num. 311. & cap. 46. num. 577.* Hunc enim Zeno determinauit factitatorem, *& infra l. aduers. Praxean*: ad idolorum factitatores. *Immò & hoc ipso iterum libro cap. sequ.* corporum factitationem, *ac*: verbum factitationis; *& item*: sine factitationis mentione.

Cap. xxxii.

109. Hæc respondebimus pro scriptura præsenti, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Quòd etiam abyssus, tenebræ, spiritus & aquæ, quæ Hermogenes Materiam putat, à Deo facta sint. *Sine autem lege*: commendare *enim excusf.* sine commentari, *ex coniectura ad mon. 1. adit. & c.*: Scit esse *eum Rhenanus, aut*: Scit esse *eum Vatic. MS. cod. & 1. editione, perinde est.*

110. Qui solidat tonitruum, &c.] *Ad verbum hæc sunt ex edit. 70. Amos 4. præterquàm quòd videatur legisse ὅτι κύριος θεὸς παντῶν*: *Quia Dominus est* qui solidat tonitruum (*pro quo nonnes Veritè Hieron. & Paraphrasis ex Hebræo & Chaldæo fontibus, sicuti etiam* ventum *pro eo quod 70.* (spiritum) *Vbi hodie est ὃ πνεῦμα, hoc est qui es firmans. Variat etiam in hoc ab Hebræo hæc lectio, quod vbi hic est*: Christum suum, *legat B. Hieron.* eloquium suum, *& Interpres Paraphrasis Chaldææ*: *quanta sint opera eius.*

111. Non, vt quidam putant, ipsum Deum significari spiritum, &c.] *Illud*: Spiritus Dei ferebatur super aquas, *Auctor suprà lib. de Baptis.* spiritui sancto *adscribit, quod hic* spiritui, *sine flatui, & rectius. Cur autem id faciat, infra lib. de Animæ cap. 11. (vbi partim ad hunc locum, partim ad lib. de Censu Animæ, contra hunc eundem Hermogenem adludit) significat*: Ceterùm (*inquit*) aduersus Hermogenem, qui animam ex Materia, non ex Dei flatu contendit, flatum propriè ruemur. *Ac si diceret se pro ætatisne aliter atque alter interpretari. Vbi interim hæc de re latius, quomodo & de scriptura sequenti, Isai. 57.* Spiritus à me exuit, & flatum omnem ego feci. *Hic adjecam dumtaxat, terramque etiam expositionem meminit, & de vento sine aëris diffusione, & de Spiritu sancto, apud BB. Basilium hom. 2. Hexameron, Augustinum lib. imperf. de Gen. ad litter. cap. 4. Diodorum Tharsensem alicubi, Chrysost. hom. 3. in Genes. & Theodoretum quæst. 8. in Genes. Origenes denique lib. 1. Patriarchas dicit, non nisi secundum Allegoriam de Spiritu sancto intelligi; sed ego magis accedo B. Basilij sententia. Certè quod verius est, & à nostris maioribus comprobatum*, Spiritus Dei, *hic Spiritus sanctus appellatur.*

112. Et cùm firmos ponebat fontes eius quæ sub cœlo.] *Quum 1. adito & Vatic. MS. cod. legant*: quæ sub cœlo, *pro quo Rhenan. substituit*: qui, *prorsus puto legendum sicuti suprà cap. 18. num. 60.* eius quæ sub cœlo est.

113. Planè fictas eas, sed ex Materia, &c.] *Verba hæc sunt iterum Hermogenis, aut alicuius Materiarij hæretici, vsque ad illud*: Ergo sicut terra, *in quibus prorsus legis debet*: quæ ex Materia factæ sint species, *pro*: sunt. *Deinde paulo post Vatic. cod. MS. legit*: quæ iisdem nominibus ęduntur. *quod magis placet, quàm iisdem, eo quod vetus sit Prisciani lectio, quam adeo cuperem in hoc Auctore vbique vsitatam.*

Cap. xxxiii.

114. Sed dum illam Hermogenes, &c.] *Hæc capui inscripsimus*: Quòd fi Materia fuisset, etiam à Deo facta crederetur.

115. inter scripturas enim Dei inuenite non potuerit.] *Sic leg o ex Vatic. MS. cod. pro*: potuerat. *Est autem verissimum quòd nulla in scripturis Dei Materiæ fiat mentio.*

Cap. xxxiiii.

116. Ceterùm omne ex nihilo consistitisse, &c.] *Probatur hoc capite*: Quòd omnia ex nihilo consisterint, quia in nihilum redigenda sunt.

117. Cœlum primum & terra prima abierunt.] *Transsilit hoc Latinè magis quàm ad verbum, quia Apoc. 21. legitur*: πρῶτος, *id est, abiit*; *deinde legit*: Et locus non est inuentus illis, *pro eo quod Græcè est & Latinè*: Et *mare iam non est. Similiter ibi addit*: *& quod in nulla Psalm. 101. adtione legitur*: & ipsi peribunt.

118. Nam etsi mutabit illos, &c.] *Velus torrigentis esse illud Psalmistæ hic verbi indicat Auctor. Quum enim dixisset* Ipsi peribunt, *velut si velens indicare propriè non periturus, subiungit*: Et mutabis illos sicut opertorium, & mutabuntur. *Quod ipsum Auctor sic explicat*: (sed (*omitto enim*: &, *cum Vat. MS. cod.*) mutari, perire est pristino statui, quem dum mutantur, amittunt; *sicetiam mitigans quod prius satis crudè dixerat*: Immò nusquam fiet cum ipsa terra. *Locus proinde contra eos adnotandus, qui hos scripturæ locos, & alios similes Isai. 52. & 2. Petri 3. sic interpretantur, quasi cœlo ipsi sub finem mundi conflagrationi ignè omninò exurendi sint, & deinde renouandi, quam B. Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 24.* (quem plerique hodie sequuntur) *solummodo id interpretetur de cœlo aëreo, exeo quod B. Petrus præmittat*: Cœli prius & terra per aquam perierant. *Quid? quod Auctor dum mutatos iri dumtaxat dicit, videtur propendere magis ad Oecumenij in 2. Petri 3. Commentarium, qui cœlos nec perituros, nec ablendos, sed dumtaxat igne purificandos adfirmat.*

119. Et stellæ quidem de cœlo ruent, &c.] *Verba hæc (inquit Rhenanus) ex Apocalypsi desumpta sunt, vbi sic legitur*: καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη. *Hoc est*: *Et stellæ de cœlo ecciderunt in terram, sicuti ficus abigit grossos suos, cùm à magno vento mouetur. Porrò ὄλυνθοι Græcè sunt, quos Latini Grossos vocant, hoc est, sici nondum maturi. Tertull. pro grossis vertit*: acerba sua; *aditio vult eatenus haberi grossos sua. Est autem propemodum interpretatio, quòd vertit Tertullianus. Non tibi tamen aliud est ὄλυνθος sive grossus, quàm sicus dum adhuc atque acerba. Theodorus Gaza in opere de Plantis ὄλυνθον etiam caprificum reddit. Reperuntur ex Apoc. 6. in hoc tamen varias*

veritat Auctor, quòd Vatem Propheticam in Præterito enuntiauerit, in Futuro tuent *verterit; sicuti etiam illud Psal. 96.* Montes verò tamquam cera liquescent; *vbi legitur ex Græco: fluxerunt.*

120. Cum surrexerit scilicet confringere terram.] *Istud nota periodo distinxi, quia sumptum est aliunde, ex Isa. nempè cap. 2.*

121. Et quærentes aquam, nec inuenient.] *Similiter etiam istud, quia non reperitur Isai. 42. vbi illud est:* Et paludes arefaciam. *Nescio interim vnde sumptum, nisi fortè ad illud adludat Isai. 41.* Quærent enim aquam, & *non erit.*

122. etiam mare Oceanus.] *Vatic. MS. legit:* nec inuenietetiam mare hactenus. *Si legeretur:* & non erit etiam mare Oceanus, *posset intelligi repetitum illud Apoc. 20.* & mare iam non erit; *certè id subaudiendum est. Aliquo magis placet lego:* nec inuenient; etiam mare hactenus, *Tertullianica phrasi, qua aliquando vtitur voce:* hactenus, *vt significet:* iam non est. *Nam ad quid adderetur ab Auctore:* Oceanus, *scripturas citante, quum nusquam ea vox ibi reperiatur? Nihil tamen volui immutare in contextu; eligat Lector quam volet lectionem. At cum Latino lego:* Quæ omnia etsi alter, *pro:* aliter.

CAP. XXXV.

123. De certero verò statu Materiæ, &c.] *Titulum damus huic capiti:* Quòd Materia neque corporalis sit, neque incorporalis. *Sunt autem iterum illa verba Hermogenis:* Prima facie videtur, &c. *vsque:* Quæ est ista ratio.

124. (vt concedam interim esse aliquid incorporale) &c.] *Parenthesis ista inclusimus, vsque ad illud:* certè. *Qua interim ad errorem Auctoris pertinent, quo & animæ & angelis, immò etiam Deo corpus videtur adtribuere, quemadmodum latius in Prolegomenis nostris. Atqui Latinius censet legendum:* Tamen hoc ratio, *pro:* Tantum, *& non debere esse interrogationem in fine eius periodi.*

CAP. XXXVI.

125. Sed ecce contrarium subiicit, &c.] *Istud caput inscribimus:* Quòd malè Hermogenes motum Materiæ incorporale eius esse dicat. *Retinuimus autem cum Rhenano & edit. Basiliensi:* Iam ergo ne neutrum sit, vtrumque Materia cẽsenda est. *pro quo 1. edit. & Vatic. MS. cod.* nõnne vtrum sit, vtrumque. *& Latinius censebat legendum:* Iam ergo nõnne vtrumque, *sed illud significatiuius est. Quemadmodum etiam non placet quod MS. Vatic. cod. cum 2. edit. legit:* aduersus renuntiationem reciprocationis illius; *pro:* rectæ rationis illius; *quia adhuc ironicè adludit ad* rectam rationem, *quam prædebat cap. præced. Hermogenes, & rursum sequitur.*

126. Quanto hæc rectiori ratio, nisi quòd tam rectas lineas ducis, &c.] *Vbi sit adnotanda Prouerbialis formula à Pictorum arte, qualis erat Hermogenes, mutuata,* rectas lineas ducere; *qualis est etiam illa:* vltra lineam, *de qua vtraque latius in Prolegomenis nostris.*

127. vt inanimalia.] *Vatic. MS. cod.* inanimata, *sed illud nolui immutare, quòd eadem reperiantur infrà cap. 44. & eiusmodi obsoletis vocibus vti soleat Auctor; qualis est etiam illa:* corporalitatis, *&* : incorpora. *quæ sicuti legitur in 1. edit. & Vatic. Manuscripto cod. pro eo quod retinuimus ibi:* si qua incorporalia eis adsunt.

128. aut libidines eorum.] Libidines (*inquit Rhenan.*) *vocat appetitus & inclinationes. Sic & in lib. de Patientia, cap. 1.* vt quum (*inquit*) inter sese variis sectarum libidinibus & sententiarum æmulationibus discordent. Libidinibus, *id est studiis.*

129. Sed de motu & alibi licebit.] *Infrà scilicet cap. 42. 43. & 44. subauditur* (*inquit Rhenanus*) *disputare. Nisi est:* licebit, *pro:* liquebit, *vt in præcedentibus libris licuit, pro* liquit, *id est liquidum euasit. Quod posteriusmagis placet. Nam Tom. 2. supra lib. de Pœnit. cap. 6. legitur:* Tunc opinor emendatos licebit, *pro:* liquebit, *de quo ibi latius num. 34.*

CAP. XXXVII.

130. Nunc enim video te ad illam rursus rationem reuerti, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd nec bona, nec etiam mala Materia dici possit. *Adludit autem hic rursus ad verba illa Hermogenis supra cap. 36.* de ratione rectæ, *quam tamen Auctor* certi nihil renuntiare *dixit. Et proinde placet quòd à Rhenan. ibi,* nec corporalem nec incorporalem infert Materiam, *subaudiatur* ratio, *& rursum paulopost:* ne quid his contrarium infertet, *nempè* ratio; *quæ adeo lectio magis placet, quàm quæ postea substituta est:* inferres, *maximè quum accedat quamproximè MS. Vatic. cod. Atqui adnotanda etiam vox:* superargumentassem, *pro:* superargumentatus fuissem, *more Auctoris vsitato. Verba autem hic esse Hermogenis quadam ipse Auctor nominatim significat.*

131. Sed quoniam de boni & mali, &c.] *Intelligit quæ suprà tractauit cap. 12. 13. 14. & 15. vbi inter cetera etiam citatur, sicuti hic paulopost:* conuersio Iapidum in filios Abrahæ Deo possibilis. *Vbi autem:* nec hîc, &c. custodisse, *Rhenan. rectè subintelligit:* dicam, *quum prius præcesserit:* nec dicam.

CAP. XXXVIII.

132. De situ Materiæ id tractato, quod & de motu, &c.] *Capiti huic titulum damus:* Quòd si situm habeat Materia, infinita esse non possit. *Atqui omninò hic lego:* de motu, *& similiter paulopòst:* quasi infinitam eam, non motu corporeis, *pro eo quod vtrobique legebatur:* modò; *quia etsi verum est quod adnotauit ad margineм Rhenan.* Modum *etiam melem, seu potius magnitudinem nonnumquam significare, tamen nulla aut antea aut postea molis Materiæ mentio; sed de motu habet cap. 36. suprà, & mox cap. 41. vbi etiam nominatim de* motu corporeis *fit mentio. Est autem facile colligere, quæ hic verba sint Hermogenis, quæ Auctoris.*

133. quam, quantum proprie pictor, agnoscis.] *Sic omninò hic locus distinguendus; nam:* quantum, *capitur pro:* inquantum, *vt nihil sit opus eam vocem præ mittere.*

134. Et obduceris.] *Monuimus* (*inquit Rhenan.*) *non semel* obducere, & obduci, *Tertulliano esse refellere & refelli, sine contraria acinter se pugnantia adserentem captum tenere vel tenere. Loci similes adnotati sunt suprà Tom. 2. Apolog. cap. 46. nu. 572. & cap. 50. num. 618. Quibus adijce etiam illud infra lib. 2. aduers. Marc.* Exhibe aliquam Apostolici census, & obduceris, *& lib. adu. Praxean:* vndique enim obduci.

135. exemplarium.] *Intelligit* (*inquit Rhenan.*) *exemplar. Sic paulopòst:* Et vis meliora deteriorum exemplarium ferre. *Non aliter aduersf. Valent. Vsurpat:* Sigillarium, *pro sigillari.*

CAP. XXXIX.

136. Sit nunc definitiua, &c.] *Ecentrario hoc capite tractat:* Quòd nec definitiua esse possit Materia. *Est autem & hic facile verba Hermogenis & Auctoris discernere.*

137. Et hîc à lineis tuis excidifti.] *De hoc quoque preuerbio inter Prolegomena nostra latius. Sine autem mox lego:* dispertitionem *cum excusis, siue:* dispersionem *cum MS. Vatic. cod. perinde est.*

CAP. XL.

138. Dicis in meliusreformatam Materiam, &c.] *Titulum huic capitis imponimus :* Quòd nec in melius reformata Materia dici possit. *Facile est verò etiam hic verba Hermogenis agnoscere. Legimus autem cum Rhenan. & Latin.* vtique de deteriotibus, *addita voculà:* de, *sicuti etiam ex Vatic. MS. cod.* rei, *vbi legitur:* nulla res speculum alterius rei, id est non cœqualis.

139. Nemo se apud tonsorem pro homine mulum inspexit, &c.] *Ad morem respicit, quo speculo vti tonsores solent, non & addit:* vt speculum sit mundus materiæ; *à quo etiam nouum vocem:* speciatum, *derivauit Auctor, pro eo quod in specule specie sum apparet: Nam &* speculum (*inquit Varro de ling. Lat. l. 4.*) *à speciendo, quòd ibi spectent. Legimus autem cum Latinio:* in hac exstructione mundi, dispositæ iam & compt æ, informem & incultam Materiam respondere, *pro:* disposita iam & compta. *Item paulopòst ex Vatic. MS. cod.* non totam eam fabricatam, *pro :* fabricatum. *Sine autem inter hæc vtraque verba legas :* imaginem refert *cum*

excusis, sive: præfert *cum Vatic. MS. edd. perinde est.*

CAP. XLI.

140. Reuertor ad motum, &c.] *Hoc caput denuò inscribitur*: De motu materiæ. *Hermogenus est autem illa periodus*: Inconditus, &c. *nam & infrà cap.* 42. incorporali Materiæ inconditum motum eius *dicit.*

141. nec cacabaceus.] *Ironicè: ita* motum Materiæ *appellat. iuxta illud quod Hermogenem compellans dixit*: Sic enim & ollæ vndique ebullientis similitudinem opponis. *quod ipsum repetit cap.* 43. *Lege autem* cacabaceus *cum Latino, pro*: cacabatius. *Atqui, pro*: temperatus *legit Vatic. MS. edd.* temporatus; *sed quod inusitata vox sit, nolui immutare, maximè quum etiam M. l. 3. cod. Vatic. legant suprà Tom. 1. lib. de Pallio, cap.* 2. & vicibus temporatus, *vbi potius aliquot conueniet* temperatus.

142. mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur.] *In prima (inquit Rhenan.) editione scripsimus, Oedipo opus esse, qui nobis indicaret qualenam Prouerbium sit, qua hic visus est Tertullianus. Et varias tum apposuimus coniecturas quibus circumactis summa, dum scrupulose germanum prouerbium inquirimus. Verùm non semper fauet Apollo. Non destitimus tamen postea nihilo segniùs studia indagare, donec fuscipsisset quod agebamus. Itaque deprehedimus scriptum fuisse*: mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur. *Est autem* Agina, *foramen illud, in quo inseritur scapus trutinæ, hoc est, in quo agitur, id est vertitur trutina, quemadmodum adnotat Festus Pompeius. Perro quæstiones accidit aequipondium vt neutra pars prependeat, in media agina consistit trutina. Sed & in* media agina *scapus trutinæ inseritur, alioqui libere moueri non posset. Vis potemus hoc prouerbio, motum rei significantes, qui præcise sit per medium, non ateallbe extremitatibus. Illum autem coniectura confirmatur ex illo quod infrà To. 5. lib. de Pudicit. legitur,* (iuxta quod me Latinius admouit.) Non enim admittetur exemplorum adæquatio, licet in agina congruentiss. *Plura si quis desideret de hoc Prouerbio, videat nostra Prolegomena.*

143. & passiuitas.] *Quid*: passiuum *vocet Tertullian. infrà Latinus lib. de Carne Christi, sub finem. Hic (inquit Rhenan.)* passiuitatem *vocat dissolutionem, sive inordinationem atque confusionem. sic lib. adu. Valentin. cap.* 30. Illi verò, *inquit*, & de passionem. *sic lib. adu. Valentin. cap.* 30. illi verò, *inquit*, & de passiuitate vitæ, & diligentia delictorum, generositatem suã vindicent, *& lib. adu. Marc. 4.* Passiuitatem, *inquit*, sententiæ meæ permisit, *id est libertatem. Paulo clarius idipsum dixit idem Rhenan. loco iam citato.* Passiuitatem *(inquit) vsurpat Tertullia. pro libertate in malam partem, qua homo sit inconstans, & nunc ad hoc, nunc ad illud vergat facile. Cui ad verbum fere eadem, ad illud l. 4. adu. Marc. vbi & addit lib. adu. Valent. cap. 5. legi*: passiuorum discipulorum.

144. nec malo nec bono pronus.] *Hoc est (inquit Rhenanus, vti pauloprius etiam scriptum est)* neque ad malum neque ad bonum, *vt confitetur* Pronus *cum Datino. Quemadmodum autem prius*: in alterum, *sic mox*: in neutrum; *& sic*: in tertia virtumque. *sic accipit, secutis prius dixit*: neutram in partem. *qui corruptus adhuc est ille locus*: vt aut corporalia aut localia non deuergebat.

CAP. XLII.

145. Disperfisti omnia, &c.] *Titulum huic capiti damus*: De contrarietatibus Hermogenis, *quas quamquam facile ex contextu sit deprehendere, tamen etiam notam solitam verbis eius adiectmus.*

CAP. XLIII.

146. De motu & illud notauerim, &c.] *Eiusdem argumentis est hoc caput cum præcedenti, quiadeò idem titulus conuenit.*

147. Supra, cettamen motui adscribis, &c.] *Nempè quum* ollæ vndique ebullienti comparas motum, *suprà cap.* 41. *item quum* in eo ordinum motum vocas, *atque adeò (sicuti in fine huius libri loquitur)* confusum, turbulentum, ancipitem, & præcipitem.

CAP. XLIIII.

148. Sed & qualiter operatum fatias Deum, &c.] *Caput hoc inscriptissimus*: Quòd quando operationem mundi Deo adscribit, & à Philosophis & à Prophetis dissentiat.

149. Stoici enim volunt, &c.] Stoicorum *hanc opinionem absurdam, qua* volunt Deum sic per Materiam decurrisse, quemadmodum mel per fauos, *reperire poterit, nisi fallor, Lector curiosus apud Diogenem Laërtium in vitis Philosophorum.*

150. qui decor solummodò apparens, &c.] *Huic castigationi Rhenani consentit MS. cod. Vatic. Vsurpat autem (inquit Rhenanus) frequenter* qui, *pro*: quis, *vt en hoc ipse lib. suprà*, Nisi fi qui putat. *Item*: Si qui discipulorum tuorum.

151. aut Magnes adtrahens ferrum.] *Quod* ferri *(inquis Plinius nat. hist. l. 36. cap. 16.) natura puenaciust sed cedit & patitur mores*; trahitur namque à Magnete *lapide. vbi de eo plura. Legemus autem paulopost ex Vatic. MS. cod.* quem credimus vbique esse, & vbi que apparere.

152. cui etiam inanimalia & incorporalia laudes cănunt apud Danielem.] *Alludit ad hymnum trium puerorum Dan. 3. iuxta editionem Theodotionis; nam in Hebraeo non haberi recte adnotauit B. Hieron. Eundem etiam citat Exomologesis titulo, B. Cyprian. libris de Lapsis, & de Oratione Dominica. Quibus adnotandi pro dictis hymnis canonica auctoritate, quam etiam illi Ecclesia tribuit; in qua non nunc modò in Sabbatis. Quatuor temporum, sed ab initio nascentis Ecclesiæ semper in omni sollemnitate in sacra fidelium decantatum fuisse trium puerorum hymnum testantur Augustin. serm. 47. de tempore (qui eundem etiam nominatim citat epist. 86. de Ieiunio Sabbati) & Rufin. lib. 1. adu. Hieron. Cui idem Hieron. respondet, quicquid de eo scripserat sua in Danielem Praefatione, ex sententia Hebraeorum dixisse. Quid? quod idem Hieron. epist. ad Demetriadem de Virgin. fernanda, citet ex ipsius huius hymni praemissis qua similiter in Hebraeo non habentur, illud: quòd succenfus sit igni 49. cubitorum. Quomodo etiam B. Augustin. illud ex eiusdem Praemio: Quoniam iustus es in omnibus quae fecisti nobis, epist. 122.*

CAP. XLV.

153. At enim Prophetæ & Apostoli, &c.] *Postremum hoc caput titulo hoc insigniuimus*: Qualiter Prophetæ & Apostoli mundum à Deo factum scribant. *Vbi iterum repetuntur eadem fere scripturæ quæ suprà cap. 17. & 18. additis aliis quibusdam. Lege autem omninò*: Sophiam conditam initium viarum in opera eius. *quæ sic vbique legit Auctor, pro*: initia.

154. & spiritu ipsius vniuersæ virtutes eorum.] *Infrà haud alsimiliter lib. adu. Praxean*: & spiritu eius omnes vires eorum, *& postea*: & spiritu eius omnes virtutes eorum, *saltem secundum MS. 3. Vatic. eius libri cod. Quare esse hodie in Graeco & Latinis exemplaribus legatur*: virtus, *illud Auctoris esse constat. Differt autem non in eo solo, sed etiam quòd omittat otis eius, & tamen B. Cyprian. Test. lib. 1. aduers. Iud. cap. 3. alias consentit.*

155. Hìc est dextera Dei, & manus ambæ, per quas operatus est.] *Alludit ad illud Isai. 48. Manus meæ fundauit terram, & dextera mea firmauit cœlum. Legendum autem puetat Latinius*: ea quæ molitus est, *pro*: atque molitus est.

156. Per quas & mensus est terram, & palmo cœlum.] *Omninò sic lege, nam Isai. 40. legitur iuxta omnes editiones*: & cœlum palmo, *quomodo etiam Tertullianus alibi, & Nouatianus lib. de Trinit. infrà Tom. 5. ac Auctor libri de Montibus Sina & Syon, Tom. 3. Oper. D. Cypriani. Exquo interim posset & alia lectio hic colligi*: Per quas & mensus est cœlum palmo, & terram pugno, *seu* pugillo.

157. In valentia sua, &c.] *Hierem. 51. voces Graecae sunt τῇ ἰσχύι, τῇ σοφίᾳ, τῇ συνέσει, pro quibus fraustulat & hic, & paulopost Auctor*: valentiam *(de est, scienti alibi adnotauimus, fortitudinem) intelligentiam, sensum.*

158. Hæ sunt vires eius, quibus enixus, totum hoc condidit.] *Videtur adludere ad illud Psalm. 64. Praparans montes in virtute tua, aut similem aliquam scripturam. Nam paulopost inter animi nisus, quos Deus adhibuit ad mundi compositionem, etiam* virtutem *enumerat, de qua aliquis hic nulla mentio.*

159. Hæc

359. Hæc autem sunt inuisibilia, &c.] *Clariùs istud transtulit Apost. Rom. 1. quàm Vulgatus Latinus Interpres:* ab institutione mundi, *pro:* à creatura mundi; *& ad verbum ex Greco:* factis eius, *pro eo quod alter apertiùs:* per ea quæ facta sunt, *omittens* intellecta, *pro qui tamen Græcè est* νοούμενα.

360. vt inuinentibilia iudicia eius, & inuiestigabiles viæ eius.] *Imprimisbic vt, sicuti ὡς Græcum, pro:* quàm, *accipit Auctor, tum hìc, tum infrà initio lib. 2. adu. Marc. Vbi quum legatur:* inuestigabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, *necessaria visum fuit & hìc legere:* inuinentibilia, *ut:* inuestigabiles; *& hoc postremum ita etiam lego lib. aduers. Marc. 5. Nam quod Rhenan. putauit:* inuestigabiles *accipi, pro:* non vestigabiles, *siue qua inuestigari non possint, non videtur posse constare cum his sequentibus verbis Auctoris:* quæ nec inueniri nec inuestigari, *quum debuisset omittere negatiuam particulam* nec, *sinegatiuè accepisset:* inuestigabiles; *maximè quum pro:* inuentibilibus *vsurpet ibi:* alioqui inuestigabilia, *& in propria etiam significatione adijcit* inuestigata *& inuenta. Quare etiam apud B. Cyprian. Test. lib. 3. ad Quir. cap. 53. censeo legi debere:* & quàm inuestigabiles viæ eius; *item apud Augustin. epist. 105. Eadem porrò ratione* inuinentibilia *legendum. Nam simuliter etiam dixit lib. sequ. aduers. Valentin. cap. 14.* ininterpretabili nomine.

ARGVMENTVM LIBRI ADVERSVS VALENTINIANOS, PER IACOBVM PAMELIVM.

ADVERSVS *Valentinianos hæreticos scripturus Tertullianus, differens congressionem, solam profitetur errorum, seu potius fabularum, cum risu narrationem, expugnatione transfunctoria contentus, sicubi indignitas meruerit suggillari; vtpotè quum multa sint sic digna reuinci, ne grauitate adorentur.*

Imprimis autem narrat, quòd Valentiniani, frequentissimum sanè inter hæreticos collegium, nihil magis curent, quàm occultare quod prædicant. I.

Deinde quum illi simplices nuncuparent Catholicos, scripturis simplicitatem probari docet. II.

Quantumuis interim se abscondant (quum Veritas econtrario non erubescat) scire tamen simplices Christianos omnes eorum fabulas & genealogias, quas damnat Apostolus, indeterminatas, quas proinde solummodò demonstrare, destruere sit. III.

Notam etiam esse Valentinianorum originem à Valentino, licet ab eo abscesserint Ptolomæus, Heracleon, Secundus, Magus Marcus, ac Theotinus, ita vt nusquam iam Valentinus, & tamen Valentiniani ab illo; quum solas integras eius regulas custodiret Antiochiæ Axionicus quidam. IIII.

Sibi interim cum Archetypis esse disceptationem, idque non conflictis materiis, vtpotè quas ipsius hæresiarchæ contemporales, instructiss. voluminibus prodiderint & retulerint Iustinus Martyr, Miltiades, Irenæus, & quidam Proculus. V.

Deinde verbis partim initio huius Argumenti adductis, partim illi infrà subiectis, demonstrationem solam arcani ipsorum promittens, methodum indicat qua vti statuit. VI.

Porrò à prima Ogdoade Æonum Valentinianorum siue Tetrade duplici, auspicatur, in qua ex Bytho ac Sige orti Nus & Veritas, Sermonem & Vitam procrearint, è quibus Homo & Ecclesia. VII.

Inde ex secunda illa Tetrade, Sermonem & Vitam decuriam Æonum simul fudisse, Hominem & Ecclesiam duodenarium numerum, quo sic impleretur tricenariæ diuinitatis Pleroma seu plenitudo. VIII.

Iam verò fœcunditate tota deficiente, à nouissimo Æone Sophia confirmata ab Horo ne dissolueretur, ex vi Passionis, nulla opera coniugij, abortiuum fœtum Enthymesin expositam esse. IX.

Tota interim propinquitate supplicante Sophiam coniugi suo Teleto restitutam, Enthymesin verò extra Pleroma relegatam. X.

Nequa igitur eiusmodi rursus concussio contingeret, Nun illum nouam edidisse copulationem, Christum & Spiritum sanctum. XI.

Deinde ex omnibus simul Æonibus compactum esse perfectum Pleromatis fructum Iesum, quem & Soterem, & Christum, & Sermonem nuncupant; & satellites eius Angelos. XII.

Atque hactenus (inquit ludens Auctor) prima Tragœdiæ scena; alia iam extra Pleroma co-thurnatio. XIII.

xiiii. *Nam Enthymesin, siue iam nouo & ininterpretabili nomine Achamoth, in inane illud Epicuri explosam, quamquam à Christo non sine Spiritu sancto è superioribus missо iam formatam; quia tamen ad lumen illud Pleromatis non potuit adtingere, ab Horo custodiente extremam eius lineam excluſa; adflictam mœrore, metu, consternatione, ignorantia.*

xv. *Atque ex his originem traxisse Materiam, quam Pythagorici, Stoici & Plato ipse innatam volunt, & elementa ipsa.*

xvi. *Conuersam inde ad preces, quum ad se missus esset Paracletus Soter Iesus, eam denuò confirmatam, & ab omnibus iniurijs Passionis expumicatam, ex conuersione illa animales corpulentias produxisse.*

xvii. *Præ gaudio abhinc ex contemplatione illa Soteris & angelicorum qui vnà venerant luminum, spiritales produxisse, & sic factam Trinitatem generum.*

xviii. *Ex animali autem substantia productum deinde Demiurgum (quod cum horrore blasphemiæ pronuntiandum) Deum hunc nostrum, Regem vniuersorum.*

xix. *Quamquam hac de re inter eos non conueniat.*

xx. *Porrò à Demiurgo extra Pleromatis limites constituto, hunc mundum conditum, ex animalibus & materialibus substantijs, ex incorporalibus verò septemplicem cœlorum scenam.*

xxi. *Quibus iterum interserit varia Achamoth siue Sophiæ secundæ nomina.*

xxii. *Quid? quòd & Diabolum opus Demiurgi faciant, Munditenentem appellantes.*

xxiii. *Inde singularum potestatum situm interserens (qui infrà post nominum Græcorum & Latinorum varietatem subijcietur) etiam ignem his omnibus corporibus & elementis inflabellatum addit.*

xxiiii. *Demiurgum post hæc ad hominem manus contulisse, & carnem ei creasse, non ex limo terræ, sed Materia illa Philosophica.*

xxv. *Cui quum animam Demiurgus mox de adflatu suo communicaret, etiam ab Achamoth pariter in illum deriuatum semen spiritale, quod nuncupabant Ecclesiam.*

xxvi. *Hinc tria hominum genera describit, siue Trinitatem hominis, & quem exitum sortiantur.*

xxvii. *Emisisse etiam Demiurgum Christum filium suum naturalem per virginem (vide blasphemiam) non ex virgine aditum; & super hunc deuolasse Soterem in specie columbæ, eúmque mansisse in Christo impassibilem, passum verò animalem Christum.*

xxviii. *Animas quoque meliores (vti ex Irenæo magis manifestum est) adlegi in Prophetas, Sacerdotes, ac Reges.*

xxix. *Hominum verò tria genera ab eis constitui, choicum, animale, spiritale.*

xxx. *Spiritalibus autem (quos se esse iactitant) operationes non necessarias, sed nobis vtpotè Psychicis, id est animalibus hominibus, martyrij quoque necessitatem sic eludentes.*

xxxi. *Et verò in consummatione ita dispensari mercedem, vt Achamoth de medio tabulato in Pleroma transferatur, excepta à Sotere compactilitio illo sponso; & Demiurgum de hebdomade sua cœlesti in vacuum matris locum.*

xxxii. *Humanam verò gentem in exitus tales ituram, choicæ quidem & materialis notæ totum interitum (nam & anima mortalis apud illos, nisi quæ fide salutem inuenerit) Psychicorum verò iustorum animas (id est nostras) in medietatis illius receptacula transmitti, spiritualium denique ipsorum nempè, ad Pleromatis palatium traductas, in sponsas angelorum adsumi.*

xxxiii. *Verùm enimuerò ab Valentino in hoc dissentire emendatores Ptolomæi, quòd Bytho duas adfingant coniuges, Cogitationem & Voluntatem, atque ex Cogitatione ortam Veritatem, ex Voluntate Monogenen.*

xxxiiii. *Alios etiam qui aut nullum sexum Bytho deputant, aut Hermaphroditum faciunt.*

xxxv. *Esse item, qui Bytho non principatum, sed postumatum defendat, post Ogdoadem primam ex Tetrade quidem & ipsam, sed aliis nominibus deriuatam.*

xxxvi. *Quosdam qui ex patre Bytho, & Ennœa matre, integram Ogdoadem illam vno partu excluſam.*

xxxvii. *Item alium quendam, qui Monoteta & Henoteta parentes primos faciat, ex quibus Monas & Vnio, & ex illis reliquos Æones.*

Humaniorem

Humaniorem denique Secundum, qui Tetradas duas diuidens in dextram & sinistram, lumen & XXXVIII.
tenebras, tantùm defectricem illam virtutem (Achamoth nempè) vult non ab aliquo Aeonum deduci.

Postremò maiorem esse de ipso Iesu diuersitatem, quum Valentinus ex omnium Aeonum floscul is; alij XXXIX.
ex solis decem, aut solis duodecim, alij à Christo & Spiritu sancto tantùm, alij aliundè eum confectum contendant. Atque ita doctrinas Valentinianorum in syluas iam exoleuisse Gnosticorum.

Ceterùm Tertulliani esse vel inde constat, quòd cap. 16. nominatim libri aduersus Hermogenem meminerit, quem eius esse constat. Et verò scripsisse illum aduersus Valentinianos luculenti sunt testes B. Optatus Mileuitanus lib. 1. aduersus Parmenian. Donatistam, & Vincentius Lirinensis lib. sæpecitato de Prophan. hæres. nouitate. Visus fuit etiam iam olim MS. à Trithemio & Politiano, & inter primos à Rhenano editus, primùm Scholiis, deinde & Adnotationibus ita illustratus, vt nusquam diligentior fuerit. Non contemnendam tamen esse nostram postremam hanc recognitionem, idque ex B. Irenæi lib. 1. cap. 1. & aliquot sequentibus, eòque tam Græco apud Epiphanium, quàm Latino iuxta versiones varias, & tribus Vatic. MS. exemplaribus, colliget facilè Lector, ex iis quas maioris adhuc lucis gratia adiecimus Adnotationibus, Argumento, immò & Catalogo Aeonum, ac situs ipsorum delineatione apertioribus.

NOMINA ÆONVM ET DEORVM VALENTINI, immò crtminum potiùs quàm numinum, aliorúmque eodem pertinentium.

DE his nominibus infrà c. 6. sic Tertullianus: *Quorumdam* (inquit) *de Græco interpretatio non occurrit, quorumdam nec de sexu genera conueniunt, quorumdam vsitatior in Græco notitia est. Itaque plurimum Græco ponemus, significantiæ per paginarum limites aderunt; nec Latinis quidem deerunt Græca, sed in lineis desuper notabuntur.* Hactenus ille. Quod tamen quum in MS. codicibus neque Rhenanus, neque ego factum inuenerimus, expediebat ad intellectum maiorem, hunc Nominum Catalogum præfigere. Quem nunc & locupletaui, & in ordinem congruum redegi, adiecto maioris explicationis gratia capitum numero, vbi de singulis ipsorum agitur. Adnotaui etiam quæ hîc aut alibi Tertulliano vsitata, quæ Irenæo Latino lib. 1. adu. hæres. c. 1. quæ denique Epiphanio Græco hær. 31. aut eius Interpreti Latino; è quibus etiam nomina aliquot castigata sunt.

Generalia nomina, ad productionem, coniugia, & numerum Æonum pertinentia, ex c. 7. 8. 12. 23. 30. & 31.

Æon, *Tertull. Iren.*	αἰὼν, *Epiph.*	Sæculum, *Int. Epiph.*
Æones.	αἰῶνες.	Sæcula.
Syzygia.	συζυγία.	Coniugatio, *Tertull.* Copulatio, *Tertull.*
Nymphon.	νυμφὼν.	Nuptiarum domus. Thalamus.
Probole.	προβολή.	Emissio, *Tertull.*
Ogdoas.	ὀγδοὰς.	Octonarius, *Tertull.* Octonatio, *Iren.*
Tetras. *Tert. Iren.*	τετρὰς, *Epiph.*	Quaternarius, *Int. Epiph.* Quadriga, *Tertull.* Quaternatio, *Iren.*
Decas.	δεκὰς.	Denarius.
Dodecas.	δωδεκὰς.	Duodenarius.
Triacontas.	τριακοντὰς.	Tricenarius.
Ectroma.	ἔκτρωμα.	Partus abortiuus.

XXX. Æonum nomina.

Ogdoas, seu Quadriga duplex Æonum. c. 7.

	Bythos, *Tert. Iren.*	βύθος, *Epiph.*	Profundum, *Int. Epiph.*
	Æon telios.	αἰὼν τέλειος.	Sæculum perfectum. / Æon perfectus, *Iren.*
	Arche.	ἡ ἀρχὴ.	Initium, *Iren.* / Principium.
	Proarche.	προαρχὴ, *Iren.*	Prior principio.
1.	Propator.	προπάτωρ, *Epiph.*	Primus / Immensus } Pater. *Tertull.*
	Pater.	πατὴρ.	Pater.
	Pater panton.	πατὴρ πάντων.	Pater omnium.
	Proon.	προὸν.	Præexistens. / Qui antè fuit, *Iren.*
	Autopator, *Epiph.*	αὐτοπάτωρ.	Ipse per se pater.
	Anarchos, *Iren.*	ἀνάρχος.	Carens principio.
	Risa, *Epiph.*	ῥίζα.	Radix.
	Sige, *Tert. Iren.*	σιγὴ, *Epiph.*	Silentium, *Interp. Epiph.*
2.	Ennœa.	ἔννοια.	Intelligentia. / Cogitatio.
	Charis.	χάρις.	Gratia.
	Mater.	μητὴρ.	Mater.
	Nus.	νοῦς.	Mens.
	Monogenes.	μονογενὴς.	Vnigenitus.
3.	Protogenes, *Tert.*	πρωτογενὴς.	Prior genitus, *Tert.*
	Pater, *Tertull. Iren.*	πατὴρ.	Pater.
	Arche ton panton.	ἀρχὴ τῶν πάντων.	Initium omnium.
4.	Alethia.	ἀλήθεια.	Veritas.
5.	Logos, *Iren.*	λόγος.	Sermo, *Tert.* / Verbum.
6.	Zoe, *Tertull. Iren.*	ζωὴ.	Vita, *Tert.*
7.	Anthropos, *Iren.*	ἄνθρωπος.	Homo, *Tert.*
8.	Ecclesia, *Tertull. Iren.*	ἐκκλησία.	Ecclesia, *Tertull. Iren.*

Decas AEonum. c. 8.

9.	Bythios, *Tert. Iren.*	βύθιος, *Epiph.*	Profundus, *Interp. Epiph.*
10.	Mixis.	μῖξις.	Mixtio.
11.	Ageratos.	ἀγήρατος.	Non senescens.
12.	Henosis.	ἕνωσις.	Vnio.
13.	Autophyes.	αὐτοφυὴς.	Per se naturalis.
14.	Hedone.	ἡδονὴ.	Voluptas.
15.	Acinetos.	ἀκίνητος.	Immobilis.
16.	Syncrasis, *Tertull.* / Homosyncrasis, *Iren.*	συγκρασις. / ὁμοσυγκρασις.	Commixtio. / Similis commixtio.
17.	Monogenes.	μονογενὴς.	Vnigenitus.
18.	Macaria.	μακαρεία.	Fortunata, *Tert.* / Fœlicitas, *Int. Iren.*

Dodecas AEonum, eodem cap. 8.

19.	Patacletus, *Tert. Iren.*	παράκλητος, *Epiph.*	Paracletus, *Inter. Epiph.*
20	Pistis.	πίστις.	Fides.
21.	Patricos.	πατρικὸς.	Paternus.
22.	Elpis.	ἐλπὶς.	Spes.
23.	Metricos.	μητρικὸς.	Maternus.
24	Agape.	ἀγάπη.	Caritas.
25.	Ainos. / Ainus, *Epiph.*	αἶνος. / ἀΐνος.	Laus. / Sempermens.
26	Synesis. / Phronesis, *Billio.*	σύνεσις. / φρόνησις, *Billio.*	Intelligentia. / Prudentia, *Bil.*
27	Ecclesiasticus.	ἐκκλησιαστικὸς.	Ecclesiasticus.
28.	Macatiotes.	μακαριότης.	Beatitudo.
29.	Teletus / Philetus } *Tert.*	τελειὸς. / φιλητὸς.	Perfectus / Amabilis } *Tertull.*
	Theletus, *Iren.*	θελητὸς, *Iren.*	Voluntas, *Inter. Epiph.* / Voluntarius, *Inter. Theod.*
30.	Sophia.	σοφία.	Sapientia.

Custodia

Custodis Pleromatis Hori ex Bytho solo producti nomina. cap. 9. & 10.

Horor, *Tertull. Iren.*	ὅρος, *Epiph.*	Terminus, *Interp. Epiph.*
Stauros, *Iren.*	σταυρὸς.	Crux, *Tertull.*
Lytrotes.	λυτρωτὴς.	Redemptor.
Carpistes.	καρπιστὴς.	Traductor.
Metagogeus.	μεταγωγεὺς.	Circumductor, *Tertull.*
Horothetes.	ὁροθέτης.	Finitor, *seu* Finium designator.

Ectromatis, sive abortivi fœtus nomina, c. 9. 14. & 21.

Enthymesis, *Tertull. Iren.*	ἐνθύμησις, *Epiph.*	Animatio, *Tertull.* Cogitatio, *Int. Epiph.*
Achamoth, *Tert. Iren.*	ἀχαμὼθ, *Epiph.*	Achamoth, *Int. Epiph.*
Sophia.	σοφία.	Sapientia.
Ogdoas.	ὀγδοὰς.	Octonarius.
Ge.	γῆ.	Terra.
Mater.	μητὴρ.	Mater.
Pneuma hagion.	πνεῦμα ἅγιον.	Spiritus sanctus.
Hierusalèm, *Iren.*	ἱερουσαλὴμ.	Hierusalem.
Kyrios.	κύριος.	Dominus.

Nouorum ex primo Monogene duorum Æonum nomina, c. 11.

Christus, *Tert. Iren.*	χριστὸς, *Epiph.*	Christus, *Inter. Epiph.*
Pneuma hagion.	πνεῦμα ἅγιον.	Spiritus sanctus.

Æonis ex omnibus Æonibus concinnatis nomina, c. 12.

Iesus, *Tert. Iren.*	ἰησοῦς, *Epiph.*	Iesus, *Interp. Epiph.*
Soter.	σωτὴρ.	Saluator.
Christus.	χριστὸς.	Christus.
Logos.	λόγος.	Verbum.
Paracletus.	παράκλητος.	Paracletus.
Problema, *Iren.*	πρόβλημα.	Problema.

Angelorum ex iisdem productorum nomina, eodem c. 12.

Angeli, *Tert. Iren.*	ἄγγελοι, *Epiph.*	Angeli, *Inter. Epiph.*
Doryphori, *Epiph.*	δορυφόροι.	Satellites.

Trinitatis generum ex Achamoth nomina, c. 17. ac 18.

Hylicum, *Iren.*	ὑλικὸν, *Epiph.*	Materiale, *Tertull.*
Psychicum.	ψυχικὸν.	Animale.
Pneumaticum.	πνευματικὸν.	Spiritale.

Demiurgi ex Achamoth & animali substantia nomina, c. 18. 19. & 20.

Demiurgus, *Tertull. Iren.*	δημιουργὸς, *Epiph.*	Opifex, *Interp. Epiph.*
Metropator.	μητροπάτωρ.	Mater & pater.
Apator.	ἀπάτωρ	Sine patre.
Pater.	πατὴρ.	Pater.
Basileus.	βασιλεὺς.	Rex.
Hebdomas.	ἑβδομὰς.	Septenarius.
Archangelus, *Tertull.*	ἀρχάγγελος, *Tertull.*	Archangelus, *Tertull.*
Angelus, *Iren.*	ἄγγελος.	Angelus, *Inter. Epiph.*
Pantocrator, *Epiph.*	παντοκράτωρ.	Omnipotens.
Ctistes.	κτιστὴς.	Creator.

Christi filij Demiurgi nomina, c. 26. & 27.

Christus, *Tertull. Iren.*	χριστός, *Epiph.*	Christus, *Interp. Epiph.*
Iesus, *Epiph.*	ἰησοῦς.	Iesus.
Soter.	σωτὴρ.	Saluator.
Phos.	φῶς.	Lux.
Logos.	λόγος.	Verbum.
Nus.	νοῦς.	Mens.

ARCIVM, QVIBVS SINGVLI ÆONES COLLOCATI sunt, nomina, c. 23. 24. & 25.

Tricenarij aliorúmque aliquot Æonum sedis nomina.

Pleroma, *Tertull. Iren.*	πλήρωμα, *Epiph.*	Vniuersitas, *Tertull.* Plenitudo, *Tertull. Iren.* Complementum, *Int. Epiph.*

Achamoth locus.

Cenoma, *Iren.*	κένωμα, *Epiph.*	Vacuum, *Iren. Tertull.*
Mesotetos topos, *Epiph.*	μεσότητος τόπος.	Locus / Regio medietatis.
Tabulatum: medium / secundum	*Tertull.*	

Demiurgi locus super Septemplici cælo.

Sabbatum, *Tert. Iren.*	σαββατισμός, *Epiph.*	Sabbatum, *Interp. Epiph.*
Solium Demiurgi, *Tert.*		
Topos ouranios, *Epiph.*	ὑπερκόσμιος τόπος, *Epiph.*	Subcœlestis locus: *Tert.* / *Iren.*

Diaboli & hominis locus.

κόσμος, *Tert.*	κόσμος, *Epiph.*	Mundus, *Tert. Iren.*

CREATVRARVM à Demiurgo & Achamoth conditarum nomina, c. 20. 22. & 25.

Spiritualium.

Hebdomas ouranon, *Epiph.*	ἑβδομὰς ὑπερκοσμία.	Cœlorum: septemplex scena, *Tert.* / septenarius, *Iren.*
Ourani, *Epiph.* / Angeli, *Tert. Iren.*	ὑπερκόσμιοι, *Epiph.* / ἄγγελοι.	Cœli, *Tert. Iren.* / Angeli, *Int. Epiph.*
Paradisus. / Angelus. / Archangelus quattus, *Tert.*	παραδείσιος. / ἄγγελος.	Paradisus. / Angelus.
Diabolus, *Tert. Iren.* / Cosmocrator.	διάβολος, *Epiph.* / κοσμοκράτωρ.	Diabolus, *Interp. Epiph.* / Mundi dominus. / Munditenens, *Tert.*
Dæmonia.	δαιμόνια.	Dæmonia.
Pneumatica ponerias.	πνευματικὰ πονηρίας.	Spiritalia nequitiæ, *Tert. Iren.*

Materialium.

Hyle, *Epiph.*	ὕλη, *Epiph.*	Materia, *Tert. Iren.*
Cosmos, *Tertull.*	κόσμος.	Mundus.
Stoichia, *Epiph.*	στοιχεῖα.	Elementa.
Pyr.	πῦρ.	Ignis.
Aër.	ἀὴρ.	Aer.
Hydor.	ὕδωρ.	Aqua.
Ge.	γῆ.	Terra.

Animalium.

Anthropos, *Epiph.*	ἄνθρωπος. *Epiph.*	Homo, *Tert. Iren.*
Zoa.	ζῶα.	Animantia.

Trinitatis, siue trium generum hominis nomina, c. 26. & 29.

Choicus, *Tertull. Iren.*	χοϊκὸς, *Epiph.*	Terreus, *Interp. Epiph.*
Psychicus.	ψυχικὸς.	Animalis.
Pneumaticus.	πνευματικὸς.	Spiritalis, *Tert. Iren.*

Alterius Bythi coniugis secundum quosdam nomen, c. 33.

Thelesis, *Iren.*	θέλησις, *Epiph.*	Voluntas, *Tert.*

Ogdoadis alterius secundum quosdam Bytho anterioris nomina, c. 35.

Proarche, *Tertull. Iren.*	προαρχὴ, *Epiph.*	Prior principio, *Int. Epiph.*
Anennoëtos.	ἀνεννόητος.	Incogitabilis.
Arrhetos.	ἄρρητος.	Inenarrabilis. / Arcanus.
Aoratos.	ἀόρατος.	Inuisibilis.
Arche.	ἀρχὴ.	Principium.
Acataleptos.	ἀκατάληπτος.	Incomprehensibilis.
Anonomastos.	ἀνονόμαστος.	Innominatus.
Agennetos.	ἀγέννητος.	Ingenitus.

Tetras Æonum, quos alij omnium Æonum parentis faciunt nomina, c. 37.

Monotes, *Tert. Iren.*	μονότης, *Epiph.*	Singularitas, *Tert.*
Henotes.	ἑνότης.	Vnitas.
Monas.	μονὰς.	Solitas.
Hen.	ἕν.	Vnio.

ARCIVM SCHEMA, QVIBVS SINGVLÆ ÆONVM POTESTATES COLLOCABANTVR A Valentino, cum vniuersa Æonum Genealogia.

SCHEMA à Rhenano vnà cum libro aduersus Valentinianos in lucem æditum, etsi quidam non admodum probent, præstare existimantes istiusmodi curiositates ignotas nobis esse, quàm in tabella descriptas exhiberi, ego tamen retinendum censui, quòd ad intellectum magnoperè faciat, tum huius libri, tum Irenæi l. 1. & 2. aduersus hæres. tum denique Epiphanij hæres. 31. 32. 33. ac 35. Si quis Antidotum aduersus hasce fabulas (fateor & ego) impijssimas desideret, longè latéque refutantur ab Irenæo, integro dicto lib. secundo, quod ipsum, singulis quibusque capitibus huius libri, vbi reperiri possit, adnotabimus. Certè ipse Tertullianus post Irenæum maxima ex parte huius Schematis Auctor est. Ita enim loquitur c. 23. *Singularum autem potestatum arces his finibus collocat. In summis summitatibus tricenarium Pleroma, Horo signante lineam extremam. Inferius illum, metatur medietatem Achamoth, filium calcans. Subest enim Demiurgus in* (id est super) *hebdomade sua. Magis Diabolus, in isto communi nobiscum mundo.* Porrò quod hîc commodè exprimi non potuit, hîc adijciendum ex c. 30. ac 31. *In consummatione* (inquit, iuxta eundem Valentinum) *ipsa Achamoth de regione medietatis, de tabulato secundo in summum transfertur, restituta Pleromati; & statim excipit compactilitius ille Soter sponsus, scilicet ambo nouum coniugium. Et Demiurgus tunc de hebdomade subcælesti in superiora mutabit, in vacuum iam cœnaculum matris. Humana verò gens in hos exitus ibit; choica & materialis nota in totum interitum; Iustorum animæ*, id est nostræ, *ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur. In Pleromatis verò palatium, spiritale examen Valentini. Quid deinde? Angelis distribuentur satellitibus Soteris in sponsas. Hæc erit spiritalium merces, hoc præmium credendi.* hactenus ille. Absurda quidem hæc omnia, sed tamen ad intellectum huius libri necessaria. Et verò (vt Auctoris verbis vti pergam) has Genealogias indeterminatas ab Apostolo damnatas demonstrasse, destruere est. Quare & nos in ordinem meliorem redegimus, iuxta ipsam Tertulliani dispositionem, triũ Tabulatorum situm, & vniuersam Genealogiam Æonum ita concinnauimus, vt ex quibus quæque producantur, manifestum sit.


TABVLATVM SVPERIVS.
DIVINITATIS SIVE XXX ÆONVM
TRICENARIÆ PLEROMA
VALENTINI
ORDINIS ÆONVM.
BYTHOS
SYGE
TETRAS
PRIMA
NVS
VERITAS
TETRAS SECVNDA
DVO ÆONES POSTERIORES
CHRISTVS
SPIRITVS SANCTVS
DECAS.
SERMO
VITA
HOMO
ECCLESIA
THELETVS
SOPHIA
BYTHOS
MIXIS
ECCLESIASTICVS
MACAROTHS
AGERATOS
HENOSIS
AVTOPHYES
HEDONE
SINCRISIS
SYNCRASIS
MONOGENES
MACARIA
PARACLITVS
PISTIS
PATRICOS
ELPIS
METRICOS
AGAPE
ANIMOS
SYNESIS
DVODECAS
ÆONES EX
ANGELI
IESVS
QVI ET
SOTER
SATELLITES
ANGELI
SATELLITES
OMNIBVS CONFLATI.
HOMOS CHRISTOS PLEROMATIS EX OMNIBVS PRODVCTVS
EX SOPHIA XXX
ECHOE
ACHAMOTH
LOCVS MEDIETATIS SEV VACVVM EXTERIVS.
MEDIVM TABVLATVM SIVE
MATERIALIS SVBSTANTIA EX EIVS PASSIONE
ANIMALIS SVBSTANTIA EX EIVS CONVERSIONE
SPIRITALIS SVBSTANTIA EX EIVS IMAGINATIONE
EX
ACHAMOTH
ET ANIMALI
SVBSTANTIA
DEMIVRGVS CVM CHRISTO FILIO SVO
CÆLVM PRIMVM
CÆLVM II
CÆLVM III
CÆLVM IIII SEV PARADISVS
CÆLVM V
CÆLVM VI
CÆLVM VII
AER
AQVA
TERRA
DIABOLVS
CVM
HOMINE
SVO
SEMATHEM SIVE SOLEM DEMIVRGI

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI ADVERSVS VALENTINIANOS LIBER.

[1] ALentiniani [2] frequentissimum planè collegium inter hæreticos, quia plurimum ex apostatis veritatis, & ad fabulas facile est, [4] & disciplina non terretur. Nihil magis curant quàm occultare quod prædicant, si tamen prædicant qui occultant. Custodiæ officium, conscientiæ officium est. Confusio prædicatur, dum religio adscueratur. [5] Nam & illa Eleusinia, hæresis & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent pudor est. Idcircò & aditum priùs cruciant: [6] diutius initiant, quàm consignant: cùm & portas ante quinquennium instituunt, vt opinionem suspendio cognitionis ædificent: atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantam præstruxerunt cupiditatem. [7] Sequitur iam silentij officium. adtentè custoditur quod tardè inuenitur. Ceterùm tota in adytis diuinitas, [8] tot siparia portarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membri virilis reuelatur. Sed naturæ venerandum nomen allegorica dispositio prætendens, patrocinio coactæ figuræ sacrilegium obscurat, & conuicium [9] falsis simulacris excusat. Proinde [10] quos nunc destinamus hæreticos, sanctis nominibus & titulis & argumentis veræ religionis, vanissima atque turpissima figmenta configurantes, facili claritati, [11] ex diuinæ copiæ occasione, quia de multis multa succedere est, Eleusiniana Valentiniana fecerunt leno cinia, sancta silentio magno, sola taciturnitate cœlestia. Si bona fide queras, concreto vultu, suspenso supercilio [12] Altum est, aiunt. Si subtiliter tentes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmant. Si scire te subostendas, negât quidquid agnoscunt. Si cominus certes, [13] tuam simplicitatem sua cæde dispergunt. Ne discipulis quidem proprijs antè committunt, quàm suos fecerint. Habent artificium quo priùs persuadeant, quàm edoceant. Veritas autem docendo persuadet, non suadendo docet. [14] Ideóque simplices notamur apud illos, vt hoc tantùm, non etiam sapientes: quasi statim deficere cogatur à simplicitate sapientia, Domino vtranque iungente: Estote prudentes vt serpentes, & simplices vt columbæ. Aut si nos propterea insipientes, quia simplices, num ergo & illi propterea non simplices, quia sapientes? Nocentissimi autem qui non simplices, sicut stultissimi qui non sapientes. Et tamen malim in eam partem, meliori sumi vitio. Si fortè præstat minus sapere quàm peius, errare quàm fallere. [15] Porrò facies Dei expectat in simplicitate quærentes, vt docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis. Deinde [16] infantes testimonium Christi, sanguine litauerunt. [17] Pueros vocem qui crucem clamant? nec pueri erant, nec infantes, id est simplices, non erant. Repuerascere nos & Apostolus iubet secundum Deum, vt malitia infantes per simplicitatem, ita demum sapientes sensibus simus, diuinæ sapientiæ ordinem de simplicitate amando. In summa Christum columba demonstrare solita est, serpens verò tentare. Illa & à primordio diuinæ pacis præco. [18] Illeà primordio diuinæ imaginis prædo. Ita faciliùs simplicitas sola Deum & agnoscere poterit & ostendere, prudentia sola concutere potiùs & prodere. [19] Abscondat itaque se serpens quantum potest, totámque prudentiam in latebrarũ ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus seriem suam euoluat, tortuosè procedat, nec semel totus, lucifuga bestia. [20] Nostræ columbæ domus simplex, etiam in æditis semper & apertis & ad lucem: amat figuram Spiritus sancti, [21] Orientem Christi figuram. Nihil veritas erubescit, nisi solummodò abscondi: quia nec pudebit vllum aures ei dedere, cum Deum recognoscere, quem iam illi natura commisit, quem quotidie in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notum, quòd vnicum non putauit, quòd in numero nominauit, quòd in alijs adorauit. Alioquin [22] à turba eorum & aliam frequentiam suadere, à domestico principatu ad incognitum transmouere, à manifesto ad occultum retorquere, de limine fidem offendere est. Iam si & in totam fabulam initietur, nónne tale aliquid dabitur tein infantia inter somni difficultates à nutricula audisse, [23] Lamiæ turres, & pectines Solis? Sed qui ex alia conscientia venerit fidei, si statim inueniat tot nomina Æonum, tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot euentus, fœlicitates, infœlicitates, dispersæ atque concisæ diuinitatis, dubitabítne ibidem pronuntiare [24] has esse fabulas & genealogias indeterminatas, quas Apostoli spiritus, his iam tunc pullulantibus seminibus hæreticis, damnare præuênit? Meritò itaque non simplices, meritò tantummodò prudentes, qui talia neque facilè producunt, neque exertè defendunt, sed nec omnes quos edocent, perdocent: vtique astutè, vt pudenda: ceterùm in humanè, si honesta. Et tamen simplices nos, omnia scimus. Denique hunc primum cuneum congressionis armauimus, detectorem & [25] designatorem totius conscientiæ illorum, primámque hanc victoriam auspicamur: quia quod tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare, destruere est. [26] Nouimus, inquam, optimè originem quo que ipsorum, & scimus cur Valentinianos appellemus, licet non esse videantur. Abscesserunt enim à conditore, sed minimè origo deletur: & si fortè mutatur, testatio est ipsa mutatio. Speruerat Episcopatum Valentinus, [27] quia & ingenio poterat & eloquio. Sed alium

CAP. I.

CAP. II.

Matth. 10.

Sap. 1.

1. Cor. 14. Matth. 3. Gen. 2. Gen. 9. Gen. 2.

CAP. III.

Zachar. 3. & 6.

1. Tim. 1.

CAP. IIII.

ex martyrij prærogatiua loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit (vt solent D
animi pro ptioratu exciti, præsumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuersus veritatem ,[12]
& cuiusdam veteris opinionis semini actu colubroso viani deliniauit. [13] Eam postmodùm Ptolo-
mæus intrauit, nominibus & numeris Æonum distinctis in personales subsstantias, sed extra Deum
determinatas, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis, vt sensus & adfectus motus incluserat. [14]
Deduxit & Heracleon inde tramites quosdam, [15] & Secundus, [16] & Magus Marcus. Multum circa
imagines legis Theotimus operatus est. [17] Ita nusquam iam Valentinus, & tamen Valentiniani qui
per Valentinum. [18] Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus memoriam Valentini [19] integra cu-
stodia regularum eius consolatur. [20] Alioquin tantum se huic hæresi suadere permissum est, quan-
tum lupæ fœminæ formam quotidie supparare sollenne est. Quidni? quum spiritale illud semen suum
sic in vno quoque recenseant. Si aliquid noui adstruxerint, reuelationem statim appellant præsum-
ptionem, & charisma ingenium, [21] nec vnitatem, sed diuersitatem. Ideóque prospicimus sepositа
illa solenni dissimulatione sua, plerosque diuidi, quibusdam articulis, etiam bona fide dicturos, Hoc
ita non est, & Hoc aliter accipio, & Hoc non agnosco. Varietate enim innouatur regularum facies,
habet etiam colores ignorantiarum. [22] Mihi autem cum Archetypis erit limes principalium ma-
CAP. V. gistrorum, non cum [23] adfectatis ducibus passiuorum discipulorum. [24] Nec vndique dicemur ipsi
nobis finxisse materias, quas tot iam viri sanctitate, & præstantia insignes, nec solùm nostri antecessо-
res, sed ipsorum hæresiarcharum contemporales, instructissimis voluminibus & prodiderunt & re-
tuderunt, [25] vt Iustinus Philosophus & Martyr, [26] vt Miltiades Ecclesiarum sophista, [27] vt Irenæus
omnium doctrinarum curiosissimus explorator, [28] vt Proculus nostræ virginis senectæ, & Chri-
stianæ eloquentiæ dignitas : quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto, optauerim assequi.
1. Cor. 11. Aut si in totum hæreses non sunt, vt qui eas pellunt, finxisse credantur, mentietur Apostolus prædi-
cator illarum. Porrò si sunt, non aliæ erunt quàm quæ retractantur. Nemo tam otiosus fertur stylo, E
C. VI. vt materias habens, fingat. [29] Igitur hoc libello, quo demonstrationem solùm promittimus illius
arcani, ne quem ex nominibus tam peregrinis, & coactis, & compactis, & ambiguis, caligo suffun-
dat, quomodo eis vsuri simus, priùs demandabo. Quorundam enim de Græco interpretatio non
occurrit ad expeditam proinde nominis formam, quorundam nec de sexu genera conueniùt, quo-
rundam vsitatior in Græco notitia est. [30] Itaque plurimum Græco ponemus, significantiæ per pa-
ginarum limites aderunt; nec Latinis quidem deerunt Græca, sed in lineis desuper notabuntur, vt
signum hoc sit personalium nominum propter ambiguitates eorum quæ cum alia significatione
communicant. [31] Quanquam autem distulerim congressionem , solam interim professus narra-
tionem, sicubi tamen indignitas meruerit suggillari , non erit [32] deliberatione transfunctoria ex-
pugnatio. Congressionis iusionem deputa Lector ante pugnam: ostendam, sed non imprimam vul-
nera. Si & ridebitur alicubi, materijs ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adoren-
tur. [33] Vanitati propriè festiuitas cedit. Congruit & veritati ridere , quia lætans: de æmulis suis
ludere, quia secura est. Curandum planè , ne risus eius rideatur, si fuerit indignus. Ceterùm vbi-
C. VII. cunque dignus risus, officium est. Denique hoc modo incipiam. [34] Primus omnium Ennius poë-
ta Romanus,

-Cœnacula maxima cæli

simpliciter pronuntiauit, elati situs nomine, [35] vel quia Iouem illic epulantem legerat apud Home-
rum. Sed hæretici quantas supernitates supernitatum, & quantas sublimitates sublimitatum in habi-
taculum Dei sui cuiusque suspenderint, extulerint, expanderint, mirum est. Etiam creatori nostro F
Enniana [36] cœnacula in ædicularũ dispositа sunt forma, [37] alijs atque alijs pergulis superstructis, &
vnicuique Deo per totidem scalas distributis, quot hæreses fuerint. [38] Meritorium factus est mun-
dus: [39] insulam Feliculam credas [40] tanta tabulata cœlorum, nescio vbi. Illic enim Valentinianо-
rum Deus ad summas tegulas habitat. Hunc subsstantialiter quidem [41] ὑλικὰ πλεῖστα appellant, per-
sonaliter verò πατροπάτωρ & πρὸ ἀρχῆς, [42] etiam Bython, [43] quod in sublimibus habitanti minimè
congruebat. [44] Innatum, immensum, infinitum, inuisibilem, æternúmque definiunt : quasi statim
probent esse, si talem definiant qualem scimus esse debere, vt sic & ante omnia fuisse dicatur. Sed vt
sit expostulo, nec aliud magis in huiusmodi denoto , quàm quòd post omnia inueniuntur , qui ante
omnia fuisse dicuntur, & quidem non sua. Sit itaque Bythos iste infinitis retrò æuis , in maxima &
altissima quiete, in otio plurimo, placidæ [45] & (vt ita dixerim) stupentis diuinitatis , qualem iussit E-
picurus. Et tamen quem solum volunt, dant ei secundam in ipso & eum ipso personam, [46] Ennœan,
[47] quam & Charin [48] & Sigen insuper nominant. [49] Et fortè accedunt in illa commendatissima
quiete mouere eum de proferendo tandem initio rerum à semetipso. Hoc vice seminis in Sigæ suæ
velut in genitalibus vulvę locis collocat. Suscipit illa statim & prægnans efficitur , [50] & parit vtique
silentio Sigę, & quem parit Nus est, simillimum patri & parem per omnia. denique solus hic capere
sufficit immensam illam & incomprehensibilem magnitudinem patris. Ita & ipse pater dicitur , &
initium omnium, & propriè Monogenes. Atquin non propriè, si quidem non solus agnascitur. Nam
cum illo processit & fœmina, [51] cui Veritas. Monogenes, quia prior genitus , quanto congruentiùs

Proto-

A Prologenes vocaretur? Ergo Bythos & Sige, Nus & Veritas, prima quadriga defenditur Valentiniana factionis, matrix & origo cunctorum. Namque ibidem Nus simul accepit [63] prolationis suæ officium, [64] emittit & ipse ex semetipso Sermonem & Vitam, quæ si retrò non erat, vtique nec in Bytho. Et quale est vtin Deo vita non fuerit? Sed & hæc soboles, ad initium [70] vniuersitatis, & formati Pleromatis totius emissa, facit fructum, [71] Hominem & Ecclesiam procreat: habes Ogdoadem, Tetradem duplicem, [72] ex coniugationibus masculorum & fœminarum, cellas vtita dixerim, primordiales Æonum: [73] fraterna connubia Valentinianorum deorum: census omnes sanctitatis & maiestatis hæreticæ: nescio criminum an numinum turbam, certè fontem reliquæ fœcunditatis. [74] Ecce enim secunda Tetras, Sermo & Vita, Homo & Ecclesia, quòd in patris gloriam fructiasset. [75] Hinc numero gestientes & ipsi tale quid patri de suo offerre, alios ebulliunt fœtus, proinde coniugaleis, per copulam vtriusque naturæ: [76] Hac Sermo & Vita decuriam Æonum simul fundunt: [77] illac Homo & Ecclesia duos amplius, æquiparando parentibus, quia & ipsi duo cum illis decē tot efficiunt, quot ipsi procreauerunt. Reddo nunc nomina quos decuriam dixi. [78] Bythios & Mixis: [79] Ageratos & Henosis: [80] Autophyes & Hedonc: [81] Acinetos & Syncrasis: [82] Monogenes & Macaria. Contrà duodenarius numerus hi erunt: [83] Paracletus & Pistis: Patricos & Elpis: [84] Metricos & Agape: [85] Ainus & Synesis: [86] Ecclesiasticus & Macariotes: [87] Teletus & Sophia. Cogor hic quid ista nomina desiderent, proferre de pari exemplo. [88] In scholis Carthaginiensibus fuit quidam rigiditissimus Rhetor Latinus, Phosphorus nomine: [89] quum virum fortem peroraret, Venio, inquit, ad vos optimi ciues de prælio cum victoria mea, cum fœlicitate vestra, ampliatus, glorioſus, fortunatus, maximus, triumphalis. Et scholastici statim, familiæ Phosphori [90] φεῦ, aeclamant. Audisti Fortunatam, & Hedonem, & Acinetum, & Teletum. acclama, [91] familiæ Ptolomæi φεῦ. Hoc erit Pleroma illud arcanum, diuinitatis tricenariæ plenitudo. Videamus [92] quæ sint istorum priuilegia numerorū, quaternarij, & octonarij, & duodenarij. Interim in tricenario fœcunditas tota deficit, castrata est vis & potestas & libido genitalis Æonum, quasi non & numerorum tanta adhuc coagula superessent, [93] & nulla alia de pædagogio nomina. Quare enim non & quinquaginta & centum procreantur? quare non & [94] sterceæ & Syntrophi nominantur? [95] Sed & hoc exceptio personarum est, quòd solus illę Nus ex omnibus immensi patris fruitur notione, gaudens & exultans, illis vtique mœrentibus. Planè Nus quantum in ipso fuit, & voluerat & tentauerat, ceteris quoque communicare quæ norat, quantus & quàm incomprehensibilis pater: [96] sed interceſſit mater Sige, illa scilicet, quæ & ipsis hæreticis suis tacere præscribit: etsi de patris nutu aiunt factum volentis omnes in desiderium sui accendi. Itaque dum macerantur intra semetipsos, dum tacita cupidine cognoscendi patrem vruntur, penè scelus factum est. Namque ex illis duodecim Æonibus, quos Homo & Ecclesia ediderant, nouissima natu Æon, viderit Solœcismus, Sophia enim nomen est, [97] incontinentia sui sine coniugis [98] Phileti societate prorumpit in patrem inquirere, [99] & genus contrahit vitij, quod exorsum quidem fuerat in illis alijs qui circa Nūn, in hunc autem, id est, in Sophiam [100] deriuarat, vt solent vitia in corpore alibi connata, in aliud membrum perniciem suam effilare. Sed enim sub prætexto dilectionis in patrem, æmulatio superabat in Nun solum de patre gaudentem. Vt verò impossibilia contendens Sophia frustrarat, & vincitur difficultate, & extenditur affectione, [101] modico abfuit præ vi dulcedi-
C nis & laboris deuorari, & in reliquam substantiam dissolui: nec aliàs quàm pereundo cessasset, [102] nisi bono fato in Horon incursasset, (quædam & huic vis est, fundamentum, vniuersitatis illius extrinsecus custos) [103] quem & Crucem appellant, & Lytrotem, & [104] Carpisten. Ita Sophia periculo exēpta & tardè persuasa, declinata inuestigatione patris conquiuit, & [105] totam Enthymesin, id est, animationem cum Passione quæ insuper acciderat, expolsuit. [106] Sed quidam exitum Sophiæ, & restitutionem, aliter somniauerunt. Post irritos conatus & spei deiectionem, deformatam eam pallore credo, & macie & incuria formæ, vti quæ patrem non minus denegatum dolebat quàm amissum. Dehinc in illo mœrore ex semetipsa sola, nulla opera coniugij concepit, & procreat fœminam. Miraris hæc? Et gallina sortita est de suo parere. [107] Sed & vultures fœminas tantùm parere aiunt, [108] & tamen sine masculo mater primò quidem contristari propter inconsummationem generationis, metuere postremò ne finis quo que insisteret, hærere de ratione casus, curare de occultatione. Remedia nusquam. [109] Vbi enim iam tragœdiæ & comœdiæ, à quibus forma mutuaretur exponēdi, quod citra pudorem erat natum? Dum in malis res est, suspicit, [110] conuertit ad patrem: sed incassum enisa, & vires deserebant, in preces succidit. Tota etiam propinquitas pro ea supplicat, vel maximè Nus. [111] quid ni? causa mali tanti. Nullus tamen Sophiæ exitus [112] vacuit: omnes ærumnæ eius operantur. Siquidem & illa tunc conflictatio in Materiæ originem peruenit: [113] Ignorantia, pauor, mœror, substantiæ fiunt. Ibi demum pater aliquando motus, per Monogenen Nun, quam suprà diximus Horon, [114] in hæc promit in imagine sua [115] fœminamare, [116] quia de patris sexu ita variant. Adijciunt autem, Horon etiam [117] Metagogea (id est circumductorem) vocari, & Horotheten. Huius prædicant opera, & repressam ab illicitis, & purgatam à malis, & deinceps confirmatam Sophiam & coniugio restitutam, & ipsam quidem in Pleromatis censu remansisse: [118] Enthymesin verò eius & illam appendicem Passionem ab Horo relegatam & crucifixam, [119] & extra æuum factam, Malum, quod

B

C.VIII.

Ca.IX.

Cap.X.

aiunt, foras: spiritalem tamen subſtantiam illam, vt naturalem quendam impetum Æonis, ſed informem & [110] inſpeciatam, quatenus nihil apprehendiſſet: ideóque fructum infirmum, & fœminam
CA. XI. pronuntiatam. [111] Igitur poſt Enthymeſin extorrem, & matrem eius Sophiam coniugi reducem, illeiterum Monogenes, ille Nus, otioſus planè de patris cura atque proſpectu, ſolidandis rebus, & Pleromati muniendo, iámque figendo, [112] ne qua eiuſmodi rurſus concuſſio incurreret, [113] nouam excluditcopulationem, Chriſtum & Spiritum ſanctum: turpiſſimum putem, duorum maſculorum: aut fœmina erit Spiritus ſanctus: & vulneratur à fœmina maſculus. Numen his datur vnum, procurare [114] concinationem Æonum. Et ab eius officij ſocietate, duæ ſcholæ protinus, duæ cathedræ, inauguratio quædam diuidendæ doctrinæ Valentini. Chriſti erat, [115] inducere Æonas naturam coniugiorum (vides quàm rem piam) [116] & innati conjectationem, & idoneos efficere generandi in ſcagnitionem patris, quòd capere cum non ſit neque comprehendere, non viſu denique, non auditu compotiri eius, niſi per Monogenen. Et tamen tolerabo quòd ita diſcunt patrem noſſe ne noſſent. Illam magis doctrinæ denotabo peruerſitatem, quòd docebantur [117] incomprehenſibile quidem patris, cauſam eſſe perpetuitatis ipſorum: Comprehenſibile verò eius, generationis illorum & formationis eſſe rationem. Hac enim diſpoſitione illud opinor inſinuatur, expedire Deum non apprehendi: ſiquidem inapprehenſibile eius, perpetuitatis eſt cauſa: apprehenſibile autem non perpetuitatis, ſed natiuitatis & formationis egentium perpetuitatis. Filium autem conſtituunt apprehenſibilem patris. Quomodo tamen apprehendatur, tum prolatus Chriſtus edocuit, Spiritus verò ſancti propria vt de doctrinæ ſtudio omnes peræquati, gratiarum actionem proſequi noſſent, & veram induce-
C. XII. rentur quietem. [118] Itaque omnes forma & ſapientia peræquantur, facti omnes quod vnuſquiſque: nemo aliud, quia alter. [119] Omnes refunduntur in Nῦς, in Sermones, omnes in Homines, in Chriſtos: [120] & quæ fœminæ, in Alethias, in Zoas, in Eccleſias, in Spiritus: vt [121] Ouidius Metamorphoſeis ſuas deleuiſſet, ſi hodie maiorem cognouiſſet. Exinde refecti ſunt, & conſtabiliti ſunt, & in requiẽ ex veritate compoſiti, magno cum gaudij fructu hymnis patrem concinunt. Diffundebatur & ipſe lætitia, vtique benè cantantibus filijs & nepotibus. Quidni diffunderetur omni iocunditate, [122] Pleromate liberato? Quis nauclerus non etiam cum dedecore lætatur? [123] Videmus quotidie nauticorum laſciuias gaudiorum. Itaque vt nautæ [124] ad ſymbolam ſemper exultant, tale aliquid & Æones vnum iam omnes etiam forma, nedum ſententia, conuenientibus ipſis quoque [125] nouis frattibus & magiſtris Chriſto & Spiritu ſancto, quod optimum atque pulcherrimum vnuſquiſque florebat, conferunt in medium. Vanè opinor. Si enim vnum erant omnes ex ſupradicta peræquatione, vacabat ſymbolæ ratio, quæ fermè ex varietatis gratia conſtat. Vnum omnes bonum conferebant, quod omnes erant. De modo forſitan fuerit ratio, aut de forma ipſius iam peræquationis. Igitur [126] ex ære collatitio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris, pulcherrimum Pleromatis ſidus fructúmque perfectum compingunt, Ieſum: Eum cognominant Soterem, & Chriſtum, & Sermonem, [127] de patritis: [128] & omnia iam, vt ex omnium deſtoratione conſtructum, [129] graculum Æſopi, [130] Pandoram Heſiodi, [131] Acci Patinam, [132] Neſtoris Cocetum, [133] Miſcellaneam Ptolemæi. [134] Quam propius fuit [135] de Atticis hiſtorijs Pancarpiam vocari, à tam otioſis auctoribus nominum. Vt autem tãtum [136] ſigillarium extrinſecus quoque inornaſſent, [137] ſatellites ei angelos proferunt: par genus, ſi inter ſe poteſt fieri. Si verò Soteri conſubſtantiuos (ambiguè enim poſitum inueni) quæ erit eminentia
XIII. eius inter ſatellites coæquales. [138] Continet hic igitur ordo [139] primam proceſſionem pariter & naſcentium, & nubentium, & generantium Æonum: Sophiæ ex deſiderio patris, periculoſiſſimum caſum, Hori opportuniſſimum auxilium, [140] Enthymeſeos & coniunctæ Paſſionis expiatũ, [141] Chriſti & Spiritus ſancti pædagogatum, [142] Æonum tutelarem reformatum, [143] Soteris pauoninum ornatum, [144] Angelorum comparatitium antiſtatum. Quod ſupereſt, inquis, [145] Vos valete & plaudite. Imò quod ſupereſt, inquam, vos audite & proijcite. Cæterùm hæc intra cœtum Pleromatis decucurriſſe dicuntur, prima tragœdiæ ſcena. [146] Alia autem trans ſiparium cothurnatio eſt, extra Pleroma dico, & tamen ſi talis ſub ſinu patris intra ambitum Hori cuſtodis, qualis extra iam in libero vbi
XIIII. Deus non erat. [147] Namque Enthymeſis, [148] ſiue iam Achamoth (quod abhinc ſcriptum, hoc ſolo ininterpretabili nomine) vt cum vitio indiuiduæ Paſſionis exploſa eſt [149] in localuminis aliena, [150] quod Pleromatis res eſt, [151] in vacuum atque inane illud Epicuri, miſerabilis etiam de loco eſt. Certè nec forma nec facies vlla, [152] defectiua ſcilicet & abortiua genitura. [153] Dum ita rerum habet, [154] flectitur à ſuperioribus Chriſtus, [155] deducitur per Horon, [156] aborſum vt illud informet de ſuis viribus, [157] ſolius ſubſtantiæ non etiam ſcientiæ forma. [158] Et tamen cum aliquo peculio relinquitur. Iteratur odor incorruptibilitatis, [159] quo compos caſus ſui potiorum deſiderio ſuppararetur. Hac miſericordia functus non ſine Spiritus ſancti ſocietate, recurrit Chriſtus in Pleroma. [170] Vſus eſt, rerum ex liberalitatibus quoque nomina accedere. [171] Enthymeſis de actu fuit. Achamoth vnde, adhuc quæritur: [172] Sophia de matre manat. [173] Spiritus ſanctus ex angelo accipit Chriſti, à quo derelicta ſtatim ſenſerat deſiderium. Itaque proſiluit & ipſa lumen eius inquirere: quem ſi omninò non nouerat, vt inuiſibiliter operatum, quomodo lumen eius ignotum cum ipſo requirebat? Tamen tentauit, & fortaſſe apprehendiſſet, [174] ſi non idem Horos qui matri eius tam proſperè venerat, nunc tam importunè

A portũnè filiæ occurrisset, [175] vt etiam inclamarit in eam Iao, quasi [176] Porrò Quirites, aut [177] Fidem Cæsaris, [178] inde inuenitur Iao in scripturis. Ita depulsa quo minus pergeret, [179] nec habens superuolare Crucem, id est Horon, [180] quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata, [181] vt destituta Passioni illi suę in tricha multiplici perplexa, omni genere eius cœpit adfligi: mœrore, quòd non perpetrasset inceptum: metu, ne sicut luce, ita & vita orbaretur: consternatione, tum ignorantia. [182] Nec vt mater eius. Illa enim scilicet Æon: at hæc pro conditione deterius: insurgente adhuc & alio fluctu conuersionis in Christum, à quo viuificata fuerat, & in hanc ipsam conuersionem temperata. [183] A- C.XV.
ge nunc discant Pythagorici, agnoscant Stoici, Plato ipse, vnde Materia, quam innatam volunt, & originem, & subsistantiam traxerit [184] in omnẽ hanc struem mundi, quod nec [185] Mercurius ille Trismegistus [186] magister omnium Physicorum recogitauit. [187] Audisti Cõuersionem, genus aliud Passionis. Ex hac omnis anima huius mundi dicitur constitisse, [188] etiam ipsius Demiurgi, id est Dei nostri. [189] Audisti mœrorem & timorẽ. Ex his initiata sunt cetera. Nã ex lacrymis eius vniuersa aquarũ natura manauit. Hic æstimandum quem exitum duxerit, quantis lacrymarũ generibus inundarit. [190] Habuit & salsas, habuit & amaras & dulces, & ealidas & frigidas guttas, & bituminosas, & ferruginantes, & sulphurantes, vtique & venenatas, vt & Nonacris inde sudauerit quæ Alexandrum occidit, & Lynceſtarum inde desluxerit quæ ebrios efficit, [191] & Salmacis inde se soluerit quæ masculos molles facit. Cœlestes imbres [192] pipiauit [193] Achamoth. Et nos in cisternis etiam alienos luctus & lacrymas seruare curamus. Poinde [194] ex consternatione & pauore corporalia elementa ducta sunt.

B Et tamen in tanta circumstantia solitudinis, [195] in tanto circumspecto destitutionis, ridebat interdũ, quâ conspecti Christi recordans: eodem gaudio, risu lumen effulsit. Cuius hoc prouidentiæ beneficium quale illam ridere cogebat, idcircò ne semper nos in tenebris moraremur? Nec obstupescas, qui lætitia eius tam splendidum elementum radiauerit mundo, cùm mœstitia quoque eius tam necessarium instrumentum desluxerit sęculo. O risum illuminatorem, ô fletum rigatorem! Et tamen poterat remedio iam agere cum illius loci horrore. Omnem enim obscuritatem eius discussit. [196] Sed quo- XVI.
ries ridere voluisset, vel ne cogeretur [197] desertores suos supplicare? Conuertitur enim ad preces & ipsa [198] more materno. [199] Sed Christus, quem iam pigebat rursus extra Pleroma proficisci, [200] vicarium præfecit Paracletum Soterem (hic erit Iesus, [201] largito ei patre vniuersorum Æonum summam potestatem subijciendis eis omnibus, [202] vti in ipso (secundum Apostolum omnia conderentur) ad eam emittit [203] cum officio atque comitatu [204] cœtaneorum angelorum, [205] credas & cũ duodecim fascibus. Ibi demum aduentu pompatico eius concussa Achamoth, protinus [206] velamẽtum sibi obduxit, ex officio primo venerationis & verecundiæ: dehinc contemplatur eum, fructiferúmque suggestum. [207] Quibus inde cõceperat viribus occurrit illi, κἀμὲ ἐχῶρει. Hic opinor susceptam ille confirmat, [208] atque confirmat agnitione iam, [209] & ab omnibus iniurijs Passionẽ expumicat, [210] non eadem negligentia in exterminium discretis, quæ acciderat in casibus matris. Sed enim exercitata vitia, & vsu virosa confudit. Atque ita [211] massaliter solidata, [212] defixit (eorsum in materiæ corporalem paraturam, [213] commutans ex incorporali passione indita habilitatem atque naturam, qua peruenire mox posset in æmulas æquiparantias corpulentiarum, [214] vt duplex subsistantiarum conditio ordinaretur: de vitijs, pessima: de conuersione, passionalis. [215] HÆC ERIT MATERIA QVÆ NOS COMMISIT CVM HERMOGENE, ceterisque qui Deum ex materia, non ex nihilo operatum cuncta, præsumunt. [216] Abhinc Achamoth expedita tandem de malis omnibus, ecce iam proficit, XVII.
C & in opera maiora frugescit. Hæc gaudio enim tanti ex infœlicitate successus concalefacta, simúlque contemplatione ipsa angelicorum luminum, vt ita dixerim, subfermentata, putdet, sed aliter exprimere non est, quodammodò subauit intra & ipsa in illos. Et conceptu statim intumuit spiritali ad imaginem ipsam, quam vis lætantis & lætitia prurientis intentionis, imbiberat, [217] & sibi intimarat. Peperit denique, & facta exinde trinitas generum est, ex trinitate causarum. Vnum materiale, quod ex passione. Aliud animale, quod ex conuersione. Tertium spiritale, quod ex imaginatione. [218] Hac auc- XVIII.
toritate [219] trium scilicet liberorũ agendis rebus exercitior facta, formare singula genera constituit. Sed spiritale quidem non ita potuit attingere, vt & ipsa spiritalis. Ferè enim paria & consubstantiua, in alterutrum valere societas naturæ negauit. Eo animo, vnum ad animale, conuertit; [220] prolatis Soteris disciplinis. Et primum (quod cum magno horrore blasphemiæ & pronuntiandum & legendũ est & audiendum) [221] Deum fingit hunc nostrum & omnium [222] præter hæreticorũ patrem, [223] & Demiurgum, & regem vniuersorum quæ post illum. [224] Ab illo enim omnia, si tamẽ ab illo, & non ab ipsa potius Achamoth, à qua occulto nihil sentiens eius, & velut [225] singillario extrinsecus ductum, in omnem operationem mouebatur. denique ex hac personarum in operibus ambiguitate, [226] nomen illi Metropatoris miscuerunt, distinctis appellationibus ceteris secundum status & situs operum: vt animalium quidem subsistantiarum quas ad dextram commendant, patrem nuncupent: materialium verò quas ad læuam delegant, Demiurgum nominent: Regem autem communiter in vniuersitatem. [227] Sed nec nominum proprietas competit proprietati operum, de quibus nomina XIX.
omnia, cùm deberet illa hæc omnia vocitari, à qua res agebantur, nisi quòd iam nec ab illa. Cùm enim dicant Achamoth [228] in honorem Æonum imagines commentatam, [229] rursus hoc in

Soterem auctorem detorquent, qui per illam sit operatus: [230] vt ipsam quidem, imaginem patris [231] D
inuisibilis & incogniti daret; [232] incognitam scilicet & inuisibilem Demiurgo, [233] eumdem autem
Demiurgum Nẽn filium effingeret, [234] Archangeli verò Demiurgi opus, reliquos Æonas exprime-
rent. Cùm imagines audio tantas trium, quęro, non vis nunc vt imagines rideam peruersissimi picto-
ris illorum: fœminam Achamoth, imaginem patris & ignarum matris Demiurgum, multo magis
patris, [235] imaginem Nũ ignorantis patrem, [236] & angelos famulos simulacra dominorum? Hoc est
C. XX. [237] mulum de asino pingere, [238] & Ptolomæum describere de Valentino. [[239] Igitur Demiurgus ex-
tra Pleromatis limitis constitutus, in ignominiosa æterni exilij vastitate [240] nouam prouinciam con-
didit, hunc mundum: repurgata confusione & distincta diuersitate [241] duplicis subst antiæ illius de-
structæ, animalium & materiarum. Ex incorporalibus corpora ædificat, grauia, leuia, [242] sublimantia
atque vergentia: cœlestia atque terrena: [243] quum ipsam cœlorum septemplicem scenam solio desu-
per suo finit: vnde & sabbatum dictum, ab hebdomade sedis suæ, [244] & Ogdoas mater Achamoth,
ab argumento Ogdoadis primogenitalis: [245] Cœlos autem noeros deputant, & interdum angelos
eos faciunt, sicut & ipsum Demiurgum, sicut [246] & Paradisum, archangelum quartum, quoniam &
hunc supra cœlum tertium pangunt, ex cuius virtute sumpserit Adam deuersatus illic inter nubecu-
las & arbusculas. [247] Satis meminerat Ptolomæus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci, & in
arbore pisces: sic & in cœlestibus nuceta præsumpsit. Operatur Demiurgus ignorans, [248] & ideò for-
tasse non scit arbores in sola terra institui oportere. Planè mater sciebat. Quidni suggerebat? [249] quæ
& effectum suum ministrabat. Sed tantum fastigium filio exstruens per ea opera quæ illum & patrem,
& Deum, & regem, ante Valentinianorum ingenia testantur, [250] cur sibi quoque ista noluit esse nota,
C.XXI. postea quæram. [[251] Interim tenendum, Sophiam cognominari & Terram & Matrem, quasi Matrẽ
terram, & quod magis rideas, etiam Spiritum sanctum. Ita omnem illi honorem contulerunt fœmi-
næ, [252] puto & barbam, ne dixerim cetera. [253] Alioquin Demiurgus adeò rerum non erat compos, de E
animalibus scilicet censu inualitudinis spiritalia accedere, vt se solũ, ratus, concionaretur, Ego Deus,
& absque me non est: certè tamen non fuisse se retrò sciebat. [254] Ergo & factum intelligebat, & facti-
tatorem facti esse quencunque. Quomodo ergo solus sibi videbatur, etsi non certus, saltem suspectus
XXII. de aliquo factitatore? [[255] Tolerabilior infamia est apud illos in diabolum, vel qui origo sordidior
capit. Ex nequitia enim mœroris illius deputatur, ex qua angelorum & dæmonum, & omnium [256]
spiritalium malitię geniturasnotant. Et tamen diabolum quoque opus Demiurgi affirmant, & Mun-
ditenentem appellant, [257] & superiorum magis gnarum defendunt, vt spiritalem natura, quàm Demi-
XXIII. urgum, vt animalem. Meretur, ab illis prælationem, [258] cui omnes hæreses procurantur. [[259] Sin-
gularium autem potestatum arces his finibus collocant. In summis summitatibus præsidet tricena-
rius Pleroma, Horo signante lineam extremam. Inferiùs illum [260] metatur medietatem Achamoth,
filium calcans. Subest enim Demiurgus in Hebdomade sua, [261] magis diabolus, in isto nobiscum cõ-
muni mundo cœlementato & concorporificato (vt suprà ædi tum est) [262] ex Sophiæ vũlissimis cassi-
bus, quà nec aërem haberet reciprocandi spiritus spatium, teneram omnium corporum vestem, co-
lorum omnium indicem, organum temporum, si non & istum Sophię mœstitia colasset: si cut anima-
lia metus, sicut couersio eius, ipsum Demiurgum. [263] His omnibus elementis atque corporibus
ignis inflabellatus est. cuius originalem Sophiæ passionem, quia nondum ædiderunt, ego interim ar-
gumentabor motiunculis eius excussum. Credas enim illam in tantis vexationibus etiam febrici-
XXIIII. tasse. [[264] Quum talia de Deo vel de Deis, qualia de homine figmenta? [265] Molitus enim mundum
Demiurgus, ad hominem manus confert, & substantiam ei capit non ex ista, inquiunt, arida [266] F.
quam nos vnicam nouimus terram (quasi non etsi arida postmodùm, adhuc tamen tunc aquis
ante segregatis superstite limo [267] siccauerit:) sed ex inuisibili corpore materiæ illius scilicet phi-
losophicæ, de fluxili & fusili eius: quod vnde fuerit, haud queo æstimare, quia nusquam est. Si
enim fusile & fluxile liquoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiæ fletibus fluxit, sequitur
vt limum [268] ex pituitis & gramis Sophiæ constitisse credamus, quæ lacrymarum proinde sunt
fæces, sicut aquarum quod desidet limus est. [269] Figulatita hominem Demiurgus, [270] & de ad-
flatu suo animat: sic erit & choicus, & animalis, [271] ad imaginem & similitudinem factus: quadru-
plex res: [272] vt imago quidem, choicus deputetur, materialis scilicet: & si non ex materia, Demiur-
gus. [273] Similitudo autem, animalis: hoc enim & Demiurgus. Habes duos interim Carnalem super-
ficiem postea aiunt choico supertextam, [274] & hanc esse pelliceam tunicam obnoxiam sẽ lui.
XXV. [[275] Inerat autem in Achamoth ex subst antia Sophiæ matris, [276] peculium quoddam seminis spi-
ritalis: sicut & ipsa Achamoth in filio Demiurgo sequestrauerat, ne hoc quidem gnaro. Accipe
industriam clandestinæ prouidentiæ huius. Ad hoc enim & deposuerat & occultauerat, vt quum
Demiurgus animam mox de suo adflatu in Adam communicaret, pariter & semen illud spiri-
tale quasi per canalem animam deriuaretur in choicum: atque ita fœturatum in corpore materia-
li, velut in vtero, & adultum illic, idoneum inueniretur suscipiendo quandoque sermoni
perfecto. Itaque cùm Demiurgus [277] traducem animæ suæ committit in Adam, [278] latuit ho-
mo spiritalis flatu insertus, & pariter corpori inductus, quia non magis semen nouerat matris
Demiur-

A Demiurgus, quàm ipſam. Hoc ſemen Eccleſiam dicunt, Eccleſiæ ſupernæ ſpeculum, & hominis cenſum: [279] proinde eum ab Achamoth deputantes, quemadmodum animalem à Demiurgo: choicum, ſubſtantia ἀρχῆς: Carnem, materia. [280] Habes nouum, id eſt quadruplum Geryonem. [281] Sic & exitum ſingulis diuidunt. Materiali quidem, id eſt carnali, quem & ſiniſtrum vocant, indubitatum interitum. Animali verò, quem & dextrum appellant, dubitatum euentum: vtpotè inter materialem ſpiritalémque nutanti, & illac debito quâ plurimùm adnuerit. Ceterùm ſpiritalem emitti in animalis comparationem, [282] vt erudiri cum eo, & exerceri in conuerſationibus poſſit. [283] Indiguiſſe enim animalem etiam ſenſibilium diſciplinarum: [284] in hoc & paraturam mundi proſpectam: [285] in hoc & Soterem animalem in mundo repræſentatum, in ſalutem ſcilicet animalis. Alia adhuc compoſitione monſtroſum, volunt illum proſpicientias earum ſubſtantiarum induiſſe, [286] quarum ſummam ſaluti eſſet redacturus: vt ſpiritalem quidem ſuſceperit ab Achamoth, [287] animalem verò, quem mox à Demiurgo induit Chriſtum: ceterùm corporalem, ex animali ſubſtantia. Sed miro & inenarabili rationis ingenio conſtructam, [288] adminiſtrationis vi contuliſſe, quo [289] congreſſui, & conſpectui, & contactui, & defunctui [290] ingratis ſubiaceret. [291] Materiale autem nihil in illo fuiſſe, vtpotè ſalutis alienum: quaſi alijs fuerit neceſſarius quàm egentibus ſalute. Et totum hoc, vt carnis noſtræ habitum alienando à Chriſto, à ſpe etiam ſalutis expellant. [292] Nunc reddo de Chriſto: [293] In quem tanta licentia Ieſum inſeruntquidam, quanta ſpiritale ſemen animali cum inflatu inſulciunt, fartilia neſcio quæ commenti, & hominum & deorum ſuorum. [294] Eſſe enim Demiurgo ſuum Chriſtum filium naturalem: denique animalem prolatum ab ipſo, promulgatum Prophetis: [295] in Præpoſitionum quæſtionibus poſitum, [296] id eſt per virginem, non ex virgine æditum: quia delatus in virginem tranſmeatorio potius quàm generatorio more proceſſerit; per ipſam, non ex ipſa; non matrem eam, ſed viam paſſus. [297] Super hunc itaque Chriſtum deuolaſſe tunc in baptiſmatis ſacramento Soterem per effigiem columbæ. [298] Fuiſſe autem & in Chriſto etiam ex Achamoth ſpiritalis ſeminis condimentum, ne marceſceret ſcilicet reliqua ſarſura. [299] Nam in figuram principalis Tetradis, quatuor eum ſubſtantijs ſtipant, Spiritali, Achamothiana: Animali, Demiurgina: Corporali, Ieſuaciana: & illa Sotericiana, id eſt columbina. [300] Et Soter quidem permanſit in Chriſto, impaſſibilis, inlæſibilis, inapprehenſibilis. [301] Denique cùm ad apprehenſiones venitur, diſceſſit ab illo in cognitione Pilati. [302] Proinde nec matris ſemen admiſit iniurias, æquè inſubditiuum, & ne ipſi quidem Demiurgo compertum. [303] Patitur verò animalis & carneus Chriſtus, in deliniationem ſuperioris Chriſti, qui ad Achamoth formandam ſubſtantiuali non agnitionali forma, Cruci, id eſt Horo fuerat innixus. [304] Ita omnia in imagines vrgent, planè & ipſi imaginarij Chriſtiani. [305] Interea Demiurgus omnium adhuc neſcius, etſi aliquid & ipſe per Prophetas conſcionabitur, ne huius quidem operis ſui intelligens: [306] diuidunt enim & prophetiale patrocinium in Achamoth, in ſemen, in Demiurgum) [307] vbi adnentum Soteris accepit, properè & ouanter accurrit, cum omnibus viribus ſuis, Centurio de Euangelio. Et de omnibus inlumi- *Matth.8.*
natus, ab illo etiam ſpem ſuam diſcit, [308] quòd ſucceſſurus ſit in locum matris. Ita exinde ſecurus, diſpenſationem mundi huius, vel maximè Eccleſiæ protegendę nomine, quanto tempore oportuerit, inſequitur. [309] Colligam nunc ex diſperſo, ad concludendum, quæ de totius generis humani diſpoſitione differant, Triformem naturam primordio profeſſi, & tamen inunitam in Adam, [310] inde iam diuidunt per ſingulares generum proprietates, nacti occaſionem diſtinctionis huiuſmodi
C ex poſteritate ipſius Adæ, moralibus quoque differentijs tripartitæ. Cain, Abel, & Seth, fontes quodammodò generis humani, in totidem dertuant argumenta, naturæ atque eſſentiæ. [311] Choicum ſaluti degeneratum, ad Cain rediguntur: [312] Animale mediæ ſpei deliberatum, ad Abel componunt: Spiritale certæ ſaluti præiudicatum, in Seth recondunt. [313] Sic & animas ipſas duplici proprietate diſcernunt, bonas & malas: ſecundum choicum ſtatum ex Cain, & animalem ex Abel, ſpiritalem ex Seth. [314] De obuenientia ſuperducunt iam non naturam, ſed indulgentiam, vt quos Achamoth in ſuperioribus in animas bonas depluat, id eſt animali cenſui inſcriptas. Choicum enim genus, id eſt malas animas, nunquam capere ſalutaria. Immutabilem enim & irreformabilem naturam pronuntiauerunt. [315] Id ergo granum ſeminis ſpiritalis modicum & paruulum iactu, [316] ſed eruditu huius fides augetur atque prouchitur, [317] ceu ſuprà diximus: [318] animæque hoc ipſo ita ceteris præuertunt, vt Demiurgus tunc ignorans magni eas fecerit. [319] Ex earum ergo Laterculo, & in reges, & in ſacerdotes allegere conſueuerat: Quæ nunc quoque ſi plenam atque perfectam notitiam apprehenderint iſtarum næniarum, naturificatæ iam ſpiritalis conditionis germinatæ, certam obtinebunt ſalutem, imò omnimodò debitam. [320] Ideóque nec operationes neceſſarias ſibi exiſtimant, nec vlla diſciplinæ munia obſeruant: [321] martyrij quoque eludentes neceſſitatem qua volunt interpretatione. Hanc enim regulam Animali ſemini præſtitutam, [322] vt ſalutem quam non de priuilegio ſtatus poſſidemus, de ſuffragio actus elaboremus. Nobis enim [323] in ſcriptura huius ſeminis, qui imperfectæ eſſentiæ ſumus, [324] quia amoribus Phileti, & vtique abortui deputamur, quòd mater illorum. Sed nobis quidem væ, ſi exceſſerimus in aliquo diſciplinæ iugum: ſi obtorpuerimus in operibus ſanctitatis atque iuſtitiæ: ſi confiten-

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

dum alibi, nescio vbi, & non sub potestatibus istius seculi, apud tribunalia præsidum optauerimus. Illi verò & [135] de passiuitate vitæ, [136] & diligentia delictorum, generositatem suam vindicent, blandiente suis Achamoth, [137] quoniam & ipsa delinquendo profecit. [138] Nam & honorandorum coniugiorum supernorum gratia dicitur apud illos meditandum atque celebrandum semper sacramentum, comiti, id est, fœminæ adhærendo. Alioquin degenerem [139] nec legitimum veritatis, qui [140] deuersatus in mundo non amauerit fœminam, nec se ei iunxerit. [141] Et quid facient spadones, quos videmus apud illos? [142] Supereſt de consummatione, & dispensatione mercedis. [143] Vbi totam messem Achamoth seminis sui presserit, dein colligere in horreum cœperit, vel cùm ad molas delatum, [144] & defarinatum, in conspersionis aluearia absconderit, donec totum confermentetur, [145] tunc consummatio vrgebit. [146] Igitur in primis ipsa Achamoth, [147] de regione medietatis, [148] de tabulato secundo in summum transfertur, restituta Pleromati: [149] & statim excipit compactitius ille Soter, sponsus: scilicet ambo coniugium nouum fiet. [150] Hic erit in scripturis sponsus: & sponsalis Pleroma. [151] Credas enim vbi de loco in locũ transmigratur, leges quoque Iulias interuenire, [152] sicut & Cainã. [153] Et Demiurgus tunc de Hebdomade subcœlesti [154] in superiora mutabit, in vacuum iam cœnaculum matris, [155] sciens iam nec videns illam. [156] Nam si ita erat semper ignorare maluisset. [157] Humana verò gens in hos exitus ibit, [158] choicæ & materialis notæ in totum interitum: quia omnis caro fœnum. [159] Et anima mortalis apud illos, nisi quæ salutem fide inuenerit. [160] Iustorum animæ, id est nostræ, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur. Agimus gratias, contenti erimus cum Deo nostro deputari, qua census, nihil animale in Pleromatis palatium admittitur, nisi spiritale examen Valentini. [161] Illic itaque primò despoliantur homines ipsi, id est interiores. Despoliari est autem deponere animas, quibus induti videbantur, eásque Demiurgo suo reddent, quas ab eo auertant. Ipsi autem spiritus in totum fient intellectuales, neque detentui, neque conspectui obnoxij: atque ita inuisibiliter in Pleroma recipientur furtim. Si ita est, quid deinde? Angelis distribuentur satellitibus Soteris. In filios putas? Non. Sed in apparitores? Ne istud quidem. Sed *in* imagines? Vtinam vel hoc. In quid ergo, si non pudet dicere? In sponsas. [162] Tunc illi Sabinas raptas iure matrimonij plaudent. [163] Hæc erit Spiritalium merces, hoc præmium credendi. Fabulæ tales vtiles, [164] vt Marcus, aut Caius in hanc carnem barbatus, [165] & hæc omnia seuerus maritus, pater, auus, proauus, certè quod sufficit masculus, [166] in Nymphone Pleromatis ab angelo, [167] tacendo iam dixi, & forsitan parias [168] aliquem Onesimum Æonem. His nuptijs rectè deducendis, [169] pro face & flammeo, [170] tunc credo ille ignis arcanus erumpet, & vniuersam substantiam depopulatus, ipse quoque decineratis omnibus in nihilum finietur: & nulla iam fabula. [171] Sed næ ego temerarius, qui tantum sacramentum etiam inludendo prodiderim. Verendum mihi est, ne Achamoth, quæ se nec filio agnitam voluit, insaniat: [172] ne Philetus irascatur; ne Fortuna acerbetur. Et tamen homo [173] sum Demiurgi, illuc habeo deuertere, [174] vbi post excessum omninò non nubitur: [175] vbi superindui potius quàm despoliari: vbi etsi despolior, [176] sexui meo deputor: angelis non angelus, non angela: nemo mihi quicquam faciet, quem & tunc masculum inuenient. [177] Producam denique [178] veluti epicitharisina post fabulam tantam, etiam illa quæ ne ordini obstreperent, & Lectoris intentionem interiectione dispargerent, hunc malui in locum distulisse, aliter atque aliter commendata [179] ab emendatoribus Ptolomæi. Exiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, [180] qui duplex couiugium Bytho suo adfingerent, Cogitationem & Voluntatem. Vna enim satis non erat Cogitatio, qua nihil producere potuisset, ex duabus facillimo prolatu. Primum coniugium, Monogenem & Veritatem: ad imaginem quidem Cogitationis, fœminam Veritatem: ad imaginem Voluntatis, marem Monogenem. Voluntatis enim vis, vti quæ effectum præstat Cogitationi, maris obtinet censum. [181] Pudiciores alij, honorem diuinitatis recordati, vt etiam vnius coniugij dedecus ab eo auellerent, maluerunt nullum Bytho sexum deputate: & fortasse Hic Deum, non Hic Deus, neutro genere pronuntiant. [182] Alij contrà magis & masculum & fœminam dicunt, ne apud solos [183] Lunenses [184] Hermaphroditum existimet [185] Annalium commentator Fenestella. [186] Sunt qui nec principatum Bytho defendant, sed [187] postumatum, [188] Ogdoaden ante omnia præmittentes ex Tetrade quidem & ipsam, sed alijs nominibus deriuatam. Primo enim constituunt Proarchen, secundo Anennoëton, tertio Arrheton, quarto Aoraton. Ex Proarche itaque processisse primo & quinto loco Archen: ex Anennoëto, secundo & sexto loco Acatalepton: ex Arrheto, tertio & septimo loco Anonomaston: ex Inuisibili, quarto & octauo loco Agenneton. Hoc quæ ratio disponat vt singula binis locis, & quidem tam intercisis nascantur, malo ignorare quàm discere. Quid enim recti habent, quæ tam peruersè proferuntur? [189] Quanto meliores qui totum hoc tædium de medio amoliti, nullum Æonem voluerunt alium ex alio [190] per gradus reuera Gemonios [191] structum, sed [192] mappa (quod aiunt) missa, [193] semel octoiugem istam ex patre & Ennœa eius exclusam. Ex ipso denique eius motu nomina gerunt. Quum, inquiunt, [194] cogituit proferre, hoc Pater dictus est. Quum protulit, quia vera protulit, hic Veritas appellata est. Quum semetipsum voluit [195] probari, hoc Homo pronuntiatus est. Quos autem præcogitauit cùm protulit, nunc Ecclesia nuncupata est.

Sonuit

Ephes. 5.

XXXI.

XXXII. *Isai. 40.*

Matth. 22. 2. Cor. 5.

XXXIII.

Luc. 6.

XXXIIII.

XXXV.

XXXVI.

Sonuit Homo Sermonem, & hic est primogenitus filius: & Sermoni accessit Vita: & Ogdoas prima concluſa est. Sed hoc tædium puſillum. [185] Accipe alia ingenia [186] Cicuria Enniana inſignioris apud eos magiſtri, qui ex Pontificali ſua auctoritate in hunc modum cenſuit: [187] Eſt, inquit, ante omnia Prærache, inexcogitabile, & inenarrabile, & innominabile, quod ego nomino Monoteta. Cum hac erat alia virtus, quam & ipſam appello Henoteta. Monotes & Henotes, id est Solitas & Vnitas cùm vnum eſſent, protulerunt non proferentes initium omnium intellectuale, innaſcibile, inuiſibile, quod ſermo Monada vocauit. Huic adeſt conſubſtantiua virtus, quam appellat Vnio. Hæ igitur virtutes Solitas, Singularitas, Vnitas, Vnio, ceteras prolationes Æonum propagarunt. O differentia! [188] Mutetur Vnio & Vnitas: Singularitas & ſuum Solitas, quamque deſignaueris, vnum eſt. [189] Humanior iam Secundus, vt breuior, [190] Ogdoaden in duas Tetradas diuidés, in dextram & ſiniſtram, in lumen & tenebras, [191] tantùm quòd deſultricem & defectricem illam virtutem non vult ab aliquo deducere triginta Æonum, ſed à fructibus de ſubſtantia eorum venientibus. [192] De ipſo iam Domino Ieſu, quâta diuerſitas ſciditur? [193] Hi ex omnium Æonum floſculis eum conſtrunt: [194] illi ex ſolis decem conſtitiſſe contendunt, quos Sermo & Vita protulerunt. Inde & in ipſum Sermonis & Vitæ concurrerunt floſculi. [195] Ille ex duodecim potius, ex Hominis & Eccleſiæ fœtu: ideó que filium hominis auitè pronuntiatum: [196] alij à Chriſto & Spiritu ſancto conſtabiliendæ vniuerſitati prouiſis, confictum: & iure, paternæ appellationis hæredem. [197] Sunt qui filium hominis aliundè conceperint dicendum: quanquam ipſum Patrem pro magno nominis Sacramento Hominem appellaſſe præſumpſerint, vt quid amplius ſperes de eius Dei fide cui nunc adæquaris? [198] Talia ingenia ſuperfruticant apud illos ex materni ſeminis redundantia. Atque ita inſoleſcentes doctrinæ Valentinianorum, [199] in ſyluas iam exoleuerunt Gnoſticorum. XXXVII. XXXVIII. XXXIX.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM ADVERSVS VALENTINIANOS.

1. ADVERSVS VALENTINIANOS.] *De* Valentino, *à quo dicti* Valentiniani, *quædam ſuprà videre eſt Adnotat. noſtr. in lib. de Præſcript. aduerſ. hæreticos. cap.* 7. 30. 33. 34. 38. *et* 49. *Quibus adijcienda putauimus, quæ ad patriã, primã inſtitutionẽ, ætatẽ quæ vixit, occaſionẽ hæreſi & errores pertinent.*

Imprimis verò de patria eius Epiphan. hæreſ. 31. *Dicunt, inquit,* Valentinum *fuiſſe Phrebonitem Ægypti mediterranum, in Alexandria verò inſtitutum eſſe Græcorum litteris. Vnde & imitatio Theologiæ Heſiodi Deorum* XXX. *apud ipſum Heſiodum relatorum. Deinde de prima eius prædicatione Catholicæ fidei: Fecit autemhic prædicationem in Ægypto, vnde ſanè velut reliquia viperæ oſſium, adhuc in Ægypto ſementis ipſius reſtat, in Atrabite, & Proſopite, & Arſenoite, & Thebaide, & inferioribus partibus regionis maritimæ & Alexandropolite præfecturæ. Sed & Romæ reuerſus prædicauit. Verùm ad Cyprum progreſſus (quod ipſum ex Philaſtrio ſumpſit, lib. de hæreſ.) velut naufragium naturæ corporaliter paſſus, à fide defecit, & mente motus eſt. Antea enim pietatis ac rectæ fidei partem in prædictis locis habere putabatur. Verùm in Cypro deinceps ad extremam impietatem deuenit, & ſeipſum in ea quam prædicabat improbitate, penitus immerſit. Hactenus ille. Vnde confirmatur illud Tertulliani ſuprà lib. de Præſcript. adu. hær. cap.* 30. *Vbi dicit:* Valentinum in Catholicam primò doctrinam credidiſſe apud Romanenſem Eccleſiam. *Atqui errore occaſionem ſignificat Auctor infrà his verbis cap.* 4. Sperauerat Epiſcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio. Sed alium ex Martyrij prærogatiua loci potitum indignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ abrupit (vt ſolent animi pro prioratu exciti, præſumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuerſus veritatem. *Exemplo certè non nouo, quippe quum plerique hodie hæreſiarchæ ſimili pene ex cauſa hæreſes ſuas diſſeminarint. Iam ad ætatem qua vixit quod adtinet, præſcribit eam diſertis verbis (quemadmodum etiam adnotauimus ſuprà ad lib. de Præſcript. aduerſ. hær. num.* 166.) *B. Irenæus lib.* 3. *cap.* 4. Valentinus, *inquit, Romam venit ſub Hygino ſuccessit vero ſub Pio, & prorogauit tempus vſque ad Anicetum. quæ ipſa verba transcripta ſunt ab Euſeb. Eccleſ. hiſt. lib.* 4. *cap.* 11. *& Niceph. lib.* 4. *cap.* 3. *Quæ tempora incidunt in tempora Antonini Cæſaris primi, ſicuti etiam adnotauit Theodor. hær. fabul. lib.* 1. *cuius anno ſecundo iuxta Euſeb. in Chronicis Romam venit. Eodem pertinet quod habet loco citato Tertullianus*: Nam conſtat illos (*de* Valentino *&* Marcione *loquitur*) neque adeò olim fuiſſe, Antonini ferè principatu. *Qui præterea ſuperuixiſſe illum ſignificat vſque ad Eleutherium dictorum Romanorum Pontificum & Soterus ſucceſſorem; nam ſubijcit:* Donec ſub Epiſcopatu Eleutheri beneditti, ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, qua fratres quoque vitiabant, ſemel & iterum eiecti; nouiſſimè in perpetuum ditcidium relegati, venena doctrinarum ſuarum diſſeminauerunt. *Niſi fortè malit quis illud prius membrum dumtaxat pertinere ad* Valentinum, *poſterius verò ad Marcionem. Porrò eiuſdem lib. cap.* 49. *her.* 12. (*Vti id paucis repetam*) *tres potiſſimum hæreſes Valentini recenſet: primam de Æonum* XXX. Genealogijs & fabulis, *quam toto hoc libro latiſſ. pertractat; alteram de Chriſti corpore per virginem, non ex virgine adito, enim etiam meminit infrà cap.* 27. *& latius lib. de Carne Chriſti, tertiam, quòd reſurrectionem huius carnis non agnoſcat, ſed alterius, quem ad lib. de Reſurr. carnis differrimus. Hic ſufficiat tum ipſum Tertulliani, tum aliorum Patrum teſtimonia de primo illo errore ſubungere. Auctoris pleraque ſuis quibuſque locis infrà adducentur: hic tantùm quæ in genere de Æonibus ſcripſit, adferimus. Tale eſt illud infrà lib. de Anima cap.* 18. *vbi de Ideis Platonis loquens*: Relucéntne, *inquit*, iam hæretica ſemina Gnoſticorum & Valentinianorum? *Et mox*: Contingentium veritatem illam arcanam & ſupernam, & apud Pleroma conſtitutam, hæreticarum Idearum ſacramenta. Hoc enim ſunt & ἀιδίτες & Genealogiæ illorum. *Item cap.* 21. Iam nec triformis, vt adhuc Trinitas Valentiniana cædatur; *Vbi hauddubiè ad lib. hunc adludit, quemadmodum ibi latius, num.* 269. *ſic etiam lib. de Carne Chriſti, cap.* 24. Et cum aliàs idipſum eodem modo dicit: Ante me Deus nõ fuit, neſcio quas illas Valentinianorum Æonum Genealogias pulſat. *Et quod eſt l.* 1. *adu. Marcion.* Honeſtior & liberalior Valentinus, qui ſimul aufus eſt duos concipere, Bythum & Sigen, quum vſque ad xxx. Æonum fœtus, tãquam Æonizæ ſcrophæ examẽ diuinitatis effudit. *Meminerunt etiam* Æonum Valentinianorum, *Philaſtrius, Auguſtinus, Theodoretus, Damaſcenus, Honorius, &c. de hæreſ. Hieronym.*

locu infrà citatis, Isidorus Etymol. l. 8. c. 5. Hrabanus noster de Instit. cleric. l. 2. c. 28. & Gratian. Catal. hæres. ex eisdem Cap. Quidam. 24. qu. 3. Polycarpus denique omnibus hu antiquior. epist. ad Philipp. Augustini verba sunt ista postmodum ab Isidoro, Hrabano, & Gratiano repetita: Valentiniani à Valentino *quodam Platonico vocati, qui αἱρεσιάρχης, id est, fascula quadam in originem Dei creatoris induxit. quare etiam apud Isidorum sic legi debet, pro eo quod est corruptiss. codex. Damascenus etiam sic castigandus: : Alia quadam ænigmatis inepti arum nomina, vt xxx. Æculorum inducunt. Scripserunt denique ex professo contra hanc hæresin, Ireneus Auctor infrà c. 5.* Iustinus *Martyr*, Militiades, Irenæus, & Proculus; *& præterea Epiphanius teste hær. 31. Clemens & His polytus.*

Ceterum libri Valentinianitantur *ab Auctore:* Euangelium, Psalmi, & Sophiæ. *De illo sic dicit cap. 49. lib. de Præscript. adversus hæreses.* Euangelium habet etiam suum prætextat hæc nostra, *fortasse adiudeni ad lib. de Infantia Saluatoris, quo continetur scribit Sixtus Senensis in Biblioth. sancte lib. 2.* Valentinorum *& Gnosticorum figmenta. De Psalmis vero lib. de Carne Christi, cap.* 20. Nobis quoque, *inquit*, ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem apostatæ & hæretici, *&* Platonici Valentini. *Item de* Sophia *hoc ipso libro, cap. 2.* vt docet ipsa Sophia, non quidem Valentini. *Denique à Clemente Alexandr. Strom. lib. 2. & Epiphan. vbi suprà*, Epistolæ Valentini *adiungantur, & ex isdem verba non pauca, quò Lectorem remittimus. Fuerunt & à discipulis* Valentini, *scripti Commentarij, quos adlegat, & refutare se dicit B. Irenæus Præfat. l. 1. & ex parte etiam citat Auctor infrà l. de Carne Christi, cap. 15. 16. & 17. vbi etiam recenseri videtur:* Alexander Valentini *discipulus.*

Cap. 1.

2. Valentiniani frequentiss. planè Collegium, &c.] *Caput hoc primum inscribimus:* Quòd Valentiniani hæresin suam occultare cupiunt. *In quo imitatur B. Irenæum, qui sic scribit lib. 1. cap. 1. verbo etiam à Rhenano infrà citatu ad illud:* Altum est, &c. aiunt, &c. *Quo pertinet etiam illud in Præfat. eiusdem lib. Error enim secundum semetipsum non ostenditur, ne demudatus fiat comprehensibilis, fusorio autem cooperimento subdole adornatus.*

3. Frequentiss. planè Collegium inter hæreticos.] Valentinianorum, id est: Valentini discipulorum, *plura nominahabes supra lib. de Præscript. adu. har. cap. 49. & infrà cap. 4. eorum de etiam & aliorum variis errori, quibus à* Valentino *dissentiunt, ca. 11. 20. 33. 34. & deinceps ad finem vsque, vbi Epiphanem aut loca subiungit:* Atque ita insolescentes doctrinæ Valentinianorum, in sylua sim exfoleuerunt Gnosticorum. *De quibus omnibus suis quibusque locis latiùs.*

4. & disciplina non tetretur.] Disciplina *(inquit Rhen.) iam olim vsurpari cœpit pro ordinatione & seueritate castigatrice. Vequum apud Amm. Marcellinum Vadomarius Germanorum rex ad Constantium Augustum scribit de Iuliano: Cæsar tuus* disciplinam *non habet. & quum Divus Cyprianus de Habitu virginum Commentarium auspicans:* Disciplina, *inquit, custos fidei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper. Dicit ergo hic* Valentinianos disciplina non terreri, *quo minus fabulis fidem habeant, aut iam inuentis credendo, aut commiscendo nouas. Nam, vt paulopost dicet, si aliquid noui adstruxerint, reuelationem statim appellant præsumptionem. Et quia decrat disciplina, cuius nulla munia obseruabant, vt infrà legei, non mirum est, si inter seipsos fuerunt diuisi. Quemadmodum ipsis annis proximis fublata disciplina quid non Vidimus ab audaculis quibusdam tentatum, quæ non schismata inter eos nata, dum vnusquisque somnium suum pro oraculo amplectitur? Vix enim ipsi* Valentiniani *ita inter se fuerunt diuisi, vt hodie sint Anabaptistæ, excors hominum genus & inquietum. Sunt autem Christiana disciplinæ officia sine munia, ceu Tertullianus appellat, Reuerentia sacrarum litterarum, reuerentia sacerdotum, Gratiarum actio, Exomologesis, Pœnitentia, Elecmosyna, Icumna, & hoc genus alia. Aliis ubi etiam superiùs adnotauimus disciplinam ab Auctore vbique pro:* disciplina Christiana *accipi.*

5. Nam & illa Eleusinia.] *Iisdem penè verbis legitur supra Apolog. cap 7.* Samothracia, *inquit, & Eleusinia reticentur, Vti de Eleusiniis sacris latius num. 98. hic sufficias illud Rhen. Hæc sacra in honorem* Eleusinæ *Ceteris Eumolpus primus instituit, prohibuitque ne aduenam quemquam initiarent. Vnde propter Herculem admitti petentem, tus sanè denegare non licebat,* Eleusinij *nouum mysteriorum genus instituere, quæ parua vocant, quibus ille est initiatus, putant vetera esse & legitima, quorum Eumolpus auctor. Ab isdem derisuto nomine paulopost dixit:* Eleusiniana Valentiniani. *Cur addatur autem:* Atticæ superstitionis, *recte idem rationem reddit, quia* Eleusis *vbi est* Atticæ *Recte autem addit Auctor:* quod tacent pudor est, *quia paulopost subiungitur:* Simulacrum membri virilis reuelatur, *vbi adhæc Rhen. quosdam addere etiam naturam muliebrem ostentam.*

6. diutius initiant, quàm consignant.] *Ad hæc enim sacra (inquit idem Rhenan.) nullus admittebatur nisi initiatus, præcone scelerato atque prophanes publicè submouente. Vnde Virgilium illud mutuatum:*

Procùl ô procul esse prophani,

Seruius Grammaticus auctor est. Obscurius est autem & illud: quum & portas ante quinquennium insti tuant. *Saltem hoc videtur indicare, quòd ante quinquennium ad sacra Eleusinia non admitterentur.*

7. Sequitur iam silentij officium, &c.] Silentium *(inquit idem Rhenan.) mitiandis indicebatur, cuius illi perpetuam fidem promittebant. Eam tamen non præstitit Numenius Philosophus, nec Alcibiades, qui prophanus irreperat, insimulatus postea Athenis (vt Iustinus verbis vtar) mysteria Ceteris initiorum, sacra nullo magis quàm silentio sollemnia enunciauisse. Qui notas etiam sententiam esse quod sequitur.* Adtentè custoditur quod tardè inuenitur; *& infrà addit illud:* signaculum linguæ, *esse silentij peruphasin.*

8. Tot siparia portarum.] *Quamquam, inquit ille) consentiunt exemplaria quæ vidimus omnia, tamè aut sumus pro* Suspitia, *scribere:* siparia. *Sunt autem siparia, vela quibus tebantur in scenis fabularum actores, auctore Festo. De hac voce plura dicam infrà cap. 13. num. 156. locum illum explicaturus:* alia autem trans siparium cothurnatio est. *Ceterum sacer dotes Eleusinæ Ceteris portas adyti multiplicibus velis obtegebant, quæ ante quinquennium instituere solti. De hac siparium oppansione hic loquitur.*

9 falsis simulacris.] *Alludit hauddubiè ad Harpocratis Dei silentij simulacra. De quibus vide supra Tomo 1. Apologet. cap. 6. num.* 87.

10. quos nunc destinamus.] *Hoc est (Vti interpretatur Rhenan.) velut ad illum propositos petimus. Qui etiam rectè illud:* facili claritati *explicat, quoniam orthodoxæ religionis fides tum facilis, tum clara est.*

11. ex diuinæ copiæ occasione.] *Adludit (inquit Rhenanus) ad trinitatem personarum in una substantia, quam Christiani adoramus. Adludit item ad angelos, cœlos, paradisum, creaturas diuinas. Atque hoc est quod mox dixit:* sanctis nominibus & titulis, & argumentis veræ religionis figmenta configurantes.

12. Altum est, aiunt.] *Auctor est (inquit idem) Irenæus non fuisse Valentinianum eum candorem, Vt portentosa nugas omnibus facilè communicarent. Eas enim docebant, qui habebant quod numerarent. Sic enim scribit: Quæ etiam, inquit, consuescunter videntur mihi non omnes velle manifesto docere, sed solos illos, qui etiã grandes mercedes pro talibus mysteri is præstare possunt. Non enim iam dicunt similia illis, de quibus Dominus dixit: Gratis accepistis, gratis date. Sed separata & portentuosa & alta mysteria, cum magno labore exquisita fallacibus.*

13. ruam simplicitatem sua cæde dispergunt.] *Vocabulum (eodem Adnotante)* cædis, *& cædendi verbum, in eundem sensum vsurpat, vt quum in libro quem pro Martyribus scripsit, cap. 2.* Non clamoribus, *inquit,* spectaculorum, atrocitate,

tate, vel furore, vel impudicitia celebrantium cædetis. *Imitatus Tertullianum D. Hieronymus in vita Hilarionis eremitæ, dixit:* cæde *manus, iratus itaque sibi* (inquit) *& pectus pugnis verberans, quasi cogitationes cædem manus posset excludere.*

CAP. II.

14. Ideóque simplices notamur apud illos, &c.] *Inscriptionem hujus capitis damus:* Quòd simplices ab iis vocentur Catholici. *Atqui paulopost* (*vti etiam adnotauit Rhenanus*) *dixit:* meliori sumi vitio, *pro minori peccate, &:* si fortè, *pro forte.*

15. Porrò facies Dei ex specie tat in simplicitate quærentes, &c.] *Sic omnino legendum sensus requirit. Adludit autem ad illud 3 ap.*1. Quærite Deum in simplicitate, *librum illum defert vs verbis* Salomoni *adscribens, quemadmodum etiam supra lib. de Præscript. aduersher. cap.*7. *vbi de eo, & proinde etiam de auctoritate libri* Sapientiæ *latius num.*52. *Sine autem legas cum exc.* vt docet ipsa Sophia, *sine cum MS.*2. *Vatic.* Sapientiæ, *perinde est. Porrò supra num.*1. de Valentini Sophia *aliquid adregimus.*

16. infantes testimonium Christi sanguine litauerunt.] *Adludit ad martyrum pro* Christo, *quod hic* testimonium Christi *dicit, Innocentum puerorum qui ab Herode occisi sunt. Atqui* litare (*inquit Rhenan.*) *cum Accusatiuo. Sic in libro de Patientia, cap.*10. Quem autem, *inquit*, hominem litabimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus?

17. Pueros vocem, qui cruciem clamant, &c.] *Videtur ad correspicere, qui* clamabant: *Crucifige, in passione Domini, quos* simplices non fuisse *dicit. Sicuti & mox ad illud* 1. *Cor.* 4. malitia paruuli estote. *Ibi vero:* Serpens tentare, *partim ad Gen. cap.*3. *Vbi* serpens tentauit *Euam, partim ad Matth. cap.*3. *Vbi diabolus* serpens *ille antiquus* Christum tentauit.

18. Illeà primordio diuinæ imaginis prædo.] *Cautè locus hic intelligendus, ne forte quis putet* imaginem diuinam *prorsus deperditam fuisse à diabolo; nam obscuratam illam dumtaxat agnoscunt B. Augustinus & alij Patres, non deperditam. Verùm de hoc latius inter errores seu neues Tertullianis. Schema autem verborum adnotauit Rhenanus inter præco & prædo.*

CAP. III.

19. Abscondat se itaque serpens quantum poterit, &c.] *Titulum dedimus hujus capitis:* Quòd licet abscondere sua serpentis in morem nitantur, omnia tamen æquè simplices norint Christiani. *Atqui pulcra est hic descriptio* serpentis, *qui solet se in latebrarum ambagibus torquere, altè, id est profundè*, habitare, ac in cæca detrudi, per anfractus seriem suam euoluere, & tortuosè procedere, lucifuga bestia.

20. Nostræ columbæ domus simplex, &c.] *Hic contrariò* columbæ *vsitata describit domicilia, vtpote quarum* domus simplex, in ædibus semper & apertis & ad lucem, quæ amat, *vt est frequenter gerit*, Spiritussanctì figuram. *Et metaphoricè adludit ad Ecclesias Christianorum, etiam iuxta Rhenani sententiam, de quibus iam tum etiam vsitatiùs diximus supra lib. de Idololatr. cap.*7. *num.*29.

21. Orientem Christi figuram.] *Subaudi* (*inquit Rhen.*) *amat.* Orientis enim *vocabula Christus sæpè intelligitur in sacris litteris, vt apud Zachariam: Ecce ego adducam seruum meum* Orientem. *Et paulopost apud eundem: Ecce vir,* Oriens *nomen eius.* Oriens *autem appellatur, quia in diebus eius ortus est iustitia. Et hinc habes, Christianos veteres ad* Orientem *versos precari solitos, quod etiam num obseruamus. Atqui de oratione Christianorum ad* Orientem, *vide Adnotat. nostras in Apol. cap.*16. *num.*247. *in illud:* ad Orientis regionem precari.

22. à turba eorum & aliam frequentiam fuadere.] *Hoc est, vti adnotauit Rhenan. à turba Deorum Gentilium. Aliam turbam Æonum siue sæculorum animalium hominibus persuadere, id quod faciunt Valentiniani. Atqui prouerbium:* de limine offendere, *explicatum inuenietur in Prolegomenis. Addimus interim cum MS. Rhenan. & Vatic.*3. *ed.* fidem.

23. Lamiæ turres, & pectines soliti?] *Fabella, inquit idem, puerilis apud Carthaginem tempore Tertulliani. Erant enim* Lamiæ *puerorum terricularmenta, strigesque nempè ipsæ, quæ credebantur sanguinem infantium fugere, de quibus latius Gyraldus de Diis Gentium.* Pectines *verò* Solis *dici videbantur, ob solarum radiorum lineas & internallà, quæ in arboribus etiam* pectines *vocat Plinius alicubi.*

24. has esse fabulas & Genealogias indeterminatas.] *Similis prorsus est locus supra lib. de Præscript. adu. her. c.*7. Hinc, *inquit*, illæ fabulæ & Genealogiæ indeterminabiles; *vbi vide Adnotat. nu.* 47. & 48. *Item alter apertior c.*33. Sed & quum Genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur. *Imitatur autem sicuti in toto pene hoc libro, sic etiam hic B. Irenæum, qui primum suum librum auspicatur:* Quatenus (*seu potius*, Quoniam) *veritatem refutantes quidam inducunt verba falsa, &* Genealogias infinitas.

25. defignatorem.] *Resignatorem, inquit Rhenan. intelligit, manifestatoremque. Quo etiam illud:* Et tamen simplices nos, *recte de orthodoxis interpretatur. nam similiter infrà:* Dei nostri, *cap.*15. *&:* Iustorum animæ, id est nostræ, *cap.*32.

CAP. IIII.

26. Nouimus, inquam, optimè, &c.] *Inscriptionem huius capitis ipse Tertullianus hic indicat:* De origine Valentinianorum, *nempè* Valentino. *De quo latius supra num.*1. *& lib. de Præscript. adu. haret. cap.*43. *her.*12. *nume.* 314. *& 315.*

27. quia & ingenio poretat & eloquio.] *Poterat, inquit Rhen. absolutè sum Ablatiuo; & mox:* potitum loci, *cum Genitiuo; item:* abrupit, *absolutè.*

28. & cuiusdam veteris opinionis semini, &c.] *Nempè Basilidis, qui, vti patet supra lib. de Præscript. adu. her. c.*46. *her.*4. *nume.* 304. summum Deum nomine Abraxas cum CCCI.XV. ædition ibus commentatus est. *Quò pertinet etiam illud B. Iren. cap.*5. *ab ea quæ dicitur Gnostica hæresis, antiquas in suum characterem doctrinas transferens Valentinus. Item illud Theodoreti vbi supra:* Valentinus *ex omnibus his hæreseibus infinitas fabulas composuit.*

29. Eam postmodum Ptolomæus intrauit, &c.] *De* Ptolomæo *ibidem latius c.*49. *her.*13. *nu.*314. *&* 316. *vbi interim* Ptolomæum *&* Secundum *simul iungens, vtrique attribuit quod infrà c.*38. Secundo *sols. Mirum est itaque quid sibi velit hic, dum dicit à* Ptolomæo personales substantias extra Deum determinari, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis inclusserat, *quum B. Iren. Præfat. sua lib.*1. *sententiâ eorum qui sunt circa* Ptolomæum, *etiam Epiphan. Græcè & Latinè consentiente, ostendere se dicat, & rursum posteà sub finem* 2. *cap.* (*saltem secundum Latinam editionem; nam Græce non est apud Epiph.*) Et Ptolomæus *quidem ita (quo etiam adludit l.* 2. *c.*40.) *quæ tamen sententia per omnia consentit cum sis quæ toto hoc libro Valentino verbis penè ipsis Irenæi adscribit Auctor. Nisi fortè, quod quum* Valentinus *suos Æones Deos faceret*, Ptolomæus *non nisi personales substantias. Exstat eiusdem epist. ad Florum contra legem Moysi, apud Epiphan. her.*33. *vbi eandem, eiusque Genealogias nonquam sinuendas latè confutat.*

30. Deduxit inde & tramites quosdam Heracleon.] De Heracleone *videat Lector Adnot. nostras in dictum libr. eodem cap. her.*14. *nume.*314. *&* 317. *Hoc solummodò hic repetimus, quòd Irenæo magis correspondeat Auctor, qui* Valentini, *quàm Epiphan. hæres.* 36. *qui Colorbasi discipulum facit.*

31. & Secundus.] *De hoc ibidem her.*33. *nu.*314. *&* 316. *ex Tertull. Iren. Epiph. Augustin. & alijs qui de hæresibus scripserunt, infrà item aliquid cap.*38. *num.*389.

32. & Magus Marcus.] *De isto vide ibidem Adnot. nostras cap.*50. *her.*15. *num.*318. *&* 319. *Quibus adijcie quæ hic habet Rhenanus:* Marcum Valentini *magistri sui emendatorem tradit Irenæus, magica impostura peritissimum fuisse, per quam quum viros multos, tum fœminas non paucas seduxerit, ad fe conuerfos velut scientissimum & perfectissimum, virtutémque maximam ab inuisibilibus Logis habentem. Ille verò totum hoc Ænæsilai*

præstigiis & magica vanitate conficiebat, verus Antichristi præcursor. Nos unum & alterum hominis perditissimi præstigiatorum ex eodem Auctore prodemus exemplum. Mixto vino pro calice stimulans se gratias agere sive εὐχαριστεῖν, quod hodie confecrare dicimus, post longam invocationem, purpureum & rubeum apparere faciebat, vt putarent simpliciores diuturnis in illius calicem deflisse sanguinem, & idcirco cuperent omnes ex eo poculo gustare, gratia cœlestis se futuris participet. Alterum impostura agenda. Exhebebat mulieri calicem mixtum, ipsam gratias agere iubens. Mox capacium poculum proferens, in id transfundebat minorem illum calicem, quis erat Eucharistia factus, magno videntium miraculo, quòd mater non solùm impleretur, sed etiam superflueret. Præterea dæmonem parvi drum habebat, vulgus spiritum familiarem hodie vocat. Mulieres honestà loca natas & opulentas maximè circumuenebat, reddens eas Prophetidas, his verbis: Sume à me ἰδωσυμ, & cape eum, & capere inde. Ecce gratia descendit in te, aperi os tuum, & propheta. Multarum pudori etiam illusit. Certè quod constat, Diaconi cuiusdam in Asia vxorem forme haud quotidiane clancu-lum abduxit. Quæ post multum temporis reuersa, non mente modò, sed & vultu etiam corpore se à Marco *isto corruptam asseruit, reliquámque vitam exomologesi perpetua consumpsit. Vide quidam sanctius vir, qui me citat Irenæus, huiusmodi verbo præstigiatorem istum redarguit; Idolorum fabricator* Marce, *& portentorum inspector, Astrologie cognitor & Magicæ artis, per quæ confirmas erroris doctrinas, signa ostendens his qui à te seducuntur, Apostatica virtutis operationes, quæ tibi præstat tuus pater, Satanas per angelicum virtutem Μαλέκ, habens te præcursorem contrarie aduersus Deum nequitiæ. Hic* Marcus *somnio* Valentini *numerorum mysteria accommodasse se gloriabatur. Porrò de* Theotimo *nulli apud aliquem Auctorem quem hactenus vidi mentio; forsasse legendum:* Tacianus; *nam de illo scripsit suprà lib. de Præscript. adu. hær. c. 52. hær. 20.* quod totus secundum Valentinum sapit.

33. Ita nusquam iam Valentinus, & tamen Valentinianí.] *Haud absimiliter Irenæus lib. 1. cap. 5. Videamus* (inquit) *nũc inconstantem eorum sententiam, quam sint duo vel tres, quemadmodum de eisdem non eadem dicunt, sed & nonnubius & rebus contraria reſpondent.*

34. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus.] *Sic sæpè solere loqui Tertullianum adnotauit Rhenan. vti adu. Hermogenem cap. 1.* denique ad hodiernum homo in sæculo. *Pro* Axionicus *vero legunt MS. cod. 3.* Arionicus. *Verùm illud retinuimus, quantumuis nulla alterius eorum alibi fiat mentio.*

35. integra custodia regularum eius.] *Similiter etiam paulopost:* Varietate enim innouatur regularum facies: *& suprà lib. de Præscript. adu. her. cap. 42.* Mentior si non etiam à regulis suis inter se varient, &c. Idem licuit Valentinianis quod Valentino.

36. Alioquin tantum se huic hæresi suadere permissum est, &c.] *Sensus est: Valentinianis vnitas non est obstrusa, sed diuersitas est charisma. Studio ergo inter se variant. Cui simile reperire est apud Tertullian. loco paulante citato, nu. 35. & in Aduers. nostros lib. de Præscript. adu. her. num. 274. Sunt autem adnotandi illi loci pro fidei Catholicæ vnitate, & hæresum inter se contrariarum maxima; quam haud dissimile est cognoscere ex tabulis vigentium hodie hæresum Reuerendiss. Dn. Guilielmi Lindani Ruremundensis Episcopi.*

Cap. v.

38. Mihi autem cum Archetypis erit limes principalium magistrorum.] *Huic capiti titulum damus:* Quòd discepset cum principalibus magistris, ex Iustino, Irenæo, Miltiade, & Proculo. *Intelligit enim* (inquit Rhenan.) limitem *disputationis. hoc est, mihi erit terminus disputationis cum* Archetypis, *id est, primario dogmate principalium magistrorum.*

39. adfectatis ducibus.] Adfectatos (*inquit idem*) *vocat, qui studiosè vis sint à prioribus diuersi, nouatores inde ex doctrinam. Æquè de significatione passiuorum discipulorum, id est, dissolutorum, infrà ex Rhenano latinis sub finem lib. de Carn. Christi.*

40. nec vndique.] Vndique (*eodem adnotante*) *pro vndecumque, siue Vndelibet. Solet etiam ponere vnde pro:* vnde vnde, *vti infrà l. 4. adu. Marc. qui neque vnde speratet.*

41. vt Iustinus Philosophus & Martyr.] Adludit, *quantum opinor, ad librum* Iustini *contra omnes hæreſes, cuius facit mentionem* (inquit Hieron. *Catal. Script. Eccles.*) *in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hu nempè verbus: Est autem nobis liber contra sectas & hæreſes compositus.*

42. vt Miltiades Ecclesiarum sophista.] *Hic scripsit* (inquit Rhenan.) *aduersus Montanum, Priscillam, Maximillamque, aduersus Gentes, aduersus Iudæos, & pro Christianis Apologeticum Commodo & Seuero Cæsaribus obtulit. Auctor Hieronymus. Vocat autem* Sophistam Ecclesiarum, *non probrosè nomine, sed quòd disputando de quibuslibet rebus & sacræ scripturæ locis, multum posset. Nam hoc vrterius* sophista *fuit. Hieronym. in Epist. ad Antonium, de modestia: Contra* Sophistas *quoque faculi, inquit, & sapientes mundi Petrus & Iacobus piscatores mittuntur. Huiusmodi* Ecclesiarum sophista *fuit olim Beda Presbyter ille Anglosaxo, cuius tot exstant in omni disciplinarum genere monumenta. Commentatarium, qua sacra, qua profana, tametsi sacris magis deditus fuit. Peculiare est etiam hoc Auctori, quod aduersus* Valentinianos *librum scripserit, & quòd* Miltiadem *propenat Irenæus, contra quem facit Rhenanus. dicto Cæsar. Script. Eccles. quisnterim scribi vixisse vtrumque sub Commodo Cæsare.*

43. vt Irenæus omnium doctrinarum curiosiss. explorator.] *Huius tantùm* (inquit Rhenan.) *exstant aduersus hæreses libri quinque, recognitis superioribus annis diligentia Erasmi nostri Roterodami, & Basilea typis excusi. Magna verò laus* Irenæi, *quòd vocat eum* omnium doctrinarum curiosissimum explorato rem. *Adiende hic Theologi officium esse, omnia explorare, & quod bonum est tenere. Nos præterea adjicimus dicti operis libro 2. & 2. immò & subinde etiam posterioribus tribus diligentissimè confutari* omnes Valentini doctrinas, *quarum fuit curiosiss. explorator. Quid? quòd, vti iam antea in Argumento adnotauerat Rhenan. apparet, hanc totam huius libri narrationem ex illo desumptam, admixtis tantùm locis & moribus, quibus augustiùs nugatores dignissimus fuit. Conducet itaque ad huius opusculi intelligentiam præcipuè duos priores Irenæi libros legisse. Nam ibi prolixè de Valentini dogmatibus disputat, aliquanto clarius, ni fallor, vt vt Latinè balbutiat, vitio, ceu puto, versionis de verbo ad verbum è Græco factæ, quàm Tertullianus noster, qui velut adeffator est obscuritatis, etiam in rebus apertis & notis. Sed id temporis hærentcorum istorum omnia vulgus etiam tenebat. Etenim proh dolor, Gallam quoque, qua Rhodano amni imminet, hoc virus adflauerat. Nec itaque inxta illius admonitionem, exemplum etiam secuti Domarum Billy & Feu-ardentij nostri suis in Irenæum posteremò*

37. nec vnitatem, sed diuersitatem.] *Expone* (inquit *Rhen.*) Nec vnitatem, sed diuersitatem appellant charisma. *Sensus est: Valentinianis vnitas non est charisma, sed diuersitas est charisma. Studio ergo inter se variant. Cui simile reperire est apud Tertullian. loco paulante citato, nu. 35. & in Aduers. nostros lib. de Præscript. adu. her. num. 274. Sunt autem adnotandi illi loci pro fidei Catholicæ vnitate, & hæresum inter se contrariarum maxima; quam haud dissimile est cognoscere ex tabulis vigentium hodie hæresum Reuerendiss. Dn. Guilielmi Lindani Ruremundensis Episcopi.*

postremò additum Scholiis & Adnotationibus, non paucos locos ex illo Tertullianum castigauimus, & præterea Irenæi aliquot ex Tertulliano, & Epiphanio, tam Græco quàm Latino.

44. Vt Proculus noſtræ virginis ſenectæ, &c.] *An perpetuò (inquit Rhenanus.) Tertullianum ex conſenſu Vxoris abſtinuerit ab opere coniugali, quod hæc verba videntur innuere, neſcio. Forte* noſter & *verſum eſt in* noſtræ, *vt ſcripſerat Tertullianus*: vt Proculus noſter, & virginis ſenectæ, & Chriſtianæ eloquentiæ dignitas. *Noſtrum vocat ob communem patriam. Ego verò imprimis continentiam cum ſua coniuge, ſaltem poſt ſacerdotium, ſeruatæ ſupra adnotaui Tom. 2. lib. 1. ad Vxorem, num. 1. Deinde cum MS. & exc. omnibus retinui*: noſtræ virginis ſenectæ. *Loqui autem eum de* Proculo *ſeu Proclo Montaniſta apparet, de quo ſupra Auctor lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap. 52. hæreſ. 21.* qui xvi Proclum dicuntur, *vbi paulo latius noſtris Adnotat. num. 327. quantum apparet, antequàm in hæreſin incideret. Poteſt itaque intelligi ant quòd* Proculus *ad ſenectam vſque virgo permanſerat, aut virgo ſenectà accepi pro Eccleſia orthodoxa virgine, utpotè quam diſtinxit ab hæreſi. virginem vocat, quamquam conſtupratam adulterio hæreticos. Tres itaque aut quatuor* Proculi *aut Proclis mihi videntur commemorari à Tertulliano. Primus catholicus, quantum apparet, Presbyter, qui ob Seuerum Imperatorem curauerat, de quo ſupra Tom. 1. lib. ad Scapulam, cap. 5. num. 33. Alter, de quo dicto loco libri de Præſcript. aduerſ. hæret. Tertius, ſi non idem ſit, cuius hic fit mentio. Denique alius Valentinus ſectator, de quo infrà Auctor lib. aduerſ. Praxean*: ſecundum Valentinos & Proclos, *quemadmodum ibi latiùs.*

CAP. VI.

45. Igitur hoc libello, quo demonſtrationem, &c.] *Inſcriptionem huic capiti imponimus*: De methodo qua hoc libro vtitur. *Quam autem quadam hunc verba initio Argumenti deſcripſerimus, & rurſum alia eidem ſubiecerimus, ante Catalogum Nominum variorum Aonum, hic breuiter erimus.*

46. Itaque plurimùm Græco ponemus, &c.] Plurimùm (*inquit Rhenanus*) *Auctorium eſt.* Græco, *id eſt, in* Græco *ſermone. Quare non eſt opus ſubſtituere*: in Græca, *quod habet 1. editio ut minùs, maximè quum illud conſtanter leganr MS. Vatic. 3. cod. Perinde eſt autem legere*: ambiguitates *cum exc. cod. aut* ambiguitatem *cum 1. Vatic. MS. cod.*

47. Quamquam autem diſtulerim congreſſionem.] *MS. quidem omnes etiam quos vidit Rhenan. legunt*: congeſtionem, *ſed retinuimus ex illius caſtigatione*: congreſſionem, *præmonito Lectore, quòd characterum diſſimilitudo non videtur permittere vulgatæ ex coniectura eius*: confectionem, *maximè quum mox ſequatur*: Congreſſionem *etiam in MS.*

48. deliberatione transfunctoria.] *Sic conſtanter MS. 3. Vatic. pro eo quod Rhenan. in Adnotat.* delibatione, *etiam non male, qui ibidem ſubiungit: Adu. Marc. ſcribens appellauit* transfunctoria præcepta. *Quare hoc loco pro*: tranſpunctoria, *ſuppoſuimus*: transfunctoria. Transfunctorium *eſt Tertulliano, quod ſuo conſulis defunctorium atque perfunctorium etiam vocant, quoties aliquid facturus tantùm, non autem accurate facturus, nec bona fide, aut ex animo. Sic aduerſ. Marc. lib. 1.* Hoc erit, *inquit*, bonitas imaginaria, diſciplina, phantaſma, & ipſa transfunctoria præcepta, ſecura delicta. *Non item placet quod ſubſtituit*: haud pugnam, *ſed lege cum MS. 1. Vatic.* an pugnam, *aut potius*: ante pugnam; *ac ſi intentionis fuerit aliquando etiam fabulas expugnare Valentinianas. Qui etiam ſic interpretatur illud*: Materias ipſis ſatisfiet; *nam ridiculæ ſunt & riſu dignæ.*

49. Vanitati propriè feſtiuitas cedit.] *Hoc eſt (inquit idem)* feſtiuitas (*quam à* feſtiuo, *id eſt ioco ſo deducit Auctor*) *pertinet ad* vanitatem *irridendam*; cedit, *id eſt, debetur vanitati. Verbum Iureconſultorum. Aliqui ſubinde etiam ridet Irenæus, maximè ſub finem cap. 5. l. 1. vbi cucumeres vocat Valentinianos Æonas, pepones, & cucurbitas, verbis etiam ab Epiph. citatis hæreſ. 32.*

CAP. VII.

50. Primus omnium Ennius Poëta Romanus, &c.] *Caput hoc inſcriptionis*: De prima Æonum Valentinianorum Ogdoade, ſeu Tetrade duplici. *Quam Aeonum productionem Deo fieri non poſſe latè deducit Irenæus l. 2. c. 47. 48. & 49.*

51. vel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum.] *Reperitur iſtud apud Homerum Iliad. l. 2. ſub finem, & alibi ſæpè.*

52. cœnacula.] Cœnacula, *iam hic ſecundo repetita, ſunt (inquit Rhenan.) ſuperiora domus. Vitruuius Architectura lib. 2. Quum enim, inquit, antè mirum in modum Romæ populo neceſſe fuiſſet in cœnaculis habitare (nam antè quàm per vrbe laxatatem licebat, vnius tantùm contignationes erant edificia) ad edificiorum altitudines deuentum & adiumfrequentiam. Vnde & in Prouerbium abijt: In ſuperiori habitare canaculi parte. Eſt autem ea ſignificata hæc vox vſurpata ab Vlpiano Iureconſ. l. Æquiſſimum. §. Item ſi domus. ff. De vſufructu*; & *alibi frequenter.*

53. aliis atque aliis pergulis ſuperſtructis.] Pergula (*inquit Rhenan.*) *domus partem exporrectam ſignificat.*

54. Metitorium.] *Id accipit, inquit idem, pro taberna* meritoria. *Solent autem huiuſmodi publica diuerſoria ad capiendam multitudinem variis ſtructuris ampliari. Eſt autem etiam hæc Iureconſul. vox l. 5. dicti tituli Vlpiano aſcita.*

55. Inſulam Feliculam credas.] *Dicuntur Rhenano per tranſlationem* Inſulæ, *etiam domus magnæ, circumquaque via publica cinctæ; hæ ferè ſolent tabernas inſtituere per omne latus habere. Hoc genus aliquam ſuſpicor fuiſſe Romæ celebrem, aut certè Carthaginis.* Feliculam *apparet dictam à Felice inſula domine; niſi malis à copia rerum venalium. Verùm ego potius credsderim illum ad ludere ad inſulam illam Platonicam, quam Aeonem vocat tamquam fabuloſam, ſupra lib. de Pallio, Tom. 1. cap. 2. ſcribens* etiam nunc quæri in mari Atlantico, quæ Libyam & Africam adæquat. *Quamquam interim non fabuloſum eſſe ibidem oſtendimus nu. 25. & latius Apolog. cap. 40. num. 528.*

56. tanta tabulata cœlorum.] *Hinc factum vt* Pleroma *in eius ſchemate etiam appellauerim* ſuperius tabulatum. *Addens enim neſcio vbi, haud dubiè ad* Pleroma, *cuius infrà non ſemel meminit, adludit.* Illic enim (*quod ex 3. Vatic. MS. cod. legimus*; *pro*: etiam) Valentinianorum Deus ad ſummas regulas habitat. *Quæ adeò verba ſi feceruntur, vt in ſummo Pleromatis loco à me collocatus ſit.*

57. οὐδὲν πλεῖον, ἢ ἀρχὴ, ἢ τέλος ἀρχῆς] *Etiam lib. 1. cap. 1. Irenæus Græcus, ſeu potius Epiphanius Græci Irenæi verbis, his nominibus appellat* Deum illum Valentinianorum; *præterea & Propatora nuncupans, vti & Tertull. verbis maximè ſatis quarum, & aliarum quarumcumque vocum Græcarum, quæ teto hoc libro continentur, Latinam interpretationem habet ſupra Catalogo Nominum, quod ſemel, ne prolixiores ſimus, admoniſſe ſufficiat.*

58. etiam Bython, &c.] *Similiter Auctor ſupra lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap. 33.* Valentinus agnoſcitur. Apud quem Æon ille neſcio qui, nouis & non vnius nominis. & *cap. 49.* Nam dicit imprimis eſſe Bython, & *mox*: triceſimum autem Æonem Bython. *Item*: ab illo Propatore, quieſt Bythos. *Vbi quum Bython legatur, & Bythos in 3. MS. eod. ſicuti etiam lib. 1. adu. Marcion. item Græcè & Latinè apud Irenæum & Epiphanium vbique, immò & apud Theodor. hæret. fabul. l. 1. prorſus etiam hic id ſubſtitui, pro eo quod erat*: Bythion; *maximè quum Interpres Latinus & Irenæi & Epiphanij profundum vertant neutro genere, quod vel ipſo Rhenano teſte βυθὸς ſignificat. Quare etiam ſic caſtigandus Auctor paulopoſt, & infrà c. 33. 34. & 35. vbi leg. tur* Bythos, & Bytho, *pro* Bythios, & Bythio.

59. quod in ſublimibus habitanti minimè congruebat.] βυθὸς, *ſeu potius* βυθὸς (*inquit Rhenan.*) *dicunt Græci profundum. Qui autem à profundo conuenit nomen habere ſummi Valentinianorum Deum, habitantem non in profundo, ſed in ſublimibus, & ad ſummas cœleſtium cœnaculorum regulas, vt iocans ſcribit Tertullianus? Reſponſio in promptu eſt, quòd profundum nonnumquam pro alto accipiatur, iuxta illud Virgilij 1. Æneid.*

---*Cælumque profundum.*

60. Innarum, immensum, infinitum, inuisibilem, æternúmque.] *Hæc ab similiter Irenæus: Esse autem illum* inuisibilem, *& quem nulla res capere possit (atque adeò* immensum.) *Quum autem à nulla capiatur, & esse* inuisibilis, sempiternus, & ingenitus. *Apud quem etiam legitur:* in immensis Aeonibus, *pro eo quod:* in infinitis retrò æuis, *& Interpr. Epiphanij per* infinita temporum sæcula. *Hæc pertinet etiam illud Philastrij: Nihil, inquit Valentinus, aliud erat ante aliud in mundo, nisi profundum (omitto mariù) & silentium.*

61. & (vt ita dixerim) stupentis diuinitatis, qualem iusſit Epicurus.] Epicurus *enim (inquit Rhenan.) hebetem Deum facit. Nam & ita hic verbis expreſsit Auctor infrà lib. 5. adu. Marcion.* Sed Marcion principalem ſuæ fidei terminum de Epicuri Schola agnoſcat, Deum inferens hebetem, ne timeri dicat eum.

62. Ennœan.] *Ego* Ennœan *caſtigaui ex Irenæo, pro eo quod erat:* & notam; *quippe qui ſic legat: Cum ipſe autem fuiſſe* ὦ Ennœan (*Græcè* εννοιαν) *quemadò & legit Theodoretus.*

63. quam & Charin.] *Similiter eam nuncupat ſuprà lib. de Præſcript. adu. her. cap. 33. num.* 194. generat (*inquit*) è ſua charite. *Nec aliter Irenæus & Theodoretus. Græcè* χαριν.

64. & Sigen.] *Stetuam lib. 1. adu. Marc.* qui iimul auſus eſt duos concipere, Bython, & Sigen. *Nec aliter Irenæum Græce* σιγὴν: *quare et iam ſic legendum apud Theodoretum, pro eo quod eſt* σιγὴ, *maximè quum & Auctor lib. de Præſcript. adu. her. c. 49. Philaſtrius, & Interpres tam Irenæi quàm Epiphanij,* ſilentium *transferant, alia autem vox venerandum ſignificat. Certè non niſi ad* Sigen *referri poteſt illud Auctoris infrà c. 9.* Sigeilla ſcilicet, quæ & ipſis hæreticis ſuis tacete præſcribit. *Vbi Græcè eſt* σιγὴ *apud Theodoretum.*

65. Et fortè, &c.] *Ridiculum (inquit Rhen.) quaſi Valentinianis acceſſerint, & mouerint Bythum de proferendo tandem intra ſe rerum ſemetipſo: & præceſſit,* dant & nominant. *Aliquid legi poterat:* Accidit moueri eum.

66. & parit vtique ſilentio.] *Iocus eſt (inquit idem) quòd dicit eum ſilentio peperiſſe. Puellæ enim vim paſſæ, nolentes hanc ſuam fortunam omnibus innotefcere, latenter nonnunquam parturiunt. Et quia ſperatum fuiſſet in altiſſima quiete verſante Bytho cum ſua Charite ſiue Sige? Legimus autem cum Latinis:* ſiquidem non ſolus agnaſcitur, *pro:* agnoſcitur.

67. cui Veritas.] *Subaudi (inquit idem) nomen eſt. Idipſum habes ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap. 33.* generat è ſua charite Senſum & Veritatem, & 49. ex his proceſſiſſe *ſemen* Mentem & Veritatem. *Vbi videsὑὸς transferri modò* Senſum, *modò* Mentem. *In poſteriori conſentiunt Interpretes Epiphanij & Theodoreti, & in priori Interp. Iren. lib. 2. cap.* 16. & 17. *ac magis connenit,* ſenſum, *quòd maſculum ſacsæ* Nun, *Philaſtrius* intellectum & veritatem *nuncupat. Abſurdum autem oſtendit hanc emiſſionem Iren. lib. 2. cap.* 16. *quod* Ennœa *potius debuerit adſignare filia* Nus *quàm mater, & c.* 17. *quod* ſenſus *non potuerit* emittere, *qui* emittebat *cetera.*

68. protalionis ſuæ officium.] *Eodem pertinet quod paulante dixerat:* de proferendo tandem rerum initio, *& quod ſubdit:* emittit & ipſe. *Nam videntes Valentiniani* partus *in diis ſuis Aeonibus minus conuenire, vtebantur* protalionis ſeu emiſſionis *nomine, quam* Ptobolam *appellabant, Baſilidem Gnoſticorum principem imitati; id enim ea* vox *ſignificare ipſe Auctor teſtatur eſt infrà lib. adu. Praxean.* Si qui, *inquit,* putauerint me ῥοῆσιν aliquam introducere, id eſt productionem, quod facit Valentinus, alium atque alium Aeonem de Aeone producens, dicam tibi, non ideò non vtatur & veritas vocabulo iſto, & re ac cenſu eius, quia & hæreſis vtitur; immò hæreſis potius ex veritate accepit, quod ad mendacium ſuum ſeruaret. *Porrò* emiſſionem *magis hominibus conuenire quàm Deo, adnotat Iren. lib. 2. cap.* 18. *ſe ſtendiſſe adueſus Baſilidem.*

69. emittit & ipſe ex ſemetipſo Sermonem & Vitam.] *Similiter Auctor lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap.* 33. & hi æquè procreant duos, Sermonem & Vitam. *& cap.* 49. *(ſicut & Philaſtrius)* ex quibus erupiſſe Verbum & Vitam. *Atqui deduxit Iren. lib. 2. cap.* 15. *in eodem* Pleromate *non potuiſſe eſſe* Silentium & Verbum; *item abſurditatem emiſſionis* verbi & vitæ, *cap.* 18. *ex quo loco illud deſumpſit Tertull.* Et quale eſt vtin Deo vita non fuerit. *Eſt autem etiam* Logos *rationem ſignificet, non tamen rectè pro* ſermone *tranſtulit Interpres Theodoreti.*

70. vniuerſitatis, & formati pleromatis.] *Prior vox* vniuerſitatis, *explicat poſteriorem* pleromatis; *nam* vniuerſitatem *vertere ſoles paraphraſticè ab* vniuerſitate Aeonum omnium, *quæ in* Pleromate *colleatur, quam Interp. Iren. & ipſe aliquando Tertull.* plenitudinem, *& Epiph.* complementum. *Simile eſt autem illud lib. de Præſcript. adu. hæret. cap.* 49. Introducit enim Pleroma & Aeonas triginta. *Porrò inſtabile eſſe Pleroma Valentinianorum, profequitur Iren. lib. 2. cap.* 4. *Et verò vocem hanc* Pleromatis *videntur mutuati ex Apoſtolo Coloſſ. 1. vbi pro eo quod Latinè legitur:* plenitudinem *Græcè eſt:* πλήρωμα.

71. Hominem & Eccleſiam procreat.] *Similiter lib. de Præſcr. aduerſ. hæret. cap.* 33. Dehinc & iſti generant hominem & Eccleſiam; *ac cap.* 49. de quibus rurſum creatum hominem & Eccleſiam. *Cui conſentiunt Iren. Epiph. Theodor. & Philaſtrius. Hanc autem emiſſionem etiam à patribus Valentinianorum Gnoſticis impugnari dicentibus ex homine verbum, non ex verbo hominem prolatum.*

72. ex coniugationibus maſculorum & fœminarum.] *Recte ſic Rhenan. pro:* coniunctionibus, *nam Græcum vocem id ſignificare ipſe Auctor indicat lib. de Præſcript. aduerſ. hæretic. cap.* 49. Exponit hoc (*inquit de* 30. *Aeonibus*) per ſyzygias, id eſt, coniugationes. *Et verò eum in hoc ſimiliter Irenæi, Epiphan. Theodoreti Interpretes quorum Epiphan. xv. Auditas etes in hu* coniugationibus *facit. Porrò impoſſibile eſſe, ſeparates ab inuicem, quæ infrà plenitudinum dicuntur coniugationes, oſtendit Iren. lib. 2. cap.* 14.

73. Fraterna connubia.] *Iocus eſt (inquit Rhenan.) nam huiuſmodi* connubia *nullis legibus permittuntur. Atque hinc eſt quod ſubiungit:* criminum an numinum turbam.

Cap. viii.

74. Ecce enim ſecunda Tetras, &c.] *Titulum huic capiti damus;* de Decade & Duodecade ex prima Ogdoade; atque adeò tricenatio Aeonum. *De quibus ſic Auctor lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap.* 33. De qua prima Ogdoade Aeonum, exinde decem alij, & duodecim reliqui Aeones, mitis nominibus oriuntur, in meram fabulam xxx. Aeonum. *& cap.* 49. hanc eſſe Aeonum Triacontada, quæ ſit in Pleromate, ex Ogdoade & Decade & Duodecade. *Item Philaſtrius:* De Ogdoade ergo & Decade & Duodecade conſiſtere xxx. Aeonas. *Quibus conſentiunt præter Irenæum etiam Epiphanius & Theodoretus. Porrò Iren. lib. 2. cap.* 19. *ſcribit, horum Aeonum x. & xij. eos nec eſſenſionem, nec ſtetimonium, nec veriſimilitudinem habere, & prorſus fruſtrà credi velle. Immò ipſos detrahere Aeonibus ſuis huiuſmodi appellationibus multis, quum ethnicis ſuis Diis multa decentiora & magis potentia nomina impannint, de quibus eodem cap. latiſs. ſicuti etiam prius cap.* 13. *ac* 14. *de Triacontada, quod concedat eam ſecundum id quod plus eſt, quàm ſecundum id quod minus. Nominatim quod quum Bythos pater ſit omnium, non niſi xxix. Aeones reperiantur, & præter xxx. adhuc alij iij. ab illis numerentur in Pleromate, quia etiam angeli ſatellites Soteris ſine numero.*

75. Hinc numerò geſtientes, &c.] Numerò (*inquit Rhenan.*) *Aduerbium eſt temporis, quo veteres Auctores ſunt vſi, teſte Feſto Pompeio, pro cito accelerater. A numeratæ pecuniæ ſumptatranſlatio. Plautus in Amphitryone:* Numerò *mihi in mentem fuit. Diſtinguo ergo ſic:* Hinc numerò geſtientes & ipſi tale quid patri de ſuo offerre, alios, &c.

76. Hac Sermo & Vita Decuriam Aeonum ſimul fundunt.] *Hanc abſimiliter lib. de Præſcript. adu. hæret. cap.* 49. De Sermone autem & Vita Aeonas alios decem; *quæ ipſa verba*

verba Philastrius repetit, nominatim vero etiam recensentur eorum nomina Græcè & Latinè ab Iren. Epiph. & Theodoreto.

77. illac Homo & Ecclesia duos amplius.] *Nempe xij. Id est enim quod loco supecitato scripsit:* Sed enim ex his quoque proceliisse xij. Aeonas, id est sæcula. *Quorum nomina omnium habent conformster Tertullianus Iren. Epiph. Theodoretus.*

78. Bythios & Mixis.] *Hîc lectionem hanc tam excussorum quàm M.S.S. Vatic. cod. restituiquòd Græcè etiam legatur:* Βύθιος, *non* βῦθος, *& ab Interprete Epiph. Latine* profundus, *nam adiectiuè id* βύθιος *significat, quantum adparet ad differentiam primi Patris* Bythi; *vnde & Iren. fic eâ ligandus tam lib. 1. cap. 1. quàm lib. 2. cap. 19. maximè quum etiam R. D. eruditissimûsque Michaël Billius sua libri primi eius dem nona versione legat:* Bythius; *atque adeo etiam apud Theodoretum Græcum legi debere* βύθιον *censeo.*

79. Ageratos & Henosis.] *Ita nunc primùm ex Irenæo, Epiphanio & Theodoreto, tam Græcè quàm Latinè, pro eo quod (an Typographi qui primùm ita Irenæum excudit, an Rhenani negligentia, dubito) legebatur corruptiss.* Henonis, *cum addita etiam deductione nominis ab habenamentis. nam Græcè vbique legitur* ἕνωσις, *& Iren. lib. 1. cap. 1.* Henosis, *adlib. 2. cap. 19.* vnionem, *seu potius, vti legendum censeo,* vnionem, *quemadmodum etiam ibidem prorsus legatur:* insenescibilem, *pro eo quod est:* innascibilem, *maximè quum eodem acced at quam proximè versa lectio à Feu-ardentio nostro ad marginem adpesita:* insensibilem, *neque aliter posse transferri vox* ἀγήρατος.

80. Autophyes & Hedone.] *Sic mdd (inquit Rhenan.) scribere quàm* αὐτοφυῆ; *nam semper mas cum fœmina copulatur. Et rectè: Græce enim apud Epiphan. legitur:* αὐτοφυῆς; *quare etiam sic legi debere censeo apud Theodoretum. Quæ vox quum per se naturalem significet iuxta alios Interpretes, censeo Iren. lib. 1. cap. 19. sic legendum esse.* Hedone *autem, sine vi pleriſque* voluptas, *sine vi ab Interp. Iren. delectamentum vertatur, perinde est.*

81. Acinetos & Syncrasis.] *Rectè etiam sic Rhenen. pro eo quod erat corruptiss.* Agne & Hoſiosyncrasis. *Atqui* συγκρασις *legitur apud Epiphan. ac legi debere apud Theodor.* συγχρασιν, *pro:* συγκρισιν, *ipſe Interpres indicat, quo &* conceptionem *vertit. Solus Irenæus Interpres antiquus* Homoſyncrasis, *lib. 1. cap. 2. cui tamen non correſpondet, ſed potius* ſyncrasi. *quod idem vertit posteriori loco:* contemperamentum.

82. Monogenes & Macaria.] *Similiter* μονογενὴς ϑ μακαρία *recitantur Græcè ab Epiphanio & Theodoreto, pro quibus rectè interpretes transtulerunt* vnigenitum, *& fortunatam, vti mox Tertullianus, seu:* beatam, *vti Theodureti Interpres, pro quo non rectè Epiphanij Interpres;* fœlicitatem.

83. Paraclerus & Piſtis, Patricos & Elpis.] *Primi hi quatuor ex 12. Aeones, apud Iren. Epiph. ac Theodoretum Græcè:* παράκλητος ϑ πίστις, πατρικὸς ϑ ἐλπὶς, *notiſſ. ſignificationis.*

84. Metricos & Agape.] *Græcè apud Epiph. & Theodor.* μητρικὸς, *id est:* maternus, *quomodo rectè transtulerunt Interpretes, non vero:* ματρικὸς, *id est, moderatus, quod in Catalogo perperàm collocarat Rhenanus, vti ante me quoque adnotauit Paulus Leopardus Emend. lib. 6. cap. 4. quomodo etiam ineo quod ſequitur, mecum conſentit.* ἀγαπὴ *vero omnibus, quid ſignificet, notum est.*

85. Ainus & Syneſis.] *Sic prorſus lego, pro:* Ainos, *ex Epiphan. vbi Græcè legitur, tum ex propria ſua ſententia, tum vbi Irenæum citat,* αἰνῶς, *& vertitur Latinè Sempermens, maximè quum etiam posteriori tetes citato Irenæo loco quamproximè accedant, quæhodie exſtant, Latinæ Irenæi editiones, legentes Aenan, pro quo proinde legendum* Ainum, *Græcè* ἀενῶν, *ſimiliter & apud Theodoretum Græcè* γῆ *legatur, pro quo Interpres mentem vertit, vbi etiam caſtigandus & legendus* ἀενῶς. *Videtur eodem reſpexiſſe Billius, dum ſua verſione ſubſtituit:* Ainus, *pro:* Ainos. *In quo tamen videtur irrepiſſe* Phronesis *vna Aeonium Baſilidis, pro eo quod apud alios Græcè* Syneſis, *& Latinè:* intelligentia. *In catalogo interim Nominum has 4. voces poſuimus, vti reliquatur Lectori liberum eligendi iudicium.*

86. Eccleſiaſticus & Macariotes.] *Similiter apud Iren. Epiphan. & Theodoretum, Græcè* ἐκκλησιαστικὸς ϑ μακαριότης, *& Latinè* Eccleſiaſticus & Beatitudo.

87. Teletus & Sophia.] *Prima facie cenſebam legendum* Thelerus, *eo quòd ita legeretur Latine apud Iren. lib. 1. cap. 1. non ſemel iuxta vtrumque Interpretem, & Græcè vbique* θελητὸς, *quod adeo Epiphany Interpres vertit:* voluntatem, *& rectiùs Theodoreti:* voluntarium. *Verùm praterquàm quòd M.S.S. Vatic. codic.* Teletus *legat, quum etiam ſit hæc vltima coniugatio Aeonum, magis hoc nomen, quod perfectum ſonat, huic loco conuenit. Quemadmodum etiam magis iudicibus conuenit nomen immobilis & perfecti, quàm:* voluntarij. *De quibus illud Scripiaci:* tunc conſtendum apud veras poteſtares & veros homines, Teletos ſcilicet (*nam & ſic ibi legitur, non* Theletos) & Acinetos Valentini. *Correſpondet etiam magis, quod mox ſequitur,* Teleti *cum multis gloriosè comparatio, quàm* Theleti. *Et verò etiam apud Iren. legitur:* Teleton, *ſine* Teletum, *lib. 1. cap. 14. ac 24. Interim elegat Lector quod volet. In Catalogo Nominum vtrumque poſſumus, addentes etiam* Phileti, *de quo latius ſequ. cap. num. 98.*

88. In Scholis Cartaginienſibus.] *Ita prorſus cum Rhenan. pro:* In Iciis; *nam proximè accedit MS. Vatic. 3. lectio:* In ſolis, *& (vti ſolet) ſequitur:* Rhetor Latinus. *Docuit itaque Rhetoricam publicè. Et ſit mox ſcholaſticum mentio. Ergo fictum argumentum fuit declamationum propter adoleſcentes quos inſtituebat. Addit autem* Latinus: *nam Græcum quoque Rhetorem non arbitror defuiſſe, ſiquidem in vtraque lingua iuuentus erudiebatur. An verò fuerit talis* Phoſphorus *aliquis, an ficuti in reliquis Auctor ludat in nomine, ne ſcio; fortaſſis quod veluti* Phoſphorus, *id est Lucifer, Rhetor ille, qui ſuus ſit, Scholis Carthaginienſibus aſſulſerit.*

89. quum virum fortem peroraret.] *Argumentum (inquit idem) audio declamationis.* Peroral *cum Accuſatus, vt in ſuperioribus ſapè. D. Hieronym. pro Cornelio ſeditioſo tribuno defenſionem à Cicerone* peroratam *ſcribit in Epiſt. ad Theophilum.*

90. φεῦ adelamant.] *Gratulantium (vti idem adnotat) atque laudantium, & ad tantam praceptoru ſue eloquentiam obſtupefcentium ſcholaſticorum hic vox* φεῦ. *Apud Græcos* φεῦ *nõ ſolum dolentis eſt, ſed & admirantis. Aquila etiam hic adludit ad verba Iren. lib. 1. cap. 5. Iu Iu, Pheu Pheu. Tragicum enim dicere oportet ſuper hanc nominum ſictionem. Quod illud frat Epiphan. addita hac paraphraſi. Sed & ſacer (inquit) Ireneus deridens ipſos ob pradicta, Tragicum illud in medium adduxit Iu Iu, & Pheu Pheu. Tragicum enim hoc reuera ob talem calamitatem licet proferre eorum, qui ridicula hac nominum figmenta deſcripſerunt, & eius qui tanta audacia citra omnem ruborem mendacia ſuo nomen impoſuit. Ita autem legi debere apud Iren. (immò etiam meo iudicio apud Epiphan. Græcè & Latinè) comprobat Feu-ardentius ex Ariſtophane in Auibus, & Aiace Sophoclis.*

91. Familiæ Ptolomæi.] *Loquitur (inquit Rhen.) de* Ptolomæo *Valentini diſcipulo. Et rectè: nam vti ſupradictum eſt num. 29. præcipuè iis qui ſunt circa* Ptolomæum, *hæc nominum figmenta adtribuit Ireneus; & infrà queque cap. 20. Auctor:* Satis, *inquit,* meminerat Ptolomæus.

92. quæ ſint iſtorum priuilegia numerorum, &c.] *Quæ Valentinianis* priuilegia numerorum tricenarij, quaternarij, octonarij, & duodenarij *ex elementorum ſcripturis allegauerint, habes apud Iren. lib. 1. c. 1. 14. ac 15. & eorundem confutationem lib. 2. c. 36. 37. 39. 40. 42. ac 45. Vbi totam materiam ludens ita concludit. Pergat adhuc vt arenam numeret, & calculos terræ, & fluctus maris, & ſtellas cæli; & cauſas excogitet numeri qui inuentus putatur. Arqui imitatus Valentinianos numeros Platonis ſuprà adnotauimus lib. de Præſcript. aduerſ. haer. cap. 7. num. 39. & Ireneus quaternationem eorum Pythagoricam nomatat, cuius cauſam explicat Billius ſuis Scholiis in lib. 2. Iren. cap. 1.*

93. & nulla alia de pædagogio nomina.] *Repetendum (inquit Rhenan.) iuxta morem Tertulliani verborum:* ſupereſſent:

& nulla alia superessent de pædagogio nomina. *Adludit autem ad pædagogia Cæsarum. Nam sub Cæsareis sacri Palatij legimus in libro, cui titulus: Notitia dignitatum militarium Orientis & Occidentis fuisse* pædagogia, *Ministeriales dominicos, & Curas palatinorum. Vnde* pædagogianorum *mentio apud Am. Marcellinum. Per Metaphoram itaque aulicæ* pædagogij. *Aeonis* pædagogium *illud cælestæ hic significat. Infrà rursum cap.* 13. Christi, *inquit*, & Spiritus sancti pædagogatum, *Innuens eos Aeonum* pædagogos *fuisse.*

94. Stercæ & Syntrophi.] *Quid (inquit idem)* Stercoræ *sibi velit, ingenuè fateor me nescire. Arbitror aliquid esse à Græco verbo* στέρεος, *quod amare significat, cum Accusativo constructum. Vnde* φιλοσοφία. *Aut ergo* στέρξεως, *aut* συμπόροι: *nam sequitur* συμπόροι, *hoc est* cœlumni. *Nos nihil definimus. Aiunt MS. Vatic. cod.* 2. Stetcoiæ, *alter:* Stercoræ, *sed nec hoc satisfacit.*

Cap. ix.

95. Sed & hoc exceptio personarum est, &c.] *Inscriptissimus hoc caput:* De Enthymesi abortiuo partu, procreata à Sophia trigesimo Æone, *ad verbum feré ex Iren. lib.* 1. *cap.* 2. *quem etiam sequuntur Epiphan. & Theodoretus. Porrò errorem hunc peculiariter refellit Iren. lib.* 2. *cap.* 4. 5. 14. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. *Est autem* (vti adnotat *Rhenan.*) exceptio personarum, *Iuretous fulrorum sermo.*

96. sed intercessit mater Sige.] Intercedere *iterum accipit pro obstare, quemadmodum lib.* 2. *aduers. Marc.* per quas intercessisse potuisset; *quam alibi adnotauimus vocem Iuretous fulrorum esse, qua tribuni dicebantur Senatus consultis intercedere, id est, obstare, ne fierent. Græce est apud Epiphan. & Theodor.* κωλύει, *quod verterunt Interpretes:* Continuit, detinuit, retinuit, inhibuit. *Atqui, quod idem insibilo sit pater Deus, sed non incognitus, contra quam hic sentiebant Valentiniani, docet Iren.* l. 2. *cap.* 9. *Legimus autem mox:* quos Homo & Ecclesia ediderant, *ex* 3. *Vat. MS. cod. pro:* ediderunt.

97. incontinentia sui sine coniugis Phileti societate.] *Hanc locum sic restituit ex Vatic.* 3. *MS. codic. pro eo quod Rhenanus:* incontinentia sui ve coniugis satietate. *Nam præterquà quòd MS. Rhenan. codices præter Gorlicenses legebant:* societate, *& ipse Auctor paulò post.* nulla opera coniugij, *Græce est apud Epiph.* ἄσεμα ἦ ἔπιπόλοχὸς τῆ συζύγῳ, *& Latine apud Iren. lib.* 1. *cap.* 2. *ac* 15. sine complexu coniugis, *& lib.* 2. *cap.* 14. sine permixtione aut perplexione. *Quæ etiam loca sonnum hoc refutat, eo quòd quum coniugationes ponant Æonum, atque adeò vnienem quandam Valentiniani, impossibile sit eos separationem à sexu ipsis corripere.*

98. Phileti.] *Mirum est (inquit Rhenan.) cum quo etiam eo videm sentio, in MS. Tertulliani codicibus*, pro Teleto *hic legi* Philetum. *Sed amatorium huic nomen fortasse mauult tribuere, vtpote quum* φίλητος *amabilem significet. Relinquo interim Lectoris iudicio, an id legat, an verò* Teleti. *Videtur mihi esse genuinum exilius verbi infrà cap.* 30. amoribus Phileti; *quæ nomine rursus vitur cap.* 32. ne Philetus irascatur.

99. & genus adtrahit vitij, quod exorsum quidem fuerat, &c.] *Vtrum hoc ignorantia patrij potuisset contrahi à Sophia, neque exoriri in Logo, aut illis aliis qui circa Nun & Veritatem (vbi Hellenismus est, Rhenano teste) nisi dicamus etiam Nun, immò & Propatorem Bythum fecisse eum labem & ignorantiam, hæc deducit Iren. lib.* 2. *cap.* 24. *& cap.* 28. *quòd hæ patris magnitudinis inuestigatio non labem aut passionem, sed potius perfectionem fecisset in Sophia. & cap.* 29. *quòd non conuenit Æonem intra Pleroma passione adfectum. Est autem hinc ostendum Iren. lib.* 1. *cap.* 1. *vt ira genitum: quæ exorsa quidem fuerat, pro:* exors. *nam ita & Græce est, & vicissim ex illo Latino Epiph. Græco addimus: & veritatem.*

100. deriuarat.] *Illud pro: deriuatum est, passiuè accipitur, sicut & apud Irenæum, & expleatur verbis sequentibus, Græcè* ἐπλήρωτο. *Sine autem legas:* connata, *sicuti excusi, sine:* enata *cum illis, seu* conata *cum MS.* 3. *Vatic. perinde est; immò vero posteriorem magis placet, eo quòd similiter dixit Tom.* 1. *Apolog. cap.* 40. *num.* 534. *iuxta MS. codic.* siqua illic arborum poma conantur, *pro:* oriuntur, *& cap.* 47. dum nostra conantur, *ac l. de Anima, cap.* 29. video & hederas ad superiora conari. *Ex ijsdem MSS. terum restituimus* sub prætexto dilectionis, *pro eo quod tamquam Latinius substitutum erat:* prætextu. *Nam suprà Tom.* 2. *lib. de Pœnit. cap.* 5. *num.* 23. *vbi* prætextum *legitur, ipse Rhenan. sic hunc locum citat. Qui hic etiam rectè* superabat *interpretatur:* abundabat, *&* frustrarat, *pro: frustrata fuerat.*

101. modico abfuit, &c. deuotari.] *Ex his verbis castigo apud Iren. lib.* 1. *cap.* 1. *ferè absurdum fuisse, pro:* forte, *aut:* vere. *Atqui:* dissolui, *aut* deuotari *non potuisse Aeonem, nisi & integrum Pleroma dissolueretur & interiret, docet idem Iren. lib.* 2. *cap.* 26. *& cap.* 27.

102. nisi bono fato in Horon incurrisset.] *Illud est quod legitur apertiùs suprà lib. de Præscript. aduers. hæret. cap.* 49. Tricesimum autem Aeonem, Bythum illum videre voluisse, & ad videndum illum ausum esse in superiora Pleromatis conscendere. Et quoniam ad magnitudinem eius videndam capax non fuit, in defectione fuisse, & penè dissolutum est, nisi quia missus ad constabiliendum illum, ille quem appellauit Horon, confirmasset illum. *De hinc productione latius cap. seqn. Quod vero hic dicit:* vniuersitatis illius, *Græcè* τῶν ὅλων ματος, extrinsecus custos, *infrà explicat cap.* 23. *hic verbis:* Horo signante extremam lineam, *& ex schemate Pleromatis suprà fit manifestius. Atque adeò unde & Horos, id est terminus, dictus est, & Horothetes, id est, signium designator.*

103. quem & Crucem appellant.] *Similiter infrà cap.* 14. Crucem, id est Horon. *Causam huius appellationis habes cap. seqn. vbi dicit* Passionem ab Horo crucifixam, & extra æuum factam; *item & alium cap.* 27. *quòd* superior ille Christus ab Achamoth cruci, id est Horo, fuerat innixus; *sicuti etiam cur* Lytrotes, *id est, redemptor dictus sit, quòd* purgatam à malis, & deinceps confirmatam Sophiam coniugi restituerit. *Proinde & Græce legi debet* σῶσον λυτρωτὼ, *pro eo quod est* συλλυτρωτὼν, *aut* σὺν λυτρωτῷ, *quod legit Interpres Epiph.*

104. Carpisten.] *Græcè* χαρπιστὴν. *Quam vocem rectius mea iudicio interpretatur Leopardus loco suprà citato cap.* 84. *vindicem, assertorem, seu manumissorem, quam Rhenanus:* fructificatorem, *& Epiphanij Interpres* fructuarium. *Nam fructum nullum consilat aditum ab Horo, at vindicem fuisse sophiæ ex eiusdem restitutione manifestum est. Adlegat ille pro nostra hac sententia illud Charisij veteris Grammatici, vindicias* χαρπίστια. *Lego autem cum* 3. *MS. cod.* declinata inuestigatione patris, *pro:* de inclinata; *eo quòd legatur apud Irenæum credentem tam quoniam incomprehensibilis est pater.*

105. totam Enthymesin, id est, animationem cum passione, &c.] Enthymesin cum passione *separatim non possfieri, sine abijs, sine* exponi, *vt habet Auctor, deducit Iren. lib.* 2. *cap.* 25. *& cap.* 26. *Neque enim, inquit, aliud erat* Enthymesis eius, *nisi* passio *incomprehensibilem comprehendere cogitatio, & passio* Enthymesis; *impossibilia enim sentiebat. Atque adeò rectè secundum sententiam Irenæi* Enthymesis *ab eius interpretibus transfertur:* intentio *sive* cogitatio. *Sed explicatior est Tertulliani* vox (*quæ ex limitibus pagnarum in contextum irrepsit*) animatio, *quippe quam accipit pro animi conceptu vehementi, secundum propriam significationem Græca vocis, vtpotè quæ à* θυμὸς derivetur, *quam non aliud quàm animum vehementem significare adnotauimus ad B. Cyprian. lib. de Lapsi. num.* 79. *occasione illius Isai.* 42. *Et superduxit super eos iram* animationis *suæ. Adlusisse autem videtur ad illud Iren. lib.* 2. *cap.* 16. *Primo motio eius de aliquo* Ennææ *appellatur, perseueranis autem & ἀνέσις, & vniuersam adprehendens animam, Enthymesis.*

Cap. x.

106. Sed quidam exitum Sophiæ & restitutionē, &c.] *Quum eius loem sit cum ce. præced. argumenta, illud inscripsimus:* De Hori productione, & (*vt loquitur Auctor lib. de Præscript. aduers. hæres. cap.* 7.) de Enthymesi & Ectromate, secundum alios.

alios. *Pro eo quod habet Auctor* exitum, *apertius Iren.* passionem. *Accipsinterim videtur etiam hîc* exitus (*sicuti suprà To.1. lib.ad Scapul. num.20. admonuimus*) pro: *exitio, cui Sophia, nisi restituta fuisset, erat quamproxima.*

107. Sed & vultures fœminas tantùm, parere aiunt.] *An* vulturum *enim* (*inquit Rhenan.*) *genere mas non nascitur, sed fœmina omnes. Auctum ventum aut Eurum ore hiante excipiunt, & sic vento vice seminis implentur. Auctor Ælianus.*

108. & tamen sine masculo mater metuere postremò.] *Sic lego, omisso: & superfluus. Supplendum autem videtur* (*quod videtur desiderari ob illud* postremò) *ex Irenæo:* primo quidem contristati propter inconsummationem genetationis, metuere postremò ne finis quoque insisteret; *hoc est, Vti ille apertius, ne hoc ipsum finem haberet.*

109. Vbi enim iam Tragœdiæ & Comœdiæ, &c.] *His verbis explicat quomodo sub finem cap. præced. acceperit* exposuit, *utpotè non simpliciter, pro: abscut, sed pro, fatum abscit. Cuius res plenæ sunt tum* Comœdiæ, *tum* Tragœdiæ. *Hinc illud Terentij ibidem à Rhenano citatum:* Erat hîc Corinthia *anus haud impura, ei dedi* exponendam. *Livius lib. 1. dec. 1. paulopòst intimat: Ita velut defunctis, inquit, Regis imperio, ita proxima alluuie, vbi nunc ferme Romanus est, Romulam vocatam ferunt, pueros* exponunt. *Vnde expositivy dicti. Lego autem cum 1. MS. Vatic. cod.* citra pudorem, *pro eo quod alij* circa.

110. conuertit ad patrem, &c. in preces succidit.] Conuertit, *inquit idem, absolutè. Jea enim Irenæus latiùs explicans, sic habet: In ius autem passionibus factum accepisse regressionem, & in patrem regredi constat; & aliquandiu ausam tamen defecisse, & supplicem patri factam. Proinde in preces succidit, pro succubuit, dixit phrasi sua, de qua supra Tom. 2. l. de Patient. cap. 5. num. 37.*

111. Quidni? causa tanti mali.] *Nam* (*inquit Rhenan.*) Nus *tentauerat ceteros Aeonibus aliquid de magnitudine & incomprehensibilitate patrui communicare. Vnde Sophiæ eius rei cognoscendæ cupiditas.*

112. vacuit.] *Sicut* (*inquit idem*) *dicimus: decuit, decuisset, decuerat, sic Tertullianus* vsurpat *solet,* vacuit, vacuisset, vacuerat. *Sic lib. de vera Carne Christi, cap. 7.* Nisi quòd etsi vacuisset, *inquit,* tentatoris ingenium, &c. *Eodem lib. rursus:* Ausim, *inquit,* dicere, si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, omnis vis Dei benefica vacuisset. *Item lib. de Pallio, cap. 4.* Quandoquidem, *inquit,* labiis vacuerat ab vbertum gustu, *pro* earuerat. *loquitur de Achille. Arbitror vulgatum fuisse consuetudine, huiusmodi verbi enuntiationem.*

113. Ignorantia, pauor, mœror.] *Quarto loco additur ab Irenæo stupor, sine admiratio, quam infrà Auctor cap. 15.* constternationem *vocat, eam in Achamoth agnoscens; sed in Sophia non videtur eam agnouisse Auctor. Atqui quod hîc dicitur:* substantiæ fiunt, *suprà lib. de Præscript. aduersus hær. dixit:* ex passionibus materias edidisse, *sic etiam Iren. & Epiph. quod quum infrà Achamoth adscribat Sophiæ partus abortiuos, contradicere sibi ipsi Valentinianos manifestum est. Lego autem paulopòst, ordine verborum nonnihil immutato:* Ibi demum pater aliquando motus per Monogenen Nun, quem suprà diximus Horon. *Neque enim vnus Horidus patres esse possunt: quod significare videbatur prior lectio.*

114. In hæc promit.] In hæc, *pro super hæc, quemadmodum legit Irenæus Latinus. Atqui:* promit, *iterum lego cum MS. 2. Vatic. codice, pro eo quod Rhenan. substituerat:* præmittit; *nisi malit quis legere eodem significatu:* emittit, *quomodo haud dubiè legendum apud Irenæum lib. 1. cap. 1. Nam quod Græcè est apud Epiphan. & Theodoret. vertunt interpretes, producit, maximè quum sic loquatur Irenæus l. 2. c. 15.* Emissum *sicus & reliquos Aeonas Horon. Qui interim dum quum sententias recenseat, suspicor illud suprà dictum,* per Monogenem Nun, *ad margineam ab aliquo fuisse adscriptum, & inde in contextum irrepsisse. Ait enim ille: Hunc autem* Horon *quidam quidem à* Monogene emissum *dicunt, alij verò ab ipso* Propatore, (quem patrem *vocat Auctor*) in similitudine sua. *Confutat autem hinc ibidem Irenæus tricontadem Aeonum, quòd Horos excedat illum numerum.*

115. fœminamare.] *Quod* fœminamare (*inquit Rhen.*) *composita dictione Tertullianus dixit, est apud Iren.* masculofœmina, *atque adeò omninò apud illum legi debet, quod ad margineam adnotauit Feu-ardentius:* sine coniuge, *cui consentit illud Abbatis Billij:* coniugij experte.

116. quia de patris sexu ita variant.] *Explicat idipsum Rhenanus:* Patrem *enim, inquit, aliquando cum coniuge fingemodo verò pro masculo & fœmina esse volunt. Hæc enim pertinet quod habet infrà c. 34. de* Hermaphrodito.

117. Metagogea, id est: circumductorem.] *Expositio hæc Oratj vocabuli ex paginarum limitibus in contextum irrepsit; propriè interim (inquit Rhenan.)* μεταγωγὴν *eum significat, qui in vlteriora ducit; hinc ab Interprete Epiph.* traductor *vertitur.*

118. Enthymesin verò, &c.] *Interpret (inquit Rhenan.) Irenæi quam sibi intentionem reddere* Enthymesin, *hic concupiscentiam vertet. Concupiscentiam verò eius, inquit, cum passione ab Horo separatam & ereuis xam. Erasmus Roterodamus in Irenæi recognitione ἐνθύμησιν pro inuentione sine commentatione interpretatus est. Aphd eundem quum legatur sicuti hîc: crucifixam, rectè adnotauit Billius reſtuteudum Græcè* ἀνασταυρωθεῖσαν.

119. & extra æuum factam.] *Hoc est, inquit idem,* extra *Pleroma Aeonum. Caſtigà locum Irenæi, vbi legitur: Extra eum factam. Tu scribe: Et extra æuum factam. De Prouerbio autem:* Malum foras, *in Prolegemenis nostris latiùs.*

120. insperciatam.] *Id est (ait Rhenan.) sine specie; & rectè nam suprà lib. præced. speciatim similiter dixit.*

Cap. xi.

121. Igitur post Enthymesin extorrem, &c.] *Caput hoc in scripsimus: De noua generatione duorum Aeonum, Christi & Spiritussancti. Atqui:* extorrem *dixit (vti etiam ante me admonuit Rhenan.) quod prius dixerat: relegatam, & Iren. separatam. item:* patris cura & prospectu, *quod ille: secundum providentiam patrui.*

122. ne qua eiusmodi rursus concussio incurreret.] *MS. 3. Vatic.* incuteret, *sed illud placet. Aspernius Epiph. Interpres ex Græco:* ne quod *Aeon similiter ille assentetur.*

123. nouam excludit copulationem.] Excludunt (*inquit Rhenan.*) *aues, dum incubando pullum emittunt. Plinius: Columbæ* excludunt *vigesimo die. Suprà autem dixit:* Et gallina sortita est de suo parente. *Monogenes quoque ex seipso Christum & Spiritum sanctum peperit. Itaque apte hoc verbo vsus est. Porrò præterquàm quòd hic faciat* Monogenem *masculofœminam, & Spititum* sanctum fœminam, *aut nouum masculorum coniugium,* nouam copulationem Christi & Spiritussancti, *quam etiam absurdum id esse docit Irenæus lib. 2. cap. 15. quòd sic aut excedatur numerus tricenarius Aeonum, aut Aeones ipsi duo non possint.*

124. concinnationem Aeonum.] *Apud Irenæum, inquit Rhenan. legitur: A Christo & Spiritu sancto consummatos esse Aeonas. Quare fieri potest, vt Tertullianus scripserit* consummationem, *quod verisimile sit ascensionis liberij in concinnationem. Nam infrà:* Exinde refecti sunt, *inquit, & constabiliti sunt, & in requiem ex vetitate compositi. Et tamen quia sequitur: Christi erat inducere Aeonas in naturam coniugiorum, non male quadrat hîc:* concinnatio. *Nisi fallor enim, quod Irenæus compaginem vocat, Tertullianus, concinnationem dicit. Hallenius ille. Ego verò quum Græce sit* κατηρτισμένους, *quod consummatos seu omnibus numeris absolutos Interpretes transferunt, omninò lego:* consummationem, *maximè quum plura officia Christo & Spiritui sancto hîc proponantur.*

125. inducere Aeonas naturam coniugiorum.] *Irenæus:*

Decuisse eos naturam coniugationis. quare mihi videtur etiam hic legendum: docere, *pro:* inducere.

126. & innati coniectationem.] *Irenaeus:* comprehensionem. *Accipiuntaque* coniectatio *pro comprehensione: nam sequitur*, quòd capere eum non sit nec comprehendere. *Sine autem legas cum exc.* Illam magis doctrinæ denotabo peruestitatem, *sine cum MS.3. Vatic.* illud magis denotabo, doctrinæ peruestitatem, *perinde est.*

127. incomprehensibile.] *Recte Rhenan. adnotauit similiter accipendum apud Irenaeum* incomprehensibile, *pro:* incomprehensibilem. *nam ex Graeco vertit Abbas Billius:* in eo quod de patre Patris comprehendi nequit.

Cap. xii.

128. Itaque omnes forma & sententia perzquantur, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* De nouo fructu ex omnibus Æonibus compacto, quem Iesum vocabant, & angelis satellitibus. *Esse autem eandem absurditatem, quæ de præcedentibus, docet Iren. dicti lib. 2. cap. 15. quòd sic quatuor plures quàm xxx. constituantur Æones; quibus si addantur & angeli satellites, erunt sine numero. Lego autem ex Irenaeo tam Græco quàm Latino:* sententia, *pro:* scientia; *nam mox iterum sequitur:* vnum iam omnes, etiam forma; nedum sententia.

129. Omnes refunduntur in Nous, in formones, omnes in homines, in Christos.] *Sic prorsus costigandus est hic locus ex Irenaeo tam Græco quàm Latino, tum vt correspondeant suis membris coniugibus, tum quod videatur eas duntaxat Æonum coniugationes recensere, qui nouas productiones adiderint. Antea desiderabatur:* in sermones, *quod correspondet illi:* in Zoas, & *quarto loco legebatur:* in Philetos.

130. & quæ fœminæ, in Alethias, in Zoas, in Ecclesias, in spiritus.] *Similiter & iste; nam* Sigas *nullo pacto conuenit cum* Nous, *cuius vxor* Alethia, *deinde Christus correspondet* spiritus; *qui duo quum postremo producti sint loco, etiam in Græco & Latino Iren. & Epiph. censeo hoc modo voces:* in Ecclesias, in spiritus, *contrario ordine transponendas; neque verò* Christi, *immò nec* Phileti *coniugalia sunt* fortunata. *quare:* in fortunatas *mutauimus:* in spiritus. *Mutas autem (inquit Rhenan.) non hic tantum, sed alibi frequenter, numerum, elegantiæ ruinæque causa.*

131. Ouidius Metamorphoseis suas deleuisset si hodie maiorem cognouisset.] *Puta (inquit idem) Æonum istorum apud Valentinianos. Clarius autem dicit Author:* in requiem ex veritate compositi, *quod in calce c. præced. dixerat:* & veram inducerentur quietem, *pro:* in quietem. Patrem *vero iterum nuncupat, quem Irenaeus:* Propatora; *ac:* filiorum & nepotum *nomine, Nun intelligit, & ceteros Æones ex illo ciusque progenie produllos.*

132. Pleromate liberato.] *Nam (inquit Rhenan.)* Æones Pleroma *concusserapt, Bythonegotium facessiturs. Nunc verò ordinatis & compositis, ac per Christum & Spiritum sanctum institutis Æonibus, nullum amplius periculum erat* Pleromati. *Effectum enim constabat propter quod venerat. Nempè feliciter, &* Pleroma *munitum atque confirmatum, ne qua similis concussio ruursus incurreret.*

133. Videmus quotidie, &c.] *Ex hoc loco (inquit idem) vides Tertullianum mari fuisse accolam, vt in Carthaginensi agro versantem.*

134. ad symbolam.] *Collationem (adnotat idem)* symbolam *(pro quo corruptè Lugdunensis addit:* symbolum, *& mox:* cymbalæ) *vocat, quoties felicet à singulis aliquid in communi confertur. Hinc* Asymbolus, *qui nihil in medium confert. Recte itaque Turnebus lib. Adu. 28. cap. 4. etiam apud Terentium in Andria legendum:* symbolam *dedit, non:* symbolum, *quod quidem est. hic etiam perperam legunt.*

135. nouis fratribus & magistris.] Nouos fratres *(iuxta eundem) appellat propter nouam & postremam copulationem à Monogene exclusam.* Magistros, *quia missi erant ad confirmandos Æonas & instituendos. Lego verò ex 3. MS. Vatic. cod.* spiritu sancto, *pro:* spiritu.

136. ex re collatitio quod aiunt.] *Quamquam hic (inquit idem)* collationis & symbolæ *sit mentio (nam Tertullianus:* conferunt, *inquit, in medium. Et mox:* vnum, *inquit,* omnes bonum conferebant. *Item Irenaeus: Vnumquemque, inquit, eo quod habebat in se optimum florentissimum conferentes, collationem fecisse. Ruæum mox: Et secundi Christi, quem Soterem dicunt, ex collatione composita fabricatio:) Nihilominus quando. Vetusta exemplaria constanter habent* ex re collatitio, *video non tam collatitio legi posse, quod omnibus obuium est, quàm collocatitio, pro:* ex re *mutuatitio & aliena, quod in vnum conferentes boni viri, & apud amicum negotiatori intentum collocantes, sic illum cumomnari, tum adiunari, prius ab eo fibi cauentes. Sanè apud Irenaeum dilo loco de hoc ipso Sotere legitur: In eum deponentibus Velut florem summ, vt collocatitium sit hic deposititium. Idem sensus erit, si ex collatitio legas, aut certè non magnopere discrepat. Equidem apud veteres multa sunbant* ex re collato. *Quibus operibus in scribendo tur ba notulæ,* AER. COL. *Ad quem morem fortasse hic alludit Tertullianus. Hactenus ille. Ego verò quamquam Vatic. 2. cod. legant:* collocatitio, *tamen retinui:* collatitio, *quod ad id quamproximè accedat, quod habet alter Vatic. collatitio, maximè quum prater citatus à Rhenano locus, etiam lib. 2. c. 37. verbum paulopost citatus Irenaeus confentiat. Rodet autem hic Valentinianorum amentiam Tertullianus, qui Æonas Iesum Velut ex ære collatitio produxisse statuunt, quum tamen eos vnum omnes effectos fuisse asserant. Sic Abbas Billius in Irenaeum, apud quem in Græco contextu tenseo legi debere* τῷ ἐκ συλλόγου, *& apud Interpretem Latinum* probolam, *pro eo quod Græce est* τῷ ἐκ βολῆς τε. *& Latinè problema, quo reflexisse videtur Interpres Epiphanij, dum vertit:* problemata, *&* emissiones; *quippe quum hoc postremum significet* τὸ ἐκ βολῆς, *vti supra adnotauimus nu. 68.*

137. de patruitis.] *Irenaeus:* patronymicè, *Græcè apud Epiph.* πατρονυμικῶς, *quod eleganter vertit Abbas Billius:* patritio nomine.

138. & omnia.] *Sic etiam Interpres Latinus Iren. quare & Græcè censet legendum Billius,* καὶ τὰ πάντα, *quod ipsum confirmatur ex illo dicti cap. 37. quem &* omnia *nuncupant; quomodo proinde etiam transferendum videtur eiusdem lib. cap. 15. vbi legitur:* quem etiam totum esse dicunt.

139. graculum Aesopi.] *De hoc prouerbio inter Prolegomena.*

140. Pandoram Hesiodi.] *Irenaeus (inquit Rhenan.) lib. 2. cap. 19. impia Valentinianorum somnia à Philosophis & Poetis ostendens esse desumpta: Quod autem, inquit,* saluatorem ex omnibus factum esse Aeonibus *dicant, omnibus in eum deponentibus, velut florem suum, non extra* Hesiodi Pandoram *nouum aliquid affirmant. Quæ enim ait ille de illa, hæc hi de Saluatore insinuant,* Pandoram *introducentes eũ, quasi vnus quisque Æonum quod habuerat optimum, donauerit ei. Idem c. 37. eiusdem lib. Sed neque de Paulo quidem, inquit, tacendum est, sed exigendum ab his, in cuius Æonis typum Apostolus nobis tradituss est, nisi forte in Saluatoris compositi eorum, qui ex omnium collatione subsistit, quem & omnia nuncupant, eo quòd ex ex omnibus. De quo &* Hesiodus *poëta splendidè significauit:* Pandoram, *id est omnium munus nominans eum, ob hoc quòd ex omnibus optimum munus in eo sit collatum. Et paulopost: Et non solum, inquit, per* Hesiodum *hoc operata est mater eorum mysterium dicit, sed & Pindari lyrici sapienter valdè, vt celet Demurgo in Pelope, cuius caro in partes à patre diuisa est, & ab omnibus Deis collecta, & allata, & compacta, Pandoram hoc modo significauit, ex qua & ista compuncti, eadem secundum eos dicentes, eiusdem generis & spiritus sunt cum illis. Rursus lib. 4. cap. 2. Valentinianos vocat perueristissimos* Pandoræ *Sophistas: Quem patrem, inquit, volunt Nos audire hi qui sunt* Pandoræ *peruersissimi Sophistæ? Nrõmine Bythum, quem à semetipsi finxerunt, an matrem Æonum? (si enim lego, pro: eorum) an Pnigeum? Porrò fabulam* Pandoræ *habet apud* Hesiodum. *Et memnit eius Tertullian. lib. de Cor. milit. Si fuerit, inquit,* aliqua Pandora, quam primam fœminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est à Charitibus, quum ab omnibus muneta-

retur. *Vide de eadem adnotat. nostras in c.7. dicti l. de Cor. milit. num.64.*

141. Acci patinam.] *Arbitror (inquit idem)* Accium *istum Apicio non fuisse dissimilem. Huiusmodi* patinæ *mentionem fecit Annæus Seneca lib.15. epist. Memini, inquies, fuisse quendam in sermone nobilem* patinam, *in quam quicquid apud lautos solet dhem deducere, properans in damnum suum, popinæ congessera. Venerias pondylique, & ostrea castenas circumcisa qua edunntur, intersementinibus distinguebantur echinus, toris distractis sine vllo ostibus multis constrauerunt. Picce esse singula, coguntur in vnum sapores. In cœna sit, quod fieri debet saturo in ventre. Et paulo post subdit: Graue est, inquit, luxuriari per singula, omnia semel & in eundem saporem versa ponantur. In eadem epist. pauloante meminit Seforum gari: Quid illud, inquis, Seforum garum, pretiosum malorum pisciumsanicm, non credis vrere falsa tabe præcordia? hallenus ille. Talem* Acci *quoque* patinam *fuisse reor.*

142. Nestoris cocetum.] *Videtur (inquit idem) hic* Nestor *scriptor aliquis fuisse, vel insigne quale magister. Proinde vel* Coccetum *fortasse legi poterit, quasi à Cocco, quod grauum Græci dicunt, deducatur, vel* Coccentum, *quod esse edulij genus aiunt, ex melle & pauarum commixtum. Potest etiam* Cocetum *hoc esse derivatiua à coco, vt intelligat varia cibariorum genera in vnum congesta.*

143. Miscellaneam Ptolomæi.] *Apparet (inquit idem) opus fuisse ex diuersis contextum. Verisimile est Angelum Politianum Adnotationibus suis hinc titulum mutuatum; nam constat eum lucubrationes Tertullianilegisse, tametsi hoc vocabulo Apuleius quoque vtitur. Vatic. vero MS. 3. cod. legunt, sed obscure satis,* Ptolomæi phlonict; *forte* Platonici. *Sed in contextu nihil immutandum duxi.*

144. Quam propius fuit.] *Sic Cicero (inquit Rhenan.) loquitur solet: Nihil* propius *factum est quàm vt ille occideretur, id est, paulum abfuit.*

145. de Atticis historiis Pancarpiam.] *Vatic. MS. 3. cod.* de aliquibus historiis. *Qui quamquam videantur legisse:* pancarpi pannirapiam, *ego cum Rhenano retinui* Pancarpiam. *Nam, auctore Festo:* Pancarpiæ *dicuntur coronæ ex vario genere florum factæ. Secundinus Manichæus D. Augustinum irridens, qui veteris Instrumento ad litteram fidem haberet: Sed forte, inquit, post Dareus & Entelli certamen, Iacob & ipsius pamma chium exspectare voluerat? An numerum Amorreorum, an* Pancarpiam *in Arca Noe conspicere dispsserat? Significat Secundinum illud quod Genes. 8. c. Legimus: Tulit igitur secum ex omnibus escis quæ mandi possunt, & compersabin apud te, & erit tam tibi quàm illis in cibum. Hoc vocatile* Pancarpon. *Porrò* Pancarpiæ *coronæ nomenclatura non male competit Soteri Valentin. cum ex omnium defloratione conflet.*

146. figillarium.] *Festiuè (inquit Rhenan.) ludit in factitium istum Deum, imaginunculam eum appellans; num* figillatia *eo significatu ab Auctore accipi adnotauimus supra T. 2. l. de Orat. c. 12. nu. 49.*

147. satellites eiangelos.] *In hoc autem sibi contrariantur Valentiniani, quòd hic angelos produ ctos faciant ex omnibus Æonibus, infra verò c. 20. ex Demiurgo productos.*

Cap. xiii.

148. Continet hic igitur ordo primam processionem, &c.] *Non aliud hoc est caput quàm* Epilogus præcedentium, & ttansitus ad nouas fabulas.

149. primam processionem, &c.] *Hanc tractatus Auctor supra c. 7. & 8.* Sophiæ verò casum & Hori opportunissimum auxilium *c. 9.*

150. Enthymesees & coniunctæ passionis expiatum.] *Id est (inquit Rhenanus) expiationem, liberationem, & purgationem, de qua c. 10.*

151. Christi & Spiritus Sancti pædagogatum.] *Hæc pertinet illud de ipsdem, c. 11.* Et ab eius officij societate, duæ scholæ, duæ cathedræ.

152. Æonum tutelatem reformatum.] Reformatum *dixit pro reformatione. Hoc suprà vocat* consummationem. *Metaphora est à tutoribus puerorum sumpta. Fuere autem Christus & Spiritus sanctus, qui pro de sectutores Æonibus præfecti. Habes ante:* Exinde refecti & constabilitti sunt. *Tractatus verò istud eodem cap. 11. Atque prorsus lego,* Æonum, *pro:* Æonem, *ex MS. 3. Vatic.*

153. Soteris pauoninum ornatum.] *Hoc cap. 12. Sicuti autem (inquit Rhenan.) pauo coloribus gemmantibus (vt alibi Tertullian.) insigne est ita Soter Valentinianorum ex omnium* Æonum *defloratione confectus.*

154. Angelorum comparatitium antisstatum.] *De hoc item c. præced. Vsurpat autem (inquit idem)* antisstatum, *iuxta quartam inflexionem, pro prelatione siue præeminentia. Quamsatem dixit:* comparatitium antisstatum, *coniungit contraria. Siquidem comparatio peraquationem secum adfert. Quid enim est aliud comparare, quàm æquare? Velle eum, qui comparatur eiad quem fit comparatio? Et* antisstatus *eminentiam significat, ceu diximus, aduersantem comparationi. Stultis itaque Valentiniani, qui angelos satellites pari generis Christo adstruebant, quem summa singebant excellentia præditum.*

155. Vos valete & plaudite.] *Hæc fine (vti idem adnotat) Comœdiæ apud veteres claudebatur in publico recitata.*

156. Alia autem trans figurina coth urnatio est.] *Est* figurina *(inquit idem) auctore Festo, genus veli mimicum, quamuis in quibusdam codicibus legitur inimicum, sed perperam. Itaque* figurio *scena velabantur, ne spectatoribus omnia parerent. Et inde prodibant actores. Hoc Votabula vsus est Iuuenalis Satyra octaua:*

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti

Sipario, clamofum ageres vt Phasma Catulli.

Sipario, *id est scena figurate, vt pario pro toto accipiatur. Annæus Seneca lib. de Tranquillitate vitæ, c. 11. loquens de Publio Mimographo: Publius, inquit, Tragicis Comicisque vehementior ingenio, quoties inimicas inciptas, & verba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia* cothurno *non tantùm* sipariis *fortiora, & hoc ait: Cuius potest accidere quod cuiquam. Vbi videre est* siparia *ad scenas Comœdiarum & Mimorum propriè pertinere, sicut* cothurnus *Tragœdiarum est. Apuleius lib. 1. de Asino aureo: Oro te, inquam, aulæum tragicum dimoueto, & sipariumscenicum complicato, & cedo verbis communibus. Idem alibi: Adsex subdolis, & complicitis* sipariis *scena despuatur. Tertullianus in principio huius libri:* Ceterùm, *inquit*, tota in adytis diuinitas, tot siparia portarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membri virilis reuelatur. *Sic enim castigauimus, quam ante legeretur:* tot *fuspiria portarum. Sipari memineretDonatus & Probus Grammatici. Legimus autem* suparum, *& fyparum. Porrò Pleroma ipsum, quod Horos custodit,* siparij *loco est, Velut ex exponeens enim quod dixit* trans sipatium, *subiicit,* extra pleroma dico. *Est ergo sensus horù verborù.* Alia trans sipatium cothurnatio est. *hoc est: Alia longè atrocior Tragœdia est eorum, quæ extra septum ac circulum pleromatis accidernnt. Tragœdiarum actores vtebantur* cothurno ; *calcamentis genus est; Comœdiarum, soceo. Vide aliquid etiam supra nu. 8.*

Cap. xiiii.

157. Namque Enthymesis, &c.] *caput hoc inscribipsimus:* De Enthymesi siue Achamoth, quòd ob relegationem affecta sit mœrore, metu, consternatione, & ignorantia. *Quod ipsum habes etiam supra l. de Præscript. aduers. hær. c. 49. & apud Irenæum, Epiphanium, ac Theodoretum.*

158. siue iam Achamoth.] *similiter appellabatur ab Irenæo, & Græcè ab Epiphanio & Theodoreto* Ἀχαμώθ, *quod hic nomen ininterpretabile vocat Auctor; & mox in eandem sententiam inquit:* Achamoth vnde, adhuc quæritur. *Feu-ardentius interim loco huius Etymol. ex Hebræa voce* Hachamoth *deducit, ac si Sapientiam dicas.*

159. in loca luminis aliena.] Alienus (*inquit Rhenan.*) *cum Genitiuo. vt in lib. de Resurr. carn:* In te, *inquit*, altena salutis. *Similiter infra cap. 26.* salutis alienum.

160. quod Pleromatis res est.] *Ergo (inquit idem) lux est intra* Pleroma, *& extra illud tenebræ, immò Vacuum. Irenæus vmbratæ Valentini loca vocat. quod ipsum in schemate* Pleromatis *obseruauimus, vt illud lucidum, medium verò tabulatum obscurum suffirmus extudi.*

167. in vacuum atque inane illud Epicuri.] Epicurus (*eodem adnotante*) *vna cum Leucippo, Democrito, & Metrodoro, adserit individua quidem multitudine infinita, inane autem magnitudine infinitum. Inane autem vacuitatem esse corporis, auctor Plutarchus. Atqui sud latissimè refutat Iren. l. 2. c. 3. 4. 7. ac 8.* Cenoma *vacuum illud appellans, quemodo etiam Græce apud Theodoretum* κένωμα. *quare rectè Abbas Billius etiam apud Iren. l. 1. c. 1. censet legendum* κεν ὠμάτους. *pro:* στερεώματος. *maximè quum loca luminis aliena, Græca* σχίας *nuncupent. Et prorsus etiam legendum Latinè apud Irenæum: in umbris, ac vacuitatis locis; pro eo quòd est: in umbrosis vacuitatis locis. & : deferbuisse, magis ibidem placet, quàm: deseruisse. Idem Irenæus l. 2. c. 19. diserte verbis scribit, Valentinianos umbram & vacuum à Democrito & Epicuro sumpsisse.*

168. defectiua fcilicet & abortiua genitura.] *MS. 3. Vat. cod. & ceteri:* deuestiua. *sed lego cum Rhenano* defectiua; *quia (inquit) subauditur, existente. Siquidem Hellenismum vestes ornatus; & verba quæ præcedunt:* Nec forma, nec facies, *referuntur ad* genituram, *non* Enthymesin. *Significat autem hic* genitura, *partum quasi informis erat, nec vlla præditus specie. Quo vocabulo in superioribus libris non semel vsus est. Vt in lib. de Patientia* Totius, *inquit*, genituræ tributa dignis simul & indignis patiatur occurrere; *& l. de Resurr. carn. infrà:* Nam & exinde, *inquit, è benedictione* genituræ. *Alioqui Latini Horoscopum* genituram *vocant, vt apud Iul. Firmicum est videre, & genesim. Sueton. in Caligula. Consulenti, inquit, quoque de* genitura, *Sulla Mathematicum certissimam necem appropinquare affirmauit.*

163. Dum ita rerum habet.] *Hellenismus est iterum (vti idem adnotauit.) Nam Græci dicunt* χαλὸς ἔχω τὸ σώματος, *id est, bene habeo corporis.* μετρίως ἔχω τῆ ψυχῆ μάτων, *id est, mediocriter habeo pecuniarum. Sic hic Tertullian.* Dum ita rerum habet. ὅτε τῆ σεχνμάτων ὄντως ἔχει. *Ætiologica sine Elliptica constructio est. Equidem quando Genitiuum regit verbum* ἔχω, *dispositionem significat,* ἀξιῶσι. *Philostratus in Iconib.* μᾶλα ἔχω τὸ ῥοδίνου. *Ceterum nemo mirari debet Græcam loquendi consuetudinem Tertullianum imitari: subinde. Nam id temporis vbiq; usitat exstabat apud Latinos in sacris prater Veterumque Testamentum; tantum Victor 13. Romana vbiq; Episcopus apud quem quadam scripserat, & Apollonius, auctore Hieronymo. Legebat ergo Tertullian. feruens in studio sacrarum litterarum, Ignatium Antiochenum, Polycarpum, Papiam, Quadratum, Aristidem, Agrippam, Egesippum, Iustinum Philosophum & Martyrem, Melitonem Asianum, Theophilum Antiochenum, Apollinarium, Dionysium Corinthium, Pinythium Cretensem, Tatianum, Philippum Cretensem, Musanum, Modestum, Bardesanem, Irenæum, Pantænum, Rhodonem, Clementem Pantæni discipulum, Miltiadem, Apollonium, Serapionem, Theophilum Cæsariensem, Bacchylum Corinthium, Polycratem Ephesinum, Heracliturn, Maximum, Candidum, Apionem, Sextum. Brabianum, & similes scriptores alios Græcos.*

164. flectitur à superioribus Christus.] Flectitur (*inquit idem*) *subaudi ex commiseratione. Et sequitur mox:* hac misericordia functus, non sine spiritu sancti societate, recurrit Christus in Pleroma. *Irenæus: Misertum autem, inquit, eius superiorem Christum, &c.*

165. deducitur per Horon.] *Hic iungitur (inquit idem) officio suo* Horos, *dictus etiam* μεταγωγὸς, *vt suprà relatum est. Verum alia est Irenæi sententia, qui loco istius habet Christum per crucem (qui etiam* Horos*) extensum. Cui consentit etiam Theodoretus. Atque adeò hinc videt aliam rationem esse* Horos *crux dicatur.*

166. aborsum vt illud.] *Græcè apud Iren.* ἔκτρωμα, *Latinè* abortus. *Hinc illud Auctoris suprà lib. de Præscript. aduhær. cap. 7. de* Enthymesi & Ectromate; *vbi de eo latius num. 45. de locum Hieron. similem adduximus.*

167. solius subsistantiæ, non etiam scientiæ forma.] *Irenæus (Rhenano etiam citante) paulo clarius, hac virtute formasse formam, quæ esset secundum* subsistantiam *tantùm, non etiam secundum agnitionem. Clarius fit autem istud ex eo quod paulò post sequitur:* quem si omninò non nouerat, vt inuisibiliter operatum, quomodo lumen eius ignotum cum ipso, *id est, æquè atque ipse Christus illi ignotus erat,* requirebat?

168. Et tamen cum aliquo peculio relinquitur.] *Vitur quidem infrà cap. 25. simili phrasi, quum inquit,* peculium quoddam seminis spiritualis. *Verum non ad illud hic relato est, vtpotè quod à matre Sophia illa habebat, at istud à Christo; nempe id quod sequitur:* odorem incorruptibilitatis.

169. quo compos casus sui, &c.] *Clarius (vitiorum adnotauit Rhenan.) Irenæus:* vti sentiens passionem, *quæ erga illam esset, per separationem Pleromatis, concupiscat eorum quæ melior a essent, habens aliquam adorationem immortalis atq; felicitatem in semetipsa à Christo & Spiritu sancto. Ergo quod Tertullianus* casum, *id Irenæus passionem vocat, vt sit* compos casus, *id est passionis.*

170. Vsus est.] *Sensus est, inquit, idem vsurpauit vt rebus nomina tribuantur oppido quam liberaliter. Hic venit mihi in mentem Fronerby illius veteris: Expedit habere multa cognomina. Quare etiam rectius vocem* liberalitatibus, *pro eo quod Vatic. 1. MS.* libertatibus.

171. Enthymesis de actu fuit.] *Est enim, inquit idem,* Enthymesis *verbale nomen apud Græcos, nempè determinatum ab* ἐνθυμέομαι.

172. Sophia de matre manat.] *Irenæus: Quapropter ipsam vocari duobus nominibus:* Sophiam *paternaliter. Pater enim eius* Sophia. *Utraque lectio bona est; nam fuit* Sophia, *pater & mater Achamoth.*

173. Spiritus sanctus ex angelo accipit Christi.] *Sic lego, pro:* Christum, *quod nullo sensu habebatur. Aut si dicat:* Spiritus sanctus *nomen* accipit *Achamoth ex* angelo Christi, *id est* Spiritu sancto, *quem, vel Rhenanoetiam adnotante, Valentinianis* Christo *adiungebant, tanquam angelum quendam. Deberemim istud correspondere ei quod habet Irenæus: & spiritum sanctum, nempe vocari, ab eo quo est ergo* Christum *spiritu. sic enim his prorsus legendum, pro:* Ispiritus. *Omitto item cum 3. Vatic. MS. vocem se. Sibi legebatur:* A quo derelicta se statim senserat de siderium.

174. si non idem Horos qui matri eius tam præsperè venerat.] *Vtpotè quia* mater Sophia *(vt suprà est cap. 9. & 10.) nisi bono fato in eum incurrisset, vn reliquam subsistantiam fuisset dissoluta. Atqui refutuendum hoc loco Irenæum, & non potuisse apprendere illud, quoniam coërcebatur ab Horo, pro: non potuisset, nom similiter ex Græce transtulit Abbas Billius.*

175. vt etiam inclamatit in eam Iao.] *Apud Iren. legitur (inquit Rhenan.)* Iaioth. *Et sic Horon, inquit, coercentem eam ne aduersarius irrueret, dissolue* Iaioth. *Verum ego cum Iren. Epiph. & Theodoreti Græcis exemplaribus, puto ibi etiam legi debere:* Iao, *& omitti vocem: aduersarius, quæ Græcè non est, vti etiam vertit ex Græco Abbas Billius, nec dissentit Feu-ardentius, quiistud etiam adnotauit: Tertullianus, inquit, non aliter explicat, quàm si quis exclamaret:* Porrò Quirites, aut Fidem Cæsaris. *Epiphan. contra hæref. 26. Iao principem in primo cælo abillis collectum scribit. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 18. inter plura alia & hoc nomen à Pagane adtributum fuisse solo, probat hoc oraculo Apollinis: Intellige Iao esse omnium summum Deum. Diodorus Siculus lib. 5. Bibl. c. 5. ignorantiæ vocet Iehouæ deceptus, somniat, Moysen apud Iudæos, à Deo qui vocetur Iao, leges acceptas tulisse. Eusseb. denique lib. 4. demonstr. Euang. cap. 29. Iaho (inquit) est falsus, hoc est Deus falsatus. Porrò cur Iaioth legi non debeat, etiam aliam rationem reddidi suprà lib. de Præscript. aduhæret. cap. 49. num. 315. quòd Iaioth fuerit filius Ialdabaioth apud Basilidem, atque adeò illis potius quàm Valentinianis cognitus.*

176. Porrò Quirites.] *Sic (inquit Rhen.) baiuli inclamabãt populum, vt quisque sibi caueret, ne cui imprudentes sercinam impingeret. Macrobius interim in dictum 49. cap. lib. de Præscrip. aduhær. legit:* Prò Quirites, *eligat Ecstor quod volet.*

177. Fidem Cæsaris.] *Fortassis (inquit Rhenan.) hic significat hocignotum vocabulum. Quasi Horos ille custos Pleromatis, videns*

videns Enthymesin tanta temeritate irruere, dum lumen illud amissum exquirit, quam in sum no periculo non superesset aliud remedium, nisi amatuerit Fidem Caſatis, quæ non soleat implorare nisi in atrocissimis.

178. Inde inuenitur Iao in ſcripturis. *Non existimo Auctorem de ſcripturis ſacris loqui, ſed non aliud velle quàm quod habet Irenæus: Unde & nomen Iao ſaltum dicunt.*

179. nec habens ſuperuolare Crucem, id eſt Horon.] *Iterum Hellenismus eſt (inquit Rhenan.) Græca enim habere, pro poſſe vſurpant. Philoſtratus in Icenibus: Θεὸς ἐχρῆν Θηλαζέτω, id eſt, non habens apprehendere, id eſt, quum non poſſit apprehendere. Vide ſimiles phraſes ſuprà Apolog. cap. 37. num. 484. Irenæus nihil habet aliud quam: quum non poſſet pertranſire Horon. ſed addidit:* crucem *Tertull. Vt conueniret locus quem ſubiungit.*

180. quia nullum Catulli laureolum fuerit exercitata.] *Phraſis Tertullianica: exercitata laureolum. Aliqui (inquit Rhenan.) Nomine poëta Laureolum fabulam, & Leontem in carcere ſcripſiſſe fertur. Poſt hanc Catullus Mimographus, qualis Laberius quoque fuit, duos Mimos compoſuit, quorum vni Phaſmati nomen fuit, alteri Laureolo. Vtriuſque meminit Iuuenalis Satyra 8. hu verſibus:*

Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti
Siparioclamoſum ageres vt Phaſma *Catulli.*
Laureolum velox etiam benè Lentulus egit,
Iudice me dignus vera cruce.—

Sic Laberius Mimum quendam, vt Auctor eſt Gell. Cophinum inſcripſit, aliumve Alexandrum, alium Fullonem. Ergo in Laureolo Mimo iudex agebatur in crucem: idque apud populum ſiebat repræſentabatur. At Domitianus ſontem quendam capitalibus nexa conuictum ac damnatum ſeriò iuſſit in crucem ſuffigi, atque ab vrſa poſtea diſcerpi, ſpectaculum res vera populo exhibens. De quo facto perquàm elegans Epigramma apud Martial. exſtat l. 1. Id eſt huiuſmodi:

Qualiter in Scythica re ligatus rupe Prometheus
Aſſiduam viuo pectore pauit auem,
Nuda Calydonio ſic pectora præbuit vrſo,
Non falſa pendens in cruce, *Laureolus.*
Viuebant laceri membris ſtillantibus artus,
Inque omni nuſquam corpore corpus erat.
Denique ſupplicium dederat necis ille paternæ,
Vel dominiugulum foderat enſe nocens:
Templa vel arcano demens ſpoliauerat auro,
Subdidetat fœuas vel tibi Roma faces:
Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ,
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

Laureoli *Mimi Romæ repræſentati Suetonius mentionem facit in C. Caligula, Laureolum Mimum vocans: ſic enim in quibuſdam codicibus legitur. Et quum in Laureolo Mimo, inquit, in quo actor prorpiens ſe ruina, ſiue potius proreptus è ruina, ſanguinem vomuit, vt plures ſecundarum certatim experimentum artis darent, cruore ſcena abundauit. Joſephus antiquitatum lib. 19. C. Caligula mortem deſcribens, veluti explicat argumentum* Laureoli *Mimi, dum inquit: Jn illo ſiquidem ſpectaculo, duo ei augurio prouenerunt. Mimus namque eſt introductus, quo actum eſt, vt index deprehenſus cruci ſuffigeretur. Et Pantomimus fabulam ſaltauit Cynræ, in qua & ipſe occiſus, & eius ſilia Myrrha videbatur, atque ſanguine Mimica arte diffuſus, & circa iudicem cruci fixum, & circa Cynram atque Myrrham. Porrò Tertullianus, qui omnis antiquitatis peritiſſimus fuit, ſenſum hic eſt:* Enthymelin non fuiſſe exercitatam *in ſcena, in agenda fabula illa quam* Catullus *Mimographus* Laureolum *inſcripſit, in qua index in crucem agebatur. Aliquis ſi illam ſcenicorum hiſtrionum in repræſentanda in crucem acti præſidis fabula dexteritatem habuiſſet, fortaſſis crucem ſuperaſſet, id eſt Horon.*

181. vt deſtituta paſſioni illi ſuæ in tricha multiplici perplexa.] *Sic prorſus legendum vt ſenſus conſtet, omiſſa conuinctione* atque. *Nam idem vult quod dixit Rhenan. quoniam complexa fuiſſet paſſionem, ſiue, vt Tertull. Bilioſa, paſſioni multifariæ, & quæ multis partibus conſtabat, implexa fuiſſet, omnigenere eius, nempè paſſionis, cæpit adſtigi. Illud autem mœrore, quòd non perpetraſſet inceptum, intelligi debet ex Irenæo, quoniam non adprehendit lumen.*

182. Nec vt mater eius, &c.] *Senſus eſt (inquit Rhenan.) Alter autem, & longè inſolicius: actum fuit cum Enthymeſi filia, quàm cum matre eius Sophia, ſcrutatura maieſtatem Bythi patris. Nam mater per Horon purgata à malis fuit, & deinceps confirmata. Atque hoc eſt quod Irenæus: Et non, inquit, quemadmodum mater eius, prima Sophia, Aon, demutationem in paſſionibus habuit, ſed contrarietatem. Q. D. Paſiones eius non ſunt imminutæ, ſed auctæ potiùs. Addamus autem mox ex 3. MS. Vatic. cod. vocem* ſcilicet.

Cap. xv.

183. Age nunc, diſcant Pythagotici, agnoſcant Stoici, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd ex his paſſionibus Materia mundi originem traxerit. *Atqui quòd* Stoicorum *& Platonis opinio fuerit, eſſe Materiam innatam omnium rerum principium, ſatis ſuprà dictum eſt lib. præced. adu. Hermogenem, (cuius & infrà cap. ſequ. mentionem facit) maximè cap. 1. num. 10. ac 11. & cap. 8. num. 32. De* Pythagoricorum *ſimili opinione conſentit Epiphan. hæreſ. 7. ſcribens Pythagoram & Peripateticos aquadix exſe cum Stoicis, & Platonicis. Quòd autem Valentiniani imitati ſint Pythagoricos, vide Frend. l. 2. cap. 19.*

184. in omnem hanc ſtruem mundi.] Struem *(inquit Rhenan.) dixit pro ſtructura, ſiue conſtructione, vt ſæpè* ſtructus, *pro conſtructus.*

185. Mercurius ille Teiſmegiſtus.] *De hoc, quem* Mercurium *Ægyptium ſibi nuncupat, latiùs infrà lib. de Anima.*

186. magiſter omnium Phyſicorum.] Phyſicorum *(inquit Rhenan.) nomine Philoſophos intellegit. Sic l. 1. adu. Marc.* vt plerique Phyſicorum formidauerint initium ac finem mundo conſtare. *Ego verò non quæſuis philoſophos* Phyſicorum *nomine intelligi puto à Tertull. ſed ſolum eos, qui de Naturis ſcripſerunt. Sic enim loquitur lib. 5. adu. Marc.* Phyſicæ, id eſt naturalis ſuperſtitionis elementum.

187. Audiſtis conuerſionem genus aliud paſſionis.] *Adludit ad id quod prædixit:* Infurgente adhuc & alio fluctu, conuerſionis in Chriſtum, à quo viuificata fuerat. *Verùm hoc genus paſſionis latiùs tractat cap. ſequ.* Ex qua, *vt hic ſubiungit:* omnis anima mundi, *id eſt, vt alibi loquitur:* animale, *ſeu* animalis ſubſtantia, dicitur conſtitiſſe.

188. etiam ipſius Demiurgi, id eſt Dei noſtri.] *De hoc latiùs cap. 18.*

189. Audiſti mœrorem & timorem, &c.] *Simile eſt illud Iren.* De timore autem & triſtitia reliqua initium habuiſſe. *Quirectè addit: Et quidem enim Tragœdia hic multa eſt, & phantaſia vnicuiuſque illorum aliter atque aliter grauiter expenentis, ex qualipaſſione cuiuſlibet elementi, ſic enim lego, ſubſtantia generationem acceperit. Nam & Auctor ſæpè variat. Suprà enim c. 4. 9. l. de præſcript. adu. hær.* Ex pauore, *inquit,* tenebræ factæ ſunt, *quarum hic nuſquam mentio, ex* timore & ignorantia, *quod infrà cap. 22. appellat* nequitiam mœrotis, ſpiritus nequitiæ & malignitatis; ex triſtitia & lacrymis, *quod ipſum hic latè proſequitur,* humida fontium, fluminum materia, mariſque; *addens ibidem* & ſudores, *è quibus quaſdam dulces aquas ortas ex Irenæo mox dicemus. Quibus hic paulopoſt additur:* ex conſternatione & pauore corporalia elementa ducta ſunt, *aër nempè, vti arbitror, & aqua & terra, vt ſit quadam ex parte repetitio. Addens* & riſum illuminatorem, ex quo lumen effulſit. *Denique infrà c. 23. ridens Auctor* ignem, *dicit: ex* motiunculis eius excuſſum, quaſi & febricitauerit Achamoth.

190. Habuit & falſas, habuit & amatas & dulces, &c.] *Hic Auctor varia aquarum genera recenſet: de quibus paulo latiùs Irenæus, diſtinguens vnde ſingula quæque orta dicerentur, Nempè, vt in ſummum contrahamus,* aquas *quæ in mari ſunt, falſas à lacrymis, quoniam lacryma falſa ſunt qualitate; fontes Terrò & flumina, & ſiquæ ſunt aliæ aquæ dulces, ex ſudoribus. Addens: Quoniam autem & calidæ ſunt* aquæ *auſteræ, ſiue acres*

(*quæ Auctor vocat* amaras & bituminosas & ferruginantes) *intelligere debes* (*sic enim lego pro*: *debemus*, *ex Græco*; *nam & Bilium vertit*, *intelligendas tibi reliquas*) *quid faciens*, *& ex quo membro emisit*. *Addat hic Auctor*: Cœlestes imbres pipiauit Achamoth, *de quo mox latius*. Porrò de aqua venenata Nonacris & Lyncestarum, quæ ebrios efficit, *infrà latius lib. de Anima. cap. 50. nu. 537.*

191. & Salmacis inde se soluerit, quæ masculos molles facit.] *Sic ex 3 MS. Vatic. cod. pro*: mollefacit. *Æquè ob hunc* (*inquit Rhenan.*) *effectum Ouidius obscœnam vocat hic carminibus l. 15. Metamorph.*

Quòdque magis mirum, sunt qui non corpora tantùm,
Verùm animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita est obscœnæ *Salmacis* vnda?
Æthiopésque lacus, quos siquis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.

Huius rei causam reddens Seneca: *Simulem* (*inquit*) *habet vim mero*, *sed vehementiorem*. *Nam quemadmodum ebrietas*, *donec excitetur*, *dementia est*, *& nimia grauitate defertur in somnum*; *sic aquæ huius sulphurea vis habet quoddam acrium ex acre noxio virtus*, *quod mentem aut furore mouet*, *aut sopore opprimit*. *Caterum vnde* Salmacis *dicta sit molles & impudicos reddere*, *qui ex ea biberint*, *quod hic Tertull. Vocat*, masculos molles facere, *docet M. Vitruuius Architecturæ lib. 2. Is*, *inquit*, (*de* Salmacidis *fonte loquitur*) *falsa opinione putatur venereo morbo implicare eos*, *qui ex eo biberint*. *Sed hæc opinio quare per orbem terrarum falso rumore sit propagata*, *non pigebit exponere*. *Non enim quòd dicitur molles & impudicos ex ea aquafieri*, *id potest esse*; *sed est eius fontis potestas perlucida*, *saporque egregius*. *Quum autem Melas & Areuanius ab Argis & Trœzene coloniam communem eo loco deduxerunt*, *Barbaros Caras & Leleges eiecerunt*. *Hi autem ad montes fugati se congregantes discurrebant*, *& ibi latrocinia faciebant crudeliter eos vastabant*. *Postea de colonis vnus ad eum fontem propter bonitatem aquæ*, *quæ sitis causa*, *tabernam omnibus copiis instruxit*, *eámque exercendo eos Barbaros allectabat*. *Ita singillatim discurrentes*, *& ad eum conuenientes*, *è duro feróque more commutati in Græcorum consuetudinem & suauitatem suas voluptate reducebantur*. *Ergo ea aqua non impudico morbi vitio*, *sed humanitatis dulcedine mollitis animis Barbarorum*, *eam famam est adepta*. *hæc Vitruuius*. *Vbi interim id quod adiicitur ex Ouidio & Seneca*, *de aquis Sulphureis*, *quæ furore aut sopore opprimunt*, *non ad* Salmacin *pertinet*, *sed ad quosdam Æthiopiæ lacus*. *Quod ipsum Colophoni attributum*, *suprà adnotauimus l. de Baptism. nu. 38. & de eodem latiùs lib. de Anima.*

192. pipiationem.] *Scribit Festus* (*inquit Rhenan.*) pipiationem *esse clamorem ploranti*s, *linguæ Oscorum*. Pipiauit ergo cœlestes imbres Achamoth, *id est*: pipiando & *plorando emisit*. *Facilitium verbum est à sono plorantium* pi, pi. *Similiter dixit Auctor infrà Tom. 3. l. de Monog.* infantes pipiantes.

193. Achamoth.] *Ex MS. 3. Vatic. cod. lego* Achamoth, *pro*: Achamothe; *nam correspondent vbique & Græcè & Latinè Iren. Epiph. & Theodor. In quo nobis sum sentit Rhenan. nam eo quòd sic habebat Patermaensis cod. censet legi debere* Achamoth. Etnos; *sicut et iam lego.*

194. Ex consternatione.] *Irenæi vetus Interpres*, *qui similiter cap. præced. & postea vertit* consternationem, *hic*: inconstabilitatem; *Abbas Billius*: *animi anxietatem*, *& stuporem*, *Epiph. Interpres*: *desperationem*, *Theodoreti verò*: *dubitationem*; *omnia enim hæc vox* Ἀπορία *significat. denique Auctor suprà cap. 49. l. de Præscript. adu. hæret.* aporiationem *vocat.*

195. in tanto circumspecto, &c. ridebat, &c.] *Sic ex MS. 3. Vatic. pro*: circumspectu, *more Tertullianico*, *qui*: prætexto *suprà & alibi sæpè vsus*, *vti etiam paulopòst*: quale, *pro*: qui. *Æquè istud apertius expressit Irenæus iuxta Rhenanum*: *Æquando autem inquit*, *in cogitationem veniens eius quòd derelinquerat eam lumen*, *diffundebatur & ridebat. Idem interpretatur*: nec obstupescas quî, *id est*, *quomodo.*

CAP. XVI.

196. Sed quoties ridere voluisset, &c.] *Caput hoc inscri-*

psimus: Quòd ex conuersione ad Paracletum à Christo missum animale genus propagauit Achamoth. *Recte autem hunc locum explicat Rhenanus*: Enthymesis, siue iam Achamoth, *tenebatur magno desiderio luminis amissi*. *Et quoties videbat*, *non habebat quidem verum lumen*, *sed luminis recordationem. Et tamen hoc aliquid erat*, *vt quamlibet pusillum sustentaculum fuerit*; *ne deseretribus suis Christo & Spiritus sancto supplex fieri cogeretur*; *valde superba & arrogans existens*, *quod communem mulierum vitium est.*

197. defertores suos.] Christum *scilicet* (*inquit Rhenan.*) & spiritum sanctum. *Nam suprà habes de* Christo *se subduxisse*; Hac, *inquit*, misericordia functus, non sine spiritus sancti societate, recurrit Christus ad Pleroma.

198. more materno.] *Adludit ad illud cap. 19. de matre Sophiæ*: conuertit ad patrem, in preces succidit. *quare etiam hic maluissem legere*: conuertit, *sed MS. 3. Vatic. habent*: conuertitur.

199. Sed Christus, quem iam pigebat rursùs extra Pleroma proficisci.] *Legit Irenæus* (*vel tertè Rhenanò*) *qui pigritatus est secundò descendere. Suprà enim legitur cap. 14.* Flectitur à superioribus Christus. *Interim Abbas Billius conformiter Tertull. ex Græco vertit*: *quum rursùs descendere* pigeret. *Ex Irenæo proinde adieci*: rursùs.

200. vicarium præfecit Paracletum Soterem.] *Sic ex MS. 3. Vatic. cod. pro*: præficit. *Nam & Iren.* (*Rhenano etiam citante*) Paracletum, *inquit*, *misit ad eam*, *hoc est*, *salutatorem.*

201. largiro ei parte, &c.] Largito, *pro*: largiente: *Græcè enim est apud Iren. præstante ei virtutem omnem patre. Atque adeò sic cæteri gandus illius vetus interpres.*

202. vti in ipso secundum Apostolum omnia conderentur.] *Omninò legendum ex 3. MS. Vatic. cod.* conderentur, *pro*: confœderentur. *Nam illud apud Iren. Epiph. & Theodor. legitur, iuxta illud Apostoli Coloss. primo*; *Quoniam in ipso condita sunt vniuersa*; *ad quem locum alludo inde patet*, *quòd citentur etiam ab illis verba sequentia*: *visibilia*, *&c.*

203. cum officio.] *Iureconsultis* (*inquit Rhenanus*) officium *cætus ipse est eorum qui magistratui inseruiunt. Vnde apud* officium *deponere*, *& officio cedere. In quem sensum & hîc vsurpat Tertullianus.*

204. cœtaneorum angelorum.] *Irenæus*: (*eodem adeo tante*) *Mittitur autem*, *inquit*, *ad eamcum* cœtaneis *suis* angelis. *Atque hoc est quod suprà dixit Tertullianus*, *de soterelo quens*, *ex omnium Aeonum deseratione conflatos*: Vt autem, *inquit*, tantum sigillarium extrinsecus quoque inornassent, satellites ei angelos profetunt; par genus, si inter se poterit fieri. *Igitur si Soteri additi sunt*, *de nouis creati*; *non sunt eo antiquiores*, *sed* cœtanei.

205. credas & cum xij. fasciculis.] *Huiusmodi pompa* (*inquit Rhenan.*) *Consules Romani incedebant. Duodecim fasces & totidem secures cum lictoribus I. Iun. Bruto*, *& L. Tarquinio Collatino primis Coss. post exactos Reges sunt additi*: *Ita tamen vt penes viuum tantum essent*, *qui propterea Maior Consul vocabatur. De qua re etiam aliquid adiecimus Adnot. nostris in B. Cypr. Epistol. 16. num. 10.*

206. velamentum sibi obduxit.] *Casligua* (*inquit idem*) *locum hunc apud Irenæum*, *& pro*: *eam*, *lege*: *eum*, *& pro*: *cooperationem*, *coopertionem*, *hoc modo*: *Hanc autem Achamoth recreritam eum dicunt*, *primò quidem coopertionem imposuisse ei*, *propter reuerentiam. Interpres Irenæi* ἐαυτῷ, *id est sibi vertit ei.*

207. Quibus inde conceperat, &c.] Iren. (*eodem addente*) *Deinde autem*, *inquit*, *quum vidisset eum vniuersa fructificatione sua accurrisse* (*siue occurrisse*) *ei*, *virtute accepta de visu eius. Quo etiam re fè interpretatur illud*, χαῖρε, χαῖρε, *id est*: *Domine*, *salue.*

208. atque confirmat agnitione iam.] *Suprà enim Christus* (*vti est c. 14.*) eam confirmarat, *seu*, *vti apertius ibi*, informarat, solius subsistentiæ, non etiam scientiæ, *seu* agnitionis forma.

209. & ab omnibus iniuriis passionis expumicat, &c.] *Irenæus* (*inquit Rhen.*) *Et curationem passionum fecisse eius*, *separantem*

separantem eas ab ea. Expumicate *est* expurgate, expoliréque. *Nam* hic pumicis *usus* & *in chartis leuigandis, & fordibus pedum abradendis, in balneis.*

210. non eadem negligentia, &c.] *Irenæus* (*eodem teste:*) *Et non neglexisse eum* (*inquit:*) *nec enim erat possibile eas extermitari, quemadmodum priores, eo quod iam habilia & possibilia essent.* Possibilia *dixit Interpres Irenæus pro potentia & valida, quod Tertullianus* ; exercitata & vsu uiriosa. *Pergimus enim legere cum Basil. edit. & MS. 3. ac Rhenano*, uiriosa; *atque adeo etiam supra l. de Pallio cap. 4. nu.* 77. vestigia cestuum uiriosa *legendum adnotauimus.*

211. masſaliter ſolidata.] *Sic exponit, inquit idem, quod Irenæus est: coagulatum.*

212. defixit ſeorſum in materiæ corporalem paraturam.] *Hoc est, inquit idem, iuxta Irenæum: Segregauit ſeparatum.* Paraturam *uterum Vsurpat ſubſtantiuè, vt ſupra ſæpenumerò. Sic lib. de Carne Chriſti:* Debeo illos, *inquit*, de ſua paratura repercutere. *Adu. Marc. lib.* 1. Nulla ſibi proſpexit agnoſcendo paraturam. *& l.* 2. ſic ædificat qui propria paratura caret. *l.* 3. in tantum paratura deſideraret, vt credi poſſet. *In hoc ipſo libro infrà:* In hoc, *inquit*, & paraturam mundi proſpectam. *Vide etiam de paratura Adnot. noſtras Apolog. c.* 22. *nu.* 333.

213. communans ex, &c. paſſione.] *Poteſt, inquit idem, eſſe figura Græca, vt ſit ſenſus* : Communans *ex vitia ſiue* paſſiones *ex incorporali* paſſione *indita ſecundum habilitatem atque naturam. Sed præſtat totam ſententiam, Irenæi verbis referre. Neque enim melior expoſitio inueniri poteſt: Sed ſegregantem, inquit, ſeparatim (ſic lege, pro: ſeparauit) commiſcuiſſe eas, & ſic aptabilitatem & naturam feciſſe in eas, vt in congregationes & corpora venirent. Apta pro:* habilitatem, *reperitur noua vice in MS. Vat.* habitabilitatem, *ſed non placet.*

214. vt duplex ſubſtantiarum, &c.] *Irenæus (teſte eodem:) Vti, inquit, fierent duæ ſubſtantiæ, nihil quidem mala ex paſſionibus, alter a autem conuerſione, paſſionalia.*

215. HÆC ERIT MATERIA QVÆ NOS COMMISIT CVM HÆRMOGENE.] Commiſit, *inquit idem, hoc eſt in certamen deſcendere fecit. Gladiatores propriè* committuntur, *quum ad dies ludiandum componuntur, vt ſupra adnotauimus, vbi dixit:* Abſit vt Apoſtolos committam, *li. de Præſcript. adu. hær. Atqui hinc colligere eſt eſſe ſcriptum hoc libro priùs, librum* aduerſus Hermogenem ; *quare & nos eum præpoſuimus.*

Cap. xvii.

216. Abhinc Achamoth expedita, &c.] *Titulum huiccapitis dedimus:* Quòd eximaginatione ſpiritale genus Achamoth produxerit. *Similiter autem Irenæum* (*vti etiam citat Rhenan.*) *ſatis obſcurè iuxta editionem veterem, ſed clarius, ſi ex mea coniectura ſic legatur: Hanc autem Achamoth extra paſſionem factam conceſſiſſe præ, pro: de, gratulatione, eorum quæcumque ſunt luminum vſione, antea erat: viſionem, id eſt augmentum qui erant cum eo; & delectatam in conſpectu (ſiue in conceptu, vtis in margine eſt, & magis voti Græce correſpondet, itémque Tertull. verbis obſcœnis, quibus præfatur verba pudoris) eorum, peperiſſe fructus ſecundum imaginem dicunt partum ſpiritalem, ſecundum ſimilitudinem factum ſatellitum Saluatoris. Quæ omnia paucioribus & clarius expreſſit Theodoretus: Ipſum autem ſeparatam ab affectionibus angelorum cæpit deſiderium, & ſpiritalem fructum produxit angelis ſimilem. Quare videtur mihi emendari debere textus Græcus, ex quo vertunt quidem: congreſſam cum illis; neque enim id aut Auctor, aut Theodoretus habent, ſed potius ; intra ſeipſam conceptiſſe ex ſola contemplatione.*

217. & ſibi intimarat.] Intimare *(inquit Rhenan.) pro intimum reddere. Sic in lib. de Habitu mulierbri:* Nullus, *inquit*, clauus argentum intimat tabulis. *Vbi vide & Adnotat. noſtras c. 5. n. 44. Siue autem legas:* Trinitas generum *cum excuſis, ſiue:* generis *cum 3. MS. Vat. perinde eſt; ex quibus interim :* eſt, addidi. *Legendum autem etiam cum Irenæo Græcè*, ὑλικὸν ; *& Latinè:* materiale, *pro eo quod eſt:* ὕλη, *& materia.*

Cap. xviii.

218. Hac auctoritate, &c.] *Inſcriptionem damus huiccapiti:* De Demiurgo per Achamoth ex animali ſubſtantia producto. *Atqui recte addit Auctor:* quod cum magno horrore blaſphemiæ & pronuntiandum & legendum eſt & audiendum. *Eſt enim blaſphemia in* Deum noſtrum, *ex Achamoth partu informi & animali ſubſtantia producitum dicere*, qui (*vti ait Auctor initio li. 5. adu. Marc.*) ſine origine eſt, æternus, innatus, infectus, *ſicut non ſemel repetit lib. adu. Hermog. Certè etiam huic errori blaſphemiam adſcribit Irenæus l. 2. c. 3. nu. 9. & etiam impugnat c. 44. 54. ac 55.*

219. trium, &c. liberorum.] *De ture (inquit Rhen.)* trium liberorum *multa ſunt paſſim in conſtitutionibus veterum Imperatorum. Vetus Interpres, hoc eſt, expoſitor Codicis Theodoſiani, qui mutilus exſtat, in cap. de Legitimis hæredibus l. 5. docet matrem habere ius* trium liberorum, *ſi ingenua tres partus viros, & libertina quatuor ediderit. Hoc priuilegium etiam illis, qui nullos ſuſtulerant liberos, interdum principum fauore contedebatur. Ius* trium liberorum, *Suetonio Tranquillo, parum felix matrimonium experto, tribuit Traianus Cæſar, id rariſſimè facere ſolitus, nec numerum excedens, quem apud amplioſſimum ſenatum ſibi ſuſſectiſſe dixerat. Porrò multum valebat ius* trium liberorum *ad hæreditates adeundas. Diſtingue autem:* Eo animo, vnum ad animale, conuertit; *vt* vnum *ad animale referatur, &* conuertit, *abſolutè accipiatur.*

220. prolatis Soteris diſciplinis.] *Interpres, inquit idem, Irenæi doctrinas vocat: Carnem ſam, inquit, in formationem eius quæ facta erat de conuerſione eius animalis ſubſtantiæ, emiſſe quoque à Saluatore doctrinas. Senſus eſt: Soter docuit Enthymeſin, & adiuuit. Nihil paulo antè dixit Irenæus: Virtutem Saluatorem fabricaſſe.*

221. Deum fingit hunc noſtrum.] Fingit *accipe pro: formauit, ex eodem Irenæo patet. Quis addit, ſicuti etiam Theodoret. & Epiphanius:* ex animali ſubſtantia. *Quam blaſphemiam idem refutat l.* 2. c. 53.

222. præter hæreticorum.] *Iterum, vti etiam Rhenan. adnotat, præter iungit cum Genſino, Vt infrà cũ Ablatiue adu. Marc. l.* 4. Præter oneribus conſpirationum offarcinatum eduxit ex Ægypto, *quemadmodum illic adnotauimus. Sumit enim præter, pro* præterquàm. *Cicero ad Q. Fratrem: Atque etiam è Græcis ipſis cauendæ ſunt quædam familiaritates ; præter hominum perpaucorum, ſi qui ſunt vetere Gracia digni. Sic Græci τὸ πλὴν Vtuntur, cum Nominatiuo coniungentes, pro præterquam, ſiue: niſi. Similes etiam ſunt loci eiuſdem li. 4. adu. Marc.* præter ex causa adulterij, *& ſupra Tom. 1. Apolog. c. 6. n.* 79. præter vnico digito.

223. & Demiurgum, & regem vniuerſorum.] *Sic ex MS. 3. Vatic. ced. Nam non ſolùm* Regem, *ſed &* Demiurgum, *id eſt, opificem vniuerſorum dicebant. Quod nomen mutuantur Valentiniani à* Demiurgo Platonico.

224. Ab illo enim omnia, ſi tamen ab illo, & non ab ipſa potius Achamoth, à qua &c.] *Sic iterum ex MS. Vatic. & edit. 1. pro eo quod irreperat*, in ipſa, & à quo. *addenda ex Iren. Epiphan. & Theodor. omnia. Quia ſicuti partim Rhen. adnotauit, Irenæus ſcribit: Omnia (nam ſit ex Græco legendum, pro:* Ea) *qua poſt ipſum ſunt, eum formaſſe latenter (quod hic dicit : occultò) motum à matre ſua. Atqui ignorantiam iſtam Demiurgi impugnat Irenæus l. 2. c. 5.*

225. ſingillario extrinſecus ductu.] *Ita haud dubiè legendũ cum 2. Vat. MS. ced. aut:* ſingulario, *cum tertio Vat. MS. cod. pro eo quod erat:* ſigillatio. *Aſi dicat, nouo extrinſecus per ſingula ductu. Si legimus* ſingillatio, *id deriuatum cenſebitur à ſingillatim. de quo vide Adnot. noſtras ad l. 8. Cypriani de Oratione Dominica, n.* 18. *Si alterum, eodem ſignificatu dixit Plautus in Capiuis: Hi indito cathenas ſingularias.*

226. nomen illi Metropatoris miſcuerunt.] *Irenæus (vti etiam Rhen. adnotauit:) Vnde, inquit*, Metropatorem *& Apatorem, & Demiurgum eum & Patrem (ſic enim caſtigandus eſt ex Græco, pro: Fratrem) vocant. Dextrorum quidem patrem dicentes eum, id eſt Pſychicorum, Siniſtrorum verò, id eſt Hylicorum, Demiurgum: omnium autem Regem. Atqui quum* ὑλικῶν *legatur*

apud Iren. et Epiph. lege: materialium, *pro eo quod corruptiss. erat*: maternatum. *nam & MS. 3. Vatic. quam proxime accedunt, & id etiam censet Abb. Billius Schol. in Irenæum.*

Cap. xix.

227. Sed nec nominum proprietas, &c.] *Caput hoc inscriptionem*: De imaginibus seu similitudinibus, quas ignotanre Demiurgo latenter Soter operatus fit iu Achamoth. *Pertinet autem etiam istud ad fabulas de Ideis Platonicis, quas pulcre refutat Iren. l. 2. c. 6. Vbi etiam paulo apertius totum hunc locum repetit quam l. 1. c. 1. dicens inter cetera: Quonam modo ea quæ sunt creaturæ, sic varia & nulla & innumerabilia Æonum xxx. imagines esse possunt? & c. ne prolixiores simus.*

228. in honorem Æonum imagines commentatam.] *Quin & Græce apud Epiphan. & hic apud Tertull. & apud Iren. l. 2. sic legatur; omnino etiam Iren. l. 1. c. 1. legendum*: imagines, *pro*: imaginem. *Facile autem ad intellectum, quòd posteriori loco Iren. similitudines* *teneri eorum quæ intra Pleroma sunt Æonum.*

229. rursus hoc in Sotercm, &c. detorquent.] *Clarius, etiã Rhen. adnotante, Irenæus*: *Magis autem Salvatorem, per ipsam nępe, dicunt imaginis fecisse, quod alio loco dixit: in conditione per matrem.*

230. vt ipsam quidem, nempè Achamoth, imaginem patris.] *Apertius est istud dicere* Achamoth imaginem patris, *& mox* Nũ *filium, seu potius imaginem* Nũ *filij, quam sicuti apud Iren. lib. 1. c. 1. legitur in imagine; ubi adeo etiam sic castigandum & Græcum & Latinum textum apparet, ex eiusdem loco posteriori, vbi disertis verbis Demiurgum seu mundi fabricatorem* imaginem vniginiti *vocat, non*: in imagine.

231. inuisibilis & incogniti.] *Quod* pater *ille seu* Propator inuisibilis *quidem, sed non* incognitus, *pulcrè deducit Iren. lib. 2. cap. 3.*

232. incognitam scilicet & inuisibilẽ Demiurgo.] *Istud idem pulcrè ac tamquam blasphemiam impugnat ibidem c. 5.*

233. eumdem autem Demiurgum Nũ filium effingeret.] *Nempè* Soter. *Atqui rectè Rhenan. Sensus est, inquit*, De-miurgum *imaginem* Nũ *filij* Propatoris *vnigeniti seu Monogenis effingeret, quod ipsum ibidem impugnat Iren.*

234. Archangeli verò, Demiurgi opus, reliquos Æonas exprimerent.] *Id est, eodem Rhenano interpretante, reliquorum Æonum essent imagines. At contrà rectè Iren. loco mox citato: Quòd multi sint, inquit, & innumerabiles sint ea fallorem angeli, quemadmodum Plato mundi angeli, angeli fallacis imagines habebant; tam non consequentibus xxx. Æonibus* (*sic lege, pro*: Æonus) *in multiformem coditionis varietatem, & c. quæ compendij gratia omittimus. Hoc interim inde patet, quòd Valentiniani præter angelos fatelites Soteris in Pleromate, etiam angelos seu archangelos* (*vti vocat solus Tertullian. quantum apparet ad distinctionem cœlorũ*) opus Demiurgi *fomniauerint, atque adeo etiam in Schemate nostro* archangelos *Demiurgo comites adiecit. Atqui rectè Rhenan. ibi*: multo magis patris *subaudit: ignarum.*

235. imaginem Nũ ignotantis pattem.] *Etiam hanc blasphemiam impugnat Iren. vbi suprà.*

236. & angelos famulos simulacra dominorum.] Famulos *appellat, quos suprà c. 12. satellites; & simulacra, id est imagines* Dominorum, *nempè, vt paulo ante*: ceterorum Æonum.

237. mulum de asino pingere.] *Vice (inquit Rhenan.) proverbij vsurpat*: mulum de asino pingere, *id est: ad exemplar ineptiarum, similium ineptiarum exemplum representare, aut ad mendacia, nona mendacia confingere. Nam subjecit:*

238. & Ptolomæum describere de Valentino.] *Portentosas istas nugas prius* Valentinus *commentus est*, Ptolomæus *aliquid de suo adiecit, ab Auctore nonnihil varians. Ergo Valentino hæreses istum auctori, nomen asini competit, vt multi Ptolomæo discipulo. Ex asino & equa mulus gignitur mense 12. ait Plinius l. 8. & mox addit: Observatum e duobus diuersis generibus nata tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia; eáque ipsa quæ ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere. Vt non sine causa mulo vocabulum Ptolomæo sit tribuendum.*

Cap. xx.

239. Igitur Demiurgus extra Pleromatis limites constitutus, &c.] *Hoc caput inscriptum*: Quòd Demiurgus mundum hunc & cœlos condiderit. *Atqui istud etiam impugnat Iren. l. 2. cap. 5. maxime quum dicat à* Demiurgo extra Pleroma constituto mundum conditum.

240. nouam prouinciam.] *Adludit, inquit Rhenanus, ad morem Imperatorum, qui* prouincias *subiugabant; & est Appositio. Hoc Irenæus hu verbis refert: Patrem itaque & Deum dicunt factum eorum quæ sunt extra Pleroma, fabricatorem esse omnium Hylichicorum & Hylicorum. Separantem enim duas substantias confusas, & de inoperabilibus corporalia facientem, fabricasse quæ sunt cœlestia & terrena; & factum Hylicorum & Psychicorum, dexterorum & sinistrorum fabricatorem, leuium & grauiũ, sursum aduolantium, & deorsum deuergentium; sic enim legendum pro: demergentium.*

241. duplicis substantiæ illius destrusæ.] *Hanc habent iterum vocem Tertullianicam 2. Vatic. MS. ed. & Rhen. pro*: detrusæ. *Respicit autem, inquit idem, ad id quod suprà dixit c. 16.* desixit scorsum in materiæ corporalem paraturam.

242. sublimantia.] *Id absolutè dictum, eodem adnotante, pro*: in sublime tendentia.

243. quum ipsam cœlorum septemplicem scenam solio desuper suo finit, &c.] *Lege ex 3. Var. ed.* quum. *Hanc vero mox*: hebdomadem sedis suæ *vocat. Similiter Irenæus l. 1. c. 1. & Epip. (etiam Rhenano citante) Septem quoque cœlos fecisse, super quos Demiurgum esse dicunt, & propter hoc Hebdomadam vocant eum.* Solium *vero seu* sedem *vocat* Demiurgi septemplicem scenam cœlorum, *quòd illu desuper insideat, non aliter atque Deum in cœlo Empyreo super omnes cœlos orthodoxi collocãt. Pro* ea autem quod Sabbathum *dictum* Demiurgum *hic habes Auctor, Iren.* Hebdomada.

244. & Ogdoas matet Achamoth.] *Omninò aut sic legendum aut*: Ogdoada matrem; *aliquis enim non erit ratio Latinã, quamquam etiam, si posteriorum hoc legamus, apte ebrit adijcere dicunt, quod habent Iren. & Epiphan. quare prius magis placet. Lege etiam iterum cum MS. 3. Vatic.* primogenitalis, *pro eo quod tamquam elegantius substituimus erat*: primigenialis.

245. Cœlos autem noëtos.] Νοερὸς, *id est, (inquit Rhenan.) intellectuales. Maluit enim Vti Græca vox. Atque adeo omnino sic legendum, pro eo quod editis Iuq dunenfirmoëtos. Proinde etiam Græcum exemplar, Epiphan. sic castigandum, maximè quum illius interpres verterit: intellectualis, nec absimiliter Irenæi Interpres vterque.*

246. sicut & paradisum archangelum quartum.] *Paulo aliter Iren.* τὸν τέταρτον ἄγγελον δυνάμει ὑπάρχειν λέγοντες, *quod rectè transtulit Epiph. Interpres, quartum angelum potentia esse dicunt: quare & apud Iren. Latinum legi debet* virtute angelum quartum esse dicunt, *pro eo quod est*: virtutem. *Atque videntur Valentiniani in ea fuisse sententia, vt paradisum visibilem negauerint, quod (vti rectè adnotauit Feu-ardentius) hæresi adscribit Seleucianorum & Hermianorum. Augustin. de hæres. verium de hoc latius infra To. 4. ad fragmenta lib. de* Paradiso. *Porrò impugnat etiam istud de* Paradiso *Iren. l. 2. c. 55.*

247. Satis meminerat Ptolomæus puerilium discibulorum, &c.] *Videtur, inquit Rhenanus*, Ptolomæus *Valentino scholarum commentus esse de* Paradiso *archangelo quarto supra cœlum tertium extenso. Vocat autem* puerilia discibula, *fabulas puerilis, quæ solent pueris recitari à nutricibus aut anicul.* Nuccum *autem, eodem interprete, locus est nucibus arboribus consitus, à nuce, vt Lauretum à laura, Quercetum à quercu.*

248. & ideò fortasse non scit.] *Ideo est, inquit idem, in* Demiurgum, *quem Valentiniani fabulabantur putasse omnia, à semetipso facta, quum ea fecisset Achamoth. Cœlum enim fecisse nescientem cœlum, & hominem plasmasse ignorantem hominem, terram autem ostendisse non scientem terram. Et in omnibus sic dicunt ignorasse eum figuras eorum quæ fabebat, & ipsam etiam ignorasse matrem, ac semetipsum putasse omnia esse. Irenæi verba sunt, quæ retulisse ideò, vt intelligatur hic Tertull.*

249. quæ & effectum suum ministrabat.] *Irenæus (vti ideo-*

idem etiam adnauit:) Causam, inquit, ei fuisse matrem eius talis opinionis sua (sic enim lege cum Billio ex Graco, pro: operationis) dicunt, quæ sic voluerit inducere eum, caput quidem & institum suæ substantiæ, dominum autem vniuersæ operationis.

250. cur sibi quoque ista noluit nota esse, &c.] Sibi, inquit idem, id est Demiurgo, sibi, pro: ei. Cicero pro Lege Manilia: Ea eodem, inquit, Ponto illa Mithridatis quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratris sui membra in ijs locis, quæ se parens prosequeretur, dispapassse. Ie, dixit, pro: eam. Lucanus in quinto Pharsaliæ:

– Quæ nox sibi proxima venit,
Insomnis viduo tum primùm frigida lecto.

sibi, possit, pro: ei.

Cap. xxi.

251. Interim tenendum Sophiam cognominari, &c.] Caput hoc inscripsimus: De varijs nominibus Achamoth. Nam similiter, Ires etiam adnotauit Rhenanus, Irenæum: Hanc autem, inquit, matrem & Ogdoadem vocant, & Sophiam, & Terram, & Ierusalem, & Spiritum sanctum, & Dominum masculiniter.

252. Puto & barbam.] Hoc idem dicit, eodem adnotante, quia vocant eam Spiritum sanctum & Dominum masculinè, vt modò citauimus ex Irenæo; quum tamen illa fœmina sit, domina appellanda, non Dominus. Qui addit per cetera, intelligi eam partem quæ vtra summa.

253. Alioquin Demiurgus adeò rerum non erat compos, &c.] Sensus est, inquit idem, Demiurgus non erat compos accedere spiritalia, id est, intelligere, ipse de animalibus, id est animalia existens, censu inualitudinis, id est, propter inualetudinem. Irenæus (saltem iuxta castigationem Rhenani, cui consentit Fren. nouæ versionis per Billium & Epiph.) clarius paulo sic habet: Et propter hoc infirmiorem, aeca malè: superiorem, illum existentem, nescire, prius posse: præcurre, quæ sunt spiritalia, & se putasse solum Deum, & per Prophetas edixisse, pro: se dixisse. Ego Deus & absque me non est, adludens ad illud Isa. cap. 45. pro quo Iren. & præter me nemo.

254. Ergo & factum intelligebat.] Nam & seipsum, Vires Rhenanus, & factitatorem facti, vt potè sui ipsius, esse quemcunque, id est aliquem quisquis ille est, quomodo ergo solus sibi videbatur, saltem suspectus, id est suspicans, de aliquo factitatore? Sunt enim verba Auctoris impugnantis mentiam illam Demiurgi.

Cap. xxii.

255. Tolerabilior infamia est apud illos, &c.] Titulum huic capiti dedimus: De diaboli origine, partim ex Achamoth, partim ex Demiurgo.

256. & spiritalium malitiæ.] Sic omninò lego, pro: malitiarum, cum quòd dicat supra l. de Præscript. adu. hær. c. 49. ex timore, inquit, & ignorantia spiritus nequitiæ & malignitatis, cum quòd adludit ad illud Ephes. 6. Spiritalia nequitiæ. Maximè quum sit Irenæus: De tristitia autem, inquit, spiritalia malitiæ dicens facta. Unde & Diabolum genesin habuisse, quem Cosmocratorem vocant, & dæmonia & omnem spiritalem malitiæ substantiam. Atqui hanc varietatem, quamodò ex lacrymis quæ ex tristitia ortum ut sacræ aquæ dicunt Iren. & Tertull. modò ex tristitia spiritales ortus substantiæ, difficile est in concordiam redigere, nisi forte ex his Auctoris verbis: ex mœroris nequitia, quæ quid intelligatur, videtur supra significare, quum dicit: ex timore & ignorantia. Certè c. sequ. rursum de ea re loquitur: si non & illum mœstitia.

257. & superiorum magis gnatum.] Apertius Irenæus: Et Cosmocratorem quidem, inquit, intelligere dicunt ea quæ sunt super eum, quoniam sic spiritalis malitia: Demiurgum verò ignorare, cum sit animalis. Atqui videntur properea Cosmocratora diabolum appellasse, quòd Ioan. 12. princeps huius mundi appelletur, seu potius ex Apostolo id desumpserunt, qui Eph. 6. κοσμοκράτορας vocat tenebrarum harum rectores.

258. cui omnes hæreses procurantur.] Procurare, &: procurari, inquit Rhenanus, semper cum Dativo construit. Vide autem similes locos aliquot supra T. 1. l. ad Scapulam, c. 4. n. 33.

Cap. xxiii.

259. Singulorum autem potestatum arces his finibus collocant, &c.] Caput hoc inscripsimus: De arcibus quibus singuli quinque Æones collocati sunt, & aëris a cignis origine. Nam Æonas hic potestates appellat, quomodo etiam infrà c. 30. & rursum lib. adu. Gnosticos: tunc confitendum, inquit Ironices loquens, apud veras potestates. Hoc autem ordine Auctor Æonas collocat, secundum quod etiam schema Æonum castigauimus.

In summis summitatibus præsidet Pleroma Tricenarius.] Id est, vtilis, trucenaria, Æonum diuinitatis plenitudo.

Inferius.] id est, infrà Pleroma, Achamoth.

Infra Achamoth Demiurgus.

Infra Demiurgum Diabolus.

Hanc rem, inquit Rhenanus, narrat Irenæus his verbis: Habere autem, inquit, medietatis locum eam, scilicet Achamoth, & esse quidem super Demiurgum, fabrus autem, sine extra pleroma, vsque ad finem. Et infrà: Habitare, inquit, matrem quidem ipsorum in eo qui sit cælestis locus, hoc est in mediotate; Demiurgum verò in eo qui sit sub cæle locu (nam & Billius vertit ex Græco; in subcælestis loco) hoc est, in Hebdomade: Cosmocratorem verò in eo qui sit secundum nos mundo.

260. metatur me dietatem.] Proprie, inquit idem Rhenanus, Metari est locum destinare demetureve legendis militum tentoriis: vnde dictum, Castra metari. De hoc supra dximus.

261. magis Diabolus.] Subaudi, inquit idem, subest. Nam hunc dicunt Valentiniani in nostro mundo habitare qui cælo subest.

262. ex Sophiæ vtilis. cæ fibus.] Intelligit hic, inquit Rhenanus, Sophiam filiam, siue Secundam, nam hoc illi maternum nomen, quæ & Enthymesis & Achamoth dicitur. Posse etiam dici inferior Sophia, sicut mater eius Teleti comunx Sophia, superior. De qua etiam hæc sequentia intelligenda sunt: Sophiæ mœstitia, &c: Sophiæ passionem, cap. sequen. de Sophiæ fletibus, item, & gramis Sophiæ. Qui etiam rectè adnotat: reciprocandi spiritus spatium, & quæ sequuntur, per Appositionem interpretanda, vtpotè quibus aër circumscribatur.

263. His omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est.] Iren. Ignem verò omnibus his inesse; mortem & corruptelam & ignorantiam omnibus tribus passionibus inabsconsam docent. Sic enim distinguendum puto, vt mors & corruptela & ignorantia tribus passionibus inabsconsa doceantur, non verò ignis sit mors aut corruptela, aut mortifer & exitiosus. Addit autem per occum febricitasse, tamquam ex calore febrium ignis inflabellatus sit.

Cap. xxiiii.

264. Quum talia de Deo vel de Deis, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: De hominis fabricatione per Demiurgum. Legimus autem iterum Deis, pro: Dijs.

265. Molitus enim mundum Demiurgus, &c.] Legimus: enim ex MS. 3. Vatic. pro: ergo. Irenæus autem sic habet: Quum fabricasset igitur mundum, inquit, fecit & hominem Choicum, non autem ab hac arida terra, sed ab inuisibili substantia, & ab effusibili & fluida materia assignentem.

266. quam nos vnicam nouimus terram, &c.] Illud addis contra errorem Hermogenis, (vt patet lib. præsident. c. 5.) de duabus tertijs, quarum Gen. 1. fiat mentio; quo pertinet etiam illud: Materiæ illius (scilicet Philosophicæ.

267. siccauerit.] Absolutè, inquit Rhenanus, pro, siccata fuerit.

268. ex pituitis & gramis.] Sunt gramæ, inquit Rhenanus, oculorum vitia, auctore Festo. Nonius Marcellus gramarum vocabulo, pituitas oculorum accipiendas docet, Cæcilium adlegans, qui alicubi dixerit: Gramosis oculis ipsas, atracie dentibus. Græci γλαύκας vocant, & gramosos γλαυκώδεις.

269. Figulati ita hominem.] Figulationis, inquiesdem, vocabulo in alijs libris vsus est etiam Tertullianus; vt in libro de Resurr. carn. Beneautem, inquit, quòd & plures & duriores quoque doctrinæ, totam hominis figulationem Deo nostro cedunt.

270. & de adstatu suo animat.] *Clarius hoc dixit Auctor quàm Irenæus*: in hunc insufflasse psychicum.

271. ad imaginem & similitudinem factus, &c.] *Similiter Iren. Et hunc esse secundum* imaginem & similitudinem factum. *Quomodo autem homo* quadruplex res, *latius sequ. cap.*

272. vt inago quidem, Choicus depurctur, materialis scilicet.] *Apertius Iren. Secundum imaginem quidem hylicum esse proximum quidem, sed non eiusdem substantiæ Deo. Vbi Hylicum dixit, quod Auctor* Materialem, *tum ibi, tum postea sæpè, nam Auctore frequentior est* Vox Choicus, *Irenæo rarior, frequentior Hylicus. Hinc est quod Paraphrastes adiungit Auctor, non ad verbum*, materialis scilicet. *Correspondet enim hæc vox* hylico; *ac* choicus *terrenum significat.*

273. similitudo autem, animalis.] *Irenæus iterum clarius: Secundum similitudinem autem* psychicum. *Verum de* psychico, *seu* animali homine, *latius infrà T. 5. l. de Iesuitis adu.* Psychicos, *nu. 2.*

274. & hanc esse pellicem tunicam.] *Sic vertit Auctor quod Græcè est* δερμάτινα τὰ, *& proinde etiam in Veteri Interprete legi debet proculdubio*: dermatinam, *non* Adamantinam, *aut*: Adamiticam, *aut quod legit Rhen.* adamanticam. *Vide Adnotat. Feu-ardentij numer. 77. Et quidem, inquit Rhenanus, li. de Resurr. carn. c. 7. sic scribit Tertull. noster*: Neque enim, *inquit*, vt quidam volunt, illæ pellicææ tunicæ, quas Adam & Eua paradisum exuti, induerunt, ipsæ erunt carnis ex limo reformatio, &c. *Vbi indubitè notat Valentinianos. D. Hieronymus adu. errores Ioannu Hierosolymitani disputans, inter cetera arguit eum, quòd* tunicas pellicæas, *humana corpora interpretetur, quibus post offensam & euictionem de paradiso Adam & Eua inducti sunt, quasi antè in paradiso sine carne, nervis & ossibus fuerint. De quo plura infrà l. sam est ato c. 7. n. 62.*

Cap. xxv.

275. Incrat autem in Achamoth, &c.] *Capiti huic hunc titulum damus*: De spiritali semine homini infuso, & proinde de hominis quadruplici substantia. *Nomiuatim autem ista opinionem recenset hic Auctor infrà li. sequen. de Anima, cap. 11.* Nec diutius, *inquit*, de isto nisi propter hæreticos, qui nescio quod semen spiritale infulciunt animæ, de Sophiæ matris occulta liberalitate collatum, ignorante factore; quum scriptura factoris magis Dei sui conscia, nihil anplius promulgauerit, quàm Deum flantem in faciem hominis flatum vitæ *(ac si dicat Deum, non Sophiam)* & hominem factum in animam viuam, per quem exinde spiret & viuat. *Quò pertinet etiam illud eiusdem lib. cap. 21.* Quid enim spiritaleis in Adam?

276. peculium quoddam seminis spiritalis.] *Hoc est, inquit Rhenanus, quod suprà dixit*: Et tamen cum aliquo peculio relinquitur. *Quale autem sit semen spiritale, latius indicat Irenæus his verbis*: Partum verò matrui ipsorum, quem ex angelorum qui sunt circa Saluatorem contemplatione concepit, existentem eius dem substantiæ matris suæ spiritalis; & ipsum enim ignorasse Demiurgum dicunt, & latenter depositum esse in eum nescientem eo, vt per eum in eam quæ ab eo esset animam seminatum, & immateriale hoc corpus, gestatum quoque velut in vtero in hic & amplificatum, paratum fuit ad susceptionem perfectæ saluationis. *Quamquam interim Græcam vocem λόγος relictis interpretetur Tertullian. & Billius* sermonem, *quàm vetus Irenæi Interpres, rationem.*

277. traduceni animæ suæ.] De anima, an per traducem *nobis infundatur, latius sequ. libro de Anima, & in Prolegomenis inter Paradoxa Tertulliani.*

278. Laruit homo spiritalis flatu insertus, &c.] *Irenæus (cuiante etiam Rhenanus)*: Latuit *igitur, inquit, quemadmodum dicunt, Demiurgum, cosseminatis in insufflatione eius à Sophia, spiritalis hominis, suenarabilis virtute & prouidentia. Atque hoc vltimum est quod Tertull. mox dixit*: Accipe industriam, *inquit*, clandestinæ prouidentiæ huius. *Quemadmodum enim, inquit, matrem suam ignorantes, sic & semen eius. Quòd etiam ipsum Ecclesiam esse docunt exemplum (sue speculum, vti Tertull.) superiorie Ecclesiæ.*

279. Proinde eum ab Achamoth depurantes, &c.] *Totum, inquit Rhenanus, sententiæ hic est sensus*: Eum, *tensum mentis spiritalem*, ab Achamoth deputant *Valentiniani*, animalem à Demiurgo, Choicum à substantia ἀρχῶν, *hoc est, ab illa Materia Philosophica, in quam hæreticis quidam (Hermogenianis nempè, vt patet lib. præced.) principium illud, in quo fecerit Deus cœlum & terram, interpretantur*, carnem à materia. *Quod ipsum sic expressè Irenæus*: Et hunc esse ex semetipsis *sic enim lego, pro*: ex quo *Græce sit, ex fragmento sue*) hominem *volunt, vt habeat, sic est iam, pro*: habeant, animam quidem à Demiurgo, corpus à limo, & carnem à Materia, spiritalem verò hominem à matre Achamoth.

280. Habes nouum, id est, quadruplum Geryonem.] *Ex hoc, inquit Rhenanus*, quadruplici *hominis censu, Spiritali, Animali, Choico, & Carnali*, nouum Geryonem *constituunt Valentiniani, non triformem, vt ille fuit, sed quadriformem. Porrò* Geryonem *ipsum non triplicis naturæ, vt fabulæ produtur, fuisse ferunt, sed tres fratres tanta concordiæ exstitisse, vt vno animo omnes regni iuderentur. Ex Iustino. Vide & Adnotat. nostras suprà T. 2. l. de Pallio c. 4. n. 69.*

Cap. xxvi.

281. Sic & exitum singulis diuiduut, &c.] *Inscriptionis hoc caput*: De tribus hominum generibus quem exitum sortiantur, *sine*: De Trinitate hominis, *quemadmodum loquitur Auctor suprà li. de Præscript. aduersus hæreticos. 7. vbi vide Adnotat. nostram. 39. Facit autem Auctor transitum à quadruplici censu ad tres hominum species, eo quod, vti etiam adnotauit Abbas Billius, corpus & caro eadem sint. Eadem pertinet illud lib. sequen. de Anima c. 21.* Iam nec triformis, vt adhuc Trinitas Valentiniana cædatur, quæ nec ipsa in Adam recognoscitur, & paulopòst. Ijdem enim conuertibilem negant naturam, vt Trinitatem suam in singulis proprietatibus figant. *Quibus locis & maximè illis verbis*: vt adhuc cædatur, *ad hunc lib. adludut, sicut etiam ibi adnotauimus num. 269. Irenæus idipsum sic explicat*: Quum sint igitur tria, *sic enim lego cum Abb. Billio, pro*: tres: *Materiale, quod etiam insipientes vocant, ex necessitate perire dicunt; quippè quum nullam in spirationem, id est, spem, incorruptelæ recipere possit. Spirituale verò (ita etiam, pro: spiritalem) omnium esse, vt hic animali conuinctum fortiter; cuiusdiutum ei in conuersationibus. Expone vt eruditi & exerceri scilicet animalis census possit esse eo scilicet spiritali, in conuersationibus. Quibus addit quod Tertull. non habet*: Et hoc esse dicunt salem *(vti reuera sum lego cum Abb. Billio, pro*: solem*) & lumen mundi. Hactenus ille. Vnde patet* dubitatum euentum *hic accipi pro dubio, & comparationem, pro preparationem ac formationem.*

282. vt eruditi cum eo, & exerceri in conuersationibus possit.] *Ex prædictis verbis patet legi debere*: possit, *pro*: potuit, *quemadmodum legendum etiam Rhenanus censuit. Porrò, inquit idem*, conuersationis *vocabulum, haud inelegans est. Iustinus li. 44. Inde denique, inquit, conuersatione nutricis, eximia puero pernecessarius fuit. Loquitur de expositito puero, quem ferus alucrat. Dixit autem etiam suprà Auctor T. 2. lib. ad Martyras. c. 2.* conuersationem sæculi & carceris comparemus.

283. Indigusse enim.] *Irenæus, inquit Rhenanus, Opus erat enim animalis sensibus disciplinis.*

284. in hoc & paraturam mundi prospectam.] *Et hic, inquit idem, paraturam habet, pro creatione sue conditione mundi. Iren. Ob quam causam, inquit, & mundum fabricatum esse dicunt.*

285. In hoc & Soterem animalem in mundo repræsentatum, &c.] *Sic prorsus lego ex Iren. addens*: animalem. *Et saluatorem, inquit, ad hoc venisse animalem, sue potestatis esse vt id saluet. Hinc appellat alia adhuc compositione monstrosum, vpotè quem Valentiniani non solùm ex omnibus Æonibus concinnatum suprà dixerint, cap. 12. sed & tres* animales subsantiarum conspicientias *(seu potius, quod malim legere cum Irenæo, primitias, quas Græcè est*: ἀπαρχάς*)* spiritalem, animalem, & corporalem.

286. quarum summam saluti esset redacturus.] *Sic etiam alibi, adnotat Rhenanus, loqui solet Tertull. vtens* redigendi *verbo.*

287. ani-

287. animalem verò, quem mox, &c.] *Aut Appositio est, inquit idem, aut figura Graeca, hoc est: Soter susceptt animalem substantiam, secundum Christum, quem mox induit à Demiurgo. Nam Valentiniani Demiurgo quoque sunm Christum filium naturalem adsignabant. Irenaeus clarius: A Demiurgo verò inductum psychicum, id est animalem Christum. Addit autem* mox *Auctor, eo quod* mox (*c. nempè sequ.*) de Christo Demiurgi animali *sit tractaturus.*

288. adminis trationis vi, &c.] *Graecè* ἐκκενοῖ τὰς ἐπαγγελίας *apud Theodoretum quàm Epiph. quam rectius vertit Abb. Billius:* dispensationem *quare & apud ver. Interp. sic legendum censeo:* à dispensatione (*antea corruptè:* dispositione) *circumdatum corpus animalem habens substantiam, paratum verò inenarrabili arte, pro quo Auctor:* inenarrabili rationis ingenio, *pro quo Theodor. arcano quodam modo & ineffabili.*

289. quo congressui, & conspectui, & contactui, & defunctui, &c. subiacerer.] *Hoc sic Irenaeus: Vt & visibile & palpabile & passibile fieret. Iegitur* defunctui, *inquit Rhenanus, hoc est functioni cuilibet quam exercet homo.* Defunctus *enim in arta quartam inflexionem, pro defunctione siue functione.*

290. ingratis.] *Hoc est, inquit idem, non sua sponte, & inuitus. Terentius in Eunucho: Opus faciam, vt defatiger vsque*, ingratis *vt dormiam.* Ingratis, *inquit Donatus, id est non vltrò, quia nobis vltroneagrata sunt:* ingrata, *quae ab inuitu fiunt ac reluctantibus. Hinc* ingratis *Aduerbium quibusdam vsurpatum. Atqui similiter Auctor supra l. praced. adu. Hermog. c. 19.* diuersa pars suspiciones suas ingratis fulcire conatur, ne scilicet non inde instrui videretur; *& lib. de Anima c. 11.* & hic spiritum ingratis pronuntiamus.

291. Materiale autem, &c.] *Irenaeus: Hylicon autem nihil omninò susceptt. Non enim Hylicon capax saluari.*

Cap. xxvii.

292. Nunc reddo de Christo, &c.] *Verba haec capitis titulum indicant:* De Christo Demiurgi filio animali. *Verum contra hanc blasphemiam latè Auctor scripsit infrà lib. de Carne Christi, agens contra certum haeresin.*

293. In quem tanta licentia Iesum inserunt, &c.] *Hunc reddit sensum Rhenan. Valentinianis* inserunt Iesum *sibi ex omnium Aeonum dedotatione constantem Soterem, in animalem Demiurgi Christum, sortilem Christum constituentes. Et semen spirituale eodem modo in animale infudisunt, quemadmodum patebit in sequentibus.*

294. Esse enim Demiurgo Christum filium suum naturalem, &c.] *Lege:* enim, *pro:* etiam. *Atqui totidem penè verbis Iren. Sunt autem, inquit, qui dicant emissse eum sobolem Demiurgum, Christum* filium *suum, sed Animalem. Et de hoc per Prophetas locutum esse.*

295. in Præpositionum quæstionibus positum.] *Hoc dicit, inquit Rhenanus, propter Praepositiones:* ex, *&* per. *Exponunt enim Christum ex virgine natum, id est per virginem; hoc est enim quod subdit:*

296. id est, per virginem, non ex virgine' æditum, &c.] *Haec pertinentillud supra lib. de Praescript. adu. haer. c.* 49. Hunc autem, Christum *nempe*, in substantia corporis nostri non fuisse, sed (spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. *Hoc est enim quod hic dicit:* transmeatorio potius quàm generatorio more. *& quod Iren. Esse autem hunc qui per Mariam transierit quasi aquam per tubum. De eadem haeresi sic etiam infrà Auctor l. de Car. Christi c.1.* aut poterat, *inquit*, & carnem & natiuitatem confessus, aliter illas interpretari, vt condiscipulus & condefertor eius (*nempè Marcionis.*) *& rursum alibi:* Licuit, *inquit*, & Valentino ex priuilegio haeretico carnem Christi spiritalem commisisci, &c. *Vbi latè eandem confutat pene ad finem libri vsque, quò proinde Lectorem remittimus.*

297. Super hunc itaque Christum deuolasse, &c. Soterem per effigiem columbæ.] *Necessariò sic legere oportet, pro:* deuolasse Iesum, *quae praeterquàm quod prius dixit:* in quem tanta licentia inserunt Iesum, *etiam mox distinctè loquitur de substantijs:* Corporali Iesuaciana, & illa Sotericiana columbinia. *Consentunt etiam Iren. & Epiphan. Et in hunc, inquiunt, hoc est, in animalem Demiurgi Christum, in baptismate descendisse illum qui esset in Pleromate ex omnibus, Saluatorem in figura columbae.*

298. Fuisse autem & in Christo etiam ex Achamoth, &c.] *Irenaeus: Fuisse autem, inquit, in eo & illud quod est ab Achamoth, semen spirituale.*

299. Nam in figuram principalis Tetradis, &c.] *Irenaeus: Dominum igitur nostrum, inquit, ex quatuor his compositum fuisse dicunt, seruantem typum primogeniti & primae quaternionis: de spiritali, quod erat ab Achamoth; & de animali, quòd erat de Demiurgo; & de dispensatione, quòd erat factum inenarrabili arte; & de saluatore, quòd erat illa quae descendit in eum columba. Qui vnà cum Epiphanio in hoc differt, quòd corporalem substantiam de dispensatione (sic iterum lege: pro: dispositione) dicat compositam; de qua supra cap. praecedent. num.* 288. *pro eo quod Auctor* corporalem (*vti modo dictum est*) Iesuacianam *vocat. Certè vel hinc constat, quòd Valentinianis (quorum hi opiniones referunt) sibi non constarent, vtpote quum prius dispensationem hanc tam Irenaeus quàm Auctor Soteri adscribat, hic verò à Sotericiana substantia distinguat.*

300. Et Soter quidem, &c.] *Irenaeus: Et hunc quidem, inquit*, impassibilem *perseuerasse; non enim possibile erat patiCum, quum sit incomprehensibilis & inuisibilis.*

301. Denique quum ad deprehensiones venitur, &c.] *Irenaeus: Et propter hoc, inquit, ab Iesu esse, quum praedicaretur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritum Christi.*

302. Proinde nec matris semen, &c.] *Irenaeus: Sed ne id quidem, inquit, quod à matre erat semen, passum esse dicunt. Impassibile enim & illud, quippe spiritale & inuisibile, etiam ipsi Demiurgo. Quod autem ille & Auctor impassibile hic*; insubditiuum dicit, *quod etiam putat visitatum Rhenan. lib. praced. adu. Hermogenem, vbi certe nunc non occurrit.*

303. Patitur verò animalis & carneus Christus, &c.] *Haec sententiam, inquit Rhenanus, clarè exponit Irenaeus, sic scribens: Passum est autem, inquit secundum hos, animalis Christus, & ille qui ex dispensatione fabricatus in mysterio, vt ostendat per eum mater typum superioris Christi, illum qui extensus est cruci, & formauit Achamoth, formationem secundum substantiam. Omnia enim hac exempla illorum esse dicunt. haltenus ille. Atqui hinc etiam alia causa significatur, cur* Horum crucem *nuncuparint, quòd nempè non solum ab* Horo *Achamoth crucifixa sit, vti supra est cap.* 10. *sed etiam quòd superior Christus, qui ad Achamoth formandam venerat, cruci, id est, Horo fuerit innexus; immò (vti legunt Iren. & Epiph.) in crucem extensus; sic illis suae blasphemiae nitebantur ex historia vera crucifixi Christi colorare.*

304. Ita omnia in imagines vrgent.] *Vide hac de re supra latius cap.* 19.

Cap. xxviii.

305. Interea Demiurgus omnium adhuc nescius, &c.] *Caput hoc inscriptionem:* De animabus melioribus in Propheras, &c (*vti cap. sequen.*) *in Reges & Sacerdotes adlectis. Clarius autem istud lucis aliquot interseritis, quae non habet Auctor, sic explicat Irenaeus: Eas verò quae haberent semen id quod est ab Achamoth, animas meliores dicunt fuisse quàm reliquas. Quapropter & plus eas esse dilectas à Demiurgo, non scientes causam, sed à semetipso putare esse tales. Quapropter & in Prophetas, at distribuebat & Sacerdotes & Reges; & multa de hoc semine dicta per Prophetas. Demiurgum autem, en ea quabic adingit Auctor, quippe ignorantem quae essent super eum, mouere quidem si quae dicuntur, contemptisse verò ea, aliam atque aliam cumasse putantem, insistere qui prophetat (sic enim lege cum Billio & interprete Epiphanij ex Graeco) habentem & ipsum suam aliquam motionem, siue hominem, siue perplexionem peiorum; & sic ignorantem perseuerasse (ut alego, pro: conseruasse, cum Billio, quia Graecè est:* διατετηρέναι) *vsque ad adnentum saluatoris.*

306. (diuidunt enim & Prophetiale patrocinium in A-

chamoth, in semen, in Demiurgum).] *Illud, quod Parenthesi ad maiorem loci intellectum inclusimus, idem Iren. verbis eam ceteris interserit: Deinceps, inquit, diuidunt Prophetias, aliquid quidem à magre dictum docentes, aliquid à semine, aliquid autem ab ipso Demiurgo.*

307. vbi aduentum Soteris accepit, &c.] *Quum venisset autem (inquit Iren.) Saluator, didicisse eum, scilicet Demiurgum, ab eo omnia dicunt, & in gaudium esse cum omni virtute sua, & cum esse illum in Euangelio Centurionem, dicentem Saluatori: Et ego enim sub potestate mea habeo milites, & seruos, & quod iussero, faciunt. Sine autem legas:* occurrit cum *t. Vat. cod. MS. sine cum reliquis,* accurrit. *perinde est.*

308. quòd successurus sit in locum matris, &c.] *Nempè secundum tabulatum cœnaculi matris, sicuti infrà latius c. 31. Idipsum habet etiam Irenæus, sed verborum ordine nonnihil immutato: Perfectorum autem eum, inquit, eam quæ secundum ipsum est, mundi curationem (sic cum Billio lege, pro creationem; nam Græce est διοικησιν) quod Auctor dispensationem vertit) Vsque ad id tempus quod oportet, maximè autem propter Ecclesiæ diligentiam & curam, & propter aduentum præparati pramij, quoniam in locum matris transibit.*

CAP. XXIX.

309. Colligam nunc ex disperso, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* De hominum & animarum tribus generibus adinstar triparitæ Adæ posteritatis, Cain, Abel, & Seth. *Recte autem dicit:* Colligam nunc ex disperso, *quia alio ordine narrat, & sub finem huius capitis multa omittit, quæ habet Iren. nempè ea quæ habet de depravata scripturarum cotatione, fortasse quòd lib. de Præscript. aduersus hæreses ad argumentum laiè tractasset, quò Lectorem remittimus, & ad Admet. Feu-ardentij in Iren. li. 1. cap. 1. num. 55. 56. & 57. Deinde etiam prætermittit Auctor scripturas, quas pro se citabant Valentinæmi, qua latissime citantur ab Iren. lib. 1. cap. 1. & Epiph. hær. 31. Ego autem malim:* & tamen vnitam in Adam, *pro:* inunitam, *quia supra cap. 25. & 26. diserte verbis indicauit Auctor,* Tritormem naturam *illam in vno homine primo vnitam fuisse, maxime ob id quod sequitur:* inde iam diuidunt. *Nihil tamen vetus immutare, quod Rhenanus sic expliciet:* inunita, *inquit, ab inuriendo, quod Græci dicunt* ἐνθυμεῖσθαι.

310. inde iam diuidunt, &c.] *Similiter Iren. Hominum autem, inquit, tria genera dicunt: Spiritalem, Psychicum, Choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth; vt ostendant & ex his tres naturas, iam non secundum vnumquemque, sed secundum genus.*

311. Choicum saluti degeneratum.] *Sicut, inquit Rhenanus, degenerem appellamus eum qui generosum non est, ita:* degenerarum saluti *vocat, quod ad salutem non est generatum. Irenæus enim sic ipsa reddit: Et* choicum *quidem in corruptelam abire.*

312. Animale mediæ spei deliberatum.] Deliberatum, *inquit Rhenanus, hoc est adindicatum. Festus Pompeius Auctor est,* deliberare, *à libella qua quid perpendimus, dictum. Et supra dixit, veteri Metaphora aliquid in libra adpendentes, cum de animali sensu loquerretur, cap. 26.* Animali verò, *inquit,* quem & dexterum adpellant, dubitatum euentum, vtpotè inter materialem, spiritalémque nutanti, & illac debito, quâ plurimum adnuerit. *Hinc videri potest non inepte hoc vocabulum præsenti loco accommodasse. Iren. clarius sic expressit: Animale verò (sic enim lego, pro:* animalem *) si meliora elegerit, in loco medietatis refrigerarium. Hinc est, quia hic salus adhuc dubia, quòd spiritale dicat Auctor* certæ saluti præiudicatum.

313. Sic & animas ipsas duplici proprietate discernunt.] *Similiter Irenæus verbis aliquot interiectis: Et ipsas quidem animas tursus subdiuidentes, dicunt quasdam quidem naturabonas, quasdam autem naturamalas: Et bonas quidem has esse, quæ capaces seminis sunt, alias verò naturà nequam, nunquam capere illud semen.*

314. De obuenientia.] *Vsurpat, inquit Rhenanus,* obuenientiam *subst antiuè, eo supra delinquentem, peccantiam, nocentiam, & proximè præcedentem.* Obueniendi *verbo solemne vti Iureconsulti. Nam propriè* obueniunt *nobis bona, quæ aliunde ad nos deferuntur. Vnde hæreditas* obuenire *dicitur. Eleganter Seneca: Philosophia hominis, inquit, non* obuenit, *sed eam sibi quærere debet. Hinc* obuentiones *apud Vlpian. pro reditibus annuis.*

315. Id ergo granũ seminis spiritalis, &c.] *Spiritalia, verò inquit Irenæus, in seminat Achamoth, ex illo tempore vsque nunc, & insturum animæ erudienturquidem hic, & semina enutrea, quia pusilla emittuntur, post deinde perfectione digna habita, &c. Vbi & insturum animæ legimus, pro:* propter quod *& animæ, conformiter Billio & Epiph. Interpretis, quia Græce est:* διχρισιν, *pro quo videtur legisse Vetus Interpres* διὸ καὶ. *Atque istud est quod addit Auctor.*

316. Sed eruditu huius, &c.] Eruditu *dixit, pro eruditione. Nam gaudet, inquit Rhenanus, nomnibus quarta inflexionis. Sic infrà pro prolatione, prolatum vsurpat. Id quod etiam Tacito solemne est, apud quem legas, accitu, concessu, obiectu, distinctu, subiectu, transpositu, prouisu, missu, lectu, adiectu, & indutui gerere. Vt apud Liuium: armatui & diuisui esse, & receptum habere. Porrò quod hic dicit Terrull.* eruditu huius fides augetur atque prouchitur, *consonat cum illo quod præcedit:* Spiritalem emitti in animalis comparationem, vt eruditi cum eo, & exercerin in conuersationibus possit. *Verbum* eruditi *in lib. de Carne Christi, eleganter vsurpat:* Quia per florem, *inquit,* & ex flore omnis arbor eruditur in fructum.

317. ceu suprà diximus.] *Sic ex MS. 3. Vat. cod. pro eo quod Rhenan.* ceu præcidimus. *Indicat autem, inquit idem, eum locum vbi suprà dixit, de semine loquens:* Adhoc enim & deposuerat & occultauerat, vt quum Demiurgus animam mox de suo adflatu in Adam communicaret, pariter & semen illud spiritale quasi per canalem animam deriuaretur in Choicum, atque ita fœturatum in corpore materiali, velut in vtero, & adultum illic, idoneum inueniretur suscipiendo quandoque sermoni perfecto. *Locus est suprà cap. 25.*

318. animæque hoc ipso ita cetetis præuertunt.] *Hoc est quod ab Iren. paulò ante num. 305. citatum est. Eas quæ habuerunt semen id quod est ab Achamoth, animas meliores esse dicens quam reliquas.* Præuertunt *autem, id est, anteuertunt, superant & excellunt ceteras. Tacitus l. 7. Rhodij, inquit, impigrè præuertere runt. Quapropter & plus eas dilectas à Demiurgo non sæcnte causſam, sed à semetipso putante esse tales.*

319. Ex earum ergo laterculo.] *Est, inquit Rhenanus,* Laterculum, *libri nomen, in quo dignitatum omnium tam militarium quàm ciuilium comitio continebatur. Hi erat penes Primicerium notariorum. Sane in volumine, quod de scriptionem Imperialium officiorum quum Orientis tum Occidentis cum imaginibus completitur,* Laterculi *picturam cernere est, sed maiorum. Fretum minus fuisse scias, cuius sit mentio in Codice, l. 1. de Officio quæst. li. Totius minoris* laterculi *curam. Sacrum* laterculum *Iustinianus adpellat in libris Auctentticorum, in tractatu: Vt iudices sine quoquo suffragio fiant. Item in tractatu: De Mandatis principum, in principio: &* Laterculenses, laterculis *præfectos, inst. Compermus, & in l. fin. C. de proximis sacrorum scriniorum, cæterisque qui in sacris scriniis militant, lib. 12. Perro suspicor matus* Laterculum *dignitatis cuiuslet continuisse, minus dignitates militares. Id quod collige ex l. Totius, C. de Officio quæst. lib. 1.*

CAP. XXX.

320. Idcóque nec operationes sibi necessarias, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd sibi operationes necessarias non existiment, sed nobis. *Hoc est, inquit Rhenanus, quod & Irenæus, sed multo antè, tradit: Quapropter & nobis quidem necessariam esse bonam conuersationem respondent, aliter eum impossibile esse saluari. Semetipsos autem non per operationem, sed eo quòd sunt naturaliter spiritales, saluari omnino dicunt. Quemadmodum enim Choicum impossibile est saluum percipere (non enim esse illud capax saluatæ dicunt) sic iterum quod spiritale, quod semetipsos esse volunt, impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscumque fuerint facti. Quemadmodum enim aurum in cœno depositum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum cœnum nihil nocere auro possit; sic & semetipsos dicunt, licet*

licet in quibuscumque materialibus operibus sint, nihil semetipses nocent, neque amittere spiritalem subſtantiam. Quapropter & intemorate omnia quæ vetantur, hi qui sunt ipſorum perfecti, operantur; de quibus ſcriptura confirmant, quoniam qui faciunt ea, regnũ Dei non hæreditabunt. Etenim idololatriæ indifferenter manducant, nihil inquinari ab eis putantes; & in omnem diem Feſtum ethnicorum pro voluntate in honore eorum factum, prius conueniunt, vt ne hoc quidem abſtineant, quod eſt apud Deum & apud homines odioſum, munera homicidia deſpectaculum. Quidam autem & carnis voluptatibus inſatiabiliter inſeruientes, carnalia carnalibus, ſpiritalia ſpiritalibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipſis clam eas multeres, quæ diſcunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt; quemadmodum multæ ſæpe ab his ſuaſæ, poſt conuerſæ mulieres ad Eccleſiam Dei, cum reliquo errore & hoc confeſſæ ſunt. Alij verò, ne manifeſtæ quidem erubeſcentes, quæcunque adamauerint mulieres, has à viris ſuis abſtrahentes, ſuas nuptas faciunt. Aly verò valdè modeſtè initio, quaſi cum ſororibus fingentes habitare, procedente tempore manifeſtati ſunt, grauida ſorore à fratre facta. Et alia multa odioſa & irreligioſa facientes. Hæc Irenæus. Cuius loci initium facit contra eos, qui bona opera non neceſſaria, audent aſſerere, vt refert adnotatus Feu-ardentius num. 48. Pertinet autem huc illud Clementis Alexandrini lib. 2. Stromat. Valentiniani, *inquit, quum nobis quidem ſimplicibus fidem (addunt Iren. & Tertull. etiam opera) tribuerint, ſibi qui natura ſaluiſſunt, volunt eſſe cognitionem, ex excellentia abundantia ſeminis, dicentes eſſe eam longè magis à fide ſeparatam, quàm ſpiritale ab animali. Quem ipſum errorem, quod natura ipſi ſalui fierent, eternum commemorat Clemens lib. 4. & 5. Stromatum.*

321. Martyrij quoque eludentes neceſſitatem.] *Tam amans (inquit Rhenanus)* Martyrij *fuit Tertullianus, quòd omnibus vbique perſuadere nititur, non fugiendum, ſed animosè & conſtanter Chriſtianos ſuſtinendum, vt à pijs hic etiam atro calculo notari meruerit, propter neceſſitatem quam feruentius quàm cautius adſtruebat. Hinc ille* Martyrij *non vno loco commendationes, & fugæ in perſecutione deteſtatio, cui rei proprium librum dicauit, quas inter alios qui in hoc volumine ſequitur. Certè contra hos ſcripſit Auctor ex profeſſo:* Scorpiacon aduerſus Gnoſticos.

322. vt ſalutem quam non de priuilegio ſtatus poſſidemus.] *Subaudi (inquit Rhenanus) non orthodoxi. Igitur* Valentiniani de priuilegio ſtatus ſalutem poſſidebant, *ac ſeipſos appellabant ſpirituales, mos verò erat dozoi, animales. Quapropter (inquit Irenæus) nobis quidem, quos Pſychicos vocant, & de ſeculo, eſſe diuinæ neceſſariam continentiam, & bonam operationem, vti per eam venamus in medietatis locum: Sibi autem Spiritalibus & Perfectis veratis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma induuit, ſed ſemen quod eſt inde puſillum emiſſum, hic autem perfectum factum. Item, vt eſt apud eundem, nos in vſu gratiam accipere dicunt, quapropter & auferri à nobis. Semetipſos autem proprie poſſidere deſurſum ab inenarrabili & innominabilis Syzygia deſcendentem habere gratiam, & propterea adijci eis.*

323. inſcriptura huius ſeminis.] *Subaudi (inquit idem) ſcripteſt ſecundum Valentinianos; aut, tributur nobis orthodoxis à Valentinianis. Supra dixit:* vt quos Achamoth in ſuperioribus in animas bonas depluat, *id eſt: Animalis ſenſus inſcriptus, ſic hic vtitur inſcriptura vocabulo, pro nota ſiue cenſu ſeminis Animalis.*

324. qui amoribus Phileti, & vtique abortui.] *Addidit ad ea quæ ſupra dixit cap. 9. de abortu Sophiæ coniugis* Phileti, *ſeu Teleti, ex quo proinde & Demiurgus, & Animales homines, ac animæ (quales orthodoxi exiſtimabant) ortum habuerint, vti patet ſupra cap. 18.*

325. de paſſiuitate vitæ.] *Vide Adnot. in lib. præced. aduerſ. Hermog. cap. 41. num. 143. Quibus adde, quòd magis placeat ſententia Abb. Billij, qui adnotat* paſſiuitatem *transferri à Tertulliano, quod Græce eſt πάθος, quàm quod alicubi Rhenan. putet hanc vocem deduci à paſſim. Atqui latiſſimè eorum* vitæ paſſiuitatem *ſeu licentiam præſequitur Irenæus, & adiungit de reliquis quoque hæreticis Feu-ardentius num. 52.*

326. & diligentia delictorum.] Diligentiam (*inquit Rhenan.*) delictorum, *vocat affectum & ſtudium ad delinquendum ſiue peccandum. Nam Valentiniani dicebant, vt eſt apud Irenæum, ſe non amittere ſpiritalem ſubſtantiam in quamlibet vitioſiſſimi nobis verſantes, quod impoſſibile eſſet id quod Spiritale eſt, corruptionem ſentire, aurum inſtar, quod etiam in cœno luæ naturam obtinet.*

327. quoniam & ipſa delinquendo profecit.] *Prorſus ſic lege cum Rhenano, pro:* blandiendo. *Nam deliquit ille, Achamothinquirendo lumen Chriſti ſuperioris, ab Horo depulſa quo minus pergeret. Tentabat enim rem illicitam.*

328. Nam & honorandorum coniugiorum ſuperiorum gratia dicitur, &c. ſacramentum.] *Etiam ſic lege, prò* gratia *quod nullo ſenſu legebatur. Irenæus: Quapropter, inquit, & omnis modo oportere eos ſemper Syzygiæ, id eſt connubij, meditari myſterium. Atqui facit etiam hic locus pro* Matrimonio, *quod* Sacramentum *ſit: nam eodem recidit vox, quam habent Irenæus & Epiph.* myſterium, *ſicuti ſuprà adnotauimus lib. de Præſcript. adu. hær. c. 40. num. 248. maxime quum vtrique adludat ad locum Apoſtoli Epheſ. 5.*

329. nec legitimum veritatis.] Legitimus veritatis, *inquit Rhenanus, vt infrà adu. Marc. lib. 4. obnoxius confuſionis.*

330. deuerſatus.] Deuerſatus, *inquit idem, pro: verſatus. Sic & ſuprà cap. 20.* deuerſatus illic inter arbuſculas & nuceculas, *& infrà cap. 32.* illuc habeo deuertere. *Et aduerſus Marc. lib. 2.* Quatenus & ipſi Deum in figura & in reliquo ordine humanæ conditionis deuerſatum iam credidiſtis.

331. & quid facient ſpadones, quos videmus apud illos?] *Videtur quidem prima facie iſtud non conuenire cum Iren. ſed ille non negat etiam apud Valentinianos inueniri ſpadones, ſed dumtaxat non neceſſariam illu continentiam. Sicenim habet Iren. Nobis quidem, quos Pſychicos vocant, neceſſariam eſſe continentiam, ſibi autem ſpiritalibus & perfectis vocatus nullo modo.*

Cap. xxxi.

332. Supereſt de conſummatione & diſpenſatione mercedis.] *Quum verba hæc titulum capitis indicent, alio non eſt opus. Latiſſimè autem impugnat Iren. quæcunque hoc & ſequenti capite commemorantur ex Valentinianorum ſententia, lib. 2. c. 50. 51. 52. 53. & 54.*

333. Vbi totam meſſem Achamoth ſui ſeminis preſſetit.] *Vtitur, inquit Rhenanus, Metaphora fruges maturas demetentis, & quod demeſſum eſt, in horreum conuehentis, molentis deinde, & poſtremo in conſperſionem temperantis, donec totum fermentetur. Iren. Quum autem triuerſum ſemen, inquit, perfectum fuerit. Hæc verba Tertull. per copiam extendit, ſic dicens:* Meſſem preſſetit, *vt Virgilius:*

-- & ruris opaci

Falce premes vmbram. - *& alibi:*

Quod ſupereſt, quæcumque premes vitgulta per agros.

334. & defatinatum in conſperſionis alucaria abſconderit.] *Accipitur, inquit idem, alueare pro vaſe piſtorio cano, in quo fit conſperſio, hoc eſt, farina aqua conſpergitur & temperatur. Porro:* defarinatum, *eleganter dixit de ſemine per molarem comminuto.*

335. runc conſummatio vrgebit.] *Iren. paulò ſuperius:* Conſummationem *verò dicunt futuram, quum formatum & perfectum fuerit ſcientia omne ſpiritale, hoc eſt, homines qui perfectam agnitionem habent de Deo, & hi qui ab Achamoth inuitati ſunt myſteria. Eſſe autem hoſ ſemetipſos dicunt Valentinianos. Similiter etiam dicit lib. 2. cap. 5.* In conſummatione (*ſic lege, pro:* conſummationem) *dicentes ipſorum matrem in Pleroma regredi, & recipere ſponſum ſuum Saluatorem. Hoc eſt enim quod ſequitur.*

335. Igitur imprimis ipſa Achamoth, &c.] *Dixit, inquit Rhenanus, de conſummatione, nunc incipit agere de diſpenſatione mercedis.*

337. de regione medietatis.] *Nam, inquit idem, ſuprà (capite nempe 23. & in ſchemate initio huius libri) habes de arcibus*

singularem potestatum, vbi disputat quibus finibus collo centur: Inferius illum, *inquit, hoc est Tricenarium Pleromatis inhabitatorem*, metatur mediet atem Achamoth.

338. de tabulato secundo in summum transfettur, &c.] Tabulati secundi, *inquit idem, nomenclatura, medietatis regionem intelligit, vt summi vocabulo ipsum Pleroma.*

339. & ſtatim excipit compactitius ille Soter ſponſus, &c. *Stio, inquit idem (quale quid & ego de me velim Lector æquus iudices) religiosè verſandum esse in monumentis veterum Auctorum, nec temerè aueſtatim mutandum quod non intelligas, & hic meus eſt mos. Tamen non potui mihi temperare, quin hic pro:* compactius *ſcriberem:* compactitius ille Soter, *cum quod Compingendi verbo ſuprà de Sotere loquens Tertull. vtitur cap. 12.* Pulcherrimum, *inquit*, Pleromatis fidus, fructúmque perfectum compingunt, *tum quòd Iren. Saluatorem, inquit, qui eſt ex omnibus factus. Quòd ſi cui magis adridet* compactius, *reponat id in libro ſuo. Nec ſine cauſſa admonet Lectorem. Ceterum quod hic Tertull. narrat, expendi at hic verbis Iren. Quum autem, inquit, vniuerſum ſemen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipſorum tranſire de medietatu loco dicunt, & intra Pleroma introire, & recipere ſponſum ſuum ſaluatorem, qui eſt ex omnibus factus, vti ſæpe ſuprà ſaluatoris & Sophiæ, quæ eſt Achamoth.*

340. Hic erit in ſcripturis ſponſus, & ſponſalis, Pleroma.] *Horum verborum rectè hunc ſenſum Rhenan. reddit: Quotiès in ſacris litteris* ſponſi mentio *fiat, hunc Sotera venire intelligendum ſecundum nenias Valentini, præterea quotiès* ſponſalis *lecti ſiue thalami nomen occurrat, ipſum* Pleroma *accipiendum. Verbi gratia, apud Pſalmographum legimus: Tamquam* ſponſus *procedens de thalamo ſuo. Hoc ſtatim interpretarentur Valentin. de Sotere procedente de Pleromate. At apud Irenæum paulo alter ſcriptum eſt: Et hoc, inquit, dicunt eſſe ſponſum & ſponſam, Nympho nem verò vniuerſum Pleroma. Sed de* Nymphone *latius infrà cap. ſequ.*

341. Credas, &c. Leges Iulias interuenire.] *Iocus eſt, inquit idem, Tertull. putantis, ni* Leges Iuliæ *de adulteriis, & de vi publica ſeu priuata obſtriſſent, verendum fuiſſe ne Achamothe de rabulate inferiori in ſummum Pleromatis tabulatum tranſeunti, intertam procaces angelos, vitium offerretur, ſiue ſtuprum accideret, aut ſi aliqua inferretur. Nam quum puellæ nuptui adhuc inde deducuntur etiam raptus periculum incurrunt. Id quod accidit Annæ Britannicæ, Franciſci Ducis vnicæ filiæ, quæ Maximiliano Cæſari deſponſata erat. Porrò* Lex Iulia *de adult. coërcendis, non ſolum temerarios alienarum nuptiarum gladio punit; ſed & eos quicum maſculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem* Lege Iulia *etiam ſtuprifflagitium punitur, quum quis ſine vi vel* Veronem, *vel Viduam honeſtè viuentem ſtupruerit. At* Lex Iulia *de vi publica ſeu priuata, aduerſus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel ſine armis commiſerint. Ex Inſtitut. Iuſtinianei lib. 4. tit. de Publicis iudiciis. Idem habet C. lib. 9. tit. Ad* Legem Iuliam *de adult. & de ſtupro. Et alio tit. Ad* Legem Iuliam *de vi publica ſiue priuata.*

342. ſicut & Cainam.] *Neſcio, inquit idem, an ſignificet legem Caij Pompeij Strabonis, qua Veteribus incolis Tranſpadanis, aut Latij dedit, quod ceteras colonie Latine habebant, vt petendi magiſtratus, & ciuitatis Rom. iuſ adipiſcerentur. Ceterum Achamoth de exteriori inferiorique habitate, quod ſub Pleromate erat conſtitutum, intra ipſum Pleroma tranſient, indigebat certè priuilegio aliquo, vt ſublimiorib. dignioriſque loci fieret capax. Aliàqui pœna Legis Viſcellia etiamnda erat, de qua habet C. lib. 9. tit. ad Legem Viſcell. Atqui MS. 3. Vatic. ed. legunt:* Caniam.

343. Et Demiurgus tunc de hebdomade ſubcœleſti.] *Sic Tertull. hic & Iren. loco ibi citato, caſtigandum, pro:* cœleſti, *ſuprà monuimus c. 23. nu. 259.*

344. in ſuperiora mutabit.] Mutabit, *inquit Rhenanus, abſolute Irenæus: Demiurgus verò, inquit, tranſire dicunt, & ipſum in matris ſuæ Sophiæ locum, hoc eſt, mediet atem. Addendo autem* in vacuum cœnaculum matris, *exponi, quid intellexerit per illud:* in ſuperiora. *Erat autem* vacuum, *nam mater Achamoth in Pleroma aſcenderat. Quid? quòd etiam mediet atis ille locus Cenosis, id eſt:* vacuum, *immò* vacuum Epicuri *appenetur ab Iren. & Tertull. vti ſuprà eſt adnotatum c. 14. nu. 161.*

345. ſciens iam nec videns illam.] *Senſus eſt, inquit Rhenanus, Antequam fores illuminatus à Sotere, & antequam tranſiſſet in tabulatum Achamothæ matris Demiurgus, ignorabat eam matrem ſuam; ſed poſt illam illuminationem, & aſcenſum in ſuperius cœnaculum, tum primùm intellexit ſe habere matrem; quam tamen non videbat, quippe quæ ſe receperat iam intra Pleroma.*

346. Nam ſi ita erat ſemper, ignorare maluiſſet.] *Idem hunc hmius ſenſum ita reddit: Si vel in Demiurgi manus fuiſſet, maluiſſet matrem ſuam Achamothiam ſemper ignorare. Valde enim ſibi placebat, atque ſuperbiebat, exiſtimans ſe ſolum Deum eſſe, & quicquid faceret, à ſemetipſo facere. Poſtquam autem omnia à Sotere eſſe edoctus, & in tabulatum matris Achamothæ aſcendit, cognouit ſe veribus matris adiutum, quam tamen non videbat in ſuperius Pleromatis domicilium tranſlatam. Inde demittebat animum, qui ſola opinione beatiſſimus, potentiſſimus, ac glorioſiſſimus ante Deus fuerat.*

Cap. xxxii.

347. Humana verò gens, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De exitu ſeu diſpenſatione mercedis triplicis hominis. *Repetitur autem pluribus, quod ſuprà tribus verbis dixerat c. 26. & latè refutatur ab Iren. locus ſuprà citatus num. 332.*

348. Choicæ & materialis nora in totum interitum.] *Sic lego, addito:* in, *quod ſubintelligi ſcripſit Rhenan. quòd adiutare:* totum *dici propter corpus & animam. Alioqui dimidiatus tantùm eſſet interitus. Iren. Et* Choicum *quidem in corruptelam abire dicunt. Nam ſit mox &* corporis & animæ *mentio.*

349. Et anima mortalis apud illos, &c.] *Quòd anima mortalis non ſit, non vno in loco tractat Auctor lib. ſequ. de Anima, quæ Lectorem remittimus.*

350. Iuſtorum animæ, id eſt noſtræ, &c.] *Irenæus:* Iuſtorum *quoque* animas, *inquit, refrigerare & ipſas in mediet atu loco. Nihil enim Pſychicum intra Pleroma tranſire. Vbi Irenæus, inquit Rhenanus, interpret verbum:* Refrigerare, neutraliter *accipit hoc abſolutè. Qui etiam rectè explicat illud:* qua cenſus, &c. *id eſt, ſecundum eum cenſum, ſecundum quem* nihil animale in Pleromatis palatium admittitur.

351. Illic itaque primò deſpoliantur homines ipſi, &c.] *Hoc dicit, inquit idem, ne quis de ſpoliatione corporis intelligat. nam & ſubiungit:* deſpoliati eſt autem deponere animas, &c. *in quo Valentiniani, quod abſurdum eſt*, animas à ſpiritibus diſtinguebant. *Verum maximè illam blaſphemiam impugnat Iren. libro 2. num. 32. & 33. quòd animas ſuas ſeu ſpiritus meliores facerent Demiurgo, id eſt Deo creatore. Sive autem legas:* diſpoliati *hic & poſtea ſine:* deſpoliati, *perinde eſt, nam variant etiam 3. MS. Vatic. ed.*

352. Tunc illi Sabinas raptas, &c.] *Senſus eſt, inquit idem, Angelis fore animas, quod iuuentuti Romanæ erant Sabinæ, videlicet vxorum loco. Liu. libro 1. Decad. 1. ſcribit, quum recens à Romulo condita vrbs Roma eſſet, & penuria mulierum laboraret, nolentibus finitimis ſanguinem & genus miſcere cum Romanis, quos timebant, ludos ex vidiſtria parátes Neptuno equeſtri ſollemnes, ad quorum ſpectaculum* Sabinorum, *inquit, omnis multitudo cum liberis ac coniugibus venit. Quum Indi celebrabantur, deditaque eo mentes cum oculi erant, tum ex compoſito vrea vi, ſignóque dato iuuentus Rom. ad capiendas virgines diſcurrit. Magna pari fortè, vt in quem quæque incidebat, rapte; quas ſilam formæ excellentes primoribus patrum deſtinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant.*

353. Hæc erit ſpiritalium merces.] Spiritalium, *interpretatur idem, hoc eſt, Valentinianorum, qui ſpiritale illud ſemen ſibi ſolis vendicant. Eſt autem Ironia.*

354. vt Marcus aut Caius.] *Etiam hoc ad phraſin Sotereuſſultorum pertinet, de qua ſuprà Tom. 1. Apolog. cap. 3. num. 37. & cap. 48. num. 607. Quò pertinet etiam illud:* pater, auus, proauus.

355. & hæc omnia.] *Senſum hunc reddit Rhenan.* Fabu-

læ tales vtiles, vt tu qui Marcus vocaris aut Caius, *hæc tibi imminere post fata scias*; *vt quamquam in vita fueris barbatus (quod viri, non mulieris indicium est) & quamquam existeris seruus inarmis, ipse videlicet libidinis, & castitatem tuam vxoris que seruans, licet etiam fueris seruus pater, seruus mater, seruus & grauis prouinus, ad virtutem inquam institutis liberis atque nepotibus*; *licet præterea sis masculus, cuius concubitum omnium gentium leges prohibent, quod vnum ad excludendam ipsam consuetudinem sufficere debebat*; *licet inquam hæc omnia quæ modo retulimus fueris in vita, nihilominus futuram scias, vt intra Nymphonem Pleromatis, non obstante loci reuerentia ab angelo compellare, & forsitan ex eo complexu vterum ferens, partus aliquem nouellum Æonem, qui tibi vsui esse possit, & famulis obsequium præstare.*

356. in Nymphone Pleromatis.] *Omninò sic hunc locum castigaui ex Epiphanio, secundum quod etiam Fein-ardentius & Billius in Irenæo, pro eo quod erat*: Symphone. *Neque enim concentus, quod hæc vox significat, vlo modo ad institutum facit, sed optimè quadrat* γυμφὼν, *id est, thalamus nuptialis, quippe quum adluderent Valentiniani ad illud Christi*: *Numquid possunt filij sponsi lugere, vbi legitur* γυμφὼν.

357. tacendo iam dixi.] *Apostrepsis est, inquit Rhenanus, deest enim*: *patiaris aliquid turpe. Sic apud Pœtam*:

Nouimus & qui te.

358. aliquem Onesimum Æonem.] *Hoc est (eodem exponente) aliquem nouellum ac pueilum Æonem*; *vt lem tibi futurum ministrum*; *nam in Pleromate Valentiniano tantum Æones generantur. Significat autem* ὀνήσιμος *Græce, vtilem.*

359. pro face & flammeo.] *Iocatur, inquit idem*; & *adducit ad veterem Romanorum morem, quo nouam nuptam tres pueri patrimi & matrimi, id est, quorum pater & mater adhuc erant in vita, deducebant, vno facem ex spina alba præferente, duobus reliquis nubentem tenentibus. Auctor est Festus Pompeius, facem in nuptijs in honorem Cereris præferri soliuam, & aqua spargi nouam nuptam, siue vt casta purgari, ad virum venire, siue virginem atque aquam cum viro communicare. Amicitur autem, vt idem tradit, flammeo nubens, eminis boni caussa, quòd eo assiduè vtebatur flaminica, id est*: *flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Apud eundem legimus hunc esse nuptiarum & nuptæ vocabula nata, quòd nubentis caput flammeo obuelueretur, quod antiqui obnubere vocabant.*

360. Tunc credo ignis ille arcanus, &c.] *Iren. His autem factis ita, qui latet in mundo ignis, exardescens, comprehendens vniuersam materiam consumit. Et ipsum simul consumptum, abire dicunt in id, vt iam non sit. Adludebant ad ignem conflagrationis post iudicium, cuius mentio fit 2. Petri. 2.*

361. Sed næ ego, &c.] Næ *inquit Rhenanus, Græcum ad firmandi Aduerbium, quo Latini Auctores etiam vti solent, nempe, vt alibi etiam adnotauit, pro*: certè, profectò. Achamoth autem filius Demiurgus *intelligitur.*

362. ne Philetus irascatur, ne Fortunata acerbetur.] *De Æone, cui nomen* Teletus *seu* Philetus, *vide supra nu. 87. & 98. De* Fortunata *sine Macaria, secundi Monogenis coniuge, num. 86 quare etiam hic legas*: Fortunata, *pro*: fortuna.

363. vbi post excessum omninò non nubitur.] *Sine* nubitur *legas cum exc. sine*: obnubitur *cum 3. MS. Vatic. cod. perinde est.* Excessus autem, *inquit Rhenanus, pro morte. Sic & Sueton. loquitur. Cicero solet addere Ablat. vita, vel è vita. Vt cùm in Orat. dicit: Sed ad eos, si placet, qui vita excesserè, reuertamur. Adludit autem ad illud Christi: In futuro sæculo neque nubent, neque nubentur.*

364. vbi superindui potius, quàm despoliari.] *Hic adludat ad illud 2. Cor. 5. eo quod nolumus spoliari, sed super vestiri.*

365. sexui meo deputor, &c.] *Quòd sexum in resurrectione seruaturi simus, latius deducit infrà sub finem lib. de Resurrect. carnis*; *vbi huc etiam adludere videtur, his verbis inter cetera, cap. 59.* & ipsi Valentiniani hîc errare didicerunt, nec alia erit forma nationum credentium, nisi quæ & non credentium, de carne, de anima. *Quorum tacitæ obiectioni postea respondet, cap. 62. dicens*: Non dixit: Erunt angeli, ne homines negaret; sed tamquam angeli, vt homines conseruaret. *Hoc est enim quod hic additur*: non angelus, non angela.

Cap. xxxiii.

366. Producam denique, &c.] *Caput hoc inscribimus*: De emendatoribus Ptolomæi, qui Bytho duas adtribuebant coniuges. *Quod ipsum etiam Auctor de sumpsit ex Irenæo lib. 1. c. 6. Vbi magis placet illud vet. Interpretis*: Hi verò qui sunt circa Ptolomiæum scientiores; *eo quòd hic sequatur*: ab emendatoribus Ptolomæi, *quam quod Billius*: Ptolomæus verò *quid id ad verbum transtulit ex Epiphanio hær. 33.*

367. veluti Epicitharisima post fabulam.] *Quum fabulæ, inquit Rhenanus, recensebantur olim publicè, ad demulcendos spectatorum animos, qui tædio longæ narrationis iam languebant, in fine prius quàm dimitterentur, citharœdus aliquis prodibat. Sapiè autem Prouerbium*: veluti Epicitharisima post fabulam. *Significat autem hîc fabula Comœdiam, seu Mimum. Dicitur* ἐπιτκιθάρισμα, *sicut* ἐπιτκώμιον, *aut* ἐπιτφώνημα.

368. ab emendatoribus Ptolomæi, &c.] *Hinc patet verum esse quod supra diximus cap. 4. num. 29. omnia quæcumque hoc libro hactenus conformiter Irenæo adducta sunt, fuisse ex sententia non tam Valentini, quàm* Ptolomæi; *atque adeò puto potius inscriptum hunc librum*: Aduersus Valentinianos, *quam*: Aduersus Valentinum; *nam hic qui aliter sentiunt* emendatores Ptolomæi, *vocat* discipulos super magistrum, *vbi adludit ad illud Christi (etiam adnotante Rhenano)*: *Non est discipulus super magistrum.*

369. qui duplex coniugium Bytho suo adfingerent &c.,] *Rursum lege*: Bytho, *pro*: Bythio, *iuxta quod supra latius adnotaui cap. 7. num. 58. Similia autem ad loc huius intellectum Iren. verba hæc citat Rhen. Hi verò, inquit, qui sunt circa* Ptolomæum *scientiores, duas coniuges habere* Bythion *dicunt, quæ & Dispositiones vocant*, Ennœan & Thelesin. *Primò enim mente concepit quid emittere (id est: aliquid emittere) sicut dicunt, deinde voluit. Quapropter duobus his affectibus & virtutibus, id est, Ennœæ & Thelesi, velut commixtis mixtem, emisiio Monogenis & Alethiæ secundum coniugationem facta est. Quos typos & imagines duorum affectuum Patris adgressæ esse insubsilium visibilei: Thelematis quidem Nun, Ennœas autem Aletheian. Et propter hoc aduentitiæ voluntatis masculus est imago, innatæ verò Ennœæ fœmininus, quoniam Voluntas velut virtus facta est Ennœa. Cogitabat enim Ennœa semper emittionem, non tamen & emittere ipsa per semetipsam poterat quæ cogitabat. Quum autem Voluntatis virtus adueniit, tunc quod cogitabat, emisit. Hactenus ille. Porrò vice commentarij ista nobis erunt ad intelligenda quæ Tertull. profequitur. Lego autem cum Interpret. Epiphan. apud Irenæum*: masculà imago, *pro*: masculus; & *fœmina, pro*: fœmininus.

Cap. xxxiiii.

370. Pudiciores alij, &c.] *Titulum huic capiti damus*: De alijs qui aut nullum aut vtrumque sexum Bytho tribuût. *Quod desumpsit Auctor ex calce 5. cap. lib. 1. Iren. Sine autem legas cum exci.* Pudiciores, *sine cum 3. Vatic. MS. cod.* Pudiciores, *perinde est, Lego vero ex ipsdem*: coniugij, *pro*: coniugis, & *rursum* Bytho, *pro*: Bythio. *Nam & conformiter Irenæo*: *Etenim, inquit, de ipso* Bytho *varie sunt sententiæ apud eos. Quidam enim sine coniugatione dicunt eum neque masculum neque fœminam, neque omninò aliquid esse. Quæ ipsius verba etiam descripsit Epiph. hær. 32. vbi de Secundianis agit.*

371. Alij contrà magis & masculum & fœminam, &c.] *Irenæus*: *Alij autem, inquit*, & masculum & fœminam *dicentes esse, Hermaphroditi generis ei donant. Atque etiam ipsud vbi descripsit Epiphanius.*

372. Lunenses.] Luna, *oppidum Hetruriæ celebratur à Plinio, lib. 3. cap. 5. qui & alibi Lunense marmor commendat, etiam*

Universitatum. A Ptolomæo etiam l. 2. c. 5. eiusdem nominis promontorium in Lusitania. Fortasse ab illo Lunenses *vocantur populi illi, de quibus mox sequentia verba Plinij.*

373. Hermaphroditum.] *Plinius, inquit Rhenanus, lib. 7. cap. 3. de prodig. partubus: Gignuntur, inquit, & utriusque sexus, quos* Hermaphroditos *vocamus olim Androgynos vocatos, & in prodigij habitos, nunc in delicijs. Idem in lib. 11. Contrà mulierum, inquit, paucis prodigiosa assimulatio. Sicut* Hermaphroditis *Verùs quæ sexus, quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatu primùm arbitror. Ostentabat certè* Hermaphroditas *subinde carpento suo equas, in Treuerico Gallie agro repertas, ceu plane vsenda res esset, principem terrarum insidere parentes. Hæc enim ille. Quibus adiunge quod suprà ad illud cap. 10.* fœminam are *adnotauit idem Rhenan. de Orphei versiculo apud Apul. lib. de Mundo:*

Iupiter & mas est, & nescia fœmina mortis.

Huc etiam adludit Damas. lib. de hæres. Hermaphroditos *ex parte Veneris natos esse dicunt, quos etiam Deos ex fœculo esse pronunt.*

374. Annalium Commentator Feneſtella.] *Ex* Feneſtella *(qui alijs* L. Feneſcella*) multa desumpsisse se fatetur Plin. lib. 1. nat. hiſt. citat etiam nominatim l. 33. cap. 1. &* Annales Feneſtillæ *à Nonio citantur in vocabula: Præsente. Meminit etiam Plutarchus in vita Sylla, Gellius alicubi, & Vlpianus.*

Cap. xxxv.

375. Sunt qui nec principatum Bytho defendunt, &c.] *Caput hoc inscribimus: De alijs qui Bythum post* Ogdoadem primâ collocant. *Quod etiã habet ex Iren. sub finem ca. 5. lib. 1. Legimus autem rursum.* Bytho, *pro:* Bythio. *Solet autem (inquit Rhenanus) loqui Tertull.* Defendete aliquid alicui, *vtin lib. de resurr. carn.* Corruptionem, *inquit,* perpetuam veteri defendat.

376. Postumum.] Postumus *est (inquit Rhenan.) qui patre iam humato, post mortem eius nascitur. Hinc* postumare *verbum ipse deducit in lib. de Resurr. carn. pro: posteriorem esse, vt quum dicit:* ordine postumat. *At hoc* postumatus *verbale nomen inxta quartam declinationem, pro partibus nõ primis secundum tempus, sine posteriorsitate, Vt vsurpem vulgare, sed barbarum vocabulum.*

377. Ogdoadem ante omnia præmittentes.] *Iren. Alij autem, inquit, rursus ipsorum primam & archegonen octonationem hoc nominibus nominauerunt. Primum* Proarchen, *deinde* Anennoëton, *tertium autem* Arrheton, *& quartam* Aoraton. *Significat autem* ἄῤῥητος *ineffabilem. Et de prima quidem Proarche emissum esse primo & quinto loco Archen; ex Anennoëto, secundo & sexto loco* Acatalepton; *& de Arrheto, tertio & septimo loco* Anonymaſton; *de Aorato autem quarto & octauo loco* Agennneton. *Pleroma hoc primæ* Ogdoadis. *Hæ volunt virtutes fuisse ante Bythum & Sigen, Vt perfectorum perfectiores appareant, & Gnosticorum magis Gnostici viri. Vbi (inquit Rhenan.) interpres Irenæi Gentianus non mutauit in Ablatiuus, verbum ad verbum nimia religione exprimens. Atqui est etiam M. 5. 3. Vatic. cod. legant* Arcteton, *rectè ex Irenæo substituit idem Rhen.* Arrheton. *Cuius & aliarum Graecarum vocum harum interpretationem Latinam habes suprà in Anonym. Catalogo post Argumentum nostrum, potissimum ex Interprete Epiphanij. Nam etiam hæc ex Iren. nominatim adfert hæc 32.*

Cap. xxxvi.

378. Quanto meliores qui totum hoc tædium amoliri, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* De ijs qui vno partu Ogdoadem ex Bytho & Ennœa volunt produ*ctam. Quod rursum desumpsit ex cap. 6. lib. 1. Iren.* Qui autem, *inquit,* prudentiores, &c. *Porrò sua ex Græco versione Abb. Billius istam opinionem* Colorbaſo *adtribuit, quemadmodum etiam Epiphan. hær. 35. etiam Colorbasum à Ptolomæi radice ortum hæc dixisse. Addit præterea Iren. quod Auctor non habet: Etiam non ex Logo & Zoe Anthropon & Ecclesiam, sed ex Anthropo & Ecclesia Logon & Zoën.*

379. per gradus reuera Gemonios.] *Adludit (inquit Rhenan.) ad scalas* Gemonias *sontium supplicijs infames, quæ erant in Auentino, in declinatorij regione vrbis.* Graduum Gemoniorum *meminit Plin. lib. 8. cap. 40. Sed supra omnia in nostro æuo Actij populi Romani testimonium, Appij Iunij & P. Silij Coss. quum animadvertere tur ex causſa Neronis, Germanici filij, in Tiberium & ſeruitia eius, vnius ex his carnem nec à carere vbij potuisse, nec à corpore recessisse abeſſo in* gradibus Gemonijs, *mœſti adenem Iulianæ.*

380. ſtructum.] Structum, *inquit idem, frequenter vsurpat pro constructe, siue exſtructo; vt in lib. de Carne Christi:* Caro igitur Christi de cœlestibus ſtructa. *Item in lib. de Resurr. carn.* Ex quibus homo ſtructus est. *Vide similes locos suprà To. 2. lib. de Patient. cap. 3. num. 22. Huc pertinet etiam verbale nomen* ſtructus, *pro structione vel situatum Auctori insrà lib. de Animæ, c. 18.* animæ ſuggeſtum & ſtructum.

381. mappa (quod aiunt) missa.] *Vide hæc de re suprà dicta T. 2. l. de Spectac. c. 16. nu. 143. & aliquid etiam in Prolegomenis, eo quòd Auctor tamquam Prouerbialis formula vtatur.*

382. semel octoiugem iſtam ex Patre & Ennœa, &c.] *Iren. numerum certum non addit, Epiphan. rectius: semel sex seculorum emiſſionem, & c. Neque enim plures hic Æones quàm sex recenſet à Patre & Ennœa producti. Tertull. verò illos vnà numerat. Corrigendus autem Epiphanius, Vt legatur: sed velut alij volunt, &c. pro: aut. Legimus autem ex patre, pro eo quod corruptiſſime serpserat: ex parte, non obstante Rhenani castigatione. Nam Iren. habet:* Ex Propatore, *& mox sequitur:* patet dictus est. Ennœan *verò etiam suprà cap. 7. num. 62. vocat Auctor Sigen Bythi coniugem, vt non sit opus, id nominis sectatoribus Ptolomæi dumtaxat adscribere, quibus hanc opinionem Iren. tribuit.*

383. Cogitauit proferre, hoc pater dictus est, &c.] *Iren. Quando aliquid voluit, inquit,* proferre, hoc pater *vocatus est. At vbi quæ emiſit, vera fuerunt, hoc* Aletheia *vocatum est. Quum autem voluit semetipsum ostendere, hoc Anthropos dictus est. Quo autem præcognitam, postea quàm emiſit, hoc Ecclesia vocata est. Locutus est Anthropos Logon, hic est primogenitus filius. Subsequitur autem Logon Zoë. Et sic prima octonatio completa est.*

384. probari.] Probari *(inquit Rhen.) pro approbari, id est: probabilem ostendi, siue sentiri, percipique, quo verbo Cicero sic vtiſolet. Pro:* præcogitauit, *quod habent Iren. & Tertullian. loca Epiph. Interpres: prædelegit, Græce est:* προεδοκίμασεν. *Atqui M. 5. 3. Vatic. cod. legunt:* Sed hoc tædium non puſillum. *Verùm placet exc. lectio.*

Cap. xxxvii.

385. Accipe alia ingenia, &c.] *Titulum huic capiti damus:* De alio qui primo loco collocabat Solitatem & Vnitatem, Monada & Vnionem: *Quod rursum desumpsit ex cap. 5. li. 1. Iren. Alius verò quidam, inquit, qui & clarus est magisterijsorum, in magis sublime, & quasi in maiorem agnitionem extensus, primam quaternionem dixit sic. Quæ verba mirum est ab Abb. Billio præterm issa esse, quantum apparet, quod mutilus ipse Græcus codex. Aqui hunc quidem Epiphanem vocat Epiphanius, Carpocratis nempè filium, cui Secundus Valentinianus successit; sed tamen eius potius sectatoribus, quàm ipsi hanc opinionem tribuens. Tradunt præterea, inquit, etiam in, velut ad maiorem cognitionem ex scientia progressi, primam quaternionem sic, &c. Etcetera quum addat Auctor: qui ex sua Pontificali auctoritate, pitio potius eum loqui, & proinde etiam Irenæum, de aliquo Epiphanio sectatore, quàm de ipso Epiphane, vtpotè qui (velipse Epiphanio teste) xxvj. ætatis anno e vinis excesserit, & sic ad Pontificatum promoueri non potuerit.*

386. cicuria Enniana,] *Ita nunc primum lego, pro:* Circuriniana, *ex castigatione eruditiſſ. viri D. Io. Harrisij Angli, vnce compositæ e cicur, & Ennianus, vt Auctor hic noſter ita apellauerit per Ironiam* ingenia *vafra & callida. In quam opinionem & ipsum & me adduxerunt hæc verba B. Hieronymi lib. 2. adu.*

Rufinum:

Rufinum: Sed nos, inquit, simplices homines & cicures Enniani, nec illum sapientiam, nec suam qui interpretatus ei, intelligere possumus. Super quo loco Marianus Victorius ita disputat, quod rudes homines describat Ennius ex agresti bus primis illis temporibus mansuefactos, quales fuerunt Osci, quorum ipse linguam didicit; quam quum Græce Latinæque adiunxisset, propterea trisyllabe se corda (vt ait Gell.) gloriabatur. Forsitan (vt & meam conjecturam adiungam) ita loquitur Tertullianus, quod stylo grauis & sesquipedali, qualis Ennius, vteretur si quem his intelligit. Nolus interim præremittere conjecturam Rhenani, qui sic habet: Fortassis Lyncuriana *scribi debet. Nam quum hic de ingenij perspicacitate fiat mentio, non inepte prorsus* Lyncurianum *quadrabit, à Lyncurio lapide deductum (vocabulum, quam gemmam carbunculo similem tradit esse Plinius, & igneo colore fulgere. Vbi occulta allusio quoque sit ad Lynceum illum, saxa & arbores oculorum acie penetrare solitum. Non aliter enim Episcopus iste, cuius nomen etiam Irenæus obticet, ipsum Pleroma penitius inspexit, quàm Lynceus terram visu penetrabat, & remotissima quæque perinde ac ante se posita cernebat. Hanc conjecturam, inquit ille, meam nolus studiosus celare; tamen nihil est in contextu mutatum. Quo denique adijcit & illud: Ceterùm fieri potest vt ad* Circuitianum *aliquem sui temporis & regionis hominem alludat. Verùm prius illud magis placet, quòd supra cap. 7. sic loquatur:* Primus omnium Ennius Poëta Romanus, cœnacula maxima cœli simplicitèr pronuntiauit.

387. Est, inquit, ante omnia Proarche, &c.] *Iren. Est quidem ante omnia (sic lege ex Græco Epiph. pro, omnes)* Proarche *proanennoëtos, & inenarrabilis, & innominabilis, quam ego Monotetem voco. Cumhac Monotete est virtus, quam & ipsam voco Henoteten. Henotes & Monotes quum sint vnum, emiserunt, quum nihil emiserint. Principium omnium Noëtos, & agenetos. aoraton. Quum Archen sermo Monada vocat. Cum hac Monade est virtus eiusdem substantiæ, quam & eam appello Hen. Hæc autem virtutes, id est, Monotes & Henotes, & Monas, & Hen, emiserunt reliquas emissiones Æonum.*

388. Mutctur Vnio & Vnitas, &c.] *Iubet (inquit Rhenan.) priorem ordinem inuerti. Et simul inuertit, nec dicit exstare differentiam. Illud autem: &* suum Solitas *accipit* ἀποφατικῶς, *vt sit* suum Solitas, *id est* eius Epiſcopi *vocabulum, de quo loquitur. Dicit autem:* suum, *propterea quòd hoc nomen ad Monoten (id enim significat, non Monada) exprimendam esset confictum.*

Cap. xxxviii.

389. Humanior iam Secundus, vt breuior, &c.] *Caput hoc inscribi posse videtur:* De Secundo, qui duas Tetradas diuisit in dextram & sinistram, lumen & tenebras. *De quo, & item alteraeius diuersitate:* de virtute defectrice *vide supra lib. de Præscript. aduhæret. cap. 49. hær. 13. num. 316. De sumpsit autem etiam vtrumque hoc ex Iren. lib. 1. cap. 5. paulo ante præcedentia. Cui correspondent Epiph. hær. 32. & Theodoret. Vbi supra. quorum ille, latè refutat appellationes has* dextræ & sinistræ, *ac luminis & tenebrarum. Falsa est autem etiam* Secundi *mentio supra cap. 4. num. 31.*

390. Ogdoaden in duas, &c.] *Iren. sic: Secundus autem* Ogdoadem *(omitte: primam cum Billio & Tertull.) sic tradidit, dicens: Quaternionem esse dextram, & quaternionem sinistram, & lumen & tenebras.*

391. Tantùm quòd desultricem, &c.] Desultricem *(inquit Rhenan.) intelligit, inconstantem & instabilem. Pro quo apud Iren. habetur: discedentem (salem Græcè, & sicuti castigandus est) expone etiam hìc* desultricem, *id est, secedentem à reliquis Æonibus, & Sophiam accipe Telesi coniugem, quæ propter inquisitionem patris magnum adiens diserimen, tandem nobis Euthymius seu Achamothiam peperit. Atqui lego ex eodem Iren. & Epiphan. ac aliis:* non vult ab aliquo xxx. Æonum deducere, sed à fructibus de subſtantia eorum venientibus, *id est, à posterioribus Æonibus, vti suprà etiam adnotauimus loco citato; addens proinde voces:* triginta, &: coronæ, *quæ desiderabantur. Porrò similiter loquitur Apuleius Madaurensis in tit. de Asini sui: Scientiam, id est, cognitionem linguæ Latinæ, quam è Græcia in Italiam transtulit as didicere as:* desultoriam *appellans: videlicet, quòd de Græcis studijs, inquit Rhenanus, in Latina desilijsset, imperfectè, ac nondum satis confirmatam significare velens. Metaphora ducta ab equestribus desultoribus, qui de equo in equum transiliunt.*

Cap. xxxix.

392. De ipso iam Domino Iesu, quanta diuersitas, &c.] *Verba hæc titulum huius capitis indicant. Quod ipsum etiam desumpsit ex Iren. cap. 7. lib. 1. ab Epiphanio verò peculiariter tribuitur Colorbasijs, hær. 35. similiter & à Theodor. hæret. fab. l. 1.*

393. Hi ex omnium Æonum flosculis, &c.] *Hanc blasphemiam latè commemorauit Auctor, cap. 12. quò Lectorem remittimus; hìc adijcere contenti verba Irenæi: Quidam enim eum ex omnibus nempè Æonibus generatum dicunt; quapropter beneplacitum voc æi, quia vniuersum Pleroma benè configurauerit Patrem.*

394. Illi ex solis decem, &c.] *Iren. Alij autem ex solis decem Æonibus, qui sunt à Logo & Zoe emissi, & propter hoc Logon & Zoen dicitum, parentium (seu potius, vt Billius auita) nomina custodientem, Verùm & hæc blasphemia est. Atqui de decem ipse Æonibus vide suprà cap. 8.*

395. Illi ex duodecim potius, &c.] *Iren. Alij autem, inquit, ex duodecim Æonibus, his qui sunt ab Anthropo & Ecclesia facti, & propter hoc filium hominis se profiteri, velut postgenitum Anthropi. Est vero etiam hæc blasphemia. De* duodecim *porrò Æonibus vide suprà cap. 8.*

396. Alij à Christo & Spiritusancto, &c.] *Iren.* Alij à Christo & Spiritusancto, *ijs (nam sic lego, pro:* eorum) *qui ad firmamentum (vniuersi; id enim addo) Pleromatis emissi sunt, (de hac blasphemia suprà latius c. 14.) factum eum dicunt; & propter hoc Christum vocari, patrie sui, à quo emissus est, retinentem appellationem. Hoc est autem quod dicit Auctor:* iure paternæ appellationis hæredem; *qui hic* vniuersitatem *vocat, quod suprà* Pleroma.

398. Sunt qui filium hominis aliunde, &c.] *Quandoquidem ipsum posteremam blasphemiam de Deo Patre homine impugnet Epiphan. hær. 35. puto eam potius propriè ad Colorbasios pertinere, contra quos ibi agit, præcedentes verò aliorum esse Valentinianorum. Tertullianus sufficit tribus, quod aiunt, verbis eius ab surditatem demonstrare:* Vt quid amplius speres, tu homo, inquam, de eius Dei fide, cui nunc adæquaris?

399. Talia ingenia superfruticant, &c.] *Sine sic legas cum exc. sue cum 3. MS. Vatic. cod. & 1. adit. in margine* superfructificant, *proinde est. Illud tamen magis placet quod lib. sequ. de Anima, c. 27. sic loquatur Auctor:* pariter hominem ex vtraque subſtantia effruticent. *Addens autem ex materni seminis redundantia, semen Achamothianum (inquit Rhenan.) intelligit, de quo multa ante dicta sunt, præsertim cap. 25.*

399. in syluas iam exoleuerunt Gnosticorum.] *Hinc patet* Gnosticorum *principem fuisse Valentinum, de quibus latius infrà Scorp. adu. Gnosticos, num. 2.*

ARGVMENTVM LIBRI DE ANIMA, PER IACOBVM PAMELIVM.

TERTVLLIANVS *antea* DE *solo* CENSV *seu origine* ANIMÆ CONGRESSVS HERMOGENI *(libro qui desideratur, cuius fragmenta habentur Tomo sequ.) hunc de omni statu Animæ Librum conscripsit, vtplurimùm cum Philosophis dimicaturus.*

I. *Imprimis autem, non à Socrate immortalitatem animæ, sed à Deo discendam. Cui enim veritas comperta sine Deo, cui Deus sine Christo, cui Christus sine Spiritu sancto, cui Spiritus sanctus accommodatus sine fidei Sacramento?*

II. *Etsi enim natura pleraque suggerantur, vt etiã ex Prophetis quædã hauserint Philosophi, tamẽ vera quæque aut aliundè ab eis cõmendari, aut aliorsum subornari, sententijs contrarijs alicubi regulæ nostræ.*

III. *Atque vtinam nullas hæreseis oportuisset existere; nihil enim omninò cum Philosophis Patriarchis hæreticorum experiendum foret: quum verò illi de nidoribus Philosophiæ diuersissimis opinionibus purum aërem veritatis infuscent; & illa quibus à Philosophia capiuntur, destruenda, & hæc quibus fideles ab hæresi concutiuntur, retundenda.*

IIII. *Deinde ad institutum accedens, primùm aduersus Platonem Animam natam & factam dicit, vtpotè ex Dei flatu.*

V. *Plures etiam Philosophos, etsi Aristotele & Platone corpulentiam ei auferentibus, corpus Animæ vindicasse.*

VI. *Quod paradoxon etiam Auctor hìc secutus, Platonicorum argumenta, quibus incorporalem Animam adserebant, satis friuole refellit.*

VII. *Immò corporalitatem Animæ ex Euangelio perperàm probare nititur.*

VIII. *Ad alia iterum Platonicorum argumenta respondens.*

IX. *Quidẽ quòd effigiem quoque Platone nolente (refutante etiam B. Augustino) non vereatur Animæ quamtumuis immortali adfingere; eámque coloris aërei & lucidi.*

X. *Rectiùs deinceps vnum esse docet Animam & Spiritum, viuere & spirare; vel ex eo quod adflatum fidei pertinet, simplicem Animam determinare secundum Platonem.*

XI. *Ita tamen Spiritum Animam dici, vt neque Dei spiritus sit, quod videbatur Hermogones sentire, neque spiritale nescio quod semen Valentinianorum Animæ collatum sit.*

XII. *Animum itẽ ab Anima non separari, vtpotè qui non aliud quã suggestus siue ornatus sit Animæ quo sapit: idque contra Anaxagoram & Aristotelem, quorum ille cõmiscibilem, iste passibilẽ animũ negabat.*

XIII. *Quod etiam inde probat; quòd principalitas Animæ, non Animo tribuatur; etiam Animam Deus semper adloquatur, non Animum.*

XIIII. *Quum autem diuiditur Anima in partes à Platone aut alijs, vires & efficacias & operas diuersas intelligi, sicuti de quibusdam etiam Aristoteles iudicauit; vtpotè etiam ipse cum alijs pleriſque vnitatem Animæ agnoscens.*

XV. *Hegemonicon interim, id est, summum in Anima gradum sapientialẽ, contra quàm sentiebant Asclepiades & Dicæarchus, cum Platone & Aristotele agnosci etiam à Christianis, idque in recessu cordis.*

XVI. *Ad fidem quoque pertinere, quòd Plato partitur Animam per rationalẽ & irrationalem; ita tamen vt naturæ primæuæ deputetur rationale, irrationale verò transgressioni; non tamen placere irrationalis distinctionem in indignatiuum & concupiscentiuum, quòd vtrumque etiam Christo & rationali animæ competat.*

XVII. *Etiam in hoc non probari Platonem & Academios, quòd sensualitatem quinque sensuum irrationalem pronuntient: neque enim licere sensus istos in dubium reuocare, ne & in Christo de fide eorum deliberetur.*

XVIII. *Neque audiendos hæreticos, qui non aliter quàm suas Plato Ideas, intellectualia faciunt veritates, sensualia verò imagines veritatis dumtaxat; sed perinde Animã per corpus corporalia sentire, quemadmodum per animum incorporalia intelligit: sic tamen vt etiam sentiat, quum intelligit.*

Atque

Atque adeò intellectum semper Animæ ineſſe, vti etiam reliqua Animæ naturalia. XIX.

Etſi autem vniformis Anima, ſexu tamen ingeniorum multiformem, pro conditione cœli & ſoli, pro ratione operis & curæ, pro temporum euentu, pro licentia caſuum, & corporis, etiam valetudine; vt ne DE FATI NECESSITATE quid dicatur, de qua ſuo titulo diſſeruerit. XX.

Proinde etiam Animam, contra quàm ſentiunt Valentiniani, conuertibilem fuiſſe liberi arbitrij teſtatæ, IVXTA QVOD MARCIONI IAM ET HERMOGENI OSTENDERIT. XXI.

Quocirca Animam definiri: Dei flatu natam; immortalem; corporalem (en iterum paradoxon Auctoris) effigiatam; ſubſtantia ſimplicem, de ſuo patientem, variè procedentem, liberam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, diuinatricem. XXII.

Dum deinceps quæritur, vnde Anima; hæreticos quoſdam non rectè eam è cœlis deferre, atque eodem indubitatè redituram aſſerere, quorum omnium condimentarium Plato. XXIII.

Nouum itaque Platonis argumentum elidit; diſcentias reminiſcentias eſſe, hoc eſt, venientes è cœlo animas obliuiſci eorum in quibus fuerint priùs, dehinc ex his viſibilibus recordari eorumdem. XXIIII.

Agit deinde aduerſus Stoicos, & ipſum interdum Platonem, qui poſt partum corpori Animam inducunt, ex aëris frigidi pulſu, aut prima ſpiratione. XXV.

Eorum ſententiam, etiam ex Scripturarum Chriſtianarum fundamento, impugnans. XXVI.

Diſiniens ſimul ambas Animæ corporiſque ſubſtantias, & concipi, & confici, & perfici. XXVII.

Porrò etiam Platonis ſecundum Pythagoram temerarium mendacium μετεμψύχωσιν impugnat, id eſt recidiuatum animarum, reuolubilem ex alterna mortuorum & viuorum ſuffectione. XXVIII.

Etſi enim ex viuis fiant mortui, non tamen ideò ex mortuis viuos. XXIX.

Dein, ſi ex mortuis ſemper viui, vnum omninò & eundem oportere fuiſſe hominum numerum; quum econtrariò inueniamus paulatim humanum genus exuberaſſe. XXX.

Etiam, ſi ita ſit, ſingulas animas in ſingula corpora reuerti oportere; eadem ætate, eiſdem inſtitutis, ingeniis, artibus, & ex omni gente, ſexu, dignitate; quod tamen ipſe Pythagoras non admiſit. XXXI.

Delirare verò magis Empedoclem; qui μετασωμάτωσιν induxerit, beſtias ex hominibus, & homines ex beſtiis reuoluentem. XXXII.

Neque verò etiam iudicij nomine vindicari hoc dogma; euacuari enim, ſi crimina non aliter puniantur, aut merces non alia bonis detur, quàm in animalia reſtitutio. XXXIII.

Eadem repercuſſione cædi, etiam Simonis Samaritæ hæretici ſimilem opinionem, de ſua Helena; quam per alios atque alios habitus fœmineos volutatam, etiam illam fuiſſe aiebat Priamo perniciſſimam. XXXIIII.

Immò etiam Carpocratis Animarum recorporationem, qua toties volebat Animam in corpora reuocari, quoties minus de delictis ſatisfeciſſet; qui etiam Heliæ reditum fruſtrà pro ſe interpretatus ſit. XXXV.

Reuerſus inde ad prius inſtitutum, etiam ſexum (quem tamen D. Auguſtinus negat) Animæ & corporis ſimul oriri tradit. XXXVI.

Omnem autem hominis paraturam aliqua poteſtate diuinæ voluntatis miniſtra (ab angelo nempè aliquo) modulari; ſimul etiam creſcere & proficere, Animâ ingenio & ſenſu, corpus modulo & habitu. XXXVII.

Pubertatem quoque, vti in corpore, ita & in Anima, ſimul exſurgere ſuggeſtu ſenſuum; & etiam ciborum concupiſcentiam eſſe in anima, ſed neceſſitate corporis, non ſui proprietate, ne quis hinc mortalem credat. XXXVIII

Item nullam fermè Animam ſine dæmonio eſſe, ſaltem in ethnicis, donec in Chriſto naſcantur. XXXIX.

Tandiu enim Animam ex carnis ſocietate in Adam immundam cenſeri; & peccatricem tam Animam, quàm carnem dici. XL.

Atque adeò, malum Animæ non ſolùm ex obuentu ſpiritus nequam ſuperſtrui, ſed & ex origine; quo obfuſcatur bonum eius prius, donec reformetur per ſecundam eius natiuitatem ex aqua & ſuperna Spiritu ſancti virtute: à quo ibi excipitur, ſicuti à profano ſpiritu in priſtina. XLI.

Atquin mortis quoque tractatum ad nos pertinere (ſecus quàm Epicurus ſentit) in qua Anima conſummat. XLII.

XLIII. *Proinde etiam somnum mortis speculum; quem non supernaturalem, sed naturalem esse, tum aliis rationibus, tum scripturis sacris probat.*

XLIIII. *Nam quod de Hermotimo scribunt: Animam illum in somno caruisse, id subornatum; vti somnus, non otium Animæ, sed secessio crederetur.*

XLV. *De somniis quoque, & accidentibus somni, quatenus ab exstasi differunt, dicendum; quibus significatur Anima perpetuò negotiosa, quod immortalitatis est ratio; in quibus interim non magis ob stupri visionem damnabimur, quàm ob Martyrij coronabimur.*

XLVI. *Neque enim vana esse in totum somnia (vti iudicabat Epicurus) multis exemplis probari; & varios esse Commentatores, ac in hanc rem adfirmatores.*

XLVII. *Christianam verò eam esse sententiã: à dæmoniis plurimùm incuti somnia, etiã vera interdum; Deò interim deputãda, si quæ honesta, sancta, Prophetica, reuelatoria, ædificatoria, vacatoria; quædam etiam sibimetipsi Animam fingere ex intentione circumstantiarum; reliqua denique exstasi separanda.*

XLVIII. *Atque adeò ex ingenio magis quàm constantia, somnia à Platone æstimari: tamquam certiora ab extimo noctis, certis anni temporibus, quietis situ, aut ciborum distinctione, aut derogatione.*

XLIX. *Et verò etiam infantes ac Atlantes somniare; quum & somnia à Deo sint, nulláque iam gens Dei sit extranea, in omnes terminos orbis Euangelio coruscante.*

L. *Nunc ad mortem quod adtinet, debitum esse toto humano generi naturæ finem, quamtumuis Epicurus id neget, & Menander hæreticus ad suo baptismo initiatos pertinere neget, apud quem nec pro Deo mori Lex est; nam etiam Enoch & Heliam morituros, & Ioannem iam obiisse.*

LI. *Opus autem mortis esse separationem corporis & animæ; quantumuis quidam Philosophi crediderint, post mortem quasdam animas hærere corporibus.*

LII. *Atq; omnẽ mortẽ, siue ordinariã, siue extraordinariã, nõ ex natura esse, sed ex culpa, nec ipsa naturali.*

LIII. *Excedere porrò Animam, non deficere dilabentibus paulatim corporis instrumentis; iam clariorem obtutu acsi de somno emergentem instante morte; vtpotè, quæ tum exultat aut trepidat, prout paratum deuersorij sui sentit, de ipsius angeli facie euocatoris Animarum.*

LIIII. *Quò autem deducantur Animæ, varias esse Philosophorum sententias; inter quos Stoici Prudentum Animas in supernis mansionibus collocant, reliquas apud inferos; quos inferos Christiani non in gremio terræ, vt Plato, sed in intimis visceribus collocant.*

LV. *Suam verò eam esse sententiam (quæ interim ab Ecclesia non probatur) quòd in sinum Abrahæ seu Paradisum (de quo librum ediderit) Martyrum solæ Animæ commigrent, reliquæ verò ad inferos.*

LVI. *Atqui vanas eas esse opiniones; quibus putabant, tantisper in terris Animas detineri, donec iusta perceperint; aut immatura morte præuentas, isthic vagari, donec reliquatio compleatur ætatis.*

LVII. *Neque verò ab inferis Animas, ex imperio dæmonum per Magicam (cuius species aliquot recensẽt) aut ex arbitrio huc redire.*

LVIII. *Atqui illic, interim dum corpus exspectant, Animas innocentium gaudere, & nocentum dolere ac puniri; vel ob cogitatus solos, quos censura diuina persequitur; maximè, quum etiam modica delicta ad nouissimum vsque quadrantem illic luenda, ex Euangelio intelligatur.*

Cetera contra quàm etiam viri quidam eruditi censuerunt, nihil dubitandum, quin germanus sit hic Tertulliani fœtus. Vti enim stylum prorsus eundem omittam, & præterquàm quòd BB. Hieronymus & Augustinus multa hinc etiam ad verbum citarint locis infrà adductis; ipse Tertullianus non vno in loco id indicat. Sic enim Libro de Resurr. carn. c. 2. Habet (*inquit, de Lucano hæretico loquens, qui Animam etiam dissoluendam putabat*) & iste à nobis plenissimum DE OMNI STATV ANIMÆ STYLVM. *Etc. 17.* Nos autem ANIMAM corporalem & hîc profitemur, & in SVO VOLVMINE PROBAMVS. *Rursum c. 45.* Nam & exinde à benedictione genituræ, caro atque Anima simul fiunt, &c. quod docuimus IN COMMENTARIO ANIMÆ. *Est autem primum editus à Gagnæo, cum nouem aliis, quos Trithemius reperire non potuerat; deinde castigatus à Sigismundo Gelenio, ad exemplar Lælandi Britannicum. Postremùm verò nunc, partim nostra, partim Latinij, Harrisij, & Carrionis opera (nam MS. deerant exemplaria) emendatior prodit; nouis etiam tum Argumento, tum Adnotationibus à nobis illustratus.*

Q.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE ANIMA, LIBER.

DE [a] solo CENSV ANIMÆ CONGRESSVS HERMOGENI, quatenus & istum ex materiæ potius [1] suggesti, quàm ex Dei flatu constitisse præsumpsit, nunc ad reliquas cõuersus quæstiones, plutimùm videbor cum Philosophis dimicaturus. [2] Etiam in carcere Socratis de animæ statu velitatum est: nescio iam hoc primum, an opportuno in tempore magistri, etsi nihil de loco interest. Quid enim liquidò saperet anima tunc Socratis, [3] iam sacro nauigio regresso, [4] iam cicutis damnationis exhaustis, iam morte præsente vtique consternata ad aliquem motum secundum naturam, aut externum, si non secundum naturam. Quamuis enim placida atque tranquilla, [5] quam nec coniugis fletus statim viduæ, nec liberorum conspectus exinde pupillorum, lege pictatis inflexerat, vel in hoctamen mota ne moueretur, ipsa constantia concussa est aduersus inconstantiæ concussionem. Quid autem aliud saperet vir quilibet iniuria damnatus præter iniuriæ solamen, nedum Philosophus glorię animal, cui nec consolanda est iniuria, sed potius insultanda. [6] Denique post sententiam obuiæ coniugi & muliebriter inclamanti, iniustè damnatus es Socrates, iam & de gratulatione respondera t: Volebas autem iustè? Nihil mirandum, si & in carcere [7] lemniscatas Anyti & Meliti palmas gestiens infringere, [10] ipsa morte coram, immortalitatem vindicat animæ necessaria præsumptione ad iniuriæ frustrationem. Adeò omnis illa tunc sapientia Socratis de industria venerat consultæ quanimitatis, non de fiducia compertæ veritatis. [11] Cui enim veritas comperta sine Deo, cui Deus cognitus sine Christo, cui Christus exploratus sine Spiritu sancto, cui Spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento? Sanè Socrates faciliùs diuerso spiritu agebatur. [12] Si quidem aiunt dæmonium illi à puero adhæsisse, pessimum reuera pædagogum, [13] etsi post Deos & cum Deis dæmonia deputantur penes Poëtas & Philosophos. Nondum enim Christianæ potestatis documenta processerant, quæ vim istam pernicio-sissimam, nec vnquam bonam, antiqui erroris artificem, omnis veritatis auocatricem sola traducit. [14] Quòd si idcirco sapientissimus Socrates secundum Pythij quoque dæmonis suffragium, scilicet negotium nauantis socio suo, quanto dignior atque constantiæ Christianæ, atque sapientiæ assertio, [15] cuius adstatui tota vis dæmonum cedit? Hæc sapientia de schola cœli Deos quidem sæculi negare liberior, [16] quæ nullum Æsculapio gallinaceum reddi iubens præuaricetur, [17] nec noua inferens dæmonia, sed vetera depellens: [18] nec adulescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans, ideóque non vnius vrbis, sed vniuersi orbis iniquam sententiã sustinens pro nomine veritatis, tanto scilicet perosioris quãto plenioris, vt & mortẽ non de poculo per habitũ iocunditatis absorbeat, sed de patibulo & viuicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat, interea in isto tenebrosiore carcere seculi [19] inter suos Cebetas & suos Phædonas, si quid de anima examinandũ est, ad Dei regulas dirigat. Certè nullũ alium potiorem animæ demonstratorẽ quàm auctorẽ à Deo discat, quod à Deo habeas, aut nec ab alio, si nec à Deo. Quis enim reuelabit quod Deus texit? Vnde scisciturus est? Vnde & ignorare tutissimum est, præsertim per Deũ nescire, quia non reuelauerit, quàm per hominem scire, quia ipse præsumpserit. [20] Plan̄ non negabimus aliquãdo Philosophos iuxta nostra sensisse; testimonium est veritatis etiam inuentus ipsius. Nonnunquam & in procella confusis vestigiis cœli & freti aliqui portus offenditur prospero errore, nonnunquã & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur cæca fœlicitate, sed & natura pleraque suggeruntur quasi de publico sensu, quo animã Deus dotare dignatus est. Hunc nacta Philosophia ad gloriã propriæ artis inflauit præstudio (nõ mirum si istud ita dixerim) eloquij quiduis struere atque destruere eruditi, magisque dicendo persuadentis, quàm docendo. Formas rebus imponit, eas nunc perequat, nunc priuat, de certis incerta præiudicat, prouocat ad exempla, quasi comparanda, omnia præscribit, propria ætatibus etiam inter similia diuersis, [21] nihil diuinæ licentiæ seruat, leges naturæ opiniones suas facit, ferrem si naturalis ipsa, vt compos naturæ de cõditionis cõsortio probaretur. Visa est quidem sibi & [22] ex sacris (quas putant) litteris hausisse, quia plerosque auctores etiã Deos existimauit antiquitas, nedum diuos: [23] vt Mercurium Ægyptium, [24] cui præcipuè Plato adsuevit: [25] vt Silenum Phrygem, cui à paltoribus perducto ingentes aures suas Midas tradidit, [26] vt Hermotimum, cui Clazomenij mortuo templum contulerunt, [27] vt Orpheum, vt Musæum, [28] vt Pherecydem Pythagoræ magistrum. Quid autem si Philosophi etiam illa incurfauerunt quæ penes nos apocryphorum confessione damnantur, certos nihil recipiendum quod non conspiret germanæ, [29] & ipso iam æuo pronatæ propheticæ paraturæ, quando & Pseudoprophetarum meminerimus, & multo prius apostatarum spirituum, qui huiusmodi quoque ingeniorum calliditate omnẽ faciem sæculi instruxerint. Postremò si etiam ad ipsos Prophetas adisse credibile est indagatorẽ quemque sapientiæ ex negotio curiositatis, tamen plus diuersitatis inuenias inter Philosophos quàm societatis, cùm & in ipsa societate diuersitas eorum deprehendatur. Siquidem vera quæque & consonantia Prophetis aut aliundè commẽdant, aut

Cap. 1.

Cap. 11.

Matth. 24. Gen. 6.

aliorsum subornant, cum maxima iniuria veritatis, quam efficiunt aut adiuuari falsis, aut patrocinari. D
Hoc itaque commiserit nos & Philosophos in ista præsertim materia, quòd interdum communes sententias propriis argumentationibus vestiant, contrariis alicubi regulæ nostræ interdum sententias propias communibus argumentationibus muniant, consentaneis alicubi regulæ illorum: vt propè excluſa sit veritas à Philosophia per veneficia in illam ſua. & ideò vtroque titulo ſocietatis aduerſario veritatis vrgemur, & communes ſententias ab argumentationibus Philoſophorum liberare, & communes argumentationes à ſententiis eorum ſeparare, reuocando quæſtiones ad Dei litteras, [10] exceptis planè quæ ſine laqueo alicuius præiudicij ad ſimplex teſtimonium licebit adſumere: quia & ex æmulis nonnunquam teſtimonium neceſſarium, ſi non æmulis proſit. Nec ignoro quanta ſit ſylua materiæ iſtius apud Philoſophos pro numero etiam ipſorum commentatorum, quot varietates ſententiarum, quot palæſtræ opinionum, quot propagines quæſtionum, quot implicationes expeditionum; [11] ſed & Medicinam inſpexi ſororem (vt aiunt) Philoſophiæ, ſibi quoque hoc negotium vindicantem, vt ad quam magis animæ ratio pertinere videatur per corporis curam. Vnde & plurimum ſorori refragatur, quòd animam quaſi coràm in domicilio ſuo tractando magis norit. Sed viderit vtriuſque præſtantiæ ambitio. Habuit & Philoſophia libertatem ingenij, & Medicina neceſſitatem artificij ad extendendos de anima retractatus; latè quæruntur incerta, latiùs diſputantur præſumpta. Quanta difficultas probandi, tanta operoſitas ſuadendi; vt meritò [12] Heraclitus ille tenebroſus vaſtiores caligines animaduertens apud examinatores animæ, tædio quæſtionum pronunciarit, [13] terminos animæ nequaquam inueniſſe omnem viam ingrediendo. Chriſtiano autem paucis ad ſcientiam huius rei opus eſt: nam & certa
2.Tim.1. ſemper in paucis, & amplius illi quærere non licet, quàm quod inueniri licet. [14] infinitas enim quæſtiones Apoſtolus prohibet. Porrò non amplius inueniri licet, quàm quod à Deo diſcitur. Quod autem à
CA. III. Deo diſcitur, totum eſt. [15] Atque vtinam nullas hæreſes oportuiſſet exiſtere, vt probabiles quique
1.Cor.11. emicarent. Nihil omninò cum Philoſophis ſuper anima quoque experiremur, Patriarchis (vt ita dixerim) hæreticorum. [16] Siquidem & ab Apoſtolo iam tunc Philoſophia concuſſio veritatis prouidebatur. Athenis enim expertus linguatam ciuitatem, cùm omnes illic ſapientiæ atque facundiæ [17] caupones deguſtaſſet, inde concepit præmonitorium illud edictum. Proinde enim & animæ ratio per philoſophatas doctrinas hominum miſcentes aquas vino, [18] alij immortalem negant animam, [19] alij pluſquàm immortalem adfirmant, [20] alij de ſubſtantia, [21] alij de forma, [22] alij de vnaquaque diſpoſitione diſceptant, [23] hi ſtatum eius aliundè ducunt, [24] hi exitum aliorſum abducunt, [25] prout aut Platonis honor, [26] aut Zenonis vigor, [27] aut Ariſtotelis tenor, [28] aut Epicuri ſtupor, [29] aut Heracliti mœ-
Iſai.2. ror, [30] aut Empedoclis furor perſuaſerunt. Deliquit, opinor, [31] diuina doctrina ex ludæa potius quàm
Matth.4. ex Græcia oriens. [32] Errauit & Chriſtus piſcatores citius quàm ſophiſtam ad præconium emittens. Si qua igitur in hunc modum de nidoribus Philoſophiæ candidum & purum aërem veritatis infuſcant, ea erunt Chriſtianis enubilanda, & percutientibus argumentationes originales, id eſt Philoſophicas, & opponentibus definitiones cœleſtes, id eſt Dominicas: vt & illa quibus ethnici à Philoſophia capiuntur, deſtruantur, & hæc quibus fideles ab hæreſi concutiuntur, retundantur, vna iam congreſſione deciſa aduerſus Hermogenem, vt præfati ſumus: quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus, muniti & illic diuinæ determinationis inobſcurabili regula, Et flauit, inquit, Deus flatum vitæ in faciem hominis, & factus eſt homo in animam viuam, vtique ex Dei flatu. Deiſto nihil amplius reuol-
CA. IIII. uendum; habet ſuum titulum, & ſuum hæreticum. Ceteris hinc exordium inducam. [33] Poſt definitionem cenſus, quæſtionem ſtatus patitur. Conſequens enim eſt, vt ex Dei flatu animam profeſſi, initium ei deputaremus. [34] Hoc Plato excludit, innatam & infectam animam volens: [35] & natam autem docemus & factam ex initij conſtitutione. Nec ſtatim erraiimus vtrumque dicentes, quia ſcilicet aliud ſit natum, aliud factum, vtpotè illud animalibus competens. Differentiæ autem ſua habendo loca & tempora, [36] habent aliquando & paſſiuitatis commercia. Capit itaque & facturam pro naſci poni; ſiquidem omne quod quoquo modo accipit eſſe, generatur. Nam & factor ipſe parens facti poteſt dici; [37] ſic & Plato vtitur. Igitur quantum ad fidem noſtram factæ natæúe animæ depulſa eſt Phi-
CAP.V. loſophi opinio, auctoritate Prophetiæ quoque. [38] Accederit Eubulum aliquem [39] & Critolaum [40] & Xenocratem, [41] & iſto in loco amicum Platonis [42] Ariſtotelem fortaſſe. [43] An exſtruentur magis ad auferendam animæ corpulentiam? ſi non alios econtrariò inſpexerint & quidem plures corpus animæ vindicantes, nec illos dico ſolos [44] qui eam de manifeſtis corporalibus effingunt, [45] vt Hipparchus [46] & Heraclitus ex igni, [47] vt Hippon [48] & Thales ex aqua, vt [49] Empedocles [50] & Critias ex ſanguine, vt [51] Epicurus ex atomis, ſi & atomi corpulentias de coitu ſuo cogunt: vt [52] Critolaus & Peripatetici cius, ex quinta neſcio qua ſubſtantia, ſi & illa corpus, quia corpora includit. [53] Sed etiam Stoicos allego, qui ſpiritum prædicantes animam penè nobiſcum, quà proxima inter ſe flatus & ſpiritus, tamen corpus animam facilè perſuadebunt. [54] Denique Zeno conſitum ſpiritum definiens animam, hoc modo inſtruit. Quo, inquit, digreſſo animal emoritur, corpus eſt: Conſito autem ſpiritu digreſſo animal emoritur: ergo conſitus ſpiritus corpus eſt: ergo corpus eſt anima. [55] Vult & Cleanthes non ſolùm corporis lineamentis, ſed & animæ notis ſimilitudinem parentibus in filios reſpondere, de ſpeculo ſcilicet morum & ingeniorum & adfectuum; corporis autem ſimilitudinem & diſſimilitudinem E F

A militudinem capere & animam. Itaque corpus similitudini vel dissimilitudini obnoxium.[76] Item corporalium & incorporaliumpassiones inter se non communicare. Porrò & animam compati corpori, cui læso ictibus, vulneribus, vlceribus condolescit: & corpus animæ, cui afflictæ cura, angore, amore cohærescit per detrimentum socij vigoris, cuius pudorem & pauorem rubore atque pallore testetur. Igitur anima corpus ex corporalium passionum communione.[77] Sed & Chrysippus manum ei porrigit, constituens corporalia ab incorporalibus derelinqui omninò non posse, quia nec contingantur ab eis.[78] Vnde & Lucretius,

Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.

derelicto autem corpore ab anima affici morte. Igitur corpus anima, quæ nisi corporalis corpus non derelinqueret. [79] Hæc Platonici subtilitate potius quàm veritate cõturbant.[80] Omne inquiunt cor- Cap. vi.
pus, aut animale sit necesse est, aut inanimale. Et siquidem inanimale est, extrinsecus mouebitur: si verò animale, intrinsecus. Anima autem nec extrinsecus mouebitur, vt quæ non sit inanimalis, nec intrinsecus, vt quæ ipsa potius moueat corpus. Itaque non videri eam corpus, quæ non corporalium forma ex aliqua regione moueatur. Ad hoc nos mirabiliter incongruentiam primò definitionis prouocantis ad ea quæ inanimam non conueniunt. Non enim potest anima animale corpus dici, aut inanimale: cùm ipsa sit quę aut faciat corpus animale, si adsit, aut inanimale, si absit ab illo. Itaque quod facit, non potest esse ipsa, vt dicatur animale vel inanimale. Anima enim dicitur substantiæ suæ nomine. Quòd si non capit animale corpus dici aut inanimale quod est anima, quomodo prouocabitur ad animalium & inanimalium corporum formam? Dehinc si corporis est moueri extrinsecus ab aliquo,[81] ostendimus au-
B tem suprà moueri animam & ab alio cùm vaticinatur, cùm furit, vtique extrinsecus cùm ab alio: meritò quod mouebitur extrinsecus ab alio, secundum exempli propositionẽ corpus agnoscam. Enimuerò si ab alio moueri corporis est, quanto magis mouere aliud? Anima autem mouet corpus, & conatus eius extrinsecus foris parent. Ab illa est enim impingi & pedes in incessum, & manus in contactum, & oculos in conspectum, & linguam in effatum, velut singillario motu superficiem intus agitante. Vnde hæc visio incorporali animæ, vnde vacuæ rei solida propellere. Sed quomodo diuisi videntur in homine sensus corporales & intellectuales?[82] Corporalium aiunt rerum qualitates, vt terræ, vt ignis, corporalibus sensibus renuntiari, vt tactui, vt visui. Incorporalium verò intellectualibus conueniri, vt benignitatis, vt malignitatis. Itaque incorporalem esse animam constat, cuius qualitates non corporalibus, sed intellectualibus sensibus comprehendantur. Planè, si non huius definitionis gradum excluseris. Ecce enim incorporalia ostendo corporalibus sensibus subiici, sonum auditui, colorem conspectui, odorem odoratui: quorum exemplo etiam anima corpori accedit, ne dicas id circò ea per corporales renuntiari sensus, quia corporalibus accedant. Igitur si constat incorporalia quoque à corporalibus comprehendi, cur non & anima quæ corporalis, ab incorporalibus renuntietur? Certè definitio excluſa sit.
[83] De insignioribus argumentationibus erit etiam illa, quòd omne corpus corporalibus ali iudicant. Animam verò vt incorporalem, incorporalibus, sapientiæ scilicet studiis. Sed nec hic gradus stabit, etiam [84] Sorano methodicæ medicinæ instructissimo auctore respondente animam corporalibus quoque ali: denique defeientem à cibo plerumque fulciri. Quidni? quo adempto in totum dilabitur ex corpore. Ita etiam ipse Soranus plenissimè super anima commentatus quatuor voluminibus, & cum omnibus Philosophorũ sententiis expertus, corporalem animæ subſtãtiam vindicat, etsi illam immortalitate fraudauit. Non enim omnium est credere, quod Christianorum est. Sicut ergo Soranus ipse re-
C bus ostendit animam corporalibus ali, proinde & Philosophus exhibeat illam incorporalibus pasci.[85] sed nemo vnquam cunctanti de exitu Animæ mulsam aquam de eloquio Platonis infudit; aut micas de minutiloquio Aristotelis inserit. Quid autem facient tot ac tantæ animæ[86] Rupicum & barbarorũ, quibus alimenta sapientiæ desunt, tamẽ indocta prudentia pollent, & sine academiis & porticibus Atticis & carceribus Socratis: denique ieiunantes à Philosophia nihilominus viuunt. Non enim substantiæ ipsi alimenta proficiunt studiorũ, sed disciplinæ,[87] quia nec opimior ẽ animam efficiũt, sed ornationem. Benè autem quod [88] & artes Stoici corporales adfirmãt. Adeò sic quoque anima corporalis, si & artibus ali creditur. sed enormis intentio Philosophiæ solet plerunque nec prospicere pro pedibus.[89] Sic Thales in puteũ solet & sententias suas nõ intelligendo, valetudinis corruptelã suspicari. Sic Chrysippus ad elleborum: tale aliquid opinor ei accidit,[90] quum duo in vnũ corpora negauit, alienata à prospectu & recogitatu prægnantum, quæ non singula quotidie corpora, sed & bina & terna in vnius vteri ambitu perferunt.[91] Inuenitur etiã in iure ciuili Græca quædã quinionem enixa filiorũ, semel omnium mater, vnici fœtus parens multiplex, vnici vteri puerpera numerosa, quæ tot stipata corporibus, penè dixerim populo, sextum ipsa corpus fuit. vniuersa cõditio testabitur corpora de corporibus processura iã illic esse vnde procedunt: secũdum sit necesse est quod ex alio sit. Nihil porrò ex alio est, nisi dum gignitur, sed tunc duo sunt. [92] Quantum ad Philosophos satis hæc, quia quantum ad nostros ex abun- Ca. vii.
danti, quibus corporalitas animæ in ipso Euangelio reluebit.[93] Dolet apud inferos anima cuiusdã, & Luc.16.
punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito animæ fœlicioris implorat solatium roris. imaginem existimas exitum illum pauperis lætantis, & diuitis mœrentis?[94] & quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Sed etsi imago credenda est, testimonium erit veritatis. Si enim non haberet

aliorsum subornant, cum maxima iniuria veritatis, quam efficiunt aut adiuuari falsis, aut patrocinari. D
Hoc itaque commiserit nos & Philosophos in ista præsertim materia, quòd interdum communes sententias propriis argumentationibus vestiant, contrariis alicubi regulæ nostræ: interdum sententias propriis communibus argumentationibus muniant, consentaneis alicubi regulæ illorum: vt propè exclusa sit veritas à Philosophia per veneficia in illam sua. & ideò vtroque titulo societatis aduersario veritatis vrgemur, & communes sententias ab argumentationibus Philosophorum liberare, & communes argumentationes à sententiis eorum separare, reuocando quæstiones ad Dei litteras, [40] exceptis planè quæ sine laqueo alicuius præiudicij ad simplex testimonium licebit adsumere: quia & ex æmulis nonnunquam testimonium necessarium, si non æmulis prosit. Nec ignoro quanta sit y lua materiæ istius apud Philosophos pro numero etiam ipsorum commentatorum, quot varietates sententiarum, quot palæstræ opinionum, quot propagines quæstionum, quot implicationes expeditionum; [41] sed & Medicinam inspexi sororem (vt aiunt) Philosophiæ, sibi quoque hoc negotium vindicantem, vt ad quam magis animæ ratio pertinere videatur per corporis curam. Vnde & plurimum sorori refragatur, quòd animam quasi coràm in domicilio suo tractando magis norit. Sed viderit vtriusque præstantiæ ambitio. Habuit & Philosophia libertatem ingenij, & Medicina necessitatem artificij ad extendendos de anima retractatus, latè quæruntur incerta, latiùs disputantur præsumpta. Quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi; vt meritò [42] Heraclitus ille tenebrosus vastiores caligines animaduertens apud examinatores animæ, tædio quæstionum pronunciarit, [43] terminos animæ nequaquam inuenisse omnem viam ingrediendo. Christiano autem paucis ad scientiam huius rei opus est: nam & certa
2.Tim.3. semper in paucis, & amplius illi quærere non licet, quàm quod inueniri licet. [44] infinitas enim quęstiones Apostolus prohibet. Porrò non amplius inueniri licet, quàm quod à Deo discitur. Quod autem à
CA. III. Deo discitur, totum est. [45] Atque vtinam nullas hæreses oportuisset existere, vt probabiles quique
1.Cor.11. emicarent. Nihil omninò cum Philosophis super anima quoque experiremur, Patriarchis (vt ita dixe- E
Coloss.2. rim) hæreticorum. [46] Siquidem & ab Apostolo iam tunc Philosophia concussio veritatis prouidebatur. Athenis enim expertus linguatam ciuitatem, cùm omnes illic sapientiæ atque facundiæ [47] caupones degustasset, inde concepit præmonitorium illud edictum. Proinde enim & animæ ratio per philo-
Isai.1. sophatas doctrinas hominum miscentes aquas vino, [48] alij immortalem negant animam, [49] alij plusquàm immortalem adfirmant, [50] alij de substantia, [51] alij de forma, [52] alij de vnaquaque dispositione disceptant, [53] hi statum eius aliundè ducunt, [54] hi exitum aliorsum abducunt, [55] prout aut Platonis honor, [56] aut Zenonis vigor, [57] aut Aristotelis tenor, [58] aut Epicuri stupor, [59] aut Heracliti mœror, [60] aut Empedoclis furor persuaserunt. Deliquit, opinor, [61] diuina doctrina ex Iudæa potius quàm
Isai.2. ex Græcia oriens. [62] Errauit & Christus piscatores citius quàm sophistam ad præconium emittens. Sī
Matth.4. qua igitur in hunc modum de nidoribus Philosophiæ candidum & purum aërem veritatis infuscant, ea erunt Christianis enubilanda, & percutientibus argumentationes originales, id est Philosophicas, & opponentibus definitiones cœlestes, id est Dominicas: vt & illa quibus ethnici à Philosophia capiuntur, destruantur, & hæc quibus fideles ab hæresi concutiuntur, retundantur, vna iam congressione decisa aduersus Hermogenem, vt præfati sumus: quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus, muniti & illic diuinæ determinationis inobscurabili regula, Et flauit, inquit, Deus flatum vitæ in faciem hominis, & factus est homo in animam viuam, vtique ex Dei flatu. Deisto nihil amplius reuol-
CA. IIII. uendum; habet suum titulum, & suum hæreticum. Ceteris hinc exordium inducam. [63] Post definitionem census, quæstionem status patitur. Consequens enim est, vt ex Dei flatu animam professi, initium ei deputaremus. [64] Hoc Plato excludit, innaram & infectam animam volens: [65] & natam autem F
docemus & factam ex initij constitutione. Nec statim errauimus vtrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natum, aliud factum, vtpotè illud animalibus competens. Differentiæ autem sua habendo loca & tempora, [66] habent aliquando & passiuitatis commercia. Capit itaque & facturam pro nasci poni; siquidem omne quod quoquo modo accipit esse, generatur. Nam & factor ipse parens facti potest dici; [67] sic & Plato vtitur. Igitur quantum ad fidem nostram factæ natæque animæ depulsa est Phi-
CAP.V. losophi opinio, auctoritate Prophetiæ quoque. [68] Accerserit Eubulum aliquem [69] & Critolaum [70] & Xenocratem, [71] & isto in loco amicum Platonis [72] Aristotelem fortasse. [73] An exstruentur magis ad auferendam animæ corpulentiam? si non alios econtrariò inspexerint & quidem plures corpus animæ vindicantes, nec illos dico solos [74] qui eam de manifestis corporalibus effingunt, [75] vt Hipparchus [76] & Heraclitus ex igni, [77] vt Hippon [78] & Thales ex aqua, vt [79] Empedocles [80] & Critias ex sanguine, vt [81] Epicurus ex atomis, si & atomi corpulentias de coitu suo cogunt: vt [82] Critolaus & Peripatetici eius, ex quinta nescio qua substantia, si & illa corpus, quia corpora includit. [83] Sed etiam Stoicos allego, qui spiritum prædicantes animam penè nobiscum, quà proximà inter se flatus & spiritus, tamen corpus animam facilè persuadebunt. [84] Denique Zeno consitum spiritum definiens animam, hoc modo instruit. Quo, inquit, digresso animal emoritur, corpus est: Consito autem spiritu digresso animal emoritur: ergo consitus spiritus corpus est: ergo corpus est anima. [85] Vult & Cleanthes non solùm corporis lineamentis, sed & animæ notis similitudinem parentibus in filios respondere, de speculo scilicet morum & ingeniorum & adtectuum; corporis autem similitudinem & dissimilitudinem

A militudinem capere & animam. Itaque corpus similitudini vel dissimilitudini obnoxium.[76] Item corporalium & incorporalium passiones inter se non communicare. Porrò & animam compati corpori, cui læso ictibus, vulneribus, vlceribus condolescit: & corpus animæ, cui afflictæ cura, angore, amore cohærescit per detrimentum socij vigoris, cuius pudorem & pauorem rubore atque pallore testetur. Igitur anima corpus ex corporalium passionum communione.[77] Sed & Chrysippus manum ei porrigit, constituens corporalia ab incorporalibus derelinqui omninò non posse, quia nec contingantur ab eis.[78] Vnde & Lucretius,

Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.

derelicto autem corpore ab anima affici morte. Igitur corpus anima, quæ nisi corporalis corpus non derelinqueret. [[79] Hæc Platonici subtilitate potius quàm veritate eò turbant.[80] Omne inquiunt corpus, aut animale est necesse est, aut inanimale. Et siquidem inanimale est, extrinsecus mouebitur: si verò animale, intrinsecus. Anima autem nec extrinsecus mouebitur, vt quæ non sit inanimalis, nec intrinsecus, vt quæ ipsa potius moueat corpus. Itaque non videri eam corpus, quæ non corporalium forma ex aliquare gione mouearur. Ad hoc nos mirabimur incongruentiam primò definitionis prouocantis ad ea quæ in animam non conueniunt. Non enim potest anima animale corpus dici, aut inanimale: cùm ipsa sit quę aut faciat corpus animale, si adsit, aut inanimale, si absit ab illo. Itaque quod facit, non potest esse ipsa, vt dicatur animale vel inanimale. Anima enim dicitur substantiæ suæ nomine. Quòd si non capit animale corpus dici aut inanimale quod est anima, quomodo prouocabitur ad animalium & inanimalium corporum formam? Dehinc si corporis est moueri extrinsecus ab aliquo,[81] ostendimus autem suprà moueri animam & ab alio cùm vaticinatur, cùm furit, vtique extrinsecus cùm ab alio: meritò quod mouebitur extrinsecus ab alio, secundum exempli propositionē corpus agnoscam. Enimuerò si ab alio moueri corporis est, quanto magis mouere aliud? Anima autem mouet corpus, & conatus eius extrinsecus foris parent. Ab illa est enim impingi & pedes in incessum, & manus in contactum, & oculos in conspectum, & linguam in effatum, velut singillario motu superficiem intus agitante. Vnde hæc visio incorporali animæ, vnde vacuæ rei solida propellere. Sed quomodo diuisi videntur in homine sensus corporales & intellectuales?[82] Corporalium aiunt rerum qualitates, vt terræ, vt ignis, corporalibus sensibus renuntiari, vt tactui, vt visui. In corporalium verò intellectualibus conueniri, vt benignitatis, vt malignitatis. Itaque incorporalem esse animam constat, cuius qualitates non corporalibus, sed intellectualibus sensibus comprehendantur. Planè, si non huius definitionis gradum excluseris. Ecce enim incorporalia ostendo corporalibus sensibus subiici, sonum auditui, colorem conspectui, odorem odoratui: quorum exemplo etiam anima corpori accedit, ne dicas idcircò ea per corporales renuntiari sensus, quia corporalibus accedant. Igitur si constat incorporalia quoque à corporalibus comprehendi, cur non & anima quæ corporalis, ab incorporalibus renuntietur? Certè definitio excluſa sit.[83] Deinsignioribus argumentationibus erit etiam illa, quòd omne corpus corporalibus ali iudicant. Animam verò vt incorporalem, incorporalibus, sapientiæ scilicet studiis. Sed nec hic gradus stabit, etiam[84] Sorano methodicæ medicinæ instructissimo auctore respondente animam corporalibus quoque ali: denique deficientem à cibo plerumque fulciri. Quidni? quo adempto in totum dilabitur ex corpore. Ita etiam ipse Soranus plenissimè super anima commentatus quatuor voluminibus, & cum omnibus Philosophorū sententiis expertus, corporalem animæ substātiam vindicat, etsi illam immortalitate fraudauit. Non enim omnium est credere, quod Christianorum est. Sicut ergo Soranus ipse rebus ostendit animam corporalibus ali, proinde & Philosophus exhibeat illam in corporalibus pasci.[85] sed nemo vnquam cunctanti de exitu Animæ mulsam aquam de cloquio Platonis infudit; aut micas de minutiloquio Aristotelis inserit. Quid autem facient tot ac tantæ animæ[86] Rupicum & barbarorū, quibus alimenta sapientiæ desunt, tamē indocta prudentia pollent, & sine academiis & porticibus Atticis & carceribus Socratis: denique ieiunantes à Philosophia nihilominus viuunt. Non enim substantiæ ipsi alimenta proficiunt studiorū, sed disciplinæ,[87] quia nec opimiorē animam efficiūt, sed ornatiorem. Benè autem quòd[88] & artes Stoici corporales adfirmāt. Adeò sic quoque anima corporalis, si & artibus ali creditur. sed enormis intentio Philosophiæ solet plerunque nec prospicere pro pedibus.[89] Sic Thales in puteū. solet & sententias suas nō intelligendo, valetudinis corruptelā suspicari. Sic Chrysippus ad elleborum: tale aliquid opinor ei accidit,[90] quum duo in vnū corpora negauit, alienata à prospectu & recogitatu prægnantum, quæ non singula quotidie corpora, sed & bina & terna in vnius vteri ambitu perferunt.[91] Inuenitur etiā in iure ciuili Græca quædā quinionem enixa filiorū, semel omnium mater, vnici fœtus parens multiplex, vnici vteri puerpera numerosa, quæ tot stipata corporibus, penè dixerim populo, sextum ipsa corpus fuit, vniuersa cōditio testabitur corpora de corporibus processura iā illic esse vnde procedunt: secūdum sit necesse est quod ex alio sit. Nihil porrò ex alio est, nisi dum gignitur, sed tunc duo sunt. [[92] Quantum ad Philosophos satis hæc, quia quantum ad nostros ex abundanti, quibus corporalitas animæ in ipso Euangelio reluebit.[93] Dolet apud inferos anima cuiusdā, & punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito animæ fœlicioris implorat solatium roris. imaginem existimas exitum illum pauperis lætantis, & diuitis mœrentis?[94] & quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Sed etsi imago credenda est, testimonium erit veritatis. Si enim non haberet

Cap. vi.

Ca. vii. Luc. 16.

anima corpus, non caperet imago animæ imaginem corporis: nec mentiretur de corporalibus membris scriptura, si non erant. Quid est autem illud quod ad inferna transfertur post diuortium corporis, quod detinetur illic, quod in diem iudicij reseruatur,[95] ad quod & Christus moriendo descendit, puto, ad animas Patriarcharum. sed quamobrem si nihil anima detinet sub terris? [96] Nihil enim si non corpus: incorporalitas enim ab omni genere custodiæ libera est, immunis à pœna & à foucla. Per quod enim punitur aut fouetur, hoc erit corpus;[97] reddam de isto plenius & opportunius. Igitur si quid tormenti siue solatij anima præcerpit in carcere seu diuersorio inferùm, in igni, vel in sinu Abrahæ, probata erit corporalitas animæ. Incorporalitas enim nihil patitur, non habens per quod pati possit: Aut si habet, hoc erit corpus.[98] Inquantum enim omne corporale passibile est, intantum quod passibile est, corporale est. [99] Abruptum alioquin & absurdum idcircò quid de corporalium eximere censu, [100] quia ceteris corporalibus exemplis non adæquet: vbi proprietatum priuata discrimina, per quæ magnificentia auctoris ex operum eorundem diuersitate signatur, vt sint tam discreta quàm paria, tam amica quàm & æmula. [101] Siquidem & ipsi Philosophi ex contrariis vniuersa constare condicunt secundum amicitiam & inimicitiam Empedoclis. Sic igitur etsi corporalia incorporalibus obiacent, ipsa quoque ita inter se differunt, vt differentia species eorum ampliet, non genus mutet: vt sint corporalia, sic multa in Dei gloria, dum varia: sic varia, dum diuersa: sic diuersa, dum his alij qualitatum sensus, alij illis: dum his alia alimenta, alia illis: dum hæc inuisibilia, illa visibilia: dum hæc grauia, illa leuia. Aiunt enim & idcircò animam incorporalem renuntiandam,[102] quia digressa ea, grauiora efficiantur corpora defunctorum, cùm leuiora esse deberent, vnius corporis pondere exempto, si anima corpus. Quid enim, inquit Soranus, si mare negent corpus, quia extra mare immobilis & grauis nauis efficitur: Quanto ergo validius corpus animæ, quod tanti postea ponderis corpus leuissima mobilitate circunfert? [103] Ceterùm etsi inuisibilis anima, & pro conditione corporis sui, & pro proprietate substantiæ, & pro natura etiam eorum quibus inuisibilis esse fortita est.[104] Solem noctuæ nesciunt oculis:[105] aquilæ ita sustinent, vt natorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicent: alioqui non educabunt, vt degenerem, quem solis radius auerterit: est ideò alteri quid inuisibile, alteri non, quod non ideò incorporale sit, quia non ex æquo vis valet. Sol enim corpus, siquidem ignis: sed quod aquila confiteatur, neget noctua, non tamen præiudicans aquilæ: tantundem & animæ corpus inuisibile carni si fortè, spiritui verò visibile:[106] sic Ioannes in spiritu Dei factus, animas martyrum conspicit. [107] Quum animæ corpus adserimus propriæ qualitatis & sui generis: iam hæc conditio proprietatis de ceteris accidentibus corpulentiæ præiudicauit, vt hæc adesse, quà corpus ostendamus, sed & ipsa sui generis pro corporis proprietate, aut etsi non adsint, hoc esse proprietatis non adesse corpori animæ, quæ corporibus & ceteris adsint. Et tamen non inconstanter profitebimur solenniora quæque,[108] & omnimodò debita corpulentiæ, adesse animæ quoque, vt habitum, vt terminum, vt illud trifariam distantium, longitudinem dico, & latitudinem, & sublimitatem, quibus metantur corpora Philosophi.[109] Quid nunc quòd & effigiem animæ damus,[110] Platonc nolente, quasi periclitetur de animæ immortalitate? Omne enim effigiatum compositum & structile affirmat. Dissolubile autem omne composititium & structile: sed animam immortalem. Igitur indissolubilem quàm immortalem, & ineffigiatam quàm indissolubilem. Ceterùm composititiam & structilem, si effigiatam, tanquam alio eam modo effigians intellectualibus formis: pulchram iustitia & disciplinis philosophiæ, deformem vero contrariis artibus. Sed nos corporales quoque illi inscribimus lineas, non tantùm ex fiducia corporalitatis per æstimationem, verùm & ex constantia gratiæ per reuelationem. Nam quia spiritalia charismata agnoscimus, post Ioannem quoque Prophetiam meruimus & consequi.[111] Est hodie soror apud nos reuelationum charismata sortita, quas [112] in Ecclesia [113] inter Dominica solennia per extasin in spiritu patitur, conuersatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit sacramenta, & quorundam corda dinoscit, & medicinas desiderantibus submittit. Iam verò [114] prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur: ita inde materiæ visionibus submittrantur. fortè nescio quid de anima dilleruerunt, cùm ea soror in spiritu esset.[115] Post transacta solennia dimissa plebe, quo vsu solet nobis renuntiare quæ viderit (nam & diligentissimè digeruntur, vt etiam probentur) inter cetera, inquit, ostensa est mihi anima corporaliter, & spiritus videbatur, sed non inanis & vacuæ qualitatis, immò quæ etiam teneri repromitteret[116] tenera & lucida & aërei coloris, & forma per omnia humana. hæc visio est. Deus testis, & Apostolus charismatum in Ecclesia futurorum idoneus sponsor; tu nisi res ipsa de singulis persuaserit, ne credas. Si enim corpus anima, sine dubio inter illa quæ suprà sumus professi. Proinde & coloris proprietas omni corpori adhæret; quem igitur alium animæ æstimabis colorem, quàm aëreum ac lucidum?[117] Non vt aër sit ipsa substantia eius, etsi hoc Æneside mo visum est &[118] Anaximeni,[119] puto secundum quosdam & Heraclito:[120] nec vt lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidi.[121] Nam & cerauneis gemmis non idcò substantia ignita est, quòd coruscent rutilato rubore,[122] nec beryllis ideò aquosa materia est, quòd fluctuent colato nirore. Quanta enim & alia color sociat, natura dissociat? Sed quoniam omne tenue atque perlucidum aëris æmulum est, hoc erit anima quâ flatus est & spiritus tradux. Siquidem præ ipsa tenuitatis subtilitate de fide corporalitatis periclitatur. Sic & effigiem de sensu

iam tuo

CA. VIII.

CA. IX.

Apoc. 6. ac 20.

Apoc. 1.

2. Cor. 19.

A iam tuo concipe, non aliam animæ humanæ deputandâ præter humanam, & quidem eius corporis quod vnaquæque circumtulit. Hoc nos sapere interim primordij contemplatio inducat. Recogita enim, cùm Deus flasset in faciem hominis flatum vitæ, & factus esset homo in animam viuam, totum vtique per faciem flatim flatum illum in interiora transmissum, & per vniuersa corporis spatia diffusum, simúlque diuina aspiratione densatum, omni intus linea expressum esse, quam densatum impleuerat, [113] & velut in forma gelasse. Inde igitur & corpulentia animæ ex densatione solidata est, & effigies expressione formata. [114] Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus: habens & ille oculos & aures suas, quibus populus Dominum audire & videre debuerat, habens & ceteros artus, per quos & in cogitatibus vtitur, & in somnis fungitur. Sic & diuiti apud inferos lingua est, & pauperi digitus, & sinus Abrahæ. Per has lineas & animæ martyrum sub altari intelliguntur. A primordio enim in Adam concreta & configurata corpori anima, vt totius substantiæ, ita & conditionis istius semen efficit. [115] Pertinet ad statum fidei, simplicem animam determinare [116] secundum Platonem: id est, vniformem duntaxat substantiæ nomine. Viderint artes & disciplinæ, viderint & effigies. [117] Quidam enim volunt aliam illi substantiam naturalem ineſſe spiritum; quasi aliud sit viuere, quod venit ab anima; aliud spirare, quod fiat à spiritu. Nam & animalibus non omnibus vtrumque adesse. Pleraque enim viuere solummodò, non etiam spirare, [118] eo quòd non habeant organa spiritus, pulmones & arterias. Quale est autem in examinatione humanæ animæ culicis atque formicæ argumenta tesqicere, quando & vitalia pro cuiusque generis disqositione, omnibus propria animalibus temperauerit artifex Deus, vt nulla inde coniectura captanda sit. Nam neque homo si pulmonibus & arterijs structus est, idcircò aliundè spirabit, aliundè viuet: [119] neque formica, si membris huiusmodi caret, idcircò negabitur spirare, quasi solummodò viuens. Cui vero tantum patuit in Dei opera, vt alicui hęc deesse præsumpserit? [120] Herophilus ille medicus, aut lanius, qui sexcętos exsecuit vt naturam scrutaretur, qui hominem odijt vt nosset, nescio an omnia interna eius liquidò explorarit, ipsa morte mutante quę vixerant, & morte non simplici: sed ipsa inter artificia exectionis errantes Philosophi pro certo renunciauerunt culicibus & formicis & tincis deesse pulmones & arterias. dic mihi inspector curiosissime, oculos habent ad videndum? Atquin & pergunt quò volunt, & vitant & adpetunt quæ videndo sciunt; [121] designa oculos, denota pupillas. [122] Sed & exedunt tineæ; demonstra mandibulas, deprome genuinos. [123] Sed & personant culices, ne in tenebris quidem aurium cæci; tubam pariter & hiantiam oris illius ostende. Quoduis animal vnius licet puncti, aliquo alatur necesse est; [124] exhibeas pabuli transmittendi, decoquendi, defæcandique membra. Quid ergo dicemus? Si per hæc vjuitur, erunt hæc in omnibus vtique quæ viuent, etsi non videntur, etsi non adprehenduntur pro mediocritate: hoc magis credas, si Deum recogites tantum artificem in modicis, quantum & in maximis. Si verò non putas capere tam minuta corpusqula Dei ingenium, sic quoque magnificentiam eius agnoscas, quòd modicis animalibus, sine necessarijs membris nihilominus viuere instruxerit, saluo etiam visu sine oculis, & esu sine denticulis, & digestu sine alueis, [125] quemadmodum & incedunt quædam sine pedibus manante impetu, quod angues: & insurgente conatu, quod vermes: & spumante reptatu, quod limaces. Ita & spirari cur non putes sine pulmonum follibus, & sine fistulis arteriarum? vt pro magno amplectaris argumento, idcircò animæ humanæ spiritum accedere, quia sint quæ spiritu careant; & idcircò ea spiritu carere, quia flaturalibus artubus structa non sint. Viuere sine spiritu existimas aliquid, spirare sine pulmonibus non putas? Quid est, oro te, spirare? flatum, opinor, ex semetipso agere. Quid est non viuere? flatum, opinor, ex semetipso non agere. Hoc enim respondere debebo, si non idem est spirare quod viuere. Sed mortui erit non agere flatum: ergo viuentis est agere flatum. Sed & spirantis est agere flatum; ergo & spirare viuentis est. Vtrumque si sine animæ decurrere potuisset, non fuisset animæ spirare, sed solùmodo viuere. At enim viuere spirare est, si & spirare viuere. Sic ergo totum hoc & spirare & viuere, eius est cuius & viuere, id est, animæ. Denique si separas spiritum, naturam separa, & opera. Agant in discreto aliquid ambo, seorsum anima, seorsum spiritus: anima sine spiritu viuat, spiritus sine anima spiret; alterum relinquat corpora, alterum remaneat, mors & vita conueniant. Si enim duo sunt anima & spiritus, diuidi possunt, vt diuisione eorum alterius discedentis, alterius manentis, mortis & vitæ concursus eueniat. Sed nullo modo eueniet: ergo [126] duo non erunt quæ diuidi non possunt concreta. Si aliud est viuere, aliud spirare, distinguunt substantias opera: & quanto nunc firmius est, vt vnum credas, cùm distantiam non das, vt ipsa sit anima spiritus, dum ipsius est spirare, cuius & viuere. Quid enim si dem aliud haberi velis, aliud lucem quæ accidat diei, cùm dies ipsa lux sit? Planè erunt & alia genera lucis, vt ex ignium ministerio: Erunt enim & aliæ spiritus species, vt ex Deo, vt ex diabolo. Ita cùm de anima spiritu agitur, ipsa erit anima spiritus, sicut ipsa dies lux. Ipsum est enim quid, per quod est quid. [127] Sed vt animam spiritum dicam, præsentis quæstionis ratio compellit, quia spirare alij substantię adscribitur: hoc dum animę vindicamus, quam vniformem & simplicem agnoscimus, spiritum necesse est certa conditione dicamus: non status nomine, sed actus, nec substantię titulo, sed operę, quia spirat, non quia spiritus propriè est. nam & flare, spirare est. Ita & animam, quam flatum ex proprietate defendimus, spiritum nunc ex necessitate pronuntiamus. [128] Ceterùm aduersus Hermogenem, qui eam ex

Luc. 11. Apocal. 6. Gen. 1.

Cap. X.

Cap. XI.

materia, non ex Dei flatu contendit, flatum propriè tuemur. Ille enim aduersus ipsius scripturæ fid em D
flatum in spiritum vertit: vt dum incredibile est, spiritum Dei in delictum, & mox in iudicium deue-
nire, ex materia potius anima credatur quàm ex Dei spiritu. Idcirco nos & illic flatum eam defendi-
mus, non spiritum secundum scripturam & secundum spiritus distinctionem: & hîc spiritum ingra-
tis pronuntiamus, secundum spirandi & flandi conditionem. illic de substantia quæstio est. spirare
enim substantiæ actus est. Nec diutius de isto, [139] nisi propter hæreticos, qui nescio quod spiritale se-
men infulciunt animæ de Sophiæ matris occulta liberalitate conlatum, ignorante factore; quum scri-
ptura factoris magis Dei sui conscia, nihil amplius promulgauerit, quàm [140] Deum flantem in faciem
hominis flatum vitæ, & hominem factum in animam viuam, per quam exinde & viuat & spiret: satis
declarans differentias spiritus & animæ in sequentibus instrumentis, ipso Deo pronuntiante: [141] Spi-
Esai. 57. ritus ex me prodiuit, & flatum omnem ego feci. & anima enim flatus factus ex spiritu. Et rursus,
ibid. 14. [142] Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam. Primò enim anima, id est
flatus populo in terra incedenti, id est in carne carnaliter agenti. Postea spiritus eis qui carnaliter cal-
cant, id est opera carnis subigunt: [143] quia & Apostolus non primùm quod spiritale est, sed quod
animale, postea spiritale. [144] Nam, etsi Adam flatim prophetauit magnum illud sacramentum in
Christum & Ecclesiam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc relinquet
Ephes. 5. homo patrem & matrem, & adglutinabit se vxori suæ & erunt duo in vnam carnem: accidentiam spi-
Gen. 2. ritus passus est, cecidit enim extasis super illũ Sancti spiritus vis operatrix Prophetiæ. Nã & malus spiri-
tus accidens res est. Denique Saulem tam Dei spiritus postea vertit in aliam virtum, id est in Prophe-
1. *Reg.* 10. ten, cùm dictum est, Quid hoc filio Cis? an & Saul in Prophetis? quàm & malus spiritus postea euer-
tit in alium virũ, in apostatam scilicet. Iudam quoq; aliquandiu cum electis deputatum vsque ad locu-
lorum officium, etsi iam fraudatorem, ttaditorẽ tandem nondum postea diabolus intrauit. Igitur si neq;
Dei, neque diaboli spiritus ex natiuitate conseritur animæ, solam eam constat ante euentum spiritus
vtriusque, si solam & simplicem & vniformem substantiæ nomine, atque ita non aliundè spirantem
CA. XII. quàm ex substantiæ suæ sorte. [145] Proinde & animum, [146] siue mens est, νοῦς apud Græcos, non aliud E
quid intelligimus, quàm suggestum animæ ingenitum & insitum & natiuitùs, proprium, quo agit, quo
sapit, quem secum habens ex semetipsa, se commoueat in semetipsa, atque ita moueri videatur ab
illo tanquam substantia alia, vt volunt [147] qui etiam vniuersitatis motatorem animum decernunt,
[148] illum Deum Socratis, [149] illum Valentini Monogenem ex patre βόθῳ, & matre ἐννοίᾳ, [150] quam-
uis Anaxagoræ turbata sententia est. Initium enim omnium commentatus animum, [151] & vniuersitatis
oscillum de illius axe suspendens, purúmque eum adfirmans, & simplicem & incommiscibilem hoc
vel maximè titulo segregat ab animæ commistione, & tamen eundem alibi animam edicit. [152] Hoc
etiam Aristoteles denotauit, nescio an sua paratior implere quàm aliena inanire. [153] Denique & ipse de-
finitionem animi quum differret interim alterum animi genus pronuntiauit, illum diuinum, quem rur-
sus & impassibilem subostendens, abstulit & ipse eum à consortio animæ. Cùm enim animam passibi-
lem constet eorum quæ sortita est pati, aut per animum, & cum animo patietur: si concreta est animo,
non poterit animus impassibilis induci: aut si nõ per animũ, nec cum animo patietur anima, non erit cõ-
creta illi cũ qua nihil, & cui nihil patitur. Porrò si nihil per illũ, & cum illo anima patietur, iã nec sentiet,
nec sapiet, nec moucbitur per illum, vt volunt. [154] Nam & sensus passiones facit Aristoteles. Quidni? &
sentire enim pati est, quia pati sentire est. Proinde & sapere sentire est, & moueri sentire est: ita totũ pati
est. Videmus autem nihil istorũ animam experiri, vt non & animo deputetur, quia per illum & cum illo
transigitur. Iam ergo & cõmiscibilis est animus aduersus Anaxagoram, & passibilis aduersus Aristote- F
lem. Ceterùm si discretio admittitur, vt substantia duæ res sint, animus atque anima, alterius erit &
passio, & sensus, & sapor omnis, & actus, & motus: alterius autem otium, & quies, & stupor, & nulla iam
causa, & aut animus vacabit, aut anima. Quòd si constat ambobus hęc omnia reputari, ergo vnum erũt
vtrumque, [155] & Democritus obtinebit, differentiam tollens, & quæretur quomodo vnum vtrumque ex duarum substantiarum confusione, an ex vnius dispositione. Nos autem animum ita dicimus
CA. XIII animæ concretum, non vt substantiæ alium, sed vt substantiæ officium. [156] Ad hoc dispice-
re supereſt, principalitas vbi sit, id est qui cui præsit, vt cuius principalitas apparuerit, illa sit sub-
stantiæ massa. Id autem cui massa substantiæ præerit, in officium naturale substantiæ deputetur. Enim-
uerò quis non animę dabit summam omnẽ, cuius nomine totius hominis mentio titulata est. [157] Quan-
tas animas pasco (ait diues) non animos: Et animas saluas optat gubernator, non animos: Et rusticus in
opere, & in prælio miles, animam se, non animũ ponere adfirmat. Cuius nominationa pericula aut vota
sunt animi an animę? Quid autẽ agere dicuntur moribundi, animũ an animã? Ipsi postremò Philosophi
ipsíq; Medici quamuis de animo quoque disputarent, [158] faciẽ tamen operis frontẽque materiæ de ani-
mâ vnusquisque proscripsit. Vt autem & à Deo discas, [159] animam Deus semper adloquitur, animam
compellat atque aduocat, vt in animum sibi aduertat. [160] Illam saluam venit facere Christus, illam per-
dere in gehẽnam cõminatur illã pluris fieri vetat, illam & ipse bonus pastor pro pecudibus suis ponit.
Habes animæ principalitatẽ, habes in illa & substãtiæ vnionem, cuius intelligam instrumentũ esse ani-
C. XIIII. mũ, non patrociniũ. [161] Singularis alioquin & simplex, & de suo tota est nõ magis instructilis aliũdè

quam

quam diuisibilis ex se, quia nec dissolubilis. [162] Si enim structilis, & dissolubilis: si dissolubilis, iam non immortalis. Itaque quia iam non mortalis, neque dissolubilis, neque diuisibilis. Nam & diuidi dissolui est, & dissolui mori est. [163] Diuiditur autem in partes, [164] nunc in duas à Platone, [165] nunc in tres à Zenone, [166] nunc in quinque, & in sex à Panætio, [167] & in septem à Sorano, [168] etiam in octo penes Chrysippum, [169] etiam in nouem penes Apollophanem, [170] sed & in decem apud quosdam Stoicorum, [171] & in duas amplius apud Posidonium, qui à duobus exortus titulis, principali quod aiunt ἡγεμονικὸν, & à rationali, quod aiunt λογικὸν, in duodecim exinde prosecuit: [172] ita in alias ex alijs species diuidunt animam. Huiusmodi autem non tam partes animæ habeb untur, quàm vires & efficaciæ & operæ, [173] sicut de quibusdã & Aristoteles iudicauit. Non enim membra sunt subtãtiæ animalis, sed ingenia: vt motorium, vt actorium, vt cogitatorium, & si qua in hunc modum distinguunt, vt & ipsi illi quinque notissimi sensus, visus, auditus, gustus, tactus, odoratus. Quibus omnibus etsi certa singulis domicilia in corpore determinauerũt, non idcircò hæc quoq; distributio animæ ad animæ sectiones pertinebit, quãdo ne ipsum quidem corpus ita diuidatur in membra, vt isti volunt animã. Atquin ex multitudine membrorum vnum corpus efficitur, vt concretio sit potius ipsa diuisio. [174] Specta portentosissimam Archimedis munificentiã, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, & vna moles erunt omnia. Sic & spiritus qui illic de tormẽto aquæ anhelat, non ideò separabitur in partes, quia per partes administratur, subsãtia quidem solidus, opera verò diuisus. [175] Non longè hoc exemplum est à Stratone & Ænesidemo & Heraclito: [176] nam & ipsi vnitatem animæ tuentur, quæ in totum corpus diffusa, & vbique ipsa velut flatus in calamo per cauernas, ita per sensualia varijs modis emicet, non tam concisa quàm dispensata. Hæc omnia quibus titulis nuncupentur, & quibus ex se diuisionibus deriuentur, & quibus in corpore metationibus sequestrentur, Medici potius tum Philosophi considerabunt, nobis pauca conuenient. [177] In primis an sit aliquis summus in anima gradus vitalis, & sapientialis, quod ἡγεμονικὸν appellant, id est principale, quia si negetur, totus animæ status periclitatur. Deniq; qui negant principale, ipsam priùs animã nihil censuerunt, [178] Messenius aliquis Dicæarchus; [179] ex Medicis autem Andreas [180] & Asclepiades, ita abstulerunt principale, dum in animo ipso volunt esse sensus, quorum vindicatur principale. Asclepiades etiam illa argumẽtatione vectatur, quòd pleraq; animalia ademptis eis partibus corporis, in quibus plurimùm existimatur principale consistere, & insuper viuant aliquatenus, & sapiant nihilominus: vt muscæ & vespæ & locustæ, si capita decideris: vt capræ, & testudines, & anguillæ, si corda detraxeris: itaque principale non esse. Quod, si fuisset amissus eum suis sedibus vigor animæ, non perseueraret. [181] Sed plures & Philosophi aduersus Dicæarchũ Plato, Strato, Epicurus, Democritus, Empedocles, [182] Socrates, [183] Aristoteles: & Medici aduersus Andream & Asclepiadem Herophilus Erasistratus, [184] Diocles, Hippocrates, & ipse Soranus: [185] Iámque omnibus plures Christiani, qui apud Deum de vtroque deducimur, & esse principale in anima, & certo in corporis recessu consecratũ. [186] Si enim scrutatorem & dispectorem cordis Deum legimus; [187] si etiam Prophetes eius occulta cordis traducendo probatur: si Deus ipse recogitatus cordis in populo prœuenit, [188] Quid cogitatis in cordibus vestris nequam? Si & Dauid: Cor mũdum conde in me Deus. Et Paulus, Corde, ait, credi in iustitiam. Et Ioam. Corde, ait, suo vnumquenque reprehendi. Si postremò, Qui viderit fœminam ad concupiscendum, iam adulterauit in corde: Simul vtrunque dilucet, & esse principale in anima, quòd intentio diuina conueniat, id est vim sapientialem atque vitalem: quod enim sapit, viuidum est: & in eo thesauro corporis haberi, ad quem Deus respicit: [189] vt neque extrinsecus agitari putes principale istud secundum Heraclitum, [190] neque per totum corpus ventilari secundum Moschionem, [191] neque in capite concludi secundum Platonem, [192] neque in vertice potius præsidere secundum Xenocratem, [193] neque in cerebro cubare secũdum Hippocratem, [194] sed nec circa cerebri fundamentum vt Herophilus, [195] nec in membranulis, vt Strato [196] & Erasistratus, [197] nec in superciliorum meditullio vt Strato Physicus, [198] nec in tota lorica pectoris vt Epicurus, [199] sed & quod Ægyptij renuntiauerunt ei qui diuinarum commentatores videbantur, [200] & ille versus Orphei vel Empedoclis: Namque hominis sanguinis circũ cordialis est sensus, [201] etiam Protagoras, [202] etiam Appollodorus [203] & Chrysippus hæc sapiunt, vt vel ab istis retusus Asclepiades capras suas quærat sine corde balantes, & muscas suas abigat sine capite volitantes: & omnes iam sciant se potius sine corde & cerebro viuere, qui dispositionem animæ humanæ de conditione bestiarum præiudicarint. [204] Est & illud ad fidem pertinens, [205] quòd Plato bisariam partitur animam, per rationalem & irrationalem. Cui definitioni & nos quidem adplaudimus, [206] sednon vt naturæ deputetur vtrunque. Naturale enim rationale credendum est, quod animæ à primordio sit ingenitum, à rationali videlicet auctore. Quid enim non rationale, quod Deus iussu quoque ediderit, nedum id quod propriè ad flatu suo emiserit? Irrationale autem posterius intelligẽdum est, vt quod acciderit ex serpẽtis instinctu, ipsum illud trãsgressionis admissum, atq; exinde inoleuerit & coadoleuerit ni anima adinstar iam naturalitatis, quia statim in naturæ primordio accidit. [207] Ceterùm quum idem Plato solum rationale dicat, vt in anima Dei ipsius, si nos etiam irrationale naturæ adscripserimus, quàm à Deo anima nostra sortita est, æquè irrationale de Deo erit: vtpotè naturale, quia naturæ

A

B Ca. xv.

C Sap. 1. Prou. 23. psal. 138. Matth. 9. psalm. 50. Rom. 10. 1. Ioan. 3. Matth. 5.

Ca. xvi.

Gen. 1.

Gen. 2.

Deus auctor est. Sed enim à diabolo immissio delicti: Irrationale autem omne delictum: Igitur à diabolo irrationale à quo & delictum, extraneum à Deo à quo est irrationale alienum. Proinde diuersitas horum ex distantia auctorum. Proinde cùm Plato soli Deo segregans rationale,[208] duo genera subdiuidit ex irrationali:[209] indignatiuum quod adpellant θυμικὸν, & concupiscentiuum quod vocant ἐπιθυμητικὸν? vt illud quidem commune sit nobis & leonibus, istud verò cum muscis, rationale porrò cum musculis, rationale porrò cum Deo: video & de hoc mihi esse retractandum, propter ea quæ in Christo deprehenduntur. Ecce enim tota hæc trinitas & in Domino, & rationale quo docet quæ differit, quo salutis vias sternit: indignatiuũ, quo inuehitur in Scribas & Pharisæos: & concupiscentiuum, quo Pascha cum discipulis suis edere concupiscit.[210] Igitur apud nos non semper ex irrationali censenda sunt indignatiuũ & concupiscentiuum, quæ certi fumus in Domino rationaliter decucurrisse.[211] Indignabitur Deus rationaliter quibus scilicet debet, & concupiscet Deus rationaliter quæ digna sunt ipso. Nam & malo indignabitur, & bono concupiscet salutem. Dat & Apostolus nobis concupiscentiam. Si quis Epiſcoporum cõcupiscit, bonum opus concupiscit. Sed bonum opus dicens, rationalem cõcupiscentiam ostendit. Concedit & indignationem. Quidni, quam & ipse susceperit? Vtinam & prædicantur, inquit, qui vos subuertunt. Rationalis est indignatio quæ ex affectu disciplinæ est.[212] At quum dicit: Fuimus aliquãdo natura filij iræ, irrationale indignatiuũ suggillat, quòd non sit ex ea natura quæ à Deo est, sed ex illa quã diabolus induxit, dominus & ipse dictus sui ordinis, Non potestis duobus dominis seruire: pater & ipse cognominatus, Vos ex diabolo patre estis: ne timeas & illi proprietatem naturæ alterius adscribere posterioris & adulteræ,[213] quem legis auenarum superseminatorem, & frumentariæ segetis nocturnum interpolatorem. [214] Contingit nos illorum etiam quinque sensuum quæstio; quos in primis litteris discimus, quoniam & hinc aliquid hæreticis procuratur. Visus est, & auditus, & odoratus, & gustus, & tactus.[215] Horum fidem Academici duriùs damnant;[216] secundum quosdã, & Heraclitus & Diocles[217] & Empedocles.[218] Certè Plato in Timæo irrationalem pronuntiat sensualitatem, & opinioni complicitam.[219] Itaque mendacium visui obijcitur, quòd remos in aquâ inflexos vel infractos adfeuerat aduersus conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadet, quòd æqualissimam porticum angustiorem in vltimo infamet quòd cœlum tanta sublimitate suspensum mari iungat.[220] Perinde auditus fallaciæ reus. Vt cùm cœleste murmur putamus, & plaustrũ est: vel tonitru meditãte. pro certo de plaustro credimus sonitum. Sic & odoratus & gustus arguuntur, siquidẽ eadem vnguenta, eadẽmq; vina posteriore quoque vsu deprecIãtur. Sic & tactus reprehenditur, siquidẽ eadem pauimenta manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur, & in lauacris idẽ calidus lacus feruentissimus primò, dehinc temperatissimus renunntiatur. Adeò inquiunt, sic quoque fallimur sensibus, dum sententias vertimus.[221] Moderantiùs Stoici non omnem sensum, nec semper, de mendacio onerant. Epicurei constantiùs parem omnibus atque perpetuam defendunt veritatem, sed alia via. Non enim sensum mentiri, sed opinionem. Sensum enim pati, non opinari; animum enim opinari. Absciderunt & opinionem à sensu & sensum ab anima. Et vnde opinio, si non à sensu? Denique nisi visus rotundam senserit turrem, nulla opinio rotunditatis. Et vnde sensus si non ab anima? Denique carens anima corpus carebit & sensu. Ita & sensus ex anima est, & opinio ex sensu, & anima totum. Ceterùm optimè proponetur esse vtique aliquid, quod efficiat aliter quid à sensibus renuntiari, quàm sit in rebus. Porrò si potest id renuntiari quod non sit in rebus, cur non perinde possit per id renuntiari quod non sit in sensibus, sed in his rationibus quæ interueniant suo nomine? Atque adeò licebit eas recognosci.[222] Nam vt in aqua remus inflexus vel infractus appareat, aqua in causa est. Denique extra aquam integer visui remus. Teneritas autem substãtiæ illius, qua speculum ex lumine efficitur, prout icta seu mota est, ita & imaginem vibrans euertit lineã rectã. Item vt turris liabitus eludat, interualli conditio compellit in aperto; æqualitas enim circumfusi aëris pari luce vestiens angulos, obliterat lineas. Sic & vniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in cõclusо stipata illic tenuatur quò & extenditur. Sic & cœlum mari vnitur, vbi visio absumitur; quæ quamdiu viget, tamdiu diuidit.[223] Auditum verò quid aliud decipiet, quàm sonorum similitudo?[224] Et, si postea minus spirat vnguentum, & minus sapit vinum, & minus lacus feruet, in omnibus fermè prima vis tota est.[225] Ceterùm de scabro aclæui merito manus ac pedes tenera scilicet & calloſa membra dissentiunt. Igitur hoc modo nulla sensuum frustratio causa carebit. Quòd si causæ fallũt sensus, & per sensus opiniones: iam nec in sensibus constituenda fallacia est qui causas sequuntur, nec in opinionibus quæ à sensibus diriguntur sequentibus causas. Qui insaniunt, alios in alijs videt,[226] vt Orestes matrem in sorore,[227] Aiax Vlyssem in armato,[228] vt Athamas & Agaue in filijs bestias. Oculisne hoc mendacium exprobrabis, an furijs? Qui redundantia fellis auruginant, amara sunt omnia. Num ergo gustui præuaricationem exprobrabis, an valetudinem? Omnes itaque sensus euertuntur, vel circumueniuntur ad tempus, vt proprietate fallaciæ careant. Inimò iam ne ipsis quidem causis adscribendum est fallaciæ elogium. Si enim ratione hæc accidunt, ratio fallacia perhiberi non meretur, quod sic fieri oportet, mendacium non est. Itaque si & ipsæ causæ infamia liberantur, quanto magis sensus, quibus iam & causæ liberè præeunt: cùm hinc potissimùm & veritas & fides & integritas sensibus vindicanda sit, quòd non aliter renuntient, quàm quod illa ratio mandauit, quæ efficiat

aliter

1. Tim. 3.
Gal. 5.
E. hes. 1.
Matth. 6.
Ioan. 8.
Matth. 13. C. XVII.

A aliter quid à ſenſibus renuntiati, quàm ſit in rebus. Quid agis Academice procaciſſime? totum vitæ ſtatum euertis, omnem naturæ ordinem turbas, ipſius Dei prouidentiam exœcas, qui cunctis operibus ſuis intelligendis, incolendis, diſpenſandis, frudiſque fallaces, & mendaces dominos præfecerit ſenſus. An non iſtis vniuerſa conditio ſubminiſtratur? An non per iſtos ſecunda quoque mundo inſtructio acceſſit, tot artes, tot ingenia, tot ſtudia, negotia, officia, commercia, remedia, conſilia, ſolatia, victus, cultus, ornatuſque: omnia totũ vitæ ſaporem condierunt, dum per hos ſenſus ſolus omnium homo animal ratione dinoſcitur intelligentiæ capax, & ipſius Academiæ.[239] Sed enim Plato ne quod teſtimonium ſenſibus ſignet, propterea & in Phædro ex Socratis perſona negat ſe cognoſcere poſſe ſemetipsũ, vt monet Delphica inſcriptio.[240] Et in Theæteto adimit ſibi ſcire, atq; ſentire.[241] Et in Phædro poſt mortem differe ſententiam veritatis, poſtumam ſcilicet: & tamen nondum mortuus philoſophabatur. Non licet nobis in dubium ſenſus iſtos reuocare, & in Chriſto de fide eorum deliberetur: ne fortè dicatur, quòd falsò Satanam proſpectarit de cœlo præcipitatum: aut falsò vocem patris audierit de ipſo teſtificatam: aut deceptus ſit cùm Petri ſocrum tetigit: aut alium poſtea vnguenti ſenſerit ſpiritum, quod in ſepulturam ſuam acceptauit: alium poſtea vini ſaporem,[242] quod in ſanguinis ſui memoriam conſecrauit. Sic enim & Marcion phantaſma eum maluit credere, totius corporis in illo dedignatus veritatem. Atquin ne in Apoſtolis quidem eius ludificata natura eſt. Fidelis fuit & viſus & auditus in monte: fidelis & guſtus vini illius, licet aquæ antè, in nuptijs Gallilææ: & fidelis & tactus, exinde creduli Thomæ. Recita Ioannis teſtationem:[243] Quod vidimus, inquit, quod audiuimus, oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt, de ſermone vitæ. Falſa vtique teſtatio, ſi oculorum & aurium & manuum ſenſus natura mentitur. [244] Conuertor ad intellectualium partem, quemadmodum illam Plato à corporalibus ſeparatam hæreticis commendauerit, agnitionem ante mortem conſecutus.[245] Ait enim in Phædone: Quid tum erga ipſam prudentiæ poſſeſſionem? Vtrúmne impedimentum erit corpus, an non, ſi quis illud ſocium adſumpſerit in quæſtionem? Tale quid dico, habet ne veritatem aliquam viſio & auditio hominibus, an non? An non etiam Poëtæ hæc nobis ſemper obmuſſant, quòd neque audiamus certum, neque videamus?[246] Meminerat ſcilicet & Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua ſurda & cæca ſunt.[247] Itaque rurſus: illum ergo ait ſuperſapere, qui mente maximè ſapiat, neque viſionem proponens, neque vllum eiuſmodi ſenſum attrahens animo, ſed ipſa mente ſincera vtens in recogitando ad capiendum ſincerum quodque rerum, ſi egreſſus potiſſimùm ab oculis & auribus, & quo dicendum ſitã toto corpore vt turbante, & non permittente animæ poſſidere veritatem, atque prudentiam quando communicat. Videmus igitur aduerſus ſenſus corporales aliam portendi paraturam, vt multò idoniorem, vires ſcilicet animæ, intellectum operantes eius veritatis, cuius res non ſint coràm, nec ſubiaceant corporalibus ſenſibus, ſed abſint longè à communi conſcientia in arcano, & in ſuperioribus, & apud ipſum Deum.[248] Vult enim Plato eſſe quaſdam ſubſtantias inuiſibiles, incorporales, ſupermundiales, diuiuinas, & æternas: quas appellat Idæas, id eſt formas exemplares, & cauſas naturalium iſtorum manifeſtorum, & ſubiacentium corporalibus ſenſibus, & illas quidem eſſe veritates, hæc autem imagines earum.[249] Relucent ne iam hætetica ſemina Gnoſticorum & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentiam corporalium ſenſuum, & intellectualium virium,[240] quam etiam parabolæ decem virginum adtemperant: vt quinque ſtultæ ſenſus corporales figurauerint, ſtultos videlicet, quia deceptui facile ſi: ſapientes autem intellectualium virium notam expreſſerint, ſapientium ſcilicet, quia contingentium vetitatem, illam arcanam & ſupernam,[241] & apud pleroma conſtitutam hæreticarum Idæarum ſacramenta: hoc enim ſunt & αἰῶνες, & genealogiæ illorum. Itaque & ſenſum diuidunt: Et intellectualibus quidẽ à ſpiritali ſuo ſemine: ſenſualibus verò ab animali, quia ſpiritalia nullo modo capiat. & illius quidem eſſe inuiſibilia: huius verò viſibilia, & humilia, & temporalia quæ ſenſu cõuenian-
C tur, in imaginibus conſtituta.[242] Ob hæc ergo præſtruximus neque animum aliud quid eſſe, quàm animæ ſuggeſtum & ſtructum: neque ſpiritum extraneum quid, quàm quod & ipſa per flatum. Cetèrùm acceſſioni deputandum, quod aut Deus poſtea, aut diabolus adſpiraret. Et nunc ad differẽtiam ſenſualium & intellectualiũ non aliud admittimus, quàm rerũ diuerſitates: corporalium & ſpiritalium, viſibilium, & inuiſibiliũ publicatarũ & arcanarum, quòd illæ ſenſui, iſtæ intellectui attribuãtur; apud animã tamen & iſtis & illis obſequio deputatis, quæ perinde per corpus corporalia ſentiat, quemadmodum per animum incorporalia intelligat, ſaluo eo, vt etiam ſentiat dum intelligit. Non enim & ſentire intelligere eſt, & intelligere, ſentire eſt. At quid erit ſenſus, niſi eius rei quę ſentitur intellectus? quid erit intellectus, niſi eius rei quæ intelligitur ſenſus? Vnde iſta tormenta cruciandæ ſimplicitatis, & ſuſpendendæ veritatis? Quis mihi exhibebit ſenſum non intelligentem quod ſentit? aut intellectum non ſentientem quod intelligit, vt probet alterum ſine altero poſſe? Si corporalia quidem ſentiuntur, incorporalia verò intelliguntur: rerum genera diuerſa ſunt, non domicilia ſenſus & intellectus, id eſt, non anima & animus. Deniq; à quo ſentiuntur corporalia? Si ab anima, ergo iam & ſenſualis eſt animus, non tantùm intellectualis. Nam dum intelligit, ſentit; quia ſi non ſentit, nec intelligit. Si verò ab anima corporalia ſentiuntur, iam ergo & intellectus eſt vis animæ, non tantùm ſenſualis.

Luc. 10. Matth. 3. Matth. 8. Matth. 26.

Matth. 17. Ioan. 2. Ioan. 20. Ioan. 1.

C. VIII.

Matth. 24.

Nam dum sentit, intelligit: quia si non intelligit, nec sentit. Proinde à quo intelliguntur incorporalia? si ab animo, vbi erit anima? si ab anima, vbi erit animus? Quæ enim distant, abesse inuicem debent, cùm suis muneribus operantur. Putabis quidem abesse animum ab anima, si quando. Nam ita efficiunt, vt nesciamus nos vidisse quid, vel audisse: nec non audisse, [243] quia alibi fuerit animus: adeò contendam, immò ipsam animam nec vidisse, nec audisse, quia alibi fuerit cum sua vi, id est animo. Nam & quum dementit homo dementit anima, non peregrinante, sed compatiente runc animo. [244] Ceterùm animæ principaliter casus est. Hoc vnde firmatur? quòd anima digressa, nec animus in homine inueniatur. Ita illam vbique sequitur, à qua nec in fine subremanet. Quum verò sequitur & addicitur, perinde intellectus animæ addicitur, quam sequitur animus cui addicitur intellectus. sir nunc & potior sensu intellectus & potior cognitor sacramentorum, dummodò & ipse propria vis animæ quod & sensus. Nihil mea interest, nisi cùm idcircò præfertur sensui intellectus, vt ex hoc quoque operatior habeatur, quo potior adfirmatur. Tunc mihi post differentiam etiam prælatio retundenda est, peruentura quoque vsque ad potioris Dei persuasionē. [245] Sed

DE DEO SVO QVOQVE CAMPO EXPERIEMVR CVM HÆRETICIS. Nunc de anima titulus, & intellectu non insidiosè præferendo locus. Nam etsi potiora sunt quæ intellectu attinguntur vt spiritalia, quàm quæ sensu, vt corporalia, rerum erit prælatio, sublimiorum scilicet aduersus humiliores, non intellectus aduersus sensum. Quomodo enim præferatur sensui intellectus, à quo informatur ad cognitionem veritatum? Si enim veritates per imagines apprehenduntur, id est inuisibilia per
Rom. 1. visibilia noscuntur, quia & Apostolus nobis scribit: [246] Inuisibilia enim eius à conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur: [247] & Plato hæreticis: Facies occultorum ea quæ apparent, & necesse esse omninò hunc mundum imaginem quādam esse alterius alicuius, quòd sibi videtur intellectus duce vti sensu & auctore & principali fundamento, nec sine illo veritates posse contingi: quomodo ergo potior erit eo per quem est, quo eget, cui debet totum quod attingit? Ita vtrunque concludi-
CAP. XIX. tur; neque præferendum sensu intellectum; per quem enim quid constat, inferius ipso est: neque separandum à sensu; per quod enim quid est, cum ipso est. [248] Sed ne illi quidem prætereundi, qui vel modico temporis viduant animam intellectu. Proinde enim viam sternunt postea inducendi eius, sic vt in anima scilicet proueniat intellectus. Volunt infantiam sola anima contineri: qua tantummodò viuat, non vt pariter sapiat, quia nec omnia sapiant quæ viuant. [249] Denique arbores viuere, nec tamen sapere, secundum Aristotelem, [250] & si quis alius substantiam animalem in vniuersa communicat, quæ apud nos in homine priuata res est, non modò vt Dei opus quod & cetera, [251] sed vt Dei flatus quod hæc sola. quam dicimus cum omni instructu suo nasci. Et si ad arbores prouocamur, amplectemur exēplum. Siquidem & illis necdū arbusculis, sed stipitibus adhuc, & surculis etiam nunc, simul de scrobibus oriūtur, inest propria vis animę. Verùm pro tēporis ratione remoratur coalescens & coadulescēs roborisuo, donec ætas adimpleat habitum quo natura fungatur. [252] Aut vnde mox illis & frutices inoculantur, & folia formantur, & germina inflantur, & flosculi inornantur, & succi condiuntur: si non in ipsis omnis paratura generis quiescit, & partibus promota grandescit? Inde igitur & sapiunt vnde viuunt, tam viuendi quàm sapiendi proprietate, & quidem ab infantia & ipsæ sua. [253] Video enim & vitem adhuc teneram & impuberem, intelligentem tamen iam opera sua, & volentem alicubi adhærere, cùm innixa & inexa proficiat. Denique non expectata rustica disciplina, sine arundine, [254] sine corno, siquid attigerit, vltrò amabit [255] & quidem vitiosiùs amplexabrirur de suo ingenio quàm de tuo arbitrio properat esse secura. Video & hederas, quantum velis premas, statim ad superna conari,
F & nullo præeunte suspendi, quòd malint parietibus inuehi textili sylua, quam humi teri voluntaria iniuria. Contra quibus de ædificio malè est, vt crescendo recedunt, vt refugium sentias ramos aliorsum destinatos, & animationem arboris de diuortio parieris intelligas, contentæ sua paruitate, quam ex primordio prouidentissimi fruticis edidicit, timentis etiam ruinam. Has ego sapientias arborum cur non contendam? Viuant vt Philosophi volunt, sapiant vt Philosophi nolunt: intelligant & infantiam ligni, quo magis hominis, [256] cuius anima velut surculus quidam ex matrice Adam in propaginem deducta, & genitalibus fœminæ foueis commendata cum omni sua paratura, pullulabit tam intellectu quàm & sensu. [257] Mentior, si non statim infans vt vitam vagitu salutauit, hoc ipsum se testarur sensisse atque intellexisse quod natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus, & luce visum, & sono auditum, & humore gustum, & aëre odoratum, & terra tactum. Ita prima illa vox de primis sensuum vocibus, & de primis intellectuum pulsibus cogitur. Plus est quod de prospectu lachrymabilis vitæ quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem interprerantur, quòd etiam præsciens habenda sit ab ingressu natiuitatis, nedum intelligens. [258] Non enim exinde & matrem spiritu probat, & nutricem spiritu examinat, & gerulam spiritu agnoscit, fugiens extranea vbera, & recusans ignota cubilia, & neminem appetens nisi ex vsu? Vnde illi iudicium nouitatis, & mortis, si non sapit? vnde illi & offendi & demulceri, si non intelligit? Mirum satis, vt infantia naturaliter animosa sit, non habens animum: & naturaliter adfectiosa sit, non habens intellectum. [259] At enim Christus ex ore lactentium & paruulorum expediendo laudem nec pueritiam, nec infantiam hebetes pronuntiauit: quarum altera cum suffragio occurrens, testimonium ei potuit offerre altera pro ipso trucidata vtique vim sensit.

[260]

A [160 Et hic itaque concludimus, omnia naturalia animæ vt subſtantiua eius ipſi ineſſe, & cum ipſa atque proficere, ex quo ipſa cenſetur. 161 Sicut & Seneca ſæpè noſter; Inſita ſunt nobis quædam in artium & ætatum ſemina: magiſtérque ex occulto Deus producit ingenia, ex ſeminibus ſcilicet inſitis, & occultis per infantiam, quæ ſunt & intellectus. Ex his enim producuntur ingenia. Porrò vt frugum ſeminibus vna generis cuiuſque forma eſt, proceſſus tamen varij. Alia integro ſtatu euadunt, alia etiam meliora reſpondent, alia degenerant pro conditione cœli & ſoli, pro ratione operis & curę, pro temporum euentu, pro licentia caſuum: ita & animam licebit ſemine vniformem, fœtu multiformem: nam & hic etiam de locis intereſt. 162 Thebis hebetes & brutos naſci relatum eſt: 163 Athenis ſapiendi dicendique acutiſſimos, vbi penes Colytum pueri menſe citiùs eloquuntur præcoce lingua. 164 Siquidem & Plato in Timæo Mineruam adfirmat, cùm vrbem illam moliretur, nihil aliud quàm regionis naturam proſpexiſſe, talia ingenia pollicitam. 165 Vnde & ipſe in Legibus Megillo & Cliniæ præcipit condendæ ciuitati locum procurarent. Sed Empedocles cauſam argutæ indolis & obtuſæ in ſanguinis qualitate conſtituit, perfectum ac profectum de doctrina diſciplináque deducit. Tamen vulgata iam res eſt gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt, 166 Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat, mendaces Cretas etiam Apoſtolus inurit. Fortaſsè an & de corpore & de valetudine aliquid accedat. Opimitas ſapientiam impedit, exilitas expedit, paralyſis mentem prodigit, phthiſis ſeruat. quanto magis de accidentibus habebuntur, quæ circa corpulentiam & valentiam vel acuunt, vel obtundunt. Acuunt doctrinæ, diſciplinæ, artes, & experientia, negotia, ſtudia: obtundunt inſcitiæ, ignauia, deſidiæ, libidines, inexperientiæ, otia, vitia. Super hæc ſi & alia quæ præſunt poteſtates: enimuerò præſunt. Secundum nos quidem Dominus Deus, & diabolus æmulus, ſecundum communem autem opinionem & prouidentia & FATVM & neceſſitas & fortuna & arbitrij libertas. Nam hæc & Philoſophi diſtinguunt, 167 ET NOS SECVNDVM FIDEM DISSERENDA SVO IAM NOVIMVS TITVLO. Apparet quanta ſint quæ vnam animæ naturam variè collocarint, vt vulgò naturæ deputentur, quando non ſpecies ſint, ſed ſortes naturæ, & ſubſtantiæ vnius, illius ſcilicet quam Deus in Adam contulit, & matricem omnium fecit: atque adeò ſortes erunt, non ſpecies ſubſtantiæ vnius, id eſt varietas iſta moralis quanta nunc eſt, tanta non fuerit in ipſo principe generis Adam. Debuerant enim fuiſſe hæc omnia in illo, vt in fonte naturæ: atque inde cum tota varietate manaſſe, ſi varietas naturæ fuiſſet. [168 Quòd ſi vniformis natura animæ ab initio in Adam ante tot ingenia: ergo non multiformis, quia vniformis per tot ingenia; iam nec triformis 169, vt adhuc trinitas Valentiniana, cædatur, quæ nec ipſa in Adam recognoſcitur. Quid enim ſpiritale in illo? 170 ſi quia prophetauit magnum illud ſacramentum in Chriſtum & Eccleſiam: Hoc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, vocabitur mulier: propterea relinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur mulieri ſuæ, & erunt duo in carnem vnam: hoc poſtea obuenit, 171 quum in illum Deus amentiam immiſit, ſpiritalem vim qua conſtat Prophetia. ſi & malũ in eo apperuit trangreſſionis admiſſum, nec hoc naturale deputandum eſt, quod inſtinctu ſerpentis operatus eſt. Tam non naturale, quàm nec materiale, 172 quia & materiæ fidem iam excluſimus. Quòd ſi nec ſpiritale, nec quod dicitur materiale, proprium in illo fuit. Et ſi ex materia fuiſſet mali ſemen, ſupereſſet vt ſolum in illo & vnicum fuerit naturale, quod cenſetur animale: quod ſtatu ſimplex, & vniforme defendimus. De hoc planè relinquitur quæri an demutabile debeat credi, quod naturale dicatur. 173 Iidem enim conuertibilem negant naturã, vt trinitatẽ ſuam in ſingulis proprietatibus figant: quia arbor bona malos non ferat fructus, nec mala C bonos, 174 & nemo de ſpinis metat ficus, & de tribulis uuas. Ergo ſi ita eſt, neq; de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare poterit Deus, nec genimina viperarũ facere pœnitẽtiæ fructus. 175 Et errauit Apoſtolus ſcribẽs, Eratis & vos aliquando tenebræ, & fuimus & nos aliquãdo natura filij iræ, & in his vos quoq; fuiſtis, ſed abluti eſtis. 176 Sed nunquã diſcordabunt ſententiæ ſanctæ. 177 Non dabit enim arbor mala bonos fructus, ſi non inſeratur: & bona malos dabit, ſi non colatur. Et Iapides filij Abrahæ fiẽt ſi in fidẽ Abrahę formẽtur. 178 Et genimina viperarum fructũ pœnitentiæ facient, ſi venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis diuinæ gratiæ, potentior vtiq; natura, 179 habens in nobis ſubiacentẽ ſibi liberam arbitrij poteſtatẽ, quod αὐτεξούσιον dicitur, quę cùm ſit & ipſa naturalis atq; mutabilis, quoquo vertitur, natura conuertitur. Ineſſe autem nobis τὸ αὐτεξούσιον naturaliter, IAM ET MARCIONI OSTENDIMVS ET HERMOGENI. Quid nunc ſi & naturæ conditio ſic erit definienda, vt duplex determinetur, naturum & innatorum, factorum & infectorum. Atque ita quod natum factúmque conſtiterit eius natura capiet demutationem; & renaſci enim poterit & refici. Innatum autem & infectum immobile ſtabit. 180 quod cùm ſoli Deo competat, vt ſoli innato & infecto, & idcircò immortali & inconuertibili, abſolutum eſt, ceterorum omnium natorum atque factorum conuertibilem & demutabilem eſſe naturã, vt & ſi trinitas animæ aſſeribenda eſſet, ex mutatione accidentiæ, non ex inſtitutione naturæ deputaretur. [181 Cetera animę naturalia iam à nobis audijt Hermogenes, cum ipſorum defenſione & probatione, per quæ Dei potius quàm materiæ propinqua cognoſcitur. Hinc ſolummodò nominabuntur, ne prętérita videantur. Dedimus enim illi & libertatem arbitrij, vt ſuprà ſcripſimus, & dominationem rerum, & diuinationem interdum, ſeposita quę per Dei gratiam obuenit ex Prophetia. Itaque iam ab iſto diſpoſitionis retractatu recedam, vt ordin eiẽus expungam. 182 Definimus ani-

Ca. xx.

Tit. 1.

B

Ca. xxi.

Gen. 2.

Gen. 3.

Matth. 3. Ephes. 5. Ephes. 2. 1. Cor. 6. Luc. 6. Matth. 3. ibid.

C. xxii.

mam, Dei ſtatu natam, [283] immortalem, [284] corporalem, [285] effigiatam, [286] ſubſtantia ſimplicem, [287], de D
ſuo patientem, [287] variè procedentem. [289] liberam arbitrij, [290] accidentis obnoxiam, [291] per ingenia mu-
tabilem, [292] rationalem, dominatricem, [293] diuinatricem, [294] ex vna redundantem. Sequitur nunc, vt
C. XXIII quomodo ex vna redundet, conſideremus, id eſt vnde, & quando, & qua ratione ſumatur. [295] Qui-
dam de cœlis deueniſſe ſe credunt, tanta perſuaſione, quanta illuc indubitatè regreſſuros repromit-
tunt; [296] vt Saturnius Menandri Simoniani diſcipulus induxit, hominem affirmans ab angelis factum
primóque opus futile & inualidum, & inſtabile, in terra vermis inſtar palpitaſſe, quòd conſiſtendi vi-
res deeſſent. Dehinc ex miſericordia ſummæ poteſtatis, ad cuius effigiem nec tamen plenè perſpectam
temerè ſtructus fuiſſet, ſcintillulam vitæ conſecutum, quæ illum exſuſcitarit & erexerit, & conſtan-
tius animarit, & poſt deceſſum vitæ ad matricem relatura ſit. [297] Sed & Carpocrates tantundem ſibi
de ſuperioribus vindicat, vt diſcipuli eius animas ſuas iam & Chriſto, nedum Apoſtolis & peræquent,
& cùm volunt præferant: quas proinde de ſublimi virtute conceperint deſpectrice mundipotentium
principatuum. [298] Appelles ſollicitatas refert animas terrenis eſcis de ſupercœleſtibus ſedibus ab igneo
angelo Deo Iſraëlis & noſtro, qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem. [299] Examen Va-
lentini ſemen Sophiæ infulcit animæ, per quod hiſtorias atque mileſias æonum ſuorum ex imaginibus
viſibilium recognoſcunt. Doleo bona fide, [300] Platonem omnium hæreticorum condimentarium
factum. [301] Illius eſt enim & in Phædone, quòd animæ hinc euntes ſint illuc, & inde huc. [302] Item in
Timæo, quòd germina Deſ delegata ſibi mortalium genitura, accepto initio animæ immortali, [303]
mortale ei circumgelauerint corpus. [304] Tum quòd mundus hic imago ſit alterius alicuius, quæ omnia
vt fidei commendet. [305] &: Animam retrò in ſuperioribus eum Deo egiſſe in commercio Idearum, &
inde huc transfuenire, & hic quæ retrò norit de exemplaribus recenſere, nouum elaborauit argumen-
tum, [306] μαθησις ἀναμνησις, id eſt diſcentias reminiſcentias eſſe. [307] Venientes enim huc inde animas
obliuiſci eorum in quibus priùs fuerint, dehinc ex his viſibilibus recordari edoctas. Cùm igitur huiuſ-
modi argumento illa inſinuentur à Platone quæ hæretici mutuantur, ſatis hæreticos repercutiam, ſi ar-
C. XXIIII gumentum Platonis elidam. [308] Primò quidem obliuionis capacem animam non cedam, [309] quia E
tantam illi conceſſit diuinitatem, vt Deo adæquetur: innatam eam facit, quòd & ſolum armare po-
tuiſſem ad teſtimonium plenæ diuinitatis: adijcit immortalem, incorruptibilem, incorporalem, quia
hoc & Deum credidit, inuiſibilem, ineffigiabilem, vniformem, principalem, rationalem, intellectua-
lem. Quidamplius proſcriberet animam, ſi eam Deum nuncuparet? Nos autem qui nihil Deo appen-
dimus, hoc ipſo animã longè infra Deum expendimus, [310] quòd natam eam agnoſcimus, ac per hoc di-
lutioris diuinitatis, exilioris fœlicitatis, vt flatum, non vt ſpiritum. Et ſi immortalem, vt hoc ſit diui-
nitatis, tamen paſſibilem, vt hoc ſit natiuitatis: ideóque & à primordio exorbitationis capacem, & in-
de etiam obliuionis affinem. [311] Satis de isto cvm Hermogene. Ceterùm quæ vt Deus
haberi meritò poſſit ex peræquatione omnium proprietatum, Deus nulli paſſioni ſubiacebit. Ita nec
obliuioni, quum tanta ſit iniuria obliuio, quanta eſt gloria cuiuscuius iniuria eſt, [312] memoria ſcilicet,
quam & ipſe Plato ſenſuum & intellectuũ ſalutem, [313] & Cicero tot artium omnium ſtudiorũ prædica-
uit. Nec hoc iam indubium deducetur, an tam diuina anima m[illegible]riã potuerit amittere, ſed an quam
amiſerit, recuperare denuò poſſit. Quæ enim non debuit obliui[illegible], ſi oblita ſit, neſcio an valeat recor-
dari: ita vtrunque mea animæ non Platonicæ congruet. Secundo gradu opponam: [314] Natura com-
potem animam facis Idearum illarum, an non? immò natura, inquis. Nemo ergo concedet natura-
lem ſcientiam naturalium excidere artium, excidet ſtudiorum, excidet doctrinarum, diſciplinarum,
excident fortaſsè & ingeniorum & affectuum, quæ naturæ videntur, non tamen ſunt, [315] quia vt præ- F
miſimus, & pro locis, & pro inſtitutionibus, & pro corpulentijs, ac valetudinibus, & pro poteſtatibus
dominatricibus, pro libertatibus arbitrij, ex accidentibus ipſis conſtant. Naturalium verò ſcientia ne in
beſtijs quidem deficit. Planè obliuiſcetur feritatis leo, manſuetudinis eruditione præuentus, & [316] cum
toto ſuggeſtu iubarum, delicium fiet Berenices alicuius reginæ, lingua genas eius emaculans: mores
beſtiam relinquent, ſcientia naturalium permanebit. Non obliuiſcetur idem naturalium remedio-
rum, naturalium terrorum, & ſi de piſcibus, & ſi de placentis regina ei obtulerit, carnem deſide-
rabit: [317] & ſi languenti theriacam compoſuerit, ſimiam leo requiret, & ſi nullum illi venabulum ob-
firmabit, [318] gallum tamen formidabit. Perinde & homini omnium forſitan obliuioſiſſimo inobli-
terata perſeuerabit ſola ſcientia naturalium, vt ſola ſcilicet naturalis, [319] memor ſemper manducan-
di in eſurie, & bibendi in ſiti, & oculis videndum, & auribus audiendum, & naribus odoran-
dum, & ore guſtandum, & manu contrectandum. Hi ſunt certè ſenſus, quos Philoſophia depre-
ciat intellectualium prælatione. Igitur ſi naturalis ſcientia ſenſualium permanet, quomodo intelle-
ctualium, quæ potior habetur, intercidit? Vnde nunc ipſa vis obliuionis antecedentis recorda-
tionem? [320] ex multitudine (ait) temporis. Satis improſpectè. Quantitas enim temporis non per-
tinebit ad eam rem quæ innata dicatur, ac per hoc potiſſimùm æterna credatur. Quod enim æ-
ternum eſt, eo quia & innatum eſt, neque initium, neque finem temporis admittendo, nullum mo-
dum temporis patitur: cui temporis modus nullus eſt, nec vlla demutatione temporis ſubeſt, nec
eadem multitudine temporis vis eſt. Si tempus in cauſa eſt obliuionis, cur ex quo anima corpori
inducitur,

A inducitur, memoria delabitur, quasi exinde tempus anima sustineat, quæ sine dubio prior corpore non fuit vtique sine tempore? Ingressa verò corpus, statimne obluiscitur, an aliquanto pòst? Si statim & quæ erit temporis nondum supputandi multirudo? infantia scilicet. Si aliquanto pòst, ergo illo in spatio ante tempora obliuiònis memor adhuc aget anima. & quale est vt postea obliuiscatur, & rursus postea recordetur? Quoquo autem tempore illam obliuio inruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis, tota opinor vitæ decursio satis non erit ad vertendam memoriam tanti ante corpus æui. [31] Sed rursus Plato causam demutat in corpus, quasi & hoc fide dignum, vt nata subsantia innatæ vim extinguat. Magnæ autem & multæ differentiæ corporum pro gentilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro ætate, pro valetudine. Num ergo & obliuionum differentiæ æstimabuntur? Sed vniformis obliuio est; ergo non erit corporalitas multiformis in causa exitus vniformis. [32] Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinationem animæ probauerunt, [33] QVÆ PROPOSVIMVS IAM HERMOGENI. Sed nec quisquam hominum non & ipse aliquando presagam animam suam sentit, aut ominis, aut periculi, aut gaudij augurem. Si diuinationi non obstrepit corpus, nec memoriæ opinor officiet. In eodem certè corpore & obliuiscuntur animæ, & recordantur. Si qua corporis rario incutit obliuionem, quomodo contrariam eius admitet recordationem? quia & ipsa post obliuionem recordatio, memoria recidiua est. Quod primæ memoriæ aduersatur, cur non & secundæ refragetur? Postremò qui magis reminiscerentur quàm pueruli, vt recentiores animæ, vt nondum immersæ domesticis ac publicis curis, vt ipsis solis deditæ studijs, quorum discentiæ reminiscentiæ fiunt? Immò cur non exæquo omnes recordamur, cùm exæquo omnes obliuiscamur? Sed tantummodò Philosophi, ne hi quidem omnes. [34] Plato scilicet solus in tanta gentium sylua, in tanto sapientium prato, Idearum & oblitus & recordatus est. Igitur si nullo modo consistit argumentatio ista præcipua, totum illud pariter euersum est, cui accommodata est, vt animæ & innatæ, & in
B cœlestibus conuersatæ, & conscíæ diuinorum illic, & inde delatæ, & hîc recordatæ crederentur, ad occasiones planè hæreticis subministrandas. [35] Iam nunc regrediar ad causam huius excessus, vt reddam quomodo animæ ex vna redundent, quando, & vbi, & ex qua ratione fumantur, de qua specie nihil refert, à Philosopho, an ab hæretico, an vulgo quæstio occurrat. Nulla interest professoribus veritatis de aduersarijs eius, maximè tam audacibus quàm sunt primò isti qui præsumunt, non in vtero concipi animam, nec cum carnis figulatione compingi atque produci, [36] sed & effuso iam partu nondum viuo infanti extrinsecus imprimi. Ceterum semen ex concubitu mulieribus locis sequestratum, motúque naturali vegetatum compingueseere in solam substantiam carnis: eam editam, & de veteri fornace fumantem, & calore solutam vt ferrum ignitum, & ibidem frigidæ immersum, ita aëris rigore percussam, & vim animalem rapere, & vocalem sonum reddere. [37] Hoc Stoici cum Æneside mo, [38] & ipse interdum Plato, quum dicit: perinde animam extraneam alias & extorrem vteri prima adspiratione nascentis infantis adduci, sicut exspiratione nouissimè duci. Videbimus an sententiam finxerit, [39] ne ex Medicis quidem defuit Hicesius, & naturæ & artis suæ præuaricator. Puduit opinor, illos hoc statuere, quod fœminæ agnoscerent. [40] At quanto roboratior exitus à fœminis reuinci, quàm probari. In ista namque specie nemo tam idoneus magister, arbiter. testis, quàm sexus ipsius. Respondete matres, vósque prægnantes, vósque puerperæ, steriles & masculi taceant, vestræ naturæ veritas quæritur, vestræ passionis fides conuenitur, an aliquam in fœtu sentiatis viuacitatem alienam, de vestro de quo palpitent ilia, micent latera, tota ventris ambitio pulsetur, vbique ponderis regio muteturan hi morus gaudia vestra sint, & certa securitas, quòd ita infantem & viuere confidatis & ludere: an si desierit inquies eius, illi priùs pertimescatis: an & audiat iam in
C vobis, quum ad nouum sonum excutitur: an & ciborum vanitates illi desideretis, illi etiam fastidiatis: an & valetudinibus inuicem communicetis, ille quidem vsque contusionibus vestris, quibus & ipse intus per eadem membra signatur, rapiens sibi iniurias matris. Si liuor ac rubor sanguinis passio est, sine anima non erit sanguis: si valetudo omnis accessio est, sine anima non erit valetudo: si alimonia, inedia, crementa, decrementa, pauor motus, tractatio est animæ, his qui fungitur, viuet. Denique desinit viuere, qui desinit fungi Denique & mortui eduntur, quomodo nisi & vivi: qui aurem & mortui, nisi qui priùs viui? [41] Atquin & in ipso adhuc vtero infans trucidatur necessaria crudelitate, quum in exitu obliquatus denegat partum, matricida ni morituros. Itaque & inter arma Medicorum & organa est, quo priùs patescere secreta coguntur tortili temperamento, cum anulo cultrato quo intus membra cæduntur anxio arbitrio, [42] cum hebete vnco quo totum pecus adtrahitur violento puerperio. [43] Est etiam æneum spiculum, quo iugulatio ipsa dirigitur cæco latrocinio: * ἐμβρυοῤῥάκτῃ appellant de infanticidij officio, vtique viuentis infantis peremptorium. Hoc & Hippocrates habuit, & Asclepiades, & Erasistratus, & maiorum quoque professor Herophilus, & mitior ipse Soranus, certi animal esse conceptum, atque ita miserati in fœlicissimæ huiusmodi infantiæ, vt priùs occidarur, ne viua lanietur. De qua sceleris necessitate nec dubitabat credo Hicesius, iam natis animam superducens ex aëris frigidi pulsu, [44] quia & ipsum vocabuli animæ penes Græcos de refrigeratione respondens. Num ergo Barbaræ Romanæq; gentes aliter animantur, [45] quia anima aliud quid, quàm ἀνεμος cognominauerunt? [46] Quàtæ verò nationes sub feruentissimo axe censentur, colorem quoq; excoctæ? Vnde illis

* ἐμβρυοπάκτῃ

anima quibus aëris rigor nullus? Taceo cubiculares æstus, & omnem illic caloris paraturam enitëtibus necessariam, quas adstari vel maximè periculum est. In ipsis penè balneis fœtus elabitur, & statim vagitus auditur. Ceterùm si aëris rigor thesaurus est animæ,[137] extra Germanias, & Scythas, & Alpes, & Argeos nemo debuit nasci. Atquin & populi frequentiores apud orientalem & meridialem temperaturam, & ingenia expeditiora omnibus Sarmatis etiam mente torpentibus. Et animi enim de rigoribus scitiores prouenirent, si animæ de frigusculis euenirent. Cum substantia enim & vis. His ita præstructis, postumus illos quoque recogitare,[138] qui execto matris vtero viui aërem hauserunt, Liberi aliqui & Scipiones.[139] Quòd si qui, vt Plato, perinde non putat duas animas in vnum conuenire, sicut nec corpora, ego illi non modò duas animas in vnum congestas ostendissem, sicut & corpora in fœtibus, verùm & alia multa cum anima conserta,[140] dæmonis scilicet, nec vnius, vt in Socrate ipso: [141] verùm & septenarij spiritus, vt in Magdalena: & legionarij numeri, vt in Gerasceno: quo faciliùs anima cum anima conseretur ex societate substantiæ, quàm spiritus nequam ex diuersitate naturæ. [142] At idem in sexto Legum, monens cauere ne vitiatio seminis ex aliqua vilitate concubitus labem corpori & animæ supparet, nescio de pristina magis, an de ista sententia sibi excideric. Ostendit enim animam de semine induci, quod curari monet, non de prima aspiratione nascentis. Vnde oro te, similitudine animæ quoq; parentibus de ingenijs respondemus [143] secundum Cleanthis testimonium, si non & ex animæ semine educimur? [144] Cur autem & veteres Astrologi genituram hominis ab initio conceptus digerebant, si non exinde & anima est ad quam æquè pertinet. si quid est C. XXVI. flatus. [145] Sed omnis inæqualitas sententiæ humanæ vsque ad Dei terminos: in nostras iam lineas gradum colligam, vt quod Philosophis Medicisque respondi, Christiano probem. De tuo frater fundamento fidem ædificem: Aspice viuentes vteros sanctissimarum fœminarum, nec modò spirantes iam illic infantes, verùm etiam prophetantes. [146] Ecce viscera Rebeccæ inquietantur, & longè adhuc partus, & aëris nullus impulsus. Ecce duplex fœtus in locis matris tumultuatur, & nusquam adhuc populi duo. Portentosa forsitan petulantia infantiæ antè certantis quàm viuentis, antè animosæ quàm animatæ, si tantummodò matrem subsultando turbassent. At cùm partus aperitur, & numerus inspicitur, & auguratus recognoscitur, puto iam non animæ solummodò probantur infantium, sed & pugnæ. Detinebatur qui præuenerat nasci à præuento necdum plenius edito, tantùm manu nato. Et si ipse animam de prima spiratione potabat Platonico more, aut de aëris rigore carpebat Stoica forma quid ille qui expectabatur, qui adhuc intus detinebatur, & foris iam detinebat? Nondum opinor spirans plantam fratris inuaserat, etiam nunc calens matre se priorem prodisse cupiebat. Ó infantem & æmulum & validum & olim contentiosum, credo quia viuum. [147] Aspice etiam singulares conceptus, & quidem monstrosiores, sterilis & virginis, quæ vel hoc ipso imperfectos edere potuissent pro euersione naturæ, vt altera seminis stupida, altera intacta. Decebat si fortè sine anima nasci qui fuerant non ritè concepti, sed & illi viuunt, in suo quisque vtero. Exultat Elizabeth, Ioannes intus impulerat: glorificat Dominum Maria, Christus intus in stinxerat. Agnoscunt matres suos inuicem fœtus, agnitæ mutuò ab ipsis vtique viuentibus, qui non tantùm animæ erant, verùm spiritus. [148] Sic & ad Hieremiam legis Dei vocem: Priusquàm te in vtero fingerem, noui te. Si fingit Deus in vtero, & afflat ex primordij forma, & finxit Deus hominem, & flauit in eum flatum vitæ: nec nosset autem hominem Deus in vtero, nisi totum. Et priusquàm exires de vulua, sanctificaui te, & mortuum adhuc corpus? vtique nequaquam. Deus enim viuorum, non C. XXVII mortuorum. [149] Quomodo igitur animal conceptum, simulne conflata vtriusque substantia corporis animæque, an altera earum præcedente? immò simul ambas & concipi, & confici, & perfici dicimus, sicut & promi, nec vllum interuenire momentum in conceptu quo locus ordinetur. Recogita enim de nouissimis prima: [150] si mors non aliud determinatur, quàm disiunctio corporis animæque, contrarium morti vita non aliud definietur quàm coniunctio corporis animæque. si disiunctio simul vtique substantiæ accidit per mortem, hoc debet coniunctionis forma mandasse pariter obuenientis per vitam vtrique substantiæ. Porrò vitam à conceptu agnoscimus, quia animam à conceptu vindicamus. Exinde enim vita quo anima: pariter ergo in vitam compinguntur, quæ pariter in mortem separantur. [151] Tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum, seminis quoque discernenda sunt tempora pro statu ordinis: & quando collocabitur corporis semen, quando animæ? immò si tempora seminum diuidentur, & materiæ diuersæ habebuntur, ex distantia temporum. Nam etsi duas species confitebimur seminis, corporalem & animalem, indiscretas tamen vindicamus, & hoc modo contemporales eiusdémque momenti. Ne itaque pudeat necessariæ interpretationis. Natura veneranda est, non erubescenda.[152] Concubitum libido, non conditio fœdauit. Excessus, non status est impudicus. Siquidem benedictus status apud Deum: Crescite, & in multitudinem proficite. Excessus verò maledictus, adulteria, & stupra, & lupanaria. [153] In hoc itaque solemni sexuum officio, quod marem ac fœminam miscet, in concubitu dico communi, scimus & animam & carnem simul fungi, animam concupiscentia, carnem opera, animam instinctu, carnem actu. Vnico igitur impetu vtriusque, toto homine concusso despumat in semen totius hominis, habens ex corporali substantia humorem, ex animali calorem. Et si frigidum nomen est anima Græcorum, quare cor-

Marc. 16.
Marc. 5.
Gen. 25.
Ibidem.
Luc. 1.
Ibidem.
Hierem. 1.
Gen. 1.
Hierem. 1.
Matth. 22.
Gen. 2.

A re corpus exempta ea friget?[154] Denique vt adhuc verecundia magis peticliter quàm probatione, in illo ipso voluptatis vltimæ æstu quo genitale virus expellitur, nónne aliquid de anima quoque sentimus exire, atque adeò marcescimus & deuigescimus cum lucis detrimento? Hoc erit semen animale protinus ex animæ destillatione, sicut & virus illud corporale semen ex carnis defæcatione. fidelissima primordij exempla de limo caro in Adam. Quid aliud limus quàm liquor opimus? Inde erit genitale virus, [155] ex adflatu Dei anima. Quid aliud adflatus Dei, quàm vapor spiritus? Inde erit quod per virus illud effamus. Quum igitur in primordio duo diuersa atque diuisa limus & flatus vnum hominem coëgissent, confusæ substantiæ ambæ iam in vno semina quoque sua miscuerunt, atque exinde generi propagando formam tradiderunt, vt & nunc duo licet diuersa, etiam vnita pariter effluant, paritérque insinuata sulco & aruo suo, pariter hominem ex vtraque substantia effruticent, in quo rursus semen suum insit secundum genus, sicut omni conditioni genitali præstitutum est. Igitur ex vno homine tota hæc animarum redundantia agitur, obseruante scilicet natura Dei edictum: Crescite, & in multitudinem proficite. Nam & in ipsa præfatione operis vnius: Faciamus hominem, vniuersa posteritas pluraliter prædicata est: [156] Et præsint piscibus maris nihil mirum, repromissio segetis in semine. [157] Quis ille nunc vetus sermo apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu, quòd hinc abeuntes eant illuc, & rursus huc veniant & viuant, & dehinc è vita abeant: rursus ex mortuis effici viuos? [158] Pythagoricus vt volunt quidam diuinus, Albini vt existimo, aut Mercurij forsitan Ægyptij. Sed nullus sermo diuinus nisi Dei vnius, quo Prophetæ, quo Apostoli, quo ipse Christus intonuit: [159] multò antiquior Moyses etiam Saturno nongentis circiter annis, nedum pronepotibus eius, certè diuinior multò, qui decursus generis humani ab exordio mundi quoque per singulas natiuitates nominatim temporatimque digessit, satis probans diuinitatem operis ex diuinatione vocis. [160] Si verò Samius Sophista Platoni auctor est animarum de recidiuatu reuolubili semper ex alterna mortuorum atque viuentium suffectione, certè ille Pythagoras etsi bonus cetera, tamen vt hanc sententiam exstrueret, non turpi modò, verumetiam temerario mendacio incubuit. Cognosce qui nescis, & crede nobiscum: mortem simulat, subterraneo latitat, septenni se illic patientia damnat, inter ea quæ de posteris defunctis ad fidem rerum esset relaturus, ab vnica conscia & ministra matre cognoscit: vt satis sibi visus est corpulentiam interpolasse ad omnem mortui veteris horrorem, de adytis fallaciæ emergit, vt ab inferis redditus. quis non crederet reuixisse quem crediderat obisse? audiens præsertim ab eo quæ de posteris mortuis nisi apud inferos non videretur cognoscere potuisse sic ex mortuis viuos effici senior sermo est. quid enim si & iunior? neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium deuitat nouellitatem. Teneo planè falsum antiquitate gerosum; quidni falsum, cuius testimonium quoque ex falso est? Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur vt credam? [161] quomodo mihi persuadebit Æthalidem [162] & Euphorbum, [163] & Pyrrhum piscatorem, [164] & Hermotimum, se retrò ante Pythagoram fuisse, vt persuadeat viuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peierauit? Quanto enim credibilius ipse ex semetipso rediisset in vitam, quam totiens alius atque alius, tanto & in durioribus fefellit, qui molliora mentitus est. Sed clypeum Euphorbi olim Delphis consecratum recognouit & suum dixit, & dé signis vulgo ignotis probauit. [165] Respice ad Hypogeum eius, & si capit, crede. Nam qui talem commentus est Strophan, cum iniuria bonæ valetudinis, cum fraude vitæ septennio excruciatæ infra terram inedia, ignauia, vmbra, cuî tanti fuit fastidium cœli, quam non accesserit temeritatem, quam non tentauerit curiositatem, vt ad notam clypei illius peruenire? Quid autem si in historijs aliquibus occultioribus reperit? Quid si defectæ iam traditionis superstites aliquas famæ aurulas hausit? Quid si ab ædituo redempta clàm inspectione cognouit? [166] Scimus etiam Magos elicere explorandis occultis [167] per catabolicos [168] & paredros, [169] & Pythonicos spiritus. Non enim & Pherecydes Pythagoræ magister his forsan artibus diuinabat, ne dicam somniabat. Quid si idem dæmon in illo fuit, qui & in Euphorbo res sanguinis gessit? Denique qui se Euphorbum ex argumento clypei probarat, cur neminem Troianorum commilitonum æquè recognouit? Nam & illi iam reuixissent, si viui ex mortuis fierent. [170] Mortuos quidem ex viuis effici constat, non ideò tamen & ex mortuis viuos. Ab initio enim viui priores, vnde ab initio æquè mortui posteriores: non aliundè quàm ex viuis illis habuerant vnde proficiscerentur, dum ne ex mortuis isti non habuerint vnde magis deducentur. Igitur si ab initio viui non ex mortuis, cur postea ex mortuis? Defecerat ille quicunque est originis fons? An formæ pœnituit? & quomodo in mortuis salua est? Non quia ab initio mortui ex viuis, idcircò semper ex viuis? Aut enim in vtraque parte forma initij perseuerasset, aut in vtraque mutasset: vt si viuos ex mortuis postea fieri oportuerat, perinde oporteret etiam non ex viuis effici mortuos. Si non peræquare deberet fides institutionis, non vsquequaque contraria ex contrarijs reformari alternant. Et nos enim opponemus contrarietates nati & innati, visualitatis & cæcitatis, iuuentæ & senectæ, sapientiæ & insipientiæ. Nec tamen ideò innatum de nato prouenire, quia contrarium ex contrario fiat. Nec visualitatem iterum ex cæcitate, quia de visualitate cæcitas accidat: nec iuuentam rursus de senecta reuiuiscere, quia ex iuuenta senecta marcescat: nec insipientiam ex sapientia denuò obtendi, quia ex insipientia sapientia acuatur.[171] Hæc & Albinus Platoni suo veritus subtiliter quærit contrarietatum genera

Gen. 2.

Gen. 1.

C. xxiiii

B

C

C. xxix.

distinguere, quasi non & hæc tam absolutè in contrarietatibus posita sint, quàm & illa quæ ad sententiam magistri sui interpretantur, vitam dico & mortem. Nec tamen ex morte vita reddatur, quia ex vi- D
CA.XXX ta mors deferatur. [172 Quid autem ad cetera respondebimus? Primò enim si ex mortuis viui, sicut mortui ex viuis, vnus omninò & idem numerus semper hæsisset omnium hominum, ille scilicet numerus qui primus vitam introisset. Priores enim ex mortuis viui, dehinc mortui ex viuis, & rursus ex mortuis viui. Et dum hoc semper ex ijsdem, ita totidem semper qui ex ijsdem. Nam neque plures aut pauciores exissent, quàm redirent. Inuenimus autem apud Commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, 173 dum aborigines, vel vagi, vel extorres, vel glorioſi quique aucupant terras, vt Scythæ Parthicas, vt Menidæ Peloponnesum, vt Athenienses Asiam, vt Phryges Italiam, vt Phœnices Africam, dum solennes etiam migrationes, 174 quas μετοικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis, in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines nunc in suis sedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem fœnerauerunt. Certè quidem ipse orbis in prõptu est cultior de die, & instructior pristino. Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotio, solitudines famosas retrò fundi amœnissimi obliterauerunt, syluas arua domuerunt, feras pecora fugauerunt, harenæ feruntur, saxa pangunt ur paludes eliquantur, tantæ vrbes quantæ non casæ quondam. Iam nec insulæ horrent, nec scopuli terrent; vbique domus, vbique populus, vbique respublica, vbique vita. Summum testimonium frequentiæ humanæ. Onerosi iumus mundo, vix nobis elementa sufficiunt, & necessitates arctiores, & querelæ apud omnes, dum iam nos natura non sustinet. 175 Reuera lues, & fames, & bella, & voragines ciuitatum pro remedio deputanda, tanquam tonsura insolescentis generis humani: & tamen quum eiusmodi secures maximam mortalium vim semel cædant, nunquam restitutionem eius viuos ex mortuis reducentem 176 post mille annos semel orbis expauit. Et hoc enim sensibile fecisset æqua vis amissionis & restitutionis, si viui ex mortuis fierent. Cur autem mille annis pòst, & non ſtatim ex mortuis viui, quum si non ſtatim supparetur quod erogatum in totum absumi periclitetur, præueniente restitutionem defectione: quia nec pariasset commeatus hic vitæ miliario temporis longè scilicet breuior, & idcircò facilior ante extingui E
quàm redaccendi. Igitur quæ hoc modo intercidisset, si viui ex mortuis fierent, quando non inter-
C.XXXI. cidit, non erit credendum viuos ex mortuis fieri. [177 Iam verò si ex mortuis viui, vtique singuli ex singulis. Singulorum ergo corporum animas, vt singulas in singula corpora reuerti oportuerat. 178 Porrò si & binæ & trinæ & quinæ vsque vno vtero resumuntur, non erunt ex mortuis viui, quia non singuli ex singulis 179 Et hoc autem modo primordij forma signatur, quum & nunc plures animæ de vna proferuntur. Item quum varia ætate decedant animæ, cur vnà reuertuntur? Omnes enim ab infantia imbuuntur, qua infans reuertatur. quale est autem vt senex defunctus infans reuertatur? si decrescit foris anima retrograda ætate, quãto magis erat vt progressior reuerteretur mille pòst annis? Certè vel coætanea suæ mortis, vt ætuum quod reliquisset, iterum recepisset. Sed & si eædem semper reuoluerentur, licet non corporum quoque formas easdem, licet non flatorum: tamen quoque fortes casam vel ingeniorum & studiorum & adiectionum pristinas proprietates secum referre deberent, quoniam temerè eædem haberentur, carentes his per quæ eadem probarentur. Vnde scias (inquis) an ita quidem fiat occultè, sed conditio miliarij æui interimar facultatem recensendi, qua ignorata & ibi reuertuntur. Atquin scio non ita fieri, quum Pythagoram, Euphorbum mihi opponis. Ecce enim Euphorbum mihi opponis, ecce enim Euphorbum militarem & bellicam animam satis constat vel de ipsa gloria clypeorum consecratorum: Pythagoram verò tam resident & imbellem, vt prælia tunc Græciæ vitans, Italiæ maluerit quietem Geometriæ & Astrologiæ & Musicæ deuotus, alienus studio F
& affectu Euphorbi. Sed & Pyrrus ille fallendis piscibus agebat, 180 Pythagoras contrà nec edendis, vt animalibus abstinens. Æthalides autem & Hermotimus 181 fabam quoque in pabulis communibus inruerat: Pythagoras verò ne per fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit. Quomodo ergo eædem animæ recuperantur, quæ nec ingenijs, nec institutis iam, nec victibus eædem probabuntur. Iam nunc de tanto Græciæ censu quatuor solæ animæ recensentur. Sed & quid vtique de solo Græciæ censu, vt non ex omni gente, ex omni ætate ac dignitate, ex omni denique sexu, 182 & μετεμψύχωσις & μετενσωμάτωσις quotidie existant, cur solus Pythagoras alium atque alium se recognoscat, non & ego? aut si priuilegium Philosophorum est, & vtique Græcorum, 183 quasi non & Scythæ & Indi philosophentur, cur neminem se retrò meminit Epicurus, neminem Chrysippus, neminem Zeno, ne ipse quidem Plato, quem forsitan Nestorem credidissemus ob mella facundiæ.
C.XXXII [184 Sed enim Empedocles 185 quia se Deum deliraret, idcircò opinor dedignatus aliquem se heroum recordari, 186 Thamnus & piscis fui, inquit. 187 cur non magis & pepo tam insulsus, & chamæleon tam inflatus? Planè vt piscis, ne aliqua sepulturæ conditio reputesceret, assum se maluit in Æthnam præcipitando. Atque exinde in illo finita sit metensomatosis, vt æstiua cœna post assum. Perindeigitur & hic dimicemus necesse est aduersus portẽtosiorem præsumptionem, bestias ex hominibus & homines ex bestijs reuoluentem. 188 Viderint thamni, licebit, & lapathi, ne plus ridere quàm docere cogamur. Dicimus animam humanam nullo modo in bestias posse transferri, 189 etiamsi secundum Philosophos ex elementitijs subſtantijs censeretur. Siue enim ignis anima, siue aqua, siue sanguis, siue spiritus

A spiritus, siue aër, siue lumen, recogitare debemus contraria quęque singulis speciebus animalia: [190] igni quidem ea quæ rigent; colubros, stelliones, salamandras, etiam quæcunque de æmulo producentur elemento, de aqua scilicet, perinde contraria, atque illa quæ arida & exucida: denique siccitatibus gaudent locustæ, papiliunculi, chamæleontes. [191] Item contraria sanguini quæ carent purpura eius, cochleas, vermiculos, & maiorem piscium censum. [192] Spiritui verò contraria quæ spirare non videntur, carentia pulmonibus & arterijs, culices, formicas, tineas, & hoc genus minutalia. [193] Item aëri contraria, quæ semper subterraneum & subaquaneum viuentia carent haustu eius. Res magis quàm nomina noueris. [194] Item contraria lumini, quæ cæca in totum, vel solis tenebris habent oculos, talpas, vespertugines, noctuas. Hæc vt ex apparentibus & manifestis substantijs doceam. [195] Ceterùm si & atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderem, & Idæas Platonis offenderem, [196] & entelechias Aristotelis occuparem, inuenirem fors his quoq; speciebus animalia, quæ nomine contrarietatis opponerem. Contẽdo enim, ex quacunq; substantia supradicta constitisset humana anima, non potuisse eam in tam contraria vnicuiq; substantiæ animalia reformari, & censum eis de sua translatione conferre, à quibus excludi ac respui magis haberet, quàm amitti & capi nomine huius primę contrarietatis, quæ substãtiui status diuersitatem cõmittit, tunc & reliquæ per consequentem ordinem cuiusq; naturæ. Nam & sedes alias humana anima sortita est, & victus, & instructus, & sensus, & adfectus, & concubitus, & fœtus. item ingenia, tum opera, gaudia tędia, vitia, cupidines, voluptates, valetudines medicinas, suos postremò & vitæ modos, & exitus mortis. [197] Quomodo igitur illa anima quæ terris inhærebat, nullius sublimitatis, nullius profunditatis intrepida, ascensu etiam scalarũ fatigabilis, submersu etiam piscinarum strangulabilis, aëri postea insultabit in aquila, aut mari postea desultabit in anguilla? Quomodo item pabulis liberalibus & delicatis atq; curatis educata, non dico paleas, sed spinas, & agrestes amaritudines frondiũ, & bestias sterquiliniorum vermium etiã venena ruminabit, si in capram trã-
B sierit, vel in eotur nicem, immò & cadauerinam, immò & humanam, sui vtiq; memor in vrso & leone? Sic & cetera ad incongruentiam rediges, ne singulis perorandis immoremur. [198] Ipsius animæ humanæ quisquis modus, quæcunque mensura, quid faciet in amplioribus longè vel minutioribus animalibus? Necesse est enim & corpus omne anima compleri, & animam omnem corpore obduci. Quomodo ergo anima hominis complebit elephantum? quomodo item obducetur in culice? si tantum extenderetur aut contraheretur, profectò periclitabitur. Et ideò adijcio, quòd nulla ratione capax est huiusmodi translationis in animalia, nec modulis corporum, nec ceteris naturæ fuæ legibus adæquantia. [199] Nunquid ergo demutabitur secundum qualitates generum, & vitam eorum contrariam humanæ vitæ, facta & ipsa contraria humanæ per demutationem? Enimuerò si demutationem capit amittens quod fuit non erit quæ fuit; & si quæ fuit, non erit, soluta est [200] μετεντωμάτωσις, non adscribẽda scilicet ei animæ, quę si demutabitur, non erit. Illius enim μετεντωμάτωσις dicetur, quæcunq; eã in suo statu permanẽdo pateretur. Igitur si nec mutari poteſt, ne non ſit ipſa, nec permanere in ſtatu, quia contraria non capit quæro adhuc cauſam aliquam fide dignam huiuſmodi træſlationis. [201] Nam etſi quidam homines beſtijs adæquantur, pro qualitatibus morum, & ingeniorum, & adfectuum, quia & Deus, [202] Adſimilatuseſt, inquit, homo irrationabilibus iumẽtis: non ideò milui ex rapacibus fiẽt, & canes ex ſpurcis, & pantheræ ex acerbis, aut oues ex probis, & hirundines ex garrulis, & colũbæ ex pudicis, quaſi eadem ſubſtantia animæ vbiq; naturam ſuam in animalium proprietatibus repetat. Aliud eſt autem ſubſtantia, aliud natura ſubſtantiæ. Siquidem ſubſtantia propria eſt rei cuiuſque, natura verò poteſt eſſe cõmunis. Suſcipe exemplum. Subſtantia eſt lapis, ferrum: duritia lapidis & ferri, natura ſubſtantiæ eſt. Duritia
C communicat, ſubſtantia diſcordat. Mollitia lanæ, mollitia plumæ, pariant naturalia earum, ſubſtantiua non pariant. Sic & ſi fœua beſtia vel proba vocetur homo, ſed non eadem anima. Nam & tunc naturæ ſimilitudo notatur, cùm ſubſtantiæ diſſimilitudo conſpicitur. Ipſum enim quod hominem ſimilem beſtiæ iudicas, confiteris animam non eandem ſimilem, ſimilem dicendo non ipſam. ſic & diuina pronuntiatio ſapit, pecudibus adæquans hominem natura, non ſubſtantia. Ceterùm nec Deus hominem hoc modo notaſſet, ſi pecudem de ſubſtantia noſſet. [Etiam quum iudicij nomine vindicatur hoc do- C.xxxiii.
gma, quòd animæ humanæ pro vita & meritis genera animalium ſortiantur, iugulandæ quæque in occiſorijs, & ſubigendæ quæque in famulatorijs, & fatigandæ in operarijs, & fœdandæ in immundis, proinde honorandæ, & diligendæ, & curandæ, & adpetendæ in ſpecioſiſſimis, & probiſſimis, & vtiliſſimis & delicatiſſimis: & hîc dicam: ſi demutantur, non ipſæ diſpungentur quæ merebuntur. Et euacuabitur ratio iudicij, ſi meritorum deerit ſenſus. Deerit autem ſenſus meritorum, ſi ſtatus verterit animarum. Vertit autem ſtatus animarum, ſi non eædem perſeuerauerint. Æquè ſi perſeuerauerint in iudicium, [203] quod & Mercurius Ægyptius nouit, dicens animam digreſſam à corpore non refundi in animam vniuerſi, ſed manere determinatam, vti rationem (inquit) patri reddat eorum quæ in corpore geſſerit. Volo iudicij vtique diuini iuſtitiam, grauitatem, maieſtatem, dignitatem recenſere, ſi non ſublimiore faſtigio præſidet humana cenſura, plenior vtriuſque ſententiæ honore pœnarum & gratiarum, ſeuerior in vlciſcendo, & liberalior in largiendo. Quid putas futuram animam homicidæ? aliquod credo pecus lanienæ & macello deſtinatum, vt perinde iuguletur, quia & ipſa iugulauerit; perinde decorietur, quia & ipſa deſpoliauerit; perinde in pabulum proponatur,

quia & ipſa beſtijs infecerit os, quas in ſyluis & aruis trucidauerit. Si ita iudicabitur, nónne illa anima plus ſolatij quàm ſupplicij relatura eſt? quòd funus inter coccos pretioſiſſimos inuenit, [405] quòd condimentis Apicianis & lurconianis humatur, quòd menſis Ciceronianis infertur, quòd lancibus ſplendidiſſimis Syllanis effertur, quòd exequias conuiuium patitur, quòd à coæqualibus deuoratur potius quàm à miluis, & lupis, vt in hominis corpore tumulata, & in ſuum genus regreſſa reſurrexiſſe videatur: exultans aduerſus humana iudicia, ſi ea experta eſt. [406] Nam quæ illa ſicarium varijs & exquiſitis, etiam præter naturam eruditis feris diſſipant, & quidem viuentem, immò nec facilè morientem curata mora finis ad plenitudinem pœnæ. Sed etſi anima præfugerit, vltimo gladio, ne corpus quo que euaſcrit ferrum, nihilominus iugulo vtroque confoſſis coſtiſque transfixis, compenſatio proprij facinoris exigitur. Inde in ignem datur, vt & ſepultura puniatur. Aliter denique non licet, nec tamen tanta eſt rogi cura vt reliquias aliæ beſtiæ inueniant: certè nec oſſibus parcitur, nec cineribus indulgetur, nuditate plectendis. Tanta eſt apud homines homicidij vindicta, quanta ipſa quæ vindicatur natura.

Rom. 13. Quis non præferat ſeculi iuſtitiam, quam & Apoſtolus non fruſtrà gladio armata conteſtatur, quæ pro homine fæuiendo religioſa eſt? Si ceterorum quoq; ſcelerum mercedem cogitemus, patibula, viuicomburia, culleos, & vncos, & ſcopulos, cui non expediat apud Pythagoram & Empedoclem ſententiam pati? Nam & qui laboribus atque ſeruitijs puniendi, in aſinos vtique & mulos recorporabuntur, quantum ſibi de piſtrinis & aquilegis rotis gratulabuntur, ſi metallorum, & ergaſtulorum, & operum publicorum, ipſorum que carcerum licet otioſorum, recordentur. Perinde qui integrè morati commendauerint iudici vitam, quæro præmia, ſed potius inuenio ſupplicia. Nimirùm magna merces bonis in animalia quæcunque reſtitui. [407] Pauum ſe meminit Homerus Ennio ſomniante: ſed Poëtis nec vigilantibus credam. etſi pulcherrimus pauus, & quo velit colore cultiſſimus, ſed tacent pinnæ, ſed diſplicet vox. Et Poëtæ nihil aliud quàm cantare malunt. Damnatus eſt igitur Homerus in pauum, non honoratus. Plus de ſeculi remuneratione gaudebit, pater habitus liberalium diſciplinarum, vt malit famæ ſuæ ornamenta, quàm gaudeat. Age nunc, vt Poëtæ in pauos vel in cycnos tranſeant, ſi vel cycnis decora vox eſt; [408] quod animal indues viro iuſto Deiocæ; quàm beſtiam integræ fœminæ Didoni? quam volucrem patientia, quam pecudem ſanctimonia, quem piſcem innocentia ſortientur? Omnia famula ſunt hominis, omnia ſubiecta, omnia mancipata. Si quid horum futurus eſt diminoratur illic ille cui ob merita vitę imagines, ſtatuæ, & tituli, honores publici, priuilegia reprehendũtur, cui curia, cui populus ſuffragijs immolat. O iudicia diuina poſt mortẽ humanis mendiciora, cõtemptibilia de pœnis, faſtidibilia de gratijs, quæ nec peſſimi metuant, nec optimi cupiãt: atq; magis ſceleſti, quàm ſancti quiq;. properabunt illi, vt iuſtitiam ſeculi citiùs euadant, iſti vt tardiùs eam capiant. Benè Philoſophi docetis, vtiliter ſuadetis leuiora poſt mortem ſupplicia vel præmia. Cùm ſi quod iudicium animas manet, grauius debeat credi in diſpunctione vitæ, quàm in adminiſtratione: quia nihil plenius, quàm quod extremius: nihil autem plenius, quàm quod diuinius. [409] Deus itaq; iudicabit plenius, quia extremius per ſententiam æternam tam ſupplitij quàm refrigerij, nec in beſtias, ſed in ſua corpora reuertentibus animabus. Et hoc ſemel & in eum diem quem ſolus pater nouit, vt pendula expectatione ſollicitudo fidei probetur, ſemper diẽ obſeruans dum ſemper ignorat, quotidie timens quod quotidie ſperat. [410] Nulla quidem ad hodiernum dementiæ huiuſmodi ſententia erupit ſub nomine hæretico, quæ humanas animas refingat in beſtias. Sed neceſſariè hanc quoq; ſpeciem intulimus & excluſimus, vt ſuperioribus cohærentem, quo perinde in pauone tunderetur Homerus, ſicut in Pythagora Euphorbus: atq; ita hac etiam merempſychoſi ſiue metẽſomatoſi repercuſſa, illa rurſus cẽderetur quæ aliquid hæreticis ſubminiſtrauit. [411] Nam & Simon Samarites in Actis Apoſtolorum redemptor Spiritus ſancti, poſteaquàm damnatus ab ipſo cum pecunia ſua, interitum fruſtrà fleuit, cõuerſus ad veritatis expugnationem, quaſi pro ſolatio vltionis, fultus etiam artis ſuæ viribus, ad præſtigias virtutis alicuius [412] Helenam quandã Tyriam de loco libidinis publicæ eadẽ pecunia redemit, dignam ſibi mercedẽ pro Spiritu ſancto: & ſe quidem fingit ſummũ patrem, [413] illam verò iniectionem ſuam primam qua eiecerat angelos & archangelos condere: huius eam propoſiti compotem exiliſſe de patre, & in inferiora deſultaſſe: atq; illic præuento patris propoſito, angelicas poteſtates genuiſſe ignaras patris artificis mundi huius, ab his perinde animo retentam, ne digreſſa ea alterius genimina viderentur. Et idcircò omni contumeliæ addictam, vt nuſquam diſcedere depreciatam liberet, humanæ quoque formæ ſuccidiſſe, velut vinculis carnis coërcendam, ita multis æuis per alios ac alios habitus fœmininos volutatam etiam illam Helenam fuiſſe [414] exitioſiſſimam Priamo, & Steſichori poſtea oculis, quem & excæcaſſet ob conuitium carminis, dehinc reluminaſſet ob ſatisfactionem laudis. Proinde migrantem eam de corporibus in corpora, poſtremæ dedecoratione ſub titulo proſtituiſſe Helenam viliorem. Hanc igitur eſſe

Luc. 16. ouem perditam, ad quam deſcenderit pater ſummus, Simon ſcilicet, & primùm recuperata ea & reuecta neſcio humeris an feminibus, exinde ad hominum reſpexetit ſalutem, quaſi per vindictam liberandorum ex illis angelicis poteſtatibus, quibus fallendis & ipſe configuratus æquè hominibus & hominem ementitus, in Iudæa quidem filium, in Samaria verò patrem geſſerit. O Helenam inter poëtas & hæreticos laborantem, tunc adulterio, nunc ſtupro infamem, niſi quòd de Troia glorioſiùs eruitur quàm de lupanari, mille nauibus de Troia, nec mille denarijs forſitan de lupanari. Erubeſce

A bescse Simon tardior in requirendo, inconstantior in retrahendo. At Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decennij prælio extorquet, non latens, non fallens, non cauillabundus. Vereor ne ille magis pater fuerit, qui circa Helenæ recuperationẽ & vigilantiùs & audentiùs & diutius laborauerit. [415 Sed non tibi soli metempsychosis hanc fabulam instruxit, inde etiam Carpocrates vti- C.xxxv.
tur 416 pariter Magus, 417 pariter fornicarius, etsi Helena minus, quidni? cùm propter omnimodam diuinæ & humanæ disciplinæ euersionem constituendam recorporari animas adseuerauerit. Nulli enim vitam istam ratò fieri, nisi vniuersis, quæ arguunt eam, expunctis: quia non natura quid malum habeatur, sed opinione. Itaque metempsychosin necessariè imminere, si non in primo quoque vi- *Matth. 5.*
tæ huius commeatu omnibus in licitis satisfiat. scilicet facinora tributa sunt vitæ. Ceterum tolerabiliora tiens animam reuocati habere, quotiens minus quid intulerit, reliquatricem delictorum 418 donec exoluat nouissimum quadrantem, detrusa identidem in carcerem corporis. Huc enim temperat totam illam allegoriam Domini certis interpretationibus relucentem, & primò quidem simpliciter intelligendam. 419 Nam & ethnicus homo aduersarius noster est, incedens in eadem via vitæ communis. Ceterùm oportebat nos de mundo exigere, si cum illis conuersari non liceret. *1. Cor. 5.*
Huic ergo bonum animi præstes iubet. Diligite enim inimicos vestros (inquit) 420 orate pro male- *Luc. 6.*
dicentibus vos, ne aliquo commercio negotiorum iniuria prouocatus, abstrahat te ad fuum iudicem, *Matth. 5.*
& in custodiam delegatus da exsolutionem totius debiti arteris. 421 Tum si in diabolum transfertur aduersarij mentio ex obseruatione, comitante, cum illo quoque moneris eam inire concordiam, quæ deputetur ex fidei conuentione: pactus es enim renuntiare ipsi, & pompæ, & angelis eius. Conuenit inter vos de isto. Hæc erit amicitia obseruatio sponsioni, ne quid eius postea resumas, ex his quæ ei cieraſti, quæ illi reddidisti, ne te vt fraudatorem, vt pacti trãsgressorem iudici Deo obijciat, 422 (sicuti eum legi- *Apoca. 12.*
mus alibi sanctorum criminatorem, 423 & de ipso etiam nomine diaboli delatorem) & iudex te tradat
B angelo executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, 424 nisi modico quo- *Matth. 5.*
que delicto mora resurrectionis expensa. Quid his sensibus aptius? quid his interpretationibus verius? Ceterùm apud Carpocratem si omnium facinorum debitrix anima est, quis erit inimicus & aduersarius eius intelligendus? credo mens melior, quæ illam in aliquid innocentiæ impegerit, adigendam rursus, ac rursus in corpus, donec in nullo rea deprehendatur bonæ vitæ. 425 Hoc est ex malis fructibus *Matth. 7.*
bonam arborem intelligi, id est, ex pessimis præceptis doctrinam veritatis agnosci. Spero huiusmodi hæreticos Heliæ quoque inuadere exemplum, tanquam in Ioanne sic repræsentati, vt metempsychosi *Matth. 17.*
patrocinetur pronuntiatio Domini: Helias iam venit, & non cognouerunt eum. Et alibi: 426 Et si *Ibid. 11.*
vultis audire, hic est Helias qui venturus est. Nunquid ergo & Iudæi ex opinione Pythagorica con- *Ioan. 1.*
sulebant Ioannem, Tu es Helias, & non ex prædicatione diuina: 427 Et ecce mittam vobis Heliam *Malach. 4.*
Thesbiten. Sed enim metempsychosis illorum reuocatio est animæ iam pridem morte functæ, & in *4. Reg. 2.*
aliud corpus ideratæ. Helias autem non ex decessione vitæ, sed ex translatione venturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus, non ex postliminio vitæ, sed ex supplemento Prophetiæ, idem & ipse & sui nominis & sui hominis. 428 Sed quo- *Luc. 11.*
modo Helias Ioannes? habes angeli vocem: Et ipse (inquit) præcedet coram populo in virtute & in spiritu Heliæ, non in anima eius eius, nec in carne. Hæc enim substantiæ sui cuiusque sunt hominis. *Num. 11.*
Spiritus verò & virtus extrinsecus conferuntur ex Dei gratia, ita & transferri in alterum possunt ex Dei C.xxxvi.
voluntate, vt factum est retrò de Moisei spiritu. [429 In has quæstiones inde opinor exceſſimus, quò
C nunc reuertendum est. Constituerамus animam in ipso, & ex ipso seri homine, & vnum esse à primordio semen, sicut & carnis in totum generis examen, 430 propter æmulas scilicet opiniones Philosophorum & hæreticorum, & illum sermonem Platonis veternosum. Nunc ordinem sequentium exinde tractatuum teximus. Anima in vtero seminata pariter cum carne, pariter cum ipsa fortitur & sexum, ita pariter vt in causa sexus neutra substãtia teneatur, Si enim in seminibus vtriusque substantiæ aliquam intercapedinem corum conceptus admitteret, vt aut caro, aut anima prior seminaretur, esset etiam sexus proprietatem alteri substantiæ ascribere per temporalem intercapedinem seminum: vt aut caro animæ, aut anima carni inseulperet sexum: 431 quoniam & Appelles, non pictor, sed hæreticus, ante corpora constituens animas virilesac muliebres, sicut à Philomena didicit, vtique carnem vt posteriorem ab anima facit accipere sexum. Et qui animã post partum carni superducunt, vtique antè formatæ marem aut fœminam de carne sexum præiudicant animæ. Vtriusque autem substantiæ indiscreta semina & vnita suffusio eorum communem subeunt generis cuentum, 432 qua lineas duxerit quæcunque illa est ratio naturæ. Certè & hic se primordiorum forma testatur, quum masculus *Gen. 1.*
temporiùs effingitur, prior enim Adam: fœmina aliquanto seriùs, posterior enim Eua. Ita diu caro informis est, qualis ex Adæ latere decerpta est, animal tamen & ipsa iam, quia & illam tunc C.xxxvii.
Adæ portionem animal agnoscam. 433 Ceterùm & ipsam Dei adflatus animasset, si non vt carnis, ita & animę ex Adam tradux fuisset in fœmina. [434 Omnem autem hominis in vtero serendi, struendi, fingendi paraturam 435 aliqua vtique potestas diuinæ voluntatis ministra modulatur, quamcunque illam rationem agitare sortita. Hæc æstimando 436 etiam superstitio Romana Deam finxit Alemonam alendi in vtero fœtus. Et Nonam & Decimam à sollicitioribus

menſibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem: nos officia diuina angelos credimus. Ex eo igitur fœtus in vtero homo, à quo forma completa eſt. [417] Nam & Moyſi lex tunc aborſus reum talionibus iudicat, quum iam hominis eſt cauſa, quum iam illi vitæ & mortis ſtatus deputatur, quum & fato iam inſcribitur, & ſi adhuc in matre viuendo; cum matre plurimùm communicat ſortem. Dicam aliquid & de temporibus animæ naſcentis, vt ordinem decurram: [418] legitima natiuitas fermè decimi menſis ingreſſus eſt. Qui numeros ratiocinantur, & [419] decurialem numerum, vt exin de reliquorum parentum colunt, denique perfectorem natiuitatis humanæ. Ego ad Deum potius argumentabor hunc modum temporis, vt decem menſes decalogo magis inaugurent hominem, vt tanto temporis numero naſcamur, quanto diſciplinæ numero renaſcimur. Sed & cùm ſeptimo menſe natiuitas plena eſt, facilius quàm octauo, honorem ſabbati agnoſcam, vt quoto die dedicata Dei conditio, toto menſe interdum producatur Dei imago. Conceſſum eſt properare natiuitati, & tamen idoneè occurrere in hebdomadem, in auſpicia reſurrectionis, & requietis, & regni: ideò ogdoas non creat. tunc enim nuptiæ non erunt. Societatem carnis atque animæ iamdudum commendauimus â concretione ſeminum ipſorum vſque ad figmenti perfectionem. Proinde nunc & à natiuitate defendimus, imprimis quòd ſimul creſcunt, ſed diuerſa ratione pro generum conditione, caro modulo, anima ingenio, caro habitu, anima ſenſu. Ceterùm animam ſubſtantia creſcere negandum eſt, ne etiam decreſcere ſubſtantia dicatur, atque ita & defectura credatur. [419] Sed vis eius in qua naturalia peculia conſita retinentur, ſaluo ſubſtantiæ modulo, quo à primordio inflata eſt, paulatim cum carne producitur. Conſtitue certum pondus auri vel argenti rudem adhuc maſſam, collectus habitus eſt illi, & futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum quod natura eſt auri vel argenti. Dehinc cùm in laminam maſſa laxatur, maior efficitur initio ſuo per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non dum augetur. Et ſic quoque augetur dum extenditur: licet enim habitu augeri, cùm ſtatu non licet. Tunc & ſplendor ipſe prouehitur auri vel argenti, qui fuerat quidem & in maſſa, ſed obſcurior, non tamen nullus. Tunc & alijatq; alij habitus accedunt pro facilitate materiæ, qua duxerit eam qui agit, nihil conferens modulo, niſi effigiem. Ita & animę crementa reputanda, non ſubſtantiua, C.XXXVIII ſed prouocatiua. [441] Quanquam autem & retrò præſtruxerimus omnia naturalia animę ipſi ſubſtantię ineſſe pertinentia ad ſenſum & intellectũ, & ex ingenito animæ cenſu, ſed paulatim per ætatis ſpatia procedere, & variè per accidentia euadere, pro artibus, pro inſtitutis, pro locis, pro dominatricibus poteſtatibus: quod tamen faciat ad carnis animæque propoſitam nunc ſocietatem, pubertatem quoque animalem cum carnali dicimus conuenire, paritérque & illam ſuggeſtu ſenſuum, & iſtam proceſſu membrorum exſurgere à quarto decimo ferè anno: [442] non quia Aſclepiades inde ſapientiam ſupputat, nec quia iura ciuilia ab hinc agendis rebus adtemperant, ſed quòd & hæc de primordio ratio eſt. Gen. 3. Si enim Adam & Eua ex agnitione boni & mali pudenda tegere ſenſerunt, ex quo idipſum ſentimus agnitionem boni & mali profitemur. Ab his autem annis & ſuffuſior & veſtitior ſexus eſt, & concupiſcentia oculis arbitris vtitur, & communicat placitum, & intelligit quæ ſint, & fines ſuos adinſtar ficulneæ contagionis prurigine accingit: & hominem de paradiſo integritatis educit, exinde ſcabida etiam in ceteras culpas & delinquendi non naturales, cùm iam non exinſtituto naturæ, ſed ex vitio Gen. 2. Ceterùm propriè naturalis concupiſcentia vnica eſt alimentorum ſolummodò, quam Deus in pri- Gen. 9. mordio contulit. [443] Ex omni ligno (inquit) edetis. Et ſecundæ poſt diluuium genituræ ſuper menſus eſt, Ecce dedi vobis omnia in eſcam tanquam holera fœni. proſpectum non tam animæ quàm carni etſi propter animam. [444] Auferenda eſt enim argumentatoris occaſio, qui quòd anima deſiderare videatur alimenta, hinc quoque mortalem eam intelligi cupit, quæ cibis ſuſtineatur denique derogatis eis euigeſcat poſtremò ſubtractis intercidat. Porrò non ſolùm proponendum eſt quiſnam ea deſideret, ſed & cui, & ſi propter ſe, ſed & cur, & quando, & quonam vſque? tum quod aliud eſt, natura deſiderare, aliud neceſſitate, ſecundum proprietatem. aliud in cauſam. Deſiderabit igitur cibos anima, ſibi quidem ex cauſa neceſſitatis, carni verò ex natura proprietatis. Certè enim domus animæ caro eſt, & inquilinus carnis anima. Deſiderabit itaque inquilinus ex cauſa, & neceſſitate huius nominis profutura domui, toto inquilinatus ſui tempore, non vt ipſe ſubſtruendus, nec vt ipſe gloriandus, nec vt ipſe tibicinandus, ſed tantum modò continendus: quia non aliter contineri poſſit quàm domo fulta. Alioquin licebit animæ dilapſa domo ex deſtitutione propriorum ſubſidiorum incolumi abire, habenti ſua firmamenta & propriæ conditionis alimenta, immortali- C.XXXIX tatem, rationalitatem, ſenſualitatem, intellectualitatem, arbitrij libertatem. [445] Quæ omnia natiuitùs animæ conlata idem qui in primordio inuidit, nunc quoque obumbrat atque deprauat quominus aut vltrò proſpiciantur, aut quâ oportet adminiſtrentur. Cui enim hominum non adhærebit ſpiritus nequam, ab ipſa etiam ianua natiuitatis animas aucupabundus, vel qua inuitatus, [446] tota illa puerperij ſuperſtitione? Ita omnes idololatria obſtetrice naſcuntur, dum ipſi adhuc vteri in ſulis apud idola confectis redimiti, genimina ſua dæmoniorum candidata profitentur, [447] dum in partu Lucinæ & Dianæ eiulatur, [448] dum per totam hebdomadam Iunoni menſa proponitur [449] dum vltima die fata ſcribunda aduocantur, dum prima etiam conſtitutio infantis ſuper terram [450] Statinæ

Dea-

Exod. 21.

Exod. 20.

Gen. 2.

Matth. 22.

D

E

F

A Deæ sacrum est. Quis non exinde aut totum filij caput reatui vouet, aut aliquem excipit crinem, aut tota nouacula profecat, aut sacrificio obligat, aut sacro obsignat, pro gentica, pro auita, pro publica, aut priuata deuotione. Sic igitur & Socratem puerum adhuc spiritus dæmonicus inuenit. Sic & omnibus genij deputantur [451] quod dæmonum nomen est, adeò nulla fermè natiuitas munda est, vtique ethnicorum. Hinc enim & Apostolus ex sanctificato alterutro sexu sanctos procreari ait, tam ex seminis prærogatiua quàm ex institutionis disciplina. [452] Cæterùm (inquit) immundi nascerentur, quasi designatos tamen sanctitatis, ac per hoc etiam salutis, intelligi volens fidelium : filios vt huius spei pignora matrimonijs quæ retinenda censuerat patrocinarentur. Alioquin memineret Dominicæ definitionis, Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non intreibit in regnum Dei, id est non erit sanctus. [453] Ita omnis anima eousque in Adam censetur, donec in Christo recensetur : tamdiu immunda, quamdiu recensetur. Peccatrix autem, quia immunda recipiens ignominiam suam ex carnis societate. Nam etsi caro peccatrix, [454] secundum quam incedere prohibemur, cuius opera damnantur concupiscentis aduersus spiritum, ob quam carnales notantur infamia, [455] non tamen suo nomine caro infamis. Neque enim de proprio sapit quid, aut sentit, ad suadendam vel imperandam peccatelam: quidni quæ ministerium est? Et ministerium, non quale seruus vel minor amicus animalis nomine, sed quale calix vel quid aliud eiusmodi corpus, non anima. Nam & calix ministerium sitientis est; nisi tamen qui sitit, calicem sibi accommodarit, nihil calix ministrabit. [456] Adeò nulla proprietas hominis in choico, nec ita caro homo tanquam alia vis animæ, & alia persona, sed res est alterius planè substantiæ, & alterius conditionis, addita tamen animæ vt suppellex, vt instrumentum in officina vitæ. Caro igitur increpatur in scripturis, quia nihil anima sine carne in operatione libidinis, gulæ, vinolentiæ, sæuitiæ, idololatriæ, ceteris que carnalibus non sensibus, sed effectibus. [457] Denique sensus delictorum, etiam sine effectibus imputari solent animæ. Quæ viderit mulierem

B ad concupiscentiam, iam adulterauit in corde. Cæterùm quid caro sine anima, perinde in operatione probitatis, iustitiæ, tolerantiæ, pudicitiæ. Porrò quale est, vt cui nec bona documenta propria subscribas, ei crimina adpingas ? sed ea per quam delinquitur, conuenitur, vt illa à qua delinquitur, oneretur, anima in ministerij accusationem. Grauior inuidia est in præsidem, cùm officia pulsantur : plus cæditur qui iubet, quando nec qui obsequitur, excusatur. [458] Malum igitur animæ, præter quod ex obuentu spiritus nequam superstruitur, ex originis vitio antecedit, [459] naturale quodammodo. Nam vt diximus, naturæ corruptio alia natura est, habens suum Deum & patrem, ipsum scilicet corruptionis auctorem : vt tamen insit & bonum animæ, illud principale, illud diuinum atque germanum, & propriè naturale. Quod enim à Deo est, non tam extinguitur, quàm obumbratur. Potest enim obumbrari, quia non est Deus ; extingui non potest, quia à Deo est. Itaque sicut lumen aliquo obstaculo impeditum manet, sed non comparet, si tanta densitas obstaculi fuerit : Ita & bonum in anima à malo oppressum pro qualitate eius, aut in totum vacat occulta salute, aut qua datur radiat inuenta libertate. Sic pessimi & optimi quidam, & nihilominus vnum omnes animæ genus : sic & in pessimis aliquid boni, & in optimis nonnihil pessimi. Solus enim Deus sine peccato, [460] & solus homo sine peccato Christus, quia & Deus Christus. Sic & diuinitas animæ in præfagia exempta ex bono priore, & conscientia Dei in testimonium prodit. [461] Deus bobonus est, Deus videt, & Deo commendo : propterea nulla anima sine crimine, quia nulla sine boni semine. Proinde cùm ad fidem peruenit reformata [462] per secundam natiuitatem ex aqua

C & superna virtute, detracto corruptionis pristinæ aulæo totam lucem suam consipicit. Excipitur etiam à spiritu sancto, sicut in pristina natiuitate à spiritu profano. Sequitur animam nubentem spiritui caro, vt dotale mancipium, & iam non animæ famula, sed spiritus. O beatum connubium, si non admiserit adulterium. [463] De morte iam supereſt, vt illic materia ponat, vbi ipsa anima consummat. [464] quanquam Epicurus vulgari satis opinione negarit mortem ad nos pertinere. Quod enim dissoluitur (inquit) sensu caret, & quod sensu caret, nihil ad nos. Dissoluitur autem & caret sensu, non ipsa mors, sed homo, qui eam patitur. At ille ei dedit passionem, cuius est actio. Quòd si hominis est pati mortem dissolutricem corporis, & peremptricem sensus, quàm ineptum vt tanta vis ad hominem non pertinere dicatur. [465] Multo coactiùs Seneca : Post mortem (ait) omnia finiuntur, etiam ipsa. Hoc sita est, iam & mors ad semetipsam pertinebit, si & ipsa finitur. Eo magis ad hominem, in quo inter omnia finiendo, & ipsa finitur. Mors nihil ad nos, ergo & vita nihil ad nos. Si enim quo dissoluimur præter nos, etiam quo compingimur extra nos. Si ademptio sensus nihil ad nos, nec adeptio sensus quicquam ad nos : sed mortem quoque interimat, quia & animam in nobis vt depositum habitat. & vt de alia prouincia animæ, ita de morte tractabitur, ad quam vel ipsi pertinemus, si ad nos illa non pertinet. [466] Denique nec speculum eius somnus, aliena materia est. [467] De somno priùs disputemus; pò st, mortem qualiter anima decurrat. [468] Non vtique extra naturale est somnus, vt quibusdam Philosophis placet, cùm ex his eum deputant causis, quæ præter naturam haberi videntur. [469] Stoici somnum resolutionem sensualis vigoris affirmant, [470] Epicurei diminutionem spiritus animalis, [471] Anaxagoras cum Xenophane defetiscentiam, [472] Empedocles & Parmenides refrigerationem, Strato segregationem consati spiritus, Democritus indigentiam

Ioan. 3.

C. XL.

Rom. 5.

Matth. 5.

C. XLI.

C. XLII

C. XLIII.

spiritus, [471] Aristoteles marcorem circumcordialis caloris. Ego me nunquam ita dormisse præsumo, D
vt ex his aliquid agnoscam. Neque enim credendum est, defetiscentiam esse somnum, contrarium
potius defetiscentiæ, quam scilicet tollit. Siquidem homo somno magis reficitur quàm fatigatur. Por-
ro nec semper ex fatigatione concipitur somnus, & tamen cùm ex illa est, illa iam non est. Sed nec re-
frigescenti iam admittam, aut marcorem aliquem caloris, cùm adeò corpora somno concalescant: &
dispensatio ciborum per somnum non facilè procederet calore properabili, & rigore tardabili, si som-
no refrigeraremur. Plus est, quòd etiam sudor digestionis æstuantis est index. Deniq; concoquere di-
cimur, quod, quod caloris non frigoris operatio est. Proinde deminutionem animalis spiritus, aut
indigentiam spiritus, aut segregationem consati spiritus; immortalis anima non sinit credi. Perit ani-
ma si minoratur. Supereste si fortè cum Stoicis resolutionem sensualis vigoris somnum determinemus
quia corporis solius quietem procuret, non & animæ. Animam enim vt semper mobilem & semper
exercitam nunquam succedere quieti, alienæ scilicet à statu immortalitatis: nihil enim immortale fi-
nem operis sui admittit. somnus autem finis est operis. Deniq; corpori cui mortalitas competit ei soli
quies fine operis adulatur. Qui ergo de somni naturalitate dubitabit, habet quidem Dialecticos in
dubium deducentes totam naturalium & extranaturalium diserctionem, vt & quæ putauerit citra na-
turam esse, naturæ vindicari sciat posse, à qua ita esse sortita sunt, vt citra eam haberi videantur, & vti-
que aut natura omnia, aut nulla natura. Apud nos autem id poterit audiri, quod Dei contemplatio
suggerit auctoris omnium de quibus quæritur. Credimus enim si quid est natura, rationale aliquod
opus Dei esse. [474] Porrò somnum ratio præit, tam aptum, tam vtilem, tam necessarium, vt absque il-
lo nulla anima sufficiat, recreatorem corporum, redintegratorem virium, probatorem valetudinum,
paccatorem operum, medicum laborum; cui legitimè fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens
rerum etiam calorem. Quòd si vitale, salutare, auxiliare somnus, nihil eiusmodi non rationale, nihil
non naturale. Sic & Medici omne contrarium vitali, salutari, auxiliari extra naturæ cardines rele-
gant. [475] Nam & æmulas somno valetudines, phreneticam atque cardiacam, præter naturam iudican-
do, naturalem somnum præiudicauerunt: [476] etiam in lethargo non naturalem notantes, testimonio E
naturali respondent, cùm in suo temperamento est. Omnis enim natura, aut defraudatione, aut enor-
mitate rescindituir, proprietate mensuræ conseruatur. Ita naturale erit statu, quod non naturale effici
Gen. 2. potest decessu vel excessu. Quid si esum & potum de naturæ sortibus eximas? [477] nam & in his plurima
somni paratura est. Certè his à primordio naturæ suæ homo imbutus est: si apud Deum discas, [478] il-
le fons generis Adam antè ebibit soporem, quàm sitijt quietem. Antè dormit quàm laboraurit, immò
quàm & edit, immò quàm & profatus est, vt videant naturalem indicem somnum omnibus naturali-
Ioan. 19. bus principaliorem. Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recensere. [479] Si enim
Adam de Christo figurabat, somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, vt de iniuria perin-
de lateris eius vera mater viuentium figuraretur Ecclesia. Idcò & somnus tam salutaris, tam rationalis
etiam in publicæ & communis iam mortis effingitur exemplar. Voluit enim Deus & aliàs nihil sine
exemplaribus in sua dispositione molitus, [480] paradigmatè Platonico pleniùs humani vel maximè ini-
tij ac finis lineas quotidie agere nobiscum, manum porrigens fidei faciliùs adiuuandæ per imagines
& parabolas, sicut sermonum, ita & rerum. Proponit igitur tibi corpus amica vi foporis elisum, blan-
da quietis necessitate prostratum, immobile situ, quale ante vitam iacuit, & quale post vitam iacebit
vt testationem plasticæ & sepulturæ, expectans animam quasi nondum conlatam, & quasi iam ere-
ptam. Sed & illa sic patitur vt alibi agere videatur dissimulatione præsentiæ futuram absentiam edi-
scens: & tamen interim somniat, nec quiescit, nec ignauescit omninò, nec naturam immortalitatis F
seruam soporis addicit. Probat se mobilem semper; terra, mari peregrinatur negotiatur, agitatur la-
borat, ludit, dolet, gaudet licita atque inlicita perfequitur, ostendit quòd sine corpore etiam plurimum possit, quòd & suis instructa sit membris, sed nihilominus necessitatem habeat rursus corporis
agitandi. Ita cùm euigilauerit corpus redditum officijs eius, [481] resurrectionem mortuorum tibi adfir-
mat. Hæc erit somni & ratio naturalis, & natura rationalis. Etiam per imaginem mortis fidem initiaris,
C.XLIV. spē meditaris, discis mori & viuere, discis vigilare dum dormis. [482] Ceterū de Hermotimo, Anima (vt
aiūt) in somno carebat, quasi per occasionē vagaturi hominis proficiscente de corpore. vxor hoc pro-
didit. inimici dormientem nacti pro defuncto cremauerunt. Regessa anima, tardiùs credo, homici-
dium sibi imputauit. Ciues Clazomenij Hermotimum templo consolantur. Mulier non adit, ob no-
tam vxoris. quorsum istud? vt quia non facile est vulgo existimare [483] secessionem animę esse somnum,
hoc quoque Hermotimi argumento credulitas subornetur: genus fuerat grauioris aliquanto soporis,
[484] vt de incubone præsumptio est, vel de ea valetudinis labe quam Soranus opponit, excludens incu-
bonem, aut tale quid vitij, [485] quod etiam Epimenidem in fabulam impegit quinquaginta penè annos
somniculosum. Sed & Neronem Suetonius, & Thrasimedem [486] Theopompus, negant vnquam
somniasse: nisi vix Neronem in vltimo exitu post pauores suos. Quid si & Hermotimus ita fuit, vt
otium animæ nihil operantis in somnis diuortium crederetur, omnia magis coniectes, quàm istam
licentiam animæ sine morte fugitiuæ, & quidem ex forma continuam. Si enim tale quid semel
accidere dicatur, vt deliquium solis aut lunæ, ita & animæ, sanè persuaderer diuinitus factum.

Congruere

A Congruere enim hominem seu moneri, seu terreri, adeò velut fulgure rapido momentaneæ mortis ictu: si non magis in proximo esset, somnium credi, quod vigilanti potius accidere deberet, si non somnium magis credi oporteret. [487 Tenemur hîc de somnijs quoque Christianam sententiam expromere, vt de accidentibus somni; sed non modicis iactationibus animæ, quam eximus negotiosam, & exercitam semper ex perpetuitate motationis, quod diuinitatis & immortalitatis est ratio. Igitur cùm quies corporalibus euenit, quorum solatium proprium est, vacans illa à solatio alieno non quiescit, & si caret opera membrorum corporalium, suis vtitur. Concipe gladiatorem sine armis, vel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnem habitum artis suæ atque conatum: pugnatur, certatur, sed vacua iactatio est, nihilominus tamen fieri videntur, quæ fieri tamen non videntur. Actu enim fiunt, effectu verò non fiunt. 488 Hanc vim extasin dicimus, excessum sensus, & amentiæ instar: sic & in primordio somnus cum extasi dedicatus, Et misit Deus extasin in Adam, & obdormiuit: somnus enim corpori prouenit in quietem, extasis animæ accessit aduersùs quietem, & ijnde iam forma somnum extasi misoens, & natura de forma. Denique & oblectamur, & contristamur, & conterremur in somnijs, quàm adfectè & anxiè & passibiliter: cùm in nullo permouereмur à vacuis scilicet imaginibus, 489 si compotes somniaremus. Denique & bona facta gratuita sunt in somnis, & delicta secura: 490 non magis enim ob stupri visionem damnabimur, quàm ob martyrij coronabimur. Et quomodo, inquis, memor est somniorum anima, scilicet quam compotem esse non licet? hoc erit proprietas amentiæ huius: quia non sit ex corruptela bonæ valetudinis, sed ex ratione naturæ: nec enim exterminat, sed auocat mentem. Aliud est concutere, aliud mouere, aliud euertere, aliud agitare. Igitur quod memoria suppetit, sanitas mentis est: quod sanitas mentis, salua memoria stupet, amentiæ genus est. Ideò non dicimur furere, sed somniare: ideò & prudentes, si quando sumus: sapere enim nostrum licet obumbretur, non tamen extinguitur, nisi quod & ipsum potest videri vacare tunc. Extasin autem hoc quoque operari de suo proprio, vt sic nobis sapientiæ imagines inferat, quemadmodum & erroris. [491 Ecce rursus vrgemur etiam de ipsorum somniorum retractatu, quibus anima iactatur, exprimere: & quando perueniemus ad mortem: & hic dixerim, cùm Deus dederit: nullæ longæ nòræ eius quod eueniet. 492 Vana in totum somnia Epicurus iudicauit, liberans à negotijs diuinitatem, & dissoluens ordinem rerum, & in passiuitate omnia spargens, vt euentui expolita, & fortuita. Porrò si ita est, ergo erit aliquis & veritatis euentus, quia non capit solam eam euentui omnibus debito eximi. 493 Homerus duas portas diuisit somnijs, corneam veritatis, fallaciæ eburneam. Respicere est enim, inquiunt, per cornu, ebur autem cæcum est. 494 Aristoteles maiore sententiam mendacio recitans, agnoscit & verum. 495 Telmessenses nulla somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant. 496 Quis autem tam extraneus humanitatis, vt non aliquam aliquando visionem fidelem senserit? pauca de insignioribus perstringens, Epicuro pudorem imperabo. 497 Astyages Medorum regnator quòd filiæ Mandanæ adhuc virginis vesicam in diluuionem Asiæ fluxisse somnio viderit, Herodotus refert. Item anno post nuptias eius ex hisdem locis vitem exortam toti Asiæ incubasse. 498 Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit, qui filium eius tãto operi interpretati sunt, non fefellerunt. Siquidem Asiam Cyrus & mersit & pressit. 499 Philippus Macedo nondũ pater, Olympiadis vxoris naturam obsignasse videtur anulo, leo erat signum, crediderat præclusam genituram, opinor 500 quia leo semel pater est. 501 Aristodemus vel Aristophon coniectans, immò nihil vacuum obsignari, filium & quidem maximi impetus portendi. Alexandrum qui sciunt, leonem anuli recognoscunt: 502 Ephorus scribit. 503 Sed & Dionysij Siciliæ tyrannidem Himeræa, quædam somniauit, 504 Heraclides prodidit. 505 Et Seleuco regnum Asiæ Laodice mater nondum eum enixa prævidit, Euphorion prouulgauit. 506 Mithridatem quoque ex somnio Ponti potitum à Strabone cognosco. 507 Et Balaridem Illyricum à Molosis vsque Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco. Nouerunt & Romani veritatis huiusmodi somnia. 508 Reformatorem imperij, puerulum adhuc & priuatum loci, & Iulium Octauium tantùm, & sibi ignotum Marcus Tullius iam & Augustum & ciuilium turbinum sepultorem de somnio norant. In Vitellijs commentarijs conditum est. Nec hæc sola species erit summarum prædicatrix potestatum, sed & periculorum & exitiorum: 509 vt quum Cæsar in prælium perduellium Bruti & Cassij Philippis ægeralias maiestatem, aliàs discrimen ab hostibus relaturus, Artorij visione destituto tabernaculo euadit: 510 vt quum Polycrati Samio filia crucem prospicit 511 de solis vnguine 512 & lauacro Iouis. Reuelantur & honores & ingenia per quietem: præstantur & medelæ, produntur & furta, conferuntur & thesauri. 513 Ciceronis denique dignitatem, paruuli etiam nunc, gerula iam sua insperexerat. 514 Cycnus de sinu Socratis demulcens homines, discipulus Plato est. 515 Cleonymus Pictes ab Achille curatur in somnijs. 516 Coronam auream quum exarce Athenæ perdidissent, Sophocles tragicus somniando redinuenit. 517 Neoptolemus tragœdus, apud Rheteum Troiæ sepulchrum Aiacis, monitus in somnis, ab ipsa ruina liberatur; & quum lapidum senia deponit, dies inde auro redit. 518 Quanti autem Commentatores & adfirmatores in hanc rem, 519 Artemon, 520 Anthiphon, 521 Strato, 522 Philochorus, 523 Epicharmus, 524 Serapion, 525 Cratippus, & 526 Dionysius Rhodius, 527 Hermippus, tota sæculi litteratura. Solum si fortè ridebo, qui se existimauit

CA.XLV.

Gen. 2.

C.XLVI.

persuasurũ quòd prior omnibus Saturnus somniarit: nisi si & prior omnibus vixit. Aristoteles, ignosce ridenti. Ceterùm Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes somnijs extulit cum Philochoro Athenien si.[136] Nam & oraculis hoc genus stipatus est orbis.[137] vt Amphiarai apud Oropũ.[138] Amphilochi apud Mallum,[139] Sarpedonis in Troade,[140] Trophonij in Bœotia,[141] Mopsi in Cilicia,[142] Hermione in Macedonia,[143] Pasiphaæ in Latonica. Cetera cum suis & originibus & ritibus & relatoribus cum omni deinceps historia somniorum Hermippus Beritensis quinione voluminum satiatissimè exhibebit.[144] Sed & Stoici Deum malunt prouidentissimum humanæ institutioni inter cetera præsidia diuinatricum artium & disciplinarum, somnia quoque nobis indidisse, peculiare solatium naturalis oraculi. Hæc quantum ad fidem somniorum à nobis quoque consignandam, & aliter interpretandam.[145] Nam de oraculis etiam ceteris, apud quæ nemo dormitat, quid aliud pronuntiabimus, quàm dæmonicam esse rationem eorum spirituum, qui iam tunc in ipsis hominibus habitauerint, vel ad memorias eorum affectauerint ad omnem malitiæ suæ scenam, in ista æquè specie diuinitatem mentientes, eadémque industria[146] etiam per beneficia fallentes medicinarum, & admonitionum, & prænuntiationum, quæ magis lædant iuuando, dum per ea quæ iuuant, ab inquisitione veræ diuinitatis abducunt ex insinuatione falsæ. & vtique non clausa vis est, nec sacrariorum circumscribitur terminis: vaga & peruolatica, & interim libera est: Quo nemo dubitauerit domus quoque dæmonijs C. LXVII patere, nec tantùm in adytis, sed in cubiculis homines imaginibus circumuenire. [[147] Definimus enim à dæmonijs plurimum incuti somnia, etsi interdum vera & gratiosa, sed de qua industria diximus, affectantia atque captantia; quanto magis vana & frustratoria, & turbida, & ludibriosa, & immunda. Nec mirum si eorum sunt imagines, quorum & res.[148] A Deo autem,[149] pollicito scilicet & gratiam Spiritus sancti in omnem carnem, & sicut prophetaturos, ita & somniaturos seruos suos & ancillas suas, ea deputabuntur quæ ipsi gratiæ comparabuntur, si qua honesta, sancta, prophetica, reuelatoria, ædificatoria, vocatoria: quorum liberalitas soleat & in profanos destillare, imbres, etiam & soles suos peræquante Deo iustis & iniustis. Siquidem & Nabuchodonosor diuinitùs somniat: & maior penè vis hominum[150] ex visionibus Deum discũt. Sicut ergo dignatio Dei & in ethnicos,[151] ita & tentatio mali in sanctos, à quibus nec interdiu absistit, vt vel dormientibus obrepat quà potest, si vigilantibus non potest. Tertia species erunt somnia, quæ sibimet ipsa anima videtur inducere ex intentione circunstantiarum. Porrò quam non est ex arbitrio somniare (nam & Epicharmus ita sentit) quomodo ipsa erit sibi causa alicuius visionis. Num ergo hæc species naturali formæ relinquenda est, seruans animæ etiam in ecstasi res suas perpeti? Ea autem quæ neque à Deo, neque à dæmonio, neque ab anima videbuntur accidere, & prætet opinionem, & prætet interpretationem, & præter enarrationem C. LXVIII facultatis ipsi propriè ecstasi & rationi eius separabuntur. [[152] Certiora & colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus, quasi iam emergente animarum vigore prodacto sopore.[153] Ex temporibus autem anni verno magis quieta est, quòd dissoluat animas, & hyems quodammodò obduret, & autumnus tentator aliàs valetudinum succis pomorum vinosissimis diluat. Item ex ipsius quietis situ, si neq; resupina, neque dextero latere decumbat, neque conresupinatis internis, quasi refusis loculis statio sensuum fluitet, aut compressu icotis angina sit mentis. Sed hæc ingeniosè æstimari, potiùs quàm constanter probari putem, etsi Plato est qui ea æstimauit, & fortasse an casu procedant. Alioquin ex arbitrio erant somnia, si dirigi poterunt. Nam quod & de cibis distinguendis vel derogandis, nunc præsumptio. nunc superstitio disciplinam somnijs præscribit, examinanda est[154] superstitio, vt cùm apud oracula incubaturis ieiunium indicitur, vt castimoniam inducat: præsumptio, vt cùm Pythagorici ob hanc quoque speciem fabam respuunt, onerosum & inflatum pabulum.[155] Atquin trina illa cum Daniele fraternitas legumine solo contenti, ne regis ferculis contaminarentur, præter sapientiam reliquam somniorum præcipuè gratiam à Deo redemerunt & impetrandorum & dissferendorum. Ieiunijs autem nescio an ego solus plurimùm ita somniem, vt me somniasse non sentiam. Nihil ergo sobrietas, inquis, ad hanc partem: immò tanto magis ad hanc, quantum & ad omnem; si & ad superstitionem, multo amplius ad religionem. Sic enim & dæmonia expostulant eam à suis somniatoribus, ad lenocinium scilicet diuinitatis, quia familiarem Dei norunt: quia & Daniel rursus[156] trium hebdomadum statione aruit victum. Sed vt Deum inciceret humiliationis officijs, non vt animæ somniaturæ sensum & sapientiam structet, quasi non in ecstasi acturæ; ita non ad ecstasin C. LXIX. submouendam sobrietas proficiet, sed ad ipsam ecstasin commendandam, vt in Deo fiat. [[157] Infantes qui non putant somniare, cùm omnia animæ pro modo ætatis expungantur in vita, animaduertant succussus & nutus, & tenidetias eorum per quietem, vt ex re comprehendant motus animæ somniantis facilè per carnis teneritatem erumpere in superficiem.[158] Sed & quòd Lybica gens Atlantes cæco somno noctem transigere dicuntur, animæ vtique natura taxatur. Porro aut Herodoto fama mentita est, nonnunquam in Barbaros calumniosa, aut magna vis eiusmodi dæmonum in illo climate dominatur. Si enim & Aristoteles heroem quendam Sardiniæ notat, incubatores fani fui visionibus priuantem, erit & hoc in dæmonum libidinibus tam auferre somnia quàm inferre,[159] vt Netonis quoque feri somniatoris,[160] & Thrasimedis insigne inde processerit. Sed & à Deo deducimus somnia. Quid ergo nec à Deo Atlantes somniarent, vel[161] quia nulla iam gens Dei extranea est, in omnem terram

Gen. 2.

Dan. 1.

Dan. 9.

A ram & in terminos orbis Euangelio coruſcante. Num ergo aut fama mentita eſt Ariſtoteli, aut dæmonum adhuc ratio eſt, dum ne aliqua natura credatur immunis ſomniorum? [574 Satis de ſpeculo mortis, id eſt de ſomno, cùm etiã de negotijs ſomnij, id eſt de ſomnijs: nunc ad originẽ huius exceſſus, id eſt, ordinem mortis: quia nec ipſam ſine quæſtionibus, licet 575 finem omnium quæſtionum. Publica totius generis humani ſententia mortem naturæ debitum pronuntiamus. Hoc ſtipulata eſt Dei vox, hoc ſpopondit omne quod naſcitur, vt iam hinc non Epicuri ſtupor ſuffundatur, negantis debitum iſtud ad nos pertinere: 576 ſed hæretici Magi Menandri Samaritani furor conſpuatur, dicentis mortem ad ſuos nõ modò non pertinere, verùm nec peruenire. In hoc ſcilicet ſe à ſuperna & arcana poteſtate legatum, vt immortales & incorruptibiles & ſtatim reſurrectionis compotes fiant qui baptiſma eius induerint. Legimus quidem pleraque aquarum genera miranda. 577 Sed aut ebrioſos reddit Lyncęſtarum vena vinoſa, 578 aut lymphaticos elicit Colophonis ſcaturigo dæmonica, 579 aut Alexandro accidit Nonacris Arcadiæ venenata: 580 fuit & Iudææ lacus medicus ante Chriſtum. 581 Planè Stygias paludes poëta tradidit mortem diluentes. Sed & Thetis filium planxit. Quanquam ſi & Menander in Stygem mergit, moriendum erit nihilominus, vt ad Stygem venias. Apud inferos enim dicitur: Quænam & vbinam iſta fœlicitas aquarum, quas nec Ioannes baptizator præminiſtrauit, nec Chriſtus ipſe diſcipulis demonſtrauit? 582 Quod hoc Menandri balneum, Comicum credo, ſed cur tam infrequens, tam occultum, quo pauciſſimi lauant? Suſpectam enim faciam tantam raritatem ſecutiſſimi atque tutiſſimi ſacramenti, 583 apud quod nec pro Deo ipſo mori lex eſt, cùm contra omnes iam nationes aſcendant in montem Domini, & in ædem Dei Iacob, mortem per martyrium quoque flagitantis, quàm de Chriſto etiam ſuo exegit: nec Magiæ tantùm dabit quiſquam, vt eximat mortem, aut repaſtinet vitis modo vitam ætate renouata. Hoc enim ne Medeæ quidem licuit in hominem, etſi licuit in veruecem. 584 Tranſlatus eſt Enoch & Helias, nec mors eorum reperta eſt, dilata ſcilicet. 585 Ceterùm morituri reſeruãtur, vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. 586 Obijt & Ioannes, quem in aduentum Domini remanſurum fruſtrà fuerat ſpes. Ferè enim hæreſes ad noſtra exempla proſiliunt, inde ſumentes præſidia quò pugnant: poſtremò compendium eſt, vbi ſunt illi quos Menander ipſe perfudit, quosin ſtygem ſuam merſit? Apoſtoli perennes veniant, aſſiſtant; videat illos meus Thomas, audiat, contrectet, & credat. [587 Opus autem mortis in medio eſt, 588 diſcretio corporis animæque, ſed quidam ad immortalitatem animæ, quam quidam non à Deo edocti infirmè tuentur, ita argumentationes emendicant, vt velint credi etiam poſt mortem quaſdam animas adhærere corporibus. 589 Ad hoc hoc enim & Plato, etſi, quas vult animas ad cœlum ſtatim expedit, in Politia tamen cuiuſdam inſepulti cadauer opponit, longo tempore ſine vlla labe, præ animæ ſcilicet indiuiduitate, ſeruatum. 590 Ad hoc & Democritus crementa vnguium, & comarum in ſepulturis aliquanti temporis denotat. Porrò & aëris qualitas corpori illi potuit tutela fuiſſe; quidſi aridior aër, & ſolum ſalſius? quid ſi & ipſius corporis ſubſtantia exſuccior? quid ſi & genus mortis antè iam corruptrices materias erogarat? Vngues autem cùm exordio neruorum ſint, meritò neruis reſolutione porrectis proueciores, & quotidiè deficiente carne expelli videntur. Comæ quoque alimenta de cerebro, quod aliquandiu durare præſtat ſecreta munitio. Denique in viuentibus etiam pro cerebri vbertate, vel affluit capillago, vel deſerit. Habes Medicos, ſi nec modicum quid animæ ſubſidere in corpore eſt deceſſurum quandoque & ipſum, cùm totam corporis ſcenam tempus aboleuerit. Et hoc enim in opinione quorundam eſt: 591 propterea nec ignibus funerandum aiunt, parcentes ſuperfluo animæ. Alia eſt

C eſt autem ratio pietatis iſtius, non reliquijs animæ adulatrix, ſed crudelitatis etiam corporis nomine auerſatrix, quod & ipſum homo non vtique mereatur pœnali exitu impendi. 592 Ceterùm anima indiuiſibilis vt immortalis etiam mortem indiuiſibilem exigit credi: non quaſi immortali, ſed quaſi indiuiſibili animæ indiuiſibiliter accidentem. Diuidetur autem & mors ſi & anima, ſuperfluo ſcilicet animæ quandoque moriturę: ita portio mortis cum animæ portione remanebit. Nec ignoro aliquod eſſe veſtigium opinionis iſtius. De meo dedici. Scio fœminam quandam vernaculam Eccleſiæ, forma & ætate integra functam: poſt vnicum & breue matrimonium, cùm in pace dormiſſet, 593 & morante adhuc ſepultura, interim oratione presbyteri componeretur, ad primum habitum orationis manus à lateribus dimotas in habitum ſupplicem conformaſſe, rurſumque condita pace, ſitui ſuo reddidiſſe. 594 Eſt & alia relatio apud noſtros, in cœmiterio corpus corpori iuxta collocando ſpatium receſſu communicaſſe. Si & apud ethnicos tale quid traditur, vtique Deus poteſtatis ſuæ ſigna proponit, ſuis in ſolatium, extraneis in teſtimonium. Magis enim credam in teſtimonium ex Deo factũ, quàm ex vllis animæ reliquijs: quæ ſi ineſſent, alia quoque membra mouiſſent, & ſi manus tantùm, ſed non in cauſam orationis: corpus etiam illud non modo fratri ceſſiſſet, verùm & aliàs mutatione ſitus 595 ſibimet ipſi refrigeraſſet. Certè vnde ſunt iſta, 596 ſignis potius & oſtentis deputanda, naturam facete non poſſunt: mors ſi ſemel tota eſt, non eſt; ſi quid animæ remanſerit, vita eſt: non magis vitæ miſcebitur mors, quàm diei nox. [597 Hoc igitur opus mortis, ſeparationem carnis atque animæ, ſepoſita quæſtione fatorum & fortuitorum, bifariam diſtinxit humanus adfectus, in ordinariam & extraordinariam formam. Ordinariam quidem naturæ deputans placidæ cuiuſque mortis: extraordinariam verò præter naturam iudicans, violenti cuiuſque finis. Qui autem primordia hominis nouimus, au-

Ca. 1.

Gen. 5. 4. Reg. 2. Apocal. 11. Ioan. 21.

B

Cap. 11.

Ca. 111.

Gen. 3. & 5.

denter determinamus mortem non ex natura secutam hominem, sed ex culpa, ne ipsa quidem naturali. Facilè autem vsurpari naturæ nomen in ea quæ videntur à natiuitate ex accidentia adhæsisse. Nam si homo in mortem directò institutus fuisset, tunc demum mors naturæ asscriberetur. Portò non in mortem institutum eum probat ipsa lex, conditionali comminatione suspendens,[178] & arbitrio hominis addicens mortis euentum. Denique si non deliquisset, nequaquam obijsset. Ita non erat natura quod ex oblationis potestate accidit per voluntatem, non ex instituti auctoritate per necessitatem. Proinde etsi varij exitus mortis, vt est multimoda conditio causarum, nullum ita dicimus lenem, vt non vi agatur. Ipsa illa ratio operatrix mortis, simplex licet, vis est. quid enim? quæ tantam animæ & carnis societatem, tantam à conceptu concretionem sororum subsstantiarum diuellit ac dirimit.[179] Nam etsi præ gaudio quis spiritum exhalet, vt Chilon Spartanus, dum victorem Olympiæ filium amplectitur,[180] etsi præ gloria, vt Clidemus Athenienſis, dum ab histrionibus ob præstantiam auro coronatur,[181] etsi per somnium, vt Plato,[182] etsi per risum, vt P. Crassus: multo violentior mors, quæ per aliena grassatur, quæ animam per commoda expellit, quæ tunc mori adfert, cùm iocundius viuere est in exultatione, in honore, in requie, in voluptate. Vis est & illa nauigijs, cùm[183] longè à Caphareis saxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu, intestino repentè perculsu, cum tota securitate desidunt: non secus naufragia sunt vitæ, etiam tranquillæ mortis euentus. nihilo refert integram abire corporis nauem, an dissipatam, dum animæ nauigatio euertatur. [184] Sed quò deinde anima nuda & exposita deuertet, sine dubio prosequemur ex ordine: priùs tamen quod est loci huius explebimus, ne quia varios exitus mortis ediximus, expectet quis à nobis rationes singulorum,[185] Medicis potius relinquendas proprijs arbitris omnium lethalium rerum siue causarum, & ipsarum corporalium conditionum. Planè ad immortalitatem animæ hic quoque protegendam in mentione mortis aliquid de eiusmodi exitu interstruam, in quo paulatim ac minutatim anima dilabitur: habitū enim sustinens defectionis, abducitur dum absumi videtur, & coniecturam præstat interitus de excessus temperatura. Tota autem in corpore & ex corpore est ratio. nam quisquis ille exitus mortis, sine dubio aut materiarum, aut regionum, aut viarum vitalium euersio est: materiarum, vt fellis, vt sanguinis: regionum, vt cordis, vt iecoris: viarum, vt venarum, vt arteriarum. Dum igitur hæc ex propria quaque iniuriæ causa vastantur in corpore, adusque vltimam euersionem, & recessionem vitalium, id est, naturalium finium, situum, officiorum, necessario & anima, dilabentibus paulatim instrumentis, & domicilijs, & spatijs suis; paulatim & ipsa migrare compulsa deducitur in diminutionis effigiem:[186] non alio modo quàm quo & aurigam ipsum quoq; defecisse præsumitur, cùm vires equorum defatigatio denegauit, quantum de dispositione destituti hominis, non de passionis veritate. Perinde auriga corporis spiritus animalis deficientis vectaculi nomine non suo deficit, opere decedens non vigore, actu languens non statu constantiam non subsstantiam decoquens, quia comparere cessat, non quia esse.[187] Sic & rapida quæque mors, vt cruicum messis semel tantam ianuam pandens, vt ruinæ vis semel omnia vitalia eliderit, vt apoplexis interior ruina nullam animæ moram præstat, nec discessum eius in momenta disceruiat. At vbi longa mors, prout deseritur anima, ita & deserit: non tamen conciditur hac facie, sed extrahitur; & dum extrahitur, postremitatem suam partem videri facit. Non omnis autem pars statim & absscisa est, quia postera est: nec quia exigua est, statim & ipsa peritura est. Sequitur seriem suus finis, & mediocritas trahitur ad summa, & reliquiæ vniuersati cohærentes epectantur ab illa, non derelinquuntur. atque ita aduim dicere totius vltimum totum est: quia licet minus atque posterius sit, ipsius est.[188] Hinc denique euenit, sæpè animā in ipso diuortio potiùs agitari, sollicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore suggestu, iam in libero constituta, per superfluum quod adhuc cunctatur in corpore, enunciat, quæ videt, quæ audit, quæ incipit nosse.[189] Si enim corpus istud Platonica sententia carcer, ceterùm Apostolica Dei templum cùm in Christo: sed interim animam confepto suo obstruit, & obscurat, & concretione carnis infæcat. Vnde illi, velut per corneum speculat, obsoletior lux rerum est. Proculdubiò cùm vi mortis exprimitur de concretione carnis, & ipsa expressione colatur, certè de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram & puram & suam lucem, statim semetipsam in expeditione substantiæ recognoscit, & in diuinitatem ipsa libertate resipiscit, vt de somno emergens ab imaginibus ad veritates: tunc & enuntiat quæ videt, tunc exultat aut trepidat,[190] prout paraturam deuersorij sui sentiet,[191] de ipsius statim angeli facie,[192] euocatoris animarum, Mercurij poctarum. [193] Quò igitur deducetur anima, iam hinc reddimus.[194] Omnes fermè Philosophi, qui immortalitatem animæ, qualiter volunt, tantum vindicant, Pythagoras, vt Empedocles, vt Plato,[195] quíque aliquod illi tempus indulgent, ab excessu vsque in conflagrationem vniuersitatis, vt Stoici, suas solas, id est sapientum animas, in supernis mansionibus collocant.[196] Plato quidem non temerè Philosophorum animabus hoc præstat, sed eorum qui Philosophiam scilicet exornauerint amore puerorum. Adeò etiam inter Philosophos magnum habet priuilegium impuritas: itaque apud illum in ætherem sublimantur animæ sapientes:[197] apud Ariun, in aërem;[198] apud Stoicos, sub lunam. Quos quidem miror, quòd imprudentes animas circa terram prosternant, cùm illas à sapientibus multo superioribus erudiri adfirment. Vbi erit Scholæ regio in tanta distantia deuersoriorum? qua ratione discipulæ

C. LIII.

C. LIIII.

D

E

F

A scipulæ ad magistras conuentabunt, tanto discrimine inuicem absentes? quis autem illis postumæ eruditionis vsus ac fructus, iamiam conflagratione perituris? Reliquas animas ad inferos deijciunt. [599] Hos Plato velut gremium terræ describit in Phædone, quò omnes labes mundialium sordium confluendo, & ibidem defidendo exhalent, & quasi cœno immunditiarum suarum erassorem haustum & priuatum illic aërem stipent. [600] Nobis inferi, non nuda cauoritas, nec subdiualis aliqua mundi sentina creduntur: [601] sed in fossa terræ & in alto vastitas, & in ipsis visceribus eius absirusa profunditas. [602] Siquidem Christum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id est in recessu intimo, & interno, & in ipsa terra operto, & intra ipsam cauato, & inferioribus adhuc abyssis superstructo. Quòd si Christus Deus, quia & homo, mortuus secundum scripturas, & sepultus secundum easdem, hic quoque legi satisfecit, [603] forma humanæ mortis apud inferos fructus, [604] nec antè ascendit in sublimiora cœlorum, quàm descendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas, & Prophetas compotes sui faceret: [605] habes, & regionem inferûm subterraneam credere, & illos cubitos pellere, qui satis superbè non putent animas fidelium inferis dignas: serui super magistrum, [606] aspernati si fortè in Abrahæ sinu, expectandæ resurrectionis solatium carpere. [607] Sed in hoc, inquiunt, Christus inferos adijt, ne nos adiremus. Ceterùm quod discrimen ethnicorum & Christianorum, si carcer mortuis idem? [608] quomodo ergo anima exhalabit in cœlum, Christo illic adhuc sedente ad dexteram patris, [609] nondum Dei iussu per tubam archangeli audito, nondum illis quos Domini aduentus in seculo inuenerit obuiam ei raptis in aërem, cum his qui mortui in Christo primi resurgent? Nulli patet cœlum terra adhuc salua, ne dixerim clausa. Cum transactione enim mundi reseabuntur regna cœlorum. Sed in æthere dormitio nostra, cum pueris Platonis: aut in aëre, cum Ario: aut circa lunam, cum Endymionibus Stoicorum. [610] Immò, inquis, in paradiso, quò iam tunc & Patriarchæ & Prophetæ appendices Dominicæ resurrectionis, ab inferis migrauerint. [611] Et, quo-
B modo Ioanni in spiritu, paradisi regio reuelata, quæ subijcitur, altari, nullas alias animas apud se præter martyrum ostendit? [612] Quomodo Perpetua fortissima martyr sub die passionis in reuelatione paradisi, solos illic commartyres suos vidit; nisi quia nullis romphæa paradisi ianitrix cædit, nisi qui in Christo decesserint? [613] Non in Adam noua mors pro Deo, & extraordinaria pro Christo, alio & priuato excipitur hospitio? Agnosce itaque differentiam ethnici & fidelis in morte, si pro Deo occumbas vt Paracletus monet, non in mollibus febribus & in lectulis, sed in martyrijs: si crucem tuam tollas, & sequaris Dominum, vt ipse præcepit. Tota paradisi clauis tuus sanguis est. Habes *Matth. 10.*
etiam de paradiso à nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini. [614] Occurrit disceptatio, an hoc ab excessu statim fiat, an quasdam animas aliqua ra- CA. LVI.
tio detineat hic interim, an etiam receptas liceat postea ab inferis ex arbitrio vel ex imperio interuenire: nec harum enim opinionum suasoriæ desunt. [615] Creditum est insepultos non antè ad inferos redigi quam iusta perceperint, secundum Homericum Patrodum, funus in somnis de Achille flagitantem, quòd non aliàs adire portas inferûm posset, arcentibus eum longè animabus sepulturum. Nouimus autem præter poëtica iura, pietatis quoque Homericæ industriam. Tanto magis enim curam sepulturæ collocauit, quàto etiam moram eius iniuriosam animabus incusauit; simul & ne quis defunctum domi detinens ipse amplius cum illo maceretur enormitate solatij dolore nutriti. Ita quærelas animæ insepultæ ad vtrumque confinxit, vt instantia funeris & honor corporum seruetur, & mœror adsectuum temperetur. Ceterùm quàm vanum vt anima corporis iusta sustineat, quasi aliquid ex illis
C ad inferos auehat? Multo vanius si iniuria deputabitur animæ, cessatio sepulturæ, quàm pro gratia deberet amplecti. Vtique enim tardiùs ad inferos abstrahi malet, quæ nec mori voluit. Amabit impium hæredem, per quem adhuc pascitur luce: aut si qua pro certo iniuria est tardiùs sub terram detrudi, titulus autem iniuriæ cessatio est sepulturæ, perquàm iniquum eam iniuria adfici, cui non impunitabitur cessatio sepulturæ, ad proximos scilicet pertinens. [616] Aiunt & immaturæ morte præuentas cousque vagari [617] isthic, [618] donec reliquatio compleatur ætatis, qua cum peruixissent, si non intempestiuè obijssent. Porrò aut constituta sunt tempora vnicuique, [619] & constituta præripi posse non credam. Aut si constituta sunt quidem, Deitamen voluntate vel aliqua potestate mutilantur: frustrà mutilantur, si iam impleri sustinent. Aut si non sunt constituta, nulla erit reliquatio temporum non constitutorum. Adhuc addam: Ecce obijt (verbi gratia) infans sub vberum fontibus, puta nunc puer inuestis, puta vesticeps, [620] qui tamen octoginta annos victurus fuisset, hos præreptos, vt anima eius hic post mortem transigat, quale est? Ætatem enim non potest capere sine corpore, quia per corpora operantur ætates. [621] Nostri autem illud quoque recogitent, corpora eadem recepturas in resurrectione animas, in quibus decesserunt. Iidem ergo sperabuntur & corporum moduli, & eædem ætates quæ corporum modos faciunt. Quo ergo pacto potest infantis anima hic transigere præpreta tempora, vt octogenaria resurgat in corpore mensis vnius? Aut si hic necesse erit ea tempora impleri quæ fuerant destinata, num & ordinem vitæ, quem sortita sunt tempora pariter cum illis hic destinatum, pariter hic animula decurret, vt & studeat [622] ab infantia puritiæ delegata & militet ab adolescentia iuuenta excitata, & censeat à iuuenta senectæ ponderata, & fœnus exprimat, & agrum vrgeat, nauiget, litiget, nubat, laboret, ægritudines obeat: & quæcumque illam

cum temporibus manebant tristia ac læta? Sed hæc sine corpore quomodo transigentur? vita sine vi- D
ta. Sed vacua erunt tempora solo decursu adimplenda. Quid ergo prohibet apud inferos ea impleri,
vbi perinde nullus est vsus illorum? Ita dicimus omnem animam quaqua ætate decesserit, in ea stare ad
eum diem, vsque quò perfectum illud repromittitur ad angelicæ plenitudinis mensuram tempera-
tum. [611] Proinde extorres inferûm habebuntur, quas vi ereptas arbitrantur, præcipuè per atrocitates
suppliciorum, crucis dico, & securis, & gladij, & feræ. Nec isti porò exitus violenti, quos iustitia de-
cernit violentiæ vindex. Et ideò, inquies, sceleste quæque animæ inferis exulant. Alterum ergo con-
stituas compello, aut bonos inferos, aut malos. Si malos, placet: & iam præcipitari illuc animæ pessimæ
debent. Si bonos; cur idem animas immaturas, & innuptas, pro conditione ætatis puras, & innocuas
C. LVII. interim, dignas inferis non iudicas? [614] Aut optimum est hic retineri, [615] secundum ahoros: aut
pessimum, secundum biæothanatos, vt ipsis iam vocabulis vtar, quibus auctrix opinionum istarum
[616] Magica sonat, [617] Hostanes, [618] & Typhon, [619] & Dardanus, & [620] Damigeron, [621] & Nec-
tabis, [622] & Berenice. [623] publica iam litteratura est, quæ animas etiam iusta ætate sopitas, etiam proba
morte disunctas, etiam prôpta humatione dispunctas, euocaturam se ab inferûm incolatu pollicetur.
Quid ergo dicemus Magiam? quod omnes penè, fallaciam. sed ratio fallaciæ solos non fugit Christia-
nos, qui spiritalia nequitiæ, non quidem socia conscientia, sed inimica scientia nouimus, nec in uita-
toria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus multiformem luem mentis humanæ, to-
tius erroris artificem, salutis pariter animæque vastatorem. Sic etiam Magiæ, secundæ scilicet Idolo-
latriæ, in qua se dæmones perinde mortuos fingunt, quemadmodû in illa deos, quidni? cùm & dij mor-
tui. Itaq; inuocantur quidē ahori & biæothanati sub illo fidei argumento, quòd credibile videatur eas
potissimùm animas ad vim & iniuriā facere, quas per vim & iniuriam sęuus & immaturus finis extorsit,
quasi ad vicem offensæ: sed dæmones operantur sub obtentu earum: & hi vel maximè, qui in ipsis tunc
fuerunt cùm aduiuerent, quique illas in huiusmodi impegerant exitus. [624] Nam & suggestimus nullum
penè hominem carere dæmonio: & pluribus notum est dæmoniorum quoque opera & immaturas E
& atroces effici mortes, quas incursibus deputant. Hanc quoque fallaciam spiritus nequam sub perso-
nis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, [625] quum in exorcismis interdum
aliquem se ex parētibus hominem sui affirmat, interdum gladiatorem vel bestiariū, sicut & alibi Deum,
nihil magis curans, quàm hoc ipsum excludere quod prædicamus, ne facilè credamus animas vniuer-
sas ad inferos redigi, vt & iudicij & resurrectionis fidem turbent. Et tamen ille dæmon postquàm cir-
cumstantes circumuenire tentauit, instantia diuinæ gratiæ victus, id quod in vero est inuitus confite-
tur. Sic & in illa alia specie Magiæ, quæ iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur, & con-
spectui exhibere, non alia fallaciæ vis est: operatior planè, quia & phantasma præstatur, quia & corpus
adfingitur: nec magnum illi exteriores oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem excæcare
perfacile est. [626] Corpora deniq; videbantur Pharaoni & Ægyptijs Magicarum virgarum dracones:
Exod. 7. sed Mosei veritas mendacium deuorauit. Multa vtiq; & aduersus Apostolos [627] Simon dedit, & Elimas
Act. 13. Magi: sed plaga cæcitatis de præstigijs non fuit. quid nouj, æmulatio veritatis à spiritu immundo? Ec-
ce hodie eiusdem Simonis hæreticos tanta præsumptio artis extollit, vt etiam prophetarum animas
ab inferis mouere se spondeant. Et credo quia mendacio possunt: [628] nec enim pythonico tunc spi-
1. Reg. 28. ritui minus licuit animam Samuelis effingere, post Deum mortuos consulente Saule. Absit alioquin
vt animam cuiuslibet sancti, nedum Prophetæ, à dæmonio credamus extractam, edocti quòd ipse
2. Cor. 11. Satanas transfiguretur in angelum lucis, nedum in hominem lucis, etiam Deum se adseueraturus, si-
2. Thes. 2. gnáque portentosiora æditurus, ad euertendos, si fieri possit, electos. Dubitauit si fortè tunc Pro- F
Matth. 24. phetam se Dei asseuerare, & vtique Sauli, in quo iam ipse morabatur: ne putes alium fuisse qui phan-
1. Reg. 28. tasma administrabat, alium qui commendabat, sed eundem spiritum & in pseudoprophetide, & in
apostata facilè mentiri, quod fecerat credi, per quem Saulis thesaurus illic erat, vbi & cor ipsius, vbi
Matth. 5. scilicet Deus non erat. Et ideò per quem visurum se credidit, vidit: quia per quem vidit, & credi-
dit. Si & de nocturnis imaginibus opponitur, sæpè non frustrari mortuos viuos: nam & [629] Nasam-
monas propria oracula apud parentū sepulchra mansitādo captare, vt Heraclides scribit, [630] vel Nym-
phodorus, vel Herodotus: [631] & Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctare, [632]
vt Nicander adfirmat: non magis mortuos verè patimur in somnis quàm viuos, sed eadem ratione
mortuos qua & viuos. At somnia quæ videntur vera sunt. Non enim quia videntur vera sunt, sed
quia adimplentur. Fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiatur. [633] Nulli autem animæ
omninò inferos patere, satis Dominus in argumento illo pauperis requiescentis & diuitis ingerni-
scentis ex persona Abrahæ fanxit, non posse relegari renuntiatorem dispositionis infernæ: quòd vel
tunc licere potuisset, vt Moysi & Prophetis crederetur. Sed etsi quasdam reuocauit in corpora Dei
virtus, in documenta iuris sui, non idcircò communicabitur fidei, & audaciæ Magorum, & fal-
laciæ somniorum, & licentiæ poëtarum. Atquin in resurrectionis exemplis, cùm Dei virtus, siue per
Prophetas, siue per Christum, siue per Apostolos in corpora animas repræsentat, solida & contre-
ctabili, & tatiata veritate, præiudicatum est hanc esse formam veritatis, vt omnem mortuorum
C. LVIII exhibitionem incorporalem præstigias iudices. [634] Omnes ergo animæ penes inferos, inquis.

Velis

Velis ac nolis & supplicia iam illic & refrigeria, habes pauperem & diuitem : & quia distuli nescio quid ad hanc partem, iam opportunè in clausulam reddam. [647] Cur enim non putes animam & puniri & foueri in inferis interim sub expectatione vtriusque iudicij in quadam vsurpatione & candida eius? quia saluum debet esse, inquis, in iudicio diuino negotium suum sine vlla præiudicatione sententiæ : tum quia & carnis operienda est restitutio, vt consortis operarum atque mercedum. Quid ergo fiet in tempore isto? dormiemus? At enim animæ nec in viuentibus dormiunt: corporum enim est somnus, quorum & ipsa mors cum speculo suo somno. aut nihil vis agi illic, quò vniuersa humanitas trahitur, quò spes omnis sequestratur. Delibari putas iudicium, an incipi? præcipitari, an præministrari? Iam verò quàm iniquissimum etiam apud inferos, si & nocentibus adhuc illic benè est, & innocentibus nondum. Quid amplius vis esse post mortem, confusa spe & incerta expectatione iudentem, an vitæ recensum iam & ordinationem iudicij inhorrentem? semper autem expectat anima corpus, vt doleat aut gaudeat? nónne & de suo sufficit sibi ad vtrumque titulum passionis, [646] quotiens illæso corpore anima sola torquetur bile, ira, tædio plerumque nec sibi noto, quotiens item corpore adflicto furtiuum sibi anima gaudium exquirit, & à corporis importuna tunc societate secedit? Mentior si non de ipsis cruciatibus corporis & gloriari & gaudere sola consueuit. [647] Respice ad Mutij animam, cùm dexteram suam ignibus soluit. Respice ad Zenonis, cùm illam Dionysij tormenta prætereunt. Morsus ferarum ornamenta sunt iuuentutis, [649] vt in Cyro vrsi cicatrices. Adeo nouit & apud inferos Anima & dolere & gaudere sine carne, quia & in carne illæsa si velit dolet, & læsa si velit gaudet. Hoc si ex arbitrio suo in vita, quanto magis ex iudicio Dei post mortem? [650] Sed nec omnia opera eum carnis ministerio Anima partitur; nam & solos cogitatus & nudas voluntates censura diuina persequitur: Qui viderit ad concupiscendum, iam adulteravit in corde. Ergo propter hoc congruentissimum est animam, licet non exspectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit. Sic & ob cogitatus pios & beneuolos, in quibus carne non eguit, sine carne recreabitur. Quid nunc, si & in carnalibus prior est, quæ concipit, quæ disponit, quæ mandat, quæ impellit? Et si quando inuita, prior tamen tractat, quod per corpus actura est; numquam denique conscientia posterior erit facto; ita huic quoque ordini competit etiam priorem pensare mercedes, cui priori debeantur. [651] In summa, quum carcerem illum, quod Euangelium demonstrat, inferos intelligimus, & nouissimum quadrantem, modicum quoque delictum mora resurrectionis illic luendum interpretamur; nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos salua resurrectionis plenitudine, per carnem quoque. [652] Hoc etiam Paracletus frequentissimè commendauit, si quis sermones eius ex agnitione promissorum charismatum admiserit. Ad omnem, vt arbitror, humanam super anima opinionem ex doctrina fidei congressi, iustæ dumtaxat ac necessariæ curiositatis satisfaciemus; Enormi autem & otiosæ tantum deerit discere, quantum libuerit inquirere.

Matth. 5.

Matth. 5.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE ANIMA.

1. DE ANIMA.] *Animæ definitionem habes infrà c. 22. & vnde dicatur, cap. 25. Multa etiam hoc libro latiùs tractantur, quæ suprà adtigit Tom. 1. lib. de Testimon. Anima, aduers. Idola.* De Anima *vero iam ante Tertullianum etiam scripsit (Hieronymo teste Catal. Script. Eccles.) B. Iustinus Martyr; aliquid etiam de eadem re tractant B. Irenæus, Clemens denique Alexandrinus locis infrà citatis, quos imitatus est Tertullianus. Post eum plures de eadem scripserunt, & imprimis eum imitatur non vno in loco Lactantius, peculiariter verò lib. de Opificio Dei, cap. 15. 16. 17. 18. & 19. & lib. 7. diuin. Institut. à cap. 8. vsque ad 23. Scripsit etiam complures huius argumenti libros B. Augustin. Contra Paganos quidem, De immortalitate Animæ, Contra Manichæos, de quantitate Animæ, de duabus Animabus, & lib. 83. qu. Vtrum Anima à seipsa sit, quæst. 1. Quæ proprie in animante Anima dicitur, quæst. 7. Verum per se Anima moueatur, quæst. 8. Quemadmodum virtutes Animæ à Cicerone diuisæ ac definitæ sint, quæst. 31. Aduersus Pelagianos, de Anima & eius origine, lib. 4. & Epistolam ad Optatum 55. Denique Epistol. 28. ad B. Hieronym. Eodem pertinent Epistol. B. Hieronym. ad eundem, ac Epistol. ad Marcellinum & Anapsychiam, de origine Animæ; & ob aliquo eorum successore, fortasse Orosio, sub vtriusque persona editus Dialogus de origine Animæ, qui exstat Tom. 4. operum B. Hieronymi. Qui omnes ad intellectum huius libri facunt, vtiectum que contra Metempsychosin scribit idem B. Augustin. lib. 12. de Trinitate, cap. 15. & qua de Anima incorporea, contra ipsum Tertullianum, lib. 10. de Gen. ad litter. Verisimile remanet autem, quæ tum hodie in scholis maximè obtinet, de Anima sententiam, sic explicat Author, quisquis est, libris Ecclesiasticorum dogmatum, qui reperitur Tom. 4. operum B. Augustin. Credimus (inquit) Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas simul creatas (sicut Origenes fingit) neque cum corporibus per coitum seminari (sicut Lucifer ani, & Cyrillus, & aliqui Latinorum præsumptores, inter quos etiam hic Tertullianus, adfirmant) sed dicimus, creationem Animæ solum Creatorem omnium nosse, & corpus tantum per coniugij copulam seminari, ac formato iam corpori Animam creari & infundi. Quibus addit Author libri de Spiritu & Anima, inter Opera Augustin. Tom. 3. (inxta quosdam Hugo de S. Victore) cap. 48. Nec duas esse Animas in vno corpore, sicut multi scribunt, vnam animalem, alteram spiritualem, sed vnam eandémque habentem in se libertatem arbitrij. Ceterùm, vt manifestum fiat contra quos Liber ab Auctore conscriptus sit, Titulo addidimus:* ADVERSVS PHILOSOPHOS ET HÆRETICOS.

CAP. I.

2. DE SOLO CENSV ANIMÆ CONGRESSVS HERMOGENI, &c.] *Caput hoc primum inscripsimus:* Quòd de immortalitate Animæ non à Socrate, sed à Deo discendū sit. *Atqui de Libro Auctoris de censu Animæ*

aduersus Hermogenem, in quo tradit Animæ censum, id est, originem (sicuti vocem: census intelligendam suprà docuimus lib. de Præscript. aduersh. cap. 32. num. 184.) ex flatu Dei, insufflatione Iesu Christi sequent. vbi de eius libri Fragmentis & argumento. Hæc hic sufficiat, quòd eiusdem rursum fiat mentio infrà cap. 3. 21. 22. & 24. Quæ adeò creatione etiam confirmatur liber hic esse Tertullianus germanus, vti etiam ex stylo & vocibus Tertulliano peculiaribus, qualis hic: census.

3. suggestu.] Etiam hæc vox Tertullianica, pro: ornatu, sicuti indicat illud suprà Tom. 2. lib. de Vel. virg. cap. 12. vno habitu negantes, quod toto suggestu profitentur. Item illud lib. de Idolol. cap. 18. de solo suggestu & apparatu honoris. Vtitur autem eadem voce infrà non semel. Omissimus autem: &, superfluum ante illud: plurimùm videbor.

4. Etiam in carcere Socratis de Animæ statu velitatum est.] Alludit proculdubiò ad Platonis Phædonem seu de Animæ Dialogum, in quo latissimè prosequitur: velitationem de Animæ statu factam in carcere Socratis. quamtamen ipsam, excepto eo quod de immortalitate Animæ disputatur, plerisque locis huius libri impugnat.

5. iam facto nauigio regressio.] Etiam præterquàm quod idem Plato memoriæ in Critone, vbi interrogat Socrates: Numquid nauis ex Delo iam rediit, qua reducta mihi moriendum? cur sacrum nauigium dicatur, explicat latius in Phædone: Pridie (inquit) quàm iudicaretur, ornari coniicit puppim nauis eius, quam mittunt Athenienses in Delum. Id verò quidnam sibi vult? Hæc est illa nauis, vt aiunt Athenienses, in qua Theseus olim bis septem illos secum tulit in Cretam, seruatisque illos, & ipse seruatus est. Vouerat autem (vt fertur) Apollini, si seruaretur, quotannis in Delum spectaculum quod dam mittere. Quod quidem nunc etiam, ac semper ex illo tempore, singulis ad Delum (sic enim lego, pro: Deum) mittunt annis. Quum igitur spectaculi principium agitur, ex lege interim lustrant vrbem, nemínemque eo tempore publicè necant, donec Delum pertenuit nauis, rursusque ex Delo reuertatur Athenas. Id verò nonnumquam longo peragitur tempore, quando eas occupant venti. Idem itaque vult hic Auctor, quod paulopost ibidem dicitur: Pridie namque eius diei vesperè nauem ex Delo audimus rediisse.

6. iam cicutis damnationis exhaustis.] Istud per præoccupationem dicitur ab Auctore, neque enim nisi post dictam velitationem de statu Animæ, cicutas exhausisse legitur ibidem Socrates. Legimus autem cum Latinio: ad aliquem motum, pro: modum, eo quod sequitur mox: vel in hoc tamen mota, ne moueretur.

7. quam nec coniugis fletus statim viduæ, &c.] Istud ibidem etiam recitatur: Xantippe (inquit) iuxta sedens, puerumque in manibus tenens, quum nos vidisset, ejulare capit, & qualia solent mulieres, exclamare: O Socrates, nunquam amplius te adfabuntur tui familiares, neque tu illos. At Socrates Critonem intuitus, O Crito (inquit) deducat quis hanc domum.

8. Denique post sententiam, &c.] Istud Socratis Apophthegma quidam malè repetunt, scribentes ipsum hæc verba protulisse, damnatum ve ex superiori aliquo loco præcipitatetur: quin potius damnatus fuit, sicuti prius indicatum est num. 6. vt cicutam biberet.

9. lemnisfatas Anyti & Meliti palmas gestiens infringere.] Ita ex Latinio, pro: inuisfatas. Similiter eum lemnisfatam palmam (adlindens ad triumphi aureum ceram tam lemnisfatam, de qua suprà Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 12. num. 157. 158. ac 159.) dixit Cicero Orat. pro Roscio. Nam verè dici poterat palma lemnisfata, id est, præcipua quædam splendore illustris palma, qua contra tam rarum virtutis exemplum à viris improbis relata est. Erant enim tales eius accusatores Anytus & Melitus, sicut ex Apologia Socratis & Critone apud Platonem patet; quare & positas, vti dixit suprà Auctor Apolog. c. 14. ab Atheniensibus adfictis fuit.

10. ipsa morte coram, immortalitatem vindicat Animæ.] Sic etiam ex eodem Latinio, pro: vindicans. Atqui immortalitatem Animæ non hic modo ex Socrate, sed etiam infrà non semel asserit Auctor hoc libro, ex sententia quidem Philosophorum vterum c. 3. 5. 1. ac 54. ex sua verò cap. 22. 24. 51. ac 53. & lib. de Resurr. carn. non vno in loco, in eo imitatus B. Iustinum Martyr. lib. aduers. Tryphonem, & Apologetic. ad Antonin. Pium, Clementem Alexandrin. lib. 4. stromat. & Iren. lib. 2. cap. 64. vbi ostendit quæ modo Animæ, quum sint generabiles, immortales tamen sint in futurum. Ipsum vero Auctorem Lactant. lib. 7. diuin. Institut. cap. 8. 9. 10. & eiusdem argumenti librum scripsit B. Augustinus & Chrysostomus duos. Atqui siue logos illud: immortalitatem Animæ, siue cum Gagnæo: immortalem animam, non refert. Æquanimitatem verò iterum pro tolerantia accipit, sicuti suprà Tom. 2. lib. de Patientia, cap. 2. num. 6.

11. cui enim veritas compertafine Deo, &c.] Istud paulo mitius repetit de Platone, seu potius Socrate apud Platonem, Lactantius vbi suprà. Nam licet verum de immortalitate Animæ sentiret, tamen non ita de illa tanquam de summa disseruit. Nos igitur certioribus signis elicere possumus veritatem, qui eam non ancipiti suspicione collegimus, sed diuina traditione cognouimus.

12. Siquidem aiunt dæmonium illi à puero adhæsisse, &c.] Præterquàm quod istud etiam suprà dixerit Auctor Apolog. cap. 22. & 46. iterum id repetit hic verbis infrà cap. 39. Sic igitur & Socratem, puerum adhuc, spiritus dæmonicus inuenit. Certè ipse id Socrates testatur hic verbis Apologiæ suæ apud Platonem: Diuinum (scilicet quid dam (inquit) atque dæmonicum in voce quadam mihi adesse audiuisti. Quod quidem Meletum in accusatione dicit, sed mihi quidem ab ipsa puertia hoc adest, vox (scilicet quadam, quæ, quoties fit, me prohibet agere quod adturus eram, prouocat vero numquam. Plura hac de re vide ad dict. 22. cap. Apolog. num. 340. & ad B. Cyprian. lib. Quod Idol. non sint Dij. num. 52.

13. etsi post Deos & cum Deis dæmonia deputantur.] Hoc ipsum sic expressiùs in Apolog. Socrates: Omninò autem, vt confiteris, Dæmonia ego adsero. Dæmones autem nomquidnam Deos existimamus, aut Deorum filios? Atqui legimus cum Latinio: antiqui erroris artificem, pro: antiqui hominis erroris, eo quòd infrà cap. 57. vocet: totius erroris artificem.

14. Quòd si idcircò sapientiss. Socrates secundum Pythij quoque dæmonis suffragium, &c.] Similiter suprà c. 46. Apolog. Auctor. Socratem Apollo sapientiss. omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum, sapientiæ testimonium reddidit ei viro, qui negabat Deos esse. Certè Socrates ipse de se ad recenset sapedicta Apolog. Respondit (inquit) Pythia sapientiorem esse neminem; at aliam causam ipse inuuit eius appellationis: Quia (inquit) quæ nescio, neque scire me arbitror quod expressiè clarius Lactant. lib. 3. diuin. Instit. c. 23. quod & simbil fere dixit, nisi hoc vnum quòd nihil sciret.

15. cuius adstatui tota vis dæmonum cædit.] De Christiana constantia his viribus in dæmonas, suprà latius Tom. 1. Apolog. c. 23. n. 370. & hoc Tom lib. de Baptism. n. 1. vbi de Exorcismis agetur.

16. quæ nullum Æsculapio gallinaceum reddi iubens præuaricetur.] Etiam hoc ex Platone, qui in Phædone subfinem scribit, Socrates vocem extremam fuisse: O Crito, Æsculapio gallum debemus, quem reddite, neque negligatis. Cui addit ivsans Tertull. suprà Apologet. cap. 46. Credo ob honorem patris eius, nempè Apollinis.

17. nec noua inferens dæmonia, &c.] Vna pars erat hæc accusationis Socratis (vel ipso teste in Apolog.) quod Deos quos ciuitas putat, ipse non æstimaret, aliaque id genus adferret dæmonia. Quod etiam confessium esse, paulò antè patet. 12. Verùm alio id refert Auctor Apologet. c. 14. quum dicit: qui in contumeliam Deorum quæcum & hiteum & canem deierabat, ad quem locum n. 211. similes Patrum locos ad duximus. quam sanè iuramenti formulam fallam: per canem, frequentiss. reperire est apud Platonem, vbicumque ferè Socratis persona introducitur.

18. nec aduleſcentiam vitians, ſed omni bono pudoris informans.]

informans.] *Etiam hic ad ipsum Socratis in Apologet. verba hæc adludit : Me (inquit) corruptelam iuuentutis accusasti ; ergo age iam dic quam meliores efficiat, & quisnam sit ostende ; ubi plus satisfaciat, corruptelam adolescentiæ non aliam obiectam, quam quod eos doceret noua quædam dæmonia. Quo magis admirer, quòd Auctor supra dicit cap. 46. Apologet.* Cetetùm, inquit, si de pudicitia prouocemus, lego partem sententiæ Atticæ in Socratem corruptorem adolescentium pronuntiatam ; *id quo ex magis, quum & cap. 14. & paulò antè dixisset:* condemnatum Socratem quia Deos destruebat. *Interim non solum Auctorem in ea fuisse sententia, patet ex Comment. Marsilij Ficini in Platonis conuiuium. siue de Amore, cap. 2. disertis verbis de Socrate contrarium probantibus.*

19. inter suos Cebetas & suos Phædonas.] *Ita loquitur Auctor, quòd in colloquio ille de immortalitate Animæ, cum Socrate Phædo & Cebes præcipuas fere partes agerent, quod quòd etiam inter Philosophos præcipuis enumerantur à Diogene Laërtio lib. 2.* Phædon *Heliensis,* & Cebes *Thebanus, Socratis discipuli. Cuius postremi* Pinacis *siue Tabula (vtpotè Dialogi ita inscripti) præter Laërtium meminit etiam Auctor supra lib. de Præscript. aduersʒ hæret. cap. 39. num. 133. Atqui lego prorsus :* dirigat, *pro :* dirigeret, *quia præcedit:* abforbeat, & *sequitur mox:* discat.

Cap. 11.

20. Planè non negabimus aliquando Philosophos, &c.] *Capiti huic titulum dedimus :* Quòd etsi quædam rectè iuxta nostra senserint Philosophi, aut natura, aut ex nostris litteris; ea tamen suis argumentationibus contrariis fidei regulæ vellitant. *Pertinent autem ad phrasin Tertullianeam:* inuentus, *pro:* inuentio, aliqui portus, *pro:* aliquis; *item:* cæca fœlicitate, & *:* compos naturæ.

21. nihil diuinæ licentiæ seruat.] Licentiam, *pro licentia protestatis, hic accipi rectè adnotauit Latinius ; adlegans similes locos Arnobij lib. 1. sed maiorij* licentia *protestatis ; & lib. 2. neque vlli hominum tantum potestatis adtribuit* licentiæque *consensus; item post aliquot pagin as : Vt enim Dij certè certas habent apud vos licentias, protestates: subindicans etiam apud B. Cyprianum alicubi sic vsurpari.*

22. ex factis quas putant litteris.] *Rationem reddit, cur ita dixerentur,* quia plerolque Auctores etiam Deos existimauerunt antiquitas. Sacrum *enim dicebatur antiquitùs, quicquid Dijs deputabatur.*

23. vt Mercurium Ægyptium.] *Citat hunc etiam infrà cap. 33. & supra lib. Aduers. Valent. cap. 15.* Quod nec, *inquit,* Mercurius ille Trismegistus magister omnium Physicorum recogitauit. *De eodem B. Optian. lib. Quòd Idola non sint Dij :* Hermes *quoque* Trismegistus *num Deum loquitur; vbi & B. Augustinum eiusdem num. 55. Vide item de eo Feu-ardentium ad B. Irenæum lib. 3. cap. 3. num. 4. Propius ad institutum huius loci facit, quod habet Lactant. lib. 1. cap. 6. Apud Ciceronem (nempè lib. 3. de natura Deor.)* C. Cotta Pontifex, *&c.* quintum Mercurium *aut fuisse, à quo Argus occisus sit, ob eamque causam in Ægyptum profugisse, atque Ægyptijs leges & litteras tradidisse. Hunc Ægypty Thoth nuncupant, à quo apud eos primus annus sui mensis, id est, September, nomen accepit ; etiam & Saytæ seruant & colunt eum religiosiss. Qui tametsi homo fuerit antiquiss. tamen instructiss. omni genere doctrinæ, adeò vt ei ob multarum rerum & artium scientiam,* Trismegisto *cognomen imposuerint.*

24. cui præcipuè Plato adsueuit.] *Similiter B. Augustin. lib. de Ciuitat. Dei, à Trismegisto partum ea didicisse Platonem scribit, quæ de Deo rectè sensit. De eodem sic Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromatum : Plato in Phædro, Regem Ægyptium & Thayt (seu potius Theut) nobis ostendit sapientissimum, quem quidem nouit esse Mercurium. Reperiuntur certè etiamnum quædam in Phædro Platonis de Theut, siculi & in Philebo, vbi sic legitur : Siue Deus aliquis, siue diuinus homo, qualis apud Ægyptios Theut fuisse fertur.*

25. vt Silenum Phrygem, cui à pastoribus peructo ingentes aures suas Midas tradidit.] *Posterioris huius intellectum habes supra lib. de Pallio, cap. 2.* vt Silenus penes aures Midæ blatit : *sicquidammodò fabulam de Mida auribus explicans, quòd ob hebetudinem ingenij* Midæ aures ingentes *adsinxerint,* quas *adeo* Sileno tradidisse *dicitur, dum ab illo à pastoribus ad se perducto de variis rebus institutus fertur. Quod ipsum repetit supra Auctor lib. aduersus Hermogenem cap. 25. Atqui pro Deo habitum à Phrygibus, testatur Poëta, qui Patrem* Silenum *vocant, immò ab ille* Silenos *nuncupant Veteres prouectioris ætatis Satyros. Quandoquidem autem* Silenum *inter Auctores librorum Auctor numerat; fortassis aliquis liber est, qui citatur à Laërtio hoster. lib. 1. & lib. 2.* Aethna à Stephano. Citat etiam glossas Sileni *Athenæus.*

26. vt Hermotimum, &c.] *Sic omninò legendum, pro eo quòd erat :* Hermippum, *rectè adnotauit Paulus Leopardus Emendat. lib. 8. cap. 3. nam is idem penè verbis infrà c. 44. legitur:* Ciues Clazomenij Hermotimum templo consolantur. *Vide de eo Latinius.*

27. vt Orpheum, vt Musæum.] *De vtroque B. Iustinus Martyr Apologet. 1. sine Orat. ad.* Gentiles : Orpheus *sanè, inquit, multis titulis Deorum primus auctor, qualia posteriores ad filium suum* Musæum, *ac reliquos germanos veros que auditores, de vno eodemque folo Deo prædicauerit, necessarium est vobis exponere.*

Solis canto piis, omnes procul esse profanis

Tu *Musæe* audij, Lunæ fate stirpe silentis.

Quæ ipsos versus iterum repetit Apolog. 2. ad Antoninum Pium, & Clemens quoque Alexandrin. adhort. aduers. Gentes. Eodem etiam adludunt Theophilus lib. 3. ad Autolycum, & Cyrill. lib. 1. contra Iulian. Præterea fortassis poßea in Orgin Libers sacris, quæ ipse antea instituerat, delacerauit & disperpus fertur, quemadmodum scribit Lactant. l. 1. cap. 22. addens fuisse eum per eadem tempora quibus Faunus. quare etiam Anaxagoras Apologia pro Christ. coæuum scribit fuisse Dijs, quos primitus celebrabat: cui etiam consentit Lactant. eiusdem lib. cap. 5. Qui autem eum, aut Musæum, inter Deos numerent, hactenus non repperi, fortassis id ei accidit poßquàm disperpus est. Citat eiusdem quosdam versus etiam Arnobius, vbi veratur Calliopes filius, quantum apparet, quòd Poëtarum primus, vti Iustinus adserit. Aliquot etiam eius carmina apud Proclum leguntur, & Clement. Alexandr. lib. 6. strom. & eius tituli versus quidam infrà cap. 15. Porrò Orphei *Hymni, Argonautica, & de lapidibus libellus, Græcè cum elmexflant, quos ipsos libros citat Suidas ; sed quòd ille alium faciat Auctorem Hymnorum, alium Argonauticon, non probo ; nam illum vnà cum Argonautis profectum tradit Lactant. vbi suprà. Illit autem etiam est ad idem* Musæi *carmen de amore Erus & Leandri, quamquam interim Lyl. Giraldus & Suidas tres* Musæos *faciant.*

28. vt Pherecydem Pythagoræ magistrum.] *De eodem item Auctor infrà cap. 28. vbi de arte diuinandi eius agit. Eundem etiam citauit supra lib. de Cor. milit. cap. 7. qui loco de eius Theogoniali liquid diximus. Diogenes verò Laërtius lib. de rerum principiis ità scribit, Suidas præterea Thecrasian. De eodem sic Lactant. lib. 7. cap. 8.* Præcepior Pythagoræ Pherecydes ; *quem Cicero tradit primum de æternitate Animarum disputauisse. Habet idem ille Tuscul. qu. lib. 1. vbi & addit :* Antiquus sanè *; sed enim regnante meo gentili, vbi Seruium Tullium intelligi. Verùm neque de hoc quisquam præterea scribit, quòd pro Deo sit habitus.*

29. & ipso iam æuo pronatæ propheticæ paraturæ.] *Eo quòd addat ipso æuo, videtur adludere ad sus Paracleti Montani Prophetam, de qua infrà c. 44. auctoritate Prophetiæ quoque, & c. 9.* post Ioannem quoque Prophetiam meruimus & consequi. *Sunt autem rursus phrases Tertullianeæ, paratura, de qua mox latinius, &* : subornant, *cuius explicatio suprà lib. de Præscript. adu. hær. cap. 7. num. 38.* commisetit nos & Philosophos, *de qua Tom. 2. lib. ad Martyr. num. 11.* regulæ nostræ, *de qua rursum lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 13. num. 81.*

30. exceptis planè, quæ sine laqueo, &c.] *His verbis ex-*

plicat, quomodo non in totum reijcienda Philosophia, sed vtì subiungit: ex æmulis nonnumquam sit testimonium necessarium. *Est verò referendum in Prolegomena inter Prouerbiales formulas illud:* quanta sit sylua materiæ istius.

31. Sed & Medicinam inspexi fororem Philosophiæ, &c.] *Hinc infrà non semel ex Medicis Auctoribus de Anima tractat: vtpotè quum, vti subiungit:* ad Medicinam magis Animæ ratio pertinere videatur.

32. Heraclitus ille tenebrosus.] *Haud absimiliter B. Hieronymus initio lib. 1. adu. Iouinian. Heraclitum ἀσκοτινὸν vocat, quem fudantes Philosophi vix intelligunt. Ipse enim, Laërtio teste, de industria librorum suum de Natura obscurius scripsit, vt solis illuminatis legerentur: vnde & Crateri quendam, quum illum librum Gracis inuehere, dixisse: Delios aliquo natatore opus esse, qui in ille non suffocaretur. Cur autem* Heraclito mœror *adscribatur, decimo cap. sequ. num 49. & de morte eius vide suprà lib. ad Mart. num. 49.*

33. terminos Animæ nequaquam inueniſſe omnem viam ingrediendo.] *Illud Heraclitì pronuntiatum sic clarius explicat Laërtius: Dicitur & id de Anime sensisse natura: num quam illam reperiri posse, quantalibet quis viæ conficiat spatia, adeò profundum eius esse rationem. Effinxisse interim illum Animam ex igne, infrà dicetur cap. 5. non aliter atque Deum quoque ignem asseruisse suprà diximus lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 7. num. 44. Quod etiam* vnitatem Animæ tuetur quæ in totum corpus diffusa sit, *vide infrà cap. 14. num. 176.*

34. Infinitas enim quæstiones Apostolus prohibet.] *Quod sepius alibi adnotaui, vel hinc patet: Metaphrastes, sæpè ab Auctore scripturæ citari. Nusquam enim expressè* Apostolus prohibet quæstiones infinitas, *sed 1. Tim. 1. fabulas indeterminatas, quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationem. Fortasse autem quum alibi legit:* indeterminatas, *legi hic debet:* indefinitas, *verum nihil immutare voluì.*

Cap. III.

35. Atque vtinam nullas hæreſes, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* Quòd à Philosophis de Anima dissentientibus etiam hæretici suas hæreſes de Anima mutuarint. *Seu potius:* Totius libri huius argumentum. *Atqui quod* Philosophi hæreticorum Patriarchæ *habeat etiam suprà lib. adu. Hermogenem, cap. 8. de quo latius lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 7. in Aduſ. nostros num. 36. Hic hanc esse causſam indicat, cur aduersus Philosophos etiam scribat.*

36. Siquidem & ab Apoſtolo, &c.] *Nullam hic certam ſcripturam citat, ſed adludit ad illud Coloſſ. 2. Ne quis vos depraedetur ſeu concutiat per Philosophiam. Suæ autem legis:* præuideatur *cum Harriſio ſiue:* prouideatur, *vti hallenius, persuadet eſt.*

37. caupones, & c. miſcentes aquam vino, &c.] *Locum hunc imitatur B. Hieron. initio lib. adu. Vigilant. huc verbis: Hîc* caupo *Calagurritanus* miſcet aquam vino. *Adludit verò Uterque ad illud Iſai. 1. Vinum tuum mixtum eſt aqua. Quod quum etiam B. Hieron. in Comment. de hæreticis interpretetur, varia quæ ſequuntur ſententia, ad hæreticos magis pertinent quàm Philoſophos; quibus adeò velut aliud agens, Argumentum totius huius libri proſequitur.*

38. alij immortalem negant Animam.] *De hac opinione habes ſuprà Tom. 1. Apolog. cap. 47.* alij diſſolubilem contendunt, *& lib. de Teſtim. Animæ, c. 1.* ſeu minimè diuina & æterna res es, vt ſcholæ Epicuri (*ſic enim lege, pro:* ſoli Epicuro) videtur. *Item cap. 4.* Opinio Chriſtiana, etſi Epicurea gratior, quia te ab interitu defendit. *Adtribuat autem iſtud Auctor non ſolùm Philoſophiæ, ſed etiam Sadduceæ ex Iudaiſmo hæreticis, infrà lib. de Reſurr. carn. cap. 1.* Nihil, *inquit*, eſſe poſt mortem, Epicuri ſchola eſt. Ait & Seneca: omnia poſt mortem finiri, etiam ipſam. Si verò & apud Deum aliqua ſecta eſt, Epicureis magis adfinis quàm Prophetis, ſciemus quid audiant à Chriſto Sadducæi. *Ad quos etiam adludit ſuprà lib. de Præſcript. adu. hæret. cap. 7. quem admodum ibi latius num. 41. Aqua hæreſis non abhorruiſſe etiam Valentiniano, indicat Auctor his verbis, n. 32.* & Anima mortalis apud illos, niſi quæ ſalutem fide inuenerit. *Eandem aut adhuc viuo Tertull. aut ſaltem paulopost renouarunt, quos Euſeb. lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 26. & B. Auguſt. hær. 83. Arianos vocat, qui ex Origenis diſputatione reſipuerant. Contra hos autem agit Auctor tum hoc cap. tum infrà c. 51. & ſequentibus, & propterea c. 22.* definit Animam immortalem.

39. alij pluſquàm immortalem adfirmant.] *Hi haud dubiè eos notat hæreticos, qui Animam ex ſubſtantia Dei aſſerebant, immò Dei partem diuebant, in hoc* Zenonem ſecuti (*ſi Epiphanio credituri hær. 5.*) *& reliquos Stoicos, qui Animam Deitatem in multas partiebantur ſubſtantias, ſolem, lunam, Animam, ſydera, & alia. Quo pertinet etiam illud ſuprà Tom. 1. lib. de Teſtim. Animæ, cap. 1.* ſeu diuina & æterna res es ſecundum plures Philoſophos, *& illud Apolog. cap. 47.* de anima: ſtatu, quâ alij diuinâ & æternâ. *Contra quam hæreſin quum Manicheorum eſſet frequentiſſ. diſputat B. Auguſt. etiam Priſcillianiſtas ascribens; quomodo etiam prædictis omnibus B. Hier. epiſt. ad Marcell. & Anaphychiam. Sunt & qui Carpocrati adſcribunt, verum de eo latius infrà cap. 24. Gnoſticis certè, quorum ipſe caput, plerique omnes adſcribunt. Contra hos agit c. proximo, dum docet, & cap. 22. definit,* non innatam eſſe, ſed natam Animam ex flatu Dei.

40. alij de ſubſtantia.] *Eos intelligit, qui* diſceptant de ſubſtantia Animæ, an (*vti etiam eſt dicto 1. cap. lib. de Teſtim. Animæ*) numeris ſeu atomis concinetur; *an verò iuxta alios:* ex igni, aquâ, aëre, ſanguine, lumine, aut quinta quadam ſubſtantia; *denique:* corporalis, an incorporalis. *Nam de omnibus his agit cap. 5. 6. 7. & 8. & in definitione Animæ, c. 22. addit, quinquam non reſte:* corporalem.

41. alij de forma.] *Hic eos qui de* effigie Animæ diſceptant, & longitudine, non latitudine eius, ſublimitate, & colore, *de quibus tractatur infrà c. 9. & in definitione Animæ, cap. 22. cum eis tam perperàm adducti:* effigiatam.

42. alij de vnaquaque diſpoſitione Animæ diſceptant.] *Hi erant tum qui dicerent:* Animam & Spiritum vnũ eſſe; *contrà quos cap. 10. & 11.* aut non ſeparari animum & animam, *vt cap. 12. & 13. tum qui* in plures Animam partes, non ſolùm vires ac potentias diſtinguebant, *de quibus cap. 14. aut qui* Hegemonicon in Anima negabant, *contra quos cap. 15.* aut in plura quàm rationale & irrationale Animam partiebantur, *de quibus cap. 16. Item qui* quinque ſenſibus fidem abrogabant, & proinde Animæ ſolum intellectum, non etiam ſenſum adtribuebant, aut intellectum non ſemper Animæ ineſſe *dicebant, de quibus cap. 17. 18. 19. denique etiam eos qui aut* pro varietate ingeniorum, non verò libeti arbitrij, *contra quos cap. 20. aut* pro materia diuerſa, animali, materiali, & ſpirituali, ſicuti Valentiniani, non vniformem, ſed multiformem Animam *audebant aſſerere. Aduerſum quos omnes Auctor definit cap. 22.* Animam ſubſtantia ſimplicem, de ſuo patientem, varijs procedentem, liberam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem.

43. hi ſtatum eius aliundè ducunt.] *Huc pertinet illud dictũ lib. De Teſtim. Animæ, cap. 1.* ſeu de cœlo exciperis, ſeu de terra conciperis, ſeu cum corpore incœperis, ſeu poſt corpus induceris. *Intelligit ita quæ eos, contra quos agit infrà c. 23. & 24.* Saturninum, Carpocratem, Apellem, ac Valentinianos hæreticos, quorum, *inquit*, omnium Plato condimentarium, qui de cœlis Animam deſetebant; *item eos, de quibus cap. 25. ac 26.* qui effuſo iam pattu ſecundum Stoicos Animam extrinſecus imprimi dicebant; *de qua re ſententiam ſuam exprimens, quam quam minus veriſimilem, definit Animam cap. 22.* ex vna redundantem, *ſicuti latius explicat cap. 27.*

44. hi extitum aliorſum abducunt.] *Eos denique hîc ſubindicat,* qui cum Platone ex mortuis viuos fieri dicebant, *contra quos c. 28. 29. 30. atque adeo* Metempſychoſin Pythagoricà introducebant, aut Meren ſomatoſin Empedoclis; *aduerſum quos apertius c. 31. 32. 33. De qua poſtrema, ſuprà quoque lib. de Teſtim. Animæ, c. 4.* Opinio Chriſtiana honeſtior multo

multo Pythagorica, quæ te non in bestias transformat. *Ad has enim absurditates eas quamproxime etiam accessisse hæreticos* Simonem Magum ac Carpocratem, *indicat Auctor c.* 34. *ac* 35. *Sua vero sententiam concludens, postquam quadam alia aliquot capitibus ad Animam pertinentia interserunt c.* 51. *ac sequ. ad finem usque latè tractat, quod paucis dixerat, locis tam citatis Animam adloquens*: Adhirmamus te manere post vitæ dispunctionem, & exspectare diem iudicij; proque meritis aut cruciatui destinari, aut refrigerio, vtique sempiterno.

45. prout aut Platonis honor.] *Ad hunc perspissimum penultimum error pertinet de* Anima è cœlis deducta. *Cur autem* honor *ei adscribatur, non aliam rationem scio, quàm quòd diuinæ à plerisque appelletur, ob diuinitatis cognitionem. De cuius variis opinionibus infrà frequentissimè tum hoc libro, tum libris aduersus Marcionem. Cuius etiam sententiam de mundo videre est suprà Tom.* 1. *lib. de Pallio, cap.* 2. *num.* 19. *& de Deo,* 10 *Apolog. cap.* 46. *num.* 577. *vti etiam quòd angelos non negauerit, Apolog. cap.* 22. *num.* 343. *Item de eius fastu, atque adeò superbia Platonis theoria, lib. de Pall. cap.* 4. *nu.* 83. *& Apolog. c.* 46. *n.* 582. *Ibidem etiam quòd à Dionysio sit vendituus, num.* 586. *Denique de nouis insultis à Platone celebratis, quas nunc Americas dicimus, l. de Pallio, c.* 2. *n.* 25. *& Apolog. cap.* 40. *num.* 538.

46. aut Zenonis vigor.] *Ex huius, atque adeò Stoicorum schola desumpta erat eorum sententia, quæ plus quàm immortalem Animam dicebant. Cui vigor adtribui videtur ob ingenij subtilitatem; nisi quis malit rigor legi debere; nam pra ceteris Stoici rigidiores. Atqui de hac cap.* 5. *latius.*

47. aut Aristotelis tenor.] *Ex hoc hausisse videntur qui de* vnaquaque dispositione Animæ disceptasse *iam dicti sunt. Cus* tenor *competit ob aquabilitatem in scribendo, quam vbique eandem seruat. Atqui huius dogmata varia infrà non semel etiam explicantur.*

48. aut Epicuri stupor.] *Ab hoc mutuati sunt suum errorem, vti iam dilucidauimus, qui* immortalem Animam negant. *Et proinde recte* stupor *eidem adscribitur, ob eius sententiæ, dia-rhœque eius opinionum summam stupiditatem: vsque adeò vt etiam* Deum hebetem faceret, *vti supra adnotatum est l. aduers. Valentin. cap.* 7. *num.* 61. *Cuius varias etiam alias opiniones infrà reperire est. Aliquid etiam de illis adtigimus Tom.* 1. *cap.* 45. *num.* 569. *Apologetici.*

49. aut Heraclitimœror.] Heraclitilætyma perpetua *omnibus notæ sunt, atque adeò* mœstor. *Æquè ab hac pute, mutuatus suam sententiam, qui de* substantia Animæ disceptant, *quippe qui sibi nè conflet, modo docens* Animam ex igne, *vti infra cap.* 5. *modo ex aëre, secundum Auctorem cap.* 9. *denique nihil certi definiens, vti supra cap.* 2. *num.* 33.

50. aut furor Empedoclis.] *De* furore Empedoclis, *quo se in* Ætnam, *vti Deus haberetur, precipitauit, suprà Tom.* 1. *lib. de Pallio, cap.* 4. *nu.* 83. *Apolog. cap.* 50. *num.* 613. *& Tom.* 2. *lib. ad Martyr. cap.* 4. *num.* 50. *quo adludit etiam infrà Auctor cap.* 32. *his verbis*: Empedocles quia se Deum deliirarat. *Vbi habes eius errorem de Animarum in bestias μετενσωματωσει, quem hic posterius loco paulo ante commemorauit; & alios etiam pluribus locis varias reperire est eius sententias.*

51. diuina doctrina ex Iudæa, &c.] *Adludit ad illud Isai.* 2. *Ex Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.*

52. Erraut & Christus piscatores, &c. ad præconium emittens.] *Hic vero ad illud*: *Venite, faciam vos fieri piscatores hominum, Match.* 4.

Cap. iiii.

53. Post definitionem census, quæstionem status patitur, &c.] *Caput hoc antea secundum in edit. excusis* (*quod nunc distinximus in* IIII. V. VI. VII. *&* VIII. *ad maiorem distinctionem*) *intitulabatur hoc vnico titulo*: De substantia Animæ, & an corporalis; *pro quo in textu omisso* (*nam sufficit hic mentionem fieri*) *singulis capitibus nouos titulos*: *huic vero hunc damus*: Quòd innata non sit Anima; *idque ex magn, quòd Gagnetus haberet similem*: De innata Anima. *Quam suam asserionem pluribus non probat Auctor, quòd ex* Dei flatu Animam profecti (*de quo librum peculiarem scriptum ab eo suprà diximus num.* 2.) initium ei deputamus.

54. Hoc Plato excludit, &c.] Initium *nempè* Animæ. *Ipse enim in Phædro, de immortalitate Animæ disputans, quem admodum à Ciceronetransfatus est Tuscul. quæst. lib.* 1. *& de Rep. lib.* 6. *sic inquit*: *Si vna est ex omnibus Anima quæ seipsam mouet, (atque adeò principium motus sibi ipsi fit) neque nata certè est, & æterna est. Neque enim esset id principium, quod oriretur aliunde.*

55. Et natam autem docemus, & factam, &c.] *Non alio argumento quam fides nostra depellit hanc* Philosophi opinionem *Auctor, quippè qua ex verbis scripturæ paulò antè citatis, & alijs infrà adducti in cap.* 11. Animam factam *pronunciat. Ne fortè autem aliqui Platonicus replicet*: factam *quidem dici, non natam*: *docet (vti paulopost loquitur) & factùram posse nasci poni. Ea enim prorsus leges, pro eo quod erat*: pro ineffe. *Id enim connexunt verba sequentia*: fiquidem omne quod quoquo modo accipit esse, generatur.

56. habent aliquando & passiuitatis commercia.] Passiuitas *hic paule aliter accipitur quàm suprà l. aduers. Hermog. cap.* 21. *vbi eo pro communione, ac si dicat, Differentiæ aliquando suas locis & temporibus ita inter se communicant, vt nihil inter se differant: eadem significatione, qua passiuum ceteris, infrà dixit sub finem lib. de Car. Christi, vbi de eo latius.*

57. Sic & Plato vtitur.] *Videtur alludere ad illud Platonis in Sophista, sine de Ente*: *Quatenus quod antea non erat, in esse quid deinde producit; quod agit, facere; quod agitur, fieri dicimus. Summatim ita quæ effectricem facultatem denominemus.*

Cap. v.

58. Accerserit Eubulum aliquem, &c.] *Titulum huic capiti damus*: Quòd plures Philosophi corpus Animæ vindicarint. *Atqui* Eubuli *nullus in Philosophorum Catalogo mentio apud Diogenem Laërtium, memorat interim quendam* Eubulum, *cuius seruus fuerit Hermias ille, postmodum tyrannus, ab Aristotele interfectus. Sed magis ad institutum est, quod sub finem libri* 9. *scribit: Pyrrhonis Heliensis Philosophi discipulum fuisse inter reliquos Euphranorem Sicyonium, quem* Eubulus Alexandrinus audiuerit, *cuius auditor Ptolemæus. Eum verò Sarpedo & Heraclides audiuere, porrò Heraclidem Æneasidemus.*

59. & Critolaum.] Critolai *memorat Cicero Tuscul. quæst. lib.* 5. *quem vnum fuisse aduersarium ibi Bero aldus ex tribus Philosophiæ vnelegatione ab Athenienses ibus Romam missis, etiam ad dens Peripateticum illum fuisse. Fuerium hic peculiaris mentio* Critolai Peripatetici. *Quum autem ibi de illis loquatur qui* animæ corpus vindicabant, *hic verò de iis qui animæ corpulentiam auferunt, ego de duobus diuersis loqui Auctorem existimo. Quod vel hinc fit verisimile, quòd quendam* Critolaum *scribat Marsil. Ficinus (ni fallor, Theolog. sua de immort. Animæ) sensisse Animam esse instar punctis incorpoream; alter verò ille* Critolaus Peripateticus, *Tertull. teste, illam effingit ex quinta nescio qua substantia: de quo ibi latius.*

60. & Xenocraten.] Xenocrati *Chalcedonio Platonis discipulo adscribunt Aristoteles lib.* 1. *de Anim. cap.* 2. *& 4. & Plutarch. de Procreat. quod Animam numerum dixerit, figuram & corpus esse negans; quorum prius impugnat, posterius approbat Aristoteles. Cicero vero Academ. quæstion. lib.* 4. *apertius de illo sic scribit*: *An vt* Xenocrates *nullo corpore. Sed de eo plura infrà num.* 189. *Et verò argumentum eius adfert Nemesius, seu potius B. Gregor. Nyssen. lib. Philos.* 2. *qui est de Anima, cap.* 1. *Id enim opus Nysseno adscribendum, vel inde patet, quòd ex eo ad verbum multa desumpserint B. Basilius in Hexamero, Hesius Cretensis & Damascenus; & nominatim etiam ille adtribuant iam olim B. Thomas Aquinas in Summa Theologica, & Albertus Magn. libro de mirabili scientia Dei & de homine; maximè quum non modò Trithemius, sed & noi multis in locis volumen hoc de imagine & conditione hominis inscriptum Nysseno reperiremus.*

61. & isto in loco animum Platonis.] *Quum in multis aliis dissentiant Plato & Aristoteles, certè consentiunt de Anima interprete. De locis Aristotelis mox dicetur. Platonis verò, præter alios complures manifestiores videntur in Timæo, lib.* 10.

del. Epinomide sub med. & Axiocho, alias de morte, siue ipsum sit, sine vr aly volunt, pradicti Xenocratis, cum verba compendy gratia omittimus, quum partim eim, partim Platonicorum aliorum argumenta recenseantur sequ. & 8. cap. quibus probat, non modò immortalem & incorruptibilem, sed etiam incorporalem; vti etiam repetit denuò cap. 24. & idipsum adtribuunt Platonici omnes. Nominatim Claudianus lib. 2. de Statu Anima contra Faustum, cap. 8. vbi Platonem dicit id asserere in Phædro, Hipparcho, Lachete, Protagora, Sympotio, Alcibiade, Gorgia, Critone, & Timeo.

62. Aristotelem fortassè.] Loci Aristotelis sunt lib. 1. de Anima, cap. 3. & 4. sed apertiss. c. 5. Nam quum Anima (inquit) sit in omnibus quæ sentiunt, necesse est in eodem duo esse corpora, si Anima quoddam corpus; quod argumentum Chrysippi nomine etiam Auctor commemorat sequent. cap. Quod ipsum repetit Aristoteles lib. 2. cap. 1. & 2. Cur autem addat fortassè, in causa est, quòd (iuxta quod Cicero etiam commemorat Tuscul. quæst. l. 1. & B. Gregor. Nyssen. vbi suprà) Animam, quintam quandam naturam, quam Entelechiam vocabat, faceret, de qua latius partim paulopost num. 72. partim infra c. 32. ad illud: & Entelechias Aristotelis.

63. An exstruentur magis ad auferendam Animæ corpulentiam?] Prater iam numeratos, qui corpulentiam Animæ auferunt, enumerantur ab Aristotele, Cicerone, Plutarcho, & B. Gregor. Nyssen. vbi suprà, Thales, qui Animam irrequietam seu semper mobilem dixit; Pythagoras, qui numerum; Dicæarchus, qui harmoniam; & Asclepiades, qui sensuum exercitamentum. Huc addendus Heraclides Ponticus, qui iuxta quod Auctor etiam agnoscit cap. 9. lumen Animæ dixit. Alij item, qui iuxta Iustinum Martyr. Apologet. 1. & Lactant. de Opific. Dei, cap. 17. Animam ventum dixerunt, de quibus infrà cap. 11.

64. qui eam de manifestis corporalibus effingunt.] Præterea qui hic recitantur, etiam habes infrà, cap. 9. Æneside mum, Anaximenem, & secundum quoddam Heraclitum: iuxta quos sit aër substantia Animæ. Quibus addunt Macrob. & Aristoteles l. 1. de Anima, cap. 2. etiam Diogenem, & Plutarchum Anaxagoreos. Item Aristoteles, Plutarchus & Nemesius Democritum; & Cicer. Tuscul. quæst. l. 1. Zenonem cum aliis Stoicis, qui ignem Animam dixerunt. Apud Plutarchum idem sensisse etiam dicitur Parmenides, qui ex terra & igne; Xenophanes, qui ex terra & aqua; denique Empedocles, qui ex quatuor elementis eam effingit, qua etiam plerique recensentur à Macrobio in Somnium Scipion. l. 1. cap. 4. Qui interim, contra quàm Auctor hic noster, concludit. Obtinuit tamen de Anima incorporea sententia.

65. vt Hipparchus.] Hippatcho ex igne Animam adtribuit etiam Macrob. vbi suprà, & Beroaldus in Cicer. Tuscul. quæst. Dissentit nonnihil Plinius lib. 2. nat. hist. cap. 26. Hipparchus (inquit) numquam satis laudatus, vtque nemo magis approbauerit cognationem cum homine sydertum, animásque nostras partem esse cœli dixit.

66. & Heraclitus ex igni.] Eidem, vti modò dictum est, infrà cap. 9. ex aëre Animam adtribuit secundum quosdam. Auctor hic videtur secutus regulam illam Aristotelis vbi suprà: Aly (inquit) vt de principijs senserunt, sic & de Anima sentiunt; quum itaque principium omnium & Deum ipsum (vti etiam Auctor supra Apolog. cap. 47. asserunt, & infrà lib. 2. aduers. Marc.) ignem dixerit, etiam idipsum de Anima illi adtribuit. Videtur accedere quamproxime Macrobius, iuxta quem Animam scintillam stellarum essentiæ dixit. Quid? quod etiam aliorum sententia in idipsum recidet, si enumerationem, quam aly illi adtribuunt, calidam & siccam intellexerimus. Videre rursum de Heraclito aliquid infrà num 119. & 189.

67. vt Hippon.] Hipponi ex aqua Animam, adscribunt etiam Aristoteles, Macrobius, B. Gregorius Nyssen. & Beroaldus vbi suprà.

68. & Thales ex aqua.] Iterum hic regulam illam Aristotelicam secutus est Auctor, quòd omnium rerum principium & Deum aquam dicerent Thales, vti etiam est infrà aduers. Marc. l. 1. Aly planè contrariam sententiam de Anima incorporea (vti suprà dictum est n. 63.) illi adtribuunt, & nominatim Aristoteles Hipponis importuniorem dicit esse Thaletis opinione. Conciliari possunt interim aliqua modo hi Auctores, quòd quo argumento Hippon colligit Animam esse aquam, eodem Thales aquam omnium rerum principium, apud Aristot. lib. 1. Metaphys. cap. 3.

69. Empedocles.] De Empedocle, quòd ex sanguine Animam dixerit, solus consentit nominatim Macrobius: Aristoteles verò ex quatuor elementis eius impugnat sententiam. Verùm etiam illorum non discrepat sententia, qui, vti infrà legetur c. 35. versum illi adscribunt de sanguine circumcordiali, vbi de hac opinione latius.

70. & Critias ex sanguine.] Idipsum adserunt Aristoteles, Plutarchus, Macrobius, Gregorius Nyssen. siue Nemesius, & Beroaldus.

71. Epicurus ex atomis.] In hoc consentiunt scriptores omnes; hausisse autem suam sententiam à Democrito & Leucippo, patet ex Aristotele & Cicerone. Adscribit idipsum Lucretio B. Augustin. lib. de Vtilit. credend. cap. 1.

72. Critolaus & Peripatetici eius, ex quinta nescio qua substantia, &c.] Solus de Critolao consentit Macrobius Critolaus, inquit, Peripateticus ex quinta quadam essentia: quandoquidem interim Aristoteles, Cicerone reste, quintam quandam naturam Animam dixerit, cuius discipuli Peripatetici reste isdem adscribitur. Quia tamen etiamnum disputatur (vti suprà num. 62. & infrà latius cap. 32. num. 396.) an Entelechia Aristotelis, atque adeò etiam Critolai, corporea fuerit, reste addit Auctor: si & illa corpus, quia corpora includit.

73. Sed etiam Stoicos adlego, qui spiritum prædicantes animam penè nobiscum, &c. tamen corpus Animam, &c.] Haud absimiliter Gregorius Nyssen. vbi suprà: Omnis Stoicorum turba corpus Animam enuntiant, Spiritum calidum & igneum esse dicentes, quorum posteriori hoc etiam ab ely plerique illu adtribuunt. Facit pro eadem sententia quod Auctor suprà Apolog. cap. 47. dicat: Stoicos Deum corporalem adfirmasse, atque adeò etiam Animam.

74. Denique Zeno consitum spiritum definiens Animam, &c.] A Laërtio insitus siue ingenitus spiritus, adtribuitur Zenoni; ab alijs apertius spiritus corpori concretus. Vide plura de isto Zenone Citico, nempè Apolog. cap. 21. num. 321. & lib. de Pallio, cap. 5. num. 99. de Zenone Eleate, Apol. cap. 30. num. 625. Meminit etiam Apolog. cap. 46. num. 583. Zenonis, qui tyrannidem adfectarit apud Prienenses. sed ad rerum referatur, incertum est. Ad Cuticum verò etiam pertinet, quod habet Auctor suprà l. de Præscript. adu. hæret. c. 7. num. 43. & infrà lib. adu. Marcion. 1. vbi Zenoni adtribuit, quòd Deum aërem & ætherem dixerit.

75. Vult & Cleanthes.] Similiter infrà Auctor. cap. 25. Vnde oro te, similitudine Animæ quoque parentibus de ingeniis respondemus, secundum Cleanthis testimonium. Verùm refutatur istud, quia ex particularibus vniuersalia non probantur à Gregor. Nyssen. lib. 2. de Philosoph. cap. 2. ijsdem penè Auctoris verbis. Ex quo adeò supplendum est, quòd subintelligens omisit Tertullianus: Corporis autem est similitudo & dissimilitudo, non incorporei; corpus igitur est Anima. Eodem verò etiam argumento vsus fuit Panætius Cleanthis confectaneus; verum refellit Marsilius Ficinus Theol. Platon. lib. 10. cap. 8. Atque de Cleanthe suprà aliquid diximus Tom. 1. Apolog. c. 21. num. 312. cuius etiam meminit Lactantius lib. 2. c. 5. & l. 3. c. 18. & Clemens Alexand. l. 6. strom. Zenonis discipulum facit; prout etiam Laërtius, apud quem plura de eo inuenies Lector.

76. Item corporalium & incorporalium, &c.] Hoc quoque argumentum Cleanthi adtribuit, & refellit vbi suprà Gregor. Nyss. dicens: In assumpto alterum partem falsitatem ipse continere, quæ corpori nullum incorporeum compati dicat.

77. Sed & Chrysippus manum ei porrigit, &c.] Etiam istud Chrysippi argumentum adducit, & confutat ibidem Gregor. Nyssen. Alterum eiusdem argumentum sub finem c. sequ. citat

tistat Auctor, de quo ibi: & quiddam etiam ex eodem cap. 13. Fit eius dem mentio tamquam insignis Philosophi, cap. 31. De altera Chrysippi *sententia, qua dæmonia illudebat, vide Adnot. nostras Tomo 1. lib. de Testim. Anima, cap. 3. num. 11. De eodem scribit ex Ciceronе Lactantius lib. 7. c. 23. quod fuisset portieum Stoicorum. Dialectica autem interim potius, quàm Philosophiam fuisse, indicat Clemens Alexandr. Strom. lib. 7. quod confirmat Laertius, qui Zenonis & Cleanthis discipulum facient, libros Logicos eius enumerat 310. alibi interim citans Physicorum, seu Naturalium quæstionum libros. Porrò de Chrysippo medico vide infrà nu. 203.*

63. Vnde & Lucretius, &c.] *Versus est* Lucretij *lib. 1. de rerum natura (vti etiam ante me adnotauit Lutinius) pag. 10. linea 24. quem rursum citat Auctor infrà lib. 4. aduersus Marc. Hunc Bo. August. lib. de Vtilit. credend. cap. 2. adtribuit, quod ex atomis, sicut Epicurus, Animam constare dixerit. Nec mirum. Epicuri enim sunt omnia (inquit Lactant. l. de Opific. Dei, cap. 6.) quæ delirat* Lucretius; *qui etiam latiùs contra* Lucretij *de Anima corporea sententiam disputat lib. 7. duinar. Institut. cap. 12. Legimus autem omnino: quæ nisi corporalis corpus non de relinqueret, pro: derelinquet.*

CAP. VI.

79. Hæc Platonici subtilitate, &c.] *Caput hoc inscribsimus:* De argumentis Platonicorum, quibus incorporalem Animam probant, *quæ in alteram partem propensior Auctor, soluere nititur: sed frustrà, quum plerasque exillis omnino concludere, etiam ante nos adnotauerit Gregor. Nyss. vbi supra cap. 2.*

80. Omne, inquiunt, corpus, &c.] *Argumentis hoc Ammonio Plotino ac Numenij præceptori adscribit Nyss. nec dissentit Plotinus Ennead. 4. lib. 7. cap. 2. quamquam paulo aliis verbis. Eodem ferè pertinet quod ex Platone in Phædro ad hanc sententiam citat Claudianus l. 2. de Statu Animæ, cap. 87. contra Faustum: Anima semper à seipsa mouetur, corpus autem per se non mouetur; ergo Anima non est corpus.*

81. Ostendimus autem suprà moueri Animam, &c.] *Nescio ad quem locum ad ludat, nisi ad id quod obscurius dixit c. 1.* ad aliquem motum secundum naturam, aut externum, si non secundum naturam; *aperte alioqui non restatur, quòd* Anima varicinatur aut furit. *Lege autem etiam hic* singillario motu, *quem ad modum suprà lib. adu. Valent. cap. 18. num. 235.*

82. Corporalium, aiunt, rerum qualitates, vt terræ, &c.] *Prorsus sic legendum, pro:* vt terra; *& mox:* per corporales renuntiari sensus, *pro:* census, *quod erat in edit. Lugdunensi, quia præcedit, corporalibus sensibus renuntiari. Hoc autem etiam elegantiss. habetur apud Plotinum lib. 7. Ennead. 4. ca. 8. vnde desumpsisse videtur Tertullianus. Possit etiam idem argumentum colligi ex Aristot. lib. 1. de Anima, c. 5. Atqui de proverbialis formula:* Gradum definitionis excludere, *vide nostra Prolegomena; sicuti etiam de illa,* quæ paulò post subungitur: Sed nec hic gradus stabit.

83. De insignioribus argumentationibus, &c.] *Habet etiam hanc argumentationem Gregor. Nyssen. pro Anima incorporea, ex Ammonio. Haud absimiliter Marsilius Ficinus Theol. Platon. lib. 8 cap. 2. Animam posse incorpoream & æternam veritate, & proinde incorpoream esse. Quod ipsum sam olim ex Gregorio Nazianzeno cepisse Claudian. lib. 2. de Stat. Animæ, c. 9.*

84. Sorano Methodicæ medicinæ institutis, auctore.] Sorani *iterum meminit Auctor infrà c. 8. & 14. 15. 25. ac 44. Hic autem addit, quod* plenissimè *super* Anima commentatus sit quatuor voluminibus. *Memnit eius dem B. Cypr. epist. 76. ad Magnum; Ephesium verò medicum fuisse scribit Suidas, qui Romæ claruerit Traiani & Adriani temporibus: qui etiam recentiori alterum* Soranum *medicum iunxerit.*

85. sed nemo vmquam cunctanti de exitu Animæ, &c.] *Idem est ac si dicat: quod nemo* Sorano *dubitanti de immortalitate Animæ, argumenta ex* Platone aut Aristotele *sumptis, id illi persuadere nisus sit; quamquam interim de sententia* Aristotelis *ipse Auctor, sicut & aly plerique, variè sentiant, vt latiùs sub initium lib. de Resurr. carnis, num. 23. De ipsis proverbialibus formulis:* aquam mulsam infundere, & micas infarcire, *latiùs in Prolegomenis. Legimus autem cum Latinio:* de minutiloquio Aristotelis inserlit, *pro:* intellit. *Reliquis etiam Gelenius: de* minutiloquio Aristotelis, *quam Gagnæus:* minutiloquio, *quia opponit illud* eloquio, *id est:* eloquentiæ Platonis.

86. rupicum & barbarorum, quibus alimenta sapientiæ desunt.] *Sequentibus verbis, quid* rupicum *nomine intelligat, Auctor explicat, sicuti etiam suprà Tom. 1. lib. de Pallio, c. 4. Chirenem appellat:* rupicem & syluicolam; *ac Apolog. ca. 21.* rupices, & adhuc feros homines. *Hæc dubitè inde dicta, quòd in rupibus habitarent.*

87. quia nec opimiorem animam efficiunt, &c.] *Marsilius Ficinus l. 8. Philos. Platon. c. 2. ipsud retorquet contra eos, qui dicebant Animam ali cibis corporalibus; qua aliquis, inquit, sicuti corpus, ita & Anima opimior redderetur.*

88. & artes Stoici corporales adfirmant.] *Quærat curiosus Lector Auctores, qui istud Stoicos adscribunt.*

89. Sic Thales in puteum, &c.] *De* Thalete *suprà vide Adnotat. nostras Apolog. c. 46. num. 576. & huius l. c. præced. nu. 68. Verumtamen tum de hoc proverbio, tum de illo:* Chrysippus ad elleborum, *latiùs in Prolegomenis.*

90. quum duo in vnum corpora negauit.] *Eodem argumento vtitur Aristoteles, vt Animam incorpoream probet lib. 1. de Anima, cap. 25. aduersus Empedoclem, qui eam ex elementis componebat; & similiter Plotinus loco citato. Legimus autem cum Gagnæo secundum quod etiam Latinius admonuit* sed & bina & terna, *pro eo quod irrepserat mendosiss.* tertena? *item: perserunt, pro:* præferunt.

91. Inuenituretiam in Iure ciuili Græca quædam quinionem enixa filiorum.] *Sicuti hic:* quinionem filiorum, *sic infrà cap. 46.* quinionem voluminum *dixit Auctor. Atqui de hoc sic legitur (vti me admonuerunt Franciscus Balduinus & Latinius) Tit. Si pars hared. petatur, Digest. l. 5. lege 3. Tradidere non leues Auctores, quinquies quaternos enixam Pelopennesum. Ad quem quidem locum adludisse Auctor non videtur, quum nondum in ius ciuile relatum esset illud Pauli Iureconsulti Auctoris ea tenus respunsum; non tamen propterea omitti debet, vti ille cæsur, illud* in iure ciuili. *Nam, præterquam quòd notum est ex Cato Iureconsulto D. l. 1. Tit. 2. leg. 1. ius ciuile tam multis seculis ante Tertullianum eam nuncupationem forsitan fuisse, (vnde Ius ciuile Papyrianum & Aelianum, etiam antelegem xij. Tabularum, & illud quod Q. Mucio tribuitur, qui primum illud in libros 18. dessixit) etiam respon sa prudentium Ius ciuile nuncupabantur; & verò illud Iulij Pauli respunsum modò citatum, desumptum constat ex l. 17. ad Plautium, siue ex Plauto; qui Tertullianum haud dubiè præcessit, vtpotè sub Adriano Imperatore. Neque verò nouum esse Auctori, Ius ciuile citare, patet suprà Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, num. 51. 52. & 61. libro de Velandis virginibus, cap. 11. num. 100. & hoc ipse libro infrà c. 38. num. 442. Porrò dixi:* vniuersa conditio testabitur: *accipitur more Tertullianeo conditio, pro creatura. Ceterum ex hoc Tertull. loco putarim castigandam dictam legem, vt legatur: quinos quater, pro: quinquies quaternos; & similiter apud Plin. lib. 7. cap. 3. pro eo, quod vulgo legitur: binos quater.*

CAP. VII.

92. Quantum ad Philosophos, satis hæc, &c.] *Titulum huic capiti damus:* Quòd etiam apud Christianos Anima corporalis esse videatur. *Verum etiam hoc caput ad paradoxa Tertulliani pertinet, de quibus inter Prolegomena.*

93. Dolet apud inferos Anima cuiusdam, &c.] *Hunc locum citat Auctor infrà lib. de Resurr. carnis: cap. 17.* Nos autem, *inquit,* animam corporalem & hic profitemur, & in suo volumine probamus, habêtem proprium genus substantiæ, soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. Nam & nunc animas torqueri, foueríque penes infernos, licet nudas, licet adhuc exsules carnis, probauit Lazari exemplum. *Idipsum verò repetit infrà cap. 9.* Sic & diuiti, *inquit,* apud inferos lingua est, & pauperi digitus, & sinus Abrahæ. *Verùm ex hac scriptura Luc. 16. de Lazaro, non concludi Animam esse corpoream, latè deduxit D. Augustin. lib. 4. de Anim. & eius origine ad Vincentium Victorem, qui in eodem*

quod aiunt luto herbat: & post eum Claudianus lib. 3. de Statu Anim. cap. 9. adu. Faustum; adferentes, membra hæc Animæ, non corporaliter, sed spiritualiter intelligenda. Quomodo etiam illa membra interpretatur B. Gregor. Nyssen. lib. de Anima & resurr.

94. & quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est?] *Iste argumentor Nunnus, qui historiam hanc esse putant, non parabolam, inter quos Euthymius etiam nomen diuitis adlegat ex traditione Hebraorum; verum potest vera esse historia, nec propterea propriæ debent accipi oculi, lingua, digitus. Hinc & Epiphan. modo parabolam, modo historiam nuncupat. At B. Iustinus Martyr lib. quæst. & respons. qu. 9. neque parabolam esse, neque historiam, sed mixtum quid.*

95. Ad quod & Christus moriendo descendit, &c.] *Debet etiam latius insp. a cap. 55. Est autem obscurum illud:* si nihil Anima detinet sub terris; *& legendum quidem videretur prima facie:* Animam, *nisi adjceretur:* Nihil enim si non corpus, *atque adeò meque videtur legendum, detinetur; sed neutrum adhuc satisfacit.*

96. Nihil enim si non corpus.] *Ad hunc locum adludit B. Augustin. lib. 10. de Gen. ad litt. Tertullianus, inquit, non ob aliud corpus esse Animam credidit, nisi quòd eam incorpoream credere non posuit; & ideò timuit* ne nihil esset, si corpus non esset. *Et rursus sub finem eiusdem libri: Quu hunc credere tes cum isto corde ram diserum esse potuisse, sed tremenda sunt ista, non ridenda; ad hoc enim nunquam cogeretur, si aliquid cogitare posset, quod sit, & quod corpus non sit.*

97. Reddam de isto plenius & opportunius, &c.] *Adludit ad cap. infra §1. 52 53. 54. & 58. vbi agit tum de excessu & receptu Animarum post hanc vitam, tum de tormento siue solatio earumdem in diuersorio inferi, vel in igne, aut in sinu Abrahæ.*

98. Inquantum enim omne corporale passibile est, &c.] *Istud egregiè refutat B. Augustin. loco supracitato statim post verba præcedentia: Qui sanè, inquit, quousque acutus est, interdum contra opinionem suam visa veritate superatur. Quid enim verius dicere potuit, quàm id quod ait quodam loco:* omne (*sic enim lego, pro:* esse) corporale, passibile est? *Debuit ergo mutare sententiam, qua alibi dixerat:* etiam Deum corpus esse. *Neque enim arbitror eum ita desipuisse, vt etiam Dei naturam passibilem crederet.*

Cap. viii.

99. Abruptum alioquin & absurdum, &c.] *Inscriptionem hujus capitis damus:* De alijs argumentis, quibus Animam probabant incorpoream, *quæ quamquam pleraque minus efficacia, non tamen satu aptè refellere eos potuit Auctor, qui ex proposito videtur omississe alia quæ magis conuincunt.*

100. quia ceteris corporalibus exemplis non adæquet.] *Huc pertinet quod Plotinus vbi supra, & Aristot. lib. 1. de Anim. cap. 5.* Animam de corporalium censu adimunt (*vti verbis Auctoris vtar*) *quòd ab affectionibus corporum elementarium exempla sit, vtpote non rara vel densa, calida, frigida, alba, nigra, leuis, aspera.*

101. Siquidem & ipsi Philosophi, &c.] *Ad eandem* Empedoclis amicitiam & inimicitiam *adludit Athenagor. Orat. pro Christ. quod dicit: Non quòd opinari possim contrarium quidquam esse Deo*, velut amicitiæ contentionem secundum Empedoclem. *Dequa eius opinione vide Laërtium.*

102. quia digressa ea, graviora efficiantur corpora defuncturum, &c.] *Istud argumentum haëtenus apud Platonicos reperire non licuit, sed neque magnis momenti est.*

103. Ceteùm etsi inuisibilis Anima, &c.] *Hanc argumentationem ipse suggerit Plato, tum in Epinomide, tum maximè in Phædone, siue de Anima, quum corpus dixit visibile, Animam inuisibilem.*

104 Solem noctuæ oculis nesciunt.] *Eodem pertinet quod infrà legitur T. 5. Epist. de cibis iudaicis:* quando noctuam interdicit lucifugus veritatis; *vbi de differentia* noctuæ, *bubonis, & nycticoracis, ex Leuit. c. 11. & Deuter. 14.*

105. aquilæ ita fustinent, &c.] *Debuc plinium in hæc verba lib. 10. cap. 3. Narbuit. Halicetum,* Aquilæ *genus, impluines etiam-*

num pulles suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solu radios; & si subuctem continuentèque animaduertit, præcipitat è nido vclut adulterinum & degenerem. Ad quem, mere suo, adludit hic Auctor.

106. Sic Ioannes in spiritu Dei factus, Animas Martyrum conspicit.] *Similiter dixit c. 7. seqn.* Per has lineas & Animæ Martyrum sub altari intelligunter. *Nihil tamen facimus loci Apocal. pro anima corpora. Sic etiam supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. 5.* Clamant ad Dominum in visu Animæ Martyrum. *Vtrobique autem* Vnica *voce*, Martyrum *verrit, pro eo quod ex Græco Latinè legitur Apocal. 6. Interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant; & Apocal. 20. Decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, propriè* Martyras *accipiens. Verum de alia etiam eius vocis significatione, videat Lector Adnot. nostras supra Tom. 2. lib. de Martyrat. num. 1.*

Cap. ix.

107. Quum Animæ corpus adserimus, &c.] *Titulum hic retinuimus antea excusum, qui ex margine in textum irrepserat:* De essigie Animæ. *Pertinet interim etiam hoc caput ad paradoxa Auctoris inter Prolegomena. Huc autem adludit B. Augustin. ad Quod vult Deum, hic verbis:* Animæ corpus *tribuit Tertullianus, sed sui generis. Quod aliquo sensu verum esse possibilem indicat, verbis vbi supra à nobis citatis, ne hic prolixiores simus. Atqui lege:* vt hæc adesse, quà corpus ostendamus, *pro:* quàm corpus.

108. & omnimodò debita corpulentiæ, adesse Animæ, &c.] *Huc rursum respicit loco posteremo citato B. Augustin. dum inquit: Quamuis de anima talè quid sentiat, nempè qualia sunt omnia quæ propriè dicimus corpora. Eodem pertinet quòd Tertullianus etiam adscribat Animæ extensionem. Quantitatem tamen carere docet eidem lib. de Anima quantis cap. 7. Pulcrè etiam istud quasi aliud agens refutat Nyssen. lib. 2. Philosoph. qui est de Anima, cap. 1. Essentialiter ipsi Animæ, & secundum seipsam tres non adesse dimensiones* (longitudinem dico & latitudinem & sublimitatem *cum Tertullano*) *sed secundum accidens duntaxat, quia videlicet in corpore sit dimensio.*

109. Quid nunc quòd & effigiem Animæ damus, &c.] *Istud etiam Tertullianus adscribus B. Augustin. quòd* Animam effigiatam *dixerit. Hinc autem videre est, quàm verum illud Philosophi, vno inconuenientis dato, multa sequi.*

110. Platone nolente, quasi periculetur de Animæ immortalitate, &c.] *Vide Platonem in Phædro, vbi disertis verbis effigiei expertem & colorii Animam facit, verbis citatis à Clement. Alexand. l. 5. Strom.*

111. Est hodie soror apud nos reuelationum charismata sortita, &c.] *Quanquam (vti supra adnotauimus T. 2. l. de Idolol. cap. 15. num. 21.) frequentes fuerint in primordio Ecclesiæ reuelationes apud orthodoxos; quia hic præcedit:* post Ioannem quoque Prophetiam meruimus & consequi; *certum est hic Auctorem de Priscilla loqui, Montani socia: non enim verisimile est, diuina aliqua reuelatione comprobatum esse, Animam modo corpoream, sed & aëreiesse colorus; Deinde illud peculiare Priscillæ de extasi in spiritu consuetatione cum angelis & Domino, & quòd quorumdam corda digneoscere crederetur, vti latius in vita Auctoris. Contra eandem enim dixit ipse ante hæresin Auctor, lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 41.* quòd curationes reprimitteteret, *pro quo hic:* medicinas desiderantibus sumit, *aut potius (sicuti legendum conijcio)* submittit. *Neque interim propterea Montano etiam adscribenda, quas hic recenset, Ecclesiasticæ ceremoniæ, quia, vti mox subiungitur, etiam alijs libris earumdem meminit ante omnem errorem conscriptis.*

112. in Ecclesia.] *Quòd Ecclesiæ iam tum Christianis fuerint in vsu, supra à nobis comprobatum est Tomo 2. l. de Orat. num. 1. & dicto lib. de Idololat. cap. 7. num. 29.*

113. inter Dominica sollemnia.] *Similiter mox:* post transacta sollemnia. *De qua & alijs sacrificij Christiani peripha-sibus à Tertull. vsitatis, dictis nostris Adnotat. in l. de Orat. immediatè post Tractatum de Ecclesijs.*

114. prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut ad locu-

ad locutiones proferuntur, aut petitiones delegantur.] *De hu quatur, quæ ctiamnum in Ecclesiæ sacrificio visitata sunt, vide ibidem paulopòst Adnotas nostras; & præterea de lectione Scripturarum, Apolog. cap. 39. num.* 501. de Psalmorum cantu *ibidem, num.* 520. De petitionibus quæ Deo delegantur, *num.* 499. *& seq.* Denique ad Ad locutiones quæ proferuntur pertinet, *quod frequenter in Missa iteratur à sacerdote; Dominus vobiscum; & ab Episcopo: Pax vobis; item ab utroque frequentissimè: Oremus; & in præfationis initio: Sursum corda: ac: Gratias agamus Domino Deo nostro; de quibus ibidem lib. de Orat. num.* 1. *& Adnot. nostris in B. Cyprian. lib. de Orat. Dominica, no.* 85. *ac lib. de Exhort. ad Mart. num.* 32.

115. Post transacta ſollemnia dimiſſa plebe.] De dimiſſione plebis *post Miſſas ſienim, qua dicitur: Ite, Miſſa eſt, puto me etiam nonnihil ibidem adnotaſſe; certè eodem adlubit B. Cypr. lib. de Spect. num.* 7. *cùm dixit:* Dimiſſus, & adhuc gerens ſecum, vt aſſolet, Euchariſtiam.

116. teneta & lueida & aërei coloris.] *Sic omninò legendum, pro:* ætherei coloris, *patet ex B. Auguſt. ſubſtitem lib.* 10. *de Gen. ad lit. qui de Tertullian. dicit: Item quum Animæ etiam colorem dicret aëreum ac lucidum. idque eo magis, quòd mox etiam ſequatur: Quem igitur aliquin æſtimabis Animæ colorem quàm aëreum (ſic lege, pro: aërium) ac lucidum? Idem etiam paradoxo adſcribit Origeni B. Hieron. alicubi. Quid autem reſpondeat Auguſt. vide infrà num.* 124.

117. non vt aër ſit ipſa ſubſtantia eius, etſi hoc Æneſidemo viſum eſt.] Æneſidemi *iterum ſit mentio infrà cap.* 14. *vbi ipſi quoque adſcribit, quòd* Animæ vnitatem tueatur. *Et c.* 25. *de Anime origine ex rigore aeris, nu.* 327. *Supra etiam ex Laertio diximus, num.* 58. *quòd Heraclidis fuerit diſcipulus ex Pyrrhonis ſchola; quibus adde, quod Pyrrhonicarum rationum libros ille ab eo conſcriptos dicat.*

118. & Anaximeni.] *Hunc adtribuunt, quòd* aër ſit ſubſtantia Animæ, *Macrobius in Somnium Scipionis, Marſil. Ficin. Theol. Plat. lib. 6. cap.* 1. *& Franciſcus Picus lib. de Vanitate gentium, & Vuicc in B. Auguſt. lib.* 11. *cap.* 10. *vbi quorumdam Philoſophorum eadem recenſet ſententiam. Quò adludit etiam quod infrà habet Auctor lib.* 1. *aduerſ. Marc.* Deum aërem dixit Anaximenes. *Anaximandris hunc diſcipulum facit Suidas, etiam ipſum Mileſium, cuius duæ epiſtolæ ad Pythagoram, reperiuntur apud Laertium.*

119. puto ſecundum quoſdam & Heraclito.] *Suprà cap.* 5. *dixit* Heraclitum exigni Animam eſſinxiſſe; *quam opinionem præter alios Auctores ibi citatos num.* 66. *etiam ſequitur Ariſtot. lib.* 1. *Metaphyſ. cap.* 1. *Qui interim etiam cap.* 2. *lib.* 1. *de Anima, cum Greg. Nyſſen. & Plutarcho, locis ſuprà citatis, adtribuit illi, quòd exhalationem Animam dixerit; quæ ſi pro reſpiratione accipiatur, vti à Lud. Vive loco mox citato, ad hanc opinionem magis accedit. Nec mirum eſt de eius ſententia differre Auctores, quum ob obſcuritatem Scotus eum diſſimum ſuprà adnotauerim cap.* 2. *num.* 32.

120. nec vt lumen, etſi hoc placuit Pontieo Heraclidi.] *Ex hoc loco reſtituendus Macrobius in Somnium Scipionis cap.* 4. (*nam idipſum narrat*) *& ſcribendum:* Ponticus Heraclides, *non:* Heraclitus; *nequeenim viſum mentis inuenitur Heraclidi Pontici, ſed* Heraclides Ponticus *Philoſophum, Speuſippi primum, deinde Ariſtotelis auditor, commemoratur à Laërtio; qui nominatim de Mente, de Anima, & de Natura libros ediderit, maximè quum conſentiat etiam Marſilius Ficinus Theol. Plat. lib.* 6. *cap.* 1.

121. Nam & cerauneis gemmis, &c.] *De his vide ſuprà Tom.* 2. *lib. de Et ab. mulieb. cap.* 1. *num.* 13. *Hic autem ſolium de eo ageneregquod (ceſte Iſidoro Etymol. lib.* 16. *cap.* 13.) *Hiſpaniain Luſitaniæ littoribus gignit, cæruleo vt pyropo rubenti, & qualitas, vt ignis.*

122. nec beryllis ideò aquoſa materia, &c.] De Beryllis *vide Plinium in Natur. hiſtor. l.* 37. *cap.* 5. *Videtur interim de poſtremo illorum hic laqui genere, qui cryſtallo ferè ſunt ſimiles, ex verbis illis:* quòd fluctuent colato nitore, *id eſt, purgatiſſimo nitore, per Metaphoram.*

123. & velut in forma gelaſſe.] *Vide latiùs infrà ſub finem c.* 23. *de hoc paradoxo.*

124. Hic erit homo interior, &c.] *Etiam hunc locum citat B. Auguſtinus vbi ſuprà lib.* 10. *de Gen. ad litt. cap.* 25. *ex quo reſpoſuimus:* & in ſomnis ſungitur, *pro:* in ſomnijs, *maximè quum ibidem ſubiungat:* Ecce, *inquit*, quibus auribus & quibus oculis debuit audire & videre Deum populus, quibus Anima in ſomnis fungitur; *quum ſi ipſum Tertullianum quiſquam videre in ſomnis, numquam ſe diceret ab eo Ipſum, & cum eo locutum, quem viciſſim ipſe non vidiſſet. Poſtremò ſi Anima ſeipſam videt in ſomnis, quum iacentibus vtique vno in loco membris corporis ſui, ipſa per varias imagines ea agatur quæ videt; quis eam aliquando videt in ſomnis (ita tacite redarguens paradoxum, de quo ſuprà num.* 116.) aërei coloris aut lucidi, *niſi fortè vt cetera, qua ſimiliter falsò videri nam & hoc poteſt videre. Sed abſit, vt eam relem, quum exigil auerit, credat. Alioquin, quando ſe aliter viderit, quod magis credrum eſt, aut mutata erit Anima eius; aut nec tunc Anima videtur ſubſtantia, ſed imago corporis incorporea, quæ miro modo ſicut in cogitatione forma-tur. Quo enim Æthiopis non pene ſemper nigrum ſe videt in ſomnis? aut ſe in alio colore ſe vidit, non magis miratus eſt, ſi ſic ſuit cum illo memoria? aëreo tamen colore aut lucido, neſcio vtrum ſe vnquam vidiſſet, ſi iſtum numquam legiſſet vel audiſſet.*

Cap. x.

125. Pertinet ad ſtatum fidei, ſimplicem Animam determinate, &c.] *Etiam hic veteremtidulum retinendum puto:* Vnum eſſe Animam & ſpiritum. *In quæ Auctori conſentit B. Auguſt. lib. de fide & ſymb. cap.* 10. *& apertius Auctor lib. de Dogm. Eccleſ. imperfecti operis, cap.* 19. *&* 20. *Non eſt, inquit, tertium in ſubſtantia hominis ſpiritus, ſicut Didymus conſentit; ſed ſpiritus ipſa eſt Anima; quæ (id enim hauddubie addi debet) pro ſpiritali natura, vel pro eo quod ſpiret in corpore, ſpiritus appellatur; Anima verò, ex eo quod ad vinendum & ad vniuſcuiuſmodi animet corpus. Deinde ad tacitam illius obiectionem reſpondens: Tertium verò, inquit, qui ab Apoſtolo (quomodo etiam intelligendus venit D. Hieron. lib.* 5. *cap.* 6.) *cum corpore & anima indicatur, ſpiritum, gratiam S. Spiritus intelligimus. Quæ ipſa verba quum repetat Auctor libri de Spiritu & Anima cap.* 9. *vel inde conſtat, Auguſtinus non eſſe, ſed potius, vti Trithemius cenſet, Hugonis à S. Victore. Atque: ad ſtatum fidei pertinere ſibid dicit, eo quòd ad confirmandam fidem noſtram pertineat; nam & ex Geneſi cap. ſequ. probat:* Spiritum & Animam eadem eſſe.

126. ſecundum Platonem.] *Ita ſtudintelligendum, quòd* Plato ſimplicem Animam determinatit. *eo quòd ſenſerit, non compoſitam ex Spiritu & Anima. Vt enim ex Timæo clare conſtat, confundit reſpirationem cum perſpiratione.*

127. Quidam enim volunt, &c.] *Agit contra Ariſtotelem lib. de Reſpirat. cap.* 2. *Hippocratem, & alios, qui non omnibus animalibus reſpirationem concedunt; quorum proinde ſententiâ, diuerſa erant Spiritus & Anima.*

128. eo quòd non habeant organa ſpiritus, pulmones, & arterias.] *Primum, de nou habentibus pulmones, refert Ariſtoteles cap.* 3. *lib. de Reſpir. & lib.* 3. *de part. animal. c.* 14. *Vti & Galenus de partium vſu, lib.* 6. *cap.* 9. *adinſectaqualia hic, & rurſum c.* 32. *enumerantur:* eulices, formicæ, *&* tineæ; *poſterius ad piſces, quibus arterias deeſſe vult, id eſt interiores illas ſiſtulas (vtà Plinio deſcribi lib.* 11. *cap.* 37.) *ad pulmonem & cor pertingentes. Cui etiam ſatis ibidem Plin. conſentit, dicens pauca pulmonem habere aquatilia; & ibidem ſub finem cap. deſcribit ſpiritu & molli piſcium genere. Cui tamen contrarium tuetur ipſe idem Plinius de Piſcibus, lib.* 9. *cap.* 7.

129. neque formica, ſi membris huiuſmodi caret, ideireò negabitur ſpirare.] *Videtur ipſud Auctor mutuaſſe ex poſtremo illo Plinij loco: Sine pulmone, inquit, nullum animal putatur ſpirare. In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem videt, & multos perſuaſiſſe doctrinæ indagimbus. Nec me tamen protinus huic opinioni eorum accedere haud diſſimile; quoniam pulmonum vtere aliqui poſſunt ea ſpirabilia neſſe viſcera, ita volente naturâ, ſicuti &*

pro sanguine multis alium humor. Quod ipsum repetit lib. 11. cap. 3. Latinis, unde videtur multa mutuatus Auctor: Imitatus Democritum, Anaxagoram, & Diogenem, qui (ipso Aristotele teste) omnia animantia spirare dixerunt.

130. Herophilus ille Medicus, &c.] *De hoc* Herophilo *Plinius lib. 20. cap. 2. lib. 25. cap. 2. lib. 26. cap. 2. 4 3. & lib. 29. cap. 1. quorum postremo loco ait: Omnes eas (nempe Medicorum factiones) damnauit* Herophilus, *in Musicos pedes venarum applicato discreto per aetatum gradus; deserta deinde & haec secta est, quoniam necesse erat in ea lustra ferre. Item lib. 11. cap. 37. quod propius ad institutum accedit: Arteriarum, inquit, pulsus, in catomicae maxime membrorum, euidens index fere morborum, in modestos certos legisque metricae, per aetates stabilis, aut estatui, aut tardus, descripsit ab* Herophilo (*sic enim lege, pro*: descripsere ab Etiphylo) medicinae vate, *miranda arte, nimiam propter subtilitatem deserturus; quem librum eius de Pulsibus extat Galenus alicubi. Meminit eius dem Plutarchus de modo respirandi agens, l. 4. de placitis Philos. cap. 22. & lib. 5. c. 1. ex cuius verbis etiam Ioquet, Anatomicum fuisse. Mentio etiam eius fit (iuxta quod Latinius adnotauit) apud Celsum in Proœm. lib. 1. & Cicer. lib. 2. Academ. Qui quum nihil ea de re tradant, quam hic habet Auctor, parum referre puto, siue legas: qui sex centos exsecuit, cum Galeno siue cum Gagnaeo: septingentos. Infrà cap. 25 maiorum professor, vocatur. Citatur eius dem sententia de* Hegemonico circa cerebri fundamentum, *infrà cap. 15.*

131. designa oculos, denota pupillas.] *Loquitur de* oculicibus & formicis *&* tineis: *etsi vero* oculos *Plinius loco iam citato adtribuere videatur: sicuti insectis omnibus*, pupillas *negat. Sed suffuit ad Auctoris intentionem, quod non appareant eorum oculi, etsi habeant.*

132. Sed & exedunt tineæ; demonstra mandibulas, deprome genuinos.] *Conforme est illud Plinij eodem loco: Dentium vice aculeos insectis; qui addit: homini nouissimos dentes*, genuinos *dici.*

133. Sed & personant cultores, &c.] *Etiam hoc ex Plinio sumpsit lib. 11. cap. 2. & 51.*

134. exhibeas pabuli transmittendi, &c. *Hue pertinet illud eius dem lib. cap. 37. Sanguine carentibus venter nullus, intestinum enim quibus dam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur.*

135. quemadmodum & incedunt quædam sine pedibus, &c.] *Pulcra distinctio inter incessum quorundam sine pedibus*; *reptè*, manante impetu, quod angues; insurgente conatu, quod vermes: spumante teptatu, quod limaces.

136. ergo duo non erunt quæ diuidi non possunt concreta.] *Ita Gelenius, quantum apparet, ex Britannico Lalandi codice, pro eo quod pluribus verbis Gagnaeus*: quæ diuidi non possent, & fuissent, sed licet duo esse concreta, sed non erunt concreta. *Neutrum placet, nec mederi licuit, quod non esset ad manum MS. cod.*

Cap. xi.

137. Sed vt Animam spiritum dicam, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus*: Quomodo Anima spiritus, nempè quia spirat, non quia propriè spiritus est. *Verum etiam hoc ad paradoxa eius pertinet, de quibus in Prolegomenis: aliqui enim spiritus proprie esset, corpus non esset. Atque hoc est quod cap. praeced. dixit*: Erunt & aliæ spiritus species, vt ex Deo, vt ex diabolo. *Proprie interim videtur sumpsisse lib. de Paenit. cap. 3. quum* spiritum *dicit* afflatu Dei consummatum.

138. Cæterùm aduersus Hermogenem, &c.] *Videtur rursum adludere ad librum De censu Animae aduersus Hermogenem, ex quo infrà Tom. 4. ipsum inter fragmenta eius dem collocauimus; vbi de hac sententia latiùs.*

139. nisi propter hæreticos, qui nescio quod spiritale semen infuleiunt Animæ, &c.] *Aduersus Valentinianos agit, & ex scripturis hanc eorum haeresin* (*de qua supra lib. adu. eos dem c. 25.*) *confutat.*

140. Deum flantem in faciem hominis flatum vitæ, &c.] *Adludit ad illud Gen. 2. supra citatum cap. 3. & lib. aduers. Hermog. cap. 31.* Et flauit Deus flatum vitæ in faciem hominis, & factus est homo in Animam viuam; flatum vitæ, *Animam vtrobique interpretatur; quam explicationem veram esse supra ostendimus, lib. de Baptis. cap. 5. num. 43. Quibus addere visum est illud Theodoreti in Epist. diuin. dogm. Nomine flatus non intelligimus partem aliquam essentiae diuinae, secundum Cerdonem & Marcionem rabiem; sed Animae naturam per id denotari, quòd Anima spiritus sit rationalis & intellectualis. Cui consentit etiam prudens. in Hamartig. & ante Tertullianum B. Irenaeus lib. 5. c. 7. Quare malè inter haereses recenset Philastrius, Animam Dei flatu dicere.*

141. Spiritus ex me prodiuit, & flatum omnem ego feci.] *Supra lib. aduers. Hermog. cap. 32. nullam facit, citatis hanc scripturam Isai. 57.* (spiritus & flatus *differentiam, immo eam spiritum intellige dicit, de qua etiam venti conflerunt: hic verò spiritum pro Spiritu sancto, flatum pro Anima; imitatus Irenaeum lib. 5. aduers. haeres. cap. 12. fere do verbo ad verbum, per litationem non solum huius, sed & sequentium scripturarum. Aliud enim est, inquit*, adflatus *vitae, qui & animalem effecit hominem; aliud spiritus vnificans, quo & spiritalem efficit eum. Propter quod ipse Isaias, distinguens eaque praedicta sunt, ait: Spiritus enim à me exiit, &c. ne prolixior ea simus. Et verò, vti rectè admeauit B. Augustin. lib. 13. De ciuit. Dei, cap. 24. differentia vocabulorum Graecorum id indicat, nam priora loca πνεῦμα, est, quomodo semper in scripturis spiritus sanctus appellatur; posteriori πνοὴν, quod variè, inquit ille, nostri interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem vel aspirationem, aliquando etiam Animam. Vide plura huc pertinentia in doctiss. illo Commentario in Isaiam viri eruditiss. Dn. Leonis à Castro. Mirum est interim illud, quum omnes editiones tam Hebraica quàm 70. & Chaldaea, item Partes omnes hunc locum citantes, legant in Futuro*: exiet, *quod solus Tertull. legat*: prodiuit; *quod tamen spiritus germanum esse patet ex eo, quod haud absimiliter legatur lib. aduersus Hermog. vbi supra*: Spiritus à me exiuit.

142. Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam, &c.] *Etiam hic sere ad verbum imitatur B. Iren. vbi supra, qui post recitatas eadem Isai. 42. verba addit: Adflatum quidem communiter omni qui super terram est populo dicens datorum, spiritum autem his qui concalcant terrenas conceptiscentias. Consentit etiam B. Basilius lib. de S. Spiritu, cap. 21.*

143. quia & Apostolus non primùm quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale.] *Istud quoque ad verbum ex eodem B. Irenaeo loco.*

144. Nam, etsi Adam flatim prophetauit magnum illud Sacramentum, &c.] *Etiam hic locus adijci poterat supra lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 40. num. 248. ad confirmationem Ecclesiasticae dogmatis, quod Matrimonium Sacramentum sit, item & similis locus infrà cap. 21. vbi de tota hac scriptura Gen. 2. & Adae extasi latius.*

Cap. xii.

145. Proinde & animum, &c.] *Capitis huius inscriptionem Gelenij retinuimus:* Non separari animam & animum. *De quo in hac verba Lactantius lib. de Opific. Dei, cap. 18. sequitur animus, & ipsa haec extrema tribuit quaestio: Idemne sit anima & animus, an verò (en exceptionem Auctoris conformem, quid animus & anima proprie dicantur) aliud sit illud quo viuimus, aliud autem quo sentimus & sapimus. Non desunt argumenta in vtramque partem. Qui enim vnum esse dicunt, hanc rationem sequuntur: (quae haud dubiè ad intellectum loci huius facit) quod neque vnus sine sensu possit, nec sentire sine vita, ideòque esse non posse diuersum id, quod non potest separari. Sed quicquid est illud, & vitendo sentiendo & sentendo habere rationem; id circo animum & animam indifferenter appellant duo Epicurei Poetae. Vbi imprimis adludit ad illud Lucretij lib. 3.*

Nunc animum atque animam dico coniunctа teneri
Inter se, atque vnam naturam conficere ex se.

Reliqua omittimus, quia sunt pro contraria Auctoris sententia,

quam

quam etiam magn ampleſtunr Lactantius, vti patet li. 7. diuinar. Inſtitut. cap. 12. Tertullianus verò conſentit Hugo de S. Victore, ſeu quiſquis auctor eſt libri de Spiritu & Anima, cap. 34. Item, inquit, Animam & animum idem dicimus, ſed anima vitæ, animus eſt conſilij. *Ego verò, quandoquidem ad fidem nihil nos pertinet, alijs diſcutiendum relinquo, vtra verſimilior. Certè B. Auguſtin. & alij Patres indifferenter etiam nunc animam, nunc animum appellant. Auctor etiam non hic agit, vt doceat idem eſſe omnino animum & animam, ſed, vti in Argumento huius capitis, non ſeparari à ſe mutuo, & mutua præſtare officia.*

146. ſiue mens eſt, νῦς apud Græcos.] *Quum animus Græcè, vti recte hic Tertull.)* νῦς apud Græcos *dicatur, anima verò* ψυχὴ, *non poſſum illud adſentire (vt hoc obiter adnotem) qui libris Ariſtotelis περὶ τῆς ψυχῆς, titulum dant: De animo, non de Anima, vti vulgatum eſt. Quòd confirmatur etiam infrà nu. 150. & 156.*

147. qui etiam vniuerſitatis motatorem animum decernunt.] *Intelligere videtur Thaletem, qui Ariſtot. teſte lib. 1. de Anima, cap. 5. totum vniuerſum dicebat animatum, & animam eim Deum. Item ad Zenonem, qui (vti ipſe Auctor inquit Apolog. cap. 21.)* Factitatorem vniuerſitatis determinabat, & Deum vocari, & Animum Iouis. *Aquibus etiam non diſſentiebat Pythagoras, qui Lactanr. teſte libro 1. cap. 5. Deum animum dicebat, qui per vniuerſas mundi partes, omnemque naturam commeans atque diffuſus; ex quo omnia quæ naſcuntur animalia, vitam capiant. Et verò Ariſtoteles, Thaletis, Anaxagoræ, Diogenis, Heraclitj, Alcmeonis ſimiles opiniones recenſet, lib. 1. de Anima, cap. 2.*

148. illum Deum Soctatis.] *Quod Plato de* Deo *ex ſententia* Socratis *ſcripſit, non modò Auctor, ſed etiam B. Inſtinus Apolog. 2.* Socrati *tribuit, at ille in Timeo, totus animam per vniuerſum mundum diffuſam etiam ſenſit, quem ipſum parentem & opificem vniuerſorum inuentu difficilem pronunciauit; quemadmodum B. Auguſtin. citat lib. 13. de ciuit. Dei, cap. 17. Quò etiam pertinet illud Auctoris ſupra Tom. 1. Apolog. cap. 47.* Platonici Deum intra mundum collocant, qui gubernatoris exemplo intra illud maneat quod regat. *Neque eſt quod obſtet Animæ mundi appellatio apud Platonem; quia certum eſt, apud eum νῦν & ψυχὴν frequenter pro ijſdem accipi.*

149. illum Valentini Monogenem ex Patre βυθῷ, & matre ἐννοίᾳ.] *Quum me admoniſſet Harriſius locum hunc corruptum eſſe, & ego id verò deprehendiſſem, eo quòd lib. aduerſ. Valentin. c. 7. (vbi de hac latius)* Monogenis mater *appelletur aut σιγὴ, aut ἀλήθεια, aut ἔννοια, nuſquam verò etiam apud aliquem alium Auctorem ὕλην, quod hic legebatur, omnino ſubſtitui ἔννοιαν, vocem quæ maximè affinis eſt.*

150. Quamuis Anaxagoræ turbata ſententia eſt, &c.] Anaxagoras *(inquit loco iam citato Lactant.) Deum eſſe dixit infinitam mentem, quæ per ſeipſa moueatur. Nec abſimiliter B. Auguſtin. lib. 8. de ciuit. Dei:* Anaxagoras, *inquit, Anaximenis auditor, harum rerum omnium quas videmus, effectorem dominum animum ſenſit. Idem eſt quod hic Auctor de illo:* Initium omnium commentatus animum; *cui addit:* & tamen eundem alibi animam edicit. Anaxagoræ *autem etiam ſuprà ſit mentio Tom. 1. Apolog. cap. 46. & infrà cap. 43. de quo vide Laërtium.*

151. & vniuerſitatis oſcillum de illius axe ſuſpendens.] *De hac re ſi vide ſupra Tom. 1. de Pallio, c. 1. nu. 18. ad illud:* in oſcillum penduli impetus.

152. Hoc etiam Ariſtoteles denotauit, &c.] *Adludit haud dubiè ad Ariſtot. lib. 1. de Anim. cap. 2. vbi ſi idem penè verbis Anaxagoræ ſententiam deducit, inter cetera hæc verbis:* Anaxagoras *autem mutuo de his ſententiam ſuam explanat; multis enim locis bonus rectiſque mentem cauſſam eſſe dicit, alibi autem animam ipſam mentem eſſe dicit, &c. quod rurſum non ita multo poſt repetit; hæc ille addito, quòd ibi non poſſit transferri* animum, *quia animum & mentem pro eodem habeni paret huius capitis initio. Sive autem legas:* neſcio an ſua paratior implete, quàm aliena inanite, *cum Gelenio, ſive*

damnare, *cum Gagneo, perinde eſt.*

153. Denique & ipſe definitionem Animi quum differret, &c.] *Locus iſte Ariſtotelis inuentur eiuſdem libri cap. 4. in hæc verba:* Mens autem diuinum quid eſt, paſſionèque vacat; *& proinde recte addit Auctor:* abſtulit & ipſe eum à conſortio Animæ. *Verum vnius rationibus eam ſententiam confutat.*

154. Nam & ſenſus paſſiones facit Ariſtoteles, &c.] *Habet iſtud idem Ariſtoteles lib. 2. de Anima, cap. 5. Et itaque, inquit, ſenſus, quum mouetur aque patitur aliquid; nam ipſe ſenſum alteratio quædam eſſe videtur. Quod ſi verum eſt, inquit Auctor, quum nihil iſtorum Anima patiatur ſine anima, iam ergo paſſibilis eſt anima, contra quàm ſentit Ariſtotelei.*

155. & Democritus obtinebit, differentiam tollens, &c.] *Reſpeid quidem; nam (vel ipſo Ariſtotele teſte lib. 1. de Anim. cap. 2.)* Democritus animam mentémque idem eſſe dixit. *Atqui* Democriti *ſententiam de ſomno, infrà videre eſt cap. 43. & ſuprà Tom. 1. Apologet. cap. 46. Curſe ipſum excæcauerit, diximus num. 581. ex Laërtio: apud quem & Suidam plura de eodem videre eſt. Hæc hic addemus duntaxat, quòd libros ſcripſerit* De mente, de ſenſibus, & de Anima, Democritus iſte *Abderites. Infrà eidem etiam adſcribitur capite 15. aſſertio Hegemonici.*

Cap. xiii.

156. Ad hoc diſpicere ſupereſt, &c.] *Caput hoc à præcedenti diſſectum inſcripſimus:* Quòd circa animam, non animum, ſit principalitas. *Per hoc enim confirmatam vult priorem ſuam ſententiam contra Anaxagoram & Ariſtotelem; vt quandoquidem in Anima inuenitur principalitas, quam illis in animo conſtituebant, non habeantur proinde pro ijſdem; immò, vti iam dixit,* animus ſit animæ officium, *& ſecuti infrà cap. 18.* anima ſit animi ſuggeſtus & ſtructus. *Aly, vti Hugo de S. Victore lib. de Spir. & Anim. cap. 11. dum mentem in anima eminere dicunt, eo reſpiciunt, quòd animus ſit ſapere, anima viuere; econtrario cum Auctore Animæ principalitatem tribuere licet, quòd niſi viuat, ſapere animam non poſſit, Ipſe interim alias adfert rationes: nempè,* quòd animæ nomine totius hominis mentio titulata ſit, *&* quòd Animam Deus ſemper adloquitur.

157. Quantas animas paſco, ait diues.] *Iſtud ex Plauti Plauto, aut alio quopiam Comico, deſumptum eſt. In eo autem quòd addit:* animam agete, *videtur imitari Ciceronem lib. 1. Tuſcul. quæſt. vbi ait:* Animam autem, etiam animum ferè noſtri declarant nominari; nam & agere animam dicimus. Ipſe autem animus ab anima dictus eſt.

158. Faciem tamen opetis frontémque matetiæ de Anima vnuſquiſque proſcripſit.] *Si hoc verum ſit de Philoſophis & Medicis, ergo neceſſario ſtatim librorum Ariſtotelis De Anima verti debet, non de Animo, vti ſuprà quoque diximus nu. 145. & 146.*

159. Animam Deus ſemper adloquitur, &c.] *Adludit ad eas ſcripturas frequentiſſimas in libris Leuitici & Numeri, ac alibi:* Anima quæ peccauerit; *& ſimiles. Item ad illud pſal. 34. Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum.*

160. Illam ſaluam venit facere Chriſtus, &c.] *Reliquæ ſcripturæ, quas hic citat, ſatis notæ ſunt. Luc. 9. Matth. 10. & Ioan. 10. Illud verò:* illam plutis fieri vetat, *paraphraſtici verſi, pro eo quod Luc. 14. iubetur Chriſti anum odiſſe animam ſuam, hoc eſt non plures facere quàm Deum.*

Cap. xiiii.

161. Singularis aliquin & ſimplex, & de ſuo tota eſt, &c.] *Inſcriptionem hanc capiti, quod etiam à præcedentibus ſeparandum putauimus, dedimus:* Quòd Anima ſit indiuiſibilis prætetquàm in potentias diuerſas. *Quod ipſum repetit infrà cap. 51.* Cetetùm, *inquit,* anima indiuiſibilis vt immortalis. *Et verò eandem eſſe ſententiam non modò communem omnium Philoſophorum, ſed etiam B. Auguſtini conſtat lib. 6. de Trinit. cap. 3.*

162. Si enim ſtructilis & diſſolubilis, &c.] *Hîc quodam-*

modò Tertull. seipsum commicit ; quàm non structilem *neque* dissolubilem *confietur, atque adeo immortalem, cui opponatur.*

163. Dividitur autem in partes, &c.] *Seipsum explicat paulopoſt Auctor, quum dicit:* Huiusmodi autem non tam partes Animæ habebuntur, quàm vires, & efficaciæ, & operæ. *Unde & Nyſſen. lib. 4. Philoſ. cap. 8. Animam, inquit, in virtutes vel ſpecies vel partes dividunt.*

164. nunc in duas à Platone.] Platoni & Pythagoræ *adjuſtum tribuit Plutarchus lib. de Placit. Philoſ. c. 4. & in Commentario de Virtute Morali, nempè* λογικὸν, & ἄλογον, *quod quomodo conſtet cum eo, quod plerisque in locis tres partes Animæ faciat Plato, infra ducemus latius c. 16. Vbi ex propoſito de ſententia Platonis diſputat, num.* 208.

165. nunc in tres à Zenone.] *Quum* Zeno *Stoicorum principes fuerit, & illa mox octo partes tribuantur ; videtur aliquid à lend ſubſtituendum, pro* Zenone: *fortaſſis* Varrone. *Nam Varro (inquit B. Auguſt. lib. 7. de civit. Dei, cap. 23.) in libro de Diis ſelectus, tres eſſe affirmat Animæ gradus, vegetativum nempe (vis in compendium verba eius contrahamus) ſenſitivum, & rationalem; verùm codicibus MSS. deſtitutus immutare nolui. Certè triplicem hanc animæ potentiam agnoſcit B. Gregor. Nyſſen. l. de Creat. hom. cap. 15. & plerique omnes; etiam Ariſtoteles, vti paulopoſt dicetur, quod dam in loco.*

166. nunc in quinque & in ſex à Panætio.] De quinque *partibus Animæ apud* Panætium, *haſtenus nihil reperi ; quare fortaſſis deſideratur nomen Auctoris qui* quinque *adſeruerit, nempè* Ariſtotelis, *de quo mox, aut alterum.* De ſex *enim conſentis Gregor. Nyſſ. lib. 4. Philoſ. cap. 8. quum poſt enumeratas octo partes, quas adſerebant Stoici, addit:* Panætius *vero Philoſophus volebat quidem vim, voluntarij motus partem eſſe cenſet, rectiſſimè dicens, per ſpermaticam* virtutem (ſic enim lego) *non eſſe animæ partem, ſed naturæ. Vbi quum duas rejecerit illum dicit, agnoſcere eam ſex fatis conſtat. Cicero, ejſi frequentiſſ. omnium* Panætij *meminerit, nuſquam tamen tale quid illi adtribuit, neque Plutarchus. Forteſſis fuit* Panætius *Rhodium ſenior, quum illi de ſenione loquantur.*

167. & in ſeptem à Sorano.] *Quum* Soranus *à pauciſſ. citetur Auctoribus, penes Auctorem huius reſides eſto.*

168. etiam in octo penes Chryſippum.] *Quum* Chryſippus, *vti ſuprà num.* 77. *diximus, Stoicus fuerit, huc pertinet haud dubiè, quod in hac verba habet Nyſſen. loco mox citato, Zeno Stoicus* octuplicem *aut eſſe* animam, *dirimens eam, in principalem vim, & quinque ſenſus, & in vocalem, & in virtutem ſpermaticam.*

169. etiam in nouem penes Apollophanem.] Apollophanem *medicum citat Plin. l. 22. c. 11. Comicum Suidas. Verum Auctor intelligere videtur* Apollophanem *Stoicum Philoſophum, cuius meminit Stephanus, & Phyſica citantur à Laërtio, quibus omnibus recentior videtur* Apollophanes *Sophiſta, qui cum Dionyſio Areopagita, tempore paſſionis Dominicæ, in Heliopoli Ægyptiaca Philoſophiæ ſtudioſus verſabatur.*

170. ſed & in decem apud quoſdam Stoicorum.] *Quos hic intelligat, haſtenus reperire non licuit.*

171. & in duas amplius apud Poſidonium, &c.] *Quum* duo amplius *quàm decem, xij. faciant dumtaxat, & de eodem loqui pergat, prorſus legendum* duodecim exinde profecuit, *pro* eo quod erat: in decem & ſeptem. *facillimè enim in numeris error committitur. De* ἡγεμονικῷ *vero cap. ſequ. & de* λογικῷ *cap.* 16. *Atqui Suidas* Poſidonium *recenſet & Alexandrinum, & Apameſem, Utrumque Stoicum Philoſophum ; quorum ille Zenonis Cittici diſcipulus, hic Panætij ſucceſſor. De vtro Auctor loquatur, neſcio.*

172. ita in alias ex alijs ſpecies diuidunt Animam.] *Plures eius formas ſubdiuiſiones reperire apud Nyſſen. diſſ. 1. l. 4. cap. 8. 9. & 10. quo compendij gratia Lectorem remitto.*

173. ſicut de quibuſdam & Ariſtoteles iudicauit.] *De huius ſententia ſic Nyſſen. Vbi ſuprà : Ceterum* Ariſtoteles *in Phyſicis, (nempè lib. 1. de Anima, cap. 5. lib. 2. cap. 2. 3. 4. & ferè integro libro tertio) quinque dicit eſſe partes Animæ (ſeu potius, vti* Ariſtoteles *loquitur,* vires *& potentias) vegetativam, ſenſitivam, motuam, ſecundum locum, concupiſcitivam, & excogitativam. At in Ethica, inquiciedem paulopoſt, in duo prima & generaliſſima diuidit naturam, in irrationale & rationale : ſubdimdit autem irrationale in obediens rationi, & non obediens. Rurſus obedientis rationi in duas fecatur ; in appetitivam νεμ, & vegetibilem. Qui plura deſiderat, ipſum* Ariſtotelem *conſulat. Porrò paulopoſt omittentes cum Gagneo particulam* : in, *legimus* : vt & ipſi illi quinque notiſſimi ſenſus.

174. Spécta portentoſiſſ. Archimedis munificentiam, organum hydraulicum, &c.] Archimedis *inſtrumenta phyſici memineruns Plan. l. 7. c. 37. Cic. l. 1. Tuſcul. qu. Solinus c. 11. & Claudianus poëta ; denique Lactant. l. 2. c. 5. At (eodem Plinio ibidem teſte) Ctesibius pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis, illarum. Simile* organum hydraulicum Archimedis peculiariter adtribuit *Auctor, ita dictum, quòd ſicuti ratione pneumatica, id eſt ſpiritu incluſo, pleraque ſonum edunt organa, ita illi generis aqua incluſa, Græcis enim* ὑδραύλης *dicitur, ciebus in aqua merſis canere doctus. Vnde & paulopoſt addit :* Sic & ſpiritus qui illic de tormento aquæ anhelat.

175. Non lôgè hoc exemplum eſt à Stratone, &c.] Stratonis Phyſici *ruoſum meminit Auctor ſequ. cap. tum quod* hegemonicon aduerſus Dicæarchum *adſernerit, tum quod in* ſuperciliorum meditullio illud ſtatuetit. *Vbi quia etiam alterum* Stratonis *meminit, de utroque latius.*

176. nam & ipſi vnitatem Animæ tuentur, &c.] *Imprimis non modo* Stratonis, Æneſidemi & Heraclitii *hanc fuiſſe ſententiam, ſed etiam Ariſtotelis, docent Commentatores in lib. 2. de Anima, cap. 2. etiam B. Thomas Aquinas diſput. de Anima, arg. 10. & l. 2. contra Gent. c. 72. Iu eadem eſſe etiam B. Auguſt. ex complurib. ſuis locis patet, nominatim loco ſuprà citato 148. Item lib. aduerſ. Epiſt. fundam. contra Manich. c. 16. Vbi adſimilat Deum in mundo Animæ per totum corpus diffuſæ ; denique etiam Epiſt. 28. ad B. Hieron. vbi hinc incorpoream Animam probat, quòd per totum corpus, quod animat quadam vitali intentione, porrigitur, in omnibus ſimul & in ſingulis particulis corporis tota. Quòd ipſum etiam videre eſt apud B. Gregor. Nyſſ. lib. de creat. homin. c. 16. Quidquid ipſe etiam Tertullianus infrà 14. 32. hac ratione Metempſychoſin impugnat, quod* neceſſe ſit corpus omne animæ compleri. *Atqui de Metaphoricâ illa* νεκρ metationibus *ſuprà non ſemel dictum eſt.*

Cap. xv.

177. Imprimis an ſit aliquis, &c.] *Veterem titulum huius capitis restituimus :* De hegemonico, an ſit, & vbi ſit. *Quod ipſum imprimis ita deſcribitur ab Auctore, vt pluribus non ſit opus ; nempè :* ſummus aliquis in Anima gradus vitalis & ſapientialis, quod ἡγεμονικὸν appellant, id eſt principale. *Eodem pertinet etiam illud infra lib. de Reſurr. carn. quod paulopoſt citabitur num.* 185. *& illud B. Auguſtin. lib. de fid. & ſymb. c. 10. Principale noſtrum nempè partem Animæ rationalem, ſpiritum dicti.*

178. Meſſenius aliquis Dicæarchus.] Dicæarchus (*inquit Cicero Tuſcul. queſt. lib. 1.*) *in eo ſermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum diſputatitum, primo libro multos loquentes facit ; duobus, Pheræum quendam Phtiotam ſenem, quem ait à Deucalione ortum, diſſerentem inducit:* nihil omninò eſſe Animum, *& hoc eſſe totum nomen inane fruſtráque e animantia & animantes appellari ; neque in homine ineſſe animum vel animam, neque in beſtia. Et vero eius eandem fuiſſe ſententiam paulopoſt indicat ibidem Cicero : Quid de* Dicæarcho *dicam, qui nihil omninò animum dicat eſſe? Meſſenium autem hunc fuiſſe etiam Suidas teſtatur, Ariſtoteles diſcipulum; cuius Plutarchus, Quintilianus, Muſica citant; Gellius Pythagoram. Athenæus libros complures; B. Hieronym. lib. 2. aduerſ. Iouin. ex Antiquitatum libris deſcriptionem Græcæ, denique Cicero alibi Librum de diuinat. & Somnijs.*

179. ex Medicis autem Andreas.] Andreas Medicus *frequenter citatur à Plinio, non modo inter Auctorum nomina, è quibus multa deſumpſit, ſed etiam lib. 22. cap. 23. & lib. 32. cap. 5.*

cap. 5. vbi in quibuſdam tamen exemplaribus perperàm legitur Andrias, *pro* : Andreas , *Nam etiam a Dioſcoride & Galeno tractatur liber eius de Plantis.*

180. & Aſclepiades.] *De* Aſclepiade Medico *Pruſcianus, praterquàm quòd ex eo multa ſe deſumpſiſſe teſtatur inter Auctiorum nomina, peculiariter agit Plin. lib. 26. cap. 3. Citantur etiam quadam eius ſcripta ab Aetio & Galeno, qui interim duos eius homines commemorat. Rabet autem eum his verbis paulopòſt Auctor:* vt vel (*inquit*) ab iſtis retuſus Aſclepiades, capras ſuas quærat ſine corde balantes, & muſcas ſuas abigat ſine capite volitantes; *tacite ſignificans abſurditatem, qua illorum exemplo etiam ab homine hegemonicum auferre voluerit. Meminit iterum Auctor Aſclepiadis, cap. 23. infrà. De eodem* Aſclepiade *multa refert etiam Apul. lib. 4. de aſſin. aur. Diſtinguo autem paulopòſt; vtri ſenſui conſtet, perinde quandam in hunc modum:* Quod, *nempè principale Animæ*, ſi fuiſſet amiſſus cum ſuis ſedibus vigor Animæ, non perſeueraret.

181. Sed plures & Philoſophi aduerſus Dicæarchum, &c.] *Non quòd* aduerſus Dicæarchum, Philoſophi *hic recenſiti, aut* aduerſus Andream & Aſclepiadem Medici *iſti, peculiariter ſcripſerint, ſed quòd contrarium ſententiam tutati ſint, ſicuti paulopòſt de eorum ſingulis demonſtrabitur; excepto quibuſdam, de quibus hic; omnium interim Philoſophorum volumina de Hegemonico refert a ſunt.*

182. Socrates.] *Quicquid habet Plato, ex* Socratis *ferè ſententia loquitur; quare de eo nihil aliud adjiciendum.*

183. Ariſtoteles.] *Imprimis* Ariſtoteles *lib. 1. Ethic. cap. 13. nominatim τὸ ἡγεμονικὸν mentionem facit. Eodem etiam pertinent, qua habet ille lib. 3. de Anima, cap. 4. & 5.*

184. Diocles.] Diocles *Carſtius Medicus, ſecundus ab* Hippocrate *ætate ſumâque, Plinio celebratur lib. 26. cap. 2. qui præterea ab eodem citatur lib. 20. cap. 3. & 5. & lib. 23. cap. 1. & in Catalogo Medicorum, quorum opera vſus iſtitem à Galeno, Plutarcho Scholiaſte Nicandri, Athenæo, Paulo Ægineta, & Heroſte Hippiatro.*

185. Iamque omnibus plures Chriſtiani, &c,] *Non hic dumtaxat, ſed etiam lib. de reſurr. carn. cap. 23. ex ſcripturis complurib us probat:* Hegemonicon Animæ in corde conſectaria eſſe. *Item vbi;* Hanc denique carnis ſpeciem, arcem Animæ, etiam Dominus in ſuggillatione cogitatuum taxat. Quid cogitatis in cordibus veſtris nequam? Et: Qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendum, iam adulterauit in corde. Sed etſi incerebro, vel in medio ſuperciliorum diſcrimine, vel vbi vbi Philoſophis placet, principalitas ſenſuũ conſecrata eſt; quòd Hegemonicũ appellarur, caro erit omne Animæ cogitatotium. *Conſentiunt autem auctores Philo Iudæus opuſcul. De eo quòd deterior potiori inſidiatur, 8. Hieronym. lib. 2. ſuper Matth. c. 14. ad illud Matth. 23. Aet de exeunt cogitationes praua; Theodor. ſerm. 3. de prouidentia; Gregor. Nyſſen. Orat. 1. de Reſurr. Chriſti, & libro Philoſ. 4. capite 2. Solin Lactant. in dubio ponit, libro de Opific. Dei, capite 16. an in corde an in cerebro. Verum poſterius hoc nominatim impugnat vbi ſupra B. Hieron. & ſcripturæ ſacræ contrarium probant.*

186. Si enim ſcrutatorem & diſpectorem cordis Deum legimus.] *Adiudicat ad ſcripturas 1. Paral. 28. Pſal. 7. Hieremi. 17. & 20. & Roman. 8. Maximè autem ad illud Sapient. 1.* Cordis illum ſcrutator eſt *verus, & illud Proverb. 24. qui inſpector eſt cordis.*

187. Si etiam prophetes eius occulta cordis traducendo probatur.] *Videtur adludere ad illud Hier. 12. Et tu domine noſtine, & probaſti cor meum; aut potius ad illud Pſal. 138. Proba me Deus, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas (ſeu, ſicut in Hebraeo legitur, cogitationes) meas.*

188. Quid cogitatis in cordibus veſtris nequam?] *Tam hic quàm infrà libro de Reſurrectione carnis ſic hunc locum vertenti, vſurpat:* nequam *plurali numero neutro, pro eo quod noſter ſi interpres:* mala. *Lego autem omnino:* Si & Dauid, &c. *pro:* Sic. *quia & antè & poſtea Si legitur, non* Sic.

189. vt neque extrinſecus agitari putes principale iſtud ſecundum Heraclitum.] *Pertinere hunc videtur quod de* Heraclito *habet Ariſtot. l. 1. de Anima, cap. 2. vbi* Heraclito *aſſcribit Animam ſemper moueri.*

190. neque per totum corpus ventilari ſecundum Moſchionem.] *Rectè iſtud Auctor improbat, quia ſienti ſuprà oſtendimus num. 176. eſſi per totum corpus diffuſa ſit anima, in omnibus & ſingulis partibus totam eſſe; atque adeò per corpus totum ventilari, non rectè ſenſit* Moſchion. *De quo an idem ſit qui citatur ſecundum emendationes codicis à Plinio (pro eo quod aliꝰ Moſchion) Moſchion Gratmi libro 19. capite 3. cuius quædam exſtant ſcripta, an* Moſchion Comicus, *qui adlegatur à Clemente Alexandrino libro 6. Stromat. neſcio. Illud interim Lactantius non* Moſchionis, *ſed* Xenocrati *tribuit, libro de Opific Dei, c. 16.*

191. neque capite concludi ſecundum Platonem.] *Habet iſtud* Plato *in Timæo, quam ſatis obſcurè, vbi poſquàm dixit Animã in ſummo corporis noſtri (ſic enim lego, pro: corpore noſtro) mox ſubiungit: illinc enim vinde primus animæ tractus prodijt, caput & radicem noſtram diuina ſecutes ſuſſendit, & totum eo corpus erigit. Qui interim ibidem multo ante videtur potius in cerebro, quod ἐγκέφαλον vocat, collocare. quare non male B. Hieronym. illi adtribuit vbi ſupra, quod in cerebro collocarit. Nec mirum, quum etiam Lactant. libro de Opific. Dei, cap. 16. confundere videatur. in capite in ſummo cap. in cerebro, & in medulla cerebri.*

192. neque in vertice potius præſidere ſecundum Xenocratem.] *Iſtam & ſequentes aliquot horum opiniones videtur ad verbum deſumpſiſſe ex Plutarcho libro 4. de Placit. Philoſ. cap. 4. quas etiam videre eſt apud Theodoretum libro 4. de curand. Græc. affect. Stripſiſſe autem* Xenocrates *Philoſophus libros de Anima duos, tum de his quæ circa mentem ſunt, primum 8. deinde 4. demum 2. ex quibus haud dubiè tum hoc, tum illud, de quo ſuprà nu. 60. deſumptum eſt.*

193. neque in cerebro cubare ſecundum Hippocratem.] *Ad hanc non dubito adludere (præter Putarchum, qui id illi expreſſè tribuit) Cicero. libro 1. Tuſcul. quæſtion. & Lactant. loco mox citato. Cuius etiam ſententiæ Plinius tuit libro 11. capite 37. quum in cerebro mentis regimen ponit. Atqui Plin. libro 26. capite 2.* Hippocratem *ſcribit primum medendi præcepta tradidiſſe multis voluminibus, addens libro 19. capite 1. ab ætate Aeſculapij ad illum uſque medium non in nulle denſiſſima latuiſſe, donec ille in Peloponneſiaco bello eam in lucem reuocaret, genitum in inſula Coo Aeſculapio ſacra.*

194. ſed nec circa cerebri fundamentum vt Herophilus.] *Etiam hoc ex Plutarcho; ſuprafſe* cerebri fundamentum, *medullam cerebri, in qua etiam Plato conſtituere videtur, & cuius opinionis meminit Lactant. & Cicero, dum inquit Tuſcul. quæſt. lib. 1. Alijs pars quædam cerebri videtur mentis principatum tenere.*

195. nec in membranulis vt Strato.] *Hoc quoque ex Plutarcho. Loquitur autem de* Stratone *Medico* Eraſiſtrati, *de quo mox, diſcipulo, qui ſubinde citatur à Galeno lib. contra* Eraſiſtrateos.

196. & Eraſiſtratus.] Eraſiſtratum *quinto loco inter Medicos ponit Plinius, vbi ſuprà, ante* Herophilum & Aſclepiadem, *item libro. 14. capite. 7. vixiſſe ſcribit C C C C I. anno Vrbis Romæ, & ſchola eiuſdem meminit lib. 20 cap. 9. denique libro 29. capite. 2. Chriſippꝰ (cuius mox mentio) diſcipulum fuit, Ariſtotelis filia genitum, qua Rege Antiocho curato centum talentua donatus ſit a Ptolomæo eius filio. Cuius rei meminit etiam Suidas, & plures eius libros citat. Laetato Galenus. Citatur iterum ab Auctore cap. 25.*

197. nec in ſuperciliorum meditullio vt Strato Phyſicus.] *Iſtud etiam ex Plutarcho. Vocatur autem* Strato Phyſicus, *tum ad diſtinctionem ſuperiorum* Stratonis Medici, *tum quòd, Suida teſte, præ cæteris naturæ contemplationi deditus fuerit, qua Lampſacenum facit Theophraſti diſcipulum, & multos libros ſcripſiſſe tradit. Inter quos recenſentur à Laertio De ſtructura & de natura humana, è quibus deſumpſiſſe videtur quod illinc citatur ab Auctore noſtro, ſupra c. praecdent. n. 175. Item De calore,*

quo, vtis est infrà lib. aduers. Marc. cœlum & terram Deum dixit. Denique de Somno, vnde ctatur eius fragmentum infrà cap. 43. quòd somnum segregationem consati spiritus affirmet, & de insomnijs, iuxta quod etiam Auctor illis tribuit, c.45.

198. nec in tota lorica pectoris vt Epicurus.] Græc cõformiter apud Plutarchũ legitur: ὡς ἐν τῷ θώρακι. Quo pertinet etiã illud Lactantij vbi suprà: Quidam sedem mentis in pectore esse voluerunt. Addit verò Plutarchus, (quod magis ad sententiam Tertulliani Christianam accedit, de qua suprà num. 185.) Stoici ad vnũ fere in corde, vel in cordis obuersante spiritũ, Diogenes in arteries eordis ventriculo, quæ pulsatabilis est. Quò pertinet etiam illud Lucretij lib. 3.

Consilium, quod nos animum mentémque vocamus,
Idque situm media regione in pectoris hæret. In quasdam tamen ctiam eos fuisse significat Cicero Tuscul. quæst. lib. 1. qui prudentes cordatos vocabant, ex quo etiam (inquit) excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Quam etiam sententiam petunt sequitur Aristot. lib. de Sens. & sensib. & lib. de Respiratione.

199. Sed & quod (siceniim lege, pro: quod &) Ægyptij renuntiauerunt ei, &c.] Renuntiare ei, nempè Hegemonico pro adtribuere, accipere hic videtur Auctor eadem significatione de qua infrà latissimè libro de Carne Christi, cap. 2. Intelligere autem videtur Mercurium Trismegistrum, Anchoniem, & Zchamnem Ægyptios diuinarum commentatores; quos plerumque secuti sunt Plotinus, Iamblichus, & ipse Plato. Certè Mercurius ille, Pimandri Dialogo 11. & 12. latissimè disputat de Mente, qua Deus sit in hominibus, atque adeo Hegemonicon ab illo agnoscatur.

200. & ille versus Orphei vel Empedoclis:

Namque hominis sanguis circumcordialis est sensus.] In locum hunc rectè commentatus est Theodorus Cantenus Variar. Lect. lib. 2. cap. 6. Quum (inquit) Empedoclis scripta iam vetustate & negligentia perierint, non inuicundum fore arbitror, si Græcum eius versum, quo hanc sententiam expressit, innuentem à me apud Etymologicũ Auctorem appositum, qui ibi sic legitur:

Αἷμα γὰρ ἀνθρώπου περιῤῥεῖ δὲ τὸν καρδιακὸν.

Cui additi ibidem duo alios versus precedentes ex Porphyrij loco adductos à Stobæo in Physicis, verum quòd ad instituti nostri non faciant, eos silentio contenti quod ex Cicerone adnotat Tuscul. qu. l. 1. Empedocles animum esse censet cordi circumfusum sanguinem. Adludit eodem Lact. vbi suprà, hoc verbis: Vt sensus ille comprehensibilis aut in medulla cerebri hæreat, aut in illo sanguine & partito, quo est inclusus in corde. Et eodem pertinet quod suprà capite 5. num. 69. Empedocli tribuat Auctor, quòd Animam ex sanguine dixerit. Quare etiam verisimile est Empedocli versum hunc tribui debere quàm Orpheo (de quo suprà capite 2. maximè quum inter carmina quæ circumferuntur aut nomine, non reperiatur hic versus. De Empedocle autem plura partim suprà c. 3. partim infrà capite 17. & 32. Aliqui pulchrè docet Lactant. dict. libro de Opific. Dei, capite 17. Animam non propterea sanguinem dixendam, quòd sanguine effuso vel consumpto extinguatur seu potius à corpore dissolui videatur. Et Epiphan. aduersus Barbelonitas hær. 56. animam sanguinem negat, sed eadem habere in sanguine non dissitetur. Neque verò dicit quòd per sanguinem in scripturis anima significatur, propterea animam sanguinem dicendam, non semel tradunt BB. Chrysost. & August. contra aduers. Leg. & Prophet. li. 2. cap. 6. & lib. quæst. in Leuitic. c. 56. vbi obiicit diuersi illud Leuitici 17. Anima omnis carnis sanguine est, eodem modo interpretari debere, sicut illud: Petra erat Christus quia per sanguinem anima significatur. Et hoc quidem, si de Anima etiam hominis latius ille intelligatur, alioquin ceni non laberandum an anima pecoris sit sanguis, sicut in eum locum adnotauit Origenes.

201. Etiam Protagoras.] Etsi apud Laertium reperiatur Protagoras Philosophus Abderites auditor Democriti; quia tamen inter libros eius, de Anima nullus recenseatur, & hic videtur iterum Medicos alios committere cum Asclepiade, censes quidem legs debere: Praxagoras, sed sine codicum MSS. opei di in contextu mutare nolui. Certè Praxagoras Medicus à Plinio celebratur extro loco dicti libri 26. capite 2. & præterea citatur ab eodem libro 20. capite 4. & 7. vt omittam catalogum Medicorum, è quibus Iua desumpsit dict. libro 20. & sequentibus.

202. etiam Apollodotus.] Similiter & hic, quamuis à Laertio recenseatur Apollodorus Athenensis Epicurus Philosophus; puto tamen primo loquì auctorem de Apollodoro, altero illorum Medicorum, de quibus Plin. libro 20. cap. 4. Apollodori (inquit) duo, Scillani & Tarentini, quorum prior tamen in eius libris Auctorum Catalogo Citiensis vocatur. Item lib. 14. cap. 7. Apollodori Medici volumen recenset, quo fuisse Ptolemæo Regi qua vina biberet. Vterque etiam citatur à Galeno, Dioscoride, & Alexandro.

203. & Chrysippus.) Hicequeque de Chrysippo Medico petius loqui censeo Auctorem, quàm de Philosopho, cuius suprà facta est mentio n. 77. Nam citatur ille ipse à Plinio frequenter li. 20. & septem sequentibus, tum in contextu, tum in Auctorum Catalogo, & quarto loco Chrysippũ inter medicos collocat l. 26. c. 2.

CAP. XVI.

204. Est & illud ad fidem pertinens, &c. Caput hoc insertionibus; De Anima rationali & irrationali. Cui similia prorsus habet Greg. Nyss. de Anim & Resurr.

205. quod Plato bifariam partitur Animã, &c.] Similiter supra dixit. c. 14. Diuiditur autem in partes, nunc in duas à Platone. Habet autem illud Plato Dial. 4. de Rep. Non ataque absurdè, inquit, duplices has partes, et inter se diuersas esse, ita vt alteratqua rationalitatis vtpote quæ sit ratiocinij gubernatrix. & tanquam benigna & studiosa mater viam vitæ rectam commonstrant) rationalem animæ partem appellemus, alteram, qua amat & esurit, & sitit, & circa alias cupiditates velut confternata adsistitur, irrationalem.

206. sed non vt naturæ deputetur vtrumque, &c.] Irrationale rationali posterius esse, & ex trãsgressione, etiam latiss. prosequitur B. Greg. Nyss. lib. de Anim. & Resurr. ad Materinam sororem, vbi loquitur de duobus generibus irrationalis, de quibus nos latius: Hanc, inquit, rationem iam à multis etiam aliis quæsitam consequenter ipse quoque requisiuisti, quidnam tandem hæc esse oporteat, similibne insita in Anima natura, & quasi coëssentiata & consubstantiata, & ab initio cum ea sint, atque à principio stãtim vna cum creatione & constitutione eius existerint; an etiam aliquid aliud atque ipsa sint, & posterius nobis acceßerint. Respondet autem imprimis: Ergo quoniam cuiusmodi nihil cum diuina ternitur natura, ne Anima quidem hæc insita refè quis existimauerit. Deinde idipsum probat, tum ex definitione hominis, quam etsam qui à ratione fidei nostræ alieni sunt, definiunt rationis participem animal; (vnde etiam sentiendi, augendi, & nutriendi vis in hominis definitione poni non solent) tum quòd puera quadam rationis aduersus hæc sit, tum denique qua ex aduersa Anima posita videntur, velutis timiditas, audacia, dolor, voluptas, metus & contemptus, congnata sint cum irascendi atque concupiscendi vi. Quare in hunc modum concludit: Omnia ergo hæc, quum circa Animam sint, tum Anima non sint, sed veluti quædam verrutea ex cogitatrice Animæ parte enascentes; quæ partes quidem ipsius esse, eo quòd agnatæ sint, non tamen id esse existimantur, quòd Anima ex sui natura atque essentia est. Atqui hoc ipsum est quod hic dicit Auctor: quòd irrationale inoleuerit & coadoleuerit in Anima adsistat iam naturalitatis; quia statim in primordio naturæ accidit. Fatit autem iste locus imprimis ad assertionem peccati originalis, de qua alibi latius.

207. Cæterùm quum idem Plato solum rationale dicat, vt in Anima Dei ipsius.] Idipsum mox repetit hic verbis Plato soli Deo segregans rationale.

208. duo genera subdiuidit ex irrationali, &c.] Quamquam non disertis verbis id habeat Plato, tamen eo pertinere videtur quod habet in Phædro, (vel citante etiam B. Gregorio Nysseno vbi suprà) de bigugo pullis equorum, non eadem inter se affectione & impetu præditis, ijsque præsertim auriga. Equorum enim formam (inquit Plato) duæ quadam species animæ habent, auriga verò tertia species. Nostet enim principes (ratio nempè) bigæ, id est, duo irrationalis genera moderatur. Atq; adeo hæc paßio tractandi est, quòd

quod alibi vbique Plato tres animæ partes faciat, nempè in Phædone, in Phædro, libro 4. & 9. de Repub. quod etsi tres sint, tamen vna sit vniformis par rationalis, reliqua vero irrationalis in duas diuidatur. 8. Iustin. Martyr Apologe. 1. & alibi B. Augustin. & Hieron. in tres malunt dimidere, rationalem, trasibilem, & concupiscibilem.

209. indignatiuum quod appellant θυμικὸν, & concupiscentiuum quod vocant ἐπιθυμητικὸν] Haud absimiliter sib. Nyssenus: τὸ ἐπιθυμητικὸν (pro quo male editio Lugdun. ἐπιθυμητικὸν) vim concupiscendi appellat, verùm vim iræ concitatricem τοῦθυμοειδὲς, qua etiam voce vti possim Plato solet; verùm θυμικὸν eiusdem est significationis.

210. Igitur apud nos non semper ex irrationali censenda sunt, &c.] Simuliter Nyssenus: Quòd sibæ ita sunt, neque virtutem, neque vitium per se esse, pronuntiabimus; qua quum Animæ motus sint, in potestate & arbitrio virentium situm est, rectène an prauè sint. Sed quando motus eorum ad bonum inclinat, laudium materia existunt, vt Daniel cupiditas ad desiderium (vt potè qui vir desideriorum appellatur) & ira Phinees; sin autem ad deterius propendent, tunc hæ perturbationes & sunt, & nominantur.

211. Indignabitur Deus rationabiliter, &c.] Si intelligatur istud hypothetice, sicuti scripturæ loquitur, quod indignatio Despo vindictæ Dei sumatur; nihil obstat eã Deo attribui. Alicubi tamen adeò animæ inter Paradoxa Tertullianis colloc andum, quòd iram propriè Deo videatur adtribuere.

212. At quum dicit: Fuimus aliquando natura filij iræ, &c.] Pulchrè explicat natutam, hoc Apostoli loco, de natura quam diabolus induxit, id est, vt supra dixit, ex transgressionis admisso, quod accidit ex serpentis instinctu; à diabolo enim (inquit ibidem) immissio delicti, quem proinde etiam mox rectè vocat: posteriorem & adulteram. Quamquam interim Metaphrastes eum locum citet.

213. quem legis auenarum superseminatorem, &c.] Rursum hic auenas vertit, quod Græcè ζιζάνια, de quo supra l. de Præscript. aduersus hæret. c. 31. n. 181.

CAP. XVII.

214. Contingit nos illorum etiam, &c.] Retinuimus veterem hunc capitis titulū: De quinque sensibus, legentes Contingit, pro: Contigit. De phrasi autem Tertullianica: hæteticis procuratur, vide supra T. I. l. ad Scapulam, n. 34. Atqui de tota hac materia vide l. 4. de Philosoph. Nyss. & Aristotelis librum de Sensu & sensili.

215. Horum fidem Academici dutiùs damnant.] Perspicuum est Academicos nihil adferre solere, cuius res causam reddebant, quòd sensuum iudicium sit incertum, & plerumque fallax: quo quum adindat Auctor, illud: secundum quosdam, sequentis commatis adiunximus; maximè quum sub finem hums capitis sic smuebatur Auctor: Quid agis Academice procacissime, &c.

216. secundum quosdam & Heraclitus & Diocles.] Quum horum opera non exstent, maximè Heraclitj & Dioclis (de quibus supra latius non iacuit eorum dem verba adlegare, qua fortasse necesse Auctor sua ætate vidit, atque adeò addidit; secundum quosdam.

217. & Empedocles.] Multas Empedoclis opiniones, quibus dum in de quinque sensibus loquitur, videre est apud Aristotelem in Comment. lib. 2. de Anima, cap. 5. pag. 12. Huc magis spectat quòd dicit lib. 3. cap. 3. Empedocles & alios veteres idem facere sapere & sentire, atque adeo, qua sensibus insunt, intellectui tribuere.

218. Certè Plato in Timæo irrationalem pronuntiat sensualitatem.] In Timæo Platonis non aliud mouens, quàm quod dicat sensum principatum Animæ cohibere. Verùm magis hæc pertinet illud eiusdem in Phædone, sine de Anima, quod ab ipso Auctore etiam citatur cap. sequ. tamen, de quo infrà nu. 235.

219. Itaque mendacium vifui obijcitur, &c.] Causa, quod temi in aqua infracti videantur, turris quadrangulata de longinquo rotunda, æqualis. porticus angustior in vltimo, cœlū mari iungi; explicatur ab Optica, & ab Aristotele in 3. Meteorum. Reddit etiā varias rationes paulo post Auctor.

220. Perinde auditus fallaciæ reus, &c.] Hæc tam de auditu, quàm de odoratu, gustu & tactu, etiam laudata sunt apud Philosophos; non enim sensus errat in proprio sensibili perspiendo, sed vti cognitatione in iudicando; inxta Aristot. li. 2. de Anima c. 6. Et vero paulopost, Auctor errorū causas prosequitur de singulis.

221. Moderantiùs Stoici, &c.] Vide hac de re lib. 4. Academ. quæst. Ciceronis, vbi de præcedentibus ac sequentibus nonnihil interim dissentire videtur Lallant. lib. 3. cap. 4. vbi Stoicis adtribuit, quod Auctor Epicureis, quòd nempè opinionem tepudiarint.

222. Nam vt in aqua remus inflexus.] Fatuine ad hunc locū intellectūs magnopere qua habet Nyss. li. Philosoph. 4. c. 3. Insuper falliur (inquit) visus, quum per aquam agitatam intuemur; etenim remum in mari vt fractum videt; similiter quum per transparentem aliquam materiam aspicit, quod in speculo, vitro, & id genus alijs accidere solitum est: aut quando à longè videt; turrim enim quadrangulam vt rotundam eminus intuetur. Neque est hic error visus, sed intellectus. Nam hic quidem videt & annunciat, intellectus autē reprehensitat non intendit. Posteriùs visus ad manifestam dissentionem quatuor opus habet: illas è oculo, moderato motu, iustè statio, & aëre puro atque claro. Vbi pulcherrimè tractat, quicquid ad sensum & organum visus pertinet.

223. Auditum verò quid aliud decipiet, quàm sonorum similitudo? Reflexa Auctor. Nam auditus (eodem Nyssen. teste eiusdem lib. c. 5.) sonorum & vocum est adprehensiuus; dinoscit itaque acutatem grauitatemque, leuitatem & asperitatem atque magnitudinem. Vbi etiam organa auditus explicat.

224. Et, si postea minus spirat vnguentum, &c.] Etiam hæ pulchrè Tertull. nam & Philosophi tutum est, quòd in omnibus prima vis tota est, atque adeò in secunda perceptione vehitra omnia iudicentur. De organo verò adoratus & gustus, vide ibidem Nyss.n.

225. Ceterùm de scabro aclæui, &c.] Nec minus aptè etiam sensit Auctor. Atqui de organo tactus in vniuerso animalis corpore, stem quod certissimum hunc sensum homo possideat, alia quæ hic pertinentia, vide ibidem Nyssen. cap. 4.

226. vt Oreſtes matrem in furore.] Iphigeniam intelligit, quam Oreſtes furijs scelerum agitatus ob interfectam matrem, etsi suam sororem, matrem tamen rediuiuam credidit, si confestim de eo Tragœdijs creditur.

227. Aiax Vlyſſem in armento.] Aiacem quoque fabulantur, quum arma Achillu eccisi Vlyssis impetrasset, pra ira insanum armenta occidisse, credentem Vlyſſem cum ſociis ſe interfeciſſe.

228. vt Athamas & Agaue in filijs beſtias.] De Athamante, vide Plutarch. in Superstitiosis. Ab Agaue secundùs Poëtæ matre cum reliquis Manadibus à Bacchō in furorem conuerſa, filius Penthemi membratim dilaniatus est, quum se putarec aprum interficere. Atqui de elogio vide supra Tomum 1. Apologet. c. 2. n. 22. & alibi.

229. Sed enim Plato, &c. in Phædro ex perſona Socratis, &c.] Verba Socratis in Phædro Platonis paulo post institumus hæc sunt: Non possum adhuc, inxta Delphicum oraculum (nempè γνῶθι σεαυτὸν, de quo supra alicubi) mihi ipſi cognitum. Reſtius interim vertit: Delphicam inſcriptionē Αὐτὸν id, quod Græcè est Διελθεῖν γεγυμνα.

230. Et ſi in Theæteto adimit ſibi ſcire atque ſentire.] Neque ſcientiam, neque ſenſum eſſe, quamquam ſatis obſcurè, hinc verbis indicat Socrates Platonis Theæteto: Neque igitur videre magis quàm non videre quid diuendumeſt, neque aliam magis ſenſum quàm non. Atqui ſenſus eſt ſcientia. Nihil igitur ſcientiam magis quàm non ſcientiam, reſtandumus, dum quid ſit ſcientia, interrogaremur.

231. Et in Phædro, poſt motrem differt ſententiam veritatis, &c.] Peculiaria quidē verba quod Platonem in Phædro reperire non potui, ſed eò pertinere mihi videtur, quod ibi philoſophatur de animabus, quæ poſt hanc vitam in ſupercœleſtibus locis id quod reuerà eſt (ſine ipſam veritatem) intuenti mercentur, & hiu quæ reuerà ſunt, ſuſtectūr, rurſus apud internā cœli partē reuertūtur et qua-

dem modo ac studio omnes teneri, videndi tamquam veritatis, ubinam sit.

232. quod in sanguinis sui memoriam consecrauit.] *Etsi obscurius hic loquatur, interim suam sententiam explicat; quam dicit infrà lib. 4. aduers. Marc.* Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit. *Vbi non modo* memoriam sanguinis sui, *sed* sanguinem suum *propria loquitur* consecratum *dicit.*

233. Quod vidimus (*inquit*) quod audiuimus oculis nostris vidimus, &c.] *Paulo aliter forte ausim, vt sensuum visus & auditus ordinem seruaret, & clarius, estat Auctor hunc totum, quam Græce aut Latinè aut Syriacè legitur, nempè: Quod audiuimus quod vidimus oculis nostris quod perspeximus.*

Cap. xviii.

234. Conuertor ad intellectualium partem, &c.] *Etsi hic veterem titulum capitis retinere qua posit:* Quòd Philosophi & hæretici distinguant inter sensualia & intellectualia. *verum clarior est:* Quòd etsi sensualia & intellectualia re separentur, apud Animam tamen non ita; quippè quæ etiam sentiat, dum intelligit, & econtrariò.

235. Ait in Phædone, &c.] *Omnino ita legendum, pro:* in Phædro, *patet: nam quæ nunc quæ hic verba extat, leguntur in* Phædone; *idque iuxta vulgatam versionem sic. Quid verò circa ipsam sapientiæ adoptionem (siue vt Auctor* χτῆσιν *commodius transtulit,* possessionem) *num impediméto (pro quo ad verbum ex Græco* ἐμπόδιον *Auctor* impedimentum) *est corpus aut non, si quis ipsum in inquisitione simul secum adsumat? Tale verò est quod dico. Nam veritatem aliquam habet visus & auditus in hominibus? Aut (seu potius, vt vertit illud* ἢ, *Auctor,* An non) *talia etiam Poëta semper nobis occinunt (Græcè* θρυλλοῦσιν) *quòd neque audimus quid exactè, neque videmus? Et quidem si his circa corpus sensibus non exacti sunt neque certi, multò minus alij: Omnes enim hæ deteriores sunt. An tibi non videntur? Maximè, inquit.*

236. Meminerat scilicet & Epichatmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua surda & cæca sunt.] *Alludit ad id Auctor quod. Lactio teste,* Epicharmus *Siculus* (quem Comicum *vocat ad distinctionem* Epichatmi *Medici Coi) præsagiens, quòd aliquis (nempè Plato) quæ ille metro consignserat, mira verborum venustate, in solutam orationem verteret. Eundè eum Phereos Comœdiam inuenisse tradunt Suidas & Stephanus, adstæ fabulæ 52. aut, vt Lycon ait, 35. quarum aliquot nomina supersunt apud Athenæum; & estantur etiam apud Stobæum quædam eius carmina.*

237. Itaque rursus: illum ergo ait supersapere, &c.] *Nempè Plato. Ex eodem enim* Phædone (*non autem* Phædro) *hæc etiam verba desumpta sunt: Nonne (inquit iuxta vulgatam versionem) igitur purissimè hoc fecerit, quia spacgitatione ad vnum quodque progressus fuerit (pro quo Auctor,* qui mente maxime sapiat) *neque visum adhibeat, neque vllum alium sensum (proinde & hic legi debet:* neque vllum eiusmodi sensum) *tanquam ratiocinatione adrahens; sed ipsa per seipsam sinterà cogitatione* διάνοιαι, Græcè) *vtens, vnamquamque rerum per seipsam sinceram vnam conatur, separatim quantum cum fieri poterit (pro qua sua phrasi Auctor:* si egressus potissimùm) *ab oculis & auribus, & vt ita dicam (pro quo hic:* & quo dicendum sit) *ab vniuerso corpore; quod conturbet, & non sinat animam adipisci veritatem ac sapientiam, si ad communionem admittatur? Porrò de voce Tertullianica:* paratura, *alibi suprà, & infrà frequenter.*

238. Vule enim Plato esse subsistantias quasdam, &c. quas appellar Idæas, &c.] *Eodem pertinet quod infrà capite 32. legitur,* & Platonis Idæas offenderem. *Atqui de Idæis Plato dialogum Parmenidem inscripsit, vbi interim non aliud habere videtur hui pertinens, quàm:* Idæas, *id est (vt recte interpretatur Auctor)* formas exemplares, *rerum, nobis ignotas esse. In Timæo verò addit:* incorporales & æternas *esse, siue ortum & interitum expertes, sed nec visui nec alijs sensibus expositas, id est, vt Auctor* inuisibiles. *Quò pertinet etiam illud ipsius Timæi libro de Anima mundi, vbi* Idæam *dicit esse ingenitam, immobilem, permanentem, & de Dei natura (quam diuinam dicit Auctor) intelligentiæ soli subiectam exemplar eorum quæ generantur. Hinc & Apuleius in Dogmat. Platonis illi adcribunt, quòd dixerit* Idæas omnium, simplices & æternas esse & incorporales. *Ad illud autem, vbi:* supermundiales *vocat auctor, spectat quod habet Apologetici. B. Iustinus Martyr. Plato (inquit) principia vniuersi esse adfirmat Deum, materiam, & Idæam; Deum quidem conditorem omnium; materiam, causam Deo creationis præbentem:* Idæam *porrò, creaturæ cuiusque exemplar. Qui etiam Principem Deum & Idæas in primo supremi cœli, neque immobilis orbe collocat.*

239. Reluctentne iam hæretica semina Gnosticorum & Valentinianorum?] *Simile est illud suprà libro de Præscriptione aduersus hæreticos capite 7.* Inde Æones & formæ nescio quæ apud Valentinum; Platonicus fuerat. *Vbi de Valentinianorum eum Platone consensu latius, ex Quintino Hedio, num. 39. Vide & hic subijcere:* Idæarum hæreticarum sacramenta: hoc enim sunt & αἰσθητὰ, & Genealogiæ illorum. *Atqui de Gnosticis, infrà Scorpiace adu. Gnostic. de* Valentinianis *suprà, lib. adu. eosdem, num. 1.*

240. quam etiam parabolæ decem virginum adtemperant, &c.] *Peculiare his aliquid Valentinianis adtribuit, cuius suprà lib. aduers. eosdem conscripto nulla mentio; neque verò etsam apud B. Irenæum.*

241. & apud Pleroma consituram.] *De* Pleromare *vide suprà libro aduersus Valent. capite 7. numero 70. de* Æonum *verò appellatione, libro de Præscriptione aduersus hæret. capite 7. numero 39. Atqui, neque etsam id quod sequitur:* Itaque & sensum diuidunt, &c. *Suprà inuenitur, nisi quòd obscurè ex reliquis quæ tradantur cap. 23. & 29. libro adu. Valent. colligi possit; vbi tum de spiritali semine agit, tum de animali hominc.*

242. Ob hæc ergo præstruximus, neque Animum aliud quid esse, &c.] *Alludit ad cap. 12. suprà, sicuti etiam illum verbis:* neque spiritum extraneum quid, &c. *ad cap. 10.*

243. quia alibi fuetit animus, &c.] *Hucpertinet ex parte illud B. Gregorij Nyss. lib. 4. Philos. cap. 3. Vel quum mens aliqs intendit, vel dum proposuit quis amicum conuenire, & iam allocutus præterit eum; eo quòd mens aliqs distrahatur; neque hic est error visus, sed intellectus.*

244. Cetèrùm Animæ principaliter casus est.] *Verba hæc eorum sententiæ adferre videtur, quibus Anima Animum distinguebat, sicuti etiam illa:* quòd Anima digressa, &c. *Verum etiam illud argumentum suæ opinioni accommodat sequentibus verbis:* Quum verò sequitur, &c.

245. Sed de Deo, svo qvoqve campo experiemvr cvm hæreticis &c.] *Videtur indicare libros suos aduers. Marcionem se meditabatur, qui infrà habentur. Nam primus & secundus peculiariter de Deo disserunt. Vide infrà cap. 21. num. 379.*

246. Inuisibilia enim eius â conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur.] *Recte & apertè transtulit:* à conditione mundi, *quod Græcè est:* ἀπὸ κτίσεως κόσμου. *stem.* factitamentis, *vnica vox Latina etiam vocem Græcam:* ποίημα. σι.

247. & Plato hæreticis: Facies occultorum ea quæ apparent.] *Adferre simile Platonis locus, quos relunque inquirendes eurioso Lectori, vt ad alia pergamus estius.*

Cap. xix.

248. Sed nec illi quidem præterendi, &c.] *Hic veterem titulum retinendum duximus;* Intellectum semper Animæ inesse. *Nam eorum argumentum refutat, qui* Infantiam solam Auima putabant contineri qua viuat, non qua sapiat; *idipsum Metaphrastes etiam in arboribus probans, quod esset non proprie, sentiunt tamen quandam etiam ex infantia sua adumbratam habentat.*

249. Denique arbotes viuere, nec tamen sapere, secundum Aristotelem.] *Habet id* Aristoteles *lib. 2. de Anima, capite 2. Nulla (inquit) prorsus in plantis alia præter eam, qua viuit anima potentia; & cap 3. Et plantæ quidem nutrientium est dumtaxat; deinque ibidem sub finem: At à sensitiuo vegetatiuum in plantis seiungitur.*

250. & si quis alius substantiam animalem in vniuersa communicat.] Substantialem animalem *pro potentia animalis sen vegetatiua accipit. Nam ea (vti Aristoteles ibidem capite 4. quem sequuntur in hoc etiam alij Philosophi) maxime communis anima vires & potentiæ, qua cunctæ viuentia viuunt.*

251. sed vt Dei status.] *De hoc supra cap. 11. Atqui quod hic dicit:* cum omni instructu suo, *mox bis:* omnem paratum *vocat; & paulopost (vti etiam adnotauit Latin.)* simul *accipit, pro* simulac; *de qua phrasi infra & supra alicubi.*

252. Aut vnde mox illis & frutices inoculantur, &c.] *Pulcherrima* fruticum *iam germinare incipientium descriptio.*

253. Video enim & vitem adhuc teneram, &c.] *Similia etiam* vitis adhuc teneræ & impuberis *adnotatu dignissima, consideranda.*

254. sine corno.] *Gagnæi additio habebat:* orno, *pro quo puto substitutum fuisse* corno *à Gelenio, ex codice Britannico; verum Typographorum incuria subrepsisse:* cerno: *quod quum plane absurdum sit, iterum reposui* corno, *nisi quis malit etiam* orno *retinere. Nam inter arbores, quas vitis amat (vti verbis Auctoris vtar) vtramque recensers à Plinio existimo libro 17. nat. hist. capite 23. vbi postquam vlmum & populum nigram tam quam amicas recensuisset, in hac verba subiungit: Transpadana Italia, præter supradicta,* corno, *populo, tilia, acere,* orno *(neque enim repetenda* cornus) carpino, *quercu, arbustis agros.*

255. & quidem viriosius amplexabitur, &c.] *Vsitatam esse Auctoris vocem* viriosa, *pro viribus efficacia siue potentia, suprà adnotauimus libro adu. Valent. cap. 19. numero 210. & Tomo 1. libro de Pallio capite 4. numero 77. De phrasi etiam illa ad* superna conari, *ibidem Valent. cap. 9. numero 100. & Apologet capite 40. numero 534. Lege verò cum Dn. Latinio* tramos aliorsum destinatos, *pro:* destinatum; *item:* timentis etiam ruinam, *pro:* timens, *quia præcedit* fruticis.

256. cuius anima velut furculus quidam ex matrice Adam, &c.] *Simuliter cap. sequente.* illius scilicet quam Deus in Adam contulit, & matricem omnium fecit. *Verum vtrumque ad paradoxum, de redundantia Animarum ex vna, pertines; de qua Latinis infrà capite 23. & in Prolegomenis. Placet autem magis lectio vulgata:* pullulabit, *quàm Gagnæi* pullulauit.

257. Mètior, si non statim infans, &c.] *Paulo aliter B. Nyss. lib. 2. Philosoph. de Anima, cap. 8. Ceterum (inquit) quamuis infantibus in primis vsu rationis nondum adesse, quia Anima tamen rationalem habere eos dicamus, quoniam adulti ratione vtuntur, illum demonstrant. Tertull. verò hic etiam motus quosdam rationales ab ipsa prima infantia in eis agnosci vult. Atqui de voce:* dedicans, *vide supra Tom. 2. lib. de Pœnitent. cap. 2. num. 8.*

258. Non enim exinde & matrem spiritu probat, &c.] *Sic iterum legimus ex Gagnæo, pro eo quod legebatur dumtaxat:* Exinde & matrem; *vbi* Non, *more Tertullianico, pro:* Nonne, *accipitur.*

259. At enim Christus, ex ore lactentium & paruulorum expediendo laudem, &c.] *Allusit ad illud Matth. 21. Numquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? quod ex Psalmo 8. de sumpsit Christus; significat enim vox Græca κατηρτισω, solum perficere, sed etiam expedire. Item illud:* quarum altera cum suffragio occurrens, *percunctando pueros clamantes, Hosanna filio Dauid; sicut illud:* altera pro ipso trucidata, *ad Synnecnetes pro Christo occisos, sicuti legitur Matth. 2.*

Cap. xx.

260. Et hic itaque concludimus, &c.] *Titulum antiquum huius capitis sic locupletemus:* De ceteris naturalibus Animæ, quòd etiam semper adsint.

261. Sicut & Seneca (sæpè noster: Insita sunt, &c.] Sæpè nostrum Senecam appellat *Auctor, quòd in multis cum Christianis consentiat. Quò pertinet illud Apolog. cap. 12.* Iidem eſtis qui Senecam aliquem pluribus & maioribus deuestra superstitione perorantem reprehendistis; *vbi vide Adnotat. nostras num. 183. Certè etiam verba hic citata magister Deus ab illo agnoscitur. Ponit adeò eundem. Beatus Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, eo quòd legantur (inquit) à multis Epistolæ Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum; ses putus credendum, quàm Ludou. Viues, qui eas ab illo scriptas negat. Atqui mox legimus:* Portò vt frugum semina, &c. *pro:* Porrò &; *quia posteà sequitur:* Ita & Animam licebit; *quod sicut alibi non semel, pro:* liquebit *accipitur;* semine vniformem, &c.

262. Thebis hebetes & brutos nasci telatum est.] Thebas *Bœotiæ intellige. Vsque adeò autem id verum est, vt ex pinguine ingenij quidam Bœotos dictos putent, & in Prouerbium abierint, Sus Bœotica, Auris Bœotica, & quod propius huc accedit, Bœoticum ingenium; de quibus lacè Erasmus in Chiliadibus; qui etiam inde derisuatum putat, quòd hebetes & brutos homines, Germanica & Britannica lingua,* Bot, *id est Bœotos appellemus.*

263. Athenis sapiendi dicendique acutiſſ. &c.] *Hæc pertinet illud Ciceronis in Orat. pro Flacco:* Adsunt Athenienses, *vnde humanitas, doctrina, religio fruges, iura, leges orta, atque in omnes terras distributa putantur. Item quòd à Platone in Protagora:* Athenæ prytaneum sapientiæ appellentur. *Denique quòd idem Dial. 1. de Legibus, votet ciuitatem eloquentiæ, & multis sermonis studiosam. Est autem peculiare Auctoris quod addit:* penes Colytum pueros mense citiùs clòqui.

264. Siquidem & Plato in Timæo Minetuam, &c.] *Videtur aliud exemplar habuisse Auctor* Platonis, *quum vertit:* nihil aliud Minetuam quàm regionis naturam prospexisse, talia ingenia pollicitam; *nam hodie longè aliud habet Latinus Placonis Interpres, Dea (inquit) vobis habitationem designauit delecto loco in quo genitis estis, temporum anni temperiem in eo conspicata, quòd sapientissimos viros produ cturus esset. Aut saltem Græcæ voces* τὴν ὠφελιμωτάτην τοῦ ὁρᾶν τε καὶ τοῦ κατανοεῖν, *aliter vertit, aſsi diceret: naturam id est habitudinem bonam regionis prospectans; nec malè. Ὄρος enim Regionis finesque limites significant magis propriè, quàm anni tempora.*

265. Vnde & ipse in Legibus, Megillo & Clinia præcipit, &c.] *Sunt 6. Dialogorum Platonis de* Legibus *interlocutores:* Megillus *Lacedæmonius,* Clinias *Cretensis, & Athenienses hospes; nihil tamen euiscemis de hac tenus in illo reperire potui. Quærat curiosus Lector, sicut etiam de sententia* Empedoclis, *ne sim prolixior, & loco apud* Comicos, qui timidos Phrygas illudunt.

266. Sallustius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulsat.] *Subjicitur istud sumptum ex historiarum libris* Sallustij; *nam in libris hactenus adeis non reperitur. Atqui illud,* Cretenses mendaces, *reperitur apud Apostolum, ad Titum 1. cap.*

267. ET NOS SECVNDVM FIDEM DISSERENDA SVO IAM NOVIMVS TITVLO.] *Adludit haud dubiè ad librum de Fato, cuius fragmentum habetur infra Tom. 4.* Atqui de Arbitrij libertate, *paulopost latiùs cap. sequenti*

Cap. xxi.

268. Quòd si vniformis natura Animæ, &c.] *Titulum huic capiti, à præcedenti separato, damus:* Quòd etsi vniformis, conuertibilis tamen sit Animæ natura, id est liberi Arbitrij.

269. vt adhuc Trinitas Valentiniana cædatur.] *Adludit haud dubiè ad Trinitatem hominis, quam suprà libro præced. Valentinianis adscripsit, cap. 26. de qua ibi latiùs num. 281. Quum enim dicat,* vt adhuc cædatur, *videtur omninò indicare, quòd etiam tam prius ab eo cæsa fuerit, id est impugnata* Trinitas Valentini; *atque adeo vel hunc colligitur scriptum ante hunc, distinctum librum aduers. Valentinianos.*

270. si quia prophetault magnum illud Sacramentum, &c.] *Etiam iste locus facit ad adsertionem, quod matrimonium sit Sacramentum, edudens ad illud Apost. Ephes. 5. sicut et et supra c. 11. & alibi frequenter; quem admodum latè adnotauimus suprà ad l. de Præscript. hæret. c. 40. n. 248. & libro adu. Valent. cap. 30. num. 30. num 328. & infrà rursus capite vlt. lib. 5. aduers. Marcion.*

271. quum] in illum Deus amentiam immisit, &c.] *De hac latius Tom. sequent. inter fragmenta lib.* Exstasi.

272. quia & materiæ fidem iam exclusimus.] *Manifestè hic adludit rursus ad librum adu. Hermogenem, cap.* 13. *Atque adeò confat librum hoc priorem.*

273. Iidem enim conuertibilem negant naturam, vt Trinitatem suam in singulis proprietatibus figant.] *Istud quam libris aduersus Valent. cap.* 29. *adscripserit ex Author, dicens:* naturificatrix (*nempè anima*) iam spiritalis conditionis, germinatrix, certam obtinebunt salutem, immò omnimodò debitam; *hic præterea argumentũ adijcit, quo vtebantur ex Scriptura, Matth.* 7. de arbore bona & mala; *quod ipsum alijs scripturis eludit, & egregiè confutat.*

274. & nemo de spinis metat ficus, & de tribulis vuas.] *Haudubiè istud citat ex Luc. cap.* 9. *nam ibi legitur:* neque de spinis colligunt ficus, *neque de rubo vuam; pro eo quod Matthæus Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Quum autem vtrobique Græcè legatur* συλλέγουσιν, *quod rectè vertit Interpres vulgatus, colligunt; mirum est quòd* metat *legatur ab Auctore.*

275. Et erruit Apostolus scribens: Eratis & vos aliquando, &c.] *Haud absimiliter B. Augustinus. vnam scripturam ex altera interpretatus, lib. contra Adamant. capite* 26. Fuistis enim aliquando tenebræ (*inquit Apostolus*) *nunc autem lux in Domino tanquam fi diceret: Fuistis aliquando arbores malæ, & idcò non poteratis tunc nisi fructus malos facere; nunc autem lux in Domino, id est, etiam facti estis arbores bonæ.*

276. Sed numquam discordabunt sententiæ sanctæ.] *Elegãs locus & Regula interpretãdi scripturas sacras per se mirabilis.*

277. Non dabit enim arbor mala bonos fructus, &c.] *Similiter fere respondet B. Hieronym. Iouiniano, lib.* 2. *adu. eundem, qui eadem hac scriptura nitebatur probare, quicumque baptizati essent, tentari, & peccare non posse; at que adeò sicut hic loquitur Author) negat* conuertibilem naturam *in homine baptizato.* Arbor (*inquit*) mala fructus bonos non facit, nec mala bonos. *Si hoc ita est, respondè mihi, quomodo Paulus, quum esset arbor mala, persequens Ecclesiam Dei, postea fecit fructus bonos? & Judas, quum esset arbor bona, signa faciens cum Apostolis, postea versus in proditorem fecerit fructus malos? Quæ ipsa & multo plura in eandem rem exempla adfert idem B. Hieronym. Comment. in Matth. concludens: Tamdiu ergo bona arbor, fructũ non facit malos, quamdiu in bonitatis studio perseuerat: & mala arbor tamdiu manet in fructibus peccatorum, quamdiu ad pœnitentiam non conuertitur. Quem locum hic adduximus, quòd etiam hodie quidam eandem hæresin velut ex ore resuscitate nein vereantur.*

278. Et geminina viperatum fructum pœnitentiæ facient.] *Sic etiam paulopriùs:* nec geminina viperatum (*peterunt*) facere pœnitentiæ fructum; *& suprà lib. aduers. Hermogen. c.* 12. *n* 47 (*quò adludit verbis mox sequentibus,* iam scitè dimus & Hermogeni) *similiter:* Ergo de lapidibus filij Abrahæ non suscitabuntur, & geminina viperarum non facient pœnitẽtiæ fructum, si de malo in bonum natura demutari non potest. *Vertens etiam apud Matth.* geminina, *eo quòd eadem vox Græca* γεννήματα *tam apud illum quàm apud Lucam inueniatur. Hoc interim mirum quòd non legat:* dignos fructus, *quum tamen Græcè vtrobique legatur:* ἀξίους καρπούς.

279. habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, &c.] *Quemadò* libera arbitrij potestas subiaceat diuinæ gratiæ, *infrà latiùs lib.* 2. *adu. Marc. vbi ex professo de Libero arbitrio disputat; quo haud dubiè respicit, quòd dicit:* Inesse autem nobis τὸ αὐτεξούσιον naturaliter, iam & Marcioni ostedimus. *Et si enim posterius prodierint libri aduersus Marcionem, eodem certè tempore saltem primis & secundum librum scripsisse videtur, quo hunc librum; sicuti suprà etiam admonuimus cap.* 18. *num.* 243. *Atque* αὐτεξούσιον *etiam Nazianzeno alicubi vsitatum est, quum homo scribitur* τῶ αὐτεξουσίῳ πεπροικῶσθαι, *id est, liberi arbitrij facultate donatus. Sic etiam Epiphan. contra Aerianum.* τὸ αὐτεξούσιον *Deus Adæ dedit, & vnusquisque sibi ipsi fit peccati Auctor; & Macarius, Æ primus homil.* 15. τὸ αὐτεξούσιον *quod primitus homini dedit Deus. Item illud Clementis Alexandrini lib.* 5. *Stromat.* τὸ αὐτεξούσιον *etiam Plato per hæc ostendit: Virtus autem non paret alterum dominis, quàm prout vnusquisque honorauerit vel despexerit, erit eius particeps. Eius qui elegerit culpæ, non potest in Deum caussa conferri. Deus enim numquam est caussa malorum. O Troianis bellicosi (inquit Lyricus) Jupiter regnator superiùm, qua omnia aspicit, non sit mortalibus caussa malorum. Sed omnibus hominibus in medio est propositum, vt adprehendant iustitiam castam. Quæ verba eò hùc adiegauimus, vt sinon ex scripturis, vel ex Ethnicis ipsis conuincatur Calumnia, Deum facienti caussam malorum. Verùm de hoc paulo latiùs Tom. sequ. inter fragmenta libri Tertulliani de Fato.*

280. Quòd quum soli Deo competat, &c.] *Nempè* innatum infectúmque esse; *quo sit vt suprà cap.* 4. Animam natam factámque *adseruerit, quò tacitè adludit hoc loco.*

CAP. XXII.

281. Cetera Animæ naturalia, &c.] *Caput hoc, etiam dimissum à duobus præcedentibus, inscribimus:* De Animæ definitione. *Nam postquàm mentionem fecit denuò eorum quæ tractauit in libro de Anima censu adu. Hermogenem, cuius fragmenta habentur Tomo sequenti, Animam definit verbis sequentibus, quibus adeò etiam paucis insunt quæcunque toto hoc libro tractata sunt, & tractabuntur.*

282. Definimus Animam Dei flatu naram.] *De* Anima nata *habes suprà c.* 4. *quòd ex* Dei flatu, *cap.* 11.

283. immortalem.] *Et hisce de professo non tractet, quod esset tum temporis extra controuersiam, frequens tamen eius hoc libro mentio, nempè c.* 2. 3. 6. 9. 14. *& infrà c.* 24. 38. 45. 51. 53. *& 54. vbi de opinionibus Philosophorum eam aquè certum dixerunt, differentes Aristotele hac de re opiniones vsque ad initium lib. de Resurr. carn.*

284. corporalem.] *De Anima, quòd* corporalis *sit quamquam ad paradoxa eius istud pertineat, tractauit latè suprà cap.* 5. 6. 7. *& 8.*

285. effigiatam.] *Quòd* effigiata *sit, alterum paradoxon tractatum etiam habes suprà c.* 9.

286. substantia simplicem.] *Istud tractatur cap.* 20. *quòd* vniformis *& simplex sit.*

287. de suo patientem.] *Quòd passibilis, atque adeò de* suo patiens *sit Anima, tractatum fuit c.* 12.

288. variè procedentem.] *De varia Animæ partibus siue viribus & efficacia, quibus* variè procedit, *vide suprà* 13. *cap.*

289. liberam arbitrij.] *De hoc cap.* 20. *ac* 21.

290. accidentis obnoxiam.] *Adludit ad id, quòd paulatim proficiat Anima insapientia.*

291. per ingenia mutabilem.] *Hoc tractatur cap.* 20.

292. rationalem, dominatricem.] *Cap.* 16. *de* rationali Anima *tractatum est, qua indagnatiuo & concupiscentiuo dominatur.*

293. diuinatricem. *Huc pertinet, tum quod suprà dixit cap.* 19. *vbi agit de* voce flebili in fantum augure incommodorum, *tum infrà vbi de somnijs tractatur cap.* 45.

294. ex vna redundantem.] *Denique istud tractatur cap.* 23. 24. 25. 26. 27. *sicuti immediatè sequitur:* nunc (*inquit*) vt quomodo ex vna redunder, consideremus, id est, vnde, & quando, & quaratione sumatur.

CAP. XXIII.

295. Quidam de cœlis deuenisse se credunt, &c.] *Titulum hic antiquum retinuimus:* Vnde Anima, aduersus hæreticos qui eam de cœlis deferunt. *Acsit autem etiam contra hanc hæresin (quippè quam & Origenes l.* 1. *Periar. c.* 7 *subtatur) B. Hier. non modo Epist. ad Marcell. & Anapsychiam, quæ extat etiam inter Epist. B. Augustin. n.* 27. *verùm etiam epist. ad Demetriad. tuxt a adit. Rom. n.* 8. *in Epitaphio Paulæ. Epist.* 59. *ad Asiarn, & 61. ad Pammach. Similiter etiam Epiph. Epist. aduers. Ioan. Hierosol. Eodem pertinet quod habet B. Greg. Nissen. lib. de Anima & Resurr. de eis qui nationes quasdam animarum ponunt, in peculiari quadam ciuitate, antequàm ad corpoream vitam veniant, viuentes, cui similia recenset lib. de Hom. cap.* 29. *& quod habet idem Philos. libro* 2. *qui de Anima inscribitur, capite vltimo Gradu verò animarum & Ascensiones*

sunct & defcenſiones, quas Origeniſtæ inducunt, nihil diuinis ſcripturæ conuenientes, neque Chriſtianorum dogmatibus concordantes, reliquum de ſunt.

296. vt Saturninus Menandri Simoniani diſcipulus, &c.] *De hoc euſtem hæreſi late ſupra lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. c. 46. hær. 3 nu. 303.*

297. Sed & Carpocrates.] *De hoc ibidem cap. 48. hær. 9. num. 318. & infra latius cap. 35. Prioris loco de virtute ſublimi deſpectrice mundi potentium principatum, quippe ex qua dicebat prolatas angelos qui mundū condidiſſent, hic addens, quòd Animas ex illa virtute conceperint infra verò de Metempſycho ſi animarum. Atque ad intellectum illius : vt diſcipuli eius animas ſuas, iam & Chriſto nedum Apoſtolis, & peræquent, & quum volunt præferant ; videantur Epiph. hær. 27. aduerſ. Carpocratem, vbi latè id proſequitur.*

298. Appelles ſollicitatas refert Animas, &c.] *Hæc etiam libro iam dicto facta eſt mentio c. 5. hær. 19. n. 324. & infra Tomo ſequinter fragmenta Tertull. aduerſus* Apellem. *Hæc autem propius accedit quod illi attribuit Epiph. hær. 44. quamquam paulò obſcurius: de animabus ex ſuperno progreſſis, & in mundum demiſſis à ſuperno Deo, quò vbi venerunt, deiapſæ ſint ad malum, ſtem quod addit ibidem de animabus, quod non ex voluntate ſuperioris Dei venerint, ſed per tyrannidem raptoris. Hæc etiam reſpicit ipſe Auctor infra lib. de Reſurrect. carnis, cap. 5. quum dicit:* Futile & friuolum iſtud corpuſculum, quod malum denique appellare non horrent, etſi ignei aliquius exſtructio æquè angeli, vt Apelles docet: ſufficeret ad auctoritatem carnis.

299. Examen Valentini ſemen Sophiæ inſulcit Animæ, &c.] *Iuſtius habes latius ſupra lib. adu. Valentin. toto cap. 25.*

300. Platonem omnium hæretieorum condimentarium factum.] *Hoc pertinet quod ſupra lib. de Præſcript. adu. hæret. c. 7. docet Auctor*, otiginem hæreſeon eſſe ex Philoſophia, *vbi de hoc latius, n. 36. & illud lib. adu. Hermog. c. 8. n. 32.* Hæretieorum Patriarchæ Philoſophi. *Peculiariter autem non ſolum Pythagoræ & Platonis, ſed & reliquos Platonicos, hunc errorem deſcribit S. Hieronym. Epiſt. ad Marcell. & Anapſych. ac ad Pammachium ſuperaciatis; immò verò etiam ipſa verba Platonis, quibus id aſſerit, ſubjiciuntur ab Auctore.*

301. Illius eſt enim vt in Phædone, &c.] *Videtur reſpicere ad illa verba Socratis* in Phædone Platonis : *Vetus equidem ſermo quidpiam hoc eſt, cuius nunc mentionem facimus*, quòd hinc abeuntes illuc (*ſic enim lego ex Tertull. pro :* illic, eo quòd *vtrumque vox Græca* ἐκεῖ *ſignificet*) ſint, & rurſus huc redeant. *& rurſum : Fuerunt ergo, ô Simmia, Animæ noſtræ etiam priuſquàm in hominii ſpecie eſſent, abſque corporibus, & ſapientiam habuerunt. Huc autem adluſit Saturninus hæreſ.*

302. Item in Timæo, quod germina, &c.] Germina Dei *vocat Auctor, quos, Dei filios, Plato. Sic enim habet in* Timæo, *: ipſi hic citatis verbis : Mortalium autem productionem filij ſuæ abſoluendam demandauit. Hi verò illum imitantes, acceptoimmortalis animæ principio, poſtea mortale corpus ex circumdederunt, &c. ne prolixiores ſimus. Iſtud autem ad hæreſin Apellis proximè accedit, & ad Carpocratis, quantum ad mundi facturam adtinet.*

303. mortale ei circumlegauerint corpus.] *Verba illa loco mox citato Platonis, de influxu & de fluxu animarum in corporibus cum cœlustinatione, tribus his verbis Metaphoricè expreſſit; tanquam ſi circumgelatæ eſſent illi fluxus ſeu defluxus, ad ſeparationem vſque Animæ & corporis ; maximè quum eodem libro dm poſtea etiam ipſe Plato humores in corporibus grandiores congelari dicat. Neque verò iſtud hic dumtaxat, ſed etiam ſupra, nimium ſua opinioni tribuens de Anima corporea, cap. 9. quum dicit:* Flatum illum Dei (*id eſt Animam*) in interiora transmiſſum, & per vniuerſa ſpatia corporis diffuſum, ſimúlque diuina aſpiratione denſatũ, omni intus lineæ expreſſum eſſe, quam denſatum impleuerat, & velut in forma gelaſſe. Inde igitur & corpulentiam Animæ ex denſatione ſolidatam eſſe.

304. Tum, quòd mundus hic imago ſit alterius.] *Iſtud ita expreſſit vbi ſupra Plato : Hic autem ità ſe habentibus, etiam neceſſe eſt* mundum imaginem alicuius eſſe. *Hinc vero videntur Democritiani ſuas mutuati imagines.*

305. Et: Animam retrò in ſuperioribus, &c.] *Non potuit aliud reperire in Timæo Platonis hunc pertinẽs, quam quod Deus ſummus opifex conſtituto vniuerſo diuiſit animas, æqualicum ſyderibus numero, & ſingulas ſingulis aſſignauit, & velut in vehiculum impoſitis vniuerſi naturam oſtendit ; & leges fatales ipſis expoſuit, quodque eorum prima quidem futura eſſet ordinata vna omnibus, oporteret autem ipſas ſeminatas in ſingula conuenientia ſingulis temporibus inſtrumenta (corpora nempè) producere animalis diuino cultu dedita ſimum. Quo libro quum nuſquam dicat*, Animam hîc quæ tettò norit de exemplaribus recenſere, *magis puto iſtud ad Phædonem referri, cuius etiam paulo prius meminit, vbi vtrumque reperire eſt.*

306. Μαθήσεις ἀναμνήσεις, id eſt, diſcentias reminiſcentias eſſe] *Locus iſte haud dubiè ex Phædone, nõ ex Timæo, Platonis deſumpius eſt. Sic enim ibi legitur: Sed & ſecundum illum ſermonem (inquit Cebes) ſi verum eſt, ô Socrates, quem tu frequenter referre ſoles, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλοτι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα ; id eſt, ſi iad verbi cum Tertulliano vertamus : quod nobis* diſcentia non aliud ſit quàm reminiſcentia (*proquo Interpres Platonis vertit*; quod diſcere nihil aliud ſit nobis quàm recordari) *& ſecundum hunc (inquam) neceſſe eſt nos in priore quodam tempore diciciſſe ea quæ nunc recordamur. Hoc autem fieri non poſſe, ſi non fuiſſet alicubi Anima noſtra, prius quàm in hanc ſpeciem deueniret. Atqui mox & Simmias idipſum ibidem confitetur, & multa rationibus, non modo Cebes, ſed & Socrates ipſe paradoxon hoc cõfirmare nituntur; verũ egregiè confutat Auctor ex proximo.*

307. Venientes enim inde hue Animas obliuiſci, &c.] *Etiam hoc ibidem paulo poſterius aſſerit & probat Socrates ; verum hoc imprimis impugnat diſtes ſequentis capitis Auctor.*

CAP. XXIIII.

308. Primò quidem obliuionis eapacem Animam non eædam, &c.] *Veterem titulum huius capitis retinuimus :* Aduerſus Platonis argumẽtum, quòd diſcentias reminiſcentias vocat. *Quod ipſum Platonis paradoxon, etiam ante Tertull impugnauit Irenæus l. 2. aduerſ. hæret. cap. 29. & B. Gregor. Nyſſenus Philoſoph. lib. 4. cap. 7. ac etiam B. Augustinus libro 7. de Gen. ad lit. cap. 9, 10. 11. ac lib. 10. cap. 4. Item lib. 12. de Trinit. cap. 15. & l. 1. Retract. cap. 4.*

309. quia tantã illi conceſſit diuinitat ẽ vt Deo adæquetur &c.] *Pulchrè ex ipſo Phædone confutationẽ aſſpicatur, vt poſt quàs ibi legetur ipſe penè verbis quibus hic Auctor vtitur: Aut nõ videtur ibi (inquit) diuinũ quidẽ tale natura eſſe, vt imperet & principatũ gerat; mortale vero, vt ſeruiat & ſubiectũ ſit? Mihi ſanè. Vtrigitur Anima ſimilis eſt? Nimirum, ô Socrates, Anima diuino, corpus mortali. Conſidera (inquit) itaque, ô Cebes, an ex omnibus relatis hæc nobis efficiantur. Diuino quidem, & immortali, καὶ φρονητικῷ (pro quo* intellectualem *vertit Auctor*) & vniformi, καὶ ἀδιαλύτῳ (*quod alibi ad verbum* indiſſolubilem, *hic vero:* incorruptibilem *transtulit*) *& ſemper ſimiliter & ſecundum eadem ſe habenti: ὁμοιοτάτου, id eſt, ita ſimilem vt adæquetur, eſſe Animam. Et paulo poſt: ἡ δὲ ψυχὴ ἀΐδες τε ἀειδές, id eſt, Anima vero quæ inuiſibilis eſt. Atqui quibus locis* innatam *dicat vide ſupra num. 54. vbi* incorporalem, *num. 110. vbi* ineffigiabilem *n. 110 vbi* prineipalem, *n. 191. vbi denique* rationalem, *num. 209. 208.*

310. quòd natam eam agnoſcimus, &c.] *De hoc habes ſupra cap. 4.*

311. SATIS DE ISTO CVM HERMOGENE] *Iterum adludit ad librũ De* Cenſu Animæ aduerſus Hermogenem, *cuius fragmenta habes Tomo ſequenti.*

312. memoriã feilieet, quam & ipſe Plato ſenſuum & intellectuum ſalutem.] *Iterum ex Platonis Phileb in Protagoras argumentatur, quod non modo obliuionem, ſmurium, ſed potius* ἔρρωσιν Memoriæ *dicat, verium etiam dicere αὐθήσεως σωτηρίας, pro quo plurals numero vertit* Auctor ſalutem ſenſuum & intellectuum, *eo quod Græca vox & ſenſum, & intellectum ſignificet.*

313. & Cicero thesaurum omnium studiorum prædicauit.] *Alludit opinor ad lib.1. de Oratore* Ciceronis, *vbi* thesaurum rerum omnium memoriam vocat. *Citatus autem fuit etiam supra* Cicero *in Tusculano ab Auctore Tom.1. cap. vlt. Apolog. & de* Ciceronianis mensis *infra loquitur, cap.33. & supra lib. de Pal. cap.5. num.101. vbi* M. Tullium *vocat.*

314. Natura compotem Animam facis Idæarum illarum, an non?] *Respondet ex Platone sententia*: Immò natura, inquis. *Et rectè; nam cap. præced. ciuitas fuit loens eiusdem, vbi dixit*: Animam retrò in superioribus cum Deo egisse in in commercio Idæarum. *Porrò de Idæis vide supra cap.18. num.238.*

315. quia vt præmisimus, & pro locis, &c.] *Supra nempè cap.19.*

316. cum toto suggestu iubarum, delicium fiet Berenices alicuius reginæ.] *Non semel adnotauimus* lugestum *pro ornatu accipi ab Auctore. Atqui quòd* alicuius Berenices Reginæ *manifestissime eruditus* Leo delicium *fuerit, tradit Ælianus lib.5. de Animal. cap.39. Addit autem* alicuius, *cum pro morelocundes fuo, tum quod plures eius nominis fuerint. Præterquàm enim quòd, Plinio teste lc.7. cap.40. fama celebertima fuerit* Berenice, *& filia, & soror, & mater Olympionicarum; celebrantur etiam* Berenice *mater Philadelphi, & eiusdem filia; item apud Iosephum* Berenice *Herodis filia, & altera Salomes sororis eiusdem filia, Fortasse autem eodem pertinet, quòd ait Plinius lib. 8. cap.16. mulierum alleguij; mulceri solere leones.*

317. & si languenti theriacam composuerit, simiam Leo requiret.] *Alludit ad illud Plinij loco citato*: *Egritudinem fastidij tantum sentit, in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum lasciuia* simiatum.

318. gallum tamen formidabit.] *Etiam hoc ex Plinio ibidem*: *Aeque hoc (inquit) tale, ita quæ fauum animalia, retarum orbes circumdati, turris que inanes, & gallinaceorum cristæ, cautissimi; etiam magis, terrent.*

319. memor semper manducandi, &c. & oculis videndum, &c. *Variat casus in Genitiuus*; nam memor, *& memini non modò vt communiter, cum Genitiuo, sed & cum Accusatiuo construuntur. Atqui de eo quòd* sensus Philosophia depreciat, *vide supra cap.13.*

320 Ex multitudine, ait, temporis.] *Alludit ad verba illa Platonis in Phædone*: *Nonne recordatis est, maximè vbi alicui acciderit circa illa, quorum per tempus, & eo quod diu non conspexit? pro quo transtulit Auctor*: ex multitudine temporis. *Verùm etiam istud pulchrè auctor refutat, ex eo quòd innatam Platoni Animam dixerit, & proinde æternam, sine temporis initio.*

321. Sed rursus Plato causſam demutat in corpus, &c.] *Etsi non omninò dissertis verbis istud in Phædone Platonis reperiatur, sat is tamen id indicat, ex eo quòd dicit corpus impedire Animam quo minus sapiamus, tum inde, quòd, non ex quo nati sumus, sed diu postea, recordari, & proinde ferre, incipiamus.*

322. Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinationem Animæ probauerunt.] *Inter alios venit hic adnotandus locus ille Platonis in Phædro*: *Etiam Anima vaticinandi quandam vim habet. Eodem pertinent quæ infrà dicuntur cap.45. de Somnijs.*

323. QVÆ PROPOSVIMVS IAM HERMOGENI.] *Rursus adludit ad librum de Censu Animæ aduersus* Hermogenem, *cuius fragmenta de diuinatrice Anima habes Tom. sequenti.*

324. Plato fcilicet solus, &c. Idæarum & oblitus & recordatus est.] *Iocus est in Platone, qui primus* Idæarum *somnia in lucem emisit, scripto eius Dialogo, quem Parmenideum inscripsit, & frequentissima alibi earum mentione inculta, quemadmodum etiam supra adnotauimus capite 18. numero 238.*

CAP. XXV.

325. Iam nunc regrediar ad causſam huius excessus, &c.] *Veterem titulum huius capitis sic locupletauimus*: De conceptu Animæ, aduersus eos, qui post partum corpori eam inducunt, ex respiratione infantis aut frigido aëre circumfuso. *Atqui Animam corpore non esse posteriorem multis argumentis probat etiam S. Nyssl. lib. de Creat. homin. cap.29. & seq. ac lib. de Anim. & Resurrect. Id enim hic proprie tractatur, illud verò paradoxon quod hic tractandum etiam proponit*: quomodo omnes Animæ ex vna tedundent *tractatur infra cap.27.*

326. sed & effusio iam partu, nondum viuo infanti, extrinsecus imprimi, &c.] *Eandem hanc opinionem impugnat alicubi Plutarchus; & Pulcherrimè Lactant. lib. de Opific. Dei, cap.* 17. *Varro* (inquit) *ita definit*: *Anima est aër conceptus ore, defectus factus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpus. Hæ apertissimè falsa sunt. Anima non est aër ore conceptus, quia multo prius gignitur Anima, quàm concipiat aër ore positi. Non enim post partum instituitur in corpus, vt quibusdam Philosophis placet: sed post conceptum protinus cum fœtu in vtero necessariæ diuinæ formatur; quia adeò vnit in visceribus genitricis, vt & incremento augeatur, & crebris pulsibus gestiat emicare. Denique abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extinctum.*

327. Hoc Stoici cum Æneſidemo.] *Nempè (sicuti etiam infrà Auctor repetit c. seqq.) quòd de ætijs rigore vim animalem anima rapiat. De Æneſidemo vero vide supra c. 9. n. 117.* Stoicorum *autem hanc opinionem vide apud Plutarc. lib. 5. de Plac. Philosop. cap.15.*

328. & ipse interdum Plato, quum dicit perinde animam extraneam, &c.] *Sic omninò legimus, pro eo quod incongruè legebatur*: anima. *Atqui Platonis locum, ad quem adludit (hallenius à me non inuentum) interpretatur Carpentarius in Alcinoi capite 17. Institut. Platon. non de animatione sed de peripatetonejdaque ex Plotino, cap.19. ac 33. lib.1. de dubijs Animæ, & Marsil. Ficin. Theol. Platon. lib.18. cap.3. Repetitur tamen idipsum ab Auctore ea. seqq. qui dicit*: Etsi ipse Animam de prima spiratione portabat Platonico more.

329. Ne ex Medicis quidem defuit Hicesius, &c.] *Apertius huius sententiam infrà hic ipse c. sic explicat*: Hicesius iam natis Animam superduenes, ex aëris frigidi pulsu. *Atqui vocatur* Hicesius *non parua auctoritate* Medicus *à Plinio l.27. cap.4. & ab eodem citatur libro 20. & septem sequentibus Catalogo Auctorum, & incontextu lib.14. cap.19. ac lib.22. cap.16. Denique etiam ab Athenæo non procul ab initio lib.7.*

330. At quanto roboratior exitus, à fœminis reuinci, &c.] *Sic iterum lege cum Gagnæo, pro eo quod Gelenius substituit*: Aut. *Eleganter autem confusas horum sententiam per experimenta ipsa faminarum, in quibus ita viuacitas sentitur infantis, vt palpitent ilia, micent, id est quodam modo ludant latera; tota ventris ambitio pulsetur. Legimus autem etiam omisso, & cum Gagnæo*: an & audiat iam in vobis.

331. Atquin & ipso adhuc vtero infans trucidarur necessaria crudelitate, &c.] *Hic tanquam Medicus adfert arma* Medicorum peremptoria viuentis in fantis, quibus infans (*inquit*) trucidatur necessaria crudelitate, ne matricida sit iamiam moriturus. *Quæ interim verba ita sunt intelligenda, vt ex Medicorum illorum vetorum Ethnicorum loquatur sententia, non sua. Si enim iuxta Archidiac. & alios Summarum Auctores non liceat pragnantibus potionem dare, vt abortiant ad præseruandum eas à morte; certè multo minus infantem in vtero per instrumenta illa, quorum hic fit mentio, licebit trucidare; maximè verò, quòd mors Animæ, nempè partui sine baptismo morienti, multo magis sit vitanda, quam mors corporis matris prægnantis.*

332. cum hebete vnco quo totum pecus adtrahitur, &c.] *Nouè hic vsurpat* pecus, *pro fœtu in vtero mortuo, seu caduere infantis, pro eo quo quidem Gagnæus legebat*: facinus. *Sed non placet; eo quòd infrà libro de Resurrectione carnis capite 34. dicat*: quod pecus totum est, *loquens de homine compositoex anima, & carne.*

333. Est etiam æneum spiculum, &c.] *De huius vsu & ministerio vide Corn. Celsum, libro 7. capite 2. Vnum est medicinalis ad educendos fœtus, mortuos præsertim. Quibus dam videtur esse instrumentum, ὄνυξ sive πτέρυξ dictum ab Hippocra tele lib*

Libro de superfat. & lib. περὶ γονιμείων: quod Galenus ἐμπροσθάδην exponit.

314. quia & ipsum vocabulum Animæ penes Græcos, &c.] *Adludit ad Platonem in Cratyle, quem sequitur etiam Origenes in libris Periarchon: Arbitror (inquit Plato) illos qui sic ψυχὴν vocarunt, hoc potissimum cognitasse, quod hæc, quoties adest corpori, causa est illi viuendi, respirandi, & refrigerandi, τῷ ἀναψύχειν vim exh bens & quam primum defierit, quod refrigerari, assoluit corpus & interit. Certè etiam ψυχὴ à refrigerare significat. Impugnat autem etiam infra Auctor capite 27.* Et si *(inquit)* frigidum nomen est Anima Græcorum; quare & corpus exempta ea friget?

335. quia Animam aliud quid, &c. cognominauerunt?] *Confirmat hic eorum sententiam Auctor, qui Animam, non ἀπὸ τοῦ ἀείμεν, id est vento (nam concordare cum parum præcedenti etymologia vocis Græcæ) sed Latina colonia factum, vti ipse Cicero in Tusculi. fatu indicat. Quare reijcit, post Lactant. loco supra citato num. 326. eam definit ionem impugnans Isidor. Etymol. lib. 11. capite 1. subungit: Sed* Anima *dicta propterea quòd viuit; quo pertinet etiam illud Nonij Marcelli:* Anima qua viuimus; *vt nempe ab animando dicatur.*

336. Quantæ verò nationes sub feruentissimo axe, &c.] *Intelligit* nationes *quas subijcina media vinerecen sentur, quam iuxta Pompon. Melam libro 1. capite 1. æstus infestat, cuius situs ob ardorem inuredentis plagæ incognitus.*

337. extra Germanias, & Scythas & Alpes, & Argæos, &c.] *De* Germanijs & Scythis & Sarmatis *vide supra Adnotat. nostras Tom. 1. lib. aduersus Jud. capite 7. num. 44.* Alpes *omnibus notæ sunt.* Argæos *vero quos nuncupet, hactenus reperire non licuit, neque apud Plinium, neque apud Ptolomæum, Melam, aut Solinum; quare suspicor mendum esse, aut antiquitus ita vocatos, quos Ptolomæus* Sarmaticos *montes vocat, Geograph. libro 2. capite 11. Tabul. 4. Europæ, qui supra caput Danubij sunt, idem etiam cum Alpibus nomen habentes.*

338. qui excèto matris vtero viui aërem hauerunt, Liberi aliqui, & Scipiones.] *De his ita Plinius quem imitari solet, libro 7. capite 9. Auspicatius enella parente gignuntur. Sunt Scipio Africanum prior natus, primusque Cæsar à cæso matris vtero dictus. Qua de causa & Cæsones appellati. Addens autem* Liberi aliqui, *adludit ad fabulam, cuius meminit etiam Plinius libro 6. capite 21. qua creditur ex Iouis semine natus, atque adeò exsectum* Liber.

339. Quòd si qui, vt Plato, perinde non putat duas Animas in vnum conuenire, &c.] *Supra capite 6. Chrysippo adscribit, non* Platoni, *quòd duo in vnum corpora negatit, vbi vide numero 90. In* Platone *autem, quòd duæ animæ in vnum conuenire non possint, hactenus reperire nequiui, relinquens id curioso Lectori inquirendum.*

340. dæmonis fcilicet, nec vitius, vt in Socrate.] *De hoc vide supra cap. 1. num. 12.*

341. vetùm & septenarij spiritus, vt in Magdalena, &c.] *Adludit ad illud Marci 16. Mariæ* Magdalenæ, *de qua cæterus septem dæmonia. Item id quod habetur Marc. 5. de dæmone* Geraseno *respondente: Legio mihi nomen est. Siue autem lego:* conferetur, *tum Gagnæo, siue:* conseretur; *perinde mihi videtur.*

342. At idem in sexto Legum, &c.] *Platonem iterum intelligit. Videtur autem ad illum locum sexti Legum libri cuiusdem addudere, vbi dixit: Per hoc maximè tempus, quo quis generat, verri oportet, & non facere vltrò quæ morbosa sunt, neque ea quæ cum contumelia aut iniuria comunitia sunt. Nam in* Animas *& corpora eorum qui generantur, imprimi ac effarmari necesse est, & penitus deteriora gignere.*

343. secundum Cleanthis testimonium.] *Vide de hoc etiam supra capite 5. numero 75. Æquè supparate verbum Auctori vsitatissimum, quo etiam vtitur infra cap. 30.*

344. Cur autem & veteres Astrologi genituram hominis, &c.] *Supra etiam aliquid de Astrologis dictum est Tom. 2. lib. de Idol. cap. 9. n. 45. & infra latius de genituarum digestione, lib. 2. adn. Marc.*

Cap. xxvi.

345. Sed omnis inæqualitas sententiæ humanæ, &c.] *Caput hoc, maioris elucidationis gratia separatum, eiusdem est argumenti tum præcedenti, nisi quod ex scripturis sacris suam probet Auctor sententiam. Atqui de Proverbiis formula:* in nostras iam lineas gradum colligam, *vide nostra Prolegomena. Malo autem legere cum Gagnæo:* De tuo frater (*id est Christiane*) fundamento, fidem ædificem, *quàm cum Gelenio:* ædificia, *ea quod præcedit:* probem.

346. Ecce viscera Rebeccæ, &c.] *Latè prosequitur historiam Gen. 20. de* Rebecca *& duobus eius filijs, tum in vtero, tum in partu, qui nisi iam animati non potuissent pugnas illas intentare.*

347. Aspice etiam singulares conceptus, &c.] *Similiter etiam hic conceptus* Ioannis Baptistæ *& Christi, ac mutuam agnitionem infantium adhuc in vtero, de quibus Luc. 2. pulchrè verò:* Exultat *(inquit)* Elizababerth, Ioânes intus impulerat; glorificat Dominum Maria, Christus intus instruxerat.

348. Sic & ad Hieremiam, &c.] *Ad eiusdem rei comprobationem, etiam* Hieremiæ Prophetæ *ex capite 1. testimonium adfert, idipsum confirens cum sapissimè citato loco Gen. 1.*

Cap. xxvii.

349. Quomodo igitur animal conceptum, &c.] *Inscriptionem hucc apiti, etiam à præcedentibus duobus distinctis, dimus:* Animam simul cum corpore concipi, confici, & perfici. *Quod ipsum repetitum ab Auctore tum supra, tum infra cap. 36. quum ad paradoxa Tertullianus pertinear, longiorem ea de re tractatum ad Prolegomena differimus, hic adduxisse contentus illum Gennadij seu alterius cuiusplam definitionem Ecclesiasticam: Animas hominum non cum corporibus seminari, sicut Luciferiani, Cyrillus, & aliqui Latinorum (inter quos hauddubie Tertullianus) præsumentes affirmant: sed formato iam corpore Animam creari & infundi a Deo. Verum hoc de Animis rationalis intelligendum: nam quòd Anima vegetatiua in Animalibus omnibus simul cum corpore feminetur, nemo dubitat.*

350. Si mors non aliud determinatur, quàm diuisiuctio corporis Animæque, &c.] *Latius hoc infrà deducit capite 42. Sed inde non colligitur, simul cum corpore Animam seminatam; sed sufficit quòd Deo Animas creante, fiat eodem momento vita hominis per coniunctionem corporis & Animæ. Est enim falsissimum quod addit Auctor:* Portò vitam à conceptu agnoscimus, *quæ secundum Physicorum Medicorúmque sententiam, non nisi 40. die animatur masculus, fœmina vero die 80.*

351. Tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum &c.] *Addimus iterum:* Tunc, *ex Gagnæo, quia Tertullianismus est, siue etiam voces* primatus *& secundatus. Atqui confutatur hoc argumentum per sua absurditatem, à B. Augustin. Epist. 237. ad Optatu, de Origine Animæ: Nam (inquit) & illi qui animas ex illa una propagari asserunt, quàm Deus primo homini dedit, atque ita ex parentibus eas trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur profectò ea non spirarum, sed corpora esse contendunt, & corpulentis seminibus exoriri. Quo pernicioso quid dici potest? Quare etiam ipse Aristoteles libro 2. de gen. animal. capite 3. proposita sibi quæstione, an omnis Anima producatur à virtute seminis: respondit omnem produri, præter intellectiuam.*

352. Concubitum libido, non conditio fœdauit, &c.] *Pulcherrimus locus (sed qui nihil faciat ad confirmandum Tertulliani paradoxon) de matrimonij statu benedicto apud Deum, aduersus Marcionem, de quo latius infrà sub finem lib. 1. aduers. Marcionem.*

353 In hocitaque sollemni senum officio, &c.] *Illud dissertus impugnat Lactant. l. de Opific. Dei, c. 19. Illud quoque (inquit) venire in quæstionem potest, Vtrùmne Anima ex patre, an potius ex matre, an verò ex vtroque generetur. Sed ego id à meo iure ab ancipiti vendico. Nihil enim ex his tribus verum est, quia neque ex vtroque, neque ex alterutro seruntur Animæ corporibus. Corpus enim ex corporibus nasci potest, quoniam consertur. aliquid ex viroq; de Animis Anima non potest, quia ex re tenui & intu-*

prehensibili nihil poteſt decedere. Itaque ſerendarum Animarum ratio vna ac ſola Deo ſubiacet. Nam de mortalibus non poteſt quicquam niſi mortale generari. Nec putare debet pater, quas transfuſiſſe aut inſpiraſſe de ſua (directe contra Tertull. paradoxon) nullo modo ſentit, nec ſi ſentiat, quando aut quomodo id ſiat, animo comprehendit. Ex quo apparet, non à parentibus dari animas, ſed ab vno eodemque patre omnium Deo, qui legem rationemque naſcendi tenet ſolus, ſiquidem ſolus effecit.

354. Deniq; vt adhuc verecundia magis pericliter quàm probatione.] *De hac phraſi vide ſupra l. aduer Hermogen. cap. 21. num. 74. Vtitur eadem infrà cap. 30.*

355. ex adſtatu Dei Anima.] *Sicuti veritas nunquam ſuperari poteſt, ſibi ipſi contradicit Auctor ſupra cap. 3. n. 11. dum ex* adſtatu Dei Animam *probat; quippè quum ibi* adſtatum Dei *ſpiritum interpretetur, hic verò non aliud (abſurdiſſimum profectò) quàm* vapores ſpiritus. *Atqui de voce efflituticare, Auctorem vſuraſſe, vide ſupra l. aduerſ. Valentin. Et adhæc mox iterum vocem* agitur, *legentes cum Gagnæo*: tota hæc Animarũ redundantia agitur.

356. Et præſint piſcibus matis.] *Pluraliter veritr*: præſint, *ex Græco apud 70.* ἀρχέτωσαν ; *quum Hebraïs ſingulari ſit legendum numero, & etiam à Auguſtin. ſimodò emendatis ſint codicibus, lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 17. & 18. Verùm prorſus id eſt ad rem quæ hic tractatur, impertinens.*

Cap. xxviii.

357. Quis ille nunc vetus ſermo, &c.] *Veterem titulum vetustum in hunc caput*: Aduerſus Platonem, non ex mortuis fieri vinos. *Locus Platonis in Phædone eſt iſte*: Vetus equidem ſermo *quiſquam hic eſt, quòd* hinc abeuntes illic ſint: & rurſus huc redeunt, & ex mortuis fiunt viuentes.

358. Pythagoricus, vt volunt, quidam diuinus, &c.] *Interpretatur Auctor cuiuſnã fuerit ille* vetus ſermo, *dicens ſecundum quoſdam* Pythagoricum *putari, de quo mox latius, at ſua ſententia* Albino, *de quo latius infrà cap. 29. num. 371. admonuendum, aut* Mercurio Ægyptio. *Addens*: forſitan, *quòd non niſi obſcurè tale quid indicet; quum Pymandri cap. 13. dicat Animas malas in alia corpora, ſed humana tranſire. Id enim eſt ex mortuis viuos fieri. Loquor de Herm. Triſmegiſte quem Mercurium Ægyptium non ſemel vocari ab Auctore ſupra adnotauimus, cap. 2. num. 23. vbi habet quod huc etiam facit*: vt Mercurium Ægyptium, cui Plato adſueuit, *qui etiam infra citatur cap. 33. num. 404.*

359. Multo antiquior Moſes etiam Saturno, nongentis circiter annis.] *Siquis conſideret quod habet Tertullianus Tomo 1. Apologet. cap. 19. non mirabitur quod hic* Moſen Saturno 900. circiter annis antiquiorem *dicat; ſibi enim habet*: Moſen mille circiter annis cladem Priami anteceſſiſſe.) *Nam (vti idem olim reſpondit ad Epiſtolam hac de re Franciſci Balduini ſ. C.) Euſebio, Bedæ, ac Hermanno Contracto teſtibus, non niſi 150. annis ante Æneam Italiam aduentum* Saturnus *regnaſſe legitur. Sic itaque mille annis cladem Priami anteceſſit* Moyſes, Saturno proximo *ſecundo antequam eſt* 900. *circiter annis. Sed quidem alius in alia eſſe ſententia, verùm à Joſepho hæc ſumpſiſſe noſtrum Auctorem, vti ſupra adnotauimus numero* 280. *dictis Apologetici.*

360. Si verò Samius Sophiſta, &c.] *Quis iſte, Auctor indicat mox ſubijciens*: Certè ille Pythagoras, *vt potè qui* Samius *fuiſſe educatione & ſtudio ſcribatur à Suida, etſi Tyrrhenus nationitate. Atqui deſcenſum eius ad inferos etiam Suidas credidit, quum (vt verbis Auctoris vtar.) narret eum illic vidiſſe, quæ de poſteris mortuis niſi apud inferos non videretur cognoſcere potuiſſe, Heſiodi nempè animam aneæ columnæ illigatam ſtridentem, Homeri verò de arbore pendentem ſerpentibus circumdatam, propter ea (ſi ſitcet) quæ de Dijs dixiſſent. Menandri etiam & vanitatem, quodque ſemper vanas fabulas tanquam infantibus credulas finxerit, notat Pythagoram Lactant. libr. 3. cap. 18. & lib. 7. cap. 23. Verùm Auctori noſtro petulare eſt, quòd* Mortem ſimularit, ſubterraneo laitarit, ſeprenni illic ſe patientia daminaus, vnica matre conſcia, & vbi ſatis viſus eſt corpulentiam interpoſaſſe (*hoc eſt corpori præ macilentia horrorem quendam conciliaſſe*) de adyris fallaciæ emerſiſſe, vt ab inferis redditum.

361. quomodo mihi perſuadebit Æthalidem.] *Omninò ſic lego ex reſtitutione Pauli Leopardi, Emendat. lib. 8. cap. 3. pro eo quod erat corruptiſsimè*: Ephalidé, *& ſimiliter adeo etiam infra cap. 31.* Æthalides autem, *pro*: Ephalides. *Nam Pythagoras ſe dicens ex mortuis viuum, & ex inferis reducem, vt* μετεμψύχωσιν *(de qua cap. 31. latius) ſtatueret, iuxta Lucretium & interpretem Apollonij, Æthalidem, non Ephalidem, Mercurij filium, primùm ſe fuiſſe aſſerebat; qui & præce fuit Argonautarum, Apollonio teſte.*

362. & Euphorbum.] *Vt & ex* Æthalide in Euphorbum *tranſmutatum perſuaderet (iuxta quod etiam Suidas & Philoſtratus ſcribunt) vetus mox ſequitur*: clypeum Euphorbi olim Delphis conſecratum recognouit, & ſuum dixit, & deſignis vulgo ignotis probauit. *De quo etiam ſic Lactant. libro 3. capite 18. Niſi forte credamus inepto illo ſenũ, quiſe in priori vita* Euphorbum *fuiſſe mentitus eſt. Hic credo, quod ignobilis genere natus, familiam ſibi ex Homeri carmine adaptauerit*; quippè qui Euphorbum à *Menelao* occiſum *ſcribat Iliad. 10. Verum ad hoc verbum refutat Auctor infrà capite 31.* Arquin ſcio non ita fieri, quum Pythagoram, Euphorbum mihi opponis. Ecce enim Euphorbum militarem & bellicam Animam ſatis conſtat, vel de ipſa gloria clypeorum conſecratorum; Pythagoram verò tam reſidem & imbellem, vt prælia tunc Græciæ vitans, Italiæ maluerit quietem, Geometriæ & Aſtrologiæ & Muſicæ deuotus, alienus ſtudio & adfectu Euphorbi. *Conſulat etiam hic eundè Paulı poſt*: Denique (*inquit*) qui ſe Euphorbum ex argumento clypei probarat, cur neminem Troianorum commilitonum ἀχρὶ τοῦ recognouit? Nam & illi iam reuixiſſent, ſi viui ex mortuis fierent. *Meminit iterum hiv verbi cap. 34.* Sicut in Pythagora Euphorbus, *& rurſum lib. de Reſurrectione carnis capite 1. num. 7.* vt Euphorbus in Pythagoram, pauus in Homerum; *vbi de hu latius ex Rhenano.*

363. & Pyrrum piſcatorem.] *Illud etiam ſic infrà cap. 31. refellit*: Sed & Pyrrhus ille fallendis piſcibus agebat: Pythagoras contrà nec edendis, vt animalibus abſtinens. *Delium autem illum piſcatorem fuiſſe ſcribit Lactius.*

364. & Hermotimum.] *Rurſum hanc caſtigationem Leopardo acceptam debeo, vt & ſupra cap. 2. vt hic legatur*: Hermotimum, *pro eo quod legebatur mendoſiſſ.* Hermipum. *Atque adeo etiam infrà legendum capite 31.* Æthalides autem & Hermotimus fabam quomodo in pabulis communibus inruerat; Pythagoras verò ne per fabalia quidem tráſeundum tradidit. *Copro hat autem duplum Leopardus nomine do ex Lucreio & Luciano qui Dialogum titulo* Hermotimi *inſcripſit, ſed ipſum Tertull. infrà capite 44. vbi de eo latius.*

365. Reſpice ad Hypogeum, &c.] ὑπόγειον, *ſubterraneum ſignificat: atque adeo videtur accipere* Hypogeum *pro ſepulchro, ac ſi dicat: ſi dem ſepulchrum capax ſit corporum* Pythagoræ, *quod olim fuit* Euphorbi; *credendum eſſe, quod idem ſuerit* Pythagoras, *qui iam dudum* Euphorbus.

366. Simus etiam Magos elicere exploràndis occultis] *propterea* Magorum *memiſſe hic videtur, quòd Plin. teſte libro 30. capite 1. Pythagoras, Empedocles, Democritus ac Plato, ad* Magiam *addiſcendam nauigauerint, reuerſi prædicauerint, ac in arcanis habuerint. Atqui de Magia infrà latius capite 56. & 57.*

367. per catabolicos.] *Sic cum Gagnæo iterum lego, pro eo quod Gelenius ſubſtituerat*: pro cathabolicos, *in hoc ſecutus Turnebum Aduerſ. l. 26. c. 21. vbi ab eo citatur ex Fulgentio Capoſſe magus in Cathabolicis, et additur* catabolicos ſpiritus *inſames dici, in ſauſtos, genios, qui eum in quo ſunt ſapius præſtruit, deijciunt que per furorem. Quid verò, ſi hic dicantur tamquam calumniatores; quum* κατα βολὴ *à Pambilicho inter verſus Cleobuli pro calumnia vſurpetur?*

368. & Paredros.] Paredros ſpiritus *ab aſſidendo dici ibidem Turnebus adnotat; eoſque dici, qui perpetuo alicui aſſident,*

dent, & familiares sunt.

369. & Pythonicos spiritus.] Pythonis, *seu* Pythonici spiritus *mali, frequentiss. est in scripturis mentio, Deuter.* 18. *Leuit.* 20. 4. *Reg.* 21. *Paral.* 20. *Esa.* 8. *& Act.* 16. *Hoc interim notandum, quòd Interpres noster Latinus, Aliuler Pythonem habens Veteris* 1. *Reg.* 29. *quod Græcè est* ἐγγαστρίμυθος γαστὴρ· *ac si diceat, in ventre domin.m habens, qui per eius diuinare solet. Et recte; nam etiam Plutarchus alicubi admotauit πνεῦμα pro tempore vocatum, quem olim ἐγγαστρίμυθον dicebant. Aliquis de* Pherecyde Pythagoræ magistro *vide supra capite* 2. *num.* 28.

Cap. xxix.

370. Mortuos quidem ex viuis effici conſtat, &c. *Titulum huic capiti, maioris elucidationis gratia, à priori diſsimilis, damus:* Ad argumenta Platonis reſponſio. *Atqui refellit simpliciter argumentum illud Platonis* : Mortuos ex viuis effici, ergo & ex mortuis viuos; quòd *ille in Phædone probare nititur ex regula illa Philoſophica* : contrarium ex contrario fieri. *Verùm etiam eam impugnat exemplo manifeſtiſsimo Auctor. Sunt autem voces Tertullianicæ*: alternant, vifualitatis, obtrudi.

371. Hæc & Albinus Platoni ſuo veritus, &c.] *Mira eſt hæc phraſis,* veritus *cum Datiuo, Ciceronis tamen vſitata quum* 4. *Academ. dixit* : *Vos autem mihi veremini. Atqui* Albinus, *cuius etiam memimus cap. præced.* Platonis magiſtri ſui, *vsus loquitur Auctor,* ſcripta interpretatus; *ſcripſit*] *Sapientum Dogmatum Platonis, & alterum librum de Ordine librorum eiuſdem; qui Græcè exſtant Romæ in Vaticano, & Venetijs ad S. Antonium.*

Cap. xxx.

372. Quid autem ad cetera reſpondebimus, &c.] *Caput hoc, quum ſit eiuſdem argumenti cum præcedenti, nouo titulo opus non habet, attamen hunc addimus:* Quòd alioqui ſemper vnum fuiſſe oporteat hominum numerum. *Cuius tamen contrarium multis argumentis probat Auctor.*

373. dum aborigines, vel vagi, vel extorres, vel glorioſi quique occupant terras, &c.] Aborigines *vocati, qui primi in quaque regione ſunt orti, natum eſt de reliquis, ſimiliter Auctor ſupra Tom.* 1. *l. de Pallio, cap.* 2. Tranſuolauere redundantium gentium examina; Scythæ exuberant in Perſas (*pro quo hic* Parthicas; *nam eoſdem aſſeribus diximus n.* 34.) Phœnices in Africam eructant; Romanos Phryges paniunt : Sic & Herculea poſteritas (Menidæ *nempe*) qui Timeno pariter Peloponeſium occupando producunt. Sic & Iones Nilei comites(*quos ſic Ethicis* Athenienſes *vocat*) Aſiam nouis vtibus inſtruunt. *De quibus omnibus ubi latius num.* 34. 35. 38. *& 39.*

374. quas μετοικίας appellant.] *Sine* μετοικίας *legas cum vulgatis excuſis, ſine* ἀποικίας *cum Gagnæo in margine, perinde eſt: nam vtraque vox pro* migrationibus, *ſeu coloniis, claſſicus Auctoribus vſitata eſt. Atqui facit etiam hoc illud dict. l. de Pall.* vtinde velut ex furculis & propaginibus populi de populis, vrbes de vrbibus, per vbique orbis pangerentur.

375. Reuera lues, & fames, & bella, & voragines ciuitatum, &c. tamquam tonſura inſoleſcentis generis humani.] *Similiphraſi vbi ſupra dixit* : Denique ſi quid mare diluit, cœlum texit, tetra ſubduxit, gladius detonidit. Vbi voragines ciuitatum *& inſularum multas recenſet Auctor, quemadmodum etiam Apolog. cap.* 40.

376. poſt mille annos.] *Adludit ad* mille annorum iter, *quod vlas recenſet poſt hanc vitam, Dialog* 10. *de Repub. & in Phædro; quos quum hic tamquam fabulas refutat Auitor, mirum eſt quomodo poſtea in Millenariorum paradoxa incideritꝛ de quo inter Prolegomena latius. Atqui ſunt hæc voces turſum & phraſes Tertullianicæ,* ſupparetur, ero gatum, abſumi periclitetur, pariaſſet, & commeatus; *de quibus alibi ſuperiùs latius. Hic dumtaxat adijcam locos ſimiles libro adu. Praxeam* : in iſto commeatu, *& libro aduerſus Gnoſticos* : nec per hunc commeatum vitæ, *non etiam dixit*: miliario tempori, *pro mille annorum, ſicut etiam cap. ſequ.* miliarij xui.

Cap. xxxi.

377. Iam verò ſi ex mortuis viui, &c.] *Idem etiam hoc capite confuſaturus Platonis paradoxon, hoc argumento* : Quòd alioqui oporteret ſingulas Animas in ſingula corpora reuerti, eadem ætate, in eadem corporis aut ingeniorum proprietate. *Cuius tamen contrarium ipſe Pythagoras in ſe conuincit, per* μετεμψύχωσιν *ſui variorum ingeniorum.*

378. Porò ii & binæ & trinæ & quinæ vſque vno vtero reſumuntur, &c.] *Vel hinc pacet ſupra nos recte emendaſſe cap. 6. num.* 90. ſed bina & trina, *vbi etiam* quinionis filiorum *meminit, num.* 91.

379. Et hoc autem modo primordij forma ſignatur, &c.) *Gagnæus in prima additione*: ſingulatur ; *quæ forte ſua vox retineri poſſet, quum ſimiliter ſupra alicubi dixerit* : ſingulario motu *ex ſuis dicere ſingulæ, id eſt, vna, non ſtratur. Eſt autem paulò poſt locus corruptus, cui ſine MS. cod. mederi non licuit*: Sed etſi eædem ſemper reuoluerentur, liceat non corporum quoque formas eaſdem, licet non ſtatorum (*quid hic quaſo ſtatorum, niſi forte accipiatur pro ſtatuum, id eſt animarum?*) tamen quoque, ſottes caſam (*neque hic quid ſibi velit intelligo, niſi ſorte* caluum *legendum ſit, ſed nec hic ſatisfacit*) vel ingeniorum & ſtudiorum, & adiectionum (*forte* : actionum) priſtinas proprietates ſecum referre deberent. *Lego autem mox* : qui ignorata & ibi reuertuntur, *pro*: quia.

380. Pythagoras contrà nec edendis vt animalibus abſtinens.] *Cur* ab animalibus abſtineret Pythoras, *alibi cauſam reddit Auctor ſupra Tom.* 1. *Apol. c.* 48. ne fortè bubulam quis de aliquo proauo ſuo obſonet. *Hic pertinet etiam illud S. Hieronymi lib.* 2. *aduerſ. Iouinian. Et probabo, non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma ſectari, qui propter* μετεμψύχωσιν, *omne quod moueatur & viuat, edendum non putant, Quod Lactant lib.* 3. *capite* 19. *mitius interpretatus, dixit hanc animarum in corpora tranſmigrationem ab eo inuentam, vt vetaret homines animalibus veſci. ex quo proinde conſtat à* Pythagora *non ſolum introductam* μετεμψύχωσιν, *de qua mox, ſed etiam* μετενσωμάτωσιν, *de qua cap. ſequ. latius. Porrò etiam hic caſtigauimus* Æthalides, *vti ſuprà num.* 361. *&* Hermotimus, *pro*: Hermippus, *ſicuti ſupra n.* 364.

381. Fabam quoque in pabulis communibus inſeuerat.] *Cauſſam reddit Suidas, cur fabis non vteretur* Pythagoras, *quòd flatuoſæ ſint, & facultatis animalis maximè participes; qua certè aliàs veriſimiliter eſt, quas reddunt alij, rationibus. Addit præterea Auctor*: quòd ne per fabalia quidem tranſeundum diſcipulis ſuis tradidit. *Quod vſque adeò verum eſſe adſtruit Suidas, vt quum intenſa domo perſequerentur eum ſui hoſtes, vbi ad agrum fabis plenum veniſſet, quieſcens ingulatus ſit.*

382. & μετεμψύχωσιν.] *Caſtigari haud dubiè debet* μετεμψύχωσις *nam præter Græcam etymologiam, etiam infrà ſemel cap.* 34. *& cap.* 35. *ter legitur* : Metempſychoſis, *voce Græca in Latinam tranſlata colenium. Vbi pulchrè Auctor* : Sed enim Metempſychoſis illorum reuocatio eſt Animæ iam pridem mortæ functæ, & in aliud corpus iteratæ. *S. Auguſtinus vnica voce : tranſanimationem ducere maluit. Impugnatur autem hæc abſurditas vel à Plutarcho libro* 2. *de ſu cam. quæ re nihil mirum ſi & ab Auctore, & ab aliis Patribus plerisque. Vide de Iren. libro* 2. *capite* 58. *& ſequ. Lactant. libro* 3. *capite* 18. *&* 19. *& libro* 7. *capite* 23. *Greger. Nyſſen. libro de Homine, Philoſ. libro* 2. *cap.* 8. *& lib. de An. ac reſurr. Hieron. epiſt.* 59. *ad Auitum, Auguſt. de Ciuit. Dei, libro* 10. *capite* 30. *Epiphan. aduerſus Manich. hær.* 66. *& Chryſoſt. hom. quadam in* 12. *capite Joan. Item à Tatiano aduerſus Gentes, Origen libro contra Celſum, Ambroſium libro contra Platonem citato ab Auguſt. l.* 2. *contra Julian. & Cyrill. contra Julian. libro* 7.

383. quaſi non & Scythæ & Indi philoſophentur.] *De* Scythis *ita ſupra Tomo* 4. *lib. de Pallio, cap.* 5. An aliter mutauit

Anachatfis, quum regno Scythiæ Philosophiam præuertit? *vbi vide Adnot. nostrarum numero 95. De* Indorum *vero Gymnosophistis infra lib. t. adu. Mart. Celebrem autem facundiæ fuisse significat mox Auctor &* Platonem, *&* Nestorem.

Cap. xxxii.

384. Sed enim Empedocles, &c.] *Capitis huius titulum veterem retinuimus, omissa* Metempsychosi, *de qua hic non tractat:* Aduersus Pythagoræ & Empedoclis opiniones de Metensomatosi. *Quam rectè* Pythagoræ *etiam adscribi ab Auctore, præter quàm quòd mox adnotauimus.* 380. *manifestum sit supra Tom. t. Apolog. cap.* 48. *vbi dixit:* Age iam, fiqui Philosophus adfirmet, vt ait Laberius, de sententia Pythagoræ, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere. *Sic etiam Aristoteles libro 1. de Anim. capite 3. subfinem fabulas Pythagoricas vocat, vt dicatur quæuis anima sine vllo discrimine quodlibet corpus ingredi. Nec absimiliter B. Hieron. loco modò citato, & ipse Diogenes Laërtius. Vnde & eundem errorem desumpsisse Plato, tum in Phædro, tum libro vlt. de Republ. quare rectè etiam illi adscribitur à B. Gregor. Nyssen, libro 2. Philos. cap.* 7. *A quibus dissentisse addit capite sequ.* Iamblichum, *& D. Augustinum. Porphyrium; quippè qui non nisi homines ex hominibus fieri voluerint. Aduersus autem istam scripsisse consentur ipsem Patres, qui supra, & in super B. Iustin. Martyr lib. adu. Tryphon.*

385. quia (e Deum deliratat, &c.] *Hucpertinet illud Suidæ in Pythagoram & Empedoclem: Empedoclem quoque Agrigentinum, hanc complexum fuisse tradunt sapientiam (aut potius insipientiam.) Nam illud:* Valete, ego verò sum Deus immortalis, non iam mortalis; *&:* Iam aliquando fui puella & puer, *& hu Olympiæ bellarijt immolatus; eius sunt quæ Pythagoream discipinam probet. Quibus* Iustinum Clem. Alexandr. Strom. l. 3. *eiusdem farinæ versusin Empedoclu tieat:*

Mortua nam ex viuis fecit, mutánsque vicíssim.

386. thamnus & piscis fui, inquit, &c.] *Vox* thamnus *in Latinam hic ab Auctore transferitur coloniam, ex Græca βάμνος, qua frutiscem significat. Atque adeò ad* Empedoclem *rectè refert Scholiastes illud B. Gregor. Nyssen. lib. de An. & resurr. Alij vero etiam ad fructeet huiusmodi deliramentum extendunt, vt etiam arborem, ac legneam Animæ vitam contentientem atque accommodatam esse putent. Addit B. Hieron. epist. ad Austrum, non solum quadrupedum, sed & piscium corpora esse timenda.*

387. cut non magis & pepo tam insulsus.] *Similiter infrà libro 4. adu. Martion. & non magis peponem, quem cordis loco Marcion habuit? vbi de hoc latius; sicuts de* chamæleonte *supra Tom. t. lib. de Pallio, cap. 3. num. 49. & de* Empedocle in Ætnam præcipitato, *ibidem cap. 4. num. 83. at hoc ipse lib. cap. 3. num. 50. atque de prouerbiali formula;* ætiua cœna post allium, *in Prolegomenis nostris.*

388. Viderint thamni licebit, & lapathi.] *Sic ex coniectura Latinij, pro:* lapti, *vt rideat Auctor Empedoclu stultitiam insce nomen hue, qui eusmodi fruticem credi semaluerit olim fuisse, quã vel animal vel plantam aliquam nabuisse rem. Thamnus enim non modò fruticem in genere, sed rubũ vilissimum significat sur culacenum, quo vestimentis haret; situs etiam haud dubie* lapathus *omnibus plus satis notus.*

389. etiamsi secundum Philosophos ex elementitis subsistis censeretur, &c.] *de hu* Philosophorum *sententijs vide supra n. 64. vsque ad 70. & 117. 118. 119. at 120. Confutat autem imprimis hanc opinionem ex contrarijs corporibus, in qua anima transmigrare volunt.*

390. Igni quidem ea quæ rigent; colubros, stelliones, salamandras.] *Rectè ad Auctor, quia Isidoro teste lib. 12. Etymol. cap. 4. omnes serpentes natura frigidi sunt. Inter serpentium autem genera enumerat ipse ibid, colubros, stelliones, salamandras, quorum* salamandræ, *etiam Plinio consentiente lib. 10. cap. 67. tanta vi ignem extinguunt, & prorsus rectè ignis contraria hic dicuntur.* Chamæleontem *autem, eum* locustis & papiliunculis, siccitatibus gaudere, *vel versus Paruianum indicat, qui terrigenam vocat, & quod mirum est ab Auctore non adnotatum, etiam sanguine carere.*

391. Iteni contraria sanguini, &c.] *Insecta omnia* sanguine carere, *& pisces plerosque, etiam Plin. testatur lib. 11. cap. 3. Atque phrasis est Tertullianica:* maiorẽ piscium censum, *sicuts & paulopost:* & censum eis de sua transfatione conferte.

392. Spiritui verò contraria, &c.] *De his supra cap. 10. num. 128. 129.*

393. Item aëri contraria, &c.] *Sub terrã & sub aqua viuentium, res (inquit Auctor) magis quàm nomina nouerit. Sic enim legendum Gagnæus, pro eo quod Gelenius substituit:* nouerim. *Neque enim aliqua eusmodi Plinius nominat.*

394. Item contraria lumini, &c. vt talpas, vespertugines noctuas.] Vesperugines *vocat, quem Plinius non semel vespertilionem.*

395. Cetertim si & atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderẽ &c.] *De opiniene Epicuri constituentis animam ex Atomis, vide supra n. 71.* Numeros Pythagoræ *rectè adtribuit. Nam, vti scribit Nyssen. lib. Philos. 2. c. 1.* Pythagoras *Animum definiuit, seipsum mouentem* numerum; *contra quam opinionem ibidem late disputat cap. 4. Hinc & Iren. li. 2. cap. 1. & Auctor supra li. adu. Valent. n. 7. & 8.* Tetradem illam Valentinianorum Æonum, Pythagoricam *vocans. Atque de* Idæis Platonis *vide supra n. 238.*

396. & Entelechias Aristotelis.] *De* Entelechia Aristotelis *supra aliquid adiecimus numero 62. & 72. De eadem sic Nyss. dicit lib. cap. 2.* Aristoteles *primam corporis organici naturalis potestatem vitam habentis,* ἐντελέχειαν *dixit: quam etiam latiss impugnat cap. 4. Locus ad quem auiudit, habetur lib. 2. de Anima, cap. 2. in fine:* Animam igitur ἐντελέχειαν quandãesse ex hisce qua diximus innotescit. *Quam vocem Cicer. libro 1. Tusculi. quæst. continuatam & perennem motionem veritis, plerique, perfectionem. Etiam Epiphan. interpret in Compend. fid. cath. vtrumque verò Latine in Apol. 1. Iust. Mart. Vnde magnæ est oratconi ouersia inter doctos, an* ἐντελέχειαν *scripserit Aristoteles qua perfectionem propriè sonat, an verò* ἐνδελέχειαν, *qua vox magis perennem motionem significat. Vtrum autem legatur, & apud Aristotelem, & apud Ciceronem, perinde esse, tamdudum adnotauit Beroaldus, cui ego cõsentio, maximè quum perennitas, quod* ἐνδελέχεια *significat, non sit aliud, quam qualem perfectio, vtrumque vocabulum aque nouum sit, ab Aristotele rectè compositum, vtraque etiam interpretatum tum sententia Aristotelis constet. Porrò sunt etiam hic phrases ꝓcẽsque Tertullianica:* nespui haberer, subsistantiui status, & diuersitatem committit, *de quibus omnibus Alcubis supra.*

397. Quomodo igiturilla Anima, &c.] *Pulcherrimè absurditatem huius paradoxi Auctor paradoxi Auctor prosequitur ex diuersitate eiborum: si dicatur homo mutari in aquilam, anguillam, captam, coturnicem, vrsum, aut leonem; quantum apparet, nominatim adludens ad locum Platonis lib. vlt. de Republ. vbi dicit, Agamemnonis Animam elegisse aquilam,* Atacis verò leonem *coeptasse.*

398. Ipsius Animæ humanæ quisquis modus &c.] *Tertiò confutat hunc errorem ex absurditate de mensura corporum diuersa in amplioribus, & longè minutioribus corporibus, si dicamus hominem transmutarisin elephantum, aut in vulturem. Huc pertinet illud Iustini Martyris l. Quæst. & respons. cap. 20. vbi ridens: Adeò (inquit) vt qui olim Athenis docuerit Plato, postea formicæ pertulerit laborem.*

399. Numquid ergo demutabitur, &c.] *Quartam rationem addit:* quòd nec demutari possit anima, ne non sit ipsa; nec permanere in statu, quia contraria non capit.

400. μετεμψύχωσιν.] *Græcam vocem hic retinuit, qua inuito, huius capitis, tamquam Latina esset, Metempsomatosis ponitur; qua quum corporum transfmigrationem significet, ipse hu verbis eam tibidem circumscripsit:* præsumptionem, bestias ex hominibus, & homines ex bestijs, reuoluentem.

401. Nam etsi quidam homines bestijs adæquantur, &c.] *Etiam quintam adfert rationem, quòd* etsi adæquentur bestijs

bestijs homines, *per quam similitudinem fuerunt Philosophi qui Pythagoram excusarent*, non tamen propterea ex rapacibus miluos fieri; *& sic de ceteris, vti consebat plato.* Aliud enim esse subsistantiam, aliud naturam subsistantiæ.

402. Adsimilatus est, inquit, homo irrationabilibus iumentis.] *Prorsus lege:* Adsimilatus, pro Adsimulatus, *nam Græce est* ἀφομοιῶται. *Noster autem interpres ad verbum parum transtulit, Inspectoribus, quam Auctor:* irrationabilibus; *nam Græce est* τοῖς ἀνοήτοις. *Atqui rursum vox est Tertullianea:* pariate.

Hær. xxxiii.

403. Etiam quum iudicij nomine vindicatur hoc dogma, &c.] *Huic capiti, à precedenti separato & prolixa tem, hanc inscriptionem damus:* Quòd fruſtrà iudicij nomine vindicetur hoc dogma. *Adiudat autem omninò hic ad Platonem, qui in Phædone & alibi non semel, ob merita bona vel mala ad firmat detrudi Animas in corpora fœda aut proba. Quemadmodum etiam Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. in hac verba: Animam enim quæ est diuina, in hunc mundum deducunt tamquam in lotum supplicij. Oportet autem animas in corpus immissas expiari, ex eorum sententia. B. Hieronymus etiam epist. ad Augustum, similem Origenis sententiam ex Platone desumptam dixit. Quam latiss. 13. argumentis impugnat B. Cyrill. Alexandr. lib. 1. Comment. in illud Ioann. 1. Illuminat omnes homines venientes in hunc mundum; quod ille ad dictam suam sententiam detorquebat. Rursus autem voces Tertullianicæ: occiforijs, famulatorijs; disfungentur;* & verterit, *ac vertit, absolute.*

404. quod & Mercurius Ægyptius nouit, dicens, &c.] *Videtur adludere ad hæc verba, Asclepij Dial. 10. Hermis Trismegisti: Quum fuerit Animæ à corpore facta discessio, tunc arbitrium examinque meriti eum transfiliet in summi dæmonis potestatem; ipse eam quum puam iustamque præuiderit, in sui competentibus locis manere permittet. Sin autem delictorum illitam maculis vitiisque oblitam viderit, desuper ad ima deturbat, &c. vt in hoc obsit animæ æternitas, quòd sit immortali sententia æterno iudicio subiugata. Atqui iterum legimus tum Gagnæo:* volo iudicij vtique diuini iustitiam, &c. recensere; *pro eo quod subsistutum fuit:* recense.

405. quod condimentis Apicianis.] *Intelligit* pecus macello destinatum, *in quod illi homicidam transmutari volunt. Atqui de histe vide supra Adnot. nostras Tom. 1. lib. de Pallio, c. 5. de* Apicio, *num. 10. de* mensis Ciceronianis, *nu. 101.* & *de* lancibus Syllanis, *num. 102.*

406. Namque illa ficarium, &c.] *Varia exprimit* ficatorum *supplicia, quibus Virum tur aduersus eos humana iudicia, quippè quæ eo damnant ad feras, vltimum gladium, ignem, patibula, viuicomburia (en rursum vocem Tertullianeam)* culleos, vncos, scopulos; *& insuper* sepultura puniunt, *id est: priuât. Sine autem lege:* Petinde qui, *tum vulgatis; sine cum Gagnæo:* Proinde, *non refert.*

407. Pauum se meminerat Homerus Ennio somniante.] *Quum non exstent* Ennij *poemata, fides sit penes Auctorem. Repetit idipsum cap. sequ. huc verbi: quo* petinde in pauone tunderetur Homerus; *& rursum infrà lib. de Resurr. car. cap. 1.* Homerus in pauum. *Vbi vide Adnotationes nostras, num. 7. Sepissimè autem ab illo celebratum* Homerum *testis est Suidas.*

408. quod animal indues viro iusto Deiocæ, &c.] *Ita hunc locum iustissimus ex Pauli Leopardi emendat. lib. 8. cap. 3. pro eo quod erat:* Deloco, *qui citat in hanc rem Herodotum l. 1. De* Didone *autem vide supra Tom. 1. Apolog. cap. vlt. num. 622. Rursus autem reperitur hic disfunctio vitæ, pro morte, sicuti etiam lib. de Testim. Animæ, cap. 4. Atqui lego paulopost:* ô iudicia, &c. mendiciora, *pro:* mendaciora *ex castigatione Ioann. Harrisij Angli, tum quod sensum totius loci antecedentis id exigat, tum quod eadem voce adscribi sibi vitatur supra Tom. 1. li. de Pall. cap. 5.* credo ne mendicius patre cœnasset.

409. Deus itaque iudicabit pleniùs, &c.] *Similis prorsus locus est supra Apolog. c. 48. De* reuertsione *animarum in sua corpora, late tractatur lib. de Resurr. carnis.*

Cap. xxxiiii.

410. Nulla quidem ad hodiernum, &c.] *Titulum huius capitis sic adduximus:* Aduersus opinionem similem Simonis hæretici de sua Helena. *Decimus reliquus hæresibus vide supra lib. de Præscrip. adu. hær. c. 46. hær. 1. num. 301.*

411. Nam & Simon Samatites, &c.] *Ad verbum ferè hæc omnia desumpta sunt ex B. Iren. lib. 1. cap. 20. quò Lectorem remitto, prolixitatis vitandæ gratia; excepto ij quæ ad explicationem huius lotj attinent.*

412. Helenen quandam Tyriam, &c.] *Tum hic, tum cap. sequ.* Helenen, *siue* Helenam *rectius nimirum, tum quòd Simeo ille Magus hanc eandem fuisse diceret* Helenam Troianam *illam; tum quod etiam sit appelletur à B. Iustino Martyre Apolog. 2. & post eum ab Euf. Græc hist. Eccles. lib. 2. cap. 12. seu 13. B. Hieron. epist. ad Ctesiphontem aduers. Pelag. Epiph. hær. 21. non semel. Theodor. hæret. fabul. lib. 1. & Damasc. lib. de hæref. Apud Iren. variant codices, quamquam plures Selenen legant, quemodo etiam B. Augustinus de hæref. Rufinus* versione *seu* Euſebij, *Cyrillus aliuibi, & ante omnes hoc Clemens Papa in Recognit, vbi à Luna, qua Græcè σελήνη dicitur, appellatam vult. Verisimile itaque est, virumque nomine appellatam.*

413. illam verò inie ctionem suam primam, &c.] *Clarius B. Iustin. Martyr: primam quandam mentem seu intelligentiam, Iren. Mentis conceptionem matrem omnium, per quam initio mente concepit angelos facere & archangelos, Sicuti rectissim illud:* huius eam propositi compotem, &c, *facit ad Iren. intellectum. Exilio autem, omissa negandi particula:* non; *lege:* Ab his perinde animo retentam; vbi animo, *dixit Auctor, quod illes per inuidiam.*

414. exitiosissimi. Priamo & Stesichori poetæ oculis, &c.] *De* Helena *Troiani belli face* Priamo exitiosissimi. *Scribunt historici omnes.* Steſichoti fabulam verò *(quam etiam ex Iren. de-sumpsit Auctor) adtingunt (vti ante me admonuit Feu-arden-tius) Horat. Ode 17. Lucian. l. ver. hist. & Philostratus l. 6. de vita Apollon. Aquis illud quod paulo priùs Iren. habet, & hic auctor:* in Samaria verò partem gesserit, *illi pertinet, quòd, quum in Iudea quasi filium apparuisset, (vtpote se eundem cum filio Dei faciens) in Samaria se summum patrem dixerit. Reliqua de* mille nauibus ante Troiam, Menelao Helenam repetente, de decennij prælio; *omnibus nota sunt.*

Cap. xxxv.

415. Sed non tibi soli Metempsychosis, &c.] *Etiam hic ad titulum veterem huius capitis:* Aduersus Carpocratis hæresin; *adiecimus:* de Animarum recorporatione. *Est autem etiam hic ad verbum imitatus Irenæum l. 1. c. 24. & Hirumque posteà Epiphan. hær. 27. Atqui de reliquis eius erroribus vide supra l. de Præscript. aduers. hæret. cap. 48. hær. 9. num. 311. & apud dictos Auctores ac Euſeb. nefanda eorum sacrilegia.*

416. pariter Magus.] *Vno verbo dixit quod latiùs Iren. de* Carpocrate *& eius discipulis, ac post eum Euſeb. hist. Eccles. lib. 4. cap. 7. & Epiphan. Artes enim, inquit, magicas operantur ipsi & incantationes, philtra quoque καρδιακα (id est amatoria, vti interpretes Euſebij vertunt) & paredros (sine assessores) & onirompempos (id est somnia emittentes) & reliquas malignationes, seu sicuti Interpres Epiphanij, præstigias. Quod hic adytimus ad maiorem Irenæi intellectum.*

417. pariter fotricatrius, &c.] *Hoc addit Auctor: quoniam iuxta Irenæum, Marcellina quæ Romam sub Aniceto venit, quum esset huius doctrinæ, multos exterminauit. Quod ipsum repetit Epiphanius, addens: eos in luxu degere, & omnia ad corporis voluptatem operari solere, vsqueadeò vt Euſeb. ipsum potissimum discipulis Gnosticis imputet fusp itionem illam, quam de Christianis omnibus ipsorum causa conteperant ethnici, de stupris promiscuis, & execrando infanticidio; à quibus criminibus latiss. supra in Apologetico se defendit Tertullianus. Sunt autem hic etiam voces Tertullianicæ: rato fieri, expunctis, vitæ huius commeatu.*

418. donec exsoluat nouissimum quadrantè, &c.] *Carpocratianos hæc scriptura Matth. 5. abusos, etiam Iren. & Epiphan. scribunt. Cuius posterioris Interpres, significantius reddidit votem*

Græcorum Ἀποδίδωμι, exsoluere, *quàm aliy: redderi, quemadoo etiam non hîc modo, sed etiam suprà Tom. 2. lib. de Orat. cap. 6. Tertullian. Cyprianus ac B. Hieronymus locis infrà citatis num. 424. vbi de hoc paulo latiùs.*

419. Nam & ethnicus homo, &c.] *Hanc primam interpretationem* de auersatio , *cuius ibidem fit mentio* , ethnico homine, *longè aliam quàm Carpocratis, habet etiam Auctor supra lib. de Orat.*

420. orate pro maledicentibus vos.] *Sine Matth. 5. sine Luc. 6. hanc scripturam insuscianus, hic etiam pro suo more non diligenter animaduertit ad verba ipsa, quia legitur vtrobique,* orate pro calumniantibus vos, & *apud Luc. additur:* benedicite maledicentibus vos, *quod ipsum etiam supra citauit Tom. 2. lib. de Spect. cap. 16. ac lib. de Patientia , cap. 6. legens ibidem quod habet partim etiam Matthæus:* orate pro persecutoribus vestris.

421. Tum si in diabolum transfertur aduersarij mentio, &c.] *Ad verbum fere locum hunc transcripsit B. Hieron. epist. ad Demetriad. de virgin. seruanda: Qua , inquit secundo post baptismum gradu*, inisti pactum cum aduersario tuo, *dicens ei :* Renuntio tibi diabole & sæculo tuo, & pompæ eius, & *operibus tuis, seruas fœdus quod pepigisti , & ejus consentiens, paschumque custodiens* [pro quo *Auctor*: hæc erit amicitia, obseruatio iponsionis, *sic enim lege cum Gagnæo , pro*: obseruatione) *cum* aduersario tuo, *dum es in via huius sæculi, ne forte tradat te iudici, & te de suo aliquid vsurpasse conuincat, tradarisque ministro, qui & ipse est inimicus & vindex, & mittaris in carcerem &* in tenebras exteriores , & non inde exeas , nisi solus nouissimum quadrantem , id est minimum quodque dilectum , *quia & pro otioso verbo rationem reddidaturi sumus in die iudicij. Quorum vterque rectè interpretatur illud: Esto consentiens, pactum custodi cum illo instinctu. Atqui facit hoc locus contra eos , qui nullas volunt in baptismo admittere* Renuntiationis *ceremonias, de quarum antiquitate vide Adnotat. nostras in dictum lib. de Orat. supra num. 1.*

422. sicuti eum legimus sanctorum criminatorem.] *Locus ad quem adludit , videtur ille Apoc. 12. Hic est accusator,* κατήγορος , *fratrum nostrorum? pro quo paraphrastices :* sanctorum criminatorem *vertit, quia & fratres & sancti Christiani dicuntur. De fratribus id supra ostensum est Tom. 1. Apolog. cap. 39. De* sanctis *patet ex Apostolo Paulo, 1. Cor. 14. Ephes. 1. 3. 4. & 1. Thess. 3.*

423. & de ipso etiam nomine diaboli delatorem.] *Similiter infrà lib. 5. aduers. Marc.* Ipsum diaboli nomen quæro, ex qua delatura competat creatori? fortassis detulit aliquam Dei superiori s intentionem. *Et rectè.* Διάβολος *enim Græcè* delatorem, *accusatorem, calumniatorem significat.*

424. nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso.] *Si modicum quodque delictum mora resurrectionis expendatur, id est* , exsoluatur (*quod ipsum reperitur infrà cap. vlt.*) *certè facit hæc interpretatio pro purgatione animarum post hanc vitam, à modicis quibuscunque delictis , atque adeò etiam pro Purgatorio; cui similes sunt loci apud B. Cyprian. epist. 52. ad Antonian. & lib. de laude Mart. ac apertius lib. Testim. 3. cap. 57. dum fidelem emendari & reseruari, ex hac ipsa scriptura probat, ac Psal. 88. ac 116. & Malach. 3. Locos etiam expressos BB. Hieron. & Ambros. in hanc sententiam adnotauimus, ad dictam epist. 52. nu. 19. vbi etiam latè de igne purgante tractauimus.*

425. Hoc est ex malis fructibus bonam arborem intelligi, &c.] *Ironia est , qua ridet interpretationem Harpocratis : & etiam acciputur vox :* Spero , *protimeo : sicuti supra non semel ; tamquam si timeret ne posset respondere argumentis propositis.*

426. Et si vultis audire , &c.] *Rursum hîc paraphrasticos transfulit* audire, *pro eo quod Græce est* Ἀκούω , *quod est, recipere.*

427. Et ecce ego mittam vobis Heliam Thesbiten.] *Quam etiam B. Cyrill. Alexandr. in Ioan. libr. 1. cap. 24. de* Thesbite *loqui dicat Malachiam Prophetam , videtur olim in edit. 70. etiam lecta fuisse vox:* Thesbiten. *Fuisse autem* Thesbiten Heliam , *patet non vno scripturæ loco. Sine lege an* Heliam *tum aspiratione, siue* Ἠλιὰν *quidam* Eliam , *tum hic tum vbique , perinde esse, hoc vnum animaduerti, in veteri Testamento vbique & Græcè et Latinè cum aspiratione legi, sicuti in nouo. Atque de* Heliæ translatione *infrà latiùs c. 50. nu. 564.*

428. Sed quomodo Helias Ioannes? &c.] *Similiter prorsus locus hos scripturæ interpretatur B. August. Tract. 4. in Ioan. cap. 1. & lib. 5. de Trinit. cap. 14. Quia interim neutrubi legit illud* coram populo , *quod Auctori proinde peculiare est. Posteriori verò loco etiam interpretatur* spiritum Heliæ, *pro* ; spiritum Mosei , *sicut hic Auctor , qui vna voce* translatum spiritum Mosei *dicit, eo quòd Num. 11. dicitur auferri à Mose, & dari 70. senioribus.*

Cap. xxxvi.

429. In has quæstiones inde opinor exceſſimus , &c.] *Partem veteris stuli huius capitis retinuimus :* De sexu Animæ & carnis. *Atqui etiam hoc pertinet ad paradoxon Auctoris, quasi dependens ex altero quod supra profectus est cap. 25. 26. & 27.* de Anima in vtero feminata pariter cum carne. *Certè huius argumenti contrarium hîc adstruit B. August. lib. 1. de Anima, & eius origine, aduers. Vincent. cap. 18. & Cyrill. quoque Hierosol. Catechesi secunda.*

430. propter æmulas scilicet opiniones , &c. & illum sermonem Platonis veternosum.] *Videtur respicere ad illas opiniones* Philosophorum & hæreticorum , *de quibus supra cap. 23. & 25. ac* Platonis veternosum sermonem , *quo dixit discentias reminiscentias , veluti ex veterno somno profectas, de quo cap. 25. aut veterem sermonem apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu ; vt* veternosum pro veteri *accipiat.*

431. quoniam & Apelles , non pictor , sed hæreticus, &c.] *Illud eius dem farinæ est cum eo quod supra cap. 23. dixit* Apellem esse rete, sollicitatas Animas de supercœlestibus, *da quo ibi latius num: 298. quia si id verum est , consequitur etiam* ante corpora conſtitutas Animas , *& proinde tam* viriles *quàm* muliebres. De Philomene *verò eius scorto, vide supra ibi cuti & de alij eius hæresibus, lib. de Præscript. adu. hær. c. 51. hæres 19. num. 124. De illu denique qui* Animam post partum carni superducunt, *vide supra c. 25.*

432. qua lineas duxerit.] *Quia* pictoris *mentionem paulo prius fecit, etiam hanc prouerbialem formulam ab illis desumpsit, de qua inter nostra Prolegomena latiùs.*

433. Cetervm & ipsam Dei adstatus animasset, &c.] *Ad hunc locum videtur respondere B. August. loco paulo prius citato, quem ait : Qui propaginem asserunt Animarum , hunc ſe putant timidiùs suam munire sententiam ; quia, quum scripturas sit detraxisse Deum cœlum de latere viri, eámque adificasse in mulierem , non est additum , quòd in eum faciem susciauerit spiritum vitæ; ideò, inquiunt, quia de viro sam fuerat animata, pro quo dixit Auctor:* animal iam & ipsa. *Verum respondet, nihil per hoc eorum sententiam adiuuari. Si enim , inquit, scriptum esset, Insufflauit flatum vitæ in faciem mulieris , nec sic esset consequens , vt non propagaretur ex parentibus Anima , nisi etiam de ſilio hoc scriptum reperiretur. Quia verò tacitum est, occultatum est, non negatum neque adstruatum.*

Cap. xxxvii.

434. Omnem autem hominis, &c.] *Caput hoc titulum habebat :* De statu carnis & Animæ ; *nos verò putamus substituendum :* De incremento Animæ. *Nam de hoc Auctoris paradoxo sic loquitur B. August. lib. 10. de Gen. ad litt. cap. vlt. Nolunt tamen Tertullianum* Animam crescere substantia *sicut corpus ; adserens etiam timoris sui causſam*, ne etiam substantia decrescere dicatur, *inquit* , atque ita & defectura credatur. *Et tamen quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitum incrementorum eius , quam vult de semine exiguo aquæ corporis quantitiati.*

435. aliqua vtique potestas diuinæ voluntatis ministra modula-

modulatur, &c.] *Quæ sit hæc* potestas, *paulopost explicat, quum dicit:* nos officia diuina (*id est, phrasi Ineronymianorum, ministros Dei*) angelos credimus. *Facit ita quæ locum iste ad confirmationem dogmatis Catholici, de angelis peculiaribus homini cuique deputatis, de quibus est elegans B. Hieron. sententia in illud Matthæi 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Magna, inquit, dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis suæ singuli diam suu angelum deputatum. De ipsdem extat qu. 30. apud Justin. Mart. lib. Quæst. & respons. & idipsum adstruunt BB. Hilar. in Psal. 133. Basil. in Psalm. 48. & alibi; Augustin. Soliloq. cap. 27. Eadem pertinet quod inter opera B. Cypriani, Prologo Operis de Cardin. Christi operibus, vocentur angeli salutis nostræ ministeriales, & quod Rufinus in expos. Symboli scribit, ab initio præfectos quasdam virtutem cælestium potestates, quibus regeretur & disponeretur mortalium genus. Vide etiam Orig. hom. 13. ac 33. in Luc. & hom. 11. in Numeros.*

436. etiam Romana superstitio Deam finxit Alemonam.] *De* Alemona *vide Gyraldum de Dijs gentium. De aliis tribus, sicuti etiam ante me adnotauit Turneb. Aduersl. lib. 18. cap. 34.) in hac verba Gellius: Duæ Parcæ Latinæ, unæ a partu nonæ mensis,* Nona, *ab eodem nascendi mensis,* Decima *dicebantur. Accedebat tertia, quæ Parca dicebatur, quasi parca, mutatos, in c. Eam hic Auctor* Partulam *vocat, quod partum gubernet. Porrò de* Lucina *infrà latius cap. 39. nu. 447. sicuti etiam de fatorum inscriptione, ibidem num. 449.*

437. Nam & Moysi lex, &c.] *Adludit ad Exod. cap. 21. inxta lectionem 70. Si percusserit mulierem in ventre habentem, & egressus fuerit infans cum non figuratus; damno damnatus erit, secundum quod compositerit vir mulieris, & dabit cum pestulatione. Si autem figuratus fuerit, dabit animam pro anima. Auctor interim vocem illam: ἐξεικονισμένον, aliter circumloquendo interpretatur quàm figuratum, nempè cui iam vitæ & mortis status deputatur, idque conformiter Theologiæ Doctoribus, qui homicidium in abortu non adscribunt, nisi postquàm animatus fuerit fœtus. Rectè autem* abortum *vocat Auctor, quia, teste Nonio, abortus dicendus in primis illis mensibus,* abortus *prope tempus pariendi.*

438. Legitima natiuitas fœtus decimi mensis ingressus est, &c.] *Videtur ipsud Author desumpsisse ex Gell. lib. 3. cap. 16. vbi tradit: Decemnires in 12. tabulis tradidisse, hominem ita 10. non in 1. mensibus nasci. Quod ipsum ante me adnotauit Rerardus noster ad leg. 12. Tab. cap. 1lt. De Mensium partus numero à mense septimo vsque ad undecimum, vide Plin. l. 7. ca. 5. Quorum septimum dicit in honore habere Auctor propter Sabbathum, decimum propter Decalogum: octauum vitalem non esse, quòd in octaua futura vita nuptiæ non erunt.*

439. & decutialem numerum, vt exinde reliquorum patentum, &c.] Decutialis, *nouæ ab Auctore, pro denario numero accipitur. Hucusque pertinet quod Athenæg. Orat. pro Christian. decenarium numerum maximum dicat, secundum Pythagoricos, qui & quaternarium sit, & tum arithmeticum numerum, tum musicæ harmoniæ & concentus rationes complectatur. Continetenim (vt etiam ante me adnotauit Celius Rhodig. l. 12. c. 14.) numerandi genera vniuersa, numerorum est fons & principium, ex uno, duobus, tribus & quaternario constans.*

440. Sed vis eius in qua naturalia peculia, &c.] *Locum hunc reperire est apud B. Augustinum loco citato nu. 434. vbi castigandum ille, & cum Auctore legendum:* Sed vis eius, &c. producitur, *pro:* Si, &c. producatur. *Item* Et si sic, *pro:* & sic. *Vicissim etiam ex ille legendum in Tertulliano ad finem huius capitis:* qua duxerit eam qui agit, *pro* eo quod erat: aget. *Siue autem legatur cumillo:* Tunc & splendoripse perhibetur, *siue cum excusu hic reducibus:* prouchitur, *perinde est. Atque de hoc loco sic Augustinus: Quæ hunc crederet, cum isto corde tam diserte se postulasse? Sed tremenda sunt ista, non rideuda. ad hoc enim numquam cogeretur, si aliquod cogitare potuisset, quod sit, & cerpus non sit. Quod autem absurdius, quàm putare, me sam cuiusdam metallicæ aliqua pa te crescere posse, dum tunditur, nisi decrescat ex altera? vel augeri latitudine, nisi crassitudine minuatur? Aut vllum esse corpus manente naturæ suæ quantitate, quod vndique crescat, nisi rarescat? Quomodo igitur implebit Anima exilla stilla seminis magnitudinem corporis quod animat, sic & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? quomodo, inquam, implebit carnem quam vniuificat, nisi tenue rarior fuerit, quanto grandius quod animauerit? Timuit videlicet, ne descreret etiam minuendo, si cresceret, & non timuit, vt descreret rarescendo, cum non creseceret.*

Cap. xxxviii.

441. Quamquam autem & retrò præstruxerimus, &c.] *Titulum veterem hoc modo auximus:* De pubertate & cibis, quomodo ad Animam pertinete videantur. *Adludit autem ad cap. 20. supra, vbi docuit* omnia naturalia Animæ ipsi substantiæ inesse, *id est semper adesse*, & tamen per ætatis spatia procedere. *Sunt autem rursus voces & phrases Tertullianicæ, præstruere,* Animæ census, & suggestus sensuum.

442. non quia Asclepiades inde sapientiam supputat, &c. quia Iura ciuilia, &c.] *Quia* Asclepiadis *operanon exstant, locum designare nò licuit. Atqui quòd* Iura ciuilia à quartodecimo anno agendis tebus adtemperant, *etiam supra dixit Auctor lib. de Vel. virgin. cap. 11. num. 100.* Fœminas, quinque, à XII. annis, masculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt. *Reperitur autem similis ætatis* Iuris ciuilis *supra cap. 6. num. 91. & Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, cap. 8. & 9. num. 51. 52. & 62.*

443. Ex omni ligno, inquit, edetis, &c.] *Pluralis expressit numero, quod Gen. 2. additones Latinæ omnes, & tam Græcæ quàm Hebræa, & Chaldæa, singulari legunt numero. Deinde Gen. 9. sæpe num transfertur ab Auctore ἐφόρτος, pro eo quod vetus Interpres 70. berbam, quia vtrumque ea vox significat.*

444. Auferenda est enim argumentatoris occasio, &c.] *Videtur respicere ad id quod supra dixit cap. 6. de Soràno Medico, quòd* mortalem Animam intellexerit, quia cibis sustinetur. *Legimus autem iterum cum Gagnæo:* tum quòd aliud est, natura desiderare, *pro:* tum quòd aliud natura desideret. *Sunt etiam rursus voces Tertullianicæ:* subsistruendus, gloriandus, tibicinandus. *Item:* rationalitatem, sensualitatem, intellectualitatem; *de quibus, sicuti etiam de* immortalitate, Animæ & Arbitrij libertate, *vide supra cap. 22.*

Cap. xxxix.

445. Quæ omnia natiuitùs animæ conlata, &c.] *Retinuimus veterem huius capitis, quod paulopriùs auspicamur, titulum,* Nullam penè Animam sine dæmonio esse, vtique ethnicorum. *Tractauit idipsum Auctor supra Tom. 1. Apolog. cap. 22. ac 46. & huius lib. cap. 1. num. 12. de Socratis dæmonio, & repetitur iterum infrà cap. 57.*

446. tota illa puerperij superstitione? &c.] *De hac, partim supra c. 37. num. 436. partim in sequentibus; phrasis verò iterum Tertullianica:* dæmoniorum candidata.

447. dum in partu Lucinæ & Dianæ eiulatur, &c.] Lucina *ita dicta (vt supra c. 37. dixit Auctor) quòd producat in lucem. Hucpertinet quod habet D. Augustl. 4. de Ciuit. Dei, cap. 12.* Lucina *quæ à parturientibus inuocetur, & illud Terentij in Andria:* Iuno Lucina fer opem. *Cicero enim (si Vinii creditur) & Iunonem & Dianam fuisse* Lucinam *appellat sam scribit alicubi, pro quo facit coniunctio: &, hic intermedia.*

448. dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur, &c.] *Tibullus: de Natali* Iunone:

Natalis *Iune* sanctos cape thuris aceruos.

Videtur itaque, sicuti Genio, sta etiam Iunoni, mensa proponi *solere. Sicuti enim (vti mox adiungit Auctor:)* omnibus Genij deputabantur, *ita etiam* Iunones; *contra quàm sentunt quidam, qui virin Genios, mulieribus Iunones adtribui volunt. Pro nobis certè facit illud Plinij lib. 1. Quum singuli ex semetipsi totidem Deos faciant,* Genios Iunone fèque *adoptando sibi. Et illud Senecæ alicubi: Singulis enim & Genium & Iunonem dederunt.*

449. dum vltima die fata scribunda aduocantur.] *De hac sic etiam supra cap. 37. quum & fato iam inscribitur. Ad*

Iunxe consuetudinem adludere Virgilium etiam adnotauit Turneb. Aduers. l. 18. c. 34. dum, nate Saturnia;

Talia secla suis dixerunt currite fusis,

Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Quæ autem fata scriberentur, *indicat his verbis B. Aug. de Ciu. Dei lib. 5. cap. 9. Omnia enim, inquit, fato fieri non dicimus, immo nulla fato fieri dicimus; quoniam fati nomen ubi solet a loquentibus poni, id est in constitutione syderum, qua quisque contexitur aut natus est, quoniam res ipsa inaniter asseritur, nihil valere monstramus.*

450. Statinæ Deæ sacrum est.] *Quam hic Auctor* Statinam Deam *vocat, cui sacri habetur* prima constitutio infantis super terram, *B. Augustinus lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 21. Statilinum Deum vocat hic verbus, quibus tota puerperij superstitio egregie explicatur: Quid opus, inquit, erat parturientibus inuocare Lucinam? quid necesse erat Opi Deæ commendare nascentes? Deæ Vagitano (sic enim lege, pro Vaticano) vagientes? Deæ Cuninæ incunabulis, Deæ Rumineæ lactantes, Deo Statilino stantes? Deæ Adeonæ adeuntes, Abeonæ abeuntes, Deæ Menti, vt bonam habeant mentem; Deo Volumno & Deæ Volumnæ, vt bona velint? Diis nuptialibus, vt bene coniugantur; Diis agrestibus, vt fructus vberrimos caperent; & maximè ipsi Deæ Fructiferæ: Masti & Bellonæ, vt bene belligerarent, Deæ Victoriæ vt vincerent, Deo Honorino vt honorarentur, Deæ Pecuniæ vt pecuniosi essent; Deo Æsculano & filio eius Argentino, vt haberent ærarn argenteámque pecuniam? Hallenus ille. Quæ hic sequuntur, ad varia sacrificiorum idololatricorum genera pertinent.*

451. quod dæmonum nomen est.] Genios *non aliud esse quàm dæmonas, supra late deduxit Auctor Tom. 1. Apolog. c. 32. vbi vide Adnotat. nostras num. 451. De* Genijs *autem qui singulis pueris adtribuebantur, præter Auctores citatos paulò ante num. 448. videantur Censorinus de die natali, Plutarchus in Problem. & l. de Animi tranquill. Marcellinus Ammianus hist. lib. 21. Empedocles denique & Menander singulos duos adtribuebant, bonum & malum.*

452. Ceterùm, inquit, immundi nascerentur.] Ceterùm, *pro aliquin, etiam Tertullianicum est. Est autem pulcra expositio verborum Apostoli Pauli 1. Cor. 7. Nunc autem sanctisunt, id est, vti loquitur Auctor,* designati sanctitatis, *& per hoc etiam salutis, alioquin, inquit,* meminerat Dominicæ definitionis: *Joan. 3.* Nisi quis nascatur ex aqua & Spiritu, non introibit in regnum Dei, id est, non erit sanctus. *Pulcherrimi sic vtrumque locum concordare faciens, vsque adeò vt nihil contra baptismum parturlorum (inxta quod calumniantur Anabaptistæ) sed potius pro illo faciat; vti etiam adnotauimus supra lib. de Baptis. cap. 18. num. 126. vbi etiam necessitatem baptismi ex probatam videre est cap. 12. num. 89. & cap. 13. num. 96. & 97. Similis est etiam huius loci Paulini expositio apud B. Augustinum lib. 3. De pecc. merit. & remiss. contra Pelag. cap. 12. Illud, inquit, sine dubitatione tenendum, quecumque illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atque ad diuittendà peccata; nisi Christiana & Ecclesiastica institutione & Sacramentis efficiantur fideles.*

Cap. xl.

453. Ita omnis Anima eousque in Adam censetur, &c.] *Titulum veterem ita locupletauimus:* Quomodo caro & Anima peccatrix dicatur.

454. secundum quam incedere prohibemur, &c.] *Adludit ad illud Gal. 5. Desideria* carnis *non perficietis.* Cato enim concupiscit aduersus spiritum. *Manifesta sunt autem* opera carnis, &c. *Atqui* carnales notantur infamia, 1. *Corinth.* 3. *Vbi dicitur: Nonne* carnales *estis, & secundum hominem ambulatis?*

455. non tamen suo nomine caro infamis, &c.] *Ad hunc locum respexisse videtur Petrus Lombardus Sentent. lib. 2. cap. 31. Peccarunt, inquit, quidam secundum Animam trahi originale peccatum, non solum secundum* carnem, *quia non solum* carnem *sed & Animam ex traduce esse arbitrati sunt. Idcòque fecit de corrupta* carne caro *seminatur; ita etiam de* Anima peccatrice Animam peccatricem *corruptione originali infectam a gignentibus trahi. Hoc autem (addit idem) fides catholica respuit, & tamquam verum ei adiuersum damnat, quæ nò* Animas, *sed* carnem *solam, ex traduce esse admittit. Quare id quidem verum est, quod paulò prius dixit Auctor, quòd* Anima recipiat ignominiam suam ex carnis societate; *at hic fallitur, dum Animam potius quàm carnem peccatrices nititur ostendere. Certè contrarium docent BB. Ambrosius c. 7. ad Romanos, & Augustinus lib. 4. contra Iulian. cap. 4. & 9. verbis ibidem à Lombardo citatis. Atquinova Tertull.* peccatela, *pro* peccata.

456. Adeò nulla proprietas nominis in Choico, &c.] *De* Choico, *id est terrem hominem, quem illi à Psychico & Spirituali homine distinguebant, vide supra lib. adu. Valentin. cap. 26. 29. & 32. Legimus autem cum Latinis:* vt instrumentum in officina vitæ, *pro:* in officia.

457. Denique sensus delictorum, etiam sine effectibus, imputari solent Animæ, &c.] *Nihil hoc facit vt peccatum originale Animæ imputetur; quia (inquit Apost. Rom. 7.) iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, hoc est, in carne mea, peccatum. Quum autem & supra cap. 15. & infrà lib. Exhort. ad castit. legar conformiter Euangelio:* Qui viderit mulierem ad concupiscendum, *etiam hic ad diximus: mulierem. hic interim habet* ad concupiscentiam, *sensum, non vocem transferens.*

Cap. xli.

458. Malum igitur Animæ, &c.] *Titulum hic veterem retinuimus:* De malo & bono Animæ. *Atqui etiam hoc ad primæ paradoxon pertinet, quòd dicat* malum Animæ ex originis vitio antecedere.

459. naturale quodam modo, &c.] *Distinguit* naturale quodam modo, *à naturæ corruptione sed distinxit, & naturale propriè; cum adhuc relinquas agnoscit, nempe* boni illius quod principale erat in Anima *ante lapsum hominis in homine iam corrupto, & non* tam extinctum illud quàm obumbratum. *Quilocus contra est facit, qui Liberum Arbitrium, per peccatum illud originale in homine, non modo corruptum aut imminutum, sed extinctum volunt, atque adeo nullam agnoscunt Arbitrij libertatem. Verum de eo latius infrà l. 2. aduers. Marc.*

460. & solus homo sine peccato Christus, &c.] *Excepit non vno loco B. Augustinus B. Virginem Mariam Deiparam.*

461. Deus bonus est, Deus videt, & Deo commendo, &c.] *Scripsit de hoc Argumento librum integrum Auctor de Testimonio Animæ, quem habes supra Tom. primo.*

462. per secundam natiuitatem ex aqua & superna virtute, &c.] *Quam hic:* supernam virtutem, *mox:* Spiritum sanctum *vocat, de quo latius: supra lib. de Bapt. cap. 5. num. 43.*

Cap. xlii.

463. De Morte iam supereſt, &c.] *Veterem titulum retinuimus:* De Morte. *Interim nihil adhuc certi de ea determinat, nisi infrà c. 50. & 51.*

464. quamquam Epicurus, &c.] *Ista ibi etiam repetitur, quum dicat:* vt iam hinc non Epicuri stupor suffundatur, negantis debirum istud ad nos pertinere. *Verba similia Epicuri, quæ ab Auctore citantur, reperiuntur apud Lactantium inter Aliqua eius dogmata, lib. 3. cap. 17. Quando nos, inquit, sumus, mors non est; quando nos non sumus, mors est:* mors ergo nihil ad nos. *Reste inde autem: Quàm arguti nos fefellit? Quasi verò transacta mors timeatur, qua iam sensus ereptus est; ac non ipsum mors, quo sensus eripitur. Est enim tempus aliquod, quo & nos tam non sumus, & mors tamen nondum est, idque ipsum videtur miserum esse, quum & mors esse incipit, & nos esse desinimus. Porrò in eadem epistola, nempe ad Menœceum, reperiuntur etiam verba hæc à Tertulliano in Latinum versa:* ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Quæ etiantur à Plutarcho, lib. de Tranquill. animi; & ex illo tanquam Plutarchi lib. 2. de Homero, à Gell. Noct. Attic. lib. 2. cap. 8.*

465. Multo coactiùs Seneca: Post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa.] *Eu eandem sententiam repetit Auctor, infrà*

infrà lib. de Resurr. car. cap. 1. & 3. Reperietur autem l. de Remed. fortuit.

466. Denique nec speculum eius somnus, &c.] *Alludit ad illud Ouidij:*

Stulte, qui est *somnus*, gelidæ nisi *mortis* imago?

CAP. XLIII.

467. De somno prius disputemus, &c.] *Titulum capitis eadem seruauimus* : De somno pertinente ad tractatum mortis. *Est autem sic necessariò distinguendum locum istum*: De somno prius disputemus; post, *de est postea*, mortem qualiter Anima decurrat.

468. Non vtique extranaturale est somnus, vt quibusdam Philosophis placet, &c.] *Motem* Philosophos *recensèt, contra quorum singulorum opinionem singulatim disputat Auctor.*

469. Stoici, somnum resolutionem sensualis vigoris adfirmant.] *Idipsum sic explicat Plutarchus lib. 5. de Philos. cap. 24. Plato, inquit, & Stoici somnum fieri putât sensilis quidem spiritus remissione, & tamquam laxatione; quemadmodum & super terram consedente flatu, eodem verò se recipiente ad superciliorum interstitium, id est, animæ principatum. Quorum sententiam latiùs explicat Auctor paulo post* : Superest si fortè cum Stoicis, &c.

470. Epicurei diminutionem spiritus animalis.] *Cum hac opinione satis conuenire sententiam* Democriti & Stratonis *patet ex his infrà verbis Auctoris* : Proinde deminutionem animalis spiritus, aut indigentiam spiritus, aut segregationem consati spiritus; immortalis anima non finit credi. Perit anima si minoratur. *Ad postremum autem etiam illud pertinet quod Plutarchus cap. 25. eiusdem libri Empedocli tribuit* : Somnum verò alij *ignis* interni segregationem *esse.*

471. Anaxagoras cum Xenophane, defetiscentiam.] *De* Anaxagora *paulo aliter Plutarchus* : Anaxagoras, *inquit*, somnium *corporalis functionis esse*; *corporalem enim esse, non animalem. Disputat contra hanc opinionem, non modò Auctor ea loco*: Neque enim eredendum est, defetiscentiam esse somnum, &c. *Sed etiam Aristoteles lib. de Somn. & vigil. cap. 3. Porrò* Xenophanes, *qui inter alia, teste Suida, Elegiam scripsit de transitu animar. in alia corpora, Colophonium, Anaximandri ætate vixit.*

472. Empedocles & Parmenides, refrigerationem.] *De* Empedocle *sic vbi suprà Plutarchus*: Empedoles somnum *sanguinary* calorem refrigerationem *esse*. Parmenidis *verò eadem fuisse opinionem non mirum est, quum discipulum eius fuisse* Empedoclem *scribat Suidas.*

473. Aristoteles, mareorem circumcordialis caloris.] *Confutat hoc paulopòst Auctor, eandem facions Empedoclis de refrigeratione sententiâ, quum dicit*: Sed nec refrigelcentiam admittam, &c. *Quam hauddubiè clarius deducit* Aristoteles *loco mox citato, & etiam* refrigerationem pro marcore *vertunt Interpretes. Quam proinde etiam Plutarchus illi adtribuit dict. lib. cap. 25.* Aristoteles, *inquit, communem somnum corporis & Animæ autumat. Est enim eius functio, humor à pectore ad capitalia loca sustitus, subiectòque alimento seruat cordis refrigeratus. Verba eius sunt ista: Somnum esse concussum quendam caloris, ad interiores (cordi nempè) partes, & ἀπεψίαν, seu naturæ conuenientem: siue vinculum cordis, in quo est soni sensuum, quo minus moueri sui sunes possit.*

474. Porrò somnum tatio præit, tam aptum, tam vtilem, &c.] *Illud præterea agnoscit ibidem Aristoteles, quum immediate subiungit: Atque ille quidem* necessariò fit, & salutis gratia. *Confernat enim requies animantia. Post illud autem*: nihil eiusmodi non rationale, *addidimus iterum ex Gagneo*: nihil non naturale; *nam sequitur eius contrarium*: extra naturæ cardines.

475. Nam & æmulas somno valetudines, phrenetieam atque cardiacam, &c.] *Ad* Phreneticos *pertinet, quod habet loco citato Aristoteles : Melancholicos haud somno indulgere, propterea quòd refrigeratus est locus interior, vt non magna in iis alituum copia oriatur. Et* cardiacos cum phreniticis *coniungit etiam Cicero lib. de Diuin. eo quod (Celsi teste lib. 3. cap. 19.) spiritus ad* phreneticos *transeant : an hæc differentes, quòd in hu mente labat, in illis confluat : est autem* κραῖπαλη, *morbi genus in ore ventriculi flamachi. Ad quem adeo pertinere puto illud quod ibidem subiungit Aristoteles : Porrò atra bilis, quæ naturâ frigida est, alteriem officinam refrigeras; & proinde somnum impedit.*

476. etiam in lethargo, &c.] Lethargi *ibidem meminit Aristoteles; qui non aliud est, quàm insuperabilis somni necessitas cum mentis alienatione, atque adeo ad eum pertinet, quod de* cornitate *subiungit Auctor.*

477. Nam & in his plurima somni paratura est.] *Somnum conciliatricibo & potu, ibidem adnotauit Aristoteles. Est verò etiam hic* vox *Tertullianica*: paratura.

478. ille sons generis Adam, &c.] *Quum dicit* antè dormiuisse Adam quàm laborauit, quàm & edit, immò quàm & profatus est : *subindicat illud Gen.* 2. Immisitque Dominus Deus soporem in Adam, &c. *est ysterius positum, prius tamen multo contigisse, nempè ante illud Gen.* 1. *Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, &c. quæpè quod non ad* Adam *solum, sed & ad mulierem dixit Deus. Atqui quod hic de* somno naturali, *suprà cap.* 11. de Exstasi *interpretatur est, verùm de eo latiùs Tom. sequ. ad fragmenta libri de Exstasi.*

479. Si enim Adam de Christo figurabat, &c.] *Strategie propria est hæc lectio Tertull. quàm illa Gagnei* : figuram dabat. *Similiter autem & Rufinus in Exposit. Symboli, inter opera B. Cyprian. Tom. 3. interpretatur hunc Gen. locum, vt per Eumdem de latere Adam, intelligatur* vera mater viuentium Ecclesia.

480. paradigmate Platonico pleniùs.] *Quod hic* παράδειγμα, *paulòante* exemplar *dixit. Donatus & alij, exemplum, malunt vertere. Ad quod* vero paradigma Platonicum *adludat nescio; nisi forsè ad Phædonem eius, vbi* somnum *& vigilium vitæ & mortis comparat, aut ad Dialog. 9. de Rep. eum, vbi iustio docet modum, quo sanus somnis possit contingere. Quod postremum confirmare videtur tota sequens & longè de supore* Adam *narratio Auctoris. Atque de Prometheo* : lineas agere, *vide nostra Prolegomena.*

481. resurrectionem mortuorum tibi adfirmat, &c.] *De hoc latius in sequ. de* Resurr. carnis.

CAP. XLIIII.

482. Ceterùm de Hermotimo, &c.] *Verba hæc ipsa Auctoris veteremtitulum huius comprobant*: De Hermotimi Anima. *Hucpertinet quòd suprà cap.* 2. *habet Auctor* : vt Hermotimum, cui Clazomenij motiuo templum contulerunt; *fecit etiam* Hermotimi *mentionem, qui postea in Pythagora reuixerit, cap.* 28. *& 31. Scripsit etiam Lucianus Dialogum* Hermotimi *titulo. Historiam autem seu fabulas de summo Auctor ex Plinio nat. hist. lib. 7. c. 52. Reperimus, inquit, inter exempla* Hermotimi Clazomeni Animam relicto corpore errare solitam, *vagámque è longinquo multa denuntiare, quæ nisi à præsenti non scirenon possent, corpore interim semianimi; donec cremato eo inimici, qui Cantaridæ vocabantur, remeanti Animæ velut vaginam ademerit.*

483. fecessionem Animæ esse somnum, &c.] *Ita prorsus legendum, pro eo quod erat*: somnium. *Quòd autem hanc* Somni *definitionem primus somniarit, disquirat curiosus Lector. Est verò rursum* vox *Tertullianica*: subornetur, *de qua suprà lib. de Præscript. adu. hær. num.* 38.

484. vt de incubone præsumptio est, &c.] *Morbus* incubonis *etiam vulgo satis notus est*; quam verò Soranus opponat valetudinis labem, *nescio an apud Medicos reperiatur, quum illius operum ferè nihil exstet.*

485. quod etiam Epimenidem in fabulam impegit, &c.] *Etiam hoc ex Plinio desumpsit vbi suprà: Et in Gnosio, inquit*, Epimenide *similiter accipio, Puerum æstu & sitiente sessum in specu* VII. *& L. dormisse annis; rerum facierm mutationemque*

mirantem, velut posteros experrectum dic. Atqui de Nerone & Thrasimede infrà latius c. 49. num. 551. ac 552.

486. Theopompus.] *Verisimiliter loquitur, non de Theopompo. Athenæus antiquæ Comediæ Poëta, sed de Theopompo Chio, qui varias scripsit historias, Isocratis discipulo.*

CAP. XLV.

487. Tenentur hîc de somnijs quoque, &c.] *Retinuimus hic etiam Veterem titulum:* De somnijs, quomodo ea patiatur Anima, & vnde eueniant. *Atqui ea de re vide tum Aristotelem lib. de Insomnijs, tum Platonem initio Dialogi 5. de Republica, Lactantium l. de Opific. Dei, c. 18. & Nyssen. l. de creat. hominis, cap. 24. Macrobium denique lib. 3. in Somn. Scip. qui quinque ibi somniorum genera prosequitur.*

488. Hanc vim exstasin dicimus, &c.] *De Exstasi tractatum differimus ad Tomum sequ. in Præfat. ad Fragmenta librorum Tertulliani de Exstasi.*

489. si compotes somniaremus. *Quod hic dubiè, mox clarè dicit:* quam compotem esse non licet, *nempè vsionis in somnio bonorum autor dormiens.*

490. non magis enim ob stupri visionem damnabitur, &c.] Quòd vana non sint somnia.

492. Vana in totum somnia Epicurus iudicauit, &c.] *Facile est credere quòd* Epicuri *fuerit hæc opinio, quippè quietiam, vti subiungit,* liberatit à negotijs diuinitatem, *de qua suprà Apolog. cap. 45. num. 569. & lib. aduers. Valentin. cap. 7. num. 61.* & diffoluerit ordinem rerum, *repotè qui prouidentiam Deo tollat: &* in pastiuitate, *id est* licentia vitæ, omnia spargat, *quippè qui voluptatem summum bonum sic constituerat; & alio euscemodi diceret, quæ ad vitia prænum alioqui populum allicerent, sicuti latè prosequutur Lactant. lib. 3. cap. 17. & Cicer. lib. 1. de Diuinat.*

493. Homerus duas portas diuisit de somnijs, &c.] *Reperitur hæc apud Homerum Odyssea 7. cum versus Græcos Virgilius Æneid. 6. sic vertit:*

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto: (*eburnea, nempè*)
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.

Citatur enim in hanc sententiam Virgilius etiam à Lactantio lib. de Opific. Dei, cap. 18. Desumpsit autem Homerus istud ex Platone in Charmide.

494. Aristoteles maiore sententiam mendacio recitans, agnoscit & verum.] *Hoc vult dicere de* Aristotele *Autor, quòd quamquam putet maiorem partem somniorum mendacio esse, tamen etiam veram subinde in illis agnoscat. Ipse enim lib. de Diuinat. per somn. neque contemnendam esse eam docet, nec ei fidem habendam; de quibusdam tamen ex somnijs diuinationem esse, non fieri incredibile. Quod autem ex Deo vegetimmitti; contra eos id dicit, qui omnium somniorum causam Deum faciunt.*

495. Telmessenses nulla somnia euacuant.] Euacuare *videtur sumere Autor, pro vacua, id est* vana facere, *quia teste Cicerone vbi suprà, Telmessenses, à Telmesso vrbe Cariæ sic dicti, erant admodum diuinationibus & Aruspicum responsis dediti, & proinde etiam verisimiliter diuinationes quæ sit per somnia.*

496. Quis autem tam extraneus humanitatis, &c.] *Hæc pertinere illud quodinfrà habet Autor cap. 57. At (inquit aliquis)* somnia quæ videntur vera sunt. *Respondet Autor:* Non enim quia videntur vera sunt, fed quia adimplentur. Fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiatur.

497. Astyages Medorum regnator, &c.] *Hæc fusè prosequitur* Herodotus, *qui etiam ab Autore citatur, hist. l. 1.*

498. Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior.] *Floruisse enim scribit Suidas Persicis temporibus Olympiade 75. Qui quum Persicainter cetera multa historica scripserit, verisimile est in illis contineri quod hic citat Autor. Adleganr idem subinde ab Athenæo & Plutarcho. Recte autem addit meo iudicio Autor:* Qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt.

499. Philippus Macedo nondum pater, &c.] *Adnotauit Lætanus ipsum etiam à Plutarcho reprehendi in* Alexandro, *sed paulò aliter instit.*

500. quia leo semel pater est.] *Videtur id confisse, de quo plin. lib. 8. cap. 16. Semel, inquit, edo partum (& proinde semel dumtaxat Leonem patrem esse) lacerato vtero in eum vsu, vulgum credidisse vdeo. Aristoteles diuersa tradit l. de animal. sicuti etiam ipse Plinius.*

501. Aristodemus vel Aristophon.] *Quis sit iste* Aristodemus, *nescio, nisi ille qui, teste Suida, compendium vniuersa Heroditanæ scripsit, an vero qui collectarum fabularum, Plutarcho teste, aliosque libros edidit. Atqui etiam citatur* Aristophon *Comes, vti etiam à Laertio.*

502. Ephorus scribit.] *Quum* Ephorum *Cumanum senierem Theopompo æqualem facias Suidæ (quem ait Alexandrum laudibus ornasse) videtur non approbanda eorum sententia, qui hunc* Philippum Macedonem *aneteccisse scribunt; sin secus, poterit de* Ephoro *Cumano iuniori Tertullian. intelligi.*

503. Sed & Dionysij Siciliæ tyrannidem Himeræa quædam somniauit.] *Rectius sic Basilensis additis, quam Gagnæi:* Hemerea. *Hinc autem castigandus est Valerius Max. lib. 1. c. 7. de somnijs, & legendum* Himeræa, *pro eo quod est:* Himera. *Neque enim proprium nomen esse Himeram, recte admonuit Leopard. Emend. l. 8. cap. 7. sed gentile potius, ab* Himera *vrbe Siciliæ, Stesichori patria. Addeni præterea, quod apud Suidam reperiatur* Ἱμεραία ὁ Στησίχορος. *De quo pendet num fides esto, quia in illo reperire non potui.*

504. Heraclides prodidit.] *Idem citatur etiam infrà cap. 57. de Oraculis. Verisimile est eundem esse, qui vrbe quæ citatur. Quis autem ille fuerit meter toi eius nominis scriptores, diligentiùs Lector curiosus.*

505 Et Seleuco regnum Asiæ, &c. Euphorion prouulgauit.] Euphorionem *intelligit, qui (teste Suida) Bibliothecæ præfuit apud Magnum Antiochum Syriæ Regem, & libros sex de Oraculis addidit. Fuerunt enim* Seleuci duo *Antiochi eius prædecessores; de quorum primo loqui videtur Autor, qui inxta Eusebij Chronicon, capto Demetrio, destructo Asiæregno, ex vtroque vnum facient, Syriæ & Asiæ pariter imperauit.*

506. Mithridatem quoque, ex somnio Ponti potitum, à Strabone cognosco.] *Habet id Strabo lib. 7.*

507. Et Baladiem Illyricum, &c. de Callisthene, &c.] Callisthenem *illum intelligi haud dubiè, cuius Rerum* Macedonicarum *libros citat Plutarchus, in Parallelis minoribus, cap. 15. An idem sit qui ab Alexandro interfectus sit, nescio; qui quum non exstet, de Baladie historiam alibi quæras lector.*

508. Reformatorem Imperij, &c. Iulium Octauium tanrùm, &c. Marcus Tullius iam & Augustum, &c. de somnio norant. In Vitellijs Commentarijs conditum est.] *Quam non exstent* Vitellij Commentarij, *penes nostrum Auctorem fides esto: sufficit quod id ipsum reperiatur in vita Ciceronis apud Plutarch.*

509. vt quum Cæsar, &c. aliàs maiestatem, aliàs discrimen ab hostibus relaturus.] *Ex castigatione Harrisij:* discrimen *legimus, pro:* crimen, *ex quod de bello* Cassij & Bruti *in hunc modum scribat T. Florus lib. 4. cap. 6. Primum adeò anceps fuit, & par vtrique tertamine discrimen, vt exitus prælij docuit. Capta sunt hinc Cæsaris castra, inde Cassij. Atqui ad intellectum huius loci facit, quod habet Lact. lib. 2. c. 8. Illud quoque, inquit, somnium non minoris fuit admirationis, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus. Nam, quum bello ciuili Brutiano, implicitus grauimorbo, abstinere prælio statuisset: medico eum*

Artorio

Attorio. *Mimerua ſpecies obuerſata eſt, monens me propter corporis imbecillitatem, caſtra ſe concinnere Cæſar. Itaque in eadem perlatus eſt, & eodem die à Bruto caſtra capta ſunt. Aeque hoc eſt quod dicit Auctor* de ſtituto tabernaculo : *de quo vide Suetonium Octauio cap. 91.*

510. vt quum Polycrati Samio filia crucem proſpiciit, &c.] *Quo tempore hic vixerit, explicat Plinius lib. 33. cap. 1.* Polycrati (*inquit*) Sami *tyranno, dilectum ille annulum in mare abiectum, captis relatum ab ipſo, ipſe, cruciatus ægre. annum Vrbis noſtræ, interfectio.*

511. de ſolis vnguine.] *Explicat iſtud lib. 3. Herodotus, ſcribens dictum Polycratis filium vidiſſe per ſomnium patrem ſublimem in aere, qui à ſole vngueretur, qui proſpexit in crucem aſtum ſolis ardore exſiccandum.*

512. & lauacro Iouis.] *Iſtud eſt quod ibidem Herodotus illum ſomniaſſe ſcribit, quod pater à Ioue lauaretur ; hoc eſt, pluuiis, & imbribus, quæ Iouis ethnicis tribuebant, perfundaretur.*

513. Ciceronis denique dignitatem patruuli etiam nunc, gerula iam ſua in ſpexerat.] *Legimus iterum ex Gagnæo:* gerula iam ſua, pro quæ irreſpexerat : iuam. *Vide verò iſtud apud Plutarch. in vita* Ciceronis.

514. Cygnus de ſuis Socratis demulcens homines, diſcipulus Plato eſt.] *De hoc ita Laërtius in vita Platonis : Dicitur Socrates per ſomnium vidiſſe, ſe* Cygni pullum *inter genua habere, qui etiam tueſtigio produtus alu euolauit, iucunde clangore edito ; & poſtridie* Platonem *ipſi commendatum eſſe, & ipſum dixiſſe hunc illum eum eſſe.*

515. Cleonymus Pyctes ab Achille curatur in ſomniis.] *Vide Homerum.* Cleonymum *etiam quendam inſectatur Ariſtophanes in Nubibus, tanquam fugacem & timidum.* Pyctes *autem pro pugil, vere notat eſt.*

516. Coronam auream, &c. Sophocles Tragicus redinducit.] *Vocat eundem Plinius l. 7. c. 27.* Tragici *cothurni principem ; Athenienſem facit Suidas, qui exhiberit fabulas 123. victoriæ 29. reportauerit. Ipſum autem ſomnium eius habet Euſebius lib. 1.*

517. Neoptolemus Tragœdus apud Rheteum Troiæ ſepulcrum Aiacis, &c.] *Sic reſtituis hunc locum cum Leopardo Emend. l. 3. cap. 15. ac 16. pro eo quod erat:* apud Erythreum. *Nam id in hac verba conformat Plinius l. 5. c. 30. Extra ſinum ſunt (inquit)* Rhetea *littora, Rhetco & Dardanio oppidi habitata. At paulopost: In Sigæo ſitus & Aantien Rhodiis conditum, in altero cumulo* Aiacis ibi ſepulcrum.

518. Quanti autem Commentatores, &c.] *Varies hic* Commentatores *erat, qui de ſomniis ſcripſerunt. Atqui interpretatienie ſomnij Auctor primus Amphitiæn ponitur à Plinio lib. 7. cap. 56.*

519. Attemon.] *Ex* Artemone *quantum apparet Medico, quædam deſcripſit Plinius lib. 28. cap. 2. Citatur etiam* Artemon *Clazomenius à Suida & Æliano.*

520. Antiphon.] *De hoc ita Suidas:* Antipho *Athenienſis concoctor fine ariſtocx (vel dibi idem loquitur) de interpretatione ſomniorum ſcripſit.*

521. Strato.] *Hunc idem de ſomno & de inſomniis ſcripſiſſe teſtatur Laërtius, nempè Stratonem Lampſacenum.*

522. Philochorus.] *Etiam hic, Athenienſis Vates & Aruſpex, de diuinatione partim libros à ſe ſcripſit ; atqui etiam ex ſomniis habet diuinatio. De hoc iterum paulopost Auctor :* cum Philochoro Athenienſi.

523. Epicharmus.] Epicharmi *carmina quædam habes ſupra & infrà. Laërtius verò ſcripſiſſe etiam cum tradit Commentarios de Natura & de Medicina. In illis itaque verſimile eſt eum etiam de ſomniis aliquid ſcripſiſſe. Videantur Romæ in Bibliotheca Vaticana. Certè Auctor paulopost :* Ceterùm Epicharmus *(inquit)* etiam ſummum apicem inter diuinationes ſomniis extulit.

524. Serapion.] *Ex* Serapione *quedam Plinius ſe quedam ſumpſiſſe adnotauit ad l. 2. & iterum ad l. 4. Vbi eum Antiochum vocat. Fuerunt verò etiam alij* Serapiones.

525. Cratippus.] Cratippus *Philoſophus Peripateticus, ſcripſit libros De diuinatione & Somniis.*

526. Dionyſius Rhodius.] Dionyſium *Muſonij filium* Rhodium *à quibuſdam dici, adnotauit Suidas, quaſi fuerit hoſpes eius, & fani ſolis ſacerdos.*

527. Hermippus.] *De hoc ſic paulopoſt Auctor :* Cetera cum ſuis & originibus & ritibus & celatoribus, cum omni deinceps hiſtoria Somniorum Hermippus Betitenſis quinione voluminum fatiatiſſimè exhibebit. *Hæc autem deſcripſulum Voluſenij Bibliij, ſub Adriano Imperatore, multa ſcripſiſſe tradit Suidas.*

528. Nam & oraculis hoc genus ſtipatus eſt orbis.] Oracula *varij generis adfert, & conuincit mendacij, Euſeb. l. 5. De præpar. Euang. c. 10. & præſtigias appellat Lactant. l. 2. cap. 17. Plura autem diuinationis oratiarium genera enumerat Clemens Alexandr. Orat. ad Gentes, nempè Lebrotem Theſpretæum, tripodem Cyrrhenum, ex Dodonæum, Gerandrion, fontem Caſtalion, fontem Colophonis, Clarium, Pythium, Didymeum, & Apollineum ; præter ea, de quibus mox latius.*

529. vt Amphiarai apud Oropum.] *Sic legimus cum Leopardo, loco mox citando, pro:* Horopum ; *quia* Oropus *oppidum in confinio Bœotiæ legitur apud Plinl. l. 4. c. 7. qui etiam* Amphiarai *memnit, quòd apud Thebas aburit ante ætate ante bellum Iliacum, cuius filia Tiburte Tetuſſimes exſtent illutes tres in agro Tiburtino, apud quas ſanguarius tradatur. Certè* oraculum Amphiaraum *nominatim addit ubi ſupra Clemens Alexandrinus.*

530. Amphilochi apud Mallum.] *Legimus* Amphilochi *cum eodem Leopardo, pro :* Amphiloci. *Nam etiam Clemens Alex.* Amphilochum *oraculum celebrat ſicuti etiam B. Iuſtinus Mart. Apolog. 2.* Mallum *verò oppidum Ciliciæ propinquum, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 27. ſubintelligit.*

531. Sarpedonis in Troade.] *De hoc ita Plinius lib. 13. cap. 13. Præterea Mutianus ter Conſul prodidit, ſe legiſſe, quum præſideret Lyciæ :* Sarpedonis à Troia *ſcriptum in quodam templo chartam. De oraculo autem eius, vide Philoſtratum in Heroicis.*

532. Trophonij in Bœotia.] *Idem Plinius lib. 34. laudat opus Enterarchi ſimulacrum* Trophonij, *ad oraculum, de quo ſic latius lib. 31. cap. 2. In* Bœotia *ad* Trophonium *Deum, iuxta fluuium Orchomenon, duo ſunt fontes ; quorum alter memoriam, alter oblivionem adfert, inde numinibus inuentis. Abit autem hinc in Prouerbium : in auro* Trophonij *poticinari, de quo lusit Eraſmus in Chiliadibus. Atqui ad iſtud oraculum etiam reſpexit Plutarchus l. de Defectu oraculorum : etiam ab Euſeb. lib. 5. De præpar. Euang. cap. 8. Nullibi nunc quàm in Lebadia* Bœotiæ *oraculum in illis partibus inuenitur. Sic enim omninò ibi legendum eſt, pro eo quod erat corruptè :* Boetiæ.

533. Mopſi in Cilicia.] Mopſi *etiuſdam Vatis meminit Mela, qui in finibus Pamphyliæ Phaſelin vrbem condiderit ; an idem ſit cum Apollinis filio, cum quo Calchas de priſca diuinandi certaſſe ſcribunt, Lectori iudicandum relinquo. Valerius Argonaut. lib. 1. Sacrum* Mopſum *quendam commemorat, de quo hic Auctor loquitur.*

534. Hermionæ in Macedonia.] *De oraculo* Hermionæ *ſic habet Suidas :* Hermione, *Peloponeſi oppidum eſt, Cereris, & Proſerpinæ aſylum. Ibi itaque verſimile eſt oracula pronunciari ſolita.*

535. Paſiphaæ in Laconica.] *Sic legendum omninò, pro:* Paſiphæx, *recte admonuit Leopardus Emend. lib. 8. cap. 4. Nam conſentiunt Cicero lib. 1. De diuin. ac Plutarchus in vita Agidis & Cleomenis. Qui præterea (inquit Cicero) Lacedemonii (hunc in Laconica addit Auctor) non contenti vigilantibus curis in Paſiphaæ fane, quod eſt in agro propter urbem, ſomniandi cauſſa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant. Conſentit etiam cum Plutarcho Pauſanias in fine Laconic. ſcribens : In Thalamis (quam Stephanus dicit fuiſſe Meſſeniæ vrbem) fuiſſe ioues oraculum, Græcè μαντεῖον, & fanum, in quo futura diuinantes prouiderent, creſtâque eſſe ex ara ſigna in eis ſanè parte quæ ſub dio eſt,* Paſiphaæ *(ſic enim recte etiam illum locum reſtituit, pro:* Paphiæ) *(ſic enim recte etiam illum locum reſtituit, pro:* Paphiæ)

mum, Solis alterum. Nec mirum, quum Solis fuerit filia Pasiphaë *Uxor Minois Cretæ Regis.*

536. Sed & Stoici Deum malunt, &c.] *Hæc desumpta videntur ex lib. 1. de Nat. Deorum Ciceronis, ubi similia videre est, sicuti etiam apud Plutarch. lib. 5. de Plac. Philos. cap. 1.*

537. Nam de oraculis etiam cæteris, &c.] *Similiter supra Auctor Tom. 1. Apolog. cap. 22.* de dæmonica virtute: Æmulantur *(inquit)* diuinitatem, dum furántur diuinationem. In oraculis autem, quo ingenio ambiguitates temperent in euentus, sciunt Græci, sciunt Pythii, &c. *ne prolixior sim, remittens Lectorem ad Adnotat. illic nostras num. 349. 350. 351. 355. Eodem pertinet illud cap. 23. de Magis:* si pueros in eloquium Oraculi eliciunt.

538. etiam per beneficia fallentes medicinarum, &c.] *Similiter Auctor loco iam citato:* Benefici *(inquit)* planè & circa curas valetudinum. Lædunt enim primò, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua siue contraria; post quæ desinunt lædere, & curasse créduntur.

CAP. XLVII.

539. Definimus enim à Dæmoniis plurimùm incuti somnia, &c.] *Tutdum huic capiti, à præcedentibus recens distinctio, dedimus:* Quæ sit de somniis Christiana sententia, quòd nempè pleramque à Dæmonio aut Deo immittantur, aut ad Exstasin pertineant. *Atqui primi illud etiam supra adserunt Auctor dicti Apolog. cap. 23. de Magis;* si & somnia immittunt.

540. A Deo autem, &c.] *Latum habes tractatum huic immixtum, similem de somniis quæ à Deo incutiuntur, apud B. Gregor. Nyss. lib. de creat. hom. cap. 14.*

541. pollicito scilicet & gratiam spiritussancti, &c.] *Mose solito magis sensum citat Scriptura loci. 1. quàm verba; quæ ipsa inuenire est Act. 2. Historia autem somny Nabuchodonosor, Daniel. 2. notissima est, quam etiam Nyss. citat.*

542. ex visionibus Deum discunt.] *De* visionibus *supra Tom. 2. l. de Idolol. c. 15. nu. 121. Hic autem etiam de* visionibus ethnicorum *loquitur*, quippè *qui sint* maior penè vis hominum.

543. ita & tentatio mali in sanctos, &c.] *Iterum hic* Malus *substantiuè pro diabolo accipitur; de quo quod dicit:* à quibus nec interdiu abstitit, *videtur pertinere ad illud Psal. 90. A sagitta volanteem die, ab incursu & dæmonio meridiano. Locus vero* Epicharmi *allegari non potest, quòd non exstet eius opus de Somniis. Atqui de* Exstasi *infra Tomo seqq. Legimus autem max eum Gagnæo & Gelenio:* neque ab anima videbuntur accidere, *pro eo quod irreperat in edit. Lugdun.* occidere.

CAP. XLVIII.

544. Cettiora & colatiora somniari affirmant, &c.] *Caput hoc, etiam ab aliis separatum, in scripsimus:* Quòd reliquaque de somniis scribuntur, ingeniosa magis quàm constanter probentur. *Atqui hanc opinionem quòd statim post cibum plurimus occurrant somnia, sanctè Plinius l. 10. c. 75. quum dicit: A vino & cibis proxima, atque inredormitione vana esse visa, propè conuenit. Alioqui videtur propius cum Auctore sentire, quod* casu procedant.

545. Ex temporibus autem anni, &c.] *Haud absimile est illud Plin. l. 28. cap. 4. Aristoteles (inquit) & Fabianus, plurimum somniari* circa vernum & autumnum, *magisque supino cubitu, ac prono nihil; à quibus interim dissentire Auctor videtur his verbis:* si neque resupina, neque dextro latere decumbat, *sicuti etiam, quod* verno magis quietam esse Animam *præmisit. Etsi autem pro se* Platonem *esset, non potuit apud illum reperire; permittens Lectori inquisitionem diligentiorem.*

546. Superstitio; vt quum apud Oracula, &c.] *Rursus* Oraculorum, *de quibus supra cap. 46. meminit, & ieiunii insuper addit,* quod indicebatur apud Oracula incubaturis, *de quo iterum paulo post:* Sic enim & dæmonia sobrietatè expostulantà fuis somniatoribus. De præsumptione *vero* Pythagoricorum *fibam respuentium, vide supra cap. 31. nu. 381.*

547. Atqui nec trina illa cum Daniele fraternitas, &c.] *Latius hæc Danielis 2. cap. huiterna, tractatur infra lib. de Ieunio, Tom. 5.*

548. trium hebdomadarum statione.] Stationem *hic etiam pro statu ieiunio accipit Auctor, de quo latius supra lib. de Orat cap. VI. num. 58. & l. 2. ad Vxorem, cap. 4. num. 14. Morum est autem, quòd trium hebdomadarũ stationis, id est ieunij, meminerit, quum nusquam apud Danielem, neque infra l. de Ieiunio adu. Psych certa tempora vlla fiat mentio.*

CAP. XLIX.

549. Infantes qui non putant somniare, &c.] *Titulum huic capiti etiã ab aliis distincto, damus:* Quòd & infantes & omnis omninò gens somnia patiantur. *Atqui dissert vt verbo hanc opinionem, quòd* Infantes non somnient, *tradit Aristoteles lib. de Insomn. cap. 3. Ar etiam ante Auctorem contra sentit Plin. lib. 10. cap. 75.* Somniat *(inquit) statim infans, nam & fauore exergisci tur, & suctum imitatur.*

550. Sed & quod Libyca gens Atlantes, &c.] *Etiam hoc non solum Herodotus habet, quem citat Auctor, in Melpomene (vti ante me admonuit Leopardus Emend. l. 8. c. 2.) sed etiam Plin. tum loco iam dicto, vbi quod dam nunquam somniare scribit, tum l. 5. cap. 8.* Atlantes *(inquit) degenere sunt hominum vitæ, neque insomnia videntur, quòdia reliqui mortales. Locum vero* Aristotelis de heroë quodam Sardiniæ, *quærat Lector; nam nobis ad alia properandum.*

551. vt Neronis quoque feri somniatoris, &c.] *Latius de hoc supra Auctor nos cap. 44.* Sed & Neronem *(inquit)* Suetonius negat vmquam somniasse, nisi in vltimo exitu post pauores suos. *Verba* Suetonij in Nerone, *cap. 46. hæc sunt: Terrebatur ad hæc euidentibus portentis somniorum, & auspicorum, & ominum, tum ueteribus, tum nouis; numquam antea somniare solitus. Adludere eidem videtur Plin. dict. c. 75. l. 10. Mortiferum fuisse signum contra consuetudinem somniorum, inuenimus exempla.*

552. & Thrasimedis.] *Similiter etiam Auctor supra loco iam citato:* Sed & Thrasimedem Theopompus negat vmquam somniasse. *Reperitur idipsum apud Plutarchum (cuius quod loci citati admonuit Leopardus) lib. de defect. Orac.*

553. quia nulla iam gens Dei exstanea est.] *Fide de hoc supra lib. aduers. Iudæos cap. 7. vbi, post enumerationem variarum gentium, sic concludit:* Christi autem regnum & nomen vbique portigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus supra enumeratis colitur, vbique regnat, vbique adoratur, omnibus vbique tibiutitur æqualitet. *Eodem pertinet quod habet Auctor sequ. c.* quum contrà, omnes iam nationes ascendant in montem Domini, & in ædem Dei Iacob.

CAP. L.

554. Satis de speculo mortis, &c.] *Huius capitis titulum hoc modo auximus:* De mortis vi in omnes, à qua Menander falsò per suum baptisma discipulos suos eximit. *Atqui de morte prosequitur ad finem libri vsque, quem ea peras tractatum supra cap. 42.*

555. Finem omnium quæstionum, &c.] *Hoc pertinent illa etiam Ethnicorum sententia. Cicer. l. 6. Epist. 21. Extremum omnium rerum mors; Horatij l. 1. Epist. 1. Mors ultima linea rerum. Sicuti etiam ad id quæ appellatur:* Debitum naturæ, *tum hic, tum infra lib. de Monogam. ab Auctore, illud Horatij lib. de Arte: Debemur morti nos nostraque. Addent autem:* hoc Dei vocem stipulatam, *adludit ad illud Gen. 2. Quacumque hora comederis ex eo, morte morieris.*

556. sed hæretici Magi Menandri Samaritani furor, &c.] Menandri, *quem hic, B. Iust. Mart. Apolog. 2. de Irenæum secutus, Samaritanum vocat, varios errores recenset supra Auctor l. de Præscript. adu. hær. cap. 46. hæc. 2. n. 302. Vbi etiã* baptismi eius *fit mentio, sed hic præterea additur, quòd diceret* immortales & incorruptibiles, & statim refurrectionis compotes, qui baptisma eius induerint. *Quod ipsum etiam ex Irenæo de sumpsit lib. 1. cap. 21. Referrecti iam enim, per id quod est in eum baptisma, accipere eius discipulos, & vltrà non posse mori, sed perseuerare non senescentes & immortales. Item ex B. Iustino Mart. Apologet.*

Apologet.2.qui illum ait sectatoribus suis, minimè morituros esse, persuasisse. Quod ipsum in suum historiarum transitulere Euseb. & Niceph.locis supra citatis. Atqui infrà lib. de Resurr. carnis, errorem alterum eius recenset Auctor de carne hominis ab angelis procreata.

557. Sed aut ebriosos reddit Lynceſtatum vena vino-ſa, &c.] *Suprà lib. adu. Valentin, cap.15. similiter Auctor:* & Lynceſtarum quæ ebrios efficit; *vbi in hac verba Rhenanus:* Lynceſtæ *Macedoniæ sunt populi: vnde* Lynceſtis *Graecaforma, cuius non describit Plinius lib.2.2.Nat.hiſt.cap.103.quod eſt de miraculis aquarum fontium, & fluminum:* Lynceſtis *(inquit) aqua quæ vocatur acidula, vino modo temulentos facit. Item in Paphlagonia & in agro Calenofontis Paphlagonici meminit & Marcus Vitruuius. Idem prodit de* Lyncelti *Seneca Nat.queſt. lib.3.c.20. additens hos duos verſiculos ex Ouidio:*

Quem quicumque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.

558. aut Lymphaticos efficit Colophonis ſcaturigo dæmonica.] *De* Lymphaticis *aliquid ſuprà diximus lib. de Baptiſmo, cap.5.n.38.* Colophone *autem (inquit vbi ſuprà Plinius lib.2.cap.106.) in Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula, breuiore vita. Memnerunt eius ſtem Clemens Alexandr. lib.adu. Gentes, & Euſebius de Præpar. Euang. lib.2.cap.5.*

559. aut Alexandro accidit Nonacris Arcadiæ venenata.] *Haud abſimiliter loco citato ſuprà Auctor adu. Valentin.* vt & Nonacris, quæ Alexandrum occidit. *Vbi ſic Rhenanus: Libet hic (inquit) M. Pitruuij verba adſcribere, Tertullianus, quantum ad Alexandri Magni mortem adtinet, conſentientes, lib. de Architectura eſtatus: Eſt (inquit) in* Arcadia Nonacris *nominata terr ægia, quæ habetur in montibus è ſaxo ſtillantes humidiſſimos humores. Hæc autem aqua Styges hydor nominatur, quæ neſſum argenteum, neque æneum, neque ferreum vas poteſt ſubſiſtere, ſed diſſilit & diſſipatur. Conſeruare autem eam & continere, miſi mulinæ vngulæ, poteſt. Quæ etiam memoratur ab Antipatro in præceptis Vbi erat Alexander, per lollam ſilium perlata eſſe, & ab eo ea aqua regem eſſe necatum. Hactenus ille. De aqua variant Plinius & Quintus Curtius, cum Vitruuio & Tertulliano conſentit Pauſanias. De aqua etiam* Nonacride *non tacet Seneca Nat. queſt. lib.3. Quædam (inquit) aquæ mortiferæ ſunt, nec odore notabiles, nec ſapore. Circa* Nonactin *in* Arcadia *Styx appellata ab incolis, adueneſallit; quia non facie, non odore ſuſpecta eſt, qualia ſunt magnorum artificum venena, qua deprehendi niſi morte non poſſunt. Atqui habent ad Pauſanias & Q. Curtius, vti ante me admonuit Leopardus Emendat. l.4.c.8. qui inſuper etiam Plutarchum citat in* Alexandro, *& Ioannem Monachum eius verba citantem: item Ælian.l.10.c.40. hiſtor.animal. Trogum ſiue Iuſtinum, Herodotum in Erato, Artianum, Ianum Parrhaſium in Claudianum & Celſum, denique etiam Plinium lib. 30. cap.6. Atqui non variant hi Auctores de aqua huius venenato nomine, vti putat Rhenanus, ſed Stygiam nuncupant.*

560. Fuit & Ludææ laeus medicus ante Chriſtum.] *Probatio am piſcinam intelligi, de qua Ioan.5.*

561. Plane Stygias paludes Poëta tradidit mortem diluentes, &c.] *Mira phraſis:* mortem diluentes, *quantum apparet, pro: morti ſua dilutione occaſionem dantes; cui ſere ſimiles eſt illa Iuly Cæſar.2.lib. Bell. ciuil. Super lateres corio inducuntur, ne canalibus immiſſa aqua lateres diluere poſſet, id eſt, dilutione exſtirpare, mea quidem ſententia. Atqui videtur Auctor* Stygias paludes *à* Nonacri *diſtinguere, quam tamen Vitruuius, Plinius, Q. Curtius, & alij plerique* Stygem *pro eadem habere videantur, & nominatim, ſicut & Seneca, circa Nonacrin Arcadiæ* Stygem *collocent. Niſi quis malit (quod vero ſimileus videtur)* Stygias paludes *eas dumtaxat ab Auctore intelligi, quas* Poëta *(Virgilius nempè, aut Homerus) in inferno collocat. Pro quo facere videtur quod Auctor ſubiungit:* Sed & Thetis filiũ plangit, *nempè meter Achillem iam mortuum, atque adeò* Stygis paludibus *dilutum; cuius planctum videre eſt apud Platonẽ l.2.de Repub.ex Æſchyle. Item illud:* morienduin etit nihilominus vt ad Stygem venias. Apud inferos enim dicitur.

562. Quod hoc Menandri balneum, Comicum credo.] *Met aphoricõs à Menandro hæretico tranſit ad* Menandrum *Poëtam* Comicum, *imitatus in hoc B. Iren. lib.2. cap.27. qui veriſimiliter alicubi* Balnei *meminit alicuius, vti fere ſolent* Comici.

563. apud quod nec pro Deo ipſo mori lex eſt.] *Inſinuat Menandrum vnum fuiſſe ex Martyrij refragatoribus, cum quibus diſputat infrà Scorpiace adu. Gnoſticos.* Atqui Medeæ *veneficalhiſtoria omnibus nota eſt. Addit autem:* etli licuit in veruecem, *propter ſubreptum ab ea* Vellus *aurcum.*

564. Tranſlatus eſt Enoch & Helias, &c.] *Similiter Auctor Tomo primo, lib. adu. Iudæos, cap.2.* Nam & Enoch iuſtiſſ. non circumciſum nec ſabbatizantem, de hoc mundo tranſtulit, qui necdum mortem guſtauit; vt æternitatis candidatus iam nobis oſtendetet, nos quoque ſine Legis Moyſi onere Deo placere poſſe. *Et infrà lib. de Reſurr. carnis, cap.58.* Quod hodie (*inquit*) Enoch & Helias, nondum reſurrectione diſpuncti, quia nec morte functi, quã tamen de orbe tranſlati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia immunitatem catnis edifcunt; cuinam fidei teſtimonium ſignant, niſi quã credi oportet, hæc futuræ integritatis eſſe documenta? *Et ſuprà huius quoque lib. cap.35.* Helias *(inquit)* non ex deceſſione vitæ, ſed ex tranſlatione venturus eſt, nec corpori teſtituendus, de quo non eſt exemptus, ſed mundo reddendus, de quo eſt tranſlatus; non ex poſtliminio vitæ, ſed ex ſupplemento prophetæ, idem & ipſe & ſui nominis & ſui hominis. *Quæ expreſſe militant aduerſus Iudæi tantem Aben Eſra, qui illud:* tranſtulit eum Dominus, *Gen.5. de morte intelligit, quum contrà ſentiant cum Auctore Philo Iudæus, lib. de Vit. ſapient. Iren. l.1.cap.5. & lib.4.cap.30. Hieronym. adu. Pelagian. lib.3. & Patres omnes. Immò ipſe Apoſtolus Paulus Hebr.11. Fide (inquit) tranſlatus eſt* Enoch, *ne videret mortem.*

565. Cæterùm morturi reſeruantur, &c.] *Adludit ad Apoc.cap.11. Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſolus, &c. Et cum finierint teſtimonium ſuum, beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduerſus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos, &c. Et poſt tres dies & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrauit in illos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos, &c. Et aſcenderunt cœlos in nube. Hucuſque eum quod ſubiungit:* vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. *Cæterum vel hunc patet verior tum Auctoris, tum BB. Hieron. epiſt. 148 ad Marcellam, & Auguſtin. in Gen. ad litt. l.7. & l. de peccat. meritis, cap.3. ſententia: quòd* morturi reſeruantur, *quàm aut Procopij, qui immortalitate donatum putat, aut Gregorij Nazianzeni dubia hac de re opinio.*

566. Obiit & Ioannes, &c. fruſtrà fuerat ſpes, &c.] *Idem habet B. Hieronym. Catal. Script. Eccleſ. addens inſuper obiiſſe* Ioannem *ſub Traiano, anno poſt paſſionem Domini 68. item Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib.3.cap.25. aduciens quod Epheſo obierit, ex Epiſtola Polycrati, cuius ipſa verba etiam poſtea in ſuam hiſtoriam tranſtulit Niceph or. Nec diſſentit B. Auguſt. Serm. de ſer. 4. Paſchæ, vbi tractat illud, ad quod hic Auctor adludit: Exuit ergo ſeruo ille inter fratres, quòd diſcipulus ille non moritur; vtpotè interpretatus verba Chriſti: Si eum volo manere donec veniam, de Ioanne, quòd non eſſet cruenta morte morturus, ac ſi mortuum fateatur, cui in hoc aſſipulantur etiam Beda & Smaragdus ſerm. in Euangel. in feſto B. Ioannis Euangeliſtæ. Conſentiunt Martyrologia omnia, & Vſus Eccleſiæ, quæ feſtum Natalis eius, id eſt obitus, obſeruat 3. poſt Natalem Domini feria. Atqui illis verbis,* quem in aduentum Domini remanſurum fruſtrà fuerat ſpes, *oſtendit ſe illi non adſentiri, qui eum cum Enoch & Helia tranſlatum fuiſſe, & rediturum putant ad aduentum Domini; quod videntur ſentire Freculphus Chron. Tom. 2. lib. 2. cap. 9. & Metaphraſtes in vita B. Ioannis. Verùm cum Auctore factuunt dicta verba Apoſt. de duobus dumtaxat Prophetis, & ipſa verba Ioannis: Et non dixit Dominus: Non moritur. Ceterum omnino legimus paulopoſt:* videat illos meus Thomas (*vbi adludit ad B. Thomæ Apoſtoli incredulitatem Ioan.20.*) audiat, contrectet, &

credat: *pro eo quod erat*: & credidit.

CAP. LI.

567. Opus autem mortis in medio est, &c.] *Veterem hic titulum retinuimus*: Nihil animæ in corpore subremanere post mortem. *Accipe autem Auctor*: in medio esse, *pro*: *in manifesto*, *iuxta illud Virgil. Æneid. 2. interprete Seruio*:

—medios dilapsus in hostes.

568. discretio corporis Animæque.] *Similiter supra Auctor cap. 27.* Si mors non aliud determinatur quàm diuisunctio corporis animæque. *& cap. seq.* Hoc igitur opus mortis, separationem carnis atque animæ. *Quomodo etiam eandem definiunt B. Augustinus lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 6. & Gregor. Nyss. lib. de creat. homin. cap. 30. ac Philosophi, lib. 2. cap. 2. ex sententia Chrysippi.*

569. Ad hoc enim & Plato, etsi, quas vult, &c.] *De animabus quibusdam ad cœlum expeditis iuxta sententiam* Platonis, *latius infra cap. 54. Alter autem locus* in Politia, *id est Republ. lib. 10. habetur*: *Aetum referam tibi (inquit) Alcinoi Apologum, sed fortè viri Eru Armenii, genere Pamphylij, qui aliquando in bello occisus, quum decimo die mortuus iam putefactis tolleretur, sanus quidem & integer corpore sublatus est; domum vero delatus, vbi 12. die se pelendum esset, in pyra positus reuixit. Quod ita interpretatur Tertull. ac si dixerit:* longo tempore sine vlla labe, præanimæ scilicet individuitate, seruatum. *Vide de eodem Valerium Max. lib. 1. cap. 8. & Macrobium in Somn. Scip.*

570. Ad hoc & Democritus, &c.] Democritum *eius fuisse sententiæ, quòd* post mortem animæ adhæreant corporibus; *fortasse ex eo colligit Auctor, quòd vel Plinius teste lib. 7. cap. 55. asseruerit voluerit corpora hominum, eo quòd reuiuiscenda promitteret. Argumentum autem eius ad hanc rem de* ctementis comatum & vnguium in sepulturis, *pulcrè refellit Auctor, causas naturales adferens.*

571. propterea nec ignibus funerandum aiunt.] *Hunc morem non probat Auctor, sed causam quas quidam eum improbabant, immo crudelitatis accusat, non hic modò, sed etiam lib. de Resurr. carnis, cap. 1.*

572. Ceterùm Anima indiuisibilis, &c.] *Hoc supra latè docuit Auctor cap. 14. ex quo proinde concludit*: etiam mortem indiuisibilem credi.

573. & morante adhuc sepultura, interim oratione Presbyteri componeretur, &c.] *Facit etiam hoc ad vetustatem* Orationis pro defunctis *comprobandam*; *cui simules locos videas supra Lector in Admot. nostru Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. ac lib. de Coron. milit. cap. 3. num. 36. Hic certè proprie de* Oratione Presbyteri, *id est iuxta vsum Tertullian. sacrificium in sepultura mortuorum*; *nam & illa verba*: ad primum habitum orationis, *&*: rursùmque condita pace, *ad sacrificium magis quàm ad orationem pertinere dignoscuntur*; *maximè quum etiam* fœminam mortuam manus in habitum supplicem (*quæ li presbyteri potius in sacrificio quàm alia oratione supplici vti solent*) conformasse, *addat.*

574. Est & alia relatio apud nostros, &c.] *En* alterum, *vti vocat Auctor*, ostentum, quo in cœmiterio corpus corpori iuxta collocando spatium necessu communicauit. *Atqui de* Cœmiteriis *Christianorum* (*quæ extra portam fuisse olim constructa, supra ad nostrum Tom. 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 4. n. 19.*) *vide Adnotationes nostras in B. Cyprian. Epist. 68. ad Stephan. n. 15. Atqui an etiam apud ethnicos tale quid tradatur, inquirendum relinquis Lector curiose.*

575. subinetipsi refrigeraſſet.] *Similis phrasis supra Tom. 1. lib. ad Scapulam dixit Auctor, cap. 4.* indigentibus refrigeramus, *id est, refrigerium adferimus.*

576. signis potius & ostentis.] Ostentum *Labeo definit* (*inquit Vlpianus l. ostentum. ff. de verb. & rerum significat.*) *omne contra naturam euius que rei factum. Atqui Cicero lib. 2. de Natur. Deor. ab ostendendo, monstrando, portendendo, dicta scribit* ostentum, *monstrum, portentum.*

CAP. LII.

577. Hocigitur opus mortis, &c.] *Huic capiti, à præcedenti distincto, hunc titulum dedimus*: Quòd omnis mors ex culpa sit, non ordinatia aut naturalis; quamquam tamen naturalis ex accidentia dicatur. *Eiusdem itaque penè argumenti est cum cap. 42. supra, præterquàm quòd hic exempla quædam adferat* mortis violentæ, *quam ethnicis extraordinariam vocabant.*

578. & arbitrio hominis addicens mortis euentum, &c.] *Locus hic iterum facit pro* hominis libero arbitrio, *quod ipsum vocat mox satis nouè* oblationis potestatem, *eo quòd posset acceptare per voluntatem vitam aut mortem sibi à Deo oblatã.*

579. Nam, etsi præ gaudio quis spiritum exhalet, vt Chilon Spartanus, &c.] *Sumpsit hoc, sicuti alia multa, Auctor ex Plinio lib. 7. cap. 32. vbi sic ait*: *Quin & funus Chilonis Lacedæmonij, quum*, victore filio Olympiæ, expirasset gaudio, *tota Græcia profecuta est. Quod ipsum non illo modò, sed & Sophocle de Dionysio Siciliæ tyranno accidisse, accepto Tragicæ victoriæ signo, idem scribit cap. 53.*

580. etsi præ gloria, vt Clidemus Athenienſis, &c.] Clidemi *cuius fidem scripta adlegant Athenæus & Plutarchus in Aristide. An idem sit nescio; neque enim apud alium reperire hoc exemplum mortis licuit.*

581. etsi per somnium, vt Plato.] *Idipsum confirmat Suidas Epulatus* (*inquit*) Plato *in sesto, &* dormiens, vita excessit.

582. etsi per risum, vt P. Crassus.] *Peculiare hoc est Auctoris, modò idem sit* P. Crassus *Lucij Crassi Oratoris frater, quem scribit Volaterr. lib. 12. cap. 2. sibi ipsi risum mouisse.*

583. longè à Capharei saxis, &c.] *De hu ita Propertius lib. 3. Eleg. 7. adludens* (*sicut & Auctor*) *ad classem Græcorum, quæ apud Promonterium Euboeæ, versus Hellespontum, valde affligita fuit:*

Saxa triumphales fregere *Capharea* puppes,
Naufraga quum vasto Græcia tracta solo est.

Atqui de Decumanis *vide supra Tom. 1. lib. de Pallio, c. 2. n. 22. Denique pro*: naufragia *fortasse non malè Gagnæus* naufragia, *voce obsoleta.*

CAP. LIII.

584. Sed quòd deinde Anima nuda & exposa deuertet, &c.] *Titulum hic veterem retinuimus*: De excessu Animarum, *id est, de modo seu causis excessus animarum è corpore.*

585. Medicis potius relinquendas.] *Hoc per præoccupationem Auctor, verum paulopòst non paucas causas* defectionis corporis in mortem *explicat, vtpotè quæ fit euentio* (*inquit*) aut materiarum, vt fellis & sanguinis; aut regionum, vt cordis & iecoris; aut viarum vitalium, vt venarum & arteriarum.

586. Non alio modo quàm quo & aurigam, &c.] Animam *facit* aurigam corporis, *sicuti alicubi Plato. Sive autem legas*: actu languens, *sive*, elanguens, *perinde est.*

587. Sic & rapida quæque mors, &c.] *Enarrantur hic aliquot per quàm eleganter* rapidæ mortis *genera*, vt cerui cum messis semel tantam ianuam pandens (*vbi omitte*: ac) vt ruinæ vis semel omnia vitalia (*addo id iterum ex Gagnæo*) elidens; vt apoplexis interior ruina. *Atqui paulopòst legimus iterum cum Gagnæo*: nec quia exigua est, statim & ipsa peritura est. *Pulcrè denique defcribit* mortem, totius vltimum torum.

588. Hinc denique euenit, sæpè animam, &c.] *Egregiè explicat vnde* sollicitior obtutus & extraordinaria loquacitas, *subinde mortuis contingant. Est verò rursus vox Tertullianea*: suggestu.

589. Si enim corpus istud Platonica sententia carcer.] *Similiter supra ex sententia Carpocratis cap. 35.* corporis carcerem *dixit. Verum ait, ecentrario ab* Apostolo Dei templum *dicit; quamquam interim fateatur* (*sicuti etiam supra cap. 40. docuimus*) Animam concretione carnis infæcati & obscurati. *Similis est autem locus apud B. Augustin. lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 16. vbi docet non corpus, sed corpus corruptibile esse Animæ onerosum. Hinc etiam B. Hier. cùm sibi obiectum esset à Rufino, quòd in Commentario epist. ad Eph. dixisset* corpus animæ carcer, *respondit*

respondit se id ex Orig sententia dixisse, quippe qui, vti in multis, ita amin hoc Plat. sit imitatus. Porro cornum speculat vocatur etiam caro à Platon. in Charmide.

590. prout paratarum diuerſorij ſui ſentit.] *Ex Gagnæo reposuimus* : diuerſorij , *&* : diuerſoriorum , *pro* : diuerſorij , *ac* : diuerſoriorum , *eo quòd initio huius capitis omnes cod. legant* : deuertet, *quod Tertullianus eſt frequentiſſimum.*

591. de ipſius ſtatim angeli facie , &c.] *Sicuti ſuprà cap. 37. indicauit , ita mutatæ ſtatim ſingulis hominibus vnum angelum deputari ; ſic hîc quoque in ſine vitæ vnicuique apparere angelum* , de cuius facie paratarum ſui deuerſorij ſentit Anima, *ſiue in cœlum ſiue in infernum.*

592. euocatoris animarum Mercurij Poëtarum.] *Adludit imprimis ad Platonem in Phædone : Sicenarrant* (inquit) *quòd vnumquemque mortuum cuiuſque dæmon, qui vnum, ſorte obtinuit, ad quendam locum ducere aggreditur , vbi congregatos iudicari oportet , &c. ne prolixiores ſimus. Deinde ad* Mercurium Poëtarum, *quem illi animarum eaducatorem faciebant.*

Cap. liiii.

593. Quò igitur deducetur Anima , iam hinc reddimus, &c.] *Etiam hic rurſum inſcriptionem huius capitis antiquam retinuimus:* De receptu Animarum; *addentes:* & de inferis ſecundum Philoſophos. *vtpotè quorum hic ſententiam dumtaxat adferat, Chriſtianorum verò cap. ſequ.*

594. Omnes fermè Philoſophi, qui immortalitatem Animæ, &c.] *Vide B. Auguſt. lib. de Immort. alt. Anima , vbi & Pythagoræ & Platonis , aliorúmque de eadem Philoſophorum teſtimonia adfert : Reſtè autem addit Auctor* : qualitet volunt, tantum vindicant ; *quia, B. Gregor. Nyſſ. teſte, Philoſ. lib. 2. cap. 7. Ethnici omnes , qui animam immortalem dixerunt, Animarum tranſmigrationem vnanimi conſenſu aſſtruunt, circa formas Animarum diuerſis. Quod ipſum de* Pythagora *ſuprà ſatis deduxit Auctor, & item de* Platone, *cap. 28. 29. 31. & de* Empedocle, *ac item de* Pythagora, *cap. 31.* Platonis *item aliquot locos adnotatos habes ſuprà non vno in loco , inter quos præcipuum eſt, vbi rem ex profeſſo tractat, in Phædone, ſiue de Anima libro. Atqui Cicero Tuſcul. lib. 1. Pherecidem Syrum primum dixiſſe Animas ſempiternas, ait.*

595. quique aliquod illi tempus indulgent, &c. vt Stoici.] *De his in hac verba Cicero Tuſcul. 1.* Stoici *viſuramnubi largiuntur tamquam cornicibus ; diumasnas Animas aiunt, ſemper negant. Quarum interim de conflagratione vniuerſitatis, id eſt mundi, opinio Chriſtianis ſatis confirmie eſt.*

596. Plato quidem non temerè, &c.] *Habes hoc* Platonis *paradoxon partim in Phædone , partim in Phædro , denique & in Timæo ; vbi docet (quod etiam cap. ſequ. repetit Auctor.) in* æthereum (*ſiue, vti loquitur , puram habitationem ſeu cœlum*) ſublimari Animas ſapientes cum pueris ; *quod etſi Auctor aliter interpretetur , Meriſſimo tamen mauult referre ad eos , qui Philoſophiæ inſtitutionem puerorum comunxerant.*

597. apud Arium, in æthereum.] *Idipſum repetit cap. ſequ.* aut in æthe, *inquit*, cum Atio. *Quid autem* æther *ab* æthere *differat, omnibus notum eſt; nempè quòd* æther *vnum ſit ex quatuor elementis, æthere plerumque pro cœlo accipiatur. Quis autem iſte* Atius, *diſpiciat diligens Lector. Huius ſententiam ſequi mihi videtur Cicero lib. de Repub. 6. & aly quidam ; qui in circulo Lactea Animas virorum fortium collocant.*

598. apud Stoicos ſub lunam.] *De hoc iterum cap. ſequ.* aut circa lunam, cum Endymionibus Stoicorum. *Horum verò ſententiam, præterquàm quòd ſequi videatur Cicero Tuſcul. 1. (vti ante me adnotauit Turneb. Aduerſar. lib. 26. cap. 28.) Lucanus his amplexus eſt verſibus :*

Quòdque patet terras inter, Lunæque meatus,
Semideimanes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animum collegit in orbes.

599. Hos (inferos *nempè*) Plato velut gremium terræ deſcribit in Phædone, &c.] *Paraphraſticè magis iſtud, quàm ad verbum ex* Phædone *citat Auctor ; quippe qui ibidem non aliud habeat de Tartaro , quàm quòd in eum hiatum confluant omnes fluuij, & ex hac rurſus effluant ; ſtant autem tales, qualis eſt terra , per quam fluxerint. Atqui rurſum phraſis eſt Tertullianica:* aëream ſtipare, *pro* obſtipare.

Cap. lv.

600. Nobis inferi, non nuda cauoſita, &c.] *Titulum huius capitis auctiorem hoc modo reddidimus:* Inferi quid Chriſtianis, & an illuc omnes Animæ conueniant.

601. ſed in foſſa terræ, &c.] *Paulo clariùs iſtud paulò poſt:* Habes, *inquit*, & regionem inferùm ſubterraneam credere; *& ſuprà Tomo 1. Apolog. cap. 47. vbi* gehenna *ab eo definitur :* ignis arcani ſubterraneus ad pœnam thefautus. *Hæ autem ſcripturæ tum iis quæ hîc habemus , tum aliis confirmat B. Irenæus lib. 5. adu. hæreſ. contra eos agens, quimundum hunc* Inferos *aſſerebant. Nec abſimiliter B. Hieron. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. adducens in eandem rem , præter verba Apoſtoli ibidem, quæ mox citat Auctor, ſcripturas Num. 16. Pſal. 54. & 105. Item B. Auguſt. lib. 2. Retract. cap. 24. retractans dubiam ſuam ſententiam lib. 12. de Geneſi ad litt. cap. 34. De* inferis, *inquit, magis mihi videor dicere debuiſſe, quòd ſub* terris *ſint ; quàm rationem reddere , cur ſub terris eſſe credantur ſine dicantur , quaſi non ita ſit.*

602. Siquidem Chriſtum in corde terræ, &c.] *Adluditad illud Matth. 12. Sic erit filius hominis* in corde terræ *per triduum , quod ipſum citat etiam Irenæus vbi ſuprà. Eſt autem etiam illa vox:* expunctum, *Tertullianea.*

603. forma humanæ mortis apud inferos functus, &c.] *De* Chriſti deſcenſu & functione apud inferos *ſuprà Auctor :* Ad quod & Chriſtus moriendo deſcendit, puto ad animas Patriarcharum ; *pro quo hîc paulo apertiùs :* vrillic Patriarchas & Prophetas compotes ſui faceret. *De quo videatetiam Lector Adnotat. noſtras in cap. 12. lib. de Præſcript. adu. hær. num. 86.*

604. nec antè aſcendit, &c.] *Adlegat hic præter ſcripturas ibi citatas (quemadmodum & B. Hieron. & Iren. ac Ambroſ.) illud Epheſ. 4. Quod autem* aſcendit (*cui addit Auctor explicationis gratia :* in ſublimiora cœlorum) quid eſt niſi quia deſcendit *primùm in inferiores partes terræ , pro quo apud Iren. & hîc:* in inferiora terrarum; *qui nen videntur legiſſe vocem μέρη , qua hodie in omnibus codicibus Græcis , & ex tranſlatione in Latinis legitur. Adlegari præterea ſolent ad huius articuli confirmationem ſcripturarum teſtimonia Zachar. 9. Eccleſ. 24. Act. 2. Of. 13. Denique illud Hieron. quod Iuſtinus Martyr aduerſ. Typhon. Iudæos reſcuſſe dicit : Recordatus eſt Dominus Deus mortuorum ſuorum ex Iſraël , qui obdormierunt in terra ageris ſine ſepelitionis , & deſcendit ad eos vt Euangeliſt aret , & late eis ſignificaret nuncio ſaluatrix ſuum. Quod ipſum quum citetur ab Irenæo loco iam citato, omninò ibi legendum : in terra ſepelitionis, pro ſtipulationis. Patrum verò teſtimonia hæc citat Eusardentius in Irenæum : Thaddæi apud Euſebium lib. 1. cap. vlt. Dionyſ. Areop. lib. de cœl. Hier. c. 4. Ignat. Epiſt. ad Trall. Clement. Alexandr. lib. 2. & 6. Strom. Origen in cap. 5. Roman. Baſil. in Pſal. 48. Gregor. Nazianz. Orat. de Paſchate, Epiphan. hær. 64. ac 77. & in Anchor. denique & Arnob. in Pſal. 15. 87. ac 137. Quibus adde præter Iren. Cypr. & Hieron. locis citatis , alterum BB. Hieron. locum in Oſee cap. 13. & Nazianz. Orat. 3. Theolog. Auguſt. Epiſt. 57. ad Dardan. & ad Euod. 99. Gregor. Nyſſ. Orat. 2. de Reſurr. Fortun. Hymno de Paſcha, qui perperam Lactantio adſcribitur, ipſum Lactant. lib. 4. cap. 19. & German. Conſtantinop. verſu de Cruce Chriſti. Quidi quod Auguſtin. etiam id ipſum adſtruat, ſibi quintum articulum Symboli tradat, lib. 4. de Symb. ad Catechum. cap. 6. & diſertis verbis B. Cyrillus Hieroſol. Catech. 4. inter ſepultura mentionem & reſurrectionis interponit (ſicuti nos etiamnum) illud:* Deſcendit ad inferos. *Immo & cauſſam eandem cum Auctore addens , vt & iuſtos liberaret , ſubiungit quaſi cum ſtomacho quodam : Cur enim vellet viuentes quidem fructu gratiæ, quamuis ex his ſanctis non eſſent; qui verò cum Adam à longo tempore concluſi erant, non potiri libertate ? & c. ne prolixiores ſimus ; hoc addito , quod in confirmationem adlegat etiam*

illud Matth. 11. Tu es qui venturus es? Ipsi interim magis videntur communisse hunc articulum cui præcedenti: Et sepultus est; unde & Rufinus in symbolo dicit, vim verbi eandem videri esse in eo, quod sepultus dicitur. Valeat usque Erasmus cum suis Catechesibus, ubi non veretur dubitare, an Thomas Aquinas primus hanc clausulam symbolo fidei Apostolico addiderit; maximè quum manifestè ex ea hæc consequat Auctor: mortuus secundum scripturas, sepultus, ac descendit ad inferiora terrarum.

605. habes & regionem inferûm subterraneam credere, &c.] *Nescio quid hic in mentem Gelenio venerit, quod substituerit* originem inferûm, *pro*: regionem, *quod habebat Gagnæus; qui etiam restituit legebat*: & illos cubito pellere (*de quo Proverbio inter Prolegomena latius*) qui satis superbè, *quam ille*: quia satis superbè.

606. aspernati si fortè in sinu Abrahæ, exspectandæ resurrectionis solatium carpere, &c.] *Etiam hoc Gagnæus magis placet quam alterius*: capere. *Accipitur* vero, *sicut alibi frequenter*: si fortè, *pro*: fortè. *Atqui paradoxon Auctoris de* Abrahæ sinu, *sive de* Paradiso (*quod iterum repetit cap. sequenti, cap. 57. ac cap. vlt. huius libri, & lib. 4. aduersf. Marcionem*) quo ipse constituebat omnem animam sequestrari vsque in diem Domini, *vti loquitur in fine huius capitis, latiùs infrà inter Fragmenta libri de Paradiso, ac in Prolegomenis. Possunt interim aliquo modo commodam interpretationem hiloci accipere*; *si dicamus Auctorem sentire, quòd nondum perfecta cœli fruentur beatitudine, quam post corporis resurrectionem plenirem existebant Animæ.*

607. Sed in hoc, inquiunt, Christus inferos adiit, &c.] *Istud argumentum, quod tactè sibi obiicit, non solùm ab Auctore, sed nec à nobis probatur, aliquis enim inde concluderetur, eum qui semel Christianus factus fuerit, inferos promereri non posse.*

608. Quomodo ergo Anima exhalabit, &c.] *Nec tamen etiam istud contrario quicquam facit pro paradoxo Auctoris, quippè quum nihil obstet* Christum adhuc sedere ad dexteram patris, *& tamen aliquos in cœlum recepisse: nam* 1. Petri 3. *legitur de Christo*: *Quiescit in dextera Dei deglutiens mortis aculeum, vt vitæ æternæ heredes efficeremur, profectus in cœlum. Si autem hæredes, & cohæredes Christi, simul cum illo conglorificabimur, atque adeo in cœlum recipiemur. Aliquis certè frustrà diceret Apostolus Gal. 2. Cupis dissolui, & esse cum Christo.*

609. nondum Dei iussû per tubam Archangeli audito, &c.] *Quum hæc ad tempus resurrectionis corporum pertinere constet, facit hoc pro sana illa interpretatione, de qua paulò antè.*

607. *Sunt autem rursus verba illa ex persona Philosophorum & aliorum ironicè dicta*: sed in æthere dormitio nostra, &c. *Ridens autem Stoicos, vocat* Animas eorum: Endymiones circa Lunam; *eo quòd* Endymion *ille Pœticus, longissimi temporis somniator, à Luna adamatus fertur*; *quòd, teste Plinio lib. 2. cap. 7. multa ad* Lunæ *cursum pertinentia primus deprehenderit.*

610. Immò (inquis) in paradiso, &c.] *Sed neque hoc probatur, quòd credamus ex Ecclesiæ præcepto*: Patriarchas & Prophetas appendices dominicæ resurrectionis, *id est, qui cum illo resurrexerunt*, ab inferis migrasse *in cœlum, non in paradisum secundum quosdam, aut in sinum Abrahæ, qualem Auctor somniat. Aliquis enim verum non esset illud Psal. 67. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem*; *quod explicans Apostolus Ephes. 4. interpretatur illud*: *in altum, supra omnes cœlos.*

611. Et quomodo Ioanni in spiritu, paradisi regio revelata, &c.] *Hic* altare *illud, cuius fit mentio Apocal. 6.* paradisum *interpretatur*; *in quo soles videtur collocare Martyres, reliquum non concedens nisi sinum Abrahæ. Nos verò & B. Cyprian. Epist. 52. ad Antonianum, Martyribus cœlum, reliquis Purgatorij locum tribuimus, vti videre est Adnotat. nostris in eandem Epist. n. 59. & de hoc Apoc. loco latiùs in Prolegomenis, & infrà Tom. 4. ad fragmenta lib. de Paradiso. Interrogandi autem notæ, illi & duabus sequentibus persodis addende sunt.*

612. Quomodo Perpetua fortissima Martyr, &c.] *Loquitur de* Perpetua, *quæin Mauritania, (vti legitur in Martyrol. 7. Martij) cruciatæ Thuburbitanorum cum Fœlicitate passa est, sub Severo Principe; de quibus indicat Possidius in Indiculo tres Sermones B. Aug. nuncin postrema Plantini editione n. 103. 104. ac 105. recens additos, qui etiam eiusdem meminit lib. 3. de Anim. orig. cap. 9. & in Psal. 47. versu finem, ac vtrusque libri de temp. barbar. cap. 5. sicuti ante me adnotauit Dn. Ioannes Molanus Louaniensis Theologus. In quorum 1. Serm. huc illud pertinet*: *Exhortationes earum in reuelationibus triumphisque passionum audiuimus. Porrò adnotandus hic locus, quòd in materia graui & fidei, etiam Passionis Sanctorum auctoritate vtatur, contra eos qui illam modis omnibus elenare nun verentur.*

613. Non in Adam noua mors pro Deo, &c.] Non, *rursus hic accipitur de Auctore, pro*: Nònne. *Pulcra autem Martyrij periphrasis*: noua mors pro Deo, & extraordinaria pro Christo. *Quum autem hic rursum* Paracleti *meminerit, patet conscriptum hunc librum, quum iam Montani* † *caret.*

CAP. LVI.

614. Occurrit disceptatio, an hoc ab excessu statim fiat, &c.] *Veteris tuiti retinuimus priorem partem*: An commorentur hic Animæ post mortem; *& alteram partem sequentis capitis adposuimus. Desinit autem, quòd hic non detineatur.*

615. Creditum est, insepultos non antè ad inferos redigi, quàm iusta perceperint, &c.] *Locus ad quem alludat, de Homerico Patrocli, reperitur Iliad. ϕ.*

Ψάπτε μὲ ὅτι τάχιστα πύλας ἀΐδος περήσω·
τηλέ με εἴργουσιν ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων, &c.

Legimus autem paulopost verum cum Gagnæo: cui non imputabitur, *pro*: imputatur, *quia præcedit*: Aniabit.

616. Aiunt & immatura morte præuentas, &c.] *Nescio an simile quid insinuet Homerus vbi supra, his verbis*:

ἀλλ' αὖτος ἀλάλησο παρ' ὠκυπόροις ἐπὶ δῶ·

617. isthic, &c.] *Vox est Tertullianica*: isthic, *pro hic, quam etiam B. Cypriano vsitatam, adnotauimus ad Epist. eius 42. num. 5.*

618. donec reliquatio compleatur ætatis.] *Similiter paulopost*: nulla erit reliquatio tempòrum. *Eleganter admodum vocem illam Iurecensium translulit ad ætatis residuum, quod desideratur in immatura morte præuentis. Nam à Paulo Iaquinomibus. D. de admin. & perit. tut. accipitur* reliquatio, *pro eo quod rationibus deductis est reliquum*; *& eadem significatione ab eodem reliquatus accipitur l. 1. Titius. D. de administr. tutor. ac ab Vlpiano, & rescripto. D. de muner. ac honor. de nisque etiam* reliquator, *qui reliquum debitis non solutis à Scauola, l. creditor. D. de solut. & liber.*

619. & constituta præripi posse non credam, &c.] *Omnino sic legendum, pro*: præcipi, *vel ex eo patet, quòd paulopòst sequatur*: hos præreptos, *ac deinde* præreptatempora, *&* : vi ereptas; *quum etiam sensus id necessario requirat. Atqui de vocibus* inuestis, *pro* puberes, *&* vestiteps, *pro* impubere; *vide supra Tom. 2. lib. de Veland. Virgin. cap. 8. n. 60.*

620. qui tamen octoginta annos victurus fuisset, &c.] *Videtur respicere ad illud Psal. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.*

621. Nostri autem illud quoque recogitant, &c.] *Ad Christianorum adludit sententiam, de qua libro post hunc secundo latius, de Resurrectione carnis.*

622. ab infantia pueritiæ delegata, &c.] *Quinque hic enumerat hominis ætates*, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, (*quibus adde virilem*) & senectam; *de quibus vide Cebetis Tabulam.*

623. Proinde extortes inferûm habebuntur, quas vi ereptas arbitrantur, &c.] *Absurditatem huius opinionis vel inde probat, quòd aliqui scelestæ quæque animæ inferis exulabunt*; *vtpotè quæ* præcipua atrocitate (*vti legit Gagnæus*) *seu* præcipuè per atrocitates *supplicio*rum (*vti Gelenius*) etipiantur; cruciis dico, & securis, & gladij, & fœtæ. *De quibus omnibus supra Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 4. num. 46. Lego autem paulopòst*: dignas infœtis non iudicas? *addita negandi particula*; *quia id sensus omninò requirit.*

CAP.

CAP. LVII.

624. Aut optimum est hîc retineri, &c.] *Caput hoc à præcedentis separatum, posteriori parte tituli antiqui insignuimus, nempè:* An hucanimæ ab inferis commeent, *hoc addito:* imperio dæmonum per Magicam.

625. secundum Ahoros, aut pessimum secundum Bixothanatos, &c.] *Similiter paulo pòst:* Itaque inuocantur quidem Ahori & Bixothanati. *Atqui* Ahori *dicuntur, præcoci morte præuenti,* Bixothanati, *violenta morte necati.* Bixothanatos *enim à* βία & θάνατος, *id est violenta morte dicitur, quam illi indicebant optimam.*

626. Magica.] *Quam hic* Magicam, *mox non semel* Magiam *vocat. Quam etiam supra impugnat Tom. 1. Apolog. cap. 23. & Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 9. maximè autem hoc loco, dum paulo pòst subiungit:* Quid ergo dicemus Magiam? Quod omnes penè (*ipse etiam Plinius quum alibi, tum maximè l. 30. c. 1.*) fallaciam ; *& postea iterum :* fallaciam spiritus nequam, sub personis defunctorum delitescentis. *Similiter autem aduersùs eandem scribunt Clemens Alexandrinus Orat. ad Græcos, B. Augustl. 8. de Ciuitate Dei, c. 19. & Lactant. l. 2. c. 17. Quid quòd etiam Apuleius crimen huius artis duabus Apologiis à se alienum esse defendit.*

627. Hostanes.] *Sic omninò legendum, non* Ostanes, *prærequam quòd consensum legendum Adnot. nostris in l. 8. Cypriani de Idolor. Vanit. n. 53. confirmatur ex Plinio vbi supra, apud quem duo* Hostanes *leguntur. Ita enim de priori: Primum, quòd exstet, vt equidem inuenio, commentatus de Magica est* Hostanes ; *qui ad rabiem non auidi atem modo scientiæ eius, Græcorum populos egit. Deinde de altero: Non leuem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem adduxit, professione secundus* Hostanes. *De primo autem loqua Auctorem patet, ex eo quòd alij quos hic commemorat, plerique ante secundum illum vixisse, ex eodem Plinij loco deprehendantur.*

628. & Typhon.] *Fortassis idem est, qui Ostridis frater, Actus inuidentia terras & maria turbauit, quem Plutarchus alicubi (si Viui credatur in B. Augustl. lib. de Ciuit. Dei) dæmonem dicit.* Typhonis *etiam cuius dam facti mentionem Herodotus in Euterpe.*

629. & Dardanus.] *De hoc, & aliis aliquot, ita Plinius loco modo citato: Democritus Apollonicum, Capridenem & Dardanum è Phœnice illustrauit, voluminibus* Dardani *è sepulcro eius petitis, fuit vero ex discipulis eorum editis. Vnde & Dardanias, artes Magicas à Celumella appellari, adnotauit hunc locum citans Turnebus. Aduersl. l. 9. cap. 17. Sit etiam Suspectus Stephanus. An idem fuerit qui (Clem. Alexandr. teste, Orat. adversl. Græcos) matris Deûm se fendit mysteria, indicent alij.*

630. & Damigeron.] *Qui hic* Damigeron, *si vtyero creditur, ab aliis Demogeron appellatur.*

631. & Nectabis.] *Apud quosdam legitur* Nectanebus *Rex Ægypti temporibus Platonis. An idem appellatus fuerit* Nectabis, *diligenter Lector curiosus.*

632. & Berenice.] *De* Nectabis *& Berenices scriptis Magicis nihil hactenus reperire potui ; nescio an eadem sit illa* Berenice *Ptolomæi mater & vxor, cuius topasium insignem celebrat Plinius lib. 37. cap. 8.*

633. Publica iam litteratura est, quæ Animas etiam iusta ætate sopitas, &c.] *De hac etiam supra sic Auctor Tom. 1. Apolog. cap. 23.* Porrò si & Magi phantasmata ædunt, & iam defunctorum inclamant Animas. *Verùm hic latissimè hanc Magicæ speciem impugnat ; idque potissimùm ex eo, quòd dæmones se mortuos fingant, & hi vel maximè qui in ipsis tunc fuerunt, vel præfuerunt, quum adiuiserent, (id est, adhuc viuerent.)* Idque etiam rebus probari, quum in exorcismis, primùm, se ex parentibus alicuius esse adfirmans dæmon, instantia tamen diuinæ gratiæ victus, id quod verum est, inuitus confitetur. *Similiter autem etiam Lactant. l. 2. cap. 17. hanc Magicæ speciem, quam Necromantiam vocant, dæmonibus adscribit, quemadmodum testatum B. Augustl. lib. 7. cap. 35. Quam adeò recte etiam Auctor* secundum Idololatriam *vocet, Adeem etiam* phantasma præstari, quia & corpus adfingitur.

634. Nam & suggessimus, nullum penè hominem carere dæmonio.] *Supra, nempè in integro cap. 39.*

635. quum in exorcismis, &c.] *Ad eosdem spectat quod paulo prius dixit:* nec inuitatoria operatione, *sed* expugnatoria dominatione tractamus. *Verùm de hoc latiùs supra To. 1. Apolog. cap. 23. num. 370. & cap. 27. ad num. 426. & cap. 32. ad num. 433. & cap. 43. num. 561.*

636. Corpora denique videbantur Pharaoni, &c.] *Præstigias fuisse, non vera miracula* dracones magicatum vitgarum, *Exod. 7. cum Auctore sentunt etiam Philo Iudæus, B. Gregor. Nyss. alicubi, Auctor quidam Græcus, & Rupertus verbis à Lippomanno citatis* Cathena in Exod. *& ipse quoque Lippomannus, eo quòd addatur: per incantationes Ægyptias, Græcè πάσις φαρμακείας. Item B. Iustin. Mart. aduersus Tryphonē duobus locis, & Auctor Quæst. & respons. lib. adu. eundem, quæst. 26. Quorum Rupertus etiam consentit Auctori, quòd exteriores oculos circumscripserint. Lippomannus verò putat subtractas virgas, & dracones suppositos ; sicut de cerua pro Iphigenia facium commemorat B. Augustin. lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 18. vbi etiam magis videtur in hanc propendere sententiam, dicubi dubitans, adserens interim nullo modo creationem dæmonibus attribui posse.*

637. Simon dedit & Elimas Magi.] *De his Act. 8. & 13.* De Simone *verò heretico latiss. supra lib. de Præscription. aduersl. hæret. cap. 46. hæres. 1. num. 301. & supra cap. 34.*

638. Nec enim Pythonico tunc spiritu minus licuit Animam Samuelis effingere.] Samuelis Animam, *1. Reg. 28.* non verè à dæmonio extractam, sed phantasma *dumtaxat; adfirmat Tertull. Item Auctor dictarum Quæst. quæst. 52. B. Augustl. lib. 2. ad Simplic. qu. 3. Contrà sentit B. Iustin. Mart. adu. Typhon. ex quo confirmatur eorum sententia, qui dictum librum Quæst. & respons. illius esse negant ; quamquam interim antiqui etiam alicuius sit Auctoris, pro quo facere videtur Eccles. c. 46. In summa adhuc sub iudice lis est.*

639. Nasammonas, &c.] Nasammonas *collocat Plin. lib. 5. cap. 5. in ora Syrtis, quas Græci Mesammones appellarunt, ab argumento loci, medias inter harenas sitas. Ab hu addit idem lib. 7. c. 2. gentem Psyllorum propè interemptione sublatam.*

640. vel Nymphodorus.] *Verisimile citari hic* Nymphodorum *Syracusanum, cuius liber de Sicilia (cui Nasammones vicini) mirabilibus citatur ab Athenæo. Fortassis idem qui citatur etiam à Plinio inter Auctores, lib. 3. cap. 5.*

641. & Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctare.] Celtas *tradit Plinius lib. 3. cap. 1. à Celtiberiis ex Lusitania in Hispaniam aduenisse, eósque Hispalenses conuentus facit ; quamquam tamen ab alio magni Celtiberi illi vocentur, à Celtis Gallis in Iberiam profectis. Nam (eodem Plinio teste lib. 4. cap. 17.) Gallia Comatæ tertia pars* Celtica *appellatur, ea quæ est inter Sequanam & Garumnam, quæ & Lugdunensis dicitur.*

642. vt Nicander adfirmat.] Nicandrum *Colophonium Medicum intelligit ; qui, teste Athenæo & Suida, scripsit de Oraculis libros tres. Citatur eius liber quintus & εὐφορίας à Stephano. Atqui de alio* Nicandro, *quantum apparet, pictore & hæretico, infrà sub initium Scorpiaci adu. Gnosticos.*

643. Nulli autem animæ, &c.] *Istud etiam pertinet ad paradoxon Tertullianı, quo videtur sensisse omnem mortuorum exhibitionem incorporalem, præstigias esse ; de quo latiùs in Prolegomenis. Hic dumtaxat remittimus Lectorem ad B. Augustl. l. de Cura pro mortuis, vbi quamquam rarò, quasdam tamen admittit mortuorum apparitiones. Et verum quidem esse nulli animæ patere inferos, ita vt exire possit proprio arbitrio ; sed non negat speciali Dei priuilegio id fieri posse ; quum aliquoties etiam hoc loco* quasdam animas in corpora Dei virtute reuocari. *quidni ergo etiam extra corpus, sicuti vel ipse Scriptura adtestantur de Hieremia & aliis qui apparuisse leguntur.*

Porrò aduersus eosdem non per Virginem, sed ex Virgine natum Christum, latissimè ex scripturis demonstrat. XXI.

Proinde adimpleri in his omnibus Propheticam vocem Simeonis de Christo: Ecce hic positus est in signum cui contradicetur. XXII.

Et suggillatos esse hæreticos illos omnes, prædictósque in scripturis. XXIII.

Denique Epilogi vice repetens quid hoc libro probauerit, ad sequentem DE RESVRRECTIONE CARNIS LIBRVM *transitum facit.* XXIV.

Ceterùm Tertullianus præterquàm quòd librum iam dictum de Resurrectione carnis citat infrà lib. 5. adu. Marcionem, in illo etiam argumenti & tituli huius fit mentio: Propterea *(inquit c. 2.)* & nos volumen præmissimus DE CARNE CHRISTI, quo eam & solidam probamus aduersum phantasmatis natiuitatem, & humanam vindicamus aduersus qualitatis proprietatem. *Et rursum:* Igitur quantum ad hæreticos, demonstrauimus, quo cuneo occurrendum sit à nobis, & occursum est iam suo quoque titulo DE CARNE DOMINI ADVERSVS QVATVOR HÆRESES; ad hanc maximè quæstionem præstruendam. *Præterquàm autem, quòd MS. viderunt olim hunc librum Trithemius Abbas & Politianus locis sæpè citatis; ædidit primus in lucem ex Hirsaugiensi & Paterniacensi Rhenanus cum Scholiis, deinde & Adnotationibus illustratum castigauit ex Gorziensi codice. Interea verò, quod desideraretur in Lælandi Britannico codice, quum à Gelenio non sit recognitus; operæpretium fuit conferre cum tribus MS. Vaticanis Codicibus, è quibus non paucos locos restituimus; additis etiam Argumento nouo, & Adnotationibus nostris.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE CARNE CHRISTI, ADVERSVS QVATVOR HÆRESES, LIBER.

QVI [a] FIDEM resurrectionis [1] ante istos Sadducæorum propinquos sine controuersia [4] moratam, student inquietare, vt eam spem negent etiam ad carnem pertinere, meritò quoque carnem Christi quæstionibus distrahunt, tanquam aut nullam omninò, aut quoquo modo aliam præter humanam: ne si humanam constiterit fuisse, præiudicatum sit aduersus illos eam resurgere omni modo, [5] quæ in Christum resurrexerit. Igitur vnde illi destruunt carnis vota, inde nobis erunt præstruenda. Examinemus corporalem substantiam Domini: de spiritali enim certum est. Carnis quæritur veritas, [6] & qualitas eius retractatur, an fuerit, & vnde, & cuiusmodi fuerit. [7] Renuntiatio eius dabit legē nostræ resurrectioni. [8] Marcion vt carnē Christi negaret, negauit etiam natiuitatem: aut vt natiuitatem negaret, negauit & carnem: scilicet ne inuicē sibi testimoniū redderent & respondarent natiuitas & caro. quia nec natiuitas sine carne nec caro sine natiuitate: quasi non eadem licentia hæretica & ipse potuisset, [9] aut admissa carne natiuitatem negare, vt Apelles discipulus, & postea desertor ipsius: aut & carnem & natiuitatem cōfessus, [10] aliter illas interpretari, vt condiscipulus & condesertor eius Valentinus. [11] Sed & qui carnem Christi putatiuam introduxit, æquè potuit natiuitatis quoque phantasmata confingere, vt & conceptus, & [12] prægnatus, & partus virginis, & ipsius exinde infantis ordo [13] τὸ δοκεῖν haberetur. Eosdem oculos, eosdémque sensus fefellissent, quos carnis opinio inlusit. [14] Planè natiuitas à Gabriele annunciatur. Quid illi cū angelo creatoris & virginis vtero? Conceptus inducitur, quid illi cum essentia creatoris? Odit moras, qui subitò Christum de cœlis deferebat. [15] Aufer hinc, inquit, molestos semper Cæsaris census, & diuersoria angusta, & sordidos pannos, & dura præsepia. [16] Viderit angelica multitudo Dominū suum noctibus honorans. Seruent potius pecora pastores: & Magi ne fatigentur de longinquo, dono illis aurum suum. [17] Melior sit & Herodes, ne Hieremias glorietur. Sed nec circuncidatur infans, ne doleat: nec ad templum deferatur, ne parentes suos oneret sumptu oblationis: nec in manus tradatur Simeonis, ne senem moriturum exinde contristet. Taceat & anus illa, ne fascinet puerum. [18] His opinor consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est, ne caro eius probaretur. [19] Ex qua, oro te, auctoritate? si Propheta es, prænuntia aliquid: si Apostolus, prædica publicè: si Apostolicus, cum Apostolis senti: [20] si tantummodò Christianus es, crede quod traditum est: si nihil istorum es, meritò dixerim morere: nam & mortuus es, qui non es Christianus, non credendo quod creditum Christianos facit. Et eo magis mortuus es, quo magis [21] non

CAP. I.

CAP. II.

„ *Luc. 2.*

„ *Matth. 2.*

„ *Luc. 2.*

es Christianus: qui cùm fuisses, excidisti, rescindendo quod retrò credidisti: [22] sicuti & ipse confiteris D
in quadam epistola, & tui non negant, & nostri probant. Igitur rescindens quod credidisti, iam non
credens rescidisti: non tamen quia credere desiisti, rectè rescidisti. At quin rescindẽdo quod credidisti,
probas, antequam rescinderes aliter fuisse quod credidisti aliter. Illud ita erat traditum, porrò quod tra-
ditum erat, id erat verum, vt ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum res-
cindens, quod erat verum rescidisti. Nullo iure fecisti. Sed pleniùs eiusmodi præscriptionibus ad-
uersus omnes hæreses, alibi iam vsi sumus. Post quas nunc ex abundanti retractamus, desiderantes
CAP. III. rationem qua non putaueris natum esse Christum. [23] Necesse est quatenus hoc putas arbitrio tuo
licuisse, vt aut impossibilem, aut inconuenientem Deo existimaueris natiuitatem. Sed Deo ni-
hil impossibile, nisi quod non vult. An ergo voluerit nasci (quia si voluit, potuit, & natus est)
consideremus. Ad compendium decurro. Si enim nasci se Deus noluisset, quacumque de causa,
nec hominem se videri præstitisset. Nam quis hominem videns, eum negaret natum? Itaque
quod noluisset esse, nec videri omninò voluisset. Omnis rei displicentis etiam opinio reprobatur.
Quia nihil interest, vtrum sit quid, an non sit: si cùm non sit, esse præsumitur. Planè interest illud,
vt falsum non patiatur, quod verè non est. Sed satis erat illi, inquis, conscientia sua. Viderint ho-
mines, si natum putabant, quia hominem videbant. Quantò ergo dignius, quantóque constantiùs
humanam sustinuisset existimationem verè natus, eandem existimationem etiam non natus subiturus
cum iniuria conscientiæ suæ, quam tu ad fiduciam reputas, vt non natus aduersus conscientiam suam
natum se existimari sustineret. [24] Quid tanti fuit, edoce, vt consciens Christus quid esset, esse se quod
non erat, exhiberet. non potes dicere, si natus fuisset, & hominem verè induisset, Deus esse desisset,
amittens quod erat, dum assumit quod non erat. Periculum enim status sui Deo nullum est. Sed ideò,
inquis, nego Deum in hominem verè conuersum, ita vt & nasceretur, & carne corporaretur: quia qui
sine fine est, etiam inconuertibilis sit, necesse est. Conuerti enim in aliud, finis est pristini. Non com- E
petit ergo conuersio, cui non competit finis. [25] Planè natura conuertibilium ea lege est, ne per-
maneant in eo quod conuertitur in eis: & ita non permanendo pereant, dum perdunt conuertendo
quod fuerunt. sed nihil [26] Deo par est, natura eius ab omnium rerum conditione distat. Si ergo quæ
à Deo distant, à quibus Deus distat, cùm conuertuntur, amittunt quod fuerunt: vbi erit diuersitas di-
uinitatis à ceteris rebus, nisi vt contrarium contineat, id est, vt Deus & in omnia conuerti possit, &
qualis est, perseuerare? alioquin par erit eorum quæ conuersa amittunt quod fuerunt: quorum vtique
Gen. 18. Deus in omnibus par non est, si nec in exitu conuersionis. [27] Angelos creatoris conuersos in effi-
Gen. 19. giem humanam aliquando legisti, & credidisti, & tantam corporis gestasse veritatem, vt & pedes eis
lauerit Abraham, & manibus ipsorum creptus sit Sodomitis Loth: conluctatus quoque homini an-
Gen. 32. gelus toto corporis pondere dimitti desiderauit, ab eo à quo detinebatur. Quod ergo angelis infe-
rioribus Deo licuit, vti conuersi in corpulentiam humanam, angeli nihilominus permanerent, hoc
tu potentiori Deo aufers, quasi non valuerit Christus verè hominem indutus, Deus perseuerare? Aut
nunquid & angeli illi phantasma carnis apparuerunt? sed non audebis hoc dicere. nam si sic apud te
angeli creatoris, sicut & Christus: eiusdem substantiæ erit Christus, cuius angeli: angeli tales quales
& Christus. Si scripturas opinioni tuæ resistentes, non de industria alias reiecisses, alias corrupisses,
Ioan. 1. confudisset te hinc Euangelium Ioannis, prædicans [28] spiritum columbæ corpore lapsum descen-
disse super Dominum. Qui spiritus cùm hoc esset, [29] tam verè erat & columba, quàm & spiritus:
nec interfecerat substantiam propriam, assumpta substantia extranea. Sed quæris corpus columbæ
vbi sit resumpto spiritu in cœlum, æquè & angelorum, & eadem ratione interceptum est; qua & editum F
fuerat. si vidisses cùm de nihilo proferebatur, scisses cùm in nihilum subducebatur. Si non fuit initium
visibile, nec finis. Tamen corporis soliditas erat, quo momento corpus videbatur. Non potest non
CAP. IIII. fuisse quod scriptum est. [30] Igitur si neque vt impossibilem, neque vt periculosam Deo repudias cor-
porationem, superest vt quasi indignam reijcias & accuses. Ab ipsa quidem exorsus odio habita natiui-
tate, [31] perora age iam spurcitias genitalium in vtero elementorum, humoris & sanguinis fœda coagu-
la, carnis ex eodem cœno alendæ per nouem menses: describe vterum de die in diem insolescentem,
grauem, [32] anxium, nexum, [33] totum incertum libidinibus fastidij & gulæ. Inuehere iam & in ipsum mu-
lieris enitentis pudorem, vel pro periculo honorandum, vel pro natura religiosum. Horres vtique & in-
fantem [34] cum suis impedimentis profusum vtique & oblitum. Dedignaberis quod pannis dirigitur,
quod vinctionibus formatur, quod blanditiis deridetur. [35] Hanc veneretur ex Marcion, naturæ
despuis: & quo modo natus es? odisti nascentem hominem: & quo modo diligis aliquem? te quidem
planè non amasti, cùm ab Ecclesia & fide Christi recessisti. Sed videris, si tibi displices, aut si aliter
natus es. Certè Christus dilexit hominem illum in immundicitiis, in vtero coagulatum, illum per
Philipp. 2. pudenda prolatum, illum per ludibria nutritum. Propter eum descendit: propter eum prædicauit:
propter eum omni se humilitate deiecit vsque ad mortem, & mortem crucis: amauit vtique [36] quem
magno pretio redemit. [37] Si Christus creator eius est, suum meritò amauit: si ab alio Deo est, magis
1. Cor. 6. adamauit, quando alienũ redemit. Amauit ergo cum homine etiam natiuitatẽ, etiam carnem eius. Ni-
hil amari potest sine eo per quod est, id quod est. Aut auser natiuitatem, & exhibe hominem. adime car-

nem,

A nem, & præsta quem Deus redemit. Si hæc sunt homo quem Deus redemit, tu hæc erubescenda illi facis, quæ redemit, & indigna, quæ nisi dilexisset, non redemisset? [38] Natiuitate reformata regeneratione cœlesti, carnem ab omni vexatione restituit, leprosam emaculat, cæcam perluminat, paralyticam redintegrat, dæmoniacam expiat, mortuam resuscitat, & nasci in illam erubescit? Si reuera de lupa, aut sue, aut vacca prodire voluisset, & ferae aut pecoris corpore indutus, regnum cœlorum prædicaret, tua opinor, illi censura præscriberet? Turpe hoc Deo, & indignum hoc Dei filio, & stultum propterea qui ita credat. Sit plane stultum, si de nostro sensu iudicemus Deum. Sed circumspice Marcion, si tamen non deleſti: [39] Stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientiam. Quænam hæc stulta sunt? conuersio hominis ad cultum veri Dei, reiectio erroris, disciplina iustitiæ, pudicitiæ, patientiæ, misericordiæ, innocentiæ: omnia hæc quidem stulta non sunt. Quære ergo de quibus dixerit. Et si te præsumpseris inuenisse, non erit iam stultum credere in Deum, natum & quidem ex virgine: & quidem carneum, qui per illas naturæ contumelias volutatus sit. Dicat hæc aliquis stulta non esse: & alia sint, quæ Deus in æmulationem elegerit sapientiæ secularis; & tamen apud illam faciliùs creditur, [40] Iupiter taurus factus aut cygnus, quàm verè homo Christus penés Marcionem. [41] Sunt planè & alia tam stulta, quæ pertinent ad contumelias & passiones Dei. [42] Aut prudentiam dicant Deum crucifixum. Aufer hęc quoque Marcion, immò hoc potius. Quid enim indignius Deo? quid magis erubescendum, nasci, an mori? carnem gestare, an crucem? circumcidi, an suffigi? educari, an sepeliri? in præsepe deponi, an in monumentum recondi? Sapientior eris, si nec ista crediderís. [43] Sed non erit sapiens, nisi stultus seculo fueris, Dei stulta credendo. an ideò passiones à Christo non reſcidiſti; [44] quia vt phantasma vacabat à sensu earum. Diximus retrò æquè illum & natiuitatis & infantiæ imaginaria & vacua ludibria subire potuisse. Sed iam hic respondet [45] interfector veritatis. [46] Nónne verè crucifixus est Deus? nónne verè mortuus, vt verè crucifixus? nónne verè resuscitatus, vt verè scilicet mortuus? Falsò ergo statuit inter nos scire Paulus tantum crucifixum: falsò sepultum ingessit, falsò resuscitatum inculcauit. Falsa est igitur & fides nostra, & phantasma est totum quod speramus à Christo. Sceleſtiſſime hominum, qui interemptores excusas Dei. Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil verè est passus. Parce vnicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei. Quodcumque Deo indignum est, mihi expedit. Saluus sum, si non confundar de Domino meo. [47] Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eum. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probent, benè impudentem, & fœliciter stultum. Natus est Dei filius: non pudet, quia pudendum est. & mortuus est Dei filius: prorsus credibile est, quia ineptum est. & sepultus, resurrexit: certum est, quia impossibile est. Sed hæc quomodo in illo vera erunt, si ipse non fuit verus, si non verè habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur & resuscitaretur? [48] carnem scilicet hanc sanguine suffusam, ossibus subſtructam, neruis intextam, venis implexam, quæ nasci & mori nouit, humanam sine dubio, vt natam de homine? Ideóque mortalis hæc est in Christo, quia Christus homo & filius hominis. Aut cur homo Christus & filius hominis, si nihil hominis & nihil ex homine? nisi si aut aliud est homo quàm caro, aut aliunde caro hominis quàm ex homine, aut aliud est Matia quàm homo. Deus, Marcion, haud aliter non diceretur homo Christus sine carne: nec hominis filius sine aliquo parente homine: sicut nec Deus sine spiritu Dei, nec Dei filius sine Deo patre. [49] Ita vtriusque subſtantiæ census homine & Deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde viuentem. Quæ proprietas conditionum diuinæ & humanæ,

C æqua vtique naturæ veritate cuiusque disposita est, eadem fide spiritus & carnis: virtutes spiritum Dei, passiones carnem hominis probauerunt. Si virtutes non sine spiritu, proinde & passiones non sine carne. Si caro cum passionibus ficta, & spiritus ergo cum virtutibus falsus. Quid dimidias mendacio Christum? totus veritas fuit. Maluit, crede, nasci, quàm ex aliqua se parte mentiri, & quidem in semetipsum: vt carnem gestaret, sine ossibus duram, sine musculis solidam, sine sanguine cruentam, [50] sine tunica vestitam, sine fame esurientem, sine dentibus edentem, sine lingua loquentem, vt phantasma auribus fuerit sermo eius per imaginem vocis. Fuit itaque phantasma etiam post resurrectionem, cùm manus & pedes suos discipulis inspiciendos offerret: Aspicite, dicens, quòd ego sum, quia spiritus ossa non habet, sicut me habentem videtis, sine dubio manus & pedes & ossa quæ spiritus non habet, sed caro. Quomodo hanc vocem interpretaris Marcion, qui à Deo optimo, & simplici, & bono tantum infers Iesum? Ecce fallit & decipit, & circunuenit omnium oculos, omnium sensus, omnium accessus & contactus. Ergo iam Christum non de cœlo deferre debueras, sed de aliquo [51] circulatorio cœtu, nec Deum præter hominem, sed Magum hominem, nec salutis pontificem, sed spectaculi artificem, nec mortuorum suscitatorem, sed viuorum euocatorem. Nisi quod etsi Magus fuit, natus est. [52] Sed quid iam discentes Pontici illius, supra magistrum sapere compulsi, concedunt Christo carnis veritatem, sine præiudicio tamen renuendæ natiuitatis. Habuerit, inquiunt, carnẽ, dum omninò non natam. Peruenimus igitur de calcaria (quod dici solet) in carbonariam, à Marcione [53] ad Apellem, qui posteaquam à disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus est, & dehinc in virgine Philumene spiritu euersus est, solidum Christi corpus & sine natiuitate susceptit ab ea, prædicans [54] vt angelus quidem illius Philumenes. Eadem voce Apostolus respondebit, qua ipsum illum iam

Matth. 11.

1. Cor. 1.

Cap. v.

1. Cor. 3.

Marc. 8. Luc. 9. & 12.

Luc. 24.

Cap. vi.

tunc præcinebat, dicens: [57] Etiamsi angelus de cœlo aliter euangelizauerit vobis, quàm nos euangeli- D
zauimus, anathema sit. His verò qui insuper argumentantur, nos resistemus, confitentes verè corpus
habuisse Christum. Vnde materia, si non ex ea qualitate, in qua videbatur? Vnde corpus, si nõ caro cor-
pus? Vnde caro, si non nata? quia nasci haberet ea futura quæ nascitur. [58] De sideribus, inquiunt, &
de substantiis superioris mundi mutuatus est carnem. Et vtique proponunt, non esse mirandum cor-
pus sine natiuitate, cùm & apud nos angelis licuerit, nulla vteri opera in carnem processisse. Agnosci-
G.n.18. mus quidem ita relatum, sed tamen quale est, vt alterius regulæ fides, ab eafide quam impugnat, in-
strumentum argumentationibus suis mutuetur? [59] Quid illi cum Moyse, qui Deum Moysi reiicit? Si
alius Deus est, aliter sint res eius. Sed vtantur hæreticis omnes scripturis eius, cuius vtuntur etiam mun-
do. Erit illis hoc quoque in testimonium iudicij, quod de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt.
Facile est veritati etiam nihil tale aduersus eos præscribenti obtinere. Igitur qui carnem Christi ad
exemplum proponunt angelorum, non natam dicentes scilicet carneam, comparent velim & causas
tam Christi quàm & angelorum, ob quas in carnem venerunt. Nullus vnquam angelus ideò descen-
dit vt crucifigeretur, vt mortem experiretur, vt à morte resuscitaretur. Si nunquam eiusmodi fuit cau-
sa angelorum corporandorum, habes causam cur non nascendo acceperint carnem. Non venerant
mori, ideò nec nasci. At verò Christus mori missus, nasci quoque necessariò habuit, vt mori posset,
Non enim mori solet, nisi quod nascitur. Mutuum debitum est inter se natiuitati cum mortalitate. For-
ma moriendi, causa nascendi est. Si propter id quod moritur, mortuus est Christus, id autem mori-
tur quod & nascitur, consequens item erat, immò præcedens, vt æquè nasceretur propter id quod
Gen. 1º. nascitur (quia propter idipsum mori habebat) quod, quia id quod nascitur, moritur, non
competebat non nasci, pro quo mori competebat. [60] Atquin tunc quoque inter illos angelos ipse
Dominus apparuit Abrahæ sine natiuitate, cum carne scilicet, pro eadem causæ diuersitate. [59] Sed
vos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes, qui iam tunc & adloqui, & liberare, & iudi- E
care humanum genus ediscebat in carnis habitu non natæ adhuc, quia nondum morituræ, nisi priùs
& natiuitas eius & mortalitas adnunciarentur. Igitur probent angelos illos de sideribus accepisse
substantiam carnis. si non probant, quia nec scriptum est, nec Christi caro inde erit, cui angelorum
accommodant exemplum. [60] Constat angelos carnem non propriam gestasse, vtputà naturæ sub-
stantiæ spiritalis, & si corporis alicuius, sui tamen generis: in carnem autem humanam transfigurabi-
les ad tempus, vt videri & congredi cum hominibus possent. Igitur cùm relatum non sit, vnde sum-
serint carnem, relinquitur intellectui nostro non dubitare, hoc esse proprium angelicæ potesta-
tis ex nulla materia corpus sibi sumere. quanto magis, inquis, ex aliqua certum est. [61] sed nihil de eo
constat, quia scriptura non exhibet. Ceterum qui valent facere semetipsos quod natura non sunt, cur
non valeant etiam ex nulla substantia facere? si fiunt quod non sunt, cur non ex eo fiant quod non est?
Quod autem non est, cùm fit, ex nihilo est. Propterea nec requiritur, nec ostenditur, [62] quid postea fa-
ctum sit corporibus illorum. Quod de nihilo fuit, nihil factum est. Possunt nihil ipsum conuertere in
carnem, qui semetipsos potuerunt conuertere in carnem. Plus est naturam demutare, quàm facere ma-
teriam. Sed si de materia necesse fuisset angelos sumpsisse carnem, credibilius vtique est de tertena ma-
teria, quàm de vllo genere cœlestium substantiarum: cùm adeò terrenæ qualitatis exstiterit, vt terre-
nis pabulis pasta sit. Fuerit nunc quoque siderea, eodem modo terrenis pabulis pasta, quando terre-
na non esset, quo terrena cœlestibus pasta est, quando cœlestis non esset (legimus enim manna esui
Psal.77. populo fuisse. Panem, inquit, angelorum edit homo) non tamen infringitur semel separata conditio
CAP.VII. Dominicæ carnis, ex causa alterius dispositionis. Homo verè futurus vsque ad mortem, eam carnem F
Matth.13. oportebat vt indueret, cuius est mors. Eam porrò carnem, cuius est mors, natiuitas antecedit. [63] Sed
Luc.8. quotiens de natiuitate contenditur, omnes qui respuunt eam vt præiudicantem de carnis in Christo
veritate, ipsum Deum volunt negare esse natum, quòd dixerit: [64] Quæ mihi mater, & qui mihi fra-
tres? Audiat igitur & Apelles [65] quid iam RESPONSVM SIT ànobis MARCIONI, EO LI-
BELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS, considerandam scilicet mate-
riam pronuntiationis istius. Primò quidem nunquam quisquam adnuntiassit illi matrem & fratres
eius foris stare, qui non certus esset habere illum matrem & fratres, & ipsos esse quos tunc nuntiabat,
Matth.13. vel retrò cognitos, vel tunc ibidem compertos. [66] Licet propterea abstulerint hæreses ista de
Euangelio, [67] quod & creditum patrem eius Ioseph fabrum, & matrem Mariam, & fratres, &
sorores eius optimè notos sibi esse dicebant, qui mirabantur doctrinam eius. Sed tentandi gratia
nuntiauerant ei matrem & fratres, quos non habebat. Hoc quidem scriptura non dicit, alias non
Matth.22. tacens, quum quid tentationis gratia factum est circa eum: Ecce, inquit, surrexit legis doctor, ten-
Matth.19. tans eum. Et alibi: Et accesserunt ad eum Pharisæi, tentantes. Quod nemo prohibebat hîc quo-
que significari tentandi gratia factum. Non recipio, quod extra scripturam de tuo infers. Dehinc
materia tentationis debet subesse, quid tentandum putauerunt in illo, vtique natúsne esset, an
non? Si enim hoc negauit responsio eius, hoc captauit nuntiatio tentatoris. Sed nulla tentatio
tendens ad agnitionem eius, de quo dubitando tentat, ita subitò procedit, vt non antè præcedat
quæstio, quæ dubitationem inferens cogat tentationem. Porrò si nusquam de natiuitate Christi

voluta-

A volutatum est, quid tu argumentaris, voluisse illos per tentationē scisciteri quod nunquam produxerunt in quæstionem? Eò adiecimus, etiam si tentandus esset de natiuitate, non vtique hoc modo tentaretur, earum personarum adnuntiatione, quæ poterant etiam nato Christo non fuisse. Omnes nascimur, & tamen non omnes aut fratres habemus aut matrem. Adhuc potest & patrem magis habere quàm matrem, & aunculos magis quàm fratres: adeò non competit tentatio natiuitatis, quàm licebat & sine matris, & sine fratrum nominatione constare. Facilius planè est, vt certi illum & matrem & fratres habere diuinitatem potius tentauerint eius quàm natiuitatem, an intus agens, sciret quid foris esset, mendacio petitus præsentiæ eorum, qui in præsenti non erant, nisi quod etsi vacuisset tentationis ingenium, poterat euenire vt quos illi nuntiabant foris stare, ille eos sciret absentes esse, vel valetudinis, vel negotij, vel peregrinationis nota iam necessitate. Nemo tentat eo modo, quo posse se sciat ruborem tentationis referre. Nulla igitur materia tentationis competente, liberatur simplicitas nuntiatoris, quòd verè mater & fratres eius superuenissent. Sed quæ ratio responsi matrem & fratres ad præsens negantis, discat etiam Apelles. Fratres Domini non credidérunt in illum, [63] sicut & in Euangelio ante Marcionem ædito continetur. [69] Mater æquè non demonstratur adhæsisse illi, cùm Martha & Maria alia in commercio eius frequententur. Hoc denique in loco apparet incredulitas eorum, cùm is docet viam vitæ, cùm Deiregnum prædicaret, cùm languoribus & vitijs medendis operatetur, extraneis defixis in illum, [70] tam proximi aberant. Denique superuenerunt, & foris subsistunt, nec introëunt, non computantes scilicet quid intus ageretur, nec sustinent saltem, quasi necessarius aliquid adferrent eo quod ille tum maximè agebat, sed amplius interpellant, & à tanto opere reuocatum volunt. Oro te Apelles, vel tu Marcion, [71] si fortè tabula ludens, [72] vel de histrionibus, aut aurigis contendens, tali nuntio auocareris, nónne dixisses, quæ mihi mater, aut qui fratres? Deum prædicans & probans Christus, Legem & Prophetas adimplens, tanti retrò ævi caliginem dispargens, indignè vsus est hoc dicto ad percutiendam incredulitatem foris stantium, vel ad excutiendam importunitatem ab opere reuocantium? Cetcrùm ad negandam natiuitatem, alius necessarius fuisset ei locus, & tempus, & ordo sermonis, non eius qui possit pronuntiari etiam ab eo, cui & mater esset & fratres, [73] quum indignatio parentes non neget, sed obiurget. Denique potiores fecit alios, & meritum prælationis ostendens, audientiam scilicet verbi, demonstrat qua conditione negauerit matrem & fratres. Qua enim alios sibi adoptauit, qui ei adhærebant, ea abnegauit illos, qui ab eo abstinebāt. Solet etiam id implere Christus quod alios docet. Quale ergo erat, si docens [74] non tanti facere matrem aut fratres, quanti Dei verbum, ipse Dei verbum nuntiata matre & fraternitate defereret? Negauit itaque parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere. [75] Sed aliàs figura est synagogæ in matre abiuncta, & Iudæorum in frattibus incredulis. Foris erat in illis Israël, discipuli autem nouiintus audientes, & credentes, & cohærentes Christo, Ecclesiam deliniabant, quam potiorem matrem, & digniorem fraternitatem, recusato carnali genere nuncupat. Eodem sensu denique & illi exclamationi respondit, non matris vterum & vbera negans, [76] sed fœcliciores designans, qui verbum Dei audiunt. [77] Solis istis capitulis, quibus maximè instructi videntur sibi Marcion & Apelles, secundum veritatem integri & incorrupti Euangelij interpretatis, satis esse debuerat, ad probationem carnis humanæ in Christo, per defensionem natiuitatis. Sed quoniam & isti Apelleciani carnis ignominiam prætendunt maximè, [78] quam volunt ab igneo illo [79] præside mali solicitatis animabus adstructam, & idcircò indignam Christo, & idcircò de sideribus illi substantiam competisse, debeo illos de sua [80] paratura repercutere. Angelum quendam inclytum nominant, qui mundum hunc instituerit, & instituto eo [81] pœnitentiam admiserit. Et hoc suo loco tractauimus. [82] Nam est nobis ADVERSVS ILLOS LIBELLVS, an qui spiritum & voluntatem & virtutem Christi habuerit ad ea opera, dignum aliquid pœnitentia fecerit, cùm angelum etiam de figura erraticæ ouis interpretentur. Teste igitur pœnitentia institutoris sui delictum erit mundus; [83] siquidem omnis pœnitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto. Si mundus delictum est, quia corpus: & membra, delictum: erit proinde & cœlum, & cœlestia cum cœlo. Si cœlestia, & quicquid inde conceptum prolatúmque est, mala arbor malos fructus ædat, necesse est. Caro igitur Christi de cœlestibus structa, de peccati constitit elementis, peccatrix de peccatorio censu, & par erit eius substantiæ, id est nostræ, quam vt peccatricem Christus dedignatur induere. Ita si nihil de ignominia intereìt, aut aliam putioris notæ materiam excogitent Christo, quibus displicet nostra, aut eam cognoscant, qua etiam cœlestis melior esse non potuit. Legimus planè, [84] Primus homo de terræ limo, secundus homo de cœlo. Non tamen ad materiæ differentiam spectat, sed tantùm terrenæ retrò substantiæ carnis, primi hominis, id est Adæ, cœlestem de spiritu subsstantiam opponit, secundi hominis, id est Christi. Et adeo ad spiritum, non ad carnem cœlestem hominem refert, vt quos sic comparat, constet in hac carne terrena, cœlestes fieri, spiritu scilicet. Quòd si secundum carnem quoque cœlestis Christus, non compararentur illi non secundum carnem cœlestes. Si ergo qui fiunt cœlestes qualis est Christus, terrenam carnis substantiam gestant: hinc quoque confirmatur ipsum etiam Christum in carne terrena fuisse cœlestem, sicut sunt qui ei adæquantur. [85] Prætendimus adhuc, nihil quod ex alio acceptum sit, vt aliud sit, quàm id de quo sit acceptum, ita in totum aliud est, cui non suggerat vnde sit acceptum. Omnis materia sine testimonio originis suæ non est, etsi demutetur in nouam proprieta-

joan. 7.
Luc. 10.
Matth. 12.
Luc. 8.
Matth. 10.
Luc. 11.
C. VIII.
Luc. 15.
Matth. 7.
1. Cor. 15.
CAP. IX.

tem. Ipſum certe corpus noſtrum, [86] quod de limo figulatum etiam ad fabulas Nationum veritas trãſmiſit, vtrunque originis elementum confitetur. Carne terrenam, ſanguine aquanam, licet alia ſit facies qualitatis. Hoc eſt quod ex alio aliud fit. Ceterùm quid eſt ſanguis, quàm rubens humor? quid caro, quàm terra conuerſa in figuras ſuas? Conſidera ſingulas qualitates, muſculos vt glebas, oſſa vt ſaxa, etiã circum papillas calculos quoſdam. Aſpice neruorum tenaces connexus, vt traduces radicum, & venarum ramoſos diſcurſus, vt ambages riuorum. Et lanugines vt muſcos, & comam vt ceſpitem, & ipſos medullarum in abdito theſauros, vt metalla carnis. Hæc omnia terrenæ originis ſigna & in Chriſto fuerunt, hæc ſunt quæ illum Dei filium cælauere, non aliàs tantummodò hominem exiſtimatum, quàm ex humani ſubſtantia corporis. Aut ædite aliquid in illo cœleſte [87] de Septentrionibus [88] & Vergilijs [89] & Suculis emendicatum. Nam quæ enumerauimus, adeò terrenæ teſtimonia carnis ſunt, vt & noſtræ. Sed nihil nouum, nihil peregrinum deprehendo. Denique verbis tantummodò & factis, doctrina & virtute ſola Chriſti, homines obſtupeſcebant. Notaretur etiam carnis in illo nouitas miraculo habita. Sed carnis terrenæ non mira conditio, ipſa erat quæ ceteta eius miranda faciebat, cùm dicerent: [90] Vnde huic doctrina & ſigna iſta? etiam deſpicientium formam eius, hæc erat vox. Adeò nec [91] humanæ honeſtatis corpus fuit, nedum cœleſtis claritatis. Tacentibus apud nos quoque Prophetis [92] de ignobili aſpectu eius, ipſæ paſſiones, ipſæque contumeliæ loquuntur. Paſſiones quidem humanam carnem, contumeliæ verò inhoneſtam probauere. An auſus eſſet aliquis vngue ſummo perſtringere corpus nouum, vllam ſputaminibus contaminare faciem niſi merentem? Quid dicis cœleſtem carnem, quam vnde cœleſtem intelligas, non habes? Quid terrenam negas, quam vnde terrenam agnoſcas, habes? Eſurijt ſub diabolo, ſitijt ſub Samaritide, lachrymatur ſuper Lazarum, trepidat ad mortem. Caro enim, inquit, infirma. Sanguinem fudit poſtremò. Hæc ſunt, opinor, ſigna cœleſtia. Sed quomodo, inquam, contemni & pati poſſet, ſicut & dixi, ſi quid in illa carne de cœleſti generoſitate radiaſſet? Ex hoc ergo conuincimus nihil in illa de cœlis fuiſſe, propterea vt contemni & pati poſſet. [93] Conuertor ad alios æquè ſibi prudentes, qui carnem Chriſti animalem affirmant, quòd anima caro ſit facta, ergo & caro anima. Et ſicut caro animalis, ita & anima carnalis. Et hîc itaque cauſas requiro. [94] Si vt animam ſaluam faceret in ſemetipſo ſuſcepit animam Chriſtus quia ſalua non eſſet niſi per ipſum, dum in ipſo, non video cur eam carnem fecerit animalem, induendo carnem, quaſi aliter animam ſaluam facere non poſſet, niſi carneam factam. Cùm enim noſtras animas non tantùm non carneas, ſed etiam à carne diſiunctas ſaluas præſtet: quantò magis illam, quam ipſe ſuſcepit, etiam non carneam redigere potuit in ſalutem? Item cùm præſumant [95] non carnis, ſed animæ noſtræ ſolius liberandæ cauſſa proceſſiſſe Chriſtum: primò quàm abſurdum eſt, vt animam ſolam liberaturus, id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberaturus. Deinde ſi animas noſtras per illam quam geſtauit, liberare ſuſceperat, illam quoque quam geſtauit, noſtram geſtaſſe debuerat, id eſt, noſtræ formæ, cuiuſcunque formæ eſt in occulto anima noſtra, non tamen carneæ. Ceterùm non noſtram animam liberauit, ſi carneam habuit; noſtra enim carnea non eſt. [96] Porrò ſi non noſtram liberauit, quia carneam liberauit, nihil ad nos, quia non noſtram liberauit. Sed nec liberanda erat, quæ non erat noſtra, vt ſcilicet carnea: non enim perielitabatur, ſi non erat noſtra, id eſt, non carnea. Sed liberatam conſtat illam. Ergo non fuit carnea, & fuit noſtra, ſi ea fuit quæ liberaretur, quoniam periclitabatur. Iam ergo ſi anima non fuit carnalis in Chriſto, nec caro poteſt animalis fuiſſe. [97] Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, exigentes cur animalem carnem ſubeundo Chriſtus, animam carnalem videatur habuiſſe. Deus enim, inquiunt, geſtiuit animam viſibilem hominibus exhibere, faciendo eam corpus, quæ retrò inuiſibilis extiterit, natura nihil, nec ſemetipſam videns, præ impedimento carnis huius, vt etiam diſceptaretur natu anima an non, mortaliſne ſit, an non? Itaque animam corpus effectam in Chriſto, vt eam & naſcentem & morientem, & quod ſit amplius, reſurgentem videremus. Ex hoc autem quale erit, vt per carnem demonſtraretur anima ſibi aut nobis, quæ per carnem non poterat agnoſci, vt ſic oſtenderetur, dum id fit cui latebat, id eſt, caro? tenebras videlicet accepit, vt lucere poſſit. Denique adhuc priùs retractemus, an iſto modo oſtendenda fuerit anima, dehinc in totum inuiſibilem eam retrò allegent, vtrum quaſi incorporalem, an etiam habentem aliquod genus corporis proprij? & tamen cùm inuiſibilem dicant, corporalem eam conſtituunt, habentem quod inuiſibile ſit. Nihil enim habens inuiſibile, quomodo poteſt inuiſibilis dici? ſed ne eſſe quidem poteſt, niſi habens per quod ſit. Cùm autem ſit, habeat neceſſe eſt aliquid, per quod eſt. Si habet aliquid per quod eſt, hoc erit corpus eius. [98] Omne quod eſt, corpus eſt ſui generis, nihil eſt incorporale, niſi quod non eſt. Habente igitur anima inuiſibile corpus, qui viſibilem eam facere ſuſceperat, vtique dignius id eius viſibile feciſſet, quod inuiſibile habebatur. Quia nec hîc mendacium, aut infirmitas Deo competit; Mẽdacium, ſi aliud animam quàm quod erat demonſtrauit; Infirmitas, ſi id quod erat demonſtrare non valuit. Nemo oſtendere volens hominem, [99] caſſidem aut perſonam ei inducit. Hoc autem factum eſt animæ, [100] ſi in carne conuerſani, alienam induit ſuperficiem. Sed etſi incorporalis anima deputetur, vt aliqua virationis occulta ſit quidem anima, corpus tamen non ſit, quicquid eſt anima: proinde impoſſibile Deo non erat, & propoſito eius congruentius competebat, noua aliqua corporis ſpecie eam demonſtrare, quàm iſta communi omnium, [101] alterius iam notitiæ, ne ſine cauſa viſibilem ex inuiſibili facere geſtiſſet animam, iſtis ſcilicet quæ-

Matth. 13. Iſai. 53. Matth. 26. & 27. Matth. 4. Ioan. 4. & 11. Matth. 26. Cap. x. Luc. 9. Cap. xi.

A cet quæstionibus opportunam, par carnis in illam humanæ defensionem. Sed non poterat Christus inter homines, nisi homo videri. Redde igitur Christo fidem suam, vt qui homo voluerit incedere, animam quoque humanæ conditionis ostenderit, non faciens eam carneam, sed inducens eam carne. [101 Ostenta sit nunc anima per carnem, si constiterit illam ostendendam quoquo modo fuisse, id est, incognitam sibi & nobis. Quanquam in hoc vana distinctio est, quasi nos seorsum ab anima simus, cùm totum quod sumus, anima sit. Denique sine anima nihil sumus, ne hominis quidem, sed cadaueris nomen. Si ergo ignoramus animam, ipsa se ignorat. Itaque superest hoc solummodo inspicere, an se anima hic ignorarit, vt nota quo quo modo fieret. Opinor sensualis est animæ natura. A deo nihil animale sine sensu, nihil sensuale sine anima. [102 Et vt impressius dixerim, [103 animæ anima sensus est. Igitur cùm omnibus anima sentire præstet, & ipsa sentiat omnium etiam sensus, nedum qualitates, cui verisimile est, vt ipsa sensum sui ab initio fortita non sit? Vnde illi scire quod interdum sibi sit necessarium, ex naturali necessitate, si non scit suam qualitatem, cui quid necessarium est? Hoc quidem in omni anima recognoscere est, notitiam sui dico, sine qua notitia sui nulla anima à se ministrare potuisset. Puto autem magis hominem, animal solum rationale, compotem & animam esse sortitum, quæ illum facit animal rationale, ipsa in primis rationalis. Porrò quomodo rationalis quæ efficit hominem rationale animal, si ipsa rationem suam nescit, ignorans semetipsam? Sed adeò non ignorat, vt auctorem & arbitrum & statum suum norit. Nihil adhuc de Deo discens, Deum nominat. Nihil adhuc de iudicio eius admittens, Deo commendare se dicit. Nihil magis audiens, quàm spem nullam esse post mortem, & benè & malè defuncto cuique imprecatur. [105 Pleniùs hæc prosequitur LIBELLVS QVEM SCRIPSIMVS

B DE TESTIMONIO ANIMÆ. Alioquin si anima semetipsam ignorans erat ab initio, nihil à Christo cognouisse debuerat, nisi qualis esset. Nunc autem non effigiem suam didicit à Christo, sed salutem. Propterea filius Dei descendit, & animam subijt: non vt ipsa se anima cognosceret in Christo, sed vt Christum in semetipsa. Non enim se ignorando de salute periclitatur, sed Dei verbum. Vita, inquit, manifestata est, non anima. Et veni, inquit, animam saluam facere. Non dixit, ostendere. Ignorabamus nimirùm animam, licet inuisibilem, nasci & mori, nisi corporaliter exhiberetur. Ignorauimus planè resurrecturam esse carne: hoc erit quod Christus manifestauit. Sed & hoc non aliter in se, quàm in Lazaro aliquo, cuius caro non erat animalis, ita nec anima carnalis. Quid ergo amplius innotuit nobis, de animæ ignoratæ retrò dispositione? Quid inuisibile eius fuit, quod visibilitatem per carnem desideraret? [106 Caro facta est anima, vt anima ostenderetur. Nunquid ergo & caro anima facta est, vt caro manifestaretur? Si caro anima est, iam non anima est, sed caro. Si anima caro est, iam non caro est, sed anima. Vbi ergo caro, & vbi anima est, alterutrum facta est. Immò si neutrum fuit, dum alterutrum alterum fiunt, certè peruersissimum, vt carnem nominantes, animam intelligamus: & animam significantes, carnem interpretemur. Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm sunt, & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quàm sunt cognoninantur. Fides nominum, salus est proprietatum. [107 Etiã quum demutantur qualitates, accipiunt vocabulorum possessiones. Verbi gratia: Argilla excocta, testæ vocabulum suscipit. Nec communicat vocabulo priftini generis, quia nec cum ipso genere. Proinde & anima Christi caro facta, non potest non id esse quod facta est, & id non esse quod fuerit, aliud scilicet facta. Et quoniam proximum adhibuimus exemplum, plenius eo vtemur. Certè enim testa ex argilla vnum est corpus, vnúmque vocabulum vnius scilicet corporis. nec potest dici testa & argilla, quia

C quod fuit non est: quod autem non est, & non adhæret, & anima non adhæret. Ergo & anima caro facta vniformis, solidata: sed singularitas tuta est, & indiscreta substantia. In Christo verò inueniinus animam, & carnem simplicibus & nudis vocabulis æditas, id est animam animam, & carnem carnem: nusquam animam carnem, aut carnem animam, quando ita nominari debuissent, si ita fuissent. Sed etiam sibi quamque substantiam diuisè pronunciata sub ipso, vtique pro duarum qualitatum distinctione seorsum animam, & seorsum carnem. Quid [108 anxia est, inquit, anima mea vsque ad mortem. Et, [109 Panis quem ego dedero pro salute mundi, caro mea est. Porrò si anima caro fuisset, vnum esset in Christo carnea anima, aut caro animalis, at quum diuidit species, carnem & animam, duo ostendit. Si duo, iam non vnum: si non vnum, iam nec anima carnalis, nec caro animalis. Vnum enim est anima caro, aut caro anima. Nisi & seorsum aliam gestabat animam, præter eam quæ caro erat, & aliam circunferebat carnem, præter illam quæ anima erat. Quòd si vna caro, & vna anima, illa tristis vsque ad mortem, & illa panis pro mundi salute, saluus est numerus duarum substantiarum, in suo genere distantium, excludens carneæ animæ vnicam speciem. [110 Sed angelum, aiunt, gestauit Christus. Qua ratione? qua & hominem. Eadem ergo est & causa, vt hominem gestaret. Christus salus hominis fuit, causa scilicet ad restituendum quod perierat. Homo perierat, hominem restitui oportuerat. vt angelum gestaret Christus, nihil tale de causa est. nam etsi angelis perditio reputatur, [111 in ignem præparatum diabolo & angelis eius, nunquam tamen illis restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute angelorum suscepit Christus à patre. Quod pater neque repromisit, neque mandauit, Christus administrare non potuit. Cui igitur rei angelum quo que gestauit, nisi vt satellitem fortem, cum quo salutem hominis operaretur? [112 Idoneus enim non erat Dei filius, qui solus hominem liberaret, à solo & singulari serpente deiectum. Ergo iam non vnus Deus, nec vnus [113 salutificator, si duo salutis artifices, & vti-

CA. XII.

Ioan. 1. Luc. 9.

Ioan. 11.

C. XIII.

Matth. 26. Ioan. 6.

C. XIIII.

Matth. 25.

que alter altero indigens. An verò vt per angelum liberaret hominem? cur ergo descendit ad id quod D
Isai.9. per angelum erat expediturus? Si per angelum, quid & ipse? Si per se, quid & angelus?" [114] Dictus est quidem magni consilij angelus, id est nuntius: officij, non naturæ vocabulo. Magnum enim cogitatum patris, super hominis scilicet restitutione, annuntiaturus seculo erat. Non ideò tamen sic angelus intelligendus; [115] vt aliqui Gabriel aut Michael. Nam & filius à Domino vineæ mittitur ad cultores, sicut &
Matth. 21. famuli, de fructibus petitum. Sed non propterea vnus ex famulis deputabitur filius, quia famulorum successit officio. Facilius ergo dicam si fortè ipsum filium angelum, id est nuntium patris, quàm angelum in filio. Sed quum de filio ipso sit pronuntiatum; [116] Minuisti eum modicum quid citra angelos,
Psal. 8. quomodo videbitur angelum induisse, sic infra angelos diminutus, dum homo fit, quâ caro & anima & filius hominis? quâ autem spiritus Dei & virtus altissimi, non potest infra angelos haberi, Deus scilicet & Dei filius. quanto ergo dum hominem gestat, minor angelis factus est, tanto non dum angelum gestat. [117] Poterit hæc opinio Hebioni conuenire, qui nudum hominem, & tantùm ex semine Dauid natum, non item & Dei filium, constituit Iesum, [118] planè Prophetis aliquo glorioſiorem, vt ita in
Zach. 1. nonnullis angelum fuisse dicatur, quemadmodum in aliquo Zacharia, nisi quod à Christo nunquam
Isai. 1. est dictum: [119] & ait mihi angelus qui in me loquebatur. Sed nec quotidianum illud omnium Pro-
Matth. phetarum: Hæc dicit Dominus. Ipse enim erat Dominus coram, & sua auctoritate pronuntians: Ego
Isai. 63. autem dico vobis. Quid vltra? ad hæc Esaiam exclamantem audi. [120] Non angelus neque legatus, sed
Cap. xv. ipse Dominus saluos eos fecit. [121] Licuit & Valentino ex priuilegio hæretico carnem Christi spiritalem comminisci. Quiduis eam fingere potuit, quisquis humanam credere noluit. Quando quod ad
Joan. 8. omnes dictum est, si humana non fuit, nec ex homine, non video ex qua substantia se Christus homi- E
Matth. 12. nem & filium hominis pronuntiarit. Nunc autem vultis occidere hominem, veritatem ad vos loquu-
Esai. 53. tum. Et, [122] Dominus est sabbati filius hominis. De ipso enim Esaias, [123] Homo in plaga, & sciens fer-
Hier. 17. re imbecillitatem. Et Hieremias, [124] Et homo est, & quis cognoscet illum? Et Daniel, [125] Et super nu-
Dan. 7. bes tanquam filius hominis. Etiam Paulus Apostolus, Mediator Dei & hominum, homo Christus Ie-
1. Tim. 2. sus. Item Petrus in Actis Apostolorum, [126] Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum, vtique
Act. 2. hominem. Hæc sola sufficere vice præscriptionis debuerunt ad testimonium carnis humanæ & ex homine sumptæ, & non spiritalis, sicut nec animalis, nec sidereæ, nec imaginariæ, si sine studio & artificio contentionis hæreses esse potuissent. [127] Nam vt penes quendam ex Valentini factione legi, primò non putant terrenam & humanam Christo substantiam informatam, ne deterior angelis Dominus deprehendatur, qui non terrenæ carnis extiterunt. Dehinc quòd oporteret similem nostri carnem similiter nasci, non de spiritu, nec de Deo, sed ex viri voluntate. Et cur non de corruptela, sed de incorruptela? Et quare non, sic vt & illa resurrexit, & in cœlo resumpta est, ita & nostra par eius statim assumitur, aut cur illa par nostræ non æquè in terram dissoluta est? Talia & ethnici volutabant. Ergo Dei filius in tantum humilitatis exhaustus, etsi resurrexit in exemplum spei nostræ, cur nihil tale de nobis probatum est? Meritò ethnici talia, sed meritò & hæretici. Numquid enim inter illos distat? nisi quòd ethnici non
Psal. 8. credendo credunt, at hæretici credendo non credunt. Legunt denique, Minorasti eum modico citra
Psal. 21. angelos, & negant inferiorem substantiam Christi, nec hominem se, sed vermem pronuntiantis, qui
Isai. 53. nec formam habuit, nec speciem, sed forma eius ignobilis, [128] defecta citra omnes homines. Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. [129] Agnoscunt hominem Deo mixtum, & negât hominem. Mortuum credunt, & quod est mortuum, ex incorruptela natum esse contendunt, quasi corruptela aliud sit F
Psal. 109. à morte. Sed & nostra caro statim resurgere debebat. Expecta, nondum inimicos suos Christus op-
Ca. xvi. pressit, vt cum amicis de inimicis triumphet. [130] Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij hæretici locum sibi fecit [131] Alexander ille, quasi nos affirmemus idcircò Christum terreni census induisse carnem, vt euacuaret in semetipso carnem peccati. Quod etsi diceremus, quacunque ratione, muniremus sententiam nostram, dum ne tanta amentia qua putauit, tanquam ipsam carnem Christi opinemur, vt peccatricem, euacuatam in ipso, cùm illam & ad dexteram patris in cœlis præsidere memineri-
Matth. 25. mus, & venturam inde suggestu paternæ claritatis prædicemus. Adeò vt euacuatam non possumus dicere, ita nec peccatricem. Nec euacuatam in qua dolus non fuit. Defendimus autem, non carnem peccati euacuatam esse in Christo, sed peccatum carnis, non materiam, sed naturam: nec substantiam, sed
Ibidem. culpam: secundum Apostoli auctoritatem dicentis: [132] Euacuauit peccatum in carne. Nam & alibi,
Rom. 8. In similitudinem, inquit, carnis peccati fuisse Christum: non quòd similitudinem carnis acceperit, quasi imaginem corporis, & non veritatem, sed similitudinem peccatricis carnis vult intelligi. Quod ipsa non peccatrix caro Christi eius fuit par, cuius erat peccatum, genere, non vitio Adæ, quando hinc etiam confirmamus eam fuisse carnem in Christo, cuius natura est in homine peccatrix. Et sic in illa peccatum euacuatum, quod in Christo sine peccato habeatur, quæ in homine sine peccato non habebatur. Nam neque ad propositum Christi faceret euacuantis peccatum carnis, non in ea carne euacuare illud, in qua erat natura peccati. Neque ad gloriam: quid enim magnum, si in carne meliore & alterius, id est non peccatricis naturæ, næuum peccati redemit? Ergo, inquis, si nostram induit, peccatrix fuit caro Christi. Noli constringere explicabilem sensum: nostram enim induens, suam fecit: suam faciens, non peccatricem eam fecit. Cæterùm quod ad omnes dictum sit, qui ideò non putant carnem nostram

A nostram in Christo fuisse, quia non fuit ex viri semine, recordentur Adam ipsum in hanc carnem, non ex semine viri factum. Sicut terra conuersa est in hanc carnem sine viri semine, ita & Dei verbum potuit sine coagulo in eiusdem carnis transire materiam. [91] Sed remisso Alexandro cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet, etiam [92] cum psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicuius auctoris interserit, [93] ad vnam iam lineam congressionem dirigamus: An carnem Christus ex virgine acceperit, vt hoc præcipuè modo humanam eam constet, si ex humana matrice substantiam traxit. [94] Quanquam liquit iam & de nomine hominis, & de statu qualitatis, & de sensu tractationis, & de exitu passionis humanam constitisse. Ante omnia autem commendanda erit ratio quæ præstit, vt Dei filius de virgine nasceretur. Nouè nasci debebat, nouæ natiuitatis dedicator. De qua signum daturus Dominus, ab Esaia prædicabatur: Quod est istud signum? Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Concepit igitur virgo & peperit [97] Emmanuelem, nobiscum Deum. Hæc est natiuitas noua, dum homo nascitur in Deo. In quo homine Deus natus est, carne antiqui seminis susceptа, sine semine antiquo, vt illam nouo semine, id est spiritaliter reformaret, exclusis antiquitatis sordibus expiatam. Sed tota nouitas ista, sicut & in omnibus, de veteri figurata est, rationali per virginem dispositione homine Domino nascente. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta: ex ea hominem factum accipimus à Deo in animam viuam. Igitur si primus Adam de terra traditur, meritò sequens, vel nouissimus Adam, vt Apostolus dixit, proinde de terra, id est carne nondum generationi relignata in spiritum viuificantem à Deo est prolatus. [98] Et tamen næ mihi vacet incursus in Christum (Adam ab Apostolo dictus est) si terreni non fuit census homo eius. Sed & hic ratio defendit, quòd Deus [99] imaginem & similitudinem suam à diabolo captam æmula operatione recuperauit. In virginem enim adhuc Euam irrepserat verbum ædificatorium mortis. In virginem æquè introducendum erat Dei verbum extructorium vitæ, vt quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo deliquit, hæc credendo deleuit. Sed Eua nihil tunc concepit in vtero ex diaboli verbo. [100] Immò concepit. Nam exinde vt abiecta pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli semen illi fuit. Enixa est denique diabolum fratricidam. Contrà Maria eum æedidit, qui carnalem fratrem Israël interemptorem suum saluum quandoque præstaret. In vuluam ergo Deus verbum suum detulit, bonum fratrem, vt memoriam mali fratris eraderet. Inde prodeundum fuit Christo, ad salutem hominis, quo homo iam damnatus intrauerat. [101] Nunc vr simpliciùs respondeamus, non competebat ex semine humano Dei filium nasci, ne si totus esset filius hominis, non esset & Dei filius, [102] nihilque haberet amplius Salomone, & amplius Iona, & de Hebionis opinione credendus erat. Ergo iam Dei filius ex patris Dei semine, id est spiritu, vt esset hominis filius, caro ei sola erat ex hominis carne sumenda, sine viri semine. Vacabat enim viri semen, apud habentem Dei semen. Itaque sicut nondum natus ex virgine, patrem Deum habere potuit sine homine matre: æquè cùm de virgine nasceretur, potuit matrem habere hominem sine homine patre. Sic denique homo cum Deo, dum caro hominis cum spiritu Dei. Caro sine semine, ex homine: spiritus cum semine, ex Deo. Igitur si fuit dispositio rationis super filium Dei ex virgine proferendum, cur non ex virgine acceperit corpus, quod de virgine protulit? Quia aliud est quod à Deo sumpsit: quoniam, inquiunt, verbum caro factum est. Vox ista quid caro factum sit contestatur: nec tamen periclitatur, quasi statim aliud sit factum caro, & non verbum. Si ex carne factum est verbum caro, [103] aut si ex semine ipso factum est, scriptura dicat. Quum scriptura non dicat nisi quod sit factum, non & vnde sit factum: ergo ex alio, non ex semine ipso suggerit factum. Si non ex semine ipso, sed ex alio, iam hinc tracta, ex quo magis credere congruat, carnem factum verbum, nisi ex carne, in qua & factum est: vel quia ipse Dominus sententialiter & definitiuè pronuntiauit: [104] Quod in carne natum est, caro est: quia ex carne natum est. Sed si de homine tantummodò dixit, non & de semetipso: planè nega hominem Christum, & ita defende non & in ipsum competisse. Atqui n subijcit: Et quod de spiritu natum est, spiritus est. Quia Deus spiritus est, & de Deo natus est. Hoc v tique vel eo magis in ipsum tendit, si & in credentes eius. Si ergo & hoc ad ipsum, cur non & illud suprà? neque enim diuidere potes hoc ad ipsum, illud suprà ad ceteros homines, qui vtramque substantiam Christi, & carnis & spiritus non negas. Cæterùm si tam carnem habuit quàm spiritum, cùm de duarum substantiarum conditione pronuntiat, quas & ipse gestat, non potest videri de spiritu quidem suo, de carne verò non sua determinasse. Ita cùm ipse sit de spiritu Dei, & spiritus Deus est, ex Deo natus ipse est, & ex carne hominis, homo in carne generatus. [105] Quid est ergo: Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est? Hoc quidem capitulo ego potius vtar, quum [106] adulteratores eius [107] obduxero. Sic enim scriptum esse contendunt: Non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, sed ex Deo natus est. Quasi suprà dictos credentes in nomine eius designet, [108] vt ostendat esse semen illud arcanum electorum, & spiritualium, quod sibi imbuit. Quomodo autem ita erit, quum omnes [109] qui credunt in nomine Domini, communi lege generis humani ex sanguine, & ex carnis, & ex viri voluntate nascantur: etiam Valentinus ipse, adeò singulariter, [110] vt de Domino scriptum est: Et ex Deo natus est. Meritò, quia verbum Dei, & cum verbo Dei spiritus, & in spiritu Dei virtus, & quicquid Dei est Christus. Quà caro autem, non ex sanguine, nec ex

Gen. 2.
C. xvii.
Isai. 7.
Gen. 2.
1. Cor. 15.
Gen. 3.
Luc. 1.
Gen. 3.
C. xviii.
Ioan. 1.
Ioan. 3.
Ioan. 4.
C. xix.
Ioan. 1.

carnis & viri voluntate: quia ex Dei voluntate verbum caro factum est. Ad carnem enim, non ad verbum pertinet negatio formalis nostræ natiuitatis, quia caro sic habebat nasci, non verbum. Negans autem ex carnis quoque voluntate natum, cur non negauit etiam ex substantia carnis: neque enim quia ex sanguine negauit, substantiam carnis renuit, sed materiam seminis, quam constat sanguinis esse calorem: vt despumatione mutatum in coagulum sanguinis fœminæ. Nam ex coagulo in ęaseo vis est substantiæ, quam medicando constringit, id est lactis. Intelligimus ergo ex concubitu natiuitatem Domini negatam, quod sapit voluntas viri, & carnis, non ex vuluæ participatione. Et quid vtique tam exaggeranter inculcauit, non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, aut viri natum: nisi quia ea erat caro, quam ex concubitu natam nemo dubitaret? Negans porrò ex concubitu, non negauit ex carne, immò confirmauit ex carne: quia non proinde negauit ex carne, sicut ex concubitu negauit. [15] Oro vos, si Dei filius non de vulua carnem participaturus descendit in vuluam, cur descendit in vuluam? potuit enim extra eam fieri caro spiritalis simpliciùs multo quàm intra vuluam fieret. Sine causa eò se intulit, vnde nihil extulit. Sed non sine causa descendit in vuluam, ergo ex illa accepit. Quia si non ex illa accepit, sine causa in illam descendit, maximè eius qualitatis caro futurus, quæ non erat vuluæ, id est spiritalis.

CAP. XX. [16] Qualis est autem tortuositas vestra, vt ipsam, Ex, syllabam Præpositionis officio adscriptam auferte quærratis: & alia magis vti quæ in hac specie non inuenitur, penes scripturas sanctas. Per virginem dicitis natum, non ex virgine: & in vulua, non ex vulua. quia & angelus in somnis ad Ioseph: Nam quod in ea natum est, inquit, de spiritu sancto est. non dixit in ea. Nempè tamen, etsi ex ea dixisset, in ea dixerat: In ea enim erat quod ex ea erat. tantundè ergo & cũ dicit, in ea, & ex ea confonat: quia ex ea erat, quia in ea erat. Sed benè, quod idem dicit Matthæus, originem Domini decurrens ab Abraham vsque ad Mariam: Iacob, inquit, genearuit Ioseph, virum Mariæ, ex qua nascitur Christus. Sed & Paulus Grammaticis istis silentium imponit. Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere. Nunquid per mulierem, aut in mulierem? Hoc quidem impressiùs, quòd factum potius dicit, quàm natum: simplicius enim enuntiasset natum. Factum autem dicendo, & verbum caro factum est, consignauit, & carnis veritatem ex virgine factam adseuerauit. Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem apostatæ & hæretici, & [17] Platonici Valentini, sed sanctissimi & receptissimi Prophetæ. David ille apud nos canit Christum, per quem se cecinit ipse Christus. Accipe Christum, & audi Dominum patri Deo colloquentem: [18] Quia tu es qui auulsisti me ex vtero matris meæ. ecce vnum. Et spes mea ab vberibus matris meæ, super te fum proiectus ex vulua. ecce aliud. & ab vtero matris meæ Deus meus es tu. ecce aliud. Nunc ad sensus ipsos decertemus. Auulsisti, inquit, ex vtero. Quid auellitur, nisi quod inhæret, quod infixum, innexum est ei à quo vt auferatur, auellitur? Si non adhæsit vtero, quomodo auulsus est? si adhæsit qui auulsus est, quomodo adhæsisset, nisi dum ex vtero est [19] per illum neruum vmbilicarem quasi folliculi sui traducem adnexus origini vuluæ? Etiam cùm quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur & conuisceratur cum eo cui agglutinatur, vt cùm auellitur, rapiat secum ex corpore aliquid à quo auellitur, quasi sequelam quandam abruptæ vnitatis, & traducis mutui coitus. Cæterùm quæ vbera matris suæ nominat? sine dubio quæ hausit. Respondeant obstetrices, medici & physici de vberum natura, an aliter manare soleant sine vuluæ genitali passione [20] pendentibus exinde venis sentinam illam interni sanguinis in mamillam, & ipsa translatione decoquentibus in materiam lactis lætiorem. Inde adeò fit, vt vberum tempore, menses sanguinum vacent. Quòd si verbum caro ex se factum est, non ex vuluæ communicatione, nihil operata vulua, nihil functa, nihil passa, quomodo fontem suum transfudit in vbera, quæ nisi habendo non mutat? Habere autem sanguinem non potuit lacti submini strando, si non haberet causas sanguinis ipsius, auulsionem scilicet suæ carnis. Quid fuerit nouitatis in Christo ex virgine nascendi, palàm est: scilicet solummodò hoc quod ex virgine, secundum rationem quam ædidimus; & vti virgo esset [21] regeneratio nostra spiritaliter ab omnibus inquinamentis sanctificata per Christum virginem, & ipsum etiam carnaliter vt ex virginis

CA. XXI. carne. [22] Si ergo contendunt hoc competisse nouitati, vt quemadmodum non ex viri semine, ita nec ex virginis carne caro fieret. Dei verbum: quare non hoc sit tota nouitas, vt caro non ex semine nata, carne processerit: accedant adhuc comminùs ad congressum: Ecce, inquit, virgo concipiet in vtero. Quidnam? vtique Dei verbum, non viri semen: certè vt pareret filium. Nam & pariet, inquit, filium. Ergo vt ipsius fuit concepisse, ita ipsius est quod peperit: licet non ipsius fuerit quod concepit. Contrà, si verbum ex se caro factum est, iam ipsum se concepit & peperit, & vacat Prophetia. Non enim virgo concepit, neque peperit, si non quicquid peperit ex verbo concepto caro ipsius est sola. Hæc autem Prophetæ vox euacuabitur? [23] an & angeli conceptũ & partum virginis adnuntiantes? [24] an & omnis iam scriptura quæcunque matrem pronuntiat Christi? Quomodo enim mater, nisi quia in vtero eius fuit? Sed nihil ex vtero eius accepit, quod matrem eam faceret, in cuius vtero fuit. Hoc nomen non debet caro extranea. Matris vterum non appellat, nisi filia vteri, caro. Filia vteri porrò non est, si sibi nata est. Tacebit igitur & Elizabeth Prophetam portans, iam Domini sui consciam in fantem, & [25] insuper spiritũ sancto adimpleta. Sine causa enim dicit: Et vnde mihi vt mater Domini mei ad me veniat? Si Maria non filium, sed hospitem in vtero gestabat Iesum, quomodo dicit: [26] Benedictus fructus vteri tui? Quis hic fructus vteri, qui non ex vtero germinauit, qui non in vtero radicem egit? Qui non

eius

Cap. xx. *Matth. 1.* *Ibidem.* *Psal. 21.* *Matth. 1.* *Luc. 1.* *Luc. 1.* *Isai. 7.*

A eius est, cuius est vterus? Et qui vtique fructus vteri? Christus. [161] An quia ipse est flos de virga profecta ex radice Iesse: radix autem Iesse, genus Dauid: virga ex radice, Maria ex Dauid: flos ex virga, filius Mariæ, qui dicitur Iesus Christus, ipse erit & fructus? Flos enim fructus: quia per florem & ex flore omnis fructus eruditur in fructum. Quid ergo? negant & fructui suum florem, & flori suam virgam, & virgæ suam radicem, quo minus suam radix sibi vendicet per virgam proprietatem eius quod ex virga est floris & fructus. Siquidem omnis gradus generis ab vltimo ad principalem recensetur, vt iam nunc carnem Christi, non rantùm Mariæ, sed & Dauid per Mariam, [162] & Iesse per Dauid, sciant adhærere. Ideò hunc fructum [163] ex lumbis Dauid, id est, ex posteritate carnis eius iurat illi Deus confessurũ in throno ipsius. Si ex lumbis Dauid, quanto magis ex lũbis Mariæ, ob quam in lumbis Dauid? [164] Deleant igitur & testimonia dæmonum, [165] filium Dauid proclamantia Iesum: sed testimonia Apostolorum delere non poterunt, si dæmonum indigna sunt. Ipse in primis [166] Matthæus fidelissimus Euangelij commentator, vt comes Domini: non aliam ob causam, quàm vt nos originis Christi carnalis compores faceret, ita exorsus est: [167] Liber genitutæ Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. His originis fontibus genere manante cùm gradatim ordo deducitur ad Christi natiuitatem, quid aliud quàm caro ipsa Abrahæ & Dauid, per singulos traducem sui faciens in virginem vsque describitur inferens Christum: immò ipse Christus producitur de virgine? Sed & Paulus, vtpotè eiusdem Euangelij & discipulus, & magister, & testis, quâ eiusdem ipsius Christi Apostolus, confirmar Christum ex semine Dauid secundum carnem, vtique ipsius. Ergo ex semine Dauid caro Christi. Sed secundum Mariæ carnem ex semine Dauid: ergo ex Mariæ carne est, dum ex semine est Dauid. Quocunque detorseris dictum, aut ex carne est Mariæ, quod ex semine est Dauid: aut ex Dauid semine est, quod ex carne est Mariæ. Totam hanc controuersiam dirimit idem Apostolus, ipsum definiens esse Abrahæ semen. Cùm Abraham, vtique multo magis Dauid, quasi recentioris. Retexens enim promissionem benedictionis nationum in nomine Abraham, [169] Et in semine tuo benedicentur omnes nationes: non, inquit, dixit seminibus tanquam de pluribus, sed semini, tanquam de vno; quod est Christus. Qui hæc legimus & credimus, quam debemus & possumus agnoscere in Christo carnis qualitatem? vtique non aliam quàm Abraham, si quidem semen Abraham Christus: nec aliam quàm Iesse, si quidem ex radice Iesse flos Christus. Nec aliam quàm Dauid, si quidem fructus ex lumbis Dauid Christus. Nec aliam quàm ex Maria, si quidem ex Mariæ vtero Christus. Et adhuc superius: nec aliam quàm Adam, si quidem secundus Adam Christus. Consequens ergo est, vt aut illos spiritalem carnem habuisse contendant, quò eadem conditio substantiæ deducatur in Christo: aut concedant carnem Christi spiritalem non fuisse, quæ non de spiritali stirpe censetur. [170] Sed agnoscimus adimpleri Propheticam vocem Simeonis, super adhuc recentem infantem Dominum pronuntiatam: Ecce hic positus est in ruinam & suscitationem multorum in Israël, [171] & in signum cui contradicetur. Signum enim natiuitatis Christi, secundum Esaiam, [172] Propterea dabit vobis Dominus ipse signum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Agnoscimus ergo signum contradicibile, conceptum & partum virginis Mariæ: de quo [173] Academici isti, Peperit, & non peperit: Virgo, & non virgo: quasi non etsi ita dicendum esset, à nobis magis dici conueniret. Peperit enim, quæ ex sua carne, & non peperit, quæ non ex viri semine. Et virgo quantum à viro, [174] non virgo quantum à partu. Non tamen vt ideò non peperit: & ideò virgo, quæ non virgo, quia non de visceribus suis mater. Sed apud nos nihil dubium, nec retortum in ancipitem defensionem: Lux, lux: & tenebræ, tenebræ: & est, est: & non, non. Quod amplius, hoc à malo est. Peperit, quæ peperit. Etsi virgo concepit, in partu suo nupsit, ipsa patefacti corporis lege: in quo nihil interfuit de vi masculi admissi, an emissi, id est, illud sexus resignauit. Hæc denique vulua est, propter quàm & de alijs scriptum est: [175] Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum vocabitur Domino. Quis verè sanctus, quàm Dei filius? Quis propriè vuluam adaperuit, quàm qui clausam patefecit? Ceterùm omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis erat clausa. Vtique magis non virgo dicenda est quàm virgo, salvo quodam mater antequàm nupta. Et quid vltrà de hoc retractandum est? cùm hac ratione Apostolus non ex virgine, sed ex muliere ædificat filium Dei pronuntiauit, agnouit adapertæ vuluæ nuptialem passionem. [176] Legimus quidem apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit, & non peperit. Sed videte ne vos iam tunc prouidens spiritus sanctus notarit hac voce, dilecturos super vterum Mariæ. Ceterùm non contra illam suam simplicitatem pronuntiasset dubitatiuè, Esaia dicente, Concipiet & pariet. [177] Quod enim Esaias iaculatur in suggillatione hæreticorum ipsorum, & in primis, [178] Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem: istos scilicet notat, qui nec vocabula ista in luce proprietatum suarum conseruant: vtanima non alia sit, quàm quæ vocatur, & caro non alia sit quàm videtur, & Deus nõ alius, quàm qui prædicatur. Ideò etiam Marcionem prospiciens, [179] Ego sum, inquit, Deus: & alius ab (que me non est. Et cùm aliàs idipsum eodem modo dicit: [180] Ante me Deus non fuit nescio quas illas Valentinianorum Æonum genealogias pulsat. Et, Non ex sanguine, neque ex carnis & viri voluntate, sed ex Deo natus est', Hebioni respondit. Æquè: Etiamsi angelus de cœlo aliter euangelizauerit vobis quàm nos, anathema sit: ad energema Apelliacæ virginis Philumenes filium dirigit. certè [181] qui negat Christum in carne venisse, hic Antichristus est: Nudam & absolutam & simplici nomine naturę suæ pronuntians

Isai. 11.

Matth. 1. Luc. 3.

Psal. 131. C. xxii.

Matth. 1.

Rom. 1.

Gen. 22. ac 26. Gal. 3.

Isai. 11. Psal. 131. 1. Cor. 15.

C. xxiii. Luc. 2.

Ibidem. Isai. 7.

Matth. 5.

Exod. 13. Luc. 2.

Ezech. Isai. 7. xxiiii. Isai. 5.

Isai. 45. & 46. Ioan. 1. Gal. 1.

1. Ioan. 4.

carnem, omnes disceptatores eius ferit: [112] Sicut & definitens ipsum quoque Christum vnum, multiformis Christi argumentatores quatit, qui alium faciunt Christum, alium Iesum: alium elapsum de medijs turbis, alium detentum: alium in secessu montis, in ambitu nubis sub tribus arbitris clarum, [113] alium ceteris passiuum, ignobilem: alium magnanimum, alium verò trepidantem: nouissimè alium passum, alium resuscitatum: [114] per quod suam quoque in alia carne resurrectionem adseuerant. [115] Sed benè quod idem veniet de cœlis, qui est passus: idem omnibus apparebit, qui est resuscitatus. [116] Et videbunt & agnoscent, qui eum confixerunt: vtique ipsum carnem in quam fœuierunt: sine qua, nec ipse esse poterit nec agnosci. Vt & illi erubescant, [117] qui adfirmant carnem in cœlis vacuam sensu, vt vaginam exempto Christo sedere: aut qui carnem & animam tantundem, aut tantummodò animam, carnem verò non iam. [118] Sed hactenus de materia præsenti satis. Iam enim arbitror instructam esse carnis in Christo, & ex virgine natæ & humanæ probationem. Quod & solum discussum sufficere potuisset citra singularum ex diuerso opinionum congressionem, quam & argumentationibus earum, & scripturis quibus vtuntur prouocauimus ex abundanti, vti eo quod probauimus quid, & vnde fuerit Christi caro, quid non fuerit aduersus omnes præiudicauerimus. [119] Vt autem clausulam de præfatione cõmuni faciat RESVRRECTIO CARNIS NOSTRÆ ALIO LIBELLO DEFENDENDA, hic habebit præstructionem; [120] manifesto iam, quale fuerit quòd in Christo resurrexit.

Act. 1. Ioan. 19.

C. XXV.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE CARNE CHRISTI.

1 ADVERSVS QVATVOR HÆRESES.] *Istud adiecimus ex libro sequenti de Resurrectione carnis, vbi verbis subsumpsimus Argumentorum istarum, ipse titulum reperitur. Maximè quum in 1. cap. (de quibus nu. 7. 8. 9. & 10. latius)* quatuor hæreles de carne Christi *recensentur ab Auctore, nempè* Marcionis, Apellis, Valentini, *& eius qui carnem Christi putatiuam introduxit, vtpotè, Saturnini.*

CAP. I.

2. Qui fidem resurrectionis, &c.] *Primum hoc caput inscribitur à nobis:* De libri huius scribendi occasione.

3. ante istos Sadducæorum propinquos.] Sadducæi *(inquit Rhenanus suos in hunc librum Adnotationibus) qui iusti interpretantur, Auctore D. Hieronymo in Matthæum, nec angelum, nec spiritum, nec resurrectionem corporum confitentes, etiam animarum interitum prædicabant; recipiebántque tantum quinque libros Mosi, vaticinijs prophetarum reiectis; à Pharisæis dissentientes, qui duo erant in Iudæa hæreses. Itaque* Sadducæorum propinquos, *hoc est cognatos, esse dicit haereticos resurrectionem carnis pernegantes, velut qui hunc errorem ab illis sumpserint.* Sadducæorum *ipse Tertull. meminit l. de Præscript. adu. hær.* Paulus, *inquit,* in 1. ad Cor. epistola notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducæorum. Partem verò sturpat Marcion, & Apelles, & Valentinus, & si qui alij resurrectionem carnis infringunt. *Vide etiam Adnat. nostras in dicti l. c. 33. nu. 192. & in c. 45. nu. 297.*

4. moratam.] Moratam, *inquit idem, fidem vocat stabilem ac firmam, atque incunctissam. Sic lib. de Patientia: cap 15.* In nobis mobilitur semper, *hoc est, stabilis consistet. vide ibi etiam Adn. nostras num. 105.*

5. quæ in Christum resurrexerit.] *Accusatiuum, inquit idem, in hoc genus locutionibus, sæpè pro Ablatiuo ponit, & hunc usum pro Accusatiuo. Vt:* Et in cœlo resumpta est. *Et l. de Patientia, c. 7.* ipse ferrum in corpore suo ducit. *Et alibi:* in carcere introijt.

6. & qualitas eius retractatur.] Retractare, *pro tractare, præterquàm alibi, etiam hoc libro non semel vsurpat Auctor. Sic infrà cap. 2.* Post quas nunc ex abundanti retractamus, *& c. 11.* Denique adhuc priùs retractemus. *Item c. 23.* Et quid vltrà de hoc retrandum est?

7. Renuntiatio.] Renuntiantur *(inquit Rhenanus) Magistratus, quum eliguntur;* renuntiatur *amicitia, quæ dissoluitur. Hic* renuntiatio, *demonstratio est & definitio. Sic in lib. de Resurr. carnis, c. 18.* Vt exinde à cadendo cadauer renuntietur, *id est, denominetur.*

8. Marcion vt carnem Christi negaret, negauit etiam natiuitatem, &c.] *Adribuit etiam hunc errorem Cerdoni* Marcionis *magistro Auctor suprà lib. de Præscript. aduersus hæret. cap. 51. hæc 17. num. 322. & ipse Marcioni infrà lib. 3. adu. Marcionem. Est autem hæc prima hæresis, aduersus quam disputat infrà c. 2. 3. 4. & 5. Atque (quamus ex MS. Vatic. 2. addica Commentiones)* redderent & respondereni. *Atque adeo non est apta figura Antitheto, quam hic adnotarat Rhenanus.*

9. aut admissa carne natiuitatem negare, vt Apelles.] *Est hæc secunda hæresis, aduersus quam hunc librum conscripsit, nominatim autem contra* Apellem *& Apellenianos agit infrà ca. 6. 7. 8. & 9. Cui etiam eandem impingit Auctor dicti l. de Præscript. eodem cap hæc. 19. nu. 324.*

10. aliter illas interpretari, vt condiscipulus, & condefertor eius Valentinus.] *Et certam, contra quam agit hæresin, Valentini nempè; contra quam postmodùm agit infrà cap. 15. 16. 17. & sequentibus, meminit etiam Auctor lib. suprà dicto cap. 49. hæresi 12. num. 315.* Atqui condiscipulum & condefertorem Apellis Valentinum *vocat Auctor, quod Marcionis discipulus fuerit, sicuti Apelles, & quod eodem tempore eiusdem hæresi condiscipulus & Ecclesiæ catholicæ condefertor fuerit, sicuti patet eiusdem l. c. 30. num. 167.*

11. Sed & qui carnem Christi putatiuam introduxit, &c.] *Quartam denique hic adimit hæresin, quæ introducta fuit à Saturnino, sicuti patet ex Epodetti lib. c. 46. hær. 3. num. 303. quam interim etiam sectatum fuit discipulum Basilidem, cuius sectatores Gnostici omnes, ibidem videre est hær. 4. num. 304.* Aduersus hanc ex proposito hic non disputat Auctor, sed adsingit cap. 3. 5. 29. & magis impugnat infrà aduersus Marc. l. 3. quippè qui etiam illam hæresin secutus sit.

12. prægnatus & partus.] Prægnatum *(inquit Rhenanus) sub forma quartæ inflexionis vsurpat pro impregnatione, gaudens huius terminationis vocabulis, vt dictionis, & adhuc decebimus. Similis locus est suprà Tomo 1. lib. adu. Iudæos, cap. 9. num. 101.*

13. τὸ δοκεῖν.] *Synecdochica, inquit idem, lectutio est. Subaudiatur præpositio* χϒ· χϒ τὸ δοκεῖν, *hoc est, secundum existimationem, vt videlicet ita videretur, sicet re ipsa non esset.*

CAP. II.

14. Planè natiuitas à Gabriele adnuntiatur, &c.] *Capita 2. titulum dedimus:* Aduersus Marcionem, qui natiuitatis Christi ex traditione comprobatio. *De* Deo *autem ex carne, infrà latius lib. 1. adu. eundem.*

15. Auser hinc, inquit, &c.] *Verba hæc ex persona Marcionis efferri, recte adnotauit Rhenanus (qua fiuntur ibi:* his opinor, &c.) *Nam ille ex Euangelio Lucæ, quod solum agnoscebat, capita illa prima, quibus hæc continentur, reiiciebat vti mox num. 18. & infrà lib. 4. adu. Marc. dicemus alicubi latius. Omnia autem hæc ironicè dicta sunt.*

16. Videsit angelica multitudo, &c.] *Fellitè (inquit Rhen.)*

Rhen.) *diuinum etiam hoc per Iosuam, quòd nostrorum tempus aptum sit ad fallendum, quasi & angeli decipi potuerint. Commemorata Lucæ reseſt ad instar historiæ ſuæ Euangelicæ, aliqui legi quoque poterat:* vocibus honorans. *Sed reſpexit illud Euangelicum:* Ϗ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς ϗυκτὸς ἐπὶ τὸν ποίμνιον αὐτῶν. *Sic &* Paulo *poſt loquitur cap.* 3. Viderint homines ſi natum putabant, quia hominem videbant; *& in lide Patriarc.* 1. Sed viderint illi, quos mox ſapientiæ ſuæ cum ſeculo deſtructæ ac dedecoratæ pudebit. *Rurſum in fine eiuſdem opuſculi:* Sed viderint ſuam ſui præſides. *Similes phraſes etiam apud B. Cyprian. per me adnotatæ ſunt ad epiſt.* 2. *num.* 53. *ad epiſt.* 34. *nu.* 18. *ad epiſt.* 63. *n.* 54. *& in Tertullianum alicubi. Haud aliter etiam dixit infra c.* 4. Sed videris ſi tibi diſplices.

17. Melior ſit & Herodes, ne Hieremias glorietur.] *At ſi dicat: Non interfecerit Herodes paruulos in Bethlem, ne Hieremias de ſua Prophetia, quæ citatur etiam Matth.* 2. *glorietur tanquam iam completa. Eſt autem etiam illud Ironico dictum:* ne faſcinet puerum; *nam* faſcinare, *ad incantamenti genus ſpectare ſupra alicubi diximus.*

18. His opinor conſilijs tot originalia inſtrumenta Chriſti delere Marcion auſus eſt.] *Similes tunc leges infrà, non ſolum de hic Euangelij Lucæ capitibus, ſed & alijs, infrà c. ſequ.* Si ſcripturas opinioni tuæ reſiſtentes, non de induſtria alias reiecisſes; alias corrupiſſes; confudiſſet tehinc Euangelium Ioannis, *& c.* 4. Sed circumſpice Marcion, ſi tamen non deleſti: Stulta mundi, *&c. & c.* 5. Auferet hæc quoque Marcion. *item c.* 22. Deleant igitur, & teſtimonia dæmonum, filium Dauid proclamantia Ieſum. *De alijs ſimiliter hæreticis c.* 7. Licet proterea abſtulerint hæreſes iſta de Euangelio, &c. *Addere vero etiam ſolere, ibidem dicet, quum dicit:* Non recipio quod extra ſcripturam de tuo infers. *Et vero etiam adulteraſſe c.* 19 *hîc verbis:* Hoc quidem capitulo ego potius vtar, quum adulteratores eius obduxeto. Sic enim ſcriptum eſſe contendunt, &c. *Atque adeo reſtè dixit ſuprà. lib. de Præſcript. adu. hær. c.* 17. Iſta hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas, &c. *Vbi de hoc latius, num.* 105. *& in cap.* 22. *num.* 136.

19. Ex qua, oro te, auctoritate, &c.] *Reſtè infrà ſubiungit:* Sed plenius eiuſmodi præſcriptionibus aduerſus omnes hæreſes, alibi iam vſi ſumus; *adiudens nempè ad eius tituli librum mox citatum, præſertim cap.* 20. 21. 31. 32. 35. *& 36.*

20. ſi tantummodo Chriſtianus es, crede quod traditum eſt.] *Pulcher locus contra eos, qui quum neque Apoſtoli ſint, neque Apoſtolici, perpetuo tamen de fide ex ſcripturis diſputant; quaſi ſufficere eis debeat traditio, de qua latiſſimè tractauimus ſuprà To.* 2. *l. de Corona milit. c.* 3. *nu.* 27. *Atqui* tantummodo, *pro:* tantùm, *legimus ex tribus Patr. MSS. cod.*

21. non es Chriſtianus, qui quum fuiſſes, excidiſti, &c.] *Adnotandus etiam hic locus, contra eos qui hæreticos* Chriſtianos *dicere non verentur, quum eo nomine nihil Auctor appellari, qui reſciderunt quod retrò crediderant, & (vti infrà de eodem Marcione loquitur)* ab Eccleſia & fide receſſerunt. *Quò pertinet etiam illud infrà cap.* 15. hæretici credendo non crediderunt. *Atqui de hoc Marcionis à fide & Eccleſia receſſu, vide ſuprà libr. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap.* 30. *num.* 166. *& 167.*

22. ſicuti & ipſe confiteris in quadam Epiſtola.] *De Epiſtolis, aliſque ſcriptis Marcionis, infrà latiùs l. aduerſ. Marcion. nu.* 1. *Legimus autem ex MS.* 3. *Vatic. cod.* Atquin, *pro:* Atqui *nam præterquàm quòd illa vox ſit Tertullianica, etiam infrà legitur in excuſ. cod. c.* 18. Atquin ſubijcit.

CAP. III.

23. Neceſſe eſt quatenus hoc putas, &c.] *Titulum huic capiti adpoſuimus:* Aduerſus eundem, quòd neque impoſſibilis neque inconueniens Deo. *Atqui paulopoſt vbi legitur:* Planè intereſt illud, vt falſum non patiatur, quod verè non eſt, *videtur consentiri lectio vnius Vatic. MS. cod.* non puretur; *verùm quòd reliqui duo illud legant, nihil immutaui, maximè quum videar mihi alicubi ſimilem phraſin legiſſe in Tertulliano. Omnino autem legimus cum* 3. *illi & Rhenano:* Videtur homines, *pro:* Viderunt.

24. Quid tanti fuit, edoce, vt conſciens Chriſtus quid eſſet, &c.] *Illud iterum lego ex Admotationibus Rhenani, pro eo quod ſubſtitutum erat:* quum ſciens; *nam ſenſus id exposcit vt ſit* conſciens, *inquit ille, verſum Latine, quod Græce eſt* συνειδώς. *Diebat autem Marcion ſuffecisſe Chriſto conſcientiam ſuam.*

25. Planè natura conuertibilium, &c.] *Locum adnotatu dignum protranſubſtantiatione panis Euchariſtiæ in corpus Domini; quòd ad eam comprobandam, ſufficiant teſtimonia Patrum varia, qui conuerti dicunt panem in corpus Domini, etiamſi non ſtantur tranſubſtantiationis voce; quia:* natura (*inquis Auctor*) conuertibilium eſt ea lege, ne permaneant in eo quod cõuertitur in eis. *Cui ſimiles loci reperiuntur etiam ſuprà ls. adu. Hermog. c.* 34. ſed mutari, perire eſt priſtino ſtatui, quem dum mutantur, amittunt; *& etiam infrà cap.* 13. *Vbi ex ſimilitudine teſta ex argilla facta, quæ non eſt amplius argilla, docet* quum demurantur qualitates, etiam mutari vocabulorum poſſeſſiones. *Denique lib. aduerſ. Praxean:* Transfiguratio, *inquit*, interemptio eſt prioris. Omne autem quod transfiguratur in aliud, deſinit eſſe quod fuerat, & incipit eſſe quod non erat.

26. Deo par.] *Prater locos Tertulliani, quibus* par *cum Genitiuo conſtruitur ſuprà li. de Patientia, To.* 1. *c.* 16. *nu.* 109. *adnotandi venuere, qui frequenter ſunt in hoc libro. Ita paulopoſt legitur:* par erit eorum, *&:* quorum, &c. par non eſt; *ac cap.* 8. par erit eius ſubſtantiæ, *cap.* 15. par eius, *ac* par noſtræ; *denique ca.* 16. eius fuit par.

27. Angelos creatoris conuerſos in effigiem humanam, &c.] *Idem latiùs tractatur infrà ab Auctore cap.* 6. *& lib.* 3. *adu. Marc. quò Lectorem remittimus, hîc dumtaxat addo tertium teſtimonium Gen.* 32. quòd colluctatus ſit homini, *nempè Iacob*, Angelus.

28. ſpiritum columbæ corpore lapſum deſcendiſſe ſuper Dominum, &c.] *Sic ex Vatic.* 3. *MS. cod. pro:* deſcendiſſe; *nam Ioan.* 1. *illud legitur & Græcè & Latinè. Admiranda eſt autem illa lectio Auctoris hoc loco:* columbæ corpore; *quum non modò exemplaria omnia tam Græca ac Syriaca legant:* quaſi columbam, *& Ioan.* 1. *& Matth. ac Luc.* 3. *ſed ipſe etiam Auctor ſuprà lib. de Baptiſ. cap.* 8. columbæ figura; *atque adeò putarim, etiam ſic legendum hoc loco, ſed nihil immutare volui, tum quòd conformiter ita legant Vatic. MS.* 3. *cod. tum quòd illam lectionem explicare videatur verbis illis:* Sed quæris corpus columbæ, *&c.*

29. tam verè erat & columba, quàm & ſpiritus, &c.] *Conſentit in hac huius loci expoſitione Tertullianus, Auctor lib. de Agone Chriſtiano inter opera B. Auguſtini, cap.* 22. *ſed ipſe Auguſtinus Epiſtola* 102. *ad Euodium, & li.* 2. *de Trinitate, ca.* 5. *contrà ſentit:* columbam *illam non veram fuiſſe creaturam, ſed ſpeciem creaturæ; cui conſentiunt etiam BB. Ambroſ. lib.* 1. *de Sacrament. cap.* 5. *Chryſoſt. hom.* 12. *in Matth. & Procop. in cap.* 18. *Genſid. collegentes ex verbis illis:* quaſi columba, *&:* in ſpecie columbæ. *Atqui legimus ex* 3. *Vatic. MS. cod.* adſumpta ſubſtantia extranea, *pro:* contraria, *neque enim eſſe columba contrariam ſubſtantiam ſpiritui ſanctõ, ſed conuenientem, Auctor loco citato lib. de Baptiſm. hu verbis indicat:* vt natura ſpiritus ſanctì declararetur, per animal ſimplicitatis & innocentiæ.

CAP. IIII.

30. Igitur ſi neque vt impoſſibilem, &c.] *Inſeripsimem damus huic capiti:* Aduerſus eundem, quòd neque indigna fuerit Deo, neque ſtulta, Chriſti corporatio. *Cui ſimilis eſt plane locus infrà lib.* 4. *adu. Marc. Quemadmodum verò hîc corporationem Auctor, ſic infrà ca.* 6. corporandorum *dixit, ſiquè vt magis explicaret veram corporis adſumptionem.*

31. perora age iam ſpurcitias, &c.] *Marcionem iterum adloquitur.* Perorare *autem (inquit Rhenanus) etiam cum Accuſatiuo conſtruit lib. de Reſurr. carn.* Vltimâque diſpertionis exitum perorant. *Cum præpoſitione In li. adu. Marc.* 2. Hæc

digniſſimè peroraturus in creationẽ; & l. 3. Age iam perora in illa ſanctiſſima & reuerenda opera naturæ. Inuehere in totum quod es; *vbi totus hic locus reperitur.*

32. anxium, nexum.] Nexum *dicit, inquit idem, propter colligantiam nerui vmbilicaris cum matrice. Exponunt enim quod hic ſignificat, verba quæ infra legunturr huius modi* c. 20. Quid auellitur, *inquit*, niſi quod inhæret, quod infixum, innexum eſt ei, à quo vt auellatur, auellitur? ſi non adhęſit vtero, quomodo auulſus eſt? ſi adhæſit qui auulſus eſt; quomodo adhæſiſſet, niſi dum ex vtero eſt per illum neruum vmbilicarium quaſi folliculi ſui traducem adnexam origini vuluæ? *Rurſum lib. 4. adu. Marc.* Et primò, *inquit*, retinaculi ſui vulnere nec multum ablutus. *Pertinet interim iſtud ad paradoxon Auctoris, quòd Chriſtum natum ſit aperto vtero virginis, de quo latius inter Prolegomena.*

33. totum incertum libidinibus faſtidij & gulæ.] Libidines *etiam alibi accipi ab Auctore pro appetitibus & inclinationibus, adnot. ausumus ſupra l. Aduerſ. Hermog. c. 36. nu. 128.*

34. cum ſuis impedimentis.] *Inuolucra illa (inquit Rhenanus) fœtus ſignificant. Mox autem perſius cum Latinio legendum:* quod panis dirigitur, quod vinctionibus formatur, *pro:* vnctionibus.

35. Hanc venerationem, ô Marcion, naturæ, &c.] *Seriſſimus (inquit Rhenanus)* veneration*em, pro:* venationem, *conſentientibus exemplaribus antiquis. Intelligit* veneration*em quæ natura debetur. Senſus eſt, Quod* venerari *deberet, tu deſpuis. Sic lib. 3. aduerſus Marcionem:* Sanctiſſima, *inquit*, & reuerenda opera naturæ. *Latinum quidè ex coniectura legit:* Hanc*ne* tationem, *quæ ſeratiſſimè melius conuenire cum propoſita materia, verùm nolus immutare, quòd Rhenani lectionis conſentiane Vatic. 3. MS. cod. Maxime quum videatur ex propoſito* veneration*em* naturæ *vocare, quam hæreticis ſtintumeliam vocabant; contra quos ipſ dem pene verbis B. Hieron. haud dubie hunc locum imitatus, lib. adu. Heluid. Iunge, ſi libet, & alias natura contumelias, nouem menſibus vterum inſole ſcentem, faſtidioſa, partum, ſanguinem, pannos. Ipſe tibi deſcribatur infans, tegmine membranarum ſolito conuoluture.*

36. quem magno pretio redemit.] *Addidimus:* pretio, *ex iſdem Vatic. 3. cod. MS. cõformiter Apoſtolo, quem citat 1. Cor. 6. qui habet:* Empti, ſen redempti (*vti legit Auctor*) eſtis pretio magno; *maximè quum id vbique legat B. Cyprian. Vox Græca ἠγόρασθητε, & redimere & emere ſignificat. Quanquam autem* magno *Græcè non legatur hodie; quum etiam B. Auguſt. id legerit Epiſt. 66. videntur plerique Latini id non omiſiſſe.*

37. Si Chriſtus creator eius eſt, &c.] *Alludit hic, tum capit. præcedentibus & ſequenti, ad errorem Marcionis de duplici Deo, altero* creatore, *ab eſt noſtro, altero Deo ſuo; quem late confutat lib. 1. adu. Marc. Auctor.*

38. Natiuitate reformata regeneratione cœleſti.] *Agit de Natiuitate Chriſti ita reformata, vt peccatis expers fuerit. Miraculorum autem, de quibus hic ſit mentio Matth. 11.*

39. Stulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientiam.] *Quum ſupra lib. de Baptiſ. c. 2. n. 13. adnot auerimus veram hanc eſſe lectionem Tertulliani, ſubſtituimus* ſapientiam, *pro eo quod erat:* ſapientes; *maximè quum ſequatur*, quæ Deus *imitationem elegerit (non* ſapientum, *ſed)* ſapientiæ ſecularis; & tamen apud illam.

40. Iupiter Taurus factus aut Cygnus.] *De* Ioue, *inquit Rhenanus, in* Taurum *mutato, fabulam habes apud Ouidium Metamorph. l. 2. in* Cygnum, *lib. 6.*

Cap. v.

41. Sunt planè & alia tam ſtulta, &c.] *Titulum damus huic capiti:* Aduerſus eundem & alios quoſdam quòd non phantaſma, ſed verè fuerint Chriſti & Natiuitas & paſſiones.

42. Aut prudentiam dicant Deum crucifixum.] *Alludit ad illud eiuſdem 1. Cor. 1. à contrario ſenſu: Nos autem prædicamus Chriſtum* crucifixum, *Gentibus ſtultitiam.*

43. Sed non eris ſapiens, niſi ſtultus ſeculo fueris.] *Hic ſimiliter ad illud 1. Cor. 3. Stultus fiat vt ſit ſapiens.*

44. quia vt phantaſma vacabat à ſenſu earum.] *Hucuſq (inquit Rhenanus) carebat ſenſu earum paſſionum. Similiter autem dixit infrà c. 17.* Et tamen næ mihi vacet incurſus; *&c.* 18. Vacabat enim viri ſemen; *&c.* 20. menſes ſanguinum vacent; *item cap. 21. & vacat Propheta. Plures ſimiles locutiones vide ſupra l. adu. Valentin. c. 10. nu. 112. Sine autem legas:* & infantiæ imaginaria & vacua ludibria *eum ere. ſine cum MS. 3. Vatic.* imaginariæ, *perinde eſt.*

45. interfector veritatis.] *Haud abſimiliter paulopoſt:* qui deſtruis neceſſarium deceus fidei, *& rurſus:* Quid dimidias mendacio Chriſtum? *Loca adnotandi cauteram, qui non niſi blandis verbis compellari volunt hæreticos; certe occurrunt adhuc atrociora longè aduerſus hæreticos verba, apud Auctorem, maximè initio l. 1. adu. Marc. quo leſſorem remittimus.*

46. Nõnne verè crucifixus eſt Deus, &c.] *Ex Vatic. 3. MS. cod. ſequentia ſic diſtinguimus & immutamus:* nõnne verè mortuus, vt (*pro:* &) verè crucifixus? nõnne verè reſuſcitatus, vt verè ſcilicet mortuus? Falsò ergo ſtatuit, *&c.* Paulus.

47. Qui me, inquit, confuſus fuerit, confundar & ego cum. *Ita ex vno Vatic. cod. pro:* eius: *qua lectio magis placet, tum quòd Marc. 8. Græcè legatur:* ἐπαισχυνθῇ αὐτὸν, *tũ quòd etiam ſic legat B. Cyp. l. de Lapſu, & Epiſt. 63. vbi vide Adnotationes noſtras nu.* 47. *Neque verò etiam* confundi *pro erubeſcere alicubi quàm cum Accuſatiuo conſtructum reperitur. Denique ſic* eius *legeretur, etiam:* mei *legendum foret; at:* me *habent MS. 3. Vatic. cod. Eſt interim adnotanda vetus Auctoris à Cypr. & vulgatis codicibus lectio:* confundar & ego; *pro:* confundetur *enim filius hominis. Atqui* figi, *pro:* crucifigi, *Auctoris vſitatum eſſe etiam alicubi diximus.*

48. carnem ſcilicet hanc ſanguine ſuffuſam, &c.] *Vere carnis hæ qualitates latius repetit Auctor infrà c. 9. Lege autem* omino: Ideòque mortalis, *pro:* Ideò quia, *& cum Rhenano paulopoſt:* Deus Marcion (*vt Vocatius fit caſus*) haud aliter, *pro:* Deus Marcionis.

49. Ita vtriuſque ſubſtantiæ cenſus.] *Varias huius vocis ſignificationes apud Auctorem ſupra adnotauimus l. de Præſcript. adu. her. cap. 32. num. 184. nempè vt accipiatur pro cenſu, diuitijs & auctoritate. Hic certè medio modo accipi videtur; infrà verò c.* 8. *Vbi legitur de peccatoris cenſu, pro cenſu ſen origine. Similiter etiam infrà c. 17. quum dicitur:* Si terreni non fuit cenſus homo. *Sunt verò etiam Tertullianica:* diſpuncta eſt, *pro abſoluta, ac:* dimidiare mendacio.

50. ſine tunica.] Tunicæ *vocabulo, inquit Rhenanus, cutem intelligit. Sic in lib. ſequenti de Reſurrect. carnis:* Carnem, *inquit*, quam poſtea pellicęæ tunicæ. id eſt, cutes ſuperductæ veſtierunt; *& mox:* Hinc, *inquit*, & Apoſtolus circumciſionem, deſpoliationis carnis appellans, tunicam cutem adfirmauit.

51. circulatorio cœtu.] *Iſtud per id quod ſequitur, explicatur:* ſed magum hominem; *nam etiam ſupra Tom. 1. Apolog. c.* 23. multa miracula circulatorijs præſtigijs ludere Magos *dixit, vbi vide Adnotat. noſtras nu. 356.*

Cap. vi.

52. Sed quid iam diſcentes Pontici illius, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus:* Aduerſus Apellem, quòd Chriſtus non ſit mutuatus carnem ex ſideribus. Diſcẽres *autem pro diſcipulo, Auctoris frequentiſſ. De* Pontico *Marcione nempè, infrà lariſſ. l. 1. adu. eundem. Prouerbium:* de calcaria in carbonariam, *tractabimus inter Prolegomena.*

53. ad Apellem.] *De* Apelle *latius infrà Tom. 5. ad fragmentum li. adu.* Apellem, *& remittimus etiam leſſorem ad ea quæ diximus libr. ſupra de Præſcript. adu. her. cap. 31. her. 19. nu. 324. Atqui leg o cum MS. 3. Vatic. cod.* in virgine Philumene.

54. vt angelus quidem illius Philumenes.] *Sic lego prorſus, pro:* illi. *De hoc verò ſic ſupra lib. 1 am dicto cap. 6.* Prouideratiam tunc ſpiritu ſanctus futurum in virgine quadam Philumene angelum ſeductionis, transfigurantem ſe in angelum

lum lucis, culus signis & præstigijs Apelles inductus nouam hæresim induxit, *vbi vide Adu. nostrum n. 35. & infrà c. 14.* Æquè, *inquit*, etiamsi angelus, &c. ad energema Apelliacæ virginis Philumenes filium dirigit.

55. Etiamsi angelus de cœlo.] *Legimus cum 3. Vat. MS. cod.* de cœlo, *tum hic, cum infrà c. 24. & similiter l. de Præscript. aduhær. c. 6. præco quod erat*: de cœlo *quod etiam Græcè legatur* ἐξ οὐρανοῦ, *tum etiam quod infrà sic legatur l. 5. adu. Marc. de Epist. ad Galat. Irrepserat etiam mendum in editione Lugdunensi, vt legeretur* nobis, *quam legendum fit*: vobis.

56. De sideribus, Inquiunt, & de substantijs, &c.] *Illud hic vbique repetit infrà l. 3. adu. Marc.* Nam & Philumene illa persuasit Apelli, ceteriisque defertoribus Marcionis, ex hide quidem Christum citcumtuliſſe carnem; nullius tamen natiuitatis, vtpotè de elementis eam mutuatum. *Quod ibidem etiam confutat, maximè scripturis illis quibus infrà cap. sequenti.*

57. Quid illi cum Moyse, qui Deum Moysi reijcit.] *De hoc latius infrà lib. 2. adu. Marc. Sine autem legat cum excus. cod.* reijcit, *sine cum Vatic. 3. MS. cod.* reiecit, *parum refert*; *quomodo etiam si paulopòst legat*: ob quas in carnem venerunt, *aut* proceſſerunt. *Atqui pulcrè diuersitatis reddit causſam, cur Christum nasci debuit, angeli non item, infrà li. 3. adu. Marc.* Angeli, *inquit*, neque ad moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatum, non debuerunt nascendo sumpsiſſe, quia nec moriendo deposituri eam fuerunt.

58. Atquin, tunc quoque inter illos angelos ipse Dominus apparuit Abrahæ, &c.] *Haud aliter etiam ibidem Author*: Ideòque & ipse cum angelis tunc apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit; ſed nondum natæ, quia nondum morituræ, ſed diſcentis iam inter homines conuersari. *Quamquam interpretatio, quæ ortum inde habere videtur, quod legatur Gen. 8. Tres vidit, vnum adorauit; à D. Augustino non probetur, qui adeò videat leſſor l. 2. de Trinit. c. 10. Porrò legimus iterumex MS. Vatic. 3. cod.* Atquin, *pro*: Atqui.

59. Sed vos hoc non recipitis, &c.] *Similiter etiam loco citato*: Primò non admitteris ad ecius Dei exemplo quem deſtruis.

60. Conſtat angelos carnem non proprijam geſtaſſe, &c.] *Etiam hoc repetatur vbi suprà*: In iſta quæſtione quum putauerus opponendos eſſe nobis angelos creatoris, quaſi & illi in phantaſmate putatiuæ vtique carnis egerint apud Abraham, & Loth, & tamen verè congreſſi (*id eſt cum hominibus conuerſati*) & pasti, & operati quod eis mandatũ fuerat. Scito nec illud tibi cõcedi, vt putatiua fuerit in angelis caro, ſed veræ & ſolidæ ſubſtantiæ humanæ. Si enim difficile non fuit illi, putatiuæ carnis veros & ſenſus & actus exhibere, multo facilius habuit, veris & ſenſibus & actibus veram deditſſe ſubſtantiam carnis, vel quæ proprius auctor & artifex eius, &c. *ne prolixiores simus. Porrò D. Auguſtinus quæſtionem hanc perplexam reperiens l. 3. de Trinit. c. 1. fatetur excedere vires intentionis ſuæ*: *quem ſecutus & B. Bernardus hom. 3. in Cantic. Cantic. hanc controuerſiam indiſcuſſam reliquiſſe videtur, ita concludens*: *Ceterùm, inquit, vtrum ipſis ſpiritibus naturalia corpora ſint ſicut hominibus ſua, an verò ipſi ſpiritus corpora, cùm opus eſt, ſumant ſuſumque exp[illegible]eo opere ponant in eodem, de qua ſumpta ſunt, materiam diſſoluendæ, nolo vt à me requiratis. Videntur Patres de huiuſmodi diuerſa ſenſiſſe; nec mihi perſpicuũ eſt vnde alterutrum doceam, & nec ſire me fateor; ſed & noſtris profectò hæc non multum conferre arbitror harum rerum notitiam. Hactenus ille; nec aliter etiam P. Lombardus Sentent. l. 2. diſt. 8. §. 4. Quid? quòd etiam Auctor neutrũ aliquid certi definiat.*

61. Sed nihil de eo conſtat, quia ſcriptura non exhibet, &c.] *Ne ſortè quo ipſud detorqueat contra traditiones Eccleſiaſticas; meminerit Auctorem docuiſſe ſuprà Tom. 2. l. de Coron. Milit. c. 3.* etiam traditionem nõ ſcriptam debere recipi; *quò adeò Lectorem remittimus. Legimus autem mox*: etiam ex nulla ſubſtantia, *pro*: & ex 3. *Vatic. MS. cod.*

62. quid poſtea factum ſit corporibus illorum.] *Latiniſſimè dictum, inquit Rhenanus ad eſt, quò peruenerint. Subaudiatur De, Præpoſitio. Sic Cicero in Verrem: Quid te futurum eſt? quo confugies? Plautus: Quid argento factum eſt quod dedi. Rurſum Cicero pro Cluent. Quid hoc homine factum eſt?*

CAP. VII.

63. Sed quotiens de natiuitate, &c.] *Caput hoc inſcriptiſmus*: Reſponſio ad illud Chriſti Matth. 12. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres. *Quippe ex quo Marcion & Apelles veram natiuitatem Chriſti negandam comprobare nitebantur, ſed falſo, ſequemadmodum etiam pulcrè eundem locum interpretatur B. Auguſt. contra Manicheum eodem errore lapſum, Epiſt. 28. & li. de fide contra Manicheos, c. 22. item Epiphan. hær. 42. contra Marcion. Conſutat. 12. Auctor etiam queſt. & Reſponſ. inter opera B. Juſtini Mart. qu. 136.*

64. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres?] *Eodem modo citatur hæc ſcriptura infrà lib. 4. adu. Marc. quum interpretes alij meliùs ex Græco* τίς ἐστι ἡ μήτηρ μου, *vertere, quæ eſt mater mea, &* καὶ οἱ ἀδελφοὶ μου *fratres mei.*

65. quid iam RESPONSVM SIT à nobis MARCIONI EO LIBELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS.] *Intelligit haudquàquam 4. lib. adu. Marc. Sibi enim etiam ipſidem penè ſed paulo paucioribus hanc ſcripturam explicat verbis, paulopoſt allegandis. Proinde etiam hinc conſtat verum eſſe quod adnotauimus ſuprà Præfatione noſtra in hunc Tomum 3. eodem penè tempore ſcriptos hunc & ſequentem de Reſurr. carn. libros ac libros quatuor primos adu. Marc. hu vero abſolutis, tum demum eſſe conſcriptum quintum librum aduerſus eundem.*

66. Licet propterea abſtulerint hæreſes iſta de Euangelio.] *Quemodo hunc Luca 8. locum mutilauerint, indicat Epiphan. vbi suprà Schol. 12. Non habet, inquit, mater ipſius & fratres ipſius, ſed ſolùm: mater tua, & fratres tui. Cuius rationem addit*: Etiamſi (inquit) ſuperiora reſcideris, ô Marcion, Euangelij verba, *quæ facies Euangeliſtam non ſuſſragari dictioni à quibuſdam relatæ nempè: mater tua & fratres tui; non potes tranſgredi Scripturam, cur enim non multas dixit matres.*

67. quod & creditum patrem eius Ioſeph fabrum.] *Illud deſumpſit, præcipuè eodem ex Matth. c. 13. & Marc. 3. partim tamen etiam ex Luca 4. cap. Nam ibi legitur*: Nonne hic eſt filius Ioſeph, *quum alij duo habeant*: nõne hic eſt fabri *filius? Atqui cum Vatic. 3. MS. cod. omittimus paulopoſt particulam*: eſt, *vbi legitur*: Sed nulla tentatio tendens, *&c.* procedit, *& omnia legimus deinceps*: niſi quod etſi vacuiſſet tentationis ingenium; *quia, præter alios locos ſuprà citatos nu. 44. ſimiliter dixit Auctor ſuprà To. 2. lib. de Pallio cap. 4.* Vacuerat ab vberum guſtu, *vti etiam adnotauimus ſuprà l. adu. Valentin. nu. 112.*

68. ſicut & in Euangelio ante Marcionem ædito contienetur.] *Euangelium Ioannis intelligit cap. 7. quod non contra debas Marcion.*

69. Mater æquè non demonſtratur adhæſiſſe illi, &c.] *Illud poteſt intelligi de adhæſione perpetuà in Chriſti conciuinbus, quas frequentabant Martha & Maria. Deinde id quod ſequitur* incredulitas eorum *ad fratres Domini, non ad Mariam referri debet. Quare calumniatur Rhenanus in argumento huius libri, dum non modo Tertullianum dicit hic diſſentire à placitis recentiorum Theologorum de B. Maria impeccantia, ſed etiam pro ſe Origenem itat, Auguſtinum & Chryſoſtomum. Nam imprimis Origenes ſemper Mariam immaculatam vocat, & iubet nos reſpondere hæreticis, ſi quid aduerſus illam obijciant. B. Auguſt. li. de natura & grat. cap. 36. poſquàm dixiſſet, nullum ſanctorum eſſe ſine peccato ſubiecit*; excepta ſancta virgine Maria, *de qua, propter honorem Domini, nullam prorſus cùm de peccatis agitur, haberi volo quæſtionem. Chryſoſtomi denique locì quemodo ſanè intelligi poſſint, vide Sixtum Senenſem Biblioth. Sanctæ l. 5. Adnot. 104. & li. 6. Adnot. 58. & 138. vbi etiam, & Adnot. 139. ac 140. explicat, quemodo intelligi poſſint quidam locì Origenis & Auguſtini de Eutychij, qui Rhenano fauere videntur. Quæ omnia latiùs, vt iuxta Expurgatorium Librum expungantur, in omnibus libris hactenus excuſis Rhenani calumniæ.*

70. tam proximi.] *Tam (inquit Rhenan.) iungit cum ſuperlatiuo* proximi, *vti etiam infrà l. 4. adu. Marc.* Deinde quòd dicitur:

neceſſarius aliquid, *comparatum hic etiam accipitur, vti adnotauimus ſupra Tom. 2. l. de Patient. c. 11. nu. 69.*

71. ſi fortè tabula ludens.] *Campum (inquit Cælius Calcagninus tract. de teſſer. ſtum ludo) in quo teſſeraria pugna tam olim exercebatur, ab antiquis, nunc abacum, nunc aleotum ſiue aleum, nunc tabulam luſoriam, modò πλίνθον; ſed & frabillum appellatum video; preclamantibus licet Grammaticis, qui ex auctoritate Porphyrionis, nemo ad teſſeras, ſed ad tales fritillum pertinere arbitrabantur. Campus lygneus etiam appellatur in enigmate Diomedis. Qui loci latiſſimè tractati quæquid ad hæc luſus genera pertinet. De alea interim tabulæ ludo, videre eſt acta in de Aleatoribus inter opera B. Cypriani T. 3. Quàm ſit pernicioſa eius conſuetudo.*

72. vel de hiſtrionibus aut aurigis contendens.] *Adludit, inquit Rhenanus, ad ſpectacula & factiones* aurigarum. *Nam ſuo quiſque fauebat. Ideò dicit*: contendens. *De quo nos latiùs ſupra Tom. 2. lib. de Spectaculor. priſtinorum c. 15. nu. 138. & 139. ac cap. 16. num. 141.*

73. quum indignatio patentes non negetſed obiurget.] *Similiter infrà lib. 4. adu. Marc.* Tam proximas enim personas foris ſtare, extraneis intus defixis ad ſermones eius, amplius & auo care eum à ſollemni opere quærentes, meritò indignatus eſt, non tam negauit quàm abdicauit. *Epiphan. mauult hanc obiurgationem referre ad eum, qui nuntiabat ſoroſtare matrem & fratres.*

74. non tanti facere matrem aut fratres, quanti vetbum Dei.] *Adludit ad illud Matth. 10. qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus, cuius ipſa verba citauit ſupra lib. de Baptiſ. c. 11. hîc verò ſenſum duntaxat.*

75. Sed aliàs figura eſt ſinagogæ, &c.] *Alium hunc miſticum ſenſum reperire eſt apud BB. Hilarium & Hieron. in Matth. c. 12. Ambroſ. & Bedam in Luce cap. 8. Ibi autem: nuncupat, recte à Rhenano intelligitur Chriſtus.*

76. Sed feliciores &c. qui verbum Dei audiunt.] *Infrà lib. 4. adu. Marcian. additur, ſicuti etiam in Euangelio Luce: & facunt; quod verſimiliter etiam hîc addi debet, ſed nolui id facere, repugnantibus MSS. Vatic. cod.*

Cap. VIII.

77. Solis iſtis capitulis, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Aduerſus Apellecianorum angelum igneum catnis creatorem. *Omnino enim lego:* Apellecianis, *pro eo quod erat:* Apellacianis, *neque enim ab Apella, ſed ab* Apelle *hæretice nomen habent: quare neque placet adluſio quam adfert Rhenanus, vt dicantur* Apellaciani, *quaſi appella, quum ipſe etiam fateatur potius appellari* Apellitas *&* Apelliacos; *nam & infrà c. 24.* Apelliaca virgo Philumene *nuncupatur. Eoſdem* Apelleianos *vocat Epiph. hær. 44. 8. verò Cyprian. epiſt. 73.* Apelletianos.

78. quam volunt ab igneo illo, &c.] *Huius ipſorum erroris mentionem habes ſuprà l. de Præſcript. aduerſ. hæret. c. 51. hær. 19. nu. 324. & 7. latiorem tractatum l. de Anima, c. 23. nu. 298. vbi etiam ſimilem Tertulliani lacunam citatum habes ex l. de Reſurr. carnis. Facunt interim ad loci huius intellectum maximè illa verba dicti c. 23.* Apelles ſollicitatas refert animas terrenis eſcis de ſupercœleſtibus ſedibus, ab igneo angelo Deo Iſraëlis & noſtro; qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem. *Ibi enim habes quid ſignifiçet illud:* ſollicitatis animabus; *quòdque ibi* circumfingere, *hîc* adfinxere *dixit; & de* peccatrice carne *hîc multo latius.*

79. præſide mali.] *Hoc delirium (inquit Rhenan.) etiam notatum l. de Præſcript. adu. hær. c. 34.* Nemo alterum Deum auſus eſt ſuſpicari (faciliùs de filio quàm de patre hæſitabatur) donec Marcio prætet creatorem alium Deum ſolius bonitatis induceret. Apelles creatorem angelum neſcio quem glorioſum ſuperioris Dei, faceret Deum legis & Iſraëlis, illum igneum adfirmans. *hæc illic. Quando verò dicit,* præſide mali, *id eſt, ſuus Deus, videtur loqui de* Apelle *& Apellecianis, antequam à Marcione ſeparati ſunt. Nam poſt eam diuiſionem, vnum tantum Deum adſeruit Apelles.*

80. patatura.] Pataturam *vocat, inquit idem, id quod præſtat materiam. Sic in lib. de Pallio, cap. 3.* lanam *vocat* paturam materiarum. Tantam igitur paraturam materiarum, *inquit,* ingenia quoque veſtificinæ proſecuta. *Ergo; de ſua paratura, hoc eſt de ſideribus & cœlo, qua corporis materiam Chriſto ſubminiſtrarunt.*

81. pœnitentiam admiſerit.] *De hoc ita loco ſuprà ſcripſimus de Præſcript. l. adu. hær. Tertullianus c. 51.* Cui mundo permiſcuiſſe pœnitentiam; quia non illum tam perfectè feciſſet, quàm ille ſuperior mundus inſtitutus fuiſſet.

82. Nam eſt nobis ADVERSVS ILLOS LIBELLVS.] *Debuit* LIBELLO, *an idem ſit qui à Rhenano & aliis* ADVERSVS APELLITAS *inſcribitur, an alius, infrà latius Tomo quarto ad fragmenta eiuſdem libri.*

83. ſiquidem omnis pœnitentia confeſſio eſt delicti.] *Non erge ſuffecit Lutheranorum definitio:* Pœnitentia, *nouæ vitæ. Verùm de Pœnitentiæ tribus partibus, contritione, confeſſione, & ſatisfactione, latè ſuprà Tom. 2. integro libro de Pœnitentia. Reſte autem ſupplet Rhenanus in hunc modum: & membra delictum, ſubaudi: erunt.* Erit proinde & cœlum, *ſubaudi: delictum.* Et cœleſtia cum cœlo, *delictum erunt. Mauult eſſe breuior & obſcurus quàm perſpicuus. Legimus verò ex Vatic. 3. MS. cod.* de peccati conſtietit elementis, *pro:* de peccatis; *& cum Baſil. cod.* de peccatorio cenſu, *pro eo quod in editionem Lugdunenſem irrepſerat.* ſenſu.

84. Primus homo de terræ limo, ſecundus homo de cœlo.] *Etiam hîc à communi lectione Apoſtoli 1. Cor. 15. warrat, trâſferens:* terræ limo, *pro:* terra, *quod etiam Græce duntaxat legitur; & omittens terrenus, ac deinde cœleſtis.*

Cap. IX.

85. Prætédimus adhuc, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quòd conſtet veram carnem fuiſſe in Chriſto.

86. quod de limo figulatum etiam ad fabulas Nationum vertitas tranſmiſit, &c.] *Sic legimus ex 3. Vatic. MS. cod. omiſſa voculæ:* eſt. *Significat autem (inquit Rhenan.) Prometheî fabulam, qui primus è limo hominem finxerit, Iapeti filius. Ouidius lib. 1. Metamorphoſeon:*

Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera poſſet,
Natus homo eſt. Siue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo;
Siue recens tellus, ſeductâque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat ſemina cœli;
Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Huc adludit etiam Iuuenalis Satyra 13.

—Vnus & alter
Forſitan hæc ſpernant iuuenes, quibus arte benigna
Et meliote luto finxit præcordia Titan.

Id verò Ethnici ſunt à noſtris mutuati, videlicet de libris Moſaicis. Porrò Tertullianus noſter l. 1. adu. Marc. eleganter Deum creatorem appellat, verum Prometheum. Atqui nona vox eſt: aquana, *pro:* aquea, *vbi legitur:* ſanguine aquanam. *Habent demique Vatic. 3. MS. paulopost:* Hæc ſunt quæ illum filium Dei cælauerunt, *pro:* cælauere; *ſed perinde eſt.*

87. de Septentrionibus.] *Hoc ſtulos (inquit Rhen.) quod à figura poſturâque ipſa, qua ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν dixerunt, noſtri quoque veteres à bubus iunctis Septentriones appellarunt, id eſt, à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iunctis trionesfiguruntur. Sunt autem Triones ruſticè vocabulo boues, quaſi terriones, à terenda terra, id eſt aranda colendâque. hæc ex Aulo Gellio.*

88. & Vergilijs.] Vergiliæ, *inquit idem, circa equinoctium oriuntur, vnde nomen habent à vere. Gretis πλειάδες ſunt, quòd ex compluribus ſtellis conſtent.*

89. & Suculis.] *Quæ ſtellæ Græcis, inquit idem, ὑάδες, à nobis primò Syades, deinde Suculæ ſunt dictæ. Auctor Gellius. Sunt autem in capite Tauri. Porrò Surpat* emendatum *pro perfectò ſiue illuſtrato, atque nitente. Atqui quum ſecundum poſteriores additiones legatur:* emendicatum, *non opus eſt cum Rhenano explicare quid hic ſignificet* emendatum.

90. Vnde huic doctrina & ſigna iſta?] *Vox Græca:* σοφία, *vertitur ab Auctore Matth. 13.* doctrina; *nam etiam Plato pro ſcientia*

scientia vsurpat, quum dixit 2. de Repub. σοφίαν δημηγορικὴν, *& Aristophan. in Pluto* σοφίαν μαλακὴν. *Addit autem:* etiam delpicientium vox erat, *quæ sequitur ibidem:* & *scandalizabantur in eo.*

91. humanæ honestatis.] Honestatem *(inquit Rhenan.) hic accipit pro pulchritudine, sicut mox:* Contumeliæ verò inhonestam probaucte, *id est, deformem. tra Virgilius:*

Et quocunque Deus circum caput egit honestum.

Horatius satyra 2. lib. 1.

--Neque si quid honesti est,
Iactat habétque palàm.—

92. de ignobili aspectu eius, &c.] *Quod transtulit ex Græco* τὸ ἄδοξον σῶμα, *Tertull. supra lib. adv. Iud. c. 14. & infrà lib. 3. adv. Marc.* speciem inhonoratam, *hic:* aspectum ignobilem; *quamquam primo loco etiam dicat:* nec aspectu quidem honestus. *De Proverbio:* vngue summo perstringere, *Prolegomena nostra videat Lector. Quid autem sibi velit illud:* nisi mentem, *nescio. Legas denique:* sanguinem sudit *cum excusis, aut:* fundit, *cum 3. Mss. Cod. pernde est. In sequentibus verò invitatur Balenaum lib. 3. cap. 32.*

CAP. X.

93. Conuertor ad alios æquè sibi prudentes, &c.] *Titulum huius capitis ipse Auctor indicat:* Aduersus alios qui carnem Christi animalem adfirmant; qui ve saluti animę solius causa Christum procellisse volunt. *Restè autem:* sibi prudentes *appellat hæreticos; quia hæreses de arbitrio suo sibi inducunt, vti habet Auctor supra lib. de Præscript. aduers. hæret. c. 6. & nos ibidem in Admat. Latinis n. 32. & 34.*

94. si vnanimam saluam faceret, &c.] *Adludit haud dubiè ad illud Luc. 9. Filius hominis non venit animas perdere, sed* saluare; *sicuti etiam infrà c. 12. hu Verbo:* Et veni *(inquit)* animam saluam facere.

95. non carnis, sed animæ nostræ solius liberandæ causa.] *Hunc errorem adscripsit supra lib. de Præscript. aduers. hæret. Basilidis, c. 46. hæc. 4. n. 304.*

96. Porrò si non nostram liberauit, quia carnem, &c.] *Ex Latino legimus:* carneam, *pro:* carnem; *id requirente sensu. Variam autem hic lectionem habet Vatic. 1.* Portò si non nostram liberauit, nihil ad nos, quia carnea non est; *sed aliorum lectio vulgata magis placet.*

CAP. XI.

97. Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, &c.] *Capiti huic inscriptionem damus:* Aduersus eosdem, quòd anima Christi carnalis non sit. *Atqui Vatic. 3. Mss. cod. omittunt quidem illud:* mortalisne sit an non; *sed retinere maluimus. Sue autem tumisse dem legas:* Sed nec esse quidem potest, *siue cum excusis:* ne esse, *non refert.*

98. Omne quod est, corpus est sui generis, &c.] *Pertinet ipsum ad paradoxon de Anima corporea Tertulliani; de qua partim supra lib. de Anima, cap. 5. 6. 7. 8. & 9. partim in Prolegomenis; quamquam hic videatur adhuc suam suspendere sententiam; vt fortasse scriptus sit iste liber ante librum de Anima, sed quia ille ante librum de Resurr. carnis est additus, & iste cumillo quasi consutellus est, oportuit illum præmittere. Interim rursus effigiem animæ tribuit cap. sequenti.*

99. cassidem aut personam ei inducit.] *Adnotauit Rhenanus ad marginem: Ipsud oppositum esse illi, quod est: detrahere personam, verum de hoc latiùs in Prolegomenis inter Proverbia.*

100. si in carne conuersam alienam induit superficiem.] *Interlege (inquit Rhenanus) si Christus* induit alienam superficiem, conuersam *supple animam in carne. Sic dicimus: Induo te tunicam.*

101. alterius iam notitiæ.] Alterius *(inquit idem) dixit, pro alius, id est diuersæ. Sic infrà cap. 16.* Si in carne meliore & alterius, id est non peccaticis naturæ næuum peccati redemit. *Similes sunt etiam infrà loc. lib. de Resurr. carnis:* alterius diuinitatis, *hu;* ac: ad alterius spei auctorem.

CAP. XII.

102. Ostensa sit nunc anima per carnem, &c.] *Inscribimus caput istud:* Quòd Christus venerit, non vt seipsum, sed vt Christum anima cognosceret. *Legimus autem cum Vatic. 1. cod.* Itaque superest.

103. Et vt impressiùs dixerim.] *Similter infrà c. 20. hoc quidem impressiùs, & lib. 3. aduers. Marc.* Impressè Apostolus mandat. *Quæ accipit pro: explicatè dicere.*

104. animæ anima sensus est.] *Vide de hac re latiùs dictum librum de Anima cap. 18.*

105. Pleniùs hæc prosequitur LIBELLVS QVEM SCRIPSIMVS DE TESTIMONIO ANIMÆ.] *Habentur hæc eadem Animæ adhuc Deum ignorantis testimonia, libro lib. c. 2. & 4.*

CAP. XIII.

106. Caro facta est anima vt anima ostenderetur.] *Titulum huic capiti damus:* Quòd & anima & caro in Christo diuersæ sint substantiæ, *cuius etiam meminit infrà Auctor c. 18. quum duas substantias in Christo pronuntiat. Hæc interim prima verba non Auctoris sunt, sed aliorum contra quos disputat, quibus respondet:* Num quid ergo, &c. *Eadem latiùs l. aduers. Praxean, vbi etiam eadem plerasque scripturas citat.*

107. Etiam quum demutantur qualitates, &c.] *Vide supra cap. 3. nu. 13. Legimus autem ex 3. Vatic. Mss. cod.* nec potest dici testa & argilla, *addita necessitate.*

108. Anxia est, inquit, anima mea vsque ad mortem.] *Ad verbum expressit vocem Græcam* περίλυπος, *quia illud* περί; *excessum tristitiæ significat; idque non hic modo, sed etiam infrà Tomo 6. lib. de Fuga in persec. Pro quo vertit:* trepidat, *l. de Resurr. carn. c. 18.*

109. Panis quem ego dedero pro salute mundi, caro mea est.] *Videtur ex proposito transposuisse Auctor verba illa:* pro salute mundi, *quæ aliquo in Latinis exemplaribus postponuntur, & in Græcis necessario postponi debent, quia additur:* ἣν ἐγὼ δώσω, *idque vt tanto significantius intelligatur, Christum verum carnem habuisse. Quod quum ex eo loco comprobet, certè excludit eorum interpretatio, qui etiam ex loco apud Ioannem spiritualiter carnem intelligi volunt; eo quòd sciant, si quem alium locum, certe ipsum, facere pro veritate corporis Christi in Eucharistia. Ego nihilominus putassem transmutandam dictam lectionem, nisi sequeretur paulò post:* & illa, nempe caro, panis pro mundi salute: *vbi etiam salutem vertit Græcam vocem* ζωὴν *paraphrastice; neque enim aliud vita, quàm salus est cuiq.*

CAP. XIIII.

110. Sed angelum (aiunt) gestauit Christus, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Aduersus alios quosdam, quòd solus Christus sit salutificator noster, non angelus quem induerit.

111. in ignem præparatum diabolo & angelis eius.] *Omittit quidem:* æternum *hic Auctor, sed quòd eum subintelligat, verbis hisce subsequentibus indicat:* num quam tamen illis restitutio reptomissa est. *Quæ sententia adnotanda contra demoniacos quosdam nostri temporis hæreticos, qui restitutionem etiam dæmonibus pollicentur, qui error iam olim in Origenistæ damnatus est.*

112. Idoneus enim non erat Dei filius, &c.] *Ironicè istud Auctor ex persona hæreticorum. Similiter infrà lib. sequent. cap. 11.* Et vtique idoneus est reficere.

113. salutticator.] *Hanc vocem explicat, quum subdit:* si duo salutis artifices. *Vtitur verò eadem voce infrà lib. 5. aduers. Marc. in translatione verborum Apostoli 1. Thess. 5.* in aduentu Domini & salutificatoris nostri.

114. Dictus est quidem magni consilij angelus, id est, nuntius, &c.] *Eadem modo hunc locum explicant, vt* ἄγγελος *proprie accipiatur pro nuncio, infrà Tomo 5. Nouatianus lib. de Trinitate, 8. Cyprian. Test. lib. 2. cap. 22. Hieron. in Comment. Hilar. l. 4. de Trinit. Augustin. de Trinit. l. 2. c. 13. l. 18. de Ciuitate Dei, cap. 35. & alibi, Athanas. lib. de beatit. Filij, Iustinus Apol. 2. pro Christian. & adu. Typhonem, Dionys. Areop. lib. de Cœlesti Hierar. cap. 4. Epiphan. in Arrianos, & B. Ambros. in cap. 10. ad Rom. aliique complures, quorum ingentem copiam citat in hunc locum Isai. 9. Leo de Castro, aduersum modernos quosdam Typographos, à quibus omittitur:* angelus; *quam tamen vetem habens*

Patres omnes, quatquæ secundum edit. 70. locum hunc citarunt; pro quo ex Hebræo admirabilis consiliarius rectè à B. Hieronymo vertitur, nam illud: Θαυμαστὸς σύμβουλος, ex margine variæ lectionis Aquilæ, in textum 70. irrepsisse, patet ex Eusebio lib. 9. Demonstr. Euang. cap. 8.

115. vt aliqui Gabriel aut Michaël.] *Adiectiuum*: aliqui, *ex Vatic. 3. MS. cod. Sunt enim similes phrases suprà cap. 11. in Lazaro aliquo; & hoc cap. paulopost*: in aliquo Zacharia; *& alibi frequentissimè. Siue autem legas paulopost*: de familiis *eum 2. Vatic. MS. cod. siue*: ex *cum reliquis, perinde est.*

116. Minuisti eum modicum quid citra angelos.] *Sic castigauimus ex 3. MS. cod.* pro modico quid. *Legitur quidem cap. sequente.* Minorasti eum modico; *sed ea tam ea lectio bona est, omisso*: quid. *Interim prime illud habet Auctor, eundem locum citans & suprà Tom. 1. lib. adu. Iudæos, cap. 14. ac Tom. 2. lib. de Corona milit. cap. 14. & infrà lib. 3. adu. Marcion. quare etiam infrà sic legendum censerem, nisi obstarent ibi MS. Vaticani. 3. cod. Accipi autem ab Auctore pro isdem*: citra, & infra, & circa, & supra, *priori loco adnotauimus num. 162. Tertullianica item phrasis est*: si fortè, & : qua caro, qua autem spiritus.

117. Poterit hæc opinio Hebioni conuenire, qui nudum hominem, & tantùm ex semine Dauid natum, non item & Dei filium constituit Iesum.] *Sic omnino lego, addens*: natum, *ex 2. Vatic. MS. cod. & cum isdem legens*: non item; *pro eo quod proximè accedens 1. edit. non* idem; *pro quo conicerat quidem legendum*: id est non, *Rhenanus, sed illud magis placet. Plura verò de* Hebione *suprà adnotauimus lib. de Præscr. adu. hæret. cap. 33. num. 192. & 48. hæres. 11. num. 313. Quibus hic adde, quòd eius dem hæresis etiam meminerint: de* Christo nudo homine, *B. Ignatius Epist. ad Trallian. Irenæus, quamquam tacitè satis, lib. 1. cap. 26. lib. 3. cap. 21. & aperte lib. 4. cap. 59. Eusebius Eccles. Histor. lib. 3. cap. 21. alias 27. Hilar. lib. 1. de Trinit. Epiphan. hæres. 30. Philastrius, Augustin. Theodor. Damasc. Honor. Isid. ac Hrabanus lib. de hæres. Contra alteram eius hæresin, quòd Christum ex semine viri natum sit; disputat Auctor infrà cap. 16. 17. ac 18. Aduersus verò veram hanc sacri illud quod habet infrà cap. 24.* Et: Non ex sanguine, neque ex carnis & viti voluntate, sed ex Deo natus est; Hebioni respondit, *nempe scriptura.*

118. planè Prophetis aliquo glorioſiorem.] *Adnotat Rhenanus* aliquo *accipi, pro*: in *aliquo.*

119. & ait mihi angelus qui in me loquebatur.] *Rectè prius* Zachariæ *mentionem fecit, quia legitur istud Zachar. 1. 2. & sequ. cuius etiam est frequens quotidianum illud omnium* Prophetarum: Hæc dicit Dominus. *Vbi interim ad marginem adnotauimus Isai. 1. & sic de aliis. Legimus autem cum Vatic. 3. MS. cod. eo quòd sit significantius*: coram, & sua auctoritate, *pro*: ex.

120. Non angelus neque legatus, sed ipse Dominus saluos eos fecit.] *Inuenitur hic locus Isai. 63. iuxta 70. pro eo quod ex Hebræo vertit B. Hieron. Non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos, & sustulit eos, quibus potissimum solent veteres probare Christi diuinitatem, vti rectè ante me aduotauit iam dictus Leo de Castro doctiss. suus in Isaiam Comment. citant non modo Tertullian. infrà lib. 4. aduers. Marc. ac B. Cypr. lib. 2. Testimon. adu. Iud. cap. 7. sed præteres BB. Iren. lib. 3. cap. 32. Hegin. Pap. Epist. 1. decret. al., Hilar. in Psal. 52. Athan. lib. 1. de fid. vnit. & trinit. & lib. 2. de Spiritu sancto contra Apollin. in fine. Ambros. de fide, lib. 2. cap. 9. Cyrill. contra hæret. lib. 5. cap. 7. ac lib. 12. cap. 10. Epiph. in Aetio, Chrysost. hom. 7. ad popul. Antioch. & lib. de Cognit. Dei, citatis ab Euthym. Panopl. part. 1. tit. 8. Pelagium Papam Epist. ad Virgil. Epist. denique & Synod. Nic. 2. act. 6. Quibus adde etiam B. Augustin. trali. 24. in cap. 6. Ioannis: vbi concordiam docet, quemodo alibi magni consilij angelus dicatur, & hic tamen non angelus nec salnus fecisse, sed ipse Dominus. Transpositi sunt autem hic voces* angelus & legatus, *eo quòd hic de angelo agat; infrà legitur, sicuti apud alios Patres*: Non legatus neque angelus, sed nuncius. *Peculiare est etiam B. Cyprian. vbi suprà, vt transferat sensum, pro*: legatus; *vox interim Graca ἀρχιέρως pro seniore, etiam Plutarcho sic vsurpatur.*

Cap. xv.

121. Licuit & Valentino, &c.] *Inscriptionem hanc cepit damnat*: Aduersus Valentinum, quòd caro Christi spiritalis non sit, ex scripturis probari. *De hoc enim errore* Valentini *sic suprà lib. de Præscrpt. aduers. hæres. cap. 49.* Hunc autem (*nempe Christum*) in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem. *Contra eundem sic Polycarpus Epist. ad Philipp. Omnis qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, hic Antichristus est, qualis fuit* Valentinus. *Similiter Epiph. hær. 31. ac aliy qui de hæres. scripserunt, Philastr. Augustin. Theodor. Damasc. Honorius, Isidorus, & Hrabanus.*

122. Dominus est Sabbati filius hominis.] *Videtur legendum*: etiam Sabbati, *quia sic habetur Matth. 12. Verùm refragantibus exemplaribus Vaticanis, nolui quid immutare.*

123. Homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem.] *Etiam hic desideratur vox*: positus; *nam non Græcè modò & Latinè Isai. 53. secundum 70. sed etiam suprà Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 9. legitur*: Homo in plaga positus. *Verùm non habent MS. cod. Vatican. neque Ambros. in Psalm. 61. Vbi ad idem instituum hæc scriptura citatur, neque etiam B. Cyprian. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 13. neque ipse Auctor paulopost eandem scripturam repetens, neque etiam dicto lib. aduers. Iud. cap. 14. aut infrà lib. 3. adu. Marc.*

124. Et homo est, & quis cognoscet illum?] *Omnino castigaui*: cognoscet, *pro*: cognouit; *quia præterquam quòd Græcè est illud & in Hebræis, Chaldæis, ac Latinis exemplaribus, etiam Auctor id legit infrà lib. 3. adu. Marc. & suprà dicto lib. adu. Iud. cap. 14. vbi vide Adn. nostras num. 163. Eodem verò modo etiam Epiph. legit hær. 30. contra Hebionem agens.*

125. Et super nubes tamquam filius hominis.] Super nubes *paraphrastice, & transituè Auctor, pro eo quod Græcè & Latinè est Dan. 7. & ipse Auctor legit suprà lib. adu. Iud. cap. 14. & infrà lib. 4. adu. Marc. cum* nubibus. *Desideratur hic etiam vox*: eccε, &: cœli, *quæ alibi habentur.*

126. Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum.] *Quam* destinatum *vertit Auctor, debuit legisse Græcè, sicuti exemplaria quædam Græca modernæ,* ἀποδεδειγμένον, *id est, demonstratum, declaratum, siue exhibitum; quod etiam legit haud dubiè quintus Syriacum linguam vertit, ex qua Latinus interpres: qui a Deo apparuit apud Vet. Aliy codices legunt*: ἀποδεδειγμένον, *quod rectè vertit Vulgatus interpres, approbatum. Accipit itaque*: destinatum *Auctor, pro, velut ad iudicium propositum, id est, demonstratum; non secus atque dixit suprà lib. adu. Valentian. cap. 1. num. 10.* quos nunc destinamus hæreticos. *Interpretatur autem virum Auctor*, vtique hominem.

127. Nam vt penes quendam ex Valentini factione legi, &c.] *Videtur intelligere* Alexandrum, *de quo cap. sequ. eo quòd addat*: ille, *tamquam de quo prius fit locutus. Legimus autem cum 2. Vatic. cod.* Talia & ethnici volutabant, *addita Constructione.*

128. defecta citra filios hominum.] *Rectè sic legunt Vat. 3. MS. cod. pro*: despecta; *more Tertullianico, qui passiuis pro actiuis vti solet; nam & suprà lib. adu. Iud. cap. 14. & infrà lib. 3. adu. Marc. legitur apud Auctorem*: deficiens citra filios hominum, *cui correspondet vox Græca* ἐλλιπῶν *apud 70. & veterum Græcorum lectio; immò & ea quæ hodie exstat ad verbum ex Hebræo translatio.*

129. Agnoscunt hominem Deo mixtum.] *Hunc locum imitatus videtur B. Cyprian. lib. de Idolor. Vanit. quem dixit: Deus cum homine miscetur. Quod quomodo intelligatur, explicat Auctor suprà c. 3. dum dicit*: Non potes dicere sili narus fuisse, & hominem verè indu isse, Deus esse desisse, amittens quod erat, dum ad sumit quod non erat. Periculum enim status sui Deo nullum est. *Non accipitur itaque illa mixtio, vt res fuerit natura; sed dua secundum orthodoxos Patres naturæ in Christo agnoscenda sunt, diuina & humana. Itaque dumtaxat eo loquendi genere significare videbat, licet Deus sit & homo, tamen non duos, sed vnum esse Christum. Non tamen conuer-*

fine diuinitatis in carnem, sed adsumptione humanitatis in Deum.

CAP. XVI.

130. Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij hæreticis.] *Titulum huic capiti damus* : Quòd Christus carnem veram adsumpserit, etiamsi neque peccatricem, neque ex femine; contra Alexandrum hæreticum. *Est autem adnotanda* argumentandi libido in hæreticis, *quam hic adtingit, de qua latius supra lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 7.*

131. Alexander ille.] *Quis iste Valentinianus fuerit, non est dubium*; *colligitur enim id tum ex verbis supra indicatis n.* 127. *tum etiam ex his verbis sequentis capitis* : Sed remissio Alexandro, cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet; etiam cum Psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idoneis alicuius Auctoris interseruit. *Nescio an fortasse idem sit cum Alexandro Hierapolis Episcopo, quem scribit Suidas* 9. *capitibus conscripsisse, quid nouæ Christum in mundum intulerit, addens eam Orationem recondidisse* (*forte ita obscurius vt deprehendi error facile non posset*) *sententiæ referam esse. Pro quo facit, quòd subinde in sequent. Auctor* nouitatis nascédi Christi memineriat; *præsertim cap.* 20. & 21. *tit. tacitè*, *quantum apparet*, *ad titulum libri* Alexandri *adludens. Est autem paulo post vox Tertullianica*: *suggestus*, *pro oratus seu manifestate.*

132. Euacuauit peccatum in carne, &c.] *Proponit instituta materiæ gratia*, *quod Apostolus postponit Rom.* 8. *Ibi enim sic legitur*: *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati*, *& de peccato damnauit*, (*sine*, *vt Auctor*, euacuauit) *peccatum in carne. Quæ* vox euacuauit, *videtur exprimere voluisse Auctor energiam vocis Græcæ* κατήργησε, *quæ non tam damnare quàm ad mortem damnare*, *atque adeo euacuare quod ad modo significat. Aquarii* in similitudinem *legimus ex* 2. *Vatic. Mss. cod. cum Vulgata editione Latina*, *pro* : in similitudine.

CAP. XVII.

133. Sed remissio Alexandro, &c.] *Hoc caput inscribimus*: Quòd carnem Christus ex virgine sumpserit. *Quod ipsum Argumentum late etiam tractatum habes supra*, *ex iisdem pene scripturis*, *lib. adu. Iud. c.* 9. *& infra aduers. Marc. lib.* 3.

134. cum Psalmis Valentini.] *Eorundem infra sit mentio vsque ad cap.* 20. Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem Apostatæ & hæretici, & Platonici Valentini, &c. *Videtur autem ex posteriori loco*, *Valentianos vna cum Nicolaitis & Gnosticis* (*quibus eum errorem adscribit Philastrius*) *non agnouisse Psalmos Dauid. Quos posteà imitatus Paulus Samosatenus* (*Euseb. teste Eccles. hist. l.* 7. *cap.* 24.) *Psalmos quidin Dominum Iesum dicebantur*, *fecisse fecit*, *velut nouercios & nuper inuentos*; *a se verò compositos*, *diebus Paschæ*, *in medio Ecclesiæ*, *mulieres canere iussit*; *vt horresceret siquis audiret. Qua verba ideò in medium adducta*, *vt agnoscant quæ Auctores imitentur nostri moderni Marcitiorum patum quàm Christi Psalmorum cantores*, *& cantatrices*, *idque tali cum bostu*, *vt animus audientium perhorrescat.*

135. ad vnam iam lineam congressionem dirigamus.] *De hac prouerbiali formula inter Prolegomena.*

136. Quamquam liquit iam.] *Præteritum* liquit (*inquit Rhen.*) *usurpat a verbo liquere*, *pro eluxit. Vide l. de Pœnit. n.* 34. *& de dedicandi verbo ibidem*, *n.* 8.

137. Emmanuelem nobis cum Deum.] *Sic restituimus ex l.* 3. *adu. Marc. vti etiam supra l. adu. Iud. n.* 97. *adnotauimus. Item paulo post cum prima editione.* Igitur si primus Adam de terra traditur, *pro eo quod Rhenanus subsituerat*: Adam ita traditur. *Atqui verbis illis* : Virgo erat adhuc terra, &c. *imitatus est Auctor Iren. l.* 3. *cap.* 31. *ac* 32. *sicuti & in sequentibus.*

138. Et tamen næ mihi vacet (*id est frustraneus fuerit*) incursus in Christum (Adam ab Apostolo dictus est.] *Sic iterum lego ex Vatic.* 3. *Mss. cod. cum Rhenano*, *pro eo quod irrepserat*: incursus Adæ (vnde Christus Adam ab Apostolo dictus est:) *quod quidem paulo significantius est. sed illud Tertulliano cum est. Næ autem* (*inquit idem Rhenan.*) *id est*, *certè*, *profectò*, *quasi dicat*: *Sanè vacaret mihi*, *Sic iuxtam illude Resurr. carnis*, *c.* 8. Næ illa beatissima & gloriosissima, *loquitur de carne resurrectura. Victur etiam alibi frequenter. Secundum hanc nostram sententiam & illud interpretatur Latinus*: *Quasi dicat*, *Patiar primis & nouissimis Ade similitudinem tanquam inanem mihi eripi*; si terreni non fuit census homo eius. *Solet enim quædam ironia quasi aduersario concedere*, *id quod causa sua maximè fauet*; *vt aduersarium debilem ostendat.*

139. imaginem & similitudinem suam, &c.] *Hic hæc duo consungit*, *quum alibi separare soleat*, *de quo vide supra lib. de Baptis. cap.* 5. *num.* 42.

140. Immò concepit, &c. verbum diaboli semen illi fuit, &c.] *Cauè hæc legenda*, *sicut & illud*: Enixa est denique diabolum fratricidam. *Vehementia enim disputationis aliquando in eiusmodi phrases erumpunt Veteres*, *prius quam animaduertant. Nam non verè* diabolum *fuisse Cain fratricidam patet* 1. *vel ex eo*, *quòd paulo post eundem malum fratrem* vocet; *neque enim Cain verè frater Abel dici potuit*; *si ille ex diaboli*, *hic verò ex Ade femine natus fuit.*

CAP. XVIII.

141. Nunc vt simplicius respondeamus, &c.] *Inscribimus caput istud*: Quòd Christus, quum esset Dei filius, non competebat ei ex femine nasci.

142. nihil que haberet amplius Salomone, & amplius Iona.] *Tacitè opinionem Hebionis*, quòd Christus non esset Dei filius, *ibi scripturas Matt.* 12. *refutat*: Ecce plus quàm Ionas hic, &] Ecce plus quàm Salomon hic; *iterum transponens verba textus.*

143. aut si ex semine ipso factum est; dicat scriptura, &c.] *Adnotatu digna est etiam ista ex cod. MS. Vatican.* 3. *restitutio*, *pro eo quod erat mendosissimè*: ex semetipso, *neque hic modo*, *sed & hic postea*, *vbi legimus*: non ex semine ipso suggerit factum; *&c*: Si non ex semine ipso, sed ex alio. *Quæ aduersatus fortasis occasionem dedit erroneæ lectionis*; *sed etiam illa constat cum nostra lectione.*

144. Quod in carne natum est, caro est, &c.] *Ad eundem modum loquitur Auctor infrà lib. adu. Praxean* : Discedit igitur cum Nicodemo: Quia quod in carne natum est, caro est; & quod de spiritu, spiritus est. *Est igitur peculiaris hæc Auctoris lectio*: in carne, *pro eo quod codices omnes tam Græci quàm Latini & Syriaci*, *Ioan.* 3. *& Veterum Commentarij tam Græcorum quàm Latinorum*: ex carne. *inter quos B. Chrysost. nominatim etiam ex hoc loco incarnationem Christi probat*, *hom.* 25. *in Ioan.*) *Quamquam interim c.* 20. *infrà docet* ab ea, *&* : ex ea, *pro iisdem in scripturis haberi.*

CAP. XIX.

145. Quid est ergo: Non ex sanguine, &c.] *Capiti huic inscriptionem damus* : De loco scripturæ à Valentinianis adulterato : Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. *Est autem hoc peculiare hic etiam Tertulliano ipsi cum Valentinianis*, *quod legunt singulari numero* : ex sanguine, *pro eo quod vorem Græcam* αἱμάτων *rectius vertit vulgatus interpres* : sanguinibus, *quomodo etiam Veteres quos vidi hactenus.*

146. adulteratores eius.] *Recte vocat* : adulteratores scripturæ hæreticos hoc loco; *quia*, *pro eo quod omnia exemplaria Græca*, *Latina*, *Syriaca*, *& Patres omnes consanter legunt*, *vti etiã hauddubiè Euangelista Ioannes*: ex Deo nati sunt; *ipsi singulari numero legerunt*: natus est. *Hoc interim mirum*, *quòd eodem modo citet illam scripturam aduersus Hebionem infrà cap.* 24.

147. obduxero.] Obducere (*inquit Rhenan.*) *pro* : conuincere, *profligare*, *atque delere. Cui simules loci libros sequenti de Resurrect. carnis*, *cap.* 2. proinde & obducimus, *ac* : Obducti dehinc de Deo. *Vide plures eius emodi locos supra Apolog. nu.* 572. *ac* 618. *& lib. adu. Hermog. nu.* 134.

148. vt ostendat esse semen illud arcanum electorum & spiritualium.] *Vide de hoc supra lib. aduers. Valentinian. cap.* 25.

149. qui credunt in nomine Domini.] *Hic*, *etsi Græce habeatur* εἰς ὄνομα, *id est*, in nomen, *tamen Latinorum versionem sequitur Auctor* : in nomine; *idque non hic modò*, *sed & paulò antè*, *quum dixit*: credentes in nomine eius.

150. vt de Domino scriptum est: & ex Deo natus est.] *Ista Auctor, ex sententia non sua, sed secundum præcedentem lectionem adulteratam Valentini; quia nusquam in scripturis alibi legeturillud de Christo:* & ex Deo natus est.

151. Oto vos, si Dei spiritus non de vulua, &c.] *Quum sic habuerint MS. cod. Rhenani, & consentiant Vatic. 3. MS. cod. non placet quod subiicuit Rhenanus ex coniectura:* Dei filius; *quia etsi impropria sit illa locutio, non tamen propterea immutanda germana lectio; maximè quum Veteribus etiam aliis vsitata sit ea loquendi forma, vti adnotauimus ex B. Hieronymo ad lib. B. Cypriani de Idolor. vanit. num. 71. Et verò aliquo modo dicitur Christus Dei Spiritus, quia Deus; sed proprie id non dici Auctor ipse indicat infrà sub finem lib. adueri. Praxean, quum disertè verbis* spiritum sanctum *vocet* tertium numen diuinitatis, & tertium nomen maiestatis. *Omnino autem omittimus paulò post superfluum illud, & quod in se contradictionem continebat:* extra vuluam, *quum immediatè præcedat:* intra vuluam fieret.

Cap. xx.

151. Qualis est autem tortuositas vestra, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Aduetus eosdem, quòd non ex virginitate, sed per virginem natum Christum agnoscerent. *Valentinum enim scribit apertius Auctor supra l. de Præscr. aduers. haer. cap. 9 asseruisse:* Christum quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem vel mutuantem. *Item lib. adu. Valentm. c. 27.* Christum (inquiunt) in præpositionum quæstionibus positum, id est per virginem, non ex virgine æditum; quia delatus in virginem transmeatorio potius quàm generatorio more processerit; per ipsam, non ex ipsa, non mattem eam, sed viam passus. *Eundem etiam errorem illis adscribunt BB. Iren. l. 1. c. 1. eundem confutans l. 3. c. 18. 31. et 32. (quamodo etiam Virgilius l. 3. contra Eutychen) Epiphan. her. 31. August. Theodor. Damasc. Honorius, Isidorus, Hrabanus, & Gratianus, trasslantes de hæresibus.*

153. Platonici Valentini.] *Similiter supra lib. de Præscript. adu. haeret. cap. 7. de eodem:* Platonicus fuerat, *& cap. 30.* Platonicæ sectator. *In omnibus autem Platonem secutum Valentinum, tum ibidem num. 39. tum pluribus locis lib. adu. Valent. ostendimus. De* Psalmis autem eius *vide supra num. 134.*

154. Quia tu qui auulsi time ex vtero matris meæ, &c.] *Vocem ἐκκόψας transtulit* auellere, *quam alij extrahere, addens illud* matris meæ *ex sequentibus verbis, ad materem emphasin. Deinde vocem* πατρός, vterum, *pro qua alij:* ventrem, *&* μήτρα, vuluam *vertit; sunt enim omnia hæ synonyma. Legimus autem etiam secundo loco:* Ecce aliud, *ex 2. Vat. cod. MS. pro:* Ecce alitet.

155. per illum neruum vmbilicatem.] *Etiam hoc ad paradoxon pertinet Auctoris, de aperto vtero virginis Mariæ in Christi natiuitate, de quo inter Prolegomena.*

156. pendentibus exinde venis sentiman illam, &c.] *Vox:* pendentibus, *à pendo deriuari hic debet, non à pendeo; ac si dicat:* Venis *naturæ quodam debito per foluentibus sentiman illam, non secus atque pendere naulum dicimus.*

157. regeneratio nostra spiritaliter ab omnibus inquinamentis sanctificata.] *Locus adnotandus contra eos, qui per baptismum negant omnia inquinamenta nostra sanctificari, sed reatum manere; de quo vide Adnot. nostras supra lib. de Baptis. cap. 1. num. 4.*

Cap. xxi.

158. Si ergo contendunt hoc competisse nouitati, &c.] *Hoc caput inscripsimus,* Quòd verè ex virgine natus sit Christus, per scripturas probari. *Ius quo Auctorem imitatur multis iisdem scripturis adductis B. Cypr. Test. adu. Iud. l. 2. c. 8. 9. 10. & 11. Atqui ibi* accedant adhuc comminus ad egressum, *nouè comparatissimum deducit à communi sitne comminus.*

159. an & angeli conceptum & partum virginis adnuntiantes?] *Intelligit eum angelum, qui in somnis apparuit Ioseph, Matth. 1. cum Gabrielem angelum, qui missus ad Mariam virginem, Christi* conceptum & partum adnuntiauit.

160. an & omnis iam scriptura quæcunque mattem pronuntiat Christi *?] Reperiuntur hæ scripturæ Matt. 1. 2. 12. 13. Marc. 3. Luc. 1. 2. 8. 10. an. 2. 6. 19. & Act. 1.*

161. Benedictus fructus vteri tui.] *Sic omnino restituimus ex Vat. 2. MS. cod. pro:* Beatus; *quia & Græce est* εὐλογημένος, *& non modo B. Cyprian. sed & Patres omnes ita vertere solent.*

162. An quia ipse est flos de virga profecta ea radice Iesse, &c.] *Omnino lege:* profecta, *pro eo quod erat nullo sensu bono:* proiecta; *nam Isaiæ 11. legitur* ἐξελεύσεται, *id est, egredietur seu, vti legit Auctor infrà lib. 5. adu. Marc.* Prodibit virga de radice Iesse, *pro qua interim paraphrastice supra lib. adu. Iud. c. 9. nascetur, vbi & l. adu. Marc. 3. locum hunc eodem modo explicatum videre est. Atqui legunt quidem MSS. 3. Vatic. cod.* eruitur in fructum; *sed:* eruditur, *Tertulliani num. 63.*

163. & Iesse per Dauid sciant adhærere. Ideò hunc fructum, &c.] *Etiam his locus ita restituendus, pro eo quod erat:* & Iesse per Dauid sciant adhærere Deo. Hunc fructum; *nihil enim ad institutum faciebat illud:* Deo, *& sensum obscurabat.*

164. ex lumbis Dauid, &c.] *More suo adludit ad duas scripturas Auctor, Psalm. nempè 131. & Act. 2. aut saltem secuti Lucæ ibidem, ita etiam ventris nomine* lumbos *intelligit hic Auctor. Nam pro eo quod legitur Psal. 131. secundum omnes, & ipsum Auctorem infrà l. aduers. Marc. 3. iurauit Dominus Dauid, &c. de fructu ventris tui (Græce* τῆς κοιλίας*) ponam super thronum tuum; Act. 2. sit interpretatur Petrus: Propheta igitur quum esset, & sceret quia sureiurando iurasset illi Deus; de fructu* lumbi eius (*Græce* τῆς ὀσφύος) *sedere super sedem eius.*

Cap. xxii.

165. Deleant igitur & testimonia dæmonum, &c.] *Quum eius dæmsit argumentus hoc caput cum præcedenti, nouo titulo non est opus.*

166. Filium Dauid proclamantia Iesum.] *Etiam hunc locum restituimus ex Vatic. 3. MS. cod. omissa Præpositione:* Ad, *plane superflua. Porrò mirum est, ad quem locum hic alludat Auctor, quum nusquam legantur apud aliquem Euangelistarum dæmonia filium Dauid proclamantia Iesum; sed dumtaxat ab iis dicatur Marc. 1. & Luc. 4. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, & Luc. 4. Quatues filius Dei, item Matth. 8. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei, nisi forte ipse codices ita legerint, verisimile, quòd illud magis miraculo conueniat. Videtur etiam hic memoria lapsus, vt alibi non semel, qui illud Chananææ matris, Matth. 15. Miserere mei fili Dauid, filiæ meæ à dæmonio vexatæ ad scripserit, aut putauerit matrem id ex ore filiæ dixisse. Certè ipse Auctor infrà l. 4. adu. Marc. tractans 4. cap. Luc. legit, & pulcherrimè explicat illud:* Iesu Nazarene, *& rursum: Tu es filius Dei.*

167. Matthæus fideliss. Euangelij commentator, &c.] *Magnus (inquit Rhenan.) laus Matthæi Euangelistæ.*

168. Liber genituræ Iesu Christi, &c.] *More suo* genituram *dixit Auctor, pro generatione, sicuti etiam lib. sequenti de Resurrect. carn. à* conditione genituræ.

169. & in semine tuo benedicentur omnes nationes, &c.] *Etiam istud partim sumpsit ex veteri Testamento, Gen. 22. ac 26. partim ex nouo, Gal. 3. quia pro illo quod ille legitur:* in semine tuo, *legit Apostolus:* in te; *qui tamen etiam, verbis non multo post sequentibus hic citatis, illud explicat:* Non dixit seminibus, tamquam de pluribus, sed semini, tamquã de vno, quod est Christus. *Omninò enim lege:* semini, *pro eo quod erat:* semine, *& addo secundò:* tamquam, *quia sic legunt Apostoli exemplaria Græca, Latina, & Syriaca. Atque adeo videtur etiam Apostolus respexisse, non solùm ad illum locum Gen. 22. sed & ad alias promissiones, quæ Abrahæ dictæ sunt, & semini eius, Gen. 12. 13 15. & 17. aut fortasse etiam (si hic in sensu abundare liceat) respexit Apostolus ad illud Cantici Mariæ, Luc. 1. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius. Atqui cum Apostolo omittit hic Auctor tertæ; quod habetur additum in Genesi, & etiam supra reperitur l. adu. Iud. 2. 1. Dissentit autem in hoc à vulgato interprete, quod veritat: de semini bus, ac: de vno, quod ille:* in, *vtrobique, vox Græca* ἐπὶ *vtrumque significat; Syriaca translatio neutrum habet.*

CAP. XXIIII.

170. Sed agnoſcamus adimpleri,&c.] *Titulum huius capitis poſse Tertullianum indicare:* Quòd in illis adimpleatur Prophetia Simeonis, de ſigno cui contradicetur.

171. & in ſignum cui contradicetur.] *Sic legimus partim ex Laditano, partim ex Vatic. MS. ced.* pro: quod contradicetur, *tum quod appelletur paulo poſt:* ſignum contradicitur, *tum quod Græce ſit Luc. 2.* ἀντιλεγόμενον, *quod denique etiam ſic legant B. Aug. in Pſal. 88. & Origenes in homiliis alicubi.*

172. Propterea dabit vobis Dominus ipſe ſignum.] *Omnino ſic legendum patet, tum ex voce Græca:* κύριος, *tum ex voce Hebræa* Adonai, *Iſai. 7. quare etiam ſupra Tom. 1. lib. adu. lud. cap. 9. & apud B. Cyp. Teſtim. l. 2. c. 9. ubi hæc lectionis:* Deus *legitur.*

173. Academici iſti,&c.] *Propterea* Academicos *vocat hos hæreticos, quod, ſicuti illi, nihil certi aſſirmarent.*

174. non virgo quantum à partu.] *Ponebat paradoxa Auctorius, quod pro ſe certam Heluidius citabat (quod repetitur infrà Tom. 5. lib. de Monogam.) inter Prolegomena noſtra latius. Omittimus autem cum 3. Vatic. ced. MS. particulam:* hoc, *ibi repetitam, legentes cum Euangeliſta Matth. 5.* Quod amplius, hoc à malo eſt; *& illud:* non nupſit, *ſuperſtitum, ubi legimus:* in partu ſuo non nupſit ipſa pateſcit cor poris lege; *de quo altero paradoxo etiam inter Prolegomena latius; hic dumtaxat, ſanum aliquem ſenſum ſcripturæ ſequentis aſſerentes.*

175. Omne maſculinum adapetiens vuluam, &c.] *Hanc ſcripturam citat Auctor, ſicuti eſt Luc. 2. Nihil interim hoc ſcriptura facit pro opinione Auctoris; quia ſic poteſt intelligi, vt Chriſtus quidem naturalia virginis Mariæ membra aperuit, ſic tamen vt pudicitia virginitatis claſtra non conculcaret. Proinde eleganter quidam Græcus (à Reuerend. Domino Ianſſenio citatus Comment. Concord. Euang. cap. 10.) Solus (inquit) Chriſtus nondum apertam ſupernaturaliter aperuit, & clauſam naturaliter reſeruauit. Et B. Hieronym. lib. 2. aduerſ. Pelagian. Solus Chriſtus clauſas portas vulvæ virginalis aperuit: qua tamen clauſa ingreſſus per eas exiuit. Hæc eſt enim porta Orientalis clauſa, per quam ſolus Pontifex. ingreditur & egreditur, & nihilominus ſemper clauſa eſt. Siue autem legas cum exeuſ: Dei filius, ſiue cum Vatic. 3. MS. cod.* ſancti filius, *perinde eſt, ſicuti etiam legendo:* clauſam patefecit, *aut:* cluſam.

176. Legimus quidem apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit, & non peperit, &c.] *Addimus ex 3. Vatic. MS. cod. &c. quoras autem diligens Lector, vbi hæc ſcriptura reperiri poſſit. Reperitur quidem Ioh 21. iuxta tranſlationem Hieronym. Vacca peperit, & nõ eſt priuata fructu ſuo, pro quo quin poſſet conuincere lectum eſſe: & eſt priuata fructu ſuo; niſi longè aliter Græcè eſſet, & hîc Ezechiel citaretur. Exiſtem legimus:* ne vos iam tunc prouidens (*aut* peruidens) ſpirituſſanctus; *pro eo quod erat:* ne nos iam nunc, *corruptiſſ.*

CAP. XXIIII.

177. Quod enim Eſaias iaculatur, &c.] *Caput hoc inſcriptiſſimus:* Quòd eoſdem hæreticos etiam aliæ ſcripturæ ſuggillent.

178. Væ qui facitori dulce amarum, & tenebras lucem.] *Infrà haud abſimiliter Scorpiace adu. Gnoſticos, cap 1.* Væ qui dulce in amatum, & lumen in tenebras conuertunt; *vtrobique ſenſum potius quàm verba Iſai. 2. citans; nam ibi legitur verbis tranſpoſitis etiam ſecundum 70.* Væ ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum dulce, & dulce amarum. *Lego autem ex 3. Vatic. MS. cod.* & cato non alia ſit quàm videtur.

179. Ego ſum (inquit) Deus; & alius abſque me non eſt.] *Videtur hoc ſumptum ex Iſai. 45. cap. vbi legitur: Ego Dominus Deus, & non alius; & rurſum: & non eſt Deus præter me, vti etiam ſupra adnotauimus lib. aduerſ. Hermogen. cap. 6. num. 26. Simile eſt etiam illud Iſai. 46. Ego ſum Deus, & non eſt Deus præter me; & Deuter. 32. Videte quòd ego ſum, & non eſt Deus præter me. Lege autem ex dictis 3. Vatic. MS. cod.* Et cum aliàs (*ad eſt, ſicuti loqui ſolet, alio loco*) pro: alio.

180. Ante me Deus non fuit.] *Etiam hoc ex Iſai. ſumptum c. 46. vbi ſecundum 70. legitur:* Ante me non fuit *alius* Deus; *quid quum aly quidam ad ſilum, Auctor petius ad patrem Deũ referri, dum addit:* neſcio quas illas Æonum Valentinianorum Genealogias pulſat; *de quibus vide ſupra integrum librum aduerſ. Valentin. cum Genealogia dictorum Æonum à nobis reſtituta. De ſcriptura verò qua* Hebion reſpondetur, *ſuprà cap. 19. ſecundum quod omittimus: &, cum 3. Vatic. MS. cod. legentes vtrobique:* de cœlo, pro: de cœlis. *Quid denique* energema, *lib. de Præſcript. adu. hær. cap. 30. num. 175. & de prouerbio:* ſignum ditigit, *vide noſtra Prolegomena.*

181. Qui negat Chriſtum in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt.] *Quum iſtud reperiatur in 2. Epiſt. Ioan. patet Auctorem epiſtolam illam non minus quàm primam pro authentica habuiſſe, de qua alicubi ſupra latiùs. quam etiam Ioannis Apoſtoli Epiſtolam vocat Aurelius à Chullabi Epiſcopus in Synodo Africana ſub Cypriano.*

182. Sicut & definiens ipſum quoque Chriſtũ vnum.] *Intelligit Apoſtolum Paulum, apud quem 1. Cor. 8. legitur:* & vnus Dominus Ieſus Chriſtus. *Valentiniani autem ſunt, qui alium faciunt Chriſtum, alium Ieſum. De quibus vide ſupra lib. adu. Valentin. cap. 27. Sine autem legas; ſub tribus arbitris, cum excuſi, ſiue cum M. 3. Vatic. cod.* teſtibus, *perinde eſt.*

183. alium ceteris paſſiuum.] Paſſiuum ceteris (*inquit Rhen.*) *dicat communem ceterum, hoc eſt, non differentem à ceteris, nec eximium, ſed vulgarem, vilemque. Sic* paſſiuum nomen Dei *dicit, & paſſiuum conuictum adu. Marcion. lib. 1. pro communem & promiſcuum. Item* paſſiuos diſcipulos *adu. Valentin. hoc eſt, inconſtantes atque paſſim vagos, nec vni magiſtro addictos. Rurſus* licentiam paſſiuam *lib. 1. Ad uxorem, & paſſiuũ* cenſum *lib. de Monogam. Porro videtur hoc vocabulum Africa fuiſſe peculiare. Nam quum Decretorum ingens illud volumen, quod Burchardus Vormatienſis Antiſtes congeſſit ante Gratianum, aliquando euoluerem, reperi illud in tertia cenſit. Carthaginenſis Concily, quæ ſic habet: Martyrum dignitatem nemo prophanus inſamet, nec* paſſiua *corpora, quæ ſepulturæ tantum propter miſericordiam Eccleſiaſticam commendari mandatum eſt, redigant, vt aut inſania præcipitatus, aut alio peccato diſcretus non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrantur, martyrum nomine appellent. Ceterum eius Synodi conſtitutiones perſcripſiſſe fertur Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus.* Paſſiua *corpora, vocat qualibet.* Paſſiuitatem *etiam vſurpat Tertullianus pius ſemel in ſequentibus opuſculis, pro libertate in malam partem, qualnoms ſit inconſtans, & nunc ad hoc, nunc ad illud verſabilis. Addit Latinius eſſe illum Canonem à Rhenano citatum 1. Carthag. concilij cap. 2. & quòd eiuſdem Concily cap. 7. legatur:* communio paſſiua, *id eſt, indifferens, cuius nullo habito diſcrimine paſſim permiſſa.*

184. per quod ſuam quoque in alia carne reſurrectionem adſeuerant.] *Vide de hoc errore Valentinianorum ſupr. lib. Præſcr. adu. hær. c. 49. nu. 315. ad illud:* Reſurrectionem huius carnis negat, ſed alterius. *Videntur enim* aliam carnem, *id eſt, non eandem, reſuſcitaturi dam aſſirmaſſe.*

185. Sed benè, quòd idem veniet de cœlis, qui eſt paſſus, &c.] *Adiudere mihi videtur ad illud Act. 1. Hic ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.*

186. Et videbunt & agnoſcent qui eum confixerunt.] *Citat hanc ſcripturam, non tam ſicuti Zachar. 12. atque Ioan. 19. reperitur, quamquam etiam in hoc diuerſus ſit, quòd explicationis gratia addat:* & agnoſcent, *deinde legat:* qui eum confixerunt, *pro eo quod Euangeliſta, an quem tranſixerunt, Græcè, Latinè, & Syriacè. Quemodo interim etiam legunt Vat. 3. MS. cod. infrà lib. de Reſurr. carn. cap. 26.*

187. qui adſirmant carnem in cœlis vacuam ſenſu, vt vaginam exempto Chriſto ſedete.] *Hunc abſurdiſſimum errorem qui adſirmauerint, quærat diligens Lector. Illum autem, quo Chriſtum ſine carne cœlos aſcendiſſe docebant, attribuit Philaſtrius Paſſioniſtis, & Seleucianis, ac Hermianis, quòd carnem exſpoliatam, quum in cœlum aſcenderet, in ſole poſuerit Chriſtus, iuxta illud:* in ſole poſuit tabernaculum ſuum; *ad quem poſſet videre*

alludere Auctor, si legeret: in sole vacuam, *vbi legitur*: in cœlis; *sed ea castigatio nimis foret libera, maximè cùm Tertulliano illi posteriores videantur.*

CAP. XXV.

288. Sed hactenus de materia præsenti, &c.] *Titulum* Epilogi *huic capiti dedimus. Lego autem omnino*: aduersus omnes præiudicauerimus, *pro eo quod erat*: prædicauerimus.

289. Vt autem clausulam de Præfatione communi faciat RESVRRECTIO CARNIS NOSTRÆ ALIO LIBRO DEFENDENDA.] *Sic hunc locum distinximus & correximus ex I. Vatic. MS. cod. pro eo quod erat*: Vt autem clausula de Præfatione communi faciat, resurrectio, &c. *Vult enim Præfationem communem sequentis libri* de Resurrectione carnis, *facere clausulam huius libri.*

290. manifesto iam.] *Subaudiatur (inquit Rhenan.) existente, vt Græci* ἤδη ὄντος.

ARGVMENTVM LIBRI DE RESVRRECTIONE CARNIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

I. DE Resurrectione carnis scripturus Auctor, imprimis tradit eam etiam seculo, & præsertim Platonicis ac Pythagoricis non ignotam fuisse.

II. Hæreticos verò, etsi cum Sadducæis non agnoscant, reuinci tamen tum libro præmisso DE CARNE CHRISTI, *tum* DE DEO CARNIS AVCTORE, ET CHRISTO CARNIS REDEMPTORE, *libris* ADVERS. MARCIONEM *scriptis*; quòd Animæ resurrectionem non negent, *præter solum Lucanum*; contra quem Animæ immortalitatem *libro* DE ANIMA *tutatus sit.*

III. Proinde hæreticos non debere vulgi in ea deneganda ignorantiam sequi.

IIII. Neque enim obstare, carnis quam prætendunt ignobilitatem.

V. Primùm, quòd à Deo facta sit.

VI. Item, quòd Dei manu exstructa.

VII. Quòd iam limus in carnem reformatus & immutatus sit.

VIII. Quòd apud Christianos caro abluatur, vnguatur, signetur, manusimpositione adumbretur, corpore & sanguine Christi vescatur; denique post conflictationes animæ, ieiunia, virginitatem, viduitatem, pro nominis Christi fide moriatur.

IX. Quòd Christus, carnem etsi infirmam, & peccatricem, dilexerit.

X. Quòd denique scripturis caro illustretur.

XI. Neque verò, Dei potentiam excedere Resurrectionem carnis.

XII. Diuinæ enim potentiæ exemplum esse; diei ac noctis; hyemis & æstatis; veris ac autumni, vicissitudines.

XIII. Phœnicem etiam Orientis alitem, qui semetipsum funerans renouat.

XIIII. Atqui, & causam restitutionis carnis idoneam subesse, Dei in bono remunerando & malo puniendo iudicium.

XV. Quum enim operarum inter se anima & caro societatem habeant; oportere etiam, aut pœnæ aut gratiæ communicare mercedem.

XVI. Etsi enim vas animæ caro appelletur; non tamen propterea, non & meritis animæ communicare.

XVII. Atque adeò, quum Animæ facta per carnem administrentur; non sufficere, animam foueri aut cruciari sine carne, pro operibus carnis.

XVIII. Deinde apud omnes edictum Dei pendère: Resurrectionem mortuorum.

XIX. Quam quidam malè in imaginariam significationem distorquent.

XX. Non omnia enim Prophetas per imagines concionatos; tum quòd, si omnia figuræ, quid erit illud cuius figuræ; tum quòd in ipsum Christum insigniora quæque luce clarius, verè non figuratè, adimpleta sint.

XXI. Tot quoque esse instrumenta diuina ita apertè corporalem contestantia resurrectionem; vt nullam admittant figuratæ significantiæ suspicionem.

XXII. Respiciendum esse denique ad illas scripturas, quæ non sinunt credere, resurrectionem aut iam factam, aut ab excessu statim vitæ fieri.

Etsi

Etsi autem Apostolus ad Colossenses, spiritaliter nos resuscitatos dicat; non negare tamen, etiam corporaliter resurrecturos. XXIII.

Quippè, quum ipse Epistolis suis ad Thessalonicenses, resurrectionem apertè confirmet. XXIIII.

In Apocalypsi similiter Ioannis, ipsa tempora resurrectionis indicari. XXV.

Quid? quod liceat etiam corporalem resurrectionem de patrocinio figurati eloquij Prophetici vindicare; tum terræ, tum vestimentorum nomine. XXVI.

Immò, sicut vocibus, ita & rebus ac factis prophetatam resurrectionem. XXVII.

Manifestissimam denique esse de eadem Ezechielis determinationem. XXVIII.

Eámque talem, vt figurate aut allegoricè non possit intelligi. XXIX.

Quum aliis quoque manifestis Prophetarum probetur testimoniis. XXX.

Iisque eiusce modi, quibus prædicatur etiam corporum insepultorum resurrectio. XXXI.

Porrò etiam in Euangeliis, non omnia in parabolis à Domino pronuntiata. XXXII.

Immò in omni Resurrectionis mentione, corporalitatem carnis à Domino propriè significari. XXXIII.

Quamquam adeò carnem Christus dicat nihil prodesse; ex materia dicti, sensum esse dirigendum. XXXIIII.

Maximè, quum etiam factis mortuos resuscitando, futuram resurrectionem significarit. XXXV.

Resurrectionem quoque Apostolicorum Actorum instrumenta testari. XXXVI.

Perperàm proinde, suo etiam more hæreses pro se interpretari, interiorem & exteriorem hominem, quasi per corruptionem, exterioris carnis corruptelam intelligat. XXXVII.

Sicuti etiam illud de domo tabernaculi nostri quæ dissoluitur. XXXVIII

Sed demutari dumtaxat cadauera, non morte deuorari; quum Gigantum antiquissimorum crates adhuc supersint, sicuti etiam dixerit Auctor alibi. XXXIX.

Neque verò etiam peregrinationem à corpore pro ipsis facere; quòd addat Apostolus, reportare debere per corpus secundum quæ gesiit quis, bonum siue malum. XL.

Item etiam inde quòd dicat: Vitam Iesu manifestandam in corpore. XLI.

Alia etiam cæcitate eos impingere, in veterem & nouum hominem. XLII.

Sicuti idem Apostolus carnem damnare videatur; carnis opera damnare. XLIII.

Carni enim salutem repromittere. XLIIII.

Apertissimè denique 1. Cor. 15. Resurrectionem carnis ab illo confirmari. XLV.

Atque adeò ex antecedentibus disci; quali conditione exhæredauerit à regno Dei carnem & sanguinem, nempè carnis opera. XLVI.

Immò, omissis eiusmodi interpretationibus, ipsas quoque substantias carnis & sanguinis, non aliter quàm sunt, intellectas, licere resurrectioni vindicare. XLVII.

Vel per Christum idipsum probari, qui carnem & sanguinem secum vexerit in cœlum. XLVIII.

Et verò, etiam eodem corpore venturos mortuos, disputare Apostolum. XLIX.

Neque enim corpus animale, posse animam intelligi, sed carnem. L.

Nec etiam, vt suprà adtigit, carnem à vita deuorari, sed id quod in ea mortale est. LI.

Aliud insuper esse demutationem, aliud perditionem carnis. LII.

Alioqui absurdum esse; aliam substantiam, nempè carnis, operari; aliam, nempè animæ, mercede dispungi. LIII.

Oportere etiam resurrectionem integram credere, scripturis id adfirmantibus. LIIII.

Et carnem itaque & animam, sententiam salutis aut pœnæ subituram. LV.

Sexu etiam & membris saluum hominem resurrecturum; etsi vacent à solitis officiis vitæ necessariis. LVI.

Præsertim quum quædam illorum officia, quibus Deum laudamus & prophetamus, remansura sint; & etiam in hac vita vacent cibis ieiunio functi; & sexum à genitura subducant spadones voluntarij; & Christo maritatæ virgines. LVII.

Futuros denique nos, non angelos, sed sicut angelos Dei. LVIII.

Quo circa concludi, Resurrecturam carnem, & quidem omnem, & quidem ipsam, & quidem integram. LIX.

Ceterùm præterquàm quòd dicto II. *cap. citentur Libri de Anima, de Carne Christi, & aduersus Marcionem Libri secundus & tertius; sicuti horum alter iterum cap.* XIIII. *ac denuò Liber de Anima, cap.* XVII. *&* XLV. *qui omnes absque controuersia Tertulliani sunt; etiam nominatim sit huius Libri mentio (vnde colligitur, quòd in huius Tomi Præfatione diximus eodem ferè hos conscriptos tempore) tum suprà sub finem libri de Carn. Christi, tum infrà lib.* 5. *aduers. Marcionem, cap.* x. *Prioris loci hæc sunt verba:* RESVRRECTIO NOSTRÆ CARNIS, *alio libello defendenda; hic habebit præstructionem; manifesto iam, quale fuerit quod in Christo resurrexit. Posterioris, vbi Epistolam* I. *ad Corinthios explicat:* Reuertamur *(inquit)* nuncad RESVRRECTIONEM, *cui & aliàs quidem proprio volumine satisfecimus, omnibus hæreticis resistentes; sed nec hîc desumus, propter eos qui illud opusculum ignorant. Atqui Librum hunc MS. viderunt Trithemius & Politianus. In lucem primus ædidit Rhenanus ex Paterniacensi & Hirsaugiensi codicibus, cum Scholiis; deinde castigatiorem ex Gorziensi, cum Adnotationibus; castigauit deinde Gelenius ex Britannico codice Lælandi. Nos denique iterum recognouimus ex Vaticanis tribus, & Anglico Ioannis Clementis MS. exemplaribus, ac Latinij coniecturis; & nouo Argumento ac Adnotationibus auximus.* D

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE RESVRRECTIONE CARNIS LIBER. E

CAP. I. EIDVCIA[1] Christianorum, resurrectio mortuorum: illam credentes sumus, hoc credere veritas cogit. Veritatem Deus aperit. Sed vulgus inridet, existimans nihil supereſſe post mortem: [2] Et tamen defunctis parentant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, vt quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumant. At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque quum ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodùm gulosissimè nutrit, iisdem ignibus & promerens & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem: sacrificat, an insultat, [3] quum crematis cremat? Planè cum vulgo interdum & sapientes sententiam suam iungunt. [4] Nihil esse post mortem, Epicuri schola est. Ait & Seneca, omnia post mortem finiri, etiam ipsam. Satis est autem, [5] si non minor Philosophia Pythagoræ & Empedocli. Sed Platonici immortalem animam econtrariò reclamant: immò adhuc proximè etiam in corpora remeabilem affirmant, etsi non in eadem, [6] etsi non in humana tantummodò, [7] vt Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pauum recensentur. [8] Certè recidiuatum animæ corporalem pronuntiauerunt, tolerabiliùs mutata quàm negata qualitate: pulsata salute, [9] licet non adita veritate. Ita se-

CAP. II. *Matth.* 22. culum resurrectionem mortuorum, nec quum errat, ignorat. [10] Si verò & apud Deum aliqua secta est, Epicureis magis adsinis quàm Prophetis, sciemus quid audiant à Christo [11] Sadducæi. Christo enim seruabatur omnia retrò occulta nudare, dubitata dirigere, prælibata supplere, prædicata repræsentare: mortuorum certè resurrectionem, non modò per semetipsum, verùm etiam in semetipso probare. Nunc autem ad alios Sadducæos præparamur, [12] partiarios sententiæ illorum. Ita dimidiatam agnoscunt resurrectionem, solius scilicet animæ, aspernati carnem sicut & ipsum dominum carnis. Nulli denique alij salutem corporali substantiæ inuident, quàm [13] alterius diuinitatis hæretici. Ideóque & Christum aliter disponere, coacti ne creator carnis habeatur, in ipsa priùs carne eius errauerunt, [14] aut nullius veritatis contendentes eam secundum Marcionem, & Basilidem, aut propriæ qualitatis, secundum hæreses Valentini, & Apellem. Atque ita sequitur, vt salutem eius substantiæ excludant, cuius Christum consortem negant, certi illam summo præiudicio resurrectionis instructam, si iam in Christo resurrexit caro. [15] Propterea & nos volumen præmisimus DE CARNE CHRISTI, quo eam & solidam probamus aduersum phantasmatis natiuitatem, & humanam vindicamus aduersus qualitatis proprietatem, [16] cuius conditio Christum & hominem & filium hominis inscripserit. Carneum enim atque corporeum probantes eum, proinde [17] & obducimus, præscribendo nullum alium credendum Deum præter creatorem, dum talem ostendimus Christum, in quo dinoscitur Deus, qualis promittitur à creatore. Obducti dehinc de Deo carnis auctore, & de Christo carnis redemptore, iam & de resurrectione carnis reuincentur, congruenter scilicet & de Deo carnis auctore, & de Christo carnis redemptore. [18] Hoc fermè modo dicimus incundam cum hæreticis disceptationem. Nam & ordo semper à principalibus deduci exposcit, F

A expoſcit, vt de ipſo priùs conſtet à quo dicatur, diſpoſitum eſſe quod quæritur. Atque adeò & hæretici ex conſcientia infirmitatis, nunquam ordinariè tractant. Certi enim quàm laborent in alterius diuinitatis inſinuatione, aduerſus Deum mundi omnibus naturaliter notum de teſtimoniis operum, certè & in ſacramentis priorem, & in prædicationibus manifeſtiorem, ſub obtentu quaſi vrgentioris cauſæ, id eſt, ipſius humanæ ſalutis ante omnia requirendæ, à quæſtionibus reſurrectionis incipiunt: quia duriùs creditur reſurrectio carnis, quàm vna diuinitas: atque ita tractatum viribus ordinis ſui deſtitutum, & ſcrupulis potius oneratum depreciantibus carnem, paulatim ad alterius diuinitatis temperant ſenſum, ex ipſa ſpei concuſſione & demutatione. Deiectus enim vnuſquiſque vel motus de gradu eius ſpei quam ſuſceperat apud creatorem, facilè iam declinatur ad alterius ſpei auctorem, etiam vltrà ſuſpicandum. Per diuerſitatem enim promiſſionum, diuerſitas inſinuatur Deorum. Sic multos intretitos videmus, dum antè de reſurrectione carnis eliduntur, quàm de vnione diuinitatis elidunt. Igitur quantum ad hæreticos, demonſtrauimus quo cuneo occurrendum ſit à nobis: & occurſum eſt iam ſuo quoque titulo [19] DE DEO quidem VNICO, ET CHRISTO EIVS ADVERSVS MARCIONEM: [20] de CARNE verò DOMINI, etiam ADVERSVS QVATVOR HÆRESES: ad hanc maximè quæſtionem præſtruendam, vti nunc de ſola carnis reſurrectione ità digerendum ſit, tanquam penes nos quoque incerta, id eſt, penes creatorem. Nam & multi rudes, & plerique ſua fide dubij & ſimplices: plures quos inſtrui, dirigi, muniri oportebit, [22] quia & hoc latere vnio diuinitatis defendetur: ſicuti enim negata carnis reſurrectione concutitur, ita vindicata conſtabilitur: Animæ autem ſalutem credo retractatu carere. Omnes enim ferè hæretici eam quoquo modo volunt, tamen non negant. [22] Viderit vnus aliqui Lucanus, nec huic quidem ſubſtantiæ parcens, [23] quam ſecundum Ariſtotelem diſſoluens, aliud quid pro ea ſubiicit, tertium quiddam reſurrecturus, neque anima, neque caro, id eſt, non homo, [24] ſed vrſus forſitan, quâ Lucanus. [25] Habet & iſte, à nobis pleniſſimum DE OMNI STATV ANIMÆ ſtylum, quam in primis immortalem tuentes, ſolius carnis & defectionem agnoſcimus, & refectionem, cùm maximè adſerimus, redactis in ordinarium materiæ corpus, ſiqua & alibi pro cauſarum incurſione perſtricta diſtulimus. Nam vt quædam prælibari ſolenne eſt, ita & differri neceſſe eſt, dummodò & prælibata ſuppleantur ſuo corpore, & dilata reddantur ſuo nomine. [26] Eſt quidem & de communibus ſenſibus ſapere in Dei rebus, ſed in teſtimonium veri, non in adiutorium falſi: quod ſit ſecundum diuinam, non contra diuinam diſpoſitionem. Quædam enim & natura nota ſunt, vt immortalitas animæ penes plureis, vt Deus noſter penes omneis. [27] Vtar ergo & ſententia Platonis alicuius pronuntiantis, Omnis anima immortalis. [28] Vtar & conſcientia populi, conteſtantis Deum Deorum; vtar & reliquis communibus ſenſibus, qui Deum iudicem prædicant: Deus videt. Et, Deo commendo. At cùm aiunt, Mortuum quod mortuum: &, Viue dum viuis: &, Poſt mortem omnia finiuntur, etiam ipſa: tunc meminero [29] & cor vulgi cinerem à Deo deputatum, & ipſam ſapientiam ſeculi, ſtultitiam pronuntiatam. Tunc ſi & hæreticus ad vulgi vitia, vel ſeculi ingenia confugerit, diſcede dicam ab ethnico hæretice; etſi vnum eſtis omnes, [30] qui Deum fingitis, dum hoc tamen in Chriſti nomine facis, dum Chriſtianus tibi videris, alius ab ethnico es: redde illi ſuos ſenſus, quia nec ille de tuis inſtruitur. [31] Quid cæco duci inniteris, ſi vides? Quid veſtiris à nudo, ſi Chriſtum induiſti? Quid alieno veteris clypeo, ſi ab Apoſtolo armatus es? Ille potius à te diſcat carnis reſurrectionem confiteri, quàm tu ab illo diffiteri. Quia ſi à Chriſtianis negari eam oporteret, ſufficeret illis de ſua ſcientia, non de vulgi ignorantia inſtrui. Adeò non erit Chriſtianus, qui eam negabit, quam confitentur Chriſtiani, & his argumentis negabit, quibus vtitur non Chriſtianus. Auſer denique hæreticis, quæ cum ethnicis ſapiunt, vt de ſcripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterunt. Communes enim ſenſus ſimplicitas ipſa commendat, & [32] compaſſio ſententiarum, & familiaritas opinionum, eóque fideliores exiſtimantur, quia nuda & aperta & omnibus nota deſiniunt. Ratio autem diuina in medulla eſt, non in ſuperficie, & plerunque æmula manifeſtis. [33] Ita que hæretici inde ſtatim incipiunt, [34] & inde præſtruunt, dehinc interſtruunt vnde ſciunt facilè capi mentes, de communione fauorabili ſenſuum. An aliud prius vel magis audias ab hæretico quàm ab ethnico? & non protinus, & non vbique conuicium carnis, in originem, in materiam, in caſum, in omnem exitum eius, immundæ à primordio ex fæcibus terræ, immundioris deinceps ex ſeminis ſui limo, friuolæ, infirmæ, criminoſæ, oneroſæ, moleſtæ? & [35] poſt totum ignobilitatis elogium, caduceæ in originem terram, & cadaueris nomen, & de iſto quoque nomine perituræ in nullum inde iam nomen, in omnis iam vocabuli mortem? Hanc ne ergo vir ſapiens & viſui & contactui [36] & recordatui tuo ereptam perſuadere? quòd ſe receptura quandoque ſit in integtum de corrupto, in ſolidum de caſſo, in plenum de inanito, in aliquid omninò de nihilo? [37] Et vtique redhibentibus eam ignibus & vndis, & aluis ferarum, [38] & rumis alitum, [39] & lactibus piſcium, [40] & ipſorum temporum propria gula. [41] Adeóne autem eadem ſperabitur quæ intercidit, vt claudus, & luſcus, & cæcus, & leproſus, & paralyticus reuertantur, vt rediſſe non libeat ad priſtinum? an integri, vt iterum talia pati timeant? Quid tum de conſequentiis carnis? Rurſúsne omnia neceſſaria illi, & in primis pabula atque potacula, & pulmonibus natandum, & inteſtinis æſtuandum, & pudendis

Cap. III.

1. Cor. 1.

Matth. 15.

Cap. IIII.

non pudendum, & omnibus membris laborandum? Rursus vlcera, & vulnera, & febris, & podagra, & mors redoptanda? Nimirùm hæc erunt vota carnis recuperandæ, iterum cupere de ea euadere. Et nos quidem hæc aliquantò honestiùs pro styli pudore. [43] Ceterùm quantum etiam spurci-
CAP. V. loquio liceat illorum in congressibus experiri, tam ethnicorum quàm hæreticorum. [44] Igitur quoniam & rudes quique de communibus adhuc sensibus sapiunt, & dubij & simplices per eosdem sensus denuò inquietantur, & vbique primus iste in nos aries temperatur, quo carnis conditio quassatur, necessariò & à nobis carnis primùm conditio munietur. Vituperationem laudatione depellas. Ita nos rhetoricari quoque prouocant hæretici, sicut etiam philosophari. Futile & friuolum illud [45] corpusculum, quod malum denique appellare non horrent, [46] etsi angelorum fuisset operatio, vt Menandro & Marco placet, [47] etsi ignei alicuius exstructio æquè angeli, vt Apelles docet, sufficeret ad auctoritatem carnis, secundæ diuinitatis patrocinium. Angelos post Deum nouimus. Iam nunc quisquis ille summus Deus hæretici cuiusque est, non immeritò ab ipso quoque deducerem carnis dignitatem, à quo voluntas producendæ ei adfuisset. Vtique enim prohibuisset fieri, quam fieri scisset, si fieri noluisset. Ita & secundum illos æquè caro, Deires. Nihil operis, non eius est, qui passus est esse. Benè autem quòd plures [47] & duriores quæque doctrinæ totam hominis figulationem Deo nostro cedunt. Quantus hic sit, satis nosti, qui vnicum credidisti. Incipiat iam tibi caro
1.Cor.7. placere, cuius artifex tantus est. [48] Sed & mundus, inquis, Dei opus est, & tamen præterit habitus huius mundi, Apostolo quoque auctore: nec idcirco restitutio mundi præiudicabitur, quia Dei opus est; & vtique si vniuersitas irreformabilis post decessum, quid portio? Planè, si portio vni-
Ioan.3. uersitati adæquatur. [49] Ad distantiam enim prouocamus: primo quidem, quòd omnia sermone Dei facta sunt, [50] & sine illo nihil. Caro autem & sermone Dei constitit propter formam, ne quid
Gen.2. sine sermone. Faciamus enim hominem, antè præmisit: Et amplius, manu propter prælationem, ne vniuersitati compararetur. Et finxit, inquit, Deus hominem. Magnæ sine dubio differentiæ ratio, pro conditione scilicet rerum. Minora enim quæ fiebant, eo cui fiebant. Siquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta sunt. Meritò igitur vt famula, iussu & imperio, & sola vocali potestate vniuersa proceserant. Contrà, homo vt dominus eorum, in hoc ab ipso Deo exstructus est, vt dominus
Ibidem. esse posset, dum sit à Domino. Hominem autem memento carnem propriè dici, quæ prior vocabulum hominis occupauit: [51] Et finxit Deus hominem, limum de terra. Iam homo, qui adhuc limus. [52] Et insufflauit in faciem eius, flatum vitæ, & factus est homo, id est, limus, in animam viuam.
Gen.2. [53] Et posuit Deus hominem quem finxit, in paradiso. Adeò homo figmentum primò, dehinc totus. Hoc eò commendarim, vti quicquid omninò homini à Deo prospectum atque promissum est, non soli animæ, verùm & carni scias debitum: vt si non ex consortio generis, certè vel ex priuilegio
CAP. VI. nominis. [54] Persequar itaque propositum, si tamen tantum possim carni vindicare, quantum contulit ille qui eam fecit, iam tunc gloriantem quòd illa pusillitas, limus, in manus Dei, quæcunque sunt, peruenit, satis beatus etsi solummodò contactus. Quid enim si nullo amplius opere, statim figmentum de contactu Dei constitisset? Adeò magna res agebatur, qua ista materia exstruebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus Dei patitur, dum tangitur, dum deceritur, dum deducitur, dum effingitur. [55] Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis adfectione, quæ lineamenta ductabat. Quodcunque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus, quod & li-
Gen.1. mus, & Sermo caro, quod & terra tunc. Sic enim præfatio patris ad filium: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit hominem Deus, id vtique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum, scilicet Christi. Et sermo enim Deus, [56] qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit pariari Deo. Ita limus ille iam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantùm Dei opus erat, sed & pignus. Quò nunc facit, ad infuscandam originem carnis, nomen terræ ventilare, vt sordentis, vt iacentis elementi? cùm etsi alia materia excudendo homini competisset, [57] artificis fastigium recogitari oporteret, qui illam & elegendo dignam iudicasset, & tractando fecisset. [58] Phidiæ manus Iouem Olympium ex ebore molitur, & adoratur: nec iam [59] bestiæ & quidem insulsissimæ dens est, sed summum seculi numen, non quia elephantus, sed quia Phidias tantus: Deus viuus & Deus verus, quamcunque materiæ vilitatem non de sua operatione purgasset, & ab omni infirmitate sanasset? An hoc supererit, vt honestiùs homo Deum, quàm hominem Deus finxerit? Nunc etsi scandalum limus, alia iam res est. Carnem iam teneo, non terram: li-
Gen.3. cet & caro audiat, Terra es, & in terram ibis: origo recensetur, non substantia reuoeatur. Datum est esse aliquid origine generosius, & demutatione fœlicius. Nam & aurum terra, quia de terra: hactenus tamen terra: ex quo aurum, longè alia materia, splendidior atque nobilior [60] de obsoletiore matrice. Ita & Deo licuit carnis aurum, de limi, quibus putas, sordibus excusato censu eliquasse.
CAP. VII. [61] Sed dilutior videatur auctoritas carnis, quia non & ipsam propriè manus diuina tractauit, sicuti limum. Quando in hoc tractauit limum, vt postmodum caro fieret ex limo, carnis vtique negotium gessit. Sed adhuc velim discas, quando & quomodo caro fiorucrit ex limo. [62] Neque enim,
Gen.3. vt quidam volunt, illæ pelliceæ tunicæ, quas Adam & Eua paradisum exuti induerunt, ipsæ erunt carnis

A nis ex limo reformatio; [63] quum aliquantò priùs & Adam, subſtantiæ ſuæ traducem, in fœmina iam carnem recognouerit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea; & ipſa delibatio maſculi in fœminam carne ſuppleta ſit; limo opinor ſupplenda, ſi Adam adhuc limus. Obliteratus igitur & deuoratus eſt limus in carnem. Quando? quum factus eſt homo in animam viuam, de Dei flatu, vapore ſcilicet, idoneo torrere quodammodo limum in aliam qualitatem; quaſi in teſtam, ita in carnem. Sic & figulo licet argillam temperato ignis adflatu in materiam robuſtiorem recorporare, & aliam ex alia fingere ſpeciem, aptiorem priſtina, & ſui iam generis ac nominis. Nam etſi ſcriptum eſt, [64] Nunquid argilla dicet figulo, id eſt, homo Deo? etſi Apoſtolus in teſtaceis ait vaſculis, tamen & argilla homo, quia limus antè, & teſta caro, quia ex limo per adflatus diuini vaporem, quam poſtea pelliceæ tunicæ, id eſt, cutes ſuperductæ veſtierunt. Vſque adeò, ſi detraxeris cutem, nudaueris carnem: Ita quod hodie ſpolium efficitur, ſi detrahatur, hoc fuit indumentum cùm ſuperſtruebatur. [65] Hinc & Apoſtolus circunciſionem, deſpoliationem carnis appellans, tunicam cutem confirmauit. Hæc cùm ita ſint, habes & limum de manu Dei glorioſum, & carnem de afflatu Dei glorioſiorem, quo pariter caro & limi rudimenta depoſuit, & animæ ornamenta ſuſcepit. Non es diligentior Deo, vti tu quidem Scythicas & Indicas gemmas, & rubentis maris grana candentia, non plumbo, non ære, non ferro, [66] neargento quoque obſequeris, ſed electiſſimo & inſuper operoſiſſimo deſcrobes auro: vinis item, & vnguentis pretioſiſſimis quibuſque vaſculorum priùs congruentiam cures: proinde perſpectæ ferroginis gladiis vaginarum adæques dignitatem: Deus verò animæ ſuæ vmbram, ſpiritus ſui auram, oris ſui operam viliſſimo [67] alicui commiſerit capulo, & indignè collocando vtique damnauerit. Collocauit autem an potius inſeruit & immiſcuit carni, tanta quidem concretione, vt incertum haberi poſſit, vtrúmne caro animam, an carnem anima circumferat: vtrúmne animæ caro, [68] an anima appareat carni: ſed etſi magis animam inuehi atque dominari credendum eſt, vt magis Deo proximam, hoc quoque ad gloriam carnis exuberat, quòd proximam Deo & continet, & ipſius dominationis compotem præſtat. Quem enim naturæ vſum, quem mundi fructum, quem elementorum ſaporem, non per carnem anima depaſcitur? quidni? per quam omni inſtrumento ſenſuum fulta eſt, viſu, auditu, guſtu, odoratu, contactu: per quam diuina poteſtate reſperſa eſt, nihil non ſermone perficiens, vel tacitè præmiſſo. Et ſermo enim de organo carnis eſt, Artes per carnem: ſtudia, ingenia, per carnem: opera, negotia, officia, per carnem: atque adeò totum viuere animæ carnis eſt, vt non viuere animæ nil aliud ſit, [69] quàm à carne deuertere. Sic etiam ipſum mori carnis eſt, cuius & viuere. Porrò ſi vniuerſa per carnem ſubiacent animæ, carni quoque ſubiacent. per quod vtaris, cum eo vtaris neceſſe eſt: ita caro dum miniſtra & famula animæ deputatur, conſors & cohæres inuenitur: ſi temporalium, cur non & æternorum? [70] Et hæc quidem velut de publica forma humanæ conditionis in ſuffragium carni procurauerim: videamus nunc de propria etiam Chriſtiani nominis forma, quanta huic ſubſtantiæ friuolæ ac ſordidæ, apud Deum prærogatiua ſit: & ſi ſufficeret illi quòd nulla omninò anima ſalutem poſſit adipiſci, niſi dum eſt in carne, crediderit: adeò caro ſalutis eſt cardo, de qua [71] quum anima Deo allegitur, ipſa eſt quæ efficit, vt anima allegi poſſit. [72] Sed & caro abluitur, vt anima emaculetur. [73] Caro vnguitur, vt anima conſecretur. [74] Caro ſignatur, vt & anima muniatur. [75] Caro manus impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur. [76] Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. [77] Non poſſunt ergo ſeparari in mercede, quas opera coniungit. Nam & ſacrificia Deo grata, conflictationes dico animæ, [78] ieiunia, & feras, & aridas eſcas, [79] & adpendices huius officij ſordes, caro de proprio ſuo incommodo inſtaurat. [80] Virginitas quoque & viduitas, [81] & modeſta in occulto matrimonij diſſimulatio, [82] & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur. Age iam, quid de ea ſentis, quum [83] pro nominis fide in medium extracta, & odio publico expoſita deceritat, quum in carceribus maceratur, teterrimo lucis exilio, penuria mundi, ſqualore, pædore, contumelia victus, ne ſomno quidem libera, quippè ipſis etiam cubilibus vincta, ipſisque ſtramentis lancinata, quum iam & in luce omni tormentorum machinatione laniatur, quum denique ſuppliciis erogatur enſis reddere Chriſto vicem moriendo pro ipſo, & quidem per eandem crucem ſæpè, nedum per atrociora quoque ingenia pœnarum. Næ illa beatiſſima & glorioſiſſima, quæ poteſt apud Chriſtum Dominum parere debito tanto, vt hoc ſolum debeat ei, quod ei debere deſerit: hoc magis vincta, quò abſoluta. [84] Igitur, vt retexam, quam Dèus manibus ſuis ad imaginem Dei ſtruxit, quam de ſuo adflatu ad ſimilitudinem ſuæ viuacitatis animauit: quam incolatui, fructui, dominatui, totius ſuæ operationis præpoſuit: quam de Sacramentis ſuis diſciplíniſque veſtiuit, cuius mundicias amat, cuius caſtigationes probat, cuius paſſiones ſibi adpreciat, hæccine non reſurget totiens Dei? Abſit abſit vt Deus manuum ſuarum operam, ingenij ſui curam, adflatus ſui vaginam, molitionis ſuæ reginam, liberalitatis ſuæ hæredem, religionis ſuæ ſacerdotem, teſtimonij ſui militem, Chriſti ſui ſororem, in æternum deſtituat interitum. Bonum Deum nouimus: [85] ſolum optimum à Chriſto eius addiſcimus, qui dilectionem mandans poſt ſuam in proximum, faciet & ipſe quod præcepit: diliget carnem tot modis ſibi proximam: & ſi infirmam, ſed virtus in infirmitate perficitur: & ſi imbecillam, ſed

Gen. 2. *Iſai. 45.* *Rom. 9.* *2. Cor. 4.* *Coloſſ. 2.* CA. VIII. CAP. IX. *Gen. 2.* *Luc. 18.* *Matth. 22.* *2. Cor. 12.* *Luc. 5.*

1.Cor.12. Luc.19. Ezech.18. ac 33. Deut.32.
[86] medicum non desiderant, nisi malè habentes: & si inhonestam, sed [87] inhonestioribus maiorem circundamus honorem: & si perditam, sed [88] ego, inquit, veni, vt quod periit, saluum faciam: & si pecatricem, sed [89] malo mihi, inquit, salutem peccatoris, quàm mortem: & si damnatam, sed ego, inquit, percutiam, & sanabo. Quid ea exprobras carni, quæ Deum expectant, quæ in Deum sperant, quæ honorantur ab illo, quibus subuenit? Ausim dicere, si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, [90] omnis vis Dei beneficia vacuissent. [91] Tenes scripturas, quibus caro infuscatur? tene etiam quibus inlustratur. Legis tum quando deprimitur? adige oculos, & tum quando releuatur. Omnis caro fœnum, non solum pronuntiauit Eſaias, sed &: [92] Omnis caro videbit salutare Dei. [93] Notatur in Geneſi, dicens Deus: Non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Sed & auditur per Iohelem: Effundam de spiritu meo in omnem carnem. Apostolum quoque ne de vno stylo noris, quo carnem plerumque compungit. Nam etsi negat habitare boni quicquam in carne sua: etsi adfirmat eos qui in carne sint, Deo placere non posse, quia concupiscat aduersus spiritum: etsi qua alia ita ponit, vt carnis non tamen subſtantia, sed actus inhonoretur: dicemus quidem alibi nihil propriè carni exprobrari oportere, nisi in animæ suggillationem, quæ carnem ministerio sibi subigit. Verùm interim & in illis litteris Paulus eſt; [94] quum ſtigmata Christi in corpore suo portat: [95] quum noſtrum vt Dei templum vitiari vetat: quum corpora noſtra, membra Christi facit: [96] quum monet: tollere & magnificare Deum in corpore noſtro. Itaque ſi ignominiæ carnis resurrectionem eius expellunt, cur non dignitates potius inducent? Quoniam Deo magis congruit in salutem redigere, quod reprobarit interdum, quàm in perditionem dedere, quod etiam aliquando probauit. [97] Hucusque de præconio carnis aduersus inimicos, & nihilominus amicissimos eius. Nemo enim tam carnaliter viuit, quàm qui negant carnis resurrectionem. Negantes enim eius pœnam, despiciunt & discíplinam. [98] De quibus luculenter & Paracletus per prophetidem Priscam, Carnes sunt, & carnem oderunt. Quam si tanta auctoritas munit, quanta illi ad meritum salutis patrocinari possit, numquid etiam Dei ipsius potentiam, & potestatem, & licentiam recensere debemus, an tantus sit qui valeat dilapsum & deuoratum, & quibuscunque modis ereptum tabernaculum carnis reædificare, atque restituere? an & aliqua nobis exempla huius sui iuris in publico naturæ promulgarit, ne qui fortè adhuc sciant Deum nosse, qui non alia lege credendus est, quàm vt omnia posse credatur? Planè apud Philosophos habes, qui mundum hunc innatum infectúmque defendant: sed multò melius quòd omnes ferè hæreſes natum & factum mundum annuentes, conditionem Deo noſtro adscribunt. Igitur confide illum totum hoc ex nihilo protulisse, & Deum noſti fidendo quòd tantum Deus valeat. Nam & quidam infirmiores, hoc prius credere de materia potius subiacenti volunt ab illo vniuersitatem dedicatam secundum Philosophos. Porrò, etsi ita in vero haberetur, quum tamen longè alias subſtantias, longéque alias species ex reformatione materiæ diceretur protulisse, quàm fuisset ipsa materia, non minus defenderem ex nihilo eum protulisse, si ea prótulerat, quæ omninò non fuerant. Quo enim interest ex nihilo proferri, an ex aliquo, dum quod non fuit, fiat? quando etiam non fuisse, nihil sit fuisse. Sic & fuisse econtrariò, nonnihil eſt fuisse. Nunc etsi interest, tamen [99] vtrumque mihi adplaudit. Siue enim ex nihilo Deus molitus eſt cuncta, poterit & carnem in nihilum producta exprimere de nihilo. Siue de materia modulatus eſt alia, poterit & carnem quocunque dehausta cuocare de alio. Et vtique idoneus eſt reficere, qui fecit: quanto plus eſt fecisse, quàm refecisse: initium dedisse, quàm reddidisse. Ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione. [100] Aſpice nunc ad ipſa quoque exempla diuinæ potestatis. Dies moritur in noctem, & tenebris vſquequaque sepelitur. Funeſtatur mundi honor, omnis subſtantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta: [101] vbique iustitium eſt, quies rerum. Ita lux amissa lugetur. Et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra & tota vniuerſo orbi reuiuiſcit, interficiens mortem suam noctem, rescindens sepulturam suam tenebras, hæres sibimet existens, donec & nox reuiuiſcat cum suo & illa suggestu. Redaccenduntur enim & ſtellarum radij, quos matutina succenſio extinxerat. Reducuntur & sidera absentiæ, quas temporalis distinctio exemerat. Redornantur & ſpecula lunæ, quæ menſtruus numerus adtriuerat. Reuoluuntur hyemes & æſtates, & [102] verna, & autumna, cum suis viribus, moribus, fructibus. Quippè etiam terræ de cœlo diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ abſumpta sint semina: nec priùs exhibere, quàm abſumpta. Mira ratio: defraudatrice seruatrix: vt reddat, intercipit: vt custodiat, perdit: vt integret, vitiat: vt etiam ampliet, priùs decoquit. Siquidem vberiora & cultiora reſtituit quàm exterminauit. Re vera fœnore interitu, & iniuria vſura, & lucro damno ſemel dixerim vniuerſa conditio recidiua eſt. Quodcunque conueneris, fuit: quodcunque amiſeris, nihil non iterum eſt. Omnia in ſtatum redeunt, quum abſcesserint: omnia incipiunt, quum deſierint. Ideò ſiniuntur: vt fiant. Nihil deperit, nisi in salutem. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, teſtatio eſt resurrectionis mortuorum. Operibus eam præscripsit Deus antè, quàm litteris: viribus prædicauit antè, quàm vocibus. Præmisit tibi naturam magiſtram, submiſſurus & Prophetiam, quo facilius credas Prophetiæ, diſcipulus naturæ: quò ſtatim admittas, quum audieris, quod vbique iam videris: nec dubites

Cap. x. Iſai.40. Ibidem. Gen.6. Ioel 2. Rom.8. Gal.5. Gal.6. 1.Cor 3. Cap. xi. Cap.xii.

Deum

A Deum carnis etiam resuscitatorem, quem omnium noris restitutorem. Et vtique si omnia homini resurgunt, cui procurata sunt, porrò non homini, nisi & carni, quale est vt ipsa depereat in totum, propter quam & cui nihil deperit? [[103] Si parum vniuersitas resurrectionem signrat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam mori quàm desinere dicantur, nec redanimari, sed reformari existimentur, accipe plenissimum atque firmissimum huius spei specimen. Siquidem animalis est res & vitæ obnoxia & morti, [104] illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum lubenter funerans renouat, natali fine decedens atque succedens iterum Phœnix. [105] Vbi iam nemo, iterum ipse: quia non iam, alius idem. Quid expressius atque signatius in hanc causam, aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam scripturis suis: [106] Et florebit enim, inquit, velut phœnix, id est, de morte, de funere: vti credas, de ignibus quoque subsistantiam corporis exigi posse. [107] Multis passeribus antistare nos Dominus pronuntiauit: si non & phœnicibus, nihil magnum: sed homines semel interibunt, auibus Arabiæ de resurrectione securis. [[108] Talia interim diuinarum virium liniamenta, non minus parabolis operato Deo, quàm locuto, veniamus & ad ipsa edicta atque decreta eius, quo quum maximè diuisionem istam materiæ ordinamus. Exorsi enim sumus ab auctoritate carnis, an ea sit cui dilapsæ salus competat: dehinc prosecuti de potentia Dei, an tanta sit quæ salutem conferre dilapsæ rei soleat: nunc si probauimus vtrunque, velim etiam de causa requiras: an sit aliqua tam digna quæ resurrectionem carnis necessariam, & rationi certè omni modo debitam vindicet: quia subest discere, etsi caro capax restitui, etsi diuinitatis idonea restituendi, sed causa restitutionis præsselle debebit. Accipe igitur & causam, qui apud Deum meum discis tam optimum, quàm & iustum: de suo optimum, de nostro iustum. Nisi enim homo deliquisset, optimum solummodò Deum nosset, ex naturæ proprietate, ar nunc etiam iustum eum patitur, ex causæ suæ necessitate: tamen & hoc ipso optimum, dum & iustum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo, iustitiam exhibens, vtranque sententiam bono præstat: hinc vindicans si tud, inde remunerans illud. [109] Sed CVM MARCIONE PLENIVS DISCES, an hoc sit Dei totum. Interim talis est noster, meritò iudex, quia Dominus: meritò Dominus, quia auctor: meritò auctor, quia Deus. Hinc & ille, nescio quis, hæreticorum: Meritò non iudex, non enim Deus. Meritò non Dominus, non enim auctor. [110] nescio iam si Deus, qui nec auctor quòd Deus, nec Dominus quod auctor. Igitur si Deo & Domino & auctori congruentissimum est, iudicium in hominem destinare, de hoc ipso an Dominum & auctorem suum agnoscere & obseruare curarit: an non id quoque iudicium resurrectio expunget? Hæc erit tota causa, immò necessitas resurrectionis, [111] congruentissima scilicet Deo destinatio iudicij: de cuius dispositione dispicias, an vtrique substantiæ humanæ dijudicandæ censura diuina præsideat, tam animæ quàm & carni. Quod enim eò gruet iudicari, hoc competet etiam resuscitari. Dicimus plenum primò perfectúmque credendum iudicium Dei, vt vltimum iam atque exinde perpetuum: vt sic quoque iustum, dum non in aliquo minus: vt sic quoque Deo dignum, dum pro tanta eius patientia, plenum atque perfectum: itaque perfectam plenitudinem perfectionémque iudicij, non nisi [112] de totius hominis repræsentatione constare: Totum porrò hominem ex vtriusque substantiæ concretione parere: idcircóque in vtraque exhibendum, quem totum oporteat iudicari: qui nisi totus, vtique non vixerit: Qualis ergo vixerit, talem iudicari: quia de eo quod vixerit, habeat iudicari. Vita est enim causa iudicij: per tot substantias dispungeda, per quot & functa est. [[113] Age iam, scindant aduersarij nostri carnis animæque contextum, prius in vitæ administratione, vt ita audeant scindere illud etiam [114] in vitæ remuneratione. [115] Negent operarum societatem, vt meritò possint etiam mercedem negare. Non sit particeps in sententia caro, si nō fuerit & in causa. Sola anima reuocetur, si sola decedit. At enim non magis sola decedit, [116] quàm sola decucurrit illud vnde decedit: vitam hanc dico. Adeò autem non sola anima transigit vitam, vt nec cogitatus, licet solos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. Hanc denique carnis speciem, [117] arcem animæ, etiam Dominus in suggillatione cogitatuum taxat. Quid cogitatis in cordibus vestris nequam? Et, [118] Qui conspexerit mulierem ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. Adeò & sine opere & sine effectu, cogitatus, carnis est actus. Sed etsi in cerebro, vel in medio superciliorum discrimine, vel vbi vbi Philosophis placet, principalitas sensuum conseerata est, quod Hegemonicon appellatur, caro erit omne animæ cogitatorium. Nunquam anima sine carne est, quandiu in carne est. Nihil non cum illa agit, sine qua non est. Quæreadhuc an cogitatus quoque per carnem administrentur, qui per carnem dinoscuntur extrinsecus. Volutet aliquid anima, vultus operatur indicium: facies intentionum omnium speculum est. Negent factorum societatem, cui negare nō possunt cogitatorum. Et illi quidem delinquentias carnis enumerant: ergo peccatrix tenebitur supplicio. Nos verò etiam virtutes carnis opponimus: ergo & bene operata tenebitur præmio. Et si anima est, quæ agit & impellit in omnia, carnis obsequium est: Deum non licet aut iniustum iudicem credi, aut inertem: iniustum, si sociam bonorum operum à præmijs arceat, inertem, si sociam malorum à supplicijs seeernat: quum humana censura eo perfectior habeatur, quo etiam ministros facti cuiusque deposcit nec parcens, nec inuidens illis, quò minus cum auctoribus, aut pœnæ, aut gratiæ communicent fructum. [[119] Sed quum imperium animæ, obsequium carni distribuimus, prospiciendum est, ne & hoc alia ar-

B

C

C. XIII.

Psal. 91.

Matth. 10.

C. XIIII.

CAP. XV.

Matth. 9.

Matth. 5.

C. XVI.

gumentatione subuertant, vt velint carnem sic in officio animæ collocare, non quasi ministram; ne ex D
hoc sociam cogantur agnoscere. Dicent enim ministros & socios habere arbitrium ministrandi atque
sociandi, & potestatem suæ voluntatis in vtrunque, homines scilicet & ipsos: [110] idcircò cum auctoribus merita communicare, quibus operam sponte accommodant. Carnem autem nihil sapientem, nihil sentientem per semetipsam, non velle, non nolle de suo habentem, vice potius vasculi apparere animæ, vt instrumentum, non vt ministerii. Itaq; animæ solius iudicium præsidere, qualiter vsa sit vasculo carnis: vasculum verò ipsum nō esse sententię obnoxiū: quia nec calicē damnari, siquis eum veneno teperarit: nec gladiū ad bestias pronuntiari, siquis eo latrocinium fuerit operatus. Iam ergo innocens caro, ex parte qua non reputabuntur illi operæ malæ: & nihil prolibet innocentiæ nomine saluam eam fieri. Licet enim nec bonæ operæ reputentur illi, sicut nec malæ; diuinæ tamen benignitati magis competit innocentes liberare: beneficis enim debet. Optimi est autem etiam quod non debetur offerre. Et tamen calicem, [111] non dico venenarium, in quem mors aliqua ructarit, sed fricticis, [112] vel archigalli, [113] vel gladiatoris, aut carnificis spiritu infectum, quæro an minus damnes, quàm oscula ipsorum? nostris quoque sordibus nubilum, vel nō pro animo temperatum, elidere solemus, quo magis puero irascamur, gladium verò latrocinijs ebrium quis non à domo tota, nedum à cubiculo, nedum à capitis sui officio relegarit: præsumens scilicet, nihil aliud se quàm [114] inludia animarum somniaturum, vrguentium & inquietantium sanguinis sui concubinum? At enim & calix benè sibi conscius, & de diligentia ministerij commendatus, [115] de coronis quoque potatoris sui inorabitur, aut aspergine florum honorabitur: & gladius benè de bello cruentus, & melior homicida, [116] laudem suam consecratione pensabit. Est ergo & in vascula & in instrumenta sententiam figere, vt dominorum & auctorum meritis & E
ipsa communicent? vt huic quoque argumentationi satis fecerim, licet ab exemplo vacet diuersitas rerum. Omne enim vas vel instrumentum aliunde in vsus venit, extranea omninò materia à subsstantia hominis. Caro autem ab exordio vteri consata, conformata, congenita animæ, etiam in omni operaI. *Thess.* 4. tione miscetur illi. [117] Nam etsi vas vocatur apud Apostolum, quam iubet in honore tractari, eadem tamen ab eodem homo exterior appellatur: ille scilicet limus, qui prior titulo hominis incisus est, non calicis, aut gladij, aut vasculi vllius. [118] Vas enim capacitatis nomine dicta est, quà animam capit & cōtinet: homo verò de communione naturæ, quæ eam non iustrumentum in operationibus præstat, sed ministerium. Ita & ministerium tenebitur iudicio, etsi de suo nihil sapiat: quia portio est eius, quæ sapit non supellex. Hoc & Apostolus sciens, nihil carnem agere per semetipsam, quod non animæ deputetur, nihilominus peccaticem iudicat carnem: ne eo quod ab anima videtur impelli, iudicio liberata
I. *Cor.* 19. credatur. Sic & cùm aliquas laudis operas carni indicit, Glorificate, inquit, & tollite Deum in corpore vestro, certus & hos conatus ab anima agi, idcircò tamen & carni eos mandat, quia & illi fructum repromittit. Alioquin nec exprobratio competiret [119] in alienam culpæ, nec adhortatio in extraneam gloriæ: & exprobratio enim, & exhortatio vacarent erga carnem, si vacaret & merces, quæ in resurreC. XVII. ctione captatur. [120] Simplicior quisque fautor sententiæ nostræ putabit, carnem etiam idcirco repræsentandam esse iudicio: quia aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerij: vtpotè incorporalis; hoc enim vulgus existimat. Nos autem ANIMAM corporalem, & hîc profitemur, & in SVO VOLVMINE PROBAMVS, habentem proprium genus [121] substātiæ, soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. Nam & nunc animas torqueri, fouerique penes inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probauit Lazari exemplum. [122] Dedimigitur aduersario dicere: Ergo quæ habet corpulen- F
tiam propriam, de suo sufficiet ad facultatem passionis & sensus, vt non egeat repræsentatione carnis: Immò eatenus egebit, non quà sentire quid sine carne non possit, sed quà necesse est illam etiam cum carne sentire. Quantum enim ad agendum de suo sufficit, tantum & ad patiendum. Ad agendum autem minus de suo sufficit. Habet enim de suo solummodò cogitare, velle, cupere, disponere: ad perficiendum autem operam carnis expectat. Sic itaque & ad patiendum societatem carnis expostulat, vt tam plenè per eam pati possit, quàm sine ea plenè agere non potuit. Et idcò in quæ de suo sufficit, [123] eorum interim sententiam pendit, concupiscentiæ, & cogitatus, & voluntatis. Porrò si hæc satis essent ad plenitudinem meritorum, vt non requirerentur & facta, sufficeret in totum anima ad perfectionem iudicij, de his iudicanda, in quæ agenda sola suffecerat. Quum verò etiam facta deuincta sint meritis, facta autem per carnem administrentur, iam non sufficit animam sine carne foueri, siue cruciari, pro operibus etiam carnis, etsi habet corpus, etsi habet membra, quæ proindeilli non sufficiunt ad sentiendum plenè, quemadmodum nec ad agendum perfectè. Idcircò pro quoquo modo egit, pro eo & patitur apud inferos, prior degustans iudicium, sicut prior induxit admissum: expectans tamen & carnem, vt per illam etiam facta compenset, cui cogitata mandauit. Denique hæc erit ratio in vltimum finem destinati iudicij, vt exhibitione carnis omnis diuina censura perfici possit. Alioquin non sustineretur in finem,
C. XVIII. quod & nunc animæ decerpunt apud inferos, si solis animabus destinaretur. [124] Hucusque præstructionibus egerim ad muniendos sensus omnium scripturarum, quæ carnis recidiuatum pollicentur. [125] Cui quum tot auctoritates iustorum patrociniorum procurent, honores dico substantiæ ipsius, tum vires Dei, tum exempla earum, tum rationes iudicij & necessitates ipsius: vtique secundum præiudicia tot auctoritatum, scripturas intellegi oportebit, non secundum ingenia hæreticorum, de sola incredulitate

A litate venientia : quia incredibile habeatur restitui substantiam interitu subductam, non quia aut substantiæ ipsi ineneribile sit, aut Deo impossibile, aut iudicio inhabile: planè incredibile, si nec prædicatum diuinitùs fuerit: nisi quòd etsi prædicatum id à Deo nõ fuisset, vltrò præsumi debuisset, vt propterea non prædicatum, quia tot auctoritatibus præiudicatum. At cùm diuinis quoque vocibus personat, tanto abest vt aliter intellegatur quàm desiderant illa, à quibus etiam sine diuinis vocibus persuadetur. Videamus igitur hoc primum, [17] quonam titulo spes ista perscripta sit. Vnum opinor apud omnes edictum Dei pendet, resurrectio mortuorum. Duo verba expedita, decisa, detersa: ipsa conueniam, ipsa discutiam, cui se substantiæ addicant. Quum audio resurrectionem homini imminere, quæram necesse est quid eius cadere sortitum sit. Siquidem nihil resurgere expectabit, nisi quod antè succiderit. Qui ignorat carnem cadere per mortem, potest eam nec stantem nosse per vitam. Sententiam Dei, natura pronuntiat: Terra es, & in terram ibis. Et qui non audiuit, videt. Nulla mors non ruina membrorum est. Hanc corporis sortem Dominus quoque expressit, quum ipsa substantia indutus: [18] Diruite, inquit, templum istud, & ego illud triduo resuscitabo. Ostendit enim cuius sit dirui, cuius elidi, cuius iacere, cius & releuari, & resuscitari: quanquam & animam circumferret, trepidantem vsque ad mortem, sed non cadentem per mortem. Quia & scriptura, de corpore inquit suo dixerat. Atque adeò caro est, quæ morte subruitur, vt exinde à cadendo cadauer renuntietur. Anima porrò nec vocabulo cadit, quia nec habitu ruit. Atquin ipsa est quæ ruinam corpori infert, quum efflata est: sicut ipsa est, quæ illud de terra suscitabit ingressa. Non potest cadere, quæ suscitabit ingressa. Non potest ruere, quæ elidit egressa. Artiùs dicam, ne in somnum quidem cadit anima cum corpore, ne tum quidem sternitur cum carne; et-

B enim agitatur in somnis & iactitatur; quiescret autẽ si iaceret, & iaceret si caderet. Ita nec in veritatem mortis cadit, quæ nec in imaginem eius ruit. Sequens nunc vocabulum mortuorum æquè dispice cui substantiæ insidat: quanquam in hac materia admittamus, interdum mortalitatem animæ assignari ab hæreticis: vt si anima mortalis resurrectionem consecutura est, præiudiciũ sit & carni non minus mortali resurrectionem communicaturæ. Sed nunc proprietas vocabuli vindicanda est fuæ sorti. Iam quidem eo ipso quòd resurrectio caducæ rei est, id est carnis, eadem erit & in nomine mortui: quia caducæ rei est resurrectio, quæ dicitur mortuorum. Sic & per Abraham patrem fidei, diuinæ familiaritatis virum discimus. [19] Postulans enim Saræ humandæ locum de filijs Chet: Date ergo, inquit, mihi possessionem sepulcri vobiscum, & humabo mortuam meam, carnem scilicet. Neque enim animæ humandæ spatium desideraret, etsi anima mortalis crederetur, etsi mortuus dici mereretur. Quòd si mortuus corpus est, corporum erit resurrectio, quum dicitur mortuorum. [[20] Et hæc itaque dispectio tituli, C. xix.
& præconijs ipsius, fidem vtique defendens vocabulorum, illuc proficere debebit, vt si quid pars diuersa turbat obtentu figurarum & ænigmatum manifestiora quæque præualeant, & de incertis certiora præscribant. Nacti enim quidam solennissimam eloquij prophetici formam, allegorici & figurati plerunque, non tamen semper, resurrectionem quoque mortuorum manifestè annuntiatam, in imaginariam significationem distorquent, assueurantes ipsam etiam mortem spiritaliter intelligendam. Non enim hanc esse in vero, quæ sit in medio, [21] discidium carnis atque animæ, sed ignorantiam Dei, per quam homo mortuus Deo non minus in errore iacuerit quàm in sepulcro. [22] Itaque & resurrectio- *Rom.6.*
nem eam vindicandam, qua quis adita veritate redanimatus & reuiuificatus Deo, ignorantiæ morte discussa, velut de sepulcro veteris hominis eruperit: quia & [23] Dominus Scribas & Pharisæos sepul- *Matth. 23.*
C cris dealbatis adæquauerit. Exinde ergo resurrectionem fide consecutos cum Domino esse, quum eum in baptismate induerint. Hoc denique ingenio etiam in colloquijs sæpè nostros decipete consueuerunt: quasi & ipsi resurrectionem carnis admittant, Væ, inquiunt, qui non in hac carne resurrexerit: ne statim illos percutiant, si resurrectionem statim abnuerint. Tacitè autem secundum conscientiam suam hoc sentiunt: Væ qui non, dum in hac carne est, cognouerit [24] arcana hæretica: hoc est enim apud illos resurrectio. Sed & plerique ab excessu animæ resurrectionem vindicantes, de sepulcro exire, de seculo euadere interpretantur, quia & seculum mortuorum sit habitaculum, id est, ignorantium Deum: Vel etiam de ipso corpore, quia & corpus vice sepulcri concludam animam, in seculario vitæ morte detineat. [[25] Ob huiusmodi igitur coniecturas primam præstructionem eorum depellam, qua volunt Cap. xx.
omnia Prophetas per imagines concionatos: quando si ita esset, ne ipsæ quidem imagines distingui potuissent, si non & veritates prædicatæ fuissent, ex quibus imagines deliniarentur. [26] Atque adeò si omnia figuræ, quid erit illud cuius figuræ? quomodo speculum obtendes, si nusquam est facies? Adeò autem non omnia imagines, sed & veritates: nec omnia vmbræ, sed & corpora: vt in ipsum quoque Dominum insigniora quęque luce clariùs prędicarentur. Nam & virgo concepit in vtero, non figuratè; & peperit Emmanuelem, [27] nobiscum Deum Iesum, non obliquè: [28] Et si obliquè; Accepturum *Isai. 7.*
virtutem Damasci & spolia Samariæ; [29] sed manifestè: Venturum in iudicium cum Presbyteris & *Isai. 8.*
Archontibus populi. Nam & tumultuatę sunt gentes in persona Pilati, & populi meditati sunt inania, *Isai. 3.*
in persona Israëlis. Astiterunt reges terrę, Herodes: & Archontes congregati sunt in vnum, Annas & *Psal. 2.*
Caiphas aduersus Dominũ & aduersus Christum eius. [30] Qui & tanquam ouis ad victimam adductus *Isai. 53.*
est; & tanquam agnus ante tondentem, scilicet Herodem, sine voce, sic non aperuit os suum: [31] dor- *Luc. 23.*
sum suum ponens ad flagella, & maxillas ad palmas, & faciem non auertens à fœditate sputaminum: *Isai. 50.*
Isai. 53.

Gen. 3.

Ioan. 2.

Matth. 26.

Gen. 23.

deputatus etiam inter iniquos, [154] perfossus manus & pedes: sortem passus in vestimento, [155] & potus D
Psal. 68. amaros, [156] & capitum irridentium nutus, [157] triginta argenteis adpreciatus à proditore. Quæ hic figu-
Psal. 21. ræ apud Esaiam? quæ imagines apud Dauid? quæ ænigmata apud Hieremiam? ne virtutes quidem eius
Hier. 32. per parabolas profatos. Aut nunquid nec oculi patefacti sunt cæcorum, [158] nec inclaruit lingua muto-
Matth. 27. rum, [159] nec manus aridæ & genua dissoluta reualuerunt, nec claudi salierunt vt ceruus: quæ etsi ipsi spi-
Isai. 35. & Matth. 11. & 15. ritaliter quoque interpretari solemus secundum comparationem animalium vitiorum à Domino re-
mediatorum, quum tamen & carnaliter adimpleta sunt, ostendunt Prophetas in vtramque speciem
Isai. 23. & 19. 4c 13. et 21. & 24. Ose. ad 32. prædicasse, saluo eo quò plures voces eorum nudæ & simplices, & ab omni allegoriæ nubilo puræ de-
fendi possint: [160] vt quum exitus gentium & vrbium resonant, Tyri & Ægypti, & Babylonis, & Idu-
mææ, & Carthaginiensium nauium: [161] vt quum ipsius Israëlis plagas, aut venias, captiuitates, restitu-
tiones, vltimæque dispersionis exitum perorant. Quis hæc interpretabitur magis quàm recognoscet? res in litteris tenentur, vt litteræ in rebus legantur. Ita non semper, nec in omnibus allegorica forma est
Ca. xxi. Prophetici eloquij, sed interdum & in quibusdam. [162] Si ergo interdum & in quibusdam, inquis, cur non & in edicto resurrectionis spiritaliter intelligendæ quoniam quidem plurima ratio interedit. Primò enim quid facient tot ac talia instrumenta diuina, ita apertè corporalem contestantia resurrectionem, vt nullam admittant figuratæ significantiæ suspicionem? Et vtique æquum sit, quod & suprà demandauimus, incerta de certis, & obscura de manifestis præiudicari: vel ne inter dissordiam certorum & incertorum, manifestorum & obscurorum, fides dissipetur, veritas pericliteretur, ipsa diuinitas vt inconstans denotetur: [163] Tum quod verisimile non est, vt ea (species sacramenti, in quam fides tota
committitur, in quam disciplina tota connititur, ambiguè annuntiata, & obscurè proposita videatur: E
quando spes resurrectionis nisi manifesta de periculo & præmio, neminem ad eiusmodi præsertim religionem publico odio & hostili elogio obnoxiam persuaderet. Nullum opus certum, est mercedis incertæ. Nullus timor iustus, est periculi dubij. Et merces autem & periculum, in resurrectionis pendet
Isai. locis citatis. cuentu. [164] Sed etsi tẽporalia & localia & personalia Dei decreta atque iudicia in vrbes & gentes, & reges, tã aperta Prophetia iaculata est, quale est, vt æternæ dispositiones eius & vniuersales in omne hominum genus lucem sui fugerint: quæ quanto maiora, tanto clariora esse deberent, vt maiora crederentur? [165] Et puto Deo nec liuorem nec dolum, nec inconstantiam, nec lenocinium asscribi posse, per
C. xxii. quæ ferè promulgatio maiorum cauillatur. [166] Post hæc adillas etiam scripturas respiciendum est, quæ non sinunt resurrectionem secundum animales istos, ne dixerim spirituales, aut hic iam in veritatis agnitione præsumi, aut ab excessu statim vitæ vindicari. Quum enim & tempora totius spei fixa sint sacrosancto stylo, nec liceat eam antè constitui, [167] quàm in aduentum (opinor) Christi, vota nostra susSophon. 1. pirant in seculi huius occasum, in tranfitum mundi quoque [168] ad diem Domini magnum; diem iræ &
Isai. 61. retributionis; diem vltimum; & occultum, nec vlli præter quàm patri notum; & tamen signis atque
Iob. 19. Matth. 24. portentis, & concussionibus elementorum, & conflictationibus nationum prænotatum. Euoluerem
Luc. 21. Prophetias, si Dominus ipse tacuisset, nisi quòd & Prophetiæ vox erant Domini: sed plus est quòd illas
suo ore confignat. [169] Interrogatus à discipulis quando euentura essent, quæ interim de templi exitu
eruperant, ordinem temporum primò Iudaicorum vsque ad excidium Ierusalem, dehinc communium
vsque ad conclusionem seculi [170] dirigit. Nam posteaquàm edixit, [171] & tunc erit Ierusalem concul-
catui nationibus, donec adimpleantur tempora nationum allegandarum scilicet à Deo, & congregan-
darum eum reliquijs Israelis: inde iam in orbem & in seculum prædicat [172] secundum Ioëlem & Da- F
Ioel. 2. nielem [173] & vniuersum concilium Prophetarum, futura signa in sole & in luna & in stellis, [174] conclu-
Dan. 7. Abac. 3. sionem nationum, cum stupore sonitus maris, [175] & motus refrigescentium hominum, præmetu & ex-
Isai. 13. pectatione eorum, quæ imminean orbi terræ. Virtutes enim, inquit, cœlorum commouebuntur, & tũc
Ezech. 32. videbunt filium hominis venientem in nubibus cum plurimo potentatu & gloria. Vbi autem cœpe-
Matth. 21. rint ista fieri, emergetis & eleuabitis capita vestra, quòd redemptio vestra adpropinquarit. Et tamen
adpropinquare eam dixit, non adesse iam: & quum cœperint ista fieri, non quum facta fuerint: quia
quum facta fuerint, tunc aderit redemptio nostra, quę cò vsque adpropinquare dicitur: erigens inte-
Matth. 24. rim & excitans animos ad proximum iam spei fructum. Cuius etiam parabola subtexitur [174] tenere-
scentium arborum in caulem floris, & dehinc florem frugis antecurforem: Ita & vos quum videritis
omnia ista fieri, scitote in proximo esse regnum Dei. Vigilate ergo omni tempore, [175] vt digni habeamini effugere omnia ista, & steris ante filium hominis: vtique per resurrectionem omnibus antè transactis. Ita etsi in agnitione sacramenti fruticat, sed in Domini repræsentatione floresceit atque frugescit.
Isai. 2. Quis ergo Dominum tam intempestiuè, tam acerbè excitauit iam ad dexteram Dei, [176] ad confir-
Psal. 109. gendam terram secundum Esaiam, quę puto adhuc integra est? Quis inimicos Christi iam subiecit pedibus eius secundum Dauid, quasi velocior patre, omni adhuc popularium cœtu clamante, [177] Chri-
stianos ad leonem? Quis cœlo descendentem Iesum talem conspexit, qualem ascendentem Apostoli
Act. 4. viderant, [178] secundum angelorum constitutum? [179] Nulla ad hodiernum tribus ad tribum pectora
Zach. 12. Mal. 4. Apoc. 18. cæciderunt, agnoscentes quem pupugerunt. Nemo adhuc excepit Heliam: [180] nemo adhuc fugit Antichristum; nemo adhuc Babylonis exitum fleuit; & est tam qui resurrexerit nisi hæreticus? [181] Exijt planè iam de corporis sepulcro etiam nunc febribus & hulceribus obnoxius, & conculcauit iam inimicos, etiam

A cos, etiam nunc luctari habens cum mundi potentibus. Et vtique iam regnat, etiam nunc Cæsari quæ sunt Cæsaris debens. [151] Docet quidem Apostolus Colossensibus scribens, mortuos fuisse nos aliquando alienatos & inimicos sensus Domini, quum in operibus pessimis agebamus; [152] dehinc consepultos Christo in baptismate, & consuscitatos in eo per fidem efficaciæ Dei, qui illum suscitarit à mortuis. Et vos quum mortui essetis in delictis & præputiatione carnis vestræ, viuificauit cum eo, donatis vobis omnibus delictis. Et rursus: [154] Si cum Christo mortui estis ab elementis mundi, quomodo quasi quidam viuentes in mundo sententiam fertis? Sed quum ita nos mortuos faciat spiritaliter, vt tamen & corporaliter quandoque morituros agnoscat, vtique & resuscitatos proinde spiritaliter deputans, æque non negat etiam corporaliter resurecturos. [155] Denique : Si resurrexistis, inquit, cum Christo, ea quæ sursum sunt quærite, vbi est Christus in dextera Dei residens: ea quæ sursum sunt sapite, non quæ deorsum. Ita animo ostendit resurgere, quo solo adhuc possumus cœlestia attingere: quæ non quæreremus, nec saperemus, si possideremus. Subijcit etiam: Mortui enim estis, scilicet delictis non vobis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Nondum ergo apprehensa est, quæ abscondita est. Sic & Ioannes: Et nondum ait manifestatum est, quid futuri simus. [156] Scimus quia si manifestauerit, similes eius erimus. Tanto abest vt simus iam quod nescimus: vtique sciturisiam esse mus. Adeò contemplatio est spei in hoc spatio per fidem, non repræsentatio: nec possessio, sed expectatio. De qua spe & expectatione Paulus ad Galatas: Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus: non ait tenemus. Iustitiæ autem Dei dicit ex iudicio quo iudicabimur de merecde. Ad quam pendens & ipse, quum Philippensibus scribit, [157] Si quâ, inquit, concurram in resurrectionem quæ est à mortuis, non quia iam accepi aut consummatus sum. Et vtique crediderat, & omnia sacramenta cognouerat, vas electionis, doctor Nationum, & tamen adijcit: Persequor autem si adprehendam in quo sum adprehensus à Christo. Eo amplius: ego me, fratres, non puto adprehendisse, vnum planè, oblitus posteriorum [158] in priora me extendens, secundum scopum persequor ad palmam incriminationis per quam concurrerem: vtique in resuscitationem à mortuis. suo tamen tempore: sicut ad Galatas: Benè autem facientes ne tædeat: tempore enim suo metemur. Sicut & ad Timotheum de Onesiphoro: [159] Det illi Dominus inuenire misericordiam in illo die. In quem diem ac tempus & ipsi præcipit [160] custodire mandatum immaculatum, in reprehensibile, in apparentiam Domini Iesu Christi, quam suis temporibus ostendet, beatus & solus potentator, & rex regnantium, & dominus dominantium, de Deo dicens. De quibus temporibus & Petrus in Actis: [161] Pœniteat itaque vos, & resipiscite ad abolenda delicta vestra, vt tempora vobis superueniant refrigerij ex persona Dei, & mittat prædesignatum vobis Christum, quem oportet accipere cœlos adusque tempora exhibitionis omnium, quæ locutus est Deus, ore sanctorum Prophetarum. [[162] Quæ hæc tempora, cum Thessalonicensibus disce. Legimus enim, [163] qualiter conuersi fitis ab idolis, ad seruiendum viuo & vero Deo, & expectandum è cœlis filium eius, quem suscitauit ex mortuis, Iesum. Et rursus: Quę enim spes nostra vel gaudium vel exultationis corona, [164] quàm & vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu ipsius? [165] Item: Coram Deo & patre nostro in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum vniuersis sanctis eius. [166] De quorum dormitione minus mœrenda docens, simul & tempora resurrectionis exponit, dicens: Si enim credimus quòd Iesus mortuus sit & resurrexerit, sic & Deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum ipso. Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini, quòd nos qui viuimus, qui remanemus in aduentum Domini nostri, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu &
C in voce archangeli & tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo primi resurgent; deinde nos qui viuimus, simul cum illis tollemur in nubibus obuiam Domino in aërem, & ita semper cum Domino erimus. Quæ vox archangeli, quæ tuba Dei audita iam, nisi fortè in cubiculis hæreticorum? Nam etsi tuba Dei Euangelicus sermo dici potest, qui illos iam vocaret, sed aut mortui erunt iam corporaliter, [167] vt resurrexerint, & quomodo viuunt? aut in nubes erepti, & quomodo hic sunt? miserrimi reuera, vt Apostolus pronuntiauit, [168] qui in ista tantùm vita sperantes habebuntur, excludendi, dum præripiunt quod post illam repromittitur, [169] frustrati circa veritatem, non minus quàm Phygellus & Hermogenes. Et ideò maiestas spiritus sancti perspicax eiusmodi sensuum, & in ipsa ad Thessalonicenses Epistola suggerit: [200] De temporibus autem & temporum spatijs, fratres, non est necessitas scribendi vobis. Ipsi enim certissimè scitis quòd dies Domini quasi fur nocte ita adueniat. Quum dicent, pax & tuta sunt omnia, tunc illis repentinus insistet interitus. Et in secunda, pleniore sollicitudine ad eosdem: [201] Obsecro autem vos fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & congregationem nostram ad illum, ne citò commoueamini animo, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam scilicet pseudoprophetarum, neque per epistolam scilicet pseudapostolorum, ac si per nostram, quasi insistat dies Domini. Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi veniat abscessio primò, huius vtique regni, & reueletur delinquentiæ homo, id est Antichristus, filius perditionis, quia aduersatur & superextollitur in omne quod Deus dicitur, vel religio, vti sedeat in templo Dei, adfirmans Deum se. Nónne meministis quòd cùm apud vos essem, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ad reuelandum eum in suo tempore. Iam enim arcanum iniquitatis agitatur, tantùm qui nunc tenet teneat, donec de medio fiat: [202] quis? nisi Roma-

Ephes. 6. *Matth. 22.* C. XXIII. *Coloss. 2.* *Ibidem.* *Coloss. 3.* *Ioan. 3.* *Gal. 5.* *Philip. 3.* *Act. 9.* *Philip. 3.* *Gal. 6.* *2. Timot. 1.* *1. Timot. 6.* *Act. 3.* XXIII. *1. Thess. 5.* *1. Thess. 1.* *1. Thess. 2.* *1. Thess. 3.* *1. Thess. 4.* *1. Cor. 15.* *2. Tim. 1.* *ac 2.* *1. Thess. 5.* *2. Thess. 2.*

nus ſtatus , cuius abſceſſio in decem reges diſperſa Antichriſtum ſuperducet , & tunc reuelabitur iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit apparentia aduentus ſui. Cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ in omni virtute & ſignis atque portentis mendacij, & in omni ſeductione iniuſtitiæ eis qui pereunt. [203] Etiam in Apocalypſi Ioannis ordo temporum ſternitur, quem Martyrum quoque animæ ſub altari vltionem & iudicium flagitantes ſuſtinere didicerunt, [b] vt priùs & orbis de pateris angelorum plagas ſuas ebibat, [c] & proſtituta illa ciuitas à decem regibus dignos exitus referat, [d] & beſtia Antichriſtus cum ſuo Pſeudopropheta certamen Eccleſiæ Dei inferat, [e] atque ita diabolo in abyſſum interim relegato, primæ reſurrectionis prærogatiua de ſolijs ordinetur: dehinc & igni dato, vniuerſalis reſurrectionis cenſura de libris iudicetur. Quum igitur & ſtatus temporum vltimorum ſcripturæ notent, & totam Chriſtianæ ſpei frugem in exordio ſeculi collocent, apparet aut tunc admpleri totum quodcunque nobis à Deo repromittitur: & vocat quod hic iam ab hæreticis vindicatur. [204] aut, ſi & agnitio ſacramenti, reſurrectio eſt , ſalua vtique illa creditur quæ in vltimo prædicatur, & ſequitur vt eo ipſo quo hæc ſpiritalis vindicatur , illa corporalis præiudicetur. quia ſi nulla tunc annuntiaretur , meritò ſola hæc & tantummodò ſpiritalis vindicaretur; quum verò & in vltimum tempus edicitur , corporalis agnoſcitur , quia non & tunc ſpiritalis annuntiatur. Cur enim iterum annnntiaretur reſurrectio ciuſdem conditionis, id eſt ſpiritalis , quum aut nunc eam deceret expungi ſine vlla differentia temporum , [205] aut tunc ſub omni clauſula temporum? Ita nobis magis competit etiam ſpiritalem defendere reſurrectionem ab ingreſſu fidei, qui plenitudinem eius agnoſcimus exitu ſeculi. [206] Vnum adhuc reſpondebo ad propoſitionem priorem allegoricarum ſcripturarum, licere & nobis corporalem reſurrectionem de patrocinio figurati proinde eloquij Prophetici vindicare. Ecce enim diuina in primordio ſententia terram hominem pronuntiando : Terra es, & in terram ibis , ſecundum ſubſtantiam ſcilicet carnis , quæ de terra erat ſumpta , & quæ prior homo fuerat appellata, [207] ſicut oſtendimus, dat mihi diſciplinam in carnem quoque interpretandi , ſi quid iræ vel gratiæ in terram Deus ſtatuit: quia nec propriè terra iudicio eius obnoxia eſt, quæ nihil boni ſeu mali admiſit, [208] maledicta quidem quæ hauſerit ſanguinem, ſed & hoc ipſum in figuram carnis homicidæ. Nam etſi iuuari ſeu lædi habet terra, id quoque propter hominem , vt ille iuuetur, ſiue lædatur [209] per conſiſtorij ſui exitus , quo magis ipſe penſabit, quæ propter illum etiam terra patietur. Itaque & quum comminatur terræ Deus , carni potiùs comminari eum dicam: & quum quid terræ pollicetur, carni potiùs polliceri eum intelligam , vt apud Dauid: [210] Dominus regnauit, exultet terra: id eſt, caro ſanctorum, ad quam pertinet regni diuini fructus. Dehinc ſubiungit: Vidit & concuſſa eſt terra. Montes ſicut cera liquefacti ſunt à facie Domini, caro ſcilicet prophanorum, &: [211] Videbunt enim eum qui confixerunt. Atque adeò ſi ſimpliciter de terra elemento vtrunque exiſtimabitur pronuntiatum , quomodo congruet & concuti & liquefieri eam à facie Domini, quo ſupra regnante exultauit? Sic & apud Eſaiam, Bona terræ edetis, bona carnis intelligentur, quæ illam manent in regno Dei reformatam & [212] angelificatam, & conſecutaram quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Alioquin ſatis vanum, vt ad obſequium Deus fructibus agri , & cibarijs vitæ huius inuitet, quæ etiam in religioſis & blaſphemis ſemel homini addicta conditione communicat, pluens ſuper bonos & malos , [213] & ſolem ſuum emittens ſuper iuſtos. Fœlix nimirùm fides, ſi ea conſecutura eſt, quibus hoſtes Dei & Chriſti non modò vtuntur, verumetiam abutuntur, [214] ipſam conditionem colentes aduerſus conditorem. Bulbos & tubera in terræ bonis deputabis, Domino pronuntiante, ne in pane quidem victurū hominē. Sic Iudæi terrena ſolummodò ſperando, cœleſtia amittunt, [215] ignorantes & panem de cœleſti repromiſſum, & oleum diuinæ vnctionis , & aquam ſpiritus & vinum animæ vigorantis ex vite Chriſti. [216] Sicut & ipſam terram ſanctam , Iudaicum propriè ſolum reputant, carnem potius Domini interpretandam, quæ exinde & in omnibus Chriſtum indutis ſancta ſit terra, verè ſancta per incolatum ſpiritus ſancti, verè lacte & melle manans , per ſuauitatem ſpei ipſius : verè Iudæa per Dei familiaritatem. Non enim qui in manifeſto Iudæus, ſed qui in occulto, vt & templum Dei eadē ſit & Ieruſalē, audiens ab Eſaia: [217] Exurge, exurge Ieruſalem, induere fortitudinem brachij tui; Exurge ſicut in primordio dieiſcilicet in illa integritate quæ fuerat ante delictum tranſgreſſionis. Quæ enim in eam Ieruſalem voces eiuſmodi competent exhortationis & aduocationis , quæ occidit Prophetas , & lapidauitad ſe miſſos, & ipſum poſtremò Dominum ſuum confixit ? Sed nec vlli omninò terræ ſalus repromittitur, quam oportet eum totius mundi habitu præterire. Etiam ſi quis audebit terram ſanctam paradiſum potius argumentari, [218] quam etiam Patrum dici capiat, Adæ ſcilicet & Euæ : proinde & in paradiſum reſtitutio carni videbitur repromiſſa [219] quæ eum incolare & cuſtodire ſortita eſt , vt talis illuc homo reuocetur qualis inde pulſus eſt. [220] Habeinus etiam veſtimentorum in ſcripturis mentionem ad ſpem carnis allegorizare, quia & Apoc. Ioan. [221] Hi ſunt, ait , qui veſtimenta ſua non coinquinauerunt cum mulieribus, virgines ſcilicet ſignificans, & qui ſemetipſos caſtrauerunt propter regna cœlorum. Itaque in albis erunt veſtibus, id eſt, in claritate, in nube carnis. & in Euangelio indumentum nuptiale ſanctitas carnis agnoſci poteſt. Itaque Eſaias docēs quæ iciunium elegerit Dominus, quū ſubijcit de mercede bonitatis, [222] Tunc, inquit, lumen tuum temporaneum erumpet, & veſtimenta tua citiùs

C. xxv. a Apoc. 6. b Apoc. 15. & 16. c Apoc. 17. & 8. d Apoc. 19. e Apoc. 20

C. xxvi.

Gen. 3.

Gen. 4.

Pſal. 96.

Ioan. 19.

Iſai. 1.

1. Cor. 2.

Matth. 5. Rom. 1.

Matth. 4.

Exod. 3. Gal. 3.

Rom. 2. Iſai. 51.

Matth. 23. Luc. 13.

Gen. 2.

C. xxvii. Apoc. 3. at 14. Matth. 19. Apoc. 3. Matth. 22. Iſai. 58.

A tûs orientur: non subsericam vtique nec pallium, sed carnem volens accipi, ortum carnis resurrectu-
ræ de mortis occasu prædicauit. adeo nobis quoque suppetit allegorica defensio corporalis resurre-
ctionis. Nam & quum legimus: [233] Populus meus, introite in cellas promas quantulum, donec ira
mea prætereat; sepulchra erunt cellæ promæ, in quibus pauliſper requieſcere habebunt, qui in finibus
ſeculi ſub vltima ira per Antichriſti vim exceſſerint. Aut cur cellarum promarum potius vocabulo vſus
eſt, & non alicuius loci receptorij, niſi quia in cellis promis caro ſalita & vſui repoſita ſeruatur depro-
menda illinc ſuo tempore? Proinde enim & corpora medicata condimentis ſepulturæ, mauſolcis &
monumentis ſequeſtrantur, proceſſura inde cùm iuſſerit Dominus. quod cum ita intellegi congruat
(& quæ enim ab ira Dei cellariorum nos refugia ſeruabunt?) hoc ipſo quo ait, donec ira prætereat, quæ
extinguet Antichriſtum, poſt iram oſtendit proceſſuram carnem de ſepulchris, in quæ ante iram fuerit
illata. nam & de cellarijs non aliud effertur, quàm quod infertur, & poſt Antichriſti eradicationem agi-
tabitur reſurrectio. [234] Scimus autem ſicut voeibus, ita & rebus prophetatum. tam dictis quàm & fa- C. XXVIII
ctis prædicatur reſurrectio. [235] Quum Moyſes manum in ſinum condit & emortuam profert, & rurſus Exod. 4.
inſinuat & viuidam explicat, nónne hoc de toto homine portendit? ſiquidem trina virtus Dei [236] per ibid.
illa trina ſigna denotabatur cum ſuo ordine, primò diabolum ſerpentem quanquam formidabilem
ſubactura homini, dehinc carnem de ſinu mortis retractura atque ita omnem ſanguinem executura
iudicio. [237] De quo apud eundem Prophetem, [238] Quoniam & veſtrum inquit Deus, ſanguinem exqui- Gen. 9.
ram de omnibus beſtijs, & de manu hominis, & de manu fratris exquiram eum. Portò nihil exquiritur
niſi quod repoſcitur: nihil repoſcitur niſi quod & reddetur: & vtique reddetur quod vltionis nomine
repoſcetur & exquiretur. neque enim vindicari poterit quod omninò non fuerit. Erit autem dum re- Iſai. 38.
ſtituitur, vt vindicetur. In carnem itaque dirigitur, quicquid in ſanguinem prædicatur, ſine qua non 1. Reg. 2.
erit ſanguis. caro ſuſcitabitur, vt ſanguis vindicetur. Sunt & quædam ita pronuntiata, vt allegoriæ
B quidem nubilo careant, nihilominus tamen ipſius ſimplicitatis ſuæ ſitiant interpretationem, [239] quale
eſt apud Eſaiam: Ego occidam & viuificabo. certè poſteaquàm occiderit, viuificabit. Ergo per
mortem occidens, per reſurrectionem viuificabit. caro eſt autem quæ occiditur per mortem; caro
itaq; & viuificabitur per reſurrectionem. certè ſi occidere: carni animam eripere eſt, viuificare contra-
rium eius carni animam referre eſt, caro reſurgat neceſſe eſt, cui anima per occiſionem erepta, referen-
da eſt per viuificationem. [240] Igitur ſi & allegoricæ ſcripturæ, & argumenta rerum, & ſimplices vo-
ces [241] reſurrectionem carnis, quanquam ſine nominatione ipſius ſubſtantiæ ſubradiant, quan- C. XXIX.
to magis quæ hanc ſpem in ipſas ſubſtantias corporales ſpiritali mentione determinant, non erunt de-
ducendæ in quæſtionem? [242] Accipe Ezechielem: Et facta eſt, inquit, ſuper me manus Domini, & extu-
lit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio campi. is erat oſſibus refertus, & circũduxit me ſuper
ea per circuitũ & eoſce multa ſuper faciem cãpi, & ecce arida ſatis. Et ait ad me, Fili hominis, ſi viuẽt oſſa Ezech. 37.
iſta? Et dixi, Adonai Domine tu ſcis. Et ait ad me, Propheta in oſſa hæc, & dices, Oſſa arida audite ſer-
monẽ Domini. Hæc dicit Dominus Adonai oſſibus iſtis: Ecce ego affero in vos ſpiritum, & viuetis, &
dabo in vos ſpiritũ, & reducam in vos carnes. circumdabo vobis cutẽ, & dabo in vos ſpiritum, & viue-
tis, & cognoſcetis quòd ego Dominus. Et pro phetaui ſecũdum præceptũ; & ecce vox dum propheto,
& ecce motus, & accedebãt oſſa ad oſſa. Et vidi, & ecce ſuper oſſa nerui & caro aſcendit, & circũpoſitæ
ſunt eis cutes, & ſpiritus in eis non erat. & ait ad me: Propheta ad ſpiritũ fili hominis; propheta, & dices
ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus Adonai: A quatuor ventis veni ſpiritus, & ſpira in iſtis interemptis, &
viuant. Et prophetaui ad ſpiritum ſicut præcepit mihi, & introiuit in ea ſpiritus, & vixerunt & conſti-
C terunt ſuper pedes ſuos valentia magna ſatis. Et ait ad me: Fili hominis oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt.
Ipſi dicunt: Exaruerunt oſſa noſtra, & perijt ſpes noſtra aululi ſumus in eis. Propterea proph. ad eos: Ec-
ce ego patefacio ſepulcra veſtra, & eueham vos de ſepulcris veſtris populus meus, & inducã vos in terrã
Iſraëlis, & cognoſcetis quòd ego Dominus aperuerim ſepulchra veſtra, & eduxerim vos de ſepulcris
veſtris populus meus & dabo in vos ſpiritũ, & viuetis, & requieſcetis in terra veſtra, & cognoſcetis quòd
ego Dominus locutus ſim, & fecerim, dicit Dominus. [243] Hãc quoq; prædicationẽ ſcio qualiter con- C. XXX.
cutiant in allegoriæ argumentationẽ: quia dicendo, Oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt, in imaginem ea
fecerit Iſraël, & à propria conditione tranſtulerit: atque ita figuratam eſſe non veram reſurrectionis
prædicationem. Statum enim Iudæorum deformari quodammodo emortuum & exaridum & diſper-
ſum in campo orbis. Itaque & imaginem reſurrectionis in illum allegorizari, quia colligi habeat &
recompingi os ad os, id eſt tribus ad tribum, & populus ad populum, & recorporari carnibus facul-
tatum & neruis regni: atque ita de ſepulchris, id eſt, de habitaculis captiuitatis triſtiſſimis atque te-
terrimis educi, [244] & refrigerij nomine reſpirare, & viuere exinde in terra ſua Iudæa. & quid poſt hæc?
morientur ſine dubio. & quid poſt mortem? nulla, opinor, reſuſcitatio, ſi non hæc erit ipſa quæ Eze-
chieli reuelatur. Sed enim & aliàs prædicatur reſurrectio; ergo & hæc erit: & temerè in ſtatum eam Iu-
daicarum rerum conuertunt. Aut ſi alia eſt illa quam defendimus, nihil mea intereſt, dum ſit & corpo-
rum reſurrectio, ſicut & rerum Iudaicarum. Denique hoc ipſo quò recidiuatus Iudaici ſtatus de re-
corporatione & readunatione oſſuũ figuratur, id quoq; euenturum oſſibus probatur. Nõ enim poſſet
de oſſibus figura cõponi, ſi nõ idipſũ & oſſibus euẽturũ eſſet. [245] Nã etſi figmentũ veritatis in imagine

imago ipsa in veritate est sui necesse est esse prius sibi, quo alij configuretur. De vacuo similitudo non D
comperit: de nullo parabola non conuenit. Ita oportebit osuum quoque crèdi reuiscrationem & respirationem qualis dicitur, de qua possit exprimi Iudaicarum rerum reformatio qualis affingitur. Sed magis religiosum est veritatem de suæ auctoritate simplicitatis defendi, quam sensus diuinæ propositionis expostulat. Si enim ad res Iudaicas spectaret hæc vitio, statim reuelato situ ossuum subiecisset: Ossa ista omnis domus Israël est, &c deinceps. At cùm ostensis ossibus, de propria spe eorũ qui obloquitur, nondum nominato Israële, & fidem tentat Prophetæ: Fili hominis, si viuent ossa hæc, vt & ille responderet, Domine tu scis: non vtique Deus Prophetæ fidem de ea re tentasset, quæ futura non esset, quam nunquam Israël audisset, quam credi non oporteret: sed quoniam prædicabatur quidem resurrectio mortuorum, Israël verò pro sua incredulitate diffidens scandalizabatur: & aspiciens habitum senescentis sepulturæ desperabat resurrectionem, vel non in eam potius animũ dirigebat, sed in circunstantias suas: idcircò Deus & Prophetam quasi & ipsum dubium præstruxit ad constantiã prædicationis, reuelato ordine resurrectionis, & populo id credendum mandauit, quod Prophetæ reuelauit, ipsos dicens esse ossa quæ erant resurrectura, qui non credebant resurrectura. Deniq; in clausula, Et cognoscetis, inquit, quòd ego Dominus locutus sim, & fecerim: id vtique facturus, quod fuerat locutus. cete-
C.xxxi. rùm non id facturus quod locutus, si aliter facturus quàm locutus, [236 Planè si & populus allegoricè
inustituret ossa sua arefacta, & spem suam perditam, dispersionis exitu quærulus, meritò videtur & Deus figuratam desperationem figurata promissione consolatus. Sed quum dispersionis quidem iniuria nondum populo accidisset, resurrectionis verò spes apud illum sæpissimè cecidisset, manifestus est de corporum interitu labefactans fiduciam resurrectionis: ita & Deus eam restruebat fidem quam populus destruebat. Quanquã etsi aliqua præsentium rerum tunc conflictatione merebat Israël, non idcirco in parabola accipienda esset reuelationis intentio. sed in restauratione resurrectionis, vt in illam spem erigeret
E illos æternæ scilicet salutis & necessariorum restitutionis, & auerteret à respectu præsentium rerum. Ad
Malach. 4. hoc enim & alibi prophetes: [237 Exibitis de sepulchris veluti vituli de vinculis soluti, & conculcabitis
Isa. 66. inimicos. Et rursum: [238 Gaudebit cor vestrum & ossa vestra velut herba orientur: quia & herba de dissolutione & corruptela seminis reformatur. In summa, si propriè in Israëlis statum resurgentium ossuum imago contenditur, cur etiam non Israëli tantummodò, verùm & omnibus gentibus eadem spes annuntiatur, & recorporandarum & redanimandarum reliquiarum, & de sepulchris exuscitandorum mortuorum? De omnibus enim dictum est: [239 Viuent mortui, & exurgent de sepulchris: ros enim
Isa. 26. quià te est, medela est ossibus eorum. Item alibi: [240 Veniet adorare omnis caro in conspectu meo, di-
Isa. 66. cit Dominus. Quando? quum præterire cœperit habitus mundi huius. Suprà enim, quemadmodum cœlum nouum & terra noua, quæ ego facio in conspectu meo, dicit Dominus, ita stabit semen
Ibid. vestrum. Tunc ergo quod subijcit, implebitur. Et exibunt, vtique de sepulcris, & videbunt artus eorum qui impiè egerunt, quoniam vermis illorum non deciet, & ignis corũ non extinguetur: & erunt
Marth. 9. conspectui omni carni, scilicet quæ resuscitata & egressa de sepulcris Dominũ pro hac gratia adorabit
C.xxxii [241 Sed ne solùmodò corum corporum resurrectio videatur prædicari, quæ sepulchris demandantur, [242 habes scriptum: Et mandabo piscibus maris, & eructabunt ossa quæ sunt comesta, & faciam compagi-
Apoca. 3. nem ad compaginem, & os ad os. Ergo, inquis, & pisces resuscitabuntur, & ceteræ bestiæ & alites carnuoræ, vt reuomant quos comederunt: quia & apud Moysen legis exquiri sanguinẽ de omnibus bestijs?
Gen. 9. Non vtique. Sed idcircò nominantur bestiæ & pisces in redhibitione carnis & sanguinis, quò magis exprimatur resurrectio etiam deuoratorum corporũ, quum de ipsis deuoratoribus exactio edicitur. [243
Puto autem huius quoque diuinæ potestatis documentum idoneum Ionam, quum incorruptus vtraque substantia carne atque anima de aluo piscis euoluitur: & vtique triduo concoquendæ carni viscera ecti suffecissent, [244 quàm capulum, quàm sepulchrum, quàm senium requitiæ atq; reconditæ alicuius sepulturæ. [245 Saluo eo quòd & bestias, feros in Christianum vel maximè nomen homines, vel ipsos
F etiam iniquitatis angelos figurauit, de quibus sanguis exigetur per vltionem pensandam. Quis ergo
Gal. 9. discendi magis affinis, quàm præsumendi, & credendi diligentior, quàm contendendi, & diuino potius sapientiæ religiosus, quàm suæ libidinosus, audiens aliquid à Deo destinatum in carnes, & cutes, & nerues, & ossa, aliud quid hæc commentabitur, quasi non in hominem destinetur, quod in istas substantias prædicatur? Aut enim nihil in hominẽ destinatur non liberalitas, regni non seueritas iudicij, non quodcunque est resurrectio: aut si in hominem destinatur, necesse est in eas substantias destinetur, ex quibus homo structus est, in quem destinatur. Illud etiam de argutissimis istis demutatoribus ossuum, & carnium, & neruorum & sepulchrorum requiro, cur si quando in animam quid pronuntiatur, nihil aliud animam interpretantur, nec transfigurant eam in alterius rei argumẽtum. Quum verò in aliquam speciem corporalem quid edicitur, omnia potius asseuerant, quàm quod nominatur. Si corporalia parabolæ, ergo & animalia. Si non & animalia, ergo nec corporalia. Tam enim corpus homo, quàm & ani-
C.xxxiii. ma, vt non possit altera species admittere ænigmata, altera excludere. [246 Satis hæc de Prophetico instrumento. ad Euangelia nunc prouoco, hic quoque occursurus priùs eidem asturiæ eorũ, qui proin-
Matth. 13. de & Dominum omnia in parabolis pronuntiasse contendunt, quia scriptũ est: Hæc omnia locutus est
Ibid. Iesus in parabolis, & sine parabola non loquebatur ad illos, scilicet Iudæos. [247 Nam & discipuli: Quare, aiunt,

A re,aiunt,in parabolis loqueris? & Dominus: Propterea in parabolis loquor ad eos, vt videntes non videant, & audientes non audiant, secundum Esaiam. Quòd si ad Iudæos in parabolis, iam non ad omnes: si non ad omnes in parabolis, iam non semper, nec omnia parabolæ, sed quædam & ad quosdam. Ad quosdam autem dum ad Iudæos. Nonnunquam planè & ad discipulos. Sed quomodo referat scriptura, considera. Dicebat autem & parabolam ad eos: ergo & non parabolam dicebat: quia non notaretur quum parabolam loquebatur, si ita semper loquebatur: [348] & tamen nullam parabolam non aut ab ipso inuenias edisseratam; vt de seminatore in verbi administratione, aut à commentatore Euangelij præluminatâ, vt iudicis superbi & viduæ instantis ad perseuerãtiam orationis; aut vltrò coniectandâ, vt arboris fici dilatæ in spem, ad instar Iudaicæ infructuositatis. Quòd si nec parabolæ obũbrant Euangelij lucem, tanto abest vt sententiæ & definitiones, quarum aperta natura est, aliter quàm sonant sapiãt. Definitionibus autem & sententijs Dominus edicit, siue iudicium, siue regnũ Dei, siue resurrectionem: [349] Tolerabilius erit, inquit, Tyro & Sidoni in die iudicij. &, Dicite illis quòd apropinquauerit regnum Dei. &, Retribuetur tibi in resurrectione iustorum. Si nomina absoluta sunt rerum, id est indicij & regni Dei, & resurrectionis, vt nihil eorum in parabolam comprimi possit, nec ea in parabolas compellantur, quæ ad disposition em & transfationẽ, & passionem regni, iudicij, & resurrectionis prædicantur: atq; ita corporalia defendentur, vt corporalibus destinata, id est non spiritalia, quia non figurata. [350] Nam & ideò præstruximus tam corpus animæ quàm & carnis obnoxium esse mercedibus pro communi operatione pensandis, ne corporalitas animæ occasionem subministrans figurarum, corporalitatẽ carnis excludat: quum vtranque participem & regni, & iudicij, & resurrectionis oporteat credi: & nunc eò pergimus, vti corporalitatem carnalem propriè demonstremus à Domino significari in omni resurrectionis mentione, saluaanimali, quam & ipsam pauci receperũt. [351] Imprimis cùm ad hoc veniisse se dicit, vti quod perijt saluum faciat. Quid dicas perisse? hominem sine dubio. Totúmne an ex

B parte? vtique totum. Siquidem transgressio quæ perditionis humanæ causa est, tam animæ instinctu ex concupiscentia, quàm & carnis actu ex degustatione commissa totum hominem elogio trangressionis inscripsit, atque exinde merito perditionis impleuit. Totus itaq; saluus fiet, qui perijt totus delinquendo totus: nisi si & ouis illa sine corpore amittitur, & sine corpore reuocatur. Nam si caro quoq; eius cũ anima (quod pecus totum est) humeris boni pastoris aduehitur, ex vtraque vtique substãtia restituendi hominis exemplũ est. Aut quàm indignum Deo, dimidium hominem redigere in salutem, penè minus facere quum etiam secularium principum plena semper [352] indulgentia vindicetur. Diabolus validior in hominis iniuriam intelligitur, totum eum elidens: Deus infirmior renuntiabitur, non totum eum releuans. Atquin & Apost. suggerit. Vbi delictum abundauerit, illic gratiam superabundasse. Quomodo deniq; saluus habebitur, qui poterit & perditus dici? carne scilicet perditus, anima verò saluus: nisi quòd iam & anima in perdito constituatur necesse est, vt salua effici possit. id enim saluum effici oportebit, quod perditum fuerit. [353] Porrò autem recipimus animæ immortalitatem, vt perdita non in interitum credatur, sed in supplicium, id est in gehennã. Et si ita est, iam non animam spectabit salus saluam, scilicet sua natura per immortalitatem, sed carnem potius, quam interibilem constat apud omnes. Aut si & anima interibilis, id est non immortalis quod & caro, iam & carni forma illa ex æquo proficere debebit, proinde mortali & interibili, qua id quod perit, saluũ facturus est Dominus. Nolo nunc [354] contentioso fune deducere, hac, an illac hominem perditio depostulet, dum vtrinque eum salus destinet, in ambas substantias peræquata. Ecce enim ex quacunque substantia hominem perisse præsumperis, ex altera non perit. Saluus erit iam ex qua non perit, & saluus nihilominus fiet ex

C qua perit. Habes totius hominis restitutionem, dum & quodcunque eius perit, saluum facturus est Dominus: & quodcunque non perit, vtique non erit perditurus. Quis vltra de vtriusque substantiæ securitate dubitauit, quum altera salutem consecutura sit, altera amissura eam non sit? Et tamen adhuc sensum rei exprimit Dominus: [355] Ego, dicens, veni non vt meam, sed vt patris qui me misit, faciam voluntatem. Quam oro te? vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitem illud in nouissima die. Quid à patre Christus acceperat nisi quod & induerat? hominem sine dubio, carnis animęq; texturam. Neutrũ ergo eorum quę accepit, perire patitur: immò nec quicquã vtriusq;, immò nec modicum, quod si modicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicum, nec quicquã, quia nec quicquam. Atquin si non & carnem resuscitabit nouissima die, iam non modicum patietur perire de homine, sed pro tanta dixerim parte propè totũ. Iuggerens amplius: Hæc est patris voluntas, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam [356] æternam: & suscitem illum nouissima die: [356] plenitudinem exstruit resurrectionis. [357] Distribuit enim vtrique substantiæ per officia propriam mercedem salutis, & carni per quam filius aspiciebatur, & animæ per quam credebatur. Ergo dices, illis erit promissa res, à quibus Christus videbatur. Sit planè ita, vt & ad nos eadem spes inde manauerit. Nam si videntibus & idcircò credentibus fructuosa tunc fuerunt opera carnis atq; animę, multò magis nobis. [358] Fœlicioresenim (inquit) qui non viderunt & credunt: quàndo etsi illis negaretur carnis resurrectio, certè fœlicioribus competisset. Quomodo enim fœlices, si ex parte perituri? [359] Sed & præcipit, eum potius timendum, [360] qui corpus & animam occidat in gehẽnam, id est Dominum solum, non qui corpus occidat, animę autẽ nihil nocere possint, id est humanas potestates. A deò hîc anima immorta-

Luc. 18.
Matth. 13.
Luc. 18.
Luc. 13.
Matth. 11.
Matt. 10.
Luc. 14.
C. xxxiii
Luc. 19.
Luc. 15.
Rom. 5.
Matth. 10.
Ibid.
Ioan. 6.

lis natura recognoscitur, quæ non possit occidi ab hominibus & carnis esse mortalitatem, cuius sit occisio, atque ita resurrectionem quoque mortuorum carnis esse, quæ in gehennam nisi resuscitata non poterit occidi. Sed quoniam & hic de interpretatione corporis quæstio cauillatur, ego corpus hominis non aliud intellegam, quàm omnem istam struem carnis; quoquo genere materiarum concinnatur atque variatur, quod videtur, quod tenetur, quod denique ab hominibus occiditur. Sic & parietis corpus non aliud admittam quàm cæmenta, quàm saxa, quàm lateres. Si quis arcanum aliquod corpus inducit, ostendat, reuelet, probet ipsum esse etiam quod occidatur ab homine, & de illo erit dictum. Item si animæ corpus opponit, vacabit astutia. Cùm enim vtrumque proponitur, corpus atque animam occidi in gehennam, distinguitur corpus ab anima, & relinquitur intelligi corpus id quod in prōptu sit, caro scilicet: quæ sicut occiditur in gehennā, si non magis à Deo timuerit occidi: ita & viuificabitur in vitam æternam, si maluerit ab hominibus potius interfici. Proinde si quis occisionem carnis atq; animæ in gehennam, ad interitum & finem vtriusq; substantiæ arripiet, non ad supplicium, (quasi consumendarum, non quasi puniendarum) recordetur ignem gehennæ æternum prædicari, in pœnam æternam, & inde æternitatem occisionis agnoscat, propterea humanæ vt tēporali prætimendam. Tunc & æternas substātias credet, quarum æterna sit occisio in pœnam. Certè cùm post resurrectionem corpus cum anima occidi habeat à Deo in gehennā, satis de vtroq; constabit, & de carnali resurrectione, & de æterna occisione. Absurdissimum alioquin si idcircò resuscitata caro occidatur in gehennam, vti finiatur, quod & non resuscitata pateretur. In hoc scilicet reficietur. ne sit, cui non esse iam euenit. Eidem nos spei fulciens, passerum quoque subiungit exemplum,[361] quòd ex duobus non cadat alter in terram sine Dei voluntate: vt & carnem quę ceciderit in terram proinde credas & resurgere posse per eiusdem Dei voluntatem. Nam etsi passeribus hoc non licet, sed nos multis passeribus antistamus, eo quòd cadentes resurgamus. Quorum denique capillos capitis omnes numeratos affirmans, saluos vtique repromittit. Perituros enim quæ ratio in numerum redegisset? nisi quia hoc est, vt omne quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam: id est, nec capillum: sicut nec oculum, nec dentem. Ceterùm vnde erit fletus & dentium frendor in gehenna, nisi ex oculis & dentibus? occiso scilicet etiam corpore in gehennam, & detruso[362] in tenebras exteriores, quæ oculorum propria sunt tormenta. Siquis in nuptijs minus dignis operibus fuerit indutus, constringendus statim manibus & pedibus, vt potè qui cum corpore surrexit. Sic ergo & recumbere ipsum in Dei regno, & sedere in thronis duodecim Christi, & assistere tunc ad dexteram vel sinistram, & edere de ligno vitæ corporalis dispositionis fidelissima indicia sunt. [363] Videamus nunc an & Sadducæorum versutiam elidens, nostram magis sententiã etexerit. Causa opinor quæstionis, fuit destructio resurrectionis. Siquidem Sadducæi neque animæ, neque carnis admittunt salutem: & ideò, ex qua vel maximè specie resurrectionis fides labefactatur, ex ea argumentum problemati suo accommodauerunt:[364] de carnis scilicet obtentu nupturæ nécne post resurrectionem, sub eius mulieris persona, quæ septem fratribus nupta, in dubio haberetur, cui eorum restituereture. Porrò seruentũ sensus tam quæstionis quàm responsionis, & controuersiæ occursum est. Si enim Sadducæi quidem respuebant resurrectionem, Dominus autem eam confirmabat, & scripturarum ignaros increpans, earum scilicet quæ resurrectionem prædicassent, & virtutis Dei incredulos, idoneæ vtique mortuis resuscitandis, postremò fuisciens,[365] Quoniam autem mortui resurgant: sine dubio & confirmando esse quod negabatur, id est resurrectionem mortuorum apud Deum viuorum, talem quoque eam confirmabat esse, qualis negabatur, vtriusque scilicet substantiæ humanæ. Neque enim si nupturos tunc negauit, ideò nec resurrecturos demonstrauit. Atquin filios resurrectionis appellauit per eam quodammodò nasci habentes, postquàm non nubent, sed resuscitati: similes enim erunt angelis, quà non nupturi, quia nec morituri sed quà transituri in statum angelicum, per indumentum illud incorruptibilitatis, per substantiæ: resuscitatæ tamen, demutationem. Ceterùm nec quæreretur, nupturi, siue morituri nécne rursus essemus, si non eius vel maximè substantiæ restitutio in dubium vocaretur, quæ propriè & morte & nuptijs fungitur, id est carnis. Habes igitur Dominum confirmantem aduersus hæreticos Iudæorum, quod & nunc negatur apud Sadducæos Christianorum, solidam resurrectionem. [367] Sic etsi carnem ait nihil prodesse, ex materia dicti dirigendus est sensus. Nam quia durum & intollerabile m existimauerunt sermonem eius,[369] quasi verè carnem suam illis edendã determinasset, vt in spiritu disponeret statũ salutis, præmisit: Spiritus est qui viuificat. Atq; ita subiũxit: Caro nihil prodest, ad viuificandũ scilicet. Exequitur etiã quid velit intellegi spiritũ: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus sunt, vita sunt. Sunt & suprà: Qui audit sermones meos, & credit in eum qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, [369] sed transit de morte in vitam. Itaque sermonem constituens viuificatorem, quia spiritus & vita sermo, eundem etiam carnem suam dixit, quia & sermo caro erat factus, proinde in causam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.[370] Nam & paulò antè carnem suam panem quoq; cœlestem pronuntiarat, vrguens vsquequaq; per allegoriam necessariorum pabulorum, memoriam patrum, qui panes & carnes Ægyptiorum præuerterant diuinæ vocationi. Igitur conuersus ad recogitatus illorum, quia senserat dispergendos, Caro, ait, nihil prodest. Quid hoc ad destruendam carnis resurrectionem? quasi non liceat esse aliquid, quod etsi nihil prosit, aliud tamen ei prodesse possit. Spiritus prodest, viuificat

Iean. 6. *Matth. 8.* *Matth. 13.* *Matth. 8.* *Matth. 22.* *Matth. 22.* *Matth. 8. 9.* *Apoc. 2.* *Matth. 10.* C. XXXVI *Matth. 22.* *Ibid.* *Luc. 20.* *Matth. 22.* *1. Cor. 15.* C. XXXVII. *Ioan. 6.* *Ibid.* *Ibid.* *Ioan. 5.* *Ioan. 6.*

A viuificat enim. Caro nihil prodest, mortificatur enim. Itaque secundum nos magis collocauit vtriusque propositionem. Ostendens enim quid prosit, & quid non prosit, pariter illuminauit quid cui prosit, spiritum scilicet carni mortificatæ viuificatorem. [²⁶] Veniet enim hora, inquit, quum mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Quid mortuum, nisi caro, & quid vox Dei, nisi sermo, & quid sermo, nisi spiritus? Meritò carnem resuscitaturus quod factus est ipse, & ex morte quam passus est ipse, & ex sepulchro quò illatus est ipse. Deniq; quum dicit: Ne miremini quòd veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent: qui bona fecerunt, in vitæ resurrectionem: qui mala, in resurrectionẽ iudicij: nemo iam poterit aliud mortuos interpretari, qui sint in monumentis, nisi corpora & carnem: quia & ipsa monumenta aliud quàm cadauerum stabula. Siquidem & ipsi homines veteres, id est peccatores, id est mortui per ignorantiam Dei, quos monumẽta intelligendos argumentantur hæretici, de monumentis processuri in iudicium, apertè prædicantur. Ceterùm quomodo de monumentis monumenta procedent? [²⁷⁰] Post dicta Domini, facta etiam eius quid sapere credamus de capulis, de sepulchris mortuos resuscitantis? Cui rei istud? Si ad simplicem ostentationem potestatis, aut ad præsentem gratiam redanimationis, non adeò magnũ illi, denuò morituros suscitare. [²⁷¹] Enimuerò si ad fidem potius sequestrandã futuræ resurrectionis, ergo & illa corporalis præscribitur de documenti sui forma. Nec sustinebo dicentes, idcircò tunc resurrectionem animæ soli destinatam in carnem quoque præcucurrisse, quia non potuisset aliter ostendi resurrectio animæ inuisibilis, nisi per visibilis substantiæ resuscitationem; malè Deum norunt, qui non putant illum posse, quod non putant, & tamen sciunt potuisse, si instrumentũ Ioannis norunt. Qui enim animas adhuc sola martyrum sub altari quiescentes conspectui subdidit, posset vtique & resurgentes oculis exhibere sine carne. At ego Deum malo decipere non posse, de fallacia solummodò infirmum, ne aliter documenta præmisisse quàm rem disposuisse videatur: immò ne si exẽplum resurrectionis sine carne non

B valuit inducere, multò magis plenitudinem exempli in eadẽ substantia exhibere non possit. Nullũ verò exẽplum maius est eo, cuius exẽplum est. Maius est, autẽ si animę cũ corpore resuscitabũtur in documẽtũ sine corpore resurgẽdi, vt tota hominis salus dimidiæ patrocinatretur: quãdo exemplorũ conditio illud potius expeteret quod minus haberetur, animæ dico solius resurrectionẽ, velut gustũ carnis etiam resurrecturæ suo in tẽpore. Atq; adeò secundum nostrã veri existimationẽ, exempla illa mortuorum à Domino suscitatorum, commendabant quidem & carnis & animæ resurrectionem, ne cui substantiæ negaretur hoc donum, quæ tamen exempla eo minus aliquid ædebant (non enim in gloriã, nec incorruptibilitatem, sed in mortẽ aliam suscitabantur) quàm ædiderit Christus. [²⁷⁴] Resurrectionem Apostolica quoq; instrumenta testantur. nam & Apostolis nullũ aliud negotium fuit dumtaxat apud Israëlem, quàm veteris Testamenti resignandi, & noui consignandi, & potius iam Dei in Christo concionandi. Ita & de resurrectione nihil noui intulerunt, nisi quòd & ipsam in gloriam Christi annuntiabant, de cetero simplici & nota iam fide receptã sine vlla qualitatis quæstione, solis refragantibus Sadducæis: adeò facilius fuit negari in totum mortuorum resurrectionem, quàm aliter intelligi. Habes Paulum apud summos sacerdotes sub tribus inter Sadducæos & Pharisæos fidei suæ professorem: [²⁷⁵] Viri, inquit, fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe nunc & de resurrectione iudicor apud vos: vtique communi, ne quia iam transgressor legis videbatur, de præcipuo fidei totius articulo, id est de resurrectione, ad Sadducæos sapere existimaretur. Ita quam nolebat videri rescindere fidem resurrectionis, vtique confirmabat secundum Pharisæos, respuens negatores eius Sadducæos. [²⁷⁶] Proindè & apud Agrippam nihil se ait proferre, citra quàm Prophetæ annuntiassent. Ergo seruabat

C resurrectionem quoque qualem Prophetæ annuntiarant. Nam & de resurrectione mortuorum apud Moysen scriptum commemorans, corporalem eam norat, in qua scilicet sanguis hominis exquiri habebit. Itaque talem prædicabat, qualem & Pharisæi susceperant, & Dominus ipse defenderat, & Sadducæi ne talem quoq; crederent, in totum esse noluerant. [²⁷⁷] Sed nec Athenienses aliam intellexerant à Paulo portendi. denique irriserant, non irrisuri omninò, si animæ solius restitutionem ab eo audissent Suscepissent enim vernaculæ suæ Philosophiæ frequentiorem præsumptionem. At vbi nationes præconium resurrectionis inauditæ retrò ipsa nouitate concussit, & digna incredulitas rei tantæ quæstionibus fidem torquere cœpit, tunc & Apostolus [²⁷⁸] per totum penè instrumentum fidem huius spei corroborare curauit, & esse eam ostendens, & nondum transactam: & (de quo magis quærebatur) corporalem: & quod insuper dubitabatur, non aliter corporalem. [²⁷⁹] Nihil autem mirum, si & ex ipsius instrumento captentur argumenta, [²⁸⁰] quum oporteat hæreses esse, quæ esse non possent, si non & perperàm scripturæ intelligi possent. Nactæ denique hæreses duos homines ab Apostolo æditos, interiorem, id est animam, & exteriorem, id est carnem: salutem quidem animæ, id est interiori homini: exitium verò carni, id est exteriori adiudicauerũt: quia scriptum sit Corinthijs: Nam etsi homo noster exterior corrumpitur, [²⁸¹] sed interior renouatur de die & die. Portò nec anima per semetipsam homo, quæ figmento iam homini appellato postea inserta est: nec caro sine anima homo, quæ post exilium animæ cadauer inscribitur. Ita vocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodò fibula est, sub quo vocabulo non possunt esse nisi cohærentes. Portò Apostolus interiorem hominem non tam animam quàm mentem atque animum intelligi maulit, id est, non substantiam ipsam,

Ioan. 5.

Ibid.

C.XXXVIII *Matth. 9. Ioan. 11. Luc. 7.*

Apocal. 6.

C.XXXIX.

Act. 23.

Act. 26.

Gen. 9.

Act. 17.

CAP. XL.

2. Cor. 4.

Ephes. 3. [282] sed substantiæ saporem. Siquidem Ephesijs scribens, [283] in interiorem hominem habitare Christum, [284] sensibus vtique intimandum Dominum significauit. Denique adiunxit: per fidem, &: in cordibus vestris, &: in dilectione. Fidem quidem & dilectionem, non substantiua animæ ponens, sed conceptiua. In cordibus autem dicens, quæ substantiua sunt carnis, iam & ipsum interiorem hominem carni deputauit, quem in corde constituit. Inspice nunc quomodo exteriorem quidem
2. Cor. 4. hominē corrumpi allegarit, interiorem verò renouariede ac die. Nec illorū corruptelam carnis affirmes, quam ex die mortis in perpetuum defectura patiatur: sed quam in istius vitæ spatio ante mortem & vsque ad mortem vexationibus & pressuris, tormentis atque supplicijs, nominis causa experietur. Nam & homo intetior hic vtique renouari habebit per suggestum spiritus, proficiens fide & disciplina de die ac die: non illic, id est non post resurrectionem: vbi non vtique de die ac die renouari habe-
Ibid. mus, sed semel ad summam. De sequentibus dicse: [285] Quod enim ad præsens est, inquit temporale & leue præsturæ nostræ per supergressum æternum gloriæ pondus perficiet in nobis, non intuentibus quæ videntur, id est passiones, sed quæ non videntur, id est mercedes. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ verò non videntur, æterna. Pressuras enim & læsuras, quibus corrumpitur homo exterior, vt leues & temporales, idcircò contemnendas affirmat, præferens mercedum æternarum inuisibilium & gloriæ pondus in compensationem laborum, quos hic caro patiendo corrumpitur. Adeò non illa est corruptio, quam in perpetuum carnis interitum, ad resurrectionem expellendam exteriori homini asscribunt. Sic & alibi: [286] Siquidem, ait, compatimur, vti & conglorificemur. Reputo enim non dignas esse passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ in nos
2. Cor. 7. habet reuelari. Et hic minora ostendit incommoda præmijs suis. Porrò si per carnem compatimur, cuius propriè passionibus corrumpi, eiusdem erit & quod pro compassione promittitur. Atque adeò carni asscribit pressurarum proprietatem, [287] vt & suprà dicat: Quum veniissemus autem in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra. Dehinc vt animæ daret compassionem: [288] In omnibus, inquit, compressi. Extrinsecus pugnæ, debellantes scilicet carnem: intrinsecus timor; afflictans scilicet animam. Adeò etsi corrūpitur homo exterior, non vramittens resurrectionem, sed vt sustinens vexationem corrumpi intellegetur, hoc non sine interiore. Ita amborum erit etiam conglorificari, sicut & compati. Secundum collegia laborum, consortia etiam decurrant necesse est præ-
CA. XLI. miorum. [289] Eandem adhuc sententiam exequitur, remunerationes vexationibus præferens. [290]
2. Cor. 5. Scimus enim, inquit, quoniam etsi terrena domus nostra huius tabernaculi dissoluatur, habemus domum non manufactam æternam in cœlis, id est, per hoc quòd dissoluetur caro nostra per pas-
Matth. 5. siones, domicilium consecuturi sumus in cœlis. Meminerat Euangelicæ definitionis: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia illorum est regnum cœlorum. Non tamen carnis restitutionem negauit, si compensationem mercedis opposuit, cùm ipsi compensatio debeatur, cui dissolutio deputatur, scilicet carni. Sed quia domum dixerat, carnem, eleganter voluit &in mercedis comparatione vocabulo do[illegible] vti, ipsi domui quæ dissoluetur per passionem, meliorem domum
Ioan. 14. repromittens per resurrectionem. Nam & Dominus multas mansiones quasi domus, apud patrem repromittit. Quanquam & de domicilio mundi potest intelligi, quo dissoluto æterna sedes repromittatur in cœlis: quia & quæ sequuntur, ad carnem manifestè pertinentia, ostendunt priora non ad car-
2. Cor. 5. nem pertinere. Diuisionem enim facit Apostolus, quum subijcit: [291] Nam & in hoc ingemiscimus; *1. Thess. 4.* domicilium nostrum, quod de cœlo est, superindui desiderantes; siquidem exuti non nudi inueniamur, id est, ante volumus superinduere virtutem cœlestem æternitatis, quàm carne exuamur. Hūius enim gratiæ priuilegium illos manet, qui ab aduentu Domini deprehendentur in carne, & propter duritias temporū Antichristi merebūtur compendio mortis per demutationē expunctæ concurrere cum resurgentibns, sicut Thessalonicensibus scribit. Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini, quòd nos qui viuimus, qui remanemus in aduētu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt.
[292] Quoniam ipse Dominus in iussu & voce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui
CA. LXII in Christo resurgent primi. Dehinc nos cum ipsis simul rapiemur in nubibus obuiam Domino in aëra
1. Cor. 15. & ita semper cum Domino erimus. [293] Horum demutationem ad Corinthios dedit, dicens: [294] Omnes quidem resurgemus, non autem omnes demutabimur, [295] in atomo, in momentaneo motu oculi, in nouissima tuba: Sed illi scilicet soli qui inuenientur in carne. [296] Et mortui, inquit, resurgent, & nos demutabimur. Hac ergo priùs dispositione prospecta, reliqua reuocabis ad superiorem sensum.
2. Cor. 5. Nam quum adijcit, Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptelam, & mortale istud induere immortalitatem; hoc erit illud domicilium de cœlo, [297] quod gementes in hac carne superindui desideramus, vtique super carnem in qua deprehendemur, quia grauari nos ait, qui sumus in tabernaculo, quod nolimus exui, fed potius superindui, vti deuoretur mortale à vita scilicet dum demutatur, superinduendo quod est de cœlis. Quis enim non desiderabit, dum in carne est, superinduere im-
Matth. 5. mortalitalitatem, & continuare vitam lucrifacta morte per vicariam demutationem, ne inferos experiatur, vsque nouissimum quadrantem exacturos? Ceterum demutationem etiam post resurrectio-
2 Cor. 15. nem consecuturus est. inferos iam expertus. Abhinc enim definimus, carnem quidem omni modo re-
2. Cor. 5 surrecturam, atque illam ex demutatione superuentura habitum angelicum suscepturam. Aut si in his

A his solis qui inuenientur in carne, demutari eam oporteḃit, vti deuoretur mortale à vita, id est caro ab illo superindumento cœlesti & æterno: ergo qui mortui deprehendentur, vitam non consequentur, priuati iam materia, & vt ita dixerim, esca vitæ, id est carne. Aut necesse est recipiant eam & illi: vt & inipsis mortale deuorari possit à vita, si vitam sunt consequuturi. Sed in mortuis, inquis, iam deuoratum erit mortale istud. Non vtique in omnibus. [98] Quantos enim licebit vel pridianos inueniri, tam recentia cadauera, vt nihil in illis deuoratum videri possit? Vtique enim deuoratum non aliud existimas, quàm interceptum, quàm abolitum, quàm omni sensu ereptum: quod comparere omni genere cessauerit. Nec Gigantum autem antiquissima cadaucra deuorata constabit, quorum crates adhuc viuunt. [99] Diximus iam de isto alibi. [900] Sed & proximè in ista ciuitate [901] quum Odei fundamenta tot veterum sepulturarum sacrilega collocarentur, quingentorum ferè annorum ossa adhuc succida, & capillos olentes populus exhorruit. Constat non tantùm ossa durare, verùm [902] & dentes incorruptos perennare, quæ vt semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione. Postremò etsi tunc deuoratum inuenietur mortale in omnibus mortuis, certè à morte, certè ab æuo, certè per ætatem; nunquid à vita, nunquid à superindumento, nunquid ab immortalitatis ingestu? Porrò qui ab his ait deuoratum iri mortale, ab alijs negauit. Et vtique hoc à diuinis viribus, non à naturalibus legibus perfici præstarique conueniet. Ergo cùm à vita habeat deuorari quod mortale est, id exhiberi omnifariam necesse est vt deuoretur, & deuorari vt demutetur. Siignem dicas accendi oportere, non potes id per quod accenditur, alibi necessarium adfirmare, alibi non. Sic & cùm insulcit: Siquidem exutionon nudi inueniamur, de eis scilicet qui non in vita, nec in carne deprehendentur à die Domini, non aliàs negauit nudos, quos prædixit exutos, nisi quia & reuestitos voluit intelligi eadem substantia, qua fuerant spoliati. Vt nudi enim inuenientur, carne deposita, vel ex parte dilcissa siue detrita. Et hoc enim nuditas potest dici. Dehinc & recipient eam, vt redinduti carnem, fieri possint etiam super indu-

B ti immortalitatem. Superindui enim nisi vestito iam conuenire non poterit. [903] Proinde quum di- C. XLIII
cit: [904] Itaque confisi semper, & scientes quòd quum immoramur in corpore, peregrinamur à Domino; per fidem enim incedimus non per speciem; manifestum est hoc quoque non pertinere ad offuscationem carnis quasi separantis nos à Domino. Et hîc enim exortatio falsidiendæ vitæ huius obuertitur, siquidem peregrinamur à Domino quàm diu viuimus. Per fidem incedentes, non per speciem, id est spe, non re, & ideò subiungit: [905] Fidentes autem & bonum ducentes magis peregrinari à corpore & immoraria d Dominum, scilicet vt per speciem magis incedamus quàm per fidem, per rem potius quàm per spem. Vides quàm hic & corporum contemptum ad martyriorum præstantiam referat. Nemo enim peregrinatus à corpore statim immoratur penes Dominum, [906] nisi ex martyrij prærogatiua, paradiso scilicet non inferis [907] deuersurus. Defecerant autem Apostolo verba ad significandum de corpore excessum? An ratione etiam nouè loquitur? temporalem enim absentiam a corpore volens significare, peregrinari nos ab eo dixit, quoniam qui peregrinatur, etiam reuertetur in domicilium. Exinde etiam ad omnes: [908] Et ideò gestimus, inquit, siue peregrinantes, siue immorantes placibiles illi esse. Omnes enim manifestari nos oportet [909] ante tribunal Christi. Si omnes, & totos: si totos, & interiores & exteriores, id est tam animas quàm & corpora, [910] vti vnusquisque, inquit, reportet per corpus secundum quæ gessit, bonum, siue malum. Hoc iam quomodo legas, quæro. quasi turbatè enim per hyperbaton struxit, vtrúmne quæ per corpus reportanda erunt, an quæ per corpus gesta sunt. Sed & si quæ per corpus reportanda sunt, corporalis indubitatè

C resurrectio est: & si quæ per corpus gesta sunt, per corpus vtique pensanda sunt, per quod & gesta sunt. Ita & totus hic à capite tractatus Apostoli tali clausula detextus qua carnis resurrectio ostendi- C. LXIIII.
tur, secundum hæc erit intelligendus quæ cum clausula consonant. [911] Si enim adhuc ad superiora respectes, vnde mentio hominis exterioris & interioris inducta est, nónne & dignitatem & spem carnis integram inuenies? Dum enim de lumine quod illuxerit Deus in cordibus nostris [912] ad illuminationem agnitionis gloriæ suæ in persona Christi, dicit habere nos thesaurum istum in testaceis vasis, scilicet in carne, vtrumne quia testacea est, secundum originem, scilicet ex limo destruetur, an quia diuini thesauri conditorium est, extolletur? Atquin si lumen ipsum Dei illud verum quod est in persona Christi, vitam in se continet, eáque vita cum lumine committitur in carnem, peritura est in quam vita committitur? Planè sic periturus & ipse thesaurus. perituris enim peritura creduntur, sicut veteribus vtribus nouum vinum. Cùm item subijcit: Semper mortificationem Christi Iesu circumferentes in corpore nostro, qualis ista res est quæ post Dei templum, iam & sepulchrum Christi potest dici? Cur autem mortificationem Domini circumferimus in corpore? [913] vti & vita Iesu, inquit, manifestetur. Vbi? in corpore nostro. In quo? in mortali ergo in carne planè mortali, secundum culpam, sed & vitali secundum gratiam, vide quantam, vt in illa vita Christi manifestetur. In re ergo aliena salutis, sed in substantia perpetuæ dissolutionis, manifestabitur vita Christi æterna, iugis, incorrupta, iam & Dei vita? aut cuius temporis vita Domini manifestabitur in corpore nostro? Illa quidem quam vixit vsque in passionem, quæ non modò apud Iudæos in manifesto fuit, verùm etiam omnibus nunc gentibus prodita est. Adeò eam significat [914] quæ portas adamantinas mortis, & æneas feras inferorum infregit, quæ exinde iam nostra est. Denique manifestabitur in corpore,

2. Cor. 5.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Psal. 106.

quando? post mortem. quomodo? dum resurgimus in corpore, sicut & Christus. Ne enim quis D
argumentetur, nunc habere manifestari vitam Iesu in corpore nostro per disciplinam sanctitatis & pa-
1. Cor. 4. tientiæ, & iustitiæ, & sapientiæ, quibus Domini vita floruerit, prouidentissima Apostoli intentio in-
gerit:[131] Si enim nos qui viuimus, in mortem tradimur, propter Iesum, vt vita eius manifestetur in cor-
pore nostro mortali. Adeò defunctis nobis hoc ait, futurum in corpore nostro. Quòd si tunc, quo-
Ibid. modo nisi resuscitato eo? (proinde & inclausula: Scientes, ait, quòd qui suscitauit Iesum,[96] & nos susci-
CA. XLV. tabit cum ipso, qui iam resurrexit à mortuis) nisi quia: cum ipso, sicut ipsum, sapit. Si verò ficut ipsum,
Ephes. 4. non vtique sine carne. [97] Sed & rursus alia excitate in duos homines impingunt, in veterem & in
nouum, monente Apostolo, deponere nos veterem hominem [98] qui corrumpitur per concupiscen-
tiam seductionis, renouari autem spiritus sensus, & induere nouum hominem qui secundum Deum
conditus est, in iustitia, & religione veritatis, vt & hic ad duas substantias distinguendo, vetustatem ad
carnem, nouitatem ad animam, corruptionem perpetuam veteri defendat, id est carni. Porrò si se-
cundum substantias, nec anima nouus homo, quia posterior, nec caro ideò vetus, quia prior. quan-
tulum enim temporis inter manum Dei & adflatum? ausim dicere, etiamsi multò prior anima quam ca-
ro, eo ipso quòd anima impleri se expectauit, priorem eam fecit. Omnis enim consummatio atque per-
fectio,[99] etsi ordine postumat, effectu tamen anticipat. Magis illud prius est, sine quo priora non pos-
sunt. Si caro vetus homo, quando istud? à primordio? atquin Adã nouus totus, & ex nouo vetus nemo.
nam & exinde à benedictione geniturę, caro atq; anima simul fiunt sine calculo temporis, vt simul quę
in vtero etiam figurantur.[100] quod docuimus IN COMMENTARIO ANIMÆ,[101] contemporãt fœtu, coætа-
neant natu, duos istos homines sanè ex substãtia duplici, non tamen & ætate, sic vnũ ædunt, dum prior
Ibid. neuter est. Citius est totos nos aut veteres aut nouos esse: quâ enim alterũ possimus esse, nescimus. Sed
Gal. 5. Apostolus veterẽ hominem manifestè notat.[102] Exponentes enim, inquit; secundũ pristinam conuersa- E
Aphes. 4. tionem veterem hominem, non secundum alicuius substantiæ senium. Neque enim carnem præcipit
Isai. 4. deponamus, sed quæ & alibi carnalia ostendit, opera non corpora accusans, de quibus & hîc subijcit:
Ephes. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque ad proximum suum, quoniam membra
alterutrum sumus. Iracsimini autem, & nolite delinquere. Sol non occidat super iracundiã vestram.
Neq; dederitis locum diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, immò potiuslaboret operando manibus, vti habeat impartire indigenti Omnis sermo turpis non procedat ex ore vestro, sed si quis optimus ad ædificationem fidei, vt gratiam audientibus præstet. Et nolite contristare spiritum Dei sanctum in quo signati estis, in redemptionis die. Omnis amaritudo & ira & clamor & blasphemia & indignatio auferatur à vobis, cum omni malitia. Estote autem in alterutrum benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus vobis donauit in Christo. Igitur qui carnem veterem hominem existimant, cur non mortem sibi properant, vt vetere homine deposito præceptis Apostoli occurrant? Nos enim qui totam fidem in carne administrandam credidimus, immò & per carnem cuius est & os ad proferendum optimum quemq; sermonem, & lingua ad non blasphemandum, & corad non indignandũ, & manus ad operandum & largiendum tam vetustatẽ hominis quàm nouitatem, ad moralem non ad substantialẽ differentiam pertinere defendimus. Atq; ita pariter agnoscimus, hominẽ qui secundũ pristinam conuersationem vetus fuerit, eundem & corrumpi ita dictum secundum cõcupiscentiam seductionis, quemadmodum & veterem secundum pristinam conuersationem, non secũdum carnem per interitum perpetuum. Ceterùm carne tam saluum quàm eundem, vt potè vitiosam disciplinã, non
C. XLVI. corpulentiam exutum. [103] Talem vbique Apostolum recognoscas, ita carnis opera damnantem, vt
Rom. 8. carnem damnare videatur: sed ne ita quis existimet, ex aliorum vel cohærẽtium sensuum suggestu procurantem.[104] Nam & dicens: Eos qui in carne sunt, Deo placere non posse, statim de prauo intellectu ad integrũ reuocat, adijciens: Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu. Eos enim quos in carne esse cõstabat, negando in carne esse, in operibus carnis non esse mõstrabat. Atq; ita illos demũ Deo placere nõ F
Ibid. posse non qui in carne essent, sed qui carnaliter viuerent: placere autem illos Deo, qui in carne positi, secundũ spiritum incederent. Et rursus:[105] Corpus quidem ait, mortuũ, sed propter delinquentiam, sicut spiritũ vitam propter iustitiam. Vitam autem morti opponens in carne constituꝰ. sine dubio illic & vitam repromisit ex iustitia, vbi mortẽ determinauit[106] ex delinquentia. Ceterùm frustrà oppositum vitam
Ibid. morti, si non est illic vbi est & ipsa cui eam opponit, excludendæ vtiq; de corpore. Porrò si vita mortẽ de corpore excludit, non poteſt id perficere, nisi illud penetret vbi est quod excludit. Et quid ego nodosius, cùm Apostolus absolutius?[107] Si enim, inquit, spiritus eius qui suscitauit Iesum, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis: vt & si animam quis corpus mortale præsumpserit, quum hoc & carnem negare
Ibid. non possit, carnis quoque resuscitationem cogatur agnoscere secundum eiusdem status communionem. Ex sequentibus adhuc discas opera carnis damnari, non ipsam. Itaque fratres, ait, debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus; si enim secundum carnem vixeritis, futurum est vt moriamini: si verò spiritu actus carnis mortificaueritis, viuetis. Portò vt ad singula quæque respondeã, si in carne constitutis secundum spiritum tamen degentibus salus repromittitur, iam non caro adsuetur saluti, sed operatio carnis. Operatione autem carnis excluſa quæ causa est mortis, salua

iam

A iam caro ostenditur causa carens mortis. [138] Lex enim, inquit, spiritus vitæ in Christo Iesu manumisit me à lege delinquentiæ & mortis: certè quam præmisit habitare in membris nostris. Etgo iam membra nostra lege mortis non tenebuntur, quia nec delinquentiæ, à quibus manumissa sunt. Quod enim inualidum erat legis in quo infirmabatur per carnem, misso Deus filio suo in simulacro carnis delinquentiæ, & per delinquentiam damnauit delinquentiam in carne, non carnem in delinquentia: neque enim domus cum habitatore damnabitur. [139] Habitare enim peccatū dixit in corpore nostro. Damnata autem delinquentia, caro absoluta est: sicut indemnata ea, legi mortis & delinquentiæ obstricta est. [140] Sic & sensum carnis mortem appellauit, dehinc & inimicitiam ad Deum, sed non carnem ipsam. Cui ergo, dices, reputabitur sensus carnis, si non substantiæ ipsi? Planè si probaueris aliquid carnem de suo sapere. Si verò sine anima nullius est sensus, intellege sensum carnis ad animam esse referendum, carni interdum deputatum, quia per carnem administratur: Et ideò habitare ait delinquentiam in carne, quia & anima à qua delinquentia inducitur, inquilina est carnis, mortificatæ quidem, sed non suo, verùm delinquentiæ nomine. Nam & alibi: [141] Quomodo, inquit, etiam nunc velut viuentes in mundo sententiam fertis? non ad mortuos scribens, sed ad eos qui desinere deberent, mundialiter viuere. [142] Hæc enim erit vita mundialis, [143] quam veterem hominum dixit confixum esse Christo, non corporalitatem, sed mortalitatem. Ceterùm si non ita accipimus, non est corporalitas nostra confixa, nec crucem Christi caro nostra perpessa est, sed quemadmodum adiecit, vti euacuetur corpus delinquentiæ, per emendationem vitæ, non per interitum substantiæ, sicut ait, vti hactenus delinquentiæ seruiamus. Et vt hac ratione commortui Christo credamus quòd etiam conuiuemus illic. Sic enim, inquit, & vos reputate mortuos quidem vos, cuinam? carni? non sed delinquentiæ. Ergo salui erunt carni, viuentes autem Deo in Christo Iesu, per carnem vtique cui mortui non erunt: delinquentiæ scilicet mortui, non carni. Nam & adhuc ingerit: Ne ergo regnauerit in cor-

B pore vestro mortali delinquentia, ad obaudiendum illi, & ad exhendum membra vestra arma iustitiæ delinquentiæ. Sed exhibete vosmetipsos Deo velut ex mortuis viuos, non velut viuos, sed velut ex mortuis viuos: & membra vestra arma iustitiæ. Et rursus, [144] Sicut exhibuistis membra vestra famula immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete membra vestra famula iustitiæ in sanctificium. Quum enim serui essetis delinquentiæ liberi eratis iustitiæ. Quem ergo fructum habebatis super his, de quibus nunc confundimini? finis enim illorum mors. Nunc verò liberi facti à delinquentia, famulati autem Deo, habetis fructum vestrum in sanctificium, finem autem vitam æternam. Stipendia enim delinquentiæ mors, donatiuum autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Ita per totam hanc sensuum seriem ab iniustitia & delinquentia membra nostra diuellens, & iustitiæ & sanctimoniæ adiungens, & transferens eadem à stipendio mortis ad donatiuum vitæ æternæ, carni vtique compensationem salutis repromittit, cui nullam omninò competisset imperari propriam sanctimoniæ & iustitiæ disciplinam. si non ipsius esset & præmium disciplinæ, [145] sed nec ipsum baptisma committi, si per regenerationem, non etiam restitutioni inauguraretur, hoc quoque Apostolo ingerente: [146] An ignoratis quòd quicunque in Christum Iesum tincti sumus, in mortem eius tincti sumus; consepulti ergo illi sumus post baptisma in mortem, vt quemadmodum surrexit Christus à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ incedamus. Ac ne de ista tantùm vita putes dictum, quæ ex fide per baptisma in nouitate incedenda est, prouidentissimè adstruit: Si enim consati sumus simulacro mortis Christi, simul & resurrectionis erimus. Per simulacrum enim morimur in baptismate, sed per veritatem resurgemus in carne, sicut & Christus. [147] Vt sicut regnauit in morte delictum,

C ita & gratia regnet per iustitiam in vitam sempiternam, per Iesum Christum Dominum nostrum. Quomodo ita, si non æquè in carne? vbi enim mors, ibi & vita post mortem, quia & vita ibi antè, vbi postea mors. Nam si regnū mortis nihil operatur quàm carnis dissolutionem, proinde vitam contrariā morti, contrarium oportet operari, id est carnis redintegrationem, vti sicut deuorauerat mors inualescendo, ita & mortali deuorato ab immortalitate, audire possit: Vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua? Sic enim & gratia illic superabundabit, vbi & iniquitas abundabit. Sic & virtus in infirmitate perficietur; [148] quod perijt saluum faciens, quod mortuum est viuificans, quod percussum est sanans, quod languit medicans, quod ereptum est redimens, quod famulatum est liberans, quod seductum est reuocans, quod elisum est suscitans. [149] Et quidem de terra in cœlum, vbi nostrum municipatum Philippenses quoque ab Apostolo discunt: Vnde & salutificatorem nostrum expectamus Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostræ humilitatis, conformale corpori gloriæ suæ, sine dubio post resurrectionem, quia nec ipse Christus glorificatus est ante passionem. Hæc erunt corpora nostra quæ Romanos obsecrat exhibere, hostiam viuam, sanctam, placibilem Deo. Quomodo viuam, si peritura sunt? quomodo sanctam, si profana sunt? [150] quomodo placibilem, si damnata sunt? Age iam quod ad Thessalonicenses [151] vt ipsius solis radio putem scriptum, ita claret, qualiter accipient lucifugæ isti scripturarum: [152] Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos? Non sufficit, sed sequitur: Et integrum corpus vestrum, & anima, & spiritus sine querela consetuentur in præsentia Domini. Habes omnem substantiam hominis saluti destinatam, nec alio tempore quàm in aduentu Domini, qui clauis est resurrectionis. [153] Sed caro, inquis, & sanguis regnum Dei [154] hæreditate possidere non

Ibid. *Rom. 7.* *Rom. 8.* *Rom. 7.* *Rom. 8.* *Colos. 2.* C. XLVII *Rom. 6.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibidem.* *Ibid.* *Rom. 5.* *1. Cor. 15.* *Rom. 5.* *2. Cor. 12.* *Ezech. 34.* *Philipp. 3.* *Rom. 12.* *1. Thess. 5.* C. XLVIII *1. Cor. 15.*

possunt. Scimus hoc quoque scriptum, sed de industria distulimus hucusque, vt quod aduersarij in prima statim acie obstruunt, in victima congressione prosterneremus, omnibus quæstionibus quasi auxiliis eius ante deiectis. Sed & nunc expectent præcedentia recognosci, vt & huic sensui sua origo præiudicet. Opinor Apostolus disposita ad Corinthios omni distinctione Ecclesiasticæ disciplinæ, summam & sui Euangelij & fidei illorum in Dominicæ mortis & resurrectionis demandatione concluserat, vt nostræ spei regulam inde deduceret, vnde constaret. Itaque subijcit: [145] Si autem Christus prædicatur, quòd à mortuis resurrexit, quomodo quidam dicunt in vobis, resurrectionem mortuorum non esse? quæ si non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides vestra. inuenimur autem falsi testes Dei, qui testimonium diximus aduersus Deum, quòd resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. Nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, quia adhuc in delictis vestris estis, & qui in Christo dormierunt, perierunt. Per hæc cui nos rei credendæ videtur exstruere? resurrectioni, inquis mortuorum quæ negabatur. certè sub exemplo Dominicæ resurrectionis volens eam credi. certè, inquis. Exemplum porrò ex diuersitate an ex parilitate componitur? vtique, inquis, ex parilitate. Quomodo autem Christus resurrexit, in carne, an non? sine dubio [146] si mortuum, si sepultum audis secundum scripturas, non aliàs quàm in carne, æquè resuscitatum in carne concedis. Ipsum enim quod cecidit in mortem, quod iacuit in sepultura, hoc & resurrexit, non tam Christus in carne quàm caro in Christo. Igitur si ad exemplum Christi resurgemus, qui resurrexit in carne, iam non ad exemplum Christi resurgemus, si nõ in carne & ipsi resurgemus, quia per hominem, inquit, mors, & per hominem resurrectio: vt separet quidem auctores, mortis Adam, Christum resurrectionis, eiusdem autem constitueret substantiæ resurrectionem cuius & mortem, per ipsorum auctorum in nomine hominis cõparationem. Si enim sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, carne viuificabuntur in Christo, sicut in Adã carne moriuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine, scilicet quia & in suo corpore Ordo enim non aliud quàm meritorum dispositor. Merita autem quum corpori quoq; adscribantur, ordo quoque corporũ dispõnatur necesse est, vt possit esse meritorum. [147] Si autem & baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illa præsumptione hoc eos instituisse contendit qua alij etiam carni vicarium baptismã profuturum existimarent ad spem resurrectionis, quæ nisi corporalis, non aliàs sic baptismate corporali obligaretur. Quid & ipsos baptizari ait, si non quæ baptizantur corpora resurgunt? [148] Anima enim non lauatione, sed responsione sanctitur. Quid & nos, inquit, omni hora periclitamur, vtique per carnem. Quotidie morior, vtique periculis carnis, per quam & depugnauit ad bestias Ephesi, [149] illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ, de qua in secũda ad eosdem: Nolumus enim vos ignorare fratres de pressura nostra apud Asiam, quòd [150] super quàm grauati sumus supra vires, vti de vita hæsitaremus Omnia hæc, nisi fallor, eò enumerat, vt nolens vanam credi carnis conflictationem, indubitatè velit credi carnis resurrectionem. Vana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio. Sed dicet quis: Quomodo resurgent mortui, quo autem corpore venient? Iam hic de qualitatibus corporum differit, an eadem ipsa, an alia resumantur. [151] Sed quum eiusmodi quæstio posterior habeatur, sufficiet interim ex hoc quoque corporalem definiri resurrectionem, quum de qualitate corporum quæritur.

C. XLIX. [152] Ventum est nunc ad carnem & sanguinem reuera totius quæstionis quasi substantias, quali conditione exhæredauerit Apostolus à Dei regno æquè de antecedentibus discere est. [153] Primus, inquit, homo de terra choicus, id est, limaceus, id est Adam. Secundus homo de cœlo, id est sermo Dei, id est Christus, non aliàs tamen homo, licet de cœlo, nisi quia & ipse caro atque anima, quod homo, quod Adam. [154] Nam & suprà nouissimus Adam dictus, de consortio substantiæ commercium nominis traxit, quia nec Adam ex semine caro, quod & Christus. Qualis ergo choicus, tales & choici; qualis cœlestis, tales & cœlestes. Substantia tales? an primò disciplina, dehinc & dignitate quam disciplina captauit? Atquin substantia nullo modo separabuntur choici atque cœlestes, semel ab Apostolo homines dicti. Si enim & Christus solus verè cœlestis, immò & supercœlestis, homo tamen quâ caro atque anima, nihilo ex ista substantiarum conditione à choica qualitate discernitur: proinde & qui cœlestes secundum illum non de substantia præsenti sed de futura claritate cœlestes prædicati intelleguntur, quia & retrò vnde distinctio ista manauit de dignitatis differentia ostensa est, alia supercœlestium gloria, alia superterrenorum. & alia solis, alia lunæ, alia stellarum. Quia & stella à stella differt in gloria, non tamen in substantia. Denique præmissa differentia dignitatis in eadem substantia & nunc sectandæ & tunc capessendæ, subiungit etiam exhortationem, vt & hic habitum Christi sectemur ex disciplina & illic fastigium consequamur ex gloria: Sicut portauimus imaginem choici, [155] portemus etiam imaginem supercœlestis. Portauimus enim imaginem choici per collegium trangressionis, per consortium mortis, per exilium paradisi. Nam si & in carne sic putatur imago Adæ, sed non carnem monemur ponere. Si non carnem, ergo conuersationem, vt proinde & cœlestis imaginem gestemus in nobis, non iam Dei, nec iam in cœlo constituti, sed secundum liniamenta Christi incedentes in sanctitate & iustitia & veritate. Atque adeò ad disciplinam totum hoc dirigit, vt hic dicat portandam imaginem Christi in ista carne, & in isto tempore disciplinæ. Portemus

Ibid.

Ibid.

2. Cor. 1.

1. Cor. 15.

Ibid.

Ibid.

Ibidem.

A temus enim præceptiuo modo, dicens, huic tempoti loquitur, in quo homo nulla alia substantia est, quàm caro & anima, aut si quam aliam, id est, cœlestem substantiam hæc fides spectat, huic tamen repromissa sit, eui adillam elaborare mandatur. Quum igitur imaginem & choici & cœlestis in conuersatione constituat, illam eierandam, hanc verò sectandam, dehinc adiungat: Hoc enim dico (id est propter ea quæ suprà dixi: coniunctio est enim sensus supplementum antecedentibus reddens) quòd caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt, nihil aliud intelligi mandant carnem & sanguinem, quam supradictam imaginem choici: quæ si conuersatione ceensetur vetustatis, conuersatio autem vetustatis non capit Dei regnum, proinde caro & sanguis non capiendo Dei regnum ad conuersationem rediguntur vetustatis. Planè si nunquam Apostolus pro operibus substantiam posuit, nec hîc ita vtatur.[156] Si verò in carne adhuc constitutos negauit esse in carne, in operibus carnis negans esse, formam eius subruere non debes, non substantiam, sed opera substantiæ alienantis à Dei regno. Quibus etiam ad Galatas manifestatis, prædicere se & prædixisse profitetur, quòd qui talia agunt, regnũ Dei non sunt hæreditate consecuturi, non portantes scilicet imaginem cœlestis, sicut portauerant choici, ideó que ex vetere conuersatione, nihil aliud deputandi, quàm caro & sanguis. Nam etsi subitò in hanc definitionem erupisset Apostolus: eliminandam carnem & sanguinem à Dei regno, sine vllius suprà sensus præstructione, nónne duas istas substantias proinde hominem veterem interpretaremur carni & sanguini deditum, id est, esui & potui, cuius sit dicere aduersus fidem resurrectionis: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur? Et hoc enim insulciens Apostolus, carnem & sanguinem de fructibus ipsorum manducandi & bibendi suggillauit. [157] Sed & omissis huiusmodi interpretationibus carnis & sanguinis opera taxantibus, ipsas quoque substantias non aliter, quàm sunt, intellectas licebit resurrectioni vindicare. Non enim resurrectio carni & sanguini directò denegatur, sed Dei regnum quod obuenit resurrectioni[158] (est autem & in iudicium resurrectio) immò & confir-

B matur caro resurrectio generalis, quum specialis excipitur. Dum enim in quem statum non resurgat edicitur, in quem resurgat subauditur. Atque ita dum pro meritis distinctionem resurrectionis opus substantiæ non genus patitur, apparet hinc quoque carnem & sanguinem nomine culpæ non substantiæ arceri à Dei regno nomine tamen formæ resurgere in iudicium, quia non resurgant in regnum. Adhuc dicam: Caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt. Meritò sola & per semetipsa, vt ostenderet adhuc spiritum illis necessarium. Spiritus enim est qui viuificat in regnum Dei, caro nihil prodest. Prodesse tamen illis aliud potest, id est, spiritus & per spiritum opera quoque spiritus. Resurgunt itaque ex æquo omnis caro & sanguis in qualitate sua. Sed quorum est adire regnum Dei, inducere oportebit vim incorruptibilitatis & immortalitatis, sine qua regnum Dei adire non possunt, antequàm consequi eam possint. Meritò ergo caro & sanguis (vt diximus) sola regnum Dei capere deficiunt. Iam verò quum deuorari habeat corruptiuum istud ab incorruptibilitate, id est, caro: & mortale istud ab immortalitate, id est, sanguis post resurrectionem ex demutatione, meritò demutata ac deuorata caro & sanguis, regnum Dei hæreditati possidere possunt, non tamen non resuscitata.[159] Sunt qui carnem & sanguinem Iudaismum velint accipi propter circumcisionem, alienum & ipsum à Dei regno, quia & ille vetustati deputetur, & hoc titulo iam & alibi ab Apostolo denotetur, qui post reuelatum in se filium Dei, ad euangelizandum eum in nationibus,[160] statim non retulerit ad carnem & sanguinem, id est, ad circumcisionem, id est, ad Iudaismum sicut ad Galatas scribit. [161] Sed pro omnibus iam stabit quod in clausulâ reseruauimus, etiam pro Apostolo ipso, reuera maximæ inconsiderantiæ reuincendo, si tam abruptè, quidam

C volunt, clausis (quod aiunt) oculis, sine distinctione, sine conditione, omnem passim carnem & sanguinem à regno Dei extrusit, vtique & ab ipsa regia cœlorum,[162] quum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, homo etsi Deus: Adam nouissimus etsi sermo primarius, caro & sanguis,[163] etsi nostris puriora, idem tamen & substantia & forma qua ascendit,[164] talis etiam descensurus vt angeli adfirmant; agnoscendus scilicet eis qui illum conuulnerauerunt.[165] Hic sequester Dei atque hominum appellatus ex vtriusque partis depositio commisso sibi, carnis quoque depositum seruat in semetipso, arrabonem summæ totius.[166] Quemadmodum enim nobis arrabonem spiritus reliquit, ita & à nobis arrabonem carnis accepit, & vexit in cœlum pignus totius summæ illuc quandoque redigendæ. Securæ estote caro & sanguis, vsurpastis & cœlum & regnum Dei in Christo. Aut si negent vos in Christo, negent & in cœlo Christum, qui vobis cœlũ negauerunt.[167] Ita nec corruptela, inquit, incorruptelam hæreditati habebit, non vt carnem & sanguinem existimes corruptelam, quando ipsa sint potius obnoxia corruptelæ, per mortem scilicet. Siquidem mors est, quæ carnem & sanguinem non modò corrumpit, verùm etiam consumit. Sed quoniam opera carnis & sanguinis non posse consequi regnum Dei ediderat, quò magis hoc exaggeraret, ipsi quoque corruptelæ, id est, morti cui carnis & sanguinis opera proficiunt, hæreditatem incorruptelæ ademit. Nam & paulò pòst ipsius mortis quodammodò mortem expressit:[168] Deuorata est mors dicens, in contentionẽ. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Aculeus autem mortis delinquentia, hæc erit corruptela. Vittus autem delinquentiæ lex.[169] Illa alia sine dubio, quam constituit in membris suis militantem aduersus legem animi sui, ipsam scilicet vim delinquendi contra voluntatem.[170] Nam & suprà nouissimum inimi-

Ibid.

Rom. 8.

Gal. 5.

1. Cor. 15.

Ibid.

CAP. L.

Ibid.

Ioan. 5.

1. Cor. 15.

Ioan. 6.

1. Cor. 15.

Gal. 1.

CA. LI.

Marc. 16.

1. Cor. 15.

Act. 1.

Ioan. 19.

1. Tim. 2.

2. Cor. 5.

1. Cor. 15.

Ibid.

Rom. 7.

1. Cor. 15. Ibid. icum mortem euacuari ait. Hoc modo nec corruptela hæreditatem incorruptelæ consequetur, id est, nec mors perseuerabit. Quando & quomodo deiectura? Quum in atomo, in momentaneo oculi motu, in nouissima tuba & mortui resurgent incorrupti. Qui hi, nisi qui antè corrupti, id est, corpora, id est caro & sanguis? & nos demutabimur. De qua habitudine nisi in qua deprehendemur? Oportet enim corruptiuum, istud induere incorruptionem & mortale istud induere immortalitatem. Quid mortale, nisi caro? quid corruptiuum, nisi sanguis? ac ne putes aliquid aliud sentire Apostolum prouidentem tibi, vt de carne dictum intelligas laborantem, quum dicit istud corruptiuum, & istud mortale, cutem ipsam tenens dicit. Certè istud nisi de subiecto, nisi de comparenti pronuntiasse non potuit. Demonstrationis corporalis est verbum. Aliud autem corruptiuum, aliud corruptela: & aliud mortale, & aliud mortalitas. Aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. Ita quæ patiuntur corruptelam & mortalitatem, caro scilicet & sanguis, ea necesse est patiantur & incorruptelam & immortalitatem: [171] Videamus iam nunc quo corpore venturos mortuos disputet. Et benè quòd erupit statim ostendere, quam quis eiusmodi quærat. [172] Stulte, inquit, tu quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Hoc ergo iam de exemplo seminis constet, non aliam viuificari carnem, quam ipsam quæ erit mortua. Et ita sequentia relucebunt. Nihil enim aduersus regulam exempli licebit intelligi, ne quia sequitur & quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, idcirco aliud resurrecturum corpus, quàm quod moriendo seminatur, existimes. Ceterùm excidisti ab exemplo. Nunquam enim frumento seminato & in terra dissoluto hordeum erumpit & non idipsum genus grani, eademque natura & qualitate & forma. Deniq; vnde? si non idipsum: & corruptela enim ipsum est, dum ipsius est. Non enim & suggerit, quomodo? Non quod futurum est corpus seminatur, dicens; sed nudum granum: si fortè frumenti aut alicuius eiusmodi. Deus autè dat illi corpus prout vult. certè ei grano quod nudum seminari ait. Certè, inquis. Ergo saluũ est cui dare habet Deus corpus. Quomodo autem saluũ est si nusquã est, si non resurgit, si non idipsum resurgit? Si non resurgit, saluum non est. Si non est & saluum, accipere corpus à Deo non potest. Sed enim saluum omni modo constat. Ad quid ergo dabit illi Deus prout vult corpus, habenti vtique proprium corpus illud nudum, nisi vt iam non nudum resurgat? ergo additium erit corpus quod corpori superstruitur, nec exterminatur illud cui superstruitur, sed augetur. Saluum est autem quod augetur. [173] Scritur enim solummodo granum sine folliculi veste, sine fundamento spicæ, sine munimento aristæ, sine superbia culmi. Exurgit autem copia fœneratum, compagine ædificatum, ordine structum, cultu munitum, & vsquequaque vestitum. Hæc sunt ei corpus à Deo aliud, in quod non abolitione, sed ampliatione mutatur. [174] Et vniquique seminum suum corpus deputauit non suum, id est, non pristinum, vt tunc & illud suum, sit quod extrinsecus à Deo acquirit. Serui igitur exemplo, & conserua speculum eius carni, eandem credens fructificaturam quæ sit seminata, ipsam, etsi pleniorem, non aliam, etsi aliter reuerentem. Accipiet enim & ipsa suggestum & ornatum, qualem illi Deus voluerit superducere secundum merita. Sine dubio ad hoc dirigit: Non omnis caro eadem caro, non ad denegandam substantiæ communionem, sed prærogatiuæ peræquationem, corpus honoris non generis in differentiam redigens. In hoc & figurata subijcit exempla animalium & elementorum. [175] Alia caro hominis, id est, serui Dei, qui verè homo est: alia iumenti, id est ethnici, de quo & Propheta: [176] Adsimilatus est, inquit, homo irrationabilibus iumentis. Alia caro volucrum, id est, martyrum, qui ad superiora conantur: alia autem piscium, id est, [177] quibus aqua baptismatis sufficit. [178] Sic & de supercœlestibus corporibus argumenta committit. Alia solis gloria, id est, Christi: & alia lunæ, id est, Ecclesiæ: & alia stellarum, id est, seminis Abrahæ. Et stella enim à stella differt in gloria, corpora terrena & cœlestia, Iudæus scilicet & Christianus. Ceterùm si non figuratè, satis vanè mulorum & miluorum carnes, & corpora cœlestium luminum oppofuit humanis, non pertinentia ad conditionis comparationem, sicut nec ad resurrectionis consecutionem. Postremò cùm per hæc differentiam gloriæ, non substantiæ concluisset: Sic, inquit, & resurrectio mortuorum. Quomodo? non de alio aliquo, sed de sola gloria differens. Rursus enim resurrectionem ad eandem substantiam reuocans, & ad granum denuò spectans: [179] Seminatur, inquit, in corruptela, resurgit in incorruptela: seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in virtute: Seminatur corpus animale, resurgit spiritale. Certè non aliud resurgit, quàm quod seminatur; nec aliud seminatur, quàm quod dissoluitur humi: nec aliud dissoluitur humi, quàm caro; hanc enim sententia Dei elisit: Terra es, & in terram ibis, quia & de terra erat sumpta. Hinc & Apostolus concepit seminati eam dicere quum redhibetur in terram, quia & seminibus sequestratorium terra est, illic deponendis, & inde repetendis. Ideóque & reconsignat imprimens, [180] sic enim scriptum est: ne aliud existimes esse seminari, quàm in terram ibis, ex qua es sumptus, sic ne alterius quàm carnis, sic enim scripium est. [181] Sed corpus animale animam quidam argumentantur, vt illum à carne auocent recidiuatum. Porrò quum constet fixúmque sit illud resurrecturum corpus quod fuerit seminatum, ad ipsius rei exhibitionem prouocabuntur. Aut ostendãt animam seminatam post mortem, id est, mortuam: id est, humi elisam, dissectam, dissolutam, quod in illam à Deo decretum

1. Cor. 15. Ibid. Ps. 48. 1. Cor. 15. Ibid. Ibid. Gen. 3. 1. Cor. 5. Ibid.

CA. LII.

C. LIII.

A decretum non est, proponant corruptelam eius, & dedecorationem, infirmitatem, vt ipsius sit etiam exsurgere in incorruptelam, & in gloriam, & in virtutem. [182] Sed enim in Lazaro præcipuo resurrectionis exemplo caro iacuit in infirmitate, caro penè computruit in dedecorationem, caro interim putruit in corruptionem, & tamen Lazarus caro resurrexit, cum anima quidem, sed incorrupta quam nemo vinculis lineis strinxerat, nemo in sepulcro collocarat, nemo iã fœtere senserat, nemo quatriduo viderat seminatam. Totum habitum, totum exitum Lazari, omnium quoque caro hodie experitur, anima verò nullius. In qua ergo stylus Apostoli compãret; de qua eum loqui constat, ca rit & corpus animale quum seminatur, & spiritale quum suscitatur. Nam vt ita intellegat manum adhuc porrigit, æquè de eiusdem scripturæ auctoritate [183] factum retexens primum hominem Adam in animam viuam. Si Adam homo primus, caro autem homo ante animam, sine dubio caro erit facta in animam viuam. Porrò in animam quum esset corpus, vtique animale corpus est facta. Quid eam appellari velint, quàm quod per animam facta est, quàm quod ante animam non fuit, quàm quod post animam non erit, nisi quum resurgit? Recepta enim anima rursus animale corpus efficitur, vt fiat spiritale. Non enim resurgit, nisi quod fuit. Ita vnde carni competit corpus animale dici, inde animæ nullo modo competit. Caro enim ante corpus, quàm animale corpus. Animata enim, postea, facta est corpus animale. [184] Anima verò etsi corpus, tamen quia ipsa est corpus, non animata, sed animans potius, animale corpus non potest dici, nec fieri quod facit. Alij enim accidens facit illud animale: non accidens autem alij, quomodo se faciet animale? sicut ergo antè animale corpus caro recipiens ãnimam, ita & postea spiritale induens spiritum. Hunc ordinem Apostolus disponens, in
B Adam quoque & in Christo eum meritò distinguit, vt in capitibus distinctionis ipsius. Et quum Christum nouissimum Adam appellat, hinc eum recognosce ad carnis non ad animæ resurrectionem, omnibus doctrinæ viribus operatum. Si enim & primus homo Adam caro, non anima, quidni quæ in animam facta est, & nouissimus Adam Christus ideò Adam, quia homo: ideò homo, quia caro, non quia anima, atque ita subiungit: [185] Non primum quod spiritale, sed quod animale, postea quod spiritale, secundum vtrumque Adam. Ecquid tibi videtur corpus animale & corpus spiritale in eadem carne distinguere, cuius distinctionem in vtroque Adam, id est in vtroque homine præstruxit? Vtraque enim substantia pariant inter se Christus & Adam, scilicet & carne & anima, sed carnis nomine homo vterque sunt. Prior enim caro homo. Ex illa & ordinem admittere potuerunt, vt alter primus, alter nouissimus homo, id est, Adam, deputarentur. Ceterùm diuersa in ordinem disponi non possunt, de substantia duntaxat. de loco enim aut tempore, aut conditione forsitan possint. Hic autem de substantia carnis, primus & nouissimus dicti sunt, sicut & rursus primus homo de terra, & secundus de cœlo. Quia etsi de cœlo secundum spiritum, sed homo secundum carnem. Itaque cùm carni conueniat ordo in vtroque Adam, non animæ, vt primus homo Adam in animam viuam, nouissimus in spiritum viuificantem distincti sint, æquè distinctio eorum carni distinctionem præiudicauit, vt de carne sit dictum, non in primum quod spiritale, sed quod animale, postea quod spiritale: atque ita eadem sit & suprà intelligenda, & quæ seminetur corpus animale, & quæ resurgat corpus spiritale, quia non primum quod spiritale, sed quod animale, quia primus Adam in animam, nouissimus Adam in spiritum. Totum de homine, totum de carne, quando de homine. Quid ergo dicemus? nónne & nunc habet caro spiritum ex fide? vt quærendum sit, quomodo corpus animale dicatur seminari. Planè accepit & hic spiritum caro, sed arrabonem, animæ autem non arrabonem, sed
C plenitudinem. Itaque etiam propterea maioris substantiæ nomine animale corpus nuncupata est, in qua seminatur, futura proinde per plenitudinem spiritus insuper spiritale, in qua resuscitatur. Quid mirum si magis inde vocitata est, vnde conferta est, quàm vnde respersa? [186] Ita de vocabulorum occasionibus plurimùm quæstiones subornantur, sicut & de verborum communionibus. Nam quia & illud apud Apostolum positum est, vt deuoretur mortale à vita, caro scilicet, deuorationem quoque addit perditionem scilicet carnis arripiunt, quasi non bilem & dolorem dicamur deuorare, id est, absconderе, ac tegere, & intra nosmetipsos continere. Denique quum & illud scriptum sit: Oportet mortale hoc induere immortalitem, ostenditur quomodo mortale deuoretur à vita, dum indutum immortalitate absconditur, & tegitur, & intus continetur, nondum absumitur & amittitur. Ergo & mors, inquis, salua erit, quum fuerit deuorata. Ideò discerne pro sensibus communionem verborum, & integrè intelliges. Aliud enim mors, & aliud mortale. Aliter itaque deuorabitur mors, & aliter mortale. Mors non capit immortalitatem, mortale autem capit. Denique & scriptum est, quòd necesse sit mortale hoc induere immortalitatem. Quomodo ergo capit? dum deuoratur à vita. quomodo deuoratur à vita? dum recipitur, & redigitur, & includitur in ipsam. Ceterùm mors meritò in interitum deuoratur, quia & ipsa in hoc deuorat. [187] Deuorauit, inquit, mors inualescendo, & ideò deuorata est in contentionem. Vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua? Proinde & vita, mortis scilicet æmula, per contentionem deuorabit in salutem, quod per contentionem deuorauerat mors in interitum. [188] Quanquam igitur resurrecturam carnem probantes, hoc ipso non aliam resurrecturam probemus, quàm de qua agitur; tamen singulæ quæstiones, & causæ earum, proprios quoque flagitant congressus, licet aliunde iam cæsæ. Interpretabimur itaque plenius &

1.Cor. 15. Ibidem. Ibidem. Ibidem. C. LIIII. 2.Cor. 5. 1.Cor. 15. Rom. 5. 1.Cor. 15. CA. LV.

Ibidem. vim & rationem demutationis, quæ fermè subministrat alterius carnis resurrecturæ præsumptionem, quasi demutari desinere sit in totum, & de pristino perire. Discernenda est autem demutatio ab omni argumento perditionis. Aliud enim demutatio, aliud perditio. Porrò non aliud, si ita demutabitur, caro, vt pereat. Peribit autem demutata, si non ipsa permanserit in demutatione, quæ exhibita fuerit in resurrectione. Quemadmodum enim perit, si non resurgit, ita etsi resurgit quidem, verùm in demutationem subducitur, æquè perit. Æquè enim non erit, ac si non resurrexerit. Et quàm ineptum, si in hoc resurgit, vt non sit, quæ potuit non resurrexisse, nec esse, quia non esse iam cœperat. Non miscebuntur omninò diuersa, mutatio atque perditio, operibus vtique diuersa. Perdit hæc, illa mutat. Quomodo ergo quod perditum est, mutatum non est, ita quod mutatum est, perditum non est. Perisse enim est in totum non esse quod fuerit: mutatum esse, aliter esse est. Porrò dum aliter est, idipsum potest esse: habet enim esse quod non perit. Mutationem enim passum est, non perditionem. Atque adeò potest & demutari quid, & ipsum esse nihilominus, vt & totus homo in hoc æuo subſtantia quidem ipse sit, multifariam tamen demutetur, & habitu, & ipsa corpulentia, & valetudine, & conditione, & dignitate, & ætate, studio, negotio, artificio, facultatibus, sedibus, legibus, moribus, nec quicquam tamen amittat hominis, nec ita aliud efficiatur vt cesset idem esse: immo nec alius efficiatur, sed aliud. Hanc formam demutationis diuina etiam documenta testantur. Mutatur Moysi manus, & quidem, ad instar emortuæ, exanguis; & albida, frigida, sed & recepto calore, & refuso colore eadem caro & sanguis est. [89] Mutatur postea & facies eiusdem, in contemplabili claritate. Sed Moses erat proinde qui non videbatur. [90] Sic & Stephanus angelicum iam fastigium induerat, sed non alia genua in lapidatione succiderant. [91] Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce mutauerat, sed lineamenta Petro agnoscibilia seruauerat. Vbi etiam Moses & Helias, aler in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ, eandem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perseuerare docuerunt. De quo exemplo instructus & Paulus: Qui transfigurabit, inquit, corpus humilitatis nostræ conforme fieri corpori claritatis suæ. Quòd si & transfigurationem & conuersionem [92] in transitum substantiæ cuiusque defendis, ergo & Saül in alium virum conuersus, de corpore suo excessit, & ipse Satanas quum in angelum lucis transfiguratur, qualitatem suam amittit. non opinor. Ita & in resurrectionis cuentum mutari, conuerti, reformari licebit cum salute subſtantiæ. [93] Etenim quàm absurdum, quàm verò & iniquum, vtrumque autem quàm Deo indignum, aliam subſtantiam operari, aliam mercede difungi, vt hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coronetur: item e contrario hæc quidem caro in spurcitijs volutetur, alia verò damnetur. Nónne præstat omnem semel fidem à spe resurrectionis abducere, quàm de grauitate atque iustitia Dei ludere? [94] Marcionem pro Valentino resuscitari? quando neque mentem, neque memoriam, neque conscientiam hominis hodierni credibile sit aboleri, per indumentum illud mutatorium immortalitatis & incorruptelæ, vacaturo scilicet emolumento & fructu resurrectionis, & statu diuini vtrobique iudicij. Si non meminerim me esse qui merui, quomodo gloriam Deo dicam? quomodo canam illi nouum canticum, nesciens me esse qui gratiam Deo debeam? Cur autem solius carnis demutatio excipitur, non & animæ simul quæ in omnibus præsuit carni? quale est, vt eadem anima quæ in hac carne totum vitæ ordinem decucurrit, quæ in hac carne Deum didicit, & Christum induit, & spem salutis seminauit, in alia nescio qua metat fructum? [95] Næ illa gratiosissima caro, cui gratis vita constabit. Quòd si non & anima mutabitur, iam nec animæ resurrectio est; nec ipsa enim resurrexisse crederur, si non alia resurrexerit. [96] Hinc iam illa vulgaris incredulitatis argutia est: si, inquiunt, ipsa eadémque subſtantia reuocatur cum sua forma, linea, qualitate, ergo & cum insignibus suis reliquis: Itaque & cæci & claudi, & paralytici, & vt quis insignis excesserit, ita & reuertetur. Quid nunc? etsi ita dedignaris tantam gratiam qualiscunque à Deo consequi. Non enim & nunc animæ solius admittens salutem, dimidiatis hominibus eandem adscribis? Quid est credere resurrectionem, nisi integram credere? Si enim caro de dissolutione reparabitur, multò magis de vexatione reuocabitur. Minoribus maiora præscribunt. Cuiuscunque membri detruncatio, vel obtusio, nónne mors membri est? si vniuersalis mors resurrectione rescinditur, quid [97] portionalis? Si demutamur in gloriam, quanto magis in incolumitatem? Vitiatio corporum accidens res est, integritas propria est. In hac nascimur, etiamsi in vtero vitiemur, iam hominis est passio. Prius est genus quàm casus. Quomodo vita confertur à Deo, ita & refertur. Quales eam accipimus, tales & recipimus. Naturæ, non iniuriæ reddimur: [98] quod nascimur, non quod lædimur reuiuiscimus. Si non integros Deus suscitat, non suscitat mortuos. Quis enim mortuus integer, etsi integer moritur? Quis incolumis, qui exanimis? quod corpus inlæsum, quum interemptum, quum frigidum, quum expallidum, quum edurum, quum cadauer? quando magis homo debilis, nisi quum totus? quando magis paralyticus, nisi quum immobilis? ita nihil aliud est mortuum resuscitari, quàm integrum fieri, ne ex ea parte mortuus adhuc sit, ex qua non resurrexerit. Idoneus Deus reficere quod fecit. Hanc suam & potestatem & liberalitatem satis iam in Christo spopondit, immo & ostendit, non tantùm resuscitatorem carnis, verum etiam redintegratorem. Atque adeò & Apostolus: Et mortui, inquit, resurgent

Exod. 4. *Exod. 34.* *2. Cor. 3.* *Act. 9. et 7* *Matth. 17.* *Marc. 9.* *Luc. 8.* *4. Reg. 2.* *Philip. 3.* *1. Reg. 10.* *2. Cor. 11.* C. LVI. *1. Cor. 15.* *Psal. 95.* *Gal. 6.* C. LVII. *1. Cor. 15.*

A gent incorrupti. Quomodo nisi integri qui retrò corrupti, tam vitio valetudinis, quàm & senio sepulturæ. Nam & suprà vtrunque proponens, oportere & corruptiuum istud induere incorruptelam, & mortale istud immortalitatem, non iterauit sententiam, sed differentiam demandauit. Immortalitatem enim ad rescissionem mortis, incorruptelam ad oblitterationem corruptelæ diuidendo, alteram ad resurrectionem, alteram ad redintegrationem temperauit. Puto autem & Thessalonicensibus omnis substantiæ integritatem repromisit. Itaque nec in posterum timebuntur corporum labes. Nihil poterit amittere integritas, vel conseruata, vel restituta, ex quo illi etiam si quid amiserat, redditur. Præscribens enim adhuc eadem passiones obitutam carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam aduersus Dominum suum temerè defendis, legem aduersus gratiam impiè asseris, quasi Domino Deo non liceat & mutare naturam, & sine lege seruare. Quomodo ergo legimus, [399] Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum sunt? [400] &: Stulta mundi elegit Deus, vt sapientiam mundi confundat? Oro te, si famulum tuum libertate mutauerris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus & stigmatibus obnoxiæ retrò fuerant, idcircóne illas eadem pati oportebit? non opinor. [401] Atquin & vestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur. Permitte hanc & Deo potestatem per vim demutationis illius conditionem non naturam reformandi, dum & passiones auferuntur, & munitiones conseruntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem, eatenus passibilis quà ipsa, quà eadem; ea tamen impassibilis, quà in hoc ipsum manumissa à Domino, ne vltrà pati possit. [402] Iocùditas, inquit Esaias, æterna super caput eorum. Nihil æternũ nisi post resurrectionem. Aufugit, inquit, dolor & mœror, & gemitus ab illis. Proinde & Ioanni angelus: [403] Et delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Vtique ex ijsdem oculis qui retrò fleuerant, quique adhuc flere potuissent, si non omnem lacrymę imbrem indulgentia diuina siccaret. Et rursus: Deus enim delebit omnem lacrymam ab oculis eorum. & mors hactenus igitur, & corruptela hactenus; proinde per incorruptelam fugata, quemadmodum mors per immortalitatem. Si dolor, & mœror, & gemitus, ipsáque mors ex læsuris & animæ & carnis obueniunt, quomodo auferentur, nisi cessauerint causæ, scilicet læsuræ carnis atque animæ? vbi casus aduersi apud Deum? aut vbi incursus infesti apud Christum? vbi dæmonici impetus apud Spiritum sanctum, iam & ipso diabolo cum angelis suis ignibus mersо? [404] Vbi necessitas, aut quod dicitur fortuna, vel fatum? quæ resuscitatis plaga post veniam? quæ reconciliatis ira post gratiam? quæ infirmitas post virtutem? quæ imbecillitas post salutem? [405] Quòd vestimenta & calceamenta filiorum Israëlis quadraginta illis annis indetrita: & inobsoleta manserunt: quòd & in ipsis corporibus vnguium & capillorum facilia crementa habilitatis & dignitatis iustitia defixit, ne etiam enormitas corruptelæ deputaretur: quòd Babyloniꝰ ignes triũ fratrum, nec tiaras, [406] nec Sarabaras, quanquam Iudæis alienas læserunt: quòd Ionas deuoratus à belua maris, in cuius aluo naufragia digerebantur, triduo pòst incolumis exputur: quòd hodie [407] Enoch & Helias, nondum resurrectione disiuncti, quia nec morte functi, quâ tamen de orbe translati, & hoc ipso iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis edisserunt, cuinam fidei testimonium signant, nisi quâ credi oportet, hæc futuræ integritatis esse documenta? [408] Figuræ enim nostræ fuerunt Apostolo auctore, quæ scripta sunt, vt & Dominum potentiorem credamus omni corporum lege, & carnis magis vtique conseruatorem, cuius etiam vestimenta, etiam calciamenta protexit. [409] Sed futurum, inquis, æuum alterius est dispositionis & æternæ, igitur huius æui subsistantiam non æternam diuersa possidere non posse. Planè si homo propter dispositionem futuram, & non dispositio propter hominem. Sed enim Apostolus scribens, siue mundus, siue vita, siue mors, siue futura, siue præsentia, [410] omnia vestra sunt, eosdem constituit hæredes etiam futurorum. Nihil tibi largitur Esaias, dicens: Omnis caro fœnum. [411] & alibi: Et videbit omnis caro salutare Dei. exitus non substantias distinxit. Quis enim iudicium Dei non in sententia duplici statuit salutis & pœnæ? Omnis igitur caro fœnum, quæ igni destinatur, & omnis caro videbit salutare Dei, quæ saluti ordinatur. [412] Ego me scio neque alia carne adulteria commisisse, neque nunc alia carne ad continentiam eniti. Si quis est, bina pudenda circumferens, potest iam & demere fœnum carnis immundæ, & solam sibi reseruare, quæ visura sit Dei salutare. Sed quum idem Prophetes etiam [413] nationes ostendat, nunc deputatas velut puluerem & saliuam, [414] nunc speraturas & creditaras in nomen & in brachium Domini, numquid & de nationibus fallimur? & aliæ quidem sunt creditaræ, aliæ in puluerem deputatæ, ex diuersitate substantiæ? Sed & Christus intra oceanum, & de isto cœlo quod nobis incubat, [415] verum lumen nationibus effulsit, [416] & ipsi Valentiniani hîc errare didicerunt, nec alia erit forma nationum credentium, nisi quæ & non credentium, de carne, de anima. Sicut ergo easdem nationes non genere, sed sorte distinxit, ita & carnes quæ in ipsis nationibus vna substantia est, non materia, sed mercede disiunxit. [417] Ecce autem vt adhuc controuersiam exaggerẽt carni maximè eidem, de officijs quoque membrorum argumentantur, aut & ipsa dicentes permanere debere in suis operibus & fructibus, vt eidem corpulentiæ adscripta: aut quia constet discessura esse officia membrorum, corpulentiam quoque eradant, cuius scilicet perseuerantia credenda non sit, vtique sine membris, quia nec mẽbra credenda sint sine officijs. [418] Quò enim iam, inquiunt, spelunca hæc oris, &

Ibidem.
1. Thess. 5.
Matth. 19.
1. Cor. 1.
C. LVIII.
Isai. 35.
Apoc. 7.
Apoc. 21.
Deut. 29.
Dan. 3.
Ion. 2.
Gen. 9.
4. Reg. 2.
Deut. 29.
C. LIX.
1. Cor. 3.
Isai. 40. & 53.
Isai. 40. & 42.
Isai. 60.
C. LX.

dentium ſtatio,& gulæ lapſus,& compitum ſtomachi,& alui gurges,& inteſtinorum perplexa proce- D
ritas, quum eſui & potui locus non erit? Quò huiuſmodi membra admittunt,ſubigunt,deuoluunt,di-
uidunt,digerunt,egerunt? quò manus ipſæ & pedes & operarij quique artus, quum victus etiam cura
ceſſabit? quò renes conſcij feminum, & reliqua genitalium vtriuſque ſexus, & conceptuum ſtabula,&
vberum fontes,deceſſuro concubitu,& fœtu, & educatu? Poſtremò, quò totum corpus, totum ſci-
licet vacaturum? Ad hæc ergo præſtruximus non oportere committi futurorum atque præſentium diſ-
poſitiones, interceſſura tunc demutatione: & nunc ſuperſtruimus officia iſta membrorum neceſſita-
tibus vitæ huius, eò vſque conſiſtere, donec & ipſa vita transferatur à temporalitate in æternitatem,
ſicut animale corpus in ſpiritale, dum mortale iſtud induet immortalitatem, & corruptiuum iſtud
1.Cor.15. incorruptelam, & ipſa autem liberata tunc vita à neceſſitatibus, liberabuntur & membra ab officijs, nec
ideò non erunt neceſſaria. Licet enim officijs liberentur, ſed iudicijs retinentur, vt quis referat per
corpus prout geſſit. Saluum enim hominem tribunal Dei exigit, ſaluum verò ſine membris non li-
2.Cor.5. cet eſſe, ex quorum non officijs, ſed ſubſtantijs conſtat, niſi fortè, & nauem ſine carina, ſine prora, ſi-
ne puppi, ſine compaginis totius incolumitate ſaluam adſeuerabis, & tamen nauem procella diſſipa-
tam, [419] vel caric diſſolutam, [420] redactis & recuratis omnibus membris, eandem ſæpè conſpexi-
mus etiam titulo reſtitutionis gloriantem de Dei artificio & arbitrio & iure torquemur? Porrò ſi di-
mus dominus & liberalis adfectui aut gloriæ ſuæ præſtans ſolam nauis reſtitutionem, hactenus eam
voluerit operari, idcircò tu negabis neceſſariam illi compaginem priſtinam, vt exinde iam vacaturam,
cùm ſoli ſaluti nauis ſine operatione conueniat? Igitur hoc tantummodò diſcere ſufficit, an Dominus
hominem ſaluti deſtinando, carnem deſtinarit, an eandem velit denuò eſſe, quam non debebis ex fu- E
tura membrorum vacatione præſcribere denuò eſſe non poſſe? Licet enim eſſe quid denuò, & nihilo-
minus vacare; nec poteſt autem dici vacare, ſi non ſit. At enim ſi ſit, poterit & non vacare, nihil enim
C. LXI. apud Deum vacabit. [421] Sed accepiſti homo os ad vorandum atque potandum. cur non potius ad
eloquendum, vt à ceteris animalibus diſtes? cur non potius ad prædicandum Deum? vt etiam ho-
Gen.2. & 3. minibus antiſtes. Denique Adam antè nomina animalibus enuntiauit, quàm de arbore decerpſit;
antè etiam prophetauit, quàm vorauit. Sed accepiſti dentes [422] ad macellum coornandum. cur non
potius ad omnem hiatum & rictum tuum coronandum? cur non potius ad pulſus linguæ temporan-
dos, ad vocis articulos offenſione ſignandos? denique & edentulos audi & vide, vt honori oris & or-
ganum dentium quæras. Forata ſunt inferna in viro & in fœmina, nimirùm quâ libidines fluitent.
cur non magis quâ potuum defruta colentur? Eſt adhuc in fœminis intus, quò ſemina congenarturan
quò ſanguinis onera fecedant, quem pigrior ſexus diſcutere non ſufficit? Dicenda enim & hæc, quate-
nus quæ volunt, & qualiter volunt, & quorum volunt officia membrorum ludibrioſe de induſtria ſuſ-
fundendæ reſurrectionis oblatrant, non recogitantes ipſas priùs cauſas neceſſitatis tunc vacaturas, cibi
famem, & potus ſitim, & concubitus geniturarum, & operationis victum. Sublata enim morte, ne-
Exod. 24. que victus fulcimenta ad præſidia vitæ, neque generis ſupparatura grauis erit membris. Ceterùm &
3.Reg.19. hodie vacare inteſtinis & pudendis licebit. Quadraginta diebus Moſes & Helias ieiunio functi, ſolo
Matth.4. Deo alebantur. Iam tunc enim dedicabatur: [423] Non in pane viuet homo, ſed in Dei verbo. Ecce vir-
tutis futuræ lineamenta. Nos quoque vt poſſumus à cibo excuſamus, etiam ſexum à congreſſione ſub-
ducimus. [424] Quot ſpadones voluntarij? [425] quot virgines Chriſto maritatæ? quot ſteriles vtriuſque
naturæ infructuoſis genitalibus ſtructi? Si & hic iam vacare eſt & officia & emolumenta membro- F
rum temporali vacatione vt in temporali diſpoſitione, nec homo tamen minus ſaluus eſt: proinde ho-
mine ſaluo, & quidem magis tunc vt in æterna diſpoſitione, magis non deſiderabimus quæ iam hic
C. LXII. non deſiderare conſueuimus. [426] Sed huic diſceptationi finem Dominica pronuntiatio imponit:
Matth.22. [427] Erunt, inquit, tanquam angeli. Si non nubendo, quia nec moriendo, vtique nec vlli ſimili neceſſi-
Gen.18.& 19. tati ſuccidendo corporalis conditionis. [428] Quia & angeli aliquando tanquam homines fuerunt, edē-
do & bibendo, & pedes lauacro porrigendo. Humanam enim induerant ſuperficiem, ſaluo intus ſub-
ſtantia propria. Igitur ſi angeli facti tanquam homines in eadem ſubſtantia ſpiritus carnalem tracta-
tionem ſuſceperunt, cur non & homines facti tanquam angeli in eadem ſubſtantia carnis ſpiritalem ſu-
beant diſpoſitionem, non magis ſolennibus carnis obnoxij ſub angelico indumento, quàm angeli tūc
ſolennibus ſpiritibus ſub humano? Nec ideò non permanſuri in carne, quia non & in ſolennibus carnis,
quum nec angeli ideò non & in ſpiritu permanſerint, quia non & in ſolennibus ſpiritus. Denique non
Matth.22. dixit, erunt angeli, ne homines negaret: ſed, tanquam angeli, vt homines conſeruaret. Non abſtulit ſub-
C. LXIII. ſtantiam, cui ſimilitudinem attribuit. [429] Reſurget igitur caro, & quidem omnis, & quidem ip-
ſa, & quidem integra. In depoſito eſt vbicumque apud Deum, per fideliſſimum ſequeſtrem Dei
& hominum Ieſum Chriſtum, qui & hominis Deum, & hominem Deo reddet, carni ſpiritum, &
ſpiritui carnem. Vtrumque iam in ſemetipſo fœderauit, ſponſam ſponſo, & ſponſum ſponſæ compa-
rauit. Nam etſi animam quis contenderit ſponſam, vel dotis nomine ſequetur animam caro. Non
erit anima proſtituta, vt nuda ſuſcipiatur à ſponſo. Habet inſtrumentum, habet cultum, habet man-
cipium ſuum carnem, vt collectaneam comitabitur. Sed caro eſt ſponſa, quæ in Chriſto Ieſu ſponſum
per ſanguinē pacta eſt. Huius interitū quē putas, feceſſum ſcias eſſe. Non ſola anima ſeponitur, habet & caro

caro suos sinus interim, in aquis, in ignibus, in alitibus, in bestijs, quum in hæc dissolui videtur, velut in vasa transfunditur. Si etiam ipsa vasa defecerint, quum de illis quoque effluxerit, in suam matricem tertiam quasi per ambages reforbetur, [410] vt rursus ex illa repræsentetur Adam auditurus à Domino: [411] Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, verè tunc compos mali quod euasit, & boni quod inuasit. Quid anima inuides carni? nemo tam proximus tibi quem post Dominum diligas, nemo magis frater tuus, [412] quàm quæ tecum etiam in Deo nascitur. Tu potius illi exorare debueras resurrectionem, per te si fortè deliquit. [413] Sed nihil mirum si odisti, cuius auctorem quoque respuisti, quam & in Christo aut negare at mutare consuesti, proinde & ipsum sermonē Dei, qui caro factus est, vel stylo vel interpretatione corrumpens, arcana etiam apocryphorum superducens, blasphemiæ fabulas. At enim Deus omnipotens aduersus hæc incredulitatis & peruersitatis ingenia, prouidentissima gratia sua effundens in nouissimis diebus de suo spiritu in omnem carnē, in seruos suos & ancillas, & fidem laborantem resurrectionis carnalis animauit, & [414] pristina instrumenta manifestis verborum & sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit. Nam quia hæreses esse oportuerat, vt probabiles quinque manifestarentur, [415] hæ autem sine aliquibus occasionibus scripturarum audere non poterant, idcirco pristina instrumenta quasdam materias illis videntur subministrasse, & ipsas quidem ijsdem litteris reuincibiles. [416] Sed quoniam necdum dissimulare spiritum sanctum oportebat, quo minus & ejusmodi eloquijs superinundaret, quæ nullis hæreticorum versutijs semina subspargerent, immò & veteres eorum cespites vellerent; idcircò iam omnes retrò ambiguitates, & quas volunt parabolas, aperta atque perspicua totius sacramenti prædicatione discussit, per nouam Prophetiam de Paracleto inundantem, cuius si hauseris fontes, nullam poteris sitire doctrinam, nullus te ardor exuret quæstionum, resurrectionem quoque carnis vsquequaque potando, refrigerabis.

Gen. 3. *Matth. 22.* *Ioel. 2.* *Act. 2.*

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE RESVRRECTIONE CARNIS.

CAP. I.

1. Fiducia Christianorum, resurrectio mortuorum.] *Caput hoc primum inscripsimus*: Quòd resurrectionem carnis seculum non ignorarit.

2. & tamen defunctis parentant.] *In eandem penè sententiam Epiph. 18 Ancoratu: Graeci, inquit, rursus redarguuntur, Resurrectionem in totum negantes; deferentes in monumenta cibos, & potus. In Pandemus, hoc est, populoribus diebus, edulia quidem in totum exurunt, vina verò libant: nihil commedi mortuum ex hoc afferentes, immò potius seipsos ledentes. Veruntamen cognitor à consuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Nam vbi posita sunt corpora defunctorum, accedunt & inclamant, nomina profe rentes mortuorum, dicentes: Resurge tu, comede, bibe, & lætare. De hoc præterea vide supra Adnot. nostra in Tom. 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 4. num. 20. Legimus autem iterum cum 1. edit. & Vatic. 3. MS. cod.* pro temporibus esculentorum, *ac si dicat, tabulæ esculentæ qualia tempus anni quæque adfert. Subsitutum erat*: sepultorum; *sed non placet, eo quòd infrà cap. 4. legatur*: & ipsorum temporum propria gula. *Siue autem legas cum alij*: At ego magis rideo, *siue*: rideo *cum Vatic. 1. MS. cod. perinde est, quamquam interim magis sit frequens.* Rideo (*inquit lib. 3. adu. Marc.*) si quem ad bellum ense cingebat. *Est eadem ratio lectionis* vulgatæ: sacrificat an insultat, *ac Vatic. 3.* sacrificat cui insultat.

3. quū crematis cremat.] *Subauditur aliquid* (*inquit Rhen.*) *Sensus est*: sacrificat ne, an insultet *potius*, quum crematis *hominum corporibus, superinicctos etiam cibos* cremat.

4. Nihil esse post mortem, Epicuri schola est, &c.] *De hoc vide supradicti Apolog. c. 48. nu. 610. ac l. de Testim. Animæ, c. 4. nu. 17. denique etiam l. de Anima, c. 42. nu. 464. sicuti etiam ibidem nu. 465. de loco Senecæ hic citato.*

5. si non minor Philosophia Pythagoræ & Empedocli.] *De hæc in hæc verba supradicto cap. de Testim. Animæ Auctor*: Etsi Pythagorica multo honestior, quæ in bestias reformat; *de qua latius, tum paulo post, tum etiam supradicto lib. de Anima, cap.* 28. 29. 30. & 31. *ac de* Empedoclis *simili opinione, cap.* 32. *ac* 33. *Denique de* Platonicorum *sententia de immortalitate Animæ, plures loces lib. eiusdem.*

6. etsi non in humana tantummodò, &c.] *Pythagoras* (*inquit Rhenanus*) *apud Ouidium huiusce modi* μετεμψύχωσιν *docens, ait:*

--Et quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora transit.

7. vt Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pauum, &c.] *Acron Grammaticus* (*inquit Rhenanus*) *exponens illud Horatij in Oda* 28.

--habéntque
Tartara Panthoiden iterum orco
Demissum: --

Pythagoram, inquit, significat, qui praditauit se apud Troiam Euphorbum *Panthoi filium fuisse, qui interfectus à Menelao iterum reuixit factus Pythagoras; idque eum cognouisse agnite clypeo, quem templo* Euphorbus *fixerat. Hic autem, & in* Homerum *dicitur renatus, posse in* pauonem, *prosternio in Ennium poëtam. hactenus ille. Proinde sic apud Ouidium 15. li. Metam. loquitur* Pythagoras:

Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides *Euphorbus* eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum læuæ gestamina nostræ,
Nuper Abantes templo Iunonis in Argis.

De ijsdem plura vide cap. 28. num. 362. ac 365. l. de Anima, & c. 33. num. 407.

8. Certè reciduiatum, &c.] Reciduiatum (*inquit Rhen.*) *vsurpat in quarta inflexione. Sic infrà c. 18.* Quæ carnis reciduiatum pollicentur. *Similiter etiam cap. 30.* reciduiatus, *inquit*, Iudaici status; *& rursum c. 53.* vt illum à carne auocent reciduiatum. *Siue autem legas*: mutata *cum exc. siue* immutata *cum Vat. 2. cod. MS. perinde est.*

9. licet non à dita veritate.] *Scripsimus* (*inquit idem Rhen.*) à dita veritate; *ab exemplaribus scriptis dissentientes; vt sit ab adeúde. Metaphora est pulsantis ostiū, qui tamen nolit, aut nō possit ingredi. Sic infrà*: Qua quis adita veritate redanimatus & reuiuificatus Deo. *Locum etiam à Rhenano reperitur infrà cap. 19.*

CAP. II.

10. Si verò & apud Deum aliqua secta est, &c.] *Titulum huic cap. damus* : Quòd hæretici, Sadducæorum partiarij, non agnoscant Resurrectionem ; qui tamen ex libris alijs ab Auctore scriptis, refutantur ; sicuti etiam Lucani opinio Libro de Anima.

11. Sadducæi.] *Prater Matth. cap. 22. Marc. 12. at Luc. 20. ad quæ hic aliquid ; eundem etiam errorem suprà* Sadducæis *attribuit Auctor lib. de Præscrit. adu. hær. c. 45. num. 297. Suprà quoque l. de Carne Christi, c. 2. nu. 3. & infra c. 36. vbi latius hæc Scripturæ deducit.*

12. partiarios sententiæ illorum.] Marcionitas *(inquit Rhen.) & Apellitas, hæreticos intelligit, partim cum* Sadducæis *sentientes, dimidiatæque agnoscentes resurrectionem. Similiter autem dixit l. 3. aduersus Marc. cum* partiarijs erroris tui Iudæis. *Neque verò solos Marcionitas intelligit, sed etiam (quorum mox meminit, & suprà lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 46. hær. 4. num. 304. ac cap. 49. hær. 12. num. 315.)* Basilidem & Valentinum, *item* Saturninum, *de quo ibidem cap. 46. hær. 1. num. 301.* Ophitas, *de quibus cap. 47. hær. 6. num. 307.* Carpocratem, *de quo cap. 48. hær. 9. num. 311.* Marcum & Colarbasum, *vti patet cap. 50. hær. 15. num. 319.* Cerdonem, *de quo c. 51. hær. 16. nu. 321. vbi etiam de* Marcione *suprà dicto hær. 17. nu. 322. ac de* Apelle, *hær. 19. num. 324.*

13. alterius diuinitatis hæretici.] Alterius *(inquit Rhen.) pro aliùs, id est, diuersæ, vt mox* : in alterius diuinitatis infinuatione, *&* : ad alterius diuinitatis temperât sensum, *ac deinde* ad alterius spei auctorem. *Notat autem* alterius diuinitatis hæreticos, *qui alium Deum præter creatorem sibi confingebat; vtpote, qui his recitantur*, Marcionem, Basilidem, Valentinum, *&* Apellem, *sicuti constat ex Adnot. nostris modo citatis; & præterea* Simonem, *de quo dicto l. de Præscript. adu. hær. cap. 46. hær. 1. nu. 301. (cui adeo etiam B. Augustinus errorem adscribit lib. de hæres.)* Menandrum, *hær. 2. nu. 302.* Saturninum *item*, Ophitas, Carpocratem, Cetinthum, Valentinianos, Ptolomæum ac Secundum, & Heracleonem, *de quibus ca. 49. hær. 23. ac 14. nu. 316. ac 317.* Cerdonem, *& Tatianum, de quo cap. 52. hær. 20. nu. 326.*

14. aut nullius veritatis contendentes, &c.] *De horum hæresibus vide suprà totum librum præsertim De Carne Christi, & præscript. cap. 1. num. 11.*

15. Propterea & nos volumen præmissum De Carne Christi, &c.] *Nominatim hîc citat dictum librum de* Carne Christi, *etiam argumentum eius paucis verbis explicans, quæ adeò suprà eius libri Argumento adiecimus. Atqui ex Vat. 3. cod. MS. certe eius* : aduersùm phantasmatis natiuitatem, *pro* : vanitatem ; *nam omnino suprædicti hæretici adfirmabant, Christi natiuitatem phantasma esse.*

16. cuius conditio.] *Habent quidem ij dem MS. 3. Vat. cod.* editio; *verum, præcurgam quòd* conditio *solet ab Auctore pro creatione vbique accipi, legitur versisimiliter infra c. 5.* quo carnis conditio quassatur, *ac* : carnis primùm conditio munietur, *& rursum* : pro conditione scilicet terum *item c. 11.* conditionem Deo nostro adscribunt ; *vbi ad marginem adspsum adnotauit Rhen. & 1. 12. vniuersa* conditio recidiua, *&c. 16.* semel hominiaddicta conditione. *Atqui reste etiam Rhen. illud*: Christum & hominẽ & filiũ hominis inscripserit, *interpretatur declarauerit. Propriè autẽ accipitur infra c. 34.* tum dicitur: totum hominem elogio tranſgreſſionis inſcripſit.

17. & obducimus.] *Obducere, inquit idem, pro cuincere. Et mox* : Obducti dehinc de Deo (*ſic enim in hac editione diſtinximus, expoſcente ſenſu*) pro conuicti. *Vide plures ſimiles locos ſuprà l. de Carne Chriſti, nu. 147.*

18. Hoc fermè modo dicimus ineundam cum hæreticis diſceptationẽ.] *Stetit alibi ſic & hic, proteſtatur Auctor pruſquam ineat cũ hæreticis diſputationem: ne ſibi cõtrarietur, quod ſæpedicto l. de Præſcript. adu. hær. præſcribat, non eſſe cũ illis diſceptandum, cuius modi locos plures videre eſt Adn. noſtris ibidem cap. 15. nu. 98. Atqui acceptitur mox illud*: ordinatiẽ, *pro*: ordinatẽ, *ac ſi ordine debito. Legimus autem paulopoſt*: ad alterius ſpei Auctorem etiam vltrà ſuſpicandum, *ex Vat. 3. MS. pro*: vltrò. *Indicare enim vult, ex vno errore in alterum vltieriorem delabi paulatim hæreticos. De Prouerbiali denique formula* : quo cuneo occurrendum ſit (*quod ſubſtituit ex Britannico codice Gelenius, prædecurrendum*) *videantur noſtra Prolegomena.*

19. De Deo quidem vnico, & Christo ejvs adversvs Marcionem, &c.] *Intelligit 2. & 3. lib. adu. Marcionem; quorum ille: de* Deo vnico, *hic de* Christo *ejus, hæc tractat; quæ proinde ſcripti materias etiam titulo illorum addidimus.*

20. De carne verò Domini, etiam Adversvs qvatvor hæreses, &c.] *Etiam ex hoc loco titulũ libri de Carne Chriſti, quem iam ſæpiùs citat, locupletauimus, & quæ ſint hæ* quatuor hæreſes, *ibidem adnotauimus cap. 1. nu. 8. 9. 10. 11.*

21. Quia & hoc latere vnio diuinitatis defenderur.] Vnio *pro* vnitate, *acceptur. De Prouerbiali etiam forma*, hoc latere defendi, *ad Prolegomena noſtra. Perinde etiam eſt, ſiue lege cum vulgatur* : defenderur, *ſiue cum MS. 3. Vat. cod.* defenditur. *Denique*: tetractatus, *pro tractatu, Auctori frequenter vſurpatur.*

22. Viderit vnus aliqui Lucanus.] *Sic dixit (inquit Rhen.)* aliqui Lucanus, *id eſt*: aliquis Lucanus, *vt in l. de Carne Chriſti, c. 12.* In Lazaro aliquo. *Et ibidem mox, c. 14.* In aliquo Zacharia; *& hic paulopoſt, c. 3.* Vtar ergo & ſententia Platonis alicuius; *item l. 1. adu. Marc.* Si non aliquis Eſaias. *Intelligit etiam* Lucanum *hæreticum, cuius mentionem fecit in libro De hæreſibus, nempe poſteriori parte l. de Præſcript. adu. hæret. c. 51. hær. 18. nu. 323. Patet autem hinc, etiam Rhenanum in ea fuiſſe ſententia, quòd diuidi deberet liber ille in duos; de quo poſt eiuſdem libri Argumentum latius.*

23. quam ſecundum Ariſtotelem diſſoluens.] *An* Ariſtoteles *mortalem Animam dixerit, an vero immortalem; adhuc in ſcholis quæſtio agitatur. Certè Auctor, quamquam ſuprà lib. de Anima, c. 6. n. 85. dubitare videatur; hîc diſſolutionem* Animæ ſecundum Ariſtotelem *tribuens, priorem ſe iuitur opinionem; & apertiùs B. Iuſtinus Martyr Apol. 1. Ariſtoteles, inquit, Entelechiam eam nominans, non immortalem, ſed mortale eſſe vult. Nec abſimiliter alicubi Origenes, Gregorius Nyſſenus l. 2. Phyſ. de Anima, c. 4. ac Theodoretus de curand. Græc. affect. l. 5. Plutarchus denique de placit. Philoſ. l. 5. c. 2. In contrariam ſententiã iuerunt tam olim, ipſe Plutarchus eiuſdem l. c. 25. dum dicit* : Ariſtoteles *communem ſomnum corporis & animæ autumat, mortem verò eſſe abſolutam refrigerationem; quam ipſam corporis ſolius eſſe, non etiam animæ; tuius rei cuiusquam mors ſit: Theophraſtus ex Themiſtius eſſe deſipuli; Simplicius item, Ammonius Hermeæ, & Olympiodorus eius interpres; S. Thomas denique Aquinas, & Theodorus Metochites. Quos interim duos poſteriores, præter Carpentarium in Phyſiol. plur. Alcuini cap. 18.) ex una eademque particula l. 12. Metaphyſ. colligere intellectius immortalitatem, ex qua Alexander mortalitatem colligit.*

24. Sed vſus forſitan, quâ Lucanus.] *Adluſio eſt (inquit Rhenan.) ad gentis nomen. Sita eſt* Lucania *inter Campaniam & Brutios. Horatius*:

Pecúſve Calabris ante ſidus feruidum
Lucana mutet paſcua.

25. Habet & iſte à nobis pleniſſ. De omni statv Animæ ſtylum.] *Adludit haud dubiè ad l. de Anima ; vbi videre eſt locos complures, quibus immortalitatem tuetur. Reſtè autem cenſet Rhen. legendum* : perſtricta, *pro* : præſtricta, *quas cenſentiunt Vat. 3. MS. cod.*

CAP. III.

26. Eſt quidem & de communibus ſenſibus ſapere in Dei rebus, &c.] *Capitis huic inſcriptionẽ dedimus*: Quòd vulgi contrariam ſententiam hæretici ſequi non debeãt. *Atqui reſtè ſic explicat præditta verba Rhen. Etiam communes ſenſus ſapiunt in Dei rebus. Nam & ſimiliter dixit inſra initio c. 5.* & tudes quique de communibus adhuc ſenſibus ſapiunt. *Et vero ſecundum etiam primam edit. reſtituimus*: Quædam enim & natura nota ſunt, *ex 3. Vat. MS. cod. pro*: nata ſunt.

27. Vtar

27. Vtar ergo sententia Platonis aliquius, &c. Omnis Anima immortalis.] *Haud dubie de hoc ipso intelligi de omni Anima rationali; nam de illa & in Phaedone, & alibi legitur Platone questio, quonam immortalem Animam pronuntiat.*

28. Vtar & conscientia populi, &c.] *Bu ie vou, vis in Proverbio est, quod pulcrum est. Itaque ipsum imprimis inculcatur ab Auctore Tom. 1. de Testim. Animæ, qui ex professo hac de re scripsit est, maxime c. 20. ubi recitat illud populi voces: Deus videt, &c: Deo commendo, &c: Deus inter nos iudicabit. Immò eadem reperire est Apol. c. 17. & libro precederi de Carne Christi c. 12. & ea ipsa infra l. 1. adu. Marcion. Vbi sicuti etiam T. 2. l. de Coron. milit. c. 6. illud peculiariter cum hoc loco consentit:* Deum Deorum perhibent, *sine:* appellant.

29. & cor vulgi cinerem à Deo deputatum.] *Rectè adnotauit Latinus, locum hunc reperiri Isai. 44. nempe secundum 70. quem etiam citat, & paulo aliter explicat Auctor suprà To 2. l. de Idololat. cap. 4.*

30. qui Deum fingitis.] *Rursus hic adludit* ad alterius diuinitatis hæreticos, *de quibus suprà c. præt. n. 13. quare non placet quod habent V. Vatic. MS. cod.* fugitis.

31. Quid cæco dici inniteris, &c.] *Adludit ad illud Matth. 15. Marc. 7. & Luc. 6. Cæci sunt & duces cæcorum; item ad illud Galat. 3. Christum induistis, & quod habetur Ephes. 6. Accipite armaturam Dei. Sine autem lege as:* vtuntur non Christiani, *cum Anglico Ioan. Clementio cod. sine cum reliquis omnibus*, vtitur non Christianus: *parum refert. Eadem est ratio lectionis 3. Vat. MS. cod.* quæcumque ethnici sapiunt, & *exens.* quæ cum ethnicis sapiunt,

32. compatio sententiarum.] *Consensum (inquit Rhen.) intelligit, & mutuum responsum. Medicorum vocabulum est. Græci συμπαθειαν dicunt.*

Cap. iiii.

33. Itaque hæretici in de statim incipiunt, &c.] *Titulum huic capiti damus:* Obiectio hæreticorum & ethnicorum de carnis ignobilitate.

34. & inde præstruunt.] *Vox hæc non modò alibi, sed & hoc libro frequentissima est Auctori. Sic cap. 18.* Hucusque præstructionibus egerim, *& c. 20.* primam præstructionem eorum, *& c. 30.* quâ & ipsum dubium præstruxit, *ad ejus interpretem Rhen. prius infruxit, item c. 33.* Nam & ideò præstruximus; *c. 49.* sine vllius suprà sensus præstructione, *ac c. 53.* in vtroque homine præstruxit. *Additimus autem iterum ex MS. 3. Vatic. cod. quod habebat 1. adst.* & non protinus, *ante illud:* & non vbique, *& legimus cum isdem:* in casum, *pro:* in causam; *eo quod magis correspondeat illi illud quod sequitur:* caducæ.

35. post totum ignobilitatis elogium.] *Id est, recensuerm. In bonam & in malam (inquit Rhen.) partem accipitur elogium. Sic infra, c. 21.* Religionem publico odio & hostili elogio obnoxiam. *Metaphora dulta à charta, qua eusmodi testificatio continetur. Vide plura de hac suprà Tom. 2. Apol. c. 2. nn. 22. & lib. ad inquisitiones, c. 4. nn. 28. Vbi etiam aliam significationem* elogij *indicauimus, pro sententia, quemodo etiam accipitur illud infra c. 34.* totum hominem elogio transgressionis inscripsit.

36. & recordatui tuo.] Recordatus *(inquit Rhen.) pro recordatione. Cuius etiam illud placet:* persuadere, *possima vocis esse, sed est, persuaderis, vt interrogatiue legatur.*

37. Et vtique redhibentibus eam ignibus & vndis, &c.] *Rectè sic restituit hunc locum Rhen. nam correspondent 3. Vat. MS. cod. & infra etiam legitur, cap. 13.* vti credas, de ignibus quoque subsistantiam corporis erigi posse.

38. & rumisalitum.] *Est* tuma *(inquit idem) quod alij* rumen *vocant, prominens sub mento gutturis pars, qua cibus in alueum descendit, à quo Rumen verbum, & Strumas, deducuntur. Vide autem de hoc dogmate latius infra cap. 32.*

39. & lactibus piscium.] Lactes *(inquit idem) sunt per quæ ea cibus dimittitur, in homine, inquam, & oue. In cæteris animalibus,* lactes *ipsa sunt illa.*

40. & ipsorum temporum propria gula.] *Primus hic adiecit* temporum *Gelenius; quod etiam germanum esse suprà adnotauimus n. 2. Adludit autem (inquit Rhen.) ad Vedij Pollionis gulosam seuitiam & sæuientem* gulam. *Nam is damnato maciprio vinario mure natum immergebat, non tantùm, vt totum hominem poriter distrahi posset haret, quod plinius prodit, verumetiam vt humana carne in piscibus vesceretur, quod docet Tertullianus in lib. de Pallio, hic verbis, c. 5.* Immergo æquè scalpellum *(inquit)* acerbitati ei, qua Vedius Pollio seruos murænis inuadendos obiectabat. Noua scilicet sæuitia delectato terrenæ bestiæ exedentulæ, & exunguis, & excornist de piscibus placuit feras cogere; vtique statim coquendis, vt in visceribus earum aliquid de seruotum suorum corporibus, & ipse gustaret. Hæc ille. *Ergo non sine causa hic dixit:* & ipsorum propria gula redhibente, *subaudi qua deuorauerat de carne humana.*

41. Adeone autem eadem sperabitur, &c.] *De hoc latius infra c. 57. & 58. sicuti etiam de consequentiis carnis seu necessitatibus, c. 60. & 61. Lege autem loci eum 3. Vatic. MS. cod.* mors reoptrauda, *sine:* redoptanda *cum ext.*

42. Ceterùm, quantùm etiam spurciloquio liceat, &c.] *Iterum scilicet loquimur cum addit. 1. & Var. 3. MS. cod. pro:* spurciloquij, *sicuti etiam Rhen. qui addit: hoc loquendi modo Tertullianum sæpè vti, vt verbum semel ponat, quod mox repetendum sit, vt hic,* illorum in congressibus experiri, *subaudi, licet, vel licet.*

Cap. v.

43. Igitur quoniam & rudes quique, &c.] *Fuscissimum caput istud:* Dignitatis carnis defensio, quòd à Deo facta sit. *De Prouerbio autem:* primus in nos aries temperatur, *vide nostra Prolegomena. Atqui varia lectio est MS. cod. Vat. 3.* vituperatione laudatione depulsa, *pro:* vituperationem laudatione depellas, *quorum vtraque bona.*

44. corpusculum quod malum denique appellare non horrent.] *Puto Auctorem respicere ad Marcionis hæresin; quippè qui, eo ipso quo dicebat: corpus creatum à malo Deo, & ex materia mala, indè eli concludebat: etiam corpus malum esse. Verùm apertius eum errorem secuti sunt postea Manichei.*

45. etsi angelorum fuisset operatio, vt Menandro & Marco placet.] *Angelos mundum creasse, & proinde etiam humanam carnem;* Menandri *fuit eum Simone Magofuo magistro communis hæresis, sicuti suprà videre est l. de Præscript. adu. hæret. c. 46 hær. 1. n. 302. An autem etiam* Marcus *idem senserit, alibi non inuenio. Adtribuit illud ibidem Auctor etiam Saturnino, Ophitis, ac Carpocratis, hær. 3. 6. & 9. qui etiam angelum illum creatorem, vti mox sequitur:* summum Deum appellabant. *Certè* Marcioni *adscribi non posse manifestum fit ex libris Auctoris adu. eundem; quare non placet quod V ar. 2. legant:* Marcioni, *sed retinuimus* Marco, *de cuius hæresibus alius, vide suprad. l. de Præscript. adu. hær. c. 50. hær. 15 n. 319.*

46. etsi ignei alicuius exstructio æquè angeli, vt Apelles docet.] *De hoc ibidem c. 51. hær. 19. n. 324. & l. de Anima, c. 23. n. 298. & l. de Carne Christi, c. 8. n. 78.*

47. & duriores quæque doctrinæ.] Duriores *hic proprie accipitur pro firmiores & solidiores. Placet autem magis* quæque, *quàm quod habent alij:* quoque, *quantumuis MS. codices.*

48. Sed & mundus, inquis, &c.] *Obiectio hæreticorum, non vlteriùs tamen (secus quàm sensit Rhen.) quam vsque ad illud:* Planè (*ac si dicat, tecum sentio*) si portio vniuersitati adæquatur.

49. Ad distantiam enim prouocamus, &c.] *Mundi videlicet (inquit Rhenan.) & hominis, vnde sequitur:* Magnæ sine dubio differentiæ ratio, pro conditione scilicet rerum.

50. & sine illo nihil, &c.] *Similiter suprà etiam Auctor libro adu. Hermog. c. 18. 20. ac 43. Legis:* & sine ipso factum est nihil, *nullis alijs vocibus additis. Atque adeò hinc confirmatur Latini interpretis huius loci Ioan. 1. distinctio:* & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso, vita erat. *quam etsam ferè sequuntur Latini omnes interpretes, & B. Cyrillus in*

Ioannem scribentes. Graci alij, ac Syriacum codex sic distinguunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat. *B. Hilarius denique ab versuque differentes:* & sine ipso factum est nihil quod factum est, in ipso vita erat, *de quibus omnibus vide Reverend. Dn. Iansenium Episcopum Gandauensem Comment. in Concord. Euang. c.1. Est autem Veteribus magis vsitata lectio MS. Anglicicod.* constetit, *quàm vulgata:* constitit. *Proinde etiam magis placeret, nisi idem codex c. seq. legeret* constitisset. *Sine autem legas:* compararetur *cum excusis; siue:* comparetur *cum Vat.3. perinde est, sistentiam de illo:* vt Dominus esse posset, *seu:* posit.

51. Et finxit Deus hominem, limum de terra, &c.] *Et sic alibi nonnumquam vertit Auctor:* delimo terræ, *sicuti suprà adnotauimus l.adu. Hermog.c.2.6.n.89. hic tamen diserte verbis explicat:* limum de terra; *vtraque autem lectio bona.*

52. Et insufflauit in faciem eius flatum vitæ, &c.] *Magis accedit hæc lectio Auctoris hoc loco ad vocem Græcam ἐνεφύσησε, quàm quod suprà versus lib. adu. Hermog. cap. 26. de 31.* adflauit, *sine quod est etiam suprà lib. de Anima, c. 3. & 11.* flauit.

53. Et posuit Deus hominem quem finxit, in paradiso.] *Illud:* quem finxit, *transtulit ex Graca adit. 70. qui amplius habent quàm Latini aut Hebraa, aut Chaldaici,* ὃν ἔπλασεν.

Cap. vi.

54. Persequar itaque propositum, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus:* Eiusdem dignitatis probatio, quòd manu Dei facta sit caro.

55. Recogita totum illi Deum occupatum ac deditum.] *Vocem:* illi, *explicat Rhen. id est: in illa materia, seu propter illam materiam, eiusque cussa* occupatum. *Quod* deditum, *totum mis est cui* deditur. *Atqui legimus ex Harrisij coniectura, confirmata Vatic.3. MS.* quæ lineamenta dictabat, *pro:* dictabat. *Est enim Prouerbialis formula à pictoribus sumpta:* lineamenta ductare, *de quain Prolegomenis latius. Quum etiam Auctor* imaginem Dei & similitudinem *tum hic, tum infrà initio c.9. distinguat; vide ea de re l. de Bapt.c.5.n.42.*

56. qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit patiari Deo.] *Legendum (inquit Rhen.)* patiari Deo; *quamquam refragantibus exemplaribus scripti. Sic enim vertit Gracum verbum* ἁρπαγμὸν. *De hoc verbo alibi. Similis autem phrasis est infrà c.53.* patiant inter se Christus & Adam, *& l. 5. adu. Marcion. c. penultimo, locum illum Pauli Apostoli eodem modo legit. Simile etiam est illud l. 4. adu. Marc.* cui per omnia patiaueritis. *Est autem vox Iureconsultorum* patiare: *hinc legitur l.17. Cod. de fol.* patiata obligatæ. *Siue autem legas:* ad insufflandam *cum exc. aut:* insufcandum, *cum Vatic.3. MS. cod. non refert,*

57. artificis fastigium, &c.] Fastigium *interpretatur Rhenanus mus flatum, dignitatem, amplitudinem. elegans vocabulum. Confirmatur hinc autem noſtra similis lectio suprà l.1. de Pallio, cap.1. num.10.* senium, non fastigium. *Sic etiam infrà c.55. lio, cap.1. num.10.* senium, non fastigium. *Sic etiam infrà c.55.* angelicum tam fastigium induerit. *Hic verò legimus cum MS. 3. Vatic. & Basil. cod.* qui illam & eligendo (*seu potius iuxta Anglicum cod. & antiquarios,* elegendo) *pro:* in eligendo.

58. Phidiæ manus Iouem Olympium ex ebore molitur, & adoratur.] *Etiam hoc ex Vatic.3. iterum secundum Rhen. subſtituimus, pro eo quod irreperat:* moliuntur & adorantur. *neque enim* manus Phidiæ *adorabatur, sed Iupiter. Dehoc autem est satis à Rhenano Plin.l.34.c.8. Minoribus, inquit, simulacris signisque, innumera propè artificum multitudo nobilitata est; ante omnes tamen* Phidias *Atheniensis, hoc Olympiæ facto, ex ebore quidem, sed & ex arte signa fecit.*

59. bestiæ, &c. insulisimæ dens est.] *Reſte hic circumscribitur, quia id solam* ebur *est, teste Plinio l.8. c.3. qui quum dixerit, & 2.c. præced. proximum humanis sensibus elephantem probet, aperte vt accipiatur* insulsum *hic, secundo significatu, quem Donatus tradit, ac si dicatur: sine salsu & facilitate. Atqui legimus ex Anglico cod.* Deus viuus & Deus verus, *adiecto:* &, *quod desideratur, sicuti etiam paulopoſt ex Vatic.3. MS. cod.* liacet & caro audiat.

60. de obsoletiore matrice.] *Etiam* obsoletior *hic in secunda accipitur significatione, non pro:* mutteratiore, *sed pro seruidetur. Non displicet autem Vat.3. MS. lectio:* obsolentiore, *siquidem nec illa:* excausato censu, *pro:* excusato. *Est etiam* census *vox Tertullianica.*

Cap. vii.

61. Sed dilutior videatur auctoritas carnis, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quòd limus in carnem mutatus sit & reformatus. *Atqui omisimus:* tue, *quod nullo sensu addebatur, & deest in 3. Vatic. MS. exemplaribus. Est autem noua hæreticorum obiectio, vsque ad illud:* Quando, &c. *Accipitur vero etiam hic* dilutior *minus proprie, pro:* infirmior; *ea significatione, qua dixit Cicero pro Roscio, infirmare & diluere. Paulopoſt habens quidem Vatic.3.* quomodo caro fluxerit ex limo, *sed magis facit ad institutum* floruerit.

62. Neque enim, vt quidam volunt, illæ pellicæ tunicæ, &c.] *Quia illa iam tum fuerint sententia, non satis constat, quum autem Origenes, seu potius magus Origenistæ (eo quod Origen. hom.6. in Leuit. communis sententia consentiat) eam opinionem sequerentur; Epiph. hær. 64. ad verbum penè Auctorem imitatur: Et vbi, inquit, surrexisset Adam de somno, dixit:* Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. *Nondum autem* tunicæ pellicæ, *nondum nuq amentum a te allegorice consilium fuit. Os itaque ex ossibus meis, & caro ex carne mea, pal am est quod iam corpora erant, & non incorporeus erat Adam postquè Eua. Porro quum hi eam sententiam impugnet Auctor, apertè vt ex illarum sententia ironicè quidem paulopoſt subiungatur:* quam poſtea pellicæ tunicæ, id est, cutes superductæ, vestierunt, &c. *Vide etiam de hac re suprà l. adu. Val.c.24.n.274.*

63. quum aliquanto priùs & Adam, subſtantiæ suæ traducem, in fœmina iam carnem recognouerit.] *Has lectio Anglici cod. MS. magis accedit ad institutum Auctoris, quam vulgata:* in fœmina iam carne. *Sicuti etiam magis placet illud eiusdem:* Oblitteratus igitur, *quam quod erat:* Oblitteratur, *seu quòd addatur: & secundum est. Item illud Latinij:* vapore scilicet idoneo torrere, *pro:* vaporeo scilicet & idoneo, *quia sequitur:* per afflatus diuini vaporem. *Admotanda denique lectio Vatic.an. 3. MS. cod. & aliam ex alia stringere speciem, pro:* fingere, *quamquam illud magis placeat, eo quòd de figulo loquatur.*

64. Numquid argilla dicet figulo, id est, homo Deo?] *Vatic.2. dicit. Verum qua legitur apud, non solum Esai. 45. sed etiam Rom.9. illud retinuimus. Nam partim ex vtroque loco citatur hæc scriptura.*

65. Hinc & Apostolus, circumcisionem, desposiationem carnis appellans.] *Etiam hic metaphrasticè si citat hanc scripturam non ad verbum ex Apostolo, apud quem legitur Coloss. 2.* circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis. *Mirum est autem quòd omiserit illud:* corporis, *maximè quum Græcè præterea legatur additum* ἁμαρτιῶν, *id est peccatorum corporis carnis. Sine autem legas cum exc.* confirmauit, *sine cum MS. Vatic.3. cod.* adfirmauit, *legas, non refert.*

66. ne argento quoque oblaqueas, sed electissimo, &c.] *Ita recte diuinauit legendum Rhen. quia illud:* oblaqueas *interpretatur, id est, circumdes, cingas, includas, vt sit à loco deductum verbum* oblaqueo, *quemadmodum oblaque: cuius modi est quod sequitur:* delcrobes, *id est, inseras, à scrobe, id est, fouea. Est autem adpotanda Angl. MS. Vat. antiquà lectio:* ferroginis, *pro:* ferruginis.

67. alicui commiserit capulo.] *Corpus (inquit idem)* capulum *anime vocat, id est receptaculum. Eadem etiam voce infrà vtitur cap.32.* quam capulum, quam sepulcrum, *& cap.38.* de capulis, de sepulcris, *sunt enim Auctori hæc duo Synonyma. Hinc illud Nonij Marcelli: Sarcofagum, id est, sepulcrum, Veteres* capulum *dici volunt, quòd corpora capiat.*

68. an anima appareat carni.] *MS.3. & 1. adit.* pareat, *verum infrà similiter dicit cap.16.* vice potius vasculi apparere animæ, vt instrumentum, non vt ministerium; *quibus verbis*

verbo indicat apparete *verobique accipi pro ministrare, sicut alibi non semel. Utraque autem lectio paulopost bona est:* fulta est, *sec. cod. seu:* fulciatur, *Vatic.* 3.

69. quam à carne deuertere. *Sic omnino legendum; quia non alibi modò, sed & hoc libro, illud vsitatum est Auctori:* pro diuertere; *sicuti cap.* 49. paradiso scilicet non inferis deuersurus. *Legat autem mox Lector cum exc.* subiacent animæ, *vel tum Mſ.* 3. subiaceant.

CAP. VIII.

70. Et hæc quidem velut de publica, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd apud Christianos magna carnis prætogatiua sit. *Est autem phrasis Tertullianica:* carni procurauerim; *sicuti etiam infrà c.* 12. cui procurata sunt, *& cap.* 18. cui tot auctoritates &c. procurent, *vbi ex Rhenano latinis n.* 136. *Atque deinde cum prima edit. ex Vatic.* 3. *legimus:* dum est in carne, *addito:* est.

72. quum Anima Deo allegitur, &c.] *Prima edit. & Rhenan. inuito* alligitur, *Vat.* 3. alligatur; *sed prius illud Gelenij placet.* Allegebantur *enim (inquit Rhenan.) olim Romani in senatum.* Allegitur Anima Deo, *quum homo religioni nomen dat. Sic infrà:* Donec impleantur tempora nationum allegendarum, scilicet Deo. *Quæ etiam retinuimus:* vt anima allegi possit. *Nam & supràl. adu. Valent. c.* 29. in Reges & sacerdotes allegere, *dixit Auctor.*

72. sed & caro abluitur, vt anima emaculetur.] *Simile est illud infrà l.* 1. *adu. Marc.* aquam creatoris qua suos abluit. *Quum verò hoc ad Sacramentum Baptismi pertineat, vide suprà lib. de Baptiſmo maximè c.* 2. *n.* 13. *vbi docuimus ex Patribus* animam emaculari *à delictis omnibus, immò etiam ab omni teatu eam eximi, ibidem c.* 5. *n.* 41.

73. Caro vnguitur vt anima consecretur.] *Eodem pertinet illud dicti primo l. adu. Marc.* nec oleum quo suos vnguit. *De* vnctione *verò* carnis *& ante, & post baptiſmum, vide eiusdem l. Adnot. noſtras n.* 1. *inter baptiſmi ceremonias, ac de posteriori, per totum c.* 7. *Fortaſſis etiam ad Sacramentum Extremæ vnctionis referri poſſit, de quo etiam suprà l. de Præſcript. adu. har. c.* 41. *n.* 262.

74. Caro signatur, vt & anima muniatur.] *De* signo crucis quo caro signatur, *habes ibidem inter baptiſmi ceremonias, tum etiam suprà Tom.* 2. *l. de Cor. milit. c.* 3. *nu.* 4. *Poteſt interim etiam hoc ad Sacramentum Confirmationis referri, de quo nu. ſequenti.*

75. Caro manusimpositione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur.] *De* Manusimpositione, *vide diſtì l. de Bapt. c.* 8. *integrum. Quòd verò Sacramentum ſit, vulgò nunc supra m Confirmationis Sacramentum, l. de Præſcript. aduerſ. haer. c.* 40. *num.* 243. *ad illud:* ſignat illic in frontibus milites ſuos. *Quod etiam confirmatur hic verbis c. ſequ. vbi ad tria hæc alludit, quorum hic meminit, Baptiſmum, Manusimpoſitionem, Euchariſtiam, quum dicit:* quam de sacramentis suis veſtiuit.

76. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur.] *Etiam hoc indicatur diſtì l. 1. adu. Marc. c.* 14. *quum dicitur:* nec panem quo ipsum corpus suũ repræſentat. *id eſt, (ſicuti vbique visſi ſint ea voce Auctor) præſens facit. Plures autem de veritate corpotis & sanguinis* Christi *Tertulliani locos, adnotatos habes infrà l.* 4. *adu. Marc. & alia eodem pertinentia suprà Tom.* 1. *lib. adu. Iud. c.* 10. *num.* 134. *ac Tom.* 2. *l. de Orat. c.* 6. *n.* 23. *l. de Idol. c.* 7. *n.* 31. *ac* 34. *& l.* 2. *Ad vxor. c.* 5. *n.* 37. *Infrà item diſtì l.* 1. *adu. Marc. Tom.* 4. *l.* 5. *Carminum adu. Marc. Denique etiam eodem Tom.* 5. *l. de Pudicitia, ad illud:* opimitate Dominici corporis veſcitur.

77. Non possunt ergo separari in mercede.] *De* mercede & meritis *carnis ac animæ, infrà magis ex propoſito Auctor c.* 15. 16. *&* 17.

78. ieiunia, & feras, & aridas escas.] *De his latiſſ. infrà Auctor l. de* Ieiuniis, *Tomo quinto.*

79. & adpendices huius officij sordes.] *Loquitur (inquit Rhenan.) de ſqualore corporis, qui pœnitentiæ eſt argumentum. Explicat enim ſuſius quod hic innuit, in l. de Pœnit. quum inquit:* De ipso quoque habitu atque victu, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obſcurare, animum mœroribus deiicere, illa, quæ peccauit triſti tractatione mutare, *& quæ illic ſequuntur. Reperitur autem locus à Rhenano citatus lib. de Pœnitent. c.* 9. *Vbi de his aliiſque publicè pœnitentiæ officiis latiùs.*

80. Virginitas quoque & viduitas.] *De* Virginitate & Viduitate, *latiſſ. tractat Auctor ſuprà Tom.* 2. *lib. de Virgin. velandis, & infrà Tom.* 5. *lib. de Exhortat. ad caſtit.*

81. & modeſta in occulto matrimonij diſsimulatio.] *Valde (inquit Rhenan.) ſuasi caſtitati Tertullianus. Hic certè adludit ad continentiam quorumdam in* matrimonio, *de quibus ſuprà ipſe etiam Auctor lib. de Patient. cap.* 12. *num.* 78. *& apertius c.* 6. *lib.* 1. *Ad vxorem, n.* 38. *ac* 39. Quotitem *(inquit)* qui conſensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, saluo matrimonio; *ac diſtì l. de Veland. virg. c.* 10. *n.* 84. siue qui ex conſensu contumeliam communem iam recusauerunt; *quibus locis de hoc latiùs.*

81. & vna notitia eius.] *Hoc dicit (inquit Rhen.) propter Monogamiam, addens dogma reiectum eſſe; quare de eo latiùs inter Tertulliani paradoxa in Prolegomenis. Iniitio quidem modeſtiùs ſcripſit, qui exſtat ſuprà Tom.* 2. *l.* 1. *Ad vxorem, de vnis nuptiis; verum poſtea vehementius sic qui infrà exſtant Tom.* 5. *Libris de Exhort. ad caſtit. & de Monogamia.*

83. pro nominis fide.] *Non ſemel adnotauimus, à Tertulliano & B. Cypr. vſitatum* nomen, *pro Chriſtiano nomine. Sic etiam cap.* 40. ſuppliciis, nominis cauſſa. *Tertullianeæ ſunt etiam voces:* erogatur, *&:* quo. *Quare etiam ex Vat.* 3. *Mſ. cod. legimus:* hoc magis vincta quò absoluta, *pro:* quòd.

CAP IX.

84. Igitur, vt retexam, quam Deus, &c.] *Inſcripſimus capiti iſtud:* Quòd Chriſtus carnem amet, etſi infirmam. *Legimus autem ſecundum Vat.* 3. *Mſ. cod.* quam de sacramentis suis diſciplinisque veſtiuit, *phraſi Tertullianica; item generinatum illud:* Abiit, abiit.

85. ſolum optimum à Chriſto eius addiſcimus.] *Reſtè interpretatur Rhen.* à Chriſto eius, *id eſt* Chriſto *bono Dei Marcionis. Adludit autem ad illud Chriſti, Luc.* 18. *Nemo bonus niſi ſolus Deus; quemadmodum mandato Dei & proximi, Matth.* 22.

86. Medicum non deſiderant niſi malè habentes.] *Infrà l.* 4. *adu. Marc. Medicum ſanis non eſſe neceſſarium, ſed malè habentibus; Magis ad verbum citans Euangeliſtæ verba Luc.* 5. *Verùm in idem redit, quia qui deſiderant, requirunt; non requirunt autem niſi id quod neceſſarium eſt.*

87. Inhoneſtioribus maiorem circumdamus honorem.] *Iuxta ipſam vocum Græcarum additionem* 1. *Cor.* 12. *oppoſuit ἀτιμότερα, id eſt:* inhoneſtiora *(pro quo noſter Interpres ignobiliora) & τιμὴν, id eſt,* honorem.

88. Ego (inquit) veni, vt quod periit, saluum faciam.] *Paulo aliter etiam hoc Auctor, quàm ſit Luc.* 19. *Vbi in tertia perſona legitur: Venit filius hominis ſalvum facere quod perierat; ſicuti etiam infrà lib.* 4. *adu. Marc. legitur. Infrà verò c.* 34. *ſicut hic:* Ad hoc (inquit) venisse ſe dicit, &c.

89. Malo mihi (inquit) falutem peccatoris quam tormentum.] *Suprà To.* 2. *l. de Pœnit. c.* 4. *pro hoc legit Auctor:* Pœnitentiam malo quàm mortem. *Sed non mirum eſt variè citari hanc ſcripturam (ſicuti etiam ibi adnotauimus num.* 17.) *eo quòd nuſquam certo loco reperatur apud Ez. ch. clem, ſed partim c.* 18. *partim* 33.

90. Omnis vis Dei benefica vacuiſſet.] *Iterum hic (inquit Rhenan.)* vacuiſſet *legitur, iuxta vulgarem Aſrorum pronuntiationem, vt videtur. Noſi diceremus:* vacaſſet. *Adludit autem ille ad illud lib. præced. de Carne Chriſti, cap.* 7. *nu.* 67. niſi quod etſi vacuiſſet tentationis ingenium; *vbi & nu.* 44. *de hoc verbo, pro: carere, ſeu fruſtraneum eſſe, latinis. Vſurpatur autem ab Auctore, ſi vſquam alibi, hoc certè lib. frequentiſſ. Exemplis citatis c.* 16. licet ab exemplo vacet diuerſitas rerum, *&:* & exprobratio enim, *&* exhortatio vacarent ergo carnem, ſi vacaret & merces. *Item c.* 25. & vacat quod hic car-

iam ab hæreticis vindicatur, & c. 35. vacabit astutia, ac 36. vacaturo scilicet emolumento. *Item c.* 60. totum scilicet vacaturum, *ac*: exinde iam vacaturam, *&*: ex futura membrotum vacatione; *&*: licet enim esse quid denuò, & nihilominus vacare; nec potest autem dici vacare, si non sit. At enim si sit, poterit & non vacare; nihil enim apud Deum vacabit. *Rursum cap.* 61. causas necessitatis tunc vacaturas; *ac*: Si & hic iam vacare est; *&*: temporali vacatione.

Cap. x.

91. Tenes scripturas, &c.] *Huic capiti titulum dedimus:* Quòd multis aliis scripturis caro illustretur. *Lege autem tuxta coniecturam Rhen. ex Vat.* 5. Legis tum quando deprimitur? adige oculos, & tum quando celeuatur, *pro eo quod* τὸ ὑπερέχον *mendosè legebatur*: cum. *Iidem legunt quidem*: teueulatur, *sed illud placet, eo quòd procedat*: deprimitur; *maximè quòd infrà c.* 18. *legatur*: cuius iacere, eius & releuari.

92. Omnis caro videbit salutare Dei, &c.] *Infrà c.* 59. *eadem hæ scripturæ iisdem penè verbis citantur. Legitur autemid secundum* 70. *pro eo quod B. Hier. Vertit dumtaxat*: & videbit omnis caro *pariter*, *quam Vtramque lectionem eodem recidere, pulcrè deduxit Leo de Castro in Isaiam.*

93. Notatur in Genesi dicens Deus: Non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt.] *Aduersus* Deus, *ex* 3. *Vat. MS. cod. Reperitur verò etiam hæc scriptura secundum* 70. *Gen. c. 6. nisi quòd ibi interpunatur*: in æternum, *tam Græcè quàm Latinè, & in adsitionibus quoque Hebraica, ac Chaldaica*; *quod hic omittitur. Legimus autem paulopost*: quæ carnem ministerio sibi subigit, aut subicit, *ex Vatic.* 3. *MS. cod. pro*: quod. *Item*: verùm interim & in illis litteris Paulus est.

94. quum stigmata Christi in corpore suo portat.] *Auctor etiam hic variat à Græco & Latino contextu hodierno, legens*: Christi *dumtaxat, pro eo quod illis*: *Domini Iesu, & quidam*: *Dominis tris Iesu.*

95. quum corpus nostrum, vt Dei templum vitiati vetat.] *Hoc etiam paraphrastice si, quæ quum habeatur t. Cor.* 3. *Nesatis quia templum Dei estis, &*: *si quis templum Dei violauerit, & c. ipse* corpus nostrum, Dei templum *interpretatur.*

96. quum monet, tollete & magnificare Deum in corpore nostro.] *Infrà c.* 16. *ipsa verba Apostoli citat sub ordine*: Glorificate (inquit) & tollite Deum in corpore vestro. *Sunt enim illi Synonyma*: magnificare, & glorificare. *Atqui vel hinc patet illud*: tollite, *pro quo Interpres Vetus*: portate, *non nouum esse, fed sam tum lectiuni, etiamsi nunc Græce nihil sit quod correspondeat. Porrò additimus ex* 1. *Vatic. MS. cod.* aliquando, *legendo*, quod etiam aliquando probauit.

Cap. xi.

97. Hucusque de præconio carnis aduersus inimicos, &c.] *Inscriptionis caput istud*: Quòd Deo non sit impossibilis resurrectio carnis. *Legentes mox ex* 2. *Vatic. MS. cod.* Negantes enim eius pœnam.

98. de quibus luculenter & Paracletus, &c.] *De scriptis* Paracleti, *quo nomine Montanum vocare solet, &* Prophetidis Priscæ, *inter Prolegomena latius de Tertulliani paradoxis. Fodemetiam pertinet quod habetur huius libri fine*: per nouam Prophetiam de Paracleto inundantem, &c. *Paulopost Vat.* 3. *MS. cod. legunt*: quibuscumque modis exemptum; *sed magis placet*: exceptum; *eo quòd supra cap.* 4. *vbi idipsum tractat, legatur*: exceptam, *& paulopost item*: quocumque dehaustam. *Omittunt istidem deinde*: credere, *quod tamen retinumus, eo quod posset construi cum illis quod interpunctur*: volunt. *Placet vero quod legunt*: quum tamen, *pro*: cum tam. *Et* Vxor est Tertullianica: dedicatam.

99. vtrumque mihi adplaudit.] *Hoc est* (inquit *Rhenan.*) vtrumque *mecum facit, adiuuat me. Mox verò, Verbum est Tertullianicum*: modulatus, *pro eo quod t. edit. minus rectè*: moderatur.

Cap. xii.

100. Aspice nunc ad ipsa quoque exempla, &c.] *Capus hoc in scripsimus*: Quòd diei ac noctis & quatuor annitemporum vices exempla sint Resurrectionis. *Inquo Auctorem imitatur Epiphan. in Ancoratu. Atqui ad illud*: Dies mo-ritur in noctem, *vel hic videt* (inquit *Rhenan.*) *quàm non maximus scriptor sit Tertullianus in digestissimus.*

101. vbique iustitium est.] Iustitium est (*inquit idem*) *quum à litibus & cognitione causarum in foro cessatur, dictum, quòd iuris statio sit. Hic vsurpat met aphoricè. Qui etiam elegantè illud explicat*: hæres sibimet exsitens. *Nam subinde* (inquit) *redit. Defunctus vita qui non omnium remorantur, hæredes succedunt in bonis possidendis. Sine autem legis cum excusi Euphonia gratia*: Redaccendantur, *& max*: Redornantur; *sine cum* 3. *Vatic. MS. cod.* Reaccendantur, *ac*: Reornantur; *perinde est.*

102. Verna & autumna.] *Durè* (inquit *Rhenan.*) *Sunt tamen etiam alibi vsitata Auctori, vti supra To.* 2. *lib.* 6. *de Spectac. cap.* 9. vel verno (*inquit*) vel autumno.

Cap. xiii.

103. Si parum Vniuersitas Resurrectionem figurat, &c.] *Titulum huic capiti faciamus*: De Phœnice.

104. Illum dico alitem Orientis peculiarem, &c.] *Relle mei iudicio Franciscus Turrianus in B. Clementem Romanum, hinc probat inter cetera, Auctorit atem Constitutionum eius Apostolicarum, ex quod verba ipsa Clementis hic transcripsisse videatur Auctor ex eo. Nam quòd Clemens dicit Phœnicem* τὴν φύσιν ἔχειν ἐμφερῆ *Resurrectionis, Tertullianus duxit plenissimum huius ipsi specimen* (*quasi, vt non placeat, quod habent Vat.* 2. *MS. cod.* planissimum.) τὸ ὅμοιον *enim diuersum, seu diuersitie plenum significat. Quam etiam Clemens* vocat μονογενὲς θρέμμα, *id est, vnigenam, volucrem Auctor appellat*: alitem singularitate famosum. *Certè Cyrillus Catech.* 18. *de Resurrectione, disertis verbis* (*vti etiam idem adnotauit*:) *Hæc* (*inquit*) *& scribit Clemens, & aiunt multi; cum sit vna tantùm auis & sola, in terram Ægypti* (*nam & Arabia Ægypto vicina est*) *vnde non mirum si Auctor* Arabiæ *auem appellet*) *in spatio* 500. *annorum venire solet, atque demonstrare resurrectionem; non in locis deserti, ne mysterium id ignoretur, sed in aperta ciuitate, vt contrà letur quod non creditur. Septum enim sibi facit è thure & myrrha, cæterisque aromatibus, & completis annis eo decumbit. Mox itur aperit & putrefcit, deinde ex putrefacta carne mortuus vermis quidam generatur, & hic deinceps in auem formatur. Atque hoc est quod dicit Auctor*: de postetitate monstruosum; qui sepulchrum sibi lubentet funerans renouat, natali fine (*nam sic legendum, non*: fide) decedens atque succedens irerum Phœnix. *Vtitur autem etiam B. Ambrosius hoc argumento* Phœnicis, *ad comprobandam futuram Resurrectionem, tum lib.* 5. *Hexamer. tum lib. de fid. Resurrect. iisdem penè verbis quibus Cyrillus; hoc vno excepto, quòd cum Auctore auem Arabiæ facit, addens præterea, quòd thecam illam corporis sui* (*quam septum ille vocat*) *ex Æthiopa in Lycaoniam vehat; atque ita, resurrectione sui huius, incolæ illorum locorum completum* 500. *annorum tempus intelligunt. Memini etiam ad idem institutum Epiphan. in Ancoratu*; *in hoc diuersus, quòd apud Heliopolim Ægyptei tam comparere scribat, & id habet peculiare, quod scipsam exurat. Similiter, sed ad probandam Christi ex Virgine sine coniuge natiuitatem, adducit hoc exemplum Rufinus in Symbolo, Tomo* 3. *Operum B. Cypriani. Scripserunt autem istud hi omnes vnà cum Auctore ex Plin. l.* 10. *cap.* 2. *quin in hoc differe, quòd viuat anni* 660. *Memineruntetiam inter ethnicos Oppian. in Ixeut. sec, & alicubi Euripides, Lucret. in Sestio, Interpres etiam Pindari, de quo paulo prolixiùs egimus; vt perfuadeatur, historia potius esse quàm fabulam, cuius tot & Orthodoxi & Gentiles meminerint, & suxta Tertullianum etiam scripturæ sacræ.*

105. Vbi iam nemo, iterum ipse, &c.] *Istud eleganter expressit Auctor Carmin. de Phœnice, quod plerique perperàm Lactantio adscribunt: quum ethnici Auctoris esse, comprobet Dn. Thomasius in Lactantium.*

--Anis vnica *Phœnix*
Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus hæres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sui:

Ipsa

Ipſa quidem, ſed non eadem; quia & ipſa nec ipſa eſt,
Æternam vitam mortis adepta bono.

106. Et florebit enim (inquit) velut Phœnix.] *Reſtitui te Vatic. vno MS. cod.* florebit, *pro:* floræbis, *quia (ſicuti ea iam ante me admonuit Latinius) videtur intelligere illud Pſal. 91. Μάκριος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, quod quidem verterunt Interpretes: Iuſtus ut palma florebit, ſed verte etiam poteſt* velut Phœnix florebit; *quia* vox *Græca* φοῖνιξ, *& palmam, & auem iſtam ſignificat.*

107. Multis paſſeribus antiſtare.] *Eſt etiam vox Tertullianica:* antiſtare. *Nam ſic legendum, pro* anteſtare, *ex Vatic.* 3. *MS. cod. & hic, & infra cap. 61. vbi legitur:* vt etiam hominibus antiſtes. *Atqui recte adnotat Rhen. Fronto, ſi dici illud:* ſed homines ſemel interibunt.

CAP. XIIII.

108. Talia interim diuinarum virium liniamenta, &c.] *Hæc caput inſcripſimus:* Quòd etiam ex iudicio Dei integro Reſurrectio neceſſaria comprobetur. *Ibi autem:* quo quum maximè, *ſic interpretatur Rhenan.* quo, *ac ſi dicat:* quo *auxilio, quæ ſubſidia edictorum atque decretorum. Sunt etiam Tertullianica:* ſubeſt dicere, *ac:* idonea reſtituendi. *Atqui legimus paulopoſt:* hinc vindicans iſtud, inde remunerans illud, *addita recens:* iſtud.

109. Sed CVM MARCIONE PLENIVS DISCES, an hoc ſit Deirotum.] *Remittit, inquit Rhenan. Lectorem ad libros, quos aduerſus* Marcionem *ſcripſit. Quo etiam pertinet illud:* Hinc & ille neſcio quis Deus hæreticorum, *Deus ſit, quando nec Auctor eſt; quòd tamen verum, id eſt, noſter Deus, eſſe ſcitur, nec item Dominum eſſe, quod eſſe debebat ſi Auctor eſſet. Qui etiam, ſicuti alias non ſemel:* expunget, *interpretatur: perficiet; & ſimiliter infrà illud cap.* 25. quum aut nunc deceret eam expungi; *& c.* 41. mortis per demutationem expunctæ.

111. congtuentiſſ. ſcilicet Deo deſtinatio iudicij.] *Ita reſtituit Rhen. pro:* iudicis, *eo quòd præcedit:* iudicium in hominem deſtinare, *& infra cap.* 17. Denique hæc erit ratio in vltimum finem deſtinati iudicij. *Suppleuimus autem paulopoſt ex Vatic.* 3. taque perfectam plenitudinem.

112. de totius hominis repræſentatione.] *Similiter infrà cap.* 17. carnem etiam idcirco repræſentandam eſſe iudicio, *&c:* repræſentatione carnis, *ac cap.* 23. non repræſentatio, *&c.* ſed expectatio; *denique c. vlt.* vt rurſus ex illa repreſentetur Adam. *Quòd verò vtrobique* repræſentari *dicit* hominem, *hoc eſt, præſentem iſti iudicio; nec* parere appellat, *quod pro apparere ſeu comparere accipi, adnotauit etiam Rhenan. Aquæ etiam vox:* diſpungenda, *Auctori non minus vſitate, ſic explicatur, ac ſi dicat: quæ per tot ſubſtantias ſatisfacere debeat, per quod & ſumpta eſt.*

CAP. XV.

113. Age iam, ſcindant aduerſarij, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quòd quum operarum inter ſe ſocietatem habeant Anima & caro; etiam ſimul mercedem accipere debeant.

114. in vitæ remuneratione.] *Quam hic* remunerationem, *ſuprà c.* 8. *& hic & c.* 16. *ac aliis ſæpius* mercedem *vocat, & paulopoſt, ac cap.* 21. præmium; *addens præterea:* iniuſtum fore Deum, ſi ſociam bonorum operum à præmiis arceat; *& cap. ſequ.* beneficis (*id eſt, benefactoribus*) enim debet. *Item cap.* 21. Nullum opus certum eſt mercedis incertæ. *Plures eiuſmodi locos videre eſt ſuprà Tom.* 2. *lib. ad Marc. cap.* 3. *n.* 43. *& I. de Patientia, cap.* 11. *num.* 73. *ac* 75. *I. item de Cor. milit. cap.* 15. *nu.* 197. *Similes ſunt loci infrà cap.* 33. obnoxium eſſe mercedibus, pro communi operatione penſandis; *cap.* 34. Diſtribuit enim vtrique ſubſtantiæ per officia propriam mercedem ſalutis; *& cap.* 40. præſertens mercedum æternatum inuiſibilium, & gloriæ pondus; in compenſationem laborum, *ac:* Secundum collegia laborum, conſortia etiam decurrant neceſſe eſt præmiorum, *rurſum cap.* 41. *commemorat:* tenuinationes, *ac:* compenſationem mercedis, *ac c.* 47. compenſationem ſalutis, *&c:* præmium diſciplinæ. *Iterum cap.* 48. *tres:* meritorum copia *promittit, ſicuti etiam cap.* 50. *& 52. Denique cap.* 56. *dicit:* iniquum eſſe, aliam ſubſtantiam operati, aliam mercede diſpungi; vt hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coroneture; *nec abſimiliter cap.* 59. *in fine:* mercede diſiunxit. *Loci adnotandi contra Hæreticos hodiernos.*

115. Negent operarum ſocietatem.] *Angl. MS. cod.* operum; *verùm præterquàm quòd illud habeant Vat.* 3. *etiã Tertullianæ magiæ viſitatum eſt. Sic ſuprà c.* 8. quas operta coniungit, *& infr. c.* 16. quibus operam ſponte aecommodant; *ac quod magis huc accedit:* reputabuntur illi operæ malæ, *&:* nec bonæ operæ reputentur illi, ſicut nec malæ, *&* iquum aliquas laudis operas carni indicit. *Item c.* 17. operam carnis exſpectat.

116. quam ſola decucurrit.] *Angl. cod. MS.* decurrit, *verùm illud habent Vat.* 3. *& omnino Tertullianeum eſt.*

117. arcem animæ, &c.] *Intelligit* cor, *de quo etiam ſcripturas adfert; in quo Auctor ſecundum Chriſtianos* Hegemonicon animæ *collocat, ſuprà l. de Anima cap.* 15. *quamquam ibidem varia* Philoſophorum placita *recenſeat, à quibus principalitas ſenſuum conſecrata ſit in cerebro, vel in medio ſuperciliorum diſcrimine, aut alibi, de quibus omnibus videre eſt ibi Adnot. noſtras n.* 185. *vſque ad n.* 201.

118. Qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendum, iam adulterauit in corde.] *Addidimus* mulierem *ex Angl. MS. cod. Nam præterquàm quod ita è locum exemplaria omnia Græca, Syriaca, Latina, Matth.* 5. *etiam ſuprà ſic legit Auctor loco citato (vbi etiam citat illud Matth.* 9. Quid cogitatis in cordibus veſtris nequam! *nu.* 138.) *& infrà T.* 3. *de Exhort. ad caſtit. Legimus autem ex* 3. *Vat. MS. cod. peulopoſt ſub huius cap. finem:* quo etiam miniſtros facti cuiuſque depoſcit, *pro:* quòd.

CAP. XVI.

119. Sed quum imperium animæ, &c.] *Inſcripſimus hunc capiti damus:* Quòd appellatio, qua eorpus vas Animæ dicitur, nihil obſtet quò minus cum ea coronetur, aut inhonoretur. *Legimus autem omiſſo:* ex, *ſecundum* 3. *Vat. cod. MS.* ne & hoc alia argumentatione ſubuertant; *quæ ſit, vt non ſit opus ſcholio Rhenani; & mox iuxta Angl. cod. MS.* ne ex hoc (*pro:* &, *dum taxat*) ſociam cogantur agnoſcere.

120. idcirco cum auctoribus merita communicare.] *Similiter paulopoſt:* vt dominorum & auctorum meritis & ipſa communicent, *& cap. ſequ.* Porrò ſi hæc ſatis eſſent ad plenitudinem meritorum, *ac:* facta deuincta ſint meritis. *Loci rurſum adnotandi contra Ariſtarchos noſtri temporis pro* meritis *operum bonorum, quales paulo prius n.* 113. *& ſuprà plures adnotati ſunt à nobis To.* 2. *I. de Patient. c.* 13. *nu.* 82. *Sine autem legas:* vſa ſit vaſculum carnis, *cum Angl. MS. cod. ſine cum aliis omnibus* vaſculo, *perinde eſt; nam nonnunquam cum Accuſatiuo, ſæpe etiam cum Ablatiuo* vti *conſtruit Auctor. Omninò autem reſtituimus ex* 3. *Vat. MS. cod.* quia nec calicem damnari, *pro:* damnaris, *ac* nec gladium ad beſtias pronuntiari, *pro:* pronuntiatis. *Item legimus:* Licet enim nec bonæ operæ reputentur illi, ſicut nec malæ; *quia præceſſit,* non reputabuntur illi operæ malæ.

121. non dico venenarium, &c.] *Similiter dixit infrà l.* 5. *adu. Marc. tractans c.* 15. *epiſt.* 1. *Cor.* venefico abſoluto, calix erit puniendus. *Atqui pro* fricatricis, *vetus adit.* fictricis, *ſicut etiam Vatic.* 3. *verùm magis conuenit cum Archigallo, vt loquatur de calice, quem libidinoſa femina aut eunuchi cum oſculis propinabant.* Fricatricis *etiam ſit mentio Tom.* 1. *lib. de Pallio, nu.* 90. *Quò ſit, vt etiam non placeat coniectura G. Cauteri Nou. Lect. l.* 4. *c.* 11. Archithrecis, *quod genus erat gladiatorum.*

122. vel Archigalli.] Archigalli (*inquit Rhenan.*) *principes ſunt* Gallorum, *ſiue ſacerdotum. Auctore Iulio Firmico, Venus in decimo ab horoſcopo loco, facit eunuchos & Archigallos,*

Cetcrum hoc hominam genus velut inauspicatum, exosumesse solet, & propter eas qui tales habent in delicias, etiam turpe & flagitiosum.

123. vel gladiatoris, aut carnificis.] Gladiatorem & carnificem coniungit, *eo quòd, sicuti suprà patet Tom. 2. l. de Spectac. c. 12. n. 116. 117. ac 118. humana corpora in exequiis, edicto inferiorum die post epulas erogarentur, & feris dissipanda traderentur; quibus verisimiliter calix aliquis vini propinebatur, ut tanto acrius contra feras depugnarent, quibus etiam oscula à parentibus offerebantur; nam sæpè, B. Cypr. teste Epist. 2. etiam mater intererat. Sine autem legas*: nedum à capitis sui officio relegarit, *cum exc. sine*, relegabit *cum Vatic. 3. MS. cod. parum refert.*

124. inludia animarum.] *Vocat (inquit Rhenan.)* inludia animarum, *illusiones manuum, in Vitionem inimicus sub parricidij auctores exagitantium. Legimus autem more Tertullianico, cum 3. Vat. MS. cod. & Anglic.* virguentium, *pro*: virgentium.

125. de coronis quoque poratoris sui inorabitur, &c.] *Sic MS. Vat. 3. pro*: inornabitur. *Quum autem eas poculorum etiam agnoueris Lucret. lib. 4.* inorabitur *idem est, acque in ora coronis ornabatur. Adludit enim ad* coronas, *quibus victorum etiam calices inornabantur, de quibus alicubi Virgilius:*

—& vina coronant.

126. laudem suam consecrationc penſabit.] *Hoc est (inquit Rhen.) decabitur temple, trophæa inſtar ſuſpenſa. Omittimus autem secundum MS. Vatic. 3. cod. illud*: ne *ſuperſtuam*; *legentes*: Eſt ergo & in vaſcula; *& cum ijdem*: vt huic quoque argumentationi ſatisfeceris, *pro*: aut.

127. Nam etſi vas vocatur apud Apoſtolum, &c.] *Sine id legas, ſine quod habent 3. MS. Vatic. cod.* vocat Apoſtolus; *perinde eſt. Adludit verò ad illud 1. Theſſal. 4. Vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, quod metaphoriſticè vertit Auctor*; in honore tractare, *ſicuti etiam infrà lib. 5. adu. Marc. Vbi de hoc latius.*

128. vas enim capacitatis nomine dicta eſt.] *Adnotata voce ἐκλογὴ ad marginem, Rhenan. ſignificat, adludere Auctorem potius ad etymologiam eius vocis Græcæ, quam qua vas Latine dicitur. Legimus autem*: quæ (*nempè natura*) eam non inſtrumentum in operationibus præſtat, *pro*: habet; *& magis placet cor eundem Vatic. 3. MS. cod. lectio*: quod ab anima videtur impelli, *quàm*: videatur; *ac*: Glorificate (inquit) & tollite, &c.

129. in alienam culpæ.] *Sic hic dicit (inquit Rhenan.)* alienam culpæ, *ſicut mox*: extraneam gloriæ, *& paulopoſt*: exules carnis; *& infrà cap. 4. 4.* In re ergo aliena ſalutis.

Cap. xvii.

130. Simpliciter quiſque fautor, &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus*: Quòd proinde non ſola anima, ſed & corpus pati debeat.

131. Nos autem· Animam corporalem & hîc profitemur, & in suo volumine probamus.] *Allegat hic denuò lib. de Anima, in quo quod hic citatur, reperire eſt, c. 5. 6. 7. 8. 9. & nominatim c. 7. adducit pro ſe, ſicuti hic*: Lazari exemplum, *nempè eum qui ſoucebatur in ſinum Abrahæ* penes iuſteros, *de quo Luc. 16. Verum (ut etiam ante me adnotauit Rhenan.) hoc cap. & ſequ. meminerit Lector ſe Tertullianum legere; pertinet enim ad paradoxonde Anima corporea; de quo latiùs inter Prolegomena. Et quòd id non comprobetur* Lazari exemplo, *ex Auguſt. dicto c. 7. oſtendimus num. 93. & 94.*

132. ſubſtantiæ, ſoliditatis.] *Aliquando (inquit Rhenan.) legendum putaui*, ſubſtantiuæ, *aut* ſubſtantis ſoliditatis; *ſed ſolet omittere Coniunctiones, quemadmodum ſuprà admonuimus. Subaudi igitur*: *& atque expone*: *Habentem proprium genus* ſubſtantiæ *&* ſoliditatis, per quam, &c. *Sic lib. de Patient.* Nomen, familiam ipſius perſequentes.

133. Dedim igitur aduerſario dicere: Ergo, &c.] *Legimus*: Dedim, *verbum antiquum, id eſt*: Dederim, *pro eo quod erat munus concanunm*: Dedi. *Idque eo magis, quòd cap. ſequent. dicat*: quamquam in hac materia admittamus, interdum animæ mortalitatem aſſignari ab hæreticis; *non verò*: *admiſimus. Vt vi autem legatur, ſunt verba aduerſarij*, Ergo, &c. *vſque ad illud*: Immò eatenus. *Item legimus ex Vat. 3. MS. cod.* non quà ſentire quid, & c. ſed quà neceſſe eſt, *pro*: quia, *quod vtrobique lege lebatur. Perinde eſt autem legere*: & ad patiendum, *cum reliquis, vel*: etiam ad, *cum dicto Angl. MS. cod.*

134. eorum interim ſententiam pendit.] *Facit hic locus ad confirmationem meæ interpretationis loci ſimilis ſuprà dicti, qui nunc non occurrit, vbi pendere ſimiliter cum Accuſatiuo adnotauimus. Legimus autem aliquanto poſt*: Idcircò pro quoquo modo egit, *ex Vat. 3. MS. cod. vbi eras dum taxat*: pro quo modo egit.

Cap. xviii.

135. Hucuſque præſtructionibus egerim, &c.] *Hoc caput inſcribendum duximus*: Quòd in ſcripturis ſacris edicto Dei pendeat, Reſurrectio mortuorum, quiſque illa duo verba ſignificent. *Quod iſtlem pene verbo late etiam tractat Auctor infrà lib. 5. aduerſ. Marcion.*

136. Cui quum tot auctoritates, &c. procurent.] *Vide ſuprà num. 70. quibus adde ex Rhenano, ſpè etiam alibi decere Auctorem*: procuro tibi. *Ergo*: procurent, *hic interpretare, faueat, ſubſcribant, adſint. Solicet* honores ſubſtantiæ ipſius, vires Dei, exempla earum, ratio iudicij & neceſſitates. *Subſtitutimus verò iterum ex Angl. MS. cod. lectionem antiquam* intelligi, *pro*: intelligi, *& mox rurſum*: intellegatur, *pro*: intelligatur. *Cui ſimile eſt illud ſuprà cap. 6.* qui illam & elegendo dignam iudicaſſet.

136. quonam ritulo ſpes iſta perſcripta ſit.] *Ita ex Vat. 3. MS. cod. vbi antea erat*: proſcripta. *Antea quidem in 1. edit. legebatur*: quonam ſtylo, *& ſic etiam ſuprà cap. 10.* Apoſtolum quoque ne de vno ſtylo noris, quo plerumque carnem compungit. *Sed (inquit Rhenan.) quia ſequitur infrà cap. 19.* Et hæc itaque diſpectio tituli, & præconij ipſius, *& hic habet Gor Zienſis quoque codex, ſcriptimus* titulo. *Legimus autem non ex multo poſt*: Et qui non audiuit videt, *ex Angl. MS. pro*: qui non audit. *Qui etiam legit*: quum ipſa ſubſtantia indutus.

138. Diruite (inquit) remplum iſtud: & ego illud triduo reſuſcitabo.] *Etiam hic metaphraſticè vertit vocem Græcam λύσατε*: diruite, *quam alij vertunt Ioan. 2. ſoluite; & addit ego, quod nuſquam legitur neque in Græce, neque in Syriace, neque Latinis exemplaribus, ſicuti econtrario mox contra Latini legit quàm ſit Ioan. 2.* De corpore ſuo dixerat, *quum habeatur: de templo corporis ſui. Atque ex Vatic. 3. MS. legimus*: eius & reſuſcitari & reſuſcitari, *pro*: cuius, *& mox*: circumferret, *pro*: circumferat, *neque enim nunc Chriſtus talem animam circumfert. Item cum Angl. MS. cod. ſecundum 1. edit.* vt exinde à cadendo cadauer renuntietur, *pro*: cadauere enuntietur, *& prorſus*: quæ illud de terra ſuſcitabit ingreſſa, *cum Vatic. 3. hoc, pro*: ſuſcitauit, *& cum Anglico cod.* eterum agitatur in ſomnis, *pro*: Sed enim.

139. Poſtulans enim Saræ humandæ locum de filiis Chet, &c.] *Græcam vocem γῆς Gen. 23. Latinè etiam reddidit, pro eo quod Interpres Latinus edit. 70. Heth, non reſtè, quòd magis Hebræa Vox cri reſpondeat, & ubique euphoniæ gratia n Hebræum in y transferri ſoleat. Malim etiam legere cũ Vat. 3. & Angl. MS. cod.* & humabo mortuum meam, *niſi Græce legeretur τὸν νεκρόν μου. Nec autem νεκρὸς ſubinde in Biblia transfertur ad ſuer ſeu morticinum, maximè quum ſequatur etiam iuxta MS. cod.* eſſi mortuus dici mererentur, *ac*: Quòd ſi mortuus.

Cap. xix.

140. Et hæc itaque diſpectio tituli, &c.] *Inſcriptionem huic capiti damus*: Quòd perperàm quidam Reſurrectionem in imaginariam ſignificationem diſtorqueant.

141. diſcidium carnis ac quæ animæ, &c.] *Quod hîc diſcidium ſuprà l. de Anima, c. 27. diſiunctio, & c. 51.* diſcretio corporis animæque *appellatur, quo loco vide Adnot. noſtras n. 568. Eodem pertinet quod infrà dicit c. 47.* regnum mortis nihil operari quàm carnis diſſolutionem. *Quibus adiungendum eſt contra illos*, qui mortem, *Auctore teſte*, ſpiritaliter ignorantiam Dei interprerabantur, *multas eſſe ſcripturas tam apertas*,

apertus, vt spiritaliter intelligi nequeant; exempli gratia, quum Num. 16. veratur quis consueta hominum morte mori, & Deuter. 2. pectatum recen[illegible]eatur morte plectendum, & mille alia.

141. Itaque & Resurrectionem eam vindicandam.] Adludebant illi quidem ad illud Apost. Rom. 6. An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quemadmodum surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, & c. Sed reijcit cap. seq. Auctor; etiam si aliquando figuratè accipiantur mors & resurrectio, non tamen semper; quod ipsum de Euangelio c. eodem prosequitur, & c. 21. ac 22. addit: non sinere alias scripturas, Resurrectionem spiritaliter accipi. Per quæ etiam solutur quod:

143. Dominus scribas & Pharisæos sepulcris dealbatis adæquauerit.] Atqui cum Mat. 3. MS. cod. omnino legimus: Resurrectionem fide consectatos, pro: resurrectionem fidei, & c: consueuerunt, pro: consueruntur.

144. arcana hæretica.] De his latè tractat Auctor supra lib. 2. aduersus Valent. cap. 1. vt potè quo deceat: nihil magis curare hæreticos, quàm occultare quod prædicant; vbi vide Adnot. vsque ad num. 2. quibus addendum illud Auctoris alio loco, cap. 3. Hæreses demonstrasse, vicisse est. Lego autem aliquanto post cum MS. 4. secundum 1. edit. in seculatis vitæ morte detinent, pro: detinebat.

Cap. xx.

145. Obhuiusmodi igitur conieciuras, &c.] Titulum huic capiti addimus: Quòd non omnia in Prophetis aut Euangeliis allegoricè aut figuratè interpretanda sint.

146. Atque adeò si omnia figuratè, quid erit illud cuius figuratè? &c. Locum egregium, qui etiam retorqueri posset in illos, qui verba Christi de Corpore & Sanguine Domini figuratè volunt intelligi, quum aliquot figuras illius multas præcesserit, ipse fatentur.

147. nobis cum Deum.] Omninò sic legendum puto, non: Dominum, quia habet editio Græca 70. Isai. 8. μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

148. Et, si obliquè: (id est obscurè) Accepturum virtutem Damasci & spolia Samariæ.] Ita distinguendus est hic locus, non sicuti antea: Etsi obliquè. Quid autem sibi velut dicta Prophetis Isai. 8. fatis præmissis obscura, partim supra diximus Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 9. num. 98. partim infra lib. 3. adu. Marc. cap. 13.

149. Sed manifestè: Venturum in iudicium cum Presbyteris & Archontibus populi.] Vatic. 3. MS. cod. & principibus. Verum Archontibus legitur infra lib. 4. adu. Marc. sub finem, vbi de hac scriptura latius; & etiam vtrobique legitur in sequenti scriptura (de qua etsi ambitu) & Archontes congregati sunt in vnum. Denique id pro more habere, vt vox ἀρχοντες seruetur in sua persona à Tertull. supra adnotatumus lib. adu. Hermog. cap. 19. num. 68.

150. Qui & tanquam ouis ad victimam adductus est, &c.] Vatic. 3. MS. cod. ad iugulationem, quam quidem propriè vox σφαγὴ significat, sed nolui immutare, eo quod legatur: ad victimam, alibi semper ab Auctore supra lib. dicto aduers. Iud. cap. 9. 13 ac 14. & infra lib. 3. adu. Marc. Secundum quos posteriores locos, & Vatic. 3. MS. cod. omisi: se, legens dumtaxat: ante tondentem, scilicet Herodem (Vtieſt Luc. 23.) eo quòd Græcè apud 70. non legatur; atque adeò etiam omittendum duobus locis prioribus censeo, & cap. 9. prorsus addendum illud: sine voce, quia ita à reddidit Auctor vocem ἄφωνος, quæ ab aliis: mutus, transfertur.

151. Dorsum suum ponens ad flagella, &c.] Locus hic reperitur Isai. 50. In quo sine legas: ad palmas, cum exc. sine: in, cum Vat. 3. & exc. infra lib. 3. adu. Marc. c. 5. perinde. Lege autem: à fœditate sputaminum, partim ex 3. Vat. MS. cod. qui legunt: à sputaminum iaculis (minus accommodè, eo quòd Græca vox: αἰσχύνης magis fœditatem significet) partim ex lib. 3. aduers. Marc. vbi solum legitur: à sputaminibus.

152. Per fossus manus & pedes sortem passus in vestimento.] Adludit ad illos versus Psalm. 21. Foderunt manus meas & pedes, super vestem meam miserunt sortem.

153. & potus amaros.] Hic ad illud Psalmi 68. Et dederunt in escam meam fel.

154. & capitum irridentium nutus.] Rursum hic ad illud Psal. 21. Omnes videntes me, deriserunt me, & mouerunt caput.

155. triginta argenteis adpreciatus à proditore.] Etsi hoc loco patius reperiatur Zachar. 11. quia tamen mox subiungitur ab Auctore: quæ enigmata apud Hieremiam, (in hoc secutus est Euangelistam Matthæum, vbi dicitur secundum pierosque codices, qualibus etiam hic vsus videtur: Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam) ad marginem maluimus adscribere, & etiam sic in Indicem redigere scripturarum, Hieremiæ. 32. (vtpotè vbi de agro empto sit mentio) ac Matth. 27. Si quis plura huc pertinentia desideret, videat Commen. Reuerendissimi Domini Gandauensis Iansseny in Concord. Euangelist. cap. 140. & Adnotat. nostras in B. Cyprian. Sine autem: præfatos, legas, cum Angl. MS. siue: profatos, cum reliquis, non refert.

156. nec inclaruit lingua mutorum.] Supra l. adu. Iud. cap. 9. de mutorum lingua soluetur; nam hoc singulari numero legere oportet secundum additamentum, omnes, tam 70. Hebraeum, Chaldaicam, & Latinas exillis translationes. Et etiam adnotanda lectio: mutorum; ad confirmationem eius, quod Leo de Castro in Isai. c. 35. putet olim lectum apud 70. ᾧ γλῶσσα ἀλαλον ἀσεωγήθη, ex vestigio adit. Complutensis, quæin contextu posuit post eorum illud ἀσεωγήθη, aliosque superfluum.

157. nec manus aridæ & genua dissoluta reualeurunt.] Quæ hic transfert (ex eodem c. 35. Isai. paulò ante) manus aridas; verit infrà l. 4. adu. Marc. patalyticas, Metaphrastice, suo pro instituto transferens vocem Græcam ἀνειμένας, quæ remissum & inualidum significat, & pro: genua dissoluta, quæ propriè significantur vocibus: πάρεσις, & παραλυμένα, vbi verit: cruta paralytica. Sine autem: clodi legas cum exc. hoc loco, siue: claudi cum MS. & hic & supra l. adu. Iud. perinde est. Legimus autem cum 1. edit. & Angl. MS. cod. quæ etsi ipsi, pro: quæ etsi. Et vox est Tertullianica: remediatorum.

158. vt quum exitus gentium, & vt virtum resonant.] Intelligit haud dubiè Isaiam, vbi exitus siue exitia prædicuntur Tyri, c. 23. & Ægypti, c. 19. & Babylonis, c. 13. & Idumeæ, c. 21. & inauium Carthaginiensium, quod lege ex Angl. cod. pro: Carthaginiensium, dicto e. 23. vbi inxta 70. legitur: πλοῖα καρχηδόνος, id est: Naues Carthaginis, pro eo quod apud Hebraeos: Naues Tharsis, id est maris, iuxta B. Hieron. quam vocem etiam solent mare reddere 70. præterquam hoc solo capite, idque non semel, sed etiam tertiò.

159. vt quum ipsius Israëlis plagas, &c.] Hic similiter adludit ad eiusdem Isai. c. 24. 25. 28 sequentia vsque ad 32.

Cap. xxi.

160. Si ergo interdum & in quibusdam, inquis, cut non, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd edictum Resurrectionis nequeat spiritaliter intelligi. Est autem vox Tertullianica: denotetur.

161. Tum quod verisimile non est, &c.] Prima editio Tunc; sed Rhenano, qui primus Tum substituit, consentiunt omnes MS. cod. sicuti etiam in hoc, quòd legendum iudicarit: annuntiata, cui etiam similes locos adduci infrà, c. 25. Quia si nulla tunc adnuntiaretur, & mox: Quia non & tunc spiritalis adnuntiaretur resurrectio.

162. Sed etsi temporalia & localia, &c.] Respicit ad eaquæex Isaia adduxit cap. præced. num. 158. & 159. Sine autem legas: in omne hominum genus cum exc. sine: humanum cum Vatic. 3. MS. non refert. Est etiam Tertullianica phrasis: Dispositiones eius, vempè Dei, tum hic, tum alibi frequenter.

163. Et puto, &c.] Puto hic accipitur, pro æstimo seu iudico ita esse, neque enim vllo modo Auctor dubitabat, an in Deũ competeret incorruptantia. Et sic vbique ea voce vtitur; sicuti etiam voce: opinor, c. sequent. & alibi sæpiùs. Exempli gratia, c. seqn. quæ puto adhuc integra est.

CAP. XXII.

164. Posthæc ad illas etiam [scripturas, &c.] *Inscriptionem huic capiedi nomen*: Scripturas non finere, vt dicatur: Resurrectionem hîc fieri, aut ſtatim ab exceſſu vitæ.

165. quàm in aduentum (opinor) Chriſti, &c.] *Coniecturæ Rhenan. qua ſic legendum coniecit, pro* : in aduentu, *conſentiunt omnes MS. cod. quorum Anglic. quidem legit paulo aliter*: æquè in aduentum (opinor) Chriſti vota noſtra ſuſpirant ; *ſed prim magis placet.*

166. ad diem Domini magnum, diem iræ, &c.] *Hîc adhibit ad illud ſophron.1. Quia iuxta eſt* dies Domini magnus, &c. dies iræ. *Deinde ad illud Iſai.61. & diem retributionis*; *item quod eſt Ioel.19. Iuuenibus die* (*quem hic vltimum diem vocat*) *de terra ſurrectirus ſum*; *denique illud Matth.24.* De die autem illa nemo ſcit niſi ſolus Pater. *nam quod ſubijcit* : & tamen ſignis atque portentis, &c. *pauloposſt latius ipſe ſcripturarum verbis explicat.*

167. Interrogatus à diſcipulis, &c.] *Quia ſequentia ex ſolo aſſert Lucæ Euangeliſta*, *dumtaxat adnotauimus ad marginem Luc.21. Atque adeò de verbis Euangeliſtæ*, *Lectorem remittimus ad l.4.adu.Marc.infrà vbi explicatur hoc c.21.latius. Indicabo autem varietatem lectionum*, *& quæ ibi non reperiuntur. Hîc itaque imprimis legit Auctor*: quando euentura eſſent, *pro*: quando hæc erunt, *dumtaxat. Sine autem legas*: eruperant, *nempè à Chriſto*, *cum exc.ſiue*: eruperat, *ſcilicet Chriſtus cum Mat.3. MS. perinde eſt*; *& item ſeu legas* : conclusionem ſæculi, *ſeu* : conſummationem.

168. dirigit.] *Sic Vat.3.MS.cod. pro*: digerit, *quorum illud placet*; *vtpotè frequentiſſimum alibi*, *tum hoc libro Auctori vſitatum. Sic infrà cap.37.ex* materia dicti dirigendus eſt ſenſus, *& cap.52.* Sine dubio ad hoc dirigit.

169. Et tunc erit Ieruſalem conculcatui nationibus, &c.] Conculcatus (*inquit Rhenan.*) *pro conculcatione. Duabus enim* verbibus vertere etiam *voluit quod alij* conculcare, *ſecuti Græce eſt* : ἔσται πατ ημένη. *Lego verò ex Vatic.3.MS.cod.* cum reliquis Iſraelis, *pro*: cum reliquo.

170. ſecundum Ioëlem, & Danielem.] *Ioëlis cap.2.locus infra loco dictis citatur*, *ſicuts etiam Danielis cap.7. ad quem hîc etiam adludere Auctorem conſtat ex verbi vtrobique citatis*, *tum de potentia in cœlo*, *tum de filio hominis venturo in nubibus.*

171. & vniuerſum concilium Prophetarum.] *Citat infrà in hanc ſententiam Auctor* Propheram *Abacuc cap.3. & in margine*, *Iſai.c.13. Ezech.32. quare & nos treshos locos hic adnotauimus*; *quippè quitractant* : de ſignis in ſole & in luna (*vbi adde* : in ex *3. Vatic.MS.*) & in ſtellis, *ad quos adeo adludit c.21. Lucas.*

172. concluſionem nationum.] *Vat. 1.* conſiſionem; *verum* concluſionem *accipi pro* preſſura, *ſicuti infrà legit*, *ſeu pro* : conflictatione, *ſicuti ibidem non ſemel*, *& paulò antè*, *cui etiam magis correſpondet vox Græca* συν χυ, *ſicuti etiam illud* ἐν συσσεῖσθαι *vertit hîc*: cum ſtupore, *de quo infrà latiùs.*

173. & motus refrigeſcentium hominum.] *Longè aliter & verius & diſtinctè hunc locum Auctor, quàm vulgatus interpret. Nam vocem* σάλον *interpretatur ſimpliciter* motum, *qui propriè motum fluctuum ſignificat*, *quo ſit vt vulgatus Interpres*, *fluctuum*, *verterit*, *& illud*: & motus, *cum ſequentibus conungit*, *quaſi nouum verſum incipiens* : ἡ σάλος (*quod aliter præcedentibus addit*) ἀπολυόντων αὐτῶν πνεῦμα. *Quomodo etiam legiſſe videtur*, *qui in Syriacam linguam verſit*, *vbi ſic legitur* : *Et commotis quæ ejicrent animas hominum. Deinde vertit* : refrigeſcentium (*ſicuti Vat.ex.3.MS. cod.*) *aut veluti exc.cod.* perfrigeſcentium, *quod alter* : arefcentium, *propriè vero magis verti poſſet*: *exanimatorum.*

174. tenerefcentium arborum in caulem ſtoris, & dehinc florem frugis antecurſorem.] *Locus ſicuts infrà etiam citatur l.4.du.Marc.4. nõ aliud habet*, *quàm*: quũ fructum protulerint, *atque adeò ſtud partum ex Matt.8. & Marco de ſumptum eſt*, *qui habent*: *quum ramus ex ſe tener fuerit*, *quod tenerefcere dicit hic Auctor*, *de reliquo ſupplens quod Græcè eſt dumtaxat apud Lucam*, ὅταν ἤδη, *id eſt*: *quum iam proruperint*, *ſiue vti Interpres adit.Syriaca* : *pullulauerint*; *nempè in* caulem ſtoris, & dehinc florem (*quod omninò hic addendum eſt*) frugis antecurſorẽ, *ita etiam explicans*, *quid* fructus *nomine ſibi voluerit Lucæ Latinus Interpres. Quem in hoc imitatus videtur hic verbis B. Hieron. Comment. in Matt. Quando* (*inquit*) *teneres fuerint in arbore ſicus caulículos*, *& gemma erumpens florem.*

175. vt digni habeamini effugere omnia iſta, & ſtetis ante filium hominis.] *Scripſimus* : digni habeamini, *pro* : digueamini, *ex Vat.3.MS.cod. quia Græcè eſt* καταξιωθῆτε. *Poſſit interim etiam retineri*: digneminiſi *poſſimè accipiatur*, *vtfrequẽter de Auctore verbis fatet Auctor*, *qui hîc in duobus diſſentiã textu vulgate tam Græco quàm Latino at Syriaco*, *tum quod mutat quod his verbis præmittitur*, διὸ γρηγορεῖτε *ſi ſtare autem*, *tum quod vbi Græcè eſt* στῆναι, *id eſt ſtare*, *ipſe legat* ; ſtetis, *cuinterim conſentit Syrus Interpres*, *legens*: *conſiſtatis. Atque mox Latinus legendum cenſet*: fruitificat, *pro*: fructificaſſet, *ego vero legs*: fruiticat, *id eſt germinat. Sic etiam caſtigauimus ſupra l.adu. Hermogenem illud Gen.1.* Fruticet terra herbam *c.22. & 29. vbi vide Annot. noſtras num.76.*

176. ad confringendam terram ſecundũ Iſaiam.] *Adludit ad illud Iſai.2. quum ſurrexerit conftingere* terram. *Ibi autem*, Quis inimicus Chriſti, &c. *ad illud Pſal.109.* donec ponat inimicos ſuos ſeabellum pedum ſuorum.

177. Chriſtianos ad Leonem.] *De voce illa popularium vide ſuprà Apolog.c.40.n.524. Similis eſt & illa*, *cuius infrà meminit l.de Exhort. ad caſtit.* Chriſtiani ad beſtias, *& quod dixit ſuprà l.de Spectac.c.17.* illic quotidiani in nos leones poſtulantur.

178. ſecundum angelorum conſtitutum.] Conſtitutum (*inquit Rhen.*) *ſicut ſtatutum*, *pro conſtitutione. Verbum iurconſultis veteribus vſitatum. Locus eſt Aſſumpt.c.1. Ecce viri duo aſſteruntillis amicis veſtibus albis*, *&c.*

179. Nulla ad hodiernum tribus ad tribum pectora excciderunt.] *Ita transtulit quod eſt Zachar.12. & inde partum citatum Matt.14.c. Apoc.1.* ὃ κόψονται ἐπ᾽ αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς (*id enim addendum videtur*) φυλαὶ, *quod ad verbum poſſet transferri*: *& lugebit ſeu potius* pectora cædet, terra, *per tribus & tribus. Atqui ibi*: nemo adhuc excepit Heliam, *adludit ad illud Malach.4. Mittam vobis* Heliam *Thesbitem*, *antequàm veniat dies Domini magna & illuſtris.*

180. nemo adhuc fugit Antichriſtum, nemo adhuc Babyloniã exitum ſeuit.] *Priusſtud diſſentiã verbis non habetur in Apocalypſi*, *ſed ſatis innuitur c.12. Vbi dicitur mulier*, *quod eſt Eccleſia*, *fugiſſe in ſolitudinem à facie draconis* ; *& maximè c.18. vbi iubetur populus exire de* Babylone, *& inſuper legitur Et ſtebunt & plangent ſe ſuper illam Reges terræ. quare & ſolum hunc locum ad marginem adnotauimus. Lege autem* : qui reiurexerit, *cum3.MS. Vat.cod.ſecundum1.adu.* qui reſurrexit.

181. Exiit planè iam de corporis ſepulcro, &c.] *Ironia eſt ipſa de Chriſto*, *qua* (*mea quidem ſententia*) *opinionem eorum hæreticorum irridet*, *qui Chriſtum reſurrexiſſe quidem facebantur*, *ſed adhuc mortalem*, *adludens interea tacitè*, *tum ad illud Ephoſ.6. Nobis colluctatio eſt aduerſus mundi rectores*, *ſiue*, *vti ipſe vertit*, mundi potentes, *quod Græcè eſt* κοσμοκράτορας, *& ad illud Matth.2. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.*

CAP. XXIII.

182. Docet quidem Apoſtolus, Coloſſenſibus ſcribens, &c.] *Capitishuic titulum damus* : Quòd etſi Apoſtolus ſpiritualiter nos reſuſcitatos dicat, alibi tamen corporaliter reſurrecturos adfirmet. *Atque illud quidem*: mortuos fuiſſe nos, *reperitur* Coloſ. 2. *verbis infrà ſcriptis*; *ex illud* : aliquãdo alienatos & inimicos ſenſus Domini, in operibus peſſimis, *legitur Coloſſ.1. in quibus interim verbis hoc variat à vulgata lectione tam Græca & Syriaca, quam Latina, quod legat*: inimicos ſenſus Domini, *vbi alter dumtaxat*: ſenſu, *& peſſimis*, *pro*: malis. *Inſilo conſentiunt Auctori B. Ambroſ. legens in Commentar. inimicos cuiſlorum eius*, *nempè Domini*, *ac B. Hieronymus epiſt. ad Ioan. Hieroſ.* inimici ſenſus eius.

183. dehinc: conſepultos Chriſto, &c.] *Iſud iterũ reperitur Coloſſ.2. vbi ad verbum ex Græco* : ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε, & conſe-

contesuscitatos in eo;ar:efficaciam *proprie vertit vocem Græcam* ἐνεργείας, *proqua Latinus interpres:operationis. Quibus verbis Apostolis sequenti versu subiungitur illud*: Et vos quum mortui essetis in delictis, &c. *Sic enim legere pergo iuxta additiones omnes, Græcas, Latinas, Syriacas, etsi repugnantibus tribus Vatic. MS. cod. qui omittunt*: in. *Cum isidem lego*: præpuntiatione, *pro*:præputio. *Quo etiam l.5. alio. Marc. legitur, vbi explicat illud*: neque circumcisio aliquid proderit neque præputiatio. *Et consentiunt codices omnes legunt*:vos, vestræ, ac: vobis. *peculiare itaque illud est Theoph. Ambrosi. quòd in prima persona legerint & verterint*:nos, nostræ, ac:nobis.

184. Si cum Christo mortui estis, &c.] *Istud similiter reperitur Coloss. 2. Consentit autem Author cum Græco & Syriacis exemplaribus, quòd omittat*: *Huius*, *vbi legitur*: ab elementis mundi; & : adhuc, *ibi*: Quomodo quasi quidam *(sic enim lego vocibus transpositis ex Vat.3.MS. vt magis correspondeat phrasi Græca, τί ὡς τι quod aliy vertunt*, *Quid*, *aut*, *cur*, *tamquam. Hoc peculiare Auctori quòd addat*:quidam. *Quiretinuit (sicuti etiam Ambros.)ex Græco voculam ὡς, cum vertit*:in mundo.

185. Denique sic resurrexistis (inquit) cum Christo, &c.] *Hoc addunitur ex Coloss.3. c. vbi vertit τὰ ἄνω*: ea quæ sursum sunt, & *Metaphrastes*: quæ deorsum, *pro*: τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, *id est, quæ supra terram, quum autem omnia exemplaria tam Græca & Syriaca, quàm Latina, sic legant, correximus secundùm primam editionem ex MS. Vat.2. & Anglico codicibus*: & vita vestra abscondita est, *pro*: sed vita nostra; & *proinde etiam legimus ante illa verba ex Vat.*2. non vobis, *pro*:nobis.

186. Scimus quia si manifestauerit, &c.] *MS. Anglicus*: manifestatus fuerit; *verùm ex Vat.3. illud retinuimus, eo quòd soleat verbis Actuum pro Passiuis Vti Tertullian. cum quibus omnibus legimus phrasi Tertullianica*:similes cius erimus, *pro*: ei; *nã eo iam* pat eius *Auctori visa tum, supra ostendimus l. de Carne Christi,n.16. & alibi non semel; sicuti etiam de voce*: repræsentatio, *quam ex cod. MS. Angl. subiiciumus, pro*: præsentatio, *supra h. loc libro,n.76. ac 112. Atque de iustitiæ mercede, similes locos habes etiam supra n.*14.

187. Si quâ (inquit) concurram in resurrectione quæ est à mortuis, &c.] *Sic lege, addita voce*:est, *ex Angl. MS. cod. & retenta illa*: Si quâ, *cum eadem & Vatic.1. cod. quia id significat Græcum ἔπως; non obstante quòd Vat.2. legant*: Si quomodo. *Legit etiam conformiter Græco exemplaribus*: Persequor autem si (*omissa voce*: quomodo) adprehendam, in quo adprehensus sum à Christo.

188. in priora me extendens, &c.] *Sic Græcè Paulus Philip.* 3. (*inquit Rhen.*) τοῖς δὲ ἐμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *id est*: *In priora autem me extendens, iuxta scopum persequor ad palmã supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Verùm quod hic vertit*:in crimininationis, *respicit locum quimox sequitur ad Timotheum*; *vbi iubet eum* custodire mandarũ immaculatum, irreprehensibile, in apparentiam Domini nostri Iesu Christi. *Græcè est* ἄσπιλον. *Expone ergo*:in crimininationis, *id est*: *irreprehensibilitatis*, *vt ita dicam. Nõ mirũ autẽ si vsurpet* incrimination*e pro fide integrã, quã nemo criminari queat, quamalibi dicat*:In bonum, *pro*:non bono.

189. Det illi Dominus, &c.] *Vat.2.* Deus, *sed Græce est*: ὁ κύριος. *Omittit autem hic Auctor, quod tamen Græcè est, & in Syriaca edit ac Latinis codicibus*:à Domino.

190. custodire mandatum immaculatum, irreprehensibile, &c.] *Hic confirmatur versio vulgati Interpretis. 1. Tim.6.* mandarum sine macula irreprehensibile; *quomodo legit etiã Ambr. & Latinus Chrys. vel Erasmo teste, qui putat legisse τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, pro eo quod Græca hodie lectio, omisso τὴν, magis videatur accedere ad eum illa verbonem; vt seruet mandatũ immaculatus, irreprehensus, cuius imitatione temerè etiam legerint apud Isid. Clarium*:irreprehensibilus. *Atqui propriè tranſtulit illud Græcum μέχρι τῆς ἐπιφανείας*, in apparentiam; *atque adeo*: quam, *rectè vertit ex Græco, quia id refertur ad dictam apparentiam Christi, non ad ipsum Christum. Porro legimus iterum secundum 1.edit.ex Vatic.* 3. potentator, *pro*: potens; *quia etiam Rhenanus sit scriptum reliquit. Mox* δυνάστης *vertit*:potentator.

191. Pœniteat itaque vos, & resipiscite, &c.] *Addimus* itaque *ex omnibus MS. Iam olim autem hic legendum*:resipiscite, *pro*:respicite, *adnotauit in hunc locum Ælt. 3. Erasmus*; *quod etiam necessariò requirit vox Græca* ἐπιστράψατε, *& quod verbum Interpretes vulgatus Latinus ac Syriacus*:conuertimini. *Quæ etiam adnotas tolli incommodum lectionis Græcæ ac Latinæ, sublato vocabulo* ὅτε *ab irenæo alicubi, & hic à Tertulliano, vbi legit*:vt tempora vobis superueniant refrigerij ex persona Dei; *cuius consentit etiam Syrus Interpres legens*: *Et obueniant. Significat autem* παρώσατε, *& per*:*onam, & confectum. Legit etiam Auctor, sicuti hodie plerique codices Græci*, παρακαλέσαμεν, *dum vertit* præ:designatum (*secutus Iren. l.3.c.12. cuius Interpres*:præparatũ) *pro eo quod vulgatus Interpres* παρεκαθίσαμεν, *vbi transtulit*, qui præ:dicatus est. *Quia*? *quòd etiam Syrus Interpres vertat*: qui paratus est. *Variant denique in hoc etiam Iren. & Tertull. quòd ille legat, ad petitionis, Auctor vero*; exhibitionis, *pro eo quod vulgatus Interpres*:*restitutionis, quam propriè significat vox Græca* ἐπαναστάσεως; *longè etiam aliter Syrus Interpres*: *vsque ad complementum temporum. Refertur autem illud*; quæ locutus est Deus, *ad vocem*: tempora, *non verò ad*:omnium *quare & commate distinguendum.*

Cap. xxiiii.

192. Quæ hæc tempora, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus*: De resurrectione corporali, ex Epistolis ad Thessa-lonicenses.

193. Qualiter conuersi sitis, &c.] *Hic rursum omittit quod 1. Thess.1. interjicitur in edit. Gracis, Latina, ac Syriaca*: ad Deum. *Secundum quæ etiam omittimus cũ Vat. 3. cod. particulam*:ad, *legentes*: & expectandum; *ac legimus*:è cœlis, *pro*:à.

194. quam & vos, &c.] *Omnino sic lego, omissa* vocula:vt, *quia neque Græce reperitur, neque in Latinis editionibus aut Syriaca, quarum hæc magis accedit ad lectionem Tertull. legit*:nisi vos, *quam* vulgata *versio*:nonne *& Vt ex Græco ad verbum*:ὃ γὰρ ὑμεῖς? *Verum autem legatur, non potest confiteri, quod quidam Latini codices hic addant*:*esti. Omittimus autem cum Vat. 3.* vocem: Deo, *legentes*:coram (*quod proprie significat phrasis* ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου, Domino nostro; *quod in nullo editionibus 1. Thess.2. reperiatur.*

195. Item: Coram Deo & patre nostro, &c.] *Istud desumptum ex eadem Epist. 1. Thess.3. vbi eadem quoque vox Græca* ἔμπροσθεν. *Legimus autem secundum edit. omnes ex Vat.* 3. in aduentu, *pro*:aduentum.

196. De quorum dormitione minus mœrenda docens, &c.] *Lego prorsus*:mœrenda, *pro*: miseranda, *ex Vat.* 3. *MS. cod. quia adludit haud dubiè ad illud* 1. *Thes.* 4. *Nolumus autẽ vos ignorare de dormentibus, vt non contristemini. Legimus etiam cum isdem MS.* quòd Iesus mortuus sit, & resurrexerit, *pro*: resurrexit; & *est adnotanda distinctio huius loci*:per Iesum adducet cum ipso, *quum aly plerique præcedentibus illud*:per Iesum tunc*ant*; & *hæc Auctoris distinctio, magis ad institutum facit Resurrectionis. Item legimus ex Vat.*2. in sermone Domini, *pro*:Dei, *quod Græcè sit*:τοῦ κυρίου. Et obuiam Domino, *pro*: Christo; *tum quia infrà l.5. adu. Marc. & suprà l. de An. c.* 55. *sic legitur, tum quia Græcè est* τῷ κυρίῳ. *Consentit etiam vtrobique Syriaca editio. Rursum*: qui illos iam vocaret, *pro*: vocarit, *secundum Vat.3.MS.*

197. vt resurrexerint.] *Intellige (inquit Rhenan.) resurrectionem spiritali. quam ipse asserunt in hac vita contingere.*

198. qui in ista tantùm vita sperantes habebuntur.] *Omittit hic quod Græci, Latini, & Syriaci est intermedium, 1. Cor.* 15. *in Christo. Legimus verò ex Angl. MS. cod.* excludendi, *pro*: excludendo.

199. fruſtrati circa veritatem, non minus quàm Phygellus & Hermogenes.] *Rursus lege*: Phygellus, *sicuti suprà l. de Prafer. adu. hæret. c.3.n.19. quia Græcè est*: φύγελλος; *atque adeò omninò etiam in Latinis exemplaribus ita legendũ, pro eo quod quidam olim habebant*, 2. *Tim.*1. Philetus. *Nam etsam B. Hie-*

ronymus epist. de Vest. Aaron, & Ambrosius sic legunt. Aequi more suo, quod 2. Tim. 2. loquitur de Phileto & Hymenee: ἐξέπεσαν ἀπὸ τῆς ἀληθείας λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, ipsa adaptans, vertit apte simè: subsistati circa veritatem.

200. De remporibus autem, &c.] *Istud legitur* 1. *Thess.* 5. *Illud autem*: & spatiis temporum, *magis accedit ad id quod Graece est*: καὶ χρόνων, *quam quod habet vulgatus Interpres*: & momentis. *Item* certissimè scitis, *secundum votum Graecam* ἀκριβῶς, *pro*: diligenter, ac: in subtilitate, *id est*: *in subtilitate pro: superuenuet*: *nam Graece est*: ἐφίστατα.

201. Obsecro autem vos fratres, &c.] *Istud reperitur* 2. *Thess.* 2. *Addimus verò ex Angl. MS.* autem, *ae*: Iesu Christi, *quòd Graecè, Latinè ac Syriacè sic legatur, quae exemplaria quam constanter legant*: Rogamus, *mirum est ab Auctore legi*: Obsecro: *Correspondent autem Graeci & Syriaci exemplaribus illud*: & congregationem nostram ad illum. *Verum non propterea cum Isidoro Clario temerè ita castigandum vulgatus Interpres, pro eo quod habet*: *& congregationis nostrae. Eius dem est farinae etiam illud immutatum apud eundem*: *vt non cito dimoueamini mente, pro*: *moueamini à vestro sensu, quamutumuur illud magis cum Graeco textu conuenias, & consentiat partim Auctor, legens*: animo. *Nullo autem modo ferendum, quòd castigare audeat*: *quasi iustet dies Christi*; *quia etsi sic hodie legant plerique Graeci codices, certè olim lectum fuisse* κυρίου *conuincit tum ex hoc loco, vbi legitur*: quasi in sistat dies Domini, *& Augustinus loco infra citato, tum ex Syriaca versione. Etiam liberaterecognitio in eo quod subsistuit*: *auctor sus omnem qui dicitur Deus, aut numen*; *quia non modo vulgatus Interpres, sed etiam Auctor, hic & infrà lib.* 5. *adu. Marc. legit*: omne quod dicitur Deus aut religio; *& similiter omnino cum sua dicta vulgata editione B. Hieron. quaest.* 11. *ad Algasiam*: *omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*; *quibus consentiunt etiam Irenaeus & Augustinus loco infrà citato. Qui etiam legit*: *discessio, pro quo nonmale Auctor* abscessio; *quia ibidem Hieron. adnotat, quòd Graecè dicitur* ἀποστασία, *& legit*: *tamquam sit Deus, pro quo substituit sternum Clarius*: *quòd sit Deus*; *vti & alia multa immutauit. Qui, si tantum ad margines, variam Graecae editionis ad diuisset lectionem, multum adiumenti sacrarum litterarum Professoribus adiuliisset. Iam verò oportet meminerit Lector, non vulgatam Bibliorum editionem habere dictum Clarium, sed mixtam ex Latino vulgato Interprete & Graeci exemplaribus, quod semel adnotasse sufficiat.*

202. quis? nisi status Romanus, &c.] *Mirè calumniantur Magdeburgenses, dum hunc locum detorquent, vt probent Romanum Pontificem Antichristum esse. Imprimis enim, manifestè verbis non Apostolus modò discessionem distinguit ab homine peccati, sed eundem explicans Auctor disertis his ce verbis*: nisi veniat, *inquit*, ab cessio primò, huius vtique regni, & reueletur delinquentiæ homo, id est Antichristus. *Et iterum apertius*: quis? (*inquit*) nisi status Romanus? cuius abscessio in decem Reges dispersa (*vbi adludit ad illud quod legitur Daniel.* 7. *de decem Regibus regni* 4. *post quos orietur alius potentior prioribus*) Antichristum superducet. *Deinde* statum Romanum, *de quo hic agit, nō esse Ecclesiā, sed regni Romani seu Imperij, patet ex dicta eius interpretatione de dispersione in decem Reges*: *neque enim Reges, sed Episcopi in Ecclesia Romana auctoritatem habent, nēque non dispersam, sed vnitam sub vno Pontifice Christi vicario capite. Et verò de Imperio Romano id accipiens, adludit manifestè ad illud*: tantum qui nunc renet teneat, donec de medio fiat, *etiam suprà Auctor To.* 1. *Apolog. c.* 32. *his verbis*: dum clausulam seculi precamur differri, Romanæ diuturnitati faucmus; *ac c.* 39. *dum dicit*: orare nos pro Imperatoribus, pro statu seculi & mora finis; *ac apertius l. ad Scapul. c.* 2. *quum dicit*: Christianum saluum velle Imperatorem cum toto Romano Imperio, quousque seculū stabit; tamdiu enim stabit. *Quid? quòd etiam BB. Hieronym. loco citato, & B. Augustinus l.* 20. *de ciuit. Dei, c.* 19. *Chrysost. ac Ambr. in hunc locs Commentarijs, non de Romana Ecclesia, aut de Romano Pontifice, sed de Imperio Romano, locum hunc interpretentur*; *& ipse quoque Erasmus Roterodamus Admot. nouu Test. at Paraph. in hunc locum, & Rhenanus verbo estatus dist. l. ad Scapul. num.* 10. *Plura alia ad intellectum huius scripturae pertinentia, videre est locum citatis apud Hier. & Aug. ac Irenaeum l.* 5. *c.* 25. *Latissimè denique apud Nicolaum Sanderum l.* 8. *Visib. Monarc. maximè c.* 3. 4. 5. 9. 10. 13. 19. 20. 22. 25. 26. 27. 28. 30. *ac* 42.

Cap. xxv.

203. Etiam in Apocalypsi Ioannis, &c.] *Titulum hunc capitis ipse Tertullianus indicat*: Etiam ex Apocalypsi ordinem temporum Resurrectionis probari. *Quamquam interim non tam verba Apocalypsis eitet Auctor, quàm ad ea adiudat*; *Primum ad c.* 6. *vbi dicit*: quem martyrum quoqueanimæ sub altari vltione & iudicium flagitantes sustinere dicerūt; *dein ad c.* 15. *ac* 16. *ibi*: vt prius & orbis de pateris Angelorum plagas suas ebibat; *ad c.* 17. *ac* 18. *illic*: & prostituta illa ciuitas à decem Regibus dignos exitus referat, *ad c.* 19. *vbi addit*: & bestia Antichristus cum suo Pseudopropheta certamen Ecclesiæ Dei (*namid addo ex Aug. MS.*) inferat; *ad c.* 20. *denique in eo quod sequitur*: atque ita diabolo in abyssum interim relegato, primæ resurrectionis prærogatiua de solisi (*sic enim castigo ex Anglic. MS. quod erat*: de solis, *eo quod Graecè sit* ὁ ἐὰν γρόνος) ordinetur; debinc & igni dato, vniuersalis resurrectionis cēsura de libris iudicetur. *Ubi quod inter* primam & vniuersalem resurrectionem *distinguat Auctor, pertinet ad paradoxon eius de anno mille enter vtramque intermedio, de quo latiùs inter Prolegomena.*

204. aut, si & agnitio sacramenti Resurrectio est, &c.] *Sicuti suprà adnotauimus l. de Praescr. aduhaer. c.* 40. *n.* 239. *hoc certè* sacramentum, *pro mysterio accipitur, sicuti etiam suprà c.* 15. *illud de Apostolo Paule*: & omnia sacramenta cognouerat. *Castigauimus autem partim ex MS. Vat.* 3. *partim ex Aug. cod.* vt eo ipso quo hæc spiritalis vindicatur, *pro*: quòd hæc spiritalis videtur.

205. aut tunc sub omni clausula temporum, &c.] *Sic etiam castigauimus & suppleuimus secundum primam edit. ex MS. omissum, pro eo quod erat dumtaxat*: sub omni clausura; *nō & n.* 202. *etiamsi ex Auctore*: clausulam sæculi, *& hæc* clausula *repetitur infrà c.* 30. *& suprà l. de Carne Christi*, 35. *Vide Item legimus ex Angl. MS. cod.* in exitu sæculi, *pro*: exitum sæculi.

Cap. xxvi.

206. Vnum adhuc respondebo, &c.] *Inscripsimus caput istud*: Quòd Resurrectio etiam de patrocinio eloquij Prophetici figurati vindicetur.

207. sicut ostendimus.] *Nempè suprà c.* 7. *quòd dixit*: Oblitteratus ig:tur & deuoratus est limus in carnem. Quandoquum factus est homo in animam viuam, de Dei statu.

208. maledicta quidem quæ hauserit sanguinē.] *Sic castigo ex* 3. *MS. Vat. cod. pro*: quod. *Videtur Auctor legisse Gen.* 4. Maledicta terra, *quæ aperuit os suum ad hauriendū sanguinem pro eo quod legitur hodie apud* 70. *Maledictus tu à terra, qua, &c.*

209. per consistorij sui exitus.] *Vocat (inquit Rhen.)* consistorium *terram, à consistendo; nam in hac cōsistit homo. Alioqui* consistorium *vocamus locum, in quo causse cognoscuntur.*

210. Dominus regnauit, exultet terra.] *Vatic.* 3. *MS.* exultauit, *& mox etiam Auctor*: quo supra regnante exultauit; *maluimus tamenretinere vulgatam lectionem, eo quòd sic legant & Romana, & ex Hebraa, & Gallica, & vetus Psalterij editio.*

211. Videbunt enim eum qui confixerunt.] *Sine sic legas, sine cum* 3. *MS. Vatic. cod.* in quem confixerunt, *perinde est, quia etiam alibi variat Auctor, sicuti videre est suprà l. de Carne Christi, c.* 24. *n.* 186. *& infrà c.* 51. *n.* 364.

212. & angelificatam.] *Adludit ad illud Matt.* 22. *Sed erūt sicut angeli Dei in coelo; sicuti ad* 1. *Cor.* 2. *quum subiungit*: & cōfecuturam, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. *Legenti autem plura innumere*: quæ, *&* ascenderunt, *magis accedit ad id quod Graecè est*: ἃ, *& vbi*: ἀνέβη. *vtroque modo veri potest*; *quo modo etiam legit B. Hieron. epist.* 148. *ad Marcellam, & quidam Latini codices.*

213. & solem suum emittens super iustos & iniustos.] *Castigauimus*: emittens, *pro*: mittens, *ex Angl. MS. quia magis correspondet*

correspondet Græca voci ἀναπλήρωσις, *quam vitè circumlocuens vulgatus interpres Matth. 5. vertit: oritur facit.*

214. ipsam conditionem colentes aduersus conditorem.] *Adludit ad illum Rom. 1.* ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, *quod vertit Hilarius: seruierunt creaturæ præter creatorem; & Vulgatus interpres: seruierunt creaturæ potius quàm creatori; nam omnia illa significat* Vox παρὰ. *Ibi autem:* ne in pane quidem victurum hominem, *videtur desiderari:* solo, *quod omnia exemplaria sic legant Matth. 4.*

215. ignorâtes & panem de cœlesti repromissum, &c.] *Similis est hic locus illi supra l. 1. adu. Marc. c. 14.* Sed ille quidē vsque nunc nec aquam reptobauit creatoris qua suos abluit, nec oleum quo suos vnguit, nec panē quo ipsum corpus suum reptæsentat; *quo sit vt hic magis placeat lectio Angl. MS. cod.* & aquam spiritus; & vinum animæ vigorantis (*id est ingorem accipientis, vt passiuè actiuum accipiatur*) ex vite Christi. *Adludit autem vtrobique ad ritu primæ Ecclesiæ sacramenta, Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ, de quibus etiam supra num. 71. 75. & 76.*

216. Sicut & ipsam terram sanctam, &c.] *Eo quòd subiungat mox:* lacte & melle fluens, *quod Exod. 3. reperitur, adiudicat hauddubiè etiam ad illud eiusdem cap. Locus in quo stas,* terra sancta *est; quod spiritualiter interpretatur de carne Domini, sicuti plerique Patres rubum ardentem, & non combustum sanctam B. Virginis matris Domini virginitatem. Ibi verò:* in omnibus Christum indutis, *ad illud Gal. 3. Quotquot enim baptizati estis, Christum induistis. Legimus autem omnino cum Anglic. MS. & Basil. exc. cod.* Vt & templum Dei eadem sit & Ierusalem, *omissa:* ad *particulā, quæ erat in edit. Lugdunensi.*

217. Exurge, exurge Ierusalem, &c.] *Reperitur illud Isai. 51. iuxta 70. qui vocem:* Ierusalem *addunt quæm Hebræo non est. Legunt quidem 2. Var. MS. cod.* in primordij die, *sed illud,* in primordio diei, *legitur apud 70. Græce & Latinè. Legimus autem ex iisdem:* quæ fuerat, *pro:* qua, *&* max: lapidauit, *pro:* lapidat, *eo quòd sequitur:* confixit, *secundum exc. cod. siue* confecit, *iuxta MS. omnes; nam vtrum legas, non refert.*

218. quam etiam Petrum dici capiat.] *Legimus sic ex 2. Var. MS. cod. Est autem prasis Tertulliano vsitatiss.* dici capiat, *pro dici licet, vti ad marginem Rhen. adnotauit, & etiam in Adnotat. adlegani similem locum supra lib. de Præscr. aduers. hær. c. 44.* Talia capit opinari eos qui exorbitant, *id est, accidit vt alias etiam opiniones habeant qui exorbitant. Vide ibi Adn. nostras, nu. 292.*

219. quæ eum incolare & custodire sortita est.] *Angl. MS. cod.* incolere. *verum illud habent Var. 3. MS. & excusi omnes, & solet talibus vocibus Auctor delectari. Ab ea voce deriuatur:* incolatus, *apud vulgatum & Salmoranum interpretem. Quamquam interim neutrum correspondeat vocі Græcæ* ἐργάζεσθαι, *Gen. 2. quæ operari significat.*

Cap. xxvii.

220. Habemus etiam vestimentorum, &c.] *Eiusdē quòd sit argumenti cum capite præcedenti, nouæ titulo non est opus.*

221. Hi sunt (ait) qui vestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus, &c.] *More suo ex duobus locis* (nam *Scripturam concinnat Auctor, nempè partim ex illo Apoc. 3.* qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, *partim ex illo Apoc. 14.* Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati.

222. Tunc (inquit) lumen tuum tempotaneum erumpet, &c.] *Vertit Auctor Isai. 58.* temporaneum, *pro ex quod aly:* matutinum. *Græca vox:* πρωϊμον, *præcox significat. Deinde legit:* ἰασις, *id est:* vestimenta, *pro eo quod codices Græci hodierni,* & *quidam Veterum, id est:* curationes. *Duplex est enim essus lacti lectio etiam apud Græcos; nam consentiunt Tertull. non modò B. Cypr. l. de Eleemos. & operibus sub principium, ac l. de Orat. Dominisub finem, & B. Aug. serm. 172. sed etiam Chrysost. hom. 55. in c. 16. Matth. de quo vide plura apud Leonem Castrum in Isaiam; vbi etiam ex qui aliter legunt, locum hunc ostendit de Resurrectione interpretari.*

223. Populus meus introite in cellas promas quantum, donec ita mea prætereat.] *Hic retinet Græcum* ταμεῖα *paulo aliter vertit quàm Latinus 70. Interpres, nempè* cellas promas; *quæ ille cubicula, vtrumque enim ea vox significat; & accipit:* quantulum, *pro:* quantulumcunque. *Habent præterea 70. amplius conformuter Hebr. & Chald. aduersibus:* Claude ostium, *ab eodem. Et verò similiter de sepulcris locum hunc interpretatur B. Aug. Epist. 36. ad Casulanum. Legimus autem iterum ex Angl. cod.* intellegi *veterum more, pro:* intelligi, *& secundum phrasin Auctoris:* hoc ipso quo ait, *pro:* quod.

Cap. xxviii.

224. Scimus autem, &c.] *Huius capitis titulum ex Auctoris verbis ponimus:* Quòd tam dictis quàm factis prophetata sit Resurrectio.

225. quum Moyses manum in sinum condit, & emortuam profert, &c.] *Mira est, si alibi vsquam, certè hæc translatio huius loci, Exod. 4. quam Græcè sit:* καὶ ἐπάλαιεν ἡ χεὶρ αὐτοῦ λέπρα ὡσεὶ χιών, *& consentiunt Hebraica exemplaria & Latina, quod non emortuam, sed leprosam protulerit manum. Verum supra cap. 55. mentem suam explicat, dum dicit:* Mutatur Moysi manus; & quidem, adinstar emortuæ, exanguis; & albida, frigida. *Accipitur autem propriè illud:* in sinuat, *pro:* in sinum condit, *sicuti etiam Adnotauit Rhenanus.*

226. per illa trina figna denotabatur.] *Sic ex 3. MS. Var. pro:* notabatur, *quasillud Auctori familiare est. Atqui trina signa sunt, virga in serpentem commutata, manus ex leprosa sana, & aqua in sanguinem immutata; quæ omnia spiritaliter Auctor interpretatur.*

227. De quo apud eundem Prophetam.] *Nempè* Moysen; *tacitè innuens, eum esse Auctorem & Exodi & Geneseos, ex quibus hæc testimonia citat, atque adeò & totius Pentatenchi, certè de Exodo & Deutet. adpsum patet ex scriptura verbis Exod. 24. ac Deuteron. 31. & de ter opetei ed asserunt Philo lib. de Mundo, ac Iosephus alicubi.*

228. Quoniam & vestrum (inquit Deus) sanguinem, &c.] *Etiam hic varia à communi editione 70. tam Græca quàm Latina Gen. 9. tum quod omittat: animarum vestrarum, tum quòd legat:* exquiram eum, *pro eo quod habent etiam Hebraica editio & Paraphrastes Chaldæus:* exquiram animam hominis.

229. Quale est apud Isaiam: Ego occidam & viuificabo.] *Aut adludit ad illud Isai. 38. Corripies me & viuificabis me; aut potius, quum longè aliter id legant 70. accidit hic ex μετανοήσει ἁμαρτημα, vt* Isaiam *scripserit, quum potius debuisset dicere in Basilium. Neque enim aliquid tale apud Isaiam reperitur, sed 1. Reg. 2. legitur:* Dominus mortificat, *sine occidit, & viuificat.*

Cap. xxix.

230. Igitur si & Allegoricæ fetipturæ, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus:* De manifesta apud Ezechielem Resurrectionis Prophetia.

231. resurrectionem carnis, &c. subradiant.] Subradiate (*inquit Rhenan.*) *adlue, pro:* innuere, *leuiter ostendere, quod Auctores subindicare dicunt. Eiusdem significationis est, si scimus quis legere:* obradiant, *quod habet Angl. MS. cod. Orta metaphora à radiare, quod est fulgere & conspicuum esse.*

232. Accipe Ezechielem, &c.] *Reperuntur hæc verba Ezechiel. 37. secundum editionem 70. variantia tamen nonnihil ab ea quæ hodie exstat tam Græci quàm Latinè. Nam legit:* extulit me in (*quam Præpositionem recens addo ex Var. 3. & Angl. MS. cod.*) spiritu Dominus, *pro:* Domini. *Habet etiam dumtaxat eum Irenæo:* ossibus, *quum aly legant:* ossibus humanis, & *:* per circuitum, *pro:* per gyrum in circuitu, *quæ habet etiam Irenæus. Addit secundo:* & ecce, *quod illic semel habetur: & legit:* affero in vos spiritum, & viuetis, *cum Irenæo, & Heb. ac Chald. textu, pro eo quod aly dumtaxat:* spiritum *vite. Omittit:* & *dabo super vos nervos, quod est apud Irenæum, ante illud:* & reducam in vos (*quomodo restituæ omnibus MS. cod. pro:* reducam vos) in carnes. *Item prætermittit:* meum, *quum dicit:* dabo in vos (*nam sic lego, pro:* vobis, *& hic, & postea, sicut paulopriùs*) spiritum. *Legit etiam:* & ecce, *pro:* & facta est. *Iursus post illud:* & accedebant ossa ad ossa, *desideratur:* ad unūquemque suam;

quum tamen idipsum legerit B. Iustin. Mart. Apolog. 2. in hac verba: Coagmentabitur tunica ad tunicam, & os ad os, & Iren. Vnumquodque ad compagemem suam, quod adeò desiderari mihi hic videtur, eo quod cap. sequ. legat: recompingi eos ad os. Legit etiam cum Irenæo plurale numero, & circumpositæ sunt eis cutes (nam sic omninò legendum, pro: carnes, tum quòd præcesserit, nerui, & caro, tum quod Græcè sit δέρματα) ac: & constiterunt (sic lego ex MS. omnibus, pro: steterunt) super pedes suos valentia magna satis, pro: congregatio sine collectio multa vehementer nimis. Item transfert vocem: Λειτουργικὸν, ἀυλὸν sumus, pro eo quod aly: absissis sumus. Rursum non habet, Hæc dicit dominus Adonai, quod tamen est apud Irenæum, & legit: Ecce ego patefacio, pro eo quod aly cum Irenæo: aperiam, & addit (inxta quod Hebraice est, præter Irenæum, & Chaldaicè) populus meus. Legit etiam ego Dominus aperuerim, sicle go ex Anglic. MS. cod. pro: aperui, pro, ego Dominus quum aperuero, ac: & eduxerim, pro: vt educam, & populus meus, pro: populum meum, item: & requieſcetis in terra veſtra, pro: ponam vos in terram veſtram, denique: & fecerim, pro: fecerunt. Atqui paulò superius legit Angl. cod. à quatuor ventis cœli, quemadmodum legit B. Augustin. loco infrà citato, sed quum illud: cœli, neque in Græce sit quæ hodiè exstant, neque in Hebraicis aut Chaldaicis aut Latinis exemplaribus, neque apud Irenæum, non addidi. Deinde ex MS. 3. Vatic. tum hic, tum sequent. cap. lego: vbique: Israël, pro: Israëlis; quòd Græcè ita sit, & alibi ea vox Auctori ysitata.

Cap. xxx.

233. Hanc quoque prædicationem, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: Quòd perperàm quidem dicta Ezechiëlis allegorica, intelligunt, & ipſe allegoricus intellectus pro Reſurrectione faciat. In qua certè Auctori conſentunt BB. Iuſtinus Martyr vbi ſupra, Iren. l. 5. c. 15. Cypr. ad Quirinum Teſt. l. 3. c. 58. Cyrill. Hieroſ. Catechei 18. & alibi non ſemel. Aug. quamquam lib. 10. de Gen. ad litt. c. 5. ſpiritualiter de populi Iudaici reparatione intelligat, Epiphan. denique in Ancoratu, & Theod. alicubi.

234. & refrigerij nomine reſpirare, &c.] Sic omninò legendum, pro: reſpirari. Item ex cod. Angl. MS. readunatione, pro: redanimatione. Iuxta etiam Vatic. 3. 215. cod. hoc cap. & ſerum c. 31. & 32. more Tertullianico, qui vocibus obſoletis delectatur, legimus: oſſium, pro: oſſium.

235. Nam etſi ſigmentum veritatis, &c.] Hoc vult dicere: nihil imaginem eſſe veritatis, niſi verè idipſum prius exiſtiterit. Legimus autem ex Vatic. 3. MS. de ſuæ auctoritate & ſimplicitate, pro: de ſua auctoritate & ſimplicitate.

Cap. xxxi.

236. Planè ſi & populus allegoricè muſſitaret, &c.] Caput hoc inſcripſimus: Reſurrectionem carnis etiam aliis Prophetiis probari. Legimus autem etiam iudicio Latini & Rhen. ex 1. edit. & Vatic. 3. ſi & pro: etſi. Paulò poſt etiam omninò retinuimus: decidiſſet, quod habent excuſi omnes, pro: deſciuiſſet; quod legendum conjecibat Rhen. & eciniſſet, quod habebat 1. edit. & Vat. 3. MS. quia loqui cum de Iudæorum populi pertinacia, qui ſpe omni reſurrectionis exciderat, patet ex eo quod ſequitur: manifeſtus eſt, nempè populus, inquit Rhenanus, de corporum interitu labefactans fiduciam reſurrectionis. Retinuimus etiam: reſtruebat, cum Vat. 3. pro eo quod Rhen. ſubſtituerat: reſtituebat, quia opponitur illud eleganter ei quod ſequitur: deſtruebat. Magis etiam placet mœrebat, quod habent excuſi, quàm quod eſt in MS. Vatic. 3. acapud Rhen. hærebat. Atqui vox eſt Tertullianica: neceſſariorij.

237. Exibitis de ſepulcris, &c.] Reperitur hoc Malach. 4. ſecundum 70. præterquàm quòd legat Auctor: Exibitis de ſepulcris, pro eo quod tam Græcè & Latinè, quàm Hebraicè & Chaldaicè: Egrediemini & ſalietis, item: Et conculcabitis impios, pro: iniquos.

238. Gaudebit cor veſtrum, &c.] Iſtud habetur Iſai. 66. ſecundum additiones omnes; quod ad Reſurrectionem probandam additum etiam BB. Iren. lib. 5. cap. 15. & Aug. lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 21. & Theodoretus alicubi. Vox autem Græca ἀγαλλιᾶσθε, quæ ab Auguſt. & Tertull. ac Iren. interpretatur: orientur, ſine: exorientur, ab interprete Latino 70. transfertur: germinabunt, vtrumque enim ſignificat.

239. Viuent mortui, &c.] Etiam hoc ſecundum 70. reperitur Iſai. 26. præterquàm quòd legat Auctor: viuent, ſecundum Hebræos & Chaldaicos, quum Græcè ſit: ἀναστήσονται, ad eſt, ſuscitentur apud Iren. ac Auguſtin. locis citatis reperitur: Reſurgent mortui, & pro eo quod Græcè eſt: ἐγερθήσονται τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι, id eſt: ſanctus ipſis eſt etiam apud dictos Auctores, ipſe legat: medullas ſtoſſibus eorum; ſeu potius, ſcutis recte cæſigandum cenſet Leo Caſtrius in Iſai. medela, nam id proprie ἴαμα ſignificat, & correſpondet MS. Vat. cod.

240. Veniet adorare omnis caro in conſpectu meo, dicit Dominus.] Iſtud ſternum reperitur Iſai. 66. præterquàm quòd 70. editio Græca, & B. Auguſt. loco citato addunt: in Hieruſalem, quod neque Auctor habet, neque Hebr. aut Chaldaica editio. Quibus verbis præmittur illud: Quemadmodum cœlum nouum & terra noua, quæ ego facio in conſpectu meo, vbi omittit quòd Græcè additur: ἥξει, quod etiam B. Auguſt. explicat vertens: manebit ante me. Poſt illud verò, Veniet omnis caro, demum ſubjungunt ea: Et exibunt, & videbunt artus eorum qui impiè egerunt, vbi Græcum νεκρὰ vertit artus; ſicuti B. Auguſt. & Leo Caſtrus: membra, pro eo quod Latinus interpres 70. cadauera, minus rectè. Reliqua huius ſcripturæ conſentiunt cum Græco textu, & Auguſt.

Cap. xxxii.

241. Sed ne ſolummodò eorum corporum, &c.] Titulum huic capiti damus: Quòd reſurgent etiam inſepulta cadaucra. Idipſum autem paucis adtigit ſuprà c. 4. quum dixit: Et vtique redhibentibus eam ignibus, & vndis, & aluis ferarum, & rumis alitum, & lactibus piſcium, & ipſorũ temporum propria gula. Eodem pertinet quod docet infrà c. 52. & 56. in eodem nos corpore reſurrecturos. Idem etiam per omnipotentiam Dei confirmant B. Greg. Nyſſ. l. de homine, & Epiph. in Ancorato, & B. Aug. lib. 22. c. 20. de Ciuit. Dei.

242. habes ſcriptum: Et mandabo piſcibus maris, &c.] Quo loco ſcripturæ ipſud habeatur, haſtenus reperire non potui. Videtur eodem pertinere illud Apoc. 20. Et dabit mare mortuos qui in eo erant, verùm reliqua non correſpondent, & B. Aug. lib. 20. de Ciuitate Dei, c. 22. paulo aliter illud interpretatur. Legimus autem ex M. S. 2. Vatic. eructabunt, pro: eructauerunt. Eſt enim vox Tertullianica: edicitur, qua rurſus ſub finem huius cap. vtitur, & cap. ſequ. Dominus edicit.

243. Puto autem huius quoque diuinæ poteſtati documentum idoneum Ionam, &c.] Ionæ exemplum, qui à piſce ſex cete poſt triduum eiectus fuit, valdè huic inſtituto eſt accommodum.

244. quàm capulum, &c.] Senſus eſt (inquit Rhenan. Cetus ille piſcis potuiſſet ſtatio trium dierum concoquere Ionæ carnem, nihilo difficilius quàm intra ſe tenere potuit, quum venter cetis ſepulcro veteris atque abdit o non eſſet abſimilis, in quo Ionas erat immerſus.

245. Saluo eo, quod & beſtias, feros &c. homines, &c.] Senſum hunc idem reddit Rhenan. Non inficiandum, quod Deus figurauit, id eſt per figuram præmonſtrauit: beſtias illas, de quibus apud Moyſen ſanguis exquiritur, eſſe ferociſſimas, ſiue efferatos, homines præſertim in nomen Chriſtianum, id eſt Chriſtianæ religionis perſecutores, vel ipſos carnifices, à quibus per vindictam ſanguis Chriſtianorum exigetur.

Cap. xxxiii.

246. Satis hæc de Prophetico inſtrumento, &c.] Inſcripſimus caput iſtud: Quòd in Euangelio, etſi quædam Parabolæ ſint, non tamen omnia.

247. Nam & diſcipuli, &c.] Iſtud reperitur quidem etiam Matth. 13. ſed non multo poſt initium cap. quum id quod hic præcedit, ſub medium reperiatur. Verſus autem etiam hic Auctor ineo, quod legat: vt videntes videant, & audientes non audiant ſecundum Iſaiam, pro eo quod Græcè, Syriacè, & apud vulgatum interpretem: quia videntes vident, & audientes non audiunt neque intelligunt. Et adimpletur in eis Prophetia Iſaiæ. Quod

verò sequitur: Dicebat autem & parabolam ad eos, *legitur Luc.* 18.

248. Et tamen nullam parabolam, &c.] *Addimus:* parabolam *ex Vatic. MS. 3. cum quibus & reliquis MS. Rhenanis concordibus restituimus:* edisseratam (*sicuti, inquit ille, dicimus reseratam*) *pro eo quod MS. Anglicus & ipse Rhenanus ex coniectura:* edisseram, *maxime quod delectetur talibus vocibus Tertullianus. Exempla autem Parabolarum explicatarum tria quæ adfert, desumpsit Matth. 13. Luc. 18. ac 13. Atque legunt quidem mox MS. Vatic. 3.* difinitiones, difinitionibus, *ac cap. 41.* difinitionis, *sed magis placet:* definitionis *vox.*

249. Tolerabilius erit, inquit, Tyro, &c.] *Matth. 11. Vox Græca* ἀνεκτότερον, *&* tolerabilius, *sicuti vertit Auctor, &:* temisius, *reluti vulgata addito significat. Illud verò:* Dicite illis quòd ad propinquauerit regnum Dei, *in eo variat, quod legatur Matth. 10. Euntes prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum Dei. Denique illud:* Retribuetur tibi in resurrectione iustorum, *reperire est Luc. 14.*

250. Nam & ideò præstruximus tam corpus animæ, &c.] *Nempe supra c. 16. fed etiam hoc ad paradoxon Tertull. pertinet: de* animæ corporalitate, *de qua inter Prolegomena.*

Cap. xxxiiii.

251. Imprimis cùm ad hoc veniſſe ſe dicit, vti quod perijt, ſaluum faciat, &c.] *Titulum huic capiti imponimus:* Quòd ex Euangelijs quoque Resurrectio probetur. *Legimus autem ex Vatic. 3. MS.* Quid dicas petiſſe *pro:* dicis; *& non multo post:* penè minus facere, *pro:* bene.

252. indulgentia.] *Hanc vocem (inquit Rhenan.) ea ætas vulgò vsurpare cœpit. Sic infra:* Si non omnem lachrymæ imbrem indulgentia diuina ficcaret.

253. Porrò autem recipimus Animæ immortalitatem, &c.] *De hac latius & frequentissimè supra lib. de Anima. Legimus verò mox, secundum phrasin Tertullianicam:* quà id quòd perit, *pro:* quia.

254. corentioſo ſune deducere.] *De hoc inter Prouerbiales formulas in Prolegomenis.*

255. Ego, dicens, veni, &c.] *Metaphoricè expressit quod Iohannis 6. est: Quia descendi de cœlo. Omittit etiam illud intermedium: Hæc est enim voluntas eius qui misit me patris, compendij gratia; addit* etiam: quidquam, *tum hic, tum cap. seq quod Euangelista non habet, explicationis causa. Supplemus autem paulopost ex Angl. MS.* quia nec quidquam, *& cum MS. 3. restituimus:* Atquin, *pro:* Atqui. *Ja hoc verò iterum variat quòd legat:* & ſuſcitem illum nouiſſima die, *pro:* & ego reſuſcitabo illum in nouiſſima die.

256. plenitudinem exſtruit Resurrectionis.] Exſtruere *accipit pro:* aſtruere.

257. Diſtribuit enim, &c. per officia propriam mercedem ſalutis.] *Restituo ex Vat. 3. MS.* propriam, *pro eo quod legebatur:* per officia priora, *nulla ſenſus. Similes verò phrases de* mercede *quæ supra* vide *supra n.* 114. *Sine autem legas paulopost:* fruCtuoſa tunc fuerunt, *cum excuſ. sine* fuerint *cum MS. Anglico, perinde est.*

258. Fœlicioresenim, inquit, qui non viderunt, & crediderunt.] *Addimus ex eodem cod.* (inquit.) *Illud autem:* & credunt, *corresponder voci Græcæ:* πιστεύσαντες.

Cap. xxxv.

259. Sed & præcipit, &c.] *Quum eiusdem sit materiæ, nouo titulo non est opus.*

260. qui corpus & animam occidat in gehennam, &c.] *Vocis Græcæ* ἀπόλεσαι *aliam significationem hic & sub finem cap. rediit, vertens:* occidere, *pro eo quod cap. præced. aliam, nempè:* perdere, *cum interprete Vulgate, dum de anima dicit:* vt perdita credatur in gehennam. *Legimus autem etiam hic ex Angl. MS.* intellegam, *& non multo post:* intellegi. *Atqui illud:* quaſi conſumendarum, non quaſi puniendarum, *recte Parentheſes includit Latinus; refertur autem ad illud:* vtriuſque ſubſtantiæ. *Rhenan. etiam adnotat Ironiam esse, vbi dicitur:* In hoc ſcilicet refici etur ne ſit.

261. quòd ex duobus non cadat alter in terram, &c.] *Sine ſic legamus Metaphoricè cum vulgatis, sine:* neutet *cum B. Cypr. alicubi; sine:* vnus, *quod habebat Angl. MS. cod. & textus Græci, Latini, ac Syriacæ Matth. 10. perinde est. Restè autem vertitur vox Græca:* διάφερει, antiſtate: *ſic enim legimus tum hic, tum ſupra c. 13. pro qua irrepserat:* antetſtate, *sicuti & hic:* anteſtamus; *quum illa ſit vox Tertullianica.*

262. in tenebras exteriores.] *Adnotanda hæc verſio Matt. 8. ac 22. quæ etiam magè conuenit cum Græca voce:* ἐξωτέρας, *contra quàm ſentiſt Eraſmus. Illud autem eiusdem recumbere in regno Dei, differt in eo, quòd legatur tam Græcè & Latinè quàm Syriacè: in regno cælorũ. Legimus verò, sicuti eſt Matt. 19. ex Angl. MS. cod.* & ſedere in thronis duodecim (*quæ vox antea deerat*) Chriſti, *quæ interim vltima vox neque in Græcis neque Latinis neque Syriacis habetur codicibus.*

Cap. xxxvi.

273. Videamus nunc an & Sadducæorum, &c.] *Eiusdem etiam est & argumenti & tituli hoc caput cum duobus præcedentibus. De* Sadducæis verò neque animæ neque carnis admittentibus ſalutem, *vide ſupra c. 2. nu. 11. Atqui legimus ex Vatic. 3. MS.* ex qua vel maximè ſpecie resurrectionis fides labefactatur, ex ea, *pro eo quod erat:* ex quo vel maximè ſpes resurrectionis labefactatur, ex eo.

264. de carnis ſcilicet obtentu.] Obtentum (*inquit Rhenan.*) *vocat præsentem. Sic dixit etiam Saluſtius alicubi: Quia ſecundares morè ſunt, vti ijs obtentui. Legimus vero pauloposſ:* Dominus autem eam confirmabat, *pro:* confirmat, *ex Angl. MS. qua præcedit:* reſpuebant.

265. Quoniam autem mortui reſurgant, &c.] *Quum in reliquis magis ſequatur Auctor quod eſt Matth. 22. hoc deſumpſit Luc. 20. ad Verbum ex Græco. Legimus autem cum MS. Angl.* Deum viuorum, *pro:* Dominum, *quia ſic Vrobius; legiturtam Græcè ac Latinè, quàm Syriacè. Ja hoc vero conſentit cum vulgata additione Latina, quod legerat:* nubent, *non:* nubant, *ſicuti Græcè & Syriacè hodie legitur; quod non ſemel, ſed tertio ſignificat, tum pauloprius his verbis:* nupturæ nêcne, *tum hic:* Neque enim ſi nupturos tunc negauit, *& mox:* poſtquàm non nubent. *Legit etiam Auctor pauloposſ, ac infra cap. 62.* ſimiles erunt angelis Dei, *non:* ſunt, *quod aly legunt. Est autem etiam id adnotandum, quod:* nubere, *ſicuti noſter interpretatur Cypr. quàm Tertull. etiam viru tribuant, quam interim ſignificationem tam vero quàm fœminæ communem fuiſſe, adnotauit Nonius Marcellus.*

266. Atquin filios Resurrectionis appellauit, per eam quodammodò, &c.] *Sic legimus ex Angl. MS. cod. pro:* Atquin, &c. appellat, vt per eam. *Est autem ſtud iterum deſumptum Luc. 20. Alluditurautem etiam ad 1. Corinth. 15. quum ſubiungit:* per indumentum illud incorruptibilitatis, per ſubſtantiæ, reſuſcitatæ tamen, demutationem. *Legimus autem omnino ſecundum Vatic.* edit. Ceterùm nec quæreretur *ex MS. omnibus, pro eo quod irrepſerat:* ne, *mendoſiſſimè.*

Cap. xxxvii.

267. Sic etiã carnem ait nihil profeſſe, &c.] *Capiti huic inſcriptionem dedimus:* Quòd illud: Cato nihil prodeſt, nihil hæreticis ſuffragetur; ex eodem Ioannis Euangelio probari.

268. quaſi verè carnem ſuam illis edendam determinaſſet, &c.] *Illud verè, ſanè intelligendum eſt, hoc eſt, ſicuti Auguſt. in Ioan. cap. 6. interpretatur, crudè, ita vt dentibus lacteretur, ſicuti alia caro. Nam de veritate carnis Chriſti in Euchariſtia non ſemel rectè ſenſiſſe Auctorem, & ſupra adnotauimus cap. 8. num. 76. & infra latiùs lib. 4. adu. Marc. Sunt autem obſcuriores loci explicandi, per eos vbi ambigue non loquitur; non modo ſcripturarum ſacrarum, ſed etiam Auctorum veterum. Eodem modo etiam ſubaudienda caro crudа, quum poſt illud Ioan. 6. cato nihil prodeſt, addit:* ad viuificandum ſcilicet, *& vbi ſimiliter loquitur infra cap. 50. Omitto quod eo loco ſimpliciter dicat Chriſtus:* caro nihil prodeſt; *non addens:* caro mea; *nam & ſimiliter de ſpiritu, non dixit: ſpiritus meus. Quæ ſum autem cum Angl. MS. cod. legimus:* intellegi.

269. ſed tranſit de morte in vitam.] *Ita legimus ex Anglico*

MS. sed. pro: ad vitam, *quia Græce est* ἐις. *Retinuimus etiam*: trãstit *eum excus. veteribus, pro eo quod Vatic. 3. MS.* transiet, *& alij*: transibit ; *quia magis illud respondet Græco, Syriaco, & quibusdam Latinis exemplaribus, quæ legunt*: transijt.

270. Nam & pauloantè, &c.] *Nempè ante illa verba Ioan. 6.* spiritus & vita sunt. *Hic vero* panem cœlestem, *metaphrastes vertit, pro eo quod est Ioan. 6. panè qui de cœlo descendit; deinde quum ibidem solum inueniatur Christus* vrguens *; sic enim sterum lege ex Angl. MS. pro*: vrgens) memoriam Patrum, *qui manna manducauerunt, tamen præterea addit* : qui panes & carnes Ægyptiorum præuertuntur (*id est, vti Rhen. interpretatur: ante posituerant*) diuinæ vocationi.

271. Veniet enim hora, &c.] *Et hic, & paulopost iterum in hoc Variat. quod legat constanter*, Venier, *pro*: venit; *quod tam Græce est, Syriacè & Latinè; item, quod omittat hoc, quum legat*: Ne miremini quòd veniet hora; *prorsus alio sensu, quàm alij Patres interpretantur. In hoc interim consentit vulgato nostro interpreti, quod contra quàm legendum censet Erasmus, legat*: & procedent.

Cap. xxxviii.

272. Post dicta Domini, &c.] *Titulum huic capiti dedimus* Quòd non dictis modò, sed & factis, Christus Resurrectionem carnis adprobauerit, mortuos resuscitando. *Adludit autem ad tria exempla Christi, quibus suscitauit filiam Principis Synagogæ, Matth. 9. Adolescentem vnicum matris filium, Luc. 7. & Lazarum iam quatriduanum, Ioan. 11. Legimus autem mox ex Vatic. 3.* denuò mortuos suscitare, *pro*: suscitari.

273. Enimuerò si ad fidem potius sequestrandam, &c.] Sequestrare *(inquit Rhenan.) est aliquid apud sequestrum deponere, vt in toto fit. Vnde res sequestrata ureconsultis dicitur. Expone igitur*: ad fidem futuræ resurrectionis sequestrandam, *id est, vt ita dicam, certificandam, & secundatis vindicandam. Quod verbum etiam supra legitur, nisi fallor. Torre quum paulopost dixit*: ne aliter documenta præmissile quàm rem depositissile videatur: *explicat quid ante per fidem sequestrandam intelexerit. Dulcrè autem dicit*: Deum de fallacia solùm infirmum, *eodem modo sicut Scholastici Doctores docere solent, Deo omnia possibilia præter peccatum. Legimus autem paulopost tum Vatic. 3.* Atque adeò secundum nostram veri existimationem, *pro*: secundum nostram veritatem.

Cap. xxxix.

274. Resurrectionem Apostolica quoque instrumenta testantur, &c.] *Hoc caput insequimur ipsdem Auctoris verbis*: Quòd Resurrectionem Apostolica quoque Acta testentur. *Quæcunque enim hic citat, petuntur ex Actu Apostolico per Lucam conscripto. Legimus autem*: nihil noui intulerunt, *ex Angl. MS. sed. pro*: intulerant.

275. Viri, inquit, fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, &c.] *In hoc differt a communi lectione Græca & Syriaca, quod legat*; Pharisæorum, *quod tamen etiam Latina quædam legunt exemplaria, pro*: Phatisæi, *item quod omittat*: mortuorum, *quæ tamen vox ab omnibus legitur, non modo Act. 23. sed etiam 24. vbi hæc ipsa verba repetit B. Paulus Apostolus. Atqui*: ad Sadducæos sæpere, *dixit eadem significatione qua mox*: secundum Pharisæos; *vsurpans*: ad, *pro*: secundum.

276. Proinde & apud Agrippam, &c.] *Hic omittit*: Moysen, *cuius etiam mentio fit Act. 26. quum vertit*: citra quàm Prophetæ adnuntiassent, *quamquam tamen id explicans*, Moysis *memnerit, adludens ad loca eiusdem de resurrectione mortuorum supra citata cap. 28. Gen. 9. Est vero phrasis Tertullianica*: exquiri habebit ; *similiter etiam cap. sequ.* renouari habemus.

277. Sed nec Athenienses, &c.] *Latinè istud explicatur Act. 17. quum dicit*: *propterea* intisiste Paulum Athenienses, *quia sesum & Resurrectionem adnuntiabat eis.*

278. per totum penè instrumentum.] *Epistolas Pauli (inquit Rhenan.) hic intelligit, vtpotè in quibus omnibus aliqua fit Resurrectionis mentio, sicuti infra patebit capp. sequentibus ad finem libri vsque.*

Cap. xl.

279. Nihil autem mirum, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Quòd nihil pro hæreticis faciat interior & exterior homo apud Apostolum, ex alijs eiusdem locis colligi.

280. quum oporteat hæreses esse, &c.] *Pulera sententias* hæreses esse non posse, si non & perperàm scripturæ intelligi possent. *Verùm de eo latius supra l. de Præscript. adu. hær. cap. 17. 18. ac 19.*

281. sed interior renouatur de die & die.] *Similiter paulopost bis*: de die ac die, *ad verbum transferens quod Græce est* 2. *Cor. 4.* ἡμέρα ἐκ ἡμέρα, *pro eo quod noster Interpres paraphrastice: de die in diem. Legimus autem*: ita vocabulum homo, *ex MS. omnibus, & adu. 2. alibi decrat vox*: homo ; *& vsus fuit ex Angl. MS.* intellegi.

282. sed substantiæ saporem.] Saporem *(inquit Rhenan.) vocat sapientiam, mentem, id quod sapit. Sic etiam supra dixit lib. 2. adu. Marc. 19.* per eundem saporem pallionis.

283. interiorem hominem habitare Christum.] *Etiam hic expressè quod Græcè est* διὰ τοῦ ἐνοικεῖν ἐν ἡμῖν Χριστὸν, *omnungens interim illud sequentibus, quum alias editiones omnes, etiam Syriaca, coniungant præcedentibus.*

284. sensibus vtique intimandum.] *Vocabulum (inquit Rhenanus) eius ætatis vulgo frequens*, Intimare, *pro intimum reddere. Similiter dixit supra Tom. 2. lib. de Habit. mulier. cap. 5.* nullus clauus atgentum intimat tabulis. *Verba autem sequentia sic distinguenda sunt*: per fidem, & : in cordibus vestris: & : in dilectione; *neque enim illa Conuentiones sunt Apostoli loco iam citato. Legimus autem sterum sicuti supra*: de die ac die, *ex addita vocula*: de, *quippè quam Apostolus habeat secundum editiones omnes. Atquisicuti alubi frequenter, suggestum spiritus, ornatum intellegit.*

285. Quod enim ad præsens est, &c.] *Quum legat hic Tertullian.* ad præsens, & *vulgata addita Latina*: ἐν πρόσκαιρι, *interpres quoque Syrus*: *Huius tèporis; videtur olim fuisse in exemplaribus Græcis vox aliqua correspondens, quæ hodie desideratur. Accipit autem*: temporale, *satu nouè, pro momentaneo, & temporaneo. Vtcisum legit dumtaxat semel Auctor* πρὸ ὑπνοῦ λόγῳ, *vertens*: per supergressum ; *quum Græce secunde adjungatur*: εἰς ὑπερβολὴν, *pro quo interpres noster vertit*: *supra modum in sublimitate, quale quid etiam legit Syrus interpres, vertens*: gloriam *infinitam in sæcula sæculorum. Omittit etiam secunda loco*: nobis. *Denique legit*: perficiet, *pro*: κατεργάζεται, *quæ de Elias noster interpres*: *operatur, & etiam singulares numeros est in Syriaca editione.*

286. Siquidem, ait, compatimur, vti & conglonficemur, &c.] *Hic etiam transfert proprie voces Græcas*: ὑπὲρ, siquidem, *ac συμπάσχομεν, conglorificemur, vertit* λογίζομαι, reputo. *Compati autem accipitur pro simul pati, & proinde etiam sic intelligenda, quam mox habet Auctor vox* compassio.

287. vt & suprà dicat (*nempè Paulus*:) Quum veniissemus, &c.] *Auctor per illud*: suprà, *intelligit sterum Epist. 2. ad Cor. de eisdem potissimum locis hoc capitis allatis. Nam & gerutur hæc scriptura 2. Cor. 7. vsi forte malit quis eum sequi ordinem Marcionis in libru aduersus eundem obseruatum; quippè qui Epistolam ad Romanos, ex qua immediatè ante testimonium produxerat, postponat Epistolæ ad Corinthios.*

288. In omnibus, inquit, compressi, &c.] *Et iam hoc ad verbum ex Græco*: ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι. *Legimus autem eum Angl. MS. sicuti alias*: corrumpi intellegetur, *pro*: intelligitur.

Cap. xli.

289. Eandem adhuc sententiam exequitur, &c.] *Eiusdem titulo est cum præcedenti capite, nempè*: De alijs locis Apostoli Resurrectionem carnis comprobantibus.

290. Scimus enim, inquit, quoniam etsi terrena domus nostra huius tabernaculi, &c.] *Omninò legimus*: nostra, *non*: nostri, *quia Græcè est*: ἡμῶν οἰκία, *& sic legunt Latini etiã codices omnes, & Syrus interpres, ac Clemens Alexand. lib. 4. Stromat. & B. Macar homil. 5. de Resurr. ad idem insistitutum hanc scripturam*

pturam 2. *Cor.*5. *citant. Qui omnes quum legant*: huius, *illud recens adiecimus ex Angl. MS. cod. Legimus etiam ex Vatic.* 3. *MS.* per hoc, *vbi erat*: pro, *& cum Angl.* cui dissolutio deputatur, *totem Tertullianicam*, *pro*: reputatur, *& iterum*: intelligi.

290. Nam & in hoc ingemiscimus, &c.] *Omnino sic legimus ex Anglico, quia etiam infrà lib.*5. *adu. Marc.* ingemimus *legitur. Distinctione etiam hic facta per dicomma, legimus*: domicilium nostrum, quod de cœlo est, superindui desideranter; *ac si dicat, domicilium cœleste superaddi cupiemes. Nam similiter legitur cap. sequ. Mira est autem lectio, quam tamen explicat & hic, & cap. sequ. ac infrà lib.* 5. *aduersus Marc.* siquidem exuti (*seu*: despoliati) non nudi inueniamur, *id est*, *recipiamus corpus quod despoliati fumus: pro eo quod Græce hodie legitur* ἐνδυσάμενοι, *id est*: induti; *in quo consentiunt Latinæ omnes, & Syriaca editio, ac etiam Clemens Alexandr. Auctori interim explicando consentit Macarius hi verbis*: vt ne corpore exuti, nudi reperiamur, *quomodo adeo etiam ille in verbis textus Apostoli ab eo citatis cæspitando venit. Item variam lectionem indicat non Ambros. modo, sed & Græcanica scholia.*

291. Quoniam ipse Dominus in iussu & voce archangeli, &c.] *Sic supplemus hunc locum ex MS. Vatic.*3. *& legimus*: obuiam Domino in aëra, *ex Angl. MS. cod. quia etiam suprà ita lectum est cap.* 24. *n.*196.

Cap. xlii.

293. Horum demutationem, &c.] *Eiusdem est argumenti cum præcedentibus caput istud, vtpote quo contineatur*, cx1. Cor. 15. resurrectionis comprobatio.

294. Omnes quidem resurgemus, &c.] *Erasmus Adnot. Noui Testam. in* 1. *Cor.*15. *censet locum hunc à scribis depravatum; atque adeò ex interpretatione Tertulliani deprehendi, non legisse eum*: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes demutabimur, *ac id, quod hodie reperitur in Græcis exemplaribus*: *Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur. Verum non satis ab illis intellectum Auctorem vel inde patet, quòd hic & infrà lib.*5. *adu. Marc. quàm sæpissimè inculcet, non omnes demutandos, cap. etiam præced. præmittat.* Priuilegium illos manere, qui ab aduentu Domini deprehendêtur in carne, & propter ἄυριτιας temporum Antichristi, increbruntur, coinpendio mortis per demutationem expunctæ, concurrere cum resurgentibus. *Ad cuius rei comprobationem, hoc caput dictum scripturæ adduxi patet ex verbis illis*: Horum demutationem ad Corinthios reddit. *Alius quidam vir eruditiss. adnotauit & Tertullianum & Cyprianum legisse*: *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur, sed, præterquàm quòd apud Cyprianum hæc scriptura citata non reperiatur, nullo modo id legisse Auctorem patet, tum ex verbis modo citatis*: compendio mortis per demutationem expunctæ, *tum ex aliis & hoc & præced. cap. ac rursum dictis lib.* 5. *adu. Marc. multò aperturibus, quibus indicat sensisse se, non morturos illos quibus aduentu Dominus reperiuntur, sed demutandos tantùm. Omninò itaque retinenda vulgata huius loci codicum omnium, tam excussorum quàm MS. etiam Vaticanorum* 3. *lectio*: Omnes quidem resurgemus; *tum, quòd etsi obscurior sit Auctor, tamen eam comprobet illud huius cap. paulopost*: Abhinc enim definimus, carnem quidem omni modo resurrecturam; *tum quod B. Hieron. Epist.* 152. *ad Minerium & Alexandrum, in Latinis codicibus illud legi scribat. Latinum autem fuisse hunc nostrum Auctorem nemo dubitat, & vix etiam aliy tum exstabant Latini Auctores Hieronymo antiquiores, apud quos hanc lectionem legerat B. Hier. Nam ætate erant illi contemporanei, qui eandem sequuntur lectionem, Ambros. in Commentario eius loci, & in* 1. *Thessal.*4. *c. Rufinus in Symb. Apost. ac B. August. lib. de Vera religione & apertius lib.* 20. *de Ciuit. Dei, cap.* 20. *vbi etsi etiam illam adferat lectionem*: *Omnes quidem dormiemus, ea in interim docet eo dem recidere. Citatur etiam ex Græca à quib. sed ex Philon Carpathius in Cantica Canticorum. Neque vero obstat huic nostræ lectionis Auctoritati editio opinio quæ est ſi B. Auguſt. non probatur, hæresi tamen carere, adferitur ab eodem qu.*3. *ad Dulcit. ac à Gennadio lib. de Eccleſ. dogmat.*) quod quidam mortem non experientur, sed vita præuenientur, *quia etiam illi aliquatenus intelligi possunt resurgere, ac eorum* corruptiuum induet incorruptionem (*quod in malos quoque competet*) & mortale induet immortalitatem. *Quod vsque adeò verum est, vt B. Chrysost. in Comment. quamquam sequatur primam illam lectionem*: *Omnes quidem non dormiemus, tamen etiam illos resurrecturos asserat. Qui plura de variis hin lectionibus desiderat, consulat dictam Epist. B. Hieron. ac Sixtum Senensem Bibl. sanct. lib.* 6. *cap.* 265. *Hæc vnum adycta, nimis liberè ex modernis exemplaribus Græcis potius quàm antiquis scribus, immutatum esse ab Isidoro Clario nisi Latini interpretis antiquam Tertulliano hic ſitata m lectionem*; & *ſubſtitutum*: *Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*, planè contrarius *ſenſus. Deinde perperàm adprobari potuit illam lectionem ab Erasmo, quàm illam veterum Græcorum codicum*: *Omnes quidem dormiemus; quam etiam Didymus Alexandrinus & Acacius Cæsariensis magis veritati conuenire, & in pluribus codicibus haud dubiè Græcis, quum ipse Græcus fuerit) reperiri scribant apud dictum B. Hieron. Epist. ſuprà dictâ; tum ob ipſe etiam Hieron. Comment. ad* c. 52. *Iſai. ſic legat.*

295. In atomo, in momentaneo motu oculi.] *Hic & infrà cap.*51. *retinuit Auctor, quod Græci ἐν ἀτόμῳ, & illud Græcum ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ, quæ aphraſticè transtulit*: in momentaneo motu oculi. *Motus enim oculis* (*inquit B. Hieron. ſuprà dicta & Epiſt. ad Minerium*) *qui Græcè dicitur ῥοπὴ, tanta velocitate transcurrit, vt penè ſenſum videntis effugiat. Pro quo noſteri interpres & moderni codices, ac etiam quidam iam Hieron. tempore legebant ἐν ῥιπῇ, id eſt, in ictu oculi. Quorum hoc transſlatum ab illis tela ſeu fulminis, illud verò à motu lancis ſeu libræ*; confundis interim ἄτομον, & ἄνυσμον pro altero pene adnotauit Heſichius; atque adeò non opus eſt conectura m Fabri ſequi, qua: nullis, legendum cenſet.

296. Et mortui, inquit, resurgent, &c.] *Omittimus ſecundum Vatic.*3. *cod. MS.* primi, *quod neque Græcè eſt neque Syriacè neque Latinè hoc loco apud Apoſtolum, neque etiam infrà cap.* 57. *aut lib.*5. *adu. Marc. vbi legitur conformiter codicibus omnibus*: & mortui resurgent incorrupti, *quod ipſe hic libenter ſubſtituerem, niſi refragaretur MS. cod. in quibus deſideratur. Legimus etiam ſecundum eoſdem*: & nos demutabimur, *pro*: immutabimur; *quia tum præcedenti & hoc capite, tum infrà cap.*50. ac 55. *& lib.*5. *adu. Marcion. vbique*: demutari, *&*: demutatio, *ab Auctore vſurpantur. Quibus etiam locu lauiſſ. tractatur, quod ſit Apoſtolo*: demutatio. *Item*: Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptela m (*ſeu*: incorruptionem) *pro*: corruptum. *nam præterquàm quòd ſic infrà à etiam legitur cap.*50. ac 51. *& lib.*5. *adu. Marc. etiam ſic legit B. Hieron. vbi ſuprà, & B. Cypr. lib.* 3. *Teſtim. ad Quirin. cap.* 58. *Denique paulopoſt*: vti ille uoreterut mortale à vita, *pro*: vt, *duobus in locis ex Vatic.* 3. *MS. cod. nam ſic etiam infrà legitur cap.*54. *& lib.*5. *adu. Marc. quibus locis hanc ſcripturam latius explicat.*

297. quod, &c. ſuperindui desideramus, &c.] *Sic legimus ex Anglico MS. cod. pro*: ſuperinduere, *quia Græcè ſit*, 2. *Cor.*5. ἐπενδύσασθαι, *& ſic legitur iterum paulopoſt, & lib.*5. *adu. Marc. item ex Vatic.*3. *MS. cod.* qui ſumus, *pro* ſimus, *quia ſic infrà etiam legitur lib.*5. *adu. Marc. ſupediſto. Siue autem legas, ſicuti vulgo eſt*: ſicilicet dum demutatur, *ſiue cum MS. omnibus & 1. adu.* demutamur, *perinde eſt*; *ſicuti etiam licebit retinere quod hodie legitur*: lucrifacta morte, *ſicuti quod habet Angl. MS.* lucrificata. *Ex quo caſtigamus*: atque illam ex demutatione, &c. *pro*: illa, *& mox legimus*: ſuperindumento cœlesti & æterno, *addita*: &, *particula.*

298. Quantos enim licebit, &c.] Quantos *(inquit Rhen.) pro*: quot. *Sic etiam vulgus loquitur.*

299. Diximus iam de isto alibi, &c.] *Alludere videtur ad lib. de Anima ſuprà cap.*51. *vbi ſic legitur*: Plato in Politia, cuiuſdam inſepulti cadauer opponit, longo tempore ſine vlla labe, ptæ animæ ſcilicet indiuiduitate, ſeruatum. Ad hoc, & Democritus crementa vnguium, & comarum in ſepulturis aliquanti temporis denotat, &c. *ne prolixiores ſimus, hoc addito, quòd varias reddat eius rei rationes, nempè aut* aëris qualitatem, *aut* ſoli, *aut* corporis, *aut* mortis, *vt non ſic*

necesse cum Philosophis animæ individuitati id adscribere.

300. Sed & proximè (*sic enim legit Angl.cod.pro:* proximé) in ista ciuitate.] *De Carthagine loqui Auctorem adnotaut ad marginem Rhenan.*

301. quùm Odei fundamenta tot veterum sepulturarum sacrilega collocarentur.] Odeum *Græcè ᾠδεῖον, ab ᾠδὴ, id est cantu, sic dictum, locus dicebatur, (Celso teste Lexic. antiqu. lib. 15. cap. 12.) imagine Theatri, in quem deferebantur & recitabantur poëmata, prius quàm in Theatro recitarentur, ex quo etiã spectabant Auditores, citharœdos & citharistas, audiebántque recitantes poëmata, quale defcribit Vitruuius lib. 5. cap. 9. à Pericle Athenis exstructum. A quibus idem Romæ quatuor Odea commemorantur, inter que haud dubiè erat illud à Domitiano exstructum, cuius meminit non Suetonius modò Domitiano cap. 5. sed & Eusebius in Chronicis, (alterum iuxta emendatiores codices. Porrò huic propius accedit Pausanias in Atticis, qui indicat Odea constructa fuisse in honorem defunctorum, dum scribit, Herodæ Attici iussu cõstructum pulcherrimum ᾠδεῖον, defunctæ uxoru monumentum. Quò videtur etiam pertinere illud Ciceronis lib. 4. ad Attic. Epist. 8. Monumentum illud quod tu laudibus tollere solebas, quum Odeum laxaremus, Quæco prolixius deduximus, nè rex ludi magni Cæsaris de hoc loco coniecturas; quorum quidam legendum censebant hodie cum l. edit. ali substituerant: eo die, nimis libere. Adludit itaque Auctor ad nouã Odei Carthagini fundamenta collocata, nisi forte quis malit legere:* tollerentur, *pro:* collocarentur; *cui magis fauere videtur illud:* tot veterum sepulturarum. *nihil tamen nisi secundum MS. codices immutare uolui.*

302. & dentes incorruptos perennare.] Perennare(*inquit Rhenanus*) *pro durabiliter conseruari. Aliter dixit Tranquillus, non* perennauit, *id est, annum non vixit. Legimus autem paulopost iterum, sicuti cap. præced. ex MS. Angl. cod.* siquidem exuti non nudi inueniamur, *pro:* non inueniemur nudi; *item:* & reuestitos, *addito:* &, *ac sicut ubique suprà:* intellegi. *Demque:* dehinc & recipient eam, *iterum addesto:* &c.

CAP. XLIII.

303. Proinde quum dicit, &c.] *Eiusdem iterum est hoc caput argumentis cum præcedentibus, & ex eodem 2. Cor. 5. cap.*

304. Itaque confisi semper.] *Vertit ad verbum Græcam vocem θαῤῥοῦντας. Legimus autem ex Angl. MS. cod.* quòd cùm immoramur in corpore, peregrinamur, *pro:* immoremur, *&:* peregrinemur; *tum quod illud & Græcè & Latinè ac Syriacè legatur, tum quòd ex sequentibus ita legendum patet. Sunt autem voces Tertullianicæ:* obfuscationem, *&:* obuertitur.

305. Fidentes autem & bonum ducentes, &c.] *Sic etiam hoc restituimus ex MS. omnibus & 1. edit. quòd sit idem verbum hoc loco Græcè θαῤῥοῦμεν, pro quo in certum, sicuti etiam pro:* εὐδοκοῦμεν, *vertit Auctor:* Fidentes & bonum ducentes. *Sæpe autem legas:* immorari, *sæpe:* adesse, ad Dominum, *perinde est.*

306. nisi ex martyrij prætogatiua, &c.] *De hoc loquendi genere Auctorum aliquis suprà diximus lib. de Anima, cap. 55. nu. 61. Et certè pro Purgatorio interpretatur Feu-ardentius in Irenæ. lib. 1. cap. 2. nu. 3.*

307. deuersurus.] Deuersurus(*inquit Rhenanus*) *pro:* diuersurus; *de quo suprà etiam noui lib. de Præscript. adu. her. cap. 3. num. 17. Similes etiam sunt loci Tom. 2. l. de Cultu fœmin. c. 1. & l. 2. ad Vxor. c. 2. Rursum suprà l. adu. Valent. c. 30.* deuersatus in mundo, *& iterum c. 32.* deuertere. *Item infrà l. 3. adu. Marc. ca. 8.* deuertentis in terram.

308. Erideò gestimus, &c.] *Quamquam mirè legat:* gestimus, *pro eo quod Græcè, Latinè ac Syriacè: censendimus; certè ad verbum consonæ illud:* placibiles illi esse, *ei quod Græcè est:* εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. *Ita enim legimus ex Anglico MS. cod. pro:* placere illi.

309. ante tribunal Christi, &c.] *Vatic. 3. MS. legunt:* ante tribunal Christi Iesu; *verùm non aliud habent quam:* Christi, *additones omnes, neque etiam aliter legit B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 29. aut Testim. lib. 3. cap. 59. neque etiam Rufinus in Symb. Apost. neque etiam ipse Tertull. infrà lib. 5. adu. Marc.*

310. vti vnusquisque, inquit, reportet per corpus secundum quæ gessit, &c.] *Tertull. dum & hic & infrà loco mox citato legit:* per corpus, *videtur legisse Græcè, sicuti quedam habent exemplaria, & ascedit Syriaca editio:* τὰ διὰ τοῦ σώματος, *pro eo quod noster interpres & B. Cyprian. ac Rufinus vbi suprà, vnà cum B. Ambros. τὰ ἴδια, id est, propria corporis. quare non placet quod habet MS. cod. Angl.* reportet præterita corporis sui, *maximè quum Auctor illud:* per corpus, *quinquies repetat. Est autem vox Tertull.* pensanda, *pro:* luenda. *Porro additum ex Vatic. 3. &, legentes. Ita & totus.*

CAP. XLIIII.

311. Si enim adhuc ad superiora respectes, &c.] *Rursum eiusdem est argumenti caput hoc, verùm ex 2. Cor. 4. capite.*

312. ad illuminationem agnitionis gloriæ fuæ in persona Christi, &c.] *Ad verbum transtulit quod Græce est:* τῆς γνώσεως τῆς δόξης ὃν προσώπῳ, *pro quo noster interpres paraphrasticè sic: nitæ claritatis Dei, in facie; in hoc tamen à reliquis differens tum hic, tum infrà lib. 5. adu. Marc. quòd omittat vocem:* Iesu, *vbi nominatim quemedo Christus persona Dei sit, interpretatur; vbi etiam fictilia vasa transtulit, quæ hic & suprà testacea, & quod mirum est, legit:* Dei, *contra omnium codicum fidem, pro eo quod hic:* mortificationem Christi Iesu. *Legimus verò iterum:* Atquin, *pro:* Atqui.

313. vti & vita Iesu, inquit, manifestetur.] *Addimus* Iesu, *ex Anglico MS. cod. quia mox legiturhic, & etiam dicto loco,* vita Christi, *quod in idem recidit. Legit etiam* vtribique in corpore nostro, *sicuti legunt Græci & Ambros. pro eo quod noster interpres:* corporibus nostris, *cui tamen consentit Syrus interpres. Paulopost verò legimus ex MS. omnibus:* Illa quidem quam vixit, *pro:* qua, *& addimus:* quæ, *ante illud,* non modò.

314. quæ portas adamantinas mortis, & æneas feras inferorum infregit.] *Alludit paraphrasticè ad illud Psal. 106. Qui contruit portas æreas, & vectes ferreos confregit.*

315. Si enim nos qui viuimus, &c.] *Hic iterum variat Auctor ab editionibus omnibus Græcis & Latinis, quæ legunt* Semper enim; *retinuimus tamen hanc lectionem, eo quòd Syrus interpres vertat haud absimiliter, sed paulo alio sensu: Nam semper viuimus; qui etiam legit:* in corpore nostro mortali cum *Auctore, pro quo addimus* carne nostra.

316. & nos susceitabit cum ipso, &c.] *Similiter legit etiam Ambros. Et vero, ἀλλ. non modo: per significat (* vti contendit legendum Erasmus) *sed etiam: cum. Explicat autem Rectè Rhen. illud:* nisi quia: cum ipso, sicut ipsum, sapit, *hoc est: susceitabit nos cum ipso, valet idem, quod:* sicut ipsum.

CAP. XLV.

317. Sed & rursus alia cæcitate, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd etiam illis non susstragetur veteris & noui hominis apud Apostolum distinctio.

318. qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis, &c.] *Quod hic:* per, *verùt, infrà:* secundum, *quod magis sonat vox Græca* κατὰ. *Est interim peculiare Auctori, & post eum Hilario lib. 12. de Trinit. illud:* concupiscentiam seductionis, *singulari numero, pro eo quod alue omnes additones plurali numero id legant Ephes. 4. tam Syriaca & Græca quàm Latina. Atqui legimus omninò secundum 3. Vatic. MS. cod.* renouari autem spiritu sensus, *pro:* sensu spiritus; *tum quia sic etiam legit B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 11. tum quod Græcè sit:* τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς, *quod spiritu mentis transtulit Latinus interpres. Ad verbum autem Græcum illud:* ὁσότητι τῆς ἀληθείας, *vertit:* religione veritatis. *Porro legimus paulopost:* defendat, *eo quòd præcedat* monente Apostolo, *pro:* defendant.

319. & si ordine postumat.] *Scribendum hoc loco:* postumat, *non* posthumat, *& suprà lib. adu. Valentinianos, cap. 55. num. 376.* postumatum, *item infrà in Scorpiaco adu. Gnost.*

de postu-

de postumo cotporis ; *patet ex antiquis monumentorum inscriptionibus apud Aldum in Orthographia. Idipsum etiam adnotauit Guiliel. Canterus Nouar. Lect lib.2. cap.10. addens deduci* postumum *non tamquam post humatum patrem (vti Rhenan. & plerique censent) sed ab Aduerbio Post, velut ab Extra extumus, & à Citra citumus ; atque adeò indifferens esse, tam ad eum qui postremo loco, quàm qui post patris obitum natus sit, quod ipsum alicubi habet Cuiacius. Addimus autem:* tamen, *ex Anglico MS. ced. legentes:* effectu tamen anticipat.

320. quod docuimus IN COMMENTARIO ANIM. *Rursum hic est librum:* de Anima, *vbi stud paradoxon habetur cap. 27. de quo inter Prolegomena latius.*

321. contemporant fœtu, coætaneant natu.] *Dicimus (inquit Rhenanus) contemporaneus & coætaneus. Sed Tertullianus hunc verbaformat:* contemporare, & coætate. *Vide quantum sibi permittat. Arquiterum cum Rhenano legimus:* dum prior neuter est, *pro:* neutra, *quia praecedit:* duos istos homines; *& ex MS. Vatic. 3. sic distinguimus:* quâ enim alterum postumus esse, nescimus.

322. Exponentes enim, inquit, secundum pristinam, &c.] *Etiam hic restitumus inxta quod ab omnibus legitur apud Apostolum vbi suprà, pro:* Exponens. *Vertit autem tum hic, tum infrà lib. 5. adu. Marc. verbotenus:* μετὰ τὸ πλησίον, ad proximum suum, *pro eo quod ally Latini:* cuin proximo ; *&* Neque dederitis locum diabolo (*nam si lego ex MS. 3 Vatic. cod. pro:* Ne) *inxta Graecos & Syrtacos codices, vbi ally legunt: Nolite dare. Sicuti etiam:* Omnis sermo turpis, *vbi ally:* malus, *explicant votem Graecam* σαπρὸς, *quo accedit etiam interpres Syrus, apud quem est: exercandus. Aliquimox addimus:* & indignatio *ex MS. Angl. ced. quia praterquam quod id legatur in editis omnibus, etiam id explicat mox Auctor hu verbis :* & cor ad indignandum. *Sine autem legas:* Sicut & Deus vobis donauit *eum exc. sine:* nobis cum *Vatic. 2. perinde est, variant enim omnes Graci & Latini codices, & Syrus interpres legit:* vobis.

Cap. xlvi.

323. Talem vbique Apostolum recognoscas, &c.] *Capur hoc inscripsimus:* Quòd Apostolus carnem damnans, opera carnis intelligat. *Est autem vox Tertullianea :* suggestu; *qua etiam infrà vtitur eandem explicans cap. 52.* suggestum & ornatum *dicens.*

324. Nam & dicens: Eos qui in carne sunt, &c.] *Castigauit:* sunt *ex Vatic. MS. pro:* sint, *eo quod illud legatur secundum edit. Roman. 8. omnes.*

325. Corpus quidem, ait, mortuum, &c.] *Ita legimus secundum 3 Vatic. MS. cod. pro :* inquit, *eo quod magis conuenat cum illo quod sequitur:* sicut spiritum vitam, *Accisatiuus casu; quum alioquin apud Apost. legatur, saltem secundum Graecos & emendatiores Latinos codices:* spiritus vita, propter iustitiam, *quomodo etiam legi infrà lib. 5. adu. Marc.*

326. ex delinquentia.] *Hac vocenon hoc modo capite & sequenti sæpissime sed & infrà c. 51. & alibi frequenter, vbi tur Auctor pro peccato, seu delicto, sicut hoc ipsum versus loco iam citato.*

327. Si enim, inquit, spiritus eius qui suscitauit Iesum, habirat, &c.] *Hic omisit Auctor quod habent adut. omnes:* à mortuis, *secundum quos & Auctorem ipsum infrà lib. 5. adu. Marc. castigaumus ex MS. Anglico :* viuificabit & mortalia corpora vestra, *pro:* suscitabit, & *paulopost legimus ; ac supplemus :* vt secundum carnem viuamus; *ac :* si enim secundum carnem, *pro eo quod erat dumtaxat :* ad viuendum si secundum carnem. *Auctori vero consentiunt Graci & Syriacus codices, pro eo, quod addit:* futurum est, *desideratum in editione vulgata.*

328. Lex enim, inquit, spiritus vitæ, &c.] *Istud etiam reperitur Roman. 8. sed inxta capitu ante verba prius citata; & illud:* habitare in membris nostris, *Rom. 7. Atqui ibi (quod rursus legitur Rom. 8.)* Quod enim inualidum erat legis, *sequitur id quod Graci est* τὸ γὰρ, *item dum legitur :* in simulacro, *sine Vt habens Vatic. 3.* similitudine. *Legimus autem omnino ex Angl. MS. & Vatic. 3. & per delinquentiam damnauit delinquentiam, pro :* per carnem, *quod corrupt. legebatur contra omnium editionum fidem.*

329. Habitare enim peccatum dixit, &c.] *Quod antea dixit:* in membris nostris, *hic:* in corpore nostro, *& paulopost* in carne ; *paraphrastices sic explicans, quod legitur Rom. 7. quod habitat in me peccatum.*

330. Sic & sensum carnis, mortem appellauit, &c.] *Istud iterum reperitur Romanor. 8. vbi :* sensum *vertit* φρόνημα, *quæ vox à vulgata interprete vertitur:* prudentia, *& à Syro:* electio. *Magis etiam confer ondet Graece textus quod adyeit Auctor:* dehinc & inimicitiam ad Deum. *Legimus autem iterum:* intellege, *pro :* intellige.

331. Quomodo, inquit, etiam nunc velut viuentes in mundo sententiam ferris?] *Legit haud dubiè Tertull.* θεματίζεσθε, *sicut etiam vulgatus interpres, quando vertit Coloss. 2.* decernitis.

Cap. xlvii.

332. Hæc enim erit vita mundialis, &c.] *Inscriptionem hunc capiti dedimus :* Quòd etiam salutem carni Apostolus repromittat.

333. quam veterem hominem dixit confixum esse Christo, &c.] *Istud reperitur cum sequentibus aliquot sententijs, Rom. 6. Additum autem mox:* sed, *ex MS. omnibus, ante :* quemadmodum. *Est etiam phrasis Tertullianea :* vti hactenus delinquentiæ seruiamus, *pro eo quod ally :* vt vltrà non seruiamus peccato. *Omittimus autem:* in, *vbi legitur:* Et vt hac ratione cõmortui Christo, *quia Apostolisensus contrarietur ; & legimus secundum editionei omnes ex Angl. ced.* conuiuemus illi, *pro:* conuiuamus. *Quum etiam vertit Auctor :* Sic enim, inquit, & vos reputare, *magis expresse quod Graece est :* λογίζεσθε, *sicut etiam in illo :* ad obaudiendum illi, *verum ab omnibus differt, in eo, quod omittat:* in concupiscentijs eius, *& quod immediate subdit :* & ad exhibendum ; *ac quod omittat :* Deo, *quum citat:* & membra vestra arma iustitiæ.

334. sicut exhibuistis membra vestra famula immundiciæ & iniquitati, &c.] *Hic leges* iniquitati, *ex Angl. MS. ced. pro:* iniquitatis: *quia correspondet & Graece & Latinis editionibus;* famula *autem, hoc vertit, quod Graece est:* τοῖς δούλοις, *& hic:* sanctificium *vertit* ἁγιασμὸν, *quod ally:* sanctificationem, *&* ὄντες, eratis, *cum Syro interprete, pro quo ally :* fuistis ; *&* quem fructum habebatis super his, *pro:* habuistis tunc in illis. *Legimus etiã:* finis enim illorũ mors, *pro:* ergo, *eũ edit. Apostolis omnibus. Vertit vero, vnica voce sibi ipsitata :* famulati, *votem Graecam* δουλεύσατε, *quod ally ex referant : seruis facti ; & similiter* donatium *vertit* χαρίσμα, *de qua voce suprà latius Tom. 2. l. de Cor. milit. c. 1. nu. 2.*

335. sed nec ipsum baptisma committi.] *Quod priùs:* imperari, *hic dixit:* committi ; *alia longè significatione quam aut dist. lib. de Cor. milit. cap. 2. nu. 22. vbi pro peccare accipitur, aut lib. ad Mart. cap. 1. num. 11. & infrà cap. 52. vbi contendere & certare significat. Est autem & phrasis Tertullianea:* restitutioni inaugurari.

336. Anignoratis quòd quicumque in Christum Iesum tincti sumus, &c.] *Etiam hoc restitumus ex MS. ced. omnibus, addits:* Christum, *quod desiderabatur, & tamen repertur in editionem omnibus Apostoli Rom. 6. initio cap. quorum sitemtio quidam legunt, sicuti interpres vulgatus Latinus:* in Christo Iesu, *ac :* in morte. *Mirum est autem, non legi ab Auctore:* per gloriam patris, *quod habent edices Apostolis omnes. Legimus item ex Angl. MS. ced.* post baptisma, *pro :* per ; *& non refert siqe legas cum ex. ced.* incedenda, *sine cum MS. Vatic. 3.* viuenda. *Item indifferens est etiam lectio, aut impreff. Si enim contiani simus, quo magis correspondet Graece voci* σύμφυτοι, *aut Vatic. 3.* complantati, *quomodo legunt Latinus & Syrus interpretes. Rursus correximus:* resurgemus *ex Angl. MS. ced. pro :* resurgimus, *quia praecedit:* crimus.

337. Vt sicut regnauit in morte delictum, &c.] *Hic nouam periodum fecimus, eo quod desumptum sit aliunde, nempè ex Apostolo Rom. 5. sicuti etiam illud paulopost :* Sic enim &

gratia illic superabundabit; *quod retinemus, quamquam Vatic. 3. MS. legunt Apostolus*: superabundabuit, *quasi sequitur ex eodem 2. Cor. 12.* Sic & virtus in infirmitate perficitur.

338. quod perijt salnum facieus, &c.] *Hoc quoque emendamus pro*: perit; *nam ita est Grech. 34. ad quem locum adiudat Auctor, paraphrasticos explicans, quod ibi obscurius dictum est: Quod periens requiram, & quod errauerat reducam, & consfactum alligabo, & defitiens consortabo, & forte custodiam. Aequi*: medicans, *vox est Tertullianica.*

339. Et quidem de terra, &c.] *Hic etiam nouam periodum fecimus, quia ad aliam transit scripturam Philipp. 3. de qua latius infrà lib. 5. adu. Marc. Hic dumexat castigamus ex Vatic. 3.* falutificatorem, *vocem Tertullianicam (nam & alibi apud eum legitur:* falutificator vnus) *pro*: faluificatorem; *&, ficus loco citato, & infrà cap. 55.* transfiguraüit, *iuxta adiectiones Apostolo omnes, pro*: transfiguraüit, *at*: conformale, *sicuti ibidem, & in Vatic. 3. reperitur, pro*: conformatum. *Alter tamen ter sub dicto c. 55. legit*: conforme fieri.

340. Quomodo placibilem, si damnata sunt.] *Omninò sic legendum ex Angl. MS. in quo etiam consentit Latinus, pater, qua praecedit*: Quomodo viuam, si patitura sunt? quomodo sanctum, si profana sunt? *vbi repetit & explicat verba illa praecedentia Apostoli Rom. 12.* hostiam viuam, sanctam, placibilem Deo; *quomodo etiam vertit eadem vocem Graecam* εὐάρεστος *supra Auctor cap. 43. num. 308.* placibilem *nempe, pro placentem.*

341. vt ipsius solis radio putem scriptum, ita claret, &c.] *De hac proverbiali formula inter Prolegomena Latinis, sicuti etiam de illa*: lucifuga *scripturarum.*

342. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos, &c.] *Sic expressit, vertendo*: totos, *vocem Graecam 1. Thess. 5.* ὁλοτελεῖς, *& magis propriè B. Hieron. quest. 12. ad Hedibiam: per omnia perfectos; quò etiam Syrij interpretes illud: vos omnes perfectè. Transmittit autem Auctor, eo quòd propriè agat de carne, voces illas*: Et integrum corpus vestrum, & anima, & spiritus; *à quo etiam vertitur* ἐν τῇ παρουσίᾳ, in praesentia, *pro eo quod alij*: in aduentu.

Cap. xlviii.

343. Sed caro, inquis, & sanguis, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd etiam apertè Apostolus Resurrectionis meminerit. Cor. 15. *De quo vide etiam Auctorem infrà lib. 5. adu. Marc. vbi nominatim huius libri mentionem facit, verbis in Argumento citatis.*

344. hæreditate possidere.] *Explicat duabus vocibus quod Graecè est* κληρονομῆσαι, *qualis est translatio infrà c. 49. illius ad Galat. 5.* regnum Dei non sunt hæreditate consecuturi, *vbi eadem vox Graeca reperitur. Sine autem legas*: hæreditate, *sicuti hic exc. & hiu cap. sequ. ac MS. 3. & cap. 50. exc. sine*: hæreditati, *quod legunt Vatic. 3. hoc loco, ac cap. 50. bis, & excusi semel, non refert quare in contextu nihil immutauimus, sed hic retinusmus*: hæreditate, *& c. 50. semel*: hæreditati. *Idem est etiam ac legas*: quasi auxilij eius antè deiectis, *sicuti exc. & MS. nostri, ab vero; disiectis cum r. adit. in marg. & non multo post eadem ratio de*: subijcit, *aut*: subiecit. *Verum omnino legendum cum MS. Vatic. 3.* Sed & nunc exspectent præcedentia recognosci, *pro*: expetent.

345. Si autem Christus prædicatur, &c.] *Illud quidem cum sequentibus ordine eodem habetur apud Apost. 1. Cor. 15. sed multo ante illud*: Caro & sanguis, &c. *Legimus autem ex MS. eod. Angl.* quod à mortuis resurrexit, *pro*: resurrexerit, *eo quòd legat mox*: Si autem (*quam vocem etiam recens ex illo addimus*) Christus non resurrexit, *vtrumque conformiter reliquis editionum omnibus. Item*: inuenimur autem, *pro*: inueniemur enim; *& quia testimonium diximus aduersus Deum, pro eo quod erat dumexat*: qui testimonium dixerimus. *Omittit autem illud*: si mortui non resurgunt, *sicut & Syrus interpres; quod eamen Graecè & Latinè. Legit etiam paulo aliter & Auctor & Ambrosian Comment. omissa voculas*: ergo, quia adhuc estis in delictis vestris, & qui in Christo dormierunt, perierunt, *sic enim distinguo hic locum debet.*

346. si mortuum, si sepulcrum audis secundum scripturas.] *Ex hoc loco & similibus subinitium lib. adu. Praxean: patet supplendum in regula fides supra lib. de Praescript. adu. haeret. cap. 13.* mortuum & sepultum; *quemadmodum etiam ibi adnigimus nu. 85. Legimus autem cum Vatic. 3. & Angl. MS.* Ipsum enim quod cecidit in mortem (*pro*: morte) &c. hoc & (*addendo: &*) resurrexit. *Item ex Vatic. 3. mox*: Ordo enim non aliud quàm meritorum dispositor, *pro*: ordo enim meritorum nomine disponetur; *quia explicat hoc verbum illud Apostoli*: vnusquisque autem in suo ordine.

347. Si autem & baptizantur, &c.] *Pulcherrimè certè Gelenius hunc locum, aliaque obscurissi, sic restituit*: Si autem & baptizantur; quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illa præsumptione hoc eos instituisse portendit (*seu*: contendit, *nam vtrumque probatur*) quasi (*sic nos recens ex MS. omnibus, pro*: quia) alij etiam catni vicarium baptisma profuturum exilitmarent, ad spem resurrectionis. *ac mox*: Anima enim, &c. *Cui certè consentimus MS. omnes. Atqui quod hic*: præsumptione in stituram *dicit, infrà paulo clarius lib. 5. adu. Marc.* vanè pro mortuis baptizatos *dicit; addens pro causa*: Habemus illum (*nempè Apostolum*) alicubi vnius baptismi definitorem. *Verum de imius scripturae sensu ibidem latius.*

348. Anima enim non lauatione, sed responsione sanctitur.] *Sic legimus ex Vatic. 3. pro*: sed purgatione, *eò quod aliqui lauatio & purgatio parum differant, & iuxta B. Augustin. accedat fides ad elementum, & sic fiat Sacramentum, atque adeò rectè dicatur* anima responsione sanciti, *nempè eaque de fide Trinitatis per Symbolum fieri consueuit; de qua latius supra lib. de Bapt. nu. 1. inter baptismi ceremonias, & c. 6. num. 45.*

349. illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ.] *Vides hic etiam Tertullian. istud referre ad pressuram Asiaticam, quæ illi Ephesi contigit, ex tumultu à Demetrio concitato, quò i dipsum refert Theophil.*

350. quòd superquàm grauati sumus supra vires, &c.] *Sic legimus ex Vatic. 3. pro eo quod erat dumexat*: supergrauati, *& c*: citra vires; *qua magis correspondet Graeca lectioni 2. Cor. 1.* ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ὑπὲρ δύναμιν.

351. Sed quumeiusmodi quæstio posterior habeatur, &c.] *Alludit ad quæstionem*: an eadem caro resarget, *de qua late infrà cap. 56. & sequ.* Interim, *inquit*, sufficit, (*quod Vatic. 3. MS.*) *aut*: sufficiet (*quod excusi legunt*) ex hoc quoque (*nempè dicta scriptura, quali autem corpore venient*) corporalem definiri resurrectionem.

Cap. xlix.

352. Ventum est nunc, &c.] *Titulum capitis huic dedimus*: Quomodo intelligêdum illud Apostoli: Caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possiant, ex antecedentibus disci. *Reprimitur autem quæ hic citantur 1. Cor. 15. Dissimpsit hanc disputationem Auctor ex B. Irenaeo lib. 5. cap. 9. Eodem etiam modo hæc verba Apostoli explicat B. Augustin. Retract. lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap. 2. addens & alia mihi interpretationem ex verbis sequ. Neque corruptio incorruptionem possidebit, quam tamen improbat Auctor infrà cap. 51.*

353. Primus, inquit, homo de terra choicus, id est, limaceus, &c.] *Retenta est hic ab Auctore vox* χοϊκὸς, *& vertitur hic*, limaceus; *pro eo quod supra lib. de Carne Christi, cap. 8.* de terræ limo, *& ibidem cap. 17. ac infrà cap. 53.* de terra, *& lib. 5. adu. Marc.* terrenus. *Et verò similiter mox legitur*: Qualis ergo choicus, tales & choici, *pro eo quod alibi*: terrenus, *& c*: terreni, *& adhuc*: Sicut portauimus imaginem choici, *pro*: terreni.

354. Nam & suprà, nouissimus Adam dictus, &c.] *Accipiunt hic*: suprà, *pro paulò antè. reperiuntur enim hoc ante dictum scripturæ locum. De hac autem scriptura, & eaquæ sequitur*: Alia supercœlestium gloria, &c. *infrà latius cap. 52. & lib. 5. adu. Marc.*

adu. Marc. Legimus verò rursus ex MS. Anglico, Atquin, *pro:* atqui, & intelleguntur.

355. portemus etiam imaginem supercœlestis.] *Legit Auctor, & interpretatur, sicut etiam Ambros. & vulgatus Latinus interpres,* Φορέσωμεν, *id est, portabimus; & veritatur ab Auctore vox Græca* ἐφορέσαμεν, *modo cœlestius, modò supercœlestis. Perinde est autem siue legas cum exc. sed non carnem monemur ponere, sine cum Vatic. 3. MS. exponere. Atqui vox est Tertullian. etiam tam, & :* intellegi, *iuxta Angl. MS. cod.*

356. Si verò in carne adhuc constitutos negauit esse in carne, &c.] *Alludit denuò ad illud Rom.* 8. Vos autem in carne non estis, *supra citatum cap. 46. Non refert autem siue legas paulopost:* nihil aliud deputandi *cum exc. sine cum Angl. MS.* exiitimandi. *Illud autem:* Manducemus & bibamus, &c. *etiam reperitur 1. Cor. 15. sed ante illud supracitatum t. prated.* Sed dicet quis, &c.

CAP. I.

357. Sed & omissis huiusmodi interpretationibus, &c.] *Inscriptionem hucusque dedimus:* Quòd etiamsi propriè accipiantur caro & sanguis, Resurrectioni vindicentur.

358. (est autem & in iudicium Resurrectio.)] *Parenthesi hoc comma includimus, ad sensum apertiorem; quo alludit illud Ioan. 6. Et prœcedent qui bona fecerunt, in Resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in Resurrectionem iudicij. Atqui paulopost legimus omninò:* Prodesse tamen illis aliud poterit; *quia loquitur de carne & sanguine, non de carne sola, & etiam prœcedit:* adhuc spiritum illis necessarium, *& sequitur pluralis numero:* Meritò ergo caro & sanguis (vt diximus) sola regnum Dei capere deficiunt; *& deinceps:* meritò demutata & deuorata, *&c:* non resuscitata.

359. Sunt qui carnem & sanguinem Iudaismum velint accipi, &c.] *Prior interpretatio fuit, quòd caro & sanguis, etsi non in resurrectionem vitæ resurgant, resurgent tamen in iudicium. Posterior hæc, quòd carni & sanguini nomine Iudaismus intelligatur, quemadmodum accipitur ab Apost. Gal. 1. verbis sequentibus in.*

360. statim non retulerit ad carnem & sanguinem.] *Magis expressit sic Auctor, quod Græcè est:* ὑ σαρκὸς καὶ αἵματος, *quàm alij, vertendo non acquiescit. Relè autem interpretatur Auctor Iudaismum, carnem & sanguinem, ac si dicat: neque seruatum esse ad Iudæi neque ad antecessores suos Apostolos: vt non sit necesse laborare, ad diluendam calumniam, qua Apostolos vocauerint carnem & sanguinem.*

CAP. II.

361. Sed prò omnibus iam stabit, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Probari idipsum, ex eo quòd Christus, qui caro & sanguis fuit, sedeat ad dexteram patris. *Deprouerbio autem:* clausis oculis, *inter Prolegomena.*

362. quum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, &c.] *Reperitur istud Marci vlt. de quo plura vide supra lib. de Præscript. adu. hær. cap. 13. n. 87.*

363. etsi nostris puriora.] *Hucpertinet quod Scholastici Doctores tradunt, Christum conceptum ex purif. B. Virginis Mariæ sanguinibus.*

364. talis etiam descensurus vt angeli; adfirmant.] *Sine Parente hoc sit istud legimus, eo quòd respiciat ad illud Act. 1. Angelorum dictum: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. De sequenti autem scriptura:* agnoscendus scilicet cis qui eum conuulnerauerunt, *vide supra l. de Carne Christi, capite 24. n. 286, & huius libri cap. 26. n. 211. hìc videtur voluisse proprie vertere id quod Græcè est:* συμπεφυκότα.

365. Hic sequester Dei atque hominum, &c.] *Ita vertitur vox:* ὁ θεὸς καὶ ἄνθρωπος *ab Auctore, ab alijs: mediator.*

366. Quemadmodum enim nobis attrahonem spiritus reliquit, &c.] *Idipsum repetit infrà c. 53. quum dicit.* Planè accepit & hic spiritum caro, sed attrahonem, *vbique alludens ad illud Apost. 2. Cor. 5. Qui autem efficit nos, in hoc ipsum dedit nobis pignus spiritum. vbi Græcè est:* ὁ δοὺς ἀρραβῶνα, *de quo latiùs tractat infrà lib. 5. adu. Marc.*

367. Ita nec corruptela, inquit incorruptelam hæreditari habebit.) *Hic transiret* κληρονομεῖ, *paulo aliter quàm antè:* hæreditari habebit, *vt pote qui Datiuis delectari soleat; quo sit vt etiam in præcedentibus similibus locu melius legere:* hæreditate possidebunt, *sed sicut supra dixi num. 344. variant etiam MS. Vatic. 3. cod. Paulopost vertit:* hæreditatem consequetur.

368. Deuorata est, mors, dicens, in contentionem, &c.] *Vatic. 3. MS. in contentione, sed quum Græcè legatur* εἰς νῖκος *seu potius* νῖκος (*hoc enim contentionem significat, illud, victoriam*) *prius retinuimus, maximè quum infra cap. 54. legant & Vatic. 3. MS. & extusi omnes:* in contentionem. *Consentit etiam Auctor B. Cyprian. libro 3. Testim. adu. Quirin. capite 58. sicuti etiam in eo quod legitur, iuxta ordinem Græcorum codicum suprà capite 47.* Vbi est mors aculeus tuus, vbi est mors contentio tua; *quod vltimum, etsi ordine sibi transpositò, legitur etiam infrà libro 5. aduersùm Marcum quære & hic necessariò legendum:* vbi est mors contentio tua, *pro:* potentia tua; *maximè quum* νῖκος, *quod hodie legunt Græci codices, non potentiam significet, sed victoriam; & etiam legatur* contentio, *à BB. Ambrosio in Comment. & Hieronym. epist. 61. ad Pammach. adu. errores Ioan. Hieros. vbi paulo aliter pro Resurrectione scripturam quam hìc Auctor tractat, exponit, conformiter B. Augustin. locis suprà citatis n. 352.*

369. Illa alia sine dubio, quam constituit in membris, &c.] *Illud:* constituit, *debet accipi passiuè, more Auctoris vsitate, pro:* constituitum agnouit, *aut aliquod aliud huc legis verbum debet; neque enim Paulum eam legem ipse in membris suis* constituit, *sed, vt conqueritur Rom. 7. vidit, seu agnouit. Nisi fortè subintelligatur;* constituit, *nempe delinquentia; sed tunc legis deberet, non:* in membris suis, *sed:* in membris eius.

370. Nam & suptà nouissimum inimicum mortem euacuari ait.] *Legisse hunc patet Auctorem:* Nouissimus inimicus euacuabitur mors; *sicuti etiam non semel B. Hieronym. in Comm. Isai. Græcè etiam correspondet ista lectio:* quia θάνατος *masculinum est. Legimus autem:* Hoc modo nec corruptela hæreditatem in corruptelæ consequetur, *ex Angl. MS. pro:* consequitur; *nam & antea in futuro sè verti, & sequitur:* nec mors perseuerabit. *Habetur autem hoc longè suprà, sed quod sequitur:* Quum in atomo, & *cum mediatè ante illud:* Deuorata est. *Castigauimus etiam:* demutabimur, *pro:* demutamur, *quòd & suprà cap. 42. & infrà lib. 5. adu. Marc. apud Apostolum ad legatur. Ex quibus etiam locis conformitèr Angl. MS. cod. & cap. 54. infrà, legimus & supplemus:* Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptionem, & mortale istud induere immortalitatem; *maximè quum hìc explicet:* & istud mortale, *et c. 54. & mortale istud induere immortalitatem. Legentes etiam ex eodem Angl. MS. cod. ac ne putes aliquid aliud.*

CAP. III.

371. Videamus iam nunc, &c.] *Huic capiti titulum dedimus:* Quòd in eodem corpore iuxta Apostolum resurgemus. *Alludit autem denuò ad verba illa suprà citata c. 48.* Sed dicet quis: Quomodo resurgent mortui, quo aurem corpore venient? *Qua rursum habentur sub eodem capitis 1. Cor. 15.*

372. Stulte, inquit, tu quod seminas, non viuificatur, &c.] *Rhenanus legebat primùm:* nònne, *& deinde:* nùmne; *verùm rectiùs Gelenius:* non; *eo quod sic legatur apud Apostolum secundum additiones omnes. Omittens autem:* primus, *Auctor, sequitur in hoc Græcos codices. Atque etiam hìc legimus:* intelligi, *& eadèm quæ natura & qualitate, pro:* qualitas; *ac sensus id exigente, & quod nunc sequitur distinguimus:* Non enim (*pro:* Nònne) & suggerit, quomodò? Non quod futurum est corpus seminatur, dicens, &c. Deus autem, &c. *Sine autem legas cum exc. sed enim saluum, omni modo constat, sine cum Vatic. 3. MS. omninò, perinde est. Denique, distinguimus ex Angl.*

MS. cod. Ergo additiuum erit corpus quod corpori superstruitur, *pro*: additum erit quod.

373. Seritur enim, &c.] *Pulera est hîc distinctio apud Authorem* folliculi, spicæ, aristæ *&* culmi.

374. Et vnicuique seminum suum corpus deputauit, &c.] *Sic prorsus lege, pro*: putauit, *quod nullo sensu legebatur Versus autem*: suum, *quod mirum est, quum Græce sit*: ἴδιον: *id est, vti Latinus vulgatus interpres*: proprium. *Legimus verò ex MS. omnibus*: etsi pleniorem, *pro*: etsi plenior est, *quia sequitur*: etsi aliter reuertentem.

375. Alia quoque hominis, &c. alia iumenti, &c.] *Infrà lib. 5. aduers. Marc. ipsa Apostolis verba citans, dicit*: aliam quidem carnem hominum, aliam pecudum. *Hîc verò in singulari eadem adfert, eo quòd sic ad institutum melius quadrent. Legit interim etiam sic Syrus interpres.*

376. Adsimilatus est, inquit, homo irrationabilibus iumentis.] *Hic quoque sensum magis expressit*: irrationabilibus *quod est Græce* ἀλόγοις, *& verstitur rectius ab aliis*: insipientibus. *Legimus autem omninò*: voluctum *ex Angl. MS. cod. pro*: volatilium, *eo quòd sic etiam legatur infrà loco eiusdem citato*; *& ex eodem*: alia autem piscium.

377. quibus aqua baptismatis sufficit.] *Facit etiam hic locus pro baptismo aquæ, quem quidam impugnare non verentur; verùm de eo latius suprà lib. de Bapt. cap. 1. num. 3.*

378. Sic & de supercœlestibus corporibus, &c.] *Rursum hîc*: supercœlestia *vertit* ὑπερφυῆ, *qua mox*: cœlestia. *Legimus autem ex Vatic. 3. MS. cod.* Alia solis gloria; *tum quòd sic legatur & suprà cap. 49. & infrà libro 5. adu. Marc. tum quòd sequatur*: Et stella enim à stella differt in gloria, *quo loco apud Apostolum eadem vox Græca est* δόξη, *seu* δόξα, *quæ etiam glorium, non claritatem significat, & rursus subiungit Auctor*: differentiam gloriæ; *quam ipse quoque vulgatus Latinus interpres vertit*: *sed alia est quidem cœlestium gloria.*

379. Seminatur, inquit, in corruptela, resurgit, &c.] *Et Tertull. hoc locò ac infrà lib. 5. adu. Marc. & B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 58. ac apertius B. Irenæum libro 5. capite 7. legunt*: resurgit, *quotiesti hic repetitur*; *pro eo quod Latinus interpres*: resurget. *Et autem phrasis Tertullianica*: concepit dicere; *& vox ab eodem composita*: sequestratorium, *pro loco* (*sicuti & Rhenanus adnotauit*) *vbi res sequestrata vel deposita penitur*; *similiter & illa*: reconsignat imprimens, *metaphoræ*, *ab illis*, *qui adhibent ad sigilli impressionem.*

308. Sic enim scriptum est.] *Istud etiam differt ab omnibus Apostolis additionibus, in quibus legitur*: Sicut scriptum est.

Cap. lxii.

381. Sed corpus animale, &c. *Hoc caput inscripsimus*: Quòd quidam perpetàm corpus animale animam interpretantur. *Quod ipsum etiam tractat infrà lib. 5. adu. Marc. sed hic multò latius. Legimus autem omnino cum MS. Anglico codice*: vt illum à carne auocent recidiuatum, *pro*: illam, &c. recidiuatam. *eo quòd illud etiam suprà repetiatur, num. 8.*

382. Sed enim in Lazaro, &c.] *Hîc de altero Lazaro loquitur, quàm suprà cap. 17. nempe de quo Ioan. 11. vbi quæ vertit Iustina no ster interpres, Auctor* vincula linea *appellat, Græcè est* κειρίαις. *Accipitur autem mox*: comparet, *pro manifestum est. Ad de prouerbialis formula*: manum portigit, *in Prolegomenis.*

383. factum retexens primum hominem Adam in animam viuam.] *Sic legimus ex Vatic. 3. MS. pro*: viuentem; *quæ iterum hoc capite, & suprà capite 5. item libro de Anima, capite 11. ac infrà lib. 5. adu. Marc. illud legitur ab Auctore, quarè sic etiam secundo loco legendum ante illud*: Portò, &c. *Castigamus etiam*: Quid eam appellari velint, *ex MS. 3. Vatic. pro*: vel-lent.

384. Anima verò etsi corpus, &c.] *Istud iterum ad paradoxon pertinet Auctoris de Anima corpore, de quo inter Prolegomena latius. Malim autem legere*: non animatum, *pro*: non animata; *sed quia hoc habent MS. omnes, nolui immutare, quum appositio possit aquè ad animam, atque adeò corpus referri. Legimus autem omninò secundum MS. nec fieri quod facit, pro*: fecit, *quia sequitur*: alij enim accidens (*pro quo etiam malleem legere*: accedens, *vtroque loco*) facit illud animale.

385. Non primum quod spiritale, &c.] *Expressit quod Græcè est* πρῶτον *quare non placet quod secundo loco Angl. cod. habet*: Non prius. *Legimus autem ex Vat. 1. cod.* primus homo Adam, *addendo*: Adam, *quia id apud Apostolum legitur in additionibus omnibus.*

Cap. lxiii.

386. Ita de vocabulorum occasionibus, &c.] *Inscriptionem hanc capiti imposuimus*: Quòd etiam illud: Vt deuoretur mortale à vita, nihil pro illis faciat. *Reperitur autem ut scriptura locus 2. Cor. 5. de quo multa suprà cap. 42. & infrà lib. 5. adu. Marc. sed hîc respondetur ad obiectionem eorum, qui deuorationem illam perditionem interpretabantur.*

387. Deuoratur, inquit, mors inualescendo, &c.] *Videtur mihi adludere ad illud Apostoli Rom. 5. In omnes homines mors pertransiit*; *maximè quum alibi nihil tale, neque in Apostole (ad quem referri videtur illud*: inquit) *neque in reliqua scriptura, reperire liceret: haberent*; *siquis aliter sentiat, per me licet Omninò autem lego cum Gelenio ex MS. omnibus, quod per contentionem deuoratuerat mors, non vti subsistuerat Rhen.* deuouetur, *quia simulatudo qua vtitur Auctor, id non permittit.*

Cap. lv.

388. Quamquam igitur resurrecturam carnem probantes, &c.] *Hoc caput inscripsimus*: Quòd aliud sit demutari, aliud perire. *Latius enim hic explicat illud quod suprà etiam tractatum est capite 41. & 42. & nos demutabimur*; *de quo iterum Late infrà lib. 5. adu. Marc. vbi tractat 2. Cor. 5. atque hoc est quod dicit*: licet aliunde iam cæcus. *Sic autem legas ante ea verba*: proprios quoque flagitant congressus, *cum vulg. cod. sine*: quosque *cum Angl. MS. parum refert. Verùm paulo pòst omninò lego ex eodem*: Æquè enim non erit, ac si non resurrexerit, *pro*: si, *dumtaxat, & non multo pòst ex Vatic.* 2. nec ita aliud efficiatur vt cesset idem esse, *pro*: aliùs, *quia sequitur*: immò nec alius efficiatur (*sicenim lege ex Angl. MS. cod. pro*: efficitur) sed aliud.

389. Mutatur pœstea & facies eiusdem incontemplabili claritate.] *Adludit ad illud Exod. 34. secundum 70. Et erat glorificatus* (*pro quo in Hebræo*: Et cornuta erat facies eius) *aspectus eius*: *facies eius*, *& timuerunt appropinquare ei.*

390. Sic & Stephanus, &c.] *Hic similiter ad illud Act. 6. Et videbant faciem eius tamquam faciem angeli*; *addens*: non alia illi genua succiderant; *id est, non alijs genibus quàm prioribus orabat Deum* in lapidatione, *Act. 7. Est autem similis phrasis Auctoris infrà c. 62. nec vlli simili necessitati succedendo.*

391. Dominus quoque in secessu montis, &c.] *Dum hic agens de secessu Christi in monte Thabor, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 3. dicit quòd lineamenta Petro agnoscibilia seruauerat; id colligere videtur ex eo, quòd Christum Petrus adhuc Dominum suum appellauerit. Eodem pertinet quod habet B. Hieron. Epist. 61. ad Pammach. aduers. Ioan. Hierosol. Vbi faties nominatur, existimo quod & cetera membra conspecta sint.*

392. in transitum substantiæ.] Trasirum *hic dicit Auctor quod antea hoc capite non semel*: perditionem, *sicut* transitum, *mortem appellare solemus; quod confirmatur ex eo quod addit*: ergo & Saul in alium vitum conuertus, de corpore suo, excessit, *1. Reg. 10.*

Cap. lvi.

393. Etenim quàm absurdum, &c.] *Titulum huic capiti demus*: Quod eadem caro quæ operatur, mercedem accipiet *quod ipsum suprà tractauit latius cap. 15. & 52. Legimus autem omninò ex MS. Angl.* quàm verò & iniquum, *pro*: quàm verò ethnicum; *tum quia ethnicis Deus ignotus erat, tum quia sequitur*: de iustitia Dei iudicet.

394. Marcionem pro Valentino refutsitari? &c.] *Quid sibi velit, indicant verba præcedentia*: Nonne præstat omnem semel fidem à spe Resurrectionis abducere (*quod nempè faciebat Marcion, simpliciter, cum suo magistro Cerdone*, Resurrectionem

rectionē carnis negans, *vti supra dictum est lib. de Præscript. adv. hær. cap. 51. hær. 26. ac 17. num. 321. ac. 322.*] quām de gravitate atque iustitia Deiludere? *vtpotè* vt hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coronetur; *quæ erat Valentini hæresis, vtpotè quæ* Resurrectionem huius, *id est eiusdem*, carnis negabat, *sicuti ibidem diximus cap. 49. hær. 12. num. 315. Addentes autem paulopost*: Deo, *legimus*: nesciens me esse qui gratiam Deo debeam, *quibus & præcedentibus verbis addidit ad illud Psal. 95. Cantate Domino canticum nūum, adnuntiate inter gentes gloriam eius. Sicut illic*: quæ in hac carne, &c. spem salutis feminauit, in alia nescio qua metāt; *ad illud Gal. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet, &c.*

395. Ne illa gratiosissīa caro, cui gratis vita constabit.] *Irrisio est: & pulcra vocum adlusio*: gratiosissima, *ac*: gratis.

Cap. lvii.

396. Hinc iam illa vulgaris incredulitatis argutia est, &c.] *Capiti huic inscriptionem dedimus*: Quòd integri fine vexatione resurgemus. *Sine autem illud legas cum vulgatu, siue cum MS. Angl.* illæ vulgares incredulitatis argutiæ, *perinde est. Atqui quod paucis supra propositum hac de re Auctor cap. 4. hic & sequ. cap. latius prosequitur; quod ipsum etiam tractat B. Augustī. lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 20. & B. Hieron. sapedicta Epist. 61. ad Pammach. adu. Ioan. Hieros. etiam subinde isdem pene verbis. Rursum sine legas*: claudi, *vti vulgò legitur, siue* clodi; *cum MS. Angl. non refert. Verùm legimus ex eodem*: tantam gratiam, *pro*: tamquam, *&*: hominibus eandem adscribis, *cum Vatic. 3. MS. pro*: eam.

397. portionalis.] Portionale *opponit* vniuersali, *non hic quidem, sed etiam infrà Tom. 5. lib. de tēmnio, vbi*: iciunium portionale, *nuncupat, quod vniuersaliter non observatur. Legimus autem paulopost*: etiamsi in vtero vitiemur, *Ex Angl. MS. pro*: vexemur.

398. Quod nascimur, non quod lędimur, teuiuiscimus.] *Græca [inquit Rhenan.] figura est. Atqui post aliquot lineas adiicimus*: Deo, *ex Angl. MS. cod. vbi legitur*: quasi Domino Deo non liceat & mutare naturam.

399. Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum sunt. &c.] *Addimus*: sunt, *ex Vatic. 3. MS. quæ id Matth. 19. legitur iuxta additiones omnes; quamquam interim paraphrastice dumtaxat illud citetur. nàm longè alter illic legitur: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.*

400. &c.] Srulta mundi elegit Deus, vt sapientiam mundi confundat.] *Etiam hic ex MS. 3. Vatic. legimus*: sapientiam, *sicut alibi vbique, pro*: sapientia.

401. Atquin & vestis albæ nitore, &c.] *Rursus ex MS. iisdem, & paulo antè illas, pro illa, &*: Atquin *legimus, pro*: Atqui. *Porrò enumerat hic Manuntius insignia, vt ante me etiam aduertauit Rhenanus, de quibus latè tractat Petrus Faber Præfes Tholosas in Semestribus, quò Lectorem remitto, potissimùm de vestis albæ nitore, & aurei annuli honore. Nam de patroni nomine, ante illum Politianus Miscell. cap. 31. ad illud Iuuenalis: Tamquam habeat tria nomina, ferunt sum manumissis imponi solere decore* patroni nomen; *citans ad hoc illud Cicer. lib. 4. Epist. ad Atticum. De Eutichide gratum, qui vetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius; Ye ſi ex me, & te sunētus, Dionysius M. Pomponius. sic etiam miseſium Alexandrum Polyhistoreis Cornelium esse appellatum à Cornelio Lentulo, à quo manumissus fuerat, à Suida tradi. Atque adeò tribu honoratos patet, quoties* tribus *nomen adsumerent. Ceterùm etiam* pileo honoratos *suprà diximus ex Rhenan. Tom. 2. l. de Patientia, c. 4. num. 24.*

Cap. lviii.

402. Iocunditas (inquit Isaias) æterna super caput eorum, &c.] *Istud caput eiusdem est argumenti, ex scripturis concinnatum. Atqui etiam illud*: Aufugit dolor & mœror, & gemitus ab illis, *reperitur aquè iuxta 70. Isai. 35. atque illud*: Iocunditas, &c.

403. Et delebit Deus omnem lacrymam, &c.] *Istud repetitur Apocal. 7. Quòd autem subiungat*: Et rursus: Deus enim delebit, &c. *Apoc. 21. vbi etiam additur*: *Et mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor; Ad quod adludit, dum sua phrasi subiungit*: & mors ha&tenus, &c. *Legimus autem*: vbi casus aduersi apud Deum, *pro*: Domihum, *ex MS. Angl. eo magis quòd sit usitatum id Deo Patri; & sequatur* (*ex quo etiam hic Trinitas confirmatur*) apud Christum, *&*: apud Spiritum sanctum.

404. Vbi necessitas, aut quod dicitur fortuna vel fatum?] Necessitas *&* fatum *ethnicis pro iisdem habebantur, sicuti* fortuna *&* casus. *Atqui quòd fato nihil impu tandum, suprà decimum Tom. 2. Apologet. cap. 1. num. 17. Et verò eiusdem argumenti infrà habet Tom. 4.*

405. Quod vestimenta & calceamenta, &c.] *Hypobaton est, compositum ex variis scripturarum allegationibus, vsque ad illud*: figuræ, &c. *Quæ reperiuntur Deuteron. 29. Dan. 3. Ioan. 2. Gen. 3. ac 4. Reg. 2. in quo fere per omnia imitatus est B. Iren. lib. 5. cap. 5. Legimus autem*: & inobsoleta, *addita Conuulsione.*

406. nec Sarabaras, quamquam Iudæis alienas.] *Sic iterum legendum iuxta primam additionem in marg. pro*: Sarabara, &c. aliena, *eo quòd Auctor similiter faminino genere dixerit suprà Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. in captiua* Sarabara (*vbi num. 81. & Tom. 2. lib. de Orat. cap. 12. num. 46 de ea aliquid diximus*) *maximè quum etiam apud Hesichium & Eudoxium Graces Auctores, singulari numero* σαραβάρα, *Vestis Persica commemoretur. Quamquam interim* (*sicuti etiam hic adnotauit Rhenan. Chaldaicum vocem & vestem dicens*) *Dan. 3. plurali numero legunt 70.* τὰ σαραβάρα αὐτῶν τὰ πλοῦτα. *Pro quo, eiis in adituum Græcæ & Latinæ in Bibliis Complutensibus apud Plantinum extusis*: σαραβάρα *legatur; veriùs tamen vt putem dictam lectionem, fuit, quòd etiam Nouatianus lib. de Trinit. infrà Tom. 5.* Sarabara (*etsi plurali numero*) *legat. Beato Hieronymo vero tam in versione ex Hebræo quàm Epist. 49. ad Innoc. de mul. sepeli pertusa, & in translatione Theophil. Alexandrini magis placuit*: Sarabalia, *vel*: Sarabala *vertere. Quam vtramque versionem conciliat Adnot. in Poëtas Christianos G. Fabricius, tradens Sara, vel Sarra, Tyrii ipsi purpuram, sine purpureum vestem, vnde & ostrum Sarranum Virgilio; Bal verò Dominum significare: quòd ydem Tyrij mutatione litterarum tenuis & asperæ etiam Bar dixerint.*

407. Enoch & Helias nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, &c.] *Hæc pertinet etiam id quod suprà dixit Auctor cap. 55.* Vbi etiam Moses & Helias (*nempè in monte Thabor*) alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ. *Atqui latius hæc de re tractatum habes suprà in Adnot. nostris ad l. de Anima, cap. 50. num. 564. vbi etiam vocantur sicuti hic, phrasi Tertullianea*: æternitatis candidati, *quemadò etiam lib. adu. Iud. cap. 2.*

408. Figuræ enim nostræ fuerunt, Apostolo auctore, quæ scripta sunt, &c.] *Similiter legit etiam B. Cyprian. Epist. 76. ad Magnum*: Hæc autem omnia figuræ nostræ fuerunt; *sicuti etiam Beda in Collectaneis ex Augustī. quibus in hoc consentiunt Græci moderni codices, quòd legans*: ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν; *quod postremum tamen alij malunt vertere*: figuta nostri.

Cap. lix.

409. Sed futurum, inquis, æuum alterius est dispositionis, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus* Non esse absurdum, futurorum hæredes carnem & sanguinem fieri.

410. Omnia vestra sunt, &c.] *Omissa est sicuti in Græcis etiam exemplaribus, & apud B. Ambrosium, vox* enim; *etiam sensūm non necessaria.*

411. Et videbit: Et videbit omnis caro salutare Dei, &c.] Alibi *dicit, quia paulò prius legitur eodem Isai. 40. capite. Legimus autem omnino ex Vatic. & MS. Angl. cod.* Dei, *pro*: Dothini; *quia sic legitur suprà capite 10. etiam iuxta 70. 40 Exc. 3. Quidī quòd ex hoc loco BB. inſtin. Mart. adu. Tryphon. Euseb. libro 9. Demonſtr. Euang. capite 6. sub finem, & Augustī. libro 22. de Ciuitate Dei, capite 29. Christi diuinitatem*

Dei, cap. 29. Christi diuinitatem comprobent; secuti etiam B. Cypr. ipsi ipsum legenti, lib. 2. Testim. adu. Iudæos, cap. 6. Quare etiam secundo loco sic castigandum est, & rursum quod paulopost legitur: quæ uisura sit Dei salutare.

412. Ego me scio neque alia carne adulteria commisisse, &c.] *Si de sola autem Auctor, uidetur in iumentute ante matrimonium contigentiam non seruasse, sed quum in ipso matrimonio continentem fuisse supra subindicauerimus lib. 1. ad uxorem, num. 1. & usque adeò continentiæ amator fuerit, ut ea occasione Montano postea adhæserit, uidetur potius in genere loqui de quouis homine sub persona sua. Verùm de hoc in uita Auctoris latius.*

413. nationes, &c. deputatas velut puluerem & saliuam, &c.] *Alludit ad id quod est Isai. 40. iuxta 70. & quasi saliua reputabuntur, pro quo Hieron. uerse ex Hebræo: Ecce insula quasi puluis exiguum. Mirum est interim cur addat:* puluerem; *quod ubi apud 70. non est, nisi forte pro eo quod est, sicut mox centum statera, ubi hæc ipse legerit:* puluerem, *sicuti quidam ex Hebræo uertunt pro mumento; quod uidetur consentaneum, ex eo quòd legat Auctor supra Tom. 1. lib. adu. Iudæos, cap. 1. & lib. de Præscript. adu. hær. cap. 8.* sicut stillicidium de fistula, & puluis de area. *Atqui Clemens Alexandr. Stromat. lib. 6. Athanasius Epistat. substant. sanctiss. Trinit. l. 1. & Ambrosius Psal. 1. omissis illis uerbis intermedijs, legit: ut Stillicidium de fistula & ut saliua, seu sputa, seu phlegma, seu spuma, pro quibus Græce est σίελος.*

414. nunc fœneratus & crediturus in nomen & in brachium Domini.] *Ex duobus Isaiæ testimonijs istud concinnatum est. Reperitur enim imprimis iuxta 70. Isai. 42. & Matth. 12.* In nomine (*seu* nomen, *uti hic legit Auctor*) eius nationes sperabunt, *sicuti etiam infra citatur lib. 3. adu. Marc. Ac alterum ad quod adludit, illud uidetur Isai 53. etiam secundum 70. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? citatum etiam Ioan. 12. & Roman. 10. Atqui uox Tertullianica est:* incubare.

415. verum lumen nationibus effulsit.] *Hic alludere uidetur ad illud Isaiæ 60. Et ambulabunt nationes in lumine tuo.*

416. & ipsi Valentiniani hîc errare didicerunt.] *Nempè in eo quod sequitur, quòd alia sit forma credentium, alia non credentium. Ipsi enim choicum siue terrenum genus hominum, id est, non credentium, in totum interitum abire dicebant; ipsorum uerò, ui ipsi spirituale, in pleromatu palatium; uti latius uidere est supra lib. contra eosdem, cap. 29.*

Cap. lx.

417. Ecce autem, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Quòd membra eadem remanebunt, etiamsi non ad eundem vsum. *Quod ipsum paucis attigit cap. 4. hic autem latè deducit hoc & sequentis capitibus; in quo etiam ad uerbum penè Auctoris imitatur B. Hieron. sepedictâ Epist. ad Pammach. adu. Ioan. Hierosol. Atqui legimus omninò ex MS. 3. Vatic. & Angl.* ut adhuc corrouerfiam exaggerent carni maximè eidem *pro eo quod Gelenius:* controuersiam &c. maximè fidem; *& ante ea in Admet. Rhenan.* controuersiam, &c. carni maximè, id est.

418. Quò enim iam, &c.] *Quò (inquit Rhenan.) hoc est, ad quem vsum, ad quid. Horatius:*

Quò mihi fortuna, si non conceditur uti?

Sic supra dixit Tertullianus: Quò ergo legimus? *& mox:* Quò huiusmodi membra admittunt, subigunt, *id est, ad quid admittunt, id est recipiunt scilicet, cibum. Item:* Quò manus ipsæ & pedes. *Et rursum:* Quò renes conscij seminũ. *Item:* Quò totum corpus, totum scilicet vacaturum? *Sunt autem elegantes membrorum periphrases:* speluncа ortis, dentium ftatio, gulæ lapsus, compitum stomachi (*id est, sicuti Rhenan. adnotauit, conuenticulum & receptaculum, quòd in hoc uideliceet consenuat quicquid edulium per os immittitur. Sumpta est metaphora à uiis competentibus, ac conuenientibus; nam hunc compitum deducunt Grammatici*) alui (*siue aluei, Vt ferè legunt MS. omnes*) gurges, intestinorum perplexa procetitas, operarij artus renes conscij seminum, conceptuum stabula, *&* uberum fontes. *Sine autem legas:* deceſſuro *cum ex sue:* diſceſſuro *cum 3. Vatic. MS. perinde est.* Educatu *verò uti (sicuti etiam alibi) pro educatione etiam hic adnotauit Rhenanus. Atque lego prorsus sicut prius & posteà ubique:* dum mortale istud induet immortalitatem, pro: induit; *sic enim etiam est apud Apostolum* 1. Cor. 10.

419. vel carie dissolutam.] *Anglic. MS. cod.* & carinam dissolutam. *verùm non placet, eo quòd prius partes nauis enumerarit* carinam, proram, puppim.

420. redactis & recuratis omnibus membris.] *Nisi (inquit Rhenan) redigere, & redactum, sic usurpatur supra, malèm legere* repactis. *Lib. 1. aduers. Marc.* Quam totum hominem redigere in salutem. *Legimus autem ex Anglico MS. cod.* At enim si sit, *pro eo quod mendosè legebatur:* Ait enim, &c.

Cap. lxi.

422. Sed accepisti homo, &c.] *Capiti huic inscriptionem dedimus:* Ad quos vsus singula seruient membra post Resurrectionem. *Legimus autem:* vt etiam hominibus antistes, *pro:* antestes, *ex Angl. MS. sicuti supra:* antistare, *cap. 13.*

421. Ad macellum corrodendum, &c.] *Contenens (inquit Rhenanus) pro contente. Qui etiam illud:* ad omnem hiatum & rictum tuum coronandum, &c. *sic interpretatur. Significat dentes positos in hos fastos, ut hiatum & rictum oris coronent, id est, circundent, & minus deformen reddant. Supra dixit:* speluncа hæc oris & dentium ftatio. *Verùm hæc interpretatione opus non est, si legamus cum MS. Angl.* coornandum, *quod nos subsistimus tam quam certè igitur, eo quòd sequitur:* honoriotis. *Legentes etiam ex Vatic. 2.* ad pulsus linguæ temporandos, *uice Tertullianica, pro:* temperandos. *Item legimus:* Est adhuc in fœminis *ex Anglic. MS. addent: in. Sunt autem uoces phrasesque Tertullianicæ, de quibus alibi latius:* supparatura, iciunij functi, *&* dedicabatur.

423. Non in pane solo viuet homo, &c.] *Addimus:* solo, *ex MS. Angl. & legimus:* viuet, pro: viuit, *qua & Græce Matth. & Luc. 4. ac Deuter. 8. illud legitur; alterum interim correspondet Hebraicæ & Chaldaicæ additionibus sed & Latini vulgatæ editionis codices variant.*

424. Quot spadones voluntarij] *De his supra Latius Tomo 2. Admet. nostris ad lib. de Cultu fœmin. cap. 9. num. 51.*

425. quot virginis Christo maritatæ.] *De his ibidem lib. de Veland. virg. num. 1. Est autem Tertullianicum:* temporali vacatione, *pro:* temporaria, *siue ad tempus.*

Cap. lxii.

426. Sed huic discreparet ioni, &c.] *Titulum huic capiti dimus:* Quòd eadem huius non angeli, sed sicut angeli Dei.

427. Erunt (inquit) tamquam angeli.] *Sic legit Auctor, non modo hìc hoc loco sed etiam supra cap. 36. atque adeò confirmatur lectio Latini vulgatæ Interpretis, qui legit:* erunt, *pro eo quod hodie Græce est:* sunt, *& similiter Latinè Matth. 22. ac Luc. 20. Quò tamen respexisse potius uidetur, utpotè ubi emittetur* Dei, *quod alibi reperitur.*

428. Quia & angeli aliquando, &c.] *Alludit ad c. 18. & 19. Gen. de angelis receptis hospitio ab Abraham & Lot, qui & ederunt & biberunt, ac pedes lauacro portexerunt.*

Cap. lxiii.

429. Resurget igitur caro, &c.] *Caput hoc postremum inscribimus:* Epilogus. Quòd resurget caro & quidem omnis, & ipsa, & integra. *Legimus autem omnino ex Vatic. 3.* Resurget, *pro:* Resurgit. *Atqui pro:* collectaneam, *habent MS. 3.* collataneam; *quæ si vera est lectio, accipietur pro collaterali, aut pro coalitance, tamquam qua opes suas in unum conferant: uerùm nihil immutare uoluimus.*

430. vt rursus ex illa repræsentetur Adam.] *Sic iterum legimus secundum 1. aduersus ex Vatic. MS. 3. cod. pro:* præsentetur, *nam* reptæ sentati, *pro* præsentem sisti, *frequens esse Auctoris supra adnotauimus, cap. 14. num. 112.*

431. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.] *Id quod Gen. 3. dixerat Deus in malam partem, in bonam interpretatur Auctor, quasi illa maledictio tempore Resurrectionis conuertenda sit in benedictionem: unde & subdit similiter in bonam partem:* compos mali, *sed:* quod euasit.

432. quàm quæ tecum etiam in Deo nascitur.] *Intelligit naturalem secundam in baptismo, de qua latiùs suprà lib. de Baptismo.*

433. Sed nihil mirum si odisti, &c.] *Abnima, ad Marcionem & Valentinum transitum facit. Ad Marcionem enim referendum, quod* Auctorem carnis, *nempè Deum creatorem,* respuerit, carnem in Christo aut negare aut mutare consueuerit (*vt suprà patet l. præcedenti.*) *Ad vtrumque, quòd ipsum sermonem Dei vel stylo vel interpretatione corruperit (de quo latiùs suprà l. de Præscript. aduers. haret. non semel.) Ad Valentinum denique, quòd arcana Apocryphorum superduxerit, blasphemiæ fabulas; quæ suprà abunde detecta habet l. aduer. Valentinianos.*

434. pristina instrumenta.] *Refert Rhenan. hæc Mosaica Prophetica que veteris Testamenti interpretatur. Atque confirmatur mea castigatio suprà lib. de Præscriptionib. aduers. hær. cap. 4. num. 23. ex eo quòd etiam hic legitur:* oportuerat hæreses esse: vt probabiles quique manifestarentur, *siue:* manifestentur, *vt legunt Vatic. 3. MS. cod. quia perinde est.*

435. hæ autem sine aliquibus scripturatum occasionibus, &c.] *Istud facit pro illo, qui scripturam, nasum cercum esse dicunt, quæ possit torqueri quò hæretici volunt, sicuti latè prosequitur Vincentius Lirinensis libello suo De profanis hæreseum nouitatibus. Verùm restè addit Auctor:* & ipsas quidem ijsdem litteris reuincibiles; *verpotè, quum per alias scripturas confundi hæreticorum technas, vel ex hic libro manifestum sit.*

436. Sed quoniam necdum dissimulare Spiritum sanctum, &c.] *Istud, ad finem capitis vsque, pertinet iterum ad hæresin Tertulliani* nouæ prophetiæ per Paracletum innundantis, *de qua latiùs in Prolegomenis.*

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

QVum, priùs, opusculum suum ADVERSVS MARCIONEM pleniore postea compositione rescidisset Tertullianus, & eam frater quidam deinde Apostata mendosissimum exhibuisset, necessitas illi facta est emendationis, & innouationis, occasio aliquid adiicere persuasit; vnde in quinque Libros opus istud excreuit, quorum primi libri argumentum hic damus.

Imprimis itaque post inuectiuam in Marcionem Ponticum, quòd nuptias abstulerit, Euangelia corroserit, & Deum quem inuenerat, extincto lumine fidei amiserit; iam destinandum hæreticum docet; quia deserto quod priùs fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat; sicuti latiùs LIBRO DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS *sustinuerit.* I.

Deinde, duos Deos illum adtulisse; creatorem, id est, nostrum; & suum ac Cerdonis informatoris sui; illum malum, huius verò bonum. II.

Verùm, Christianam veritatem districtè pronuntiasse: Deum, si vnus non sit, non esse, eò quòd summus magnus sit, cui nihil adæquari possit. III.

Non posse etiam duo summa magna, etiam distincta suis finibus, consistere. IIII.

Si enim duo summa magna, etiam plura admitti debere, cum Valentino, qui vsque ad xxx. Æonum fœtus, examen diuinitatis effudit. V.

Atque adeò, non modò duos pares, sed nec dispares Deos posse constitui. VI.

Neque vero illi patrocinari nomen Dei, etiam alijs permissum in scripturis; quia idcircò eis non competit possessio summi magni. VII.

Porrò hæresin Marcionitarum vel inde probari, quod nouum Deum faciant; quum verus Deus æternus sit. VIII.

Idque, etiam si solùm agnitione nouum dicant, quod Deus ignotus esse non potuerit, neque incertus. IX.

Sed à primordio semper agnitus; quippè quem anima & conscientia, etiam ethnica, nouerit. X.

Proinde, quùm Dei sint omnia; si nihil crearit, Deum non esse, quem Marcion statuit. XI.

Vt autem illum Deum esse confiteri possemus; sine caussa tamen esse eum deberemus argumentari, qui rem non haberet; quùm res caussa sit, vt sit aliquid. XII.

Neque verò opus esse parum dignum Deo mundum; ipsis testimonijs Philosophorum probat. XIII.

Immò etiam minutiora animalia aut iuuare aut lædere; & nec aquam Dei creatoris reprobari à Deo Marcionis, qua suos abluit; nec oleum, quo suos vnguit; nec panem, quo ipsum corpus suum repræsentat (hoc est præsens ostendit) in Sacramentis. XIIII.

Deinde addit, Deo Marcionis non esse suum cælum & mundum (de quo latiùs infrà lib. 5.) tùm quòd ad xv. vsque Seueri Imperatoris annum (quo hæc scripsisse se Auctor indicat) nulla talis substantia comperta sit, tùm quòd alioqui nouem Deos adsignare censebitur Marcion. XV.

Neque illum esse inuisibilia sola operatum (sicuti latiùs etiam dicto lib. 5. infrà) sed eiusdem esse XVI.

auctoris visibilia & inuisibilia.

XVII. *Et verò non sufficere illi Deo vnum opus liberationis hominis ; quum etiam per alia opera seuerus Deus protulerit in notitiam.*

XVIII. *Reuelatum item illum non rectè dici, qui, neque naturâ ex operibus, neque doctrinâ ex prædicationibus reuelatus sit.*

XIX. *Neque etiam in Christo Iesu; tùm, quòd is reuelatas sit, plus centum quindecim annis ante Deum Marcionis, qui sub Antonino; tùm, quod præcesserit separationem illam Legis & Euangelij, quam in Antithesibus Marcion primus commentus est.*

XX. *Frustrà autem obstrepi ab diuersa parte, quod Marcion Regulam non innouarit, sed retrò adulteratam recurarit, exemplo Pauli, qui Petrum reprehendit; quia in illo solùm conuersationem reprehenderit, non fidem creatoris.*

XXI. *Stetisse itaque semper fidem in creatorem & in Christum eius, non modò sub Apostolis, sed & in Apostolicis Ecclesiis; apud quas Christus, non alterius Dei quàm Creatoris ostenditur.*

XXII. *Iam verò naturaliter bonum dici non posse Deum Marcionis; qui ab initio homini lapso non succurrerit.*

XXIII. *Neque rationabiliter bonum ; eo quòd homini (iuxta Marcionem à se alieno) succurrere voluerit.*

XXIIII. *Neque perfectè bonum; quòd (iuxta Marcionem) animam solam saluet, non carnem ; quæ tamen apud illum tinguitur, de nuptijs tollitur, & in confessione Nominis sæuitiam patitur.*

XXV. *Proinde, Deum non sola bonitate censendum.*

XXVI. *Verùm de iudicio quoque; qui vindicet peccata, & damnet.*

XXVII. *Alioqui peccatoribus nullum timorem fore.*

XXVIII. *Et sic etiam stare non posse fidei Sacramentum Baptismæ; quòd remissio est delictorum, absolutio mortis, regeneratio, consecutio Spiritus sancti, signat denique & lauat; quæ conferre non potest, nisi qui à primordio creauit hominem; & animam ei contulit, & pro peccato ad mortem damnauit.*

XXIX. *Postremò, Marcionis hæresin impugnat, quâ tingui nolebat nisi virgines & cœlibes; tùm quòd coniugium benedixerit Deus, tùm quòd, si nuptiæ non sint, sanctitas erit nulla; immo hoc erit sementem totum generis humani compescere.*

Denique, Epilogo breui Lectorem ad sequentes Libros præparat.

XXX. *Ceterùm, imprimis Opt. Mileuit. lib. 1. adu. Parmen. Rufinus Apol. pro Origene, & Vincent. Lirin. Libro de prophana hæreticorum nouitate, disertis verbis huius operis mentionem faciunt; & viderunt MS. iam olim hos quinque libros Thritemius & Politianus. Deinde peculiariter ad hunc Librum adlusit Auctor libro de Anima, cap. 18. quum dixit:* De Deo, suo quoque campo experiemur cum hæreticis; *& lib. de Resurr. carnis, c. 2.* Igitur quantum ad hæreticos, demonstrauimus quo cuneo occurrendum sit à nobis, & occursum est iam, suo quoque titulo : De deo vnico aduersvs Marcionem. *Qui locus & confirmat sententiam nostram (quam suprà habes Præfatione nostra ad Lectorem in Tomum tertium) quod eodem tempore hi libri vtrique conscripti sint; & insuper mihi persuasi, titulo huius libri addendum fuisse:* De deo vnico. *At qui primus eum ædidit in lucē Rhenanus ex Paternacensi ac Hirsaugiensi Codicibus, Scholijs suis illustratum, & postea ex Gorzensi, cum Adnotationibus. Nos verò iam primùm, eo quòd desideraretur in Britannico codice, quo vsus fuit Gelenius, ex duobus Vaticanis MS. exemplaribus, & Dn. Latinij coniecturis, castigatiorem publicamus, additis Argumento & Adnotationibus nouis.*

A Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS, ADVERSVS MARCIONEM LIBER PRIMVS, DE VNICO DEO.

SIQVID retrò gestum est nobis aduersus Marcionem, iam hinc viderit. Nouam rem aggredimur ex vetere. Primum opusculum quasi properatum pleniore postea compositione rescideram. Hanc quoque nondum exemplarijs suffectam fraude tunc fratris dehinc apostatæ amisi, qui fortè descripserat quædam mendosissimè, & exhibuit frequentiæ. Emendationis necessitas facta est, innouationis eius occasio aliquid adijcere persuasit. Ita stylus iste nunc de secundo tertius, & de tertio iam hinc primus, hunc opusculi sui exitum necessariò præfatur, ne quenquam varietas eius in disperso reperta confundat. Pontus igitur, qui Euxinus naturâ negatur, nomine illuditur. Ceterùm hospitalem Pontum nec de situ æstimes: ita ab humanioribus fretis nostris, quasi quodam Barbariæ suæ pudore secessit: gentes ferocissimæ inhabitant, si tamen habitatur in plaustro. Sedes incerta, vita cruda, libido promiscua & plurimùm nuda, etiam cùm abscondunt, suspensis de iugo pharetris indicibus, ne temerè qui intercedat. Ita nec armis suis erubescunt: Parentum cadauera cum pecudibus cæsa, conjuiuio conuorant. Qui non ita decesserint, vt escatiles fuerint, maledicta mors est. Nec fœminæ sexu mitigantur secundum pudorem, vbera excludût, pensum securibus faciunt, malunt militare quàm nubere. Duritia de cœlo quoque. Dies numquam patens: sol numquam liber, vnus aër, nebula: totus annus, hybernum: omne quod flauerit, Aquilo est. Liquores ignibus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. Omnia torpent, omnia rigent: nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet, quæ fabulas scenis dedit, de sacrificijs Taurorum, amoribus Colchorum, & crucibus Caucasorum. Sed nihil tam barbarum ac triste apud Pontum, quàm quòd illic Marcion natus est, Scytha tetrior, Hamaxobio instabilior, Massageta inhumanior, Amazonia audacior, nubilo obscurior, gelu fragilior, hyeme frigidior, Istro fallacior, Causaso abruptior: quid ni? penes quem, verus Prometheus Deus omnipotens blasphemijs lancinatur. Iam & bestijs illius Barbariæ importunior Marcion. Quis enim tam castrator carnis castor, quàm qui nuptias abstulit? Quis tam comesor mus Ponticus, quàm qui Euangelia corrosit? Næ tu Euxine probabiliorem feram Philosophis ædidisti, quàm Christianis. Nam ille canicula Diogenes hominem inuenire cupiebat, lucernam meridie circunferens: Marcion Deum quem inuenerat, extincto lumine fidei suæ amisit. Non negabunt discipuli eius, primam illi fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris testibus: vt hinc iam destinari possit hæreticus, qui deserto quod priùs fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Intantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur: inquantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est. Sed alius LIBELLVS hunc gradum sustinebit ADVERSVS HÆRETICOS, etiam sine retractatu doctrinarum reuincendos, quòd hoc sint de præscriptione nouitatis. Nunc quatenus admitenda congressio est, interdum ne compendium præscriptionis vbique aduocatum, diffidentiæ deputetur, regulam aduersarij priùs prætexam, ne cui lateat, in qua principalis quæstio dimicatura est. Duos Ponticus Deos adfert, tanquam duas Symplegadas naufragij sui: quem negare non potuit, id est, creatorem, id est, nostrum: & quem probare non poterit, id est suum: passus infœlix huius præsumptionis instinctum, de simplici capitulo Dominicæ pronuntiationis, in homines non in Deos disponentis exempla illa bonæ & malæ arboris, quòd neque bona malos, neque mala bonos proferat fructus: id est neque mens vel fides bona, malas ædat operas, neque mala bonas. Languens enim (quod & nunc multi, & maximè hæretici) circa mali quæstionem: Vnde malũ? & obtunsis sensibus ipsa enormitate curiositatis, inueniens creatorem pronuntiantem, Ego sum qui condo mala: quanto ipsum præsumperat mali auctorem, & ex aliis argumentis quæ ita persuadent peruerso cuique, tanto in creatorem interpretatus, malam arborem malos fructus condentem, scilicet mala, alium Deum præsumpsit esse debere in partem bonæ arboris bonos fructus? Et ita in Christo quasi aliam inueniens dispositionem solius & puræ benignitatis, vt diuersæ à creatore, facilè nouam & hospitam argumentatus est diuinitatem in Christo suo reuelatam, modicóque exinde fermento totam fidei massam hæretico acore decepit. Habuit & Cerdonem quendam informatorem scandali huius, quo faciliùs duos Deos cæci persuasisse se existimauerunt. Vnum enim non integrè videranT. Lippientibus etiam singularis lucerna numerosa est. Alterum igitur Deum quem confiteri cogebatur, de malo infamando destruxit: alterum quem commentari connitebatur, de bonopræferendo construxit. Has naturas quibus dispouerit articulis, per ipsas responsiones nostras ostendimus. Principalis itaque & exinde tota congressio de numero, an duos Deos liceat induci, si forte poëtica & pictoria licentia, & tertia iam hæretica. Sed veritas Christiana destrictè pronunciauit. Deus si non vnus est, non est: quia dignius credimus non esse, quodcunque non ita fuerit vt esse debebit.

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Deum autem vt sciais vnum esse debere, quære quid sit Deus, & non aliter inuenies. quantum humana conditio de Deo definire potest, id definio [14] quod & omnium conscientia agnoscet, [15] Deum summum esse magnum, in æternitate constitutum, innatum, infectum, sine initio, sine fine. Hunc enim statum æternitati censendum, quæ summum magnum Deum efficiat, dum hoc est in Deo ipsa, atque ita & cetera, vt sit Deus summum magnum, & forma, & ratione, & vi, & potestate. Cùm de isto conueniat apud omnes (nemo enim negabit Deum summum magnum quid esse, nisi qui poterit Deum, imum, modicum quid econtrario pronuntiare, vt Deum neget, auferendo quod Dei est) quæ erit iam conditio ipsius summi magni? nempè vt nihil illi adæquetur, id est, vt non sit aliud summum magnum: quia si fuerit, adæquabitur: & si adæquabitur, non erit iam summum magnum euersa conditione, & vt ita dixerim lege, quæ summo magno nihil finit adæquari. Ergo vnicum sit necesse est quod fuerit summum magnum, par non habendo, ne non sit summum magnum. Ergo non aliter erit quàm per quod habet esse, id & vnicum omninò. Proinde Deus cum summum magnum sit, rectè veritas nostra pronuntiauit: Deus si non vnus est, non est. Non quasi dubitemus esse Deum, dicendo si non vnus, non est Deus: sed quia quem confidimus esse, idem definiamus esse. Quòd si non est, Deus non est, & summum scilicet magnum. Porrò summum magnum vnicum sit necesse est. Ergo & Deus vnicus erit, non aliter Deus, nisi summum magnum. Nec aliter summum magnum, nisi parem non habens. Nec aliter parem non habens, nisi vnicus fuerit. Certè quemcunque alium Deum induxeris, non alia poteris eum forma tueri Deum quàm vt & illi proprium diuinitatis asscripseris, sicut æternum, ita & summum, magnum. Duo ergo summa magna quomodo consistent, quum hoc sit summum magnum, par non habere? Par autem non habere, vni competat, in duobus esse nullo modo possit. [16] Sed argumentabitur quilibet posse & duo summa magna consistere distincta atque disiuncta in suis finibus, & vtique aduocabit exemplum: Regna terrarum tanta numero, & tamen summa magna in suis quibusque regionibus: & putabit vbique humana diuinis conferenda. Iam ergo si huic argumentationi locus dabitur, quid prohibet non dico & tertium & quartum Deum inducere, verùm tot iam numero, quot & gentium reges. De Deo agitur, cuius hoc principaliter proprium est nullius exempli capere comparationem. Hoc natura ipsa, si non aliquis Isaias, vel ipse per Esaiam Deus concionabitur, [17] Cui me similabitis? Diuinis forsitan comparabuntur humana Deo nostra. Aliud enim Deus, aliud quæ Dei. Denique qui exemplo veteris regis quasi summi magni, vide ne iam non possis eo vti. Rex enim etsi summum magnum est in suo solio vsque ad Deum, tamen infra Deum, comparatus autem ad Deum, excidet iam de summo magno translato in Deum. Hoc si ita, quomodo veteris eius rei exemplo ad Dei comparationem, quæ dum ad comparationem, accedit, amittitur? quid nunc, si nec inter reges pluriarium videri potest summum magnum, sed vnicum & singulare, apud eum scilicet qui rex regum ob summitatem magnitudinis & subiectionem ceterorum graduum quasi culmen dominationis excipitur? Sed etiam alterius formæ reges, qui singulares in vnione imperij præsunt, si [18] minutalibus, vt ita dixerim, regnis vndique conferantur in examinationem, qua constet quis eorum præcellat in substantijs & viribus regni, in vnum necesse est summitas magnitudinis cliquetur, omnibus gradatim per comparationis exitum de magnitudinis summa expressis & exclusis. Adeò & si in disperso multifariam videtur summum magnum, suis viribus, & sua natura, & suo statu vnicum est. Proinde quum duo Dij conferuntur vt duo reges & duo summa magna, in alterum concedat necesse est vnio summi magni ex sententia comparationis: quia summum ex victoria sua constat, superato æmulo alio magno, non tamen summo, atque ex defectione æmuli solitudinem quandam de singularitate præstantiæ suæ possidens, vnicum est. Inclutabilis iste complexus, in hoc sententiam constringit, aut negandum Deum esse summum magnum, quòd nemo patietur sapiens, aut nulli alij communicandum. [19] Aut quæ ratio duo summa magna composuit? Primo enim exigam, cur non plura si duo, quando locupletiorem oporteret credi substantiam diuinitatis, si competeret ei numerus. [20] Honestior & liberalior Valentinus, qui simul ausus est duos concipere, Bythum & Sigen, cùm vsque ad triginta Æonum foetus, tanquam Æoniæ scrophæ, examen diuinitatis effudit. Quæcunque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo vt ipsa plura post vnum. Post vnum enim numerus. Quæ potuit duo admittere, eadem potuit & plura pòst. duo enim multitudo, vnione iam excessa. Denique apud nos vis rationis istius ipso termino plures Deos credi non finit, quòd nec duos illa regula vnum Deum sistens, qua Deum id esse oporteat, cui nihil adæquetur vt summo magno: [21] vnicum autem sit, cui nihil adæquetur. Iam nunc duo summa magna, duo paria, cui operæpretio, cui emolumento deputarentur? quid interfuit numeri, quum duo paria non differant vno? Vna enim res est, quæ eadem in duobus est. Etiam si plura essent paria, tantumdem omnia vnum fuissent, nullo inter se differendo, quâ paria. Porrò si neutrum ex duobus altero distat, iam vt ambo summa magna, quâ Dei ambo, neutrum plus altero præstat, nullam rationem numeri sui ostendunt, præstantiam non habentes. Numerus autem diuinitatis summa ratione constare deberet, vel quoniam & cultura eius in anceps deduceretur. Ecce enim duos intuens Deos, tam pares quàm duo summa magna, quid facerem si ambos colerem? vererer ne abundantia officij superstitio potius quàm religio existimaretur, quia duos tam pares, & in alterò ambos

CAP. IIII.

Isai. 40. 1. Paral. 21.

CAP. V.

A ambos posſem in vno demetere: hoc ipſum teſtimonio præſtans parilitati & vnitati eorum, dum alterum in altero venerarer, dum in vno mihi duo ſunt. Si alterum coleremi, æquè recogitarem ne ſuffundere viderer numeri vanitatem ſine differentia ſuperuacui, hoc eſt vt tutius cenſerem neutrum colendum, quàm alterum cum ſcrupulo colendum, aut ambos vanè. [42 Sic adhuc videmur diſputare, quaſi Marcion duos pares conſtituat. Nam dum defendimus Deum ſummum magnum vnicum credi oportere, excludentes ab eo parilitatem, tanquam de duobus paribus de his retractauimus: nihilominus tamen docendo pares eſſe non poſſe ſecundum ſummi magni formam, ſatis confirmauimus duos eſſe non poſſe. Alio qui certi, 43 Marcionem diſpares Deos conſtituere, alterum iudicem, ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, & tantummodò bonum atque optimum. Diſpiciamus æquè & hanc partem, an diuerſitas ſaltim duos capiat, ſi parilitas capere non potuit. Porrò & hic eadem regula ſummi magni patrocinabitur nobis, vtpotè quæ totum ſtatum vendicet diuinitatis. Conueniens enim & 44 quodammodò iniecta manu detinens aduerſarij ſenſum non negantis creatorem Deum, iuſtiſſimè præſcribo illi, diuerſitati locum non eſſe inter eos, qui ex æquo Deos confeſſus, non poteſt facere diuerſos: non quia non & homines licet ſub eadem appellatione diuerſiſſimos eſſe, ſed quia ita Deus non erit dicendus, quia nec credendus, niſi ſummum magnum. Cùm ergo ſummum magnum cogatur agnoſcere quem Deum non negat, non poteſt admitti vt ſummo magno aliquam aſſcribat diminutionem, qua ſubiiciatur alij ſummo magno. Deſinit enim ſi ſubiiciatur. Non eſt autem Dei deſinere de ſtatu ſuo, id eſt de ſummo magno. Nam & in illo magno Deo potiore pericli tari poterit ſummum magnum, 45 ſi depreciari capit in creatore. / Ita cùm duo Dei pronuntiantur duo ſumma magna, neceſſe eſt neutrum altero aut maius ſit, aut minus: neutrum altero aut ſublimius aut deiectius. Nega Deum, quem dicis deteriorem: nega ſummum magnum, quem credis minorem. Deum verò confeſſus vtrumque, duo ſumma magna confeſſus es. Nihil alteri adimes, aut alteri aſſcribes. Agnoſcens diuinitatem, negaſti diuerſitatem. [46 Tentabis ad hæc de nomine Dei conuertere retractatum, B 47 vt paſſiuo & in alios quoque permiſſo: quia ſcriptum ſit: 48 Deus Deorum ſtetit in eccleſia Deorum, in medio autem Deos diiudicauit; &: Ego dixi, vos Dei eſtis; nec tamen idcircò eis competat poſſeſſio ſummi magni, quia Dei cognominentur, ita nec creatori. Reſpondebo & ſtulto, qui nec hoc recogitauerit, ne tantundem & in Deum Marcionis poſſit retorqueri, & illum Deum dictum, nec ideò tamen ſummum magnum probatum, ſicut nec angeli aut homines creatoris. Si communio nominum conditionibus præiudicat, 49 quanti nequam ſerui 50 Regum nominibus inſultant, Alexandri & Darij & Olofernis? Nec tamen ideò Regibus id quod ſunt, detrahetur. Nam & ipſa idola gentium Dei vulgò, ſed Deus ea re, quâ nemo, Deus dicitur. Ita ego non nomini Dei, nec ſono, nec notæ nominis huius, ſummum magnum in creatore defendo, ſed ipſi ſubſtantiæ cui nomen hoc contigit. Hanc inueniens ſolam innatam, infectam, ſolam æternam, & vniuerſitatis conditricem, non nomini, ſed ſtatui, nec appellationi, ſed conditioni eius ſummum magnum & aſſcribo & vendico. Et ideò quia Deus iam vocari obtinuit ſubſtantia cui aſſcribo, nomini me aſſcribere putas, quia neceſſe eſt per nomen oſtendam cui aſſcribam ſubſtantiæ, ſcilicet qua conſtat qui Deus dicitur, & ſummum magnum ex ſubſtantia, non ex nomine deputatur. Denique & hoc Marcion ſuo Deo vindicans, ſecundum ſtatum, non ſecundum vocabulum vindicat. Id ergo ſummum magnum, quod Deo aſſcribimus ex ſubſtantiæ lege non ex nominis ſorte, contendimus ex pari eſſe debere in duobus, qui ea ſubſtantia conſtant quâ Deus dicitur: quia in quantum Dei vocantur, id eſt ſumma magna, ſubſtantiæ ſcilicet merito innatæ & æternæ, ac per hoc magnæ ſummæ, in tantum non poſſit ſummum magnum minus & deterius alio C ſummo magno haberi. Si ſummi magni fœlicitas & ſublimitas & integritas ſtabit in Deo Marcionis, ſtabit æquè & in noſtro: ſi non & in noſtro, æquè nec in Marcionis. Ergo nec paria erunt duo ſumma magna, quia prohibet diſpoſita iam regula ſummi magni comparationem non ſuſtinentis: nec diſparia, quia & alia ſummi magni regula occurrit, diminutionem non admittens. Hæſiſti Marcion in medio ponti tui æſtu, vtrinque re fluctus inuoluunt veritatis: nec pares, nec diſpares Deos ſiſtere potes. Duo enim non ſunt, quod pertineat propriè ad numeri retractatum. Quanquam tota materia de duobus Deis dimicetur, 51 his interim lineis eam clauſimus, intra quas de ſingularibus iam proprietatibus congrediemur. [52 Primò, ſupercilio ſtuporem ſuum ædificant Marcionitæ, quòd nouum Deum proferant, quaſi nos veteris Dei pudeat. Inflantur & pueri nouis calceis, ſed à vetere pædagogo calceati, mox vanam gloriam vapulabunt. Nouum igitur audiens Deum in vetere mundo, & in vetere æuo, & ſub vetere Deo ignotum, inauditum, quem tantis retrò ſeculis neminem, & ipſa ignorantia antiquum, quidam Ieſus Chriſtus, & ille in veteribus nominibus nouus reueſaucrit, nec alius antehac: gratias ago huic gloriæ eorum, maximè adiutorio eius hinc iam hæreſim probaturus, nouæ ſcilicet diuinitatis profeſſionem. Hæc erit nouitas, quæ etiam ethnicis Deos peperit, 53 nouo ſemper ac nouo titulo conſecrationis cuiuſque. Quis Deus nouus, niſi falſus? Ne Saturnum quidem tanta hodiè antiquitas Deum probabit, quia & illum nouitas aliquando produxerit, quum primùm conſecrauit. At enim viua & germana diuinitas, nec de nouitate, nec de vetuſtate, ſed de ſua veritate cenſetur. Non habet tempus æternitas. Omne enim tempus ipſa eſt. Quod facit, pati non poteſt. Caret ætate, quod non licet naſci. Deus ſi eſt vetus, non erit: ſi eſt nouus, non fuit. Nouitas initium teſtificatur, vetuſtas finem commina-

Cap. vi.

Ca. vii. pſal. 81.

Ca. viii

tur. Deus autem tam alienus ab initio & fine est, quàm à tempore arbitrio & [14] metatore initij & finis.
Cap. IX. [15] Scio quidem quo sensu nouum Deum iactitent, agnitione vtique. Sed & ipsam nouitatis cognitionem, percutientem rudes animas, ipsamque naturalem nouitatis gratiositatem volui repercutere: & hinc iam de ignoto Deo prouocare. Vtique enim quem agnitione nouum opponunt, ignotum ante agnitionem demonstrant. Age igitur ad lineas rursum & in gradum. Persuade Deum ignotum esse potuisse. [16] Inuenio planè ignotis Deis aras prostitutas, sed Attica Idololatria est. [17] Item incertis
Act. 17. Deis, sed superstitio Romana est. Porrò incerti Dei minus noti vt minus certi, & proinde ignoti quâ minus certi. Quem titulum incidemus ex Duobus Deo Marcionis? Vtrunque opinor, & nunc incerto, & retrò ignoto. Sicut enim ignotum eum fecit Deus notus creator, ita & incertum Deus certus. Sed non euagabor vti dicam Deus ignotus fuit, latuitque, illum regio latebrarum obumbrauit, noua vtique & ipsa ignota, & similiter nunc quoque incerta, certè immensa aliqua & maior indubitato eo quem abscondit. Sed breuiter proponam, & plenissimè exequar, præscribens Deum ignorari nec potuisse nomine magnitudinis, nec debuisse nomine benignitatis, præsertim in vtroque prælatiorem nostro creatore. Sed quoniam animaduerto in quibusdam ad formam creatoris prouocari oportere omnis Dei noui & retrò ignoti probationem, hoc ipsum ratione fieri à nobis priùs commendare debebo, quò constantiùs vtar rationis ædituæ patrocinio. Ante omnia quidem quale est, vt qui Deum agnoscis creatorem, & priorem de notitia confiteris, non eisdem modis & alium scias tibi examinandum, quibus iam in alio didicisti, Deum nosse. Omnis res anterior posteriori normam præminiſtrauit. Duo nunc Dei proponuntur, ignotus & notus. De noto vacat quæstio: esse eum constat, quia notus non fuisset, nisi esset. Dei ignoto instat altercatio: potest enim & non esse, quia si esset, notus fuisset. Quod ergo quæritur, quamdiu ignoratur, in incerto est, quamdiu quæritur: & potest non esse, quamdiu in incerto est. Habes Deum certum quâ notum, & incertum quâ ignotum. Si ita est, ecquid tibi videtur iusta ratione defendi, vt ad normam & formam & regulam certorum probentur incerta? Ceterùm si ad hanc causam & ipsam adhuc incertam, etiam argumenta de incertis adhibeantur, series implicabitur quæstionum, ex ipsorum quoque argumentorum æquè incertorum retractatu periclitantium de fide per incertum, & ibitur [18] in illas iam indeterminabiles quæstiones, quas Apostolus non amat. Sin de certis & indubitatis & absolutis regulæ partibus
1. Tim. 1. incertis & dubijs & inexpeditis præiudicabunt planè, in quibus diuersitas status inuenitur, fortasse an non prouocentur incerta ad formam certorum, vt liberata à reliqua comparationis prouocatione per diuersitatem status principalis? Quum verò duo Dei proponuntur, communis est illis status principalis. Quid enim Deus est? ambo sunt innati, infecti, æterni. Hic erit status principalis. Cetera viderit Marcion, si in diuersitate disposuit. Posteriora enim sunt in retractatu; immò nec admittentur, si de principali statu constet. Porrò constat quia Dei ambo: & ita de quorum statu constat eum munem esse, cùm sub eo ad probationem deuocantur si incerta sunt, ad eorum certorum formam prouocanda erunt, cum quibus de communione status principalis censentur, vt proinde & de probatione communicent. Hinc itaque constantissimè dirigam, Deum non esse qui sit hodie incertus,
Cap. X. quia retrò ignotus: quando quem constat esse, ex hoc ipso constat, quòd nunquam fuerit ignotus, ideò nec incertus. [19] Siquidem à primordio rerum, conditor earum cum ipsis pariter compertus est, ipsis ad hoc prolatis, vt Deus cognosceretur. [20] Nec enim si aliquantò posterior Moyses, primus videtur in templo litterarum suarum Deum mundi dedicasse, idcircò à Pentateucho natales agnitionis supputabuntur, cùm totus Moysi stylus notitiam creatoris non instituat, sed à primordio enar-
Gen. 1. ret, à paradiso & Adam, non ab Ægypto & Moyse recensendam. Denique maior popularitas generis humani, ne nominis quidem Moysi compotes, nedum instrumenti, Deum Moysi tamen norunt, etiam tanta Idololatria dominationem obumbrante, seorsum tamen illum [21] quasi proprio nomine Deum perhibent, & Deum deorum, &: si Deus dederit; &: quod Deo placet; &: Deo commendo. Vide an nouerint, quem omnia posse testantur. Nec hoc vllis Moysi libris debent. Ante anima, quàm prophetia. Animæ enim à primordio conscientia Dei dos est: eadem nec alia & in Ægyptijs, & in Syris, & in Ponticis. Iudæorum enim deum, dicunt animæ beum. Noli barbare hæreticè priorem Abraham constituere, quàm mundum. Et si vnius familiæ deus fuisset creator, tamen posterior tuo non erat, etiam Ponticis ante eum notus. Accipe igitur ab antecessore formam, à certo incertus, à cognito incognitus. Nunquam deus latebit, nunquam deus deerit: semper intellegetur, semper audietur, etiam videbitur quomodo volet. Habet deus testimonia totum hoc quod sumus, & in quo sumus. Sic probatur & deus & vnus, dum non ignoratur, alio adhuc probari laborante.
Cap. XI. [22] Et meritò, inquiunt. Quis enim non tam suis notus est quàm extraneis? Nemo. Teneo & hanc vocem. Quale est enim, vt aliquid extraneum Deo sit, cui nihil extraneum esset, si quis esset? quia Dei hoc est, omnia illius esse, & omnia ad illum pertinere: Vel ne statim audiret à nobis, quid ergo illi cum extraneis? Quod plenius suo loco audiet. At nunc satis est, nullum probari, cuius nihil probatur. Sicut enim creator, ex hoc & Deus, & indubitatus Deus, quia omnia ipsius, & nihil extraneum illi: ita & alius idcircò non Deus, quia omnia non eius, ideóque & extranea. Denique si vniuersitas creatoris est, iam nec locum video Dei alterius. Plena & occupata sunt

omnia

A omnia suo auctore. Si vacat aliquid spacij alicuius diuinitati in creaturis, planè falsæ vacabit. Patet mendacio veritas. Tanta vis idolorum, cur non recipiat alicubi Deum Marcionis? Igitur ex forma & hoc creatoris expostulo, Deum ex operibus cognosci debuisse alicuius proprij sui mundi & hominis & seculi: [65] Quando etiam error orbis propterea Deos præsumpserit, quos homines interdum confitetur, quoniam aliquid ab vnoquoque prospectum videtur vtilitatibus & commodis vitæ: Ita & hoc ex forma Dei creditum est diuinum esse, instituere vel demonstrare quid aptum & necessarium sit rebus humanis. Adeò inde auctoritas accommodata falsæ diuinitati, vnde præcesserat veræ. [66] Vnam saltem ciceruculam Deus Marcionis propriam protulisse debuerat, vt nouus aliquis Triptolemus prædicaretur. Aut exhibe rationem Deo dignam, cur nihil condiderit, si est: quia condidisset, si fuisset, illo scilicet præiudicio, quo & nostrum Deum non aliàs manifestum est esse, quàm quia totum condidit hoc. Semel enim præscriptio stabit, non posse illos & Deum confiteri creatorem, & eum quem volunt æquè Deum credi, non ad eius formam probare, quem & ipsi & omnes Deum: vt quando hoc ipso nemo creatorem Deum dubitet, quia totum hoc condidit, hoc ipso nemo deberet credere Deum & illum qui nihil condidit, nisi ratio fortè proferatur. Duplex ista videatur necesse est, vt aut noluerit condere quid, aut non potuerit. Tertium cessat. Sed non potuisse, indignum Deo est. Noluisse, an dignum, volo inquirere. Dic mihi Marcion, voluit Deus tuus cognosci se quocunque in tempore? an alio proposito & descendit, & prædicauit, & passus resurrexit, quàm vti cognosceretur? Et sine dubio si cognitus est, voluit; nihil enim circa eum fieret nisi voluisset. Quid ergo tantoperè notitiam sui procurauit, [67] vt in dedecore carnis exhiberetur, & quidem maiore si falsæ? Nam hoc turpius, si & mentitus est substantiam corporis, [68] qui & maledictum in se creatoris admisit, ligno suspensus. Quanto honestius per aliqua propriæ molitionis indi- *Deuter. 21.*

B cia cognitionem sui præstruxisset, maximè aduersus eum cognosci habens, apud quem ex operibus ab initio cognitus non erat. Nam & quale est, vt creator quidem ignorans esse alium super se Deum, vt volunt Marcionitæ, [67] qui solum se etiam iurans adseuerabat, tantis operibus notiam sui armauerit, quam potuerat non ita curasse secundum singularitatis suæ præsumptionem: ille autem sublimior sciens inferiorem Deum tam instructum, nullam sibi prospexerit agnoscendo paraturam: quando etiam insigniora & superbiora opera debuisset condidisse, vt & Deus ex operibus cognosceretur secundum creatorem, & ex honestioribus potior & generosior creatore. [68] Ceterùm etsi esse eum possemus confiteri, sine causa esse eum deberemus argumentari. Sine causa enim esset, qui rem non haberet: quia res omnis causa est, vt sit aliquis cuius tes sit. Porrò inquantum nihil oportet esse sine causa, id est sine re, quia si sine causa sit, perinde est atque si non sit, non habens rei causam rem ipsam: in tantum Deum dignius credam non esse, quàm esse sine causa: Sine causa est enim, qui rem non habendo, non habet causam. Deus autem sine causa id est sine re esse non debet. Ita quoties ostendo eum sine causa esse tamquam sit, hoc constituo non esse illum: quia si fuisset, omninò sine causa non fuisset. Sic & ipsam fidem dico illum sine causa ab homine captare, aliter solito Deum credere ex operum auctoritate formatum, quia nihil tale prospexit, per quod homo Deum didicit. [69] Nam etsi credunt plerique in illum, non ſtatim ratione credunt, non habentes Dei pignus, opera eius Deo digna. Itaque hoc nomine cessationis & defectionis opetum, & [70] impudentiæ & malignitatis adfinis est: impudentiæ, qua fidem non debitam sibi captat, cui præstruendæ nihil prospexit: malignitatis, qua plures incredulitatis reos fecit, nihil fidei procurando. [71] Quum Deum hoc gradu expellimus, cui nulla conditio tam propria & *Isai. 40.* *Ca. xii.*

C Deo digna, quàm creatoris testimonium præsignauerit, narem contrahentes impudentissimi Marcionitæ conuertuntur ad destructionem operum creatoris. Nimirùm, inquiunt, grande opus & dignum Deo, mundus. Nunquid ergo creator minimè Deus? Planè Deus. Ergo nec mundus Deo indignus: nihil etenim Deus indignum fecit. [72] Etsi mundum homini, non sibi fecit: etsi omne opus inferius est suo artifice; Et tamen si quale quid feciſſe indignum est Deo, quanto indignius Deo est nihil eum omninò feciſſe, vel indignum, quo posset etiam digniorum auctor sperari? Vt ergo aliquid & [73] de isto huius mundi indigno loquar, [74] cui & apud Græcos ornamenti & cultus, non sordium nomen est, indignas videlicet subſtantias ipſi illi ſapientiæ profeſſores, [75] de quorum ingenijs omnis hæreſis animatur Deos pronuntiauerunt, [76] vt Thales aquam, vt Heraclitus ignem, vt Anaximenes aërem, vt Anaximander vniuerſa cœleſtia, vt Strato cœlum & terram, vt Zeno aërem & æthereum, vt Plato ſidera, quod genus Deorum igneum appellat. [77] Quum de mundo, conſiderando ſcilicet & magnitudinem, & vim, poteſtatem, & honorem, & decorem, opem, fidem, legem ſingulorum elementorum, quæ omnibus gignendis, alendis, conficiendis, reficiendiſque conſpirant, [78] vt plerique Phyſicorum formidauerint: initium ac finem mundo conſtare, ne ſubſtantiæ eius tantæ ſcilicet minus Dei haberentur: quas colunt & [79] Perſarum Magi, [80] & Ægyptiorum Hierophantæ, [81] & Indorum Gymnoſophiſtæ. Ipſa quoque vulgaris ſuperſtitio communis Idololatriæ, cùm in ſimulacris de nominibus & fabulis veterum mortuorum pudet, ad interpretationem naturalium refugit, & dedecus ſuum ingenio obumbrat, figurans [82] Iouem in ſub- *Ca. xiii.*

ſtantiam feruidam, & Iunonem eius in aërem, ſecundum ſonum Græcorum vocabulorum, [83] item Veſtam in ignem, [84] & Camenas in aquas, [85] & Magnam matrem in terram, ſeminalia demeſſam, lacertis aratam, lauacris rigatam. [86] Sic & Oſirin, quòd ſemper ſepelitur, & in viuido quæritur, & cùm gaudio inuenitur, reciprocarum frugum & viuidorum elementorum, & recidiui anni fidem argumentantur: Sicut aridæ & ardentis naturæ ſacramenta, [87] leones Mithræ philoſophantur. Et ſuperiores quidem ſitu aut ſtatu ſubſtantias, ſufficit, facilíùs Deos habitas, quàm Deo indignas. Ad humilia deficiam. Vnus optior, de ſepibus floſculus, non dico de pratis, vna cuiuſlibet maris conchula, non dico de Rubro, [88] vna tetrationis pennula, taceo de pauo, ſordidum artificem
C. XIIII. pronunciabit tibi creatorem? [89] At quum & animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex de
induſtria ingenijs aut viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens, [90] quem-
2. Cor. 12. admodum virtutem in infirmitate ſecundum Apoſtolum; imitare ſi potes apis ædificia, formicæ ſtabula, aranеæ retia, bombycis ſtamina: ſuſtine ſi potes illas ipſas lectuli & tegetis tuæ beſtias, [91] cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora, cùm tam modicis aut iuuaris aut lædaris, vt nec in modicis deſpicias creatorem? Poſtremò te tibi circumſer, intus ac foris conſidera hominem, placebit tibi vel hoc opus Dei noſtri, quos tuus dominus ille Deus melior adamauit, propter quem [92] in hæc paupertina elementa de tertio cœlo deſcendere laborauit, cuius cauſa in hac cellula creatoris etiam cruciſixus eſt. Sed ille quidem vſque nunc [93] nec aquam reprobauit creatoris, qua ſuos abluit; [94] nec oleum, quo ſuos vnguit; [95] nec mellis & lactis ſocietatem, qua ſuos infantat; [96] nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat, etiam in ſacramen-
Matth. 10. tis proprijs egens mendicitatibus creatis. [97] At tu ſuper magiſtrum diſcipulus, & ſeruus ſuper dominum, ſublimius illo ſapis, deſtruens quæ ille deſiderat. Volo inſpicere ſi ex fide ſaltem, vt non & ipſe quæ deſtruis, appetas. Aduerſaris cœlo, & libertatem cœli in habitationibus captas. Deſpicis terram planè inimice tuæ carnis matricem, & omnes medullas eius victui extorques? [98] Reprobas & mare, ſed vſque ad copias eius quas ſanctiorem cibum deputas. Roſam tibi ſi obtulero, non faſtidies creatorem. [99] Hypocrita, vt apocarteresi probes te Marcionitam, id eſt repudiatorem creatoris; nam hæc apud vos pro martyrio affectari debuiſſet, ſi vobis mundus diſpliceret) in quancunque
C. XV. materiam reſolueris, ſubſtantia creatoris vteris. Quanta obſtinatio duritiæ tuæ! Deprecias in quibus & viuis & moreris. [100] Poſt hæc velante hæc quum dixeris eſſe & illi conditionem ſuam, & ſuum mundum, & ſuum cœlum, [101] de cœlo quidem illo tertio videbimus, ſi & ad Apoſtolum veſtrum diſcutiendum peruenerimus. Interim quæcunque ſubſtantia eſt, cum ſuo vtique Deo apparuiſſe debuerat. At nunc quale eſt [102] vt Dominus à XII. Tiberij Cæſaris reuelatus ſit, ſubſtantia verò [103] ad decimumquintum iam Scueri Imperatoris nulla omninò comperta ſit, quæ triuolis creatoris præcellens vtique latere deſiſſet, non latente iam Domino ſuo & auctore? Et ideò ſi ipſa non potuit manifeſtari in hoc mundo, quomodo Dominus paruit eius in hoc mundo? Si Dominum capit hic mundus, cur ſubſtantiam caperenon potuit, niſi Domino fortaſsè maiorem? Iam nunc de loco quæſtio eſt pertinens & ad mundum illum ſuperiorem, & ad ipſum Deum eius. Ecce enim ſi & ille habet mundum ſuum infra ſe ſuper creatorem, in loco vtique fecit eum, cuius ſpatium vacabat inter pedes ſuos & caput creatoris. Ergo & Deus ipſe in loco erat, & mundum in loco faciebat. Et erit iam locus ille maior & Deo & mundo. Nihil enim non maius eſt id quod capit, eo quod capitur. Et videndum [104] ne qua adhuc illic vacent ſubciſiua, in quibus [105] & tertiùs aliqui ſtipare Deus ſe cum mundo ſuo poſſit. Ergo iam incipe Deos computare. Erit enim & locus Deus, non tantùm quâ Deo maior, ſed & quâ innatus & infectus, ac per hoc æternus, & Deo par, in quo ſemper Deus fuerit. Dehinc ſi ille mundum ex aliqua materia ſubiacente molitus eſt, innata & infecta & contemporali Deo, quemadmodum & de creatore Marcion ſentit, redigis & hoc ad maieſtatem loci, qui & [106] Deum & materiam duos Deos cluſit. Et materia enim Deus, ſecundum formam diuinitatis, innata ſcilicet, & infecta, & æterna. Aut ſi de nihilo molitus eſt mundum, hoc & de creatore ſentire cogeretur, cui materiam ſubijcit in ſubſtantia mundi. Sed ex materia & ille feciſſe debebit, eadem ratione occurrente illi quoque Deo, quæ opponeretur creatori, vt æquè Deo. Atque ita tres interim mihi Deos numera Marcionis, Factorem, & Locum, & Materiam. Proinde & creatorem in loco facit, vtique eadem conditione cenſendo: & materiam ei ſubijcit, vtique innatam & infectam & hoc nomine æternam, vt Domino. Amplius, & Malum materiæ deputans, innatum innatæ, infectum infectæ, & æternum æternæ, quartum iam hic Deum fecit. [107] Habes igitur in ſuperioribus tres ſubſtantias diuinitatis, in inferioribus quatuor. His quum accedunt & ſui Chriſti, alter qui apparuit ſub Tiberio, alter qui à creatore promittitur, manifeſtam iam fraudem Marcion patitur ab eis, qui duos illũ
C. XVI. Deos inferre præſumunt, quum nouem aſſignet licet neſciens. [108] Non comparente igitur mundo alio, ſicut nec Deo eius, conſequens eſt vt duas ſpecies rerum, viſibilia & inuiſibilia duobus auctoribus Deis diuidant, & ita ſuo Deo inuiſibilia defendant. Quis autẽ poterit inducere in animum niſi ſpiritus hæreticus, cius eſſe inuiſibilia qui nihil viſibile præmiſerit, quàm eius qui viſibilia operatus, inuiſibilium quoque fidem fecerit: quum iuſtius multo ſit aliquibus exemplarijs annuere quàm nullis?

[109] Videbimus

A [109] Videbimus & Apostolus cui auctori inuisibilia deputet, quum & illum exploraueri-
mus. Nunc enim communibus primùm sensibus, & argumentationibus iustis, secuturæ [110] scripturarum quoque aduocationi fidem sternimus, confirmantes diuersitatem hanc visibilium & inuisibilium à Deo creatore deputandam, sicuti tota operatio eius ex diuersitatibus constat, ex corporalibus & incorporalibus ex animalibus & inanimalibus, ex vocalibus & mutis, ex mobilibus & statiuis, ex genitalibus & sterilibus, ex aridis & siccis, ex calidis & frigidis. Sic & hominem ipsum diuersitas temperauit, tam in corpore quàm in sensu. Alia membra fortia, alia infirma: alia honesta, alia inhonesta: alia gemina, alia vnica: alia comparia, alia disparia. Proinde & in sensu nunc lætitia, nunc anxietas: nunc amor, nunc odium: nunc ira, nunc lenitas. Quòd si ita est vt æmula inter se conditionis vniuersitas, ista modulata sit, iam igitur & visibilibus inuisibilia debentur, non alteri auctori deputanda, quàm cui & æmula eorum ipsum creatorem diuersum notant, iubentem quæ prohibuit, & prohibentem quæ iussit; percutientem & sanantem. Cur in hac sola specie vniformem eum capiunt visibilium solummodò conditorem, quem proinde credendum sit, & visibilia & inuisibilia condidisse, [111] quemadmodum & vitam & mortem, & mala & pacem? Et vtique si illa inuisibilia maiora sunt visibilibus creaturis suo loco magnis, sic quoque congruit eius esse maiora, cuius & magna, quia nec magna nedum maiora ei competant, cuius nec modica comparent. [112] His compressi, erumpunt dicere: Sufficit vnicum hoc opus Deo nostro, quòd hominem liberauit summa & præcipua bonitate sua, & omnibus locustis anteponenda. O Deum maiorem, cuius tam magnum opus non potuit inueniri, quàm in homine Dei minoris! Enimuerò prius est vt probes eum esse per quæ Deum probari oportet, per opera, tunc deinde per beneficia. Primò enim quæritur an sit, & ita qualis sit. Alterum de operibus, alterum de beneficijs Dei dignoscitur. Cæterùm non quia liberasse dicitur hominem, ideò esse eum constat: sed si esse constiterit, tunc & liberasse dicetur, vt & an liberauerit constet, quia potuerit & esse, & non liberasse. Quomodo ergo quia liberasse dicetur, etiam esse credetur, quum potuerit & esse, & non liberasse? Nunc in isto articulo ab ignoti Dei quæstione deducto, satis constitit, tam nihil illum condidisse, quàm debuisse condidisse, vti cognosceretur ex operibus; quia si fuisset, cognosci debuisset. Et vtique à primordio rerum: Deum enim non decuisse latuisse. Regrediar necesse est ad originem quæstionis Dei ignoti, vt ceteros quoque ramulos eius excutiam. Primò enim quæri oportebit, qui postea se protulerit in notitiam, cur postea, non à primordio rerum: quibus vtique necessarius, quâ Deus, & quidem melior, quò necessarior latere non debuit? Non enim potest dici non fuisse aut materiam aut causam cognoscendi Deum, quum & homo à primordio esset in seculo, cui nunc subuenit, & malitia creatoris, aduersus quam & bonus subuenit. Igitur aut ignorauit & causam & materiam suæ reuelationis necessariæ, aut dubitauit, aut non potuit, aut noluit. Omnia hæc Deo indigna, maximè optimo. [113] Sed & hunc locum alibi implebimus exprobratione ieræ reuelationis, sicut nunc sola demonstratione. [114] Processerit, age, iam in notitiam quando voluit, quando potuit, [115] quando hora fatalis aduenit. [116] fortassè enim ἀναβιβάζω ei obstabat, [117] aut aliquæ maleficæ, [118] aut Saturnus quadratus, aut Mars trigonus. [119] Nam & Mathematici plurimum Marcionitæ: nec hoc erubescentes, de ipsis etiam stellis viuere creatoris. Tractandum & hic de reuelationis qualitate, an dignè cognitus sit, vt constet an verè, & ita credatur esse, quem dignè constiterit reuelatum: digna enim Deo probabunt Deum. Nos definimus Deum primò naturâ cognoscendum, deinde doctrina recognoscendum: naturâ ex operibus, doctrinâ ex prædicationibus. Sed cui nulla natura est, naturalia instrumenta non suppetunt. Ergo vel prædicationibus reuelationem sui debuerat operari, maximè aduersus eum reuelandus, [120] qui & conditionis & prædicationis operibus tot ac tantis, vix tamen hominem fide impleuerat. Quomodo itaque reuelatus est, si per humanam coniecturam negas Deum aliàs cognosci posse quàm per semetipsum: nec tantùm ad formam prouocans creatoris, verùm & ad conditionem tam diuinæ magnitudinis quàm humanæ mediocritatis: ne maior Deo homo videri possit, qui non eum non vltrò volentem cognosci, suis viribus quodammodò in publicum agnitionis extraxerit: quum humana mediocritas faciliùs Deos fingere sibi norit, secundum totius æui experimenta, quàm verum sectari, quem naturâ iam intelligunt. Alioquin si sic homo Deû commentabitur, [121] quomodo Romulus Consum, [122] & Tarius Cloacinam, & Hostilius Pauorem, [123] & Metellus Alburnum, [124] & quidam ante hoc tempus Antinoum, hoc alijs licebit: nos Marcionem nauclerum nouimus, non Regem nec Imperatorem. [125] Immò, inquiunt Marcionitæ, Deus noster, etsi non ab initio, etsi nō per conditionē, sed per semetipsum reuelatus est, in Christo Iesu. Dabitur & IN CHRISTVM, LIBER de omni statu eius. Distingui enim materias oportet, quò pleniùs & ordinatiùs retractentur. Interim satis erit, ad præsentem gradum ita occurrere, vt ostendam Christum Iesum non alterius Dei circumlatorem quàm creatoris, & quidē paucis. [126] Anno xv. Tiberij Christus Iesus de cœlo manare dignatus est, [127] spiritus salutaris: Marcionis salutis, qui ita voluit, [128] quoto quidem anno Antonini maioris de Ponto suo exhalauerit [129] aura canicularis, non cutaui inuestigare. De quo tamen constat, [130] Antoninianus hæreticus est, sub Pio impius. [131] A Tiberio autem vsque ad Antoninum anni ferè cxv. & dimidium anni cum dimidio mensis: tantundem temporis ponunt inter Christum & Marcionem. Quum igitur sub Antonino primus Marcion hunc Deum induxerit,

Coloss. 1.

Eccles. 11. Isai. 45.

C. xvii.

C. xviii.

C. xix.

sicuti probauimus, statim qui sapis plana res est. Præiudicant tempora quòd sub Antonino primùm D
processit, sub Tiberio non processisse, id est Deum Antonini, imperij Tiberiani non fuisse: atque ita
non à Christo reuelatum, quem constat à Marcione primùm prædicatum. Hoc nunc vt probem con-
stare, quod superest ab ipsis aduersarijs sumam. Separatio Legis & Euangelij, proprium & principale
opus est Marcionis: nec poterunt negare discipuli eius quod in summo instrumento habent, quo de-
nique initiantur & indurantur in hanc hæresin. [12] Nam hæ sunt Antitheseis Marcionis, id est, con-
trariæ oppositiones; quæ conantur discordiam Euangelij cum Lege committere, vt ex diuersitate
sententiarum vtriusque instrumenti, diuersitatem quoque argumententur Deorum. Igitur quum ea
separatio Legis & Euangelij, ipsa sit quæ alium Deum Euangelij insinuauerit, aduersus Deum legis,
apparet ante eam separationem Deum in notitia non fuisse, qui ab argumento separationis innotuit:
atque ita non à Christo reuelatum, qui fuit ante separationem, sed à Marcione commentatum, qui in-
stituit separationem aduersus Euangelij Legisque pacem, quam retrò illæsam & inconcussam ab ap-
parentia Christi vsque ad audaciam Marcionis, illa vtique ratio seruauit, quæ non alium Deum & Le-
gis & Euangelij tuebatur, præter creatorem, aduersus quem tanto post tempore separatio à Pon-
CAP. XX. tico immissa est. [13] Huic expeditissimæ probationi defensio quoque à nobis necessaria est, ad-
uersus obstrepitacula diuersæ partis. Aiunt enim Marcionem non tam innouasse regulam separa-
Gal. 3. tione Legis & Euangelij, quàm retro adulteratam recurasse. O Christe patientissime Domine,
qui tot annis interuersionem prædicationis tuæ sustinuisti, donec scilicet tibi Marcion subueniret.
[14] Nam & ipsum Petrum ceterósque, columnas Apostolatus, à Paulo reprehensos opponunt, quòd
non recto pede incederent ad Euangelij veritatem: ab illo certè Paulo, qui adhuc in gratia rudis, tre- E
pidans denique ne in vacuum cucurrisset aut curreret, tunc primùm cum anteceSSoribus Apostolis
conferebat. Igitur si feruenter adhuc vt Neophytus, aduersus Iudaismum aliquid in conuersatio-
1. Cor. 9. ne reprehendendum existimauit, [15] passiuum scilicet conuictum, postmodùm & ipse vsu [16] om-
nibus omnia futurus vt omnes lucraretur Iudæis quasi Iudæus, & eis qui sub lege tanquam sub le-
ge: tu illam solius conuersationis placituræ postea accusatori suo reprehensionem, suspectam vis
Gal. 2. haberi etiam de prædicationis erga Deum præuaricatione. Atquin de prædicationis vnitate, [17]
1. Cor. 15. quod suprà legimus, dextras iunxerant, & ipsa officij destributione [18] de Euangelij societate con-
Gal. 4. dixerant: Sicut & alibi, [19] Siue ego, inquit, siue illi, sic prædicamus. Sed etsi quosdam falsos
fratres irrepsisse describit, [20] qui vellent Galatas ad aliud Euangelium transferre, ipse demon-
strat adulterium illud Euangelij non ad alterius Dei & Christi fidem transferendam, sed ad disci-
Gal. 5. plinam Legis conseruandam, habuisse intentionem. [21] Deprehendens scilicet illos circumcisionem
Gal. 4. vindicantes; & obseruantes tempora, & dies, & menses, & annos Iudaicarum ceremoniarum, quas
iam exclusas agnouisse debuerant, secundum innouatam dispositionem creatoris, olim de hoc ipso
Isai. 43. prædicantis per Prophetas suos, vt per Esaiam: [22] Vetera transierunt, inquit, ecce noua quæ ego
Hier. 31. nunc facio. Et alibi: Et disponam testamentum, non quale disposui ad patres vestros, cùm illos edu-
Hier. 4. xissem de terra Ægypti. Sic & per Hieremiam: [23] Renouate vobis nouamen nouum, & circuncidimi-
ni Deo vestro, & circuncidimini præputia cordis vestri. Hanc ergo circuncisionem iam sistens Apostolus,
Gal. 5. & hoc nouamen: illas quoque vetustates ceremoniarum dissuadebat, de quibus idem condit or ea-
Osee 2. rum quandoque cessaturis profitebatur, per Osee: Et auertam omnes iucunditates eius, & dies festos
Isai. 1. eius, & Neomenias, & sabbata, [24] & omnes ceremonias eius. Sic enim & per Esaiam: Neomenias ve- F
stras & sabbata & diem magnum non sustineo, ferias & ieiunium, & dies festos vestros odit anima mea.
Quòd si & creator omnia hæc iam pridem recusauerat, & Apostolus ea iam recusanda pronuntiabat,
Gal. 1. ipsa Apostoli sententia consentanea decretis creatoris, probat non alium Deum ab Apostolo prædica-
tum, quàm cuius decreta cupiebat iam agnosci; falsos & Apostolos & fratres notans in hac causa, qui
Euangelium Christi creatoris transferrent, à nouitate prænuntiata à creatore, ad vetustatem recusa-
C. XXI. tam à creatore. [25] Ceterùm si qua nouum Deum prædicans, veteris Dei legem cupiebat excludere,
quare de Deo quidem nouo nihil præscribit, sed de vetere lege solummodò: nisi quoniam fide ma-
Psal. 2. nente in creatorem, sola lex eius concessare debebat? vt & Psalmus ille præcinuerat: Disrumpamus
vincula à nobis eorum, & abijciamus eorum iugum à nobis: Ex quo scilicet tumultuatæ sunt gentes,
& populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, [26] & magistratus conuenerunt in vnum, aduer-
sus Dominum & aduersus Christum eius. Et vtique si alius Deus prædicaretur à Paulo, nulla discepta-
tio esset, seruandæ legis, nécne, non pertinentes scilicet ad Dominum nouum, & æmulum legis. Ipsa
enim Dei nouitas atque diuersitas abstulisset nō modò quæstionem, veteris & alienæ legis, verùm om-
nem eius mentionē. Sed hic erat totus status quæstionis, quod idem Deus legis in Christo prædi-
caretur, legi eius derogaretur. Stabat igitur fides semper in creatore & Christo eius, sed conuersatio &
disciplina nutabat. [27] Nam & alij de idolothyto edendo, alij de mulierum velamento, alij de nuptijs
vel repudijs, nonnulli & de spe resurrectionis, disceptabant, de Deo nemo. Nam si fuisset hæc quoque
quæstio disceptata, & ipsa apud Apostolum inueniretur, vel quanto principalis. Quòd si post Apo-
stolorum tempora adulterium veritas passa est circa Dei regulam, ergo iam Apostolica traditio ni-
hil passa est in tempore suo circa Dei regulam. [28] Et non alia agnoscenda erit traditio Apostolorum,

quàm

A quàm quæ hodie apud ipſorum Eccleſias æditur. Nullam autem [149] Apoſtolici cenſus Eccleſiam inuenias, quæ non in creatore Chriſtianizet. Aut ſi hæ erunt à primordio corruptæ, quæ erunt integræ? nimirùm aduerſariæ creatoris. Exhibe ergo aliquam ex tuis Apoſtolici cenſus, [150] & obduxeris. Igitur cùm omnibus modis conſtet alium Deum in regula ſacramenti iſtius non fuiſſe à Chriſto vſque ad Marcionem quàm creatorem, ſatis iam & probatio noſtra munita eſt, qua oſtendimus notitiam Dei hæretici ex Euangelij & Legis ſeparatione cepiſſe: & definitio ſuperior inſtructa eſt, non eſſe credendum Deum, quem homo de ſuis ſenſibus compoſuerit, niſi planè Prophetes, id eſt non de ſuis ſenſibus. Quòd ſi Marcion poterit dici, debebit etiam probari. Nihil retractare oportebat. hoc enim cuneo veritatis, omnis extruditur hæreſis, cùm Chriſtus non alterius Dei quàm creatoris circumlator oſtenditur. [151] Sed quomodo fundirùs euertetur Antichriſtus, niſi ceteris quoque in- C. xxii.
iectionibus eius elidendis locus detur, relaxata præſcriptionum defenſione? Accedamus igitur iam
hinc ad ipſam Dei perſonam, [152] vel potius vmbram & phantaſma, ſecundum Chriſtum ipſius, per
idque examinetur per quod creatori præfertur. Et vtique erunt regulæ certæ ad examinandam Dei
bonitatem. Sed prius eſt vt inueniam illam & apprehendam, & ita [153] ad regulas perducam. Cùm
enim circumſpicio tempora, nuſquam eſt à primordio materiarum, & introitu cauſarum, cum qui-
bus debuerat inueniri, exinde agens quo agi habuit. Erat enim iam & mors, & aculeus mortis deli-
ctum, & ipſa malitia creatoris, aduerſus quam ſubuenire deberet alterius Dei bonitas, primæ huic re-
gulæ diuinæ bonitatis occurrens, ſi ſe naturalem probaret, ſtatim ſuccurrens, vt cauſa cœpit. Om-
B nia enim in Deo naturalia & ingenita eſſe debebunt, vt ſint æterna ſecundum ſtatum ipſius, ne obue-
nientia & extranea reputentur, ac per hoc temporalia & æternitatis aliena: ita & bonitas perennis
& iugis exigetur in Deo, quæ in theſauris naturalium proprietatum poſita & parata antecederet
cauſas & materias ſuas: & primam quamque ſuſciperet, non deſpiceret & deſtitueret ſi antecede-
bat. Denique & hîc non minus quæram, cur non à primordio operata ſit bonitas eius, quàm de ip-
ſo quæſiuimus, cur non à primordio ſit reuelatus? Quid ni? qui per bonitatem reuelari haberet, ſi
qui fuiſſet. [154] Non poſſe quid, Deo non licet, nedum naturalibus ſuis fungi: quæſi continentur quo
minus currant, naturalia non erunt. Et otium enim ſui natura non nouit: hinc cenſetur, ſi agatur. Sic
nec nouiſſe videbitur exercere bonitatem interim naturæ nomine. Natura enim ſe non poteſt nolle,
quæ ſi ita dirigit, vt ſi ceſſauerit, non ſit. Sed ceſſauit aliquando in Deo Marcionis de opere bonitas.
Ergo non fuit naturalis bonitas, quæ potuit aliquando ceſſaſſe, quod naturalibus non licet. Et ſi non
erit naturalis, iam nec æterna credenda: nec Deo par, quia non æterna, dum non naturalis: quæ deni-
que nullam ſui perpetuitatem, aut de præterito conſtituat, aut de futuro repromittat. Nam & à pri-
mordio non fuit, & in finem ſine dubio non erit. Poteſt enim & non eſſe quandoque, ſicut non fuit
aliquando. Igitur cùm conſtet in primordio ceſſaſſe bonitatem Dei illius: non enim à primordio libe-
rauit hominem: & voluntate potius eam quàm infirmitate ceſſaſſe, iam voluntas ſuppreſſæ bonitatis,
finis inuenietur malignitatis. Quid enim tam malignum, quàm nolle prodeſſe cùm poſſis? quàm vti-
litate cruciari, quàm iniuriam ſinere? Totum denique creatoris elogium in illum reſcribetur, qui fæui-
tias eius, bonitatis ſuæ mora iuuit. Nam in cuius manu eſt quid, ne fiat, eius iam deputatur cùm iam
fit. [155] Homo damnatur in mortem ob vnius arbuſculæ delibationem, & exinde profiliunt delicta
cum pœnis, & pereunt iam omnes qui paradiſi nullum deſpitem norunt. Et hoc melior aliqui Deus
aut neſcit aut ſuſtinet? Si vt ex hoc melior inueniretur, quanto creator deterior haberetur, ſatis & in
C iſto conſilio malitioſus, qui & illum voluit oneratum operationibus eius admiſſi, & ſeculum in vexa-
tione detinuit. Qui de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora præſidij, & periculum exten-
dat dilatione remedij, quò pretioſiùs, aut famoſiùs curet? Talis & in Deum Marcionis dicenda ſen-
tentia eſt, mali permiſſorem, iniuriæ fautorem, gratiæ lenocinatorem, benignitatis præuaricatorem,
quam non ſtatim cauſæ ſuæ exhibuit. Planè ſi naturâ bonus, exhibiturus, & non acceſſione: ſi inge-
nio optimus, & non diſciplina: ſi ab æuo Deus, & non à Tiberio, immò (quod verius) [156] à Cerdone
& Marcione. Tiberio nunc Deus ille præſtiterit, vt imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur.
[157] Aliam illi regulam prætendo; ſicut naturalia, ita rationalia eſſe deberein Deo omnia. Exigo ra- C. xxiii.
tionem bonitatis: quia nec aliud quid bonum haberi liceat, quod non rationaliter bonum ſit, nedum
vt ipſa bonitas irrationalis deprehendatur. Faciliùs malum cui rationis aliquid affuerit, pro bono ha-
bebitur, quàm vt bonum ratione deſertum non pro malo iudicetur. Nego rationalem bonitatem Dei
Marcionis, iam hoc primo quòd in ſalutem proceſſerit hominis alieni. Scio dicturos: atquin hanc
eſſe principalem & perfectam bonitatem, cùm ſine vllo debito familiaritatis, in extraneos volun-
taria & libera effunditur, ſecundum quam inimicos quoque noſtros & hoc nomine iam extraneos di- *Matth. 5.*
ligere iubeamur. Cùm ergo non à primordio hominem reſpexit, à primordio extraneum, ceſſando
præiudicauit cum extraneo nihil ſibi eſſe. Ceterùm diſciplinam diligendi extraneum vel inimicum, [158] *Ibidem, & Leuit. 19.*
anteceſſit præceptum diligendi proximum tanquam teipſum. Quod etſi ex lege creatoris, & tu quo-
que illud excipere debebis, vt à Chriſto non deſtructum, ſed potiùs extructum. Nam quo magis pro-
ximum diligas, diligere iuberis inimicum & extraneum. Exaggeratio eſt debitæ bonitatis, exactio in-
debitæ. Antecedit autẽ debita indebitã, vt principalis, vt dignior miniſtra & comite ſua, id eſt indebi-

ta. Prior igitur cùm prima bonitatis ratio sit, in rem suam exhiberi ex iustitia, secunda autem in alienam [159] ex redundantia iustitiæ super Scribarum & Pharisæorum, quale est secundam eiratione. Matth. 5. nem referri, scilicet iuuando alium cui deficit prima, non habentis proprium hominem, ac per hoc quoque exiguæ? Porrò exigua quæ suum non habuit, quomodo in alienum redundauit? Exhibe re principalem rationem, & tunc vendica sequentem. Nulla res sine ordine rationalis potest vendicari, tanto abest vt ratio ipsa in aliquo ordinem amittat. Si nunc & à secundo gradu incipiens ratio bonitatis in extraneum scilicet, nec secundus illi gradus ratione constabit, alio modo destructus. Tunc enim rationalis habebitur vel secunda in extraneum bonitas, si sine iniuria eius operetur, cuius est res. Quamcunque bonitatem, iustitia prima efficit rationalem. Sic & in principali gradu rationalis erit, cùm in rem suam exhibetur, si iusta sit. Sic & in extraneum rationalis videri poterit, si non sit iniusta. Ceterùm qualis bonitas quæ per iniuriam constat, & quidem pro extraneo? Fortassè enim pro domestico aliquatenus rationalis habeatur bonitas iniuriosa. Pro extraneo verò, cui nec proba legitimè deberetur, qua ratione tam iniusta rationalis defendetur? Quid enim iniustius, quid iniquius & improbius, quàm ita alieno benefacere seruo, [160] vt domino eripiatur, vt alij vindicetur, vt aduersus caput domini subornetur, & quidem, quod indignius, in ipsa adhuc domo domini, de ipsius adhuc horreis viuens, sub ipsius adhuc plagis tremens? [161] Talis adsertor etiam damnaretur in seculo, [162] nedum plagiator. Non aliter Deus Marcionis inrumpens in alienum mundum, eripiens Deo hominem, patri filium, educatori alumnum, domino famulum: vt cum efficiat Deo impium, patri irreligiosum, educatori ingratum, domino nequam. Oro te, si rationalis bonitas talem facit, qualem faceret irrationalis? [163] Non putem impudentiorem, quàm qui in aliena aqua [164] alij Deo tinguitur, [165] ad alienum cœlum alij Deo expanditur, in aliena terra [166] alij Deo sternitur, [167] super alienum panem alij Deo gratiarum actionibus fungitur, de alienis bonis ob alium Deum nomine eleemosynæ & dilectionis operatur? Quis iste Deus tam bonus, vt homo ab illo malus fiat: tam propitius, vt alium C. xxiv. illi Deum, & Dominum quidem ipsius faciat iratum? [168] Sed Deus sicut æternus & rationalis, ita opinor & perfectus in omnibus. [169] Eritis enim perfecti quemadmodum pater vester qui in cœlis est. Exhibe perfectam quoque bonitatem eius. Et si de imperfecta satis constat, quæ neque naturalis inuenitur, neque rationalis, nunc & alio ordine traducetur: nec iam imperfecta, immò & defecta, exigua, & exhausta, minor numero materiarum suarum, quæ non in omnibus exhibetur. Non enim omnes salui fiunt, sed pauciores omnibus & Iudæis & Christianis creatoris. Pluribus verò pereuntibus, quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte cessatrix, paucis aliqua, pluribus nulla, cedens perditioni, partiaria exitij? Quòd si plures salui non erunt, erit iam non bonitas, sed malitia perfectior. Sicut enim bonitatis operatio est, quæ facit saluos, ita malignitatis quę non facit saluos. Magis autem non faciens saluos, dum paucos facit, perfectior erit in non iuuando quàm iuuando. Non poteris & in creatorem referre bonitatem, in omnes defectionem. Quem enim iudicem tenes, [170] dispensatorem si fortè bonitatis ostendis intelligendum, non profusorem, quod Deo tuo vindicas. Vsqueadeò hac sola eũ præfers bonitate creatori; quam si solam profitetur & totam, nulli deesse debuerat. Sed nolo iam de parte maiore pereuntium, imperfectum bonitatis arguere Deum Marcionis: sufficit ipsos quos saluos facit, imperfectæ salutis inuentos, imperfectam bonitatem eius ostendere: [171] scilicet animatenus saluos, carne deperditos, quæ apud illum non resurgit. Vnde hæc dimidiatio salutis, nisi ex defectione bonitatis? Quid erat perfectæ bonitatis, quàm totum hominem redigere in salutem, totum damnatum à creatore, totum à Deo optimo allectum? [172] Quòd si iam & caro tinguitur apud illum, & caro de nuptijs tollitur, & caro in confessione nominis desæuitur, sed & si carni delicta reputantur, præcedit animæ reatus, & culpæ principatus animæ potius adscribendus, cui caro ministri nomine occurrit. Carens denique anima caro, hactenus peccat. Ita & in hoc iniusta bonitas: & sic quoque imperfecta, innocentiorem substantiam relinquens in exitium, obsequio non arbitrio delinquentem: [173] cuius Christus etsi non induit veritatem, vt tuæ hæresi visum est, imaginem tamen eius subire dignatus est. Ipsum quod mentitus est illam, aliquid ei debuit debuisse. Quid est autem homo aliud quàm caro? Si quidem nomen hominis, materia corporalis, non animalis, ab auctore sortita est. Et fecit hominem Gen. 2. Deus, inquit, [174] limum de terra, non animam, anima enim de adflatu. Et factus est homo in animam viuam. Quis? vtique qui de limo. Et posuit Deus hominem in paradiso: quod finxit, non quod flauit: qui caro nunc, non qui anima. Itaque si ita est, quo ore contendes perfectum bonitatis titulum, quæ non iam à partitione speciali hominis liberandi defecit, sed à proprietate generali? Si plena est gratia, & solida misericordia quæ soli animæ salutaris est, plus præstat hæc vita, qua toti & integri fruimur. Ceterùm ex parte resurgere, multari erit, non liberari. Erat & illud perfectæ bonitatis, vt homo liberatus in fidem Dei optimi, statim eximeretur de domicilio atque dominatu Dei sæui. At nunc & Gen. 3. febricitas ô Marcionita, & ceteros tribulos & spinas dolor carnis tuæ tibi ædit: nec fulminibus tantùm, aut bellis, & pestibus, aliisque plagis creatoris, sed & scorpijs eius obiectus, in quo te putas liberatum de regno eius, cuius te muscæ adhuc calcant? Si de futuro erutus es, cur non & de præsenti, vt perfectè sis: alia est nostra conditio, apud auctorem, apud iudicem, apud offensum principẽ generis. Tu tantummodò bonum præfers, non potes autè perfectè bonum ostendere, à quo non perfectè liberaris.

[171] Quod

A [175 Quod adtinet ad bonitatis quæſtionem, his lineis deduximus eam minimè Deo adæquari, vt C. xxv.
neque ingenitam, neque rationalem, neque perfectam, ſed & improbam, & iniuſtam, & ipſo iam bonitatis nomine indignam: quod ſcilicet in quantum Deo congruat, in tantum Deum non eſſe conueniat, qui de tali bonitate etiam præferatur, nec de tali modo, verùm & ſola. Iam enim & hoc diſcuti par eſt, an Deus de ſola bonitate cenſendus ſit, 176 negatis ceteris appendicibus, ſenſibus & affectibus, quos Marcionitæ quidem à Deo ſuo abigunt in creatorem, nos verò & agnoſcimus in creatore, vt Deo dignos. Et ex hoc quoque negabimus Deum, in quo non omnia quæ Deo digna ſint, conſtent. 177 Si aliquem de Epicuri ſchola Deum, affectauit Chriſti nomine titulare, vt quod beatum & incorruptibile ſit, neque ſibi, neque alij moleſtias præſtet (hanc enim ſententiam ruminans Marcion, remouit ab illo ſcueritates & iudiciarias vires) aut in totum immobilem & ſtupentem Deum conceſſe debuerat; & quid illi cum Chriſto moleſto & Iudæis per doctrinam, & ſibi per Ieſum? aut & de ceteris motibus cum agnouiſſe; & quid illi cum Epicuro, nec ſibi nec Chriſtianis neceſſario? Ecce enim hoc ipſo quòd retrò quietus, qui nec notitiam ſui aliquo interim opere curauerit, poſt tantum æui ſenſerit in hominis ſalutem, vtique per voluntatem, nónne conſtibilis tunc fuit nouæ voluntati, vt & ceteris motibus videatur obnoxius? Quæ autem voluntas ſine concupiſcentiæ ſtimulo eſt? Sed & cura accedet voluntati. 178 Quis volet, quod non concupiſcet? Quis enim volet quid, & concupiſcet, & non curabit? Igitur cùm & voluit & concupijt in hominis ſalutem, iam & ſibi & alijs negotium fecit, Epicuro nolente conſiliario Marcionis. Nam & aduerſarium ſibi conſtituit, ipſum illud,
B aduerſus quod & voluit & cõcupijt & curauit, ſiue delictum, ſiue mortem: in primis ipſum arbitrum eorum, & dominum hominis creatorem. Porrò nihil ſine æmulatione decurret, quod ſine aduerſario non erit. Denique volens & concupiſcens, & curans hominem liberare, hoc ipſo iam æmulatur, & eum à quo liberat, aduerſus eum ſcilicet ſibi liberaturus: eum de quibus liberat, in alia liberaturus. Proinde enim æmulationi occurrant neceſſe eſt officiales ſuæ in ea quæ æmulatur, ira, diſcordia, odium, dedignatio indignatio, bilis, nolentia, offenſa. Hæc omnia ſi æmulationi aſſiſtunt, æmulatio autem liberando homini procurat, liberatio autem hominis operatio bonitatis eſt, non poterit ea bonitas ſine ſuis dotibus, id eſt ſine ſenſibus & affectibus, per quos adminiſtratur aduerſus creatorem: ne ſic quoque irrationalis præſcribatur, ſi careat & ſenſibus & affectibus debitis. 179 Hæc multo
C. xxvi. pleniùs defendemus in cauſſa creatoris, in qua & exprobrantur. [180 At hic ſufficit peruerſiſſimum Deum oſtendi, in ipſo præconio ſolitariæ bonitatis, qua nolunt ei aſſcribere eiuſmodi motus animi, quos in creatore reprehendunt. 181 Si enim neque æmulatur, neque iraſcitur, neque damnat, neque vexat, vtpotè qui nec iudicem præſtat, non inuenio quomodo illi diſciplinarum ratio conſiſtat, & quidem plenior. Quale eſt enim vt præcepta conſtituat non executurus, vt delicta prohibeat non vindicaturus, quia non iudicaturus: extrancus ſcilicet ab omnibus ſenſibus ſeueritatis & animadueriionis. Cur enim prohibet admitti, quod non defendit admiſſum? cùm multo rectiùs non prohibuiſſet quod defenſurus non eſſet, quam vt non defenderet quod prohibuiſſet: immò & permiſiſſe directò debuit, ſine cauſa prohibiturus, non vt defenſurus. Nam & nunc tacitè permiſſum eſt, quod ſine vltione prohibetur. Et vtique non aliud prohibet admitti, quàm quod non amat fieri. Stupidiſſimus ergo qui non offenditur facto, quod non amat fieri: quando offenſa comes ſit fruſtratæ voluntatis. Aut ſi offenditur, debet iraſci: ſi iraſcitur, debet vlciſci. Nam & vlcio fructus eſt iræ, & ira debitum offenſæ, & offenſa, vt dixi, comes fruſtratæ voluntatis. Sed non vlciſcitur, ergo nec
C offenditur. Sed non offenditur, ergo nec lædituv voluntas eius, cùm fit quod fieri noluit: 182 & ſit iam delictum ſecundum voluntatem eius, quia non fit aduerſus voluntatem, quod non lædit voluntatem. Aut ſi hoc erit diuinæ virtutis ſiue bonitatis, nolle quidem fieri, & prohibere fieri, non moueri tamen ſi fiat: Dicimus iam motum eſſe illum qui noluit: & vanè non moueri ad factum, qui motus ſit ad non faciendum quando noluit fieri. Nolendo enim prohibuit: non enim & iudicauit, nolendo fieri, & idcircò prohibendo? non faciendum enim iudicauit, & prohibendum pronuntiauit. Ergo & ille iam iudicat: ſi indignum eſt Deum iudicare; aut ſi eatenus dignum eſt Deum iudicare, quà tantummodò nolit & prohibeat, non enim defendat admiſſum: atquin nihil Deo tam indignum, quàm non exequi quod noluit, & prohibuit admitti. Primò quòd qualicunque ſententiæ ſuæ & legi, debeat vindictam in auctoritatem & obſequij neceſſitatem. Secundò, quia æmulum ſit neceſſe eſſe quod noluit admitti, & nolendo prohibuit. Malo autem parcere Deum, indignius ſit, quàm animaduertere: & quidem Deo optimo, qui non aliàs plenè bonus ſit, niſi mali æmulus, vti boni amorem odio
C.xxvii. mali exerceat, & boni tutelam expugnatione mali impleat. [183 Sed iudicat planè malum nolendo, & damnat prohibendo: dimittit autem non vindicando, & abſoluit non puniendo. O Deum veritatis præuaricatorem, 184 ſententiæ ſuæ circumſcriptorem. Timet damnare quod damnat, timet odiſſe quod non amat: factum ſinit quod fieri non ſinit: mauult oſtendere qui nolit, quàm probare. Hoc erit bonitas imaginaria: diſciplina, phantaſma: 185 & ipſa transfunctoria præcepta, ſecura delicta. Audite peccatores, quique nondum hoc eſtis, vt eſſe poſſitis: Deus melior inuentus eſt, qui nec offenditur, nec iraſcitur, nec vlciſcitur, 186 cui nullus ignis coquitur in gehenna: cui nullus dentium frendor horret in exterioribus tenebris, bonus tantùm eſt. Denique prohibet de inquere, ſed litteris *Matth. 5. & 18.*

Matth. 8. 22. & 25. solis. In vobis est, si velitis, illi [187] obsequium subsignare, vt honorem Deo habuisse videamini: timorem enim non vult. Atque adeò præ se ferunt Marcionitæ, quòd Deum suum omninò non timeant: Malus autem, inquiunt, timebitur, bonus autem diligetur. Scilicet, quem Dominum appellas, negas timendum: cùm hoc nomen potestatis sit etiam timendæ. At quomodo diliges, nisi timeas non diligere? Planè nec pater tuus est, in quem competat & amor propter pietatem, & timor propter potestatem: nec legitimus Dominus, vt diligas propter humanitatem, & timeas propter disciplinam. Sic denique plagiarij diliguntur, non etiam timentur. Non enim timebitur, nisi iusta & ordinaria dominatio: diligi autem potest etiam adultera. Sollicitatione enim constat, non auctoritate: & adulatione, non potestate. Quid denique adulantius quàm [188] delicta non exequi? Age itaque qui Deum non times quasi bonum, quid nõ in omnem libidinem ebullis, summum quod sciam fructum vitæ omnibus qui Deum non timent? Quid non frequentas tàm solemnes voluptates [189] Circi furentis, & cauæ sæuientis, & scenæ lasciuientis? Quid non & in persecutionibus [190] statim oblata acerra animam negatione lucraris? Absit, inquis, absit. Ergo iam times delictum, & timendo probasti illum timeri, qui prohibet delictum. Aliud est, si eadem Dei tui peruersitate, quem non times, obseruas, qua & ille quod non vindicat prohibet. Multo adhuc vanius, cùm interrogati, quid fiet peccatori cuique Dei illorum, respondent, abijci illum quasi ab oculis. Nónne & hoc iudicio agitur? iudicatur enim abijciendus, & vtique iudicio damnationis: nisi si in salutem abijciatur peccator, vt & hoc Deo optimo competat. Et quid erit abijci, nisi amittere id quod erat consecuturus si non abijceretur? id est salutem. Ergo salutis in detrimentum abijcietur: & hoc decerni non poterit nisi ab irato, & offenso, & executore delicti, id est iu-

XXVIII. dice. [191] Exitus autem illi abiecto quis? ab igne, inquiunt, creatoris deprehendetur. Adeóne nul- E
lum habet elementum, vel in hanc causam prouisum, quò peccatores suos vel sine sæuitia relẽget, ne illos dedat creatori? Quid tunc creator? Credo sulphuratiorem eis gehennam præparabit, vt blasphemis suis scilicet: nisi quòd Deus zelotes fortassè an desertoribus aduersarij parcet? O Deum vsque quaque peruersum, vbique irrationalem, in omnibus vanum, atque ita neminem: Cuius non statum, non conditionem, non naturam, non vllum ordinem video consistere, iam nec ipsum [192] fidei eius sacramentum. Cui enim rei baptisma quoque apud eum exigitur, si remissio delictorum est? Quomodo videbitur delicta dimittere, qui non videbitur retinere? quia retineret, si iudicaret. Si absolutio mortis est, quomodo absoluere à morte, qui non deuinxit ad mortem? deuinxisset enim: si à primordio damnasset. Si regeneratio est hominis, quomodo regenerat qui non genera uit? Iteratio enim nõ cõpetit ei, à quo quid nec semel factum est. Si confectio est spiritus sancti, quomodo spiritum attribuet, qui animam non priùs contulit? [193] quia suffectura est quodammodò spiritus anima. [194] Signat igitur hominem nunquam apud se resignatum: Lauat hominem, nunquam apud se coinquinatum: & in hoc totum salutis sacramentum, carnem mergit exortem salutis. Nec rusticus terram rigabit fructum non relaturam, nisi tam vanus, quàm Deus Marcionis, proinde cùm tantam, siue sarcinam, siue gloriam, infirmissimæ aut indignissimæ carni imponit sanctitatem. Quid dicam autem de disciplinæ vanitate, qua sanctificat subst antiam sanctam? Quid autem onerat in firmam, aut exornat indignam? Quid non salute remunerat, quam onerat vel exornat? Quid fraudat, mercedem operis non rependens carni salutem?

C. XXIX. Quid & honorem sanctitatis in illa mori patitur? [195] Non tinguitur apud illum caro nisi virgo, nisi vidua, nisi cœlebs, nisi diuortio baptisma mercata, [196] quasi non etiam spadonibus ex nuptijs nata. Sine dubio ex dãnatione coniugij, institutio ista constabit. Videamus an iusta, non quasi destructuri fœ- F
licitatem sanctitatis, [197] vt aliqui Nicolaitæ asserto res libidinis atque luxuriæ, [198] sed qui sanctitatem sine nuptiarum damnatione nouerimus, & sectemur, & præferamus, non vt malo bonum, sed vt bono melius. non enim proijcimus, sed deponimus nuptias: nec præscribimus sed suademus, sanctitatem seruantes, & bonum, & melius, pro viribus cuiusque sectando: Tunc denique coniugium exertè defendentes cùm inimicè accusatur, spurcitiæ nomine in destructionem creatoris, [199] qui proinde coniugium pro rei honestate benedixit, in crementum generis humani, quemadmodum & vniuersum conditionis integros & bonos vsus. Non ideò autem & cibi damnabuntur, quia operosiùs exquisiti, [200] in gulam committunt: vt nec vestitus ideo accusabuntur, qua pretiosiùs comparati, in ambitionem tumescunt. Sic nec matrimonij res ideò despuentur, quia intemperantiùs diffusæ in luxuriam inardescunt. [201] Multum differt inter caussam & culpam, inter statum & excessum. Ita huiusmodi non institutio, sed exorbitatio reprobanda est, secundum censuram institutoris ipsius, cuius est, tam: Crescite &

Gen. 1. multiplicamini; quàm &: Non adulterabis; &, Vxorem proximi tui non concupiscas: [202] morte pu-
Exod. 20. nientis, & ineffam sacrilegam, atque monstruosam in masculos & in pecudes libidinum insaniam. [203]
Deuter. 5. Sed etsi nubendi iam modus ponitur, quem quidem apud nos spiritalis ratio Paracleto auctore de-
Leuit. 20. fendit, vnum in fide matrimonium præscribens, eiusdem erit modum figere, qui modum aliquando diffuderat: is colliget, qui sparsit: is cædet syluam, qui plantauit: is metet segetem, qui semnauit: is dicet, Supereſt vt & qui vxores habent, sic sint quasi non habeant; cuius & tetrò fuit, Crescite & multi-
1. Corint. 7. plicamini: eiusdem finis cuius & initium. Non tamen vt accusanda cædatur sylua, nec vt damnanda
Gen. 1. secatur seges, sed vt tempori suo parens. Sic & connubij res non vt mala securem & falcem admittit sanctitatis, sed vt matura defungi, vt ipsi sanctitati reseruata, cui cædendo præstat & esse. Vnde iam

dicam

dicam Deum Marcionis, cùm matrimonium vt malum & impudicitiæ negotium reprobat, aduersus ipsam facere sanctitatem, cui videtur studere; Materiam enim eius eradit. [204] Quia si nuptiæ non erunt, sanctitas nulla est. Vacat enim abstinentiæ testimonium, cùm licentia etipitur. Quoniam ita quædam in diuersis probantur. Sicut & virtus in infirmitate perficitur, sic & abstinentia nubendi in facultate dignoscitur. Quis denique abstinens dicetur, sublato eo à quo abstinendum est? Quæ temperantia gulæ in fame? quæ ambitionis repudiatio in egestate? quæ libidinis infrænatio in castratione? Iam verò sementem generis humani compescere totum, nescio an hoc quoque optimo Deo congruat. Quomodo enim saluum hominem volet, quem vetat nasci, de quo nascitur auferendo? quomodo habebit in quo bonitatem suam signet, quem esse non patitur? Quomodo diligit, cuius originem non amat? Timet forsitan redundantiam sobolis, ne laboret plures liberando, ne multos faciat hæreticos, ne generosiores habeat Marcionitas ex Marcionitis. [205] Non erit immanior duritia Pharaonis nascentium enecatrix. nam ille animas adimit, hic non dat. Ille aufert à vita, hic non admittit in vitam. Nihil apud ambos de homicidio differt. sub vtroque homo interficitur, sub altero iam æditus, sub altero ædendus. Gratus esses ô Deo hæretice, si isses in dispositionem creatoris, quòd marem & fœminam miscuit. vtique enim & Marcion tuus ex nuptiis natus est. [206] Satis hæc de Deo Marcionis, quem & definitiones vnicæ diuinitatis, & conditiones statuum eius, omninò non esse confirmant. Sed & totius opusculi series in hoc vtique succedit. Proinde si cui minus quid videmur egisse, speret reseruatum suo tempori, [207] sicut & ipsarum scripturarum examinationem, quibus Marcion vtitur. 2. Cor. 12. CA. xxx.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM I. ADVERSVS MARCIONEM.

1. CARTHAGINIENSIS, &c.] *Illud recens adiecimus ex vtroque 365. Vatic. codice; sicuti ex libro sum dicto de Resurrectione carnis, illud quod num. 2. sequitur:* DE DEO VNICO.

2. ADVERSVS MARCIONEM.] *De* Marcione *supra lib. de Præscr. adv. her. cap. 51. her. 17. num. 322. ex ipso Tertulliano, Epiphanio, Philastrio, Eusebio & Irenæo; & quòd Ponticus fuerit, & occasionem cur hæresin Cerdonis amplexus sit, ostendimus; simul etiam de* temporibus Antonianis *(vti loquitur infrà Auctor lib. 4.) tum ibi, tum etiam eiusdem lib. cap. 30. num. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 171. & 172. & infrà cap. 19. num. 129. & 130. item quod* primò in catholicam doctrinam apud Romanensem Ecclesiam crediderit, sed postea defeciuerit; *vbi etiam causas habes stuprum & sacrilegium, cur ab Ecclesia cœtibus sit. Repetuntur eadem his libris aduersus eumdem scriptis non semel. Imprimis patriam illi fuisse victimam Ponto Euxino satis superque indicat cap. 1. dum latissimè in barbariam illius regionis inuehitur.* Pontus igitur, *inquit*, qui Euxinus naturâ negatur, &c. *tandem ita concludens:* Næ tu Euxine probabiliorem feram Philosophis ædidisti, quàm Christianis. *Vnde &* Ponticum *vocat non semel, sicuti ad cap. 2. adnotauimus num. 24. Appellatur quidem etiam* Ponticus nauclerus, *sunt supra lib. de Præscript. aduersus hæret. cap. 30. num. 164. & infrà lib. 3. adu. Marc. c. 6. acrursum initio lib. 5. non quidem quòd nauclerus fuerit (vtrelle adnotauit Rhenanus) sed peregrinum, aut quòd ex nauclero, qui frequentes pontum accolebant, oriundus. Quo* verò *tempore exortus sit, sic infrà c. 19.* Quoto quidem anno, *inquit*, Antonini maioris de Ponto suo exhalauerit aura canicularis, non curaui inuestigare. De quo tamen constat, Antoninianus hæreticus est, sub Pio impius, &c. *Vide hoc latius num. 128. Quòd prius Catholicus fuerit, hic verbis indicat c. 1.* Marcion, Deum quem inuenerat, extincto lumine fidei amisit. Non negabunt discipuli eius, primam illi fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris testibus, &c. *Vbi etiam aliy simules loes citantur à nobis num. 20. & 21. Porro errores eiusdem pleroque indicauimus, etiam supradicto lib. de Præscript. aduers. hær. c. 51. & quibus potissimum locis ab Auctore refellantur, quare repetitione non est opus. Ceterum scripta Marcionis ab Auctore commemorantur:* Euangelium, Epistolæ, Antitheses. *De primo sic infrà l. 4. cap. 1.* Ad ipsum iam EVANGELIVM eius prouocamus, quod interpolando suum fecit. c. 2. Transeo, *inquit*, nunc ad EVANGELII sanè non Iudaici, sed Pontici, interim adulterati demonstrationem. *& paulò post:* Contrà Marcion, EVANGELIO scilicet suo, nullum adscribit Auctorem; quasi non licuerit illi titulum quoque adfingere, cui nefas non fuit, ipsum corpus euertere. *Alterius meminit supra lib. de Carne Christi, c. 2.* Et eò magis, *inquit*, mortuus es, quò magis non es Christianus, qui quum fuisses, excidisti; rescindendo, quod retrò credidisti, sicuti & ipse confiteris, in quadam EPISTOLA. *quò etiam adludit hic verbis c. 1. huius libri mox citatis:* Ipsius litteris testibus. *De* Antithesibus *denique sic hoc libro infrà cap. 19.* Nam hæ sunt ANTITHESES Marcionis, id est, contrariæ oppositiones; quæ conantur discordiam Euangelij cum lege committere, vt ex diuersitate sententiarum vtriusque Instrumenti, diuersitatem quoque argumententur Deorum. *Et latius initio, immò frequentissimè, lib. 4. adu. Marc. vbi inter cetera cap. 1.* Et vt fidem instrueret, dotem quandam commentatus est illi (*scilicet Euangelio*) opus ex contrarietatum oppositionibus, ANTITHESIS cognominatum, & ad separationem Legis & Euangelij coactum, &c. *Quo, ne hic prolixiores simus, lectorem remittimus. Hoc vnum adjicemus, quòd* Epistolam *nusquam peculiariter, sed* Euangelium, *&* Antitheses *nominatim impugnet, & particulatim Auctor toto dicto lib. 4. quemadmodum etiam Epiphanius hær. 42. &* Euangelium *illud non aliud fuisse, quàm quod nos S. Lucæ adscribimus, prorsus mutilatum; quippe quod solum receperint, contemptis aliis tribus. Porrò etiam Epistolas Apostoli Pauli longè alio ordine addidit quàm in Ecclesia leguntur, mutatâ etiam Epistolæ ad Ephesios inscriptione, ad Laodicenos. Ita enim eas collecit.* Ad Galatas, Ad Corinthios 1. & 2. Ad Romanos, Ad Thessalonicenses 1. & 2. Ad Laodicenos, Ad Colossenses, Ad Philippenses, & ad Philemonem, *omisis tum reliquis eius Epistolis, tum etiam iis quas Catholicæ vocamus, Actis Apostolorum, & Apocalypsi. Sicuti etiam* totum vetus Instrumentum *reijciebat; de quibus omnibus infrà l. 3. 4. & 5. latiùs.*

CAP. I.

3. Siquid retrò gestum est nobis, &c.] *Caput hoc primum inscripsimus:* De Marcionis hæresibus Præfatio. *Patet autem hinc Auctorem primò aliud opusculum aduersus Marcionem scripsisse,* quod postea quasi properatum pleniore

compositione reſciderit; hanc quum fraude apoſtatæ amiſiſſet, qui eam frequentiùs exhibuerat, *id eſt*, in ſe lucem *adiderat*, emendationis neceſſitate hoc opus adieciſſe. *Atque id eſt quod ſubiungit*: Ita ſtylus iſte nunc de ſecundo tertius; *quia tamen nouo operi hic primus exſtitit*, *adytiens*: & de tertio iam hinc primus. *Atqui ſunt* Veteres *Tertullianæi*: viderit, frater, *pro*: *Chriſtiano*, *ac*: in diſperſo. *Siue autem legas*: ne quemquam *cum exc ſiue*: ne quem *cum Vat.* 2. *MS. cod. perinde eſt.*

2. Pontus igitur, qui Euxinus naturâ negatur, &c.] *Vat. quidem MS. cod. non habent*: naturâ, *ſed reſtè illud addidit ex Gor. ſenſi cod. Rhenan. quia hoc vult dicere* Pontum naturâ *quidem* ἀξενον, *id eſt*, *inhoſpitalem fuiſſe, ſed nomine* (εὐξείνῳ) Euxini, *ad eſt*, hoſpitalis illudi. *Alludit autem ad illud Amm. Marcell. lib. 2. Henioches, Sindi, & Aches, intendente ſauitiam licentia diuturna, adiderunt mari nomen inhoſpitali*, *& à contrario per cauillationem* Pontus Euxinus *appellatur*. *Quò* pertinet *etiam illud Ouidij*:

Quem tenet *Euxini* mendax cognomine *Pontus*.

Atque hoc eſt quod addit Auctor: Ceterùm hoſpitalem Pontum nec de ſitu æſtimes, &c.

5. gentes ferociſſimæ inhabitant, &c.] *De gentibus loquitur vicinis* Ponto Euxino, *quæ omnes ſub Sarmatia comprehenduntur à Ptolomæo Tab. 8. Europæ*, *nempe* Tauris, *ſiue quæ Taurican Cherſoneſum inhabitant*, Colchis, Scythis, *ſeu* Tauroſcythis, Hamaxobiis, *aliiſque*, *de quibus ipſe mox Auctor nominatim*; *quorum mores*, *& ritè inſtituta*, *cum ærus rigore pulcherrimè deſcribit*; *de quibus etiam omnibus latè Plinius loco ſuprà citato lib. adu. Iudæos cap. 7. num. 44. Tomo* 1.

6. Libido, &c. ne temerè quis intercedat.] *Sic diſtinximus*, *& legimus ex MS. Vatic.* 2. *phraſi Tertullianæa*, *pro*: ne quis. *Atqui intercedere etiam hic pro*: *impedire*, *accipi videtur*, *de quo infrà lib. ſequ. latius cap. 7. num. 41.*

7. Dies numquam patens, ſol numquam liber, &c.] *Etiam hoc caſtigauimus ex Latinis*, *legentes* liber, *pro*: libens. *Atqui reſtè illud Ponti Euxini accolis tribuit*; *quippè quum* (*ſuprà Ptolomæum vbi ſuprà*) *ſolo freto diſtet Cimmerius Boſphorus*, *tenebræ autem perpetuæ Cimmeria inde in Prouerbium venerint*; *atque ideò etiam illud quod mox ſubiungit*; nubilo obſcurior, *de quo in Prolegomenis latius.*

8. totus annus, hybernum, &c.] *Iſtud ad eaſdem gentes*, *maximè quæ ad Aquilonem magis accedunt*, *referri debet. Legit autem Vatic.* 1. *MS. cod.* Liquores ignibus redimit, *pro*: redeunt, *ſed ueutrum placet*, *quum vox*: ignibus *hic conuenire non videatur. Hæc verò adludit paulopoſt illis Prouerbialibus formulis*: hyeme frigidior, gelu fragilior. *de quibus etiam inter Prolegomena.*

9. de ſacrificiis Taurorum, &c.] *Nam ij* (*inquit Rhen.*) *pro victimis aduenas maſtare ſolebant*, *Auctore Pomponio Mela. Pertinet itaque ad iſtos illud paulopriùs*: Patentum caduacera, &c. *atque adeò etiam quod eſt ſuprà Tom. 1. Apolog. cap. 9.* Remitto Tauricas fabulas Theatris ſuis; *& illud quoque*: Aiunt & apud quoſdam gentiles Scytharum (*nempe Tauroſcythas*, *ſicuti appellantur à Ptolomæo*) defunctum quemque à ſuis comedi; *de quibus ibidem latius num.* 125. 131. *&* 133. *Eadem pertinet etiam* Maſſagetarum *ſimilis inhumanitas*, *de qua num.* 13. *latius.*

10. & amotibus Colchorum.] *Hoc dicit propter Medeæ*» (*inquit Rhenan.*) *de cuius* amotibus *habes apud Ouidium. Erant autem etiam* Colchi *iuxta Ptolomæum*, *Ponto Euxino vicini.*

11. & crucibus Caucaſorum.] *Prometheus* (*inquit idem Rhenanus*) *didu ſus ad duo iuga brachius*, Caucaſo *ſuæ adligatus à Ioue. Lege Philoſtratum in principio lib. 2. de vita Apollonij. Eodem pertinet illud quod mox ſubdit Prouerbium* (*de quo in Prolegomenis latius*) Caucaſo abruptior, *quem idem Rhenan. ex Plinio tradit præ altis rupibus inacceſſum*, *vnde & inhoſpitalem vocari ab Horatio. Ad huius autem montis incolas refertur quod paulò antè dixit*: Totus annus, hybernum, & *ſuxta illud Ioſephi*: *Rhodi ætatem agunt*, *& Caucaſi nues hyemalemque vim perſe-*

runt ſine dolore. Quum autem montes Caucaſi *alibi* Vocentur *Tauris etiam reſtè hic de illis loquitur Auctor*, *vbi Ponti Euxini memuit.*

12. Scytha tetrior, Hamaxobio inſtabilior.] *De hu quoque Prouerbiis vide noſtra Prolegomena. Colloc antur autem etiam* Scythæ *&* Hamaxobij *à Ptolomæo haud procul à Ponte* Euxino *in Sarmatia*; *quorum hi*, *quum ab* ἅμαξα *appellationem ſuam ſortiantur*, *ac ſi dicas*, *in plauſtris viuentes*, *ad illas pertinet quod antea dixit Auctor*: ſi tamen in plauſtro habitatur. *Vide de iis dem Plinium lib. 4. cap. 12.*

13. Maſſageta inhumanior.] Maſſagetæ *populi ſunt Scythiæ ſeu Sarmatiæ Aſiaticæ*, *quos etiam haud procul à Ponte* Euxino *collocat Ptolomæus* (*quos idem Ptolomæus Alanos recentiores*; *alij Alanos nuncupant & Hunnos*) *quibus quum tributor à Dionyſio ſagittendi peritiæ*, *fortaſſis ad illius reſpexit Auctor ſuprà*, *quum locutus eſt de* Pharetris, *& certè etiam de illis intelligendum illud*: Parentum caduacera, &c. *paret ex Strabone lib. 2. qui tradit tam ſenes in fruſta ſcindi ſolere*, *& cum oulis carnibus promiſcuè comedi.*

14. Amazonia audacior.] *Ad hæc haud dubiè pertinet illud quod præmiſit Auctor*: Nec fœminæ ſexu mitigantur, &c. *Verùm de hoc Prouerbio & præcedenti in Prolegomenis latius. Hoc tantum dicemus*: Amazonias *vocari ab Auctore*, *quas alij Amazones appellant. Loquitur autem de illis*, *quæ Scythiſ ſeu Sarmatis fœminæ* (*ad ſinum Boryſthenem*, *qui in Pontum Euxinum influit*) *habitarunt*, *ab Tanai flumine*, *incertum*, *quam ob cauſſam*, *digreſſæ*; *nam etiam Thracius Boſphorus Ponto Euxino vicinus eſt*, *Ptolomæo Tab. 9. Europæ.*

15. Iſtro fallacior.] *Omninò ſic legendum*, *pro*: Hiſtro, *quum loquatur de fluuio Danubio*, *qui* (*vt ſcribit Ptolom. Geograph. lib. 3. cap. 8. in Tab. 9. Europæ*) *ab Axio oppido uſque ad Pontum*, *nempe Euxinum*, *& Oſtia*, Iſter *nuncupatur*; *à quo etiam dicta Iſtropolis*, *cui ea in re conſentunt Plin. lib. 4. cap. 12. & Ammian. l. 22. vnde & bimembris* Iſter, *ab Ouidio nuncupatur l. 1. de Ponto*, *Elegia 9. Vnde verò etiam Prouerbium*: Iſtro fallacior, *vide noſtra Prolegomena. Ibi autem*: penes quem, *reſtè ſubintelligit Marcianem Rhenanus.*

16. verus Prometheus, &c.] *Veruſtè* (*inquit Rhenan.*) *omnipotentem creatorem Deum*, *appellat* verum Prometheum; *quod hunc fabulentur Poëtæ primum hominem è limo fuiſſe*, *cuius rei in Scholiis libri de vera Carne Domini ſupra meminimus. Sunt autem veces Tertullianicæ*: lancinatur, *&* Barbatiæ, *pro loco ipſo barbaro*; *cui ſimilem phraſin non multò antè præceſſiſſe*: quaſi quodam Barbatiæ fuæ pudore, *adnotat Rhenanus*; *ſed ibi videtur proprie accipi*, *at ſicuti hic*, *ſic etiam ſuprà accipitur T. 1. lib. adu. Iudæos*, *c. 7. n. 51.*

17. Quis enim tam caſtrator carnis caſtor, &c.] *Spectabilis*, *inquit Rhenanus*, *natur æ potentia in his quoque*, *quibus & in terris & in aqua victus eſt*, *ſicut & fibris*, *quos* caſtores *vocant*, *&* caſtorea, *teſtes eorum. Amputari hos ab iſpiſcium capiuntur*, *teſtatur Seſtius diligentiſſimus medicina*, *ex Plinij lib. 32. cap. 3. Capeat verò gratium vocabulorum*, *quum inquit*, caſtrator carnis caſtor. *Atqui contra Marcianus errorem*, *quo* nuptias abſtulit, *agit Auctor infrà cap penultimo.*

18. Quis tam comeſor mus Ponticus, &c.] Mures (*inquit idem Rhenan.*) Ponticos *hyeme condi*, *atque remandere*, *Plinius auctor eſt lib. 8. cap. 57. Debuc verò quod* Euangelia corroſit, *latè tractat Auctor infrà lib. 4. Et Epiphanius hæreſi 42. Confue. 38. vbi appellat Marcionitas*, *bonorum volumentorum corroſores mures.*

19. Nam ille canicula Diogenes, &c.] *Reperitur iſtud apud Diogenem Laërtium. Atqui de aliis* Diogenis *Cynici Apophthegmatibus vide ſuprà Tom. 1. Apolog. c. 39. n. 509. & e. 46. n. 582. denique To. 2. lib. de Patient. cap. 2.* caninam æquanimitatem *illius commemorat.*

20. Primam illi ſidem nobiſcum fuiſſe, &c.] *Omninò ſic legendum*, *pro*: illis; *nam de ſolo Marcione loquitur. Vide autem idipſum ſuprà lib. de Præſcript. adu. hæret. cap. 30. quum dicit*: in catholicam primò doctrinam credidiſſe apud Romanenſem Eccleſiam; *& rurſum lib. de Carne Chriſti*, *cap. 2.* reſcin-

reſcindendo quod rectò crediditi, &c. *Quod ipſum quoque repetitur infrà lib. 4. c. 4. Vide Adnot. nu. 31.*

21. ipſius litteris teſtibus.] *Hoc ipſum eſt quod dixit loco iam dicto de Carne Chriſti:* Sicuti & ipſe confiteris in quadam Epiſtola. *Cuius rurſus ſit mentio loco iam citato.*

22. vt hinc iam deſtinari poſſit hæreticus, &c.] *Definitionem ſimilem* hæretici *habes ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hær. c. 6.* Hæreſeis dicta Græca voce, &c. *vbi de ea latius, num. 32.*

23. Sed alius LIBELLVS hunc gradum ſuſtinebit ADVERSVS HÆRETICOS, &c.] *Citat hic haudubiè modo dictum librum de Præſcript. aduerſ. hæreticos, quippè quo docuit* reuincendos hæreticos, ſine tractatu doctrinarum, de præſcriptione nouitatis. *Vbi de priori articulo potiſſimùm tractat cap. 15. 16. 17. 18. & 19. de altero verò cap. 20. ac ſequentibus, maximè cap. 29. 30. 31. ac 32. Quare rectè etiam hìc addit:* Nunc quatenus admittenda congreſſio eſt, &c. *verùm de ſimilibus Auctoru loquendi formulis vide ſuprà Adnotat. noſtras in dicti lib. cap. 15. nu. 98. & de Prouerbialis formula:* hunc gradum ſuſtinebit, *noſtra Prolegomena.*

CAP. II.

24. Duos Ponticus Deos adfert, &c.] *Argumentum huius capitis hìc verbis indicat Auctor* : De duobus Deis Marcionis. *quod præcipuè tractatur hìc primo & ſecundo libris adu. Marcionem. De quo etiam in hac verba B. Iuſtinus Martyr Apologet. 1.* Marcion verò Ponticus *hodie etiam diſcipulos ſuos docet, alium quendam Opificem Deum maiorem opinari; qui per omne quaque genus hominum, damonum ſibi eſſe auxilia, plurimis auctor eſt, vt blaſphema dicant, & effodérem huius Vniuerſitatis Deum negent, alium autem quendam, vt maiorem, maiora præter hunc condidiſſe profiteantur. Quod ipſum rurſus alijs verbis ſub finem repetit; immò peculiarem librum eius aduerſus Marcionem citat in hac verba 8. Irenæus lib. 4. aduerſ. hæreſ. cap. 14. Et bene (inquit) Iuſtinus in eo libro, quis eſt ad Marcionem, ait: Quomodo ipſi quoque Demonio non credidiſſent, alterum Deum admuntanti, præter fabricatorem & ſuſtorem & nutritorem noſtrum. Quem locum ottiam citat Euſeb. Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 17. Eundem etiam errorem, quem hìc latè impugnat, Marcioni impingit Auctor non ſemel alibi. Sic lib. de Præſcript. adu. hæret. cap. 7.* Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate: à Stoicis venerat. *Quo adludit rurſus cap. 30.* Si alium, inquiens, Deum prædicant, &c. *& apertius cap. 34.* Nemo alterum Deum auſus eſt ſuſpicari, donec Marcion præter Deum creatorem, aliuin Deum ſolius bonitatis inducetet. *Denique & cap. 51. verbis nos citandis; vbi vide Adnotat. noſtras n. 40. & hæreſ. 17. nu. 322. Similiter eò adludit lib. de Carne Chriſti, cap. 5. quem dicit:* qui à Deo optimo, & ſimplici & bono tantum infers Ieſum ? *& cap. 24.* Ideò etiam Marcionem proſpiciens : Ego ſum, inquit, Deus, & alius abſque me non eſt. *Porrò* Ponticus *cur vocetur, ſuprà num. 2. diximus, quum pauca eius ora tum ſignificauimus, vbi etiam locos habes ſimiles ; qualis eſt etiam ille ſuprà lib. de Carne Chriſti, cap. 6.* Sed quid iam diſcentes Ponticiillius. *Eodem pertinet quod infrà cap. 7. dicit Auctor:* Hſiſti Marcion in medio Ponti tui æſtu, *& cap. 10. quod bis repetit de* Ponticis. *Item illud initio l. 2.* ita Ponticoplacuit. *& lib. 3. cap. 11.* Stultiſſimè & hic Ponticus. *& 13.* penes Ponticos. *Denique lib. 4. adu. Marc. cap. 1.* inie ctiones Pontici. *ac* apud Ponticos. *& cap. 2.* Euangelij, &c. Pontici. *Et verò ex luſtinilocis citatis, & Iren. lib. 1. cap. 29. hanc appellationem deſumpſiſſe videtur.*

25. tamquam duas Symplegadas nauſtagij fui, &c.] Symplegades, *ſcopuli ſunt duo contra Boſphorum Thracium, de quibus Plinium l. 4. c. 13. & Pompon. Mela l. 2. quæ quum in Ponto Euxino ſint, adhuc perſiſtit in Metaphora ſua Auctor. Ita dictas autem volunt, quòd parua diſcretis internallo, coeuntium ſpeciem præberent.*

26. de ſimplici capitulo Dominicæ pronuntiationis, &c.] *Vatic. 2. MS. cod. legunt* : prænuntiationis, *ſed illud placet. Idem verò etiam ſuprà dixit Auctor dicto cap. 51. lib. de Præſcript. aduerſ. hær.* Hic (inquit, *de Marcione loquens*) ex occaſione qua dictum ſit : Omnis arbor bona, bonos fructus faciat, mala autem malos ; hæteſin Cerdonis adprobare conatus eſt, eadem dicere, quæ ille ſuperior hæreticus antè dixerat. *Nempè, ſicuti paulò antè ibidem Auctor*, duos Deos, vnum bonum, & alterum ſæuum ; bonum ſuperiorem, ſæuum hunc, mundi creatorem. *Rectè autem reſpondet Auctor :* Dominum non in Deos, ſed in homines diſpoſuiſſe exempla illa bonæ & malæ arboris, *quæ reperiuntur Matt. 7. Atqui MS. Vatic. 2. partim confirmant hanc vitiatam phraſin Auctoris :* imàs ædat operas, neque mala bonas ; *vbi operas accipit pro operibus.*

27. circa mali quæſtionem : Vnde malum? &c.] *Hinc explicatur illud dicti lib. de Præſcript. adu. hær. c. 7.* Eædem materiæ apud hæreticos & Philoſophos voluntanur, ildem retractatus implicantur : Vnde malum, & quare ? *ſicutiſsimè etiam adnotauimus nu. 44.*

28. & obtunſis ſenſibus.] *Vatic. 1.* obtuſis, *ſed alter noſtri cenſetis ; & verò etiam Plinius iunior lib. 7. Epiſt. 123.* obtunſum ſtomachum dixit, *& Plautus Caſina:* obtuſo ore.

29. Ego ſum qui condo mala, &c.] *Vat. 2. MS. cod.* creo, *& paulopoſt:* creantem, *pro:* condentem ; *ſed illud legitur alibi ab Auctore, non ſolum infrà Tom. 5. lib. de Perfecut. in fuga, ſed etiam lib. 2. adu. Marc. vbi latè hunc locum Iſai. 45. interpretatur c. 14. & 24. ita vt mihi faciat pro hæreſi Marcionis, qui loco eſtans noi latius. Legimus autem ex iiſdem:* pronuntiantem, *pro :* prænuntiantem.

30. Et ita in Chriſto, &c.] *Latiùs iſta hæreſis de noua diuinitate in Chriſto reuelata, refutatur ab Auctore infrà c. 18. & 19. Adludit autem ad illud Apoſtoli 1. Cor. 5. Medicum fermentum totam maſſam corrumpit ; de quo alicubi aliquid ſcripſimus.*

31. Habuit & Cerdonem quendam informatorem, &c.] *Hæc pertinet illud mox ex eodem nu. 26. item illud infrà lib. 4. adu. Marc. cap. 17.* Sic nec Marcion aliquid boni de theſauro Cerdonis malo protulit. *Confentit etiam Irenæus, quum ſcribit l. 1. c. 29. Succedens autem Cerdon Ponticus adamplioris doctrinam. quæ ipſa verba habes citata ab Euſebio lib. 4. Eccleſiaſt. cap. 10. Atqui leguntVatic. MS. cod.* de bono præſtruendo, *phraſi Tertullianica, pro :* præfetendo ; *verùm quia oppontur illi :* de malo infamando, *& etiam ad eutandam cacophoniam in eo quod ſequitur :* conſtruxit, *retinuimus vulgatam lectionem.*

CAP. III.

32. Principalis itaque & exinde tota, &c.] *Capus hoc inſcripſimus:* Quòd Deus, ſi virus non eſt, eò quòd ſummus magnus ſit, cui nihil adæquati poteſt.

33. poëtica & pictoria licentiâ, & tertia iam hæretica.] Poëtica & pictoria licentia *omnibus nota eſt, cui addit* hæreticam, *quòd eadem licentia viti ſoleant. Præterea etiam videtur alludere ad Hermogenem & Apellem, qui Pictores ante hæreſin fuerant, ſicuti admotauimus ſuprà lib. adu. Hermogenem, & infrà To. 4. in fragmentus libri adu. Apellem.*

34. quod & omnium conſcientia agnoſcet.] *Hoc latiùs explicatur infrà cap. 10. & ſuprà Tom. 1. tota lib. de Teſtimonio Animæ adu. Iola.*

35. Deum ſummum eſſe magnum, &c.] *Pulcra Deidefinitio,* quantum (*vt Auctoris verbis præcedentibus vtar*) humana conditio de Deo definire poteſt. *Similiter autem dixit infrà cap. 7.* Hanc (*nempè Deiſubſtantiam*) inueniens ſolam innatam, infectam ; ſolam æternam, & vniuerſitatis conditricem ; *& ſuprà lib. aduerſ. Hermog. cap. 7.* Deum æternum, innatum, omnibus maiorem & ſublimiorem, nec natum nec factum, ſine initio, ſine fine. *Legimus autem paulopoſt ex Vatic. 2. MS. cod.* dicendo, ſi non vnus, non eſt Deus (*additarecens vox :* Deus) ſed quia quem confidimus eſſe, idem (*pro:* iidem, *quod mendoſè legebatur*) definimus eſſe.

CAP. IIII.

36. Sed argumentabitur quilibet, &c.] *Huic capitiuulum dedimus :* Quòd etiam ſuis finibus diſtincta duo

summa magna consistere non possint.

37. Cui me similabitis?] *Paulo aliter legitur Isaia* 40. Cui assimilastis Dominum, *iuxta* 70. *aut*: Deum, *iuxta versionem B. Hieron. Et certè ex hoc loco didicisse Sibyllam Deum dicere immensum & infinitum, tradit Clemens Alexandrinus lib.* 5. *Stromat. & post eum Euseb. lib.* 13. *de Præpar. Euang. Grace, vbi docet quæ pulcrè dicta sunt à Philosophis, ex Prophetarum ea libris mutuasse.*

38. minutalibus, vt ita dixerim, regnis, &c.] Minutalia regna *vocat* (*inquit Rhenanus*) *minuta & parua. Alia significatione supra dixit Tom.* 2. *lib. de Habitu mulieb. cap.* 6. eiusdem tertæ minutalia, *quæ vulgus mineralia vocat. Est etiam vox Tertullianica, qua Metaphoricè sic vtitur*: eliquetur, *vti etiam illæ*: expressis & exclusis; *alludit enim ad aurifabros, qui aurum eliquant, scorijs expressis & exclusis.*

CAP. V.

39. Aut quæ ratio duo summa magna, &c.] *Inscriptum caput istud*: Quòd si duo summa magna, etiam plura admittere oportebit.

40. Honestior, & liberalior Valentinus, &c.] *Alludit ad* 30. *diuinitatis Æones Valentini, de quibus supra latissimè lib. adv. Valent. maximè tap.* 7. *&* 8. *à quibus derivat Auctor nouam vetem, quam subiungit*: tamquam Æoniæ scrophæ, *alludens ad* Scrophæ *fœcunditatem, quæ nonnumquam ad trecenos vsque peperisse legitur porcos. Illud enim antiquissimum fuisse scribitur à M. Varrone lib.* 2. *de re Rustica tap.* 4. *quod fuit Æneæ Lauinij* 30. *porcos peperisse albos. Atqui rectè dicit*: Post vnum enim numerus; *& mox*: Duo enim multitudo, vnione iam excessa; *quia vnitas non numerus, sed principium est numerorum.*

41. vnicum autem sit, cui nihil adæquetur, &c.] *Hæc pertinet illud infrà l. ad.* 10. *Praxean*: Euersio monarchiæ illa tibi intelligenda, quum alia dominatio fuæ conditionis & proprij status, ac per hoc æmula superducitur, quum alius Deus in fertur aduersus creatorem. *Legimus autem ex* 2. *Mac. MS.* nullo inter se differendo, *pro*: à se.

CAP. VI.

42. Sic adhuc videmur disputare, &c.] *Capiti huic inscriptionem dedimus*: Quòd etiam duo dispates Dij Marcionis admitti non possint. *Quare rectius legit Basil. editio cum Vat. MS.* Sic adhuc, *quàm Lugdunensis*: Si. *Rursum autem est hic* vox *Tertullianica*: tractauimus, *pro*: tractauimus, *sicuti etiam c. seq. fin.* tractatum, *& c.* 9. tractatu, *bis.*

43. Marcionem disparet Deos constituere, &c.] *Quibus scripturis Marcion* alterum Deum iudicem, ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, & optimum *asseruerit, satè tradit & confutat Auctor l. seq. uenti.*

44. quodammodò intiectâ manu detinens, &c.] *De hac Prouerbialis formula inter Prolegomena. Supplemus autem paulò post, & legimus ex Vat.* 2. *MS.* sed quia ita Deus non erit dicendus; item: Nam & in illo magno Deo potiore.

45. si depreciari capit in creatore, &c.] *Sic verbum* capit (*inquit Rhenanus*) *Vsurpat Sapius* (*vti in præcedentium librorum Scholiis admonuimus*) *sicut Græci* καδέχεται. *Hic tantum valet ac si dicas*: *Si contenditur, si datur vt creator depreciatur. Sic lib.* 2. *infrà ad. Marc. cap.* 6. quia si caperet hoc iure.

CAP. VII.

46. Tentabis adhæc de nomine Dei, &c.] *Titulum huic capiti præfigendum censemus*: Quòd nihil Marcioni patrocinetur nomen Dei, etiam in alios permissum in scripturis. *Legimus autem ex Vat.* 2. *MS.* conuertere et tractatum, *pro*: concutere.

47. vt passiuo & in alios quoque permisso, &c.] *Hic* (*inquit Rhenan.*) *apertè sæpissim interpretatur, ostendens quid intelligat per* passiuum, *quum dicit*: &, *pro*: id est, in alios quoque permisso. *Nam* passiuum *illi, commune significeat & promiscuum, ab Aduerbio* passim. *Supra dixit l. de Carne Christi, cap.* 24. Alium ceteris passiuum, ignobilem, *hoc est vulgarem*, obscurum, *sicut ille in Scholiis expositimus, num.* 183. *Infrà habes hoc eodem libro, cap.* 20. passiuum conuictum. *Atqui locum hunc explicationis caussa sit distinximus*: Quia scriptum sit; Deus, &c. &: Ego, &c. nec tamen ideirco, &c. Respondebo, (&c.) & illum Deum dictum.

48. Deus Deorum stetit in Ecclesia Deorum, &c.] *Quod hic Auctor ex Psalmo* 81. ad angelos & homines refert, *apertius explicat supra lib. aduers. Hermog. cap.* 5. *addens*: ex gratia ipsius, non ex naturâ proprietate id dici; *de qua diximus ibidem diximus num.* 24. *Nec absimiliter infrà lib. aduersus Praxean*: Deos *in hac scriptura interpretatur* homines per fidem factos filios Dei. *Dissert autem in hoc Auctor ab alio, quòd legat*: in medio autem Deos diiudicauit, *quum ex Græc, Hebraico, & Chaldaico exemplaribus vertant alij*: diiudicat, *transformiter lectionis vulgatæ. Atqui legimus more Tertullianis*: Ego dixi: Dei eltis, *pro*: Dij, *maximè quum sequatur*: Nam & ipsa idòlà gentium Dei vulgo.

49. quanti nequam serui, &c.] Quanti *(inquit Rhenan.) pro*: quot, *vt vulgus loquitur.*

50. Regum nominibus insultant, &c.] *Accipitur* insultant *ab Auctore absolutè, pro*: exsultuntur, *non aliter atque dixit Liuius lib.* 6. *Etiam minimè tolerandâ superbiâ* insultat; *nisi quis malit hic legi debere*: exsultant. *Legimus autem more Vat.* 2. *MS.* sed Deus ea re, quâ nemo, De dicitur, *pro*: sed Deus nemo, eâ re quâ Deus dicitur; *liberum Lectori relinquentes, siue legat cum ex.* cui nomen hoc contigit, *siue cum MS.* contingit. *Verius illud placet MS.* Denique & hoc Marcion, *pro* hoc &; ac vindicans, &: vindicat, *pro*: vendicans, &: vendicat; *quia illa Tertullianica sunt. Item*: vrsum: inquantù Dei vocantur, *pro*: Dij. *Denique*: comparationem non sustinentis, *pro*: sustinens, *vt referatur ad illud*: summi, magni.

51. his interim lineis eam clausimus, &c.] *De hac Prouerbiali formula vide nostra Prolegomena.*

CAP VIII.

52. Primò, si pericilio stupotem suum ædificant Marcionitæ, &c.] *Capiti huic hanc inscriptionem apposuimus*: Quòd nouitas Dei Marcionitarum eos conuincat, quum Deus æternus sit. *Rectè autem admodum Latinius, similem phrasin Auctoris inuenit supra To.* 2. *l. de Hab. mulieb. cap.* 6. Solum hunc stuporem ædificare nouerunt, *vbi vide Adnot. nostras num.* 48. *Explicatur autem his verbis ab Auctore*, instantur, *& mox* vanam gloriam vapulabunt. *vbi (adnotante etiam Rhenano) subaudiur*: *setundum, figurâ Græca. Magis placet autem vnius Vat. tod. lectio*: quòd nouum Deum proferant, *quàm aliorum*: præferant; *item quod paulò post sequitur*: maximè adiutorio eius, *pro eo quod aly*: maximo.

53. nouo semper ac nouo titulo consecrationis cuiusque, &c.] *De* situ consecrationis *Deorum apud ethnicos, vide supra To.* 1. *Apol. c.* 11. *n.* 176. *&* de antiquitate Saturni, eiúsque consecratione, *vide c.* 10. *n.* 158. 159. 160. 161. *&* 162. *item quòd illo Moyses fuerit antiquior, ibidem c.* 19. *n.* 277.

54. metatore initij & finis.] Metator *est* (*inquit Rhenanus*) *qui metitur locum quibus tentoria figant milites*; *aut qui hospitia præstat metiuitatibus. Hic & mensor appellatur, quòd ad positionem demetiatur loca. Cyprianus Epist. ad Christianos quosdam captiuos scribens: Primum* (*inquit*) *hospitium vobis in cœlere præparauit, & metator quod animodo vester, nunc quoque vos antecedit. Hic Tertullianus accipit pro demensore. Sic aut em dixit*: A tempore metatore, *vt lib.* 4. *c.* 16. Adiutore præcepto. *Vide plures eiusmodi phrases supra Tom.* 1. *lib. de Pallio, c.* 2. *n.* 20. *& hoc Tomo lib. adu. Valent. c.* 23. *n.* 260. *denique Adnot. nostras in Epist.* 22. *Cypr. num.* 1.

CAP. IX.

55. Scio quidem, qua sensu, &c.] *Caput hoc inscriptimus*: Quòd eos non excusetnoui Dei adsertio ex agnitione, eo quòd Deus ignotus & incertus esse non potuerit. *Atqui de Prouerbio*: ad lineas rursum & in gradum, *vide nostra Prolegomena.*

56. Inuenio planè, &c.] *Alludit ad illud Apostoli Act.* 17. inueni & aram, *in qua scriptum erat*: ignoto Deo; *quod quum Athenæ contigerit, rectè* Atticam idolatriam *vocat. Atqui Græcam inscriptionem fuisse, scribit in eum locum Occume-*

nius

num: ἀγγέλῳ ἑνὶ, cum duas tantùm adferens. Alteram, quòd quum Athenienſibus miſſis ad Lacedæmonios auxilij gratiâ aduerſum Perſas adparauiſſet ſpectirum Panis iuxta Parthenam res accenſans, quòd ſe negleſto alios Deos colerent; victoria petiti, ne quid peſtes ſimile contingeret, nam ſolum Panis templum erexerunt, ſed etiam ſtatuam ignoto Deo. Alteram, quòd quum peſte laborantibus reliquis Dei innocati nihil adiumenti adferrent, ineligentes quendam eſſe Deum qui peſtem immitteret, ignoto Deo aram inſcripſerint, qua facto peſtis ceſſauerit.

57. Item ineertis Deis, ſed ſuperſtitio Romana eſt, &c.] De Diis incertis vide ex Varrone B. Aug. alicubi in libris de Ciuit. Dei. Porrò etiam hæc eſt Prouerbialis formula: titulum incidere, de quain Prolegomenis. Legimus autem paulopoſt more Tertullianico, ex MS. cod. non eiſdem modis. Eſt etiam perinde ſiue legas poſtea: in incerto eſt cum excuſu, ſiue cum MS, incertum eſt.

58. in illas iam indeterminabiles quæſtiones, &c.] Addidit ad illud Apoſtoli 1. Timoth. 1. famulis & genealogiis interminatis, qua quæſtiones præſtant magis, & c. de qua vide ſuprà lib. de Præſcr. adu. hær. c. 7. n. 48. Atqui rurſum legs: Quum verò duo Dei, pro: Dij; & iquia De iambo. Denique rectè adnotat Rhenan. Auctorem verbo: dirigere, frequenter vſi.

CAP. X.

59. Siquidem à primordio rerum, &c.] Titulum huic capiti damus: Quòd à primordio notus Deus fuerit etiam ethnicorum conſcientiæ.

60. Nec enim ſi, &c. Moyſes, &c.] Elegans phraſis: in templo litterarum dedicare, ſicut &: natales aginitionis ſupputari, & maior populatitas humani generis. Atqui etiamhic innuit Pentateuchi ſic à 70. appellati, auctorem fuiſſe Moyſen, ſicuti etiam alicubi ſuprà; quod ipſum allegatur Exod. 34. & Deut. 31. ſed exepiunt plerique illud c. 34. Deuteronomij, de morte & ſepultura Moyſi, vſque in finem ab Eſdra additum.

61. quaſi proprio nomine Deum perhibent, &c.] Proprie & laté hæc argumentum tractat Auctor ſuprà Tom. 1. l. de Teſtimonio Animæ aduerſus idola. Memini etiam alibi frequenter, loco ibidem adnotatio cap. 2. nu. 5. quibus adde locum etiam ſimilem lib. de Anima, c. 41. n. 461. Legimus autem rurſum: intelligetur, pro: intelligetur.

CAP. XI.

62. Et meritò, inquiunt, &c.] Capitis huic inſcriptionem damus: Quòd omnia quum Dei ſint, ſi nihil crearit Deus Marcionis, Deum non eſſe. Iterum autem hic repetuntur voces: vacat, & vacabit, proſruſtrà eſſe.

63. Quando etiam error orbis, &c.] Hæc latiſſimè tractauit Auctor ſuprà Tom. 1. Apol. c. 11. etiam vanas illas eſſe cauſſas comprobans, ob quas Deos orbis terræ præſumpſerit, quòd aliquid proſpexerint humanis vtilitatibus, vbi vide & noſtras Adnotationes nu. 167. item B. Cyprians libr. m: Quòd idòla non ſint Dij.

64. V nam ſaltem cicerculam, &c. protuliſſe debuerat, &c.] Legunt MS. Vat. 2. ſaltim, more veteri, ſed nolui immutare. Apte autem Metaphora cicerculæ vtitur, eo quòd Triptolemus primus ſerendi modum tradiderit. Hinc illud Auctoris libri ad Herennium: Si Triptolemus, quum omnibus ſemen largireiur.

65. vt in dedecore carnis exhiberetur, & quidem maiore ſi falſæ, &c.] De hoc argumento contra Marcionem latam habes diſputationem ſuprà l. de Carne Chriſti c. 4. & quòd Chriſtus non ſit mentitus ſubſtantiam corporalem, c. 5.

66. qui & maledictum in ſe creatoris admiſit, &c.] Alludit ad illud Deuteronomij 21. Maledictus omnis qui in ligno ſuſpenſus fuerit.

67. qui ſolum ſe etiam iurans adſeuerabat, &c.] Hic ſimiliter ad illud Iſai. 45. Ego Deus, & non alius, & c. Eſt autem etiam hîc repetita vox Tertullianica: patatura.

CAP. XII.

68. Ceterùm, & ſi eſſe eum, &c.] Inſcripſimus caput iſtudà Quòd Marcionitarum ſine cauſſa eſſet Deus, qui rem nullam habeat; quum tes cauſſa ſit, vt ſit aliquid.

69. Nam etſi credunt plerique, &c.] Facit hic locus non modo de operibus iis qui credunt neceſſarios eſſe dotem de mercedorundem, eo quod dicat: opera eius Deo digna; quales ſimiles locos habes adnotatos ſuprà To. 2. lib. de Patient. cap. 11. nu. 75. & c. 13. n. 82. & rurſum hoc ipſo Tomo lib. de Reſurr. carn. c. 15. n. 114.

70. impudentiæ & malignitatis adfinis, &c.] Sic (inquit Rhen.) lib. de Patientia, c. 7. Adfines cupiditatis deprehendemur. Lib. 2. infra, c. 21. V t adfinem maligaturee; & alibi ſæpe. Sic enim Cicero loquitur. Vt pro Sylla: Huius adfines ſuſpicionis. Eſt etiam phraſis Auctori vſitata: fidei procurando.

CAP. XIII.

71. Quum Deum hoc gradu expellimus, &c.] Titulum hunc huic capiti damus: Mundum non eſſe opus parum Deo dignum. De Prouerbialibus autem formulis: hoc gradu expellere, & inarem contrahere, vide noſtra Prolegomena.

72. Etſi mundum homini non ſibi fecit, &c.] Simile eſt illud Clement. Alexandrini lib. 5. Stromat. Deus mundum non fecit tamquam ſibi neceſſarium, &c.

73. deiſto huius mundi indigno.] Jd eſt (inquit Rhenanus) indigni tate.

74. cùi & apud Græcos ornamenti, &c.] Idipſum habes ſuprà To. 1. Apolog. c. 17. n. 253. & hoc Tomo lib. adu. Hermog. cap. 40. priori loco: vnde & Græci nomen mundo κόσμου accommodauerunt, poſterorii: Quum ornamenti nomine ſit penes Græcos mũdus. Hinc etiam illud Ariſtotelis l. de Mundo: Vniuerſumip ſum eamonedè κόσμου nominauerit, id eſt, compagem rerum compoſitam, concinnatáque ordine digeſtam.

75. de quorum ingeniis omnis hæreſis animatur.] Hæc ex profeſſo tractauit Auctor ſuprà (præterquàm quod alibi ſæpiſſimè repetit) l. de Præſcr. adu. hær. c. 7. quo Lectorem remittimus.

76. vt Thales aquam, &c.] Simulem prorſus habes locum Auctoris ſuprà Tom. 1. Apolog. c. 46. vbi adlegauimus nu. 576. B. B. Iuſtinum Martyrem & Irenæum, item Arnobium & Lactantium: & certè nominatim habent duo priores, quòd Deos ſiue primæ rerum principia pronuntiauerint, Thales Mileſius nempè, aquam, Heraclitus ignem, Anaximenes aërem, Anaximander vniuerſa cœleſtia (quos deos etiam Mileſios appellant) id eſt, infinitatem. Lactantius idipſum habet de Thalete & Anaximene, præterquàm quod æthera & aërem confundere videatur, qua hic duo facit Auctor, dum de Zenone loquitur: in quo ei conſentunt Laertius & Plutarchus. De Platone verò expreſſè conſtat, num habet, dicens eum neæthera, nec rationem, aut naturam ſed, vt eſt, Deum ab eo nominari, libris De legibus, nempè lib. 4. At partim conſentit Auctoris B. Iuſtinus Martyr, quem hic imitatur, quum dicit Apolog. 2. Etenim Plato in igne eſſentia ſummum Deum eſſe dicit. hoc eſt enim quod hic habes: quod genus Deorum ignem appellat. Porrò locum hunc imitatur Prudentius in Apotheoſi, quum agens aduerſus Marcionem, & alios qui duos Deos aſſtruebant, ſic ſcribit:

Conſule barbati deliramenta Platonis,
Conſule & hircoſus Cynicus quod ſomniat, & quos
Texit Ariſtoteles tortâ vertigine neruos.
Hos omnes, quamuis anceps labyrinthus & errot
Circumflexus agat; --
Conuertunt tamen ad normam rationis & artis
Turgidulos ſenſus, & litigioſa fragoſis
Argumenta modis concludunt numen in vnum.

77. Quum de mundo, &c.] Reſtè adnotauit Rhenanus ſequentes periodos non admodum bene connectis: neque tamen licuit mederi, quum eodem modo legerent V atic. MS. codices.

78. vt plerique Phyſicorum formidauerint: initium ac finem mundo conſtare, &c.] Eodem pertinet quod Auctor dixit ſuprà To. 1. Apolog. c. 47. Sic & de ipſo mundo, natus innatúſve ſit, deceſſurus, manſurúſve ſit, variant; vbi vide Adnotat. noſtras nu. 594. Legimus verò vterum: Dei.

79. Perſarum Magi.] Eodem pertinet quod ſuprà dixit T. 1. lib. adu. Iudæos c. 9. & infra repetit lib. 3. adu. Marc. cap. 13. Magos Reges ferè habuit Orient; ad quem locum tractatum diſſertimus, an Magi illi, qui Chriſtum adorare venerunt, Perſæ fuerint, an Arabes. Magorum verò apud Perſas tria recenſet

generaB. Hieronymus l. 2. adu. Iouinianum.

80. & Aegyptiorum Hierophantæ.] *Γ' ἐροφάντει dicti, quòd sacra ostenderent aut peragerent; genus sacerdotum apud Ægyptios.*

81. & Indorûm Gymnosophistæ.] *Vide Adnotationes nostras dicti Apologet. 42. n. 547. ad illa Auctoris verba:* Brachmanæ, aut Indorum Gymnosophistæ. *Hic sufficiat, quod duo eorum genera distinguat B. Hieron. l. 2. adu. Iouinianum.*

82. Iouem in subitantiam feruidam, & Iunonem eius in aëream, &c.] *Recte interpretatur Rhenanus quod immediatè sequitur:* secúdum sonum Græcorum vocabulorum. *Nam Ζεὺς Graecis est:* ferues, *ὑπὸ Ζεὺς Iupiter, ὑπὸ ἥρα Iuno, soror & coniunx Iouis.* Πλεῖστα τὸ ἀὴρ καθ' ὑπερβολὴν ἥρα. *Hæc duo gentilium Deorum vocabula, nobis ignem & aërem declarant. Et meritò tum igne aër ferueſcit, vt inquit Eulgentius; apud quem Hellanicus ait: Iunonem à Ioue æthereum aureum ὑπλάνα, quòd aër igni proximus sit in ordine elementorum.*

83. item Vestam in ignem.] *Ouidius* (*eodem Rhenano citante*)

Nec tu aliud *Vestam* quàm viuam intellige flammam,
ἑστίαν Græci *vocant.*

84. & Camenas in aquas.] Camenarum *nomine Nymphas intelligit, quæ ab aquis quasi Lymphæ vocabantur, quarum subindein aquis aſpectu* Lymphaticos *facies supra adnotauimus lib. de Baptiſmo, cap. 5. num. 38.*

85. & Magnam matrem in terram.] *Eodem pertinet quod supra lib. de Spectacul. cap. 8. dixit Auctor:* frigebat Dæmonũ concilium sine matre Magna; *& ſequenti, quæ illa fuerit explicans:* Præſinum verò *(nempe colorem conſecrauerunt)* terræ matri. *Synecdochen autem eſſe, dum ſequitur* ſeminalia demeſſam, *adnotauit Rhenanus.*

86. Sic & Osirin.] *Apim bouem (inquit idem) intelligit, qui numinis vice celebratur in Ægypto. Lege Plin. lib. 8. c. 46. & Herodot. Tibull.*

Te canit, atque ſuum pubes miratur Osirim
Barbara, Memphiten plangere docta bouem.

87. Leones Mithræ philoſophantur, &c.] *Huius Dei cultus (inquit idem)* ſacramenta Chriſtianæ religionis imitabatur, tingendo, ſignando in frontibus, Panis oblationem celebrando, reſurrectionis imaginem inducendo, denique coronando ſuos ſub gladio. *Atque ſic initiati.* Mithræ milites ſacerdotum, *vt memorat Tertullianus To. 2. lib. de Cor. milit. cap. vltimo, num. 206. 207. & 208. & hoc Tomo l. de Præſcr. adu. hær. cap. 40. nu. 242. vbi vndeat etiam Lector Adnot. noſtras. Huic ergo Deo* Mithræ Leones *adorbuebant, earum eius, vt videtur, trahentes. Ardentis autem* naturæ *eo dicit, quòd* Mithra *idem ſit Perſis, qui nobis Sol.*

88. vna tetraonis pennula, &c.] *Eſt (inquit idem Rhenanus)* tetrao, *auer, Germanis* der authan *dicta, cuius meminit Plinius lib. 10. iis verbis: Decet (inquit)* & Tetraones *ſuus intor abſolutaque nigritia, in ſuperciliis coccei rubor. Adijcit autem Auctor:* taceo de pauo, *quòd abundè illius pulcritudinem deſcripſerit ſupra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 3. vbi vide quoque Adnotat. noſtras, num. 45.*

CAP. XIIII.

89. At quum & animalia, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Etiam minutiora animalia depreciari non debere.

90. quemadmodum virtutem in infirmitate ſecundũ Apoſtolum, &c.] *Adludit ad illud 2. Cor. 12.* Virtus in infirmitate *perficitur. Apte autem enuntiat:* apis ædificia, formicæ ſtabula, aranearum *teria*, bombycis ſtamina, *de qua poſtrema vide ſupra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 3.*

91. cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam & lanceam.] *Pulcrè & hæc deſcribit. De* culice, *ſimulem locum vide ſupra lib. de Anima, c. 10. nu. 133. & de* cantharide *Plinium lib. 29. cap. 9. Mirum interim, quemodo etiam cantharidem colleget inter lectuli & tegetis beſtias; niſi forte aliquando ſicuti ex arbore, ita & ex tegete fraxinea aut oluea, ſubinde naſcantur.* Tegetem verò *vulgus* mattam *vocat.*

92. in hæc paupertina elementa, &c.] *Simile eſt illud Varronis lib. de Vita populi Romani, citatum à Nonio, quòd ſunt:* paupertina, *ſine elegantia. Noua magis vox & obſoleta paulopoſt:* infantat, *pro: tanquam infantes nutrit.*

93. nec aquam reprobauit, &c.] *Adludit hanc dubiè ad baptiſmi ceremonias, de quibus latè ſupra lib. de Baptiſmo, nu. 2. inter baptiſmi ceremonias, & nominatim de aquæ neceſſitate, cap. 1. n. 3. vbi eſtam ſicut hic,* Sacramentum *appellat. Vide Adnotationes noſtras ibidem.*

94. nec oleum, quo ſuos vnguit.] *De* vnctione *in baptiſmo ibidem tractauimus, non modo inter ceremonias, ſed latius c. 7. nu. 48.*

95. nec mellis & lactis ſocietatem, &c.] *De peculiaribus Africanorum in baptiſmo ceremonia, etiam ibi nu. 1. ſcripſimus ex Auctore, lib. de Cor. milit. cap. 3. & ex B. Hieronymo.*

96. nec panem, quo ipſum corpus ſuum repræſentat.] Repræſentare *hic non aliter accipitur, quàm pro: præſignificare, ſicuti latius ſupra ex ſimilibus phraſibus Auctoris docuimus lib. de Reſurrect. carnis, cap. 14. n. 112. Atque ita eam hic Euchariſtiam* ſacramentum *nuncupat. Similiter verò etiam accipitur* repræſentatio *infra Tom. 5. lib. de Ieiunio, in ſuis phraſibus Auctoris & ipſa* repræſentatio totius nominis Chriſtiani magna veneratione celebratur; *item:* in ſpiritu inuicem repræſentati.

97. At tu ſuper magiſtrum diſcipulus, & ſeruus ſuper Dominum, &c.] *Hic adludit ad illud Matt. 10. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum.*

98. Reprobas & mare, ſed uſque ad copias eius quas ſanctiorem cibum deputas.] Copias maris ſanctiorem cibum *Rhenanus piſces interpretatur: quaſi Auctoris vera ſit ſententia, eris hoc illi peculiare, quòd carnes quidem quadrupedum & velucrum reprobauerit Marcion, non verò piſcium; dum ab animalibus abſtinendum docuit, quemadmodum illi adſcribunt B. Irenæus lib. 1. c. 30. Euſeb. lib. 4. hiſt. Eccleſ. c. 27. 8. Hier. lib. 2. adu. Iouin. & Epiph. hær. 42. Verumtamen, præterquam quod aquæ animalis ſint piſces atque quadrupedes & volatilia, ille verò propterea dixiſſe videtur, quòd eandem putauerit animam in bruto & hominibus, Epiph. ibidem conſut. 24. diſſertus verbis contrarium ſentit, & Marcionem confutat, non malos piſces eſſe docens, eo quòd Chriſtus piſcem & ouum bona data vocarit, Luc. 11. Porrò quandoquidem veluti ſardonicorſus hic perſtringit Rhenanus Catholicos, qui certis diebus, & Monachos qui perpetuò piſcibus ſolis vruntur, his verbis: Et hodie quidam carnibus piſces præferunt; hoc Lectori inſinuandum putauit, piſces ſanctiorem cibum dici; non quòd in ſe ſanctior ſit eſu carnium, ſed quòd ſanctitatis gratiâ abſtinentiam illam ſibi indicant, aut ab Eccleſia indicatur, iuxta quod B. Hier. loco citato pulcrè deduxit ad perfectionem ſpectare carnium abſtinentiam. Et vero etiam talem abſtinentiam non tam lex Auctor probat hic & ſupra Tom. 2. lib. de Cultu fœmin. c. 9.* Quidam *(inquit)* ipſam Dei creaturam ſibi inteſt dicunt, a abſtinentes vino, & animalibus, exſulantes; quorum fructibus nulli periculo aut ſolicitudini adiacent, ſed humili tatem animæ ſuæ in victus quoque caſtigatione Deo immolant. *Et infra Tom. 5. lib. de Ieiunio, ac lib. de Cibis Iudaicis pulcherrimè eam materiam proſequitur, diſſoluens argumenta omnia, quæ in contrarium ab aduerſariis ex ſcripturis adferri ſolent; quæ nadmodum etiam B. Hieronym. vbi ſupra, in multis ad verbum Auctorem imitatus.*

99. Hypocrita vt apocarteresi probes te Marcionitam, &c.] *Hæc verba (inquit Rhenan.) partim depranata, partim tranſpoſita ſicreſtituimus ſuæ integritati ordinique, Gorʒenſis collationis ſecuti fidem, vt ſit:* Hypocrita, *vocando caſu dicitur. Videtur interim etiam non reprobanda 1. adit. lectio:* Hypocrita, mutaapocarteteſi ſi probes, &c. *vt mutadixerit, quaſi tali apocarteresi à reſpondendi difficultate ſe liberaret; & certe etiã Vat. 2. MS. eod. legunt:* muta, *ſed non addunt: ſi. quare nos Lectoris iudicio vtramque lectionem committimus. Atqui eodem Rhenano teſte) ἀποκαρτέρησις Græcis, Auctore Suida, eſt quum quis vel inedia vel laqueo vitam finit; vnde ἀποκαρτερήσεις. Quod vocabulum in Apologetica quoque vſurpat, ſic ſcribens:* Lycurgus ἀποκαρτέρησιν optauit, quòd leges eius Lacones emendaſſent.

daſſent. *Ceterùm* Hypocritam *hìc appellat Marcionem, vt non bona fide nec ex animo, ſed ſimulatè tantùm, res creatoru deſtruentem contemnentémque. Vide etiam hac de re aliquid Adnotat. noſtrum ad dictum locum Apologetici, cap. 4. num. 50.*

CAP. XV.

100. Poſthæc, vel anre hæc, &c.] *Capiti huic titulum dedimus*: Non eſſe Deo Marcionis ſuum cœlum & ſuum mundum, eò quòd alioqui nouem Deos oporteret conſtituere.

101. de cœlo quidem illo tertio videbimus, ſi & ad Apoſtolum, &c.] *Adludit haud dubiè ad I. 5. adu. Marcionem, vbi tractatur illud Apoſtoli* 2. *Cor.* 12. *de raptu in tertium cœlum, ad quem locum paulò antè cap. præced. reſpexit Auctor, dum dixit*: de tertio cœlo deſcendere laborauit.

102. vt Dominus à xij. Tiberij Cæſaris reuelatus ſit.] *Quod hic dicit*: reuelarum eſſe, *mox*: manifeſtari, *& iterum*: patere *dixit, & ſub finem capitis*: apparere. *Nam intelligit prædicationem Chriſti coætam (iuxta ipſum quidem ſententiam erroneam, de qua ſupra lib. adu. Iud. cap. 8. nu. 82. & I. latius in Prolegomenis*) anno xij. Tiberij Cæſaris, *& paſſum triennio poſt anno eiuſdem* xv. *Atqui* reuelationem *ſic accipiendam, ſatis etiam infrà indicatur cap. 18. hìc verbis Auctoris*: Ergo vel prædicationibus reuelationem ſui debuerat operari. *Eodem pertinet quod ſupra Tome* 1. *Apolog. cap.* 5. *dixit Auctor*: Tiberij tempore nomen Chriſtianum in orbem introiſſe, *& c.* 7. huius diſciplinæ cenſum à Tiberio eſſe. *Adludit autem eodem Auctor infrà huius libri cap.* 22. *hìc verbis*: ſi ab æuo Deus & non à Tiberio; *item lib.* 3. *cap.* 23. *quum commemorat* tempus medium à Tiberio vſque ad Veſpaſianum; *& rurſum lib.* 4. *cap.* 7. *vbi ſententiam hac de re Marcionis citat, & proinde explacatur id quod infrà legitur de anno* xv. Tiberij *cap.* 19. *nu.* 126. *ita vt nulla ſit contradictio de reuelatione, quam hìc contigiſſe dicit anno* xij.

103. ad decimum quintum iam Seueri Imperatoris.] *Omnino ſic legendum, eſſe refragantibus omnibus codicibus, ipſa verba Auctoris indicant*; quippe qui hoc dicere velit, *Chriſtum à xij. anno Tiberij reuelatum eſſe*, ad xv. *autem vſque* iam Seueri Imperatoris *annum*, nullam omninò ſubſtantiam (*nouam nempe mundi, quam nouus noui Dei Marcionis Chriſtus, ſecum reuelare debuiſſet, ſi ſuum haberet cœlum & ſuum mundum*) compertam eſſe. *Atqui hìc verbis etiam indicat Auctor, ſe ſcripſiſſe hæc anno* xv. Seueri Imperatoris; *de quo in vita eius latius.*

104. ne qua adhuc illic vacent ſubciſiua, &c.] Vacare, *pro in anem eſſe, hìc accipitur, & paulopoſt à Tertulliano. Qui etiam elegantèr Ironicè* ſubciſiua *dixit* (*pro quæ in* 1. *addit.* ſubſciua, *& in margine eiuſdem* ſubſcidiua, *non rectè*) *id eſt ſubſecundaria loca adhuc vacantia.*

105. & tertius aliqui ſtipare Deus ſc.] *Ex Vatic. MS. cod. reſtituimus verſum Tertullianicam*: aliqui, *pro*: aliquis. *Vbi rurſum eſt vox Tertullianica*: ſtipare, *pro condenſare, Metaphora ſumpta ab eo, quòd ſtipa ſeu ſtuppa inania obturare & replere ſoleamus.*

106. Deum & Materiam duos Deos, &c.] *Adludit ſatìs ad Hermogenem, qui duos Deos conſtituebat*, Deum & Materiam, *contra quem eſt ſupra liber integer aduerſus Hermogenem.*

107. Habes igitur in ſuperioribus, &c.] Tres ſubſtantias diuinitatis in ſuperioribus *iuxta Marcionem intelligere videtur*: D eum bonum, Deum malum, & Mundum ſuperiorem; quatuor verò in inferioribus, factorem mundi inferioris, locum, materiam, & malum. His, quùm accedunt duo Chriſti; nouem Dij adſignantur, non duo.

CAP. XVI.

108. Non comparente igitur mundo alio, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: Quòd nec inuiſibilium ſit creator Deus Marcionis. *Eſt autem phraſis Tertullianica*: quàm eius, *pro*: potius *quàm, & vox*: exemplariis.

109. Videbimus, & Apoſtolus, &c.] *Rurſum adludit ad lib.* 5. *adu. Marc. vbi tractat c.* 1. *Epiſtolam ad Coloſſenſes*; *idque tum hìc, tum inſrà hìc verbis*: viſibilia & inuiſibilia condidiſſe.

110. Scripturarum quoque auduocationi.] Aduocatio (*inquit Rhenan.*) *proprìè eſt turba patronorum & amicorum, qui alicui in iudicio aſſunt. Hìc accipit pro defenſione. Sic in libro de Patientia, c.* 11. Itaque talibus & aduocatio & riſus promittitur pro conſolatione. *Qui etiam reſtituit illud*: à Deo creatore *interpretatur, à partibus Dei creatoris. Rurſum autem vocet Tertullianica*: inanimalibus, ſtatiuis, *ac*: genitalibus, *pro iis quæ anima carent, quæ non mouentur, & quæ generatiua ſunt. Item phraſes Tertullianæ*: æmula conditionis, *ac*: æmula eorum.

111. quemadmodum & viram & mortem, &c.] *Hìc videtur alludere ad illud Eccleſ.* 11. Vita & mors *à Deo ſunt; deinde ad illud Iſai.* 45. faciens pacem *& creans mala; de quibus latius infrà lib.* 2. *adu. Marc. cap.* 14.

CAP. XVII.

112. His compreſſi, erumpunt dicere, &c.] *Inſcriptionem hanc capiti impoſuimus*: Quòd non ſufficiat Deo liberatio hominis, neque etiam operatio Dei ignota eſſe poterit. *Sine autem*: dignoſcitur *legi cum excuſis, ſine*: dinoſcetur *cum Vat. MS. perinde. Eſt verò phraſis Tertullianica*: quà Deus; *quare etiam legendum*, quò neceſſarior, *comparatiuè, pro more Auctoris.*

113. Sed & hunc locum alibi implebimus, &c.] *Ad quem locum adludat, diſpiciat diligens Lector.*

CAP. XVIII.

114. Proceſſerit, age, iam in notitiam, &c.] *Titulum hic damus*: Quòd Deus Marcionis non ſit digne reuelatus, neque natura, neque doctrina.

115. quando hora fatalis aduenit.] *De hac ſupra latiùs lib. de Anima, c.* 39. *nu.* 449.

115. fortaſſe enim ἀναζιῶς ἔχειν ei obſtabat.] *Græcè dixit quod Genethliaci Aſcendens ſignum appellant, id eſt, Planetam, ſub quo quiſque concipitur aut naſcitur; nam, vti ſupra dixit Auctor dicti lib. de Anima* c. 25. Veteres Aſtrologi genituram hominis ab initio conceptus digerebant; *de quibus videre poſſit Lector curioſior Iulium Firmicum; non illum veterem Chriſtianum, qui ad Conſtantium ſcripſit de errore profanarum hæreſeon, ſed qui libros Mathematicos edidit; quamquam nullaſit illis adhibenda fides, & tales Aſtrologia iudiciariæ libri legi vetantur Catalogo Pontificio, Regula* 9. *iuxta Concilium Tridentinum.*

117. aut aliquæ maleficæ.] *De iis vide ſupra cap.* 9. *lib. de Idol. nu.* 54. *ac* 55. *& loco quo ſdam Apologetici ibidem adnotato. Atqui* per maleficas *& conceptui & partus impediri nonnunquam permittentibus peccatis noſtris, notius eſt, quàm vt probatione ſit opus.*

118. aut Saturnus quadratus, aut Mars trigonus.] *Ob dictum Pontificis Regia Maieſtate confirmatum interdictum, de hìc aliud nihil dicam, quàm quod* Saturnum quadratum, *aut* Martem trigonum, *id eſt*: triangularem habentes *pro ſuo Aſcendente, multis & morbis, & malis, & periculis, immò ſceleribus obnoxios, diceremt Mathematici. Vnde & à Propertio l.* 4. *Eleg.* 1. Saturni *graue ſidus appellatur.*

119. Nam & Mathematici plurimùm Marcionitæ.] Mathematicos *etiam hìc in malam partem accipit (de quo ſupra latiùs l. de Idol. n.* 50. *& ſq.) pro Genethliacis, hoc eſt enim quod ſubiungit*: de ipſis ſtellis viuere creatoris; *quibus verbis ironicè notat Marcionitas, quòd, quamquam Deum creatorem nollent agnoſcere, tamen ſe crederent* viuere de ſtellis, *id eſt, iuxta conſtellationum motum, quas tamen creator creauerit. Siue autem paulopoſt legas cum excuſis*: deinde doctrina recognoſcendum, *ſine*: debinc *cum Vatic. 1. MS. perinde eſt.*

120. qui & conditionis.] *Sicuti cap. præced.* conditio *etiam hìc accipitur, pro creatione; quemodo etiam ibi paulopoſt*: ad conditionem tam diuinæ magnitudinis; *& cap. ſeq. &* ſi non per conditionem.

121. quomodo Romulus Conſum, &c.] *De* Conſo Deo à Romulo conſecrato, *vide ſupr. To. 2. lib. de ſpectac. c.* 5. *nu.* 33. 36. 37. *ac* 39. *& B. Cyprian. l. de Idol. vanit. nu.* 23.

122. & Tatius Cloacinam, &c.] *De* Cloacina *diximus T. 1.*

lib. de Pallio, c. 5. n. 84. & antea de Cloacina & Pauore, *Adnotat. in B. Cyprian. lib. de Idolor. vanitate, nu. 24. Vbi sic legitur: Deam* Cloacinam Tatius *adinuenit, & coluit:* Pauorem Hostilius; *qui haud dubiè ex hoc id descripsit loco.*

123. & Metellus Alburnum.] *Supra adnotaui Tom. 1. Apol. c. 5. nu. 56. omninò hic legendum* M. Æmilius, *pro:* Metellus, *idque, ex Eusebio & Nicephoro, Verùm, quum animaduerti simul fuisse Consules anno Vrbis DCXXXVIII.* M. Æmilium M. F. N. & M. Catcilium Q. F. Q. N. Metellum, *putaui retinendum; eò quòd illi Consulibus videatur primum confecutus Deus* Alburnus.

124. & quidam ante hoc tempus Antinoum.] *De* Antinoo *seruo Adriani Imperatoris, vide Adnotat. supra Tom. 2. ad lib. de Corona milit. cap. 13. nu. 18. & Tom. 1. Apol. c. 23. nu. 202. ad illud:* Et nescio quem cynædum.

Cap. xix.

125. Immò (inquiunt Marcionitæ) Deus noster, &c.] *Caput hoc inscriptimus:* Quòd etiam in Christo Iesu non sit reuelatus Deus Marcionis. *Atqui verbis illis:* Dabitur & IN CHRISTVM LIBER, de omni statu eius, *infinuat tertium librum ad. Marc. Sunt autem Tertullianicæ* tertracentur, *& ad præsentem gradum occurrere; de qua Prouerbiali formula inter Prolegomena latiùs.*

126. Anno xv. Tiberij, Christus Iesus de cœlo manare dignatus est.] *Ista non ex sua, sed ex Marcionis sententia dicit Auctor, sicuti patet ex illu verbis infrà lib. 4. adu. Marcion. cap. 7.* Anno xv. principatus Tiberiani, proponit; Deum descendisse in ciuitatem Galilææ Capharnaum; vtique de cœlo creatoris. *quam hæresin ibi latè impugnat; item ex verbis illis infrà cap. 22. sub finem:* Si ab æuo Deus, & non à Tiberio, immò (quod uerius) à Cerdone & Marcione. *Ipsum verò Auctoris sententiam de Christo aliam, quam quam neque probabilem, vide suprà lib. adu. Iud. cap. 8. nu. 82. & huius lib. cap. 15. nu. 102.*

127. Spiritus salutaris.] *More veterum (sicuti & suprà alicubi adnotauimus, & in Cyprian. lib. de Idol. vanit. num. 7. 1.) Christus* spiritus salutaris *hic vocatur, eò significatione, qua Deus: Christus* spiritus salutaris *hic vocatur, eò significatione, qua Deus: Christus* spiritus *dictus; aliquo discretis verbis infrà sub finem lib. aduersus Praxean,* spiritum sanctum *appellat,* tertium numen diuinitatis, & tertium nomen maiestatis, vnius prædicatorem monarchiæ.

128. quoto quidem anno Antonini maioris.] *Quod suprà lib. de Præscript. aduers. hær. simpliciter dixit cap. 30.* Antonini ferè principatu, *hic explicatur, quum legitur:* Antonini maioris, *& præmittitur dubitatio,* quoto anno *eius Marcionis Christus inceperit reuelari; de quo aliquid ibi diximus num. 165. ac 167. item cap. 51. nu. 322. hæ. 17. quasi primum sub Antonino Philosopho prodierit Marcion hæreticus, quia sub Aniceto. Verùm, quia postea comperi Anicetum sedisse Romæ annis ferè sex ante obitum Antonini Pij, Auctoris hic adsentiri cogor, cæpisse Marcionem sub* Antonino maiore, *id est* Pio (*uti mox sequitur*) *à quo omnes alij, aut nomen aut prænomen Antonini mutuari sunt. Maximè quum etiam initio Pontificatus Aniceti Romam venisse scribat Polycarpum Eusebius in Chronicis; & in hist. Eccles. lib. 4. cap. 13. idem scribat recurrisse ibi Polycarpo Marcionem.*]

129. aura caniculatis, &c.] *Per locum vocatur Christus Marcionis:* salutis Marcionis aura caniculatis, *vt opponatur illi quod præcesserat:* spiritus salutaris; *quare placet hæc huius loci illi quod præcesserat:* spiritus salutaris; *quare placet hæc huius loci per ipsum Rhenanum in 2. sua additione asseruata, pro:* aula; *etsi per ipsum Rhenanum in 2. sua additione asseruata, pro:* aula; *etsi refragantibus MSS. codicibus, quia non video quo sensu efferetur: refragantibus MSS. codicibus, quia non video quo sensu efferetur: aula caniculatis, quum per* auram caniculatem, *videatur addudere ad æstum, qui vehementer est diebus caniculatribus, sole existente in Leone.*

130. Antoninianus hæreticus est.] *Similiter Auctor lib. 4. adu. Marc. cap. 4. infrà:* Emendator sanè Euangelij, à Tiberianis vsque ad Antoniniana tempora euerli, solus & primus Marcion, *nec derinata ab* Antonino Pio; *de quo eleganter Auctor:* sub Pio impius.

131. A Tiberio autem vsque ad Antoninum anni ferè centum quindecim, &c.] *Si legeretur:* anni centum quinque, *magis accederet ad veritatem historicam ea lectio; quum tot reperiantur ab anno XV. Tiberij, cuius paulo antè meminit, & à quo haud dubiè computum sumit incipere Statuit, enumerans annos intermedios* inter Christum (*secuti subiungit*) & Marcionem. *Quia tamen illud habent etiam MS. immutare nolui, eò quòd non sit nouum Auctori in re historica aliquod hum anum pati. Sine autem lege as cum excusis,* primum prædicatum, *sine cum MS. Vat. 2.* primò, *per inde est. Legendum vero paulo post:* indutantur in hanc hæresin, *pro:* hæresem, *quod mendo Typographico irrepsit, aut sicuti legunt Vat. 2. MS.* in hac hæresi.

132. Nam hæ sunt Antitheses Marcionis, &c.] Antitheses *interpretatur reste:* contrarias oppositiones. *Atqui de libro Marcionis, quem* Antitheses *inscripsit, suprà vide Adnot. huius libri nostras num. 2. contra quas etiam nonnatim disputat Auctor in fine toto libro quarto. Sunt autem Tertullianica:* cum lege committere, *&:* apparentia Christi, *pro: reuelatione. Denique legimus transpositis verbis ex 2. Vatic. MS. cod.* quæ non alium Deum & legis, & Euangelij, *pro:* alium & Deum legis.

Cap. xx.

133. Huic expeditiss. probationi, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd Marcion non recuraueritadulteratam regulam, sicuti ex reprehensione Petri frustrà nitebatur ostendere.

134. Nam & ipsum Petrum, &c.] *Scripturam hanc Gal. 2. eodem modo explicauit, non modò hic, & Latius c. sequ. sed etiam suprà lib. de Præscript. adu. hær. cap. 23.* Ceterùm, *inquit,* si reprehensus est Petrus, &c. vtique conuersationis fuit vitium, non prædicationis; *vbi hunc locum etiam uimus num. 138. & ad BB. Hieronymi ac Augustini Epistolas Lectorem remittimus, qui quemadmodum vbique Auctor, de B. Petro Apostolorum principe locum illum Pauli intelligunt. Atqui more suo paraphrastice & hanc Pauli & Petri historiam ex 1. & 2. cap. simul consungit, non obseruato etiam verborum ordine & hic, & etiam infrà lib. 5. vbi caput 2. Epist. ad Gal. explicat.*

135. pallium scilicet conuictum.] *De similibus loquendi formulis vide supr. c. 7. nu. 47. vnoloco hic addito ex hocipso libro (si citanti Rhenano creditur)* pallium nomen Dei.

136. omnibus omnia futurus, &c.] *Ipsud repetitur 1. Cor. 9. Vbi omninò lege:* & ea qui sub lege, tamquam sub lege, *pro:* in lege *secundo loco, quia sic & ipse Auctor infr. legit lib. 5. & editiones omnes, Latinæ, Græca, ac Syriaca.*

137. quod suprà legimus.] *Nempè Gal. 2. quem locum antea citauerat.*

138. de Euangelij societate condixerant.] Condixerant (*inquit Rhenan.*) *pro:* conuenerant. Condicere *enim etiam denunciare est atque confiteri. Similem phrasin habes supr. lib. aduersus Hermogenem c. 11 nu. 44. Vbi & citauimus ex lib. adu. Praxean locum haud absimilem.*

139. Siue ego (inquit) siue illi, sic prædicamus.] *Ad verbum transtulit Auctor:* prædicamus, *id quod Græci est:* κηρύσσομεν, *quemadmodum & Ambrosius in Comment. & B. Augustin. l. 2. contra Faustum Manich. cap. 2. & ipsa quoque Syriaca editio ac emendatiores Latini MSS. codices, pro eo quod alij:* prædicauimus. *Quibus etiam consentit Auctor infr. lib. 4. c. 4. aduersus Marcionem.*

140. qui vellent Galatas ad aliud Euangelium transferre.] *Hic paraphrastice explicat quod Gal. 1. scribit Apostolus, suprà etiam citatum ab Auctore loco dicto de Præscript. aduersus hær. Miror quòd vos tam citò transferimini etiam ad aliud Euangelium. Quod non est aliud. sed sunt aliqui (nempè falsi fratres, de quibus Gal. 2. latiùs) qui vos conturbant. Siue autem legas:* ad disciplinam legis conferuandam *cum excusis, siue:* obseruandam *cum MS. Vat. 1. per inde est.*

141. Deprehendens scilicet illos circumcisionem vindicantes.] *Rursum hoc decerpit partim de circumcisione, nempè ex 5. cap. & reliquum de temporibus, diebus, mensibus, & annis, ex c. 4. vbi etiam voces aliquas transponit.*

142. Vetera transierunt (inquit) ecce noua quæ ego nũc facio.] *Hic similiter paraphrastice & etiat locum hunc Isai. 43.*

vbi

vbi legitur etiam ſecundum 70. Ne meminerù priorum, eccce ego facio noua. *neque hic modò, ſed etiam infrà lib. 4. cap. 1. & 11. & l. 5. cap. 4. aduerſ. eundem Marcionem.*

143. Renouate vobis nouamen nouum, &c.] *Haud abſimiliter citat hunc locum Hieron. 4. Auctor ſuprà Tom. 1. aduerſ. Iud. cap. 3. & infrà lib. 4. aduerſus Marc. cap. 1. Videntur itaque tum temporis codices legiſſe ſingulari numero vocem, ſicuti & Hebræi & Chaldæi & aduſq; S. Hieronymi. Videtur etiam aliud quid habuiſſe textus Græcus 70. eo quod tum ſuprà, tum hic verit:* circumcidimini præputium, *ſeu* præputium cordis veſtri, *conformiter Hebræo & Chaldæo editionibus. Maximè quum ſic etiam verſat B. Cypr. l. Teſtim. 1. adu. Iud. c. 8. & poſteriorem partem etiam Origenes lib. de Singularitate clerici. inter opera eiuſdem.*

144. & omnes ceremonias eius.] *Græcè eſt Oſee 2.* πανηγύρους αὐτῆς; *quod magis celebriates ſignificat, ſicuti aliꝫ ex Græco vertunt. Eodem tamen etiam modo vertit ſuprà lib. de Idol. cap. 14. locum Iſai. 1.* & ceremonias veſtras odit anima mea, *pro eo quod hic:* dies feſtos veſtros. *Atqui lege prorſus:* Quòd ſi & creator *ex Vat. 2. cod. pro:* Quod etſi.

Cap. xxi.

145. Ceterùm ſi qua nouum Deum prædicans, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus:* Quòd de Deo nulla fuerit quæſtio facta ab Apoſtolo Paulo, ſed de diſciplina dumtaxat.

146. & magiſtratus conuenerunt in vnum, &c.] Magiſtratus *hic vertit Pſal. 2. pro eo quod alibi plerumque*, Archontes, *vocem Græcam in Latinam traduxit coloniam. Legimus autem omninò cum Vat. 2.* conuenerunt, *pro:* circumuenerunt, *tum quod alibi ſic legat vbique, tum quòd Græcè ſit:* συνήχθησαν. *Item paulopoſt ex iiſdem cum Latino:* legi eius derogaretur, *pro:* lege.

147. Nam & alij de idolothyto edendo, &c.] *Alludit ad Epiſt. 1. Apoſtoli ad Corinthios, in qua contra eiuſcemodi diſceptationes latè diſputat, de idolothyto, cap. 10. de* mulierum velamento, *cap. 11. de* nuptiis vel repudiis, *c. 7. &* de ſpe reſurrectionis (*vbi: &, adde ex 2. MS. Vat. cod.*) *cap. 15. Recte autem adnotatur à Rhenano hic accipi* quanto principalis, *pro:* quanto *magis.*

148. Et non alia agnoſcenda erit traditio Apoſtolorum, &c.] *Latius iſtud deducit ſuprà Auctor lib. de Præſcr. adu. hæres. c. 21. 31. & 36. & noſq; quoque hîc in Adnotat. noſtris. Deinde de* Traditionibus Eccleſiaſticis etiam non ſcriptis *ſuprà Tom. 1. lib. de Cor. milit. c. 3. n. 27.*

149. Apoſtolici cenſus.] *Simliter ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hær. cap. 32.* Apoſtolici cenſus Eccleſias *dixit Auctor, de quo ſignificatu ibidem in Adnotat. noſtris num. 284 latius. Hoc hic addam, non pro diuitiis vel auctoritate vtrobique* cenſum *accipi ab Auctore (ſicuti Adnotauit Quintinus) ſed pro origine, immò in omnibus locis ibidem à Tertulliano citatis; ac ſi intelligat recenſum ab origine prima. Quod planè conuincitur ex ſynonymis illis vbi ſuprà:* origines ſuas ædant, *&* cenſus ſuos deferunt, *item Tom. 5. lib. de Monogamia, quum dicit:* ſecundum initium, quod tibi & in Adam cenſetur, *&* in Chriſto recenſetur. *Denique non poteſt aliter intelligi titulus* Libri de cenſu animæ, *quàm: de origine animæ* aduerſus Hermogenem, *cuius exſtant fragmenta infrà Tomo 4. neque etiam illud infrà cap. ſequenti:* natura hinc cenſetur, ſi agatur.

150. & obduceris.] *Hoc eſt (inquit Rhenan.) euicteris, vt in libro de Carne Chriſti:* Hoc quidem, *inquit*, capitulo ego potius vtar, quum adulteratores eius obduxero. *Item lib. de Reſurr. carn.* Carneum enim, *inquit*, atque corporeum probantes eum, proinde & obducimus, præſcribendo nullum alium credendum Deum præter creatorem; *&* *ibidem:* Obducti dehinc de Deo carnis auctore. *De quibus vide ibi Adnot. noſtras: priori loco, cap. 19. num. 147. poſteriori, c. 2. nu. 17. Atqui adnotatu digna eſt reſtitutio huius loci ex Vat. 2. MS. cod. qua legimus:* ſatis iam & probatio noſtra munita eſt, *pro:* muta eſt.

Cap. xxii.

151. Sed quomodo fundituꝫ euertetur Antichriſtus, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quòd Deus Marcionis naturaliter bonus eſſe non poſſit, eò quòd ab initio homini non ſuccurrerit. *Atqui de appellatione hæreticorum, quòd à Patribus iuxta Euangelium Matth. 24.* Antichriſti *appellantur, vide ſuprà diſſitum librum de Præſcr. adu. hær. c. 4. nu. 22. Et eundem c. 15. nu. 98. de ſenſu verborum illorum:* relaxata præſcriptionum defenſione; *&c ſit excuſatiuncula, quare cum Marcione diſputet, qui aliquin dicto libro docuerit;* non diſputandum, ſed præſcriptionibus vtendum, aduerſus hæreticos.

152. vel potiùs vmbram & phantaſma, ſecundum Chriſtum ipſius.] *Alludit ad errorem Marcionis, quòd Chriſtus in phantaſmate homo ſit factus, contra quem ſuprà egit lib. de Carne Chriſti, cap. 5.*

153. ad regulas perducam.] *De hac prouerbiali formula videat Lector noſtra Prolegomena. Legimus autem ex Vat. 2. MS. cod.* bonitas perennis & iugis, *additis duabus vocibus.*

154. Non poſſe quid, Deo non licet, &c.] *Senſus eſt (inquit Rhenanus)* Non licet Deo, *vt aliquid non poſſit, nedum vt non poſſit natura ſua ſibi ſimilis ſungi. Caſtigauimus autem non multò poſt:* Sed ceſſauit aliquando in Deo Marcionis, de opere bonitas, *pro:* bonitatis. *Atqui de voce:* obuenientia, *&* *phraſi intermedia* æternitatis aliena, *alibi diximus, ſicuti etiam de* elogio *in malam partem.*

155. Homo damnatur in mortem, &c.] *Pulcra peccati originalis deſcriptio, quamquam ipſe in plurali numero efferat:* & exinde proſiliunt (*ſiue:* proficiunt, *vti habent Vatic. 2. MS. cod.*) delicta cum pœnis, *eò quòd ex ipſo etiam alia multa peccata oriantur. Eleganter autem dixit:* qui paradiſi nullum deſpicit norunt, *hoc eſt, qui paradiſi terram numquam ingreſſi ſunt. Eſt etiam illud Tertullianicum,* aliqui Deus, *&* gratiæ lenocinatorem, *in malam partem.*

156. à Cerdone & Marcione.] *Coniungit hos duos, eò quòd* Cerdonis *diſcipulus fuerit* Marcion; *de quibus latius ſuprà diſſo lib. de Præſcr. adu. hær. c. 51. nu. 321. & 322. hærſ. 16. &* 17.

Cap. xxiii.

157. Aliam illi regulam prætendo, &c.] *Capiti huic titulum dedimus:* Quòd neque rationabiliter bonus Deus fuerit. *Lege autem ex Vatican. 2.* rationalia eſſe debere in Deo omnia, *additâ voce:* debere.

158. anteceſſit præceptum diligendi proximum tamquam teipſum, &c.] *Iſtud partim deſumit ex illo loco Matth. 5. Audiſtis quia dictum eſt antiquis:* Diliges proximum tuum, *partim & proprie ex Leuit. 19. c. ad quod ibi alludebat Chriſtus, vbi legitur:* Diliges proximum tuum tamquam teipſum.

159. ex redundantia iuſtitiæ ſuper Scribarum & Phariſæorum.] *Subintelligit Rhenanus iuſtitiam; ego verò exiſtimo* ſuper *accipi ab Auctore pro, pluſquam, quemadmodum etiam ſuſurpatur à Suetonio in Auguſto c. 35. Erant enim ſuper mille. Addimus autem poſt illud:* quale eſt ſecundam ei rationem referri, *ex Vatic. 1. MS. cod.* ſcilicet iuuando alium.

160. vt Domino eripiatur, *vt* ali vindicetur.] *Omninò legendum* vindicetur, *pro:* vendicetur; *quia alludit ad* vindicationem, *quâ ſerui per Vindices & Aſſertores in libertatem aſſerebantur; de qua vide ſuprà Adnot. noſtras ſub finem libri de Teſtimonio Animæ.*

161. Talis aſſertor.] Aſſertor *(inquit Rhenanus) hic de eo, qui in libertatem aſſerit, quamquam etiam de ipſo dicatur, qui in ſeruitutem trahuntur, vt apud Linium: Marco Claudio clienteſ negotium dedit, vt Virginem in ſeruitutem aſſeretet. Loquitur de Appio & filia Virginij.*

162. nedum plagiator.] Plagiatorem *(inquit idem) quia præceſſit aſſertor, vſurpat pro plagiario, ſeu gratia. Itaautem eo vocabulo ſignificatur, qui hominem libertum emit aut vendit pro ſerno. Etiam alius modus committitur* plagium. *Sic enim ipſi crimini nomen eſt. De hoc apud iureconſultos diſputatur. Infrà, cap. 27.* ſic denique plagiarij diligunturꝫ.

163. Non putem impudentiorem, &c.] *Secundum priorem additionem reſtitui:* Non, *ex Vatic. 2. MS. pro eo quod ſubſti-*

nerat Rhenanus : At, *& Gelenius* : An.

164. alij Deo ringuitur.] *Ista ad Sacramentum baptismi referuntur, de quo latius supra libro toto de Baptismo.*

165. ad alienum cœlum alij Deo expanditur, &c.] *Recte hic Rhenanus* : *Ergo precantes Christiani ad cœlum brachia expandebant ; de quo tria supra latius Apolog. c. 30. n. 440. & l. de Orat. c. 13. n. 51.*

166. alij Deo æternitur.] *Ista recte idem Rhenanus ad pœnitentes refert, quia ritum illum publicæ pœnitentiæ late prosequitur. Auctor supra lib. de Pœnit. cap. 9. & nos ibidem nu. 55. 56. & 58.*

167. super alienum panem alij Deo gratiarum actionibus fungitur.] *Ista ad Sacramentum Eucharistiæ ; in quo panem non remanere, sed mutari in corpus Christi, late deduximus etiam ex ipso Tertulliano dicto lib. de Orat. c. 6. nu. 23. & infrà lib. 4. adu. Marcionem.*

CAP. XXIIII.

168. Sed Deus sicut æternus, & rationalis, &c.] *Inscriptionis caput istud* : Quòd nec perfectè bonus sit Deus Marcionis.

169. Eritis enim perfecti, quemadmodum pater vester, qui in cœlis est.] *Ad verbum vertit ex Græco, ubi est* : ἔσεσθε, *Latinè* Eritis, *&* ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, qui est in cœlis, *omissa etiam conjunctione* : *&, pro eo quod Latinus Interpres* : *Estote, & cælestis. Sunt autem Tertulliano* : defecta, partiaria exitij, *&* : defectionem.

170. dispensatorem si fortè, &c.] Si fortè *(inquit Rhenanus) solet usurpare pro* : *forsè. Omnino autem supplemus ex Vat. 2. MS. cod.* quod Deo tuo vindicas.

171. scilicet animâ tenus saluos, carne deperditos, &c.] *Hoc est quod suprà dixit Auctor lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 51.* Resurrectionem animæ tantummodò probat, corporis negat; *contra quam hæresin latè disputat lib. de Resurr. carnis. Sicut autem hîc legitur.* dimidiatio salutis, *sic supra lib. de Carne Christi, cap. 5.* Quid Christum dimidias? *Eodem pertinet illud infrà* : ex parte resurgere.

172. Quòd si iam & caro apud illum tinguitur, &c.] *Sic legimus more Tertullianico, pro* : tingitur. *Similiter autem supra lib. de Resurr. carn. cap. 8.* Sed & caro abluitur, &c. Virginitas quoque & Viduitas, &c. de bonis carnis Deo adolentur ; *hoc est enim quòd hîc addit* : & caro de nuptiis tollitur. *Quibus locis & aliis quibusdam confirmari à nuptiis continentiam, quam hodie quidam impugnare non verentur, ibidem adnotauimus nu. 81. & latius lib. de Cultu fœminarum, cap. 9. num. 5. lib. 2. ad Uxorem c. 6. nu. 37. ac 38. ac lib. de Veland. virgin. num. 2. ac c. 10. nu. 83. & 84. Tertullianea sunt etiam,* defœuitur, *actiuè, &* : sha ctenus peccat, *pro* : non *peccat.*

173. cuius Christus, etsi non induit veritatem, vt tuæ hæreli visum est.] *Contra hanc Marcionis hæresin latiss. disputat Auctor supra lib. de Carn. Christi, cap. 2. 3. 4. & 5.*

174. limum de terra, &c.] *Variam huius scripturæ Gen. 2. lectionem, apud Auctorem habes supra lib. de Resurrect. carnis, c. 5. nu. 51. Quo loco idipsum tractat, hominem carnem proprie dici, ysdem penè verbis, quibus hic quod vel ex eo confirmatur, quòd Hebraica vox Adam (quæ hominem Latinè sis nificat) ab humo seu terra deriuetur, non ab anima. Ibi autem* & ceteros tribulos & spinas, &c. tibi ædit. *adludit tacitè ad illud Gen. 3.* spinas & tribulos germinabit tibi. *Propriè vero accipitur* : conditio, *quam subdidit* : Alia est nostra conditio. *Atqui quemodo anima de addita Dei, vide supra lib. de Anima, c. 4. & 11. & vtrobique Adnotat. nostras.*

CAP. XXV.

175. Quod adrinet ad bonitatis quæstionem, &c.] *Caput istud huc titulo insignitumus* : Quòd non de sola bonitate Deus censendus sit. *Videantur autem nostra Prolegomena de Prouerbiali formula* : his lineis deduximus.

176. negatis ceteris adpendicibus, sensibus & adfectibus, &c.] *Age de illis appellationibus, quibus Marcionitæ Deum creatorem æuum appellabant, vti est c. praced. qualem in peccatores Catholicatis agnoscunt, sicuti etiam eius seueritates & iudiciatias vites. Quibus quod mox adnumerare videtur,* iram, discordiam, odium, dedignationem, indignationem, bilem, nolentiam, & offensam, *caute legendum est, & de iis latius in Prolegomenis.*

177. Si aliquem de Epicuri schola Deum, &c.] *Nempè, vti sequitur* : immobilem & stupentem, *ac sicuti cap. 26. stupidissimum; de quo latius supra Adnot. nostris in lib. de Anima, c. 42. nu. 464. Quo pertinet etiam illud de Deo, quod sequitur* : negotium & sibi & aliis fecit, Epicuro nolente.

178. quis volet, quod non concupiscer, &c.] *Ista delectum à Rhenano, quia non habebatur in Gor. iensi codice, iterum adijcimus ex Vat. 2. MS. eò quòd ad explicationem pertineat. Sunt autè eum ysdem his legas* : concupiuit, *sine eũ exuisi* : concupiit *per inde est. Sunt autè Tertullianea* : officiales suæ, *ac* : nolentia, *quam (inquit Rhen.) opponit voluntati, ac* : homini procurat.

179. Hæc multò pleniùs defendemus in causa creatoris, &c.] *Nempè infrà lib. 3. adu. Marcionem* ; *vbi Deum creatorem vnicum esse, contra Marcionem tot libro deducit.*

CAP. XXVI.

180. At hîc sufficit peruersissimum, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus* : Quòd etiam iudex sit Deus verus, in damnationem.

181. Si enim neque æmulatur neque itasciatur, &c.] *Etiam hoc caute legendum, sicuti quæ & sequuntur* : Aut si offenditur, debet itasci ; *&* : vltio fructus est iræ ; *& quod est cap. sequenti* : timet odisse quod non amat, *ac* : Deus melior inuentus est, qui nec itasciatur.

182. & fit iam delictum secundum voluntatem eius.] *Videsquam id habeat pro absurdo Auctor, si delictum fieri secundum voluntatem Dei quis dicat ; à quo tamen non abhorrent Cal. sinistæ, sicuti alibi latius adnotauimus. Est autem rursus Tertullianicum, illud* : mali æmulus.

CAP. XXVII.

183. Sed iudicat planè, malum nolendo, &c.] *Caput hoc inscriptionis* : Quòd alioqui peccatores sine timore peccarent.

184. sententiæ suæ circumscriptorem, &c.] Circumscriptorem *(inquit Rhen.) vocat abrogatorem.* Circumscribere *pro circumducere & obliterare, frequens Iureconsultis & Auctoribus ideoque verbum. Cicero in Eumbus.* Circumscriptis *igitur iis sententiis, quas modo posui, relinquitur, &c. Suus autem locus cum Vat. 1.* Hæc erit bonitas, &c. *sine cum ceteris* : Hoc erit, *non refert.*

185. & ipsa transfunctoria præcepta, &c.] Transfunctoria *(inquit idem) vocat perfunctoria. Est autem Iureconsultis perfunctorium, quod leui cura fit, & aliud agendo, dum videlicet non curamus vt aliquid bene fiat, sed tantum vt fiat. Inde Perfunctorie aduerbium in crebro vsu apud illos. Qui etiam recte explicat illud* : quique nondum hoc est is, vt esse possitis, id est : *quique nondum estis peccatores, vt esse possitis, id peccatores.*

186. cui nullus ignis coquitur in gehenna, &c.] *Ostendit absurditatem hæresis Marcionis, ex eo, quod si Deus non iusidex peccatorum, neque ignem & gehennam neque dentium frendotem in exteriotibus tenebris (contra quam tamen Christus tradit Matt. 5. ac 18. item 8. 22. & 25.) agnoscere oportebit.*

187. obsequium subsignare, &c.] *Sic (inquit Rhen.) lib. de Patientia cap. 1.* Tantum illi subsignant. *Vtrobique* subsignare *pro subscribere accipitur. Legimus verò ex vno Vat. MS. cod.* bonus autem diligetur, *quia præcedit* : timebitur.

188. delicta non exequi, &c.] *Quæ hic adnotat Rhenanus de* : exequi, *pro punire, suprà transscripta sunt To. 1. lib. adu. Iud. c. 3. num. 12.*

189. Circi furentis, & Caueæ fœuientis, & Scenæ lasciuientis.] *Eadem (inquit Rhenan.) gladiatoria, atque ad bestias depugnationes, & recensiones comœdiarum intelligit. De quibus omnibus latissimè erat ausimus Adnotat. nostris suprà Tom. 2. lib. de Spectaculis, nu. 1. & deinceps. Hic autem solum tria eius comœdi ethmicarum voluptatum genera recenset, quibus illic studium addixit, in quæ agones siebant.*

190. statim

190. ſtatim oblata acerrā, &c.] *Per thuriſicationem enim (inquit Rhenan.) ceram idolo explorabantur homines, Chriſtianine eſſent an Gentiles. Accipit autem hic* acerram *pro vaſculo thuraria, ſicut & Plinius, quem commemorat lib.35. cap.10. ſacerdotem aſtante puero cum* acerra *& corona. Supplemus autem ex 2. Vatic. MS.* niſi ſi in ſalutem, *retinentes cum Aldo & hic, & vbique:* abiiciatur, *non obſtante veterum codicum lectione* abiciatur, *pluribus ex cauſſis.*

CAP. XXVIII.

191. Exitus autem illi abiecto quis? &c.] *Titulum huic capiti damus:* Quòd etiam alioqui fruſtrà exigatur baptiſma fidei ſacramentum. *Atqui adludit mox ad illud Exod.* 20. Deus zelotes eſt.

192. baptiſma fidei ſacramentum, &c.] *Iſtud habes ſuprà lib. de Baptiſ. cap.1. nu.3. quòd ſit* remiſſio delictorum, *ibidem nu.4. ac cap.10. nu.72. quòd* abſolutio mortis, *ibidem c.2. nu.13. quòd* regeneratio hominis, *ex Apoſtolo, manifeſtius eſt quàm vt probatione indigeat; quòd* iteratio ei non competat, *vide ibidem cap.15. nu.108. quod* confecutio ſit ſpiritusſancti, *c.5. nu.43. & c.6. nu.44.*

193. quia ſuffectura eſt, &c.] Suffectura *(inquit Rhen.) humæ generis eſt cuius* læſura, paratura, genitura, lupparatura; *à ſufficiendo, ad eſt ſubſtituendo, nomen ſubſtantivum.*

194. Signat igitur hominem numquam apud ſe reſignatum, &c.] *Nam diabolus (inquit Rhenanus) integritatem imaginis & ſimilitudinis* reſignauit; *vt dicit Tertullianus lib.2. cap.10. expensens prophetæ cum illud:* Tu es reſignaculum ſimilitudinis. *Marcion autem non recipiebat vetus inſtrumentum. De* ſignaculo crucis *in baptiſmo, vide dictum librum de Baptiſ. nu.1. inter baptiſmi ceremonias. Quòd* lauetur homo *in Baptiſmo, atque adeò* aquæ ſit ſacramentum, *vide ibidem cap.1. nu.3. & 10. & toto cap.3. ac 4. quod* ſanctificet ſubſtantiam ſanctam, *ibidem toto cap.4. quòd* ſalute remuneret, metecedem operis rependens *etiam* carni ſalutem, *partim ibi cap.1. nu.5. & latiſſ. ſuprà lib. de Reſurrect. carn. toto c.15. & potiſſimum num.114. & cap.16. nu.120. Legimus autem cum MS. Vat.* 2. rependens, *Vt non ſit opus interpretatione Rhenani, cuius codices habebant* : reprehendens.

CAP. XXIX.

195. Non tinguitur apud illum caro, niſi virgo, &c.] *Caput iſtud inſcribimus:* Aduerſus hæreſin Marcionis, quà tingui nolebat niſi virgines & cœlibes. *Quod ipſum argumentum etiam aduerſus Marcionem tractatum eſt lib.1. ad Vxor. cap.3. nu.16. & lib. de Anima, cap.27. nu.352. De eodem ſuprà lib. de Præſcript. adu. her. cap.33.* Paulus, &c. Timotheum inſtruens, nuptiarum quoque interdictores ſuggillat; ita inſtituunt Marcion, & ſecutor eius Apelles; *ſed latius infrà lib.4. adu. Marc. c.11. vbi ijſdem penè verbis quibus hic:* Nuptias non coniungit, coniunctas non admittit; neminem tinguit, niſi cœlibem, aut ſpadonem; morti aut repudio baptiſma ſeruat; *vbi eum ficti nimirùm inter cetera:* Quid itaque Chriſtum ſponſum eius *(nempè Eccleſiæ)* facis? Illius hoc nomen eſt, qui maſculum & fœminam coniunxit, non qui ſeparauit. *Et nuſquam eodem lib.4. cap.34.* Aut ſi omninò negas permitti diuortiū à Chriſto, quomodo tu nuptias dirimis, nec coniungens marem & fœminam, nec alibi coniunctos ad ſacramentum baptiſmatis & Euchariſtiæ admittens, niſi inter ſe coniunxerint aduerſus fructum nuptiarum. *Quem errorem eodem libro communiter etiam Auctor ex parabola Lucæ 11. de vocatis ad nuptias. Et rurſum lib. 5. aduerſus Marcionem, cap. 15. de ijſdem ſic Auctor:* Deſtructores enim Dei nuptiarum, non ſectatores caſtitatis retundo; *& infrà Tom. 5. lib. de Monogamia:* Hæretici nuptias auferunt. *Et verò dictum Apoſtoli locum 1. Tim. 4. eodem modo de Marcione & eius aſſecla interpretantur veteres omnes, & aliqui hanc hæreſin non modò Encratitis ac Tatiano, ſed & Marcioni aſſcripſerunt B. Irenæus lib. 1. cap. 30. verbis tranſcriptis ab Euſebio lib. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 27. & B. Hieronym. initio lib. 1. adu. Iouin. Eodem adludere videtur Epiphan. hiu verbis:* Virginitas ab eo prædicatur. *Clemens Alexandrinus, etſi non nominatim contra Marcionem, certè contra abhorrentes matrimonium, pulcrè & latè diſputat lib. 4. Stromatum.*

196. quaſi non etiam ſpadonibus ex nuptiis nata.] *Senſum recte reddit Rhenanus, quaſi non etiam* ſpadonum *caro* nata *ſit ex* nuptiis.

197. vt aliqui Nicolaitæ, &c.] *De his vide ſupradictum lib. de Præſcript. adu. her. cap.33. & rurſum latius cap. 46. her. 5. & ibidem teſtatas Adnotationes, num. 305. ſimiles autem phraſes citantur hic à Rhenano ex lib. de Reſurrect. carnis, cap.2.* Videritе vnus aliqui Lucanus; *lib. de Præſcription. adu. hæret. cap. 29.* Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberanda veritas exſpectabat. *Item:* Aliquem Hermogenem oſtendit; *& in hoc ipſo libro ſuprà, cap.4.* aliqui Iſaias.

198. ſed qui ſanctitatem, ſine nuptiarum damnatione nouerimus, & ſectemur & præferamus, &c.] *Pulcher locus aduerſus noſtri temporis Ariſtarchos, qui* ſanctitatem *ſine continentium ita elevant, vt aut prohibitam velint, aut nuptiis anteferant, quales plurimi exſtant apud Auctorem locis complures, Adnotationibus etiam noſtræ illuſtrati, quis tantum ſupra cap. 24. nu. 172. Eiuſdem ſunt argumenti infrà Tom. 5. libri de Caſtitate, & de Monogamia.*

199. qui proinde coniugium pro rei honeſtate benedixit, &c.] *Adludit ad illud bu paulopost repetitum Gen. 1. Benedixitque illis Deus, & ait:* Creſcite & multiplicamini. *Atqui* conditio *hîc è diuerſo rurſum accipitur, pro rebus conditis.*

200. in gulam committunt, &c.] *Sic (inquit Rhenan.) etiam ſuprà, lib. de Præſcript. cap. 24.* In quæ ipſi committebant. *Vides autem etiam hîc* gulam *ab Auctore accipi pro crapula, ſicut & paulopost:* Quæ temperantia gulæ.

201. Multum differt inter cauſſam & culpam, inter ſtatum & exceſſum, &c.] *Pulchra tam de veſtitu, quàm de cibis ſententia, in quibus (ſicuti ſubdit)* non inſtitutio, ſed exorbitatio reprobanda eſt, *nempè quæ* ſtatum *excedit.*

202. morte punientis, & incæſtam ſacrilegam, atque monſtruoſam, &c.] *Sicuti illud:* Non adulterabis, *reperitur Exod. 20. ac Deut. 5. item illud:* Vxorem proximi tui non concupiſces; *ſic poſtremum hoc late mandatur à Domino, Leuit. 20.*

203. Sed etſi nubendi iam modus ponitur, &c.] *Hîc rurſum Montaniſtæ Auctor, vti etiam ante me admonuit Rhenanus ad marginem; de quo* Paracleto *latius inter Prolegomena. Sunt autem legas:* imponitur *cum MS. 1. Vatic. ſine cum reliquis* ponitur, *perinde eſt. Ex illo verò ſuppleximus:* Non tamen vt accuſanda cæditur ſylua. *Eſt etiam Tertullianicum illud:* matura defungi.

204. Quia ſi nuptiæ non erunt, ſanctitas nulla eſt, &c.] *Pulchrum eſt argumentum pro nuptiis, quæ ſanctitas non cognoſcetur, neque abſtinentia nubendi, ſi non admittantur nuptiæ. Locum certè hunc cum ſequentibus huius capitis ferè ad verbum deſcripſit B. Hieron. l. 1. adu. Iouinianum.*

205. Non erit immanior duritiā Pharaonis, &c.] *Iſtud ijſdem penè verbis repetitur infrà lib. 4. aduerſus Marcionem, c. 23.* Næ *(inquit)* ille ſæuior habendus Ægyptio Rege. Nam Pharao educari non ſinebat infantes, ille nec naſci.

CAP. XXX.

206. Satis hæc de Deo Marcionis, &c.] *Titulum alium non habet caput hoc poſtremum quàm:* Epilogus. *Atqui primum illud:* Deum Marcionis non poſſe confirmari ex definitionibus vnicæ Deitatis, *tractatum fuit ſuprà cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & verò idipſum ex conditionibus ſtatuum eius probatum eſt cap. 8. vſque ad 28.*

207. ſieut & ipſarum ſcripturarum examinationem.] *Illam proſequitur Auctor infrà libri quarto & quinto.*

ARGVMENTVM LIBRI II. ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

I. QVum libro præcedenti definierit Tertullianus, Deum Marcionis, Deum non esse, regulis certis præscribentibus vnicam esse diuinitatem; hoc libro Deum creatorem, dignè Deum esse, vtpotè bonum, non malum, defendit.

II. Præmissa inuectiuâ in Marcionitas, qui sua curiositate Deo negotium faciunt, de arbitrio sensus sui Deum pensitantes.

III. Imprimis autem docet, Bonitatem Dei Creatoris æternam esse.

IIII. Præsertim ex hominis & mundi factura, ac ea quam homini præscripsit lege.

V. Neque enim lapsum hominis Deo, sed Libero arbitrio hominis imputandum.

VI. Et verò Dei bonitatem ac rationem hominis hoc requisiuisse, vt constitueretur homo liberi arbitrij; vtpotè quum nec boni nec mali merces iure ei pensaretur, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate.

VII. Idipsum etiam exigere, Dei grauitatem, fidem, & patientiam.

VIII. Prorsus itaque homini delictum imputandum, quem ad rectè viuendum creauerat Deus.

IX. Neque propterea Deo id imputandum, quòd adflatus Dei sit Anima, quæ delinquit; quia habet quidem vtique animalibus lineas Dei, qua immortalis, qua libera sui arbitrij, qua præscia plerumque, quæ rationalis; tamen & in his imago dumtaxat Dei, non vsque ad ipsam vim diuinitatis.

X. Neque etiamsi in Diabolum transscriberetur culpa, vt instinctorem delicti, propterea in creatorem dirigendam, vt in auctorem diaboli; vtpotè qui angelus à Deo & bonus factus sit, non diabolus, id est, delator.

XI. Porrò, si post delictum hominis, iudex & seuerus fuerit Deus; non ad malitiam, sed iustitiam pertinere.

XII. Quæ iustitia quum perpetuò in Deo cum bonitate conspirarit; non rectè seorsum deputari Deum bonum, & seorsum Deum iustum.

XIII. Immò verò omne iustitiæ opus, bonitati Dei procurare; quippè quum timor iudicij ad bonum, non ad malum conferat.

XIIII. Siquando itaque Deus legatur condens mala; de malis pœnæ, non culpæ intelligi.

XV. Iustitiam proinde esse, atque adeò bonitatem Dei, qnæ seueritas videatur.

XVI. Et iudici non exprobranda, quæ iustitiæ accidunt; non magis quàm medico ferramenta quæ secant, inurunt, amputant, & constrictant.

XVII. Denique totum ordinem Dei bonitatis ostendi ex eius misericordia in errantes, patientia in non respicientes, & præstantia in merentes.

XVIII. Deinde ad Antitheses veniens Marcionis, etiam ad bonitatem Dei pertinere probat, talionis pœnam, ciborum immundorum prohibitionem, & sacrificiorum onera.

XIX. Nec minus etiam legales quasque disciplinas; ne illi, momento vacarent à Dei respectu.

XX. Immò verò etiam rapinam argenti & auri mandatam à Deo Hebræis in Ægyptios; pluris enim valuisse sexcentorum milium operas per tot annos, & filiorum iacturam quos merserant.

XXI. Nullam verò etiam contrarietatem esse in Deo, prohibente Sabbatis operari, & iubente arcam circumferri, etiam in Sabbato.

XXII. Neque etiam similitudinum prohibitarum legi, refragari ænei serpentis, aut Cherubin & Seraphin aureas effigies; quæ longè diuersas habebant causas ab idololatria, de qua vetans similitudinem fieri, subiicit: Non adorabitis ea, neque seruietis eis; fuisse enim etiam rationalem Dei institutionem sacrificiorum, auocantis ab idolis; quæ tamen rursus reiecerit.

XXIII. Non rectè etiam leuem Deum dici, quum reprobat aliquando probatos, aut probat quandoque reprobandos;

reprobandos; nihil enim magis bono etiam iudici conuenire, quàm pro præsentibus meritis & reijcere & adlegere.

Proinde Pœnitentiam apud Deum praue interpretari Marcionem; nam & in Græco sono (vt- XXIIII.
potè μετάνοια) pœnitentiæ nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est.

Nec absimiliter praue ab illo intelligi illud; Adam vbi es; & illud ad Cain: Vbi est frater tuus. Item XXV.
illud de Sodoma & Gomorra: Descendens videbo, &c.

Item etiam: Iuramentum Dei per semetipsum, & verba illa ad Moysen: Sine me, & indignatus irâ XXVI.
disperdam illos.

Denique reliquas pusillitates, quas Deo obijciebant Marcionitæ, non tantas esse, quantas etiam ipsi XXVII.
in Christo fatentur, cui adparitiones illæ veteris Testamenti adscribendæ sint.

Postremò aduersus Marcionem alias suas Antitheses æmulas facit, ad finem vsque libri. XXIX.

Ceterùm præter Auctores suprà ad argumentum primi libri citatos, ipse quoque Auctor non modò XXVIII.
suprà libro de Anima, cap. 21. tractatum de Libero arbitrio citat, quem hic habes cap. 5. 6. 7. & 8. sed etiam totius libri argumentum indicat suprà libro de Resurrect. carnis cap. 14. Verba loci prioris sunt ista: Hæc erit vis diuinæ gratiæ, potentior vtique naturâ, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod αὐτεξούσιον dicitur; quæ quum sit & ipsa naturalis atque mutabilis, quoquo vertitur, natura conuertitur. INESSE autem NOBIS τὸ αὐτεξούσιον NATVRALITER, iam & MARCIONI OSTENDIMVS. *Posteriori verò loco sic loquitur Auctor:* Nisi enim homo deliquisset, optimum solummodò Deum nosset, ex naturæ proprietate; at nunc etiam iustum eum patitur ex caussæ suæ necessitate; tamen & hoc ipso optimum, dum & iustum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo, iustitiam exhibens, vtramque sententiam bono præstat; hinc vindicans istud, inde remunerans illud. SED CVM MARCIONE PLENIVS DISCES, AN HOC DEI SIT TOTVM. *Quæ verba mihi persuaserunt vti titulo adderem:* DE DEO IVSTO, ET TAMEN OPTIMO. *Eodem pertinent illa verba Scorpiaci aduersus Gnosticos, cap. 5.* Longum est, VT DEVM meum BONVM OSTENDAM, QVOD IAM A NOBIS DIDICERVNT MARCIONITÆ. *Atqui vltra priores duas Rhenani castigationes, nunc primùm castigatus etiam hic liber ex duobus Vaticanis MS, exemplaribus, & coniecturis Latinij; addito Argumento nouo, & Adnotationibus nostris auctus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, ADVERSVS MARCIONEM LIBER SECVNDVS, DE DEO IVSTO, ET TAMEN OPTIMO.

OCCASIO [a] reformandi opusculi huius, cui quid acciderit, primo libello præfati sumus, hoc quoque contulit nobis, vti duobus Dijs aduersus Marcionem retractandis, suum cuique titulum & volumen distingueremus pro materiæ diuisione, alterum Deum definientes omninò non esse, alterum defendentes dignè Deum esse: quatenus ita Pontico placuit, alterum inducere, alterum excludere. Non enim poterat ædificare mendacium sine demolitione veritatis. Aliud subruere necesse habuit, vt quod vellet extrueret. Sic ædificat, [b] qui propria paratura caret. Oportuerat autem in hoc solum disceptasse, quòd nemo sit Deus ille qui creatori superducitur, vt falso Deo depulso, regulis certis & vnicam & perfectam præscribetibus diuinitatem, nihil iam quæreretur in Deum verum: [c] quem quantò constaret esse, sic quoque dum alium esse non constat, tantò qualemcunque sine controuersia haberi deceret, adorandum potius quàm iudicandum, & demerendum magis quàm retractandum, vel quàm timendum ob seueritatem. Quid enim amplius homini necessarium, quàm cura in Deum verum, in quem (vt ita dixerim) inciderat, quia alius Deus non erat. [c] At nunc negotium CAP. II.

patitur Deus omnipotens, dominus & conditor vniuersitatis: ideo tantùm opinor, quia à primordio D
notus est, quia nunquam latuit, quia semper illuxit, [6] etiam ante Romulum ipsum, nedum ante Tiberium: nisi quòd solis hæreticis cognitus non est, qui ei negotium faciunt: propterea alium Deum existimantes præsumendum, quia quem constat esse, reprehendere magis possunt quàm negare, de arbitrio sensus sui pensitantes Deum aliquit: proinde atque si cæcus vel fluitantibus oculis, ideò alium solem præsumere velit mitiorem & salubriorem, quia quem videat, non videt. Vnicus sol est, ô homo, qui mundum hunc temperat, & quando non putas, optimus & vtilis, & quum tibi acrior & infestior, vel etiam sordidior atque corruptior, rationi tamen suæ par est. Eam tu si perspicere non vales, iam nec vllius alterius solis, si qui fuisset, radios sustinere potuisses, vtique maioris. Nam qui in inferiorem Deũ cæcutis, quid in sublimiorem? Quin potius infirmitati tuæ parcis, nec in periculum extenderis, habens Deum certum & indubitatum, & hoc ipso satis visum, cùm id primum conspexeris eum esse, quum non scias nisi ex parte qua voluit ipse. Sed Deum quidem vt sciens non negas, vt nesciens retractas: immò & accusas quasi sciens, quem si scires, non accusares, immò nec retractares. Reddens nomen illi, negas substantiam nominis, id est magnitudinis, quæ Deus dicitur, non tantam eam agnoscens, quantam si homo omnifariam nosse potuisset, magnitudo non esset. [7] Ipse iam tunc Apostolus prospiciens
Rom.11.& Isai.40. hæretica corda: Quis, inquit, cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut ad quem
Rom.11. consultauit, aut viam intellectus & scientiæ quis demonstrauit ei? [8] Cui & Apostolus condicet: O profundum diuitiarum & sophiæ Dei, vt ininuestigabilia iudicia eius, vtique Dei iudicis: & ininuestigabiles viæ eius, vtique intellectus & scientiæ, quas ei nemo monstrauit, nisi fortè isti censores diuinitatis, dicentes: Sic non debuit Deus: & sic magis debuit: [9] quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo, ni-
1. Cor. 2. *1. Cor. 1.* E
si spiritus Dei. Mundi autem habentes spiritum, non agnoscentes in sapientia Dei, per sapientiam Deũ, consultiores sibimet videntur Deo. Quoniam sicut sapientia mundi, stultitia est penes Deum; ita & sa-
1. Cor. 3. *1. Cor. 1.* pientia Dei stultitia est penes mundum. Sed nos scimus stultum Dei sapientius hominibus, & innalidum Dei validius hominibus. Et ita Deus tunc maximè magnus, cùm homini pusillus: & tunc maximè optimus cùm homini non bonus: & tunc maximè vnus, cùm homini duo aut plures. Quòd si à
1. Cor. 2. *Matth. 13.* primordio [10] homo animalis non recipiens quæ sunt spiritus, stultitiam existimauit Dei legem, vt quam obseruare neglexit; [11] ideóque non habendo fidem, etiam quod videbatur habere, ademptum est illi, paradisi gratia, & familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouisset, si obedisset: quid mirum si redhibitus materiæ suæ, & in ergastulum terræ laborandæ relegatus, in ipso opere prono & deuexo ad terram, vsurpatum ex illa spiritum mundi vniuerso generi suo tradidit, duntaxat animali & hæretico non recipienti quæ sunt Dei? [12] Aut quis dubitabit, ipsum illud Adæ delictum, hæresin pronuntiare, quod per electionem suæ potius quàm diuinæ sententiæ admisit, nisi quòd Adam nunquam figulo suo dixit, non prudenter definxisti me: confessus est seductionem, non occultauit seductricem: rudis admodum hæreticus fuit: non obaudijt: non tamen blasphemauit creatorem, nec reprehendit auctorem, quem à primordio sui bonum & optimum inuenerat, [13] & ipse si fortè iudicem fecerat à pri-
CAP. III. mordio. [14] Igitur oportebit ineuntes examinationem in Deum notum, si quæritur in qua conditione sit notus, ab operibus eius incipere, quæ priora sunt homine, vt statim cum ipso comperta bonitas eius, & exinde constituta atque præscripta, aliquem sensum suggerat nobis intelligendi, qualiter sequès rerum ordinatio euaserit. Possunt autem discipuli Marcionis recognoscentes bonitatem Dei nostri, dignam quoque Deo agnoscere per eosdem titulos, per quos indignam ostendimus in Deo illorum. F
Iam hoc ipsum quod materia est agnitionis suæ, non apud alium inuenit, sed de suo sibi fecit. Prima denique bonitas creatoris, qua se Deus noluit in æternum latere, id est non esse aliquid cui Deus cognoscceretur. Quid enim tam bonum quàm notitia & fructus Dei? Nam etsi nondum apparebat, hoc bonum esse, quia nondum erat quicquam cui appareret, sed Deus præsciebat quid boni appariturum esset: & ideò [15] in suam summam commisit bonitatem, apparituri boni negotiatricem, non vtique repentinam, nec obuentitiæ bonitatis, nec prouocatitiæ animationis, quasi exinde censendam quo cœpit operari. Si enim ipsa constituit initium, exinde quo cœpit operari, non habuit initiũ ipsa cùm fecit.
Initio autem facto, ab ea etiam ratio temporum nata est, vtpotè quibus distinguendis & notandis, si-
Gen. 1. dera & luminaria cœlestia disposita sunt. Erunt enim, inquit, in tempora, & menses, & annos. Ergo nec tempus habuit, ante tempus, quæ fecit tempus: sic vt nec initium, ante initium, quæ constituit initium. Atque ita carens & ordine initij, & modo temporis, de immensa & interminabili ætate censebitur, nec poterit repentina vel obuentitia & prouocatitia reputari, non habens vnde reputetur, id est aliquam temporis speciem, sed & æterna & Deo ingenita & perpetua præsumenda, ac per hoc Deo dignæ, susfundens iam hinc bonitatem Dei Marcionis, non dico initijs & temporibus, sed ipsa malitia creatoris
CA. IIII. posteriorem, si tamen malitia potuit à bonitate committi. [16] Igitur quum cognoscendo Deo hominem prospexisset bonitas Dei ipsius, etiam hoc præconio suo addidit, quòd prius domicilium homini commentata est, aliquam postmodùm molem maximam, postmodùm & maiorem, vt in magna tanquam in minore proluderet atque proficeret: & ita de bono Dei, id est de magno, ad optimum quo-
Isai. 44. *Matth. 7.* que eius, id est, ad maius habitaculum promoueretur. Adhibet operi bono optimum etiam ministrum, sermonem suum. [17] Eructauit, inquit, cor meum sermonem optimum. Agnoscat hinc primum fructum

A ctum optimum, [18] vtique optimæ arboris Marcion : imperitissimus rusticus quidem in malam , bonam inseruit: sed non valebit [19] blasphemiæ surculus, arescet cum suo artifice, & ita se bonæ arboris natura testabitur. Aspice ad summã, qualia sermo fructificauerit. [20] Et dixit Deus, fiat , & factum est , & vidit Deus quia bonum, non quasi nescíens bonum, nisi videret, sed quia bonum ideò videns , honorans & consignans & dispungens bonitatem operum dignatione conspectus. Sic & benedicebat quæ benè faciebat, vt tibi totus Deus commendaretur, bonus, & dicere & facere. Maledicere adhuc sermo non norat, quia nec malè facere. Videbimus causas quæ huc quoque à Deo exegerunt. Interim mundus ex bonis omnibus constitit, satis prætmonstrans quantum boni pararetur illi cui præpatabatur hoc totum. Quis denique dignus incolere Dei opera, quàm ipsius imago & similitudo? Eam quoque bonitas & quidem operantior operata est, non imperiali verbo, sed familiari manu, etiam verbo blandiente præmisso, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Bonitas dixit, bonitas finxit hominem de limo: in tantam subsstantiam carnis ex vna materia, tot qualitatibus exstructam, bonitas inflauit animam non mortuam, sed viuam. Bonitas præfecit vniuersis fruendis atque regnandis, etiam cognominandis. Bonitas amplius delicias adiecit homini, vt quanquam [21] totius orbis possidẽs in amœnioribus moraretur, transflatus in paradisum, iam tunc de mundo in Ecclesiam. Eadem bonitas & adiutorium prospexit, ne quid non boni: Non est enim, inquit, bonum solum esse hominem. [22] Sciebat illi sexum Mariæ, & deinceps Ecclesiæ profuturum. Sed & quam arguis legem, quam in controuersias torques, bonitas erogauit, consulens homini quo Deo adhæreret, ne non tam liber quàm abiectus videretur, æquandus famulis suis ceteris animalibus, solutis à Deo & ex fastigio liberis: sed vt solus homo gloriaretur, quòd solus dignus fuisset, qui legem à Deo sumeret: vtque animal rationale intellectus & scientiæ capax, [23] ipsa quoque libertate rationali contineretur, [24] ei subiectus qui subiecerat illi omnia. Cuius legis obseruandæ consilium, bonitas pariter asscripsit: Qua die autem ederitis, morte moriemini. Benignissimè enim demonstrauit exitum transgressionis, ne ignorantia periculi, negligentiam iuuaret obsequij. Porrò si legis imponendæ ratio præcessit, sequebatur etiam obseruandæ, vt pœna transgressioni ascriberetur, quam tamen euenire noluit, qui antè prædixit. Agnoscè igitur bonitatem Dei nostri interim, vel hucusque ex operibus bonis, ex benedictionibus bonis, ex indulgentijs, ex prouidentijs, ex legibus, ex præmonitionibus bonis & benignis. [[25] Iam hinc ad quæstiones omnes. [26] O canes, quos foras Apostolus expellit, latrantes in Deum veritatis, hæc sunt argumentationum ossa quæ obroditis. [27] Si Deus bonus & præscius futuri, & auertendi mali potens , cur hominem , & quidem imaginem & similitudinem suam, immò & subsstantiam suam, per animæ scilicet censum passus est labi de obsequio legis in mortem, circumuentum à diabolo? Si enim & bonus qui euenire tale quid nollet, & præscius qui euenturum non ignoraret, & potens qui depellere valeret, nullo modo euenisset, quod sub his tribus conditionibus diuinæ maiestatis euenire non posset. Quod si euenit, absolutum est è contrario Deum neque bonum etedendum, neque præscium, neque potentem. Siquidem in quantum nihil tale euenisset, si talis Deus, id est bonus & præscius & potens, in tantum ideò euenit, quia non talis Deus. Ad hæc, Prius est istas species in creatore defendere quæ in dubium vocantur, bonitatem dico & præscientiam & potentiam. Nec immorabor huic articulo , præeunte definitione etiam ipsius Christi. [28] Ex operibus ineundæ probationes. Opera creatoris, vtrunque testantur, & bonitatem eius quâ bona, sicut ostendimus, & potentiam quâ tanta, & quidem ex nihilo. [29] Nam etsi ex aliqua materia, vt quidam volunt, hoc ipso tamen ex nihilo, dum non id fuerunt quod sunt. Postremò vel sic magna, dum bona: vel sic Deus potens, dum omnia ipsius, vnde & omnipotens. De præscientia verò quid dicam? quæ tantos habet testes, quantos fecit prophetas. Quanquam quis præscientiæ titulus in omnium auctore, qua vniuersa vtique disponendo præscijt, & præciendo disposuit, certè ipsam transgressionem, quam nisi præscisset, nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. Igitur si & fuerunt in Deo istæ facultates, præ quibus nihil mali euenire homini aut potuisset, aut debuisset, & nihilominus euenit: videamus & hominis conditionem, ne per illam potius euenetit, quod pet Deum euenire non potuit. [30] Liberum & sui arbitrij & suæ potestatis inuenio hominem à Deo institutum, nullam magis imaginem & similitudinem Dei in illo animaduertens, quàm eiusmodi status formam. Neque enim facie & corporalibus lineis, tam varijs in genere humano, ad vniformem Deum expressus est, sed in ea substantia quam ab ipso Deo traxit, id est animæ, ad formam Dei spondentis, & arbitrij sui libertate, & potestate signatus est. [31] Hunc statum eius confirmauit etiam ipsa lex, tunc à Deo posita. Non enim poneretur lex ei qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate: nec rursus comminatio mortis transgressioni asscriberetur, si non & contemptus legis in arbitrij libertatem homini deputaretur. [32] Sic & in posteris legibus creatoris inuenias proponentis ante hominem bonum & malum, vitam & mortem: sed nec aliàs totum ordinem disciplinæ pet præcepta disposítum, auocante Deo & minante, exhortante vel, nisi & ad obsequium & ad contemptum libero & voluntario homine. [[33] Sed quoniam ex hoc iam intelligimus eos struentes liberam hominis potestatem arbitrij sui, vt quod ei euenit, non Deo, sed ipsi debeat exprobari: ne & tu hinc iam opponas, non ita illum instituí debuisse, si libertas & potestas arbitrij exitiosa futura esset: hoc quoque priùs defendam, ita instituí debuisse , quo fortius commendam, & ita institutum & dignè Deo institutum, potiore ostensa ea causa quæ ita fecit

Ioan. 15. *Gen. 1.* *ibidem.* *ibidem.* *Gen. 2.* *ibidem.* *ibidem.* *ibidem.* *1. Cor. 15.* *Gen. 2.* CAP. V. *Apoc. 22.* *Ioan. 10.* *Gen. 2.* *Eccles. 15.* CA. VI.

institui. Bonitas Dei & ratio eius huic quoque instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes D
apud Deum nostrum. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas, nisi for-
te [14] penes Deum Marcionis, irrationaliter bonum, sicut ostendimus. Oportebat Deum cognosci: bo-
Gen. 1. num hoc, vtique & rationale. Oportebat dignum aliquid esse, quod Deum cognosceret. Quid tam dig-
num prospici posset, quàm imago Dei & similitudo? Et hoc bonum, sine dubio & rationale. Oporte-
bat igitur imaginem & similitudinem Dei, liberi arbitrij & suæ potestatis institui, in qua hoc ipsum [15]
imago & similitudo Dei deputaretur, arbitrij scilicet libertas & potestas: in quam rem ea substantia ho-
minis accommodata est, quæ huius status esset, ad statu Dei, vtique liberi & suæ potestatis. Sed & aliàs
quale erat vt totius mundi possidens homo, non in primis animi sui possessione regnaret, aliorum Do-
minus, sui famulus? Habes igitur & bonitatem Dei agnoscere ex dignatione, & rationem ex dispositio-
ne. Sola nunc bonitas deputetur, quæ tantum homini largita sit, id est arbitrij libertatem. Aliud sibi
ratio defendat in eiusmodi institutionem. Nam bonus natura Deus solus. Qui enim quod est sine ini-
tio habet, non institutione habet illud, sed naturâ. Homo autem qui totus ex institutione est, habens
initium, cum initio fortitus est formam qua esset: atque ita non naturâ in bonum dispositus est, sed in-
stitutione, non suum habens bonus esse, quia non naturâ in bonum dispositus est, sed institutione, se-
cundum institutorem bonum, scilicet bonorum conditorem. Vt ergo bonum iam suum haberet ho-
mo emancipatum sibi à Deo, & fieret proprietas iam boni in homine, & quodammodò natura, de in-
stitutione ascripta est illi, [16] quasi libripens emancipati à Deo boni, libertas & potestas arbitrij: quæ
efficeret bonum vt proprium iam sponte præstari ab homine, quoniam & hoc ratio bonitatis exigeret
voluntariè exercendæ, ex libertate scilicet arbitrij non fauente, institutionis non seruiente: vt ita de- E
mum bonus consisteret homo, si secundum institutionem quidem, sed ex voluntate iam bonus inue-
niretur, quasi de proprietate naturæ: proinde vt & contra malum (nam & illud vtique Deus prouide-
bat) fortior homo prætenderet, liber scilicet & suæ potestatis: [17] quia si caperet hoc iure, vt bonum
quoque non voluntate obiret, sed necessitate, vsurpabilis etiam malo futurus esset ex infirmitate seruiti-
j, proinde & malo sicut bono famulus. Tota ergo libertas arbitrij in vtrâque partem concessa est illi,
vt sui dominus constanter occurreret, & bono sponte seruando, & malo sponte vitando: quoniam &
aliàs positum hominem sub iudicio Dei, [18] oportebat iustum illud efficere de arbitrij sui meritis, liberi
scilicet. Ceterùm nec boni nec mali merces iure penderetur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuis-
set inuentus, non voluntate. In hoc & lex constituta est, non excludens, sed probans libertatem de ob-
sequio sponte præstando, vel transgressione sponte committenda, ita in vtrunque exitum libertas pa-
tuit arbitrij. Igitur si & bonitas & ratio Dei, inuenitur circa libertatem arbitrij concessam homini, non
oportet omissa prima definitione bonitatis atque rationis, quæ ante omnem tractatum constituenda
est, pòst factis præiudicare, non ita Deum instituere debuisse, qui aliter quàm Deum deceret euasit, sed
dispecto quia ita debuerit instituere, saluo eo quod dispectum est, cetera explorare. Ceterùm facile est
offendentes statim in hominis ruinam, antequàm conditionem eius inspexerint, in auctorem referro
quod accidit, quia nec auctoris examinata sit ratio. Denique & bonitas Dei à primordio operum per-
specta, persuadebit [19] nihil à Deo mali euenire potuisse, & libertas hominis recogitata se potius ream
CA. VII. ostendit, quòd ipsa commisit. [[20] Hac definitione omnia Deo salua sunt, & natura bonitatis, & ratio
dispositionis, & præscientiæ & potentiæ copia. Exigere tamen à Deo debes & grauitatem summam, &
fidem præcipuam in omni institutione eius, & desinas quærere an Deo nolente potuerit quid euenire. F
Tenens enim grauitatem & fidem Dei boni, sed rationalibus institutionibus eius vindicandas, nec il-
lud miraberis [21] quòd Deus non interesserit aduersus ea quæ noluit euenire, vt conseruaret ea quæ
voluit. Si enim semel homini permiserat arbitrij libertatem & potestatem, [22] & dignè permiserat, si-
cut ostendimus, vtique fruendas eas ex ipsa institutionis auctoritate permiserat, fruendas autem quan-
tum in ipso, secundum ipsum, id est, secundum Deum, id est, in bonum. quis enim aduersus se permit-
tet aliquid? quantum verò in homine, secundum motus libertatis ipsius. Quis enim non hoc præstat
ei cui quid semel frui præstat, vt pro animo & arbitrio suo fruatur? [23] igitur consequens erat vt Deus se-
cederet à libertate, semel concessa homini, id est, contineret in semetipso & præscientiam & præpoten-
tiam suam, per quas intercessisse potuisset, quo minus homo malè libertate sua frui aggressus in pericu-
lum laberetur. Si enim intercellisset, rescidisset arbitrij libertatem, quam ratione & bonitate permise-
Gen. 2. rat. Denique puta intercessisse, puta rescidisse illum arbitrij libertatem; dum reuocat ab arbore; dum [24]
Gen. 3. ipsum circumscriptorem colubrum à congressu fœminæ arcet, nónne exclamaret Marcion: O domi-
num futilem, instabilem, infidelem, rescindentem quæ instituit? Cur permiserat liberum arbitrium,
si intercedit? Cur intercedit, si permisit? Eligat vbi se metipsum erroris notet, in institutione an
in rescissione. Nónne tunc magis deceptus ex impræscientia futuri videretur, cùm obstitisset?
& quod quasi ignorans quomodo euasurum esset indulserat, quis non diceret? Sed etsi præscierat ma-
lè hominem institutione sua vsurum, quid tam dignum Deo, quàm grauitas, quàm fides in institutionum
qualiumcunque? Vidisset homo si [25] non benè depunxisset, quod benè acceperat, ipse legi reus fuis-
set, cui obsequi noluisset, non vt legislator ipse fraudem legi suæ faceret non sinendo præscriptum eius
impleri. Hæc dignissimè peroraturus in creatorem, si libero arbitrio hominis ex prouidentia & potes-
tia, quas

A tia, quas exigis, obſtitiſſet, nunc tibi inſuſurra pro creatore & grauitatem, & patientiam, & fidem, inſtitutionibus ſuis functo vt & rationalibus & bonis. [[45] Neque enim ad viuendum ſolummodò produxerat hominem, vt non ad rectè viuendum, in reſpectu ſcilicet Dei legiſque eius. Igitur viuere quidem illi ipſe præſtiterat, facto in animam viuam; rectè verò viuere demandarat, admonito in legis obſequium. Ita non in mortem inſtitutum hominem probat, qui nunc cupit in vitam reſtitutum; malens peccatoris pœnitentiam quàm mortem. Igitur ſicut Deus homini vitæ ſtatum induxit, ita homo ſibi mortis ſtatum attraxit. [46] Et hoc non per infirmitatem, ſicuti nec per ignorantiam, ne quid auctori imputaretur. Nam etſi angelus qui ſeduxit, ſed liber & ſuæ poteſtatis qui ſeductus eſt, ſed imago & ſimilitudo Dei, fortior angelo, ſed adflatus Dei generoſior ſpiritu materiali quo angeli conſtiterunt. [47] Qui facit, inquit, ſpiritus angelos, & apparitores flammam ignis. Quia nec vniuerſitatem homini ſubiecciſſet [48] infirmo dominandi, & non potiori angelis, quibus nihil tale ſubiecit: ſic nec legis pondus impoſuiſſet, ſi grauis lex inualido ſuſtinendi, nec quem excuſabilem ſcirct nomine imbecillitatis, cum definitione mortis conueniſſet. poſtremò non libertate nec poteſtate arbitrij feciſſet infirmum, ſed potius defectione earum. Atque adeò eundem hominem, eandem ſubſtantiam animæ, eundem Adæ ſtatum, eadem arbitrij libertas & poteſtas, victorem efficit hodie de eodem diabolo, cùm ſecundum obſequium legum eius adminiſtratur. [[49] Quoquo tamen, inquis, modo ſubſtantia creatoris delicti capax inuenitur, quum adflatus Dei, id eſt, anima in homine deliquit. nec poteſt non ad originalem ſummam referri corruptio portionis. Ad hoc interpretanda erit qualitas animæ. In primis tenendum, [50] quod Græca ſcriptura ſignauit, adflatum nominans, non ſpiritum. [51] Quidam enim de Græco interpretantes, non recogitata differentia, nec curata proprietate verborum, pro adflatu ſpiritum ponunt, & dant hæreticis occaſionem ſpiritum Dei delicto infuſcandi, id eſt, ipſum Deum, & vſurpata iam quæſtio eſt. [52] Intellige itaque adflatum minorem ſpiritu eſſe, etſi de ſpiritu accidit, vt aurulam eius, non tamen ſpiritum. nam & aura vento rarior, etſi de vento aura, non tamen ventus aura. [53] Capit etiam imaginem ſpiritus dicere flatum. nam & ideò homo imago Dei, id eſt, ſpiritus: Deus enim ſpiritus. Imago ergo ſpiritus, adflatus. Porrò imago veritati non vſquequaque adæquabitur. Aliud eſt enim ſecundum veritatem eſſe, aliud ipſam veritatem eſſe. Sic & adflatus quum imago ſit ſpiritus, non poteſt ita imaginem Dei comparare, vt quia veritas, id eſt, ſpiritus, id eſt, Deus ſine delicto eſt, ideò & adflatus, id eſt, imago, non debuerit admiſiſſe delictum. In hoc erit imago minor veritate, & adflatus ſpiritu inferior, [54] habens illas vtique lineas Dei, quâ immortalis anima, quâ libera & ſui arbitrij, quâ præſcia plerunque, quâ rationalis, capax intellectus & ſcientiæ, tamen & in his imago, & non vſque ad ipſam vim diuinitatis. [55] Sic nec vſque ad integritatem à delicto, quia hoc ſoli Deo cedit, id eſt, veritati, & hoc ſolum imagini non licet. Sicut enim imago quum omnes lineas exprimat veritatis, vi tamen ipſa caret, non habens motum: ita & anima imago ſpiritus, ſolam vim eius exprimere non valuit, id eſt, non delinquendi fœlicitatem. Ceterùm non eſſet anima, ſed ſpiritus, nec homo qui animam ſortitus eſt, ſed Deus. Et aliàs autem non omne quod Dei erit, Deus habebitur: vt expoſtules Deum & adflatum, id eſt, vacuum à delicto, quia Dei ſit adflatus. Nec tu enim ſi in tibiam flaueris, hominem tibiam feceris, quanquam de anima tua flaueris, ſicut & Deus de ſpiritu ſuo. Denique quum manifeſtè ſcriptura dicat: fiaſſe Deum in faciem hominis, & factum hominem in animam viuam, non in ſpiritum viuificatorem; ſeparauit eam à conditione factoris. Opus enim aliud ſit neceſſe eſt ab artifice, id eſt, inferius artifice. Nec vrceus enim factus à figulo ipſe erit figulus, ita nec adflatus factus à ſpiritu, ideò erit ſpiritus. Ipſum quod anima, vocitatus eſt flatus. Vide etiam ne de adflatus conditione tranſierit in aliquam diminutiorem qualitatem.

C [56] Ergo, inquis, dediſti animæ infirmitatem ſuprà negatam. Planè quum illam exigis Deo parem, id eſt, delicti immunem, dico infirmam. Quum verò ad angelum prouocatur, fortiorem defendam neceſſe eſt [57] dominum vniuerſitatis; [58] cui iam angeli adminiſtrant; qui etiam angelos iudicaturus eſt, ſi in Dei lege conſtiterit, quod in primordio noluit. Hoc ipſum ergo potuit adflatus Dei admittere. Potuit, ſed non debuit. Potuiſſe enim habuit per ſubſtantiæ exilitatem, quâ adflatus, non ſpiritus: non debuiſſe autem per arbitrij poteſtatem, quâ liber, non ſeruus, aſſiſtente amplius demonſtratione non delinquendi ſub comminatione moriendi, qua ſubſtrueretur ſubſtantiæ exilitas, & regeretur ſententiæ libertas. Itaque non per illud iam videri poteſt anima deliquiſſe, quod illi cum Deo affine eſt, id eſt, per afflatum: ſed per illud quod ſubſtantiæ acceſſit, id eſt, per liberum arbitrium, à Deo quidem rationaliter attributum, ab homine verò quà voluit agitatum. Quòd ſi ita ſe habent, omnis iam Dei diſpoſitio de mali exprobratione purgatur. Libertas enim arbitrij non ei culpam ſuam reſpuet à qua data eſt, ſed à quo non vt debuit adminiſtrata eſt. Quod denique malum deſcribes creatoris, ſi delictum hominis, non erit Dei, quod eſt hominis? nec idem habendus eſt delicti auctor, qui inuenitur interdictor, immò & condemnator. Si mors malum, nec mors comminatori ſuo, ſed contemptori faciet inuidiam, vt auctori. Contemnendo enim eam fecit, non vtique futuram ſi non contempſiſſet. [59] Sed etſi ab homine, in diabolum tranſſcripſeris mali elogium, vt inſtinctorem delicti, vti ſic quoque in creatorem dirigas culpam, vt in auctorem diaboli, qui facit angelos ſpiritus: ergo quod factus à Deo eſt, id eſt, angelus, id erit eius qui fecit. Quod autem factus à Deo non eſt, id eſt, [60] diabolus, id eſt, delator, ſupereſt vt ipſe ſeſe fecerit deferendo de Deo, & quidem falſum, [61] primò quòd Deus illos ex omni ligno edere

C. VIII. Gen. 2.

Cap. IX. » Gen. 2. »

B

Gen. 1. Ioan. 4.

Gen. 2.

Hebr. 1. 1. Cor. 6.

Cap. X. Hebr. 1.

Gen. 3.

vetuiſſet, dehinc quaſi morituri non eſſent ſi ediſſent, tertiò quaſi Deus illis inuidiſſet diuinitatem. Vn- D
de igitur malitia mendacij & fallaciæ in homines, & infamiæ in Deum? à Deo vtique non, qui & an-
gelum ex forma operum bonorum inſtituit bonum. Denique ſapientiſſimus omniũ æditur, antequàm
diabolus, niſi malum eſt ſapientia. Et ſi euoluas Ezechielis prophetiam, facilè animaduertes tam inſti-
tutione bonum angelum illum, quàm ſponte corruptum. [62] In perſona enim principis Sor, ad diabo-
Ezech. 28. lum pronuntiatur, Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, ſume planctum ſuper prin-
cipem Sor, & dices: Hæc dicit Dominus, [63] Tu es reſignaculum ſimilitudinis, qui ſcilicet integritatem
imaginis & ſimilitudinis reſignaueris, plenus ſapientia, corona decoris (hoc vt eminentiſſimo angelo-
rum, vt archangelo, vt ſapientiſſimo omnium) In delicijs paradiſi Dei tui natus es. Illic enim vbi Deus
in ſecunda animalium figuræ formatione angelos feecrat. [64] Lapidem optimum indutus es, Sardium,
Topazium, Smaragdum, Carbunculum, Saphirum, Iaſpin, Ligurium, Achaten, Amethyſtum, Chry-
ſolithum, Berillum, Onychium, & auro repleſti horrea tua & theſauros tuos. Ex qua die conditus es, [65]
cum Cherub poſui te in monte ſancto Dei, fuiſti in medio lapidum igneorum, fuiſti inuituperabilis in
diebus tuis ex qua die conditus es, [66] donec inuentæ ſunt læſuræ tuæ. De multitudine negotiationis
tuæ promas tuas repleſti & deliquiſti, & deciſti de monte Dei, & perdidit te cherub de medio lapidum
igneorum. Et exterminauit te cherub filios ſuæ, à Deo E
Gen. 2. dem Adam, tranſlatus potius illuc: nec cum Cherub poſitus in monte ſancto Dei, id eſt in ſublimitate
Ezech. 28. cœleſti, de qua ſatanam Dominus quoque deciſi deſſe teſtatur: nec inter lapides igneos demoratus, inter
Luc. 10. gemmantes ſiderum ardentium radios, vnde etiam quaſi fulgur deiectus eſt ſatanas. Sed ipſe auctor de-
Ezech. 28. licti in perſona peccatoris viri denotabatur, retrò quidem inuituperabilis à die conditionis ſuæ, à Deo E
in bonum conditus, vt à bono conditore inuituperabilium conditionum, & excultus omni gloria an-
gelica, & apud Deum conſtitutus, quâ bonus apud bonum: poſtea verò à ſemetipſo tranſlatus in ma-
Ibidem. lum. Ex quo enim, inquit, apparuerunt læſuræ tuæ: illi eas reputans, quibus ſcilicet læſit hominem elec-
tum à Dei obſequio: & ex illo deliquit, ex quo delictum ſeminauit: atque ita exinde negotiationis, id
eſt malitiæ ſuæ multitudinem exercuit, delictorum ſcilicet & cenſuum, non minus & ipſe liberi arbitrij
inſtitutus, vt ſpiritus. Nihil enim Deus proximum ſibi non liberi tate eiuſmodi ordinaſſet. Quem tamen
& prædamnando teſtatus eſt, ab inſtitutionis forma libidine propria conceptæ vltrò malitię exorbitaſ-
ſe: & commeatum operationibus eius adimetiendo, rationem bonitatis ſuæ egit: eodem conſilio differ-
ens extinctionem diaboli, quo hominis reſtitutionem. [68] Certamini enim dedit ſpatium, vt & homo
eadem arbitrij libertate elideret inimicum quâ ſucciderat illi, probans ſuam, non Dei culpam: & ita ſa-
lutem dignè per victoriam recuperaret, & diabolus amariùs puniretur, ab eo quem eliſerat antè deui-
ctus, & Deus tantò magis bonus inueniretur, ſuſtinens hominem glorioſiorem in paradiſum ad licen-
CA. XI. tiam decerpendæ arboris vitæ iam de vita regreſſurum. [[69] Igitur vſque ad delictum hominis Deus à
Gen. 3. primordio tantùm bonus, exinde iudex & ſeuerus, &, quod Marcionitæ volunt, ſæuus. Statim mulier
in doloribus parere, & viro ſeruire damnatur: [70] ſed quæ antè ſine vlla contriſtatione per benedictio-
Gen. 1. nem in crementũ generis audierat: [71] Creſcite tantùm & multiplicamini: ſed quæ in adiutorij maſcu-
Gen. 2. lo, non in ſeruitium fuerat deſtinata. Statim & terra maledicitur, ſed antè benedicta. Statim tribuli &
Gen. 3. ſpinæ, ſed ante fœnum, & herbæ, & arborum fructuoſa. Statim ſudor & labor panis, ſed antè ex omni
Gen. 1. ligno victus immunis, & alimenta ſecura. Exinde homo ad terram, ſed antè de terra. Exinde ad mor-
Gen. 3. tem, ſed antè ad vitam. [72] Exinde in ſcorteis veſtibus, ſed antè ſine ſcrupulo nudus. Ita prior bonitas F
Gen. 1. Dei ſecundum naturam, ſeueritas poſterior ſecundum cauſam. Illa ingenita, hæc accidens: illa propria,
Gen. 3. hæc accommodata: illa ædita hæc adlibita. Nec natura enim inoperatam debuit continuiſſe bonita-
Gen. 2. tem, nec cauſa diſſimulatam euaſiſſe ſeueritatem. Alteram ſibi, alteram rei Deus præſtitit. Incipe nunc
etiam iudicis ſtatum vt ad finem mali arguere, qui ideircò alium Deum ſomniaſti ſolummodò bonum,
quia non potes iudicem: quanquam & illum vt iudicem oſtendimus. Aut ſi non iudicem, certè peruer-
ſum ac vanum diſciplinæ non vindicandæ, id eſt non iudicandæ conſtitutorem. Non reprobas autem
Deum iudicem, qui non iudicem Deum probas? Ipſam ſine dubio iuſtitiam accuſare debebis, quæ iu-
dicem præſtat, aut & eam in ſpecies malitiæ deputare, id eſt, iniuſtitiam in titulos bonitatis aſſcribere.
Nunc enim iuſtitia malum, ſi iniuſtitia bonum. Porrò quum cogeris iniuſtitiam de peſſimis pronun-
tiare, eodem iugo vrgeris iuſtitiam de optimis cenſere. Nihil enim æmulum mali non bonum, ſicut &
boni æmulum nihil non malum. Igitur quantò malum iniuſtitia, tantò bonum iuſtitia. Nec ſpecies ſo-
lummodò, ſed tutela reputanda bonitatis; quia bonitas niſi iuſtitia regatur, vt iuſta ſit, non erit bonitas,
CA. XII. ſi iniuſta ſit. Nihil enim bonum, quod iniuſtum: bonum autem omne, quod iuſtum. [[73] Ita ſi ſocietas
& conſpiratio bonitatis atque iuſtitiæ, ſeparatione earum non potes carere: quo ore conſtitues diuerſi-
tatem duorum Deorum in ſeparatione, ſeorſum deputans Deum bonum, & ſeorſum Deum iuſtum?
Illic conſiſtit bonum, vbi & iuſtum. A primordio denique creator tam bonus, quàm & iuſtus. pariter
vtrunque proceſſit. Bonitas eius operata eſt mundum, iuſtitia modulata eſt. quæ etiam tum mundum
Gen. 1. & 2. iudicauit ex bonis faciendum, quia cum bonitatis conſilio iudicauit. [74] Iuſtitiæ opus eſt, quòd inter
lucem & tenebras ſeparatio pronuntiata eſt, inter diem & noctem, inter cœlum & terram, inter aquam
ſuperiorem & inferiorem, inter maris cœtum & aridæ molem, inter luminaria maiora & minora, diurna
atque

A atque noctuma,inter marem & fœminam,inter arborem agnitionis,mortis,& vitæ,inter orbem & paradiſum, inter aquigena & terrigena animalia. Omnia vt bonitas concepit,ita iuſtitia diſtinxit. Totum hoc iudicatò diſpoſitum & ordinatum eſt. Omnis ſitus, habitus elementorum,effectus, motus, ſtatus, ortus,occaſus ſingulorum,iudicia ſunt creatoris,ne putes eum exinde iudicem definiendum quo malum cœpit,atque ita iuſtitiam de cauſa mali offuſces. His enim modis oſtendimus eam cum auctrice omnium bonitate prodiſſe, vt & ipſam ingenitam Deo & naturalem nec obuentitiam deputandam, quæ in Domino inuenta ſit arbitratrix operum eius. [[71] At enim vt malum poſtea erupit, atque inde iam cœpit bonitas Dei cum aduerſario agete , aliud quoque negotium eadem illa iuſtitia Dei nacta eſt iam ſecundum aduerſionem diligendæ bonitatis , vt ſepoſita libertate eius , qua & vltrò Deus bonus, pro meritis cuiuſque penſetur, dignis offeratur,indignis denegetur , ingratis auferatur: proinde omnibus æmulis vindicetur. Ita omne hoc iuſtitiæ opus procuratio bonitatis eſt , quod iudicando damnat,quod damnando punit, quod,vt dicitis , fœuit, vtique bono non malo proficit. [[76] Denique timor iudicij ad bonum,non ad malum confert. Non enim ſufficiebat bonum per ſemetipſum commendari,iam ſub aduerſario laborans. Nam etſi commendabile per ſemetipſum , non tamen & conſeruabile, quia expugnabile iam per aduerſarium,niſi vis aliqua præeſſet timendi , quæ bonum etiam nolentes appetere, & cuſtodire compelleret. Ceterùm tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret quod impunè contemneret? Quis cuſtodiret,quod ſine periculo amitteret? [[77] Legis mali viam latam & multo frequentiorem:nónne omnes illaberentur, ſi nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo auellimur. Quid ſi nihil minaretur ? Hanc iuſtitiam malum

B dices, quæ malo non fauet? Hanc bonum negabis, quæ bono proſpicit ? [[78] Qualem oportet Deum, velles : qualem malles, expediret , ſub quo delicta gauderent, cui diabolus illuderet , illum bonum iudicares Deum, qui hominem poſſet magis malum facere , ſecuritate delicti ? Quis boni auctor, niſi qui & exactor ? Proinde quis mali extraneus, niſi qui & inimicus ? Quis inimicus , niſi qui & expugnator ? Quis expugnator,niſi qui & punitor? Sic totus Deus bonus eſt, dum pro bono omnia eſt. Sic denique omnipotens,quia & iuuandi & lædendi potens. Minus eſt, tantummodò prodeſſe, quia non aliud quid poſſit quàm prodeſſe. De eiuſmodi qua fiducia bonum ſperem,ſi hoc ſolum poteſt? quomodo innocentiæ mercedem ſecter, [[79] ſi non & nocentiæ ſpectem ? diffidam neceſſe eſt, ne nec alteram partem remuneretur, qui vtranque non valuit. Vſqueadeò iuſtitia etiam plenitudo eſt diuinitatis ipſius, exhibens Deum perfectum , & patrem & dominum: Patrem , clementia : dominum diſciplina. Patrem, poteſtate blanda : dominum, ſeuera. Patrem, diligendum piè: dominum, timendum neceſſariè. Diligendum, [[80] quia malit miſericordiam quàm ſacrificium:& timendum,quia nolit peccatum. Diligendum,quia malit pœnitentiam peccatoris quàm mortem : & timendum, quia nolit peccatores ſui iam non pœnitentes. Ideò lex vtrunque definit: [[81] Diliges Deum, & Timebis Deum. Aliud obſecutori propoſuit, aliud exorbitatori. [[82] Ad omnia tibi occurrit Deus, [83] idẽ percutiens,ſed & ſanans; mortificans,ſed & viuificans ; humilians, ſed & ſublimans; condens mala , ſed & pacem faciens , vtetiam & hic reſpondeam hæreticis: Ecce enim,inquiunt , ipſe ſe conditorem profitetur malorum, dicens : Ego ſum qui condo mala. Amplexi enim vocabuli communionem , duas malorum ſpecies in

C ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur & delicta & ſupplicia,paſſim volunt eum conditorem intelligi malorum,vt & malitiæ iniuſtè auctor renuntietur. Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delicti & malis ſupplicij, malis culpæ, & malis pœnæ , ſuum cuique parti definimus auctorem,malorum quidem peccati & culpæ,diabolum:malorum verò ſupplicij & pœnæ Deum creatorem,vt illa pars malitiæ deputetur , iſta iuſtitiæ mala condentis iudicia aduerſus mala delicti. De his ergo creator profitetur malis, quæ congruunt iudici. Quæ quidem illis mala ſunt, quibus reprehenduntur: ceterùm ſuo nomine bona quà iuſta, & bonorum defenſoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna. Aut proba ea iniuſta, vt probes malitiæ deputanda, id eſt iniuſtitiæ mala : quia ſi iuſtitiæ erunt, iam mala non erunt, ſed bona, malis tantummodò mala,quibus etiam directò bona pro malis damnantur. Conſtitue igitur iniuſtè hominem diuinæ legis voluntarium contemptorem id retuliſſe,quo voluit caruiſſe;iniuſtè malitiam æui illius imbribus,dehinc & ignibus cæſam;iniuſtè [84] Ægyptum fœdiſſimam, ſuperſtitioſam, amplius hoſpitis populi conſlictatricem,decemplici caſtigatione percuſſam. [85] Indurat cor Pharaonis, ſed meruerat in exitium ſubminiſtrari,qui iam negauerat Deum, qui iam legatos eius toties ſuperbus excuſſerat; qui iam populo laborem operis adiecerat: poſtremò quâ Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis idololatriæ, [86] ibim & crocodilum citius colens quàm Deum viuum. [87] Impedit & ipſum populum,ſed ingratũ. Immiſit & pueris verſos, ſed irreuerentibus in Prophetam. [[88] Iuſtitiam ergo primo iudicis diſpice,cuius ſi ratio conſtiterit, tunc & ſeueritas , & per quæ ſeueritas decurrit,rationi & iuſtitiæ reputabuntur. Ac ne pluribus immoremur , aſſerite cauſas, ceteras quoque vt ſententias condemnetis:excuſate delicta,vt iudicia reprobetis. Nolite reprehẽdere iudicem, ſed reuincite malum iudicem. [89] nam etſi patrum delicta ex filijs exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel [90] poſteritatibus ſuis proſpicientes , legi diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorum ſalutem , quàm ſuam curet ? [91] Sed etſi benedictio patrum ſemiani quoque eorum deſtinabatur, ſine vllo adhuc merito eius , cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret?

Atque noctuma,inter marem & fœminam,inter arborem agnitionis,mortis,& vitæ,inter orbem & paradiſum, inter aquigena & terrigena animalia. Omnia vt bonitas concepit,ita iuſtitia diſtinxit. Totum hoc iudicatò diſpoſitum & ordinatum eſt. Omnis ſitus, habitus elementorum,effectus, motus, ſtatus, ortus,occaſus ſingulorum,iudicia ſunt creatoris,ne putes eum exinde iudicem definiendum quo malnm cœpit,atque ita iuſtitiam de cauſa mali offuſces. His enim modis oſtendimus eam cum auctrice omnium bonitate prodiſſe, vt & ipſam ingenitam Deo & naturalem nec obuentitiam deputandam, quæ in Domino inuenta ſit arbitratrix operum eius. [[71] At enim vt malum poſtea erupit, atque inde iam cœpit bonitas Dei cum aduerſario agete , aliud quoque negotium eadem illa iuſtitia Dei nacta eſt iam ſecundum aduerſionem diligendæ bonitatis , vt ſepoſita libertate eius , qua & vltrò Deus bonus, pro meritis cuiuſque penſetur, dignis offeratur,indignis denegetur , ingratis auferatur: proinde omnibus æmulis vindicetur. Ita omne hoc iuſtitiæ opus procuratio bonitatis eſt , quod iudicando damnat,quod damnando punit, quod,vt dicitis , fœuit, vtique bono non malo proficit. [[76] Denique timor iudicij ad bonum,non ad malum confert. Non enim ſufficiebat bonum per ſemetipſum commendari,iam ſub aduerſario laborans. Nam etſi commendabile per ſemetipſum , non tamen & conſeruabile, quia expugnabile iam per aduerſarium,niſi vis aliqua præeſſet timendi , quæ bonum etiam nolentes appetere, & cuſtodire compelleret. Ceterùm tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret quod impunè contemneret? Quis cuſtodiret,quod ſine periculo amitteret? [[77] Legis mali viam latam & multo frequentiorem:nónne omnes illaberentur, ſi nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo auellimur. Quid ſi nihil minaretur ? Hanc iuſtitiam malum dices, quæ malo non fauet? Hanc bonum negabis, quæ bono proſpicit ? [[78] Qualem oportet Deum, velles : qualem malles, expediret , ſub quo delicta gauderent, cui diabolus illuderet , illum bonum iudicares Deum, qui hominem poſſet magis malum facere , ſecuritate delicti ? Quis boni auctor, niſi qui & exactor ? Proinde quis mali extraneus, niſi qui & inimicus ? Quis inimicus , niſi qui & expugnator ? Quis expugnator,niſi qui & punitor? Sic totus Deus bonus eſt, dum pro bono omnia eſt. Sic denique omnipotens,quia & iuuandi & lædendi potens. Minus eſt, tantummodò prodeſſe, quia non aliud quid poſſit quàm prodeſſe. De eiuſmodi qua fiducia bonum ſperem,ſi hoc ſolum poteſt? quomodo innocentiæ mercedem ſecter, [[79] ſi non & nocentiæ ſpectem ? diffidam neceſſe eſt, ne nec alteram partem remuneretur, qui vtranque non valuit. Vſqueadeò iuſtitia etiam plenitudo eſt diuinitatis ipſius, exhibens Deum perfectum , & patrem & dominum: Patrem , clementia : dominum diſciplina. Patrem, poteſtate blanda : dominum, ſeuera. Patrem, diligendum piè: dominum, timendum neceſſariè. Diligendum, [[80] quia malit miſericordiam quàm ſacrificium:& timendum,quia nolit peccatum. Diligendum,quia malit pœnitentiam peccatoris quàm mortem : & timendum, quia nolit peccatores ſui iam non pœnitentes. Ideò lex vtrunque definit: [[81] Diliges Deum, & Timebis Deum. Aliud obſecutori propoſuit, aliud exorbitatori. [[82] Ad omnia tibi occurrit Deus, [83] idẽ percutiens,ſed & ſanans; mortificans,ſed & viuificans ; humilians, ſed & ſublimans; condens mala , ſed & pacem faciens , vtetiam & hic reſpondeam hæreticis: Ecce enim,inquiunt , ipſe ſe conditorem profitetur malorum, dicens : Ego ſum qui condo mala. Amplexi enim vocabuli communionem , duas malorum ſpecies in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur & delicta & ſupplicia,paſſim volunt eum conditorem intelligi malorum,vt & malitiæ iniuſtè auctor renuntietur. Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delicti & malis ſupplicij, malis culpæ, & malis pœnæ , ſuum cuique parti definimus auctorem,malorum quidem peccati & culpæ,diabolum:malorum verò ſupplicij & pœnæ Deum creatorem,vt illa pars malitiæ deputetur , iſta iuſtitiæ mala condentis iudicia aduerſus mala delicti. De his ergo creator profitetur malis, quæ congruunt iudici. Quæ quidem illis mala ſunt, quibus reprehenduntur: ceterùm ſuo nomine bona quà iuſta, & bonorum defenſoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna. Aut proba ea iniuſta, vt probes malitiæ deputanda, id eſt iniuſtitiæ mala : quia ſi iuſtitiæ erunt, iam mala non erunt, ſed bona, malis tantummodò mala,quibus etiam directò bona pro malis damnantur. Conſtitue igitur iniuſtè hominem diuinæ legis voluntarium contemptorem id retuliſſe,quo voluit caruiſſe;iniuſtè malitiam æui illius imbribus,dehinc & ignibus cæſam;iniuſtè [84] Ægyptum fœdiſſimam, ſuperſtitioſam, amplius hoſpitis populi conſlictatricem,decemplici caſtigatione percuſſam. [85] Indurat cor Pharaonis, ſed meruerat in exitium ſubminiſtrari,qui iam negauerat Deum, qui iam legatos eius toties ſuperbus excuſſerat; qui iam populo laborem operis adiecerat: poſtremò quâ Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis idololatriæ, [86] ibim & crocodilum citius colens quàm Deum viuum. [87] Impedit & ipſum populum,ſed ingratũ. Immiſit & pueris verſos, ſed irreuerentibus in Prophetam. [[88] Iuſtitiam ergo primo iudicis diſpice,cuius ſi ratio conſtiterit, tunc & ſeueritas , & per quæ ſeueritas decurrit,rationi & iuſtitiæ reputabuntur. Ac ne pluribus immoremur , aſſerite cauſas, ceteras quoque vt ſententias condemnetis:excuſate delicta,vt iudicia reprobetis. Nolite reprehẽdere iudicem, ſed reuincite malum iudicem. [89] nam etſi patrum delicta ex filijs exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel [90] poſteritatibus ſuis proſpicientes , legi diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorum ſalutem , quàm ſuam curet ? [91] Sed etſi benedictio patrum ſemiani quoque eorum deſtinabatur, ſine vllo adhuc merito eius , cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret?

Ca. xiii. Gen. 3.

Matth. 7.

Eſech. 33. Deuter. 5. C. xiiii. Deuter. 32. „ 1. Reg. 2. „ Iſai. 45.

Gen. 3. Gen. 1. 2. 3. Exod. 5. Num. 11. et 21 4. Reg. 2. C. A. xv.

Exod. 20. Gen. 12. 13. 15. 17. 18. 22. & 26.

Hierem.31. & Ezech. 18. Sicut gratia, ita & offensa: vt per totum genus & gratia decurreret, & offensa [91] saluo eo quod postea decerni habebat: Non dicturos acidam vuam patres manducasse, & filiorum dentes obstupuisse, id est non sumpturum partem delictum filij, nec filium delictum patris, sed vnumquęque delicti sui reum futurum, vt post duritiam populi, duritia legis edomita, iustitia iam non genus, sed personas iudicaret. Quanquam li Euangelium veritatis accipias, ad quos pertineat sententia reddentis in filios patrum delicta, cognosces: ad illos scilicet qui hanc vltrò sibi sententiam fuerant irrogaturi. [91] Sanguis illius super capita nostra & filiorum nostrorum. Hoc itaque omnis prouidentia Dei censuit, quod iam audierat. [94] Bona igitur & seueritas, quia iusta, si bonus iudex, id est iustus. Item cetera bona, per quæ opus bonum currit bonæ seueritatis, [95] siue ira, siue æmulatio, siue fœuitia. Debita enim omnia hæc sunt seueritati, sicut seueritas debitum est iustitiæ. Vindicanda erit procacitas ætatis verecundiam debentis. Atque ita non poterunt iudici exprobrari, quæ iudici accidunt, carentia & ipsa culpa sicut & iudex. Quid enim si medicum quidem dicas esse debere, ferramenta verò eius accuses, quòd secêt, & inurant, & amputent, [96] & constrictent, quando sine instrumento artis medicus esse non possit? Sed accusa malè secantem, importunè amputantem, temerè inurentem, atque ita ferramenta quoque eius vt mala ministeria reprehende. Proinde est enim, cùm Deum quidem iudicem admittis, eos verò motus & sensus per quos iudicat destruis. Deum nos à Prophetis & à Christo, [97] non à Philosophis necab

C. xvi.

Philipp.2. Epicuro erudimur. Qui credimus Deum etiam in terris egisse, & humani habitus humilitatem suscepisse, ex causa humanæ salutis, longè sumus à sententia eorum qui nolunt Deum curare quidquam. Inde venit ad hæreticos quoque definitio eiusmodi, [98] Si Deus irascitur & æmulatur, & extollitur, & exacerbatur, ergo & corrumpetur, ergo & morietur. Benè autem quod Christianorum est, [99] etiam mortuum Deum credere, & tamen viuentem in æuo æuorum. Stultissimi qui de humanis diuina prædicât, vt quoniam in homine corruptorię conditionis habentur huiusmodi passiones, idcircò & in Deo eiusdem status existimentur. Discerne substantias, & suos cis distribue sensus, tam diuersos, quàm substantiæ exigunt, licet vocabulis communicare videantur. [100] Nam & dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus, nec ideò tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione sociantur. Quanta erit diuersitas diuini corporis & humani sub eisdem nominibus membrorum, tanta erit & animi diuini & humani differentia sub eisdem licet vocabulis sensuum, quos tam corruptorios efficit in homine corruptibilitas substantiæ humanæ, quàm incorruptorios in Deo efficit incorruptibilitas substantiæ diuinæ. Certè Deum confiteris creatorem? Certè, inquis. Quomodo ergo in Deo humanum aliquid existimas, & non diuinum omne? Quem Deum non negas, confiteris non humanum. Siquidem Deum confitendo, præiudicasti vtique illum ab omni humanarum conditionum qualitate diuersum. Porrò quum pariter agnoscas hominem à Deo inflatum in animam viuam, non Deum ab homine, satis peruersum est, vt in Deo potius humana constituas, quàm in homine diuina, & hominis imagine

Gen. 2. *Gen. 1.* Deum imbuas potius quàm Dei hominem. Et hæc ergo imago censenda est Dei in homine, quòd eosdem motus & sensus habeat humanus animus, quos & Deus, licet non tales quales Deus. Pro substantia enim & status eorum & exitus distant. Denique contrarios eorum sensus, lenitatem dico, patientiam misericordiam, ipsámque matricem earum bonitatem, cur diuina præsumitis? Nec tamen perfectè ea obtinemus, quia solus Deus perfectus. Ita & illas species, iræ dico & exasperationis non tam fœliciter patimur: quia solus Deus de incorruptibilitatis proprietate fœlix. Irascetur enim, sed non exacerbabitur, sed non pericli tabitur: mouebitur, sed non euertetur. Omnia necesse est adhibeat propter omnia tot sensus, quot & causas. Et iram propter sceleſtos, & bilem propter ingratos, & æmulationem propter superbos, & quicquid non expedit malis. Sic & misericordiam propter errantes, & patientiam propter non resipiscentes, & præstantiam propter merentes, & quicquid bonis opus est, quæ omnia patitur suo more, quo eum pati condecet, propter quem homo eadem patitur æquè suo more.

C. xvii.

Matth. 5. [101] Hæc itaque dispecta totum ordinem Dei iudicis operarium, & (vt dignius dixerim) protectorem [102] catholicæ & summæ illius bonitatis ostendunt: quam semotam à iudiciarijs sensibus, & in suo statu norunt Marcionitæ in eodem Deo agnoscere, pluentem super bonos & malos, & solem suum oriri facientem super iustos & iniustos: quod alius Deus omninò non præstat. [103] Nã etsi hoc quoque testimonium Christi in creatorem, Marcion de Euangelio eradere ausus est, sed ipse mũdus in scriptus

Ezech. 33. *Ose. 6.* *Ion. 3.* *4. Reg. 20.* *Dan. 4.* *1 Reg. 14.* *2. Reg. 12.* *Iudicum 3. 4. 6. & 10.* est, [104] & omni à conscientia legitur: & erit hæc ipsa patientia creatoris in iudicium Marcionis, illa patientia quę expectat pœnitentiam potius peccatoris, quàm mortem; & mauult misericordiam quàm sacrificium; auertens iam destinatum exitium Niniuitis; & largiens spatiũ vitæ Ezechiæ lacrymis; [105] & restituens statum regni Babylonis tyranno pœnitentiam functo. Illam dico misericordiam, [106] quæ & filium Saulis moriturum ex deuotione populo cõcessit: & Dauid delicta in domũ Uriæ confessum, venia liberauit: & ipsum Israël toties restituit, quoties iudicauit: toties refouit, quoties & increpuit. Non solum igitur iudicem aspiciens, conuertere & ad optimi exempla. Nota quũ vleiscitur, cõsidera quum indulget. Repende austeritati lenitatem: [107] quum vtrumque conueneris in creatore, inuenies in eo & illud propter quem alterum Deum credis. Veni denique ad inspectationem doctrinarum, disciplinarum, præceptorum, consiliorúmque eius. Dices forsitan, hæc etiam humanis legibus determinari. [108] Sed ante Lycurgos & Solonas omneis, Moyses & Deus. Nulla posteritas non à primordijs accipit.

Tamen

A Tamen non à tuo Deo didicit creator meus præscribere, Non occides, non adulterabis, non furabe- *Exod.21.*
ris, non falsum testimonium dices, alienum non concupisces, honora patrem & matrem, & diliges pro-
ximum tuum vt teipsum. Ad hæc innocentiæ, pudicitiæ, & iustitiæ, & pietatis principalia consulta, ac-
cedunt etiam humanitatis præscripta: quum septimo quoque anno seruitia libertate soluuntur, quum *Exod.21.*
eodem tempore agro parcitur egenis cedendo locum; [109] boui etiam terenti vincula oris remittuntur *Leuit.25.*
ad fructum præsentis laboris, quo faciliùs in pecudibus præmeditata humanitas in hominum refrigeria *1. Cor. 9.*
eruditetur. [110] Sed quæ potius legis bona defendam, quàm quæ hæresis concupijt, vt talionis defini- *C. XVIII.*
tionem, oculum pro oculo, dentem pro dente, [111] & liuorem pro liuore repetentis? Non enim in- *Leuit.24.*
iuriæ mutuò exercendæ licentiam sapit, sed in totum cohibendæ violentiæ prospicit, vt quia durissi-
mo & infideli in Deum populo longum, vel etiam incredibile videretur [112] à Deo expectare defensam,
edicendam postea per Prophetam: Mihi defensam, & ego defendam, dicit Dominus: interim commissio
iniuriæ metu vicis statim occurrere repastinaretur: & licentia retributionis, prohibitio esset pro- *Deut.23.*
uocationis, vt sic improbitas æstuata cesseret, dum secunda permissa, prima terretur: & prima deterri-
ta, nec secunda committitur, quâ & aliàs facilior timor talionis [113] per eundem saporem passionis. Ni-
hil amarius quàm idipsum pati, quod feceris alijs. [114] Et si lex aliquid cibis detrahit, & immunda pro- *Deut.14.*
nuntiat animalia; quæ aliquando benedicta sunt, consilium exercendæ continentiæ intellige, & præ- *Gen.1.*
nos impositos illi gulæ agnosce, [115] quæ quum panem ederet angelorum, cucumeres & pepones Æ- *Psal.77.*
gyptiorum desiderabat. Agnosce simul & [116] comitibus gulæ, libidini scilicet atque luxuriæ prospe- *Num.11.*
B ctum, quæ ferè ventris castigatione frigescunt. Manducaucrat enim populus & biberat, & surrexerat *Exod.32.*
ludere: proinde [117] vt & pecuniæ ardor restingueretur ex parte qua de victus necessitate causatur, pre-
tiosorum ciborum ambitio detracta est. Postremò vt faciliùs homo ad ieiunandum Deo formaretur,
paucis & non [118] gloriosis escis assuefactus, & nihil de lautioribus esuriturus. Reprehendendus sanè
creator, quòd cibos potius populo suo abstulit, quàm ingratioribus Marcionitis. [119] Sacrificiorum quo- *Leuit.1.2.3.*
que onera & operationum & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi Deus *4. 5. 6. &*
talia sibi propriè desiderauerit, qui tam manifestè exclamat, Quò mihi multitudinem sacrificiorum *7.*
vestrorum? Et quis exquisiuit ista de manibus vestris? sed illam Dei industriam sentiat, qua populum *Isai.1.*
pronum in idololatriam & transgressionem, ciusmodi officijs religioni suæ voluit astringere, quibus
superstitio seculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri quasi desideranti, ne simulacris fa-
ciendis delinqueret. [120] Sed & in ipsis commercijs vitæ & conuersationis humanæ domi ac foris, CAP. XIX.
adusque curam vasculorum omnifariam distinxit, vt istis legalibus disciplinis occurrentibus vbique, *Matth. 23.*
ne illi, momento vacarent à Dei respectu. [121] Quid enim faceret beatum hominem, quàm in lege Do- *Psal.1.*
mini voluntas eius? & in lege Domini meditabitur die ac nocte. Quam legem non duritia promulga-
uit auctoris, sed ratio summæ benignitatis populi potius duritiam edomantis, & rudem obsequio fi-
dem operosis officijs dedolantis: vt nihil de arcanis attingam significantijs legis spiritalis scilicet & Pro-
pheticæ, & in omnibus penè argumentis figuratæ. Sufficit enim in præsenti, si simpliciter hominem
Deo obligabat, vt nemo eam reprobare debeat, nisi cui non placet Deo deseruire. Ad hoc benefi-
cium non onus legis adiuuandum, etiam Prophetas eadem bonitas Dei ordinauit docentes Deo di- *Isai.1.*
gna; [122] auferte nequitias de anima, discere benefacere, exquirere iudicium, iudicare pupillo, & iustifi-
care viduam, dirigere quæstiones. [123] Fugere improborum contractum, dimittere conflictam inte- *Isai.58.*
gram, dissipare scripturam iniustam, infringere panem esurienti, & tectum non habentem inducere in
C domum tuam, nudum si videris, contegere, & domesticos seminis tui non despicere. [124] Compescere *Psal.33.*
linguam à malo, & labia ne loquantur dolum, declinare à malo, & facere bonum, quærere pacem, &
sectari eam; Israel & non delinquere, id est, in ira non persuerare, siue sæuire; Non abire in concilium *Psal. 4.*
impiorum, nec stare in via peccatorum, nec in cathedra pestilentium sedere. Sed vbi? Vide quàm bo- *Psal.1.*
num & quàm iucundum habitare fatres in vnũ, meditantes die ac nocte in lege Domini. Quia bonum *Psal.132.*
scilicet fidere in Dominum, quàm fidere in hominem, & sperare in Dominum quàm sperare in Prin- *Psal.1.*
cipes. [125] Qualis enim apud Deum merces homini: Et erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta *Psal.117.*
exitus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non decidet, & omnia quæ- *Psal.1.*
cunque faciet, prosperabuntur illi. [126] Innocens autem & purus corde, qui non accepit in vanum no- *Psal.23.*
men Dei, & non iurauit ad proximum suum in dolo: iste accipiet benedictionem à Domino, & misери-
cordiam à Deo salutificatore suo. O culi enim Domini super timentes eum, & sperantes in misericordiam *Psal.32.*
ipsius, ad deliberandas animas eorum de morte, vtique æterna, & nutricandos eos in fame, vtique vitæ
æternæ. Multæ enim pressuræ iustorum, & ex omnibus liberabit eos Dominus. Honorabilis mors in *Psal.33.*
conspectu Domini sanctorum eius. Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex ipsis non commi-
nuetur. Redimet Dominus animas seruorum suorũ. Pauca ista de tantis scripturis creatoris intulimus,
& nihil puto iam ad testimonium Dei optimi deesse, quod satis & præcepta bonitatis, & promissa con-
signant. [127] Sed enim spiæ isti (quorum figura, illud quoque pisculentum de cibis lex recusauit) vt CAP. XX.
traductionem sui sentiunt, tenebras hinc blasphemiæ interuomunt, atque ita intentionem vniuscuiuſ- *Deut.14.*
que iam proximum dispargunt, iactitando & asseuerando ea quæ reluctentem bonitatem creatoris in-
fuscent. Sed & per istas caligines sequemur nequitiam, & in lucem extrahemus ingenia tenebrarũ, obij-

Exod. 12. cientia creatori vel maximè fraudem illam & rapinam auri & argenti, mandata ab illo Hebræis in Ægyptios. Age infœlicissime hæretice, teipsum expostulo arbitrum, [128] cognosce in vtranque gentem prius, & ita de auctore præcepti iudicabis. Repoſcunt Ægyptij de Hebræis vaſa aurea & argentea, contrà Hebræi mutuas petitiones inſtituunt, allegantes ſibi quoque eorundem patrum nomine ex eodem ſcripturæ inſtrumento, mercedes reſtitui oportere illius operariæ ſeruitutis, pro laterinis deductis, Exod. 1. pro ciuitatibus & villis ædificatis. Quid iudicabis optimi Dei electòr? Hebræos fraudem agnoſcere debere, an Ægyptios compenſationem? Nam & aiunt ita actum per legatos vtrinque, Ægyptiorum quidem repetentium vaſa, Iudæorum verò repoſcentium operas ſuas: [129] & tamen has iuſtitia renuntiauerunt ſibi Ægyptij. Hodie aduerſus Marcionitas amplius allegant Hebræi, negantes compenſationi ſatis eſſe, quantumuis illud auri & argenti, ſi ſexcentorum milium operæ per tot annos vel ſingulis nummis diurnis æſtimentur. Quæ autem pars maior; repetentium vaſa, an incolentium villas & vrbes? Querela ergo maior Ægyptiorum, [130] an gratia Hebræorum? Vt ſolo iniuriarum iudicio Hebræi Ægyptios repercuterent, liberi homines in ergaſtulum ſubacti: [131] vt ſolas ſcapulas ſuas ſcribæ eorum apud ſubſellia ſua oſtenderent flagellorum contumelioſa atrocitate laceratas: non paucis lanci- Exod. 5. bus & ſcyphis pauciorum vtique diuitum vbique, ſed totis & ipſorum facultatibus, & popularium Exod. 12. omnium collationibus [132] ſatisfaciendum Hebræis pronuntiaſſet. Igitur ſi bona Hebræorum cauſa, bona iam & cauſa, id eſt mandatum creatoris, qui & Ægyptios gratos fecit neſcientes, [133] & ſuum populum in tempore expeditionis anguſto, aliquo ſolatio tacitæ compenſationis expunxit. Planè minus Exod. 1. CA. XXI. exigi iuſſit: Hebræis enim etiam filios Ægyptij reſtituere debuerant. [134] Sic & in ceteris contrariatibus præceptorum ei exprobras, vt mobili & inſtabili; prohibentis ſabbatis operari, & iubentis arcam Exod. 10. Ioſue 6. circumferri per dies octo, id eſt etiam ſabbato, in expugnatione ciuitatis Hiericho. Nec ſabbati enim Exod. 20. inſpicis legem, opera humana non diuina prohibentem. [135] Siquidem, ſex, inquit, diebus operare, & facies omnia opera tua. Septima autem die Sabbata Domino Deo tuo, non facies in ea omne opus. E [136] quod? vtique tuum. Conſequens enim eſt, vt ea opera ſabbato auferret, quæ ſex diebus ſuprà indi- Ioſue 6. xerat, tua ſcilicet, id eſt humana & quotidiana. Aream verò circunferre, neque quotidianum opus vixerat, tua ſcilicet, id eſt humana & quotidiana. Aream verò circunferre, neque quotidianum opus videri poteſt, neque humanum, ſed & rarum & ſacroſanctum, & ex ipſo tunc Dei præcepto, vtique diuinum, quod & ipſe quid ſignificaret, ediſſereret, [137] niſi longum eſſet figuras argumentorum omnium creatoris expandere, quas forſitan nec admittis. Sed plus eſt ſi de abſolutis reuincamini, ſimplicitate veritatis, non curioſitate: ſicut & nunc certa diſtinctio eſt ſabbati humana, non diuina opera prohibentis. Ideóque [138] qui ſabbatis lignatum ierat, morti datus eſt. ſuum enim opus fecerat, lege interdictum. Num. 15. Ioſue 6. Qui verò arcam ſabbatis circumtulerant, impunè geſſerunt. non ſuum enim opus, ſed Dei, ex præcepto C. XXII. ſcilicet ipſius adminiſtrauerant. [139] Proinde & ſimilitudinem vetans fieri omnium quæ in cœlo & in Exod. 20. terra & in aquis, [140] oſtendit & cauſas, idololatriæ ſcilicet ſubſtantiâ cohibentes. [141] ſubijcit enim, Non Num. 21. adorabitis ea, neque ſeruietis illis. Serpentis autem ænei effigies poſtea præcepta Moyſi à Domino, non ad idololatriæ titulum pertinebat, ſed [142] ad reuerendiandos eos qui à ſerpentibus infeſtabantur. [143] Et taceo de figura remedij. [144] Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum, certè ſimExod. 25. ac 37. plex ornamentum, accommodata ſuggeſtui, longè diuerſas habendo cauſas ab idololatriæ conditione, ob quam ſimilitudo prohibetur, non videntur ſimilitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo ſimilitudinis ſtatu deprehenſa, ob quem ſimilitudo prohibetur. [145] Diximus de ſacrificiorum rationaIſai. 1. li inſtitutione, auocante ſcilicet ab idolis ad Deum officia ea, quæ ſi rurſus eiecerat, dicens; Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? hoc ipſum voluit intelligi, quòd non ſibi ea propriè exegiſſet. F Pſal. 49. [146] Non enim bibam, inquit, ſanguinem taurorum? quia & alibi ait, Deus æternus non eſuriet nec ſiGen. 4. tiet. [147] Nam & ſi ad oblationes Abel aduertit; & holocauſta Noë odoratus eſt libenter, quæ iocunGen. 8. ditas ſiue viſcerum veruecinorum, ſiue nidoris ardentium victimarum? Sed animus ſimplex & Deum metuens offerentium ea quæ à Deo habebant, & pabuli & ſuauis olentiæ gratia apud Deum deputabatur, non quæ fiebant exigentis, ſed illud propter quod fiebant, ob honorem ſcilicet Dei. Si cliens diuiti aut regi nihil deſideranti, tamen aliquid viliſſimi munuſculi obtulerit, quantitas & qualitas muneris infuſcabit diuitem & regem, an delectabit titulus officij? At ſi cliens ei munera vltrò [148] vel etiam dicto, ordine ſuo offerat & ſolemnia regis obſeruet, non ex fide tamen nec corde puro, nec pleno circa Iſai. 1. cetera quoque obſequia, nónne conſequens vt rex ille vel dieus exclamet; Quò mihi multitudinem munerum tuorum? Plenus ſum. [149] &: Solennitates & dies feſtos & veſtra ſabbata odit anima mea: Veſtra dicendo, quæ ſecundum libidinem ſuam, non ſecundum religionem Dei celebrando, ſua iam non Dei fecerant: conditionalem idcircò & rationalem demonſtrauit recuſationem eorũ quę adminC. XXIII. ſtranda præſcripſerat. [150] Si verò etiam circa perſonas leuem vultis intelligi, quum reprobat aliquando probatos, aut improuidum, quum probat quandoque reprobandos, quaſi iudicia ſua aut damnet præterita, aut ignoret futura: atquin nihil tam bono & iudici conuenit, quàm pro præſentibus meritis & reijcere & adlegere. [151] Adlegitur Saül, ſed nondum deſpector Prophetæ Samuelis. [152] Reijci- 1. Reg. 9. & 13. tur Salomon, ſed iam à mulieribus alienis poſſeſſus, & idolis Moabitarum & Sidoniorum mancipatus. Quid faceret creator, ne à Marcionitis reprehenderetur? [153] Benè adhuc agentes prædamnaret iam 3. Reg. 11. propter futura delicta? Sed Deiboni non erat, nondum merentes prædamnare. Promde peccantes

nunc

A nunc non recusaret propter pristina benefacta. Sed iusti iudicis non erat, rescissis iam bonis pristinis scelera donare. Aut quis hominum sine delicto, vt eum Deus semper adlegeret, quem nunquam posset recusare? Vel quis item sine aliquo bono opere, vt eum Deus semper recusaret, quem nunquam posset adlegere? Exhibe bonum semper, & non recusabitur: exhibe malum semper, & nunquam adlegetur. Ceterùm si idem homo, vt in vtroque pro temporibus, [154] in vtroque dispungetur à Deo, & bono, & iudice, qui non leuitate aut improuidentia sententias vertit, sed censura grauissima & prouidentissima, merita temporis cuiusque dispensat. [155] Sic & pœnitentiam apud illum prauè interpretaris, quasi proinde mobilitate vel improuidentia, immò iam ex delicti recordatione pœniteat: quoniam quidem dixerit, Pœnituit quòd regem fecerim Saul: præscribens scilicet pœnitentiam, confessionem sapere mali operis alicuius vel erroris. Porrò non semper. Euenit enim in bonis factis pœnitentiæ confessio, ad inuidiam & exprobrationem eius, qui [156] beneficij ingratus extiterit. Sicut & tunc circa personam Saulis honorandam annuntiatur à creatore, qui non deliquerat; quum Saulem assumit in regnum, [157] & sancto spiritu auget: optimum enim adhuc, qualis, inquit, non erat in filijs Israëlis, diginissimè adlegerat, sed nec ignorauerat ita euenturum. Nemo enim te sustinebit improuidentiam asscribentem Deo ei, quem Deum non negans, confiteris & prouidum. Hæc enim illi propria diuinitas constat. Sed malum factum Saulis (vt dixi) onerabat pœnitentiæ suæ professione, quam vacante delicto circa Saulis adlectionem, consequens est in iudiosam potius intellegi, non criminosam. [158] Ecce, inquis, criminosam eam animaduerto circa Niniuitas, dicente scriptura Ionæ: Et pœnituit Dominum de malitia quam dixerat, facturum se illis, nec fecit. Sicut & ipse Ionas ad Dominum: Propterèa B præueni pro fugere in Tharsos, quia cognoueram te esse misericordem & miserescentem, patientem, & plurimum misericordiæ, pœnitentem malitiarum. Benè igitur quòd præmisit optimi Dei titulum, patientissimi scilicet super malos, & abundantissimi misericordiæ & miserationis super agnoscentes & deplangentes delicta sua, quales tunc Niniuitæ. Si enim optimus qui talis, de isto priùs cessisse debebis, non competere in talem, id est in optimum, etiam malitiæ concursum. [159] Et, quia Marcion defendit arborem bonam malos quoque fructus non licere producere, sed malitiam tamen nominauit quod optimus non capit, nunquid aliqua interpretatio subest etiam earum malitiarum intelligendarum, quæ possint & in optimum decucurrisse? Subest autem. Dicimus denique malitiam nunc significari, non quę ad naturam redigatur creatoris quasi mali, sed quæ ad potestatem quasi iudicis, secundum quam enuntiarit, Ego sum qui condo mala; [160] &: Ecce ego emitto in vos mala, non peccatoria, sed vltoria, [161] quorum satis diluimus in famiam, vt congruentium iudici. Sicut autem licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudice, nec hoc nomine suo malum iudicem ostenduntur: ita & malitia hæc erit intelligenda nunc, quæ ex illis malis iudiciarijs deputata, cum ipsis competat iudici. [162] Nam & apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & læsuris, non pro malignitatibus ponuntur, sicut & in isto articulo. Atque adeò si ei us malitiæ pœnituit creatorem, quasi creaturæ reprobandæ scilicet & delectui vindicandæ; atqui nec vllum admissum criminosum reputabitur creatori, qui iniquissimam ciuitatem dignè meritóque decreuerat abolendam. Ita quod iustè destinauerat non malè destinans, ex iustitia non ex malitia destinarat, sed pœnam ipsam malitiam nominauit, ex malo & merito passionis ipsius. Ergo dices, si malitiam iustitiæ nomine excusas, quia iustè exitium destinarat in Niniuitas, sic quoque culpandus est, qui iustitiæ, vtique non pœnitendæ, pœnitentiam gessit. Immò nec iustitiæ, inquam, pœnitebit Deum, & superest iam agnoscere quid sit pœnitentia Dei. Non enim si homi- C nem [163] ex recordatione plurimùm delicti, interdum & ex alicuius boni operis ingratia pœnitet, ideò & Deum proinde. In quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum damnat, in tantum nec pœnitentiæ boni aut mali apud eum locus est. Nam & hoc tibi eadem scriptura determinat, dicente Samuële Sauli, [164] Discidit Dominus regnum Israëlis de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo, optimo super te, & scindetur Israël in duas partes, & non conuertetur, neque pœnitentiam aget, quia non sicut homo est ad pœnitendum. Hæc itaque definitio in omnibus aliam formam diuinæ pœnitentiæ statuit, quæ neque ex improuidentia, neque ex leuitate, neque ex vlla boni aut mali operis damnatione repetetur, sicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ diuinæ? Iam relucet, si non ad humanas conditiones eam referas. Nihil enim aliud intelligetur, quàm simplex conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti, etiam in homine nedum in Deo, cuius omnis sententia caret culpa. [165] Nam & in Græco sono, pœnitentiæ nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est, [166] quam apud Deum pro rerum variantium sese occursura, ostendimus. [167] Iam nunc vt omnia eiusmodi expediam, ad ceteras pusillitates & infirmitates & incongruentias (vt putatis) interpretandas purgandásque pertendam. Inclamat Deus, Adam vbi es? scilicet ignorans vbi esset, & causato nuditatis pudore, an de arbore gustasset, interrogat, scilicet incertus. Immò nec incertus admissi, nec ignorans loci. Enimverò oportebat conscientia peccati delitescentem, euocatum prodire in conspectum Domini, non sola nominis inclamatione, sed cum aliqua iam tunc admissi suggillatione. [168] Nec enim simplici modo, id est, interrogatorio sono legendum est, vbi es Adam? sed impresso & incusso, & imputatiuo, Adam vbi es; id est, in perditione es, id est, iam hic non es; vt & increpandi & dolendi exitus vox sit. Ceterùm [169] qui totum orbem

1.Reg.15. C.xxiiii. 1.Reg.15. 1.Reg.9. Cr 10. Ion.3. Ion.4. Matth.7. Ion.3. Hier.18. Isai.45. 1.Reg.15. C. xxv. Gen.3. Isai.10. Isai.66.

comprehendit manu velut nidum; cuius cœlum thronus, & terra scabellum, nimirùm huius oculos aliqua paradisi portio euaserat, quo minus illi vbicunque Adam ante euocationem viseretur, tam latens quàm de interdicta fruge sumens? Speculatorem vineæ vel horti tui, lupus aut furunculus non latet, Deum puto de sublimioribus oculatiorem aliquid subiecti præterire non posse. Stulte qui tantum argumentum diuinæ maiestatis & humanæ instructionis, [170] naso agis. Interrogabat Deus quasi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem in causa aut negationis, aut confessionis, vt daret ei locum, sponte confitendi delictum, & hoc nomine releuandi, [171] sicut de Cain scisciatur? Vbinam fratrer eius; quasi non iam vociferatum à terra sanguinem Abelis audisset: sed vt & ille haberet potestatem ex eadem arbitrij potestate sponte negandi delicti, & hoc nomine grauandi; atque ita nobis conderentur exempla confitendorum potius delictorum, quàm negandorum, vt iam tunc initiaretur Euangelica doctrina, [172] Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo damnaberis. Nam ersi Adam propter statum legis deditus morti est, [173] sed spes ei salua est, dicente Domino: Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis, de futura scilicet adlectione hominis in diuinitatem. Denique quid sequitur? Et nunc nequando extendat manum, & sumat de ligno vitæ, & viuat in æuum. Interponens enim, & nunc, præsentis temporis verbum, temporalem & ad præsens dilationem vitæ fecisse se ostendit. Ideóque nec maledixit ipsum Adam nec Euam, [174] vt restitutionis candidatos, vt confessione releuatos. Cain verò & maledixit, [175] & cupidum morte luere delictum, mori interim vetuit, vt præter admissum, etiam negationis exemplo oneratum. Hæc erit ignorantia Dei nostri, quæ ideò simulabatur, ne delinquens homo quid sibi agendum sit, ignoret. [176] Sed: Ad Sodomam & Gomorrham: descendens, Videbo (ait) si secundum clamorem peruenientem ad me, consument: si verò non, vt agnoscam. Et hìc videlicet ex ignorantia incertus, & scire cupidus. An hic sonus pronuntiationis necessarius, non dubitatiuũ, sed commiserationis exprimens sensum sub scisitationis obtentu? Quòd si descensum quoque Dei irrides, quasi aliter non potuerit perficere iudicium, nisi descendisset, vide ne tuum æquè Deum pulses. Nam & ille descẽdit, vt quod vellet efficeret. [177] Sed & iurat Deus. Nunquid fortè per Deum Marcionis? immo, inquit, multò vanius, quòd per semetipsum. Quid vellet facere, si alius Deus non erat in cõscientia eius, hoc cùm maximè iurantis, alium absque se omninò non esse. Igitur peierantem deprehendis, [178] an vanè deierantem? Sed non potest videri peierasse, qui alium esse nõ sciuit, vt dicitis. Quod enim scit, hoc deierans, verè non peierauit. Sed nec vanè deierat, alium Deum non esse. Tunc enim vanè deieraret, si non fuissent qui alios Deos crederent, tunc quidem simulacrorum cultores, [179] nunc verò & hæretici. Iurat igitur per semetipsum, vt vel iuranti Deo, credas alium Deum omninò non esse. Hoc vt Deus faceret, tu quoque Marcion coëgisti; iam tunc enim prouidebaris. [180] Proinde si & in promissionibus, aut comminationibus iurat, fidem in primordijs arduam extorquens, nihil Deo indignum est, quod efficit Deo credere. Satis & tunc pusillus Deus in ipsa etiam ferocia sua, cùm ob vituli consecrationem efferatus in populum, de famulo suo postulat Moyse, [181] Sine me, & indignatus irâ, disperdam illos, & faciam te in nationem magnam. Vnde meliorem soletis affirmare Moysen Deo suo, deprecatorem, immò & prohibitorem iræ. Non facies enim, inquit, istud, aut & me vnà cum eis impende. Miserandi vos quoque cum populo, qui Christum non agnoscitis in persona Moysi figuratum, patris deprecatorem, & oblatorem animæ suæ pro populi salute. Sed sufficit si & Moysi propriè donatus est populus ad præsens. Quod vt famulus postulare posset à domino, id dominus à se postulauit. Ad hoc enim famulo dixit, Sine me, & disperdam illos, vt ille postulando & semetipsum offerendo non sineret, [182] atque ita discessionis quantum liceat fideli & Prophetæ apud Deum. [183] Iam nunc vt & cetera compendio absoluam, quæcunque adhuc vt pusilla & infirma & indigna colligitis ad destructionem creatoris, simplici & certa ratione proponam: [184] Deum non potuisse humanos congressus inire, nisi humanos & sensus & affectus suscepisset, per quos vim maiestatis suæ intolerabilem vtique humanæ mediocritati, humilitate temperaret, sibi quidem indigna, homini autem necessaria, & ita iam Deo digna, quia nihil tam dignũ Deo, quàm salus hominis. De isto pluribus retractarem, si cum ethnicis agerem, quanquam & cum hæreticis non multò diuersa congressio ster. Quatenus & ipsi Deum in figura & in reliquo ordine humanæ conditionis [185] deuersatum iam credidistis, non exigetis vtique diutius persuaderi Deum consormasse semetipsum humanitati, sed de vestra fide reuincimini. Si enim Deus, & quidem sublimior, tanta humilitate fastigiũ maiestatis suæ strauit, vt etiã morti subijceret, & morti crucis, cur non putetis nostro quoque Deo aliquas pusillitates congruisse, tolerabiliores tamen Iudaicis contumelijs & patibulis & sepulcris? [186] An hæ sunt pusillitates, quæ iam prædicare debebunt Christũ humanis passionibus obiectum, cius Dei esse, cuius humanitates exprobrantur à vobis? [187] Nã & profitemur Christum semper egisse in Dei patris nomine, ipsum ab initio conuersatũ; ipsum congressum cũ Patriarchis & Prophetis, filiũ creatoris, [188] sermonẽ eius, quem ex semetipso proferendo filium fecit, vt exinde omni dispositioni suæ voluntatique præfecit; diminuens illum modico citra angelos, sicut apud eum scriptum est: qua diminutione, in hæc quoque dispositus est à patre, quæ vt humana reprehenditis, edissens iam inde à primordio, iam inde hominem, quod erat futurus in fine. Ille est qui descendit; ille qui interrogat; ille qui postulat; ille qui iurat. Cererùm patrem nemini visum, etiam commune testabitur Euangelium, dicente Christo: Nemo cognouit patrem nisi filius; ipse enim & veteri Testamento pronuntiarat,

Gen. 4.
Matth. 11.
Gen. 3.
Gen. 4.
Gen. 18.
xxvi.
Isai. 45.
Gen. 22.
Hie. 22.
Cr 49.
Exod. 32.
C. xxvii.
Gen. 12.
17. et 18.
Philip. 2.
Gen. 3.
Gen. 12.
Ioan. 1.
Psal. 8.
Gen. 18.
Gen. 3. et 4.
Isa. 45.
Matth. 11.
Exod. 33.

A tiarat, [189] Deum nemo videbit, & viuet: patrem inuisibilem determinans, in cuius auctoritate & nomine ipse erat Deus, qui videbatur Dei filius. [190] Sed & penes nos Christus in persona Christi accipitur, quia & hoc modo nostet est. Igitur quæcunque exigitis Deo digna, habebuntur in patre inuisibili, incongressibilique [191] & placido, & (vt ita dixerim) Philosophorum Deo. Quæcunque autem vt indigna reprehenditis, deputabuntur in filio, & viso, & audito & congresso, arbitro patris & ministro, missente in semetipso hominem & Deum, in virtutibus Deum, in pusillitatibus hominem, vt tantum homini conferat, quantum Deo detrahit; totum denique Dei mei penes vos dedecus, sacramentum est humanæ salutis. Conuersabatur Deus, vt homo diuina agere docueretur. Ex æquo agebat Deus cum homine, vt homo ex æquo agere cum Deo posset. Deus pusillus inuentus est, vt homo maximus fieret. Qui talem Deum dedignaris, nescio an ex fide credas Deum crucifixum. Quanta itaque peruersitas vestra erga vtrumque ordinem creatoris. Iudicem eum defignatis, & seueritatem iudicis secundum merita causarum congruentem pro sæuitia exprobratis. Deum optimum exigitis, & lenitatem eius benignitati congruentem, pro captu mediocritatis humanæ deiectiùs conuersatam, vt pusillitatem deprecIatis. Nec magnus vobis placet, nec modicus, nec iudex, nec amicus. Quid si non eadem & in vestro deprehendantur? [192] IVDICEM QVIDEM ET ILLVM ESSE IAM OSTENDIMVS, IN LIBELLO SVO; & de iudice necessariè seuerum, & de seuero sicut sæuum, si tamen sæuum.

[193] Nunc & de pusillitatibus, & malignitatibus ceterisque notis, & ipse aduersus Marcionem Antitheseis æmulas faciam. [194] Si ignorauit Deus meus esse alium super se, etiam tuus omninò non sciuit esse alium infra se. Quod enim ait [195] Heraclitus ille tenebrosus, eadem via sursum & deorsum. Denique si
B non ignorasset, & ab initio ei occurrisset. [196] Delictum & mortem, & ipsum auctorem delicti diabolum, & omne malum, quæ Deus meus passus est esse, hoc & tuus qui illum pati passus est. [197] Mutauit sententias suas Deus noster, proinde quâ & vester. qui enim genus humanum tam serò respexit, eam sententiam mutauit, qua tanto æuo non respexit. [198] Pœnituit mali in aliquo Deum nostrum, sed & vestrum. Eo enim quòd tandem animaduertit ad hominis salutem, pœnitentiam dissimulationis pristinam fecit, debitam malo facto. Porrò malum factum deputabitur negligentia salutis humanæ, non nisi per pœnitentiam emendata apud Deum vestrum. [199] Mandauit fraudem Deus noster, sed auri & argenti. Quanto autem homo pretiosior auro & argento, tanto fraudulentior Deus vester, qui hominem Domino & factori suo eripit. [200] Oculum pro oculo reposcit Deus noster, sed & vester vicem prohibens, iterabilem magis iniuriam facit. Quis enim non rursus percutiet, non repercussus? [201] Nescit Deus noster qualeis adlegeret, ergo nec vester. Iudam traditorem non adlegisset, si præscisset. [202] Si & mentitum alicubi dicis creatorem, longè maius mendacium est ih tuo Christo, cuius corpus non fuit verum. [203] Multos sæuitia Dei mei absumpsit, tuus quoque Deus quos saluos non facit, vtique in exitium disponit. Deus meus aliquem iussit occidi, tuus semetipsum voluit interfici, non minus homicida in semetipsum, quàm in eum à quo vellet occidi. Multos autem occidisse Deum eius probabo Marcioni. Nam fecit homicidam, vtique periturum, nisi si populus nihil deliquit in Christum. [204] Sed expedita virtus veritatis, paucis amat. Multa mendacio erunt necessaria.

[205] Ceterùm ipsas quoque Antitheseis Marcionis cominus cæcidissem, si operosiore destructione earum egeret defensio creatoris tam boni quàm & iudicis, secundum vtriusque partis exempla congruentia Deo, vt ostendimus. Quòd si
C vtraque pars bonitatis atque iustitiæ dignam plenitudinem diuinitatis effeiunt omnia potentis, compendio interim possum Antitheseis retudisse, gestienteis ex qualitatibus ingeniorum siue legum, siue virtutum discernere, atque ita alienare Christum à creatore, vt optimum à iudice, & mitem à fero, & salutarem ab exitioso. Magis enim eos coniungunt, quos in eis diuersitatibus ponunt quæ Deo congruunt. [206] Aufer titulum Marcionis, & intentionem atque propositum operis ipsius, & nihil aliud præstat quàm demonstrationem eiusdem Dei optimi & iudicis, quia hæc duo in solum Deum competunt. Nam & ipsum studium in eis exemplis opponendi Christum creatori, ad vnitatem magis spectat. Adeò enim ipla & vna erat substantia [207] diuinitatibus, bona & seuera, & eisdem exemplis & in similibus argumentis, vt bonitatem suam voluerit ostendere, in quibus præmiserat seueritatem. Quia nec mirum erat, diuersitas temporalis, si postea Deus mitior pro rebus edomitis, qui retrò auctoriorpro indomitis. Ita per Antitheseis faciliùs ostendi potest ordo creatoris à Christo reformatus. Quo repercussus & redditus potius quàm exclusus, præsertim Deum tuum ab omni motu amatiore secernas, vtique & ab æmulatione creatoris scilicet. Nam si ita est, quoniam eum Antitheses singulas species creatoris æmulatum demonstrant, agnoscam igitur & in hoc per illas Deum meum zelotem, [208] quires suas arbustiores in primordiis, bona & rationali æmulatione maturitatis præcurauerit suo iure. Cuius Antitheseis etiam ipse mundus eius agnoscet, ex contrarietatibus elementorum summa tamen ratione modulatus. Quamobrem inconsiderantissimè Marcion alium Deum lucis ostendisse debueras, alium verò tenebrarum, quo faciliùs alium bonitatis, alium seueritatis persuasisses. Ceterùm eius erit Antitheseis, cuius est & in mundo.

C. XXVIII.

CA. XXIX.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM II. ADVERSVS MARCIONEM.

1. DE DEO IVSTO, ET TAMEN OPTIMO.] *Hoc ad clariorem libri intellectum recens adiecimus, ex ipso Tertulliano, sicuti sub finem Argumenti adnotauimus.*

CAP. I.

2. Occasio reformandi opusculi huius, &c.] *Caput hoc primum non est aliud quàm* : Præfatio. *Adludit autem ad illud cap. 1. lib. 1. aduers. Marc.* Primum opusculum quasi properatum, &c. *ne hic prolixiores simus. Placet verò magis quod vulgò legitur* : libello, *quàm quod habet 1. Vat. MS. cod.* libellulo; *quia satis iusta magnitudinis est dictum liber primus aduers. Marc. in quo* alterum Deum omninò non esse definiuit, *in hoc verò* defendit, dignè Deum esse.

3. qui propria paratura caret, &c.] Paraturam (*inquit Rhenanus*) *& hic vocat materiam. Sic l. de Carne Christi, cap.* 8. Debeo, *inquit*, illos de sua paratura repercutere. *Item libro præcedenti, c.* 11. Nullam sibi prospexit agnoscendo paraturam. *Adnotat præterea Dn. Latinius similes locos ex lib.* 4. *aduers. Marc. sub initum* : & omnem paraturam impij atque sacrilegi Marcionis, *& rursum eodem lib. cap.* 2. habuit vtique auctenticam paraturam.

4. quem quantò constaret esse, &c.] *Sic etiam* (*inquit idem Rhenanus*) *alibi loqui solet per* quantò, *&* tantò.

CAP. II.

5. Atnunc negotium patitur Deus omnipotens, &c.] *Titulum huic capiti dedimus* : Aduersus Marcionitas, qui Deo negotium faciunt, de arbitrio sensus sui Deum pensitantes. *Quod ipsum etsi in aliis multis hæreticos competat, vti videre est supra sub finem libri de Præscript. aduers. hær. cap.* 45. *& sequentibus, proprie tamen in Marcionitas competit, qui nouum Deum sibi commentati sunt*, alium à Deo omnipotente, Domino & conditore vniuersitatis.

6. etiam ante Romulum ipsum, nedum ante Tiberium.] *Ac si dicat, etiam ante Verbum conditam, à qua suos Annales degerebant antiquitus. Sine autem legas cum MS. 1. Vat.* eam tu si perspicere non valeas, *sine cum alii* : vales, *pernde est*; *& sine stultilo legas*: vtique maiores, *nempè*: radios, *sine*: maioris, *vtpotè*: Solis. *Sunt verò voces Tertullianeæ*: retractas, *&*: retractares, *pro*: tractare.

7. ipse iam tunc Apostolus, &c.] *Addimus* : tunc, *ex 1. MS. cod. Atqui pro suo more Apostolum citans Rom.* 11. *addit etiam alia quædam ex cap. Isai.* 40. *ad quod* Apostolus *haud dubiè respexit, sicuti adnotauimus supra lib. aduers. Hermog. c.* 17. *num.* 57.

8. Cui & Apostolus condicet: O profundum, &c.] *Sic castigauimus ex 2. Vat. MS. cod. pro eo quod erat corruptiss.* contradicet; *idque eo magis, quod etiam alibi non semel*: condicere, *Auctori visitatum fit, pro similiter dicere, vti supra adnotauimus lib. 1. aduers. Marcion. cap.* 20. *num.* 138. *De illo verò Rom.* 11. O profundum, &c. *vide supra dicta lib. aduersus Hermog. cap. vlt. num. vlt.*

9. quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo, &c.] *Pro more iterum suo, scripturas consungit ex Epist. 1. ad Corinth. cap.* 1. 2. *& 3. nam ista reperitur cap. 2. illud verò* : Mundi autem habentes spiritum, &c. *cap.* 1. *sicut quod sequitur* : Sapientia mundi stultitia est penes Deum, *cap.* 3. *item que illud* : Sed nos scimus, &c. *cap.* 1. *Noua autem erat illa lectio Auctoru hoc loco* : non agnoscentes insipientiam Dei per sapientiam Deum, *pro eo quod Græce est, Latinè, & Syriace* : *Nam quia* in Dei sapientia *non cognouit mundus* per Sapientiam Deum; *in quo tamen consentiunt etiam MS. 2. Vat. codices, & 3. Optimus lib. 3. Tellim. ad Quirin. cap.* 69. *& ipse Auctor infrà lib.* 5. *adu. Marc. ex professo hanc scripturam tractans. Quare omninò cæsligandum duximus*: in sapientia Dei, *pro*: insipientiam Dei, *maximè quum illud huc loco citato habeat, & insuper pulcre explicet Auctor.*

10. homo animalis, non recipiens quæ sunt spiritus, &c.] *Illud rursum reperitur 1. Cor. 2. Vbi dissentit à Græco & Latino codice illud, qui legunt* : quæ sunt spiritus Dei; *sed etiam Syriacus Interpres vertit dumtaxat* : spiritalia. *Refert autem ipsum Auctor ad Adamum.*

11. Ideòque non habendo fidem, etiam quod videbatur habere, adempturum est illis, &c.] *Pulcrè explicat illud Luc.* 8. *Qui enim habet, dabitur ei, & qui non habet, etiam quod putas se habere, auferetur ab eo*; *id in similis ad Adamum referens, cui* non habèdo fidem, etiam quod videbatur habere, adempturum est, *nempè* paradisi gratia, *&* familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouisset, si obedisset. *Vbi ad verbum transtulit* : quod videtur habere, *pro eo quod est Græcè*: ὃ δοκεῖ ἔχειν.

11. Aut quis dubitabit, ipsum illud Adæ delictum, hæresin pronuntiare, &c.] *Etiam notatu dignus est hic locus, quod initium omnis hæreseos ab Adami delicto deducat, vtpotè* (*sicuti sequitur*) quod per electionem suæ potius quam diuinæ sententiæ admisit; *in quo adiudit ad definitionem hæreseos, de qua latè supra lib. de Præscript. aduers. hær. cap.* 6. *num.* 32. 33. *& 34. Placeret proinde magis illud prime editionis* : rudis adhuc hæreticus fuit, *pro eo quod ex Gor Vienſi codice substituit Rhenanus.* rudis admodum, *nisi hoc reperueruntur in Vatic.* 2. *MS. cod. Quorum vnus legit* : obaudiuit, *pro* : obaudiit, *sed non refert. Omisi autem secundum virumque Patr. cod. & ante vocalem*: bonum.

13. & ipse si fortè, &c.] Si fortè (*inquit Rhenan.*) *pro fortè, vt libro præcedence, cap.* 24. Dispensatorem si fortè bonitatis ostendis intelligendum.

CAP. III.

14. Igitur oportebit incuntes examinationem, &c.] *Caput hoc inscripsimus* : Bonitatem Dei creatoris, æternam esse.

15. in suam summam commisit bonitatem.] *Sic etiam* (*inquit Rhen.*) *supra loruit in est. Sunt autem phrases Tertullianeæ mox reperitæ* : obuentitiæ bonitatis, prouocatitiæ animationis, *&c.* exinde censendam. *Legimus proinde ex 1. Vat. MS. cod.* Si enim ipsa, *nempè bonitas*, constituit initium, *pro*: ipse; *eò quòd sequitur* : non habuit initium ipsa, *&* tab ea etiam ratio temporum nata est; *& rursum* : quæ fecit tempus; *&* : quæ constituit initium.

CAP. IIII.

16. Igitur quum cognoscendo Deo hominem prospexisset, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus* : Bonitatis Dei æternitatem comprobari, ex conditione hominis & mundi, ac lege quam Deus homini præscripsit. *Vbi pulcrè demundo dicit, quod illud* domicilium homini commentata *sit Dei bonitas, vtpotè cuius solius caussa, mundum factum fuisse etiam Lactantius docet Instit. divin. lib.* 7. *cap.* 4. *ex Stoicorum sententia.*

17. Eructauit (inquit) cor meum sermonem optimum.] *Eodem modo initium Psal.* 44. *supra citauit lib. adu. Hermog. cap.* 18. *pro eo quod editiones Hebr. Græca, Chaldaica, & Latinæ omnes*: bonum.

18. vtique optimæ arboris, &c.] *Adludit ad illud Matth.* 7. *Bona arbor fructus bonos facit*; *quod pro se perperàm interpretabatur Marcion, vti supra lib.* 1. *adu. Marc. adnotauimus cap.* 2. *num.* 26.

19. blasphemiæ furculus, &c.] *Sic vellè Rhen. pro eo quod antea erat*: luculus. *accipitur enim pro palmite, de quo scribitur Ioan.* 15. (*quo adludere videtur Auctor*) *Mittetur foras sicut palmes, &* arescet. *Est verò illud Tertullianeum*: Aspice ad summam, *pro eo quod vulgò dicitur*: in summa. *Retinere autem potest*: fructificauerit, *aut legi cum Vatic.* 1. fructificauit.

20. Et dixit Deus, Fiat, &c.] *Sunt hæc desumpta ex c.* 1. *Gen.*

vbi

vbi non semel, sed sæpius repetuntur, de quibus vide suprà lib. adu. Hermog. cap. 12. num. 48. vbi idem argumentum tractat. Atq; Tertullianica sunt 1 & *consignans & dispungens; & quod non ita multò post sequitur*: bonitas & quidem operantior, *sine* opetatior. *Verùm debent in duas voces distingui*: benè faciebat, *ac*: malè facere; *& omissa voculâ*: in, *legi debet* bonitas influait animam, non mortuam, sed viuam, *vt verterit Metaphrastes*: animam, *quod est Gen.* 2. spiraculum vitæ.

21. totius orbis possidens, &c.] *Hoc est*: *possessor* (*inquit Rhenan.*) *sic & paulò post*: Et auertendi mali potens. *Pulcrè autem paradisum comparat cum Ecclesia.*

22. Sciebat illi sexum Mariæ, &c. profuturum, &c.] *Notime est quid profuerit homini, & deinceps Ecclesiæ* Maria, *quàm vt testimonium pluribus sit opus.*

23. ipsa quoque libertate rationali, &c.] *Adludit ad hominis* liberum arbitrium, *de quo ex professo, cap.* 5. 6. 7. *&* 8. *seq.*

24. ei subiectus, qui subiecerat illi omnia.] *Sicuti promptissimus erat in scripturis, adludit ad illud* 1. *Cor.* 15. *Tunc & ipse filius* subiectus erit ei, qui subiecit ei omnia; *quod etsi de Christo dictum, hominis etiam adplicat.*

CAP. V.

25. Iam huic ad quæstiones omnes, &c.] *Titulum huic capiti damus*: Quòd lapsus hominis non Deo imputandus, sed libero illius arbitrio,

26. O canes, quos foras Apostolus expellit, &c.] *Adludit ad illud Apocal.* 22. Foris canes. *Atque adeò facit hic locus contra Erasmum, & alios quosdam, qui Apocalypsin audent negare Ioannis* Apostoli, *de quo aliquid suprà diximus lib. Præfcript. adu. hæret. cap.* 33. *num.* 195. *& latiùs infrà lib.* 4. *aduers. Marc. ac in Scripsico.*

27. Si Deus bonus & præscius futuri, &c.] *Verba sunt Marcionis, quibus adeo notam ad marginem adiecimus, sicuti alia pleraque, aut falsem eius obiectio, nam phrasi suâ ea protulit Auctor, vt ex illo patet*: per animæ scilicet consum. *Proinde responsio Auctoris ita distinguenda est*: Adhæc (*nempè vt respondeamus*) Prius est, &c.

28. Ex operibus ineundæ probationes.] *Dum hanc definitionem Christo adscribit, adludit ad illud Ioannis* 10. *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me; & Si mihi non vultis credere, operibus credite.*

29. Nam, etsi ex aliqua materia, vt quidam volunt, &c.] *Intelligit Hermogenem & Hermogenianos hæreticos, qui ex materia Deo coeterna mundum fabricatum adserere non verebantur, contra quam hæresim habes Lector suprà librum adu. Hermogenem integrum; quare nequeillu hit consentire Auctorem, satis patet ex eo, quod adiungit*: vt quidam volunt, *præterea vno verbo quod alibi latè tractauimus.*

30. Liberum & sui arbitrij & suæ potestatis inuenio hominem à Deo institutum, &c.] *Quia* liberi arbitrij à Deo institutus sit homo, *neme est hodie qui dubitet. Verùm quia id negatum fuit* (*iuxta quosdam*) *à Simonianis & Valentinianis, & hauddubiè à Marcione, latissimè id prosequitur Auctor, ita tamen vt non obscurè etiam significet, post peccatum remansisse in homine liberum arbitrium, vt mox docebimus latiùs numer.* 32.

31. Hunc statum eius confirmauit etiam ipsa lex, tunc à Deo posita.] *Nempè illa, quæmc. præced. citauit*: Qua die autem ederitis, morte moriemini. *Istud verò ipsum pene verbo repetitur cap. sequ.* In hoc & lex constituta est, &c.

32. Sic & in posteris legibus creatoris, &c.] *Quum agat de legibus & præceptisque in Exodo, Leuitico & Deuteronomio promulgatæ sunt, quæ dudum post peccatum latæ, tamen etiam ex illis probans liberum hominis arbitrium, dicens eas non promulgatas iri à Deo*, nisi & ad obsequium & ad contemptum libero & voluntario homine; *confirmat communem Catholicorum sententiam de* libero hominis arbitrio *etiam post peccatum. Quod multò apertius docet hoc huius materiæ Epiphonemate in calce cap.* 8. Atque adeò eundem hominem, eandem substantiam animæ, eundem Adæ statum, eandem arbitrij libertas & potestas, victorem effecit hodie de eodem Diabolo, quum secundum obsequium legum eius (*nempè Dei*) administratur. *Et ruesum cap.* 25. *Vbi tractans illud Gen.* 3. Adam vbi es? *quod protulit post peccatum Deus.* Interrogabat, *inquit*, Deus quasi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem, in caussa aut negationis, aut confessionis; *& mox*: sicut de Cain scisciatur (*quod etiam multò post contigit*) Vbinam frater eius? *&c.* vt & ille haberet potestatem ex eadem arbitrij potestate sponte negandi delicti, *&c.* atque ita nobis confirentur exempla, confitendorum potiùs delictorum, quàm negandorum. *Eodem pertinet cap. xxi. lib. de Anima integrum suprà hoc Tomo*: Quòd etsi vniformis, conuertibilis sit tamen Anima, id est liberi arbitrij. *Vbi præterquàm quòd notet Valentinianos* (*adludens ad cap.* 26. *lib. aduers. Valentin.*) qui conuertibilem negabant naturam, quia arbor bona malos non ferat fructus, *&c. &* Hermogenem (*sicuti cap.* 12. *aduersus eundem adserat*) qui de mala in bonam naturam demutari non posse contendebat, *ad institutum nostrum propius*: Hæc erit, *inquit*, vis diuinæ gratiæ potentior vitiquenaturâ, habens in nobis pusillacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod αὐτεξούσιον dicitur; quæ quum sit & ipsa naturalis atque mutabilis, quoquò vertitur, natura conuertitur. Inesse autem nobis (*ergo etiam post peccatum, immò hodieque*) τὸ αὐτεξούσιον naturaliter, iam & Marcioni ostendimus & Hermogeni. *Quibus verbis haudduhiè ad hunc locum adludit, sicuti ibidem adnotauimus numer.* 279. *vbi & Lector inuenies aliquot similes locos Veterum de* αὐτεξουσίῳ. *Quibus adijcere licet B. Hieronym. illud lib.* 3. *aduers. Pelag. Quod Græci dicunt* αὐτεξούσιον, *& nos liberum arbitrium appellamus. Rursum quod cap. sequen. lib. de Anima habet Auctor*: Definimus animam, &c. liberam arbitrij. *& quod habet infrà Tom.* 5. *lib. de Exhort. ad castitatem, ipsidem pene quibus hic verbis*: Itaque quum vtrumque ex præceptis eius didicerimus, quod velit & quid nolit, iam nobis voluntas est eligendi alterum, ficut scriptum est: Ecce posui ante te bonum & malum, gustasti enim de arbore agnitionis. Et ideò non debemus quod nostro expositum est arbitrio, in Dei referre voluntatem, quos vult ipse & velle, qui malum non vult. *Denique illud lib. de Monogamia*: Nec ideò dutitia imputabitur Christo de arbitrij cuiusque liberi vitio. Ecce (inquit) posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est. Si non potes, quia non vis (*posse enim te fi velis ostendit, quia tuo arbitrio vtrumque propositi*) discedas oportet ab eo, cuius non facis voluntatem. *Citantur etiam à quibusdam in eandem sententiam libri Apologeticus, Ad Scapulam, de Patientia, de Carne Christi, & quatuus aduers. Marcionem, sed locs hactenus à me reperiri non potuerunt. Nec absimiliter Tertullianus discipulus B. Cyprian. Epist.* 55. *ad Cornelium de Fortunato & Felicissimo, de Christo loquens, quum dixit Apostolis fuis*: Numquid & vos vultis abire? *Seruauit (inquit) legem, qua homo libertate sua relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi mortem appetit vel salutem. Cui similes sunt loci apud eundem lib. de Vnitate Ecclesiæ, & lib.* 3. *Testim. ad Quirinum cap.* 52. *vbi scripturas tuas Deuter.* 30. *& Isai.* 1. *Atque hoc haudscrupulè, non ex his scripturis modò hic adlatis, sed etiam ex Irenæo lib.* 4. *cap.* 9. 29. *&* 71. *ad quæ loca vide Annotationes Feuardentij nostri, num.* 3. *ex Patribus primi seculi, num* 7. *ex secunda ætatis Veteribus, & num.* 1. 3. *ac* 4. *seculi scriptoribus, vt omittam c.* 29. *l.* 5. *Valeant itaque Magdeburgenses, qui Patres de libero arbitrio contraria scripsisse, & Galasius in Irenæum, qui Catholicorum Patrum conformem sententiam Pelagianismo accusare non veretur. Cui sufficere debebat vel solum illud B. Hieronymi lib.* 3. *aduersf. Pelagianos*: Egone liberum tollo arbitrium, *qui in tota disputatione mea nihil aliud egi (fitut etiam Tertullianus hoc loco & alij Patres omnes) nisi vt omnipotentiam Dei cum libero arbitrio conseruarem? Porro adludit etiam hic ad illud Ecclesiastici* 15. *alibi etiam hic à se citatum*: Ecce posui

ante re bonum & malum, vitam & mortem, *verbis nonnihil transpositis, deinde ad legem Decalogi dictam à Deo*, Exodi 20.

CAP. VI.

33. Sed quoniam ex hoc iam intelligimus, &c.] *Caput hoc inscriptionis*: Quòd & bonitas Dei & ratio requirat, hominem constituti liberi arbitrij. *Atqui legimus ex 2. Mat. MS. cod.* vt quod ei euenit, pro: venit.

34. penes Deum Marcionis, ir rationabiliter bonum, sicut ostendimus, &c.] *Adludit ad cap. 23. lib. 1. adu. Marc. vbi tractauit*: Deum Marcionis non esse rationabiliter bonum.

35. imago & similitudo Dei, &c. arbitrij scilicet libertas & potestas, &c.] *Longè aliter hic* imaginem & similitudinem Dei, *ad quam factus est homo, interpretatur, quam alibi solet, & præsertim lib. de Baptis. c. 5. vbi de eo aliquid adnotauimus nu. 42. sicuti etiam: quomodo* adflatus *Dei dicatur anima, ibidem nu. 43. & latiùs lib. de Anima, non vno in loco, & infra c. 9. Eodem pertinet quod infrà legitur cap. 8. de homine*: Sed imago & similitudo Dei fortiòr angelo, sed adflatus Dei generosiòr spiritu materiali, quo angeli constituerunt. *Atqui sunt Tertullianicæ voces*: mundi potiùs dominus homo, sui famulus, *quemquam interim sub finem huius cap. legatur*: malo sicut & bono famulus.

36. quasi libripens emancipatà à Deo boni, &c.] *Etiam alicubi supra vsurpata ut vox* libripens *ab Auctore pro statera; cui etiam liberum arbitrium comparatur à D. Basilio in Psalm. 61. tractante illud*: Mendacij hominum in statera.

37. quia si caperet hoc iure, &c.] Capit *verbum* (*inquit Rhenan.*) *suo more solet vsurpare, vt nonnunquis in superioribus. Libro præcedente, ca. 6.* Si depreciari, *inquit*, capit in creatore. *Hic exposuerim, pro eo quod est si fieret, vel si accideret hoc iure. Potest tamen etiam simpliciter accipi*, si caperet hoc iure, *subaudi homo, id est, si possideret hoc, si haberet, si capax huius esset, iure. Parrò pro verbo* habitet, *adnotauit Rhenan. legendum*, obiret, *nisi quis scriptum fuisse putet*: auferet, *hoc est* euperet, *vellet, quod postea sit* inabitet, *mutatum.*

38. oporrebat iustum illud efficere de arbitrij sui meritis, liberi scilicet, &c.] *Facit etiam locum ipse pro meritis operum, sicut & illud quod sequitur*: Cæterùm nec bonine mali merces iure penfatretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate; *quales plures locos Tertullianifrequenter adnotauimus.*

39. nihil a Deo mali euenire potuisse, &c.] *Facit etiam hoc & quicquid capite præcedenti, & duobus capitibus sequentibus tractatur, contra Caluinum, & alios, qui Deum malorum auctorem facere non verentur.*

CAP. VII.

40. Hac definitione omnia Deo salua sunt, &c.] *Inscriptionem capitis hunc damus*: Quòd eandem arbitrij hominis libertatem requirat gratuitas, fides, & patientia Dei. *Sunt autem Tertullianica*: Exigere habes. *Sine autem legas cum vulgatis codicibus*: rationalibus *in institutionibus, sine cum Vat. 1. MS. cod.* rationabilibus, *perinde est.*

41. quòd Deus non interceſſerit aduersus ea, &c.] *Similiter paulopost*: per quas interceſſiſſe potuiſſet, & *: Deniqueputa interceſſiſſe, ex rursum: cur interfecit? Atqui* interceſſebant (*inquit Rhen.*) *tribuni Senatus consultis, dum obstabant ne fierent. Quare paulopost Auctor in eandem sententiam*: ſi libero arbitrio hominis, &c. obſtiſtiſſet.

42. & dignè permiſerat, ſicut oſtendimus, &c.] *Capite nempè præcedenti, quam asserui* liberum arbitrium dignè à Deo inſtitutum. *Eſt vero etiam illud Tertullianicum*: cui quid ſemel frui præſtat (*nempe* frui *cum Accuſativo*) *qui tamen etiam cum Ablativo mox ſubiungit*: malè libertate ſua frui aggreſſus. *Lege autem cum MS. 2. Vat. cod. ſecundum coniecturam Rhenani*: continetet in ſemetipſo, *pro*: in ipſo.

43. ipſum circumſcriptorem colubrum, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhenan.) decepterem. Iuuenalis Satyra 15.*

Pupillum ad iura vocantem,
Circumſcriptorem.

Lib. de Patientia, cap. 5. & circa diaboli circumſcriptionem: *Nam* circumſcribere *etiam circumuenire ſignificat. Atqui adludit ad illud Gen. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem. Legimus autem mox*: Nónne tunc magis deceptus, &c. videtur, *pro*: videtur, *ex Vatic. 1. MS. cod.*

44. ſi non benè depunxiſſet, &c.] Depunxiſſet (*inquit idem Rhenan.*) *pro* diſpunxiſſet, *vſurpat, vt puto, hoc eſt*: *Si non bene eo vſus fuiſſet, ſi non bene abſoluiſſet. In MS. exemplaribus legitur*: depinxiſſet. *Eſt vero Tertullianicum*: legi reus fuiſſet, *nempè* reus *cum Dativo.*

CAP VIII.

45. Neque enim ad viuendum ſolummodò produxerat hominem, &c.] *Tertullum hunc capiti impoſuimus*: Prorſus itaque homini delictum impurandum, quem ad benè viuendum produxerat Deus.

46. Erhoc non per infirmitatem, ſicuti nec per ignorantiam, &c.] *Reſtè ſic Auctor, poſt peccatum enim ſolummodò, hominis acciderunt infirmitas & ignorantia.*

47. Qui facit (inquit) ſpiritus angelos, & apparitores flammam ignis, &c.] *Iſtum locum ſic explicat Auctor, tamquam ex ſpiritu materiali (vti præmittit) conſtituerint angeli, non ex adflatu Dei, ſicuti homo. Atqui more ſuo apparitores* Vertit, *pro*: miniſtros: *quod aliꝰ* Vertunt *Hebr. 1. quem locum haud dubiè citat, non autem Pſalm. 103.* Vbi legitur: *ignem* Vrentem, *non ſicuti ibi*: flammam ignis. *Prorſus confirmatur hunc auctoritas Epiſtolæ ad Hebræos tamquam canonicæ, quippè quam citat in materia fidei. Verum de ea latiùs infra Tom. 5. lib. de Pudicitia: vbi etſi* Barnabæ *adſcribat, tamen eiuſdem facit auctoritatem, ac ſi Pauli foret.*

48. infirmo dominandi, &c.] *Sic dicit (inquit Rhenan.)* infirmo dominandi, *ſicut mox*: in valido ſuſtinendi. *Adludit autem ad illud Pſal. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, quum dicit*, vniuerſitatem homini ſubiectam. *Reſtè etiam interpretatur Rhenanus illud*: cum definitione mortis conueniſſet, *id eſt adlocutus fuiſſet.*

CAP. IX.

49. Quoquo tamen (inquis) modo, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus*: Neque propterea Deo delictum impunitandum, quòd adflatus Dei ſit anima. *Sunt autem verba hæc Marcionis vſque ad illud*: Ad hoc, &c. *quamquam interim ſua phraſi earedat.*

50. quod Græca ſcriptura ſignauit, adflatum nominans, non ſpiritum, &c.] *Reſtè Græca vox* πνοὴ *ad marginem adnotata eſt à Rhenano, ad quam hic adludit Auctor; nam ea legitur Gen. 2. non verò* πνεῦμα; *quare proinde etiam interpres Latinus reſtè tranſtulit ſpiraculum vitæ, quod adflatum Auctor, non verò* ſpiritum. *Idcirco reſtè ſupra lib. de Baptiſ. cap. 5. nu. 43. allegoricè loqui diximus Auctorem, dum etiam ſpiritum Dei hominem in illo adflatu acceptaſſe fatetur; vbi de hoc latiùs.*

51. Quidam enim de Græco interpretantes, &c.] *Hic diſertis verbis eos impugnat*, qui pro adflatu ſpiritum ponunt. *Quo pertinet etiam illud ſupra lib. de Anima, quòd ſe exeuſans dicit cap. 11.* Sed vt animam ſpiritum dicam, præſentis quæſtionis ratio compellit; quia ſpirare alij ſubſtantiæ adſcribitur: hoc dum attimæ vindicamus, &c. ſpiritum neceſſe eſt certâ conditione dicamus; non ſtatus nomine, ſed actus, nec ſubſtantiæ titulo, ſed operæ; quia ſpirat, non quia ſpiritus proprie eſt. nam & ſpare, ſpirare eſt. Ita & animam, quam flatum ex proprietate defendimus, ſpiritum nunc ex neceſſitate pronuntiamus. Cæterùm aduerſus ipſius ſcripturæ fidem, flatum in ſpiritum vertit. *Similiter etiam Marcionem vertiſſe hic ſubindicat, atque adeò animam fuiſſe ſubſtantiæ Dei partem. quare facit huc locus ad illius intellectum, qui aliquis ſubtiliorem videbatur, de quo vide illic etiam noſtras Adnotationes num. 140.*

52. Intelligè itaque adflatum minorem ſpiritu eſſe.] *Prorſus ſic legendum, pro*: minorem ſpiritum, *quia ſequitur*: non tamen ſpiritum, *pro quo facit etiam quod ſequitur nu. 53.*

&

& rursum illud infrà : ita nec adflatus factus à spiritu, ideò erit spiritus.

53. Capit etiam imaginem spiritus dicere flatum, &c.] *Et hic (inquit Rhenan.) videsquomodo verbo*: capit, *vtatur. Hoc est, flatus significat etiam* imaginem spiritus, *siue potest dici* imago spiritus.

54. habens illas vtique lineas Dei, &c.] *Pulcrè explicat, qua ratione* imago Dei anima, *nempè*, quâ immortalis, quâ libera & sui arbitrij, quâ præfcia plerumque, quâ rationalis, capax intellectus & scientiæ. *Quibus conformiter Animam definiuit Auctor lib. de Anima, cap.* 22. immortalem, liberam arbitrij, diuinatricem, rationalem; *de quibus omnibus hîc, & precedentibus capitibus, de singulis latius, in Adnotationibus nostris, hic vero additur*: capax intellectus & scientiæ, *quod ibi non est, nisi forte eò pertineat illud*: per ingenia mutabilem.

55. Sic nec vsque ad integritatem à delicto, &c.] *Quum Deus hominem primum rectum & iustum, atque adeò immunem à delicto creauerit; hæc accipiendum de ea* integritate à delicto, *quâ peccare non posset; quod* soli Deo cedere, *id est, competere, addit Auctor. Premde forsasan rectius legeretur mox*: non delinquendi facultatem, *pro*: fœlicitatem, *sed immutare nolui, refragantibus MS. cod. Vaticano, maximè quod idem penè sensus sit. Idipsum etiam indicat Auctor, dum aliquanto post negat* animam immunem delicti.

56. Ergo (inquis) dedisti animæ infitmitatem suprà negatam, &c.] *Hæc sunt rursus verba Mærcionis.*

57. dominum vniuersitatis, &c.] *Intelligit hominem, de quo similiter cap. præced.* Quia nec vniuersitatem, *id est vniuersum*, homini subiecisset, &c. non potiori angelis; *quem & hic* fortiorem angelis *subiungit*, si in lege Dei constiterit, *id est, perstiterit.*

58. cui iam angeli adminiſtrant, &c.] *Etiam hic confirmatur Auctoritas Canonica Epistolæ ad Hebræos, quum legatur Hebr. 1. & non alibi: Nonne omnes sunt* administratorij *spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Subiungens autem*: qui etiam angelos iudicaturus est, *adludit ad illud 1. Cor. 6. quoniam angelos iudicabimus. Aliquis refellet Rhenan. ibi*: Quòd si ita se habent, *res, subaudis.*

CAP. X.

59. Sed est ab homine in diabolum transcripseris mali elogium, &c.] *Caput hoc inscriptimus*: Quòd etiam si diabolo tamquam seductori imputadum esset delictum; non tamen Deo, à quo ille bonus creatus est. *Atqui similem phrasin adnotat Rhenanus ex libro præcedente, c.* 22. Totum denique creatoris elogium in illum referibetur. *Sunt autem legenda cum Apostolo Hebr. 1. & Vatic. MS.* 2. qui facit angelos spiritus, *sine cum aliis*; qui fecit, *perinde est, & illud magis probatur.*

60. diabolus, id est, delator, &c.] *Haud absimiliter infrà lib. 5. aduersus Marcionem*: Ipsum vocabulum diaboli, quæ titur ex qua delatura competat. Διάβολος *enim à* Διαβολὴ. *Quomodo autem* delator *fuerit, tempè*: deferendo falsum, *pulcrè explicat.*

61. primò, quòd Deus illos ex omni ligno edere vetuisset, &c.] *Interpretatur istud secundum editionem 70. qui paulo aliter quàm Hebræi legunt: Quare dixit Deus: Non edetis ex omni ligno, quod est in paradiso; neque enim hoc dixerat Deus, sed ecconerario: Ex omni ligno quod in paradiso comedes.*

62. In persona enim principis Sor, &c.] *Sic legimus ex Vat. 2. MS. pro*: In personam, *Expleat autem pulcrè locum Ezechielis* 28. *dissentiens nihilominus in nonnullis ab editione 70. qua hodie exstat. Atque imprimis in hoc, quòd non solùm hîc, sed in ipsis verbis Prophetæ* Principem Sor *appellet, quem alij, & Græci, & Latini Principem Tyri, idque seruata voce Hebraica* Sor, *quæ eodem cap. semper reperitur, vbi Græcè est* τύρος.

63. Tu es rex ignaculum similitudinis, &c.] *Quamquam & Hebraica & Chaldaica, Latinâque voce*: Signaculum *significent, & hodie etiam vox Græca sic transferatur; tamen germanam hanc esse Tertulliani lectionem patet ex Comment. B. Hier. in hunc locum Ezechielis, vbi videtur adhuc adludere*: *In Latinis (inquit) codicibus, pro*: *signaculo*, resignaculum *legitur, cum* Χαλκόλιθος *verbum è verbo exprimens, qui interpretatus est iuxta 70. translationem*, Σπουδογλυμμα, resignaculum *posuit. Vnde quidam sic intelligunt, quod signaculum Dei & figuram, quæ velut in cera molissima expressa sit, Rex Tyri resignauerit atque perdiderit; vt pro signaculo fecerit resignaculum, nequaquam habens imaginem & similitudinem Dei, iuxta quam & primus homo conditus est. Hactenus ille, explicans illud Auctoris qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaueris. Est enim vsitatum* resignare, *pro aperire quæ figillo clausa sunt, eo sam suprà Tom. 1. Apoleg. c. 6. & infrà lib. de Cast. dum dixit*: ob resignatos cellæ vinariæ oculos, *sicut ibidem adnotauimus num. 81. Atqui adiectimus*: plenus sapientia, *iuxta editionem Ezechielis omnes, quòd id explicet hæ verba*: vt sapientissimo omnium.

64. Lapidem optimum indutus es, &c.] *Prorsus eadem hæc lege, pro eo quod mendosissimè legebatur*: est, *quippè quum & præcedentibus & sequentibus verbis diabolum sub persona Principis Sor alloquatur. Atqui B. Hieron. vbi suprà adnotauit, quos hic habent 70. eosdem hos lapides xij. describi & Exod. 28. in Rationali Pontificis, & Apocal. 21. vbi de fundamentis nouæ Hierusalem agitur*; remittens (vt & nos) *vlteriorem tractatum de iis singulis ad Epiphanij librum quem ad se misérit, de xij. gemmis in veste Aaronis, quietiamnum exstat MS. in Bibliotheca Vaticana Græcus, & nouus nuper anno* 1565. *Tigurs Græce & Latinè excusus est, tum ad Plinij naturalis historiæ lib.* 37. *Cum quo & MS. Vatic. 2. licet legas*: onychinum. *Aut cum vulgata ex: as (iuxta vocem Græcam* ὀνύχιον) onychium. *De ijsdem omnibus vide & Ariam Montanum lib. de Aaron, siue sacris vestimentis, vbi adgemmas nostri sæculi notas plerasque deducit. Hoc interim præteris non debet, quòd Apocal. 21. pro* Carbunculo, Ligurio, Achate, & Onychio, *qui hic commemorantur, & Exod. 28. & Græcè & Latinè ponantur, Calcedonius, Sardonyx, Chrysoprasius, & Hyacinthus. De quibus omnibus numero sedecim pulcrè Hrabanus noster lib. 17. de rerum naturis & propriis atibus cap. 7. tum ad litteram, tum mysticè tractat.*

65. cùm Cherub posui te in monte sancto Dei &c.] *His etiam variat à 70. magis consentiens cum Hebraïs, pro eo quod illi*: Cum Cherub *vnctis à Deo & habitante in tabernaculo posui te, &c. sicuti rectius legisse videtur B. Hieron. vbi suprà, quàm quod hodie legitur* vnctus; *qui adeò videtur legisse* χρισθέντος, *pro eo quod nunc* χριόμενος.

66. donec inuentæ sunt læsuræ tuæ, &c.] *Hîc quoque & in translatione, & in explicatione dissentit à 70. qui legunt* διὰ πλῆθος ἐν σοὶ ὁ *pro quo B. Hieron. verè inquisatus in te, quum Auctor* læsuras *mox interpretatur*, quibus læsit hominem. *Atqui* vocabulo læsuræ *(inquit Rhen.) sæpè vsus est antè. Lib. de Patientia, cap.* 7. Demonstrans, *inquit*, per abiectionem diuitiarum læsuras quoque earum computandas non esse; *& aliis in locis, vt adnotauimus. Atqui sicuti alia hic mutata, ita etiam aliter distinxi quod sequitur, secundum Ezechielem.* De multitudine negotiationis tuæ promas tuas repleſti, & deliquisti, &c cætera. Quæ, *&c.*

67. quòd nemo hominum in paradiso Dei natus sit, neipse quidem Adam, &c.] *Eadem pertinet quod suprà dixit cap. 4. vt quamquam totius orbis possidens in amœnioribus moraretur, transtatus in paradisum. Et vero id ipsum verba Moysi Gen. 2. indicant, quibus dicitur accepisse Deus hominem quem fecerat, & posuisse in paradisum. Atqui sunt Tertullianica*: malitiæ exorbitatis, & commeatum operationibus eius admetiendo.

68. Certamini enim dedit spatium, &c.] *Etiam hic locus facit pro* libero arbitrio *post peccatum, quum dicit*: Certamini dedit spatium, vt & homo eadem arbitrij libertate eligeret inimicum, qua succideret illi, *&c. Sic enim legendum rectè adnotauit Rhen. & confirmant MS. 2. cod. Vat. pro*: succideret: *ac si dicat, succubuerat. Nam hoc verbo sæpè vtitur, vt lib. de Patient. c. 5.* At vbi semel succidit impatientiæ, *& lib. 4. adu. Marc.* quæ nulli tactui succidisset, si fuisset, *& aliis in locis.*

CAP. XI.

69. Igitur vſque ad delictum hominis, &c.] *Capiti huic titulum dedimus:* Quòd ſi poſt delictum hominis Deus ſeuerus fuerit, ad iuſtitiam eius id pertinere. *De quo vide etiam ibi rum præcedentem, cap. 26.*

70. Sed quæ, &c. per benedictionem in crementum generis audierat: Creſcite, &c.] *Rhenanus hic adnotauit, poſſe eſſe figuram Graecam, ac ſi dicat:* per benedictionem ſecundum incrementum generis audierat, &c. *Sed ſi diſtinguatur in duas voces illud:* in crementum, *ſicuti legendum cenſeo, nihil erit opus. Atqui pulcra hic ſunt Antitheſes, quarum prior pars ex 3. capite Geneſeos, poſterior ex 1. aut 2. deſumpta eſt, ſicuti ad margi nem adnotauimus.*

71. Creſcite tantùm & multiplicamini, &c.] *Mirum eſt vnde illud:* tantùm *irrepſerit, quia tamen id etiam habent MS. Vatic. 2. cod. retinui. Adnotandum verò quod de terra dicit,* ſed antè benedicta. *neque enim id nominatim reperitur in ſcripturis, ſed videtur Auctor intellexiſſe, benedixiſſe Deum omnia illa, de quibus habetur: Et vidit Deus quòd eſſet bonum;* qui ſenſus ex eo mihi colligitur, *quod ſupra dixit cap. 4.* Sic & benedicebat quæ benè faciebat.

72. Exinde in ſcorteis veſtibus, &c.] Scorteas *recte interpretatur Rhenanus pelliceas. Omnia namque (teſte Feſto) ex pellibus facta, ſcortea appellantur. Cui conſentit Varro l. 6. de lingua Latina. Sunt verò Tertullianica:* in operatam bonitatem, *&* ceſſ *ſine opere;* adfinem mali; eodem iugo vrgeti (*de qua Prouerbialis formula inter Prolegomena latius*) æmulum mali, *&* boni æmulum; *denique:* quantò, *&* tantò.

CAP. XII.

73. Ita ſi ſocietas, &c.] *Inſcriptionem huius capitis adimus:* Quòd quum iuſtitia cum bonitate perpetuò Deo adfuerit, non rectè ſeparentur Deus bonus & Deus iuſtus. *Eſt autem Tertullianeum illud:* modulata eſt.

74. Iuſtitiæ opus eſt, quòd inter lucem & tenebras ſeparatio prominita eſt, &c.] *Iſta pleraque omnia, quæ hic recenſes, Gen. 1. reperiuntur; illa verò:* inter arborem agnitionis, mortis, & vitæ, inter orbem & paradiſum, *Gen. 2. vbi Paraphraſtes interpretatur Auctor* arborem agnitionis, mortis, & vitæ; *quæ appellatur ſcientia boni & mali. Videtur autem mihi deſumſiſſe illud:* inter maris cetum, *quia nihil comparationis inter tete grandia quantumuis magna, & aridæ molem. Proinde caſtigamus:* cetum, *vt adludat ad congregationem aquarum, quam appellauit Deus maria, ſicuti habetur Gen. 1. Sunt autem rurſus Tertullianica:* aquigena & tertigena; iudicatò diſpoſitum; iuſtitiam de cauſſa mali offuſcet; *&* obuentitiam.

CAP. XIII.

75. At enim, vt malum poſtea erupit, &c.] *Caput hoc inſcriptimus:* Quòd iuſtitiæ Dei punitio etiam ad eius bonitatem pertineat.

76. Denique timor iudicij ad bonum, non ad malum confert, &c.] *Late hoc ipſum tractauit Auctor ſuprà lib. 1. adn. Marc. cap. 27.*

77. Legis mali viam latam, &c.] *Adludit ad illud Matt. 7.* lata porta *&* ſpatioſa via, *qua ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam.*

78. Qualem oportet Deum, velles, &c.] *Senſum hunc reddit Rhen.* Qualem oportet Deum eſſe, *id eſt, bonum & iuſtum,* velles *equidem, niſi male facta terrorem tibi incuterent; qualem eſſe mallet, expediret tibi, ſcilicet eſſe talem, quam malè tuas, & male factas delectaris. Sequitur enim:* ſub quo delicta gauderent. *Eſt autem Tertullianicum:* mali extraneus.

79. ſi non & nocentiæ ſpectem, &c.] *Recte ſic Rhenan. pro:* ſpeciem, *ſubintelligens* mereedem; *addens:* nocentiam: *pro improbitate ſeu malitia accipi. Placet autem magis:* remuneret, *quod habet Vatic. MS. vnus cod. quàm:* remuneretur, *quod alteri & excuſo, ſed nolui mutare ob phraſin ſimilem Auctoris non ſemel ſuprà adnotatam, quâ paſſiuus pro actiuo vtitur.*

80. quia malit miſericordiam quàm ſacrificium, &c.] *Paulo aliter legitur etiã in textu LXX. Oſee 6. & ſimiliter Matth. 9.* Miſericordiam *volo, & non* ſacrificium. *Verùm ſimiliter ſecundum ſententiam reddidit, non de verbo ad verbum, illud Ezech. 33.* quia malit pœnitẽtiam peccatoris, quàm mortem, *tum hic, tum alibi non ſemel. Nec abſimiliter infrà cap. 17. præterquàm quod legat:* exſpectat potius pœnitentiam peccatoris.

81. Diligeſ Deum, &c: Timebis Deum.] *Sic hic loco diſtinguendus eſt, quia eſt eodem ſenſu. Deut. 6. vtrumque habetur, poſteriùs tamen multo, habetur alterum membrum. Sunt vero etiam voces Tertullianicæ:* obſecutori, *&* exorbitatori.

CAP. XIIII.

82. Ad omnia tibi occurrit Deus, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd ſi quando Deus conderemala dicatur, hoc intelligi de malis pœnæ, non culpæ. *Quæ interpretatio adnotatu digna, aduerſus Caluinum, & eius aſſeſſ. nec tamen à Tertullianæ primum adita, ſed vel etiam à B. Irenæo lib. 4. cap. 77. Quo loco aliorum Patrum tam Græcorum quam Latinorum, immo etiam Ethnicorum ſimiles locos adfert Feu-ardentius noſter, ad quem vt nec his ſim prolixior, Lectorem remitto. Huſſumodo adjiciam, diſpſum reperiri rurſum infrà c. 24. vbi & ſententiam ſuam his verbis comprobat:* Nam & apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & læſuris, non pro malignitatibus ponuntur; *de quo etiam ibi aliquid dicemus nu. 162. Quò pertinet etiam illud, quòd locum Iſaiæ 45. hic citauit, de bello interpretetur infrà Tom. 5. lib. de Fuga in perſecutione. Videas præterea Lectorem, tum Chryſoſt. homil. 23. in cap. 6. Matth. & Iſich. in Leuitic. l. 4. tum homiliam integram B. Baſilij: Quòd non ſit Deus cauſſa malorum.*

83. idem percutiens, ſed & ſanans.] *Adludit ad illud Deuter. 32.* Percutiam & ego ſanabo, *item illud 1. Reg. 2. Dominus* mortificat & viuificat, humiliat & ſubleuat; *denique ad illud Iſai. 45.* Ego faciens pacem, & condens mala. *Atqui illa ſunt verba Marcionis:* Ecce enim ipſe ſe conditorẽ profitetur malorum, dicens: Ego ſum, qui condo mala. *Legimus autem ex 1. Vatic. MS. cod.* vt & malitiæ iniuſtè auctor renuntietur, *qui etiam non male legit:* ſuum cuique parti defendimus auctorem, *pro eo quod aly:* definimus: *eligat Lector vtrum velit. Ex vtroque verò caſtigauimus:* iſta iuſtitiæ mala condentis iudicia aduerſus mala delicti, *pro:* condenti, *&* delicta.

84. Ægyptum, &c. decemplici caſtigatione percuſſam, &c.] *Intelligis decem plagas, quibus* percuſſus fuit populus Ægyptius, ob hoſpitis populi, *id eſt (etiam Rhenano interprete) Iudaici* conflictationem, *quas reperire eſt Exod. 7.8. 9.10.11.& 12. nempè aquarum verſarum in ſanguinem; ranarum; cyniphum; muſcarum; peſtis pecorum; hulcerũ ſarum veſicarum, grandinis; tonitrui, & fulguris; locuſtarum; tenebrarum palpabilium; & cædis primogenitorum. Atqui:* decemplicem *dicit, ſicut Varro, decemplicatas lib. 5. de Ling. Latina.*

85. Indurat cor Pharaonis, &c. qui iam legatos eius, &c.] *Iſtud de* indurationẽ, *reperitur imprimis Exod. 10.* de legatis *vero* Dei excuſſis, *ac* labore populo adiecto, *Exod. 5. Atqui ſiue:* in exitium *legas cum excuſ. & altero Vat. MS. cod. ſiue:* exitum, *more Tertullianico cum altero, perinde eſt.*

86. Ibim & crocodilum, &c.] *Inuectiua (inquit Rhen.) Satyram 15. ſic auſpicatur:*

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? *Crocodilon adorat*
Pars hæc, illa pauet ſatutam ſerpentibus *Ibim.*

Atqui plura de Iſide *ſuprà Tom. 1. Apolog. c. 6. n. 87. De reliqua vero Deorum apud ipſos portenſu, c. 24. n. 377. denique & Adnot. noſtros in libram B. Cypriani ad Demetrianum, nu. 32. vbi nominatim etiam crocodili memini. De ipſo denique animali* crocodilo *Plinius tract. 1. lib. 8. cap. 25.*

87. Impedit & ipſum populum (*nempè Iſraëliticum*) ſed ingratum, &c.] *Vbi adludit mea quidem ſententia ad c. 11. Numeri, vbi ignè* impeditus, *id eſt punitus eſt populus, & ad c. Num. 21. vbi per ſerpentes ignitos. Illud autem de* imminiſſis vſus in pueros *Eli Samuis redentes, reperitur 4. Reg. 2.*

CAP. XV.

88. Iuſtitiam ergo primò iudicis diſpice, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Iuſtitiam eſſe quæ ſeueritas videatur.

89. Nam

89. Nam etsi parum delicta, &c. *Alludit ad illud Exod.* 20. *Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Aequa respondet Auctor:* Duritia populari talia remedia *(id est, Rhen. interprete) ad tales remedia*, compulerat.

90. posteritatibus suis, &c.] *Plurale numerum (inquit idem) pro singulari, id est, posteritati sue, vel posteris suis.*

91. Sed etsi benedictio patrum, &c.] *Istum rei exempla habentur Gen.* 12.13.15.17.18. *&* 22. *vbi benedixit Deus, non solum Abrahæ, sed & semini eius, sicut etiam rursum Isaac & semini tuo, Gen.*26.

92. Saluo eo quod postea decerni habebat: Non dicturos acidam vuam, &c. *Sic enim nō hic locus distinguendus, vbi adiudicat ad Hieremi.*31. *& Ezech.*18. *quos locos, pulchrè cum præcedentes conferens, interpretatur.*

93. Sanguis illius super capita nostra & filiorum nostrorum, &c.] *Adnotatu digna est hic varia auctoris lectio: pro eo quod legitur Matth.* 27. *Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

CAP. XVI.

94. Bona igitur & seueritas: quia iusta, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus:* Quod iudici non veniant exprobranda quæ illi accidunt.

95. siue ira, siue æmulatio, siue sæuitia.] *Quòd Deo* iram *adscribere videtur, & sæuitiam, & alias quasdam passiones, inter Paradoxa in Prolegomenis tractabitur. Quamquam interim hic se satis explicat, quum dicit* iram, sæuitiam, *alio sque motus in Deo tribui, sicuti dexteram, oculos, & pedes Dei legimus, quæ carnem humanæ membra aut sensibus non comparantur; vnde & sub finem capitis:* Irascetur enim, sed non exacerbabitur, &c. *Atqui legit quidem MS. Vatic. codex:* Vindicanda erat procacitas, &c. Atque ita non potuerunt. *Verum magis placet vulgata lectio:* Vindicanda erit, *&c.* non potuerunt. *Sed ex eodem castigauimus:* quæ iudici accidunt, *pro* : accedunt, *aclegimus :* sicut & iudex.

96. & constricter.] *Ista pro:* constringantur, *accipit Rhenanus.*

97. non à Philosophis, nec ab Epicuro, &c.] *Quæ fuerit* Epicuri *& Philosophorum quorundam de Deo sententia, nos explicat, quum subdit:* qui nolūt Deum curare quidquā.

98. Si Deus irascitur, & æmulatur, &c.] *Hæc verba sunt Marcionitarum.*

99. etiam mortuum Deum credere, & tamen viuentem in æuo æuorum, &c.] *Eodē modo vsurpat:* Deum mortuum credere, *de Christo loquens, qui Apostolus* 1. *Cor.* 2. *Deum gloriæ crucifixum dixit, non secundum quod Deum gloriæ erat Christus, neque ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis: sicuti rectè id explicat B. Aug. lib. de Præsentia Dei, ad Dardanum.*

100. Nam & dextetam, & oculos, & pedes Dei legimus, &c.] *Eodem loco B. Augustinus. latissime tractat quomodo Deo adtribuantur* dextra oculus, *&* pedes, *scripturas autem, ex quibus id desumptum est, ad marginem adnotauimus. Est eiusdem argumenti Liber inceti Anastasii, forte filii Hrabani inter opera B. Hieronymi, Tom.*4.

CAP. XVII.

101. Hæc itaque dispecta totum ordinem, &c.] *Capiti huic totulum imposuimus:* De disciplinis & doctrinis Deo dignis, & bonitati eius consentaneis. *Legimus autem:* itaque, *pro:* ita. *ex Vatic. t. MS. cod.*

102. catholicæ & summæ illius bonitatis.) Catholicam bonitatem *proprie accipit pro ea, quæ per totum orbem terrarum diffusa est; de qua nomine latius supra lib. de Præscript. ad hæret. cap.* 26. *num.*156.

103. Nam etsi hoc quoque testimonium Christi, &c.] *Quum apud Lucam hoc testimonium Christi:* pluērem super bonos & malos, *&c. non reperiatur, ex quo multa etasit Marcion, loquitur Auctor de integro* Euangelio *secundum Matthæum, vt pote quum solum Lucæ Euangelium agnouerit.*

140. & omni à conscientia legitur, &c.) *De* Testimonio animæ, *seu* conscientiæ, *qua Deum fatetur etiam ethnicus, habes supra Tom.* 1. *librum integrum.*

105. & restituens statum regni Babylonis tyranno pœnitentiam functo, &c.] *Sic legimus ex t. Vatic. MS. cod. nam solet Auctor vsurpare* fungi cum *Accusatiuo. Intelligit autem Nabuchedonosor; de quo Daniel.*4. *& Auctor latius supra Tom.* 1. *c. vlt. lib. de Pœnitentia.*

106. quæ & filium Saulis mortuum ex deuotione populo concessit, &c.] *Et loquitur de Ionatha, quem populus liberauit è manibus Saulis patris sui, sicuti habetur* 1. *Reg.* 14. *Illa autem verba:* & ipsum Israël toties restituit, quoties iudicauit, *adludit ad librum Iudicum, cap.*3.4.6. *& to.*

107. quum vtrunque conueneris in creatore &c.] *Hæc est (inquit Rhenanus) deprehenderis, Sic lib.* 4. *adu. Marc. Hæc conuenimus; & ibidem multò antè :* Quemcumque conuenieris in via. *Vide etiam similem locum supra Tom.* 2. *lib. de Coron. milit. c.*10.

108. Sed ante Lycurgos & Solonas omneis, Moses, &c.] *De his late supra Apol. c.* 19. *quum probat :* vnius Prophetæ Mosis sertinium, sæculi vincere omnes materias, origines, gentes, historiarum causas & memoriarum, ipsas denique effigies litterarum; *vbi vide Adnot. nostras in caput integrum.*

109. boui etiam tereni, vincula oris remittuntur.] *Apertius vertit vetus interpres Latinus :* boui trituranti, 1. *Cor.*9. *Eodem interim modo legit infrà Auctor. lib.*3. *adu. Marc. c.*5. *& l.*5. *c.*7. *vbi illum Apostolo locum tractat, Græce est* τῷ βοῒ &c.

CAP. XVIII.

110. Sed quæ potiùs legis bona defendam, &c.] *Caput hoc inscriptimus :* Responsio ad Antitheses Marcionis, de pœna talionis, ciborum immundorum prohibitione, & sacrificiorum onere. *Quæ desumpta sunt ex Exodo c. Deuter.*14. 21. *& Leuit.*1.2.3.4.5.6. *&* 7.

111. liuorem pro liuore, &c.] *Vel hinc colligitur, adludere Auctorem ad Exod c.*21. *vbi dicitur, vbi istud addatur, quum Leuitici* 24. *& Matth.* 5. *non reperiatur.*

112. à Deo expectare defensam, &c.] Defensa *(inquit Rhen.) subsistantiue, pro defensione & vindicta. Et rectè, nam supra* 7. 2.1. *de Patient. c.*10. *vertit Auctor:* vindictam mihi, & ego vindicabo, *pro eo quod hic :* Mihi defensam, & ego defendā, *(quod repertur Deut.*32.) *Pro interim etiam defensionē vsurpat. Est autem vox Tertullianica, quā Metaphoricē vitur:* repastinaretur, *id est (vt interpretatur Rhenan.) defoderetur, obruretur, sepeliretur.* Repastinantur *enim vineæ veteres, dum refoduntur. Atqui secundum conjecturam Latinij castigauimus:* vt sic improbitas æstuata cesseret, *pro :* æstuta, *maximè adsentiente Patric. MS. cod.*

113. per eundem saporem, &c.] Saporis *vocabulo (inquit Rhen.) de gustationem perceptionemque, & sensum intelligit. Hoc vocabulo supra alicubi vsus est, nempe lib. de Resurr. carn. cap.*40.

114. Et si lex aliquid cibis detrahit, &c.] *De ciborum immundorum prohibitione latissimè tractatur infrà T.* 5. *integrā* Epistola Nouatiani de cibis Iudaicis.

115. quæ quum ederet panem angelorum, &c.] *Alludit tum ad illud Psal.*77. Panem angelorum comedit homo, *vbi de Manna loquitur, tum ad illud Num.*11. *an mentem nobis venisse, cucumeres & pepones, quos comedebamus in Ægypto.*

116. comitibus gulæ, libidini & luxuriæ, &c.] *Et eosdem ab Auctore vitiatas* gulam & luxuriam, *sicuti hodie accipiuntur à scholasticis Doctoribus, quum de peccatis loquuntur capitalibus. Haud aliter autem dixit alicubi B. Hieronymus:* Venter vino æstuans, *facile desumat in libidinem.*

117. vt & pecuniæ ardor restingueretur, &c.] *Ita legimus secundum conjecturam Ioannis Harrij Anglj, pro :* restringeretur, *quam comprobaram reperi partim, vno codice Vatic. MS.*

118. gloriosis esceis.] Gloriosas *(inquit Rhen.) vocat escas, quibus gloriantur nonnulli, nunc ob raritatem, nunc ob pretium.*

119. Sacrificiorum quoq; onera, &c.) Hæc *(inquit Rhen.)* Sacrificiorum onera, *atque hæc* operationum & oblationum

negotiosas scrupulositates, *l. de præsc. har. aptè vocavit* morositatem Iud æor. *Quum autem* operationum *nomine appellet sacrificia, confirmatur etiam hinc quod suprà adnotauimus alicubi* facere, *pro sacrificare, & Aufero & aliis Patribus fuisse usitatum, unde etiam ethnici* operati *sacra dicebant.*

CAP. XIX.

120. Sed & in ipsis commerciis vitæ, &c.] *Inscriptionem hanc capiti dedimus*: Etiam Dei creatoris bonitatem confirmari ex Legalibus disciplinis. *Atqui verbis illis*: adsque curam vasculorum, *videtur adludere ad illud Matth.* 23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis. Nos autem ex vno codice Var. MS. iterum restituimus phrasi Tertullian.* tne illi, momento, *id est, ad momentum*, vacarent, *pro ea quod Rhenan. substituerat*: vlli momento.

121. Quid enim faceret beatum hominem, &c.] *Pro Aufert Aufter* hominem *pro vir; nam & Græce & Latina ac Hebraica, Chaldaicaque voces virum significant, initio Psalmi 1. Usurpatur similiter à vulgo Gallorum. Pulcra est autem Metaphora*: Tudem fidem operosis officijs dedolantis.

122. Auferte nequitias de anima, &c.] *Citat istud secundū LXX. ex Isai. 1. excepto quòd emisi* (*quod tamen etiam habent Hebræa, Chaldaica, & Latina aditiones*) *liberate iniuria oppressum. Præterquam quòd addat*: diligere quæstiones, *seu potius* (*sicuti cæstigo ex animaduersione Ioan. Harrisij Anglij*:) dirigere: *Nam hic frequentissimum est Auctori. Forte loco illius*: *Venite & disceptemus, pro qua B. Hieron. ex Hebræo, & argute me, quod interpretantur Chrysost. & Procopius in Comment. vt audacter, qui bonum opus fecerit, tum Deo disceptet, quemodo etiam Auctor intelligere videtur*: *Si ad deretio*: *cum Deo, clarius foret.*

123. Fugere improborum contractum, &c.] *Hic nouam periodum facimus, quia reperatur istud Isai. c. 58. vbi quum habeatur Græcè συνθρυμμα ἀδικιας, omnino hic legi debet, sicuti cæstigauit, improborum* (*quod paraphrastice & ita transtulit Auctor, pro improbitatis*) contractum, *non vti habebatur*: contractum. *Nã συνθρυμμα conuinctione Quintiliano significat, siue colligationē vti transtulit interpres B. Iustini Mart. Apol. 2. & B. Hier. qui conformiter Tertulliano* creditoris obligationes interpretatur, & iniquas vsuras. *Haud absimiliter B. Hilar. in Psal. 124. obligationes peccatorum transfert*; *quæ quid aliud quàm* improborum contractus? *Differt interim in eo hic à LXX. quòd legat*: dimittere conflictam integram, *pro eo quod Hebræa, Chaldæa, & Latina aditiones, confractis in requiem seu remissionem aut laxamentum, vti legit infrà auctor l. 4. adu. Marc. c. 17. Vbi etiam confirmatur dicta nostra cæstigatio, quum legitur*, Dissoluens violentiorum contractuum obnexus.

124. Compescere linguam à malo, &c.] *Etiam hic nouam periodum auspicamur, quia hæc & sequentia ex variis Psalmis sunt desumpta, sicuti ad marginem adnotauimus, distinctis singulis locis per dicommata. Vbi restituimus ex MS. Var. 1. cod.* & quàm iucundum; *quæ illud*: quàm, *secundo repetitur ab omnibus, Psal.* 132. *Differt autem hic etiam auctor, dum legit*; sperate in hominem, *pro eo quod aly omnes*: *in principibus. Quære & cæstigatin* Princes, *quòd sic legat Auctor infrà lib.* 4. *aduersus Marcionem capite* 15. *Item emendo vtrobique*: Dominum, *pro*: Deum, *secundum MS. cod.* 2. *infrà, & ipsum Psalmistam.*

125. Qualis enim apud Deum metees hominī? Et etit, &c.] *Facit hic quoque locus ad confirmationem* mercedis apud Deum *pro merito operum. Atqui transtulit Auctor* Νεῦσις ἐν ὕδατι πᾶν, exitus aquarum, *pro eo quod aly*: *decursus, & ex Hebræo simulat. Vox Græca amphibola est; addit etiam*, illi, *quum aly omnes legant diuntaxat*: prosperabuntur.

126. Innocens autem & purus corde, &c.] *Hic omittitur* manibus, *quod habent aly omnes Psal.* 23. *& legit*: qui non accepit in vanum nomen Domini (*quantum apparet, memoria lapsus, adludens, ad Deut. capite* 20.) *pro*: animam suam. *Atqui legunt quidem Vatic.* 2. *MS. codices* qui non accipiet, *& Vaticanus* 1. & non intrauit, *ac*: Deo salutari suo, *sed passim apud omnes legitur* qui non accepit, *ac*: non iuratuit, *sicuti antea hic etiam legebatur*; *& Tertullianicum est*: *salutificatore. Est verò iterum adnotanda vox Auctoris* 2 deliberandas, *pro*: liberādas, *quum tamen mox legat*: liberabit, *quod retinuimus, etiamsi Vatic. 1. habeat*: libetauit, *eo quòd illud legant tam excusi quam MS. Psalmorum codices, sicuti etiam*: Dominus custodit, *pro eo quod Vatic.* 2. custodiuit, *legentes omnino*: Redimet Dominus, *pro eo quod erat literis transpositis*: Redemit.

CAP. XX.

127. Sed enim sepiæ isti, &c.] *Caput hoc inscribimus*: De direptione iustæ Ægypti per filios Israël, *Exod.* 12. *In quo imitatur B. Irenæum l. 4. c. 49. vbi vide Adnotationes nostras Benedictij, quas similes adlegat B. Augustini, Theodoreti, & Altissimi Ueuenensis locos. Atque pro*: sæpè, *recte Rhenanus ex cod. Gorzensis Rhenan.* sepiæ *quod correspondet Vat. 1. MS. cod. qui addit*: elegantes *& aptè sic hæreticos Marcionitas* sepijs *comparat. Nam vt Plinius tradit l. 9. c. 29.* Sepiæ (*piscium genus est*) *vbi sensere se adprehendi, effuso attramento, quod pro sanguine ijs est*: *infuscata aquâ, absconduntur. Eodem modo hæretici Marcionitæ, vbi traductionem sui sensimus, hoc est, quum errorū arguuntur conuincuntur q;, tenebras huic blasphemiæ interiunxunt* (*vt attramentum sepiæ pisces*) *atque ita argumentum impidunt & auertunt, adlegando quæ bonitatem creatoris insuscent, obnubilentque. Addens autem*: quorum figura illud quoque piscu lentum (*nempè sepias*) de cibis Lex recusauit, *adludit ad interdictum ciborum immundorum, Deuter.* 24. *vbi declarantur immundæ pisces, qui absque pinnulis & squammis sunt, quales sepiæ. Legimus verò ex Vatic. 2. MS. cod.* tactitando, *pro*: tactando.

128. cognosce in vtramque partem.] *Hoc est* (*inquit Rhen.*) *sede arbiter, & cognosce causam vtriusque gentis. Est autem hic videre Iureconsultum fuisse aliquando Tertull. vt potè qui non secus atque Quintilianus in suis Declamationibus, hic pulcherrimè vtrinque partu actionem pauciſsimis verbis proponit, tamquam vtriusque partu actionem consultus & villas, & ciuitates pro eodem habere videtur. nam Exod. 1. vnica vox est Græcè, Hebraicè Chaldaicè, & Latinè.*

129. & ramen has iustitia renuntiauerunt sibi Ægyptij, &c. *Rhenano videtur Ironia esse, Ægyptios videluet ipsiè renuntiasse operas Hebræorum, hoc est, mercedem pro operis debitam denegasse. Verum si accipiamus*: libi, *pro illis, ea erit sententia Auctoris, quod operas iustitia attribuerint Hebræis Ægyptij, ita vti suo ad vsa aurea & argentea renuntiantis. Nam non solum posteriori hoc modo, sed & priori, pro attribuere, accipi à Tertull.* renuntiare; *supra adnotauimus l. de Anima, c. 15. n. 199. adillud*: Sed & quod Ægyptij renuntiauerūt ei: *Et* libi, *pro*: ei *accepit ab Auctore supra ostendimus ad l. aduers. Valent. c. 20. n. 250.*

130. an gratia Hebræorum?] *Recte Rhenanus* gratiam *interpretatur* mercedem, *qua Hebræi debebatur. Atque adeò facit hic Auctor pro catholica explicatione locis illius Apostoli*: *Gratia autem vita æterna*; *ita vt* gratia *non excludat sed includat* mercedem.

131. ve solas scapulas suas scribæ eorum apud subsellia sua ostenderent, &c.] *Etiam hic Iureconsultorum phrasi perstitit Auctor, siquam scilicet one muniarum intentata* (*ita enim recte interpretatur in hac ipsa periodo*: iniuriarum iudicium *Rhenanus*) scribæ eorū, *nempè Hebræorū* (*id est, qui hodie Pro curatores seu Aduocatos vocamus*) apud subsellia sua, *id est, coram audientibus illorum*, ostenderent *Hebræorum* scapulas, flagellorum contumelioſa atrocitate laceratas. *Nisi quis malit per* scribas *intelligere Fraefectos filiorum Israël, quippe qui* (*sicuti legitur Exod.* 6.) *per exactores operum Pharaonis, flagellati fuerint.*

132. satisfaciendum Hebræis pronuntiasset.] *Ego secundò omnes codices MS. tam Rhenani quàm Vaticanos, steriusſtud reſtitui, pro*: satisfaciendum, Hebræus pronuntiasset; *quia rectè quidem à Rhenano hic ſubintelligitur*: index: *ſed ego de æquo quouis indice, immò & Ægyptio, intelligendum puto, non ſolùm de Hebræis iudice; iuxta interpretationem noſtram præcedentem paulo ſuprà, n. 129. neque obſtat illud*; apud ſubſellia ſua, *quia ego etiam hic accipio*: ſua, *pro illorum. Pro quo facit, quòd addat ſimpliciter*: Igitur ſi bona cauſſa Hebræorum, &c.

133. & ſuum populum, &c. expunxit, &c.] *Hic etiam hebraiſmus, quam rectè interpretatur Rhenanus*: populo ſuo *ſatisfacit, de qua latius ſuprà Tom. 1. lib. adu. Iud. c. 4. n. 15. Atqui rectè dicit Auctor*, aliquod ſolatium. *nam* (*vti ſubiungit*) Hebræis etiam filios Ægypti teſtituere debuerant. *nempè eos, quos iuxta mandatum Pharaonis, Exod. 1. recèns natos interfici inſſerant.*

Cap. xxi.

134. Sic & in ceteris, &c.] *Titulum huic capiti damus*: Quòd non fuerit contraria præcepto Domini, Exod. 20. circumlatio arcæ in Sabbato, Ioſue. 6.

135. Siquidem ſex (inquit) diebus operate, &c] *Mirum eſt, quomodo legat*: operare, *quum additones non ſolùm ex Hebraico & Chaldæo, ſed etiam LXX. ex Græco additones Latinæ Exod. 20. legant*: operaberis. *Atqui pro*: Septima die Sabbatiza (*quod, non lectio additone LXX. mutauerat Rhenanus*) *lego prorſus cum Vat. 2. aliiſque omnibus MS.* Sabbata; *nam ſic Græce etiam legitur tum Exod. 20. tum Deuter. 5.*

136. quodi vtique tuum.] *Similiter etiam ſuprà l. 4. adu. Marc. c. 12.* Nam quum de die Sabbati dicit: omne opus tuum non facies in ea; dicendo: tuum, de humano opere definijt, quod quiſque ex artificio vel negotio ſuo exequitur, non de diuino. *Vnde apparet legiſſe Auctorem Græce*: ἔργον σῦ, *ideſt*: opus tuum, *non ſicuti habetur hodie*: σὸν, *id eſt*: tu. *Maximè quum etiam ſuprà Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 4. pro*: opus tuum, *legat paraphraſticè*: opus ſeruile.

137. niſi longum eſſet, &c.] *Sic omnino lego, non ex coniectura Rhenani dumtaxat, ſed patiſſimum, quia ſic legunt Vatic. 2. MS. cod.*

138. qui Sabbatis lignatum ierat, &c.] *Mallem legere*: Sabbato, *quàm* Sabbatis; *nam Num. 15. non legitur pluribus Sabbatis ligna colleginſſe, ſed ſemel dumtaxat in die Sabbati. Atenim qui id immutare, quòd conſentiant MS. Vatic. cum excuſis.*

Cap. xxii.

139. Proinde & ſimilitudinem vetans fieri, &c.] *Caput hoc enſcriptum*: Quòd legi ſimilitudinem vetans fieri, ſerpetis æneiaut Cherubim aut Seraphim aurea effigies, non magis reſtagetur, quàm ſacrificiorum præcepto eorundem poſtea teptobatio. *Lucis autem ſcripturæ quis tractat, ad marginem adnotaumus.*

140. oſtendit & cauſſas, idololatriæ ſcilicet ſubſtantiam cohibentes.] *Si ſic legamus iuxta caſtigationem Gelenij, non eſt opus ſubintelligere* (*vti Rhen. facit*) *ſunt, quippè qui repererat interceſſam vocem*, quæ, *planè ſuperfluam. Nam ſimiliter prorſus dixit Auctor ſuprà T. 2. lib. de Idolol. cap 4.* Propter hanc cauſſam, ad eradicandam ſcilicet materiam idololatriæ, lex diuina proclamat. Ne feceritis idóluni, & cóiungens: Neque ſimilitudinem eorum quæ in cœlo ſunt, & quæ in terra, & quæ in mari. *vbi vide Adnotat. noſtra num. 14.*

141. Subijcit enim, Non adorabitis ea, neque ſeruietis illis, &c.] *Iſtud non modo reperitur additum Exod. 20. ſed etiam Deuter. 5. immo Leuitici 29. apertiùs legitur*: Non facietis vobis ipſis manufactã neque ſculptile, neque ſtatuam erigetis vobis, neque lapidem inſignem erigetis in terra veſtra, ad adorandum eum, ſiue vos B. Hieron. vertit: vt adoretis. *Pro quo vtrobique Græce legitur*: προσκυνῆσαι; *& pro*: ſeruietis, λατρεύσετε. *Vſquedeo vt non nouæ ſit ſimilis Catholicorum modernorum interpretatio, non prohiberi dictũ locis imagines ſimpliciter, ſed ita vt non adorentur adoratione Latriæ. Neque vero hic ſolum, ſed ſimiliter etiam interpretatur dictus locus Tertullianus ſuprà dict. libro de Idolol. c. 5. Vbi vide & Adnot. noſtras n. 22. Hoc vnum hic præterea adnotandum, eſſe lectionem Auctoris in plurali*: non adorabitis ea, neque ſeruietis illis, *quum vbique ſecundum additones omnes totum hoc præceptum primum ſingulari numero repertum ſit prolatum. Porrò Tertullianum in hac ſcriptura huium explicationem imitantur B. Auguſt. alicubi, Theodoretus in Comment. & Ionas Aurelienſis lib. 3. De cultu imaginum.*

142. ad remediandos eos.] *Sic* (*inquit Rhen. l. de Reſurr. carn.* vitiorum à Domino temediatorum, *l. de Praeſcript. adu. her. c. 38.* vel tráſmutatione remediaremus. *Similes plures phraſes inuenire eſt ſuprà Adnotat. noſtra in lib. ad Scapulam, Tom. 1. cap. 4. n. 31.*

143. Et taceo de figura.] *Cuius rei fuerit figura ſerpentis ænei effigies, præcepta* Moyſi à Domino, *nempè* Dominicæ crucis; *habes ſuprà tum lib. adu. Iud. Tom. 1. cap. 10. & iiſdem verbis infrà lib. 3. adu. Marc. tum etiam dicto lib. de Idolol. cap. 5. n. 32. vbi paucis etiam adtingit hanc Marcionitarum Antitheſin. Quibus adeò locis confirmari vſum imaginum crucis Chriſti, adnotauimus in Apol. cap. 16. n. 238. vbi multis aliorum etiam Patrum teſtimonijs eundem comprobauimus iam inde vſitatum fuiſſe ab Apoſtolorum temporibus.*

144. Sic & Cherubim & Seraphim aurea, &c.] *Mirum eſt, quomodo addat Auctor*, Seraphim, *quum non modò Exod. 25. vbi mandantur fieri, ac 37. vbi à Moyſe confecta fuere; ſed etiam Num. 7. vbi legitur de Propitiatorio quod erat inter duos* Cherubim, *& rurſum 3. Reg. 6. vbi ſimile à Salomone* Cherubim *duo aly in templo Hieroſolymitano, duntaxat*, Cherubim *fiat mentio. Atqui hos locos ſcripturæ pro confirmando imaginum & aliorum vſu adferi B. Athanaſius, ſerm. de ſanctis Patribus & Prophetis, iuxta quod citatur à Franciſco Turriano, l. de Dogcharacteribus, cum aliis multis Patrum auctoritatibus, quales nos etiam ſuprà adduximus Apolog. c. 12. n. 184.*

145. Diximus de factificiorum rationali inſtitutione, &c.] *Nempè ſuprà cap. 18. Hic pro*: auocanti, *ſubſtituimus*: auocante, *vt potè quòd confirmatur ab*: inſtitutione.

146. Non enim (inquit) bibam, ſanguinem taurorum? &c.] *Hoc quoque differt ab additionibus omnibus Pſal. 49. vbi legitur*: Numquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? *quod quum interrogatiuè legatur, etiam hic notulam interrogationis adiecimus, accipientes more Tertullianico*: Non, pro: Nonne. *Atqui illud*: Deus æternus non eſurietnec ſitiet, *noſquam reperire potui. Legitur quidem in eodem Pſalmot. Si eſuriero, non dicam tibi; ſed præmittit Auctor*: quia & alibi ait.

147. Nam etſi ad oblationes Abel, &c.] *Oblationes vertit Metaphraſtes, pro eo quod omnes additones: munera, Gen. 4. ſicuti & ipſe Auctor paulopoſt*: Deinde: & holocauſta Noë odoratus eſt libenter, *pro eo quod aly duntaxat*: odoratus eſt; *& hic tamen illi conſentit B. Opt. vertens*: & delectatus eſt *Deus in odorem ſuauitatis.*

148. veletiam dicto.] *Hoc eſt* (*inquit Rhenan.*) *iuſſu Domini, vel iubente Domino.*

149. & : Sollennitates & dies feſtos & veſtra Sabbata odit anima mea; Veſtra dicendo, &c.] *Sic prorſus diſtinguendum & ſupplendus eſt hic locus ex aly Auctoris locis, vbi eandem ſcripturam citat, vt ſenſus conſtet.*

Cap. xxiii.

150. Si verò etiam circa perſonas leue vultis intelligi, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus*: Reiectionem quarundam perſonarum, quas priùs probauerat, Deo tamquam bono iudici conuenire. *Cuius quum reddat rationem*: quòd nihil tam bono iudici conueniat, quàm reijcere & adlegere; *facit etiam pro meritis operum. Reſtituimus autem*: adlegere, *ex Vatic. 1. MS. cod. pro*: adligere, *iuxta quod alibi etiam frequenter Auctor loquitur.*

151. Adlegitur Saül, ſed nondum deſpector Prophetæ Samuelis.] *Auctor aduerſus* Antitheſes *Scribem, frequenter Antitheſibus in hu lib. vtitur. Reperitur autem iſtud partim 1. Reg. 9. vbi à Domino in rem vnctã iubetur*; partim

1. Reg. 13. *vbi quòd desciuerit Propheta, eo non exspectato holocausta obtulisset pacifica, à Domino reiectus legatur.*

152. Reijcitur Salomon, &c.] *Similes Auctoris locis sunt supra lib. de Præfer. adu. her. c. 3.* Salomon omni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur; *& infrà l. 3. adu. Marc. c. 20.* Salomoni verò etiam ira Dei accessit post luxuriam & idololatriam: *item l. 5. c. 9.* Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in Deo gloriam amisit, per mulieres in idololatriam vsque pertractus. *Nec absimiles B. Cypr. loci, tum Epi. 7. ad Rogatianum:* Salomon (*inquit*) *& Saul & ceteri, multi, quamuis in viis Domini ambulauerint, dato tamen gratiam tenere potuerunt: recedente ab iis Dominica disciplina, recessit & gratia. tum l. de Unit. Eccl. in hac verba:* Salomon *postquam dereliquit viam Domini, perdidit & gratiam Domini, sicut scriptum est: Et excitauit Dominus Satanam ipsi Salomoni. Atque alludit vterque ad 3. Reg. c. 11. sed an postea verum per pœnitentiam in gratiam cum Deo receptus sit, adhuc subiudice lis est, quod aiunt.*

153. Benè adhuc agentes prædamnaret propter futura delicta? &c.] *Illud omnino lego debet interrogatiuè, quia ex sententia loquitur Marcionitarum, cui apte respondet:* Sed Dei boni non erat, nondum merentes prædamnare. Proinde peccantes nunc non recusaret propter pristina beneficia, *Neque enim præscientia meritorum, causa est diuina prædestinationis, sicuti hæresis sentiebat Pelagius; de quare, ne hic prolixior sim, videat Lector Sixtum Senensem Bibliothecæ sanctæ l. 6. Adn. 251. & 252. ex BB. Augustino & Thoma Aquinate: Legimus autem ex l. Ms. Vat. cod. tum paulò prius n. 151.* Adlegitur Saul, *tum hic:* vt eum Deus semper adlegeret, & : quem numquam posset adlegere; *denique* & numquam adlegetur; *pro eo quod alij:* Eligitur, eligetet, eligere, & eligetur; *eo quòd antecessus præcedit:* & reijcere & adlegere; *& rursum capite sequ. ab omnibus legatur:* dignissimè adlegerat, &: Saulis adlectionem, *item:* adlectione hominis.

154. in vtroque dispungetur à Deo.] *Hoc est (inquit reclè Rhenan.) in vtroque ei sanscket, an vtroque mercedem accipite. Nam non semel supra similes phrases Auctorn adnotauimus.*

Cap. xxiiii.

155. Sic & pœnitentiam apud illum prauè interpretaris, &c.] *Caput hoc inscriptissimus*, Quòd Dei pœnitentiam prauè interpretetur Marcion. *Rectè autem ita locum hunc refistuit Rhenan. vt legatur:* apud illum, *nempè Deum creatorem; quia consentit alter Ms. Vatic. cod. Esse autem verba hæ Marcionis, manifestum est. Atqui pulchrè in eandem sententiam B. Aug. l. de cauit. Dei, cap. 7. vbi legitur quòd* Deum pœniteat; *mutatio rerum significatur, immutabilis præscientia diuina remanente. Multò autem latius id toto hoc capite prosequitur Auctor, qui pulcrè tam suam, quàm B. Augustini sententiam confirmat, tum verbis scriptura eiusdem capitis 1. Reg. 15. vnde* pœnitentiam Dei *adferebat Marcion:* non conuertetur, neque pœnitébitam aget; quia non sicut homo est adpœnitendū, *tum etiam his verbis subiunctis capitis:* Nam & in Græco sono pœnitentiæ nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione est compositum; *de quo proinde infrà num. 165. Quibus verbis explicatur, quod hic habet Auctor,* Non semper pœnitentiam, confessionem sapere malì operis vel erroris.

156. beneficijingratus, &c.] Ingratus (*inquit Rhenan.*) *cum* Genesim beneficij *construitur. Sic ad calcem lib. 3. adu. Marc.* Qui (*inquit*) ob vtriusque promissionis ingratos.

157. & sancto spiritu auget, &c.] *Alludit ad illud 1. Reg. 10. Et insiliet in eum Spiritus Domini, & incepit prophetare; quem rectè ecstasim* Sanctum Spiritum *vocat Auctor, quia vocata promissum Samuelis eodem capite mutatus est in alium virum. Est autem Tertullianitium:* Vacante delicto.

158. Ecce (inquis) criminosam eam (*nempè pœnitentiam Dei*) animaduerto, &c.] *Verba sunt iterum Marcionis vsque ad illud:* Benè igitur, &c. *Reperatur autem prima testimonium, quod hic ab illo obijcitur Ioan. 3. posteriore loa. 4. in quo est Tertull. illud:* plutimum misericordiæ, *Græce vnita voce* πολυέλεος, *pro multa misericordia. Reliquum autem ex l. Vat. Ms. cod.* Sicut & ipse Ionas ad Dominum, *pro:* Deum, *quia illud legunt hæ editiones omnes.*

159. Er, quia Marcion defendit arborem bonam, &c.] *De hoc supra latius lib. 1. c. 2. n. 26. Omittimus autem secundum:* & *superfluum, iuxta Ms. 1. Vatic. cod. qui legit etiam:* abundantissimæ misericordiæ, *sed:* abundantissimi *magis est Tertullianicum. Ex eodem supplemus:* etiam earum malitiarum.

160. & : Ecce ego emitto in vos mala, &c.] *Multi sunt eiusmodi locitin scripturis, quibus legitur: Inducam super eos malum, seu mala vt supra 3. Reg. 9. 4. Reg. 21. 2. Paral. 7. & Hier. 4. 10. & 23. Ego verò ad margines adnotaui Hier. 18. vbi legitur: Ecce ego fingo, Græce* πλάσσω , *super vos mala. in quos annotat hic Auctor.*

161. quorum satis diluimus infamiam, &c.] *Supra, nempè cap. 14. vbi dixit intelligenda hæ:* mala non culpæ, sed pœnæ.

162. Nam & apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & iæsuris, &c.] *Similiter adnotauit Latinus alicubi Auctorem vertisse:* læsuras, *pro:* malitijs. *Atque pro Auctore facit tum quod* κακὰ *Græce Matth. 6. in Oratione Dominica pro* πονηρὸν *acciptatur, teste B. Hieronymo, tum quòd etiam apud alios Auctores significet interdum afflictionem & miseriam. Sunt autem Tertullianica:* deletui vindicandæ, & : admissum *substantiuè, tom hic, tum c. seqq. quum inquit:* incertus admissi, & : cum aliqua iam tunc admissi fugillatione; *item:* præter admissum.

163. ex recordatione plutimum delicti, &c.] Plutimùm (*inquit Rhenan.*) *Aduerbialiter, pro: vt plurimum. Terentius in in Phormione: Domum ire pergam, vbi plutimùm est. Sic etiam noster Auctor supra locutus est. Lastre, minimum, hoc etem modo vsurpant. Atqui de voce integritia, supra alcubi dixisse aliquid meminimus; hic certè pro integritudine accipi videtur.*

164. Dicit dit Dominus regnum Israëlis, &c.] *Videtur hinc, olim apud LXX. non fuisse lectum al. ad quam* τὴν βασιλείαν ἰσραὴλ, *id est,* regnum Israëlis, *sicuti etiam vertitur ex Hebræo & Chaldæo. Nescio itaque vnde irrepserint quæ hodie adijciuntur* σὺ, *& Σὺ, quæ dum vertuntur* regnum vnum ab Israël, *contextum apsum reddunt obscurissimum. Atqui mercedem* τῷ ἀγαθῷ *vertit:* optimo *super te, pro: bono, & paraphrastikῶς* εἰς ὗδωρ, in duas partes.

165. Nam & in Græco sono pœnitentiæ nomen, &c.] *Vox* μετάνοια, *pro quo ex Græco:* pœnitentia *transfertur, à* μεταγνοΐᾳ *derivatur, quod non delicti confessionem, sed animi demutationem significet, sicuti patet ex Xenophonte initio l. 1.* παιδείας, *& alijs Græcis scriptoribus. Sunt autem legat:* compositum est, *sine,* comparatum *cum Vatic. 1. Ms. cod. perinde est.*

166. quam apud Deum, pro rerum variantium sese occursura, ostendimus, &c.] *Ab exemplarium scriptu (inquit rectè Rhenan.) nihil est subsidij. Diuino Tertullianum scripsisse* occursura, *vt sit subst antium nomen, pro:* occursu; *num hunc terminationis vocabulo gaudet. Leges ergo:* quam apud Deum, pro rerum variantium sese occursura, ostendimus. *Ieaque in numerum ustinfimo dis nominum, paratura, gentura, lasura, suffectura, supparatura, referes & illud:* occutiura.

Cap. xxv.

167. Iam nunc vt omnia eiusmodi expediam, &c.] *Capitis hui sce septimum dedimus:* Prauè etiam interpretari Marcionem verba illa Dei: Adam vbi es, Vbi est Abel frater tuus; &: Defendens videbo. *Quæ reperuntur Gen. 3. 4. ac 18.*

168. Nec enim simplici modo, id est, interrogatorio sono, &c.] *Hinc patet quod secundo hic loco legitur:* Adam vbi es; id est, in perditione es, *non debere legi* interrogatiuo sono; *quare pro notula interrogationis, dicemus subdistinctionis. Eodem autem modo B. August. libro 11. de Gen. ad liter. cap. 33. increpantis (inquit) vox est, non ignorantis. Atque Tertullianicæ sunt voces:* imperio, & incusso, & imputatiuo, *quas explicat quum subdit:* vt increpandi & dolendi vox sit. *Alter paulò*

pulò interim locum hunc interpretatur Auctor infrà l. 5. aduers. Marcionem, vt confessionem probaret, & timorem prouocaret. Alter etiam Nouat. anno, siue quisquis alius Auctor lib. de Trinit. infrà Tom. 5. Nam quòd & requiritur (inquit) non ex ignorantia venit, sed spem hominis futuram in Christo salutis & inuentionis ostendit.

169. qui totum orbem comprehendit manu velut nidum, &c.] Reperitur istud Isai. 10. iuxta LXX. præcequàm quod illis hodie in Futuro legunt, quod Auctor in Præterito. Ceciderint interpretes potius fuisse LXX. quàm tralatores, etiam hinepatet; vtpotè qui vocem Hebraicam (quæ & fortitudinem populorum significat, sicuti vertit B. Hieronym. & exercitus) oratoris more accipiences, pro omnibus exercitu populorum, interpretatisunt orbem totum; sicuti rectè ante me adnotauit Leo de Castro in Isaam. Quod autem sequitur: cuius cœlum thronus, & terra scabellum, scribitur Isai. 66. Atqui rectè adnotauit Rhenanus ad margenem Ironicè dici quod sequitur: nimirùm, &c.

170. nasò agis, &c.] Debes prouerbio videnostra Prolegomena. Lege autem omnino: Interrogabat Deus quasi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem; omisso: vt, superstitus; & rursum ex cod. t. Patri. MS. restituo: & hoc nomine teleuandi, pro: teuelandi, quia sequitur oppositum: De Cain & hoc nomine grauandi, & rursum: confessione reuelatos.

171. Sicut de Cain scisciratut: Vbinam frater eius, quasi non, &c.] Sic etiam recens distinguo hunc alterum, quem hic tractat, scripturæ locum. Haud absimiliter B. Augustin. lib. 1. contra Faustum Manich. cap. 9. Interrogat (inquit) Deum Cain non tam quam ignarum, rerum à quo discat, sed tamquam iudex reum, quem puniat, vbi sit frater eius. Item sustinus Martyr tam de Adam quàm de Cain, lib. adu. Typhonem. Videtur legisse Auctor dum texat: Sanguis fratris tui vociferatur ad me à terra, pro eo quod omnes adiuones: Vox sanguinis.

172. Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, &c.] Etiam hic differt Auctor ab editionibus Græca, Latina & Syriaca, quòd legat: Ex ore tuo, hîc, pro eo quod illes Ex verbis tuis.

173. sed spes ci salua est, dicente Domino: Ecce Adam factus est tamquam vnus ex nobis.] Similiter hunc locum Gen. 3. interpretatur supra lib. de Resurr. carnis cap. 63. vt rursus ex illa (nempè terra) repræsentetur Adam, audiente à Domino: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, verè tunc compos mali quod euasit, & boni quod inuasit. vbi numer. 430. nouam esse hanc interpretationem adnotauimus. Atqui de Ada pœnitentia & salute post lapsum, vide supra lib. de Præscript. aduersus hæreticos cap. 52. hæres. 20. vbi de Tatiane agitur, quas eam negabat, num. 326. Sunt autem locis similes Auctoris ibi non adlegatis libro de Pœnit. capite 2. vbi de Deo dicitur: quum rursus ad suam misericordiam maturauisset, &c. teseisse sententiâ iterum priftinarum. Item supra cap. 10. quum dicit: Certamini enim dedit spatium, vt & homo eadem arbitrij libertate clideret inimicum, quâ fucciderat illi, &c. Denique ijsdem penè quibus hic verbis Nouatianus lib. de Trinitate: cuius tamen pœnam (nempè Ada) nihilominus indulgentet tempetauit dum non tam ipse, quàm labores eius male dicuntur fuper terram. Pro quo etiam facit, quod addit: & ne de ligno arboris vitæ contingat, arcetur, ne viuens in æternum, nisi peccata Christus antè donasset circumferret immortale delictum.

174. vt restitutionis canditatos.] Hos est (inquit Rhenan.) priorem fœlicitatem receptures. Apud Romanos erant candidati petitores honorum. Sic supra dixit: Æternitatis candidatus, de Enoch. Quare non placet quod habet Vatic. MS. vterque: restitutioni, quia alibi semper Auctor tum Genitiue construit: candidatos.

175. & cupidù morte luete delictũ, mori interim vetuit.] Adlud & ad illud Gen. 4. quod quum dixisset Cain: Et erit, omnis inueniens me, occidet me; dixerit ei Dominus Deus: Non sic, omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exoluet. de quo & sequentibus verbis latè tractat B. Hieron. quæst. 2. ad Damasum. Atqui ex l. 1. Vatic. MS. cod. restituimus: etiam negationis exemplo onetarum, pro: negationis eius; vsque adeò, vt non sit opus subintelligere: admisso, iuxta Rhenan.

176. Sed: Ad Sodomam, &c.] Sunt hæc interim verba Marcionis, quibus sententiam suam confirmare nititur ex hac scriptura Gen. 18. Dissimuit autem eam, & cæligauu hoc pacto: Sed: Ad Sodomam & Gomorram de scendens, Videbo (ait) si secundum clamorem peruenientè ad me, consumment: si verò non, vt agnoscã pro: consummentur; quòd Hebraica additioni correspondeat vox Græca: συντελέσται. & proinde etiam Latina versiones, perficiunt, aut perfecerint, legunt. Nisi forte malit quis legere, situs Chaldæus paraphrastes: videbo, si secundum clamorem petuenientem ad nos, fecerint, consumentur; simo si verò non, vt sciam; sed illud magis placet, maximè quum nostræ tribulationi etiam consentiat B. Augustin. sermon. 70. de tempore, vbi pulcrè & latè hanc descensionem, non pertinere ad ignorantiã Dei, deducit per varias interpretationes, aduersùs Paganos & Manichæos, qui hunc ipsum locum Christianis obijciebant.

Cap. xxvi.

177. Sed & iurat Deus, &c.] Huic capiti titulum imposuimus: De iuramento Dei per semetipsum; & verbis illis ad Moysen: Sine me, &c. præuè etiam à Marcione interpretatis. Sunt autem verba Marcionis: Sed & iurat Deus; Deinde Auctoris (vbi adeò nona periodus inchoanda:) Nunquid forte per Deum Marcionis? Post hæc iterum verba Marcionis: immò (inquit) multò vanius, quòd per semetipsum. Atqui ex eo, quod his subiungitur: hoc cùm maximè iurantis, alium absq; se omninò non esse, patet hîc tractari sublud Isai. 45. supra etiam tractatum l. adu. Hermog. c. 6. n. 26. Ego sum Deus & non alius, per memetipsum iuro. Atque adeò in ipsum Marcionem recorquet pro affertione Dei creatoris, quod ipse in contrarium adlegebat.

178. an vanè deierantem?] De deieratione vide supra Adnotat. nostras. in lib. de Idolol. cap. 20. num. 137. & Apolog. cap. 32. num. 453. quòd deierate, sic per Deum iurare. Quarehîc quater ex verbo vtitur, vt ex ipso iuramento Dei, verum Deum esse conflet. Atqui rectè hunc locum restituit Rhenanus.

179. nunc verò & hæreticis.] Hæreticos alios Deos credentes, Marcionitas intelligit.

180. Proinde si & in promissionibus, aut comminationibus iurat, &c.] Iutamentum Dei, etiam per semetipsum in promissionibus, habes Gen. 22. in comminationibus, Hieron. 22. & alibi quoque innumerù penè loir.

181. Sine me, & indignatus irã, &c.] Reperitur hoc Exod. 32. versu 10. Illud autem: Non facies, inquit, (quod addo rectè) ex 1. Vatic. MS. cod.) istud, aut & me vnà cum eis impende, versu 32. paraphrastis. Ibi enim legitur: Si autem non, dele me de lib. tuo quem scripsisti. Adludit verò Auctor ad verba Apostoli Roman. 9. Optabam autem ego ipse anathemæ esse à Christo pro fratribus meis; & illud 2. Cor. 12. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar pro animabus vestris. Eodem enim modo tres locos his interpretantur Patres, vt loquatur de deletione libri viuentium: in quo (vti B. Hieron. siue quisquis sit Auctor in Psal. 66. scribit) ante adventum Domini nomina iustorum conscripta sunt, atque adeò optet anathematizeri à Christo, & perire non in æternum, sed in præsentarum, vt rectè explicat idem B. Hieron. ad Hedibiam, quæst. 10. & Iustinus ad Atgasiam, qu. 9. Nec absimiliter etiam dicta verba interpretatur Hrabanus noster in Commentario eius loci, Atqui B. Chrysost. Homil. de amore Dei ergà persequentes, conformiter Auctoris legit: Sin autem, & me perde. Siquis plura huc pertinentia petit, videat Sixtum Senensem l. 2. de Vita libro. Perrò rectè à Rhenano ibi: Misserandi vos quoque, subintelligitur: estis.

182. atque ita disceres, quantum liceat fideli & Prophetæ apud Deum.] Similiter locum hunc interpretantur, quòd nõpè multum ponderis habeat oratio Sanctorum apud Deum, B. Hieron. in Hier. c. 18. in Ezech. 13. & Epist. ad Gaudent. Cyrill. Alexã. l. 5. adu. Iul. Atqui si Apostoli & Martyres (inquit B. Hieron. adu.

Vigilantium, vbi hoc ipsum exemplum Moysi adducit) adhuc in corpore constitutis, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse soliciti; quanto magis post coronas, victorias & triumphos? Ea ut proinde locus ipse pro orationibus Sanctorum pro nobis, etiam post hanc vitam; de quibus, vti & de inuocatione ipsorum Sanctorum, latè tractauimus Adnot. nostris in Epist. 57. ad Cornelium, & Cyprianum.

Cap. xxvii.

183. Iam nunc, vt & cetera compendio absoluam, &c.] *Caput hoc inscriptissimus*: Dei creatoris reliquas iuxta Marcionem pusillitates, non esse tantas, quantas in Christo etiam suo agnoscunt Marcionitæ.

184. Deum non potuisse humanos congressus inire, &c.] *Sunt verba hæc Marcionis vsque ad illud*: sibi quidem indigna, &c. *Alludit autem ad ea quæ patribus Dei factus hominibus in forma humana: exempli gratia, Ada, Gen. 3. Abiaha, Gen. 12. 17. & 18. item Iacob, Gen. 26. ac 35. & aliàs frequentissimas; de quibus latius infrà lib. adu. Praxean, quem etiam quæ affectus mihi videtur intelligere, quum subdit* (iuxta quod recens *suppleuimus*) quanquam & cum hæreticis non multò diuersa congressio sit, *addita voce*: diuersa, *ex Vat. 1. MS. cod.*

185. deuersatum.] *Sic iterum legimus cum dicto MS. cod. Vatic. & Rhenano, qui non modo alibi, sed & hic adnotauit*: deuerstatum, *excusi pro*: conuerstatum, *qua voce mox vtitur Auctor. Sunt autem legas*: vt etiam morti subijceretur, *cum dicto Vatic. cod. sine*: subijceretur, *cum dicto Vatic. cod. sine*: subijceret, *cum alij*, *perinde est. Vide autem hac de re etiam infrà l. 3. adu. Marc. cap. 8. num. 59.*

186. An hæc sunt pusillitates, &c.] *Eadem voce vtitur suprà lib. adu. Hermog. cap. 14. quum dixit*: Quæcumque potestas ei, quàm pusillitas, competit; *& vtitur eadem voce hoc capite frequentius.*

187. Nam & profitemur, Christum semper egisse in Dei Patris nomine, &c. *Paradoxon hoc, quod quandocumque legitur Deus apparuisse*, Christus semper egerit in Dei Patris nomine, *eram habes suprà lib. adu. Iud. cap. 9. num. 11. 14. 15. ac 16. & infrà libro 3. adu. Marc. ijsdem pene verbis, sed latissimè tractatum infrà lib. adu. Praxean, id que potissimum per illam scripturam probat, quam etiam paulopost citat*: Deum nemo videbit, & viuet. *Plura vide in Prolegomenis.*

188. sermonem eius, quem ex semetipso proferendo, filium fecit, &c. *Quod Christus* Dei sermo, *sicuti habetur Ioan. 1.* atque adeò etiam filius Dei, *etiam tractatur latius ibidem contra hæreticos, aduersus Paganos verò ex ipsorum testimonijs ab ipsum probanda suprà Tom. 1. Apolog. cap. 21. num. 310.*

189. Deum nemo videbit, & viuet, &c.] *Eodem modo citatur infrà lib. 3. adu. Marc. & lib. adu. Praxean, vbi de vera eius lectione latius, eò quòd suprà citato loco lib. adu. Iud. legit*: Deum nemo vidit, & vixit. *Legamus autem in initio huius periodi*: Cetetùm patrem nemini visum, *omisso*: quia, *superfluo.*

190. Sed & penes nos Christus in persona Christi, &c.] *Valdè obscurum est hic locum, & nimirùm de aliqua paradoxa suspectus, si mendum non subsit, quare ad Prolegomena reijcimus. Atqui legit quidem Vatic. 1. MS. cod.* in patre inuisibili incognoscibiliq; *verùm quòd agat hic (vti initio huius capitis dixit)* de Dei congressibus humanis, *& sequatur* filio & viso, & audito, & congresso, *magis placet*: incongressibilique.

191. & placido, &, vt ita dixerim, Philosophorum Deo.] *Stoicos & Epicureos intelligit Rhenanus; sed ego de solis Epicureis loqui existimo. Nam* Stoici *&* Platonici (*vti suprà dixit Auctor Apolog. cap. 47.*) cutantem rerum Deum asseuerabant; at Epicurei otiosum & inexercitum, &, vt ita dixerim, neminem humanis rebus, *& (sicuti alibi non semel adnotauimus)* hebetem.

192. IVDICEM QVIDEM ET ILLVM ESSE TAM OSTENDIMVS IN LIBELLO SVO. &c.] *Alludere mihi videtur ad libellum de Iudicio Dei, carmine conscriptum, quem habes infrà Tomo 4. Idipsum etiam paucis tractauit suprà lib. 1. adu. Marcion. cap. 26. & 27. item hoc libro suprà cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

Cap. xxviii.

193. Nunc & de pusillitatibus & malignitatibus, &c.] *Caput hunc inscriptionem desumus*: De Antithesibus æmulis aduersus Marcionis Antitheses; *quod velut Epilogum continet cum superiora capita, totius huius libri, vt potè in quibus, tribus (quod aiunt) verbis plerasque repetit Antithesis, quas toto libro tractauit, quò Lectorem remittimus, si scripturas desideret, ad quas hic ceteras adiudat.*

194. Si ignorauit Deus meus esse alium superse, &c.] *Istud non tam apertè tractatu est ab Auctore, aut hoc præcedenti libro; sed adludere videtur ad cap. 8. 9. ac 10. primi libri, vbi ostendit* Deum creatorem agnitum esse ab initio, atque adeò non ignoratum. *Magis autem competit istud in Valentinianos, quibus consensisse Marcionem hinc apparet.*

195. Heraclitus ille tenebrosus, &c.] *Hunc Græci (inquit Rhenan.)* σκοτεινὸν *vocant, ipse tenebrosum vertit, de quo latius suprà libro de Anima, cap. 2. num. 32. Atque de Prouerbijllius*: Eadem viâ sursum & deorsum, *vide nostra Prolegomena.*

196. Delictum & mortem, &c. quæ Deus meus passus est, &c.] *Omnino sic legendum, pro eo quod legebatur mendosissimè*: quem. *Adludit autem ad ea quæ tractauit suprà capite 5. & sequentibus*, de delicto & morte; *ac cap. 10.* de auctore delicti diabolo, *&* de omni malo, 14. 15. *&* 16.

197. Mutauit sententias suas Deus, &c.] *Hic similiter ad tractatum cap. 21. 22. & 23.*

198. Pœnituit mali in aliquo, &c.] *Hic ad c. 24.*

199. Mandauit fraudem Deus noster, &c.] *Istud tractauit cap. 20.*

200. oculum pro oculo, &c.] *De hoc cap. 18.*

201. Nescit Deus noster quales adlegeret, &c.] *Vide iterum cap. 23.*

202. Si & mentitum alicubi, &c.] *Istud suprà non tractauit, sed ex abundanti addit; vt magis confundat. Mercenum, qui Christum mendacio dimidiauit, vti suprà dixit Auctor lib. de Carne Christi, cap. 5.*

203. Multos fœuitia Dei mei mei absumpsit, &c.] *Istud etiam peculiariter non tractauit Auctor huc libro, sed paucis attigit cap. 11. & sequentibus, vbi de seueritate iudicij Dei agebat, sed, ni fallor, lib. 4. adu. Marc. plura fœuitiæ Dei exempla in Marcionem retorquentur.*

204. Sed expedita virtus veritatis, paucis amat. Multa mẽdacio eruntnecessaria.] *Pulchrũ huius capitis Epiphonema. Atqui rectè adnotauit Rhenanus, subaudi*: fieri, aut vincere. Amat, *pro* soler, *more Græcorum, qui dicunt* φιλῶ γαμεῖσθαι, *hoc est*: amat fieri. *Tacitus in historia sua 4. libro*: *Vt fermè* amat *posterior, adulatio, pro* solet,

Cap. xxix.

205. Ceterùm ipsas quoque Antitheses, &c.) *Eusdem est argumenti cum capite præcedenti. De Prouerbialis verò formulas* cominùs cædere, *vide nostra Prolegomena.*

206. Auferet titulum Marcionis, &c.) *Nempè*: Antitheses, *quas iam hoc libro* retudit. *Pulsat autem ducere, quòd per ipsa sua argumenta, Martion Deum optimum & iudicem comprobet.*

207. diuinitatibus.) *Retinuimus*: diuinitatibus, *pro eo quod prima aditio habebat, & sicuti apparebat prima facie non male*: diuinitatis, *eò quod adludat ad* duos Deos, atque adeò diuinitates Marcionis.

208. quires suas arbustiores in primordijs, bona & rationali æmulatione maturitates præcurauerit suo iure, &c.) *Elegans Metaphora. Arbustiores enim (sicuti rectè adnotauit Rhenanus ad marginem 1. additionis) videtur vsurpare pro ferociores, sumpta Metaphora ab arbustis luxuriantibus. Arbustandi enim verbo vtitur etiam Plinius. Aliequi putaretur (sed non rectè) legendum*: austeriores. *Comparationem autem facit maturitatem nouæ Testamenti ad acerbitatem veteris.*

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI TERTII ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

IBRVM *hunc tertium Aduersus Marcionem scripturus* DE CHRISTO, *imprimis Christum non alterius Dei intelligendum, quàm Creatoris, præscribit, tum quòd præcedentibus Libris determinatum sit, alium Deum non credendum quàm Creatorem; tum quòd probetur Apostolicarum & hæreticarum Ecclesiarum recensu, nullam mentionem alterius Dei aut Christi agitatam ante scandalum Marcionis.* I.

Deinde suspectum esse, quòd tam subitò venerit Christus Marcionis, antequàm pater de filio testaretur mittens de misso, II.

Neque verò sufficere, quòd se filium Dei probaturus esset per documenta virtutum; tum quòd temerariam signorum fidem ipse Christus ostendat, etiam apud Pseudoprophetas facillimam, tum quòd Creator iam ante illum, & per se, & per famulos suos virtutes sit operatus. III.

Si autem post Creatorem, illum emendaturus reuelatus sit Christus Macionis; debuisse non ante, sed post Christum Creatoris reuelari, vti etiam illum emendaret. IIII.

Iam verò scripturis probaturus Christum Creatoris fuisse, cuius scripturæ ab eo adimpletæ sint; præfatur, duas causas eloquij Prophetici aduersarijs agnoscendas; vnam, quâ futura interdum pro iam transactis adnuntiantur; aliam, quâ pleraque figuratè portenduntur. V.

Itaque Iudaicum errorem pro Marcionitis non facere, qui Christum Creatoris, tamquam extraneum interfecerint; vtpotè quos illum ignoraturos, scripturis prædictum sit; idque quatenus solùm hominem arbitrabantur. VI.

Conuinci autem vtrosque duobus Christi aduentibus, duplici à Prophetis habitu demonstratos; quorum priorem, obscuriorem & indigniorem, intelligere & credere non potuerunt. VII.

Posthæc aduersus Marcionitas, & alios ipsorum errorum Auctores, ab Apostolo Ioanne Antichristos pronunciatos, Christum defendit verè & in carne venisse, vel ex eo quòd aliquoi etiam Christiani nominis fructus, mors Christi neganda sit, & resurrectio. VIII.

Neque ipsi suffragari angelos Creatoris, quasi illi in phantasmate putatiuæ carnis egerint apud Abraham & Lot; & tamen verè sint congressi & pasti; quòd ad moriendum pro nobis non essent dispositi. IX.

Si autem carnèm Christus tamquam indignam aspernatus est; dedignandam etiam illi fuisse illius imaginem, eo quòd statum sequatur similitudo. X.

Et verò non rectè Marcionem putatiuam in Christo corpulentiam adseruisse, ne natiuitatem eius agnoscere cogeretur; quia poterat etiam putatiuam illam natiuitatem accommodasse; quarum neutrum tamen posit consistere, eo quòd Deo magis competat veritas, quàm mendacium. XI.

Nihil etiam facere contra Christum Creatoris, quòd ab Isaia Emmanuel vocandus scribatur; quo nomine non est aditus; quia sufficit, quòd significatione, non sono, Nobiscum Deus fuerit Christus. XII.

Neque etiam per virtutem Damasci, & spolia Samariæ, & Regem Assyriorum (quæ Christo accommodat Isaias) bellatorem illum portendi; sed figurari Magos Orientales, Christum in infantia auro & thure munerantes. XIII.

Nam & alibi (in Psalmis nempè & Apocalypsi Ioannis) figuratè arma bellica Christo adscribi. XIIII.

Prosequitur deinceps; Christi nomen non competere Christo Marcionis; tum quòd proprium sit vnius, & tamen etiam Creatoris Christus id nomen habuerit; tum quòd vngui non potuerit, qui corpus non habuit, & proinde Christus, id est, vnctus vocari nullo modo potuit. XV.

Multò minùs nomen Iesu, quem Iudæi non exspectant, & Christo Creatoris competit; eo quòd XVI.

nihil commune esse debeat Christo alterius Dei cum Christo creatoris.

XVII. *Porrò iisdem penè verbis, eadem quæ suprà Libro aduersus Iudæos, scripturarum adfert testimonia de contemptibili Christi in passione habitu.*

XVIII. *Item & de exitu eius per passionem crucis, ex Pentateucho.*

XIX. *Item ex Psalmis & Prophetis.*

XX. *Postremò, probat Christum Creatoris verè Christum fuisse, quòd ad illum conuersæ sint omnes Nationes iuxta prædictionem Dauid, quæ tamen neque de illo, neque de filio eius Salomone possit intelligi.*

XXI. *Etenim non Iudæorum modò, sed & Nationum vocationem ad Christum Creatoris, pluribus scripturis prædictam esse.*

XXII. *Quippè quum non alterius, sed eiusdem Dei prædicatores Apostolos, & eadem cum Christo passuros, tam ipsos, quàm omnes fideles, prophetatum sit.*

XXXIII. *Verùm enimverò, quia cum Iudæis, negabat Christum venisse Marcion; ostendit exitum (siue exitium) ipsorum, quem ob impietatem in Christum relaturi prædicabantur, iam completum esse. Quod vanè fieret, si propter Christum Dei alterius id paterentur, qui ab æmulis illius, nempè potestatibus creatoris, in crucem actus esset; neque enim potuit creator vlcisci, nisi suum Christum.*

XXIIII. *Denique occasione eius, quòd Marcion dicebat restitutam iri Iudæam à Deo suo, remittens Lectorem ad* LIBRVM IIII. ADVERSVS MARCIONEM *de sinu Abrahæ, & ad* OPVS DE SPE FIDELIVM *de dicta restitutione Iudææ; latè hìc etiam prosequitur Millenariorum somnium, de quo latiùs inter Paradoxa Auctoris.*

Ceterùm libri huius nominatim Auctor meminit suprà lib. 1. cap. 19. Dabitur &IN CHRISTVM LIBER, de omni statu eius. *Ex quo proinde loco, & verbis illis Auctoris huius libri initio:* iam hinc ordo de Christo; *addidimus titulo;* DE CHRISTO; *maximè quum etiam suprà lib. de Resurr. carnis, cap. 2. libri priores aduersus Marcionem vocentur ab Auctore* DE DEO VNICO, ET CHRISTO EIVS. *Hunc post æditiones duas Rhenani, priorem ex Paterniacensi, & Hirsaugiensi, posteriorem ex Gorziensi exemplaribus, iam denuò castigauimus ex duobus Vaticanis MS. codicibus, & aliquot Domini Latinij coniecturis, locupletatum notis Argumento ac Adnotationibus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, ADVERSVS MARCIONEM, Liber tertius, de Christo.

CAP. I. SECVNDVM[1] vestigia pristini operis, quod amissum reformare perseueramus, iam hinc ordo de Christo, licet ex abundanti,[2] post decursam defensionem vnicæ diuinitatis. Satis etenim præiudicatum est, Christum non alterius Dei intelligendum, quàm creatoris, quũ determinatum est, alium Deum non credendum præter creatorem, quem adeò Christus prædicauerit, & deinceps Apostoli non alterius Christum annuntiauerint, quàm eius Dei quem Christus prædicauerit, id est creatoris, vt nulla mentio alterius Dei, atque ita nec alterius Christi agitata sit, ante scandalũ Marcionis. Facillimè hoc probatur Apostolicarum & hæreticarum ecclesiarum recensu,[3] illic scilicet pronuntiandam regulæ interuersionem, vbi posteritas inuenitur. Quod etiam primo libello intexui. Sed & nunc congressio ista seorsum in Christum examinatura eò vtiq; proficiet, vt dũ probamus creatoris, sic quoq; Deus Marcionis excludatur. Decet veritatem totis viribus vti suis, non vt laborantem. Ceterùm in præscriptionũ compendijs vincit. Sed decretũ est vt gestientẽ vbique aduersario occurrere, in tantum furenti, vt faciliùs præsumpse-

CAP. II. rit eum venisse Christũ, qui nunquam sit annuntiatus, quàm eum qui semper sit prædicatus. [4] Hinc denique gradum cœpero, an debuerit tam subitò venisse. Primo, quia & ipse Dei sui filius. hoc enim ordinis fuerat, vt antè pater filiũ profiteretur, quàm patrem filius, & antè pater de filio testaretur, quàm

filius

A filius de patre. Dehinc & quâ missus præter filij nomen. Proinde enim præcessisse debuerat mittentis patrocinium in testimonium missi, quia nemo veniens ex alterius auctoritate, ipse eam sibi ex sua affirtione defendit, sed ab ipsa defensione potius expectat, præeunte suggestu eius, qui auctoritatem præstat. Ceterùm nec filius agnoscetur, quem nunquam pater nuncupauit, nec missus credetur, [9] quem nunquam mandator designauit, nuncupaturus pater, & designaturus mandator, si fuisset. Suspectum habebitur omne, quod exorbitarit à regula, rerùmque principalis gradus non sinit posteriùs agnosci patrem post filium, & mandatorem post mandatum, & Deum post Christum. Nihil origine sua prius est in agnitione, quia nec in dispositione. Subitò filius, & subitò missus, & subitò Christus. At quin nihil putem à Deo subitum, quia nihil à Deo non dispositum. Si autem dispositum, cur & non prædicatum, vt probari possit & dispositum ex prædicatione, & diuinum ex dispositione. Et vtique tantum opus, quod scilicet humanæ saluti parabatur, vel eatenus subitû non fuisset, quâ per fidem profuturum. In quantum enim credi habebat vt prodesset, in tantum paraturam desiderabat, vt credi posset, substructam fundamentis dispositionis & prædicationis, quo ordine fides informata, meritò & homini indicerentur à Deo, & Deo exhiberetur ab homine, ex agnitione debens credere quia possit, quæ scilicet credere didicisset ex prædicatione. [6 Non fuit, inquis, ordo eiusmodi necessarius, quia »C. III.
statim se & filium, & missum, & Dei Christum rebus ipsis esset probaturus per documenta virtutum. »
At ego negabo solam hanc illi speciem ad testimonium competisse, quam & ipse post modum [7] ex- »
auctorauit. [8] Siquidem edicens multos venturos, & signa facturos, & virtutes magnas ædituros, *Matth.24.*
auersionem etiam electorum, nec ideò tamen admittendos, temerariam signorum & virtutum fidem ostendit, vt etiam apud pseudochristos facillimam. Aut quale est, si inde se voluit probari, & intelligi, & recipi, ex virtutibus dico, vnde ceteros noluit æquè & ipsos tam subitò venturos, quàm à nullo auctore prædicatos? Sed quia prior eis venit, & prior virtutum documenta signauit, idcircò [9] quasi locum
B in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusque præripuit. Vide ne & in conditione posteriorum deprehendatur, posterior inuentus creatore, antè iam cognito, & proinde virtutes antè operato, & non aliter præfato, non esse alijs credendum, post eum scilicet. Igitur si priorem veniſſe, & priorem de posteris pronuntiasse, [10] hoc fidem eludet: prædamnatus erit & ipse iam ab eo quòd posteriot est agnitus, & solius erit auctoritas creatoris hoc in posteros constituendi, qui nullo posterior esse potuit. Iam nunc quum probaturus sim creatorem, eaſdem virtutes, quas solas ad fidem Christo tuo vendicas, [11] interdum per famulos suos retrò ædidisse; interdum per Christum suum ædendas destinasse: possum & ex hoc merito præscribere, tanto magis Christum non ex solis virtutibus credendum fuisse, quanto illum non alterius quàm creatoris interpretari potuissent, vt respondentem virtu- *Exod.7.&9. segq. Isai.42.et 66.*
tibus creatoris, & æditis per famulos suos, & in Christum suum repromissis. Quamquam etsi alia documenta inuenirentur in tuo Christo, noua scilicet, faciliùs crederemus etiam noua eiusdem esse cuius
& vetera, quàm cuius tantummodò noua, egentia experimentis fidei victricis vetustatis, vt sic quoque prædicatus venire debuerit, tam prædicationibus proprijs extruentibus ei fidem, quàm & virtutibus, præsertim aduersus Christum creatoris venturum, & signis & prophetis proprijs munitum, vt æmulus Christi per omnes diuersitatum species reluceret. Sed quomodo à Deo nunquam prædicato Christus eius prædicaretur? Hoc est ergo quod exigit, nec Deum, nec Christum tuum credi,
quia & Deus ignotus esse non debuit, & Christus agnosci per Deum debuit. [12 Dedignatus opinor C.A.IIII.
est imitari ordinem Dei nostri, vt displicentis, vt cùm maximè reuincendi. Nouus nouè venire
C voluit, filius ante patris professionem, & missus ante mandatoris auctoritatem, vt & ipse fidem monstruosissimam induceret, qua antè crederetur Christum veniſſe, quàm sciretur fuisse. Competit mihi etiam illud retractare, cur non post Christum venerit. Nam quum intueor dominum eius, tanto æquo patientissimum acerbissimi creatoris annuntiantis interea in homines Christum suum, quacunque id ratione fecit, tam reuelationem quàm intercessionem suam differens, eadem ratione dico illum patientiam debuisse creatori, in Christo quoque suo dispositiones suas executuro, vt perfecta & expleta omni operatione æmuli Dei & æmuli Christi, tunc & ipse proprias dispositiones superduceret. Ceterùm pœnitentia tantæ patientiæ fecit, quòd non in finem rerum creatoris persueraverit. Vanè sustinuit prædicari Christum eius, quem non sustinuit exhiberi. Aut sine causâ intercidit temporis alieni decursum, aut sine causa tamdiu non intercidit. Quid illum detinuit, quidve turbauit? Atquin in in vtrunque commisit, post creatorem quidem tam tardè reuelatus, ante Christum verò eius tam properè. Alterum verò iamdudum debuerat traduxisse, alterum nondum. Ne illum quidem tamdiu sæuientem sustinuisse: istum verò adhuc quiescentem inquietasse, circa ambos excidens ab optimi Dei titulo, certè varius & incertus, tepidus scilicet in creatorem, & calidus in Christum, & vanus vtrobique. Non magis enim compescuit creatorem, quàm obstitit Christo. Manet & creator, qualis omninò est, veniet & Christus, qualis & scribitur. Quid venit post creatorem, quem emendare non valuit? Quid ante Christum eius reuelatus est, quem reuocare non potuerit? Aut si emendauit creatorem, post illum reuelatus, vt emendanda præcederent; ergo & Christum eius æquè emendaturus expectasse debuerat, proinde & illius posterior emendator futurus, sicut creatoris. Aliud est, si & ipse post illum rursus aduenret, vt primo quidem aduentu processerit aduersus creatorem, legem & Prophetas

destruens eius, secundo verò procedat aduersus Christum, regnum redarguens eius. Tunc ergo con- D
CAP. V. clusurus ordinem suum,[13] tunc si fortè credendus est, aut si iam hinc perfecta res est eius, vanè ergo venturus est, nihil scilicet peracturus. [14] His præluserim quasi de gradu primo adhuc & quasi de longinquo. Sed & hinc iam ad certum & cominus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas præducendas, ad quas erit dimicandum, ad scripturas scilicet creatoris. Secundum eas enim probaturus, Christum creatoris fuisse, vt postea Christo suo adimpletas, necesse habeo ipsarum quoque[15] scripturarum formam, & (vt ita dixerim) naturam demandare, ne tunc in controuersiam deductæ, quum adhibentur ad causas, & sua & causarum defensione commixtæ, obtundant lectoris intentionem. Duas itaque causas Prophetici eloquij adlego agnoscendas abhinc aduersarijs nostris:[16] Vnam, qua futura interdum pro iam transactis enuntiantur. Nam & diuinitati competit, quæcunque decreuerit, vt perfecta reputare, quia non sit apud illam differentia temporis, apud quam vniformem statum temporum dirigit æternitas ipsa, & diuinationi propheticæ magis familiare est, id quod prospiciat, dum prospicit, iam visum atque ita iam expunctum, id est omni modo futurum demonstrare, sicut per Esaiam, Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam
Isai. 50. verò non auerti à sputaminibus. Siue enim Christus iam tunc in semetipsum secundum nos, siue Prophetes de semetipso secundum Iudæos pronuntiabat, nondum tamen factum pro iam transacto sonabat.[17] Alia species erit, qua pleraque figuratè portenduntur per ænigmata, & allegorias, &
Joël 3. parabolas, aliter intelligenda quàm scripta sunt.[18] Nam & montes legimus destillaturos dulcorem, non tamen vt[19] sapam de petris, aut defrutum de rupibus speres: & terram audimus lacte & melle manantem, non tamen vt de glebis credas te vnquam[20] placentas & samias coa-
Exod. 3. & 13. cturum, quia nec statim[21] aquilicem & agricolam se Deus repromisit, dicens: [22] Ponam flumina E
Isai. 43. in regione sitienti, & in solitudine cedrum & buxum. Sicut & prædicans de Nationum conuer-
Isai. 41. sione, [23] Benedicent me bestiæ agri, sirenes & filiæ passerum, non vtique ab hirundinum pullis
Isai. 43. & vulpeculis, & illis monstruosis fabulosisque cantricibus fausta omina relaturus est. Et quid ego de isto genere amplius? quum etiam [24] hæreticorum Apostolus ipsam legem indulgentem
1. Cor. 9. bubus terentibus os liberum, non de bubus, sed de nobis interpretetur; & perram potui subministran-
1. Cor. 10. do comitem Christum adleget fuisse, docens proinde & Galatas, duo argumenta, filiorum Abrahæ al-
Gal. 4. legoricè cucurrisse, & suggerens Ephesijs, quod in primordio de homine prædicatum est relicturo pa-
Ephes. 5. trem & matrem, & futuris duobus in vnam carnem, id est in Christum & Ecclesiam agnoscere. [25] Si sa-
CAP. VI. tis constat de istis interim duabus proprietatibus[26] Iudaicæ litteraturæ, memento lector constitisse, vt quum tale quid adhibuerimus, non retractetur de forma scripturæ, sed de statu causæ. Quum igitur hæretica dementia eum Christum venisse præsumeret, qui nunquam fuerat annuntiatus; sequebatur vt eum Christum nondum venisse contenderet, qui semper fuerat prædicatus: atque ita coacta est cum Iudaico errore sociari, & ab eo argumentationem sibi struere, quasi Iudæi certi & ipsi alium fuisse qui venit, non modò respuerint eum vt extraneum, verùm & interfecerint eum vt aduersarium, agnituri sine dubio, & omni officio religionis prosecuturi, si ipsorum fuisset. Scilicet nauclero illi non quidem[27] Rhodia lex, sed Pontica cauerat, errare Iudæos in Christum suum non licere, quando etsi nihil tale prædicatum in illos inueniretur, vel sola vtriq; humana conditio deceptui obnoxia, persuasisset, Iudæos errare potuisse, quâ homines, nec statim in præiudicium sumendum de sententia eorum, quos credibi-
1. Cor. 2. le fuerit errasse.[28] Porrò quum & prædicatum sit non agnituros eos Christum, ideóque etiam perem-
pturos, iam ergo ipse erit & ignoratus & interemptus ab illis, in quem ita admissuri prænotabantur. F
Hoc si probari exigis, non eas scripturas euoluam, quæ interemptibilem Christum edicentes vtique & ignorabilem affirmant: nisi enim ignoratus nihil scilicet pati posset:[29] sed reseruatis eis ad causam pas-
Isai. 29. sionum, eas prædicationes in præsenti sufficiet adhibere, quæ interim ignorabilem probent Christum, & hoc breuiter, dum ostendunt omnem vim intellectus ademptam populo à creatore.[30] Auferam, inquit, sapientiam sapientium illorum, & prudentiam prudentium eorum abscondam:[31] Et, Aure audietis, & non audietis: & oculis videbitis, & non videbitis: Incrassatum est enim cor populi huius, & auri-
Isai. 29. bus grauiter audierunt, & oculos concluserunt,[32] ne quando auribus audiant, & oculis videant, & corde conijciant, & conuertantur, & sanem illos. Hanc enim obtusionem salutarium sensuum meruerant,
[33] labijs diligentes Deum, corde autem longè absistentes ab eo. Igitur si Christus quidem annuntiabatur à creatore solidante tonitruum, & concludente spiritum, & annuntiante in homines Christum
Amos. 4. suum[34] secundum Amos Prophetam:[35] si omnis spes Iudæorum, nedum dicam etiam gentiũ, in Chri-
Hier. 14. sti reuelationem destinabatur, sine dubio id demonstrabantur non agnituri & non intellecturi, ablatis
Gen. 29. agnitionis, & intelligentiæ viribus sapientia atque prudentia, quod annuntiabatur, id est Christus, erraturis in eum principalibus sapientibus eorum, id est scribis: & prudentibus eorũ, id est Pharisæis, pariter & populo auribus audituro, & non audituro, vtique Christum docentem: & oculis visuro, & non
Isai. 42. visuro, vtique Christum signa facientem,[36] secundum quod & alibi: Et quis cæcus, nisi pueri mei? Et
Isai. 1. quis surdus, nisi qui dominatur eorum? Sed & quum exprobrat per eundem Esaiam: Filios generaui & exaltaui, at illi me reiecerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit. [37] Nos quidem certi, Christum semper

in Pro-

A in Prophetis locutum, [38] spiritum scilicet creatoris, sicut Propheta testatur, [39] Spiritus personæ eius, Christus Dominus, qui ab initio vicarius patris in Dei nomine & auditus sit & visus: scimus & ipsius voces eiusmodi fuisse iam tunc Israëli exprobrantis, quæ in illum commissuri prædicabantur, [40] Dereliquistis Dominū, & in iram prouocastis sanctum Israël. Si verò non in Christum, sed in ipsum potius Deum volueris referre omnem Iudaicæ ignorantiæ de pristino reputationem, nolens etiam retrò sermonem & spiritum, id est Christum creatoris despectum ab eis & non agnitum, sic quoque reuinceris. Non negans enim filium & spiritum & substantiam creatoris esse Christum eius, concedas necesse est, eos qui patrem non agnouerint, nec filium agnoscere potuisse, per eiusdem substantiæ condition em, cuius si plenitudo intellecta non est, multò magis portio, certè quâ plenitudinis consors. His ita dispectis, iam apparet quomodo & respuerint Iudæi Christum, & interemerint, non vt extraneum Christum intelligentes, sed vt suum non agnoscentes. Qui enim extraneum intelligere potuissent, de quo nihil vnquam fuerat annuntiatum, quum intelligere non potuissent, de quo semper fuerat prædicatum? [41] Id enim intelligi vel non intelligi capit, quod habendo substantiam prædicationis, habebit & materiam vel agnitionis vel erroris. Quod verò materia caret, non admittit sapientiæ euentum. Et adeò non quâ alterius Dei, Christum auersati perfecutique sunt; sed quâ solummodò hominem, quem [42] planum in signis, & æmulum in doctrinis existimabant, vt & ipsum hominem quâ suum, id est Iudæum, sed Iudaismi exorbitatorem & destructorem, deduxerint in iudicium, & suo iure punierint, alienum scilicet non iudicaturi. Tantò abest vt alienum Christum intellexisse videantur, qui nec hominem eius vt alienum iudicauerunt. [43] Discat nunc hæreticus ex abundanti cum ipso licebit Iudæo, [44] rationem quoque errorum eius, à quo ducatum mutuatus, in hac argumentatione, cæcus à cæco in eandem deductus foueam. [45] Duos dicimus Christi habitus à Prophetis demonstratos, totidem aduentus eius prænotasse; vnum in humilitate, vtique primū, quum tanquā ouis ad victimam deduci habebat, & tāquam agnus ante tondentem sine voce ita non aperiens os suum, [46] nec aspectu quidem honestus. Annuntiauimus enim, inquit, de illo sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, & non est species eius, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat speciem, neq; decorem, sed speciem eius inhonorata, deficiens citra filios hominum. Homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem. [47] Vt positus à patre in lapidem offensionis & petram scandali; minoratus ab eo modicum citra angelos; vermem se pronuntians, & non hominem, ignominiam hominis, & nullificamen populi. Quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui competunt, sicut sublimitatis secundo, quum fiet iam non lapis offensionis nec petra scandali, sed lapis summus angularis post reprobationē assumptus, & sublimatus in consummationem templi Ecclesiæ scilicet, & petra sanè illa apud Danielem de monte præcisa, quæ imaginem secularium regnorum comminuet & conteret. De quo secundo aduentu idem Prophetes: Et ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis veniens venit vsquead veterem dierum, [48] & aderat in conspectu eius: Et qui assistebant, adduxerūt illum, & data est ei potestas regia, & omnes Nationes terræ secundum genera, & omnis gloria famulabunda, & potestas eius vsque in æuum, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non vitiabitur. Tunc scilicet habiturus & speciem honorabilem, & decorem indeficientem super filios hominum: [49] Tempestiuus enim, inquit, decore citra filios hominum, effusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æuum. Accingere ensem super femur tuum, potens tempestiuitate tua & pulchritudine tua; quum & pater posteaquam diminuit eum modicū quid citra angelos, gloria & honore coronabit illū, & subijciet omnia sub pedibus eius. [50] Tunc & cognoscent eum qui compugerunt, & cædent pectora sua tribus ad tribum, vtique quod retrò non agnouerunt eum in humilitate conditionis humanæ constitutum: Et homo est, inquit Hieremias, & quis cognoscet illum? quia & : Natiuitatem eius, inquit Esaias, quis enarrabit? Sic & apud Zachariam in persona Iesu, immò & in ipsius nominis sacramento, verus summus sacerdos patris Christus Iesus, duplici habitu in duos aduentus deliniatur. Primò sordidis indutus, id est carnis passibilis & mortalis indignitate, quum & diabolus aduersabatur ei, auctor scilicet Iudæ traditoris, ne dicam etiam post baptisma tentator. Dehinc despoliatus pristinas sordes, [51] & exornatus podere & mitra & cidari munda, id est secundi aduentus gloria & honore. [52] Si enim & duorum hircorum qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem, nónne & illi vtrunque ordinem Christi figurant? Pares quidem atq; consimiles propter eundem Dominum conspectum, quia non in alia venturus est forma, vt qui agnosci habeat à quibus & læsus est. Vnus quidem eorum circumdatus coccino, maledictus & consputatus, & conuulsus, & compunctus à populo extra ciuitatem abijciebatur in perditionem, manifestius notatus infignibus Dominicæ passionis. Alter verò pro delictis oblatus, & sacerdotibus templi in pabulum datus, secundæ repræsentationis argumenta signabat, qua delictis omnibus expiatis sacerdotes templi spirituales, id est Ecclesiæ, Dominicæ gratiæ quasi viscerationе quadam fruerentur, ieiunantibus ceteris à salute. Igitur quoniam primus aduentus & plurimùm figuris obscuratus, & omni in honestate prostratus canebatur, secundus verò & manifestus & Deo condignus: idcircò quem facilè & intelligere & credere potuerunt, eum solum intuentes, id est secundum, qui est in honore & gloria, non immeritò decepti sunt circa obscuriorem, certè indigniorem, id est primum. Atque ita in hodiernum negant venisse Christum suum quia non in sublimitate venerit, dū ignorant

Thren. 4.

Ca. VII.

Ibid.

Isai. 8.
1. Petri. 2.
Psal. 8.
Psal. 21.

Dan. 2.

Dan. 7.

Psal. 44.

Psal. 8.

Zachar. 12.

Hier. 17.
Isai. 53.
Zachar. 3.

Ioan. 13.
Matt. 4.
Zachar. 3.
Leuit. 16.

C. VIII. etiam in humilitate fuisse venturum. [13 Desinat nunc hæreticus à Iudæo, Aspis (quod aiunt) à vipe- D
ra mutuari venenum : cuomat iam hinc proprij ingenij virus, phantasma vindicans Christum, nisi
quòd & ista sententia alios habebit auctores, 14 præcoquos & abortiuos quodammodò Marcionitas,
1. Ioan. 2. quos Apostolus Ioannes Antichristos pronuntiauit, negantes Christum in carne venisse, & tamen non
1. Ioan. 4. vt alterius Dei ius constitueretur, quia & de isto notati fuissent, sed quoniam 15 incredibile præsumpse-
rant Deum carnem. Quo magis Antichristus Marcion sibi eam rapuit præsumptionem, aptiorsci-
licet ad renuendam corporalem substantiam Christi, qui ipsum Deum eius nec auctorem carnis in-
duxerat, nec resuscitatorē, optimum videlicet, & in isto, diuersissimū à mendacijs & fallacijs creatoris.
Et ideò Christus eius ne mentitetur, ne falleret, & hoc modo creatoris forsitan deputaretur, non erat
quod videbatur, & quod erat mentiebatur, caro nec caro, homo nec homo : proinde Deus Christus,
nec Deus. cur enim non etiam Dei phantasma portauerit? An credam ei de interiore substantia, qui
sit de exteriore fructus? Quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repertus in aperto?
1. Cor. 6. Quomodo autem in semetipso veritatem spiritus fallacia carnis confundens, negatam ab Apostolo, lucis, id est veritatis, & fallaciæ, id est tenebrarum commisit communicationem? Iam nunc
quum mendacium deprehenditur Christus, caro: sequitur vt & omnia quæ per carnem Christi ge-
Matth. 8. 9 17. ac 20 sta sunt, mendacio gesta sint, congressus, contactus, conuictus, ipsæ quoque virtutes. 16 Si enim
Matth. 8. ac 14. tangendo aliquem liberauit à vitio; vel tactus ab aliquo, quod corporaliter actum est, non potest
verè actum credi, sine corporis ipsius vetitate. Nihil solidum ab inani, nihil plenum à vacuo per-
fici licuit. Putatiuus habitus, putatiuus actus : imaginarius operæ. Sic nec
passiones Christi eius fidem merebuntur. Nihil enim passus est, qui non verè est passus. Verè autem pa- E
ti, phantasma non potuit. Euersum est igitur totum Dei opus. Totum Christiani nominis & pondus &
1. Cor. 15. fructus, mors Christi negatur, quam 17 tam impressè Apostolus demandat, vtique veram, summum
eam fundamentum Euangelij constituens, & salutis nostræ & prædicationis suæ: Tradidi enim, in-
quit vobis in primis, quòd Christus mortuus sit pro peccatis nostris, & quòd sepultus sit, 18 & quòd re-
surrexerit tertia die. Portò si caro eius negatur, quomodo mors eius asseueratur, quæ propria carnis est
passio per mortem 19 deuertentis in terram, de qua est sumpta, secundum legem sui auctoris? Negata ve-
rò morte dum caro negatur, nec de resurrectione constabit. Eadem enim ratione non resurrexit, quâ
mortuus non est, non habendo substantiâ scilicet carnis, cuius sicut & mors, ita & resurrectio est. Pro-
inde resurrectione Christi infirmata, etiam nostra subuersa est. Nec ea enim valebit, propter quâ Chri-
stus venit, si Christus non resurrexit. Nam sicut illi qui dicebant resurrectionem mortuorum non esse,
Ibid. reuincuntur ab Apostolo ex resurrectione Christi : ita resurrectione Christi non consistente, auertur
& mortuorum resurrectio. Atque ita inanis est fides nostra, inanis est & prædicatio Apostolorum. In-
ueniuntur autem etiam falsi testes Dei, quòd testimo minium dixerint quasi resuscitauerit Chri-
stum, quem non resuscitauit. Et sumus adhuc in delictis. Et qui in Christo dormierunt perierunt sanè
resurrecturi, sed phantasmate forsitan, sicut & Christus. [20 In ista quæstione qui putauerint opponen-
a Ca. IX. dos esse nobis angelos creatoris, quasi & illi in phantasmate putatiuæ vtique carnis egerint apud
b Gen. 18. & 19. Abraham & Loth, & tamen verè sint & congressi, & pasti, & operati quod mandatum eis fuerat.
c c Primò non admitteris ad eius Dei exempla quem destruis; nam & quantò meliorem & perfectio-
rem Deum inducis, tantò non competunt illi eius exempla, quo nisi diuersus in totum, non erit
omninò melior atque perfectior. Dehinc scito, nec illud concedi tibi, vt putatiua fuerit in angelis
caro, 21 sed veræ & solidæ substantiæ humanæ. Si enim difficile non fuit illi, putatiuæ carnis vetos F
& sensus & actus exhibere, multò facilius habuit veris & sensibus & actibus veram dedisse substantiam
Gen. 2: carnis, vel quâ proprius auctor & artifex eius. Tuus autē Deus eo quòd carnem nullam omninò pro-
duxerit, meritò fortasse phantasma eius intulerit, cuius non valuetat veritatē. Meus autem Deus; qui
illam de limo sumptam, in hac reformauit qualitate, nondum ex semine coniugali, & tamen carnem,
æquè potuit ex quacunque materia Angelis quoque astruxisse carnem, 22 qui etiam mundum ex nihilo
Matt. 22. in tot ac talia corpora, & quidem verbo ædificauit. Et vtique si Deus tuus veram quandoque subsțan-
tiam angelorum hominibus pollicetur: Erunt enim inquit, sicut angeli: cur non & Deus meus veram
substantiam hominum angelis accommodarit. Vnde sumptam? Quia nec tu mihi respondebis vnde
illa apud te angelica sumatur, sufficit mihi hoc definire, quòd Deo congruit, veritatem scilicet eius, rei
quam tribus testibus sensibus obiecit, visui, tactui, auditui. Difficilius Deo mentiri quàm carnis ve-
ritatem 23 vndevnde producere, licet non natæ. 24 Ceterùm & alijs hæreticis definientibus car-
nem illam in angelis ex carne nasci debuisse, si verè fuisset humana, certa ratione respondemus,
quâ & humana verè fuerit, & innata. Humana verè propter Dei veritatem à mendacio & fallacia
extranei: & quia non possent humanitus tactari ab hominibus, nisi in substantia humana. Innata autē,
quia solus Christus in carnem ex carne nasci habebat, vt natiuitatem nostram natiuitate sua refor-
Gen. 18. maret: atqui ita etiam mortem nostram morte sua dissolueret, resurgendo in carne, in qua natus est, vt
& mori posset. 25 Ideóque & ipse cum angelis tunc apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit,
sed nondum natæ, quia nondum moriturę, sed discentis iam inter homines conuersari. Quo magis
angeli neq; ad moriendum pro nobis dispositi, 26 breuem carnis commeatum non debuerunt nascen-
do sumpsisse,

A do ſumpſiſſe, quia nec moriendo depoſituri eam fuerant, ſed vndeunde ſumptam, & quoquomodo omninò dimiſſam, mentiti eam tamen non ſunt. Si creator facit angelos ſpiritus, [67] & apparitores ſuos ignem flagrantem: tam verè ſpiritus quàm & ignem, idem illos verè fecit & carnem: vt nunc recordemur, & hæreticis renuntiemus eius eſſe promiſſum, [68] homines in angelos reformandi quandoque, qui angelos in homines formarit aliquando. [69] Igitur non admiſſus ad conſortium exemplorum creatoris vt alienorum, & ſuas habentium cauſas, velim ædas & ipſe conſilium Dei tui, quo Chriſtum ſuum non in veritate carnis exhibuit. Si aſpernatus eſt illam vt terrenam, & (vt dicitis) ſtercoribus inferſam, cur non & ſimulacrum eius proinde deſpexit? Nullius enim dedignandæ rei imago digna eſt. ſequitur ſtatum ſimilitudo. Sed quomodo inter homines conuerſatetur, niſi per imaginem ſubſtantiæ humanæ? Cur ergo non potius per veritatem, vt verè conuerſaretur, ſi neceſſe habebat conuerſari? quantò digniùs neceſſitas fidem, quàm [70] ſtropham adminiſtraſſet? Satis miſerum Deum inſtituis, hoc ipſo quòd Chriſtum ſuum non potuit exhibere niſi in indignæ rei effigie, & quidem alienę. Aliquantis enim indignis conueniet vti noſtris, ſicut alienis non congruet vti, licet dignis. Cur enim non in aliqua alia digniore ſubſtantia venit, & in primis ſua, ne & indigna & aliena videretur eguiſſe? ſi creator meus [71] per rubum quoque & ignem, idem poſtea per nubem & globum cum homine congreſſus eſt, & elementorum corporibus in repræſentationibus ſui vſus eſt, ſatis hæc exempla diuinæ poteſtatis oſtendunt, Deum non eguiſſe aut falſæ aut etiam veræ carnis paratura. Ceterùm ſi ad certum ſpectamus, nulla ſubſtantia digna eſt quam Deus induat. Quodcunque induerit ipſe, dignum facit, abſque mendacio tamen. Et ideò quale eſt, vt dedecus exiſtimarit veritatem potius quàm mendacium carnis? Atquin honoraut illam fingendo. Quanta iam caro eſt, cuius phantaſma neceſſarium B fuit Deo ſuperiori? [72] Totas iſtas præſtigias putatiuæ in Chriſto corpulentiæ, Marcion illa intentione ſuſcepit, ne ex teſtimonio ſubſtantiæ humanæ, natiuitatis quoque eius defenderetur, atque ita Chriſtus creatoris vindicaretur, vt qui naſcibilis, ac per hoc carneus annuntiaretur. Stultiſſimè & hic Ponticus, quaſi non faciliùs crederetur caro in Deo non nata, quàm falſa, præſtruentibus vel maximè fidem iſtam angelis creatoris in carne vera conuerſatis, nec tamen nata. [73] Nam & Philumene illa magis perſuaſit Apelli, ceteriſque deſertoribus Marcionis, ex fide quidem Chriſtum circumtuliſſe carnem; nullius tamen natiuitatis, vtpotè de elementis eam mutuatum. Quòd ſi verebatur Marcion, ne fides carnis, natiuitatis quoque fidem indueret, ſine dubio qui homo videbatur, natus vtique credebatur. nam & mulier quædam exclamauerat, Beatus venter qui te portauit, [74] & vbera quæ hauſiſti, &: Quomodo mater & fratres eius dicti ſunt foris ſtare? [75] Et videbimus de his capitulis ſuo tempore. Certè quum & ipſe ſe filium hominis prædicaret, natum ſcilicet profitebatur. Nunc vt hæc omnia ad Euangelij diſtulerim examinationem, tamen quod ſuprà ſtatui, ſi omni modo natus eredi habebat qui homo videbatur, vanæ natiuitatis fidem conſilio imaginariæ carnis [76] expungendam putauit. Quid enim profuit non verè fuiſſe quod pro vero habebertur, tam carnem quàm natiuitatem? Aut ſi dixetis; viderit opinio humana: iam Deum tuum honoras fallaciæ titulo, ſi aliud ſe ſciebat eſſe, quàm quod homines fecerat opinari. Iam tunc potuiſti etiam natiuitatem putatiuam illi accommodaſſe, ne in hanc quoque impegiſſes quæſtionem. [77] Nam & mulier culæ nonnunquam prægnantes ſibi videntur, aut ſanguinis tributo, aut aliqua valetudine inflatæ. Et vtique debuerat phantaſmatis ſcenam decucurriſſe, ne originem carnis non deſaltaſſet, qui perſonam ſubſtantiæ ipſius egiſſet. Planè natiuitatis mendacium recuſaſti: ipſam enim carnem veram ædidiſti. Turpiſſimum ſcilicet Dei, etiam vera natiuitas. [78] Age iam perora in illa ſanctiſſima & reuerenda opera naturę, inuehere in totum quod es, carnis atque animæ originem deſtrue: cloacam voca vterum, tanti animalis, id eſt hominis producendi officinam: perſequere & partus immunda & pudenda tormenta, & ipſius exinde puerperij ſpurcos, anxios, [79] ludicros exitus. Tamen quum omnia iſta deſtruxeris, vt Deo indigna confirmes, non erit indignior morte natiuitas, & eruce infantia, & natura pœna, & carne damnatio. Si verè iſta paſſus eſt Chriſtus, minus fuiſſet naſci. Si mendacio paſſus eſt, vt phantaſma, potuit & mendacio naſci. Summa iſta Marcionis argumenta, per quæ alium efficit Chriſtum, ſatis opinor, oſtendimus, non conſiſtere omninò, dum docemus magis vtique competere Deo veritatem quàm mendacium eius habitus, in quo Chriſtum ſuum exhibuit. Si veritas fuit, caro fuit: ſi caro fuit, natus eſt. Ea enim quæ expugnat hæc hæreſis, confirmantur, quum ea per quæ expugnat deſtruuntur. Itaque ſi carneus habebitur, quia natus, & natus, quia carneus, quia phantaſma non fuerit, ipſe erit agnoſcendus, qui in carne & ex natiuitate venturus annuntiabatur à creatoris Prophetis, vtpote Chriſtus creatoris. [80] Prouoca nunc, vt ſoles, ad hanc Eſaię compatationem Chriſti, contendens illam in nullo conuenire. Primò enim, inquis, Chriſtus Eſaiæ Emmanuel vocari habebit; dehinc virtutem ſumere Damaſci, & ſpolia Samariæ aduerſum regem Aſſyriorum. Porrò iſte qui venit, neque ſub eiuſmodi nomine eſt æditus, neque vlla re bellica functus eſt. At ego te admonebo, vti cohærentia quoque vtriuſque capituli recognoſcas. [81] Subiuncta enim eſt & interpretatio Emmanuelis, Nobiſcum Deus, vti non ſolum ſonum nominis ſpectes, ſed & ſenſum. Sonus enim Hebraicus, quod eſt Emmanuel, ſuæ gentis eſt. [82] Senſus autem eius quod eſt: Deus nobiſcum, ex interpretatione communis eſt. Quære ergo an iſta vox, Nobiſcum Deus, quod eſt Emmanuel, exinde quod Chriſtus illuxit, agitetur in

Pſal. 103.

Cap. x.

Exod. 3. Ibidem. 19. ac 24. Job 38.

Gen. 2. Cap. xi.

Gen. 18.

Luc. 11.

Luc. 8.

C

Cap. xii. Iſai. 7. Iſai. 8. Iſai. 7.

Christo. Et puto non negabis, vtpotè qui & ipse dicas, Deus nobiscum dicitur, id est Emmanuel. Aut si tam vanus es, vt quia penes te: Nobiscum Deus dicitur, non Emmanuel, idcircò nolis venisse illum cuius proprium sit vocari Emmanuel, quasi non hoc sit & Deus nobiscum, inuenies apud Hebræos Christianos, immò & Marcionitas Emmanuëlem nominare, quum volunt dicere Nobiscum Deus: sicut & omnis gens, quoquo sono dixerit, Nobiscum Deus, Emmanuëlem pronuntiabit, in sensu so-
Gal.3. num expungens. Quòd si Emmanuel nobiscum Deus est, Deus autem nobiscum Christus est, qui etiam in nobis est: (quotquot enim in Christo tincti estis, Christum induistis) tam proptius est Christus in significatione nominis, quod est nobiscum Deus, quàm in sono nominis, quod est Emmanuel. Atque ita constat venisse iam illum qui prædicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel ve-
CA.XIII. nit, id est nobiscum Deus. [81 Æquè & sono nominum duceris, quum virtutem Damasci, & spolia Samariæ, & regem Assyriorum, sic accipis, quasi bellatorem portendant Christum creatoris,
Isai.8. non animaduertens quid scriptura præmittat. 84 Quoniam priusquàm cognoscat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Antè est enim inspicias ætatis demonstrationem, 85 an hominem iam Christum exhibere possit, nedum imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signa belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo vel de curru vel de muro, sed de nutricis aut gerulæ suæ collo siue dorso hostem destinaturus: atque ita Damascum & Samariam pro mamillis subacturus. Aliud est si penes Ponticos, 86 Barbariæ gentis infantes in prælium erumpunt, credo 87 ad solem vnctâ priùs, dehinc pannis armati, & butyro stipendiati, 88 qui antè norint lanceare quàm lancinare. Enimuerò si nusquam hoc natura concedit, antè militare quàm viuere, antè virtutem Damasci sumere quàm patris & matris vocabulum nosse, sequitur vt figurata pronuntiatio videatur. 89 Sed & virgi-
nem, inquit, parere natura non patitur; & tamen creditur Prophetiæ. Et meritò. Præstruxit enim fidem incredibili rei, rationem ædendo quòd in signo esset futura. Propterea, inquir, dabit vobis Do-
Isai.7. minus signum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Signum autem à Deo nisi nouitas aliqua monstruosa tam dignum non fuisset. Denique & Iudæi si quando ad nos deijciendos mentiri audent, 90 quasi non virginem, sed iuuenculam concepturam & parituram scriptura contineat, hinc reuincuntur, quòd nihil signi videri possit res quotidiana, iuuenculæ scilicet prægnatus & partus. In signum ergo disposita virgo & mater, meritò creditur: infans verò bellator non æquè. Non enim & hic signi ratio verstatur. Sed signo natiuitatis nouæ ascripto, exinde post signum alius ordo iam infantis edicitur, mel & butyrum manducaturi. Nec hoc vtique in signum est, imalitiæ non assentaturi, & hoc enim infantia est, sed accepturi virtutem Damasci & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Serua modum ætatis, & quære sensum prædicationis: 91 immò redde Euangelio veritatis, quæ posterior detraxisti, & tam intelligitur Prophetia, quàm renuntiatur expuncta. Manent enim Orientales illi Magi, in infantia Christum recentem auro & thure munerantes, & acceperit infans virtutem
Zach.14. Damasci sine prælio & armis. Nam præter quod omnibus notum est, 92 Orientis virtutem, id est vim & vires auro & odoribus pollere solitam, certè est creatoris virtutem ceterarum quoque gentium aurum constituere, sicut per Zachariam dicit: Et Iudas pertendet apud Hierusalem, & congregabit omnem valentiam populorum per circuitum aurum & argentum. De illo autem tunc auri munere etiam Dauid: Et dabitur illi ex auro Arabiæ. Et rursus, Reges Arabum & Saba munera afferent
Psal.71. illi. 93 Nam & Magos Reges habuit ferè Oriens, 94 & Damascus Arabiæ retrò deputabatur antequàm transcripta esset in Syrophœnicen, ex distinctione Syriarum, cuius tunc virtutem Christus acceperit, accipiendo insignia eius, aurum scilicet & odores. Spolia autem Samariæ, ipsos Magos: qui quum illum cognouissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent quasi Deum & regem sub testimonio indicis & ducis stellæ, spolia sunt facti Samariæ, id est idololatriæ, credentes videlicet in Christum. Idololatriam enim Samariæ nomine notauit, vt ignominiosæ ob idololatriam, qua de-
3.Reg.11. & 16. ciuerat tunc à Deo sub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouum est creatori figuratè vti translatione nominum, ex comparatione criminum. 95 Nam & ἄρχοντας Sodomorum, appellat ἄρχοντας Iudæ-
Isai.1. rum & populum ipsum, populum Gomorræ vocat. Et idem alibi: 96 Pater, inquit, tuus Amorrhæus,
Ezech.16. & mater tua Chetæa: ob consimilem impietatem. Quos aliquando etiam suos filios dixerat, Filios ge-
Isai.1. nerauí & exaltaui. 97 Sic & Ægyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illum, superstitionis
Isai.19. & maledictionis elogio. 98 Sic & Babylon etiam apud Ioannem nostrum Romanæ vrbis figura est,
Apoc.17. Isai.8. proinde magnæ & regno superbæ & sanctorum Dei debellatricis. 99 Hoc itaque vsu Magos quoque Samaritarum appellatione titulauit, despoliatos quod habuerant cum Samaritis, vt diximus, idololatriam. Aduersus regem autem Assyriorum, aduersus Herodem intellige, cui vtique aduersati sunt
CA.XIIII. Magi, tunc non renuntiando de Christo, quem intercipere quærebat. [100 Adiuuabitur hæc nostra interpretatio, dum & alibi bellatorem existimans Christum, ob armorum quorundam vocabula & ciusmodi verba, ex reliquorum quoque sensuum comparatione conuinceris: 101 Accingere, inquit
Psal.44. Dauid, ensem super femur. Sed quid suprà legis de Christo? Tempestiuus decore præter filios hominum, effusa est gratia in labiis tuis. Rideo si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur. Sic item subiungens: Et extende, & prosperare, & regna; adiecit:

Propter

A Propter veritatem & lenitatem & iustitiam. Quis enim ense operabitur, & non contraria potiùs lenitati & iustitiæ dolum & asperitatem & iniustitiam, propria scilicet negotia præliorum? Videamus ergo an alius sit ensis ille, cuius alius est actus. [102] Nam & Apostolus Ioannes in Apocalypsi ensem describit ex ore Dei prodeuntem bis acutum, præacutum, quem intelligi oportet sermonem diuinum, bis acutum duobus Testamentis, Legis & Euangelij, acutum sapientia, insestum diabolo, [103] armantem nos aduersus hostes spirituales nequitiæ & concupiscentiæ omnis, amputantem etiam à charissimis ob Dei nomen. Quòd si Ioannem agnitum non vis, habes communem magistrum Paulum, præcingentem lumbos nostros veritate & lorica iustitiæ, & calciantem nos præparationem Euangelij pacis, non belli: assumere iubentem scutum fidei, in quo possumus omnia diaboli ignita tela extinguere, & galeam salutaris, & gladium spiritus, quod est, inquit, Dei sermo. [104] Hanc & Dominus ipse machæram venit mittere in terram, non pacem. Si tuus Christus est, ergo & ipse bellator est: si bellator non est, machæram intentans allegoricam, licuit ergo & Christo creatoris in Psalmo sine bellicis rebus ensem sermonis Dei præcingi figuratò, cui supradicta tempestiuitas congruat, & gratia labiorum, quem tunc iam cingebatur super femur apud Dauid, quandoque missurus in terram. Hoc est enim quod ait, Et extende, & prosperate, & regna. Extendens sermonem in omnem terram, ad vniuersarum gentium vocationem, prosperaturus successu fidei, quâ est receptus, & regnans exinde quâ mortem resurrectione deuicit. Et deducet te, inquit, mirificè dextera tua. Virtus scilicet gratiæ spiritalis, qua Christi agnitio deducitur. Sagittæ tuæ acutæ, per volantia vbique præcepta, minantes traductionem cordis, compungentes & transfigentes conscientiam quamque. Populi sub te concident, vtique adorantes.

B Sic bellipotens & armiger Christus creatoris: sic & nunc accipiens spolia non solius Samariæ, verùm & omnium gentium. Agnosce & spolia figurata, cuius & arma allegorica didicisti. Figuratè itaque & Domino eiusmodi loquente, & Apostolo scribente, non temerè interpretationibus eius vtimur, quarum exempla etiam aduersarij admittunt: atque ita in tantum Esaiæ erit Christus qui venit, In quantum non fuit bellator, quia non talis ab Esaia prædicatur. [105] De quæstione carnis, & per eam nationitatis, & vnius interim nominis Emmanuelis huc vsque. De ceteris verò nominibus, & in primis Christi, quid pars diuersa respondebit? Si proinde commune est apud vos Christi nomen, quemadmodum & Dei, vt sicut vtriusque Dei filium Christum competat dici, sic vtrunque patrem Dominum, certè ratio huic argumentationi refragabitur. Dei enim nomen quasi naturale diuinitatis, potest in omnes communicari, quibus diuinitas vindicatur, sicut & idolis, dicente Apostolo, Nam & sunt qui dicuntur Dij, siue in cœlo, siue in terris. Christi verò nomen non ex natura veniens, sed ex dispositione, proprium eius efficitur, à quo dispositum inuenitur. Nec in communicationem alij Deo subiacet, maximè æmulo, & habenti suam dispositionem, cui & nomina priuata debebit. Quale est enim quòd diuersas dispositiones duorum commentati Deorum, societatem nominum admittunt, in discordiam dispositionum? quando nulla magis probatio assisteret duorum & æmulorum Deorum, quàm si in dispositione eorum etiam diuersitas nominum inueniretur. [106] Nullus enim status differentiarum, non nisi proprietatibus appellationum consignatur. Quibus deficientibus si quando, nunc [107] Græca catachresis de alieno abutendo succurrit: apud Deum autem deficere puto nihil debet, nec de alieno instrui dispositiones eius. Quis hic Deus est, qui filio quoquè suo nomina à creatore vendicat? non dico aliena, [108] sed vetera & vulgata, quæ vel sic non competerent Deo nouo & incognito. Quo modo denique docet [109] nouam plagulam non assui veteri vestimento, nec vinum nouum veteribus vtribus credi, assutus ipse & indutus nominum senio? Quomodo abscidit Euangelium à C lege, tota lege vestitus? in nomine scilicet Christi. Quis illum prohibuit aliud vocari; aliud prædicantem, aliunde venientem, cùm propterea nec corporis susceperit veritatem, ne Christus creatoris crederetur? Vanè autem noluit eum se videri, quem voluit vocari: quando etsi verè corporeus fuisset, magis Christus creatoris non videretur, si non vocaretur. At nunc subStantiam respuit, cuius nomen etiam accepit, etiam subStantiam probaturus ex nomine. [110] Si enim Christus vnctus est, vngui vtique corporis passio est: qui corpus non habuit, vngui omninò non potuit. Qui vngui omninò non potuit, Christus vocari nullo modo potuit. Aliud est, si & nominis phantasma affectauit. Sed quomodo, inquit, irreperet in Iudæorum fidem, nisi persolenne apud eos & familiare nomen? Inconstantem aut subdolum Deum narras, aut diffidentiæ, aut malitiositatis consilium est; fallendo quid promouere. Multo liberiùs atque simpliciùs egerunt Pseudoprophetæ, aduersus creatorem in sui Dei nomine venientes. Sed nec effectum cõsilij huius inuenio, quum faciliùs aut suum crediderint Christum, aut planum potius aliquem, quàm alterius Dei Christum, sicut Euangelium probabit. [111] Nunc si nomen Christi, vt sportulam furunculus, captauit, [112] cur etiam Iesus voluit appellari, nõ tam expectabili apud Iudæos nomine? Nec enim si nos per Dei gratiam intellectum consequuti sacramentorum eius, hoc quoque nomẽ agnoscimus Christo destinatum, ideò & Iudæis quibus adempta est sapientia, nota erit res. Denique ad hodiernum, Christum sperant non Iesum, [113] & Heliam potiùs interpretantur Christum quàm Iesum. Qui ergo & in eo nomine venit in quo Christus non præsumebatur, potuit in eo solo nomine venisse quod solum præsumebatur. Ceterùm quum duo misceuit, speratum & insperatum, expugnatur vtrumque consilium eius. Siue enim ideò Christus, vt interim quasi creatoris irreperet,

Apoc. 1. & 19. *Ephes. 6.* *Matth. 10.* *Psal. 44.* *Matth. 10.* *Psal. 44.* CAP. XV. *Isai. 7.* *Matth. 1.* *16. & 27.* *1. Cor. 8.* *Thren. 4.* *Psal. 2.* *Isai. 45.* *& Dan. 9.* *Matth. 9.* *Dan. 9.* *Act. 2. 4.* *& 9.* CAP. XVI. *Matt. 1. & Luc. 1.*

obrepit Iesus, quia non sperabatur Iesus in Christo creatoris: siue vt alterius haberetur, non sinit Christus, quia non alterius sperabatur Christus quàm creatoris. Quid horum constare possit ignoro. Constabit autem vtrunque in Christo creatoris, in quo inuenitur etiam Iesus. Quomodo inquis? disce & hîc [14] cum partiarius erroris tui Iudæis. Quum successor Moysi destinaretur Auses filius Naue, transfertur certè de pristino nomine, & incipit vocari Iesus? Certè, inquis. Hanc priùs dicimus figuram futuri fuisse. [15] Nam quia Iesus Christus secundum populum, quòd sumus nos nati in seculi desertis, introducturus erat in terram promissionis melle & lacte manantem, id est vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius: ídque non per Moysen, id est non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est per Euangelij gratiam, prouenire habebat, circumcisis nobis petrina acie, id est Christi præceptis (petra enim Christus) ideò is vir, qui in huius sacramenti imagine parabatur, etiam nominis Dominici inauguratus est figura, Iesus cognominatus. Hoc nomen ipse Christus suum iam tunc esse testatus est, quum ad Moysen loquebatur: [16] Quis enim loquebatur nisi spiritus creatoris, qui est Christus? Quum ergo mandato diceret populo, [17] Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in via, & introducat in terram quam paraui tibi, intende illi & exaudi eum, ne inobaudieris eum: non enim cælauit te, quoniam nomen meum super illum est. Angelum quidem eum dixit ob magnitudinem virtutum quas erat æditurus, & ob officium Prophetæ nuntiantis scilicet diuinam voluntatem: Iesum autem ob nominis sui futuri sacramentum. Identidem nomen suum confirmauit, quod ipse ei indideratt, quia non angelum nec Ausen, sed Iesum eum iusserat exinde vocitari. Ergo si vtrumque nomen competit in Christum creatoris, tanto vtrumque non competit in Christum non creatoris, sicut nec reliquus ordo. Facienda est denique iam hinc inter nos certa ista & iusta præscriptio, & vtrique parti necessaria, qua determinatum sit nihil omninò commune esse debere alterius Dei Christo, cum Christo creatoris. Nam & à vobis proinde diuersitas defendenda est, sicut à nobis repugnanda est: quia nec vos probare poteritis alterius Dei venisse Christum, nisi eum longè alium demonstraueritis à Christo creatoris: nec nos eum creatoris vendicare, nisi talem eum ostenderimus, qualis constituitur à creatore. [18] De nominibus iam obduximus. Mihi vendico Christum, mihi defendo Iesum.

CA. XVII. [19] Reliquum ordinem eius cum scripturis conferamus. Quodcunque illud corpusculum sit, quoniam habitum, & quoniam conspectum fuit, si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis, meus erit Christus; talis enim habitu & aspectu annuntiabatur. Adest rursus Esaias: Annuntiauimus, inquit, coram ipso velut puerulus, velut radix in terra sitienti, & non est species eius neque gloria: & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Sed species eius inhonorata, deficiens citra omnes homines. Sicut & suprà patris ad filium vox. [110] Quemadmodum expauescent multi super te, sic sine gloria erit ab hominibus forma tua. Nam etsi tempestiuus decore apud Dauid supra filios hominum, sed in allegorico illo statu gratiæ spiritalis: cùm accingitur ensem sermonis, qui verè species & decor & gloria ipsius est: ceterùm [111] habitu incorporali apud eundem Prophetam; vermis etiam & non homo, ignominia hominis & nulliscamen populi. Neque interiorem qualitatem eius, eiusdemodi annuntias. Si enim plenitudo in illo spiritus constitit, [112] agnosco virgam de radice Iesse. flos eius meus erit Christus, in quo requieuit secundum Esaiam spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & vigoris, spiritus agnitionis & pietatis, spiritus timoris Dei. neque enim vlli hominum, diuersitas spiritalium documentorum competebat nisi in Christum, flori quidem ob gratiam spiritus adæquatum, ex stirpe autem Iesse deputatum per Mariam inde censendum. Expostulo autem de proposito, si das omnis humilitatis & patientiæ & tranquillitatis intentionem, & ex his Esaiæ erit Christus, Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem: qui tanquam ouis ad victimam adductus est, & tanquam agnus ante tondentem non aperuit os. Qui neque contendit neque clamauit, nec audita est foris vox eius: qui harundinem contusam, id est quassam Iudæorum fidem non comminuit: qui linum ardens, id est momentaneum ardorem gentium non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. Non potest alius esse, quàm qui prædicebatur. Oportet actum eius ad scripturarum regulam recognosci, duplici, nisi fallor, operatione distinctum, prædicationis & virtutis. Sed de vtroque titulo sic disponam, vt quoniam [113] ipsum quoque Marcionis Euangelium discuti placuit, de speciebus doctrinarum & signorum illuc differamus quasi in rem præsentem: hîc autem generaliter expungamus ordinem cœptum, docentes prædicatorem interim annuntiari Christum per Esaiam, [114] Quis enim, inquit, in vobis qui Deum metuit? exaudiat vocem filij eius. [115] Item medicatorem. Ipse enim, inquit, imbecillitates nostras abstulit, & languores portauit. [116] De exitu planè puto diuersiratem tentatis inducere, negantes passionem crucis in Christum creatoris prædicatam, & argumentantes insuper non esse credendum, vt in id genus mortis expostulerit creator filium suum, quod ipse maledixerat: Maledictus, inquit, omnis qui pependerit in ligno. [117] Sed huius maledictionis sensum differo dignæ sola prædicatione crucis, de qua nunc maximè quæritur, quia & aliàs antecedit rerum probatio rationem. De figuris priùs edocebo. Et vtique vel maximè sacramentum istud figurari in prædicatione oportebat, quanto incredibile, tanto magis scandalo futurum, si nudè prædicaretur: quantóque magnificum, tanto magis obumbrandum, vt difficulras intellectus gratiam Dei quæreret. [118] Itaque in primis Isaac quum à patre in hostiam deditus, lignum sibi ipse portaret, Christi exitum iam tunc denotabat,

Num.13.
Iosue 4. & 5.
1.Cor.10.
Exod.32.
Num.13.
Isai.53.
Isai.52.
Psal.44.
Psal.21.
Isai.11.
Isai.53.
Isai.42.
Isai.50.
Isai.53. & Matth.8.
C.XVIII.
Deut.21.
1.Cor.1.
Gen.22.

A tabat, in victimam conceſſi à patre, & lignum paſſionis ſuæ baiulantis. [139] Ioſeph & ipſe Chriſtum ſi- *Gen. 37.*
guratus, nec hoc ſolo (ne demorer curſum) quòd perſecutionem à fratribus paſſus eſt, & venundatus
in Ægyptum ob Dei gratiam, ſicut & Chriſtus à Iudæis carnaliter fratribus venundatus, à Iuda quum
traditur. Nam & benedicitur in hæc verba, [140] Tauri decor eius, cornua vnicornis cornua eius, in *Deuter. 33.*
eis nationes ventilabit pariter ad ſummum vſque terræ: non vtique rhinoceros deſtinabatur vnicor-
nis, nec minotaurus bicornis, ſed Chriſtus in illo ſignificabatur, taurus ob vtranque diſpoſitionem,
aliis ferus vt iudex, aliis manſuetus vt ſaluator, cuius cornua eſſent crucis extima. Nam & in antemna
nauis, quæ crucis pars eſt, extremitates cornua vocantur: vnicornis autem media ſtipitis palus. [141] Hæ
denique virtute crucis, & hoc more cornutus, vniuerſas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens à
terra in cœlum, & tunc per iudicium ventilabit, deijciens de cœlo in terram. Idem erit & alibi tau-
rus apud eandem ſcripturam, quum Iacob in Simeonem & Leui exporrigens benedictionem, in
Scribas & Phariſæos (ex illis enim deducitur cenſus iſtorum) ſpiritaliter interpretatur: [142] Simeon *Gen. 49.*
& Leui perfecerunt iniquitatem, ex ſua hæreſi, qua ſcilicet Chriſtum ſunt perſecuti. In concilium
eorum ne veneritanima mea, & in ſtationem eorum ne incubuerint iecora mea: quia in indignatione
ſua interfecerunt homines, id eſt Prophetas, & in concupiſcentia ſua cæciderunt neuros tauro, id eſt
Chriſto, quem poſt necem Prophetarum interfecerant, & ſuffigendo neruos eius clauis, deſeruie-
runt. Ceterùm vanum ſi poſt homicidia, alicuius bouis illis exprobrat carnificinam. [143] Iam verò *Exod. 17.*
Moyſes quid vtique tunc tantùm quum Ieſus aduerſus Amalech præliabatur, expanſis manibus ora-
bat reſidens, quando [144] in rebus tam attonitis, magis vtique genibus poſitis, & manibus cædentibus
B pectus, & facie humi volutante, orationem commendare debuiſſet? niſi quia illic vbi nomen Domini
Ieſu dimicabat, dimicaturi quandoque aduerſus diabolum, crucis quoque erat habitus neceſſarius,
per quam Ieſus victoriam eſſet relaturus. [145] Idem rurſus Moyſes poſt interdictam omnis rei ſimilitu- *Num. 21.*
dinem, cur æreum ſerpentem ligno impoſitum, pendentis habitu in ſpectaculum Iſraëli ſalutare pro-
poſuit eo tempore quo à ſerpentibus exterminati ſunt; niſi quòd & hic Dominicæ crucis vim inten-
tabat, qua ſerpens diabolus publicabatur, & læſo cuique à ſpiritalibus colubris, intuenti tamen & cre-
denti in eam, ſanitas morſuum peccatorum, & ſalus exinde prædicabatur? [[146] Age nunc ſi legiſti pe- *Ca. xix.*
nes Dauid, [147] Dominus regnauit à ligno, expecto quid intelligas. niſi forte lignarium aliquem regem *Pſal. 95.*
ſignificari Iudæorum, & non Chriſtum, qui exinde à paſſione ligni ſuperata morte regnauit. [148] Etſi
enim mors ab Adam regnauit vſque ad Chriſtum, cur Chriſtus non regnaſſe dicatur à ligno, ex quo
crucis ligno mortuus, regnum mortis excluſit? Proinde & Eſaias: [149] Quoniam, inquit, puer natus eſt *Iſai. 9.*
nobis, & datus eſt nobis filius. Quid noui, ſi non de filio Dei dicit? Cuius imperium factum eſt ſuper
humerum ipſius. Quis omninò regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite dia-
dema, aut manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam? Sed ſolus nouus rex nouorum æuo-
rum Chriſtus Ieſus, nouæ gloriæ & poteſtatem & ſublimitatem ſuam humero extulit, crucem ſcilicet,
vt ſecundum ſuperiorem Prophetiam exinde Dominus regnaret à ligno. Hoc lignum & Hiere- *Pſal. 95.*
mias tibi inſinuat, dicturis prædicans Iudæis, [150] Venite, mittamus lignum in panem eius, vtique in *Hierem. 11.*
corpus. Sic enim Deus in Euangelio quoque veſtro reuelauit, [151] panem corpus ſuum appellans, vt
& hinc iam eum intelligas corporis ſui figuram pani dediſſe, cuius retrò corpus in panem Prophetes
C figurauit, ipſo Domino hoc ſacramentum poſtea interpretaturo. Siadhuc quæris Dominicæ crucis
prædicationem, ſatis iam tibi poteſt facere [152] vigeſimus primus Pſalmus, totam Chriſti continens
paſſionem, canentis iam tunc gloriam ſuam: Foderunt, inquit, manus meas & pedes, quæ propriè *Pſal. 21.*
atrocitas crucis. Et rurſus quum auxilium patris implorat: Saluum, inquit, fac me ex ore leonis,
vtique mortis, [153] & de cornibus vnicorniorum humilitatem, de apicibus ſcilicet crucis, vt ſuprà
oſtendimus. Quam crucem nec ipſe Dauid paſſus eſt, nec vllus rex Iudæorum, ne putes alterius ali-
cuius prophetari paſſionem, quàm eius qui ſolus à populo tam inſigniter crucifixus eſt. Nunc & ſi
omnes iſtas interpretationes reſpuerit & irriſerit hæretica duritia, concedam illi nullam Chriſti cru-
cem ſignificatam à creatore: quia nec ex hoc probabit alium eſſe qui crucifixus eſt, niſi fortè oſtende-
rit hunc exitum eius à ſuo Deo prædicatum, vt diuerſitas paſſionum, ac per hoc etiam perſona-
rum, ex diuerſitate prædicationum vindicetur. Ceterùm nec ipſo Chriſto eius prædicato, nedum
cruce ipſius, ſufficit in meum Chriſtum ſolius mortis Prophetia: Ex hoc enim quòd non eſt ædi-
ta qualitas mortis, potuit & per crucem euenisſe, tunc alij deputanda, ſi in alium fuiſſet prædicatum:
niſi ſi nec mortem volet Chriſti mei prophetatam, quo magis erubeſcat, ſi ſuum quidem Chriſtum
mortuum annuntiat, quem negat natum: meum verò mortalem negat, quem naſcibilem confitetur.
Et mortem autem & ſepulturam & reſurrectionem Chriſti mei, vna voce Eſaiæ volo oſtendere dicen-
tis: [154] Sepultura eius ſublata de medio eſt. Nec ſepultus enim eſſet niſi mortuus, nec ſepultura eius *Iſai. 57.*
ſublata de medio niſi per reſurrectionem. Denique ſubiecit: [155] Propterea ipſe multos hæreditati ha- *Iſai. 53.*
bebit, & multorum diuidet ſpolia. Quis enim alius niſi qui natus eſt, vt ſuprà oſtendimus? Pro eo quod
tradita eſt anima eius in mortem. Oſtenſa eſt enim cauſa gratiæ huius, pro iniuria ſcilicet mortis re-
penſandæ. Pariter oſtenſum eſt, hæc illum propter mortem conſecuturum, poſt mortem vtique per
reſurrectionem conſecuturum. [[156] Sufficit hucuſque de his interim ordinem Chriſti decucurriſſe, *Cap. xx.*

quo talis probatus qualiter annuntiabatur, non alius haberi debeat, quàm qui talis annuntiabatur: vt D
iam ex ista consonantia rerum eius, & scripturarum creatoris, illis etiam restituenda sit fides ex præiudicio maioris partis, quę ad diuersas sententias vel in dubium deducuntur vel negantur. Amplius nunc superstruimus ea quoque patia ex scripturis creatoris, quæque post Christum futura præcinebantur. Nec enim dispositio expuncta inueniretur, si non ille venisset, post quem habebat euenire. Aspice vniuersas nationes de voragine erroris humani, exinde emergentes ad Deum creatorem, [147] & ad Deum Christum, & si audes, nega prophetatum. Sed statim tibi in Psalmis promissio patris occurret: Filius meus es tu, ego hodie generaui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & *Psal.2.*
possessionem tuam terminos terræ. Nec poteris magis Dauid filium eum vendicare quàm Christum, aut terminos terræ Dauid potius promissos, qui intra vnicam Iudæorum gentem regnauit, quàm
Isai.42. Christo, [148] qui totum iam orbem Euangelij sui fide cepit. Sic & per Esaiam: [149] Ecce dedi te in dispositionem generis mei in lucem nationum aperire oculos cæcorum, vtique errantium, exoluere de vinculis vinctos, id est de delictis liberare, & de cella carceris, id est mortis, sedentes in tenebris, ignorantiæ scilicet. Quæ si per Christum euenerunt, non in alium erunt prophetata, quàm per
Isai.55. quem euenerunt. Item alibi: [150] Ecce testimonium eum nationibus posui, principem & imperantem
Ibidem. nationibus. Nationes quæ te non sciunt, inuocabunt te, & populi confugient ad te. Nec enim hæc in Dauid interpretaberis, quia præmisit, [151] Et disponam vobis dispositionem æternam, religiosa & fidelia Dauid. Atquin hinc magis Christum intelligere debebis ex Dauid deputatum catnali genere ob
Psal.131. Mariæ virginis censum. de hoc enim promisso iuratur in Psalmo ad Dauid: [152] Ex fructu ventris tui collocabo super thronum tuum. Quis iste venter est? Ipsius Dauid? vtique non. neque enim parturus esset Dauid. Sed nec vxoris eius. non enim dixisset, ex fructu ventris tui, sed potius ex fructu ventris vxoris tuæ. Ipsius ergo dicendo ventrem, supereſt vt aliquem de genere eius ostenderit, cuius ventris futurus esset fructus caro Christi, quæ ex vtero Mariæ floruit. Ideóque & fructum ventris tantùm nominauit, vt propriè ventris, quasi solius ventris, non etiam viri: & ipsum ventrem ad Dauid redegit, ad principem generis, & familiæ patrem: nam quia viro deputare non poterat virginis eum ventrem, patri deputauit. Itaque in Christo noua dispositio inuenitur hodie: hæc erit quam tunc creator pollicebatur, religiosa & fidelia Dauid appellans quæ erant Christi, quia Christus ex Dauid: immò ipsa erit caro eius, religiosa & fidelia Dauid, tam sanctæ religione, & fidelis ex resurrectione. Nam & Na-
2.Reg.7. than Propheta [153] in secundo Basiliarum, professionem ad Dauid facit: [154] Semen tuum quod erit, inquit, ex ventre tuo. Hoc si in Salomonem simpliciter edisseres, risum mihi incuties. Videbitur enim Dauid peperisse Salomonem. An & hic Christus significatur, ex eo ventre semen Dauid, qui esset ex Dauid, id est, Mariæ? Quia & ædem Dei magis Christus ædificaturus esset, hominem scilicet sanctum, in quo potiore templo inhabitaret Dei spiritus, in Dei filium magis Christus habendus esset quàm Salomon filius Dauid. Denique & thronus in æuum, & regnum in æuum, magis Christo competit quàm Salomoni, temporali scilicet regi: sed à Christo misericordia Dei non abscessit, Salomoni ve-
3.Reg.11. rò etiam ira Dei accessit post luxuriam & idololatriam. [155] Suscitauit enim illi satan, id est hostem, Idumæum. Quum ergo nihil horum competat in Salomonem, sed in Christum, certa erit ratio interpretationum nostrarum, ipso etiam exitu rerum probante, quas in Christum apparet prædicatas: & ita in hoc erunt sancta & fidelia Dauid. Hunc Deus testimoninm nationibus posuit, non Dauid:
Isai.55. principem & imperantem nationibus, non Dauid, qui soli Israëli imperauit. Christum hodie inuocant Nationes quæ eum non sciebant, & populi ad Christum hodie confugiunt, quem retrò ignoraF
CAP.XXI. bant. Non potest futurum dici, quod vides fieri. [156] Sic nec illam iniectionem tuam potes sistere ad differentiam duorum Christorum, quasi Iudaicus quidem Christus populo soli ex dispersione redigendo destinetur à creatore; vester verò omni humano generi liberando collatus sit à Deo optimo, quum postremò priores inueniantur Christiani creatoris quàm Marcionis, exinde vocatis omni-
Psal.95. bus populis in regno eius, ex quo Deus regnauit à ligno, [157] nullo adhuc Cerdone, nedum Marcione. Sed & reuictus de Nationum vocatione, conuertere iam in proselytos. Quæris qui de Nationibus transeant ad creatorem, quando & proselyti diuersæ & propriæ conditionis seorsum à Propheta
Isai.16. „ nominentur: [158] Ecce, inquit Esaias, proselyti pet me accedent ad te: ostendens ipsos quoque prose-
„ lytos per Christum accessuros ad Deum. [159] Et Nationes, quod sumus nos, proinde suam habebant
Isai.42. nominationem, sperantes in Christum; [160] Et in nomine, inquit, eius, Nationes sperabunt. Proselyti autem quos in Nationum prædicatione substituis, non in Christi nomine sperare solent, sed in Moysi ordine, à quo institutio illorum est. Ceterùm allectio Nationum à nouissimis diebus exorta est. Iisdem verbis Esaias, [161] Et erit, inquit, in nouissimis diebus manifestus mons Domini, vti-
Isai.2. que sublimitas Dei, & ædes Dei super summos montes, vtique Christus catholicum Dei templum, in
Ibidem. quo Deus colitur, constitutum super omnes eminentias virtutum & potestatum. Et venient ad eum vniuersæ Nationes, & ibunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in ædem Dei Iacob, & annuntiabit nobis viam suam, & incedemus in ea. Ex Sion enim exibit lex, & sermo Domini ex Ierusalem. Hęc erit via sua nouæ legis Euangelium, & noui sermonis in Christo iam non in Moyse. Et iudicabit inter Nationes, de errore scilicet earum. Et reuincent populum amplum, ipsorum

in

A in primis Iudæorum & proselytorum. Et concident machæras suas in aratra, & [162] sibynas in falces, id est animorum nocentium & linguarum infestarum, & omnis malitiæ atque blasphemiæ ingenia, conuertent in studia modestiæ & pacis. Et non accipiet gens super gentem machæram, vtique discordiæ, & non discent amplius bellare, id est inimicitias perficere, [163] vt & hic discas Christum non bellipotentem, sed pacificum repromissum. Hæc autem prophetata nega, quum coràm videntur, aut adimpleta quum leguntur. Aut si non negas vtrumque, in eo crunt adimpleta, in quem sunt prophetata. Inspice enim adhuc etiam ipsum introgressum, atque decursum vocationis in Nationes à nouissimis diebus adeuntes ad Deum creatorem, non in proselytos, quorum à primis magis diebus alle ctio est. Etenim fidem istam Apostoli induxerunt. [164] Habes & Apostolorum opus prædicatum, [165] Quàm tempestiui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, non bellum nec malum. Respondit & Psalmus: In omnem terram exiuit sonus eorum, [166] & in terminos terræ voces eorum, circumferentium scilicet legem ex Sion profectam, & sermonem Domini ex Ierusalem, vt fieret quod scriptum est. [167] Longè quique à iustitia mea, appropinquauerunt iustitiæ meæ & veritati. Quum huic negotio accingerentur Apostoli, [168] renuntiauerunt presbyteris, & archontibus, & sacerdotibus Iudæorum. [169] An non vel maximè, inquit, vt alterius Dei prædicatores? Atquin ipsius ciusdem, cuius scripturam cùm maximè implebant. Diuertite diuertite, inclamat Esaias, excedite illinc, & immundum ne attigeritis, blasphemiam scilicet in Christum. Excedite de medio eius, vtique synagogæ, [170] separamini qui Domini causam portatis. Iam enim, secundum suprà scripta, reuelauerat Dominus brachio
B suo sanctum, id est virtute sua Christum coram nationibus, vt viderint vniuersæ Nationes & summa terræ salutem, quæ erat à Deo. Sic & ab ipso Iudaismo diuertentes, quum legis obligamenta & onera, Euangelica iam libertate mutarent, Psalmum exequebantur, Disrumpamus vincula eorum, & abijciamus à nobis iugum eorum: Postea certè quàm tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania, Astiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum, aduersus Dominũ & aduersus Christum eius. Quæ dehinc passi sunt Apostoli? Omnem, inquis, iniquitatem persecutionum, ab hominibus scilicet creatoris, vt aduersarij eius quem prædicabant. Et qui creator, si aduersarius erat Christi, non modò prædicat hoc passuros Apostolos eius, verùm & exprobrat? Nam neque prædicaret alterius Dei ordinem, quem ignorabat, vt vultis, neque exprobrasset, quod ipse curasset. [171] Videte quomodo perit iustus, neque quisquam excipit corde, & viri iusti auferuntur, nec quisquam animaduertit. A persona enim iniustitiæ sublatus est iustus. quis nisi Christus? [172] Venite, inquiunt, auferamus iustum, quia inutilis est nobis. Præmittens itaque & subiungens proinde passum etiam Christum, eque iustos eius eadem passuros, tam Apostolos, quàm & deinceps omnes fideles prophetauit, signatos illa nota scilicet de qua Ezechiel: Dicit Dominus ad me: [173] Pertransi in medio portæ mediam Ierusalem, & da signum Tau in frontibus virorum. [174] Ipsa est enim littera Græcorum Tau, nostra autem T. species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Ierusalem, in qua fratres Christi, filios scilicet Dei, gloriam patri Deo relaturos, Psalmus vigesimus primus canit ex persona ipsius Christi ad patrem, Enarrabo nomen tuum fratribus meis, [175] in medio Ecclesiæ hymnum tibi dicam. Quod enim in nomine & spiritu ipsius hodie fieri habebat, meritò à se futurum prædicabat: Et paulò infrà: A te laus mihi in Ecclesia magna. [176] Et in sexagesimo septimo: In Ecclesijs benedicite Dominum Deum, [177] vt pariter concurreret & Malachiæ Prophetia: Non est voluntas
C mea, dicit Dominus, & sacrificia vestra non accipiam, quoniam ab ortu solis vsque in occasum nomen meum glorificatum est in Nationibus, & in omni loco sacrificium nominimeo offertur, & sacrificium mundum: Gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni. Quæ omnia quum in te quoque deprehendantur, & signaculum frontium, & Ecclesiarum sacramenta, & munditiæ sacrificiorum, debes iam erumpere vti dicas, spiritum creatoris tuo Christo prophetasse. [178] Nunc quia cum Iudæis negas venisse Christum eorum, recognosce & exitum ipsorum, quem post Christum relaturi prædicabantur ob impietatem qua eum & despexerunt & interemerunt. Primùm enim ex die qua secundum Esaiam: [179] Proiecit homo aspernamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & noctuis, id est, ex quo genus hominum dilucidata per Christum veritate idola proiecit, vide an quod sequitur expunctum sit: [180] Abstulit enim Dominus sabaoth à Iudæa, & ab Ierusalem inter cetera, & Prophetam, & sapientem architectum, spiritum scilicet sanctum, qui ædificat Ecclesiam, templum scilicet & domum & ciuitatem Dei. Nam exinde apud illos destitit Dei gratia. [181] Et mandatum est nubibus, ne pluerent imbrem super vineam Sorech, id est cœlestibus beneficijs, ne prouenirent domui Israëlis. Fecerat enim spinas, ex quibus Dominum coronauerat, & non iustitiam, sed clamorem quo in crucem eum extorserat. Et ita subtractis charismatum roribus, [182] lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Dehinc quum ex perseuerantia furoris, & nomen Domini per ipsos blasphemaretur, sicut scriptum est: Propter vos blasphematur nomen meum in nationibus (Ab illis enim cœpit infamia) & tempus medium à Tiberio vsque ad Vespasianum, non pœnitentiam intellexissent, [183] facta est terra eorum deserta, ciuitates eorum exustæ igni, regionem eorum sub ipsorum conspectu extranei deuorant. derelicta est filia Sion, tanquam specula in vinea, vel in cucumerario casula, ex quo scilicet Israël Dominum non cognouit, & populus eum non intellexit, sed dereliquit, & in indigna-

C. xxii. Psal. 18. Isai. 2. Isai. 46. Act. 4. & 13. Isai. 52. Ibidem. Psal. 2. Isai. 57. Sapient. 2. Ezech. 9. Psal. 21. Psal. 67. Malach. 1. Isai. 2. Isai. 3. Isai. 5. Matth. 27. Marc. 11. Isai. 52. Isai. 1.

Ibidem. tionem prouocauit sanctum Israelis. Sic & machæræ conditionalis comminatio : Si nolueritis nec D
audieritis me, machæra vos comedet; probauit Christum fuisse, quem non audiendo, perierunt. [184]
Psal. 58. Qui & in Psalmo quinquagesimo octauo dispersionem eis postulat à patre : Disperge eos in virtute
Isai. 50. tua. Qui & rursus per Esaiam in exustionem eorum perorans: [185] Propter me hæc, inquit, facta sunt vobis, in anxietate dormietis. Satis vanè, si hæc non propter eum passi sunt, qui propter se passuros pronuntiarat, sed propter Christum Dei alterius. Atquin Christum, inquam, alterius Dei dicitis, à creato-
» ris virtutibus & potestatibus, vt ab æmulis in crucem actum. Sed ecce defensus ostenditur à creatore,
Isai. 53. [186] & dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet subreptum eum asseuerauerant, & locupletes pro morte eius, qui scilicet & à Iuda traditionem redemerant, & à militibus falsum testimonium ca daueris subrepti. Igitur aut non propter illum acciderunt ista Iudæis, sed reuinceris conspirante sensu scripturarum cum exitu rerum & ordine temporum: aut si propter illum acciderunt, non potuit creator vlcisci, nisi suum Christum, remuneraturus potius Iudam, si aduersarium Domini sui peremissent. Certè si nondum venit Christus creatoris, propter quem hæc passuri prædicantur, quum venerit ergo, patientur. Et vbi tunc filia Sion derelinquenda, quæ nulla hodie est? [187] Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam
Isai. 1. in tumulis? Vbi dispersio gentis, quæ iam extorris? Redde statum Iudææ, quem Christus creatoris
Marc. 16. inueniat, & alium contende venisse. [188] Iam verò quale est, vt per cœlum suum admiserit, quem in terra sua esset interempturus, honestiore & gloriosiore regni sui regione violata, ipsa aula sua & arce cal-
Exod. 20. cata? An hoc magis affectauit? Planè Deus zelotes, tamen vicit. Erubescat qui victo Deo credis. Quod
C. XXIII. sperabis ab eo qui se protegere non valuit? Aut enim per infirmitatem oppressus est à virtutibus & ho-
» minibus creatoris, aut per malitiositatem, vt tantum illis scleris patientia infigeret. [189] Immò, in-
» quis, spero ab illo (quòd & ipsum faciat ad testimonium diuersitatis) regnum Dei æternæ & cœlestis
» possessionis. Ceterùm vester Christus pristinum statum Iudæis pollicetur, ex restitutione terræ, &
post decursum vitæ, apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium. Deum optimum, si reddit placatus, quod E
Luc. 15. & abstulerat iratus. O Deuum tuum qui & cædit & sanat, condit mala & facit pacem. O Deum etiam
ad inferos vsque misericordem. [190] Sed DE SINV ABRAHÆ suo tempore. [191] De restitutione ve-
Isai. 43. rò Iudææ, quam & ipsi Iudæi, ita vt describitur, sperant, locorum & regionum nominibus inducti, quomodo allegorica interpretatio in Christum & in Ecclesiam, & habitum & fructum eius spiritaliter competat, & longum est persequi, & in alio opere digestum, quod inscribimus DE SPE FIDELIVM, & in præsenti vel eo otiosum, quia non de terrena, sed de cœlesti promissione sit quæstio. Nam & confitemur in terra nobis regnum repromissum, sed ante cœlum, sed alio statu, vtpotè post resurrectionem
Apoc. 20. in mille annos in ciuitate diuini operis Ierusalem cœlo delata, quam & Apostolus matrem nostram
& 21. sursum designat, & πολίτευμα nostrum, id est municipatum in cœlis esse pronuntians, alicui vtique
Gal. 4. cœlesti ciuitati eum deputat. [192] Hanc & Ezechiel nouit; & Apostolus Ioannes vidit, & quiapud fi-
Philipp. 3. dem nostram est nouæ Prophetiæ sermo testatur, vt etiam effigiem ciuitatis ante representationem
Ezech. 48. eius conspectui futuram in signum prædicarit. [193] Denique proximè expunctum est Orientali expedi-
Apoc. 21. tione. Constat enim, ethnicis quoque testibus, in Iudæa per dies quadraginta matutinis momentis ciuitatem de cœlo pependisse, omni mœniorum habitu euanescente de profectu diei, & aliàs de proximo nullam. Hanc dicimus excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis omnium bonorum vtique spiritalium copia, in compensationem eorum quæ in seculo vel desperimus vel amisimus à Deo prospectam. Siquidem & iustum & Deo dignum, illic quoque exultare famulos eius, vbi sunt & afflicti in
Ibidem. nomine ipsius. Hæc ratio regni cœlestis. Post cuius mille annos, intra quam ætatem concluditur sanc-
1. Cor. 15. torum resurrectio, pro meritis maturiùs vel tardiùs resurgentium, tunc & mundi destructione & iu- F
Matth. 22. dicij conflagratione commissa, demutati in atomo; in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelæ superindumentum transferemur in cœleste regnum, de quo nunc sic ideò retractatur, quasi non prædicato apud creatorem, ac per hoc alterius Dei Christum probante, à quo primo & solo sit reuelatum. Discè iam hinc illud & prædicatum à creatore, & sine prædicatione credendum apud creatorem. Quid tibi videtur, quum Abrahæ semen post primam promissionem, [194] quum in multitudi-
Gen. 13. nem arenæ repromittitur, ad instar quoque stellarum destinatur, nónne & terrenæ & cœlestis dispo-
Gen. 15. sitionis auspicia sunt? Quum Isaac benedicens Iacob filium suum, Det, ait, tibi Deus de rore cœli, & de
Gen. 27. opimitate terræ, nónne vtriusque indulgentiæ exempla sunt? Denique animaduertenda est hîc etiam structura benedictionis ipsius. Nam circa Iacob, qui quidem posterioris & prælatioris populi figura est, id est, nostri: prima promissio cœlestis est roris: secunda, terrenæ opimitatis. Nos enim primò ad cœlestia inuitamur, quum à seculo auellimur, & ita posteà inuenimur etiam terrena consecuturi. [195] Et
Luc. 12. Euangelium vestrum quoque habet: Quærite primùm regnum Dei, & hæc adijcientur vobis. Cete-
Gen. 27. rùm ad Esau promittit benedictionem terrenam, & subijcit cœlestem: De opimitate terræ (dicens) erit inhabitatio tua, & à rore cœli. Iudæorum enim dispositio in Esau priorum natu, & posteriorum affectu filiorum à terrenis bonis imbuta per legem, postea ad cœlestia per Euangelium credendo deduci-
Gen. 28. tur. [196] Quum verò Iacob somniat scalas obfirmatas in terra ad cœlum, & angelos alios ascendentes, & alios descendentes, innixum desuper Dominum temerè si forte interpretabimur, scalis his iter ad cœlum demonstrari, quò alij perueniant, vnde alij decidant, Domini constitutum esse iudicium. Cur autem

aūtem vt euigilauit, & primùm loci horrore concussus est, conuertitur ad interpretationem somnij? Quum enim dixisset, quā terribilis est locus iste, Non est, inquit, aliud, sed ædes Dei, & hæc porta cœli. Christum Dominum enim viderat, templum Dei, & portam eundem per quem aditur cœlum. Et vtique portam cœli non nominasset, si cœlum non aditur apud creatorem. Sed est & porta quæ recipit, & quæ perducit, strata iam à Christo, de quo Amos: [197] Qui ædificat in cœlum ascensum suum, vtique non sibi soli, sed & suis qui cum illo erunt. [198] Et circumdabis enim illos tibi, inquit, tanquam ornamentum sponsæ. Ita per illum ascensum ad cœlestia regna tendentes miratur spiritus dicens: [199] Volant velut qui sunt milui. [200] Vt nubes volant, & velut pulli columbarum ad me; scilicet simpliciter vt columbæ. Auferemur enim in nubibus obuiam Domino, secundum Apostolum (illo scilicet filio hominis veniente in nubibus, secundū Danielem) & ita semper cum Domino erimus, caetenus dum & in terra & in cœlo, qui ob vtriusq; promissionis ingratos, ipsa etiam elementa testatur: [201] Audi cœlū, & in aures percipe terra. Et ego quidem, etiamsi nullam spei cœlestis manum mihi toties scriptura portrigente, satis haberem huius quoque promissionis præiudicium, quòd iam terrenam gratiam teneam, expectarem aliquid & de cœlo, à Deo cœli, sicut & terræ: ita crederem Christum sublimiora pollicentem, eius esse qui & humiliora promiserat, qui & experimenta maiorum de paruulis fecerat, qui hoc inauditi si forte regni præconium soli Christo reseruauerat, vt per famulos quidem terrena gloria, cœlestis verò per ipsum Deum annuntiaretur. At tu hinc quoque alium argumentaris Christum, quòd regnum nouum annuntiet. Prius est, aliquod exemplum indulgentiæ proferas, ne meritò dubitem de fide tantæ promissionis quam sperandam dicis; immò ante omnia est, vt quem cœlestia prædicas repromittere, aliquod cœlum probes eius. At nunc vocas ad cœnam, nec domum ostendis: allegas regnum, nec regiam monstras. An quia Christus tuus cœlestē regnum repromittit, non habens cœlum? quomodo & hominem præstitit, non habens carnem? O phantasma omne, ô præstigia magnæ etiam promissionis.

Amos 9.

Isai. 49.

Isai. 31.
Isai. 60.
1. Thess. 4.
Dan. 7.

Isai. 1.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM III. ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. Secundum vestigia pristini erroris, &c.] *Caput hoc inscriptionis:* Christum, non alterius Dei intelligendum, quām creatoris. *Atqui fuisse* amissum pristinum opus, fraude tunc fratris dehinc Apostatæ, *suprà habes initio libri primi.*

2. post decursam defensionem vniæ diuinitatis, &c.] *Nempe libris duobus præcedentibus.*

3. illic scilicet pronuntiandam regulæ interuersionem, vbi posteritas inuenitur, &c.] *Ipsum tum late tractauit Author suprà lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 20. ac sequ. vtì suprà etiam adnotauimus lib. 1. aduers. Marc. cap. 1. num. 23. Ad quem locum haud dubie adiudi, quem hic subdit:* Quod etiam primo libro intexui, *sicuti ad præditum librum de Præscriptionibus hæ ad laudatur illi verbo:* Ceterùm in præscriptionum compendijs vincit; *eus similes locos eodem libro adnotatos habes cap. 15. num. 98. Eodem pertinet, quod infrà dicit cap. 3.* Fidei victricis vetustatis.

CAP. II.

4. Hinc denique gradum conferto, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Suspectum esse, quòd tam subitò venerit Christus Marcionis, antequām pater de eo testaretur. *Atqui de Prouerbio:* gradum conferte, *vide nostra Prolegomena; quod plates magis, quàm illud* Mus cod. *MS. Vatic.* gradum consero. *Lego autem prorsus ex vtroque Vaticano:* hoc enim ordinis fuerat. *Et est Tertullianicum:* præeunte suggestu eius.

5. quem numquam mandator designauit, &c.] Mandator *(inquit Rhenanus) est, qui aliquid agendum committit,* Mādatarius, *qui suscepit. Repetit autem mox iterum & tertiò:* Mādatorem, *& rursum cap. 4. Leg. mus deinde more Tertullianico:* At quin, *pro.* At qui. *Tertullianica verò sunt:* caetenus, quā, *&:* paraturam (*sicuti de hoc postremo etiam adnotauit Rhenanus*) *item:* subtructam.

CAP. III.

6. Non fuit (inquis) ordo eiusmodi necessarius, &c.] *Inscriptionem huic fecimus capiti:* Quòd solæ signorum virtutes Christum Dei filium non probauerint. *Sunt autem verba Marcionis vsque ad illud:* At ego negabo, &c.

7. exauctorauit.] *Hoc est (inquit Rhenanus) auctoritate destituit, infirmauit, vtpote certè Tertulliano frequentissima.*

8. Siquidem edicens multos venturos, &c.] *Paraphrasticos est ad illud Matth. 24.* Multi venient Pseudochristi, &c. *Ibi autem:* temerariam signorum & virtutum fidem, vt etiam apud Pseudochristos facillimam, *haud ab similè est illud suprà lib. de Præscriptionib. aduers. hæret. cap. 44. num. 289.* Adijciant præterea multa de auctoritate cuiusque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ suæ fidem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformasse; futura significasse, vti meritò Apostoli credederentur, quasi nec hoc fieri potuerit sine: venturos multos, qui etiam virtutes maximas ædarent. *Sic etiam B. Augustin. lib. 13. contra Faustum, c. 5. Miraculo non facitis, quamquam si faceretis, caueremus, per ipsum nentem nos Dominum, & dicentem: Exsurgent multi, &c. & Tract. 14. in Ioannem: Pontius fecerit miraculum, & Donatus orauerit, & responderit Deus de cœlo: primò, aut falluntur, aut fallunt; postremò, fac illos montes transferre, si certa tem non habent, nihil sunt; sed quomodo habeant, qui diuiserunt vnitatem? Atqui non propterea senssisse Auctorem veritatem signorum & virtutum apud hæreticos aliquando fuisse, aut futuram; patet tum infrà lib. 5. aduers. Marc. cap. 16. vbi tractauit illud 2. Thessal. 2. ait:* Quæro, cur veniat in omni virtute, & signis, & ostentis mendacij, *tum apertius suprà lib. de Anima, cap. 57. vbi ostendit* animam Samuelis Prophetæ à pythonico spiritu non extractam, *ex eo inter cetera, quòd dæmonia Antichristo sit signa portenti futura adiuturus, addens,* eundem spiritum & in Pseudoprophetide, & in Apostata facilè mentiri. *Quod ipsum etiam paulò prius ibidem hu verbu confirmatur:* Corpora denique videbantur Pharaoni & Ægyptijs Magicarum virgarum dracones, sed Moysei veritas mendacium deuorauit; *addens* i mendacio posse Simonis hæreticos etiam Prophetarum animas ab inferis mouere; *vbi vide & Adnotat. nostras num. 636. 637. & 638. Haud dubie is hic imitatus B. Irenæum lib. 1. cap. 8. & apertius libr. 2. cap. 37. quem etiam locum descripsit Eusebius in Ecclesiastica historia. Valuat ergo quo Ter-*

tullianam aliter interpretantur.

9. quasi locum in balneis, &c. occupauit, &c.] *De hoc prouerbio vide nostra Prolegomena.*

10. hoc fidem cludet.] *Vatic. MS. cod. legit:* eludet: *vtrumque nō malè*: cludere *enim proclaudere vsitatum vsitatum, Varronis de re Rustica l. 3. Plinii lib. 37. Senecæ Thebaidos 1. & ipsi quoque Ciceroni lib. 2. de Natura Deorum.*

11. interdum per famulos suos retrò ædidisse, interdum per Christum suum sumendas destinasse.] *Priori parte adludit ad illud: vt tuo rec per Moysen additas, Exod. 7. & deinceps, posteriori ad illud 1 Ioan. 61. Spiritus Domini super me, &c. sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæca visum. Id enim de se Christus interpretatur Luc. 4.*

CAP. IIII.

12. Dedignatus opinor est, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Debuisse proinde Christum Marcionis, non ante, sed post Christum Creatoris venire. *Sunt autem Tertullianicæ voces:* reuincendi, retractare, intercessionem *pro obstaculo*, temporis alienidecursum *neutro genere. Siue autem legas cum excusis:* & vanus vtrobique, *sine cum 1. Vatic. MS. cod.* vanus in vtroque, *perinde est.*

13. tunc si fortè credendus est.] Si fortè, *pro:* fortè *sicut etiam hic adnotauit Rhenanus, & alibi frequentissimè.*

CAP. V.

14. His præluserim, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* De duabus causis seu duplici intellectu eloquij Prophetici. *Non refert autem siue cum excusis legas:* præluserim, *siue cum 2. Vatic. MS. cod.* proluserim; *&:* cominus, *cum illis, aut cum his:* comminus. *Atqui de Prouerbialibus formulis:* præludere de gradu primo, ad certum & comminus dimicare, ac aliquas lineas præducere ad quas erit dimicandum, *vide nostra Prolegomena.*

15. scripturarum formam, &, vt ita dixerim, naturam demandare.] *Notè dixit:* demandare, *pro eo quod est dicere: allegare, ac ex scripturis petere. Id enim non obscure significat, quum subiungit:* ne tunc in controuersiam deducte, quum adhibentur ad causas, &c. obtundant lectoris intentionem, *& deinceps:* Duas itaque causas prophetici eloquij adlego agnoscendas.

16. Vnam, quâ futura interdum pro iam transactis enuntiantur, &c.] *Quum varia sint huius exempla, in quibus* Prophetica diuinatio id quod prospicit quasi iam visum atque expunctum (*id est, etiam Rhenano interprete, adimpletum*) pronuntiat, *vnicum adfert Isai. 50. Auctor testimonium:* Dorsum meum posui in flagella, &c. *de quo vide supra lib. de Resurr. carn. cap. 10. num. 151. Est autem adnotatu digna iam tum varia expositio eius loci, siue de* Christo secundum nos, *id est Ecclesiæ interpretationem, siue de* Propheta Isaia secundum Iudæos; *quippe qui interpretationibus talibus verba Propheta rum de præuaricant. Legimus autem secundo loco:* vniformem statum temporum, *ex 1. Vatic. MS. cod.*

17. Alia species erit, qua pleraque figuratè portenduntur.] *Huius plura exempla recenset Auctor, eò quod diuersa sint: ænigmata, allegoriæ, & parabolæ, sicuti manifestius est, quàm vt pluribus sit opus.*

18. Nam & montes legimus destillaturos dulcorem, &c.] *Siue secundum vulgatum, siue:* distillaturos *cum MS. 1. Vatic. cod. non refert; vtrumque enim Columella vsitatum est eodem significatu. Atqui quamquam reperiatur istud tum Ioel. 3. tum Amos 9. adnotauimus præmissa locum ad marginem, vbi legitur:* distillabunt montes dulcorem, *& colles fluent lacte. Ad quod etiam respexisse videtur Auctor, quum paulò post citat illud Exod. 3. ac 13.* terram lacte & melle manantem.

19. sæpam de petris, aut defrutum de rupibus, &c.] Sapam *inquit Varro de Vit. pop. Rom. lib. 1. sicuti à Nonio citatur*) *appellabant, quod de musto ad medium partem decoxerant*; defrutum, *si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defruefaciendo.*

20. placentas & famias.] *Latinitate comiestis legendum* Psomias, *ego malim* Psomia: *est enim ψωμίον Ioan. 13. quod transferunt interpretes, buccellam intinctam, quam Christus Iudæ tradidit, & apud alios, etiam variè carnium intinctam buccellam significat. Videtur itaque eius generis libi exigua Auctor intelligere. Nihil tamen immutandum putauimus, quòd etiam MS. cod. 2. Vatic. legant* Samias; *maximè quum apud Athen. lib. 14. Dypnosoph. cap. 19. mentio fiat placentarum Samiarum quæ in deliciis erant, à Samo earum opifice, quantum apparet, ita dictarum.*

21. aquilicem.] Aquilicem *(inquit Rhen.) apparebat videtur ab aquis aliciendis, quemadmodum aquilegem ab aquis vocant.* Aquilices *olim Tusci erant arte quadam & remedijs plumas elicientes, quam rem ignes numina ficeitas tantum non enecarent. Vide de illum* Aquilicium. Aquileges *inueniendorum fontium periti erant, & aquas ad aquæductus colligebant. Plinius lib. 26. cap. 6. Tussim, inquit, sedat bechion, quæ & Tussilago dicitur. Duo eius genera: Syluestris vbi nascitur, Subesse aquas credunt, & hoc habent signum aquileges. Memini Aquilegij, quæ ferstandarum aquarum ars est, Plinius lib. 31. Sed videntur mihi posteriores ipsam differentiam non obseruasse, quando Aur. Arcadius Isreensi ulte. Digest. de iure immunitatis, lib. 50.* Aquilices *etiam inter eos refert, quibus grauior conditio vacationem aliquam munerum tribuit; aquileges, vt arbitror, intelligens. Structores, inquit, carpentarij, scandularij, gladiatores, aquilices, subarij, cornerij, arcuarij, &c. Apparet porrò, omnium disciplinarum ac rerum absolutissima cognitione præditum fuisse Tertullianum, ex hoc loco, & alijs similibus.*

22. Ponam flumina in regione sitienti, &c.] *Hæc citat ex Isaia, partim cap. 41. partim 43. Nam illud:* Ponam flumina in regione sitienti, *reperitur cap. 43. vbi* ποτὸν *vertit:* terram sitientem, *pro eo quod B. Cypr. lib. 2 Testim. adu. Iud. c. 4. in inaquosam terram, ac Latium interpres LXX. in inaquosa. Et ipse Tertull. lib. 4. cap. 13. in* terra inaquosa. *Illud* χερσὸν: *& in solitudine (vbi eandem vocem ψωδῶ p. 9 vertit B. Cypr. Epist. 63. ad Cæcil.* locum inaquosum) cedrum & buxum, *(sic enim transpono hæc verba secundum editiones omnes) Isai. 43. Rursum quod sequitur:* Benedicent, &c. *Isai. 43.*

23. Benedicet me bestiæ agri, &c.] Benedici *(inquit Rhenanus) eleganter interpretatur, sanctâ omnia ab aliquibus, siue sanctum omen ab aliquo referre.* Agri: Filias passerum *transtulit Auctor, pro eo quod alij: struthionum, quia* στρουθὸν *vtroque significat. Verum* Sirenes, *Græcè* σειρῆνες, *appellatas monstruosas fabulosasque cantatrices, ostendit se agere de Sirenibus illis Virginibus, quarum notissimam fabulam primus commentus est Homerus Odyss. 12. non verò de auibus illis, quarum Plinius meminit lib. 10. cap. 47. quod confirmatur ex eo, quòd vox Hebræa & dracones significet, sicuti B. Hieronym. transtulit, & fabulas quam adeò LXX. transtulerunt* Sirenes, *easque (vti addit Auctor) fabulosas.*

24. hæreticorum Apostolus.] *Intelligit Apostolum Paulum per Marcionem editum ac truncatum, qui tamen eiusm interpretetur legem de bubus (*bubus, *vtis legit alter Vatic. MS. cod.*) terentibus; de quo loco *vide supra lib. 2. aduersus Marcionem, cap. 17. num. 109. ac de petra potui subministrando comite Christo, 1. Cor. 10. infra lib. 5. aduers. Marc. cap. 7. sicuti etiam de duobus argumentis filiorum Abraham, Gal. 4. & similiter quod suggerit Ephesijs, cap 5. de duobus futuris in vnam carnem, id est in Christum & Ecclesiam agnoscere. Atqui lege:* docens proinde & Galatas, *pro:* ad Galatas, *ex 1. Vatic. MS. codice.*

CAP. VI.

25. Si satis constat de istis, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quòd Christum ignoratum iri à Iudæis, atque adeò etiam Marcionitis eodem errore sociatis, per scripturas prænuntiatum sit. *Est autem in hoc imitatus B. Justinum Martyrem ad u. Tryphonem; & Auctorem vicissim B. Cyprianus ino infrà etato.*

26. Iudaicæ litteraturæ, &c.] *Eaqui Auctorem recte adnotat Rhenanus de libris veteris Instrumenti, quos supra Tom. 1. Apologet. cap. 19.* Iudaicum *sacramentum nuncupar. Alibi certè Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 10.* litteraturam *interpretatur* litteratoriam

toriam eruditionem; nec abſimiliter alicubi libi. de Anima. Tertullianicum verò eſt illud: tetractetur. Atqui ſine legas: atque ita coacta eſt, ut vulgo legitur, ſinas: at que inde cum Vat. 1. MS. cod. non refert.

27. Rhodia lex.] Notat, inquit Rhenanus, Marcionem, quod nauclerus eſſet & Barbarus, adludens ad legem Rhodiam de iactu, cum ſit mentio in libro Digeſt. titulo, Ad legem Rhodiam de iactu. Ea lex ad nauigantes, & nauarchum ipſum pertinet, iubens eos clàm è naui mercium damnum, iuxta ſeruatarum rerum æſtimationem ab vnoquoque eſſe compenſandum. Hic proprie de ea re non agit, ſed ioco tantùm gratia Marcionis, qui nauicularium olim fortaſſis exercuerat, in Barbara Ponti regione natu; nō Rhodiam legem (quæ nautica quidem eſt ſed tamen Romana, ac à prudentiſſimo hominibus lata) verùm Ponticam ac Barbaram aliquam legem cauſſis ſcribit; errare Iudæos in Chriſtum ſuum, nonlitere. Quomodo verò nauclerus dicatur, & quòd Ponticus Marcion, ſupra vide initio lib. 1. num. 2. Recte etiam adnotat Rhenanus: deceptui, accipi pro deceptune. Atqui. Vatic. MS. codex hic legit: cauetit, pro: caucrat, & mox: fuerat, pro: fuerit, ſed perinde eſt.

28. Porrò quum & præcidatum ſit, non agniturosēos Chriſtum, ideò que citam perempturos, &c.] Non dubito quin reperire ſit euſcenſis ſcripturas in veteri Teſtamento, ſed ad eas omnes reſpexit Apoſtolus 1. Cor. 2. hiu verbis: Ceterum ſi ciſſent, numquam dominum gloriæ crucifixiſſent, de quibus latius infrà Auctor lib. 5. adu. Marc. cap. 6. Supplemus autem ex Vatic. 2. MS. cod. vtique & ignorabilem.

29. ſed reſeruatis eis ad cauſſam paſſionum, &c.] Nempè ad caput ſequens, vbi paſſiones Chriſti prædictas oſtendit. Atqui ſicuti paulo antè: præcidatum, eodem & hic & alibi ſignificatu præcidationes, pro prædictionibus, accipit Auctor. Legat autem Lector: ſufficit cum Vulgatæ, vel ſufficit cum 1. Vatic. MSS. cod.

30. Aſperam, inquit, ſapientiam ſapientium illorum, &c.] Quumhic addat: illorum, & mox: eorum, patet additum fuiſſe hic olim apud 70. αὐτῶν, quod hodie deſideratur; & tamen lectium olim, eſt verſimile, quum ſic legatur tam à Chaldaico Paraphraſte, quàm in Hebræo contexto, & etiam prioris loco, à B. Iuſtino Martyre aduerſus Tryphonem.

31. Et: Aure audietis, &c.] Omnino ſic diſtinguendum, neque enim, Et, reperitur Iſai 6. Mirum eſt autem quomodo vertat: & oculis videbitis, quum non modò apud Iſaiam, ſed & Matth. 13. & Act. 28. legatur ab omnibus, qui LXX. editionem citant & videntes videbitis; nec diſſentiunt Hebræa & Chaldaica editiones, neque etiam B. Cypr. Teſt. lib. 2. cap. 3. Vbi locum hunc imitatur hoc titulo: Quod Dominum neque cognituri neque intelleſturi, neque receptui eſſent; niſi fortaſſis reſpexerit ad illud Rom. 11. Vbi etiam ad hunc locum Iſai. adludit: Dedit illis Deus ſpiritum tranſpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, quamquam hoc ad ſequentia referri poſſit.

32. nequando auribus audiant, & oculis videant, &c.] Elegantiegratia, Vmagn correſpondeat illi: auribus grauiter audierunt, & oculos concluſerunt, videturſtudi tranſpoſuiſſe Auctor: pro eo quod aly omnes, locu mex citatis, & Ioan. 12. ipſe quoque Cyprianus, nequando oculis videant, & auribus audiant. Tranſtulit autem: conijciant, vocem Græcam συνῶσι, pro eo quod aly omnes: intelligant; atque adeò accipit: conjecere, pro cogitare, ſeu mente reuoluere, iuxta ſignificationem alteram vocis Græcæ.

33. Iabijs diligentes Deum, &c.] Hic rurſum differt Auctor legendo: diligentes Deum, pro eo quod B. Auguſt. alicubi: colentes, & aly omnes: honorantes: etiam B. Iren. lib. 4. cap. 25. & Iuſtinus Martyr vbi ſupra. Fortaſſis idcò, quia eo quòd colimus & honoramus aliquem, diligimus, aut dilectionem ſimulamus, eadem ſignificatione qua τιμάω, & honore digmus, & charum transferri ſolet.

34. ſecundum Amos Prophetam, &c.] Omninò legendum: Amos. Nam præterquam quòd Amos ab Auctore adſcribatur hæc Prophetia: Qui ſolidat to nitruum, &c. ſupra l. adu. Heron. cap. 32. non reperitur vſquam ſimile quid apud Iohelem, at legitur ſecundum LXX. Amos 4. & eius titulo citatur etiam ab Ambroſio lib. 2. de Spiritu ſanctō, c. 7. B. Baſilius contra Eunomium, lib. 4. Athan. l. de Fid. vnit. & trinit. ac l. Contra eos qui dicebant Spiritum ſanctum eſſe creaturam, Euſeb. Demonſt. Euang. li. 4. cap. 22. B. Auguſt. li. 18. de Ciuitate Dei, c. 21. & Concilio Sardienſi, referente Socrate hiſt. l. 2. c. 20. & Didym. lib. 11. de Spiritu ſanctō. Qui etiam omnes cum Auctore legunt, & eodem modo interpretantur illud: adnuntians in homines Chriſtum ſuum, pro eo quod B. Hieron. vertit: eloquium. Quod contigiſſe ex ſimilitudine vocum Hebraicarum, quòd ille legerit: Maiecho, LXX. verò Meſicho, adnotauit Leo de Caſtro in Comment. huius Prophetæ, qui 34. cxx. ſac apud Reuerendiſſ. Dn. Lindanum Ruremundenſem Epiſcopum.

35. ſi omnis ſpes ludzorum, nedum dicam etiam gentium, &c.] Alludere videtur tum ad illud Hier. 14. Expectatio Iſrael Saluator ſius: ſaluans, vti habent LXX. & illud Gen. 29. Ipſe erit expectatio gentium; nam ſpem non aliud eſſe quam expectationem bonı, ipſe Cicero definuit lib. 4. Tuſcul. queſt. atque adeò pro expectatione ab Auctore hic accipitur. Atqui ſine legas ex Vat. 1. MS. cod. tedeſtinabatur, ſine: deſtinabatur cum aly n, non refert; verùm ex eodem ſupplemus: & prudentibus eorum (id eſt, Phatiſæis) eo quod illud: eorum ſupra legatur num. 30.

36. ſecundum quod & alibi: Et quis cæcus, &c.] Sic recèns hunc locum diſtinximus; ſcripturam ea tam Iſai. 42. eodem modo interpretantur BB. Iuſtinus Martyr, vbi ſupra, Hieron. Theodor. ac Procopius in Comment.

37. Nos quidem certi, Chriſtum ſemper in Prophetis locutum, &c.] Quod B. Aug. lib. 2. de Trinit. & adu. Maxim. Arianum adſirmare non audet, pro certo pronuntiat Auctor; non modò locutum ſemper in Prophetis Chriſtum, ſed & in Dei nomine & auditum & viſum; idque non hic dumtaxat, ſed etiam ſupra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 9. num. 14. 15. ac 16. & infrà rurſus lib. 5. adu. Marc. vbi Epiſt. 2. ad Cor. tractat. ac lib. adu. Praxean. Verùm de hoc eius Paradoxo latius inter Prolegomena.

38. Spiritum ſcilicet creatoris.] De hoc etiam tum Auctore, tum aliorum quorumdam veterum, etiam B. Cyprian. paradoxo (quod habet etiam ſupra Tom. 1. Apolog. cap. 21. num. 314. & Tom. 2. lib. de Orat. cap. 1. num. 2. de loco meæ citato lib. adu. Praxean) vide noſtra Prolegomena. Reperitur etiam ſecundò pauliopiſt: & ſpiritum (id eſt) Chriſtum creatoris, & rurſum: Non negans enim filium & ſpiritum & ſubſtantiam creatoris eſſe Chriſtum eius.

39. Spiritus perſonæ eius, Chriſtus Dominus.] Ita omninò legendum cenſeo, pro: Perſona ſpiritus noſtri Chriſtus Dominus. Nam imprimis nimium variarez Auctor à LXX. Thren. 4. vbi legitur non modò iuxta Græcos & Latinos tolitesti Spiritus faciei noſtræ, ſeu: vultus noſtri, ſiue: ante faciem noſtram, Chriſtus Dominus, ſed etiam ſi deus citatur verbu in eandem ſententiam à B. Iren. lib. 3. cap. 11. B. Iuſt. Mart. Apolog. 2. ad Anton. Pium, & Rufinus in Symbolum, à quibus etiam haud multum diſſentit edito Hebraa, quæ legit: Spiritus oru noſtri, & Chaldæus: ſpiraculum ſpiritus vitæ qui eſt in naribus noſtris. Deinde ſic legit & etiam interpretatur eundem locum Auctor infra lib. aduerſus Praxean: Nam & ſcripturæ quid dicit? Spiritus perſonæ eius Chriſtus Dominus. Ergo ſi Chriſtus perſonæ paternæ ſpiritus eſt; meritò ſpiritus, cuius perſona erat, id eſt, patris eius, faciem ſuam, ex vnitate ſcilicet, pronuntiauit. Pro qua etiam facit quod legit infrà loco citato, lib. 5. aduerſ. Marc. cap. 11. & ſupra quoque lib. 2. cap. 27. Perſona Dei Chriſtus Dominus. Atqui perſonam pro vultu ſeu facie accipi ab Auctore, tum ex hiſ locu patet, tum quod infrà eodem locolib. 5. aduerſ. Marc. legat ex Pſalmus: Significatum eſt ſuper nos lumen perſonæ tuę Domine, pro eo quod vulgatus interpres: vultus tui. Ceterùm differt in eo à LXX. quod legat: perſonę eius, pro eo quod aly omnes: noſtræ.

40. Dereliquiſtis Dominum, &c.] Tandem aliquando deprehendi ſtudi habere Iſai. 1. iuxta LXX. pro eo quod ex Hebræo vertit B. Hieron. Dereliquerunt Dominum, & blaſphemauerunt

Sanctum Israel; idque ex B. Cyprian. tum hoc citato, vbi idem argumentum tractat, tum etiam alibi. Huc etiam adludens Tertull. supra lib. adu. Iud. cap. 3. ac 13. legit: & ad indignationem prouocastis sanctum Israel, *& similiter infrà huius libri cap. 22. Sine autem lege:* qui partem non agnouerunt, *cum Vatic. 1. MS. cod. sine cum Vulgatis:* agnouerint, *perinde est.*

41. Id enim intelligi vel non intelligi capit, &c.] *Sapit (inquit Rhenanus) iam indicauimus vsum verbi* capit *apud hunc Auctorem. Simillimum est illud libro proximè superiori, c. 9.* Capit etiam, *inquit*, imaginem spiritus dicere flatum. *Atqui quod pro:* Christum auertasti, *non hic modò, sed etiam alibi Vat. 1. MS. cod. legit:* auersati, *non dissimiliter, ob similes nonnullas Auctoris phrases: sed nolui in contextu quicquam immutare, quòd alter Vatic. MS. legat:* auertasti.

42. planum in signis.] *Rectè ad marginem adnotauit Rhenanus, hoc est: impostorem. Simile est illud Tom. 1. Apolog. cap. 21.* vti magum æstimarent de potestate, *vbi vide Adnot. nostras num. 321. Eadem significatione Plinius lib. 35. cap. 18.* loquitur de Plano Regio, *qui Ptolomæo in deliciis erat. Nam à Graca voce πλάνος in familiam Latinam transiit ea vox, quam adeò etiam de impostoribus quibusdam interpretatur Eustathius Homeri interpres in Odyssean.*

Cap. VII.

43. Discat nunc hæreticus ex abundanti cum ipso licebit Iudæo, &c.] *Capiti huic inscriptionem dedimus:* De duplici Christi aduentu à Prophetis demonstrato. *Atqui ipsi dem verbis hic repetit quæ supra lib. adu. Iud. cap. 14. ex quo aliquot hic loces castigauimus, & hunc vbi vitiosum.*

44. tationem quoque errorum eius, à quo ducatum mutuatus, &c.] Mutuatus *(inquit Rhen.) ad virtutumque Accusationum referitur. De Prouerbio verò:* cæcus à cæco in candem deductus foueam, *vide nostra Prolegomena.*

45. Duos dicimus Christi habitus, &c.] *Meminit eiusdem rei non modò hic Auctor, sed etiam Apologet. cap 21. num. 320. Supplemus autem:* os suum *ex MS. cod. supra, quæ & Græce & Latinè ab omnibus legitur.*

46. nec aspectu quidem honestus, &c.] *Similiter etiam:* nec, *pro:* ne Honestus *(inquit Rhen.) pro pulcro, ceu supra adnotauimus. Sic accipiendum quod infrà sequitur:* omni in honestate prostratus, *id est: deformitate.*

47. Vt positus à patre, &c.] *Hic nouam periodum distinxi, quòd habeatur alibi, nempè Isai. 8. saltem iuxta sententiam LXX. quem locum rectè interpretatur de Christo. Nam consentit B. Petrus epist. 1. cap. 2. quum dixit: Credentibus honor, non credentibus lapis offensionis & petra scandali. Sicuti & ibi:* Minoratus, &c. *ac rursum:* Vermem se pronuntians, &c. *quia illud repetitur Psalm. 8. hoc verò Psalm. 21. Atqui noua voce:* nullificamen *ab Auctore transfertur, quod supra:* abiectionem.

48. & aderat in conspectu eius, &c.] *Adiecimus: &, ex lib. aduers. Iudæos, quia Græcè legitur Daniel. 7. Vbi pro eo quod Græcè est dumtaxat:* καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία, *transtulit Auctor:* & aderat in conspectu eius, & qui adistebant, adduxerunt illum, *non hic modò, sed etiam supra. Quilegisse etiam videtur dumtaxat:* καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ βασιλεία, *quod verum:* potestatem regiam, *quam ab aliis interpretatur etiam:* καὶ τιμὴ, *id est: & honor.*

49. Tempestiuus, &c. decore, &c.] *De vocibus Tertullianicis:* Tempestiuus, *ac:* tempestiuitate, *vide supradictum lib. adu. Iud. cap. 9. num. 108. Legunt autem MS. Vat. 2.* benedixit te Deus in æternum, *pro:* in æuum; *sed quia hoc etiam paulò ancè legitur, mal'uimus retinere. Supplemus verò sicuti supra:* sub pedibus eius.

50. Tunc & cognoscent eum qui compugerunt eum, &c.] *Supra:* quem; *sed perinde est: vbique enim in hoc loco Zachar. 12. citando variat Auctor, sicuti non semel adnotauimus. Supplemus verò sicuti supra:* in humilitate conditionis humanæ constitutum, *& transfixum:* quia &: Natiuitatem eius (inquit Isaias) quis enartabit? *ac:* immò & in ipsius nominis sacramento, *pro:* ipso.

51. & exornatus podere & mitra & cidari munda, &c.] *Retenta est ab Auctore vox Graca* ποδήρη, *quam Latinus LXX. interpres rectè vestem talarem transtulit, qua à talo, scienti vexilla* ΔΟΤΗ ΤΟΥ ποδῆρ, *deducta est. Deinde addit explicationis causa:* & mitrâ, *qua neque Græce, neque Chaldaicè, Hebraicè, aut Latinè aliud legitur quàm:* cidari munda. *Sunt enim Synonyma* mitra, cidaris, *pro sacerdotali capitis ornamento.*

52. Si enim & duorum hircorum qui ieiunio offerebantur, &c.] *Locum hunc desumpsit hauddubiè Auctor ex B. Iustino Martyre aduersus Typhonem. Sic enim illes. Et qui in ieiunio duo hirci pares accipi iubebantur; quorum alter ex emissarius (*ΔΟ πομπαῖος*) malorumque depulsor fiebat; alter autem in oblationem iumebatur, duorum Christi aduentuum designatio erant. Priorio quidem, quum eum velut emissarium atque eremnas auertentem emiserunt seniores vestri & sacerdotes, manus ei inferentes, & morte illum multantes. Posteriorus autem, quum in eodem Hierosolymorum loco, ipsum agnoscitis ignominia à vobis adfectum. Ac paulopost: Etenim, quòd ibidem duorum hircorum, qui in ieiunio offerti sunt iusti, oblati, non alibi quàm in Ierusalem fieri permissa est, scitis. Addens autem vterque:* in ieiunio, *significare videtur illam* oblationem duorum hircorum *fieri solere mense septimo decima die mensis, quo iubebantur adfligere animas suas religione perpetua, cuius eodem capite fit mentio; Nam adfligere animas interpretatur B. Hieronym. lib. 1. aduersus Iouinian.* ieiunare. *B. Cyrillus in Commentario id ipsum significat, vocans festum illud Propitiationis, quòd alij Expiationis, quod tertium erat præcipuarum sollemnitatum, scitis pater Leuitici 23. ad quæ omnes Hierosolymam profectos tenebantur. Atqui supplemus ex supedicto lib. aduersus Iudæos:* à quibus & Iæus est, *& legimus:* Vnus quidem, *pro:* Alter autem, *ac:* consputatus, *pro:* consputus. *Perrò morum est, ex quo loco (nam Leuitici 16. non habetur) additum sit illud ab Auctore:* circumdarus coccino, maledictus, & consputatus, & compunctus, & conuulsus à populo; *nisi paraphrasticus dicatur id potius ad Christum referre quod ad Hæreum emissarium. De* Vilceratione *denique vide supra cap. 11. lib. adu. Iud. num. 164. ex quo loco supplemus:* id est secundum, qui est, *sine:* erit) in honore & gloria.

Cap. VIII.

53. Desinat nunc hæreticus à Iudæo, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus:* Quòd si Christus in phantasmate, non in vera carne venerit, etiam verè mortuum non esse, neque resurrexisse pro peccatis nostris. *Eius dem argumenti est quod tractauit supra lib. de Carne Christi, cap. 5.* Verè mortuum & crucifixum esse Christum, & proinde verè etiam natum. *Atqui de Prouerbio:* Aspis à vipera mutuatur venenum, *vide nostra Prolegomena. Sine autem legas:* mutuate *cum Vatic. 1. MS. cod. sine:* mutuati, *cum aliis, non exstet.*

54. præcoquos & abortiuos.] *Similiter vocatur Vitea supra Tom. 1. lib. de Palio, cap. 1.* Romana præcoqua, *nisi quòd hic adiectiuè accipiatur. Perinde verò est, sine cum Vatic. 1. MS. cod. legas:* abortiuos, *sine cum reliquis:* abortius; *nam quod differant* aborsus *&* abortus, *supra alicubi ex Nono adnotauimus.*

55. incredibile præsumpserant Deum carnem.] *Adnotat Rhenanus Græcam esse figuram, ac si diceret:* Deum *secundum* carnem, *sed etiam consabsi sensus ipsi subintelligatur:* Deum carnem *factum.*

56. Si enim tangendo, &c.] Tangendo Christus à vitio liberauit, *Matth. 8. 9. 17. ac 20.* tactus verò ab aliquo, *Matth. 8. ac 14. Hos itaque locos ad marginem adnotauimus.*

57. tam impressè.] *Hoc Aduerbio (inquit Rhenan.) vsus est etiam supra, vt in libro de Carne Christi, cap. 12.* Et vt impressius dixerm. *Eodem, cap. 20.* Hoc quidem impressius, quòd factum potius dicit, quàm natum.

58. & quòd

58. & quòd resurrexerit tertia die, &c.] *Omninò sic lacum hunc effigiauit ex Vatic. 2. MS. cod. pro,* resurrexit, *quòd præcedat* mortuus fit, *&* sepultus sit.

59. deuertentis in terram, &c.] *Reflè etiam hîc accipit Rhenanus* deuertere *eadem significatione qua alibi:* deuertari, *ac:* deuerforia, *pro:* deuertere, *ac* diuerfari, *&* diuerforia. *Atqui prorsus legimus cum Latinis:* si Christus non resurrexit, *pro:* si Christus non valebit, *ex 1. Vatic. MS. cod. item:* Atque ita inanis est fides nostra, inanis est & prædicatio Apostolorum ; *nisi malit quis transponere verba, ſicut ipſe Apoſtolus 1. Cor. 15.* Inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra.

Cap. ix.

60. In ista quæstione, qui putaueris, &c.] *Titulum huic capiti dedimus :* Non suffragari Marcioni angelos Creatoris, qui Abraham & Loth apparuerunt, *Gen. 18. ac 19. Sunt autem verba Marcionis uſque ad illud (vbi proinde nouam periodum facimus)* Primò, &c. *Atqui ſimiles loci ſunt ſuprà l. de Carne Chriſti, c. 3. ac 6. & lib. de Reſurr. carn. c. 61.*

61. sed verè & solidæ subſtantiæ humanæ, &c.] *De hoc (quod mox repetis, & c. 11. iterum) vide Prolegomena noſtra inter Tertulliani paradoxa.*

62. qui etiam mundum ex nihilo in tot ac talia corpota, &c.] *Italegimus ex vtroque MS. Vatic. cod. pro:* &, *eo quòd ſubſtantiatur:* & quidem verbo. *Atqui quòd* mundum ex nihilo ædificauerit Deus, *ſuprà late tractatur lib. adu. Hermog. cap. 2. 15. 21. ac 22. & alibi frequentiùs.*

63. vndevnde producere, &c.] *Sic tum ex noſtra, tum ex Dn. Latinij conjectura ſupplemus, vbi* vnde *ſemel dumtaxat legebatur, & ſimiliter non multo poſt:* vndevnde ſumptam; *maximè quum ſubiungat:* & quoquo modo omninò dimiſſam. *Quare non eſt opus, vti accipiamus cum Rhenano,* vnde, *pro aliunde aut pro: vndelibet, vti interpretatur infrà l. 4. c. 18. illud:* qui neque vnde speraret.

64. Cæterùm & aliis hæreticis, &c.] *Agit de* Apelle, *qui (ſicut indicatur ſuprà lib. de Carne Chriſti cap. 6.) non modò Chriſtis, ſed & angelorum carnem ex ſyderibus factam aſſeruiſſe videtur. Atqui ſupplemus ex Vatic. 2.* vt natiuitatem noſtram natiuitate sua reformaret.

65. Ideòque & ipse cum angelis, &c. in veritate quidem carnis apparuit, &c.] *Idipſum habet etiam ſuprà dicto c. 6. l. de Carne Chriſti, ſed ad paradoxa Auctoris tractatum ea de re diſtulimus inter Prolegomena. Supplemus verò iterum ex Vatic. 2.* sed & discentis.

66. breuem carnis commeatum, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhenanus) facultatem breuis temporis agendi in carne. Similes phraſeis habes alijs Auctoris libris.*

67. & apparitores suos ignem flagrantem.] *Citat hoc ex Pſalm. 103. ſicuti alicubi ſuprà ex Apoſtolo Hebr. 1. quando legit:* flammam ignis, *Idque ſecundum veterem Pſalmorum Latinorum editionem, qua* τιθεμένον *ante* B. *Hieronymi ex Græco, quæ eſt adſcita à Fabro, caſtigationem, quum alij omnes vertunt :* ignem vrentem. *Græcè habet (quod mirum eſt)* τὸν πῦρ *vtrobique legitur* πυρὸς φλόγα. *Accipit autem iterum:* apparitores, *pro : miniſtros, &:* renuntiemus, *pro: demonſtremus.*

68. homines in angelos reformandi quandoque, &c.] *Quo ſenſu id dixerit Auctor, nempè quod ad ſimilitudinem angelorum homines reformandi ſint, ſatis ſuprà oſtendimus ſuprà dicto c. 62. li. de Reſurr. carn.* Denique, *inquit*, non dixit : Erunt angeli, ne homines negaret; sed tamquam angeli, vt homines conſeruaret. Non abſtulit ſubſtantiam, cui ſimilitudinem adtribuit. *Eodem itaque modo etiam intelligi debet, quod ſuprà eiuſdem lib. cap. 26.* in regno Dei reformatam & angeliſticatam carnem *dixit. Certè eadem pertinet, quòd non angelorum ſubſtantiam hominibus poſt diem iudicij, ſed* perfectum (*id eſt perfectionem*) ad angelicæ plenitudinis menſuram temperatum *dumtaxat promittat Auctor ſuprà lib. de Anima, c. 56. Quare mirari ſatis nequeo, quod Guido Carmelita lib. de hæret. cap. 36. Tertulliano adſcribat errorem, tamquam qui non modo malos in dæmones (ſicut aut illi, aut potius Tertullianiſtæ adſcribit 8. Auguſt. nam nuſquam apud illum reperitur) ſed & animas bonas in angelos conuertendas tradiderit. Maximè quum etiam ſuprà l. aduerſ. Valentinianos ita loquatur c. 32.* Et tamen, *inquit*, illuc habeo deuertere ; vbi poſt excelſum omninò non iubitur; vbi ſuperindui potius quàm deſpoliari; vbi etiã deſpolior, ſexui meo deputor; angelis non angelus, non angela.

Cap. x.

69. Igitur non admiſſus ad conſortium, &c.] *Caput hoc inſcripſimus :* Quòd si caro in Christo negetur tamquam indigna, etiam carnis imago in illo dedignanda ſit. *Atqui rectè hîc Rhenanus: Ipſe me, inquit, ſenſum coëgit, vbi dictionem* vti, *verterim in* cui, *conſilium Dei tui, quo Chriſtum tuum, &c. Exemplaria vetuſta conſentiunt in errore.*

70. ſtopham adminiſtraſſet, &c.] Stropha (*inquit idem Rhenanus*) *dolum, verſutiam, atque impoſturam ſignificat. Græcè* τροπὴ. *Qui etiam addit:* Aliquantis *accipi, pro aliquot, & ſubaudis:* rebus.

71. per rubum quoque & ignem, &c.] *Iſtud reperitur Exod. 3. illud:* per nubem, *Exod. 19. ac 24. Vbi interim etiam in flamma ignis apparuit Dominus ; denique illud :* per globum, *id eſt, turbinem, Iob. 38. Quæ interim verſione, magis indicat ſignificationem duplicem turbinis Auctor, quietiam* globum *ſignificat, quàm vocis Græcæ* λαιλὰψ *; quæ dumtaxat turbinem venti ſignificat. Atqui etiam hic :* repræſentationibus, *pro compartionibus accipit Auctor. Iterum autem (* vt etiam adnotauit Rhenan.) paratura, *pro materia. De Prouerbiis denique formula:* ad certum ſpectare, *vide noſtra Prolegomena.*

Cap. xi.

72. Totas istas præſtigias, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus:* Quòd etiam vera fuerit in Christo natiuitas ; alioqui mendacium Deo, non veritas, tribuetetur. *Quæ ipſum argumentum tractauit ſuprà lib. de Carne Chriſti, cap. 1. 2. 3. 4. & 6.*

73. Nam & Philumene illa magis perſuſit Apelli, &c.] *De* Philumene *vide Adnotat. noſtras dicto cap. 6. num. 54. & locis ibidem citatis. De* Apelle *ibidem citatis ac Adnot. noſtras ſuprà lib. de Præſcript. adu. haret. cap. 51. hæ. 29. num. 324. & infrà Tom. 4. ad fragmenta libri Auctoris aduerſus Apellem, vbi etiam tractatur :* quomodo delertor Marcionis ipſe fuerit.

74. & vbera quæ hauſiſti.] *Vatic. 1. MS. codex:* ſumpſiſti, *forte ſuxiſti, quemadmodum noſter vulgatus interpres, Luc. 11.*

75. Et videbimus de his capitulis ſuo tempore, &c.] *Siue addas:* in, *cum 2. MS. Vatic. ſine omittas, perinde eſt. Adludit autem tum ad lib. de Carne Chriſti ſuprà ; cap. 7. & infrà lib. 4. adu. Marcionem, cap. 26. tractans verba iam citata cap. 11. Luc., tum illud cap. 8.* Mater & fratres eius dicti sunt foris ſtare. *Hoc eſt enim quod addit :* Nunc vt hæc omnia diſtulerim ad Euangelij examinationem. *Atqui Tertullianicum eſt:* et dicebat, *& cap. ſequenti :* vocati habebit, *& cap. 20.* habebat euenire.

76. expungendam, &c.] *Id eſt (Rhenano etiam interprete) adimplendam ; nam & cap. ſequenti ſimiliter dixit :* in ſenſu ſonum expungens, *ac cap. 13.* prophetia renuntiatur expuncta, *& Pruſſum cap. 17.* expungamus ordinem cœptum, *& cap. 20.* nec enim diſpoſitio expuncta imeneretur, *ac lib. adu. Iud. cap. 11.* poſt quem habebant expungi; *item cap. 13.* expunctum eſt. *Nos verò perinde ſequentem notula interrogationis clauſimus, & deinde legimus:* Aut ſi dixeris, videritò opinio humana.

77. Nam & mulierculæ nonnumquam prægnantes ſibi videntur, &c.] *Quia experientia noſtri temporis iſtud frequenter contingit, notatu digne cauſſæ quas ſubiungit Auctor, quia aut languinis tributo (quemadmodum etiam alicubi ſuprà dixit:* totius naturæ tributa) aut aliqua valetudine in-

flatæ. *Qui plura cupit, consulat Hippocratem ac Galenum Medicorum Principes. Atque de Proverbio* scenam decurrere, &c. personam desaltare, *videat nostra Prolegomena.*

78. Age iam perora, &c.] *Ad verbum ferè eadem repetit (sicuti etiam admonuit Rhenanus) quæ suprà dicta cap. 4. lib. de Carne Christi, atque adeò confirmatur lectio Rhenani ibidem num.* 35. Hâncne veneretionem, ô Marcion naturæ, *pro quo hic dicit:* sanctissima & venerandæ naturæ opera. *Legimus autem prorsus ex altero Vatic. MS.* sed. vt Deo indigna cõfirmes, *pro:* Deo digna, *planè aliena sensu. Sed perinde est, sine cum Vrsone legas:* Si mendacio pallus fuit, *sine:* pallus est; & *eadem ratio de:* efficit, &c. effecit. *Atqui ibi nonam periodum facimus:* Si veritas fuit, &c.

79. Iudicros exitus, &c.] *Videbatur mihi (inquit idem Rhenanus) aliquando legendum:* lubricos, *sed ipse respuit ad id quod in libro de Carne Christi dicit, de insanientes adeo loquèr:* Blanditijs deridetur. *Et mox:* illum per ludibria nutritum. *Item ibidem infrà, cap. 5.* quæ illum & natiuitatis & infantiæ imaginatiæ vacua ludibria subire potuisse.

Cap. xii.

80. Prouoca nunc vt soles, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd etsi non sono nominis, significatione tamen Christus Emmanuel fuerit. *Quum autem ipsi dem penè verbis more suo hic repetat, quæ suprà dixit Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 9. sicut hinc illum locum, etiam illinc hoc caput subinde castigauimus, non repetentes quæcunque illic adnotauimus. Atqui sunt verba Marcionis:* Primò enim, &c. *vsque* At ego te admonebo. *Et reperitur illud:* Christus Emmanuel vocari habebit, *Isai. 7. quod verò sequitur:* dehinc virtutem sumere Damasci, &c. *Isaiæ 8.*

81. Subiunctæ est enim & interpretatio, &c.] *Aut ipsum intelligendum de interpretatione nominis* Emmanuel, *Matth. 1. vbi legitur:* Et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscum Deus, *sicuti suprà adnotauimus, aut quod magis placet, explicationem grata à* LXX. *iuxi additam, & parentheſi inclusam,* id est: Nobiscum Deus; *nam ſic etiam citatur is locus Isaiæ à B. Iustino Martyre tum Apolog. 2. ad Antoninum, tum libro aduersus Tryphonem. Quid? quòd Auctor libri de Trinitate eiusdẽ Tom. 5. diserte verbo ſic citet:* Quid? quum Isaias dicat: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id est: Nobiscum Deus.

82. Sensus autem eius, quod est: Deus nobiscum, &c.] *Eodem modo interpretantur hanc locum aduersus Iudæos (qui, ſicuti Marcionita, idem argumentum contra Christum opponebant) tum Auctor dicti libri de Trinitate, tum Euthymius in Matthæu, ac Theophilactus, & ijs antiquior B. Ioan. Chrysost. hoc. 5. in Matth. cap. 1. ac B. Basilius in S. Christi generationem, tum B. Augustinus sermone 4. de Natiuit. Domini, & Lactant. lib. 4. cap. 12. quemadmodum latius multo deduxit Leo de Castro in Isaiam; quibus adde etiam quæst. & respons. 35 inter opera B. Iustini Martyris, ac Epiphan. haer. Collyridianorum. Atqui omninò, ſicuti suprà lib. adu. Iud. ſupplemus:* Aut ſi tam vanus es, vt quia peneste: Nobiscum Deus, dicitur; *& econtrario paulo pòſt, omiſſa priori clauſula voce:* Deus, *legimus:* ſicut & omnis gens, quoquo ſono dixerit: Nobiscum Deus. *Denique parentheſis inclusiuus vocabella Gal. 3.* (Quotquot enim in Christo tincti eſtis, Christum induiſtis.)

Cap. xiii.

83. Æquè & ſono nominum duceris, &c.] *Caput hoc inſcriptissimus:* Quòd verba Isaiæ, bellatorem fore Christum, nihil ſpiritualiter, non portendant. *Iſtud verò caput integrum ſimiliter ipſi dem penè verbis suprà habetur lib. adu. Iud. c. 9. quare & vide etiam aliquos locos, ſicuti hinc illic, caſtigauimus. Imprimis ſuppliente:* &, *ſecundum MS. vtrobique Vatic. codices, mox legimus:* quid ſcriptura præmittat, *pro:* promittat.

84. Quoniam priuſquàm cognoſcat puer vocare patrem, &c.] *Etiam hic ſuppleta eſt vox:* puer, *quippè quam habent additiones omnes Iſai. 8. Quum autem pro eo quod ally legunt:* coram Rege Aſſyriorum, *Auctor transferat verobrique, & inſuper etiam ſub finem huius capitis:* aduerſus Regem Aſſyrium, *videtur legiſſe:* ἐναντία, *pro:* ἐναντι, *quod ally Græci codices legunt; imitatus quantum apparet in hoc* Irenæum *libr. 3. cap. 18.*

85. an hominem iam Christum, &c.] *Suprà:* virum *legit Auctor, ſed non ſupra alicubi adnotauimus:* hominem, *ab eo pro viro: nonnunquam accipi. Cui etiam magis aſſtatum eſt* i hoſtem deſtinare, *quàm quod habet ſuprà deſignare.*

86. barbatæ gentis.] *Sic legimus ex verboque MS. Vatic. eodice, pro:* Barbaricæ, *quia illud Auctori frequens eſt, & ſic vſurpatur etiam ſuprà lib. 1. adu. Marc. c. 2. nn. 16.*

87. Ad ſolem vncti, &c.) *Adludit ad Athletarum morem, ad quem tactus adludit Auctor ſuprà Tom. 1. lib. de Pallio, c. 4. vbi commemoratur* lutea vnctio, *ac lib. ad Martyr. cap. 3. quam dicit* qui vos ſpiritu vnxit, *qui ad ſolem vngui ſolebant, vti veribus eſſent valentiores.*

88. qui antè norint lanceare quàm lancinare.] *Quum diſtinctè dicat adu. Marc. reperitur verbum* lancinatur, *pro:* pungitur, *videtur prima facie hic ita accipi* lancinare, *ſicuti* lanceare, *pro lanceis configere, ſed paramus lancinare potius hic accipi, eo quòd præmittatur:* butyro ſtipendiati, *pro manus lancibus admouere, eligat Lector quod voluerit. Confirmatur interim hæc conſtructura ex eo quod ſequitur:* antè militare quàm viuere, *& talibus verbis ſolet Auctor delectari.*

89. Sed & virginem, inquit, parere natura non patitur, &c.] *Iſta ſunt verum verba Marcionis, vſque ad illud:* Et tamen creditur Prophetiæ, *ſicuti legit vnus MS. Vatic. cod. quod magis placet, quàm:* Prophetæ, *quod vulgò legitur; eo quòd poſtea ſequatur:* & tam intelligitur Prophetia.

90. quaſi non virginem, ſed iuuenculam, concepturam & pariturам ſcriptura contineat.] *Suppleta eſt hic ex lib. adu. Iud. vox:* ſcriptura; *& legitur à nobis mox:* metitò credit, *pro:* et ederetur, &c. alius ordo, *pro:* alibi. *Atqui iſtud deſumpſit Auctor ex B. Iuſtino Mart. adu. Tryphonem; & B. Irenæo lib. 3. cap. 24. ſicuti etiam ab Euſebio citatur lib. 5. cap. 8. qui Theodotum Epheſio & Aquila Pontico Iudæo proſelyto hanc falſam tranſlationem aſcribit. Poſt hos verò omnes, pulcrè ſic illos redarguit B. Hieronym. lib. 1. adu. Iouin. Scio Iudæos eo nere ſolere, in Hebræo,* Halma, *non virginem ſonare, ſed adoleſcentulam, & re uera proprie* Bethula *appellatur: Adoleſcentula verò vel puella non Halma dicitur, ſed* Naara. *Quid eſt igitur quod ſignificet* Halma? *Aſſenditur virginem, id eſt, non ſolum virginem, ſed cum* παρθενία *virginem; quia non omnis virgo abſcondita eſt, nec ab hominum fortuito ſeparata conſpectu. Denique & Rebecca in Geneſi, ob nimiam caſtitatem, & Eccleſiæ typum, quem in ſua virginitate ſignabat,* Halma *ſcribitur, non* Bethula, *ſicuti manifeſtum eſſe poterit ex ſermonibus pueri Abraham, quos loquitur in Meſopotamia (nempè Gen. 24.) Ipſe enim loco, in quo ait:* Virgo quæ egrediebatur, vt haurirat aquam, *ſcriptum eſt:* Halma, *id eſt virgo ſecreta, & nimia parentum diligentia cuſtodita. Cui ſimillima repetit etiam idem B. Hieron. Commentaryis in Iſai. ca. 7. & Matth. 1. ac in tradutionibus Hebraicæ. Feu-ardentius verò noſter in dictum locum B. Irenæi, addit & alium tertium locum ſcripturæ, Exod. 2. vbi Maria ſoror Moyſi* Halma *appellatur; ad quem Lectorem remitto, quia videat etiam num Iudæi ſint in ſimili tranſtatione eius loci obſtinatum, Occolampadium & Caſtalionem. Quæ tamen etiam impugnarunt Origenes in Iſaiam, & lib. adu. Celſum, & Euſeb. lib. 7. demonſtr. Euang. cap. 2. ac Epiphan. in Theodotianos, ſi Leoni Caſtro credatur, Commentan. Iſaiæ; vbi latiſſimè adu. Iudæos, & Era, mum quoque ipſum eadem de re diſputat.*

91. immò reddit Euangelio veritatis, quæ poſteriora detraxiſti, &c.] *Adludit ad priora capita* Euangelij *B. Lucæ,* quæ Marcion inde detraxit, *ſicuti patebit infrà ſub initium lib. 4. adu. Marc. aut potius ad integrum* Euangelium *ſecundum Matthæum, eo quòd ſequatur:* Maneant enim Orientales, &c. *per quos* Prophetia (*nempè, quam hic tractat, Iſai. 8.*) renuntiatur, *id eſt, demonſtratur* expuncta, *id eſt completa. Vbi lego ſicuti*

lego ſicuts ſupra, & ſecundum 2. Iſaiæ cod. Maneant enim, pro: autem; item: acceperit infans, pro: accepit.

92. Orientis virtutem, id eſt vim & vires, auro & odoribus pollere ſolitam, &c.] *De hoc videre ob Plinium in Naturali hiſtoria, quibus potiſſimum locis* Orientis, *autum reperiatur, thus vero & myrrham aliòſque odores, notum eſt maximè in Arabia naſci, vel ex ipſo Auctore ſupra Tom. 1. Apolog. cap. 42. num.* 554. Sciant, *inquit*, Sabæi, pluris & carioris ſuas merces ſepeliendis Chriſtianis profligari; & *apertius cap. 30. nu.* 442. grana thuris *appellat* Arabicæ arboris lacrymas, *vbi vide Adnotat. noſtras ex Plinio. Eodem pertinet illud lib. de Corolit. cap. 10. num.* 108. Arabiæ aliquid incendo. *Atqui ex Vatic. t. MS. cod. caſtigauimus*: certè eſt creatoris, pro: creatorem, *& ſicuts ſupra ſuppleuimus*: ſicut per Zachariam dicit. *Siue autem legas ſicut ſupra*: Et Iudas pertender Ieruſalem, *ſine ſicuts hic*: pertendet apud Ieruſalem, *perinde eſt, niſi quòd hoc magis conſentaat editionibus hoderna* LXX.

93. Nam & Magos Reges habuit ferè Oriens, &c.] *ſic etiam hunc locum ſuppleuimus ex lib. adu. Ind. Atqui imprimis, quales Magi fuerint qui ad Chriſtum venerant, nempe* Aſtrologi, *tradit Auctor ſupra lib. de Idolol. cap. 9. addens*: ſcientiam, led vſque ad Euangelium permiſſam. *Atqui quod etiam* Reges *fuerint, verſimile eſt ex Plinij loco ibidem citato num.* 52. *vbi dicit quod* Magia in Orientæ Regum Regibus impetrat, *cui conſentit Cicero lib. 1. de Diuinat. Et idipſum conſtanter etiam aſſerunt cum Auctore* (ſicuts *a Melchiore Cano citantur loc. Theolog. lib. 11.*) *Auctor libri de bapt. Chriſti, inter Opera B. Cypriani, B. Athan. qu. 2. ad Regem Antiochum, B. Hieron. in Pſal. 71. B. Auguſt. lib. de Mirab. ſacræ ſcripturæ* (*quem ipſum eſſe non dubito, niſi quòd à quodam ſciolo mutatus ſit contextus, qui erat ſecundum* LXX. *iuxta tranſlationem B. Hieronymi*) *B. Chryſoſt. hom. 6. in Matth. Chriſt. Druthmarus in c. 2. Matth. Claudian. in Epigrammat. & alij recentiores plerique, quibus adjicit Reuerendiſſ. Dominus Cornelius Ianſſenius Epiſcopus Ganduenſis in Concord. Euang. Theophylactum in Commentario, addens, tres illos fuiſſe, ex Leone primo ſuis in Sermonibus de Epiphania. Et etiam ipſum confirmatur ex illo Pſal. 71. ſupra & hic etiam citato ab Auctore*: Reges Arabum & Saba dona, munera afferent illiſque enim etiam hic lego, pro: offerent, *quæ Græcè eſt:* προσοίσουσι.

94. & Damaſcus Arabiæ retrò deputabatur, antequàm tranſlcripta eſſet in Syrophœnicen, &c.] *Iſtud, ſicuts alia pleraque, ad verbum deſumpſit ex B. Iuſtino Martyre aduerſus Tryphonem: Ceterùm, inquit, quòd Damaſcus Arabiæ tertæ fuerit & ſit, quamuis nunc ei quæ Syrophœnice dicitur, ac cenſeatur, nec veſtrorum aliquis ignorare poſſunt. Quibus conſentit ex parte Iſaias Propheta, quum cap. 17. caput Arabiæ Damaſcum vocat. Apud quem Iuſtinum non modo ſui Magi appellantur*: ab Arabia venientes, & Arabes, *ſine*: Arabici; *ſed & Rama in Arabia locus recenſetur, cuius gratia dixerit Propheta Hieremias cap. 31. repetitum Matth. 2. Vox in Rama audita eſt, quòd in Rama, ſed eſt, dictus Magis Arabibus audita ſit. In quo etiam hic illi conſentit Auctor, & alicubi B. Gregorius & Anſelmus in Commentario. Et pro ijs ſacit, quod paulonante diximus nu. 92. de thure & myrrha, quod potiſſimum in Arabia naſcantur, & quæ nu. proximo ex Pſal. 71. verba adduximus. Nec obſtat, quod ex Oriente veniſſe legantur, quia Arabia Eælix ex aduerſo Ieruſalem ſita eſt, inter Orientem & Meridiem; atque adeò medo Orientalis, medò Meridionalis dici poteſt, non ſecus atque Meſopotamia (ex qua alij Magos venuſſe ſcribunt, utpotè poſteros Balaam) in Oriente collocata dicitur, quæ tamen eſt inter Aquilonem & Orientem. Certè eandem ſequitur ſententiam Epiphan. in Compend. cath. fidei, tradens* Magos hoſce ortos ex liberis Ceturæ ab Abraham relegatis; *quos in regione Magadia Arabicarum partium ſibi domicilium conſtituiſſe, & iuxta Iſaiæ vaticinium, obtulerint Chriſto* virtutem Damaſci & ſpolia Samariæ, id eſt, *ſpolia quæ Abraham à Regibus prædantibus ex Damaſco & Arabia recuperauerat: In hoc dumtaxat ab Auctore differens; quòd ad litteram Prophetam interpretetur, quem ali ý Allegoricè.*

95. Nam & ἀρχηγὸς Sodomorum, &c.] *Sicuts iſtud Iſaiæ t. 1. ſic ſolet citare illud Pſalm. 2.* ἀρχηγοὶ τὸ congregati ſunt *in vnum, Græcè malens eloqui, quod aly tranſtulerant: Principes & rurſum illud Iſai. 3. tranſtulit*: venturam in iudicium Deum cum presbyteris & Archontibus populi: *de quo vide ſupra librum de Reſurr. carn. cap. 20. & lib. adu. Hermog. cap. 19. de vtrobique Adnotat. noſtras, & rurſum infra lib. adu. Praxean.*

96. Parer, inquit, tuus Amorthæus, & mater tua Chetæa, &c.] *Iſtud etiam ex B. Iuſtino Martyre adu. Tryphonem deſumpſit, ex quo, & Græca adiuene* LXX. *legimus*: Chetæa, pro: Cethea, *maximè quum Hebræatam Heth litteram in ץ mutare ſoleant Græci. Reperitur autem Ezechiel. 16. verſ. 3. Accipitur autem iterum vox*: elogio, *paulopoſt, ſu malam partem.*

97. Sic & Ægyptus nonnumquam, &c.] *Id quod lib. adu. Iudeos adnotauimus num. 105. confirmatur etiam lib. de Spelac. cap. 3. hiverbum*: Quum Ægypto & Æthiopiæ commiſcetur, in omnem gentem peccatricem præindicat.

98. Sic & Babylon etiam apud Ioannem noſtrum Romanæ vrbis figura eſt, &c.] *De hoc aliquid diximus ſupra lib. adu. Iudeos, num. 108. quibus adde Oroſium lib. 7. cap. 2. & Commentum Aretæ Cæſar. in Apocal. cap. 17. qui diſerte verbis, ibi ſignificari ſeribunt veterem Romam, quum adhuc idolorum immunditijs & abominationibus deſeruiret, & ſanguinem Martyrum effunderet. Eodem adludit Auctor, dum adjungit* magnæ, & regno ſuperbæ, & ſanctorum Dei debellatricis. *Atque hoc eſt quod B. Hieron. ſub calcem l. 2. adu. Iouin. Romam ſic adloquitur: Quæſcriptum in fronte blaſphemiam Chriſti confeſſione deleſti. Caluminiantur ergo, qui Babylonem Eccleſiam Romanam à Tertulliano & B. Hieronymo vocari ſcribunt, quum de vrbe Romana dumtaxat loquantur, quæ etiam vti ſimplicioribus facilius imponerent, ad marginem hic adnotauerunt*: Roma Babylon; *quod expungendum cenſemus, maximè quum idem B. Hieron. Epiſt. ad Marcellum, eſſe Romam adhuc Babylonem nuncupet, tamen fateatur ibidem eſſe ſanctam Eccleſiam; vti rectè adnotauit Nicolaus Sandorus Anglus lib. 8. de Viſibili Monarchia, late hanc materiam tractans. Hoc verò num hic adjiciamus: Maricouius hæreſim, tamquam Babylonem ſecundam, increpare ab Epiphanio hær. 42. confut. 13. ex Epiſt. ad Cor. 1. hauddubiè adludens ad eundem locum Apocalypſis.*

99. Hoc itaque vſu, Magos quoque Samaritanum appellatione titulauit, &c.] *Eodem modo iſtud Iſaiæ interpretatur, non modò B. Iuſtinus, ſed etiam B. Auguſt. ſerm. 4. de Theophan. & Epiphanius in Compend. cathol. fidei; nec multum diſſentiunt B. Chryſoſt. hom. 2. in Matth. & B. Ambr. lib. 3. in cap. 3. Luc. At quod ſequitur*: Regem Aſſyrium Herodem *intellixi, peculiare eſt Auctori & B. Iuſtino Martyri. Chryſoſt. dubolum intelligit.*

Cap. xiiii.

100. Adiuuabitur hæc noſtra interpretatio, &c.] *Inſcriptionem hoc capiti de dimus*: Quòd etiam in Pſalmis, Chriſto figuratè armorum vocabula adaptentur. *Atqui etiam integrum hoc caput ſupra reperire eſt lib. adu. Iudæos, cap. 9. ex quo adeò etiam quædam hic caſtigauimus.*

101. Accingere (inquit Dauid) enſem, &c.] *Sic iterum lego ſicuts ſupra, pro* enſe. *De vocibus*: rempeſtiuus, & *: tempeſtuitate, verum illuc remittent. Ceterùm num. 108 ſicut ſupra ex 7. nu. 49. Diſtinguens etiam ſicuti ſupra*: Sic item ſubiungens: Et extende, & proſperare, & regna; adiecit: Propter veritatem & lenitatem, *&c. deinde ſupplens*: contraria potius lenitati & iuſtitiæ.

102. Nam & Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi, &c.] *Eaut etiam hic locus aduerſus eos, qui Ioannem Apoſtolum negant Auctorem Apocalypſeos, verùm de hoc latius in ſra lib. 4. c. 5. Vbi etiam Marcionem in eo errore fuiſſe tradit; quo ſit vt cap. præced. Apocalypſin citans, dixerit*: apud Ioannem noſtrum, *vtpotè quem Marcion non agnouerit.*

103. armantem nos aduerſus hoſtes ſpiritales nequitiæ, &c.] *Paraphraſticè tranſtulit*: hoſtes ſpirales, *pro eo*

quod alibi: spiritalia, *Ephes.6.qui etiam propius accedit ad Ver-*
cem Græcam πᾶσι εὐλογίᾳ τοῖς vertens: præcingentem, *omissa*
voce: inducentem: quæ tamen Græce est, transferens etiam: diaboli,
pro: πονηροῦ, *eadem significatione qua alibi*: malum, *pro*: diabolo
accipit: & *propriè* galeam salutatis, *vti Græce est* τὴν σωτηρίου,
quod legit etiam B. Hieronymus in Commentarijs dicta Epistolæ.
Atqui iuxta phrasin Auctoris legimus ex Vatic.2. MS. præpa-
rationem Euangelij, *pro*: præparatione.

104. Hanc & Dominus ipse mihi carnem, &c.] *Retinere*
maluit vocem Græcam μαχαιραν, Matth.10. quàm Latine trás-
ferre gladium, eámque etiam secundo repetit. Supples autem & *le-*
ge ex I. adu. Iud. eos: ensem sermonis Dei præcingi, *ex utroque*
MS Vatic. eod. Et deducet te, *pro* deducit. *Rursum ex illo* (*suc-*
cessa quod adnotasti legendum nu.111.) per volantia vbique præ-
cepta, minantes traductionem vniuscuiusque cordis,
compungentes & transfigentes (*sicuti etiam legunt MS. 2.*
Vatic. pro: *transfigurantes*) conscientiam quamque; *pro eo quod*
corrupte legebatur: peruolantia vbique præcepta, & minæ,
& traductiones, &c.

CAP. XV.

105. De quæstione carnis, & per eam natiuitatis, &c.]
Titulum huic capiti dedimus: Quòd nomen Christi, Marcio-
nitis Christo non competat. *Alludit autem ad illud Matth.1.*
Iesus qui vocatur Christus, *ac 27. huiqui dicitur* Christus. *Ea-*
dem pertinet illud Ioan.1.ac 3. qua non sum ego Christus, *quippè*
quibus verbis indicat B. Ioannes Baptista, peculiarem aliquam
Christum *venturum*; *& illud Andreæ, Ioan.1. Inuenimus Mes-*
siam, quod est interpretatum Christus; *cui simile est Petri confes-*
sio: *Tu es* Christus, *Matth.16. & quæ habentur Marc.* 8. 14. 15.
*& Luc.*2.3.4.9.22.ac 23. *Item illud Samaritana, Ioan.* 4. *Mes-*
sias venit qui dicitur Christus; *& similia verba, quæ sæpissimè repete-*
ta Ioan. 7.9.10.11.12.ac 20. *& Act.* 2.9.17.ac 18. *maximè ve-*
*rò Act.*4. *vbi de Iesu interpretantur illud Psal.* 2. *& aduersus*
Christum cius.

106. Nullus enim status differentiarum, &c.] *Simile*
est illud Nonij: Nomen *est proprium vocabulum singulorum.*
Cui similia rursus habes infrà lib. sequenti. Est autem Vox *Tertul-*
lianea: siquando, *pro*: quando; *& particula illa*: puto, *paulo*
post interiecta.

107. Græca catachresis de alieno abutendo, &c.] *Al-*
ludit ad illud Quintil. c.8. de Tropis: καταχρησις, *quam recte*
abusionem *dicimus, quæ non habentibus nomen suum, accom-*
modat quod in proximo est.

108. sed veteta & vulgata.] *Alludit tum ad nomen* Chri-
sti Regibus omnibus adaptatum in vetero Testamento, tum ad pe-
culiaria veteta & vulgata *de ipso* Christo *testimonia*, 1. *Reg.* 1.
ac 2. *Reg.* 23. *Psal.* 2. 88. *ac* 131. *Eccles.* 47. *Isai.* 45. *iuxta* 70.
Threnor. 4. *Dan.* 9. *& Abac.* 3. *Ex quibus illud Psal.* 2. ad-
uersus Christum eius, *lib. de Resurr. carn. cap.* 20. *& rursum*
infrà lib. 4. *adu. Marc. c.*21. de Christo *Iesu interpretatur Au-*
ctor, & rursum lib. adu. Praxean, & similiter illud Isai. 45. *Di-*
cit Dominus meus Christo *meo domino, supra lib. adu. Iud. cap.*7.
Item, illud Thren. 4. Spiritus personæ eius, Christus domi-
nus, *supra huius l.c.* 6. *& loci aliquibidem adnotatis. Denique il-*
*lud Dan.*3. de Christo duce, *latissimè prosequitur supra lib. adu.*
Iud. toto cap. 8.

109. nouam plagulam non adsui veteti vestimento,
&c.] *Ipsidem verbis transtulit illud Matth.*9. *supra T.*2. *l.de Orat.*
*c.*1. *vbi, quod Christus probare non videtur, factum tamen à Chri-*
sto insinuat (*quod mirum est*) *in Oratione Dominica. Quibus verbis*
ἐπίβλημα plagulam *transtulit, quod infrà l.*4. *adu. Marc.* addi-
tamentum, *& verbum* βλῆσαι *modo*: recondit; *modo*:
credit, *modo*: committit, *sicuti vocem* ἐπιβολὴ, adsuit, *pa-*
rapharastes, & infrà: immittit *propriè. Atqui de hoc infrà latius*
*l. adu. Marc.*4.11. *vbi illud ipsum Luce* 5. *pertractat.*

110. Si enim Christus vnctus est, &c.] *Alludit ad ſigni-*
ficationem nominis χριστὸς, *quod vnctus interpretatur, tum ad*
loca vtriusque veteris & noui Testamenti, vbi Messias Christus
vocatur, quippè quod vnctum significet. Quo pertinet imprimis il-
lud quod dicit supra l.adu. Iud. cap. 8. *tractans Prophetiam Dan.*
9. & vnctus est Sanctus Sanctorum, id est, Christus; *tum*
illud l. de Baptiſ. cap. 7. Vnde Christus dicitur à Chrismate;
& quod habet infrà l.adu. Praxean: Si tamen nomen est Chri-
stus, & non appellatio potius, vnctus enim significatur;
ac: Christus ab vnctionis sacramento; *& c.*: si pater Christus
est, pater vnctus est, & vtique ab alio. Aut fiá semetipso,
proba. Sed non ita dicunt Acta Apostolorum (*nempe c.*4.)
in illa exclamatione ad Deum: conuenerunt enim vni-
uersi in ista ciuitate aduersus sanctum filium tuum quem
vnxisti, *&c.* Sic & Petrus: (*Act.*2.) Firmissimè itaque co-
gnoscat omnis domus Israël, quòd & Dominū & Chri-
stum, id est, vnctum, feeerit eum Deus, hunc Iesum quem
vos crucifixistis; *item quod addit*: nomen Christus accidens
esse, quod ab vnctione eonuenit. *Quibus adiicere lucet eam*
*illud Act.*10. *quomodo* vnxit eum *Deus Spiritu sancto & virtute. De* Messiæ *autem nomine peculiari, Græcè & Latinè soliimun-*
*uenire est loca illa duo Isaiæ attacta à nostro huius capitis, Ioan.*1. *& 4.*
aliaque, vbicumque 70. *transtulerunt* Christum *in veteri Testa-*
mento, Hebraicè Messiach *legitur. Atqui de plano, id est, impo-*
*store, sup. vide Adu. nostrat. c.*6. *n.*42.

CAP. XVI.

111. Nunc si nomen Christi, &c.] *Caput hoc inscriptissimus*
Quòd etiam Iesu nomen, Christo Marcionis non com-
petat. *In quo rursum reperyt ferè eadem, quæ supra lib. adu. Iud.*
*cap.*9. *& imitatur B. Iustinum Martyrem adu. Tryphonem. De*
Prouerbiali vero formula: si portulam furunculus captauit, *vi-*
de de nostra Prolegomena.

112. cur etiam Iesus voluit appellari, &c.] *Alludit ad il-*
lud Matth. ac Luce 1. Et vocabis nomen eius Iesum, *addita*
etiam nominis interpretatione: *Ipse enim saluum faciet populum*
suum à peccatis eorum. Hoc est enim quod dicit infrà lib. adu. Prae-
xean: Nomen Iesus proprium esse, quod ab angelo impo-
situm est. *Idque non semel, sed primum ad ipsam virginem Ma-*
riam, deinde & ad Ioseph. Sunt autem Tertullianica: exspecta-
bili, *pro*: *ſperato, & ad hodiernum.*

113. & Heliam potius interpretantur Christum, &c.]
Iudæis hunc errorem induxisse, per illud Malachiæ Prophetæ:
Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, *antequàm veniat*
dies Domini magni. Verum de die iudicij illud, præterquam quod
clara sint verba, intelligit Auctor supra lib. de Resurr. carn. c. 22.
quis dicit: Nemo adhuc exceipit Heliam. *Immo & ipse Chri-*
*stus, Matth.*17. *ac Marc.* 9. Helias *quidem, inquit, venturus est,*
quamquam & ipse venisse illum dicat in virtute Helix. *Plura de*
hoc vide apud B. Iustinum Martyrem aduersus Tryphonem Iu-
*dæum, vbi latissimè illius obiectionem refellit, & B. Augustin. lib.*20.
*de Ciuit. Dei, cap.*29.

114. cum partipatris erroris tui Iudæis, &c.] *Similem phra-*
*sin habes supra lib. de Resurr. carn. cap.*2. partiarios sententiæ il-
lorum. *Atqui de qua error consentiant Iudæi cum Marcionite,*
*pater supra c.*6. Quum igitur, *inquit*, hæretica dementia eum
Christum venisse præsumeret, qui numquam fuerat ad-
nuntiatus; sequebatur, vt eum Christum non dum venisse
contenderet, qui semper fuit prædicatus: atque ita coacta
est eum Iudaico errore sociari. *Quæ ipsa, quamquam paulò ob-*
*scurius, iterum repetit cap.*7. *& 8.*

115. Nam quia Iesus Christus secundum populum, &c.]
Pulcrè explicat, imitatus etiam hic B. Iustinum Martyrem aduer-
sus Tryphonem, in quo Iesus filius Naue *figura fuerit* Iesu Christi;
adiudens ad Ios. cap. 4. *& 5. vbi ille* introduxisse *legitur pri-*
mùm populum *Israël* in terram promissionis (*siue*: repro-
missionis, *sicut supra legitur*) melle & lacte manantem, *de-*
inde: circumcidisse. *Quod ipsum repetitur ab Auctore* (*vbi*
hunc locum citat) *l.*4. *adu. Marc. tractante illud Luc.* 4. Quid no-
bis & tibi est Iesu? *vbi etiam repetit*: Iesus nomē Dei esse in
filio Naue. *In quo illum imitatur B. Augustin. lib.*16. *contra Fau-*
*stum, c.*18.19. *ac* 20. *& B. Hieron.*1. *adu. Iouin. ac Ruffin. in Symbo-*
lum. Immò eadem ferè atate idipsum tradit Origenes in Exod. cap.
17. *& hom.*1. *in Iosue. Plura vide apud Leonem de Castro adur-*
sus Iudæos modernos, in illud Isai. 7. *Et vocabis nomen eius Emma-*
nuel. Atqui supplemus & distinguimus iuxta lib. adu. Iud. eo:
sed per

ſed per Ieſum, id eſt, per Euangelij gratiam, prouenire habebat (*en iterum phrasin Auctoris*) circumcisis nobis petrina acie, id eſt, Chriſti præceptis (petra enim Chriſtus) ideò is vir, qui in huius ſacramenti imagine, *&c. Sic enim ex MS. 1. Vatic. cod. hic caſtigauimus, pro*: imagines. *Porro eodem modo interpretantur dictam* Ieſu Naue *hiſteriam, B. Ambroſ. ſermone 4. in Pſal. 118. ac ſenex Pſal. 40. & B. Auguſt. tum locis citatis, tum qu. 103. lib. 2. ſuper Exodum.*

116. Quis enim ſo quebatur niſi ſpiritus creatoris, &c.] *De his loquendi formulis, quas frequentes habet, vide noſtra Prolegomena inter Paradoxa Auctoris. Magis propriè habetur pro hoc ſuprà*, Dei filius.

117. Ecce ego mitto angelum meum, &c.] *Etiam in interpretatione hunc locum Exod. 23. primum de* Ieſu Naue, *ac allegoricos de Ieſu Chriſto, imitatur Iuſtinum Mart. Vbi ſuprà. Legimus verò phraſi Tertullianica*: ne inobaudieritis eum, *pro*: inobedieritis; *ſeu potius ſingulari numero totum hoc comma legimus, ſicuti ſuprà*: intendeſſili, & exaudi eum, ne inobaudieris eum; *maximè quum ſic legat B. Iuſtinus Martyr, & editiones omnes, Hebraice, Chaldaice, Græcæ, & Latinæ, & prorſus legendum*: non enim cæſauit te, *ſuprà lib. adu. Iud. adnotauimus num. 116. Ex eodem caſtigauimus*: Angelum quidem eum, *pro*: meum; *item paulopoſt ex Vat. 1. MS. cod.* ſicut nec reliquus ordo. *Eſt autem vox Tertullianica*: repugnanda *actiuè, pro*: impugnanda.

118. De nominibus iam obduximus, &c.] *Rectè accipit hoc Rhenanus, pro*: cuncimus, *& hic, & ſuprà, ac infrà ſæpius.*

CAP. XVII.

119. Reliquum ordinem eius cum ſcripturis conferamus, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus*: Scripturis confirmari habitum Chriſti ignobilem. *In eo autem hic aduerſus Marcionem, partiarium* (*vt paulo antè dixit*) *errorem, repetit, quod ſuprà aduerſus Indæos dicto cap. 9. ex quo quadam hic caſtigauimus. Cui ſimilia etiam ſuprà adduxit Auctor cap. 7. & prorſus etiam lib. adu. Iudæos cap. vlt. Quare legimus paulopoſt ſicut ſibi*: accingitur enſem, *pro*: enſe.

120. Quemadmodum expauiſcent multi ſuperte, &c.] *Locum hunc tandem reperi Iſai. 52. iuxta LXX. ſeu potius ſecundum veteres Patres 53. quibus adſcripſimus eo loco*: *Ecce intelliget, &c. Imitatur verò etiam in hoc B. Iuſtinum Martyrem Apolog. 2. quòd locum illum, de contumelijs Chriſto factis in paſſione intelligat. Græcè eſt, ΕΚΣΤΗΣΟΝΤΑΙ, quod magis proprie vertitur ab aliis*: obſtupeſcent, *quàm ab Auctore*: expauiſcent; *& vnica vox eſt ἔκθαμβοι, pro eo quod hic eſt*: ſine gloria erit.

121. habitu incorporabili, &c.] *Sine ſic legas cum excuſis, voce antiqua, & fortaſſis Tertullianica, ſine*: incorporali *eum 1. MS. Vatic. cod. perinde eſt. Nam ſuprà lib. de Carne Chriſti, cap. 11. eradit Auctor*: incorporale nihil eſſe, niſi quod non eſt. *Quod quamquam ad Paradoxa eius pertineat, tamen ad intellectum facti huius loci, quem dicit apud eundem Prophetam (nempè Dauid Pſal. 20.)* habitu incorporabili dici Chriſtum, *eo quòd apud illum appelletur*: vermis & non homo, ignominia hominis *hoc enim iterum addo, ſicuti ſuprà c. 7. & lib. adu. Iud. cap. vlt.)* & nullificamen populi.

122. agnoſco virgam de radice Ieſſe, &c.] *Tractauit eundem locum ad idem inſtitutum ſuprà Auctor lib. adu. num. 119. & inſuper lib. de Carne Chriſti, cap. 11. Ex quorum priori loco caſtigauimus*: cenſendum (*nempè Chriſtum*) *pro*: cenſendam. *Vbi etiam vide Adnotat. noſtras num. 119. de loco illo Iſai. 52.* Qui neque contendit neque clamauit, *&c. Vnde etiam ſupplemus*: non extinxit, ſed lucernam magis fecit ortu luminis ſui.

123. ipſum quoque Marcionis Euangelium diſcuti placuit, &c.] *Non refert, ſiue cum Rhenano legas*: diſcutiſiue: excuti *cum vtroque MS. Vatic. cod. Alludit autem ruſſum ad lib. 4. aduerſus Marcion. vbi de prædicatione & virtutibus Chriſti agit. Atqui varius loco Tertullianus, vbi voce expungi vetitur, videre eſt ſuprà lib. aduerſ. Iud. num. 121. & hoc ipſo lib. cap. 11. num. 76.*

124. Quis enim, inquit, in vobis qui Deum metuit? exaudiat vocem filij eius.] *Ita hunc locum Iſai. 50. citat & interpretatur B. Cyrillus Comment. in Iſaiam; ex quo etiam ſuppletur prior huius ſcripturæ pars, quæ in exemplari, quo vſus eſt B. Hieron. non reperiebatur, & tamen genuinam eſſe conſtat, vtpote non hic modò citata, ſed etiam infrà lib. ſequ. 4. adu. Marc. cap. 22. ſecundum quem locum emendauimus*: exaudiat, *pro*: & exaudiet, *maximè quum Græcè ſine contunctione habeatur* ὑπακούσατω. *Quòd autem (inquit Leo de Caſtro in Iſaiam) pro ſeruo, quod Hebraica lectio præfert, Tertullianus vertit*: filium, *indefacilum eſt, quòd* LXX. *reddant παῖδος, & hæc vox παῖς vtrumque ſignificet; qua voce vſi ſeri reperiuntur* LXX. *quoties de Chriſto agitur, quantum apparet, vt vtrumque ſignificaretur, & ſeruum fuiſſe ſecundum humanam naturam, & Dei filium. Quod videtur etiam mouiſſe Tertullianum, cur Deum legere vtrobique maluerit quàm Dominum; quamquam interim Vatic. 1. MS. hic legat; Hebraicè certè eſt hic nomen tetragrammaton.*

125. Item medicatorem, &c.] *Quem hic medicatorem, infrà lib. 4. adu. Marc. cap. 35. remediatorem languorum vocat, eundem locum Iſai. 53. citans.*

CAP. XVIII.

126. De exitu planè, &c.] *Capis huic titulum impoſuimus*: Quòd etiam exitus & paſſio crucis in Chriſtum prædicata lit, ſcripturis Pentateuchi. *Vbi etiam repetit Auctor, quæ ſuprà profecticus fuit lib. adu. Iud. cap. 10. Vtrobique autem non ſemel exitus pro morte accipitur, ſicuti etiam alibi frequenter. Atqui etiam hic ſimilatur Auctor, allegatis penè ijſdem verbis ac ſcripturis, B. Iuſtinum Martyrem adu. Typhonem Iudæum, quis iduſtum argumentum proponebat, cuius hic ſit mentio, de loco illo Deuteron. 21.* Maledictus omnis qui pependerit in ligno. *Atque laciſſimè hæc obiectio ſoluitur, & præter locos ſcripturæ hic citatos, tamquam figuræ crucis Chriſti adducuntur: Lignum vitæ in paradiſo, Gen. 3. Virga Moyſi, qua ad liberationem populi miſſus mare diſſecuit, & è petra aquam produxit, Exod. 14. ac 17. Lignum in Mara, quod aquas dulces reddidit, Exod. 15. Virga in aquas miſſa à Iacob, Gen. 30. Virga eiuſdem qua fluuium tranſijt, Gen. 32. Beſcala quam à ſe viſam dicit, cui innixus fuerat Deus, Gen. 28. Virga Aaron, Num. 17. & lignum quod plantatum legitur iuxta exitus aquarum, Pſal. 1. Lignum quod Elizæus in aquam proiecit, 4. Reg. 6. Virga denique qua Iudam patrem eſſe demonſtrauit filiorum Thamar, Gen. 38.*

127. Sed huius maledictionis ſenſum differo, &c.] *Innenio iſtud Deuter. 21. tractatum ab Auctore hic, inſinuat, dignam fuiſſe maledictionem hanc, quam Chriſtus ſubiret ex prædicatione crucis; quam iterum hic latè per ſigurat Veteris Teſtamenti proſequitur.*

128. Itaque imprimis Iſaac, &c.] *Similiter Chriſti ſignum fuiſſe Iſaac, quando à patre immolandus offertur, tradit B. Cypr. lib. de Bono patientiæ, & Iſidorus ac Hrabanus in Comment.*

129. Ioſeph & ipſe Chriſtum figuratus, &c.] *Figuram Græcam hic adnotat Rhenanus. De Ioſeph vero idipſum etiam habet B. Auguſt. Serm. 86. de tempore, & Hrabanus in Comment. Atqui ſupplemus ex lib. adu. Iud. cap. 10. quòd perſecutionem à fratribus paſſus eſt, & venundatus eſt in Ægyptum ob Dei gratiam, ſicut & Chriſtus à Iudæis carnaliter fratribus venundatus, à Iuda quum traditur. Nam & benedicitur in hæc verba. Vbi cur omiſerimus illud à patre, vide Adnot. noſtras num. 128.*

130. Tauri decot eius; cornua vnicornis, &c.] *Iſtudipſum de Ioſeph à Moyſe prolatum Deuter. 33. non modò Iuſtinus Martyr (ex quo ferè ad verbum hæc deſumpſit Auctor) ſed etiam B. Auguſt. quæſt. in Deuter. cap. 56. & Hrabanus in Comment. de Chriſto interpretantur. De* Vnicorni *autem vide vbi ſuprà, Adnot. noſtras, num. 129. & de* Minotauro bicorni, *num. 130. Legimus autem hic*: crucis extima, *ex 1. MS. Vatic. cod. Item ſupplemus ſicuti ſuprà legitur*: Nam & in antemna nauis, quæ crucis pars eſt, *&c.* vnicornis autem media ſtipitis palus. *Adnotat Rhenanus figuram Græcam hic eſſe, tamquàm ſi*

dicatur : vnicotnis, *secundum* media, *id est, medium* stipitis *partem*, palus.

131. Hac denique virtute crucis, &c.] *De* crucis religione *etiam ætate Auctoru visitat a, suprà late tractauimus Tom.* 1. *Apolog. cap.* 16. *num.* 238. *vbi* crucis religiosos Christianos *tacitè fatetur, & similia crucis trophea*; labara, *aliáque apud Gentes vsitata in medium adfert; quò fit, vt imagines crucis, nimirò & Christi crucifixi, non tunc modò, sed & ab Apostolorum ætate venerationi fuisse, ibidem comprobauerimus ; adiegatis ibidem inter cetera tum hoc Tertulliani, cum B. Iustini Martyris apertissimis locis (quæ hic Auctor imitatur) ex lib. adu. Tryphonem, & Apolog.* 1. *quod hic monuisse sufficiat, vt Lectorem illuc remittamus. Atqui est Tertullianica phrasis (ex illis enim deducitur census istorum.) Supplemus autem & legimus, sicuti suprà* in Simeonem & Leui exportigens benedictionem, in Scribas, *&c.*

132. Simeon & Leui, &c.] *De hac scriptura Gen.* 49. *vide suprà lib. adu. Iud. num.* 132. *Alludit autem ad Auctorem & alios veteres, Hrabanus noster in Comm. hoc verbo :* quòd *hoc quod in* LXX. *legitur: In furore suo (pro quo Auctor:* in indignatione sua) interfecerunt homines, *& in desiderio (sive* concupiscentia sua, *vti hic & suprà*) subneruauerunt taurum (*pro quo hic :* cæciderunt neruos tauro) *prophetice*, homines interfectos *Apostolos*, & subneruatum taurum *Christum interpretantur. Supplemus autem & distinguimus veluti suprà* : quem post necem Prophetarum interfecerunt, &, suffigendo neruos eius clauis, desæuierunt. *Quomodo si legamus, non opus est dicere cum Rhenano: hic esse Synecdochen.*

133. Iam verò Moyses quid vtique, &c.] *Hic etiam imitatur B. Iustinum Martyrem adu. Tryphonem, & vtrumque B. Cyprianum Testim. lib.* 1. *adu. Iud. cap.* 21. *cum inscripto est: Quòd in passione & cruce signa virtus omnis sit & potestas, & Hrabanus in Comment. Exod.* 17 *Legimus autem:* orabat, *pro :* orat ; *correspondet enim cum* 1. *Vatic. MS. cod.*

134. in rebus tam artonitis, magis vtique genibus positis, &c. orationem commendare debuisset, &c.] *Legimus:* genibus positis, *pro:* depositis, *sicuti suprà, nisi quo malit cum dicto Vatic. cod. mS. legere* dispositis. *Supplemus mox:* vbi nomen Domini Iesu dimicabat. *Atqui etiam hic confirmatur tum ab Auctore, tum à B. Iustino Martyre, veteris Ecclesiæ orandi consuetudo :* genibus positis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutante, *sive:* volutata, *vti suprà legitur, de qua vide Adnotat. nostras suprà Tom.* 1. *Apolog. c.* 30. *num.* 440. *& Tom.* 2. *lib. de Orat. cap.* 13. *num.* 51. *ac ad B. Cyprian. lib. de Orat, Domin. c.* 7. *num.* 9.

135. Idem rursus Moyses, &c.] *Præterquàm quòd suprà li.* 2. *adu. Marc. cap.* 22. *num.* 143. *& lib. de Idol. cap.* 5. *num.* 22. *ipsi dem pene verbu sit usus;* tacens (*vti eius verbis vtar*) de figura remedij; *certè etiam hoc desumpsit Auctor ex D. Iustino Mart. adu. Tryphonem, quibus ipsum inculcat, vtrumque verò imitatur B. Gregorius Na zianz. Conc. Paschali, B. Augustin. Epist. ad Gal. Epiphan. contra Opinitas, & Hrabanus in Comm. id que secuti ipsum Christum interpretem Ioan.* 3. *Sicut* Moyses *exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Supra verò Adnotat. nostris ad Apologet. num.* 238. *adnotauimus, diligenter animaduertenda verbaillæ:* pendentis habitu. *Hic vero etiam notatu dignum (quod suprà lib. adu. Iud. non habetur)* intuenti tamen & credenti in eam, crucem nempè, *vt vel hinc confirmetur Ecclesiæ vetustissima consuetudo, qua non solum ante imaginem crucu genua flectimus, sed etiam eam intuemur, credentes in Christum ipsum, cuius pendentis in cruce typum nobis per crucem imaginem repræsentatur, quam ipsam cernimus am, adorationem appellat Eccesia, verbis illis quæ in Paraskeue sollemniter cantat: Crucem tuam adoramus, &c. Atqui rursus hic, sicuti suprà, supplemus & legimus* : in spectaculum Israëli salutare proposuit, eo tempore quo à serpentibus exterminati sunt, nisi quòd & hîc, *&c. omisso illo:* post idololatriam, *quæ post illam alia just puntos per gladiy occisi nem ; at (sicuti etiam legitur* 1. *Corint.* 10.) *postquàm Deum tentarunt (Num.* 21.) *à serpentibus perierunt.*

CAP. XIX.

136. Age nunc, si legisti penes Dauid, &c.] *Caput hoc inscriptionis :* Quòd eadem crux & passio Christi prædicata fuerit in Psalmis & Prophetis. *In quo iterum eadem repetit, quæ suprà lib. adu. Iud. sub finem cap.* 10. *ex quæ etiam hic quadam emendauimus; & rursum imitatur B. Iustinum Martyrem aduersus Tryphonem.*

137. Dominus regnauit à ligno, &c.] *Sententiam nostram suprà dicto libro num.* 133. *qua veram esse hunc locu Psal.* 95. *lectionem adserimus, confirmant hæc verba B. Iustini Martyris libro suspectato: Ex Psalmo, inquit,* 95. *quem Dauid cecinit, perspicacius ab stulerunt (Magistri vestri :)* à ligno. *Quum enim ad verbum ita fuisset dictum : Dicite in nationibus ;* Dominus regnauit à ligno, *reliquerunt: Dicite in nationibus:* Dominus regnauit. *Quo sit vt nomina tim illud :* à ligno, *verobique ab Auctore etiam explicetur, & ter repetatur, & in super etiam infra legatur c.* 21.

138. Etsi enim mors ab Adam regnauit vsque ad Christum, &c.] *Illud Auctor paraphrastice ait, ex Apostolo Rom.* 5. *Istemm habetur primum : Mors regnauit ab Adam vsque ad Moysen; sed posteà adjicitur : Secum votus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Jesu Christi in plures abundauit ; quibus verbis facilè indicauit* mortem non *solum vsque ad Moysen, sed etiam* vsque ad Christum *quodammodo regnasse. Quamquam magis proprie Epiphan. hær.* 42. *contra Marcionem dictum locum explicet, dum dicit, in Moyse mortem interisse, in Christo abolitam, iuxta illud eiusdem Apostoli* 1. *Cor.* 11. *Vbi est mors aculeus tuus?*

139. Quoniam, inquit, puer natus est nobis, & datus est nobis filius. Quid nouì, ù non de filio Dei dicit ? Cuius imperium, &c.] *Sic omninò distinguendus est hic locus, sicuti suprà, pro eo, quod à prioribus separabatur Jsa.* 9. *verbu, illud :* & datus est nobis, *cum addit:* filius.

140. Venite, mittamus lignum in panem eius, &c] *Suprà integra perindus Hieren.* 11. *citatur, & rursus infrà lib.* 4. *cap.* 40. *vbi de Sacramento Eucharistiæ institutione Luce* 22. *agitur, ad quod Euangelium hæc adiudit, dum subdit :* in Euangelio quoque vestro, *vtpote quod solum recipere et Marcion. Atqui da hæc scripturæ ibi latina. Hic addemus duntaxat, quod B. Iustinus libro toties citato scribat etiam hunc Hieremiæ locum à Iudæis refectum fuisse, non ita diu ante sua tempora ; quum tamen exstiterent exemplaria in eorum Synagogis, in quibus ea verba contineretur, itaque ea de causa, quod inde probari posset Iudæos consilium iniisse de Christo, vt ipsum in cruce iustensum occiderent. Sine autem legas:* immittamus, *sicuti hic & suprà, sive:* iniiciamus, *vti B. Iustini interpres, cum* 2. *MS. Vatic. cod. sine dubio :* conijciamus, *sicuti infrà, perinde est.*

141. panem corpus suum appellans, &c.] *Quòd hic verbis confirmetur veritas* corporis Dominici *Eucharistiæ (iuxta verba Euangelistarum & B. Pauli, ad quæ alludit Auctor) non mi modo suprà lib. adu. Iud. num.* 134. *sed & ipsi Magdeburgenses adnotarunt; hoc loco comprobantes Verè & Iustè Auctorem* Corpus Christi in *Eucharistia distribuis. In hoc dumtaxat hallucinatis, dum hunc locum citant, vt probent* panem cum corpore Dominiremanere. *Verum id suprà late impugnauimus Tom.* 2. *lib. de Orat. cap.* 6. *num.* 23. *Vel ex ipso, quod dicat* panem corpus suum appellans, *aut faciens, quum aliquis dicere debuisset, in pane, vel sub pane. Neque vero obstat, quod hic additur :* vt & hinc iam cum intelligas corporis sui figuram pani dedisse (*sic enim legimus ex Vatic.* 2. *pro:* pane, *quod magis placet quàm conjectura Latini:* corpori tuo figuram pane dedisse) *quia, sicuti infrà lib.* 4. *aduersi. Marc. cap.* 40. *lari deducemus vbi similia habet Auctor) quodammodo & veritas corporis Christi & figura esse in hoc sacramento; quo loco etiam septem locos reperire est apud Tertullianum, quibus apertissimè veritas corporis Christi comprobatur. His adde, quod merito quis dubitaret, num dicta verba :* vt & hinc iam, *&c.* germana *sint Auctoris nècne, aut saltem omnia, eo quod suprà lib. aduers. Jud. neque in excusis legantur, neque in MSS. codicibus.*

142. vige-

142. vigeſimus primus Pſalmus totam Chriſti continens paſſionem, &c.] *Similiter B. Iuſtinus vbi ſuprà: Pſalmum iſtum (inquit) non in Chriſtum conceptum eſſe aiti, ceu tuentes proſus, neque intelligentes; neminem in gente veſtra, qui tunc Rex ſine Chriſtus ſit dictus; manus & pedes quum viderent perfoſſum, neque per myſterium hoc, mortuum, hoc eſt, in cruce ſuſpenſum eſſe, extra hunc ſolum teſtum. Qua occaſione proinde, pulcherrime* Pſalmum XXI. *integrum interpretatur, & latiſſimè. Legimus autem ſicuti ſupra:* quæ propriè atrocitas crucis, *pro:* atrocia.

143. & de cornibus vnicornioriorum humilitatem, &c.] *Sic iterum ſupplemens & legimus, ſicuti ſuprà M. S. pro:* vnicornis; *nam etiam B. Iuſtinus Martyr legit & interpretatur, ſicuti Auctor,* vnicornium; *niſi forte ex propoſito illud Auctor legerit, vt magis accedat ad illud Deuteron. 33. citatum capite præcedenti, dum inquit, ſicut ſuprà oſtendimus:* cornua vnicornis, cornua eius; *ſed iterum vtrumque locum quaſi concilians B. Iuſtinus: Nam quòd omnium, inquit, cornuum vnicornium cornu ſolum crucis formaſit, antea toties explicui. Supplemus autem etiam:* ne putes alterius alicuius propheratri paſſionem, quàm eius qui ſolus, &c. *& paulò poſt iterum legimus, ſicuti ſuprà ex Vatic. 2. MS. cod.* & per crucem euenille, *pro eo quod erat:* per Chriſtum.

144. Sepultura eius ſublata de medio eſt, &c.] *Quem locum alij ad margienm, apud B. Iuſtinum Martyrem, & noſ ſuprà, illos ſecuti, lib. aduerſ. Iud. adnotaueramus eſſe Iſai. 53. eamdem reperimus Iſai. 57. ſecundum LXX. præterquam quòd aliter diſtinxiſſe videantur hi duo Auctores ſi cuti iterum etiam lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 43.) legentes: Erit in pace,* ſepultura eius ſublata de medio eſt, *pro eo quod alij Patres legunt & interpretantur: Erit in pace ſepultura eius, ablata eſt de medio, ſic enim B. Cyprian. lib. 2. aduerſ. Iud. cap. 13. B. Hieronym. Cyrillus, Procopius & Theodoretus in Comment. Iſaiæ. Solus B. Ambroſ. lib. de Cain & Abel cap. 2. cum Auctore conſenſit, citans dumtaxat eadem hæc verba. Atqui pulcrè, citatis etiam ipſis dictorum Patrum verbis, diſputat de hoc loco Leo de Caſtro Comment. in Iſaiam, contra Iudæi ſantes Eſtabium & Iſidorum Clarium.*

145. Propterea ipſe multos hæreditati habebit, &c.] *Iſtud repertur Iſai. 53. Atqui retinuimus:* hæreditati habebit, *tamquam Tertullianicum; & ſicuti ſuprà, poſt illud:* & multorum diuidet ſpolia, *adiecimus:* Quis enim alius niſi qui natus eſt, vt ſuprà oſtendimus? (*nempe c. 13.*) Pro eo, *&c. Legentes etiam:* vtique per reſurrectionem conſecuturum, *pro eo quod mendoſiùs me legebatur:* conſecuturus.

Cap. xx.

146. Sufficit huc vſque de his interim, &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus:* Quòd poſt aduentum Chriſti contingerit etiam nationum conuerſio, iuxta Prophetiam Dauid, quippè quæ de illo aut alio haud quaquam poſſit intelligi. *Repetit autem etiam his plerasque, quæ ſuprà lib. aduerſ. Iudæos, ſub finem cap. 11. & 12. Rurſumetiam B. Iuſtinum Martyrem imitatur, & vtrumque B. Cyprian. Teſt. lib. 1. adu. Iud. cap. 21. Eſt verò rurſus Tertullianicum* decucurriſſe.

147. & ad Deum Chriſtum, &c.] *Hic ſupplemus, ſicut etiam ſuprà legitur, ex 1. Vatic. MS. cod. Quod* vere Chriſtus ſit Deus, *infrà latius tractabimus lib. aduerſ. Praxean, vbi id ex Apoſtola comprobat. Atqui ſicut ſuprà ex eodem MS. cod. Vatic. eaſ legeramus:* occutret, *pro* occurrit; *ac:* Poſtula à me, *pro:* de; *&:* Dauid filium eum vendicare, *pro:* eius; *demque:* regnauit, *pro:* regnarit.

148. qui totum iam orbem Euangelij ſui fide cepit, &c.] *Supra c. vlt. lib. adu. Iud.* Euangelij ſui radiis illuſtrauit. *Quomodo autem id verum fuerit ætate Tertulliani, vide eiuſdem libri Adnotat. noſtr. ac cap. 7 nu. 30. & deinceps.*

149. Ecce dedit te in diſpoſitionem generis mei, &c.] *Adeo eamus ſicuti ſuprà:* me, *quia illud interpretantur B. Iuſtinus Martyr vbi ſuprà, Lactant. l. 5. c. 20. ac B. Cyrillus epiſt. de Immacul. virg. c. 2. & legunt BB. Cyprian. Teſtim. lib. 2. adu. Iud. c. 7. Ambr. de Virgin. l. 3. & Euſeb. Demonſtr. Euang. l. 9. c. 15. Iſdque eo magis, quòd apud LXX. corrupta à Iudæis lectio generis Iſraël etiamnum ſeruetur; quod miratur vna mecum Leo de Caſtro, quum Orig. epiſt. ad Africanum, & in Leuitici c. 23. num. 12. iam tum ſignificauerit, adulteratum fuiſſe quod LXX. tranſtulerunt:* generis noſtri. *Atqui familiare eſt Auctori, vt vbique vocem:* Pſal. 118. *diſpoſitionem vertat, quam alij: teſtamentum, tum hic, tum paulopoſt; & vicellam, pro: domo.*

150. Ecce teſtimonium eum nationibus poſui, &c.] *Hæc huic loco, ad finem capitis vſque peculiaria ſunt. Adidem inſtitutum vero hunc locum Iſai. 55. adlegant, non modò BB. Iuſtinus & Cyprianus locis citatis, ſed etiam Auctor lib. de Trinit. inſrà Tom. 5. Euſeb. Cæſar. Demonſtr. Euang. l. 6. c. 23. Ambroſ. ſerm. 5. & Auguſt. conc. 6. in Pſal. 118. Theodoret. etiam in Comment. qui adnotat ſeptuagintam eſſe* LXX. teſtimonium, *pro eo quod Aquila & Theodotion ac Hebræi omnes,* teſtem.

151. Et diſponam vobis, &c.] *Hæc verba paulo antè ibidem leguntur; quorum illud:* religioſa & fidelia Dauid, *latiſſimè & pulcherrimè hic Auctor ex collatione altarum ſcripturarum explicat, & paucis rurſum infrà lib. 4. adu. Marc. c. 21. vbi, quemadmodum hic ſub finem capitis, legit:* Sancta Dauid & fidelia, *cum B. Iuſtino & aliis Patribus, pro eo quod hic:* religioſa & fidelia. *vtrumque* vox Græca ὅσια *ſignificat.*

152. Ex fructu ventris tui, &c.] *Etiam iſtud Pſalmi 131. pulcherrimè explicat, apud quem prunde lege:* Ipſius ergo dicendo venttrem, *pro:* Ipſius autem: *& vt Lucas ſit oratio, ſic quod ſequitur diſtinguo:* immò ipſa erit earo eius, religioſa & fidelia Dauid. *Atqui, quod de* Reſurrectione, fidelia, *tamquam perpetua, cum alia Veteribus interpretatur Auctor, imitatur Paulum Act. 13.*

153. in ſecundo Baſiliarum, &c.] *Proſus ſic legendum, pro:* in primo; *nam præterquam quòd reperiatur hæc ſcriptura 2. Reg. 7. certè eandem etiam citat ex ſecundo* βασιλειῶν *B. Cyprian. Teſtim. lib. 1. adu. Iud. c. 13. & lib. 2. c. 11. Similes autem phraſeos Auctoris ſunt infrà lib. 4. c. 21. Habes tertium Baſiliarum, ſi & quartum reſoluas, &c. ac rurſum, c. 14.* Sic & retrò in βασιλειῶν. *Itaque nouam derivationem Latinam facit Auctor* Baſiliarum, *pro eo quod alij: Regnorum transferant, ſicuti etiam adnotauimus Adnot. noſtris in B. Cypr. diſt. lib. 1. Teſtim. nu. 7. quum autem Auctor 2. & 3. & 4.* Baſiliarum *nomine citet, videtur olim non fuiſſe ea diſtinctio quæ hodie exſtat apud LXX. vt duo primi Samuelis nuncupentur, reliqui verò primus & ſecundus Regum ſeu Regnorum, maximè quum etiam B. Cyprianus non ſemel* βασιλειῶν *primum citet, ſecundum, tertium, & quartum.*

154. Semen tuum, quod erit, inquit, ex ventre tuo, &c.] *Sic hunc locum caſſigauimus ex editione LXX. quæ hodie exſtat, pro eo quod erat:* Semini tuo, *ac:* ex ventre ipſius, *maximè quum illud etiam legat locis citatis B. Cyprianus. Adludit autem ad verba ibidem ſequentia Auctor: Hic ædificabit mihi eidem, quum ſubiungit:* Quia & eidem Dei. *Similiter quam addit:* Denique & thronus in æuum, & regnum in æuum, *ad illa ibidem: Et erigam thronum eius in ſeculum, &c. & regnum eius in ſeculum.*

155. Suſcitauit enim illi Satan, id eſt, hoſtem, Idumæum, &c.] *Addidi:* id eſt, *quia haudubiè:* hoſtem, *addubitè, explicandi gratia, quid per Satan inciſiperet, quæ vox, ſicuti & Græcè* σατὰν, *indeclinabiliter vtitur hic Auctor. B. Cyprianus Latinè Sathanam tranſtulit libr. de Vnit. Eccleſiæ, & de Oratione Dominica, & Teſtim. lib. 3. c. 80. Atqui de Salomone ſimiles locos adnotatos habes ſuprà l. 2. adu. Marc. c. 23. num. 152.*

Cap. xxi.

156. Sic nec illam iniectionem, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quòd non Iudæorum tantùm, ſed maximè gentium ad Chriſtum conuerſio ſcripturis prædicta ſit. *Imitatur verò etiam hic B. Iuſtinum Martyrem aduerſus Try-*

phonem, præsertim de proselytis.

157. nullo adhuc Cerdone, nedum Marcione, &c.] De Cerdone Marcionis *magistro vide supra l. de Præscript. adu. hæret. c. 51. her. 16. num. 321.*

158. Ecce, inquit Isaias, proselyti per me accedent ad te, &c.] *Quid* Proselyti, *supra adnotauimus l. adu. Iud. cap. 1. num. 1. Quo autem loco* Isaias *hæc habeat, hactenus reperire non potui, nisi forte c. 16. Vbi nitio capitu legitur: Habitabunt apud te profugi mei, olim illud lectum fuerat apud* LXX. *nam totum hoc capui præcisum à Iudæis, & nescio quæ alia Græca prorsus cum Hebræo consentientia ab illis subtitutia, adnotauit Leo de Castro in Isaiam. Si quis alium aliquid certius reperire potuit, per me licet. Sunt qui adscribunt Isai. 52. sed neque ibi reperitur.*

159. Et Nationes, quod sumus nos, &c.] *Sic omnino dist. nguendus est hic locus nouæ periodo; nam quæ præcedunt, sunt verba Marcionis, ab eo loco:* quando & proselyti, *&c. Legimus autem etiam cum l. MS. Vatic. cod.* habebant, *pro:* habeant.

160. Et in nomine, inquit, eius, Nationes sperabunt, &c.] *Simulat: hunc locum interpretantur non modo Tertullianus, sed cæteri Veteres omnes de Vocatione gentium ad Christum.*

161. Et erit, inquit, in nouissimis diebus, &c.] *Et hunc locum Isai. 2. similiter Auctor interpretatur supra lib. aduers. Iudæos, c. 3. imitatus etiam in hoc B. Iustinum Martyrem vbi supra; & vtrumque imitatur B. Cyprianus lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 18. hoc titulo: Quòd in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem gentes venirent. Supplemus autem sicut supra, & apud Isaiam: & ædes Dei, ac paulopost:* hæc erit via suanouæ legis Euangelium. *Rursum etiam eiusdem & explicatur infrà initio lib. 4. aduers. Marc. Ex Syon enim exibit Lex, &c.*

162. & Sibynas in falces, &c.] *Vtrobique maluit Auctor vocem Græcam seruare hic & infrà, pro quo supra:* lanceas. *Nam (vti etiam ante me adnotauit Rhenanus) apud Isaiam iuxta* LXX. *verssionem Græcè legitur, ὰ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς ἄροτρια. Est autem ζιβύνη, venabuli genus Auctore Tertulliano. Suidas* ἀλοιδᾶσθαι *ἀνάντιον significare scribit, hoc est, telum prorsus ferreum. Nonnumquam λόγχαιον sine κατάβλον, id est lanceam vel ensem. Omnino autem castigauimus sicut supra:* & non discent amplius bellare, *pro:* dicent, *quia Græce est, μὴ μαθήσουσι.*

163. Vt & hîc discas Christum non bellipotentem, &c.] *Adludit ad caput supra 13.*

Cap. xxii.

164. Habes & Apostolorum opus prædicatum, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus:* Quòd etiam Apostolorum prædicatio in Nationes, prædicta sit, idque non alterius, sed ejusdem Dei, qui etiam ad exemplar Christi à Iudæis persecutionem passi sint.

165. Quàm tempestiui pedes Euangelizantium pacem, euangelizantium bona, &c.] *Rursum hic:* tempestiui, *pro:* pulcri. *Eodem autem modo locum hunc citant Euseb. l. 3. Demonst. Euang. c. 1. Origenes in c. Ioan. 13. B. Ambros. l. de Isaac & anima, c. 4. ac Hesychius in Leuit. c. 4. B. Aug. contra Faustum, lib. 32. cap. 10. & B. Hilarius lib. 5. de Trinitate, Apostolus denique Rom. 10. Quare etiam hîc corruptam esse lectionem* LXX. *à Iudæi recte adnotauit Leo de Castro, atque adeò corrigi debet, & legi:* ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθὰ, *pro eo quod hodie deest* ὡραῖοι, *at hîc legitur* εὐαγγελιζομένων, *& ὡς repetitur.*

166. & in terminos terræ voces eorum, &c.] *Mirum est quòd Auctor tum hic, tum supra cap. 7. lib. adu. Iud. vocem οἰκουμένης vertere dumtaxat:* terræ, *quam alij interpretemur, & Psal. 18. & Rom. 10. transferunt:* orbis terræ. *Supra autem paraphrastes legit:* & vsque in terminos, *& verba, sicuti alij, pro quo hîc:* voces. *vtrumque significare Græcum ῥῆμα τοῦ.*

167. Longè quique à iustitia mea, adpropinquauerunt iustitiæ meæ, & veritati, &c.] *Illud haud dubiè subaudit ex cap. 46. Isaiæ, vbi nunc legitur dumtaxat:* qui longè à iustitia, adpropinquaui iustitiam meam. *Videtur itaque legisse Auctor* ἤγγισα, *pro:* ἤγγικα: *& legisse præterea aliquam vocem quæ veritatem significet, & tamen neque in Græcis, neque in Hebræis aut Chaldæis exemplaribus inuenitur.*

168. renuntiauerunt presbyteris & Archontibus & sacerdotibus Iudæorum.] Renuntiare *hic accipere sicuti supra To. 2. lib. de Corona militis, cap. 3. dixit de baptismo:* nos renuntiare diabolo, *alibi plerumque accipit* renuntiare, *pro: demonstrare. Adludit autem ad cap. 4. Act. quum* presbyteris, *id est,* senioribus, *&* Archontibus, *id est* principibus, *&* sacerdotibus Iudæorum, *respondentur: Si ustum est in conspectu Dei vos potius audire quàm Deum, iudicate. Sine ad illud Act. 23. Vobis prius oportuerat prædicare verbum Dei, ecce conuertimur ad Gentes.*

169. An non vel maximè, inquit, vt alterius Dei prædicatores? &c.] *Verba sunt hæc Marcionis, sicuti etiam illa paulopost:* Omnem inquis, *&c. vsque:* Et qui.

170. separamini qui Domini causam portatis.] *Paraphrastes & interpretatur* causam Domini *Auctor, ac si dicere velit Propheta: Causam Domini adiuste, dum nemen eius vbique prædicatis; proeo quod est apud adiutores omnes:* vasa Domini; *nisi malit quis hoc legendum cum Latino: fed illud habent etiam Vat. 365. cod. Conformiter autem Auctori, de Apostolis stud interpretatur B. Hieronym. quod Apostolus 2. Cor. 16. & aly Veteres in genere ad omnes Christianos referunt. Atqui addit:* Iam enim secundum supra scripta, *&c. nempè quod eundem Isaiam, immediatè ante verba iam citata. Atqui peculiare est Auctori, quod legat & interpretetur:* treuelauerat Dominus brachio tuo sanctum, *pro eo quod aly omnes:* brachium sanctum suum; *qui vertit etiam:* summa terræ, *quod est Græcè* ἄκρα τῆς γῆς, *&:* salutem, σωτήριον: *pro eo quod interpres Latinus* LXX. *fines terræ, & salutare, manus proprie. Auctoris correspondet B. Cyprian. Test. l. 2. adu. Iud. c. 4. præterquàm quòd legat:* brachium *suum illum sanctum.*

171. Videte quomodo petit iustus, &c.] *Locum hunc de* Christo & Apostolis *interpretatur etiam Auctor infrà lib. 4. adu. Marc. & in Scorpiace; imitatus B. Iustinum Mart. Apol. 2. pro Christ. & adu. Typhonem; & vtrumque secutus B. Cyprian. Testim. aduers. Iud. lib. 2. cap. 14. cum quibus retinuimus:* petit, *pro eo quod hodie Græci est* ἀπῶλετο, *id est:* perist. *Legentes cum omnibus tam Græcis quam Latinis Patribus, conformiter etiam Hebraico textui:* auferuntur; *pro:* auferentur; *&:* iniustitiæ, *pro:* iustitiæ, *sicuti etiam ante me castigandum duxit Latinius.*

172. Venite, inquiunt, auferamus iustum, &c.] *Sicut ipsud ex c. 2. citat libri Sapientiæ, sic supra etiam adludit ad id quod sequitur ibidem,* Grauis est iam nobis est ad videndum, *supra To. 2. l. de Patient. c. 5. Et hoc Tomo l. de Præscript. adu. hæret. c. 7. etiam* Salomoni *adtribuit illud cap. 2. In simplicitate cordis quæritte Dominum, quo loco vide Admot. nostras nu. 32. Eodem autem modo de* Christo *interpretantur hanc scripturam, Clemens Alexandr. l. 5. Stromatum, vbi similem Platonis locum ex 2. lib. de Repub. adlegat, Auctor lib. de Montibus Syon & Syna aduersus Iud. Quorum Clemens cum Auctore nostro legit:* auferamus, *alter, sicuti vulgò omnes ex Græco interpretes:* circumueniamus; *hodie Græci est* συεδρεύσωμεν, *quod insidias tendere propriè significat; quare videtur aliud quàm hodie legisse Auctor. Adnotatum fuit ad margenem, & in Indice scripturarum B. Iustini Martyris adu. Tryphonem, tamquam Sap. 2. quod ille citat:* Vinciamus iustum, quia inutilis est nobis; *verum reperitur iuxta* LXX. *Isai. 3. proeo quod B. Hieron. vertit: Dicite iusto, quoniam bene; nam sic etiam ante eum a Rufino in Symbolum Apostolorum, inter opera B. Cyprian.*

173. Perrtansi in medio portæ, mediam Ierusalem, &c.] *Legimus:* mediam Ierusalem, *pro:* in media; *quia illud non modo supra legitur l. adu. Iud. c. 11. sed & Græcè apud* LXX. *vbi quum hodie legetur conformiter Hebræo & Chaldaico textui:*

veteres: Μελὴ μέλλω τῷ πόλῃ, *id eſt*: *portas tranſmediam ciuitatem, videtur legiſſe Auctor* τὰ πύλαι, *quod* portas *ſignificat. Atqui caſtigamus etiam ſicuti ſuprà*: & da ſignum Tau, *pro* ſigna; *quia non modo hodie Græcè* σημεῖον *legitur, ſed etiam ſic B. Cypr. l. ad Demetr. n. 22. ac lib. 2. Teſtim. adu. Iud. cap. 22.* Vbi vide *Adnot. noſtras, de legitima additione* Veritas *ex B. Hieron. 105. & ſuprà quæque nu. 142.*

174. Ipſa eſt enim littera Græcorum Tau, noſtra autem T. ſpecies crucis, &c.] *Hoc ipſum imitati videntur Patres noſtri, dum vt Miſſalibus antiquis initio Canonis in litteram T. vbi legitur*: Te igitur clementiſſime Pater, *ſolent pictam exhibere crucem Chriſti; in cuius locum hodie ſucceſſit ipſa Crucis imago, pagina proximè precedenti. Et verò Tertullianum ſere ad verbum imitatus B. Hieron. in Comment. Extrema, inquit*, Tau *littera* crucis *habet* ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inſcriptione ſignatur. *Cui ſimile eſt locus de ſigno crucis in frontibus ſuprà Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 3. vbi num. 40. latiſſimè ea de re tractauimus, & loras inſuper aliquot noſtros in B. Cyprianum adnotauimus, & aliquid etiam ſuprà ad lib. de Baptiſ. num. 1. de* ſignaculo crucis *in Baptiſmo diximus*: Quo pertinere videtur etiam, *vel potius ad ſignum crucis in ſacrificio Miſſæ, quod mox ſubiungit Auctor*: & ſignaculum frontium.

175. in medio Eccleſiæ hymnum tibi dicam, &c.] *Voluit Auctor Latinè exprimere quod Græcè eſt*: ὑμνήσω σε, *pro quo alij Pſal. 21. melius vertere*: laudabo te. *Exprimit etiam ſua phraſe*: A te laus, mihi, *pro eo quod Græcè eſt*: ἐπαινέσις μέ: *& ab aliis transfertur*: laus mea. *Proinde autem lectionem, etſi non ſequatur, tamen confirmat B. Iuſtinus Mart. aduerſ. Tryphonem, dum illud interpretatur de* hymnis, *quos Chriſtus cum Apoſtolis celebrauit*; *inter quos præcipuus ille, qui dicit, poſt inſtitutionem ſacræ Euchariſtiæ, exiuerint in montem Oliueti, Matth. 26. Unde* hymnorum *vſum in Eccleſia ſumpſiſſe ſuam originem, adnotauimus ad lib. de Orat. Dominica B. Cypr. num. 6. & ſuprà etiam adnotauimus Tom. 1. Apolog. cap. 39. num. 520.*

176. Et in ſexageſimo ſeptimo, &c.] *Omninò ſic caſtigauimus, pro*: quinquageſimo ſeptimo; *neque enim ibi reperitur, ſed Pſal. 67. quod citat iuxta editionem Romanam*: In Eccleſiis benedicite Dominum Deum, *pro quo Gallicana & ex Hebræo habito*: Deo Domino.

177. vt pariter concurreret & Malachiæ Prophetia, &c.] *Etſi hic neceſſariò emendauimus*: Malachiæ, *pro*: Michææ; *nam præterquàm quòd legatur hæc ſcriptura Malach. 1. etiam* Malachiæ *nomine eam nominatim citat Auctor ſuprà lib. adu. Iud. cap. 5. num. 22. & infrà lib. 4. adu. Mart. cap. 1. num. 13. Ex quo poſteriori loco legimus*: gloriſicatum eſt, *pro*: gloriatum, *eo quod ſuprà legatur*: clarificatum; *quo loco vide Adnot. noſtras contra Magdenburgenſes, qui dictum duobus locis calumniantur Tertullianum hanc* Malachiæ *Prophetiam interpretari, non de Eccleſia* ſacrificiis, *vti ibi loquitur, ſed* ſacrificio, *ſic hic & infrà*; *quum hic diſertè verbis* ſacrificia *explicentur*: Gloriæ relatio & benedictio (*quæ proprie ad Miſſæ officium pertinent*) & laus & hymni (*quæ ad Horarum cantum referri debent*) & Eccleſiarum ſacramenta & munditiæ ſacrificiorum; *quæ ad Euchariſtiæ ſacramentum & ſacrificia pertinere quis negare audeat? Et verò, latiſſimè omnes locos Tertulliani, quibus* ſacrificij *Eccleſiæ mentionem facit, adnotauimus in lib. de Orat. num. 1.*

Cap. xxiii.

178. Nunc quia cum Iudæis negas veniſſe Chriſtum eorum, &c.] *Caput hoc inſcriptionis*: Iudæorum exitium, quod ob impietatem in Chriſtum paſſuros eſſe prædictū eſt, iam completum eſſe. *In quo rurſum ad verbum fere imitatur lib. adu. Iud. cap. 13. vnde etiam quædam loca caſtigauimus ac ſupplevimus. Rurſum autem* exitum *vbique, pro*: exitio *accipit. Supplemus verò*: & deſperexerunt & interemerunt.

179. Proinde non deſperandam ſua, &c.] *Mere ſuo nouè Auctor*: aſpernamenta *hic dixit, quæ ſuprà*: abominamenta, *pro eo quod Græcè eſt Iſai. 2.* βδελύγματα, *quod alij*: abominationes *vertunt. Et ſicuti ibi, ſic & hic caſtinauimus*: vanis & nociuis, *pro*: nociuis, *Vti accipiat* noctuas *pro veſperti lionibus.*

180. Abſtulit enim Dominus, &c.] *Pulerè & hunc locum interpretatur, legens*: Abſtulit; *vti inducet eum completam eſſe Prophetiam, ſicuti etiam alicubi B. Cyprianus*; *recte addens*: inter cetera, *quia multo latius hæc Iſaiæ cap. 3. proſequitur. Idem interim, qui hic & ſuprà*: ſapientem architectum *interpretatur* ſpiritum ſanctum; *infrà lib. 5. adu. Marc. cap. 6. etiam* Paulum Apoſtolum *allegoricè interpretatur.*

181. Et mandatum eſt nubibus ne pluerent, &c.] *Nouam periodum hic auſpicamur, quòd reperiatur hæc ſcriptura Iſai. 5. caſtigantes ſicutietiam ſuprà*: vineam Sorech, *pro*: Soreth, *de quo vide & Adnotat. noſtras ibidem nu. 160. Siue autem legas*: chariſmatum roribus, *ſiue thic & ſuprà excuſ., ſiue*: chariſmatibus prioribus, *vel ut bis M.S. ſine tum Vatic. 1. M.S. tod. hic* chariſmatum rationibus; *non refert, niſi quòd elegantius videatur* ſubſtractis chariſmatum rationibus; *vti Metaphoricè adiudat ea rationes qua ſubduncuntur ſiue ſubtrahuntur in computu.*

182. Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem, &c.] *Iſtud Matth. 11. eodem ſenſu B. Iuſtinus citat, adu. Tryphonem Iudæum, & B. Cyprian. lib. Teſtim. 1. adu. Iud. cap. 9. titulo 1. Quòd lex prior, quæ per Moſen data eſt, ceſſatura eſſet. Legimus autem ſituts ſuprà* ex perſeuerantia furoris, *pro*: ea, *eludentes parentheſes* (ab illis enim cœpit infamia) *retinentes etiam lectionem Rhenanam*: & tempus medium (*id eſt, figura Græca, per tempus medium*) à Tiberio vſque ad Veſpaſianum, non pœnitenriam intellexiſſent; *pro quo altera lectio ſuprà non ita mihi placet.* Veſpaſianum *autem nominat, eo quòd ſub illo vaſtata ſit Ieruſalem, vti ex Ioſepho & Philonis hiſtoria Iudaica notum eſt, quam ſuprà pluribus ſit opus.*

183. facta eſt terra eorum deſerta, &c.] *Hæc verba deſumpta ſunt ex Iſa. c. 1. quæ non modo dicto c. 13. ſed etiam c. 3. l. adu. Iud. ſuprà citata ſunt; ex quibus locis ſupplemus ac legimus*: ciuitates eorum exuſtæ igni, *ac*: derelicta eſt filia Syon tamquam ſpecula. *In hoc ſolum differt prior locus, quod hic & alibi legatur* ſpecula in vinea, vel in cucumerario caſula, *ibi verò* caſa in vinea, vel cuſtodiarium in cucumerario; *quomodo etiam B. Cyprian. Teſtim. l. 1. adu. Iud. 1. 6. hoc titulo*: Quòd Ieruſalem perditurus eſſent Iudæi; *& ante hos B. Irenæus l. 4. c. 7. Item Auctor Altercat. Eccleſiæ & Synagogæ apud Auguſt. Græcè eſt, hodie priori loco* σκηνὴ, *quod* umbraculum *proprie, poſteriori* ὀπωροφυλάκιον, *quod pomorum cuſtodiarium ſignificat. Vide etiam ſimilem locum infrà l. 4. adu. Marc. vbi ad ipſum Ioſephum alludere videtur.*

184. Qui & in Pſalmo quinquageſimo octauo, &c.] *Rurſus hic caſtigandum Auctorem, pro*: quinquageſimo ſeptimo, *ipſe Pſal. 58. loquitur, ex quo citatur illud*: Diſpergeillos in virtute tua. *Ita enim, ſituts ſuprà, legendum, pro*: Diſperde, *vox Græca* διασκόρπισον *plus ſatis indicat, & adiutenes omnes conſentiunt, maximè quum præmittatur ab Auctore*; diſperſionem eis poſtulat.

185. Propter me hæc, inquit, facta ſunt vobis, in anxietate dormietis, &c.] *Verbis his finitur c. 50. Iſaiæ, quæ ipſa eodem modo interpretantur de incendio totius Iudææ poſt mortem Chriſti Saluatoris, BB. Cyrill. & Hieron. in Commentariis*; *quamquam & aliam ſenſum allegoricum habent; præterquàm quod legunt*: Per me. *Certè phraſis Græca* δι' ἐμὲ, *etiam apud alios Auctores cum Accuſatiuo cauſam ſignificans, rectè transfertur*: Propter me. *Sunt autem iterum verba Marcionis*: Atquin Chriſtum, *&c. vſque*, Sed ecce, *&c.*

186. & dati ſunt peſſimi pro ſepultura, &c.] *Quaſi aliud agens explicat illud Iſai. 53. etiam ſuprà citatum c. 10. l. adu. Iud.* Et dabo malos pro ſepultura, & diuites pro morte eius; *quod pulerè explicat, de* malitibus, qui (*ſicuts eſt Matth. 28.*) ſubreptum eum (*ſic enim lego, pro*: ſubreptam eam) *nempè Chriſtum*, adſeuerauerant; *& e* de locupletibus (*nempè Principibus Iudæorum*) qui à militibus falſum teſtimonium cadaueris ſubrepti, *& antea à Iuda traditore* (*ſicuts eſt Luc. 22.*) traditionem redemerant. *Atqui legimus ſuprà*

supra c.13. consipitante sensu scripturarum, *&c.*

187. Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis? &c.] *Simile est illud de Iudæa supra Tom.1. Apolog.c.21.* dispersi, palabundi, & cœli & soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine Deo rege; quibus, nec aduenarum iure, terram patriam, saltem vestigio, salutare conceditur; *quæ ipsa verba deserpsit B. Cyprian. sub finem libri de Vanitate Idolorum.*

188. Iam vetò quale est, vt per cœlum suum admiserit, &c.] *Intelligas hoc de* Ascensu Christi in cœlum *Dei creatoris, de quo imprimis Marc.16.*

CAP. XXIIII.

189. Immò, inquis, spero ab illo, &c.] *Inscriptionem huic capiti posteriora dedimus:* Quòd restitutio terræ Iudææ allegoricè sit interpretanda. *Atqui* de regno terreno mille annorum, post hanc vitam, *quum inter paradoxa Auctoris meritò referatur, latiùs in Prolegomenis, hic dumtaxat, de varia agemus lectione scripturarum, quas pro se perperàm citat. Sunt autem iterum verba Marcionis:* Immò, inquis, spero ab illo, *vsque:* ceterùm.

190. Sed DE SINV ABRAHÆ *suo* tempore, &c.] *Adludit ad librum* DE PARADISO, *aut potius ad librum 4. adu. Marc. c. 4. vbi tractat illud Luc.16.* quod legitur De sinu Abrahæ, *in quo Lazari refrigerium;* & *de* inferis, *vbi dæcitè tormenta describuntur, ostendens, aliud esse* inferos, *aliud* sinum Abrahæ, *ad quem locum hæc de re latiùs.*

191. De restitutione verò Iudææ, &c.] *Quòd* restitutio Iudææ *(de qua est illa inter cetera Apostolorum interrogatio, Act.1. Numquid in tempore hoc restitues regnum Israël? & etiam illud Luc.24. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus Israël)* allegorica interpretatione, in Christum competat & Ecclesiam; *latiùs infrà Tom.4. ad fragmenta libri* DE SPE FIDELIVM; *quò etiam Lectorem remittit Auctor; quædam, quantum apparet, hic ex illo repetens, quum subdit:* Nam & confitemur, &c. *Quod opus is exstaret, possemus certius adnotare, quibus locis scripturæ, prophetas sit restitutio Iudææ. Nobis autem occurrit illud Hiereм.31. Qui dispersit seu ventilauit Israel, congregabit eum, &c. quamquam hoc vel ad Israël spirituale populum Christianum referendum sit, vel ad reditum ex Babylone. Item illud Ezech.28. Colligam Israël ab omnibus gentibus, &c.*

192. Hanc & Ezechiel nouit; & Apostolus Ioannes vidit, &c.] *De* Ioanne Apostolo *(quem adeò iterum hi facit Auctorem Apocalypseos) quòd* Ierusalem de cœlo delatam viderit, *Apocal.21. satis notum est;* de Ezechiele *non ita, nisi fortè adludat ad c.48. Sua Prophetæ posteriorum in calce, vbi postquam* ciuitatem Ierusalem *descripsit, hoc habet Epiphonema: Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem. Ab Irenæo quidem citatur quod supra adduximus de* restitutione Iudææ, *Ezech. 28. sed nihil hic ad institutum facit.*

193. Denique proximè expunctum est Orientali expeditione, &c.] *Prodigum illud hactenus repetire apud* ethnicos, *immo nec apud Ecclesiasticos historia scriptores, potui, quare Lectori diligenti inquirendum relinquo, an* in expeditione Orientali *Seueri Imperatoris (de qua loqui videtur Auctor) aliquid tale contigerit in Iudæa. Atqui quo sensu dicat Auctor:* demutati in angelicam substantiam, *supra diximus cap. 9. nu.68. Peculiari etiam significatione:* substantia *ab Auctore vsurpatur, sicut etiam illud:* tetractatur, *pro:* tractatur.

194. Quam in multitudinem arenæ repromittitur, &c.] *Rhenanus hic putat etiam figuram esse Graecam, ac si dicat: secundum quam, nempè* primam repromissionem; *verum: si qua, legatur, nihil opus fuerit; quamquam nihil immutare voluerim, eo quòd illud etiam legant MSS. Vatic. cod.* Prima repromissio *reperitur Gen.13.* altera, 15. Benedictio verò, qua benedixit Isaac Iacob filium suum, *Gen.27.*

195. Et Euangelium vestrum quoque habet, &c.] *Adludit rursum ad Euangelium Marcionis, sine Luca adulteratum; in quo retinuit ille illud Luc.* 12. Quærite primùm regnum Dei, & hæc adiicientur vobis, *sicut patet infra lib.4. adu. Marc.c.29. Distinguimus autem benedictionem Esau, Gen.27.in hunc modum:* De opimitate terræ, dicens, erit inhabitatio tua. *Vbi* opimitas *γὴν ἐξ Ἐτυλλιανεα, solum nihilominus etiam nota, vbi de arbore Medica agit.*

196. Quum vetò Iacob, &c.] *Istud quod reperitur Gen. 28. paraphrasi* Græca *transtulit, non ad verbum. Legimus autem cum I. Vatic. MS.cod.* ad interpretationem somni, *pro:* somni. *Atqui ad verbum transtulit:* ὄνειρ ἦσι τοῦτο, ἐλλ' ὁ ὕπνος τοῦ. Non est aliud, sed ædes Dei.

197. Qui ædificat in cœlum ascensum suum, &c.] *Eodem modo rursum hunc locum Amos 9. interpretatur Auctor infra lib.4. adu. Marc.cap.24. & iterum lib.5. cap. 25. demique & in Scorpiace cap.10. vbi latius de illo.*

198. Et circundabis enim illos, tibi, inquit, tamquam ornamentum sponsæ.] *Istud, etsi prima facie videatur Auctor citare ex eodem Amos, reperitur nihilominus Isai. 49. & citatur etiam lib.4. adu. Marc. vbi de eo latius.*

199. Volant velut qui sunt nihil, &c.] *Citat istud ex Isai. cap. 31. nam ὄρνεα, non dumtaxat aues omnis generis significat, quod aly vertunt, sed etiam accipitres alicubi apud Hesiodum. Atqui Phinees teste, l. 10. c. 10.* Milui *ex accipitrum sunt genere.*

200. Vt nubes volant, & velut pulli columbarum ad me, &c.] *Hic nonam periodum recimus, quod alibi repersatur, nempè Isai.60. (quemadmodum idipsum citat Auctor infrà lib. 5. adu. Marc. cap.15. quum explicat illud 1. Thessal.4. quod hic citatum citatur: Au* fetemur, enim in nubibus *(si ceruum etiam hic legepro:* in nubes) obuiam Domino.) *Vbi alster legit, sicut etiam hodie Græce est:* & columbæ cum pullis. *Ex quo loco etiam ceteri nouatij præcedentibus:* ad me, *distinguendo commate quod sequitur:* scilicet, *quamquam illud ad me nusquam apud Patres legatur, neque hodie in vlla editione. Atqui parenthesis inclusimus illud (*illo scilicet filio hominis veniente in nubibus secundum Danielem) *de quo loco Dan.7. infrà latius lib.4. adu. Marc.c.39. vbi c.21. Luca tractat.*

201. Audi cœlum, & in aures percipe terra, &c.] *Auctor quod Græce est vnica voce ἐνωτίζεσθαι, transtulit:* in aures percipe, *pro quo ally maluerunt vertere: auribus percipe. Supplemus autem ex Vatic. I. MS. cod. paulopost: & experimenta. Atqui deinde iam secundò habes:* si fortè, *hoc ipso capue, pro: fortè.*

Deinde,

ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

CRIPTVRVS *Tertullianus aduersus opus Marcionis ex contrarietatum oppositionibus Antitheseis cognominatum, ad separationem Legis & Euangelij coactum, qua duos Deos diuersos, alterum veteris, alterum noui Testamenti diuidebat.*

1. *Imprimis diuersitatem præceptorum & disciplinarum non negans, in vnum & eundem Deum competere demonstrat; ex eo quòd ipse Deus creator per Prophetas suos aliam Legem nouam, Euangelij nempè, orituram prædixerit pro veteri, ac testamentum æternum pro temporali.*

Deinde, non solùm Lucæ Euangelium (quod Marcion adulteratum admittebat, nullo tamen adscripto titulo) sed etiam Ioannis & Matthæi Apostolorum, & Marci Apostolici viri, non minus ac Lucæ, auctoritatem habere præscribit. II.

Neque verò obstare quòd Apostolus Paulus ad Galatas Apostolos reprehendat; non enim de Euangelij depravatione aut interpolatione, sed de conversatione tantum fuisse denotatos, immò ipsa eorum Euangelij Digesta à Pseudoapostolis fuisse peruersa. III.

Atqui, dum disputatur de titulo Euangelij, quod Marcion suum, Auctor item suum, id est Lucæ, affirmat adulteratum, ei præscribi auctoritatem, quod antiquius reperietur, & illi vitiationem quod posterius; maximè, quum Marcion aliquando Catholicæ Ecclesiæ crediderit, & postea in hæresin descierit. IIII.

Quippè, quum Lucæ Euangelium auctoritatem habeat ab Ecclesijs Apostolicis, apud quas quod sacrosanctum est, ab Apostolis traditum constat; & proinde etiam cetera Euangelia, Ioannis, Matthæi, & Marci; sed & Apocalypsis, ex ordine Episcoporum ad originem recensō. V.

Porrò ad institutum veniens Auctor, nullam esse veteris & noui Testamenti diuersitatem, vel inde præscribit, quòd Christus noster impleuerit Prophetias creatoris, & repræsentauerit promissiones eius, ac Leges adiuuerit. VI.

Quod ipsum, primùm comprobat ex capite quarto Lucæ sub finem, de dæmonio expulso in Synagoga Capharnaum, eo quòd tria Lucæ prima capita, & initium quarti, tamquam suæ sententiæ contraria erasisset Marcion. VII.

Ex eodem capite, partim ante, partim post dictam historiam (nam etiam hoc transposuerat Marcion) de doctrina Christi apud Nazareth in Synagoga, & aliis dæmonijs. VIII.

Item ex capite quinto Lucæ, de vocatione Apostolorum Simonis & filiorum Zebedæi, ac leproso mundato. IX.

Ex eodem de Paralytico curato, & appellatione Filij hominis. X.

De Publicano adlecto à Domino, & de ieiunio, ac Christo sponso, & Parabola vini noui ac veteris; ex eodem capite. XI.

Dein ex capite VI. *de discipulis colligentibus spicas, ac sanata manu arida in Sabbato.* XII.

Ex eodem, de ascensu & oratione nocturna in monte, Apostolorum XII. *numero, mutatione nominis Petri, ac conuentu gentium ad Christum.* XIII.

De beatitudinibus, seu sermone Domini in monte, ex eodem. XIIII.

De variis maledictionibus, quibus Væ Pharisæis imprecatus est, ex eodem. XV.

De præcepto dilectionis tam inimicorum quàm proximi, ex eodem. XVI.

De fœnore interdicto, aliisque Domini verbis penè ad finem vsque eiusdem capitis. XVII.

Ex capite etiam VII. *Lucæ, de fide Centurionis, resuscitato filio viduæ, Ioanne Baptista, & muliere peccatrice.* XVIII.

Posthæc ex capite VIII. *Lucæ, de diuitibus mulieribus adhærentibus Christo, de verbis Domini ad discipulos, & de matre ac fratribus Christi.* XIX.

De miraculis Christi; quibus ventis ac mari imperauit, legionem dæmonum eiecit, & fluxum sanguinis curauit in muliere, ex eodem. XX.

Ex IX. *item capite Lucæ, de discipulis ad prædicandum missis, pasto populo in solitudine, confessione Petri: Tu es Christus, & prædicta persecutione fidelium.* XXI.

De ostensione Christi cum Moyse & Helia in secessu montis, ex eodem. XXII.

De verbis Domini ad Pharisæos, dilectione paruulorum, & increpatione eius qui dixerat: Sequar te quocumque ieris, ex eodem. XXIII.

Porrò & ex capite X. *Lucæ, de adlectione LXX. discipulorum, & potestate illis data.* XXIIII.

De oratione Domini ad Patrem, verbis ad discipulos, & responso facto legis Doctori, ex eodem. XXV.

Exinde ex capite XI. *Lucæ, de Oratione Dominica, aliisque orandi formis & parabolis eò pertinentibus; de surdo dæmonio expulso, ac de exclamatione mulieris de turba.* XXVI.

De Pharisæis signum petentibus, & aliis eorumdem increpationibus; ex eodem. XXVII.

XXVIII. *Ex capite xij. Lucæ, de verbis Domini variis ad discipulos, & parabola diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum.*

XXIX. *De cura non agenda animæ de victu, & corpori de vestitu; succingendis lumbis, ac seruis beatis, & igne missō in terram, aliisque verbis Domini; ex eodem capite.*

XXX. *Rursus ex capte xiij. Lucæ, de curatione Sabbato facta, parabolis, aliisque verbis Domini.*

XXXI. *Etiam ex capite Lucæ xiiij. qualeis ad cœnam vel prandium vocandi sint, ac de cœna ad quam vocauit multos.*

XXXII. *Item ex capite xv. Lucæ, de oue & dragma perditis & inuentis.*

XXXIII. *Ex capite etiam xvj. Lucæ, de duobus Dominis, Deo, & Mammona; ac dicto Domini: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.*

XXXIIII. *De diuortio prohibito, ac proinde coniugio adprobato; & inferno ac sinu Abrahæ; ex eodem.*

XXXV. *Deinceps ex cap. xvij. Lucæ, de verbis Domini diuersis, Leprosis decem curatis, & interrogatione Pharisæorum de regno Dei.*

XXXVI. *Similiter ex cap. xviij. Lucæ, de parabolis iudicis, ac Pharisæi & Publicani orantium in templo; verbis Domini ad adolescentem diuitem, & cæco curato.*

XXXVII. *Ex capite etiam xix. Lucæ, de Zachæo, & seruorum parabola qui secundum rationem fœneratæ pecuniæ diiudicantur.*

XXXVIII *Itidem ex cap. xx. Lucæ, de variis verbis Domini ad Pharisæos, Principes Sacerdotum, Sadducæos, & Scribas.*

XXXIX. *Præterea & ex xxj. Lucæ capite, de venturis in nomine Christi & signis vltimi finis, ac de doctrina Christi in templo & secessu in montem elaonem.*

XL. *Item ex cap. xxij. Lucæ, de die Paschæ electo ad Passionem, venditione ac proditione Iudæ, & de distributione corporis & sanguinis Christi.*

XLI. *De imprecatione illi factā, per quem traderetur filius hominis, ac osculo traditoris; & de responso Domini ad interrogationem an ipse esset Christus, ex eodem capite.*

XLII. *Ex capite quoque xxiij. Lucæ, de simili responso in domo Pilati, iudicio apud eundem Pilatum & Herodem, crucifixione, signis in morte, exspiratione, & sepultura Domini.*

XLIII. *Denique ex cap. xxiiij. Lucæ, de mulieribus ad sepulcrum, cum odorum paratura, resurrectione post biduum, de apparitionibus Christi, quæ mulieribus, discipulis, ac Apostolis factæ sunt, & de missione Apostolorum ad prædicandum vniuersis nationibus.*

Ceterùm libri huius quarti aduersus Marcionem mentionem facit Auctor, quoties Euangelij Marcionis meminit. Tale est illud suprà libro de Carne Christi, cap. 7. vbi paucis tractat illud Lucæ 8. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? Audiat igitur *(inquit)* & Apelles quid iam RESPONSVM SIT à nobis MARCIONI, EO LIBELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS; *adludens haudāubiè ad caput infrà xix. Quo etiam adlusit libro 3. aduersf. Marc. cap. 11. & ibidem etiam ad xxvj. cap. infrà, quum dixit:* Nam & mulier quædam exclamauerat: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ hausisti; *&:* Quomodo mater & fratres eius dicti sunt foris stare? *Sed videbimus de his capitulis suo tempore. Item & ad cap. x. infrà, addens.* Certè quum & ipse se filium hominis prædicaret, natum scilicet profitebatur. Nunc, vt hæc omnia ad Euangelij distulerim examinationem. *In genere autem rursus hunc librum insinuat eiusdem lib. 3. cap. 17.* Sed de vtroque *(inquit)* titulo sic disponam, vt quoniam ipsum quoque Marcionis Euangelium discuti placuit, de speciebus doctrinarum & figurarum illuc differamus; quasi in rem præsentem. *Quare & titulum huius libri auximus, addentes:* DE ANTITHESIBVS EIVS EX EVANGELIO. *Hunc porrò à Rhenano aditum, abeo solo castigatum ex Paterniacensi, & Hirsaugiensi, deinde ex Gorziensi exemplaribus, primùm cum Scholiis, deinde & Adnotationibus; nos iterum ex duobus codicibus MS. Vaticanis, & coniecturis quibusdam Dn. Latinij, emendauimus, nouis Argumento & Adnotationibus auctum.*

Q.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, ADVERSVS MARCIONEM

Liber Quartus, de Antithesibus eius ex Euangelio.



MNEM[1] sententiam, & omnem paraturam impij atque sacrilegi Marcionis, ad ipsum iam Euangelium eius prouocamus, [2] quod interpolando suum fecit. Et vt fidem instrueret, dotem quandam commentatus est illi, opus ex contrarietatum oppositionibus,[3] Antithesis cognominatũ, & ad separationẽ Legis & Euangelij coactum, qua duos Deos diuidens, proinde diuersos, alterum alterius Instrumenti, [4] vel (quod magis vsui est dicere) Testamenti, vt exinde Euangelio quoq; secundum Antitheseis credendo patrocinaretur. Sed & istas proprio congressu cominus, id est, per singulas iniectiones Pontici cæcidissem, si non multò opportuniùs in ipso, & cum ipso Euangelio,[5] cui procurât, retunderentur, quanquã tam facile est præscriptiuè occurrere, equidem vt accepto eas faciam, vt rato habeam, vt nobiscum facere dicã, quo magis de cæcitate auctoris sui erubescãt nostræ iam Antitheses aduersus Marcionẽ. Atque adeò confiteor alium ordinem decucurrisse in veteri dispositione apud creatorẽ, alium in noua apud Christum. Non nego distare documenta eloquij, præcepta virtutis, Legis disciplinas, dum tamen tota diuersitas in vnum & eundem Deum competat, illum scilicet à quo constat dispositam sicut & prædicatam. Olim concionatur Esaias prodituram ex Sion legem, & sermonem Domini ex Ierusalem, aliam vtique legem, aliũmque sermonem: denique iudicabit, inquit, inter nationes, & traducet populum plurimum, scilicet non vnius gentis Iudæorum, sed nationum quæ per nouam legem Euangelij, & nouum sermonem Apostolorum iudicantur & traduenturur apud semetipsas de pristino errore, [6] simul crediderunt, atq; exinde concidunt machæras suas in aratra, & sibynas, quod genus venabulorum est, in falces, id est, feros & æuos quondam animos conuertunt in sensus probos, & bonæ frugis operatios. Et rursus:[7] Audite me, audite me, populus meus, & reges auribus intendite in me, quoniam lex prodibit à me, & iudicium meum in lucem nationum, quo iudicauerat atque decreuerat nationes quoque illuminandas per Euangelij legem atque sermonem. Hæc erit lex apud Dauid inuituperabilis, quà perfecta, conuertens animas, vtique ab idolis ad Deum. hic erit & sermo de quo idem Esaias: [8] Quoniam, inquit, decisum sermonem faciet Dominus in terra. [9] Compendiatum est enim nouum Testamentum, & à legis [10] lacinijosis oneribus expeditum. Sed quid pluribus, cùm manifestiùs, & luce ipsa clariùs nouatio prædicetur à creatore per eundem: [11] Ne rememineritis priorum, & antiqua ne cogitaueritis. Vetera transierunt, noua oriuntur. Ecce facio noua quæ nunc orientur. Item per Hieremiam: Nouate vobis nouamen nouum, & ne seueritis in spinas, & circumcidimini præputia cordis vestri. Et alibi: [12] Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & perficiam domui Iacob & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua arripui dispositionem eorum, ad educendos eos de terra Ægypti. Adeò pristinum testamentum temporale significat, dum mutabile ostendit, etiam dum æternum de postero pollicetur. Nam per Esaiam, Audite me, & viuetis, & disponam vobis testamentum æternum: adijciens sancta & fidelia Dauid, vt id testamentum in Christo decursurũ demonstraretur. Eundem ex genere Dauid secundum Mariæ censum, etiam in virga ex radice Iesse processura figuratè prædicabat. Igitur si alias leges aliósque sermones, & nouas testamentorum dispositiones à creatore dixit futuras, vt etiam ipsorum sacrificiorum alia officia potiora, & quidem apud nationes destinarit, dicente Malachia: [13] Non est voluntas mea in vobis, inquit Dominus, & sacrificia vestra non excipiam de manibus vestris, quoniam à solis ortu vsque ad occasum glorificatum est in nationibus nomen meum, & in omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de conscientia pura: necesse est, omnis demutatio veniens ex innouatione, diuersitatem ineat cum his quorum fit, & contrarietatem ex diuersitate. Sicut enim nihil demutatum quod non diuersum, ita nihil diuersum quod non contrarium. Eiusdem ergo deputabitur etiam contrarietas ex diuersitate, cuius fuerit demutatio ex innouatione. Qui disposuit demutationem, iste in stituit & diuersitatẽ. Qui prædicauit innouationem, iste prænuntiauit & contrarietatem. Quid differentiam rerum ad distantiam interpretaris potestatum? Quid antitheseis exemplorum distorques aduersus creatorem, quas in ipsis quoque sensibus & affectionibus eius potes recognoscere: [14] Ego, inquit, percutiam, & ego sanabo; Ego, inquit, occidam, & ego viuificabo; condens scilicet mala, & faciens pacem. Quã etiam soles illum mobilitatis quoque & inconstantiæ nomine reprehendere, prohibentem quæ iubet, & iubentem quæ prohibet. Cur ergo non & antitheseis ad naturalia reputasti, contrarij sibi semper creatoris?

CAP. I.

Isai. 2.

Isai. 51.

Psal. 18.

Isai. 10.

Isai. 43.

2. Cor. 5.

Hier. 4.

Hierem. 31.

Isai. 55.

Isai. 11.

Malach. 1.

Deut. 32.

1. Reg. 2.

Isai. 45.

Nec mundum saltim recogitare potuisti, nisi fallot, etiam apud Ponticos ex diuersitatibus structum D
æmularum inuicem subſtantiarum. Priùs itaque debueras alium Deum luminis, alium tenebrarum
determinasse, vt ita posses alium Legis, alium Euangelij asseuerasse. Ceterùm præiudicatum est ex ma-
nifestis, cuius opera & ingenia per antitheseis constant, eadem forma constare etiam sacramenta.

CAP. II. [15] Habes nunc Antithesis expeditam à nobis responsionem. Transeo nunc ad Euangelij sanè non
Iudaici, sed Pontici, interim adulterati demonstrationem, præstructuram ordinem quem aggre-
Matth. 28. dimur. Constituimus in primis, Euangelicum Instrumentum Apostolos auctores habere, quibus
hoc munus Euangelij promulgandi ab ipso Domino sit impositum: si & Apostolicos, non tamen
solos, sed cum Apostolis, & post Apostolos: quoniam prædicatio discipulorum suspecta fieri pos-
set de gloriæ studio, si non adsistat illi auctoritas magistrorum, immò Christi, qui magistros Apos-
tolos fecit. [16] Denique nobis fidem ex Apostolis Ioannes & Matthæus insinuant, ex Apostolicis Lu-
cas & Marcus instaurant, ijsdem regulis exorsi, quantum ad vnicum Deum attinet creatorem & Chri-
stum eius, natum ex virgine, supplementum Legis & Propherarum. [17] Viderit enim si narrationum dis-
positio variauit, dummodò de capite fidei conueniat, de quo cum Marcione non conuenit. Contrà
Marcion, Euangelio scilicet suo, nullum adscribit auctorem; quasi non licuerit illi titulum quoque ad-
fingere, cui nefas non fuit, ipsum corpus euertere. [18] Et possem hic iam gradū figere, non agnoscendum
contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam constantiam præferat, nullam fidem repro-
mittat de plenitudine tituli, & professione debita auctoris. Sed per omnia congredi maluimus, nec
dissimulamus quod ex nostro intelligi potest. Nam ex ijs commentatoribus quos habemus, [19] Lu-
cam videtur Marcion elegisse, quem cæderet. Porrò Lucas non Apostolus, sed Apostolicus: E
non magister, sed discipulus, vtique magistro minor, certè tanto posterior, quanto posterioris
Apostoli [20] sectator, Pauli sine dubio: vt & si sub ipsius Pauli nomine Euangelium Marcion in-
tulisset, non sufficeret ad fidem singularitas Instrumenti destituta patrocinio antecessorum. Exigere-
tur enim id quoque Euangelium quod Paulus inuenit, cui fidem dedidit, cui mox suum congruere ge-
Gal. 2. stijt. Siquidem propterea Hierosolymam ascendit [21] ad cognoscendos Apostolos & consultandos,
ne forte in vacuum cucurrisset, id est ne non secundum illos credidisset, & non secundum illos euan-
gelizaret. Denique vt cum auctoribus contulit & conuenit de regula fidei, dexteras miscuere, & exin-
de officia prædicandi distinxerunt, vt illi in Iudæos, Paulus in Iudæos & in Nationes. [22] Igitur
si ipse illuminator Lucæ auctoritatem antecessorum & fidei & prædicationi suæ optauit, quanto
magis eam Euangelio Lucæ expostulem, quæ Euangelio magistri eius fuit necessaria? Aliud est
si penes Marcionem à discipulatu Lucæ, cœpit religionis Christianæ sacramentum. Ceterùm si
& retrò decucurrit, habuit vtique authenticam paraturam, per quam ad Lucam vsque peruenit,
CA. III. cuius testimonio assistente Lucas quoque possit admitti. [23] Sed enim Marcion nactus epistolam
Gal. 2. Pauli ad Galatas, etiam ipsos Apostolos suggillantis, vt non recto pedes incedentes ad veritatē Euan-
» gelij, simul & accusantis Pseudapostolos quosdam peruertentes Euangelium Christi, connititur ad de-
» struendum statum eorum Euangeliorum, quæ propria & sub Apostolorum nomine ædūtur, vel etiam
» Apostolicorum, vt scilicet fidem, quam illis adimit, suo conferat. Porrò etsi reprehensus est Petrus
» & Ioannes & Iacobus, qui existimabantur columnæ, manifesta causa est. Personarum enim respectu
1. Cor. 9. » videbantur variare conuictum. Et tamen quum ipse Paulus omnibus omnia fieret, vt omnes lucrare-
tur, potuit & Petro hoc in consilio fuisse, aliquid aliter agendi quàm docebat. Proinde si & Pseuda-
Psal. 4. et 5. postoli irrepserant, horum quoq; qualitas ædita est, circuncisionem vindicantium & Iudaicos fastos. F
[25] adeò non de prædicatione, sed de conuersatione â Paulo denotabantur, æquè denotaturo, si quid
de Deo creatore aut Christo eius errassent. Igitur distinguenda erunt singula. Si Apostolos præuari-
cationis & simulationis suspectos Marcion haberi quæritur, vsque ad Euangelij depranationem, Chri-
stū iam accusat, accusando quos Christus elegit. Si verò Apostoli quidem integrum Euangelium cō-
tulerunt, [26] de sola conuictus inæqualitate reprehensi, Pseudapostoli autem veritatem eorum interpo-
laurunt, [27] & inde sunt nostra. Digesta; quod erit germanum illud Apostolorum Instrumentū, quod
adulteros passum est, quod Paulum illuminauit, & ab eo Lucam? Aut si tam funditùs deletum est, vt
cataclysmo quodam, ita inundatione falsariorum obliteratum, iam ergo nec Marcion habet verum.
Aut si ipsum erit verum, id est Apostolorum, quod Marcion habet solus, & quomodo nostro consō-
nat, quod non Apostolorum, sed Lucæ refertur? Aut si non statim Lucæ deputandum est, quo Mar-
cion vtitur, quia nostro consonat, scilicet adulterato, etiam circa titulum ceterorum Apostolorum est:
CA. IIII iam ergo & nostrum quod illi consonat, æquè Apostolorum est, sed adulteratum. [28] De titulo quo-
que funis ducendus est contentionis, pari hinc inde nisu fluctuante. Ego meum dico verum, Mar-
cion suum. Ego Marcionis affirmo adulteratum, Marcion meum. Quis inter nos determinabit, nisi
temporis ratio, [29] ei præscribens auctoritatem, quod antiquius reperietur, & ei præiudicans vi-
tiationem, quod posterius reuincetur? In quantum enim falsum corruptio est veri, in tantum
præcedat necesse est veritas falsum. Prior erit res passione, & materia [30] æmulatione. Alioquin quàm
absurdum, vt si nostrum antiquius probauerimus, Marcionis verò posterius, & nostrum antè vi-
deatur falsum quàm habuerit de veritate materiam, & Marcionis antè credatur æmulationem à

nostro

A nostro expertum quàm est æditum, & postremò id verius existimetur, quod est serius post tot ac tanta iam opera atq; documẽta Christianæ religionis seculo ædita, quæ ædi vtique non potuissent sine Euangelij veritate id est ante Euangelij veritatem? Quod ergo pertinet ad Euangelium interim Lucæ, quatenus communio eius inter nos & Marcionem de veritate disceptat, adeo antiquius Marcione est, quod est secundum nos, [31] vt & ipse illi Marcion aliquando crediderit; quum & pecuniam in primo calore fidei Catholicæ Ecclesiæ contulit, proiectã mox cum ipso postea quàm in hæresim suam à nostra veritate defecit. Quid nunc si negauerint Marcionitæ, primam apud nos fidem eius, [32] aduersus epistolam quoque ipsius? Quid si nec epistolam agnouerint? Certè Antitheses non modò fatentur Marcionis, sed præferunt: ex his mihi probatio sufficit. [33] Si enim id Euangelium quod Lucæ refertur (penes nos viderimus, an & penes Marcionem) ipsum est quod Marcion per Antitheses suas arguit, [34] vt interpolatum à protectoribus Iudaismi ad concorporationem Legis & Prophetarum, qua etiam Christum inde configerent, vtique non potuisset arguere, nisi quòd inuenerat. Nemo post futura reprehendit quæ ignorat futura, emendatio culpam non anteced it. Emendator sanè Euangelij à Tiberianis vsque ad Antoniniana tempora euersi, Marcion solus & primus obuenit, expectatus tam diu à Christo pœnitente iam quòd Apostolos præmisisse properasset sine præsidio Marcionis, nisi quòd humanæ temeritatis, non diuinæ auctoritatis negotium est [35] hæresis, quæ sic semper emendat Euangelia dum vitiat. Quum & si discipulus Marcion, non tamen super magistrũ. & si Apostolus Marcion, Siue ego, inquit Paulus, siue illi, sic prædicamus. & si Prophetes Marcion, [36] & spiritus Prophetarum Prophetis erũt subditi. Non enim euersionis sunt, sed pacis. Etiam si angelus Marcion citius anathema dicendus quàm euangelizator, quia aliter euangelizauit. Itaque dum emendat, vtrũque confirmat, & nostrum alterius, id emendans quod inuenit, & id posterius, quod de nostri emendatione constituens suum & nouum fecit. [In summa, si constat[37] id verius quod prius, id prius quod & ab initio, B ab initio quod ab Apostolis; pariter vtique constabit id esse ab Apostolis traditum quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus; quod lacà Paulo Corinthij hauserint; ad quam regulam Galatæ sint recorrecti; quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesij; quid etiam Romani de proximo sonent, [38] quibus Euangelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. [40] Habemus & Ioannis alumnas Ecclesias. [41] Nam & si Apocalypsim eius Marcion respuit, [42] ordo tamen Episcoporum ad originem recensus, in Ioannem stabit auctorem. Sic & ceterarum generositas recognoscitur. Dico itaque apud illas, nec solas iam Apostolicas, sed apud vniuersas, quæ illis de societate sacramenti confœderantur, id Euangelium Lucæ ab initio æditionis suæ stare, quod cùm maximè tuemur. [43] Marcionis verò plerisque nec notum, nullis autem notum, vt non eo damnatum. Habet planè & illud Ecclesias, sed tuas, tam posteras quàm adulteras, quarum si censum requiras, faciliùs apostaticum inuenias quàm Apostolicum, Marcione scilicet conditore, vel aliquo de Marcionis examine. [44] Faciunt fauos & vespæ, faciunt Ecclesias & Marcionitæ. [45] Eadem auctoritas Ecclesiarum Apostolicarum, ceteris quoque patrocinabitur Euangelijs, quæ proinde per illas, & secundum illas habemus, Ioannis dico & Matthæi; [46] licet & Marcus quod ædidit, Petri affirmetur, cuius interpres Marcus. Nam & Lucæ Digestum, Paulo assiberi solent: [47] capit magistrorum videri quæ discipuli promulgarint. Itaque & de his Marcion flagitandus, quòd omissis eis, Lucæ potius insteterit, quasi non & hæc apud Ecclesias à primordio fuerint, quemadmodum & Lucæ. Atquin hæc magis à primordio fuisse credibile est, vt priora quà Apostolica, vt cum ipsis Ecclesijs dedicata. Ceterùm quale est, si nihil Apostoli æderint, vt discipuli potiùs æderint, qui nec discipuli C existere potuissent sine vlla doctrina magistrorum? Igitur dum constet hæc quoque apud Ecclesias fuisse. cur non hæc quoque Marcion attigit, aut emendanda si adulterata, aut agnoscenda si integra? Nam & competit [48] vt si qui Euangelium peruertebant, eorum magis curarent peruersionem, quorum sciebant auctoritatem receptiorem. Ideò & Pseudapostoli, quòd per falsum Apostolos imitarentur. In quantum ergo emendassent quæ fuissent emendanda, si fuissent corrupta, in tantum confirmauit non fuisse corrupta, quæ non putauit emendanda Denique emendauit quod corruptum existimauit. Sed nec hoc meritò: quia non fuit corruptum. Si enim Apostolica integrè decucurrerunt, Lucæ autem quod est secundum nos, adeò congruit regulæ eorum, vt cum illis apud Ecclesias maneat, iam & Lucæ constat integrum decucurrisse vsque ad sacrilegium Marcionis Denique vbi manus illi Marcion intulit, tunc diuersum & æmulum factum est ab Apostolicis. Igitur dabo consilium discipulis eius, vt aut & illa conuertant, licet serò, ad formam sui, quo cum Apostolicis conuenire videantur [49] (Nam & quotidie reformant illud prout à nobis quotidie reuincuntur:) aut erubescant de magistro vtrobique traducto, quum Euangelij veritatem nunc ex conscientia [50] tramittit, nunc ex impudentia euertit. His ferè compendijs vtimur, quum de Euangelij fide aduersus hæreticos expedimur, defendentibus & temporum ordinem posteritati falsariorum præscribentem, & auctoritatem Ecclesiarum [51] traditioni Apostolorum patrocinantem: quia veritas falsum præcedat necesse est, & ab eis procedat à quibus tradita est. [[52] Scd alium iam hinc animus gradum, ipsum (vt professi sumus) Euangelium Marcionis prouocantes. si quoque probaturi adulteratum. Certè enim totum quod elaborauit etiam Antitheseis præstruendo, in hoc cogit, vt veteris & noui

Matt.10.
1. Cor. 15.
1. Cor. 14.
Gal. 1.

CAP. V.

1. Cor. 3.
Gal. 6.

Apoc. 2.
& 3.

Gal. 1.
2. Cor. 11.

CAP. VI.

Testamenti diuersitatem constituat, proinde Christum suum à creatore separaturus, vt Dei alterius, vt [59] alienum Legis & Prophetarum. [14] Certè propterea contraria quæque sententiæ suæ erasit conspirantia cum creatore, quasi ab assertoribus eius intexta: competentia autem sententiæ suæ reseruauit. [15] Hæc conueniemus, hæc amplectemur, si nobiscum magis fuerint, si Marcionis præsumptionem percusserint, tunc & illa constabit eodem vitio hæreticæ cæcitatis erasa, quo & hæc reseruata. Sic habebit intentio & forma opusculi nostri, sub illa vtique conditione quæ ex vtraque parte condicta sit. [16] Constituit Marcion alium esse Christum, qui Tiberianis temporibus à Deo quodam ignoto reuelatus sit in salutem omnium gentium: alium qui à Deo creatore in restitutionem Iudaici status sit destinatus, quandoque venturus. Inter hos magnam & omnem differentiam scindit, quantam inter iustum & bonum, quantam inter legem & Euangelium, quantam inter Iudaismum & Christianismum. Hinc erit & nostra præscriptio, qua defigimus nihil Christo Dei alterius commune esse debere cum creatore. Ceterùm creatoris pronuntiandum, si administrauerit dispositiones eius, si impleuerit Prophetias eius, si adiuuerit leges eius, si repræsentauerit promissiones eius, si restaurauerit virtutes eius si sententias reformauerit, si mores, si proprietates expresserit. Huius pacti & huius præscripti, quæso te Lector memineris vbique, & incipe recognoscere aut Marcionis Christum, aut creatoris. [17] *Anno quinto decimo principatus Tiberiani,* [18] proponit, *Deum descendisse in ciuitatem Galilææ Capharnaum,* [19] vtique de cœlo creatoris, in quod de suo antè descenderat. Et quid ergo ordinis fuerat, vt priùs de suo cœlo in creatoris descendens describeretur? Cur enim non & ista reprehendam, quæ non implent fidem ordinariæ narrationis, deficientis in mendacio semper? Planè semel dicta sint, [20] per quæ iam alibi retractatiimus: An descendens per creatorem, & quidem aduersus ipsum potuerit ab eo admitti, & intramitti in terram æquè ipsius. Nunc autem & reliquum ordinem descensionis expostulo tenens descendisse illum. Viderit enim sicubi apparuisse positum est. Apparere subitò, ex inopinato, sapit conspectum, qui semel impegerit oculos in id quod sine mora apparuit. Descendisse autem; dum it, videtur & subit oculos; de facto etiam ordinem facit. Atque ita cogit exigere, quali habitu, quali suggestu, quonam impetu vel temperamento, etiam quo in tempore diei noctisve descenderit. Præterea quis viderit descendentem, quis retulerit, quis asseuerauerit, rem vtique nec asseueranti facilè credendam. Indignum denique [61] vt Romulus quidem ascensus sui in cœlum habuerit Proculum affirmatorem; Christus verò descensus de cœlo sui non inuenerit annuntiatorem; quasi non sic & ille ascenderit ijsdem mendacij scalis, sicut & iste descendit. Quid autem illi cum Galilæa, si non erat creatoris, cui ista regio destinabatur ingressuro prædicationem, dicente Esaia: [62] Hoc primum bibito, citò sacito, regio Zabulon & terra Nepthalim, & ceteri qui maritimam ad Iordanem, Galilæa nationum, populus qui sedetis in tenebris, videte lumen magnum; qui habitatis terram, sedentes in vmbra mortis, lumen ortum est super vos. Benè autem quòd & Deus Marcionis, illuminator vindicatur nationum, quo magis debuerit vel de cœlo descendere, & si vtique in Pontum potius descendere quàm in Galilæam. Ceterùm & loco & illuminationis opere secundum prædicationem occurrentibus Christo, iam eum prophetatum incipimus agnoscere, ostendentem in primo ingressu veniisse se, non vt Legem & Prophetas dissolueret, sed vt potiùs adimpleret. [63] Hoc enim Marcion, vt additum, erasit. Sed frustrà negabit Christum dixisse, quod statim fecit ex parte. Prophetiam enim interim de loco adimpleuit, [64] de cœlo statim *ad synagogam.* [65] Vt dici solet: Ad quod venimus, hoc agè. [66] Marcion auser etiam illud de Euangelio: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël. Et non est auferre panem filijs, & dare eum canibus, ne scilicet Christus Israëlis videretur. Sufficiunt mihi facta pro dictis. Detrahe voces Christi mei, res loquentur. Ecce venit in synagogam: certè ad oues perditas domus Israëlis. Ecce doctrinæ suæ panem prioribus offert Israëlitis: certè vt filios præfert. Ecce alijs eum nondum impertit: certè vt canes præterit. Quibus autem magis impertisset quàm extraneis creatoris, si ipse in primis non fuisset creatoris? Et tamen quomodo in synagogam potuit admitti, tam repentinus, tam ignotus, cuius nemo adhuc certus, de tribu, de populo, de domo, [67] de censu denique Augusti, quem testem fidelissimum Dominicæ natiuitati: Romana archiua custodiunt? Meminerant certè, [68] nisi circumcisum scirent, non admittendum in sanctam sanctorum. Sed etsi passim synagoga adiretur; [69] non tamen *ad docendum* nisi ab optimè cognito & explorato & probato, iam pridem in hoc ipsum, vel aliundè commendato cum hoc munere. [70] *Stupebant autem omnes ad doctrinam eius.* Planè. *Quoniam*, inquit, *in potestate erat sermo eius.* Non quoniam aduersus Legem & Prophetas docebat. Vtique enim eloquium diuinum & vim & gratiam præstabat, magis extruens quàm destruens subst antiam Legis & Prophetarum. Alioquin non stuperent, sed horrerent: nec mirarentur, sed statim auerfarentur destructorem Legis & Prophetarum, & vtique in primis alterius Dei prædicatorem: quia nec potuisset aduersus Legem & Prophetas docere, & hoc nomine aduersus creatorem, non præmissa diuersæ atque æmulæ diuinitatis professione. Quum ergo nihil tale scriptura significet, nisi solam vim & potestatem sermonis admirationi fuisse: faciliùs ostendit, secundum creatorem docuisse illum, quia non negauit, quàm aduersus creatorem, quia non significauit. Atque ita aut eius erit agnoscendus secundum quem docuit, aut præuaricator iudicandum, si secundum eum aduersus quem venerat, docuit. [71] *Exclamat* ibidem *Spiritus demonio:*

Quid

Ca. VII. de c. 3. & 4. Luc. *Luc.* 3. *Luc.* 4. *Isai.* 9. *Matth.* 5. *Luc.* 4. *Matth.* 15. *Ibid.* *Luc.* 2. *Luc.* 4. *Ibid.*

A *Quid nobis & tibi est Iesu? Venisti perdere nos, scio qui sis, sanctus Dei.* Hic ego non retractabo, an & hoc cognomentum competierit ei quem nec Christum vocari oporteret, si non creatoris.[72] Alibi iam de nominibus expostulatum est. At nunc discepto, quomodo hoc eum vocari cognouerit dæmon, nulla vnquam retrò emissa prædicatione in illum, à Deo ignoto & in id temporis muto, cuius nec sanctum eum contestari potuit, vt ignoto iam ipsi suo creatori. Quid autem iam tale adideret nouæ diuinitatis, per quod posset alterius Dei sanctus intelligi? tantùm quòd synagogam introgressus, & nec sermone operatus aliquid aduersus creatorem? Sicut ergo quem ignorabat, nullo modo poterat Iesum & sanctum Dei agnoscere, ita quem norat agnouit. Nam & Prophetam meminerat sanctum Dei prædicasse, & Iesum nomen Dei esse in filio Naue.[73] Hæc & ab angelo exceperat secundum nostrum Euangelium: Propterea quod in tenaci setur, vocabitur sanctum filius Dei, & vocabis nomen eius Iesum. Sed & habebat vtique sensum aliquem Dominicæ dispositionis (licet dæmon tamen) magis quàm alienæ & nondum satis cognitæ. nam & præmisit, Quid nobis & tibi? non quasi in[74] extraneum Iesu, ad quem pertinent spiritus creatoris. Nec enim dixit, quid tibi & nobis, sed quid nobis & tibi; sed deplorans & sorti suæ exprobrans: quam iam videns, adijcit, Venisti perdere nos. adeò iudicis & victoris, & vt ita dixerim, sæui Dei filium agnouerat Iesum, non optimi illius & perdere & punire nescientis. Quorsum hunc locum præmisimus? vt & Iesum à dæmone non alium doceamus agnitum, & à semetipso non alium confirmatum quàm creatoris.[75] Atquin, inquis, *increpuit illum Iesus.* Planè vt inuidiosum, & in ipsa confessione petulantem, & malè adulantem: quasi hæc esset summa glotia Christi, si ad perditionem dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem, qui nec discipulos de subactione spirituum, sed[76] de candida salutis gloriari volebat. Aut cur eum increpuit? Si quasi mentitum in totum, ego non fuit Iesus, nec Dei sanctus omninò. Si quasi ex parte mentitum, quòd eum Iesum quidem & sanctum Dei, sed creatoris existimasset, iniustissimè increpuit

B hoc sentientem, quod sciebat sentiendum, & hoc non existimantem quod ignorabat existimandum, alium Iesum & alterius Dei sanctum. Quòd si verisimiliorem statum non habet increpatio, nisi quem nos interpretamur, iam ergo & dæmon nihil mentitus est, non ob mendacium increpitus, ipse enim erat Iesus præter quem alium dæmon agnouisse non poterat: & Iesus cum confitmauit quem agnouerat dæmon, dum non ob mendacium increpat dæmonem. [77] Nazaræus vocari habebat secundum Prophetiam Christus creatoris. vnde & ipso nomine nos Iudæi Nazaræos appellant per eum. Nam & sumus de quibus scriptum est: Nazaræi exalbati sunt super niuem. Qui scilicet retrò luridati delinquentiæ maculis, & nigrati ignorantiæ tenebris. Christo autem appellatio Nazaræi competitura erat ex infantiæ latebris, ad quas apud Nazareth descendit vitando Archelaum filium Herodis. Hoc propterea non omisi, quia Christum Marcionis oportuerat omnę commercium eierasse etiam locorum familiarium Christi creatoris, habentę tanta Iudææ oppida non ita Christo creatoris per Prophetas emancipata. Ceterùm Prophetarum erit Christus vbicunque, secundum Prophetas inuenitur. Et tamen[79] *apud Nazareth* quoque nihil nouí notatur *prædicasse, dum alio merito vnius prouerbij eiectus, refertur*[80]. Hic primùm manus ei iniectas animaduertens, necesse habeo iam de substantia eius corporali præfinire, quòd non possit phantasma credi, qui contactum, & quidem violentia plenum, *descensus & captus, & ad præcipitium vsque protractus*, admiserit. Nam & si *per medios euasit*, sed antè iam vim expertus, & postea dimissus, scilicet soluto vti assolet tumultu, vel etiam irrupto, non tamen per caliginem, elusо, quæ nulli omninò tactui succidisset, si fuisset.

[81] *Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.*

C Etiam secularis sapientiæ digna sententia est. Ad summam, & ipse mox tetigit alios,[82] quibus *manus imponens*, vtique sentiendas, *beneficia medicinarum conferebat*, tam vera, tam non imaginaria, quàm erant per quas conferebat. Ipse igitur est Christus Esaiæ, remediator valetudinum.[84] Hic, inquit, inibecillitates nostras aufert, & languores portat.[85] Portare autem Græci etiam pro eo solet ponere, quod est tollere. Sufficit interim mihi generalis repromissio. Quodcunque curauerit Iesus, meus est. Veniemus tamen & ad species curationum. Ceterùm & à dæmonijs liberare, curatio est valetudinis.[86] Itaque *spiritus nequam* quasi ex forma iam prioris exempli cum testimonio *excedebant vociferantes, Tu es filius Dei*: cuius Dei, vel hic pareat. *Sed* proinde *increpabantur & iubebantur tacere.* Proinde enim Christus ab hominibus, non à spiritibus immundis, volebat se filium Dei agnosci. Ille Christus duntaxat cui hoc congruebat: quia præmiserat per quos posset agnosci, & vtique digniores prædicatores. Illius erat, præconium immundi spiritus respuere, cui sancti abundabant. Porrò qui nunquam fuerat annuntiatus / si tamen volebat agnosci, frustrà autem venerat, si nolebat) non esset aspernatus testimonium alienæ & cuiuscunq; substantiæ, qui propriæ non habebat, qui in aliena descenderat. Iam nunc & quà destructor creatoris, nihil magis gestisset quàm à spiritibus ipsius agnosci, & diuulgari præ timore,[87] nisi quòd Marcion Deum suum timeri negat, defendens bonum non timeri, sed iudicem apud quem sint materiæ timoris, ira, sæuitia, iudicia, vindicta, damnatio. Sed & dæmonia timore vtique cedebant. Ergo timendi Dei filium confitebantur, occasionem habitura non cedendi, si non timendi. Et ille iussu & increpitu ea expellens, non suasu quâ bonus, timendum se exhibebat. Aut nunquid ideò increpabat, quia timebatur nolès timeri? Et quomodo ea volebat excedere, quodnisi timore

Ibid.

Num. 13. Luc. 1.

Luc. 4.

Ibid.

CA. VIII etiam de c. 4. Luc. *Matth. 2. Thren. 4.*

Matt. 2.

Luc. 4.

Ibid. Ibid.

Ibid. Isai. 53.

Luc. 4.

non facerent? Cecidit ergo in neceſſitatem, quâ diſparem ſe naturæ ſuæ ageret, quum poſſet, vt bonus ſemel eis parcere. Cecidit & in aliam præuaricationis notam, quum ſe à dæmonijs quaſi filium creatoris ſuſtineret timeri, vt iam non proprijs poteſtate expelleret dæmonia ſed per creatoris auctoritatem. [88] *In ſolitudinem procedit.* Solennis & huiuſmodi regio creatoris. [89] Oportebat ſermonem illic quoque videri in corpore; vbi egerat aliquando & in nube. Competebat & Euangelio habitus loci, qui placuerat & Legi. [90] Capiat itaque iocunditatem ſolitudo, hoc Eſaias promiſerat. [91] *De tenuis à turbis: Oportet me, inquit, & alijs ciuitatibus annuntiare regnum Dei.* Oſtenderat iam alicubi Deum ſuum? Non puto adhuc vſque. Sed de eis loquebatur qui alium quoque Deum nouerant. Nec hoc credo. Ergo ſi nec ille alium Deum ædiderat, nec illi nouerant præter creatorem, eiuſdem Dei regnum portendebat, quem ſolum ſciebat notum eis qui audiebant. [92] De tot generibus operum quid vtique ad piſcaturam reſpexit, [93] vt ab illa in Apoſtolos ſumeret Simonem, & filios Zebedæi? Non enim ſimplex factum videri poteſt, de quo argumentum proceſſurum erat, [94] *dicens Petro trepidanti de copioſa indagine piſcium: Ne time, abhinc enim homines eris capiens.* Hoc enim dicto intellectum illis ſuggerebat adimpletæ Prophetiæ: ſe eum eſſe qui per Hieremiam pronuntiarat Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabuntur illos, homines ſcilicet. Denique *relictis nauiculis ſequuti ſunt eum*, ipſum intelligentes qui cœperat facere quod ediderat. Aliud eſt, ſi affectauit de nauiculariorum collegio adlegere, habiturus Apoſtolum quandoque nauclerum Marcionem. Præſtruximus quidem aduerſus Antitheſeis nihil proficere propoſito Marcionis, quam putat diuerſitatem Legis Euangelij, vt & hanc à creatore diſpoſitam, denique prædicatam in repromiſſione nouæ legis & noui ſermonis & noui Teſtamenti. Sed quoniam attentiùs argumentatur apud illum ſuum, neſcio quem [96] *συντελέστερον*, id eſt commiſeronem, & *συμμισῆ μου*, id eſt codibilem, [97] in *leproſi purgationem*, non pigebit ei occurrere. & in primis figuratæ legis vim oſtendere; quæ [98] in exemplo leproſi non contingendi, immo ab omni commercio ſubmouendi, communicationem prohibebat hominis delictis communicati; cum qualibus & Apoſtolus cibum quoque vetat ſumere: participari enim ſtigmata delictorum quaſi ex contagione, ſi quis ſe cum peccatore miſcuerit. Itaque Dominus volens altiùs intelligi Legem, per carnalia ſpiritalia ſignificantem: & hoc nomine non deſtruens, ſed magis extruens, quam pertinentiùs volebat agnoſci: *tetigit leproſum*, à quo etſi homo inquinari potuiſſet, Deus vtique non inquinaretur, incontaminabilis ſcilicet. Ita non præſcribetur illi quòd debuerit legem obſeruare, & non contingere immundum, quem contactus immundi non erat inquinaturus. Hoc magis meo Chriſto competere ſic doceo, dum tuo non competere demonſtro. Si enim vt æmulus legis tetigit leproſum, nihili faciens præceptum legis, per contemptum inquinamenti, quomodo poſſet inquinari, qui corpus non habebat quod inquinaretur? Phantaſma enim inquinari non poſſet. Qui ergo inquinari non poterat vt phantaſma, iam non virtute diuina incontaminabilis erit, ſed phantaſmatis inanitate: nec contempſiſſe videri poteſt inquinamentum, cuius materiam non habebat: ita nec legem deſtruiſſe, qui inquinamentum ex occaſione phantaſmatis, non ex oſtentatione virtutis euaſerat. [99] Si autem Heliſæus Prophetes creatoris, vnicum leproſum Naamã Syrum ex tot leproſis Iſraëlitis emundauit, nec hoc ad diuerſitatem facit Chriſti, qua ſi hoc modo melioris, dum Iſraëlitem leproſum emundauit extranеus, quem ſuus Dominus emundare non valuerat, Syro faciliùs emundato, ſignificato, per Nationes emundationis in Chriſto lumine earum quæ [100] ſeptem maculis capitalium delictorum inhorrerent, idololatria, blaſphemia, homicidio, adulterio, ſtupro, falſo teſtimonio, fraude. Quapropter ſepties quaſi per ſingulos titulos in Iordane lauit: ſimul & vt totius hebdomadis caneret expiationem, [101] quia vnius lauacri vis & plenitudo Chriſto ſoli dicabatur, facturo in terris, ſicut ſermonem compendiatum, ita & lauacrum. Nam & hoc oppo-
» nit Marcion: Heliſæum quidem materia eguiſſe, aquam adhibuiſſe, & eam ſepties: Chriſtum verò
» verbo ſolo & hoc ſemel functo, curationem ſtatim repræſentaſſe. Quaſi non audeam & verbum ipſum in ſubſtantiam creatoris vindicare. Nullius rei non ille potior auctor, qui prior. Incredibile
» planè, vt poteſtas creatoris verbo remedium vitijs vnius operata ſit, quæ verbo tantam mundi mo-
» lem ſemel protulit: Vnde magis dignoſcitur Chriſtus creatoris, quàm ex verbi poteſtate? Sed ideò alius Chriſtus, quia aſſter quàm Heliſæus, quia potentior dominus famulo ſuo. Quid conſtituis Marcion, proinde res agi à ſeruis, quemadmodum ab ipſis dominis? Non times ne in dedecus tibi vertat, ſi ideò Chriſtum negas creatoris, quia potentior fuerit famulo creatoris, qui ad Heliſæi puſillitatem maior agnoſcitur, ſi tamen maior. Par enim curatio, licet diſtet operatio. Quid amplius præſtitit tuus Chriſtus, quàm meus Heliſæus? Immò quid magnum præſtitit tui Chriſti verbum? quum id præſtiterit quod fluuius creatoris. [102] Secundum hæc, cetera quoque occurrunt. Quantum enim ad gloriæ humanæ auerſionem pertinebat, *vetuit eum diuulgare*: quantum autem ad tutelam legis, iuſſit ordinem impleri. *Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes.* Argumenta enim figurata vt puta prophetatæ legis adhuc in ſuis imaginibus tuebatur, quæ ſignificabant hominem quondam peccatorem, verbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo apud templum, orationem ſcilicet & actionem gratiarum apud Eccleſiam; per Chriſtum Ieſum catholicum patris ſacerdotem. Itaque adiecit, [103] *vt ſit vobis in teſtimonium.* Sine dubio; quo teſtabatur ſe legem non diſ-

Ibid.
Exod. 19. Iſa. 35. & 42. Luc. 4.
CA. IX. ex capite v. Lucæ.
Luc. 5.
Hier. 16. Luc. 15.
Ibid. Num. 5.
1. Cor. 5.
Luc. 5.
Luc. 4. 4. Reg. 6.
Luc. 5. Ibid.
Ibid.

A soluere, sed ad implere: quo testabatur seipsum esse, qui morbos & valetudines eorum susceperuit annuntiabatur. Hanc tam congruentem & debitam interpretationem in testimonij, adulator Christi sui Marcion, sub obtentu mansuetudinis & lenitatis quærit excludere. Nam & bonus, inquit, præterea sciens omnem qui lepra esset liberatus, solennia legis executurum, ideò ita præcipit. Quid tum? Perseueraui tne in bonitate, id est permissione legis, an non? Si enim bonus persseuerauit, nunquam destructor erit legis, nec Dei alterius habebitur, cessante legis destructione per quam alterius Dei vindicatur. Si non perseueraui bonus destruendo postea legem, falsum ergo testimonium postea collocauit apud illos in curatione leprosi: deseruit enim bonitatem, dum destruit legem. Malus iam quando legis euersor: si bonus, quum legis indultor. Sed & eo quòd indulsit legi obsequium, bonam legem confirmauit. Nemo enim malo obsequi patitur. Ergo & sic malus, si obsequium malæ legi indulsit: & sic deterior, si bonæ legis destructor aduenit. Proinde si vt sciens omnem qui lepra liberatus esset ita facturum, ideò præcepit munus offerre, potuit & non præcepisse quod scribebat vltrò futurum: In vanum ergo descendit quasi legem destructurus, quum cedit obsecutoribus legis. Atquin quasi sciens formam eorum, magis ab ea auertendos præuenire debuerat, si in hoc venerat. Cur ergo non tacuit, vt homo solo suo arbitrio legi obediret? tunc enim aliquatenus posset videri patientiæ suæ præstitisse. Sed adijcit etiam auctoritatem suam exaggeratam testimonij pondere. Cuius iam testimonij, nisi legis assertæ? Certè nihil interest quomodo firmauerit legem, siue quâ bonus, siue quâ superuacuus, siue quâ patiens, siue quâ inconstans, dum te Marcion [104] de gradu pellam. Ecce præcepit legem impleri. Quocunque modo præcepit, eodem potuit etiam illam præmisisse sententiam: Non veni legem dissoluere, sed adimplere. Quid ergo tibi fuit de Euangelio erasisse quod saluum est? confessus es enim præ bonitate feciſſe illum, quod negas dixisse. Constat ergo dixisse illum, quia & fecit: & te potius vocem Domini de Euangelio erasisse, B quàm nostros iniecisse. [105 *Curatur & paralyticus, & quidem in cœtu spectante populo.* 106] Videbit enim, inquit Esaias, populus sublimitatem Domini & gloriam Dei. Quam sublimitatem & quam gloriam? [107] Conualescite manus dimissæ, & genua dissoluta: hoc erit paralysis. Conualescite, nec timete. Non otiosè iterans, conualescite nec vanè subiungens, nec timete: quoniam cum redintegratione membrorum, virium quoque repræsentationem pollicebatur, [108 *Exsurge, & tolle grabatum tuum*: simul & animi vigorem ad non timendos qui dicturi erant, *Quis dimittet peccata, nisi solus Deus?* Habes itaque iam & specialis medicinæ dispunctam Prophetiam, & eorum quæ medicinam sunt secuta. Pariter & dimissorem delictorum Christum recognosce apud eundem Prophetam, [109] Quoniam inquit in plurimis dimittet delicta eorum: &: Delicta nostra ipse auferet. [110] Nam & in priore, ex ipsius Domini persona: Et si fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut niuē exalbabo: & si tanquam coccinum, velut lanam exalbabo. In roseo sanguinem ostendens Prophetarum in coccino Domini, vt clariorem. Etiam Micheas de venia delictorum: [111] Quis Deus, quomodo tu? eximens iniquitates, & præteriens iniustitias reliquis hæreditatis tuæ. Non tenuit in testimonium iram suam, quia voluit misericordiam. Auertet & miserebitur nostri. Demerget delicta nostra, & demerget in profunda maris peccata nostra. Sed etsi nihil tale in Christum fuisset prædicatum, haberem huius benignitatis exempla in creatore, promittentia mihi & in filio patris affectus. [112] Video Niniuitas scelerum veniam consecuturos à creatore, ne dixerim tunc quoque à Christo, quia à primordio egit in patris nomine. Lego & Nathan Prophetam agnoscenti Dauid delictum suum in C Vriam, dixisse: Et Dominus circumduxit delictum tuum &, non morieris. Proinde & Achab regem, maritum Iezabel, reum idololatriæ & sanguinis Nabuthæ, veniam meruisse, pœnitentiæ nomine: Ionathan filium Saulis, resignati ieiunij culpam deprecatione delesse. Quid de ipso populo retexam totiens delictorum indulgentia restituto, ab eo scilicet Deo; qui mauult misericordiam quàm sacrificium, & peccatoris pœnitentiam quàm mortem. Prius est igitur, neges creatorem indulsisse aliquando delicta. Consequens est, vt ostendas nec in Christum suum tale quid eum prædicasse: & ita probabis nouam istam Christi noui scilicet benignitatem, si probaueris, nec parem creatori, nec prædicatam à creatore. Sed & peccata dimittere, an eius possit esse qui negetur tenere, & an eius sit absoluere, cuius non sit etiam damnare: & an congruat eum ignoscere, in quem nihil sit admissum, [113] alibi iam congressi maluimus admonere quàm retractare. [114] De *filio hominis* duplex est nostra præscriptio, neque mentiri posse Christum, vt se filium hominis pronuntiaret, si non verè erat: neque filium hominis cōstitui, qui non sit natus ex homine, vel patre vel matre: atque ita discutiendum, cuius hominis filius accipi debeat, patris an matris. Si ex Deo patre est vtique non ex homine. Si non & ex homine, superest vt ex homine sit matre. Si ex homine, iam apparet, quia ex virgine. Cui enim homo pater non datur, nec vir matri eius deputabitur. Porrò cui vir non deputabitur, virgo est. Ceterùm duo iam patres habebuntur, Deus & homo, si non virgo sit mater. Habebit enim virum vt virgo non sit, & habendo virum duos patres faciet, Deum & hominem, ei qui & Dei & hominis esset filius. [115] Talem si fortè Castori aut Herculi natiuitatem tradunt fabulæ. Si hæc ita distinguuntur, id est, si ex matre filius est hominis, quia ex patre non est: ex matre autem virgine, quia non ex patre homine: hic erit Christus Esaiæ, quem concepturam

Matth. 5. *Isai. 53.*

Matt. 5.

CAP. X. etiam de c.v. Lucæ.

Luc. 5. *Isai. 35.*

Luc. 5. *Ibid.*

Isai. 53. *Isai. 1.*

Michea. 7.

Iona. 3.

2. Reg. 12. *3. Reg. 21.* *1. Reg. 14.*

Ose. 6. *Ezech. 33.*

Luc. 5.

virginem prædicat. Qua igitur ratione admittas filium hominis Marcion, circumspicere non non pos- D
sum. Si patris hominis, negas Dei filium; si & Dei, Herculem de fabula facis Christum si matris tantùm
hominis, meum concedis; si neque patris hominis, ergo nullius hominis est filius, & necesse est
mendacium admiserit, qui se quod non erat, dixit. Vnum potest angustijs tuis subuenire, si audeas
Dan. 7. aut Deum tuum [116] patrem Christi hominem quoque cognominare, quod de Æone fecit Va-
lentinus: aut virginem hominem negare, quod nec Valentinus quidem fecit. Quid nunc si ipso
titulo filij hominis, censetur Christus apud Danielem? nónne sufficiet ad probationem prophetici
Christi? Quum enim id se appellat quod in Christum prædicabatur creatoris, sine dubio ipsum se præ-
stat intelligi in quem prædicabatur. Nominum communio simplex si fortè videri potest, & tamen neo
Christum, nec Iesum vocari debuisse defendimus, diuersitatis conditionem tenentes. Apellatio au-
tem quod est filius hominis in quantum ex accidenti obuenit, in tantum difficile est vt & ipsa coneur-
rat super nominis communionem. Ex accidenti enim proprio est, maximè quum causa non conue-
nit eadem, per quam deueniat in communionem. Atque adeò si & Christus Marcionis natus ex homi-
ne diceretur, tunc & ipse caperet appellationis communionem, & essent duo filij hominis, sicut & duo
Christi, & duo Iesus. Ergo quum appellatio propria est eius in quo habet causam, si & alij vindicetur
in quo est communio nominis, non etiam appellationis, suspecta iam fit communio nominis quoque
in eo cui vindicatur sine causa communio appellationis: & sequitur vt vnus idémque credatur, qui &
nominis & appellationis capacior inuenitur, dum alter excluditur, qui non habet appellationis com-
munionem, carens causa. Nec alius erit capacior vtriusque, quàm qui prior, & nomen sortitus est Chri-
Dan. 3. sti, & appellationem filij hominis, Iesus scilicet creatoris. [117] Hic erat visus Babylonio regi in fornace
Dan. 7. cum martyribus suis quartus, tanquam filius hominis; idem ipsi Danieli reuelatus directo filius ho- E
minis, veniens cum cœli nubibus iudex, sicut & scriptura demonstrat. Hoc dixi sufficere potuisse
de nominatione prophetica circa filium hominis. Sed plus mihi scriptura confert, ipsius scilicet
Domini interpretatione. Nam cùm Iudæi solummodò hominem eius intuentes, necdum & Deum
Luc. 5. certi, quâ Dei quoque filium, meritò retractarent, non posse hominem delicta dimittere, sed Deum
solum, cur non secundum intentionem eorum de homine *eis respondebit; Habere eum potestatem dimit-*
Ibid. *tendi delicta*, quando & *filium hominis* nominans hominem nominaret? nisi quia ideò ipsa voluit eos
appellatione filij hominis ex instrumento Danielis repercutere, vt ostenderet eum & hominem qui de-
licta dimitteret, illum scilicet solum filium hominis apud Danielis Prophetiam, consecutum iudican-
Dan. 3. *& 7.* di potestatem, ac per eam vtique & dimittendi delicta. Qui enim iudicat, & absoluit. Vt scandalo
isto discusso per scripturæ recordationem faciliùs eum agnoscerent, ipsum esse filium hominis ex ipsa
peccatorum remissione. [118] Denique nusquam adhuc professus est se filium hominis quàm in *isto loco*
primùm, in quo primùm peccata dimisit, id est, in quo primùm iudicauit, dum absoluit. Ad hæc quod-
cunque diuersa pars fuerit argumentata, quale sit, inspice. Nam in illam necesse est amentiam tendat,
vt & filium hominis defendat, ne mendacem eum faciat, & ex homine neget natum, ne filium virgi-
ginis concedat. Quòd si & auctoritas diuina, & rerum natura, & communis sapientia non admittunt in
insaniam hæreticam, occasio est & hic, interpellandi quam breuissimè de substantia corporis aduer-
sus phantasmata Marcionis. Si natus ex homine est, vt filius hominis corpus ex corpore est. Planè faci-
liùs inuenias hominem natum cor non habere vel cerebrum, sicut ipsum Marcionem, quàm corpus vt
Christum Marcionis. Atque adeò inspice cor Ponticiaut cerebrum. [119] *Publicanum adlectum à Domi-*
CA. XI. ex capite v. Lucæ. *no* in agmentum deducit, quasi ab aduersario legis adlectum extraneum legis, & Iudaismi propha- F
Luc. 5. num. Excidit ei vel de Petro legis homine, & tamen non tantùm adlecto, sed etiam testimonium con-
Matth. 16. secuto agnitionis præstitæ à patre. Nusquam legerat; [120] lumen; & spem, & expectationem nationum,
Isai. 42. prædicari Christum. Atquin probauit potius Iudæos. dicendo, [121] Medicum sanis non esse necessa-
& 49. rium, sed malè habentibus. Si enim malè valentes voluit intelligi ethnicos & publicanos, quos adle-
Gen. 49. gebat, fanos Iudæos confirmabat, quibus medicum necessarium negabat. Hoc si ita est, malè descen-
dit ad legem destruendam, quasi ad malam valetudinem remediandam, in qua qui agebant benè va-
lebant, quibus medicus necessarius non erat. Quale est autem vt similitudinem medici proposuerit,
nec impleuerit? Nam sicut sanis medicum nemo adhibet, ita nec tantum extraneis, quantum est ho-
mo à Deo Marcionis, suum habens & auctorem & protectorem, & ab illo potius medicum Chri-
stum. Hoc similitudo præiudicat, ab eo magis præstari medicum, ad quem pertinent qui languent.
[122] vnde autem & Ioannes venit in medium? [123] Subitò Christus, subitò & Ioannes. Sic sunt om-
nia apud Marcionem, quæ suum & plenum habent ordinem apud creatorem. [124] Sed de Ioanne
cetera alibi. Ad præsentes quoque articulos respondendum est. Nunc illud tuebor, vt demonstrem
& Ioannem Christo, & Christum Ioanni conuenire, vtique Prophetæ creatoris, quâ Christum
creatoris, atque ita erubescat hæreticus, Ioannis ordinem frustrà frustratus. Si enim nihil omninò ad-
ministrasset Ioannes, secundum Esaiam, [125] vociferator in solitudinem, & præparator viarum Do-
Isai. 40. minicarum, per denuntiationem & laudationem pœnitentiæ; si non etiam ipsum inter ceteros tinxis-
Matth. 3. *Luc. 5.* set; *nemo discipulos Christi manducantes & bibentes ad formam discipulorum Ioannis assiduè ieiuantium &*
orantium prouocasset: quia si qua diuersitas staret inter Christum & Ioannem & gregem vtriusque, nul-
la esset

A la esset comparationis exactio, vacaret prouocationis intentio. Nemo enim miraretur, & nemo torqueretur, si diuersæ diuinitatis æmulæ prædicationes, de disciplinis quoque inter se non conuenirent, non conuenientes priùs de auctoritatibus disciplinarum: adeò Ioannis erat Christus, & Ioannes Christi ambo creatoris, & ambo de Lege & Prophetis, prædicatores & magistri. Sed & Christus reiecisset Ioannis disciplinam vt Dei alterius, & discipulos defendisset, vt meritò aliter incedentes, aliam scilicet & contrariam initiatos diuinitatem. At nunc humiliter reddens rationem, [116] quòd *non possent ieiunare filij sponsi quàm diu cum eis esset sponsus, postea verò ieiunaturos* promittens, *quum ablatus ab eis sponsus esset*, nec discipulos defendit, sed potius excusauit, quasi non sine ratione reprehensos: nec Ioannis reiecit disciplinam, sed magis concessit tempori Ioannis, eam præstans vt tempori, vt tempori suo eam destinans, reiecturus alioquin eam, & defensurus æmulos eius, si non ipsius fuisset. Iámque teneo meum Christum etiam in nomine sponsi, de quo Psalmus: Ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo. [117] A summo cœli profectio eius, & deuersio eius ad summum vsque eius. Qui etiam per Esaiam gaudens ad patrem: Exultet inquit anima mea in Domino; induit enim me indumentum salutaris, & tunicam iocunditatis; [118] velut sponsō, circumposuit mihi mitram; & velut sponsam ornauit me ornatu. In se enim & Ecclesiam deputat, de qua idem spiritus ad ipsum: [119] Et circumpones tibi omnes eos velut ornamentum sponsa. Hanc sponsam Christus sibi etiam per Salomonem ex vocatione gentium arcessit. Siquidem legisti: [120] Veni sponsa de Libano. Eleganter Libani vtique montis mentione iniecta, qui turis vocabulo est penes Græcos. De Idololatria enim fibi sponsabat Ecclesiam. Nega tenunc dementissimum Marcion. Ecce legem tui quoque Dei impugnas: [121] Nuptias non coniungit, coniunctas non admittit, neminem tinguit, nisi cœlibem, aut spadonem, morti aut repudio baptisma seruat. Quid itaque Christum eius sponsum facis? Illius hoc nomen est, [122] qui masculum & fœminam coniunxit, non qui separauit. [123] Er-
B rasti in illa etiam Domini pronuntiatione, qua videtur noua & vetera discernere. Insiatus es vtribus veteribus, & excerebratus es nouo vino, atque ita veteri, id est, priori Euangelio pannum hæreticæ nouitatis assuisti. In quo alter creator (velim discere) quum per Hieremiam præcepit: Nouate vobis nouamen nouum, nónnè à veteribus auertit? [124] quum per Esaiam edicit: Vetera transierunt; & ecce noua quæ ego facio, nónne ad noua conuertit? Olim hanc statuimus destinationem pristinorum à creatore potiùs repromissam à Christo exhiberi, sub vnius & eiusdem Dei auctoritate, cuius sint & & vetera & noua. Nam & *vinum nouum* is *non committit in veteres vtres*, qui & veteres vtres non habuerit, *& nouum additamentum nemo inycit veteri vestimento*, nisi cui non defuerit & vetus vestimentum. Ille non facit quid, si faciendum non est qui habeat vnde faciat. si faciendum esset; itaque si in hoc dirigebat similitudinem, vt ostenderet se Euangelij nouitatem separare à legis vetustate, suam demonstrabat & illam à qua separabat, alienorum separationem non fuisse notandam, quia nemo alienis sua adiungit, vt ab alienis separare possit. [125] Separatio per coniunctionem capit de qua fit. Itaque separabat, & in vno ostendebat fuisse, sicut & fuissent, si non separaret. Et tamen si concedimus separationem istam per reformationem, per amplitudinem, per profectum, sicut fructus separatur à semine, quum sit fructus ex semine: sic & Euangelium separatur à Lege, dum prouehitur ex Lege: aliud ab illa, sed non alienum: diuersum, sed non contrarium. Nec forma sermonis in Christo noua quum similitudines obijcit, quum quæstiones refutat, [126] de septuagesimo septimo venit Psalmo:
C Aperiam, inquit, in parabolam os meum, id est similitudinem: eloquar problemata, id est edissertam quæstiones. Si hominem alterius gentis probare voluisses, vtiq; de proprietate loquelæ probares. [127] De sabbato quoque illud præmitto, nec hanc quæstionem consistere potuisse, [128] si non *Dominum sabbati* circumferret Christus. Nec enim *disceptaretur cur destrueret sabbatum*, si destruere deberet: porrò destruere deberet, si alterius Dei esset nec quisquam miraretur facientem quod illi congruebat. Mirabantur ergo, quia non congruebat illi Deum creatorem circumferre, & sabbatum eius impugnare. Et vt prima quæque decidamus, ne eadem vbique nouemus ad omnem argumentationem aduersarij ex aliqua noua Christi institutione nitentem: hæc iam definitio stabit, idcò de nouitate institutionis cuiusque disceptatum, quia de nouitate diuinitatis nihil erat vsque adhuc æditum, sicuti nec disceptatum: nec posse retorqueri ex ipsa nouitate institutionis cuiusque, satis aliam à Christo demonstratam diuinitatem, quando & ipsam nouitatem pronuntiatam à creatore constiterit, in Christo non esse mirandam. Et oportuerit vtique priùs alium Deum exponi, postea disciplinam eius induci, quia Deus auctoritatē præstet disciplinæ, non Deo disciplina, nisi si & Marcion planè tā peruersas non per magistrum litteras didicit, sed per litteras magistrum. Cetera de sabbato ita dirigo: Si sabbatum Christus interuertit, secundum exemplum fecit creatoris. [129] Siquidem in obsidione ciuitatis Hieri chuntis circumlata per muros arca testamenti septem diebus, etiam sabbato, ex præcepto creatoris sabbatum operatione destruxit, vt putant qui hoc & de Christo existimant, ignorantes neq; Christum sabbatum destruxisse, neque creatorem, vt nos docebimus. Et tamen per Iesum tunc quoque concussum est sabbatum, vt & hoc in Christum renuntiaretur, etiam si odio insecutus est solennissimum Iudæorum diem, vt Christus non Iudæorum. De odio quoque sabbati professus, creatorem, vt Christus ipsius, sequebatur, exclamantem ore Esaiæ: [140] Neomenias & sabbata vestra odit anima mea,

Ibid.

Psal. 18.

Isai. 61.

Isai. 49.

Cantic. 4.

Gen. 2. & Matt. 19.

Luc. 5.

Hier. 4.

2. Cor. 5. & Isai. 43.

Luc. 5.

Psal. 75.

CA. XII. ex Lucæ cap. VI. *Luc. 6.*

Iosue 6.

Sed & hæc quoquo modo dicta sint, scimus adhibendam tamen in hac specie etiam abruptam defensionem aduersus abruptam prouocationem. Nunc & ad ipsam materiam disceptabo, in qua visa est destruere sabbatum Christi disciplina.[141] *Esurierant discipuli*, ea die *spicas decerptas manibus effricarant*, cibum operati, ferias ruperant.[142] *Excusat illos Christus*, & reus est sabbati læsi, *accusant Pharisæi*, Marcion captat[143] status controuersiæ (vt aliquid cludam cum mei Domini veritate) scripti & voluntatis. de scriptura enim sumitur creatoris, & de Christi voluntate color,[144] quasi *de exemplo Dauid intrepesti sabbatis templum, & operati cibum, audenter fractis panibus propositionis*. Meminerat enim & ille hoc priuilegium donatum sabbato à primordio, quo dies ipse compertus est,[145] veniam iciunij dico.[146] Quum enim prohibuisset creator in biduum legi manna, solummodo permisit in parasceue, vt sabbati sequentis ferias pridiana pabuli paratura iciunio liberaret. Benè igitur quòd & causam eandem secutus est Dominus in sabbati, si ita volunt, dici destructione; benè quòd & affectiui creatoris expressit in sabbati non iciunandi honore. Denique tunc demum sabbatum destruxisset, etiam ipsum creatorem, si discipulos sabbato iciunare mandallet aduersus statum scripti & voluntatis creatoris. Sed quoniam discipulos[147] non constanter tuebatur, sed excusat, quoniam humanam opponit necessitatem quasi deprecatricem, quoniam potiorem honorem sabbati seruat non eò vt sit sanè vacandi, quoniam Dauid comitesque eius cum discipulis suis æquat in culpa & in venia, quoniam placet illi quia creator indulsit, quoniam de exemplo eius, ipse tam bonus est, ideò alienus est à creatore?[148] *Exinde obseruant Pharisæi, si medicinas sabbatis ageret, vt accusarent eum*; certè quâ sabbati destructorem, non quâ noui Dei professorem: fortassè enim hunc solum articulum vbique ingeram, alium Christum nusquam prædicatum. In totum autem erraret Pharisæi circa sabbati legem, non animaduertentes conditionaliter eam indicentem ferias operum sub certa specie eorum. Nam quum de die sabbati dicit: Omne opus tuum non facies in ea; dicendo: tuum, de humano opere definit, quod quisque ex artificio vel negocio suo excuitur, non de diuino. Opus autem salutis & incolumitatis non est hominis, sed Dei proprium, sicut & rursus in lege:[149] Non facies, inquit omne opus in ea, nisi quod fiet omni animæ, id est, in causa animæ liberandæ. Quia opus Dei etiam per hominem fieri potest in salute animæ, à Deo tamen, quod facturus fuerat & Christus homo, quia Deus. In hunc ergo sensum legis inducere volens illos, per manus arcefactæ restitutionem,[150] *interrogat, Licène sabbatis benefacere, an non? animam liberare, an perdere?* Vt id operis promittens quod pro anima facturus esset, admoneret eos, quæ opera sabbati lex prohiberet, humana scilicet, & quæ præciperet, diuina scilicet, quæ fierent animæ omnia, dominus sabbati dictus, quia sabbatum vt rem suam tuebatur. Quod etiam si destruxisset, merito, quâ dominus, magis ille qui instituit. Sed non omninò destruxit quâ dominus, vt hinc iam apparere possit, ne tum quidem in arcæ circumlatione apud Hierichuntem sabbatum a creatore destructum. Nam & illud opus Dei erat, quod ipse præceperat, & quod propter animas disposuerat hominũ suorum in discrimine belli constitutas. Sed & si odium alicubi sabbatorum professus est, vestra sabbata dicendo, hominum ea deputans, non sua, quæ sine Dei timore celebrat populus plenus delictis; labijs Deum diligens, non corde: suis sabbatis, id est quæcunque disciplina eius agerentur, alium statum fecit,[151] quæ per eundem postea Propheten vera, & delicata; & non prophananda pronuntiat. Ita nec Christus omninò sabbatum rescindit, cuius legem tenuit, & suprà in causa discipulorum pro anima operatus; esurientibus enim solatium cibi indulsit;[152] & nunc *manum aridam curans*, factis vbique ingerens, Non veni dissoluere legem, sed adimplere, si Marcion hac voce os ei obstruxit. Adimpleuit enim & hic legem,[153] dum conditionem interpretatur eius, dum operum differentiam illuminat, dum facit quæ lex de sabbati ferijs excipit, dum ipsum sabbati diem benedictione patris à primordio sanctum, benefactione sua efficit sanctiorem, in quo scilicet diuina præsidia ministrabat, quod aduersarius alijs diebus præstitisset, ne sabbatum creatoris ornaret, ne opera debita sabbato redderet.[154] In quo die si & Heliæus Prophetes Sunamitidis filium mortuum restituit in vitam, vides Pharisæe, túque Marcion; olim creatoris esse sabbatis benefacere, animam liberare, non perdere, nihil Christum noui intulisse, quod non sit ex forma, ex lenitate, ex misericordia, ex prædicatione quoque creatoris. Nam & hic specialis medicinæ Prophetiam repræsentat. Inualescunt manus manus dissolutæ, sicut & genua dissoluta in paralytico. [155] Certè euangelizat Sion & Ierusalem pacem, & bona omnia, certè[156] *ascendit in montem, & illic pernoctat in oratione*, & vtique auditurà patre. Euolue igitur Prophetas, & ordinem totum recognosce.[157] In nomine excelsum, inquit Esaias, ascende, qui euangelizas Sion, extolle cum vigore vocẽ tuam, qui euangelizas Ierusalem. Adhuc in vigore obstupescebant in doctrina eius; erat enim docens tanquam virtutem habens.[158] Et rursus: Propterea cognoscet populus nomen meum in illa die. Quod nomen nisi Christi? quod? ego sum ipse qui loquebar? Tunc enim ipse erat, qui in Prophetis loquebatur, sermo, filius creatoris. Adsum duin hora est, in montibus, vt euangelizans auditionem pacis, euangelizans bona.[159] Item Naum ex duodecim: Quoniam ecce veloces pedes in monte euangelizantis pacem. De voce autem nocturnæ orationis ad patrem manifestè Psalmus:[160] Deus meus clamabo per diem, & exaudies: & nocte, & non in vanitatem mihi. Et alibi de loco & voce eadem, Psalmus: Voce mea ad Dominum exclamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Habes nominis repræsentationem, habes sanctum

Luc. 6.

Ibid. & 2 Reg. 21. Gen. 2. Exod. 16.

Luc. 6.

Ibid.

Exod. 21.

Leuit. 23.

Luc. 6.

Ibid.

Iosue 6.

Ios. 1. Isai. 19.

Isai. 58. Isai. 56. Luc. 6. Ibid. Matth. 5.

Gen. 2.,

4. Reg. 4.

Luc. 6. Isai. 35. Isai 52. Luc. 6. C. XIII. ex eod. c. 6. Lucæ. Isai. 40. Luc. 4. Isai. 52.

Naum. 1.

Psal. 21. Psal. 3.

A ctum euangelizantis, habes locum montis, & tempus noctis, & sonum vocis, & auditum patris, habes Christum Prophetarum. [161] Cur autem *duodecim Apostolos elegit*, & non alium quemlibet numerum? Næ & ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantum vocibus Prophetarum, sed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud creatorem deprehendo: Duodecim fontes Elim; & duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis; & duodecim lapides ab Iesu de Iordane electos, & in arcam testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portendebantur, proinde vt fontes & amnes, rigaturi aridum retrò & desertum à noxitia orbem Nationum, sicut & per Esaiam: Ponam in terra inaquosa flumina. Proinde vt gemmæ, illuminaturi sacram Ecclesiæ vestem, quam induit Christus Pontifex patris. Proinde vt & lapides, solidi fide, quos de lauacro Iordanis Iesus verus elegit, & in sacratium testamenti sui recepit. Quid tale de numeri defensione competit Christo Marcionis? Non potest simpliciter factum ab illo quid videri, quod potest videri non simpliciter factum à meo. Eius erit res, apud quem inuenitur rei præparatura. [162] *Mutat & Petro nomen de Simone*, quia & creator Abrahæ, & Saræ; & Ausee nomina reformauit, [163] hunc vocando Iesum, [164] illis syllabas adijciendo. Sed & quur Petrũ? Si ob vigorem fidei, multæ materiæ solidæq; nomen de suo accõmadarent. An quia & petra & lapis Christus? Siquidem & legimus positum eum in lapidem offendiculi, & in petram scandali. Omitto cetera. Itaque affectauit carissimo discipulorum, de figuris suis peculiariter nomen communicare, puto proprius quàm de non suis. [167] *Conueniunt à Tyro & ex alijs regionibus multitudo etiam transmarina.* Hoc expectabat Psalmus: [166] Et ecce Allophyli & Tyrus, & populus Æthiopum isti fuerunt illic. Mater Sion dicet homo, & homo factus est in illa (quoniam Deus homo natus est) & ædificauit eam voluntate patris: vt scias ad eum tunc Gentiles conuenisse, quia Deus homo natus, erat ædificaturus Ecclesiam ex voluntate patris, ex Allophylis quoque. Sic & Esaias: [167] Ecce isti venient de longinquo, isti autem venient ab Aquilone & mari, alij autem de terra Persarũ.

B De quibus & rursus: Attolle per circuitũ oculos tuos, & vide, omnes cõgregati sunt. De quibus & infrà: [168] Vides ignotos & extrancos, & dices cordituo, Quis istos genuit mihi? Porrò hos quis mihi educauit? At hi mihi vbi fuerunt? Hic erit Christus non Prophetarum? Et quis erit Christus Marcionitarũ si peruersitas placet, qui non fuerit Prophetarum. [169] Venio nunc ad ordinarias sententias eius, [170] per quas proprietatem doctrinæ suæ inducit ad edictum (vt ita dixerim) Christi, [171] *Beati mendici* (sic enim exigit interpretatio vocabuli quod in Græco est) *quoniam illorum est regnum cœlorum.* Iam hoc ipsum quod à benedictionibus cœpit, creatoris est, qui vniuersa prout edidit, nulla alia voce quàm benedictionis [172] dedicauit. Eructauit enim, inquit, cor meum sermonem optimum. Hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui & noui quoque Testamenti initiator agnoscitur de veteri exemplo. Quid ergo mirum est, si & ab affectibus creatoris ingressus est per huiusmodi dictionem, semper mendicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, & pupillos vsque diligentis, consolantis, asserentis, vindicantis? vt hanc Christi quasi priuatam benignitatem, riuulum eredas de fontibus saluatoris. Reuera quò dirigam, nescio, in tanta frequentia eiusmodi vocum, tanquam in sylua, vel in prato, vel in nemore pomorum, passim prout incidit, res petenda est. [173] Inclamat Psalmus: Iudicate pupillo & mendico, & humilem & pauperem iustè tractate. Liberate pauperem, & mendicum de manu peccatoris eruite. Item Psalmus septuagesimus primus: [174] Iustitia iudicabit mendicos populi, & faciet saluos filios pauperum. Et in sequentibus de Christo: Omnes nationes seruient ei. Dauid autem vni genti Iudaicæ præfuit, ne quis in Dauid putet dictum, quia & ille susceperat humileis, & necessitatibus laborantes. Quod liberauit, inquit, à dynasta mendicum, parcet mendico & pauperi, & animas

C pauperum saluas faciet: Ex vsura, & iniustitia redimet eorum animas, & honoratum nomen eorum coram ipso. Item: [175] Auertantur peccatores in inferos, omnes nationes quæ Dei obliuiscuntur, quoniam non in finem obliuioni habebitur mendicus, tolerantia pauperum non peribit in finem. Item: Quis sicut Deus noster, qui habitat in excelsis, & humilia prospectat in cœlo & in terra. Qui suscitat mendicum de terra, & de stercore exaltat pauperem. [176] vti sedere eum faciat cum principibus populi, vtique in regno suo. [177] Sic & retrò in Basilijs, Anna mater Samuelis spiritu gloriam Deo reddens: qui, inquit, excitat pauperem de terra, & mendicum, vti sedere eum faciat cum dynastis populi, vtique in regno suo, & in thronis gloriæ, vtique regalibus. Per Esaiam verò quomodo inuehitur in vexatores egenorum? [178] Vos autem ad quid incenditis vineam meam, & rapina mendici in domibus vestris? Cur vos læditis populum meum, & faciem mendicorum confunditis? Et rursus: Væ qui scribunt nequitiam; [179] scribentes enim scribunt nequam, vitantes iudicia mendicorum, & diripientes iudicata pauperum populi mei. Quæ iudicia pupillis quoque & viduis exigit, vt & ipsis egenis solatij. Iudicate pupillo, & iustè tractate viduam, [180] & venite conciliemur, dicit Dominus. Cui tantus affectus in omnem conditionem humilitatis creatoris est, eius erit & regnum quod à Christo repromittitur, ad cuius affectum iamdudum pertinent ij, quibus repromittitur. Nam etsi putas creatoris quidem terrenas promissiones fuisse, Christi verò cœlestes, benè quòd cœlum nullius alterius vsq; adhuc Dei apparet, nisi cuius & terra. Benè quòd creator vel minora promisit, vt facilius illi & de maioribus credam, quàm qui nunquam de minoribus priùs fidem liberalitatis suæ struxit. [181] *Beati esurientes, quoniam ipsi saturabuntur.* Possem hunc titulum in superiorem transmisisse, quòd non alij

Luc. 6.
Num. 33. Exod. 28. Iosue 4. Isai 43.
Luc. 6. Gen. 17. Num. 13.
1. Pet. 2. & Isai. 8.
Luc. 6. Psal. 86.
Isai. 49.
Ibid.
Ibid.
C. XIIII. ex eod. c. 6. Lucæ. *Luc. 6.*
Psal. 44.
Psal. 81.
Psal. 71.
Psal. 9.
Psal. 112.
1. Reg. 2.
Isai. 3.
Isai. 10.
Isai. 1.

Luc.6. sunt esurientes, quàm pauperes & mendici, si non & hanc promissionem creator specialiter in Euangelij scilicet sui præstructionem destinasset. Siquidem per Esaiam de eis quos vocaturus esset à summo terræ, vtiq; Nationes, [182] Ecce, inquit, velociter & leuiter aduenient. Velociter, quá properantes sub finibus temporum. Leuiter, quà sine oneribus pristinæ legis. Non esurient, neque sitient ergo saturabuntur. Quod vtique nisi esurientibus & sitientibus non promittitur. Et rursus: [183] Ecce, inquit, qui seruiunt mihi, saturabuntur, vos autem esurietis. Ecce qui seruiunt mihi, bibent vos autem sitietis. Videbimus & contraria ista, an Christo præmini strentur: interim quod esurientibus saturitatem repromittit, Dei creatoris est. [184] *Beati plorantes, quia ridebunt.* Decurre sententiam Esaiæ: Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in iocunditate, vos autem confundemini. [185] Ecce qui seruiunt mihi, oble ctabuntur, vos autem clamabitis præ dolore cordis. Et hæc contraria apud Christum recognosce. Certè oblectatio in iocunditate illis promittitur, qui in diuersa conditione sunt, mœstis & tristibus & anxijs. Scilicet etiam Psal. cxxv. Qui seminant, inquit, in lacrymis, in exultatione metent. Porrò tam exultantibus & iocunditatem capientibus risus accedit, quàm mœrentibus & dolentibus fletus. Ita creator materias risus & fletus prædicans, risuros plorantes prior dixit. Igitur qui à consolatione pauperum & humilium, & esurientium, & flentium exorsus est, statim se illum repræsentare gestiuit, quem demonstrauerat per Esaiam: Spiritus Domini super me, [186] propter quod vnxit me ad euangelizandum pauperibus. Beati [a] mendici, quoniam illorum est regnum cœlorum, Misit me, curare obtritos corde. Beati [b] qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur, [187] A duocare languentes. Beati [c] qui plorant, quoniam ridebunt; Dare lugentibus Sionis gloriam, pro cinere vnguenti iocunditatem, & gloriæ habitum pro spiritu tædij. Hæc si statim admissus Christus administrauit, aut ipse est qui se ad hæc venturum prædicauit: aut si nondum venit qui prædicauit, ridiculè, sed necessariè dixerim, fortasse mandauerit Christo Marcionis, [188] *Beati eritis quum vos odio habebunt homines, & exprobrabunt, & ejcient nomen vestrum, velut malum, propter filium hominis.* Hac pronuntiatione sine dubio ad tolerantiam exhortatur. Quid minus creator per Esaiam? Ne metueritis ignominiam ab hominibus, [189] & nullificatione eorum ne minuamini. Quæ ignominia, quæ nullificatio? quæ futura erat propter filium hominis. Quem istum? qui est secundum creatorem. Vnde probabimus? Excidio in ipsum quoque prædicato? sicut per Esaiam ad auctores odij Iudæos: Propter vos blasphematur nomen meum in Nationibus. [190] Et alibi: Sancite eum qui circumscribit animam suam, qui aspernamento habetur à Nationibus, famulis, & magistratibus. Si enim odium in illum filium hominis prædicabatur, qui secundum creatorem est, Euangelium autem nomen Christianorum, vtique à Christo deductum, odio futurum contestatur, propter filium hominis, quod est Christus, eum filium hominis in causa odij constituit, qui erat secundum creatorem, in quem odium prædicabatur. Et vtique si nondum venisset, non potuisset nominis odium, quod agitur hodie, [191] personam nominis antecessisse. Nam & sanciter penes nos, & animam suam circumscribit, propter nos eam ponens: & aspernamento habetur à Nationibus. Et qui natus est, ipse erit filius hominis, propter quem & nomen nostrum recusatur. [192] *Secundum hæc, inquit, faciebant Prophetis patres eorum.* O Christum vetsipellem, nunc destructorem, nunc assertorem Prophetarum. destruebat vt æmulus, conuertens discipulos eorum; sibi asserebat vt amicus, fuggillans insectatores eorum. Porrò in quantum non congruisset Christo Marcionis assertio Prophetarum, ad quorum venerat destructionem; in tantum congruit Christo creatoris fuggillatio in insectatores Prophetarum, quos in omnibus adimplebat; vel quia magis creatoris est delicta patrum filijs exprobrare, quàm eius Dei qui nec propria cuiusque castigat. Sed non statim, inquis, Prophetas tuebatur, si iniquitatem Iudæorum affirmatam volebat, quod nec cum Prophetis suis piè egissent. Atquin nulla hîc iniquitas exprobranda erat Iudæis, laudandis potiùs & probandis si eos figurauerunt, ad quorum destructionem post tantum æui Deus optimus motus est. Sed puto iam & non optimus, iam aliquid & cum creatore moratus, nec in totum [193] Epicuri Deus. [194] Ecce enim demutat in maledictionem, & ostendit eum se esse qui nouit offendi & irasci: *Væ* enim *dicit*. Sed sit nobis quæstio de verbi istius qualitate, quasi non tam maledictionis sit quàm admonitionis. Et quid causæ interest, quando & admonitio non sit sine aculeo comminationis, maximè per Væ amarior facta? Et admonitio autem & comminatio, [195] eius erunt qui norit irasci. Nemo enim admonebit & nemo comminabitur, ne quid faciat, nisi qui factum vindicabit. Nemo vindicarit, nisi qui norit irasci. Alij agnoscunt quidem verbum maledictionis, sed volunt Christum sic Væ pronuntiasse, non quasi ex sententia sua propriè, sed quòd Væ à creatore sit, & volucrit illis asperitatē creatoris opponere, quo suam suprà benedictionibus [196] sufferentiam commendaret. Quasi non creatori competat, quâ vtrunque præstandi & bonum Deum & iudicem, vt quia præmiserat in benedictionibus benignitatem, subijceret etiam in maledictionibus seueritatem amplitudinē disciplinæ vtriusque instruendæ, tam ad benedictionem sectandam, quàm ad maledictionem præcauendam. Nam & ita præmiserat: [197] Ecce posui ante vos benedictionem & maledictionem. Quod etiam in hanc Euangelij dispositionem portendebat. Alioquin qualis est ille, qui vt suam insinuaret bonitatem, creatoris oppositè asperitatem [198] Infirma commendatio est, quæ de alterius destructione fulcitur. Atqui opponens asperitatem creatoris,

Esai.5. *Esai.49.* *Isai.65.* *Luc.6.* *Esai.65.* *Psal.125.* *Isai.61.* *a Luc.6.* *Esai 61.* *b Luc.6.* *Isai.61.* *c Luc.9.* *Isai.61.* *Luc.6.* *Esai.51.* *Esai.52.* *Ca. xv. de eodē adhuc c. vt Lucæ.* *Ibid.* *Deuter.30.*

A creatoris, timendum eum confitmauit. Si timendum, magis vtique obaudiendum quàm negligendum. Et incipit iam Christus Marcionis creatori docere. Tunc, si [199] Væ creatoris est quod in diuites spectat, ergo Christus non est diuitibus offensus, sed creator: & ratas habet Christus diuitum causas, superbiam dico, & gloriam & sæculi studia, & Dei incuriam, per quæ Væ merentur à creatore. Sed quomodo non eiusdem sit diuites reprobare, qui suprà mendicos probarit? Nemo non contrarium eius quod probauerit reprobat. Itaque si creatori deputabitur maledictio in diuites, eiusdem defendetur benedictio in mendicos: & totum iam opus Christi, creatoris est. Si Deo Marcionis adscribetur benedictio in mendicos, eiusdem imponetur & maledictio in diuites: & erit par iam creatoris tam bonus quàm & iudex: nec erit iam discriminis locus quo duo Dei fiunt: sublatóque discrimine, supererit vnum Deum renuntiari creatorem. Igitur Væ, si & vox maledictionis est, vel alicuius austerioris inclamationis, & à Christo dirigitur in diuites, debeo creatorem diuitum quoque aspernatorem probare, sicut probaui mendicorum aduocatorem: vt Christum in hac quoque sententia creatoris ostendam [200] locupletantis Salomonem. Sed quia permissa sibi optione maluit ea postulare quæ sciebat Deo grata, sapientiam, & meruerat etiam diuitias consequi, quas non magis voluit: quanquam & diuitias præstare non incongruens Deo sit, per quas & diuites solatio iuuantur, & multa inde opera iustitiæ & dilectionis administrantur. Sed accidentia vitia diuitiis illa in Euangelio quoque *Væ diuitibus* asscribunt: [201] *Quoniam*, inquit, *recepistis aduocationem vestram*. Vtique ex diuitiis, de gloria earum & secularibus fructibus. Itaque in Deuteronomio Moyses. [202] Ne, inquit, quum manducaueris, & repletus fueris, & domos magnas ædificaueris, pecoribus, & bubus tuis multiplicatis, & pecunia & auro, exaltetur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui. [203] Quemadmodum & Ezechiam regem thesauris inflatum, & de eis potius quàm de Deo gloriatum apud illos qui ex Persida aduenerant, insilit per Esaiam. Ecce dies veniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt: & quæ patres tui congesserunt, in Babylonem transferentur. [204] Sic & per Hieremiam quoque edicit: Ne glorietur diues in diuitiis suis, & qui gloriatur, scilicet in Deo glorietur. [205] Sic & in filias Sionis inuehitur per Esaiam, cultu & diuitiarum abundantia inflatas, [206] comminabundus & alibi nobilibus & superbis. Dilatauit orcus animam suam, & aperuit os suum, & descendent inclyti, & magni, & diuites, (Hoc erit Christi Væ super diuites) & humiliabitur homo, vtique exaltatus diuitiis, & inhonorabitur vir, vtique ob substantiam honorabilis. [207] De quibus & rursus: Ecce Dominus virtutum conturbabit gloriosos cum valentia, & elati comminuentur, & ruent gladio sublimes, qui magis quàm diuites? Quia receperint scilicet aduocationem suam, gloriam & honorem, sublimitatem ex diuitiis. A quibus auertens nos & in Psalm. XLVIII. Ne timueris, inquit, quum dues factus fuerit homo, & quum abundabit gloria eius, quoniam quum morietur, non tollet omnia, nec descendet cum illo gloria sua. [208] Item in LXI. Ne desideraueritis diuitias, & si relucent ne adieceritis cor. Idipsum postremò verbum, Væ, olim per Amos in diuites affluentes deliciis destinatur: [209] Væ, inquit, qui dormiunt in lectis eburneis, & deliciis fluunt in thoris suis, qui edunt hœdos de gregibus caprarum, & vitulos de gregibus boum lactantes, complaudentes ad sonum organorum, tanquam perseuerantia deputaueruntur, & non tanquam fugientia, qui bibunt vinum liquatum, & vnguentis primariis vnguuntur. Igitur & si tantummodò dehortantem à diuitiis ostenderem creatorem, non etiam prædamnantem diuites etiam verbo ipso quo & Christus, nemo dubitaret ab eodem adiectam in diuites comminationem per Væ Christi, à quo ipsarum materiarum, id est diuitiarum dehortatio præcucurrisset. comminatio enim dehortationis accessio est. [210] Ingerit *Væ etiam saturatis, quia esurient; etiam ridentibus nunc, quia lugebunt.* His respondebunt illa quæ suprà benedictionibus opposita sunt apud creatorem. Ecce qui mihi seruiunt saturabuntur, vos autem esurietis, vtique quia saturati estis. Et ecce qui mihi seruiunt oblectabuntur, vos autem confundemini, vtique ploraturi qui nunc ridetis. Sicut enim in Psalmo: Qui seminant in lacrymis, in lætitia metent: ita in Euangelio: Qui in risu seminant, scilicet lætitia, in lacrymis metent. Hæc olim creator simul posuit, Christus solummodò distinguendo, non mutando renouauit. [211] *Væ quum vobis benedixerint homines; secundum hæc faciebant & Pseudoprophetis patres illorum.* Æquè creator benedictionis & laudis humanæ sectatores incusat per Esaiam: [212] Populus meus qui vos beatos dicunt, seducunt vos, & vias pedum vestrorum disturbant. Prohibet & aliàs fidere omninò in hominem, sic & in laudem hominis, vt per Hieremiam; Maledictus homo qui spem habet in homine. [213] Nam & in Psalmo CXVII. Bonum est fidere in Dominum, quàm fidere in hominem. Et bonum est sperare in Dominum, quàm sperare in principes. Ita totum quod ab homine captatur, [214] abdixit creator, nedum benedictionem. Pseudoprophetas autem laudatos siue benedictos à patribus eorum, tam eius est exprobrare, quàm Prophetas vexatos & recusatos: sicut iniuriæ Prophetarũ non pertinuisset ad Deũ ipsorum, ita nec gratiæ Pseudoprophetarum displiciuisset, nisi Deo Prophetarum. [[215] *Sed vobis dico, inquit, qui auditis*: ostendens hoc olim mandatum à creatore, [216] Loquere [a] in aures audientium. [217] *Diligite inimicos vestros & benedicite eos qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos calumniantur.* Hæc creator vna pronuntiatione cluſit per Esaiam: [b] Dicite, fratres nostri estis, eis qui vos oderunt. Si enim qui inimici sunt, & oderunt, & maledicunt, & calumniantur, fratres appellandi sunt, vtique & benedici odientes, & orari pro calumniatoribus iussit, qui eos fratres deputari præcepit. Nouam planè patientiam docet Christus, etiam vicem

Luc. 6. *Ibidem.* *3. Reg. 3.* *Luc. 6.* *Deuter. 8.* *Isai. 39.* *Hier. 9.* *Isai 3.* *Isai. 5.* *Luc. 6.* *Isai. 10.* *Psal. 48.* *Psal. 61.* *Amos 6.* *Luc. 6.* *Isai. 65.* *Psal. 125.* *Luc. 6.* *Isai. 3.* *Hier. 17.* *Psal. 117.* CA. XVI. de eod. sect. VI. Luce. [a] 4. Esd. 13. *Luc. 6.* [b] *Isai. 66.*

Exod.21. „ iniuriæ cohibens permissam à creatore; oculum exigente pro oculo, & dentem pro dente, [218] contrà D
Luc.6. „ *ipse alteram amplius maxillam offerri iubens, & super tunicam pallio quoque cedi.* Planè hæc Christus adiecerit, vt supplementa consentanea disciplinæ creatoris. Atque adeo hoc statim renuntiandum est, an
Zach.7. disciplina patientiæ prædicatur penes creatorem. Sic per Zachariam præcepit, [219] ne vnusquisque ma-
Zach.8. litiæ fratris sui memineritsed nec proximi. Nam & rursus: Malitiam, inquit, proximi sui vnusquisque
Deuter.32. ne recogitet. Multo magis patientiam indixit iniuriæ, qui indixit obliuionem. Sed & quum dicit:
Exod.21. Mihi vindictam, & ego vindicabo: proinde patientiam docet vindictæ expectatricem. [220] In quantum ergo non capit, vt idem videatur & dentem pro dente, oculum pro oculo, in vicem iniuriæ exigere, qui non modo vicem, sed etiam vltionem, etiam recordationem & recogitationem iniuriæ prohibet: in tantum aperitur nobis quomodo oculum pro oculo, & dentem pro dente censuerit, non ad fe-
Deut.32. cundam iniuriam talionis permittendam, quam prohibuerat interdicta vltione, sed ad primam coërdam, quam prohibuerat talione opposita, vt vnusquisque respiciens licentiam secundæ iniuriæ, à prima semetipsum contineret. Faciliùs enim vim comprimi scit repræsentatione talionis, quàm repromissione vltionis. V trunque autem constituendum fuit pro natura & fide hominum: vt qui Deo creLuc.6. deret, vltionem à Deo expectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret. Hanc legis voluntatem
Ibidem. de intellectu laborantem, dominus & sabbati & legis & omnium paternarum dispositionum Chri-
Exod. 21. stus & reuelauit, & compotem fecit, mandans alterius quoque maxillæ oblationem, vt tanto magis
Zachar. 7. & 8. vicem iniuriæ extingueret, quam & lex per talionem voluerat impedisse, certè quam Prophetia manifestè coërcuerat; & memoriam iniuriæ prohibens, [221] & vltionem ad Deum redigens. Ita si quid
Deuter.32. Christus intulit, non aduersario, [222] sed adiutore præcepto, non destruxit disciplinas creatoris. DeLuc.6. nique si in ipsam rationem patientiæ præcipiendæ, & quidem tam plenè atque perfectè considerem, non consistet, si non est creatoris, qui vindictam repromittit, qui iudicem præstat. Alioquin si tantum patientiæ pondus non modo non repercutiendi, sed & aliam maxillam præbendi, & non modò E
non remaledicendi, sed etiam benedicendi, & non modò non retinendi tunicam, sed amplius & pallium concedendi, is mihi imponit qui non sit me defensurus, in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod est vltio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse non præstat: aut si mihi non permittebat, ipse præstaret. Quoniam & disciplinæ interest iniuriam vindicari. [223] Metu enim vltionis omnis iniquitas refrænatur. Cæterùm passim emissa libertate dominabitur, vtrumque oculum effossura, & omnem dentem excitatura præ impunitatis securitate. Sed hoc est Dei optimi & tantùm boni, patientiæ iniuriam facere, violentiæ ianuam pan-
Ibidem. dere, probos non defendere, improbos non coërcere. [224] *Omni petenti te, dato*, vtique indigenti: vel tanto magis indigenti, si etiam & abundanti. Ne quis ergo indigeat, in datorem paratam habeas in
Deuter.15. Deuteronomio formam creatoris: Non erit, inquit, in te indigens: [225] vti benedicens benedicat te Dominus Deus tuus: Datorem scilicet, qui fecerit non esse indigentem. Et plus hic, non enim petenti iubet dari. Sed non sit, inquit, indigens in te, id est cura vltrò ne sit. quo magis petenti præiudicat dandum, etiam in sequentibus: Si autem fuerit indigens è fratribus tuis, non auertes cor tuum, nec constringes manum tuam à fratre tuo indigente. Aperiens aperies illi manum, fœnus fœnerabis illi quantum desiderarit. fœnus enim nisi petenti dari non solet. [226] Sed de fœnore postmodùm. Nunc si qui volucrit argumentari, creatorem quidem fratribus dari iussisse, Christum verò omnibus petentibus, vt hoc sit nouum atque diuersum, immò vnum erit ex his per quæ lex creatoris erit in Christo. Non enim aliud Christus in omnes præcipit, quàm quod creator in fratres. Nam & si maior est bonitas quæ operatur in extraneos, sed non prior ea quæ antè debetur in proximos. Quis enim poterit diligere F
extraneos? Quòd si secundus gradus bonitatis est in extraneos, qui in proximos primus est, eiusdem erit secundus gradus cuius & primus, faciliùs quàm vt eius sit secundus, cuius non existit primus. Ita creator & secundum naturæ ordinem primùm in proximos doeuit benignitatem, emissurus eam postea in extraneos: & secundum rationem dispositionis suæ, primò in Iudæos, postea & in omne hominum
Psal.2. genus. Ideóque quamdiu intra Israëlem erat sacramentum, meritò in solos fratres misericordiam
Osee.1. & 2. mandabat. At vbi Christo [227] dedit gentes hæreditatem, & possessionem terminos terræ, & cœpit expungi quod dictum est per Osee: [228] Non populus meus, populus meus: & non misericordiam consequuta, misericordiam consequuta, Natio scilicet: exinde Christus in omnes legem paternæ benignitatis extendit, neminem excipiens in misericordiam sicut in vocationem. Ita & si quid amplius docuit, hoc
Luc.6. quoque in hæreditatem gentium accepit. [229] *Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis.* In isto præcepto vtique alia pars eius subauditur: Et sicut vobis non vultis fieri ab hominibus, ita & vos ne faciatis illis. Hoc si nouus Deus & ignotus retrò, & nondum planè editus præcepit, qui me nulla antehac institutione formauerit, qua priùs scirem quid deberem mihi velle vel nolle, atque ita & aliis facere, quæ mihi vellem: non facere, quæ & mihi nollem, [230] passiuitatem sententiæ meæ permisit, nec astrinxit me ad conuenientiam voluntatis & facti, vt id aliis faciam quod mihi velim, & id nec aliis faciam quod mihi nolim. Non enim definiit quid mihi atque aliis debeam velle vel nolle, vt ad legem voluntatis parem factum, & possim alij non præstare, quod ab alio mihi velim præstitum, amorem, obsequium, solatium, præsidium, & eiusmodi bona: proinde & alij facere quod ab alio mihi fieri nolim,

A nolim, vim, iniuriam, contumeliam, fraudem, & eiusmodi mala. Denique hac inconuenientia voluntatis & facti, [231] agunt Ethnici nondum à Deo instructi. [232] Nam etsi natura bonum & malum notum est, non tamen Dei disciplina: à qua cognita, tunc demum conuenientia voluntatis & facti ex fide, vt sub metu Dei agitur. Itaque Deus Marcionis quum maximè reuelatus sit, tamen reuelatus non potuit huius præcepti, de quo agitur, tam strictum, & obscurum, & cæcum adhuc, & faciliùs pro meo potius arbitrio interpretandum, compendium emittere, [233] cuius nullam præstruxerat distinctionem. At enim creator meus & olim & vbique præcepit indigētes, pauperes, & pupillos, & viduas, protegi, iuuari, refrigerarisicut & per Esaiam, [234] Infringito esurienti panem tuum, & mendicos qui sine tecto sunt, in domum tuam inducito: & nudum si videris tegito. Item per Ezechielem de viro iusto, Panem suum dabit esurienti, & nudum conteget. Satis ergo iam tunc me docuit ea facere aliis, quæ mihi velim fieri. Proinde denuntians, Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, docuit ne faciam aliis quæ fieri mihi nolim: & ideò ipsius erit præceptum in Euangelio, qui illud retrò & præstruxit & distinxit, & ad arbitrium disciplinæ suæ disposuit: & meritò iam compendio substrinxit, quoniam & aliàs recisum sermonem facturus in tertis Dominus, id est Christus prædicabatur. [235] Hic nunc de fœnore quum interponit, [236] *Et si fœneraueritis à quibus sperato vos recepturos, quæ gratia est vobis?* percurre sequentia Ezechielis de eodem viro iusto. [237] Pecuniam, inquit, suam fœnori non dedit, & quod abundauerit non sumet: fœnoris scilicet redundantiam quod est vsura. Prius igitur fuit vt fructum fœnoris eradicaret, quò faciliùs assuefaceret hominem ipsi quoque fœnori si forte perdendo, cuius fructum didicisset amittere. Hanc etenim dicimus operam legis fuisse procurantis B Euangelio. Quorundam tunc fidem paulatim ad perfectum disciplinæ Christianæ nitorem, primis quibusque præceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat. Nam & suprà, [238] Et pignus, inquit, reddet, vtique si non sit soluendo: quia solutori vtique pignus restituendum esse, vtrum homo scriberet? Multo manifestius in Deuteronomio. [239] Non dormies super pignus eius. Redditione redes illi pallium circa solis occasum, & dormiet in pallio suo. [240] Adhuc clariùs suprà. Dimittes omne debitum quod tibi proximus debet, & fratrem tuum non reposces: quoniam remissio Domini Dei tui inuocata est. Porrò quum debitum dimittiiubet, [241] vtique non exsoluturo plus enim est; &, si exsoluturo, quum reposci vetat, quid aliud docet quàm non exsoluturos fœneremus, qui tam detrimentum fœnori indixit? [242] *Et eritis filij Dei.* Nihil impudentius, si ille nos sibi filios faciet, qui nobis filios facere non permisit, auferendo connubium. Quomodo in id nomen alleaturus est suos, quod iam erasit? Filius spadonis esse non possum, maximè quum patrem habeam eundem quem & omnia. Nam tam pater omnium qui conditor vniuersitatis, quàm spado qui nullius substantiæ conditor. Et si marem ac fœminam non miscuisset creator, & si non vniuersis quoque animalibus filios concessisset, hoc eram eius ante paradisum, ante delictum, ante exilium, ante duos, vnum. denuò factus filius fui statim quum me manibus enixus est, quum de suo halitu mouit. Ille me nunc rursus filium nuncupat, iam non in animam, sed in spiritum pariens. [243] *Quia ipse*, inquit, *suauis est aduersus ingratos & malos.* [244] Euge Marcion, satis ingeniosè detraxisti illi; pluuias & soles, ne creator videretur. Sed quis iste suauis, qui ne cognitus quidem vsque adhuc? quomodo suauis à quo nulla beneficia præesserant? Hoc genus suauitatis, qua soles & imbres qui fœnerauerat, non recepturus ab humano genere vt creator; qui pro tanta elementorum liberalitate faciliùs idolis quàm sibi debitum gratiæ referentes homines vsque adhuc sustinet. Verè suauis etiam spiritalibus commodis. [245] Eloquia enim Domini C dulciora super mel & fauos. Ille igitur & ingrat os fuggillauit, qui gratos experiri merebatur. Cuius solem & imbres tu quoque Marcion ingratos habuisti. Ceterùm tuus non poterat iam queri ingratos, qui non parauerat gratos. Misericordiam quoque præcipiens. [246] *Estote, inquit, misericordes, sicut pater vester misertus est vestri.* Hoc erit, Panem infringito esurienti, & mendicos, sine tecto in domum tuam inducito, & nudum si videris tegito, &: Iudicate pupillo, & iustificate viduam. Agnosco doctrinā eius veterem; qui mauult misericordiam, quàm sacrificium. Aut si alius nunc misericordiam præcepit, quia & ipse misericors sit, cur tanto æuo misericors mihi non fuit? [247] *Nolite iudicare ne iudicemini. Nolite condemnare ne condemnemini. Dimittite & dimittemini. Date & dabitur vobis, mensuram bonam, pressam, ac fluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem qua mensi eritis mensura, remetietur vobis.* Vt opinor, hæc [248] retributionem pro meritis prouocatam sonant. A quo ergo retributio? Si ab hominibus tantùm: ergo humanam docet disciplinam & mercedem, & in totum hominibus obediemus. Si à creatore vt à iudice, & dispūctore meritorum: ergo illi nostrum impellit obsequium, apud quem cōstituit retributionem captādam vel timendam, prout quisque iudicauerit, aut condēnauerit, aut dimiserit, aut mensus fuerit. Si ab ipso: ergo & ille iā iudicat, quod Marcio negat. Eligāt itaque Marcionitæ, ne tanti sit de magistri regula excidere, quàm Christum aut hominibus aut creatori docentem habere. [249] *Sed cæcus cæcum ducit in foueā.* Credunt aliqui Marcioni. Sed *non est discipulus super magistrum.* Hoc & meminisse debuerat Apelles, Marcionis de discipulo emendator. *Eximat & de oculo suo trabem* hæreticus, *tunc in oculo Christiani si quam putat stipulam, reuincat.* Proinde & *arbor bona non proferat malum fructum*, quia nec veritas hæresim: *nec mala bonum*, quia nec hæresis veritatem. Sic *nec* Marcion *aliquid boni de thesauro* Cerdonis *malo protulit*, nec Apelles de Marcionis, multo enim hæc cōgruentiùs in ipsos interpretabimur, [250] quæ Christus in

Matth. 5.
Isai. 58.
Ezech. 18.
Exod. 20.
Isai. 10. CA. XVII. *etiam ex c.* VI. *Luc.*
Luc. 6.
Ezech. 18.
Ibidem.
Deut. 24.
Deuter. 15.
Luc. 6.
Gen. 1. & 3.
Luc. 6.
Matt. 5.
Luc. 6.
Matth. 5.
Rom. 1.
Luc. 6.
Psal. 18.
Luc. 6.
Jsai. 58.
Isai. 1.
Osee 6.
Luc. 6.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

homines allegorizauit, non in duos Deos, secundum scandalum Marcionis. Puto me non temerè huc D
vsque adhuc lineæ insistere, qua definio nusquam omninò alium Deum à Christo reuelatum. [214] In
hoc solo adulterium Marcionis manus stupuisse mirror, nisi quod etiam latrones timent. Nullum male-
ficium sine formidine est, quia nec sine conscientia sui. Tam diu ergo & Iudæi non alium Deum no-
rant, quàm præter quem neminem adhuc norant: nec alium Deum appellabant, quàm quem solum
Ibidem. norant. Si ita est, quis videbitur dixisse, [215] *quid vocatis Domine Domine?* Vtrúmne qui nunquam hoc
fuerat vocatus, vt nusquam adhuc æditus? An ille qui semper Dominus habebatur, vt à primordio co-
gnitus? Deus scilicet Iudæorum. Quis item adiecisse potuisset, *& non facitis quæ dico?* Vtrúmne qui cùm
maximè edocere tentabat: an qui à primordio ad illos & Legis & Prophetarum eloquia mandauerat?
Isai. 29. Qui & inobaudientiam illis exprobare posset, etiamsi nunquam aliàs exprobrasset. Porrò qui ante
Christum. Populus iste me labiis diligit, cor autem eorum longè absistit à me, concionatus est, veterem
vtique illis contumaciam imputabat. Alioquin quàm absurdum, vt nouus Deus nouus Christus, nouę
tantæque religionis illuminator, contumaces & inobsequentes pronuntiaret, quos non potuisset ex-
C. xviii. periri. [[215] Proinde *extollenda fide Centurionis*, incredibile si is *professus est talem se fidem nec in Israële inue-*
ex vii. c. *nisse*, ad quem non pertinebat fides Israëlis. Sed nec exinde pertinere poterat adhuc cruda vt probare-
Luce. tur vel compararetur, ne dixerim adhuc nulla. Sed cur non licuerit illi alienæ fidei exemplo vti? Quo-
Luc. 7. niam si ita esset, dixisset talem fidem nec in Israële vnquam fuisse: ceterùm dicens talem fidem debuisse
inueniri in Israële, quique ad hoc venisset, vt eam inueniret, Deus scilicet & Christus Israëlis, quam nō
sugillasset, nisi exactor & sectator eius. Æmulus verò etiam maluisset eam talem inuentam, ad quam
Ibidem. infirmandam & destruendam magis veneratur, non ad comprobandam. [216] *Resuscitauit & mortuum*
3. *Reg.* 17. *filium viduæ*, non nouum documentum. Hoc & Prophetæ creatoris æditerant, quanto magis filius?
& 4. Reg. 4. Adeò autem in illud vsque momenti, nullum alium Dominus Christus intulerat, vt omnes illic
Luc. 7. *creatori gloriam retulerint, dicentes*: [217] *Magnus Propheres prodyit in nobis, & respexit Deus populum suum.* Quis E
Deus? vtique cuius populus, & à quo Prophetæ. Quòd si illi quidem creatorem glorificabant, Chri-
stus verò & audiens & sciens non corrigebat, & quidem in tanto documento mortui resuscitati crea-
torem adhuc orantes, sine dubio aut non alium circumferebat Deum, quàm quem in suis beneficiis at-
que virtutibus honorari sustinebat: aut quale est vt illos tam diu errantes sustineret, ad hoc veniens vt
Ibidem. errori eorum mederetur? [218] Sed scandalizatur *Ioannes auditis virtutibus Christi* vt alterius. At ego ratio-
nem scandali priùs expediam, quò facilius hæretici scandalum explodam. Ipso iam Domino virtutum
sermone & spiritu patris operante in terris, & prædicante, necesse erat portionem spiritus sancti, quæ ex
Isai. 40. forma prophetici moduli in Ioanne egerat [219] præparaturam viarum Dominicarum, abscedere iam ab
Ioanne, redactam scilicet in Dominum, vt in massalem suam summam. Itaque Ioannes communis iam
homo & vnus iam de turba, scandalizabatur quidem quâ homo, sed non quâ alium Christum sperans
vel intelligens, qui neque vnde speraret vt nihil nouì docentem vel operantem. Nemo hæsitabit de
aliquo, quem dum scit non esse, nec sperat nec intelligit. Ioannes autem certus erat neminem Deum
præter creatorem, vel quâ Iudæus, etiam Prophetes planè faciliùs quasi hæsitauit de eo, quem quum
sciat esse, an ipse sit nescit. Hoc igitur metu & Ioannes, [219] *Tu es, inquit, qui venis, an alium exspecta-*
Luc. 7. *mus?* Simpliciter inquirens an ipse veniret quem exspectabat, Tu es, qui venis, id est, qui venturus
es, an alium exspectamus? Id est, an alius est quem exspectamus, si non tu es quem venturum exspe-
ctamus? Sperabat enim sicut omnes opinabantur ex similitudine documentorum, potuisse & Pro-
phetam interim missum esse, à quo alius esset, id est maior ipse scilicet Dominus, qui venturus
exspectabatur. Atque adeò hoc erat Ioannis scandalum, quòd dubitabat ipsum veniße quem ex- F
Ibidem. spectabant, quem & prædicatis operationibus agnouisse debuerant, [219] *vt Dominus, per easdem operationes agnoscendum se nuntiauerit Ioanni.* Quæ quum constet prædicata in Christum creatoris, sicut ad
singula ostendimus, satis peruersum, vt Christum non creatoris per ea renuntiarit intelligendum, per
Ibidem. quæ magis Christum creatoris agnosci compellebat. Multo peruersius, [260] si & *testimonium Ioanni perhibet*, non Ioannis *Christus, Propheten eum confirmans, immo & suprà*, vt angelum, [261] *ingerens etiam*
scriptum super illo: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Eleganter ad su-
periorem sensum scandalizati Ioannis commemorans Prophetiam: vt confirmans præcursorem
Ioannem iam aduenisse, extingueret scrupulum interrogationis illius, Tu es, qui venis, an alium exspe-
ctamus? Præcursore enim iam functo officium, præparata via Domini, ipse erat intelligendus, cui præ-
Ibidem. cursor ministrauerat, [262] *Maiore quidem omnibus natis mulierum*, sed non ideò subiecto, ci *qui minor fuerit, in regno Dei*; quasi alterius sit Dei regnum, in quo modicus quis *maior erit Ioanne*: alterius Ioannes,
qui omnibus natis mulierum maior sit. Siue enim de quocunque dicit modico per humilitatem, siue
de semetipso, quia minor Ioanne habebatur, omnibus scilicet in solitudinem concurrentibus ad Ioan-
nem potius quàm ad Christum: Quid existis videre in solitudinem? tantundem & creatori competit,
& Ioannem ipsius esse maiorem natis mulierum, & Christum vel quemque modicum, qui maior
Ioanne futurus sit in regno æquè creatoris, & qui sit maior tanto Propheta, qui non fuerit scan-
dalizatus in Christum, quod tunc Ioannem minuit. [263] Diximus de remissa peccatorum. [264] Illius
Ibidem. autem *peccatricis fœminæ* argumētum eò pertinebit, vt quum *pedes Domini osculà figeret, lacrymis inundaret, crinibus*

A *ctinibus detergeret, vnguento perduceret,* solidi corporis veritatem non phantasma inane tractauerit.
[265] Et vt peccatricis pœnitentia, secundum creatorem meruerit; veniam præponere solitum sacrificio. Sed & si pœnitentiæ ſtimulus ex fide acciderat, per pœnitentiam ex fide iuſtificatam, *ab eo audiit,* *Fides tua te ſaluam fecit,* qui per Abacuc pronuntiarat, [266] Iuſtus ex fide ſua viuet. [267] Quòd *diuites Chriſto mulieres adhærebant, quæ & de facultatibus ſuis miniſtrabant ei, inter quas & vxor regis procuratoris* ; de Prophetia eſt. Has enim vocabat per Eſaiam: [268] Mulieres diuites exſurgite, & audite vocem meam; vt diſcipulas primò, dehinc vt operarias & miniſtras oſtenderet, filiæ in ſpe audite ſermones meos. Dies anni memento te cum labore in ſpe. Cum labore enim quo ſequebantur, & ob ſpē, miniſtrabant. Æquè de parabolis ſemel ſufficiat probatum, hoc genus eloquij à creatore promiſſum. *Oſee.6.* *Luc.7.* *Abac.3.* *Ca. xix. ex viii. 6.* *Luca.* *Iſai.32.*

[269] At nunc illa quoque pronuntiatio eius ad populum: Aure audietis & non audietis, dedit Chriſto frequenter inculcare; *qui habet aures audiat.* Non quaſi ex diuerſitate auditum permitteret Chriſtus, quem ademiſſet creator: ſed quia comminationem exhortatio ſequebatur. Primò aure audietis & non audietis, dehinc qui habet aures audiat. Non enim audiebant vltrò qui aures habebant? ſed oſtendebat aures cordis neceſſarias, quibus illos audituros negarat creator. Et ideò per Chriſtum adiicit, [270] *Videte quomodo audiatis & non audiatis*: non corde ſcilicet audientes, ſed aure. Si dignum ſenſum pronuntiationi accommodes pro ſenſu eius qui auditui ſuſcitabat, etiam dicendo, Videte quomodo audiatis, non audituris minabatur. Sanè nominatur mitiſſimus Deus, quia nec iudicat, nec iraſcitur. Hoc probat etiam ſubiacens ſenſus. [271] *Ei qui habet dabitur, ab eo autem qui non habet, etiam quod habere ſeputat auferetur ei.* Quid dabitur? Adiectio fidei, vel intellectus, vel ſalus ipſa. Quid auferetur? Vtique quod dabitur. A quo dabitur, & auferetur. Si à creatore auferetur, ab eo & dabitur. Si à Deo Marcionis dabitur, ab eo & auferetur. quoquo tamen nomine comminatur ablationem, non erit eius Dei qui neſcit comminari, quia non nouit iraſci. [272] Miror autem quum *lucernam negat abſcondi ſolere,* qui ſe tanto ſeculo abſconderat maius & neceſſarius lumen, quum omnia de occulto in apertum reprommittit, qui Deum ſuum vſque adhuc obumbrat, expectans opinor naſci Marcionem. Venimus ad conſtantiſſimum argumentum omnium qui Domini natiuitatem in controuerſiam deferunt. [273] Ipſe, inquiunt, *conteſtatur* „ *ſe non eſſe natum, dicendo, Qua mihi mater, & qui mihi fratres?* [274] Ita ſemper hæretici aut nudas & ſim- „ plices voces, coniecturis quò volunt rapiunt: aut rurſus cõditionales & rationales, ſimplicitatis conditione diſſoluunt, vt hoc in loco. Nos contrariò dicimus, primò non potuiſſe illi *annuntiari, quòd mater & fratres eius foris ſtarent quærentes videre eum,* ſi nulla illi mater & fratres nulli fuiſſent, quos vtique norat qui annuntiarat, vel retrò notos, vel tunc ibidem compertos, dum eum videre deſiderant, vel dum ipſi nuntium mandant. Ad hanc primam propoſitionem noſtram ſolet ex diuerſo reſponderi, Quid enim ſi tentandi gratia nuntiatum eſt ei? Sed hoc ſcriptura non dicit, quæ quanto ſignificare ſolet ex tentatione quid tactum. [275] Ecce legis do & ſurrexit tentans eum, & de tributi conſultatione: Et acceſſe- *Luc.10.* runtad eum Phariſæi tentantes eum; tanto vbi non facit tentationis mentionem, non admittit tenta- *Luc.20.* tionis interpretationem. Et tamen ex abundanti cauſas tentationis expoſtulo, cui rei tentauerint illum, per nominationem matris & fratrum. Si vt ſcirent natuſne eſſet, an non: quando de hoc fuit quæſtio quam ex iſta tentatione diſcuterent? Quis autē dubitaret natum, quem videret hominē? Quem audiſſet filium ſe hominis profeſſum: Quem de conſpectu omnis humanæ qualitatis dubitaret Deum, aut filium Dei credere, Propheten faciliùs: exiſtimantes licet magnum aliquem vtique tamē natum. Et tamſi *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Luc.7.*

C in exploratione natiuitatis tentandus fuiſſet, quodcunque aliud argumentum tentationi competiſſet, quàm per earum perſonarum mentionē quas potuit etiam natus non habere. Dic mihi, omnibus natis mater aduiuit? omnibus natis adgenerantur & fratres? nõ licet patres magis & ſorores habere, vel & neminem? [276] Sed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto nunc in Iudæam per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuiſſent. Adeò nullo modo cõſtitit ratio tentationis iſtius. Et verè mater & fratres eius foris ſtabant. Supereſt & inſpicere ſenſum non ſimpliciter pronuntiantis, Quæ mihi mater aut fratres? quaſi ad generis & natiuitatis negationem: ſed & ex cauſæ neceſſitate & conditione rationali. Tam proximas enim perſonas foris ſtare extraneis intus defixis ad ſermones eius, amplius & auocare eum à ſolenni opere quærentes, meritò indignatus eſt, non tam abnegauit quàm abdicauit. Atque adeò quum præmiſiſſet: Quæ mihi mater & qui mihi fratres? ſubiungens, *niſi qui audiunt verba mea & faciunt ea*, tranſtulit ſanguinis nomina in alios, quos magis proximos pro fide iudicaret. Nemo autem transfert quid niſi ab eo qui habet id quod transfert. Si ergo matrem & fratres eos fecit qui non erant, quomodo negauit eos qui erant? meritorum ſcilicet conditione, non ex proximorum negatione: in ſemetipſo docens, Qui patrem aut matrem aut fratres proponeret verbo Dei, non eſſe dignum diſcipulum. Ceterùm ex hoc magis matrem & fratres confitebatur, quòd illos nolebat agnoſcere: quòd alios adoptabat, confirmabat quos ex offenſa negauit, quibus non vt veriores ſubſtituit; ſed vt digniores. Denique nihil magnum, ſi fidem ſanguini præpoſuit, quem non habebat. [277] *Quis autem iſte eſt qui & ventis & mari imperat?* nimirùm nouus dominator atque poſſeſſor elementorum ſubacti iam & excluſi creatoris. Non ita eſt. Sed agnorant ſubſtantiæ auctorem ſuum, quæ famulis quoque eius obaudire conſueuerant. Inſpice Exodum Marcion; Aſpice mari rubro vaſtiori ſuper omnia ſtagna Iudææ, virgam Moyſi imperantem, vt fundituſ proſciſſum, & pari vtrinque ſtupore diſcri- *Matth.10.* *Ca p.xx. ex eod.8.6.* *Luca.* *Exod.14.*

minis fixum, ficco populum pede, inteſtino itinere tranſmitteret, rurſuſque ſub eiuſdem virgæ nutu, redeunte natura, Ægyptium exercitum vndarum concordia obrueret: [278] in quod opus & Auſtri ſeruierunt. [279] Lege ex ſorte familiæ dirimendæ in tranſitu eius Iordanis machætam fuiſſe, cuius impetum atque decurſum planè & Ieſus docuerat Prophetis tranſmeantibus ſtare. Quid ad hæc? Si tuus Chriſtus eſt, non erit potentior famulis creatoris. Sed his ſolis exemplis vſus eſſem, ſi non etiam prædicatio marinæ iſtius expeditionis Chriſtum anteceſſiſſet. Nam quum transfretat, Pſalmus expungitur: Dominus, inquit, ſuper aquas multas. Quum vndas freti diſcutit, [280] Abacuc adimpletur: Diſperges, inquit, aquas itinere. Quum ad minas eius eliditur mare, Naum quoque absoluitur: [281] Cõminans, inquit, mari & arefaciens illud, vtique cum ventis quibus inquietabatur. Vnde vis meum vindicem Chriſtum, de exemplis an de Prophetis creatoris? [282] Age nunc qui militarem & armatum bellatorem prædicari putas, non figuratè nec allegoricè, qui bellum ſpiritale aduerſus ſpiritales hoſtes, ſpiritali militia, & ſpiritalibus armis, ſpiritaliter debellaturus eſſet; [283] *Quum inuenis in vno homine multitudinem dæmonum, legionem ſe profeſſam*, vtique ſpiritalem, diſce & Chriſtum expugnatorem ſpiritalium hoſtium, ſpiritaliter armatum, & ſpiritaliter bellicoſum intelligendum: atque ita ipſum eſſe, qui cum legione quoque dæmonum erat dimicaturus: vt & de hoc bello Pſalmus poſſit videri pronuntiaſſe: Dominus validus, Dominus potẽs in bello. Nam cum vltimo hoſte morte præliatus, per trophæum Crucis triumphauit. [284] Cuius autem *Dei filium Ieſum legio teſtata eſt*? Sine dubio cuius tormenta & abyſſum nouerant & timebant. nec enim videntur poſſe ignoraſſe adhuc quòd noui & ignoti Dei virtus operaretur in terris: quia veriſimile non eſt creatorem ignoraſſe. Si enim alium ſupra ſe Deum ignorauerat aliquando, tamen iam infra cœlum ſuum agentem, vtique compererat. quòd autem Dominus comperiſſet, iam & vniuerſæ familiæ innotuiſſet in eodem mundo, & intra eũdem ambitum cœli, quo peregrina diuinitas conuerſaretur. In quantum ergo & creator ſciſſet eam, & ſubſtantiæ eius, ſi fuiſſet: in tantum quia nulla fuit, non alium dæmones ſciebant quàm Dei ſui Chriſtum. Non *depetunt* ab alio, quod meminiſſent petendum ſibi à creatore, *veniam* ſcilicet *abyſſi* creatoris. Denique impetrauerunt, quo mẽrito? Quia mentiti erant, quia fœui Dei filium eum fecerãt? Et qualis erit qui mentitos iuuabat, qui infamantes ſuſtinebat? Sed enim quia mentiti non erant, quia Deum abyſſi & ſuum cognouerant, ita eum ſe & ipſe confirmauit, quem cognouerunt dæmones Ieſum iudicem & vltoris Dei filium. Ecce aliquid & de illis puſillitatibus & infirmitatibus creatoris in Chriſto. Ignorantiam enim & ego adſcribere ei volo. Permittite mihi aduerſus hæreticum. [285] *Tangitur à fœmina quæ ſanguine fluitabat, &* neſciuit à qua. *Quis me, inquit, tetigit?* Etiam *excuſantibus diſcipulis, perſeuerat* in ignorantiæ voce: *Tetigit me aliquis*. idque de argumento affirmat. *Senſi enim virtutem ex me profectam*. Quid dicit hæreticus? Sciebãne perſonam? Et cur quaſi ignorans loquebatur? [286] Vt confeſſionem certè prouocaret, vt timorem probaret. Sic & Adam aliquando quæſierat, quaſi ignorans: Adam vbi es? Habes & creatorem cum Chriſto excuſatum, & Chriſtum creatori adæquatum. Sed & hoc, qui aduerſarius legis, [287] vt quia lex à contactu fœminæ ſanguinantis ſummouet, id circò geſtietit non tantùm cõtactum eius admittere, ſed etiam ſanitatem donare. O Deum non natura beneficum ſed æmulatione. [288] At enim ſi fidem mulieris inuenimus ita meruiſſe, quum *dicit: Fides tua te ſaluam fecit*, quis es vt [289] æmulationem legis interpreteris in iſto facto, quod ipſe Dominus ex fidei remuneratione æditum oſtendit? Sed hanc vis mulieris fidem conſtituere, qua contempſerat legem. Et cui credibile, vt mulier nullius adhuc Dei conſcia, nullius adhuc nouæ legis initiata, legem irrumperet, eam cui adhuc tenebatur? Qua denique fide irrupit? in quem Deum credens, quem ſpernens? Creatorem? Certè enim ex fide tetigit. Si ex fide creatoris, quę alium Deum ignorabat: & quomodo legem eius irrupit? Tam enim irrupit, ſi itrupit, quàm ex fide creatoris. Quomodo enim vtrunque conueniet, vt & irruperit, & ex fide eam irruperit, propter quam irrupiſſe non debuit? [290] Dicam: fides hæc fuit primò, qua Deum ſuum confidebat; miſericordiam malle quàm ipſum ſacrificium, qua eum Deum certa erat operati in Chriſto, qua ſic eum tetigit, non vt hominem ſanctum, nec vt Prophetam, quem contaminabilem pro humana ſubſtantia ſciret: ſed vt ipſum Deum, quem nulla ſpurcitia pollui poſſe præſumpſerat. Itaque non temerè interpretata eſt ſibi legem, ea contaminari ſignificantem, quæ eſſent contaminabilia: non Deum, quem in Chriſto confidebat. Sed & illud recogitauit, [291] ordinarium & ſolennem menſtrui vel partualis ſanguinis fluxum in lege taxari, qui veniat ex officio naturæ, non ex vitio valetudinis. Illa autem ex vitio valetudinis redundabat, cui non modum temporis, ſed diuinæ miſericordiæ auxilium neceſſarium ſciebat. Atque ita poteſt videri legem non irrupiſſe, ſed diſtinxiſſe. Hæc erit fides, quæ contulerat etiam intellectum. [292] Niſi crediderit is, inquit, non intelligetis. Hanc fidem probans Chriſtus eius fœminæ, quæ ſolum credebat creatorem, eius fidei ſe Deum reſpondit, quam probauit. Nec illud omittam, quòd [293] dum tangitur veſtimentum eius, vtique corpori non phantaſmati inditum, corpus quoque demonſtrabatur: non quaſi iam de hoc retractemus, ſed quia ad præſentem conſpirat quæſtionem. Si enim non erat veritas corporis, phantaſma vtique contaminari, quã res vacua, non poſſet. Qui ergo non poteſt contaminari pręinanitate ſubſtantiæ, quomodo voluiſſet? Vt æmulus legis mentiebatur, qui non verè polluebatur. [294] *Dimittit diſcipulos ad prædicandum Dei regnum*. Nunquid vel hic ædidit, [295] cuius *prohibet eos vllus aut veſtitui quid in viam ferre?* Quis hoc mandaſſet, [296] niſi qui & coruos alit,

& flores

Joſue 3. & 4. *Pſal. 28.* *Abac. 3.* *Naum. 1.* *Luc. 8.* *Pſal. 23.* *Luc. 8.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Gal. 3.* *Leuitic. 15.* *Luc. 5.* *Oſee 6.* *Leuit. 15. & 12.* *Iſai. 7.* *C. xxi. ex ix. c. Luc.* *Luc. 9.* *Luc. 12.*

A & flores agri vestit? Qui boui quoque terenti libertatem oris ad veniam pabuli ex opere summouendi antè præcepit: [197] quia dignus operarius mercede sua. Hæc Marcion deleat, dum sensui salua sint. [198] At quum *iubet pulverem excutere de pedibus, in eos à quibus excepti non fuissent, & hoc in testimonium* mandat fieri: nemo testatur quod non iudicio destinatur: inhumanitatem qui in testatione mandi redigi iubet, iudicem comminatur. Nullum Deum nouum à Christo probatum illa etiam opinio omnium declarauit, quia [199] *Christum Iesum, alij Ioannem, alij Heliam, alij unum aliquem ex veteribus Prophetis Herodi assueuerabant.* Ex quibus quicunque fuisset, non vtique ob hoc est suscitatus, vt alium Deum post resurrectionem prædicaret. [200] *Pascit populum in solitudine*, de pristino scilicet more. Aut si non eadem & maiestas, ergo iam minor est creatore, qui non vno die; sed annis quadraginta; nec *de inferioribus materijs panus & piscis*; sed de manna cœlesti, nec *quinque* circiter, sed sexcenta *milia hominum* protelauit. Adeò autem ea fuit maiestas, vt & pabuli exiguitatem non tantùm sufficere, verùm *etiam exuberare*, de pristino volucrit exemplo. Sic enim & in tempore famis sub Helia viduæ Sareptensi modica & suprema alimēta ex Prophetæ benedictione per totum famis tempus redundauerant. [201] Habes terrium Basiliarum, si & quartum resoluas, inuenies totum hunc ordinem Christi circa illum Dei hominem; qui oblatos sibi viginti hordeaceos panes quum populo distribui iussisset, & minister eius proinde comparata multitudine & pabuli mediocritate, respondisset, Quid ego hoc dem in conspectum centum milibus hominum? Da, inquit, & manducabunt: quoniam hæc dicit Dominus: Et manducauerunt & reliquerunt reliquias secundum dictum Domini. O Christum & in nouis veterem. [202] Hæc itaque qui viderat *Petrus*, & cum pristinis compararat, & non tantùm retrò facta, sed & in futurum iam tunc prophetantia

B recognouerat, *interroganti Domino, quis nam illis videretur*, quum *pro omnibus responderet: Tu es Christus*: non potuit non eum sensisse Christum, nisi [203] quem nouerat in scripturis, quem iam recensebat in factis. Hoc & ipse confirmat vsque adhuc patiens, immò & silentium indicens. Si enim Petrus quidem non poterat alium eum cōfiteri, quàm creatoris, [204] *ille autem præcepit, ne cui hoc diceret*, vtique id noluit prodiuulgari quod Petrus senserat. Imnò, inquis, quia non rectè senserat, noluit mendacium disseminari. Sed aliam silentij causam edixit, [205] quia *oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à presbyteris & scribis & sacerdotibus, & interfici, & post tertium diem resurgere*. Quæ quum prædicata sint, & ipsa in Christum creatoris, [206] sicut suis locis implebimus: sic quoque ipsum se ostendit esse, in quem prædicabantur. Certè & si non essent prædicata, eam causam indicti silentij protulit, quæ non Petri errorem demonstraret, sed ob eundarum passionum necessitatem. [207] *Qui voluerit, inquit, animam suam saluam facere, perdet illam: & qui perdiderit eam propter me, saluam faciet eam.* [208] Certè filius hominis hanc sententiam emisit. Perspice igitur & tu cum rege Babylonio, fornacem eius ardentem, & inuenies illic tāquam filium hominis (nondum enim verè erat, nondum scilicet natus ex homine) iam tunc istos exitus constituentem. Saluas facit animas trium fratrum, qui eas pro Deo perdere conspiraverant: Chaldæorum verò perdidit, quas illi per idololatriam saluas facere maluerant. Quæ est ista noua doctrina, cuius vetera documenta sunt? Quanquam & prædicationes martyriorum tam futurorum, quàm [209] à Deo mercedem relaturorum decucurrerunt. Vide, inquit Esaias, quomodo perit iustus, & nemo excipit corde. Et viri iusti auferuntur, & nemo considerat. Quando magis hoc fit, quàm in persecutione sanctorum eius? Vtique non simplex, nec de naturæ lege communis, sed illa insignis & pro fide militaris: in qua qui

C animam suam propter Deum perdit, seruat illam: vt & hic tamen iudicem cognoscas, qui malum animæ lucrum perditione eius, & bonum animæ detrimentum, salute eius remuneratur. Sed & zelotem Deum mihi exhibet, malum malo reddentem. [210] *Qui confusus, inquit, me fuerit, & ego confundar eum.* Quando nec confusionis materia conueniat, nisi meo Christo: cuius ordo magis pudēdus, [211] vt etiam hæreticorum conuitijs pateat, omnem natiuitatis & educationis fœditatem, & ipsius etiam carnis indignitatem, quanta amaritudine possunt perorantibus. Cetērùm quomodo ille erit obnoxius confusionis, qui eam non capit? non vulua licet virginis tamen fœminæ, coagulatus etsi non semine, tamen ex lege substantiæ corporalis, ex fœminæ humore: non caro habitus ante formam: non pecus dictus post figuram: [212] non nouem mensium cruciatu [213] deliberatus: non subita dolorum concussione cum tanti temporis cœno per corporis cloacam effusus ad terram: nec statim lucem lacrymis auspicatus & primo retinaculi sui vulnere, nec multum ablutus: [214] nec sale & melle medicatus: nec pannis iam sepulturæ inuolucrum initiatus: nec exinde per immundicias inter sinus volutatus, molestus verberibus, diu infans, vix puer, tardè homo: sed de cœlo expositus, semel grandis, semel totus, statim Christus, spiritus, & virtus, & Deus tantū. Cetērùm vt non verus, qui nō videbatur, ita nec de crucis maledicto erubescendus, cuius carebat veritate carens corpore. Non poterat itaque dixisse: Qui me confusus fuerit. Nō ster hoc debuit pronuntiasse, Minoratus à patre modico citra angelos; Vermis, & non homo, ignominia hominis, & nullificamen populi: quatenus ita voluit; vt liuore eius sanaremur: vt dedecore eius salus nostra constaret. Et meritò se pro suo homine depositi, pro imagine & similitudine sua, non aliena: vt, quoniam homo non erubuerat lapidem & lignum adorans; eadem constantia non confusus de Christo, pro impudentia Idololatriæ, satis Deo faceret per impudentiam fidei. Quid horum Christo tuo competit Marcion ad meritum confusionis? Planè pudere te debet, quòd illum ipse finxisti. [215] Nam & hoc vel maximè erubescere debuisti, quòd illum *cum Moyse & Helia in secessu*

1.Cor. 9. Luc. 10. Luc. 9. Ibidem. Ibidem. Exod. 12. Cr 16. Luc. 9. 3.Reg. 17. 4.Reg. 4. Luc. 9. Psal. 2. Isai. 45. Thre. 4. & Dan. 9. Luc. 9. Ibidem. " " Dan. 3. Isai. 57. Luc. 9. Psal. 8. Psal. 21. Isai. 53. Gen. 1.

exod.c. 9. Luc. 9. Ibidem.

montis conspici paterís, quorum destructor aduenerat. Hoc scilicet intelligi voluit [16] *vox illa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, hunc audite:* id est, non Moysen iam & Heliam. Ergo sufficiebat vox sola sine ostentatione Moysi & Heliæ. Definiendo enim quem audirent, quoscunque alios vetuisset audiri. Aut nunquid Esaiam & Hieremiam, cæterósque quos non ostendit, permisit audiri, si vetuit quos ostendit? Nunc & si præsentia illorum fuit necessaria, non vtique [17] *in colloquio* ostenderentur, quod familiaritatis iudicium est: nec *in consortio claritatis*, quod dignationis & gratiæ exemplum est: sed & in sordibus aliquibus, quod destructionis argumentum est, immò in tenebris creatoris, quibus discutiendis erat missus, longè etiam discreti à claritate Christi, qui voces & litteras ipsas eorum, ab Euangelio suo erat separaturus. Sic in alienos demonstrat illos, dum secum habet. Sic relinquendos docet, quos sibi iungit. Sic destruit, quos de radijs suis exstruit. Quid faceret Christus ipsorum? Credo secundum peruersitatem, tales eos reuelasset, quales Christus Marcionis debuisset: aut quoscunque alios fecum, quàm Prophetas suos. Sed quid tam Christus creatoris, quàm secum ostenderet prædicatores suos? cum illis videri, [18] quibus in [a] reuelationibus erat visus: cum illis loqui, [19] qui [b] eum fuerant locuti: cum eis gloriam suam communicare, [20] à [c] quibus Dominus gloriæ nuncupabatur: [21] cum principalibus suis, [22] quorum alter [d] populi informator aliquando, alter reformator quandoque: alter initiator veteris Testamenti, alter consummator noui? Igitur & Petrus meritò contubernium Christi sui agnoscens indiuiduitate eius, suggerit consilium. [23] *Bonum est nos hic esse.* bonum planè, vbi Moyses scilicet & Helias. *Et faciamus hic tria tabernacula; Vnum tibi, & Moysi vnum, & Heliæ vnum.* [24] *Sed nesciens quid diceret.* Quomodo nesciens? vtrumne simplici errore, an ratione, quam defendimus in causa noux Prophetiæ, gratiæ, ecstasin, id est amentiam conuenire? In spiritu enim homo constitutus, præsertim quum gloriam Dei conspicit, vel quum per ipsum Deus loquitur, necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet virtute diuina, [25] de quo inter nos & Psychicos quæstio est. Interim facile est amentiã Petri probare. Quomodo enim Moysen & Heliam cognouisset nisi in spiritu? Nec enim imagines eorum vel statuas populus habuisset & similitudines [26] Lege prohibente, nisi quia in spiritu viderat: & ita quod dixisset in spiritu, non in sensu constitutus, scire non poterat. Ceterùm si sic nescit quasi errans, eo quòd putaret illorum esse Christum, [27] ergo iam constat & suprà Petrum interrogatum à Christo quem se existimarent, vr de creatoris dixisse, Tu es Christus: quia si tunc alterius Dei illum cognouisset, hic quoque non erasset. Quòd si ideò & hic errauit, quia & suprà, ergo certus es in illum diem quoque nullam nouam diuinitatem à Christo reuelatam, & vsque adhuc non erasse Petrum, Christo vsque adhuc nihil eiusmodi reuelante: & tamdiu non alterius deputandum Christum, quàm creatoris, cuius omnem & hic ordinem expressit. [28] *Tres de decentibus arbitros futura visionis & vocis assumit*: & hoc creatoris est. [29] In tribus, [1] inquit, testibus stabit omne verbum. [30] *In montem* [2] *secedit*: agnosco formam loci. [31] Nam & pristinum populum apud montem & visione & voce sua creator initiarat. Oportebat in eo suggestu consignari nouum Testamentum, in quo conscriptũ vetus fuerat. *Sub* eodem etiam *ambitu nubis*, quam nemo dubitauit de aëre creatoris conglobatam, nisi & nubes suas illò deduxerat, quia & ipse per cœlum creatoris viam ruperat: aut proinde & nubilo creatoris [32] precario vsus est. Itaque nec nunc muta nubes fuit, [33] sed *vox* solita *de cœlo*, & patris nouum testimonium super filio: atque in secundo Psalm. Filius meus es tu: ego hodie genui te. De quo & per Esaiam: Quis Deum metuens, audiat vocem filij eius? Itaque iam repræsentans eum, *Hic est filius meus*, vtique subauditur quem repromisi. Si enim repromisit aliquando, & postea dicit, Hic est: eius est exhibentis voce vti in demonstratione promissi qui aliquando promisit; non eius cui possit respondẽri: ipse enim tu quis es qui dicas, Hic est filius meus, de quo non magis præmisisti, quàm teipsum quod prius erat reuelasti? *Hunc* igitur *audite*, quem ab initio edixerat audiendum in nomine Prophetæ, quoniam & Prophetes existimari habebat à populo. [34] Prophetam, inquit Moyses, suscitabit vobis Deus ex filijs vestris, secundum carnalem scilicet sensum: tanquam me audieritis illum. [35] Omnis autem qui illum non audierit, exterminabitur anima eius de populo suo. Sic & Esaias: Quis in vobis metuens, exaudiat vocem filij eius. Quam & ipse pater commendaturus erat. [36] Siftens enim inquit verba filij sui, dicendo scilicet, hic est filius meus dilectus, hunc audite. Itaque & si facta translatio sit auditionis à Moyse & Helia in Christo, sed non vt ab alio Deo, nec ad alium Christum, sed à creatore in Christum eius secundum deceptionem veteris, & successionem noui Testamenti. Non legatus, inquit Esaias, nec nuntius, [37] sed ipse Dominus saluos eos fecit, ipse iam prædicans & implens Legem & Prophetas. Tradidit igitur pater filio discipulos nouos, ostensis priùs cum illo Moyse & Helia in claritatis prærogatiua, atque ita dimissis, [38] quasi iam & officio & honore dispunctis, vt hoc ipsum confirmaretur propter Marcionem, societatem esse etiam claritatis Christi cum Moyse & Helia. Totum autem habitum visionis istius habemus etiam apud Abacuc, vbi spiritus ex persona interdum Apostolorum, [39] Domine audiui auditum tuum & extimui. Quem magis quàm vocis cœlestis illius, Hic est filius meus dilectus, hunc audite? Considerauí opera tua, excidi mente. Quo magis quàm cum visa claritate eius, nescije quid diceret Petrus? In medio duorum animalium cognosceris, Moysi & Heliæ. [40] De quibus & Zacharias vidit in figura duarum olearum, & duorum ramulorum oleæ. Nam hi sunt, de quibus dictum est, Illi duo filij opimitatis assistunt Domino vniuersæ terræ. Et rursum idem Abacuc: Operuit cœlos virtus, vtique nubilo illo. Et splendor eius

a Exod. 3. 6. ac 3. Reg. 17. 18. 19. 21. & 4. Reg. 19.
b Deut. 18. ac 3. Reg. 17
c Exod. 33. & 3. Reg. 19.
d Exod. 20. Matt. 19. et Malac. 4. Luc. 9. Exod. 20. Luc. 9.
Ibidem.
1 Deut. 19.
2 Luc. 9.
Exod. 19. Luc. 9. & Exod. 19. Luc. 9. Psal. 2. Isai. 50. Luc. 9.
Deut. 18.
Isai. 50. Isai. 44.
Isai. 63. Luc. 9.
Abac. 3. Luc. 9.
Zachar. 4.
Abac. 3.

A dot eius vt lux etit: vtique qua etiam *vestitus eius refulsit* [142] Et si commemoremur promissionis Moysi, *Luc. 9.*
liic inuenietur expuncta. Quum enim desideraſſet conſpectum Domini Moyſes dicens, Si ergo inueni *Exod. 33.*
gratiam coram te, manifeſta te mihi, vt cognoſcenter videam te, eum conſpectum deſiderans in quo
hominem eſſet acturus, quod Propheta ſciebat: ceterùm Dei faciem (iam audierat) nemo homo vide-
bit me, & viuet. Et hunc, inquit, ſermonem quem dixiſti faciam tibi: Et rurſus Moyſes: Oſtende mihi
gloriam tuam. Et Dominus ſimiliter de futuro: Ego præcedam in gloria mea. Et reliqua. Et in nouiſſi-
mo. Et tunc videbis poſteriora mea. Non lumbos nec ſuras, ſed quam deſideraſſet gloriam in poſte-
rioribus temporibus reuelandam. In qua facie ad faciem viſibilem ſe ei reprommittit, etiam ad Aaronem *Numer. 12.*
dicens: Si fuerit Prophetes in vobis, in viſione cognoſcat illi, [143] & in viſione loquar ad eum, non quo-
modo ad Moyſen, os ad os loquar ad eum in ſpecie (vtique hominis quam erat geſtaturus) non in ænig-
mate. [144] Nam & ſi Marcion noluit eum colloquentem Domino oſtenſum, ſed ſtantem, tamen & ſtans *Exod. 33.*
os ad os ſtabat, & faciem ad faciem, cum illo, inquit, non extra illum, in gloriam ipſius nedum in con-
ſpectum. De qua gloria non aliter illuſtratus diſceſſit à Chriſto, quàm ſolebat à creatore: [145] proinde *Exod. 34.*
tunc oculos petecutere filiorum Iſraëlis, quemadmodum & nunc excæcati Marcionis, qui hoc quoque
argumentum aduerſus ſe facere non vidit. Suſcipio in me perſonam Iſraëlis. [146] Stet *Chriſtus* Marcio- C. XXIII.
nis, & *exclamet*: [147] *O genitura incredula, quouſque ero apud vos? quouſque ſuſtinebo vos?* Statim à me audire *ex ead. c.*
debebit. Quiſquis es [148] ἐπτρόσθυτε, priùs ede qui ſis, & à quo venias, & quod in nobis tibi ius. Vſque ad- IX. *Luc.*
huc creatoris eſt totum apud te. Planè ſi ab illo venis, [149] & illi agis admittimus increpationem. Si verò *Luc. 9.*
ab alio, dicas velim quid nobis vnquam de tuo commiſiſti, quod credere debuiſſemus, vt exprobres
B incredulitatem, qui nec teipſum aliquando nobis teuelaſti? Quàm apud nos agere cœpiſti, vt tempus
queraris? In quibus nos ſuſtinuiſti, [150] vt patientiam imputes? A ſinus de Æſopi puteo modò venis, &
iam exclamas. [Suſcipio adhuc & perſonam diſcipulorum in quos inſiliit, O Natio incredula, quàm
diu ero vobiſcum, quàm diu vos ſuſtinebo? Hanc etuptionem eius vtique hoc modo iuſtiſſimè reper-
cuterem; Quiſquis es ἐπτρόσθυτε, priùs ede qui ſis, à quo venias, quod ibi ius ſit in nobis? Vſque adhuc
puto creatoris es, & ideò ſecuti ſumus recognoſcentes omnia illius in te. Quòd ſi ab illo venis, admitti-
mus increpationem. Si verò alij agis, oro te, dicas quid nobis aliquando commiſiſti duntaxat de tuo,
quod iam credidiſſe debuiſſemus, vt exprobres incredulitatem, qui nec auctorem tuum vſque adhuc
edis. Quàm olim autem apud nos agere cœpiſti? vt tempus quoque opponas. In quibus autem nos ſu-
ſtinuiſti? vt & patientiam iactes. A ſinus de Æſopi puteo, modo huc apparuit, & iam exclamat.] Quis
non ita iniuſtitiam increpationis retudiſſet, ſi eius eum credidiſſet, qui nondum queri debuiſſet? niſi
quòd nec ille eos inſiliſſet, ſi non olim apud illos in Lege, in Prophetis, in virtutibus & beneficiis de-
uerſatus, incredulos ſemper fuiſſet expertus. [151] Sed ecce *Chriſtus* diligit *paruulos taleus eſſe docens debere* *Ibidem.*
qui ſemper meiores velint eſſe. Creator autem vtros pueris immiſit, vlciſcens Heliſæum Propheten, con- „
uicia ab eis paſſum. Satis impudens Antitheſis, quum tam diuerſa committit, paruulos & pueros: inno- 4. *Reg. 2.*
centem adhuc ætatem, & iudicij iam capacem, quæ conuiciari poterat, ne dicam blaſphemare. Quia „
ergo iuſtus Deus, nec pueris impijs pepercit, exigens maiori ætati honotem, & vtique maioris à mino-
re. Quâ verò bonus adeò diligit paruulos, vt apud Ægyptum benefecerit obſtetricibus protegentibus *Exod. 1.*
partus Hebræos periclitantes edicto Pharaonis. Ita & hæc affectio Chriſti, eum creatore eſt. Iam nunc
C Deus Marcionis [152] qui connubium auerſatur, quomodo videri poteſt paruulorum dilector, [153] quo-
rum tota cauſſa connubium eſt? Qui ſemen odit, fructum quoque execretur neceſſe eſt. Næ ille ſæuior
habendus Ægyptio rege. Nam Pharao educari non ſinebat infantes. Iſte nec naſci, auferens vitam il-
lis etiam decem menſium in vtero. At enim quanto credibilius, vt eius deputetur affectio in paruulos, *Gen. 2.*
qui benedicendo connubium in propagationem generis humani, ipſum quoque fructum connubij
benedicendo promiſit, qui de infantia primus eſt. [154] Repræſentat creatot ignium plagam Helia poſtu- 4. *Reg. 1.*
lante in illo Pſeudopropheta. Agnoſco iudicis ſeueritatem; [155] è contrario *Chriſti lenitatem, increpantis* „
eandem animaduerſionem deſtinates diſcipulos, ſuper illum vinculum Samaritarum. Agnoſcat & hæ- „
reticus ab eodem ſeueriſſimo iudice promitti hanc Chriſti lenitatem, Non contendet, inquit, nec vox *Iſai. 42.*
eius in platea audietur. Harundinem quaſſatam non comminuet, & linum fumigans non extinguet.
Talis vtique multo magis homines non erat crematurus. [156] Nam & tunc ad Heliam. Non in igni (in-
quit Dominus) ſed in ſpiritu miti. [157] At enim humaniſſimus Deus cur *recuſat eum, qui* ſe tam indiui- 3. *Reg. 19.*
duum illi comitem offert? Si quia ſuperbè vel ex hypocriſi *dixerat, ſequar te quocunque ieris*; ergo aut ſu- *Luc. 9.*
perbiam aut hypocriſin recuſandam iudicando, iudicem geſſit. Et vtique damnauit, quem recuſauit,
non conſecuturum ſcilicet ſalutem. Nam ſicut ad ſalutem vocat quem non recuſat, vel etiam quem vl-
trò vocat, ita in perditionem damnat quem recuſat. [158] *Illi* autem *cauſſato patris ſepulturam*, quum *re-* *Ibidem.*
ſpondet; Sine, mortus ſepeliant mortuos ſuos, tu autem vade & annuntia regnum Dei: vtramque legem creatoris
manifeſtè confirmauit, & de ſacerdotio in Leuitico prohibentem ſacerdotes ſupremis etiam parentum
intereſſe: Super omnem, inquit, animam defunctam ſacerdos non intreibit, [159] & ſuper patrem ſuum *Leuit. 21.*
non contaminabitur: Et de deuotione [160] in Arithmis, Nam & illic qui ſe Deo vouerit, inter cetera iu- *Num. 6.*
bet, ne ſuper vllam animam introëat defunctam, ne ſuper patris quidem, aut matris, aut fratris. [161] Pu-
to autem & deuotioni & ſacerdotio deſtinabat, quem prædicando regno Dei imbuerat. Aut ſi non

ita est, satis impius pronuntiandus, qui nulla ratione legis intercedente, sepulturas parentum despici D
à filijs imperabat. [161] Quum verò & tertium illum, priùs suis vale dicere parantem, prohibet retrò res-
a Gen. 19. pectare, sectam creatoris exequitur. [162] Hoc & ille noluerat fecisse quos ex Sodomis [a] liberarat.
C. xxiiii. [163] *Allegit & alios septuaginta Apostolos* super duodecim. Quò enim xii. secundum totidem [b] fontes
ex 10.c. in Elim; si non & septuaginta, secundum totidem arbusta palmarum? [164] Antitheseis plurimùm caus-
Luce. sarum diuersitas fecit, non potestatum. Sed qui diuersitatem caussarum non respexit, facilè eam pote-
Luc. 10. statum existimauit. Professionem [c] filiorum Israëlis, creator, etiam illis spolijs aurcorum & argenteo-
b Num. 33. rum vasculorum, & vestium, [165] præter oneribus consparsionum offarinatam eduxit ex Ægypto;
c Exod. 12. [166] *Christus* autem *nec peram discipulis in viam ferre præscripsit*. Illi enim in solitudinem promouebantur,
Luc. 10. hi autem in ciuitates mittebantur. [167] Considera caussarum differentiam, & intelliges vnam & eandem potestatem, quæ secundum penuriam & copiam expeditionem suorum disposuit, proinde per
Ibidem. ciuitates abundaturam circuiens, sicut & egituram per solitudinem struxerat. [168] *Etiam calceamenta portare vetuit illos*. Ipse enim erat; sub quo nec in solitudine per tot annos populus calceamenta de-
Deut. 29. Luc. 10. triuerat. [169] *Neminem, inquit, per viam salutaueritis*. O Christum destructorem Prophetarum, à quibus hoc quoque accepit. Helisæus, quum Giezin pucrum suum mitteret in viam ad filium Suna-
4 Reg. 4. mitidis resuscitandum de morte, puto sic cipræcepit: [170] Accinge lumbos tuos, & sume bacillum meum in manum, & vade: quemcunque conuenerisin via, ne benedixeris eum, id est ne salutaueris. Et qui te benedixerit, ne responderis ei: id est ne resalutaueris. Quæ est enim inter vias benedi-
Luc. 10. ctio, nisi ex occursu mutua salutatio? [171] Sic & Dominus: *In quam introieritis domum, pacem ei dicere*: ex-
4 Reg. 4. emplo eodem est. Mandauit enim & hoc Helisæus, quum introisset ad Sunamitin, diceret ei: Pax viro E
Luc. 10. tuo, pax filio tuo. [172] Hæc erunt potius nostræ Antitheseis, quæ comparant, non quæ separant Christum. [173] *Dignus est autem operarius mercede sua*, quis magis pronuntiarit, quàm Deus iudex? Quia & hoc ipsum, iudicare est, dignum facere mercede operarium. Nulla retributio non ex iudicatione constitit. Iam nunc & hic lex consignatur creatoris, etiam boues operantes dignos operarios mercede iudi-
Deut. 25. cantis. Boui, inquit, terenti os non colligabis. [174] Quis tam præstans in homines, nisi qui & in pecu-
Luc. 10. des? Quòd si & Christus dignos pronuntiat mercede operarios; excusauit præceptum illud creatoris
Exod. 12. de vasis aureis & argenteis Ægyptiorum auferendis. Qui enim villas & vrbes operati fuerint Ægy-
Exod. 1. ptijs, digni vtique operarij mercede, non ad fraudem sunt institi, sed ad mercedis compensationem, quam aliàs à dominatoribus exigere non poterant. [175] *Regnum Dei* neque nouum, neque inauditum sic
Luc. 10. quoque confirmauit, dum illud *iubet annuntiari appropinquasse*. Quod enim longè fuerit aliquando, id potest dici appropinquasse. Si autem nunquam retrò fuisset, antequàm appropinquasset, nec dici potuisset appropinquasse, quod nunquam longè fuisset. Omne quod nouum & incognitum est, subitum est. Omne quod subitum est, quum annuntiatur, tunc primùm speciem inducens, tunc primùm accepit tempus. Ceterùm nec retrò tardasse poterit, quàm diu non annuntiabatur: nec ex quo annuntiari
Ibidem. cœperit, appropinquasse. [176] Etiam *adjicit, vt eis qui illos non recepissent, diceremt: Scitote tamen appropinquasse regnum Dei*: si hoc non & comminationis gratia mandat, vanissimè mandat. Quid enim ad illos si appropinquaret regnum, nisi quia cum iudicio appropinquat, in salutem scilicet eorum, qui annuntiationem eius recepissent. Quo modo, si comminatio non potest sine executione, habes Deum executorem in comminatore, & iudicem in vtroque. [177] Sic *& puluerem iubet excuti in illos*, in testificationem, [178] & ad horrentiam *terræ eorum*, ne dum communicationis reliquæ. Si enim inhumanitas & inhospitali- F
Ibidem. tas nullam ab eo relaturæ sunt vltionem: cui rei præmittit testificationem, minas vtique portendentem? Porrò quum etiam creator in Deuteronomio [179] Ammonitas & Moabitas prohibeat recipi in
Deut. 23. Ecclesiam, quòd populum Ægypto profectum inhumanè & inhospitaliter copijs defraudassent: ergo in Christum inde manasse constabit [180] communionis interdictum, vbi habet formam. [181] *Qui vos spernit, me spernit*. Hoc & Moysi creator: [182] Non te contemperunt, sed me. Tam enim Apostolus Moy-
Luc. 10. 1. Reg. 8. ses, quàm & Apostoli Prophetæ. Æquanda erit auctoritas vtriusque officij, ab vno eodémque domino
Luc. 10. Apostolorum & Prophetarum. [183] Quis nunc *dabit potestatem calcandi super colubros & scorpios*. Vtrúmne omnium animalium dominus, an nec vnius lacertæ Deus? Sed benè quòd creator hanc potestatem [184]
Isai. 11. etiam paruulis pueris per Esaiam repromisit, coniicere manum in cauernã aspidum, & in cubile natorum aspidum, nec omninò lædi. Et vtique scimus (salua simplicitate scripturæ: nam nec & ipsæ bestiæ
Ephes. 5. nocere poterunt, vbi fides fuerit) figuratè scorpios & colubros portendi spiritalia malitiæ, quorum ipse
psal. 90. quoque princeps in serpentis, & draconis, & eminentissimæ cuiusque bestiæ nomine deputetur penes
Isai. 27. creatorem, largitum hanc potestatem priori Christo suo, [185] sicut nonagesimus Psalmus ad eum: Super aspidem & basiliscum incedes, & conculcabis leonem & draconem. Sicut etiam Esaias: [186] Illa die su-
Isai. 35. perducet Dominus Deus machæram sanctam, magnam & fortem, Christum scilicet suum, in draconem illum colubrum magnum & tortuosum, & interficiet eum illa die. [187] Sed quum idem: Via munda & via sancta vocabitur. & non transibit illic immundum, nec erit illic via immunda: qui autem dispersi erunt, vadent in ea, & non errabunt: & non erit iam illic leo, nec ex bestijs pessimis quicquam ascendet in eam, nec inuenietur illic: quum viam fides demonstret, per quam ad Deum perueniemus, iam tunc eidem viæ, id est fidei hanc euacuationem & subiectionem bestiarum pollicetur. Denique & tempora promissio-

A promissionis congruere inuenias, si quæ antecedunt, legas. Inualescite manus dimissæ & genua resoluta. Tunc patefient oculi cæcorum, & aures exaudient surdorum. Tunc saliet claudus vt ceruus, & elata erit lingua mutorum. Igitur vbi medicinarum edidit beneficia; tunc & scorpios & serpentes sanctis suis subdidit, ille scilicet qui hanc potestatem, vt & alijs præstaret, prior acceperat à patre: & secundum ordinem prædicationis exhibuit. [[188] Quis Dominus cœli in uoeabitur, qui non priùs factor ostenditur? [189] *Gratias enim, inquit, ago, & confiteor Domine cœli, quòd ea quæ erant abscondita sapientibus & prudentibus, reuelauerisparuulis.* Quæ ista? & cuius? & à quo abscondita? & à quo reuelata? Si à Deo Marcionis abscondita & reuelata, qui omninò nihil præniserat in quo aliquid absconditum esse potuisset, [190] non Prophetias, non parabolas, non visiones, non vlla rerum, aut verborum, aut nominum argumenta, per allegorias & figuras, vel ænigmarum nebulas obumbrata: sed ipsam magnitudinem sui absconderat, quam [191] cùm maximè per Christum reuelabat: satis iniquè. Quid enim deliquerant sapientes & prudentes, vt absconderet eos illis Deus: ad quem cognoscendum non sufficerat sapientia atquè prudentia illorum, nulla via data ab ipso per aliquam operum prædicationem, vel vestigia, per quæ sapientes atque prudentes deducerentur. Quanquam & si in aliquo deliquissent erga Deum ignotum, pone tunc norum, non tamen zeloten cum experiri debuissent, qui dissimilis creatoris inducitur. Igitur si nec materias præmisserat, in quibus aliquid occultasset: nec reos habuerat, à quibus occultasset: nec debuerat occultasse, etiam si habuisset: iam nec reuelator ipse erit, qui absconditor non fuit: ita nec dominus cœli, nec pater Christi, sed ille, in quem competunt omnia. Nam & absconditæ præmisso obscuritatis prophetiæ instrumento, cuius intellectum fides mereretur: Nisi enim credi-
B deritis, non intelligeris; & reos habuit sapientes atque prudentes ex ipsis operibus tot ac tantis intelligibilem Deum non requirentes, vel [192] perperàm illum philosophantes, & ingenia hæreticis submi-nistrantes: & nouissimè, zelotes est. denique olim hoc per Esaiam concionabatur, quòd Christus gratulatur. Perdam sapientiam sapientium, & [193] prudentiam eorum celabo: Sicut & alibi tam abscondisse, quàm reuelaturum esse significat: [194] Et dabo illis thesauros absconditos, inuisibiles aperiam illis. [195] Et rursus: Quis alius diuiciet signa ventriloquorum, & diuinationes ex corde: auertens in posteriora sapientes, & cogitationes eorum infatuans? Si autem & Christum suum illuminatorem Nationum designauit: Posui te in lucem Nationum, quas interpretamur in nomine paruulorum, sensu scilicet retrò paruas, & imprudentia infantes, iam verò & humilitate fidei pusillas: facilius vtique credemus eundem eriam paruulis reuelasse per Christum, qui & retrò absconderit, & per Christum reuelationem repromiserit. aut si Deus Marcionis ea quæ à creatore absondita retrò fuerant, patefecit: ergo iam creatori negotium gessit, res eius edisserens. [196] Sed in destructionem, inquis, vti traduceret eas. Ergo illis traduxisse debuerat, quibus creator absondit, sapientibus & prudentibus. Si enim benignitate faciebat, illis erat agnitio præstanda, quibus fuerat negata: non paruulis, quibus nihil creator inuiderat. Et tamen vsque adhuc, puto, probamus exstructionem potius Legis & Prophetarum inueniri in Christo, quàm destructionem. [197] *Omnia sibi tradita dicit à patre.* Credas, si creatoris est Christus, cuius omnia, quia non minòri se tradidit omnia filio creator, quæ per eum condidit. per sermonem suum scilicet. Cererùm si ἐπιχρώμενος ille: Quæ sunt omnia quæ illi à parte sunt tradita? Quæ sunt creatoris? Ergo bona sunt quæ pater filio tradidit: & bonus iam creator, cuius omnia bona sunt: & ille iam non bonus,
C qui in aliena bona inuasit, vt filio traderet, docens alieno abstinere. Certè mendaciissimus, qui nec filium vnde ditaret habuit, nisi de alieno. Aut si nihil de creatoris tradirum est ei à patre: & quomodo hominem creatoris sibi vindicat? Aut si solus homo ei tradirus est, omnia homo non est. Scriptura autem omnium edicit traditionem filio factam. Sed & si omnia, ad hominum genera, id est ad omnes Nationes interpretaberis, & has filio tradidisse creatoris est: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aut si habet & ipse aliqua sua, quæ omnia filio traderet, pariter cum homine creatoris, ostende vnum aliquem ex omnibus, in fidem, in exemplum; ne tam meritò non credam eius esse omnia, cuius nihil video, quàm meritò credam, etiam quæ non video eius esse, cuius sunt vniuersa quæ video. [198] Sed: *Nemo scit qui sit pater, nisi filius, & qui sit filius, nisi pater, & cuicunque filius reuelauerit.* Atque ita Christus ignotum Deum prædicauit. [199] Hinc enim & alij hæretici fulciuntur, opponentes creatorem omnibus notum, & Israëli secundum familiaritatem, & Nationibus secundum naturam. Er quomodo ipse testatur nec Israël cognitum se? Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit: nec Narionibus. [200] Ecce enim nec de Narionibus, inquit, nemo; propter quod & illas stillicidium stirpis deputauit; & Sionem tanquam speculam in vinea dereliquit. Vide ergo an confirmatio sit propheticæ vocis, & exprobrantis ignorantiam in Deum humanam, quæ fuerit ad filium vsque. Nam & ideò subtexuit: ab eo cognosci patrem, cui filius reuelauerit: quoniam ipse erat qui positus à patre illuminatio Narionum annuntiabatur, vtique de Deo illuminandarum: etiam Israëlis, vtique per agnitionem Dei pleniorem. Ita non proficient argumenta in fidem Dei alterius, quæ creatori comperere possunt: quia quæ non competunt creatori, hæc poterunt in fidem proficere Dei alterius. Si & sequentia inspicias: [201] *Beati oculi qui vident quæ videtis: Dico enim vobis, quia Prophetæ non viderunt quæ vos videtis:* de superiori sensu descendunt: Adeò neminem, vt decuit, Deum cognouisse, quando nec Prophetæ vidissent, quæ sub Christo videbantur. Nam si non meus esset Christus,

Ibidem.

Luc. 4. 5. 6. 7. & 9. Luc. 10. C. xxv. exod. c. x. Luca.

Luc. 10.

Isai. 7. Rom. 1. Exod. 10.

Isai. 29.

Isai. 29.

Isai. 45.

Isai. 44.

Isai. 42. & 44.

Luc. 10.

psal. 2.

Luc. 10.

Isai. 1. Isai. 63. Isai. 40. Isai. 1. Luc. 10. Isai. 42.

Luc. 10.

nec Prophetarum hoc in loco mentionem collocasset. Quid enim mirum, si non viderant res Dei ignoti, & tanto post æuo reuelati? Quæ autem fuisset fœlicitas eorum qui tunc videbant quæ alij meritò vidisse non poterant, si non erant consecuti repræsentationem eorum, quæ nunquam prædicarãt, nisi quoniam qui poterant vidisse, qui Dei suis res quas etiam prædicauerant, non tamen viderant? Hæc autem fœlicitas erit aliorum, qui videbant, quam alij tantùm prædicauerant. [402] Denique ostendemus, & iam ostendimus, ea visa in Christo quæ fuerant prædicata: abscondita tamen & ab ipsis Prophetis, vt absconderentur & à sapientibus & à prudentibus seculi. [403] In Euangelio veritatis, *legis doctor Dominum aggressus: Quid faciens, inquit, vitam æternam consequar?* In hæretico vita solummodo posita est, sine æternæ mentione, vt doctor [404] de ea vita videatur consuluisse; quæ in lege promittitur à creatore longæua: & Dominus, ideò illi [405] secundum legem responsum dedisse: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & totis viribus tuis*, quoniam de lege vitæ sciscitabatur. Sed sciebat vtique legis doctor quo pacto [406] vitam legalem consequi posset, vt non de ea interrogasset, cuius regulas etiam docebat. Sed quia & mortui iam suscitabantur à Christo, exsuscitatus ad spem [407] æternæ vitæ, per exempla recidiuæ, ne plus aliquid obseruationis exigeret sublimior spei, idcircò consuluit de æternæ vitæ consecutione. Itaque Dominus vt nec ipse alius, nec aliud nouum inferens præceptum, quàm quod principaliter ad omnem salutem, & vtramque vitam facit, ipsum caput eilegis opponit omnifariam diligendi Dominum Deum suum. Denique si de vita longæua & ille consuluit, & Christus respondit, quæ sit penes creatorem, non de æterna quæ sit penes Marcionis Deum, quomodo consequitur æternam? Non vtique eodem modo quo & longæuam. [408] Pro differentia enim meritedum, operarum quo que credenda distantia est. Ergo non ex dilectione Dei tui consequetur vitam æternam Marcionites: sicut longæuam dilector creatoris. Sed quale est, vt non magis diligendus sit qui æternam pollicetur, si diligendus est qui longæuam repromittit? Ergo eiusdem erit vtraque vita, quum eadem est vtrique vitæ captanda disciplina. Quod creator docet, id & Christo opus est diligi, vt præstet, interueniente & hâc illa præscriptione, qua faciliùs apud eum debeant credi maiora, apud quem minora præcedunt, quàm apud eum cui nullam de maioribus fidem aliqua minora præparauerunt. Viderit nunc si æternam nostri addiderunt. Hoc mihi satis est, quòd Christus ille æternæ non longæ vitæ inuitator, de longæua consultus quam destruebat, non ad æternam potius exhortatus est hominem quam inferebat. Quid, oro te, fecisset Christus creatoris, si qui creatori diligendo ædificaret hominem, non erat creatoris? Credo negasset diligendum creatorem. [409] *Quum in quodam loco orasset* ad patrem illum superiorem, satis impudentibus & temerarijs oculis suspiciens ad cœlum creatoris, à quo tam aspero & sæuo & grandine & fulmine potuisset elidi, sicut [410] & Ierusalem suffugi ab eo potuit, [411] *aggressus eum ex discipulis quidam: Domine, inquit, doce nos orare, sicut & Ioannes discipulos suos docuit.* Scilicet quia alium Deum aliter existimaret orandum. Hoc qui præsumperat, prius est probet alium Deum ædi tum à Christo. nemo enim antè voluisset orare nosse, quàm didicisset quem oraret. Igitur si didicerat, proba. Si nusquam vsque adhuc probas, scito illum in creatorem formam orationis postulasse, in quem etiam discipuli Ioannis orabant. Sed quia & Ioannes nouum aliquem ordinem orationis induxerat, ideò hoc & à Christo discipulus eius postulandum non immeritò præsumperat, vt & illi de proprio magistri sui instituto, non aliã, sed aliter Deum orarent. Proinde nec Christus antè orationis notitiã discipulo contulisset, quàm Dei ipsius. Ita & ipse in eum docuit orationem quẽ discipulus vsque adhuc nouerat. Denique sensus orationis quem Deum sapiant recognosce. [412] Cui dicam: *Pater?* Et qui me omninò non fecit, à quo originem non traho; an ei qui me faciendo & instruendo generauit? [413] A quo *spiritum sanctum postulem?* à quo nec mundialis spiritus præstatur? an à quo fiunt etiam angeli spiritus; cuius & in primordio spiritus super aquas ferebatur? [414] *Eius regnum optabo venire*, quem numquam regem glorię audiui? an in cuius manu etiam corda sunt regum? [415] Quis *dabit mihi panem quotidianum?* qui nec milium mihi condit; an qui etiam de cœlo panem angelorum quotidianum populo suo præstitit? [416] Quis *mihi delicta dimittet?* qui ea non iudicando non retinet; an qui si non dimiserit, retinebit vt iudicet? [417] Quis *non finet nos deduci in tentationem?* quem poterit tentator non timere; an qui à primordio tentatorem angelum prędamnauit? Hoc ordine qui alij Deo supplicat & non creatori, non orat illum, sed insanat. [418] Proinde à quo *petam vt accipiam*; apud quem *quæram vt inueniam*; ad quem *pulsabo vt aperiatur mihi?* Quis habet petenti dare: nisi cuius omnia? cuius sum etiam ipse qui peto. Quid autẽ perdidi apud Deũ illum, vt apud eũ quęram & inueniam? Si sapientiam atque prudẽtiam, has creator abscondit, apud eum ergo quęram. Si salutem & vitam, & has apud creatorem. Nihil alibi quęretur vt inueniatur, quàm vbi latuit vt apparеat. Sic nec aliorsum pulsabo, quàm vnde sum functus. Denique si accipere & inuenire, & admitti, laboris & instantię fructus est, illi qui petijt, & quęsiuit, & pulsauit, intellige hęc à creatore mandari & repromitti. Ille enim Deus optimus, vltrò veniens ad prędestandum non suo homini, nullum illi laborem, nec instantiam indixisset. Iam enim non optimus si non vltrò daret non petenti, & inuenire prędaret non quęrenti, & aperiret non pulsanti. Creator autem potuit indicere ista per Christum, vt quia delinquendo homo offenderat Deum suum, laboraret, & instantia petendi acciperet, & quęrendi inueniret, & pulsandi introiret. [419] Sic & præmissa *similitudo nocturnum panis petitorem amicum facit*, non

alienum,

Ibidem. Exod. 20. Deut. 6. & Luc. 10.

C. XXVI. ex c. XI. Lucæ. Luc. 11. Ibidem.

Ibidem. Gen. 1. Ibidem. Gen. 1. Luc. 11. Prou. 21. Luc. 11. Psal. 77. Luc. 11. Ibidem. Ibidem.

Ibidem.

A alienum, *& ad amicum pulſantem*, non ad ignotum. Amicus autem etiamſi offendit, magis creatoris eſt homo quàm Dei Marcionis. Itaque ad eum pulſat, ad quem ius illi erat, cuius ianuam norat, quem habere panes ſciebat, *cubantem iam cum infantibus* quos naſci voluerat. Etiam quod ſero pulſatur, creatoris eſt tempus. Illius & ſerum, cuius ſeculum & ſeculi occaſus. ad Deum autem nouum, nemo ſerò pulſaſſet, tantùm quòd luceſcentem. Creator eſt, qui & ianuam olim Nationibus clauſerit, quæ olim pulſabatur Iudæis: is & exurgit & dat, & ſi iam non quaſi amico, non tamen quaſi extraneo homini, ſed quaſi moleſto, inquit. Moleſtum autem tam citò Deus recens neminem pati potuit. [410] Agnoſce igitur & pátrem, quem etiam appellas creatorem. Ipſe eſt qui ſcit quid filij poſtulent. Nam; & panem petentibus, de cœlo dedit manna; [411] & carnem deſiderantibus emiſit ortygometram, [412] *non ſerpentem pro piſce, nec ſcorpium pro ouo.* [413] Illius autem erit *non dare malum pro bono*, cuius vtrumque ſit. Ceterùm Deus Marcionis non habens ſcorpium, non poterat id ſe dicere non daturum, quod non habebat: ſed ille qui habens & ſcorpium, non dat. [414] *Itaque & ſpiritum ſanctum is dabit*, apud quem eſt & non ſanctus. [415] *Quum ſurdum dæmonium expuliſſet* ([416] vt & in iſta ſpecie curationis [a] Eſaiæ occurriſſet) [417] *in Beelzebule [b] dictus eijcere dæmonia: ſi ego, inquit, in Beelzebule eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt?* hac voce quid magis portendit, quàm in eo eijcere ſe, in quo & filij eorum? In virtute ſcilicet creatoris. Nam ſi putas ſic accipiendum, Si ego in Beelzebule eijcio dæmonia, filij veſtri in quo? quaſi illos ſuggillaret in Beelzebule eijcientes, reſiſtet tibi prior ſenſus, [418] *non poſſe Satanam diuidi aduerſus ſemetipſum.* Adeò nec illi in Beelzebule eijciebant, ſed vt diximus in virtute creatoris, quam vt intelligi faceret, ſubiungit: [419] *Quòd ſi ego in digito Dei expello dæmonia, ergòne appropinquauit in vos regnum Dei?*

B Apud Pharaonem enim veneficii illi adhibiti aduerſus Moyſen, virtutem creatoris digitum Dei appellauerunt. Digitus Dei eſt hoc, quod ſignificarent etiam modicum; validiſſimum tamen. Hoc & Chriſtus oſtendens, commemorator non obliterator vetuſtatum, ſcilicet ſuarum, virtutem Dei, digitum Dei dixit, non alterius intelligendum quàm eius apud quem hoc erat appellata. Ergo & regnum ipſius appropinquauerat, cuius & virtus digitus vocabatur. [420] Merito igitur applicuit ad *parabolæ ſortis illius armati, quem validior alius oppreſſit*, principem dæmoniorum, quem Beelzebulem & Satanam ſuprà dixerat, ſignificans digito Dei oppreſſum, non creatorem ab alio Deo ſubactum. Ceterùm *quomodo adhuc ſtaret regnum eius* in ſuis terminis, & legibus, & officijs, quem licet integro mundo vel ſic potuiſſet videri ſuperaſſe validior ille Deus Marcionis, ſi non ſecundum legem eius etiam Marcionitæ [421] morerentur; in terram defluendo, ſæpè & à ſcorpio docti non eſſe ſuperatum creatorem. [422] *Exclamat mulier de turba: Beatum vterum qui illum portaſſet, & vbera quæ illum educaſſent: Et Dominus: Immò beati qui ſermonem Dei audiunt & faciunt.* Quia & retrò ſic reiecerat matrem aut fratres, dum auditores & obſecutores Dei præfert. Nam nec hic mater aſſiſtebat illi. Adeò nec retrò negauerat, vt ne tum quum id rurſus audit: rurſus proinde fœlicitatem ab vtero & vberibus matris ſuæ tranſtulit in diſcipulos, à qua non tranſtuliſſet ſi eam non haberet. [423] Alibi malo purgare quæ reprehendunt Marcionitæ in creatore. Hìc enim ſufficit, ſi ea in Chriſto reperiuntur. Ecce inæqualis & ipſe inconſtans, leuis, aliud docens, aliud faciens: [424] Iubet [a] omni petenti dare, [425] & [b] *ipſe ſignum petentibus non dat.* Tanto æuo lucem ſuam ab hominibus abſcondit: & [426] *negat lucernam abſtruendam, ſed* confirmat *ſuper candelabrum proponendam, vt omnibus luceat.* Vetat remaledicere, multo magis vtique maledicere: [427] *& væ ingerit Phariſæis & doctoribus legis.* Quis eſt tam ſimilis Dei mei, Chriſtus niſi ipſius? Sæpè iam finximus nullo modo potuiſſe illum deſtructorem legis denotari, ſi alium Deum promulgaſſet. [428] Ideò & tunc *Phariſæus, qui illum vocarat ad prandium, retractabat penes ſe, cur non priùs tinctus eſſet quàm recubuiſſet* [429] *ſecundum legem*, qui Deum legis circumferret. *Ieſus autem* etiam interpretatus eſt ei legem, [430] *dicens: illos calicis & catini exteriora emundare, interiora autem ipſorum plena eſſe rapina & iniquitate*, vt ſignificaret vaſculorum munditias hominũ eſſe eſſe intelligendas apud Deũ. Quia & Phariſæus de homine non de calice illoto apud ſe tractauerat. Ideò exteriora, inquit, calicis lauatis, id eſt carnem: interiora autem veſtra non emundatis, id eſt animam: adijciens, *Nónne qui exteriora fecit*, id eſt carnem, *& interiora fecit*, id eſt animam? quo dicto apertè demonſtrauit, ad eundem Deum pertinere munditias hominis exterioris & interioris, cuius vterque ſit; præponentis miſericordiam non modò lauacro hominis, ſed etiam ſacrificio. Subiungit enim: [431] *Date quæ habetis eleemoſynã, & omnia munda erunt vobis.* Quòd ſi & alius poteſt Deus miſericordiam mandaſſe, non tamen antequàm cognitus. Porrò & hìc apparet illos non de Deo increpitos, ſed de eius diſciplina, à quo illis & figuratè vaſculorum munditiæ, & manifeſtè miſericordiarum opera imperabantur. [432] Sic *& holuſcula decimantes, vocationem autem & dilectionem Dei prætereuntes obturgat.* Cuius Dei vocationem & dilectionem, niſi cuius & *rutam & mentam*, ex forma legis de decimis offerebant? Totum enim exprobrationis hoc erat quòd modica curabant, ei vtique cui maiora non exhibebant, dicenti: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, quite vocauit ex Ægypto. Ceterùm nec tempus admiſiſſet, vt Chriſtus tam præcoquam, immò tam acerbam adhuc dilectionem, expoſtularet nouo & recenti Deo, ne dixerim nondum palàm facta. [433] *Primatum quoque captantes locorum, & honorem ſalutationum*, quum *inculſat*, ſectam creatoris adminiſtrat, eiuſmodi principes Sodomorum ἀρχοντας appellantis; prohibentis etiam confidere in Præpoſitos; immò & in

Exod. 16. *Num. 11.* *Luc. 11.* *Ibidem.*
Ibidem. *Ibidem.* a *Iſai. 29.* & 43. b *Luc. 11.* *Ibidem.*
Ibidem.
Exod. 8.
Ibidem. *Luc. 11.*
1. *Reg. 13.* *Luc. 11.*
C. XXVII. *exod. 2.* XI. *Lucæ.* a *Luc. 6.* b *Luc. 11.* *Ibidem.* *Luc. 6.* *Luc. 11.* *Ibidem.* *Ibidem.*
Deut. 6.
Luc. 11. *Iſai. 1.*

Psal. 117. totum miserrimum hominem pronuntiantis qui spem habet in homine. Quòd si propterea quis D
Hier. 17. affectat principatum vt de officijs aliorum glorietur, quia officia vetuit eiusmodi sperandi & confi-
Luc. 11. dendi in hominem, idem & affectatores principatuum increpuit. [444] *Inuehitur & in doctores ipsos legis, quòd onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipsi ne digito quidem aggredi auderent*, non legis onera
Matth. 23. suggillans quasi detestator eius: quomodo enim detestator, qui cùm maximè [445] potiora legis præte-
Luc. 11. reuntes incusabat, eleemosynam & vocationem & dilectionem Dei; ne hæc quidem grauia, ne-
Esai. 29. & Matth. 15. dum decimas rutarum, & munditias catinorum? Ceterùm excusandos potiùs censuisset, si importa-
Isai. 5. bilia portare non possent. Sed quæ onera taxat? quæ ipsi de suo exaggerabant, [446] docentes præce-
Isai. 1. pta doctrinas hominum, commodorum suorum causa, [447] iungentes domum ad domum, vt quæ
Isai. 10. proximi sunt auferrent; clamantes populum; amantes munera, sectantes retributionem; diripientes iudicata pauperum, vti esset illis vidua in rapinam, & pupillus in prædam. De quibus idem Esaias,
Isai. 28. Væ qui valent in Ieruſalem. Et rursus: Qui vos postulant, dominantur vestri. Qui magis quàm le-
Isai. 3. gis doctores? His & Christo displicebant, vt sui displicebant. Alienæ enim legis doctores non om-
Luc. 11. ninò pulsasset. [448] Cur autem *Væ audiunt etiam, quòd ædificarent Prophetis monimenta interemptis à patribus eorum*, laude potiùs digni, qui ex isto opere pietatis testabantur se non consentire factis patrum;
Exod. 20. si non erat zelotes, qualem arguunt Marcionitæ, delicta patrum de filijs exigentem vsque in quar-
Luc. 11. tam natiuitatem? [449] Quem verò *clauem habebant legis doctores*, nisi interpretationem legis? *ad cuius*
Isai. 7. *intellectum neque ipsi adibant*, non credentes scilicet: Nisi enim credideritis, non intelligetis: *neque alios*
Luc. 11. *admittebant*, vtique docentes præcepta potiùs & doctrinas hominum. Qui ergo nec ipsos introëun-
Matth. 15. *Luc. 11.* tes, nec alijs aditum præstantes, increpabat, obtrectator habendus est legis an fautor? Si obtrecta- E
tor, placere debebant, & præclusores legis. Si fautor, iam non & æmulus legis. Sed hæc omnia ad
insuscandum creatorem ingerebat vt sæuum, erga quem delinquentes Væ habituri essent. Et quis
sæuum non potiùs timeret prouocare deficiendo ab eo? Tanto magis ergo demerendum docebat,
quem timendum ingerebat. Sic oportebat Christum creatoris. [450] Meritò itaque non place-
xxviii. *exc. xii.* bat illi hypocrysis Pharisæorum, labijs scilicet amantium Deum, non corde. [451] *Cauete, inquit discipuli, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis*, non prædicatio creatoris. Odit contumaces patris filius,
Luc. a. *Isai. 29.* non vult suos tales existere in illum: non in alium, in quem hypocrisis fuisset admissa, cuius exem-
Luc. 12. plum à discipulis caueretur. Ita Pharisæorum prohibet exemplum. In eum prohibebat illud admit-
Luc. 11. ti, in quem admittebant Pharisæi. [452] Igitur quoniam hypocrisim eorum taxarat, vtique cælantem
occulta cordis, & incredulitatis secreta superficialibus officijs obumbrantem, quæ clauem agnitionis habens, nec in ipsa introiret, nec alios sineret: ideò adijcit: [453] *Nihil autem opertum quod non patefiet, & nihil absconditum quod non dinoscetur*: ne quis existimet illum Dei ignoti retrò & occulti reuelationem
Luc. 12. & adagnitionem intentare, [454] quum subijciat, etiam quæ inter se mussitarant vel tractarant, scilicet
Luc. 11. super ipso dicentes, Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebule, in apertum processura, & in ore ho-
Luc. 12. minum futura, ex Euangelij promulgatione. *Dehinc conuersus ad discipulos*, [455] *Dico autem, inquit, vobis amicis meis, nolite terreri ab eis qui vos solummodo occidere possunt, nec post hoc vllam in vobis habent potestatem.*
Isai. 57. Sed ijs erit Esaias prædicens: Vide quomodo iustus aufertur, & nemo aduertit. [456] *Demonstrabo autem*
Luc. 12. *vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit potestatem habet mittendi in gehennam*, Creatorem
vtique significans. *Itaque dico vobis, hunc timete.* Et hoc in loco sufficeret mihi, si quem timeri iubet, F
Ibidem. offendi vetat: & quem offendi vetat, demereri iubet: & qui hæc mandat ipsius est, cui timendo, &
non offendendo, & demerendo procurat. Sed habeo & de sequētibus sumere. [457] *Dico enim vobis: Omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo.* Qui confitebuntur autem in Christo,
occidi habebunt coram hominibus, nihil vtique amplius passuri post occisionem ab illis. Hi ergo é-
runt quos suprà præmonet, ne timeant tantummodò occidi: ideò præmittens non timendam occi-
Ibidem. sionem, vt subiungeret substruendam confessionem. *Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram Deo*, ab eo vtique qui illum confitentem confessurus fuisset. Si enim confesso-
rem confitebitur, ipse est qui & negatorem negabit. Porrò si confessor est, cui nihil timendum
est post occisionem, negator erit cui timendum est etiam post mortem. Itaque quum creatoris sit
quod timendum est post mortem, gehennæ scilicet pœna, & negator ergo creatoris est. Si autem & ne-
gator, & confessor, qui post occisionem nihil ab homine passurus est, à Deo planè passurus si negaret:
atque ita Christus creatoris est, qui ostendit negatores suos creatoris gehennam timere debere. Post
Ibidem. deterritam itaque negationem, sequitur & blasphemiæ formidandæ admonitio: [458] *Qui dixerit in filium hominis, remittetur; illi autem qui dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei.* Quòd si iam remissio
Ibidem. & retentio delicti, iudicem Deum sapiunt, huius erit spiritus sanctus non blasphemandus, non re-
missuri scilicet blasphemiam: sicut & suprà non negandus, *occisuri* scilicet *etiam in gehennam.* Quòd si
& blasphemiam Christus à creatore auertit, quomodo aduersarius ei venerit, non scio. Aut si & per hęc
sæuitatem eius infuscat, non remissuri blasphemiam, & occisuri etiam in gehennam, supereſt vt & il-
lius diuersi Dei impunè & spiritus blasphemetur, & Christus negetur, & nihil interfit de cultu eius, dè-
ve contemptu: & sicut de contemptu nulla pœna, ita & de cultu nulla speranda sit merces. [459] *Perductus*
Ibidem. *ad potestates, prohibet ad interrogationem cogitare de responsione. Sanctus enim, inquit, spiritus docebit vos ipsa*

hora,

A *hora, quid eloqui debeatis.* Si eiusmodi documentum creatoris est, eius erit & præceptum cuius præcessit exemplum. [462] Balaam Prophetes in Arithmis arcessitus à rege Balach, ad maledicendum Israëlem, cum quo prælium inibat, simul spiritu implebatur, non ad quam venerat maledictionem, sed quam illi ipsa hora spiritus suggerebat, benedictionem pronuntiabat, antè professus apud nuntios regios, mox etiam apud ipsum, id se pronuntiaturum quod Deus ori eius indidisset. Hæ sunt nouæ doctrinæ noui Christi, quas olim famuli creatoris initiauerunt. Ecce planè diuersum exemplum Moysi & Christi. [463] Moyses rixantibus fratribus vltrò intercedit, & iniuriosum increpat: Quid proximum tuum percutis? Et reijcitur ab illo: Quis te constituit magistrum aut iudicem super nos? [464] *Christus verò postulatus à quolibet, vt inter illum & fratrem ipsius de diuidunda hæreditate componeret, eperam fuam*, & quidem tam probæ causæ *denegauit*. Iam ergo melior Moyses meus Christo tuo, fratrum paci studens, iniuriæ occurrens. Sed enim optimi & non iudicis Dei Christus? *Quis me, inquit, iudicem constituit super vos?* Aliam vocem excusationis inuenire non potuit, ne ea vteretur, qua improbus vir, & impius frater assertorem probitatis atque pietatis excuserat. Denique probauit malam vocem, vtendo ea, & malum factum, pacis inter fratres componendæ declinatione. Aut nunquid indignè tulerit, hoc dicto fugatum Moysen. Ideóque in causa pari discepturus fratrum, voluit illos commemoratione eiusdem dicti confudisse? planè ita. Ipse enim tunc fuerat in Moyse, qui talia audierat, spiritus scilicet creatoris. [465] Puto iam alibi satis commendasse nos diuitiarum gloriam damnari à Deo nostro, ipsos dynastas detrahente de solio, & pauperes alleuante de sterquilinio. [466] Ab eo ergo erit *& parabola diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum, cui Deus dicit: Stulte hac nocte animam tuam*

B *reposcent. Quæ autem parasti, cuius erunt?* Sic denique rex de gazis & apothecis deliciarum suarum apud Persas gloriatus, per Esaiam malè audiuit. [[465] Quis *nollet curam nos agere animæ de victu, & corpori de vestitu*, nisi qui ista homini antè prospexit: & exinde præstans, meritò curam eorum, tanquam æmulam liberalitatis suæ prohibet, qui & *substantiam* ipsius *animæ* accommodauit *potiorem esca, & materiam* ipsius *corporis* figurauit *potiorem tunica:* [466] Cuius & *corui non serunt, nec metunt, nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipso.* [467] Cuius & *lilia & fœnum non texunt, nec nent, & tamen vestiuntur ab ipso: cuius & Salomon glorioſiſſimus, nec ullo tamen floculo cultior.* Ceterùm nihil tam abruptum, quàm vt alius præstet, alius de præstantia eius securè agere mandet, & quidem derogator ipsius. Denique si quasi derogator creatoris, non vult de eiusmodi friuolis cogitari, de quibus nec corui nec lilia laborent, vltro scilicet pro sua vilitate subiectis, paulo pòst parebit. Interim cur [468] *illos modicæ fidei incu at*, id est cuius fidei? ciúsne quam nondum poterant perfectam exhibere Deo, tantùm quòd velato quum maximè discentes eum: an quum hoc ipso titulo debebant creatori, vti crederent hæc illum vltrò generi humano sumministrare, nec de eis cogitarent? Nam & quum subijcit: *Hæc enim nationes mundi quarunt*, non credendo scilicet in Deum conditorem omnium & præbitorem, [469] quos pares gentium nolebat, in eundem Deum modicos fidei increpabat, in quem gentes incredulas notabat. Porrò quum & adijcit: [470] *Scit autem pater opus esse hæc vobis*; priùs quærani quem patrem intelligi velit Christus. Si ipsorum creatorem demonstrat, & bonum confirmat, qui scit quid filijs opus sit. Sin illum Deum, quomodo scit necessarium esse homini victum atque vestitum, quorum nihil præstitit? Si enim scisset, præstitisset. Ceterùm si scit quæ

C sunt homini necessaria, nec tamen præstitit, aut malignitate aut infirmitate non præstitit. Professus autem necessaria hæc homini, vtique bona confirmauit. Nihil enim mali necessarium. Et non erit iam depreciator operum & indulgentiarum creatoris, vt quod suprà distuli, expunxerim. Porrò si quæ necessaria scit homini, alius & prospexit & præstat, quomodo hæc ipse promittit? An de alieno bonus est? [471] *Quærite* enim, *inquit, regnum Dei, & hæc vobis adijcientur.* Vtique ab ipso. Quòd si ab ipso, qualis est qui aliena præstabit? Si à creatore cuius & sunt, quis est qui aliena promittat? Ea si regno accedent, secundo gradu restituenda, eius est secundus gradus, cuius & primus: eius victus atque vestitus, cuius & regnum. Ita tota promissio creatoris est, parabolarum status, similitudinem peræquatio, si nec in alium spectant, quàm [472] cui per omnia pariauerint. [473] Sumus serui, dominum enim habemus Deum. *Succingere debemus lumbos*, id est expediti esse ab impedimentis [474] laciniosæ vitæ & implicitæ; *item lucernas ardentes habere*, id est, mentes à fide accensas, & operibus veritatis relucentes; atque ita *expectare Dominum*, id est Christum. Vnde *redeuntem?* si *à nuptijs*, creatoris est, cuius nuptiæ. Si non creatoris, nec ipse Marcion inuitatus ad nuptias isset, Deum suum intuens detestatorem nuptiarum. Defecit itaque parabola in persona Domini, si non esset, cui nuptiæ competunt. In sequenti quoque parabola satis errat, qui [475] *furem illum cuius horam sipater familiæ sciret, non sineret suffodi domum suam*, in personam disponit creatoris. Fur enim creator, quomodo videri potest Dominus totius hominis? Nemo suafuratur aut suffodit, sed ille potius qui in aliena descendit, & hominẽ à domino eius alienat. Porrò quum furem nobis diabolũ demonstret; cuius horam etiã in primordio si homo sciisset, nunquã ab eo suffossus esset. [476] Proptereà *iubet vt paratiſimus, quia qua non putamus hora, filius hominis aduenit*, non quasi ipse sit fur, sed iudex, scilicet eorum, qui se non parauerint, nec caueant furem. Ergo si ipse est filius hominis, iudicem teneo, & in iudice creatorem defendo. Si verò Christum creatoris in nomine filij hominis hoc loco ostendit, vt eum furem portendat, qui quando venturus sit,

Num.12. 23. & 24.

Exod. 2.

Luc. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Pſal. 112.

Luc. 12. Iſai. 39. & 4. Reg. 20.

C. xxix.

exod. c. xii. Luca.

Luc. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Gen. 3. Luc. 12.

ignoremus, habes suprà scriptum, Neminem rei suæ futurum esse: Saluo & illo quòd in quantum timendum creatorem ingerit, in tantum illi negotium agens, creatoris est. [477] Itaque *interroganti Petro, in illos an & in omneis parabolam dixisset*, [478] ad ipsos & ad vniuersos qui Ecclesijs præfuturi essent, *proponit actorum similitudinem*, [479] *quorum qui benè tractauerit conseruos absentia domini, reuerso eo omnibus bonis præponetur.* [480] *Qui verò secus egerit, reuerso domino quâ die non putauerit, hora quâ non scierit*, illo scilicet filio hominis Christo creatoris, non fure, sed iudice, *segregabitur, & pars eius cum infidelibus ponetur.* Proinde igitur aut & hic iudicem dominum opponit, & illi catechizat: aut si Deum optimum, iam & illum iudicem affirmat, licet nolit hæreticus. Temperate enim tentant hunc sensum, quum Deo eius vindicatur, quasi tranquillitatis sit & mansuetudinis, segregare solummodò & partem eius cum infidelibus ponere, ac si non sit vocatus, vt statui suo redditus, quasi non & hoc ipsum iudicato fiat. Stultitia. Quis erit exitus segregatorum? Nónne amissio salutis? Siquidem ab eis segregabuntur qui salutem consequentur. Quid igitur infidelium status? Nónne damnatio? Aut si nihil patientur segregati & infideles, æquè ex diuerso nihil consequentur retenti & fideles. Si verò consequentur salutem retenti & fideles, hanc amittant necesse est ex diuerso segregati & infideles. Hoc erit iudicium, quod qui intendit, creatoris est. [481] Quem alium intelligam *cædentem seruos pàucis aut multis plagis*; *& prout commisit illis, ita & exigentem ab eis*, quàm retributorem Deum? Cui me decet obsequi, nisi remuneratorì? Proclamat Christus tuus, [482] *Ignem veni mittere in terram.* Ille optimus, nullius gehennæ dominus; qui paulò antè discipulos, ne ignem postularent, inhumanissimo vinculo coërcuerat, quandoisse Sodomam & Gomortam nimbo igneo exussit? quando cantatum est, [483] Ignis ante ipsum proecdet, & cremabit inimicos eius? quando & per Oscæ comminatus est, [484] Ignem emittam in ciuitates Iudææ? [485] vel per Esaiam, Ignis exarsit ex indignatione mea? Non mentiatur. Si non est ille qui de rubo quoque ardenti vocem suam emisit, viderit quem ignem intelligendum contendas. Etiam si figura est, hoc ipso quod de meo elemento argumenta sensui suo sumit, meus est, qui de meis vtitur. Illius erit similitudo ignis, cuius & veritas. Ipse melius interpretabitur ignis istius qualitatem, adijciens, [486] *Putatis venisse me pacem mittere in terram? non, dico vobis, sed separationem.* Macharam quidem scriptum est. Sed Marcion emendat, quasi non & separatio opus sit machæræ. Igitur & ignem euersionis intendit, qui pacem negauit. Quale prælium, tale & incendium. Qualis machæra, talis & flamma, neutra congruens Domino. [487] Denique: *Diuidetur, inquit, pater in filium, & filius in patrem; & mater in filiam, & filia in matrem; & nurus in socrum, & socrus in nurum.* Hoc prælium inter parentes si in ipsis verbis tuba cecinit Prophetæ, [488] vereor ne Michæas Christo Marcionis prædicaret. [489] *Et* ideò *hypocritas pronuntiabat, cæli quidem & terræ faciem probantes, tempus verò illud non dinoscentes.* Quo scilicet adimplens omnia quæ super ipsos fuerunt prædicata, nec aliter docens debuerat agnosci. Ceterùm quis posset eius tempora nosse, cuius per quæ probaret non habebat? [490] Meritò *exprobrat etiam quod iustum non à semetipsis iudicarent.* [491] Olim hoc mandat, per Zachariam: Iustum iudicium & pacatorium iudicate. Per Hieremiam: Facite iudicium & iustitiam. Per Esaiam: Iudicate pupillo, & iustificate viduam; imputans etiam vineæ Sorech, quòd non iudicium feciſſet, sed clamorem. Qui ergo docuerat vt faceremt ex præcepto, is exigebat vt facerent & ex arbitrio. Qui seminauerat præceptum, ille & redundantiam eius vrgebat. Iam verò quàm absurdum vt ille mandaret, iuste iudicare, qui Deum iudicem iustum destruebat. [492] Nam *& iudicem qui mittit in carcerem, nec ducit inde, nisi soluto etiam nouissimo quadrante*, in persona creatoris obtrectationis nomine differunt. Ad quod necesse habeo eodem gradu occurrere. Quotiescunque enim scueritas creatoris opponitur, totiès illius est Christus, cui per timorem cogit obsequium. [493] *Quæstionem* rursus *de curatione sabbato facta* quomodo *dissuit?* [494] *Vnusquisque vestrum sabbatis non soluit asinum aut bouem suum à præsepi, & ducit ad potum?* Ergo secundum conditionem legis operatus, legem confirmauit, non dissoluit, iubentem nullum opus fieri, nisi quod fieret omni animæ, quanto potius humanæ? Parabolarum congruentiam vbique recognoscor exigere. [495] *Simile est regnum Dei, inquit, grano sinapis, quod accepit homo, & seminauit in horto suo.* Quis in persona hominis intelligendus? vtique Christus: Quia licet Marcionis, filius hominis est dictus, qui accepit à patre semen regni, sermonem scilicet Euangelij, & seminauit in horto suo, vtique in mundo, puta nunc in homine. Sed quum in suo horto dixerit, nec in undus autem nec homo illius sit, sed creatoris; ergo qui in suum seminarit, creator ostenditur. Aut si, vt hunc laqueum euadant, conuerterint hominis personam à Christo in hominem accipientem semen regni, & seminantem in horto cordis sui, nec ipsa materia alij conueniet quàm creatori. Quale est enim vt leniſſimi Dei regnum, quod etiam iudicij feruor lacrymosa austeritate subsequitur. De sequenti planè similitudine vereor, ne fortè alterius Dei regno portendat. [496] *Fermento enim comparauit illud*; non azymis quæ familiariora sunt creatori. Congruit & hæc coniectura mendicantibus argumenta. Itaque & ego vanitatem vanitate depellam, fermentationem quoque congruere dicens regno creatoris, [497] quia post illam clibanus vel furnus *gehennæ* sequatur. Quoties adhuc se iudicem ostendit, & in iudice creatorem? Quoties vtique ejecit & dānat reijciendo. [498] Sicut hic quoque: *Quū surrexerit, inquit, pater familiæ* (quò, nisi quò dixit Esaias, Quū surrexerit cōminuere terrā?) *& cluserit ostium*, vtique excludendis iniquis, *quibus pulsantibus respondebit: Nescio vnde sitis.* [499] *Et* rursus *enumerantibus quod coram illo ederint, & biberint, & in plateis eorum*

Ibidem. *Ibidem.* *Ibidem.* *Luc. 9.* *Gen. 19.* *Psal. 96.* *Osee. 8.* *Isai. 30.* *Exod. 3.* *Luc. 12.* *Ibidem.* *Michæa 7.* *Luc. 12.* *Ibidem.* *Zachar. 8.* *Hier. 22.* *Isai. 1.* *& 5.* *Luc. 12.* CA. XXX. *exc. XIII.* *Lucæ.* *Luc. 13.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Exod. 23.* *& 34.* *Luc. 13.* *Ibidem.* *Isai. 2.* *Luc. 13.* *Ibidem.*

A *teis eorum docuerit, adjeciet; Recedite à me omnes operarij iniquitatis; illic erit fletus & frendor dentium.* Vbi? foris scilicet, vbi erunt excluſi, oſtio cluſo ab eo. Ergo erit pœna, à quo fit excluſio in pœnam, [100] *quum videbunt iuſtos introëuntes in regnum Dei, ſe vero detineri foris.* A quo? Si à creatore, quis erit ergo intùs recipiens iuſtos in regnum? Deus bonus. Quid ergo illuc creatorii, vt foris detineat in pœnam, quos adverſarius eius excluſit, ſuſcipiendos à ſe vtique magis in aduerſarij bilem? Sed & ille excluſurus iniquos, ſciat vtique creatorem illos detenturum in pœnam, aut non ſciat oportet. Ergo, aut nolente eo detinebuntur, & minor eſt illo qui detinet, cedens ei nolens: aut ſi vult ita fieri, ipſe ità faciendum iudicauit, & non erit melior creatore ipſe auctor infamiæ creatoris. Hæc ſi nulla ratione conſiſtunt, vt alius punire, alius liberare credatur, vnius erit tam iudicium quàm & regnum: & dum vnius eſt vtrunque, qui & iudicat creatoris eſt. [101] *Ad prandium vel ad cœnam* qualeis *vocari iubet?* Qualeis oſtenderat per Eſaiam: [a] Confringe panem tuum eſurienti, & mendicos & qui ſine teſto ſunt, indue in domum tuam, *qui* [b] ſcilicet humanitatis iſtius vicem *retribuere non poſſint.* Hanc ſi Chriſtus captari vetat, [c] *in reſurrectione eam repromittens*; creatoris eſt fotma; cui non placent [d] amantes muneta, ſe ctantes retributionem. Etiam inuitatoris parabola cui magis parti occurrat expendo. [102] *Homo* [e] *quidam fecit cœnam & vocauit multos.* Vtique cœnæ paratura, vitæ æternæ ſaturitatem figurat. Dico primò extraneos & nullius iuris affines inuitari ad cœnam non ſolere, certè faciliùs ſolere domeſticos & familiareis. Ergo creatoris eſt inuitaſſe, ad quem pertinebant qui inuitabantur, & per Adam quâ homines, & per patres quâ Iudaici, non eius ad quem neque natura pertinebant, neque prærogatiua. Dehinc ſi is mittit ad conuiuas, qui cœnam parauit, ſic quoque creatoris eſt cœna, qui miſit ad conuiuas

B admonendos, antè iam vocatos per patres, admonendos autem per Prophetas: non qui neminem miſerit admonendum, nec qui nihil priùs egerit ad vocandum, ſed ipſe deſcenderit ſubitò: tantùm quòd innoteſcens, iam inuitans: tantùm quòd inuitans, iam in conuiuium cogens, eandem faciens horam cœnandi & ad cœnam inuitandi. [103] *Excuſant ſe inuitati.* Si ab alio Deo, meritò, qua ſubitò inuitati. Si non meritò, ergo nec ſubitò. Si autem non ſubitò inuitati, ergo à creatore à quo olim: Cuius denique declinauerant vocationem, tunc primò dicentes ad Aaronem: Fac nobis Deos qui præeant nobis. Atque exinde; Aure audientes, & non audientes, vocationem ſcilicet Dei. [104] Qui pertinentiſſimè ad hanc parabolam per Hieremiam: Audite (inquit) vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum, & ibitis in omnibus vijs meis quaſcunque mandauero vobis. Ecce inuitatio Dei. Et non audierunt, inquit, & non auderterunt aurem ſuam. Ecce recuſatio populi. Sed abierunt in ijs quæ concupierunt corde ſuo malo. [105] *Agrum emi, & boues mercatus ſum, & vxorem duxi.* Et adhuc ingerit. Et emiſi ad vos omnes famulos meos Prophetas. Hic erit ſpiritus ſanctus admonitor conuiuarum, die & ante lucem. Et non [106] audijt populus meus, & non intẽdit auribus ſuis, & obduruit collum ſuum. [107] *Hoc vt patri familiæ renuntiatum eſt, motus tunc* (benè quòd & motus: negat enim Marcion moueri Deum ſuum, ita & hoc meus eſt) *mandat de plateis & vicis ciuitatis facere ſublectionem.* Videamus an eo ſenſu quo ruſus per Hieremiam, [108] Nunquid ſolitudo factus ſum domui Iſraëlis? aut terra in incultum derelicta? Id eſt, Nunquid non habeo quos allegam, aut vnde allegam. Quoniam dixit populus meus, non venimus ad te. Itaque miſit ad alios *vocandos*, ex eadem adhuc ciuitate. [109] *Dehinc loco abundante, præcepit etiam de vijs & ſepibus colligi*, id eſt nos iam de extraneis gentibus, illa ſcilicet æmulatione, qua in Deuteronomio, [110] Auertam faciem meam ab eis, & mõſtrabo quid illis in nouiſſimis, id eſt alios poſſeſſuros locum eorum: quoniam genitura peruerſa eſt, filij in quibus fides

C non eſt. Illi obæmulati ſunt me in non Deo, & prouocauerunt me in iram in idolis ſuis: & ego obæmulabor eos in non Natione, in Natione inſipienti prouocabo eos in iram, in nobis ſcilicet quorum ſpem Iudæi gerunt; [111] *De qua illos guſtaturos negat Dominus*; derelicta Sione tanquam ſpecula [a] in vinea & in cucumerario caſula: poſteaquàm [b] & nouiſſimam in Chriſtum inuitationẽ recuſauit. Quid ex hoc ordine ſecundum diſpoſitionem & prædicationes creatoris recenſendo competere poteſt illi, cuius nec ordinem habet, nec diſpoſitionem ad parabolæ conſpirationem, qui totum opus ſemel fecit? Aut quæ erit prima vocatio eius, & quæ ſecundo actu admonitio? Antè debent alij excuſare, poſtea alij conueniſſe. Nunc autem pariter vtramque partem innitare venit, de ciuitate, de ſepibus, aduerſus ſpeculum parabolæ: nec poteſt iam faſtidioſos iudicare quos nunquam retrò inuitauit, quos cùm maximè aggreditur. Aut ſi de futuro eos iudicat, contempturos vocationem: ergo & ſublectionem loco eorum ex gentibus de futuro portendit. [112] Planè ad hoc ſecundò venturus eſt vt gentibus prædicet. Et ſi venturus eſt autem, puto non quaſi vocaturus adhuc conuiuas, ſed iam collocaturus. [113] Interea qui cœnæ iſtius vocationem in cœleſte conuiuium interpretaris ſpiritalis faturitatis & iucunditatis, memento & [114] terrenas promiſſiones vini & olei & frumenti & ipſius ciuitatis, æquè in ſpiritalia figurari à creatore. [115] *Quem & dragmam perditam* quis *requirit?* Nónne qui perdidit? Quis autem perdidit? Nónne qui habuit? Quis verò habuit? Nónne cuius fuit? Si igitur homo non alterius eſt res, quàm creatoris, is eum habuit cuius fuit. Is perdidit, qui habuit. Is requiſiuit, qui perdidit. Is inuenit, qui quæſiuit. Is *exultauit, qui inuenit.* Ita vtriuſque parabolæ argumentũ vacat circa eum, cuius non eſt ouis neque dragma, id eſt homo. Non enim perdidit quia non habuit: nec requiſiuit, quia non perdidit: nec inuenit, quia nec requiſiuit: nec exultauit, quia non inuenit. [116] Atque adeò *exultare* illius eſt *de pœnitenti-*

Ibidem.

Exod. 32.
Iſai. 6.
Hierem. 11.

Luc. 14.
Hier. 7.
Luc. 14.
Hiere. 2.

Luc. 14.
Ibidem.
Deut. 32.

Luc. 14.
a *Iſai. 1.*
b *Luc. 14.*

C. xxxii.
ex xliii. 1.
Luca.
Luc. 14.
a *Iſai. 58.*
b *Luc. 14.*
c *Ibidem.*
d *Iſai. 1.*
e *Luc. 14.*

C. xxxii.
ex cap. xv.
Luca.
Luc. 15.
Ibidem.
Ibidem.

tia peccatoris, id est de perditi recuperatione, qui se professus est olim , malle peccatoris pœnitentiam D
C XXXIII. quàm mortem. [517 Quibus *duobus dominus neget posse seruiri*, 518 *quia alterum offendi sit necesse, alterum defendi*, ipse declarat, *Deum proponens & Mammonam*. Deinde Mammonam quem intelligi velit, si interexc. XVI. pretem non habes, ab ipso potes discere. Admonens enim nos, de seculatibus suffragia nobis prospi-
Luca. cere amicitiarum , 519 *secundum serui illius exemplum , qui ab actu summotus , dominicos debitores diminuit,*
Luc. 16. *cautionibus relenat in subsidium sibi.* 520 *Et ego, inquit, dico vobis, facite vobis amicos de Mammona iniustitia*, de
Ibidem. nummo scilicet, de quo & seruus ille. Iniustitiæ enim auctorem & dominatorem totius seculi nummum scimus omnes. 521 Cui famulatam videns Pharisæorum cupiditatem amentauit hanc sententiam,
Ibidem. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ.* 522 *Irridebant denique Pharisæi pecuniæ cupidi*, quòd intellexissent scilicet Mammonam de nummo dictum, ne quis existimet in Mammona creatorem intelligendum , & Christum à creatoris illos seruitute reuocasse. Quid? nunc potius ex hoc disce, vnum à Christo Deum ostensum. Duos enim dominos nominauit, Deum & Mammonam, creatorem & nummum. Denique non potestis Deo seruire, vtique ei cui seruire videbantur: & Mamonæ cui magis destinabantur. Quòd si ipse alium se ageret, non duos dominos, sed tres demonstrasset. Et creator enim dominus, quia Deus. Et vtique magis dominus, quàm Mammonas: magisque obseruandus, quâ magis dominus. Quale est enim, vt qui Mammonam dominum dixerat , & cum Deo iunxerat , verè ipsorum dominum taceret, id est creatorem? Aut nunquid tacendo eo, concessit seruiendum ei esse, si solummodò sibi & Mammonæ negauit posse seruiri? Ita cùm vnum Deum ponit nominaturus & creatorem, si alius esset ipse, crea-
Ibidem. torem nominauit, quem dominum sine alio Deo non posuit. Et illud itaque relucebit , 523 quomodo
Ibidem. dictum: *Si in Mammona iniustos fideles non extitistis, quod verum est, quis vobis credet?* In nummo scilicet iniu- E
sto, non in creatore: quem & Marcion iustum facit. 524 *Et si in alieno fideles inuenti non estis, quod meum est quis dabit vobis?* Alienum enim debet esse à seruis Dei, quod iniustum est. Creator autem quomodo alienus erat Pharisæis, proprius Deus Iudaicæ gentis? Si ergo hæc non cadunt in creatorem , sed in Mammonam, quis vobis credet quod verius est , & quis vobis dabit quod meum est, non potest *quasi alius* dixisse de alterius Dei gratia. Tunc enim videretur ita dixisse, si eos in creatorem , non in Mammonam infideles notando, per creatoris mentionem distinctiones fecisset Dei alterius non commissuri suam veritatem infidelibus creatoris. Quomodo tunc alterius videri potest. si non ad hoc proponatur, vt à re
Ibidem. de qua agitur, separetur? 525 Si autem & *iustificantes se coram hominibus Pharisæi* spem mercedis in homine
Hier. 17. ponebant, illo eos sensu increpabat, quo & Propheta Hieremias: 526 Miser homo qui spem habet in ho-
Luc. 16. mine. 527 Si & adijcit: *Scit autem Deus corda vestra*, illius Dei vim commemorabat qui lucernam septo-
Hier. 11. 17. & 20. nuntiabat, scrutantem renes & corda. Si superbiam tangit, 528 *quod elatum est apud homines, prosum est Deo,*
Luc. 16. Esaiam ponit ante oculos: Dies enim Domini sabaoth, 529. in omnem contumeliosum & superbum, in
Isa. 2. omnem sublimem & elatum, & humiliabuntur. Possum iam colligere cur tanto æuo Dues Marcionis fuerit in occulto. Expectabat, opinor, donec hæc omnia disceret à creatore. Didicit ergo vsque ad Ioà-
Luc. 16. nis tempora, atque ita exinde processit annuntiare regnum Dei , dicens: 530 *Lex & Propheta vsque ad Ioannem, ex quo regnum Dei annuntiatur*: quasi non & nos limitem quendam agnoscamus Ioannem constitutum inter vetera & noua, ad quem desineret Iudaismus; & à quo inciperet Christianismus: non tamen vt ab alia virtute facta sit sedatio Legis & Prophetarum, & initiatio Euangelij , in quo est Dei re-
Isai. 43. 2. Cor. 9. gnum, Christus ipse. 531 Nam & si probauimus; & vetera transitura; & noua successura prædicari à crea- F
Malac. 3. tore; si & Ioannes antecursor & præparator ostenditur viarum Domini, Euangelium superducturi , & regnum Dei promulgaturi: & ex hoc iam quòd Ioannes venit, ipse erit Christus, qui Ioânem erat subsecuturus vt antecursorem: & si desierunt vetera, & cœperunt noua interstite Ioanne, non erit mirum quod ex dispositione est creatoris: 532 vt vnde magis probetur, quàm ex Legis & Prophetarum in Ioâ-
Luc. 16. nem occasu, & exinde ortu, regnum Dei. 533 *Transeat igitur cælum & terra citius* , sicut & Lex & Prophe-
Isai. 40. tæ, *quàm vnus apex verborum Domini*. Verbum enim, inquit Esaias, Dei nostri manet in æuum. Nam quo-
Ibidem. niam in Esaia iam tunc Christus, fermo scilicet & spiritus creatoris , Ioannem prædicarat ; vocem clamantis in deserto parare viam Domini: in hoc venturum, vt Legis & Prophetarum ordo exinde cessaret, per adimpletionem, non per destructionem, & regnum Dei à Christo annuntiaretur: ideo subtexuit, faciliùs elementa transitura, quàm verba sua: confirmans, hoc quoque quod de Ioanne dixerat,
XXXIIII. non præteriisse. [534 Sed Christus diuortium prohibet, dicens: 535 *Qui dimiserit vxorem suam, & aliam*
ex eod. „ *duxerit, adulterium commisit; qui dimissam à viro duxerit, æquè adulter est*. Vt sic quoque prohibeat diuor-
XVI. 6. „ tium, illicitum facit repudiatæ matrimonium, Moyses verò permittit repudium in Deuteronomio: Si
Luca. „ sumpserit quis vxorem, & habitauerit cum ea, 536 & euenerit non inuenire eam apud eum gratiam, eo
Luc. 16. „ quòd inuentum sit in illa impudicum negotium, scribit libellũ repudij, & dabit in manu eius, & dimit-
Deu. 24. „ tet illam de domo sua. Vides diuersitatem Legis & Euangelij , Moysi & Christi ? Planè. 537 Non enim
Matth. 19. recepisti illud quoque Euangelium eiusdem veritatis, & eiusdem Christi, in quo prohibens diuortium, propriam quæstionem eius absoluit: Moyses propter duritiam cordis vestri præcepit libellum repudij dare: à primordio autem non fuit sic: quia scilicet qui marem & fœminam fecerat , erunt duo, dicerat, in carnem vnam. Quod Deus itaque iunxit , homo non disiunget. Hoc enim responso , & Moysi constitutionem protexit , vt sui: & creatoris institutionem direxit, vt Christus ipsius. Sed quatenus

ex his

A ex his reuincendus es, quæ recepisti, sic tibi occurram, ac si meus Christus. Nónne & ipse prohibens diuortium, & patrem tamen gestans eum qui marem & fœminam iunxit; excusauerit potiùs quàm destruxerit Moysi constitutionem. Sed ecce sic tuus sit iste Christus contrarium docens Moysi & creatori, vt si non contrarium ostendero, meus sit. Dico enim illum conditionaliter nunc feciſſe diuortij prohibitionem, si ideò quis dimittat vxorem vt aliam ducat. Qui dimiserit, inquit, vxorem, & aliam duxerit, adulterium commisit. & qui à marito dimissam duxerit, æquè adulter est, ex eadem vtique causa qua non licet dimitti, vt alia ducatur: illicitè enim dimissam pro indimissa ducens, adulter est. Manet enim matrimonium quod non ritè diremptum est. Manente matrimonio nubere, adulterium est. Ita si conditionaliter prohibuit dimittere vxorem, non in totum prohibuit. & quod non prohibuit in totum, permisit. Aliud est vbi causa cessat, ob quam prohibuit. Et iam non contrarium Moysi docet, cuius præceptum alicubi conseruat: nondum dico confirmat. Aut si omninò negas permitti diuortium à Christo, quomodo tu nuptias dirimis, nec coniungens marem & fœminam, [138] nec alibi coniunctos ad sacramentum baptismatis & Eucharistiæ admittens, nisi inter se coniuauerint [139] aduersus fructum nuptiarum, vt aduersus ipsum creatorem? Certè quid facit apud te maritus, si vxor eius commiserit adulterium. Habebítne illam? [140] Sed nec tuum Apostolum sinere coniungi prostitutæ, membra Christi. Habet itaque & Christum assertorem [141] iustitia diuortij. Iam hinc confirmatur ab illo Moyses ex eodem titulo prohibens repudium, quo & Christus, si inuentum fuerit in muliere negotium impudicum. Nam & in Euangelio Matthæi: [142] Qui dimiserit, inquit, vxorem suam præter causam adulterij, facit eam adulterari: æquè adulter censetur & ille qui dimissam à viro

B duxerit. Ceterùm præter ex causa adulterij, nec creator disiungit, quod ipse scilicet coniunxit, eodem alibi Moyse constituente [143] eum qui ex compressione matrimonium fecerat, non posse dimittere vxorem in omne tempus. Quòd si ex violentia coactum matrimonium stabit, quanto magis ex conuenientia voluntarium? Sicut & prophetiæ auctoritate: Vxorem iuuentutis tuæ non dimittes. Habes itaque Christum vltrò vestigia vbique creatoris ineuntem, tam in permittendo repudio, quàm in prohibendo. Habes etiam nuptiarum [144] quoquo velis latere prospectorem, quas nec separari vult prohibendo repudium, nec cum macula haberi, tunc permittendo diuortium. Erubescе non coniungens quos tuus quoque Christus coniunxit. Erubescе etiam disiungens sine eo merito, quo disiungi voluit & tuus Christus. Debeo nunc & illud ostendere, vnde hanc sententiam deduxerit Dominus, quóve direxerit. Ita enim plenius constabit, eum non ad Moysen destruendum spectasse per repudij propositionem subitò interpositam: quia nec subitò interposita est [145] habens radicem ex eadem Ioannis mentione. Ioannes enim retundens Herodem, [146] quòd aduersus legem vxorem fratris sui defuncti duxisset, habentis filiam ex illa (non aliàs hoc permittente, immò & præcipiente lege, [147] quàm si frater illiberis decesserit, vt à fratre ipsius & ex costa ipsius suppararetur semen illi) conjectus in carcerem fuerat, ab eodem Herode postmodùm & occisus. Facta igitur mentione Ioannis Dominus, & vtique successus exitus eius, illicitorum matrimoniorum & adulterij figura iaculatus est in Herodem; adulterum pronuntians, etiam qui dimissam à viro duxerit: quò magis impietatem Herodis oneraret, qui non minus morte quàm repudio dimissam à viro duxerat: & hoc fratre habente ex illa filiam, & vel eo nomine illicitè, ex libidinis non ex legis institutu: ac propterea

C Propheten quoque assertorem legis occiderat. Hoc mihi disseruisse proficiet, etiam subsequens argumentum [148] *diuitis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahæ requiescentis.* Nam & illud quantum ad scripturæ superficiem subitò propositum est, quantum ad intentionem sensus, & ipsum cohæret mentioni Ioannis malè tractati, & suggillati Herodis malè meritati, vtriusque exitum deformans, Herodis tormenta, & Ioannis refrigeria, vt iam audiret Herodes: [149] *Habent illic Moysen & Prophetas, illos audiant.* Sed Marcion aliorsum cogit, scilicet vtramque mercedem creatoris, siue tormenti, siue refrigerij apud inferos, determinet eis positam qui Legi & Prophetis obedierint, Christi verò & Dei sui cœlestem definiat sinum & portum. Respondebimus, & hac ipsa scriptura reuincente oculos eius, [150] quæ *ob inferis dissernit Abrahæ sinum pauperi.* Aliud enim Inferi, vt puto, aliud quoque Abrahæ sinus. Nam & *magnum ait intercedere regiones istas profundum, & transitum vtrinque prohibere.* Sed neć *alleuasset diues oculos & quidem de longinquo*, nisi in superiora, & de altitudinis longinquo per immensam illam distantiam sublimitatis & profunditatis. Vnde apparet sapienti cuique, qui aliquando Elysios audierit, esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorum eius etiam ex Nationibus, patris scilicet multarum Nationum in Abrahæ censum deputandarum, & ex eadem fide qua & Abraham Deo credidit, nullo sub iugo legis, nec in signo circuncisionis. [151] Eam itaque regionem sinum dico Abrahæ, etsi non cœlestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat: tunc apparitura cœlesti promissione quam Marcion suo vindicat, quasi non à creatore promulgatam. [152] Ad quam ascensum suum Christus ædificat in cœlum, secundum Amos: vtique suis: vbi est & locus æternus, [153] de quo Esaias: Quis annuntiabit vobis locum æternum, nisi scilicet Christus incedens in iustitia, loquens viam rectam, odio habens iniustitiam & iniquitatem? Quòd si æternus locus repromittitur, & ascensus in cœlum ædificatur à creatore, promittente etiam semen

Luc. 16. *Gen. 2.* *Luc. 16.* *1. Cor. 6.* *Deut. 24.* *Matth. 5.* *Deuter. 22.* *Malach. 2.* *Luc. 16.* *Luc. 16.* *Matth. 14.* *Deuter. 25.* *Luc. 16.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Gen. 22.* *Gen. 15.* *Luc. 16.* *Amos 9.* *Isai. 33.*

Gen. 15. Luc. 16. Abrahæ velut ſtellas cœli futurum, vtique ob cœleſtem promiſſionem, ſalua ea promiſſione, [84] cur non capiat ſinum Abrahæ: dici, temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago, [85] ac candida quædam vtriuſque iudicij proſpiciatur. Admonens quoque vos hæreticos dum in vita eſtis, Moyſen & Prophetas vnum Deum prædicantes creatorem, & vnum Chriſtum prædicantes eius, & vtrunque iudicium pœnæ & ſalutis æternæ apud vnicum Deum poſitum; 1. Reg. 2. Luc. 9. qui occidat & viuificet. [86] Immò, inquit, noſtri Dei monela de cœlo, non Moyſen & Prophetas iuſſit audiri, ſed Chriſtum: Hunc audite. Merito. Tunc enim Apoſtoli ſatis iam audierant Moyſen & Prophetas, qui ſecuti erant Chriſtum, credendo Moyſi & Prophetis. Nec enim accepiſſet Petrus dicere: Tu es Chriſtus, antequàm audiuiſſet & credidiſſet Moyſi & Prophetis, à quibus ſolis adhuc Chriſtus annuntiabatur. Hæc igitur fides eorum meruerat, vt etiam voce cœleſti confirmaretur iubente illum audiri, quem agnouerant; euangelizantem pacem, euangelizantem bona; annuntiantem locum æternum; ædificantem illis aſcenſum ſuum in cœlum. Apud inferos autem de eis dictum eſt: Habent illic Moyſen & Prophetas, audiant illos: qui non credebant, vel qui nec omninò ſic credebant eſſe poſt mortem ſuperbiæ diuitiarum, & gloriæ deliciarum, ſuppliciа annuntiata à Moyſe & Prophetis: decreta autem ab eo Deo, [87] qui de thronis deponit dynaſtas; & de ſterquiliniis eleuat inopes. Ita quum vtrinque pronuntiationis diuerſitas competat creatori, non erit diuinitatum ſtatuenda diſtantia, ſed ipſarum materiarum. [88]

Ibidem. Iſai. 51. Iſai. 33. Amos 9. Luc. 16. Luc. 1. Pſal. 112. C. xxxv. ex c. xvii.

Conuerſus ibidem *ad diſcipulos*: [89] *Væ, dicit, auctori ſcandalorum, expediſſet eſſi natus non fuiſſet, aut ſi molino ſaxo ad collum deligato præcipitatus eſſet in profundum, quàm vnum ex illis modicu*, vtique diſcipulis eius, *ſcandalizaſſet*. Æſtima quale ſupplicium comminetur illi. Nec enim alius vlciſcetur ſcandalum diſcipulorum eius. Agnoſce igitur & iudicem, & illo affectu pronuntiantem de cura ſuorum, quo & creator retrò: Qui tetigerit vos, [90] ac ſi pupillam oculi mei tangat. Idem ſenſus eiuſdem eſt. [91] *Peccantem fratrem iubet corripi*; quod qui non fecerit, vtique deliquit, aut ex odio volens fratrem in delicto perſeuerare, aut ex acceptione perſonæ, parcens ei: habens Leuiticum: Non odies fratrem tuum in animo tuo, [92] traductione traduces proximum tuum, vtique & fratrem, & non ſumes propter illum delictum. Nec mirum ſi ita docet, [93] qui pecora quoque fratris tui, ſi errantia in via inueneris, prohibet deſpicias: quo minus ea reducas fratri tuo, nedum ipſum ſibi. [94] Sed *& veniam des fratri in te delinquenti iubet, etiam ſeptie*, parum planè. Plus eſt enim apud creatorem, qui nec modum ſtatuit, in infinitum pronuntians, Fratris malitiæ memor ne ſis. [95] Nec petenti eam præſtes mandat, ſed & non petenti. Non enim domes offenſam vult, ſed obliuiſcaris. [96] Lex leproſorum quantæ ſit interpretationis erga ſpecies ipſius vitij, & inſpectationis ſummi ſacerdotis, noſtrum erit ſcire: Marcionis, [97] moroſitatem legis opponere, vt & hìc Chriſtum æmulum eius affirmet præuenientem ſolennia legis etiam *in curatione decem leproſorum*, [98] *quos tantummodò ire iuſſos, vt ſe oſtenderent ſacerdotibus, in itinere purgauit*, ſine tactu iam & ſine verbo tacita poteſtate, & ſola voluntate: quaſi neceſſe ſit ſemel; remediatore languorum & vitiorum annuntiato Chriſto, & de effectibus probato, de qualitatibus curationum retractari: aut creatorem in Chriſto ad legem prouocari: ſi quid aliter quàm lege diſtinxit, ipſe perfecit; cùm aliter vtique Dominus per ſemetipſum operetur, ſiue per filium, aliter per Prophetas famulos ſuos maximæ documenta virtutis & poteſtatis, quæ vt clariora & validiora quâ propria, diſtare à vicariis fas eſt. [99] Sed eiuſmodi & alibi iam dicta ſunt, in documento ſuperiore. Nunc etſi præfatus eſt; multos tunc fuiſſe leproſos apud Iſraëlem, in diebus Heliſæi Prophetæ, & neminem eorum purgatum niſi Naaman Syrum: non vtique & numerus faciet ad differentiam Deorum, in deſtructionem creatoris, vnum remediantis, & prælationem eius qui decem emundarit. Quis enim dubitabit plureis potuiſſe curari ab eo, qui vnum curaſſet, quàm ab illo decem, qui nunquam retrò vnum? Sed hac cùm maximè pronuntiatione diffidentiam Iſraëlis vel ſuperbiam pulſat: quòd cùm multi eſſent illic leproſi, & Prophetes non deeſſet, etiam ædito documento nemo decucurriſſet ad Deum operantem in Prophetis. Igitur quoniam ipſe erat authenticus pontifex Dei patris, inſpexit illos ſecundum legis arcanum, ſignificantis Chriſtum eſſe verum diſceptatorem & elimatorem humanarum macularum. Sed & quod in manifeſto fuit legis, præcepit: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus*. Cur, ſi illos antè erat emunaturus? An quaſi legis illuſor, vt in itinere curatis oſtenderet, nihil eſſe legem cum ipſis ſacerdotibus? & vtique viderit ſi cui tam opinioſus videbitur Chriſtus, immò digniora ſunt interpretanda, & fidei iuſtiora: Ideò illos remediatos, quâ ſecundum legem iuſſi abire ad ſacerdotes obaudierant: neque enim credibile eſt, emeruiſſe medicinam à deſtructore legis obſeruatores legis. [100] Sed cur priſtino leproſo nihil tale præcepit? quia nec Heliſæus Syro Naaman: & tamen non idcircò non erat creatoris. Satis reſpondi, ſed qui credidit, intelligit etiam altius aliquid. Diſce igitur & cauſas. *In Samariæ regionibus* res agebatur, *vnde erat & vnus interim ex leproſis*. [101] Samaria autem deſciuerat ab Iſraële, habens ſchiſma illud ex decem tribubus, quas auulſas per Achiam Prophetam, collocauerat apud Samariam Hieroboam. Sed & aliàs ſemper ſibi placentes erant Samaritani de montibus & puteis patrum: ſicut in Euangelio Ioannis Samaritana illa in colloquio Domini apud puteum, [102] Næ tu maior ſis, & cetera. Et rurſus: Patres noſtri in iſto monte adorauerunt, & vos dicitis quia Hieroſolymis oportet adorare. [103] Itaque qui & per Amos: Væ, dixerit eis, qui confidenti in monte Samariæ, iam & ipſam reſtituere dignatus, de induſtria; iubet oſtendere ſe ſacerdotibus, vtique qui non erant, niſi vbi & templum,

Ibidem. 1. Reg. 11. & 16. Ioan 4. Amos 6. Luc. 17.

templum, subiiciens Samaritam Iudæo, quoniam ex Iudæis salus, licet Israëlitæ & Samaritæ: tota enim promissio tribui Iudæ Christus fuit: vt scirent Hierosolymis esse & sacerdotes & templum, & matricem religionis, & fontem non puteum salutis. Et ideò vt vidit agnouisse legem illos Hierosolymis expungendam, ex fide iam iustificandos sine legis ordine remediauit. Vnde & vnum illum solutum ex decem, memorem diuinæ gratiæ Samariten miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia satis iam obtulerat, *gloriam Deo reddens*: hoc & Domino volente interpretari legem. Et tamen cui Deo gratiam reddidit Samarites, quando nec Israëlites alium Deum vsque adhuc didicisset? Cui alij quàm cui omnes remediati retrò à Christo? [174] Ideò: *Fides tua te saluum fecit, audit*: quia intellexerat veram se Deo omnipotenti oblationem, gratiarum scilicet actionem, apud verum templum & verum pontificem eius, Christum facere debere. [175] Sed nec *Pharisæi* possunt videri *de alterius Dei regno consuluisse Dominum, quando venturum sit*, quanduiu alius à Christo æditus Deus non erat: nec ille de alterius regno respondisse, quàm de cuius consulebatur. *Non venit, inquit, regnum Dei cum obseruatione. Nec dicunt: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Quis non ita interpretabitur, intra vos est, id est in manu, in potestate vestra: si audiatis, si faciatis Dei præceptum? Quòd si in præcepto est Dei regnum, proponc igitur contrà, [176] secundum nostras Antitheses, Moysen, & vna sententia est. [177] Præceptum, inquit, excelsum non est, nec longè à te. Non est in cœlo, vt dicas, quis ascendet in cœlum, & deponet nobis illud, & auditum illud faciemus? nec vltra mare est, vt dicas, quis transfretabit & sumet illud nobis, & auditum illud faciemus? Prope te est verbum, in ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud. Hoc erit: Non hîc nec illic; ecce enim intra vos est regnum Dei. Et ne argumententur audacia hæretica, de regno creatoris, de quo consulebatur, non de suo respondisse eis Dominum, sequentia obsistunt. [178] *Dicens* enim: *Filium hominis antè multa pati & reprobari oportere, ante aduentum suum*, in quo & regnum subsistantialiter reuelabitur, suum ostendit & regnum de quo responderat, quod passiones & reprobationes ipsius expectabat. Reprobari autem habens & posteà agnosci, & assumi, & extolli, etiam ipsum verbum reprobari, inde decerpsit, vbi in lapidis ænigmate vtraque reuelatio eius apud Dauid canebatur: prima recusabilis, secunda honorabilis. Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, iste factus est in caput anguli. A Domino factum est hoc. Vanum enim si credidimus Deum de contumelia aut gloria scilicet alicuius prædicasse, vt non eum portenderet, [179] quem; & in [a] lapidis & in [b] petræ; & in [c] montis figura portenderet. Sed si de suo loquitur aduentu, [180] cur *cum* [a] *diebus Noë & Loth comparat* tetris & atrocibus, Deus & lenis & mitis? Cur admonet *meminisse vxoris Loth*, quæ præceptum creatoris non impunè contempsit, si non eum iudicio venit vindicandorum præceptorum suorum? Etiam si vindicat vt & ille, si iudicat me, non debuit per eius documenta formare quem destruit, ne ille me formare videatur. Si verò & hic non de suo loquitur aduentu, sed de Iudæi Christi, expectemus etiam nunc ne quid de suo prædicet, illum interim esse credentes, quem omni loco prædicat. [181] Nam & *orandi perseuerantiam & instantiam mandans, parabolam iudicis ponit, coactè audire viduam, instantia & perseuerantia interpellationum eius*. Ergo iudicem Deum ostendit orandum, non se, si non ipse est iudex. Sed *subiunxit factorum Deum vindictam electorum suorum*. Si ergo ipse erit iudex qui & vindex, creatorem ergo meliorem Deum probauit, quem electorum suorum *clamantium ad eum die ac nocte* vindicem ostendit. [182] *Et* tamen, cùm *templum* creatoris *inducit, & duos adorantes* diuersa mente describit, *Pharisæum in superbia, Publicanum in humilitate: ideóque alterum reprobatum, alterum iustificatum descendisse*, vtique docendo qua disciplina sit orandum, eum & hîc orandum constituit, à quo relaturi essent eam orandi disciplinam siue reprobatricem superbiæ siue iustificatricem humilitatis. Alterius Dei nec templum, nec oratores, nec iudicium inuenio penes Christum, nisi creatoris. Illum iubet adorare [183] in humilitate, vt *alienatorem humilium*, non in superbia, vt *destructorem superborum*. Quem alium adorandum mihi ostendit, qua disciplina, qua spe? Neminem opinor. [184] Nam & quam docuit orationem, creatori probauimus conuenire. Aliud est si etiam adorari quâ Deus optimus & vltrò bonus non vult. [185] Sed *quis optimus, nisi vnus, inquit, Deus?* Non quasi ex duobus Diis vnum optimum ostenderit, sed vnum esse optimum Deum solum, qui sic vnus sit optimus, quâ solus Deus. Et vtique optimus, qui pluit super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos, sustinens & alens & iuuans etiam Marcionitas. Denique *interrogatus ab illo quodam: Præceptor optime, quid faciens vitam æternam possidebo? de præceptis* creatoris *an ea fecerat*, id est faceret, *expostulauit*: ad contestandum præceptis creatoris vitam acquiri sempiternam. [186] *Cùmque ille principaliora quæque affirmasset obseruasse se ab adolescentia, Vnum, inquit, tibi deest. Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo & veni, sequere me.* Age Marcion, omnésque iam commiserones & coodibiles eius hæretici quid audebitis dicere? Resciditne Christus priora *præcepta, non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testandi, diligendi patrem & matrem?* An & illa seruauit, & quod decrat, adiecit, quanquam & hoc præceptû largitionis in egenos vbique diffusum sit in Lege & Prophetis, vti gloriosissimus ille obseruator præceptorum, pecuniam multo cariorem habiturus traduceretur. Saluum est igitur & hoc in Euangelio: Non veni dissoluere Legem & Prophetas, sed potiùs adimplere. Simul & cetera dubitatione liberauit; manifestando vnius esse, & Dei nomen & optimi, & vitam æternam & thesaurum in cœlo, & semetipsum, cuius præcepta supplendo & conseruauit & auxit: secundum Michæam quoque hoc

Ioan. 6.
Luc. 17.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Deut. 30.
Luc. 17.
Ibidem.
Psal. 117.
a *Isai. 8.*
b 1. Cor. 10.
c *Dan. 2.*
d *Luc. 17.*
Ibidem.
C. xxxvi. *ex c. xviii.*
Luc.
Ibidem.
Luc. 11.
Luc. 18.
Matth. 5.
Luc. 18.
Ibidem.
Ibidem.
Matth. 5.
Luc. 18.
Michæa 6.

loco recognoscendus, dicentem: [187] Si annuntiauit tibi homo quid bonum? aut quid à te Dominus exquirit, quàm facere iudicium, diligere misericordiam, & paratum esse sequi Dominum Deum tuum? Et homo enim Christus annuntians quid sit bonum; scientiam legis: *Præcepta, inquit, scis?* facere iudicium: *Vende, inquit, quæ habes*; diligere misericordiam: *& da*, inquit, *egenis*; paratum esse ire cum Deo: *& veni*, inquit, *sequere me*. [188] Tam distincta fuit à primordio Iudæa gens per tribus & populos & familias & domos, vt nemo facilè ignorari de genere potuisset, vel de recentibus Augustianis censibus adhuc tunc fortasse pendentibus. Iesus autem Marcionis & natus non dubitaretur, qui homo videbatur, vtique quâ non natus nullam potuerat generis sui in publico habuisse notitiam, sed erat [189] vnus aliquî deputandus ex iis, qui quo modo ignoti habebantur. [190] *Quum igitur præteriret illum cæcus audisset*, cur *exclamauit: Iesu fili Dauid miserere mei*, nisi quia filius Dauid, id est ex familia Dauid non temerè deputabatur; per matrem & fratres, qui aliquando ex notitia vtique annuntiati ei fuerant. [191] *Sed antecedentes increpabant cæcum, vti taceret.* Merito, quoniam quidem vociferabatur, non quia de Dauid filio mentiebatur. Aut doce increpantes illos scisse, quòd Iesus non esset filius Dauid: vt idcircò silentium cæco indixisse credantur. Sed & si doceres, facilius illos ignorasse præsumeretur, quàm Dominum falsam in se prædicationem sustinere potuisse. Sed patiens Dominus, non tamen confirmator erroris, immò etiam detector creatoris, vt non priùs hanc cæcitatem hominis illius enubilasset, ne vltrà Iesum filium Dauid existimaret. Atquin ne patientiam eius infamaretis, nec vllam rationem dissimulationis illi affingeretis, ne filium Dauid negaretis, manifestissimè confirmauit cæci prædicationem, & ipsa remuneratione medicinæ, & testimonio fidei. *Fides, inquit, tua te saluum fecit.* Quid vis cæcum credidisse? Ab illo Deo descendisse Iesum ad detectionem creatoris, ad destructionem Legis & Prophetarum, non illum esse; qui ex radice Iesse, [192] *Et* ex fructu lumborum Dauid destinabatur; cæcorum quoque remunerator? Sed nondum puto eiusmodi tunc cæci erant, qualis Marcion, vt hæc fuerit cæci illius fides; qua crediderit in voce, Iesu fili Dauid. [193] Qui hoc se & cognouit, & ab omnibus cognosci voluit, fidem hominis etsi minùs oculatam, etsi veri luminis compotem, exteriore quoque visione donauit, vt & nos regulam simulque mercedem fidei disceremus. Qui vult videre Iesum, Dauid filium credat per virginis censum. Qui non ita credet, non audiet ab illo, Fides tua te saluum fecit. Atque ita cæcus remanebit ruens in Antithesim, ruentem & ipsam Antithesim. Sic enim cæcus cæcum deducere solet. [194] Nam si aliquando Dauidem in recuperatione Sionis offenderant cæci resistentes, quo minus admitteretur (in figuram populi proinde cæci non admissuri quandoque Christum filium Dauid) ideo Christus ex diuerso cæco subuenit, vt hinc se ostenderet non esse filium Dauid, & ex animi diuersitate bonus cæcis, quos ille iusserat cædi. Et cur fidei, & quidem præpraetitisse se dixit. [195] Atquin & hoc filius Dauid, Antithesim de suo retundendam. Nam & qui Dauid offenderant, cæci: nunc verò eiusdem indecoris homo supplicem se obrulerat filio Dauid, idcirco ei satisfacienti quodammodo placatus filius Dauid, restituit lumina, cum testimonio fidei, qua hoc ipsum crediderat, exorandum tibi esse filium Dauid. Et tamen Dauid audacia hominum puto offenderat, non valetudo. [196] Consequitur & [a] *Zachæi domus* salutem. Quo merito? Nunquid vel ille crediderat Christum à Marcione venisse? Atquin adhuc in auribus erat omnium vox illa cæci, [b] Miserere mei Iesu fili Dauid: [197] & [c] *omnis populus laudes referebat Deo*: non Marcionis, sed Dauid. Enimuerò [d] Zachæus [198] etsi allophylus, fortasse tamen aliqua notitia scripturarum ex commercio Iudaico afflatus: plus est autem, & ignorans Esaiam præcepta eius impleuerat. [e] Confringito, inquit, panem tuum esurienti: & non habentes tectum, in domum tuam inducito; [199] hoc cùm maximè agebat, [f] *exceptum domo sua pauperem Deum*. Et [g] nudum si videris, contegito; hoc cùm maximè promittebat, in omnia misericordiæ opera [h] *dimidium substantiæ offerens*. [600] Dissoluens violentiorum contractuum obnexus, & [i] dimittens conflictatos in laxamentum, & omnem conscriptionem iniquam dissipans; *dicendo: & si cui quid peccauimus in re ipsa, quadruplum reddo. Itaque Dominus, hodie, inquit, salus huic domui.* Testimonium dixit salutaria esse quæ præceperat Prophetes creatoris. Cùm verò dicit: [601] *Venit enim filius hominis saluum facere quod perijt*: iam non contendo eum venisse, vt saluum faceret quod perierat, cuius fuerat, & cui perierat quod saluum venerat facere: sed in alterius quæstionis gradum dirigo. De homine agi nulla dubitatio est. [602] Hic quum ex duabus substantiis constet, ex corpore & anima: quærendum est, ex qua substantiæ specie periisse videatur. Si ex corpore, ergo corpus perierat, anima non. Quod perierat, saluum facit filius hominis: habet igitur & caro salutem. Si & anima perierat, animæ perditio saluti destinatur: caro quæ non periit, salua est. Si totus homo perierat ex vtraque substantia, totus homo saluus fiat necesse est: & elisa est sententia hæreticorum negantium carnis salutem. Iam & Christus creatoris confirmatur, qui secundum creatorem totius hominis pollicebatur. [603] *Seruorum quoque parabola, qui secundum rationem fœneratæ pecuniæ dominæ diiudicantur, iudicem ostendit Deum*, etiam ex parte feueritatis, *non tantum honorantem, verum & auferentem quod quis videatur habuisse.* [604] Aut si & hic creatorem finxerit austerum, *tollentem quod non posuerit, & metentem quod non seuerit*: hic quoque me ille instruit, *cuius pecuniam vt fenerum edocet.* [605] Sciebat *Christus baptisma Ioannis vnde esset*, & cur quasi nescientes *interrogabat*? Sciebat non responsuros sibi Pharisæos, & cur frustrà interrogabat? An vt ex ore ipsorum iudicaret illos, vel ex corde? Refer ergo & hæc ad excusationem creatoris, & ad comparationem Christi:

Luc. 18.
Num. 7. & 26.
Luc. 2.
Luc. 18.
Luc. 8.
Luc. 18.
Ibidem.
Isai. 11.
Isai. 53. & Act. 2.
Isai. 19.
Luc. 18.
Ibidem.
Luc. 6.
2. Reg. 5.
Luc. 18.
C. xxxvii. ex ca. xix. Lucæ.
a Luc. 19.
b Luc. 18.
c Ibidem.
d Luc. 19.
e Isai. 58.
f Luc. 19.
g Isai. 58.
h Luc. 19.
i Isai. 58.
Luc 19.
Ibidem.
Ibidem.
C. xxxviii ex cap. xx. Lucæ.
Luc. 20.

A & considera iam quid secuturum esset, [608] si quid Pharisæi ad interrogationem renuntiassent. *Puta illos renuntiasse humanum Ioannis baptisma, statim lapidibus elisi fuissent.* [607] Existeret aliquis Marcion aduersus Marcion em qui diceret: O Deum optimum, ô Deum diuersum à creatoris exemplis. Sciens præceps ituros homines, ipse illos in præruptum impositi. [608] Sic enim & de creatore, in arboris lege, tractatur. *Sed de cœlis fuit baptisma Ioannis. Et quare, inquit Christus, non credidistis ei?* ergo qui credi voluerat Ioanni, increpaturus quòd non credidissent, eius erat [609] cuius sacramentum Ioannes administrabat. Certè nolentibus renuntiare quid saperent, quum & ipse vicem *opponit: & ego non dico vobis in qua virtute hæc facio,* [610] malum malo reddidit. [611] *Reddite quæ Cæsari Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Quæ erunt Dei? quæ similia sunt denario Cæsaris, imago scilicet & similitudo eius. Hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius imagine & similitudine & nomine & materia expressus est. Quærat sibi monetam Deus Marcionis. Christus denarium hominis suo Cæsari iubet reddi, non alieno: nisi quod necesse est qui suum denarium non habet. Iusta & digna præscriptio est in omni quæstione ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis. Ceterùm aliud consulenti, aliud respondere, dementis est. Quo magis absit à Christo quod ne homini quidem conuenit. [612] *Sadducæi resurrectionis negatores, de ea habentes interrogationem, proposuerant Domino ex lege materiam mulieris, quæ septem fratribus ex ordine defuncti is, secundum præceptum legale nupsisset, cuius viri deputanda esset in resurrectione.* Hæc fuit materia quæstionis, hæc substantia consultationis. Ad hoc responsisse Christum necesse est. Neminem timuit, vt quæstiones aut declinasse videatur, aut per occasionem earum, quod aliàs palàm non docebat subostendisse. [611] *Respondit igitur: Huius quidem aui filios nubere.* Vides quàm pertinenter ad causam. Quia de æuo venturo quærebatur, in quo neminem nubere definiturus, præstruxit hic quidem nubi, vbi sit & mori. *Quos verò dignatus sit Deus, illius aui possessione & resurrectione à mortuis, neque nubere, neque nubi: quia nec mortuari iam sint, quum similes angelorum fiant, Dei & resurrectionis filij facti.* Quum igitur sensus responsionis non ad aliud sit dirigendus, quàm ad propositum interrogationis: si hoc sensu responsionis, propositum absoluitur interrogationis, non aliud responsio Domini sapit quàm quo quæstio absoluitur. Habes & tempora permissarum & negatarum nuptiarum, non ex sua propria, sed ex resurrectionis quæstione. Habes & ipsius resurrectionis confirmationem, & totum quod Sadducæi scisciebantur, non de alio Deo interrogantes, nec de proprio nuptiarum iure quærentes. Quòd si ad ea facis respondere Christum, de quibus non est consultus, negas eum de quibus interrogatus est respondere potuisse, Sadducæorum scilicet sapientia captum. Ex abundanti nunc & post præscriptionem, retractabo aduersus argumentationes cohærentes. [614] Nacti enim scripturæ textum, ita in legendo decucurrerunt. Quos autem dignatus est Deus illius æui; illius æui Deo adiungunt, quò alium Deum faciant illius æui. Quum sic legi oporteat: Quos autem dignatus est Deus, vt facta hic distinctione post Deum, ad sequentia pertinet, illius æui: id est, quos dignatus sit Deus, illius æui possessione & resurrectione. Non enim de Deo, sed de statu illius æui consulebatur, cuius vxor futura esset post resurrectionem in illo æuo. [615] Sic & de ipsis nuptiis responsum subuertunt: vt filij huius æui nubunt, & nubuntur, de hominibus dictum sit creatoris, nuptias permittentis: se autem quos Deus illius æui alter scilicet dignatus sit resurrectione, iam & hic non nubere: quia non sint filij huius æui. Quando de nuptiis illius æui consultus, non de huius, eas negauerat de quibus consulebatur. Itaque qui ipsam vim & vocis & pronuntiationis & distinctionis exceperant, nihil aliud senserunt, quàm quod ad materiam consultationis pertinebat. [616] *Atque adeò scriba, Magister, inquiunt, benè dixisti.* Confirmauerat enim resurrectionem, formam eius ædendo aduersus Sadducæorum opinionem. Denique testimonium eorum qui ita eum respondisse præsumserant, non recusauit. [617] *Si autem scribæ Christum filium Dauid existimabant, ipse autem Dauid Dominum eum appellat,* quid hoc ad Christum? Non Dauid errorem scribarum [618] obtundebat, sed honorem Christo Dauid procurabat: quem Dominum magis quàm filium Dauid confirmabat, quod non congrueret destructori creatoris. At ex nostra parte quàm conueniens interpretatio: Nam qui olim à cæco illo filius Dauid fuerat inuocatus, quod tunc reticuit, non habens in præsentia scribas; nunc vltrò coram eis de industria protulit, vt se quem cæcus secundum scribarum doctrinam filium tantùm Dauid præcarat, Dominum quoque eius ostenderet, remunerata quidem fide cæci, qua filium Dauid crediderat illum, pulsata verò traditione scribarum, qua non & Dominum eum norant. Quodcunque ad gloriam spectaret Christi creatoris, sic non alius tueretur, quàm Christus creatoris. [619] Olim constitit de nominum proprietate, ei illam; qui prior & [a] Christum suum in homines annuntiaret; & Iesum transnominaret. Constabit itaque & de impudentia eius, [620] *qui* [b] *multos dicat venturos in nomine ipsius,* quod non sit ipsius, sinon Christus & Iesus creatoris est, ad quem proprietas nominum pertinet. Amplius [c] *& prohibeat eos recipi,* [621] quorum & ipse par sit, vt qui proinde in nomine venit alieno, si non ipsius erat à mendacio nominis præuenire discipulos, qui per proprietatem nominis possidebat veritatem eius. *Venient denique illi, dicentes: Ego sum Christus.* Recipies eos qui consimilem recepisti. Et hic enim in nomine suo venit. Quid nunc, quòd & ipse veniet nominum Dominus Christus & Iesus creatoris? Reiicies illum? Et quàm iniquum, quàm iniustum, &

Ibidem. *Ibidem.* *Gen.1.* *Luc.20.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Luc.18.* *Luc.20.* *Ibidem.* *Psal.109.* *Ibidem.* C. XXXIX. *ex ea.* XXI. *Luce.* a *Matth.1. & Luc.1.* b *Luc.21.* c *Ibidem.* *Ibidem.*

optimo Deo indignum, vt non recipias cum in nomine suo venientem, qui alium in nomine eius re- D
Ibidem. cepisti. Videamus & quæ signa temporibus imponat. [612] *Bella*, opinor, *& regnum super regnum, &*
Ibidem. *gentem super gentem, & pestem, & fames terræque motus & formidines, & prodigia de cælo:* quæ omnia
seuero & atroci Deo congruunt. *Hæc* quum *adijcit etiam oportere fieri*, quem se præstat, destructorem
Ibidem. an probatorem creatoris? cuius dispositiones confirmat impleri oportere, quas vt optimus tam
Zach.9. tristes quàm atroces abstulisset, potius quàm constituisset, si non ipsius fuissent. [613] *Ante hæc autem*
persecutiones eis prædicat & passiones venturas, in martyrium vtique & in salutem. [614] Accipe prædica-
tum in Zacharia: Dominus, inquit, omnipotens proteget eos, & consument illos, & lapidabunt lapi-
dibus fundæ, & bibent sanguinem illorum velut vinum, & replebunt quasi pateras altare; & saluos eos
faciet Dominus illo die, velut oues populum suum, quia lapides sancti volutant. Et ne putes hæc in
passiones prædicari, quæ illos tot bellorum nomine ab allophylis manebant, respice ad species. Ne-
mo in prædicatione [615] bellorum legitimis armis debellandorum, lapidationem enumerat popularibus
cœtibus magis & inermi tumultui familiarem. Nemo tanta in bello sanguinis flumina pateraram
capacitate metitur, aut vnius altaris cruentatione adæquat. Nemo oues appellat eos, qui in belloar-
mati & ipsi ex eadem feritate certantes, cadunt: sed qui in sua proprietate atque patientia dedentes
potius semetipsos quàm vindicantes trucidantur. Denique quia lapides, inquit, sancti volutant,
non qui milites pugnant. Lapides enim sunt & fundamenta super quæ nos ædificamur; extructi secun-
Ephes.2. dum Paulum, super fundamentum Apostolorum, qui lapides sancti oppositi omnium offensui volu-
Luc. 21. tabant. [616] *Et hic igitur ipse vetat cogitari, quid responderi oporteat apud tribunalia*, qui & Balaam quod
Num.22. non cogitauerat, immò contrà quàm cogitauerat, suggessit; & Moysi causato linguæ tarditatem, os E
23. & 24. *repromisit*; [617] *& sapientiam ipsam, cui nemo resisteret*, per Esaiam demonstrauit: Hic dicet, ego Deus,
Exod. 4. & clamabit in nomine Iacob, & alius inscribetur in nomine Israelis. Quid enim sapientius & incon-
Luc.21. tradicibilius confessione simplici & exerta in martyris nomine [618] cum Deo inualescentis, quod est in-
Isai.44. terpretatio Israelis? Nec mirum si is cohibuit præcogitationem, qui & ipse à patre excepit pronun-
Gen.32. tiandi tempestiuè tubministrationem, [619] Dominus mihi dat linguam disciplinæ, quando debeam
Isai.50. proferre sermonem: nisi Marcion Christum non subiectum patri infert [620] *Aproximis quoque persecutio-*
Luc.21. *nes & nominis ex odio* vtique *blasphemiam prædicatam*, non debeo rursus ostendere. [621] *Sed per tolerantiam,*
Ibidem. *inquit, saluos facietis vosmetipsos*; de qua scilicet Psalmus, [622] Tolerantia, inquit, iustorum non periet in fi-
Psal.9. nem. Quia & alibi, Honorabilis mors iustorum: ex tolerantia sine dubio, quia & Zacharias: [623] Corona
Psal.115. autem erit eis qui toleraverint. Sed ne audeas argumentari Apostolos vt alterius Dei præcones, à iu-
Zach.6. dæis vexatos; memento Prophetas quoque eadem à Iudæis passos, tamen non alterius Dei Apostolos
Luc.11. fuisse, quàm creatoris. [624] *Sed monstrato dehinc tempore excidij, quum cæpisset vallari exercitibus Ierusalem,*
Luc.21. *signa iam vltimi finis enarrat*, [625] *solis & lunæ siderumque prodigia, & in terra angustias Nationum obstupes-*
Ibidem. *centium velut à sonitu maris fluctuantis pro exspectatione imminentium orbi malorum. Quod & ipse vires cælo-*
Ioel.2. *rum concuti habeant*, accipe Ioëlem: [626] Et dabo prodigia in cœlo, & in terra sanguinem & ignem,
Abac.3. & fumi vaporem. Sol conuertetur in tenebras, & in sanguinem luna, priusquàm adueniat dies ma-
gnus & illustris Domini. Habes & Abacuc, [627] Fluminibus disrumpetur terra, videbunt te, &
parturient populi; Disperges aquas gressu; Dedit abyssus sonum suum, sublimitas timoris eius elata
est: Sol & luna constitit in suo ordine, in lucem coruscationes tuæ ibunt in fulgorem: fulgur scutum
tuum, in comminatione tua diminues terram, Et in indignatione tua depones Nationes. Conue- F
niunt opinor & Domini pronuntiationes & Prophetarum, de concussionibus mundi, & orbis
Luc. 21. elementorum, & Nationum. Post hæc quid Dominus? [628] *Et tunc videbunt filium hominis venien-*
Ibidem. *tem de cælis cum plurima virtute. Quum autem hæc fient, erigetis vos, & leuabitis capita, quoniam ad-*
Ioel.2. *propinquauit redemptio vestra.* In tempore scilicet regni, de quo subiecta erit ipsa parabola. [629] *Sic &*
vos quum videritis omnia hæc fieri, scitote appropinquasse regnum Dei. Hic erit dies magnus Domini & il-
Dan.7. lustris, venientis de cœlis filij hominis secundum Danielem, [630] Ecce cum cœli nubibus tanquam fi-
Luc.19. lius hominis adueniens, &c. Et data est illi regia potestas; quam in parabola postulaturus exierat, reli-
Dan.7. cta pecunia seruis, qua fœneraretur. Et vniuersæ Nationes, quas promiserat ei in Psalmo pater, Postu-
Psal.2. la de me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et gloria omnis seruiens illi, & potestas eius æterna
Dan.7. quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur, quia nec morientur in illo, nec nubent, sed
Luc. 20. erunt sicut angeli. De eodem aduentu filij hominis & fructus eius apud Abacuc: [631] Existi in salutem
Abac. 3. populi tui ad saluos faciendos Christos tuos; erecturos scilicet se, & capita leuaturos in tempore regni
Luc.21. redemptos. Igitur quum & hæc quæ sunt promissionum, proinde conueniant sicut & illa quæ sunt
concussionum ex consonantia Propheticarum & Dominicarum pronuntiationum, nullam hic pote-
ris interstruere distinctionem, vt concussiones quidem referas ad creatorem sæuitiæ scilicet Deum,
quas nec finere nedum expectare deberet Deus optimus, promissiones verò Deo optimo deputes, quas
creator ignorans illum non prophetasset. Aut si suas prophetauit non distantes à promissionibus Chri-
sti, par erit in libertate optimo Deo, nec plus videbitur à Christo tuo repromitti, quàm à meo fi-
Ibidem. lio hominis. [632] Ipsum decursum scripturæ Euangelicæ *ab interrogatione discipulorum usque ad parabolam*
fici, ita inuenies contextu sensus filio hominis hunc atque illinc adhærere, vt in illum compingat, &
tristia

A tristia & læta, & concussiones, & promissiones, nec possis separare ab illo alteram partem. Vnius enim filij hominis aduentu constituto inter duos exitus concussionum & promissionũ, necesse est ad vnum pertineant filium hominis; & in commoda Nationum, & vota sanctorum, qui ita positus est in medio, vt communis exitibus ambobus, alterum concluſurus aduentu ſuo id eſt incommoda Nationum, alterum incipiens, id eſt vota ſanctorum: vt ſiue mei Chriſti conceſſeris aduentum filij hominis, quo mala imminentia ei deputes quæ aduentum eius antecedunt, cogaris etiam bona ei aſſcribere quæ ab aduentu eius oriuntur: ſiue tui maluerís, quo bona ei aſſcribas quæ ab aduentu eius oriuntur, cogaris mala quoque ei deputare quæ aduentum eius antecedunt. Tam enim mala cohærent aduentui filij hominis antecedendo, quàm & bona ſubſequendo. Quære igitur quem ex duobus Chriſtus conſtituas in perſona vnius filij hominis, in quam vtraque diſpoſitio referatur. Aut & creatorem optimum, aut Deum tuum aſperum dediſti natura. In ſumma ipſius parabolæ conſidera exemplum: [643] *Aſpice ficum & arbores omnes quum fructum protulerint, intelligunt homines iàm ærem appropinquaſſe. Sic & vos quum videritis hæc fieri, ſcitote in proximo eſſe regnum Dei.* Si enim frutificationes arbuſcularum ſignum æſtiuo tempori præſtant antecedendo illud: proinde conflictationes orbis ſignum præmonstrant regni præcedendo illud. Omne autem ſignum eius eſt res, cuius eſt ſignum. Et omni rei ab eo imponitur ſignum cuius eſt res. Ita ſi conflictationes ſigna ſunt regni ſicut frutificationes æſtatis, ergo & regnum creatoris eſt, cuius conflictationes deputantur, quæ ſigna ſunt regni. Præmiſerat oportere hæc fieri tam atrocia, tam dira Deus optimus, certè à Prophetis & à Lege prædicata, adeò Legem & Prophetas non deſtruebat, quum quæ prædicauerant, confirmat perfici oportere. Adhuc ingerit: [644] *Non tranſiturum cælum ac terram, niſi omnia peragantur.* Quænam iſta? Si quæ à creatore ſunt, meritò ſuſtinebunt elementa Domini ſui ordinem expungi. Si quæ à Deo optimo, neſcio an ſuſtineat cœlum & terra perfici, quæ æmulus ſtatuit. Hoc ſi patietur creator, zelotes Deus non eſt. Tranſeat age nunc

B terra & cœlũ. Sic enim Dominus eorum deſtinauit, dum verbũ eius maneat in æuũ. ſic enim & Eſaias prænuntiauit. [645] *Admoneantur & diſcipuli ne quando grauentur corda eorum crapula & ebrietate & ſeculatibus curis, & inſiſtat eis repentinus dies ille, velut laqueus*, vtiq; oblitis Deum ex plenitudine & cogitatione mũdi: Moyſi erit admonitio. Adeò is liberabit à laqueo dici illius, qui hanc admonitionẽ retrò intulit. Erant & loca alia apud Ieruſalem ad docendum, erant & extra Ieruſalem ad ſecedendum, [646] ſed enim *per diem in templo docebat*, vt qui per Oſee prædixerat: [647] In templo meo me inuenerunt, & illic diſputatum eſt ad eos. [648] *Ad noctem verò in æleonem ſecedebat.* Si enim Zacharias demonſtrarat. Et ſtabunt pedes eius in monte elæone. Erant horæ quoque auditorio competentes. [649] *Diluculo conueniendum erat*, quia per Eſaiam quum dixiſſet Dominus: Dat mihi linguam diſciplinæ, adiecit, apposuit mihi manè aurem ad audiendum. Si hoc eſt Prophetias diſſoluere, quid erit adimplere? [650] Proinde ſcit & quando pati oporteret eum, [651] cuius paſſionem lex figurat. [652] Nam è tot[a] feſtis Iudæorum, [b] *Paſcha diem elegit.* In hoc enim ſacramentum pronuntiarat Moyſes, [653] Paſcha[c] eſt Domini. Ideò & affectum ſuum oſtendit, [654] *Concupiſcentia[d] concupiui Paſcha edere vobiſcum, antequam patiar.* ó legis deſtructorem, qui concupierat etiam in Paſcha ſeruare. [655] Nimirùm veruecina illum Iudaica delectaret? An ipſe erat; qui [e] tanquam ouis ad victimam adduci habens, & tanquam ouis coram tondente, ſic os non aperturus, figuram ſanguinis ſui ſalutaris implere concupiſcebat? [656] *Poterat* & ab extaneo quolibet *tradi*, ne dicerem & in hoc Pſalmum expunctum: [657] Qui mecum panem edit, leuabit in me plantam. [658] Poterat & ſine præmio tradi. *Quanta enim opera traditoris*

C *circa eum*, qui populum coram offendens, neĉ tradi magis potuiſſet quàm inuadi? Sed hoc alij competiſſet Chriſto, non qui Prophetias adimplebat. Scriptum eſt enim, [659] Pro eo quod venundedere iuſtum. [660] Nam & quantitatem & exitum pretij poſtea Iuda pœnitente reuocati, & in emptionem dati agri, ſiguli, ſicut in Euangelio Matthæi continetur, Hieremias præcanit: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati vel honorati, & dederunt eos in agrum figuli. [661] Profeſſus itaque ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha vt ſuum (indignum enim vt quid alienum concupiſceret Deus) *acceptum panem & diſtributum diſcipulis*, [662] *corpus ſuum illum fecit, hoc eſt corpus meum dicendo*, id eſt figura corporis mei. Figura autem non fuiſſet, [663] niſi veritatis eſſet corpus. Ceterùm vacuares, quod eſt phantaſma, figuram capere non poſſet. [664] Aut ſi propterea panem corpus ſibi finxit, quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit [665] *tradere pro nobis*. Faciebat ad vanitatem Marcionis vt panis crucifigeretur. Cur autem panẽ corpus ſuum appellat, & non magis [666] peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterẽ fuiſſe iſtam figuram corporis Chriſti, dicentis per Hieremiam: [667] Aduerſus me cogitauerunt cogitatum dicentes: Venite, conijciamus lignum in panem eius, ſcilicet crucem in corpus eius? Itaque illuminator antiquitatum quid tunc voluerit ſignificaſſe panem, ſatis declarauit, corpus ſuum vocans panem. [668] *Sic & in calicis mentione teſtamentum conſtituens, ſanguine ſuo obſignatum*, ſubſtantiam corporis confirmauit. Nullius enim corporis ſanguis poteſt eſſe, niſi carnis. Nam & ſi qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis, certè ſanguinem niſi carnea non habebit. Ita conſiſtit probatio corporis de teſtimonio carnis, probatio carnis de teſtimonio ſanguinis. Vt autem & ſanguinis veterem figuram in vino recognoſcas, aderit Eſaias, Quis, inquit, qui aduenit ex Edom? rubor veſtimentorũ eius ex Boſor. [669] Sic decorus in ſtola violenta cum

fortitudine? Quare rubra vestimenta tua? & indumenta sicut de foro torcularis pleno conculcato? D
Spiritus enim propheticus velut iam contemplabundus Dominum ad passionem venientem, carne
scilicet vestitum, vt in ea passum, cruentum habitum carnis in vestimentorum rubore designat, con-
culcatæ & expressæ vi passionis tanquam de foro torcularis, quia exinde quasi cruentati homines
de vini rubore descendant. Multò manifestiùs Genesis in benedictione Iudæ, [670] ex cuius tribu, car-
nis census Christi processurus, iam tunc Christum in Iuda deliniabat. [671] Lauabit, inquit, in vino
Gen. 49. stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum: stolam & amictum carnem demonstrans, & vinum
sanguinem. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit.
CA. XLI. [672] *Væ ait, per quem traditur filius hominis.* Ergo iam væ confstat imprecationis & comminationis
ex c. XXII. inclamationem intelligendam, & irato & offenso deputandam, nisi si Iudas impunè erat tantum sce-
Lucæ. leris relaturus. Aut si si impunè, vocat væ. Si non impunè, vtique ab eo puniendus in quem sceleus tra-
Luc. 22. ditionis admisit. Portò si sciens passus est hominem, quem ipse comitatui suo asciuerat, in tan-
tum scelus ruere, [673] noli iam de creatore circa Adam retractare, quæ in tuum quoque Deum re-
torquentur, aut ignorasse illum qui non ex prouidentia obstitit peccaturo, aut obstitere non potuis-
Gen. 3. se, si ignorabat, aut noluisse si & sciebat & poterat, atque ita malitiosum iudicandum, qui passus sit
hominem suum ex delicto perire. Suadeo igitur agnoscas potiùs & in isto creatorem, quàm parem
illi Deum optimum, aduersus sententiam tuam facias. [674] Nam & Petrum præsumptorie aliquid
Luc. 22. locutum, negationi potius destinando, zelotem Deum tibi ostendit. [675] *Debuit etiam tradi* pro-
Ysa. 29. pheticus scilicet Christus, vt eius scilicet filius; qui labijs à populo diligebatur. [676] *Perductus*
Luc. 22. *in confessum, an ipse esset Christus? interrogatur.* De quo Christo Iudæi quæsissent nisi de suo? Cur
ergo non vel tunc alium eis prodidit? vt pati posset, inquis, id est vt ille optimus ignorantes ad-
Ibid. huc in scelus metgeret. atquin & si dixisset, passurus esset. [677] *Si dixero enim, inquit, vobis, non*
credetis. Portò non crediturі, perseueraſſent in necem eius & cur non magis passurus esset, si alte- E
rius Dei ac per hoc aduersarium creatoris manifestasset? Ergo non vt pateretur, alium se tunc
quoque supersedit ostendere: sed quoniam ex ore eius confessionem extorquere cupiebant, nec con-
Ibid. fesso tamen crediturі, qui eum ex operibus scripturas adimplentibus agnouisse debuerant: Ita eius fuit
Dan. 7. occultasse se, cui vltro debebatur agnitio. *Et tamen* adhuc eis manum porrigens, [678] *Abhinc, in-*
Psal. 109. *quit, erat filius hominis sedens ad dexteram virtutis Dei.* [679] Suggerebat enim se ex Danielis Prophe-
tia filium hominis, & è Psalmo Dauid, sedentem ad dexteram Dei. Itaque ex isto dicto & scripturæ
Luc. 22. comparatione illuminati quem se vellet intelligi, [680] *Ergo, inquiunt, tu Deus filius es?* Cuius Dei, nisi quem
Psal. 109. solum nouerant? Cuius Dei, nisi quem in Psalmo meminerant dixisse filio suo, Sede ad dexteram meam.
Sed respondit, Vos dicitis quia ego sum. Atquin confirmauit id se esse quod illi dixerant, dum rursus in-
terrogant. Vnde autem probabis interrogatiuè, & non ipsos confirmatiuè pronuntiasse, Ergo tu fi-
lius Dei es. Vt quia oblique ostenderat se per scripturas filium Dei intelligendum, sic senserint, er-
go tu Dei es filius, quod te non vis apertè dicere: atque ita & ille, Vos dicitis, confirmatiuè respondit:
& adeò sic fuit pronuntiatio eius, vt perseuerauerint in eo, quod pronuntiatio sapiebat. [681] *Perductum*
C. XLII. enim *illum ad Pilatum onerare cæperunt quòd se Regem diceret, Christum* sine dubio Dei filium, sessurum ad
ex c. XXII. Dei dexteram. Ceterùm alio eum titulo grauasse incetti an filium Dei se dixisset, nisi Vos, dicitis sic
Lucæ. pronuntiasset, hoc se esse quod dicerent. [682] *Pilato quoque interroganti, Tu es Christus, proinde, Tu dicis,*
Luc. 23. metu potestatis videretur amplius respondisse. [683] Constitutus est igitur Dominus in iudicio. Et sta-
Luc. 22. tuit in iudicio populum suum. Ipse Dominus in iudicium veniet cum presbyteris & archontibus po-
Ysa. 3. puli secundum Esaiam. Atque exinde omne scriptum passionis suæ impleuit. [684] Tumultuatæ sunt ibi-
dem nationes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & archontes congregati sunt in F
Psal. 2. vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Nationes, Romani qui cum Pilato fuerant. Po-
puli, tribus Israëlis. Reges, in Herode. Archontes, in summis sacerdotibus *Nam & Herodi* velut mu-
Luc. 23. nus *à Pilato missus*, Osee vocibus fidem reddidit; de Christo enim prophetauerat: [685] Et vinctum
Osee 10. eum ducent xenium regi [686] *Delectatus est* denique *Herodes viso Iesu, nec vocem vllam ab eo audiuit.* Tan-
Luc. 23. quam agnus enim coram tondente, sic non aperuit os suum; quia Dominus dederat illi linguam dis-
Isai. 53. ciplinæ, vt sciret quomodo eum oporteret proferre sermonem. Illam scilicet linguam, [687] quam in Psal-
Isai. 50. mo adglutinatam gutturi suo tunc probabat, non loquendo. [688] *Et Barrabas quidem nocentissimus, vita,*
Psal. 21. vt bonus *donatur, Christus vero* iustissimus, vt homicida *morti expositulatur.* [689] *Sed & duo scelesti circunfigun-*
Luc. 23. *tur illi, vt inter iniquos scilicet deputaretur.* [690] *Vestitum planè eius militibus diuisum, partim sorte concessum* Mar-
Ibid. cion absolute respiciens Psalmi Prophetiam, Dispertiti sibi sunt vestimenta mea, & in vestitum meum
Isai. 53. sortem miserunt. [691] Auferigitur *& crucem ipsam.* Idem tamen Psalmus de eo non tacet, Foderunt ma-
Luc. 23. nus meas & pedes meos. [692] totus in illo exitus legitur: Circundederunt me canes, synagoga maleficо-
Psal. 21 rum circumuallauit me. Omnes qui spectabat me, naso irridebant me. Locuti sunt labijs, & capita mo-
Luc 23. uerunt. Speravit in Deum, liberet eum. Quò iam testimonium vestimentorum? habe falsi tui prædam,
Psal. 21. totus Psalmus vestimenta sunt Christi. [693] *Ecce autem & elementa concutiuntur,* Dominus enim patiebatur
Ibid. ipsorum. Ceterùm aduersario læso, cœlum luminibus floruisset, magis sol radijs insultasset, ma-
gis dies stetisset, libenter spectans pendentem in patibulo Christum Marcionis. Hæc argumenta

quoque

A quoque mihi competisset, etsi non fuissent prædicata.[694] Cœlum inquit Esaias, vestiam tenebris. Hic erit dies, de quo & Amos, [695] Et erit illa die dicit Dominus, *occidet sol meridie.* (Habes & *horæ sextæ* significationem) & contenebrabit super terram. [696] *Scissum est & templi velum*, angeli eruptione, derelinquentis filiam Sionis, tanquam in vinea speculam, & in cucumerario casulam, [697] O quantum perseuerauit etiam xxx. Psalmo Christum ipsum reddere. *Vociferatur ad patrem, vt* & moriens vltima voce *Prophetas adimpleret.*[698] *Hoc dicto exspirauit.* Quis? Spiritus semetipsum, an caro spiritum? Sed spiritus semetipsum exspirare non potuit. Alius est qui exspirat, alius qui exspiratur. Si spiritus exspiratur, ab alio exspiretur necesse est. Quòd si solus spiritus fuisset, discessisse potiùs diceretur quàm exspirasse. Quis igitur exspirat spiritū nisi caro? quæ & spirat quādo illum habet, & ita eum quum amittit exspirat. Deniq; si caro non fuisset, phantasma carnis. Phātasma autem spiritus fuit: Spiritus autem semetipsum exspirauit, & exspirando discessit. Sine dubio phantasma discessit, quum spiritus qui erat phantasma discessit, & nusquam comparuit phantasma cum spiritu. [699] Nihil ergò *remansit in ligno.* Nihil pependit etiam post exspirationem. Nihil *de Pilato postulatum.* Nihil *de patibulo detractum.* Nihil *sindone inuolutum.* Nihil *sepulcro nouo conditum.* Atquin non nihil. Quid igitur illud fuit? Si phantasma, adhuc ergo inerat & Christus. Si discesserat Christus, ergo abstulerat phantasma. Superest impudentię hæreticæ dicere, phātasma illic phantasmatis remansisse. Sed si *& Ioseph corpus* fuisse nouerat, quod tota pietate *tractauit: ille* Ioseph *qui non cōsenserat in scelere Iudeis,*[700] Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestiū non sedit; oportuerat etiam sepultorem Domini prophetari, at iam tunc meritò benedici. [701] Si nec *mulierum illarum officium* præterit Prophetia, *quæ ante lucem conuenerunt ad sepulcrum cum odorum paratura.* De hoc enim per Osee: Vt [702] quærant, inquit, faciem meam ante lucem vigilabunt ad me dicentes, Eamus & conuertamur ad Dominum, quia ipse eripuit, & curabit nos, percussit, & miserebitur nostri, sanabit nos post bi-
B duum, in die tertia resurgemus. Quis enim hæc non credat *in recogitatu mulierum* illarum voluta, inter dolorem præsentis destitutionis, [703] qua percussæ sibi videbantur à Domino, & spem resurrectionis ipsius qua restituī ritè arbitrantur? [704] *Corpore autem non inuento*; sublata erat sepultura eius de medio, secundum Esaiam: [705] Sed *& duo ibidem angeli apparuerunt*: Tot ferè latersibus vti solebat; in duobus [a] testibus consistens Dei sermo.[706] *Reuertentes à quoq; à sepulcro mulieres*, & ab illa angelorū visione prospiciebat Esaias? [c] Mulieres, inquit, venientes à visione, venite ad renūtiandam scilicet Domini resurrectionem. [707] Benè autem quòd *incredulitas discipulorum perseuerabat*, vt in finem vsque defensio nostra consisteret, Christum Iesum non alium se discipulis ædidisse quàm Prophetarum. [708] Nam *quum duo ex illis iter agerent, & Dominus eis adhæsisset, non comparens quòd ipse esset, etiam dissimulans de conscientia rei gestæ: Nos autem putabamus, inquiunt, ipsum esse redemptorem Israelis,* vtique suum Christum, id est creatoris, adeò nec alium se ædiderat illis. Ceterùm non existimarent eum creatoris, & quum creatoris existimaretur, non sustinuisset hanc de se existimationem, si non is esset qui existimatur. Aut ipse erit auctor erroris, & præuaricator veritatis aduersus Dei optimi titulum. Sed nec post resurrectionem alium se eis ostendit, quàm quæ existimatum sibi dixerant. Planè *increpat est in illos*, [709] *O insensati & tardi corde, in non credendo omnibus quæ locutus est ad vos.* Quæ locutus non alterius se Dei esse probat, sed eiusdem Dei.[710] Nam eadem *& angeli ad mulieres: Rememoramini quæ locutus sit vobis in Galilea, dicens: quòd oportet tradi filium hominis & crucifigi, & tertia die resurgere.* Et quare oportebat? nisi quia ita à Deo creatore scriptum. Igitur increpauit illos vt de sola passione scandalizatos, & vt dubios de fide resurrectionis annuntiatæ sibi à fœminis: per quæ non crediderant ipsum
C fuisse quem existimarant. Itaque quod existimauerant, id volens credi se, cum se confirmabat quem existimauerant, creatoris scilicet Christum redemptorem Israēlis. De corporis autem veritate quid potest clarius? quum [711] *hæsitantibus eis ne phantasma esset, immò phantasma credentibus: Quid turbati estis (inquit) & quid cogitationes subeunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum, quoniam spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere.* Et Marcion quærdam contraria sibi, illa credo industria creadere de Euāgelio suo noluit, vt ex his quæ credere potuit, nec erasit, illa quæ erasit, aut negetur erasisse, aut meritò erasisse dicatur. Nec parcit nisi eis quæ non minus aliter interpretando quàm delendo subuertit. Vult itaque sic dictum, quasi, Spiritus ossa non habet, sicut me videtis habentem, ad spiritum referatur, sicut me videtis habentem, id est non habentem ossa, sicut & spiritus. Et quæ ratio tortuositatis istius? quū simpliciter pronuntiare potuisset, quia spiritus ossa non haber, sicut me videtis non habentem. Cur autem inspectui eorum manus & pedes suos offert, quæ membra ex ossibus constant? Si ossa non habebat, cur adijcit: Et scitote quia ego sum, quem scilicet corporeum retrò nouerant? Aut si phantasma erat vsq; quaque, cur illos phantasma credentes increpabat? [712] Atquin *adhuc eis non credentibus*, propterea *cibum desiderauit*, vt se ostenderet etiam dentes habere. Impleuimus, vt opinor, sponsionem. Exhibuimus Iesum Christum Prophetarum doctrinis, sententijs, affectibus, sensibus, virtutibus, passionibus, etiam resurrectione, non alium quàm creatoris.[713] Siquidē *& Apostolos mittens ad prædicandum vniuersis Nationibus*, in omnem terram exire sonum eorum, & in terminos terræ voces eorum, Psalmum adimplendo, præcepit. Misereor tui Marcion, frustrà laborasti. Christus enim Iesus in Euangelio tuo, meus est.

Isai. 50. *Amos 8.* *Luc. 23.* *Amos 8.* *Luc. 23.* *Isai. 1.* *Psal. 30.* *Luc. 23.* *Ibid.* *Ibid.* *Psal. 1.* C. XLIII ex c. XXIIII Lucæ. *Osee 5. & 6.* *Luc. 24.* *Ibid.* *Isai. 57.* *Luc. 24.* a *Deut. 19.* b *Luc. 24.* c *Isai. 27.* *Luc. 24.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Matth. 28.* *Psal. 18.*

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM IIII. ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. Omnem sententiam, &c.] *Caput primum inscripsimus:* Quòd aliam Legem nouam exorituram ipse Deus creator per Prophetas prædixerit. *Atqui recte iterum hic interpretatur Rhenan.* paratutam *materiam, & argumentorum adparatum, quemadmodum etiam infrà sub finem cap. 2. dicit:* authenticam paraturam.

2. quod interpolãdo suum fecit, &c.] *Omninò sic legimus, pro:* interpollando, *tum hic, tum sapissimè postea hoc libro; tam, quòd* interpolare, *teste Nonio, tractũ sit ab arte fullonia, qui polliendo diligenter vetera quæque, quasiin nouam speciem mutant; quàm quòd etiam suprà illud legatur lib. de Præscript. aduersùs hæret. cap. 38. verbis infrà citandis, cap. 4. num. 35. Vbi, quod quatuor modis hæretici scripturas interpolauerint, adnotatum habemus n. 225. ac 226. nempe:* detractione, adiectione, (*quod* manu interuentere *appellat ibidem Auctor*) *denique:* lensu expositionis diuerso; *& similiter cap. 17. eiusdem libri num. 105. esse verbum tàm eos fuisse rum ibidem adnotauimus.*

3. Antitheſis cognominatum, &c.] *Mallem:* Antitheſeis, *tum quòd B. Hieron. sic appellet Apologet. ad Pammach. & Marcell. de calumnijs Rufini:* Et Antitheſeis (*inquit*) Marcionis *de meo operibus fabricatus est; sicut habent emendatiores codices, pro eo quod aly perperam* ἀντιθέσεις; *tum quòd suprà etiam lib. 1. adu. Marc. c. 19. legatur:* Nam hæ sunt Antitheſeis Marcionis, id est, contrariæ oppositiones; quæ conantur discordiam Euangelij cum Lege committere; *tum denique quòd infrà hic & sequenti libro frequenter* Antitheſeis *plurali vsurpet numero. Verùm illud retinuimus quòd infrà initio cap. 2. legat:* Habes nunc Antitheſis expeditam à nobis responsionem, *maximè quum etiam hic sic legant Vatic. 1. MS. cod. Vicem verò hanc explicans, dicit:* opus ex contrarietatum oppositionibus Antitheſis cognominatum, & ad separationem Legis & Euangelij coactum. *Vide de eodem opere suprà lib. 1. adu. Marc. n. 1.*

4. vel (quod magis vsui est dicere) Testamenti, &c.] *Adnotandum hic locum contrasticolos quosdam, qui contempta voce:* Testamenti, *semper* Vetus & nouum instrumentum *appellant, scripturæ sacræ partes duas; & alibi, obscunque in scriptura* Testamenti *vocabulum vertitur per interpretem Latinum, transferunt:* fœdus *seu pactũ; etiam in iis scripturis ad quas adludit Apostolus Hebr. 9. Quum tamen ibi addatur: Vbi enim* Testamentum *est, mors necesse est intercedat testatoris; quod nullo pacto in pactum competit, quod volunt significare vocem Hebraicam, neq; etiam in* dispositionem, *quamdo transfert aliquoties Auctor vocem* בְּרִית, *quam tamen rectè* Testamentum *transferri, sicuti etiam Hebraicam vocem* Berith, *multis ostendit Leo de Castro in Psalm non vno in loco, maximè verò ad illud Isai. 55. infrà citatum:* Et disponam vobis testamentum æternum. *Atqui legit quidem Vatic. 1. MS. cod.* quod magis est in vsu dicere. *Verùm vulgata lectio Tertullianica est, sicuti etiam illud:* Antitheſes cominus cædere, *proverbialis est formula, de qua latiùs inter Prolegomena.*

5. cui procurant, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) cui inseruiũt more procurantium rei alienæ. Cum Datius semper constrùat, crebro hæc locutione vtens. Lib. 1. adu. Marcion. 25.* Æmulatio autem liberando homini procurat. *Aque etiam illud:* præscriptiuè *explicatur: Prætendendo videlicet præscriptionem longiore temporis atque possessionis.*

6. simul crediderit, &c.] Simul (*inquit Rhen.*) *prosimulac fuerit: postea quàm. Quomodo etiam accipi, indicauimus suprà l. de Anima, c. 19. n. 251. & Tom. 2. l. de Virg. velandis, alicubi. Vide ibi Adnot. nostra n. 91.*

7. Audite me, audite me, populus meus, &c.] *Istud inuitatur apud LXX. Isai. 51. ex quibus sustuli voculam: &, ante:* populus meus, *superfluam. In eo quod sequitur:* Hæc erit lex apud Dauid inuituperabilis, *transfertur ab Auctore vox:* ἀμώμους *propriè Psalm. 18. vbi: immaculata legitur apud Latinos plerosque, & in aditione Romana est: irreprehensibiles, Secundùm alias interùm additiones castigauimus:* conuertens animas, *pro:* animam.

8. Quoniam (inquit) decisum sermonem faciet Dominus in terra, &c.] *Istud partim citatur ex Isai. c. 10. iuxta LXX. partim ex cap. 9. Rom. vbi Apostolus legit:* in terra, *pro eo quod significantius LXX. in orbe terra vniuerso.*

9. Compendiatum, &c.] Compendiatum (*inquit Rhenan.*) *hoc est, in compendium contractum. Legimus autem ex vsque Vatic. MS. cod.* prædicetur, *pro:* prædicatur.

10. lacinioſis, &c.] Lacinioſa oneratа (*inquit idem*) *vocat multiplicata, & qua homines occupationibus distineabant sicut impedit ingressum vestis* lacinioſa.

11. Ne rememineritis priorum, & antiqua ne cogitaueritis, &c.] *Istud quidem reperitur Isai. 43. & id quod sequitur:* Ecce facio noua quæ nunc oriuntur; *sed illud intermedium:* Vetera transierunt, noua orta sunt, *interposuit ex Apostolo 2. Cor. 5. vt sic acte ostendat adhuc esse ad illud Isai. Apostolum, Quod ipsum fecit suprà lib. 1. adu. Marcionem, cap. 20 legens:* Vetera transierunt, ecce noua quæ ego nunc facio. *Vbi vide Adnot. nostras nu. 142. & n. 143. de sequentis scriptura Hieremiæ. 4.* Nouate vobis, &c. *ex quo loco castigauimus hic:* præputia, *pro:* præputio.

12. Ecce veniunt dies, &c.] *Rursum hic emendamus:* venient, *ex MS. cod. Vatic. suprà lib. aduersùs Iud. cap. 3. num. 10. & :* domui Iuda, *pro:* Iudæ, *iuxta Græcos codices & alios omnes. Mirum est autem quemodo vsrobique legat:* Domui Iacob, *quum Hieron. 31. Græci, Hebraicè, Chaldaicè, & Latine legatur:* domui Israël: *Item:* in die qua artipui dispositionem eorum, *pro:* manum eorũ, *quod habent aly omnes.*

13. Non est voluntas mea in vobis, &c.] *De loco isto Malachiæ 1. & vero eius intellectu de sacrificio* Ecclesiæ, *vide suprà lib. adu. Iud. c. 5. num. 22. & lib. adu. Marc. 3. cap. 22. num. 177. Ex quibus loci hic castigamus:* nomini meo offertur, *pro:* nomine meo offeretur. *Habent quidem 2. MS. Vatic. cod.* dicente Malachim, *sed placet magis:* Malachia, *quòd sic à LXX. appelletur, & etiam priori loco legatur. Atque ex ijsdem castigamus:* quorum sit, *pro:* sit; *& paulopòst legimus:* iste prætuntiauit, *pro:* pronuntiauit.

14. Ego (inquit) percutiam, & ego sanabo, &c.] *Hæ Antitheſes (quas suprà latius & ex instituto tractatas habes lu. 1. adu. Marc. c. 14. Legimus autem mox iuxta 1. Vatic. MS. cod.* ex diuersitatibus structũm, *vece Tertullianica, pro:* constructum.

CAP. II.

15. Habes nunc Antitheſis expeditam à nobis responsionem, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Quòd non solùm Lucæ, sed etiam Ioannis, Matthæi, ac Marci euangelia suam auctoritatem habeant. *Non placet autem quod admodùm Rhenanus, Vocandi casum hic esse: ô* Antitheſis, *sed potius puto Gemitium esse Auctori, suo more non curioſe sis vsurpatione vocabulorum Latinorum in Latinam translatorum colonisam. Est verò vox Tertullianica:* præstructuram. *Atque legimus ex 1. Vatic. MS. cod.* Christi qui (*pro* quæ) magistros Apostolos fecit.

16. Denique nobis fidem ex Apostolis Ioannes & Matthæus insinuant, ex Apostolicis Lucas & Marcus instaurant, &c.] *Recte Euangelistarum auctenticas Auctores dicit aut* Apostolos, *aut* Apostolicos, *vt excludat Euangelia diuersarum hæresum; cuiusmodi enumerat B. Hieron. Præsmio Commentariorum in Matthæum, iuxta Ægyptios & Thomam & Matthiam & Bartholomæum, & xij. quoque Apostolorum, confictis nomine, Basilidis, Item Apellis, & similiũ; quos hoc addit, vere etiam licet Marcionis* Euangelium, *id est* B. Lucæ à Marcione adulteratum, *vti initio huius capitis dictum est. Item Euangelia Hebionitarum, Encratitarum, & Nazaræorum; de quibus late tractat Sixtus Senensis Biblioth. Sanctæ l. 2. Quòd verò also ordine*

eos enumerat Auctor quàm B. Hieron. B. Auguſt. & alij imitati Eſt rebiclus primum vſus nomen cap. 1. videtur conſideraſſe materiam præſentè, quam hic libris tractat; vt poté, quum B. Ioannes *velut aquila cæteris altius de una diuinitate tractauerit;* B. Matthæus *hinc homini adſimulatum, apertiſſimè de humanitate Chriſti, quæ duo controuerſentibant à Martione;* B. *verò* Lucas *à ſacerdotio ſumpſerat initium, hinc vitulo forma deſcripta, demq;* B. Marcus *à voce leonis, rugientis in deſerto, id eſt* Ioanne Baptiſta, *ea de cauſſa faciem leonis adſcripta habent. Et verò etiam Apocal. 4. non eo ordine collocantur quatuor animalia, per quæ Euangeliſtæ quatuor intelliguntur, & B. Irenæus lib. 3. c. 11 vbi oſtendit non poſſe eſſe plura aut pauciora quàm quatuor Euangelia, hoc ordine ponit,* Ioannis, Lucæ, Matthæi, Marci. *Quæ quòd apud ipſum Auctorem infrà Tom. 4. lib. 2. adu. Marc. tamen conſcripta, recenſentur ordine vulgato:*

Illi *Matthæus, Marcus, Lucáique, Ioannes.*

Illud mirandum, quomodo ditas fidem à Ioanne & Matthæo inſinuatam, inſtauratam verò à Luca & Marco, *quum tamen conſtet* Marcum & Lucam *ſcripſiſſe poſt* Matthæum *quidem ſed diu ante* Ioannem *verum proprie accipit Auctor* inſtauratare, *pro ad inſtar alterius, nempe Matthæi, componere. Atqui de occaſione ſcriptorum 4. Euangeliorum vide Epiphan. hær. 51.*

17. videritne enim ſi narrationum diſpoſitio vatiauit, &c.] *Quomodo* narrationum *quidem* diſpoſitio variet *in Euangeliſtis* 4. ſed de capite fidei conueniat *inter eos*; *pulcherrimè tractat B. Auguſt. libru 4. de Conſenſu Euangeliſtarum, in quo etiam pertinent* Canones Euangelici *ab Euſebio editi, & in linguam Latinam verſi à B. Hieronymo inter opera eius Tom. 9. Sunt autem Tertullianæ:* Videritne, *ac:* variauit.

18. & poſſem hîc iam gradum figere, &c.] *De Proverbio:* gradum figere, *vide noſtra Prolegomena, ſicuti etiam de illo:* frontem erigere. *Atqui facit pro Edicto Pontificis & Regis, quibus prohibentur libri ab aliquæ titulo Auctoris, quod hic habet Auctor:* non agnoſcendum opus, quod nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, & profeſſione debita Auctoris, *præſertim graſſantibus hæreſibus, ſicuti & nunc & tempore Tertulliani.*

19. Lucam videtur Marcion elegiſſe, quem cæderet, &c.] *Id eſt,* quem cædendò interpolaret. *Haud enim abſimiliter B. Irenæus lib. 1. cap. 29. Et ſuper hæc* (inquit *de Marcione*) *id quod eſt ſecundum* Lucam *Euangelium circumcidens, & omnia quæ sunt de generatione Domini conſcripta auferens, & de doctrina ſermonum Domini multa auferens, in quibus manifeſtiſſimè condidorem huius vniuerſitatis ſuum patrem confitens Dominus conſcriptus eſt, ſemetipſum eſſe veracorem, quàm ſunt hi qui Euangelium tradiderunt Apoſtoli, ſuaſite diſcipulis ſuis, non Euangelium, ſed particulam Euangelij tradens eis.* Eodem pertinet *quod de Cerdone, atque adeò de* Martione *eius diſcipulo ſcribit Auctor ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap. 51. hær.* 16. Solum Euangelium Lucæ, nec tamen totum recipit. *Imitatus vtrobique B. Irenæum, tam loco citato, tum lib. 3. cap. 14. Hinc & Epiphanius hær. 42. Stilus (inquit) ipſe* Euangelium ſecundum Lucam *indicat. Quum autem amputatus ſit, & neque principiis, neq; medijs neque finem habeat, veſtimenti à multis tineis corroſi ſimilitudinem præ ſe fert; quo loco etiam adnotat loca* Euangelij Lucæ *aut detruncata, aut ſurſum deorſum poſita, aut depranata ſicuti infrà adnotare ſtatuimus, ad ſingula quæ ab illo pronuntur ex Luca loca.*

20. ſectator Pauli, &c.] *Iſud habet diſertis verbis B. Hieron. Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum:* Lucas (*inquit*) ſectator Apoſtoli Pauli, *& omnis peregrinationis eius comes, ſcripſit* Euangelium, & quidem Paulus: *Muſcmus (inquit) cum illis frater eſt, cuius laus eſt in* Euangelio *per omnes Eccleſias; & ad Coloſſenſes: Saluat vos Lucas Medicus; & ad Timotheum:* Lucas *eſt mecum ſolus. Et ibidem idem B. Hieron. Quidam (inquit) ſuſpicantur, quotieſcumque in Epiſtolis ſuis* Paulus *dicit: iuxta Euangelium meum, de* Lucæ *ſignificare voluminc. Eodem pertinet quod infrà dixit cap. 5.* Nam & Lucæ Digeſtum, Paulo adſcribere ſolent. *Quo loco auctoritatem Euangelij* Lucæ *commendat in quantum noſtrum eſt, quòd hîc deprimere videtur, tamquam à Martione, vts ſuprà dictum eſt, depranatum.*

21. ad cognoſcendos Apoſtolos & conſultandos, &c.] *Hic paraphraſtes interpretatur, quod obſcure ſatis legitur Gal. 2. Conuiſis cum illis Euangelium quod prædico in gentibus; ne forte in vacuum cutterem. Vnde autem conſultandos (ſicuts adnotauit Rhenanus) qua frequentatus eſt, vtitur, aquè atque primitiua.*

22. Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ, &c.] Illuminator Lucæ Paulus *vocatur, quòd fidei lumen Lucæ inſinuarit: eodem ſignificatu, quo capite ſequenti dicitur de Euangelio anteriori,* quod Paulum illuminauit, & ab eo Lucam. *Atqui ex 1. Act. Mſ. cod. legimus:* auctoritatem anteceſſorum, pro: antec eſſorem.

Cap. iii.

23. Sed enim Marcion nactus Epiſtolam Pauli ad Galatas, &c.] *Capite huc inſcriptionem dedimus:* Quòd reprehenſio Apoſtolorum à Paulo facta, non de Euangelij fuerit prædicatione (*ſicuts obijciebat Marcion verbis his in medium productis*) ſed de conuerſatione. *Quam interpretationem etiam habes ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. cap. 23. & lib. 1. aduerſus Marc. cap. 20. 21. latiſſimè. infrà lib. 5. cap. 3. vbi locum hunc tractat Gal. 2.*

24. Proinde ſi & Pſeudapoſtoli irrepſerant.] *Eos intelligit quos Apoſtolus Gal. 2.* ψευδαδέλφους *nuncupat*, qui circumciſionem vindicabant, *vts eſt Gal. 5. & Iudaicos faſtos obſeruantes, vts eſt Gal. 4. & dies & menſes, & tempora, & annos. Quæ adeò interpretatio obſeruanda venit contra modernos hæreticos, qui illum locum adducere non verentur aduerſus Eccleſiæ Catholicæ faſtos; quum diſertis verbis* Iudaicos *Auctor interpretetur, idque non hîc modo, ſed etiam infrà lib. 5. cap. 4. vbi hunc locum tractat, vbi & nos de eo latiùs.*

25. adeò non de prædicatione, &c. denotabantur, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhenanus) arguebantur, vt in libro de Patientia c. 3.* Parum hoc ſi non proditorem ſuum ſecum habuit, nec conſtantet denotauit.

26. de ſola conuictus inæqualitate, &c.] *Hoc eſt (ſicuti ſuprà Auctor l. de Præſcript. aduerſ. hær. cap. 23.* quòd quum conuixiſſet ethnicis, poſtea ſeà conuictu eorum ſeparabat, perſonarum reſpectu.

27. & inde ſunt noſtra Digeſta, &c.] *Similiter cap 5. infrà:* Digeſtum Lucæ, *eius Euangelium nuncupat Auctor, vocè à Iureconſultis mutuata; apud quos non modo exſtant Digeſtorum Iuris Ciuilis noui & antiqui libri 50. ſed etiam Veterum libri ſic ſcribuntur. Atqui alibi diximus quòd cataclyſmus generalem inundationem ſignificet, quem hic metaphoricè accipit, & interpretatur pro:* inundatione.

Cap. iiii.

28. De titulo quoq; funis ducendus eſt cõtentionis, &c.] *Titulum hunc capitis adſcribimus:* Quòd inde conſtet, Euangelium Lucæ noſtrum, antiquius eſſe quàm Marcionis quòd ab illo adulteratum ſit. *Omiſimus autem hic voculam:* ergo, *planè ſuperfluam. At de Proverbiali formula:* funem contentionis ducere, *latiùs inter Prolegomena noſtra.*

29. ei præſcribens auctoritatem quod antiquius reperietur, &c.] *De hoc late ſuprà Auctor lib. de Præſcript. aduerſ. hær. potiſſimum cap. 29. 30. & 31.*

30. æmulatione, &c.] Æmulatio *hîc accipitur, & iterum paulo poſt pro: imitatione, ſicuti ſuprà adnotauimus ad cap. 38. lib. de Præſcript. adu. hæret. num. 227. ſed alibi ferè accipitur ab Auctore* æmulum, *pro: contrario, &* æmulatio, *proimidia.*

31. vt & ipſe illi Marcion aliquando crediderit, &c.] *Quòd* Marcion aliquando in catholicam doctrinam apud Romanenſes, *atque adeò etiam* Euangelio Lucæ crediderit, *vide ſuprà dicto capite 30. libro de Præſcriptione aduerſus hæreticos numero 166. & libro 1. aduerſus Marc. capite 1.*

num. 20. *item de* pecunia vsque ad ducenta sestertiain primo calore catholicæ fidei Ecclesiæ collata, & mox cum ipso proiecta, *num.* 168. & 169. *Quorum priori loco ostendimus apud* Romanenses Ecclesiam fuisse semper catholicam, doctrinam, *& quid*, catholicum *dicatur*, *eodem libro adnotationum, cap.* 26. *num.* 156. *Atqui* delcsijt *recte accipi scribit Rhenanus*; *pro*: defeciuit, *à verbo* defisco.

32. aduersus Epistolam quoque ipsius, &c.] *De* Epistola Marcionis *dicto lib.* 1. *adu. Marc. num.* 2. *&* 21. *de* Antithesibus *eiusdem libri eodem num.* 2. *& huius libri capite* 1. *n.* 3.

33. Si enim id Euangelium, &c.] *Hyperbaton est*, *& obscurissimus locus*, *quem clariorem reddimus*, *includis parenthesi verbus ipsis*: (penes nos videlicet, an & penes Marcionē) *vti accipiatur*: videlicet, *iuxta phrasin Tertulliani & Cypriani*, *quam frequentissimè adnotauimus*.

34. vt interpolatum à protectoribus Iudaismi, &c.] *Quum suprà cap.* 1. *num.* 2. interpolare *acceperit prorsus immutatione*, *hic falsum modo loquitur de ea* interpolatione, *qua per additionem sit*, *vt putè quum Marcion omnia ea quæ refutat ab Euangelio Lucæ*, *diceret addita à* protectoribus Iudaismi, *sed falsò. Hoc est enim ipsum quod paulò post subiungit*: Euangelij à Tiberianis vsque ad Antoniana tempora euersi, cuius se emendatorem Marcion *gloriabatur*. *Atqui de tempore hoc intermedio* à Tiberio vsque ad Antoninum Maiorem, *siue* Pium, *& quando hæresin suam cœperit Marcion*, *vide suprà lib. adu. Marc. c.* 19. *num.* 128. 130. *&* 131. *Est autem hic Ironia.*

35. hæresis, quæ sic semper emendat Euangelia dum vitiat, &c.] *In genere similiter omnibus hæreticis adtribuit Author suprà toto dicto cap.* 38. *lib de Præscript. aduers. hæret.* Quibus fuit (*inquit*) propositum aliter docendi, eos necessitas coëgit aliter disponendi instrumenta doctrinæ. Non potuisset (*enim*) illis succedere corrupta doctrinæ sine corrupteła instrumentorum eius, detractione, vel adiectione vel transmutatione.

36. & spirirus Prophetarum Prophetis erunr subditi, &c.] *Mirum est quòd legat*: erunt subditi, *quum Græce sit* ὑποτάσσονται, *quod præsenti tempore est. Vertit autem* euertsionis *vocem Græcam* ἀνάτασιν, *pro eo quod alij*: *dissensionē*, *eo quòd per seditionem*, *quam proprie ea vox significat*, euersio *rerum contingat*.

Cap. v.

37. In summa si constat, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd non Lucæ modò, sed & Ioannis, Matthæi, ac Marci Euangelia, & Ioannis Apocalypsis auctoritatem habeant, ab Ecclesijs Apostolicis, & ordine Episcoporum ad originem recensō.

38. id verius quod priùs, &c.] *Ad verbum ferè transcripsit quod suprà dixit sepedicto libro de Præscript. adu. haret. c.* 31. Id esse dominicum & verum, quod sit priùs tradirum, *de quo etiam tractauit capite præcedenti. Id autem quod hic addit*: ab initio, quòd ab Apostolis *tractat loco priori Author cap.* 31. *& latius cap.* 36. *Maximè verò ad id quod hic additur*: pariter vtique constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. *nam etiam ibi subjicitur*: Percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc catedræ Apostolorum suis locis præsidentur, &c. Proxima est ribi Achaia; habes Corinthum. Si non longè es à Macedonia; habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si pores in Asiam rendere; habes Ephesum. Si autem Italiæ adiaces habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præsto est. *De quibus Ecclesijs vide ibidem Adnotationes nostras numero.* 208. 209. 210. 211. *&* 213. *Hic vero præterea* Galatas *adiungit*, *quos ad* regulam recorrectos, *siue* correctos (*vti habet* I. *Vat. MS. cod.*) *dicens*, *adludit ad illud Gal.* 6. *Et quicumque hanc* regulam *secuti fuerint*, *pax super illos*; *quem admodum paulo antè ibi*: quod lacà Paulo Corinthij hauserint, *ad illud* 1. *Cor.* 3. Lac *vobis potum dedi.*

39. quibus Euangelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt.] *Similes locos habes extos suprà dicto libro c.* 32. *nu.* 186. *&c.* 136. *n.* 214. *quòcompendij gratia Lectorem remittimus*; *hoc tantum dicam*, *facere etiam hunc locum contra eorum mendacium longè impudentissimū*, *qui adfirmare audent* Petrum *Romæ vnquam fuisse*.

40. habemus & Ioannis alumnas Ecclesias.] *Ex eo quod sequitur*: Nam etsi Apocalypsin eius, &c. *patet adludere Authorem ad septem Ecclesias*, *quarum adlusrior* Ioannes *angelus siue Episcopus*, *Apoc.* 2. *&* 3. *nempe* Ephesiam, Smyrnæam, Pergamenam; Thyatirensem, Sardensem, Philadelphiensem, & Laodicenam.

41. Nam etsi Apocalypsin eius Marcion respuit, &c.] Cerdoni, *atque adeò etiam* Marcioni, qui eadem dicere conatus est quæ ille, *adscribit hunc errorem etiam suprà dicto lib. Auctor cap.* 51. *hær.* 16. *quum dicit*: Acta Apostolorum & Apocalypsin quasi falsa reijcit. *Alij qui de hæresibus scripserunt*, *ipsi* Marcioni *maluntadscribere. Philastrius hæreticis alijs imputat*, *sine nomine tamen*, *quòd Euangelium Ioannis & Apocalypsin Cerinthio adscripserint*; *Epiphanius verò hær.* 51. *Alogis* vtrumque *adscribit*, *qui tamen dumtaxat Euangelium Ioannis Cerinthio tribuerint*; Apocalypsin *verò quasi* falsam respuerint; *variis argumentis*, *sed futilibus id conantes probare*, *quos ibidem ipse refellit. Atqui eo contrario*, *imprimis Author hic disertus verbis dicit*. Ordo tamen Episcoporum ad originem recensus in Ioannem stabit Auctorem. *Quem inquam* Ioannem, *cuius* Apostolicas Ecclesias *mox recensuit prosequturus*: constare id ab Apostolis esse traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum; *ipsum ergo* Ioannem Apostolū. *Ipsum insuper inuit Auctor*, *dum suprà lib. de Præscript. aduers. haret. cap.* 33. *& infrà Scorpiace aduers. Gnosticos*, *cap.* 12. eidem Ioanni *adtribuit*: Apocalypsin, *& Epistolam eius primam*, *de qua quum Ioannis Apostolis sit*, *nemo dubitat. Et clarius suprà lib.* 3. *aduersf. Marc. quum ca*3 *dixisset* (*si eius etiam lib. aduersf. Iud. c.* 9.) Sic & Babylon, etiam apud Ioannem nostrum, *adludens ad cap.* 17. *Apocal. eiusdem lib. cap.* 14. *alium locum citans Apocal.* 1. Nam & Apostolus (*inquit*) Ioannes in Apocalypsi; *Et rursum lib.* 3. *adu. Marc. cap. vlt. adludens ad cap.* 21. *Apoc. de* Ierusalem de cœlo delata: Hanc (*inquit*) & Apostolus Ioannes vidit. *Item. infrà Tomo* 4. *lib. adu. Marc. à carmine conscripto*, *cap.* 6. *Apoc. citauit*, *eidem Ioanni illud adtribuit*, *qui Euangelium scripserit*, *in hac verba*.

Fœderis hinc etiam noui inenatrabilis auctor
Discipulus Ioannes, animas pro numine passas
Testatur tali sele vidisse sub ara,
Clamantes Dei vindictam pro cæde potentis.

Adscribere autem Ioanni *nominatim adscribit* (*haud dubiè aduersus hanc hæresin muniens Lectores*) *& dicto libro de Præscript. aduersf. haret. cap.* 39. Apocalypsin Domini; *citat autem frequentissimè sicuti alias scripturas sacras etiam in materia fidei*, *adeò pro auctentica agnoscit. Porrò qua similes veterum locos desiderat*, *consulat Adnotation. nostras in lib.* 3. *Tertull. B. Cypriani aduersf. Iud. cap.* 16. *numer.* 48. *Quorum omnium apertissimè. B. Iustinus Martyr l. adu. Typhonem*: *Vir* (*inquit*) *ap. nos quidē*, *cui nomē erat* Ioannes, *è duodecim Apostolus Christi vnus*, *mea quæ ex ebibita est* προφητεία, *&c. Qui volet omnia obiectionum in contrarium pulueram refutationem*, *videat Sixtum Senensem Biblioth. Sanct. lib.* 7. *hæresi* 10. Portò genero sitatem recte interpretatur Latinum *genus* & *originem*.

42. ordo tamen Episcoporum ad originem recensus, &c.] *Quanti à Petersbius fieri solet continua Episcoporum adsrigium vsque Apostolicam successio*, *quam hic verbis haud dubiè intelligit*, *vide suprà Adnotat. nostras ad lib. de Præscript. adu. haret. cap.* 32. *num.* 183. *ad illud*: Ædanr ergo origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis persueraverint, habuerit auctorem & antecessorem. *Quo pertinet adeò etiam illud quod paulò post subiungetur*: Habet planè & illud (*nempè Euangelium Marcionis*) Ecclesias, sed suas, tam posteras quàm adulteras quarum

quarũ si censum (*id est primũ ab origine recensionẽ*) requiras facilius apostaticum inuenias, quàm Apostolicum. *Ita enim* censum *ab Auctore vtique accipi, supra ad nostrum n. t. adu. Marc. cap. 21. num. 149. vbi prorsus etiam similem locum habet.*

43. Marcionis verò plerisque nec textum, &c.] *Locus obscurissimus, & haud dubiè corruptus. Rhenan. putauit mederi posse, si pro eo quod habebant MS. priori*: in illis natum, vt non eodem natum, *legeretur*: nullis autem norum, vt non eo damnatum, *sed in nullo horum videtur adiytere*: autem, *quod etiam Vatic. cod. non habent, est ibi mendosè; nisi quòd semel legant*: totum, *pro notum*; & χαρακτῆρας *adducit repetitio illa*: plerisque nec notum, nullis autem notum. *Ego itaque coniecto legendum*: Plerisque nec notum, vt cum eo damnatum (*vt pertineat ad damnationem, qua non Marcion solum, sed & libri eius ab Ecclesijs Apostolicis damnatus fuerit*) aut *quod magis placet*: vt cum eodem natum; *nihil tamen in contextu immutandum censeo.*

44. Faciunt fauos & vespæ, &c.] *Benè est, quòd* fauis vesparum *eimparet* Ecclesias Marcionitarum; *vt hinc nobis sibi patrocinium sumant, qui contra Symbolum fidei, quod vnicam Catholicam Ecclesiam confitetur* (*quod tuentur B. Cyprianus libro de Vnitate Ecclesiæ, & B. Augustin. libris suis aduersus Donatistas de vnico baptismo*) *adferre non verentur plures Ecclesias, etiam hæreticorum.* Vespa enim (*Varrone teste lib. 3. de Rusticâ, cap. 16.*) *quæ similitudinem Apis habet, neque ea scia est operis, & nocere solet morsu, quam Apes à se secernunt.* Fauus autem dicitur, *quem singunt multi cauatum cera, quum singula caua sena latera habeant, quod singulæ pedes dedit natura. Et verò quum distinguat hunc Varro inter cibum, domum, et opus, Cibũ* (*inquit*) *fauos capiunt Apes, intus opus faciunt, id est, opus melle fauisse. Vbi indicat fauos quidem etiã facere Vespas, id est, domui, quas una cũ Apibus inhabitat, sed opus nõ facere, id est, fauos melle non farcire. Haud scio* Ecclesias *quidè ad instar Catholicorum ædificant hæretici, sed quas non eam melle quam veneno farciunt; insuper morsu suo Apibus, id est, Catholicis nocent; quare & rectè etiam ab eis secernuntur, & excommunicantur. Haud dissimile est quod habet Epiphanius hær. 44. de* Vespa: *In fructibus* (*inquit*) *herbæ nidum facit; & instar faui sibi ipsi ex ipsa quasi am construit, in quibus capsis fobolem deponit. Quare rectè Rufinus in dictum Symbolum inter opera B. Cypriani*: *Multi* (*inquit*) *ally Ecclesiam congregarunt, vt Marcion, vt Valentinus, vt Hebion, vt Manichæus, vt Arius, & cæteri omnes hæretici. Sed illæ Ecclesiæ non sunt sine macula, aut rugaperfidiæ. Et ideò dicebat de illis Propheta: Odium Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. De hac autem Ecclesia quæ fidem Christi integram seruat, audi quid dicat Spiritus sanctus in Canticis Canticorum: Vna est columba mea, &c. ne prolixiores simus. Idem est quod hic præmisit Auctor.* Habet & illud Ecclesias, fed suas, adulteras, & apostaticas.

45. Eadem auctoritas Ecclesiarum Apostolicarum ceteris quoque patrocinabitur Euangelijs, &c.] *Hunc non est absimile quod alicubi habet B. Augustin.* Euangelijs *non crederem, nisi Ecclesia Euangelia esse tradidisset.*

46. licet, & Marcus quod ædidit, Petri adfirmetur, &c.] *Illud repetit etiam B. Hieronym. Catal. Scriptor. Ecclesiast.* Marcus (*inquit*) *discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrũ referentem audierat, regatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod quum Petrus audisset, probauit, & Ecclesia legendum sua auctoritate edidit; sicut & Clemens in sexto Hypotyposeon libro scribit. Atque* de Digesto Lucæ, quod Paulo adscribere solent, *vide supra num. 20.*

47. capit, magistrotum videri, &c.] *Hunc locum* (*inquit Rhenanus, cui & nos adsentimur*) *nostrum secuti iudicium, ac memores solitum Tertullianum verbo capit sub more Veti, capita annorum vertimus in capit verbum, vt nunc sic legatur*: capit, magistrotum videri, &c. *Hoc est: Possunt magistratum videri ea quæ discipuli promulgarint, vt supra lib. 2. aduersus Marc. cap. 2.* Capit etiam imaginem spiritus dicere flatum, *& li. 3. c. 6.* id enim intelligi vel non intelligi capit, *vt de alijs locis ob brevitatem taceamus. Sunt autem Tertullianica*: quã Apostolica, *&* dedicata, *pro incæpta; & non multò pòst*: decucurrerunt, *&*: decucurrisse.

48. vt si qui Euangelium peruertebant, &c.] *Illudit ad illud Gal. 1. qui volunt peruertere, siue conuertere* Euangelium; *Græce est*: μετατρέψαι, *quod propriè significat ad aliud detorquere; quare & rectè paulopost Auctor*: illa conuertant ad formam sui; *quo significatu etiam accipit illud*: euertit, *infra finem.*

49. (nam & quotidie reformant illud, prout à nobis quotidie reuincuntur) &c.] *Parenthesi hic inclusimus, vtis consset magis sensus, & lectio 2. Vatic. MS. cod.* aut erubescant, *pro*: erubescunt. *Est autem hic notanda hæreticorum confessio, qui quotidie reformare solent sua scripta, sicuti videmus in Melanchthone, qui sexies aut septies suam Confessionem Augustanam immutauit; & modo duo, modo tria, modo plura Sacramenta Ecclesiæ admisit prout quotidie a Catholicis reuincebatur.*

50. tramittit.] *Pro*: transimittit (*inquit Rhenan.*) *adlegans similem locum infrà*: & inde tramittri in terram. *Idem est quòd antè dixit*: conuertere, *quod distinguit ab*: euertere.

51. traditioni Apostolorum patrocinantem, &c.] *De* Traditionibus Apostolorum *non semel supra adnotauimus; maximè verò cap. 3. lib. de Cor. milit. nn. 27. vbi & alios locos nostros habes adnotatos.*

CAP. VI.

52. Sed alium iam hinc inimus gradum, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus*: Quòd Christum constet Dei creatoris Prophetias repræsentasse (*id est; sicuti sapius adnotauimus, præsentes reddidisse & adimplesse*) atque adeò eiusdem sic Dei nouum & vetus Testamentum. Cuius præscripti & pacti meminisse vult vbique Lectorem Auctor, *atque adeò hic ipsum libri huius materiam nunc primùm significat, quòd nempè hoc toto libro ostendat, Nouis Testamenti veritatem, conuenire cum figuris veteris Testamenti. Atqui inter Prolegomena nostra tractatum vide etiam illud Prouerbij* 3 alium inire gradum.

53. alienum Legis & Prophetarum, &c.] *Vt supra* (*inquit Rhenan.*) *lib. de Resurr. carnis, cap.* 44. In re aliena salutis. *Item cap.* 16. in alienam culpæ.

54. Cetèr proptereea contraria quæque sententiæ suæ eralit; &c.] *Omnibus hæreticis id familiare est*, vt contraria suæ sententiæ etadant *in scripturis, atque adeò etiam nostris. Sic libros duos Machabæorum reijciunt, eo quòd sanctorum post hanc vitam orationibus & sacrificijs pro defunctis suffragentur; Epistolam Iacobi & Apocalypsin, quòd faciant pro bonorum operum meritis; Epistolam denique Petri secundam, quod suas hæreses nouissimus hisce temporibus ibi prædictas animaduertant.*

55. Hæc conueniemus, &c.] *Sic etiã supra locutum Rhen. admonet, sed non occurrit locus; nisi fortè lib. de Patientia. c. 12. vbi* conuenientiam *pro pacto accipit Auctor; vtsit sensus*: De his conueniemus, *seu paciscemur, pro quo facit quod sequitur*: sub illa vtique conditione quæ ex vtraque parte condicta sit.

56. Constituit Marcion alium esse Christum qui Tibetianis temporibus, &c.] *De hæresium hæresi supra lib. 1. adu. Marc. cap. 19. nu. 126. aliquid adtigimus; quam laxi refutat Auctor initio capitis sequentis.*

CAP. VII.

57. Anno quintodecimo Principatus Tiberiani, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De dæmonio expulso in synagoga Capharnaum ex cap. 1111. Lucæ. *Et quia totum Euangelium Lucæ maiori ex parte hoc libro interpretatur, ad marginem vbique addidimus initio capitis, de quo capite Luca desumpsit, & ipsa verba Lucæ, qua explicat ex proposito, aliys characteribus excudi iussimus; vti Professores sacrarum litterarum facilius inuenire queant locum illum, quem fortè in Tertulliano requirent. Atqui facit ad locũ hunc intellectum illud Epiphanij hær. 42. Statim* (*inquit*) *in principio, omnia quæ à Luca traĉtata sunt hoc est quod dixit*: Quandoquidem multi aggressi sunt, &c. *& quæ habentur de* Elizabeth, *&* de angelo nuntium ferente Mariæ virgini, *&* de Ioanne ac Zacharia, *&* de genealo-

rogationem illud: Veniſti perdere nos. *Siue autem legas cum exemplis:* nec Chriſtum, *ſiue:* ne, *cum utroque Vatic. cod. pernode eſt.*

72. Alibi iam de nominibus expoſtulatum eſt, &c.] *Nempè ſuprà l. 3. adu. Marc. c. 12.* de nomine Emmanuel; *c. 15.* de Chriſti nomine; *& 16.* de nomine Ieſu, *atque adeò &* de Ieſu nomine Dei in filio Naue. *Legimus autem nos ex l. Vatic. Mſ. cod.* per quod poſſet, *pro:* poſſit.

73. Hæc & ab angelo exeperat ſecundum noſtrum Euangelium: Propterea, &c.] *Rectè addit:* ſecundum noſtrum Euangelium; *nam reperitur Luc. 1. illud Angeli ad Mariam:* Propterea quod naſcetur ex te, vocabitur ſanctum filius Dei; *paulo antè etiam illud:* & vocabis nomen eius Ieſum.

74. extraneũ Ieſu, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhen.) alienũ à* Ieſu. *Sic dixit l. de Reſurrect. carnis c. 16.* Extranea gloriæ; *rurſum lib. 2. aduerſ. Marcion. cap. 13.* Quis mali extraneus, niſi qui & inimicus? *Simili phraſi ſuprà initio c. 11.* dixit extraneum legis, & Iudaiſmi prophanum, *intelligens à Iudæi reſectum Chriſtum tamquam* prophanum. *Paulopoſt autem ſupplemus ex Vatic. 2. Mſ. cod.* vt & Ieſum.

75. Atquin (inquis) increpuit illum Ieſus, &c.] *Auctor pro reprehendere vſurpat:* increpuit, *pro:* increpauit, *ad inſtar Plauti, qui dixit in Amphitryone: Ita* increpuit *me Iupiter; & paulopoſt:* increpitus, *pro:* increpatus, *etiam Liuio vſitatum l. 3. Bell. cim. quum dixit: grauiter* increpiti. *Legimus autem ex altero Vat. Mſ. cod.* & malè adulantem, *pro:* vt; *item aliquanto poſt:* exiſtimantem, *& vt:* exiſtimandum, *&* *:* æſtimantem.

76. de candida ſalutis, &c.] Candidã (*inquiidem Rhen.*) *ſubſtantiuè pro veſte vſurpat, à qua dicti ſunt* candidati, *videlicet honorum apud Romanos olim petitores.*

Cap. viii.

77. Nazaræus vocari habebat ſecundum Prophetiam, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De doctrina Chriſti in Synagoga apud Nazareth, & aliis dæmonijs expulſis, ex eodem capite IIII. Lucæ. *Quorum prior hiſtoria præmittitur, poſterior ſub finem capitis poſponitur præcedenti: eraſo per Marcionem intermedio miraculo curatæ ſocrus Petri à febribus. Neque mirum eſt, poſtpoſitam hanc hiſtoriam à Marcione (immò fortaſſis & ab Auctore) eo quòd in Nazareth Chriſto dictum fuerit: Quæ audiuimus facta in Capharnaum, fac hic & in patria tua; adludens nempè ad miracula antea à Chriſto facta; ſed poteſt id referri, non ad miraculum tam tractatum de expulſo dæmonio, ſed ad miracula quæ deſcribuntur Matt. 3. de ſanato omni languore & infirmitate per totam Galilæam, atque adeò etiam in Capharnaum, quæ hauddubiè contigerant, antequam regrederetur in Nazareth. vbi nutritus fuerat. Atqui mone ſuo loquitur Auctor quum dicit:* Nazaræus vocari habebat, *adludens ad Matthæ. cap. 2. vbi legitur quòd (ſicuti paulopoſt etiam hic citatur)* Chriſtus adhuc in infantia, vitando Archelaum filium Herodis apud Nazareth deſcendit; *vt admpleretur (inquit Matthæus) quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam* Nazaræus vocabitur. *Ad quam ſcripturam margini adnotauimus Matt. 2. quòd alio qui per quos* Prophetas dictum ſit, *adhuc ſub iudice lis eſt, tam inde à tempore B. Hier. qui quum l. de Opt. genere interpretandi ad Pammachium ſcripſiſſet, adluſi ad illud Iſai. 11. Et flos ſiue* Nazaræus (*vti ſcribit eſſe Hebraice*) *de radice eius aſcendet; Commentario tamen in Matthæum probat ideò dici* per Prophetas, *quòd apud certum aliquam Prophetam non reperiatur, ſed vbique apud omnes Prophetas, vbi Chriſtum ſanctum appellant. Leo interim de Caſtro in dictum Iſaiæ locum, prophetatum olim iſtud putat Gen. 49. & Deut. 33.* per *Ioſeph; & Iudicum 13.* per *Samſonem; quorum ille (ſaltem Hebraice,) hic verò etiam Græcè ſecundum LXX.* Nazaræus *appellatur. Diſcutiat Lector vtra ſententia ſit veriſimilior. Porro magis conforme eſt Græco contextui vt legatur iuxta 1. Vatic. Mſ. cod.* nos Iudæi Nazaræos appellant, *quàm quod erat antea:* Nazarenos.

78. Nazaræi exalbati ſunt ſuper niuem, &c.] *Vat. 2. Mſ. cod.* exaltatii, *ſed illud confirmatur per Rhenanum ſimiliter verſibus, quibus Auctor vtitur; tum infrà quum vertit:* & ſuper niuem exalbabo, *cum ſuprà alicubi Vbi dixit:* exalbidus; *deinde per tertium Thren. 4.* ἁγιασθῆσονται, *id eſt: emundati ſunt, pro quo Auctor:* exalbati ſunt, Nazaræi eius ſuper niuem. *Atqui Tertullianæa ſunt:* luridati, delinquentiæ, nigrati, *&:* eieraſſe, *ſicut etiam* emancipata, *& non multo poſt:* ſicuti adſolet, *ac:* fueridiſſet.

79. apud Nazareth quoq, nihil nouinotatur prædieaſſe, dum aliò methodi vnius prouerbij ciectus refertur.] *Rhenanus occaſione hiſtoriæ Luc. 4. (ſicuti initio capitis dictum eſt) adtulit ſcripturas de* Nazaræo *&* Nazaræis; *nunc in compendium redigit, quod latius ab Euangeliſta dictum eſt:* Chriſtum apud Nazareth legiſſe in libro, *atque adeò* nihil nouiprædicaſſe; *&* merito vnius prouerbij, *nempè illum: Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua, aliò, id eſt in alias partes:* ciectum referri.

80. Hìc primum manus ei iniectas animaduertes, &c.] *Hìc profectò quæ ſubdem habetur: Et ciecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum* (manus iniectas animaduerte) *vſq; ad ſupercilium montis, &c. vt præcipitarent eum. Habes* 14; & ad præcipitium vſque protractum. *Atqui inde Auctor verum corpus Chriſtum habuiſſe confirmat.*

81. Nam etſi per medios euaſit, &c.] *Rurſum Pergit in eo quod ſequitur ibidem: Ipſe autem tranſiens* per medium illorum ibat. *Quod ita interpretatur Auctor, vt non* per eaſiginem eluſerit *eos Chriſtus, ſed potius (vti eum verbis & phraſi ſuæ)* dimiſſus ſit ſoluto, vti adſolet, vel etiam irrupto tumultu.

82. Tangere enim & tangi, &c.] *Iſtud etiam ſuprà eſtatum habes ab Auctore lib. de Anima, c. 5. vbi* Lucretio *nimiatim adſcribit; qui quo loco id habeat, adnotauimus num. 78. Certè etiunctis eſſe eum verſum hìc indicat, quum ſubdit:* etiam ſæcularis ſapientiæ.

83. quibus manus imponens, &c.] *Hìc iterum pergit in verbis c. 4. Lucæ, qua tamen (vti initio huius capitis diximus) ſub finem capitis habentur poſt miraculum in Capharnaum. Ibi verò ſic legitur: At ille ſingulis* manus imponens, *curabat eos; pro quo Auctor:* beneficia medicinarum conferebat.

84. Hic (inquit) imbeeillitates noſtras aufert, &c.] *Suprà l. 3. adu. Marc. 17. c. tranſtulit Auctor:* abſtulit, *&:* portauit *iuxta quod citatur Matt. 8. Hìc verò citat ſicuti habetur Iſai. 53. ſaltem iuxta Veterem lectionem LXX. quam Matthæus ſecutus eſt; quum hodie alter legatur, Ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet.*

85. Portare autem Græci etiam pro eo ſolent ponere, quod eſt tollere, &c.] φέρω enim non ſolùm portare *ſignificat, ſed etiam tollere. Hinc illud Gregory Nazianzeni:* αἴρειν φέρειν, id eſt, *ventis auferrant.*

86. Itaque ſpiritus nequam, &c. excedebant vociferantes: Tu es filius Dei, &c.] *Hìc iterum expreſſit verba Luc. 4. ſicuti & quum ſubjicit:* Sed proinde increpabantur & iubebantur tacere. *Hoc eſt enim quod ibi legitur: & increpans non ſinebat eos loqui. Atqui illud interieſſit:* vel hìc pareat, *reſtè adnotat accipi Rhen. pro:* appareat, *alibi etiam vſitatum Auctori & Iureconſulto, cuius etiam ſunt peculiaria:* quâ deſtructor, *& non Paulopoſt:* quâ bonus.

87. niſi quòd Marcion Deum ſuum timeri negat defendens bonum, &c.] *Hanc Marcionis hæreſin confutatam habes l. 1. adu. eundem c. 7. 25. 26. & 27.*

88. In ſolitudinem procedit, &c.] *Rhenanus cenſebat legendum:* In ſolitudinem procedit ſollemnis, & huiuſmodi, &c. *ſed non animaduertit illud:* In ſolitudinem procedit, *iterum ex Luc. c. 4. deſumptum ſub finem;* cui *adjicit Auctor iuxta caſtigationem Gelenij:* Sollemnis & huiuſmodi regio creatoris, *id eſt veliſpe Rhenano teſte, adſueta, & in quam ſæpius ſoleat ſecedere. ſimiliter enim dicitur infrà alicubi:* ordinarium & ſolemne. *Atqui videtur Auctor legiſſe dumtaxat Græce* ἐρημον *vbi hodie additur* τόπον.

89. Oportebat ſermonem (*nempè Dei, id eſt Chriſtum*) illic quoque videri in corpore, vbi egeraraliquando & in

nûbe.] *Nempè* in solitudine. Apparuisse *enim* Dominum in nube *filijs Israël in solitudine, conflat Exod.* 19. *atque adeò rectè addit*: Euangelio placuisse habitum loci, qui placuerat Legi; *vt posè quum* Lex in solitudine Synai *promulgata fuerit.*

90. Capiat itaque iocunditatem solitudo, &c.] *Rectè addat Auctor*: Hoc Isaias promiserat. *Reperturus enim Isai.*35. & 41. *præcrepuum quòd legisse videatur Auctor, sicuti est in Hebræo*: Iocunditatem capiat, *pro eo quod hodie est apud LXX.* Ixrare, *cap.* 42. & *quod secundum Vtramque additionem legatur cap.*35. Ixtabitur.

91. Detentus à turbis: Oporteret me, inquit, & aliis ciuitatibus annûtiare regnum Dei.] *Hoc iterum adfert ex fine cap.* 4. *Lucæ; conuincens vnum esse Deum, cuius* regnum *prædicabat Christus. Est proinde ibi addenda interrogationis nota*: Ostenderat iam alicubi Deum suum?

CAP. IX.

92. De torgeneribus operum, &c.] *Caput hoc inscriptionem*: De vocatione Apostolotum Petri & filiorum Zebedæi, ac leprosomundaro, ex cap. v. Lucæ. *intermiscet interim adhuc ex cap. præcedenti, quod Christus dixit apud Nazareth* de vnico leproso Naaman Syro emundato per Helisæum.

93. vtab illa (*nempè* piscatura) in Apostolos sumeret Simonẽ & filios Zebedæi, &c.] Simonem *mox* Petrum, *vti & Euangelista Lucas, nuncupat*, & filios Zebedæi Iacobũ & Ioannem. *Sunt autẽ hæc verba Auctoris, non Euangelistæ.*

94. dicens Petro trepidanti de copiosa indagine piscium: Ne time, abhinc enim homines eris capiens, &c.] *Hæc apud Lucam reperuntur, vbi vocem* ϑαμβος *transtulit*: trepidationem, *pro eo quod alij*: stuporem, *&*: indaginem, *quod Græce est*: τῆ ἄγρα, *pro*: venatione *seu captura, quemadmodum vertunt alij. Legimus autem mox ex* 1. *editione Rhenani*, se eum esse, *pro*: enim; *vbi quod adfert testimonium, reperitur Hier.*16.

95. Denique relictis nauiculis secuti sunt eum, &c.] *Hoc iterum ex Luca prosequitur, ita vt in compendium illius verba contrahat. Legimus autem*: adlegete. *ex* 1. *Vatic. MS. cod. secuti & alibi, pro*: allegere. *Cur autem* Marcion nauclerus *vocetur, vide supra* l. 1. *adu. Marc.n.* 2. *vbi & de* Anrithesibus *eius.*

96. συνταλαίπωρον, id est, commisetoneri, & συμμαθήτρια, id est, coodibilem.] *Ego censeo quidem ex margine in textum irrepsisse Graecarum vocum interpretationem; sed quòd legat eam alter Vatic. cod. retinui. Sunt autem voces illæ Græce compositæ ab Auctore à* σὺν *&* Ταλαιπωρὸς, *&* σὺν *ac* μαθήμρης, *voce derivatâ à* μάτης, *quæ odium significat. Agit autem de aliquo sectatore Marcionis.*

97. in leprosi purgationem.] *Hîc quasi aliud agens conuertit se Auctor ad historiam* purgationis leprosi *per Christum facta etiam Luc.* 5. *quem ille non* leprosum *dumtaxat, sed plenum lepra commemorat. Cùm autem Christus* tetigerit leprosum, *& sic curauerit, latè disputat, quemodo hoc non repugnet legi veteri.*

98. in exemplo leprosi non contingendi, immò ab omni commercio submouendi, &c.] Leprosos non contingendos, *expressè non mandatur in Lege, hinc fortassis potest*: exemplo *vtitur Auctor, quàm vocelegit; sed Num.*5. *iubentur* ab omni commercio submoueri, *hîc verbis*: *Ejcite ex castris omnem leprosum. Atqui non multo post sunt verba Tertullianei*: Ita von præscribetur illi, *&*: æmulus legis.

99. Si autem Heliæus Propheres, &c.] *Videtur hîc respondere obiectione Marcionis recurrere ad id quod ex cap.* 4. *emissum fuerat*: *Et multi leprosi erant in Israël sub* Heliæo Propheta, *& nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus*; *quo occasione pulcherrime ipsam illam historiam* 4. *Reg.* 6. *explicat. Legimus autem ex* 2. *Vatic. MS. cod.* emundauit extraneus, *pro*: emundat. *Atqui illud*: significato per nationes emundationis, *rectè interpretatur Rhenanus, quum subsit significatio emundandarum nationum.*

10. septem maculis capitalium dclictorum, &c.] *Longè aliam habes quàm quæ communiter traditur* septem capitaliũ delictorum *enumerationem, vt posè quum hîc enumerentur*: idololatria, blasphemia, homicidium, adulterium, stuprum, falsum testimonium, *&* fraus *ad auaritiam*; *sed restabunt præterea, inuidia, gula, & accidia. Tria autem ex his enumerata* adulterium, fraudem, homicidium, *B. Cypr. etiam inter mortalia crimina ponit. Ii debent Patientiæ, vbi vide Adnot. nostram nu.* 36. *Auctor denique, infrà Tom.* 5. *l. de Pudicitia, eadẽ sta utter* grauiora & exitiosa, *immò &* mortalia *enumerat, præter* falsum testimonium, *cuius loco ibi* negationem *addit*; fornicationem *illic appellans, quam hîc* stuprum *more suo. Atqui ne sic quidem etiam alibi adnotauerimus, contra quam aly plerique, Auctorem* delicta *appellare quidem omnia generis peccata*; *sed sicut & hîc, pleraque grauiora.*

101. quia vnius lauacri vis, &c.] *Omittimus*: &, *quod hîc præmittebatur. Atqui de vno* lauacro à Christo tetræfentato, *id est, ad effectum deducto, vide supra lib. de Baptismo, cap.*15. *Sunt autem verba obscura à Marcione*: Heliæum quidem, &c. *vsque*: Quasi non audeam, *& rursum ibi*: Sed ideò alius Christus, &c. *vsque*: Quid constituis, &c. *Rectè etiam hæc adnotat Rhenanus*: ne in dedecus tibi vertat, *accipe* vertat *absolutè, pro*: cedat. Pusillitatem *verò frequenter vsurpat Auctor.*

102. Secundum hæc, cetera quoque occurrunt, &c.] *His verbis iterum reuertitur ad tractationem c.* 5. *Lucæ, vbi* vetuit Dominus eum diuulgare, & iussit: Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses. *Nempè Leuit.*14. *Vbi quod addat*: munus, *videtur id legisse Auctor non solum Matth.* 8. *sed etiam apud Lucam. Maxime quum Epiphan. hær.*42. *Confut.* 1. *hunc locum tractans, inducat resecasse eam vocem Martionem, vbi pulchrè hinc probat probat Christum legi sacerdotali non reprobasse, & Moysi præceptum fieri constituisse, atque adeò à Deo Patre suo legem Moysi datam. Legimus autem ex* 2. *Vatic. MS. cod.* prophetat à legis, *pro eo quòd erat mendosissimè*: propheta.

103. vt sit vobis in testimoniũ, &c.] *Conflat ex peruersione Marcionis sic legisse Auctorem, quum non modò Luca* 4. *sed & Matth.* 8, *ac Marco* 1. *legatur*: in testimonium illis; *maximè quum ipsud etiam asserimet non semel Epiphan. loco iam citato, addens*: vtcumque legatur, *patere contra Marcionem, eo quòd testem se facrat Christus, quòd non venerit vt legem dissolueret (vti hìc etiam hic repetit Auctor) sed adimpleret. Atqui ex illa legimus*: adimplere, *pro*: implete *&*: Hàc tam congruenté, *pro*: Hanc torã; *& non multo post ex altero eorundẽ*: an non? *pro*: aut, *&* numquam, *pro*: nusquam, *& infrà*: Atquin, *pro*: Atqui, *&*: cur ergo, *pro*: enim. *Sunt porrò iterum verba Marcionis*: Nam & bonus, *&c. vsque*: quid tum? *& Quinquies etiam habes phrasin Tertullianicam*: quâ destructor, *hæc, & sub finem capitis*: quâ bonus, quâ superuacuus, quâ patiens, quâ inconstans.

104. de gradu pellam, &c.] *Debuit Prouerbio vide nostra Prolegomena. Legimus autem*: Quocumque modo præcepit, *ex* 1. *Vatic. MS. cod. pro*: præcipit, *quia illud etiam præmittitur. Item etiam secundo*: eradisse, *pro*: eradicasse.

CAP. X.

105. Cutatur & Paralyticus, &c.] *Inscriptionem hanc capitis dedimus*: De Paralytico curato, & appellatione filij hominis, ex eodem capite v. Lucæ. *Atqui paucissimæ hæ verbi integram historiam contrahit*: Cutatur & paralyticus, & quidem in cœtu (*vtpotè docente Christo*) spectante populo; *quippè quum per tectum submissus fuerit in medium. Quod miraculum in Capharnaum contigisse patet Matth.*9.

106. Videbit enim (inquit Isaias) populus sublimitatem Domini & glotiam Dei, &c.] *Reperitur hoc secundum LXX. Isai.*35. *sicut & id, quod sequitur*: conualescite, &c. *præterquà quòd transponat* sublimitatem, *&*: gloriam. *Citatur vtrumque etiam infra hoc eodem lib.c.*12.

107.

107. Conualeſcite manus dimiſſæ, & genùa diſſoluta, &c.] *Auctor quod eſt in editione LXX.* ἰσχύσατε, *hoc eſt: confortate, accipit paſſiuè, & vertit:* conualeſcite, *tum hîc, tum in eo quod ſubiungitur:* Conualeſcite, nec timete; *& infrà ſub finem cap.12.* Inualeſcunt, *& accipitur ab eo:* dimiſſæ, *pro: remiſſa, ſeu ſicut infrà,* reſolutæ ſeu diſſolutæ, *ſicuti vocē Græcam* ἀπερρώγυιαι *vertit Interpres Irenæi lib.5.c.22. Vbi eò ſormuter auctori legitur hoc: Confortamini, cui conſentit etiam B. Cyprian. Teſtim. l.2. adu. Iud. cap.7. Atqui habes etiam hîc* repræſentationem virtium, *pro eo quod vires præſentes reddat, dum reſtituit.*

108. Exſurge, & tolle grabatum tuum, &c.] *Hic proſequitur verba Chriſti, Luc. 5. quæ protulit poſt obmurmurationem Iudæorum, quam etiam hîc ſubiungit:* Quis dimittet peccata, niſi ſolus Deus? *Sic enim legimus ex 2. Vatic. MS. cod. pro:* dimittit, *quia ab aliis omnibus legitur:* Quis dimittere poteſt. *At verò* vertit grabatum, *quod Græcè eſt* κράβαττον, *pro eo quod aliæ lectiones.*

109. Quoniam (inquit) in plurimis dimitter delicta eorum, &c: Delicta noſtra ipſe aufert.] *Legimus ex Vatic. 1. MS. cod.* Quoniam, *pro:* Quomodo. *Iſtum verò Prophetæ neceſſario duo membra diſtinguimus, quia etſi eodem capite Iſai. 53. verumque habeatur, ordine tamen tranſpoſito. Poſterius enim de quo ſupra nu. 84. præteritum quòd ibi* imbecillatem, *hic verò Petri 2.* delicta vertat, *habetur verſu 4. prius verò verſ.12. vbi interim paulò aliter hodie legitur: Et ipſe delicta multorum tulit.*

110. Nam & in priore, &c.] *Nempe, parte eiuſdem Prophetæ, quod ſubaudituri, etiam iſtum cum 2. Vatic. MS. leg as in* primore, *quod non diſplicet. Quæ enim adfert verba, Iſai. 1. habentur, è quibus nunc* tamquam roſcum *tranſtulit, quod infra Scorpiace adu. Gnoſticos, cap.12.* rufum; *& i* tamquam coccinum, *quod ibi:* vermiculum; *vbi etiam paulò aliter locum hunc explicat. B. Cyprian l.1. adu. Iud c. 14. malunt retinere ipſas voces Græcas in Latinam tranſlatas colorum:* velut phœniceum, *pro quo alij puniceum, &* coccinum.

111. Quis Deus quomodo tui?] *Habentur hæc iuxta LXX. Michæa 7. Vbi in primis oſtigimus ex MS.2. Vatic.* reſiduis hæreditatis tuæ, *pro:* reliquas, *quæ Græcè eſt* τοῖς κλοίποις; *deinde omiſſo his, &* (*quod apud Prophetam non habetur*) *diſtinguimus cum vulgatoribus codicibus cum Græca, tum Latinis LXX.* Non tenuit in teſtimonium iram ſuam, quia voluit miſericordiam, *(pro eo quod corruptè erat: & miſericordem.)* Auertet (*quod accipit abſolutè, pro: reuertitur, quomodo aly tràſferunt vocem Græcam* ἐπιστρέψει) & miſerebitur noſtri. Demerget (*ſic etiam ex 2. Vatic. cod. hîc, pro:* dimerget) delicta noſtra, & demerget in profunda (*pro eo quod erat:* profundo, *quia Græcè eſt:* βάθη) maris peccata noſtra. *Quam quam interim ſic adnotanda etiam alia ſecundum LXX. diſtinctio, quam habet B. Hieronym. in Comment. ipſa:* reſiduis hæreditatis tuæ non tenuit in teſtimonium iram ſuam, &c. *qui etiam tradit LXX. & additionem quintam verſiſſe* μαρτύριον, *id eſt:* teſtimonium; *quod Symmachus: in Sempiternum; Theodotio: in finem; ipſe verò vltrà, addenivocem Hebraam, omnia hæc ſignificare.*

112. Video Niniuitas, &c.] *Iſtud. Ioan.3. reperitur quod de* Dauid *adfert 2. Reg.12. de Achab,3. Reg.21. & de* Ionatha, *1. Reg.14. quod nempè* deprecatione, *non ſua, ſed populi,* deleta ſit ei culpa, reſignati (*hoc eſt aliis apertis, eo quod ea neceſſitate dabat in frangendis*) ieiunij. *Denique quod ſequitur:* qui mauuit miſericordiam quàm ſacrificium, *Oſee 6. &* peccatoris pœnitentiam quàm mortem, *Ezech.33. Atqui illud de Dauid:* circumduxit delictū tuum, *rectè interpretatur Rhenan. deleuit, ob litteram ſignuit, Græcè eſt* ἀφεῖκεν.

113. alibi iam congreſſi, &c.] *Adludit ad lib.1. adu. Marc. cap.26.27. & 28. vbi ſic concludit:* Quomodo (*inquit*) videbitur delicta dimittere, qui non videtur retinere? quia retineret, ſi iudicaret. Si abſolutio mortis eſt, quomodo abſoluceret à morte, qui non deuinxit ad mortem? deuinxiſſet enim, ſi non ab initio damnaſſet. *Repetit autem idipſum ſub finem huius capitis:* Qui enim iudicat, & abſoluit; *& rurſum cap.26.* Quis mihi delicta dimittet? quia ea non iudicando non retinet? an qui ſi non dimiſerit, retinebit vtiudicet? *Denique & c.28.* Quòd ſi iam remiſſio & retentio delicti iudicem Deum ſapiunt. *Hæc enim toties repetit Auctor, vt probet* Deum iudicem, *quod negabat Marcion.*

114. De filio hominis, &c.] *Eſt rurſum ad Lucam redit ad illud nempè infrà etiam ſub finem huius capitis:* poteſtatem habet filius hominis dimittendi delicta. *Cui additur ab Euangeliſta* in terra, *vtrumque retorquetur per Epiphanium in Marcionem loco ſuprà citato Conſut. 2. Si igitur (inquit)* filium hominis ſeipſum pronuntiat, *non negat ipſe virgen-tum incarnationem, & fruſtrà apud te cantatur, quòd in exiſtimatione (ſiue phantaſmate, vt mauult loqui Auctor, idipſum originem) apparuerit. Et ſi habet poteſtatem in terra, non aliena eſt terra à creatoris esse, & patris ipſius.*

115. Talem ſi forrè Caſtori aut Herculi natiuitatem tradunt fabulæ, &c.] Si forrè, *pro:* forte, *tum hîc, tum infrà, quum diuturni forrè videri poteſt (inquit Rhenanus.) Qui etiam adnotat vtrumque Iouis filium* Caſtorem *ex Leda Tindaridis coniuge,* Herculem *ex Alcmena Amphytrionis: atque adeo refert Auctor* talem natiuitatem fabulas illis tradere *dicit, vtpotè* illos, *vt ita dicam,* Dei & hominis. *Atqui de* Caſtore & Polluce, *quos* Caſtores *nuncupare ſolent fabulæ, vide ſuprà Tom.2. libro de Spectac. cap.8. nu.71. Verum paulò poſt ſequentiaſie diſtingue, vt conſtet ſenſus:* Si patris hominis, negas Dei filium; ſi & Dei, Herculem de fabula facis Chriſtum; ſi matris tantùm hominis, meum concedis; ſi neque patris hominis, ergo nullius hominis eſt filius, & neceſſe eſt, &c.

116. patrem Chriſti hominem quoque cognominare, quod de Æone fecit Valentinus, &c.] *Ita hoc reſpicit Auctor, quod quum ex Æonibus omnibus (vt narrauit ſuprà cap.12. lib. aduerſ. Valent.)* concinnatum dixerit Valentinus Ieſum, quem & Chriſtum cognominabat; inter quos in ſecunda tetrade Homo & Eccleſia (*de quibus ibidem cap.7.*) quodammodò patrem Chriſti hominem cognominarit. *Lege autem non ita multò poſt:* nõne ſufficiet, *pro:* ſufficit, *quia paulopoſt duo loca Danielis citat de* filio hominis, *vbi & ad iſtud adludens addit:* Hoc dixi ſufficere potuiſſe, *& poſtea:* ſi & alij vindicerut, & cui vindicatur, *pro:* vendicetur, *&* vendicatur, *ex vtro MS. Vatic. cod.*

117. Hic erat viſus Babylonio Regi in fornace cum martyribus ſuis, &c. tamquam filius hominis, &c.] *Haud aliter infrà cap.21.* Perſpice igitur & tu cum Rege Babylonio fornacem eius ardentem, & inuenies illic tamquam filium hominis (nondum enim verè erat, nondum ſcilicet natus ex homine.) *Et ex eadem hiſtoria citatur Daniel. 3. Tom. 2. l. de Orat. cap.* 12. qui tres ſanctos, in fornace Regis Babylonij orantes, cum ſarabatis & tyaris ſuis exaudiuit. *Atqui ſæpiſſimè habes citatum quod hîc adfert:* de filio hominis veniente cum nubibus cœli, *Dan. 7. Sunt autem virtus Tertullianea:* quâ Dei quoque filium, *&* tractatarent, *pro:* tractatarent.

118. Denique nuſquam adhuc profeſſus eſt ſe filium hominis, quàm in iſto loco primùm, &c.] *Loquitur Auctor de Euangelio Lucæ ſolummodo, ſecundum quod* in iſto loco primùm profeſſus eſt ſe filium hominis. *Nam ſi de Euangelijs omnibus loquamur, ante hoc miraculum recenſet D. Matthæus illud Chriſti: Filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet, quod primum repetitur Luc.9. Verum autem priùs contigerint verba illa Chriſti ante iſtud miraculum, ſicuti contendunt qui Concordiam ſcripſerunt Euangelicam, an poſteriùs, quod indicare videtur Auctor, alijs diſputandum relinquo. Atqui de Proœuerbialis formula:* Cor non habere vel cerebrum, *vide Prolegomena noſtra.*

Cap. xi.

119. Publicanum adlectum à Domino, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De publicano adlecto à Domino, ieiunio, ſponſo Chriſto, ac parabolis vini veteris & noui, ex eodem capite quinto Lucæ. *Agit autem de Matthæo* publicano *in Apoſtolum* adlecto.

120. lumen, & spem, & exspectationem nationum, prædicari Christum, &c.] *Primò Isai. 42. & 49. illud sæpissimè citatum ab Auctore*: Dedi te in lumen nationum. *Deinde, quum alibi nusquam inuenire potuerimus, vbi* spes nationum prædicatur Christus, *coniicio Auctorem alludere ad illud Gen. 49. Et ipse erit* spes & exspectatio gentium, *vt vtrumque ponat ad maiorem efficatiam.*

121. Medicum sanis non esse necessitatis, sed malè habitibus, &c.] *Sensum potius hic reddidit Auctor quàm verba Christi, qua profequitur Luc. 5. Vexerit autem iterum Tertullianea*: remediandam, *sicuti suprà cap. 8.* remediator. *Atque legimus ex 2. Vat. MS. cod.* Hoc similitudo præiudicat, *pro*: Hæc.

122. Vndeautem & Ioannes venit in medium, &c.] *Sic quasi aliud agit, profequitur illud*: Quare discipuli Ioānis ieiunāt assiduè, & orant, tui autē manducant & bibunt? *Vertit enim Auctor*: assiduè *vocem* πυκνὰ. *pro eo quod aly magis proprii: frequenter.*

123. Subitò Christus, &c.] *Repetit quod suprà cap. 7. exsententia Marcionis adduxit, & late confutauit l. 3. adu. Marc. c. 2.*

124. Sed de Ioanne cetera alibi, &c.] *Nempè infrà c. 18. Legimus autem omisse*: enim: *superfluo, tum vtroque MS. Vatic. cod.* Ad præsentes quosque, &c.

125. vociferator in solitudinem, & præparator viarum Dominicarum, &c.] *Paraphrastice, non ad verbū citatur hic ab Auctore illud Isai. 40. repetitum Matth. 3. Marc. 2. & Luc. 3. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini. Sunt autem Tertullianica paulopòst*: vocaret prouocationis intētio, *pro*: *fructificandi esset, &*: contratiam initiatos diuinitatem, *vbi figuram Gracam adnotauit stile Rhenanus.*

126. quòd non possent ieiunare filij sponsi quamdiu cum eis esset sponsus, posthea verò ieiunaturos promittens, quum ablatus ab eis sponsus esset, &c.] *Rursus hic transit ad Christi resurrectionem Pharisæos Scribus factam, Vbi in hoc solum differt à vulgata editione, quòd ibi legatur*: Numquid potest *ut facere ieiunare, hic verò simpliciter*: non possunt ieiunare.

127. A summo cœli profectio eius, &c.] *Verissimè vox Græca ἔξοδος, profectio, ab Auctore Psal. 18. & ταπείνωσις*, deuersio, *pro quibus apud alios*: egressio, *& occasus*. Deuersio *enim pro diuersione, Auctoris est vsitatissimi. vel Rhenan. etiam teste.*

128. Velut sponso, circumposuit mihi mitram, & velut sponsam ornauit me ornatu, &c.] *Omninò sic huic locum supplebis, qua omnes additiones tam LXX. quàm Theodotionis illud*: circumposuit mihi mitram, *ad sponsum referunt, & addunt* velut sponsam: ornauit me ornatu: *pro quo quia Græcè est κόσμῳ. vertit B. Hieronym. secundum LXX. mundo muliebri. Quæ autem illud ad Christum refert Auctor, etiam Ecclesiæ ad ex parte competere significat, quum subdit*: In se enim & Ecclesiam deputat, *vbi adijcit*: enim, *ex 2. Vat. MS. cod.*

129. Et circumpones tibi omneseos velut ornamentum sponsa, &c.] *Hic quoque ex altero Vat. MS. cod. castigauimus*: circumpones, *pro*: circumponens, *&*: sponsa, *pro* sponse, *nam Græcè est*: καὶ περιθήσῃ αὐτὰ ὡς κόσμον νύμφῃ. *Accessit autem more suo vsurpat Auctor, pro accessit.*

130. Veni sponsa de Libano, &c.] *Repertus illud Cantic. 4.* Eleganter (*inquit Auctor*) Libani montis mentione inicta, qui turis (*sic Vatic. 2. pro*: thuris) vocabulo est penes Græcos. *Eodem enim more vocatur* λίβανος *mons Arabiæ, &* λίβανος *turis arbor apud Dioscoridem. Post qua verba nouam distinguimus periodum*: De Idololatria enim, &c.

131. Nuptias non coniungit, &c.] *Suprà eandem Marcionis hæresin ipsem penè verbis expressit & confutauit Auctor. l. 1. adu. Marc. c. 29.* Non ting uitur (*quare & hic more Tertullian.* tinguit *sub stitutimus, pro*: tingit) nisi virgo, nisi vidua, nisi cœlebs, nisi diuortio baptisma mercata ; *vbi vide nostras Adnotationes nu. 195. Hic paulo amplius*: morti (*inquit*) aut repudio baptisma seruat ; *atque adeò videtur saltem in morte admisisse comitantes ad* baptisma. *Aduersus autem eundem hunc disputat, ex* Vxor sponsi, *qua ipse Christus vtitur.*

132. qui masculum & fœminam coniunxit , &c.] *Illud partim desumpsit Metaphrastices Auctor ex Gen. cap. 2. partim Matth. 19.*

133. Ertasti in illa etiam Domini pronuntiatione, &c.] *Pergit ad reliqua verba Domini Luc. 5. nempè illa quæ recitas paulopòst, quàm ordine immutato*: Nemo vinum nouum committit in vtres veteres, *&*: nouum additamentum nemo incijcit veteri vestimento. *De quo loco aliquid suprà adnotauimus l. 3. adu. Marc. c. 15. nu. 109. Sed hic adijcendum quod habet Epiphanius, hæresin Marcionæ, partim ex occasione huius scripturæ originem cepisse, quòd quum ille proponeret (in compendium redigo quæ latiùs ille profequitur) hanc scripturam Ecclesiæ Dei presbyteris, & illis interpretantibus vtres veteres & nouas aliter quàm ipse, atque adeò, antea à patre ecclesiæ ex Ecclesia, abeā in communionem non recuperetur*: (*inquit*) *scindam Ecclesiam vestram. Verùm Ecclesiam, inquit ille, non discidit, sed resipsam. Atque hoc ipsum est quod hic dicit Auctor*: Veteri, id est priori Euangelio, pannum hæreticæ nouitatis assuiti. *Quo etiam pulcrè ostendit non posse dicta verba intelligi (quod volebat Marcion) de veteri & nouo Testamento. Aliquisic distinguo quod sequitur*: Inquo alter creator (velim discere) quum per Hieremiam præcepit: Nouate, *&c.* nōne à veteribus auertit? quum per Isaiam, &c.

134. quum per Isaiam edicit : Vetera transierunt; ecce noua quæ ego facio, &c.] *Quandoquidem hanc scripturam integram (omisso*: &, *intermedio*) *Isaie tribuit, apparet quod nunc legitur 1. Cor. 5.* Vetera transierunt, *etiam olim lectum fuisse Isai. 43. de quo vide suprà c. 1. n. 11. Vtis & de præcedentis scriptura Hieremi. 4.* Nouate, &c. *Legimus autem paulopòst, omissa* semel *dictione*, Dei, *secundum alterum Vatic. MS. sub vnius & ciusdem Dei auctoritate.*

135. Separatio per coniunctionem capit de quasit.] *Ostendimus (inquit Rhenanus) in superioribus scholijs rarum ac insolentem huius verbi capit vsum in hoc Auctore. Sensus est*: Separatio per coniunctionem *accidas de qua sit. Capit, id est: capax est fieri. Datur. Possibilis est.*

136. de septuagesimo septimo venit Psalmo : Aperiam (inquit) in parabolam os meum, &c.] *Aptissimè hunc scripturam adsert Auctor, vt ostendat, nihil noui esse, quòd Christus in nouo Testamento parabolæ vsitatur. Quum autem non LXX. sed LXXVII. Psalmo reperiatur illud, eo maiore audacia castigauis illud* septuagesimo septimo, *quòd non existimem Auctorem numerum Psalmi addidisse, sed ex margine irrepsisse in contextum. Mirum interim illud, quod legat conformiter translationi Hebraæ*: In parabolam, *quum additones reliquæ, Vetus, Romana, & Gallicana legant*: in parabolis, *& consentiat textui Græco LXX. Seruauit autem vocem Græcā* προβλήματα, *pro qua vulgata editio obscuris: propositiones. Porro adnotatu dignum, quòd tamen vulgo satis notum est*: Si hominem alterius gentis probare voluisses, vtique de proprietate loquelæ probares.

Cap. xii.

137. De Sabbato quoque, &c.] *Caput hoc inscriptissimum*: De discipulis vellentibus spicas, & homine aridam manum habente curato in Sabbato, ex Lucæ cap. vi. *Quem quum obijcerent a Marcione, vt diuersi tatem statueret veteris & noui Testamenti; multis scripturis Auctor deducit etiam in veteri Testamento Sabbatis opera Dei facta fuisse. In quo illum imitatur etiam Epiphanius vbi suprà, confutat. 3. & 21.*

138. si non Dominum Sabbati circumferret Christus, &c.] *Hic adiudicat illud christi*: Dominus est filius hominis etiam Sabbati, *de quo sic Epiphan. Duo statim, inquit, simul, & filium hominis & Dominum Sabbati, suipsum Saluator confitetur ; decens vt ne sabbatum alienum à sua creatione putetur. Quæsi, vt etiam hic textui Vatec. MS. cod. legamus*: Dominum, *pro*: Deum, *maximè quum infrà etiam legatur*: Dominus Sabbati dictus, quia sabbatum vt rem suam tuebatur. *Quamquam interim multo post ostud legatur Luc. 6. & pratedant, qua hic subiungit Auctor, pro commodissimè tractata iudico.*

139. Siquidem in obſidione ciuitatis Hierichuntis circumlata per muros arcâ Teſtamenti, ſeptem diebus, etiam Sabbato, &c.] *Auctor ſuper Tomo 1. lib. aduerſ. Iud. cap. 4.* & finito ſpatio diei ſeptimi, ſicut prædictum erat, ruerunt muti ciuitatis. Exquo manifeſtè oſtenditur, in numero iſtorum dierum ſeptem incutriſſe diem Sabbati. Septem enim dies, vndecunque initium acceperint, Sabbati diem ſecum concludant neceſſe eſt. *Et ſimiliter legitur ſecundum aduersus omnes Iosue 6. Quare & nos caſtigauimus* ſeptem diebus, *pro eo quod erat:* octo; *facile enim fuit numeros immutare, & vnico tantùm puncto diſtantes VII. & VIII. numeri, maximè quum etiam Hebr. 11. legatur: fide* muri Hierichо corruetunt circuitu dierum ſeptem. *Atqui* Ioſue, *mox iuxta LXX. vocat:* Ieſum.

140. Neomenias & Sabbata veſtra odit anima mea, &c.] *Similiter ſuprà dicta loco lib. aduerſ. Iud. citatur:* Sabbata veſtra odit anima mea. *& Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 14.* Sabbata veſtra & neomenias & ceremonias odit anima mea. *& ſuprà lib. 2. aduerſ. Marc. cap. 22.* Sollemnitates & dies feſtos, & veſtra Sabbata odit anima mea. *Quibus locis non integrum contextum Iſaiæ citat, ſed omiſſis intermediis coniungit dumtaxat initium & finem, ſicut hic, & libro aduerſ. Iudæos, legens ſecundum tranſlationem Symmachi:* Neomenias & Sabbata veſtra odit anima mea, *quemadmodum etiam Origenes in cap. 28. Numerorum, & B. Cyrillus Alexandr. lib. 9. contra Iulianum. Aut tranſponit verba, aut vnum aliquid adijcit intermedium. Verum lib. aduerſ. Marc. 1. cap. 20. integrum locum citat, ſicut Iſai. 1. iuxta LXX. legitur:* Neomenias veſtras & Sabbata, & diem magnum non ſuſtineo, feriasque & ieiunium (*verbum tranſpoſitum, & omiſſo quod ſecundo repetitur*, Neomenias) & dies feſtos veſtros odit anima mea.

141. Eſurierant diſcipuli, ea die ſpicas decerptas manibus effrixerant, cibum operati, feriis ruperant, &c.] *Sic expreſſit ſuus verbum Auctor quod eſt initio cap. 6. Luc: Factum eſt autem in Sabbato ſecundo primo (quale ſabbatum id fuerit, non adtingit Auctor) quum tranſirent per ſata,* vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant, confricantes manibus. *Vbi, pro:* confricantes, *eſt Græcè* ψώχοντες, *quod confricare ſignificat, deridere, in minutas partes fecare, terere, attenuare; atque adeò men ſoſum eſſe patet illud quod in vet. codicibus Tertullianus legitur,* effixerant, *quod etiam an Latinum ſit, meritò quis dubitet. Proinde emendauimus:* effrixerant; *nam* efficare, *pro fricando excutere (quod proprie huic loco competit) vſurpatum eſt etiam Seneca Epiſt. 96. vbi (inquit) hebetibus & obtuſis, aut mala conſuetudine obſeſſis, diu rubigo animorum efficanda eſt. Quamquam interim adhuc obſoletum eſt verbum illud* effrixerant, *pro:* efficiauerant; *ſed ſolet talibus delectari Auctor.*

142. Excuſat illos Chriſtus, & reus eſt Sabbati læſi, accuſant Phariſæi, &c.] *Etiam hic adludit ad verba Luca, ſed alio ordine, nam primum accuſarunt Phariſæi, dicentes: Quid facitis quod non licet in Sabbatis? & deinde excuſat illos Chriſtus verbis ſuprà indicatis num.* 138. Dominus eſt filius hominis etiam Sabbati.

143. ſtatus controuerſiæ (vt aliquid cludam cum mei Domini veritate) ſcripti & voluntatis, &c.] *Sic omninò legimus, omiſſo:* quaſi, interiecto, *quod ſuperabundabat, iuxta alterum MS. Vatic. cod. Atqui* ſtatus ſcripti & voluntatis, *quem mox iterum repetit, ſuæ conſuluerunt phraſis eſt, qua diſtinguunt inter* ſtatum ſcripti & voluntatis; *ipſe autem Auctor vtrumque in Chriſto defendit.*

144. quaſi de exemplo Dauid introgreſſi Sabbatis templum, & operati cibum, audenter fractis panibus propoſitionis.] *Etiam hoc, quaſi aliud agens, addiuit ad c. 6. Luca, vbi dicitur: Dauid intrauit in domum Dei, & panes* propoſitionis *ſumpſit, & manducauit, & dedit his qui cum ipſo erant. Auctor interim addit:* Sabbatis, *quod neque ibi, neque Matth. 12. & Marc. 2. neque etiam 1. Regum 21.* (*Vnde ſumpſit hiſtoriam Chriſtus*) *reperitur; fortaſſe, vt magis ad inſtitutum faceret, putauit id ſubintelligi, eo quòd illud aliquo modo non videatur facere ad confirmationem eius, quòd non nouum ſit* operari cibum in Sabbatis.

145. veniam ieiunij dico, &c.] Veniam ieiunij *quam intelligat, mox ſubiungit:* ieiunio libetare, *id eſt relaxationem à ieiunio; quod* priuilegium illud Sabbato donatum à primordio *non immenio in ſcriptura, & tamen etiam Damaſcenus lib. 4. de Orthod. fide, c. 24. videtur indicare in lege Moyſi aliquid tale promulgatum fuiſſe, quum dicit: Lege præcipiente, non ſeipſos die Sabbati adſtigendos eſſe.*

146. Quum enim prohibuiſſet creator in biduum legi manna, &c.] *Iſtud haud difficile fuit reperire Exod. 16. quòd nempè poſtquàm* prohibuiſſet creator *mihi* mannæ *relinqui vſque mane, atque adeò in* biduum colligi manna; *permiſit tamen in ſexta, quam* parateſcuen *vocat Auctor; vt ſabbati caret in Sabbato, quod dixit Auctor eleganter,* Sabbati feriatæ; *à quo rurſus repetitur:* paratura, *vox frequentiſſ. vſurpata, ſicuti paulopoſt:* vacandi.

147. non conſtanter, &c.] *Sic etiam lib. de Patient. cap. 3. ſuprà Tomo 2.* Proditorem ſuum, *&c.* nec conſtanter denorauit. *Cui adnotationi Rhenanus adijcit, atqui hic conſtanter eodem modo quo dixit Cicero 1. Tuſcul.* conſtanter *& conuenienter, aut Epiſt. ad Attic. l. 4. Epiſt. 83.* conſtanter *& liberè.*

148. Exinde obſeruant Phariſæi, ſi medicinas Sabbatis ageret, vraccuſarent eum, &c.] *Rurſum redit ad explicanda parro acta, Chriſti Luc. 6. in hoc differens ab editione vulgata, quod ſolos* Phariſæos, *non verò & Scribas commemoret; deinde quòd conſentiat potius Euangelio Matth. 9. & Marc. 3. inuito:* vt accuſarent eum, *quum apud Lucam habeatur:* vt inuenirent *vnde accuſarent eum. Rurſum autem vox Tertullianica:* quâ, *hic hic repetitur.*

149. Non facies, inquit, omne opus in ea, niſi quod fiet omni animæ, &c.] *Quum niſi quam iſtud reperire potuerimus in* Lege *Moyſi quam hic adlegat, ſuſpicor olim ita legitum fuiſſe Exodi 31. vbi hodie legitur: Omnis qui facit in eo opus, peribit anima illa de medio populi ſui; aut potius Leuit. 23. vbi frequentiùs itidem reperitur: Opus ſeruile non facietis in eo; & Marc. 3.: Omnis qui facet in eo opus, peribit anima illa de medio populi ſui; maximè quum eundem hunc locum citet etiam ſuprà lib. aduerſ. Iud. cap. 4. haud abſimiliter:* Omne opus ſeruile non facietis in eo; præterquàm quod ad animam pertinet. *Quò etiam adludere videtur B. Hieron. in cap. 28. Iſaiæ, his verbis:* Lege præceptum eſt, *ne in Sabbatis opus ſeruile faciamus, ne accendamus ignem, vt in vno ſeſe domus loco;* vt illa tantùm faciamus, quæ ad animæ ſalutem pertinent.

150. interrogat: Licétne Sabbatis benè facere, an nõ? animam liberare, an perdere? &c.] *Proſequitur denuò verba Chriſti Luc. 6. Vbi proprie tranſtulit:* ἀγαθοποιῆσαι, Licétne, *& ψυχὴν vnica voce, tranſtulit,* liberare; *in hoc differens à reliquis omnibus, quod non legat: an malè, ſed dumtaxat:* an non. *Bis autem rurſum repetitur:* quâ, *more Tertullianico.*

151. quæ per eundem poſtea Propheten vera, & delicata, & non prophananda pronuntiat, &c.] *Quum de* Sabbatis *loquatur, & eundem Propheten baudaudubiè Iſaiam intelligat, vtpotè cuius ſunt verba ſcripturarum duarum præcedentium, exiſtimauimus adludere Auctorem partim ad illud Iſai. 58.* Sabbata delicata ſanctæ Deo tuo, *quæ etiam reperire eſt apud B. Iuſtin. Mart aduerſus Tryphonem, partim ad illud his verbis repetitum Iſai. 56.* Cuſtodientes Sabbata mea, vt non prophanentur. *Atque adeò exiſtimo prorſus legendum:* delicata, *pro:* dilecta.

152. & nunc manum aridam curans, &c.] *Hîc iterum redit ad verba Luc. 6. ſicuti & multo prius, quam dixit:* per manus areſactæ reſtitutionem; *nam Lucas habet:* & reſtituta eſt manus eius, *ea nempe ipſa, quam prius aridam dixit.*

153. dum conditionem interpretatur eius, &c.] *Hîc in compendium redigit quicquid dixit hoc capite ſuſtinuo à Chriſto in adimplendo nem, non verò in diſſolutionem legis de Sabbato; nempè:* dum conditionem interpretatur Sabbati, *quòd à Domino inſtitutum ſit, atque adeò Dominus Sabbati ſit ſolus*

hominis; vtpotè cùm mutare, sit eum qui instituit, dum opetum differentiam illuminat, *subindicans licere Sabbatho bene facere, non mali facere, animas liberare, non perdere*, dum facit quæ Lex de festis Sabbati excipit, *nempe quod ad animam pertinet*; *dum* ipsum diem Sabbati, benedictione patris à primordio sanctum (*sicuti legitur Gen.* 2.) benefactione sua (*vox Tertullianea, pro beneficio restituta manus aridæ*) efficit sanctiorem.

154. In quo die si & Helisæus, &c.] *Habetur ipsud 4. Reg. 4. sed potius videtur haberi contrarium hodie, quod non* in die sabbati *contigerit. Verùm videtur suo more accepisse Auctor & hoc est*: non, *pro*: nónne; *quum dicitur*: non Calendæ & non Sabbatum? *Ac si dicat, quare hodie vadu ad eum, quum sit & Neomenia & Sabbatum; quibus diebus profiscès non licet?*

Cap xiii.

155. Certè euangelizat Sion, &c.] *Caput hoc inscripsimus.* De ascensu in montem, & oratione nocturna; Apostolorum duodecim numero, mutato Petri nomine, & gentium ad Christum conflux u, ex eodem cap. 6. Lucæ. *Addidit autem hic ad implendam Prophetiam Isai. 52. quam paulopost citat.*

156. ascendit in montem, & illic pernoctat in oratione, &c.] *Hæc verba sunt Lucæ 6. præterquam quòd omittat* Dei, *quod tamen habent omnes alij codices tam Græci, Latini, quam Syriacus.*

157. In montem excelsum, inquit Isaias, &c.] *Hanc* Prophetiam *Isai. 40. eodem modo de Christo in monte oranie interpretatur B. Ambros. lib. 5. in Lucam, c. 6. Nec differt hic ab aliis Auctor, nisi quòd legat*: cum vigore, *vbi alij*: in; *& vero quia mox legit* in vigore, *etiam sic primo loco restitui.*

158. Et rursus: Proptereà cognoscet populus, &c.] *Hùc locum etiam de Christo interpretatur Soter Papa 1. Epist. Decret. 1. Cyrill. lib. de incarnat. vnigenit, cap. 2. Chrysost. in 81 arcum, ho. 5. Origenes in cap. 10. ad Roma. l. 8. Athanasius de fidei vnit. & Trinit. Est autem corrigenda lectio Auctoris*: Quod ego sum qui loquebar, pro: loquor; *nam sic interpretatur*: Tunc enim ipse erat qui in Prophetis loquebatur. *Adnotanda etiam antiqua & diuersa ab aliis distinctio*: Adsum (*nam sic lego pro*: Assum, *ne forte assum quid imaginetur idiota Lector*) dum hora est, *in montibus* (*pro quo alij*: sicut hora) vt euangelizans auditionem pacis, euangelizans bona.

159. Item Naum ex duodecim, &c.] *Nempè Prophetis. Reperitur enim Naum 1. quod citat.* Quomam eccè veloces pedes in monte euangelizantis pacem, *præterquam quòd apud* LXX. *legatur*: ὼὴ τὶ ὄρη, *id est* supet montes. *Sed non mirum, quum ipse B. Hier. propterea ferèbat se hic LXX. interpretes differre, quòd & ipsa capitula apud eos interpretationis varietate confusa sint.*

160. Deus meus clamabo per diem, & exaudies, &c.] *Mirum est quod legat*: & exaudies *quum additones omnes Vetus, Romana, Gallica, & ex Hebræo Psal. 21. legant*: & non exaudies; *sed videtur voluisse adaptare ad suum institutum, vt ostenderet verum esse quod initio capitis dixit*: & vbique auditur à patre. *Nam eodem pertinet illud quod adfert ex Psal. 3.* Voce mea ad Dominum exclamaui, & exaudiuit me; *fortasse malitiosè est codicem aliquem Latinum, in quo sic legebatur. Legit autem etiam*: & non in vanitatem mihi, *pro eo quod alij*: & non ad insipientiam.

161. Cut autem duodecim Apostolos elegit, &c.] *Ad sequentia pergit eiusdem cap. 6. Lucæ, addens*: Huius numeri figuras, XII. fontes Elim, *Nu. 33.* XII. gemmas in tunica facerdotali Aaronis, *Exodi 28.* (*sicenim legimus ex Vatic. MS. pro*: Aaron; *de quibus etiam supra lib. 2. ad Marc. cap. 10. nu. 64.*) & duodecim lapides ab Iesu de Iordane electos, & in arcam testamenti conditos, *Iosue 4. vbi interim mirum hoc est & peculiare Auctori, quòd dicat duodec* XII. lapides in arcam testamenti conditos, *quum contextus ipse repugnet, qui significat tantùmodo fuisse*, ת XII. *viri ex* XII. *tribubus Israël humeris suis singulis singulos lapides secum de Iordane sustulerint, & in loco castrorum posuerint, non in area testamenti. Et tamen veram hanc esse lectionem patet ex subsequenti Auctoris interpretatione.* Proinde vt & lapides solidi inde, quos de lauacro Iordanis Iesus verus elegit, & in sacrarium testamenti sui recepit.

162. Mutat & Petro nomen de Simone, &c.] *Prosequitur illud Luc. 6.* Simonem, quem cognominauit Petrum. *Similiter & B. Iustinus Martyr aduers. Tryphonem*: *Atque ex discipulis suis vnum, Christus* Simonem *prius* nominatum Petrum appellauit, *quòd scilicet patrio succelestis tu reuelationem, filium Dei esse agnouerit. Causam interim aliam hic Auctor reddit, quòd* affectauerit caritissimo discipulorum, de figuris suis (quia petta & lapis Christus) peculiariter nomen communicare. *Atqui quum B. Iustinus & Auctor diserte verbis significent*: mutatum Petro nomen de Simone; *non legerunt*: *quem & cognominauit*; *atque adeò Gratum illud*: τῷ, *hodie superfluum esse, ex quo tantem perpetam Erasmus nititur persuadere, duo fuisse Petro nomina, maximè quum etiam similia exempla ex veteri Testamento de mutatis nominibus adferat Auctor. Porrò Epiphanius aduersus Marc. her. 42. Consul. 4. urget etiam contra eundem, quod hic omisit Auctor, illud*: Iudas Iscariotes qui fuit proditor eius; *inde probans, quòd phantasma non fuerit Christus, qui sub tactum cecidit, nempè proditione iuda comprehensus, & crucifixus.*

163. hunc vocando Iesum, &c.] *Eum nempè, cui antè nomen*: Ausea, *Num. 13. de quo vide suprà bis alicubi latius.*

164. illis syllabas adiiciendo, &c.] *Hoc vult Auctor, quod ex disyllabis* Abram & Sarai, *trisyllaba* nomina illis reformata sint Abraham & Saraa. *Sicut enim latè prosequitur B. Hieronymus l. quæst. Hebraic. in Genes. Ex nomine Dei tetragrammato adiectis duobus illis* ה *intera, quæ est per hæ scribatur, tamen per ha, vel A pronuntiari solet, quem sequuntur Helychius & Hrabanus noster suis Comment. ad cap. 17. Gen. Nec dissentit ab illis quem Tertullianus imitari solet B. Iustin. Mart. 3. aduers. Tryphe. in hæc verba*: Ac enim, cur primo Abram nomini A vnum sit additum, theologando, & quasi diuina tractando differit? *cur Raai A vnum* (*sic enim legendum sentio pro 1. quia illud potius primo Sarai nomini addebatur*) *Saraappellationi sic adiectum, quòd* ratione ad Spiritum *comparata enarrat, quam vero ob rem à patre eius in diuinum nomen in filio Naue totum diu nomine sit transmutatum* (*nempè Iesus pro Auseæ, vt num. 163. dictum est*) *non percontatus? Quilocus notatu dignus, quòd tyrannicæ sententiam recenseat*: alterum, *Græcorum* (*quam non probat B. Hieron.*) *qui R. secundum additum putant nomini Saræ*: alteram *Hebræorum de A addito. Lego autem ex 1. Vatic. MS. C.* proprius, quàm de non suis, *pro*: propiùs.

165. Conueniunt-à Tyro & ex aliis regionibus multitudo etiam transmarina, &c.] *Imprimis Epiphan. quod omisit Auctor, dicta Consul. 4. retorquet in Marcionemilud*: Er descendens (*sic enim hic castigandum puto, pro*: descendit, *qua illud legunt additones omnes Luc. 6.*) cum illis; *siue inter ipsos, sicuti legebat Marcion: dicens, non posse apparentiam seu phantasma discipulum, qui postea sub tactum cadere ostenderet, quum paulopost subiungatur* (*quod etiam sile urget Consul. 5.*) Et omnis turba quærebat eum tangere. *Deinde admonenda illa lectio peculiaris Auctoris*: etiam transmatina, *quum Græce sit*, καὶ πᾶς ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ, *& Latinè iuxta emendatiores codices & maritima Tyri & Sydonis.*

166. Et ecce Allophylì, &c.] *Psalmo 86. quem citat, non reperitur additum illud*: Et. *Retenta est autem ab Auctore vox*: ἀλλόφυλοι, *pro qua aly*: alienigenæ *vertunt. Sine autem lege*: Et homo factus est in ea, *iuxta excusos hic codices, & additionem Psalmorum Romanam, siue*: natus est, *iuxta alterum Vatic. MS. & Gallicam emendatiorem, perinde est. At omnino caste assumus ex veroque MS. Vatic. cod.* & ædificauit eam, *pro*: ædificabit, *quia in præterito omnes vertunt*: *fundauit. Illud vero*: quoniam Deus homo natus est, *quum Auctoris sit, pas est hic inclusimus, & mox distinguimus*: *quia Deus* homo natus, erat ædificatorus.

167. Ecce isti venient de longinquo, isti autem venient ab

ab Aquilone, &c.] *Reliqui:* venient *utrobique, pro:* veniunt; *quia additones omnes, & Græca* LXX. *etiam secundum quod statuitur pro vocatione gentium à reliquis Patribus, illud legunt Isai.* 49. *Est autem genuinum illud:* à terra Persarum, *secundum* LXX. *pro eo quod* B. *Hieronymus. de terra australi. Vox Hebræa vtrumque significat. Ex eodem capite sed & illud quod sequitur* adtolle, *&c. præterquàm quòd omittatur:* ecce, *intermedium, quod habet Hebraicum* LXX. *& deest tam in Hebræo & Chaldæo editionibus, ante:* congregati sunt; *quare suspicor olim lectum id non fuisse.*

168. Vides ignotos & extraneos, & dices cordi tuo, &c.] *Initium istud non reperitur dicto cap.* 49. *vbi tamen sequentia reperire est, excepto quòd legat Auctor:* cordi tuo, *pro quo alia additones omnes:* in corde tuo, *& quòd intermedia quadam verba intermittat.*

Cap. xxiii.

169. Venio nunc ad ordinarias sententias, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De beatitudinibus, ex eodem cap. VI. Lucæ. *Quamquam interim apud Lucam, duntaxat quatuor* beatitudines *commemorentur, apud Matthæum verò octo.*

170. per quas proprietatem doctrinæ suæ inducit ad edictum, &c.] *Jure consultorum (inquit Rhenanus) sermo est, apud quos* edictales *bonorum possessiones sunt, ordinariæ videlicet, & quæ ius tribuunt.*

171. Beati mendici (fic enim exigit interpretatio vocabuli quod in Græco est) quoniam illorum est regnum cœlorum, &c.] *Græce est Luc.* 6. (*cuius iterum textum Auctor prosequitur*) ὁι πτωχοὶ, *quod proprie* mendicos *significat; iuxta illud Aristophanis in Pluto:* πλοῦτῳ *vita, viuere est nihil habentem,* πένητος *autem, id est pauperis, parcè vti & laboribus intendere. Supra tamen lib. de Idolol. c.* 12. Fœlices egenos *transtulit. Atqui etiam in sequentibus scripturæ vetern Testamenti, quas cum hac scriptura consentire ostendit, transfert* mendicos, *vbicumque est Græcè* πτωχὸς, *&* pauperes, *vbi est altera vox* πένης. *Mirum est autem, quod legat:* illorum est regnũ cœlorum, *iuxta quod est Matth.* 5. *non verò sicuti hodie apud Lucam legitur:* vestrum est regnum Dei. *Et tamen genuinum esse apparet, ex eo quod infrà etiam interpretetur* cœlorum, *agens de* promissionibus Christi cœlestibus.

172. dedicauit, &c.] *Hoc verbo (inquit Rhenan.) libenter vtitur, vti lib. aduers. Marc.* 1. vt imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur, *lib. de Carne Christi, cap.* 17. Nouè nasci debebat nouæ natiuitatis dedicator, *lib. de Resurr. carn. c.* 6. Recogita totum illi Deum occupatum ac dedicatum, *Infrà:* De materia potius subiacenti volunt ab illo vniuersitatem dedicatam, *& alibi sæpè. Eadem verba correspondent voci:* initiator, *quam mox subiungit Auctor. Supplemus autem ex MS.* I. *Vat. cod.* Eructauit enim, inquit, *&c. & paulopòst:* Quid ergo mirum est. *Sine verò legas cum ex insti:* ad fectibus creatoris, *sive:* ad fectionibus *cum altero Vatic. MS. periude est. Infrà certe repetitur:* cui tantus ad fectus.

173. Inclamat Psalmus: Iudicate, &c.] *Istud ex Psalmo* 81. *in hoc variat à vulgata editione, quòd legat:* iustè tractate, *pro quo alij omnes, ex Græco* δικαιοῦτε, *iustificate; verùm Isai.* 1. *eadem vox legitur, vbi aliy transferunt:* defendite viduam, *& Auctor non multopòst,* iustè tractate.

174. Iustitia iudicabit mendicos, &c.] *Hic aliter distinguit quàm vulgo, quia pro eo quod est Psal.* 71. *versu* 3. *iustitiam, & versu* 4. *Iudicabit pauperes populi, Auctor hic in eodem versiculo nunquàm: Iustitia iudicabit mendicos populi. Retentas est etiam ab eo vox* δικαιοσύνη, *&:* Exvsura (*vbi & nos nouum versum incipimus*) *vertit, quod est Græcè* ἐκ τόκων. *Atqui iuxta editiones Græcam, Romanam & Gallicanam restituimus:* libertauit, *ex altero codice Vaticano, pro:* liberauerit; *vti etiam:* & honoratum nomen eorum coram ipso, *iuxta additones Latinas prædictas, vnde colligitur perperàm hodie legi Græcè* τὸ ὄνομα αὐτῶν ἔναντι αὐτοῦ, *sed contrà legi debere:* αὐτοῦ, *&:* αὐτῷ.

175. Auertantur peccatores in inferos, &c.] *Hic mirum est quòd transferat:* in inferos, *quum Psal.* 9. *Græce sit:* εἰς τὸν ᾅδην, *hoc est:* in inferum; *at rectè vertit:* obliuioni habebitur mendicus, *pro eo quod Græcè est:* ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός.

176. vti federe eum faciat, &c.] *Rectè etiam sic transtulit, quod Psal.* 112. *aly vertunt:* vt collocet eum, *quia Græce legitur:* τοῦ καθίσαι αὐτὸν, *quod* 1. *Reg.* 2. *Latinus Interpres eodem modo vertit, & ipsequoque Auctor paulopòst.*

177. Sic & retro in Basilius, Anna mater Samuelis, &c.] *De phrasi hac Auctorus, quæ libros quatuor Regum non distinguit in libros Samuelis duos, & Regum duos (prout hodie perperàm fit in editione* LXX. *etiam in Biblijs Regijs) sed omnes Basiliarum, Græcè* βασιλείων, *id est Regnorum appellat, vide supra lib.* 3. *adu. Marc. cap.* 20. *num.* 133. *Retinuit autem sterum hic Auctor vocem* Ῥωμάτων, *sed in hoc differt ab omnibus, quòd legat:* in thronis gloriæ, *pro quo hodie Græcè legitur* τὸν θρόνον, *&c. vti referatur ad sequentia. Atqui supplemus hic necessariò ex altero Vatic. MS. cod.* cum dynastis populi, vtique in regno suo.

178. Vos autem ad quid incēditis vineam meam, &c.] *Interpres Latinus* LXX *legit:* incendistis, *Isai.* 3. *quòd Græcè sit* ἐκκαυματίσατε, *sed videtur legisse Auctor* ἐμπυρεύσατε.

179. scribentes enim scribunt nequam, &c.] *Græce quidem Isai.* 10. *iaminstehuius scripturæ, quàm hic,* οἱ πονηροὶ *sed retinui nequam, eo quòd sensum sit idem. Differt verò etiam in hoc à* LXX. *qui hodie exstant, quod legat:* iudicia, *pro:* iudicium, *& deinde:* iudicata, *vbi tamen legitur singulari numero Græcè,* κρίσιν *&* κρίμα.

180. & venite conciliemur, dicit Dominus, &c.] *Græcè est:* Διεκγυδιάθω, *quod aly vertunt:* disceptemus; *Auctor videtur considerasse proprium significationem dictæ vocis, quæ contunci & rem fieri significat, ut ſi dicat Deus:* Iudicate pupillo, & iustè tractate viduam (*sive:* iustificate, *vti infra legitur cap.* 17.) & conciliemur, *vtpotè si bona operibus me consecutis.*

181. Beati esurientes, quoniam ipsi saturabuntur, &c.] *Etiam hic, quod mirum est, legit, sicuti est Matth.* 5. *non verò, vti hodie legitur Luc.* 6. *nam ibi habetur:* quia nunc esuritis, *quia saturabimini. Atqui illud:* ipsi, *suppleumus ex altero cod. Vat. MS. tum hic, tum infrà, vbi tres has beatitudines simul repetit, ordine tamen transuerso, sicuti est apud Lucam, non apud Matthæum præcedit quod infrà tractatur:* Beati plorantes quia ridebunt. *Malim autem paulopòst legere:* vtique nationibus, *pro:* Nationes *sed hoc habent etiam MS. Vatic.* 2. *cod. & potest esse Appositio:* quos vocaturus esset, vtique nationes.

182. Ecce, inquit, velociter & leuiter aduenient, &c.] *Reperitur hoc Isai.* 5. *iuxta* LXX. *de Nationibus;* pro eo quod ex *Hebræo legitur: festinum velociter veniet, de Christo ipso. Atqui ex altero Vat. MS. legimus:* qua properantes, *&:* quã sine oneribus, *pro:* quia, *vtrobique; quia illa sunt Tertullianica. Illud autem:* non esurient neque sitient, *reperire est Isai.* 49.

183. Ecce, inquit, qui seruiunt mihi, saturabuntur, &c.] *Supra Tomo* 1. *lib. aduers. Iud. cap.* 13. *legit:* manducabunt, *pro eo quod hic:* saturabuntur; *vbi ad verbum, hic verò ad sensum expримens; nam sicuti præmisit:* Non esurient, neque sitient, ergo saturabuntur. *Atqui inuenitur ipsud Isai.* 65.

184. Beati plorantes, quia ridebunt, &c.] *Rursum hic citatur ipsud sicuti est Matth.* 5. *nam Luca* 6. *legitur:* Beati qui nunc fletis, *quia ridebitis.*

185. Ecce qui seruiunt mihi, oblectabuntur, &c.] *Sic restituiux vtroque MS. Vatic. cod. pro eo quod erat ideipsum quod mox repetit:* exultabunt in iocunditate. *nam Grace prioris loco est Isai.* 65. (*quod caput iterum citat*) εὐφροσύνη, *posteriori verò* ἀγαλλιάσεται ἐν εὐφροσύνῃ, *& infrà etiam sic legitur, cap.* 15. *& omninò sic legendum patet ex hac sequentia interpretatione Auctoris:* Certè oblectatio & exultatio, &c. *Qui etiam vertit:* præ dolore, *pro eo quod vulgatus Interpres* LXX. *propter dolorem. Sine autem mox lege ut illud Isai.* 123. in exultatione metent, *cum alijs sine:* in gaudio, *cum* 1. *Vatic. MS. cod. non refert.*

186. propter quod vnxit me ad euangelizandum pauperibus, &c.] *Hic rursus aliam habet distinctionem horum*

verborum Isai. 61. quàm aut LXX. Græci & Latini hodie, aut Hebræus & Chaldæi codices; nam illi sic distinguunt: propter quod unxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me; at Auctor coniungit sequentibus: misit me curare obtritos corde; Quorum illud completum dicit Auctor per illud: Beati mendici, &c. hoc verò per illud: Beati qui esuriunt, quoniam ipsi (sic enim iterum suppleo) saturabuntur; denique illud, quod omisso reliquis adfert Auctor: Aduocate languentes, per illud: Beati qui plorant, &c. Quo adplicat etiam illud: Dare lugentibus Syrois gloriam; pro cinere (nam omitto: &, superfluum, quod nullæ habent editiones) vnguenti iocunditatem (quod legit Auctor, pro eo quod alij: vnguentum iocunditatis) & glotiæ habitum pro spiritu tædij; vbi tædium more suo accipit pro: mœrore.

187. Aduocate languentes, &c.] Aduocare (inquit Rhenanus) pro consolari, & adnuratum agere languentium, quem ipse vocat infrà Aduocatorem, nempe cap. sequenti, quum dicit: mendicorum aduocatorem. Quò pertinet etiam illud ibidem (vbi omnia simul congeramus) recepistis aduocationem vestram, & quod ad illum locum adfert Rhenanus, lib. de Patientia, cap. 11. Vbi simulem locum Matth. 5. citat Auctor: Itaque talibus aduocatio & risus promittitur.

188. Beati eritis, quum vos odio habebunt homines, & exprobrabunt & eiicient nomen vestrum, velut malum, propter filium hominis.] Hic prosequitur Auctor quartam & vltimam Luc. 6. beatitudinem, præterquam quòd omittit illud: & quum separabunt vos, quod etiam Matth. 5. non habetur; & tam in genuinum esse constat ex B. Cypriano. Sine autem lege: velut malum, sine: nequam, cum altero Vatic. MS. cod. non refert.

189. & nullificatione eorum ne minuamini, &c.] Nullificationem hic vsurpat Auctor, sicuti suprà non semel: nullificamen, pro: contemptu; quod alij transferunt Isai. 51. Qui etiam legunt: vincamini, pro eo quod est hic: minuamini, Græce est: μὴ ἡττᾶσθε. Atqui mox supplemus ex I. Vatic. MS. cod. ad auctores odij Iudæos.

190. Et alibi: Sancite eum qui circumscribit animam suam, &c.] Vatic. I. MS. cod. sanctificate eum, & infrà: Nam & sanctificatur penes nos, pro: sancitur; sed nihil certi desiure possum, eo quod hanc scripturam, quantum apparet, non Isaiæ (quia dicit: Et alibi) sed alicuius alterius Prophetæ, hactenus reperire non potuimus.

191. perſonam nominis.] Non e perſonam nominis (nempè Chriſtiani, vti præmisit) quum aliquis non soleat nisi ad hominici, aut sanctam trinitatem, perſonæ nomen adplicare.

CAP. XV.

192. Secundum hæc, inquit, faciebant Prophetis patres eorum, &c.] Caput hoc inscripsimus: De variis maledictionibus Phariſæorum. Verùt quas hic verbis accusat (nempè perſecutionis) quam non solum faciturierant Apoſtolis, sed etiá Prophetis iam olim fecerant, multis Luc. 6. Chriſtus commentatur. Atqui imitatus Auctorem Epiphan. similiter istum scripturæ locum obijcit Marcionis, Conſtr. 6. 51 Prophetarum, inquit, memini, non negat Prophetas, si damnat Prophetarum eadem, & impreperat perſecutoribus & occisoribus ipsorum, non alienus eſt a Prophetis; sed Deus ipsorum eſt, qui illos fecit. Quo interim legit: secundum eundem modum, pro: secundum hæc; in quo consentit illi codex Syriacus, sed vulgatus Interpres vertit quod eſt Græcè κατὰ ταῦτα, & Auctoris noſtro quoque consentiunt alij, quod legat: patres eorum, pro eo quod Epiphanius: patres veſtri.

193. Epicuri Deus, &c.] De Deo Epicuri, vtpotè stupide, qui nihil rerum curaret, frequenter suprà diximus.

194. Ecce enim demutat in maledictionem, &c.] Sic legimus ex altero Vatic. MS. cod. pro: maledictione. Transitum autem facit Auctor ad ipſas varias maledictiones Phariſæorum, explicans imprimis quid væ, tum alibi in scripturis, tum Luc. 6. significet; dicens: etiamsi vox maledictionis non esset, saltem esse admonitionis, non sine aculeo commonitionis.

195. eius erunt qui norit itaſci, &c.] An Auctor itaſci Deo erubescit nicne, (sicuti etiam hic apparet) latinis in noſtro Prolegomenis inter eius Paradoxa. Contra hæreſin verò Marcionis, qua vindictam à Deo auferebat, atque adeò timendum esse negabat, sub finem lib. 1. aduerſ. Marc. aliquot capitibus disputauit Auctor.

196. ſuſferentiam, &c.] Sufferentia, inquit Rhenanus, substantivum nomen, pro: patientia, quam & benignitatem mox interpretatur.

197. Ecce posui ante vos, &c.] Deuter. 30. Græcè habetur δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν, quod vertit Latinus Interpres LXX. ad verbum: Dedi ante faciem veſtram, Auctor contraxit in sensum potius.

198. Infirma commendatio, &c.] Ea nempè, inquit Rhenanus, quæ de alterius deſtructione suleitur. Quæ etiam admotat: pat cum Genitivo conſtruit: par creatoris; adlegans similem locum ibi. lib. de Patientia, cap. 16. magnitudinis par.

199. Væ, &c. quod in duites ſpectat, &c.] Hæc nauſit adillud, infrà repetitum, Luc. 6. væ diuitibus, Vbi pulcrè explicat diuitum cauſſas, quibus offenſus eſt Chriſtus, ſuperbiam, gloriam, ſæculi ſtudia, & Dei incuriam; Vt ne qui omnes diuites reprobari exiſtimet; sicuti latius hic profequitur, vtpotè non eos, per quos opera iuſtitiæ & dilectionis administrantur; id que nominatim contra Marcionem, qui videbatur sentire diuitias omnino damnandas.

200. locupletantes Salomonem. Sed quia permiſſa ſibi optione, &c.] Hiſtoria hæc deſcribitur 3. Reg. 3.

201. Quoniam, inquit, recepiſtis aduocationem veſtram, &c.] Id eſt, sicuti suprà num. 187. diximus: conſolationem. Prosequitur vero verba Luc. 6. in hoc differens, quod Græcam ἀπέχετε vertit: recepiſtis, tum hic, tum paulopoſt, pro eo quod alij: Habuiſtis; quaſi volens explicare ſignificationem illam, qua ſignificat aliunde accipere, velut cenſum aut reditum ex arua; quod optimè hic conuenit, & eodem modo vertitur à vulgato Interprete, Matth. 6. mercedem ſuam receperunt. Sic etiam vertit Syriacus Interpres. Haud multo aliter, ſed magis conuenienter voci Græcæ, vertit Interpres Irenæi lib. 3. cap. 14. percipitis.

202. Ne, inquit, quum manducaueris, &c.] Mirum eſt cur verterit: domos magnas, quum Græce ſit κλίνας, pro quo alij: ſpuleras, uti etiam ex Hebræo & Chaldæo Interpretes. Deinde, quod: pecoribus verterit, quum Græcum προβάτων omnes ſignificet, notatu dignum. nam pecus, proprie pro oue vſurpatur, non vno in loco Plinius, & alicubi Quintilianus. ἀργυρίῳ non malè etiam transtulit pecunia, quia ſignificat etiam pecuniam argenteam, non vero argentum duntaxat, quod aly vertere maluerunt.

203. Quemadmodum & Ezechiam, &c.] Similiter etiam infrà huius ipsius lib. cap. 18. Sic denique Rex Ezechias, de gazis & apotheciis deliciarum ſuarum apud Perſas gloriatus, per Iſaiam malè audiuit. Mirandum verò, quod Perſas, aut illos qui ex Perſide venerant, transtulerit Auctor, quum adtiones omnes etiam LXX. Babylonios legant. Sensum etiam potius reddidit, quàm verba, verterit: in Babylonem transferentur, quum Græce ſit: ἄξουσι pro eo quod alij verterunt: venient.

204. Sic & per Hieremiam quoque edicit: Ne glorietur, &c.] Caſtigauimus: edicit, ex altero cod. MS. Vatic. pro: edidit; quia illud familiare eſt Auctori. Atqui ubi etiam ſensum potius quàm verba ſecutus eſt, quum citat illud Hierem. 9. & qui gloriatur, ſcilicet in Deo glotietur.

205. Sic & in filias Sionis inuehitur, &c.] Adlusit ad illud Iſai. 3. Pro eo quod exaltatæ ſunt filiæ Sion, & c. quem locum late explicat B. Cyprian. lib. de Habitu virginum.

206. Comminabundus & alibi, &c. Dilatauit orcus, &c. (Hoc erit Chriſti Væ ſuper diuites) & humiliabitur, &c.] Sic hunc locum recèns diſtinximus; vbi in omnibus conſentit LXX. Iſai. 5. præterquam quòd omittit: vt non ceſſet, item: & exul tamen in eo: Orcum more Poëtico vertens, quod aly infernum.

207. De

207. De quibus & ruſus: Ecce Dominus virtutum, &c.] *Tandem reperi hunc locum Iſai. 10. ex loco Vbi B. Hieron. tranſtulit: Ecce dominator Deus ſitæ Dominus exercituum, confringet lagunculam, &c. In quem locum B. Hieron. LXX. autem, inquit, pro torculari ſive lagunicula unium ſenſum inferentes, glorioſos interpretati ſunt. Ja hoc ſolum differt à LXX. quòd hodie exſtant, quod legat: conturbabit, pro: conturbat.*

208. Item in LXI.] *Nempè Pſal. Nam quod præmiſit*: Ne timueris, *&c. citauit ex Pſal. 48. Caſtigauimus autem LXI. pro: XLI. ex vtroque Vatic. MS. cod. & ex altero*: Ne deſideraueritis diuitias, *ac*: adieceritis, *pro*: deſideraueris, *&*: adieceris; *nam plurali numero ab omnibus legitur. Aliter interim diſtinguit Auctor, quàm Vulgo legatur*: rapinas nolite concupiſcere; diuitiæ ſi adfluant, nolite cor adponere; *quum autem Græce ſit ἐὰν ῥέῃ, videtur Auctor acceſſiſſe* relucere, *pro*: adfluere.

209. Væ, inquit, qui dormiunt in lectis eburneis, &c.] *Omiſimus* enim *ſuperſluum, iuxta alterum Vatic. MS. cod. Atqui in hoc ſolum differt Auctor ab hodierna editione* LXX. *Amos 6. quod verſat de gregibus boum, pro eo quod Interpres eorum Latinus: de armentis, dumtaxat. Verum B. Chryſoſtomus Comment. & B. Iuſtini Mart. adu. Typhonem Interpretes: de bubilibus, verterunt, Vti exprimant magis vocem Græcam: βουκολίων; ſaltem ſi Leonis de Caſtro Comm. MS. in Amos fides habenda; qui pulcrè illud*: compladuentes, *interpretatur de choreis. Deinde* perſeuerantia *vertit, quod Græcè eſt*: ἐφηδόντες, *pro eo quod alij*: ſtantia, *&*: vinum liquatum, *pro*: defæcato. *Legimus autem more Tertullianeo*: vnguuntur, *pro eo quod erat*: vnguntur.

210. Ingerit væ etiam ſaturatis, quia eſurient; etiam ridentibus nunc, quia lugebunt, &c.] *Proſequitur ſuo more in 3. perſona plurali numeri, quod habetur Luc. 6. in 2. vbi addit paulopoſt*: ploraturi. *Caſtigauimus autem*: vos autem confundemini, *pro*: confundimini; *quia non ſolum Iſai. 65. ſed ſupra quoque ſic legitur ex præcedentis. Atqui quod addit*: ita in Euangelio: Qui in riſu ſeminant; *hoc vult dumtaxat, præcedentibus Euangelij verbis inſinuari; neque enim habentur ea verba Vſquam in Euangelio.*

211. Væ quum vobis benedixerint homines, ſecundum hæc faciebant & Pſeudoprophetis patres illorum, &c.] *Eodem modo hæc verba Chriſti Luc. 6. citat B. Irenæus lib. 3. cap. 14. vt pſeudoprophetis legat, quemadmodum Græci codices & emendatores Latini omnes; pro quo ſolus Beda legit & interpretatur: Prophetis, ſi Eraſmo credendum.*

212. Populus meus qui vos beatos dicunt, &c.] *Græcè eſt* μακαρίζοντες, *Iſai. 3. quod magis proprie*: beatos dicunt, *vertit Auctor quàm* LXX. *Interpres*: beatificantes. *Atqui illud*: Maledictus homo, *& habetur Hierem. 17.*

213. Nam & in Pſalmo CXVII. Bonum eſt, &c.] *Omnino ſic caſtigandum, pro*: CXIX. *quia reperitur Pſal. 117. Leguntur autem MS. Vatic. 2.* confidere in Domino quàm confidere in homine, *ac*: ſperare in Domino quàm ſperare in Principibus; *ſed præterquàm quod Pſalm. 2. cap. 19. eodem modo legat Auctor, certè Græca lectio Accuſatiuus habet; præterquàm quod caſtigata iuxta veſtigia vtriuſque MS. in Dominum vbique, pro eo quod erat: in Deum, quia Græcè eſt*: τὸν κύριον.

214. abdixit creator, &c.] Abdixit (*inquit Rhen.*) *pro*: *abdicauit, præcit, repudiauit.*

Cap. xvi.

215. Sed vobis dico, inquit, qui auditis, &c.] *Inſcriptionem huc capiti impoſuimus*: De præcepto dilectionis inimicorum, aliiſque verbis Domini, ex eodem adhuc c. 6. Lucæ.

216. Loquere in aures audientium, &c.] *Nuſquam ſimilem locum reperiri potui, præter illud 4. Eſdr. 15.* Loquere in aures *plebis meæ.*

217. Diligite inimicos veſtros, & benedicite eos qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos calumniantur, &c.] *Hîc pergit in Verbis Chriſti Luc. 6. Atqui Vatic. MS. cod. alter legat*: benefacite eis qui vos oderunt, *& ſic habet Euangeliſta Lucas; addens, & interjiciens*: & benedicite maledicentibus vobis, (*quod poſtremum etiam ſupra citat Auctor Tom. 2. lib. de Patientia, cap. 6. illud conuingens ſolummodo cum*: Diligite inimicos veſtros, *& poſtea addens*: & orate, *&c.*) *mox quoque non videtur abhorrere à lectione vtriuſque Auctor, dum coniungit illa quatuor quæ ſunt Luc. 6.* qui ininiici ſunt, & oderunt, & maledicunt, & calumniantur; *ſed nolui quidquam immutare, tum quod illud Iſai. 6.* Dicite, fratres noſtri eſtis, eis qui vos oderunt, *ad benedictionem pertinet, non ad beneficentiam, cuius etiam hic nulla apud Auctorem mentio, tum quòd rurſum repetat Auctor*: vtique, & benedici odientes, & orari pro calumniatoribus iuſſit. *Fortaſſis omiſit illud hic Auctor, quòd non inueniret ſcripturam veteru Teſtamenti, qua meneret inimicis benefacere. Verba autem Marcionis ſunt*: Nouam planè patientiam, *& uſque ad illud*: Planè, *&c.*

218. contrà, ipſe alteram amplius maxillam offerri iubens, & ſuper tunicam pallio quoque cedi, &c.] *Eodem modo non multo poſt*: ſed amplius & pallium concedendi, *& ſupradictis lib. de Patient. c. 7.* qui auferenti tunicam etiam pallium offerre poſſit; *Quod etiſi poſit adtribus (ſicuti ibi ad marginem adnotaui) Matth. 5. tamen etiam apud Lucam ſic legiſſe videtur Auctor; quod mirum eſt, quum hodie & Græcè & Latinè aptius legatur: ab eo qui aufert tibi veſtimentum (Græcè ἱμάτιον, id eſt, exteriorem veſtem, quam vulgatus Interpres Matth. 5. pallium vertit) etiam* tunicam *noli prohibere. Atqui eſt hîc vox Tertullianica*: tenuntiandum, *pro*: *demonſtrandum.*

219. Ne vnuſquiſque malitiæ fratris ſui meminerit, &c.] *In hoc differt Auctor à* LXX. *qui hodie exſtant, Zachar. 7. quòd legat meminerit, vbi aliy iuxta Græcum exemplar*: meminerits. *Sicuti etiam in ſequenti teſtimonio Zachar. 8.* Malitiam proximi ſui vnuſquiſque (*ſic iterum legit ex Vatic. 1. MS. cod. pro*: quiſque) ne recogitet; *pro eo quod aliy*: recogitetis. *B. Hieron. de priori loco partim conſentit cum Auctore in Comment. partim diſſentit, at poſteriori nobiſcum conuenit, Qui etiam*: malitiam *vtrobique transfert,* κακίαν, *eam dicens duplici modo poſſe accipi, pro affectione, & pro malo; quo ſit vt ſimiliter emendandum ſit Interpres Latinus* LXX. *loco ſecundo.*

220. Inquantum ergo non capit, &c.] *Prorſus iuxta alterum cod. MS. Vatic. ſic legimus, omiſſa diſtione*: fidem, *ſuperflua; accipientes*: non capit, *more Tertullianico, pro*: non *videtur poſſibile. Explicat autem, quomodo conueniant illud Deuteron. 32.* Mihi vindictam, *&c. cum illo, Exod. 21.* Oculum pro oculo, *&c. Accipitur rurſus vox Tertullianica* repræſentatione, *pro*: *ad effectum deductione. Sine verò legas*: conſideret cum 1. *Pat. MS. cod. ſine*: fideret *cum aliis, perinde eſt, nam & præcedentis num. 213. ſimilem varietatem adnotauimus ex eodem.*

221. & vltionem ad Deum redigens, &c.] *Sic etiam ſupra (inquit Rhen.) locutus eſt. Et infra*: Redactam ſcilicet in Dominum.

222. ſed adiutore præcepto, &c.] *Pro (inquit idem) adiuuante præcepto, vt lib. 1. aduerſ. Marc. cap. 8.* A tempore arbitro & metatore initij & finis. *Legit autem mox*: conſideremus, *alter At. MS. cod. pro*: conſideremus; *ſed iſtud magis placet, eo quòd ſequatur*: is mihi imponit, *&c.*

223. Metu enim vltionis omnis iniquitas refrænatur, &c.] *Poteſt iſtud non ſolum torqueri aduerſus Marcionem, qui dicitem Deum, atque adeò nullum velebat agnoſcere; ſed & contra eos, qui paſſim libertatem non ſolum verbo, ſed & factis defendere non verentur; nam (vti verbis Auctoris vtar)* paſſim emiſſa libertate iniquitas dominabitur.

224. Omni petentite, dato, &c.] *Pergit in explicatione cap. 6. Lucæ. Lego autem iuxta primam editionem in margine ex veſtigiis variarum lectionum*: in datorem paratam, *eo quod repetatur mox*: Datorem ſcilicet.

225. Vti benedicens benedicat te, &c.] *Hîc in eo differt ab editione* LXX. *hodierna, Deuter. 15. quòd illi habeant, quia, &*: benedicet. *Ex quibus ſupplo*: à fratre tuo indigente, *& mox caſtigo*: deſiderarit (*iuxta etiam 1. Vatic. MS. cod.*) *pro*: deſiderat.

226. Sed de fœnore postmodùm, &c.] *Nempè capite sequenti, vbi de hoc latiùs. Legimus autem mox*: Christus in omnes præcipit, *pro*: præcepit, *ex* 1. *MS. Vatic. & supplemus*: primùm in proximos docuit benignitatem, *ex vtroque.*

227. dedit gentes hæreditatem, &c.] *Omissimus iuxta vtrumque MS. V atic. cod.* in, *eo quòd Psal.* 2. *ad quem alludit, non legatur. Rursus autem hic*: expungi, *id est* (*interprete Rhenano*) *adimpleri.*

228. Non populus meus, populus meus, &c.] *Illud, iuxta sensum potius quàm verba simul ex* 1. *&* 2. *Osee capite iunxit Apostolus Rom.* 9. *Quum enim Osee* 1. *fiat mentis filiæ, cuius nomen ab eo quem misericordia, sine*: non misericordiam consecutæ, *& filij, cui nomen*: non populus meus, *imitio* 2. *cap. dicit: Dicite fratri* (*nempè illi cui nomen*: non populus meus) populus meus, *& sorori vestræ* (*cui nomen*: non misericordiam consecutæ; *quorum vtrumque sic reperitur sub finem* 2. *cap. præpostero ordine quem Apostolus immutauit*) *& miserebor eius quæ fuit ab eo misericordia, & dicam non populo meo, populus meus; quare & ad marginem adnotauit*: Osee 1. *&* 2. *Atque adeò* (*vt hoc obiter adjciam*) *magis probanda est lectio illa, quam etiam Græcè in Comment. ad c.* 1. *Osee agnouit B. Hieron. Rom.* 9. *&* non misericordiam consecutam, *Græcè* ἠλεημένην, *pro eo quod alij*: ἠγαπημένην.

229. Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis, &c.] *Præsequitur rursus verba Luc.* 6. In quo præcepto subaudiri, *addit Auctor*: Et sicut vobis non vultis fieri ab hominibus, ita & vos ne faciatis illis; *quantum apparet, alludens ad illud Tob.* 4. *Quod ab alio oderis fieri, vide ne tu aliquando alteri facias.*

230. passiuitatem sententiæ meæ permisit, &c.] *Id est* (*inquit Rhenan.*) *libertatem, communitatem ad vtrumvis. Vt videlicet sententia sine voluntas mea sit communis, nec adscripta, sed soluta ac libera ad hoc vel illud agendum, aut non agendum. Sic in lib. adu. Hermogenem cap.* 41. Hæc, inquies, non est, hæc turbulentia, & passiuitas non est; *item lib. adu. Valentic.* 30. Illi verò (*inquit*) & de passiuitate vitæ, & de licentia delictorum, generositatem suam vindicent; *item lib. de Pallio, duxit* passiuitati: *adueribialter, pro*: passiuè.

231. agunt ethnici nondum à Deo instructi, &c.] *Videtur alludere ad illud Matth.* 5. *Nónne & ethnici hoc faciunt, pro quo apud Lucam*: peccatores, *atque adeò confirmatur hæc lectio Vulgati interpretis, pro quo alij, & ipse additio Bibliorum Regium, quod miror, publicani, sat scio quòd Græcè sit iterum τελῶναι, sed illud olim lectum fuisse etiam Græcè, patet ex Comment. B. Chrysostomi.*

232. Nam etsi natura bonum & malum notum est, &c.] *Eadem modo hîc loquitur Auctor, quo dixit Apostolus Rom.* 2. *gentes natura ea quæ legis sunt facere. De cuius vsu, & tamen catholice intellectu, vide eius loci Veterum Commentarios, & infra lib.* 5. *adu. Marc. Supplemus autem paulopòst ex alt. V atic. MS. cod. & olim & vbique, vbi habes ab ipso Auctore interpretatum*: iuuari, *quod ibidem subiungit, & alibi frequenter Vsurpat*: tetrigerari.

233. cuius nullam præstruxetat distinctionem, &c.] *Sine hoc legas, sine cum Rhenano*: præstrinxetat, *perinde est. Verumque quidem Auctori vsitatum est, nempè*: præstrinxerat, *pro*: perstrinxerat, *seu leniter indicarat, (pro quo facit quod paulopòst habet*: substrinxit.) *Sed præstruxerat retinui, quòd subsungatur*: retrò & præstruxit & distinxit; *item quòd magis loco conueniat.*

234. Infringito esurienti panem tuum, & mendicos qui sine tecto sunt, in domum tuam inducito, &c.] *Sic suppleuimus & castigauimus hunc locum, partim ex cap. sequenti, partim ex cap.* 31. *infra, pro eo quod erat dumtaxat*: Infringito panem tuum mendicis, & qui sine tecto sunt, *&c. Maximè quum correspondeant non modò* LXX. *Isai.* 58. *sed etiam ex Hebræo & Chaldæo Interpretes, & præterea, tanquam similem locum, citet Auctor illud Ezech.* 18. Panem suum dabit esurienti, & nudum conteget; *vbi interim non legitur*: dabit, *sed iuxta editiones omnes*: dederit, *sic enim magis hoc ad institutum facit. Castigauimus verò*: satis ergo iam tunc, *ex vtroque MS. Vatic. cod. pro*: iam nunc.

Cap. xvii.

235. Hîc nunc de fœnore, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De fœnoris fructu interdicto, aliisque verbis Domini, ad finem vsque cap. VI. Lucæ.

236. Et si fœneraueritis à quibus speratis vos receptoros, quæ gratia est vobis? &c.] *Magis clarè hodie vertit noster Interpres Vulgatus, Luc.* 6. Et si mutuum dederitis his à quibus, *&c. Id enim hic aduertendum, quòd sacra scriptura διαφόρως varie accipiat, & proinde varie illud vertant Interpretes, modo*: mutuum dare, *modo*: fœnerari; *nam vtrumque vox Græca significat. Auctor verò vbique* fœnerari *transtulit, etiam vbi pro*: mutuare *accipiendum est, sicuti capite præcedenti*, fœnus fœnerabis, *& hoc loco*: Et si fœneraueritis, *item*: fructum fœnoris, *&*: exsolututos fœneremus, *ac* detrimentum fœnori indixit, *denique*: soles & imbres qui fœneraueretat. *Immò verò illud Ez echielis* 18. Pecuniam suam fœnori non dedit, (*quod haudquàquam pro vsura accipendum*) *ipse interpretatur*: fœnoris redundantia m, *sine* fœnoris fructum. *Quod adnotatu dignum non modo contra Iudæos, qui ex illo Deuter.* 15. *fœneratoberis gentibus multis, vsuras permittebant* (*vti etiam hodie*) *in extraneos; sed & aduersus Carolum Molineum & alios, qui vsuram eam tempsimam, atque adeo* fœnoris redundantiam, *licitam homini Christiano, non verentur asserri. Certè contrà sentiunt Veteres omnes Interpretes in illud Luc.* 6. *hîc non tractatum ab Auctore*: Mutuum date, nihil inde sperantes; *& Auctor hoc loco, dum interpretatur illud eam citatum Ezechielis*: fœnori pecuniam suam non dedit, & quod abundauerit, non sumet; fœnoris scilicet redundantiam, quod est vsura. *Adeni etiam*: Prius igitur fuit, vt fructum fœnoris eradicaret, *&c. Certè B. Cyprianus lib. de Lapsis, num.* 24. *peccata, ob quæ Ecclesia perfectionem passa sit sub tempore, enumerat*: vsurisque multiplicantibus fœnus (*id est mutuum*) *augere. Supra modum etiam detestatur vsuras tanquam grauissima peccata B. Basilius non vnoin loco, alludens ad hunc eundem Lucæ, quem dicit*: Mutuo dare Christus præcipit, *sed non sub vsura. Nec absimiliter B. Ambrosius lib. de Tobia, cap.* 15. *&* 14. *& latissimè lib.* 3. *Officiorum, cap.* 3. *vsque ad* 21. *Vbi allegat pro se illud Psal.* 14. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, *& illud Psal.* 54. *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & non defecit de plateis eius vsura & dolus, & scripturam hic citatam Ezech.* 18. *& eam quæ hîc tractatur Lucæ* 6. *Denique pulcrè interpretatur illud iam citatum Fœnerabis gentibus multis, etiam sine proprie accipiatur. Quid? quod etiam ipsam centesimam vsuram impugnet, forsassis quòd per Imperatorei Christianos tum permitteretur. Veniunt* (*inquit*) *cap.* 11. *Kalendæ, pariè fors centesimam. Veniunt menses singuli, generantur vsuræ, malorum parentum mala proles. Hæc est generatio sine partum. Crescit centesima, peiitur, nec solvitur, adplicatur ad sortem. Fit maledictum prophetieum. Dolus in dolo, vsura, simplabi seminis factura deterior. Itaque tam non centesima incipit esse, sed summa, hoc est, non fœnoris centesima, sed fœnus centesimæ.*

237. Pecuniam, inquit, suam fœnori non dedit, &c.] *Legimus minùs*: fœnori, *pro*: fœnore, *quia Græcè est* Ezech. 10. τόκῳ, *id est*: ad fœnus *seu vsuram. Vbi etiam legitur* πλεονασμὸν, *id est*: superabundantiam; *pro quo Auctor*: quod abundauerit. *Super quo loco B. Hieronym. in Comment. similiter citat Psalm.* 14. *& in concordiam reducens Veterum scripturæ locos*: In principio, *inquit, legu* (*Deuteron. nempè* 15. *&* 17.) *à fratribus tantùm fœnus exigitur, in Prophetia ab omnibus vsura prohibetur. Deinde illud*: & quod abundauerit, *ita accipit, vt referatur ad omnis rei superabundantiam, etiam frumenti, vini, olei, & similium, quod ipsum etiam inculcat loco citato B. Ambrosius, & B. Augustin. serm.* 2. *in Psal.* 36. *Vbi videntur adhuc ipse ad id quod Auctor subiicit*: quorumdam fidem paulatim primis quibusque præceptis adhuc balbutientis benignitatis informabat; *de Ezechiele loquens. Est autem etiam illud Tertullianicum*: si fortè, *sicuti & vt*: procurantis Euangelio.

238. Et

238. Et pignus, inquit, reddet, &c.] *Prorſus ſic legendum pro*: reddes, *quia adludit ad verba eiuſdem Ezechielis* 18. ſuprà, *id eſt paulantè. præcedentia*: *& pignus reddiderit*; *quod ipſum B. Hieronym. in dicto Comment. interpretatur de eo debitore* (*nam additur in Prophetâ*: debitori) *de quo in lege ſcribitur quòd pauper ſit, etiam adludens ad verba ſequentia. Ibi autem*: vtrum homo ſcribaretur *accipit* hominem *pro aliquo homine.*

239. Non dormies ſuper pignus eius, &c.] *Iſtud eſt ad quod loco citato addidit B. Hieronym. N. Am præcedit Deuter.* 24. *Si autem homo pauper eſt, quod Auctor tamen adhuc ſtrictius accipit. Atqui etiam hic* ιμάτιον *tum ab Auctore, tum à Latino Interprete* LXX. pallium *vertitur.*

240. Adhuc clariùs ſuprà: Dimittes, &c.] *Reſtè addit* ſuprà, *quia reperitur Deuter.* 15. *vbi agit de remiſſione, quæ fiebat anno ſeptimo. Veritur verò ab Auctore*: inuocata eſt, ἐπεκλήθη, *ab aliis*: *cognominata.*

241. vtique non exſoluturа plus enim eſt; &, ſi exſoluturo, &c.] *Sic recèns ad muſcrem intellectum iſtud diſtinximus*: *Vnus autem Vatic. MS. cod. habet hic*: exſoluituto, *& rurſum*: exſoluituros, *pro*: exſoluturos; *voces obſoletas quidem, qualibus Auctor delectari ſolet, ſed quæ in textum inſerere ſum veritus, quod cum excuſi conſentirent alter Vatic. MS. codex.*

242. Et eritis filij Dei, &c.] *Iſtud iterum proſequitur ex Luc. cap.* 6. *omittens* (*aut quod Marcion non haberet, aut quod contra eum directè non faceret*) *illud intermedium*: *& erit merces veſtra multa. Quamquam autem vulgatus Interpres legat*: filij *altiſſimi, conformiter Græco textui, ipſe Auctor* υἱὸς ὑψίστου *videtur transferre*: Dei, *eo quòd vbique vocilla in ſcripturis, & ſimiliter Altiſſimus Latinè pro* Deo *accipiatur. Tractat hoc occaſione rurſum Auctor* aduerſus Marcionem de connubio à Deo adprobato; *de quo latius ſuprà cap. penult. lib.* 1. *adu. eundem. Varia eſt autem lectio vnius cod. Vatic. MS.* qui patrem habeam, *pro*: quum.

243. Quia ipſe, inquit, ſuauis eſt aduerſus ingratos & malos, &c.] *Hi ſi etiam ſunt verba Chriſti Luc.* 6.

244. Euge, Marcion, ſatis ingenioſè detraxiſti illi(*nempè Deo*) pluuias & ſoles, &c.] *Aut hic ſubijcebatur olim ante Marcionem Luc.* 6. *qui ſolem ſuum facit oriri, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*; *aut potius, quum nulli Veterum id Lucæ adſcribant, hoc vult, quòd, ſimilium locorum gratia, Euangelium Matthæi à Canone ſcripturarum, atque adeò dicta verba detraxerit. Atqui ibi*: qui pro tanta elementorum, &c. *adludit ad illud Rom.* 1. *ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori.*

245. Eloquia enim Domini dulcia ſuper mel & fauos, &c.] *Interpretem hîc agis, dum eloquia Domini Pſal.* 18. *tranſtulit*; *pro*: iudicia; *nam pro eiſdem haberi ſolent apud Pſalmiſtam, quod maximè ex Pſalm* 118. *manifeſtum fit, vbi in ſingulis verſibus ſunt hæc Synonyma* (*cùm olim ante me adnotaſſet Radulphus Tungrenſis libro de Can. obſerv. cap.* 9. *inter Auctores diuinorum Officiorum ab Hiſtorijs noſtro ætate*) *via, lex, mandatum, verbum* (*ſine eloquio*) *iuſtificationes, ſermones aut iudicia, Domini. Peculiare item eſt Auctori, quòd legat*: fauos, *pro eo quod alij omnes*: fauum.

246. Eſtote, inquit, miſericordes, ſicut pater veſter miſericors eſt veſtri, &c.] *Pergit iterum in explicatione verborum Domini, Luc.* 6. *Vbi addimus ex Vatic. MS.* 2. *cod.* veſter; *quòd illud habeant tam Græca quàm Syriaca editio*; *à quibus hoc, quod mirum eſt, differt Auctor, quòd legat*: miſertus eſt veſtri, *pro eo quod hodie eadem etiam voce Græca legitur*: miſericors eſt; *in quo tamen eum imitatur B. Cypr. Epiſt.* 52. *ad Antonianum. Fortaſſe vt explicet magis vocem Græcam* οἰκτίρμων; *vt accipiatur, non pro*: miſericorde, *qui dumtaxat condolet miſeris, ſed pro eo qui miſertus eſt. Atqui lege mox, ſuppleo ac diſtinguo ſicuti ſuprà cap. prac. num.* 234. *&* mendicos ſine tecto in domum tuam inducito, & nudum ſi videris tegito; *deinde aqua alia ſcriptura eſt*, &c: Iudicate pupillo, *&c.*

247. Nolite iudicare ne iudicemini. Nolite, &c.] *Proſequitur ſequentia Luc.* 6. *vſque ad illud*: vt opinor, *&c. In quibus differt imprimis, quòd legit*: ne iudicemini, *&* 1 ne condemnemini, *pro eo quod alij omnes*: *& non iudicabimini, item*: *& non condemnabimini, etiam Græcè & Syriacè; deinde quòd omittat*: coagitatam, Græcè, σεσαλευμένον, *in quo illi conſentit Syriacus Interpres; nam* πεπιεσμένον *propriè tranſtulit*: preſſam. *Denique, quòd legat dumtaxat*: fluentem, *quum Græcè ſit* ὑπερεκχυνόμενον, *id eſt*: ſuperefluentem, *ſiue, vti Interpres Syriacus*: præfluſam. *Retinet autem ipſe etiam vulgatus Interpres*: Dimittite & dimittemini; *quamquam minus Latinè, ſi Eraſmo credendum.*

248. rettibutionem pro meritis, &c.] *Facit iterum hic locus pro meritis operum, &* retributione quæ à Deo ſit iudice & diſpunctore, *id eſt* (*vel Rhenano interprete*) *admpletore*, *& ſatisfactore* meritorum, *de quo ſuprà latiùs Tom.* 2. *libris de Patientia, & ad Martyras. Rurſum autem repetit* (*de quo toties ſuprà*) *quòd* Marcion Deum iudicem negabat.

249. ſed cæcus cæcum ducit ad ſoueam. Credunt aliqui Marcioni. Sed non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, &c.] *Quaſi aliud agens etiam, hæſce duas ſimulitudines Luc.* 6. *adſert, & Marcioni, ac Apellei eius de diſcipulo emendatori, adplicat Auctori, etiam addens*: Eximat & de oculo ſuo trabem hæreticus, tunc in oculo Chriſtiani, ſi quam putat ſtipulam, reuincat. *Quod videt ſeſquicum* (*ſeu*: ſtipulam, Græcè κάρφος) *in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt, non conſideras? Errat ſum explicat illud de ipſa*: Proinde & arbor bona non proferat malum fructum, quia nec veritas hæreſin, nec mala bonum, quia nec hæreſis veritatem. *Adjicens iuxta ſimilitudinem eiuſdem Lucæ*: Sic nec Marcion aliquid boni de theſauro Cerdonis malo protulit, nec Apelles de Marcionis.

250. quæ Chriſtus in homines allegotizauit, nos in duos Deos, ſecundum ſcandalum Marcionis, &c.] *De hoc quomodo ex arbore bona & mala duos Deos commentus fuerit Marcion, vide ſuprà lib.* 1. *adu. eundem, cap.* 2. *Atqui de Prouerbio*: adhuc linex inſiſtere, *vide noſtra Prolegomena.*

251. In hoc ſolo adulterium Marcionis manus ſtupuiſſe minor, &c.] Adulterium(*inquit Rhenan.*) *id eſt, adulterationem, vitiationem, violationem, quam Euangelio videlicet alibi intulit.*

252. Quid vocatis Domine Domine, &c.] *Omninò ſic hæc verba Luc.* 6. *reſtituimus, pro*: vocas, *eo quòd ſequatur etiam apud Auctorem*: & non facitis quæ dico? *maximè quum omnes aly etiam ſic legant Græcè, Latinè, & Syriacè. Porrò omittit hic Auctor parabolam de ædificandibus domum, fortaſſis quòd Marcion reſcidiſſet.*

CAP. XVIII.

253. Proinde extollenda ſide Centurionis, &c.] *Titulum hunc capiti dedimus*: De curato ſeruo Centurionis, & viduæ filio reſuſcitato; teſtimonio Ioanni dato, & fœmina peccatrice; ex cap. VII. Lucæ. *Atqui ex tota hiſtoria curati ſerui Centurionis, non aliud tractat hic Auctor, quàm illud*: talem ſe fidem nec in Iſraële inueniſſe. *Sic enim more Tertullianico legimus, vti & mox*: fides Iſraëlis, *pro eo quod alijs* Iſrael. *Porrò haud abſimiliter Auctori Epiphanius adu. Marc. Conſut.* 7. *ſi, inquit*, neque in Iſraël tantam fidem inuenit, *velut in Centurione à gentibus progreſſo*; *igitur non vituperat fidem ipſius Iſraël. Si enim aliena à Deo fuiſſet, & non ipſius ac patris eius, non vtique feciſſet huius laudem. Atqui* adhuc crudam fidem, *reſtè interpretatur Rhenanus, quaſi incipientem.*

254. Reſuſcitauit & mortuum filium viduæ, &c.] *Etiam hic tot um miraculum pauciſſimis verbis proſequitur*: de reſuſcitato mortuo filio viduæ apud Naim, *Luc.* 7. *Loci autem ad quos adludit, vbi leguntur* Prophetæ creatoris etiam mortuos filios viduæ reſuſcitaſſe; *ſunt* 3. *Reg.* 17. *de Helia, & de Heliſæo* 4. *Reg.* 4.

255. Magnus Prophetes prodijt in nobis, & reſpexit Deus populum ſuum, &c.] *Hæc ipſa populi verba, poſt miraculum iam tractata, pergit in Marcionem retorquere.*

256. Sed ſcandalizatur Ioannes auditis virtutibus

Christi, &c.] *Ad alia pergens Luc. 7. de Ioanne tractatum instituit, atque adeò ad hunc locum adlusit supra Auctor cap. 11. quum dixit:* Sed de Ioanne cetera alibi. *Atqui in hoc paradoxon perduxisse videtur Auctorem, quòd Christus ad discipulos Ioannis hoc respondens dixerit: Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me; tamquamnam de Ioanne Christum dixisset, id quod ex sententia Marcionis loquenti, qui (sicuti confiat ex Epiphanio aduersus Marc. Conf. 8.) ita dicta verba interpretabatur. Cuius sententiam mouet Auctor, paulopost addens:* Atque adeò hoc erat Ioannis scandalum, quòd dubitabat ipsum venisse quem exspectabant. *Verùm id alio sensu prolatum à Christo probat ibidem Epiph. Et de contraria Patrum aliorum sententia aliquid adtigimus supra lib. de Baptis. cap. 10. num. 79. nam & ibi similiter loquitur Auctor, & idipsum etiam infinuauit lib. de Profc. aduersus her. 24. Sicuti & ibi adnotauimus num. 56. Vide etiam nostra Prolegomena, de paradoxo, per quod appellatur mox:* Christus, spiritus patris.

257. præparaturam viarum dominicarum, &c.] Præparaturam, *inquit Rhenanus, dixit, pro præparatione, vt paraturam supra sæpe. Et vero etiam phrasis Tertullianica:* mastalem summam, *id est integram, voce derivata à massa. Recte verò adnotauit idem Rhenanus ibi:* qui neque vnde speraret, *accipi, vnde, pro:* vndenam aut vndelibet, *& supra etiam alicubi sic loqui Auctorem. Supplemus autem inter hæc duo:* & vnus iam de turba, *ex vtroque MS. Vatic. cod.*

258. Tu es, inquit, qui venis, an alium exspectamus? &c.] *Prorsus sic legimus iuxta vtrumque MS. Vatic. cod. pro:* Speramus, *tum quod Græce sit Luc. 7.* προσδοκῶμεν, *quod exspectare, non sperare significat, tum quod sequentibus verbis illud repetat. Deinde legimus:* id est, qui venturus es, *pro eo quod erat mendosissimè,* qui venturus est. *Atqui magis placet:* sicut omnes opinabantur, *quàm quod habet alter Vatic. MS. cod.* sicut omnia somniabantur.

259. vt Dominus per easdem operationes agnoscendum se nuntiauerit, &c.] *Adludit ad illud Luc. 7. Euntes renuntiate quæ audistis & vidistis, &c. Habent vero 2. MS. Vatic. cod.* Quæ quum constent prædicata; *sed magis placet lectio prior:* constet.

260. si & testimonium Ioanni perhibet, &c.] *Sic effert Auctor quod habet Euangelista:* Cæpit de Ioanne dicere ad turbas; *Vbi inter cetera Christum ait:* Prophetam, *vtique dico plusquàm (pro quo Auctor suprà, quum tamen Græce sit* περισσότερον) *Prophetam.*

261. ingerens etiam scriptum super illo: Ecce ego mitto, &c.] *Pergit in eo quod addidit Christus:* Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto, *&c. Nam sic etiam habet Euangelista Græcus; quoste vt vocem:* ego intermediam (*etiamsi non habeat alter MS. Vatic. cod.*) *præmuerimus, cæstigantes etiam ex altero illum, conformiter Vulgatæ & Græcæ editioni:* præparabit. præpararet. *Atqui etiam istud retorquet adu. Marc. Epiphan. Const. 9.*

262. Maiore quidem omnibus natis mulierum, sed non ideò subiecto, ei qui minor fuerit, in regno Dei; quasi alterius, &c.] *Sic omnino hunc locum & castigauimus, & distinximus, legentes:* maiore, *ex 1. Vatic. MS. cod. vti referatur ad illud quod hyperbaticos præmittitur:* præcutsore enim iam sancto officium; *vbinam sum* functus *cum Accusatuo. Atqui explicat hic, quamquam subobscurius Auctor (reliquis intermedijs Christi præmissis) illud:* Maior in natis (*sic enim & Græcè legitur:* ἐν γεννητοῖς) mulierum (*nam non legit:* Prophetæ, *sicut nec Matthæus*) *Ioanne Baptista nemo est;* qui autem minor, in regno Dei maior est illo. *Sic enim distinxisse Auctorem patet ex eo quod præcedit:* Dei regnum, in quo modicus quis maior erit Ioanne, *& mox sequetur:* & Christum vel quemque modicum, qui maior Ioanne futurus sit in regno. *Quomodo etiam B. Chrysost. in Commentario, quod adeò & ego magis probo, quàm BB. Ambrosij & Hieronymi distinctionem, qui multis modis se torquent, vt reclam dent interpretationem, legentes:* qui autem maior in regno Dei.

263. Diximus de remissa peccatorum, &c.] *Suprà nempè cap. 10. huius libri. Perrò sic primus legit Rhenanus ex Gorlicensi codice, pro:* remissione, *cui consentit alter Vaticanus. Nam Vetteri, inquit Rhenanus, remissam dixere, pro: remissionem. Cyprianus lib. de bono Patient. Dominus, inquit, baptizatur à seruo, & remissam peccatorum datura, ipse non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere. Idem Epist. 10. Qui autem, inquit, blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissam, sed reus est æterni peccati. Sic Missam dixit ea ætas pro missione. Vnde sacrificio id vocabulum accommodatum est. Verùm de eo latius suprà lib. de Oratione, Tom. 2. vbi etiam quæ hic præterea adfert verba Rhenanus, descripsimus; quatenus hic, ne prolixiores simus, prætermittimus.*

264. Illius autem peccaticis fœminæ, &c.] *Eodem modo etiam ad confirmandam solidi corporis Christi veritatem, hanc histriam Luc. 7. Epiphan. adfert contra Marc. Consu. 10. Vrgeni præterea, illud Euangelista: ingressus in domum Pharisæi accubuit, eandem confirmans Consut. 11. per ipsam quoque Christi adtestationem: Hæc lacrymis rigauit pedes meos, & vnxit, & osculata est, vt ne quis putet solam fuisse hominum eam opinionem de peccatrice, & non veram historiam. Qui, mirum est, quòd sæpe dicit illud: & capillis terfit, tam priore quàm secunda loco, quum tamen Auctor ad vertere:* crinibus detergeret, *qui eleganter etiam dixit:* osculis figeret, *tamquam si transfigere pedes deuotione sua voluisset, & significantius:* lactymis inundaret, *Græce* βρέχειν, *&:* vnguento perduceret, *Græce* ἀλείφειν.

265. Et vt peccaticis pœnitentia, secundum creatorem meruerit; veniam, &c.] *Sic omninò istud distinguendum. Atqui sententiam vere Catholicam pulcre explicat, dum & pœnitentiam dicit veniam meruisse, & illud:* Fides tua te saluam fecit, *interpretatur de pœnitentia ex fide iustificata. Idque contra eos, qui iactitant fidem solam iustificare sine operibus fidei; quum similes hos intelligenda veniant de fide per dilectionem operante, vtpote Apostolus loquitur.*

266. Iustus ex fide sua viuet, &c.] *Sic istud castigauimus ex 2. Vatic. MS. cod. pro:* viuit, *quia eam esse lectionem & LXX. & ex Hebræo (sicuti etiam partim adnotauimus ad lib. 1. Testim. Cypriani adu. Iudæos cap. 5. num. 25.) ex B. Hieronym. Commentarijs patet. Malim etiam legere: ex fide mea, quia legisse idem Hieronym. LXX. scribit, & id legit B. Cyprianus. Sed quia Symmachus additio habebat: fua, eodem teste, ad quam forte translata erat additio quam sequebatur Tertullianus, nihil immutauimus.*

Cap. xix.

267. quòd diuites Christo mulieres adhærebant, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De diuitibus mulieribus adhærentibus Christo, verbis Domini ad discipulos, & de matteæ fratribus Christi; ex v 111. cap. Lucæ. *Colligis autem inde imprimis Auctor, quòd diuites fuerint illæ* mulieres, eo quòd de facultatibus suis ministrabant Christo; inter quas, *inquit,* & Ioannæ vxor *Chuzæ* procuratoris Regis.

268. Mulieres diuites exsurgite, & audite vocem, &c.] *Sic necessario distinxi hæc verba Isai. 32. sicuti etiam supplemi & castigaui:* Filiæ in spe audite sermones meos. Dies anni mementote, *& quod quis videretur seculo cuipiam non satis Latinum, ignorasti phrasin Tertulliani, quæ* mementote *& ipse & Interpres Latinus LXX. cum Accusatuo construit, Græcismo vtens, eo quòd Græcis:* ἐμφερῆς ἐστιν τῷ *subsistuit:* sermones Dei. (*omissa voce:* meos) Anni mementote. *Maxime quum etiam correspondeant Hebraica & Chaldaica editiones, & ipse B. Hieronym. in Commentarijs.*

269. At nunc illa quoque ptonuntiatio eius ad populum: Aure audieris, &c.] *Istud Isai. 6.* Aure audietis & non audietis (*de quo suprà cap. 6. lib. 3.*) *occasionem* dedisse Christo *dicit Auctor, tum Luc. 8. tum alibi* frequenter inculcandis: Qui habet aures, audiat. *Vbi mirum est omitti ab eo:* audiendi, *quod tamen habeat etiam Græca & Syriaca editiones.*

270. Videte quomodo audiatis & non audiatis, &c.] *Recte inter-*

Recte interpretatur: πῶς: quomodo. *Hic verò iterum variat à contextu Luc. 8. quum ibi à nemine legatur:* & non audiatis: *quod tamen legitur Auctorem, patet ex eo quod ſequitur:* non corde ſcilicet audientes, ſed aure. *Eſt autem illud Tertullianicum:* audiri ſufficiebat.

271. Ei qui habet dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod habere ſe putat, auferetur ei, &c.] *Pulcrè locum hunc interpretatur Auctor:* de adiectione fidei vel intellectus, vel ſalutis. *Eſt etiam quaſi interpres B. Lucas cap. 8. illius quod Matthæi 13. & Marc. 4. legitur: etiam quod habet, auferetur ei; illud efferens, etiam quod habere ſe putat; quæ etiam tranſmauit vulgati noſtri interpretis ſimilis verſio, quantumuis Græcè ſit:* ἀ δοκεῖ ἔχειν.

272. Miror autem quum lucernam negat abſcondi ſolere, &c.] *Iſtud quidem etiam reperitur Luc. 8. ſed antea illud nu.* 270. Videte quomodo audiatis. *Atqui*; neceſſarius lumen, *comparationem eſſe, non modo hic adnotat Rhenanus, ſed etiam ſupra lib. de Carn. Chriſti, cap. 7. num. 70.*

273. Ipſe, inquiunt, confeſtatur ſe non eſſe natum, dicendo: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? &c.] *Verba hæc ſunt Marcionis, etiam ſupra obiecta lib. de Carne Chriſti cap. 7. & lib. 3. aduerſ. Marc. cap. 11. vbi ad hunc locum Lectorem remittit Auctor, verbis ſupra ad argumenti huius libri finem adductis; quorum primi loco eadem penè omnia habet quæ hic, ipſidem penè verbum pronuntiata. Vbi interim plus hoc habet, quod inſinuet, eâ hoc loco aliquid abſtuliſſe hæreſes. Hoc eſt enim quod Marcionis obiecit Epiphan. Conſut. 12. Non habet:* Venerunt autem ad illum mater ipſius & fratres eius, *&c. (ſic enim ſuppleo ex Luca) ſed ſolium: Et nuntiatum eſt illi, Mater tua & fratres tui ſunt foris, &c. Cui interim aptè reſpondet: Etiam ſi ſuperiora recideres, ô Marcion, Euangely verba, quò facius Euangeliſtam non ſuffragare dictionis à quibuſdam relatæ, nempè: Mater tua & fratres tui, non poteſt tranſgredi veritatem. Cur enim nò multas dixit matres, &c. ſed vnam dixerit, quæ reuera ipſum genuit. Cui correſpondet illud Auctoris:* non potuiſſe illi adnuntiari, quòd mater eius & fratres ſui ſtarent foris quærentes videre, ſi nulla illi mater & fratres nulli fuiſſent. *Quibus mox adijcit Epiphanius: Et ne te ſeducat ſermo quem dixit Dominus:* Quæ eſt mater mea & qui fratres? *Non enim negauit matrem hæc dixit, ſed intempeſtiuitatem eius exeuntem, quibus dixit, turbæ tanta circunſtante, & ad ſalutarem eius doctrinam profuſa, & ipſo circa ſanationes ac prædicationem occupato, auocatio enim eſſe videbatur hoc à ſuſceptis negotijs. Hoc eſt enim quod haud procul à ſine capitis hic dicit Auctor:* Supereſt & inſpicere ſenſum, non ſimpliciter pronuntiantis: Quæ mihi mater, aut fratres? quaſi ad generis & nativitatis negationem; ſed & ex cauſſæ neceſſitate, & conditione rationali, *&c.*

274. Ita ſemper hæretici, &c.] *Rurſum notandum iſtud de hæreticorum peruerſa ſcripturarum detorſione.*

275. Eece legis doctor ad ſuſtrexit tentans, &c.] *Hanc ſcripturam, quam ſupradictis lib. de Carne Chriſti, cap. 7. adſcripſimus ad marginem, Matth. 22. hic maluimus adnotare Luc. 20. eo quòd id quod hic ſequitur:* & de tributi conſultatione: Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, *ſaltem ſecundum ſenſum legatur Luc. 20. atque adeò poſt præcedentem ſcripturam, quum apud Matth. eodem cap. 20. paulò prius ſit habeatur, quamquam anteriora ibi rectius adſeruerim Matth. 19. Vbi propriæ hæc verba habentur. Ibi autem:* propheten (*ſiue* prophetam, *vti legit Vatic. 1. MS. cod.*) exiſtimantes licet magnum aliquem; *adludit ad verba Luc. 7. paulantè tralata c. 18.* Magnus prophetes prodijt in nobis.

276. Sed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto, &c.] *Similiter ſuprà Auctor dicto lib. de Carne Chriſti cap. 2. Auſer hinc (nempè ex Euangelio Luca cap. 2.)* molestos ſempet Cæſaris cenſus; *& hoc ipſo lib. cap. 7.* de cenſu denique Auguſti, quem teſtem fidelisſimum Dominicæ nativitatis Romana archiua cuſtodiunt: *& rurſum infrà cap. 36.* vt nemo facilè ignorare de genere potuiſſet, vel de recentibus Auguſti in cenſibus, tunc adhuc fortè pendentibus. *Hic addit* in Iudæam, *& rectè, quia ſub Syriæ nomine, cuius meminit Euangeliſta, comprehenditur etiam* Iudæa. *Verum hoc Auctori peculiare per* Sentium Saturninum, *quum tamen Luc. 2. deſcriptio facta ſit à Præſide Syriæ Cyrino, quem adeò etiam Cyrinum, ſeu Quirinum, nuncupat Joſephus Antiquat. lib. 18. ca. 3. & poſt eum Euſeb. lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 2. & 3. ſeu ſi adque anno 42. Imperij Auguſti Cæſaris, quippe quo anno tantum Chriſtum aut retexter ſuprà oſtendimus, Tom. 3. lib. aduerſ. Iud. cap. 8. num. 78. Concordat peterunt mea quidem ſententia hoc modo. Quod: Præſide Cyrino, ſeu Quirino,* cenſus actis ſunt, *at per* Sentium Saturninū. *Pro quo facit quod Græcè eſt Luc. 2. & apud Euſebium:* ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, *id eſt, Præſidem agente ſen Præſide Syriæ Cyrenio, ſeu potius Cyrino; & quod ex Syriaco tranſfertur. Sub præfectura Kyreni in Syria; denique quod B. Iuſtinus Mart. Apolog. 2. ad Antoninum: ſub Cyrenio; quo ſit vt etiam ego emendatores eſſe editionis vulgatæ eos exiſtimem coduces Latinos, qui omittentes: à, legunt dumtaxat: quæ deſcriptio primo facta eſt, Præſide Syriæ Cyrino. Certè, & initio Imperij Auguſti Conſulatum geſſit cum L. Munatio Plancæ, P. Sulpitium P. F. N. Quirinus, (quem eundem eſſe exiſtimo cum Cyrino, atque adeò ſub eo in Syria Præſide dictos cenſus actos,) & C. Sentius C. F. C. N. Saturninus, ſicuti etiam ſuprà adnotauimus Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 1. num. 13.) his ſub eodem Conſulatum geſtis, primò cum Q. Lucretio Veſpilione ante Chriſtum natum, deinde quinto poſt anno (iuxta Conſulares faſtos Goltʒij) cum Sexto Ælio Cato. Veriſimile itaque eſt, quum nenter Conſulem egerit anno ipſo natis Chriſti, fuiſſe Quirinum Syriæ Præſidem, & Sentium Saturninum id habuiſſe oſſicij, vt cenſum ſeu deſcriptionem per Iudeam faceret; & ab Euangeliſta dumtaxat nominatum Quirinum ſeu Cyrinum, quòd magis notus eſſet, quippè qui in Syria Præſidem egerit, iuxta illud B. Ambroſij in Comment. Pulcrè autem, quòd & Præſidis nomen addidit, veſcerien tempora deſignaret: Præſide, inquit, Cyrino. Cui conſentit & Iulianus Pemer. lib. 1. aduerſus Iudæos, dicens: ſub præſide Syria Cyrene faciam hanc deſcriptionem. Si interim etiam ceeſorem patrimonium fuiſſe Cyrinum velis affirmare ex Joſepho, loco ab Euſebio citato; adhuc dici poſſit illi Collegam fuiſſe adiunctum* Sentium Saturninum. *Porrò mox ſuppleimus:* Supereſt & inſpicere, *&c. ex vtroque MS. Vatic. cod. & deinde ex altero:* non tam abnegauit; *caſtigantes ex iſſem:* Quæ mihi mater, *pro:* Quis.

CAP. XX.

277. Quis autem iſte eſt, &c.] *Capiti huic inſcriptionem fecimus:* De miraculis Chriſti, quibus ventis & mari imperauit, legionem dæmonum eiecit, & à fluxu ſanguinis curauit mulierem; ex eodem cap. VIII. Luc. *Sunt autem hæc verba admirantium Apoſtolorum. Eſt verò obaudite, pro obedite, tam Tertulliano quam alijs Veteribus vſitatiſſimum; & ſæpe* diſcriminis *vtitur, pro:* ſtupendo diſcrimine, *ſicuti (vel etiam Rhenane teſte:)* inteſtino itinere, *pro:* horrendo, *quomodo Vtrumius* inteſtinum *opus dixit. Atqui Epiphan. aduerſ. Marcionem Conſut. 13. maluit regere ad comprobandam veritatem corporis Chriſti, illud quod paulò ante Luc. 8. præcedit: Naufragantibus ipſis obdormiuit, excitatus autem increpauit ventum & mare.*

278. in quod opus & Auſtri ſeruierunt, &c.] *Hæc addit Auctor, eo quòd apud* LXX. *legatur:* in vento Austro, Græcè νότῳ, *vbiex Hebræo vertit B. Hieronym. flante vento vehementi & vrente.*

279. Lege ex ſorte familiæ dirimendæ, &c.] *Sine ſic legas, ſine cum Vatic. MS. & ſorte, perinde eſt: neque interim addimus hoc ſuperſtare ea re locum. Videtur autem mihi adludere ad ſortem, qua elegebantur duodecim viri, Ioſ. 3. & 4. ſinguli de ſingulis tribubus, qui præcederent arcam Domini in medio Iordanis; qui, quum veluti machæra quædam tranſitum impediret, ſtare ſecit* Ieſus *Naue impetum & decurſum aquarum tranſeuntibus filijs Iſraël, quos* Propheras *hic Auctor nuncupat. Atqui materiam expeditionem vocat Chriſti tranſfretationem tranſ ſtagnum ſeu mare Galilæa, quatranſitus erat in regionem Geraſenorum.*

280. Abacuc adimpletur: Diſperges, inquit, aquas iti-

Christi, &c.] *Ad alia pergens Luc. 7. de Ioanne tractatum instituit, atque adeò ad hunc locum adluit supra Auctor cap. 11. quum dixit:* Sed de Ioanne cetera alibi. *Atqui in hoc paradoxon perduxisse videtur Auctorem, quòd Christus ad discipulos Ioannis hoc ipso capite dixerit: Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me, tamquam is de Ioanne Christus dixisset, idque ex fauentia Marcionu loquens, qui (sicuti constat ex Epiphanio aduers. Marc. Conf. 8.) ita dicta verba interpretabatur. Cuius sententiam mitigat Auctor, paulopoſt addens:* Atque adeò hoc erat Ioannis scandalum, quòd dubitabat ipsum venisse quem exspectabant. *Verùm id alio ſenſu prolatum à Christo probat ibidem Epiph. Et de contraria Patrum aliorum ſententia aliquid adiiciemus ſupra lib. de Baptiſ. cap. 10. num. 79. nam & ibi ſimiliter loquitur Auctor, & idipſum etiam inſinuauit lib. de Præſc. aduerſ. haer. ca. 8. ſicuti & ibi adnotauimus num. 56. Vide etiam noſtra Prolegomena de paradoxa, per quod appellatur mox:* Chriſtus, ſpiritus patris.

257. præparaturam viarum dominicarum, &c.] Præparaturam, *inquit Rhenanus, dixit, pro præparatione, vt* paraturam *ſupra ſæpe. Eſt verò etiam phraſis Tertullianica:* maſſalem ſummam, *id eſt integram, voce derivata à maſſa. Relitè verò adnotauit idem Rhenanus ibi:* qui neque vnde ſperaret, *accipi, vnde, pro:* vndenam aut vndelibet, *& ſupra etiam alicubi ſic loqui Auctorem. Supplemus autem inter hæc duo:* & vnus iam de turba, *ex vtroque MS. Vatic. cod.*

258. Tu es, inquit, qui venis, an alium exſpectamus? &c.] *Proſus ſic legimus iuxta vtrumque MS. Vatic. cod. pro:* Ipſe exspectamus, *tum quod Græce ſit Luc. 7.* προσδοκῶμεν, *quod exſpectare, non ſperare ſignificat, tum quod ſequentibus verbis illud repetat. Deinde legimus:* id eſt, qui venturus es, *pro eo quod erat mendoſiſſimè;* qui venturus eſt. *Atqui magis placet:* ſicut omnes opinabantur, *quàm quod habet alter Vatic. MS. cod.* ſicut omnia ſomniabantur.

259. vt Dominus per eaſdem operationes agnoſcendum ſe nuntiauerit, &c.] *Adludit ad illud Luc. 7. Euntes renuntiate quæ audiſtis & vidiſtis, &c. Habent verò 2. MS. Vatic. cod.* Quæ quum conſtent prædicata; *ſed magis placet lectio prior:* conſter.

260. ſi & teſtimonium Ioanni perhibet, &c.] *Sit effert Auctor quod habet Euangeliſta: Cœpit de Ioanne dicere ad turbas; Vbi inter cetera Chriſtum ait:* Prophetam, *vtique dico plus quàm (pro quo Auctor ſupra, quum tamen Græce ſit* περισσότερον*) Prophetam.*

261. ingerens etiam ſcriptum ſuper illo: Ecce ego mitto, &c.] *Pergit in eo quod addidit Chriſtus: Hic eſt de quo ſcriptum eſt:* Ecce ego mitto, *&c. Nam ſic etiam habet Euangeliſta Græcus; quo ſit vt vocem:* ego intermediam (*etiamſi non habeat alter MS. Vatic. cod.*) *retinuerimus; caſtigantes etiam ex altero illorum, conformiter Vulgatæ & Græcæ editioni:* præparabit. *pro:* præparet. *Atqui etiam iſtud retorquet adu. Marc. Epiphan. Conſut. 9.*

262. Maiore quidem omnibus natis mulierum, ſed non idcò ſubiecto, ei qui minor fuerit, in regno Dei; quaſi alterius, &c.] *Sic omnino hunc locum & caſtigauimus, & diſtinximus, legentes:* maiore, *ex 1. Vatic. MS. cod. vti referatur ad illud quod hyperbaticos præmittitur:* præcurſore enim iam functo officium; *vbi* ſurſum functus *cum Accuſativo. Atqui explicarhie, quamquam ſubobſcurius Auctor (reliquis intermedijs Chriſti verbis præteremiſit) illud:* Maior in natis (*ſic enim & Græce legitur:* ἐν γεννητοῖς) mulierum (*nam non legit:* Prophetа, *ſicut nec Matthæus*) *Ioanne Baptiſta nemo eſt;* qui autem minor, in regno Dei maior eſt illo. *Sic enim diſtinxiſſe Auctorem patet ex eo quod præcedit:* Dei regnum, in quo modicus quis maior erit Ioanne, *& mox ſequitur:* & Chriſtum vel quemque modicum, qui maior Ioanne futurus ſit in regno. *Quamodo etiam B. Chryſoſt. in Commentario; quod adeo & ego magis probo, quàm BB. Ambroſij & Hieronymi diſtinctionem; qui multis modis ſe torquent, vt reſtèam dent interpretationem, legentes: qui autem maior in regno Dei.*

263. Diximus de remiſſa peccatorum, &c.] *Supra nempè cap. 10. huius libri. Porrò ſic primùm legit Rhenanus ex Gr. ſenſu codicis, pro:* remiſſione, *cui conſentit alter Vaticanus. Nam Veteres, inquit Rhenanus, remiſſam dixere, pro:* remiſſionem. *Cyprianus lib. de bono Patient. Dominus, inquit, baptiſ. atur à ſeruo; & remiſſam peccatorum daturus, ipſe non dedignatur lauacro regenerationis ſuæ corpus abluere. Idem Epiſt. 10. Qui autem, inquit, blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habet* remiſſam, *ſed reus eſt æterni peccati. Sic Miſſam dixit ea ætate pro miſſione: Vide ſacrificio id vocabulum accommodatum eſt. Verùm de eo latiùſculè lib. de Oratione, Tom. 2. vbi etiam quæ hic præterea adfert verba Rhenanus, deſcripſimus, quarehic, ne prolixiores ſimus, præteruittimus.*

264. Illius autem peccatricis fœminæ, &c.] *Eodem modo etiam ad confirmandam ſolidi corporis Chriſti veritatem, hanc hiſtoriam Luc. 7. Epiphan. adfert contra Marc. Conſut. 10. Vrgens præterea, illud Euangeliſtæ: ingreſſus in domum Phariſæi accubuit, eandem confirmans Conſut. 11. per ipſam quoque Chriſti adfectationem: Hæc lacrymis rigauit pedes meos, & vnxit, & oſculata eſt, vt neque putet ſolam fuiſſe hominum eam opinionem de peccatrice, & non veram hiſtoriam. Qui, mirum eſt, quod inſerit illud: &* capillis terſit, *tam priore quàm ſecundo loco, quum tamen Auctor id verterit:* crinibus detergeret; *quo elegantèr etiam dixit:* oſculis figeret, *tamquam ſi transfigere pedes denotione ſua voluiſſet, & ſignificantius:* lacrymis inundaret, *Græci* βρέχειν; *&* vnguento perduceret, *Græce* ἀλείφειν.

265. Et vt peccatricis pœnitentia, ſecun. ſum creatorem meruerit; veniam, &c.] *Sic omnino iſtud diſtinguendum. Atqui ſententiam verè Catholicam pulcrè explicat, dum &* pœnitentiam dicit veniam meruiſſe; *& illud:* Fides tua teſaluam fecit, *interpretatur de pœnitentia ex fide iuſtificata. Idque contra eos, qui ſalſitatem fidem ſolam iuſtificare ſine operibus fidei; quum ſimiles hos intelligendi ventant de fide per dilectionem operante, vbi ſe Apoſtolus loquitur.*

266. Iuſtus ex fide ſua viuet, &c.] *Sic iſtud caſtigauimus ex 2. Vatic. MS. cod. pro:* viuit, *quia eam eſſe lectionem & LXX. & ex Hebræa (ſicut etiam partim adnotauimus ad lib. 1. Teſtim. Cypriani adu. Iudæos cap. 5. num. 25.) ex B. Hieronym. Commentarijs patet. Malim etiam legere:* ex fide mea, *qua legiſſe idem Hieronym. LXX. ſcribit, & id legit B. Cyprianus; Sed qua Symmachi additio habebat:* ſua, *eodem teſte, ad quam fortè tranſlata erat aditio quam ſequebatur Tertullianus, nihil immutauimus.*

Cap. xix.

267. quòd diuites Chriſto mulieres adhærebant, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De diuitibus mulieribus adhærentibus Chriſto, verbis Domini ad diſcipulos, & de matteæ fratribus Chriſti ex VIII. cap. Lucæ. *Colligetautem ſodem imprimis Auctor, quòd diuites fuerint illæ* mulieres, eo quòd de facultatibus ſuis miniſtrabant Chriſto; inter quas, *inquit,* & *Ioannaxor Chuſæ* procuratoris Regis.

268. Mulieres diuites exſurgite, & audite vocem, &c.] *Sic neceſſario diſtinxi hæc verba Iſaiæ. 32. ſicuti etiam ſupplemi & caſtigaui:* Filiæ in ſpe audite ſermones meos. Dies annimementote, *& quod qui videretur ſeculo cuipiam non ſatis Latinum, ignorans phraſin Tertulliani, quæ* mementote *& ipſe & Interpres Latinus LXX. cum Accuſatiuo conſtruit, Græciſmo tentes, eo quòd Græciſt:* μνήσθητε ὑπὲρ τῶν ὑπ' ἐμοῦ *ſubſtituit:* ſermones Dei. (*omiſſa voce:* meos) Anni mementote. *Maximè quum etiam correſpondeant Hebraica & Chaldaica additiones, & ipſe B. Hieronymus in Commentarijs.*

269. At nunc illa quoque pronuntiatio eius ad populum: Aute audietis, &c.] *Iſtud Iſai. 6.* Aute audietis & non audietis (*de quo ſupra cap. 6. lib. 3.*) *occaſionem* dediſſe Chriſto *dicit Auctor, tum Luc. 8. tum alibi* frequenter inculcandi: Qui habet aures, audiat. *Vbi mirum eſt omiſſa eo:* audiendi, *quod tamen habent etiam Græca & Syriaca editiones.*

270. Videte quomodo audiatis & non audiatis, &c.]

Recte interpretatur. πῶς: quomodo. *Hic verò iterum variat à contextu Luc. 8. quum ibi à nemine le-gatur:* & non audiatis; *quod tamen legisse Auctorem, patet ex eo quod sequitur:* non cordescilicet audientes, sed aure. *Est autem illud Tertullianicum:* auditui sufcitabat.

271. Ei qui habet dabitur; ab eo autem qui non habet, etiam quod habere se putat, auferetur ei, &c.] *Pulcre locum hunc interpretatur Auctor:* de adiectione fidei vel intellectus, vel salutis. *Est etiam quasi interpres B. Lucæ cap. 8. illum quod Matthæo 13. & Marc. 4. legitur:* etiam *quod habet, auferetur ei; illud efferens,* etiam quod habere se putat; *quæ etiam confirmatur vulgati nostri interpretis similis verbo, quantumuis Græcè sit:* ὃ δοκεῖ ἔχειν.

272. Miror autem quum lucernam negat abscondi solere, &c.] *Illud quidem etiam repertur Luc. 8. sed antea illud nu.* 270. Videte quomodo audiatis. *Atque*; necessarius lumen, *comparationem esse, non modo hic adnotat Rhenanus, sed etiam supra lib. de Carn. Christi, cap. 7. num. 70.*

273. Ipse, inquiunt, conteſtatur se non esse natum, dicendo: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? &c.] *Verba hæc sunt Marcionis, etiam supra obiecta lib. de Carne Christi cap. 7. & lib. 3. aduersus Marc. cap. 11. vbi ad hunc locum Lectorem remittit Auctor, verbis supra ad argumenti huius libri finem adductis; quorum priorem loco eadem pene omnia habet quæ hic, ipsidem pene verbis pronuntiata. Vbi interim plus hæc habet, quod insuper, etiá hoc loco aliquid abstulisse hæreses. Hoc est enim quod Marcionis obycit Epiphan. Conſut. 12. Non habet:* Venerunt autem ad illum mater ipsius & fratres eius, *&c. (si enim supplex ex Luca) sed solum: Et nuntiatum est illi, Mater tua & fratres tui sunt foris, & c. Cui interim apte respondet: Etiam si superiora recideru, ô Marcion, Euangely verba, quò facias Euangelistam non suffragaturs dictionis à quibus damore latæ, nempe: Mater tua & fratres tui, non potest transgredi veritatem. Cur enim nō multas dixit matres, &c. sed vnam dixerat, quæ reuera ipsum genuit. Cui correspondet illud Auctoris:* non potuisse illi adnuntiari, quòd mater eius & fratres sui ſtarent foris quærentes videre, si nulla illi mater & fratres nulli fuissent. *Quibus mox adiicit Epiphanius: Et ne te seducat sermo quem dixit Dominus:* Quæ est mater mea & qui fratres? *Non enim negauit matrem hæc dixit, sed intempestiuitatem eius euertens, quibus dixit, turbatanta circunſtante, & ad salutarem eius doctrinam profusa, & ipso circa sanationes ac prædicationem occupato, auocatio enim esse videbatur hoc à ſuscepto negotio. Hoc est enim quod haud procul à fine capitis hic dicit Auctor:* Supereſt & inſpicere ſenſum, non ſimpliciter pronuntiantis: Quæ mihi mater, aut fratres? quasi ad generis & natiuitatis negationem; ſed & ex cauſſæ neceſſitate, & conditione rationali, *&c.*

274. Ita ſempet hæretici, &c.] *Rursum notandum illud de hæreticorum peruersa ſcripturarum detorſione.*

275. Ecce legis doctoradſuſtrexit tentans, &c.] *Hanc ſcripturam, quam ſupradicte lib. de Carne Chriſti, cap. 7. adſcripſimus ad marginem, Matth. 22. hic malumus aduocare Luc. 20. eo quòd id quod hic ſequitur:* & de tributi conſultatione: Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, *ſaltem ſecundum ſenſum legatur Luc. 20. atque adeò poſt præcedentem ſcripturam, quam apud Matth. eodem cap. 20. paulò prius id habeatur, quamquam interim ibi teſtius adſcruetim Matth. 19. Vbi propriæ hæc verba habentur. Vbi autem:* propheten (*ſiue* prophetam, *vt legit Vatic. 1. MS. cod.*) exiſtimantes licet magnum aliquem; *adludit ad verba Luc. 7. pauloantè tralata c.* 18. Magnus prophetes prodijtin nobis.

276. Sed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto, &c.] *Similiter ſupra Auctor dicto lib. de Carne Chriſti cap. 2. Auſer hunc (nempe ex Euangelio Lucæ cap. 2.)* moleſtos ſemper Cæſaris cenſus; *& hoc ipſe lib. cap. 7.* de cenſu denique Auguſti, quem teſtem fidei ſtimum Dominicæ natiuitatis Romana archiua cuſtodiunt: *& rursum infra c. cap. 36.* venemo facilè ignorare de genere potuiſſet, vel de recentibus Auguſtianis cenſibus, tunc adhuc ſorte pendentibus. *Hic addit* in Iudæam, *& recte, quia ſub Syria nomine, cuius meminit Euangeliſta, comprehenditur etiam* Iudæa. *Verum hoc Auctori peculiare per* Sentium Saturninum, *quum tamen Luc. 2. deſcriptio facta ſit à Præſide Syriæ Cyrino, quem adeò etiam Cyrinum, ſeu Quirinum, annotat Ioſephus Antiquit. lib. 18. c. 3. & poſt eum Euſeb. lib. 1. Inſtor. Eccleſ. cap. 1. c. 5. ſeu 5 ædque anno 42. Imperij Auguſti Cæſaris, quippe quo anno natiuus Chriſtum aut certè ſupra oſtendimus, Tom. 1. lib. aduerſ. Iud. cap. 8. num. 78. Concordat peterunt mea quidem ſententia hoc modo. Quòd: Præſide Cyrino, ſeu Quirino,* cenſus *actis ſunt, at per* Sentium Saturninū. *Pro quo facit quod Græcè eſt Luc. 2. & apud Euſebium:* τῆς ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρινίου, *id eſt, Præſidem agente ſeu Præſide Syriæ Cyrenio, ſeu potius Cyrino; & quod ex Syriaco transfertur: Sub præfectura Kyrenii in Syria; denique quod B. Iuſtinus Mart. Apolog. 2. ad Antoninum: ſub Cyreneo; quo ſit vt etiam ego emendatores eſſe editionis vulgatæ eos exiſtimem codices Latinos, qui omittentes: à, legunt duntaxat: quæ deſcriptio primò facta eſt, Præſide Syriæ Cyrino. Certè, & inuito Iuperij Auguſti Conſulatum geſſit cum L. Munatio Planco, P. Sulpitium P. F. N. Quirinus; (quem eundem eſſe exiſtimo cum Cyrino, atque adeò ſub eo in Syria Præſide dictos cenſus actos,) & C. Sentius C. F. C. N. Saturninus, ſiſcuti etiam ſupra adnotauimus Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 1. num. 13.) his ſub eodem Conſulatum geſtis, primò cum Q. Lucretio Veſpilione ante Chriſtum natum, deinde quinto poſt anno (iuxta Conſulares faſtos Galtʒij) cum Sexto Aelio Cato. Veriſimile itaque eſt, quum nunter Conſulem egerit anno ipſo natis Chriſti, fuiſſe Quirinum Syriæ Præſidem, & Sentium Saturninum id habuiſſe officij, vt cenſum ſeu deſcriptionem per Iudæam faceret; & ab Euangeliſta dumtaxat nominatum Quirinum ſeu Cyrinum, quòd magis notus eſſet, quippe qui in Syria Præſidem egerit, iuxta illud B. Ambroſij in Comment. Pulcrè autem, quòd & Præſidis nomen addidit, veſperiem temporis deſignaret: Præſide, inquit, Cyrino. Cui conſentit & Iulianus Pomer. lib. 1. aduerſus Iudæos, dicens: ſub præſide Syria Cyrino factam hanc deſcriptionem. Si interim etiam cenſorem patrimonium fuiſſe Cyrinum velit affirmare ex Ioſepho, loco ab Euſebio citato; adhuc dici poſſit illi Collegam fuiſſe adunctum* Sentium Saturninum. *Porro mox ſupplemur:* Supereſt & inſpicere, *&c. ex vtroque MS. Vaticano. & deinde ex altero:* non tam abnegauit, *conſignantes ex iſſdem:* Quæ mihi mater, *pro:* Quis.

CAP. XX.

277. Quis autem iſte eſt, &c.] *Capiti huic inſcriptionem ſecimus:* De miraculis Chriſti, quibus ventis & mari imperauit, legionem dæmonum eiecit, & à fluxu ſanguinis curauit mulierem; ex eodem cap. v. 111. Lucæ. *Sunt autem hæc verba admirantium Apoſtolorum. Eſt verò obaudire, pro obedire, tam Tertullianis quam aliis Veteribus vſitatiſſimum; & iſtupore diſcriminis vſitur, pro: ſtupendo diſcrimine; ſicuti (vel etiam Rhenano teſte:)* inteſtino itinere, *pro: internæ, quomodo Vtrumius* inteſtinum *opus dixit. Atque Epiphan. aduerſus Marcionem Conſut. 13. mauult regere ad comprobandam veritatem corporis Chriſti, illud quod pauloantè Luc. 8. præcedit: Naungantibus ipſis obdormiuit, excitatus autem increpauit ventum & mare.*

278. in quod opus & Auſtri ſeruiebant, &c.] *Hoc addit Auctor, eo quod apud* LXX. *legatur:* in vento Austro, *Græcè* τῷ νότῳ, *vbiex Hebræo vertit B. Hieronym. ſtante vento vehementi & vrente.*

279. Lege ex ſorte familiæ ditimendæ, &c.] *Sine ſic legas, ſiue cum Vatic. 1. MS. & ſorte, perinde eſt: neque interim adhuc obſcurit ate caret locus. Videtur autem mihi adludere ad ſortem, qua elegebantur duodecim Nri, Ioſ. 3. & 4. ſinguli de ſingulis tribubus, qui præcedebant aream Domini in medio Iordanis; qui, quum veluti machæra quadam tranſiuum impediret, ſtare fecit Ieſus Naue impetum & decurſum aquarum tranſeuntibus filijs Iſrael, quos* Prophetas *hic Auctor nuncupat. Atque matrinam expeditionem vocat Chriſti tranſfetationem tranſfiguratio ſeu mare Galilææ, qua tranſiuit erat in regionem Gerasenorum.*

280. Abacue adimpletur: Diſperges, inquit, aquas iti-

nere, &c.] *Græce est hodie Abac. 3.* Ἀφ' ἁπερεῖς ὕδατα τῆς πορείας, *ubi ex Hebræo vertitur: gurges aquarum transiit. Quare & hic castigans*: Disperges (*pro*: Dispergens) aquas itinere. *maximè quum sic legat B. Hieronymus in Commentariis; quare & in Biblys Regijs sic corrigendum est, pro*: dispergedes.

281. Comminans, inquit, mari, & arefaciens illud, &c.] *Istud legitur Naum 1. tam iuxta Hebræum & Chaldaicum, quàm iuxta LXX. editionem. Atqui quod vindex, suprà adnotauimus Tom. 1. lib. de Testim. animæ, cap. vlt. num. 28.*

282. Age nunc qui militatem, &c.] *Istam Marcionis hæresin supra satis confutauit Auctor cap. 13. lib. 3. aduersus Marcionem.*

283. quum iuuenis in vno homine multitudinem dæmonum, legionem se professam, &c.] *Pergit in retorquendo verbis Luc. 8. aduersus Marcionem. Sine autem legas*: Dominus potens in bello, *ex Psal. 23. sine*: in prælio, *cum 1. Vatic. MS. cod. non refert.*

284. Cuius autem filium Iesum legio testata est, &c.] *Quæ aliud agens profequitur illud: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? & ibi*: veniam scilicet abyssi, *id est, veniam ab abysso fiscus suprà cap. 12. veniam ieiunij*) *ad illud: & Arqui: generunt illum ne imperaret illis vti in abyssum irent. Arqui*: depetunt, *Rhenanus interpretatur: expetunt, nos: rogant. Similiter ibi*: Dcnique impetrauerunt, *vnico verbo reddit illud: Et permisit illis.*

285. Tangitur à fœmina quæ sanguine fluitabat, &c.] *Profequitur aliam huius capitis historiam, omissa filia Jairi Archisynagogi, quod mirum est (quomodo etiam Papistarum Confutat. 14.) ex tactu isto Veritatem corporis Christi comprobans. Atqui quod addit*: excusantibus discipulis, pertinet ad illud *Petri, & illorum qui erant cum illo*: Præceptor, turbant te comprimunt & affligunt, *& dicit*: quis tetigit me? *quod ipsum etiam Epiphan. retorquet aduersus Marcionem; quemadmodum & illud*: Tetigit me aliquis, sensi enim virtutem ex me profectam.

286. Vt confessionem certè prouocaret, vt timorem probaret, &c.] *Hic rursum adludit ad id quod sequitur: Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, &c. & ob quam causam tetigerat eum*, indicauit coram omni populo, *& quemadmodum confestim sanata est.*

287. vt quia lex à contactu fœminæ sanguinantis submouet, &c.] *Adludit ad illud Leuit. 15. sub finem capitis: Hæc est lex, &c.* Sanguinantis, *id est, (vti B. Hieronym. quæ sequitur fluit sanguine*) mulieris, *pro quo hodie perperà legitur apud LXX.* καὶ ὁ προρρύης, *id est: sanguinis fluæ; sed repetendum* καὶ τὴν αἱμορροοῦσαν, *id est sanguinis fluæ; neque enim erit dictio capitis de fœmina feminiflua, sed viro seminifluo, & mulierc sanguinante dies plures, non in tempore menstrui sui.*

288. At enim si fidem mulieris inuenimus ita metuisse, quum dicit: Fides tua te saluam fecit, &c.] *Quum eadem sint hic verba Christi cum illis suprà cap. 18. ad peccatricem*: Fides tua te saluam fecit, *& similiter ad illud institutum adscrat illud Osee 6.* misericordiam mauult quàm sacrificium, *eo modo intelligendum hic* meritum fidei & fidei remuneratio, *quomodo ibi adnotauimus num. 365. nempe sicuti ibi de fide per pœnitentiam, ita hic de fide per talium operante.*

289. ætmulationem legis, &c.] Æmulationem legis *accipit hic pro aduersatione legis; nam paulo prius habetur* aduersarius legis, *& sub finem huius capitis,* æmulus legis; *eodem modo quo Plinius dixit*: Æmula Roma Carthago, *lib. 15. cap. 18. Alibi aliter accipitur* æmulatio, æmulari, *&* æmulus. *Vtpote Tom. 2. lib. de Patientia, cap. vlt. & lib. de Præscript aduers. hæret. cap. 40. pro imitatione, item Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 15. ac suprà lib. de Bapt. cap. 17. pro inuidia. Atqui est etiam Tertullianicum*: nullius adhuc nouæ legis initiata, *vel Rhenane esse, qui adnotauit* initiata *cum Gentiue; sicuti etiam legem irrumpere, pro eo quod Christus dixit: legem soluere, quod ipsum sapius hic repetit.*

290. Dicam: fides hæc fuit, &c.] *Pulcrè hanc mulieris fidem exaggerat, qua Christum non vt hominem sanctum, nec vt Prophetam, sed vt ipsum Deum agnouerit.*

291. ordinarium & follemnem menstrui vel partualis sanguinis fluxum in lege taxari, &c.] *Locus hic non ita intelligendus, tamquam in lege etiam taxatus non sit fluxus sanguinis ex vitio valetudinis; nam paulò antè ad eam legem, Leuit. 15. adluit Auctor num. 287. sed quòd illis modum temporis lex præscripserit, non huic. Nam de ordinario menstrui sanguinis fluxu legitur etiam Leuit. 15. Septem dies erit in menstruo suo; & de follemni partualis sanguinis fluxu, Leuit. 12. Quæ peperierit masculum, immunda erit septem dies; qua verò fœminam, bis septem dies. Atqui de ea qua ingens fluxum sanguinis patitur (quam sanguinantem suprà nuncupas Auctor) dicitur; omnes dies fluxus immunditiæ eius erit immunda.*

292. Nisi crediderit is, inquit, non intelligetis, &c.] *Eandem hanc scripturam hìc adfert B. Cyprianus, primum Testim. lib. 1. aduersf. Iudæos, cap. 5. hoc titulo: Nihil posse Iudæos intelligere ex Scripturis, nisi prius crediderint in Christum; deinde Testim. lib. 3. vbi ostendit: tantum nos posse, quantum credimus. Rufinus Sulmitser in Symbolum Apostolorum, vt confirmet illud Apostoli Hebr. 11. credere primò oportere accedentem ad Deum. Auctor hic, non aliter. Loci adnotandi aduersus eos, qui etiam hodie volunt credere nisi quod intelligunt. Sicut etiam apud Euseb. Demonstr. Euang. lib. 7. cap. 2. & B. Chrysost. hom. 51. in Ioannem cap. 7. & Cyrill. Alexandr. in fine lib. 7. aduersf. Iulianum, & Augustin. in cap. 7. Ioan. & in fine lib. 4. contra Faustum, & Prosper cap. 13. libr. 1. de Vita contempl. Denique B. Basil. ac Theodor. in Psalm., & ipse quoque B. Hieronym. qui tamen verisimem Symmachi in sua Versione ex Hebræo restituit: Nisi credideritis, non permanebitis.*

293. dum tangitur vestimentum eius, &c.] *Reliquit per præoccupationem adductu & explicatu, redit Auctor ad illud, quod initio miraculi huius Luc. 8. legitur*: & tetigit fimbriam vestimenti eius; *etiam inde comprobans, Corpus Christi verum, non phantasma fuisse.*

Cap. xxi.

294. Dimittit discipulos ad prædicandum Dei regnum, &c.] *Tutulum huic capiti dedimus*: De discipulis ad prædicandum missis, populo pasto in solitudine, confessione Petri: Tu es Christus, & perpetua fidelium perfecutione. *Mirum est autem quod Veterer*: discipulos, *pro eo quod & Græcè & Latinè & Syriacè legitur ab omnibus alijs*: duodecim Apostolos, *maximè quum de ijs haudquaquam dubiè hic loquatur, non de discipulis, quorum adlectionem infrà habes tractatam cap. 24. Verùm & B. Ioannes, & alij Euangelistæ non semel, de Apostolis loquentes, discipulos vocant.*

295. cuius (*nempè Dei*) prohibet eos victui aut vestitui, quid in viam ferret &c.] *Hic interrogationis notulam necessario adscripsi, & Tertullianus*: in viam vertit, *immo quod Græcè est, sicuti etiam victui & vestitui, pro*: ad victum & vestitum; *ita explicans illud Christi*: Nihil tuleritis in Via neque facultatem neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. *Sic enim legunt Luc. 9. tum Græci, tum Syriacus, tum etiam Latini emendatiores codices.*

296. nisi qui & coruos alit, & flores agri vestit, &c.] *Adludit ad ea quæ infrà explicantur ex cap. 12. Luc. cap. 29. & corui aluntur, & lilia agri vestit Deus; de quibus ibi latiùs.*

297. quia dignus operarius mercede sua, &c.] *Non est istud cap. 9. Lucæ, sed cap. 10. de quo infrà latius cap. 24. Quod videtur Marcion ibi deleuisse, eo quod hic sequitur*: Hæc Marcion deleat.

298. At quum iubet puluerem excutere de pedibus, in eos à quibus excepti non fuissent, & hoc in testimonium, &c.] *Prosequitur verba Christi. Quod autè hìc*: testimonium, *mox* testationem *dicit, addens*: neminem testari quod non iudicio destinatur; *&*: qui inhumanitatem, *id est sensuum*, in testationem redigi iubet, iudicem comminari; *sic etiam*

iterum

literam probant : Deum iudicem , *aduersus hæresin Marcionis.*

299. Christum Iesum alij Ioannem, alij Heliam, alij vnum aliquem ex veteribus Prophetis Herodi adfeuerabant, &c.] *Pergit in verbis Euangelistæ, quæ à variis variè prolata sunt, occasione eius, quod Herodes Tetrarcha hæsitabat quod esset Christus.*

300. Pascit populum in solitudine, &c.] *Pulcrè etiam hoc narraculum perstringit, quo de marcrijs panis & piscis pauit quinque circiter hominũ milia. Vbi interim videtur homines pro viris accipere, nam Græcè est:* ἀνδρες; *non hic modò, sed etiam Exod.* 12. (*quo adludit*) *vbi egressa scribit sexcenta milia hominum, Græcè* ἀνδρῶν , *id est virorum , absque parvulis & mulieribus; quos (sicuti est Exod.* 16. annis quadraginta manna cœlesti protelauit, *id est (vt rectè interpretatur Rhenanus) diu sustentauit, & vt eam eorum proprauit ; & infra* per 4. *Reg.* 4. *verbis num. sequenti statu, & Sapient.* 7. *ex semine hominũ; ipse denique rursus Auctor infra sub finem huius capitis:* tardè homo, *id est vir. Sive autem legas hæc verba :* Aut si non eadem & maiestas, *sicuti alij omnes; sive* eadem ei , *quod censet legendum Rhenanus; perinde est.*

301. Habes tertium Basiliarum , si & quartum resoluas, &c.] *Omninò sic legimus , pro :* tertiam & quartam ; *neque enim in partes , sed libros , distinguit Auctor libros quatuor Regum; sicuti etiam supra adnotauimus cap.* 14. *num.* 177. *Dicit autem:* Habes tertium Basiliarum, *ac si diceat, quod promisi de* vidua Sareptensi, *habes* 3. *lib. Basil. vpote* 3. *Reg.* 17. si & quartum resoluas, *id est aperias, more Tertullianico,* inuenies, *inquit,* totum hunc ordinem Christi circa illum Dei hominem (*nempè Heliseum*, 4. *Reg.* 4.) *in eo quod sequitur*, de multiplicatione viginti panum hordeaceorum. *Vbi pro eo quod habet Auctor:* Quid ego hoc dem (*quod rectè castigauit Rhenanus, pro:* idem, *nam Græcè est* τί δῶ;) inspectum centum millibus hominum; *Græcè est* (*vt etiam ante me adnotauit Latinus*) ὧδε τοσοῦτον ἄνδρας; *quo sit vt necessariò legendum sit,* in conspectum , *nam eram centum viri , transtulerunt interpretes tum LXX. tum ex Hebræa & Chaldæo. Malim etiam legere:* centum hominum, *omisso:* millibus *sed quum id legant etiam* 2. *Vatic. MS. cod. nolui immutare, ex quibus castigauimus iuxta versiones omnes:* Hæc dicit Dominus, *pro:* Hoc. *Atqui etiam mutilum est illud:* secundum dictum Domini , *nam præcedit in scriptura :* & manducauerunt , & reliquerunt reliquias. *Sic enim vertit vltimum illud Auctor paraphrasticè, quod Græcè est dumtaxat:* καὶ ἀπέστησαν; *quare contextus etiam adiecimus.*

302. Hæc itaque qui viderat Petrus , *&c.* interroganti Domino quisnam illis videretur, quum pro omnibus responderet: Tu es Christus, &c.] *Iterum prosequitur cap.* 9. *Lucæ, vbi notandum quòd additur Auctor:* pro omnibus. *Hoc enim significat* Petrum *fuisse Apostolorum os & caput, vel B. Chrysost. sic interpretante, Commen. in Matth.*

303. quem nouerat in scripturis , &c.] *Eodem modo dixit supra lib.* 3. *adv. Marc.* 15. Christi nomen vetus fuisse & vulgatum; *ad quem locum (sicuti & hic) scripturas adnotauimus, ad quas adludit, Psal.* 2. *Isai.* 45. *Thren.* 4. *ac Dan.* 9.

304. ille autem præcepit ne cui hoc diceretur, &c.] *Prosequitur rursus verba Euangelistæ. Legit autem t. Vatic. MS. cod.* promulgari , *sed placet alterum codicis MS. & vulgatæ lectio magis Tertullianica :* prouulgari, *id est: in vulgus sparginmaximè quum etiam alibi ea voce vtatur , si rectè memini. Atqui illa periodus:* Immò, inquis, *&c. Marcionis est.*

305. quia oporteret filiũ hominis multa pati, & reprobari à presbyteris, & scribis, & sacerdotibus, & interhici, & post tertium diem resurgere, &c.] *Pergit in Lucæ, retenta vote Græca :* presbyteris , *pro eo quod noster Interpres: senioribus ; legeni dumtaxat :* sacerdotibus , *quum tamen Græce sit :* ἀρχιερέων , *pro qua rectè noster interpres: principibus sacerdotum.*

306. sicut suis locis implebimus , &c.] *Nempè infrà cap. XL. & sequentibus , vbi ostendit* præ dicatam olim Christi passionem & resurrectionem à creatore.

307. Qui voluerit , inquit, animam suam saluam facere, perdet illam: & qui perdiderit eam propter me, saluam faciet eam, &c.] *Rursum sunt hæc verba Christi apud Lucam, ad verbum ex Græco.*

308. Certè filius hominis , &c.] *De appellatione* filij hominis *vide suprà tractatum expressum cap.* 10. *vbi etiam citatur scriptura sequens Dan.* 3. *Adplicat verò hic peculiariter primam scripturæ iam dictæ partem ad tres fratres & alios* martyres Christi, *alteram ad* Chaldæos.

309. à Deo mercedem relaturorum, &c.] *In eandem sententiam paulopost:* salutem , *inquit* , eius remuneraturus , *de Martyribus loquens. Non ergo Martyria pœne sunt peccatorum, alioqui* mercedem relatura non essent. *Supplemus autem ex vtraque Vatic. MS. cod.* Sed & zelotem Deum mihi exhibet, *quia mox sequitur:* meo Christo.

310. Qui confusus , inquit, me fuerit , & ego confundar eum, &c.] *Pergit in Luc. Cur verò legamus:* eum *ex MS. Vatic. cod. pro:* eius , *suprà adnotauimus lib. de Carne Christi, cap.* 5. *num.* 47. *item & varietatem Auctoris vbicunque ab aliis exemplaribus omnibus tam Græcis & Latinis , quàm Syriacis.*

311. vt etiam hæreticorum conuitijs pateat , &c.] *Vide* hæreticorum in naritatem Christi conuitia (*vel ipse Rhenanus teste*) *suprà lib. de Carne Christi , cap.* 4. Ab ipsa , *inquit,* carne Christi exorsus , perora age iam spurcinas genitalium in vtero elementorum, *& quæ illic sequantur , ne prælixiores simus ; & similiter suprà lib.* 3. *cap.* 11. Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda opera naturæ , *&c. Atqui de Tertulliani opinione circa nativitatem Christi ex virgine Maria, an illæsa , an aperto vtero exierit Christus , vide nostra Prolegomena. Vtetiam Rhenan. adnotauit ,* obnoxius confusionis, *Tertull. more cum Genitiuo construitur, cuius est Vsitatum aliquibi suprà ,* vt : pecus *nuncupet embryonem, hoc est hominem iam figuratum, sed nondum animatum. Perrò quod hic dicit :* Ex fœminæ humore , *alicubi suprà dixit ex B. Virginis* purissimis sanguinibus.

312. non nouem mensium cruciatu , &c.] *Omninò ipsud sic castigauimus, pro:* decem, *tum quia suprà dicit o loco lib. de Carne Christi , legitur :* per nouem menses , *& similiter apud B. Hieronym. quo illum locum imitatur lib. aduers. Heluid.* nouem mensibus *vterum infœlescentem, non quòd (etiam si Auctore testante lib. de Anima , cap.* 37. *num.* 438. legitima nati uitas fermè decimi mensis ingressus sit) *Christum non amplius quàm nouem mensibus in vtero matris sua B. Virginis Mariæ delituisse, vel inde conster, quòd à die conceptus, qui factus est in ipsa adnunciatione Angeli, nempè XXV. Martii, vsque ad XXV. Decembris, non amplius quàm nouem pleni menses computentur. Forsasse aliquis existimans Auctorem adludere ad. cap.* 7. *Sapientiæ , subsistuie* decem, *pro* nouem.] *In enim fœlegitur: In ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis. Item : & primam vocem simulem omnibus emisi plorans , in inualumentis nutritus sum. Verum non animaduertit id Christo non posse competere, sicuti nec illud : ex semine hominis.*

313. deliberatus, &c.] *Pro:* liberatus *(inquit Rhen.) Qui addi scribit:* & primo retinaculi sui vulnere , *propter neruum umbilicalem, qui refectari solet ab obstetrice.*

314. nec sale & melle medicatus , &c.] Medicatus, *sicuti* & temediatus , *voces sunt Tertullianicæ. Quomodo autem* Christus *dicatur* Spiritus, *vide nostra Prolegomena. Atqui castigamus :* Qui me confusus fuerit , *pro :* mei , *quia sic paulante & alibi legitur, & legimus:* Vt mihi, *eo quòd ex alio psalmo citetur.*

Cap. xxii.

315. Nam & hoc vel maximè erubescere debuisti, quod illum cum Moyse & Helia in fœcessu montis conspici pateris, &c.) *Caput hoc inscribimus :* De conspectu Christi cum Moyse & Helia, *ex eodem capite* IX. Lucæ. *Quod*

pulcherrimè retorquet in Marcionem, qui alium Deum faciebat veteris, alium nouis Testamentis; quum hic simul apparuerint colloquentes cum Christo Moyses & Helias; quorum tamen destructorem aduenisse Christum, adstruebat Marcion.

316. Vox illa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, hunc audite, &c.] *Ipsud eiusdem postremum, per praeoccupationem ad institutum suum commodum, primo loco ponit Auctor; cetera paulopost. In hoc differens, quòd dicat:* vox illa de cœlo, *pro eo quod vulgatus ex Graco & conformior Syriacus interpres ex nube, quomodo etiam Matth. 17. & Marci 9. sed paraphrastices, vt indicet non nubem fuisse naturalem, sed à cœlo delapsam, atque adeò praeter naturam formatam. Iuxta quod praecedit: & facta est nubes, sine nubes lucida (vti habet Matthaeus) & obumbrauit eos, & timuerunt intrantibus illo in nubem. Siue autem legas:* Diffiniendo, *cum t. Vatic. MS. cod. siue* definiendo *cum aliis, non refert; alibi supra habes similem varietatem lectionum.*

317. in colloquio, &c. nec in consortio claritatis, &c.] *Alludit ad illud Lucae:* & loquebantur cum illo; *tum etiam explicat quod ille dixit:* & visi sunt in maiestate; *ac sic docet:* in consortio claritatis, *quod ipsum mox clarius dicit:* quos de radijs suis exstruit. *Recte verò Rhenanus adnotat legendum vnica dictione:* tnalienos, *pro:* in alienos. *Sic enim, iniquus, inalienus, dicit, pro non alienus, vt alibi:* inbonus, & inuerus. *Hoc in Tertulliano nouum non est. Qui etiam adnotat phrasi Auctoris:* quàm Prophetas, *pro:* precium quàm. *Ibi etiam:* Sed quid tam Christus creatoris, *subaudit:* facere debuit?

318. quibus in reuelationibus erat visus, &c.] Reuelationes quibus visus est Christus (*iuxta Auctoris sententiam*) Moysi, *habes frequentissimas Exod. 3. 4. 6. & deinceps, ac fere singulis capitibus etiam Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij. Heliae autem, 3. Reg. 17. 18. 19. 21. & 4. Reg. 1.*

319. qui eum fuerant locuti.] *De* Moyse Christum loquto *non est controuersia, quippe qui praedixerit Deuter. 18. Propheta suscitabit vobis Deus ex filijs vestris;* de Helia *non item, nisi forte quòd falso locutus sit Dominum, quum* viduae Sareptanae, (*sicuti c. praced. adfert Auctor*) *alimenta suprema multiplicauit, & eius dein vnicus filium mortuum suscitauit, quod citauit Auctor cap. 18. supra.*

320. à quibus Dominus glotiæ nuncupabatur.] *De hoc ita tur paulopost ab Auctore illud Moysi:* Ostende mihi gloriam tuam, *Exod. 33. Sed de* Helia *non perinde; nisi dicamus Auctorem legisse 3. Reg. 19. Et ecce gloria Domini reuelauit, cum Chaldaeo paraphraste; vbi tam ex Hebraeo quàm Graco hodie legitur: Et ecce Dominus transibit.*

321. cum principalibus suis, &c.] *Vatic. t. MS. cod.* cum principibus suis. *Sed illud magis Tertullianicum & Africanum, stylum redolet, quos ita vocat Auctor, quòd Moyses & Helias praecipui & primi fuerint Prophetarum veterum, tamdiudum ante illos quos Maiores vocamus.*

322. quorum alter, &c.] *Nempè Moyses* populi informator, *vtpotè qui lege alijsque praeceptu ceremonialibus, Exod. 20. & deinceps* populum *Israël* informauit, *atque adeò etiam fuit* initiator veteris Testamenti, altera *nempè Helias*, & reformator quandoque, *vtpotè de quo Christus Matth. 13. & Malach. iuxta LXX. Helias quidem restituet omnia, &* consummator Testamenti noui, *qua reduirum in fine mundi (sicuti etiam adnotauit Rhenan.)* consummabit *nouum Testamentum, iuxta illud Malach. 4. Mittam Heliam Thesbyten, antequàm veniat dies Domini magnus etiam supra citatum ab Auctore lib. de Anima, cap. 35. Porro facit hic locus prorsus contra eos, qui ex hac ipsa ostentatione* Moysi & Heliae cum Christo colligunt, *duos illos testes, qui Apocal. 11. leguntur prophetaturi ante iudicium, fore* Moysen & Heliam. *Nam* Moysen *facit hic Auctor* initiatorem veteris, Heliam noui Testamenti consummatorem, *sibi adeò Heliae redituram ante iudicium, non Moysi; Quippè qui alibi non semel loco* Heliae collegam futurum Enoch *disserit verbo adferat, sicuti latius adnotauimus supra lib. de Anima, cap. 50. num. 564. 565. & 568. vbi etiam ipsius sententiam adprobandam duximus, quòd nec Ioannes Euangelista cum illis rediturus sit; vtpotè quum duo tantum venturi leguntur, & mortem Ioannes obierit. Atqui auctori consentiunt de Enoch, tum Apostolus Hebr. 11. tum B. Irenaeus lib. 5. aduersus haeres. cap. 5. Auctor tractatus de Sion & Sina aduersus Iudaeos, Tom. 3. operum B. Cypriani, 8. Augustinus l. 9. de Gen. ad litt. c. 6. & l. de Peccat. originali, c. 23. B. Eucherius in libros Regum, communis denique Ecclesiae sententia. Atqui lege prorsus:* Igitur & Petrus meritò, *pro:* meritum, *quod nullo sensu legebatur.*

323. Bonum est nos hic esse, &c. faciamus hìc tria tabernacula, vnum tibi, & Moysi vnum, & Heliae vnum, &c.] *Hoc verba longe antè praecedunt vocem illam:* Hic est filius meus dilectus.

324. Sed nescientes quid dicetet, &c.] *Etiam hic interpretatur B. Luc. quod Petrus dixerat, quod interpretemur de* ecstasi, *id est (vti inquit)* amentia; & *ad nouas* prophetiae *continuationem perperàm adduxit; verùm de eo latius inter Prolegomena, & Praefatione in lib. 6. Auctore de* Ecstasi. *Hic tantùm hic dicemus, ab Euangelista Marco eam interpretationem non probari, quia addit causam cur nescirent quid diceret: Erant enim timore exterriti. Atqui omnino cum Latino legimus, etiam primo loco:* In spiritu enim homo, *pro:* in spiritum, *quia ter postea sic legatur.*

325. de quo inter nos & Psychicos quæstio est, &c.] Psychicorum *hic primum omnium facta est ab Auctore mentio; quare patet initio praefationis ab Auctore hunc librum conscriptum; verùm tum de ordine horum librorum supra Praefatiuncula in To. 3. tum de* Psychicis, *infrà latius Tom. 5. ad librum* De ieiunijs aduersus Psychicos.

326. Lege prohibente, &c.] *Quo sensu* Lex prohibuerit imagines, statuas, & similitudines; *supra docuit Auctor lib. 2. cap. 22. nempè vt* idololatriam cohiberet, *propterea addens non adorabitis eas, neque seruietis illis, vbi vide & Adnotationes nostras, numer. 140. & 141.*

327. etgo iam constat, & suprà Petrum interrogatum, &c.] *Nempè hoc ipso capite, aliquanto ante hanc transfigurationem Christi, de qua cap. praecedenti num. 302.*

328. Tres de discentibus arbitros futurae visionis & vocis adsumit, &c.] *Ipsud ante omnia quæ sam explicata sunt ex hac historia, praecedit apud Lucam:* & adsumpsit, *inquit, Petrum & Iacobum & Ioannem, tres nempè de* discentibus, *id est, discipulis. Ita enim etiam Apostolos frequenter vocat, (scimus Euangelium Ioannis.*

329. In tribus, inquit, testibus stabit omne verbum, &c.] *Citatur hoc secundum LXX. qui paulo aliter quàm ex Hebraeo legunt: In ore duorum testium, &* in ore trium testium stabit omne verbum; *quos sequi malui, vt magis ad institutum faceret, quàm legere cum aliis, tum Deuter. 19. cum Matth. 18. & 2. Cor. 13. an ore duorum testium vel trium, non aliter atque Ioannis 8. legitur dum axat: Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Quum enim sit dissimilitudo vtrobique, etiam alterum membrum verum est.*

330. In nontem secedit, &c.] *Etiam hoc initio huius historia commemoratur. Vbi paraphrastices:* secedit, *vertitur ab Auctore, pro eo quod Lucas habet: ascendit, vt explicaret quod addat Matthaeus:* seorsum.

331. Nam & pristinum populum, &c.] *Comparat veteris Testamento nouum, idque eleganthus verbis, & huic loco consentientibus: (vel Rhenano esse)* Oportebat in eo suggestu (*id est* ornatu & maiestate) consignari nouum Testamentum, *Luc. 9.* in quo conscriptum vetus fuerat. *Nempè:* apud montem, in visione & voce, sub eodem etiam ambitu nubis, *Exod. 19.*

332. precatio visus est, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) ad tempus, velut si precibus obtinuisset. Verum de hac Iureconsulterum loquendi formula alsubi suprà latius.*

333. sed & solita de cœlo, &c.] *Iterum repetit ad maiorem explicationem,* vocem de cœlo solitam, *Nempe:* Hic est filius meus. Hunc igitur audite; *appellans* solitam vocem, *eo quòd etiam in veteri Testamento, iuxta quod hìc citatur, Psalm. 2. & Isai. 50.*

*Iſai.*50. Repræſentans *autem hic iterum more Tertullianico accipitur, pro: præſentem ſiſtens. Legimus verò*: tu quis es, *pro*: qui, *ex altero Vatic. MS. cod. ante illud:* non eius, *collocantes dicemus ad maiorem loci intelle ctum, paulo obſcurioris.*

334. Propheta, inquit, Moyſes, &c.] *Multo aliter hanc ſcripturam citat quàm hodie habetur apud LXX. ſed patius ſecundùm quid citatur Act.* 3. *&* 8. *nec mirum, quum hoc ipſum aliâ verbi repetatur Deuter.* 18. *quorum priori loco magis accedit quod habet cum Apoſtolo Petro Auctor*: ſuſcitabit vobis, *præterquàm quòd ibi eſt: tibi; ex poſteriori verò loco deſumpſit illud:*

335. Omnis autem qui illum non audierit, &c.] *In hoc interim differt ab omnibus, quod legat*: ex filijs veſtris, *pro eo quod alij: ex tribus, &*: tamquam me audietis illum, *quum alij illud*: tamquam me, *præcedentibus iungant B. Cyprian. Teſtim. lib.* 1. *aduerſ. Jud. c.* 18. *maluit legere quod poſteriori loco repetitur. B. Iren. lib.* 3. *cap.* 12. *non tam Deuter.* 18. *quàm Act. cap.* 3. *citat, quomodo etiam Clemens Alexandr. Pædag. lib.* 1. *cap.* 7. *nec abſimiliter Auctor queſt. & reſponſ. inter opera B. Auſtini Martyr. reſponſ.* 101. *Quod ex diligentius adnotamus, vt ne quem offendat diuerſa apud Patres huius ſcripturæ citatio.*

336. Siſtens enim, inquit, verba filij ſui, &c.] *Rurſum vertit Auctor verba Iſai.* 44. Filij ſui, *pro eo quod eſt Græcè πλάσδς σε, pro quo aly: pueri ſui; quo factum vt difficillimè locus hic emendari poſſet, maximè quum B. Hieron. ex Hebræo vertat: ſuſcitans verbum, quod ſingulari numero etiam hodie habent LXX. Atque eleganter dixit Auctor*: deceſſionem veteris, & ſucceſſionem noui Teſtamenti.

337. ſed ipſe Dominus ſaluos fecit, &c.] *Sic correximus ex lib. de Carne Chriſti, ſupra cap.* 14. *vbi latiſſimè de hoc loco, num.* 120.

338. quaſi iam & officio & honore diſpunctis, &c.] *Hoc eſt (Rhenanus interpretè) perfunctis abſolutiſque.*

339. Domine audiui auditum tuum, &c.] *In hac ſcriptura Abac.* 3. *caſtigans ex Vatic.* 2. *MS. cod.* Conſideraui opera tua, pre: operam tuam, *quæ Græciè ſunt LXX.* τὰ ἔργα σου, retinus *vero*: excidi mente (*tea enim rectè explicat verſionem Græcam* ἐξέστην) *pro eo quod illi habebant*: excido mente. *Conſentit etiam Latinus, ex cuius coniectura lege*: Quo magis, *pro*: Quanto. *Atqui illud*: In medio duorum animalium cognoſceris, *etiam de Moyſe & de Helia interpretatur B. Auguſt. lib.* 2. *de Ciuit. Dei, ca.* 23. *& Tract. contra Iud. Pag. & Arr. cap.* 17. *Alias complures expoſitiones habes apud B. Hieron. in Comment. Paulopoſt denique diſtinximus ibi*: Et ſplendor eius, &c. *nouam periodum, eo quòd non verſu contineatur, ſibi bem Abac.* 3.

340. Dequibus & Zacharias vidit in figura, &c.] *Omnia hæc habentur Zacharie* 4. *apud quem viſæ commorantur* duæ oleæ, *Græcè* ἐλαῖαι, *ſiue eliuæ, verſu* 3. *&* 11. duo rami olearum, *verſu* 12. (*quod adeò malim legere quàm quod habet*: duorum tamulorum *vel nouiſſimum aure, quòd ſic legant etiam Vat. MS. cod.*) *denique verſu* 14. Illi, *ſiue iſti, vt alij legunt*, duo filij opimitatis (*qui intermedium habent ceteri omnes*) aſſiſtunt (*ſiue aſſiſterunt, Græcè* παρεστήκασιν) Domino vniuerſæ terræ. *Ad Auctorem autem adludere videtur B. Hieron. dum Eccleſiaſtes viros in Comment. hæc ipſa interpretatus ſcribit de Moyſe & Helia, ſiue lege & Prophetis.*

341. Er ſi commemoremur promiſſionis Moyſi, &c.] *Hoc eſt, inquit Rhenanus, admoneamur; aut ſin mentem veniat promiſſio Moyſi. Atqui quum tractetur hic non minima cap.* 33. *Exod. pars, illud*: ceterum Dei faciem, iam audierat, nemo homo videbit & viuet, *attigit Auctor ſupra l.* 2. *cap.* 27. *ſed infrà latè explicat lib. adu. Praxean. Promiſſionem ibidem ſic Iam Auctor Luc.* 9. *adimplet am intelligit, quum Moyſes cum Helia gloriam Domini vidit. In ipſo verò contextu cùm tando, differt Auctor à LXX. primum legens*: manifeſta te mihi, vt cognoſcentet (γνωτὸς Græcè, *cui eam vocem Latinam corre ſpondere adnotauit Latinus*) videã te, *pro eo quod illi*: manifeſta temihi cognoſcenter, vt videam te. *Atqui ſic quæ ſequuntur, diſtinguimus*: Et in nouiſſimo, *id eſt in fine eius colloquij*. Et tunc videbis poſteriora mea. Non lumbos, *&c.* In qua, *&c.* repromittit *ſic eum prorſus loqu. pro*: repromiſerat; *quia ſequentia verba diu poſſea à Domino prolata ſunt, Num.* 12.) *etiam ad Aaronem dicens*: Si fuerit, *omiſſo & quod ibi non reperitur.*

342. & in viſione loquar ad eum, &c.] *Mirum eſt quòd hic repetat*: in viſione; *quum & Græcè apud LXX. & Hebraicè ac Chaldaicè legatur*: in ſomno. *Deinde tribus verbis expreſit*: non quoniodo ad Moyſen, *pro quo aly: Non ſic ſerum mem Moyſen omni domo mea fidelu*; *quod reliqua adinſtitutum non ſacerent. Hic autem neceſſario ſic diſtinguimus*: os ad os loquar ad eum in ſpecie (vtique hominis quam erat geſtaturus) non in ænigmate; *pro quo poſtremo, aly omnes*: per ænigmata.

343. Nam etſi Marcion noluit eum colloquentem Domino oſtenſum, ſed ſtantem, &c.] *Videtur Marcion reſcidiſſe illud ex Euangelio Lucæ*: colloquentes cum illo. *Quem impugnat Auctor iterum ex illo Exod.* 33. tamen & ſtans os ad os ſtabat, & faciem ad faciem (*Græcè dumtaxat* ἐνώπιον ἐνωπίου) *&c. quæ magis violenter referri ad hanc hiſtoriam Luc.* 9. *vbi legimus ex altero Vatic. MS. cod.* in cõſpectum, *pro*: conſpectu, *quæ præcedit*: in gloriam.

344. proinde tunc oculos percutere filiorum Iſraelis, &c.] *Iſtud ſic legitur Exod.* 34. Et erat glorificatus adſpectus cutis faciei Moyſi, & timuerunt adpropinquare ei, *iuxta LXX. & Chaldæum paraphraſen, pro eo quod B. Hieron. ex Hebræo & Aquila edito: Videntes, & cornutam Moyſi faciem, timuerint propè accedere; quod* oculos percutere recte dixit *Auctor, vtpote quum filij Iſraël ſplendore vultus ita repercuterentur, vt exiſtimarent cornutam eius faciem; non quidem quòd diuo habuerint cornua (*rectè *B. Thomas Aquinas in Epiſt. Pauli* 1. *Cor.* 3.) *ſicuti quidam pinxunt, ſed propter radios, quibus facies eius radiabat, quaſi cornua quædam. Quamquam interim Hrabanus in Comment. duo cornua referat ad duo Teſtamenta*; *vnde videatur eius ætate eæpiſſe modus ille pingendi.*

CAP. XXIII.

345. Stet Chriſtus Marcionis, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus*: De verbis Domini ad Phariſæos, puerorum dilectione, & increpatione eius qui dixit: Sequar te, aliſque vſque ad finem IX. cap. Lucæ.

346. O genitura incredula, quouſque ero apud vos, quouſque ſuſtinebo vos? &c.] Genitura *& hic & infrà, ac alibi ſæpè, pro generatione accipitur ab Auctore. Verba vero hæc profert quaſi ex perſona Marcionu ad Catholicos, ſed pulcrè retorquet. Rectè autem adiecit Rhenanus ex Gorgienſi codice*: quouſque ſuſtinebo vos; *nam legitur etiam Luc.* 9. *Atqui mirum eſt, neque Auctorem neque Epiphanium adu. Marc. Conſut.* 19. *legiſſe aliud quàm*: O generatio incredula, *quum aly omnes aliter cant: & perueſa.*

347. ἀπερχόμαι, &c.] *Similiter infrà cap.* 25. Ceterùm ſi ἀπερχόμενος illic; *vbi, quomodo & hic, ad marginem adnotauit Rhenanus: ſuperuenientium Deum Marcionu intelligi, vtpotè quum illud vox Græca ſignifiet.*

348. & illi agis, &c.] *Hoc eſt, inquit Rhenanus, Auctorem procuratorémque eius agu. Eodem pertinet illud eleganter dictum*: quàm olim apud nos agere cœpiſti, *& quòd non multo poſt ſequitur*: ſi verò alij agis. *Atqui ibi*: vt tenipus queratis, *figuram eſſe Græcam adnotauit Rhenanus, ac ſi dicat, ſecundum tempus, vel de tempore.*

349. vt patientiam imputes ? &c.] *Rectè adnotauit Latinus hoc paulopoſt alijs verbu repeti*: patientiam iactes; *quàm quam interim ego exiſtimem hic variam lectionem ex margine in contextum inſertam; qui ſit vt etiam [ ] ſignis hu includerimus omnia hæc*: Suſcipio adhuc & perſonam diſcipulorum, *&c. vſque*: Quis non ita, *&c. neque enim verſimile eſt idipſum bis ab Auctore repeti. Ego quidem cenſeo illa omnia omittenda; ſed quia legunt Vatic. MS. cod. malut retinere, & lineis iam dictis tamquam ſuperfluas includere. Atqui Fronerbium illud*: Afinus de Æſopi puteo, *tractatur cum reliquis inter noſtra Prolegomena. Prorſus autem legimus*: deuerſatus, *pro*: diuerſatus, *quem ad modum vbique Auctor.*

350. Sed ecce Christus diligit paruulos, &c.] *Redit ad verba Luce, omittens illud (quod tamen adfert Epiphanius aduersus Marcion. Conſut. 20.) filium enim hominis futurum eſſe vt traderetur in manus hominum. Facens etiam occaſionem, propter quam paruulum adprehendit, & ſecum ſe ſtatuit, nempe ad obuiandum cogitationibus Apoſtolorum quis eorum maior eſſet; ſubijciens interim illud:* tales eſſe docens debere, qui ſemper maiores eſſe velint. *Vbi illud:* ſemper, *peculiare eſt Auctoris, & nihil minus in adnotanda lectio Auctoris conſentiens cum vulgato interprete:* maior, *pro eo quod Eraſmus, magnus. Sunt autem verba Marcionis uſque ad:* Satis impudens Antitheſis. *Vbi pulcre diſtinguit inter paruulos, qui à Chriſto diligebantur, & pueros quibus Heliſæus (4. Reg. 2.) vrſos immiſit, tamquam inter innocentem adhuc ætatem, & iudicij iam capacem. Atque adeò pueris impijs nõ pepercisſe Deum creatorem, & paruulos dilexiſſe, ita vt apud Ægyptum (Exod. 1.) benefecerit obſtetricibus protegentibus partus Hebræos periclitantes edicto Pharaonis.*

351. qui connubium auerſatur, &c.] *Rurſum hic MS. 1. Vatic. cod.* auerſatur *legit, ſed non refert. Contra verò hunc Marcionis errorem latius ſupra Auctor lib. 1. cap. 29. eoque vltimo, vbi iſtdem penè verbis vtitur, tum de diuitia Marcionis maioris quàm Pharaonis, Exod. 1. tum de* benedictione connubij, *Gen. 2.*

352. quorum tota cauſſa connubium eſt, &c.] Totam cauſſam *accipit Auctor, pro pleraque; nam tria bona* connubij *adnotauit non vno in loco B. Auguſtinus: ſidem, ſacramentum, & prolem; quum interim plerique ferè priorum cauſſa matrimonium contrahant. Nam totum (inquit Nonius) quod plus putatur, non pro cunctis alicubi accipi poteſt. Id enim diſertus verbus indicat Auctor, quum paulopoſt ſubiungit:* ipſum quoque fructum connubij benedicendo promiſit, qui de infantia primus eſt.

353. Repræſentat creator ignium plagam, &c.] Repræſentare *hic item ſignum accipit, pro præſentem facere, efficere, ac ad effectum deducere. Intelligere autem ſatis nequeo, quid velit per illud:* in illo Pſeudopropheta. *Neque enim 4. Reg. 1.* poſtulauit Heliasignium plagam *in aliquem* Pſeudopropheta, *ſed in duos quinquenarios principes, & 50. qui erant cum illis, nisi forte exiſtimẽrit Auctor quinquagenarium alterum* Pſeudopropheta *fuiſſe, immo & vtrumque. Nam etiam B. Ambroſius in 3. cap. Luc. ſic loquitur: Nunquid ſanctis* Pſeudoprophetæ, quos ad preces Heliæ *Vltor cœleſtis iniuria ignis abſumpſit? Quod ſi ita eſt, meruit ille pro anteſignanus habendi. Caluiniſtarum noſtri temporis circumſeliunum. Atqui hæc ſunt verba Marcionis, quibus Antitheſes ſuas confirmabat, ex eo quòd* Creator ignium plagam repræſentauerit, *quum Chriſtum prohiberit, vſque ad illud:* Agnoſcat & hæreticus.

354. è contrario Chriſti lenitatem; increpantis, eandem animaduerſionem deſtinantes diſcipulos, ſuper illum viculum Samaritarum, &c.] *Sic prorſus ſuppleuimus locum hunc antea mutilum, partim ex ſequentibus, partim ex Euangeliſta, pro eo quod legebatur dumtaxat:* è contrario Chriſti, *&c.* deſtinantis, *&c. Nam quum non eſſent recepti Apoſtoli in* viculum (*Græce* εἰς κώμην) Samaritanorum, *& diſcipuli Iacobus & Ioannes diciſſent: Vis dicamus vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? conuertit Chriſtus increpauit illos.*

355. Nam & tunc ad Heliam. Non in igni (inquit Dominus) ſed in ſpiritu miti, &c.] *Sic prorſus diſtinguendum & caſtigandum hic locum, vt legatur:* in ſpiritu miti, *pro:* mitti: *tum quòd ſit Græcè 3. Reg. 19.* (vt tunc *accipiatur pro:* ſub *veteri Teſtamento*) ἐν αὔρᾳ λεπτῇ, *quod ſpiritum, id eſt ſtatum ſiue animam moderatam & tenuem ſignificat,* mitis *verò pro moderata accipiatur: tum quòd aliàs contextus repugnaret Auctor vbi habetur:* non in ſpiritu Domini; *maxime quum conſentiat nobiſcum alter Vatic. codex Manuſc.*

356. At enim humaniſſimus Deus cur recuſat eum, &c.] *Pergit in contextu Euangeliſta, addens* ad iudicem Deum (*quem negabat Marcion*) *pertinere, quòd* recuſarit *Chriſtum* eum qui dixerat: Sequar te quocunque ieris. *Paraphraſtice expones* recuſatum eum *à Chriſto, quod tamen expreſſè non habet Euangeliſta Lucas; in hoc conſentiens cum noſtro; inter prete, quod legat,* ieris, *pro quo Eraſmus ex Græco: abieris. Atqui prorſus legimus cum altero MS. Vatic. cod.* conſecuturum ſalutem, *pro* ſecuturum.

357. Illi autem cauſſato patris ſepulturam, quum reſpondet: Sine, mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu autem vade & adnuntia regnum Dei, &c.] *Hic iterum probat verba Chriſti conuenire cum veteri Teſtamento.*

358. & ſuper patrem ſuum non contaminabitur, &c.] *Omiſit Auctor quod eſt præterea Leu. 21.* & ſuper matrem ſuam, *iuxta ad. tiones omnes; deinde non expreſſit, dictum illud fuiſſe de ſummo ſacerdote dumtaxat; quod adeò ſacerdotibus in genere videtur adtribuere.*

359. in Arithmis, &c.] *Eodem modo librum Numerorum citat Auctor inſtà cap. 28.* Balaam, *inquit,* Prophera in Arithmis, *retenta voce Græca; Latine verò B. Cyprianus vbique: in Numeris, cuius lib. cap. 6. habetur quod hic Auctor citat.*

360. Puto autem & deuotioni & ſacerdotio deſtinabat, quem præcidendo rego De i imbuebat, &c.] *Facit iſtud pro* ſacerdotio *noui Teſtamenti, in quo putat* præcidendo regno Dei imbuuntur, *ſeſe Deo deuouent, atque adeo pro vita tantùm ſacerdotio annexu.*

361. Quum verò & tertium illum, priùs ſuis valedicere petentem prohibet retrò reſpectare, &c.] *Hæc leſtione Auctor confirmat leſtionem illorum, qui ſub finem cap. 9. Luca legunt: permitte mihs primùm renuntiare (* ſeu valedicere, *quod hinc loco magè competit) his qui domi ſunt; pro eo quod aly: his quæ domi ſunt. Neque verò ex eo opus aliquas iſtud proponere Chriſto, ſi ipſe renuntiaſſet omnibus ſuis, & Chriſtum ita ſecutus fuiſſet, non enim opus erat adhoc domum reuerti. Græca voces indifferenter ſunt ad vtrumque. Atqui ſectam iterum in bonam partem accipit.*

362. Hoc & ille noluerat feciſſe (*nempè:* retrò reſpectare) quos ex Sodomis liberarat.] *Gen. 19.*

CAP. XXIIII.

363. Adlegit & alios ſeptuaginta Apoſtolos ſuper duodecim, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De adlectione LXX. diſcipulorum (*quos Auctor, nuſquam hoc nomine diſtinguens,* Apoſtolos *vocat, ſicuti cap. 22.* diſcipulos *nuncupat Petrum, Iacobum, & Ioannem*) & poteſtate illis data; ex cap. 10. Lucæ. *Atqui, præterquàm quòd Græci ſit hodie ἑβδομηκοντα, etiam ſic legunt Theophilactus in Comment. Cyrillus loco in Catena Euangelica citato, Euſeb. hiſtor. Eccleſ. lib. 11. cap. 12. Dorotheus in Synopſi, & B. Irenæus lib. 3. cap. 13. Similiter etiam inter Latinos legunt:* ſeptuaginta, (*non:* ſeptuaginta duos) *B. Ambroſ. in Comment. & B. Hier. ad Fabiolam, Manſ. 6. Pro quo etiam faciunt LXX. palmæ, quas tum illi duo poſtremi, tum Auctor diſcipulus Chriſti adplicat (ſicut Apoſtolis fontes xij. in Elim) Num. 33. Vt omittam quod loco citato Dorotheus LXX. dumtaxat nominatim recenſeat, & quòd conſentiat etiam Syriaca verſio.*

364. Antitheſeis plurimùm cauſſarum, &c.] Plurimùm (*inquit Rhenanus*) *hîc eſt Aduerbium, id eſt,* replurimum, plerumque, *vt ſuprà. Atqui quod dicit:* poteſtatum, *id met ſat ſi dicat:* Deitatum; *nam duos Dei ex Antitheſibus ſuis nitebatur comprobare Marcion. Quod ipſum ſatis indicatur hîc verbis paulopoſt:* vnam & eandem poteſtatem.

365. præter oneribus conſparſionum, &c.] Præter, *inquit idem, Aduerbialiter uſurpat, pro:* præterquam. *Sic inſrà, cap.* 34. Ceterùm, *inquit,* præter ex cauſſa adulterij, nec creator diſiungit. Conſparſionem *autem vertit, quod Græci quoque vnica voce legitur Exod. 12.* τὸ φρύγειν, *pro quo B. Hieron. ex Hebræo farinam conſpersam antequàm fermentetur; & rectè; nam & Nonius Marcellus adnotauit Græcis eſſe, farinam aqua macerat am, manibuſque ſubactam, quia fermenti acrem nondum contraxerit; vtpote aptiſſimam ad confiendum panem azymos.*

366. Chriſtus autem nec peram diſcipulis in viam ferre præcepit, &c.] *Prorſus ſic legendum censeo, pro:* nec virgam;

gam; *tum quod hoc neque Græc, neque Syriacè, neque Latinè in vllis Luc.* 10. *codicibus legatur; tum quod* virga *nihil faciat ad* penuriam *aut* copiam; *tum denique quòd* ſpolijs aureorum & argenteorum vaſorum, & oneribus coniparationum, *magis opponatur* operæ, *quàm*: virga; *quippè quarum Antitheſes vrgebat Marcion iam inde ab illo*: Profectionem, *&c. vſque ad*: Illi enim, *&c.*

367. Conſidera cauſſarum offerentium, &c.] *Sic* (*inquit Rhenanus*) *hic dicit* offerentium, *vt antè dixit* ſuſſerentium. *Atqui mere ſuo*, circuiens *accipit Actiuè Auctor, pro*: circuire *præcipiens, quod indicat verbis præmiſſis*: hi autem in ciuitates mittebantur.

368. Etiam calceamenta portare vetuit illos, &c.] *Hoc quoque Chriſti cum veteri lege conuenire inſinuat, in eo quòd* nec in ſolitudine per tot (*nempè XL.*) annos populus calceamenta detriuerat, *ſicuti legitur Deuter.* 29.

369. Neminem, inquit, per viam ſalutaueritis, &c.] *Hic caſtigauit in dictis B. Lucæ*: per viam, *ex Vatic. altero MS. cod.* pro in via, *quia Græcè eſt*: κατὰ τὴν ὁδὸν.

370. Accingete lumbos tuos, &c.] *Sic rectiùs vertit Auctor, quamtumuis Græcè ſit*, 4. Reg. 4. τὰς ὀσφύας σου *ſingulari numero, quàm Interpres Latinus LXX.* lumbum tuum, *quia & Gal. 4 in Ariſtotelem, aliique interpretes Græcorum Auctorum in plurali vertere ſolent. Additâ interim Paraphraſticus illud*: in via, *quod neque Græcè eſt, neque in Hebræo aut Chaldæo*; *quibuſcum Auctor rectè* benedictionem, *quæ Græcè legitur, interpretatur: ex vetuſſa mutuam ſalutationem. Atqui, inquit Rhenanus*, conuenite *Tertullianus vſurpat pro*: inuenire, *deprehendere; quemadmodum ſuprà locutus eſt non ſemel. In hoc ipſo libro, cap.* 6. Hæc, *inquit*, conueniemus.

371. Sic & Dominus: In quam introiſſent domum, pacem ei dicere, &c.] *Omiſimus in hoc loco Luc.* 10. Vt, *intermedium, planè ſuperfluum*; *ſecuti* 2. *MS. Vatic. cod. Accipit autem dicere more ſuo, pro*: quum *dixit. Deinde accipit, tamquam benè precantis ſit, illud* 4. Reg. 4. Pax viro tuo, pax filio tuo (*vbi tuo ſupplemus ex Vatic.* 2. *MS. cod.*) *quum inter additones omnes interrogantu ſit.*

372. Hæc erunt potius noſtræ Antitheſeis, &c.] *Conſentiunt Rhenano MS. legendo*: Antitheſeis, *qui adnotat*: Hæc: *poni pro*: hæ, *ſicut in fine libri de Patientia dixit*: Hæc diſciplinæ, *pro*: Hæ diſciplinæ.

373. Dignus eſt autem operarius mercede ſua, &c.] *Addimus eſt ex veraque MS. Vat. cod. quia legitur Luc.* 10. *ex quo loco Auctor tum Deum iudicem comprobat, tum ruſticos conſonantiam oſtendit cũ lege veteri. Apud Euangeliſtam aptius legitur*: enim, *quàm*: autem; *vt ad præcedentia referatur. Atqui benè habet, vt ea ex obſtruatur, qui* mercedem aut tettibutionem *operum negare non verentur, quòd Lucas dixerit*: operarium mercede ſua dignum, *pro eo quod Matthæus*: cibo ſuo.

374. Quis tam præſtans in homines, &c.] Præſtans, *inquit Rhenanus, hic liberalem & benignum ſignificat, à præſtando, id eſt, exhibendo. Nam libro* 2. *cap.* 16. præſtantiam, *pro liberalitate poſuit.* Sic & miſeticordiam, *inquit*, propter errantes, & patientiam propter non reſipiſcentes, & præſtantiam propter merentes. *Et hoc ipſo libro infrà, cap.* 29. Ceterùm nihil tam abruptum, quàm vt alius præſtet, alius de præſtantia eius ſecuros agere mandet, *hoc eſt: de præſtatione ſiue exhibitione.*

375. Regnum Dei, *&c.* iubet adnunciari adpropinquaſſe, &c.] *Pergit ad ſequentia verba Chriſti. Hinc autem confirmatur illa Latinorum codicum lectio*: Adpropinquauit in eos regnum Dei, *pro eo quod alij* : adpropinquabit ; *Græcè quoque & Syriacè ſic legitur. Legimus autem ex altero MS. Vatic. cod.* tunc primùm ſpeciem inducens, *pro*: ſpem.

376. Etiam adijcit : vt eis qui illos non receppiſſent, dicerent: Scitote tamen adpropinquaſſe regnum Dei, &c.] *Vatican. MS. cod.* Etiam dicit, *alter magni Tertullianiſce*: edicit, *ſed retinuimus*: adijcit. *Repetit enim ſecundò idipſum Chriſtus etiam apud Lucam* de regno Dei; *immò & tertiò. poſt verba ſequentia.*

377. Sic & puluerem iubet excuti in illos, in teſtificationem, &c.] *Vnico verbo idipſum repetit quod habet Lucas cap.* 9. *ad Apoſtolos* xij. *& hic magis dilatat his verbis*: *Dicite*: *etiam pulnerem qui adhæſit nobis in ciuitate veſtra, excutimus in vos.*

378. & ad horrentiam terræ eorum, &c.] *Sic prorſus lego ex coniectura Rhenani*: *pro eo quod erat*: & adhærentiam, *id eſt, vt exhorreret terram eorum. Erit igitur huius formæ vocabulum* horrentia, *cuius ſuffertentia, offerentia, de quibus antè diximus, niſi quis malit legere* i & abhortentiam, *vel quòd magis accedunt MS.* & horrentiam. *Nullo autem pacto quadrare hunc locum adhærentiam, patet ex eo quod ſequitur*: nedum communicationis reliquæ; *quia nullam communicationem cum illis habendam, etiam Veteris Legis teſtimonio comprobat.*

379. Ammonitas & Moabitas prohibeat recipi in Eccleſiam, &c.] *Iſtud quidem reperitur Deut.* 23. *ex quod* inhumanè & inhoſpitaliter *tractaſſent populum, ſed illud Auctori*: quòd populum Ægypto profectum copijs defraudaſſent, *non niſi ex conſequentis, eo quod Balaam quem conduxerant, (ſicuti legitur Deuter. loco hic citato, & Numer.* 22.) *ad maledicendum populo, docuit (Apoſtolo etiam Ioanne adteſtante Apoc.* 2.) *Balac Regem Moab mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere & fornicari, nempè cum filiabus Moab, ſicuti eſt Numer.* 25. *De quo etiam intelligitur illud Numer.* 24. *Peruertamen tenentes ad locum malum, conſulam tibi quid faciet populus tuus populo iſti. Et verò ob peccatum illud ita deſtraudatunt copijs populum, vt vno die interfecta fuerint* 24. *milia, ſicuti legitur Numer.* 25.

380. Communicationis interdictum, &c.] *Ita pulcrè appellat quod nos excommunicationem vocamus, de qua latè tractauimus ſuprà Tom.* 1. *Apolog. cap.* 39. *num.* 502. *Hic ſolum adnotatu dignum, quòd pro ipſiſſem habeat* abhortentiam, *ſiue*: hortentiam communicationis, prohibitionem ne in Eccleſiam recipiantur, & communicationis interdictum.

381. Qui vos ſpernit, me ſpernit, &c.] *Proſequitur, intermiſſis aliquot aliis quæ ad inſtitutum non faciebant, verba Euangeliſtæ; ſimulem locutionem adſerens ad Moyſen, ſeu potius ad Samuelem.*

382. Non recontempſerunt, ſed me, &c.] *Iſtud reperitur* 1. *Reg.* 8. *Nuſquam verò in Pentateucho ſimile quid ad Moyſen dictum eſt. Et verò, idipſum tamquam ad Samuelem dictum, nominatim citat B. Cyprianus cum hoc Lucæ loco, Epiſt.* 55. *ad Cornel. & epiſt.* 69. *ad Florentium Pupianum, & nominatim ex libro Regnorum epiſt.* 63. *ad Rogatianum. Quæſit, vt etiam hic exiſtimem contigiſſe Auctori μετωνυμίαν ἀμφιτρεπῆ, hinc factum fortaſſe, vt B. Cyprianus tam aſſeruis verbis nominatim Samuelis vbique tribuat, qui hos loco citat, ad comprobandam auctoritatem Epiſcoporum, qui Apoſtolorum ſucceſſores exiſtunt.*

383. Quis nunc dabit poteſtatem calcandi ſuper colubros & ſcorpios, &c.] *Rurſum, intermiſſis aliquot, quæ non tam aptè conuenebant ad refutandum Marcionem, proſequitur verba Lucæ. De differentia verò colubrorum ſiue ſerpentum, ſcorpionum & alpidum & lacertæ, vide plinium.*

384. etiam paruulis pueris per Iſaiam reptomiſit, &c.] *Sic ex Vatic.* 2. *MS. cod. pro*: puerulis, *ne ſit* κακοφωνία. *Pro*: natorum *Græcè eſt* ἐγγόνων, *quod ſignificat etiam, poſteros, nepotes, orundos. Vertit autem Paraphraſticus*: nec lædi, *eo quòd ſequitur*: *& non male facient, neque perdere vllum poterunt. Quo adludit Auctor quum ſubijcit*: nam nec ipſæ beſtiæ nocere potentunt.

385. ſicut nonageſimus Pſalmus ad eum: Super aſpidẽ, &c.] *Iſtud, quod aly plerique de quouis iuſto, atque adeo de Apoſtolis prædictum intelligunt, peculiariter ad Chriſtum refert Auctor, imitatus B. Irenæum lib.* 3. *cap.* 38.

386. Illa die ſuperducet Dominus Deus machæram, &c.] *Iterum* machæram *ex Græco retinuit, pro* gladio, *quod vero habet*: in draconem illum colubrum magnum & tortuoſum, *differt in hoc ab aly, qui LXX. ita vnt Iſai.* 27. *quod*

legant: colabrum fugientem, Græcè φεύγοντα. ideinde omisso quod aliæ adstrue habent omnes qui in mari, adiungit præcedentibus: illa die (*sicuti etiam Eusebius alicubi, teste B. Hieron. in Comm.*) *quod Hebræi & cæteri explanatores sequentibus.*

387. Sed quum idem (*nempe Isaias inquit:*) Via munda, &c.] *Sic distinguendum est illud, & supplendum, quod repetitur Isai. 35. Verùm hoc solo differt à LXX. quòd legat:* & non transibit illic immundum, *pro eo quod Græcè & Latinè, Hebraicè & Chaldaicè: immundus. Atqui magis placet quod habent duo MSS. Vat. cod.* euacuationem & subiectionem bestiarum, *quàm:* cuocationem, *eo quòd præmiserit testimonia scripturarum de* conculcatione leonis & draconis, interfectione draconis, colubri tortuosi, & quòd ex bestijs pessimis non inueniretur quidquam; *quæ omnia ad* euacuationem, *id est interitum (sicuti vti solet Auctor)* bestiarum *pertinent, non* cuocationem.

Cap. xxv.

388. Quis Dominus cœli inuocabitur, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De oratione Domini ad patrem, verbis eius ad discipulos, & responso ad Legis Doctorem; ex eodem cap. x. Lucæ.

389. Gratias enim, inquit, ago, & confiteor, &c.] *Prius addit explicationis caussa Auctor, vt significet:* confiteri, *hic accipi pro:* gratias agere; *quum alibi multis in locis scripturæ aliter accipiatur, aut potius quod Marcion illud legeret, sicuti patet ex Epiphanio aduers. eundem Confut. 22. vbi præterea adycit prætermissum fuisse à Marcione (quod adeò etiam hic non habet Auctor)* pater, item: & terræ, *quum tamen paulò post retinuerit, Deo dissentiens:* Ita patet. *Deinde paraphrasticos vertit:* quòd ea quæ erant abscondita sapientibus & prudentibus, reuelauerit paruulis, *pro eo quod Christus apud Lucam: quòd abscondisti hæc, &c. & reuelasti, & c. Bene autem habet, quòd cum vulgato Interprete vertit Auctor:* patuulis, *quod Græcè est:* νηπίοις.

390. non prophetias, &c.] *Paucis complectitur omnia generis scripturas obscuras, quum addit:* prophetias, parabolas, visiones; & rerum, verborum, aut nominum argumenta, per allegorias & figuras, vel ænigmatum nebulas obumbrata. *Vnde mox subijcit Auctor:* absconditisse creatorem hæc à sapientibus, præmisso obscuritatis Prophetarum instrumento. *Valeant ergo qui scripturarum obscuritatem negant, & facilitatem omnibus obuiã etiam mulierculis tactitant; non animaduertentes illud Isaiæ iterum hic repetitum:* Nisi credideritis, non intelligetis.

391. cùm maximè, &c.] *Id est, inquit Rhenanus, in primis, omnium* maximè, *quemadmodum suprà admonuimus. Sic rursum infrà, cap. 27.* Qui quum maximè potiora legis præterceuntes incusabat. *Est etiam Tertulliano simile:* dissimilis creatoris.

392. perperàm in illum philosophantes, & ingenia hæreticis subministrantes, &c.] *Hoc iterum vult Auctor, quod non semel suprà dixit:* Philosophi hæreticorum Patriarchæ.

393. & prudentiam eorum celabo, &c.] *Sic prorsus castigandum hic locum Isai. 29. ex altero Vatic. MS. cod. pro:* celabo; *nam suprà lib. 3. aduers. Marcion. cap. 6. vertit Auctor:* & prudentiam prudentium eorum abscondam, *Græcè* κρύψω, *pro quo, quia aliis verbis eundem sensum exprimens (vel B. Hier. teste in Comm.) Apostolus 1. Cor. 1. reprobabo legit, substituisse videtur aliquis hic illud:* celabo, *non animaduertens sequi apud Auctorem:* tam abscondisse.

394. & dabo illis thesauros, &c.] *Similiter etiam infrà lib. 5. aduers. Marc. cap. 6. & 14. citat illud Isai. 45. in hoc differens tam à Græci LXX. quàm ab Hebræis, Chaldæo ac Latinis exemplaribus, quod legat:* illis, *pro eo quod alij:* tibi.

395. Et rursus: Quis alius delijciet signa ventriloquorum, &c.] *Eodem modo incipit hanc scripturam infrà Auctor lib. aduersi. Praxean, sequenti versu adplicans, quod hodie apud LXX. coniungitur præcedenti,* Ventriloquorum *vertit (sicuti etiam alibi adnotauimus) vertit Auctor ex Græco* ἐγγαστριμύθων, *(id quæ non hic modo, sed vbicumque B. Hieron. vertit:* Pythones) *ita dictos iuxta Cyrillum & Hesychij Lexica, quòd fingerent se Deum ventre habere, atque adeò ex ventre loquerentur; quos sit vt mulieres Pythonicæ frequentiores virn fuerint. Atqui supplemus mox:* Nationum, quas interpretantur, *ex vtroque MS. Vatic. codice.*

396. Sed in destructionem, inquis, vti traduceret eas, &c.] *Verba hæc sunt Marcionis.* Traducere *vero interpretatur Rhenanus, hoc est infamare, carpere, vel. de Præscript. edu. hæret. c.* 33. Nam & sic, *inquit,* facilius traducentur. *Est autem Tertullianicum, etiam cap. præced. vsurpatum, illud:* puto.

397. Omnia sibi tradita dicit à patre, &c.] *Pergit iterum in verba Euangelistæ. Atqui contra Arrianos facit, & quosdam Arrianizantes hodiernos, quod addit hic Auctor:* quia non minori se tradidit omnia filio creator. *Eodem etiam modo istum locum interpretantur BB. Hilarius & Augustinus alicubi.*

398. Sed: Nemo scit qui sit pater, nisi filius, & qui sit filius, nisi pater, & cuicumque filius reuelauerit, &c.] *In prima additione ter hic dispsum (quod haud dubiè pro varia codicum editione ex margine in contextum irrepserat) alijs atque alijs verbis repetebatur, in alijs quæ interesse sentes excusa, manstt duplex lectio; fortasis quòd existimarent hic citari primum verbum Lucæ 10. deinde & Matth. 11. diuersa quidem, sed eiusdem sententiæ. Verum quum hæc iterum vsque ad:* Hinc enim, &c. ex persona Marcionis obijciantur, qui Matthæi Euangelium minime recipiebat; *nisi eam hanc lectionem retinendam censuimus, secuti etiam vetustiss. codicum Vatic. MS. præter missis illa:* Nemo enim scit patrem nisi filius, & filium nisi pater. *In hoc interim differt Auctor, quòd verba transponat. nam apud Lucam legitur:* Nemo scit quis *(pro quo Auctor:* qui, *more suo) sit filius nisi pater, & qui sit pater nisi filius, & cui voluerit filius reuelare; pro quo Auctor dumtaxat:* & cuicumque filius reuelauerit.

399. Hinc enim & alij hæretici fulciuntur, &c.] *Ironicè dicit Auctor:* fulciuntur, *quia per dicta verba Christi potius reuincuntur, opponentes creatorem omnibus notum, vbi videtur ad Praxeanos alludere, qui patrem & filium eundem fal: ò adferentes, id nitebantur probare ex reuelationibus frequentibus, quibus Deus Israelis loquebatur familiariter.*

400. Ecce enim nec de Nationibus, inquit, nemo, &c.] *Quum quod præcedit, & quæ sequuntur, Isai. 1. & 40. referantur scripturæ testimonia, hic alludere censeo Auctorem ad illud Isai. 63.* Nec de Nationibus vir mecum.

401. Beati oculi qui vident quæ videtis. Dico enim vobis, quia Prophetæ non viderunt quę vos videtis, &c.] *Ad sequentia transit Christi ad discipulos suos verba; dumtaxat adferens quæ ad institutum de Visione pertinebant, & in compendium contrahens; omisso etiam illo:* & Reges. *Atqui rursum Auctor:* repræsentationem *accipit, pro conspectu res præsentes.*

402. Denique ostendemus, & iam ostendimus, &c.] *Nequeenim hoc libro aliud docet quam:* ea vita & adimpleta in Christo, quæ fuerant prædicata; *vtique & ab ipsis Prophetis abscondita, hoc est: obscure prædicta; quod rursus facit ad obscuritatem scripturæ comprobandam.*

403. In Euangelio veritatis Legis doctor Dominum adgressus: Quid faciens, inquit, vitam æternam consequar? &c.] Euangelium veritatis *recte Lucæ Euangelium, hæreticum vero Marcionis; vtpotè in quo vita solummodò posita erat, sine æternæ mentione. In quo Epiphanius vim non faciens, dumtaxat vitam à creatore promissam retorquet in Marcionem, Confutat. 23. dum tractat illud: Hoc fac & viues. At illud habenc exemplaria omnia tam Græca & Syriaca quàm Latina, vt non sit verisimile, (quod quasi per coniecturam donare videtur paulopost Marcion) quod nostra: æternam addiderint.*

404. de ea vita videatur consuluisse, quæ in lege promittitur à creatore longæua, &c.] *Intelligit illud Exod.*

10. *adiun. Etiam præcepto de honorando patre & matre*; vt sis longæuus.

405. Secundum legem respōsum dedisse: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, &c.] *Intelligit* legem *illam Deuteronomij 6.* Diliges, *&c. vbi quum dumtaxat tria illa beantur*: ex (*siue* in) toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, *sicuti Græcè hic etiam est* (*siue*: totis viribus tuis, *quod legit cum Interprete vulgato etiam Auctor*) *quòd ad propositum non faceret concordia noui Testamenti cum veteri, omisit quartum illud*: & ex tota mente tua. *Neque verò Deut. 6. aliud vmquam lectum fuisse satis indicat quod de Iosia scribitur 4. Reg. 13. quòd reuersus sit ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi. Legitur interim etiam Marci 12.* & ex toto intellectu.

406. vitam legalem, &c.] *Id est, quantum mihi quidem videtur, à lege promissam, longæuam vtique.*

407. æternæ vitæ per exempla recidiuæ, &c.] Recidiuæ (*inquit Rhenanus*) *id est: redeuntis quasi per refusitationem à Christo factam. Vnde* recidiuatum *dixit lib. de Resurrect. carnis, cap.* 18. quæ carnis recidiuatum pollicentur, *id est refusitationem. Et cap.* 30. recidiuatus Iudaici status. *Est verò etiam Tertullianicum illud*: sublimior spei.

408. Pro differentia enim mercedum, operarum quoque credenda distantia est, &c.] *Etiam hic locus adnotandus pro* mercede operarum, *siue operum. Rursum autem hic habes verbum Tertullianicum & Cyprianicum*: videtis. *Atqui legimus ex vtroque MS. Vatican. cod.* Quid, oro te (*phrasi rursum Tertullianica*) *pro*: Quod.

Cap. xxvi.

409. Quum in quodam loco orasset, &c.] *Caput hoc inscriptissimum*: De oratione Dominica, aliisque orandi formis, & parabolis eò pertinentibus, de surdo dæmonio expulso, & exclamatione mulieris de turba, ex capite 11. Lucæ. *Omnia enim hic Auctor reliqua capitis x. tum de eo qui inciderat in latrones, tum de ingressu Iesu in castellum Marthæ & Mariæ sororum, sicuti etiam Epiphanius, quòd mirum est.*

410. sicut & Ierusalem suffugiab eo poruit, &c.] *Sic ex MS. Vatic. 2. cod. pro*: suffugi, videtur enim velle quòd à Christo Ierusalem *ciuitas creatoris* suffugi potuerit ; *si odisset creatorem qui terram creauerat. Atque adeo videtur etiam Auctor illud*: & erat in quodam loco orans, *intellexisse de Ierusalem. Nisi malet quis ad creatorem referre, quòd ab eo* suffugi, *id est, deleri Ierusalem potuerit.*

411. adgtesſus eum ex discipulis quidam : Domini, inquit, doce nos orare, sicut & Ioannes discipulos suos docuit, &c.] *Ad verba Luce pergit explicanda, vbi supplemus*: &, *ex vtroque Vatic. MS. cod. quæ etiam Græce est. Sunt autem verba Marcionis*: Scilicet quia alium Deum, *&c. vsque*: Hoc qui, *&c. Atqui paulopost legere malumus* postulandum, *iuxta alterum Vatic. MS. cod. quam* : expostulandum ; *tum quòd hoc sit amphibolica significationis, tum quòd paulopost subjectur.* A quo spiritum sanctum postulem ?

412. Cui dicam, Pater? &c.] *Restè hoc num Auctor, quia etsi Græce hodie legatur*: πατὴρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *& similiter Syriacè, tamen in Latino codicibus non amplius legitur, Luc. 11. quàm*: Pater ; *subjicit illud Græcè adscitum ex Euangelio Matthæi 6. secundum quem legitur supra Tom. 2. lib. de Orat. cap.* 2. Pater noster qui in cœlis es.

413. A quo spiritum sanctum postulem ? &c.] *Sic ex eumdem expositionem videsis paulopost lib. de Orat. c. 3.*

414. Eius regnum optabo venire, &c.] *De hnius petitionis expositione, vide eundem librum supra cap. 5. Hic nihil aliud vrget, quàm vt ostendat omnia hæc à Deo creatore peti, non à Deo Marcionis ; viperè*: quum in manu Dei sint corda regum, *Prouerb.* 21. *Porro quod hic prætermittat illud*: Fiat voluntas tua in cœlis & in terra (*de quo vide supra cap.* 4.) *facit pro illorum sententia; quasi in exemplaribus tam Græcis quàm Syriacis accompluribus Latinis, additum id existimant apud Lucam ex Matthæo; maximè, quum expressè verbi* (*sicuti etiam ante me adnotauit Rouer. Dominus Janssenius in Comment. Concord. Euang. cap.* 83.) *B. Augustin. Enchirid. cap.* 115. & 116. *docet Orationem Dominicam septem habere petitiones apud Matth. quinque apud Lucam dumtaxat, pautiores quidem, sed quæ tandem sensum eum alijs illis contineant.*

415. Quis dabit mihi panem quotidianum? &c.] *Non solum Lucam etiam hic loc, sed etiam supradicto libro cap. 6. secundum Matthæum vertit Auctor* τὸν ἐπιούσιον, quotidianum; *quare valeat Erasmus, putans potius vertisse debere: crastinum, directè contra Domini sententiam; qui pauloante vetat de crastino esse solliciter, cuius adeo explicanda gratia additum admonuit supra*: hodie. *Atqui etiam hic Auctor* (spiritaliter potius intelligere scilicet de corpore Christi (*sicuti ibi latè deduximus nu.* 23.) *quàm corporaliter, satis insinuat, quum figuram hic citat corporis Christi*: panem Angelorum etiam de cœlo præstitum. *Adludit autem ad psalm.* 77. *& Sap.* 16. *vbi*, & panis Angelorum, & panis de cœlo, *Manna appellatur.*

416. Quis nobis delicta dimittet ? &c.] *Græcè* τὰς ἁμαρτίας *apud Lucam, pro eo quod apud Matthæum est* τὰ ὀφειλήματα. *Sed vtrumque pulcrè conciliat Auctor libro citato cap.* 7. Debitum, *inquit*, in scripturis delicti figura, *id est significatio est; de quo ibi latius numer.* 29 *sicut etiam de verbo*: dimittere, *vbique Auctori visitato, num.* 27.

417. Quis non sinet nos deduci in tentationem ? &c.] *Sic quasi aliud agens interpretatur illud* : Et ne nos inducas in tentationem, *id est (sicuti etiam supradicto lib. cap.* 8.) ne nos patiaris induci. *Nec aliter infrà Tom* 5. *libr. de Fuga in persecutione. Omittens hic cum Luca illud* : Sed eueche (*vel* erue) nos à malo ; *quippè quòd non modò Augustino reste loco supra citato in idem recidit, sed etiam apud Matth. dicat esse clausulam* , interpretatem quid sit : ne nos inducas in tentationem.

418. Proinde à quo petam , vt acciplam; apud quem quæram, vt inueniam; ad quem pulsabo, vt aperiatur mihi? &c.] *Pergit in verbu Euangelistæ, ordine tamen inuerso; nam multo post ponitur* : petite & dabitur vobis , *&c. item*: Omnis qui petit accipit , *&c. ad quorum vtrumque hic adludit. Quod etiam ipse fatetur, dum paulopost subdit* : Sic & præmissa similitudo , *&c. Est verò illud Tertullianicum*; Quis habet petenti dare. *item illud* : Sic nec aliorsum pulsabo , pre : *alibi* ; *&* , quàm vnde sum functus , *hoc est, vbi aliquando manere mea sum functus , ex quo audacia pulsandi ortus est; hoc est enim quod subdit paulopost Auctor*: ad eum pulsat, ad quem illi ius erat, & cuius ianuam notat. *Omninò enim sta castigandum hic locum est ex altero Vatic. MS. cod.* pro, vnde sum fugatus.

419. Sic & præmissa similitudo nocturnum panis petitotem amicum facit, &c.] *Adludit ad illud eiusdem Lucæ paulonante*: Quis vestrum habebit amicum, & *ibit ad illum* media nocte, & *dicet illi*: commoda *mihi tres* panes, *&c. Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi* molestus *esse*, iam ostium clausum est, & *pueri mei* (infantes *Tertullianè*, nam *Græcè est* τὰ παιδία) mecum sunt in cubili, *non possum surgere , &c. Et si ille perseuerauerit* pulsans , *dico vobis : Et si non dabit illi, &c. Vbi etiam legisse se: si perseuerauerit* pulsans , *satis indicat, quum subdit Auctor*: Itaque ad eum pulsat ad quem illi ius erat.

420. Agnosce igitur & patrem , *&c.* Ipse est qui scit quid filij postulent , &c.] *Hic Auctor conformat lectionem Græcam & Syriacã, ac B. Augustini. sermon. 29. de verb. Domini*

Quis autem exvobis patrem petet filius panem, *pro eo quod vulgatus Interpres dum texuit: Quis autem ex vobis patrem petit panem?*

421. & carnem desiderantibus, emisit ortygometram, &c.] *Retinuit Auctor Numer.* 11. *vocem Græcam* ὀρτυγομήτραν, *id est coturnicum matricem seu copiam.*

422. non serpentem pro pisce, nec scorpium pro ouo, &c.] *Ex hoc ibi piscis mentionem facit Christus, latissimè impugnat Marcionem Epiphanius Constut. 24. qui animatis vesci abnegabat illicitum. Aiquis quod dicit:* Deus Marcionis non habens scorpium, *adludit ad hoc, quòd noxia animalia adscribebat Deo Creatori.*

423. Illius autem erit non date malum pro bono, &c.] *Adludit ad illud Christi: Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, &c. ex quo maximè Marcionem redarguit Epiphan. quòd vocet bona data, piscem & ouum.*

424. Itaque & spiritum sanctum is dabit, &c.] *Hîc ad illud: quanto magis pater cœlestis* dabit spiritum sanctum *petentibus se. Sic enim transtulit quod Græcè est* ἄγιον, *pro quo alij Latini omnes: spiritum bonum.*

425. Quùm surdum dæmonium expulisset, &c.) *Hîc ad sequentem historiam Luc. 11. transit de* dæmonio surdo. *Sic enim vertitur vox Græca* κωφὸς, *non solùm ab Auctore, sed etiam ab Interprete Chrysostomi; vtpote quæ & mutum & surdum significet: quem admodum etiam vsu venire videmus, vti qui naturâ surdi sunt, etiam muti sint.*

427. vt & in ista specie curationis Isaiæ occurrisset.] *Non semel istud habet Isaias, sed cap. 29. 35. 42. & 43. Videtur interim maximè ad illud adludere cap. 35.* Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, *eo quòd Matth. 11. & Marc. 3. etiam cæcum fuisse istud dæmonium adseratur.*

427. in Beelzebule dictas eijcere dæmonia: Si ego (inquit) in Beelzebule eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? &c.) *Lego vtrobique, & paulopost:* Beelzebule, *pro:* Belzebule, *secundum testigia 2. MS. Vat. cod. Qui quidem legunt:* Beelzebub, *non male nixta B. Hieron. in Matth. qui: idolum musca, Zebub Hebraïs vocatur, eam vocem interpretatur: sed quum Græci sit tam apud Matthæum & Marcum, quàm apud Lucam:* Βεελζεβὺλ, *illud legere malo. Supplemus etiam secundo loco:* eijcio dæmonia, *ex Vatic. 2. MS. cod.*

428. non posse Satanam diuidi aduersus semetipsum, &c.] *Recte præmittit:* prior sensus, *id est sententia, quæ priùs legitur apud Lucam:* Si Satanas in seipso diuisus est, quomodo stabit regnum eius? *quod etiam paulopost citat Auctor explicans:* in suis terminis & legibus & officijs.

429. Quòd si ego in digito Dei expello dæmonia, ergò ne adpropinquabit vobis regnum Dei? &c.) *Auctor legit Græcè* ἄρα, *cum accentu circumflexo, quod:* ergòne *significat, pro eo quod alij:* ἆρα, *id est: profectò. Retinuit autem:* adpropinquauit, *pro eo quod Vat. 2.* adpropinquabit, *quia aly omnes tam ex Græco quàm Syriaco vertunt: peruenit. Pulcrè autem ex loco similis Exod. 8.* digitum Dei, *verterunt eius interpretatus; vbi dicebant malefici nescientes educere cynifes:* Digitus Dei est hoc, *Græcè:* Τοῦτο.

430. Meritò igitur adplicuit, ad patabolam fortis armati, quem validior alius oppressit, principem dæmoniorum, &c.] *Pergit in verbis Christi apud Lucam, vbi:* oppressit *vertit* γίνηται, *quod aly vocirò, & ipse paulopost:* superasse.

431. Morerentur, in terram defluendo, &c.] *Videtur adludere ad illud mulieris Thecuitis, 2. Reg. 14. Morte morimur, & quasi aqua effusa super terram, &c. Quum subiungit autem:* sæpè & à scorpio docti, non esse superatum creatorem; *hoc vult:* sæpè Marcionitas à scorpio *eneatos* doceri, non esse superatum creatorem (*vtpote quem illi* armatum fortem *interpretabantur*) à Deo Marcionis, *quem volebant esse* Deum validiorem.

432. Exclamat mulier de turba: Beatum vterum qui illum portasset, & vbera quæ illum educassent. Et Dominus: Immò beati qui sermonem Dei audiunt & faciunt, &c.] *Tractatur istud ipsum supra lib. de Carne Christi, cap. 7. & rursum lib. 3. adu. Marc. cap. 12. Vbi nominatim, vbera supra ad calcem. Argumenti ei satis hunc locum citat. De altero demique loco Luc. 8. quem hic adfert de præclatis matri & fratribus obsecutoribus Dei, vide supra cap. 19.*

CAP. XXVII.

433. Alibi malo purgare, &c.] *Inscriptionem hunc capiti dedimus:* De Phariſæis ſigna petentibus, variſique eorum increpationibus, ex eodem xi. cap. Lucæ. *Atqui ibi:* Ecce inæqualis & ipſe inconſtans, leuis, *loquitur ex perſona Marcionitarum, qui ea omnia adſcribebant Marcioni, & , niſi recte intelligantur, etiam Chriſto adſcribi poſſe ſignificat.*

434. Iubet omni petenti date, &c.] *Quemodo iſtud Luc. 16. intelligendum, habes ſupra tractatum c. 16. ſicuti etiam illud, ſaltem in ſenſu, quod mox ſequitur:* Vetat remaledicere, multo magis vtique maledicere. *Illud vero:* Tanto æuo, & *ſi referuntur ad hoc quod Marcion dicebat: ſuo primum tempore Chriſtum ſuum & Deum ſuum reuelatum eſſe.*

435. & ipſe ſignum petentibus non dat, &c.] *Adludit ad illud Lucæ 11. Generatio hæc nequam ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei. Aquinihil Auctor adtinget de ſigno Ionæ Prophetæ, neque de Niniue, Regina Auſtri, & Salomone, quæ apud Lucam ſequuntur, quia illa omnia refellauerat Marcion de Euangelio, ſicuti tradit Epiphanius adu. eundem Conſut. 25. addens, ſatis alia multa ſigna de cœlo à Deo edita, etiamſi illa reticeantur.*

436. & negat lucernam abſtruendam, ſed confirmat ſuper candelabrum proponendam vt omnibus luceat, &c.] *Ex loco hoc (inquit Rhenanus) apparet in lib. de Præſcript. adu. her. legendum eſſe:* Et ipſe docebat lucernam non ſub modio abſtrui ſolere, *vbi in exemplaribus ſcriptum eſt:* obſtrui. *intelligit autem ille cap. 26. lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. vbi de voce* abſtrui *latiùs numer. 154. pro qua ſupra* Vbi *diſputauimus ſi citatum ex cap. 8. Lucæ) legit Auctor:* abſcondi ſolere; *ſimiliter Marcionem ſicuti hîc impugnans, ſupra cap. 19. Illud autem:* vt omnibus luceat, *potius Matth. 6. reperitur quàm apud Lucam; vbi eodem ſenſu legitur: vt qui ingrediuntur, lumen videant.*

437. & væ ingerit Phariſæis & doctoribus Legis, &c.] *Iſtud per præcucupationem præponit Auctor; nam multo poſt ſequitur apud Lucam,* doctores Legis *vertens, quod Græcè eſt* τοῖς νομικοῖς, *pro quo alij: legiſperitis, tum hîc, tum poſtea.*

438. Ideò & tunc Phariſæus, qui illum vocarat ad prandium, retractabat penes ſe, cur non priùs tinctus eſſet quàm recubuiſſet, &c.] *Sic hunc locum reſtituimus ex Vatic. 2. MS. cod. pro:* nunc, & *:* vocaret. *Reliqua ad ſenſum potius quàm ad verbum transtulit, ſeu* recenſua, retractabat, *pro:* tractabat; *non pro eo quod habet Latinus Interpres:* cæpit intra ſe reputans dicere, *Græcè quoque vna voce legitur* ἐθαυμαζεν, *quod Syrus Interpres vertit:* mirabatur eſt. *Eſt iterum vox Tertullianea:* tinctus, *pro baptiſatus, Græcè* ἐβαπτίσθη, *quæ tamen omnia hoc loco totum ſignificant, ſicuti etiam ante me admonuit ad marginem Rhenanus.*

439. ſecundum Legem, &c.] *Mirum eſt iſtud Auctore, quod tamen genuinum eſſe ex eo conſtat quod ſequitur:* Ioſus autem etiam interpretatus eſt ei legem. *Oportet itaque, quo tanto magis conformem eſſe ndat legem nouam legi veteri, vt accipiat hîc Auctor* legem *non proprie pro lege Moyſi, ſed pro traditione ſeniorum; ſic enim appellatur Matth. 15. & apertius Marci 7. vbi legitur: Phariſæus enim & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum. Et à foro venientes, niſi baptizentur, non comedunt, & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum; de quibus hîc etiam reſpondet verbis ſequentibus* Ieſus. *Aquiquando traditio & inuentio ſeniorum contigerit, explicat Epiphanius Conſut. 36. aduerſ. Marcion. Nimirum Damian, inquit, poſt reditum ex Babylone,*

Babylone, AKiba verò ante captiuitatem Babylonicam; filiorum autem Aſſamones, temporibus Alexandri & Antiochi, ante aduentum Chriſti 190. annis. B. Hieronym. non multum abſimiliter queſt. 10. ad Algaſiam, lib. 3. comment. in Iſaiam, & 10 cap. 3. Epiſtol. ad Titum, dictas traditiones ſeniorum Δευτερώσεις *à Græcis dictas ſcribit; primum aditus ante Chriſti adventum per Sammai & Hillel, quorum ſcholam ſuſcepit Akibas Aquilæ proſelyti præceptor, & poſt eum Mayr; cui ſucceſſerat Ioannam filius Zacchæi, & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphan, & ruurſum Joſeph, & denuò Joſue uſque ad ultimum urbis Hieroſolymæ excidium. Quorum ſententia handdubiè præferenda illis, qui volunt Traditionum ſeniorum nomine ſignificari Thalmud Iudeorum; quum illius primus Auctor ſeu Collector ſcripſerit primùm anno 150. poſt dictam Vltimam eladem Hieroſolymæ, atque adeò neque Chriſtus neque Apoſtolis illud etiaſſe potuerint.*

440. dicens: illos calicis & catini exteriora mundare, interiora autem ipſorum plena eſſe rapina & iniquitate, &c.] *Plurals nomero hic & mox verſ: exteriora, &: interiora, que tam Græcè & Syriacè quàm Latinè ſingulari numero efferuntur. Deinde verſi:* ipſorum, *ſignificans plurale numeri eſſe vocem Græcam, atque adeò etiam Latinam, verſtrum. Aequi non ſunt verba Euangeliſtæ, ſed Auctoris illa interpretantis:* Ideò exteriora, inquit, *&c. Sed ruurſum ſunt verba Lucæ:* Nónne qui exteriora fecit, *&c.* & interiora fecit?

441. Date quæ habetis, eleemoſynam; & omnia munda erunt vobis, &c.] *Vertit Auctor rectè:* quæ habetis, & *Syrus interpret: id quod eſt, quod Græcè eſt* τὰ ἐνόντα, *ac ſi dicat: ſicuti Theophilactus, non quæ rapuiſtis, ſed quæ veſtra ſunt; quò adeò reflexiè vulgatus Interpres transferens: quod ſupereſt, nempè Vtra rapinam & iniquitatem. Quæ ſenſu expliciter, nihil opus eſt legere cum Eraſmo & Caietano:* datis, *pro:* date. *B. Cyprianus interim lib. 3. aduerſ. Quirinum cap. 1. neutrum legit, neque etiam B. Ambroſius Comment. aut B. Auguſtin. Enchirid. cap. 75. Quum autem etiam eundem ſenſum recipiat, vt diximus, vulgata verſio, repetendum eſt hic, quod non ſemel diximus, nimis liberam eſſe caſtigationem Iſidori Clarij: de iis quæ vobis ſuppetunt, aci alitera lectio minimè tolerari poſſet.*

442. Sic & oluſcula decimantes, vocationem autem & dilectionem Dei prætereuntes obiurgat, &c.] Oluſcula *transfert Auctor in genere, quæ mox dicit* tutam & mentani, & decimantes, *vertit verbum æquè ac Græcum ambiguum, ad decimas dantes & accipientes. Quod autem vertit:* vocationem *tum hic tum paulopoſt; verſimiliter id facit ſecundum Marcionem (* vtpotè *qui* iudicium Deinon accuſebat) *non ſecundum Lucam; nam etiam Græcè legitur* τὴν κρίσιν. *Quod ſatis indicare videtur Epiphan. loco ſuprà citato hic verbi aduerſus Marcionem: Itaque & ab eo tempore per legem erat vocatio, & per Prophetas miſericordia (pro quo Auctor:* dilectionem, *& vulgatus interpres: caritatem) & vndequaque circulatorium tuum ſermo concidat. Atqui in Præcepto illo Deuteron. 6. ſuprà explicato cap. 25. ſupplemus ex altero MS. Vaticen.* ex toto corde tuo. *Hic præterea addatur, quod alibi non ſtatur:* qui te vocauit ex Ægypto *; quum tamen iuxta additionem tam Græcam quàm reliquas omnes, legatur ibidem verſu 12. quite eduxit, Græcè* ἐξαγαγόντος. *Rurſum autem eſt hic vox Tertullianea:* præcoquam.

443. Primatum quoque captantes locorum, & honorem ſalutationum, quum inculſat, &c.] *Sic expreſſit quod eſt apud Lucam: Væ vobis qui diligitis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Hic autem rurſum 2 ſecta, in benam partem. Atqui Paraphraſtes, miſerrimum hominem, qui ſpem habet in homine, pro eo, quod ſuprà citatum eſt non ſemel Habetur. 17. Maledictus homo, &c. Supplemus verò ex vtroque Vatic. MS. cod.* idem & adfectatores.

444. Inuehitur & in Doctores ipſos Legis, quod onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipſi ne digito quidem adgredi auderent, &c.] Importabilia *recte vertit Auctor quod Græcè eſt:* δυσβάστακτα, *non tamen optè* adgredi, προσψαύειν, *quod magis adtingere ſignificat, quemodo vertit Syrus Interpres.*

445. potiora legis prætereuntes, &c.] *Matth. 23. vnde iſtud citatur, habetur* βαρύτερα, *quod aptius verterunt Interpretes vulgatus & Syriacus:* grauiora; *quò etiam pertinet illud quod adiungit Auctor:* nelæ quidem grauia. *Supplemus autem etiam hic:* & munditias.

446. docentes præcepta & doctrinas hominum, &c.] *Iſtud Iſai. 29. & Matth. 15. pulcrè hic explicat Auctor:* onera quæ ipſi de ſuo exaggerabant, *hoc eſt: ad præcepta Dei adijciebant; quo ſenſu nihil facit contra Traditiones Eccleſiaſticas, ſed ſolùm traditiones ſeniorum, de quibus paulòante latius.*

447. iungentes domum ad domum, vt quæ proximi ſunt auferrent, &c.] *Iſtud reperitur Iſai. 6. illud verò:* clamantes populum, *reperire non potui; at illud:* amantes munera, ſectantes retributionem, *Iſai. 1. illud:* dirigientes iudicata pauperum, vti eſſet illis vidua in rapinam, & pupillus in prædam, *Iſai. 10. Ea enim omnia, ex Iſaia ſumpta, indicat Auctor, quum ſubdit:* de quibus idem Iſaias: Væ qui valent in Ieruſalem. *Sic enim lego ex altero MS. Vatic. cod. pro:* in Iſtaël; *quòd adludere videatur ad illud Iſai. 28. Propter hoc audite verbum Domini (pro quo Væ dumtaxat verſiſſe videtur) principes in Ieruſalem. Certè illud:* Qui vos poſtulant (*pro quo B. Hieronym. & LXX. exactores veſtri*) dominantur veſtri (*ſic enim prorſus lego cum vtroque MS. Vatic. cod. pro:* dominentur) *inuenitur Iſai. 3.*

448. Cur autem væ audiunt etiam, quòd ædificarent Prophetis monimenta (*ſeu potiùs:* monumenta, *vti legunt alter Vatic. MS. cod. & veteres inſcriptiones*) interemptis à patribus eorum, &c.] *Pulcrè eſt apud Auctorem loci huius, aliquoli obſcuri, expoſitio, propterea* Væ illis dixiſſe Chriſtum, qui ædificarunt Prophetis monumenta, *ob quod prima facie laude digni videbantur, ex quòd* Deus zelotes exigeret ab eis delicta patrum, *quantumuis hypocriſi quadam illa tegere vellent.*

449. Quam verò clauem habebant Legis Doctores, &c.] *Etiam hic pulcrè explicat, quòd increpabat clauem Legis habentes; nec ipſos introeuntes, non credentes ſcilicet; nec aliis aditum præſtantes, vtique docentes præcepta & doctrinas hominum. In hoc ſolùm differens à Luca, quod paraphraſtice hic transferat clauem Legis, pro eo quod ex Græco, & Syriaco Latinè vertatur,* clauem ſcientiæ, *& ipſe quoque Auctor cap. ſequenti:* clauem agnitionis, *vtpotè ſcientiæ legis, qua vocabantur* Legis Doctores *ſeu Legiſperiti. Porrò reliqua huius captis omiſſa ſunt ab Auctore, quia Epiphanio teſte conſut. 28. non habebat Marcion:* Propterea dixit ſapientia Dei, mittam ad ipſos Prophetas, & de ſanguine Zachariæ & Abel & Prophetarum, quod requiretur à generatione hac. *Quæ tamen adſirmat reperiri in exemplari Euangelij ſecundum Lucam.*

Cap. xxviii.

450. Meritò itaque non placebat, &c.] *Titulum capiti huic impoſuimus:* De variis verbis Domini ad diſcipulos, ac parabola diuitis, ex xij. cap. Lucæ.

451. Cauete, inquit diſcipulis, à fermento Phariſæorum quod eſt hypocriſis, &c.] *Nihil hic variat à vulgato Interprete Auctor, & hinc interpretationem eorum quæ præcedenti capite adtigit, tum de hypocriſi, tum de claue Legis, confirmat. Atqui legimus neceſſariò ex vtroque Vatic. MS. cod.* Ita Phariſæorum prohibet exemplum, *pro:* pethibet, *quia ſequitur:* in eum prohibebat, &c.

452. Igitur quoniam hypocriſin eorum taxarat, &c.] *Pulcrè definit rorum* hypocriſin *Auctor:* exlantem occulta cordis, & incredulitatis ſecreta ſuperficialibus officiis obumbrantem.

453. Nihil autem operum quod non patefiet, & nihil abſconditum quod non dino cetur, &c.] *In futuro expreſſit voces Græcas* ἀποκαλυφθήσεται & γνωσθήσεται.

Atqui, vel Rheuam teste, vox elegans: adagnitio.

454. quum subiiciat, etiam, quæ inter se mussitarant, vel tractarant, &c. in apertum processura, &c.] *Prorsus sic legendum, pro*: inussitarent, vel tractarent, *tum quod Paraphrastes expleet illud Euangelistæ: Quoniam quæin tenebris dixistis, dicentur in lumine*; tum quod *illud*: Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebule, *non iam tractabant aut mussitabant, sed antè* mussitarant *&* tractarant. *Luc. 11. sicuti cap. præced. patet.*

455. Dico autem inquit, vobis amicis meis, nolite retreti ab eis qui vos solummodò occidere possunt, nec post hoc vllam in vobis habent potestatem, &c.] *Supplenimus*: amicis meis, *quod legatur ita apud Lucam, & legimus*: possunt, *ex 2. Vatic. MS. cod. pro*: possint, *quia Græcè & Latinè: qui occidunt corpus. Transfert autem paraphrastes*: nec post hoc vllam in vobis habent potestatem, *pro Græcismo, quem etiam sequitur Syrus Interpres: nec habent amplius quid faciant.*

456. Demonstrabo autem vobis, &c.] *Etiam hic castigauimus ex vtroque MS. cod. Vatic.* potestatem habet, *pro*: habeat, *quia sic legitur Græcè, Syriacè, & Latinè; item & apud Epiphanium Consut. 29. vbi illud in Marcionem retorquet, qui iudicem Deum negabat; addens ab illo refectum*: Nónne quinque passerculi duobus assibus veneunt, *& vnus ex ipsis non est in oblivione coram Deo? Quæ falsum puto, vt etiam Auctor illud hic non adducat. In eo verò quod sequitur*: Itaque dico vobis, *magis expressè quod Græcè est* ὑμῖν *Atqui (sicut etiam adnotauit Rheuanus) phrasis est iterum Tertullianica*: demerendo procurat.

457. Dico enim vobis: Omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo, &c.] *Sic Græci codices, & Patres omnes, & quidem etiam Latini; pro eo quod alij, & maximè Matth.* 10. qui confitebitur me, *&*: confitebor illum; *sed Auctor Hebraismum retinuit. Qui omnes Auctori consentiunt in eo quod sequitur*: Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur. *Immò eam varietatem loquendi vrget Heracleon Valentiniani apud Clementem Alexandrinum 4. Stromat. Insuper tamen Scripsace aduersus Gnosticos, cap. 9. manifestè legit*: qui in Christo negauerit, *immò & explicat; vbi de hoc latius. Atqui citra quam legunt alij omnes tam Græcè quàm Syriacè, hic quidem legit Auctor*: coram Deo, *pro*: coram angelis; *non ex sua, sed ex Marcionis versione, qui Epiphan. teste Consut. 30. sic immutauit Veritatem. Atqui in intermedio lineis cæsiuo ex altero Vatican. MS. cod.* subsitruendam confessionem, *pro*: sustinendam, *& suppleo posteà hoc*: Si autem & negator.

458. Qui dixerit in filium hominis, remittetur ei; illi autem qui dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, &c.] *Etsi non exprimat, tamen subintelligitur ab Auctore*: qui dixerit blasphemiam, *pro quo alij*: qui blasphemauerit, *tam ex Græco quàm ex Syriaco, sicuti patet ex verbis sequentibus*: huius erit spiritus sanctus non blasphemandus. *Est verò vox Tertullianica*: infusćat.

459. Perductos ad potestates, prohibet ad interrogationem cogitare de responsione, &c.] Perductos *vertit ex Græco* παραφέρουσιν. *Eiusdem significationis est*: Productos, *quod legit alter Vat. MS. cod. In eo verò quod sequitur*: sanctus enim spiritus docebit vos ipsa hora, quid eloqui debeatis, *vertit*: debeatis, *pro*: oporteat. *Alter Vatic. MS. cod. legit non male*: quid loquamini; *sed prius placet.*

460. Balaam Prophetes in Arithmis arcessitus, &c.] *Paucis prosequitur historiam* Balaam, *quæ habetur toto cap. 22. 23. & 24. Numerorum, quos more sui* Arithmos nuncupat, *seruata voce Græca, sicuti in alio libro Moysi. Quòd autem* Prophetem Balaam *vocet, consentit Auctori B. Hieronymus lib. Tradit. in Genesim. Ex genere Buz est* Balaam *ille diuinus, vt Hebræi tradunt, qui in libro Iob dicitur Elius; primum vir sanctus & Prophetes Dei, postea per inobedientiam & desiderium mulierum, dum Israeli maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatus. Nec absimiliter B. Augustinus quæst. super Numer. cap. 46. & sermone 103. de tempore, ac Hrabanus in Comment. à quo pulcrè tota historia explicatur.*

461. Moyses rixantibus fratribus, vltrò intercedit, &c.] Fratres *vocat, qui ex eodem essent genere Israel, paulopost propriè accipit; &*: iniuriosum *transtulit* Inuca *voce, quod Græcè est Exod. 2.* ἀδικοῦντα, *pro eo quis iniurium faciebat; & quod mirum est*: magistrum *transtulit, quod Græcè est* ἄρχοντα. *pro quo vbique alibi, & propriè*: Principem.

462. Christus verò postulatus à quodam, vtinter illum & fratrem ipsius de diuidunda hæreditate componeret, operam suam, &c. denegauit, &c. Quis me (inquit) iudicem constituit super vos, &c.] *Supplenimus*: de diuidunda *ex altero Vatic. MS. cod. Atqui asserit solummodò Auctor quod ad institutum facit*: Quis me iudicem constituit, *omisso: aut diuisorem.*

463. Puto iam alibi satis commendasse nos, &c.] *Intelligat cap. xv. huius libri, vbi tractat illud Luc. 6.* Væ diuitibus, *& citat similiter ex Isa. cap. 39. & 4. Reg. 20. adipsum quod hic in calce huius capitis, de Rege, nempè Ezechia*, gloriato de gazis & apotheciis; *vbi vide. Adnotat. nostras num. 199 quas diuitias damnet Auctor, & num. 203. de Ezechia. Cap. 14. huius eiusdem libri habes etiam citatos locos 1. Reg. 2. & Psal. 111. ad quorum priorem pertinet illud hic citatum*: ipsos dynastas detrahente de solio; *ad posteriorem verò*: & paupetes adleuante de sterquilinio.

464. Ab eo ergo erit & parabola diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum, cui Deus dicit: Stulte, hac nocte animam tuam reposcent. Quæ autem parasti, cuius erunt? &c.] *Inhis verbum Lucæ eadem est Auctoris lectio, qua vulgati Latini Interpretis*: reposcent, *&*: cuius erunt; *quare nimis libera etiam hic castigatio Isidori Clarij*: repetunt; *quia nihil obstat, quin etiam olim Græcè variatum sit, maximè quum B. Augustinus hom. 48. legat*: auferetur.

Cap. xxix.

465. Quis nollet curam nos agere animæ de victu, & corpori de vestitu, &c.] *Caput hoc insequitur*: De cura non agenda victus & vestitus, succingendis lumbis, seruis beatis, aliisque verbis Domini, ex eodem cap. xij. Lucæ. *Atqui etiam his paraphrastes transtulit*: de victu, *&*: de vestitu, *pro eo quod est apud Lucam*: quid manducetis, *& quid induamini.*

466. Cuius & corui non serunt, nec metunt, nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipso, &c.] *Hic retinuit Auctor vocem Græcam* ταμιεῖον, *præter quam quod pluralis numero expressit ad sensum magis quam ad verbum*: nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipso, *quum Græce, Latinè, & Syriacè legatur: quibus non est cella aut horreum, & Deus pascit illos. Est autem illud Tertullianicum*: æmulam liberalitatis suæ. *Et verò etiam in compendium redegit illud*: anima potior esca, & corpus tunica. *Atqui*: figuravit, *haud dubiè hic accipit Auctor, pro*: fecit ac creauit, *seu figura induit.*

467. Cuius & lilia, & fœnum non texunt, nec nent, & tamen vestiuntur ab ipso; cuius & Salomon gloriosissimus, nec vllo tamen flosculo cultior, &c.] *Duos versus Euangelista in compendium contraxit Auctor, ordine etiam immutato. Nam quod de Salomone legitur, præcedit illud quod de fœno dixit Christus. Bene autem habet, quòd etiam hic Auctor conformiter vulgato Interpreti fœnum verterit, quod Græce est* χόρτον, *pro eo quod ally herbam, vel gramen. In hoc tamen differt ab alijs omnibus, quod vocem Græcam* κοπιᾷ *vertat*: texunt, *pro quo ally omnes, etiam Syriacus Interpres*: laborant, *quod vox Græca propriè significat; quare & mox conformiter illi*: nec lilia laborent. *Atqui rectè adnotauit ad mar. suum Rheuanus, quod præstantia iterum vexatur Auctor, pro*: præstantiæ.

468. illos modicæ fidei increpat, &c.] *Græcè est vnica vox* ὀλιγόπιστους, *pro quo paulopost vertit*: modicos fidei. *Et verò*

verò illud Tertullianicum: velatò, pro: velatè, & ſub inuolucro. Nihil autem diſſentit Auctor ab aliis in illo Luca: Hæc enim nationes mundi quærunt.

469. quos pares gentium, &c.] Hæc eſt (inquit Rhenan.) pares gentibus. Sic lib. de Carne Chriſti, c. 3. Alioquin par erit corum, quæ conuerſa amittunt quod fuerunt; quorum vtique Deus in omnibus par non eſt.

470. Scit autem pater opus eſſe hæc vobis, &c.] Omiſſum fuiſſe à Marcione Veſter, quod habent Græci, Syrtaci, & Latini codices, teſtatur Epiphanius Conſut. 34. qui paulantè Conſut. 32. idipſum quod Auctor, in Marcionem retorquet. Sunt autem Tertullianica: depreciator, & vt quod ſuprà diſtuli, expunxerim; vbi ad quem locum adludat, non occurrit.

471. Quærite enim, inquit, regnum Dei, & hæc vobis adijcientur, &c.] Et Auctor hic, & Conſutat. 33. Epiphan. prætermittit primùm, quod habet adsito vulgata, neque etiam hodie eſt Græcè aut Syriacè. Quemadmodum neque apud illos, neque apud Auctorem reperitur illud Latinis Interpretis: & iuſtitiam eius. Verſimile eſt itaque apud illum adiecta eſſe illa ex Matth. cap. 6. Vbi ſecundum omnes editiones, vtrumque legitur, maximè quum etiam in multis Latinis veteribus codicibus neutrum legatur apud Lucam. Quamquam interim Auctor etiam apud Matthæum legiſſe non videatur, vtpotè qui ſuprà Tom. 2. lib. de Oratione, c. 6. & hoc Tome lib. 3. ad. Marc. cap. vlt. legat quidem: priùs, ſiue: primùm, ſed omittat vtrobique: & iuſtitiam eius. Atqui mox legimus: Ea ſi regno accedent, ex altero Vatic. MS. cod. quæ correſpondet illi quod præmittitur: adijcientur.

472. cui per omnia pariauerint, &c.] Id eſt (inquit Rhenanus) pares fuerint, ſiue æquales, à parando. Quo verbo libro de Reſurr. carnis vſus eſt, cap. 53. Æqua enim ſubſtantia pariant inter ſe Chriſtus & Adam; eodem lib. ſuprà, cap. 6. Et ſermo enim Deus, inquit, qui in effigie Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit pariari Deo; item l. de Carne Chriſti, c. 6. Pariamus igitur, de calcaria, quod dicit ſolet, in carbonariam, à Marcione ad Apellen.

473. Sumus ſerui, &c.] Pergit ad parabolam Chriſti, qua ſeruis nos comparat, qui ſuccingere debemus lumbos, item lucernas ardentes habere, atque ita exſpectare Dominum redeuntem à nuptiis. Vbi ſolummodò in hoc differt Auctor à vulgata editione, quòd non legat ſi in manibus veſtris, ſicuti nec etiam B. Cyprian. lib. de Vnitate Eccleſ. & lib. de Exhort. Martyr. cap. 8. neque etiam Teſtim. lib. 2. cap. 19. aut lib. 3. Teſtim. cap. 11. neque vero etiam Græca aut Syriaca quæ exſtant hodie exemplaria; immò neque legitur in quibuſdam Latinis MS. Excipiuntur interim nominatim illud à B. Hieron. in 16. cap. Ezechielis; quare verſimile eſt, iam ab eo tempore ita lectum fuiſſe in editione vulgata; maximè quum recentiores omnes id legant Commentarij, & inſuper explicent, quare etiam hic nimia libertas Iſidori Clarij, qui id præterm iſit, quandoquidem etiam apud Irenæum legatur lib. 4. cap. 70. Atqui rurſus hinc nuptias probat Auctor, ednerſus Marcionem.

474. lacinioſæ vitæ & implicitæ, &c.] Exponit ſeipſum (inquit Rhenan.) quam dicit: & implicitæ. Nam lacinioſum & implicitum ſignificat.

475. Furem illum, cuius horam ſi paterfamiliæ ſciret, non ſineret ſuffodi domum ſuam, &c.] Hic tranſit ad aliam parabolam Chriſti; vbi ſiue: effodi legas cum excuſit, ſiue ſuffodi cum MS. 2. Vatic. exempl. aut periodicum vulgatæ Interpretes, perinde eſt, omnia enim ſignificat vox Græca διορυγῆναι. Lethonem interim Auctoris eſſe ſuffodi patet ex eo quod mox ſequitur: ſuffodit, & poſtea: nunquam ab eo ſuffoſſus eſſet. Bene autem habet quòd Auctor legat cum vulgato Interprete: ſciret, & ſi ſineret, pro eo quod alij: ſciſſet, & ſinuiſſet; quare & hic non ſequenda cenſigatus Iſidori Clarij. Atqui loco huius adfert Epiph. Conſut. 33. quod Marcion perperàm, proſecunda aut tertia vigilia, habuerit: veſpertinam vigiliam. Perinde etiam eſt ſiue legas cum altero Vatic. MS. cod. Porrò quum furem nobis diabolum demonſtrarit, ſiue: demonſtret cum alia.

476. Propterea iubet, vt patati ſimus, quia qua non putamus hora, filius hominis aduenier, &c.] In hoc loco Lucæ nihil variat ab aliis Auctor, & confirmat lectionem illorum, qui malunt legere, cum vulgato Latino Interprete: veniet, quàm: venit. Atqui nec illud potui reperire vbi ab Auctore tractatum ſit: habes ſuprà ſcriptum: Neminem rei ſuæ furem eſſe.

477. Itaque interrogante Petro, in illos an & in omnes parabolam dixiſſet, &c.] Suppleumus: an & in omnes, ex vtroque Vatic. MS. cod. quod etiam Græcè & Syriacè legatur apud Lucam.

478. ad ipſos & ad vniuerſos qui Eccleſiis præfuturi eſſent, proponit actorum ſimilitudinem, &c.] Actor eſt (inquit Rhenan.) procurator publicus, cuius ſit mentio in Tract. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, in Pandectis. Et Actus, ipſa adminiſtratio; quo vocabulo paulopoſt vtitur Tertullianus. Videtur itaque etiam hic voces ſuis conſuluerunt, pro eo quod Latinus vulgatus Interpres: diſpenſatorem vertit; cui conſentit Vox Græca οἰκονόμος.

479. Quorum qui benè tractauerit conſetuos abſentia domini, reuerſo eo omnibus bonis præponentur, &c.] Generaliter benè tractauerit, tranſtulit hic Auctor, pro eo quod Lucas τὸ δίδοναι ὃ καιρῷ τὸ συμμέτρον, hoc eſt, ſicut vulgatus Interpres Latinus: vt det illis in tempore triticì menſuram. Quod etſi ad omnem cibum pertineat, tamen nimis liberè etiam hic ea ligauit Clarius: demenſum. Oportebat itaque potius ſuam verſionem nuncupaſſe, quàm vulgati Interpretis eaſtigationem.

480. Qui verò ſecus egerit, reuerſo domino, qua die non putauerit, hora qua non ſcierit, &c. ſegregabitur; & pars eius cum infidelibus ponetur, &c.] Legit quidem Epiphan. Conſut. 36. & diſſecabit ipſum; quem ſequitur etiam nimis liberè Clarius; & videtur magis conforme voci Græcæ διχοτομήσει. Verùm Auctor legens ſegregabitur, conſentit ex Syriace Latinus Interpres vertens: ſeparabit eum; atque adeò retinenda omninò vulgati Interpretis lectio: dimidet eum, ad vtrumque ſenſum accommoda, maximè quum eam etiam habeat B. Hier. lib. 13. in Ezechiel. ad cap. 45. Cui etiam conſentiter Auctor, non modo legit: infidelibus (pro eo quod Eraſmus: infidis, vertendum putat) ſed etiam interpretatur, dum mox: ſegregatis & infidelibus bis opponit retentos & fideles. Eſt vero Tertullianicum: iudicato fiat.

481. Quem alium intelligam cædentem ſeruos paucis aut multis, &c.] Pergit ad illa verba Chriſti de ſeruis vapulantibus (vtpotè à Domino caſis) multis aut paucis plagis; quæ tranſpoſuit Auctor.

482. Ignem veni mittere in terram. Illè optimus, &c.] Verba hæc Lucæ explicaturus; ex ſententia Marcionis, profert illam Antitheſin: Illè optimus, &c. quando iſte, &c. quam tongeſſit exilio Luc. 9. quum diſcipulos coërcuit, tre ignem poſtulatent, de qua ſuprà cap. 23. & contrario tum ex hoc loco, tum ex ſimilibus Gen. 19. quando Sodomam & Gomorram nimbo igneo excuſſit, tum ex ſcripturis Pſal. 46. Oſee. 8. Iſai. 30. & Exod. 3. quas hic citat.

483. Ignis ante ipſum procedet, &c.] Quum alij omnes legant: præcedet, iuxta id quod hodie eſt Græcè τροπορεύοντας; videtur Auctor legiſſe τροπορεύσῃ, quod: procedet ſignificat.

484. ignem emittam in ciuitates Iudæ, &c.] Sic reſtituo ex vtroque MS. Vatic. cod. pro: Iudæa; nam Oſee 8. Prophetam omnino loquitur de ciuitatibus Iuda, id eſt, tribus Iudæ, non Iudæa.

485. vel per Iſaiam: Ignis exarſit ex indignatione mea, &c.] Non potui inuenire apud Iſaiam locum, qui cum hac verbi magis conueniant, quàm illud Iſai. 30. Et reſurgit (ſine indignationis ejus) ſicut ignis deuorans, quem ipſum locum conuenire etiam ſcribit cum diſtis verbis Lucæ: Ignem veni mittere in terram, B. Hieron. in Comment. Si qui aliunde reperiat aptiorem, per me lceet.

486. Putatis veniſſe me, pacem mittere in terram? non

dico vobis, sed separationem, &c.] *Mirum est quod addit Auctor:* Machæram quidem scriptum est, sed Marcion emendat; *quum tamen codices omnes tam Græci quàm Syriaci & Latini hic separationem legant, at machæram apud Matthæum, cuius integrum Euangelium reiecit Marcion, fortassis ad hæc adludit Auctor. Certe Epiphanius nihil tale habet; & quod Græce ad marginem adnotatum est:* οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μαχαίρας, *ex Matthæo desumptum est.*

487. Denique: Diuidetur, inquit, pater in filium, & filius in patrem; & mater in filiam, & filia in matrem, & nurus in socrum, & socrus in nurum, &c.] Diuidetur *vertit, quod Græcè est* διαμερισθήσεται. *Postrema autem verba transposita sunt, quum ediuersa legantur & Græcè & Syriacè, & Latinè; sed nihil immutauimus, quòd sic etiam legant MS. Vatic. cod. maximè quòd videatur id fecisse, vt magis adludat ad Prophetiam sequentem.*

488. Vereor ne Michæas, &c.] *Adludit (sicuti ante me adnotauit de Christo Reuerendiss. Dominus Iansenius Episcopus Gandauensis in Concord. Euangel. c. 55.) ad illud Michææ 7.* Filius contumeliam facit patri, *filia surgit aduersus matrem suam, nurus contra socrum suam, inimici hominis domestici eius. Iam antea verò (Tertullianum non dubito sequutus auctorem) B. Hieronym. in eius loci Commentario, propè eadem esse adnotauit verba in Euangelio quæ in Prophetâ; ita vt dubitet vtrumex Propheta à Domino assumpta sint, an propria auctoritate præcepta. Quod maximè intelligetur de Euangelio Matth. 10. vbi magis accedit ad verba Prophetæ.*

489. Et ideò hypocritas pronuntiabat, cœli quidem & terræ faciem probantes, tempus verò illud non dinoscentes, &c.] *Pro ipsidem habet* probare *&* dinoscere, *quia vtrobique est Græcè* διακρίνειν.

490. Meritò exprobrat etiam quod iustum non à semetipsis iudicarent, &c.] *Quum Græcè sit* δίκαιον, *quod vertit Auctor & vulgatus Interpres* iustum; *mirum est, vnde transtulerit Syrus Interpres:* Veritatem.

491. olim hoc mandat per Zachariam: Iustum iudicium & pacatorium iudicate, &c.] *Prorsus sic legendum pro:* per Ezechielem; *quia apud Ezechielem nihil tale reperitur, sed Zachar. 8. iuxta* LXX. *præterquàm quòd transpositis verbis ibi legatur:* iudicium pacificum (*pro quo Auctor* pacatorium) & iustum iudicate. *Quæ verò sequuntur, habentur Hier. 22. Isai. 1. & 5.*

492. Nam & iudicem qui mittit in carcerem, nec ducit inde, nisi soluto etiam nouissimo quadrante, &c.] *Epiphanius Consul. 37. aduersus Marc. legit etiam, quod hic prætermittit Auctor, non de iudice, sed de exactore, cui tradatur à iudice mittente in carcerem. Atqui de Prouerbio:* eodem gradu occurrere, *vide nostra Prolegomena.*

Cap. xxx.

493. Quæstionem rursus de curatione sabbato facta quomodo dissoluit? &c.] *Capitibus inscriptionem fecimus:* De curatione rursus sabbato facta, aliisque verbis Domini, ex cap. XIII. Lucæ. *Vbi hoc imprimis notandum, quod habet Epiphan. Consul. 38. Amputatum esse à Marcione:* Venerunt quidam nunciantes ipsi de Galilæis, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis ipsorum, *vsquequo dixit: de* XVIII. in Siloam mortuis in turri. *Et:* Nisi resipueritis, *vsque ad* (*nempè inclusiuè*) parabolam fici, de qua dicit agricolam: dimitte eam (*si enim supplendum illic*) donec fodero & misero stercora, & si non fecerit fructum, excinde. *Quod posteriorum, quum de vinea dicatur à Christo, etiam parabolam vineæ resectam à Marcione patet. Quæso, vt Auctor sibi incipiat:* De curatione sabbato facta *mulieris, quæ ab annis 18 non poterat surgum respicere.*

494. Vnusquisque vestrum Sabbatis non soluit asinum aut bouem suum à præsepi, & ducit ad potum? &c.] *Illud (in quo solùm ab aliis Auctor differt, legens:* Sabbatis, *pro:* Sabbato) *non vrget Epiph. sed Consul. 39. illud Christi quod sequitur: Hanc autem filiam Abrahæ quam adligauit Satanas; ex quo probat, Christum esse eiusdem Dei cuius Abraham. Idque eò magis (vti Consul. 40. prosequitur) quòd etiam reseideret illud sub finem huius capitis Lucæ:* Quum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei; *legens dumtaxat: quum omnes iustos videritis in regno Dei. ita, quod Auctor omisit, ille fere vrget aduersus Marcionem.*

495. Simile est regnum Dei, inquit, grano sinapis, quod accepit homo, & seminauit in horto suo, &c.] *Paraphrastice, vertit Auctor:* seminauit, *pro:* misit seu prosecus, *parabolam hanc pulcherrimè explicans.*

496. fermento enim compatauit illud, &c.] *Nempè* regnum Dei. *Atqui dum dicit:* azyma familiari ora creatori, *adludit ad scripturas, Exod. 12. de præcepto azymorum commendandorum date filiis Israël, & Deut. 13. & 34. de sollemnitate azymorum. Sunt autem hæc verba prolata ex persona Marcionis vsque ad illud:* Congruit, *&c. Atqui de Prouerbiali formula:* vanitatem vanitate depellere, *vide nostra Prolegomena.*

497. quia post illam clibanus vel furnus gehennæ sequatur, &c.] κλίβανος *Græcè*, furnus *Latinè. Quamquam autem non expresse fiat* gehennæ *hoc loco mentio, tamen subintelligitur in eo quod mox sequitur:* Recedite à me, *nempe in gehennam.* Illic erit fletus, &c.

498. Sicut hîc quoque: Quum surrexerit, inquit, pater familiæ (quò, nisi quò dixit Isaias: Quum surrexerit comminuere terram?) & cluserit ostium, *&c.* pulsantibus respondebit: Nescio vnde sitis, &c.] *Sic prorsus distinguendus hic locus, alioqui perquàm obscurus; vbi nihil à vulgato interprete differt. Sine autem legas:* cluserit *cum aliis MSS. cod. sine cum alio:* cluserit, *quod magis Tertullianeum est & Cyprianicum, non refert; istud interum rectè adnotauit Rhenan. derisurs ab antiquo verbo:* cludo.

499. Et rursus: Enumerantibus quòd coram illo ederint & biberint, & in plateis eorum docuerit, adiiciet: Recedite à me omnes operarii iniquitatis. Illic erit fletus & frendor dentium, &c.] *Tres versus simul coniungit Auctor. Aque confirmatur lectio vulgati Interpretis:* operarii iniquitatis, *ad verbum ex Græco:* ἐργάται τῆς ἀδικίας, *proco quod Erasmus: qui patratis iniquitatem. Frendorem autem accipis pro stridore, qui fit, quum stridu & simul concussis dentibus vox emittitur; quo significatu dixit Plautus in Captiuis: ita* frendebat *dentibus.*

500. quum videbunt iustos introëuntes in regnum Dei, se verò detineri foris, &c.] *Hic vitiat Auctor versione Marcionis, de qua supra ex Epiph. qui iustos dumtaxat legit, proco quod Lucas: Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas; Et similiter iuxta Marcionem:* se verò detineri foris, *sicuti ibidem adnotat Epiphan. proco quod est iuxta Lucam: expelli foras. Eadem ex caussa, non tradat hic Auctor, qua (teste eodem Epiphan. Consul. 41.) rursus resecidit Marcion:* Venient ab Orientibus & Occidentibus (*sic enim ille legit*) & accumbent in regno Dei; *& hoc:* Posterèmi erunt primi, *&c. & hoc:* Accesserunt Phatiseï dicentes: Exi & vade, quia Herodes vult te occidere; *& hoc:* Ite & dicite vulpeculæ illi, *vsquequò dixit:* Non est possibile Prophetam petire extra Ierusalem; *& hoc:* Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas missos; *& hoc:* Sæpè volui congregare velut gallina filios tuos, *& hoc:* Relinquetur vobis domus vestra, *& hoc:* Non videbitis me, donec dixeritis: Benedictus. *In quo rectè remeritatem Marcionis adnotat, tamquam qui dimidium corporis ex animalis amputet.*

Cap. xxxi.

501. Ad prandium vel ad cœnam qualeis vocari iubet? &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* Qualeis ad prandium vel ad cœnam vocari debeant, & de cœna magna, ex cap. XIIII. Lucæ. *Atqui pulchrè confert locum Isai. 58. supra citatum cum verbis Christi, qui vocari vult ad* prandium vel ad cœnam *pauperes sine* mendicos, *Græce* πτωχούς, qui retribuere non possint humanitatis istius vicem; eam in resurrectione repromittens. *Iterum autem his verbis accom-*

accommodat illud Isai. 1. amantes munera, sectantes tettibutionem.

502. Homo quidam fecit cœnam, & vocauit multos, &c.] Cœnam *magnam hanc pulcrè interpretatur Auctor, de* vitæ æternæ fœlicitate, & hominem, *Deum creatorem. Atqui iterum hic patauturam accipi pro apparatu, recte adnotauit Rhenanus. Sunt etiam Tertullianica*: quâ homines, & : quâ Iudæi. *Pulcrè denique explicat* : antè iam vocatos ad cœnam per patres, admonendos autem per Prophetas, *seruos nempè, quos misit hora cœnæ dicere vt venirent.*

503. Excusant se inuitati, &c.] *Non solùm vulgatus Interpres, sed etiam Auctor legit*: Excusant ; *eleganter, vel ipso Erasmo teste, quòd addutâ caussa recusarent venire.*

504. Qui pertinentissimè ad hanc parabolam per Hieremiam: Audite, inquit, &c.] *Omnino distinguendum sic est hic locus. Citat autem Hieremi. cap.* 7. & 11. *iuncta* LXX. *tum hic, tum in sequenti huius parabolæ expositione ; præterquàm quòd legat* : in iis quæ concupierunt corde suo malo, *pro eo quod habetur Græcè & Latinè in desiderio cordis sui malè.*

505. Agrum emi (*Græcè* ἀγρὸν) & boues mercatus sum, & vxorem duxi, &c.] *Tres diuersorum exercitationes continuò simul, vt ad verba transeat Hier. nempè illa*: Et emisti ad vos omnes famulos meos Prophetas (*nam sic lego ordine transposito*) die, & ante lucem, *Græcè* καὶ ὄρθρος, *quod vnica voce vertit Latinus Interpres* LXX. *diluculo.*

506. audiit, &c.] *In hoc differt à* LXX. *quòd singulares numero legat quæ ille plurali, & quòd* : collum, *transferat* πεδάγλαον, *quod alij* : cernicem.

507. Hoc vt patrifamiliæ renuntiatum est, motus tunc (benè, &c.) mandat de plateis & vicis ciuitatis facere sublectionem, &c.] Motus *accipitur pro* : *iratus, bis hoc loco, & similiter* mouetur, *pro irascit. An autem iram proprie Deo adscripserit Auctor, nicne, vide nostra Prolegomena.*

508. Numquid solitudo factus sum domui Israëlis? &c.] *Apud* LXX. *ammò & Hebraicè ac Chaldaicè legitur dumtaxat* : Israëli, *sed paraphrastikῶς vertitur ab Auctore* : domui Israëlis. *Propriè verò ab eo vertitur*: terra in incultum derelicta, *pro eo quod Græcè est* ἢ γῆ κεκραυμένη, *pro quo Latinus* LXX. *Interpres*: terra plena *sentrum. Atqui illud* : Itaque misit, &c. *explicatio est verborum Lucæ præcedentium ; non verò ipsa verba Lucæ.*

509. Dehinc loco abundante, præcepit etiam de viis & sepibus colligi, &c.] *Illud rectè de nobis, id est gentibus interpretatur Auctor.*

510. Auertam faciem meam ab eis, & monstrabo quid (*nempè erit*) illis in nouissimis, &c.] *In hæ verbis Deuter.* 32. *solum differt à vulgato interprete Latino* LXX. *quòd vertit*: obæmulati sunt, & : obæmulabor, *quod Græcè est* παροξυνῶ αὐτοὺς, & παροξυνῶ, *pro quo alij* : prouocauerunt, & prouocabo ; & *voces Græcas* παροξυσμὸν ac παροργὴν, prouocauerunt in iram, ac : prouocabo in iram, *pro eo quod ille* : irritauerunt, & irritabo. *Vtrumque ille significant.* Genitura *autem* (*vel Rhenano teste*) *iterum accipitur pro generatione.*

511. De qua illos gustaturos negat Dominus, &c.] *Etiam hoc ex Luca, interpretatur Auctor, de reiectione Iudæorum, id comprobans loco sapientiæ Isai.* 1.

512. Planè ad hoc secundò venturus est, vt gentibus prædicet, &c.] *Illud prorsus ex sententia Marcionæ dicit, quod illa quasi concedat per ironiam, vt ad alia properet.*

513. Interea qui cœnæ istius vocationem in cœleste conuiuium interpretaris, &c.] *Non reijcit, sed etiam accommodat aduersus Marcionem sensum secundum huius parabolæ* : de conuiuio cœlesti spiritalis saturitatis & iocunditatis, *id est : de Eucharistiæ sacramento, in quo ex sumptione corporis Domini*, spiritalis saturitas & iocunditas *nobis accedunt.*

514. terrenas promissiones vini, & olei, & frumenti, & ipsius ciuitatis, &c.] *Vetus Testamentum eiusmodi promissionibus ita scatet, vt superfluum foret ab margenem* (*nam aliquam scripturam adnotare. Atqui plurima adhuc verba Domini Lucæ* 14. *omittit Auctor, fortassis quòd proprie aduersus Marcionem non militarent.*

Cap. xxxii.

515. Quem & dragmam perditam quis requirit? &c.] *Caput hoc inscriptionis* : De oue & dragma requisitis & inuentis, ex cap. Lucæ xv. *Vbi pulcrè & quem & dragmam* requisitas & inuentas, hominem *interpretatur ; tribus dumtaxat verbis (quod aiunt) eam & recensens, & explicans ; quod alibi (nempè supra Tom.* 2. *lib. de Patientia cap.* 12.) *latius de hac tractauerit ; & de dragma, seu* : didragma, *supra lib. de Præscript. aduersʒ. hæret. cap.* 11. *vbi vide Adnotationes nostras num.* 74.

516. Atque adeò illius est exultare de pœnitentia peccatoris, &c.] *Hic videtur* Deo *adscribere* exultationem de pœnitentia peccatoris, *quam Lucas Angelis Dei adtribuit ; nonnum angelorum, sed Dei dictum fuit illud supra Tom.* 2. *lib. de Pœnitentia satis explicatum : Malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem ; quod pariter ex cap.* 18. *partim ex* 33. *Ezechielis desumptum ibidem adnotauimus num.* 17. *Atqui cur reliqua huius capitis Auctor non prosequatur, peddita rationem Epiph. Conjut.* 42. *Resedit enim (inquit ille) Marcion totam* parabolam duorum filiorum, eius qui accepit pattem paternorum bonorum, & prodigaliter conlumpsit, & alterius, &c. *Quam interim adlegatam habes ab Auctore supradicto loco lib. de Pœnitentia.*

Cap. xxxiii.

517. Quibus duobus Dominis neget posse seruiri, &c.] *Inscriptionem huic capiti damus* : De duobus Dominis, Deo & Mammona, ac de dicto Domini: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, ex c. xvi. Lucæ. *Atqui illud per præoccupationem adsert ante alia, qua initio capitis huius Lucæ habentur ; eo quòd faciant illa ad explicationem* duorum Dominorum ; *quos perperàm Marcion interpretabatur* Deum creatorem & Deum suum. *At Christus ipse alios se intelligere declarat* : Deum proponens & Mammonam, *quum subdit, sicut infrà etiam citatur ab Auctore* : Non potestis Deo seruire & Mammonæ.

518. quia alterum offendi sit necesse, alterum defendi, &c.] *Non sunt hæc verba Euangelistæ, sed Auctoris, quæ colligit tum ex communi euentu rerum, tum partim ex Euangelistæ verbis* : Aut enim vnum odiet, & alterum diliget, aut vni adhærebit, & alterum contemnet. *Eum enim quem odimus & contemnimus, offendimus facilè, ab eo absistentes (vt interpretatur supra Tom.* 2. *lib. de Coron. milit. cap.* 12.) *quem autem diligimus, cuique adhæremus, defendere solemus* & manum tradere, *vti supra loquitur.*

519. Secundum seruiillius exemplum, qui ab actu summotus, dominicos debitores diminuit, cautionibus relevatur in subsidium sibi, &c.] *Hic adtingit paucis parabolam illius, siue οἰκονόμου, quem generali nomine* seruum *vocat ; quem* ab actu summotum *rectè interpretatur Rhenan. ab officio summotum, adempta illi administratione, ex sensu, quo supra cap.* 29. Actores & Actum, *voces Iureconsulterum, exposuit. Quæ etiam* cautiones, *Syngraphas interpretatur ; nam Græcè τὸ γράμμα legitur bis apud Lucam.*

520. Et ego, inquit, dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniustitiæ, &c.] *Dum* Mammonam, numum *Auctor interpretatur, intelligit ipsas diuitias ; nam* mammona *B. Hieron. teste Epist. ad Hedibiam, quæst. prima, diuitias, eásque iniustas significat, vox Syriaca, non Hebraica ; quare & addit à Christo* : iniustitiæ.

521. Cui famulatam videns Pharisæorum cupiditatem amentauit hanc sententiam, &c.] *Hic omnino nouam periodum incipimus. Atqui* amentauit *rectè Rhenanus interpretatur, iocularus est, emisit, vt ab amente, id est, loro dedullum sit verbum* : amentare. *Nam & alteri codici MS. Vatic. adiunctæ erat hæc ad margine expositio* amentauit, *id est, ab amente librauit, seu vibrauit. Facit ad intellectum illud Senecæ in Hippolyto*: Amentum digitis tende proroibus, & totis iaculum dirige viribus. Amentæ *enim (inquit Festus)* quibus vt mitti possint,

vinciuntur iacula, quia aptantes ea ad mentum trahunt.

522. Itridebant denique Phariſæi pecuniæ cupidi, &c.] *Vertit proprie*: pecuniæ cupidi, *quod Græce eſt* φιλάργυροι. *Atque ex utroque MS. Vatic. cod. ſecuta eſt eam veſtigia primæ editionis, legimus*: Quid? nunc potius, *pro*: Quin nunc, *&c.*

523. quomodo dictum: Si in mammona iniuſto fideles nõ extitiſtis, quod verum eſt, quis vobis credet? &c.] *Prorſus ſic legimus & caſtigamus, quod corruptè legebatur*: quomodo dictum ſit: In Mammona, *& non*: Si, *legitur apud Eucamixta aditiones omnes, tam Græcam & Latinam, quàm Syriacam, & ſenſus ipſe id requirit. Iſtud autem iterum tranſponit pro ſua inſtitutione, nam præmittitur apud Lucam illi, quod hîc prius poſuit Auctor de Phariſæis. Atqui* τὸ ἀλλότριον, *id eſt*: quod eſt vetum, *opponit Chriſtus* iniuſto; *& credet accipitur pro*: committet, *nam & Græca vox* πιστεύσει, *etiam illud ſubinde ſignificat.*

524. Et ſi in alieno fideles inuenti non eſtis, quod meũ eſt quis dabit vobis? &c.] *Hoc valde mirum, quomodo non modò legas, ſed & expliceat Auctor*: quod meum eſt, *quum tamen Græce ſit*: ὑμέτερον, *& etiam Interpres Syriacus, ac B. Cyprianus lib. de opere & eleemoſyna legant*: quod veſtrum eſt.

525. Si autem & iuſtificantes ſe coram hominibus Phariſæi, &c.] *Intelligis illud Chriſti ad Phariſæos*: *Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus, quod, & ſequentia, pulcrè tam olim per Prophetas Iudæos impropertata eſſe, oſtendit.*

526. Miſer homo qui ſpem habet in homine, &c.] *Quum Græce ſit Hier. 17.* ὅτι ἐπικατάρατος, *pro quo omnes Interpretes, & ipſe alicubi ſupra Auctor*: Maledictus; *hic*, miſer, *tranſtulit, ex conſequenti, quod miſeri ſint qui maledicti & execrabiles.*

527. Si & adiicit: Scitautem Deus corda veſtra, illius Dei vim commemorabat, qui lucernam ſe pronuntiabat, &c.] *Caſtigamus*: Si, *pro*: Sic, *ex altero Vatic. M.S. cod. & ſupplemus*: qui lucernam ſe pronuntiabat, *nempè quum ſic dixit Hier. 11. 17. & 20. ſcrutantem renes & corda, quod quidem etiam legitur Pſal. 7. Sed falet perſiſtere Auctor in citatione eiuſdem alicuius Prophetæ, at cæpit citare Hieremiam. Fortaſſis etiam addidit ad illud Sophon. 1. Scrutabor Ieruſalem cum lucerna.*

528. quod elatum eſt apud homines, peroſum eſt Deo, &c.] *Etiam hîc ſenſum potius reddit quàm verba, quum Græcè ſit hodie* βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ; *quamquam interim paulo aliter lectum olim fuiſſe, apparet ex tranſlatione Syriaca, quæ habet*: abominationi eſt, *quod accedit ad lectionem Auctoris.*

529. in omnem contumelioſum, &c.] *Græcè eſt Iſai. 2.* ὅτι πᾶσα ὑβριστὴς, *quod vertit Latinus* LXX. *Interpres*: arrogantem; *Auctor verò*: contumelioſum, *magis proprie.*

530. Lex & Prophetæ uſque ad Ioannem, ex quo regnum Dei adnuntiatur, &c.] *Frequentiſſime hanc ſcripturam adleguit Auctor aduerſ. Marc. hoc ipſo libro, ex quòd eam citaret pro ſe Marcion; ſed pulcrè dedocet, etiam Ioannis aduentum prædictum à Creatore, tum hic tum alibi. Quid? quòd Epiphan. Conſut. 43. inde probet, eundem eſſe Deum Creatorem & Deum Chriſti; quod, nominans Legem & Prophetas, neque iniquitatem illis adſcribens, eidem teſtimonium præbeat. Atqui Epiphan. magis clarè vertit*: ex eo tempore, *nam Græce eſt apud Lucam*: ἀπὸ τότε *& Auctor obſcurius*: ex quo.

531. Nam & ſi probauimus, &c.] *Adludit ad cap. 1. huius lib. 4.* de veteribus & nouis; *item ad* XVIII. de Ioanne oſtenſo à Prophetis præparatore viarum Domini.

532. vt vnde magis probetur, &c.] *Aut quæſtione (inquit Rhenanus) legenda ſententia*: *aut in* vnde *ſubaudiendum*, *Nihil ſit*: vt *nihil ſit vnde magis probetur, &c. Verum habet neſcio quem ſuum modum in vſu huius Aduerbij*: V nde.

533. Tranſeat igitur cœlum & terra citiùs, &c. quàm vnus apex verborum Domini, &c.] *Videtur non legiſſe Auctor quod apud Lucam eſt*: tranſire, *Græcè* πιεῖν; *Item ex propoſito vertiſſe* verborum Domini, *quod aliy*: de lege; *vt oſtenderet conſonantiam* verborum Domini, *tam in lege nova, quam in veteri. Ad quod pulcrè adeò adaptat verba Iſai. 40.*

CAP. XXXIIII.

534. Sed Chriſtus diuortium prohibet, &c.] *Titulum capiti huic impoſuimus*: De diuortio prohibito, atque adeò coniugio adprobato, & de inferis ac ſinu Abrahæ, ex eodem cap. XVI. Lucæ; *vbi pulcrè iterum defendit* coniugium *aduerſus Marcionem, quomodo ſuprà lib. 1. cap. penult. Sunt interim priora hæc verba, vſque ad*: Planè, *&c. verba Marcionis, obyeuntæ diuerſitatem legis & Euangelij, in eo quod* Chriſtus diuortium prohibet, quum Moyſes repudium permiſerit. *Sed pulcherrimè reſpondet Auctor ex Euangelio Matth. 19. vbi Chriſtus dicit*: propter dutitiam cordis ipſorum præcepiſſe Moyſen repudium dari; *à primordio autem non fuiſſe ſic. Atqui* diuortium *proprie accipi ab Auctore pro talis diuortio, quo quis dimittit vxorem, & alteram ducit; patet ex explicatione ſimilium verborum Chriſti, aliquis ob formicationem permittit* diuortium, *id eſt ſeparationem conſultum, patet dicto cap. 19. Matthæi.*

535. Qui dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium commiſit; qui dimiſſam à viro duxerit, æquè adulter eſt. Vt ſic quoque, &c.] *Omnino eſt legendum duximus*: adulterium commiſit, *pro*: committet; *tum quod ita legatur, iuxta aditiones omnes, aut ſaltem*: committit; *tum hic quàm Matth. 5. & 19. tum quod inſa hoc eodem capite ſdaſſum ſic citetur ab Auctore.*

536. & euenerit non inuenire eam apud eum gratiam, &c.] *Vertit Auctor hoc paraphraſticè, pro eo quod eſt apud* LXX. *Deuter. 24. & erit ſi non inuenerit gratiam coram eo. Omittit etiam veculam*: &, *quæ interſeritur à Moyſe*; ut ne *ſuſpenſam teneat ſententiam. Legit item ſingulari numero*: in manu eius *(ſic enim lege cum 2. Vatic. M.S. cod. pro*: in manum) *quem admodum ex Hebreo Latinus Interpres, & Chaldæus paraphraſtes, pro eo quod illi*: in manibus eius.

537. Non enim recepiſti illud quoque Euangelium eiuſdem veritatis, &c.] *Agit de* Euangelio Matthæi, *quod rejiciebat Marcion, vbi cap. 19. leguntur verba ſequentia. Nam lege imprimis, ſicuti vbique Tertullianus*: in carnem vnam, *pro*: in carne vna; *deinde, ſecutus veſtigia alterius Vatic. M.S. cod.* homo non diſiungat, *pro eo quod interrogatiuè legebatur dumtaxat*: homo diiunxerit: *tum quod Græce ſit* μὴ χωριζέτω, *& Latinè ac Syriacè*: non ſeparet; *tum quòd infra Auctor Tomo 5. lib. de Monog. legat bis*: homo non ſeparabit; *& verò etiam Patres omnes, negando particulam legunt. Eſt autem mira phraſis*: patrem geſtans eum, *pro*: patrem agnoſcens. *Paulopoſt cum ſixto Senenſi biblioth. ſanct. lib. 6. cap. 81. omittimus*: dimiſſam, *legentes dumtaxat*: ex ea vtique cauſſa, qua non licet dimitti, *pro quo clarius eſſet, ſi legeretur*: dimittere, *ſed illud redolet etiam phraſin Tertullianicam. Porrò quidam putant errorem eſſe in Tertulliano, quòd hic dicat* Chriſtum conditionaliter feciſſe diuortij prohibitionem, *& tetera qua hic ſequuntur, ſed ſalua meliori iudicia, non tam in illo videtur errare, quàm in eo quod infrà ſequitur, vbi videtur* diuortium ex cauſſa adulterij *ita licere, vt poſſit vir alteram vxorem ducere. De quo anid ſenſerit Auctor nicne, latiùs in Prolegomenis inter eius paradoxa.*

538. nec alibi coniunctos ad Sacramentum baptiſmatis & Euchariſtiæ admittens, &c.] *Peſſimeteſſima hæc ad marginem neſcio à quo addita eſt adnotatio, in omnibus quæ exſtant hactenus Tertulliani adtinentibus*: *Baptiſma & Euchariſtiã duo ſacramenta primitiuæ Eccleſiæ; tamquam ſi primitiua Eccleſia non niſi duo illa agnouiſſet ſacramenta, quemadmodum hinc probare nituntur Magdeburgenſes, & plerique noſtræ tempeſtatis hæretici. Eoqui enim Auctorem, non de omnibus Eccleſiæ ſacramentis patet ex circumſtantiis contextus, vtpotè quæ agat ſolùm de ſacramentis, quibus fideles ſeu Chriſtiani ſiunt, ante à infideles, quippè quum Marcion* nec coniungeret per nuptias mares & fœminam, nec alibi (*id eſt, in infidelitate*) coniunctos ad ſacramentum baptiſmatis & Euchariſtiæ admitteret, niſi inter ſe coniugatos aduerſus truſtum nuptiarum. *Qui vt mentem ſuam magis aperiret* (*quod ſeuera*

ætate illa coniungi solere in baptismo inseparabiliter, sicuti suprà latius Tom. 2. num. 1. inter baptismi ceremonias) baptismum & Eucharistiam; *non* sacramenta, *sed* sacramentum (*iuxta tam exemplos quàm MS. codices omnes*) *appellat. Solet quidem & tertium* sacramentum *baptismate coniungi* Manusimpositionis, *seu Confirmationis; sed* (*sicuti ibidem adnotauimus*) *non nisi quando Episcopus baptismo celebrabat. At verò Marcion* (*quum Episcopus numquam fuerit, sed presbyter dumtaxat*) *non poterat nisi duo illa priora in Baptismo coniungere; quo fit, vt illum hic adducetum Auctor non nisi duorum faciat sacramentorum mentionem. Hanc autem huius loci explicationem* (*mec quidem indicio, vt sic loquar, peremptoriam*) *acceptam debeo B. Augustino qui lib. 3. de peccat. mer. & remiss. cap. 32. vbi: Illud, inquit, sine dubitatione tenendum, quæcumque illa sanctificatio sit* (*de qua Apostolus 1. Cor. 7.*) *non valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata nisi Christiana & ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fideles. Certè Auctorem plura agnouisse sacramenta, immò eodem cap. 40. lib. de Præscr. aduers. hær. sex numero* (*nempè, Baptismatis, Pœnitentia, Confirmationis, Eucharistiæ, Ordinis & Nuptiarum*) *decimus thodem. num. 240. 241. 243. 244. 245. & 246. vbi haudquàquè etsam ad septimum extremæ Vnctionis adhæsisse sacramentum si in mysteriis Mithræ, in quibus diabolus sacramenta Dei æmulabatur, aliqua etiam fuisse adhibita vnctiæ; Et tamen fortassis ad illud adludit eiusdem libri cap. 41. quum adfirmat* mulieres hæreticas (*nempè Marcionis & similium sectatrices, vel Epiph. testè hær. 42.*) non solùm tinguere, *sed etiam* curationes reprimittere, *quas ferè per vnctionem fieri solitas, omnibus historiarum lectoribus satis manifestum est.*

539. aduersus fructum nuptiarum, &c.] *Hoc est* (*inquit Rhenan.*) *liberorum procreationem. Sic suprà, c. 23.* Ipsum quoque fructum, *inquit*, connubij benedicendo promisit, qui de infantia primus est. *Hoc ipsum enim significat Auctor, quod dixit, loco initio huius capitis citato*: Non tinguitur apud illum caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi cœlebs, nisi diuortio baptisma mercata.

540. Sed nec tuum Apostolum sinere, &c.] Marcionis Apostolum *veat, sicuti suprà citam non semel; quòd ille inter cetera etiam* 1. *Epist. ad Corinthios retinetet & agnoscere, adludens hic ad illud 1. Cor. 6. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? sinè*: prostituræ, *vti hic Auctor. Subauditur autem, vtsi ante me Rhenan. conflat, vel certium est.*

541. iustitia diuortij, &c.] *Hic videtur illorum fauere sententiæ, qui, etsi per se malares esset* diuortium, *tamen ex quo per Moysen permissum fuit*, iustum *atque adeò licitum fuisse* diuortium *volunt. Verùm si sequentia diligenter inspiciantur, illud solùm intelligitur permissum*, si inuentum fuerit in muliere negotium impudicum; *pro quo facit etiam Prophetæ Malachi. 2. quam mox citat iuxta LXX.* vxorem iuuentutis tuæ non dimittes. *Cui addi potest, quod idem subiungit Propheta: Sed si odes habens dimitte eam, dicit Dominus Deus Israel, operset impietas cogitationes tuas.*

542. Qui dimiserit inquit, vxorem suam, præter causam adulterij, &c.] *Sine lege an, sicut hic habetur*: præter causam adulterij, *sine vsi mex.* præter ex causa adulterij: *constat citari hic cap. Matth. 5. non 19. vt post quam priori loco legatur:* παρεκτὸς λόγου πορνείας, *id est*: *præterquam causa adulterij, posteriori verò dumtaxat*: ἐπὶ τῇ πορνείᾳ, *id est, nisi ob fornicationē. Pro qua* adulteriū, *magis propriè vertit Auctor tum hic, tùm infrà Tom. 5. l. de Monog. quamquam enim generalis sit vox Græca ad cuiuslibet generis prostitutam pudicitiam, certè apud Euangelistas* adulterium *significat. Auctor verò vbique* adulterium *pro fornicatione transfert fortassis quod hæc vox posterior, Latinis omnino adhuc nota, posterioribus sæculis magis vsitata, derivata à fornice, qua pro lupanari à Iuuenali sam olim vsurpatur, eo quòd ferè in fornicibus habitarent meretrices. Atqui*: præter, *inquit Rhenanus, vsurpat Auctor hoc loco, pro præterquam, vt suprà capite 24.* præter oneribus conspartionum (*id est: præterquam oneribus conspartionum*) offarcinatam.

543. cum qui ex compressione matrimonium fecerat, &c.] [*Citat istud secundum LXX. ex Deuter. capitule 22. vbi est* Βιαζομένῳ, *quæ vox* compressionem *siue violentem mulierem violationem significat quod adeo vocat deinceps*: ex violentia coactum matrimonium, *quòd cogeretur compressam in vxorem ducere.*

544. quoquo velis latere, &c.] *De hac Prouerbiali formula vide nostra Prolegomena.*

545. habens radicem ex eadem Ioannis mentione, &c.] *Hoc vult dixisse apud Lucam Saluatorem post mentionem Ioannis, quia immediatè præcessit*: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. *Immo quamquam historia* exitus, *id est, phrasi Tertullianica*: exitij, *seu occisionis*, Ioannis, *habeatur Matth. 14. & verba quæ hic contra diuortium citantur Matth. 19. videtur mea esse sententia Auctor, quòd debeant subiungi hæc post narratam historiam dicta pascuum Ioannis Baptistæ.*

546. quòd aduersus legem vxorem fratris sui defuncti duxisset, &c.] *Non hunc locum* 3. *Euangelistarum Auctor interpretatur, quasi si* Philippus frater Herodis defuncti fuisset; *quum apud eos Matth. 14. Marc. 6. ac Luc. 3. nulla defuncti illius mentio fiat, sed dumtaxat*: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui; quod alia lege Leuitici, nempè 18. & 20. prohibitum fuerat*: *at* vxor non vocaretur, *si defunctum fuisset, sed vidua. Atque adeò videtur mihi in hac explicatione, Montani potius secutus dictionem quàm Euangelistarum, vt ita probare posset ex scriptura, mortem repudio æquiparari; atque adeò sicut post repudium ita & post mortem* (*sicuti latius profequitur lib. de Monog. infrà Tom. 5.*) *non licere dimissam ducere. Verum de eo latius in Prolegomenis inter Paradoxa Auctoris.*

547. quàm si frater illiberis decesserit, &c.] *Vna voce, inquit Rhenan. & in Scolys ad margines, reddere voluit, quod Græcè est* ἄπαις, *id est, carens liberis. Atqui adludit ad legem Deuter. 25.* Non modò permittentem, sed & præcipientem, vt si frater illiberis decesserit, à fratre ipsius suppararetur (*id est subrogaretur*) semen defuncto. *Atqui lege*: adulterij, figura *ex 1. cod. MS. Vatic. pro*: adulterij *quia præcidit*: matri moniotum.

548. diuitis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahæ requiescentis, &c.] *Nona est & hic expositio, fed magis verisimilis, & non longè petita, ex eadem Ioannis mentione, qua diuitem Herodem, paupertem verò Ioannem interpretatur. An autem hæc vera sit historia, an parabola an verò mixtum quid; vide suprà libro de Anima, capite 7. num. 94. Atqui Epiph. Const. 44. & 45. vrget contra Marcionem. quòd hic fiat mentio Abrahæ, atque adeò malè ab illo maledicitur impetatur Abraham. Porrò ad illud* malè meritati: *Non tam inepta, inquit Rhenanus, atque insolens est & antiquata vox* meritati. *Captauit schema, quod vocant, similiter desinent, nempè quia præcedit: male tractati. Quare expungendum Geleniy scholion ad marginem adnotatum fortè meritati; idem est enim; tesse Latinis*, meritati *quod*: meriti.

549. Habent illic Moysen & Prophetas, illos audiant, &c.] *Addidit Auctor* illic *ad maiorem emphasin, nempè in Synagoga Iudaorum; nam neque etiam Græcè, Syriacè aut Latinè legitur, neque etiā apud Epiphan. qui Const. 46. etiam istud aduersus Marcionem retorquet*, Moysen & Prophetas *impugnantem. Marcion enim, vti sequitur apud Auctorem*, illis què Legi & Prophetis obedierint, determinabat mercedem, *ecce etiam Marcionem agnoscentem* mercedem opetum, positam à creatore, siue tormenti siue refrigerij, *id est solatij; nam sic vbique accipit eam vocem Auctor*, apud inferos. Christi verò & Dei sui *culoribus* sinum Abrahæ.

550. quæ ab inferis discernit Abrahæ sinum, &c.] *Omnino sic legi debere, pro*: ad inferos; *patet ex eo quod sequitur*: Aliud enim infeti, vt puto, aliud quoque Abrahæ sinus. Nam & magnum ait intercedere, *Græcè* ἐσήκται, regiones istas, *nempè* Inferos, & sinum |Abrahæ, profundum, *Græcè* χάσμα, *siue hiatum*, & transitus vtrumque prohibere,) *quod*

in compendium contraxit Auctor.) Sed nec adleuasser diues oculos & quidem de longinquo, nisi in superiora, *&c. vbi verba Luc. extranea non prosus instituto. Atque de* Inferis *vide supra lib. de Anima, cap. 54. & 55. & Adnotationes nostras ibidem per totum caput*; de sinu vero Abrahæ *hic latissime tractat Auctor. Est autem rursus phrasis Tertullianica*: in Abrahæ censum deputandam.

551. Eam itaque regionem sinum dico Abrahæ, &c.] *Ad hunc locum adduxit supra lib. 3. cap. vlt. his verbis*: Sed de sinu Abrahæ suo tempore. *Quod autem dicit*: tesi non coelestem, tamen sublimiorem inferis, *confirmatur à B. Augusti. Epist. 99. Quia, inquit, ne ipse quidem inferos vsquam scripturarum in bene appellatos potui reperire. Quod si nusquam in diuinis auctoritatibus legitur; non vtique sinus illæ Abrahæ, id est secreta eius sedem quietæ habitatio, aliqua pars Inferorum esse credenda est*; *quemadmodum his ipsis tanti magistri verbis, vbi ait dixisse Abrahæm: Inter nos & vos chaos magnum firmatum esse, satis opinor, apparet, non esse partem, & quasi membrum inferorum tam ab illum felicitatis signum. Vbi videtur hunc locum imitatus. Quum itaque Auctor supra lib. de Anima, cap. penult. & vlt videtur sentire*: omnes animas ad inferos commigrare, *porter largè accipi ab Auctore* inferos: *vt coplectatur etiã sinum* Abrahæ. *Verum de eo Auctoris Paradoxo latius inter Prolegomena, sicuti etiam de eo quod sequitur*: interim refrigerium præbituram animabus iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat; *vbi rursum habes vocem Tertullianicam*: expungat; *Lege autem iterum ex altero Vatic. MS. cod.* vindicat, *pro*: vendicat, *quia illud Tertullianicum est.*

552. ad quam ascensum suum Christus ædificat in cœlum, secundum Amos, &c.] *Prorsus sic legendum, pro*: secundũ Osee; *neq; enim apud hunc Prophetam istud legitur sed Amos 9. & præterea supra l. 3. c. vlt.* Amos, nõ Osee *tribuitur.*

553. de quo Isaias: Quis adnuntiabit vobis locum æternum? *Locum hunc tãdem reperi Isai. 33. iuxta LXX. vbi D. Hieron. ex Hebræo vertit ignem æternum. Ibidem legitur illud*: Incedens in iustitia, loquens viam rectam, odio habens iniustitiam & iniquitatem.

554. cur non capiat sinum Abrahæ dici, &c.] *Hoc verbum*, capiat *(inquit Rhenan.) in superioribus sæpe tam nobis occurrit. Sensus hic est*: *Cur non possit dici sinus Abrahæ, &c. Sic lib. de Resurrect. carnis, c. 26.* Terram sanctam Paradisum, quam & Patrum dici capiat.

555. ac candida quædam, &c.] Candida, *inquit idem, pro* ſte *& exſpectatione. Peſtis erat peſtorum Conſulatus, quas inde* candidatos *vocabant*: *vt supra non semel adnotatum est.*

556. Immò, inquit, nostri Dei monẽla, &c.] *Vatic. MS. c.* monella; *sed illud placet, quia (vti etiam adnotauit Rhenan.) hoc vocabulum in lib. de Patientia vsurpauit*: Si manu quis, *inquit*, tentauerit prouocare, præsto est Dominica monela. *Sunt autem hæc dicta ex persona Marcionis vsque ad illud*: Meritò. *Atque adeò, ersi eadem apud Matthæum habeatur scriptura, quas ille obijciebat, tamen quia illud Euangelium non agnoscebat, sed secundum Lucam duntaxat, ad margines prorsus adnotanda citatio Luc. 9.*

557. qui de thronis deponit dynastas, & de ſterquilinijs eleuat in opes.] *Prius est in Cantico Mariæ, Luc. 7. quum legitur*: Depoſuit potentes de ſede, *posterius Psal. 112. quamquam nonnihil etiam hic variet à Latino Interprete, sequens exemplar Græcum, vbi legitur* Καὶ θρόνων.

CAP. XXXV.

558. Conuersus ibidem ad discipulos, &c.] *Caput hoc inscriptionis*: De verbis Domini varijs, Leprosis curatis, & Phariſæorum interrogatione de regno Dei, ex cap. XVII. Lucæ.

559. Væ, dicit, auctori scandalorum, expediſſe, &c. si molino saxo ad collum deligato præcipitatus esset in profundum, quàm vnum ex illis modicis, &c. scandalizaſſet, &c.] *Verbum istũ Lucæ interserit Auctor alternatiuam*: si natus non fuisset; *ex cap. Matth. 26. vbi de Iudaã dicit Christus. Vtrũ autem, magis paraphraſtikῶς, quàm adverbiũ, tum*: expedisse (*quod lego ex vtroque Vatic. MS. cod.* pro expediſſet, *quod habebant excusi*) *tum* molino saxo ad collum deligato, *pro eo quod Græcè & Latinè, circumdato saxo immisso, vbi etiam videtur magis esse Marc. 9. qui habet Græcè* λίθος μυλικὸς, *hoc est*: lapis molaris, *pro eo quod est apud Lucam & Matthæum*, μύλος ὀνυκὸς *id est mola asinaria, aut molaris inferior. Siue autem legas*: *Vatic. MS. cod. siue*: Æstima, *cum reliquis*, Existima, *cum altero perinde est.*

560. ac si pupillam oculi mei tangat.] *Legit Auctor*: mei, *quum Græce sit. Hebraicè. Chaldaicè & Latinè*: eius; *sed quum loquatur ibi Prophe ta ex nomine Dei, Auctor verò hoc citet, tamquam pronuntiatum ab ipso Deo, nihil differt.*

561. Peccantem frattem iubet corripi, &c.] *Sicuti Græca voces* Ἐπιτιμᾶσθαι *apud Lucam, &* Ἐλέγξον *apud Matthæum Latinæ voces, corripere, & increpare, pro eodem habentur ab Interpretibus.*

562. traducetur traduces proximum tuum, &c.] *Sic legendum sine nona periodo, quia legitur eodem versu 16. Leuit 19. Omissa etiã iuxta alterius cod. Vatic. MS. vocula*: non, *vtpotè quæ neque ibi legitur in vllis exẽplaribus; ad instituendum aliquis faceret hæc scriptura, in qua Interpres Latinus LXX. vertit*: correptione corripies. *Quum autem Auctor adijcit*: vtique & frattrem, *confirmat eorum sententiam, qui locum hunc de fratre eiusdem fidei intelligunt.*

563. qui pecora quoque fratris tui, &c.] *Quod Exod. 23. legitur de bone & subinualis (id est, pecoribus) inimicis, ex consequẽti Auctor de fratte interpretatur, id est, sicuti modò dixi, eiusdem fidei homine, siue inimicus sit siue amicus.*

564. Sed & veniam des fratri in te deliquẽti iubet, etiam septies, &c.] *Quia ἅπαξ amphibolium est ad dimittere, pro emittere, & pro absolucre; transferre maluit Auctor*: veniã des.

565. Nec petenti eam præstes mandat, sed & non petenti, &c.] *Ita explicat hunc locũ Auctor, vt nemo putet veniã præstandam nisi petẽti, eoquod ille in deatur solummodo loqui de eo qui dicit*: Pœnitet me; *id colligeni ex verbis præcedentibus Leuitici*: fratris malitiæ ne memor sis. *Atque legimus prorsus ex vtroque Vatic MS. cod.* præstes, *pro*: præstans.

566. Lex leprosorum, &c.] *Quasi aliud agens transit ad curationem decem leprosorum, prætermissis quæ intermedia sunt, eo quòd illæ res ideserit Marcion; sicuti testatur Epiphan. adueri. eundem Conſut. 47. de eo quod habet Lucas*: Dicite: *similes ferius sumus; quod debuimus facere, fecimus.*

567. motosi tatem Legis, &c.] *Sic (inquit Rhenan.) l. de Præscript. adu. her. c. 40.* Nõne manifestè diabolus, *inquit*, motoſitatẽ illã ludẽs imitatus est? *vbi vide Adnot. nostras, n. 251.*

568. quos tantummodò ire iussos, vt sese ostenderent sacerdotibus, in itinere purgauit, &c.] *Etiam hic adnotat. Epiphan. Marc. multa reſeciſſe, & alia pro alijs feciſſe, & imprimis legisse*: Dimiſit ipsos dicens: ostendite vos sacerdotibus, *pro eo quod alia additione omnes*: Quos vt vidit, *dixit*: Ite, ostendite, *&c. Et autem iterum illud Tertull.* temediatore language rum: *item*: tetractari, *pro*: tractari; *&c.*: quã propria, *& paulopoſt*: temediantis, *&* : decucurrillet, *& rursum hoc eodem capite*, temediauit, *&* : temediati.

569. Sed eiusmodi & alibi iam dicta sunt, in documento superiore, &c.] *Supra, nempe c. 9. vbi tractatur* curatio altera leprosi, *Luc. 5. Hinc addit*: Nunc etsi præstatus est. *nempe Christus supra. Quod quidẽ etiam illic tractatur, sed hic repetitur, eo quòd (Epiphan. teste vbi supra) hîc repetebat Marcion*: multos leprosos fuisse in diebus Helizæi Prophetæ (&, *enim intermedium, ibi superstitum erat; at hic adjicitur*) & neminem eorum purgatum nisi Naaman Syrum; *ad cuius mundationem referitur, quod mox subiungitur*: etiam ædito documento. *Sunt autem etiam Tertullianica*: elimatorem, *ab elimando (inquit Rhenan.) & expolendo*; videtis; *&* : opimosius, *id est (Rhenan, interprete) simsitre copiosius.*

570. Sed cur pristino leproso nihil tale præcepit, &c.] *Nempe: Vade, ostẽde te sacerdoti. Intelligit autẽ vnũ illũ, qui pristinus leprosus, ità verò solutus à lepra, ad Christi remissi* gratiam

tias Deo reddidit; *quem mox* Samariten *fuisse ex eodem Lucæ commentario. Cuius rei sepulcrè causſam deſcribat, poſt mulcam eius rei tractationem* : quod ex fide iam iuſtificandos ſine legis ordine remediauit.

571. Samaria autem deſciuerat ab Iſraële, &c.] *Hiſtoriam hanc habes 3. Reg. 11. & 12. quando per* Achiam prophetam, *(id eſt illius Prophetiam)* Hieroboam decem tribus (*nam ſic prorſus legendum, pro eo quod erat mendoſiſſimè*: nouem) collocauit apud Samariam. *Atque adeò vbi distetur hîc*: deſciuerat ab Iſraële: *inteliguntur* XII. *tribus Iſraëlis ; inter quas ſeiſmate factò, vnam , nempè tribum Iudæ Dominus reſeruauit Roboamo; cui quia adhæſit etiam tribus Beniamin, dumtaxat* decem tribus *ſecuta dicuntur* Hieroboam. *Fortaſſe legendum ſicuti parùm ſuprà l. adu. Iudæos c.3. & lib. 3. aduerſus Marc. c.13.* deſciuerat à Deo Iſraëlis; *Sed nolui quid immutare contra MSS. eò fidem , quando quidem ſenſus aliquis elici queat. Porrò per præcuppationem dicit Auctor* : decem tribus collocatas à Hieroboam apud Samariam ; *nam primùm Amri, Rex Iſraël ab ipſo quintus (ſicuti lib 3. Reg. 16.)* emit poſſeditque montem Samariæ *à Semmer dominum montis duobus talentis argenti, & vocauit nomen montis, què ædificarat, an nomine Semmer dominii montis* Samariam, *ex quo tempore, quia Reges Iſraël ibi reſidere conſueuerant, dicuntur* tribus decem Iſraël collocatæ apud Samariam: *nempè à ſucceſſoribus Hieroboam.*

572. Næ tu maior ſis, &c.] *Per diphthongum prorſus videtur legendum* Næ , *quia id requirit ſenſus lectionis Auctoris, quam etiam etiam hic peculiarem habet , quum legatur Ioan. 4. iuxta additones omnes : Numquid tuus maior patre noſtro Iacob, &c. Variat etiam aliquantulum in eo quod conſequenter citat:* Patres noſtri, *&c.*

573. Itaque qui & per Amos : Væ, dixerit eis qui confidunt in monte Samariæ, &c.] *Sic planè reſtituendus hic locus pro eo quod erat:* per Iſaiam ; *neque enim apud illum vſquam hæc ſcriptura inuenitur, ſed* Amos *6. ſine iuxta diſtinctionem B. Hieron. in Comment. ſub finem cap. 5. Illud autem :* quoniam ex Iudæis ſalus, *iterum adfert ex cap. 6. Ioan. quod explicat :* quoniam tota promiſſio tribui Iuda Chriſtus fuit. *Eleganter autem vocat* Iudæam matricem religionis , *ſicuts ſuprà lib. de Præſcriptione adu. her. c. 21.* Eccleſias Apoſtolicas matrices fidei; *& rurſum voce ſolita :* expungendam , *vrgetur.*

574. Ideò : Fides tua te ſaluum fecit audijt, &c.] *Quomodo ſimiles locos intelligere Auctor, vide ſuprà c.18. num. 265. & infrà quoque capite ſequenti. Et verò non dixit etiam hîc id explicat, dum non ſimpliciter fidei ſalus leproſi curati meminit , ſed quòd* intellexerat, veram ſe Deo omnipotenti oblationem id eſt, gratiarum actionem (*ita frequenter appellari ab Auctore ſacrificium Chriſtianum ſuprà adnotauimus, Tom. 2. d. de Orat. num.* 1.) apud verum templum & verum Pontificem eius Chriſtum facere debere. *Quare & tolerari hic poterat adnotatio marginalis:* vera oblatio , *dum de* oblatione gratiarum actionis, *id eſt Euchariſtica, locum hunc intelligimus.*

575. Sed nec Phariſæi poſſunt videri, de alterius Dei regno conſuluiſſe Dominum , quando venturum ſit, &c.] *Pergit in verbo Lucæ, cùmemorari etiam reſponſum Chriſti;* Non venit, inquit regnum Dei cum obſeruatione, Nec dicunt: Ecce hîc, ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos eſt; *vbi confirmatur lectio ſaſtigatorum codicum Latinorum vulgati Interpretis:* venit, *ſenſorum ter Græca voci* ἔρχεται, *pro eo quod alij & Syrus Interpres:* veniet. *Secundum quam lectionem, iterum mox ſupplemus:* intra vos eſt.

576. ſecundum Antitheſeis noſtras, &c.] *Iſtud addit, eo quòd præcipuum ſit huius libri argumentum , loco* Antitheſeon veteris & noui teſtamenti, quas ædiderat Marcion , *à contrario ſenſu* , per Antitheſes , *hoc eſt , oppoſitas Moyſi & Chriſti ſententias, concordiam probare vtriuſque Teſtamenti.*

577. Præceptum, inquit, excelſum non eſt, &c.] *Rectius ſic vertit quod Græcè eſt Deut. 30.* ὑπερογκον, *quàm Latinus Interpres LXX. graue non eſt; & magis accommodè ad ſenſum vtrobique:* vt dicas, *quàm ille ad verbum:* dicès, *item:* Auditum illud faciemus, *pro quo ille:* Audiemus. *Atque quum Græcis ſit tum hîc, tum Rom. 10.* πίς εσαι ὅτι, *& hìc:* λήψεται, *& correſpondeant ex Hebræo & Chaldæo vtroque Latinæ & noui Teſtamenti Syriacæ; prorſus caſtigandum duximus:* aſcendet in cœlũ, & deponet (*partim iuxta alterũ Vatic. MS. cod.*) *pro eo quod erat:* aſcendit, &: deponit, *maximè quum ſequatur :* tranſfretabit & ſumet. *Diſtinguimus etiam ſequentia hoc modo:* Hoc erit: Non hîc nec illic; ecce enim, *&c.*

578. Dicens enim: Filiũ hominis ante multa pati & reprobari oportere, &c.] *Omittit hîc quod Marcion obijcitur ab Epiphanio Conſul. 49.* Venient dies quando cõcupiſcetis videre vnum diem filij hominis. *Verùt autẽ* antè, *quod eſt Græcè* πρῶτον, *explicat:* ante aduentum ſuum, *de quo illud præmiſerat Lucæ; vbi addens:* in quo & regnum ſubſtantialiter reuelabitur, *addidit ad illud quod ſub finẽ capitis ſequitur in Luca:* Filius hominis reuelabitur. *Eſt verò illud Tertull.* Reprobari autem habẽs. *Sine autem,* excerpſit, *legas cum altero Vatic. MS. cod. ſine* decerpſit *eum aliis, non refert.*

579. quem & in lapidis , & in petræ, & in montis figura portenderet, &c.] *Quamquam pluribus ſcripturæ locis* , in lapidis & petræ, & mõtis figura, Chriſtus portendatur, *ſuffiſit nobis eos locos adnotare, quos alibi ea de re citat Auctor, quare de* lapide *adſcripſimus ad margine, Iſai. 8.* de petra, *t. Cor. 10. & de* monte, *Daniel 2. vbi nempè legitur: lapis de monte præciſus, qui percuſſor as ſtatuam ſactum meni magnum.*

580. cur eum diebus Noë & Loth cõparat, &c.] *Tribus verbis eſſert, quod pluribus habet Euangeliſta :* de aduentu filij hominis cõparato diebus Noë & Loth ; etiam illud: Memẽtote vxoris Loth, *in Marcionem pro iudicio Dei retorquens;*

CAP. XXXVI.

581. Nam & orandi perſeuerantiã & inſtantiã mandans, &c.] *Titulum hunc tapis deſidimus:* De parabolis, Iudicis, & Phariſiæi ac Publicani reſponſione ad adoleſcentem diuitem, & de cæco curato ex c. xviii. Luc. 2. *Adiudit autem hic adipſa verba Lucæ quæ præmiſit priori parabolæ : Dicebat autem hic ad ipſa verba Lucæ quæ præmiſit priori parabolæ: Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deſicere.* Parabolam, *inquam,* iudicis coacti , audire viduam inſtantia & perſeuerantia interpellationum eius ; *vbi veterũ tribus verbis integram parabolã complectitur, adiungens etiam explicationem parabolæ, quam ſubiungit:* ſactarum Deum vindictam electorũ ſuorum, clamãtium ad eum die ac nocte.

582. Et tamen quum templum creatoris inducit , &c.] *Etiam hîc paneſſimus his ſce verbis præſeptuor alterum parabolam,* qua duos adorantes (in templo *nempè*) diuerſa mẽte deſcribit , Phariſæum in ſuperbia , publicanum in humilitate; ideòque alterum reprobatum , alterum iuſtificatum deſcendiſſe.

583. in humilitate, vt adleuatorem humilium; non in ſuperbia, vt deſtructorem ſuperborum, &c.] *Adludere mihi videtur ad illud Chriſti: Omne qui ſe humiliat , adleuabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur, ſiue ad illud Cantici Mariæ, Luc. 1. Depoſuit potentes de ſede, (hoc eſt enim de ſtruere) & exaltauit (ſiue adleuauit) humiles.*

584. Nam & quam docuit orationem , creatori probauimus conuenire, &c.] *Nempè ſuprà c. 26. vbi tractatur Oratio Dominica cæcap. 11. Luca. Sunt autem iterum, Tertullianica:* quã Deus optimus, *& paulopoſt:* quã ſolus Deus , *& poſt hunc capitis medium:* quã non natus.

585. Sed quis optimus , niſi vnus , inquit , Deus ? &c.] Optimus *more ſuo & hìc & poſtea vſurpatur pro bono; vbi addiderat etiã Marc. vocem: pater, ſed perperam. Adſert etiã præcedẽtia Epiphan. c. ſuo. 50. cuius occaſione iſtud diſtũ adu. Marc. ſimiliter Auctor paulopoſt:* Denique , *inquit* , interrogatus ab illo quodam (neq; *verò etiam Epiphan. habet aliud quàm:* quidam, *quum aly omnes id referant de Principe*) Præceptor optime, quid faciens vitam æternam poſſidebo? de præceptis, &c. an ea ſciret, *& c.* expoſtulauit. *Vbi tacitè confirmat lectionẽ Lucæ:* mãdata noſti (*nõ verò Marc.* mãdata noui, *ſicuti adnotat Epiphan.*) præcepta inquã (*ſicuti paulopoſt addit Auctor*) nõ occidẽdi, non adulterandi, non furandi, non falſum teſtãdi,

diligendi(*quæ voce explicat quod significat* πεῖρα, *id est, honora parentes*) parrem & matrem. *Verùm præcedit antè: Mandata nosti; illud:* Quis optimus, *&c.*

586. Quúmque ille principaliora quæque adfirmasset obseruasse se ab adolescentia. &c.] *Quum apud Lucam haebatur: Hæc omnia custodiui, addit:* principaliora quæque, *vti ostendat prædicta præcepta talia esse. Atqui Christus* (*sicuti etiam Auctor prosequitur:*) Vnum, *inquit*, tibi deest: Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. *Porrò* commiserones & coodibiles *Marcionitas hæreticos eleganter vocat, quemodo etiam infrà sub finem tapitis Marcionem cæcum adserit.*

587. Si adnuntiauit tibi homo quid bonum? &c.] *Videtur aliquam interrogandi particulam Græcè legisse intuitu huius periodi Auctor Mich. 6. quemodo etiam Chaldæus Paraphrastes, quæ hodie non reperitur; nam vertitur ex Græco dumtaxat: Adnuntiatum est tibi homo. Atqui sequentia sic distinguenda & restituenda sunt:* Et homo enim Christus adnunciás quid sit bonum; scientiam Legis: Præcepta, inquit, scis? facere fudicium: vende, inquit, quæ habes; diligere (*pro* dilige, *nam repetit verba Michææ*) misericordiam: & da, inquit, egenis; paratum esse ire cum Deo: & veni, inquit, sequere me.

588. Tam distincta fuit à primordio Iudææ gens, per tribus & populos, & familias, & domos, &c.] *Adludens ad librum Numeri cap. 1. vbi* primùm Iudæa gens per tribus & populos distinguitur, *nempè* XII. *Ruben, Symeon, Iuda, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasse, Benjamin, Dan, Aser, Gad, Neptalim; non adnumerat à tribu Leui, eo quòd Domino consecrata esset. Deinde etiam ad Num. c. 26. vbi* per familias & domos *recensentur singulæ tribus. Nempè tribus Ruben familiæ quatuor, Symeon quinque, Gad septem, Iuda quinque, Issachar. 4. Zabulon 3. Manasse 3. Ephraim 4. Benjamin 7. Dan 1. Aser 5. & Neptalim quatuor. Et verò Tertullianus, quum Iureconsultus esset, adludere videtur ad distinctionẽ qua Romani vtebantur,* gentis, tribus, & familiæ, *de qua plusculum aliquid in vita Auctoris adtigimus.*

589. vnus aliqui, &c.] *Sic rursum lego iuxta primam Rhen. additionem, & Latinio ex aliis locis Auctoris confirmatam, ex Vatic MS. cod. 2. pro eo quod citra irrepsit* : vnus aliquis. *Nam (vti admot. Rhen.) in principio libri quinti sequentis*: vnus aliqui discipulus. *Sensus hic est: Erit terra filius, vel vnus quilibet è turba, siue vnus de multis, quod Græci dicunt:* ἐκ τῶ πολλῶ ἕνα τι, καὶ ἐκ τῶ πολλῶν, ἕνα τὸν τυχόντα.

590. Quum igitur præterea ítem illum cæcus audisset, cur exclamauit: Iesu fili Dauid misere mei, &c.] *Eadem modo ex hoc loco Epiph. Confut. 51. adu. Marc. conuincit, Christum non apparentia, sed verè fuisse incarnatum; idque eo magis, quòd laudata fuerit à Domino fides cæci, qua* filium Dauid Iesum *credidit, vtpotè qui dixerit illi, sicuti infrà etiam ceratur*: fides tua te saluum fecit. *Idem Confut. 52. adnotat amputasse quoque Marcionẽ quod apud Lucã c. 18. prætermittit:* Quum adfuisset Iesus duodecim, dixit: Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim & occiderur, & tertia die resurget. *Vnde & ab Auctore illud omissum est.*

591. Sed antecedentes increpabant cæcum vti taceret, &c.] *Pulcrè etiam istud interpretatur, ne Marcion prosè facere existimet. Atqui:* præsumeret, *quod habent 2. Vatic. MS. cod. & prior aditio Rhenani, imperson diuter, magis quidem placet sed vti nos Lectorihus attommodemus, reliquimus* : præsumeretur, *ad maiorem loci alicuius obscuritatis explicationem. Verùm mox legimus iuxta eosdem:* Atquin *Tertullianicum, pro*: Atqui, *cuiusmodi sunt etiam:* enubilasset, *&* : vltrà, *pro amplius, vel Rhenano adnotante, Siue autem legas cum ijsdem MS. Vatic.* adfigeretis, *siue cum excusis:* adfingeretis *perinde est.*

592. & ex fructu lumborum Dauid, &c.] *Quæ additur:* destinabatur, *haud dubiè adludit ad illud Psal. 131. De fructu ventris tui, Græcè* κοιλίας *(sicuti alibi legit) ponam super sedem tuam, seu iuxta interpretationẽ conuenientissimam B. Petri, Act. 2. de* fructu lumbi, *Græcè* τῆς ὀσφύος, *præterquam quòd vertit et pluraliter magis Latinè*: lumborum.

592. Qui hoc se (*nempè* filium Dauid) & cognouit, & ab omnibus cognosci voluit (*nempè Christum*) fidem hominis, *&c.* exteriore quoque visione donauit, &c.] *Sic explicandum erat locus hic alias obscurus; & insuper à nobis suppletum est* ab omnibus, *ex altero Vatic. MS. cod. à quo parum differt alter legens:* ab hominibus. *Atqui etiam hic habet:* censum, *pro origine, quum legitur*: per virginis censum, *& rectè adnotauit Rhenanus esse Appositionem*: ruentem & ipsam Antithesin.

594. Nam si aliquando Dauidem in recuperatione Syonis offenderant cæci resistentes, &c.] *Verba sunt hæc Marcionis, quibus Antithesin commentabatur inter Dauid & Christum, quod ille rates cæci, id est occidis insultes, Christus verò cæcum hic curarit, vsque ad illud (vbi proinde meus a perperam inspiatur:)* Et cur fidei, *nempè huius cæci, &* quidem præux *fiquidem ille mentis vis fit filium Dei,* præstitisse fe dixit, *illa nempè verbis latinis repetitis:* fides tua te saluũ fecit. *Quam Antithesin tum per parentheſin interiectam, tum per sequelas pulcherrimè conciliat Auctor. Hi stortam habes 2. Reg. 5. quam tamquam veram hic Auctor agnoscit, dicens*: cæcos resistentes Dauid in recuperatione Sionis, figuram fuisse populi cæci non admissuri quandoque Christum filium Dauid; *si figuram (sicuti alibi non semel Auctor) ergo veritatis figuram. Pro qua fuit etiam Proverbium inde natum: Cæcus & claudus non introibunt in templum. Vbi est itaque Erasmus, qui istud adimaginei, vtis dicit, cæcus, qua solent adfigi fistulis domatum seu murorum arcu Sion refert.*

595. Atquin & hoc filius Dauid, Antithesin, &c.] *Distingue, inquit Rhenan.* Atquin & hoc filius Dauid, Antithesin de suo retundendam, *vt sint hæc figura, Synecdoche, & Appositio. Hoc est: secundum hoc, nempè* Antithesin de suo retundeudam. *Reste autem castigauit Gelenius*: eiusdem indecoris homo, *id est etiam cæcus; pro eo quod antea erat*: eius deinde carnis, *vel*: eiusdem carnis.

Cap. xxxvii.

596. Consequitur & Zachæi domus salutem, &c.] *Capitis huius dedimus inscriptionem*: De Zachæo, & seruorum parabola, ex cap. XIX. Lucæ.

597. & omnis populus laudes referebat Deo, &c.] *Istud quasi per recapitulationem hic adsert ex cap. præcedenti. Capit autem secundum vestigia alterius cod. MS. Vatic. qui habebat*: resonabat *singulari numero*: referebat, *pro*: referebant, *quod sic legat B. Lucas.*

598. etsi Allophylus, &c.] ἀλλοφύλως, *sicuti admotat B. Hieron. in c. 2. Isaiæ, LXX. vbique transtulerunt, vbi ex Hebræo vertitur Philistin, si non fuerit Philistæus, saltem alterigenam, quem proprie ea vox significat, fuisse* Zachæum, *vel ex eo patet, quòd primus publicanorum fuerit quorum officium cum ethnicis comparat Christus, vtpotè à quibus administrari soleat. Sine autem mox legas cum MS. & ex. uf.* & ignorans Isaiam, *siue ex coniectura Rhenani*: etsi ignorans, *non refert.*

599. Hoc cum maximè agebat, &c.] *Tertullianicum est, quod bis hic repetitur*: cum maximè. *Pulcrè autem singula opera misericordiæ ab Isaia præscripta Zachæo adplicat; quod excepto domo sua Dominum pauerit, dimidium substantiæ obtulerit pauperibus; insuper addendo*: Et si cui quid per calumniam eripui, reddo quadruplum. *Vbi subsistantiam Auctor accipit pro bonis, & propriè transtulit per calumniam* eripui, *quod Græce sit* ἐσυκοφάντησα. *In eo autem quod sequitur*: Hodie, inquit, salus huic domui, &c. *omittitur ab Auctore quod habet Lucas, sed subintelligitur*: facta est.

600. Dissoluens violentiorum contractuum obnexus, &c.] *Sic castigaui hüc locũ ex altero MS. Vat. cod. pro*: obnoxios *quadmendose legebatur; quia Isai. 58. legitur* τοὺς ἐγκατακλείους, *quod*

quod alij malint vertere cautiones feu obligationes. Verùm illa vox compoſita eſt à voce nexus, *iurecon ſultis vſitatiſſima. Hinc illud apud Papinianum, l. ſi paterfam. ff. familiæ erciſcundæ,* nexus pignoris; *apud Vlpian. l. ſi non ſaltem. §. adeò. ff. de condict. indebit.* nexus vendit, *unde & Cicero pro Murena:* nexu obligare, *& apud Tacitum l. 3. exſolutis legis* nexus. *Eodem pertinent* Lex nexus, *& lex 11. Tabul. cap. 8. de* Nexis. *de quibus ſuprà Tomo 1. Apologe. c. 4. n. 53. Unde &* Nexum *eſt (Feſto teſte) apud antiquos pecunia quæ per* nexum *obligatur, nempè per genus quoddam obligationis ciuilis, quia (Vti Budæus ait) corpus æquè atque pignus* nexu *afficiebatur, quare non neceſſe eſt hic adjcere adnotationem Rhenani, de obnoxio cum Genuſino. Lego etiam:* Et nudum ſi videris, contegito, *ex altero Vatic. Mſ. pro* tegito; *quæ illud legitur ſup. l. 2. adu. Marc. c. 19. & alibi.*

601. Venit enim filius hominis ſaluum facere quod perijt, &c.] *Siue legas:* perijt, *ſiue ſicuti repetitur ab Auctore ex Luca:* petierat, *perinde eſt. Hic adnotandum, quòd illud:* cuius fuerat, *&:* cui perierat, *referri debeant, vt conſtet ſenſus, non ad illud:* quod perierat, *ſed ad eum qui venerat, vt ſaluum faceret. Atque de Prouerbialis formula:* in alterius quæſtionis gradum dirigere, *vide noſtra Prolegomena.*

602. Hic quum ex duabus ſubſtantijs conſtet, &c.] *Hinc pulchrè deducit Auctor non ſolùm* animæ, ſed & carnis ſaluæ *contra Marcionem aliòſque qui id negabant, à Chriſto procuratam. Verùm de eo latiùs ſuprà lib. de Reſurr. carnis.*

603. Seruorum quo que parabola, qui ſecundum rationem fœneratæ pecuniæ dominicæ diiudicatur, &c.] *Pauciſſimis verbis totam hanc parabolam complectitur, ſilù hoc agens, vt* iudicem Deum *inde probet, legens ſicuti ſuprà. c. 19. ex c. 8. Lucæ.* & auferentem quod quis videatur habuiſſe, *vt interpretetur quod hic legitur, Luc. 19.* ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

604. Aut ſi & hic creatorem finxit auſterum, tollentem quod non poſuerit, & metentem quod non ſeuerit, &c.] *Senſus Auctoris eſt. Si Marcion per parabolam hanc velit confirmare* Deum creatorem auſterum eſſe, tollentē quod non poſuerit; hic quo que (*nempè homo nobilis*) me inſtruit (*nempè Deum noui Teſtamentis eſſe auſterum*) cuius pecuniam vt fœnerem præcipit.

Cap. xxxviii.

605. Sciebat Chriſtus baptiſma Ioannis vnde eſſet, &c.] *Caput hoc in ſcripſimus:* De verbis Domini diuerſis, ad Phariſæos, Sadducæos & Scribas, ex c. xx. Lucæ. *Atqui omiſſa ſunt ab Auctore quæ ſequebantur ad finem vſque cap. 19. quia (Epiphan. teſte Conſut. 53.) amputauit Marcion quidquid legitur de aſino & Bethphage, & de ciuitate, & templo, & quod ſcriptum erat:* Domus mea, domus orationis vocabitur, & vos feciſtis eam ſpeluncam latronum. *Quum tamen à Hieriche, vbi hiſteria contigit Zachæi, ad* Hieroſolyma *publica via ducat, inquit ille, per Bethaniam & Bethphage, & montem Oliueti; & nihilominùs æquiſcat Marcion illud (quod tractat idem Conſut. 53.)* Factum eſt in vna die docente ipſo in templo, quæ fuerunt in ipſum conijcere manus & timuerunt; *quòd non poterat peruenire, niſi per proceſſionem quam habet B. Lucas. Incipit autem Auctor, omiſſis reliquis à verbis Domini ad Phariſæos ſeſe interrogantes, in qua poteſtate exercet vendentes in templo, qui ipſos vicißim interrogauit* Baptiſma Ioannis vnde eſſet.

606. ſi quid Phariſæi ad interrogationem renūtiaſſent, &c.] *Similiter ſubiungit:* Putabilios renuntiaſſe, *& mox:* Certè nolentibus renuntiare. *Vbi* renuntiate *acceptur pro: reſpondere; alias vero eius vocis ſignificationes habes alibi non ſemel ſuprà. Atqui quod ad Lucam adnotes, ſenſum potius adferi quàm verba, & tranſponi: nam apud illum poſteriori loco ponitur, quòd* ſi humanum Ioannis baptiſma renuntiaſſent, ſtatim lapidibus eliſi fuiſſent; *& priori:* quòd ſi de cœlis fuiſſe dixiſſent, inquiſſet Chriſtus (*ſic enim habet Euangeliſta, pro eo quod Auctor:* inquit) quare non credidiſtis ei?

607. Exiſteret aliquis Marcion, &c.] Exiſteret, *inquis Rhenan. id eſt: ſi emergeret, exurreret; ſi ſurgeret. Sic enim hoc verbum apud Ciceronem interpretatur Aſconius Pedianus. Siue autem legas cum excuſis:* in præruptum, *ſiue cum Mſ. tam ijs quibus Rhenanus vſus eſt quam Vatic.* 2. prætupium, *ſiue ex conie ctura ad margine m.* 1. *aditionis:* præcipitium, *non refert; niſi quòd videatur mihi magis Tertullianicum:* præruptum, *quia* vox *antiqua. Quandoquidem autem hac ſit prouerbialis formula:* in præruptum imponere, *videantur noſtra Prolegomena.*

608. Sic enim & de creatore in arboris lege tractatur, &c.] Legem arboris *videtur mihi eam vocare, quam in paradiſo tulit* Creator, *interdicens ne ederent de fructu arboris plantatæ in medio paradiſi, Gen. 2.*

609. cuius ſacramentum Ioannes adminiſtrabat, &c.] *Acciperur hic* ſacramentum *in ſecunda ſignificatione pro figura; non verò ſicut alibi, pro ſacramento Eccleſiæ. Neque enim* baptiſma Ioannis ſacramentum fuiſſe, *ita vt eſſet ſacra res fignum efficax (de quibus ſignificationibus variis vide ſuprà lib. de Præſcriptione adu. hæret. c. 40. num. 239. ſatis deduxit Auctor ſuprà lib. de baptiſ. cap. 10. vbi adſerit,* Baptiſma Ioannis neque Spiritum ſanctum, neque remiſſionem peccatorum dediſſe, ſed fuiſſe dumtaxat candidatum remiſſionis & ſanctificationis in Chriſto ſubſecuturæ; *atque adeò quod ad intellectum huius loci faut, quem etiam ibi tetigi, cœleſtem* quidem, fuiſſe, ſed mandatu, non poteſtate. *Quo loco vide ea de re per totum caput Adnot. noſtras.*

610. malum malo reddidit, &c.] *Ironicè id dicit Auctor, eo quòd* illis nolentibus renuntiare quid ſaperent, *ipſe vicißim dixerit:* Et ego non dico vobis in qua virtute hæc facio; *ac ſi dicat, Si ad hominem loquamur, ipſe Chriſtus videbitur malum pro malo reddidiſſe; quo cogitur ex parte, vt offendat etiam Deum nouis Teſtamentis, atque adeò Chriſtum æquè malum fuiſſe (ſi malitiæ Deus capax eſſet) atque Creatorem.*

611. Reddite quæ Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, &c.] *Hic rurſum præternittit Auctor apud Lucam* de vinea colonia, *&:* Quid igitur eſt hoc: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes? *quia illud reſcidit etiam Marcion, ſicuti teſtatur Epiphan. Conſut. 55. Atque cautè legendum:* in cuius imagine & ſimilitudine & nomine & materia expreſſus eſt; *quia ſatis conſtat Gen. 2.* hominem expreſſum ad imaginem & ſimilitudinem Dei, *atque adeò & nomen Dei aliquando in ſcriptura humani adplicatum, ſed quomodo in materia Dei, non conſtat, niſi fortè intelligat de adflatu Dei, ſicuti alibi loquitur, de quo vide noſtra Prolegomena. Eſt autem illud obſcurum, & quantum apparet, mutilum:* niſi quod neceſſe eſt qui ſuum denarium non habet, *ſed quum non amplius habeant etiam Mſ. Vatic. mederi non licuit.*

612. Sadducæi reſurrectionis negatores, &c.] *De hoc errore* Sadducæorum *vide ſupra libro de præſcriptione aduerſus hæreticos capite 45. numero 197. & libro de Reſurrectione carnis, capite 2. numero 11. Quibus adde quòd non ſolùm* carnis, *ſed etiam* animæ reſurrectionem *negaſſe Sadducæos ſcribat Ioſephus libro 18. Antiqu. Iudaic. capite 2. Atqui mirum eſt quòd hic emiſerit Auctor (ſi codices omnes mendoſi non ſint)* abſque liberis; *quum ſuprà capite 34. diſertis verbis dicat:* non aliter permiſiſſe Legem vxorem fratris ſui defuncti, quàm ſi liberis deceſſerit; *niſi fortè illud ſubintelligat in illo verbo:* ſecundum præceptum legale; *quippè quo etiam quod dictum eſt, præcipitur Deuter. 25. Eo enim reſpexerunt iſtud Chriſto proponentes Sadducæi.*

613. Reſpondit igitur: Huius quidem æui filios nubere, &c.] *De hac lectione conſentiente cum Latina vulgata Interprete, ſicut & de illo quod mox ſubiungit etiam ex Lucæ Auctor:* neque nubere neque nubi, *vide Adnotationes noſtras ad libr. 3. Teſtim. Beati Cypriani capite 32 numero 69. Reliqua etiam huius loci ad ſenſum potius quàm ad verbum adſert. Atqui ſuæ legas:* diſſiniturus cum *altero Vatic. Mſ. cod. ſiue:* definiturus *cum alijs, perinde eſt; ſed neceſſario iuxta Lucam ſupplemus:* Dei & reſurrectionis filij facti,

Pulcrè autem hinc colligit Auctor etiam aduersus Marcionem tempora permissarium & negatarum nuptiarum, *quas ille in totum tollebat*; & resurrectionis confirmationem, *quam ille (saltem carnis) negabat. Sunt etiam Tertullianica:* post præscriptionem, *&c.*: tetrachabb, *ac mox*: decucurretrunt.

614. Nacti enim scripturæ textum, &c.] *Hæc ex Marcionitarum persona adfert Auctor, vsque ad illud*: Quum sic legi oporteat, *&c. qui legebant*: Quos autem dignatus est Deus illius æui, *quum legi debeat*: Quos autem dignatus est Deus, illius æui posteritate; *quale & paulo supra posteriori hoc modo distinguenda sunt verba Lucæ. Quæ lectio Auctoris omnino confirmatur lectione hodierna tam Græca & Syriaca, quàm Latina: illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione, nulla facta Dei mentione; atque adeò etiam præsidio modo videtur contextum corrupisse Marcion, vt pro se facere videretur*: Non enim de Deo (*vt rectè subungit Auctor*) fed de statu illius æui consulebatur.

915. Sic & deipsis nuptijs respondet subuertunt, &c.] *Etiam hoc ex persona Marcionis, eiusque sectatorum hæreticorum, vsque ad illud*: Quando, *&c. vbi rectè respondet Auctor*: non alias negasse Christum nuptias quàm illius æui, non verò huius de quo consulebatur.

616. Atque adeò Scribæ: Magister inquiunt, benè dixisti, &c. *Rursum hic omittit Auctor, quod præterea addit Christus aduersus sadducæos, quia illud refellerat Marcion, nempè*: Quòd autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit circa rubum, quum dixit, Deum Abraham Isaac & Iacob: Deus autem est viuentium, non mortuorum, *sicuti tradit Epiphan: Confut. 56. & 57. hu isdpsum repetens, ne aliquid de scripturis relinquisse videatur, pulcrè ibidem Marcionem confutans, quòd alibi* Deum Abraham *fassus sit, in Lazari mendici & diuitis parabola; & resurrectionis signum sit fletus stridor dentium, quem ille non amputauit. Atque etiam istum hunc locum pro Resurrectione aduersus Marcionem facere docet Auctor.*

617. Si autem Scribæ Christum filium Dauid existimabant ipse autem Dauid Dominum eum appellat, &c.] *Adludit ad sequentem Christi interrogationem, qua*, quum Christum filium Dauid existimarent, *interrogauit* quomodo Dauid filium eum vocatet? *Psal. nempè* 109. *Quod adaptat Auctor etiam pro vera Christi carne, aduersus Marcionem, & pro diuinitate eius aduersus Scribas.*

618. obrundebar, &c.] *Sic & infrà* (inquit *Rhenanus*) *libro quinto, capite* 1. Vt iam, *inquit*, hinc & fidem tuam obtundã. *Aquæ mox pro eo quod legitur*: pulsata traditione Scribarũ, *legit alter Vatic. MS. cod.* traductione, *quod magis quidè placet, eo quod haud absimiliter supra l. de Præscriptione aduersus hæreticos capite* 22. *legatur*: traductiones eorum quæ mentiuntur. *Verùm, quia illud ab aliis omnibus legitur, nolui immutare, eo magis quod Interpretatio Rhenani, qua illic traductiones interpretatur depranationes scripturarum, insanationes non absimiles, huic loco minus competat.*

Cap. xxxix.

619. Olim constitit de nominum proprietate, &c.] *Titulum capitis huic dedimus*: De venturis in Christi nomine, & signis vltimi finis, ex capite. xxj. Lucæ. *Atque adludit ad caput*, 15. *& 16. libro 3. aduersus Marcionem supra, vbi tractauit de* nominum proprietate, Christi & Iesu. *Verum tam obscurum est illud*: ei illam, *vt quid sibi velit nesciam; prorsus sentiens corruptum esse locum, qui tamen neque ex MS. Vatic. emendari potuit. Videtur supplendum*: ei (*nempè Deo creatori*) illam *nempè proprietatem nominum competisse*; qui prior & Christum suum in homines adnunciaret, *loco dicto capite ad margi nem adnotaui*; & Iesum transnominaret, *Matth. & Luc. 1.*

620. qui multos dicat venturos in nomine ipsius, &c.] *Quia illud videtur non tam ad Christum quàm ad creatorem referri, vtitur quidem verbis Euangelistæ & Christi, sed videtur etiam adludere ad illud Hier. 14. Falso Prophetæ vaticinantur in nomine meo. Quod autem addit*: Amplius & prohibeat eos recipi, *adludit ad illud Lucæ*: *Nolite ire post illos. Posteà subiungit quod est inter medium*: dicentes: Ego sum Christus; *quàquam, interim vox*: Christus, *apud Lucam non reperiatur Græce aut Latinè, sed Matth. 24. vnde suppleta videtur ab Auctore, aut certè sic lectum fuit olim; quod videtur confirmari ex additione Syriaca, vbi legitur*: Ego sum Meschico.

621. quorum & ipse par sit, &c.] Par (*inquit Rhenan.*) *cum Genitiue, sicuti supra sæpè. Supplemus autem ex altero Vatic. MS.* nominum Dominus, Christus & Iesus creatoris, *& legimus*: qui alium in nomine eius recepisti, *ex vtroque MS. Vatic. cod. pro*: alienum.

622. Bella, opinor, & tegnum super regnum, & gentem super gentem, & pestem, & fames, terræque motus, & formidines, & prodigia de cœlo, &c.] *In enumerando hu temporum, nempè extremorum adpropinquantium signis, bis vertit* ἐπὶ super, *pro eo quod alij magis accommodè*: *aduersus & sicut Græcè est illud*: de cœlo retulit ad prodigia, *non verò*: ad formidines. *Illud vero*: Hæc quum adijcit (*sine dicit, vt habet l. Vatic. MS.*) etiam opportunè *hic, inter medios locos ponitur, quod etiam repetit Auctor sub finem huius capitis.*

623. Ante hæc autem persecutiones eis prædixat, & passiones ventutas, &c.] *Adludit ad illud Lucæ*: *Sed ante omnia iniicient vobis, manus &c.*

624. Accipe prædicatum in Zachatia: Dominus, inquit, omnipotens, &c.] *Pulcherrimè locum hunc Zachar. 9. de persecutionibus martyrum interpretatur Auctor, & latissimè. Vbi imprimis eas tigauimus*: & consument illos, *pro*: consumet, *tum quòd Græce legatur* κατακλύσουσιν, *tum etiam quod aliquos contradictionem implicarent*: proteget, & & consumet. *Deinde legimus cum B. Hieron. in Comment. iuxta* LXX. & replebunt quasi patetas altare, *pro*: replebunt pateras quasi altaris, *quod infrà id fic explicetur*: Nemo tantrain bello sanguinis flumina pateram capacitate metitur, vnius aut altaris cruentatione adæquatiquare videntur *etiam hodie fic effigiandi* LXX. *Græce & Latinè. Denique legit* quia lapides sancti volutant, *pro*: qui; *tum quòd alter sensum obscurus sit, tum quòd Græce sit* ὕλη, *vbi* volutant, *sicuti & mox*: volutabant, *accipitur impersonaliter pro*: volunntur, *qua Græcè est* κυλίονται. *Atque quæ illos, &c.* manebant, *interpretatur Rhenanus*: *exipectabant.*

625. bellotum legitimis armis debellandorum, &c.] *Facit etiam hic locus ad intelligentiam sententiæ Auctoris supra Tom. 2. lib. de Corona milit. cap. 11. vbi prima facie videtur omne bellum illicitum facere, sed de exibi latini in Adnotat. nostris, nu. 122. partim ex libro de Idolol. c. 19. partim ex aliis locis Auctoris & veterum Patrum; ex quibus constat*, militiam eam solam illicitam *dixisse*, quòd cum idololatria aliquid commune habebat. *Accipitur autem vbi legitur*: omnium offensũi, *more Tertullianico* offensus (*sicuti etiam Rhenan. adnpiauit*) *iuxta quartam inflexionem, pro offensione.*

626. Et hìc igitur ipse vetat cogitari, quid responderi opotteat apud tribunalia, &c.] *Pro præea addit*: Et hìc, *quæ etiam supra c. 12. Lucæ*: perductos ad potestates prohibet ad intertogationem cogitate de responsione; Sanctus enim spiritus docebit vos ipsa hora, quid eloqui debeatis; *sicuti videre est supra cap. 28. Vbi quum etiam adferat exemplum* Balaam, cui Deus quod non cogitauerat, immò cõtra quòm cogitauerat, suggessit, *etiam hic legimus* Balaam, *secuti vestigia alterius Vatic. MS. cod. pro eo quod erat*: Balz. *Quum vero sequitur*: & Moysi causato linguæ tarditatem: os reprumisit; *adludit ad illud Exod. 4. Aperiam os tuum.*

627. & sapientiam ipsam cui nemo resisteret, per Isaiam demonstrauit, &c.] *Huic loco Euangelista accommodat locum Isai. 44. vbi in hoc differt ab editione LXX. tam eaquæ olim tempore Beati Hieronymi, quàm quæ hodie exstat Græca & Latina, quòd duorsum habeat*: & alius inscribetur in nomine Israëlis, *pro eo quod aly*: & alius scribet manu sua: Dei sum, & in nomine Israël clamabit; *& tamen non aliter legitur infrà in Scripturæ adu. Gnosticos, cap. 7.*

628. cum Deo inualescentis, quod est interpretatio Israëlis,

Iſraelis, &c.] *Adludit ad illud Gen. 32. Non vocabitur vltrà nomen tuum Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum, quia inualuiſti Deo, Græce tuxt LXX. & Symmachus:* ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ: *iuxta quos dicit Auctor, eſſe eam* interpretationẽ Iſraelis, *quaſi Iſrael dicatur* Inualeſcens Deo. *Vide varias eius nominis interpretationes apud B. Hieron. Quæſt. Hebraic. in Geneſin, vbi magnopere aduertas eius verſuigitur litteram in Hebraicarum, vt interpretatione accipiat vox* Iſrael *Princeps Dei, vel directus Dei; quemadmodum etiam Comment. in dictum locum Iſaiæ: Propriè (inquit) iuxta Hebræos & litteram ſubem* Iſrael *rectus Deo dicitur; Vir autem videns Deum non in elementis, ſed in ſono vocis eſt. Quamquã interim pro hac poſteriore & communi Veterum aliorum opinione (quam etiam fatetur priori loco B. Hieron.) faciat, quòd ſecundo loco Iacob imponatur nomen* Iſraël, *Gen. 35. poſtquam apparuit ei Deus in Bethel, quòd confirmari etiam inde videatur, quod fatetur ipſe B. Hieronym. priùs ſolũ promiſſum fuiſſe, nomen* Iſraël *imponendum Iacob, hic verò primùm impoſitum. Siue autem legas cum altero Vatic. MS. cod.* prohibuit præcogitationem, *ſiue cum alijs:* cohibuit, *non refert.*

629. Dominus mihi dat linguam diſciplinæ, quando debeam profferre ſermonem, &c.] *Omittit hic Auctor quod alij habent intermedium tam LXX. quam ex Hebræo Interpretes:* vt ſciam ; *& notandum quòd de Chriſto ſtud interpretetur, contra Iudæorantes, qui totum hoc caput de Iſaia malunt interpretari.*

630. A proximis quoque perſecutiones, & nominis, ex odio vtique, blaſphemiam prædicatam, &c.] *Adludit ad verba illa Chriſti, Luc. 21. Trademini autem à parentibus, &c. Atqui etiam hic, quamquam Græcè habeatur & Latinè & Syriacè: propter nomen meum, tamen non aliud legit Auctor quàm:* nominis odio, *vtpotè quòd ſic nomen Chriſtianum appellaretur ea ætate, eo quòd nomen potius quàm crimen in Chriſtianis damnaretur ; ſicuti teſtatur ſupra Tome 1. Apolog. cap. 2. & 3. quod etiam alicubi nos ſupra à nouatianis.*

631. Sed per tolerantiam (inquit) ſaluos facietis voſmetipſos, &c.] *Omittit intermedium illud :* Capillus capitis veſtri non petibit , *quia ſecundum Marcion. Tranſtulit autem:* per tolerantiam, *quod ex Græco ad verbum vulgatus Interpres:* in patientia veſtra.

632. Tolerantia (inquit) iuſtorum , &c.] *Mirum eſt quòd hîc legat:* iuſtorum, *quum alicubi ſupra cum reliquo omnibus ætatibus legat:* pauperum. *Atqui legit:* periet, *pro eo quod ibidem :* peribit.

633. Corona autem erit eis qui tolerauerint , &c.] *Reperitur ſtud iuxta LXX. Zachar. 6. vbi accipit Auctor* tolerare, *pro* expectare, *quum Græcè ſit* ὑπομένων, *quod tolerare ſignificat cum expectatione. Euiſdem ſignificationis eſt* ὑπομονὴ, *quæ eſt apud Lucam & Dauidem locis modò citatis, vbi* toleratiam *vertit Auctor.*

634. Sed monſtrato dehinc tempore excidij quum cœpiſſet vallari exercitibus Ieruſalem , &c.] *Adtingit ſummodò ipſum Auctor , tunc tempore* ſore tempus excidij, *ſiue deſolationis, vti aly ex Græco magìs proprie vertunt*) quum cœperit vallari (*ſiue circumdari, vti eſt Græc, Latinè & Syriacè*) exercitibus (*Græcè* στρατοπέδων) Ieruſalem; *eo quòd Epiphanio teſtet: Conſuſ. 59. Marcion rurſus reſidit :* Tunc quitin Iudæa funt, fugiant ad montes, *& cetera quæ ſequuntur, vſque ad:* vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt; *vt pote quòd nollet fateri, in nouo Teſtamento implerique ſcripta ſuni in veteri. Prætermittit interim Auctor etiam alios duos verſus intermedios.*

635. Solis & lunæ ſiderúmque prodigia , & in terra anguſtias Nationum, *&c.* imminẽtium orbi malorum, &c.] σπλάγχνα *uterum hic* prodigia *vertit , pro eo quod aly : ſigna ; &* anguſtias *plurali numero, quum in omnibus editionibus, & ſupra lib. de Reſurrect. carnis cap. 22. ſit ſingulari. Deinde ordine tranſpoſito magis clarè expreſſit :* obſtupeſcentium (*Græcè* ἀποψυχόντων, *vt accipiatur pro: examinatorum, & quaſin deliquio animi exiſtentium*) velut à ſonitu maris ſluctuantis, *pro eo quod hodie legatur: præ confuſione ſonitus maris & fluctuum arreſcentibus hominibus; & vero, cum diſtinctione verſus, non re-*

ctè meo iudicio, præ expectatione *(omittens:* timore *&) imminentium orbi malorum. Vide verò ſupra locum citatum Adnotat. noſtras numer. 172. 173.*

639. Et dabo prodigia , &c.] *Nihil hîc differt Auctor à LXX. Vtili. 2. neque etiã à verſione B. Hieron. niſi quòd legant :* illuſtris, *hîc verò, horribilis: noſtra verò confirmatur à B. Petro, Act. 2. qua de vltimo iudicio Auctor interpretatur.*

637. Fluminibus diſrumpetur terra, &c.] *Etiam hîc caſtigatior eſt editio LXX. in B. Hieronym. Comment. quamin Bibliys* Κεφὴς, *vt poſt quum legatur illic ſicuti ab Auctore; nam eiſdem ſunt ſignificationis :* ſcindetur , *& diſrumpetur ; ſi tamen eſt Græca alia vox quàm hodie* διαῤῥαγήσεται, *quamille interpretatur: deluerunt, ſicuti eſt Hebraicè, pro qua paruerunt legit Auctor, Hieronymus cum Auctore tum hic, tum ſupra cap. 20. legat :* Diſperges aquas greſſu , *ſiue :* itinere. *Nam ſic legendum etiam hic pro:* diſpergent, *vbi patet. nu. 280. Ab omnibus deinde legitur:* Dedit abyſſus ſonum ſuum, *ſiue vt aly, vocem ſuam; id eſt peculiarẽ diſtinctiõ Auctoru:* ſublimitas timoris eius elata eſt; ſol & luna conſtitit in ſuo ordine , *vbi quod Græcè eſt* φαντασίας, *tranſtulit* timoris , *& elata accipitur pro eleuata. Sicut etiam illud peculiare eſt* : in lucem cotuſcationes *(ſic enim caſtiga pro :* cotuſcationis , *quia Græcè eſt ἀς βολὰς, id eſt, vt aly tranſferunt , iaculà, quamquam etiam putem quid aliud leſtum ab Auctore, eo quòd alter Vatic. MS. habeat:* circumſtationes) tuæ ibunt in fulgorem, *id eſt ſplendorem. Legit item* fulgur (*nam ſic lege ex 2. MS. Vatic. cod. pro:* fulgor, *nam Græcè eſt* ἀστραπὴς , *quod cotuſcationem aly tranſferunt*) ſecutum tuum, *pro eo quod aly : In luce iaculatiationibunt, in ſplendore cotuſcationes armorum tuorum. Reliquum cum aliis concordat :* In comminatione tua, *&c.* & in indignatione , *&c.*

638. Et tunc videbunt filium hominis venientem de de cœlis cum plurima virtute, &c.] *In hiſ verbis Luæ differt Auctor ab aliis, quòd legat : de cœlis , pro eo quod aly ex Græco: in nube, & ex Syriace , in nubibus; Item quòd omittat:* & maieſtate. *Similter in eo quod ſequitur :* Quum autem hæc fient, erigetis vos (*ſupra loco citato* emergetis) & leuabitis capita veſtra, *pro reſpicite & leuate;* quoniam adpropinquauit (*pro eo quod aly:* adpropinquat) redemptio veſtra. *Lege enim* adpropinquait , *pro:* adpropinquabit *ex 3. Vat MS. cod. ſupra loco citato l. de reſurr. car.*

639. Sic & vos quum videbitis omnia hæc fieri ſcitote ad propinquaſſe regnum Dei, &c.] *Iſtud quod hic per præoccupationem adſert vt adapte præcedentibus, poſtea repetitur, ſecutis & in Euangelio Luæ,* ſici parabola *interiecta.*

640. Ecce cum cœli nubibus tamquam filius hominis aduenies, &c.] *Quæ intermedia ſunt Dan. 7. & reliqua quæ ſequuntur, habes Tom. 1. l. adu. Iud. c. 14. & ſupra l. 3. c. 7. quò Lectorem remittimus ad Adn. noſtras. Atqui vti facile intelligatur quæſint verba Danielis , omnia nouo periodo ſic diſtinximus :* Et data eſt illi poteſtas Regia, quam, *&c.* Et vniuerſæ Nationes, quas, *&c.* Et gloria omnis, *&c.* quia nec, *&c.*

641. Exiſtiin ſalutem populi tui , &c.] *Iſtud iuxta LXX. immediatè poſt verba paulo ante citata reperitur Habacuc 3. Eſt autem Tertull. illud:* interſtruere.

642. Ipſum decurſum ſcripturæ Euangelicæ ab interrogatione diſcipulorum, &c.] *Adludit ad* interrogationem diſcipulorum *initio c. 21. Luæ: Magiſter, quando hæc erunt, &c. Atqui* vota ſanctorum *intelligit ea, quibus* eligentur & leuabunt capita ſua ad redemptionem regni iam adpropinquantis. Parabolam vero fici *paulopoſt explicat Auctor. Porrò* exitibus *rurſum vſurpat, pro:* exitiis.

643. Aſpice ficum & arbores omnes quum fructum protulerint, &c.] *Vide de hoc loco etiam ſupra l. de Reſurr. carn. c. 22. nu. 174. Hic benè habet , quòd quamquam Græcè ſit duntaxat* προβάλωσιν ἤδη, *tamen Auctor tranſferat, ſicuti Latinus vulgatus Interpres:* quum fructum protulerint; *quod confirmatur etiam eo quod ſequitur :* fructificationes arbuſcularum , *ſine, quod male, ſicuti ſupra loco citato:* fructificationes. *Quo ſit vt, ego quidem cenſeam & apud vulgatum Interpretem , & apud Auctorem ſuiſſe legitum primetum:* quum fructum protulerint

vt, frutus vsurpatus olim fuerit pro: caule floris, quæ supra vsurpac; sed quod eam vocem apud neminem veterum inuenerim, nolui quid immutare. Quam autem habeat Lucæ verbum Græcum præsentis temporis: prorsus castigatum est 2. MS. Vatic. cod. intelligunt, pro: intelligent. Aliqui quod aliquo obscurum videtur: Omne autem lignum, &c. ad hoc referturs vt puteris signum & rem eius dem esse Deo creatorii.

644. Non transiturum cœlum & terram, nisi omnia peragantur, &c.] Ista quasi ex consequenti colligit ex verbis illis Euangelistæ Auctor: Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant; cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Atque adeò videtur generationem, γενεὰν Græcè, interpretari de tota humi seculi vsque ad vltimum finem ætate, quam B. Paulus Apostolus fines seculorum nuncupat, & B. Ioannes horam nouissimam. Lego autem ex vtroque Vatic. MS. Siquæ à creatore sunt, pro: fiunt, & paulopost distinguo: Sic enim & Isaias. quum enim referatur ad præcedentia verba ab Auctore citata, non est noua periodus, sed discomma dumtaxat. Atque rursum hic Tertullianica phrasis: ordinem expungi, sicuts & cap. sequenti: Psalmum expunctum, id est admplectum, vel Rhenanus legit.

645. Admoneantur & discipuli ne quando grauentur, &c. secularibus curis, &c.] Secularibus vertit proprie, quod est Græcè: βιωτικαῖς, & insistat, ἐπιστῇ. Legimus verò vxta alterius MS. Vatic. cod. ex plenitudine, pro: &c. Atque sine legas: Moysi cum exc. sine: Moseicum 2. MS. Vatic non refert; ego certè nullam talem admonitionem, qualem hic Christus fecit, apud Moysen reperire potui.

646. sed enim per diem in templo docebat, &c.] Pergit in verbis Domini comparandis cum Prophetis.

647. In templo meo me inuenerunt, & illic disputatum est ad eos, &c.] Locum hunc non sine difficultate & innocatione spiritus sancti tandem inueni Oseæ 12. vbi vertitur & ex Hebræo in Bethel, & LXX. tam secundum B. Hieron. in Comment. quàm aduersus quæ hodie exstant: ὡς ἐκεῖ ὧδε inuenerunt me & ibi dictum sit: disputatum est (Græcè ἐλάλησαν) ad eos. Vbi quamquam ὧδε interpretetur B. Hier. dolorus, & Latinus Interpres LXX. inquisitus; tamen hunc locum certò certum est ex verbis illis: in Bethel; hoc est (vel B. Hier. exponente) in domo Dei; Et proinde loco ὧδε, fuisse aliquid aliud olim lectum, prorsus conjeci, aut videtur Tertullianum legisse ὧδε, & proinde interpretatus de nomine Dei, quod legitur Exod. 3. ὁ ὢν, vt verterit: in templo meo parasti ὧδε, pro: domo Dei; eius nempe quæ vocatur: Ego sum qui sum.

648. Ad noctem verò in Elæonem secedebat.] Fecit Auctor hic Latinam ex Græcè ἐλαιῶν, tam in testimonio Lucæ quod explicat, quàm in loco citato Zachar. 4. Et stabunt pedes eius in monte Elæone. ἐλαιῶν eliuetum significat.

649. Diluculo conueniendi erat, &c.] Ita expressit Auctor vocem Græcam ὀρθρίζειν, quam noster Interpres Latinus manicabat, vertit, voce scilicet ita æquè atque Græca, quæ tamen habeat plerique antiqui MS. codices, & ipse B. Augustinum agnoscit vsitatam ab Interprete veteri Latino, Iud. 9. vbi eadem vox Græca legitur. Illud autem: Dat mihi linguam, &c. partim etiam supra citatum reperitur Isai. 50.

Cap. xi.

650. Proinde scit & quando pati oporteret, &c.] Caput hoc inscripsimus: De die Paschæ electo ad passionem Christi proditione Iudæ, & distributione corporis & sanguinis Domini, ex cap. xxii. Lucæ. Atque per præcognationem priori loco ponit, qua Euangelista posterius.

651. cuius passionem Lex figurat.] Varias passionis in lege figuras videre est Tom. 1. lib. adu. Iudæos, c. 10. & supra lib. 3. adu. Marcion. c. 17. 18. & 19. Atque Epiphan. Conf. ut. 60. pulere ex hoc confutat Marcionem, quòd quum verè passum & crucifixum fateatur Christum, tamen verè natum nil confiteri; quod ipsum etiam visit Auctor supra libro de Carne Christi cap. 5. & 13. adu. Marc. capite 8. docens, si non verè natus sit, sed in phantasmate, nec etiam verè crucifixum.

652. Nam è tot festis Iudæorum, Paschæ diem elegit, &c.] Adludit ibi ad illud Lucæ: Adpropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha, tum ad illud: Venit autè dies Azymorum, in quo erat necesse occidi Pascha. Atque festa ludæorum commemorantur Leuitici 23. Pascha, Primitiarum, Pentecostes, Tubarum, Expiationum, & Tabernaculorum. E quibus tria erant, quibus per singulos annos oportebat omne masculinum comparere Hierosolymis, sicuti legitur Exod. 23. Paschæ, Primitiarum & expiationum, in fallor. De mulieribus verò apparet 1. Reg. 1. de Phenenna & Anna matre Samuelis, & Luc. 2. de Ioseph & Maria; quòd solum tenerentur adire Ierusalem semel in anno, vt potè in die solleni Paschæ. Hinc opinor factum tum, vt diem Paschæ præ reliquis Christus elegerit, quo in præsentia omnium patereture sum vt figuræ quoque implerentur.

653. Pascha est Domini.] Quamquam istud habeatur Exod. 11. Leuit. 23. & Num. 28. suffinit priorem locum ad margenem adnotare.

654. Concupiscentia concupiui Pascha edere vobiscum antequàm patiar, &c.] Non hoc modo adsert adu. Marc. Epiphan. Conf. ut. 62. vti ostendat (quod etiam Auctor facit) se figuram sanguinis sui implere concupiscere, atque adeò non se destructorem legis; sed etiam verget aduersi. phantasticam carnem Christi, quod præmittit Euangelista: Et accubuit & duodecim Apostoli cum eo, & insuper id quod præcedit: Ite & præparate vt edam Pascha, Conf. ut. 61. Atqui concupiscentiam & concupiscere, tum hic tum paulopost, accipit in bonam partem, pro: desiderio, & desiderare, quemadmodum etiam supra lib. de Anima cap. 16. vbi concupiscentiuum animæ genus hoc loco Euangelista probat etiam in Christo fuisse.

655. Nimirùm veruecina illum Iudaica delectaret? &c.] Veruecina (inquit Rhenanus.) id est, caro veruecis, hic dicitur agnina, bubula, porcina Plauto. Epiphan. dicta Conf. ut. 61. vnde etiã esum carnis veruecinæ Christi & discipulorum ante institutum Mysterij, contra Marcionem qui carnem esum damnabat.

656. Poterat & ab extraneo quolibet tradi, &c.] Sic quasi aliud agens complectitur quicquid hic habet Euangelista de tuda, non extraneo, sed vno ex duodecim; qui (quod etiam torquet adu. Marc. Epiphan. Conf. ut. 60.) locutus est cum Principibus sacerdotum & militum Imperatoribus, quomodo ipsum traderet illis, & gauisi sunt.

657. Qui mecum panem edit, leuabit in me plantam, &c.] Hic quoq; differt Auctor ab editionibus aliis Psal. 40. quod legat: leuabit, pro eo quod Græcè est ἐμεγάλυνεν, id est leuauit, seu magnificauit & ampliauit, quomodo etiam emendatores codices Latini & Graci Ioan. 13. vbi hanc scripturam in Iuda admpletam tradit Euangelista. Expressit autem plantam, quod Græcè est πέρνα μου, pro quo vetus editio Psalmorum, & Ioan. 13. Interpres Latinus: calcaneum, aliq; supplantatis nem, B. Hieron. verò Auctoris consentit ex Hebræo.

658. Poterat & sine præmio tradi, &c.] Hic adludit ad illud Lucæ: Et pacti sunt pecuniam illi dare, & spopondit, & exinde quærebat opportunitatem quomodo eum traderet. Atqui obscurum est illud: qui populum coram offendens, nec tradi magis potuisset quàm inuadi; nisi offendere accipiatur pro, mouere sicuts apud Terentium in Heautont. & Hecyra.

659. Pro eo quod venundedere iustum, &c.] Sine illud lege sine cum 2. Vatic. MS. venidderunt, perinde est. Reperitur autem istud Amos 2. præterquàm quòd plurali numero legit quod ibi est in singulari sexta editionis omnes; sed est perinde ad sensum Prophetæ, vtrum legatur, eo quod de Israële loquatur. Itaque de emendatoribus codicibus LXX. inter Commentarios B. Hieron. Nam quæ hodie exstat etiam in Bibliis Regijs, depravata est, quantum apparet, à Iudæis; vt puto, vbi legitur τὸν πῶς ἐν ἰδεῖ mendicum, pro eo quod Auctor: iustũ; & similater non videdo B. Hieronymus, sed etiam Palæologus, qui (quem admodum certatur à Leone de Castro Comment. MS. in hunc Prophetam) illud quod à Propheta additur: argento; de triginta argenteis, quibus venditus est Christus (de quibus etiam hic mox Auctor) interpretatur.

660.

660. Nam & quantitatem & exitum (*id est successum*) pretij; *&c.* sicut in Euangelio Matthæi continetur Hieremias prædixit, &c.] *Quum hîc, inquit, 27. cap. Matth. consentiunt additum moderna Græca & Latinæ, adscribat etiam Hieremiæ testimonium illud:* Et acceperunt XXX. argenteos, *&c.* patet *iam ab ea ætate irrepsisse nomen* Hieremiæ *in contextum; quod tamen exiſtimat Rouer. Dn. Ianſſenius Comm. in Concord. Euang. l. 111. ex margine additum aliquando fuisse. Cuius sententiæ mihi magis probatur, quòd Syriacum exemplar etiam non additum legat quàm:* per Prophetam dicentem; *& id olim ſcripſerit B. Auguſt. lib. 3. de conſenſu Euang. c. 7. & etiam Rupertus in Com. Quo loco Ianſſenium multas alias interpretationes eius loci adferre; quæ modo* Hieremiæ *adtribuatur, quòd apud Zachariam reperitur cap. 11. quamquam etiam verbis nonnihil immutatis. Addit autem Auctor:* adpretiati vel honorati, *quòd vox Græca τιμηθὲν vtrumque ſignificet; ſimitatus tum illud: quem* adpretiauerunt *a filijs Iſraël, tum:* sicut constituit mihi Deus. *Nos, vt ijs etiam ſatisfaciamus, qui Heb. 32. vbi legitur de agro empto (ſecundum quod etiam iam olim adnotauit B. Auguſt.) putant à Iudæa craſſa eſſe verba, quæ ab Euangeliſta Matthæo tribuuntur, ad marg. adnotauimus Hier. 32. & Zachar. 11.*

661. Profeſſus itaq; ſe cõcupiſcentiacõ cupiſſe edere Pascha, *&c.* acceptum panẽ & diſtributũ diſcipulis, &c.] *Intermedia Lucæ verba prætermittit, quia magna etiam ex parte Marcion reſedit, & imprimis teſte Epiphan. Conſut. 63.* Dico enim vobis, non edam ipsum posthac, donec compleatur in regno Dei.

662. corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum dicendo, &c.] *Similiter Auctor paulopoſt:* cur autem panem corpus suum adpellat? *& rurſum?* corpus suum vocans panem. *Item Tom. 1. lib. aduerſ. Iudæos cap. 10. num. 134.* Christus *(inquit)* panem corpus suum appellat, *& ijſdem verbis ſuprà lib. 3. adu. Marc. cap. 19. Rurſum Tom. 2. lib. de Oratione t. 6. n. 23.* & corpus eius in pane cenſetur: Hoc est corpus meũ, *&c. vlt.* quòd ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? Nõne ſollemnior erit ſtatio tua, ſi & ad eam Dei ſteteris? Accepto corpore Domini & reſeruato, vtrumque ſalumen eſt, & participatio myſterij & executio officij. *Item libro. de Idolol. capite. 7. num. 31.* eas manus admouere corpori Domini, *& c. & ibidem nu.* 34. iſti quotidie corpus Domini laceſſerunt, *&* : in quibus corpus Domini ſcandalizatur. *Hîc accedunt aperti ores loci, ſuprà l. de reſurr. carn. c. 8.* Caro corpore & ſanguine Christi veſcitur, vt anima de Deo ſaginetur, *& l. 1. aduerſus Marc. cap. 14. numero. 96.* panem, quo ipsum suum corpus in ſacramentis repræſentat, *id eſt præſens facit, ſtylo Tertullianeo, quem admodum vel ipſe Rhenanus ante me adnotauit libro de Patientia cap. 3. nu. 17. ad illud:* cœleſtes ignes repræſentari voluiſſet. *Iterum infra Tom. 4. lib. 4. adu. Marc. carmine conſcripto:*

Atque ſacerdotes voluit ſui corporis eſſe,
Ipſe panis ſummi perfectus iure ſacerdos.

& lib. 5.

Acceptum panem pariter vitiſque liquorem
Corpus, ait, ſanguiſque meus qui funditur, hic eſt
Pro vobis; ficti ſemper quod poſtea iuſſit;
Quàve creatura panem vinúmque putatis,
Eſſe ſuum corpus cum ſanguine?

Denique etiam Tomus 5. libro de Pudicitia: Atque ita exindè opimate Dominici corporis veſcitur. *Qui omnes loci eiam manifeſtè adſerant* veritatem corporis & ſanguinis Domini in ſacramento Euchariſtiæ, *vel ex ipſa Magdeburgenſium confeſſione Cent. 2. capite 4. par. de Cœna Domini, oportet ſanum aliquem intellectum dare verbis quæ hîc ſequuntur:* Id est, figura corporis mei. *Quem quum alij aliunde reddant, certè originem ſuam habere videntur illi, quorum mihi maximè placet interpretatio, ex Scholio marginali Gagnæi in editione Pariſienſi, hoc nempè: nihil hîc de veritate* corporis Christi *detrahi, propterea quòd totahæc oratio referatur non ad nouum ſacramentum Euchariſtiæ, tanquam illud vocetur* figura, *ſed ad panem de quo Hieremiæ 11. locus hîc tractatur, ea ratione qua* panis *oblatus & comeſſus in ſacrificijs naturæ & legis, iam tum* figurabat, *conſiciendum tempore Euangelij* Christi corpus, *ex materia, & ſub ſpecie panis manducandum. De illa enim figura quæ ſtat olim ſub lege, non de illa quæ à Chriſto inſtituebatur, Tertullianum loqui; patet ex eo quòd* veterem figuram *adpellet tum de pane dicens:* non intelligens veterem fuiſſe iſtam figuram corporis Christi, *tum de calice paulopòſt:* Vt autem & ſanguinis veterem figuã in vino recognoſcas. *Conuenit autem hæc interpretatio cum totius huius libri ſcopo, vbi non aliud tenatur Auctor oſtendere quam* concordiam Veteris & Noui Teſtamenti, *ex eo quod Veteris Teſtamenti figuræ, Noui Teſtamenti veritate adimpleantur. Quod dum facit, inter tetera etiam teſtimonium ſuprà dictum adfert Hierem. 11.* Venite mittamus lignum in panem eius, id est (*ſicuti non modo hîc explicat Tom. 1. lib. aduerſ. Iud. cap. 10. & ſuprà libro 3. aduerſus Marc. capite 19.*) crucem in corpus eius. *Similiter etiam paulopòſt adfert teſtimonium illud Gen. 49.* Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ amictum ſuum. *Atqui vt probet* panem *antiquitus* veterem fuiſſe Dominici corporis figuram, *adfert verba hæc Euangeliſtæ:* acceptum panem & diſtributum diſcipulis suis, corpus suum illum fecit. *Similiter vti probet:* vino antiquitùs figuratum Christi ſanguinem, *infrà dixit:* Ita & nunc ſanguinem ſuum in vino conſecrauit, qui tunc vinum in ſanguine figurauit. *Sicut autem ibi obſcurè loquitur, & quaſi contrario ſenſu, pro eo quod dicere debuerat: qui tunc ſanguinem in vino figurauit; Ita & priùs quum ſupradicta verba adiecit:* Hoc est corpus meum dicendo, id est figura corporis mei; *etiam quaſi contrario ſenſu loquitur, pro eo quod dicere debuerat conuenienter ſuo inſtituto: illud (panem nempè) fecit Chriſtus corpus ſuum in noua lege, dicendo:* Hoc est corpus meum, *quod in veteri lege erat figura corporis ſui. Sic autem debere intelligi, comprobatur ex verbis immediatè ſequentibus:* Figura autem non fuisset; *quum aliquis dicere debuiſſet:* eſſet, *ſi in noua lege figuram corporis ſui agnoſceret. Et vero ſe non loqui de noua corporis ſui figura, ſed veteri, (vti paulo iam diximus ex Gagnæo) patet manifeſtè ex illo verbo:* Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit non intelligens, veterem iſtam figuram fuiſſe corporis Christi? *Et rurſum ſubijciens:* Itaque illuminator antiquitatum (*nempè Chriſtus*) quid tunc (*nempè in Veteri teſtamento*) voluerit ſignificaſſe panem, satis declatauit, cotpus ſuum vocans panem; *indicat quod tunc panu ſignificaret corpus Chriſti, non verò quod nunc id ſignifiret. Simile eſt etiam illud:* vt autem & ſanguinis veterem (*non nouam*) figuram recognoſcas. *Et quod habet paulopòſt:* At nunc (*id eſt, in nouo Teſtamento*) ſanguinem ſuum in vino conſecrauit, qui tunc (*id eſt, in Veteri*) vinum in ſanguine figurauit. *Denique ſimilia etiam ſunt verba diſtinctioris libro aduerſus Iudæos, & libro 3. aduerſus Marc. vbi locum hunc Hier. 11. citat Porrò ſi hæc loci obſcuriſſimam interpretatio cuiquam non ſatisfaciat, vel perſiſtat in hoc, quòd etiam nunc (id eſt, in Nouo Teſtamento) adpellauerit auctor Sacramentum illud Euchariſtiæ,* figurant corporis ſui: *fatetur tum Beato Auguſtino libro aduerſus Adimantum Manichæum capite 12. eſſe in Euchariſtia etiam ſignum* corporis Christi, *ſen* figuram, *ſed eo modo, quo ſanguis animæ animalis ſignum dicitur, nempè non nudum ſignum, ſed quo etiam ipſa res ſignificata continetur. Eſt enim* corpus Christi, *vt idem Beatus Auguſtinus tradit in Sententijs Proſperi,* & veritas & figura; *veritas, dum corpus Chriſti & ſanguis virtute ſpiritus in verbo ipſius, ex panis vnique ſubſtantia efficitur: figura verò, quod exterius ſentitur. Et vero nihil obſtare, quòd eadem idem, & veritas ſit ſeu ſubſtantia, & tamen figura ſiue effigies eius ſimilitudo dicatur; patet ex ipſa etiam Tertulliano infrà libro 5. tractante Epiſt. ad Philippenſes* Planè (*inquit capite penult.*) de ſubſtantia Chriſti purant & hîc Marcionitæ Apoſtolum ſibi ſuffragari, quòd phantaſma carnis fuerit in Chriſto, quum dicit quòd in effigie Dei con-

ſtituratus, non rapinâ exiſtimauit pariari Deo, ſed exhauſit ſemetipſum, accepta effigie ſerui non veritate; & in ſimilitudine hominis, non in homine; & figura inuētus homo, non ſubſtantia, id eſt, non carne. *Hactenus argumētum Marcionis. Qui & autem reſpondet Tertullianus?* Quaſi (inquit) non & ſi figura, & ſimilitudo, & effigies ſubſtantiæ quoque accedant. Benè aurem, quòd & alibi Chriſtum imaginem inuiſibilis Dei appellat. Numquid ergo & hîc, quàm effigie eum Deì collocat? Æquè non erit Deus Chriſtus verè, ſi nec homo verè fuit, in effigie hominis cōſtituratus. Vtrobique enim veritas neceſſe habebit excludi; ſi effigies & ſimilitudo, & figura phantaſmati vindicabitur. *Cæterùm nobiſcum conſentire videtur, quod ad priorem noſtram huius loci interpretationem adtinet (quamuis inuitus) Calumnia, dum alicubi confiteturi*: figuram non cadere in vocem corporis, ſed in vocem panis; *quemadmodum ipſi illum verbo corporeatum Dn. Claudium de Sanctes in Examine doctrinæ Caluiniana, & pauci repetit in Apol. adu. Bolsæc, pag. 139. Hactenus de vera ſenſu Tertull., quo ad* veritatem corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia (*de qua etiam ſuprà libro de Reſurrectione carnis capite 8. numero 76.*) adinuet. *Qui verò alterum Patrum de eadem teſtimonia requiret, videat Adnot. noſtras Tom. 2. lib. de Orat. cap. 6. num. 23. & latius ad librum de Lapſis B. Cypriani, num. 82. & ad Epiſt. 63. ad Cæcilium, num. 12. Denique & noſtra Leturgica Latinorum, vbi frequentiſſimam habes mentionem ſacrificij corporis & ſanguinis Domini per ſingulas ferè paginas, ex diuerſis ſex primorum ſæculorum Latinis Patribus, & verò etiam Græcis, a pag. 1. vſque ad 93. quam illud à Chriſto inſtitutum, & ab Apoſtolis vſitatum, late comprobauimus.*

652. niſi veritatis eſſet corpus, &c.] *Ad hunc locum, & ad illum infrà*: Sic & in calicis mentione, *Auditor* in *ad illum infrà lib. 5. aduerſ. Marc. cap 8. vbi ſimilia Chriſti verba tractat 1. Cor. 11.* Proinde Panis & calicis ſacramēto iam in Euangelio probauimus, corporis & ſanguinis dominici veritatem aduerſus phantaſma Marcionis. *Id ipſum verò facit etiam Auctor infrà lib. 5. aduerſ. Marc. carmine conſcripto, vbi poſt verba numero præcedenti allegata ſubiungit:*

Non ſe factorem mundi per facta probauit,
Et portare ſimul de carne & ſanguine corpus.

664. Aut ſi propterea panem corpus ſibi finxit, &c.] *Hæc & ſequenti periodo cōfutatur hic illorum hæreſis, qui putant manere in corpore Domini ſubſtantiam panis in Euchariſtia, hoc enim adfirmare, quod aliud eſt dicere, quàm* Chriſtum panem ſibi corpus finxiſſe, *ſicuti angelos ex aëre ſibi corpus formare dicuntur quando in forma hominum apparere legūtur. Atquadeò etiam ſequetur, quod Marcionis hic impiꝰ ait Auctor, non modò corpus* Chriſti, ſed & panem traditum & crucifixum pro nobis. *Verùm latè tum ex ipſo Tertulliano, tum ex aliis Patribus comprobauimus* transſubſtantiationem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti *loco citato lib. de Oratione.*

665. tradere pro nobis, &c.] *Adiudit hic ad verba Chriſti ex Luca*: quod pro vobis traditur, *quæ quum expliceat Auctor ſequentibus verbis de* crucifixione Chriſti, *terrē facit hic etiam imprimis ad confirmandam veritatem corporis Chriſti neque enim* figura corporis Chriſti *pro nobis erudita eſt aut crucifixa; item & pro tranſubſtantiatione, vti iam diximus.*

666. pepōnem, quem Marcion cordis loco habuit, &c.] *Ex eo quod quod ſuprà libro de Aſima capite 32. habet Auctor*: cut non magis & pepo, tam inſulſus? *videtur hic per trōnam expreſſiſſe voluiſſe, ita ut ſenem excordem fuiſſe & inſulſum, id eſt ſale ſapientiæ & ſapientiæ, quæ in corde latere ſolent minimè conditum. Verum de hoc latius in Prologemeno inter Prouerbiales formulas.*

667. Aduerſus me cogitauerunt cogitatum, &c.] *Sacramentarius fuit, quiſquis hic ad marginem addidit verba quadam ex Latitatio plane mutila & corrupta, quæ hucuſq; in omnibus editionibus excuſ. reperire eſt, vti videretur verteras corpori Domini detrahere, quum magis pro ea faciat. Sic enim l. 4. c. 18. poſt recitata Hieron. 11. verba eadem quæ ab Auctore citantur, apudillū legitur*: Lignum autē crucem ſignificat, & panis corpus eius; *quia ipſe eſt cibus & vita hominū, quicredunt in carnē quā portauit, & increuit in qua dependit. Ipſe quē lo. ſum (inquit) enim eſta veteribus in figuratum eſt ad aduerſariorum teſtimonia adferre in catholicorum dogmatum confirmationem. Xyſtus Betuleticus: Origenes, inquit, Tertull. Hier. eodem modo exponunt, per panem mimicum corpus Chriſti, per lignum crucis tuteli gentes, referentes que ad* Sacramentum corporis Chriſti. *Vbi haud dubiè inſinuat tum locos tres Auctoris, hic & ſuprà citatos lib. adu. Iud. ac lib. 3. adu. Marc. (vbi vide Adnot. noſtras n. 140.) tum Comment. Origen. & Hieron. in Hieremiam, qui (ſicuti etiam Lactantius) Tertull. in hoc videntur imitati.*

668. Sic & in calicis mentione teſtamentum conſtituens, ſanguine ſuo obſignatum, &c.] *Adiudit ad illud Chriſti apud Lucam*: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, *nempe* obſignatum, *vti addit ad maiorem explicationem Auctor. Sicut autem legit cum Vatic. 2. Mſ. ita* Ita conſiſtet, *ſine cum excuſ.* conſiſtit, *non refert. Sed omnino noſtram periodum ibi ineſſe primus*: Vt autem in ſanguinis, &c.

669. Sic decorus in ſtola violenta cum fortitudine, &c.] *Mirum ſie caſtigari ex vtraque MS. Vatic. cod pro*: ſed, *quia Græcè illud eſt & Latinè apud LXX. & apud B. Hieron. in Comment. Iſa. 63. Mallem autem legere cum LXX. tum ſanctis hodie extant, tum ſicuti à B. Hieron. nominatim citantur*: βίᾳ μεγάλῃ ἰσχύος, *id eſt* violentia cum fortitudine; *ſed quia hic non legitur*: in ſtola ſua, *nolus immutare. Maximè quum etiam veteres illa*: ſicut de foro (*id eſt, vti recte interpretatur in hunc Iſaiæ locum Leo de Caſtro, medio ſtatio*) torcularis, pleno, conculcato, *pro qua B. Cyprian. Epiſt. 63. ad Cæcil. vbi hunc locum imitatur*: à calcatione torcularis pleni & percalcati, *& Ruffinus Expoſ. in Symb. inter opera Cypriani*: tamquam à torculari calcato. *B. Hieron. in Comment. iuxta LXX.* ſicut calcantium rorculat plenum & conculcatum. *Denique & hodie Græcis* τοῦ ληνοῦ πλήρους καὶ πεπατημένου, *id eſt*: ſicut calcati rorcularis pleni & conculcati. *Legimus autem non vtrum*: de furo, *pro*: in furo.

670. ex cuius tribu, carnis cenſus Chriſti, &c.] *Ruffinus hic cenſus, pro origine accipitur. Atque frequentiſſimum eſt in ſcripturis, Chriſtum oriundum ex tribu Iuda, ſed ſufficit adnotaſſe ad marginem, Luc. 1.*

671. Laudabit (inquit) in vino ſtolam ſuam, &c.] *Etiam hic Auctor eſt imitatus B. Cyprian. loco iam citato, ad dit*: Quando autem ſanguis vua dicitur, quod aliud quam vinū Dominici calicis ſanguis oſtenditur? *qui locus etiam facit ad confirmationem* veri ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

Cap. xii.

672. Væ (ait) per quem traditur filius hominis, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: De imprecatione Chriſti in Traditorem, & illius oſculo; & de reſponſo Domini ad interrogationē, an ipſe eſſet Chriſtus; ex eodem xxij cap. Lucæ. *Atqui vertit traditur, ex Græco* παραδίδοται, *quamuis etiam legunt quadam Latina exemplaria, pro eo quod alia*: tradetur. *Reperit autem hic iterum* Væ *eſſe* imprecationis & commonitionis inclamationem.

673. noli iam de creatore circa Adam retractare, &c.] *Latius hoc argumentum Martionis, cur* Deus paſſus ſit Adam in tantum ſeculus ruere, *atque adeò de Iuda tradiore ad ipſum, refutat Auctor ſuprà lib. 2. adu. Marc. cap. 5. 6. & 7. vbi eo non obſtante* liberum *tamen arbitrium hominis confirmat.*

674. Nam & Petrum præſumptoriè aliquid elocutum negationi potius deſtinando, &c.] *Sic pauciſſimis expreſſit Auctor colloquium Chriſti de negatione S. Petri præditta, quod latiùs proſequitur infrà Tom. 5. lib. de Fuga in perſecutione; omiſſis ijs quæ intermedia ſunt apud Lucam.* de contentione Apoſtolorum quis eorum videretur eſſe maior, *ſortaſſis quod nec Marc. ea haberet, prætermiſſo etiā eo quod ſequitur*: Quando miſi vos nūquid defecit (*ſic enim Epiphan. caſtigandum eſt*) vobis? *& reliqua vſq; ad illud*: Et cū iniquis deputatus eſt; *quæ reſcſſa ſcribit à Marcione Epiphanius Conſut. 64. Quæ (quod hic etiam omittit Auctor, quantum apparet, compendij gratia, neceſſit*

set prolixior) *in Marcionem retorquet Consutat.* 65. Disstractus est ab ipsis fetmẽad lapidis iactum, positisq; genibus orabat.

675. Debuit etiam osculo tradi, &c.] *Epiphan. Consut.* 66. *hinc etiam veritatem corporis Christi probat ex hu verbu Lucæ, ad qua hic Auctor adludit*: Et adprompti quauit vt oscularetur eum Iudas. *Qui Consut.* 67. *addit rescidisse etiam Marcionem in sequentibus quod* fecit Petrus, quando percussit & abscidit auriculam serui Pontificis, *& quantum apparet, totam historiam negationis Petri; quippe quam hic etiam Auctor praetermisit. Idem Consut.* 68: *in Marcionem vibrat etiam illud hic compendy gratia omissum ab Auctore*: Et qui tenebant, illudebant ei, cædentẽsque ac percutientes dicebant: Vaticinare qui est qui te percussit?

676. Perductus in consessum, an ipse esset Christus? interrogatur, &c.] *Quòd hinc colligit, eundem fuisse Christum veterm & nunc Legu tractatus etiam suprà lib.* 3. *adu. Marc. cap.* 15. *& hoc ipsi lib.* 4. *cap.* 21. *Atqui illud*: Vt pati posset, inquis; *ex persona dicit Marcionis.*

677. Si dixero enim (inquit) vobis, non credetis. &c.] *Sic ea stigani, pro*: creditis; *tum, quòd illud legatur Græcè, Syriacè & Latinè, Luc.* 21. *tum quod sequatur apud Auctorem*: non credituri. *Atqui de Proverbio*: manum porrigens, *vide nostra Prolegomena.*

676. Abhinc (inquit) erit filius hominis, sedens ad dexteram virtutis Dei, &c.] *Recte transtulit* Abhinc, *quod Græcè est*: ἀπὸ τῦν δὲ *id est, sicuti vertit Syrus Interpres*: *Ab hoc tempore*: *Differt autem quòd vertit*: ad dexteram, *pro eo quod ex Græco Latinum interpres*: à dextris, *& ex Syriaco interpres*: à dextera.

679. Suggerebat enim. &c.] *Adludit tum ad illud Danielis* 7. *Ecce cum cœlis nubibus tanquam* filius hominis, *tum ad illud Psal.* 109. *Dixit Dominus Domino meo*, sede à dextris *meis*; *quod ipsum mox citat.*

680. Ergo, inquiunt, tu filius Dei es? &c.] *Istud* interrogatiué, non confirmatiué *dictum probat Auctor, sed confirmatiué responsum à Christo*: Vos dicitis quia ego sum. *Prorsus enim sic legendum iuxta Græcos, Syracum & Latinos codices, pro eo quod erat corruptissimè*: quasi non ego.

CAP. XLII.

681. Perductum enim illum ad Pilatum onerare cœperunt quòd se Regem diceret, &c.] *Insirptionem huic capiti deesse nus*: De simili responso Christi ad Pilatum, iudicio ipsius apud eundem & Herodem, cõdemnatione, & crucifixione, signis in morte, exspiratione, & sepultura Domini; ex cap. xxiij Lucæ. *Vult autem Auctor hanc accusationem inde prouenisse, quòd paulò prius apud Caiphan* se Christum Dei filium sessurum ad dexteram Dei, *dixerit*; *sicuti capite praced. ad quod iterum adludi, dictum est. Atqui Epiphan. Consut.* 69. *& 70. scribit Marcionem hoc loco quadam verba appossuisse, quæ Euangelista non habet, ut potè post illud*: Hunc deprehendimus peruertentem gentem, *addidisse*: *Et destruentem Legis & Prophetas, & post illud*: Iubentem tributa non dare, *adiecisse rursum, & auertentem mulieres & liberos. In quo notanda heresiarcum malitia, qualem morin est non solùm rescindere scripturarum loca, sed & de suo aliquid adponere.*

682. Pilato quoque interroganti, Tu es Christus, proinde (*nempè respondit*) Tu dicis, &c.] *Prorsùm verbum videtur solùm legisse Auctor*: & dicentem se Regem esse, *Græcè* χριστὸν, *vbi hodie est* ὁ χριστὸς ὁ βασιλεὺς; *& hic quoque legisse* χριστὸς, *vbi hodie legitur* βασιλεὺς, *eo quòd Reges omnes olim Christi dicerentur.*

683. Conflitutus est igitur Dominus in iudicio, &c.] *Totum istud reperitur Isai.* 3. *præterquàm quòd legit*: Conflitutus est in iudicio, *pro eo quod Græcè & Latine legitur hodie*: conflituetur; *quòd sit vt putem olim lectam Graecam præteritam vocem, pro eo quod hodie est in futuro* ἔστηται *quum in præsentes vertat*: *stat, ex Hebræo Hieronymus. Et videtur etiam legisse Auctor*: ἐν κρίσει, *quum vertit*: in iudicio, *pro eo quod hodie est*: ad iudicium. *At*: Ipse Dominus in iudicium veniet *legendum, pro eo quod erat*: venit, *consitat ex eo, quòd legat suprà lib. de Resurr. carn. cap.* 20. *nu.* 149. Venturum in iudicium; *maxime quòd correspondeant Græci, Latini & Hebræi codices.*

684. Tumultuatæ sunt ibidem Nationes, &c.] *Pulcherrimè hoc testimonium Psal.* 2. *tum hic, tum loco citato l. de Resurrect. car. explicat Auctor*, Nationes *interpretatus* Romanos qui cum Pilato erõt, Populos, *tribus* Israëlis; Reges, in Herode; Archontes in summis sacerdotibus.

685. Et vinctum eum ducent xenium Regi, &c.] *Sensum etiam hic potius reddidit Auctor quàm verba, nam ose* 10. (*ad quem locum handdubiè respexit*) *legitur*: *Et ipsum vinctenetes duxerunt ξένια Regi.*

686. Deluctatus est denique Herodes viso Iesu, nec vocem vllam ab eo audiuit, &c.] *Paucis etiam hic duos versus Euangelista comprehendit. Vertitur autem vox Græca*: ἐκόρου delectatus est, *quam oly verterunt*: *gauisus est. Atqui scripturam illam Isai.* 50. *iuxta LXX.* Dominus dat mihi linguam disciplinæ, *habes etiam suprà eandem sub finem cap.* 39. *Hic adde præterea ex eodem*: quomodo eum oporteret proferre sermo nem.

687. quam in Psalmo adglutinatam gutturi suo tunc probabat, &c.] *Ita vertit Auctor quod Græce est Psalm.* 21. ἐκολλήθη ὁ σῦς μὲ κεκολλήτει τῶ λάρυγγί μὲ, *quod oly*: lingua mea adhæsit faucibus meis. *utrumque vocis Græcæ significant.*

688. Et Bartabas quidem, *&c.* vita, *&c.* donatur; Christus verò, *&c.* morti expostulatur, &c.] *Multo hic pausibus verbis comprehendit versus* 6. *Euangelistæ.*

689. Sed & duo scelesti circumfiguntur illi, &c.] *Græcè est* κακοῦργοι *apud Lucam, pro quo rectè vertit*: scelesti. *Et magis ea verssio correspondet Prophetæ Isai.* 53. *quam hic adsert* (*quasi repetens quod apud Lucam habetur cap.* 22.) Et inter iniquos deputatus est, *Græcè apud Euangelistam*, μετὰ ἀνόμων. *Atqui quod dicit*: *circumfiguntur*, *eo ipso includit etiam quod præcedit, & vrget Consut. aduers. Marc.* 71. *Epiphan.* Et quum venissent in eum qui dicitur Caluariæ locum, crucifixerunt ipsum, *eas addit ur*: & scelestos, *vnum à dextris, & alterum à sinistris quod verbo vnico*: circumfixerunt *expressit Auctor*: *Nam & sequitur apud Auctorem*: Tolle & crucem eius.

690. Vestitum planè eius à militibus diuisum, partim forte concessum Matcion abstulit, &c.] *Quum vrgeat etiam dicti loco contra Marcionem Epiph.* Et diuiserunt vestes ipsius; *hoc vult Auctor, quòd Marcion abstulerit dumtaxat illud*: & miserunt sortes, *quod apud Epiphanium desideratur, aut potius, omittendum est illud in Epiphanio, si Auctor senserit vtrumque abstulisse Marcionem*; *quod certum videtur ex eo quod sequitur*: respiciens Psalmi Prophetiam (*nempè Psal.* 21.) Diſpertiti sibi sunt, *&c. & maximè ex illo paulopòst verbo*: Quò iam testimonium vestimentorum? habe (*siue* habes, *vt* 1. *editio in margine*) falsi tui prædam.

691. Aufer igitur & crucem ipsam. Idem tamen Psalmus, &c.] Crucem *Christi prædictam insinuat à Psalmista per illud*: Foderũt manus meas & pedes meos; *vbi adde*: meos, *ex altera Vatic. MS. cod. eo quòd legatur Psal.* 21. *iuxta adstuentes*; *scilicet*: tamen *ex vtroque MS. Vat. pro eo quod erat*: enim.

692. Totus in illo exitus legitur: Circumdederunt me canes, &c.] *Hic paucis ad alia eiusdem Psal.* 21. *adplicat, quicquid apud Euangelistam habetur de derisionibus Christi in cruce pendentis per Iudæos circumstantes, ea ſparsim citans. Nam illud*: Circumdederunt me canes, synagoga (*Græcè* συναγωγὴ) malefici corum circumuallauit me, *pramittitur immediatè ante illud*: Foderunt, *&c. Ad illud*: omnes qui spectabant me, *&c. longè antea*; vibrasse *tussilis*: naso irridebant, *quod Græcè est* ἐξεμυκτήριζον, *& legit*: capita, *pro qua alia additiones omnes*: *apud*, *& in* Deum, *pro qua ceteræ*: *in Domino, quod mirum est, quum Hebraicè sit Adonai, & Græcè* κύριον.

693. Ecce autem & cleméta concutiuntur, &c.] *Præmittit hæc Auctor illud Christi ad alterum latronum*: Hodie mecum eris in paradiso, *eo quòd prosidenti Martum, sicuti testatur Epiphan. Consut.* 72. *Atqui quod hic in genere de* clemẽtis con-

euſſis dicit, particulatim explicat, ex Prophetijs Veteris Teſtamenti adaptat.

694. Cœlum (inquit Iſaias) veſtiam tenebris, &c.] Scripturam hanc Iſai. 50. ſignificaſſe vnus Auctor tenebras in paſſione Chriſti.

695. Et erit illa die, dicit Dominus: Occidet ſol, &c.] Hanc ſcripturam etiam citauit Auctor in eandem ſententiã Tom. 1. lib. 4. du. Iudæos, cap. 10. & B. Cypr. Teſtim. lib. 2. aduſ. Iud. c. 23. & præterea (ſicuti ex citatum à Leone de Caſtro Commentatio Amos Prophetam) Cyrillus alicubi, Euſeb. Demonſt. Euang. lib. 10. c. 6. Prophetam) Cyrillus alicubi, Euſeb. Demonſt. Euang. lib. 10. c. 6. B. Auguſt. qu. 105. vtriuſque Teſtamenti, Athanaſ. diſput. adu. Iud. Rufinus in Symbol. inter opera B. Cypriani, Gregentius denique & Palæologus diſputationibus ſuis adu. Iudæos. Atque illud: (Habes & horæ ſextæ ſignificationem) parentheſis incluſimus, eo quòd illud: & contenebrabit ſuper terram, etiam legatur Oſee 8. Vbi prorſus lego: contenebrabit: tum quòd præceſſit: occidet, & in futuro legunt LXX. Græcè & Latinè, tum quòd ſuprà b. adu. Iud. legat: & tenebreſcet ſuper terram dies luminis; de quo ibidem num. 137.

696. Sciſſum eſt & templi velum, &c.] Id factum addit Auctor, angeli eruptione derelinquentis filiam Sion; quo confirmatur angeli præſentia peculiaris alicuius (qualis apparuit Zachariæ Luc. 1.) apud aram Dei in interiori tabernaculo, quò ſemel in anno intrabat ſacrificaturus ſummus Pontifex, adiuſque Chriſti paſſionem; & inſuper non vnius, ſed multorum angelorum adſiſtentia ad altare Dei, dum offertur à ſacerdotibus ſacrificium Chriſtianum; ſicuti non ſemel adteſtatur B. Chryſoſtomus.

697. O quàm perſeuerauit etiam xxx. Pſalmo, &c.] Addiudit ad illud Luc. 1: & vociferatus (id eſt, voce magna clamans) ait: Pater, in manus tuas commẽdo ſpiritum meum; vt & moriens Prophetas victima voce, ad impleret.

698. Hoc dicto expirauit, &c.] Hic differt quòd legat: Hoc dicto, pro eo quod Græcè eſt, Syriacè & Latinè: & hæc dicens. Epiphan. Conſut. 73. vbi eodem modo quo Auctor illud contra phantaſma Marcionis vrget, omiſſis intermedijs legit dumtaxat: Et quòd clamaſſet voce magna, exſpirauit. Reſtè autem paulopoſt caſtigauit Rhenanus: Quæ & exſpirat, ex Gregentij collatione, pro: quæ exſpirat; nam conſentiunt. MS. Vatic. cod.

699. Nihil ergo remanſit in ligno, &c.] Pulchrè ſic Marcionis hæreſin de corpore Chriſti, quòd phantaſma fuerit, refutat; adiudens ad id, quòd corpore Domini remanente in ligno etiam poſt exſpirationem à Pilato id poſtulatum ſit, & de patibulo detractum, & ſindone inuolutum, & ſepulcro nouo conditum; idque (ſicuti paulopoſt addit) per Ioſeph, qui non conſenſerat in ſcelere Iudæis. Ita paucis comprehendens quidquid quatuor verſibus habet Euangeliſta. Atqui etiam illud adfert Epiphanius Conſut. 74. ad comprobandam veritatem corporis Chriſti, & in eiuſdem teſtimonium addunt mulieres reuerſas à ſepultura Chriſti, Conſut. 75.

700. Beatus vir qui non abijt, &c.] Addit hic de Ioſeph prophetam illud Pſal. 1. Vbi mallem quidem legere iuxta alterum Patic. MS. in cathedra peſtilentiæ, tum quòd Græcè legatur hodie καθέδρᾳ, & illud legere additones Pſalterij Veteris, Romana & Gallicana; tum quòd etiam B. Cypr. ſic legat l. de Nutate Eccleſiæ. Verùm quum Interpres B. Iuſtinus Martyris Apol. 2. ad Antonin. Pium legat: peſtilentiarum, retinui etiam hic: peſtium, ſecundum veſtigia alterius Vatic. MS. & exeuſſum codicum, vt vterque ipſorum legerit Græcè καθέδρας.

CAP. XLIII.

701. Si nec mulierum illarum officium præterit Prophetia, &c.] Titulum poſtremo huic capiti dedimus: De mulieribus ad ſepulcrum cum odorum paratura, reſurrectione poſt biduum; apparitionibus Chriſti quæ mulieribus, diſcipulis, & Apoſtolis factæ ſunt; & de miſſione Apoſtolorum ad prædicandum vniuerſis gentibus, ex cap. XXIIII. Lucæ. Atqui rectè vertit Auctor: ante lucem, quod Græcè eſt: ὄρθρου βαθέος, id eſt, ad verbum: diluculum profundo. Paratura verò (vel Rhenano teſte) iterum accipitur pro: adparatu.

702. Vt quærant (inquit) faciem meam, ante lucem vigilabunt ad me, &c.] Initium huius ſcripturæ ſub finem reperitur cap. 5. illud verò: ante lucem, & ſcripſi pio cap. 6. Oſee. Vbi mirum eſt omiſſis ab Auctore in tribulatione ſua, quod tamen explicare videtur, quum addit: inter dolorem præſentis deſtitutionis. Quemadmodum etiam quod: eripuit legit, pro eo quod Græcè eſt & Latinè apud LXX. rapuit: quod mallem, nec illud haberent etiam 2. MS. cod. Vatic. & ſuprà Auctor le o mox citando. Pro eo autem quod Paraphraſtes transſtulit: miſerebitur noſtri, Græcè eſt ἱλασθήσεται, quod (ſicuti adnotauit B. Hieronym. in Comment. eius loci) per dolorem reddere ſatisfactum ſignificat. ἱλασμὸς enim (inquit) propriè appellantur lineolæ quæ inſeruntur vulneribus, vt putridas carnes tomedant, & extrahant purulentiam; quæ caſtigandum etiam hoc ſeruunt. Interpres Latinus LXX. & legendum cum B. Hieronym. & curabit nos, pro eo quod habet: & turbabit nos id ſic autem omiſimus vnicem: dixit, intermediam, quæ apud Prophetam non habetur, & ſenſum obſcurabat. Atqui ſimiliter de Reſurrectione Domini inſerepetantur dictum locum B. Hier. B. Cypr. Teſt. lib. 2. adu. Iud. c. 26. nu. 113. & Rufinus in Symbolo inter eius opera, ſuprà quoque Auctor Tomo 1. l. 4. du. Iudæos, cap. 13.

703. qua perculſæ ſibi videbantur, &c.] Percuſſæ accipitur ab Auctore pro conſternatæ, quod tranſtulit Latinus vulgatus Interpres.

704. Corpore autem non inuento, &c.] Pulcrè explicat illud ſuprà ſæpè citatum Iſai. 57. Sepultura eius de medio ſublata eſt, de corpore non inuento.

705. Sed & duo ibidem angeli apparuerunt, &c.] Pulcrè etiam illud cum veteri Teſtamento confert de duobus teſtibus, Deut. 17. Quid verò angeli duo dixerint, habetur multo poſtì. Lateranenſes denique rectè interpretatur Rhenanus, ſtipatores, quòd latus claudant; quos (ſicuti ſcholium in margine habet) alij laterales appellant.

706. Reuertentes quoque à ſepulcro mulieres, &c. proſpiciebat Iſaias, &c.] Etiam hic Euangeliſtam conuenire oſtendit cum eo quod eſt Iſai. 27. Mulieres venientes à viſione, venite; Vbi omittimus quod priores loco legebatur: venite; quod neque apud LXX. hodie aut olim, neque apud B. Hieronym. Cyrillum, Procopium in Comment. neque apud Origenem in Matth. aut Rufinum in Symbolum inter opera B. Cypriani, amplius quam ſemel legatur.

707. Benè autem quòd incredulitas diſcipulorum perſeuerabat, &c.] Adludit ad illud Lucæ: Et viſa ſunt ante illos deliramenta verba hæc, & non crediderunt.

708. Nam quum duo ex illis iter agerent, & Dominus eis adhæſiſſet, non comparens quòd ipſe eſſet, &c. Nos autem putabamus, inquiunt, ipſum eſſe redemptorem Iſraëlis, &c.] Pauciſſimus hi verbis comprehendit xiv. verſus Euangeliſtæ, de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, & accenſo Domino ad eos, quem ne agnoſcerent, oculi eorum tenebantur; vbi inter cætera expreſſit ad verbum ex Græco illud: ipſum eſſe redemptorem Iſraëlis.

709. O inſenſati & tardi corde, in non credendo omnibus quæ locutus eſt ad vos. &c.] Recitat illud non ſecundum Lucam, ſed ſecundum Marcionem, vtpotè qui Epiphan. teſte Conſut. 77. reſciſſit illud Lucæ: quæ locuti ſunt Prophetæ, & ſubſtituit, quæ locutus eſt ad vos. ſic enim puto eos tam apud illã legi debere pro eo quod mendosè legitur: quæ locutus ſum vobis; nam ſiſi dixiſſet, ſtatim Chriſtum agnouiſſent. Sufficit autem Auctori, quòd etiam illa lectio contra Marcionem faciat.

710. Nam eadem & angeli ad mulieres. Rememoramini quæ locutus ſit vobis in Galilæa, dicens: quòd oportet tradi filium hominis, & crucifigi, & tertia die reſurgere, &c.] In his verbis, qua multò ante omiſit cap. 24. Lucæ continentur mirum eſt tam ab Auctore quàm ab Epiph. Conſut. 76. omiſſum eſſe: in manus hominum peccatorum, quod tamen eſt Græcè & Syriacè & Latinè in exemplaribus omnibus. Quum autem additi niſi quia ita à Deo creatore ſcriptum, adludit ad Prophetas omnes, quæ c. præced. 40. 41. 42. & hoc 43. ex Propheta in medium adeuſit. Atque Epiphanius etiam vrget aduerſus Marcionem, quòd ex fractione panis cognouerint eum, vtique non in phaſmate, ſed in corpore. Suæ autem increpauit legas cum exeuſſione incre-

puit

puit *cum altero Vatic. MS. cod. perinde est, nisi quod hoc sit magis Tertullianicum.*

711. Hæsitantibus eis ne phantasma esset, *&c.* Quid turbati estis (inquit) & quid cogitationes subeunt in corda vestra? &c.] *Idipsum etiam Epiph. Consutat. 78. terquet in Marcionem ijsdem pene verbis, quem vti apertiùs confutet, vertit prioribus:* phantasma, *quod postea:* spiritum, *vtpotè eiusdem significationis. Mirum est autem, quòd tam ipse quàm Epiphanius omittat tum illud:* palpate & videte, *tum etiam non legant* spiritus carnem *&* ossa non habet; *sed quum Marcioni illa omisisset, putarunt sufficere, si aduersus eum vrgerent illud:* spiritus ossa non habet. *Quorum loco legit illud Auctor:* & scitote quia ego sum, *nam illud:* & scitote, *alij non habent.*

712. Atquin adhuc eis non credentibus, propterea cibum desiderauit, &c.] *Adferretiam istud aduersus Marcionem Auctor:* vt se ostenderet, *inquit*, dentes habere? Christus.

713. Siquidem & Apostolos mittens ad prædicandum vniuersis Nationibus, &c.] *Adistud summodò adludit ab Euangelista Luca, quòd dicit:* & prædicari eum in vniuersas gentes; *verùm disertè verbis Matth. 28. dixit ad Apostolos Christus:* Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ. *Prædictum autem etiam istud tradit Auctor Psal. 18. per illud suprà sæpè citatum:* In omnem terram, *&c.*

ARGVMENTVM LIBRI QVINTI ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

SIcuti *libro præcedenti ex Euangelio B. Lucæ, quod sibi vsurpauerat Marcion, sic nunc ex Epistolis Pauli (quas ille mutilatas in Librum Apostolicum suo titulo editum diuerso ordine redegerat, exceptis ijs quæ sunt ad Timotheum & Titum, & ad Hebræos) probat Tertullianus non alium Deum prædicari ab Apostolo quàm Creatoris.*

Imprimis autem id vel ex eo manifestum facit, quòd nulla auctoritas Apostolo Paulo I.
probetur, nisi de Instrumento veteri Creatoris, & Actis Apostolorum, quæ Marcion reijciebat.

Deinde tum per Argumentum & verba Apostoli, DE EPISTOLA AD GALATAS, II.
ex cap. I.

Item ex eiusdem Epistolæ cap. II. *&* III. III.

Ex eiusdem etiam etiam cap. IIII. V. VI. IIII.

Deinde per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA, *ex c.* I. V.

Etiam ex Epistolæ eiusdem cap. II. *&* III. VI.

Eiusdem quoque ex c. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. *&* X. VII.

Item c. XI. XII. XIII. *&* XIIII. VIII.

Ex cap. etiam XV. *priori parte.* IX.

Et ex eiusdem cap. VX, *secundæ parte.* X.

Rursum per verba Apostoli, DE EPISTOLA II. AD CORINTHIOS, *ex c.* I. II. *&* III. XI.

Item ex c. V. VII. XI. XII. *&* XIII. XII.

Porrò etiam per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD ROMANOS, *ex c.* I. II. III. V. VI. *&* VII. XIII.

Ex eiusdem etiam Epistolæ c. VIII. X. XI. XII. XIII. *&* XVI. XIIII.

Nec minus per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD THESSALONICENSES I. XV.

Et DE EPISTOLA AD THESSALONICENSES SECVNDA. XVI.

Dein per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD LAODICENOS (*siue ad Ephesios*) *ex* XVII.
cap. I. *&* II.

Ex eiusdem etiam Epistolæ c. III. IIII. V. *&* VI. XVIII.

Denique per verba Apostoli DE EPISTOLA AD COLOSSENSES. XIX.

DE EPISTOLA AD PHILIPPENSES. XX.

Postremò DE EPISTOLA AD PHILEMONEM. XXI.

Ceterùm huius libri quinti aduersus Marcionem meminit etiam ipse Auctor subinde. Sic libro I. *aduersus Marcionem cap.* 15. Si (*inquit*) & ad Apostolum vestrum discutiendum venerimus. *& cap.* 16. Videbimus, & Apostolus cui auctor inuisibilia deputet, quum & illum exploraverimus; *quare & titulo addidimus;* DE EPISTOLIS PAVLI; *maximè quum etiam eiusdem in hæc verba meminerit Rufinus Apolog. pro Origene: Apostolorum (inquit) vel Actus vel Epistolas qualiter polluerint, qualiter corroserint, qualiter in omnibus maculârint; vel addendo im-*

pia, vel auferendo quæ pia sunt, siquis volet plenius scire; ex his libris Tertulliani, quos aduersus Marcionem scripsit, plenissimè recognoscet. Atqui etiam hunc librum MS. viderūt olim Trithemius & Politianus; Rhenanus primus in lucem edidit, & solus hactenus castigauit ex 4. MS. exemplaribus, additis Scholijs primùm, inde & Adnotationibus; quem nos adeò iterum ad duos Vaticanos MS. codices, & ex quibusdam Dn. Latinij coniecturis castigauimus; nouisque Argumento & Adnotat. illustrauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI ADVERSVS MARCIONEM LIBER QVINTVS, DE Epistolis Pauli.

CAP. I. NIHIL[a] sine origine, nisi Deus solus. Quæ quantum præcedit in statu omnium rerum, tantum præcedat necesse est etiam in retractatu earum, vt constare de statu possit. Quia nec habeas dispicere quid quale sit, nisi certus an sit, quum cognoueris vnde sit. Et ideò ex opusculi ordine ad hanc materiam deuolutus, [a] Apostoli quoque Pauli originem à Marcione desidero, [a] nouus aliqui discipulus, nec vllius alterius auditor, qui nihil interim credam nisi nihil temerè credendum, temerè porrò credi quodcunque sine originis agnitione creditur, quique dignissimè ad sollicitudinem redigam
Luc. 6. Act. 9. Matt. 28. istam inquisitionem, quum is mihi adfirmatur Apostolus [a] quem in albo Apostolorum apud Euangelium non deprehendo. Denique audiens postea eum à Domino allectum iam in cœlis quiescente, quasi improuidentiam existimo, si non antè sciuit illum sibi necessarium Christus; sed iam ordinato officio Apostolatus & in sua opera dimisso, ex incursu non ex prospectu adijciendū existimauit, necessitate, vt ita dixerim, non volūtate. Quamobrem Pontice nauclere si nunquā furtiuas merces vel illicitas[b] in acatos tuas recepisti, si nullum omninò [c] onus auertisti vel adulterasti, cautior vtique & fidelior in Dei rebus, ædas velim nobis quo symbolo susceperis Apostolum Paulum: quis illum tituli characterе percusserit quis transmiserit tibi, quis imposuerit, vt possis eum constanter exponere, ne illius probetur
Gal. 1. » qui omnia Apostolatus eius instrumenta protulerit. [7] Ipse se, inquit, Apostolum est professus, & quidem non ab hominibus, nec per hominem, sed per Iesum Christum. [8] Planè profiteri potest semetipsum quiuis. Verùm professio eius alterius auctoritate conficitur: alius scribit, alius subscribit, alius obsignat, alius actis refert. Nemo sibi & professor, & testis est. Præter hæc vtique legitimi; multos venturos, qui dicant, ego sum Christus. Si est qui se Christum mentiatur, quanto magis qui se Apostolum
Luc. 21. prædicet Christi? Adhuc ego in persona discipuli & inquisitoris conuersor, [9] vt iam hinc & fidem tuam obtundam, qui vnde eam probes non habes: & impudentiā suffundam, qui vindicas, & vnde possis vindicare non recipis. Sic Christus, sic Apostolus, vt alterius, dum non probantur nisi de instrumēto creatoris. Nam mihi Paulum etiam Genesis olim repromisit. Inter illas enim figuras & prophe-
Gen. 49. ticas super filios suos benedictiones, Iacob quum ad Beniamin direxisset, [10] Beniamin, inquit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit escam. Ex tribu enim Beniamin oriturum Paulum prouidebat, lupum rapacem, ad matutinum comedentem, id est prima ætate vastaturum pecora Domini, vt persecutorem Ecclesiarum, dehinc ad vesperam escam daturum, id est deuergente
1. Reg. 18. 19. 20. & 23. iam ætate oues Christi educaturum, vt doctorem Nationum. " Nam & Saulis primò asperitas infectationis erga Dauid, dehinc pœnitentia & satisfactio, bona pro malis recipientis; non aliud portendebat quàm Paulum in Saule secundum tribus, & Iesum in Dauid secundū virginis censum. Hæc figurarum
1. Reg. 24. Act. 9. sacramenta si tibi displicent, certè Acta Apostolorum hunc mihi ordinem Pauli tradiderunt, à te quoque non negandum. [11] Inde Apostolum ostendo persecutorem; non ab hominibus neq; per hominem, inde & ipsi credere inducor: inde te à defensione eius expello, nec timeo dicentē: Tu ergo negas Apostolum Paulum? non blasphemo quem tueor. Nego, vt te probare compellam. Nego vt meum esse conuincam. Aut si ad nostram fidem spectas, recipe quæ eam faciunt. Si ad tuam prouocas, æde quæ eam præstruūt. Aut proba esse, quæ credis: aut si non probas, quomodo credis? Aut qualis es aduersus eum credens, à quo solo probatur esse quod credis? Habe nunc & Apostolum de meo sicut & Christum: tam meum Apostolum, quàm & Christum. Iisdem & hīc dimicabimus lineis, in ipso gradu prouocabimus præscriptionis, Oportere scilicet & Apostolum qui creatoris negetur, immò & aduersus
Gal. 1. creatorem proferatur, nihil docere, nihil sapere, nihil velle secundum creatorem, & in primis tanta constantia alium Deum edicere, quantā à lege creatoris abrupit. Neque enim verisimile est vt auertens à Iudaismo, non pariter ostenderet in cuius Dei fidem auerteret: quia nemo transire posset à creatore, nesciens ad quem transeundum sibi esset. Siue enim Christus iam alium Deum reuelauerat, sequebatur etiam Apostoli testatio, vel ne non eius Dei Apostolus haberetur quem Christus reuelauerat, & quia non licebat abscōdi ab Apostolo qui iam reuelatus fuisset à Christo. Siue nihil

tale

A tale de Deo Christus reuelauerat: tanto magis ab Apostolo debuerat reuelari, qui iam non posset ab alio, non credendus sine dubio si nec ab Apostolo reuelatus. Quod idcirco præstruximus, vt iam hinc profiteamur nos proinde probaturos, nullum alium Deum ab Apostolo circumlatum, sicut probauimus nec à Christo: ex ipsis vtique Epistolis Pauli, quas proinde [11] mutilatas etiam de numero, forma iam hæretici Euangelij præiudicasse debebit. [12] Principalem aductus Iudaismum epistolam nos quoque confitemur, quæ Galatas docet. Amplectimur etenim omnem illam legis veteris abolitionem, vt & ipsam de creatoris venientem dispositione, [13] sicut sæpè iam in isto ordine tractauimus, de prædicata nouatione à Prophetis Dei nostri. quòd si creator quidem vetera cessura promisit nouis scilicet orituris, Christus verò tempus distinctionis istius (Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem) terminum in Ioanne statuens, inter vtrunque ordinem desinentium exinde veterum & incipientium nouorum: necessariè & Apostolus in Christo post Ioannem reuelato, vetera infirmat, noua verò confirmat: atque ita non alterius Dei fidem curat quàm creatoris, apud quem & vetera decessura prædicabantur. Igitur & legis destructio, & Euangelij ædificatio, pro me faciunt in ista quoque epistola, ad eam Galatarum præsumptionem pertinentes, qua præsumebant Christum vtputà creatoris, salua creatoris lege credêdum: quòd adhuc incredibile videretur, legem à suo auctore deponi. porrò omninò alium Deum ab Apostolo audissent, vltrò vtique scissent absecedendum sibi esse à lege eius Dei quam reliquissent alium secuti. Quis enim expectaret diutiùs discere, quòd nouam deberet sectari disciplinam, qui nouum Deum recepisset? Immò quia eadem quidem diuinitas prædicabatur in Euangelio, quæ semper nota fuerat in lege, disciplina verò non eadem, hic erat totus quæstionis status, [14] An lex creatoris ab Euangelio deberet excludi in Christo creatoris. Denique aufer hunc statum & vacat quæstio. Vacante autem quæstione, vltrò omnibus agnoscentibus discedendum sibi esse ab ordine creatoris per fidem Dei alterius, nulla Apostolo materia competisset id tam præsè docendi, quod vltrò fides ipsa dictasset. Igitur tota intento epistolæ istius nihil aliud docet quàm legis discessio-

B nem venientem de creatoris dispositione, vt adhuc suggeremus. Si item nullius noui Dei exerit mentionem, quod nusquam magis fecisset quàm in ista materia, vt rationem scilicet ablegandæ legis, vnica hac & sufficientissima definitione proponeret nouæ diuinitatis, apparet quomodo scribat, [15] *Miror vos tam citò transferri, ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium*; ex conuersatione aliud non ex religione: ex disciplina non ex diuinitate. Quoniam quidem Euangelium Christi à lege euocare deberet ad gratiâ, non à creatore ad alium Deum. Nemo enim illos mouerat à creatore, vt videtentur sic aliud Euangelium transferri, quasi dum ad creatorẽ tranferuntur. Nam & adijciens, [16] quòd aliud Euangelium omninò non esset, creatoris confirmat id, quod esse defendit. Si enim & creator Euangelium repromittit, dicens per Esaiam: Ascende in montem excelsum, qui euangelizas Sioni, extolle vocem in valentia tua qui euangelizas Ierusalem. Item ad Apostolorum personam: Quàm tempestiui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona: vtique & nationibus euangelizantium; quoniam &: In nomine eius, inquit, nationes sperabunt, Christi scilicet, cui ait, Posui te in lumen nationum; est autem Euangelium etiam Dei nouj, quod vis tunc ab Apostolo defensum: iam ergo duo sunt Euangelia apud duos Deos, & mentitus erit Apostolus dicens: *quòd non aliud omninò non est*, quum sit & aliud: quum sic suum Euangeliũ defendere potuisset, vt potiùs demonstraret, non vt vnum determinaret. Sed fortassè vt fugias hinc; & ideò, dices, subtexuit: *licet angelus de cælo aliter euangelizauerit, anathema sit*, quia & creatorem sciebat euangelizaturum. Rursus ergo te implicas. Hoc est enim quo astringeris. Duo enim Euangelia confirmare, non est eius qui aliud iam negarit. Tamen lucet sensus eius qui suam præmisit personam. [19] *Sed & si nos aut angelus de cælo aliter euangelizauerit.* Verbi enim

C gratia dictum est. Ceterùm, si nec ipse aliter euangelizaturus, vtique nec angelus. Ita angelum ad hoc nominauit, quo multo magis hominibus non esset credendũ, quando nec angelo nec Apostolo: nõ angelum ad Euangelium referret creatoris. [20] Exinde *decurrens ordinem conuersionis suæ de persecutore in Apostolum*, [21] scripturam Actorum Apostolicorum confirmat, apud quam ipsa etiam epistolæ istius materia recognoscitur; [22] interfuisse quosdam, qui dicerent circuncidi oportere, & obseruandã esse Moysi legem: tunc Apostolos de ista quæstione consultos, ex auctoritate spiritus renuntiasse, non esse imponenda onera hominibus quæ patres ipsi non potuissent sustinere. Quòd si & ex hoc congruunt Paulo Apostolorum Acta, cur ea respuatis iam apparet, vt Deum scilicet non alium prædicantia quàm creatorem, nec Christum alterius quàm creatoris, quando nec promissio Spiritus sancti aliundè probetur exhibita, quàm de instrumento Actorum. Quæ vtique vetisimile non est, ex parte quidem Apostolo conuenire, quum ordinem eius secundum ipsius testimonium ostendunt, ex parte verò dissidere, quum diuinitatem in Christo creatoris annuntiant: vt prædicationem quidem Apostolorum non sit secutus Paulus, qui formam ab eis dedocendæ legis acceperit.

[23] Denique *ad patrocinium Petri cæterorúmque, Apostolorum ascendisse Hierosolymam post annos* XIIII. scribit, *vt conferret cum illis de Euangelij sui regula, ne inuacuum tot annis cucurrisset, aut curreret*, si quid scilicet citra formam illorũ euangelizaret. Adeò ab illis probari, & constabiliri desiderarat. Quod si quãdo vultis [24] Iudaismi magis affines subintelligi; *quum nec Titum dicit circuncisum*, iam incipit ostendere solam circuncisionis quæstionem ex defensione adhuc legis concussam ab eis, quos propterea

Cap. II. de Epist. ad Gal. ex cap. 1. *Isai. 45. & 1. Cor. 2. Luc. 19.*

Gal. 1.

Isai. 40. Isai. 52. Isai. 42.

Gal. 1. ... *Ibid.*

Ibid.

Ibid.

Act. 15.

Ca. III. ex Epist. ad Gal. c. XI. & III. *Gal. 2.* *Ibid.*

falsos & superinductitios fratres appellat, non aliud statuere pergentes quàm perseuerantiam legis, ex
Gal. 1. fide sine dubio integra creatoris: atque ita peruertentes Euangelium, non interpolatione scripturæ,
Gal. 2. » qua Christum creatoris effingerent sed retentione veteris disciplinæ, ne legem creatoris excluderent. Ergo: *Propter superinductitios*, inquit, *falsos fratres, qui subintrauerant ad speculandam libertatem*
» *nostram quam habemus in Christo, vt nos subigerent seruituti, nec ad horam cessimus subiectioni.* Intendamus enim & sensui ipsi, & causæ eius, & apparebit vitiatio scripturæ. Quum præmittit; *Sed nec Titus*
Ibid. *qui mecum erat, quum esset Græcus, coactus est circuncidi*: dehinc subiungit, propter superinductitios falsos fratres, & reliqua: contrarij vtique facti incipit reddere rationem, ostendens propter quid fecerit: quod nec fecisset, nec ostendisset, si illud propter quod fecit, non accidisset. Denique dicas velim, si non subintroisset falsi illi fratres ad speculandam libertatem eorum, cessisset subiectioni? non opinor. Ergo cesserunt, quia fuerunt propter quos cederetur. hoc enim rudi fidei & adhuc de legis obseruatione suspensæ competebat, ipso quoque Apostolo ne inuacuum cucurrisset autcurreret suspecto. Itaque frustrandi erant falsi fratres, speculantes libertatem Christianam, ne antè eam in seruitutem abducerent Iudaismi, quàm Paulus sciret se non inuacuum cucurrisse, [25] quàm
Gal. 1. et 2. *dexteras ei darent antecessores*, quàm *ex censu eorum in nationes prædicandi munus subiret.* Necessariò
Act. 16. igitur cessit ad tempus. Et sic ei ratio constat; Timotheum circuncidendi; & raso introducendi in
Act. 21. templum, quæ in Actis edicuntur adeò vera, vt Apostolo consonant profitenti: Factum se Iudæis
1. Cor. 9. Iudæum, vt Iudæos lucrifaceret: & sub lege agentem propter eos qui sub lege agerent: sic & propter superinductitios illos, & omnibus nouissimè omnia factum, vt omnes lucraretur. Si hæc quoque intelligi ex hoc postulant, id quoque nemo dubitauit, eius Dei & Christi prædicatorem E
Paulum, cuius legem, quamuis excludens, interim tamen pro temporibus admiserat, statim amo-
Gal. 2. liendam si nouum Deum protulisset. Benè igitur quòd & [26] *dexteras Paulo dederunt Petrus & Iacobus & Ioannes, &* de officij distributione *pepigerunt, vt Paulus in nationes, illi in circuncisionem: tantùm vt meminissent egenorum.* Et hoc secundum legem creatoris pauperes & egenos fouentis, [27] sicut
Ibid. in Euangelij vestri retractatu probatum est. Adeò constat de lege sola fuisse quæstionem, dum ostendit
» quid ex lege custoditi conuenerit. [28] Sed *reprehendit Petrum non rectopede incedentem ad Euangelij*
» *veritatem.* Planè reprehendit, non ob aliud tamen, quàm [29] *ob inconstantiam vitium, quem pro personarum qualitate variabat, timens eos qui erant ex circuncisione*: non ob aliquam diuinitatis peruertitatem,
Ibid. de qua & alijs in faciem restitisset, qui de minore causa conuersationis ambiguæ Petro ipsi non pepercit. [30] Sed quomodo Marcionitæ volunt credi? De cetero pergat Apostolus, *negans ex operibus legis iustificari hominem, sed ex fide.* Eiusdem tamen Dei, cuius & lex. Nec enim laborasset fidem à lege discernere, quam diuersitatis vltrò ipsius diuinitatis discreuisset, si fuisset. Meritò non reædificabat quæ destruxit. destrui autem lex habuit; ex quo vox Ioannis clamauit in
Luc. 3. & eremo, Parate vias Domini, [31] vt fierent riui & colles & montes repleti & humiliati, & tortuosa
Isai. 40. & aspera in rectitudinem & in campos, id est Legis difficultates in Euangelij facilitates. Meminerat iam & Psalmi esse tempus: Disrumpamus à nobis vincula eorum, & abijciamus à nobis
Psal. 2. iugum ipsorum: ex quo tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & magistratus congregati sunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum
Gal. 3. & Abac. 2. ipsius, vt iam ex fide libertate iustificetur homo, non ex legis seruitute. [32] *Quia iustus ex fide viuet.*
Gal. 3. Quòd si Prophetes Abacum prænuntiauit, habes & Apostolum Prophetas confirmantem, sicut
Ibid. & Christus. Eius ergo Dei erit fides, in qua viuet iustus: cuius & *lex, in qua non iustificatur operarius.*
Deut. 21. [33] Proinde si *in lege maledictio est, in fide vero benedictio*: vtrunque habes propositum apud creatorem: Ecce posui, inquit, ante te maledictionem & benedictionem. Non potes distantiam vindicare, quæ & si re-
F rum est, non ideò auctorem, quæ ab vno auctore proponitur. [34] Cur autem *Christus factus sit pro nobis maGal. 3. ledictio*, ipso Apostolo edocente manifestum est quàm nobis eum faciat, id est secundum fidem creatoris. Neq; enim quia creator pronuntiauit, *Maledictus omnis in ligno suspensus*: ideò videbitur alterius Dei
Ibid. & Deut. 21. esse Christus, & idcircò à creatore iam tùc in lege maledictus. Et quomodo præmaledixisset eum creator quem ignorat? Cur autem non magis competat creatori, filium suum dedisse maledictioni suæ: quàm illi Deo tuo, subdidisse maledictioni, & quidem pro homine alieno? Deniq; si atrox videtur hoc
Deut. 21. in creatore circa filium, proinde tuo in Deo. [35] Si verò rationale & in tuo, proinde & in meo, & magis in meo. Faciliùs enim crederetur, eius esse per maledictionem Christi, benedictionem prospexisse homini; qui & maledictionem aliquando & benedictionem proposuerit ante hominem, quàm qui neu-
Gal. 3. trum vnquam sit apud te professus. [36] *Accepimus igitur benedictionem spiritalem per fidem*, inquit, ex qua scilicet viuet iustus secùdum creatorem. Hoc est ergo quod dico, eius Dei fidem esse, cuius est forma gra-
Ibid. tiæ fidei. Sed & quum adijcit, [37] *Omnes enim filij estis fidei*, ostenditur [38] quid suprà hæretica industria eraIbid. serit, mentionem scilicet Abrahæ, [39] qua nos Apostolus *filios Abrahæ per fidem* affirmat, secundum quam mentionem hîc quoque filios fidei notauit. Cæterùm quomodo filij fidei? Et cuius fidei, si non Abrahæ? Si enim *Abraham Deo credidit, & deputatum est iustitiæ*, atque exinde pater multarum nationum meIbid. & Gen. 15. ruit nuncupari: nos autẽ credendo Deo magis, proinde *iustificamur, sicut Abraham*, & vitâ proinde cõseGen. 17. quimur, sicut iustus ex fide viuet: sic fit vt & suprà, filios nos Abrahæ pronũtiarit, qua patris fidei, & hic

filios

A filios fidei, per quam Abraham pater nationum fuerat repromissus. Ipsum quod fidem à circuncisione reuocabat, nónne Abrahæ filios constituere quærebat, qui in carnis integritate crediderat? Denique alterius Dei fides ad formam Dei alterius non potest admitti: vt credentes iustitiæ deputet, vt iustos viuere faciat, vt nationes filios fidei dicat: Totum hoc eius est, apud quem antè iam notum est sub eadem Abrahæ mentione, dum ipso sensu reuincatur. [40 *Adhuc*, inquit, *secundum hominem dico, dum essemus parauli, sub elementis mundi eramus positi ad deseruiendum eis.* Atquin non est hoc humanirûs dictum; Non enim exemplum est, sed veritas. Quis enim paruulus vtique sensu, quod sunt nationes, non elementis subiectus est mundi, quæ pro Deo susþicit? Illud autem facit, quòd quum secundum hominem dixisset, 41 *tamen testamentum hominis nemo spernit aut superordinat.* Exemplo enim humani testamenti permanentis, diuinum tuebatur: 42 *Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dixit seminibus, quasi pluribus, sed semini tanquam vni quod Christus est.* 43 Erubescat spongia Marcionis, nisi quòd ex abundanti retracto quæ abstulit, quum validius sit illum ex his reuinci quæ seruauit. 44 *Quum autem venit impleti tempus, misit Deus filium suum*, vtique is qui etiam ipsorum temporum Deus est, quibus seculum constat; qui signa quoque temporum ordinauit, soles, & lunas, & sidera, & stellas: qui nihil denique sui reuelationem in extremitatem temporum & dispositi & prædicauit. In nouissimis diebus crit manifestus mons Domini; & In nouissimis diebus effundam de spiritu meo in omnem carnem, secundum Ioëlem. Ipsius erat sustinuisse tempus impleri, cuius erat etiam finis temporis sicut initium. Ceterùm Deus ille otiosus, nec operationis, nec prædicationis vllius, atque ita nec temporis alicuius quid omninò egit quod efficeret tempus impleri, etiam implendum sustineri? Si nihil, satis vanum est vt creatoris tempora sustinuerit seruiens creatori. Cui autem rei *misit filium suum?* 45 *vt eos qui sub lege erant, redimeret*: hoc est; vt efficeret tortuosa in viam rectam, & aspera in vias lenes, secundum Esaiam; vt vetera transirent, & noua orirentur. Lex noua ex Sion, & sermo Domini ex Ierusalem: *& vt adoptionẽ filiorum acciperemus*, vtique nationes quæ filij non eramus. Et ipse enim lux erit nationum, & in nomine eius nationes sperabunt. 46 Itaque *vt certum esset nos filios Dei esse, misit spiritum suum in corda nostra clamantem, Abba pater.* In nouissimis enim, inquit, diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem. Cuius gratia, nisi cuius & promissio gratiæ? Quis pater, nisi qui & factor? Posthas itaque diuitias; 47 *non erat reuertendum ad infirma & mendica elementa.* Elementa autem apud Romanos quoque etiam primæ litteræ solent dici. Non ergo per mundialium elementorum derogationem à Deo eorum auertere cupiebat, & si dicendo suprà, Si ergo *his qui non natura sunt Dei seruitis*, 48 physicæ, id est naturalis superstitionis elementa pro Deo habentis fuggillabat errorem, nec sic tamen elementorum Deum taxans. Sed quæ velit intelligi elementa, primas scilicet litteras legis, ipse declarat: 49 *Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos*; & sabbata, vt opinor, & cœnas puras, & ieiunia, & dies magnos. Cessare enim ab his quoque sicut & circuncisione oportebat ex decretis creatoris: qui & per Etaiam: Neomenias vestras & sabbata & diem magnũ non sustinebo, ieiunium & ferias & cæremonias vestras odit anima mea. Et per Amos: Odi, reiecì cæremonias vestras, 50 & non odorabor in frequentijs vestris. Item per Osee: Auertam vniuersas iocunditates eius, & cæremonias eius, & sabbata, & neomenias eius, 51 & omnes frequentias eius. Quæ ipse constituerat, inquis, erasit magis quàm alius? At si alius, ergo ille adiuuit sententiam creatoris, auferens quæ & ille damnauerat. Sed non huius loci quæstio, cur leges suas creator infregerit. Sufficit quòd infractarum probauimus, vt confirmetur nihil Apostolum aduersus creatorem determinasse, cùm & ipsa amolitio legis à creatore sit. Sed vt furibus solet aliquid excidere de præda in indicium, ita credo & Marcionem nouissimam Abrahæ mentionem deliquisse, nullam magis auferendam, etsi ex parte conuertit. 52 Si enim *Abraham duos liberos habuit, vnum ex ancilla, & alium ex libera: sed qui ex ancilla, carnaliter natus est: qui verò ex libera, per repromissionem.* (*Quæ sunt allegorica*, id est aliud portendentia. *Hæc sunt enim duo testamenta*, siue duæ ostensiones, sicut inuenimus interpretatum.) *Vnum à monte Syna* in synagogam Iudæorum, secundum legem, *generans in seruitutem. Alium*, 53 super omnem principatum *generans*, vim, dominationem, & omne nomen quod nominatur, non tantùm in hoc æuo, sed & in futuro, *quæ est mater nostra*, in quem repromissimus sanctam Ecclesiam: ideóque adijcit, 54 *Propter quod fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ.* Vtique manifestauit & Christianimi generositatem in filio Abrahæ ex libera nato, allegoriæ habere sacramentum, sicut & Iudaismi seruitutem legalem in filio ancillæ. Atque ita eius Dei esse vtranque dispositionẽ, apud quem in uenimus vtriusque dispositionis deliniationem. Ipsum quod ait, *qua libertate Christus nos manumisit*, nónne eum constituit manumissorem, qui fuit Dominus? 55 Alienos enim seruos ne Galba manumisit, faciliùs libertos soluturus. Ab eo igitur præstabitur libertas, apud quem fuit seruitus legis, & meritò. 56 *Non decchat manumissos rursus iugo seruitutis*, id est legis *astringi*, iam Psalmo admpleto: Dirrompamus vincula eorum, & abijciamus à nobis iugum ipsorum: postquam ἀφέσεως congregati sunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum ipsius. De seruitute igitur exemptos, ipsam seruitutis notam *eraderepersuerabat circũcisionem*, ex prædicationis scilicet prophetiæ auctoritate, memor dictum per Hieremiã: 57 Et circuncidimini præputia cordis vestri. Quia & Moyses: Circũcidetis duricordiam vestram: id est non carnẽ. Denique si circuncisionẽ ab alio Deo veniens excludebat, 58 cur etiam *præputiationem negat quicquam valere in Christo sicut & circuncisionem*: præferre enim debebat æmulatã

et Rom. 4. Gal. 3. *Ibid.* CA. IIII ex Epist. ad Gal. c. III. IIII. V. & VI. *Gal. 3.* *Ibid.* *Gal. 4.* *Gen. 2. Isai. 2. Ioël. 2.* *Gal. 4. Isai. 40. Isai. 43. & 2. Cor. 5. Isai. 2.* *Gal. 4. Isai. 42. Gal. 4. Ioël 2. Gal. 4.* *Ibid.* *Ibid.* *Amos 5. Osee 2.* *Gal. 4.* *Ephes. 1.* *Gal. 4. Ibid.* *Ibid.* *Gal. 5. Isai. 2.* *Gal. 5.* *Hier. 4. Deut. 20. Gal. 5.*

A ſtultam crucis prædicationem.[70] *Quoniam Iudæi ſigni deſiderant*, qui iam de Deo certi eſſe debuerant: *& Græci ſapientiam quærunt*, qui ſuam ſcilicet non Dei ſapientiam ſiſtunt. Ceterùm ſi nouus Deus prædicaretur, quid deliquerant Iudæi ſigna deſiderantes quibus crederent? aut Græci ſapientiam ſectantes, cui magis crederent? Ita & remuneratio ipſa in Iudæos & Grecos, & zeloten Deum confirmat & iudicem, qui ex retributione æmula & iudice infatuauerit ſapientiam mundi. Quòd ſi eius ſunt & cauſæ, cuius adhibentur ſcripturæ, ergo de creatore tractans Apoſtolus, non intellecto creatore, vtique docet intelligendum.[71] Etiam quod *ſcandalum Iudæis* prædicat *Chriſtum*, prophetiam ſuper illo conſignat creatoris dicentis per Eſaiam: Ecce poſui in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali: petra autem fuit Chriſtus, etiam Marcion ſeruat: Quid eſt autem *ſtultum Dei*, *ſapientius hominibus*, niſi crux & mors Chriſti? Quid[72] *infirmum Dei*, *fortius homine*, niſi natiuitas & caro Dei? Ceterùm ſi nec natus ex virgine Chriſtus, nec carne conſtructus, ac per hoc neque crucem, neque mortem verè perpeſſus eſt, nihil in illo fuit ſtultum & infirmum: nec iam *ſtulta mundi elegit Deus*, *vt confundat ſapientiam*; nec *infirma mundi elegit Deus*, *vt confundat fortia*: nec *inhoneſta & minima & contemptibilia, quæ non ſunt*, id eſt, quæ non verè ſunt, *vt confundat quæ ſunt*, id eſt què verè ſunt. Nihil enim à Deo diſpoſitum eſt, verè modicum, & ignobile, & contemptibile, ſed quod ab homine: apud creatorem autem[74] etiam vetera, ſtultitiæ, & infirmitati, & inhoneſtati, & puſillitati, & contemptui deputari poſſunt. Quid ſtultius, quid infirmius, quàm ſacrificiorũ cruentorum, & holocauſtomatum nidoroſorum à Deo exactio Quid infirmius, quàm vaſculorum & grabatorum purgatio? Quid inhoneſtius, quàm carnis iam eruboſcentis alia dedecoratio? Quid tam humile, quàm talionis indictio? Quid tam contemptibile, quàm circumciſorum exceptio? Totum, quod ſciam, vetus Teſtamentũ omnis hæreticus irridet. Stulta enim mundi elegit Deus, vt confundat ſapientiam. Marcionis Deus nihil tale. Quia nec æmulatur contraria contrarijs redarguere,[75] *ne glorietur omnis caro*; *vt quemadmodum ſcriptum eſt*, *Qui gloiatur*, *in Domino glorietur.*

B In quo? Vtique in eo qui hoc præcepit: niſi creator præcepit vt in Deo Marcionis glorietur. [76] Igitur per hęc omnia oſtendit, cuius *Dei ſapientiam loquatur inter perfectos*: eius ſcilicet qui ſapientiã ſapientium abſtulerit, & prudentiam prudentium irritam fecerit; qui infatuauerit ſapientiam mundi, ſtulta eligens eius & diſponens in ſalutem.[77] *Hanc* dicit *ſapientiam in occulto fuiſſe*, quæ fuerit in ſtultis & in puſillis & inhoneſtis: quæ latuerit etiam ſub figuris, allegorijs & ænigmatibus reuelanda poſtmodum in Chriſto, poſito in lumen nationum à creatore promittente per Eſaiæ vocem,[78] pateſacturum ſe theſauros inuiſibiles & occultos. Nam vt abſconderit aliquid is Deus, qui nihil erit omninò in quod aliquid abſcondiſſe exiſtimaretur, ſatis incredibile. Ipſe ſi eſſet, latere non poſſet, nedum aliqus eius ſacramenta. Creator autem tam ipſe notus, quàm & ſacramenta eius, palàm ſcilicet decurrentia apud Iſraël, ſed de ſignificantijs obumbrata, in quibus ſapientia Dei deliteſcebat *inter perfectos* narranda ſuo in tempore,[79] *propoſita verò in propoſito Dei ante ſęcula*. Cuius & ſecula, niſi creatoris? Si enim & ſecula temporibus ſtructa ſunt, tempora autem diebus & menſibus & annis compinguntur, dies porrò & menſes & anni ſolibus & lunis & ſideribus creatoris ſignantur, in hoc ab eo poſitis:[80] Et erunt enim, inquit in ſigna menſium & annorum: apparet & ſecula creatoris eſſe: & omne quod ante ſecula propoſitum dicatur, non alterius eſſe, quàm cuius & ſecula. Aut probet Dei ſui ſeculaMarcion, oſtendat & mundum ipſum, in quo ſecula deputentur, vas quodammodò temporum, & ſigna aliqua vel ortum eorum. Si nihil demonſtrat, reuertor vt & illud dicam;[81] cur autem *ante ſecula* creatoris *propoſuit gloriam noſtram*? poſſet videri eam ante ſecula propoſuiſſe, quàm introductione ſeculi releuaſſet. At cùm id facit[82] penè iam totis ſeculis creatoris prodactis, vanè ante ſecula propoſuit, & non magis intra ſecula, quod reuelaturus erat penè poſt ſecula. non enim eius eſt feſtinaſſe in proponendo, cuius & retardaſſe in reuelando. Creatori autem competit vtrunque, & ante ſecula propoſuiſſe, & in fine ſeculorum reuelaſſe: quia & quod propoſuit & reuelauit, medio ſpatio ſeculorum in figuris & ænigmatibus & allegorijs præminiſtrauit Sed quia ſubijcit de *gloria noſtra*,[83] *quòd eam nemo ex principibus huius æui ſcierit*: *ceterum ſi ſciſſent*, *nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*: argumentatur hæreticus, quòd principes huius æui, Dominum, alterius ſcilicet Dei Chriſtum cruci confixerint, vt & hoc in ipſum recidat creatorem. Porrò cui ſuprà oſtendimus, quibus modis gloria noſtra à creatore ſit deputanda, præiudicatum eſſe debebit, eam quæ in occulto fuerit apud creatorem, meritò ignotam etiam ab omnibus virtutibus & poteſtatibus creatoris: quia nec ſamulis liceat conſilia noſſe dominorum, nedum illis apoſtatis angelis, ipſi que principi trangreſſionis diabolo, quos magis extraneos fuiſſe contenderim ob culpam ab omni conſcientia diſpoſitionum creatoris. Sed iam nec mihi competit principes huius æui virtutes & poteſtates interpretari creatoris, quia ignorantiam illis adſcribit Apoſtolus: Ieſum autem &[84] ſecundum noſtrum Euangelium diabolus quoque in tentatione cognouit, & ſecundum commune inſtrumentum, ſpiritus nequam, ſciebat eum ſanctum Dei eſſe, & Ieſum vocari, & in perditionem eorum veniſſe. Etiam parabola fortis illius, armati, quem alius validior oppreſſit, & vaſa eius occupauit,[85] ſi in creatoris accipitur apud Marcionem. iam nec ignoraſſe vltrà potuit creator Deum gloriæ, dum ab eo opprimitur: nec in crucem eum figere, aduerſus quem valere non potuit: & ſupereſt vt ſecundum me quidem credibile ſit ſcientes virtutes & poteſtates creatoris Deum gloriæ Chriſtum ſuum crucifixiſſe, qua deſperatione & malitiæ redundantia ſerui quoque ſceleſtiſſimi dominos ſuos interficere non

Ibid.
Iſai. 28. et 8. act. Rom. 9.
1. Cor. 1.
Ibid.
Leuit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Matth. 15. Gen. 7. Exod. 21. Deut. 14.
1. Cor. 1.
CAP. VI de Epiſt. 1. ad Cor. c. 11. et III. *1. Cor. 10.*
1. Cor. 2.
1. Cor. 1.
Iſai. 40.
Iſai. 45.
1. Cor. 2.
Gen. 1.
1. Cor. 2.
Ibid.
"
"
Matt. 4.
Luc. 4.
Luc. 11.

Ibid. dubitant.[86] Scriptum est enim apud me: Satanam in Iudam introisse. Secundum autem Marcionem, D
nec Apostolus hoc loco patitur ignorantiam asscribi virtutibus creatoris in gloriæ dominum, quia scilicet non illas vult intelligi principes huius æui. Quòd si non videtur de spiritalibus dixisse principi-
Psal. 2. bus, ergo de secularibus dixit, de populo principali vtique non inter nationes, de ipsis archontibus
1.*Cor.*2. eius, de rege Herode, etiam de Pilato, & quo maior principatus huius æui Romana dignitas præsidebat. Ita & quum destruuntur argumentationes diuersæ partis, nostræ expositiones ædificantur.
*Isai.*40.et Sed vis adhuc gloriam nostram Dei tui esse, & apud eum in occulto fuisse, & quare ahhuc eodem &
1.*Cor.*2. Deus instrumento & Apostolus nititur? Quid illi cum sententijs Prophetarum vbique? Quis enim
1.*Cor.*3. cognouit sensum Domini,[87] & quis illi consiliarius fuit: Efaias est. Quid illi etiam cum exemplis Dei nostri?[88] Nam quòd *architectum se prudentem* affirmat hoc inuenimus significari[89] depalatorem
Isai. 3. disciplinæ diuinæ à creatore, per Esaiam: [90] Auferam enim, inquit, à Iudæa inter cetera & sapientem architectum. Et nunquid ipse tunc Paulus destinabatur de Iudæa, id est de Iudaismo auferri
1. *Cor.* 3. *Isai.*28. habens in ædificationem Christianismi, *positurus*[91] *vnicum fundamentum quod est Christus?* quia & de hoc per eundem Prophetam creator:[92] Ecce ego, inquit injcio in fundamenta Sionis lapidem preciosum, honorabilem, & qui in eum crediderit, non confundetur: nisi si structorem se terreni operis Deus
1.*Cor.*3. profitebatur: vt non de Christo suo significaret, qui futurus esset fundamentum credentium in eum,
Ibid. *super quod prout quisque superstruxerit* dignam scilicet vel indignam doctrinam, si[93] *opus eius per ignem pro-*
Gen. 1. *babitur*, si *merces illi per ignem rependetur*, creatoris est: *quia per ignem indicatur* vestra superædificatio, vtique sui fundamenti, id est sui Christi,[94] *Nescitis quòd templum Dei estis, & in vobis inhabitet Spiritus Dei?* Si
1.*Cor.*3. homo & res, & opus, & imago, & similitudo, & caro per terram, & in anima per afflatum creatoris est, E
Ibid. tuus ergo in alieno habitat Deus Marcion, si non creatoris sumus templum. Quòd *si templum Dei*
*Ibid. & Iob.*5. *quis vitiauerit, vitiabitur*, vtique à *Deo* templi. Vltorem intentans, creatorem intentabit.[95] *Stultis este vt sitis sapientes.* Quare? *Sapientia enim huius mundi stultitia est penes Deum.* Penes quem Deum? Si nihil
Ibid. & Psal. 93. nobis & ad hunc sensum pristina præiudicauerunt, benè quòd & hic astruit. *Scriptum est enim:*[96] *De-*
Ibid. *prehendens sapientes in nequitia illorum. Et rursus: Dominus scit cogitationes sapientium, quòd sint superuacuæ.* In
*Hiere.*17. totum enim præscriptum à nobis erit, nulla illum sententia vti potuisse eius Dei, quem destruere de-
Psal. 117. beret, si non illi doceret.[97] *Ergo*, inquit, *nemo glorietur in homine.* Et hoc secundum creatoris disciplinam,
CA. VII. miserum hominem qui spem habet in hominem: &, Bonum est fidere in Deo, quàm fidere in homine:
de Epist. ita & gloriari. [98] *Et occulta tenebrarum ipse illuminabit*, vtique per Christum,[99] qui Christum illumi-
1.ad Cor. nationem repromisit; se quoque lucernam pronuntiauit, a scrutantem corda & renes. Abillo erit
c.4.5.6.7. & laus vnicuique, à quo & contrarium laudis vt à iudice. Certè inquis, vel hic mundum Deum mun-
8.9.&10. di interpretatur dicendo: *Spectaculum* b *facti fumus mundo, & angelis, & hominibus.* Qui si mundum
a *Isai.*42. homines mundi significasset, non etiam homines postmodum nominasset. Immò ne ita argumenta-
Psal. 7. reris, prouidentia Spiritus sancti demonstrauit, quid nam dixisset, Spectaculum facti sumus mundo:
b 1.*Cor.*4. dum angelis qui mundo ministrant, & hominibus quibus ministrant: Verebatur nimirum tantæ constantiæ virum, ne dicam Spiritus sanctus, præsertim *ad filios scribens quos in Euangelio generauerat* liberè Deum
Ibid. mundi nominare, aduersus quem, nisi exertè, non posset videri prædicare.[100] Non defendo secundum legem creatoris disploicuisse illū, qui mulierem patris sui habuit: cōmunis & publicæ religionis secutus
1.*Cor.*5. sit disciplinam. Sed cùm eum *damnat dedendum satanæ*, Damnatoris Dei præco est.[101] Viderit & quo-
Ibid. modo dixerit *in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini*, dum & de carnis interitu, & de salute
Ibid. spiritus iudicarit;[102] & *auferri iubens malum de medio*, creatoris frequentissimam sententiam commemo-
*Deut.*13. *et Num.*16 rauerit.[103] *Expurgate* c *vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi.* Ergo azymi figuræ erant no-
c 1.*Cor.*5. stræ apud creatorem. Sic & d *pascha nostrum immolatus est Christus.* Quare pascha Christus, si non pascha
d *Ibid.* figura Christi,[104] per similitudinem sanguinis salutaris, & pecoris Christi? Quid nobis & Christo imagines imbuit solenniū creatoris, si non erant nostræ?[105] *Auertens autem nos à fornicatione*, manifestat car-
F
1. *Cor.*6. nis resurrectionem. *Corpus*, inquit, *non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori*, vt templum Deo, &
Ibid. Deus templo. Templum ergo Deo peribit, & Deus templo. Atquin vides: *Qui Dominum fuscitauit, & nos suscitabit*, in corpore quoque suscitabit: quia corpus Domino, & Dominus corpori. & benè quod aggerat: *Nescitis corpora vestra membra esse Christi?* Quid dicet hæreticus? Membra Christi non resurgent, quæ nostra iam non sunt?[106] *Empti enim sumus pretio magno.* Planè nullo, si phantasma fuit Christus, nec habuit vllam substantiam corporis, quam pro nostris corporibus penderet. Ergo Christus
Ibid. habuit quo nos redimeret, & si aliquo magno redemit hęc corpora, in quæ eadem commitenda fornicatio non erit, vt in membra iam Christi, non nostra: vtique sibi salua præstabit, quæ magno comparauit. Iam nunc[107] quomodo *honorabimus*, quomodo *tollemus Deum in corpore* perituro?[108] Sequitur de
1.*Cor.*7. nuptijs congredi quas Marcion constantior Apostolo prohibet.[109] Etenim Apostolus, *etsi horum continentia præfert, tamen coniugium & contrahi permittit, & vsui esse & magis retineri, quam disiungi suadet.* Planè
*Matt.*5. & 19. Christus vetat diuortium, Moyses verò permittit. Marcion totum concubitum auferens, fidelibus (vi-
*Deut.*24. derint enim cathecumeni eius) repudium antè nuptæ iubens, cuius sententiam sequitur, Moysian
1.*Cor.*7. Christi:[110] Atquin & Christi Apostolus quum præcipit *mulierem à viro non discedere: aut si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro*: & repudium permisit, quod non in totum prohibuit, & matrimonium

A monium confirmauit, quòd primò vetuit diſiungi: & ſi fortè diſiunctum, voluit reformari. Sed & continentiæ quas ait cauſas? [111] *Quia tempus in collecto eſt.* Putaueram, quia Deus alius in Chriſto, & tamen à quo eſt collectio temporis, ab eo erit & quod collectioni temporis congruit. Nemo alieno tempori conſulit. Puſillum Deum affirmas tuum Marcion, quem in aliquo coangustat tempus creatoris. Certè præſcribens: [112] *tantùm in Domino eſſe nubendum*, nec qui fidelis ethnicum matrimonium contrahat: legem tuetur creatoris, [113] allophylorum nuptias vbique prohibentis. [114] *Sed*; a *Et ſi ſant dicuntur Dei, ſiue in cœlis, ſiue in terris*, apparet quomodo dixerit, non quaſi verè ſint qui dicantur quando non ſint de idolis enim cœpit, de idolothytis diſputaturus: [115] *Scimus* b *quòd idolum nihil ſit.* Creatorem autem & Marcion Deum non negat: ergo non poteſt videri Apoſtolus creatorem quoque inter eos poſuiſſe, qui Dei dicantur, & tamen non ſint, quando & ſi fuiſſent, *nobis tamen vnus eſſet Deus pater. Ex quo omnia nobis*, niſi cuius omnia? Quænam iſta? Habes in præteritis, omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas: ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors: ſiue præſentia, ſiue futura: adeò omnium Deum creatorem facit: à quo & mundus, & vita, & mors, quæ alterius Dei eſſe non poſſunt. Ab eo igitur inter omnia & Chriſtus. [116] *Ex labore ſuo vnumquemque docens viuere oportere*: ſatis *exempla præmiſerat militum, paſtorum, ruſticorum*, ſed diuina illi auctoritas deerat. [117] *Legem* igitur *opponit* creatoris ingratis, quam deſtruebat: ſui enim Dei nullam talem habebat: *Boui*, inquit, *terenti os non obligabis*, & adijcit: *Nunquid de bubus pertinet ad Dominum*, etiam de bubus propter homines benignè? [118] *Propter nos enim ſcriptum eſt*, inquit. Ergo & legem allegoricam ſecundum nos probauit, & de *Euangelio viuentibus* patrocinantem: ac propter hoc non alterius eſſe Euangelizatores, quàm cuius lex, quæ proſpexit illis cùm dicit: propter nos enim ſcriptũ eſt. Sed *noluit vti legis poteſtate*, quia maluit gratis laborare. Hoc ad *gloriã ſuam* retulit quam *negauit quãquam euacuaturum*, non ad legis deſtructionem, qua alium probauit vſurum. [119] Ecce autem & in *petram* offendit cæcus Marcion, *de qua bibebant in ſolitudine patres noſtri.* Si enim petra illa Chriſtus fuit, vtique creatoris, cuius & populus. Cui rei [120] figuram extranei ſacramenti interpretatur? An vt hoc ipſum doceret, figurata fuiſſe vetera in Chriſtum ex illis recenſendum? Nam & reliquum exitum populi decurſurus præmittit. *Hæc autem exempla nobis ſunt facta*, Dic mihi à creatore alterius quidem ignoti Dei hominibus exempla ſunt facta, an alius Deus ab alio mutuatur exempla, & quidem æmulo? De illo me terret, ſibi, à quo fidem meam transfert. Meliorem me illi aduerſarius faciet. Iam ſi *deliquero eadem quæ & populus, eadẽmne paſſurus ſum*, an non? Atquin ſi non eadem, vanè mihi timenda proponit, quæ non ſum paſſurus. Paſſurus autem à quo ero? Si à creatore, qualia infligere ipſius eſt, Et quale erit vt peccatorem æmuli ſui puniat magis, quàm è contrario foueat Deus zelotes? Si ab illo Deo? Atquin punire non nouit. Ita tota iſta propoſitio Apoſtoli nulla ratione conſiſtit, ſi non ad diſciplinam creatoris eſt. Denique & in clauſula præfationi reſpondet. *Hæc autem quemadmodum euenerunt illis, ſcripta ſunt ad nos commonendos, in quos fines ſæcuorum deuecurrerunt.* ô creatorem & præſcium iam & admonitorem alienorum Chriſtianorum. Prætereo, ſi quando paria eorum quæ retractata ſunt quædam, & breuiter expungo. [121] Magnum argumẽtum Dei alterius, *permiſiõ omnium obſeruiorum, aduerſus legem*: quaſi non & ipſi cõſtreamur legis onera dimiſſa: ſed ab eo qui impoſuit, qui nouationem repromiſit ita & cibos qui abſtulit, reddidit, quod & à primordio præſtitit. Ceterùm ſi quis alius Deus fuiſſet deſtructor Dei noſtri, nihil magis ſuos prohibuiſſet, quã de copijs aduerſarij viuere. [122] *Caput viri Chriſtus eſt*, Quis Chriſtus, qui non eſt viri auctor? Caput enim ad auctoritatem poſuit: auctoritas autem non alterius erit, quàm auctoris. Cuius denique viri caput eſt? Certè de quo ſubijcit: *Vir enim non debet caput velare, cùm ſit Dei imago.* Igitur ſi creatoris eſt imago, ille enim Chriſtum ſermonem ſuum intuens hominem futurum: faciamus, inquit, hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, quomodo poſſum alterum habere caput, non eum cuius imago ſum? Quum enim imago ſim creatoris, non eſt in me locus capitis alterius. *Sed* & quare *mulier poteſtatem ſuper caput habere debebit? Si quia ex viro, & propter virum facta eſt* ſecundum inſtitutionem creatoris, ſic quoque eius diſciplinam Apoſtolus curauit, de cuius inſtitutione cauſas diſciplinæ interpretatur. adijcit etiam *propter angelos.* Quos? id eſt cuius? Si creatoris apoſtatas, meritò, vt illa facies quæ eos ſcandalizauit, notam quandam referat de habitu humilitatis & obſcurationis decoris. Si verò propter angelos Dei alterius quid veretur ſi nec ipſi Marcionitæ fœminas appetunt? [123] Sæpè iam oſtendimus *hæreſes* apud Apoſtolum *inter mala vt malum poni, & eos probabiles intelligendos, qui hæreſẽ vt malum fugiant.* [124] Proinde panis & calicis ſacramento iam in Euangelio probauimus, corporis & ſanguinis dominici veritatem aduerſus phantaſma Marcionis. Sed & omnem *iudicij* mentionem creatori competere vt Deo iudici, toto pene opere tractatum eſt. [125] *Nunc de ſpiritalibus dico*, hæc quoque in Chriſtum à creatore promiſſa, ſub illa præſcriptione iuſtiſſima opinor, qua non alterius credenda ſit exhibitio, quàm cuius probata fuerit repromiſſio. Pronuntiauit Eſaias: [126] Prodibit virga de radice Ieſſe, & flos de radice aſcendet, de virga, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. dehine ſpecies eius enumerat: Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & valentiæ, & ſpiritus agnitionis, & religionis. Spiritus eum replebit timoris Dei. Chriſtum enim in floris figura oſtendit oriturum ex virga profecta de radice Ieſſe, id eſt virgine generis Dauid filij Ieſſe, in quo Chriſto conſiſtere haberet tota ſubſtantia ſpiritus, non quaſi poſtea obuenturа illi, qui ſemper ſpiritus Dei fuerit, ante carnem quoque: ne ex

Ibid.
Ibid. *Deut. 7.*
1. *Epiſt. 9.* & 10. 4c
2. *cap. 9.*
a 1. *Cor. 8.* b *Ibid.*
Ibid.
1. *Cor. 3.*
1. *Cor. 9.*
Ibid. & *Deut. 25.*
1. *Cor. 9.*
Ibid.
Ibid.
Ibid.
1. *Cor. 10.*
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Ibid.
1. *Cor. 11.* CA. VIII
de Epiſt. 2 ad Cor. c. XI. XII. XIII ac XIIII.
Gen. 1.
1. *Cor. 11.*
Gen. 1.
1. *Cor. 11.*
Ibid.
Luc. 21.
1. *Cor. 11.*
1. *Cor. 12.*
Iſai. 11.

hoc argumenteris Prophetiam ad eum Christum pertinere, qui vt homo tantùm ex solo censu Dauid, D
postea consecuturus sit Dei sui spiritum. Sed quoniam exinde quo floruisset in carne sumpta ex stirpe
Dauid, requiescere in illo omnis haberet operatio gratiæ spiritalis, & concessare & finem facere quan-
tum ad Iudæos: sicut & res ipsa testatur nihil exinde spirante penes illos spiritu creatoris, [17] ablato à
Isai. 3. Iudæa sapiente, & prudente architecto, & consiliatio, & propheta, vt hoc sit: Lex & Prophetæ vsque
Luc. 16. ad Ioannem: accipe nunc quomodo & à Christo in cœlum recepto [18] *charismata obuentura* pronuntia-
1.Cor.12. rit. [19] *Ascendit in sublimitatem*, id est in cœlum. *Captiuam duxit captiuitatem*, id est mortem vel huma-
Psal.67.& Ephes.4. nam seruitutem, *dedit data filiis hominum*, id est donatiua quæ charismata dicimus. Eleganter filiis ho-
minum ait, non passim hominibus, nos ostendens filios hominum, id est verè hominum Apostolo-
1.Cor.4. rum. In Euangelio enim, inquit, ego vos generaui. Et filij mei, quos parturio rursus. Iam nunc & illa
Gal.4. promissio spiritus absolutè facta per Ioëlem: [20] In nouissimis diebus effundã de meo spiritu in omnem,
Ioël 2. & Act. 2. carnem, & prophetabunt filij filiæq; eorum. Et super seruos & ancillas meas de meo spiritu effundã. Et
vtique si in nouissimos dies gratiam spiritus creator repromisit, Christus autem spiritalium dispensator
Gal.4. in nouissimis diebus apparuit, dicente Apostolo: At vbi tempus expletum est, misit Deus filium suum:
1.Cor.7. & rursus: Quia tempus iam in collecto est: apparet & de temporum vltimorum prædicatione, hanc gra-
tiam spiritus, ad Christum prædicatoris pertinere. Compara denique species Apostoli & Esaiæ: [21] *Alij*
1.Cor.12. inquit, *data per spiritum sermo sapientiæ*: statim & Esaias spiritum sapientiæ posuit. *Alij [a] sermo scientiæ*: hic
Isai.11. erit sermo intelligentiæ & consilij. *Alij b fides in eodem spiritu*: hic erit spiritus religionis & timoris Dei.
a 1.Cor.12. *Alij [c] donum curationum, alij virtutum*: hic erit valentiæ spiritus. *Alij [d] Prophetia, alij discretio spirituum, alij*
Isai.11. *genera linguarum, alij interpretatio linguarum*: hic erit agnitionis spiritus. Vides Apostolum & in distribu-
b 1.Cor.12. tione facienda vnius spiritus, & in specialitate interpretanda, Prophetæ consparantem. Possum dicere E
Isai.11. ipsum [22] qui *corporis & nostri per multa & diuersa membra vnitatē, charismatum variorum compagini adæquet,*
c 1.Cor.12. eundē & corporis humani & Spiritus sancti Dominum ostendit, qui meritum charismatum noluerit
Isai.11. esse in corpore spiritus, quæ nec in corpore humano collocauit; [23] qui de *dilectione* [e] quoq: *omnibus cha-*
d 1.Cor.12. *rismatibus præponenda*, Apostolum instruxerit principali præcepto, quod probauit & Christus, Dili-
Isai.11. e 1.Cor.12. ges Dominū de totis prærcordijs, & totis viribus, & tota anima tua, & proximum tuum tamquam te-
f 1. Cor.12 ipsum. [24] Quod, etsi *in lege scriptum* esset, commemorat: *in alijs linguis, & in alijs labijs locuturum* creato-
Deut.6. rem; cum hac commemoratione *charisma linguarum* confirmat, nec hic potest videri alienum charisma
1.Cor.14, creatoris prædicatione confirmasse. [25] Æquè *præscribens silentium mulieribus in Ecclesia*, ne quid dicendi
& Isai.27. duntaxat gratia loquantur (ceterùm prophetandi ius & illas habere iam ostendit, cùm mulieri etiam
Ibid. prophetanti velamen imponit) *ex lege accipit subijciendæ fœminæ auctoritatem*, quam (vt semel dixerim)
1.Cor.14. nosse non debuit niũ in destructionem. Sed vt iam à spiritalibus recedamus, res ipsæ probare debe-
1.Cor.14. bunt, quis nostrum temerè Deo suo vindicet: quia nostræ parti possit opponi, hæc & si creator repro-
1.Cor. 14. misit in suum Christum nondum reuelatum, vt Iudæis tantùm destinatum, suas habitura in suo tem-
& Gen. 3. pore, in suo Christo & in suo populo operationes. Exhibeat itaque Marcion Dei sui dona, aliquos
Prophetas, qui tamen non de humano sensu, sed de Dei spiritu sint locuti, qui & futura prænuntiarint,
1.Cor.14. & cordis occulta traduxerint. [26] *Aedat aliquem Psalmum, aliquam visionem, aliquam orationem*, dum-
taxat spiritalem, in ecstasi, id est amentia, *si qua linguæ interpretatio accesit*. Probet etiam mihi, mu-
lierem apud se prophetasse, ex illis suis sanctioribus fœminis magnidicam. Si hæc omnia faciliùs à me
proferantur, & vtiq; consparantia regulis & disposition ibus & disciplinis creatoris, sine dubio Dei
mei erit & Christus, & spiritus, & Apostolus. Habet professionem meam, qui voluerit eam exigere.
CAP. IX. de Epist. 1.ad Cor. cap.xv. 1.Cor.15. [27] Interim Marcionites nihil huiusmodi exhibebit, qui timet iam pronuntiare, cuius magis Christus
nondum sit reuelatus. Sicut meus expectandus est, qui à primordio prædicatus est, illius idcirò non F
est, quia non à primordio sit. Melius nos creadimus in Christum futurum, quàm hæreticus in nullum.
[28] *Mortuorum resurrectionem quomodo quidam tunc negarint*, priùs disputandum est. Vtique eodem modo
quo & nunc. Si quidem semper resurrectio carnis negatur. Ceterum animam & sapientium plures
diuinam vindicantes saluam reprommittunt, & vulgus ipsum ea præsumptione defunctos colit, qua
animas eorum manere confidit. Ceterùm corpora aut ignibus statim, aut feris, aut etiam diligentissi-
mè condita, temporibus tamen aboleri manifestum est. Si ergo carnis resurrectionem negantes
Apostolus retundit, vtique aduersus illos tuetur, quod illi negabant, carnis scilicet resurrectio-
nem. Habes compendio responsum. Cetera iam ex abundanti. Nam & ipsum quod Mortuorum
resurrectio dicitur, exigit defendi proprietates vocabulorum. Mortuorum itaque vocabulo non
est nisi quod amisit animam, de cuius facultate viuebat. Corpus est quod amittit animam, & amit-
tendo fit mortuũ: ita mortui vocabulum corpori competit. Porrò si resurrectio mortui est, mortuum
autem non aliud est quàm corpus, corporis erit resurrectio. Sic & resurrectionis vocabulum non aliam
rem vindicat, quàm quæ cecidit. Surgere enim potest dici & quod omninò non cecidit, quod semper
retrò iacuit. Resurgere autem non est nisi eius quod cecidit. Iterum enim surgendo quia cecidit, resur-
gere dicitur. Re enim syllaba iterationi semper adhibetur. Cadere ergo dicimus corpus in terram per
Gen. 3. mortem, sicut & res ipsa testatur. Ex Dei lege corpori enim dictum est, Terra es & in terram ibis. Ita
1.Cor.15. quod de terra est, ibit in terram. Hoc abit quod in terram ibit, hoc resurgit quod cadit. *Quia*

per

A *per hominem mors, & per hominem resurrectio.* Hic mihi & Christi corpus ostenditur in nomine hominis, qui constat ex corpore, vt sæpè iam docuimus. *Quod si sic in Christo viuificamur omnes, sicut mortificamur in Adam,* quando in Adam corpore mortificamur, sic necesse est & in Christo corpore viuificemur. Ceterùm similitudo non constat, si non in eadem substantia mortificationis in Adam, viuificatio concurrat in Christo. Sed interposuit adhuc aliquid de Christo, & propter præsentem disceptationẽ non omittendum. Tanto magis enim probabitur carnis resurrectio, quanto Christum eius Dei ostendero, apud quem creditur carnis resurrectio. Quum dicit, [139] *oportet enim regnare eum, donec ponat inimicos eius sub pedes eius*: iam quidem & ex hoc vltorem Deum edicit, atque exinde ipsum qui hoc Christo repromiserit, [140] sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorum tuorum, Tecum, &c. Sed necesse est, ad meam sententiam pertinere defendam eas scripturas, quas & Iudæi nobis auocare conantur. Dicunt denique hunc Psalmum in Ezechiam cecinisse, [141] quia is, aiunt, sedit ad dexteram templi, & hostes eius auerterit Deus & absumpserit; propterea igitur & cetera, ante luciferum ex vtero generauit te, in Ezechiam conuenire, [142] & in Ezechiæ natiuitatem. [143] Nos ædimus Euangelia (de quorum fide aliquid vtique iam in tanto opere istos confirmasse debemus) nocturna natiuitate declarantia Dominum, vt hoc sit ante luciferum, & ex stella Magis intellecta, & ex testimonio angeli qui nocte pastoribus annuntiauit natum esse cùm maximè Christum: & ex loco partus: in diuersorium enim ad noctem conuenitur. Fortassè an & mysticè factum sit vt noctè Christus nasceretur, lux veritatis futurus ignorantiæ tenebris. Sed nec generauit te edixisset Deus nisi filio puero. Nam etsi de toto populo ait, filios generaui, sed non adiecit ex vtero. [144] Cur autem adiecit: ex vtero tam vanè quasi aliquis hominum ex vtero natus dubitaretur, nisi quia curiosiùs voluit intelligi in Christum, ex vtero generauite, id est ex solo vtero sine viri semine, carni deputans ex vtero spiritus. [145]

Ibid.

Ibid. *Psal. 109.* *Psal. 109.*

4. Reg. 19. *& Isai. 37.*

Luc. 2. *Matth. 4.* *Luc 42.*

Psal. 109. *Isai. 1.* *Isai. 109.*

B Quod & in ipso hic accedit: Tu es sacerdos in æuum. [146] Nec sacerdos autem Ezechias, nec in æuum, etsi fuisset. Secundum ordinem, inquit, Melchisedec. quid Ezechias ad Melchisedec altissimi sacerdotem, & quidem non circunciſum, qui Abraham circunciſum iam accepta decimarum oblatione benedixit? At in Christum conueniet ordo Melchisedec, quoniam quidem Christus proprius & legitimus Dei antistes, præputiati sacerdotij pontifex (tum in Nationibus constitutus, à quibus magis suscipi habebat) cognituram se quandoque circumcisionem & Abrahæ gentem quum vltimò venerit, acceptatione & benedictione dignabitur. [147] Est & alius Psalmus ita incipiens: Deus iudicium tuum regi da, id est, Christo regnaturo, & iustitiam tuam filio regis, id est populo Christi. Filij enim eius sunt qui in ipso renascuntur. Sed & hic Psalmus Salomoni canere dicetur; quæ tamen soli competunt Christo, docere non poterunt etiam cetera non ad Salomonem, sed ad Christum pertinere? Descendit, inquit, tanquam imber super vellus, & velut stillæ destillantes in terram: Placidum descensum eius & insensibiliter describens de cœlo in carnem. Salomon autem etsi descendit alicundè, non tamen sicut imber, quia non de cœlo. Sed simpliciora quæque proponam: Dominabitur, inquit, à mari ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ. Hoc soli datum est Christo. Ceterùm Salomon vni & modicæ Iudææ imperauit. Adorabunt illum omnes reges: quem omnes, nisi Christum? Et seruient ei omnes Nationes: cui omnes, nisi Christo? Sit nomen eius in æuum. Cuius nomen in æternum, nisi Christi? Ante solem manebit nomen eius. Ante solem chim sermo Dei, id est Christus. Et benedicentur in illo vniuersæ gentes. In Salomone nulla Natio benedicitur: in Christo verò omnis. Quid nunc si & Deum eum iste Psalmus demonstrat: & beatum eum dicent: Quoniam

Gen. 14.

Hebr. 7.

Rom. 11.

Psal. 71.

C benedictus Dominus Deus Israëlis, qui facit mirabilia solus. Benedictum nomen gloriæ eius, & replebitur vniuersa terra gloria eius. [148] Contrà, Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in Deo gloriam amisit, per mulierem in idololatriam vsque pertractus. Itaque quum in medio Psalmo illud quoque positum sit, Inimici eius puluerem lingent, subiecti vtique pedibus ipsius, ad illud pertinebit, propter quod hunc Psalmum & intuli, & ad meam sententiam defendi, vt confirmauerim & regni gloriam, & inimicorum subiectionem, secundum dispositionem creatoris, consecuturum, non alium credendum, quàm creatoris. [149] Reuertamur nunc [150] AD RESVRRECTIONEM, CVI ET ALIAS QVIDEM PROPRIO VOLVMINE SATISFECIMVS omnibus hæreticis resistentes; sed nec hic desumus propter eos qui illud opusculum ignorant. [151] *Quid*, ait, *facient qui pro mortuis baptizantur, si mortui non resurgunt?* [152] Viderit institutio ista; Kalendæ si fortè Februariæ respondebunt illi pro mortuis petere. Noli ergo Apostolum nouum statim auctorem aut confirmatorem eum [153] denotare, vt tanto magis sisteret carnis resurrectionem, quanto illi qui vanè pro mortuis baptizarentur, fide resurrectionis hoc facerent. [154] Habemus illum alicubi vnius baptismi definitorem. Igitur & pro mortuis tingui pro corporibus est tingui; mortuum enim corpus ostẽdimus. Quid facient, qui pro corporibus baptizantur, si corpora non resurgunt? Atque adeò rectè hunc gradum figimus, vt & Apostolus secundâ diſcrepationem æquè de corpore induxerit. [155] *Sed dicent quidam: Quomodo mortui resurgent? Quo autem corpore venient?* Defensa etenim resurrectione quæ negabatur, consequens erat de qualitate corporis retractare, quæ non videbatur. Sed de ista cum alijs congredi conuenit. Marcion enim in totum carnis resurrectionem non admittens, & soli animæ salutem repromittens, non qualitatis, sed

1. Reg. 1.

1. Cor. 15. CAP. X. *ex cod. c. xv Epist. ad Corinth.*

1. Cor. 15.

Ephes. 4.

1. Cor. 15.

substantiæ facit quæstionem. Porrò & ex his manifestissimè [165] obducitur quæ Apostolus ad qualitatem corporis tractat propter illos qui dicunt, Quomodo resurgent mortui? Quo autem corpore venient? Iam enim prædicauit resurrecturum esse corpus, id de corporis qualitate tractauit. [167] Denique si proponit exempla *grani tritici alicuius eiusmodi, vel quibus deo corpus Deus prout volet. Si* *Ibid.* *vnicuique seminum, proprium ait esse corpus. Et aliam quidem carnem hominum, aliam vero pecudum & volucrum. Et corpora cœlestia atque terrena; & aliam gloriam solis, & lunæ aliam, & stellarum aliam*, nónne carnalem & corporalem portendit resurrectionē, quam per carnalia & corporalia exempla cōmendat, nónne etiam ab eo Deo eam spondet, à quo sunt & explæ? [168] *Sic & resurrectio*, inquit. *Quomodo?* Sicut & granū *corpus seritur corpus resurgit. Seminationem deniq; vocauit dissolutionē corporis in terram, quia seritur in corruptela, resurgit in honestate, & virtutem.* Cuius ille ordo in dissolutione, eius & hic in resurrectione corporis, scilicet sicut & granum. Ceterùm si auferas corpus resurrectioni quod dedisti dissolutioni, vbi consistet diuersitas exitus? [169] *Proinde & si seritur animale, resurgit spiritale.* Et si habet aliquod proprium corpus anima vel spiritus, vt possit videri corpus animale animam significare, & corpus spiritale spiritum, non ideò animam dicit in resurrectione spiritum futurum, sed corpus, quod cum anima nascendo & per animam viuendo, animale [160] dici capit, futurum spiritale, dum per spiritum surgit in æternitatem. denique si non anima, sed caro seminatur in corruptela dum dissoluitur in terram, iam non anima erit corpus animale, sed caroquæ fuit corpus animale. Siquidem *Ibid.* de animali efficitur spiritale, sicut & infrà dicit: [161] *Non primum quod spirituale.* Ad hoc enim & deip- *Ibid.* so Christo præstruit, [162] *Factus primus homo Adam, in animam viuam, nouissimus Adam in spiritum viuificantem*, licet stultissimus hæreticus noluerit ita esse. Dominū enim posuit nouissimum, pro nouissimo Adā, veritus scilicet ne si & Dominum nouissimū haberet Adam, & eiusdem Christum defenderemus in Adam nouissimo cuius & primum. Sed falsum relucet. Cur enim primus Adam, nisi quia & nouissimus Adam? Non habent ordinem inter se nisi paria quæque, & eiusdem vel nominis, vel substantiæ, vel auctoris. Nam etsi potest in diuersis quoque esse aliud primum, aliud nouissimum, sed vnius auctoris. Ceterùm si & auctor alius, & ipse quidem potest nouissimus dici. Quod tamen intulerit primum est, nouissimum autem si primo par sit. Par autem primo non est, quia non eiusdem auctoris est. [163] Eodem modo & in nomine hominis reuincetur. *Primus*, inquit, *homo de humo terrenus, secundus* *Ibid.* *dominus de cœlo.* Quare secundus, si non homo, quod & primus? Aut nunquid & primus dominus, si & secundus? Sed sufficit, si in Euangelio filium hominis adhibet Christum & hominem, & in homine Adam eum negare non poterit. Sequentia quoque eum cōprimunt. Quum enim dicit Apostolus, *Ibid.* *qualis qui de terra*, homo scilicet, *tales & terreni homines* vtique. Ergo & *qualis qui de cœlo* homo, *tales & qui de cœlo* homines. Non enim poterat hominibus terrenis non homines cœlestes opposuisse, vt statum ac spem studiosiùs distingueret in appellationis societate. Statu enim ac spe dicit terrenos atque cœlestes homines, tamen ex pari, qui secundum exitum aut in Adam aut in Christo deputantur. Et *Ibid.* ideò iam ad exhortationem spei cœlestis, [164] *Sicut portauimus*, inquit, *imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis*, non ad substantiam vllam referens resurrectionis, sed ad præsentis temporis disciplinam. Portemus enim, inquit, non portabimus, præceptiuè, non promissiuè, volens non sicut ipse incessit, ita incedere, & à terreni, id est, veteris hominis imagine abscedere, quæ est carnalis operatio. Denique quid subiungit? [165] *Hoc enim dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt:* Opera scilicet car- *Gal. 5.* nis & sanguinis. Quibus & ad Galatas scribens, abstulit Dei regnum, solitus & aliàs substantiam pro *Rom. 8.* operibus substantiæ ponere, vt quum dicit, Eos qui in carne sunt, Deo placere non posse. Quando enim placere Deo poterimus, nisi dum in carne hac sumus? Aliud tempus, operationis nullum opinor est. Sed si in carne quandiu constituit, carnis opera fugiamus, tum non erimus in carne, dum non in substantia carnis non sumus, sed in culpa. Quòd si in nomine carnis, opera non substantiam carnis iubemur exponere; operibus ergo carnis non substantiæ carnis in nomine carnis denegatur Dei regnum. Non enim id damnatur in quo malè fit, sed id quod fit. Venenum dare scelus est, calix tamen in quo datur reus non est. [166] Ita & corpus carnalium operum vas est, anima est autem quæ in illo venenum alicuius mali facti temperat. Quale autem, vt si anima auctrix operum carnis [167] merebitur Dei regnum, per expiationem eorum quæ in corpore admisit, corpus ministrum solummodò; in damnatione permaneat? Venefico absoluto, calix erit puniendus? Et tamen non vtique carni defendimus Dei regnum, sed resurrectionem substantiæ suæ, quasi ianuam regni per quam aditur. Ceterùm aliud resurrectio, aliud regnum. Primò enim *1. Cor. 13.* resurrectio, dehinc regnum. Resurgere itaque dicimus carnem, sed mutatum consequi regnum. [168] *Resurgent enim mortui incorrupti*, illi scilicet, qui fuerant corrupti dilapsis corporibus in in- *Ibid.* teritum. *Et nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu. Oportet enim corruptiuum, hoc*, tenens vtique carnem suam dicebat Apostolus, *induere corruptelam, & mortale hoc immortalitatem*, vt scilicet habilis substantia efficiatur regno Dei. Erimus enim sicut angeli. Hæc erit demutatio carnis, resuscitatæ. *Matth. 22.* Aut si nulla erit, quomodo induet incorruptelam, & immortalitatem? Aliud igitur facta per demutationem, tunc consequetur Dei regnum, iam non caro nec sanguis, sed quod illi corpus Deus dederit. Et ideò rectè Apostolus, *Caro & sanguis regnum Dei consequentur*, demutationi illud adscribens

quæ

A quæ [169] accedit resurrectioni. Si autem, *tanc fiet verbum, quod scriptum est* apud creatorem, [170] *Vbi est mors victoria tua, vel contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus?* Verbum autem hoc creatoris est, per Prophetam: eius erit & res, id est regnum, cuius & verbum fict in regno. [171] Nec alij *Deo gratias* dicit *quod nobis victoriam* vtique de morte *referre præstiterit*, quàm illi à quo verbum insultatorium de morte & triumphatorium accepit. [172] Si Deus commune vocabulum factum est vitio erroris humani, quatenus plures Dei dicuntur atque creduntur in seculo, [173] *benedictus* tamen *Deus Domini nostri Iesu Christi* non alius quàm creator intelligetur, qui[a] & vniuersa benedixit: habes Genesim, [174] Et ab [b] vniuersis benedicitur, habes Danielem. Proinde si pater potest dici sterilis Dei nullius magis nomine quàm creatoris, *misericordiarum* tamen *pater* idem erit qui [175] misericors, & misertor, & misericordiæ pluribus est dictus: habes apud Ionam eum ipso misericordiæ exemplo, quam Niniuitis exorantibus præstitit, facilis & [d] Ezechiæ flectibus flecti, & [e] Achab marito Iezabelis deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ & [f] Dauid agnoscenti delictum statim indulgere, & malens scilicet pœnitentiam peccatoris quàm mortem, vtique ex misericordiæ affectu. Si quid tale Marcionis Deus ædidit vel edixit, agnoscam patrem misericordiarum. Si vero ex eo tempore hunc titulum ei asscribit, quasi ex inde sit pater misericordiarum, quo liberare instituit genus humanum: atquin & nos ex eo tempore negamus illum, ex quo dicitur reuelatus. non potest igitur aliquid ei asscribere, quem tunc ostendit, cùm aliquid ei asscribit. Si enim priùs constaret eum esse, tunc & asscribi ei potest. [176] Accidens enim est quod asscribitur: accidentia autem antecedit ipsius rei ostensio cui accidunt. Maximè cùm iam alterius est, quod asscribitur ei, qui priùs non sit ostensus, tantò magis negabitur esse quantò per quod

B affirmatur esse, eius est qui iam ostensus est. [177] Sic & testamentum nouum non alterius erit, quàm qui illud repromisit: *& si non littera, at* eius *spiritus*, hoc erit nouitas. Denique qui litteram *tabulis lapideis* inciderat, idem & de spiritu edixerat, Effundam de meo spiritu in omnem carnem. *Et si littera occidit, spiritus verò viuificat*, eius vtrunque est qui ait. Ego occidam, & ego viuificabo, percutiam, & sanabo. [178] Olim duplicem vim creatoris vindicauimus & iudicis & boni, littera occidentis per legem, & spiritu viuificantis per Euangelium. Non possunt duos Deos facere, qui & si diuersa, apud vnum recenseri præuenerunt. [179] Commemorat *& de velamine Moysi quo faciem tegebat incontemplabilem filius Israel. Si ideò vt claritatem maiorē defenderet noui Testamenti, quod manet in gloria quam veteris quod euacuari habebat*, hoc & meæ conuenit fidei præponenti Euangeliū legi, & vide ne magis meæ. Illic enim erit superpositi quid, vbi fuerit & illud cui superponitur. At cum dicit: [180] *Sed obtusi sunt sensus mundi*, non vtique creatoris, sed populi qui in mundo est. De Israële enim dicit, *ad hodiernum vsque velamen id ipsum in corde eorum*. Figuratum ostendit fuisse velamen faciei in Moyse, velaminis cordis in populo, quia nec nunc apud illos perspiciatur Moyses corde, sicut nec facie tunc. Quid est ergo adhuc velatū in Moyse quod pertineat ad Paulum, si Christus creatoris à Moyse prædicatus nondum venit? quomodo iam operta & velata adhuc denotantur corda Iudæorum, nondum exhibitis prædicationibus Moysi, id est de Christo in quo eum intelligere deberent? Quid ad Apostolum Christi alterius, si de sui sacramenta Iudæi non intelligebant, nisi quia velamen cordis illorum ad cæcitatem qua non perspexerant Christum Moysei pertinebat? Denique quod sequitur, *Quum verò conuerterit ad Deum, auferetur velamen*, hoc Iudæo propriè dicit, apud quē & est velamen Moysei: qui cùm transierit in fidem Christi, intelligit Moysen de Christo prædicasse. Ceterùm quomodo auferetur velamentum creatoris in Christo Dei alterius, cuius sacramenta velasse non potuit creator, ignoti videlicet ignota? [181] Dicit ergo *nos iam aperta facie*, vtique cordis quod velatum est in Iudæis, *contemplantes Christum, eadem imagine transfigurari à gloria* (qua scilicet & Moyses transfigurabatur à gloria Domini) *in gloriam*: ita corporalem Moysei illuminationem de congressu Domini, & corporale velamen de infirmitate populi proponens, & spiritalem reuelationem, & spiritalem claritatem in Christo superducens, [182] *tanquam à Domino*, inquit, spirituum, totum ordinem Moysei, figurā ignorati apud Iudæos, agniti verò apud nos Christi fuisse testatur. Scimus quosdam sensus ambiguitatē pati posse, de sono pronuntiationis, aut de modo distinctionis, quum duplicitas earum intercedit. Hanc Marcion captauit sic legendo, *in quibus Deus aui huius*: vt creatorem ostendens Deum huius æui, alium suggerat Deum alterius æui. [183] Nos contrà sic distinguendum dicimus: *In quibus Deus*; dehinc: *aui huius excæcauit mentes infidelium*; in quibus, Iudæis infidelibus in quibus opertū est aliquibus Euangelium adhuc sub velamine Moysei. Illis enim Deus labisis diligentibus eum, corde autem longè absistentibus ab eo, minatus fuerat, Aure audictis, & non audietis. O culis videbitis, & non videbitis, Et nisi crediderit is, nec intelligetis, Et auferam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam. Hæc autem nō vtique de Euangelio Dei ignoti abscondendo minabatur. Ita non huius æui Deus, sed infidelium huius æui excæcat cor, quòd Christum eius nō vltrò recognouerint, de scripturis intelligendum. Et positum in ambiguitate distinctionis hactenus tractasse ne aduersario prodesset contentus victoriæ, næ vltrò possum & in totum contentionem hāc præteriisse. simpliciori respōso præmanu erit huius æui dominum, diabolum interpretari, qui dixerit Propheta referēte, [184] Ero similis altissimi, ponam in nubibus thronū meum: sicut & tota huius æui superstitio illi mancipata est, qui excæcet infidelium corda, & in primis apostatæ Marcionis. Denique nō vidit occurrentem sibi clausulam sensus, *quoniā Deus qui dixit ex tenebris lucē lucescere, reluxit in cordibus nostris ad illumina-*

1.Cor.15. *Ibidem. &* Osee 13.
2.Cor.1. CAP. XI. de Epist. 11.ad Cor. ex c.1.111. & 1111.
a Gen.1. b Dan.3. c 2. Cor.1. Ione 4. & 3.
d 4.Reg.20. e 3.Reg.21. f 2.Reg.12. g Osee 6.
2.Cor.3. Exod.24. Ioel.3.
2.Cor.3. Deut.32.
2. Cor.3. et Exod.34.
Ibidem. Ibidem. Ibidem.
Exod.34. 2.Cor.3. Ibidem.
2.Cor.4.
Isai.29. Isai.6. Isai. 7. Isai.29.
Isai.14.
2. Cor. 4.

Gen.1. *tionem agnitionis suæ in persona Christi.* Quis dixit: Fiat lux? Et de illuminatione mundi quis Christo D
Isai.42.vt ait? Posui te in lumen Nationum sedentium scilicet in tenebris, & in vmbra mortis. Cui respondet spi-
Psal.106. ritus in Psalmo ex prouidentia futuri: [185] Significatum est, inquit, super nos lumen personæ tuæ Do-
Psal.4. mine. Persona autem Dei Christus Dominus. Vnde & Apostolus suprà, [186] *Qui est imago*, inquit, *Dei.*
Thren.4. Igitur [a] si Christus persona creatoris dicentis, Fiat lux; & [b] Christus & Apostoli, & Euangelium, & ve-
2. Cor. 4. lamen & Moyses, & tota series secundum testimonium clausulæ creatoris est, Dei huius æui, certè non
Gen.1. eius qui nunquam dixit, [c] Fiat lux. Prætereo hîc & de alia epistola [187] quam nos ad Ephesios præscri-
a *Thren.4.* ptam habemus, hæretici verò ad Laodicenos. Ait enim meminisse Nationes, [d] quòd illo in tempore
b *2. Cor.3.* & 4. cùm essent sine Christo, alieni ab Israële sine conuersatione & testamentis, & spe promissionis, etiam
c *Gen.1.* sine Deo essent, in mundo vtique, etsi de creatore. Ergo si Nationes sine Deo dixit esse, Deus autem
d *Ephes.2.* illis diabolus est, non creator, apparet Dominum æui huius eum intelligendum quem Nationes pro
2. Cor.4. Deo receperant, non creatorem quem ignorant: [188] Quale est autem vt non eiusdem habeatur *the-*
saurus in fictilibus vasis nostris, cuius & vasa sunt? Nam si gloria Dei est in fictilibus vasis tantum the-
sauri haberi, vasa autem fictilia creatoris sunt, ergo & gloria creatoris est, cuius vasa eminentiam vir-
tutis Dei sapiunt, & virtus ipsa. Quia propterea in vasa fictilia commissa sunt, vt eminentia eius
Ibidem. probaretur. Cæterùm iam non erit alterius Dei gloria, ideóque nec virtus, sed magis dedecus & in-
firmitas, cuius eminentiam fictilia & quidem aliena ceperunt. Quòd si hæc sunt *fictilia vasa* [189] *in*
quibus tanta nos pati dicit, in quibus etiam mortificationem circumferimus Domini, satis ingratus Deus &
Ibidem. iniustus, si non & hanc substantiam resuscitaturus est, in qua pro fide eius tanta tolerantur, in qua
& mors Christi circumfertur, in qua & eminentia virtutis consecratur. Sed enim proponit *vt &* E
vita Christi manifestetur in corpore nostro, scilicet sicut & mors eius circumfertur in corpore. De qua
ergo Christi vita dicit? Qua nunc viuimus in illo? [190] Et quomodo in sequentibus non ad visibi-
lia, nec ad temporalia, sed ad inuisibilia & ad æterna, id est non ad præsentia, sed ad futura exhorta-
tur? Quòd si de futura vita dicit Christi, in corpore eam dicens apparituram, manifestè carnis re-
Ibidem. surrectionem prædicauit, exteriorem quidem hominem nostrum corrumpi dicens, & non quasi
æterno interitu post mortem: verùm laboribus & incommodis, de quibus præmisit adiiciens, *Et*
non deficimus. Nam & *interiorem hominem nostrum renouari de die in diem* dicens, hic vtrunque de-
monstrat, & corporis corruptionem ex vexatione tentationum, & animi renouationem ex con-
CAP. XII. templatione promissionum. [191] *Terrent domicilij nostri.* non sic ait [a] *habere nos domum æternam, non*
ex Epist *manu factam in cœlis*, quia quæ manu facta sit, creatoris intereat, in totum dissoluta post mortem.
2.ad Cor. Hæc enim ad mortis metum, & ad ipsius dissolutionis contristationem consolandam, retractans etiam
cap 5.6.7. per sequentia manifestius, quum subiicit. [192] *Ingemere* [b] *nos de isto tabernaculo corporis terreni; quod de cœ-*
11.12.& 13. *lo est superindui cupientes. Siquidem & despoliati non inueniamur nudi*, id est recipiemus quod despoliati su-
a *2. Cor.5.* mus, id est corpus. Et rursus, *Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis, ingemimus quod grauemur, no-*
b *Ibidem.* *lentes exui, sed superindui.* Hic enim expressit, [193] quod in prima epistola strinxit, Et mortui resurgent
Ibidem. incorrupti, qui iam obierunt: & nos mutabimur, qui in carne fuerimus deprehensi à Deo. Et illi enim
1. Cor.15. resurgent incorrupti, recepto scilicet corpore, & quidem integro vt ex hoc sint incorrupti: & hi pro-
pter temporis vltimum iam momentum, & propter merita vexationum Antichristi, compendium
mortis, sed mutati consequentur, superinduti magis quod de cœlo est, quàm exuti corpus. Ita si hi su- F
per corpus induent cœleste illud, vtique & mortui recipient corpus, super quod & ipsi induant incor-
ruptelam de cœlo: quia & de illis ait, necesse est corruptiuum istud induere incorruptelam, & mortale
istud immortalitatem. Illi induunt cùm receperint corpus: isti superinduunt, quia non amiserint cor-
pus: & ideò non temerè dixit, nolentes exui corpore, sed superindui, id est nolentes mortem experiri,
2. Cor. 5. sed vita præueniri; [194] *vti deuoretur mortale hoc à vita*, dum eripitur morti per superindumentum demu-
Ibidem. tationis. Ideo quia ostendit *hoc melius esse* ne contristemur mortis si fortè præuentu, & *arrabonem nos*
Ibidem. *spiritus dicit à Deo habere*, quasi pignoratos in eandem spem superindumenti; [195] *& abesse à Domino quam-*
Ibidem. *diu in carne sumus, ac propterea debere boni ducere abesse potius à corpore, & esse cum Domino*, vt mortem liben-
ter excipiamus. [196] Atque adeò: *omnes* ait *nos oportere manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquis-*
que quæ per corpus admisit, siue bonum siue malum. [197] Si enim tunc retributio meritorum, quomodo iam
aliqui cum Deo poterunt deputari? Et tribunal autem nominando, & dispunctionem boni ac ma-
li operis, vtriusque sententiæ iudicem ostendit, & corporum omnium repræsentationem confirma-
uit. Non enim poterit quod corpore admissum est, non corpore iudicari. Iniquus enim Deus, si non
Isai.43. per id punitur quis aut iuuatur, per quod operatus est. [198] Si qua ergo conditio noua in Christo,
2.Cor.7. vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia, impleta est Esaiæ prophetia. [199] Si eriam iu-
2.Cor.11. bet *vt mundemus nos ab inquinamento carnis & sanguinis*, non substantiam capere regnum Dei;
[200] si & *virginem sanctam destinat, Ecclesiam assignare Christo* vtique vt sponsam sponso: non po-
Ibidem. test imago coniungi inimico veritatis rei ipsius. [201] Si & *pseudapostolos* dicit *operarios dolosos*
Ibidem. *transfiguratores sui* per hypocrisin scilicet, conuersationis non prædicationis adulteratæ reos taxat,
adeò de disciplina non de diuinitate disputabatur. *Si transfiguratur Satanas in angelum lucis*, non
potest hoc dirigi in creatorem. Deus enim, non angelus, creator: in Deum lucis, non in
angelum,

A angelum, transfigurare se dictus esset, si non eum Satanam significaret, quem & nos & Marcion angelum nouimus de paradiso. Suus stilus est ad omnem quam patitur quæstionem. [202] Hic illud fortè mirabor, si ptoprium potuit habere *paradisum* Deus, nullius terrenæ dispositionis, nisi si etiam paradiso creatoris precario vsus est sicut & mundo. Et tamen hominem tollere ad cœlum creatoris exemplum est in Helia. Magis verò mirabor Dominum optimum [203] percutiendi & fœuiendi alienum, nec proprium saltem, sed creatoris *angelum Satanæ colaphizando Apostolo suo applicuisse, & ter ab eo obsecratum non concessisse.* Emendat igitur & Deus Marcionis secundum creatorem, elatos æmulantem, vt deponentem scilicet de solio dynastas. Aut nunquid ipse est, qui & in corpus Iob dedit Satanæ potestatem, *vt virtus in infirmitate comprobaretur?* [204] Quid & formam legis adhuc tenet Galatarum castigator, *in* [b] *tribus testibus præsniens staturum omne verbum?* Quid & [b] *non parsurum se peccatoribus comminatur*, leniissimi Dei prædicator? Immò & *ipsum durius agendi in præsentia potestatem à Domino datam sibi affirmat.* Negà nunc hæretice timeri Deum tuum, cuius Apostolus timebatur. [206] Quando opusculum profligatur, breuiter iam retractanda sunt quæ rursus occurrunt, quædam verò tramittenda quæ sæpiùs occurrerunt. Piget de lege adhuc congredi, qui toties probauerim, cessionem eius nullum argumentum præstare diuersi Dei, in Christo prædicatam scilicet, & repromissam in Christum apud creatorem, quatenus & ipse Apostolus legem plurimùm videtur excludere. Sed & iudicem Deum ab Apostolo circumferri sæpè iam ostendimus, & in iudice vltorem, & creatorem in vltore. Itaque & hîc cùm dicit: [207] *Non enim me pudet Euangelij: Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo & Græco, quia iustitia Dei in eo reuelatur, ex fide in fidem*; Sine dubio & Euangelium & salutem iusto Deo deputat, non bono, vt ita dixerim, secundum hæretici distinctionem, transferenti ex fide legis in fidem Euangelij, suæ vtique legis, & sui Euangelij. [208] *Quoniam & iram Dei dicit reuelari de cœlo super impietatem & iniustitiam hominum qui veritatem in iniustitia detinent.* Cuius Dei ira? vtique creatoris. Ergo & veritas eius erit, cuius & ira quæ reuelari habet in vltionem veritatis. Etiam adiiciens, [209] *Scimus autem iudicium Dei secundum veritatem esse*; & iram ipsam probauit, ex qua venit iudicium pro veritate, & veritatem rursus eiusdem Dei confirmauit, cuius iram probauit probando iudicium: Aliud est si veritatem Dei alterius in iniustitia detentam creator iratus vlcisceitur. [210] Quantas autem foueas in ista vel maximè epistola Marcion fecerit, auferendo quæ voluit, de nostri instrumenti integritate parebit. Mihi sufficit quæ proinde eradenda non vidit, quasi negligentias & cæcitates eius accipere. [211] *Si enim iudicabit Deus occulta hominum,* [212] *tam eorum qui in lege deliquerunt, quàm eorum qui sine lege, quia & hi legem ignorant, & natura faciunt quæ sunt legis*: vtique is Deus iudicabit cuius sunt & lex, & ipsa natura, *quæ legis est instar, ignorantibus legem.* Iudicabit autem quomodo? [213] *Secundum Euangelium*, inquit, *per Christum.* Ergo & Euangeliũ & Christus illius sunt, cuius & lex & natura, quæ per Euangelium & Christum vindicabuntur, adeò illo iudicio Dei quod & suprà secundum veritatem. Ergo quâ defendenda releuetur de cœlo ira, non nisi à Deo iræ: ita & hic sensus pristino cohærens, in quo iudicium creatoris edicitur, non potest in alium Deum referri, qui nec iudicat, nec irascitur, sed in illum, cuius dum hæc sunt, iudicium dico & iram, etiam illa ipsius sint necesse est, per quem hæc habent transigi Euangelium & Christus. [214] & ideò *vetitur in transgressores legis, docentes non furari, & furantes*, vt homo Dei legis, non vt creatorem ipsum his modis tangens, qui & furari vetans fraudem mandauerit in Ægyptios auri & argenti, quemadmodum & cetera in illum retorquent. Scilicet Apostolus verebatur conuicium Deo palàm facere, à quo non verebatur deuertisse? Adeò autem Iudæos incesserat, vt ingesserit propheticam increpationem, [215] *Propter vos nomen Dei blasphematur.* Quàm ergo peruersum, vt ipse blasphemareet eum, cuius blasphemandi causa malos exprobrat. [216] Præfert & *circumcisioni cordis præputiationem*; *apud Deum enim legis est factæ circumcisio cordis, non carnis, spiritu non littera.* Quòd si hæc est circumcisio Hieremiæ, & circumcidemini præputia cordis, sicut & Moyses, circumcidemini duricordiam vestram: eius erit spiritus circumcidens cor, cuius & littera metens carnem eius: & *Iudæus qui in occulto, cuius & Iudæus in aperto*: quia nec Iudæam nominare vellet Apostolus non Iudæorum Dei seruum. [217] *Tunc lex, nunc iustitia Dei per fidem Christi.* Quæ est ista distinctio? Seruiuit Deus tuus disposítioni creaturis, dans ei tempus & legi eius: An eius tunc, cuius & nunc? eius lex, cuius & fides Christi distinctio dispositionum est, non deorum. [218] *Monet iustificatos ex fide Christi, non ex lege pacem ad Deum habere.* Ad quem? Cuius nusquam fuimus hostes, an cuius legi & naturæ rebellauimus? Nam si in eum competit pax, cum quo fuit bellum, ei & iustificabimur, & eius erit Christus; ex cuius fide iustificabimur, ad cuius pacem competit redigi, hostes eius aliquando. [219] *Lex autem*, inquit, *subintroiuit vt abundaret delictum.* Quare? *vt superabundaret*, inquit, *gratia.* Cuius Dei gratia, si non cuius & lex? nisi si creator ideò legem [220] intercalauit, vt negotium procuraret gratiæ Dei alterius, & quidem æmuli, ne dixerim ignoti, [221] *vt quemadmodum apud ipsum regnauerat peccatum in mortem, ita & gratia regnaret in iustitia, in vitam per Iesum Christum* aduersarium ipsius. [222] Propter hoc omnia concluserat lex creatoris sub delictum, & totum mundum deduxerat in reatum, & omne os obstruxerat, ne qui gloriaretur per illam: vt gratia seruaretur in gloriam Christi non creatoris, sed Marcionis. Possum & hîc de substantia Christi præstruere, ex prospectu quæstionis subsecuturæ. [223] *Mortuos enim nos*, inquit, *legi.* Ergo corpus *Christi* & potest corpus contendi, non statim caro. Sed & quæcunque substan-

2.Cor.12.
4.Reg.2.
2.Cor.12.
1.Reg.2.
Iob.19.
2.Cor.12.
Gal.1.
a 2.Cor.13.
b Ibidem.
CA. XIII. de Epist. ad Rom. exc. 1. 11. III. v. VI. & VII.
Rom.1.
Ibidem.
Rom.2.
Rom.1.
Rom.1.
Rom.2.
Ibidem.
Exod.20.
Ibidem 11. & 12.
Rom.2.
Isai.52. ad Ezech.36.
Rom.2.
Hier.4.
Deut.10.
Rom.2.
Rom.3.
Rom.5.
Ibidem.
Rom.3.
Ibidem. Gal.3.
Rom.3.
„ Rom.6.

tia sit, cùm eius nominat corpus *quem subijcit ex mortuis resurrexisse*, non poteſt aliud corpus intelligi quàm carnis, in quam lex mortis eſt dicta. Ecce autem & teſtimonium perhibet legi, & cauſa delicti eam excuſat. [214] *Quid ergo dicemus? Quia lex peccatum? Absit.* Erubeſce Marcion: Abſit, abominatur Apoſtolus criminationem legis. *Sed ego delictum non scio nisi per legem.* O ſummum ex hoc præconium legis, per quam [215] liquuit delictum latere. Non ergo lex *seduxit*, ſed *peccatum per præcepti occaſionem.* Quid Deo imputas legis, quod legi eius Apoſtolus imputare non audet? Atquin & accumulat: [216] *lex ſancta & præceptum eius iuſtum & bonum.* Si taliter veneratur legem creatoris, quomodo ipſum deſtruat neſcio. Quis diſcernit duos Deos, iuſtum alium, bonum alium, quum is vtrumque debeat credi, cuius præceptum & bonum & iuſtum eſt. *Si autem & ſpiritalem confirmat legem*, vtique & prophetica, vtique & figuratam. Debeo enim & hinc conſtituere Chriſtum in lege figuratè prædicatum, quo nec à Iudæis omnibus potuerit agnoſci. [217] *Hunc ſi pater miſit in ſimilitudinem carnis peccati*, non ideò phantaſma dicetur caro quæ in illo videbatur. [218] Peccatum enim carni ſuprà aſſeripſit, & illam fecit legem peccati habitantem in membris ſuis, & aduerſantem legi ſenſus: ob hoc igitur miſſum filium in ſimilitudinem carnis peccati, vt peccati carnem ſimili ſubſtantia redimeret, id eſt carnem, quæ peccatrici carni ſimilis eſſet, quum peccatrix ipſa non eſſet. nam & hæc erit Dei virtus, in ſubſtantia pari perficere ſalutem. Non enim magnum, ſi ſpiritus Dei carnem remediaret, ſed ſi caro conſimilis peccatrici, dum caro eſt, ſed non peccati. Ita ſimilitudo ad titulum peccati pertinebit, non ad ſubſtantiæ mendacium. Nam nec addidiſſet, peccati, ſi ſubſtantiæ ſimilitudinem vellet intelligi, vt negaret veritatem. Tantum enim carnis poſuiſſet, non & peccati. Quum verò tunc ſic ſtruxit, carnis peccati, & ſubſtantiam confirmauit, id eſt carnem, & ſimilitudinem ad vitium ſubſtantiæ retulit, id eſt ad peccatum. Puta nunc ſimilitudinem ſubſtantiæ dictam, non ideò negabitur ſubſtantiæ veritas. Cur ergo ſimilis vera? Quia vera quidem, ſed non ex ſemine de ſtatu ſimili, ſed vera de cenſu, non verò diſſimilis. Ceterùm ſimilitudo in contrariis nulla eſt. Spiritus non diceretur carnis ſimilitudo, quia nec caro ſimilitudinem ſpiritus caperet, ſed phantaſma diceretur, ſi id quod non erat videbatur. Similitudo autem dicitur, quum eſt quod videtur. Eſt enim, dum alterius par eſt. Phantaſma quâ hoc tantùm eſt, non eſt ſimilitudo. Et hic autem ipſe ediſſerens, [219] quomodo *nolit eſſe nos in carne, quum ſimus in carne*, vt ſcilicet non ſimus in operibus carnis, oſtendit hac ratione ſcripſiſſe, Caro & ſanguis regnum Dei conſequi non poſſunt, non ſubſtantiam damnans, ſed opera eius: quæ quia poſſunt non admitti à nobis in carne adhuc poſitis, non ad reatum ſubſtantiæ, ſed ad conuerſationis pertinebunt. Item ſi *corpus quidem mortuum propter delictum* (adeò non animæ, ſed corporis mors eſt) [220] *ſpiritus autem vita propter iuſtitiam*, cui mors obuenit propter delictum, id eſt corpori. Non enim alicui reſtituitur niſi qui illud amiſit, & ita erit reſurrectio mortuorum, dum eſt corporum. Nam ſubiungit, *Qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra.* Adeò & carnis reſurrectionem confirmauit, abſque qua nec corpus aliud [221] dici eapit, nec mortale aliud intelligi, & Chriſti ſubſtantiam corporalem probauit. Siquidem proinde viuificabuntur & mortalia corpora noſtra, quemadmodum & ille reſuſcitatus eſt, non aliàs proinde, niſi quia in corpore. Salio & hìc amplìſſimum abruptum intercìſæ ſcripturæ, ſed apprehendo [222] *teſtimonium perhibentem Apoſtolum Iſraëli quòd zelum Dei habeant*, ſui vtique, *non tamen per ſcientiam. Deum enim*, inquit, *ignorantes, & ſuam iuſtitiam ſiſtere quærentes, non ſubiecerunt ſe iuſtitiæ Dei.* [223] *Finis enim legis Chriſtus in iuſtitiam omni credenti.* Hic erit argumentatio hæretici, quaſi Deum ſuperiorem ignorauerint Iudæi, qui aduerſus eum iuſtitiam ſuam, id eſt legis ſuæ conſtituerint, non recipientes Chriſtum finem legis. Cur ergo & zelo eorum erga Deum proprium teſtimonium perhibet, ſi non & [224] inſcientiam erga eundem Deum eis exprobras? quòd zelo quidem Dei agerentur, ſed non per ſcientiam, ignorantes ſcilicèt eum, dum diſpoſitiones eius in Chriſto ignorant conſummationem legi ſtaturo, atque ita ſuam iuſtitiam tuentur aduerſus illum. Atqui adeò ipſe creator & ignorantiam erga ſe eorum conteſtatur, Iſraël me non agnouit, & populus meus me non intellexit: & quòd iuſtitiam ſuam magis ſiſterent, docentes doctrinas præcepta hominum, necnon & congregati eſſent aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum ipſius, ex inſcientia ſcilicet. Nihil igitur poteſt in alium Deum exponi quod competit in creatorem, quia & aliàs immeritò Apoſtolus Iudæos de ignorantia ſuggillaſſet, erga Deum ignotum. Quid enim deliquerant, ſi iuſtitiam Dei ſui aduerſus eum liſtebant, quem ignorabant? Atquin exclamat, [225] *O profundum diuitiarum & ſapientiæ Dei, & inueſtigabiles viæ eius.* Vnde iræ eruptio? ex recordatione ſcilicet ſcripturarum quas retrò reuoluerat, ex contemplatione ſacramentorum quæ ſuprà diſſeruerat in fidem Chriſti, ex lege venientem. Hæc ſi Marcion de induſtria eraſit, quid Apoſtolus eius exclamat, nullas intuens diuitias Dei tam pauperis & egeni, quàm qui nihil condidit, nihil prædicauit, nihil denique habuit, vt qui in aliena deſcendit? Sed enim & opes & diuitiæ creatoris olim abſconditæ, nunc reſeratæ. Sic enim repromiſerat: Et dabo illis theſauros occultos, inuiſibiles aperiam eis. Inde ergo exclamatum eſt: O profundum diuitiarum & ſapientiæ Dei, cuius iam theſauri patebant. Id Eſaiæ, & ſequentia de eiuſdem prophetæ inſtrumento: [226] *Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? quis porrexit ei, & retribuetur illi?* qui tanta de ſcripturis ademiſti, quid iſta ſeruaſti, quaſi non & hæc creatoris? Planè noui Dei præcepta,

videamus,

Rom.7. *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.* CA. XIII. de Epiſt. ad Ro.ca. VIII. X. XI. XII. XIII. & XIIII. *Ibidem.* *I.Cor.15.* *Rom.8.* *Ibidem.* *Rom.10.* *Iſai.1.* *Iſai.29.* *Pſal.2.* *Rom.11.* *Iſai.45.* *Rom.11.* *Ibidem.* & *Iſai.40.*

videamus. [237] *Odio, inquit, habentes malum, & bono adherentes.* Aliud est enim apud creatorem, Aufert malum de vobis, & declina à malo & fac bonum. *Amore fraternitatis inuicem affectuosi*: non enim idipsum est, Diliges proximum tanquam te. *Spe gaudentes*, vtique Dei. Bonum [a] est enim sperare in Dominum, quàm sperare in magistratus. [b] *Pressuram sustinentes*: Exaudiet [c] enim te Dominus in die præsſuræ: habes Psalmum. [d] *Benedicite, & nolite maledicere.* Qui hoc docebit, quàm [e] qui omnia benedictionibus condidit? *Non [f] altum sapientes, sed humilibus assentantes, ne sitis apud vos sapientes.* Væ enim [g] audiunt per Esaiam. *Malum [h] pro malo nemini retribueritis*, & malitiæ fratris tui ne memineritis. *Nec [i] vosmetipsos vlciscentes.* Mihi [k] enim vindictam, & ego vindicabo, dicit Dominus. *Pacem [l] cum omnibus hominibus habetote*: ergo & legalis talio non retributionem iniuriæ permittebat, sed inceptionem metu retributionis comprimebat. Meritò itaque totam creatoris disciplinam [m] *principali [n] præcepto eius concluſit: Diliges proximum tanquam te.* Hoc [o] *legis supplementum*, si ex ipsa lege est, quis sit Deus legis, iam ignoro: metuo ne Deus Marcionis. Si verò Euangelium Christi [p] hoc præcepto adimpletur, Christi autem non est creatoris, quo iam contendimus, dixerit Christus an non, Ego [q] non veni legem dissoluere, sed implere? Frustrà de ista sententia neganda Ponticus laborauit. Si Euangelium legé non adimpleuit, ecce lex Euangelium adimpleuit. [219] Benè autem quòd & in clausula, [r] *triplinual Christi comminatur*, vtique iudicis & vltoris, vtique creatoris, illum certè constituens pomerendum quem intentat timendum, etiam si alium prædicaret. [240] Breuioribus quoque epistolis non pigebit intendere. Est sapor & in paucis. [241] *Occiderant Iudæi Prophetas suos.* Possum dicere, Quid ad Apostolum Dei alterius & quidem optimi, qui nec suorum delicta damnare dicatur, quique & ipse Prophetas eosdem destruendo quodammodò perimat? Quid enim mali admisit apud illum Israël, si occidit quos & ille reprobrauit, si prior inimicam in eos sententiam statuit? deliquit autem apud Deum ipsorum. Is exprobrauit iniquitatem, ad quem pertinet læsus: certe quiuis alius, quàm aduersarius læsi. Sed nec onerassetillos, imputando eis Domini necem, *qui & Dominum interfecerunt* dicendo, *& Prophetas suos*: licet suos adiectio sit hæretici. Quid enim tam acerbum, si alterius Dei prædicatorem Christum interemerunt, qui sui Dei Prophetas contrucidauerunt? Status autem exaggerationis, quod & Dominum & famulos eius peremissent. Denique si alterius Dei Christum, alterius Prophetas peremerunt, æquauit impietates, non exaggerauit. Æquanda autem non fuit, ergo exaggerari non potuit nisi in eundem Dominum commissa, ex vtroque titulo. Ergo eiusdem Dei Christus & Prophetæ. [242] Quam autem *sanctitatem nostram, voluntatem Dei dicat*, ex contrariis quæ prohibet, agnoscere. *Abstinere*, inquit, *à stupro*, non à matrimonio. *Scire vnumquemque suum vas in honore tractare.* Quomodo? dum non in libidine qua gentes. libido autem nec apud gentes matrimonio asscribitur, sed extraordinariis, & non naturalibus & portentuosis. [243] Luxuria est turpitudini quoque & immunditiæ contraria, quæ non matrimonium excludat, sed libidinem: quæ vas nostrum in honore matrimonij tractet. Hunc autem locum salua alterius, id est plenioris sanctitatis prælatione, tractauerim; [244] continentiam & virginitatem nuptiis anteponens, sed non prohibitis: destructores enim Dei nuptiarum, non sectatores castitatis retundo. [245] Ait, *eos qui remaneant in aduentum Christi, cum eis qui mortui in Christo primi resurgent, quòd in nubibus auferentur in aërem obuiam Domino.* Agnosco his iam tunc prospectis mirari substantias cœlestes ipsam Ierusalem quæ sursum est, & per Esaiam pronuntiare, Quinam huc velut nubes volant, tanquam columbæ cum pullis ad me. Hunc ascensum si Christus nobis præparauit, ille erit Christus de quo Osee, qui ascensum suum ædificat in cœlos, vtique sibi & suis. Exinde à quo sperabo nunc, nisi à quo hæc audiui? [246] Quem *spiritum prohibet extingui, & quas Prophetias vetat nihil haberi?* vtique non creatoris spiritum, nec creatotis Prophetias secundum Marcionem. Quæ enim destruxit, ipse iam extinxit, & nihil fecit, nec potest prohibere quæ nihil fecit. Ergo incumbit Marcioni exhibere hodie apud Ecclesiam suam exindè spiritum Dei sui, qui non sit extinguendus, & Prophetias quæ non sint nihil habendæ. Et si exhibuit quod putat, sciat nos quodcunque illud ad formam spiritalis & propheticæ gratiæ atque virtutis prouocaturos, vt & futura prænuntiet, & occulta cordis reuelet, & sacramenta edisserat. Quum nihil tale protulerit ac probarit, [247] nos proferemus & spiritum & Prophetias creatoris secundum ipsum prædicantes. Atque ita constabit Apostolum de quibus dixerit, de eis scilicet quæ futura erant in Ecclesia eius Dei, qui dum est, spiritus quoque eis operatur, & promissio celebratur. [248] Age nunc qui salutem carnis abnuitis, & siquando corpus in huiusmodi prænominatur, aliud nescio quid interpretamini illud, quàm substantiam carnis: quomodo Apostolus omnes in nouis substantiis certis nominibus distinxit: & omnes in vno voto constituit salutis, *optans vt spiritus noster & corpus & anima sine querela in aduentu Domini & salutificatoris nostri Christi conseruentur?* Nam & animam posuit & corpus, tam duas res quàm diuersas: licet enim & animæ corpus sit aliquod suæ qualitatis, sicut & spiritus, cùm tamen & corpus & anima distincte nominantur, habet anima suum vocabulum proprium, non egens communi vocabulo corporis, id relinquitur carni quæ non nominata proprio, communi vtatur necesse est. Etenim aliam substantiam in homine non video post spiritum & animam, cui vocabulum corporis accommodetur, præter carnem. Hanc totiens in corporis nomine intelligens quotiens non nominatur, multò magis hic, cùm quæ dicitur corpus,

CAP. XVI. de Epist. ad Thess. secunda. 2. Thess. 1.

suo nomine appellatur. [[249] Cogimur quædam identidem iterare, vt cohærentia eis confirmemus. *Dominum* & hic retributorem vtriusque meriti, dicimus circumferri ab Apostolo, aut creatorem, aut (quod nolit Marcion) patrem creatoris, *apud quem* [250] *iustum sit afflictatoribus nostris rependi afflictationem: & nobis qui afflictemur requietem, in renelatione Domini Iesu venientis à cœlo cum angelis virtutis suæ, & in flamma ignis.* [251] Sed flammam & ignem delendo hæreticus extinxit, ne scilicet nostratem Deum faceret. Lucet tamen vanitas lituræ. [252] Quum enim *ad vltionem venturum* scribat Apostolus *Dominum ad exigendam de eis qui Deum ignorent, & qui non obaudiant Euangelio, quos ait pœnam luituros exitialem æternam à facie Domini, & à gloria valentiæ eius:* sequitur vt flammam ignis inducat, scilicet veniens ad puniendum: ita & in hoc nolente Marcione crematoris Dei Christus, & in illo creatoris est, quod etiam de ignorantibus Dominum vlciscitur, id est de ethnicis. Seorsum enim posuit Euangelio non obaudientes, siue Christianos peccatores, siue Iudæos. Porrò de ethnicis exigere pœnas, qui Euangelium fortè non norint, non est Dei cius, qui naturaliter sit Ignotus, nec vsquam nisi in Euangelio sit reuelatus, non omnibus scibilis. Creatori autem etiam naturalis agnitio debetur ex operibus intelligendo, & exinde in pleniorem notitiam requirendo. Illius est ergo etiam ignorantes Deum plectere, quem non liceat ignorare. Ipsum quod ait à facie Domini & à gloria valentiæ eius, verbis vsus Esaiæ, ex ipsa causa eundem sapit Dominum consurgentem vt comminuat terram.

Ibidem.

Isai. 2.

[251] Quis est autem *homo delicti, filius perditionis, quem reuelari prius oportet ante Domini aduentum, extollens se super omne quod Deus dicitur, & omnem religionem confessurus in templo Dei, & Deum se iactaturus?* Secundum nos quidem Antichristus, vt docent veteres & nouæ Prophetiæ: vt Ioannes Apostolus, qui iam Antichristos dicit processisse in mundum præcursores Antichristi spiritus, negantes Christum in carne venisse, & soluentes Iesum scilicet in Deo creatore. Secundum verò Marcionem nescióne sit Christus creatoris. Nondum venit apud illum. [254] Cuius quis autem ex duobus, quæro, *cur veniat in omni virtute & signis & ostentis mendacij? propterea*, inquit, *quod dilectionem veritatis non susceperint, vt salui essent: & propter hoc erit eis institutum fallacia, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Igitur si Antichristus & secundum creatorem, Deus erit creator qui eum mittit ad impingendos eos in errorem, qui non crediderunt veritati vt salui fierent, eiusdem erit veritas & salus, qui [255] ex subtmissu erroris vlciscitur, id est creatoris, cui & competit zelus ipse, errore decipere quos veritate non cepit. Si verò non est Antichristus secundum nos, ergo Christus est creatoris secundum Marcionem. Et quale erit vt ad vlciscendam veritatem suam Christum creatori submittat? Sed & de Antichristo consentit. [256] Proinde dixerim, quale est illi *satanas* angelus creatoris sit necessarius, & *occidatur ab eo*, habens fallaciæ operatione fungi creatoris? In summa si indubitatum est eius esse & *angelum, & veritatem, & salutem*, cuius & ira, & æmulatio, & fallaciæ immissio aduersus contemptores & desultores, etiam aduersus ignorantes, vt iam & Marcion de gradu cedat, Deum quoque suum zeloten concedens, quis digniùs irasceturi? puto qui à primordio rerum naturam operibus, beneficiis, plagis, prædicationum testibus ad agnitionem sui præstruxit, nec tamen agnitus est: an qui semel vnito Euangelij instrumento, & ipso incerto, nec palàm alium Deum prædicante, productus est? Ita cui competit vindicta, ei competet materia vindictæ: Euangelium dico, & veritas, & salus. [257] *Iubere autem operari eum qui velit manducare*, eius disciplina est, qui boui trituranti os liberum iussit. [258] Ecclesiæ quidem veritate epistolam istam [259] ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodicenos, sed Marcion ei titulum aliquando interpolare gestiit, quasi & in isto diligentissimus explorator. Nihil autem de titulis interest, cùm ad omnes Apostolus scripserit, dum ad quosdam: certè tamen eum Deum prædicans in Christo, cui competunt quæ prædicantur. Cui ergo competent *secundum* [260] *boni existimationem quam proposuerit in sacramento voluntatis suæ, in dispensationem adimplectionis temporum* (vt ita dixerim, [261] sicut verbum illud in Græco sonat) *recapitulare* (id est ad initium redigere, vel ab initio recensere) *omnia in Christum, quæ in cœlis, & quæ in terris*, nisi cuius omnia erunt ab initio etiam ipsum initium, à quo & tempora & temporum adimpletiones: dispensatio ob quam omnia ad initium recensentur in Christo? Alterius autem Dei quod initium, id est vnde: cuius opus nullum? quæ tempora sine initio? quæ adimpletio sine temporibus? quæ dispensatio sine adimpletione? Denique quid in terris egit iam olim, vt longa aliqua temporum adimplendorum dispensatio reputetur, ad recensenda omnia in Christo, etiam quæ in cœlis? Nec in cœlis autem res ab altero actas existimabimus quæcunque sunt, quàm ab eo à quo & in terris acta omnibus constat. [262] Quòd si non capit, alterius omnia ista deputari ab initio quàm creatoris: quis credet ab alio ea recenseri in Christum alium, & non à suo auctore, & in suum Christum? Si creatoris sunt, diuersa sint necesse est à diuerso Deo. Si diuersa, vtique contraria. Quomodo ergo contraria recensentur in eum, à quo denique destruuntur? Nam & sequentia quem renuntiant Christum, cùm dicit: [263] *Vt simus in laudem gloriæ nos qui præsperauimus in Christum?* Qui enim præsperasse potuerunt, id est antè sperasse in Deum, quàm venisset, nisi Iudæi quibus Christus prænuntiabatur ab initio? Qui ergo prænuntiabatur, ille & præsperabatur. Atque adeo hoc ad se, id est ad Iudæos refert, vt distinctionem faciat, conuersus ad nationes: *In quo & vos quum audissetis sermonem veritatis Euangelium. In quo credidistis, & signati estis spiritu promissionis eius sancto.* Cuius promissionis? factæ

1. Ioan. 4.

2. Thess. 2.

Ibidem.

Ibidem. & 2. Thess. 1.

a 2. Thess. 3.

CA. XVII. de Epist. ad Laod. siue ad Eph. ex c. 1. & 11.

Ephes. 1.

Ibidem.

Ibidem.

A factæ per Iohelem: In nouissimis diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem: id est, & in nationes. Ita & spiritus & Euangelium in eo erit Christo, qui præsperabatur, dum prædicabatur. [264] *Sed & pater gloriæ* ille est, cuius Christus rex gloriæ canitur in Psalmo ascendens: Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Ab illo spiritus sapientiæ optatur*, apud quem hæ quoque spiritalium species enumerantur, inter septem spiritus per Esaiam. *Ille dabit illuminatos cordis oculos*, qui etiam exteriores oculos luce ditauit, cui displicet cæcitas populi. Et quis cæcus, nisi pueri mei: & excæcati sunt famuli Dei. *Apud illum sunt & diuitiæ hæreditatis in sanctis*, qui eam hæreditatem ex vocatione nationum repromisit: Postula de me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. [265] *Ille inoperatus est in Christum valentiam suam, suscitando eum à mortuis, & collocando eum ad dexteram suam, & subijciendo omnia*, qui & dixit: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quia & alibi spiritus ad patrem de filio: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Si ex his alius Deus, & alius Christus infertur, quæ recognoscuntur in creatore, quæramus iam creatorem. Planè puto inuenimus, [266] quum dicit: *Illos delictis mortuos, in quibus ingressi erant, secundum æuum mundi huius, secundum principem potestatis aëris huius qui operatur in filijs incredulitatis.* Sed mundum non potest & hic pro Deo mundi Marcion interpretari. Non enim simile est creatum creatori, factum factori, mundus Deo. Sed nec princeps potestatis aëris dicetur, qui est princeps potestatis seculorum. Nunquam enim præses superiorum de inferioribus notatur, licet & inferiora ipsi deputentur. Sed nec incredulitatis operator videri potest, quam ipse potius à Iudæis & à nationibus patitur. Sufficit igitur si hæc non cadunt in creatorem. Si

B autem & est in quem magis competat, vtique magis hoc Apostolus scijt. Quis iste? Sine dubio ille, qui ipsi creatori filios incredulitatis obstruit, aëre isto potitus, sicut dicere eum profert & refert: Ponam in nubibus thronum meum, ero similis altissimo. Hic erit diabolus, quem & alibi, [267] si tamen ita & Apostolum legi volunt, Deum æui huius agnoscemus. Ita enim totum seculum mendacio diuinitatis impleuit. Qui planè si non fuisset, tunc hæc in creatorem spectasse potuissent. Sed & in Iudaismo conuersatus Apostolus, non quia interpositus est de delictis, *in quibus & nos omnes conuersati sumus*: ideò delictorum dominum & principem aëris huius creatorem præstat intelligi, sed quia in Iudaismo vnus fuerat de filijs incredulitatis, diabolum habentis operatorem, quum persequeretur Ecclesiam & Christum creatoris. [268] Propter quod *& iracundiæ filij fuimus*, inquit, *sed natura*. Ne quia filios appellauit Iudæos creator, argumentetur hæreticus dominum iræ creatorem. Quum enim dicit: Fuimus natura filij iracundiæ: creatoris autem non natura sunt filij Iudæi, sed allectione patrum: iræ filios ad naturam retulit, non ad creatorem. Ad summam subiungens: *sicut & ceteri* qui vtique filij Dei non sunt. Apparet communi naturæ omnium hominum & delictæ & concupiscentias carnis, & incredulitatem & iracundiam reputari, diabolo tamen captante naturam, quam & ipse suam fecit delicti semine illato. [269] *Ipsius*, inquit, *fumus factura, conditi in Christo*. Aliud est enim facere, aliud condere. Sed vtrunque vni dedit. Homo autem factura creatoris est. Idem ergo condidit in Christo qui & fecit. Quantum enim ad substantiam, fecit: quantum ad gratiam, condidit. Inspice & cohærentia: [270] *Memores vos aliquando nationes in carne fuisse, appellabamini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta, quod esset illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israëlis, & peregrini testamentorum & promissionis eorum spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Sine quo autem Deo fuerunt nationes, & sine quo Christo? Vtique eo cuius erat conuersatio Israëlis, & testamenta, & promissio. *At nunc*, inquit, *in Christo, vos, qui eratis longè, facti*

C *estis propè in sanguine eius.* A quibus erant retrò longè? A quibus suprà dicit: A Christo creatoris, à conuersatione Israëlis, à testamentis, à spe promissionis, à Deo ipso. Si hæc ita sunt, ergo his propè fiunt nunc nationes in Christo, à quibus tunc longè fuerant. Si autem conuersationi Israëlis, quæ est in religione Dei creatoris, & testamentis, & promissioni, & ipsi Deo eorum, proximi fumus facti in Christo, ridiculum satis, si nos alterius Dei Christus de longinquo admouit creatori. Meminerat Apostolus ita prædicatum de nationum vocatione ex longinquo vocandarum. Qui longè erant à me, appropinquauerunt iustitiæ meæ. Tam enim iustitia quàm & pax creatoris in Christo annuntiabatur, vt sæpè iam ostendimus. *Itaque ipse est*, inquit, *pax nostra*, [271] *qui fecit duo vnum*, Iudaicum scilicet populum & gentilem: *quod propè, & quod longè, soluto medio pariete inimicitiæ in carne sua.* Sed Marcion abstulit, sua: vt inimicitiæ daret carnem quasi carnali vitio, non Christo æmulæ. Sicubi alibi dixi, & hic, [272] Non Marrucine, sed Pontice, cuius suprà sanguinem confessus es, hic negas carnem. [273] Si *legem præceptorum sententijs vacuam fecit*, adimplendo certè legem (vacat enim iam non adulterabis, quum dicitur, nec videbis ad concupiscendum: vacat non occides, quum dicitur, nec maledices) aduersarium legis de adiutore non potes facere. *Vt duos conderet in semetipso.* Qui fecerat, idem condens, secundum quod & suprà. Ipsius enim factura sumus, conditi in Christo. *In vnum nouum hominem, faciens pacem.* Si verè nouum, verè & hominem, non phantasma: nouum autem & nouè natum ex virgine, Dei spiritu: vt *reconciliet ambos Deo*, & Deo quem vtrunque genus offenderat, & Iudaicum & gentilem populum, *in vno corpore*, inquit, *cùm interfecisset inimicitiam in eo per crucem.* Ita & hic caro corpus in Christo, quod crucem pati potuit. [274] *Hoc itaque annuntiante pacem ijs qui propè, & ijs qui longè, accessum consecuti simul ad patrem, iam non sumus peregrini, nec aduenæ, sed conciues sanctorum, sed domestici Dei*: vtique eius, à quo suprà ostendimus alienos fuisse nos, & longè constitutos. [275] *Superædificati super fundamentum*

Joel. 2.
Ephes. 1.
Esai. 23.
Ephes. 1.
Esai 11.
Ephes. 1.
Esai. 42.
Ephes. 1.
Psal. 1.
Ephes. 1.
Psal. 109.
Psal. 8.
Ephes. 2.
Esai. 14.
2. Cor. 4.
Ephes. 2.
Act. 9.
Ephes. 2.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Esai. 46.
Ephes. 2.
Ibidem.
Ibidem.
Matth. 5.
Ephes. 2.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

Apostolorum. Abstulit hæreticus, *& Prophetarum*, oblitus Dominum posuisse in Ecclesia sicut Apostolos, ita & Prophetas. Timuit scilicet ne & super veterum Prophetarum fundamenta *ædificatio nostra constaret in Christo*, cùm ipse Apostolus vbique nos de Prophetis extruere non cesset. Vnde enim accepit *summum lapidem angularem dicere Christum*, nisi de Psalmi significatione: Lapis quem reprobauerunt ædificantes, iste factus est in summo anguli? De manibus hæretici præcidentis non miror si syllabas subtrahit, quum paginas totas plerunque subducit. [275 *Datum*, inquit, a *sibi Apostolus gratiam nouissimo omnium, illuminandi omnes: quæ dispensatio sacramenti occulti ab æuis in Deo qui omnia condidit*. Rapuit hæreticus In præpositionem, & ita legi fecit, occulti ab æuis Deo, qui omnia condidit. Sed emicat falsum. Infert enim Apostolus, b *vt nota fiat principatibus & potestatibus, in supercœlestibus, per Ecclesiam multifaria sapientia Dei*. Cuius dicit principatibus & potestatibus? Si creatoris? quale est vt principatibus & potestatibus eius ostendi voluerit Deus ille sapientiam suam, ipsi autem non? quando nec potestates sine suo principe potuissent quid cognoscere. Aut si ideò Deum non nominauit hic, quasi in illis & princeps ipse reputetur, ergo & occultatum sacramentum principatibus & potestatibus eius, qui omnia condit, pronuntiasset: proinde in illis deputans ipsum. Quòd si illis dicit occultatum, illis debebat dixisse manifestum: ergo non Deo erat occultatum, sed in Deo omnium conditore, occultum autem principatibus & potestatibus eius. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius ei fuit? Hic captus hæreticus fortasse mutauit, vti dicat, Deum suum suis potestatibus & principatibus notam facere voluisse dispensationem sui sacramenti, quam ignorasset Deus conditor omnium. Et quò competebat prætendere ignorantiam creatoris extranei & longa separatione discreti, quum domestici quoque superioris Dei nescissent? Tamen & creatori notum erat futurum. An non vtique notum quod sub cœlo in terra eius habebat reuelari? Ergo ex hoc confirmatur quod supra struximus: si enim creator cogniturus erat quandoque occultum illud Dei superioris sacramentum: & ita scriptura habebat: occulti Deo, qui omnia condidit: sic inferre debuerat, vt nota fiat illi multifaria sapientia Dei, tunc & potestatibus & principatibus cuiuscunque Dei, cum quibus sciturus esset creator. Adeò subtractum constat, quod & sic veritati suæ saluum est. Volo nunc & ego tibi de allegorijs Apostoli controuersiam nectere. Quas nouus in Prophetis habuisset formas? 277 *Captuam*, inquit, *duxit captiuitatem*. Quibus armis? quibus prælijs? de cuius gentis vastatione? de cuius ciuitatis euersione? quas fœminas, quos pueros, quos ue regulos catenis victor inseruit? Nam & quum apud Dauid Christus canitur succinctus gladio super femur: aut apud Esaiam spolia accipiens Samariæ & virtutem Damasci, 278 verè eum & visibilem excondis præliatorem. agnosce igitur iam & armaturam & militiam eius spiritalem, si iam didicisti esse captiuitatem spiritalem, vt & hanc illius agnoscas: vel quia & captiuitatis huius mentionem de Prophetis Apostolus sumpsit, à quibus & mandata. 279 *Deponentes mendacium, loquimini veritatem ad proximum suum quisque*; &: *Irascimini, & nolite delinquere*, ipsis verbis quibus Psalmus exponeret sensus eius. *Sol non occidat super iracundiam vestram*. 280 *Nolite communicare operibus tenebrarum*. Cum iusto enim iustus eris, & cum peruerso peruerteris. *Et auferte malum de medio vestrum*. Ex exite de medio eorum: & immundum ne attigeritis. Separamini qui fortis vasa Domini. Sic & *inebriari vino decori* inde *est*, vbi sanctorum inebriatores increpantur: 281 Et potum dabatis sanctis meis vinum, quod prohibitus erat potare & Aaron sacerdos, & filij eius, cùm adirent ad sancta. *Et psalmis & hymnis Deo canere*, docere illius est, qui cum tympanis potius & psalterijs vinum bibentes incusari à Deo norat. Ita cuius inuenio præcepta & semina præceptorum vel augmenta, eius Apostolum agnosco. 282 Ceterùm *mulieres viris subiectas esse debere* vnde confirmat? *quia vir*, inquit, *caput est mulieris*. Dic mihi Marcion, de opere creatoris Deus tuus legi fuæ astruit auctoritatem? Hoc iam planè minus est, cùm & ipsi Christo suo & Ecclesiæ eius inde statum sumit? *sicut & Christus caput est Ecclesiæ*. Similiter & quum dicit: *Carnem suam diligit, qui vxorem suam diligit sicut & Christus Ecclesiam*. Vides comparari operi creatoris Christum tuum, & Ecclesiam tuam. Quantum honoris carni datur in Ecclesiæ nomine? *Nemo*, inquit, *carnem suam odio habet*, nisi planè Marcion solus: *sed & nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam*. At tu solus eam odisti, auferens illi resurrectionem: odisse debebis & Ecclesiam, quia proinde diligitur à Christo. at enim Christus amauit & carnem sicut Ecclesiam. Nemo non diligit imaginem quoque sponsæ, immò & seruabit illam, & 283 honorabit, & coronabit. Habet similitudo cum veritatis honore consortium. Laborabo ego nunc eundem Deum probare masculi & Christi, mulieris & Ecclesiæ, carnis & spiritus: ipso Apostolo sententiam creatoris adhibente, immò & differente: 284 *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carnem vnam*. 285 *Sacramentum hoc magnum est*. Sufficit inter ista, si creatoris magna sunt apud Apostolum sacramenta, minima apud hæreticos. *Sed ego* autem *dico* inquit, *in Christum & Ecclesiam*. Habet interpretationem, non separationem sacramenti. Ostendit figuram sacramenti ab eo præministratam, cuius erat vtique sacramentum. Quid videtur Marcioni? Creator quidem ignoto Deo figuras præministrare non potuit, etiam quia aduersario. Si noto, Deus superior ab inferiore, & ad destruendum potius mutuari nihil debuit. 286 *Obaudiant & parentibus filij*. Nam & si Marcion abstulit: *hoc est enim primum in promissione præceptum*: Lex loquitur, honora patrem & matrem; &: *Parentes enutrite filios in disciplina & correptione Domini*. Audisti enim & veteribus dictum: Narrabitis hæc in auribus filiorum vestrorum, & filij vestri æquè in aures filiorum

Ibidem. *Psal.* 117.
C. xviii. de Epist. ad Ephes. c. iii iiii. v. & vi.
a *Ephes.* 3.
b *Ibidem.*
Isai. 40. *Rom.* 11. *& 1. Cor.* 2.
Ephes. 4.
Psal. 44. *Isai.* 8.
Psal. 67. *Ephes.* 4. *Ibidem.* *Psal.* 4. *Ephes.* 5. *Psal.* 17. 2. *Cor.* 6. *Deut.* 22. *Ephes.* 5. *Amos* 2. *Num.* 6. *Ephes.* 5. *Isai.* 5. *Ephes.* 5. *Ibidem.*
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ephes. 6. *Exod.* 20. *Epist.* 6.

A liorum suorum. [287] Quò iam mihi duos Deos, si vna est disciplina? & si duo sunt, illum sequar qui prior docuit. [288] *Sed aduersus munditenentes luctatos nobis*, ô quantis iam Dei creatores. Cur enim non & hoc vindicem, vnum munditenentem nominari debuisse, si creatorem significabat, cuius essent quas præmisit potestates? [289] Porrò quum suprà quidem *induere nos iubeat armaturam, in qua stemus ad machinationes diaboli*, iam ostendit diaboli esse quæ diabolo subiungit, *potestates & munditenentes tenebrarum istarum*, quæ & nos diabolo deputamus. Aut si diabolus creator est, quis erit diabolus apud creatorem? An sicut duo Dei, ita & duo diaboli, & pluraliter potestates & munditenentes? Sed quomodo creator & diabolus & Deus idem? cùm diabolus non idem & Deus & diabolus. Aut enim ambo & Dei, si ambo iam diaboli: aut qui Deus hic & non diabolus, sicut nec diabolus Deus. [290] Ipsum vocabulum diaboli, quæro ex qua delatura competat creatori: fortassè detulit aliquam Dei superioris intentionem, quod ipse ab archangelo passus est, & quidem mentito. Non ideo enim interdixerat illius arbusculæ gustum, ne Dei fierent, sed ne de transgressione morerentur. [291] Nec *spiritalia* autem *nequitiæ* ideo creatorem significabant, quia adiecit *in cælis*. Sciebat enim & Apostol. in cœlis operata esse spiritalia nequitiæ angelorum scandalizatorum in filias hominum. & quale erit vt ambiguitatibus & per ænigmata nescio quæ creatorem taxaret, [292] *qui in catenis iam constitutus ob libertatem prædicationis, constantiam manifestandi sacramenti in aperitione oris*, quam ibi *expostulare à Deo mandabat*, Ecclesiæ vtique præstabat? [[293] Soleo in præscriptione aduersus hæreseis omneis de testimonio temporum compendium figere, priorem vindicans regulam nostram omni hæretica posteritate. Hoc nunc probabit & Apostolus dicens: [294] *De spe reposita in cælis, quam audistis in sermone veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos sicut & in totum mundum*. Nam si iam tum traditio Euangelica vbique manauerat, quantò magis nunc? Porrò si nostra est, quæ vbique manauit, magis quàm omnis hæretica, [295] nedum Antoniniani Marcionis, nostra erit Apostolica. Marcionis autem quum totum impleuerit mundum, ne tunc quidem se defendere poterit de Apostolico. Eam enim & sic constabit esse, quæ prior mundum repleuit, illius scilicet Dei Euangelio qui & hæc cecinit de prædicationibus eius: In omnem terram exijt sonus eorum, & in terminos orbis verba eorum. [296] *Inuisibilis Dei imaginem* ait *Christum*. Sed nos enim inuisibilem dicimus patrem Christi, scientes filium semper retrò visum, si quibus visus est in Dei nomine, vt imaginem ipsius: nec quam & hinc differentiam scindat Dei visibilis & inuisibilis, cùm olim Dei nostri sit definitio: Deum nemo videbit, & viuet. [297] Si non est *Christus primogenitus conditionis*, vt sermo creatoris, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est, si [298] non *in illo condita sunt vniuersa in cælis & in terris, visibilia & inuisibilia, siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates*: si non *cuncta per illum & in illo sunt condita* (hæc enim Marcioni displicere oportebat) non vtique tam nudè posuissет Apostolus: *Et ipse est ante omnes*. Quomodo enim ante omnes, si non ante omnia? Quomodo ante omnia, si non primogenitus conditionis, si non sermo creatoris? Vnde ante omnes probabitur fuisse, qui post omnia apparuit? Quis scit ptiorem fuisse, quem esse nescijt? [299] Quomodo item *boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare*? Primò enim, quæ est ista plenitudo, nisi ex illis quæ Marcion detraxit: *conditis in Christo, in cælis & in terris*, angelis & hominibus, nisi ex illis inuisibilibus & visibilibus, nisi ex thronis, & dominationibus, & principatibus, & potestatibus? Aut si hæc pseudapostoli nostri & Iudaici euangelizatores de suo intulerint, & ad plenitudinem sui Dei Marcion qui nihil condidit: ceterùm quale est vt plenitudinem creatoris, æmulus & destructor eius in suo Christo habitare voluerit? *Cui* denique *reconciliat omnia in semetipsum, pacem faciens per crucis suæ sanguinem*, nisi quem offenderant vna ipsa, aduersus quem rebellauerant per transgressionem, cuius nouissimè fuerant? Conciliari enim extraneo possent, reconciliari verò non alij quàm suo. [300] *Ita & nos quondam alienatos & inimicos sensu in malis operibus, creatori redigit in gratiam*, cuius admiseramus offensam, colentes conditionem aduersus creatorem. Sicubi autem & Ecclesiam corpus Christi dicit esse, vt hic ait, [301] *adimplere se reliqua pressurarum Christi in carne, pro corpore eius quod est Ecclesia*: non propterea & in totum mentionem corporis transferes à substantia carnis. Nam & suprà *reconciliari nos* ait *in corpore eius per mortem*: vtique in eo corpore, in quo mori potuit per carnem, mortuus est, non per Ecclesiam, planè propter Ecclesiam, corpus commutando pro corpore, carnale pro spiritali. [302] At cùm monet *cauendum à subtililoquentia & philosophia, vt inani seductione, quæ sit secundum elementa mundi*, non secundum cœlum aut terram dicens, sed secundum litteras seculares, *& secundum traditionem* scilicet *hominum* subtililoquorum & philosophorum: longum est quidem & alterius operis ostendere, ac sententia omnes hæreses damnari, quòd omnes ex subtililoquentiæ viribus & philosophiæ regulis constent. [303] Sed Marcion principalem suæ fidei terminum de Epicuri schola agnoscat, Dominum inferens hebetem, ne timeri dicat eum, collocans & cum Deo creatore materiam, de porticu Stoicorum: negans carnis resurrectionem, de qua proinde nulla philosophia consentit. Cuius ingenijs tam longè abest veritatis nostra, vt & iram Dei excitare formidet, & omnia illum ex nihilo protulisse confidat, & carnem eandem restituturum repromittat, [304] & Christum ex vulua virginis natum non erubescat, ridentibus philosophis & hæreticis & ethnicis ipsis. Stulta enim mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: ille sine dubio qui ex retpectu huius suæ dispositionis perditurum se sapientiam sapientium præminabatur. Hac simplicitate veritatis contraria subtililoquentiæ & philosophiæ, nihil peruersi possumus sa-

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Gen. 6.
Ephes. 6.
C. A. XIX. de Epist. ad Col.
Coloss. 1.
Psal. 18.
Coloss. 1.
Exod. 33.
Coloss. 1.
Ioan. 1.
Coloss. 1.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Coloss. 1.
1. Cor. 1.
Coloss. 2.

pere. [96] Denique ſi *nos Deus cum Chriſto viuificat, donans delicta nobis*, non poſſumus credere ab eo deli- D
Ibidem. cta donari, in quem admiſſa non fuerint, vt retrò ignotum. Age iam quum dicit: [96] *Nemo vos iudicet in cibo & potu & in parte diei feſti & neomeniæ & ſabbati, quæ eſt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti*, quid tibi videtur Marcion? De lege iam non retractamus, niſi quòd & hîc quemadmodum excluſa ſit edocet, dum ſcilicet de vmbra transfertur in corpus, id eſt de figuris ad veritatem, quod eſt Chriſtus. Ergo & vmbra eius, cuius & corpus, id eſt & lux eius, & Chriſtus. Segrega alij legem, & alij Deo Chriſtum, ſi potes aliquam vmbram ab eo corpore, cuius vmbra eſt ſeparare. Manifeſtè legis eſt Chriſtus,
Ibidem. ſi corpus eſt vmbræ. [97] Si autem & *aliquos taxat, qui ex viſionibus angelicis dicebant cibis abſtinendum, ne attingerus, ne guſtaueris, volentes in humilitate ſenſus incedere, non tenentes caput:* non ideò legem & Moyſen pulſat, quaſi de angelica ſuperſtitione conſtituerit [98] interdictionem quorundam edulium. Moyſen
Ibidem. enim à Deo accepiſſe legem conſtat. Denique hanc diſciplinam *ſecundum præcepta*, inquit, *& doctrinam hominum* deputauit in eos, qui caput non tenerent, id eſt, in ipſum, in quo omnia recenſentur, in
Col. 3. et 4. Iſai. 43. & 2. Cor. 5. Hier. 4. Chriſtum ad initium reuocata etiam indifferentia eſcarum. [99] *Cetera præceptorum*, vt eadem, ſatis ſit iam alibi docuiſſe quàm à creatore manarint: qui cùm vetera prædicaret tranſitura, noua factur us vniuerſa, mandans etiam, Nouate vobis nouamen nouum, iam tum docebat deponere veterem homi-
CAP. XX. de Epiſt. ad Phil. *Philip. 1.* nem, & nouum induere. [100] Cùm prædicationis enumerat varietatem, *quod alij ex fiducia vinculorum eius, audentiùs ſermonem enuntiarent; alij per inuidiam & contentionem, quidam verò & per ſermonis exiſtimationem, plerique ex dilectione, nonnulli ex æmulatione; iam aliqui & ex ſimulatione Chriſtum prædicarent*: erat vtique vel hîc locus taxandæ ipſius prædicationis de diuerſitate ſententiæ, quæ tantam efficeret etiam animorum varietatem. Sed cauſas ſolas animorum, non regulas ſacramentorum in diuerſitate propo- E
Ibidem. nens, vnum tamen Chriſtum & vnum eius Deum, quocunque conſilio prædicatum confirmat: & ideò, [101] *Nihil mea*, inquit, *ſiue cauſatione, ſiue veritate Chriſtus annuntietur*: quia vnus annuntiabatur, ſiue ex cauſatione, ſiue ex veritate fidei. Ad fidem enim prædicantionis retulit mentionem veritatis, non ad regulæ ipſius, quia vna quidem erat regula, ſed fides prædicantium quorundam vera, id eſt ſimplex, quorundam nimis docta. Quod quum ita ſit, apparet eum Chriſtum prædicatum, qui ſemper annuntiabatur. Nam ſi alius longè ab Apoſtolo induceretur, feciſſet diuerſitatem nouitas rei. Nec enim defuiſſent, qui prædicationem Euangelicam nihilominus in Chriſtum creatoris interpretarentur; [102] quum & hodie maior pars ſit omnibus in locis ſententiæ noſtræ quàm hæreticæ. Quò ne hic Apoſtolus de diuerſitatis denotatione & increpatione tacuiſſet. Ita quum diuerſitas ne taxatur quidem, nouitas non probatur. Planè de ſubſtantia Chriſti putant & hic Marcionitæ ſuffragari Apo-
Philipp. 2. ſtolum ſibi, quòd phantaſma carnis fuerit in Chriſto, quum dicit, [103] quòd *in effigie Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit* [104] *pariari Deo, ſed exhauſit ſemetipſum accepta effigie ſerui*, non veritate. *& in ſimilitudine hominis*, non in homine, *& figura inuentus homo*, non ſubſtantia, id eſt non carne: quaſi non & figu-
Col. 1. Philipp. 2. ra, & ſimilitudo, & effigies ſubſtantiæ quoque accedant. Benè autem quòd & alibi Chriſtum imagi-
nem Dei inuiſibilis appellat. Nunquid ergo & hîc quâ in effigie eum Dei collocat? Æquè non etit Deus Chriſtus verè, ſi nec homo verè fuit in effigie hominis conſtitutus. Vtrobique enim veritas neceſſe habebit excudi, ſi effigies & ſimilitudo, & figura phantaſmati vindicabitur. Quòd ſi in effi-
gie & in imagine, quâ filius patris verà Dei prædicatus eſt, etiam in effigie & imagine hominis, quâ fi- F
Ibidem. lius hominis, verè hominem inuentum. nam & inuentum ratione poſuit, id eſt certiſſimè homi-
nem: quod enim inuenitur, conſtat eſſe. Sic & Deus inuentus eſt per virtutem, ſicut homo per carnem: quia nec morti ſubditum pronuntiaſſet, non in ſubſtantia mortali conſtitutum. Plus eſt autem
Ibidem. quod adiecit, *Et mortem crucis*. Non enim exaggerat atrocitatem, extollendo virtutem ſubiectionis,
Philipp. 3. quam imaginariam phantaſmate ſciſſet fruſtrato potius eam quàm experto, nec virtute functo in paſſione, ſed luſu. [105] *Quæ autem retrò lucri duxerat* [106] quæ & ſuprà numerat, gloriam carnis, notam
Ibidem. circumciſionis, generis Hebræi ex Hebræo cenſum, titulum tribus Beniamin, Phariſææ candidæ dignitatem, *hæc modo detrimento ſibi deputat*, non Deum, ſed ſtuporem Iudæorum. [107] *Hæc ac ſi ſtercora exiſtimat præ comparatione agnitionis Chriſti*, non præ reiectione Dei creatoris, *habens iuſtitiam non ſuam iam quæ ex lege, ſed quæ per ipſum* ſcilicet Chriſtum, *ex Deo*. Ergo, inquis, hac diſtinctione lex non ex
Ibidem. Gen. 22. 1. Cor. 15. Philipp. 3. Deo erat Chriſti. Subtiliter ſatis. Accipe itaque ſubtilius. Quum enim dicit; non quæ ex lege, ſed quæ per ipſum, non dixiſſet per ipſum de alio quàm cuius fuit lex. [108] *Noſter*, inquit, *municipatus in cœlis*. Agnoſco veterem ad Abraham promiſſionem creatoris: Et faciam ſemen tuum tanquam ſtellas in cœlo. Ideò & ſtella à ſtella differt in gloria. [109] Quòd ſi *Chriſtus adueniens de cœlis, transfigurabitur corpus humilitatis noſtræ conformale corpori gloriæ ſuæ*, reſurget ergo corpus hoc noſtrum quod humiliatur in paſſionibus, & in ipſa lege mortis in terram deiectum. Quomodo enim transfigurabitur, ſi nullum erit? Aut ſi de eis dictum, qui in aduentu Dei deprehenſi in carne deputari habebunt, quid facient qui primi reſurgent? Non habebunt de quo transfigurentur. Atquin, cum illis,
CAP. XXI. de Epiſt. ad Philemonem. dicit, ſimul rapiemur in nubibus obuiam Domino. Si cum illis ſublati, vtique cum illis & transfigurari. [110] Soli huic epiſtolæ breuitas ſua profuit, vt falſarias manus Marcionis euaderet. Miror tamen quum ad vnum hominem litteras factas receperit, quid ad Timotheum duas, & vnam ad Titum de Eccleſiaſtico ſtatu compoſitas recuſauerit. [111] Affectauit, opinor, etiam numerum epiſtolarum interpolare,

terpolare. Memento inſpector, quòd ea quæ pertractata ſunt, retrò de Apoſtolo quoque probaueri-mus: & ſi qua in hoc opus dilata erant, [128] expunxerimus, neaut hic ſuperuacuam exiſtimes iteratio-nem, qua confirmauimus ſpem priſtinam: aut illic ſuſpectam habeas dilationem, qua eruimus tempora iſta. Si totum opuſculum inſpexeris, nec hìc redundantiam, nec illic diffidentiam iudicabis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM V. ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. Nihil ſine origine, niſi Deus ſolus, &c.] *Titulum huic capitiſm poſſumus:* Quòd ipſe Paulus Apoſtolus, cuius Epiſtolas admittebat Marcion, à Deo Creatoris teſtimonium habeat; tum ex Veteri inſtrumento, tum ex Actis Apoſtolorum, quæ ille reijciebat.

2. Apoſtoli quoque Pauli originem à Marcione deſidero, &c.] *Addidiſſe ad notatum Rhenanus* vocem: Pauli, *quæ tamen deſideratur in vtroque codice, nec eſt neceſſaria, eo quòd* Liburn Apoſtolicum *ſuum volumen appellauerit Marcion, non verò* Apoſtoli Pauli, *ſicuti patet ex Epiphan. hæreſ. 42. & ſatis infinuat etiam Auctor verbis ſuprà ſub Argumentis calcem citatis; quæ tamen illum ex Epiſtolis B.* Pauli Apoſtoli *collegit, ad maiorem intellectum, nihil immutandum duximus, maximè quum de eo loquatur in ſequentibus, etiam nominatim.*

3. nouus aliqui diſcipulus, &c.] Aliqui, *inquit etiam hic Rhenanus, pro:* aliquis. *Sic & ſupra lib.4. cap.36.* Sed erat vnus aliqui deputandus ex ijs. *Paulopoſt:* A Domino adlectum iam in cœlis quieſcente.

4. quem in albo Apoſtolorum, &c.] *Phraſis Iureconſultorum, apud quos Tutulus eſt Pandectarum lib.* 50. De albo ſcribendo; *in quo præcipitur, quas ordine ſcribi debeant nomina decurionum.* Album Apoſtolorum *itaque catalogum eorundem intelligas*, in quo apud Euangelium (*Luc. nempè 6. quod ſolum recipiebat Marcion*) non deprehenditur Paulus. *Sed recte addit Auctor*, poſtea eum à Domino adlectum iam in cœlis quieſcente; *adludens ad Act. Apoſt. cap. 9. ſicuti infrà latius proſequitur*, idque iam ordinato officio Apoſtolatus, & in ſua opera dimiſſo, *ſicuti paritim Luc. 24. apertiùs autem habetur Matth. 28. & Marc. 16.*

5. in acatos tuas, &c.] *Hoc eſt, inquit Rhenanus, cymbas ſiue ſcaphas tuas. Eſt* ἄκατος *Græcis nauigij genus, quod velis potius agebatur quàm remis. Id &* ἄκατον *aliquando dicitur, quod vocabulum etiam maiori velo nauis accommodat Iulius Pollux. Perſiſtit autem in Metaphora* Nauicleri.

6. onus auertiſti, &c.] *Sarcinas, inquit idem, intelligit, quæ nauibus imponuntur in longinquas regiones deuehendæ. Et ſolent hæ non numquam ab ipſis nauclerii intercipi.*

7. Ipſe ſe, inquit, Apoſtolum eſt profeſſus, &c.] *Verba hæc ſunt Marcionis ex cap. 1. Epiſtolæ Pauli ad Galatas, quam primam ille collocabat, vſque ad verba numeris ſequentis.*

8. Planè profiteri poteſt ſemetipſum, &c.] *Loquitur, inquit Rhenanus*, de Profeſſione quæ fit apud Acta. *Nam profitemur, dum publicè & apud Acta aliquid vltrò denuntiamus; veluti quum profitemur merces, ne in veſtigali pendendo reipublicæ fraus fiat. Vnde mercis profeſſus Martianus in Pandectis vocatur, quarum nomine nullum veſtigal ſolutum eſt. Item profitebantur filios natos ſibi apud Acta Veteres, quæres tum certam, tum familem ætatu faciebat probationem, ſiquando huiuſmodi dubium incidiſſet. In hunc ſenſum elegantèr dixit Seneca:* Profiteri *ea alienum. Id quod candidati facere cogebantur & rei, De benef. lib. 6. Linius*, Profiteri *frumentum, lib. 4. prima Decadu, vbi in pernecſſitate exemplaribus mendoſè legitur:* Confiteri *cogendo frumentum. Id ipſum certè indicat Auctor, verbis etiam Iureconſultorum ſequentibus:* alius ſcribit, alius ſubſcribit, alius obſignat, alius Actis (*id eſt in Acta*) refert. Nemo ſibi & profeſſor, & teſtis eſt. *Sine autem ille ac intermedium:* quiuis, *quod habent excuſi, ſiue:* quis, *ſicuti MS. 2. Vatic. cod. perinde eſt.*

9. vt iam hinc & fidem tuam obtundam, &c.] *Sic, inquit Rhenanus, lib. præcedente, cap.* 38. Non Dauid errorem ſcribarum obrundebat. *Eſt verò etiam Tertullianeum illud:* impudentiam ſuffundam. *Non refert autem, ſiue legas affirmatiuè, ſicuti correxit Rhenanus ex Gor. ſenſi tenore:* Nam nihi Paulum, *& c. ſine:* Non, *cum priores editiones, & Vat. altero, interrogatiuè, vt pro:* Nonne, *accipiatur.*

10. Beniamin, inquit, lupus rapax, &c.] *In hac interpretatione huius loci Genef. 49. Auctorem imitatur B. Auguſtinus ſerm. 14. de Sanctis, qui eſt Sermo 1. de Connerſione B. Pauli, qui interim legit: diſtribuet eſcam, pro eo quod Auctor:* dabit. *Vtrumque ſignificat vox Græca* δίδωσι, *pro qua infrà lib. Adu. Gnoſticos cap. 13.* adferens eſcam.

11. Nam & Saulis primò aſpernatas inſectationis erga Dauid, &c.] *De hac late tractatur 1. Reg. 18. 19. 20. & 23.* pœnitentia verò & ſatisfactio, bona pro malis recipientis, 1. *Reg. 24. in hæc verba: Iuſtus tu magis quàm ego, quia tu quidem tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* Saulem *autem*; portendi Paulum ſecundum tribus; *addit, eo quòd vterque eſſet ex* tribu Beniamin; & Ieſum in Dauid ſecundum virginis cenſum, *id eſt originem ex virgine. Porrò de* Actis Apoſtolorum *cap ſequentis latius.*

12. Inde Apoſtolum oſtendo perſecutorem, &c.] *Id eſt: Apoſtolum ex perſecutore. Id enim ex Actis Apoſtolorum ea. 9. oſtenditur, atque adeò etiam* Apoſtolum non ex hominibus neque per hominem (*ſicuti eſt Gal. 1.*) *ſed per Ieſum Chriſtum, qui eum in Apoſtolatum elegiſſe ibidem legitur. Illud autem:* Tu ergo negas Apoſtolum Paulum ? *ex Marcionis perſona obijcitur, cui reſpondetur verbis ſequentibus:* Non blaſphemo, *& c. Supplemus verò ex vtroque Vatican. MS. cod.* Habe de nunc & Apoſtolum. *Atqui de Prouerbialibus formulis* Iiſdem dimicabimus lineis, *& in ipſo gradu prouocabimus, vide noſtra Prolegomena.*

13. Mutilatas etiam de numero, &c.] *Hoc adjecit Auctor, quod (Epiphanio teſte loco paulo antè citato) non modo ordinem* Epiſtolarum Pauli *in vnde ab ea tate obſeruatum in hodiernum vſque diem interuertere, ſed etiam de numero mutilauerit; vtpotè omiſſis ſicuti in Argumento adtigimus, Epiſtolis ad Timotheum & ad Titum, denique & ad Hebræos; vbi addendæ etiam indicat Auctor* mutilatas *fuiſſe ipſas quoque Epiſtolas quas recipiebat, ſententijs; ſicuti tum ex Epiphanio, tum ex ipſo Auctore infrà manifeſtum fit.*

CAP. II.

14. Principalem aduerſus Iudaiſmum Epiſtolam nos quoque confitemur, &c.] *Quod ex margine in contextum irrepſerat, iterum in marginem ſumi hoc loco, tum vbique infrà, recidimus, Titulum nempè hunc capiei:* DE EPISTOLA AD GALATAS; *cui adiecimus :* ex cap. 1. *Atqui facit aduerſus hæreticos hodiernos illud :* Principalem aduerſus Iudaiſmum Epiſtolam; *quæ ſenſum verborum Apoſtoli perſcrutentur, non* aduerſus Iudaiſmum, *ſed aduerſus Eccleſiaſticas feſtorum diem obſeruationes, huius Epiſtolæ verba quarta capitis adlegare non verentur, ſicuti infrà cap. 4. paulo latiùs num. 49.*

15. ſicut ſæpè iam in iſto ordine tractauimus, &c.] Iſtum ordinem *vocat libros aduerſus Marcionem, in quibus ſæpè tractatum eſt* de prædicata nouatione à Prophetis; *maximè verò lib. 1. cap. 20. & lib. 4. cap. 1. vbi eaſdem ſcripturas citauit Auctor. Atqui vis ſenſus ſit clarior, illud* (Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem) *parentheſi includimus.*

16. An lex creatoris ab Euangelio deberet excludi, &c.]

Etiam ipsum (quem totum fuisse quæstionis statum tradit) conuincit, Apostolum in hac Epistola non aliam legem excluduisse, quàm Veterem; atque adeò non fuisse contra ceremonias & scrutationem Veteris Scriptam, aduersus modernos rursum hæreticos. Sunt autem Tertullianæ Vacat, &c. Vacante.

17. Miror vos tam citò transferri, ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium, &c.] *Sine fic legas, sine sicuti suprà lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 27. num. 159.* sic tam citò, *persinde est; nam ipsud legit cum interprete vulgato nostro vtiam B. Cyprian. Epistol. 23. vbi vide adnotationes nostras nu. 18. & 19. Hic tantùm hoc addam, debere distinguiita hunc locum, vt* transferri, *intelligatur* referri *debere ad* aliud Euangelium; *sicuti disertis verbis Auctor explicat, tum hic, tum suprà lib. 1. aduersus Marcionem cap. 20.*

18. quòd aliud Euangelium omninò non esset, &c.] *Simuliter paulò post:* quòd aliud omninò non est, *explicans idipsum; & legitur etiam:* aliud, *à B. Cypriano vbi suprà, nec aliter Ambros. ac Theophil. in Comment. & Græce quoque legitur. Atqui quod sequitur Hyperbaton, sta distinguendum est:* Sienim & creator, *&c.* est autem Euangelium etiam Dei noui, quod vis tunc ab Apostolo defensum: iam ergo duo sunt Euangelia, &c.

19. Sed & si nos aut angelus de cœlo aliter euangelizauerit, &c.] *Præmisit paulo prius quod sequitur in Apostolo:* anathema sit. *Pulcrè autem id interpretatur Auctor:* verbi gratia dictum esse.

20. Exinde decurrens ordinem conuersionis suæ de persecutore in Apostolum, &c.] *Ita paucis comprehendit quicquid præterea vsque ad finem 1. cap. ad Galatas legitur.*

21. scripturam Apostolicotum confirmat, &c.] *Quebic* Apostolica, *mox* Acta Apostolorum, *& deinde* instrumentum Actorum. *Quæ respuebat Marcion, sicuti latius suprà diximus lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 51. hæres. 17. numer. 322. Vbi etiam eius dem lib. cap. 23. ipsi dem pene quibus hic verbis* inuehitur aduersus Acta Apostolorum repudiantes. *Atsi recipit ab intra Ecclesiam, patet ex Concilij & Patribus, qui scripturarum sacrarum texuerunt catalogos: quos habes citatos eodem libro cap. 33. numer. 195. tum etiam ex eo, quòd tamquam sacram scripturam Acta Apostolorum citarint, etiam ante Tertullianum BB. Irenæum, Iustinum Martyr, Clemens Alexandrinus; post eum verò B. Cyprianus & Patres omnes. Hic certè, ex ipso Paulo Apostolo confirmat Auctor. B. Hieronym. in Catalogo script. ait super B. Luca adscribit.*

22. interceſſiſſe quoſdam, &c.] *Reſtè* interceſſiſſe *interpretatur Rhenanus, interuenisse & oppoſuiſſe ſe; nam adludit ad illud Act. 15.* Surrexerunt *autem* quidam *de hæreſi Phariſæorum, qui dicerent:* circumcidi oportere, & obſeruandam eſſe Moyſi legem; *vbi etiam habes quod hic ſequitur:* tunc Apoſtolos de iſta quæſtione conſultos (*in compendium contrahit omnia Auctor*) ex auctoritate ſpiritus renuntiaſſe: Non eſſe imponenda onera hominibus, quæ Patres ipſi non potuiſſent ſuſtinere. *In hoc ſolum differens ab aliis editionibus, quòd pluraliter legat:* onera, *pro eo quod ally ex Græco: iugum, vertunt.*

Cap. III.

23. Denique ad patrocinium Petri, &c.] *Caput hoc inſerpiſſimum:* Ex eiuſdem Epiſtolæ cap. 11. & 111. *Atqui* ad patrocinium Petri *cæterorúmque Apoſtolorum accipi, ac ſi dicat: à Petro & cæteris Apoſtolis, patet ex eo quod ſequitur:* Adeò ab illis probari & conſtabiliri deſideratat. *Bene autem habet, quod Auctor vulgato Latino Interpreti conſentiens:* conferre verterit, *quod Græcè eſt* ἀναθεῖναι. *Idque non hic modò, ſed etiam ſuprà lib. de Præſcript. aduerſ. hær. cap. 23. & li. 1. aduerſ. Marc. ca. 20. at lib. 4. cap. 3.*

24. Indaiſmi magis adſines, &c.] *Citantur à Rhenano ſimiles loci ex lib. de Patientia, cap. 5.* Adſines cupiditatis deprehendemur, *item cap.* 11. numquid impatientes pacis adſines. *Atqui tam obſcurus eſt iſte locus (fortaſſis etiam initio huius periodi mutilus) vt nec poſſit intelligi mens Auctoris, dum primum dicat:* non interpolatione ſcripturæ, *& poſtea adiecit:* & adparebit vitiatio ſcripturæ; *& rurſum priori loco citet verba Apoſtoli Gal. 2.* nec ad horam ceſſimus ſubiectioni, *ſicuti tam ab itate B. Hieronymi tam Latinè quàm Græcè legitur, & tamen poſtea ſubindicare videatur, quòd ceſſarit ſubiectioni. Mea igitur ſententia (nolens alicui aliud ſentienti præiudicare) hæc erit verba illa:* Ergo: Propter ſuperinductitios, inquit, falſos fratres (*ſicenim lego, pro:* fallos ſuperinductitios fratres, *tum hic, tum paulò poſtà, quia Græce legitur:* παρεισάκτους ψευδαδέλφους, *tum quia tertio loco conformiter Latinis & Syriaca editioni bus illud legitur*) qui ſubintrauerunt, *&c. eſſe dicit ex perſona Marcionis ſequentia verò:* Intendamus enim & ſenſui ipſi, *&c. ex perſona Auctoris. Atque adeò, ſiueſſe in eadem Tertullianum ſententia, qua Auctor Comment. Ambroſij in Epiſtolas Pauli; qui contendit legendum ſine negatione:* ad horam ceſſimus ſubiectioni; *eodem argumento quo paulò poſt Auctor, quaſi neceſſariè ceſſerit Apoſtolus ad tempus circumcidendo Timotheum (ſicuti legitur Act. 16.) & raſos introducendo in templum, Act. 21. (iuxta illud 1. Cor. 9.* factus Iudæis Iudæus, *&c.) Quo magis propenſum fuiſſe Auctorem, non mirum eſt; vt, contra Marcionem repudiantem Veterem Legem, oſtenderet, Paulum etiamnum Chriſtianum,* illam (*vis poſtmodum loquitur*) pro temporibus admiſiſſe. *Fortaſſe ab ætate Auctoris ad matorem conſutationem Marcionæ omiſſa fuit dictio:* non, *in Latinis Africanis exemplaribus ſicuti adnotat ſe temperiſſe Comm. in Epiſt. ad Gal. B. Hieron. qui denùo ex Græcis exemplaribus illud addendum cenſuit; in qua lectione etiam eum imitatus eſt B. Auguſt. tum Epiſt. eius ad eundem, tum in Comm. Quorum certè lectio, quæ etiam habetur in Syriaco exemplari, magis correſpondet ciratis hic Apoſtoli verbis, & præcedentibus:* Sed nec Titus qui mecum erat, quum eſſet Græcus (*Græcè* ἕλλην ὤν) coactus eſt circumcidi, *& ſequentibus, quibus* Petrum reprehendit non recto pede incedentem ad Euangelij veritatem. *Porrò bene habet, quòd Auctor etiam conſentiat cum vulgata noſtra Latina additione, & inſuper BB. Hieron. & Auguſt. in Epiſtolis ſibi mutuò ſcriptis in illo:* ceſſimus ſubiectioni, *pro quo nunc liberè Eraſmus & Clarius ſtulterunt:* ſubiectione. *Differt tamen ab aliis Auctor, quòd omiſit ad vocem:* ſed *ſiue:* autem, *vt legunt BB. Hieron. & Auguſt. & illud:* quibus, *quod etiam omittunt Ambroſius & Syriaca editio; quòd etiam verterit:* ad ſpeculandam libertatem, *pro eo quod aly:* explorandam, *Græcè* κατασκοπὴν ἐσχεῖν.

25. quàm docteres ei darent anteceſſores, &c.] *Iſtud partim deſumptum eſt exillo Gal. 1.* ad anteceſſores meos Apoſtolos, *partim ex eo quod paulò poſt latius citatur, Gal. 2.* quòd etiam dexteras dederunt Petrus, *&c. vbi* diſtributionem *vocat, quam hic cenſum dicit, accipiens cenſum magis propriè pro:* recenſu, *quàm alibi, vbi pro origine accepit, ſicuti non ſemel ſuprà adnotauimus. Ego autem prorſus ſicuti vbi antea:* ſuperinductitios illos, *pro:* ſuperinductos.

26. dexteras Paulo dederunt Petrus & Iacobus & Ioannes, &c.] *Quod hic omittit, & Græcè eſt* κοινωνίας, *ſuprà lib. de Præſcript. adu. hæret. cap. 23. Verùt:* concordiæ & conuenientiæ, *& li. 1. adu. Marc. c. 20. paraphraſticos:* de Euangelij ſocietate.

27. ſicut in Euangelij veſtri retractatu probatum eſt, &c.] *Intelligit li. 4. adu. Marc. cap. 14. vbi in medium adduxit* Legem *(immo ſcripturas variis legis)* creatoris, pauperes & egenos fouentis.

28. Sed reprehendit Petrum non recto pede incedentem ad Euangelij veritatem, &c.] *Quod hic paucis dicit:* Paulum reprehendiſſe Petrum, non ob aliud quàm ob inconſtantiam victus, *&c.* non ob aliquam diuinitatis peruerſitatem, *&c. late tractauit ſuprà duobus locis prædictis, & inſuper lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 3. quò, & ad Adnotationes noſtras Lectorem remittimus. Hoc vnum hic repetimus, quòd omnibus dictis locis,* Petri *vtatur nomine Auctor, atque adeò eundem eſſe, qui hic tetve in hoc Apoſtoli caput* κεφαλὴν (*vocé Syriaca, ſicuti ex Euangelio Syro conſtat*) *& Latinè Cephas vocatur. Atqui, quod hic* Petrum reprehenſum *ſcribit,* tamquam non recto pede incedentem, *&c. plurali numero ego legit (ſicuti hodie Græcè, Latinè,*

Latine, & Syrace) & ad cæteros quoque Apoſtolos *ex Marcionis perſona accommodat, dicit duobus poſtremis locis l. 1. & 4. Marc. Proprie autem tranſiert vocem Græcam* ὑρθοτομοῦντι.

29. ob inconſtantiam victus, &c.) *Hic videt (inquit Rhenan.) ab ipſo Auctore explicari quid intellexerit per paſſiuum conuictum, lib. 1. adu. Marc. c. 20. dum inquit, hoc ipſum argumentum tractans:* Igitur ſi feruenter adhuc, vt Neophytus aduerſus Iudaiſmum, aliquid in conuerſatione reprehendendum exiſtimauit, paſſiuum ſcilicet conuictum, *&c. Quod verò ſequitur hic*, conuerſationis ambiguæ, *Tertullianum potuiſſe dicere, ſi libuiſſet, cõuerſationis paſſiuæ. Ergo paſſiuum & inconſtans & ambiguum ſignificat. Atqui adludit ad illud: Priuſquam veniret quidam a Iacobo, cum Gentibus edebat; quum autem veniſſent, ſubtrahebat ſe, &c.* timens eos (*ſicuti etiam habet Auctor*) qui ex circumciſione erant; *adiegans etiam illud: quod in faciem illi reſtiterit.*

30. Sed quomodo Marcionitæ volunt credi? De cetero pergat Apoſtolus, &c.) *Placet quidem magis hæc 1. editionis lectio, vt illud:* Sed quomodo, *& exſequatur ad præcedentia; verum etiam hic videtur locus mutilus. Atqui hoc adhuc deſumpſit Auctor ex cap. 2.* Ex operibus Legis non iuſtificari hominem, ſed ex fide, *ſiue, vt alij verunt: per fidem.*

31 vt ferent riui & colles & montes repleti & humiliati &c.) *Mirum eſt quomodo riuos verterit, quum Græce ſit* φάραγγες, *quæ Vallem ſign ficat, quomodo verrunt alij omnes, etiam Syriacus Interpres, & Iſai. 40. & Luc. 3. At proprie vertit* tortuoſa, *quod Græce eſt* σκολιὰ. *Quod vero vertit:* in campos, *ex Iſai. habet, vbi eſt* πεδία; *non vero ex Luca, vbi legitur:* ὁδὸς, *id eſt, vtirectè vertit Latinus Interpres: vias.*

32. Quia iuſtus ex fide viuet, &c.) *Hic quaſi aliud agens tranſiit Auctor ad cap. 3. Epiſt. ad Gal. Legendum autem:* viuet, *pro:* viuit, *præterquam quod ſuprà oſtendimus lib. 4. cap. 18. num. 266. etiã confirmat Epiphan. qui eodẽ modo hanc ſcripturã in Marcionem retorquet hær. 42. Conſul. 1. ex Epiſt. ad Galat. Quare caſtigandum etiam eſt quod mox ſequitur:* in fide, in qua viuet iuſtus; *& ſimiliter ſub finem capitis. Sine autem ſequitur in exeuſ. prænuntiauit, &:* Prophetas, *ſiue cum altero Vatic. MS. cod.* pronuntiauit, *&:* prophetias; *perinde eſt. Atqui Vatic. MS. 1. cod. legit:* Abacuc, *ſed:* Abacum *reliquimus, eo quòd ita vocetur Græcè à LXX.*

33. Proinde ſi in Lege maledictio eſt, in fide verò benedictio, &c.) *Videtur Marcion tranſpoſuiſſe Apoſtoli verba, nam etiam Epiphan. loco citato poſtponit dictã ſcripturam ex Abacuc citatẽ illud Apoſtolo:* Quicumque enim ſub Lege, maledicti ſunt; *cui tamen præmittitur.* Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur, *quod hic poſtponit Auctor.*

34. cur autem Chriſtus ſit pro nobis maledictio, &c.] Maledictio *verſa eſt ab Auctore* ἀπὸ κατάρας, *quæ hic ſequens eſt Apoſtolo. Recte verò interpretatur Rhenanus*, quàm nobis cum faciat, *hoc eſt, nobiſcum ſentiat; addens etiam alibi ſic locutum Auctorem. Atqui illud:* Maledictus omnis in ligno ſuſpenſus, *citatur potius iuxta Apoſtolum, quàm iuxta Deuteron. cap. 21. ex quo citatur: quia à LXX. legitur:* Maledictus à Deo, *id quæ iam olim ante B. Hieron. etiam iuxta additiones Aquilæ & Theodotionis, ſicuti ab illo adnotatur Comm. in Epiſt. ad Galat. Perrò iſtud etiam in Marcionem retorquet Epiphan. Conſut. 2. ex Epiſt. ad Galatas.*

35. Si verò rationale, &c.) *Sic ex Got ienſi codice hunc locum reſtituiſſe adnotauit Rhenan. Addens frequenter hoc vocabulum reperiri apud Auctorem; vt quum dicit:* Omnia in Deo rationabilia, Nihil in Deo non rationale.

36. Accepimus igitur benedictionem ſpiritalem per fidem, inquit, &c.] *Sine ſic legas cum excuſ. ſiue cum altero Vatic. MS. cod.* Accipimus, *perinde eſt; adludit enim dumtaxat ad illud Apoſtoli:* vt pollicitationem ſpiritus *accipiamus per fidem; legens paraphraſticus longè aliter:* benedictionem ſpiritalem. *Aut igitur legit Auctor* εὐλογίας, *pro* ἐπαγγελίας, *aut memoria lapſus, eo quòd præcedit immediatè eodem verſu: benedictio Abrahæ apud Apoſtolum, alterum pro altero ſubſtituit.*

37. Omnes enim filij eſtis fidei, &c.] *Adludit ad illud, Apoſtoli:* Omnes enim filij Dei eſtis per fidem.

38. quid ſupra hæretica induſtria eraſerit, mentionem ſcilicet Abrahæ, &c.] *Subinducat eraſiſſe Marcionem tum initio huius capitis, tum ante eam dicta verba verſus aliquot præcedentes: quod ipſum repetit cap. ſequenti; idque non ſolum de Abrahæ mentione, ſed etiam de illa:* tamen teſtamentum hominis nemo ſpernit aut ſuperordinat. *Vbi de vtroque latiùs nu.* 41. & 42.

39. qua nos Apoſtolus filios Abrahæ per fidem adfirmat, &c.] *Adludit ad illud initio dicti capitis 3. Ante eam ab Auctore præterm iſſum:* qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ; *addens etiam quod ab Apoſtolo præterm ittitur ex Gen. 15. cap.* Abraham Deo credidit, &c.] *adludens ad iuſtificationem ex fide, cuius meminit Apoſtolus, quum dicit:* proinde iuſtificamur ſicut Abraham. *adſerens denùò & illud Abac. 3. ab Apoſtolo citatum:* iuſtus ex fide viuet; *ubi autem:* per quam Abraham; pater nationum fuerat repromiſſus, *adludit ad illud Gen. 17.* Patrem multarum nationum *poſuit te. Atqui ſupplemus mox ex vtroque Vatic. MS. cod.* Totum hoc eius eſt.

Cap. IIII.

40. Adhuc, inquit, ſecundum hominem dico, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De Epiſtola ad Gal. ex cap. IIII. v. & v 1. *Valde autem varias hæc Auctoris lectio ab additionibus Græca, Syriaca & Latinis, quæ non aliud habent initio cap. 4. quàm:* Dico autem: *& tamen eam interpretatur ex ſimili locutione cap. præced.* ſecundum hominem dico. *Etiam in hoc differt, quod legat:* ſub elementis mundi eramus poſiti, ad deſeruiẽdum eis. *Habent quidem 2. Vatic. cod. MS.* quæ pro Deo ſuſcipitur, *&:* Illud autem fuit; *verum magis placet excuſ. lectio:* ſuſcipitur, *&:* facit.

41. tamen teſtamentum hominis nemo ſpernit aut ſuperordinat, *Ipſum ex cap. 3. ad Gal. hic adſert eraſum à Marcione, atque adeò ibi omiſſum, vbi mirum eſt nõ legi:* confirmatum, *quum Græce ſit, Syriacè, & Latinè.*

42. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, &c.] *Etiam hoc ex eodem c. 3. adfert, quod ſicuti ſubinungit,* Marcion etiam abſtulerat; *vbi iuxta Apoſtolum recte additum eſt:* ſunt, *à Rhenano. Atqui videtur legiſſe Auctor Græce verbi tranſpoſitus:* ᾧ τὸ σπέρματι ὡς ἑνὶ, *vpote vertens (ſicuti etiam olim Syrus Interpres)* ſed ſemini tamquam vni; *pro eo quod ex Græca alia additione vertit Latinus Interpres: ſed quaſi in vno: Et ſemini tuo.*

43. Erubeſcat ſpongia Marcionis, &c.) *De hoc quoque Proverbio vide noſtra Prolegomena. Hoc vnum hic adnotauimus, ex eo quòd ſequitur* retractò quæ abſtulit, *hic adid adludi, quòd ſpongia ſoleamus delere, qua in tabulis ſtylographiario exarata ſunt.*

44. Quum autem euenit impleri tempus, &c.] *Reuerſus ad ſequentia verba Gal. 4. rurſum variat ab omnibus Auctor, qui ex Græco vertunt: Quum autem venit plenitudo temporis.*

45. vt eos qui ſub Lege erant, redimeret, &c.] *Pergit in explicandis & conſtruendis cum veteri lege ſequentibus Apoſtoli verbis Gal. 4. tum iſtis, tum ijs quæ ſequuntur: & vt adoptionem filiorum acciperemus.*

46. Itaque vt certum eſſet nos filios Dei eſſe, &c.] *Sic explicat illud Apoſtoli: Quoniam autem eſtis filij Dei. Confirmatur omnium Latinorum lectio, qui:* Dei *adduht, quod iuxta conſtantem Patrum Græcorum lectionem apud eos deſiderat ; at viciſſim legit Auctor* corda noſtra, *iuxta quod Græce eſt* ἡμῶν. *conſentientibus etiam BB. Ambroſio & Hieron. in Comment. p o eo quod alij:* veſtra. *Porrò recte ibi ſubintelligit Rhenan. eſt, quam dixit Auctor:* cuius gratia.

47. non erat reuertendum ad infirma & mendica elementa, &c.] *Rurſum quod Græce eſt* πάλιν, *vertit:* mendica. *Atqui elementa hæc quidem loco* primas litteras Legis *interpretatur; ſed per* elementa mundi, *ſiue* mundialia, *phraſi Tertullianica (de quibus inter nos hunc cap. num. 40.)* naturalis ſuperſtitionis elementa *intelligit; vpote de quibus ſuprà (id eſt, verſu hunc præcedente) dixerat:* Si ergo his qui non natura ſunt Dei, ſeruitis. *Prorſus enim ſic legendum, iuxta Apoſtoli editiones & veterum tam Græcorum, quàm Latinorũ in eun-*

dem Commentariis omnes ; *pro eo quod mendosissimè legebatur*: qui in natura, &c: suggillabat, *pro*: suggillat, *ex Vatican. MS. cod.*

48. Physicæ, id est naturalis, &c.] *Similiter (inquit Rhenanus) lib. 1. adu. Marc. cap.* 13. vt plerique Physicorum formidauerint: initium ac finem mundo constare; *lib. adu. Praxean, cap.* 1. Et manet chirographum apud Physicos; *ibidem*: Diiiunxit à Physicis. *Sic enim vtrobique legitur in volumine Gorziensi.*

49. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos, &c.] *Quod supra dixi, hunc Apostoli locum explicant lib. 4. cap.* 3. Iudaicos fastos, *hic interpretatur*: Sabbata & cœnas puras, & ieiunia, & dies magnos. *Notandum itaque etiam hic locum contra eos, qui sibi deroquere non verentur aduersus* ceremonias, & fastos & ieiunia *Catholicorum, quum & de Iudæis dumtaxat loquantur Prophetæ* Isaias, Amos, Osee, *loci hic, ad eorum diam vtrumque Testamenti demonstrandam, ab Auctore adlegatis.* In quibus ex altero codice *MS. Vat. restitui*: ceremonias vestras, &: ceremonia eius, *pro eo quod erat*: ceremonia vestra, &: ceremonia; *neque enim vllo modo nostro genere legitur; nisi malit quis esse similes phrases sicut his, de Præscript. aduersus hæres.* ad benedicenda Eucharistia sua, *vbi vulr Rhenanus, addens esse locum intricatum inexcusabilem. Verum ego dictis lib. cap.* 47. *huius cf. 6. nu.* 307. *castigatas* Eucharistica.

50. & non odorabor in frequentijs vestris, &c.] *Prorsus ita hic locus castigandus est, pro eo quod legebatur*: & non adorabor: *præterquam enim quod Græce sit Amos 5. ὃ μὴ προσδέξομαι· quod similiter Auctori vertit B. Hieron. in Comm.* (*pro eo quod minus Latine Interpres LXX. hodie*: odorabo) *ipse etiam ex Hebræo vertit*: non capiam odorem.

51. & omnes frequentias eius, &c.] *De varia huius loci lectione Osee 2. vide supra lib. 1. adu. Marc. cap.* 20. *num.* 144. *Sive autem legas*: abolitio legis *ex altero Vatic. MS. cod. sive*: amolitio *cum aliis, perinde est. At ex vtroque castigamus*: Sed vt, *pro*: &. *Atqui ibi*: nullam magis auferendam, *adnotat Rhenanus esse Appositionem.*

52. Si enim Abraham duos liberos habuit, vnum ex ancilla, & alium ex libera, &c.] *Hyperbaton est, cuius multò post alterum membrum est*: vtique manifestauit, &c. *Atqui ex altero MS. Vatic. cod. malle m legere*: vnum, *pro eo quod secundo loco est*: alium, *qui Græce his legitur*: ἕνα. *sed quia sequitur*: vnum à monte Syna (*quod Græco textui correspondet*) &c. & *deinde*: Alium super omnem principatum, &c. (*quæ voces referri ad liberos Abrahæ adnotauit Rhenanus*) *retinui priorem lectionem, maxime quum phrasis Græca non repugnet. Atque adeò vt sensus constet, sunt hæc includenda Parenthesi*: (Quæ sunt Allegorica, *Græce* ἀλληγορούμενα, id est aliud portendentia. Hæc sunt enim duo testamenta, siue duæ ostensiones. sicut inuenimus interpretatum.) *Quod posteremum non ex sententia sua dixit, nam neutiquam* testamenta *interpretari possunt* ostensiones, *sed ex corrupteli a Marcionis, de qua præmisit*: etli ex parte conuertit, *de hoc loquens. Qui etiam videtur hic ad diuisse quod ad Ephes. 1. habet Apostolus*: super omnem principatum, &c. & vt duo testamenta non admitteret, retulisse illud: generans, *non ad illorum testamentorum vnum, sed ad Abraham. Proinde etiam interpretandum erit cum Rhenano*, in quem, *nempe filium alterum. Verum adhuc manet locus obscurus; clarior esset, si per Mss. cod. Vatic. qui communem lectionem retinent, liceret legere & interpretari*: Vnum *nempe testamentum*, à monte Syna, &c. Aliud super omnem principatum, &c. *quæ est mater nostra, in quam repromissimus* sanctam Ecclesiam; *nempe in baptismo, quum diximus nos credere in sanctam Ecclesiam Catholicam, de quo li. de Baptismo latius cap.* 6. *num.* 47.

53. super omnem principatum, &c.] *Sicuti præmisimus, illud siue Marcion in Epist. ad Gal. inseruit, siue Auctor ipse ex Epist. ad Ephes. ex. ad explicationem adiunxit, tam quam filium liberæ Christum interpretatur; vbi omittitur quod præterea est Græcè & Syriacè, & Latinè*: & potestatem ; *nam vim transtulit, quod Græcè est* δυναμεως, *pro quo alij*: virtutem.

54. Propter quod, &c.] *Græcè* ὅθεν, *pro quo alij*: Itaque. *Videtur autem hinc etiam Marcion aliquid hic omisisse, quæ nec Auctor tractat. Restituimus verò*: qua libertate Christus nos manumisit, *pro*: vos, *eo quòd illud legatur Græcè, & Syriacè & Latinè ab omnibus*; Itaque, *iuxta vulgatos codices, & quantum apparet Auctorem, in fine cap.* 4. *ad Gal. secundum Græca vero & Syriaca exemplaria & B. Hieron. ac Ambros. Comm. initio 5. cap.*

55. Alienos enim seruos ne Galba manumisit, &c.] *De hac Prouerbiali formula, vide nostra Prolegomena.*

56. Non decebat manumissos rursus iugo seruitutis, id est Legis, adstringi, &c.] *Verba hæc ex cap. 5. ad Gal. suntæ additiones omnes desumpta sunt. Atqui relicè* adstringi *vertit, quod Græcè est* ἐνέχεσθαι. *Ibi autem*: ipsam seruitutis notam etiam edere perseuerabat circumcisionem, *adludit ad id quod sequitur ibidem*: Ecce ego Paulus dico vobis, *quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit, &c. vsque ad versum 6. 8. Epiphanius, quod est intermedium*: Testor autem rursus, *quòd bonus circumcisus debitor est vt totam legem impleat, addunxi in Marcionem Const. 3. ex Epistola ad Galatas.*

57. Et circumcidimini præputia cordis vestri, &c.] *Hic differt Auctor à LXX. hodie, qui legunt Heer. 4.* Circumcidite duritiam cordis vestri, *Græcè* περιτεμνεσθε σκληροκαρδιαν ὑμῶν, quam eandem vocè haberi Deuter. 10. *admotant ad margine m sine Rhenan. sine Gagneus, pro quo vertit Auctor*: circumcidetis duricordiam vestram.

58. cur etiam præputiationem negat quicquam valere in Christo sicut & circumcisionem, &c.] Præputiationem *vertit Auctor vocem Græcam* ἀκροβυστία, *quam alij præputium, idque non semel; cuius etiam vsitata voces sunt*: vacabat, *ac, præterquam, pro præferentiam.*

59. illius fidei quam dicendo per dilectionem pe fici &c.] Perfici *vertit, vt energiam ostendat vocem Græcæ* ἐνεργουμένην, *pro qua alij vertunt*: operatur. *Atqui nihil differt à communi lectione in illo*: Qui autem turbat vos, iudicium feret; *verùm paulò post ibi*: Tota enim lex in vobis adimpleta est, &c. *an hæc differtur, quod legat*: in vobis, *pro eo quod alij omnes*: in vno *sermone, &*: adimpleta est, *pro*: impletur.

60. Onera vestra inuicem sustinete, &c.] *Peregrihic ad 6. cap. Apostoli ad Galatas, vbi expressè commodius* (*sicut etiam Ambros. in Comm. & Augustin. serm.* 21. *de verbis Domini*) *quod Græcè est* ἀλλήλων ; *consentit interim cum interprete Vulgato legente*: & adimplebitis Legem Christi, *vel legerit*: ἀναπληρώσατε, *pro eo quod hodie est* ἀναπληρώσετε. *Legimus autem ex altero Vatic. MS. cod.* proximum suum, *pro*: sibi, &: proximum suum, *pro*: tibi, *qua paulopriùs illud legit Auctor Atqui nihil differt in illo*: Erratis, Deus non deridetur. *At cum Græcus singulari legit numero*: Quod enim seminauerit homo, hoc & meter, *& vertit*: Bonum autem facientes non fatigemur, *quum tamen Græcè sit*: μὴ ἐκκακῶμεν, *quod alibi transtulit*: non tædeat, *si Erasmo credendum. Distinguimus verò*: & : Dum habemus tempus, &c. *quæ illud*: &, *apud Apostolum non legitur. Hoc mirum, quòd post illud transponit quod alij antea habent*: Tempore autem suo metemus; *omittens quod ex Græco & Syriaco additur*: non deficientes, *sine, ne tædeat. Atqui correximus*: quia & Ecclesiastes, *pro*: Ecclesiasticus: *eo quod illud*: Tempus erit omnirei, *inueniatur Ecclesiastes* 3.

61. Sed & mihi, &c. mundus crucifixus est, &: & ego mundo,] *Intermedium* (*quod hic non adfert Auctor*) *neque enim qui circumcidunturr, ipsi legem seruant, torquet in Marcionem B. Epiphan. Const. 8. ex Epist. ad Galatas, vt bonam ostendat legem fuisse. Atqui Auctor etiam hic verba Apostoli transponit.*

62. Persecutores vocat Christi, &c.] *Lugdunenses editio*: Præsecutores, *sed neutrum habetur in Epist. ad Gal. fortasse post illud*: Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax *super illos & misericordia, & super Israel Dei, olim legebatur*: *Illi verò* persecutores *sunt* Christi; *vnde etiam subiecerit Apostolus*: Nemo mihi molestus sit. *Si quis verò aliud sentiat, per me licet.*

63. sti-

63. ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portare ſe,&c.] *Ex eo quod, vt probet* veram & ſolidam carnem Chriſti, *ſubiungit*: cuius ſtigmata corporalia oſtendit; *videtur accipere Auctor* ſtigmata, *non pro nudis notis, qualibus ſeruis à dominis ſuis notabantur, vt ab aliis dignoſcerentur; ſed pro talibus, quas etiam in ſe Chriſtum corporaliter portaſſe; tamquam diceret ſe ſi de paſſionibus adfectum fuiſſe, quibus Chriſtus. In hoc autem differt, quòd legat*: Chriſti, *pro quo alij*: *Domini Teſte.*

CAP. V.

64. Præſtructio ſupetioris Epiſtolæ,&c.] *Capitis huius inſcriptionem antiquam, quam ex cotextu ad marginem reiecimus, ſic auximus*: DE EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA ex cap. 1. *Atqui ſunt Tertullianæ voces*: Præſtructio, retractauerim,& retractari.

65. gratiam & pacem,&c.] Communem hunc titulum, & eundem, *vti inquit*, in omnibus Epiſtolis, *hîc pulcrè explicat Auctor, cum veteribus ſcripturis concilians, quibus pax ſalutationis gratia præmitti ſolebat*; *vti videre eſt Gen. 43. Deuter. 20. Ioſ. 22. Iud. 6. 2. ad 19. 1. Reg. 25. 1. Paral. 12. & Tob. 12.* addens Iudæorum in nomine pacis ſalutationem, *etiam tum viſitatam.*

66. à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu, &c.] *Hæc ita diſtinguenda eſſe indicat Auctor, quam ſubiungit*: non puto diſpici poſſe cur Deus Pater, & Dominus Ieſus prædicetur; *ſic enim lego pro*: quis Deus, *omiſſo*: &, *intermedio. Legunt quidem mox Vatic. 2. MS. cod.* accidentibus, *pro*: accedentibus, *ſed neſcio an accidentia Deo adtribui poſſint, vtpote cui nihil inopinato eueniat, quod accidere proprie ſignificat, tumetiam quod fere de malis accipiatur accidere, ſicuti, contingere, de bonis. Atqui de ſignificatione varia voce ſacramenti, vide Adnotat. noſtras ſuprà lib. de Præſcript. aduer. her. cap. 40. nu. 239.*

67. Ait: Crucem Chriſti ſtultitiam eſſe petituris, virtutem autem & ſapientiam Dei, ſalutem conſecuturis, &c.] *Etiam hîc ab Apoſtolo variat Auctor, fortaſſe Marcionem ſecutus. Apud illum enim habetur imprimis*: *Verbum crucis Chriſti, deinde*: *pereuntibus*, &: *ijs qui ſaluſſunt nobis*; *neque habet*: & ſapientiam. *Vbi autem adyta Auctor ex Apoſtolo*: & prudentiam prudentium irritam faciam, *Græcè eſt*: ἀθετήσω, *pro quo Interpres vulgatus*, & *Epiphanij quoque*: *reprobabo. Nam etiam hoc vitiat ille in Marcionem Conſul. 1. ex Epiſt. 1. ad Corinth. Benè autem habet, quòd etiam ille cum Auctore τὸν σύνετον τῶν συνετῶν vertat*: prudentiam prudentium. *Atqui ſuppleo prorſus, ac lege ſecundum veſtigia Vrſini ex codicis Vatic. MS.* & quæ ad cauſſam crucis pertinent ſtultitiam deputat, *pro*: deputatæ, *addito*: quæ.

68. Nonne in fatuauit Deus ſapientiam mundi, &c.] *Sic expreſſit vocem Græcam*: ἐμώρανεν. *Atqui variat in eo, quòd legat*: Quare? Quoniam (*pro eo quod alij*: *Nam, quia*) non intellexit mundus per ſapientiam Deum, *ſic enim lego prorſus, pro*: Dominum, *tum quod illud mox explicet Auctor, tum quòd Græcè ſit* τὸν Θεόν.

69. boni duxit, &c.] *Sic vertit (inquit Rhenanus) quod Græcè eſt* εὐδόκησεν ὁ Θεός. *Quemadmodum enim Auctores dicunt*: boni conſulere, & æquo bonique facere, *ſic ipſe dicit*: boni ducere. *Infrà cap. 12.* Ac propterea, *inquit*, debere boni ducere, abeſſe potius à corpore & eſſe cum Domino, vt & mortem excipiamus. *Et alibi rurſum cap. 19.* Quomodo autem, *inquit*, boni duxit omnem plenitudinem in ſemetipſo habitare. *Atqui de* Cicro, *vide ſuprà Tom. 2. lib. de Spectacul. cap. 8. num. 68.* & 69. Citcum verò & Forum & Baſilicam *non nunquam accipi, pro eo quod illi contineatur, pulcrè deducit Auctor. Sic autem paulopoſt legat*: adagnitus *cum altero Vatic. MS. cod. ſine*: agnitus, *cum alijs, per ſine eſt.*

70. Quoniam Iudæi ligna deſiderant, &c. & Græci ſapientiam quærunt, &c.] *Hîc nihil differt Auctor ab Apoſtolo, verum alludit ad illud Rom. 10.* ſuam quærentes ſtatuere iuſtitiam. *Deinde* γὰρ: remuneratio *in malam partem accipitur, pro*: retributione, *qua mox vtitur.*

71. Etiam quod ſcandalum Iudæis prædicat Chriſtum, &c.] *Hic rurſum concordiam oſtendit Apoſtolo & Eſaiæ, apud quem illud: Ecce poſui in Sion, reperitur ea. 28. quod verò ſequitur*: lapidem offenſionis & petram ſcandali *v. 8. ſed ſimul coniungitur ab Apoſtolo Rom. 9. & 1. Pet. 2.*

72. infirmum Dei, fortius homine, &c.] *Mirum eſt quòd legat* homine, *quum ſicut alij omnes, etiam ipſe præmiſerit*: ſtultum Dei, ſapientius hominibus.

73. vt confundat ſapientiam, &c.] *Genuinam hanc eſſe lectionem Auctoris, pro eo quod tum hîc, tum paulopoſt erat*: ſapientia, & *alij vertunt*: ſapientes, *ſuprà probauimus lib. de Baptiſ. cap. 2. num. 14. lib. de Carne Chriſti, cap. 4. num. 39.* & *lib. de reſurr. carn. cap. 57. num. 400. Et verò ſic etiam legit hîc alter Vatic. MS. cod. Paraphraſtes autem vertit*: inhoneſta, & minora, & contemptibilia, quæ non ſunt, *pro eo quod Apoſtolus habet dumtaxat*: *ignobilia mundi*, & *contemptibilia*, & *ea qua non ſunt. Mirum verò quòd iterum vertat*: vt confundat quæ non ſunt, *quum hîc ſit* τὰ καταργούμενα, *pro quo Interpres vulgatus*: *deſtruentes*, & *antea hoc*: καταισχύνῃ, *quod*: confundat *ſignificat.*

74. etiam vetera, &c.] *In hac periodo legit alter Vatic. MS. cod.* puſillitatui, *ſed placet*: puſillitati, *vox alibi frequenter viſitata. Recte verò interpretatur Rhenanus veteres inſtitutiones & ceremonias Inſtrumenti veteris*; *nam & Auctor ea interpretatur*: ſacrificiorum cruentorum & holocauſtomatum nidoroſorum exactionem (*de qua ſuprà lib. 2. adu. Marc. cap. 18. nu. 119.* & *ca. 22. nu. 146.*) vaſculorum & grabbatorum purgationem (*de qua lib. 4. adu. eundem, c. 27. nu. 439.*) carnis erubeſcentis aliam dedecorationem, *id eſt circumciſionem (de qua lib. adu. Iud. cap. 3. nu. 9.*) talionis indictionem (*de qua li. 2. aduerſ. Marc. dicte cap. 18. num. 111.*) & ciborum exceptionem; *de qua ibidem nu. 114.* & *latius infrà Tom. 5. Epiſtola Nouatiani de Cibis Iudaicis.*

75. ne glorietur omnis cato, &c.] *Benè habet Tertullianum ſic vertere, quod Græcè eſt*: πᾶσα σὰρξ. *Legimus verò ex vtroque Vatic. MS. cod.* Qui glorietur, in Domino glorietur, *pro*: in Deo; *quod illud legatur tum apud Syrum Græce, Syriacè,* & *Latinè, & hîc & 2. ad Corinth. 10. tum etiam Hieron. 9. quò alludit, tum Ienique apud Epiphan. Conſut. 2. ex Epiſt. 1. ad Corinth. adu. Marcionem, vbi eodem modo, quo Auctor. hunc locum in ſilum torquet.*

CAP. VI.

76. Igitur per hæc omnia oſtendit, cuius Dei ſapientiam loquatur inter perfectos, &c.] *Titulum hunc capitis imposuimus*: Ex eiuſdem Epiſtolæ 1. Cot. cap. 11. & 111. *num. 1. Cor. 2. reperitur*: Dei ſapientiam loquimur inter perfectos, & *multa ſequentia, 3. verò cap. quòd* Architectum ſe prudentem adfirmet. *Atqui vtget etiam adu. Marc. Conſut. 3. ex hac Epiſt. Epiphan.* Principum mundi huius qui abolentur, *ad deſtruenda tria eius principia.*

77. Hanc dicit ſapientiam in occulto fuiſſe, &c.] *Pulcrè explicat illud*: quæ in occulto eſt, *Græcè* τὴν ἀποκεκρυμμένην. *Lego autem ſicut in non multis infrà*: figuris, allegorijs, & enigmatibus, *pro*: figuris allegoricis, *quia & alibi ſoles hæ tria diſtinguere.*

78. patefactutum ſe theſauros inuiſibiles & occultos, &c.] *Hic ſenſum reddit Iſaiæ 45. ſuprà verò lib. 4. cap. 25. num. 394. & infrà cap. 14. verba ipſa Iſaiæ citat. Sine autem lege*: æſtimaretur *cum altero Vatic. MS. cod. ſine cum alijs*: exiſtimaretur, *non refert.*

79. propoſita verò in propoſito Dei ante ſecula, &c.] *Pulcrè ſic circumſcripſit vocem Græcam* προωρίσθησεν, *qua ab alijs vertitur*: præſtinauit, & *deinceps ab Auctore*: propoſuit; *neque enim aliud eſt prædeſtinatio*, quàm propoſitum Dei ante ſecula.

80. Et erunt enim, inquit, in ſigna menſium & annorum, &c.] *Etiam hic Gen. 1. paraphraſtes reddidit illud*: *Erunt in ſigna & in tempora, & dies, & annos*; *aſi diceret*, ſigna menſium & annorum; *quò accedit etiam Chaldæi Paraphraſtis verſio, & numerentur per ea dies & anni. In hoc interim differens ab omnibus alijs, quòd tum hîc, tum ſuprà lib. 2. adu. Marc. cap. 3. vertat*: menſes, *pro quo illi*: dies; *quum tamen B. Auguſt. lib. de*

Gen. ad litter. imperfecto cap. 13. disertè verbis explicet, quare dixerit: dies, & non: menses. Atqui mox prorsus lege: vel ortum eorum, *ex coniectura Rhenani in margine, pro*: ortaneorum; *quippè quod* ὄρεα *neque Tertullianis, nequealijs antiquis Auctoribus vmquam visitata sit, & illud pulcre sensui conueniat.*

81. cur autem ante secula creatoris propositi gloriam nostram? &c.] *Rursum hic dissentit ab Apostolo, legens & explicans*: gloriam nostrã, *vt appositiuè referatur ad* Dei sapientiam; *quum ali ẏ omnes legant*: in gloriam nostram.

82. penè iam toris seculis creatoris prodactis, &c.] *Vtreque Vatic. cod. MS.* productis; *sed illud magis placet, vt, iuxta Rhenanum, dicatur*: prodactis, *à prodigendo, quasi procul actis, hoc est expletis.*

83. quòd eam nemo ex principibus huius æui scierit, &c.] *Adnotandum, quòd* principes huius æui *primùm* angelos apostatas *interpretetur, deinde* (*Marcione quantum apparet repugnante*) archontes seculares. *Vertit post hæc*: Ceterùm, *quod Græcè est* ἐι γὰρ, *pro quo aly*: Si cenim; *eadem significatione qua etiam alibi. Lege autem mox*: Porrò cui suprà, *nempe paulo antè*, ostendimus, *ex altero Vatic. MS. cod. pro*: ostenderimus. *Atqui benè habet quòd Tertullianum secuti vulgatus Interpres & plerique Latini Patres legant*: numquam, *Græcum illud* οὐκἂν, *quod nequaquam potius significare videtur.*

84. secundum nostrum Euangelium, &c.] *Nempè Matth. 4. nam ibi legitur*: diabolus Iesum in tẽtatione agnouisse. *Quum autem addit*: secundum commune instrumentum, *Lucam intelligit, quem etiam Marcion agnoscebat. Habetur enim tum Luc. 4. quod* spiritus nequam sanctum Dei & Iesum vocabat, *& c. de quo suprà li. 4. c. 7. nu. 71. tum Luc. 11.* parabola fortis illius armati, *de qua ibidem c. 26. nu. 430. Vbi quum legatur*: oppressit, *sed etiam hic maluimus retinere, quàm quod habent 2. Vatic. MS.* obtepsit.

85. si in creatoris accipitur, &c.] *Subaudi, inquit Rhenanus, interpretationem, vt de creatore videlicet intelligatur. Defectiua oratio Græcorum imitatione, qui dicunt* ἐὰν δὲ. *In Plutenis, subaudiur domo. Sic infrà*: Et à nostræ partis possit opponi.

86. Scriptum est enim apud me: Satanam in Iudam introisse, &c.] *Addit*: apud me, *eo quòd illud Luc. 22. reseruetur Marcioni; quo sit vt suprà lib. 4. cap. 40. tractatum non fuerit ab Auctore.*

87. & quis illi consuetudinis fuit, &c.] *Vt magis conueniret cum Isaia cap. 40. illum potius secutus est Auctor & Apostolam Rom. 11. quàm eundem 1. Cor. 2. nam hic sensum, non verba exprimens Apostolus habet secundum editionem Græcam, Syriacam, & Latinam: aut quia instruxit, sine instruat eum.*

88. Nam quòd Architectum se prudentem adfirmat, &c.] *Quasi aliud agens transit ad illud 1. Cor. 3.* vt sapiens architectus fundamentum posui, *Græcè* ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων.

89. depalatorem, &c.] Depalatorem *(inquit Rhenanus) vocat propalatorem manifestatoremque. Sic lib. adu. Hermogenem, c. 29.* Siquidem, *inquit*, omnia opera sua Deus ordine consummauit, inculsis primò elementis depalans quodammodò mundum, dehinc exornatis velut dedicans. Depalans, *hoc est, palam ostendens.*

90. Auferam enim, inquit, à Iudæa, &c.] *Restituit*: enim, *ex vtreque Vatic. MS. cod. pro*: etiam, *quia legitur & Isai. 3. & suprà lib. adu. Iud. cap. 23. & lib. 3. adu. Marc. cap. 23. num. 180. Quamquam interim vterubique variet à LXX. qui legunt*: Auferet. *Sine autem legat*: Et num quid, *sicuti vulgò, sine*: non, pro: nõnne, *ex altero Vatic. MS. cod. perinde est. Atqui Tertullianum est*: auferri habens.

91. vnicum fundamentum quod est Christus, &c.] *Vtique, sicuti mox inter pretatur, credentium in eum, super quod* quisque superstruit, dignam vel indignam doctrinam. *Quod quomodo intelligatur (ne forte quis alio detorqueat) satis patet ex illo Apostoli Ephes. 2.* Superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu; *nempè (sicuti infrà loquitur c. 17.)* quòd ædificatio nostra super fundamentum Apostolorum & Prophetarum consteret in Christo, *tamquam fundamento primo & summo, id est infimo. Quare & rectè mox Rhenan. ex Germanensi codice castigauit*: fundamenti sui, *pro eo quod erat*: superfundamenti. *Suppleo autem ex MS. Vatic. 1. cod. intermedium illud*: nisi si structorem.

92. Ecce ego, inquit, injicio, &c. *Quum suprà cap. 5. legerit*: Ecce posui; *& Rom. 9. 4c 1. Petri 2. legatur*: Ecce pono, *cum quo correspondet quod habet Auctor*: injicio, *hoc vero apud LXX. etiam ex Graco*: immittam, *manifestum est varium semper fuisse lectionem eius scripturæ Isai. 28. in hoc vno differe Auctor ab aliys omnibus, quod legat*: honorabilem, *pro electũ, quum tamen Græcè sit* ἔντιμον.

93. si opus eius per ignem probabitur, &c.] *Verba Apostoli transponit; prius enim legitur*: quia per ignem inuehitur, *Græcè* ἀποκαλύπτεται, *pro quo apertius Vulgatus Interpres*: reuelabitur; *deinde*: opus eius per ignem probabitur; *denique tum mercedem, tum detrimenti fit mentio, quorum vtrumque per vnicum illud expositi*: merces illi per ignem rependetur, *ac sapiens* mercedem *pro omni retributione*; *quæ si, vtes legitur*, per ignem rependetur (*vtique materialem, quia aliæ quæ creatoris ignem non appellarat*) *etiam illi cuius opus manserit & perdurauerit; videtur certè non alienus Auctor ab eorum explicatione, qui illud de Purgatorio igne interpretantur, vtpote quum per ignem purgatis merces rependatur. Certè B. Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum disertè verbis hic hunc locum interpretatur, vbi vide Adnotat. nostras. num. 59.*

94. Nescitis quòd templum Dei sitis, &c.] *Pergit in explicandis Apostoli verbis, vbi inter cetera expressit*: vitiauerit, *& vitiabitur, quod Græcè est* φθείρει, *& φθερεῖ.*

95. stulti estote, vt sitis sapientes, &c.] *Paraphrastice istud transtulit sine Auctor, sine Marcion; nam apud Apostolum est stultus fiat, vt fiat sapiens.*

96. Deprehendens sapientes in nequitia illorum, &c.] *Sic restituo hunc locum ex altero Vatic. MS. cod. pro*: Deprehendes, *quia Græcè est 1. Cor. 3.* ὁ δρασσόμενος *& Iob. 5. vnde desumpsit Apostolus*: ὁ κατελαμβάνων, *& Interpres Epiphanij*: Qui deprehendit; *nam si tractat idipsum contra Marc. Confut. 4. ex 1. Epist. ad Corinthios. Atqui vertitur ab Auctore* nequitia, *vox Græca πανοῦργια, vt significet in malam partem hic accipi astutiam seu calliditatem, quam propriè ea vox significat; sed nonnunquam & in bonam partem. Porrò cum Apostolo hoc loco legit Auctor*: Dominus scit cogitationes sapientium, *quum tamen Psal. 93. quem citat, & apud Epiphan. legatur*: hominum, *paraphrastem more suo agit Auctor.*

97. Ergo, inquit, nemo glorietur in homine, &c.] *Quum Græci, Syriace, & Latinè legatur*: in hominibus, *mirum est quòd legat Auctor etiam iuxta MS. cod.* in homine; *sed fortassis vis magis conuenire ostenderet scripturæ, quæ citat Hieron. 17. & Psal. 117. qui sit vt ex altero MS. Patic. cod. subsistuerimus*: quàm fidere (*sine confidere*) in homine, *pro eo quod erat*: in hominibus; *quia etiam illud alibi legit Auctor. Atqui mirum est quòd legat ex Hieron.* miserum hominem, *quum & Græce & Hebraicè ac Latinè legatur*: maledictum hominem, *& sic legat etiam suprà libr. 4. aduers. Marc. cap. 15. sed etiam eius dem lib. cap. 27. vertit* misertimum, *& cap. 33.* miserum.

Cap. VII.

98. Et occulta tenebrarum ipse illuminabit, &c.] *Caput hoc in seripsimus*: De eiusdem Epistolæ cap. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. *& x. Quippè quum Auctor ex singulis expositibus istum aliquot dumtaxat locos tractet, fortassis quod reliqua relecta essent à Marcione. Istud reperitur cap. 4. vbi à Marcione aut Auctore referri verum: Dominus, quæ est apud Apostolum, ad Deum, patet ex quod subdit*: vti per Christum; *aliquis ille de Christo ipso loqui videtur.*

99. qui Christum illuminationem repromisit, &c.] *In hoc videtur adludere ad illud supectatarum Isai. 42. Dedi te in lumen nationum*, sicutantè etiam corda & renes pronuntiauit, *Psal.*

uit. *Psal. 7. sed nusquam inuenis locum apertum, vbi se* lucernam *dicit Deus, nisi ex sensu forte Hieremiæ.* 11. 17. *&* 20. *sicuti suprà adnotauimus ad marginem lib. 4. adu. Marc. cap.* 33. *num.* 527. *Atqui in sequentibus verbis Apostoli eiusdem cap.* Ab illo erit & laus vnicuique, *&*: Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus, *&*: filios quos in Euangelio generauit, *nihil variat Auctor à vulgata editione Latina. Sunt autem verba Marcionis*: Certè inquis, &c. *vsque*: Immundi, *&c.*

100. Non defendo secundum Legem creatoris displiciuisse illum, qui mulierem patris sui habuit, &c.] *Sic quasi aliud agens pergit ad Epist. 1. Cor. 5. caput. Atqui hic ironiam esse, vel confessionem, quam vocant, inde constat, quod Leuit. 18. &* 20. *diserte verbis lex interdicat, immò morte punit, qui cum vxore patris sui dormierit; vbi eadem etiam reperiuntur vsces Græcæ. Vtpotè quum nihil id pro Marcione faciat, etiamsi concedatur. Sed contra eum facere ostendit, quum damnat (sic vertit vocem Græcam χλεύασεν etiam Syrus interpres) dedendum Satanæ; vtpotè quum* damnatoris Dei, *quem ille agnoscere nolebat*, præco sit.

101. Videris & quomodo dixerit: in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini, &c.] *Etiam hoc ad alium locum remittit, nolensque de eo tractare; quòd magis pertinere videatur ad resurrectionis materiam, de qua suprà li. de Resurr. carn. vbi contra Marcionem probauit, non solùm* spiritus salutem, sed & carnis. *Hic enim sufficit, inde probari* iudicium *&* Apostoli *&* Dei.

102. & auferri iubens malum de medio, creatoris frequentissimam sententiam commemorauerit, &c.] *Ipsum paulo ante præcedentia Apostoli verba reperitur, sed est Hysteron Proteron. Scriptura verò in veteri Testamento hac de re sunt frequentissimæ, vtpotè Deut. 13. de Pseudoprophetis, Ios. 7. de Achan qui prædam idolis dicatam sibi retinuerat, Numer. 16. de Core, Dathan, & Abiron, & alibi* frequentissimè.

103. Expurgate vetus fermentum, &c.] *Inhic eius dem capitis verbis nihil differt ab Apostolo, neque etiam in illis*: sic & Pascha nostrum immolatus est Christus; *quod ipsum etiam vrget ad concordiam Veritatis Testamenti Epiphan. aduers. Marc. Consul. 5. ex Epist. 1. ad Cor. quò sit, vt prorsus legam ex altero MS. Vatic. cod.* Quare Pascha Christi? *Sicut autem* Azymi figuræ erant nostræ, *vti verbis Auctoris vtar*, sic & Pascha figura Christi. *de veritate videre est Exod. 12. &* 13.

104. per similitudinem sanguinis saluti aris, &c.] *Adludit, inquit Rhenanus, ad locum qui est Exod. cap.* 12. *Ite vobismet agnum per familias vestras, & immolate phase, fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare & vtrumque postem. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios. Quumque videret sanguinem in superliminari & in vtroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras, & ledere. Qui etiam per illud*: & pecoris Christi, *agnum Paschalem intelligi, eo significatu, quo alicubi suprà adnotauimus*: pecus, *peculiariter accipi pro suo.*

105. Auertens autem nos à fornicatione, &c.] *His ad cap. 6. transitum facit, vbi illud* Corpus non fornicationi, *&c. nihil discrepat ab Apostolo; neque etiam quod sequitur, si legatur vti castigauimus*: Qui Dominum suscitauit, & nos suscitabit, *pro eo quod erat contra Apostoli sensum*: quem Dominus suscitauit. Et nos; *neque rursus in illo*: Nescitis corpora vestra membra esse Christi. *Quibus omnibus prætermittis Epiphan. Consul. 6. ex Epist. 1. ad Cor. aduers. Marc. urget potius illud*: Erunt enim, inquit, duo in carnem vnam, *vt ostendat Apostolum ex veteri Testamento testimonium habuisse.*

106. Empti enim sumus pretio magno, &c.] *Illud in prima persona sibi adplicat Auctor: vbi adnotandum, quòd ex sano MS. cod. addant*: magno; *quod Inde Græcè desideratur, & tamen etiam à B. Cypriano legitur lib. de Disc. & hab. virg. num.* 9. *lib. de Orat. Dominica, lib. de Exhort. Mart. cap.* 6. *lib.* 3. *Testim. ad Quir. cap.* 11. *&* 63. *Quare & sic legendum censeo suprà Tom. 2. lib. 2. ad Uxor. cap.* 3. *maximè quum subiungat hic Auctor*: etsi aliquo magno redemit, *& rursum*: quem magno comparauit. *Vsque adeò vt potius omissa videatur fuisse ab Auctore vox*: pretio, *secundum alterum Vatic. MS. cod. quàm vox*: magno; *sed vtrumque retinere maluimus. Atqui ex tertulliana Rhenanus prorsus lege*: committenda fornicatio non erit, *pro*: mittenda.

107. quompdo honorabimus, quomodo tollemus Deum in corpore perituro, &c.] *Non hic modò ipsum illud & quæcumque ex cap. 6. citat, ad confirmationem adducit Resurrectionis carnis, sed etiam suprà lib. de Resurr. carn. cap.* 10. *&* 16. *conflanter legens*: Glorificate, *seu*: Magnificate, & rollite, *quemadmodum etiam dicitur loco B. Cypr. Atque genuinum esse illud*: & tollite, *quantumuis hodie Græcè desideretur, adnotauimus tum dicto lib. Tertull. nu. 96. tum prima citatæ B. Cypr. loco nu.* 10.

108. Sequitur de nuptijs congredi, &c.] *Pergit ad cap.* 7. *Epist. 1. ad Cor. ex eo* nuptias *comprobans aduersus Marcionem, qui eas damnabat, de quo latius suprà cap. penult. lib. 1. adu. Marc. vbi vide explicatum quod hic paulopost subungitur*: Marcion totum concubitum auferens fidelibus, *&c.* repudium antè nuptæ iubet.

109. Etenim Apostolus, &c.] *Hic argumentum potius capitis quàm verba Apostoli adducit*: qui etsi, inquiens, bonum continentiæ præfert, tamen & coniugium contrahi permittit; *& (id enim addere oportet)* vsui esse, & magis retineri quàm distungi suadet. *Nam ad continentiam pertinet illud*: Bonum est mulierem non tangere. *Volo autem omnes, &c. ad permissionem coniugij illud*: *Propter fornicationem autem vnus quisque vxorem suam habeat, &c. deinde ad vsum, Vxori vir debitum reddat, &c.* ad retentionem *denique illud*: *Vxorem à viro non discedere, &c. Atqui de continentiæ bono, cum rursus ex eodem hoc capite paulopost meminit, vide suprà latius Tom. 2. lib. de Cultu fœminar. c. 9. lib. 1. ad Uxorem, t. 3. 4. 6. &* 7. *& lib. de Virgin. veland. t. 9. 10. 11. 13. &* 16.

110. Atquin & Christi Apostolus, quum præcipit, &c.] *Perstat sic legendum, pro*: Christus; *sunt enim hæc non Christi, sed Apostoli verba*: mulierem à viro non discedere; aut si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. *Atqui*: si fortè, *hic iterum accipi pro*: fortè *adnotauit Rhenanus.*

111. Quia tempus in collecto est, &c.] *Eodem modo vertit B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin. id quod Græcè est*: ὁ καιρὸς συνεσταλμένος, *B. Cyprianus magis ad verbum*: tempus collectum *lib. Testim. 3. cap. 11. Auctor verò prius illud legit etiam suprà Tom. 2. lib. de Cultu fœmin. cap. 9. ac lib. 1. ad Uxorem, cap. 5. & infrà To. 5. lib. de Exhort. ad castit.*

112. Tantùm in Domino esse nubendum, &c.] *Quod hic explicat: ne qui, pro: qui (sicuti etiam adnotauit Rhenanus)* fideles ethnicum matrimonium contrahat, *latissimè tractauit ex propositæ Auctor suprà lib. 2. ad Uxorem, Tom. 1.*

113. Allophylorum nuptias vbique prohibentis, &c.] *Scripturæ, quibus* Allophylorum nuptias creator prohiber, *sunt Deuter. 7. 1. Esdr. 9. ac 10. &* 2. *cap. 9.*

114. Sed: Et si sunt qui dicuntur Dei, siue in cœlis, siue in terris, &c.] *Hic ad c. 8. transitum facit. Vbi veram lectionem olim fuisse vel inde patet, quòd verba*: siue in cœlis, siue in terris, *& suprà lib. adu. Hermog. c. 4.* siue in cœlo, siue in terra, *& li. 3. adu. Marc. c. 15.* siue in cœlo, siue in terris. *Si autem legas*: non quia *vertit sunt, cum altero MS. Vatic. cod. sine cum aliis*: non quasi, *perinde est, sed prorsus lege etiam secundo loco ex vtroque Vaticano*: qui Dei dicuntur, *pro*: Dij.

115. Scimus quòd idolum nihil sit, &c.] *Illud habetur apud Apostolum initio 1. 8. ante verba præcedentia; nec absimile est illud eiusdem 1. Cor. 10.* Non quòd idolum sit aliquid, *&c. de quo Auctor suprà To. 2. lib. de Spect. t. 3. & li. de Coron. milit. ca.* 7. *Verò nequem his & sequentibus huius capitis Apostoli verbis*: nobis tamen vnus Deus pater, *differt à vulgata lectione Auctor: sed ibi*: ex quo omnia, *addit*: nobis; *at neque discrepat in eo quod citat*: in præteritis, *id est, 1. Cor. 3.* Omnia vestra sunt, *&c. Reliqua huius capitis paucis adtingit, dum præmittit, de idolothytis disputaturus.*

116. Ex labore suo vnumquemque docens viuere oportere, &c.] *Paraphrasticus indicat argumentum cap. 9. Epist. 1. ad Cor. quippe quo* docet vnumquemque quæ viuere oportere ex labore suo, *atque adeò eos qui Euangelium admuntiant (vti paulopost etiam adfert)* de Euangelio viuere; *idque non solum* per exempla militum (*quòd pertinet, qui militat suis stipendijs vnquam?*) pastorum (*quo illudimus pascit gregem, & de lacte gregis non manducat*) & rusticorum (*quò illud: qui plantat vineam, & de fructu eius non edit?*) sed *etiam* diuina auctoritate *scriptura, nempè verbis sequentibus Deute. 25. Atqui* prorsus lege: illi, *pro*: illa.

117. Legem igitur opponit creatoris, &c.] *Hic adludit ad illud: Nonne & Lex hæc dicit? quod ipsum aduersus Marcionem vibrat. B. Epiphan. Confut. 7. ex 1. Epist. ad Cor. sicuti etiam tum ibi, tum Confut. 8.* Boui terenti os non obturabis, &c: Numquid de bubus cura est Deo? *quæ adeò etiam adduxit Auctor supra aduersus Marc. lib. 2. cap. 27. ac lib. 4. cap. 21. & 24. Hoc loco verò videtur ex proposito appellare* Legem creatoris, *&*: Dei, *quia S. Epiphanio credendum, immutando contextum Marcion primus legit:* Scriptum est enim in Lege Moysi, *quum alias dumtaxat legeretur*: in Lege; *quo magis mirum codices omnes tam Græcos & Syriacum quàm Latinos retinuisse*: Moysi. *Atqui accipitur etiam hîc, sed ironicè*: ingratis, *more Tertullianico, pro non vlerò, cui mox opposuit* gratis.

118. Propter nos enim scriptum est, &c.] *Legit singulari numero, quod additiones aliæ plurales, præter Syriacam, quæ Auctori consentit. Adludit præterea ad illud*: sed non vsi sumus hac potestate, *&*: ne gloriam meam quis euacuet.

119. Ecce autem & in petram offendit cæcus Marcion, &c.] *De Proverbiali hac formula vide nostra Prolegomena. Transit autem ad illud cap. 10. Vbi* per petram, de qua bibebant patres nostri, Christum fuisse figuratum *adfirmat, (de quo etiam supra lib. 3. aduers. Marc. cap. 5. & 16. ac huius libr. cap. 5*) hæc exempla nobis facta esse (*sicenim hic, pro eo quod alibi non semel*: Hæc autem figuræ nostræ fuerunt) *adjiciens*: ne si eadem delinquam quæ & populus, eadem patiar. Hæc enim quemadmodum euenerunt illis, scripta esse ad nos commonendos. In quos fines æuorum decucurrerunt. *Vbi* τῶν τέλη ἐπήντηκε, *reddidit Paraphrasticus*: ad nos admonendos. *Atqui eadem hæc omnia, immo contionum hæc de re contextum Apostoli, vsque ad* clausulam *illam*, Hæc enim, *&c. adfert aduersus Marc. Epiph. Confut. 10. ex hac Epistola. Verum Auctor compendium phrasi sua excusans*: Præterea, *inquit*, siquando paria eorum quæ retractata sunt quædam, *nempè occurrunt*, & breuitet expungo, *id est, vel Rhenano interprete, absoluo.*

120. figuram extranei sacramenti, &c.] *Peterit exponi, inquit recte Rhenanus, figuram eius qui sit extraneus à sacramento. Nam solet* extraneus *contribuere cum Genitiuo, vt supra lib. 2. aduers. Marc. cap. 13.* Quis mali extraneus, nisi qui & inimicus? Item: extranea gloriæ; *qui etiam bene ex Gellenio codice restituit: & quidem* æmulo, *pro*: equidem. *Placeret autem etiam quod additur, ad figuram Græcam esse*: si deliquero eadem, *id est secundum eadem, aut accipendum*: deliquero, *pro*: admisero. *Atqui* exitum populi *hic proprie accipit, pro egressu ex Ægypto.*

121. Magnum argumentum Dei alterius, &c.] *Hæc ex persona Marcionis dicit, vsque ad*: Quasi non, *&c. Respondet autem in* permissione omnium obloniorum (*de qua etiam late Apostolus eodem capite*) Legis onera dimissa esse, sed ab eo Deo qui imposuit, qui nouationem repromiserat; *si cui latius supra initio lib. 4. aduers. Marc. Atqui ipsa verba Pauli: Quid igitur dico? quòd idolis aliquid immolatum sit? latissimè tractat Epiphan. aduers. Marc. Confut. 10. dicens additum esse à Marcione: aut quòd templo immolatum sit aliquid.*

Cap. VIII.

122. Caput viri Christus, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Ex ciusdem Epist. 1. ad Corinth. cap. XI. XII. XIII. ac XIIII. *Atqui tum de scriptura hac, tum de stilo 1. Corinth. 11.* Vir non debet caput velare, quum sit Dei imago, *&*: Mulier potestatem, *siue* velum, *vt infrà legetur*, super caput habere debet propter angelos; *videas lector Adnot. nostras suprà Tom 2. lib. de Veland. virgin. cap. 7. & 8. num. 51. 52. 55. Vbi ex professo late ea Auctor tractat. Verum illud*: imago Dei, *aut aliter quàm Auctor, sed latius vrget aduersus Marc. Epiphan. Confut. 11. ex hac Epist. 1. ad Corinth.*

123. Sæpè iam ostenditus, hæreses apud Apostolum inter mala vt bonum poni, &c.] *Adludit ad librum de Præscript. aduersus hæret. vbi sæpè citatur illud Apostoli hoc eodem capite*: Oportet hæreses esse, *nempè cap. 1. 4. 5. 30. & 39. quorum secundo & postremo loco etiam illud*: vt probabiles, *siue* electi, manifestentur; *vbi vide Adnot. nostras num. 23. & vero sæpe hic*: probabiles *legit, etiam lib. de Anima cap. 3. lib. de Resurr. carn. cap. vltimo, & alibi frequenter.*

124. Proinde panis & calicis sacramento, &c.] *Adludit haud dubiè ad lib. 4. aduers. Marc. cap. 40. vbi vide Adnotat. nostras nu. 663. & 664. eò enim Auctor, Lectorem remittit, nihil hic insuper tractans de institutione sacramenti corporis & sanguinis Domini, & præparatione ad id necessaria, quæ à nobis prosequitur Apostolus, præter* iudicij mentionem, *de quo fe silet. Quòd si nos ipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur, dum iudicamur autem, à Domino corripimur.*

125. Nunc de spiritalibus dico, &c.] *Hic transfit ad 1. Corinth. 12. caput, non aliud legens quàm*: dico, *pro eo quod aly: nolo vos ignorare, & Syriacus Interpres*: Velim vos scire; *locum hunc intelligens (non aliter atque Ambr. Chrysost. & Theophil.) de septem donis S. Spiritus, atque adeò Apostolum connexire cum Isaiæ cap. 11. latissimè deducens.*

126. Prodibit virga de radice, &c.] *MS. Varic. 2. cod.* Prodiuit, *sed illud retinui, quod in futuro legant alia additiones omnes, & ipse etiam Auctor suprà Tom. 1. lib. aduersus. lud. cap. 9. quo fit vt etiam mox subsistuerimus ex altero Varic. MS. cod. &* replebit, *pro eo quod erat*: repleuit. *Atqui legit Paraphrasticus*: Et flos de radice eius ascendet, de virga; *vt ostendat se per* virgam *intelligere B. Mariam Virginem, sicuti suprà apertius lib. de Carne Christi, cap. 21.* virga ex radice, Maria ex Dauid; flos ex virga, filius Mariæ, qui dicitur Iesus Christus. *Id est enim quod paulopost etiam hic repetit*: Christum in floris figura oriturum ex virga profecta de radice Iesse, id est virgine generis Dauid filij Iesse. *In quo Auctorem imitantur B. Hieronym. in Comment. Isaiæ, B. Ephrem Orat. de S. Virg. laudibus, & B. Leo Papa I. serm. 4. de Natiuitate Domini; quum alij malint* radicem, *Christum ipsum interpretari. Atque de varia verborum, eodem tamen sensu eius loci translatione, vide Adnot. nostras dicto loco lib. aduers. Iud. num. 119. quæ ipse infrà transponit, vt accommodet Apostolo. Sunt vero Tertullianicæ voces hic & paulopost*: obuentura, *&*: censu.

127. ablato à Iudæa sapiente, & prudente architecto, & consiliario, & Propheta, &c.] *Latius hic citat locum Isaiæ. 3. quàm suprà lib. aduers. Iud. cap. 13. lib. 1. aduers. Marc. cap. 24. & huius lib. cap. 6. non aliud citet quàm de sapiente architecto, quem LXX. distinguunt à prudente auditore. Aliquegimmo partim ex prioribus locis, partim ex 2. Varic. MS.* vt hoc (*pro*: hæc) sit: Lex & Prophetæ (*pro quo erat*: Propheta) vsque ad Ioannem, *quod ipsum Luc. 16. suprà tractatum est l. 4. adu. Marc. cap. 33.*

128. charismata, &c.] *Retinuit vocem Græcam Apostoli* χαρίσματα, *quam vertit Latinus vulgatus Interpres*: gratiam, *Auctor vero paulopost*: donum, *singulari numero.*

129. Ascendit in sublimitatem, &c.] *Ad explicationem adfert locum Psal. 67. non iuxta LXX. sed magis iuxta quod citatur ab Apostolo Ephes. 4. de quo partim etiam suprà cap. 18. Vbi* sublimitatem *vertit quod Græce est* ὕψος; *In hoc tamen differt ab vtrisque, quod legat & interpretetur* filijs hominum *pro eo quod ille*: hominibus. *Sed in scripturis 1. Cor. 4. ac Gal. 4. & 1. Corinth. 7. mihil variat. Atqui*: donatiua, *vox Tertullianica est.*

130. In nouissimis diebus effundam, &c.] *Prorsus fic castigan-

caſtigauimus: ex altero MS. Vatic. pro: nouiſſimis temporibus. Nam quum Iobis 2. dumtaxat habeatur: Et erit poſt hæc; Apoſtolus Petrus Act. 2. expleationis gratia legit: In nouiſſimis diebus, iuxta aduersus omnes Græcos, Syriacum, & Latinos, & ipſe quoque Auctor his idipſum mox repetit. Mallem etiam cum illis vtroque loco legere: filij filiæque veſtræ, quàm: eorum; ſed quia hoc habent etiam MSS. nolus quid immutare.

131. Alij, inquit, darur per ſpiritum, &c.] Hieredit ad verba Apoſtoli huius capitis. In quibus ſolum differt, quòd legat dumtaxat: alij virturum, omiſſa voce: operatio, cui conſentit Interpres Syrus legens: alij virtutes, quum tamen plurals numero, vt reliqua pleraque, legatur à Græco ἐνεργήματα; quos ſecutus eſt in hoc contrarius, quod hu legat: linguarum. Aliqui habet Vatic. alter MS. in ſpiritalitate interpretandu, ſed quod alij legunt voce Tertullianica: ſpecialitate, magis conuenit cum eo quod præcedit: Compara denique ſpecies Apoſtoli & Iſaiæ.

132. qui corporis noſtri per multa & diuerſa membra vnitatem, chariſmatum variorum compagini adæquauit, &c.] Hu paueſſimis expreſſit, quæquid eodem capite ſequitur apud Apoſtolum per verſus multos; ex quibus vnget etiam dumtaxat B. Epiph. adu. Marc. Conſut. 12. ex hac 1. Epiſt. ad Cor. illud: Sed Deus contemperauit corpus.

133. Qui de dilectione quoque omnibus chariſmatibus præponenda, &c.] Sic Paraphraſtices totum cap. 1. Corinth. 13. tribus dumtaxat verbis adiungens, illud expleat: maior autem horum eſt dilectio, comparans etiam illud cum præcepto dilectionis, Deuter. 6. Vbi legimus rurſum ex altero Vatic. MS. cod. & proximum tuum tam quam teipſum, pro: tibi tamquam te.

134. Quod, etſi in Lege ſcriptum eſſet, commemorat: in aliis linguis, & in aliis labiis locuturum creatorem; cum hac commemoratione, &c.] Ita diſtinguendus neceſſario hic locus, vbi tranſit ad 1. Cor. 14. cap. in quo illud Iſai. 28. citat Apoſtolus ad confirmandum chariſma linguarum, de quo latiſſime tractat penè vſque ad finem capitis. Non ſolum autem idipſum aduerſ. Marc. adfert B. Epiphan. Conſut. 14. ſed etiam Conſur. 13. quod præmittit: Sed in Eccleſia volo quinque verbamente mea loqui; vbi tradit erronèe addidiſſe Marcionem, propter legem.

135. Æquè præſcribens ſilentium mulieribus in Eccleſia, &c.] Hic ſimiliter adueri. Marc. urget Apoſtolum; vt ſilentium mulieribus præſcribat, ex lege (nempè Gen. 3. illa: ſub viri poteſtate eris) accipere ſubijciendæ fœminæ auctoritatem.

136. Ædat aliquem Pſalmum, &c.] Adludit hic ad illud quod præcedentibus præmittitur apud Apoſtolum: Vnuſquiſque veſtrum Pſalmum habet, &c. ἕκαστος ὑμῶν ἔχει (quàm vertit Auctor: viſionem) habet; interpretationem linguæ habet. Sic enim legit Auctor pro eo quod eſt: linguam habet, interpretationem habet, ponens etiam intermedium: orationem, pro eo quod Apoſtolus habet: doctrinam. Quod verò addit: in eceſtaſi, id eſt, amentia, ſibilud: mulierem apud ſe prophetaſſe, &c. ad Maximillam Montani pediſſequam, atque adeò ad errorem Montaniſtarum, de quo inter Paradoxa Auctoris, pertinet; vbi etiam de eceſtaſi, ſicut & infrà ad fragmenta ſex librorum eius argumenti Tom. 4.

CAP. IX.

137. Interim Marcionites nihil huiuſmodi exhibebit, &c.] Inſcriptionem huic capiti dedimus: Ex eiuſdem Epiſtol. t. ad Cor. cap. xv. parte ptiore; Vbi eadem ipſa pleraque repetit, quæ ſuprà lib. de Reſurr. carn. locu mox citando, quæ ipſa etiam adfert B. Epiphan. Conſut. 16. Lego autem ex conie ura Rhenan. in margine: qui timet iam, pro: qui tum etiam, ob eaſdem planè literas, & ex altero MS. Vatic. pronuntiate, pro: prænuntiate.

138. Mortuorum reſurrectionem quomodo quidam tunc negarint, &c.] Debeo hic cap. 48. De illo verò: quod vulgus ipſum defunctos colebat, &c. Ceterùm corpora, aut ignibus ſtatim, aut feris, &c. abolebat, cap. 1. vbi latius & noſtrie Admot. num. 2. & 3. De proprietate vocabulorum tam mortuorum quàm: reſurrectionis, cap. 18. vbi etiam etat illud Gen. 3. Terra es, & in terram ibis. Rurſum de illo: Quia per hominem mors, & per hominem reſurrectio, cap. 48. vbi mirum eſt non addi: mortuorum, quod habent additiones omnes. Et ibidem de illo: Sicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificabuntur; quod hic paulo aliter in prima perſona expreſſit: ſic in Chriſto viuificamur omnes ſicut mortificamur in Adam. ſed eo tempore Variabant exemplaria.

139. oportet enim regnare eum, donec ponat inimicos eius ſub pedes eius, &c.] Sic ad verbum ex Græco, quemodo etiam ſuprà lib. aduerſ. Hermog. c. 11. ad eundem adludens locum, ſicuti & lib. de Carne Chriſti. c. 15. vbi profequitur: carnem non ſtatim reſurrecturam, nondum enim, inquit, Chriſtus inimicos ſuos oppreſſit.

140. ſede ad dexteram meam, &c.] Ea eceſſione, Pſalmi 109. maiorem partem hoeloco explicat, quum ex illo id quod præceſſit, deſumpſerit Apoſtolus; decens non peſſe, iuxta quod Iudei detorquent, in Ezechiam competere ſed in ſolum Chriſtum. Variat autem in ipſis hic verbis, pro eo quod alij omnes: à dextris meis. Prorſus & cum B. Iuſtino Mart. adu. Typhon. lege: & dominaberis, pro eo quod alia editi omnes: dominare, vel: dominabitur. Negat autem dominatum Ezechiam in medio inimicorum fuiſſe.

141. quia is, aiunt, ſedit ad dexteram templi, & hoſtes eius auerterit Deus & abſumpſerit, &c.] Rhenanus hunc locum caſtigauit, quia is ſederit; ſed male legere: quia is, aiunt (nempè Iudæi) ſedit ad dexteram templi, pro eo quod erat in prima editione: ait; quamquam etiam hoc ipſum: ad dexteram templi, de ſuo addidiſſe videntur Iudæi; neque enim aliud habetur 4. Reg. 19. aut Iſai. 37. quàm quòd Ezechias oſtenderit & intrauerit in domum Domini. Verum deſumpſit totum iſtud Auctor ad verbum ferè ex B. Iuſtino Mart. adu. Typhonem. Illud; inquit, Dicit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, &c. in Ezechiam dictum eſſe, Magiſtri veſtri & Rabini exponere ſunt auſi, proinde atque in iuſſu fuiſſet in dextera templi parte ſedere; quando per nuntios ſuos ipſum Rex Aſſyriorum minis terruit, & per Iſaiam, vt illum non timeret, eiuſt ſignificatum; & quæ Iſaias dixerat, re ipſa contigerint, vt auerſus fuerit Rex Aſſyriorum, quoniam oppugnaret Ieruſalem in diebus Ezechiæ; & angelus Domini in caſtris Syriorum ad 185. millia virorum cæciderit. Atqui eſt ibi Ellypſis, & cetera: Ante lucifernm. vt ſubintelligatur nempè illud: Ante lucifernm, & ſequentia.

142. & in Ezechiæ natiuitatem, &c.] Recte iſtud refutat aduerſus Ebionees hær. 30. B. Epiphan. probans ex ſcripturis Ezechiam, eum prædicere Iſaiæ c. 11. Ecce virgo concipiet, natum fuiſſe annos 25. B. Iuſtino ſuffecit dicere, quòd Ezechias ex virgine non fuerit natus.

143. Nos æmius Euangelia, &c.] Hic proteſtatur quòd Marcion tum Euangelij Lucæ tria priora capita, tum totum Matthæi Euangelium reiiceret, adferre volens ex cap. 2. Lucæ & 4. Matthæi teſtimonia, quæ ipſa etiam pauloprius adlegat B. Iuſtinus.

144. Curautem adiecit: ex vtero, &c.] Iſtud in ſimili etiam expoſuit Auctor ſuprà lib. 3. adu. Marc. c. 20. tractans illud Pſal. 131. Ex fructu ventris tui ponam ſuper thronum tuum. Legimus verò cum altero Vatic. MS. cod. edixiſſet Deus, voce Tertullianica, pro: dixiſſet.

145. Quod & in ipſo hic accedit, &c.] Tum ex interpretatione Rhenani, tum ex altero MS. Vatic. ſupplemur: in ipſo, nempè Chriſto, vti ille recte; qui etiam accedit accipit, pro: accidit, vt infrà: Demutationi adſcribens quæ accedit reſurrectioni. Porrò quod & in ipſo, aptè refertur ad id quod ſequitur: Tues ſacerdos in æuum. Nam & ſacerdotum Chriſti ſpirituale eſt.

146. nec ſacerdos autem Ezechias, nec in æuum etſi fuiſſet, &c.] Iſtud etiam pene ad verbum ex Iuſtino, qui ſimiliter adfirmat non fuiſſe Ezechiam ſacerdotem perpetuum ſecundum ordinem Melchiſedech, quod eodem Pſal. 109. de

Christo adseritur, immo nec facerdotem, *vtpotè Regem Iudæ. Atqui in sequentibus loquens de* Christi facerdotio secundum ordinem Melchisedech, *cuius ad Apostolum adludit ad Heb.7.* & de acceptatione Abrahæ gentis, *ad eundem Ro.11. vbi indicat omnem Israël salvum fore, postquàm plenitudo gentium intrauerit.*

147. Est & alius Psalmus ita incipiens: Deus iudicium tuum Regi da, &c.] *Etiam hoc quasi aliud agens sumpsit ex eodem scripto D. Iustinus Mart. Vbi multo antè: Sunt & alia, inquit, suprà allegata, & à Dauide prolata verba (nempè Psal.71.) quæ in* Salomonem concepta & scripta esse insipienter adseuerastis; *qui id ex illo solo probat:* Ante solem manebit nomen eius. *Auctor cerè multo plura adnotauit, quæ in illum competere non possunt; addens se hunc locum tractasse occasione illius quod in medio Psalmo positum sit:* Inimici eius puluerem lingent, subiecti vtique, *inquit,* pedibus eius. *Nihil autem differt ab alio huius Psalmi versionibus Auctor, præterquàm quòd legat:* Descendet tamquam imber, *pro:* Descendet. *Simile vero est suprà Tom.1. in fine lib. aduers. Iud. ex Psal.2. & 44. & Isaæ 55. Atqui paulopost supplex ex altero Vatic. MS.* cuius nomen in ætetnum, *quia præcedit:* in æuum.

148. Contrà Salomon (aut eo dicere) etiam quam habuit in Deo gloriam amisit, &c.] *De hoc vide suprà Adnot. nostras lib.2. aduers. Marc. cap.23. num.152.*

CAP. X.

149. Reuertamur nunc, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De eiusdem Epist.1. ad Corinth. cap.xv. parte posteriori.

150. AD RESVRRECTIONEM, CVI ET ALIAS QVIDEM PROPRIO VOLVMINE SATISFECIMVS, &c.] *Hic haud dubiè significat librum de Resurr. carnis, vtpotè quo omnibus hæreticis resisterit, ijs, inquam, omnibus qui Resurrectionem oppugnabant, nempè Sadducæis, Marcioni, Basilidi, Valentino, & Apelli, quorum eius lib. c.2. meminit nominatim.*

151. Quid, ait, facient, qui pro mortuis baptizantur? &c.] *Illudi put sum tractauit eius dem lib. cap.48. vbi, sicuti num.* 347. *hinc adnotauimus quæ ad illius loci intellectum facebant, ita vicissim hunc locum lucidiorem reddunt quæ illic habentur. Exempli gratia, quod hic dicit:* vanè illos pro mortuis baptizari, *ibi dicit:* præsumptione id illos instituisse; *& quod paulopòst hic explicat pro* mortuis tingui, pro corporibus est tingui (*sic enim ibi lego more Tertullianico, pro:* tingi) *& vt:* Quid facient, qui pro corporibus baptizantur? *clarius ibi expressit:* Quid & ipsos baptizari ait, si non quæ baptizantur corpora resurgunt? Anima enim non lauatione, sed responsione sanctitur, *id est, more Tertullianico, sanctificatur. Atqui ad hunc locs intellectum facere, quæ habet de Marcionitis in hunc locum Theophilactus, adnotauit Dn. Latinus;* quòd nempè quotiescunq; baptizatus aliquis apud ipsos moriebatur, sub defuncti lectulo aliquem oculebant, qui Marcionitis circumstantibus, acquerentibus à mortuo, vellétne baptizari, respondéret: *Volo*, quem proinde pro defuncto baptizabant, *se hoc Apostolis testimonio defendentes. Verùm tamquam præsumptionem id vtrobique traducit Auctor, & proinde aliunt dat sensum iam dictum.*

152. Viderit institutio ista; Kalendæ si forrè Februatiæ, &c etera.] *Sic malo distinguere etiam cum Rhenano, quàm quod habetur vulgò:* Viderit institutio. Ista Kalendæ, *&c. magis enim illud ad phrasin Tertullianicam pertinet. Ac si dicat:* Viderit institutio ista, *nempè* baptizari pro mortuis fortè (*id enim significat Auctori:* si fortè) Kalendæ Februatiæ, *id est (sicuti rectè Rhenanus) sacra, quibus hoc mense Romanus populus februabatur, id est lustrabatur per ignem,* respondebunt illi, *nempè Marcioni,* petere pro mortuis, *vtpotè baptismum pro mortuis. Quasi proinde (vti idem) significetur lustrationes Februalis loco mortuorum baptizationem forte fuisse successisse apud quosdam Christianos, & ex illo lustrandi ritu sollemnis irrepsisse. Hactenus ille non malè. Nam* Kalendarum Februatiarum *etiam tum similis ritus vsitatarum meminit B. Chrysost. homil. de Kalendis. Illi etiam Ven. Beda consentit lib. de Temporibus, ceremonias ardentium cereorum, quas hodie Christiani to die quo Purificatæ Mariæ dicatur est, ex more circumferunt, à Februalibus Romanorum sacris originem sumpsisse. Ita, inquit, pertinacis paganismi mutatione subuertum est; quem res in totum sublatus, potius irritasset.*

153. denotare, &c.] *Pro arguere (inquit idem Rhenan.) vt lib. de Patientia, c.3.* Parum hoc, si non etiam proditotem suum secum habuit, nec constanter denotauit.

154. Habemus illum alicubi vnius baptismi definitorem, &c.] *Nempè Ephes.4. De quo ipse vide suprà tract. 1. tractatum adn. Ans baptisi. us lib. de baptis. cap.15. & ibidem in Adnotationibus nostris. Sive autem illud legas, sive cum altero Vatic. MS.* diffinitorem, *perinde est. De Proverbio:* hunc gradum figimus, *vide nostra Prolegomena. Adnotat vero rectè Rhenanus legi posse:* disceptationem, *pro:* disceptationem; *sed quod hoc sit in MS. Vatic. nolui quid immutare.*

155. Sed dicent quidam: Quomodo mortui resurgent; quo autem corpore venient, &c.] *Suprà loco iam dicto lib. de Resurr. carnis, legit magis secundum Apostolum:* Sed dicet quis. *Et vtrobique magis consentit Græcis exemplaribus, qui legunt* ἀναστήσονται *&* ἔρχονται. *Et verò* quo corpore, *tractat latius cap.52. Et quòd* eodem corpore venient, *eius dem lib. cap.59.60.61. ac 62. Idque* contra alios hæreticos, *nempè* Valentinum & Apellem, *qui non* negabant resurrectionem, sed alterius qualitatis carnem futuram *asserebant*, non contra Marcionem qui resurrectionem carnis in totum negabat, soli animæ salutem reprimitrens, *vti eius dem lib. cap.2. de vtrisque manifestum fit.*

156. obducitur, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) enunciatur, subaudi, Marcion. Hoc verbo in hunc sensum crebrò vtitur, vt suprà adnotauimus, & infrà sumus adnotaturi.*

157. Denique si proponit exempla grani tritici, &c.] *Adludat ad illud etiam suprà tractatum, c.* 52. Non quod futurum est corpus seminatur, sed nudum granum, si fortè (*ei τύχοι*) tritici (*sive* frumenti) vel alicuius eiusmodi. Deus autem dat illi corpus prout volet (*Græcè* θέλησεν) & vnicuique seminum proprium corpus. Et (*sic enim lego, pro:* vt) aliam quidem carnem hominum, aliam verò pecudum & volucrum (*omisso hic quod ibi addit:* aliam piscium) Et corpora cœlestia atque terrena, *sive, vti ibi legit:* supercœlestia; & aliam gloriam solis, & lunæ aliam, & stellarum aliam. *De quibus vide ibidem Adnot. nostras.*

158. Sic & resurrectio, &c.] *Pulcrè ad explicat Auctor sicut & sequentia, quæ sic suppleemus:* Seritur in corruptela; resurgit in honestatem & virtutem; *nam apud Apostolum, & suprà sic legitur, immò ibi latius extantur Apostolis verba; vbi vide Adnotat. nostras num.379.*

159. Proinde etiti seritur animale, resurgit spiritale, &c.] *De hoc ibidem Auctor, & latius cap.53. vbi vide Adnotat. nostras in eadem pene verba per totum caput, & latius inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis de illo:* Etsi habet aliquod proprium corpus anima vel spiritus.»

160. dici capit, &c.] *Vsum (inquit Rhenan.) huius verbi capit multis iam locis adnotauimus. Sic enim vertit quod Græcè* δοξάζεται *dicitur, quo & illi impersonaliter vti solent. Hactenus valet ac si diceret: recidit in appellationem vt animale dicatur, sive meretur animale dici. Sic lib. de Resurr. carn. c.26.* Quam & patrum dici capiar, *& lib.3. adu. Marc. cap.6.* Id enim intelligi vel non intelligi capit.

161. Non primum quod (spiritale, &c.] *Similiter vertit suprà quod habet Apostolus post verba sequentia, & idipsum etiam Auctor indicat illo verbi:* Ad hoc enim & de ipso Christo præstruit, *&c.*

162. Factus primus homo Adam in animam viuam, &c.] *Adnotatu dignum quod subdit:* hæreticum stultissimum (*nempè Marcionem*) posuisse Dominum nouissimum pro nouissimo Adam; *vt hinc conijcit, hæreticus vsitata scripturarum immutatio.*

163. Eodem modo & in nomine hominis reuincetur, &c.]

tur,&c.] *Nempè Marcion,eo quòd substituerat:* secundus Dominus de cœlo, *pro eo quod Apostolus*: secundus homo de cœlo. *Quam variam lectionem conjectio causa fuisse, vt explicationi & reuincendi rum hæreseon gratia,legi cœperit apud Græcos iam ætate B. Chrisostomi & Theophilacti*, ὁ δὲ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ, *id est: secundus homo ipse Dominus de cœlo; nec aliter Syriacè; quamquam interim Vulgato Latino Interpreti, & ipsi Tertulliano consentiant BB. Ambr. & Hieron. alicubi. Quare rectè addit Auctor*: Sequentia eum (*Marcionem nempè*) comprimunt; Qualis qui de terra, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes; *vbi subintelligo hominem aut homines aduersos. Atqui de intellectu huius scripturæ vide suprà lib.de Carne Christi,cap.8. & 17.*

164. Sicut portauimus,inquit,imaginem terreni,portemus & imaginem cœlestis,&c.] *Est hic aduersarij Auctoris explicatus:* Portemus enim, inquit, non portabimus; præcepitiuè,non promissiuè; *contra Erasmum, qui opinatur aptius esse huic loco futurum tempus; atque adeò etiam minus toleranda Latina vulgatæ aditumis Iudoci Clarij calligatio, qui subflituit*: portabimus, *pro*: portemus; *quum istud legant non modò Latini B. Cyprian. lib. de Disc. & hab. virg. lib.de Zelo & liuore,lib.2.Testim.cap.10. & lib.3.cap. 11. B. Ambros.in Comment. fed etiam Græcolatinus B.Iren.lib.5.cap.9. Immò Græcus Theophilactus, vel Erasmo teste, vtramque lectionem interpretatur, & insuper quidam Græci codices legunt* φορέσωμεν, *id est*: portemus,*pro eo quod alij*, φορτώσωμεν.

165. Hoc enim dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt,&c.] *Istud latissimè tractat lib. de Resurr.car.Tertullian.c.49.50.& 51.quò, & ad Adnotat. nostras ibidem Lectorem remittimus; prout etiam de illo ad Gal.5.vbi* operibus carnis abstulit regnum Dei; & quod aliàs (*id est alibi, nempè Rom.8.*) dicit Apostolus: Eos qui in carne sunt,Deo placere non posse.

166. Ita & corpus carnalium operum vas est, anima est autem quæ in illo venenum alicuius mali fácti temperat,&c.] *De hoc Auctorie loquendo non ponit, & deinde consuncit, sicutietiam suprà lib.3. adu.Marc.cap.vlt.* Et nos mutabimur in atomo,in oculi momentaneo motu; *vbi videtur pro illorum sententia facere qui legunt*: ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, *pro eo quod alij*: ἐν ῥιπῇ, *id est*: *in ictu. Suprà in eorum lib. de Resurr. carn.cap.51.eodem quidem modo legit, sed ordine Apostoli seruato. De* demutatione *autem quod Apostolo dissatur, vide suprà dict.lib. de Resurr.carn. cap.41. & 42. etiam de illo quod pulcrè hic ab Auctore explicatur:* Oportet enim corruptiuum hoc, &c. induere incorruptelam, &c. *& de illo Matth.22.* Erimus sicut angeli Dei, *eiusdem lib.cap.62. Quibus locis vide & Adnotat.nostras. Atqui calligamus mox secundum vestigia alterius Vatic. MS. iuxta quod etiam suprà num. 165.* caro & sanguis regnum Dei non consequentur, *pro*: consequetur.

169. accedit resurrectioni,&c.] Accedere(*inquit Rhen.*) *frequenter vsurpat pro accidens esse; vt in præcedentibus*: Quod & in ipso hîc accedit, *& paulo antè*: Nisi ex accedentibus cui magis competant.

170. Vbi est mors victoria tua,vel contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? &c.] *Sic hic ex MS. Vatic. addentes* tua; *iterum legentes*: vel; *pro eo quod substituerat Rhenanus*: vbi. *Volutenum Auctor indicare variam eius lectionem tam Græcam, quàm Latinam, & quæ suprà Latius Adnot. nostrum l. de Resurr.carn.cap.51.num.368. nisi forte ex margine irrepserit*: victoria tua vel. *nam Auctoris vtitatam esse lectionem*: vbi est contentio tua, *quamquam ordine verborum sequentium immutato, ibidem ostendimus.*

171. Nec alij Deo gratias dicit,quòd nobis victoriam, &c.p.præditerit,&c.] *Quum hic nihil variet à vulgata interprete, videtur probabile, vtramque illam lectionem Auctorem edidisse, quum etiam hic τῷ νίκας vsurpet Apostolus. Ceterùm exc.xvj. Epist.priorie ad Cor.nihil adnotauit Auctor, neque etiam B.Epiphanius,puto quòd id Marcion resecdisset.*

Cap. xi.

172. Si Deus commune vocabulum factum est, &c.] *Titulum veterem ad margienm sic auximus*: De epistola ii. ad Corinthios ex cap. i.iii. & iiii. *nam ex ii.nihil adfert. Aquirectè addis*: vitio errotis humani, *ad idololatriam adludens, qua plures Dei dicuntur & creduntur; de qua suprà T.i. Apologet. adu.Gent. & Tom. 2.l.de Idolol.loco quàm plurimi.*

173. Benedictus tamen Deus Domini nostri Iesu Christi,&c.] *Istud adfert ex Apostolo 2. Cor. 1. sicuti quod mox subiungit*: misericordiarum pater, *explicas ex scripturis Gen.1. & Daniel.3.illud*: Benedictus, *& adiuua & passiuè.*

174. & ab vniuersis benedicitur, habes Danielem, &c.] *Quum istud citetur vsus Theodotionem & lxx. non verò iuxta Hebraos, Danielis 3. vbi tres pueri hymnum cantasse leguntur*: Benedicite, *in quo ab vniuersis benedicitur Deus; confirmatur illius cantici auctor tutas. Quod etiam Rufinus lib.2.adu. B.Hieron.immò & ipse Hieron.lib.1. Inuect. in eundem, & B. Auguft. sermon. 47. de Sanctis, agnoscunt iam tum in Ecclesia vsitatum fuisse. Citantur quoque alicubi suprà, nisi fallor, ab Auctore ipso quadam cantica verba. Quare & à B. Cyprian. lib. de Orat. Dominica citatur illud etiam apud Hebræos desideratum: Tunc illi tres quasi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum.*

175. misericors & miserator & misericordiæ plurimus,&c.] *Ordine verborum immutato, & phrasi sua, citat istud ex sap.3.Ione, addens &* misericordiam præstitam Niniuitis, *Ion.3.* Ezechiæ, *4.Reg.20.* Achab, *3.Reg.21. &* Dauid, *2. Reg.12. de quibus pene omnibus, ipsdem verbis suprà lib.4.aduers. Marc.cap.10.Lego autem ex altero MS.Vatic.cod. more Tertullianico*: Iezabelis, *pro*: Iezabel.

176. Accidens enim est quod adscribitur,&c.] *Pulcra definitio* Accidentis.

177. Sic & testamentum nouum, &c.] *Quasi aliud agens transfis ad illud 2.Cor.3. Qui idemet nos fecit ministros noui* testamenti, non littera, sed spiritus; *quare rectè Rhenan. castigauit*: etsi non littera, at eius spiritus. *Adludit etiam ad id quod præcedit*: sed *spiritu Dei viuo, non in tabulis lapideis, quum subiungit*: Denique qui litterâ tabulis lapideis (*Exod.* 24.) inciderat, idem & de spiritu edixerat: Effundam, *&c. Ioel. 3.Reditus verò ad verba 2. Cor.3.* Et si litteta occidit, spiritus verò viuificat, *id comparans cum scriptura Deuter.32.non semel suprà citata. Atqui B.Epiph.aduers.Marc.ex Epist.11. ad Corinth. Confut.1.malunt in medium adferre illud c. 1.* Quotquot enim sunt promissiones Dei,in ipso ipsum etiam sunt, quapropter & per ipsum, Amen Deo.

178. Olim duplicem vim creatoris vindicauimus, & iudicis & boni, &c.] *Sic legimus ex altero Vat. MS. cod. pro* vindicamus, *quia adludit ad 2.lib.adu.Marc. tui hunc titulum dedimus*: De Deo iusto, et tamen optimo.

179. Commemorat & de velamine Moysei quo faciem tegebat incontemplabilem filiis Israël,&c.] *De hoc quod sumpsit Apostolus ex cap.34. Exod. vide suprà Adnotat. nostras lib.4. aduers.Marc.cap.22. num.364. Atqui & istud, & quod sequitur*: Si ideò vt claritatem maiorem, *&c. magis paraphastice & citat ex Apostolo, quàm ad verbum. Legimus* Moysei,*pro*: Moysi, *ex Vat.2.MS. idque tum hic, tum paulopòst etiam sexies.*

180. Sed obtusa sunt sensus mundi, &c.] *Benè habet quòd Auctor in hac translatione Latino Interpreti consentiat, quantumuis Græce sit*: ἐπωρώθη τὰ νοήματα. *Quibus consentit etiam B.Cyprianus lib.2. Testim. aduers. Iud.cap.4. quare & hic minus libera est Clarij castigatio*: obcæcati sunt. *Legimus verò ex*

altero Patic. MS. cod. more Tertullianeo: De Israële (*pro*: Israël) enim dicit: ad hodiernum vsque velamen idipsum (*subaudi, impositum est*) in corde ipsorum. *Nihil verò etiam differtin eo quod sequitur, nisi quòd phrasis sua dicat dependentaliter*: Quum verò conuerterit ad Deum (*pro, conuersus fuerit*) auferetur velamen.

181. Dicit ergo nos iam aperta facie, &c.] *Hic variat ab alio Auctor, quòd legat duntaxat*: contemplantes Christum, *pro: gloriam Domini; magis verò Græco contextui consentit illud*: eadem imagine transfigurati à gloria, *&c.* in gloriam, *vbi Parenthesi distinximus intermedium illud* (qua scilicet ex Moyses transfiguratur à gloria Domini.)

182. tamquam à Domino (inquit) spirituum, &c.] *Quod mirum est, differt hic ab editionibus omnibus Auctor legens*: à Domino spirituum, *quum omnes legant in singulari, aut*: à Domini spiritu; *quomodo B. Ambr. Theoph. & vulgatus Interpres*; *aut*: à Domino spiritus, *sicuti Græci codices hodierni*; *aut*: à Domino spiritu, *velut Græci quidam & Syrus Interpres*; *aut denique*: ad Domini spiritum, *si mendosi non sint codices, quemadmodum B. Augustinus lib. de Ciuitate Dei* 22. *cap.* 29.

183. Nos contrà sic distinguendum dicimus: In quibus Deus; dehinc: zui huius excæcauit mentes infidelium, &c.] *Sic Auctor ipse habet* 2. *Cor.* 4. *distinguit, aduersus Marcionem, qui legebat*: In quibus Deus zui huius, &c. *quamquam interim paulopost nihil facere pro Marcione ostendat, etiamsi distinguatur posteriori modo, si per* Dominum zui huius interpretemur diabolum; *ostendens denique prorsus illius interpretationem de* Deo creatore, *repugnare quod sequitur*: quoniam Deus qui dixit ex tenebris lumen splendescere, reluxit in cordibus nostris ad illuminationem agnitionis suæ in persona Christi. *Sic enim, iuxta Apostolum, & ipsum Auctorem suprà lib. de Resurr. carn. cap.* 49. *distinguo, nouam periodum ibi incipiens*: Quis dixit: fiat lux? *Quem postremum locum Apostoli B. Epiphan. etiam adu. Marc. adfert Confut.* 2. *ex hac* 2. *Epist. ad Cor. Atque priorem illam distinctionem* (quam magis etiam probare videtur Tertullianus) *desumpsit ex B. Irenæo lib.* 3. *cap.* 7. *qui etiam similes locos hyperbatis plenos ex Apostolo citat*; *quos sequuntur B. Chrys. Theophil. & aly Græci, quod difficile est explicare quomodo* diabolus Deus huius zui *diceretur. Posteriorem maluerunt amplecti B. Cyrillus cit. antibus Seboliu Græcus, & B. Ambrosius. Vtramque adtingunt & B. Chrysost. & B. August. lib.* 22. *contra Faustum cap.* 2. *& cap.* 9. *putans nihil absurdi esse*, Diabolum vocari Deum huius æui, *quum dictum sit ab Apostolo: Quorum Deus venter est*; *& in Psalmo: Dij gentium demonia. Prorsus autem legendum*: Ita non huius æui Deus, *pro*: Ira cæci, *quia habet eam priorem sensum prosequitur, posteriorem duntaxat incipiens eo loco*: Er positum, *&c. vbi etiam sustulit illud*: esse; *quum sequatur*: huius zui Dominum (*seu potius*: Deum, *quamquam noluerim immutare, quòd illud legât etiam MS. Vat.*) diabolum interpretari. *Atqui*: contentus victoria, *in Genitiue, phrasis est Tertullianea* (*etiam adnotante Rhenano*) *& vsitata, Græcum est Auberbium, pro certè, profectò.*

184. Ero similis altissimi, ponam in nubibus thronum meum, &c.] *Suprà ca.* 17. *citat ipsum Isai.* 14. *magis conformiter editionibus omnibus* (*nam hic ordinem immutauit*) Ponam in nubibus thronum meum, ero similis altissimo. *Est autem vtraque lectio bona, sine*: altissimi, *sine*: altissimo. *Verumtamen adhuc paulo aliter legunt editionei aliæ, vtpote priori loco*: *super astra cæli ponam thronum meum, & deinde*: ascendam *super nubes. Supplemus autem paulopost*: Et de illuminatione mundi, *&c.*

185. Significatum est (inquit) super nos, &c.] *Peculiaris est hæc Auctoris Psal.* 4. *lectio, pro eo quod aly omnes transtulerunt*: Signatum est; *verùm videtur Auctor legisse* σημειωθη, *deriuatum à σημειον, quod & significo, & signo, verti potest, pro eo quod hodie Græce legitur* σημειωθη. *à σημειον. Atqui de phrasi Tertullianea, qua personam, Græce* προσωπον, *hic pro facie quater interpretatur, inde suprà lib.* 3. *adu. Marc. cap.* 6. *num.* 39. *fecimus etiam de illo ad quod videtur hic adludere ex Threnor. cap.* 4. Spiritus personæ nostræ Christus Dominus, *quem addit*: Persona autem Dei Christus Dominus.

186. Qui est imago, inquit, Dei, &c.] *Recte præmittit*: Vnde & suprà Apostolus, *quia interpositur ab Apostolo ante illud: Quoniam Deus, &c. sicut etiam Euangelij mentio, quam præmittit Apostolus: Verum fulget illuminatio Euangelij.*

187. quam nos ad Ephesios præscriptam habemus, hæretici verò ad Laodicenos, &c.] *De hac Epistola aduersus Marcionitas etiam producit testimonia infrà cap.* 17. *Vbi explicatur etiam illud*: Meminisse Nationes, *&c. sed longè alio verbio magis Apostolo congruentibus*; *de quo proinde ibi latiùs nu.* 270. *Hic duntaxat, unde ea sit, animus*: etiam sine Deo essent, *pro*: sine Domino, *maximè quum illud explicans subiungat Auctor*: Ergo si Nationes sine Deo dixit esse.

188. Quale est autem, &c.] *Redit ad Apostolum* 2. *Cor.* 4. *vbi bene habet quòd cum Interprete vulgato vertat*: fictilibus, *quod Græcè est* οστρακινοις, *itaque non semel, aprissimè verò transfertur vox Græca*: ἡ ὑπερβολὴ, eminentia, *non ab Auctore duntaxat, sed & à B. Augustino. Epist.* 154. *& Serm.* 15. *de verbis Apostoli.*

189. in quibus tanta nos pati dicit, &c.] *Tribus verbis duos versus Apostoli expressit Auctor, addens ex versu sequentis* in quibus etiam mortificationem circumferimus Domini; *sic enim prorsus legimus pro*: Dei, *tum quod nullo modo huic loco sit competat, tum quod Græcè sit* τοῦ κυρίου ἡμῶν, *vbi Latinè hodie legitur Iesu Christi*; *tum denique quod mox subiungat*: in qua & mors Christi circumfertur (*nam eo modo vertit etiam B. Ambrosius* γὰρ καὶ) *Et verò mors Dei impropriè diceretur etiam de Christo, quod ipsum tamen paulopost repetit, legens cum B. Ambrosio, sicuti Græce est*: vt & vita Christi manifesteturin corpore nostro, *& rectè, quum apud Apostolum repetatur: in carne nostra mortali. Atqui B. Epiphan. aduers. Marc. ex Epist.* 2. *ad Corinth. Confut.* 3. *scribit resedisse intermedium illud*: sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, *inter illa Apostoli verba*: Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur.

190. Et quomodo in sequentibus non ad visibilia, &c.] *Hic nullum ordinem verborum Apostolo obseruat*; *nam* ad temporalia & æterna nos adhortatur *in fine capitis*; *vbi bene habet* temporalia, *non temporaria, quod Græcè sit* πρόσκαιρα. *Et multo antè præmittitur ab Apostolo quod hic sequitur*: exteriorem hominem nostrum corrumpi, *cui etiam vel ipso teste præmittitur*: Et non deficiemus; *vbi mirum est hic legi, quum editiones alia legant*: deficimus. *Deinde sequitur*: interiorem hominem nostrum renouari de die in diem. *Atqui de exteriori & interiori homine, vide late tractatum suprà lib. de Resurr. carnis c.* 40. 41. 42. 43. *& seq.*

Cap. xii.

191. Terreni domicilij nostri, &c.] *Caput hoc inscribimus*: Ex ciusdem Epistolæ ca. 5. 6. 7. 11. 12. *&* 13. *nam ex* 8. 9. *ac* 10. *&* 14. *capitibus nihil adfert Auctor, sicuti nihil ex his omnibus B. Epiphanius. Atqui ex eo quod suprà lib. de Resurr. carn. cap.* 41. *ostendimus, num.* 290. *legi debere*: terrena domus nostra; *patet etiam hîc legi debere*: Terrenum domicilium nostrum, *pro eo quod erat*: Terreni domicilij nostri. *Bene autem habet quòd cum vulgare Interprete interpretetur*: non manufactam, *vocem Græcam* ἀχειροποίητος; *vbi prorsus subsilituimus*: in cœlis, *prout habet tum Apostolus, tum Auctor hu loco citato, pro*: in cœlo.

192. Ingemere nos de isto tabernaculo corporis terreni; quod de cœlo est superindui cupientes, &c.] *Sic distinguendum esse hunc Apostoli locum ibidem tradidimus nu.* 291. *ex quo loco etiam, & ipse Auctor paulopost castigamus*: superindui, *pro*: superinduere. *Vbi etiam tractatur illud*: Siquidem & despoliati non inueniamur nudi; *sic enim ex eodem loco secundum Apostolum castigamus, pro*: inueniemur. *Hic autem paraphrastice transfulit de hoc tabernaculo corporis terreni, pro eo quod duntaxat est apud Apostolum*: in hoc; *quod adeò partim id desumpsit ex sequentibus his*[e] *verbis* Etenim

Etenim qui ſumus in iſto tabernaculo corporis (*vbi addit:* corporis *ad explicationem maiorem*) ingemimus quòd grauemur, *& c. vbi haud dubie legit* νεκυν: *cæ, quæ hodie Græcè deſideratur, & Veritur à vulgato Interprete.*

193. quod in prima Epiſtola ſtrinxit, &c.] *Loquitur de* 1. *Epiſt. ad Corinth. Adnotat autem Rhenan. accipi:* ſtrinxit *pro: perſtrinxit, hoc eſt obiter in dicauit, vel leuiter adtigit.*

194. vti deuoretur mortale hoc à vita, &c.] *De hoc vide ſupra eiuſdem lib. de Reſurr. carn. c. 42. nu. 296. & latiſſimè ex propoſito, toto cap. 54. Sicuti de illo:* & attrabonem nos Spiritus dicit à Deo habere, *cap. 51. num. 366.*

195. & abeſſe à Domino, &c.] *Vide & de hoc ſupra dict. lib. cap. 43. num. 304. & 305. Vbi interim legit* peregrinari à Domino *non ſemel, quod hic hos tranſtulit:* abeſſe; *vt magis explicet verba illa Græca contraria* ἐνδημοῦντες *&* ἐκδημοῦμεν; *& hic:* boni ducere *vertit, quod ibi:* bonum ducere, *Græcè,* εὐδοκοῦμεν, *vel interprete Rhenano, qui ſimilem locum adfert 1. Cor. 1. ſupra huius lib. cap. 5.* boni ducit Deus per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes; *quo ſit, vt exiſtimem etiam ibi ſite legendum:* plenitudinem in ſemetipſo inhabitare.

196. Atque adeò omnes ait nos oportere manifeſtari, &c.] *Etiam de hoc latiùs tractatum habes dicti lib. cap. 43. num. 309. & 310. Hic dumtaxat variat, quòd habeat:* vt recipiat vnuſquiſque quæ per corpus admiſit, *illic verò:* vt reportet per corpus ſecundum quæ geſſit; *nec mirum, quum etiam Græcè Amphibologia ſit.*

197. Si enim tunc retributio meritorum, &c.] *Etiam hoc facit pro meritis operum ſuicuis & quod ſequitur:* diſpunctionem boni & mali operis, *id eſt, vel Rhenano teſte, compenſationem remunerationémque. nam quod addit, ſeu potius inquiſitionem & examen retum bene vel malè geſtarum, non placet, vtpotè quum Auctor priori modo ſemper:* diſpunctionem *accipiat. Iterum* repræſentationem *hic accipi pro vera exhibitione.*

198. Siqua ergo conditio noua in Chriſto, &c.] Conditio, *more Tertullianico, accipitur pro: creatura, Græcè* κτίσις. *Conſentit verò etiam hic eum Interprete vulgato Latino vertens:* Si qua, *pro: ea quod ſi ſidurus Clarius cum Eraſmo nimis liberè: Siquis. De ſequentibus partim verbis ex Iſai. cap. 43. vide ſupra lib. 1. adu. Marc. cap. 20. num. 142. & lib. 4. cap. 1. num. 11.*

199. Si etiam iubet, vt mundemus nos ab inquinamento carnis & ſanguinis, &c.] *Tranſit quaſi aliud agens ad cap. 7. quum alibi tractauerit quadam de cap. 6. maximè verò illud:* nolite iugum ducere cum infidelibus, *ſupra Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem. Verum hic locus planè eſt mutilus etiam in M.S. Vat. codicibus, vſque adeò vt reſtitui per me non poſſerit. Hoc interim videtur velle Auctor:* Si etiam iubet vt mundemus nos ab inquinamento carnis, *& ſpiritus (id enim addit Apoſtolus) ſignificat,* carnis & ſanguinis *non opera, ſed* ſubſtantiam capere regnum Dei.

200. Si & virginem ſanctam deſtinat Eccleſiam adſignare Chriſto.] *Hic ſimiliter tranſit, prætermiſſis* 8. 9. & 10. *cap. ad illud* 2. *Cor. 11.* Deſtinaui vos virginem ſanctam adſignare Chriſto, *nempè* Eccleſiam. *vbi vertit* Deſtinaui, *& B. Hier. Statui, in Amos Prophetam, quod Græcè eſt* ἡρμοσάμεθα, *quod alij* vertere maluntˑ *Aptaui, B. Ambroſ. Parani, & vulgatus Interpres Larnui, & Syrus, & Firmilianus inter opera B. Cypriani, Epiſt. 75. Deſponſa: à quo etiam non abludit Auctor, quum addit:* tamquam ſponſam ſponſo. *Deinde* ſanctam, *pro* ἁγνὴν, *quod magis proprie alij omnes transferunt: caſtam; quorum vtrumque elim legebatur apud Firmilianum. Denique* adſignare, *cum Interprete Firmiliano* ἁρμόσασθαι, *quod alij vertunt; exhibere, & Syrus: offerre.*

201. Si & pſeudapoſtolos dicit operarios doloſos transfiguratores fui, &c.] *Quod hic omittit Auctor, habes ſupra lib. 4. adu. Marc. c. 5. Idcò, inquit,* & pſeudapoſtoli, quòd per falſum imitarentur (*hoc eſt:* transfigurari) Apoſtolos Chriſti; *eoſdem lib. de Præſcr. adu. hær. c. 4.* adulteros euangelizatores *vocat; vbi c. 6. citat etiam ſequentem ſcripturam:* de transfiguratione Satanæ in angelum lucis. *Atque mirum eſt illud:* quem & nos & Marcion nouimus angelum de paradiſo; *neque enim angelus, ſed ſerpens vocatur in paradiſo, Gen. 3. Satanas; ſed non hoc vult Auctor in ſcripturis id dici, ſed fide nouiſſe ſe & Marcionem, eundem eſſe Satanam & angelum malum, qui ibi ſerpens appellatur.*

202. Hic illud fortè mirabor, ſi proprium potuit habere paradiſum Deus, &c.] *Hic tranſit ad c. 12. poſteriorib. ad Corinthios,* raptum Apoſtoli in Paradiſum & tertium cœlum, *comparans cum ſublatione Helix in cœlum, 4. Reg. 2. De prioribus tractauit latius ſupra lib. de Præſcript. adu. hæreſ. c. 24. Vbi vide Adnot. Quintini num. 146. de altero, lib. de Anima c. 35. & 50. Vbi vide Adnot. noſtras num. 564.*

203. percutiendi & fœuiendi alienum, &c.] *Sic (inquit Rhenan.) lib. de Reſurr. carnis: (nempè c. 32.)* Quis ergo diſcendi magis adſinis quàm præſumendi, *& eodem lib.* in re aliena ſalutis, *item:* in alienam culpæ. *Adludit autem ad illud Apoſtoli:* adplicatus eſt mihi colaphizando angelus Satanæ, *&* vter Dominum obſecraui, *& c. Et dixit:* Sufficit tibi gratia mea vt virtus in infirmitate perficeretur. *Atqui rurſus:* æmulantem *hic accipit pro: odio (ſi ſic de Deo loqui licet) habentem. Fortaſſe adludit ad illud Proverb. 6. Sex ſunt quæ odit Dominus: Oculos elatos, &c.*

204. Quid & ſormani legis adhuc tenet Galatarum caſtigator, &c.] *Hoc vult Auctor quòd Apoſtolus, quamquam ea de cauſa* Galatarum caſtigator, *adhuc videatur* formam legis tenere, *per illa* 2. *Cor.* 13. *verba:* In ore trium teſtium ſtabitur omne verbum, *quod ex Deut. cap. 19. ſumptum eſt. De quo vide ſupra Adn. noſtras lib. de Præſcript. adu. hær. cap. 22. nu. 135. & lib. 4. adu. Marc. cap. 22. num. 329.*

205. Quid & non parſurum ſe peccatoribus, &c.] *Sic paucis reddit illud Apoſtoli ibidem:* qui antè peccauerunt non parcam, *adiudens ad illud ſub finem capitis:* vt non in præſentia duriùs agam ſecundum poteſtatem à Domino datam. *Vbi conſentit vulgato Interpreti, quòd transferat* διστάσω, *à* χρῶμαι, *durius agere.*

CAP. XIII.

206. Quando opuſculum profligatur, &c.] *Inſcriptionem veterem ad marginem tamen reiectam ſic delatauimus:* DE EPISTOLA AD ROMANOS ex cap. I. II. III. V. VI. & VII. *Sunt autem voces Tertullianicæ:* profligatur, retractanda, *&* tramittenda. *Atqui legimus prorſus:* qui toties probauerim, ceſſionem eius nullum argumentum præſtare, *& c. pro eo quod erat corruptiſſ. contrario ſenſu:* quoties probauerim ceſſionem eius, nullum, *& c. idque ex magis quòd ſequatur:* quatenus & ipſe Apoſtolus legem plurimùm (*id eſt interprete Rhenano, maximè, maxima ex parte*) videtur excludere; *ſic enim etiam caſtigo, pro:* ipſa epiſtola, *eo quòd ſequatur:* Sed & iudicem Deum ab Apoſtolo citeumſterri, *& c. Intelligit autem potiſſimum librum hunc hactenus.*

207. Non enim me pudet Euangelij, &c.] *Hic incipit tractare verba Apoſtoli Roman. 1.* quædam *præcedentia & ſequentia* tramittens, quod ſæpiùs occurrerint; *ſicuti initio huius cap. dixit. Bene autem habet quòd Veritas Auctor ſicuti Latinus vulgatus Interpres:* omni credenti, Ludæo (*omiſſa tamen voce:* primùm, *quam omnes legunt*) & Græco, *& c.*

208. Quoniam & iram Dei dicit reuelari de cœlo, &c.] *Neceſſario addimus:* Dei, *tum quòd eam Apoſtolus habeat, tum quòd Auctor ſubiungat:* Cuius Dei ira? *& deinceps de ira Dei diſcepet, quam an proprie, an pro vindicta accepcrit Auctor, vide noſtra Prolegomena inter eius Paradoxa. Fortaſſis legit etiam* veritatem Dei, *eo quòd addat:* Ergo & veritas eius erit, cuius & ira; *ſed quia Græcè hodie non legitur, addendum non putaui. At prorſus lego:* detinent, *pro:* detinеant. *Porrò reſtè Rhenan. interpretatur:* in vltionem veritatis, *nempè recepte & expleſæ.*

209. Scimius autem iudicium Dei ſecundum veritatem eſſe, &c.] *Tranſit ad* 2. *cap. Epiſt. ad Roman. vbi ex altero M.S. Vat. caſtigatimus:* itam ipſam, *pro:* ipſa.

210. Quantas autem foueas in iſta vel maximè Epiſtola Marcion feceritˑ &c.] *Iudicat ſe dumtaxat tractare,*

quæ Marcion eradenda non vidit, *quum tamen* abstulerit quæ voluit; *hinc factum vt paucissimis locis Epistolæ prolixissimæ in medium prodeant, sicut etiam B. Epiphanius. Eodem pertinent quæ habet cap. sequen.* Salio & hîc amplissimum abruptum intercisæ scripturæ, *& paulopòst*: qui tanta de scripturis ademisti.

211. Sienim iudicabit Deus occulta hominum &c.] *MS. Vatic. 2.* iudicauit, *sed illud habet Apostolus iuxta adiones omnes.*

212. Tam eorum qui in lege deliquerunt, quàm eorum qui sine lege, &c.] *Illud præcedit apud Apostolum verba præcedentia, sicuti etiam illud*: Quia & hi legem ignorant (*quod legis pro eo quod Apostolus: non habent*) & natura faciunt quæ sunt legis. *De qua Apostoli phrasi vide supra Tom. 2. lib. de Cor. milit. c. 6. nu. 56. Atque item B. Epiphan. locum hunc citat. adu. Marcionem ex Epistola ad Romanos Confut. 2.*

213. secundum Euangelium (inquit) per Christum, &c.] *Hoc immediatè sequitur verba num. 217. Vbi omittere videtur ex proposito*: meum, *quod habent alia exemplaria Apostoli*; *vt magis ostendat*: Dei eiusdem esse Euangelium & Christum, cuius Lex & natura. *Est autem notatu dignum supplementum ex MS. Vatic. 2. codicibus*: sed in illum, cuius dum hæc sunt, iudicium dico & iram, etiam illa ipsius sint necesse est, *pro eo quod erat dumtaxat*: cuius hæc sunt, *&* : ira.

214. Et ideò vehitur in transgressores Legis, &c.] Vehitur (*inquit Rhenan.*) *pro*: *inuehitur. Differt autem Auctor ab alijs, quòd legat*: docentes non furati, & furantes, *pro eo quod alij*: *prædicantes. Quod quum Marcion in Deum Creatorem retorqueret, sè negat ita intelligi posse*; *verum latius de furto quod perperam Ægyptius impingebat ille, supra lib. 2. adu. Marcionem c. 20. Lege autem mox more Tertullianico*: deuertisse, *pro*: diuertisse, *& retinet eum Rhenano* incessetat, *quamtumuis Vat. 2. legant*: ingesserat, *ne sit repertio eiusdem vocis*; *nam sequitur*: vt ingesserit.

215. Propter vos, nomen Dei blasphematur, &c.] *Supra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 13. additur*: in gentibus, *& lib. 3. adu. Marc. cap. 23. ac lib. 4. cap. 14.* in nationibus. *id enim habet tam Isai. cap. 52. iuxta LXX. quàm Apostolus, sed ad institutum hic non faciebat. Vertit autem*: Propter vos, *quod Græcè est*, δι' ὑμᾶς.

216. Præfert & circumcisioni carnis præputiationem; apud Deum enim Legis, &c.] *Prorsus sic legendum & suppleudum est, si Apostoli sensum hîc verbis exprimi velimus, pro eo quod erat contrario sensu*: circumcisionem cordis præputiationi. *Nam sequitur ex eiusdem capitis calce*: apud Deum enim (*sic supplet*) Legis facta est circumcisio cordis, non carnis, spiritu non litteta. *Illud autem de* Iudæo in occulto & in aperto *intermedium est inter illa. Atqui ipsa hæc huius loci verba Apostoli adfert B. Epiphan. in Marc. Confutat. 2. ex Epist. ad Romanos, sicuti etiam præcedentia illa*: habentem fotmatem cognitionis ac veritatis in Lege, *Confut. 3.*

217. Tunc lex, nunc iustitia per fidem Christi, &c.] *Transijens ad cap. 3. ad Rom. paucissimis hisce verbis comprehendit versus 20. 21. & 22. Atqui omninò legimus*: Christi distinctio, dispositionum est, (*id est Testamentorum, ea enim frequentissimè significatione vtitur hoc loco Auctor his 5. libris adu. Marcionem*) non Deorum, *pro eo quod erat corruptissimè*: distinctio dispositio nunc est.

218. Monet iustificatos ex fide, *&c.* pacem ad Deum habere, &c.] *In his verbis inuitis c. 5. (omisso toto cap. 4.) Epist. ad Rom. legit Auctor* ἔσχωμεν, *id est* habemus, *pro eo quod alij* ἔχομεν, *habeamus. Atqui alius omissis tractat Epiphan. adu. Marc. ex epist. ad Rom. Confut. 4. illud*: Ad quid (*sic enim lego, pro*: Adhuc) enim Christus, quum nos essemus debiles adhuc iuxta tempus, pro impiis mortuus est?

219. Lex autem (inquit) subintroiuit, vt abundatet delictum, &c.] *Verbi huc qua insine eiusdem cap. habentur, paraphrastica addit*: vt superabundaret (inquit) gratia.

220. intercalauit, &c.] *Id est* (*inquit Rhenan.*) *intercisit, interposuit, interseruit, mediam immisit*; *nam hîc id significat* intercalare. *Eius verbi meminit Macrobius etiam de ratione intercalandi: abunde differens. Iulius Cæsar instituit, vt vnus dies quarto quoque anne* intercalaretur, *hoc est inseretur*: *vnde hi sextilem annum Plinius* intercalatem *vocat, & Liuius mensem dixit* intercalarium. *Græci* ἐμβόλιμον *appellant, &* ἐμβολιαῖον.

221. vt quemadmodum, *&c.* regnauerat peccatum in mortem, &c.] *Videtur hoc loco legisse Auctor, sicut etiam Syrus Interpres*, εἰς θανατον.

222. Propter hoc omnia concluserat, &c.] *Ex persona Marcionis per Ironiam hæc adferuntur, desumpta partim ex Epist. ad Gal. c. 3. partim Rom. 3. vbi etiam conformiter sua hæresi subtiliterat*: concluſit omnia Lex creatoris sub peccatum, *pro eo quod Apostolus*: concluſit ſcriptura omnia, *&c. Atqui legimus more Tertullianico ex vtroque Vatic. MS. cod.* ne qui gloriaretur, *pro*: ne quis.

223. Mortuos enim nos (inquit) Legi, &c.] *Etiam hoc ex persona Marcionis, & ex corrupta eius scriptura, quippe qui verterit*: Mortuos nos legi, *vbi Apostolus dicit*: mortuos peccato, *Rom. 6. sub initium capitis*; *sed rectè eum confutat ex sequentibus verbis, vbi subijcit*: Christum ex mortuis resurrexisse.

224. Quid ergo dicemus? Quia Lex peccatum? Absit, &c.] *Transit ad 7. cap. Epist. ad Rom. vbi nihil differt ab aliis, neque hic neque ibi*: Sed ego delictum, *&c. Immo cum vulgato Interprete Latino mox vertit*: seduxit, *quod Græcè est* ἐξηπάτησεν.

225. liquuit, &c.] Liquuit (*inquit Rhenanus*) *hoc est à* liquet *impersonali verbo, pro claruit, innotuit, manifestum euasit. Atque hoc est quod Paulus docet*, ἁμαρτία οὐκ ἐγνω εἰ μὴ διὰ νόμου, *id est*: *Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Porro verbo* liquuit, *à liquet, vtitur lib. de Carne Christi, cap. 17.* quam quam iam liquuit (*inquit*) & de nomine hominis, & de statu qualitatis, & de sensu tractationis, & de exitu passionis, humanam constitisse; liquuit, *id est apparuit, constitit. Legunt quidem Rhenan. & Vatic. 1. cod. MS.* liquit, *sed vt sit differentia, illud magis placet.*

226. Lex sancta, & præceptum eius iustum & bonum, &c.] *Idipsum tractat B. Epiphanius adu. Marc. ex Epist. ad Rom. Confut. 5. qui præterea legit, sicuti omnes Apostoli editiones, quod omissum est ab Auctore*: sanctum *Pulcrè autem explicat spiritalem legem Auctor*, propheticam & figuratam.

CAP. XIIII.

227. Hunc si pater misit in similitudinem carnis peccati, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Ex eiusdem Epistolæ ad Roman. cap. 8. 10. 11. 12. 13. & 14. *Atqui in verbis illis Rom. 8. consentit vulgato Latino Interpres, quòd legat*: in similitudinem.

228. Peccatum enim carni suprà adscripsit, &c.] *Hîc adfert ex cap. 7. quod cap. præcedenti omiserat, quod hîc ad institutum magis faceret, paraphrastice, & dumtaxat, vbi* legem sensus *more suo transtulit, pro* lege mentis; *vt non sit mirum etiam vulgatum Interpretem nonnumquam sensum eadem fingendæ tranſtulisse, sicuti rursum Auctor cum ille infrà nu. 236. Atqui legimus ex vtroque MS. Vat. cod.* id est carnes, *nempè* substantia, *pro*: carne. *Et verò rursum hîc voces & phrases Tertullianæ*: remediatet; *&*: ſtatu; *ac*: cenſu, *denique* (*adnotante etiam Rhenano*) altetius pat. *Rursus etiam castigamus ex vtroque MS. Vatic.* quâ hoc tantum est, *pro*: quia.

229. quomodo nolit nos esse in carne, quum simus in carne, &c.] *Etiam paraphrastice hîc adludit ad verba Apostoli Rom. 7.* Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne. *De quibus vide supra lib. de Resurr. carnis, c. 46. Castigamus verò ex duobus MS. Vatic. cod.* in operibus carnis, *pro*: ex. *Atqui B. Epiph. adu. Marc. Confut. 6. vtget quod præmittitur istis apud Apostolum*: vt iustificatio Legis impleretur in nobis.

230. spiritus autè vita propter iustitiam, &c.] *Quum etiam sic legat supradicto loco lib. de Resurr. carn. Auctor, confirmatur Græcorum*

Græcorum & emendatiorum Latinorum codicum lectio : vita, *pro eo quod alij* : viuit. *Propriè etiam transtulit utrobique iustitiam, quod Græcè est τὸ δικαιοσύνιον. Ibidem etiam latius & citantur & tractantur verba sequentia Apostoli*: Qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit (*quod retinuimus, etiamsi Vat.MS. 2. habeant* viuificauit) & mortalia corpora vestra.

231. dici capit, &c.] Capit (*inquit Rhenan.*) *ideò est idoneum vel aptum est ut aliud dicatur, vt lib. 1. cap. 9.* capit etiam imaginem spiritus dicere flatum, *lib. 3. cap. 6.* Id enim intelligi vel non intelligi capit. *Imperfinde verbum, quod* ἐνδέχεται *Græci dicunt. Qui mos illud* Salio amplissimum abruptum (*de quo inter Prouerbiales formulas in Prolegomenis latius*) *accipi admitat, pro*: Transilio. *Vbi indicat omnia pene intermedia Apostoli verba intercisa fuisse à Marcione, vsque ad cap. 10. ad Romanes, quò transit Auctor.*

232. testimonium perhibentem Apostolum Israëli, &c.] *In his Apostoli verbis Rom. 10. retinuit veterem Græcam ζῆλον, & cum vulgata ac Syro Interprete*: fcientiam *vertit* ζῆλον τοῦ θεοῦ ; *sicut & suam non est veritus transferre* ἴδιον. *In hoc differès ab omnibus aliis, quòd diuersa lectione*: Deum enim ignorantes, *pro*: Dei iustitiam.

233. finis enim (*siue*) *vt legunt MS. 2. Vat. cod.*) legis Christus, &c.] *Etiam istud adu. Marc. vrget Consul. 7. ex Epist. ad Rom. 10. Epiphan. qui legit cum aliis omnibus*: ad iustitiam, *pro eo quod solus Auctor*: in iustitia, *seu potius, sicuti in ista phrasi meus castigo* : in iustitiam. *Atqui sunt verba Marcionis*: quasi Deum, *&c. vsque*: Cur ego, *&c.*

234. inscientiam, &c.] *Quamquam MS. Vat. 2. cod. legant*: inscitiam, *placet tamen hæc lectio quam reposuit ex Gorgiensi codice Rhen. eo quòd* (*inquit ille*) *ea voce etiam Tacitus vtatur li. 17. Inde atrorum nunc inquit, afforemitibus pleriisque interfectis, ac ni sibi consulerent, fore vt acerrimi militum & præsentia conquesti, per tenebras & inscientiam ceterorum occiderentur. Vbi in peruulgatis exemplaribus ante nostram castigationem legebatur* inscientiam. *Idemin Dialogo Oratorum*: *Sed desidia iuuentutis, negligentia, & inscientia præcipientium, & obliuione moris antiqui. Cicero in Academicis quæstionibus*: *Quam rationem, inquit, maiorum veritas comprobat diligentia, qui primùm iurare ex fui animi sententia quemque voluerunt, deinde teneri si scienslalleret, quòd* inscientia *mos ea verfaretur in vita. Et proinde etiam paulò post lego*: ex inscientia scilicet, proinscitia, *neque enim verisimile est Auctorem eodem loco diuersis vti voluisse vocibus. Arridet autem ea vox magis, quòd per eam explicet quod dixit Apostolus*: non per (*siue secundum*) scientiam.

235. O profundum diuitiarum & sapientiæ Dei, &c.] *Supra lib. aduers. Hermog. cap. vlt. (vbi vide Adn. nostras num.* 160.) *& lib. 2. adu. Marc. cap. 2. vertit* : & sophiæ, *vbique conformiter Græcis & Syriaco exemplaribus, vbi*: &, *inter ycitur* ; *fed mirum est ab eo omitti*: & scientiæ, *quod aly omnes habent. Ibi etiam addit ut illud intermedium*: vt ininuestigabilia iudicia eius, *sed verisimile est hic omissum*, eo quòd Marcion de indusiria, non id modò, sed reliqua hæc etaserit, *vpotè qui Deum iudicem nollet agnoscere, quem iterum talem probaret ex sui verbis Auctor, si legeret. At prorsus legimus*: & ininuestigabiles viæ eius, *pro*: inuestigabiles. *nam Græcè est* ἀνεξιχνίαστοι, *quod non vestigabiles (vel Rhenano consitente) significat.*

236. Quis enim cognouit sensum Domini, &c.] *Iterum* sensum *pro mente vertit, tum hic, tum etiam supra lib. adu. Hermogenem cap. 17.* (*vbi vide Adnotat. nostras num.* 57.) *& hoc ipso lib. cap. 6. in citatione similis loci 1. Cor. 12. & etiam lib. 2. adu. Marc. cap. 2.*

237. Odio, inquit, habentes malum, & bono adhærentes, &c.] *Transit ad cap. 12. Epist. ad Roman. ex quo quælatè citantur, tonuenunt per omnia cum Apostolo, excepto, quæ omittit & quæ hic addit ad bimus* ; *& vero eadem omnia comparat cum præceptis veteris Testamenti. Atqui in hoc consentit vulgatæ Latino Interpreti Auctor, quòd τῇ φιλαδελφίᾳ vertatur ab illo*: Amore fraternitatis. *Aptissimè verò*: affectuosi *transferatur, quod est Græcè* φιλόστοργοι, *sicut etiam*; presfuram *sustinentes,* τῇ θλίψει ὑπομένοντες, *id est patienter ferentes,* & humilibus adsentantes, *pro quo non male alter Vatic. MS. cod.* adsectantes, τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. *& in*: ne sitis apud vos sapientes, φρόνιμοι. *Item*: Non vosmetipsos vlciscentes, ἐκδικοῦντες. *Quod tamen ordine immutato præponit illi quod prius est apud Apostolum* : pacem cum omnibus hominibus habentes, *sic enim suppleo cum Apostolo, secundum vetligia Vatic. MS. codicum.*

238. principali præcepto eius conclusit : Dilige proximum tamquam te, &c.] *Alludit ad illud cap. 13. Epist. ad Rom.* Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tamquam teipsum. *Addens verò*: Hoc legis supplementum, *ad illud quod dictis verbis præmittitur* : Qui enim diligit proximum, legem impleuit. *Quod etiam ipsum tractat B. Epiphan. adu. Marc. ex Epistola ad Romanos Consul. 8. eâque vltima. Legeautem mox ex conuellura Rhenani*: Ponticus, *pro*: Pontus, *quamquam possit accipi Pontus, patria ipsius Marcionis, pro Pontico.*

239. Benè autem quòd & in clausula tribunal Christi commemorat, &c.] *Alludit ad illud ca.* 14. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi ; *quod caput clausulam ea de caussa notare videtur, quòd sequentia omnia Marcion interfecerit.*

Cap. xv.

240. Bretioribus quoque Epistolis, &c.] *Capitis huius inscriptionem veterem retectam ad marginem retinuimus* : De epistola ad Thessalonicenses prima. *Atqui illud*: Est sapor & in paucis, *sic explicat Rhenan. Etiam modica suum gustum habent.*

241. Occiderant Iudæi Prophetas suos, &c.] *Alludit ad illud. 1. Thess. 2. mox citatum* : qui & Dominum interfecerunt & Prophetas suos, *recte adijciens, liter*: suos, adiectio sit hæretici ; *nam id Latina editiones etiam hodie non habent ; qua magis miror in Græcis adjici* ἰδίους, *& à Syro verti : qui in ipsis sunt, & maximè quòd ab Isidoro Claro castigetur: proprios Prophetas. B. Epiphanius ex hac Epistola nihil se tractare fcribit, quod omnia huius Epistolæ Marcion peruerterit. Supplemut autem ex altero MS. Patic. cod.* Quid enim mali.

242. Quam autem sanctitatem noftram voluntatem Dei dicat, &c.] *Pergit ad 1. Thess. 4. cap. Quod autem hic*: sanctitatem, *infrà Tom. 5. lib. de Pudicit.* sanctimoniam. *Græcè est* ἁγιασμὸς, *& quod hic*: Abstinere à stupro, *ibi* : à fornicatione, *Græcè* πορνείας, *vt ne nouum esse hanc vocem Erasmus censuerat. Ita etiam plane legit quod hic desiderator* : Scire vnumquemque vas suum posstidere (*pro quo hic* : tractare, *Græcè* κτᾶσθαι) in sanctimonia & honore.

243. Luxuria est turpitudini quoque & immunditiæ contraria, &c.] *Adnotat hic Rhenan. Nos, inquit, fidem secuti collationis Gorgiensis negatiuam particulam, non fustulimus. Nam* luxuriam *hic accipit congressum viri cum mulsere, quæ est* contraria turpitudini & immunditiæ, *id est veneri illicitæ. Hunc sensum aliquo non percipiens scriptor*: non contraria. *Verùm quum infrà Tom. 5. lib. de Monogamia vocet luxuriam castitatis perditricem, & lib. de Pudicit.* luxuriæ & lasciuiæ & libidinis negotia *coniungat, neque aliquis Auctor classicus luxuriam in bonam partem accipiat, & insuper Vatic alter MS. reddat negandi particulam*: non; *non per omnia mihi satisfit, & magè existimauim istud pertinere ad Paradoxon Tertulliani, quemadmodum inter Prolegomena latius, quo durius subinde de matrimonio, atque adeò etiam addendam negationem. At nihil immutani, eo quòd sequatur*: quæ vas noftrum in honore tractet, *fortasse alia aliqua vox substituenda, vpotè*: Sanctimonia, *aut similis.*

244. continentiam & virginitatem nuptiis anteponens, &c.] *Locum adnotandus aduersus* continentiæ & virginitatis *hodiernos calumniatores, quales multi adnotati sunt supra Tom. 2. lib. de Cultu fœminarum, cap. 9. num. 51. & lib. 1. ad Vxorem, cap. 6. num 38. & lib. de Veland. virg. cap.* 10. *num.* 83. *Et verò deserte verbis istum locum Apostolis dictis lib. de Pudicit. allegat*: pro pudicitia, pro castitate, pro sanctitate. *Quod*

verò addit: Et nõ prohibebitis, *intelligiu* nuptias cuni Gentilibus *contractas, de quibus librum ad vxorem scripsit.*

245. Ait, eos qui remanent in aduentum Christi, &c.] *Sic cognamus ex altero Vatic. MS. cod. pro*: in aduentu, *tum quod Græcè est* τῆ παρουσίᾳ, *tum quod supra lib. de Resurr. carnis, cap. 24. (vbi ipsud Latinus tractat) sic legat Auctor. Legentes etiam in aërem, sicut ibi, & lib. de Anima, cap. 55. & apud Apostolum in Actionibus omnibus, pro eo quod est* in aëre; *maximè quod Tom. 2. lib. de Cultu fœm. cap. 7. vertat*: in nubila. *Locos verò Isai. 60. & Amos 9. occasione ejusdem huius scripturæ habes supra citatos lib. 3. adu. Marc. cap. vlt.*

246. Quem spiritum prohibet extingui, &c.] *Transit ad cap. 5. Epist. 1. ad Thessal. vbi in illo verbis*: quas prophetias vetat nihil haberi, *propriè transtulit*: nihil haberi, *quod Græcè est* μὴ ἐξουθενεῖται.

247. nos proferemus & spiritum & Prophetias, &c.] *Quandoquidem videtur intelligere Montanum, quem* spiritum *appellabat, & Prophetias eius, etiam de hoc vide nostra Prolegomena inter Paradoxa Auctoris.*

248. Age nunc qui salutem carnis abnuitis, &c.] *Prætatur in verba illa cap. 5. Epist. 1. ad Thessalon. quæ mox adfert*: vt spiritus noster & corpus & anima sine querela in aduentu Domini & salutificatoris nostri Christi conseruentur. *Deque vide supra l. de Resurr. carn. c. 47. n. 342. præsertim quod hic magis ad verbum citet, excepto eo quod addat*: & salutificatoris nostri Christi, *phrasi Tertullianica; & ibi legat*: in præsentia, *pro eo quod hic in* aduentu; *Græca vox* παρουσία *virumque significat. Aequilibud*: Licet enim & animæ corpus sit; *quod recte sic restituit Rhenan. etiam ad Paradoxa pertinent, de quibus inter Prolegomena.*

Cap. xvi.

249. Cogimur quædam identidem iterare, &c.] *Titulum antiquum ad marginem relectum hunc retinuimus*: De epistola ad Thessalon. ii. *Atqui ibi parem creatoris adnotat Rhenan. iterum* par *cum Genitius construit, sicuti paulò ante*: dum alterius par est, *& aliàs sæpè.*

250. Iustum sit adflictatoribus nostris rependi adflictationem, &c.] *Sic ipsud vertit 2. Thess. 1. ex Græco* ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν, *qui etiam consunxit huic versui*: & in flamma ignis (*in qua cum interprete Latino vulgato conuenit, quantumuis Græcè legatur*, ἐν πυρὶ φλογὸς) *qui ab aliis omnibus sequenti versui iungitur. Omittimus autem*: & *ante illud*: in reuelatione Domini, *sine*: in reuelationem, *quod habent 2. MS. Vatic. cod. & perindè est.*

251. Sed flammam & ignem delendo hæreticus extinxit, &c.] *Vel hinc patet verum esse quod scribit B. Epiphan. adu. Marcionem, nihil se etiam tractare de hac Epistola, quod nimium eam perturberit. Rhenanus verò*: nostratem *interpretatur, nostræ patriæ.*

252. Quum enim ad vltionem venturum scribat, &c.] *Sic paraphrastices vertit quod est apud Apostolum*: *dauris vindictam, & ad verbum ex Græco* δίκην τίσουσι ὄλεθρον αἰώνιον, pœnam luituros extitialem æternam, & à gloria valentiæ eius, *vt sic quasi aliud agens explicet quod præmisit*, angelis virtutis suæ, *vbi eadem est vox Græca* τῆς ἰσχύος. *Atqui sunt voces Tertullianeæ*, obaudiant, &: obaudientes.

253. Quis est autem homo delicti, &c.] *De huius scripturæ 2. Thessal. 2. interpretatione vide supra lib. de Resurr. carn. c. 24. & ibidem Adnot. nostras num. 201. & 202. Quibus adde, quod hic etiam per* hominem delicti, *seu* delinquentiæ, *Antichristum intelligit, ad hæreticos Marcionitas* Antichristi præcursores, *quorum sit mentio 1. Ioan. 4. ad refert. Atque ex illo loco, & Apostolo ipso castigauimus*: (super omne quod dicitur Deus & omnem religionem, *Græcè* σέβασμα, confessitus in templo Dei, &c. *Græcè* καθίσαι, *pro eo quod erat*: & omnem religionem confecturus in templo Dei.

254. Cuius quis autem ex duobus; quærо, cur veniat in omni virtute, &c.] *Sic proculdubiò distinximus hunc locum, omittentes cum altero cod. MS. Vatic.* est, *intermedium. Atqui etiam hic locum scripturæ suprà citatur lib. de Resurr. carn. vbi* atque portentis mendacij, *quod hic* ostentis mendacij, *& vulgatum Latinus interpres*: prodigiis mendacibus, *Syrus*: miraculis fallis; *quæ omnia significantur verbibus Græcis*: τέρασι ψεύδεσι. *Ibi etiam addit ex Apostolo, quod hic desideratur*: & in omni seductione iniustitiæ iis qui pereunt, *pro quo hic illud minùs adferre*: propterea quòd dilectionem veritatis non susceperint, vt salui essent. *Nouè verò transtulit*: propter hoc erit eis instinctum (*neutro genere, phrasi Tertull.*) fallacix; *pro eo quod ipse mox Auctor*: operationefallacix, *& &*: fallacix immissione, *& alij ex Græco* ἐνέργειαν πλάνης, *mutcrillo* operationem carnis, *vt adludat ad illud Isai. 5. Dominus misceuit illis spiritum erroris, sicuti alicubi citat B. Hieron. Et verò cum vulgato interprete Latino veritit*: consenserunt, *quantumuis Græcè sit* ὠδύκησαν τινες.

255. ex submissu erroris, &c.] Submissus (*inquit Rhenan.*) *us, iis, pro submissione*) *cui & subjcit*: creatori submittat.

256. Proinde dixerim, quale est illis Satanas, &c.] *Adludit ad illa verba Apostoli suprà citata* secundum operationem Satanæ, *deinde & ad illa præcedentia*: quem Dominus Iesus interficiet, *sine*: occidet. *Item ad illud*: quòd elegit nos Deus in salutem, & in fide veritatis, *&c.* per Euangelium. Iram *autem pro vltione hic vsurpat. De Prouerbio autem*: degradu cædete, *vide Prolegomena nostra. Atqui lege cum vtroque MS. Vatic.* semel vnito Euangelij instrumento, *pro*: semel vnico, *&*: competet materia vindictæ, *pro*: competit.

257. Iubere autem operari eum qui velit manducare, &c.] *Hic transit ad illud 2. Thessal. 3.* operantes panem suum manducent.

Cap. xvii.

258. Ecclesiæ quidem vetitate, &c.] *Inscriptionem veterem ad marginem relectam retinuimus*: De epistola ad Laodicenos, siue Ad Ephesios, *exc. 1. & 11. Pulcherest autem locus iste ad confirmandam Ecclesiæ veritatem in adprobandis titulis Epistolarum, immò ipsis Epistolis Pauli, & toto Scriptura vtriusque Testamenti Canone.*

259. ad Ephesios, *&*: non ad Laodicenos, &c.] *Similiter suprà cap. 11. de alia Epistola, quam nos ad Ephesios præscriptam habemus, hæretici vetò ad Laodicenos. Eadem pertinet & illud B. Epiphan. Consul. 1. ex Epist. ad Laodicenos*: *Non enim vsquam fuit mentio Marcioni hoc testimonium ex Epistola ad Ephesios citare, fed ex Epistola ad Laodicenses, quæ non est in Apostolo. In hoc fallusi interim, quantum apparet, quòd putarit inter Epistolas à Marcione receptas, fuisse & Epistolam ad Ephesios, & Epist. ad Laodicenses fragmenta, non animaduerteris id quod ex Epistola ad Laodicenos citat, reperri 4. cap. Epist. ad Ephes. Fortasse ecclesienem de dist Marcionis huius tituli huic Epistolæ imponendi, quod legisset Coloss. 4. Salutate fratres qui sunt Laodicex, & quum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicensium Ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est, vobis legatur. Verum recitè post B. Chrysost. Theodoretus in Comment. Epist. ad Coloss. Dum, inquit, Paulus non dixit*: Ea quæ est ad Laodicenses, *sed eam quæ est ex Laodicea, Græcè τὴν ἐκ Λαοδικείας, quam Theophil. putat esse 1. ad Timotheum, de qua Græca exemplaria sub finem adscribunt*: Ex Laodicea. *Quare B. Hieron. Catal. Scriptor. Legunt, inquit, quidam & ad Laodicenses Epistolam, sed ab omnibus explodituv, & Philastrius Catal. hæres. cap. 89. dicit in Ecclesiis non fuisse receptam. Quare & inter Apocryphas scripturas rectè collocat Sixtus Senensis Biblioth. Sanct. l. 1. cum quæ Lutetiæ exstat, cuius exemplar ibidem adfert, titulo* Epistolæ ad Laodicenos.

260. secundum boni existimationem, &c.] Boni existimationem transtulit τῶν ὠδύκησαν, *sicuti suprà*: boni dicere, *cap. 12. num. 195. Mutauit autem hic ordinem verborum Apostoli; nam illud*: quam propositurit in sacramento voluntatis suæ, *præcedit verba iam citata, vbi videtur per illud Apostoli* sacramentum, *sine mysterium intelligere* suæ voluntatis.

261. sicut

619. ſicut verbum illud in Græco ſonat, &c.] *Intelligit:* ἀνακεφαλαίωσις γὰρ, *quod:* recapitulate ſonat; id eſt (*quod tamen puto ex margine in textum irrepſiſſe*) ad initium tedigere, vel ab initio recenſere. *Quorum illud ſequitur infrà Tom. 5. lib. de Monogam.* In Chriſto, *inquiens*, omnia reuocantur, *ſiue* reciprocanturad initium; *ſtatud pauloposſt*: ad recenſenda omnia in Chriſto. *Variat enim modo legens ſicuteſt in exemplaribus Pauli omnibus*: in Chriſto, *modo*: in Chriſtum. *Supplemus vero mox*, à quo & tempora, *ex Iaroque Vatic. MS. cod.*

262. Quod ſi non capit &c.] *Similis (inquit Rhen.) locutio per verbum capit, imitatione Græcorum, qui* ἐφάπτεται *ſic vſurpare ſolent impersonaliter, vtilla paulo ante, cap. 14.* Animale dici capit, *item ſimil. 3. cap. 6.* id enim intelligi vel non intelligi capit, *& alia innumera.*

263. Vt ſimus in laudem gloriæ, nos qui præſperauimus in Chriſtum &c.] *Græcè* προηλπικότας, *quod ipſum, ſicuti Auctor, interpretatur Comment. B. Ambroſ. de Apoſtolo ex perſona Iudæorum, & de Nationibus, quod ſequitur*: In quo & vos quum audiſſetis ſermonem veritatis Euangelium, *nempè ſpetratis*; *quam vocem etiam legiſſe videtur B. Hieron. Atqui diſtinguo nouam periodum iuxta Apoſtolum*: In quo credidiſtis (*Græcè* πιστεύσαντες, *id eſt potius, poſtquàm credidiſtis*) & ſignati (*conformiter Latino Interpretis, quamuis Græcè ſit* ἐσφραγίσθητε) eſtis ſpiritu promiſſionis eius ſancto,

264. Sed & pater gloriæille eſt, &c.] *Adludit ad illud eiuſdem capitis*, vt *&c.* pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ, *&c.* illuminatos cordis oculos (*vbi cum Vulgato Interprete vertit*: cordis, *quantumuis Græcè ſit* διανοίας) vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ hæreditatis in ſanctis. *Vbi mirum eſt omiſſam vocem intermediam*: gloriæ, *quamtamen habent omnia Latina, Græca & Syriacum exemplaria.*

265. Illeinoperatus eſt in Chriſtum valentiam ſuam, &c.] *Pergit in verbis Apoſtoli paraphraſticos citatus*: ſecundum operationem, *Græcè* ἐνέργειαν, potentiæ, valentiæ ſuæ, *Græcè* τὸ κράτος τῆς ἰσχύος, quam inoperatus eſt, ἐνήργησεν, in Chriſtum, *more Tertullianico*, ſuſcitando eum à mortuis, & collocando eum, *ſicuti & B. Ambroſ.* ad dexteram ſuam, & ſubiiciendo omnia.

266. quum dicit: Illos delictis mortuos, &c.] *Tranſit hîc ad cap. 2. Epiſt. ad Epheſios. Vbiimprimis ſolum habet*: delictis *quum iuxta additiones omnes ad datur*: & peccatis; *immò B. Hieron. diſtinguat inter* delicta, τὰ παραπτώματα, *& vitia* ἁμαρτίας, *tanquam inter leuiora & grauiora; verum ſolet Auctor potius* delicta *ſumere pro grauioribus, ſicuti alibi etiam adnotauimus; præterquàm etiam voces*: ſpiritus, *&c.*: nunc, *quas ſimiliter habet Apoſtolus. Supplentes*: principem poteſtatis aëris huius, *quantumuis Græce hodie & Syrace non legatur*: huius, *quæ mox pauloposſt ſic legit Auctor. Videtur autem legiſſe* ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, *quum vertit*: in filiis incredulitatis, *nec aliter Interpres Vulgatus Latinus, qui vertit* diffidentiæ, *tum hîc, tum infrà Epheſ.* 5. venit ita Dei in filios incredulitatis, *ſine*: diffidentiæ, *pro eo quod alij*: ἀπειθείας, *id eſt*: inobedientiæ. *quare hîc nimis libera caſtigatio Iſidori Clarij, maximè quum etiam* incredulitatem *explicet Auctor*, quam ipſe potius (*nempè* Deus creator) & à Iudæis (*ſic enim ſuppleo ex Vatic. Iroque MS. cod.*!) & à nationibus patitur.

267. ſi tamen ita & Apoſtolum legi volunt, &c.] *Hoc addit Auctor propter variam diſtinctionem 2. Cor. 4. quorumdam & Marcionis, ſicuti hîc*: In quibus Deus æui huius, *vt de diabolo intelligatur, aliorum*: In quibus Deus æui huius excæcauit mentes infidelium; *de quibus ſuprà vide Admet. noſtros ad huius lib. cap. 11. num. 183. Atqui mox legimus*: Sed & in Iudaiſmo conuerſatus Apoſtolus, *omiſſo*: fuerat, *intermedio, vt ſenſum magis conſtet. De illo vero explicat illud*: in quibus & nos omnes conuerſati ſumus in concupiſcentiis carnis.

268. Propter quod & itacundiæ filij ſuimus, inquit, ſed natura, &c.] *Si reſtè hunc locum reſtituit ex Gorleniſi codice Rhenan. Sunt enim verba Apoſtoli ſicuti etiam illud*: licut & ceteri, *vbi ſic diſtinguendum cenſus*: Ad ſummam ſubiungens: ſicut & ceteri, *&c.* apparet, *&c. Legentes cum prima editione in margine*: quam & ipſe ſuam fecit, *proſiam.*

269. Ipſius, inquit, ſumus factura, conditi in Chriſto, &c.] *Quem ſubiungit*: Aliud eſt enim, *&c. (ſic enim ſuppleo) diſiungit Auctor inter* facere, ποιεῖν, *& condere*, κτίζειν, *referens primum* ad ſubſtantiam. *Alterum* ad gratiam, *quamodo iterum pauloposſt intelligit illud*: vt duos conderet in ſemetipſo.

270. Memores, vos aliquando nationes in carne fuiſſe, &c.] *Sic ſuppleo locum hunc ex Apoſtolo ipſo, iuxta additiones Græcam & Syriacam, omiſſe*: qui, *intermedio, quod habent quædam exemplaria Latina, ſed obſcurè. Clarius etiam expreſſit*: Quòd eſſetis illo in tempore, *nam etiam hoc ſic ſuppleo*, ſine Chriſto, *&c. idque etiam ſuprà c. 11. n. 187. Vbi hunc locum Apoſtoli citamus. Exquo loco quum ibi legatur, ſicuti & hic mox*: & ſpe promiſſionis, *diſtinxi iuxta Græcos & pleroſque Latinos*: & promiſſionis eorum ſpem non habentes; *pro eo quod erat ſecundum aliorum & Syriacam diſtinctionem*: peregrini teſtamentorum & promiſſionis eorum, ſpem non habentes; *quam vocem etiam ſequitur B. Epiph. adu. Marc. Confutat. 1. ex Epiſt. ad Ephes. vbi tractat hæc & ſequentia, ſed paulo aliter ea diſtinguit. In eo autem nihil differt ab aliis quod mox citat*: At nunc *inquit*, in Chriſto, vos, qui eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine eius.

271. qui fecit duo vnum, &c.] *Quum Græcè ſit* ἐμέλετησεν, *melius verterunt alij Interpretes: vtraque; ac clarius eſt illud*: ſoluto medio pariete, μεσοτοίχου, inimicitiæ in carne ſua; *vtſic oſtendat vocem*: inimicitiam, *ſicutiquidam Latini codices legunt*: inimicitias, *appoſitusè referri ad* medium parietem. *Hæc mirum, quòd omittat* macerie, *Græcè* τῦ φραγμοῦ. *Vbi adnotatu etiam digna hîc Marcionis deprauatio, qua diſtulerat vocem*: ſua, *ne cogeretur fateri carnem Chriſti. Iterum autem adnotauit phraſin Auctoris Rhenanus*: Chriſto ἀνωλεν, *nempè* ἀνωλεν *cum Dativo.*

272. Non Martucine, ſed Pontice, &c.] Martucini (*inquit Rhen.*) *Plinio teſte, populi ſunt Italiæ, Forentanis & Veſtinis proximi. locus eſt in gentem. Latio nihil cultius, nihil barbarius Ponto.*

273. Si legem præceptorum ſententiis vacuam fecit, &c.] *Hanc quam addit interpretationem*: adimplendo certè legem, *&c. ſequitur etiam Theophil. alij*: *interpretes duorſa ſequuntur. Quandoquidem autem Marcionem adloquitur, præcedit que*: conſilius es, *&* : negas, *prorſus etiam legendum*: non potes facere, *pro*: poteſt. *Aliquinon poteſt certi quid ex contextu colligi, an illud*: in vnum nouum hominem, *Græcè etiam in Accuſatiuus legitur, debeat conſtrui cum præcedentibus*: vt duos conderet in ſemetipſo, *quod & mihi placet, an verò cum ſequentibus*: faciens pacem, *&c. Vertit etiam clarius illud*: quum interfeciſſet inimicitiam, τὴν ἔχθραν, *in eo, Græcè* ἐν αὐτῷ, per crucem.

274. Hoc itaque.] *Paraphraſticos etiam expreſſit illud*: Hoc itaque adnunciante pacem iis qui propè, & iis qui longè, *ſemel dumtaxat legimus Græcè* εὐηγέλισε, acceſſum, *non aliter tranſferens quàm vulgatus Interpres vocem* προσαγωγὴν, confectuti ſimul ad patrem; iam non ſumus peregrini, ξένοι, nec aduenæ, ſed conciues, συμπολῖται, ſanctorum, ſed domeſtici Dei.

275. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, &c.] *Legi præterea debere, ſicuti hodie eſt*, & Prophetarum, *indicat Auctor, quum ſubdit illud* abſtuliſſe hæreticum, *nempè Marcionem. De eodem pauloposſt ſicuti caſtigandum duxi*: De manibus hæretici præcidentis, *pro eo quod erat corruptiſſimè*: præcidendis, non mietor, ſi ſyllabas ſubtrahit, quum paginas totas plerumque ſubduxit.

CAP. XVIII.

276. Datam, inquit, ſibi Apoſtolus, &c.] *Caput hoc inſcri-*

pśmum: De eiusdem Epist. ad Ephes. c. III. IIII. v. & vi. *In hiis autem verbis Ephes. 5. differt à Latino & Syro Interpretibus, quòd legat*, nouissimo, (*quum Græcè sit* ἀλαχιστότερον, *quod Vulgatus Interpres Latinus apertius*: minimò) omnium, *omittens cum Græco euangelistarum hodierno*: sanctorum. *Et vir sum ab omnibus variat in eo, quòd præter mittat illud: in* gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. *Addit autem etiam* Marcionem rapuisse Præpositionem: *in, vbi legitur* occultiab æuis in Deo, qui omnia condidit, *sed* fallum emicatre *ex sequentibus*: vt nota fiat principatibus & potestatibus in supercœlestibus (*Græcè* ὑπουρανίοις) per Ecclesiam, multifaria (*sine secundum alterum Vatic. MS. cod.* multiuaria, *Græcè* πολυποικίλος) sapientia Dei. *Atqui alter Vatic. MS. cod. legit*: quas nouimus in Prophetis habuisse formas, *vt referatur ad id quod præcedit de allegorsi, pro eo quod alij*: Quas nouus in Prophetis habuisset formas *? sed nouerum placet.*

277. Captiuam duxit captiuitatem, &c.] *Transit ad 4. cap. Epist. ad Ephes. prætermittens hic præcedentia, qua aduersus Marcion. stat B. Epiph. ex Epist. ad Laodic. Consut. 3.* Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, *&c. tum quòd hic præmittat, & dicat* se velle de allegoriis Apostoli Epistolam nectere, *illud verò minimè sit allegoricum; tum quod etiam de Prophetis id non sumpserit Apostolus, sicut istud testimonium ex Psalmo 67. Quod ipsum latius & citat & explicat supra cap. 8.*

278. verè eum & visibilem excondis præliatorem, &c.] *Videtur (inquit Rhenan.)* excondis (*si non est mendosa dictio*) *dictum pro educis, vt* excondo *oppositum sit ei quod est recondo. Vide autem istorum latius tractatum adu. Marc. lib. 3. cap. 13. & 14.*

279. Deponentes mendacium, &c.] *Hæc & alia sequenta vsque ad cap. 4. ad Ephes. latiùs tractat Auctor supra lib. de Resurrect. carnis, cap. 45. Vnde iuxta Apóstolum ipsum supplens*: ad proximum fuum quisque; *legens*: & : Irascimini, *&c. ac*: Sol (*omissis* vt, *iuxta alterum MS. Vatic.*) non occidat, *&c.* Quæ mandata, *& sequentia* de Prophetis sumpsisse Apostolum *probat Auctor.*

280. Nolite communicate operibus tenebratum, &c.] *Omisit alios multos intermedios, hoc* mandatum Apostoli *Ephes. 5. prioribus eminugit, vbi omittit*: infructuosis. *Atqui B. Epiphan. adfert illud eiusdem cap. post hæc dictarum verba*: Surge qui dormis, *&c. Aduers. Marcion. Consut. 2. ex Epist. ad Ephes. dicens quod mirum est, ex Helia Propheta illud ab Apostolo citatum. Ceterum eiusdem cap. sunt & illa præcepta*: Nolite inebriari vino, *ac*: In Psalmis & hymnis canentes Deo.

281. Et potum dabatis sanctis meis vinum, &c.] *Sic omnino lego pro eo quod erat*: dabitis (*nam sic legitur tamiuxta Hebraos quam iuxta* LXX. *Amos 2. præterquam quòd* LXX. sanctos *sine sanctificatos verterunt, pro*: *Nazæos. Atqui adnotauit Rhen.* Semina præcepturum *esse iuxta quadam*; augmenta *vero additionem & expositiones eorundem.*

282. Ceterum mulieres vitis subiectas esse, &c.] *In his Apostoli eiusdem capitis verbis nihil variat ab aliis Auctor, neque in sequentibus, vsque ad illud*: carnem suam diligit, qui vxorem suam (*ad suppleo ex 2. Vatic. MS.*) diligit, sicut & Christus Ecclesiam; *quanon soloim ordinem immutat, sed & verbum, pro eo nempè quod habet Apostolus*: Qui suam vxorem diligit, *seipsum diligit, transtulit*: carnem suam diligit, *id comprobans ex illo*: Nemo carnem suam odio habet; *quod mirer, quum editores omnes legant*: habuit. *vbi ex vtroque MS. Vatic. supple*: sicut & Christus Ecclesiam.

283. & honorabit, & coronabit, &c.] *Ergo (inquit Rhen.) lib. de Resurr. carnis, pro mendoso verbo inorabitur, apte legemus*: coronabitur. Ait enim, *inquit*, illic & calix benè sibi conscius, & de diligentia ministerij commendatus, coronis quoque potatoris sui coronabitur, aut aspergine flotum honorabitur: *Vide interim ibidem Adnot. nostras cap. 16. n. 125. de lectione MS. cod. Vatic.* honorabitur.

284. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c.] *Sic castigaumus hunc locum, pro eo quod erat*: Propter hanc, *tum quòd legat Auctor supra lib. de Anima, cap. 11. & 21. tum quod Græce sit* ἀντὶ τούτου *apud Apostolum*, ἕνεκεν τούτου, *Gen. 2. vnde desumptum est*; *legentes etiam sicut alibi semper*: in carnem vnam, *pro*: in carne vna, *quod Græce sit* ἐν τῇ σαρκὶ μιᾷ. *Quod hic adnotandum fuit, vtpotè omissum dicto posteriori loco iam citato, quò tamen Lectorem remitterem ad Adnotat. nostr. in cap. 11. num. 144. maximè quum etiam B. Epiphan. aduersus Marcionem Consutat. 3. ex Epistol. ad Ephes. subsistum consentiat, quum Interpres prius illud transtulit*: Huius rei gratia.

285. Sacramentum hoc magnum est, &c.] *Vide Adnotat nostras dicto num. 144. & num. 270. item lib. aduers. Valentin. cap. 30. num. 328. & maximè lib. de Præscript. aduu. her. cap. 40. num. 248. Hoc adiycimus peculiariter hic lequi quinquies Tertullianum, nan de* Sactamento, *quatenus generaliter mysterium significat, sed eadem significatione qua alibi baptismum & Eucharistiam* sactamenta *nuncupauit, vel hinc constat, quòd addat* ostendit figuram sacramenti ab eo præmissitatam, cuius setat vtique sacramentum, *nempè à Deo in Adamo. Et verò absurdum videtur nudorum signorum sine mysterium figuras præcepisse, nisi talibus qua sint etiam alterius mystery efficax signum, sicut Sacramentum Matrimonij non modo coniunctionis Christi & Ecclesia, sed inuisibilis gratia, nempè pacis inter coniunctos, & coniunctionis inseparabilis & immunitatis à male, sicuti loco posteriore latiùs deduximus. Quare valeat Erasmus, qui calumniatur, dum negat, Adnotat. ad Nouum Testamentà BB. Hieron. Augustino, Ambrosio, aut aliis Patribus matrimonium appellari Sacramentum, ea significatione qua nunc vtimur.*

286. Obaudiant & parentibus filij, &c.] *Transit hic ad 6. Epist. ad Ephes. Rursus verò more Tertullianeo*: Obaudire, *pro*: obedire. *Recitè autem adiyeit*: Nam etsi Marcion abstulit (*more aliorum hæreticorum*) Hoc est enim primum in promissione præceptum, *&c.* legem loqui: Honora patrem & mattem; *ac si diceret, sufficere contra ipsum, quòd Exod. 20. reperiatur illud hic ab Apóstolo citatum; deinde etiam satis esse ad confirmandum matrimonium, quod ille, qua reprobabat, omittebat vbicumque poterat, mentionem* parentum & filiorum, *quod sequitur apud eundem*; & : Parentes, *pro quo malim*: Patres, *iuxta ceteras additiones omnes, nisi illud habetens etiam MS. Vatican. cod.* enutrite filios in disciplina & correptione. *Vbi bene habet, quod non aliter quam Interpres vulgatus vertatur* correptione, *vox Græca* νουθεσία.

287. Quò iam mihi duos Deos, &c.] Quò, *inquit Rhenan., ad quem vsum, vt supra locutus est non semel.*

288. Sed aduersus munditenentes luctatio si nobis, &c.] *Sic verè quod Græce est* κοσμοκράτορας, *quamde etiam* munditenentem *vocat* diabolum, *supra lib. aduersus Valent. cap. 22. Pro quo B. Hilarius in Psalm. mundipotentes, Latinus vulgatus Interpres*: *mundi rectores, & B. Hieronym. in Comment. in cap. de dominis, B. Cyprian. mundi principes. Legimus autem rursus more Tertullianico*: quanti (*pro quot, sicuti adnotauit Rhenanus*) iam Dei creatores, *& paulopost*: An sicur duo Dei, *pro*: Dij, *quod erat vtrobique, maximè quum sequatur*: Aut enim ambo & Dei.

289. Porrò quum suprà quidem induere nos iubeat armaturam, &c.] *Dicit*: suprà, *quia præcedit istud verba præcedentia. Mirum verò est non addi*: Dei, *quod habent additiones Apóstoli omnes, consentiens Interpreti vulgato, quod legat armaturam, quamtumuis Græcè sit* πανοπλίαν; *ad quem etiam præxime accedit, quod vertit aduersus machinationes diaboli, pro quo ille*: insidias. *Et rursum in eo quod mox citat, repetens præcedentia*, potestates & munditenentes tenebrarum istarum; *quomodo etiam B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibutit. & lib. 3. Testim. cap. 117. quare etiam hic minus libera fuit Isidori Clarij castigatio.*

290. Ipsum vocabulum diaboli, quæro ex quo delatu-

ra,&c.] *Indicat nomen* diaboli *deductum à voce* Δι&βολὴ,*id eſt,calumnia delatione,ſiue,vti loquitur Auctor*:delatura. *Quæ vox refert debet,inquit Rhenan. in eorum nominum claſſem, quæ lia ſunt*:læſura,paratura,ſupparatura,occurſura,ſuffectura, fluxura,ſubiectura,farſura,inſcriptura.

291. Nec ſpiritaliaautem nequitiæ,&c. in cœlis, &c.] *Eodem modo vertit iſtud Auctor ſupra lib. de Præſcript. aduerſ. hæret.cap.39.ac 40.ac lib. de Animæ, cap.57. nec multum differt lib. 3. aduerſ. Marc. cap. 14. quum vertit paraphraſtice*:ſpiritales hoſtes nequitiæ,& *ſimiliter B. Cyprianus locis citatis; quare & hic nunc liberè caſtigauit Clarium*:*ſpiritales nequitias; maximè quum Græcè τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. Videtur autem legiſſe Auctor τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, qui in cœlis vertit & explicat, pro eo quod hodie eſt Græcè ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, id eſt cœleſtibus ſeu potius ſupercœleſtibus.* Et *vero etiam aliud legiſſe videtur Syrus interpres,dum vertit*:*qui ſub cœle ſunt. Legimus autem ex alterò Vatic. MS. cod.* ſignificabant, *pro*:ſignificabunt. *Item*: & quale erit,*pro*:erat.

292. qui in catenis iam conſtitutus, &c.] *Hic paraphraſtice,& pro ſuo inſtituto innerſo ordine adludit ad tres verſus Apoſtoli ſequentes, vbi* mandat expoſtulare à Deo, vt detur ſibi ſermo in apertione oris, cum fiducia (*quam hic* conſtantiam *vertit*) manifeſtandi ſacramenti (*quod hic pro myſterio accipit*) *idque* iam in catenis conſtitutus ob libertatem prædicationis?

Cap. xix.

293. Soleo in præſcriptione aduerſus hæreſeis omneis, &c.] *Capitis huius veterem titulum ad marginem reiectum retinuimus* : De epistola ad Colossenses. *Atqui alludere mihi videtur ad lib. de Præſcript. aduerſ.* hæreſeis omneis, *vbi priorem vindicat regulam noſtram omni hæretica poſteritate*, *maximè cap. 29. 30. 31. & 32. quod ipſum etiam hu ſequentibus Apoſtoli verbis Coloſſ.1. comprobat.*

294. De ſpe repoſita in cœlis, quam audiſtis,&c.] *Hic in hoc variat, quòd alij omnes legunt*:*Propter ſpem quæ repoſita eſt; item in illo*: quod peruenit ad vos ſicut & in totum mundum, *pro eo quod alij*:*in vniuerſo mundo, quomodo etiam diſtinguit, vt ad præcedentia cum interprete vulgato referatur. Syrus interpres. Quare etiam hic nimia libertas Clarij, qui emendauit*:*ſicut & in vniuerſo mundo etiam fructificat.*

295. nedum Antoniniani Marcionis, &c.] *Ergo* (*inquit Rhenanus*) *l.1. aduerſ. Marc. cap.19. legendum* : De quo tamen conſtat, Antoninianus hæreticus eſt ſub Pio , impius, *de quo vide plura dicta lib. cap.19. num.128.130.& 131.*

296. Inuiſibilis Dei imaginem, ait Chriſtum ex vulua virginis natum,&c.] Deum pattem inuiſibilem *etiam ex veteri Teſtamento comprobat, ciuans illud*: Deum nemo videbit, & viuet; *ſic enim coſtigauimus, pro*: Dominum, *quod ſemper ita citet Auctor, tum ſupra ſæpius, tum inſra lib. aduerſ. Praxean. Maximè quum* Deum filium, *quem ſcripturæ* Dominum vocat, *etiam hic dicat* ſemper retrò viſum, *de quo inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis latius.*

297. Si non eſt Chriſtus primogenitus conditionis, &c.] *Mirum eſt Auctorem omittere*:*nomen, quod tamen habent alij omnes. Conditionem verò iterum hic accipit pro* : *creatura, ſicuti etiam infrà hoc ipſo capite*:colentes conditionem aduerſus creatorem. *Citans autem ſcripturam Ioan. 1. confirmat iterum leſtionem vulgatæ Interpretu & Latinarum Patrum*: & ſine ipſo factum eſt nihil, *de quo latius ſupra lib. de Reſurr. carn. cap. 5. num.50.*

298. Si non in illo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in tertis, &c.] *Etiam in hoc differt, quòd legat bis*: & in terris, *aliter quàm reliqui omnes*: in terra. *In reliquis conſentit cum Interprete vulgato Latino, etiam legens & explicans, vel Eraſmo teſte*: Et ipſe eſt ante omnes; *quare & hic nimis libera Clarij caſtigatio*: ante omnia; *maximè quum Græci*, τῶν πάντων, *ſit indifferens ad vtrumque. Atqui à Marcione hæc detracta fuiſſe paulopoſt indicat Auctor. Qui ad hunc locum adluſit ſupra in Argumento verbis citatu lib.1. aduerſus Marc.c.16.*

299. Quomodo item boni duxit (ὡδήγησεν) omnem plenitudinem in ſemetipſo habitare, &c.] *Legimus* : item, *pro*:autem, *ex vtroque Vatican. MS. cod. Cum Græci verò Syroque exemplaribus, ac BB. Hilario & Ambroſio, in hoc conſentit, quòd omittat* verum: diuinitatis, *in quibuſdam Latinis exemplaribus additum. Paulopoſt expreſſit* : reconciliat omnia in ſemetipſum, *quod Græcè eſt*: εἰς αὐτὸν. *Pulcrè autem diſtinguit inter*:conciliari &:reconciliaci.

300. Ita & nos quondam alienatos, *&c.* redigit in gratiam, &c.] Redigete in gratiam *accipit pro*:reconciliare, *vti patet ex verbis Apoſtoli, ad quæ adludit, paulopoſt citatur*:reconciliari nos ait in corpore eius per mortem. *Verùm de hoc locò vide ſupra lib. de Reſurr. carn. cap. 13. num. 182.*

301. adimplere ſe reliqua preſſutatum Chriſti in carne, &c.] *Quod Græcè eſt* τὰ ὑστερήματα, *vertit*: reliqua, *& ſimiliter B. Ambroſ. qui in ſenſu nihil differunt à vulgato Interprete. Mox autem addit*: Nam & ſupra, *quia ante iam dicta verba habetur, quod ſequitur.*

302. At quum monet cauendum à ſubtililoquentia & Philoſophia, &c.] *Hæc verba Apoſtoli aliter citat & alio ordine ſupra lib. de Præſcr. adu. hæret. cap. 7. nempè ſic* : Videte ne quis circumueniat vos per philoſophiam & inanem ſeductionem, (*pro quo hic amplius*: cauendum à ſubtililoquentia & philoſophia, vt inani ſeductione) ſecundum traditionem hominum ; *quibus hic præterea addit, & explicat*: quæ ſit ſecundum elementa mundi ; *ſic enim legit, proſit, ex vtroque cod. MS. Vat. Atqui de eo quod ſequitur*: hac ſententia omnes damnari hæreſes, *late ibidem tractauimus num. 36. & adtigimus lib. adu. Hermogen. cap. 8. nu. 31. Proinde properàm iſtud quidam traduere conantur.* Traditiones Eccleſiaſticas. *Sine autem legat* ſubtili eloquentia , *& mox*: ſubtilis eloquentiæ,*ac*:ſubtili eloquentia *cum altero Vat. MS. cod. ſine* ſubtililoquentia,*ac hic* ſubtililoquentiæ,*non refert.*

303. Sed Marcion, *&c.* de Epicuri ſchola, *&c.* Dominum *nihil interimes habetem, &c.] De hoc vide ſupra lib. adu. Valent. cap. 7. num. 61. & alibi frequenter. Quod verò* Marcion collocarit eum Deo creatore materiam , *ſupra lib. 1. adu. eumdem cap. 15. idque ſumpſiſſe eum de porticu Stoicorum, tractauimus dicto lib. de Præſcript. adu. hær. num. 51. & latiùs lib. aduerſ. Hermog. cap. 1. nu. 11. ac cap. 8. nu. 32. Quòd denique negarit carnis reſurrectionem , frequentiſſimè repetitum fuit in hu 5. libru adu. eumdem, & ex profeſſo lib. de Reſurr. carnis, cap. 2. Atqui rectè interpretatur Rhen.* Cuius ingeniis, *pro* : A cuius ingeniis. *Legimus autem ex 2. Vat. MS. cod.* & omnia illum ex nihilo protuliſſe, *pro*:potuiſſe.

304. & Chriſtum ex vulua virginis natum, &c.] *Quæ fuerit hæc de re Auctoris ſententia, vide Paradoxa eius inter noſtra Prolegomena.*

305. Denique ſi nos Deus cum Chriſto vluificat, donans delicta nobis, &c.] *Supra latiùs iſtud Apoſtoli citat & tractat lib. de Reſurr. carn. cap. 23. vbi vide Adnotat. noſtras num.183.*

306. Nemo vos iudicet in cibò & potu, &c.] *In hoc differt à reliquis Auctor, quòd per coniunctiones efferat, quod alij per diſiunctiuas ; item quòd ſingulari numero dicat*: quæ eſt vmbra fututorum, *ſicuti etiam 2. Auguſt. qui Auctori conſentit lib. 6. aduerſ. Fauſtum, quod cum aliis & B. Epiphan. plurali confutat. vnica ex Epiſtol. ad Coloſſen. aduerſ. Marcion. vbi hoc ipſum tractat.*

307. Si autem & aliquos taxat, qui ex viſionibus angelicis, &c.] *Paraphraſtice, conuncit & verbis paucioribus reliquum cap. 2. ad Coloſſ. quod expreſſit Apoſtolus ſex verſibus. Vbi imprimis explicat* ſuperſtitionem angelorum , *Græcè* θρησκείαν, eorum qui ex viſionibus angelorum dicebant cibis abſtinendum, decernentes, *ſiue vt ſupra legit lib. de Reſurr. carn. cap. 23.* ſententiam ferentes ; ne adtigeris neque guſtaueris , *Græcam ſecutus editionem (ſicuti etiam Syrus Interpres , & Latinus quidam edidit) præterquàm quod omittat tertium membrum* : neque contrectaueris. *Deinde his ſubiungit* : volentes in humilitate ſenſus incedere ; non tenentes

caput, *quod multò antè in singulari numero aliter dixit Apostolus, Volens in humilitate, & quæ non videt ambulans, & non tenens caput. Denique adijcit & illud*: secundum præcepta & doctrinam (*seu potius, sicuti ex aliis locis castigauimus*, doctrinas) hominum. *Sed non mirum, quum in his verbis explicandis tot sententiæ ferè sint, quot capita in veterum Commentarijs.*

308. interdictionem quorundam edulium, &c.] *Vsurpat* (*inquit Rhen.*) *edulium iuxta tertiam inflexionem. Sic etiam Irenæus interpres loquitur*: *Ipsam autem, inquit, edulium & reliquarum operationum indifferentem sententiam, &c. lib. 2.*

309. Cetera præceptorum, vt eadem, saris sit iam alibi dixisse, &c.] *Quandoquidem eadem sint præcepta cap. 3. & 4. huius Epistolæ cum iis quæ habentur Ephes. 5. & 6. tacite remittit Lectorem ad huius libri caput præcedens, de quibus vide & Adnot. nostras nu. 285. & 286.*

CAP. XX.

310. Quum prædicationis enumerat varietatem, &c.] *Inscriptionem veterem in marginem resectam retinuimus*: DE EPISTOLA AD PHILIPPENSES. *Quam Tertullianus iuxta Marcionem nouo, B. Epiphan. vero decimo loco collocat, quamquam interim nihil inde in medium adduxerit, eo quòd* (*inquit*) *pertuerſa apud illum habeatur. Atqui hic adiudicat ad illud Philipp. 1. verbi nonnihil diuersi paraphraſtica*, quòd alij ex fiducia vinculorum eius, audentiùs sermonem enuntiarent; alij per inuidiam & contentionem, quidam verò & per sermonis existimationem (*pro quo est apud alios*: *propter bonam voluntatem*) plerique ex dilectione, nonnulli ex æmulatione (*quod etiam nulli habent codices, & videtur coniicere eum eo quod præceſſit per inuidiam*) iam aliqui & ex simulatate (*pro quo alij*: *contentione, Græcè ἐξ εὐδοκίας*) Christum prædicarent.

311. Nihil mea, inquit, siue causatione, siue veritate Christus adnuntietur, &c.] Causatione *vertit, quòd Græcè* πρόφασις, *& tam B. Cypr. Epiſt. 73. ad Iubaian. num. 13. vnigenitus, quàm Syrus, Interpretes Latini verterunt*: *per occaſionem.*

312. quum & hodie maior pars sit, &c.] *Adnotatu dignum, quòd non vsque adeò pullulauerit hæreſis Martiana, vt dicere Auctor auderet*: quum & hodie maior pars sit omnibus in locis sententiæ nostræ quàm hæreticæ. *Atqui Rhenan. ibi*: Quòd ne hîc, *Græcè adnotat*: Quò, *accipi pro*: *Quapropter*: *Est verò etiam vox Tertullianea*: denotatione.

313. quod in effigie Dei conſtitutus, &c.] *Pulcrè verba hæc Apoſtoli Philipp. 2. sic expliciat, vt doceat* figuram, similitudinem, & effigiem, etiam substantiæ accedere, *atque adeò* poſſe Christum dici verè Deum, & in effigie Dei, ac verè hominem, & in similitudine hominis. *Quem adeò locum suprà adnotauimus lib. 4. c. 40. nu. 662. vt comprobaremus poſſe dici & veritatem & figuram, Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi. Legimus autem*: Æquè nõ erit Deus Christus, *pro*: Dei. *Arquitransfertur ab Auctore μορφὴ*, effigies, *tum hic, tum suprà lib. de Reſurr. carn. cap. 6. quæ ab Interprete vulgato & Syro*: forma, *ὁμοίωμα*, similitudo *ab omnibus*, *σχῆμα*, denique figura *ab Auctore, ab aliis* mutatione. *In reliquis nulla differentia, præterquàm quod phraſi sua vtatur, vti patet ex sequentibus.*

314. patiari Deo, &c.] Patiari (*inquit Rhenan.*) *id eſt, patrem eſſe. Sic vertit quod apud Paulum Græcè est*, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. *Hoc verbo in lib. de Reſurr. carn. bis vtitur cap. 6.* Et termo enim Deus, qui in effigie Dei conſtitutus, non rapinam existimauit patiari Deo; *& alio poſtea loco, cap. 53.* Æqua enim substantia patiant inter se Christus & Adam, scilicet ex carne. *Semel lib. 4. adu. Marc. c. 29.* Ita tota promiſſio creatoris est, parabolarum status, similitudinum per 3. quatio, si nec in aliuin spectant, quàm cui per omnia patiauerint, *& l. de Carne Chriſti, c. 6.* Patiamus igitur de calcaria, quod dici soler, in carbonariam, à Marcione ad Apellem, *subaudistur eunte.* Patiamus, *id est, in pari errore proſligando versamur. Tametsi illis legitur*: paruimus. *Quæ etiam recte primus* ταξιγραυit, *iuxta Apoſtolum*: sed exhausit semetipsum. *quia Græcè est*, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε. *Atqui etiam ex illo probat non phantasma fuisse Christum, quòd sequatur in Apoſtolo*: Et mortem etiam crucis.

315. Quæ autem retrò lucti duxerat, *&c.* hæc modo detrimento sibi deputat, &c.] *Transit ad c. 3. Epiſt. ad Philipp. Vbi* lucri ducere (*inquit Rhenan.*) *vsurpat sicut suprà, nu. 299.* boni ducere, *vt lib. de Coron. milit. cap. 11. dicit*: lucri habitum, Peruidit tus animam aduersus nomen eius lucri habitam. *Gracum etiam exemplar sequitur in eo, quod*: detrimento *legat, & singulars numero.*

316. quæ & suprà numerat, &c.] *Nempè ante iam verba dicta. Hîc verò vertit gloriam carnis, vti Græcè est* τὸ πεποίθησιν ἐν σαρκὶ, *pro eo quod alij magis propriè: fiduciam in carne. Verum magis sensum exprimere quàm verba etiam ordine transpoſito patet ex hîc sequentibus*: notam circumcisionis, generis Hebræi ex Hebræo censum (*id est originem, siue ab origine recensum*) titulum tribus Benjamin, Phariſææ candidæ dignitatem, *id est* (*interprete Rhenano*) *ordinem Phariſæi ſastigium, in quo conſtitutus fuerat Paulus adhuc Iudæus.* Candida *veſtis erat Magiſtratus petentium. In toga* candida *Cicero orationem habuit.*

317. Hæc ac li stercora existimat, &c.] *Etiam hic sensum potius reddit quàm verba, vertens*: præ comparatione agnitionis Christi, *quod Græcè est*, Διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως *nouè accipiens*: comparatione præſtantia *siue eminentia, non aliter quàm suprà dixit lib. adu. Valent. cap. 13. nu. 154.* comparatitium antiſtatum; *siquidem* (*sicutibi adnotat Rhenan.*) compatatio *per æquationem secum adfert. Et vero veriat etiam Auctor in hoc ab aliis, quòd legat*: sed quæ per ipsum, scilicet Christum, ex Deo; *quum alij legant*: *in fide Christi Iesu, quæ ex Deo est.*

318. Noſter, inquit, municipatus in cœlis, &c.] *Eodem modo istud citatur Tom. 2. lib. de Coron. milit. c. 13. num. 177. & suprà lib. 3. aduerſ. Marc. cap. vlt. addens etiam vetera Græcum* πολίτευμα. *Supplemus autem ex altero Vatic. MS. cod.* Idcò & stella à stella, *&c.*

319. Quòd si Christus adueniens de cœlis, transfigurabit, &c.] *Vatic. 2. cod. MS.* transfiguruit; *sed illud habet Apoſtolus Græcè, Latinè & Syriacè, & alsuubi, vt ſallor, Tertullian. cui accedit B. Cyprianus legens sæpiùs*: confirmabit, *pro* quod Interpres vulgatus: *reformabit*, Græcè μετασχηματίσει. *Atqui*: corpus humilitatis noſtræ *explicat*, quòd humiliatur in paſſionibus; *sua denique voce transfert* conformale, *quod Græcè est* σύμμορφον.

CAP. XXI.

320. Soli huic Epiſtolæ breuitas sua profuit, &c.] *Etiam hic veterem titulum retinuimus, sed ad marginem reiecimus*: DE EPISTOLA AD PHILEMONEM. *Mirum est autem quòd bifariam inter se disſentiant Auctor & B. Epiph. quod ille istam ad Philemonem nonam faciat Marcionis aguram Epiſtolam, Auctor decimam. Deinde quod alter dicat eam penitus peruerſam apud Marcionem haberi, & econtrario Auctor dicat, eam falsatias manus illius cuaiſſe. Verisimile est eos vsos diuerſis libris Apoſtolici Marcionis exemplaribus.*

321. Adfectauit, opinor, etiam numerum Epiſtolarum intetpolare, &c.] *Eam cauſſam reddit, cur* Marcion Epiſtolas ad Timotheum & Titum non recepetit. *Atqui* numerum Epiſtolarũ Pauli *vsque ad xiiij. ſicuti hodie, agnoſcit adu. Marc. Conſut. ſua ex Epiſt. ad Philemonem B. Epiph. dicens in quibus dam exemplaribus poni hanc xiij. ante Epiſt. ad Hebræos, ſicuti etiam hodie, in aliis verò Epiſt. ad Hebræos decimam ante Epiſtolas ad Timotheum, ad Titum, & ad Philemonem. Quæ verba notatu digna pro auctoritate Epiſtolæ ad Hebræos, de qua interim latiùs infrà.*

322. expunxerimus, &c.] *Hoc est (inquit Rhen.) vos debito abſoluerimus, præſtiterimiſque. Sic libro quarto præcedente, cap. 22.* Et ſi commemoremur, *inquit*, promiſſionis Moyſei, hic inuenietur expuncta.

ARGVMENTVM IN SCORPIACVM ADVERSVS GNOSTICOS, PER IACOBVM PAMELIVM.

SCRIPTVRVS ADVERSVS GNOSTICOS, & omnes Martyriorum refragatores Tertullianus, DE BONO MARTYRII SCORPIACON, ac si dicas, contra Scorpios potionem seu pharmacum.

Principio, eius tituli causſam indicat, quòd contra Gnoſticos, qui velut ſcorpij, multos ſimplices & rudes in ardore perſecutionis argumentis aduerſus Martyria, tamquam ſpiculis quibuſdam offendunt, ſigunt, occidunt, fides imprimis præſidium adferat, tum ſignando, per baptiſmum ſcilicet, adiurando & vnguendo beſtiæ calcem, tum per eloquia Dei. I.

Deinde ad officium hæreticos compelli, non inlici dignum adſerens, vt Martyrij non ſolùm vtilitatem, ſed & neceſſitatem doceat, ex Lege aduerſus idololatriam teſtimonia producit, eáque talia, vt etiam loca eorum extirpari, & idololatras interfici iuſſerit. II.

Immò diſciplinam deſertam & idololatriam vindicaſſe Deum in populo Iſraël in Libris Exodi, Numeri & Iudicum. III.

Et verò ea exempla & præcepta Martyrijs patrocinari, ſi enim præcepta obſeruando vim patimur, hoc erit quodammodò præcepti obſeruandi præceptum, vt id patiamur per quod obſeruemus præceptum; maximè quum ſacramento ad id nos Deus (in baptiſmo nempè) adſtrinxerit; veluti milites in acie depugnaturos. IIII.

Inde ad inſtitutum veniens, bonum Martyrium oſtendit, quòd à malo idololatriæ liberet, etiamſi periculoſum ſit, non ſecus atque Medicinam, quæ ſcalpello, cauterio, incendio dolores vtiles adfert. V.

Sed & certaminis nomine Deum Martyria nobis propoſuiſſe, vt pro meritis coronam, compenſationem, & mercedem accipiamus, eſſéque illa poſt lauacrum ſecunda ſolatia, immò ipſum baptiſmum ſanguinis ſecurum. VI.

Non mirum proinde, ſi Deus permittat tormenta ignium & ſuppliciorum per Martyria fidei examinatoria. VII.

Porrò Martyriorum à primordio & in Lege exempla inueniri. VIII.

In nouo quoque Teſtamento Martyria à Chriſto præcepta fuiſſe. IX.

Non enim in cælo (quod volebat Valentinus) ſed in terra, apud homines huius naturæ, confeſſionem nominis conſtitutam. X.

Alijs item Chriſti verbis Martyria adprobari. XI.

Eadem comprobari Epiſtolis Apoſtolorum, Petri & Ioannis, ac eiuſdem Apocalypſi. XII.

Ex B. Pauli etiam Epiſtolis. XIII.

Neque verò Gnoſticis refragari illud eiuſdem Apoſtoli Rom. 13. vbi monet illos Romanos poteſtatibus omnibus ſubijci. XIIII.

Denique etiam Martyriorum exempla ſumenda ex Actis Apoſtolorum, vbi Petrus cæditur, Stephanus opprimitur, Iacobus immolatur, Paulus diſtrahitur, immò verò Petri & Pauli ſanguine Roma à Nerone cruentata eſt. XV.

Ceterùm præterquàm quòd Auctorem imitetur ad verbum frequenter B. Cyprianus lib. de Exhort. Martyr. ad hunc librum adludit Auctor ipſe Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 1. his verbis: Sed de quæſtionibus confeſſionum (id eſt Martyriorum, contra quorum recuſatores agit) alibi docebimus. Vincentius Lirinenſis quoque lib. De prophan. hæreſ. vanitate, dum GNOSTICOS inter eos recenſet, quorum blaſphemias Tertullianus multis ac magnis voluminum ſuorum molibus veluti quibuſdam fulminibus euertit. Nominatim etiam non modò eius meminit, ſed & argumentum pancis recenſet ipſis Auctoris verbis B. Hieronymus lib. adu. Vigilantium: Scribit, inquit, aduerſus hæreſim tuam, quæ erupit aduerſus Eccleſiam (ne & in hoc quaſi repertor noui ſceleris glorieris) Tertullianus vir eruditiſſ. inſigne volumen, quod SCORPIACVM vocat rectiſſ. nomine; quia arcuato vulnere in

Ecclesiæ corpus venena diffudit, quæ olim appellabatur Caiana hæresis (sic enim castigo, contra quàm D
alij hactenus qui in Indice B. Hieron. adnotarunt, Tertullianum hoc volumine venena in Ecclesiæ cor-
pus diffudisse, quum ipse potius pro Ecclesia, at Caiana hæresis aduersus eam venena sua diffuderit) &
multo tempore dormiens vel sepulta, nunc à Dormitantio suscitata est. Miror quòd non dicas: nequa-
quam perpetranda Martyria; Deum qui sanguinem hircorum taurorumque non quærat, multò magis
hominum non requirere. Quod quum dixeris, immò, & si non dixeris, ita habeberis quasi dixeris. Qui
enim reliquias Martyrum adseris calcandas esse, prohibes sanguinem fundi, qui multo honore dignus
est. Citatur denique quod sub finem huius Libri habetur de BB. Petri & Pauli Martyrio Romæ,
in Biblioth. SS. Patrum. Primus autem hunc ædidit Ioannes Gagnæus Theologus in æditione Pa-
risiensi; deinde castigauit satis egregiè Sigismundus Gelenius ex Codice Britannico; nos denique ex
coniecturis nostris, ac Dominorum Latinij & Harrisij denuò recognitum, Argumento & Adnota-
tionibus nouis adornauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI: ADVERSVS GNOSTICOS: SCORPIACVM, de bono Martyrij. E

Cap. 1. MAGNVM [4] de modico malum Scorpium terra suppurat; tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot & species; tot dolores, [5] quot & colores Nicander scribit & pingit, & tamen vnus omnium violentiæ gestus de cauda nocere; quæ cauda erit, quodcumque de posthumo corporis propagatur, & verberat. Proinde scorpij series illa nodorum venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens. [6] Vnde & bellicam machinam, retractu tela vegetantem de scorpio nominant. Id spiculum & fistula est patula tenuitate, in vulnus & virus quâ figit, effundit. Familiare periculi tempus æstus, Austro & Africo sæuitia velificat, [7] in remedijs naturalia plurimùm, aliquid & magia circumligat, medicina cum ferro & poculo occurrit. Nam & præbibunt quidam festinando tutelam, sed concubitus exhaurit, & denuò fituunt. Nobis fides præsidium, si non & ipsa percutitur diffidentia [8] signandi statim & adiurandi, & vnguendi bestiæ calcem. Hoc denique modo etiam ethnicis sæpè subuenimus; donati à Deo ea potestate; quam Apostolus dedicauit, quum morsum viperæ spreuit. Quid ergo promittit stylus iste? si fides de suo tuta sit, & aliàs de suo tuta sit, quum suos scorpios patitur. Acerba mediocritas, & isti, & genus varium, & vno modo armantur, & certo tempore subornantur, nec alio quàm ardoris. Hoc apud Christianos persecutio est. Quum igitur fides æstuat, & Ecclesia exuritur de figura rubi, tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes Martyriorum refragatores ebulliunt, callentes & ipsi offendere, figere, occidere. Nam quòd sciant multos simplices ac rudes, tum infirmos, plerosque verò in ventū si placuerit Christianos, numquam magis adeundos sapiunt, quàm quum aditus animæ formido laxauit; præsertim si aliqua iam atrocitas fidem Martyrum coronauit. Itaque primò trahentes adhuc caudam, de adfectibus adplicant, aut quasi in vacuum flagellant. [9] Hæccine pati homines innocentes, vt puta fratrem aut de melioribus ethnicum; siccine tractari sectam nemini molestam. Dehinc adigunt: perire hominesne causa. Perire enim & sine causa, prima fixura; Exindeiam cædunt. Sed nesciunt simplices animæ quid quomodo scriptum sit, vbi, & quando, & coram quibus confitendum; nisi quòd nec simplicitas ista, sed vanitas; immò dementia pro Deo mori, vt qui me saluum faciat; si is occidit, quis saluum facere debebit? Semel Christus pro nobis obijt, semel occisus est ne occideremus. Si vicem repetit, num & ille salutem de mea nece exspectat? An Deus hominum sanguinem flagitat, maximè si tau- *Psal. 49.* rorū & hircorum recusat? Certè peccatoris pœnitentiā mauult quàm mortem. Et quomodo peccato- *Osee. 6.* rum non desiderat mortē? Hæc etsi qua alia adinuenta hæreticorū venenorū, quem non vel in scrupulum figant, si non in exitum, vel in bilem, si non in mortem. At tu, si fides vigilat, [10] ibidem Scorpio pro solea anathema inlidito, & relinquito in suo sopore morientem. Ceterùm si plagam satiauerit, intimat virus & properat in viscera, statim omnes pristini sensus retorpescunt, sanguis animi gelascit, carne spiritus exolescit, nausea nominis inacrescit. Iam & ipsa mens sibi quò vomat quærit, vt quæ ita semel infirmitate quoque percussa sauciatam fidem vel in hæresim vel in seculum expuat: & in præsentiarum est medius ardor, [11] Ipsa canicula persecutionis ab isto scilicet cynocephalo. [12] Alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probauerunt: alij fustibus interim & vngulis insuper deguſtato

Luc. 10. Act. 28.

marty-

A martyrio, in carcere esuriunt, nos ipsius lepores, destinata venatio de longinquo obsidemur, & hæretici ex more grassantur. Itaque tempus admonuit [11] aduersus nostrates bestiolas nostrate SCORPIACVM stylo temperare; qui legeris, biberis. Nec amarũ potio. si eloquia Domini dulcia super mella & fauos, inde pigmenta sunt: si lacte & melle promissio Dei manat, hoc sapiunt quæ illuc faciunt. Væ autem qui dulce in amarum, & lumen in tenebras conuertunt. Perinde enim & qui martyrijs refragantur, salutem perditionem intet pretantes, tam dulce in amarum, quàm lucem in tenebras reformant, atque ita misserrimam hanc vitam illi beatissimæ ptæuertendo, tam amarum pro dulci, quàm tenebras pro luce supponunt. [14] Sed nondum DE BONO MARTYRII, nisi debito primum; nec antè de vtilitate eius, quàm de necessitate discendum. Auctoritas diuina præcedit, an tale quid voluerit atque mandauerit Deus, vt qui negant bonum, non suadeantur ad commodum, nisi quum subacti fuerint. [15] Ad officium hæreticos compelli, non inlici dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda. Et vtique satis optimum pteiudicabitur, quod probabitur à Deo constitutum atque præceptum. [16] Sustineant Euangelia pauliſper, dum radiceм eorum exprimo legem, dum inde elicio Dei voluntatem, vnde & ipsum recognosco. [17] Ego sum, inquit, Dominus Deus tuus qui te eduxi de terra Ægypti, Non erunt tibi Dei alij præter me. Non facies tibi simulacrum eorum quæ in cœlo, & quæ in terra deorsum, & quæ in mari infra terram. Non adorabis ea, neque seruies eis. Ego enim sum Dominus Deus tuus. Item in eadem Exodo, Ipsi vidistis quòd de cœlo locutus ad vos sim. Non facietis vobis Deos aureos & argenteos. Non facietis vobis secundum hæc. Et in Deuteronomio. [18] Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Et rursus, Ne obliuiscaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Ægypti & domo seruitutis. Dominum Deum tuum timebis, & illi famulaberis soli, & illi adglutinabetis, Et in nomine eius deierabis. Non ibitis post Deos aliorum & Deos nationum, quæ circum vos: quia Deus æmulator Dominus Deus tuus in te, & ne iratus indignetur & exterminet te à facie terræ. Sed & proponens benedictionem & maledictionem: Benedictionem, inquit, si audieritis præcepta Domini Dei vestri quæcunque ego præcipio vobis hodie: maledictionem, si erraueritis de via, quam mandaui vobis, vt abeuntes seruiatis Deis alijs, quos non scitis. De quibus omnifariam extirpandis, perditione perdetis omnia loca in quibus seruierunt nationes Deis, quas vos possidebitis hæreditate, super montes & colles, & arbores densas quasque, effodietis aras earum, euertetis & comminuetis staticula earum, & excidetis lucos earum, & sculptilia Deorum ipsarum concremabitis igni, & disperdetis nomen eorum de loco illo. Adhuc ingerit quum introuisset terram promissionis, & exterminassent nationes eius: Caue tibi ne sequaris eas posteaquàm exterminatæ fuerint à facie tua, ne requisieris Deos illarum, dicens: Quemadmodum faciunt nationes Deis suis; & ego ita faciam. [19] Sed &: Si ipse Prophetes, inquit, exsurrexerit in te, aut somnium somnians, & dederit tibi signum vel ostentum, & euenerit & dixerit, eamus & seruiamus Deis alijs, quos non scitis: ne audiatis sermonem Prophetæ aut somniatoris illius, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra timeatis Deum. Post Deum vestrum abibitis, & hunc timebitis, & præcepta eius custodietis, & vocem eius audietis, & illi seruietis, & illi adijciemini. Prophetes autem & somniator ille morietur: locutus est enim ad seducendum te à Domino Deo tuo. [20] Sed & alio capitulo. [21] Si autem rogauerit te frater tuus ex patre vel matre, aut filius tuus, aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo est, aut amicus qui animæ tuæ par est clàm dicens, Eamus & seruiamus Deis alijs quos non scis, nec patres tui, ex Deis nationũ quæ circũ te proximè sunt aut longè, ne velis ire eum illo, & ne audieris eum. Non parcet oculus tuus super eum. Nec misereberis, nec cœlabis eum, adnuntians adnuntiabis de eo. Manus tuæ erunt in eum imprimis ad occidendum, & manus omnis populi in nouissimis, & lapidabitis illum, & morietur, quoniam quæsiuit auertere te à Domino Deo tuo. Subijcit etiam de ciuitatibus, si quam ex his constitisset suasu iniquorum hominum transisse ad Deos alios, vt interficerentur omnes incolentes eam, & deuotamenta fierent vniuersa eius, & colligerentur omnia spolia eius in omnes exitus eius, & igni cremarentur cũm omnibus vasis suis, & cum omni populo in conspectu Domini Dei. Et non erit habitabilis, inquit, in æternum, non reædificabitur amplius, nec adhærebit quidquam manibus tuis ex deuotamento eius, vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Maledictionum quoque ordinem ab idolorum execratione commisit: Maledictus homo qui fecerit sculptile aut fusile aspernamentum Domino opus manuum artificis, & collocauerit illud in absconditio. In Leuitico verò: [22] Non sequemini, inquit, idola, & Deos fusiles non facietis vobis. Ego Dominus Deus vester: Et alibi: Filij Israël famuli pueri mei; Hi sunt quos eduxi de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester. Non facietis vobis manu factã; nec sculptile nec staticulum statuetis vobis. Nec lapidem scopum ponetis in terra vestra. Ego Dominus Deus vester. Et hæc quidem prima per Moysen Dei scita tam ad omnes vtique pertinentia, quoscunque Dominus Deus Israël perinde de Ægypto superstitiosissimi seculi, & de domo humanæ seruitutis eduxerit. Sed & deinceps omne os Prophetarum eiusdem Dei vocibus sonat, eandem legem suam eorundem præceptorum instauratione cumulantis, nec aliud primum tam principaliter denuntiantis, quàm ab omni factura atque cultura idolorum cauere, vt per Dauid: [23] Dei nationum argentum & aurum, oculos habent, & non vident: aures habent, non audiunt: nares habent, nec odorantur:

Psal. 11. *Exod. 3.* *Isa. 5.* *Cap. 11.* *Exod. 20.* *Ibidem.* *Deut. 6.* *Ibidem.* *Ibid. 12.* *Deut. 12.* *Ibidem.* *Deut. 13.* *Ibidem.* *Deut. 27.* *Deut. 27.* *Leuit. 19.* *Ibidem 25.* *& 26.* *Psal. 95. 113. & 134.*

os, nec loquuntur: manus, nec contrectant: pedes, nec ingrediuntur. Similes erunt illis qui faciunt ea, D
CAP. III. & qui fidunt in illis. [[24] Nec putem disceptandum an dignè Deus prohibeat nomen & honorem
suum mendacio addici. An dignè quos ab errore superstitionis auulserit, rursus in Ægyptum regredi nolit: an dignè à se non patiatur absistere quos sibi adlegit. Ita nec illud expectabit retractari à nobis, an obseruari voluerit disciplinam quam voluit instituere, & an meritò vleiscatur desertam, quam voluit obseruatam, quando frustrà instituisset, si obseruari eam noluisset, & frustrà obseruari voluisset, si vindicare noluisset. Sequitur enim vt has definitiones Dei aduersus superstitiones, tam euictas quàm etiam vindicatas probem, quoniam ex his tota martyriorum ratio constabit. [25] Aberat apud Deum
Exod.32. in monte Moyses, quum populus tam necessariæ absentiæ eius impatiens Deos sibi producere quærit, quos potius ipse perdiderit. Vrgetur Aaron, iubet inaures fœminarum suarum in ignem conferri. Amissuri enim erant in iudicium sibi vera ornamenta aurium, Dei voces. Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, sugillans illic cor habentes, vbi & thesaurum, apud Ægyptum scilicet inter cetera animalia [26] bouis etiam cuiusdam consecratricem. itaque tria milia hominum à parentibus & proximis cæsa, quia tam proximum parentem Deum offenderant, transgressionis & primordia & merita dedicauerunt. [27] In Arithmis, quum diuertisset Israël apud Sethim, abeunt libidina-
Num.25.et tum ad filias Moab, inuitantur ad idola vt spiritu fornicarentur. Edunt denique de pollutis eorum:
1.Cor.10. dehinc & adorant Deos gentis, & Beelphegor initiantur. Ob hanc quoque idololatriam mœchiæ so-
Judic.2. rorem viginti tria milia domesticis obtruncata gladijs diuinæ iræ litauerunt. [28] Defunctо Iesu Nae, derelinquunt Deum patrum suorum, & seruiunt idolis Baalim & Astartis, & iratus Dominus tradidit eos in manibus diripientium, & diripiebantur ab illis, & venundabantur inimicis, nec poterant E
omninò subsistere à facie inimicorum suorum quocunque processerant, manus erat super illos in mala, & compressati sunt valdè. [29] Post quæ instituit super illos Deus Critas, quos censores intelligimus; sed nec istis obaudire perseuerauerunt; vt quis Critarum obierat, illi ad delinquendum suprà quàm patres eorum abeundo post deos aliorum, & seruiendo, & adorando eos. Itaque Dominus iratus,
Jud.3.4.6. quoniam quidem ait, transgressa est gens ista pactum meum, quod disposui patribus eorũ, & non obau-
10. & 13. dierunt voci meæ, & ego non aduertam ad auferendum virum à facie eorum ex nationibus quas reli-
1.Reg.2. quit decedens Iesus. [30] Atque ita omnes penè annales Critarum, & deinceps Regum reseruatis gen-
3.Reg.13.& tium circumcolarum viribus, bello & captiuitate & iugo Allophylorum iram dispensauit Israël, quo-
20.& 4. tienscunque ab illo maximè in idololatria exorbitauerunt. [31] Hanc igitur si à primordio constat, &
Reg.13.16. 17.18.23. prohibitam de tot tantisque præceptis, & nunquam impunè commissam de tot tantisque documen-
24.& 25. tis, nec vllum tam superbum crimen apud Deum deputari, quàm huiusmodi transgressionem, vltrò
CA. IIII. intelligere debemus diuinarum & denuntiationum & executionum intentionem, iam tunc martyrijs patrocinatam non modò non dubitandis, verùm etiam sustinendis, quibus scilicet locum fecerat prohibendo idololatriam. Aliter enim martyria non euenirent, & vtique auctoritatem suam præstruxerat, volens ea euenire quibus locum fecerat. Nunc enim de Dei voluntate & compungimur, & ingeminat scorpius plagam, hanc negans, hanc accusans voluntatem, vt aut aliam Deum insinuet, cuius hæc non sit voluntas: aut nostrum nihilominus destruat, cuius talis sit voluntas: aut omninò neget voluntatem Dei, si ipsum negare non potuerit. [32] Nos autem DE DEO alibi dimicantes, & DE RELIQVO CORPORE HÆRETICÆ CVIVSQVE DOCTRINÆ, nunc in vnam speciem congressionis certas præducimus lineas, non alterius Dei quàm Israëlis eam defendentes voluntatem F
quæ martyrijs locum fecerit, tam ex præceptis prohibitæ semper, quàm ex iudicijs punitæ idololatriæ. Si enim præceptum obseruando vim patior, hoc erit quodammodo obseruandi præceptum, vtid patiar per quod potero obseruare præceptum, vim scilicet quæcunque mihi imminet cauenti ab idololatria. Et vtique qui imponit præceptum, extorquet obsequium. non potuit ergo noluisse ea euenire per
Exod.23. quæ constabit obsequium. [33] Præscribitur mihi ne quem alium Deum dicam, ne vel dicendo non minus lingua quàm manu Deum fingam: neque alium adorem, aut quomodo venerer præter vnicum illũ qui ita mandat, quem & iubeor timere, ne ab eo deserar, & de omni substãtia diligere, vt pro eo moriar. [34] huic sacramẽto militans ab hostibus prouocor: par sum illis, si illis manus dedero, hoc defendẽdo depugno in acie, vulneror, concidor, occidor. Quis hunc militi suo exitum voluit, nisi qui tali cum
CA. V. sacramento consignauit? [35] Habes igitur Dei mei voluntatem: occurrum est huic plagæ, in aliũ ictum consideremus de voluntatis qualitate. longum est VT DEVM meum BONVM OSTENDAM, QVOD IAM A NOBIS DIDICERVNT MARCIONITÆ, Deum interim sufficit dici, vt necesse sit bonum credi: malum enim Deum quis præsumpserit, constare in vtroque non poterit? aut Deum negare debebit, quem malum existimarit: aut bonum dicere, quem Deum pronuntiarit. Bona igitur erit & voluntas eius, qui nisi bonus, non erit Deus. Probabit hoc etiam ipsius rei bonitas, quam Deus voluit, martyrij dico. Quia non nisi bonus, voluit bonum. Bonum contendo martyrium apud eũdem Deum, à quo & prohibetur & punitur idololatria: Obnititur enim & aduersatur idololatriæ martyrium: malo autem obniti & aduersari nisi bonum non potest, non quasi negemus esse æmulationem, tam malorum inter se, quàm & bonorum. Sed alia conditio est huius tituli. Martyrium enim non de communi aliqua militia certat cum idololatria, sed de sua gratia. Liberat enim ab idololatria: quod à malo liberat, qui non bonum

A bonum pronuntiabit? quid aliud est aduersatio idololatriæ atque martyrij, quam mortis & vitæ? in tantum vita martyrio deputabitur, quantum morti idololatria. Vitam qui malum dixerit, habet mortem, quam bonum dicat. Est & hæc peruersitas hominum salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa quæque medicamina vitare, mori denique citiùs quàm curari desiderare. [17] Nam & medicinæ præsidium plures qui refugiunt, plures stulti, plures timidi, & malè verecundi. Et est planè quasi sæuitia Medicina de scalpello deque cauterio, de sinapis incendio, non tamen secari, inuri & extendi, mordereque idcircò malum, quia doloresuiles adfert. Nec quia tantummodò contristat, recusabitur, sed quia necessario contristat, adhibebitur. Horrorem operis fructus excusat. vlulans denique ille, & gemens & mugiens inter manus medici, postmodùm eadem mercede æmulabit, & artifices optimas prædicabit, & sæuas iam negabit. Et si martyria desæuiunt, sed in salutem: licebit & Deo in vitam æternam per ignes & gladios & acerba quæque curare. [18] Sed medicuni quoque miraberis etiam in illo, quòd fermè pares adhibet qualitates medelarum aduersus qualitates querelarum, quum quasi de peruerso auxiliatur, per ea subueniens per quæ laboratur. Nam & calores caloribus amplius onerando compescit, & ardores siti potius macerando restringit, & sellis excessus amaris quibusque potionibus colligit, & sanguinis fluxus defusa insuper venula reuocat. Deum verò & quidem Zeloten culpandum existimabis, si voluit certasse cum causa, & iniuriæ æmulando prodesse, mortem morte dissoluere, occisionem occisione dispergere, tormentis tormenta discutere, supplicijs supplicijs euaporare, vitam auferendo conferre, carnem lædendo iuuare, animam eripiendo seruare. peruersitas quam purus, ratio est, quod sequitiam existimas, graria est. Ita Deo de momentaneis æterna meditante, magnificabono tuo Deum:

B tuum: incidisti in manus eius, sed fœliciter incidisti. Incidit & ille in ægritudines tuas. Homo semper medico prior negotium facit, denique sibimet ipse periculum mortis attraxit. acceperat à Domino suo vt à medico, saris vtilem disciplinam secundum legem viuendi, vt omnia quidem ederet, ab vna solummodò arbuscula temperaret, quam ipse medicus importunam interim norat. audijt ille quem ma- *Gen. 2.*
luit & abstinentiam rupit, edit inlicitum, & transgressione saturatus in mortem eructauit, dignissimus *Gen. 3.*
bona fide in totum perisse qui voluit. Sed Dominus sustentato feruore delicti, donec rempore medicina temperaretur, paulatim remedia composuit, omnes fidei disciplinas & ipsas æmulas vitio, verbum mortis verbo vitæ rescindentes, auditum transgressionis auditu deuotionis limantes: ita & quum mori præcipit medicus ille, veternum mortis excludit. Quid grauatur pati nunc homo ex remedio, quod non est tunc grauatus pati ex vitio? Displicet occidi in salutem, cui non displicuit occidi in perditionem? Nauseabit ad antidotum, qui hiauit ad venenum? [19] Sed & certaminis nomine CAP. VI.
Deus nobis martyria proponit, per quæ cum aduersario experiremur, vt à quo libenter homo elisus est, cum iam constanter elidat. Hic quoque liberalitas magis quàm acerbitas Dei præest. Euulsum enim hominem de diaboli gula per fidem, iam & inculcatorem eius voluit efficere per virtutem: ne solummodò euasisset, verùm etiam deuicisset inimicum. Amauit quæ vocauerat in salutem, inuitare ad gloriam: vt qui gaudeamus liberari, exultemus etiam coronati. [20] Agonas istos, contentiosa solennia & superstitiosa certamina Græcarum & religionum & voluptatum quanta gratia seculum celebret, etiam Africæ liquit. [21] Adhuc Carthaginem singulæ ciuitates gratulando inquietant, donatam Pythico agone post stadij senectutem. Ita ab æuo dignissimum creditum est studiorum experimentum
C committere artes, corporum & vocum præstantiam expendere præmio indice, spectaculo iudice, sententia voluptate: qua nulla sunt prælia, nonnulla sunt vulnera, pugni quassant, calces arietant, cæstus dilaniant, flagella dilacerant: nemo tamen agonis præsidem fuggillauerit, quòd homines violentiæ obiectet. iniuriarum actiones extra stadium: sed quantum liuores illi & cruores & vibices negotiantur intendis, coronas scilicet, & gloriam & dotem, priuilegia publica, stipendia ciuica, imagines, statuas, & qualem potest præstare seculum de fama æternitatem, de memoria resurrectionem. Pyctes ipse non queritur, dolere se non vult, corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat, pius victoriatum est quàm iniuriatum. hunc tu læsum existimabis, quem vides lætum? Sed nec victus ipse de agonotheta casum suum exprobrabit, [22] Deum dedecebit artes & disciplinas suas educere in medium, in hoc seculi spatium, in spectaculum hominibus & angelis & vniuersis potestaribus? carnem atque animam probare de constantia atque tolerantia: dare huic palmam, huic honorem, illi ciuitatem, illi stipendium, etiam quosdam reprobare, & castigatos cum ignominia summouere? Nimirùm præscribes Deo, quibus temporibus, aut modis, aut locis de familia sua iudicet, quasi non & præiudicare iudici congruat. Quid nunc si non certaminis nomine in martyria fidem exposuisset, sed proprij profectus, nónne oportebat illam habere aliquem spei cumulum, cui studium suum cogeret, votúmque suspenderet, quò enitere- *Ioan. 14.*
tur ascendere, quum terrena quoque officia in gradu estuent. [23] Aut quomodo multæ mansiones apud *1. Cor. 15.*
patrem, si non pro varietate meritorum: quomodo & stella à stella distabit in gloria, nisi pro diuersitate radiorum? Porrò & si fidei propterea congruebat sublimitati & claritati aliqua prolatio, tale quid esse oportuerat illud emolumenti, quod magno constaret labore, cruciatu, tormento, morte. Sed respice compensationem, cùm caro & anima dependitur, quibus in homine nihil carius est, alterum manus Dei, alterum adflatus, ipsa dependi in profectu quorum est profectus, ipsa erogari quæ lucrifiant, eadem pretia quæ & mercedes. [24] Prosperexerat & alias Deus imbecillitates conditionis hu-

manæ,aduersarij insidias,rerum fallacias,seculi retia,etiam post lauacrum periclitaturam fidem, perituros plerosque rursum post salutem, qui vestitum obsoletassent nuptialem, qui faculis oleum non præparassent, qui requirendi per montes & saltus, & humeris essent reportandi. Posuit igitur secunda solatia, & extrema præsidia dimicationem martyrij, & lauacrum sanguinis exinde securum. De cuius fœlicitate Dauid: Beati quorum dimissa sunt delicta, & quorum opertæ sunt iniquitates. Beatus vir cui non reputauerit Deus delictum. [45] Propriè enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lauacro ipsa vita deponitur. Sic dilectio operit multitudinem delictorum, quæ Deum scilicet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat: ex tota anima sua, quam pro Deo ponit, hominem martyrem excudit. Hæc tu remedia, consilia, iudicia, spectacula, etiam Dei atrocitatem iudicabis. Sanguinem hominis Deus concupiscit. Et tamen ausim dicere, si & homo regnum Dei, si homo certam salutem, si & homo secundam regenerationem: nulli compensatio inuidiosa est, in qua aut gratiæ, aut iniuriæ communis est ratio. [46] Incutiat adhuc scorpius homicidam Deum ventilans, horrebo planè spurcum blasphemiæ adflatum de hæretico ore fœtentem: sed & talem Deum de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipse se plus quàm homicidam pronuntiauit ex sophiæ suæ persona, voce Solomonis: [47] Sophia, inquit, iugulauit filios suos. Sophia sapientia est. Sapienter vtique iugulauit dum in vitam, & rationaliter dum in gloriam. O parricidij ingenium, ô sceleris artificium, ô argumentum crudelitatis, quæ idcircò occidit, ne moriatur quem occiderit. Et ideò quid sequitur? [48] Sophia in exitibus canitur hymnis; Cantatur enim & exitus martyrum. Sophia in plateis constantiam agit, benè enim filios suos iugulat. Super summos autem muros confisa dicit, quum quis secundum Esaiam hîc exclamat, Ego Dei sum, & hic vociferatur, In nomine Iacob: & alius inscribit, In nomine Israëlis. O bonam matrem, opto & ipse in filios eius redigi, vt ab ea occidar. Opto occidi, vt filius fiam. Solùm autem iugulat filios suos, an & torquet? [49] Audio enim & alibi dicentem Deum: Vram illos sicuti vritur argentum, & probabo illos sicuti probatur aurum. Vtique per tormẽta ignium, & suppliciorum, per martyria fidei examinatoria. Scit & Apostolus qualem Deum adscripserit, quum scribit: Si [50] Deus filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non & cum illo omnia condonauit nobis? Vides quomodo etiam proprium suum filium primogenitum sophia diuina iugulauerit: vtique victurum, immò & ceteros in vitam redacturum. Possum dicere cum sophia Dei, Christus est qui se tradidit pro delictis nostris, iam & semetipsam sophia trucidauit. Verba non sono solo sapiunt, sed & sensu. Nec auribus tantummodo audienda sunt, sed & mentibus. Crudelem Deum qui non intelligit, credit. Quanquam & non intelligendi posita sententia est, quæ temeritatem cohibeat aliter intelligendi. Quis enim, inquit, cognouit sensum Dei? aut quis illi consiliarius fuit, qui eum instruat, aut viam intelligentiæ quis demonstrauit illi? [51] Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud seculum liquuit. Et Latio in hodiernum Ioui media in vrbe humanus sanguis ingustatur. Nec quisquam retractat, aut non rationem præsumit aliquam, aut inæstimabilem Dei sui voluntatem. Si noster quoque Deus propriæ hostiæ nomine martyria sibi depostulasset, quis illi exprobrasset funestam religionem, & lugubres ritus, & aram rogum, & pollinctorem sacerdotem, & non beatum amplius reputasset, quem Deus comedisset? [52] Vnum igitur gradum insistimus, & in hoc solum prouocamus, an præcepta sint à Deo martyria, vt credas ratione præcepta, si præcepta cognoueris, quia nihil Deus non ratione præceperit. Siquidem honorata est apud illum mors religiosorum ipsius, vt canit Dauid, non opinor ista communis & omnium debitum. At quin ista etiam ignominiosa est ex elogio transgressionis & merito damnationis, sed illa quæ in ipso aditur ex testimonio religionis, & prælio confessionis, pro iustitia & sacramento, sicut Esaias, [53] Videte, inquit, quomodo perit iustus, & nemo excipit corde, & viri iusti auferuntur, & nemo animaduertit: à facie enim iniustitiæ perit iustus, & erit honor sepulturæ eius. Habes hîc quoque & prædicationem & remunerationem martyriorum. A primordio enim iustitia vim patitur: statim vt coli Deus cœpit, inuidiam religio sortita est. [54] Qui Deo placuerat, occiditur, & quidem à fratre, quò procliuiùs impietas alienum sanguinem insectaretur, à suo auspicata. Denique non modò iustorum, verùm etiam & Prophetarum. [a] Dauid exagitatur, [b] Helias fugatur, [c] Hieremias lapidatur, Esaias secatur, [55] Zacharias [d] inter altare & ædem trucidatur, perennes cruoris sui maculas silicibus adsignans. [e] Ipse clausula Legis & Prophetarum, nec Prophetes, sed angelus dictus, contumelio sa cæde truncatur [56] in puellæ salticæ lucar. Et vtique qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo quæ & prædicassent. Proinde & trina fraternitas quum dedicatio imagines regiæ vrbem vrgeret officio, non ignorauerunt quid fides, quæ sola in illis captiua non fuerat, exigeret, moriendum scilicet aduersus idololatriam. [57] Meminerant enim & Hieremię scribentis ad eos quibus illa captiuitas imminebat: & nunc videbitis Deos Babyloniorum aureos & argenteos & ligneos portari super humeros, ostentantes nationibus timorem. Cauete igitur ne & vos consimiles fitis allophylis, & timore capiamini, dum aspicitis turbas adorantes retrò eos & antè: sed dicite in animo vestro, Te Domine adorare debemus. [58] Itaque dixerunt à Deo concepta fiducia, quando vigore animi conditionales minas regis excutiunt: Non habemus necessitatem respondendi huic tuo imperio. Est enim Deus noster quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis, & tunc manife-

Psal.31. 1.Pet.4. Matth.22. Ca. vii. Prou.9. Prou.1. Isai.44. Zach.13. Rom.11.& 1.Cor.2. Ca. viii. Psal.115. Esaiæ 57. Gen.4. a1.Reg.18. 19.20.21. 22.23.24. 25.26.27. & 2.Reg. 15.16.17. b3.Reg.19. c Heb.11. d2.Par.24. e Marc.6. 11.& 14. Dan.3. Baruch.6. Dan.3.

A manifestum fiet tibi, quòd neque idolo tuo famulabimur, nec imaginem tuam auream quam statuisti, adorabimus. O martyrium & sine passione perfectum, satis passi, satis exusti sunt, quos propterea Deus texit, ne potestatem eius mentiti viderentur. Nam & Danielem nullius præter Dei supplicem, & *Dan. 6.*
idcircò à Chaldæis delatum ac depostulatum, statim vtique concluſa & vſitata feritas leonum deuorasset, ſi Darij digna præſumptio de Deo falli debuiſſet. Ceterùm pati oportebat omnem Dei prædicatorem atque cultorem, qui ad idololatriam prouocatus negasset obſequium, ſecundum illius quoque rationis ſtatum, quia & præſentibus tunc & poſteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret paſſio ipſorum defenſorum eius, quia nemo voluiſſet occidi, niſi compos veritatis. Talia à primordio & præcepta & exempla debitricem martyrij fidem oſtendunt. [59] Supereſt ne anti- *C. 11 1x.*
quitas ſuum fortè habuerit ſacramentum, nouit atem Chriſtianam recenſere, quaſi & de Deo aliam, ac proinde diſciplina quoque æmulam, cuius ſophia filios ſuos iugulare non norit. Planè alia in Chriſto & *Prou. 9.*
diuinitas & voluntas & ſchola, & martyria aut nulla in totum, aut aliter intelligenda mandarit, qui neminem ad huiuſmodi diſcrimen hortetur, qui pro eo paſſis nihil repromittat, quia pati eos nolit. Et ideò præceptorum principia deducens, Beati, inquit, qui perſecutionem patiuntur ob iuſtitiam, quoniam il- *Matth. 5.*
lorum eſt regnum cœlorum. Hoc quidem abſolutè ad omnes, dehinc proprie ad Apoſtolos ipſos, [60]
Beati eritis cùm vos dedecorauerint, & perſecuti fuerint, & dixerint aduerſus vos omnia mala propter *Ibidem &*
me: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra plurima in cœlo. Sic enim faciebant & Prophetis pa- *Luc. 6.*
tres eorum: vt etiam prophetaret quòd & ipſi occidi haberent ad exemplum Prophetarum. Quamquam & ſi omnem hanc perſecutionem conditionabilem in ſolos tunc Apoſtolos deſtinaſſet, vtique
B per illos cum toto ſacramento, cum propagine nominis, cum traduce ſpiritus ſancti, in nos quoque ſpectasset etiam perſecutionis obeundæ diſciplina, vt in hæreditarios diſcipulos & apoſtolici ſeminis frutices. Nam & ruſus ad Apoſtolos dirigit: [61] Ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum, *Matth. 10.*
& cauete ab hominibus; tradent enim vos in conſeſſus, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & reges perducemini mei cauſa in teſtimonium illis & nationibus, & cetera. Quum autem ſubij- *Ibidem.*
cit, Tradet autem frater fratrem, & pater filium in mortem, & inſurgent filij in parentes, & mortificabunt eos: manifeſtè iniquitatem iſtam in ceteros pronuntiauit, quam in Apoſtolis non inuenimus. Nemo enim eorum aut fratrem aut patrem paſſus eſt traditorem, quod plerique iam noſtri. dehinc ad Apoſtolos reuocat: Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Quanto magis nos, quos à parentibus *Ibidem.*
quoque tradi oportet. Ita ipſa hac permiſtione nunc ad Apoſtolos, nunc ad omnes diſponendo, eundem in vniuerſos nominis exitum effundit, in quibus conſederit nomen eum odij ſui lege. Qui autem ſuſtinuerit vſque in finem, iſte ſaluus fiet. Quid ſuſtinendo, niſi perſecutionem, niſi traditionem, niſi occiſionem? Nec enim aliud eſt ſuſtinere in finem, quàm pati finem. Et ideò non eſt diſcipulus ſuper ma- *Ibidem.*
giſtrum. Statim ſequitur, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum: quia cùm magiſter & Dominus ipſe perpeſſus ſit perſecutionem, & traditionem, & occiſionem, multò magis ſerui & diſcipuli eandem expendere debebunt: ne quaſi ſuperiores exempti de iniquitate videantur, quando hoc ipſum ſufficere eis ad gloriam debeat, æquati paſſionibus Domini & magiſtri: ad quarum tolerantiam ædificans monet, non eos *Ibidem.*
timendos, qui ſolum corpus occidant, animam autem interficere non valeant, ſed illi potius metum conſecrandum, qui & corpus & animam occidere & perdere poſſit in gehennam. Quinà hi ſolius cor-
C poris interemptores, niſi præſides & reges ſupradicti, hominesopinor. Quis etiam animæ dominator, *Ibidem.*
niſi Deus ſolus? Quis iſte, niſi ignium comminator, niſi is ſine cuius voluntate nec paſſerum alter in terram cadit, id eſt nec altera ex duabus ſubſtantijs hominis, caro aut anima. Quia & capillorum apud *Ibidem.*
eum regeſtus eſt numerus. Nolite ergo metuere quum ſuper dicit, multis paſſeribus antiſtatis, non fruſtrà, id eſt, non ſine emolumento caſuros in terram repromittit, ſi magis ab hominibus quàm à Deo occidi eligamus. [62] Omnis igitur qui in me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor in *Ibidem.*
illo coram patre meo qui in cœlis eſt. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, & ego negabo illum coram patre meo qui in cœlis eſt. Manifeſta (vt opinor) eſt & definitio & ratio, tam confeſſionis quàm negationis, etſi diſpoſitio diuerſa eſt. Qui ſe Chriſtianum confitetur, Chriſti eſſe teſtatur: qui Chriſti eſt, in Chriſto ſit neceſſe eſt. Si in Chriſto eſt, in Chriſto vtique confitetur, cùm ſe Chriſtianum confitetur. Hoc enim non poteſt eſſe, niſi ſit in Chriſto. Porrò in Chriſto confitendo, Chriſtum quoque confitetur qui ſit in Chriſto, dum & ipſe in illo eſt, vtpotè Chriſtianus. Nam etſi diem dixeris, lucis rem oſtendiſti quæ diem præſtat, licet non dixeris lucem. Ita & ſi non directò pronuntiauit, Qui me confeſſus fuerit, non eſt diuerſus actus quotidianæ confeſſionis à ſenſu dominicæ pronuntiationis. Quod enim eſt quum ſe confitetur, id eſt Chriſtianum: etiam id per quod eſt cõfitetur. id eſt, Chriſtum. Proinde qui ſe negauit Chriſtianum, in Chriſto negauit, negando ſe in Chriſto eſſe, dum negat ſe Chriſtianum: & Chriſtum autem in ſe negando, dum ſe in Chriſto negat, Chriſtum quoque negabit. Ita & qui in Chriſto negauerit, Chriſtum negabit. Et qui in Chriſto confeſſus fuerit, Chriſtum confitebitur. Sufficiſſet igitur & ſi de confitendo tantùmodo Dominus pronuntiaſſet, ex forma enim confeſſionis contrario quoque eius præiudicaretur, id eſt negationi, perinde negatione negationem rependi à Domino, quemadmodum confeſſione confeſſionem. Et ideò quum in forma confeſſionis etiam negationis conditio intelligatur, apparet non ad alium modum negationis pertinere,

quod de ea aliter Dominus pronuntiauit, quàm de confessione, dicendo: Qui me negauerit, non D
qui in me. Prospexerat enim & hanc vim plerumque in expugnatione nominis subsecuturam, vt qui
se Christianum negasset, ipsum quoque Christum compelleretur blasphemando negare. [63] Sicut non
olim pro ausplce cum in tota fide quorundam conluctatum, hoc modo horruimus. Itaque frustrà
erit dicere, etsi me negauero Christianum, non negabor à Christo, non enim ipsum negaui. Ex illa
enim enim negatione tantundem tenebitur, qua se Christianum negando, Christum in se negans,
Marc. 8. et Luc. 9. etiam ipsum negauit. Plus est autem quod & confusioni confusionem comminatur, [64] Qui me con-
fusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram patre meo qui in cœlis est. Sciebat enim
à confusione vel maximè formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorem esse pu-
CAP. X. doris quàm corporis plagam. [65] Qui verò non hic, id est non intra hunc ambitum terræ, nec per
hunc commeatum vitæ, nec apud homines huius naturæ communis confessionem putant constitu-
tam, quanta præsumptio est aduersus omnem ordinem rerum in terris istis, & in vita ista, & sub huma-
" nis potestatibus experiundarum. [66] Nimirùm quum animæ de corporibus excesserint, & per singula
" tabulata cœlorum de recepto dispici cœperint, & interrogari arcana illa hæreticorum sacramenta, tunc
" confitendum apud veras potestates & veros homines, [67] Teletos scilicet & Abascantos & Acinctos
" Valentini. [68] Nostrates enim, inquiunt, nec ipsi. Eadem iurgijs constanter probabat homines veros
Isai. 40. " non esse, quos stillicidium situlæ & puluerem areæ & spumam & locustas deputauit, etiam irrationali-
" bus iumentis adæquauit. Planè ita scriptum, non tamen idcircò aliud hominis genus intelligendum
præter nos: quod quia constat esse comparatione, potuit in duere salua & proprietate generis & singula-
ritate: neque enim si vita vitiata est, vt de spectui iudicata despectis compararetur, statim natura sublata E
est, vt alia in nomine eius deputaretur. Atquin seruatur natura, etsi sufflditur vita: nec alios nouit Chri-
Matth. 16. Matth. 7. stus homines, quàm de quibus dicit, Quem me aiunt esse homines? Et, Quomodo vultis vt faciant vo-
bis homines, & vos ita facite illis. Vide an seruauerit genus, à quibus & testimonium sui expecter, &
in quos iustitiæ vicem mandat. Illos autem cœlestes homines si expostulem mihi ostendi facilius [69]
Aratus, Persea, & Cephea, & Erigonen, & Ariadnen inter sidera deliniabit. Quis autem prohibuit Do-
minum illic etiam confessionem hominum faciendam determinare, vbi suam futuram aperte pro-
Matth. 10. nuntiauit? Vt ita esset positum, Qui in me confessus fuerit coram hominibus in cœlis, & ego in illum
confitebor coram patre meo qui in cœlis est: eripere me debuit ex isto terrenæ confessionis errore,
quam suscipi noluisset, si cœlestem præcepisset, quia nullos alios homines noueram præter incolas ter-
ræ, ne ipso quidem adhuc tunc in cœlis homines conspecto. Quæ porrò fides rerum, vt post excess-
sum ad superna sublatus, illic prober, quo non nisi iam probatus imponerer: illic de receptu exa-
minarer, quò nisi admittendus peruenire non possem. Christiano cœlum ante patet quàm via:
quia nulla via in cœlum nisi cui patet cœlum: quod qui attigerit, intrabit. [70] Quas mihi pote-
states ianitrices ad firmas iuxta Romanam superstitionem, Cardeam quandam & Forculum & Li-
Psal. 23. Amos 9. mentinum, quas à cancellis ordinas potestates? Si vnquam legisti apud Dauid. [71] Auferte portas
principes vestras, & subleuentur portæ æternæ, & intrabit rex gloriæ. Si item audisti apud Amos:
[72] Qui ascensum suum ædificat in cœlos, & profusionem suam fundat in terras: scito & ascensum il-
lum exinde complanatum vestigijs Domini, & introitum exinde reseratum viribus Christi: nec vl-
lam moram aut quæstionem in limine Christianis occursuram, qui non dinosci habeant illic, sed
agnosci: nec interrogari, sed admitti. [73] Nam & si adhuc clausum putas cœlum, memento claues eius F
Matth. 18. hic Dominum Petro, & per eum Ecclesiæ reliquisse, quas hic vnusquisque interrogatus atque confes-
sus feret secum. Sed adsecuera diabolus illic confitendum, vt suadeat hic negandum. [74] Pulcra videli-
Matth. 10. cet documenta præmittam, bonas mecum claues feram, timorem eorum qui solum corpus occidunt,
animæ autem nihil faciunt: commendarus ero huius præcepti desertione, honestè in cœlestibus stabo
qui in terrenis stare non potui, sustinebo maiores potestates qui minoribus cessi: merebor denique
admitti iam exclusus. Suppetit adhuc dicere, si in cœlestibus confitendum, vel negandum est, nec vbi,
alterum, ibidem vtrunque. Æmula enim quæque concurrunt. Etiam persecutionem in cœlis agitari
oportebit, quæ confessionis negationisve materia est. Quid itaque cessas audacissime hæretice, totum
ordinem Christianæ concussionis in superna transferre, & in primis ipsum nominis odium illic collo-
care, vbi ad patris dexteram præsidet Christus: illic constitues & synagogas Iudæorum fontes persecu-
Act. 5. tionum, apud quas Apostoli flagella perpessi sunt, & populos nationum cum suo quidem circo, vbi fa-
cilè conclamant, vsquequò genus tertium. Sed & fratres nostros & patres & filios & socrus & nurus &
Matth. 10. domesticos nostros ibidem exhibere debetis, per quos traditio disposita est: item reges & præsides &
armatas potestates, apud quas causa purganda est. Erit certè etiam carcer in cœlo carens sole, aut
ingratis luminosus, & vincula [75] fortassè de zonis, & eculeus [76] axis ipse qui torquet: tum si lapidan-
dus Christianus, grandines aderunt: si vrendus, fulmina præ manu sunt: si trucidandus, [77] Orionis
armati manus operabitur: si bestijs finiendus, [78] vrsas septentrio emittet, [79] zodiacus tauros & leo-
Ibidem. nes. Hæc qui sustinuerit in finem, iste erit saluus. Ergòne & finis in cœlis, & passio, & occisio, & pri-
Ibidem. ma confessio. Et vbi caro omnibus istis necessaria, vbi corpus quod solum ab hominibus habet occi-
di? [80] Hæc nobis etiam iudicum in modum certa ratio mandauit, nec vllus obicem præscriptionis
istius

A istius extrudet, vt non omnem ordinem persecutionis, omnem eius causæ firmam paraturam illuc transferre cogatur vbi confessioni forum dederit. Siquidem confessio à persecutione deducitur, & persecutio in confessione finitur. Nec possunt non vnà sequi, quæ & aditum & exitum, id est initium finémque disponunt. Porrò & odium nominis hìc erit, & persecutio hìc erumpit, & traditio *Ibidem.*
hìc producit, & interrogatio hic compellit, & carnificina hic desæuit, & totum hunc ordinem in in terris confessio vel negatio expungit. Igitur si cetera hic, nec confessio alibi: si confessio alibi, nec cetera hìc. Enimuerò non alibi cetera, itaque nec confessio in cœlo. Aut si aliam volunt esse rationem interrogationis & confessionis cœlestis, vtique & ordinem suum illi struere debebunt, alium longè, & ab ista dispositione diuersum quæ scripturis notatur, & possumus dicere: viderint dum hic ordo terrenæ interrogationis & confessionis ex materia decurrens persecutionis & discordiæ publicæ in nomen saluus sit suæ fidei, ita credendum sit sicut & scribitur, ita intelligendum sit sicuti auditur. Hìc omnem ordinem sustineo, ipso Domino non aliam respondente mundi destinante. Quid enim post confessionis & negationis terminum subiungit, [81] Ne putaueritis uenisse me vti pa- *Ibidem.*
cem mittam in terram, non veni, sed vt machæram certè in terram; Veni enim diuidere hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & socrum aduersus nurum suam, & inimici hominis domestici sui. Sic enim efficitur, vt tradat frater fratrem in mortem, & pater filium, & insur- *Ibidem.*
gant filij in parentes, & mori eos faciant. Et qui sustinuerit in finem, hic saluus erit. Adeò totus hic ordo dominicæ machæræ, non in cœlum missæ, sed in terras, illic constituit etiam confessionem, quæ in finem sustinendo passura est mortem. [82] Eadem igitur forma cetera quoque ad martyrij C A. xiv.
B stat um pertinere defendimus. [83] Qui pluris, inquit, fecerit etiam animâ suam quàm me, non est me *Ibidem & Luc. 14.*
dignus, id est qui maluerit viuere me negando, quàm mori confitendo. Qui animam suam inuenerit, perdet illâ: qui verò perdiderit illâ mei causa, inueniet illâ. Proinde enim inuenit ille qui negarit: lucrifaciendo vitam, sed perdet in gehennam, qui se putat negando lucrifacere eam. Perdet autem eam ad præsens qui confessus occiditur, sed inuenturus eam in vitam æternam. Ipsi denique præsides quum cohortantur negationi, Serua animam tuam, dicunt, &, Noli animam tuam perdere. Quomodo loqueretur Christus, nisi quomodo tractaretur Christianus? Sed quum prohibet meditari *Ibidem.*
responsionem ad tribunal, famulos suos instruit, spiritum sanctum responsurum repromittit. [84] Et
quum in carcere fratrem vult visitari, confessoris imperat curam, & quum Deum vindictam factu- *Ibidem.*
rum electorum suorum adfirmat, passiones consolatur illorum: etiam in parabola seminis post cespitem arefacti, persecutionum figurat ardorem. Hæc si non ita accipiuntur quemadmodum pro- *Matth. 25. Luc. 18.*
nuntiantur, sine dubio præterquàm sonant sapiunt, & aliud in vocibus erit, aliud in sensibus, vt allegoriæ, vt parabolæ, vt ænigmata. Quemcunque igitur conceperint ventum argumentationis scorpij isti, quocunque se acumine impegerint, vna iam linea est, ad ipsas res prouocabuntur, an secundum scripturas transignantur. Siquidem tunc aliud significabitur in scripturis, si non idipsum reperiatur in rebus. Quod enim scriptum est, hoc euenire oportebit. Porrò tunc euenieret quod & scriptum, si non aliter euenret. Ecce autem & odio habemur ab omnibus hominibus nominis causa, quomodo *Matth. 10.*
& scriptum est, & tradimur etiam à proximis, quomodo & scriptum est, & perducimur ad potestates, & interrogamur, & torquemur, & confitemur, & trucidamur, quomodo & scriptum est. Sic Dominus edixit: si aliter edixit hæc, cur non aliter euenunt, quàm edixit, id est, quemadmodum edixit. At-
C quin non aliter euenunt quàm edixit: ergo sicut euenunt, ita edixit; & sicut edixit, ita euenunt. Nam nec licuisset aliter euenire, quàm edixit; nec ipse aliter edixisset, quàm euenire voluisset. Ita non aliud significabunt scripturæ istæ, quàm in rebus recognoscitur. At si nondum aguntur: ila quæ prædicantur, quomodo hæc aguntur quæ prædicata non sunt? Non sunt enim hęc prędicata quę aguntur, si alia sunt quæ prędicantur, & non hęc quę aguntur. At nunc quia ipsa sunt in rebus, quę & in vocibus, aliter dicta creduntur: quid fieret si aliter acta inuenirentur? [85] Sed hæc erit peruersitas fidei, probata non credere, non probata præsumere. Cui peruersitati illud quoque opponam, vt si hęc quę sic aguntur quemadmodum scripta sunt, non erunt ipsa quę prędicantur, illa quę non debeant sic agi quemadmodum scripta sunt, ne & ipsa horum exemplo periclitentur excludi. Siquidem aliud in vocibus, aliud in rebus est, & relinquitur nec prędicata videri quum euenerint, si aliter prędicantur quàm euenire habent. Et quomodo credentur quæ non erunt prędicata, quia non ita erunt prædicata quomodo euenient: Ita hæretici quæ prædicantur non vt probata sunt credendo, ea quæ nec prædicata sunt, credunt. [86] Quis nunc medullas scripturarum magis nosset, quàm ipsa C. xii.
Christi schola, quos & sibi discipulos Dominus adoptauit, omnia vtique edocendos, & nobis magistros ordinauit, omnia vtique docturos. Cui potius figuram vocis suæ declarasset; quàm cui *Matth. 17.*
effigiem gloriæ suæ reuelauit, Petro, Iacobo, Ioanni, & postea Paulo; quem paradisi quoque *2. Cor. 12.*
compotem fecit ante martyrium. An & illi aliter quàm sentiunt, scribunt fallaciæ magistri, non veritatis? [87] Petrus quidem ad Ponticos, [88] Quanta enim, inquit, gloria, si non vt delinquentes *1. Pet. 2.*
puniamini, sustinetis. Hæc enim gratia est, in hoc & vocati estis, quoniam & Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum semetipsum, vti adsequamini vestigia ipsius. Et rursus, [89] Dilecti, *1. Pet. 4.*
ne expauescatis vstionem quæ agitur in vobis in tentationem, quasi nouum accidat vobis: etenim se-

cundum quod communicatis passionibus Christi gaudete, vti & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes: si dedecoramini in nomine Christi, beati estis, quoniam gloria & Dei spiritus requiescit in vobis, [90] dum nequis vestrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni speculator. D

1.Ioan.3. 1.Ioan.4. Si autem vt Christianus, ne erubescat, glorificet autem Dominum in nomine isto. [91] Ioannes verò vt etiam pro fratribus nostris animas ponamus hortatur, negans timorem esse in dilectione. Perfecta enim dilectio foras abijcit timorem: quoniam timor pœnam habet, & qui timet non est perfectus in dilectione.

Matth.10. Quem timorem intelligi præstat, nisi negationis auctorem? quam dilectionem perfectam adfirmat, nisi fugatricem timoris & animatricem confessionis? quam pœnam timore puniat, nisi quam negator relaturus est, cum corpore & anima occidendus in gehennam? Quòd si pro fratribus, quanto magis pro Domino moriendum docet, satis [92] de Apocalypsi quoque sua instructus hæc suadere: mandauerat etenim spiritus [93] ad angelum Ecclesiæ Smyrnæorum: Ecce

Apoc.2. diabolus ex numero tuo conijciet in carcerem, vt tentemini diebus decem. Esto fidelis ad mortem vsque, & dabo tibi vitæ coronam. Item ad Pergamenorum de Antipa fidelissimo martyre

Ibidem. Apoc.3. interfecto in habitatione satanæ. Item ad Philadelphenorum, quòd à tentatione vltima liberaretur qui Domini nomen non negarat. [94] Exinde victori cuique promittit nunc arborem vitæ, &

Apoc.2. mortis veniam secundæ: nunc latens manna cum calculo candido, & nomine ignoto: nunc ferreæ virgæ potestatem, & stellæ matutinæ claritatem. nunc albam vestri, nec deleri de libro vitæ, & co-

Apoc.3. lumnam fieri in Dei templo in nomine Dei & Domini, & Ierusalem cœlestis inscriptam: nunc re-

Matth.10. sidere cum Domino in throno eius, quod aliquando Zebedæi filijs negabatur. Quinam isti tam beati victores, nisi propriè martyres? Illorum etenim victoriæ, quorum & pugnæ: eorum verò pu- E

Apoc.6. gnæ, quorum & sanguis. [95] Sed & interim sub altari martyrum animæ placidum quiescunt, & fiducia vltionis candidam claritatis vsurpant, donec & alij consortium illarum gloriæ impleant. Nam & rursus innumera multitudo albati & palmis victoriæ insignes reuelantur, scilicet de Antichristo

Apoc.7. triumphales, sicut vnus ex presbyteris: Hi sunt, ait, qui veniunt ex illa pressura magna, & lauerunt vestimenta sua, & candidauerunt ipsum in sanguine agni: Vestitus enim animæ caro. [96] Sordes quidem

Isai.1. baptismate abluuntur, maculæ verò martyrio candidantur. [97] Quia & Esaias ex rufo & coccino

Apoc.17. niueum & laneum repromittit. [98] Magna etiam Babylon quum describitur ebria sanctorum cruore, sine dubio ebrietas eius martyriorum poculis ministratur, quorum formido quid relatura sit æquè ostenditur. Inter omnes enim reprobos, immò ante omnes. timidis autem, inquit, dehinc ce-

Apoc.21. 1.Ioan.4. teris, particula in stagno ignis & sulphuris. Sic timor eius in epistola eius quem dilectiò foras abijcit,

CA. XIII. Act.9. habet pœnam. [99] Paulus verò Apostolus de persecutione, qui primus Ecclesiæ sanguinem fudit, postea gladium stylo mutans, & conuertens machæram in aratrum, lupus rapax Beniamin, dehinc adferens ipse etiam escam secundum Iacob, qualiter martyria iam & sibi optabilia commendat, quum

2.Thess.1. de Thessalonicensibus gaudens, Vti, inquit, gloriemur in vobis in Ecclesijs Dei pro tolerantia vestra & fide, in omnibus persecutionibus & pressuris, [100] quibus sustinetis ostentamen iusti iudicij

Rom.5. Dei, vt digni habeamini regno eius, pro quo & patimini. Sicut & ad Romanos, [101] Non solùm autem, verumetiam exultantes in pressuris, certè quòd pressura tolerantiam perficit, tolerantia verò

Rom.8. probationem, probatio autem spem, spes verò non confundit. Et rursus, [102] Quòd si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes verò Christi, Siquidem compatimur, vti & cum illo glorificemur. F

Ibidem. Reputo enim passiones huius temporis non esse dignas ad gloriam quæ in nos habeat reuelari. Et ideò postmodùm, Quis, inquit, separabit nos à dilectione Christi? pressura, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an machæra, secundum quod scriptum est, Tui causa mortificamur tota die, deputati sumus vt pecora iugulationis: sed in omnibus istis superuincimus pro eo qui nos dilexit. [103] Persuasum enim habemus, quòd neque mors, neque vita, neque virtus, neque sublimitas, neque profunditas, neque alia conditio poterit nos à dilectione Dei separare, quę est in Christo Iesu Domino nostro. [104]

2.Cor.11. Sed & Corinthijs passiones suas enumerans, patiendum vtique præfiniuit: In laboribus abundatiùs, in carceribus plurimùm, in mortibus sæpiùs, à Iudæis quinquies quadragenas citra vnam accepi, ter virgis cæsus, semel lapidatus, & reliqua. Quæ si magis incommoda quàm martyria videbuntur, tamen rur-

2.Cor.12. sus propter quod, inquit, boni duco in infirmitatibus, in iniurijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. [105] Etiam in superioribus. Qui in omnibus tribulemur, sed non coangustemur: & indigeamus, sed non perindigeamus: quoniam persecutionibus agitemur, sed non derelinquamur: qui deijciamur, sed non pereamus: semper mortificationem Christi Iesu in corpore nostro circun-

2.Cor.4. Ibidem. ferentes. Sed etsi, inquit, exterior homo noster vitiatur, caro scilicet, vi persecutionum: sed interior renouatur die & die, anima scilicet spe promissionis. Nam quod ad præsens temporale & leue pressuræ nostræ per supergressum insuper per æternum pondus glorię perficit nobis, non intuentibus quæ videntur, sed quę non videntur. Quæ enim videntur, temporalia, de incommodis dicens: quæ verò non videntur, æterna, de præmijs spondens. [106] Philippensibus verò de vinculis scribens, vtique beatos adfirmauit, quibus donatum esset non tantùm credere in Christum, sed etiam pati pro ipso: Eun-

Philip.1. Philip.2. dem, inquit, agonem habentes quem in me vidistis, & nunc audistis. Nam & si libor super sacrificium gaudeo, & congaudeo omnibus vobis, perinde & vos gaudete & congaudete mihi. Vides quam

martyrij

A martyrij definiat fœlicitatem, cui de gaudio mutuo acquirit solennitatem, vt proximus denique voti sui factus est, qualiter de prospectu eus exultat, dicens Timotheo: [107] Ego enim iam libor, & tempus dei- 2. Tim. 4.
uersionis instat. agonem bonum decertaui, cursum consummaui, fidem custodiui: superest corona, quam mihi Dominus illa die reddet, scilicet passionis. Satis & ipse suprà allocutus, Fidelis sermo. Si 2. Tim. 2.
enim commortui sumus Christo, & conuiuemus: si sufferimus, & conregnabimus: si negauerimus, & 2. Tim. 1.
ille nos negabit: si non credimus, ille fidelis est, negare se non potest. [108] Ne ergo confundaris martyrium Domini nostri, neque me vinctum eius, quia prædixerat: Non enim dedit nobis Deus spiritum ibidem.
timiditatis, sed virtutis & dilectionis & sanæ mentis. Virtute enim patimur ex dilectione in Deum, & Rom. 15.
sana mente, quum ob innocentiam patimur. [109] Sed & sicubi tolerantiam præcipit, quibus magis eam 1. Cor. 5.
quàm passionibus prospicit; sicubi ab idololatria diuellit, quid ei magis quàm martyria præuellit?
[110] Planè monet Romanos [111] omnibus potestatibus subijci, quia non sit potestas nisi à Deo, quia C. XIIII.
non sine causa gladium gestet, & quia ministra sit Dei, sed & vltrix, inquir, in iram ei qui malum fece- Rom. 13.
rit. Nam & præmiserat: Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non ti-
mere potestatem, fac bonum, & laudem ab ea referes. Dei ergo ministra est tibi in bonum. Si verò
malum facias, time. Ita non in occasione frustrandi martyrij iubet te subijci potestatibus, sed in pro-
uocatione benè viuendi, etiam sub illarum respectu, quasi adiuticium iustitiæ, quasi ministrarum di-
uinii iudicij hic etiam de nocentibus præiudicantis. Dehinc & exequitur quomodo velit te subijci po- Matth. 22.
testatibus, reddere iubens cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; id est, quæ sunt Cæsaris, Cæ-
sari, & quæ Dei. [112] Solus autem Dei homo condixerat, scilicet Petrus, Regem quidem hono- 1. Pet. 2.
B randum, vt tamen tunc Rex honoretur, quum suis rebus insistit, quum à diuinis honoribus longè Luc. 14.
est; quia & pater & mater diligenter cum Deo non comparabuntur. Ceterùm super Deum diligere C A. XV.
nec animam licebit. [113] Num ergo & Apostolorum litteræ nobiles, & nos vsquequaque simplices
animæ, & solummodò columbæ libenter errantes, credo viuendi cupiditate. Ita verò sit vt recedant à
litteris suis sensus. [114] Quæ tamen passos Apostolos scimus, manifesta doctrina est, hanc intellego so-
lam Acta decurrens, nihil quæro; [a] carceres illic, & vincula, & flagella, & [b] faxa, & [c] gladij, & a Act. 4.
impetus Iudæorum, & cœtus Nationum, & Tribunorum elogia, & Regum auditoria, & Proconsu- & 5.
lum tribunalia, & Cæsaris nomen interpretem non habent; quòd [a] Petrus cæditur, quòd [b] Ste- b Act. 7.
phanus opprimitur, quòd [c] Iacobus immolatur; quòd [d] Paulus distrahitur, ipsorum sanguine scri- c Act. 12.
pta sunt; [115] & si fidem commentari voluerit hæreticus, instrumenta Imperij loquentur, vt lapides d Act. 14.
Ieruſalem. [116] Vitas Cæsarum legimus; Orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. [117] Tunc 21. 22. 23.
[e] Petrus ab altero cingitur, quum cruci adstringitur. Tunc [f] Paulus ciuitatis Romanæ consequitur & 26.
natiuitatem, quum illic martyrij renascitur generositate. Hæc vbicumque iam legero, pati disco, nec e Ioan. 21.
mea interest quos sequar martyrij magistros, sensûsne an exitus Apostolorum, nisi quòd & sensûs in f Act. 24.
exitibus recognosco. Nihil enim passi fuissent quod non priùs patiendum esse sensissent. [118] Quum & 25.
vincula Paulo Agabus gestu quoque prophetasset, discipuli flentes & orantes ne se Hierosolyma
committeret, frustrà orauerunt. Ille enim quod semper docuerat, animatus: Quid fletis inquit, & Act. 21.
contristatis cor meũ? At ego non modò vincula Hierosolymis pati optauerim, verùm etiam mori pro
nomine Domini mei Iesu Christi. Atque ita cesserunt, dicendo, Fiat voluntas Domini; fidentes sci-
C licet, passionis ad voluntatem Dei pertinere. Non enim dehortationis consilio, sed dilectionis reti-
nere tentauerant, vt Apostolum desiderantes, non vt martyrium dissuadentes. [119] Quòd si iam tunc
Prodicus aut Valentinus adsisteret, suggerens: non in terris esse confitendum apud homines, [120] quòd
nec Deus humanum sanguinem sitiat, nec Christus vicem passionis', quasi & ipse de ea salutem con-
secuturus exposcat; statim audisset à seruo Dei, quod audierat diabolus à Domino: Recede Satanas, Matth. 16.
scandalum mihi es. Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed & nunc au- Matth. 4.
dire debebit, quatenus multò post venena ista suffudit, nulli infirmorum facilè nocitura, si quis hanc
nostram ex fide præbiberit, vel etiam superbiberit potionem.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN SCORPIACVM ADVERSVS GNOSTICOS.

1. ADVERSVS GNOSTICOS.] *De* Gnosticis *vnde dicantur, nempe ac si dicas scientes, & rerum disciplinarúmque variarum cognitores, suprà ex* B. Epiphanio *adn. Valentinianos hær. 31. adnotatum est, lib. de Præscriptionibus aduer. hæret. cap. 41. nu. 258. & verò vsurpatum fuisse in genere de omnibus hæreticis, ex eodem Epiphanio patet; quamquam enim proprio nomine contra* Gnosticos *agat hær. 26. Nicolai discipulos, sicuti & Philaster, tamen idipsum etiam tribuit Basilidianis, Carpocratianis & Valentinianis, in hoc haud dubiè secutus* Irenæum *lib. 5. adu. hæreſes. Verùm de peculiaribus quibusdam* Gnosticis *se loqui Tertullianus non vno in loco indicat, li. aduerſ. Valentin. ſic finit*: Atque ita insolescentes doctrinæ Valentinianorum, in syluas iam excreuerunt Gnosticorum; *& suprà lib. de Anima, cap.* 18. Relucent ne, *inquit*, iam hæretica semina Gnosticorum & Valentinianorum; *denique huius lib. cap.* 1. tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt. *Age itaque imprimis contra* Menandrianos, apud quos (*sicuti suprà*

Auctor lib. de Anima, cap. 50.) nec pro Deo ipso moli lex est, *deinde contra* Basilidem *eius discipulum, qui teste Auctore lib. de Præscript. aduers. hæret. cap.* 46. martyria negabat esse facienda, *in quo illi consentiunt B. Epiphan. & Theodoretus. Aduersus etiam* Caianos, *siue* Cainos, *contra quam hæresin (de qua latius supra lib. de Præscript. adu. hær. cap.* 33. *num.* 196. *& lib. de Baptismo cap.* 1. *num.* 7.) hunc locum *conscriptum esse testatur B. Hieronym. verbis ad calcem Argumenti citatis lib. contra Vigilantium*; pro quo facunt etiam *verba Auctoris huius lib. cap.* 1. si non & ipsa percutitur diffidentia signandi frontem aduirandi, & vnguendi bestiæ calcem; quippe *quibus videtur indicatæ, necesse etiam ipsos* Gnosticos *baptismis illas ceremonias. Et vero quum Caini Cayn pro Deo habuerint, sicut Auctor testatur lib. de Præscript. adu. hær. cap.* 47. *hær.* 7. *num.* 308. *non mirum est, si pro Christo neque baptismum neque Martyria admittebant. Item & contra Valentinianos, qui nominatim sic* Gnosticos *nuncupatur, vtpote qui (sicuti supra habetur lib. aduers. Valent. cap.* 30. Martyrij necessitatem eludentes, qua volunt interpretatione; *sicuti infra dicetur ca. teste* 10.) confessionem nominis Christi constitutam putabant, non intra huius terræ ambitum, nec per hunc vitæ commeatum, sed in cœlis apud veras (*scilicet*) potestates. *Atque adeò etiam aduersus* Prodicum, *de quo sic in fine huius operis*: Quòd si iam tunc Prodicus aut Valentinus adsisteret, suggerens, non in terris esse confitendum apud homines, quòd nec Deus humanum sanguinem sitiat, nec Christus vicem Passionis, quasi & ipse de ea falutem consecuturus expostcatsi statim audisset a seruo Dei, quod audierat diabolus à Domino: Recede Satanas, scandalum mihi es, *&c. Vbi de eodem latius num.* 119. *Denique & propriè contra* Scorpianum *hæreticum, ad cuius nominis adlusionem videtur Auctor & titulum* Scorpiaci *huic libro dedisse, & descriptionem* Scorpij *tam latè cap.* 1. *prosequutus, de quo in hæc verba B. Opt. Mileuit. lib.* 4. *adu. Parmen. Talis sermo est & Scorpiani hæretici, (sic enim ibi lego cum Dn. Latinio, qui etiam istud adnotarat ad Tertullian. siu margines, ex Tiletano codice, pro*: corpiani) qui negabat debere esse martyria; *sed venena sua sibi seruet, ne earum relatio auditorum intellectus simplices vel leuiter vexet.*

2. Scorpiacvm.] *Hoc nomen libro suo indidisse iam diximus, præcipuè ob* Scorpianum *hæreticum, aduersus quem peculiariter hunc librum scripsisse videtur. Aliam etiam illius caussam explicatam habes à B. Hieron. lib. adu. Vigilant. quòd ea hæresis contra quam agit,* scorpij in morem (*verbis Viturij ipsius Tertulliani ex cap.* 1.) arcuato vulnere in Ecclesiæ corpus venena diffunderet. Itaque (*inquit sub finem eiusdem cap. Auctor*) tempus admonuit aduersus nostrates bestiolas nostrate Scorpiacvm stylo temperare; Qui legeris, biberis. Nec amarum, potio; si eloquia Domini dulcia super mella & fauos, inde pigmenta sunt. *Vbi manifestè indicat* Scorpiacvm *se accipere pro potione aduersus scorpion. Atqui etiam peculiarem caussam cur* Gnostici scorpijs adsimulentur, *rationem reddit B. Epiph. hær.* 26. *quòd ex Nicolao hæretico, velut ex fœcundo serpente aut aspidis ouo, scorpij sint genti. Deinde & aliam, hær.* 31. *contra Valentin. Quod sicut* scorpij *alter alteri implexæ caternam nectices decem aut plures, de telo sibi domo (sepsos dimittunt, & sic cum dolo per necem hominibus inducunt; sic & Valentinus & qui ab ipso originem duxerunt*, Gnostici appellati, *occasionibus ab ipso acceptis, alter ab altero dolose, post præceptorem errores additionem fecit, & aliam hæresin induxit ex priori dependentem, & sic per successionem in hæreses diuersas ipsi appellati* Gnostici, *diuisi sint; à Valentino tamen & antecessoribus eius occasionibus acceptis.*

3. De bono martyrii.] *Hoc titulo libri argumentum adiecimus ex ipso Tertulliano infrà cap.* 2. Sed nondum, *inquit*, De bono martyrii, nisi debito primùm; nec antè de vtilitate eius, quam de necessitate discendum. *Idque eo magis, quòd ad institutum venienscap.* 5. *latè deducas* bonum esse martyrium. *Aliquis placuisse alter titulorum B. Cypr. librorum, in quibus Auctorem imitatur*: De exhortatione martyrii, *siue* De laude martyrii; *sed illi tituli magis correspondent libro Tertulliani* Ad martyras *supra To.* 1. *Atqui illum titulum confirmat, quod iam num.* 1. *citauimus de* Martyriorum refragatoribus, *contra quos etiam paucis ego eis dicto To.* 2. *lib. de Coron. milit. cap.* 11. *& supra lib. de Anima, cap.* 50.

Cap. 1.

4. Magnum de modico malum scorpium terra suppurat, &c.] *Caput hoc inscriptissimum*: De libri huius titulo & argumento. *Atqui* scorpij *descriptionem ad verbum fere desumpsit ex Plinio. Imprimis enim tradit ille lib.* 10. *cap.* 72. Scorpiones *terra viuere; hinc illud Auctoris*: scorpium terra suppurat. *Deinde lib.* 11. *cap.* 25. *hæc sunt verba inter cetera*: Nulloque momento meditari cessat, nequando deserat occasionem; quò pertinet: tot venena, quot ingenia. *Semper cauda in ictu est; pro quo Auctor*: & tamen vnus omnium violentiæ gestus de cauda nocere, &c. *Latius* caudam *describens*; spiculum & fistula patula tenuitate in vulnus (*sic enim lege cum Gagnæo, pro*: id,) virus effundentem; *quod ipsum habet etiam Plinius eiusdem lib. cap.* 37. *Ferit & obliquo ictu & inflexo; quod Auctor dixit & B. Hieron.* arcuato impetu ; *venenum omnibus medio die quum incandescere solis ardoribus. Hinc illud Auctoris*: familiare periculi tempus æstus (*sic enim legendum, tum ex prædicto verbo patet, pro*: æstas) *tum ex illis infrà*: & certo tempore subornantur, nec alio quàm ardoris ; *ac rursum illa*: in præsentiarum est medius ardor. *Constat, inquit Plinius, & septena cauda internodia saniare esse; quod facit ad intellectum illius*: proinde (*ita enim legere malo cum Gagnæo, vocem Tertullianscam, quàm*: perinde vt) scorpij series illa nodorum venenata. *Hoc, inquit, idem malum, Africa velucre etiam, Auctori faciunt. Hinc Auctor sic castigandus videtur*: Austro in Africa fœuitia velificat ; *quamquam noluerim quid immutare, quòd constet etiam sensu vulgatæ lectionis*: Austro & Africo. *Quidam, pergit ille, & ab ipsis factum deorum arbitrantur, Vnum modo relinquis solertissimum, qui se matris clunibus imponendo, tutus & à cauda & à morsu loco sua; hunc esse reliquorum virtutem, quo posteros genitores superne confouet. Quò an pertineat illud*: quę cauda ent, quodcumque de posthumo corporis propagatur, & verberat , *diligenti lectori perpendendum relinquo. Atqui hæc phrasis vocisque huc citatæ satis superque arguunt, contra quorumdam iudicium , non satis exactum , esse hunc librum Tertulliani germanum fœtum. Simuliter vero infrà cap.* 4. *dixit Auctor*: & ingeninat scorpius plagam , & *cap.* 7. Incutiat adhuc scorpius, *& ca.* 11. Quem cum quę igitur conceperint ventum argumentationis scorpij isti , quo cumque se acumine impegetint.

5. quot & colores Nicander scribit & pingit, &c.] *Citat quidem* Nicandrum *hoc ipso libro Plinius, quem scribit Athenæus fuisse Colophonium sine Ætalum Grammaticum, Poëtam, Medicum, & Auctor etiam pictorem fuisse insinuat. Veritm istud Plinius Apollodoro, qui de Venenatis bestijs scripsit, adtribuit; quem dicit in nouem genera scorpios distribuere, per colores maximè supernascuos. Quo pertinere videtur quod præmisit Auctor*: tot pernicies, quot & species, tot dolores, quot & colores.

6. Vnde & bellicam machinam , &c.] *Hæc pertinet quod inter inuenta* bellicarum machinarum *Plin. lib.* 7. *num.* 56. *scribat in tormentis* scorpionem *Cretas inuenisse.*

7. in remedijs naturalia plurimum, &c.] *Apud Plinium* naturalia remedia 61. *contra scorpionum ictus, inuenire est, tum dicti li.* 11. *cap.* 25. *tum lib.* 20. *& sequenti ; prater quæ & magiæ aliquid hic adfert, & ferrum & poculum , quibus* medicina *occurrit.*

8. signandi statim & adiurandi , & vnguendi bestiæ calcem, &c.] *Hæc haud dubiè pertinent ad ceremonias baptismi, de quibus latè supra lib. de Baptis. num.* 1. *& deinceps. Adludit etiam tum* adpotestatem calcandi super colubros & scorpios, *Luc.* 10. *de qua supra latius li.* 4. *adu. Marc. c.* 24. cum ad viperæ morsum, quem spreuit Apostolus, *Actor.* 28. *cum ad* figuram rubi *Exod.* 3. *Atqui sunt & hic verba Tertullianea*: dedica-

dedicauit, & : subornantur. *Sine verò legat* : callentes & ipsi offendere, *sine* : calentes, *non refert*; *quia ad hanc lectionem pertinet quod supra ex Plinio adduximus vi continua meditatione, venerie quæcunt. Atqui vt clarior fit sensus, omissa & particula, legimus* : in ventum si placuerit, Christianos. *De Prouerbiis autem formula* : caudam trahentes, *vide nostra Prolegomena.*

9. Hæccine pati homines innocentes, &c.] *Hæc argumenta sunt Gnosticorum aduersus Martyria, quibus postea singulatim ferè respondet, vsque ad illud* : Hæc & siqua alia. *Sunt autem etiam hic Tertullianica. Inter quæ obscurum est illud, & quantum apparet, corruptum* : vt putes, *sine* vt puta, *ex coniectura*) fratrem aut de melioribus ethnicum; *neque enim ex hinc, quantumuis meliores, aut innocenter, aut martyrio pati vetitè dicuntur. Atqui sunt & hic Tertullianea* : sectæ, *in bonam partem*; Dehinc adigunt; prima fixura; exinde iam cædunt.

10. ibidem scorpio pro solea anathema inlidito, &c.] *Facit huc locus pro* anathematæ, *quod* iuliidi *solet hæreticis*, scorpio *similibus, vti supra dictum est nu. 2. atque adeo pro* Excommunicatione Ecclesiastica, *de qua late supra Tom. 1. Apolog. Videtur autem* : Ceterùm, *mox accipe pro* : *Etenim*; *reddit enim causssam cur ab Ecclesia abscindi & ejici debeant hæretici, quod alioqui si admittantur hæreses plagam latiate, idest plenè infligere*, intimet virtus (*in rursus vocem Tertullianicam*) & properet in viscera, *&c. ne prolixiores in repetendo simus. Hoc verum hic addam, quod prorsus legendum sit* : carne spiritus exolescit; *neque enim vsquam apud aliquem Veterum inuenies vsurpatur* caro spiritus, *eò quod Christo resti te, Luc. 24.* spiritus carnem *& ossa non habet. Sunt verò etiam voces Tertullianicæ*: egelascit, exolescit, *&* : nausea nominis (*nempè Christiani*) inacrescit.

11. ipsa canicula persecutionis ab isto scilicet cynocephalo, &c.] *Eleganter* ardori canicularæ, *quem mense Iulio & Augusto experiri solemus, vehementiam* persecutionis *comparat.* cynocephalum *vocans, aut Seuerum Imperatorem, aut potius Proconsulem Africæ, qui Christianos quasi venatu quodam persequebatur, non aliter atque* cynocephali, *homines iuxta Plinium lib. 7. cap. 2. canino capitibus, qui* inguibus armati, venatu *& aucupio se tuebantur.*

12. Alios ignis, alios gladius, &c.] *De variis tormentorum generibus vide supra lib. ad Martyras, non solum de igne,* gladio, fustibus, *sed &* vngulis, *ac* dequstato martyrio, in carcere esurie. *De Africano autem addit Ecclesia* : nos ipsius lepores, destinata venatio, de longinquo obsidemur; *vtpotè in qua exigua fuerit persecutio Iuuente Seuero, fortasse quod Africanus esset; de qua latius in vita Auctoris.*

13. aduersus nostrates bestiolas nostrate SCORPIACVM stylo temperate, &c.] *Haud dubiè intelligit* Gnosticos, *qui tam in Africam irrumpere coperant, ad instar Scorpionum, qui (vti supra dictum est num. 4.) maximè Africam infestabant, illis adeo Africanæ stylo respondens. Verùm etiam de hoc in vita Auctoris. Hic sufficiat adnotasse, quòd huius libri titulum indicet, & puleèr tum præcedentia, tum hanc perendum emendarit ex Britannico codice Gelenius.*

CAP. II.

14. Sed nondum DE BONO MARTYRII, &c.] *Capitis huic titulum dedimus* : De idololatria vitanda, vsque adeò vt loca extetminarii, & Idololatras interfici iusserit. *In qua Auctorem imitatur B. Cyprianus, adlegatis penè ijsdè scriptoris lib. de Exhort. Mart. cap. 1. Hoc titulo* : *Quòd Idola Dij non sint; cap. 2. Quòd Deus solus colendus sit, & c. 3. & 5. Quòd sit idololatriæ indignetur Deus, vt præcepit eos etiam inuersos, qui sacrificare & seruire idolis suaserunt. Quo capite post scripturas Deut. 31. sic concludit* : *Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum & idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt; quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt?*

15. Ad officium hæreticos compelli, non inlici dignum est. Durities vincenda est, non suadenda, &c.] *Quàm istud faciat contra libertatem hæresen, supra adnotauimus Tom. 1. lib. ad Scapulam, cap. 2. num. 7. remittentes ibidem Lectorem ad Adnotationes nostras in B. Cyprian. Epist. 52. ad Antonianum, num. 78. & ad lib. de Exhort. Mart. cap. 5. num. 27. Si quis plura desideret, ibero propediem proditurum* Relationem nostram ad Ordines Belgij, de diuersis Religionibus non admittendis, vel in vno aliquo, vnius Regni, Monarchiæ, Prouinciæ, Dictionis, Reipubl. Ciuitatis, aut oppidi loco; *quò Lectorem remittimus, vtpotè quam per cap. xxx. & eo amplius, quicquid ad hanc materiam pertinet, late iuxta Auctorum, tum ex scripturis & Patribus, tum ex Imperatorum edictis, tum denique ex Ecclesiæ, Imperiorum, Regnorumque historiis.*

16. Sustinent Euangelia pauliſper, &c.] *Difficilis* Euangeliorum *testimonia Auctor de Martyrio vsque ad c. 9.* quorum radicem *apte* Legem *vocat.*

17. Ego sum (inquit) Dominus Deus tuus, &c.] *Vide supplemus hunc locum ex scripto Moyse, Exod. 20. iuxta editionem* LXX. *& alias omnes, maximè quum & alibi sic legat Auctor; & Non erunt tibi Deiali*] præter me (*quod cum alias sic legat B. Cyprian. dict. lib. c. 2.*) Ego enim sum Dominus Deus tuus. *Item in scriptura sequenti etiam Exod. 20.* Non facietis vobis Deos aureos & argenteos, *etiam ex coniectura Latini*) *pro* : Non facietis mihi, *& equia illud cum* LXX. *& Hebraïs legit B. Cyprian. lib. 3. Testim. cap. 59. Illud verò* : Non facietis vobis secundum hæc, *retinendum duximus, quod minus sit cum* LXX. *differentia, qui legunt*: *Non facietis vobis altare.*

18. Audi Israël, &c.] *De hoc testimonio Deuter. 6. sic verba transponimus, sicuti alibi ab Auctore, & ab omnibus citantur*: & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis; *deinde legimus* : quia Deus æmulator, *omisso* : &, *superfluo. Vbi* vox *est Tertullianica*; deierabis. *Denique in verbo Deuter. 11. legimus*; *iuxta quod alibi Auctor & editiones omnes*: benedictionem & maledictionem, *ac* Benedictionem, (*inquit*) *singulari numero, pro eo quod erat pluralis*; *supplemus* quæ maledictionem, si erraueritis de via, *de legimus tum hic, tum paulopost quinquies*: Deis, pro Diis, *& sub finem capitis ex Psalmo.* Dei nationum, *pro*: Dij. *Vbi* abeuntes *paraphrastice*; *Vertit, quod Græce est* παρεμπορευεσθε. *In verbis denique Deuteron. 11. ter conreximus* : eatum, *pro* : eorum, *quia præcedit* nationes; *& proinde etiam* : vobis *transposuimus*: & sculptilia Deorum ipsarum; *emittentes etiam* : vt, *legimus dumtaxat*: & ego ita faciam. *Atqui* Staticula, *pro statuis*, *vox est Tertullianica, sicuti multo post ex Leuitic. cap. 26.* nec sculptile nec staticulum, *vt distinguat* sculptiles statuas à fusilibus, *quarum etiam ex Deuteron. memuit.*

19. Sed &: Si ipse Prophetes (inquit) exsurtexerit in te, &c.] *Hæc verba Moysi Deuter. 13. transcripsit penè ad verbum B. Cyprian. partim epist. 4. o. partim lib. de Mortal. lib. de Exhort. Mart. cap. 9. & lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 15. Ex quibus lectu posterioribus & additionibus omnibus castigauimus* : exsurtexerit, *pro* : exurrexit; *ac* : & eucnerit, *pro* : venerit; *item supplemus* : vt sciat ii ex toto corde, *&c. Mallem etiam legere cum omnibus* : diligatis Deum, *Græcè ἀγαπᾶτε, pro* timicatis si ipse quia nulla est dictionum similitudo, nihil immutauimus. *Atque ita eam nonam periodum auspicamur*: Post Deum, *eo quod alter sit versus.*

20. Sed &: alio capitulo, &c.] *Quod semel adnotasse sufficiat, vel hinc patet longè aliam fuisse capitum distinctionem in Bibliorum editionibus, ætate Tertulliani, atque nunc, quumsiis ad eodem capite hodie reperiatur, neque id nouum videbitur, qui Commentatori Veterum Patrum, & maximè Hrabano Maurino scripturas penè omnes fuse, quia quid me MS. exstant, inspexerit. Nata est vero hauddubiè varia distinctio, eo quòd in capita inutio distinctæ scripturæ non fuerint, sed in libros duntaxat.*

21. Si autem rogauerit te frater tuus, &c.] *Ipsud etiam cum eo quod ex eodem capite sequitur, ad verbum penè citat B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 5. vbi vbique vertit* : rogauerit, *quod Græce est ἐρωτᾷ λέγω, & aly vertunt* : hortatus fuerit. *Exilis autem est pignus* : Non parcet oculus tuus super eum, *pro* : pasce, *quod habebat Eugdunensis editio*; *item* : & manus omnis populi, *pro* : manus populi tui; *quia cum ille*

consentiunt alia additona. Deinde & ex Græco: ὅτε ἐλεήσῃς ἵνα μὴ σκυθρωπὸς αὐτὸν : Nec misereberis nec cælabis eum, *pro ea quod corruptiss. legebatur*: Nec desideraberis nec saluabis eum, *maxime quum consentiant etiam Hebraica & Chaldaica editio, & B. Cyprian. legat*: nec cælabis eum. *Atqui in sequentia ex eodem cap. scriptura, quam non ad verbum, sed sensu tenus citat*: deuotamenta, *&c.*: deuotamento, *vertit quod Græcè est* ἀνάθεμα. *Porrò ex ipso Moyse suppleumus illud Deut.* 27. aspernamentum Domino, *vbi etiam habet* necem Tertullianus cam.

22. Non sequemini (inquit) idola, &c.] *Hoc inuenire est Leuit.* 19. *ac illud*: Filij Israël famuli pueri mei (*Græcè* υἱοὶ ἰσραὴλ δίκαιοί μού εἰσι παῖδές μου) Hi sunt quos eduxi de terra Ægypti, *Leuit.* 25. *Illud denique, quod olim à præcedentibus non distinguebatur*: Ego Dominus, *&c. Leuit.* 26. *hodie reperitur, vbi supplemus necessariò*: nec sculptile nec ſtaticulum. *Retinuit autem vocem Græcam* σκοπὸν, *dum lapidem scopum vertit, significantius multo quam Interpres Latinus* LXX. *lapidem insignem.*

23. Dei nationum argentum & autum, &c.] *Paraphrastice*: Dei *transtulit pro eo quod Græcè est*: ἐδόξαζε, *pro quo aptius supra à Tom.* 2. *lib. de Corona milit. cap.* 10. Idola; *quomodo etiam B. Cyprianus lib. de Exhort. Mart. cap.* 1. *& lib.* 3. *Teſtim. ad Quirin. cap.* 59. *ſed magis citans verba Pſal.* 134. *quum Auctor citet Pſalm.* 113. *quamquam verborum ordine immutato, videtur ob hominis fabricam, in qua ſupremo loco ſunt oculi, aures, nares, & deinde os, ac inferius manus ac pedes. Et vero tum Auctor etiam ſupradicto loco, tum B. Cyprianus vtrobique legunt in præſenti, qua aly plerique in futuro*: habent, vident, audiunt, odorantur, loquuntur, contrectant, &: ingrediuntur. *E quibus loci etiam ſupplemus*: qui faciunt ea.

Cap. iii.

24. Nec putem diſceptandum, &c.] *Caput hoc inſcriptiſmus*: De Idololatria à Deo vindicata in populum Iſrael. *Atqui facit & hoc caput ad inſtitutum libri noſtri ſupracitati, num.* 15. *aduerſus Religionum plurium libertatem. Imitatur autem etiam hic Auctorem B. Cypr. dicti libri de Exhort. Mart. cap.* 4. *eandem hiſtoriam citans Exod.* 32. *vbi ſimile titulo vitiur*: Non *facile Deum ignoſcere idololatria. Atqui eſt & hoc Tertullianicum*: exſpectabit retractari.

25. Aberat apud Deum in monte Moyſes, &c.] *Hanc hiſtoriam Exod.* 32. *quum alibi frequenter, tum Tom.* 2. *lib. de Patient. cap.* 5. *ſed plenè vbi Auctor proſecutus eſt. Hoc hic dumtaxat adnotandum, illud*: quos potius ipſe perdiderit, *accipi debere, pro*: perdere debuerit, *prater & illas voces Tertullianicas*: ſuggillans, &: dedicauerunt.

26. Bouis etiam cuiuſdam conſecratricem, &c.] *De Oſiride ſiue Serapide ſimulacro, Ægyptiorum in forma bouis, alicubi ſupra à lacè diximus. Hinc illud Tibullis*:

--Oſirim.

Barbara Memphitem plangere docta bouem.

27. In Arithmis, &c.] *Hanc quoque appellationem Tertullianicam, vt Arithmos* *vocet librum Numerorum, vide ſupra lib.* 4. *adu. Marc. cap.* 23. *& 28. Hiſtoriam ipſum Numer.* 25. *paucis etiam repetet infrà Tom.* 5. *lib. de Pudicit. vbi ſequitur Moyſen, quem ſcribit* XXIIII. milium populi fornicantis in filias Madiam (*ſeu potius Moab, ſecuti hic rectius*) vna plaga ruiſſe. *Hic verò Apoſtolum* 1. *Cor.* 10. *apud quem legitur*: Neque fornicemini, *ſicut quidam ex ipſis*; *& cecederunt vna die viginti tria milia. Atqui vocem Græcam* ἐπιλοιθῶ *vertit*: initiari, *ſicut etiam Interpres Latinus* LXX. *Pſal.* 105. Et initiari ſunt Beelphegot, *pro eo quod ſacrificare vertit.*

28. Defuncto Ieſu Naue, &c.] *Illud tranſcripſit etiam B. Cypr. in l.* 1. *Teſt. adu. Iud. c.* 1. *hoc titulo*: Iudæos grauiter in offenſam Dei deliquiſſe, *quòd Deum dereliquerint, & idola ſecutis ſint. Meminit etiam eiuſdem ſupra Auctor To.* 1. *l. adu. Iud. c.* 1. *vbi quum ſolum Bahali ſe mancipaſſe legantur, hic cetas potius illud, quod ſecundo loco repetitur Iud.* 2. & ſeruierunt idolis Baalim & Aſtartis, *Græcè* τοῖς ἀστρώθαις, *de qua Syria Dea, vide ſupra Adnotat. noſtras Tom.* 2. *Apolog. cap.* 24. *nu.* 379. *Siue autem legas cum Gagnæo*: venum dabantur, *ſiue cum aly*: venundabantur, *perinde eſt.*

29. Poſt quæ inſtituit ſuper illos Deus Critas, quos cenſores intelligimus, &c.] *Similiter autem mox* 31. vt quis Critarum obierat, *&*: per omnes penè Annales Critarum. *Porrò retinuit hic quoque Gracam inſcriptionem* χρίται, *libri Iudicum, ſicutinos eum appellamus, & B. Cyprian. proquo maluit Auctor vertere*: cenſores, *vocem Iureconſultorum, Romanis magiſtratuum, qua phraſi etiam ſupra lib.* 2. *aduerſ. Marc. cap.* 2. cenſores diuinitatis *dixit. Et recte Auctor id nominis* Cenſorum *Iudicibus populi Iſraël adcribunt, etſi enim initio, iuxta Cicer. lib.* 5. *de Legibus, officium eorum dumtaxat fuerit, populi auitates, ſoboles, familias pecuniaſque cenſere, vnde & nomen id acceperiſſe teſtatur Liuius* 1. *Dec. lib.* 4. *etiam morum præfectos fuiſſe teſtatur idem Cicero pro Cluentio. Atqui omnino legimus*: Poſt quæ inſtituit, *&c. pro*: Poſtquàm, *& iuxta additones paulopoſt*: & adorando eos, *pro*: orando. *Verum ſunt etiam hic Tertullianica*: compteſtati ſunt; *&*: obaudire, *hoc*: ac non aduertam, *pro eo quod Græcè eſt*: προσθήσετα, *pro quo Latinus* LXX. *Interpres non addam.*

30. Atque ita per omnes penè Annales Critarum, &c.] *Sic librum Iudicum appellat, vbi adiudat ad cap.* 3. 4. 6. *& maxime* 10. *ac* 13. *vbi de* iugo Allophylorum (*quos vertit Auctor vbique pro Philiſtæos*) *ſit mentio*; *item ad* Regum *libros quatuor, maxime* 1. *Reg.* 12. 3. *Reg.* 14. *ac* 20. *&* 4. *Reg.* 13. 17. 18. 23. 24. *&* 25.

Cap. iiii.

31. Hanc igitur ſi à primordio, &c.] *Capitis huic inſcriptionem dedimus*: Quòd hæc præcepta martyriis patrocinentur, prohibendo idololatriam. *Quo adeò reſpondetur ad illud Gnoſticorum argumentum ſupra, cap.* 1. Certè peccatoris pœnitentiam mauult Deus quàm mortem; & quomodo peccatorum non deſideret mortem? *Atqui ſupplemus iterum ex Gagnæo paulopoſt*: & compungimur, & ingeminat.

32. Nos autem De deo alibi dimicantes, &c.] *Hæc pertinet ad lib.* 1. *adu. Marc. ſupra*: *quod verò ſequitur*: & De religvo corpore hæreticæ civisqve doctrinæ, *ad ſecundam partem lib. de Præſcript. adu. hæreſ. Quare & hunc librum, iuxta quod præfatiuncula noſtra in Tomum tertium adtigimus, illis poſt poſuimus. Atqui de Proverbio*: certas prædicimus lineas, *vide noſtra Prolegomena.*

33. Præſcribitur mihi ne quem alium Deum dicam, &c.] *Adludit tum ad illud Exod.* 23. *ſupra citatum Tom.* 2. *lib. de Idolol. cap.* 10. *ac* 20. *vbi* Lex prohibet Deos pronuntiari; *tum ad illud Exod.* 20. *adlegatum cap.* 2. *vbi*: Non adorabis ea, neque coles; *tum denique ad illud Deuter.* 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi famulaberis ſoli.

34. huic ſacramento militans, &c.] *Similiter Auctor agit diſſi. lib. de Idolol. cap.* 19. de ſacramento (*id eſt iureiurando, quali ſe milites adſtringunt*) diuino ſigno Chriſti, caſtris lucis, *de qua & aliis ſignificationibus vocis*: ſacramenti, *vide Adnotat. noſtras dicto lib. de Præſcript. adu. hæret. cap.* 40. *nu.* 239. *Vbi etiam alios aliquot ſimiles locos adnotauimus. Sicut enim militesſacramento ſuis ducibus ad depugnandum in acie auctoramur, ita & nos* (*inquit Auctor ſupra Tom.* 2. *lib. ad Martyr. cap.* 3.) vocati ſumus ad militiam Dei viui, iam tunc quum in ſacramenti verba reſpondimus; *de quo latiùs iterum ſis lib. de Baptiſ. inter baptiſmi ceremonias. Atqui videtur Auctor reſtexiſſe etiam ad confignationem quæ ſit in baptiſmo, de qua ibidem videre eſt.*

Cap. v.

35. Habes igitur Dei mei voluntatem, &c.] *Titulum impoſuimus huic capiti*: Quòd bonum ſit martyrium, etſi periculoſum ac dutum, non ſecus atque Medicina quæ dolores vtiles adfert. *Atqui de Proverbialibus formulis*: occurſum eſt huic plagæ; *&*: in alium ictum conſideremus, *latiùs inter Prolegomena. Hic enim taciè reſpondetur ad ſſa argumenta Gnoſticorum ſupra cap.* 1. Perite homines ſine cauſſa.

36. VT DEVM meum BONVM OSTENDAM, QVOD IAM A NOBIS DIDICERVNT MARCIONITÆ, &c.] *Hic intelligit lib. 2. adu. Marc.* DE DEO BONO, ET TAMEN IVSTO. *Supplemus autem mox*: à quo & probiheturi, *ex Gagnæo, & legimus prorsus*: quid aliud eſt aduerſatio (*voce Tertullianica*) idololatriæ, atque martyrij, *pro*: aduerſatio, *quod nullo ſenſu legebatur.*

37. Nam & medicinæ præſidium, &c.] *Similis eſt locus ſuprà lib. 2. adu. Marc. cap. 16. præterquam quod ſacramenta, quibuſtilli utuntur, hic enumerent*: ſcalpellum, quo (*ſicuti etiam ibi loquitur*) ſecant & ampurant, cauterium, quo inuruntur, *quibus addit hic*: ſinapis incendium, quo mordent. *Hinc fieri puto, vt ad lepras curandas uſum ſinapis eſſe ſcribat Plinius lib. 20. cap. 22.*

38. Sed Medicum quoque miraberis etiam in illo, &c.] *Videas hac de re curioſus Lector Hippocratem, Galenum, & alios Medicos*; *certè experientia quotidiana expergimur*: quòd fermè pares qualitates medelarum adhibeantur aduerſus qualitates querelarum. *Sine autem lege*: reſtinguit, *ex conſtitutione Dn. Iuſtinij, ſine*: reſtringit, *per inde eſt, & hoc videtur Auctori magis vſitatum. Sunt vero etiam Tertullianica*: diſpargere, euaporare; *& non multò poſt*: ſuſtentato, *pro patienter exſpectate*; *item*: limantes, *&*: vetertum mortis. *Vbi in intermedias lineis iterum legimus*: remperaretur, *ex Gagnæo, pro*: temperatur.

CAP. VI.

39. Sed & certaminis nomine, &c.] *Caput hoc inſcriptimus*: Quòd certaminis nomine Deus nobis Martyria proponat, pro quorum meritis mercedem accipiemus, eſſeque illa poſt lauacrum ſecunda, ſolatia immò etiam baptiſmum ſanguinis. *Per quæ nominatim reſpondet ad illud Gnoſticorum argumentum ſuprà cap. 1.* an Deus hominum ſanguinem flagitat, *&c. Prius illud ſuprà tractauit Auctor Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 3. in quo imitatur eum B. Cyprian. dicti lib. de Exhortat. Mart. cap. 8. & 9. & præſertim hoc tulit*: *Inſiſtendum eſſe & perſeuerandum in fide & virtute, &c. vt ad palmam & coronam poſſit peruenire. Et rurſum lib. 3. Teſtim. ad Quirin. c. 16. & 17. Quæ omnia adnotatu digna ſunt aduerſus eos qui Martyria, quæ ea peccatorum appellare non verentur. Atqui propriè occiſus turbis* gula *pro fauibus, quum dixit*: Euulſum, *&c.* de diaboli gula; *at Tertullianica voce eſt* incultatorem.

40. Agonas iſtos, &c.] *De variis* Agonum ac certaminum Græcorum & religionum ac ſolemnitatum *generibus, vide ſuprà Tom. 2. librum integrum de Spectaculis, & Adnotat. noſtras nominatim à num. 1. & 106. 153. 154. ad finem vſque, ne hic in repetendo prolixiores ſimus.*

41. Adhuc Carthaginem, *&c.* donatam Pythico agone, &c.] *Hinc occaſionem accepiſſe videtur Auctor ſcribendi libri de Spectaculis ſuprà Tom. 2. quod indictus eſſet Carthagini* Pythicus agon, *idque* poſt ſtadij ſenectutem, *id eſt, poſtquàm* ſtadium, *id eſt locus ad Agones deputatus, iam ſenectutem quandam paſſus eſſet, vtpote à multis annis minimè frequentatus. Atqui* Pythicum agonem *vocat eum, qui in Ludis Pythicis, id eſt Pythia Apollini dedicatis, celebratur.* Pyctes *enim propugile nobilior vox eſt, quàm ut pluribus ſit opus. De* Agonotheta *denique dicſe num. 106. Atqui ſunt præterea Tertullianica*: liquuit, ab æuo, committere antes, plus victoriatum eſt, quàm iniuriatum, *niſi quis malit legere*: victoriarum, *&*: iniuriarum; *nam non placet conſectura Harriſij*: plus victoria tamen eſt quàm iniuria.

42. Deum dedecebit, &c.] *Iſtud explicatius videre eſt eorum dictis cap. lib. ad Martyrum lib. de Spectac. cap. 29. & 30. Legimus autem partim cum Gagnæo*: Quid nunc ſi non, *pro eo quod erat dumtaxat*: Qui ſi non.

43. Aut quomodo mulæ manſiones apud Patrem, ſi non pro varietate meritorum, &c.] *Quæ hic* merita, *mox* pretia *vocat*; *quibus reddi dicit* compenſationem & mercedem, *& cap. 8.* remunerationem Martyriorum. *Eodem autem modo locum illum Ioan. 14. interpretantur Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. 8. Cyprian. lib. de Laude Mart. aliique Patres complures*; *& ipſe Auctor ſuprà lib. de Reſurr. carn. cap. 52. illud 1. Cor. 15.* ſtella à ſtella diſtabit in gloria. *Atqui ſunt iterum Tertullianica*: dependitur, *&* mox: dependi, *ac*: etogari; *quæ illi ſunt ſynonyma. De eo verò quòd carnem vocat* manum Dei, animam adſtatum; *vide alicubi ſuprà.*

44. Proſpexerat & alias Deus imbecillitates, &c.] *Hîc tranſit ad ſecundam huius capitis partem, in qua tradit eſſe* Martyria, & ſecunda ſolatia poſt lauacrum, & lauacrum ſanguinis exinde ſecurum; *quod clarius dixit in hac verba ſuprà lib. de Bapti. cap. 16.* Hic eſt baptiſmus; qui lauacrum, & non acceptum repræſentat, & perditum reddit. *Vbi adleguumus plura de* baptiſmo ſanguinis *teſtimonia Patrum, num. 108. & expoſitionem item illius ſcripturæ in eandem ſententiam*: Habeo baptiſmo tingui, *&c. nu. 111. Quos inter pro hoc loco facit maximè B. Cyprian. Præfat. in ſepedict. lib. de Exhort. Mart. vbi voeat hoc* ſecundum baptiſma, *poſt quod nemo iam peccat, quod fides noſtra incrementa conſummat, quod nos de mundo recedentes ſtatim Deo copulat.*

45. Proprie enim Martyribus nihil iam reputari poteſt, &c.] *Hîc etiam locus pertinet ad purgatorij aſſertionem, & eam differentiam* (de *quâ ſuprà etiam apud hunc Auctorem l. de Anima, cap. 35.*) *quam apertiorem ponit B. Cyprian. Epiſt. 52. ad Antonian. Aliud* (inquit) *miſſum in carcerem non exire inde, donec ſolnat nouiſſimum quadrantem, & pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu ſigne, & pendere in die iudicij ad ſententiam iudicis, aliud, ſtatim ad gloriam peruenire, fidei & virtutis accepere mercedem, peccata omnia paſſione purgaſſe, & à Domino coronari. De quo vide Adnot. noſtras ibidem num. 59. & ſuprà lib. de Anima, num. 421. & 424.*

CAP. VII.

46. Incutiat adhuc ſcorpius homicidam Deum ventilans, &c.] *Inſer ptenum hunc capit dedamus*: Quòd etiam fidei ſint examinatoria martyria. *In quo Auctorem etiam imitatur B. Cyprian. tum lib. de Exhort. Mart. cap. 9. hoc tulit*: *Ad hoc preſſuras & perſecutiones fieri, vt probemur, & lib. 3. Teſtim. ad Quirinum, cap. 15. Qui loci etiam adnotandi adu. eos, qui martyria facere audent, ſupplicia peccatorum. Atqui reſpondet hic Auctor ad argumentum Gnoſticorum ſuprà cap. 1.* Si is (*nempe Deus*) occidit, quis ſaluum facere debebit?

47. Sophia (inquit) iugulauit filios ſuos, &c.] *Hodie nihil apud* Salomonem *reperire licuit quod eum his verbis conſentiat, quam illud Proverb. 9.* Sophia *mactauit, ſeu* iugulauit (*vtrumque enim ſignificat vox Græca* ἔσφαξε) *victimas ſuas, pro quo videtur Auctor legiſſe Paraphraſtes*: filios ſuos; *quod ipſum B. Aug. interpretatur lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 20. de martyrum victimis. Verùm quis ſubiungit Auctor*: Et ideò quid ſequitur? Sophia, *&c. quod eſt Proverb. 1. coniecis olim lectum fuiſſe Pron. 1. illud*: Sophia iugulauit filios ſuos; *vbi hodie habetur*: *nam impietas ſuam animam auferunt, inſidiantur ante verba ſequentia, niſi malit quis illud*: ſequitur, *referre ad laudem potius Sophiæ, quæ filios ſuos iugulauit, quàm ad verba ſcripturæ.*

48. Sophia in exitibus canitur hymnis, &c.] *Hîc magis expreſſis Auctor quod Græcè eſt* ὑμνεῖται; *vbi quum etiam legatur* παρθενικαὶ ἄγγ[ελοι], *nec ſſarió etiam raſtigiamus* conſtantiam agit, *pro*: de conſtantia; *reliquum etiam* 1 x 2 *adſertur. Ex eo autem quòd hîc citatur illud Iſai 44. in hac verba*: & alius inſcribit: In nomine Iſraëlis, *mutans hic numerum Prophetæ, vt magis ad inſtitutum faciat, apparet etiam ſuprà l. 4. adu. Marc. c. 39. legi debere*: inſcribet, *pro* inſcribet.

49. Audio enim & alibi dicentem Deum, &c.] *In hac ſcriptura Zachar. 13. iuxta editiones omnes ſic tranſpoſuimus verba*: Veram illos ſicuti vritur argentum, & probabo illos, ſicuti probatur aurum; *idque eo magis, quod, vrs igne argentum, non aurum, (quod probatur dumtaxat) experientia quotidiana diſcimus.*

50. Si Deus filio ſuo non pepercit, &c.] *Hîc Rom. 8. Apoſtoli verba citat ea dumtaxat quæ ad Prophetam pertinent, in quibus cum illo tranſpoſuimus tres voces*: quomodo non &,

pro : & non. *In altero testimonio Ephes.5.paraphrastices legis:* Christus est qui se tradidit pro delictis nostris, *pro eo quod est dimittaxat: pro nobis. Atqui iterum cum Gagnæo restituimus:* Verba non solo sono tapiunt, *vbi legebatur corruptiss.* Verbo.

51. Sed enim Scytharum Dianam, &c.] *Quod* Scythæ Tauricæ, *sive, sicuti eam appellat Plinius lib. 4. cap. 12. Tauri* Scythæ Dianæ *hospites suos immolarent, vide supra tractatum Adnot. nostris in Apolog. cap. 9. num. 125. De* Gallorum Mercutio *ibidem, num. 224. de* Afrorum Saturno, *nu. 122. & de* Ioue Latio, *126. denique de* pollinctore, *cap. 13. nu. 198. Atqui admonuis de Harrisio etiam hic subsitimus:* liquuit, pro: licuit, *sicuti supra initio cap. 6. Est vero etiam hic* vox *Tertullianica:* tractat.

Cap. viii.

52. Vnum igitur gradum insistimus, &c.] *Hunc capitis titulum imposuimus:* Quòd martyriorum à primordio & in lege exempla inuenire sit. *Vbi & cap. sequ. videtur respondere ad illud Gnosticorum argumentum supra cap. 1.* Hæccine pati homines innocentes, *&c. quippe cum probet* iam à primordio vim passam esse iustitiam. *In quo imitatur Auctorem B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibaritanos, & Epist. 81. ad Rogat. maxime verò sæpedict. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. vbi eas dem scripturas pene omnes citat. Atqui* an martyria præcepta esse *senserit Tertullian. Videmostra Prolegomena. Porro de Proverbii formula:* Vnum gradum insistimus, *vide nostra Prolegomena. Phrasi autem sua vertit Auctor illud psalm. 115.* Honorata est apud illum mors religiosorum ipsius, *pro eo quod B. Cyprian. cum alias: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Est vero etiam illud Tertullianum:* elogio transgressionis.

53. Videte quomodo petiit iustus, &c.] *Sic refingeamus hunc locum ex Lxx. pro:* Vide. *Mallem etiam legere* Vbicunque: perit, *pro:* periit; *sed hoc non semel supra retinuit Auctor. De reliqua vero huius loci lectione I. al. 57. vide Adnot. nostras in B. Cyprian. lib. 2. Test. ad Quirin. cap. 14. num. 67. Mirum interim de hac lectione, quod variet Auctor in huius loci citatione, vtpotè qui hic verat:* & erit honor sepulturæ eius, *quum supra lib. adu. Iud. cap. 10. & lib. 3. adu. Marc. cap. 19. videatur legisse: Et erit honor, sive in honore, pro qua aly: in pace,* sepultura eius de medio sublata est, *vbi vide Adn. nostras num. 144.*

54. Qui Deo placuerat, occiditur, &c.] *Quæ de* Abel *prima (vti ipse loquitur) martyre,* Dauide, Helia, Zacharia, & trina fraternitate *hic adlegat Auctor, etiam inuenire est apud B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. in quibus loci habeantur, ad marginem adnotauimus. De* Hieremia *verò quod* lapidatus sit, *præsertim quòd colligant quidam Hebr. 11. exilio: Lapidati sunt, teste Iustino Dorotheum in Synopsi, & Epiphan. de vita Prophetarum. Et similiter de* Isaia quòd sectus sit, *præterquam quòd etiam habeas supra Auctor Tom. 2. l. de Patient. c. 14. & dicta Auctoris, etiam B. Hieron. ex certissima Hebræorum traditione adfersi in dictum locum Isai. 57. Scribens ferratum fuisse à Manasse, ferra ligneæ; adjicies præterea quosdam nostrorum de illo interpretari illud Hebr. 11. Serrati sunt, sive* secti, *vti legere Auctori, & sic citare. Atqui Dn. Harrisius adnotaut prioribus contingendum illud: à suo auspicata, & consequendum sequentibus:* Insectata est denique. *Verum adhuc non constaret sensus, nisi adjeceret,* iustitia, aut vita; *quare malui omittere illud:* insectata est, *vpotè quod pro varia lectione, pro:* auspicata, *in contextum irrepsisse videatur.*

55. Zacharias inter altare & ædem, &c.] *B. Hieron. in c. 23. Matth. consentis de* Zacharia, *qui quum historiam Regum citet, & tamen inueniatur 2. Paral. 24. patet olim vtramque historiam pro vnaccepisse fuisse. Hic peculiare Auctori, quòd addat:* perennes cruoris sui maculas silicibus adsignasse.

56. in puellæ falticæ lucar, &c.] *Mittit lectorem Dn. Latinus ad Festum. Vbi Isidorus Sedigter hunc Tertulliani locum citans, lucar appellari dicit meretrem, altatorem, quam* ὀρχηστρίδα *appellant Charisius, & Glossographi; qua significatione etiam Tacitus Annal. li. 1. dixerit* lucar *histrionum coercitum temporibus Tiberianis, & Liuius l. 3.* lucaris meritis *dandi, quod Pythia Apollini mitti iubebatur. Idque eleganter, vtpotè quum caput beati Ioannis Baptistæ datum sit in puella saltatrice (quam falticam sua vetus nuncupat) præmium.*

57. Meminerant enim & Hieremiæ [scribentur, &c.] Hieremię *olim adscriptum fuisse à Patribus quicquid frodie libro Baruch continetur, adnotauimus ad B. Cypr. lib. 2. Testim. cap. 6. num. 34. atque adeò etiam de eius scriptura auctoritate Canonica; quibus consentit hic Auctor, etiam* Hieremiæ *nomine quod inueniatur Baruch. 6. Quirelle adjeci:* scribenis ad eos, quibus illa capriuitas imininebat; *quæ dicta quæ contexetur Epist. Hieremi. ad adolescendum in Babylonem, sicut ex Græco emendatiores Latini codices legunt. Secundum vero Græca exemplaria bodierna omittit Auctor:* & lapideos.

58. Iraque dixerunt à Deo concepta fiducia, &c.] *Hic redit iterum ad verba* Trina fraternitatis, *id est trium puerorum Ananiæ, Azariæ, Misaelis ad Nabuchodonosor, quæ ipse citat B. Cyprian. loco citato supra nu. 54. In quibus differt ab aliis illud:* huic tuo imperio, *pro eo quod ille & Lxx. de verbo hoc; & quòd omittat: ardentis, item quòd legat:* & tunc manifestum fiet tibi, *pro eo quod illi ad verbum ex Græco: Et fi non, notum tibi sit; denique quòd legat singulari numero:* idolo tuo, *quod aly: Deis tuis. Quod verò sequitur de* Daniele à Chaldæis delato, & ad leones expostulato apud Darium, *meminit est Dan. 6. & supra quoque adlegatum ab Auctore Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.*

Cap. ix.

59. Superest ne antiquitas, &c.] *Capue ipsud inscripsimus:* Quòd & in nouo Christianismo Christus martyria præceperit; *vbi tacitè respondet ad illud argumentum Gnosticorum supra cap. 1.* Semel Christus pro nobis obiit, *&c.* num & ille salutem de mea nece exspectat? *Atqui etiamhic imitatus est Auctorem B. Cypr. tum dicto l. de Exhort. Mart. c. 6. 11. & maximè 12. & l. 3. Test. ad Quir. c. 16. titulo:* De bono martyrii, *ea dem scripturas citans Matth. 3. & 10. Est autem vox etiam hic Tertullianica:* æmulam, *pro: contrariam.*

60. Beati eritis quum vos dederoraauerint, &c.] *More suo Auctor duorum Euangelistarum Matth. 5. & Luc. 6. verba coniungit; nam & præcedens testimonium, & hæc verba habet Matthæus. Illud vero:* Sic enim faciebant, *&c. Ibeus. In hoc autem solo differt, quòd legat:* dedecotauerint, *quod aly omnes: maledixerint, & omnia mala, pro eo quod illi: omne malum. Quem morem etiam B. Cyprian. imitatur. Est vero* vox *Tertullianica:* conditionabilem.

61. Ecce ego mitto vos, &c.] *Hinc ad finem vsque capitis adducit & explicat verba Christi Matth. 10. in quibus vbi quod differentiæ sit indicauerimus, ad alia transibimus. Imprimis enim vertit:* tradent enim vos in consessus, *quod Græce est εἰς συνέδρια; item:* mortificabunt eos, *pro: morte adficient. Sufficit etiam ex legere cum Græcis:* Et eritis odio omnibus. *Legit etiam:* Qui autem sustinuerit, *& c. cum B. Cyprian, pro: perseuerauerit. Paraphrastice verò explicat illud:* Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, *& c. ut:* occidere & perdere in gehennam, *pro eo quod Cyprian.* occidere, *& vulgatus Latinus interpres:* perdere *dumtaxat, item:* sine culpa voluntate nec alter passerum in terram cadit, *pro quo B. Cyprian. & meuter eorum; item paraphrastices:* Quia & capillorum apud eum rogestus est numerus; *denique (sicuti etiam aliquibus supra:* multis passeribus antestaris, *Græce* ὑπὲρ πολλῶν στρουθίων. *Sunt autem præter sam dictas, phrases Tertullianicæ:* vnuetios nominis, in quibus consederit nomen, *& sub finem capitis:* in expugnatione nominis, *item cap. seq.* ipsum nominis odium, *pro: nomine Christi; item:* persecutionem, *& c.* expendere, *& c.* metum consecrandum.

62. Omnis igitur qui in me confessus fuerit, &c.] *Non modò legit iuxta Græca exemplaria etiam alibi vbique:* in me, *& iterum:* confitebor in illo; *sed explicat disertis & prolixioribus verbis, quæ non similiter dixerit:* Et omnis qui negauerit in me, *& c. sed:* qui negauerit me, *atque negabo illum. Quam differentiam etiam obseruauit Luc. cap. 12. sicuti patet supra lib. 4. aduers. Marcion. cap. 28. vsque adeo vt enim sit immutatus in eodem*

eodem B. Cyprian. loci complurib⁹, ita vt in aliis ſic caſtigandum cenſeamus additum: proxima.

163. Sicut non olim, &c.] *Quid illud ſibi velit neſcio, fortè* pro auſpice *accipiatur ſicut: pro conſule, aut intelligatur: coram auſpice. Significat autem ſe conſideraſſe, & horruiſſe,* vt qui ſe Chriſtianum negaſſet, ipſum quoque Chriſtum compelleretur negare. *Cuiuſmodi hodie (prò dolor) exempla multa videmus; deum primùm facto iureiurando abnegantium Catholici Regis, compelluntur etiam fidem ipſam Catholicam, atque adeò Chriſtum abnegare, contra quos facit expreſſè hic locus Tertulliani.*

64. Qui me confuſus fuerit coram hominibus, &c.] *De hac lectione Auctoris, & B. Cyprian. Marc. 8. vide ſuprà Adnotat. noſtras lib. de Carn. Chriſti, cap. 5. num. 47. nec aliter etiam verſat, quod ſit Luc. 9. lib. 4. aduerſ. Marcion. cap. 21. At differt nonnihil ſuprà Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 13. vbi legit:* Qui confuſus ſuper me fuerit, penes homines; & ego confundar ſuper illo penes patrem meum, qui in cœlis eſt.

CAP. X.

65. Qui verò non hîc, &c.] *Hunc capitis titulum facimus:* Quòd confeſſio nominis Chriſti per hunc commeatum vitæ, non verò in cœlis fieri debeat. *Pro his reſpondet ad illud Gnoſticorum argumentum ſuprà cap. 1.* Sed neſciunt ſimpliciores animæ quid quomodo ſcripturn ſit; vbi, & quando, & coram quibus confitendum. *Agit autem contra Valentinianos; nam iu ſe ſcribitur ſuprà l. 4. de Valent. cap. 30.* Ideòque nec operationes neceſſarias ſibi exiſtimant, nec vlla diſciplinæ munia obſeruant; martyrij quoque eludentes neceſſitatem qua volunt interpretatione, *&c.* Sed nobis quidem æ, ſi exceſſerimus in aliquo diſciplinæ iugum; ſi obſtorpuerimus in operibus ſanctitatis & iuſtitiæ; ſi confitendum alibi neſcio vbi, & non ſub poteſtatibus iſtius ſeculi, apud tribunalia præſidum, optauerimus. *Sunt autem Tertullianea:* commeatum vitæ, *& mox:* recepto, *pro:* receptis, *quomodo adeò non multopoſt etiam legendum cenſeo.*

66. Nimirùm quum animæ, *&c.* per ſingula tabulata cœlorum, &c.] *Hæc verba ſunt Valentinianorum vſque ad illud:* Planè ita ſcripturn, *&c. Atque adeo ibi:* Eadem iurgiis *ſubintelligitur* præſumptio. *Tota variorum apud eos* tabulata cœlorum; ſupremum, in quo Pleroma Tricenarium Deorum *ſuorum collocabant*; medium, in quo Achamoth; infimum, in quo Demiurgus, *videre eſt ſuprà lib. adu. eoſdem c. 23. & clariùs in* Schemate *per nos incopleto.*

67. Teletos ſcilicet, & Abaſcantos, & Acinetos Valentini, &c.] *De* Teleto 29. *Æone ſeu Deo Valentinianorum, ex xij. Dodecadu penultimo, vide admodùm noſtras eiuſdem lib. c. 8. nu. 87. De* Acineto *verò (quo ſit vt hic caſtigauerim, pro:* Agineros) *Æone* 15. *Decadis ſeptimæ, itidem num. 81. Quibus tota cauſſa addit nomen aliud Valentinianis incognitum* Abaſcantos, *tamquam poteſtatem talem, quæ faſciis amiluetum ſit, vtpotè quod ſignificet* vἱὸν ἀβάσκαντον.

68. Noſtrates enim (*nempè homines*) inquiunt, nec ipſi, &c.] *Diſtinguit* Noſtrates à veris (*Valentinianis*) hominibus *Valentinianorum; quorum præſumptio* iurgiis conſtanter probabat (*id eſt probare nitebatur*) homines veros non eſſe (*id hic haudquàquam ſupplendum, vt conſtet ſenſum*) quos ſtillicidium ſtrulæ & puluerem æreæ & ſpuramen, & locuſtas deputauit (*nempè ſcripturæ Iſai. 40.*) etiam irrationabilibus iumentis adæquauit. *Vbi (ſicuti etiam ſuprà adnotauimus lib. de Reſurr. carn. cap. 59. nu. 433.) varias verſiones vnius eiuſdem rei Hebraorum (fortaſſis Aquilæ aut Theodotionis) & LXX. confundit, vtpotè ex illis producente* puluerem terræ, *& ex LXX.* ſpuramen, *ſiue* lam; *in hoc tamen, quantum apparet, Clementem Alexandrinum, qui poſteriùs verſi Strom. lib. 7. & prius Strom. lib. 6. Deinde hic interſeris:* & locuſtas, *quod multopoſt ibidem habet Propheta, & verſit, irrationabilia iumenta paraphraſtes, quod Græcè eſt: τὰ τετράποδα. Atqui pulchrè hæc confutat Tertullianus per ipſa Chriſti verba, Matth. 16. & 17. Sunt autem Tertullianea verſus:* deſpectui iudicata, *&:* ſuffunditur.

69. Aratus, Perſea, & Cephea, & Erigonen, & Ariadnen inter ſidera deliniabit, &c.] *Videantur* Arati *Phænomena, quem ſequitur etiam Cicero lib. 2. de Natur. Deorum, vbi* Cepheum *&* Perſeum *poſt minorem Septentrionem collocat. De* Erigone *ſic Arnob. lib. 7.* Erigone *ſuſpenſa de laqueo eſt, vt virgo inter aſtra ſenioſa ſit. De* Perſeo *&* Ariadne *denique (quem imitari ſolet Auctor) Iuſtinus Martyr Apolog. 2. Vbi poſtquam illum inter Iouis liberos recenſuit: Quid dicamus (inquit)* Ariadnen, *& quæ ſtirpem atque illum inter ſidera receptos eſſe dicunt? Atqui eſt & illud Tertullianicum:* poſt exceſſum, *pro: mortem.*

70. Quas mihi poteſtates ianitrices, &c.] *De hiſce, & inter alias Cardea, Forculo, & Limentino, vide Adnotat. noſtras ſuprà Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15. nu. 113. 114. & 115. ex quo loco & ſimul. lib. de Coron. milit. c. 13. caſtigauimus:* Cardeam quandam, *pro:* Cardum quendam.

71. Auferte portas principes veſtras, &c.] *In citatione illius Pſal. 23. in hoc differt ab omnibus aliis, etiam B. Cyprian. quod legat:* & ſubleuentur, *pro: leuamini, aut extollimini, ſicut B. Cyprianus.*

72. Qui aſcenſum ſummæ iuſticiæ in cœlos, &c.] *Quum ſuprà lib. 3. 4. & 5. aduerſ. Marc. priora hæc verba citarit Auctor, hic primùm adijcit:* & profuſionem ſuam ſundat in terras, *pro quo mallem legere cum LXX. iuxta B. Hieron. & Græcos codices omnes, ſicuti in margine adnotauerat Gignaus:* promiſſionem; *ſed nolim immutare, eo quòd ſenſum inſignem hinc elicias Leo de Caſtro Commen. MS. in hunc Prophetam, de profuſione ſanguinis Dominici, quem effudit in cruce. Sunt verò etiam Tertullianea:* complanatum, *&:* reſeratum.

73. Nam etſi adhæc clauſum putas cœlum, &c.] *Adnotatu dignum quod hic dicit Auctor:* claues cœli Petro & Eccleſiæ relictas; *vt hinc pateat nondum hæreticum fuiſſe, quum hunc librum ſcriberet, eo quod infra Tom. 5. lib. de Pudicitia videatur diuerſa ſentire, de quo ibi latiùs.*

74. Pulcra videlicet documenta præmittam, &c.] Videlicet *inſurpatur pro: ſcilicet. Ironicam eſſe conſtat, quid quid ſequatur vſque ad illud:* Hæc nobis, etiam ludicrum in modum, certa rario mandauit. *Sunt autem intermedia Tertullianea:* Æmula, *pro contraria;* nominis odium, *&* poſtea: odium nominis, *ac:* in nomen, *ac:* ingratis *adueribuliter. Atqui de* Circo *vide ſuprà Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 8. num. 68. Ego autem deinceps ex Gagnæi coniectura in marg.* apud quas cauſſa purganda eſt, *pro:* pugnanda.

75. Fortaſſe de zonis, &c.] *Quum ſint (inquit Plin. lib. 2. natur. hiſt. cap. 68.) cæli quinque partes, quas vocant* zonas, *infeſto rigore & æterno gelu premitur vna, quæ quid eſt ſubiectum diabus extremis vtrimque circa vertices (quos hodie Poles nuncupamus) hinc qui Septentrio vocatur (hodie Arcticum dicimus) cumque qui aduerſus illis Auſtricus appellatur, nempè Antarcticum.*

76. Axis ipſe qui torquet, &c.] Axis *quidem Ciceronis Tuſcul. queſt. lib. 1. vocatur diſcus polus Arcticus, vtpotè quem* ἄρκτον *vocant Græci polum Antarcticum, verum quum addat Auctor:* qui torquet, *malle m de tonus cœli axe intelligi.*

77. Orionis armati manus operabitur, &c.] *Sic caſtigauimus ex coniectura Dominorum Harriſij & Latinij, pro:* munus. *Atqui armatum Orionem vocat etiam Virgil. lib. 3. Æneid. & enſiferum Ouid. lib. 4. Faſt. Plinius iugulum, idque ea cauſſa, quod ad imitar gladij ſit ſtellarum fulgore terribilis. Eadem pertinet quod etiam Plinius lib. 18. cap. 27. & 31. gladium Orionis appellet, vbi de ortu & occaſu eius agit.*

78. vrſas Septentrio cimittet, &c.] *Hæc Auctor ſuprà lib. de Carn. Chriſti, c. 9. Septentriones appellat, eo quòd in Septentrionali plaga cœli appareant, vbi vide Adnot. Rhenani num. 87. Duos autem faciunt Aſtrologi, maiorem & minorem.*

79. Zodiacus tauros & leones, &c.] *De hoc in hæc verba Plinius l. 2. c. 4. Adiuuat terminorum deſcripto cœculo, qui Signifer vocatur, in duodecim animalium effigies, inter quæ 12. ſigna reperitur* Taurus & Leo. *Hic ζωοδιάκος à Græcis appellatur,*

pro : & non. *In altero testimonio Ephes.5.paraphrasticos legit:* Christus est qui se tradidit pro delictis nostris, *pro eo quod est dum taxat : pro nobis. Atqui iecrum cum Gagneo restituimus:* Verba non solo sono sapiunt, *vbi legebatur corruptiss.* Verbo.

51. Sed enim Scytharum Dianam, &c.] *Quòd* Scythæ Tauricæ, *sine, ficuti eam appellat Plinius lib. 4. cap. 12.* Tauri Scythæ Dianæ *hostites suos immolarent, vide suprà tractatum Adnot. nostris in Apolog. cap. 9. num. 125. De* Gallorum Mercurio *ibidem, num. 124. de* Afrorum Saturno, *nu. 122. & de* Ioue Latio, *126. denique de* pollinctore, *cap. 13. nu. 198. Atqui admonuimus ab Hatrisitem etiam hic subsistimus:* liquuit, *pro:* licuit, *ficuti suprà initio cap. 6. Est vero etiam hic vox Tertullianica:* tractat.

Cap. viii.

52. Vnum igitur gradum insistimus, &c.] *Huic capiti titulum imposuimus:* Quòd martyrium à primordio & in lege exempla inuenire sit. *Vbi & cap. sequ. videtur restituendum ad illud Gnosticorum argumentum suprà cap. 1.* Hæccine pati homines innocentes, *&c. quippe cum probet* iam à primordio vim passam esse iustitiam. *In quo imitatur Auctorem B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibaritanos, & Epist. 81. ad Rogat. maximè verò sæpe dict. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. vbi eadem scripturas pene omnes tetat. Atqui an* martyria præcepta esse *senserit Tertullian. Vide nostra Prolegomena. Porro de Proscribtali formula :* Vnum gradum insistimus, *vide nostra Prolegomena. Phrasi autem sua vertit Auctor illud Psalm. 105.* Honorata est apud illum mors religiosorum ipsius, *pro eo quod B. Cyprian. cum alio : Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Est verò etiam ipsius Tertullianicum:* elogio transgressionis.

53. Videte quomodo petiit iustus, &c.] *Sic castigauimus hunc locum ex* LXX. *pro :* Vide. *Malle tamen etiam legere videbimus:* petit, *pro:* perit; *sed hoc non semel suprà retinuit Auctor. De reliquis verò huius loci lectione Isai. 57. vide Adnot. nostras in B. Cyprian. lib. 2. Test. ad Quirin. cap. 14. num. 67. Mirum interim de hac lectione, quod variet Auctor in huius loci citatione, vbi quoque hi vertat :* & crit honor sepulturæ eius, *quum suprà lib. adu. Iud. cap. 10. & lib. 3. adu. Marc. cap. 19. videatur legisse: Et erit honor, sive in honore, pro quo alij : in pace,* sepultura eius de medio sublata est, *vbi vide Adn. nostras num. 144.*

54. Qui Deo placuerat, occiditur, &c.] *Quæ de* Abel *primo (vt ipse loquitur) martyre,* Dauide, Helia, Zacharia, & trina fraternitate *hic adlegat Auctor, etiam inuenire est apud B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. in quibus loca habeantur, ad marginem adnotauimus. De* Hieremia *verò quod lapidatus sit, præterquam quòd colligant quidam Hebr. 11. ex illo : Lapidati sunt, teste tantur Dorotheus in Synopsi, & Epiphan. de vitis Prophetarum. Et similiter de* Isaia quòd sectus sit, *præterquam quòd etiam habeat suprà Auctor Tom. 2. de Patient. c. 14. & dicti Auctores, etiam B. Hieron. ex certissima Hebræorum traditione adscrit in dictum locum Isai. 57. Serbent serratum fuisse à Manasse, serra ligneâ ; adjeiens præterea quos dam noſtrorum de illo interpretari illud Hebr. 11. Serrati sunt, sine secti, vti legeret Auctor, si ita ver. Atqui Dn. Hærsius adnotauit prioribus contingendum illud :* à suo auspicata, *& contungendum posterioribus :* Insectata est denique. *Verum adhuc non conflares sensus, nisi adyeeret,* iustitia, *aut* vita; *quæ malui omittere illud :* insectata est, *vtpotè quod pro varia lectione, pro :* auspicata, *in contextum irrepsisse videatur.*

55. Zacharias inter altare & ædem, &c.] *B. Hieron. in c. 23. Matth. confentit de* Zacharia, *qui quum historiam Regum citet, & tamen inueniatur 2. Paral. 24. patet olim vtramque historiam pro vna accepta m fuisse. Hic peculiare Auctori, quòd addat:* perennes cruoris lui maculas silicibus adhgnasse.

56. in puellæ falticæ lucar, &c.] *Mitti lectorem Dn. Latinium ad Festum. Vbi Iosephus Scaliger hunc Tertullianilocum citans, lucat appellari dicit merecedem altatorum, quam* Ἀγεραιὸν *appellant Charisius, & Glossographi ; qua significatione etiam Tacitus Annal. li. 1. dixerit lucat histrionum coercitum temporibus Tiberianis, & Liuius l. 3.* lucatis *meritis donis, quod Pythia Apollini mitti iubebatur. Idque eleganter, vtpotè quum caput Beati Ioannis Baptistæ datum sit impuellæ saltatrici (quam saltatam fuã voce nuncupat) præmium.*

57. Memineranteinim & Hieremiæ scribentur, &c.] *Hieremię olim adscriptum fuisse à Patribus quicquid sit de libro Baruch consentur, adnotauimus ad B. Cypr. lib. 2. Testim. cap. 6. num. 34. atque adeò etiam de eius scriptura auctoritate Canonica; quibus consentit hic Auctor, stans* Hieremiæ *nomine quod inuenitur Baruch. 6. Quiescite adijcit :* scribentis ad eos, quibus illa captiuitas imminebat ; *quia dicto capite comentur Epist. Hieremi. ad adducendos in Babylonem, sicut ex Graco emendatores Latini codices legunt. Secundum verò Graca exemplaria hodierna omittit Auctor; & lapideos.*

58. Itaque dixerunt à Deo conepta fiducia, &c.] *Hic rediit iterum ad verba* Trina fraternitatis, *id est trium puerorum Ananiæ, Azariæ, Misaëlis ad Nabuchodonosor, quæ ipsa citat B. Cyprian. loco citato suprà nu. 54. In quibus differt ab aliis illud:* huic tuo imperio, *pro eo quod ille & LXX. de verbo huc ; & quòd omittat : ardentes item quòd legat :* & tunc manifestum fiet tibi, *pro eo quod illi ad verbum ex Graco : Et si non, notum fiat tibi, sit, denique quòd legat singulari numero :* idolo tuo, *quod alij : Dei tui. Quod verò sequitur de* Daniele à Chaldæis delato, & ad leones expostulato apud Darium, *innuere est Dan. 6. & suprà quoque adlegatum ab Auctore Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.*

Cap. ix.

59. Superest ne antiquitas, &c.] *Caput istud inscribimus:* Quòd & in nouo Christianismo Christus martyria præceperit ; *vbi tacitè respondet ad illud argumentum Gnosticorum suprà cap. 1.* Semel Christus pro nobis obiit, *&c.* num & ille salutem de mea nece expectat ? *Atqui etiam hic imitatus est Auctorem B. Cypr. tum dicto l. de Exhort. Mart. c. 6. 11. & maximè 12. & l. 3. Test. ad Quir. c. 16. titulo:* De bono martyrii, *eadem scripturas citant Matth. 5. & 10. Est autem vox etiam hic Tertullianica :* æmulam, *pro :* contrariam.

60. Beati eritis quum vos dedecorauerint, &c.] *More suo Auctor duorum Euangelistarum Matth. 5. & Luc. 6. verba coniungit ; nam & præcedens testimonium, & hac verba habet Matthæus. Illud vero :* Sic enim faciebant, *c. Dueas. In hoc autem solo differt, quod legat:* dedecorauerint, *quod aly omnes : male dixerint, &:* omnia mala, *pro eo quod ille :* omne malum. *Quem morem etiam B. Cyprian. imitatur. Est vero vox Tertullianica:* conditionabilem.

61. Ecce ego mitto vos, &c.] *Hinc ad finem vsque captuis adducit & explicat verba Christi Matth. 10. in quibus vbi quid differentiæ sit indicauerimus, ad alia transibimus. Imprimis enim veriti : tradent enim vos in consessus, quod Græcè est* εἰς συνέδρια ; *item :* mortificabunt eos, *pro:* morte adficient. *Sufficit etiam eo legere cum Gracis :* Et etiis odio omnibus. *Legit etiam :* Qui autem sustinuerit, *& c. cum B. Cyprian, pro :* perseuerauerit. *Paraphrasticè verò explicat illud :* Sufficit discipulo vt sic sicut magister eius, *& c. ac:* occidere & perdere in gehennam. *pro eo quod Cyprian.* occidere, *& vulgatus Latinus interpres:* perdere *dum taxat, item :* sine cuius voluntate nec alter passerum in terram cadit, *prout B. Cyprian. & meuter eorum ; item paraphrasticos :* Quia & capillorum apud eum regestus est numerus ; *denique (sicuti etiam alicubi supra :* multis passeribus antestatis, *Græce* Δύο ἀσσαρίων. *Sunt autem prater iam dicta, phrases Tertullianicæ :* vniuersos nominis, in quibus consederit nomen, *& sub finem capitis :* in expugnatione nominis, *item cap. seq.* ipsum nominis odium, *pro:* nomine *Christi ; item:* perfectionem, *& c.* expendere, *&:* metum consecrandum.

62. Omnis igitur qui in me confessus fuerit, &c.] *Non modò legit iuxta Graca exemplaria etiam alibi* vbique: in me, *& iterum :* confitebor in illo ; *sed explicat disertis & prolixioribus verbis, quare non similiter dixerit :* Et omnis qui negauerit in me, *& c. sed:* qui negauerit me, *ac:* ego negabo illum. *Quam differentiam etiam vitauisse Luc. cap. 12. ficuti patet suprà lib. 4. aduers. Marcion. cap. 28. vsque adeò vt eum sit immutatus in*

eodem B.Cyprian. locis compluribus, ita vt in aliis ſic exiſtigandum cenſeamus additos proxima.

63. Sicut non olim, &c.] *Quid illud ſibi velit neſcio, forte* pro auſpicio *acceptatur ſecutis: pro conſule, aut intelligatur: coram auſpice. Significare autem ſe conſiderare, & horruiſſe, vt qui ſe* Chriſtianum negaſſet, ipſum quoque Chriſtum compellaret negare. *Cuiuſmodi hodie (pro dolor) exempla in vita videmus, dum primum facto iureiurando abnegationis Catholici Regis, compelluntur etiam fidem ipſam Catholicam, atque adeo Chriſtum abnegare, contra quos facit expreſſe hic locus Tertulliani.*

64. Qui me confuſus fuerit coram hominibus, &c.] *De hac lectione Auctarii, & B. Cyprian. Marc. 8. vide ſupra Adnotat. noſtras lib. de Carn. Chriſti, cap. 5. num. 47. nec aliter etiam Iuvenc. quod eſt Luc. 9. lib. 4. aduerſ. Marcion. cap. 21. At differt nonnihil ſupra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 13. vbi legit:* Qui confuſus fuerit me ſuperme fuerit, penes homines; & ego confundar ſuper illo penes patrem meum, qui in cœlis eſt.

CAP. X.

65. Qui verò non hîc, &c.] *Hunc capiti titulum facimus:* Quòd confeſſio nominis Chriſti per hunc commeatum vitæ, non verò in cœlis fieri debeat. *Vbi reſpondet ad illud Gnoſticorum argumentum ſupra cap. 1.* Sed neſciunt ſimplices animæ quid quomodo ſcriptum ſit, vbi, & quando, & coram quibus confitendum. *Agit autem contra Valentinianos; nam ſic ſcribitur ſupra l. 2. de Valent. cap. 30.* Ideóque nec operationes neceſſarias ſibi exiſtimant, nec vlla diſciplinæ munia obſeruant; martyrij quoque eludentes neceſſitatem qua volant interpretatione, *&c.* Sed nobis quidem væ, ſi exceſſerimus in aliquo diſciplinæ iugum; ſi obroqueremus in operibus ſanctitatis & iuſtitiæ; ſi confitendum alibi neſcio vbi, & non ſub poteſtatibus iſtius ſeculi, apud tribunalia præſidum, optauerimus. *Sunt autem Tertullianica:* commeatum vitæ, *& mox:* tecepto, *pro: receptu, quamuis adeò non multopoſt etiam legendam cenſeo.*

66. Nimirùm quum animæ, *&c.* pet ſingula tabulata cœlorum, &c.] *Hæc verba ſunt Valentinianorum vſque ad illud:* Planè ita ſcriptum, *&c. Atque adeo ibi:* Eadem iurgiis *ſubintelligitur* præſumptio. *Tria verborum apud eos* tabulata cœlorum; ſupremum, in quo Pleroma Tricenarium Deorum *ſuorum collocabant*, medium, in quo Achamoth; infimum, in quo Demiurgus, *videre eſt ſupra lib. adu. eoſdem c. 23. & elariis in* Schemate *per noslocupletato.*

67. Teletos ſcilicet, & Abaſcantos, & Acinetos Valentini, &c.] *De* Teleto 29. *Aonæ ſeu Deo Valentinianorum, ex xij. Dodecadæ penultimo, vide adnotat. noſtras eoſdem lib. c. 8. nu. 87. De* Acineto *vero (quo ſic vt ſic caſtigauerim, pro:* Agitetos) *Aone 15. Decadis ſeptimæ, ibidem num. 81. Quibus ieci cauſſa addit nomen aliud Valentinianus ſine ratione* Abaſcantos, *tamquam poteſtatem talem, quæ faſcinis ſimiliter ſit, vtpotè quod ſignificet vocem ἀσκάντατον.*

68. Noſtrates enim (*nempè homines*) inquiunt, neciſti, &c.] *Diſtinguit* Noſtrates à vetis (*Vetilli loquebantur*) hominibus *Valentinianorum; quorum præſumptio* iurgiis conſtanter probabat (*ad eſt probare nitebatur*) homines veros non eſſe (*id hic haud dubiè ſupplendum, vt conſtet ſenſus*) quos ſtillicidium ſitulæ & puluerem ateræ & ſpuramen, & locuſtas deputauit (*nempè ſcriptura Iſai. 40.*) etiam irrationabilibus iumentis adæquauit. *Vbi (ſicuti etiam ſupra adnotauimus lib. de Reſurr. carn. cap. 59. nu. 413.) varias verſiones vnius eiuſdem vocis Hebraorum (fortaſſis Aquilæ aut Theodotionis)* & LXX. *confundit, vtpotè ex illis prodiuentes* puluerem terræ, *& ex* LXX. ſpuramen, *ſiue* ita *in hoc ſecutus, quantum apparet, Clementem Alexandrinum, qui poſteriùs verſit Strom. lib. 7. & prius Strom. lib. 6. Deinde hic interſerit:* & locuſtas, *quod multopoſt ibidem habet Propheta, & verſit, irrationabilia iumenta per aphæreſin, quod Græci ſit: τὰ πτερόποδα. Atque pulchrè hæc confutat Tertullian. per ipſa Chriſti verba, Matth. 16. & 17. Sunt autem Tertullianica turſus:* deſpectui iudicata, *&:* ſuffunditur.

69. Aratus, Perſea, & Cephea, & Erigonen, & Ariadnen inter ſidera delimabit, &c.] *Videantur* Arati *Phænomena, quem ſequuntur etiam Cicero lib. 2. de Natur. Deorum, vbi* Cepheum & Perſeum *poſt nouem Septentrionem collocat.* De Erigone *ſic Arnob. lib. 7.* Erigone *ſuſpenſa de laqueo ſpſ, vt virgo inter aſtra ignica ſit. De* Perſeo & Ariadne *denique (quem inuitus ſolet Auctor) Iuſtinus Martyr Apolog. 2. vbi poſtquam illum inter Iouis liberos receſſuſt: Quid dicamus (inquit)* Ariadnen, *& quos iſtidem atque illum inter ſidera receptos eſſe aiunt. Atqui eſt & illud Tertullianicum:* poſt exceſſum, *pro: mortem.*

70. Quas mihi poteſtates ianitrices, &c.] *De biſſe, & inter alias Cardea, Forculo, & Limentino, vide Adnotat. noſtras ſupra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15. nu. 113. 114. & 115. ex quo loco & ſimili, lib. de Coron. milit. c. 13. eſtiq; aiunt:* Cardeam quandam, *pro:* Cardum quandam.

71. Auferte portas principes veſtras, &c.] *In citatione illius Pſal. 23. in hoc differt ab omnibus aliis etiam B. Cyprian. quod legat:* & ſubleuentur, *pro: leuamini, aut extollimini, ſicut B. Cyprianus.*

72. Qui aſcenſum ſuum ædificat in cœlos, &c.] *Quum ſupra lib. 3. 4. & 5. aduerſ. Marc. priora hæc verba citarit Auctor, hic primùm adijcit:* & profuſionem ſuam fundat in terras, *pro: quæ mallem legere cum* LXX. *iuxta B. Hieron. & Græcos codices omnes, ſicuti in margine adnotauerat Gigneus:* promiſſionem; *ſed nolus immutare, eo quòd ſenſum iſtum nemo lucidat Leo de Caſtro Commene. MS. in hunc Prophetam, de profuſione ſanguinis Dominici, quem effudit in cruce. Sunt verò etiam Tertullianica:* complanatum, *&:* reſcetatum.

73. Nam etſi adhuc cluſum putas cœlum, &c.] *Adnotatu dignum quod hic dicit Auctor:* claues cœli Petro & Eccleſiæ relictas; *vt hinc pateat nondum hæreticum ſuiſſe, quam hunc librum ſcripſerat, eo quod infra Tom. 5. lib. de Pudicitia videatur diuerſus ſentire, de quo ibi latiùs.*

74. Pulcra videlicet documenta præmittam, &c.] Videlicet *vſurpatur pro: ſcilicet. Ironiam eam eſſe conſtat, quid quid ſequitur vſque ad illud:* Hæc nobis, etiam ludicrum in modum, certa ratio mandauit. *Sunt autem intermedia Tertullianica:* Æmula, *pro contraria; nominis odium, & poſtea: odium nominis, ac: in nomen, ac: ingratis aduerbialiter. Atqui de* Circo *vide ſupra Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 8. num. 68. Lege autem deinceps ex Gagnei conciliura in marg.* apud quas cauſſa purganda eſt, *pro:* pugnanda.

75. Fortaſſe de zonis, &c.] *Quum ſint (inquit Plin. lib. 2. natur. hiſt. cap. 68.) cœli quinque partes, quas vocant zonas, infeſto rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid eſt ſubiectum duabus extremis vtrinque terræ vertices (quos hodie Polos nuncupamus) hunc qui* Septentrio *vocatur (hodie Arcticum dicimus) eumque qui aduerſus illi Auſtrinus appellatur, nempè Antarcticum.*

76. Axis ipſe qui torquet, &c.] Axis *quidem Ciceroni Tuſcul. queſt. lib. 1. vocatur dictus polus Arcticus, vtpotè quem ἀεὶ φαινόμενον Græci polum Antarcticum; verùm quum addat Auctor:* qui torquet, *mallem de toto cœli axe intelligi.*

77. Otionis armati manus operabitur, &c.] *Sic caſtigandus conciliura Domuorum Harriſſ & Latinij pro:* munus. *Atqui at matum Otionem Vocat etiam Virgil. lib. 3. Æneid. & exiſtimum Ouid. lib. 4. Faſt. Plinius iuniorem, idque ea de cauſſa quod adiuſtar gladij ſit ſtellarum ſulgore terribile. Eodem pertinet quod etiam Plinius lib. 18. cap. 27. & 31. gladium* Otionis appellet, *vbi de ortu & occaſu eius agit.*

78. vtſas Septentrio emittet, &c.] *Hæc Auctor ſupra lib. de Carn. Chriſti, c. 9. Septentriones appellat, eo quòd in Septentrionali plaga cœli appareant, vbi vide Adnot. Rhenanum num. 87. Duas autem facunt Aſtrologi, maiorem & minorem.*

79. Zodiacus tauros & leones, &c.] *De hoc in hoc verba Plinius l. 1. c. 4. Adiunxit rerum ordo deſcripto circulo, qui Signifer vocatur, in duodecim animalium effigies, inter quæ 12. ſigna reperitur* Taurus & Leo. *His* ζῳοφόροις *à Græcis appellatur,*

בהמ שלי ζωδίων, aut ζώων, id est ab animalium figura.

80. Hæc nobis etiam, &c.] *Sunt & ab hoc loco Tertullianica:* ludicrum iis modum, obicem præscriptionis extrudere, paraturam, expungir, sustineo, & destinante.

81. Ne putaueritis venisse me, &c.] *In hic Matth.* 10. *verbi Christi supplenimus:* vti paecm mittam, *ex ipso Euangelista. Atqui retinuit etiam hic Auctor vocem Graecam μάχαιραν. &* diuidere *vertit, quod Graece est διχάσαι. Illud autem:* vt nadar frater fratrem in mortem, *&c. est multo antè apud Matth. Sic etiam supra tractatum est cap. praeced.*

Cap. xi.

82. Eadem igitur forma cetera quoque, &c.] *Inscriptionem hanc capite dedimus:* Etiam aliis Christi vetbis martyria adprobari. *Sunt verò etiam hæc desumpta ex Euangelio Matth.* 10.

83. Qui pluris (inquit) fecerit etiam animam suam quàm me, non est me dignus, &c.] *Istud more suo colligit, partim ex Matthæo, partim ex Luca; nam loco citato legitur:* Qui pluris fecerit *patrem aut matrem, &* c. non est me dignus, *&* Luc. 4. adhuc & animam suam, *quod ipsum iterum citat infrà in calce capitis. In reliquo vertit:* qui in nuenerit, *&* qui perdiderit, *quod Graecè est* ὁ εὑρὼν, *&* ὁ ἀπολέσας. *Illud denique:* prohiber meditari responsionem ad ttibunal, *eodem quidem capite sed multo antea habetur.*

84. Et quum in catcere fratrem vult visitari, &c.] *Adludit ad cap. 25. Matth. Ibi verò:* Et quum Deum vindictam factorum electorum suorum adfirmat, *ad cap.* 8. *Luc. supra tractatum lib. 4. aduers. Marc. cap.* 36. Parabola denique seminis post cesspitem (*id est, quia solum in cesspite, non verò in terra inculta, satum fuerat*) arefacti, *inuenitur Matth.* 13. *pulcrè autem iterum distinguit inter* Allegorias, parabolas, ænigmata. *Atqui de Proverbio:* vna iam linea est, *vide nostra Prolegomena. De inscripto autem repetit omnia eadem Matth.* 10. *quæ citauit cap. praeced. Iterum verò habes illud Tertullianicum:* nominis caussa, *&* edixit, *nouiss. Supplemus denique ex Gagnæo:* quomodo hæc agantur quæ prædicata non sunt.

85. Sed hæc erit peruersitas fidei, &c.] *Ita hæresin circumscribit Auctor, vtpotè quum hic subjecta:* Ita hæretici, *&* c. *Sunt autem Tertullianica:* periclitentur excludi, *&* relinquitur, *pro consequitur.*

Cap. xii.

86. Quis nunc medullas scripturarum, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Martyria etiam adprobari ex Epistolis BB. Petri & Ioannis, ac huius Apocalypsi.

87. Petrus quidem ad Ponticos, &c.] *De hac inscriptione Epistolæ prioris Petri, vide Adnotat. nostras in B. Cyprian. lib. 3. ad Quir. num. 78. quippè qui ter ita illam inscribat cap. 36. 37. &* 39. *ubi eosdem, quos hic Auctor, duos loco citat* 1. Petri 2. *&* 1. Pet 3. *qui etiam citat quod sequitur:* Dilecti, *& lib. de Exhort. Mart. cap. 9.*

88. Quanta enim, inquit, gloria, &c.] *Sic expressit quod Graece est* τοῖον γὰρ κλέος, *deinde conformiter etiam exemplaribus Graecis (quamquam obscurius:)* si non vt delinquentes puniamini, sustinetis; *quod clarius alij: si quumbenè facientes, & tamen punimini, sustinetis. At cum vulgato Interprete consentit, legens:* pro nobis, telinquens vobis, *quomodo etiam B. Cyprian. loco postremo iam citato. Peculiare est autem Auctori, quòd addat:* semetipsum.

89. Dilecti ne expauescatis vstionem, &c.] *Quod Graece est:* μὴ ξενίζεσθε, *& vulgatus Interpres Latinus: peregrinari, & Auctor* expauescere, *aperius B. Cyprianus Epistola 56. ad Thibarit. & lib. de Exhort. Mart. cap. 9. verte:* Nolite mirari; *at contrà Auctor* vstionem *transtulit πύρωσιν, magis propriè quàm aut B. Cyprian. ardorem, aut Vulgatus Interpres, feruorem. De reliqua eius scripturæ lectionum varietate, vide Adnotat. nostras dicta Epistol. ad Thibarit. nu.* 8. *hoc addito, quod ex Graecis exemplaribus legamus:* quoniam gloria & Dei spiritus requiescit in vobis, *pro:* requiescet.

90. dum ne quis vestrum patiatur, &c.] *In hac scriptura cum B. Cyprian. l. 3. aduers. Quirin. cap. 37. vertitur* malefi cus, *vox Graeca* κακοποιός; *Auctor magis ad verbum:* alieni speculator, *Graece est* ἀλλοτριεπίσκοπος, *quam ille & S. Augustin. Epist. incheata in Epist. ad Roman. alienas curas agentes.*

95. Ioannes verò vt etiam pro fratribus, &c.] *Istud inuenitur 1. Ioan. 3. illud verò:* negans timorem esse in dilectione, 1. *Ioan. 4. Vbi est etiam quod sequitur:* Perfecta enim, *&* c. *vbi consentit cum vulgato Latino Interprete in illo:* timor pœnam habet, *quantumuis Graci sit* κόλασιν. *Sunt autem Tertullianica:* fugatticem, *&* animatricem.

92. de Apocalypsi quoque sua, &c.] *Hic manifestè & rursus in fine huius capitis eidem Ioanni Apostolo (nam cum Petro & Ioanne effigiem gloriæ suæ reuelauit Christus in monte Thabor) adscribit* Apocalypsin, *cuius est prior Epistola iam citata. Verùm de eo latius supra lib. 4. adu. Marc. cap. 5. num. 41.*

93. ad angelum Ecclesiæ Smyrnæorum, &c.] *Graecè* σμυρναίων. *Atqui tum ex Graeco, tum ex Latinis exemplaribus Apocal. 2. cæsit quminus:* coniiciet in carcerem, *pro:* coniicit. *In eo verò quod sequitur, & verbis ad Pergamenorum, nempè angelum, retinuit vocem Graecam* ὁ μάντις. *Et in illo Apocal. 3.* ad Philadelphinorum, *transtulit paraphrasticè:* potens quàm *ad verbum,* quòd à tentatione vltima liberaterur, qui Domini nomen non negarat.

94. Exinde victori cuique promittit, &c.] *Istud more consentaneo (& verbis ipsis Auctoris vtar) collegit ex vtraque dicto cap. mixtim, vbicumque aliquam mercedem victori cuique promittit. Nam Apocal. 2. arborem vitæ (pro quo ally lignum vitæ) promittit angelo Ephesi, &* mortis veniam *(id est liberationem)* secundæ *angelo Smyrnæorum;* latens manna; cum calculo candido, & nomine ignoto *(seu potius nouo; nam Graecè est* καινὸν*) angelo Pergamenorum;* fertæ virgæ potestatem, & stellæ matutinæ claritatem, *angelo Thiatirenæ, ibidem. At Apocal.* 3. albam vestiti, nec deleri de libro vitæ, *promittit angelo in Sardi;* columnam fieri in Dei templo in nomine Dei, *sic enim paraphrasticè vertit, &* Dominì, *quod tamen hodie nulla habent exemplaria, &* Ierusalem cœlestis inscriptam, *angelo Philadelphinorum, denique* residere cum Domino in throno eius, *angelo Laodicenæ.*

95. Sed & interim sub altari, &c.] *Istud Apocal. 6. etiam paraphrasticè potius Auctor, quàm ad verbum; &* adnotanda *est hæc Sigismundi Gelenij iuxta Apostoli verba restitutio:* placidum quiescunt, *pro eo quod habebat Gagnæus:* patientiam pascunt, *ac:* & fiducia vltionis candidam *(in vocem Tertullianicam)* claritatis vsurpant, *pro eo quod alle pluribus:* & indutæ stolis candidæ claritatis vsurpant. *Est verò etiam vox Tertullianica:* albati, *pro albis amictis, Apocal. 7. retinens vocem Graecam* presbyteris. *Atqui cum vulgato Interprete & B. Cypriano legimus:* & lauerunt vestimenta sua, *pro:* vestimentum suum, *quia Graecè est* καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν.

96. Sordes quidem baptismate, &c.] *Sanè hic locus intelligendus est, ac dicat:* sordes peccatorum baptismate ablui, maculas vero postea contractas martyrio candidari. *Hoc est enim quod supra cap.* 6. martyria *appellauit* secunda solatia, *vbi vide Adnot. nostras num.* 44.

97. Quia & Isaias ex rufo & coccino, &c.] *Adludit ad illud supracitatum lib. 4. aduers. Marc. cap. 10. Isai.* 1. Si fuerint delicta vestra tamquam rosæum (*pro quæ hic:* rufum) velut niuem exalbabo; & si ramquam coccinum, velut lanam exalbabo, *vbi vide Adnotat. nostras num.* 10.

98. Magna etiam Babylon, &c.] *Istud etiam adsert ex Apocal.* 17. *& ex cap.* 21. *quod sequitur:* Timidis autem, dehinc & ceteris, (*nempè incredulo, execratis, homicidis fornicatoribus, veneficis, idolelatro, & omnibus mendacibus*) particula in stagno ignis & sulphuris.

Cap. xiii.

99. Paulus verò Apostolus, &c.] *Titulum hunc capiti imposuimus:* Etiam ex Pauli Apostoli Epistolis martyria cõfirmari.

mari. *Et verò etiam pleraſque hæc citatas ſcripturas inuenire eſt apud B. Cyprian. locis mox citandis, ad idem penè inſtitutum prædictas.*

100. quibus ſuſtinetis oſtentamen iuſti iudicij Dei, &c.] *Ad verbum voluit, quamuis obſcurius, ex Græco vertere, alter diſtinguens verſus atque hodie; ὡς ἐνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ. 2. Theſſal. 1.*

101. Non ſolùm autem, verùm etiam exſultantes in preſſuris, &c.] *Hîc in eo differt, tum ab aliis, tum à B. Cypr. lib. de Exhort. Mart. cap. 9. quod legat: exſultantes, pro: exultamus, &: certè pro: tolerantes. Tranſtulit autem vocem* κατηξιάζεται, *per ſicit, cum Syro Interprete, pro eo quod aliy: operatur. Nec diſſentit aut à B. Cypr. aut vulgato Interprete illud: verò non confundit, quamtumuis Græce ſit* κατηξιώθη.

102. Quòd ſi filij & hæredes, &c.] *Etiam hoc citat B. Cyprianus dicti lib. cap. 8. & quod ſequitur: Quis, inquit, ſeparabit, & c. ibidem c. 6. Ubi prorſus teſtimonio ſine logea: compatiamur, cum illo & Gagneo, ſine cum aliis: compatimur, non refert. Ille quod Græcè eſt* συνδοξασθῶμεν, *vertit: conmagnificemur, pro quo Author: cum illo glorificemur, de quo vide ſupra Adn. noſtras lib. de Reſurr. carn. cap. 40. num. 186. Eſt verò Tertullianicum: habeat reuelari. In altero verò omittitur ab Auctore, quod tamen omnes ſequuntur: perſecutio, Græcè* διωγμὸς, & *pecora ſeruum vertit pro oribus; & illo verò: ſuperuincimus, vide Adnotat. noſtras in Epiſt. 26. inter eius opera Mouſſi & aliorum Confeſſorum ad B. Cypr. num. 7.*

103. Perſuaſum enim habemus, &c.] *Sic vertit, pro eo quod ſingulari numero Græcè eſt* πέπεισμαι, *quomodo etiam ex Syro Latinus Interpres; quod adnotandum contra noſtros modernos aduerſarios, qui ex tranſlatione vulgati Latini Interpretis: Certus ſum enim, colligere nituntur certitudinem fidei, ita ut excidere non poſſit, maximè quum ſicuti Author, verſant B. Hieronym. ad Algaſ. qu. 9. & Ambroſ. in Comment. Omittit autem:* neque angeli, neque principatus, neque virtutes, *quod habent alij, conſentius eſſe:* neque virtus *ſiue fortitudo, ſicuti & B. Hieronym. Eſt verò iterum vox Tertullianiſta:* conditio, *pro creatura.*

104. Sed & Corinthiis paſſiones ſuas, &c.] *Accipit hîc* paſſiones, *pro perſecutionibus. In hac verò ſcriptura 2. Cor. 11. ſequitur ordinem Græcarum. Et in altera 2. Cor. 12. iterum interpretatur* ὠφελῶ, boni duco.

105. Etiam in ſuperioribus (*nempè 2. Cor. 4.*) Qui in omnibus tribulemur, &c.] *Malim quidem legere: tribulamur, & omniaretiua ſimiliter qua ſequuntur, in præſenti tempore, iuxta quod habet Apoſtolus; ſed quòd nimia eſſet immutatio, retinui veterem lectionem, quum nulli ſuppetant MS. cod. Proprie autem reddit:* coanguſtemur, *quod Græcè eſt,* συνστενοχωρούμεθα, *ſicuti etiam B. Ambr. & indigemus, ſed non perindigemus, pro:* ὑστερούμεθα, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμεθα. *Omittit etiam cum Gratia Patribus, B. Ambr. & Syro Interprete: humiliamur, ſed non confundimur, quod etiam non habent antiqui aliquot Latini codices. Secundum autem omnes, & ipſum Auctorem ſupra lib. de Reſurr. carn. cap. 44. ſupplemus:* Chriſti Ieſu. *Atque de illo:* Sed etſi (inquit) exterior homo, *&c. vide eiuſdem lib. cap. 40. vbi de illo:* Nam quod ad præſens, *&c. vide Adnot. noſtras nu. 285. Eſt præterea addimus, magis expleatius,* καὶ προσθῶμεν αὐτοῖς, per ſupergreſſum in ſuper ac æternum, *& legi ectius:* perficit, *quàm ibi:* perficiet, *nec nouum eſſe, vt ita tranſferat vocem:* κατεργάζεται, *conſtare paulò prius num. 101.*

106. Philippenſibus verò de vinculis ſcribens, &c.] *Prorſus caſtigandus hîc locus, pro:* Theſſalonicenſibus, *tum quia additur de* vinculis, *è quibus ſcripta eſt prior illa, neutra verò ad Theſſalonicenſes; tum quod inuenitur Philipp. 1. & 2. quæ ſequuntur ſcripturæ teſtimonia. In quorum priori ex Græco retinuit vocem:* agonem. *In poſteriori confirmat lectionem Latinorum emendatiorum codicum, qui legunt:* immolor ſupra ſacrificium, *pro eo quod aliy:* æmulor; *Tranſferens: Et ſi libor ſuper ſacrificium, Græcè* σπένδομαι; *retinuit etiam Latinam vocum additionem:* gaudeo & congaudeo, *ſicuti Græcè eſt* χαίρω καὶ συνχαίρω, *etiam ſecundò.*

107. Ego enim iam libor, &c.] *De hoc loco 2. Tim. 4. vide adnotation. noſtras in B. Cypr. Epiſt. 9. num. 19. & lib. 3. Teſtim. cap. 16. De bono Mart. nu. 50. Quibus adde quòd vox* ἀναλύσεως *(etiam Eraſmo adnotante) non modò reſolutionem, ſed & reuerſionem, & proinde etiam, ſicuti hîc Auctor, deuertionem ſignificet, ea phraſi, qua ſicut ſoluere dicitur qui diſcedit, ita reſoluere dicipoſſet qui reuertitur. Atque adeò placet duorſa lectio Interpretis Latini Origenis, quis in Nu. ſcribit duplicem fuiſſe lectionem Latinam, tum tum temporis, reſolutionis & regreſſionis. Sequens teſtimonium 2. Tim. 2.* Si enim commorui ſumus, &c. (*in quo magis conſentit Auctor cum noſtro Interprete*) *etiam ad idem inſtitutum idem B. Cypr. lib. de Exhort. Mart. cap. 5.*

108. Ne ergo confundaris martyrium, &c.] *Iſtud inuenire eſt 2. Tim. 1. Vbi phraſi Tertullianica,* confundaris *cum Actus ſatine, & retinuit ex Græco:* martyrium; *illud verò verſio præcedentis ibidem:* Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timiditatis (*quæ vox Tertullianiſta, Græcè* δειλίας) ſed virtutis (*Græcè* δυνάμεως) & dilectionis, & ſanæ mentis, *Græcè* σωφρονισμοῦ, *quæ vox pro varia ſignificatione à Syro Interprete vertitur admonitionis, à vulgato Latino Interprete: ſobrietatis hoc loco, ſed 1. Tim. 3. magis accedit ad Auctorem, tum* σωφροσύνη *Veritis prudentem, atque adeò ſanæ mentis.*

109. Sed & ſicubi tolerantiam præcipit, &c.] *Ceci hi ſunt apud Apoſtolum Paulum, Rom. 15. 2. Cor. 12. Epheſ. 4. Coloſſ. 1. 2. Theſſ. 3. 1. Tim. 6. 2. Tim. 3. ac 4. Tit. 2. alibi; & ab idololatria vero diuellit, 1. Cor. 5. 6. 8. 10. 12. ac 2. Cor. 6. & aliàs frequenter.*

Cap. xiiii.

110. Planè moner Romanos, &c.] *Caput hoc inſcriptimus:* Ad obiectionem Gnoſticorum reſponſio de loco Apoſtoli, Rom. 13. *Reſpondet autem:* non in occaſione fruſtrandi martyrij iubere Apoſtolum ſubijci poteſtatibus, ſed in prouocatione benè viuendi, & in reddendo tributum & vectigal. *Et ſimiliter etiam ſupra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.* ſatis præſcriptum habemus, in omni obſequio nos eſſe oportere, ſecundum Apoſtoli præceptum, ſubditos magiſtratibus, & principibus, & poteſtatibus; ſed intra limites diſciplinæ, quouſque ab idololatria ſeparamur, & c. *Lici adnotandi pro Catholicis, qui hodie ſub magiſtratibus hæretitis ſeruitutem ſeruiunt, ne putent ſe obligari edictis eorum, aut iureiurando contra Catholicam fidem.*

111. omnibus poteſtatibus ſubijci, &c.] *Fortaſſe rectius legeretur, omnes, eo quòd apud Apoſtolum habeatur: Omnis anima. ſed quòd conſtet ſenſus, nihil quid immutare. Anqui ſequitur Græca exemplaria, quæ hæc referunt ad poteſtatem qua à Deo eſt, quum vertit:* & quia miniſtra ſit Dei, ſed & vltrix. *Deinde in eo quod præmiſſum ab Apoſtolo ſatetur, vertit paraphraſticus:* non ſunt timori bono operi, ſed malo; *& rurſum vt prius:* Dei ergo miniſtra eſt tibi in bonum; *etiam idipſum de poteſtatibus explicans.*

112. Solus autem Dei homo conſideret, &c.] *Ego conijcio legendum:* Paulo autem homo Dei conſideret (*nam ſic ſolet Author attipere* condicere, *pro idem tum alio dicere*) *verumtamen nolui quid immutare ſine ted. MS. Fortè pro* Paulo *ſcriptum fuit* Saulo, *ex quo alter fecit* Solus. *Atqui locus eſt 1. Petr. 2.*

Cap. xv.

113. Num ergo & Apoſtolorum litteræ nobiles, &c.] *Titulum huic poſtremo capiti dedimus:* Ex Actis quoque Apoſtolorum & hiſtoriis Martyriorum exempla adminiſtrati. *Eſt interim prima hæc periodus, quantum mihi apparet, mutila.*

114. Quæ tamen paſſos Apoſtolos ſcimus, &c.] Apoſtolorum Acta *citat hîc Auctor, apud quæ cap. 4.* Petrus exditur, carceres etiam paſſus, *vtu præcedit,* vincula, & flagella; *cap. 7.* Stephanus ſaxis opprimitur; *cap. 12.* Iacobus gladiis immolatur; *denique varijs modis* Paulus diſtrahitur, *idque per impetus Iudæorum & cœtus nationum, Act. 14. & Tribunorum elogia (vox iterum Tertullianica eſt in*

malam partem) *Act.* 21. 22. *ac* 23. *apud* Proconsulum tribunalia, *Alterum iterum* 23. 24. *&* 25. *per* appellationem ad Cæsaris nomen, *ibidem*; *denique* (*nam postremo ponendum constat*) *&apud* Regum auditoria, *ibidem cap.* 26. *quum apud Agrippam Regem caussam suam egit.*

115. Si fi fidem commentari voluerit hæreticus, &c.] Commentari *hic accipit Auctor, pro mendacij arguere, eodem significatu quo mihi pro, mentiris, seu commentum commi nisti. Refle autem adfert* instrumenta Imperij *in testimonium fides* Actorum Apostolicorum (*quæ ille non recipiebat, sicuts suprà latius dictum est lib.* 5. *adu. Marc. cap.* 2. *num.* 21.) *utpote in quibus reperiri posset dicta Apostoli Pauli appellatio*; *&* lapides Ierusalem, *qui cruore BB. Petri, Stephani, & Pauli adhuc sanguinolenti viscbantur.*

116. Vitas Cæsarum legimus, &c.] *Adhunc haud dubiè lectum ad lusit B. Sophr. Patriarcha Hierosolym. libro de Certaminibus* Petri & Pauli, *in hac verba*: Vide Tertullianum in libro, vbi ait mortis Petri & Pauli mentionem in Annalibus haberi. *Atqui de illo quod*: orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit, *vide suprà Tom.* 1. *Apolog. cap.* 5. *nu.* 59. *vbi adnotauimus illum adludere aut ad* Commentarios *siue Annales Tacit. aut* ad Vitas Cæsarum *Suetonij. Illius verba sunt lib.* 15. *& quæ istissimis pœnis affecit, quos vulgus Christianos appellabat*; *huius verò Neron. cap.* 16. *adflicti supplicijs Christiani*; (*ita enim vtrobique legendum pro*: *Christiani*,) *adnotauimus ibidem cap.* 3. *num.* 40.

117. Tunc Petrus ab altero cingitur, &c.] *Alludit ad illud Christi, Ioan.* 21. Alius te cinget, *& ducet quo tu non vis. De* martyrio *autem* Petri & Pauli *Romæ facto, vide suprà lib. de Præscript. adu. hæret. cap.* 36. *& ibidem Adnot. nostras, n.* 208. *& seq.*

118. Quum vincula Paulo Agabus gestu quoque prophetasset, &c.] *Intelligit* gestum *illum Act.* 21. *quo Zonæus sibi adliguit manus & pedes* Agabus, vincula Paulo prophetauit. *Cetera eius loci paraphrastice adfert Auctor.*

119. Quòd si iam tunc Prodicus, aut Valentinus, &c.] *De hu sic etiam infra Auctor lib. adu. Praxean, c.* 3. secundum Valentinos & Prodicos, *secundum quos nos eum locum castigandum ibidem adnotauimus. Certè ex vtroque hoc loco, quod Valentino eum coniungat, Valentinianum fuisse satis patet*; *pro quo facit eadem cum illo hæresis, de qua suprà latius cap.* 10. non in terris esse confitendum apud homines. *Interim unde haud dubiè castigandum est quod hic mendosè legebatur*: conandum. *Atqui hu etiam* Prodici hæreticæ meminit *Clem. Alexandr. lib.* 7. *& priori loco hæresin istam non absimilem illis adtribuit, nempè*: non esse orandum.

120. quòd nec Deus humanum sanguinem sitiat, &c.] *Ex repetitione istorum verborum suprà cap.* 1. *patet illa fuisse ipsius* Prodici *aut* Valentini *argumenta, quæ ex Gnosticorum persona illic Auctor produxit*; *atque adeò peculiariter* aduersus Prodicum & Valentinum *conscriptum fuisse hunc librum, sicuts etiam ibi num.* 1. *adnotauimus.*

ARGVMENTVM LIBRI ADVERSVS PRAXEAN
Per Iacobvm Pamelivm.

I. SCRIPTVRVS *aduersus Praxean Tertullianus, post mediam ætatem, ab argumento Librum auspicatur*; dicens *se agere aduersus eum, qui ex Asia primus eam hæresin intulit humo Romanæ*; *qua diceret*: *Ipsum Patrem descendisse in virginem, & ex ea natum, ipsum passum, ipsumque denique esse Iesum Christum.*

II. *Imprimis autem contrarium præscribit per Regulam siue Symbolum fidei, quæ ab initio Euangelij decucurrit*; *quæ vnitatem in Trinitatem disponit, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum*; *per* οἰκονομίαν, *sacramentum.*

III. *Vsque adeò vt etiamsi* μοναρχίαν *Dei admittamus, nec tamen præscribatur, Patrem filium non habere, aut ipsum se sici filium fecisse.*

IIII. *Prius illud aduersus Praxean, Patrem & filium duos esse* (*cui addit & tertium, Spiritum à Patre per filium*) *vel ex Apostolicis probari Epistolis.*

V. *Idipsum probari, ex eo quod filius* λόγος *appelletur, id est ratio, in scripturis.*

VI. *Deinde, quod ibidem in Sophiæ nomine ostendatur.*

VII. *Ex eo etiam, quod sermo dicatur.*

VIII. *Et vero* προβολὴν *hic agnosci posse, quantumuis eam vsurpauerit Valentini hæresis*; *eo quod*: *prolatum siue genitum dicamus filium à Patre, sed non separatum, ad instar radicis & fruticis, fontis & fluuij, solis & radij, & Spiritum sanctum à Patre & filio, veluti apicem ex radio procedentem.*

IX. *Inseparatos enim esse ab alterutro*; *etiam si dicatur*: *alium esse Patrem, alium filium, alium Spiritum sanctum*; *personæ nempè, non substantiæ nomine.*

X. *Posterius aduersus Monarchianos*; *Patrem ipsum sibi se filium fecisse, mendacij redarguit, tùm quòd correlatiua, atque adeò diuersa sint pater & filius*; *tum quòd etiamsi Deo nihil sit impossibile, posse Dei voluntas sit Dei*; *& adeò non probari voluisse id Deum, nisi id fecisse probetur.*

XI. *Neque verò tam clarè posse probari, Patrem seipsum filium fecisse*; *atque econtrario ex scripturis, Patrem & filium distinctè pronuntiari, constat.*

XII. *Idipsum probari ex eo, quòd in creatione hominis Deus singularis pluraliter loquatur.*

Nec

Nec tamen propterea plures Deos aut Dominos à nobis dici, quòd à nobis agnoscatur Deus & Dominus pater, Deus & Dominus filius, Deus & Dominus Spiritus sanctus; non secus atque solis radium nonnumquam solem vocamus, ita tamen vt duo soles non sint. XIII.

Atqui probari præterea diuersos Patrem & filium; quòd ille inuisibilis, hic verò visibilis, in scripturis veteribus inueniatur. XIIII.

Deinde & in Noui Testamenti scripturis. XV.

Porrò non solùm opera mundi per filium facta, sed & quæ à Deo exinde gesta sunt, idque in nomine Patris, scripturis conuinci. XVI.

Immò competere etiam filio nomina Patris; omnipotens Deus, altissimus, Dominus virtutum, Rex Israëlis. XVII.

Neque obstare scripturas de vnico Deo, vtpotè quæ filium non excludant, sed idola. XVIII.

Eandem esse responsionem ad illud Isaiæ: Extendi cœlum solus, ex aliis scripturis demonstrari. XIX.

Illis etiam non suffragari verba Christi: Ego & pater vnum sumus; aut: Qui me viderit, videt & patrem; aut; Ego in patre, & pater in me. XX.

Præscribi enim, alium Deum, alium Dei filium, ex Euangelij Ioannis priori parte. XXI.

Item & ex secunda vsque ad illud ipsum: Ego & pater vnum sumus. XXII.

Vel etiam exè illis ipsis, aliisque Christi verbis, vsque ad Philippi interrogationem. XXIII.

Ex ipsa quoque interrogatione Philippi, & responso Christi: Qui me viderit, &c. XXIIII.

Denique ex eodem Euangelio ad finem vsque. XXV.

Postremò & ex aliis Euangeliis, & inter cetera mandato Christi: Vt tinguerent in Patrem & Filium & Spiritum sanctum; nam nec semel, sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tinguimur. XXVI.

Porrò contra eosdem facere, quòd Patrem spiritum, filium carnem, in vna persona distinguant; quum carnem indutus sit filius Dei, non in eam transfiguratus. Omne enim quod transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat; at filius Dei perseuerauit in forma Dei. XXVII.

Nec minus illud, quòd Patrem Christum, filium Iesum stultissimè faciant; tum quòd vnctio Patri non competat, à qua dicitur Christus; tum quòd scripturæ eundem vbique testentur Christum Iesum, & Christum Dei appellent. XXVIII.

Sufficere itaque Christum filium Dei mortuum dicere & crucifixum, idque secundum humanam substantiam; Patrem verò nec compassum dici posse. XXIX.

Maximè quum Christus in passione exclamarit: Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? XXX.

Denique Iudaicæ fidei esse, sic vnum Deum credere, vt illi neque filium, neque spiritum sanctum adnumerare velint; & Antichristi esse, negare Patrem & filium. XXXI.

Ceterùm quòd Tertullianus aduersus Praxean scripserit, testantur B. Optatus Mileuitanus lib. 1. adu. Parmenianum, & Vincentius Lirinensis aduersus hæreses; nominatim etiam hunc librum citat B. Hieronymus initio Tradit. Hebraic. in Genesim, verbis infrà adlegandis cap. 5. num. 43. Eundem hunc librum MS. viderunt Trithemius & Politianus; in lucem verò edidit Rhenanus primùm cum Scholiis, deinde & Adnotationibus, ex tribus codicibus MS. Castigauit deinde ex codice Britannico Gelenius; nos denique iterum ad tria Vaticana MS. exemplaria recognouimus, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI

ADVERSVS PRAXEAN LIBER, DE TRINITATE.

CAP. I. VARIE[1] diabolus æmulatus est veritatem. Adfectauit illam aliquando defendendo concutere. Vnicum Dominum vindicat omnipotentem mundi conditorem, vt & de vnico hæresim faciat. Ipsum dicit patrem descendisse in virginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum, denique ipsum esse Iesum Christum. Excidit sibi coluber, quia Iesum Christum post baptisma Ioannis tentas, vt filium Dei adgressus est, certus filium, Deum habere, vel ex ipsis scripturis, de quibus tunc tentationem struebat: Si tu es filius Dei, dic vt lapides isti
Matt. 4. panes fiant. Item: [4] Si tu es filius Dei, deiice te hinc. Scriptum est enim, quòd mandauit angelis suis
Psal. 90. super te, vtique Pater, vt te manibus suis tollant, necubi ad lapidem pedem tuum offendas. Aut hunc quid mendacium Euangelijs exprobrabit, dicens, viderit Matthæus & Lucas. Ceterùm ego ad ipsum Deum accessi, ipsum omnipotentem cominùs tentaui. Ideò & accessi, ideò & tentaui. Ceterùm si filius
1. Cor. 13. Dei esset, nunquam illum fortasse dignarer. Sed enim ipse potius à primordio mendax est: & si quem hominem de suo subornauerit, vt Praxean. Nam iste primus ex Asia hoc genus peruersitatis [5] intulit E
Romanæ humo, & aliàs inquietus: insuper [6] de iactatione martyrij inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tædium; quando etsi corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, cuius charismata quoque expugnauit. Nam idem tunc [7] Episcopum Romanum agnoscentem iam Prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ inferentem, [8] falsa de ipsis Prophetis & Ecclesiis eorum adseuerando, [9] & præcessorum eius auctoritates defendendo, [10] coëgit & litteras pacis reuocare iam emissas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, Prophetiam expulit,
Matth. 13. & hæresim intulit; [11] Paracletum fugauit, & Patrem crucifixit. [12] Frutificauerant [13] auenæ Praxeanæ; hîc quoque superseminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ; [14] traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam euulsæ videbantur. [15] Denique cauerat pristinum doctor [16] de emendatione sua; & manet chirographum [17] apud Psychicos, apud quos tunc gesta res est, exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti, atque defensio, disiunxit à Psychicis. Auenæ verò illæ vbique tunc semen excusserant. Ita aliquandiu per hypocrisin subdola viuacitate latitauit: & nunc denuo erupit.
Ibidem. Sed & denuò eradicabitur, [18] si voluerit Dominus, [19] in isto commeatu; si quo minus, [20] die suo col-
CAP. II. ligentur omnes adulteræ fruges, & cum ceteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur. [21] Itaque
Ioan. 16. post tempus pater natus, & pater passus: ipse Deus Dominus omnipotens, Iesus Christus prædicatur. Nos verò & semper, & nunc magis [22] vt instructiores per Paracletum deductorem scilicet omnis veritatis, vnicum quidem Deum credimus: sub hac tamen dispensatione, [23] quam οἰκονομίαν dicimus, vt vnici Dei sit & filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hunc missum à patre in virginem, & ex ea natum hominem & Deum, filium ho- F
minis & filium Dei, & cognominatum Iesum Christum. Hunc passum, hunc mortuum & sepultum secundum scripturas, & resuscitatum à patre, [24] & in cœlos resumptum, sedere ad dexteram patris, venturum iudicare viuos & mortuos. Qui exinde miserit secundum promissionem suam à patre spiritum sanctum Paracletum, sanctificatorem fidei eorum qui credunt in patrem & filium & spiritum sanctum. [25] Hanc regulam ab initio Euangelij decucurrisse, etiam ante priores quosque hæreticos, nedum ante Praxean hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium hæreticorum, quàm [26] ipsa nouellitas Praxeæ hesterni. Quo peræquè aduersus vniuersas hæreses iam hinc præiudicatum sit, id esse verum quodcunque primum: id esse adulterum, quodcunque posterius. [27] Sed salua ista præscriptione, vbique tamen propter instructionem & munitionem quorundam, dandus est etiam [28] retractatibus locus: vel ne videatur vnaquæque peruersitas, non examinata, sed præiudicata damnari, maximè hæc, quæ se existimat meram veritatem possidere, dum vnicum Deum non aliàs putat credendum, quàm si ipsum, eundémque & patrem & filium & spiritum sanctum dicat: quasi non sic quoque vnus sit omnia, dum ex vno omnia, per substantiæ scilicet vnitatem: & nihilominus custodiatur οἰκονομίας sacramentum, quæ vnitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, patrem, & filium, & spiritum sanctum. [29] Tres autem non statu, sed gradu: nec substantia, sed forma: nec potestate, sed specie: vnius autem substantiæ, & vnius status, & vnius potestatis: quia vnus Deus, ex quo & gradus isti & formæ, & species, in nomine patris & filij & spiritus sancti deputantur. Quomodo numerum sine diuisione
CAP. III. patiuntur, procedentes retractatus demonstrabunt. [30] Simplices enim quique, ne dixerim imprudentes & idiotæ (quæ maior semper credentium pars est) quoniam & ipsa regula fidei à pluribus Deis seculi, ad vnicum & verum Deum transfert: non intelligentes vnicum quidem, sed cum sua

οἰκονομίας

A ὁμοουσίαν esse credendum, expauescunt ad ὁμοιουσίαν. Numerum & dispositionem Trinitatis, diuisionem præsumunt vnitatis, quando vnitas ex semetipsa deriuans Trinitatem, non destruatur ab illa, sed administretur. Itaque duos & tres iam iactitant à nobis prædicari, se verò vnius Dei cultores præsumunt: quasi non & vnitas inrationaliter collecta hæresim faciat, & Trinitas rationaliter expensa, veritatem constituat. [31] μοναρχίαν (inquiunt) tenemus. [32] Et ita sonum ipsum vocaliter exprimunt etiam Latini, [33] etiam opici, vt putes illos tam benè intelligere μοναρχίαν quàm enuntiant. Sed μοναρχίαν sonare studentLatini, ὁμοιουσίαν intelligere nolunt etiam Græci. At ego si quid vtriusque linguæ præcerpsi, μοναρχίαν nihil aliud significare scio, quàm singulare & vnicum imperium: non tamen præscribere monarchiam, ideo, quia vnius sit eius cuius sit, aut filium non habere, aut ipsum se sibi filium fecisse, aut monarchiam suam non per quos velit administrare. Atquin nullam dico dominationem ita vnius sui esse, ita singularem, ita monarchiam, vt non etiam per alias proximas personas administretur, quas ipsa prospexerit officiales sibi. Si verò & filius fuerit ei, cuius monarchia sit, non statim diuidi eam, & monarchiam esse desinere, si participes eius adsumatur & filius: se proinde illius esse principaliter à quo communicatur in filium: & dum illius est, proinde monarchiam esse quæ à duobus tam vnicis continetur. Igitur si & monarchia diuina per tot legiones & exercitus angelorum administratur, sicut scriptum est: [34] Milies centies centena milia adsistebant ei, & milies centena milia apparebant ei: nec ideò vnius esse desiit, vt desinat monarchia esse, quia per tanta milia virtutum procuratur: quale est vt Deus diuisionem & dispersionem pati videatur in filio & in spiritu sancto, secundum & tertium sortitis locum, tam consortibus subsistantiæ patris, quas non patitur in tot angelorum numero, & quidem tam *Dan. 7.*

B alienorum à substantia patris? Membra, & pignora, & instrumenta, & ipsam vim, ac totum censum monarchiæ, euersionem deputas eius: non rectè. Malo te ad sensum rei, quàm ad sonum vocabuli exerceas. Euersio enim monarchiæ illa est tibi intelligenda, cùm alia dominatio suæ conditionis & proprij status, ac per hoc æmula superducitur; [35] cùm alius Deus infertur aduersus creatorem. [36] Tunc malè, cùm plures, [37] secundum Valentinos & Prodicos: tunc in monarchiæ euersionem, cùm in creatoris destructionem. [38] Ceterùm, qui filium non aliundè deduco, sed de substantia patris, [39] nihil facien- *Cap. III. Ioan. 5.*
tem sine patris voluntate, omnem à patre confectum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam à patre filio traditam, in filio seruo? Hoc mihi & in tertium gradum dictum sit, [40] quia spiritum non aliundè puto, quàm à patre per filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas, qui dispositionem & dispensationem eius euertis in tot nominibus constitutam, in quot Deus voluit. Adeò autem manet in suo statu, licet trinitas inferatur, vt etiam restitui habeat patri à filio. Siquidem Apostolus scribit de vltimo fine, [41] cùm tradiderit regnum Deo & patri. Oportet *1. Cor. 15.*
enim eum regnare vsque dum ponat inimicos eius Deus sub pedes ipsius, scilicet secundum Psalmum: *Psal. 109.*
Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Cùm autem sub- *1. Cor. 15.*
iecta erunt illi omnia, absque eo qui ei subiecit omnia, tunc & ipse subijcietur illi, qui ei subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Videmus igitur non obesse monarchiæ filium, etsi hodie apud filium est: quia & in suo statu est apud filium, & cum suo statu restituetur patri à filio: Ita eam nemo hoc nomine destruet, si filium admittat, cui & traditam eam à patre, & à quo quandoque restituendam patri constat. Hoc vno capitulo Epistolæ Apostolicæ potuimus iam & patrem & filium ostendisse

C duos esse, præterquàm ex nominibus patris & filij, etiam ex eo quòd qui tradidit regnum, & cui tradidit, item qui subiecit, & cui subiecit, duo sint necesse est. [42] Sed quia duos vnum volunt esse, vt *CAP. V.*
idem pater & filius habeatur, oportet & totum de filio examinari, an sit, & qui sit, & quomodo sit: & ita res ipsa formam suam scripturis & interpretationibus earum patrocinantibus vindicabit. [43] *Gen. 1.*
Aiunt quidem & Genesim in Hebraico ita incipere: In principio Deus fecit sibi filium. Hoc vt firmum non sit, alia me argumenta deducunt ab ipsa Dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem, adusque filij generationem. Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi & mundus & locus & omnia. Solus autem: quia nihil aliud extrinsecus præter illum. Ceterùm ne tunc quidem solus; habebat enim secum, quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. Rationalis enim Deus, & ratio in ipso priùs: & ita ab ipso omnia. Quæ ratio, sensus ipsius est, [44] hanc Græci λόγον dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. [45] Ideóque iam in vsu est nostrorum per simplicitatem inter- *Ioan. 1.*
pretationis, Sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse, cùm magis rationem competat antiquiorem haberi: quia non sermonalis à principio, sed rationalis Deus etiam ante principium: & quia ipse quoque sermo ratione consistens, priorem eam vt substantiam suam ostendat. Tamen & sic, nihil interest. Nam etsi Deus nondum sermonem suum miserat, proinde eum cum ipsa & in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacitè cogitando & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atque disponens, eam efficiebat, quam sermone tractabat. Idque quò faciliùs intelligas ex teipso, à me recognosce, vt ex imagine & similitudine Dei, *Gen. 1.*
quo habeas & tu in temetipso rationem, qui es animal rationale, à rationali scilicet artifice non tantùm factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. Vide cùm tacitus tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te, occurrente ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum. & ad omnem sensus tui pulsum. Quodcunque cogitaueris, sermo est: quodcunque senseris, ratio est. Loquaris illud

in animo, necesse est: & dum loqueris, conlocutorem pateris sermonem, in quo ineſt hæc ipſa ratio, D
qua cum eo cogitans loquaris, per quem loquens cogitas. Ita ſecundus quodammodò in te eſt ſermo,
per quem loqueris cogitando, & per quem cogitas loquendo, ipſe ſermo alius eſt. Quanto ergo
plenius hoc agitur in Deo, cuius tu quoque imago & ſimilitudo cenſeris, quòd habeat in ſe etiam ta-
cendo rationem, & in ratione ſermonem? Poſſum itaque non temerè præſtruxiſſe, & tunc Deum
ante vniuerſitatis conſtitutionem ſolùm non fuiſſe, habentem in ſemetipſo proinde rationem, & in
CAP. VI. ratione ſermonem, quem ſecundum à ſe faceret agitando intra ſe. [45 Hæc vis & hæc diuini ſenſus
diſpoſitio, apud ſcripturas etiam in Sophiæ nomine oſtenditur. Quid enim ſapientius ratione Dei,
Prou.8. ſiue ſermone? Itaque Sophiam quoque exaudi, vt ſecundam perſonam conditam. 47 Primò: Do-
minus creauit me initium viarum in opera ſua, priùs quàm terram faceret, priùs quàm montes colloca-
rentur: ante omnes autem colles generauit me: in ſenſu ſuo ſcilicet condens & generans. Dehinc ad-
ſiſtentem eam ipſa ſeparatione cognoſce: Cùm pararet, inquit, cœlum, aderam illi ſimul; & quum for-
tia faciebat ſuper ventos, quæ ſurſum nubila: & quum tutos ponebat fontes eius quæ ſub cœlo, ego
eram cum illo compingens, ego eram ad quam gaudebat: quotidie autem oblectabar in perſona ipſius.
Nam vt primùm Deus voluit ea quæ cum ſophiæ ratione & ſermone diſpoſuerat intra ſe, in ſubſtan-
tias & ſpecies ſuas ædere, ipſum primum protulit ſermonem, habentem in ſeindiuiduas ſuas rationes
Sophiam, vt per ipſum fierent vniuerſa, per quem erant cogitata atque diſpoſita, immò & facta iam,
quantum in Dei ſenſu. Hoc enim eis deerat, vt coràm quoque in ſuis ſpeciebus atque ſubſtantiis co-
CAP. VII. gnoſcerentur & tenerentur. [48 Tunc igitur etiam ipſe ſermo ſpeciem & ornatum ſuum ſumit, ſonum
& vocem, cùm dicit Deus: Fiat lux. Hæc eſt natiuitas perfecta ſermonis, dum ex Deo procedit: con- E
ditus ab eo primùm ad cogitatum in nomine Sophiæ: Dominus condidit me initium viarum. Dehinc
generatus ad effectum: Cùm pararet cœlum, aderam illi ſimul. Exinde eum parem ſibi faciens, de quo
Coloſſ.1. procedendo filius factus eſt; 49 Primogenitus, vt ante omnia genitus: & vnigenitus, vt ſolus ex Deo
Ioan.1. genitus: propriè de vulua cordis ipſius, ſecundum quod & pater ipſe teſtatur: a Eructauit cor meum
Prou.8. ſermonem optimum. Ad quem deineeps gaudens, proinde gaudentem in perſona illius: Filius b meus
a Pſal. 44. es tu, ego hodie genui te, &: c Ante luciferum genui te. Sic & filius ex ſua perſona profitetur patrem in
b Pſal.2. nomine Sophiæ: d Dominus condidit me initium viarum in opera ſua. Ante omnes autem colles ge-
c Pſal.109. nerauit me. Nam ſi hic quidem Sophia videtur dicere conditam ſe à Domino in opera & vias eius: ali-
d Prou.8. bi autem per ſermonem oſtenditur omnia facta eſſe, & ſine illo nihil factum, ſicut & rurſum: Sermone
Ioan.1. Pſal.32. eius cœli confirmati ſunt, & ſpiritu eius omnes vires eorum: vtique eo ſpiritu qui ſermoni inerat: ap-
Prou.8. paret vnam eandémque vim eſſe nunc in nomine Sophiæ, nunc in appellatione ſermonis; quæ ini-
Pſal.32. tium accepit viarum in Dei opera; & quæ cœlum confirmauit; per quem omnia facta ſunt, & ſine
Ioan.1. qua nihil factum eſt. Nec diutius de iſto: quaſi non de ipſe ſit ſermo, & in Sophiæ, & in rationis, & in
omnis diuini animi & ſpiritus nomine, qui filius factus eſt Dei, de quo prodeundo generatus eſt. Ergo,
„ inquis, das aliquam ſubſtantiam eſſe Sermonem, ſpiritu & Sophiæ traditione conſtructam? Planè.
Non vis enim eum ſubſtantiuum habere in re per ſubſtantiæ proprietatem, vt res & perſona quædam
videri poſſit; 50 & ita capiat ſecundus à Deo conſtitutus duos efficere, patrem & filium, Deum & ſer-
„ monem. 51 Quid eſt enim dices ſermo, niſi vox & ſonus oris, & (ſicut Grammatici tradunt) aër offen-
„ ſus, intelligibilis auditu, ceterùm vacuum neſcio quid, & inane, & incorporale? At ego nihil dico de
Deo inane & vacuum prodire potuiſſe, vt non de inani & vacuo prolatum: nec carere ſubſtantia, quod F
de tanta ſubſtantia proceſſit, & tantas ſubſtantias fecit: fecit enim & ipſe quæ facta ſunt per illum. Qua-
le eſt vt nihil ſit ipſe, ſine quo nihil factum eſt: vt inanis ſolida, & vacuus plena, & incorporalis corpo-
ralia ſit operatus? Nam etſi poteſt aliquando quid fieri 52 diuerſum eius per quod fit, nihil tamen po-
teſt fieri per id quod vacuum & inane eſt. Vacua & inanis res eſt ſermo Dei, qui filius dictus eſt, qui ipſe
Ibidem. Deus cognominatus eſt: Et ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo? Scriptum eſt: Non ſumes
Exodi 20. nomen Dei in vanum. Hic cerè eſt, qui in effigie Dei conſtitutus, non rapinam exiſtimauit eſſe ſe
Philipp.3. æqualem Deo. In qua effigie Dei? vtique in alia, non tamen in nulla. 53 Quis enim negabit Deum cor-
pus eſſe, etſi Deus ſpiritus eſt? ſpiritus enim corpus ſui generis in ſua effigie. Sed & inuiſibilia illa quæ-
cunque ſunt, habent apud Deum & ſuum corpus, & ſuam formam, per quæ ſoli Deo viſibilia ſunt,
quanto magis quod ex ipſius ſubſtantia miſſum eſt, ſine ſubſtantia non erit? Quæcunque ergo ſubſtan-
tia ſermonis fuit, illam dico perſonam, & illi nomen filij vindico: & dum filium agnoſco, ſecundum à
CA. VIII. patre defendo. [54 Hoc ſi qui putauerit me 55 σοφολογεῖν aliquam introducere, id eſt prolationem
rei alterius ex altera, quod facit Valentinus, alium atque alium æonem de æone producens: primò qui-
dem dicam tibi, non ideò non vtatur & veritas vocabulo iſto, & re ac cenſu eius, quia & hæreſis vti-
tur: immò hæreſis potius ex veritate accepit, quod ad mendacium ſuum ſtrueret. Prolatus eſt ſermo
Dei an non? 56 Hîc mecum gradum fige. Si prolatus eſt, cognoſce probolen veritatis, & videbit
hæreſis ſi quid de veritate imitata eſt. Iam nunc queritur, quis quomodo vtatur aliquare, & vocabu-
lo eius. 57 Valentinus probolas ſuas diſcernit & ſeparat ab auctore: & ita longè ab eo ponit, vt Æon pa-
a Matt.10. trem neſciat. Denique deſiderat noſſe, nec poteſt: immò & penè deuoratur, & diſſoluitur in reliquam
b Ioan.1. ſubſtantiam. 58 Apud a nos autem ſolus filius patrem nouit; & b ſinum patris ipſe expoſuit; & c omnia
c Ioan.8.

apud

A apud patrem audiuit & vidit; & [d] quæ mandatus est à patre, ea & loquitur. Nec suam, sed patris perfecit voluntatem: quam de proximo, immò de initio nouerat. [19] Quis [e] enim scit quæ sint in Deo, nisi spiritus qui in ipso est? Sermo autem spiritu structus est, & vt ita dixerim, sermonis corpus est spiritus. Sermo ergo & in patre semper, sicut dicit: [a] Ego in patre. Et apud Deum semper, sicut scriptum est: [b] Et sermo erat apud Deum. Et nunquam separatus à patre, aut alius à patre: quia, [c] Ego & pater vnum sumus. Hæc erit probola veritatis, custos vnitatis, qua prolatum dicimus filium à patre, sed non separatum. Protulit enim Deus sermonem, quemadmodum etiam Paracletus docet: Sicut radix fructicem, & fons fluuium, & sol radium. Nam & istæ species probolæ sunt earum substantiarum, ex quibus prodeunt. Nec dubitauerim filium dicere, & radicis fruticem, & fontis fluuium, & solis radium: quia omnis origo parens est: & omne quod ex origine profertur, progenies est: multò magis sermo Dei, qui etiã proprie nomen filij accepit: nec frutex tamen à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à sole discernitur, sicut nec à Deo sermo. Igitur secũdum horum exemplorum formam, profiteor me duos dicere, Deum & sermonem eius, patrem & filium ipsius. Nam & radix & frutex duæ res sunt, sed coniunctæ. Et fons & flumen duæ species sunt, sed indiuisæ. Et sol & radius duæ formæ sunt, sed cohærentes. Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est de quo prodit, non ideò tamen est separatum. Secundus autem vbi est, duo sunt. Et tertius vbi est, tres sunt. [40] Tertius enim est spiritus à Deo & filio, sicut tertius à radice fructus ex frutice. Et tertius à fonte, riuus ex flumine. Et tertius à sole, apex ex radio. Nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates suas ducit. Ita trinitas per consertos & connexos gradus

B à patre decurrens, & monarchiæ nihil obstrepit, & οἰκονομίας statum protegit. [41] Hanc me regulam professum, qua inseparatos ab alterutro patrem & filium & spiritum testor, tene vbique: & ita quid quomodo dicatur, agnoscentes. Ecce enim dico alium esse patrem, & alium filium, & alium spiritum. Malè accepit idiotes quisque aut peruersus hoc dictum, quasi diuersitatem sonet, & ex diuersitate separationem ptotendat, patris & filij & spiritus. Necessitate autem hoc dico, cùm eundem patrem & filium & spiritum contendunt, aduersus οἰκονομίαν monarchiæ adulantes, non tamen diuersitate alium filium à patre, sed distributione: nec diuisione alium, sed distinctione: quia non sit idem pater & filius, vel modulo alius ab alio. Pater enim tota substantia est, [42] filius verò deriuatio totius & portio, sicut ipse profitetur: Quia pater maior me est. A quo & minoratus canitur in Psalmo, modicum quid, citra angelos. Sic & pater alius à filio, dum filio maior: dum alius qui generat, alius qui generatur: dum alius qui mittit, alius qui mittitur: dum alius qui facit, alius per quem fit. Benè quòd & Dominus vsus hoc verbo in persona Paracleti, non diuisionem significauit, sed dispositionem: Rogabo enim, inquit, patrem, [43] & alium aduocatum mittet vobis, spiritum veritatis. Sic alium à se Paracletum, quomodo & nos à patre alium filium, vt tertium gradum ostenderet in Paracleto, sicut nos secundum in filio, propter οἰκονομίας obseruationem. Ipsum quod pater & filius dicuntur, nõnne aliud ab alio est? Vtique enim omnia quod vocantur, hoc erunt: & quod erunt, hoc vocabuntur: & permiscere se diuersitas vocabulorum non potest omninò: quia nec rerum, quarum erunt vocabula. Est est, non non: nam quod amplius est, hoc à malo est. [44] Ita aut pater aut filius est, & neque dies eadem & nox, neque pater idem & filius, vt sint ambo vnus & vtrumque alter: quod vanissimi [45] isti Monarchiani volunt, ipse se, inquiunt, filium sibi fecit. At quin pater filium facit, & patrem filius. Et qui ex alterutro fiunt, à semetipsis sibi fieri nullo modo possunt, fit pater se sibi filium faciat, & filius se sibi patrem præstet. Quę instituit Deus, etiam ipse custodit. Habeat necesse est pater filium, vt pater sit: & filius patrem, vt filius

C sit. Aliud est autem habere, aliud esse. Verbi gratia, vt maritus sim, habeam oportet vxorem, non ipse mihi ero vxor. Si etiam, vt pater sim, filium habeo, non ipse mihi ero filius. Et vt filius sim, patrem habeo, non ipse mihi ero pater. Quæ enim me faciunt, si habuero: tunc ero pater, si filium habeam: filius ero, si patrem: porrò si ipse ero quid eorum, iam non habeo quod ipse ero: nec patrem, quia ipse ero pater: nec filium, quia ipse ero filius. In quantum autem alterum ex his habere me oportet, alterum esse: in tantum si vtrunque fuero, alterum non ero, dum alterum non habeo. Si enim ipse ero filius qui & pater, iam non habeo filium, sed ipse sum filius. Non habendo autem filium, dum ipse sum filius, quomodo pater ero? Habere enim filium debeo, vt patet sim. Non sum ergo filius, quia patrem non habeo qui facit filium. Æquè si ipse sum pater qui & filius, iam non habeo patrem, sed ipse sum pater. Non habendo autem patrem, dum ipse sum pater, quomodo filius ero? Habere enim patrem debeo, vt filius sim. Non ergo ero pater, quia filium non habeo, qui facit patrem. Hoc erit totum ingenium diaboli, alterum ex altero excludere, dum vtrunque in vnum sub monarchiæ fauore concludens, neutrum haberi facit. Vt & pater non sit, qui scilicet filium non habet; & filius non sit, qui æquè patrem non habet. Dum enim pater est, filius non erit. Sic monarchiam tenent, qui nec patrem nec filium continent. [46] Sed nihil Deo difficile. Quis hoc nesciat? & impossibilia apud Deum: quis ignoret? Et stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientiam. Legimus omnia. Ergo, inquiunt, difficile non fuit Deo, ipsum se & patrem & filium facere, aduersus traditam formam rebus humanis. Nam & sterilem patere contra naturam difficile Deo non fuit, sicut nec virginem. Planè nihil Deo difficile. Sed si tam abruptè in præsumptionibus nostris hac sententia vtamur, quiduis de Deo confingere poterimus, quasi fecerit, quia facere potuerit. Non autem quia omnia potest facere,

d Ioan. 6. et. Cor. 2.
a Ioan. 14.
b Ioan. 1.
c Ioan. 10.
CA. 1x.
Ioan. 14.
Psal. 8.
Ioan. 14.
Matth. 5. Cap. 5.
„ Matt. 19. „ 1. Cor. 1. „ „

ideóque credendum est illum fecisse, etiam quod non fecerit. Sed an fecerit, requirendum. Potuit si vo- D
luisset ita saluus sim, Deus pennis hominem ad volandum instruxisse, quod & miluis præstitit: non ta-
men quia potuit, statim & fecit. Potuit & Praxean, & omnes pariter hæreticos statim extinxisse, non
1. Cor. 11. tamen quia potuit, extinxit. Oportebat enim & miluos esse, & hæreticos: oportebat & patrem crucifi-
gi. Hac ratione erit aliquid & difficile Deo, id est quod quoque non fecerit, non quia non potuerit,
sed quia noluerit. Dei enim posse, velle est: & non posse, nolle: quod autem voluit, & potuit, & ostendit.
Cap. xi. Ergo quia si voluit semetipsum sibi filium facere, potuit: & quia si potuit, fecit: tunc probabis illum &
potuisse & voluisse, si probaueris illum fecisse. [67 Probare autem tam apertè debebis ex scripturis,
quàm nos probamus illum sibi filium fecisse sermonem suum. Si enim filium nominat, filius autem nō
alius erit quàm qui ex ipso prodijt, Sermo autem prodijt ex semetipso, hic erit filius, nō ipse de quo pro-
dijt. Non enim ipse prodijt ex semetipso. Porrò qui eundem patrem dicis & filium, eundem & protu-
lisse ex semetipso facis, & prodisse quod Deus est. Si potuit fecisse, non tamen fecit. Aut exhibe pro-
bationem quam expostulo meæ similem, id est sic scripturas eundē filium & patrem ostendere, quem-
admodum apud nos distinctè pater & filius demonstrantur, distinctè, inquam, non diuisè, sicut ego
Psal. 44. profero dictum à Deo: 68 Eructauit cor meum sermonem optimum. Hæc tu contrà opponas, alicubi
dixisse Deum: Eructauit cor meum sermonem optimum: vt ipse sit, qui & eructauit, & quod eructauit:
Psal. 2. & ipse, qui protulerit, & qui prolatus sit, si ipse est sermo & Deus. Ecce ego propono patrem filio di-
xisse, Filius meus es tu, ego hodie generaui te. Si velis vt eredam ipsum esse patrem & filium, ostende
sic pronuntiatum alibi: Dominus dixit ad se, filius meus sum ego, ego hodie generaui me: proinde, &:
Psal. 109. Ante luciferum generaui me. Et: Dominus condidit me initium viarum in opera mea, ante omnes au- E
Sap. 8. tem colles generaui me; & si qua alia in hunc modum sunt. Quem autem verebatur Deus Dominus
vniuersitatis, ita pronuntiare, si ita res erat: an verebatur ne non crederetur, si simpliciter se & patrem
& filium pronuntiasset? Vnum tamen veritus est, mentiri. Veritus autem semetipsum & suam verita-
tem. Et ideò veracem Deum credens, scio illum non aliter quàm disposuit pronuntiasse, nec aliter dis-
posuisse quàm pronuntiauit. Tu porrò eum mendacem efficias & fallacem & deceptorem fidei huius,
si cùm ipse esset sibi filius, alij dabat filij personam: quando scripturæ omnes & demonstrationem &
distinctionem trinitatis ostendant. A quibus & præscriptio nostra deducitur, non posse vnum atque
eundem videri qui loquitur, & de quo loquitur, & ad quem loquitur: quia neque peruersitas, neque
fallacia Deo congruat, vt cùm ipse esset ad quem loquebatur, ad alium potiùs, & non ad semetipsum
Isai. 42. loquatur. Accipe igitur & alias voces patris de filio per Esaiam: 69 Ecce filius meus quem elegi, dile-
Isai. 49. ctus meus in quem benè sensi. Ponam spiritum meum super ipsum, & iudicium Nationibus annuntia-
bit. Accipe & ad ipsum: Magnum tibi est vt voceris filius meus ad statuendas tribus Iacob, & ad con-
uertendam dispersionem Israëlis. Posui te in lucem Nationum, vt sis salus in extremum terræ. Accipe
Isai. 61. nunc & filij voces de patre: Spiritus Domini super me, quapropter vnxit me ad euangelizandum ho-
Psal. 70. minibus. Item in Psalmo ad patrem de eodem: 70 Ne derelinqueris me, donec annuntiem brachium
Psal. 3. tuum natiuitati vniuersæ venturæ. Item in alio: Domine quid multiplicati sunt, qui comprimunt me?
71 Sed & omnes penè Psalmi, Christi personam sustinent: filium ad patrem, id est Christum ad Deum
verba facientem repræsentant. Animaduerte etiam spiritum loquentem ex tertia persona de patre & fi-
Psal. 100. lio: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum F
Isai. 45. pedum tuorum. Item per Esaiam: Hæc dicit Dominus Domino meo Christo. Item per eundem ad
Isai. 53. patrem de filio: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? An-
nuntiauimus de illo, sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, & non erat forma eius, nec gloria. Hæc
pauca de multis. Nec enim affectamus vniuersas scripturas euoluere, cùm & in singulis capitulis ple-
nam maiestatem & auctoritatem contestantes, maiorem congressum in retractatibus habeamus. His
itaque paucis, tam manifestè distinctio Trinitatis exponitur. Est enim ipse qui pronuntiat, spiritus, &
pater ad quem pronuntiat, & filius de quo pronuntiat. Sic & cetera quæ nunc ad patrem de filio, vel ad
filium, nunc ad filium de patre, vel ad patrem, nunc ad spiritum pronuntiantur, vnamquamque perso-
Cap. xii. nam in sua proprietate constituunt. [72 Si te adhuc numerus scandalizat Trinitatis quasi non con-
Genes. 1. nexæ in vnitate simplici, interrogo quomodo vnicus & singularis pluraliter loquitur: Faciamus ho-
minem ad imaginem & similitudinem nostram, cùm debuerit dixisse, Faciam hominem ad imagi-
Genes. 3. nem & similitudinem meam, vtpotè vnicus & singularis? sed & in sequentibus: Ecce Adam fa-
ctus est tanquam vnus ex nobis, fallit aut ludit, vt eùm vnus, & solus, & singularis esset, numerosè lo-
queretur: aut nunquid angelis loquebatur vt Iudæi interpretantur, quia nec ipsi filium agnoscunt:
an quia ipse erat pater, filius, spiritus, ideò pluralem se præstans, pluraliter sibi loquebatur? immò
quia iam adhærebat illi filius secunda persona sermo ipsius: & tertia, spiritus in sermone, ideò plu-
raliter pronuntiauit, Faciamus, & Nostram, & nobis. Cum quibus enim faciebat hominem, & qui-
bus faciebat similem, filio quidem qui erat induiturus hominem, spiritu verò qui erat sanctifica-
turus hominem, quasi cum ministris & arbitris ex vnitate Trinitatis loquebatur. 73 Denique se-
quens scriptura distinguit inter personas. Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum.
Genes. 1. Cur non suam, si vnus qui faciebat, & non erat ad cuius faciebat? Erat autem ad cuius imaginem fa-
cicbat:

A ciebat ad filij scilicet, qui homo futurus certior & verior, imaginem suam fecerat dici hominem qui tunc delimo formari habebat, imago verò & similitudo. Sed & in antecedentibus operibus mundi quomodo scriptum est? Primùm quidem nondum filio apparente; Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est; *Ibidem.*
ipse statim sermo lux vera, quæ illuminat hominem venientem in hunc mundum, & per illum mun- *Ioan. 1.*
dialis quoque lux. Exinde autem in sermone Christo assistente & amministrante Deus voluit fieri, & *Genes. 1.*
Deus fecit; Et dixit Deus, Fiat firmamentum, & fecit Deus firmamentum; & dixit Deus, Fiant lumi-
naria, & fecit Deus luminare maius & minus. Sed & cetera vtique idem fecit qui & priora, id est sermo *Ioan. 1.*
Dei, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Qui si ipse Deus est, secundum Ioannem,
Deus erat sermo, habes duos: alium dicentem vt fiat, alium facientem. [70] Alium autem quomodo *Ibidem.*
accipere debeas, iam professus sum, personæ non substantiæ nomine, ad distinctionem, non ad diui-
sionem. Cæterùm vbique teneo vnam substantiam in tribus cohærentibus. Tamen alium dicam o-
portet ex necessitate sensus, cum qui iubet, & cum qui facit. Nam nec iuberet, si ipse faceret, dum iube-
ret fieri per eum. Tamen iubebat, haud sibi iussurus si vnus esset: aut sine iussu facturus, quia non ex-
pectasset vt sibi iuberet. [71] Ergo, inquis, si Deus dixit, & Deus fecit, si alius Deus dixit, & alius fe- „ C. XIII.
cit, duo Dei prædicantur. Si tam durus es, puta interim; & vt adhuc amplius hoc putes, accipe & in
Psalmo duos Deos dictos: Thronus tuus Deus in æuum, virga regni tui; Dilexisti iustitiam, & odisti *Psal. 44.*
iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Siad Deum loquitur, & vnctum Deum à Deo affir-
mat, sed hic duos Deos pro virga regni tui. Inde & Esaias ad personam Christi: [72] Et Gabain, inquit, *Isai. 45.*
viri elati ad te transibunt, & post te sequentur vincti manibus, & te adorabunt, quia in te Deus est. Tu
B enim es Deus noster, & nesciebamus, Deus Israëlis. Et hic enim dicendo, Deus in te, & tu Deus, duos
proponit qui erant in Christum & spiritum. Ipsum plus est, quòd in Euangelio totidem inuenies:
In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Vnus qui erat, & alius pe- *Ioan. 1.*
nes quem erat. [73] Sed & nomen Domini in duobus lego. Dixit Dominus Domino meo, sede ad *Psal. 109.*
dexteram meam. Et Esaias hæc dicit: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini *Isai. 53.*
cui reuelatum est? Brachium enim suum non dixisset, si non Dominum patrem, & Dominum filium
intelligi vellet. Etiam adhuc antiquior Genesis: Et pluit Dominus super Sodomam & Gomorram *Gen. 29.*
sulphur & ignem de cœlo à Domino. Hæc aut nega scripta, aut quis es, vt non putes accipienda quem-
admodum scripta sunt, maximè quæ non in allegorijs & parabolis, sed in definitionibus & certis &
simplicibus habent sensum? Quòd si ex illis es qui tunc Dominum non sustinebant Dei se filium osten-
dentem, ne eum Dominum crederent, recordare tu cum illis scriptum esse: Ego dixi, vos Dei estis, & *Psalm. 81.*
filij altissimi. Et: Stetit Deus in ecclesia Deorum, vt si homines per fidem filios Dei factos, Deos scri- „
ptura pronuntiare non timuit, scias illam multò magis vero & vnico Dei filio Dei nomen iure contu- „
lisse. Ergo, inquis, prouocabo te vt hodie quoque ex auctoritate istarum scripturarum constanter duos „
Deos & duos Dominos prædices. Absit. Nos enim qui & tempora & causas scripturarum per Dei »
gratiam inspicimus, maximè [74] Paracleti non hominum discipuli, duos quidem definimus Patrem
& filium, & iam tres cum Spiritu sancto, secundum rationem œconomiæ, quæ facit numerum: ne
(vt vestra peruersitas infert) pater ipse credatur natus & passus: quod non licet credi, quoniam non ita
traditum est. Duos tamen Deos & duos Dominos nunquam ex ore nostro proferimus, non quasi non
C & pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & Deus vnusquisque: sed quoniam retrò & duo
Dei & duo Domini prædicabantur, vt, vbi venisset Christus, & Deus agnosceretur, & Dominus vo-
caretur, quia filius Dei & Domini. Si enim vna persona & Dei & Domini in scripturis inueniretur, me-
ritò Christus non esset admissus ad nomen Dei, & Domini. Nemo enim alius præter vnus Deus & v-
nus Dominus prædicabatur, & futurum erat vt ipse pater descendisse videretur: quia vnus Deus & v-
nus Dominus legebatur: & tota œconomia eius obumbraretur, quæ in materiam fidei prospecta at-
que dispensata est. At vbi venit Christus, & cognitus est à nobis, quod ipse qui numerum retro fecerat,
factus secundus à patre, & cum spiritu tertius, & iam pater per ipsum plenius manifestatus, redactum
est iam nomen Dei & Dominiin vnione. Et quia Nationes à multitudine idolorum transirent ad vni-
cum Deum, vt differentia constitueretur inter cultores vnius, & plurimæ diuinitatis. Nam & lucere in
mundo Christianos oportebat vt filios lucis, lumen mundi vnum & Deum & Dominum colentes &
nominantes. Cæterùm si ex conscientia qua scimus Dei nomen & Domini, & patri & filio & spiritui
conuenire, Deos & Dominos nominaremus, extinxissemus faces nostras etiam ad martyria timidio-
res, quibus euadendi quaque patet occasio [75] iurantibus statim per Deos & Dominos, vt quidam hæ-
retici, quorum Dei plures. Itaque Deos omninò non dicam, nec Dominos, [76] sed Apostolum se- *Rom. 1.*
quar, vt si pariter nominandi fuerint pater & filius, Deum patrem appellem, & Iesum Christum Domi-
num nominem. [77] Solùm autem Christum potero Deum dicere sicut idem Apostolus. [78] Ex quibus *Rom. 9.*
Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in æuum omne. Nam & radium solis seorsum
solem vocabo, solem autem nominans cuius est radius, non statim & radium solem appellabo. Nam
etsi soles duos faciam, tamen & solem & radium eius tam duas res, & duas species vnius & indiuisæ sub-
stantiæ numerabo, quàm Deum & sermonem eius, quàm patrem & filium. [79] Adhuc & illa nobis C. XIII.
regula adsistit duos vindicantibus patrem & filium, quæ inuisibilem Deum determinauit. Cùm enim

Exod.33. Moyses in Ægypto desiderasset Domini conspectum dicens: Si ergo inueni gratiam coram te, manifesta mihi te, vt cognoscenter videam te: non potes videre, inquit, faciem meam. [84] Non enim videbit homo faciem meam & viuet, id est morietur qui viderit. Inuenimus enim & à multis Deum visum, & neminem tamen eorum qui eum viderant mortuum. Visum quidem Deum secundum hominum capacitates, non secundum plenitudinem diuinitatis. [85] Nam Patriarchæ Deum vidisse referuntur, vt
a *Gen.12. 17.& 18.* a Abraham & b Iacob: Et Prophetæ, vt c Esaias, vt d Ezechiel, & tamen mortui non sunt. Igitur
b *Gen.26. & 32.* aut mori debuerant, si eum viderant: c Deum enim nemo videbit & viuet: aut si Deum viderunt, & mortui non sunt, scriptura mentitur, Deum dixisse, Faciem meam homo si viderit, non viuet. Aut
c *Isai.7.* scriptura mentitur, cùm inuisum aut cùm visum Deum profert. Iam ergo alius erit qui videbatur, quia
d *Ezech.1.* non potest idem inuisibilis definiri qui videbatur: & consequens erit vt inuisibilem patrem intelliga-
c *Exod.33.* mus pro plenitudine maiestatis, visibilem verò filium agnoscamus pro modulo deriuationis: sicut nec
» solem nobis contemplari licet quantum ad ipsam substantiæ summam quæ est in cœlis, radium autem
» eius toleramus oculis pro temperatura portionis quæ in terram inde porrigitur. Hic ex diuerso volet
» aliquis etiam filium inuisibilem contendere, vt sermonem, vt spiritum: & dum vnicam conditionem
» patris & filij vindicat, vnum potius atque eundem confirmare patrem & filium. Sed diximus scriptu-
» ram differentiæ patrocinari, per visibilis & inuisibilis distinctionem. Nam & illud adijciunt ad argu-
Ibidem. » mentationem. Quòd si filius tunc ad Moysen loquebatur, ipse faciem suam nemini visibilem pro-
» nuntiaret, quia scilicet ipse inuisibilis pater fuerit in filij nomine. Ac per hoc sic eundem volunt ac-
Ibidem. » cipi visibilem & inuisibilem, quomodo eundem patrem & filium: quoniam & paulo suprà, antequàm
Gen.32. » faciem Moysi negasset, scriptum sit: Dominum ad Moysen locutum coràm, velut si quis loquatur ad
» amicum suum, non minus quàm & Iacob: Ego vidi, inquit, Dominum facie ad faciem. Ergo visibi-
» lis inuisibilis idem. Et quia idem vtrunque, ideò & ipse pater inuisibilis, quia & filius visibilis. Quasi
» non expositio scripturæ quæ fit à nobis, filio competat patre sepositio in sua inuisibilitate. Dicimus e-
» nim & filium suo nomine eatenus inuisibilem quâ sermo & spiritus; Dei ex substantiæ conditione
» iam nunc, & quia Deus & sermo & spiritus, [86] visibilem autem fuisse ante carnem eo modo quo dicit
Num.12. ad Aaron, & Mariam: Et si fuerit Propheres in vobis, in visione cognoscar illi, & in somnio loquar
» illi, non quomodo Moysi: os ad os loquar illi in specie, id est in veritate, & non in ænigmate, id est non
1 *Cor.13.* imagine, sicut & Apostolus: Nunc videmus tanquam per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad
Exod.33. faciem. [87] Igitur quum Moysi seruat conspectum suum & colloquium facie ad faciem, in futurum
» (nam hoc postea adimpletum est, in montis secessu, sicut legimus in Euangelio visum cum illo Moy-
Luc.9. » sen colloquentem) apparet retrò semper in speculo, & ænigmate, & visione, & somnio Deum, id est
a *Isai.7.* » filium Dei, visum tam a Prophetis & b Patriarchis, quàm & ipsi adhuc c Moysi. Et ipse quidem
b *Gen.12.* c *Exod.33.* » Dominus si fortè coràm ad faciem loquebatur, non tamen, vt est, homo faciem eius videret, nisi fortè
Ibidem. » in speculo & in ænigmate. Denique si sic Moysi locutus est Dominus, vt & Moyses faciem eius
» cominùs sciret, quomodo statim atque ibidem desiderat faciem eius videre, quam quia viderat, non
Ibidem. » desideraret? Quomodo æquè & Dominus negat videri faciem suam posse quam ostenderat, si tamen
» ostenderat? Aut quæ est facies Dei, cuius conspectus negatur, si erat quæ visa est? Videi, inquit Iacob,
Gen.32. » Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Alia debet esse facies, quæ si videatur, occidit. Aut
» nunquid filius quidem videbatur; & si facies, sed ipsum hoc in visione, & somno, & speculo, & ænig-
» mate: quia sermo, spiritus, nisi imaginaria forma videri non potest. [88] Faciem autem suam, dicit inuisi-
» bilem patrem. Quis enim pater? num facies erit filij, nomine auctoritatis, quam genitus à patre con-
» sequitur? Non enim & de aliqua maiore persona congruit dicere, facies mea est ille homo: & faciem
Ioan.14. » mihi præstat. Pater, inquit, maior me est. Ergo facies erit filij pater. Nam & scriptura quid dicit?
Thren.4. » Spiritus personæ eius, Christus Dominus. Ergo si Christus personæ paternæ spiritus est, meritò spiri-
» tus, cuius persona erat, id est patris eius faciem suam ex vnitate scilicet pronuntiauit. Mirarer planè an
1.*Cor.11.* » facies filij pater accipi possit qui est caput eius. Caput enim Christi Deus. [89] Si hunc articulum quæ-
CAP.XV. » stionibus scripturæ veteris non expediam, de nouo Testamento sumam confirmationem nostræ in-
» terpretationis: ne quodcunque in filium reputo, in patrem proinde defendas. Ecce enim & in Euan-
» gelijs & in Apostolis visibilem & inuisibilem Deum deprehendo, sub manifesta & personali distin-
Ioan.1. » ctione conditionis vtriusque. Exclamat quodammodo Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Vti-
» que nec retrò. Ademit enim temporis quæstionem, dicendo Deum nunquam visum. Confirmat
» & Apostolus de Deo: Quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest, quia scilicet morietur qui
1.*Timot.6.* » videbit. [90] Iidem ipsi Apostoli & vidisse se Christum, & contrectasse testantur. Porrò si ipse est Chri-
1.*Ioan.1.* » stus & pater & filius, quomomo visus est, & inuisus? Ad hanc diuersitatem visi & inuisi in vnum con-
» ferendam, quis ex diuerso non argumentabitur, rectè vtrunque dictum, visibilem quidem in carne, in-
Gen.12. » uisibilem ante carnem: vt idem sit pater inuisibilis ante carnem, qui & filius visibilis in carne? At-
» quin si idem ante carnem inuisibilis, quomodo visus etiam retrò inuenitur ante carnem? Æquè si
» idem post carnem visibilis, quomodo & nunc inuisibilis pronuntiatur ab Apostolis, nisi quia alius
» qui & retrò visus in ænigmate? Plenius visibilem caro effecit, sermo scilicet qui & caro factus, est alius:
» quem nunquam quisquam vidit nisi pater, scilicet cuius est sermo. Denique inspiciamus quem Apo-
» stoli vi-

A stoli viderint. Quod vidimus, inquit Ioannes, quod audiuimus, oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt, de ſermone vitæ. Sermo enim vitæ caro factus, & auditus, & viſus, & contrectatus, quia caro, qui ante carnem ſermo tantùm in primordio apud Deum patrem, non pater apud ſermonem. Nam & ſi Deus ſermo, ſed apud Deum, quia ex Deo Deus, quia cum patre apud patrem. Et vidimus gloriam eius tanquam vnigeniti à patre, vtique filij: ſcilicet viſibilis, glorificati à patre inuiſibili. Et ideò quoniam ſermonem Dei, Deum dixerat, ne adiuuaret aduerſariorum præſumptionem, quaſi patrem ipſum vidiſſet, ad diſtinguendum inter inuiſibilem patrem & filium viſibilem, ſuperdicit ex abundanti: Deum nemo vidit vnquam. Quem Deum? Sermonem? Atquin Vidimus, & audiuimus, & contrectauimus, de ſermone vitæ prædictum eſt. Sed quem Deum? ſcilicet patrem; apud quem Deus erat ſermo, vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris ipſe diſſeruit. Ipſe & auditus, & viſus, & nephantaſma crederetur, etiam contrectatus. Hunc & Paulus conſpexit, nec tamen patrem vidit. Nónne, inquit, vidi Ieſum? Chriſtum autem & ipſum Deum cognominatiit, Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt per omnia Deus benedictus in æuum. Oſtendit & ipſe viſibilem Dei filium, id eſt ſermonem Dei, quia qui caro factus eſt, Chriſtus dictus eſt. De patre autem ad Timotheum: Quem nemo vidit hominum, ſed nec videre poteſt. Exaggerans amplius: Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. De quo & ſuprà dixerat: [91] Regi autem ſeculorum, immortali, inuiſibili, ſoli Deo: vt & contraria ipſi filio adſcriberemus, mortalitatem, acceſſibilitatem; quem mortuum conſtetur ſecùdum ſcripturas, & à ſe nouiſſimè viſum, per acceſſibilé vtique lucem; [92] quanquam & illam neque ipſe ſine periculo luminis expertus eſt, [93] neque Petrus & B Ioannes & Iacobus ſine irratione, & amentia: qui ſi non paſſuri filij gloriam, ſed patrem vidiſſent, credo morituri ibidem. Deum enim nemo videbit, & viuet. Si hæc ita ſunt, conſtat eum ſemper viſum ab initio, qui viſus fuerit in fine: Et eum nec in fine viſum, qui nec ab initio fuit viſus: & ita duos eſſe viſum & inuiſum. Filius ergo viſus eſt ſemper, & filius conuerſatus eſt ſemper, & filius operatus eſt ſemper, ex auctoritate patris & voluntate; quia filius nihil à ſemetipſo poteſt facere, niſi viderit patrem facientem, in ſenſu ſcilicet facientem. Pater enim ſenſu agit. Filius verò qui in patris ſenſu eſt, videns perficit. Sic omnia per filium facta ſunt, & ſine illo factum eſt nihil. [94] Nec putes ſola opera mundi per filium facta, ſed & quæ à Deo exinde geſta ſunt. Pater enim qui diligit filium, [95] & omnia tradiditin manu eius, vtique à primordio diligit, & à primordio tradidit. En quo, à primordio ſermo erat apud Deum, & Deus erat ſermo, [96] cui data eſt omnis poteſtas à patre in cœlis & in terra. Non iudicat pater quenquam, ſed omne iudicium tradidit filio, à primordio tamen. Omnem enim dicens poteſtatem, & omne iudicium, & omnia per eum facta, & omnia tradita in manu eius, nullam exceptionem temporis permittit: quia omnia non erunt, ſi non omnis temporis fuerint. Filius itaque eſt qui ab initio iudicauit; turrim ſuperbiſſimam elidens, linguáſque diſperdens; orbem totum aquarum violentia puniens; pluens ſuper Sodomam & Gomorram ignem & ſulphurem, Dominus à Domino. Ipſe enim & ad humana ſemper colloquia deſcendit; ab Adam [a] vſque ad Patriarchas & Prophetas, in viſione, in ſomno, in ſpeculo, in ænigmate, ordinem ſuum præſtruens ab initio ſemper. Quæ erat perſecuturus infinita, [97] ſemper ediſcebat, [98] & Deus [b] in terris cum hominibus conuerſari non aliùs potuit quàm ſermo qui caro erat futurus. Ediſcebat autem vt nobis fidem ſterneret, vt faciliùs crederemus filium Dei deſcendiſſe in ſeculum, ſi & retrò tale quid geſtum cognoſceremus. Propter [c] nos enim ſicut ſcripta ſunt, ita & geſta ſunt, in quos æuorum fines decucurrerunt. Sic C etiam affectus humanos ſciebat iam tunc, ſuſcepturus etiam ipſas ſubſtantias hominis, carnem & animam; [99] Interrogans Adam quaſi neſciens, Vbi es Adam; Præniteus quòd hominem feciſſet, quaſi non præſciens; Tentans Abraham, quaſi ignorans quid ſit in homine; Offenſus, reconciliatus eiſdem. Et ſi qua hæretici apprehendunt quaſi Deo indigna, ad deſtructionem creatoris, ignorantes hæc in filium competiſſe, qui etiam paſſiones humanas, & ſitim, & eſuriem, & lachrymas, & ipſam natiuitatem, ipſámque mortem erat ſubiturus: Propter hoc minoratus à patre modicum citra angelos. Sed hæretici quidem nec filio Dei deputabunt conuenire, quæ tui ipſi patri inducis, quaſi ipſe ſe deminorauerit proptet nos, cùm ſcriptura alium dicat ab alio minoratum, non ipſum à ſemetipſo. Quid ſi & alius qui coronabatur gloria & honore, alius qui coronabat, vtique filium pater? [100] Ceterùm quale eſt, vt Deus omnipotens ille inuiſibilis; [a] quem nemo vidit hominum, nec videre poteſt; ille qui inacceſſibilem lucem habitat; [b] ille qui non habitat in manu factis; [c] à cuius conſpectu terra contremiſcit; [d] montes liqueſcunt vt cera; [e] qui totum orbem manu apprehendit velut nidum; [f] cui cœlum thronus, & terra ſcabellum, in quo omnis locus, non ipſe in loco, qui vniuerſitatis extrema linea eſt, ille altiſſimus; [g] in paradiſo ad veſperam deambulauerit, quærens Adam; & [h] arcam poſt introitum Noë clauſerit; [i] & apud Abraham ſub quercu [101] refrigeraverit; & [l] Moyſen de rubo ardenti vocarit; [m] & in fornace Babylonij regis quartus apparuerit, (quanquam filius hominis eſt dictus) ni hæc in imagine, & ſpeculo, & ænigmate fuiſſent? Scilicet & hæc nec de filio Dei credenda fuiſſe, ſi ſcripta non eſſent, fortaſsè non credenda de patre, licet ſcripta, quem iſti in vuluam Mariæ deducunt; & in Pilati tribunal imponunt, & in monumento ſoſeph reconcludunt. Hinc igitur apparet error illorum. Ignorantes enim à primordio, omnem ordinẽ diuinę diſpoſitionis per filium decucurriſſe,

1 Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ibidem.
Ibidem.
1 Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 20.
1 Cor. 9.
Rom. 9.
1 Tim 6.
Ibidem.
1 Tim. 1.
1 Cor. 15.
Act. 9.
Matth. 17.
& Luc. 9.
Exod. 33.
Ioan. 5.
Ioan. 1.
CA. XVI.
Ioan. 3.
Ioan. 1.
Matth. 28.
Ioan. 5.
Gen. 11.
Gen. 6.
Gen. 19.
a Gen. 3. 12. 17. 18. 26.
32. 35. &
Exod. 3. &
seqq. et Isai. 7. ac Ezechiel 1.
b Baruch. 3.
c 1. Cor. 10.
Gen. 3.
Gen. 6.
Gen. 22.
Exod. 32.
Psal. 8.
Ibidem.
a 1. Tim. 6.
b Act. 17.
c Isai. 2.
d Psal. 96.
e Isai. 16.
f Isai. 65.
g Gen. 3.
h Gen. 7.
i Gen. 18.
l Exod. 3.
m Dan. 3. Matth. 27.

C. XVII. ipſum credunt patrem & viſum,& congreſſum & operatum, & ſitim & eſurlem paſſum ([101] aduerſus D
a *Ioan. 5.* Prophetam dicentem: Deus æternus non ſitiet,nec eſuriet omninò, quanto magis nec morietur, nec
b *Ioan. 17.* ſepelietur) & ita vnum Deum ſuper egiſſe,id eſt patrem. [[102] Quæ per filium geſta ſunt, faciliùs exiſti-
c *Matt. 21.* mauerunt,patrem in filij nomine egiſſe,quàm filium in patris,dicente ipſo Domino: [a] Ego veni in pa-
d *Gen. 18.* tris mei nomine. Item ad ipſum patrem: [b] Nomen tuum manifeſtaui hominibus. [104] Condicente e-
e *Gen. 14.* tiam ſcriptura: [c] Benedictus qui venit in nomine Domini, vtique filius in patris nomine. Et nomen
f *Pſal. 23.* patris: [d] Deus omnipotens; [e] Altiſſimus; [f] Dominus virtutum; [105] Rex [g] Iſraëlis; [h] qui eſt, quatenus
g *Exod. 3.* ita ſcripturæ docent. Hęc dicimus & in filium competiſſe, & in his filium veniſſe, & in his ſemper egiſſe,
Ioan. 16. & ſic ea in ſe hominibus manifeſtaſſe. Omnia, inquit, patris, mea ſunt. Cur non & nomina? Cur ergo
legis Deum omnipotentem, & altiſſimum, & Deum virtutum, & regem Iſraëlis, & qui eſt; vide ne per
Ioan. 1. hæc filius etiam demonſtretur. Suo iure Deus omnipotens; quâ ſermo Dei omnipotentis; quâquo
Matth. 28. omnium accepit poteſtatem. Altiſſimus;quâ dextera Dei exaltatus,ſicut Petrus in Actis concionatur.
Act. 2. Dominus virtutum; quia omnia ſubiecta ſunt illi à patre. Rex Iſraëlis, quia illi propriè excidit ſors
1. *Cor. 15.* gentis iſtius. Item, Qui eſt,quoniam multi filij dicuntur, & non ſunt. Si autem volunt & Chriſti no-
men patris eſſe,audient ſuo loco. Interim hic mihi promotum ſit reſponſum aduerſus id quod & de
Apoc. 1. Apocalypſi Ioannis proferunt:Ego Dominus qui eſt, & qui fuit, & venit omnipotens, & ſicubi alibi
Dei omnipotentis appellationem non putant etiam filio conuenire. Quaſi qui venturus ſit om-
C. XVIII. nipotens, cùm & filius omnipotentis tam omnipotens ſit Dei filius,quàm Deus Dei filius. [[106] Sed
hanc ſocietatem nominum paternorum in filio ne facilè perſpiciant, perturbat illos ſcriptura, ſi E
quando vnicum Deum ſtatuit; quaſi non eadem, & Deos, & Dominos duos propoſuerit, [107] vt ſu-
prà oſtendimus. Ergo quia duos & vnum,inquiunt, inuenimus,ideò ambo vnus atque idem, & filius,
& pater. Porrò non periclitatur ſcriptura,vt illi de tua argumentatione ſuccurras, ne ſibi contraria vi-
deatur. Habet rationem, & quum vnicum Deum ſtatuit, & quum duos patrem & filium oſtendit, &
ſufficit ſibi. Filium nominari ab ea conſtat. Saluo enim filio rectè vnicum Deum poteſt determi-
naſſe, cuius eſt filius. Non enim definit eſſe qui habet filium ipſe vnicus, ſuo ſcilicet nomine, quotiens
ſine filio nominatur. Sine filio autem nominatur, quum principaliter determinatur vt prima perſo-
na quæ ante filij nomen erat proponenda;quia pater antè cognoſcitur, & poſt patrem filius nominatur.
Iſai. 45. Igitur vnus Deus pater, [108] & abſque eo alius non eſt. Quod ipſe inferens, non filium negat, ſed alium
Ibidem. Deum. Ceterùm alius à patre filius non eſt. Denique inſpice ſequentia huiuſmodi pronuntiatio-
num, & inuenies ferè ad idolorum [109] factitatores atque cultores definitionem earum pertinere, vt
multitudinem falſorum Deorum vnio diuinitatis expellat, habens tamen filium quanto indiuiduum
& inſeparatum à patre, tanto in patre reputandum, etſi non nominatum. Atquin ſi nominaſſet il-
lum, ſeparaſſet, ita dicens: Alius præter me non eſt, niſi filius meus. Alium enim etiam filium feciſſet,
quem de alijs excepiſſet. Puta ſolem dicere: Ego ſol, & alius præter me non eſt, niſi radius meus, nónne
denotaſſet vanitatem, quaſi non & radius in ſole deputetur. Itaque præter ſemetipſum non eſſe a-
lium Deum, hoc propter idololatriam tam nationum quàm Iſraëlis: [110] Etiam propter hæreticos, quì
ſicut nationes manibus, ita & ipſi verbis idola fabricantur,id eſt alium Deum & alium Chriſtum. Igi-
tur & cùm ſe vnum pronuntiabat, [111] filio pater procurabat,ne ab alio Deo Chriſtus veniſſe credatur,
ſed ab illo qui prædixerat: Ego Deus, & abſque me alius non eſt, qui ſe vnicum, ſed cum filio oſtendit, F
CAP. XIX. cum quo cœlum ſolus extendit. [[112] Quin & hoc dictum eius, in argumentum ſingularitatis arri-
pient: Extendi, inquit, cœlum ſolus. Quantum ad ceteras virtutes ſolus, præſtruens [113] aduerſus con-
iecturas hæreticorum, qui mundum ab angelis & poteſtatibus diuerſis volunt ſtructum, qui & ipſum
creatorem, aut angelum faciunt, aut ad alia quæ extrinſecus, vt opera mundi, ignorantem quoque
ſubornatum. Aut ſi ſic ſolus cœlum extendit, quomodo iſti præſumunt in peruerſum hæretici, quaſi
Prou. 8. ſingularis non admittatur Sophia illa dicens, [114] cùm pararet cœlos, ego aderam illi ſimul. Et ſi dixit:
Iſai. 40. quis cognouit ſenſum Domini,& quis illi conſilio fuit? vtique præter Sophiam fuit,quæ illi ad erat. In
Prou. 8. ipſo tamen & cum illo vniuerſa compingebat, non ignorante quid faceret. Præter Sophiam autem,
præter filium dicit, qui eſt Chriſtus, Sophia & virtus Dei, ſecundum Apoſtolum, ſolus ſciens ſenſum
1. *Cor. 2.* patris. Quis enim ſcit quæ ſunt in Deo, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt? non qui extra ipſum erat. Ergo qui
Ioan. 1. non ſolum Deum faceret, niſi à ceteris ſolum. Sed & Euangelium recuſetur, quòd dicat omnia per
Pſal. 32. ſermonem à Deo facta eſſe,& ſine eo nihil factum. Niſi enim fallor, & alibi ſcriptum eſt: Sermone eius
cœli firmati ſunt,& ſpiritu eius omnes virtutes eorum. Et ſermo autem Virtus & Sophia, ipſe erit Dei
filius. Ita ſi per filium omnia,cœlum quoque per filium extendens, non ſolus extendit, niſi illa ratione
Iſai. 44. qua ceteris ſolus. [115] Atque adeò ſtatim de filio loquitur. Quis alius deiecit ſigna ventriloquorum &
diuinationes à corde auertens ſapientes retrorſum,& conſilium eorum infatuans? ſiſtens verba filij ſui,
Matth. 3. dicendo ſcilicet: Hic eſt filius meus dilectus, hunc audite. Ita filium ſubiungens ipſe interpretator eſt,
a *Iſai. 44.* quomodo cœlum ſolus extenderit, ſcilicet cum filio ſolus,ſicut cum filio vnũ. Proinde & filij erit vox:
b *Pſal. 32.* [a] Extendi cœlum ſolus,quia [b] ſermone cœli confirmati ſunt. Quia, [c] Sophia in Sermone adſiſtente pa-
c *Prou. 8.* d *Ioan. 1.* ratum eſt cœlum & [d] omnia per Sermonem ſunt facta,competit & filium ſolum extẽdiſſe cœlum, quia
e *Iſai. 41.* [e] ſolus operationi patris miniſtrauit. Idem erit dicens: [e] Ego primus,& in ſuperuẽtura ego ſum. Primum

A scilicet omnium, sermo. [11] In principio erat sermo, in quo principio prolatus à patre est. Ceterùm pater non habens initium, vt à nullo prolatus, vt innatus, non potest videri. Qui solus fuit semper, ordinem habere non potuit. Igitur si propterea eundem & patrem & filium credendum putauerunt vt vnum Deum vindicent, salua est vnio eius, qui quum sit vnus, habeat & filium, æquè & ipsum eisdem scripturis comprehensum. Si filium nolunt secundum à patre reputari, ne secundus duos faciat Deos dici, [12] ostendimus etiam duos Deos in scriptura relatos & duos Dominos: & tamen ne de isto scandalizetur, ratione reddidimus, qua Dei non duo dicantur, nec Domini, sed qua pater & filius duo: & hoc non ex separatione substantiæ, sed ex dispositione, quum indiuiduum & inseparatum filium à patre pronuntiamus, nec statu, sed gradu alium, qui etsi Deus dicatur, quando nominatur singularis, non ideò duos Deos faciat, sed vnum, hoc ipso quòd & Deus ex vnitate patris vocari habeat. [13] Sed argumentationibus eorum adhuc retundendis, opera prębenda est, si quid de scripturis ad sententiam suam excerpẽt, cetera nolẽtes intueri, quæ & ipsa regulam seruant, & quidem salua vnione diuinitatis, & monarchiæ sonitus. Nam sicut in veteribus nihil aliud tenent, quàm, Ego Deus, & alius præter me non est: Ita in Euangelio responsionem Domini ad Philippum tuẽtur, Ego & pater vnum sumus; &: Qui me viderit, videt & patrem; &: Ego in patre, & pater in me. His tribus capitulis totum instrumentum vtriusque Testamenti volunt cedere, cùm oporteat secundum plura intelligi pauciora. [14] Sed propriù hoc est omniũ hæreticorũ. Nam quia pauca sunt quæ in sylua inueniri possunt, pauca aduersus plura defendũt, & posteriora aduersus priora suscipiunt. Regula autem omni rei semper ab initio constituta in prioribus, & in posteriora præscribit, vtiq; & in paucioribus. [15] Aspice itaque quanta præscribant tibi, etiam in Euãgelio ante Philippi cõsultationem, & ante omnem argumentationẽ tuam. Et in primis ipsa statim præ-

B fatio Ioannis Euangelizatoris demõstrat, quòd retrò fuerit qui caro fieri habebat: [16] In principio erat sermo, & sermo erat apud Deũ, & Deus erat sermo. Hic erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nam si hæc non aliter accipi licet, quàm quomodo scripta sunt, indubitanter alius ostenditur, qui fuerit à principio, alius apud quem fuit: Alium sermonem Dei, alium Dominum: licet & Deus sermo sed quâ Dei filius, non quâ pater: Alium per quem omnia, alium à quo omnia. [17] Alium autem quomodo prædicamus, sæpè iam ædidimus, quo alium dicamus necesse est, non eundem autem, non quasi separatum, dispositione alium non diuisione alium. [18] Hic ergo factus est caro, non ipse cuius erat sermo. Huius gloria visa est tanquam vnici à patre, non tamquam patris. Hic vnus sinum patris disseruit, non sinũ suum pater. Præcedit enim: Deũ nemo vidit vnquã. Inde etsi agnus Dei ab Ioanne designatur, non ipse cuius est dilectus. Certè filius Dei semper, sed non ipse cuius est filius. [19] Hoc eum Nathanael statim sensit; sicut & alibi Petrus: a Tu es filius Dei. Hoc & ipse rectè sensisse illos confirmat: b Nathanaeli quidem respõdens: Quia dixi, vidi te sub ficu, ideò credis; Petrum c verò beatum ad firmans, cui non caro, neque sanguis reuelasset (quòd & patrem senserat) sed pater qui in cœlis est. Quo dicto vtriusque personæ constituit distinctionem, & filij in terris, quem Petrus agnouerat Dei filium, & patris qui in cœlis, qui Petro reuelauerat quod Petrus agnouerat Dei filium Christum. [20] Cùm in templum introijt, ædem patris appellat, vt filius. [21] Cùm ad Nicodemum dicit: Ita dilexit Deus mũdum, vt filium suum vnicum dederit, in quem omnis qui crediderit, non pereat, sed habeat vitam sempiternam. Et rursus, Non enim misit Deus filium suum in mundũ vt iudicet mundum, sed vt saluus sit mundus per eum. Qui crediderit in illum, non iudicatur: qui non crediderit

C in illum, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnici filij Dei. [22] Ioanes autem cùm interrogaretur quid de Iesu contingeret, Pater, inquit, diligit filium, & omnia tradidit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui non credit in filium Dei, non videbit Deum, sed ira Dei manebit super eum. [23] Quem verò Samaritidi ostendit: Si messiam: qui dicitur Christus, filium vtique se non patrem demonstrauit. Qui & alibi Christus Dei filius, non pater dictus est. Exinde discipulis, Meum est, inquit, vt faciam voluntatem eius qui me misit, vt consummem opus eius. [24] Et ad Iudæos de paralytici sanitate, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Pater & ego filius dicit. Deniq; propter hoc magis Iudæi illum interficere volebant. Non tantùm quòd solueret sabbatum, sed quòd patrem suum Deũ diceret, æquans se Deo. Tunc ergo dicebat ad eos: Nihil filius facere potest à semetipso, nisi viderit patrem facientem. Quæ enim ille facit, eadem & filius facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrauit illi quæ ille fecit, & maiora istis opera demonstrauit illi, vt vos miremini. Quomodo enim suscitat mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui filium misit. Amen amen dico vobis, quòd qui audit sermones meos, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transit de morte in vitam. Amen dico vobis, quòd veniet hora qua mortui audient vocem filij Dei, & cùm audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam æternam à semetipso, ita & filio dedit vitam æternam habere in semetipso, [25] & iudicium dedit illi facere in potestate, qua filius hominis est; per carnem scilicet, sicut & filius Dei per spiritum eius. Adhuc adijcit: Ego autem habeo maius quàm Ioannis testimonium. Opera enim quæ pater mihi dedit consummare illa, ipsa de me testimonium perhibent, quòd me pater

f Ioan. 1.

Ibid.

Isai. 45. Ioan. 14. Ibid. Ibid.

C.xxi.

Ioan. 1.

Ibid. Ibid. Ibid. Ibid. Ibid.

a Matt. 16.
b Ioan. 1.
c Matt. 16.

Ioan. 2. Ioan. 3.

Ibid.

Ibid.

Ioan 14. Matth. 16. Ioan. 14.

Ibid.

Ibid. miserit. Et qui me misit pater, ipse testimonium dixit de me. Subiungens autem: Neque vocem eius audistis vnquam, neque formam eius vidistis, confirmat retrò non patrem, sed filium fuisse, qui videbatur & audiebatur. Denique dicit: Ego veni in patris mei nomine, & non me recepistis. Adeo semper filius erat in Dei & regis & Domini omnipotentis, & altissimi nomine. [10] Interrogantibus autem quid facere debeant, respondit: vt credatis in eum quem Deus misit. Panem quoque se ad firmat, quem pater præstaret de cœlo. Ergo omne quod ei daret pater ad se venire, nec reiecturum se, quia de cœlo descendisset, non vt suam, sed vt patris faceret voluntatem. Voluntatem autem patris esse, vti qui viderit filium, & crediderit in eum, vitam & resurrectionem consequatur. Neminem porrò ad se venire posse, nisi quem pater adducat; Omnẽ qui à patre audisset, & didicisset venire ad se. Non quasi patrem aliquis viderit, adijciens & hîc; vt ostenderet patris esse sermonem, per quem docti fiant. At quum discedunt ab eo multi, & Apostolis suis offert, si velint discedere & ipsi; quid respondit Simon Petrus? quò discedemus? verba vitæ habes, & nos credimus quòd tu sis Christus. Patrem illum esse, an patris Christum? [11] Cuius autem doctrinam dicit, ad quam mirabantur, suam an patris? Æquè ambigentibus inter se, ne ipse esset Christus, vtique non pater, sed filius: Neque me scitis, inquit, vnde sim, & non veni à meipso, sed est verus qui me misit, quem vos non nostis. Ego noui illum, qui ab illo sum & ille me misit. Non dixit: quia ipse sum, & ipse me misi, sed ille me misit. Item quum missi sent ad inuadendum eum Pharisæi, Modicum adhuc temporis, ait, vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. [12] At vbi se negat esse solum, sed ego, inquit, & qui me misit pater, nonne duos demonstrat tam duos quàm inseparatos? immò totum erat hoc quod docebat, inseparatos duos esse. Siquidem & legem proponens duorum hominum testimonium confirmantem, subiungit: Ego testimonium dico de me, & testimoniũ dicit de me, qui me misit pater. Quod si vnus esset, dũ idẽ est & filius & Pater, non vteretur legis patrocinio fidẽ imponentis non vnius testimonio, sed duorum. Item, interrogatus vbi esset pater, neque se neq; patrem notũ esse illis respondens, duos dixit ignotos. Quòd si ipsum nossent, patrẽ nossent, non quidẽ quasi ipse esset pater & filius, sed quia per indiuiduitatem neq; agnosci, neq; ignorari alter sine altero potest. Qui me, ait, misit, verax est: & ego quæ ab eo audiui, ea & loquor in mundũ. Interpretãte extrinsecus scriptura, non cognouisse illos quod de patre dixisset, cùm scilicet cognoscere debuissent sermones patris in filio esse, legendo apud Hieremiam: Et dixit mihi' Dominus, Ecce dedi sermones meos in os tuum. Et apud Esaiam, Dominus dat mihi linguam disciplinæ ad cognoscendum quando oporteat dicere sermonem. Sicut ipse rursus: Tunc, inquit, cognoscetis quòd ego sim, & à memetipso nihil loquar: sed sicut me docuit, ita & loquor, quia & qui me misit, mecum est. Et hoc ad testimonium indiuiduorum. Item in altercatione Iudæorum exprobrans quòd occidere eum vellent: Ego, inquit, quæ vidi penes patrem meum loquor, & vos quod vidistis penes patrem vestrum, id facitis: & nunc vultis occidere hominem veritatem vobis loquutum, quam audiuit à Deo, Et: Si Deus esset pater vester, dilexissetis me. Ego enim ex Deo exiui & veni (& tamẽ non separantur, licet exisse dixer it, vt quidam arripiunt huius dicti occasionem. Exiuit autem à patre, vt radius ex sole, vt riuus ex fonte, vt frutex ex semine) Ego dæmoniũ non habeo, sed honoto patrem meũ. Et: Si ego me ipse glorificem, nihil est gloria mea. Est qui me glorificet pater, quem vos dicitis Deum esse vestrum. Nec nostis illum, at ego noui eum. Et si dicam, non noui, ero similis vestri mendax. Sed noui illum, & sermonem eius seruo. Ac cùm subiungit: Abraham diem meum vidit, & lætatus est: nempè demonstrat filium Abrahæ retrò visum, non patrem: [13] Item super cæcum illum patris opera dicit se facere oportere. Cui post restitutionem luminum: Tu, inquit, credis in filium Dei? & interroganti quis esset ille, ipse se demonstrans, vtique filium demonstrauit, quem credendum esse dixerat. [14] Dehinc, cognosci se profitetur à patre, & patrem à se. Et ideò se diligi à patre, quòd animam suam ponat: quia hoc præceptum accepisset à patre. Et interrogatus à Iudæis, si ipse esset Christus (vtique Dei nam vsque in hodiernum Iudæi Christũ Dei, non ipsum Patrem sperant; quia numquã Christus pater scriptus est venturus) Loquor, inquit, vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris, ipsa de me testimonium dicunt. Quod testimonium? ipsum scilicet esse de quo interrogabant, id est Christum Dei. De ouibus etiam suis, quòd nemo illas de manu eius eriperet. Pater enim quod mihi dedit, ruaius est omnibus. [15] Et: Ego & pater vnum sumus. Hic ergo iam gradũ volunt figere stulti, immò cæci qui non videant: primo ego & pater duorum esse significationem: dehinc in nouissimo sumus. non ex vnius esse persona, quod pluraliter dictũ est tum quòd vnũ sumus, non vnus sumus. Si enim dixisset quòd vnus sumus, potuisset adiuuare sententiam illorum. Vnus enim singularis numeri significatio videtur. Adhuc cùm duo, masculini generis, Vnum dicit neutrali verbo, quod non pertinet ad singularitatem, sed ad vnitatem, ad similitudinem, ad coniunctionem, ad dilectionem patris, qui filium diligit, & ad obsequium filij, qui voluntati patris obsequitur. Vnum sumus, dicens, ego & pater: ostendit duos esse, quos æquat & iungit. Adeò addit etiam multa se opera à patre ostendisse, quorum nihil lapidari mereretur. Et ne putarent ideo se illum lapidare debere, *quasi se Deum* ipsum, id est patrem voluisset intelligi; quia dixerat: Ego & pater vnum sumus: quã filium Dei Deum ostendens, non quà ipsum Deum. Si in lege, inquit, scriptum est: Ego dixi, vos Dei estis, & non potest solui scriptura; quẽ pater sanctificauit, & misit in mundũ, vos cũ blasphemare dicitis, quia dixi filius Dei sum

Ibid. *Ibid.* *Ibid.* *Ioan. 6.* *Ibid.* *Ibid.* C. XXII. *Ioan. 7.* *Ibid.* *Ioan. 8.* *Ibid.* *Ibidem.* *Ibid.* *Ibid.* *Ierem. 7.* *Isai. 59.* *Ioan. 8.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.* *Ioan. 9.* *Ibid.* *Ioan. 10.* *Ibid.* *Ibid.* *Ibid.*

A sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere: si verò facio, & mihi credere non vultis, vel propter opera credite. Et scitote quòd ego in patre sim, & pater in me. Per opera ergo erit pater in filio, & filius in patre: & ita per opera intelligimus vnũ esse patrem. Adeò rorum hoc perseuerabat inducere, vt duo tamen crederentur in vna virtute: quia aliter filius credi non posset, nisi duo crederentur. [196] Post C. xxiii
hæc aurem Martha filium Dei eum confessa, non magis errauit, quàm a Petrus & b Nathanaël: quan- a Matth.16.
quam etsi errasset, statim didicisset. Ecce enim ad suscitandum fratrem eius à mortuis, ad cœlum & ad b Ioan.1.
patrem Dominus suspiciens, Pater (inquit, vtique filius) gratias ago tibi, quòd me semper exaudias. Ioan. 11.
Propter istas turbas circunstantes dixi, vt credant quòd tu me miseris. [197] Sed & in conturbatione ani- Ioan.12.
mæ: Et quid dicam? Pater, saluum me fac de ista hora. Atquin propter hoc veni in istam horam. Verùm pater glorifica nomen tuum, in quo erat filius. Ego, inquit, veni in patris mei nomine. Inde scili- Ioan. 5.
cet suffecerat filij ad patrem vox. Ecce ex abundantia respondet de cœlo pater, filio contestatur: Hic Matt. 17.
est filius meus dilectus, in quo benè sensi, audite illum. Ita & in isto: Glorificaui, & glorificabo. Rursus, quot personæ tibi videntur peruersissime Praxea, nisi quot & voces? habes filium in terris, habes patrem in cœlis. Non est separatio ista, sed dispositio diuina. Ceterùm scimus Deum etiam intra abyssos esse, & vbique consistere, sed vi & potestate. Filium quoque vt indiuiduum cum ipso vbique. Tamen in ipsa οἰκονομίᾳ, pater voluit filium in terris haberi, se verò in cœlis, quò & ipse filius suspiciens, & orabat & postulabat à patre, quò & nos erectos docebat orare: Pater noster, qui es in cœlis, cùm sit Matth.6.
& vbique. Hanc sedem suam voluit pater; minorauit filium modico citra angelos, ad terram dimit- Psalm. 8.
tendo, gloria tamen & honore coronaturus illum, in cœlos resumendo. Hæc iam præstabat illi, dicens: Et glorificaui, & glorificabo. Postulat filius de terris, pater promittit à cœlis. Quid mendacem Ioan. 12.
facis & patrem & filium, si aut pater de cœlis loquebatur ad filium, cùm ipse esset filius apud terras, aut filius ad patrem precabatur, cùm ipse esset pater apud cœlos? Quale est vt filius item postuletà semet-
B ipso, postulando à patre, si filius erat pater? aut iterum pater sibi ipse promitteret, promittendo filio. Si Ibid.
pater erat, vt sic duos diuisos diceremus, quomodo iactitatis, tolerabilius erat duos diuisos, quàm vnum Deum versipellem prædicare. Itaque ad istos nunc Dominus pronuntiauit: Non propter me Ibid.
ista vox venit, sed propter vos, vt credant & hi, & patrẽ & filium, in suis quẽque nominibus, & personis, & locis. Sed adhuc exclamat Iesus & dicit: Qui credit in me non in me credit, sed in eum credit qui me Ibid.
misit (quia per filium in patrem creditur, & auctoritas credẽdi filio, pater est.) Et qui conspicit me, conspicit eum qui me misit. Quomodo? Quoniam scilicet à memetipso non sum locutus, sed qui me misit Isai. 51.
pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Dominus enim dat mihi linguam disciplinæ, ad cognoscendumquando oporteat dicere sermonem quem ego loquor. Sicut mihi pater di- Ioan.12.
xit, ita & loquor. Hæc quomodo dicta sint, Euangelizator & vtique tam clarus discipulus Ioannes, Ioan. 13.
magis quàm Praxeas nouerat, ideóque ipse de suo sensu: [198] Ante autem solemnitatem Paschæ, inquit, Ibid.
sciens Iesus omnia sibi tradita à patre esse, & se ex Deo esse, ad Deum vadere. Sed Praxeas ipsum vult
patrem de semetipso exisse, & ad semetipsum abisse, vt diabolus in cor Iudæ, non filij traditionem, sed Ibid.
patris ipsius immiserit. Nec diabolo benè nec hæretico, quia nec in filio bono suo diabolus operatus C. xxiiii.
est traditionẽ. Filius enim traditus est Dei, qui erat in filio hominis, sicut scriptura subiungit: Nunc Ioan.14.
glorificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est in illo. Quis Deus? vtique non pater, sed sermo Ibid.
patris qui erat in filio hominis, id est in carne in qua & glorificatus iam; virtute verò & sermone, & an- Ibidem.
te Iesum; Et Deus, inquit, glorificauit illum in semetipso, id est pater filium in semetipso habens, & si
porrectum ad tertam, mox per resurrectionem morte deuicta. [199] Erant planè qui & tunc non intelli- C. xxiiii.
C ligerent. Quoniam & Thomas aliquandiu incredulus: [200] Domine (enim inquit) non scimus quò eas, Ioan.14.
& quomodo viam nouimus? Et Iesus: Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per Ibid.
me. Si cognouissetis me, cognouissetis & patrem: sed abhinc nostis illum, & vidistis illum. Et peruenimus iam ad Philippum, qui spe excitatus videndi patris, nec intelligens quomodo visum patrem audisset: Ostende, inquit nobis patrem, & sufficit nobis. Et Dominus: Philippe, tanto tempore vobis- a Psal. 2.
cum sum, & non cognouistis me? Quem dicit cognosci ab illis debuisse (hoc enim solum discuti oportet) quasi patrem, an quasi filium? Si quasi patrem, doceat Praxeas, tanto tempore Christum cum eis Isai. 45.
conuersarum, patrem aliquando non dico intelligi, verùm vel æstimari potuisse. [201] Nobis omnes scri- Thren.4.et
pturæ, & a veteres Christum Dei, [202] & b nouæ filium Dei præfiniunt. Hoc & retrò prædicabatur, hoc Dan. 9.
& ab ipso Christo pronuntiabatur: immò iam & ab ipso patre coram de cœlis filium profitente, & fi- b Marci, Luc. Ioan. 2
lium glorificante: Hic est filius meus; &: Glorificaui, & glorificabo. Hoc & à discipulis credebatur, hoc Matt. 16.
& à Iudæis non credebatur, hoc se volens credi ab illis, omni hora patrem nominabat, & patrem præ- Ioan. 12.
ferebat, & patrem honorabat. Si ita est, ergo non non patrem tanto tempore secum conuersatum igno- a Ioan. 14.
rauerant, sed filium. Et dominus eum se ignoranti exprobrans, quem ignorauerant, eum vtique b Ioan. 10.
agnosci volebat, quem tanto non agnosci tempore exprobauerat, id est filium. Et apparere iam po- c Ioan. 8.
test, quomodo dictum sit: [203] Qui a me videt, videt & patrem. Scilicet quo & suprà, b Ego & pater vnum d Ioan. 14.
sumus. Quare? quia: c Ego ex Deo exiui & veni, &: d Ego sum via. e Nemo ad patrẽ venit nisi per me, &: e Joan. 6.
f Nemo ad me venit, nisi pater eũ adduxerit; &: g Omnia mihi pater tradidit; &: h Sicut pater viuificat, f Ibid.
ita & filius; &: Si i me cognouistis, & patrẽ cognouistis. Secũdũ hęc enim vicariũ se patris ostẽderat, per g Matt. 10.
h Ioan. 5.
i Ioan. 14.

quem pater & videretur in factis,& audiretur in verbis, & cognosceretur in filio, facta & verba patris
1 Deut. 33. adminiſtrãte;quia inuiſibilis pater,quod & Philippus didicerat in lege,& meminiſſe debuerat:[143] Deum D
Iſai. 14. nemo videbit,& viuet. Et ideò ſuggillatur patrem videre deſiderans quaſi viſibilem, & inſtruitur viſi-
Ibid. bilem eum in filio fieri ex virtutibus, non [144] ex perſonæ repræſentatione. Denique ſi patrem eundem
filium vellet intelligi, dicendo: Qui me videt, patrem videt: quomodo ſubijcit, [145] Non creditis quia
ego in patre,& pater in me eſt? Debuerat enim ſubiunxiſſe, Non creditis quia ego ſum pater? Aut quò
exaggerauit, ſi non illud manifeſtauit quod voluerat intelligi, ſe ſcilicet filium eſſe? Porrò dicendo,
Non creditis quia ego in patre,& pater in me: propterea potius exaggerauit,ne,qui dixerat: Qui me vi-
det,& patrem videt, exiſtimaretur: quod nunquam exiſtimari ſe voluit, qui ſemper ſe filium, & à patre
veniſſe profitebatur. Igitur & manifeſtam fecit duarum perſonarum coniunctionem,ne pater ſeorſum
Ibid. quaſi viſibilis in conſpectu deſideraretur: & vt filius repræſentator patris haberetur. Et nihilominus
hoc quoque interpretatus eſt, quomodo pater eſſet in filio,& filius in patre. [146] Verba, inquit, quæ ego
Ibid. loquor vobis, non ſunt mea, vtique quia patris. Pater autem manens in me, facit opera. Per opera er-
Ibid. go virtutum, & verba doctrinæ manens in filio pater per ea videtur, per quæ manet, & per eum
in quo manet: ex hoc ipſo apparente proprietate vtriuſque perſonæ, dum dicit: Ego ſum in patre, &
pater in me. Atque adeo: Crediteait: Quid? Me patrem eſſe? Non puto ſcriptum eſſe,ſed: Quia ego
in patre,& pater in me. Si quominus,vel propter opera credite. Ea vtique opera, per quæ pater in filio
C. XXV. non viſus,ſed ſenſu videbatur. [147] Poſt Philippum & totam ſubſtantiã quæſtionis iſtius, quæ in finem
Ibid. Euangelij perſeuerant in eodem genere ſermonis, quo pater & filius in ſua proprietate diſtinguitur,
[148] Paracletum quoque à patre ſe poſtulaturum, quum aſcendiſſet ad patrem, & miſſurum repromittit
& quidem alium, ſed iam præmiſimus quomodo alium. [149] Ceterùm de meo ſumet, inquit, ſicut ipſe E
Ioan. 16. de patris; ita connexus patris in filio,& filij in Paracleto, tres efficit cohærentes, alterum ex altero. Qui
Ioan. 15. tres vnum ſint, non vnus, quomodo dictum eſt, Ego & pater vnũ ſumus: ad ſubſtantiæ vnitatem, non
Ibid. ad numeri ſingularitatem. Percurre adhuc, & inuenies quem patrem credis, vice patris dictũ. [150] Et pa-
Ioan. 17. trem agricolam, vtique in terra, tu putas fuiſſe. [151] Hunc rurſus in cœlis à filio agnoſci, cùm illuc reſpi-
ciens, diſcipulos ſuos patri tradidit. [152] Sed & ſi in iſto Euangelio non eſt reuelatum, Deus meus ad
Matt. 28. quid me dereliquiſti? &, Pater in tuis manibus depono ſpiritum meum: tamẽ poſt reſurrectionem & de-
Luc. 23. uictæ gloriam mortis, expoſita neceſſitate omnis humilitatis, cùm iam patrem ſe poſſet oſtendere, tam
fideli fœminæ, ex dilectione, non ex curioſitate, nec ex incredulitate Thomæ, tangere eum aggreſſæ:
Ioan. 20. [153] Ne, inquit, contigeris me, nondum aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos (quia
& in hoc filium oſtendit, Filios enim appellaſſet illos, ſi pater fuiſſet) & dices eis: Aſcendo ad patrem
meum & patrem veſtrũ, Deum meum & Deum veſtrum. Pater ad patrem, & Deus ad Deum: an filius
Ibid. ad patrem, & ſermo ad Deum? [154] Ipſa quoque clauſula Euangelij, propter quid conſignat hæc ſcripta:
Niſi vt credatis, inquit, Ieſum Chriſtũ filium Dei. Igitur quæcunque ex his putaueris ad demonſtratio-
nem eiuſdem patris & filij proficere tibi poſſe, aduerſus definitiuam Euangelij ſententiam niteris. Non
C. XXVI. ideò enim ſcripta ſunt vt patrem credas Ieſum Chriſtum, ſed vt filium. [155] Propter vnum Philippi
ſermonem, & Domini reſponſionem ad eum, videmus Ioannis Euangelium decucurriſſe, ne tot ma-
nifeſtè pronuntiata, & antè & poſtea vnus ſermo ſubuertat ſecundum omnia potius quàm aduerſus
omnia etiam aduerſus ſuos ſenſus interpretandus. Ceterùm vt alia Euangelia non interponam, quæ
de natiuitate Dominica fidem confirmant; ſufficit eum qui naſci habebat ex virgine, ab ipſo annũtiari
Luc. 1. angelo, filium Dei determinatum: Spiritus Dei ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit te.
Propterea quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Volent quidem & hic argumentari,
» ſed veritas præualebit. Nempe, inquiunt, filius Dei Deus eſt, & virtus altiſſimi altiſſimus eſt.
» Nec pudet illos inijcere, quòd ſi eſſet, ſcriptum fuiſſet. Quem enim verebatur, vt non apertè pronun- F
Ioan. 1. tiaret, Deus ſuperueniet, & altiſſimus obumbrabit te? Dicens autem ſpiritus Dei, & ſi ſpiritum Dei, ta-
men non directò Deum nominans, portionem totius intelligi voluit, quæ ceſſura erat in filij nomen.
Hic ſpiritus Dei, idem erit ſermo. Sicut enim Ioanne dicente, Sermo caro factus eſt, ſpiritum quoque
intelligimus in mentione ſermonis, ita & hic ſermonem quoque agnoſcimus in nomine ſpiritus. Nam
& ſpiritus ſubſtantia eſt ſermonis, & ſermo operatio ſpiritus, & duo vnum ſunt. Ceterùm aliũ Ioannes
profitebitur carnẽ factum, alium angelus carnem futurum; ſi non & ſpiritus ſermo eſt, & ſermo ſpiritus.
Sicut ergo ſermo Dei nõ eſt ipſe cuius eſt, ita nec ſpiritus; & ſi Deus dictus eſt, non tamẽ ipſe eſt cuius eſt
dictus. Nulla res alicuius, ipſa eſt cuius eſt. Planè cum quid ex ipſo eſt, & ſic eius eſt dum ex ipſo ſit, po-
teſt tale quid eſſe, quale & ipſe ex quo eſt, & cuius eſt. Et ideò Spiritus Deus, & Sermo Deus, quia ex
Deo; non tamen ipſe ex quo eſt. Quod Deus Dei tanquam ſubſtantiua res, non erit ipſe Deus, ſed ha-
ctenus Deus, quia ex ipſius Dei ſubſtantia, quæ & ſubſtantiua res eſt, & vt portiõ aliqua totius. Multo
magis virtus altiſſimi, non erit ipſe altiſſimus, quia nec ſubſtantiua res eſt quod eſt ſpiritus, ſicut nec
ſapientia, nec prouidentia; [156] & hæc enim ſubſtantiæ non ſunt, ſed accidentia vniuſcuiuſque ſubſtan-
tiæ. Virtus ſpiritui accidit, nec ipſa erit ſpiritus. His itaque rebus quodcunque ſunt, ſpiritu Dei & ſer-
mone & virtute collatis in virginem, quod de ea naſcitur, filius Dei eſt. [157] Hoc ſe & in iſtis Euangelijs
1 Luc. 2. ipſe teſtatur ſtatim à puero: Non ſcitis, inquit, quòd in patris mei me eſſe oportet? Hoc & ſatanas eum

in ten-

A in tentationibus nouit: Si [1]filius Dei es. Hoc & exinde dæmonia confitentur: Scimus [2]qui sis, filius Dei. Patrem [4] & ipse adorat. Christum [3]se Dei à Petro agnitum non negat. Insultans in spiritu ad patrem: [6]Confiteor, inquit, tibi pater, quòd abscõderis hæc à sapientibus. Hic [7] quoque patrem nemi-
ni notum nisi filio affirmat. Et: [8] patris filium confessurum confessores, & negaturum negatores suos
apud patrem; inducens [9] parabolam filij, non patris in vineam missi post aliquot seruos, & occisi à ma-
lis rusticis, & à patre defensi; ignorans [10] & ipse diem & horam vltimam soli patri notam: disponens [11]
regnum discipulis, quomodo & sibi dispositum dicit à patre; habens [12] potestatem legiones angelorum
postulandi ad assumpti à patre si vellet. [13] exclamans quòd se Deus reliquisset, in patris manibus spiri-
tum ponens; & post [14] resurrectionem spondens missurum se discipulis promissionē patris; [15] & [16] nouis-
sime mandans vt tinguerent in patrem & filium & spiritum sanctum, non in vnum. Nam nec semel,
sed ter, ad singula nomina in personas singulas tinguimur. [17] Et quid ego in tam manifestis moror,
quum ea aggredi debeam, de quibus manifesta obumbrare quærunt. [18] Vndique enim obducti distin-
ctione patris & filij, quam manente coniunctione disponimus vt solis & radij, & fontis & fluuij, per
individuum tamen numerum duorum & trium: aliter eam ad suam nihilominus sententiam interpre-
tari conantur: vt æquè in vna persona vtrunque distinguant, patrem & filium, dicentes filium carnem
esse, id est hominem, id est Iesum: patrem autem spiritum, id est Deum, id est Christum. Et qui vnum
eundemque contendunt patrem & filium, iam incipiunt [19] diuidere illos potius quàm vnare. Si enim
alius est Iesus, alius Christus alius erit filius, alius pater, quia filius Iesus, & pater Christus. [20] Talem mo-
narchiam apud Valentinum fortasse didicerunt, duos facere, Iesum, & Christum. Sed hæc iniectio eo-
rum ex retractatis iam retusa est, quòd sermo Dei, vel spiritus, Dei & virtus altissimi dictus sit, quē pa-
trem faciunt. Non enim ipsæ sunt cuius dicuntur, sed ex ipso & ipsius. Et aliter tamen in isto capitulo
reuincentur. Ecce, inquiunt, ab angelo prædicatum est, Propterea quod nascetur sanctum, vocabitur
B filius Dei. Caro itaq; nata est, Caro itaque erit filius Dei: Immò de spiritu Dei dictum est. Certè enim
de Spiritu sancto virgo concepit: & quod concepit, id peperit: id ergo nasci habebat quod erat conce-
ptum, & pariundū: id est spiritus; cuius & Vocabitur nomen Emmanuel, quod est interpretatum, nobis-
cū Deus. Caro autē Deus non est, vt de illa dictum sit, vocabitur sanctum, filius Dei: sed ille qui in ea
natus est, Deus: de quo & Psalmus: [21] Quoniam Deus homo natus est in illa, & ædificauit eam voluntate
patris. Quis Deus in ea natus? sermo & spiritus, qui cum sermone de patris volūtate natus est. Igitur
sermo in carne, dum & de hoc quærendum, quomodo sermo caro sit factus, vtrúmne quasi transfigu-
ratus in carne, an indutus carnem? Immò indutus. Ceterùm Deum immutabilem & informabilem
credi necesse est, vt æternum. [22] Transfiguratio autem interemptio est pristini. Omne enim quodcun-
que transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat. Deus autem neq; de-
sinit esse, neque aliud potest esse. Sermo autem Deus; & sermo Domini manet in æuum, perseuerando
scilicet in sua forma. [23] Quē si non capit configurari, consequens est, vt sic caro factus intelligatur dum
sit in carne, & manifestatur, & videtur, & contrectatur per carnem: quia & cetera sic accipi exigunt. Si
enim sermo ex transfiguratione & demutatione substantiæ caro factus est, vna iam erat substantia Iesus
ex duabus, [24] ex carne & spiritu mixtura quædam, [25] vt electrum ex auro & argento; & incipit nec au-
rum esse, id est spiritus, neque argentum, id est caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficī-
tur; neque ergo Deus erit, Iesus. Sermo enim desijt esse, qui caro factus est. Neque homo, caro. Caro
enim non propriè est, quia sermo fuit. Ita ex vtroq; neutrum est; aliud longè tertium est, quàm vtrum-
que. Sed enim inuenimus illū directò, & Deum & hominem expositum, ipso hoc Psalmo suggerente:
C Quoniā Deus homo natus est in illa, ædificauit eam voluntate patris: Certè vsque quaque filium Dei
& filium hominis, cùm Deum & hominem, sine dubio secundum vtrāque substantiam in sua proprie-
tate distantē: quia neque sermo aliud quàm Deus, neque caro aliud quàm homo. Sic & Apostolus de
vtraque eius substantia docet: Qui factus est, inquit, ex semine Dauid. Hic erit homo & filius hominis:
qui definitus est filius Dei secundū spiritū, Hic erit Deus, & sermo Dei filius. Videmus duplicem sta-
tum, non confusum, sed coniunctum in vna persona, Deum & hominem Iesum. [26] De Christo au-
tem differo. Et adeò salua est vtriusque proprietas substantiæ, vt & spiritus res suas egerit in illo: id est
virtutes & opera & signa; [27] & caro passiones suas functa sit; [1] esuriens sub diabolo, [2] sitiens sub Samā-
ritide, [3] flens Lazarum, [4] anxia vsque ad mortem: [5] denique & mortua est. Quòd si tertium quid esset
ex vtroque confusum vt electrum, non tam distincta documenta paterent vtriusque substantiæ. Sed
& spiritus carnalia, & caro spiritalia egisset, ex translatione, vt neque carnalia, neque spiritalia, sed
tertiæ alicuius formæ confusione: immò aut sermo mortuus esset, aut caro mortua non esset, si sermo
conuersus esset in carnem: aut caro enim immortalis fuisset, aut sermo mortalis. Sed quia substantiæ
ambæ in statu suo quæque distinctæ agebant, ideò illis & operæ & exitus sui occurrerunt. Discę igitur
cum Nicodemo, Quia quod in carne natum est, caro est: & quod de spiritu, spiritus est. Neq; caro spi-
ritus fit, neq; spiritus caro. In vno planè esse posśūt. Ex his Iesus cōstitit, ex carne homo, ex spiritu Deus
quē tunc angelus ex ea parte qua spiritus erat, Dei filium pronuntiauit, seruans carni filium hominis di-
ci. [28] Sic & Apostolus etiam Dei & hominū appellans sequestrem, vtriusque substantiæ confirmauit.
Nouissimè qui filium Dei carnem interpretaris, exhibe qui sit filius hominis. Aut nunquid spiri-

1 *Matth.* 4.
2 *Marci* 1.
3 *Matt.* 6.
4 *Matt.* 16.
5 *Matt.* 11.
6 *Ibidem.*
7 *Matt.* 10.
8 *Matt.* 21.
9 *Mat.* 24.
10 *Luc.* 22.
11 *Matt.* 26.
12 *Matt.* 28.
13 *Luc.* 24.
14 *Matt.* 18.
15 C. XXVII.

Luc. 1.

Matth. 1.

Psal. 86.

Ioan. 1.
Isai. 40.

Psal. 86.

Rom. 1.

1 *Matth.* 4.
2 1. *Ioan.* 4.
3 *Ioan.* 11.
4 *Matt.* 26
5 *Matt.* 28.

Ioan. 3.

Luc. 1.

1. *Tim.* 2.

Ioan. 4. tus erit? sed spiritum patrem ipsum vis haberi, quia Deus spiritus, quasi non & Dei spiritus: sicut & ser-
C.xxviii. mo Deus & Dei sermo. [174] Itaque Christum facis patrem, stultissime, qui nec ipsam vim inspicias no- D
minis huius, si tamen nomen est Christus, & non appellatio potius; [175] vnctus enim significatur. Vnctus
autem non magis nomen est, quàm vestitus, quàm calceatus, accidens nomini res. At tu, si ex aliquo
argumento vestitus quoque vocaretur Iesus, quomodo Christus ab vnctionis sacramẽto, æquè Iesum
filium Dei diceres, vestitum verò patrem crederes. Nunc de Christo. Si pater Christus est, pater vn-
ctus est, & vtique ab alio. Aut si à semetipso, proba. [176] Sed non ita docent Acta Apostolorum in illa
Act. 4. exclamatione Ecclesiæ ad Deum: Conuenerunt enim vniuersi in ista ciuitate aduersus sanctum filium
tuum Iesum quem vnxisti: Herodes & Pilatus cum Nationibus: ita & filium Dei Iesum cõstetisti fuit,
Act. 2. & filium à patre vnctum. Ergo Iesus idem erit Christus, qui à patre vnctus est; non pater, qui filium vn-
xit. Sic & Petrus, [177] Firmissimè itaque cognoscat omnis domus Israël, quòd & Dominum & Chri-
1. Ioan. 2. stum (id est vnctum) fecerit eum Deus hunc Iesum quem vos crucifixistis. [178] Ioannes autem, etiam
1. Ioan. 5. mendacem notat eum, qui negauerit Iesum esse Christum; Contrà, de Deo natum omnem, qui credi-
1. Ioan. 3. derit Iesum esse Christum. Propter quod & hortatur vt eredamus nomini filij eius Iesu Christi, vt scili-
cet cõmunio sit nobis cum patre, & filio eius Iesu Christo. [179] Sic & Paulus vbiq; Deum patrẽ ponit, &
Dominũ nostrum Iesum Christũ. Cùm ad Romanos scribit, Gratias agit Deo per Dominũ nostrum
Rom. 1. Iesum Christum. Cùm ad Galatas, Non ab hominibus se Apostolum præfert, nec per hominẽ sed per
Gal. 1. Iesum Christum, & Deum patrem. Et habes tota instrumẽta eius, quæ in hunc modum pronuntiant,
& duos proponunt, Deum patrem, & Dominum nostrum Iesum Christũ filium patris, & Iesum ipsum
esse Christum, in altero quoque nomine Dei filium. Nam exinde eo iure quo vtrunque nomen vnius
est, id est Dei filius, etiam alterum sine altero eiusdem est. Et siue Iesus tantummodo positum est, intelli- E
gitur & Christus: quia Iesus vnctus est. Siue solummodò Christus idem est & Iesus, quia vnctus est Ie-
Matth. & Luc. 1. sus. Quorum nominũ alterum est proprium, quod ab angelo impositũ est: Alterum accidens, quod ab
vnctione cõuenit: dum tamen Christus filius sit, non pater. Postremò quã cæcus est, qui nec in Christi
Ioan. 20. nomine intelligit alium Deũ portendi, si Christo nomen patri adscribat? Si enim Christus pater Deus
Amos 4. est, qui dicit: Ascendo ad patrẽ meum & patrem vestrũ, & Deum meũ & Deum vestrũ, vtiq; alium pa-
Psal. 2. trẽ super se & Deum ostendit. Si item pater Christus est, alius est qui solidat tonitruũ, & condit spiritũ,
& adiuntiat in homines Christũ suum. Et si adstiterunt reges terræ, & ἄρχοντες cõgregati sunt in vnum,
Isai. 45. aduersus Christũ ipsius, alius erit Dominus, contra cuius Christũ congregati sunt reges & ἄρχοντες. Et
Ephes. 1. si: Hæc dicit Dominus Domino meo Christo; alius erit Dominus qui loquitur ad patrẽ Christi. Et cùm
Apostolus scribit, [180] Vti Deus Domini nostri Iesu Christi det vobis spiritum sapientiæ & agnitionis:
Rom. 8. alius erit Deus Christi Iesu charismatũ spiritualiũ largitor. Certè ne per omnia euagemur. Qui suscita-
uit Christũ, suscitaturus est & mortalia corpora vestra; iámq; alius erit suscitator quàm pater mortuus,
C.xxix. & pater suscitatus, si Christus qui est mortuus, pater est. [181] Obmutescat, obmutescat ista blasphemia,
sufficiat Christum filium Dei mortuũ dici: & hoc, quia ita scriptum est. Nam & Apostolus non sine
1. Cor. 15. onere pronuntians Christum mortuum, adiecit, secundum scripturas, vt duritiã pronuntiationis scri-
pturarum auctoritate molliret, & scandalum auditori euerteret. Quanquam cùm duæ substantiæ cen-
seantur in Christo Iesu diuina & humana, constet autem immortalem esse diuinam, cùm mortalem
quæ humana sit, apparet, quatenus eum mortuum dicat: id est, quã carnem & hominem & filium ho-
minis, non quã spiritum & sermonem & Dei filium. Dicendo denique Christus mortuus est, id est
» vnctus: id quod vnctum est, mortuum ostendit; id est carnem. Ergo, inquis, & nos eadem ratione di-
» centes patrem qua vos filium non blasphemamus in Dominum Deum, non enim ex diuina, sed ex hu-
Gal. 3. mana substantia mortuum dicimus. Atquin blasphematis non tantùm, quia mortuum dicitis patrem,
sed & quia crucifixum. Maledictione enim crucifixi, quæ ex lege in filium cõpetit, (quia Christus pro F
nobis maledictio factus est, non pater) Christũ in patrem conuertentes, in patrem blasphematis. Nos
autem dicentes Christum crucifixum, non maledicimus illum, sed maledictũ legis referimus, quia nec
Apostolus hoc dicens blasphemauit. Sicut autem, [182] de quo quid capit dici, sine blasphemia dicitur: ita
quod non capit blasphemia est si dicatur. Ergo nec compassus est pater filio, sicut directam blasphe-
miam in patrem veriti, diminui eam hoc modo sperant, concedentes iam patrem & filium duos esse:
» filius siquidem patitur, pater verò compatitur. Stulti & in hoc. Quid est enim compati, quàm cum alio
pati? Porrò si impassibilis pater, vtique & incompassibilis. Aut si compassibilis, vtique passibilis. Nihil
ei veluti moriturо præstas. Times dicere passibilem, quem dicis compassibilem. Tam autem incompas-
sibilis pater est, quàm impassibilis etiam filius ex ea conditione qua Deus est. Sed quomodo filius pas-
sus est, si non compassus est & pater? Separatur à filio, non à Deo. Nam & fluuius si aliqua turbulentia
contaminatur, quanquam vna substantia de fonte decurrat, nec secernatur à fonte, tamen fluuij iniuria
non pertinebit ad fontem. Et licet aqua de fontis sitiuè patiatur in fluuio, dum non in fonte patitur, sed
in fluuio, non fons patitur, sed fluuius qui ex fonte est: Ita & spiritus Dei qui pati possit in filio, quia
non in patre pateretur, sed in filio, pater passus non videretur. Sed sufficit nihil spiritum Dei
passum suo nomine (quia si quid passus est, in filio quidem erat, vt patet cum filio pateretur in carne)
quia hoc retractatũ. Nec quisquã negabit, quando & nos pati pro Deo non possumus, nisi spiritus Dei
sit in

A sit in nobis, qui & loquitur de nobis, quæ sunt confessionis: non ipse tamen patiens, sed pati posse præstans. [180 Alioquin si vltrà pergas, potero tibi duriùs respondere, & te cum ipsius Domini pronuntiatione committere, vti dicam, quid de isto quæris? habes ipsum exclamantem in passione: Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Ergo aut filius patiebatur à patre derelictus, & pater passus non est, qui filium dereliquit: aut si pater erat qui patiebatur, ad quem Deum exclamabat? Sed hæc vox carnis & animæ, id est hominis, non sermonis, nec spiritus, id est non Dei, propterea emissa est, vt impassibilem Deum ostenderet, qui sic filium dereliquit, dum hominem eius tradidit in mortem. Hoc & Apostolus sensit, scribens: [181 si pater a filio non pepercit. Hoc & Esaias prior pronuntiauit: [182 Et Dominus b eum tradidit pro delictis nostris. Sic reliquit, dum non parcit: sic reliquit, dum tradit. Ceterùm non reliquit pater filium; in c cuius manibus filius spiritum suum posuit. Denique posuit, & statim obijt: Spiritu enim manente in carne, caro omninò mori non potest. Ità relinqui à patre, mori fuit filio. Filius d igitur & moritur, & resuscitatur à patre, secundum scripturas. Filius e ascendit in superiora cœlorum, qui & descendit in interiora terræ: f hic sedet ad dexteram patris, non pater ad suam. Hunc g videt Stephanus cùm lapidaretur adhuc stantem ad dexteram Dei, vt exinde sessurum, h donec ponat illi pater omnes inimicos sub pedibus suis. Hic & venturus est; tursus super nubes cœli, talis, qualis & ascendit. Hic interim k acceptum à patre munus effudit Spiritum sanctum, tertium numen diuinitatis & tertium nomen maiestatis, vnius prædicatorem monarchiæ, sed & œconomiæ interpretatorem, [183 si quis sermones nouæ Prophetiæ eius admiserit, & deductorem omnis veritatis, quæ est in patre & filio, & Spiritu sancto secundum Christianum sacramentum. [184 Ceterùm Iudaicæ fidei ista res, sic vnum Deum credere vt Filium adnumerare ei nolis, & post filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos & illos, nisi differentia ista? Quod opus Euangelij, quæ est substantia noui Testamenti, statuens Legem & Prophetas vsque ad Ioannem, si non exinde pater & filius & Spiritus tres crediti vnum Deum sistunt? Sic Deus voluit nouare sacramentum, vt nouè vnus crederetur per Filium & Spiritum, vt coràm iam Deus in suis proprijs nominibus & personis cognosceretur, qui & retrò per Filium & Spiritum prædicatus non intelligebatur. [185 Viderint igitur Antichristi, qui negant patrem & filium. Negant enim patrem, dum eundem filium dicunt, & negant filium, dum eundem patrem credunt, dando illis quæ non sunt, auferendo quæ sunt. Qui verò confessus fuerit Christum filium Dei (non patrem) Deus in illo manet, & ipse in Deo. Nos credimus testimonium Dei, quo testatus est de filio suo: Qui filium non habet, nec vitam habet. Non habet autem filium, qui eum alium quàm filium credit.

matth. 27.

a *Rom. 8.*
b *Isai. 53.*
c *Luc 23.*
d *1. Cor. 15.*
e *Isai. 3.*
f *Marc. 16.*
g *Act. 7.*
h *Psal. 109*
i *Act. 1.*
k *Act. 2.*

C. XXX.

C. XXXI

Matth. 11.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 4.
1. Ioan. 5.
Ibid.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM ADVERSVS PRAXEAN.

1. ADVERSVS PRAXEAN.] *De hoc in hæc verba Auctor supra libro de Præscript. aduersùs hæret. cap. vlt.* Sed post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresin introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. Hic Deum Patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit; hunc crucifixum, passúmque contendit; mortuum præterea seipsum sibi sedere ad dexteram suam, cum profana & sacrilega temeritate ptoponit. *De eodem prater latum supra sub finem argumenti adnotauimus sic B. Optatus Milevitanus lib. 5. aduers. Parmenianum: Et quia dixisti aquam esse mendacem, etiam hoc discè vbi eam poterit inuenire. Apud Praxeam Patripassianum, qui ex toto filium negat, & patrem passum esse contendit; quum sit filius Dei veritas, sicutipse testatur, dicens: Ego sum sanctus, & via, & veritas. Ergo si filius Dei est veritas, vbi ipse non est, mendacium est. Quum apud Patripassianos non est filius, non est nec veritas. Et vbi veritas non est, ibi aqua mendax est. Quare vel sero desine crimina confingere, & quod in Patripassiano, dictum est, in Catholicos noli conferre. Proinde* Praxean *cum sua adsecta intelligit B. Etiam Cyprianus, dum ab eo inter hæreticos primo loco recensentur Patripassiani Epistol. 73. ad Iubaianum, vbi vide Almstat. nostras numer. 21. & Epiphan. & B. Augustin. de hæresibus. Qui quum in Africa hæresin suam spargere cœpisset Praxeas, non mirum est, si peculiarem contra eos librum scripserit Auctor. Atque imitatus & progressus huius hæreseos recensetur Auctor c. 1. in hac verba:* Nam iste primus ex Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanæ humoi; & aliàs inquietus, insuper & iactatione martyrij inflatus, ob solum & simplex & breue cæteris tædium, *deinde adhuc in Africa etiam seminatâ hanc hæresin, & unitio traductam, immò & renouatam à Praxea, sed postea iterum erupisse:* Frutificauerant, *inquit*; auenæ Praxeanæ; hîc quoque superseminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ dehinc per quem Deus voluit, (*de quo infrà latius num.* 14.) etiam euulsæ videbantur. Denique *cæuerat* pristinum Doctor de emendatione sua; & manet chirographũ apud Psychicos, apud quos tunc res gesta est, exinde silentium. Ita aliquandiu per hypocrisin subdola viuacitate latitauit, & nunc denuò erupit. *Verum tamen bono animo confutationem aggrediens Auctor:* Sed & denuò eradicabitur si voluerit Dominus, in isto commeatu. *Porrò non modo aduersus* Praxean, *sed & aduersus* Monarchianos *hoc libro agit sic dictos quod* Monarchiam, *id est singulare & unicum imperium in Deo collocabant, de quibus infrà cap. 3. num. 31.*

2. DE TRINITATE.] *Istud totule huius libri adnotamus, quòd, si quis alius Veterum, hoc exactissimè tractet Auctor,* de Trinitate personarum Patris, Filij, & Spiritussancti in diuinitate; *quem tamen etiamnum Trinitarij hodierni impugnare non verentur; insuper etiam* processionem Spiritussancti ex Patre & filio *non semel adserens, de qua contra Graecos infrà c. 4. num. 40. & c. 8. num. 60. Hoc vnum hîc adijciemus, quum longè exactius & magis conuenienter orthodoxæ fidei mysterium Trinitatis hîc explicet Auctor; vel hinc probari non esse illius librum illum de Trinitate, sed Nouatiani infrà Tom. 5. qui hactenus perperàm illi adscriptus existebat, & in MS. & in excusis exemplaribus, sicuti ad eundem librum latius comprobabimus. Cæterùm non malè admonuit Rhenanus quædam in hoc libro commodiùs interpretanda quàm sonant, & vetustas nonnihil condonandũ, vt potè quũ ante Tertull. nemo hæc tractauerit argumentũ.*

CAP. 1.

3. Variè diabolus æmulatus est veritatem, &c.] *Caput hoc inscripsimus* : De libri huius argumento, & hæreseos Praxeanæ initio. *Est verò etiam hic phrasis Tertullianica* : æmulatus est veritatem, *pro* odio prosecutus *est*.

Si tu es filius Dei, deijce te hinc, &c.] *In hoc variat à Græcis & Latinis bodie exemplaribus Matth. 4. Auctor.* quòd legat: deijce te hinc, *cum quo interim consentire videtur illud syri interpretis* Iudæi: deorsum te dede præcipitem, *sicuti etiam in hoc* vtte manibus suis tollant, *unde videntur aliud quid legisse olim* vetera Græca exemplaria. *Cum Latino verò vulgato interprete, & Psalmo* 90. *translationibus omnibus consentit illud*: mandauit, *pro eo quod Græci & Syriacè hodie apud Matth. legitur*: *mandabit. quare etiam hic nimiè libera Clarij castigatio. Sunt autem Tertullianica*: viderit, *ac*: cominus, *sine*: cominus, *vti Mss. 3. Vatic. codices legunt.*

5. intulit Romanæ humo, &c.] *Intelligit* (*inquit Rhenanus*) *proximitas urbi Romæ vicinitati. Aliquin ipsa Asiæ pars Romanum agnoscebat imperium. Et mox sequitur* : Duo negotia diaboli Praxeas Romæ procurauit, Prophetiam expulit, & hæresin intulit.

6. de iactatione martyrij inflatus, &c.] *Vel hinc, inquit idem, videri quanto fuerit olim fieri Martyres. Atqui etiam hinc confirmatur quod suprà adnotauimus Tom. 2. lib. ad Martyr. num. 1. de appellatione* Martyrum ; *quamquam hic potius* iactationem *Martyrij appellet, tum* ob breue cæteris tædium, *tum quòd vel Apostolo teste, 1. Cor. 13. hæreticis nihil profint Martyria, sicuti latius adnotauimus in B. Cypriani Epist.* 52. *ad Antonianum, num.* 50.

7. Episcopum Romanum, &c.] *Adtende, inquit Rhenanus, summam* Romani Pontificis *auctoritatem etiam illo tempore, dum aliquid aut recipit, aut damnat. Hinc illud Amiani Marcellini de Constantio Augusto & Liberio Pontifice*: *Tamen, inquit, auctoritate, qua potiores æternæ urbis Episcopi, firmari desiderio nitebantur ardenti. lib. 15. B. Irenæus sanè Romanam Ecclesiam maximam & antiquissimam vocat, & gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatam & constitutam, ad quam propter potentiorem principalitatem necesse sit omnem conuenire Ecclesiam hoc est eos qui sunt vndique, fideles ; qua semper ab his qui sunt vndique, conseruata est ea quæ ab Apostolis traditio. Quare eò magis improbanda adnotatio marginalis, qua hallenus exstat in exemplaribus omnibus* : *Episcopum Romanum montanizat* : neque enim ipse Auctor, quantumuis post id maximè in hæresin Montani delapsus, & Romano Episcopo assonsus, id adferre audet, sed tantùm dicit: agnoscentem iam Prophetias Montani, Priscillæ, & Maximillæ, *non verò eorum hæresin. Quamquam interim etiam id falsum esse ex historijs manifestum fecerimus in Vita auctoris, quò Lectorem remittimus, ne hic prolixiores simus.*

8. Falsa de ipsis prophetis, &c.] *Hic audit, inquit rursum Rhenanus, Montanus fautorem, quem præcipuè defendit operis* ΘΕΑ ΕΚΤΕΘΕΙΣΑ *lib. 7. Sanè Apollonius vir disertissimus scripsit aduersus Montanum, Priscillam, & Maximillam, insigne & longum volumen, in quo asserit Montanum & insanas Vates peruisse sustendio, & multa alia, in quibus de Priscilla & Maximilla refert: Sinegane eas accepisse munera, confitentur non esse Prophetas qui accipiunt, & mille hoctibus approbabo. Sed & ex aliis fructibus Prophetæ: Dic mihi, crinem fucat Prophetes? Stibio oculos linit? Prophetæ vestibus & gemmis ornantur? Prophetes tabula ludit & tesseris? Prophetæ fœnus accipit? Respondeant, vtrum hoc fieri liceat, an non? Meum est approbare quod fecerint. Ex illustribus scriptoribus Ecclesiasticis Dion Hieronymi. Huc etiam pertinet, quòd sacramenta perhibentur funesta habere. Nam desinantibi amiculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam confecere perhibentur, miscentes eum farinæ, panémque inde facientes. Quo puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre, si autem viuens, pro magno sacerdote. Ex Amelio Augustino.*

9. & præcessorum eius auctoritates defendendo, &c.] *Et hic loci, inquit idem, superiorem confirmat, & primam atque adeò summam auctoritatem Ecclesiæ Romanæ subindicat. De qua si quis plura desideret, videat Adnotat. nostras suprà lib. de Præscript. adu. hæret. c. 36. num. 222.*

10. coëgit & pacis litteras reuocare iam emissas, &c.] *Hic considera, inquit idem Rhenanus, studia hominum, dum quisque pro eo ut fauet, nihil non facit. Rectissimè verò egit Romanus Pontifex, qui illam Montani filiam prophetiam damnauit ; qui etiam addit* : emittere litteras, *fuere consultorum sive phrasin. Atqui de litteris pacis, quas formatas media ætate Patres appellare solent, aliquid ibidem adnigimus, cap. 29. numer. 123. de quibus, iuxta quod ibi promisimus, hic addimus* : formatarum litterarum *formam præscriptam à Synodo Nicenâ, inuentam apud Asticum Constantinopolitanum Episcopum, in fine Synodi Chalcedonensis. In quibus adsumi debebant prima Græca clementa Patris & Filij & Spiritus sancti, n. v. & a. Petri quoque Apostoli prima littera* π. *eius qui scribit Episcopi prima littera ε, eius ad quem scribitur secunda, accipiendi tertia cuiusque de qua scribitur quarta, & indictionis numerus, cum Α μὴν in fine. Quam Gratianus in Decretum suum retulit Dist. 73. adlegatis etiam de Consecr. Distinct. 3. cap. 24. Canonem Concilij Carthag. 5. cap. 7. vbi præcipitur adjici dies Paschæ. Habes verò priori loco duo formatarum litterarum exemplaria: prius, ex Burchardo, posterius, quantum apparet, ex Iuone. Vide etiam de Epistolis formatis Sidonium Apollinarem lib. 7. Epist. 2.*

11. Paracletum fugauit, &c.] *Mirum est, inquit idem Rhenanus, tam eruditum virum somnijs Montani fidem habuisse, nec fucum olfecisse. An non erat aperta insania, dicere, in Apostolis spiritum sanctum fuisse, Paracletum non fuisse? & Paracletum plura in Montano dixisse, quàm Christus in Euangelium protulerit, nec tantùm plura, sed etiam meliora atque maiora? Ex Praescriptionibus* : *In quo loco ipse blasphemiam vocat. Sed nondum Montano nomen dederat. Atque hoc est quod D. Augustinus scribit transisse eum ad Cataphrygas, quos anè destruxerat.*

12. Fructiuerant, &c.] *Ex eo quod citat Rhenanus locos similes ex l. adu. Hermog. & adu. Valentin. vbi castigauimus* : fructiet terra herbam *fœni, & c.* : Talia ingenia superfruticant, *potest etiam hic castigandam esse* : fruticauerant, *pro* : fructificauerant.

13. auenæ Praxeanæ, &c.] *Iuxta, inquit idem Rhenanus, illud Virgilianum*:

Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ.

Falsam doctrinam auenæ *comparat. Nam vt Plinius scribit, fruimenti vitium est auena; quæ etiam recte adnotat, adludere Auctorem ad 13. cap. Matth. nam similis est tum suprà. de Præscript. adu. haref. c. 31. n. 181. Eodem pertinet quod mox sequitur*: auenæ illæ vbique tunc semen excusserant.

14. Traduc*t*æ dehinc per quem Deus voluit, &c.] *Hoc est, inquit idem, manifestata confutat aque. Quum verò Auctor non nominet, quæ Praxeam errorij connicerat; coniecit fuisse Beatum Zepherinum Papam, Vtpote de quo in hac verba B. Opt. Milenit. lib. 1. adu. Parmenian.* Praxeas *& cæteri stemporibus suis à Zepherino Vrbico & Tertulliano Carthaginensi vsque ad Cataphrygas superati sunt. Verumetiam de hoc in vita Auctoris latius.*

15. Denique cauerat pristinum Doctor, &c.] Pristinum, *inquit idem, quemadmodum ante plus semel animaduersum solet vsurpare pro prius. Sic infrà cap. 27.* Transfiguratio autem, interemptio est pristini ; *& lib. de Corona militis, cap.* 8. Tamen in nostris hodie vsibus, & in pristinorum sanctorum Cauerat pristinum, *confrustio Græca, hoc est, secundum pristinum, id est priorem impiam atque erroneam doctrinam.*

16. de emendatione sua, &c.] *Adtende, inquit Rhenanus, maximum nostrorum clementiam in punienda, quòd chirographo resipiscentiæ, & obedientiam Ecclesiæ polliceritis contenti erant. Sic & Marcion Ponticus ob inquietam curiositatem, qua fratres quoque, hoc est Christianos, vitiabat, semel & iterum eiectus, cum ducentis festertijs, quæ Ecclesiæ intulerat, nouissimè in perpetuum discidium relegatus est, vbi venena doctrinarum suarum disseminauit. Post-*

modùm

modùm pœnitentiam confeſſus, dum conditioni datæ ſi. bi occurrit, ita pacem recepturus, ſi ceteros quoque quos perditioni eruditiſſet, Eccleſiæ reſtitueret, nonne præuentus eſt? *hæc lib. de Præſcriptum. aduerſ. hæret. Tertullianus. Porrò non dubito quin eæ res etiam per ſyngraphamin inter Eccleſiam & ipſum Martionem ſit tranſacta. Quòd hic autem de Marcione allegat, extat ex lib. Præſcript. adu. hæret. c. 30. numer. 172. vbi Quintinus diſtinguit inter hæreticos & dogmatiſtas, dicens hos debere etiam contrarium prædicare, nec ſufficere ſolum chirographum, nec obſtat quòd hîc de hæreſarcha loquatur; neque enim dicit Auctor ſolum chirographis eum Eccleſiæ ſuffeciſſe, ſed veriſimile eſt, etiam aliquam pœnitentiam illis fuiſſe enumeratam.*

17. apud Pſychicos, &c.] *Similiter mox* diſtinxit à Pſychicis. *Pro quo quantumuis admittat Rhenan. etiam alteram lectionem* Phyſicos *&* Phyſicis, *patet tamen ex libro de Iejunijs aduerſus* Pſychicos, *& lib. de Monogam. ac de Fudicitia, & de Fuga in perſecutione, prius illud prorſus legendum eſſe, vtì latiùs infrà ad dictum librum* Aduerſus Pſychicos, *num. 2. Hoc tamen ex Rhenano hîc adijcimus, Pſychicos, verbum Paulinum eſſe, pro carnalis. Sic etiam ad Corinthios cap. 2. ſcribit :* Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, *hoc eſt: Animalis autem homo non accipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Eſt enim* Ψυχικὸς *Paulo, id eſt animalis, qui animum, hoc eſt affectus ſequitur humanos.*

18. ſi voluerit Dominus, &c.] *Modùm, inquit idem, loquendi Chriſtianorum.*

19. in iſto commeatu, &c.] Commeatum', *inquit idem Rhenanus, eleganter vocat ſtatium temporis, quo mundus hic duraturus eſt, à Deo præfinitum atque conceſſum. Nam* commeatus *etiam facultatem ſiue veniam ſignificat diſcedendi, quam princeps præſtare ſolet.*

20. die ſuo colligentur omnes adulteræ fruges, &c.] *Hîc perſiſtens in parabola Ζιζανίων Matth. 13. vertentur* adulteræ fruges, *vna ſupra: iuenæ. Siue autem legas:* igni inextinguibili (*quod poſtremum addit ex aliis ſcriptura locis*) *cum exciſis ſimetigne, cum 3. Vatic. Mſſ. proſe eſt.*

Cap. II.

21. Itaque poſt tempus patet natus, &c.] *Capiti huic titulum dedimus :* Quòd dictæ hæreſi Regula fidei contrarietur, quæ & patrem & filium & ſpiritum ſanctum in diuinitate agnoſcit.

22. vt inſtructiores per Paracletum, &c.] *Rectè Rhenanus adnotat loqui illum de* Paracleto *Montani, cui etiam perperàm adplicat illud Ioan. 16.* de doctorem omnis veritatis; *verùm de eo inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis latiùs. Hoc vnum hîc dicam, tranſferre Auctorem ex exemplaribus Græcis tum hîc, tum ſupra lib. de Præſcript. adu. haret. c. 28.* deducet vos in omnem veritatem, *pro eo quod Interpres Latinus vulgatus, docebit vos omnem veritatem.*

23. quam οἰκονομίαν dicimus, &c.] Οἰκονομίαν, *id eſt*, diſpenſationem, *ſicut hic, &* diſpoſitionem, *ſicut infrà cap. 4. Videtur videtur in Trinitatis myſterio ex propoſito introducere, & excludat* μοναρχίαν, *quam Praxeani atque hæretici allegabant, ad excluſionem tium perſonarum. De eadem paulopoſt Auctor:* οἰκονομίας ſacramentum, quæ vnitatem in Trinitatem diſponit, tres ditigens, Patrem, & filium, & Spiritum ſanctum, vnius ſubſtantiæ, vnius ſtatus, vnius poteſtatis; *& rurſum cap. 3.* non intelligentes quidem vnicum, ſed in ſua οἰκονομίας eſſe credẽdum, expaueſcunt ad οἰκονομίας, *ac ibidem :* οἰκονομίαν intelligere nolunt etiam Græci. *Iterum cap. 8.* & οἰκονομίας ſtatum protegit; *ac cap. 9.* aduerſus οἰκονομίας, manarchiæ adulantes, *&c:* propter οἰκονομίας obtruationem, *ac ea. 13.* ſecundum rationem οἰκονομίας, quæ facit numerum; *denique cap. 23.* Tamen in ipſa οἰκονομία patet voluit filium in tertis haberi. *Atque videtur hanc Œconomiæ appellationẽ deſumpſiſſe ex B. Iuſtino Martyre in fide Expoſitione, vbi eandem inuenire eſt.*

24. & in cœlos reſumptum, &c.] *Sic, inquit Rhenanus lib. de Carne Chriſti, cap. 15.* & in cœlos reſumpta eſt, *pro quo lib. de Præſcript. adu. haret. cap. 13. dicere maluit :* in cœlos ereptum; *ex quo loco & alijs ſimilibus ſibidem à nobis citatis num. 87. cæſtigauimus etiam hîc:* in cœlos, *pro:* in cœlo. *Quod ipſum, præterquam quòd ſit Articulus fidei, propterea inculcat latiùs Auctor, quòd quidam hæretici (ſicuti eodem libro alicubi legitur)* ſolam animam eius in cœlos eteptam dicerent.

25. Hanc regulam, &c.] *Dicto loco de Præſcript. etiam* Regulam fidei *vocat Symbolum Apoſtolorum, vbi totum illud ex Tertulliano explicatum habes num. 81. vſque ad num. 91. Eodem pertinet illud cap. 3. paulopoſt :* quoniam & ipſa regula fidei, *&c. & cap. 9.* Hanc me tegulam profeſſum, *&c.*

26. ipſa nouellitas Præxeæ heſterni, &c.] *Similiter, inquit Rhenanus, ſcribit de Hermogene (circa initium nempè:)* Hermogenis autem, *inquit*, doctrina tam nouella eſt denique ad hodiernum homo in ſeculo. *Atqui latius illud tractatum oſtendit lib. de Præſcript. adu. her. quum ſubiungit:* Quò petæque aduerſus vniuerſas hæreſeis iam hinc præuidicatum eſt, *&c. vbi id tractatur cap. 29. 30. 31. & 32.*

27. Sed ſaluà iſta præſcriptione, &c.] *Similes locos habes ſupra dicti lib. cap. 15. num. 98.*

28. tetractatibus, &c.] Retractare, *inquit Rhenanus, Tertullianꝰ verbum eſt, pro tractare, ſiue excutere & perpendere. Vnde* tetractatus *pro* tetractatione. *Atqui quum vbique, ſic loquatur Auctor : etiam in calce huius capitis calligauimus :* procedentes tetractatus demonſtrabunt, *pro:* tractatus.

29. Tres autem non ſtatu, ſed gradu, &c.] *De hac lequendi formula vide ſupra Tom. 1. Apolog. cap. 21. n. 316.*

Cap. III.

30. Simplices enim quique, &c.] *Inſcriptionem huic capiti dedimus:* Quòd etiam ſi μοναρχίαν Deiadmittamus, non propterea ſequatur, patrem ſe ſibi filium feciſſe, aut monarchiam ſuam non per quos velit adminiſtrare. *Quomodo verò ſimplicitas credentium etiam ſcriptura adprobetur, vide ſupra lib. adu. Valentin. cap. 2. Atqui etiam hic calligauimus;* pluribus Deis, *pro:* Dijs.

31. Μοναρχίαν, inquiunt, tenemus, &c.] *Hic incipit agere contra* Monarchianos ; *qui Præxea diſcipuli, quum viderent ſe communi ſcripturæ, quæ & patrem & filium agnoſcerent, ex* μοναρχίᾳ *Dei præſcribere nitebantur* patrẽ ipſum ſe ſibi filium feciſſe; *aduerſus quos proinde peculiariter agit Auctor cap. 10. 11. & 12. Hic dum texat oſtendit* μοναρχίαν, quæ ſingulare & vnicum impetium ſignificat, *nihil obſtare Catholicorum patrem & filium diſtinguentium ſententiæ.*

32. Et ita ſonum ipſum vocaliter exptimunt, &c.] *In Mſſ. voluminibus, inquit Rhenanus, omnibus quæ videram, legitur:* ſolium. *Sed non arbitror* μοναρχίαν ſolium reddere voluiſſe, *quod Grammatiſtæ dictum aiunt, quod non ſolum capiat, ſed quia ſolidum. Proinde* ſolium *mutatis in* ſonum. *Nam mox ſequitur:* Sed monarchiam ſonare ſtudent Latini, *& infrà :* Malo te ad ſenſum rei, quàm ad ſonum vocabuli exerceas.

33. etiam opici, &c.] *Id eſt barbari, quod epice, id eſt, barbarè, non Latinè loquerentur, iuxta illud Plinij lib. 29. cap. 1. Nos quoque dicti ſint barbari, & ſpartim nos quàm alui, opicos appellatione fædant. Sunt autem Tertullianea:* Atquin, officiales.

34. Milies centies centena miſſia, &c.] *Videtur ſic exprimere voluiſſe Auctor quod Græcè dicitur* χιλιακισχιλιάδες, *& illud:* μύριαι μυριάδες, milies centena milia; *pro quo alij: mille milia, & decies centena milia. Ita quo B. Cyprian. lib. ad Nouatianum hæreticum, vertit verbi quæ: mihi amiſſum. Vertit etiam ſua phraſi:* apparebant ei, *quamquam ordine verborum inuerſo, quod Græcè eſt,* ἐφαίνετο γὰρ αὐτῷ, *id eſt mimſtrabant ei. Sunt autem etiam Tertullianea:* totum cenſum monarchiæ, *ac* τὰ μέλα.

35. quam alius Deus infertur aduerſus creatorem, &c.] *Alludit ad hæreſin Marcionu duei Deos conſtituentis ; contra quam diſputauit Auctor ſupra toto l. 1. adu. Marc. & infrà quoque Tomo ſequenti, l. 1. Carminum adu. eundem Marcionem.*

36. Tunc malè, quum plures, &c.] *Subaudi Deis infernum tur; nam quid addit Rhenan.* aut creatores, *minus ad propositum fuerit.*

37. Secundam Valentinos & Prodicos, &c.] *Ex vestigijs Patris 3. MS. cod. qui legunt*: prodigos, *castigauimus*: Prodicos, *pro*: Proclos, *maxime quod supra lib. adu. Gnosticos vlt. fie legatur*: Quòd si iam tunc Prodicus aut Valentinus; *de quorum errore aduersus Martyria ibi num.* 119. *de errore verò Valentini, atque adeò etiam* Prodici *eius discipuli de XXX. Deorum Æonibus, vide integrum librum adu. Valentinianos. Quare hallucinatum apparet Rhenan. quum subiunxit*: Proclos; *nihil enim ad institutum fact, quòd B. Augustinus Proclianistas scribat in eo consentire cum Seleucianis, quòd senserint creatores animarum angelos esse, de igne & Spiritu.*

Cap. iiii.

38. Ceterùm, qui filium non aliundè deduco, &c.] *Caput hoc inscriptionis*: Duos esse Patrem & filium, atq; adeò & tertium Spiritum sanctum à Patre per filium, probari ex Epistolis Apostolicis.

39. nihil facientem sine patris voluntate, &c.] *Videtur adiudere ad illud Ioan.* 5. *Non potest filius à se facere quidquam; deinde ad illud Matt.* 28. *Data est mihi potestas in cœlo & in terra; seu potius ad illud Ioan.* 17. *Pater venit hora, clarifica filium tuum, &c. sicuti dedisti ei potestatem omnis carnis.*

40. quia spiritum non aliundè puto, quàm ex patre per filium, &c.] *Infrà c.* 8. Tertius enim est Spiritus à Deo & filio, *&c. vbi de* processione Spiritussancti à Patre & filio *latius adu. Græcos.*

41. quum tradiderit regnum Deo & Patri, &c.] *De hac scriptura 1. Cor.* 15. *vide supra lib.* 5. *adu. Marc. c.* 9. *& similiter de scriptura Psal.* 109. Sede à dextris meis, *&c. At in illo* 1. Corin. 15. Quum autem subiecta etunt illi omnia, *interfert ex verfu precedenti*: absque eo qui subiecit ei omnia, *& legit*: tunc & ipse subijcietur, *pro eo quod alij*: tunc & ipse filius subiectus etit ei, *&c.*

Cap. v.

42. Sed quia duos vnum volunt esse, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Quòd diuersos esse patrem & filium, inde conster, quòd filius λόγος in scripturis appelletur.

43. Aiunt quidem & Genesim in Hebraico, ita incipere: Inprincipio fecit Deus sibi filium, &c.] *Locum hunc tetat in hac verba B. Hieron. loco supra sub finem argumenti citati*: *Plerique, inquit, existimant, sicut in altercatione quæque Iasonis & Papisci scriptum est, &* Tertullianus in libro contra Praxean *disputat nec non Hilarius in expositione causidam Psalmi affirmat, in* Hebræo haberi: In filio fecit Deus cœlum & terram. *Quod falsum esse ipsius rei veritas coprobat. Nam & LXX. Interpretes, & Symmachus & Theodotio*: In principio *transtulerunt*; *& in* Hebræo *scriptum est* Beresith, *quod Aquila interpretatur*: *In capitulo, & non* Beben, *quod interpretatur*: *In filio. Magis itaque secundum sensum quàm secundum verbi translationem, de Christo accipi potest*; *qui tam in ipsa fronte Geneseos, qua caput librorum omnium est, quàm etiam in principio Ioannis Euangelistæ, cœli & terræ conditor adprobatur. Vnde in Psalterio de ipso ait*: *Incipite libri scriptum est de me, id est in principio Geneseos*; *& in Euangelio*: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Habetum ille. Ex quo videtur prorsus hic legi debere*: In filio fecit Deus cœlum & terram; *verùm nihil immutaui, maximè quòd hic Auctor potius impugnet, quàm approbet illam lectionem*: In principio fecit Deus filium; *& quòd etiam magis faciat ad institutum Monarchianorum hæc lectio, de quibus loquis videtur, quum dicit*: Aiunt quidem, *sicuts excusi & 1. Vatic. MS. cod. sine quidam, vti 2. MS. Vatic. (quorum eligat Lector quod volet) tum denique quòd cum excusis consentiant tres dicti codices. Certè alibi vbique tum lib. adu. Hermogenem cap.* 23. *& 19. & 20. tum lib. de Baptis. c.* 3. *legit*: In principio, *siue*: In primordio, fecit Deus cœlum & terram, *vbi hanc scripturam latè explicat. Atqui supplemus ex* 3. *MS. Vatic. cod.* Solus autem, quia nihil aliud extrinsecus.

44. hanc Græci λόγον dicunt, &c.] *Quamquam fatentur Auctor* λόγον etiam sermonem *appellari, tamen hic de* λόγῳ *agit, quatenus* rationem *significat; de illo verò infrà, cap.* 7.

45. Ideóque iam in vsu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, &c.] Simplicitatem *hic in bonam partem accipi, sicuts supra num.* 30. simplicitas credentium, *vel inde patet, quòd legatur Ioan.* 1. In principio erat sermo, & sermo erat apud Deũ; *sed pro instituto suo manuale, sicuti sæpe diximus, λόγῳ* rationem *interpretari. Est autem vox Tertullianæ*: sermonalis, *vt correspondeat magis voci*: rationalis. *Atque recte castigauit in sequentibus Rhenan.* Vide, quum tacitus tecum ipse congrederis ratione, *pro*: rationem.

Cap. vi.

46. Hæc vis & hæc diuini sensus dispositio, &c.] *Huic capiti inscriptionem fecimus*: Diuersos esse Patrem & filium, etiam inde probari, quòd filius Sophia nuncupetur.

47. Primò: Dominus cteauitme, &c.] *Hanc scripturam Prou.* 8. *latè tractatam habes, non modò hic & cæteris, sed etiam supra lib. adu. Hermog. c.* 18. *& in Adnotat. nostru ibidem no.* 60. *& 61. quò Lectorem remittimus. Hîc hoc solum adnotamus, quòd legatur conformiter Græco textus*: Aderam illi simul.

Cap. vii.

48. Tunc igitur etiam ipse sermo, &c.] *Caput hoc inscriptionis*: Idipsum probari ex eo, quòd filius sermo dicatur in scripturis. *In qua interim, quod* Sophiæ *ca. practed. adscriptum fuit, sermoni adaptat, quòd ut supplearnus mox, sicuts ibi legitur*: aderam illi simul; *& deinde*: in persona illius, *vbi sobaudiri*: *dicit, adnotat Rhenanus.*

46. Primogenitus, *&c.* & vnigenitus, &c.] *Alludat ad scripturas Coloss.* 1. primogenitus *ante omnem creaturam*, *& Ioan.* 1. vnigenitus *filium*, *qui est in sinu patris*; *idque eo ipsione esse quod prius ca. practed. ad duxerat*: priùsquàm terram faceret, *&c. Distinguimus autem mox*: & Ante luciferum genuit te; *quia quum quod precedit, citetur ex Psal.* 2. *illud ex Psal.* 109. *Atqui de scriptura Psal.* 32. *hic citata vide tam dictum libri sui adu. Hermogen. cap.* 45. *nu.* 354. *& de illo Ioan.* 1. & sine illo nihil factum, *alicubi supra. Ex quo loco & ipse Euangelista secundum Vatic.* 2. *cod. MS. castigamus*: per quem omnia facta sunt, proper quam. *Porrò sunt verba Praxeanorum*: Ergo inquis, *&c. vsque ad*: Planè.

50. & ita capiat, &c.] *Mutabimus, inquit Rhenanus*, capias *in* capiat, *vt sit sensus*: fiat *siue contingat*, vt secundus à Deo constitutus duos efficiat. *Sic Gratorum consuetudinem etiam vsum verbi* ἐνδέχεται *imitari solet, quemadmodum antè diximus in multis locis. Quo loco auctor pulerè deducit* sermonem, Dei subsistantiam esse, *nempè eandem cum Patre.*

51. Quid est enim dices sermo, &c.] *Etiamhac obiectio est Praxeanorum ex Grammatica* sermonis *definitione, vsque*: At ego, *&c. Verùm* in Deo nihil vacuum esse posse, *vetè prosequitur Auctor.*

52. diuersum eius, &c.] *Pro* diuersum *ab eo, inquit Rhenanus*, vt alienum salutis, *pro alienum à salute.*

53. Quis enim negabit Deum corpus esse, &c.] *Quæ significatione dixerit* Deum corpus esse, *nempè quâ substantia est (vti & hic ad marginem adnotatum erat) videnostra Prolegomena interparadoxa Auctoru.*

Cap. viii.

54. Hoc si putauerit, &c.] *Titulum capiti huic dedimus* Non propterea malè in Trinitate θεολογίαν agnosci quòd eam vocem in suis Æonibus vsurpauerit Valentinus, quia non ideò, non vtetetur veritas, quòd hæresis ea vtatur,

vtatur, quæ eam ex veritate accepit. *Quamquam interim B. Augustinus, & alij post eum Patres malint vti vice generationis in filio, & processionis de Spiritu sancto, quantum apparet ex his tribus locis quæ in B. Iustinum Martyrem in fide Expositione. Atque adnotauit etiam Rhenan. hic accipe:* siquì, *pro:* siquis.

55. Προβολὴν aliquam, &c.] *Vocem Græcam interpretatur:* protationem ex alterius ex altera, *eadem significatione qua suprà l. de Præscript. aduersus hæret. cap. 46. hæc. 4.* probolas & additiones, *proijsdem habet (sicut ibi adnotauimus nu. 304.)* de Basilide *agens, à quo suas* προβολὰς *Valentinus fuit mutuatus. Eodem pertinet quod lib. adu. Valentin. cap. 7.* προβολὴν emissionem *transferat, qui libro videre est, quomodo* Valentinus alium atque alium Æonem ex Æone produxerit. *Est verò etiam Tertullianicum:* & re ac censu eius, *sicuti rectè castigauit Rhenan. qui citat similem locum ex l. de Corona militis, c. 10.* & ex originis censu.

56. Hic mecum gradum fige, &c.] *De hoc prouerbio vide nostra Prolegomena.*

57. Valentinus Probolas suas discernit, &c.] *De hoc vide etiam librum adu. Valentinianos. Hic solum adjcimus, Rhenan. quidem adnotare ibi:* vt Æon partem nesciat *intelligi nouissimum Æonem (ex xxx. Æonibus nempè; nam ex illis omnibus etsam aly produsti fuisse illæ leguntur) cui nomen Sophiæ, quæ Teletos fuit, vt Tertullianus aliquoties loquitur, Philetos copulabatur. Verum quum ille Æon patrem non ignorarit, potuit loquitur de Enthymesi siue Achamoth, siue Sophia secunda (de qua illic latius c. 14. & sequentibus) ex illius non patre genita, in quam etiam (non in primam Sophiam) iuxta Valentinum competit illud:* immò & penè deuotatur & dissoluitur in reliquam substantiam.

58. Apud nos autem solus filius, &c.] *Metaphrastes adludit ad verba Christi Matth. 11. Ioan. 1. 8. & 6. Inter quæ rectè adnotat Rhenan. in illo verbo:* quæ mandatus est à patre, *accipi* mandatus *passiuè, ac si dixit:* quæ iussus est, quæsn mandatis *accepit.*

59. Quis enim scit quæ sint in Deo, &c.) *Etiá hìc ad sensum potius quàm ad verbum citat quod legitur 1. Cor. 2. Quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi Spiritus Dei. Citat verò ruursus alias scripturas Ioan. 14. & 10. Atque hoc iterum ad Paracletum Montanorum pertinet quod dicit:* quemadmodum Paracletus docet, *sicuti etiam ante me adnotauit Rhenanus.*

60. Tertius est enim spiritus à Deo & filio, &c.] *Per* Deum *hic Deum Patrem ab Auctore intelligi patet vel ex eo, quod suprà dixit cap. 4.* Spitium non aliundè puto quàm à patre pet filium. *Et fortasse desideratur vox:* Patre, *sed nolus adjcere, quod carentes ea etiam 3. Vatic. MS. cod. Expressim est illud B. Cypriani tractatu de Spiritu sancto, Tom. 2.* Spiritus sanctus procedès à patre & filio. *Eadem pertinet etiá illud B. Epiphan. adu. Sabellianos: Non etsam Spiritus sanctus seipsum vnquam Christum nominauit, sed Spiritum sanctum, spiritum Christi qui per Christum detur,* à patte procedens, & quæ filij sunt accipiens. *Et BB. Athanasij, Basilij, Chrysostomi, Cyrilli, Maximi aliorumque Orientalis Ecclesiæ testimonia adferentibus* Spiritum sanctum à Patre *& filio procedere, quæ in tutor septima & octaua sessione Concilij Florentini aduersus Græcos. Atque testimonia BB. Hier. quæst. 9. ad Hedibiam, & Augustini pluribus in locis, superfedeo; quòd Latinæ Ecclesiæ sententiam sic exprimat Auctor libri de fide ad Petram, quantum opinor, Beatus Eulgentius: Firmissimè tene, & nullatenus dubita, eundem Spiritum sanctum, qui patris & filij vnus est Spiritus, de Patre & filio procedere. Dicit enim filius: Quum venerit spiritus veritatis, qui à Patre procedit, vbi sanè Spiritum sanctum esse docuit, quia ipse est veritas. De filio quoque procedere Spiritum sanctum Prophetia & Apostolica doctrina commendat. Isaias enim dicit de filio: Percutiet terrá virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. De quo & Apostolus ait: Quem interficerit Dominus Iesus spiritu oris sui. Aly idipsum comprobant ex ille Ioan. 16. Quum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis. Omnia quæcumque habet pater mea sunt; propterea dixi, quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis. Illud enim: de meo accipiet, & adnuntiabit vobis de processione Spiritus sancti ex filio interpretantur, non modò Patres Latini, sed etiam ex Græcis Beatus Didymus libro de Spiritu sancto, Beatus Epiphanius in Ancorato, & Beatus Athanasius Epistola ad Serapionem. Atque eodem pertinet etiam illud Gal. 4. Quoniam autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba Pater. Quì plura desiderat, videat librum B. Anselmi De processione Spiritus sancti ex Patre & filio, & dictum Concilium Florentinum aduersus Græcos.*

Cap. 12.

61. Hanc me regulam professum, &c.] *Inscriptionem huius capitis secimus:* Quòd alius dicatur Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud. *Quò adludit, & partim ad ea 12. mox citandum, Auctor infrà cap. 21. hic verbis:* Alium autem quomodo prædicamus, sæpè iam & didimus. *nempè:* non eundem; dispositione alium, non diuisione. *Sicuti etiam capite 23.* Sed iam præmissimus quomodo alium.

62. Filius verò deriuatio, &c.] *Reflè adnotauit ad marginem Rhenan. cauté hic legi debere Tertullianum, vt potè qui quum iam dudum ante hæresin Ario scripserit non nisi quædeo verba sua tentauuerit. Sententia verò eius, quòd essa dem sint substantiæ Pater & filius & Spiritus sanctus, manifestà fit tum ex præcedentibus, tum ex sequentibus huius libri capitibus. Taleest illud suprà cap. 2.* vnius autè substantiæ, & vnius status, & vnius potestatis, quia vnus Deus. *Item illud cap. 8.* Prolatum dicimus filium à Patre, sed non separatum; *Et quod hoc ipsse c. pramittitur:* non tamen diuerstate alium filium à Patre, sed distributione; nec diuisione alium, sed distinctione. *Quod ipsum, huc adludens, clarius dixit infrà cap. 12.* Alium autem quomodo accipere debeas iam professus sum; potestone non substantiæ nonnine, ad distinctionem, non ad diuisionem. Ceterùm vbiq; teneo vnã substantiam in tribus cohærentibus. *Eadè pertinet quod habet in calce c. 13.* & solem & radio eius, tam duas res & duas species vnius & indiuisæ substantiæ numerabo, quàm Deum & sermonem eius, quàm Patrem & filium. *Denique quod habet c. 19.* Pater & filius duo, non ex separatione substantiæ, sed ex dispositione.

63. & alium aduocatum mittet vobis, &c.] *Latinè aduocatum expressit, quod Græcè est* παράκλητον, *omisso interim illo intermedio, Ioan. 14. vt maneat vobiscum in æternum.*

Cap. x.

64. Ita aut patet aut filius est, &c.] *Caput hoc inscripsimus* Non potuisse patrem seipsum facisse filium, aduersus Monarchianos, eo quòd correlatiua sint Pater & filius.

65. Monarchiani isti, &c.] *Hoc nomine adpellat sectatores quosdam Praxeæ, qui quum ex scripturis conuincerentur, de Patre & filij nominibus diuersis;* vanissimè, ipse se pater (*inquiunt*) filium fecit. *Verùm pulcrè id refutat Auctor hic & 11. capitibus. Ita autem eos appellat, quod (sicuti suprà dictum est c. 1.) per μονάρχιαν Dei, trinitatem personarum excludere contenderent. Atque rectè Auctor cap. 8.* Trinitas (*inquit*) & Monarchiæ nihil obstrepit, & οἰκονομίαν statum protegit. *Contra quæ Ironicè ita rursum agit infra cap. 27. quum dicit:* Talem monarchiam apud Valentinum fortasse didicerunt, &c. *Et proinde benè concludit Auctor cap. 30.* Hic interim acceptum à patte munus effudit spiritum sanctum, *&c.* vnius prædicatorem monarchiæ, sed & œconomiæ interpretatorem. *Denique contra eos dem est & illud cap. vlt.* Videritigitur Antichristi, qui negant Patrem & filium. Negant enim pattem, dum eundem filium dicunt.

66. Sed nihil Deo difficile, &c.] *Sunt hæc verba* Monarchianorum *vsque.* Planè nihil Deo difficile. *Atque:* & impossibilia apud seculum, possibilia apud Deum, *&t. Paraphrastes transfert Auctor, pro eo quod est Matth. 19. impossi-*

bilia apud homines. Castigandum autem ex vno Vatic. MS. cod. vt confundat sapientiam, *quia sic vbique legit Auctor illud* 1. *Cor.*2. *Supplemus verò tum ex Hirsaugiensi codice, tum ex quod allegat Rhem. tum ex MS.* 3. *Vatic. cod.* Potuit si voluisset, ita saluus sim, *&c.*

Cap. xi.

67. Probare autem tam apertè debebis ex scripturis, &c.] *Tuum capiti hunc dedimus:* Quòd in scripturis Pater & filius distinctè pronuntientur.

68. Eructauit cor meum, &c.] *Tum hic, tum postea ter, lego prorsus:* Eructauit, *iuxta* 2. *MS. cod. Vatic. pro:* Eructauuit, *quod illud legant additones Psalmorum Latinæ omnes Psal.*44. *& alibi vbique Tertullianum cum locum citans. Suæ autem legauit Psalmo* 2. ego hodie generaui te, *eum excus. sine:* genui, *tum cum* 3. *Vatic. MS. cod. non refers. Distinximus verò per Parenthesses nonas, tum illud Psal.* Ante luciferum generaui, *tum illud Sap.*8. Et: Dominus condidit, *&c.*

69. Ecce filius meus quem elegi, &c. *Citat hunc locum Isai.*42. *non sicuti apud LXX. hodie legitur, sed iuxta quod citatur Matth.*12. *praterquàm quòd more suo vertat* ; in quem benè sensit, *quòd Græce ipse* ὃν εὐδόκησα. *In reliquo duobus testimonijs Isai.*49. *&* 61. *consentit cum LXX. præterquàm quòd legat:* ad Euangelizandum hominibus, *pro eo quod supra lib.* 4. *adu. Marc. c.*14. ad euangelizandum pauperibus. *Quod quum legant LXX. Græce & Latinè, & Patres omnes, putarim etiam hic sic legi debere; sed nihil immutaui, quòd illud legant etiam MS.*3. *Vatic. codices.*

70. Ne dereliqueris me, donec adnuntiem, &c.] *Hic aliam ordinem versuum habuit exemplar Psal.* 70. *Auctoris, quàm in hodierno codicibus, vbi neum versu est:* Donec adnuntiem, *&c. Deinde ex Psalm.*3. *vertit:* qui cumprimunt me, *pro eo quod aly:* tribulant.

71. Sed & omnes penè Psalmi, &c.] *Insignè locum contra Iudæizantes, qui Psalmos ad litteram, de Davide, aut illis quorum habent inscriptionem in titulis, malunt intelligere, quàm de Christo, quum contrà Auctor hic asserat:* Omnes penè Psalmos Christi personam sustinere, *Atqui iterum habes vocem Tertullianicam:* retractatibus.

Cap. xii.

72. Si te adhuc numerus scandalizat, &c.] *Hinc capiti inscriptionem fecimus:* Hanc personatum distinctionem in diuinis, etiam probari ex hominis creatione, in qua pluralitet Deus loquitur. *Atqui ipsum locum, & id quod supra habetur lib. de Resurrect. carn. cap.* 6. *omittatur est B. Augustin. li.*3. *de Genesi ad litt. cap.*19. *& serm.*3. *Dominicæ infra Octauas Epiphaniæ; & post illum B. Fulgentium lib. de fide ad Petrum, in explicandis similiter verbis Dei, Gen.*1. *sicut & aly Patres, qui de Trinitate scripserunt. Hoc peculiare Auctori, quòd idipsum probet ex verbis illis Gen.* Ecce Adam factus est tamquam vnus ex nobis.

73. Denique sequens scriptura, &c.] Sequens, *non quòd sequatur in Gen. qua inuenitur Gen.*1. *sed intelligat verba scripturæ qua hic sequuntur, iuxta quod ex præcitato loco lib. de Resurr. carnis suppleuimus:* Et fecit Deus hominem, *&c. Peculiare vero est ipsi illud Auctori, quòd de Christi luce vera interpretetur illud etiam Gen.*1. Et dixit Deus, fiat lux. *Atqui vox Tertullianica est:* mundialis.

74. Alium autem quomodo accipere debeas, &c.] *Adludit ad ea quæ docuit supra cap.*9.

Cap. xiii.

75. Ergo, inquis, si Deus dixit, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Quòd eiam filius in scripturis subinde loci occurrant, vbi bis: Deus legitur, & nomen Domini in duobus; non tamen propterea duo Dei aut Domini prædicantur. *Sic enim etiam hic lego, pro:* Dij. *Ex isto autem partem sumptum videtur illud Symbolis Athanasij: Deus Pater, Deus filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Ita Dominus pater, Dominus filius, Dominus Spiritus sanctus. Et tamen non tres tres Domini, sed vnus dominus; maxime quum idipsum sit iterum repetat; hoc caput citans supra cap.*18. *&* 19.

76. Et Sabain, inquit, viri elati, &c.] *Sic ex Græca voce* εὐβαΐτης *conformiter Hebraæ & Chaldaicæ adsistimus castigatum pro:* Seboin. *Quibus in verbis Isai.*45. *aliquot verba præermittit, fortassis quòd ad insistentium non faceret.*

77. Sed & nomen Domini in duobus lego, &c.] *Similes scripturas adfert, vbi* nomen Domini in duobus legitur, *Psal.*105. *Isai.*53. *& Gen.*19. *Atqui nec legimus, & suppleuimus verba, qua citat ex Psalm.*81. Ego dixi, vos Dei estis, & filij altissimi, &c: Stetit Deus in Ecclesia Deorum.

78. Paracleti non hominum discipuli, &c.] *Sentit (vt in Ecclesia adnotauit Rhenan.) de Paracleto nouæ Prophetiæ. Iactabant verò Montanistæ auctores, se non hominum discipulos, sed Paracleti. Supplemus autem mox ex* 3. *Vatic. MS. cod.* & Spiritus sanctus Deus, *ac legimus:* Dei, *pro:* Dij, *ac omisso ad intermedes,* nomen Dei & Domini. *Atqui sibi:* Nemo enim alius, præter, vnus, *iterum accipitur ab Auctore* ; præter, *pro:* præterquam. *Est verò etiam Tertullianicum:* cultores vnius, & plurimæ diuinitatis.

79. iurantibus statim per Deos & Dominos, vt quidam hæretici, &c.] *Intelligere Auctorem* Gnosticos, *vel inde patet, quòd subiungat:* quorum Dei *sic eos iterum ex MS.* 3. *Vatic. lego, pro:* Dij) plures, *quod in Valentinianos Gnosticorum coryphæos competere, supra, ex libro aduersus eosdem detexeramus Deorum Æonum, manifestum est.*

80. sed Apostolum sequar, &c.] *Adludit Auctor ad illud Apostoli:* Gratia vobis & pax à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo, *in ipso Epistolarum suarum, iuxta quod supra Auctor ipse adnotauit lib.*5. *adu. Marc. cap.*5. titulum communem esse & eundem in Epistolis omnibus ; *quod confirmat lectionem emendatiorem eodicum Latinorum, qui conformiter Græce & Syriaco exemplaribus vbique hoc legunt, præterquam in Epist. ad Hebræos ; quam Auctor infra lib de Pudicitia. Tom.*5. *malint Barnabæ adscribere quàm Paulo, sicuti ibi deo latius.*

81. Solùm autem Christum potero Deum dicere, &c.] Solum *hic accipi videtur aduersus hæreticos, pro:* solummodo, *siue scorsum, quod mox vsurpat dicens:* Nam & solis radium seorsum solem vocabo.

82. Ex quibus Christus, &c.] *Omittit hic iterum intermedium Rom.*9. *secundum carnem, quòd hoc ad humanitatem Christi confirmandam potius faceret. Atqui ad testimonium, quòd* Deus Christus, *citant hanc ipsam scripturam B. Cyprian. lib.* 2. *Testim. aduersus Iudæos, cap.*6. *& Nouatianus infrà Tom.*5. *lib. de Trinitate, B. Ambros. & Græci omnes in eius loci commentarijs: quare Valesij Erasmus, qui alicubi docuit hunc locũ Apostolis sic posuisse distinguis: Qui est super omnia, & deinde: Benedictus Deus, vt hoc de Patre intelligatur, quum obstet prorsus lectio Auctoris:* qui est Deus super omnia benedictus in æuum omne; *quod postremum more suo vertit, pro eo quod aly: in sæcula, tum hic, tum infrà cap.*15.

Cap. xiiii.

83. Adhuc & illa nobis regula adsistit, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Probari adhuc diuersos Patrem & filiũ, quòd ille inuisibilis, hic verò visibilis, ex veteris Testamenti scripturis.

84. Non enim videbit homo faciem meam & viuet, &c.] *Scripturas has, citassas (maximè Exod.* 33. *& Numer.*12.) *ad idem insistentem habes Tom.*2. *lib. aduersus Iudæos, capite.*9. num. 115. *& supra libro* 2. *aduersus Marcion. capite* 27. *numero* 189. *& libro* 4. *capite* 22. *numero* 341. *sed hic multo latius explicatas. Quum autem tribus hisce posterioribus locis, & rursum sequ. capite* 15. *constanter legat in futuro:* videbit me & viuet *ibi solum paraphrastè dixit in præterito:* Deum nemo vidit & vixit.

85. Nam

85. Nam Patriatcha, &c.] *Scripturarum loca ad marginem adnotauimus. Est verò Tertullianicum* : pro modulo. *Sunt autem verba Praxeanorum* : Hîc ex diuerso, *&c. vsque* : Sed diximus; *&*: Quòd fi filius *&c. vsque*: Quaſi non expoſitio, *&c. vbi legimus prorſus ex coniectura Harriſij Angli*: patre ſepoſito in ſua inuiſibilitate, *pro*: viſibilitate.

86. viſibilem autem fuiſſe ante carnem, &c.] *Hic expliciat quo ſenſu dixerit locis citatis num. 84. & cap. ſequenti 15.* filium Dei ſemper viſum; nempe: in ſpeculo, ænigmate, viſione, & ſomnio; *quod ipſum iterum repetit cap. 16. Verum de hoc latiùs inter Prolegomena; vbi eum defendemus à paradoxo Maximini Arſani, quod quidam ipſi impingunt.*

87. Igitur quum Moyſi ſeruat conſpectum ſuum, *&c.* in futurum, &c.] Adimpletum iſtud eſſe in montis ſeceſſu, quum legimus, viſum cum Chriſto Moyſen colloquentem, *Luc. 9. etiam ſuprà docuit Auctor lib. 4. aduerſus Marcion. cap. 22. Caſtigamus autem paulopoſt ex 3. Vatican. MS. cod.* quam, quia videret, non deſideraret, *pro*: ſi videret.

88. Faciem autem ſuam, dicit inuiſibilem patrem, &c.] *Iſtud adfert Auctor ſuæ quam argumentum Praxeanorum; nam & refutat verbo illis*: Quis enim patet? *&c. oſtendens* filium *potius faciem* patris *dici debere, ideſt, ex ſcriptura Threnor. 4.* Spiritus perſonæ [*quam iterum bîc verſit, pro* facie] eius Chriſtus Dominus, *de qua latè ſupra lib. 3. aduerſus Marcionem capite 6. numero 30. Atqui illud*: caput Chriſti Deus; *inuenitur 1. Cor. 11.*

Cap. xv.

89. Si hunc articulum, &c.] *Caput hoc inſcriptiſſimus*: Deum patrem inuiſibilem, filium verò viſibilem, etiam ſcripturis noui Teſtamenti probari. *Neceſſariò autem caſtigauimus*: Deum nûquam viſum, *ex quod explicet illud Ioan. 1. & Ioan. 4.* Deum nemo vidit vmquam, *pro*: Dominum. *Sicuti etiam mox*: Sed nec videre poteſt, *pro*: videri, *eo quòd illud legatur 1. Tim. 6. & infrà quoque ab Auctore paulopoſt, & rurſum ſequenti.*

90. Iidem ipſi Apoſtoli, &c.] Apoſtolis *plurali numero adcribuit, quod ſolus Ioannes ſcribit Epiſt. 1. cap. 1. & mox citatur; ea de cauſſa quantum apparet, quòd pluraliter ille dixerit*: Quod vidimus, quod audiuimus, oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt, de ſermone vitæ. *Vbi & rurſum paulopoſt verborum ordinem immutat Auctor, quum legatur hodie & Græcè & Latinè*: *quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt. Supplemus autem ex Vatic. 3. MS. cod.* ſi, *&c.* Chriſtus & pater & filius. *Porrò ſunt verba Praxeanorum*: Rectè vtrumque dictum, *&c. vſque*: Atquin ſi idem. *Supplemus rurſum ex MS. Vatic. 3. cod. ad* diſtinguendum, *& eum interrogandi notam legimus*: Quem Deum? *ac paulopoſt*: Oſtendit & ipſe viſibilem Dei filium, *pro*: Domini, *ex vno Vatic. MS. cod. cum ſæuent & veteri duo legentes*: Deum.

91. Regi autem ſeculorum, immortali, inuiſibili, ſoli Deo, &c.] *Hîc adnotatu dignum, quòd non modò BB. Ambroſ. Hieron. & Auguſt. hunc locum Apoſtoli 1. Timoth. 1. citantes, ſed & hic Auctor, non aliud legant quàm*: ſoli Deo; *ex quo colligitur, quod quidam ex Græcis hodiernis exemplaribus interpolauerint*: ſapienti, *adiectum eſſe ex calce Epiſt. ad Rom. Quare etiam in illo nimis libera Clarij caſtigatio.*

92. quamquam & illam neque ipſe ſine periculo luminis expertus eſt, &c.] *Alludit ad illud quod Act. 9. legitur de Apoſtolo Paulo*: *quòd apertis oculis nihil videbat, & erat ibi tribus diebus nihil videns, poſquàm vocem Ieſu audiuit; quem & vidiſſe traditur, raptum ad tertium cælum, ipſe teſtes 2. Cor. 12.*

93. Neque Petrus & Ioannes, & Iacobus ſine irratione & amentia, &c.] *Prorſus ſic caſtigandus hic locus, pro*: rationis & amentia. *Pro quo facit, quòd Rhenan. teſte quidam codices olim legerint, quemodo & MS. 3. Vatic. cod.* ratione & amentia. *Cuius quidem lectionis hæc ab illo traditur interpretatio*: ſine ratione, *ſine certa ratione & modo, & id eſt*, amentia; *verum non ſatisfacit mihi, ſicuti nec illa eius contectura, vt legatur*: cetatione. *Eſt enim vocula Africana & obſoleta*: ittatione, *vt poteſt à qua derivetur: irrationale. Proinde exſtimo, etiam ſuprà (quod ibi non animaduerti) lib. 4. adu. Marc. 22.* (*vbi expliciat idipſum illud quod hîc Luc. 9.* Sed neſciens quid dicerat) *debere legi*: Quomodo neſciens? vtrum ſimplici errore, an irratione; quam defendimus, in cauſſa nouæ Prophetiæ, gratiæ ceſſatio, id eſt amentiam conuenire. *Atqui de Ceſſatione, quam toties inculcat, & ſubinde* amentiam *interpretatur Auctor, infrà latiùs Tom. 4. ad fragmenta libri de Ceſſatione.*

Cap. xvi.

94. Neque tutes, ſola opera mundi per filium facta, &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus*: Non ſola opera mundi per filium facta, ſed & quæ extinde à Deo ſunt geſta.

95. & omnia tradidit in manu eius, &c.] *Omninò ſic caſtigandum, pro*: in ſinu eius, *quòd illud legatur Ioan. 3. & Auctore, tum paulopoſt, tum infrà c. 21. vbi de ea ſcripturæ loco latiùs.*

96. cui data eſt omnis poteſtas à patre in cœlis, & in terra, &c.] *In his verbis Matth. 28. variat ab aliis, quòd legat*: in cœlis, *pro*: in cœlo. *Caſtigamus autem mox*: Dominus à Domino, *pro*: Deus à Deo, *tum quòd illud legatur Gen. 19. tum quòd ſuprà cap. 13. eam ſcripturam illo verbi adfert, ad comprobandum quòd* nomen Domini in duobus dicatur.

97. ſemper ediſcebat, &c.] *Sic, inquit Rhenanus, libro de Carne Chriſti, c. 6.* Et liberare & iudicare humanum genus ediſcebat in carnis habitu, non natæ adhuc. *Rurſum libro de Reſurrectione carnis cap. 59.* Immunitatẽ carnis ediſcunt, *& hic mox*; ediſcebat autem, *ac libro ad Martyras, capite 3.* Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati iam ediſcunt.

98. & Deus in terris cum hominibus conuerſari non alius poruit quàm ſermo, &c.] *Sic ſupplemus hunc locum, qui inuinitur Baruch. 3. vbi omiſit quod hodie Græcè & Latinè eſt intermedium: viſus eſt.*

99. Interrogans Adam quaſi neſciens, &c.] *De huius loci intellectu vide ſuprà lib. 2. adu. Marc. cap. 25. vbi quum neget interrogatorio modo legendum*: Adam vbi es? *etiam hîc emiſſionem interrogationis notam. Dr* Pœnitentia *etiam* Dei *quomodo intelligenda, ciuſdem l. c. 24. Quare & hîc de Marcionitis ſubiungit*: Et ſi qua hæretici adprehẽdunt quaſi Deo indigna. *Sine autem legas mox*: quæ tu ipſi patri inducis, *cum exc. cod. ſine cum 3. Vatic. cod. MS.* tu ipſe; *prorſus eſt. Eadem ratio ſeu lega cum exc.* qui coronabatur gloria & honore (*quemodo ſoles ſerè legere Auctor & hodierna additiones Pſalmi 8.*) *ſine tum 3. MS. Vatic. cod.* gloriam & honorem.

100. Cæterum quale eſt, vt Deus omnipotens ille inuiſibilis, &c.] *Locos ſcripturæ ad quos hæc adludit, recens ad marginem adnotauimus; in quibus quum nihil differat Auctor à reliquis, pergimus ad ſequentia. De Proverbiali verò formula*: extrema linea *vide noſtra Prolegomena.*

101. refrigeratuerit, &c.] Refrigerate, *inquit Rhenanus, abſolutè, ceu ſuprà frequenter. Legimus autem mox ex Vatic. 1. MS. cod.* in monumento Ioſeph, *pro*: in monumentis, *quòd vnum fuerit illud, non plura, ſicuti patet Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. & Ioan. 19.*

102. aduerſus Prophetam dicentem: Deus æternus non non ſitiet, nec eſuriet omninò, &c.] *Hæc ad maiorem loci huius intellectum Parentheſi includimus, ne illud*: & ita vnum Deum, *&c. ad præcedentem persodum referatur. Locum verò ſcripturæ hîc citatum relinquimus inquiſitionis ſedulæ Lectoris.*

Cap. xvii.

103; Quæ per filium geſta ſunt, &c.] *Capiti huic inſcriptionem dedimus*: Quòd nomina Patris: Deus omnipotens, altiſſimus, Dominus virtutum, Rex Iſraëlis, etiam filio

competant.

104. Condicente etiam scriptura, &c.] Condicere (*inquit Rhenanus*) *nusquam accipit, pro similiter dicere, vel adsentiri. Est verò satis obscurum illud*: Et nomen Patris: Deus omnipotens, *&c. sed explicat Auctor quam citatus Scripturam*: Ego veni in Patris mei nomine.

105. Rex Israëlis, &c.] *Hic ad marginem adnotauimus Isaia 44. quantumuis hodie apud LXX. legatur*: Deus Israël. *quia Lactantius lib. 4. 12. ad idem institutum Auctorem sic citat. sic dicit*: Deus Rex Israël *& qui seruit eum Deus aeternus vnde de patet olim aliud lectum fuisse apud LXX. Atqui nonnasperiudes hic distinximus*: Suo iure, *&c.* Altissimus, *&c.* Dominus virtutum, *&c.* Rex Israëlis, *&c.*

Cap. xviii.

106. Sed hanc societatem; &c.] *Hoc caput inserpisimus*: Nihil obstare scripturas, de vnico Deo, quia filium non excludant, sed plures Deos, *&c.*

107. Vt suprà ostendimus, &c.] *Nempe cap. 13. Distinximus etiam ibi nonam periodum*: Filium nominari ab ea constat.

108. & absque eo alius non est, &c.] *Quum similia reperiantur Isai. 42. 44. & 45. tamen hic citari cap. 45. patet ex eo quod subiungit*: Denique inspice sequentia, *&c. Ibi enim post illud*: & absque me non est Deus, *statim connectitur ad idolorum factitatores atque cultores, verbis ab Auctore citatis suprà Tom 2. lib. de Idol. cap. 4.*

109. Factitatores, &c.] *Astè, inquit Rhenanus, admonuimus, nempe in scholijs libri aduersus Hermogenem, vocabulo* factitatoris *Tertullianum intelligere falsarium, vt factitationem factionem, &* factitare, *esse illi facere.*

110. Etiam propter hæreticos, &c.] *Quod hic habet* hæreticos verbis idola fabricati, *explicat Auctoris sententiam, & aliorum Patrum, qui Scripturas de Idololatria etiam ad haereticos interpretantur, sicuti suprà lib. adu. Gnosticos cap. 2. & 3. & apertius lib. de Praescrip. aduers. haeret. cap. 40. vbi dicit ab idolatria non distare haereses, de quo ibi latius num. 254. & libro nostro propediem in lucem edendo, De non admittendis in vna Rep. Religionibus diuersis.*

111. Filio pater procurabat, &c.] *Sic saepè loquitur, inquit Rhenanus, vt lib. 1. aduers. Marc. cap. 25.* Æmulatio autem liberando homini procura.

Cap. xix.

112. Quin & hoc dictum eius, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quòd similiter intelligi debeat illud: extendi cœlum solus. *Cui similia habet suprà lib. aduers. Hermog. citans ipsud Isai. 44. cap. 6. num. 27. Item quod sequitur ex Scriptura, Prou 8. c. 18. num. 60. ex Apostolo, 1. Cor. 2. ibidem num. 59. & ex Psal. 32. cap. 45. num. 154.*

113. aduersus coniectutas hæreticorum, qui mundum, &c.] *Notat, inquit Rhenanus, Valentini anes, & alios similes, quos recensuit suprà Auctor lib. de Praescript. aduers. haeret. nempè* Simonem Samaritam, *de quo ibi cap. 46. haeres 1. num. 301.* Basilidem, *haeres. 4. num. 304.* Carpocratem *eiusdem l. c. 48. haer. 9. num. 311.* Cerinthum, *haer. 10. num. 312. &* Valentinum, *cap. 49. haer. 12. num. 315. Cui, & Valentinianis peculiare est illud quod hic sequitur*: qui & ipsum creatorem aut angelum faciunt, aut ad alia quæ extrinsecus, vt opera mundi, ignorantem quoque subornatum volunt, *sicuti patet lib. adu. Valentin. cap. 18. 19. & 20.*

114. quum pararet cœlos, ego aderam illi simul, &c.] *Sic locum hunc suppleumus ex aliis auctoru locis, & ipso Salomone, Prouerb. 8. Atqui recte interpretatur Rhenan. illud*: vtique præter Sophiam fuit, *aeo dicat*: quum *Paulus dicit*: quis *illi consilio fuit, intelligit*: quis *praeter Sophiam consilio fuit. Porrò cæli animum ex Vatic. 3. MS. (sicuti alibi solet Auctor citare ex Psal. 32.)* & spiritu eius omnes virtutes eorum, *pro*: omnis virtus.

115. Atque adeò statim de filio loquitur, &c.] *Habes primum huius scripturae Isai. 44. partem, & posteriorem separatim suprà alicubi citatam lib. 4. aduers. Marc. c. 25. vbi de ea latius. Quod sequitur*: Ego primus, *&c. desumpsit ex Isaiae cap. 41.*

116. ostendimus etiam duos Deos, &c.] *Suprà, nempe c. 13. Sine autem legas*: scandalizentur *cum extinf. sine* scandalizarentur *cum MS. Vatic. cod. perinde est. Ex quibus iterum restituo*: Dei, *pro*: Dij.

Cap. xx.

117. Sed argumentationibus eorum, &c.] *Capiti huic inscriptionem fecimus*: Quòd pro monarchianis nihil faciant loci ex Ioan. 14. *Verum de hu infra latius cap. 24. quo Lectionem remittere videtur, dum praemittit alios locos omnes Christi in eodem Euangelio, vbi partis & filij distincta fit mentio: inxta Canonem obseruâ dum in explicatione scripturarum, quum* oportet secundum plura intelligi pauciora.

118. sed propriùm hoc est omnium hæreticorum, &c.] *Peculiare hic adscribit haereticis, quòd*: pauca aduersus plura defendunt *quòd verò idem*: posteriora aduersus priora suscipiunt, *habes suprà tractatum l. b. de Praescrip. aduersus haeret. cap. 29. 30. & 31. De* Regula *autem* fidei, *ibidem cap. 13. ad quam adludit, quum subiungit* (*sicuti recens. supplemimus ex MS.*) Regula autem omni rei semper ab initio constituta, *&c.*

Cap. xxi.

119. Aspice itaque quanta præscribam tibi, &c.] *Inserpisimus hoc capu.*: Præscribi aduersus eos, ex Euangelij Ioannis prioti parte vsque ad cap. vii. vbi distinguuntur pater & filius. *Atqui quanta interpretatur Rhenanus, quam multa, vti & in superioribus non semel.*

120. In principio erat sermo, &c.] *De huius scripturae Ioan. 1. vere intellectu vide suprà lib. aduersf. Hermogenem cap. 19. nu. 66. &. 67. & cap. 20. num. 72. sicuti etiam alicubi de magna vsitata Veteribus distinctione, quam vbique Auctor sequitur*: & sine ipso factum est nihil. *Sunt autem Tertullianica.*: quâ Dei filius, non quâ Pater.

121. Alium autem quomodo prædicamus, *sæpè iam* zdidimus, &c.] *Praeterquàm quòd ipsud ex proposito tractauerit Auctor suprà cap. 9. etiam alicubi suprà non semel illuc adlusit. hinc est quod dicat*: sæpè iam zdidimus.

122. Hic ergo factus est caro, &c.] *Transit ad alia verba Ioan. 1. in quibus vocem Graecam μονογενὴς modo vertit*: vnici, coniungens illud à patre, *non vero id referens ad*: gloriam; *modò* vnus. *nam prorsus caste iudicandum est*: Hic vnus (*pro* vnius) *sinum* patris disseruit. *In hoc solo ibi differens ab aliis qui legunt*: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse disseruit, *immò & ipse suprà cap. 15.*

123. Hoc eum Nathanael statim sensit, &c.] *Iuxta MS. 3. Vatic. cod. iterum restituimus*: eum, *pro eo quod ex sola Germanici codice Rhenanus substituerat*: enim; *pulchrè enim reddatur prorsi lectionis sensus*: Hoc, *id est filium De*, eum, *nempè Christum*, Nathanaël statim sensit, *&c. Inclusimus autem parenthesi illud*: (quod & patrem senserat.)

124. Quum in templum introijt, &c.) *Hoc vnicum testimonium desumpsit ex cap. 2. Ioan. adludens ad illud*: Nosse fatre ædem patris mei, *ædem negotiationis.*

125. Quum ad Nicodemum dicit: Ita dilexit Deus mundum, &c.) *Praetermisimus vsem*: inquit, *superfluam, eo quod praecedat*: dicit. *Transit autem ad verba Christi, Ioan. 3. ad* Nicodemum *prolata*; *qua sententia Auctoru placet magis, quàm quod Erasmus adnotat esse haec Euangelista verba. In quibus, sicuti Auctor, sic etiam ex Syriace Interpres vertit*: vt filium suum vnicum dedetit, *pro eo quod vulgatus Latinus Interpres*: daret. *ad vtrumque est antepositus phrasis Graeca*, ὥστε *&c. addatur. Est verò etiam hic adnotanda versio Auctoru*: vt saluus sit mundus per eum, *pro quo Erasmus, Ciceroniacè scilicet*: vt seruetur; *quia vox Graeca σωθῆναι* saluum *plus aliquid significat, vti ita malè libi adnotauimus.*

126. Ioannes autem, quum interrogaretur, &c.] Ioannem *Baptistam intelligit, cuius sunt verba etiam Ioan. 3. quæ sequuntur*: Pater diligit Filium, *&c. sic enim castigauimus, pro*: dilexit, *quod illud non modo Græce, Syriace, & Latine, legatur ab omnibus, sed etiam ab Auctore supra cap. 26. Quomodo etiam hu*: credit, *pro*: credidit, *eo quod aliqs etiã correspondeat B. Cyprian. lib. 2. Testim. aduers. Iud. cap. 27. qui etiam legit*, manebit, *in quo consentiunt Græci & Syrus codices. At in eo differt Auctor, quòd vertat*: non videbit Deum, *pro*: vitam.

127. Quem verò Samaritiidi ostendit, &c.] *Ad c. 4. Ioan. transitum facit. Adludent ad illud, vbi* Samaritidi *dicens*: *Scio quia* Messias *venit* qui dicitur Christus, *se* ostendit, *dicens*: *Ego sum qui loquor tecum. Consentit autem Vulgatæ interpres multis*: ad discipulos, *quod vertit*: vt consummem opus eius, *pro eo quod alij*: &c.

128. Et ad Iudæos de Paralytici sanitate, &c.] *Hîc omnia penè verba Christi sup. 5. Ioan. etiat Auctor quæ post* Paralytici sanitatem *ab eo dicta sunt, qui* 38. *annos habebat in infirmitate sua. Inquibus imprimis castigauimus*: nisi videritpatrem facientem, *pro*: videat, *quod illud legatur, non modo ab omnibus, sed & Auctore supra cap. 15. Item* maiora illis opera *quia Græcè est*, μείζονα τούτων *& correspondet Syra interpretatio, retinentes eum sum*: ita & filius quos vult vitificat; & transit de morte in vitam, *pro eo quod alij*: transiet, *aut*: transijt; *eo quod etiam Codex Autem Donatianus Latinus illud legat. Vsitat autem ab aliis Auctor, tum quod legat damnatus*: Neq; enim pater iudicat, *pro eo quod B. Cypr. ex Græco*: *Nihil enim pater iudicat, lib. 3. Testim. ad Quirin. c. 33. & noster Latinus ac Syrus Interpres*: *Non enim pater iudicat quemquam, tum quod addat hu*: æternam, *quum ceteri eorum nemo id inã legat, quam* : sicut enim pater habet vitam in semetipso, *ita* & filio dedit vitam habere in semetipso.

129. & iudicium dedit illi facere in posterate, qua filius hominis est, &c.] *MS. 2. Vatic. cod.* quia, *& etiam sic legitur Ioan. 5. verùm qua magis conuenit rel. qua versioni Auctoris, quæ ab aliis prorsus diuersa est; qui vertunt*: & potestatem dedit ei iudicium facere, *qua* filius hominis *est. Quam distinctionem, est à Chrysostomo reiectatur, eo quòd præcellam aperet Paulus Samosatenus*: *tamen eum Auctore sequuntur, & Catholici interpretantur B. Augustinus lib. 20. de ciuit. Dei cap. 6. & Commentarij in Ioannem*; *& quantumuis id negent Erasmus, B. Cyrillus Alexandr. in Comment, aliique Patres retentiores. Aliy malunt distinguere*: *Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Sed prior illa magis recepta est. Atque sequentia sic distinximus iuxta Græcos, Syrum, & Latinos emendatores codices Euangelij Ioannis*: Opera enim quæ pater mihi dedit consummare illa ipsa de me testimonium perhibent, *&c. Retinentes mox*: & non recepistis me, *quãtumuis Græcè & Syriacè, & in Latinis quibusdam exemplaribus sit in præsens*: recipitis; *eo quod illud legat etiam B. Cyprian. lib. 2. Testim. adu. Iud. capite 5. & Rufinus in Symbolum.*

130. Interrogantibus autem quid facere debeant, &c.] *Transit ad verba à Christo prolata Ioan. 6. post miraculum multiplicatorum panum quinque, & duorum piscium, in cibum quinque milium hominum. In quibus sic distinximus iuxta Euangelistam*: Ergo omne quod ei daret pater ad se venire, nec reiecturum se, quia de cœlo descendisset, *&c. Atqui paraphrastice, transtulit vt magis ad institutum faceret*: non vt suam, sed vt patris voluntatem faceret, *pro eo quod aly omnes voluntatem eius qui misit me. Differt etiam inco, quod legat damnatæ*: vitam & resurrectionem consequatur, *pro eo quod ceteri*: *habeat vitam æternam, & eo resuscitabo eum. Desinde quòd vertat*: nisi quem pater adducat, *pro quo & Græcè & Syriacè & Latine hodie vertitur*: *nisi pater traxerit eum. Porro vt sensus constet, mox sic distinximus*: Non quasi patrem aliquis viderit, adijcens & hîc; vt ostenderet, *&c. Denique ex editionibus omnibus castigamus*: Quò (*id est ad quem*) discedemus, *pro*: discedimus? verba vitæ (*vbi omittit* æternæ) habes, *&c.*

Cap. xxii.

131. Cuius autem doctrinam dicit, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Ex eodem Euangelio Ioan. à capite vii. vsque ad capite xi. *Verba eum quæ his erant Christus, prolata fuerunt in templo, festo mediante. Ioan. 7. sicuti etiam illa quæ planè contraria sensu vertit*: Neque me scitis vnde sim: *pro eo quod aly ex Græco ac Syriaco Latino Interpretes*: *Et me scitis, & vnde sim scitis. Atque est ejusmodi sæpe in Euangeliis*: Ego noui illum quia ab illo sum, & ille me misit, *tum quod si legã*: *audiens minet Euangelista, tum quòd sic explicentur ab Auctore*: Non dixit: quia ipse sum, & ipse me misit, sed ille me misit.

132. At vbi se negat esse solum, &c.] *Ad verba Christi capite 8. transitum facit, post historiam de adultera prolatam*; *in quibus nihil ab aly differt vsque ad illud*: Tunc, inquit, cognoscetis quòd ego sim, & à memetipso nihil loquar, *pro eo quod aly omnes ex Græco & Syriaco transferunt*: ego sum, & à memetipso nihil facio, *item*: quia & quæ me misit, mecum est. *Rursus in eo quod legat transfixitis verbum*: quæ, *&*: quod; Ego, inquit, quæ vidi penes patrem meum loquor, & vos quod vidistis penes patrem vestrum, id facitis; *desinde*: quam audiuit à Deo, *pro*: audiui. *Legimus verò*, Et: Si Deus esset, *&c. includentes parenthesi*: (& ramen non separantur, *&c.* vt frutex ex semine.) *Distinguimus iterum*: Et. Si ego me ipse glorificem, *&c.*

133. Item super cæcum illum patris opera dicit se facere oportere, &c.] *In hu verbu Ioannis nono patris, iterum vertit Paraphrastices*, *pro*: *Dei, quod legunt ceteri omnes.*

134. Deinc, cognosci se profiterur à patre, &c.] *Sparsim nunc stant verba Christi Ioan. 10. inter quæ paulò post parenthesi includimus illud*: (vtique Dei, nam vtique in lo- dietnum, *&c.* venturus.) *Bene autem habet quòd vertit eum Vulgatæ interprete Latine*: Loquor, inquit, vobis, *&c. pro eo quod aly*: *locutus sum. Differt autem in hoc, quòd legat*: Patet enim quod nihil dedit, maius est omnibus, *pro quo aly*: qui dedit mihi, maior est omnibus, *& Manu scripti. 3. Vatic. codicet hoc loco*: Pater qui maior est omnibus, dedit mihi.

135. Et: Ego & pater vnum sumus, &c.] *Pulcherrimè lo um hunc eiusdem capitis explicat, vbi stendas nihil facere pro Monarchianis, qui hinc probare nitebantur eundem esse patrem & filium. De proverbio verò*: gradum figere, *vide nostra Prolegomena. Atque in sequentibus eiusdem capitis verbis, placet illa locutionis obscuri verba*: Sitin lege, inquit, scriptum est: Ego dixi; Vos Dei (*si enim legimus pro*: Dij) estis, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos eum blasphemare dicitis, quia dixi (*id enim pro*: dixerat *castigamus*) filius Dei sum?

Cap. xxiii.

136. Posthæc autem Martha filium Dei eum confessa, &c.] *Capit huic interpretem secutus*: Ex eodem Euangelio Ioannis, à capite xi. vsque ad xiiii. *Adiudit autem ad illud capite 11. quia tu es* Christus filius Dei viui; *quod quum a Martha prolatum sit, necessario subjtitui*: Martha, *pro*: Maria. *In verbis verò sequentibus*: Patet (inquit, vtique filius) gratias ago tibi quòd me semper exaudias, *&c. Auctor intermisit verba Christi interpedia*: *quæ me exaudisti, ego autem scebam.*

137. Sed & in contubatione animæ: Et quid dicam? &c.] *Hæc verba c. 12. paraphrastices potius citat quàm adverbum, addens*: verùm, *quis legit*: Verum pater glorificanomẽ

tuum. *Supplemus autem*: Ita & in isto: Glorificaui, & glorificabo ; *vbi omittit vocem: iterum, quam tamen habent ceteri omnes. Atqui nouus periodus fatimus*: Rursus quot personæ, &c. ac: Si pater erat , &c. *Item parentheſi inclusimus* (quia per filium in patrem creditur, & auctoritas credendi filio pater est.)

138. Ante autem solemnitatem Paschæ, &c.] *Hæc verba Ioan. 13. transpositis citat ordine, aliquicum reliquis consentit; legepti etiam cum vulgato Interprete, quantumuis Græcè sit ἐν αὐτῷ* semetipso.

Cap. xxiiii.

139. Erant planè, qui & tunc non intelligerent, &c.] *Non solum nouam periodum, sed & nouum caput hic auspicamur & inscribimus*: Ex eiusdem Ioannis Euangelij cap. xiiii. de verbis ad Philippum prolatis: Qui videt me, videt & patrem, ac: Ego in patre, & pater in me.

140. Domine (enim inquit) non scimus quò eas, &c.] *In hu verbu Thomæ, legit dumtaxat*: & quomodo viam nouimus? *pro eo quod ceteri: possumus viam scire? Varia est etiam lectio Auctoris*: sed abhinc nostis illum, *pro eo quod ex Græco & Syriaco vertitur hodie: cognouistis, & vulgatus Interpres: cognouistis.*

141. Nobis omnes scripturæ, & veteres Christum Dei, &c.] *Adludit ad omnes* scripturas *eas* veteres, *in quibus* Christus Dei *appellatur, vt potè Psal. 2. Isai. 45. Threnor. 4. & Dan. 9. situti suprà adnotauimus ad marginem lib. 3. adu. Marc. cap. 15.*

142. & nouæ filium Dei præfiniunt, &c.] *Scripturas eiuscemodi nouu Testamenti habes initio Euangeliorum Marci, Lucæ, ac Ioannis, & alibi apud eosdem Matth. 4. Act. 2. ac 9. & Epist. ad Rom. Galat. Ephes. & Hebr. Denique & Apocal. 2. Supplemus autem illud*: hoc & à ludæis non credebatur.

143. Qui me videt, videt & patrem, &c.] *Quum suprà t. 20. & mox sit legatur , etiam hic bu castigausmus*: videt, *pro eo quod erat vtrobique*: videt ; *quamquam etiam ex hodiernis codicibus Græci hoc posteriorum vertatur, tamen prater vulgatum Interpretem etiam Syriacus addita illud legit, & B. Irenæus lib. 3. cap. 13. Atqui scripturæ mox citatæ sic distinguimus*: quia; Ego ex Deo exiui & veni , & : Ego sum via. Nemo ad patrem, &c. & : Nemo ad me, &c. & : Omnia mihi, &c. & : Sicut pater, &c. &: Si me cognouistis, &c.

144. ex personæ repræsentatione, &c.] *Quum suprà vbique ferè Auctor* repræsentare *accipiat , pro præsentificere; hic propria significatione vocis vtitur , pro ostensione dumtaxat tamquam rei præsentis ; quemadmodum etiam paulopost*: & vt filius repræsentaret patris haberetur.

145. Non creditis quia ego in patre , & pater in me est, &c.] *Prorsus sic legimus, tum hic, tum paulopost bis, pro*: credis; *tum quod illud legant Græci , Syriacus , & Latini eodices omnes Euangelistæ Ioannis, tum quod etiam ipse Auctor, variam eorumdem verborum iterum repetitorum lectionem indicans sub huius capitis finem*: Atque adeò : credite ait. Quid? Patrem esse? Non puto scriptum esse; sed : Quia ego in patre, & pater in me.

146. Verba , inquit , quæ ego loquor vobis , non sunt mea ; vtique , &c.) *Hic in eo variat , quòd vertat : à meipso non loquor. Bene habet autem , quod etiam Auctor vertat: ἀπ' ἐμαυτοῦ.* Si quo minus.

Cap. xxv.

147. Post Philippum & totam subſtantiam quæstionis istius, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Ex eodem Euangelistæ vsque ad Euangelij finem. *Videtur autem oratio defectiua, vt subintelligatur: videamus* quæ in finē Euangelij perseuerant.

148. Paracletum quoque à Patre se postulaturum, &c.] *Paraphrastice magis quàm ad verbum hæc citat Auctor, adhuc ex cap. 14. Ioan. adludens iterum ad cap. 13. suprà, quum dicit*: sed iam præmissimus quomodo aliùm.

149. Ceterùm de meo sumet, inquit, &c.] *Istud quia de Paracleto loquebatur, interserit ex cap. 16. Ioannis, vnde probet*: connexum patris in filio, & filij in Paracleto , tres efficere cohærentes, alterum ex altero. *Atque , sicuti adnotauimus Rhenanus, est hic defectiua oratio, qualiter in superioribus sæpè locutus est. Subauditur : de eo quod est patris. Sicuti suprà*: Non scitis quòd in patris mei me esse oportet ? *vbi subauditur: rebus.*

150. Et patrem agricolam, &c.] *Hic transit ad cap. 15. adludens ad illud*: & pater meus agricola.

151. Hunc rursus in cœlis, &c.] *Similiter hic ad cap. 17. quum* patri discipulos suos tradit, *dicens : Pater sanctè, serua eos in nomine meo.*

152. Sed & si in isto Euangelio non est reuelatum, &c.] *Rectè id Auctor , quum prius testimonium* : Deus meus , *&c. inuenisset Matth. 28. alterum*: Pater in tuis manibus depono spiritum meum, *Luc. 23. Vbi benè habet, quòd tempore præsenti verterit*: deponо *quantumuis hodie Græci coducei legant in futuro*: θησομαι.

153. Ne, inquit , contigeris me , &c.] *In hoc testimonio Ioan. 20. nihil variat Auctor præterquam quòd vertat*: & dicens eis, *pro eo quod ceteri omnes : dic. Nos verò illud intermedium* (quia & in hoc filium ostendit; Filios enim appellasset illos, si pater fuisset) *parentheſi includimus ; & nouam periodum auspicamur ibi*: Pater ad patrem.

154. Ipsa quoque clausula Euangelij. &c.] Clausulam Euangelij *appellat finem cap. 20. vbi scribitur : Multa & alia signa fecit Iesus, &c. quo confirmat totum sententiam , quo existimant primum hic finiuisse Ioannem suum Euangelium , posteà verò & 21. cap. addidisse tamquam Paralipomena. Quod ipsum tapu agnouisse etiam Auctorem , vel inde patet, quòd suprà lib. de Præscript. aduers. hæret. c. 22. illuc adludat, dicens*, Ioannem dilectissimum Domini, pectori eius incubantem. *Ex eodem B. Cypr. citat illud quod dictum est Petro : Pasce oues meas. epist. 3. ad Cletum Carthagin. quò etiam lib. de Vnit. Eccl. adludat.*

Cap. xxvi.

155. Propter vnum Philippi sermonem , &c.] *Capitis huic inscriptionem fecimus*: Idipsum probari & ex aliis Euangelistis. *Sunt autem verba Præceptorum*: Nempè, inquiunt, filius Dei Deus est, *&c. vsque*: Quem enim, *&c. Atque ea-ſtigamus mox*: Dicens autem spiritus Dei, etsi spiritum Dei, *&c. pro*: etsi spiritus Dei; *quæ sequitur* : tamen non directò Deum nominans; *& ex 3. MS. Vaticano*. Sicut enim Ioanne dicente, *pro*: Sic. *Atqui de Phrasi Patrum , qua* Christum *etiam* Spiritum *appellant vide nostra Prolegomena inter Paradoxa.*

156. & hæc enim subſtantiæ non sunt , &c.] *Respicit, inquit Rhenanus, ad sensum*: & hæc, *id est hæres; alnquis dicendum erat:* & hæ enim subſtantiæ non sunt. *Sic alibi sæpenumero loquitur.*

157. Hoc se & in istis Euangelijs , &c.] *Locos hic ex Luca, Matthæo, & Marco citatos ad marginem adnotauimus, in quibus nihil variat ab aliis. Sine autem lege*: Scimus qui sis, *sine*: quia *perinde est ; & eadem ratio est de lectione exc. cod.* Insulans in spiritu, *& vnius Vatic. MS.* Exultans.

158. & nouissimè mandans vt tingerentur, &c.] *Sic etiam hoc lege more Tertullianeo ; & similiter* : nam nec semel, sed ter ad singula nomina in personas singulas tinguimur. *Atque de trina mersione, vide suprà Adnotat. nostras ad lib. de Baptis. nu. 1. inter reliquas Baptismi ceremonias.*

Cap. xxvii.

159. Et quid ego in tam manifestis moror? &c.] *Caput hoc*

hoc inscripsimus: Contra Praxeanos & Monarchianos facere, quòd Patrem Spiritum dicant, filium carnem.

160. Vndique enim obducti, &c.] Obducti, *inquit Rhenanus*, *id est exoniti*. Obducendi *verbo frequenter vtitur.*

161. diuidcte illos potius quàm vnate, &c.] Vnare, *inquit idem*, *simplex verbum vsurpat*; *vnde nos adunare dicamus*, *& coadunare. Quamquam vero tres MS. Vatic. cod. legant*: vnire, *tamen retinuimus* vnare, *quòd Africanam magis phrasin redoleat.*

162. Talem Monarchiam apud Valentinum, &c.] *Adludit ad cap.* 11. *& 12. lib. aduers. Valent. supri. tum de* Christo *ex primo Monogene edito*, *tum de* Iesu *ex omnibus Aeonibus concinnato. Ibi autem*: Sed & hæc iniectio eorum (*vox Tertullianica*, *pro*: obiectio) ex retractatis iam refuta est, *adludit ad caput præcedens huius libri. Verba verò sunt Praxeanorum*: Ecce, inquiunt, *&c. vsque*: Immò de spiritu Dei dictum est.

163. Quoniam Deus homo natus est, &c.] *In hac scriptura Psal.* 86. *differt ab aliis*, *quòd vertat*: & (*nam eam vinclam supplemus ex MS.* 3. *Vatic. cod. & edit. Lugdunensi*) ædificauit eam voluntate patris, *tum hic*, *tum paulo pòst*, *pro eo quod alij*: ædificauit eam *alrissimum.*

164. Transfiguratio autem intetemptio est pristini, &c.] *Facit huc locus pro transsubstantatione*, *quam Catholici in Sacramento Eucharistiæ adsernnt*, *in assumptione verò humanitatis Christi negant*: *vt patè*, *qui iuxta Symbolum B. Athanasij*: *Vna autem non conuersione diuinitatis in carnem*, *sed assumptione humanitatis in Deum.*

165. Quem si non capit configurari, &c.] Capit, *inquit Rhenanus*, συδίχεται, *id est continge*, *siue vsuiscrit.*

166. ex carne & spiritu mixtura quædam, &c.] *Caute istud debet legi & intelligi*, *eo quòd in dicto Symbolo profitemur*: *Vnus omnino non confusione substantiæ*, *sed vnitate personæ. Verum se explicat Auctor*, *quum paulo pòst adjicit*: secundum vtramque substantiam in sua proprietate distantem, *&c. & maximè illa verba*: Videmus duplicem statum, non confusum, sed coniunctum in vna persona Deum & hominem Iesum; *ac*: salua est vtriusque proprietas substantiæ.

167. vt electrum ex auro & argento, &c.] *De hoc vide supra lib. aduers. Hermog. cap.* 25. *num.* 84. *Vbi ij dem verbi*, *vtitur.*

168. de Christo autem differo, &c.] *Prorsus sic castigamus ex* 3. *Vatic MS. cod. pro*: differo; *nam* differt *tractatum de* Christo *vsque ad proximum caput*; *vbi habes*: Nunc de Christo.

169. & caro passiones suas functa sit, &c.] Fungi, *inquit Rhenanus*, *cum Accusatiuo*; *sicut & alibi frequenter*; *qui etiam adnotauit ad margineni*: patcrent, *accipe pro*: apparerent.

170. Sic & Apostolus etiam, Dei & hominem appellans sequestrem, &c.] *supra lib. de Carne Christi*, *cap.* 15. *transfertur ab Auctore*: Mediator, *qui hîc*: sequester.

Cap. xxviii.

171. Itaque Christum facis patrem, stultissime; &c.] *Titulum hunc capiti imposuimus*: Contra cosdem facere, quòd Patrem Christum, filium Iesum appellari dicerent.

172. vnctus enim significatur; &c.] *Istud latius tractauit Auctor libro de Baptisc. capite* 7. *numero* 50. *& lib.* 3. *aduers. Marc. c.* 15. *nu.* 110.

173. Sed non ita docent Acta Apostolorum in illa exclamatione Ecclesiæ ad Deum, &c.] *Transite ad testimonia ex Actis Apostolorum. Sic verò supplemus ex* 1. *Patic. MS. cod. & 1. edit. ad marg. Sunt enim verba Ecclesiæ quæ sequuntur*: Conuenerunt enim, *&c. supplentes etiam*: filium tuum Iesum, *tum quod legatur Act.* 4. *tum quòd id explicet*, *quum subjecit*: Ita & filium Dei Iesum contestati sunt. *In hoc autem differt ab aliis*, *quòd legat*: vniuersi, *pro eo quod Græce est*, *Syriacè*, *& Latinè*: verè; *consentiens Interpretibus nostro & Syro*, *quòd legat*: in ciuitate ista, *hodie desiderat um in Græco codicibus*; *quare & in hoc improbãda versio Clarij*, *qui id ex contextu Latino crederet non esse versum. Legimus autem ex Vatic. MS.* 3. *& 1. edit. ad marg.* Ergo Iesus idem etit Christus, *pro*: Ergo Dominus.

174. Firmissimè itaq; cognoscat, &c.] *Consentit etiam hîc Auctor cum Interprete vulgato Latino. Act.* 2. *quòd vertat*: Firmissimè, *quemadmodum ille*: *certissimè*; *quum tamen Græce sit* ἀσφαλῶς. *Parenthesi verò includimus* (id est vnctum.)

175. Ioannes autem, etiam mendacem, &c.] *Transitum facit ad Epist. Ioan.* 1. *vbi legitur cap.* 2. *Quis est* mendax, *nisi is*, qui negat quoniam Iesus non est Christus? *& cap.* 5. qui credideit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est; *item. cap.* 3. vt credamus nomini (*sic enim Auctor solet*, *pro*: in nomine) filij eius Iesu Christi.

176. Sic & Paulus vbique Deum patrem ponit, & Dominum nostrum Iesum Christum, &c.] *Præterquàm quòd suprà alicubi* (*mi fallor hoc ipso libro*) *id ipsum habet Auctor*, *& mox repetit*; *etiam hîc duos locos adducit Apostoli Pauli*, *in quorum primo habes amplius quàm hodie legatur Rom.* 1. *in Græco*, *Syro*, *ac Latinis codicibus*: Dominum nostrum, *in altero mihi differt. Sicuti neque in testimonio quod paulopòst citat Ioan.* 20. *Ibi autem*: Et si: Hæc dicit, *&c. subintelligitur*: Etsi legatur, nempe *Isa.* 45.

177. Vti Deus Domini nostri Iesu Christi, &c.] *In hoc loco Apostoli Ephes.* 1. *peculiare est lectio Auctoris*: Spiritum sapientiæ & agnitionis, *pro eo quod alij omnes*: *sapientiæ & reuelationis in agnitione eius. Mirum autem*, *quomodo hic vertat illud Rom.* 8. susciturus est & mortalia corpora vestra, *quis sicut ceteri legat suprà lib.* 5. *adu. Marc.* 14. viuificabit; *ex quo loco & Vatic.* 1. *MS. cod. castigauimus hîc*: vestra, *pro*: nostra.

Cap. xxix.

178. Obmutescat, obmutescat ista blasphemia, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd sufficiat Christum filium Dei mortuum dicere secundum humanam substantiam, Patrem verò non compassum quidem. *Sic autem mox legas cum exeusis*: adiecit, *siue cum MS.* 3. *Vatic. cod.* adjicit, *perinde est. At prorsus supplemus in verbis illis quæ ex persona Praxeanorum pronuntiat*: Ergo inquis, & nos eadem tatione dicentes Patrem, qua vos filium, *&c. & Parentheſi includimus illud* (quia Christus pro nobis maledictio factus est, non pater.)

179. de quo quid capit dici, &c.] Capit, *inquit Rhenanus*, *id est continet*, *Græce* συδίχεται, *vti mox diximus. Eodem modo accipitur quod addit*: ita quod non capit. *Sunt autem rursus sine verba Praxea*: Filius siquidem patitur, pater verò compatitur. *Atqui restitimus quod habebat* 1. *addit.* Nihil ei veluti moritoro præstas, *ex* 3. *MS. Vatic. cod. pro eo quod subsistumtum erat*: mortuo, *& supplemus ex ijdem non multo pòst*: Ita & Spiritus Dei qui pati possit, *&c. pro eo quod Rhenanus ex Gorleni dum taxat retinuerat*: Ita & qui pati possit; *tum quòd illud etiam habebat* 1. *addr. tum quòd sequatur*: Sed sufficit nihil spiritum Dei passum, *&c. Intermedia vox*: sitiuè, *vbi legitur*: Et licet aqua fontis sitiuè patiatur, *accipitur Adverbialiter*, *pro*: secundum *situm.*

Cap. xxx.

180. Alioquin si vltrà pergas, &c.] *Caput hoc inscripsimus* Posse Praxean cum Christo committi, qui dixerit: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

181. si pater filio non pepercit, &c.] *Istud ad sensum magis quàm ad verbum citat ex Apostolo Rom.* 8. *vbi legitur*: *Si Deus*, *&c. Qui etiam proprio filio suo non pepercit.*

182. Et Dominus eum tradidit pro delictis nostris, &c.]

Inuenitur istud Isai 53. vbi ex Hebræo vertit B. Hieron. Et posuit Dominus in eum iniquitatem omnium nostrum; & eodem modo citatur à Clemente Alexandr. Padag. lib. 1. capite 8.

183. siquis sermones nouæ Prophetiæ eius admiserit, &c.] *Hoc rursus ad nouam Prophetiam Montani, atque adeò ad errores Tertullians pertinet, de quibus latius inter Prolegomena.*

CAP. XXXI.

184. Ceterùm Iudaïcæ fidei istares, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quòd ad Iudaicam fidem pertineat, sic vnum Deum credere, vt filium ei nolis adnumerare.

185. Viderint igitur Antichristi, &c.] *Rursum hic vox Tertullianea*: viderint. *Atque adiudst ad illud 1. Ioannis 2.* Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium, *deinde ad illud 1. Ioan. 4.* Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus (*pro quo Auctor* Christum *ponit*) est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo; *quò fit vt parentheses includerimus* (non patrem) *Item ad illud 1. Ioan. 5. Qui credit in filium, habet* testimonium Dei *in se, &c.* quod testificatus est de filio suo; *ex quo capite etiam illud desumptum est*: Qui filium non habet, nec vitam habet.

FINIS TOMI TERTII OPERVM Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, CARTHAginiensis Presbyteri.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, OPERVM

TOMVS QVARTVS:

QVO CONTINENTVR POEMATA SACRA ET OPERVM QVÆ DESIDERANTVR NOTVLÆ; CVM Argumentis & Adnotationibus Iacobi Pamelij.

Aduersus Marcionem Libri quinque. pag. 874.
De Iudicio Domini. 904.
Genesis. 912.
Sodoma. 915.
Ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem conuersum. 919.
Apologetici pro Christianis in Græcum conuersi fragmenta, cum versione Latina. 921.

Notulæ
Libri de Spectaculis Græci. 924.
De Virginibus Velandis Libri Græci. ibid.
Libri de Baptismo Græci. ibid.
Ad amicum Philosophum de nuptiarum angustijs, seu de Virginitate, Libri. 925.
Libri de Fato. ibid.
Libri de mundis & immundis animalibus. 926.
Libri de Circumcisione. ibid.
De Vestibus Aaron Libri. 927.
De Trinitate. ibid.
De Censu Animæ adu. Hermogenem Libri. ibid.
Aduersus Apelletianos, qui disputabant, an qui spiritum & voluntatem & virtutem Christi habuerit, ad ea opera dignum aliquid pœnitentia egerit, Libri. 928.
Libri de Paradiso. 929.
De spe Fidelium Libri. 930.
Librorum sex de Ecstasi. 931.
Aduersus Apollonium Libri. 932.

Eccè

IACOBI PAMELII AD LECTOREM PRÆFATIO DE QVARTI TOMI LIBRORVM ORDINE.

HOMO quarto qui Libri, quo ordine sint collocati, rationem vti reddamus pro eo quod polliciti sumus. Primo posuimus loco, quos ipsius Tertulliani esse certò constat ADVERSVS MARCIONEM LIBROS QVINQVE, & DE IVDICIO DOMINI LIBRVM, sicuti nuper inter Poëmata Christiana sunt æditi. Deinde Carminum libellos subiecimus, GENESIM, SODOMAM, & AD SENATOREM, quos etsi B. Cypriano inter eius opera à nobis æditæ adscripserimus, non putauimus tamen absurdum sequi censuram Sixti Senensis; qui quum Tertulliano Librum de Sodoma adscribat, quantum conijcio MS. codicum fidem secutus; ex stilo prorsus eodem, comperi etiam illius esse reliquos duos. Porrò in APOLOGETICI PRO CHRISTIANIS in Græcum conuersi fragmentis, & eorum qui desiderantur Librorum Notulis, eum ordinem obseruauimus, quem in toto Tertulliani opere; præterquàm, quòd Græco stilo ab ipso Auctore æditos simul coniunxerimus, vtpotè DE SPECTACVLIS, DE VIRGINIBVS VELANDIS, & DE BAPTISMO. Post quos Paræneticorum AD AMICVM PHILOSOPHVM, ac DE FATO, & deinceps Exegeticorum DE CIRCVMCISIONE, DE VESTIBVS AARON, ac DE MVNDIS ET IMMVNDIS ANIMALIBVS, mentionem addidimus. Hinc aduersus Hæreseis scriptorum, DE CENSV ANIMÆ ADVERSVS HERMOGENEM, & ADVERSVS APELLETIANOS. Denique eorum, qui aut initio defectionis ad Montanum, aut in fine vitæ hæresi illius fauentia conscripsit, DE PARADISO, DE SPE FIDELIVM, DE ECSTASI, & ADVERSVS APOLLONIVM. His vale in Christo fœliciter, & si quod aliquando dictorum Librorum exemplar nactus fueris, aut nobiscum communicato adijciendum æditioni secundæ, aut ipse in lucem ædito.

Q. SEPT.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI LIBRI CARMINE CONSCRIPTI.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI ADVERSVS MARCIONEM EX IPSO TERTVLLIANO, ad Libri quinti auſpicium.

PRIMVS erit referens inimici ex ordine verba,
Quæ refuga illicitè molitus protulit amens;
Hinc etiam carnis ſpes & victoria Chriſti,
Et ſpecies breuiter falſarum dicta viarum.

Ceterùm Libros hos quinque qui primus inter Poëtarum veterum Eccleſiaſticorum opera Chriſtiana in lucem ædidit Georgius Fabricius, eos eſſe exiſtimat (in quo & ego non diſſentio) quorum facit mentionem Tertullianus initio Libri primi aduerſus Marcionem in hæc verba: Si quid retrò geſtum eſt nobis ADVERSVS MARCIONEM, iam hinc viderit. Nouam rem adgredimur ex vetere. Primum opuſculum quaſi properatum, pleniore poſtea compoſitione reſcideram. Hanc quoque nondum exemplarijs ſuffectam, fraude tunc fratris dehinc Apoſtatæ amiſi; qui fortè deſcripſerat quædam mendoſiſſimè, & exhibuit frequentiæ. *Quod ipſum de hoc opere veriſimum cum Fabricio confiteor; qui conqueritur, quot penè verba, tot fuiſſe menda; quot verſus, tot maculas; addens, quamquam plurimos errores ſuſtulerit è veſtigijs antiquæ ſcriptionis (vides fuiſſe illi MS. exemplar à Ioanne Heroldo ſecum communicatum) tamen in reliquijs, inquit, Lector videbit, quantum adhuc ſuperſit, quod emendatione indigeat. In quo nos etiam aliquid conatos ex Adnotationibus noſtris deprehendet Lector, & eramus plusculum aliquid facturi, ſi ad manum fuiſſet codex aliquis MS. Addit idem: Tertulliani hoc opus imperfectum eſſe; rem declarare. Nam impetum ſuum, inquit, ſecutus, donec emendationis tempus daretur, multa contra præcepta metrica fecit; quorum aliqua excuſationem temporis habent; aliqua poſſunt excuſari Grammaticorum figuris; aliqua feſtinationi Auctoris tribuenda ſunt, qui cogitauerit opus ſuum quaſi delineatum ſub incudem vt dicitur reuocare. Qualia ſunt quòd cæſuram libenter facit; item quòd Ablatiuum primæ declinationis corripit; item quòd colliſionibus non vſitatis indulget. Imitandi itaque gratia non proponuntur hæc carmina, ſed agnoſcendi propter pietatem, quæ in iſto viro ſingularis & grauis fuit, & ſtudium quod in res ſacras ad doctrinam vniuerſæ poſteritatis collocauit. Hactenus ille. Siquis licentiam Poëtarum veterum Chriſtianorum, atque adeò Auctoris noſtri deſideret noſſe exactiùs, legat Vener. Bedæ Librum de Arte Metrica.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI
ADVERSVS MARCIONEM LIBER
Primus, De vnico Deo.

CAP. I. *Gen. 3.*

IMPIETAS [a] profunda mali, mens inuida vitæ,
Seductos homines spe postquàm cepit inani,
Nudauit; suadendo, nefas, sibi credere falsum.
Non impunè quidem; facti nam protinus ille
Vtreus, & tanti sceleris temerarius auctor
Accepit maledicta merens. Sic post ea demens
Amplius aggressus, desperatissimus hostis,
Infudit mentes hominum caligine mersas;
Oblitos Dominum, docuit spem linquere certam,
[b] Idola vana sequi, turbam sibi fingere diuûm;
Sortes, auguria, stellarum nomina falsa;
[c] Nascentum geneses constringere; posse videre
Extorum inspicijs, résque exspectare futuras;
Terribilis magicæ [d] refugarum [e] audacia ductos;
Confictam molem mirantes, spernere vitam,
Impulit in præceps, scelerata insania mersos,
Sanguine gaudentes, homicidia fœua minari;
Corpore in alterius tunc carnis vulnus amare,
Ardentes etiam, calida dulcedine captos,
Fœdèra naturæ transcendere, corpora munda
Complexu infando sexum maculare virilem;
Fœmineos vsus vulgi [f] contamine mixtos
Illicitos; castósque sinus, generíque dicatos,
In coitum obscœnum pro luxu suasit haberi.
Talia, præterito grassatus tempore, gessit
Per latebras animæ, [g] sepis manante veneno.
Non quia culparent homines, nam sponte secuti;
Ille dolo suasit, homo libertate peregit.

CAP. II. [h] Hæc dum continuò per secula perfidus halat,
Consiliúmque suum seductis cordibus infert;
Sperans (heu) scelerísque viam, se stultus habere,
Ignarus qualis maneat sententia facti.
Turba Prophetarum tectis sapientia verbis
[i] Spiritu déque Dei præsaga voce loquentum
Publicè non audens Dominum maledicere nudè,
Secreto ingenio sperans se posse latêre;
Tandem lux animæ carnis captiua tenetur,
Desperatorum certat spes fortior hoste.
Ipse figurator, renouator corporis ipse,
Gloria vera patris, Dei filius, vnicus auctor,
Iudex & Dominus venit, rex inclitus orbis,
Oppressis veniam dare promptus, soluere vinctos.
Cuius amicitiæ auxilio, patientia pœnæ,

[a] Ec

A

[11] Et Deus & renouatus homo miſcetur in vnum.
Virgo ſancta parit, patefit noua ianua vitæ; *Luc. 2.*
Dicta Prophetarum factis impleta probantur;
Templa ſacerdotes linquunt; ſtellæ quoque ductu *Matth. 2.*
Mirantur Dominum, tantum ſecernere partum.
In vinum vertuntur aquæ, memorabile viſu; *Joan. 2.*
Lumina redduntur cæcis, iuſſúque trementes *Matth. 4.*
Dæmones expulſi clamant, Chriſtúmque fatentur.
Omnia ſanantur verbo iam tabida membra,
Iam graditur claudus, ſurdus ſpem protinus audit,
Dat dexteram mancus, loquitur magnalia mutus;
Fit mare tranquillum iuſſu, ventíque quieſcunt. *Matth. 8.*
Omnia cognoſcunt Dominum; confunditur hoſtis,
Iámque triumphatus, ferus armis pâret iniquis.
[12] Omnia quum reuocata videt, quæ ceperat ipſe CAP. III.
Cladis in interitum, [13] merſam iam ſurgere carnem,
In cœlos hominem deuicta morte leuari,
Signari populos, effuſo pignore ſancto,
Mirandæ virtutis opus, inuiſáque facta;
B Audit extremas flammarum in gurgite pœnas
A Domino ſibi perpetuas, tenebráſque paratas,
(Irreuocata Dei ſententia) nudus, inermis,
Damnatus, victus, periturus morte perenni,
Iam reus, & nullam veniam ſe certus habere;
Protinus [14] extremum nefas auſus, ſpargere paſſim
Auribus horrendum verbum, neque voce loquendum.
Abiectos à plebe Dei, ſine luce vagantes,
Inuentos ſine mente viros, terrena ſequentes,
Aggreſſus praui prauos docet eſſe magiſtros.
[15] Prædicat his duos eſſe patres, diuiſáque regna. CA. IIII.
Eſſe mali cauſſam Dominum, qui condidit orbem,
Quíque figurauit carnem ſpiramine viuam,
Quíque dedit legem, & vatum qui voce locutus;
Hunc negat eſſe bonum, iuſtum tamen eſſe fatetur.
Crudelem, durum, belli cui fœua voluptas,
Iudicio horrendum, precibus manſueſcere nullis.
Eſſe alium ſuadens, nulli qui cognitus vmquam,
Qui non eſt vſquam, falſum ſine nomine numen.
C Conſtituens nihil, & nulla præcepta locutus;
Hunc ait eſſe bonum, nullum qui iudicat, æquè
Sed ſpargit cunctis vitam, non inuidet vlli.
Iudicium negat eſſe reis, dulcíque cruentum
Circumfert miſeris mixtum cum melle venenum.
Surgere poſſe negat carnem, cui cauſſa ruinæ
Ipſe fuit; quam contemptam ſpoliauit iniquè,
Propterea maledictus habet ſine fine dolorem; *Gen. 3.*
Hoſtis huic ſemper, vario quia vulnere vitam
Nititur excutere, &, de qua ruit ipſe, ſalutem.
Inque hoc & Chriſtum terris veniſſe repentè,
Sed nulla ſocium carnis compagine factum,
Spiritus at forma, & fictum ſub imagine corpus,
Fallere vult homines, quod non eſt, eſſe videri.
[16] Hoc decet ergo Deum, caligine ludere ſuaſos, CAP. V.
Mentiri (nefas) aut hominem ſe dicere falsò?
Portatur, graditur, veſtitur, ritè quieſcit,
Tractatur, patitur, ſuſpenditur, & ſepelitur; *Matth. 27.*
Omnia ſunt hominis, quæ ſancto in corpore verſans
A patre vero Deo miſſus, qui cuncta creauit,
Perfecit propriè, ſua, non aliena requirens.
Cognitus ipſo opere, populis ſperantibus olim,

Pérque Prophetarum vocem notissimus orbi;
Et nunc errantem manifesto in limine mortis
Ignotum Dominum quærunt, notúmque relinquunt.
(Quorum falsa fides, falsus Deus [17] irrita merces,
1. Cor. 15. Falsa resurrectio, mortis deuictio falsa,
Martyria & vacua, & Christi quoque nomen inane.)
Quem magicæ nebulæ similem venisse docentes,
Mendacem facti dementes esse fatentur;
Nequidquam passum, populum sine crimine fictum.
Sic verax Deus, hi Domino referuntur honores?
Heu miseri, gratis ingrata morte perempti,
Qui cæco duce præcipites in fossa ruistis;
Et velut in somnis thesauri munere diues
Exultat, manibúsque tenet, spe lusus inani,
Decepti, vacuam speratis muneris vmbram.
CA. VI. [[18] Ah tabidi, rictus, funestáve præda draconis,
Speratis pro pace truces homicidia blanda:
Audetis culpare Deum, qui tanta creauit;
In cuius terris, nimia pietate profusa,
Immemores, largè laudatis dona ruentes?
Ipsum factorem reprobatis, facta probantes,
Artificem mundi, cuiúsve opus estis & ipsi?
Qui vobis magnos paruis donauit honores,
Prosecuit fruges, animalia cuncta subegit,
Tempora cui certis fœcundat mensibus anni,
Dulcores, potus varios, pingues & odores,
Iucundos flores, memorúmque vmbracula grata,
Mirificos tribuit succos pubentibus herbis,
Fontes & fluuios diffundit dulcibus vndis,
Sideribus cœlum, totúmque illuminat orbem,
Immensus solus Dominus, iustúsque, bonúsque,
Cognitus ex opere, aspectu non cognitus vlli.
Quem stultæ, quamuis gentes errore [19] copertæ,
Florentes opibus, alieno nomine laudent,
Factorémque tamen gnari culpare verentur.
Nec quisquam tantùm, nisi vos, noua porta gehennæ,
Ingrati eligitis Dominum maledicere vestrum.
Hæc vobis per Marcionem [20] Cerdone magistro,
Terribilis refuga adtribuit fera munera mortis.
Nec venit in mentem, quòd vos à nomine Christi
Seductos, ad Marcionis tulit infima nomen.
Dicite, de multis quid vobis displicet vnum?
Quídve Deus fecit, quod non sit laude vehendum?
Aut illud: quod vos nimium patientia larga
Indignos, dulcem permittit cernere lucem?
Qui legitis vera, & concisa ea falsa docetis,
Quæ sunt postque futura, priùs hæc facta probatis.
Aut incredibile, quid differt credere vestrum?
CA. VII. [Nec mirum si vos versutus cepit inermes,
Persuadens duos esse patres, damnatus ab vno,
Esse Deos; qui principio seduxerat omnes.
Post ea multiplici manantem vulnere pestem
Distribuit multis; & inemendabile crimen.
[21] Infandos omni magicæ dementia plenos
Peruasit, sese virtutem dicere summam.
Fingere cum meretrice, nefas peragrare, volare.
[22] Namque Valentino Deus est insanus, & æuo
Triginta tribuit cœlos, patrémque Profundum;
[24] Bis docuit tingui, transducto corpore flamma.
[25] Tantos esse Deos Basiliden credere iussit,

Quantos

A Quantos & dies annus habet; tot deniquemundos.
[16] Marcus per numeros argumentatus acutè,
Tradidit in magicæ formam violare pudicam,
Offerri calicem, precibúsque in sanguine verti.
[17] Hebioni Christum suasit de semine natum,
Et circumcidi docuit, legíque vacare,
Fontibus amissis elementa resumere legis.
Extremum facinus verbis extendere nolo,
Aut omnes causas, aut nomina dicere cuncta.
Est per pauca satis crudelia multa notare,
Infandósque homines atque organa fœua draconis,
Per quos nunc tantum sceleris sine teste locuti,
Semper factorum mundi culpare laborant.
[18] Sed reuocate pedem fœui latronis ab antro, CAP. VIII
Dum spatium datur, & patiens pietate perennis
Facta per errorem miseris Deus omnia donat.
Credite verò patri vero, qui condidit orbem;
B Verum qui Dominum misit renouare ruinam
Imparibus legi, peccati in gurgite mersis,
Per vates olim promissam afferre salutem.
Qui mandata dedit, hic & peccata remittit.
Exigit hic aliquid meritò, quia credidit antè,
Aut donat largè Dominus, quasi debita seruis.
Denique confusos populos pœnámque merentes
[19] Deleto elogio cunctos iubet ipse lauari.
[20] Ergo totus homo credit, totúsque lauatur. CAP. IX.
Abstinet aut patitur pro nomine vulnera verè,
Verus surgit homo, verè mors victa silebit;
Sed non pars hominis anima, sua parte relicta,
[21] Percipiet palmam, socia quam carne laborans
In stadio luctata, simul coniuncta meretur.
Grande nefas, portare duos per vincula pondus,
Quorum sit locuples vnus, atque alter egenus,
Et miserum sperni, fœlici præmia reddi.
Non facit hoc iustus, mercedis redditor æquus,
Et bonus, & diues, quem credimus omnia posse,
Suauis in ingratos, miserendi plena voluntas.
Quin potius, cui maior inest mortalis egestas,
Possit vt æquari, socio prælatus, id vltrò
Quicquid eget, tribuet locuples, sic credere iussum.
C Nec velle illicitè Dominum culpare docendo
Suscitet, aut quem animam tamquam sit passa ruinam,
Liberet à morte, & viuenti facta maneret
Copia de solo merito, quia fortiter egit.
Et caro, communem semper sortita laborem,
Linquatur terræ, mortis sit præda perennis.
Ergo hominis anima placuit Deo, fortibus actis?
Nullo sola modo potuit sine carne placere.
Vincla tulit, pœnas, caro membris vincula gessit,
Contempsit mortem, sed carnem morte reliquit.
Illa dolens genuit, hæc vita à vulnere cæsa est.
Illa petit requiem; hæc ferro in puluere fusa,
Piscibus, alitibus, tabo, cinerique relicta est.
Frangitur infœlix laniata, sparsa liquescit,
Surgere non meruit? quid enim committere sola
Exanimis potuit? quæ sic caussa inuida vitæ
Impedit, aut prohibet Dei dona capessere carnem;
Cúmque sua socia coniunctam viuere semper?
Cernere quid fuerit conuersa in puluere quondam,
Post meritos renouata ferat Deo laudis honores;

Non ignara sui, fragilis, mortalis, & ægra,
Certatis, magni possit quid viuida virtus,
Qui bonus atque potens vitam non inuidet vlli.
Hæc captiua fuit mortis, hæc victa peribit,
Quam Dominus mira sapientia fecit & arte?
Hanc virtute sua miranda suscitat ipse,
Hanc reuocat dux fortis, & hanc sua gloria vestit.
Ergo Dei aptauit ars & sapientia corpus,
Quod cupit, his fieri; deest hoc virtute reduci?
Caussa potest pietati nulla resistere sanctæ;
Ne maior sit causa mali, quàm summa potestas;
Vt cognoscat homo, iam nunc Dei munere saluus,
Mortalis quondam, nunc inuiolabile & ingens
Vestitus lumen, viuus cum corpore totus,
Immensum virtute Deum, pietate perennem,
Per Christum regem, per quem via lucis aperta est;
Et iam luce noua, iam dono plenus vtroque,
Fructibus & viuæ paradisi lætus amœnis
Laudet in æternum, cœlesti diues in aula.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM PRIMVM ADVERSVS MARCIONEM.

1. DE DEO VNICO.] *Adieci istud titulo, quòd breue id sit huius libri argumentum, sicuti etiam primi libri aduersus Marc. suprà Tomo præcedenti.*

CAP. I.

2. Impietas profunda mali, mens inuida vitæ, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De prima hominis seductione, deinde & adidololatriam per diabolum; *Eum enim more Tertullianico Malum appellat. Calligauimus verò paulo post*: posse videre, *pro*: videri.

3. Idola vana sequi, &c.] Idolum, *Beda teste libro de Arte Metrica, medio corripe semper Ecclesiastici, fortassis indulgentes consuetudini vulgi, vsurpant; atque adeò est contra fidem vetustæ lectionis, quod quidam in Prudentio, Sedulio, & Aratore loca aliquot ita mutarint vt producatur.*

4. Nascentum genesis constringere, &c.] *Aduersus Genethliacos, qui* nascentum geneses, *id est ortus*, constringere *mutantur ad certos eventus; plura locos habes suprà.*

5. refugarum, &c.] *Similiter infrà cap. 6.* Terribilis refuga attribuit fera munera mortis; *accipiens* refugam *pro transfuga, sicuti etiam Prudentius Peristephanon. Et rursum lib. 2. initio*: refugis spirantibus. *Et cap. 4.* refugarum immane tropæum. *Actlib. 5.* Quæ refuga, *&c.* protulit ameus.

6. audacia ductos, &c.] *Haud aliter paulopost*: scelerata insania mersos, *& ca. sequ.* tectis sapientia verbis, *item*: patientia pœnæ, *denique cap. 7.* magicæ dementia plenos, *ac cap. 9.* sua parte relicta, *&c*: sapientia fecit & arte, *ac*: sua gloria vestit, *& frequentissimè hic libru quinque, corripient Ablatiuos in à, qui à Veteribus produci solent, more Christianorum Poëtarum, sicuti tradit Beda lib. de Arte Metrica.*

7. contamine, &c.] *Eadem voce vtitur infrà lib. 4 cap. 4.* plebem contamine plenam, *pro re contaminata, siue spurcitia & ignominia.*

8. sepis manante veneno, &c.] Seps (*inquit Epiphan. hær. 36.*) *est rupris quadrupes, stellionis simile, cuius morsus detrimentum pro nihilo reputatur; sputum autem in cibum aut potum iaculatum, illatum mortem lumentibus inducit. Vnde aptissimè est comparatus cum serpente diabolo, qui per pomi vetiti sumptionem, veneno infecit hominem. Atqui ibi*: Non quia culparent homines, *&c. obscurum est illud*: culparent, *nisi subintelligatur*: diabolum.

CAP. II.

9. Hæc dum continuò per secula perfidus halat, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: De Christo hominis lapsi redemptore. Halat *verò hîc accipitur, pro haletu inficere & corrumpere. Atqui est hic locus mutilus ad versum illum*: Turba Prophetarum, *&c. cum sequenti, quasi* Volueris *dicere Auctor*: *Quamquam færaret hostis humani generis se scelerus suum perpetuo retenturum apud homines, primùm per Prophetarum verba impeditum, & quum nihilominus quod publicè non audebat, secreto perageret adiecisse, venisse Christum redemptorem.*

10. Spiritu déque Dei, &c.] *Non hîc modo, sed frequenter poëta in libris carminum corripit, u, litteram ancipitem in fine versuum. Tale est illud lib. 2. infrà cap. 5.* pignúsque suo de spiritu fudit, *ac*: de spiritu vita, *& lib. 4. cap. 1.* nullus locus ambitu claudit. *Quale quid & ab alio Poëta Christianos vsurpari adnotat Beda. Eiusdem farinæ est quòd e in fine corripitur in voce*: publicè, *& i paulopost in illo*: Dei filius. *Atqui ad phrasin Tertullianicam iam antiquatam pertinet*: Dominum maledicere, *tum hîc, tum infrà cap. 6. Item*: figuratos *mox accipitur pro eo qui figuram indidit, sicuti etiam infrà cap. 4.*

Quique figurauit carnem spiramine viuam.
& alicubi suprà.

11. Et Deus & renouatus homo miscetur in vnum, &c.] *Veram de incarnatione Christi & duabus eius naturis diuina & humana sententiam, habes suprà Tomo præced. lib. adu. Praxean cap. 27.*

CAP. III.

12. Omnia quum reuocata videt, quæ ceperat ipse, &c.] *Inscripsimus huic capitiscimus*: De hæreseon asperlione per diabolum.

13. merlam iam surgere carnem, &c.] *Istud ad Baptismum 1. sicuti & illud*: lignari populos, *ad Confirmationis sacramentum, de quo etiam ibidem cap. 8. num. 54. ac lib. de Præscript. aduers. hær. cap. 40. num. 243.*

14. extremum nefas ausus, &c.] *Peculiare est Tertulliano* nefas *ultima breui, tum hîc, tum in illo, cap. 5.*

Mentiri (nefas) aut honinem se dicere falso.

cui simile est inatio cap. sequ. duos esse patres, *quale quid de litteræ i in fine dictionum correptæ adnotauit Beda ex Prudentio, Sedulio, &*

lio, & Fortunato. Atqui mox castigauimus:

Adgressus praui, prauos docet esse magistros,
pro: docet.

CAP. IIII.

15. Prædicat his duos esse patres, diuisaque regna, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De hæresibus Marcionis. *Vtpote ista:* Prædicat his duos esse patres, *id est, Deos*; esse mali causam Dominum; Iudicium negat esse reis; *contra quæ infrà est liber:* de Iudicio Dei, Surgere posse negat carnem; *denique* Christum, fictum sub imagine corpus; *de quibus omnibus in genere latius suprà dicto lib. de Præscript. aduers. c. 51. her. 17. num. 322. & peculiariter de singulis librum 5. aduers. Marc. Atqui paulopost castigauimus:* falsum line nomine numen, *pro:* nomen.

CAP. V.

16. Hoc decet etgò Deum, caligine ludere suasos, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Confutatio hæreseos de ficto Christi corpore. *Quod argumentum tractauit latius suprà Auctor lib. de Carne Christi. Hic verò castigauimus:* quæ sancto in corpore versans, *pro:* versis. A patre verò Deo missus, *&c. pro eo quod erat:* Deo vero, *maximè quum & à Tertulliano, & ab aliis Christianis pictis corrigi soleat 8, in fine dictionum, etiam adiectiuorum.*

17. irrita merces, &c.] *Pertinet hoc ad* mercedem operum, *de qua suprà non semel, in sequentibus adludit ad cap. 15. prioris Epist. ad Cor. Atqui illud:* in fossa ruisti, *rectè interpretatur Fabricius: in defossa, in fentes latentes.*

CAP. VI.

18. Ah tabidi rictus, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* Aduersus hæresin de Deo malorum auctore, *contra quam habes suprà lib. 2. aduers. Marc. Necessariò autem castigauimus* tabidi, *pro:* tacidi, *maximè quòd illud Draconis epithetum sit.*

19. copertæ.] *Pro:* coopertæ, *sicuti etiam infrà lib. 2. cap. 1.* Hastæ mucrone coperto; *ac lib. 5. cap. 9.* Fluctúque fretóque coperti; *qua figura etiam in præterito vtitur lib. 3. cap. 4.*

Peccati votum violenta motte coperuit.

20. Cerdone magistro, &c.] De Cerdonis magistri Marcionis *hæresibus vide dicta lib. de Præscript. aduersus. her. c. 51. her. 16. num. 321.*

CAP. VII.

21. Nec mirum si vos versutus cepit inermes, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De aliis hæresibus. *Castigauimus verò:* Nec mirum, *pro:* Nimirùm. *Est autem nota dignum, quòd hæresin vocet:* inemendabile crimen, *quippè quum experientia quotidiana id verissimum esse temperiamus in eo qui semel hæretici fuerint.*

22. Insandos omni magicæ dementia plenos, &c.] *Adludit ad simonem Magum, de quo quòd virtutem esse summam dixerit, vide dicta lib. de Præscript. aduers. her. cap. 46. her. 1. num. 301. simul etiam de* Helena *eius* meretrice, *lib. de Anima cap. 34. num. 412. De* volatu *autem eius vide Egesippum de excidio Hieros. lib. 3. cap. 2. & B. Maximum serm. de SS. Petro & Paulo.*

23. Namque Valentino, &c.] *De hoc vide dictum librum cap. 49. her. 12. num. 315. & integrum librum aduersus Valentinianos.*

24. Bis docuit tingui, transducto corpore flamma, &c.] *Intelligit hæreticos quosdam, qui bis baptizarent, semel in aqua, semel in igne, quorum tamen alibi nullam mentionem reppers; præterquam quod Philastrius, quamquam adhuc subobscurè, lib. de hæres. Hermianis & Seleucianis adtribuere videatur, quòd non in aqua, sed in igne baptizarent, præsertim illius Ioannis Baptistæ, Matth. 3. Ille vos baptizabit in spiritu & igne. Subsitruimus autem more Tertullianico:* tingui, *pro:* tingi.

25. Tantos esse Deos Basilides credere iussit, &c.] *De hac hæresi Basilidis latè Epiphan. her. 31. vbi* Deos 365. quantos & dies annus habet, *nominatim enumerat. De eadem etiam aliquid suprà diximus dicto lib. de Præscript. adu. her. cap. 46. her. 4. num. 304. Peculiare verò est illud Auctori, quod addit:* tot denique mundos.

26. Marcus per numeros argumentatus acutè, &c.] *Prorsus sic castigandum hic* Marcus, *pro:* Marcion; *mentrum enim de Marcione scribitur, sed de hæresi* Marci *ex* Græcorum Alphabeto *compositi, in qua per numeros argumentatus est vsque ad* DCCCLXXVIII. *vide ibidem cap. 50. her. 15. num. 319. De præstigiis verò* magicæ, *quibus vtebatur, in* oblatione calicis, *lib. adu. Valent. cap. 4. num. 31. Atqui facit pro confirmatione* sacrificij Christiani *etiam illud, quòd offerri calicem dicat Auctor.*

27. Hebione Christum suasit de semine natum, &c.] *De hac hæresi* Hebionis *vide suprà lib. de Carne Christi, toto cap. 18. & de eo quòd legem proposuerit cum Euangelio, dicto lib. de Præscr. adu. hæret. cap. 4. & her. 11. num. 313.*

CAP. VIII.

28. Sed reuocare pedem, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Reuocatio ab hæresibus ad fidem Christi. *Vbi necessariò castigauimus:* Reuocate, *pro:* reuocare; *&:* dum spatium datur, *pro:* detur. *Vsurpatur deinde verò coniunctio vltima breuis, dum legitur:* Credite verò patri vero, *& ibi:* quia credibilitantè, *accipitur* credere *pro concredere. Videtur verò corruptum illud:* Denique conclusos. *Sed emendauimus:* pœnámque merentes, *pro:* merentem, *eo quòd præcedat:* populos.

29. Deleto elogio cunctos iubet ipse lauari, &c.] *Accipi hic* elogium *ab Auctore pro certa alicuius rei institutione adnotauit Fabricius, nec malè, si teneatur vetus lectio:* Delecto elogio; *sed quum locu suprà citatu Tom. 1. Apolog. 1. n. 22. & alibi, quantum memini, semper, in malam partem pro accusationum titulo, hæc vox ab Auctore accipiatur, putauimus potius esse legendum:* Deleto elogio, *non aliter atque ibidem lib. ad Scapulam, c. 4. dixit:* scisso elogio, *vt adludat ad illud Apostoli Coloss. 2. Delens quod aduersus nos erat chirographum de libris.*

CAP. IX.

30. Ergo totus homo credit, &c.] *Inscripsimus hunc capiti fecimus:* De salute & resurrectione non animæ modò, sed & carnis, *quod ipsum latius tractauit suprà lib. de Resurrectione carnis, cap. 14. 15. 16. & 17. contra hæresin Marcionis, qui scutichabetur sapedicto lib. de Præscript. aduers. her. cap. 51. her. 16. num. 321. & her. 17. num. 322.* Resurrectionem animæ tantummodò probabat, carnis negabat. *Est verò etiam illud Tertullianicum:* patitur pro nomine. *Atqui castigauimus:* mors victa silebit, *pro:* mors vita.

31. Percipiet palmam, &c.] *Facit istud ad confirmandam mercedem pro meritis operum bonarum, sicuti & illud:* præmia reddi, *ac:* mercedis redditor æquus, *&:* de solo merito, *denique:* Post meritos, *&c.* honores. *Atqui corrupti videntur illi versus:*

Nec velleilicitè Dominum culpare docendo,
Suscitet, aut quem animâ tamquam sit passa ruinâ, *&c.*
Item & ille:
Cernere quid fuerit conuersa in puluere quondam.
vbi videtur locus mutilus.

D

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI ADVERSVS MARCIONEM, ETIAM IPSIVS AVCTORIS.

NDE sequens, coniuncta docet mysteria Legis,
Inque nouo Deus quæ fœdere tradidit vnus.
Porrò his verbis satis obscuris indicat Auctor scriptum esse hunc librum, DE CONSONANTIA VETERIS ET NOVÆ LEGIS, *quod adeò recens Titulo adiecimus. Prout etiam castigauimus:* Deus, *pro:* Diuis, *tum quòd non semel his libris producat priorem syllabam dictionis* Deus, *tum quòd non soleant Veteres aliquos Diuos vocare; tum denique quòd ad institutum faciat* Deus vnus *contra plures Marcionis Deos.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI ADVERSVS MARCIONEM LIBER SECVNDVS, DE concordia veteris & nouæ Legis.

E

CAP. I.

POSTQVAM fracta fides refugis spirantibus hostis,
Et glomerata dolis, emersit pestis operta
Sponte sua; mendax contempto numine sensus
Confixit plagas, fallaci tramite pallens
Sanctorum dictis sua miscuit impia verba,
Inque bonum semen lolium miserabile seuit.
Inde volens omnem caussam constare ruinæ,
Scilicet vt sua facta Deo subsignet iniqua
Ocius, & possit suasos infigere pœnis;
Veris falsa tegens, & lenibus aspera vertens;
Et roseis sertis hastæ mucrone coperto,
Improuisè necans incautos morte suprema.
Supremum nefas, intantum dementia mersos
Abruptos homines, numen sine fine tremendum
Diuidere in partes; Christi sublimia facta,
Falsa laude sequi, culparéque gesta priora:
1.Cor.2. [a] Innumerata Dei miracula, visa nec vmquam, F
Antè nec audita, contentáque corde nec vllo.
Tam temerè scelus illicitum componere verbis,
Aduersum sese duo testamenta sonare,
Contra Prophetarum, Domini committere verba;
Dissimili longè sententia velle probare,
Omnem Legis & infamem deducere caussam;
Sanctorúmque patrum vitam reprobare priorem,
Quos in amicitiam adlexit Deus, ad sua dona.
Accipitur sine principio pro parte minori,
Quattuor ex vno quum sint, ex quattuor vnum,
His tamen vna placet, reprobat tres denique partes,
Auctorémque sui Paulum per multa capessunt;
Necnon ex ipso furiebat in extima verba;
Omnia quæ veteri de fœdere cumque locutus
Dura videntur eis; merito quia corde grauatis
Pondus Apostolicum, fulgentis gratia verbi,
Lumina præducit menti, neque cernere possunt;
Spiritu lata putant hebetes, animalia digna.

CAP. II.

[b] Sed vos, qui nondum penitus, duce nomine falso,
Mente ipsa reprobi, penetralis ad intima mortis;
Discite [c] de fonte fluuium manare perennem,

Qui

A Qui nutrit lignum, biſſenos gratia fructus,
Exit & in terram, ventóſque in quatuor orbis, *Pſalm.18.*
Tot fluit in partes fontis color & ſapor vnus.
Sic & Apoſtolico decurrit Eccleſia verbo,
Ex vtero Chriſti, patris omnis gloria plena,
Sordes diluere, & fata mortua viuificare.
Quattuor in numero diffuſum in gentibus vnum
Electáque fide ſuſceptum, doctor opimus
Tradit Euangelium Paulus ſine crimine mundum; *Gal.1.*
Abque hoc & Galatas vetuit diſcedere ſanctos, *Gal.2.*
Quos falſi fratres ſe circumcidere ſuaſos, *Gal.4.*
Atque elementa ſequi, noua libertate relicta,
Vmbra futurorum veteri ſeruire docebant.
Has habuit Galatis cauſſas conſcribere Paulus;
Non vt Euangelij partem pro corpore toto
Exciperent modicam, maiori parte relicta.
Atque adeò non verba libri, ſed miſſus in orbem
Ipſe Chriſtus, Euangelium eſt, ſi cernere vultis,
B A patre qui venit, ſolus bona nuntia portans
Teſtificata priùs; cuius ingens gloria complet,
Oſtendens opere, quantus ſit conditor orbis.
Cuius facta, ſimul dictis coniuncta, fideles
Illi Matthæus, Marcus, Lucáſque, Ioannes,
Conſcripſere, mera, non extera verba locuti,
Spiritu ſancta Dei, tanto præſente magiſtro.
[1] Hic agnus Paſchæ ſuſpenditur hoſtia ligno; *CAP.III. I.Cor.5.*
Hunc Paulus phaſe, conſcribens decreta Corintho,
Occiſum tradit, vitámque, Deúmque futurum
Promiſſum, patribus quos illectauerat antè.
Cernite quid virtus, quid Paſchæ poſſit imago,
Sic verum quid ſit poteritis Paſcha videre.
[6] Ne fidus pater, & vates, cui pignus & hæres *Gen.22.*
Carus erat, quem fortè Deus donauerat illi,
Hunc Deo mactaret, merito tentatus amore;
Supplicium magnum, ſanctus pro ſanguine ſanguis
Connexus capite ſpinis oſtenditur agnus,
Hoſtia ſancta Deo. Cuius de morte piati
Eſſet vt in ſignum & vaſtatæ pignora gentis, *Exod.12.*
Sanguine ſignantur poſtes, & limina multa,
Immane auxilium, caro teſtis creditur eſca.
C Ieſus tranſgreſſus Iordan, terráque potitus, *Ioſ.5.*
Lege dedit Paſcham, gaudens atque immolat agnum.
Et reliqui magni reges, ſanctique Prophetæ,
Non ignorantes certæ promiſſa ſalutis,
Ingentémque, metu pleni, tranſcendere legem,
Venturam ſummæ virtutis imagine molem,
Inſpectam è ſpeculo celebrarunt ordine Paſcham.
Denique ſi celeri primordia mente recurras,
Inuenies funeſta nimis, poſt impia verba.
Credulus, heu, facilè nudatus tegmine vitæ,
Pellibus vt tegeretur homo, ſuſpenditur agnus,
Aut pecata necat, aut ſanguine funera delet,
Aut coperit nudos, [7] fouet aut ſuo vellere vulnus.
Non pecoris ſanguis humano ſanguine pluris?
Vt pro peccatis oblatus dirimat iram,
Aut mulctæ plebis; veluti ſi carior agnus.
Auxilium immane, tantæ tutela ſalutis,
Oblatus potuit pretium ſatis eſſe ſalutis?
At Deus omnipotens, cœli terræque creator
Immenſus, viuus, perfectus, luce perennis,

His non placatur, pecudum neque sanguine gaudet.
Omnia mactentur pecora, grex omnis in aras
Decernet, vt veniam vel peccati expiet vnus;
Nequaquam Domini sapiens maculata figura,
Tam vili pretio, caro fœda parauit honores;
Sed spes & promissa fides mortalibus olim,
Hæc operata tulit, magnæ rationis imago,
Præmeditata patris, numia pietate parata
Venturum Christum terris, hominémque futurum.
Ioan. 1. Quem visum Ioannes baptismi primus apertor,
Et vatum socius, necnon & Apostolus ingens,
Præcursor missus certus, testisque fidelis,
Augustus vita, sublimi laude notatus,
Olim Pascha Dei, verum quærentibus agnum,
Ostendit tamdem venisse, piacula facti
Qui delicta suo multorum sanguine soluat,
Pro reprobis probus, & carus, pro vilibus vnus
Corpore homo, vitáque Deus, mactatus vt agnus,
Acciperet nos, & nobis se effunderet ipsum.
Sic placuit Domino, mortem spoliare superbam,
Sic poterit miserandus homo sperare salutem.
1. Cor. 5. Hunc Pascham Paulus mactatum prædicat agnum;
Nec species Domini pecoris sublimis inertis
Consimilis patitur, quapropter dicitur agnus;
Sed quia lanities renouata hæc corpora vestit,
Dat tegimen multis, vmquam nec deficit ipse.
CA. IIII. [8 Sic Dominus virtute patris, quos morte redemit,
Exutos sua luce tegit, quæ semper in illo est.
Luc. 15. Ergò Pastor ouem qui perdidit, ipse requirit.
Is robur spinásque vuæ calcare paratus,
Aut rabiem superare lupi, pecudúmque potiri,
Eripere fortis, contemptis dentibus vltrò
Obiectat sese Leo, pelle obtectus ouili,
Decipiens habitu, rapturus sanguine fauces.
Adam vi captum sic quærit Christus vbique,
Ipse viam gradiens, qua mors operata ruinam est,
Omnia perlustrans veterum monumenta virorum,
Singula perspiciens, exemplis omnibus vnus,
Ex vtero incipiens inimicam expellere mortem,
Conceptæ simul in gremio cum semine carnis
Ætates omnes tacita sapientia lustrans,
Debita suscipiens, cunctos mundare paratus,
Reddere factori multos, quos sparserat vnus.
Et quia terribilis puteo demersus iniquo
Gen. 3. Vir cecidit, suasit virgo subducta dracone;
Consilio placuit, tegmen cœleste reliquit;
Arguit hos lignum nudos, mors atra coëgit.
Ex eadem massa simili ratione refecta
Iam renouata, redit flos carnis, & hospita pacis
Virgine desponsa caro, non ex semine nato
Artifici coniuncta suo, sine debito mortis
Luc. 1. Angelus hæc mandata patris, per sidera defert
Lucida, vt angelica credantur nuncia fama
Virginis vt virgo, carnis caro debita soluat.
Talibus ingressus sequitur vestigia mortis
Paruulus immanis, senior puer, & iuuenis vir.
Pòst vbi iusta viri completa est roboris ætas,
Paulatim solitus socia deperdere vita;
In fœdas etiam rugas, & inertia membra
Mutari specie vacuatis sanguine venis

Constitit,

A
Conſtitit, haud habitum paſſus veteraſcere carnis,
Quâve manum extendit temerè contingere lignum.
[9] Qua die, quóve loco cecidit clariſſimus Adam,
Hac eadem redeunte die voluentibus annis
In ſtadio ligni, fortis congreſſus athleta;
Extenditque manus, pœnam & pro laude ſecutus
Deuicit mortem, quia mortem ſponte reliquit.
Exuit exuuias carnis, & debita mortis;
Serpentis ſpolium, deuicto principe mundi
Adfixit ligno, refugarum immane tropæum.
In cuius ſignum Moſes ſuſpenderat anguem, *Num. 21.*
Et quotquot fuerant multis ſerpentibus icti,
Aſpicerent ipſum fictum fixúmque draconem.
Pòſt vbi ſecretas inferni venit ad vndas;
Atque ſuum victor captiuum luce retexit,
Aſtanti iuſſúmque patris virtute peregit,
[10] Spontè ſuum corpus quod liquerat, ipſe recepit.
Cauſſa hæc mortis erat, eadem via facta ſalutis;
B
Nuncius ille doli, ſed pacis nuncius iſte;
Sponſa virum necuit, genuit ſed ſponſa leonem.
Virgo viro nocuit, ſed vir de virgine vicit.
Cuius in exemplum ſopito corpore ſomno,
Sumitur ex latere mulier, quæ coſta mariti; *Gen. 2.*
Quam carnem de carne ſua, déque oſſibus oſſa,
Euigilans dixit, præſaga mente locutus.
Mira fides, meritò Paulus certiſſimus Auctor *1. Cor. 15.*
Chriſtum de cælis Adam docet eſſe ſecundum.
Veritas ipſa ſuis exemplis vſa refulget.
Nec cupit ex alieno acres oſtendere greſſus;
Pauperis hoc opus eſt, propriæ virtutis egeni;
Hæc Paulus docuit magnus myſteria docta,
[11] Scilicet in Chriſto eſſe decus, tuum Eccleſia cernens *Ioan. 19.*
Huius de latere, ligno pendentis in alto
Corporis exanimi ſanguis manauit & humor.
Fœmina ſanguis erat, aquæ erant noua dona lauacri,
Hæc populi vera eſt viuentis Eccleſia mater,
De Chriſti noua carne caro, déque oſſibus oſſum.
[12] Golgotha locus eſt, capitis caluaria quondam; *Matth. 27.*
Lingua paterna prior ſic illum nomine dixit;
Hic medium terræ eſt, hìc eſt victoria ſignum.
C
Os magnum hic veteres noſtri docuêre repertum,
Hic hominem primum ſuſcepimus eſſe ſepultum,
Hic patitur Chriſtus, pio ſanguine tetra madeſcit,
Puluis Adæ vt poſſit veteris cum ſanguine Chriſti
Commixtus, ſtillantis aquæ virtute leuari.
Hæc ouis eſt vna, quam ſe per Sabbatha viuam *Matth. 12.*
Inferni è puteo ſtatuit ſubducere paſtor.
Propterea cunctæ carnis præmortua membra *Ioan. 5.*
Curabat Sabbathis; aut cæci à germine nati *Ioan. 9.*
Lumina, quæ nondum dederat, cernendo peregit;
[13] Aut hominem totum exanimen, per Sabbatha viuum, *Ioan. 11.*
Déque ſepultura præſenti plebe vocauit;
Ipſe noui factor, veteris bonus ipſe refector,
Aut quæ defuerunt ſupplens, aut perdita reddens.
Hæc incunte die ſancto, ſperantibus in ſe
Facturus plenè pro pacto, poſſe docebat.
CAP. V.
[14] Quid? Caro ſi moritur, nec ſpes datur vlla ſalutis;
Quas habuit cauſſas, hominem ſe fingere Chriſtus,
Et medicare homines, aut curam carnis habere?
Corruptela potens liquefactum ſoluere corpus;

Non poterit virtus Domini reuocare ſolutum?
Credunt interitu qui non ſua corpora ſolui,
Non credunt Domino, ſua qui vult merſa leuare,
Aut nolle præſtare bonum, neque poſſe potentem
Dicunt, ignari quanto de crimine lactent,
Infirmas auſi cauſſas præponere morti.
Ioan. 12. In grano latet arbor, & hoc niſi terra ſepultum
Putreſcat, non dat decoratos arbore fructus.
Iam liquidæ ſtringentur aquæ, ſtridente rigore
Saxa fient, & ſemper erunt, niſi magna poteſtas
Soluerit inducto molli ſpirante tepore.
Viticulæ in gracili latet tingens corpore botrus,
Si quæras, non eſt; quum vult Deus, eſſe videtur.
Arboribus folia, ſpinis roſa, germina campis
Mortua deficiunt, & rurſus viua reſurgunt.
Hæc homini Deus ante oculos reuocara reformat,
Propter quem locuples, primus largè omnia fecit.
Omnia nuda cadunt, ſuo corpore ſingula veſtit.
Cur hominem ſolum, cui tantos fudit honores,
Non tantum reuocet ſibi, quem ſuper omnia fecit?
1. Cor. 15. Ergo caro & ſanguis Dei regno digna negatur,
Tamquam ſit Paulus propriè de carne locutus.
Ille quidem magna docuit, ſed inania corda
Carnali ſermone putent; nam priſtina facta
Sanguinis & carnis voluit ſub nomine dicta,
Cœleſtis magni memoratus verba magiſtri,
Qui per aquam deſe genitis ſui nomen honoris
Donauit, pignuſque ſuo de ſpiritu fudit,
Vt cuius fuerant homines virtute redempti,
Huius & acciperent, renouati nomen honoris.
Ergo quia populis nondum ſuo fonte renatis,
Ioan. 3. Sordibus antiquis tectis, & debiro mortis
Ex veteri cauſſa regnum cœleſte negauit,
Dicens: humanum rurſus debere renaſci:
Quod natum eſt de carne, caro eſt, de ſpiritu vita:
Radicis veteris noua germina gloria mutans
Ablutum corpus iam non de carne vocari,
Hoc ſequitur Paulus, ſic eſt de carne locutus.
2. Cor. 5. Denique dixit: Oportere ſuperindui veſtem,
Hunc habitum fragilem, mortalem contegi formam.
Non aliud corpus dari, ſed prius illud inermem
Vndique regno Dei lato circumdari totum,
Ibidem. Momento aſpectus oculi mutabitur, inquit.
Vt rufæ ceræ facies diſpanditur herba,
Et mutat proprium candenti ſole colorem:
Sic eadem caro fulgenti de gloria ſumens,
Gaudebit, ſemper gaudens, & morte carebit,
Deuictum clamans crudelem corporis hoſtem,
Gluritam mortem, fortis victoria Chriſtus,
Ingentes Deo ſumma ferens ad ſidera laudes.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM SECVNDVM ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. Poſtquàm fracta fides refugis ſpirantibus hoſtis, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: De hæreſibus Marcionis, & maximè qua dixit:

Aduerſum ſeſe duo teſtamenta ſonare,

qua quatuor tres Euangeliorum partes reprobabat, vnico Luca retento. *Emendauimus verò*: emerſit peſtis operta, *pro*: pectis; *quod vitio typographico videbatur irrepſiſſe*; *ſicuti etiam paulopoſt*:

Improuiſè necans incautos morte ſuprema,

pro:

pro: Imptouisa negans. *Atqui pertinet ad phrasin Tertulliani illud*: vt sua ficta Deo confignet iniqua, *&c*: fuasos, *pro*: *persuasos*, infigere pœnis, *& paulopost*: Domini committere verba.

2. Innumerata Dei miracula, visa nec vmquam, &c.] *Illi versui coniunximus*:

Antè nec audita, contentáque corde nec vllo,
& post posuimus illum:
Tam temerè fcelus illicitum componere verbis;
eo quòd illic adludat ad illud Isai. 64. & 1. Cor. 2. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; quæsit vt eis tam casti augerimus: contentáque, *pro*: contemptáque: *Sicuti etiam paulopost*: quia corde grauatis, *pro*: grauati. *Porrò eo iam ibi mendum subesse videtur*:

Spiritu lata putant hebetes, animalia digna,
aut locus mutilus, cui ab sque MS. cod. mederi non licuit.

CAP. II.

3. Sed vos, qui nondum penitus, duce nomine falso, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: De quatuor Euangeliis à Paulo & Ecclesia receptis. *Atqui*: nomine falso, *intelligit nomen Marcionitarum.*

4. de fonte fluuium manare perennem, &c.] *Sollemne esse* (*Beda teste*) *Poëtis Christianis, vt ein fine producant, duabus in dictione altera consonantibus sequentibus*; *sicuti exempli gratia, tum hic Auctori, & non semel postmodum, tum Iuuenco l. 4. Specite scribas, & Prudentio Cathem. ode stupenda. Adludit autem ad hisce Apostolos, quorum sonus exiuit in omnem terram & in ventos quatuor orbis, id est in fines orbis terrarum, sicuti legitur Psal. 18. Atqui emendauimus*: Sordes diluere, *pro*: Sordidè (*vbi nouæ accipit*: fata mortua, *promeruit hominibus*) *& mox*: Electáque inde, *pro*: Electóque.

CAP. III.

5. Hic agnus Paschæ fuspenditur hostia ligno, &c.] *Fusc ripsimem huic capiti impofuimus*: De Pascha veteri, Christi figura. *Adludit verò ad illud 1. Cor. 5.* Pascha *nostrum immolatus est* Christus, *& illud*: vitámque Deúmque futurum, *refertur ad id quod sequitur*: Promissum; *vbi sequitur vox antiqua*: illectauerat, *& mox Poëtico more produlta in penultima vce*: poteritis.

6. ne fidus pater, & vates, &c.] *Abrahamum intelligit, qui Gen. 22. pro Isaac eum filio ad immolandum.*

Connexus capite spinis ostenditur agnus,
sicuti in eo quod sequitur:

--Cuius de morte piati
Esset vt in signum,
ad Exod. ca. 12. vbi sanguine agni *Paschalis iubentur* signari postes & limina multa, *pro quo malim legere*: muta, *sed mihi immutani. Quibus adycit &* Pascham *celebraram, Ioh. 5. Castigauimus autem paulopost*: aut sanguine funera delet, *pro*: dolet.

7. fouet aut suo vellere vulnus, &c.] *Hîc per licentiam Poëticam corripiuur o litteram sine dictionis suo, sicuti etiam frequenter posica in hisce libris; de aliis Christianis Poëtis idipsum vide apud Beden. Emendauimus etiam*: vt pro peccatis, *pro*: Aut, *vt id quod præcedit*: Non pecoris, *sit interrogatio, & accipiatur more Tertullianico*: Non, *pro*: Nónne. *Porrò* agnum Christum *probat etiam ex Euangelio Ioan. 1.*

CAP. IIII.

8. Sic Dominus virtute patris, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De comparatione primi parentis Adam, & secundi Christi. *Est vero Tertullianicum*: pecudúmque potiri, *&*: eripere fortis. *sic enim legimus e in fine producta, pro eo quod erat*: Eriperet; *Item*: virgo lubducta dracone; *item non multo pòst*: sine debito mortis; *sic enim castigauimus pro*: debita, *sicuti etiam*: vestigia mortis, *pro*: mortem. *Rursus verò ad stilum Auctoris pertinet*: manum extendit, *&c.* contingere lignum.

9. Qua die, quóve loco cecidit clarissimus Adam, &c.] *Sic emendauimus, pro*: clarissimus. *Atqui quod hîc dicit, & mox clarius, repetit hui verbo*:

Golgotha locus est, capitis caluaria quondam, *&c.*
Os magnum hîc veteres nostri docuêre repertum,
Hîc hominem primum suscepimus esse sepultum, *&c.*
habes etiam apud B. Cyprianum tract. de Resurr. Christi; *vbi vide similes Veterum locos in Adnotationibus nostris num. 3. Auctori peculiare est, quòd etiam* eodem die passum *scribit* Christum, quo Adam cecidit.

10. Sponte suum corpus quod liquerat, ipse recepit, &c.] *Istud de Christo intelligendum iuxta naturam humanam, secundum quam mortuus est & sepultus.*

11. Scilicet in Christo esse decus, tuum Ecclesia cernens, &c.] *Corruptus est hic versus, cui quòd deessent MS. cod. mederi non potui. Vbi interim prima syllaba vocis* Ecclesia *corripitur, quod peculiare est Auctori tum supra huius l. c. 2.* Decutrit Ecclesia verbo, *tum hîc, tum paulopost*:

Hæc populi vera est viuentis Ecclesia mater,
& lib. 3. infra, cap. 7.

Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membra.
Suspicor autem etiam ibi mendum subesse: fœmina sanguis erat.

12. Golgotha locus est, &c.] *Producitur hic media huius vocis syllaba, qua Hymno de Pascha Domini, apud Cypr. corripitur.*

Est locus, ex omni medius quem cernimus orbe,
Golgotha ludæi patrio cognomine dicunt.
sicuti etiam à Iuuenco lib. 4. vbi rursus Golgotha nomen. *Castigauimus autem mox*: stillantis aquæ virtute leuari, *pro* leuare.

13. Aut hominem totum exanimem per Sabbatha viuum, &c.] *Peculiare est hoc Auctori, quòd insinuet resuscitationem Lazari, Ioan. 11. factam in* Sabbatho; *nam de illo illum loqui manifestum sit ex eo quod sequitur*: Hæc ineunte die sancto, *&c.*

CAP. V.

14. Quid? Caro si mortitur, nec spes datur vlla salutis, &c.] *Titulum huic capiti feemus*: De resurrectione & salute carnis æquè ac animæ. *De quo vide supra lib. 1. c. 9. num. 30. Emendauimus verò*: Quid? *pro*: Quod, *&*: salutis, *pro*: saluti. *Est autem Tertullianicum*: medicare, *&*: Non poterit, *& c. pro*: Nónne.

CAP. V.

14. Quid? Caro si mortitur, nec spes datur vlla salutis, &c.] *Titulum huic capiti feemus*: De resurrectione & salute carnis æquè ac animæ. *De quo vide supra lib. 1. c. 9. num. 30. Emendauimus verò*: Quid? *pro*: Quod, *&*: salutis, *pro*: saluti. *Est autem Tertullianicum*: medicare, *&*: Non poterit, *& c. pro*: Nónne.

15. Saxa fient & sempet erunt, &c.] *Castigauimus*: fient, *pro*: fiunt. *Et vero corruptus hic prima eius dictionis littera contra Ethnicorum Poëtarum morem, tum hic, tum infra in Genesi*: Lux fiat. *Nec absimiliter Prudentius Peristeph. & Fusilla iam tenuis fiet, &*: *sic Cyprianus alter*; *item lib. 1. adu. Sym. quæcunque fiant auctore senatu*; *denique & Auctor l. 2.* Credite vera fient. *Vide etiam de hoc Bedam. Emendauimus verò*: mortua deficiunt, *pro*: deijciunt.

16. Ergo caro & sanguis Dei regno digna negatur, &c.] *Pulcrè interpretatur illud Apostoli 1. Cor. 15.* Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt; *de quo latius supra l. de Resurr. carn. c. 46. 49. 50. & 51. Castigauimus autem mox*: Carnali setmone putent, *vt derivetur à putêre, pro*: putant, *ac paulopost rursum*: & debito mortis, *pro*: debita. *Item*: humanum (*nempè genus*) rutsus debere renasci, *pro*: humano. *Atqui habes hic correptas in fine dictiones*: Dei, *&* mox: sui, *etiam contra regulas veterum Patrum, de quo latius Beda.*

17. Denique dixit: Oportere superindui carnem, &c.] *De hoc Apostoli 2. Cor. 5. loco etiam supradicto lib. latius cap. 41. 42. & 43. sicuti etiam de illo*: in Atomo, in momentaneo motu oculi, *ibidem. Atqui*: rufam ceram *more sue rubeam intelligit*: *&*: glutitam *vsurpat, pro*: deglutitam.

D

ARGVMENTVM LIBRI TERTII ADVERSVS MARCIONEM, ETIAM IPSIVS AVCTORIS.

TERTIVS, ingenua gentem de matre creatam, Vatibus & patribus sacratos esse ministros. *Vbi subintelligi debet: tradit, aut quid simile. Tractat enim libro tertio (quod adeò etiam titulo adiecimus)* DE CONCORDIA PATRVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, *occasione illius Apostoli Gal. 4. ex Isai. c. 54. Scriptum est enim: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis; quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum, & illius: Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Hocenim quod in dicto argumento dicitur:* ingenua gentem de matre creatam. *Plura autem habet Auctor initio libri quinti, sed ita obscura, vt præstet suo loco duntaxat tractare.*

E

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI LIBER TERTIVS ADVERSVS MARCIONEM, DE concordia patrum veteris & noui Testamenti.

CAP. I.
Gal. 4. & Gen. 21.

RAM genuit, quondam sterilis cognomine, mater,
Iámque nouus gaudet populus de libera natus,
Expulsa famula, merito cum prole superba;
Viuentis quoque fontis aquas ingrata relinquit,
Et tepidis errans ardenti sidere potat.
Gen. 12. Iam possunt gentes Abraham clamare parentem,
Quæ vocem Domini simili ratione secutæ,
Omnia liquerunt peregrè se sistere vitæ.
Gal. 4. & Isai. 45. Lætare ô sterilis, promissam concipe plebem;
Erumpe & clama, quæ nulla prole beata,
De qua dicebat per vates spiritus olim:
Hæc genuit gentem multis ex gentibus vnam,
Cuius principio semper pia membra laborant.
CAP. II. [a] Huius Abel iustus, pastor, pecudúmque magister, F
Fraternæ occidit quem olim violentia dextræ.
Gen. 5. [b] Huius Enoch, insigne decus, de corpore membrum;
A Deo digressos populos, facinúsque sequentes,
Dum furit in terris refugarum, turba latronum;
Sacrilegum genus vt fugeret crudele gigantum,
Consilio reuocabat; in omnibus ipse fidelis.
Ingenti gemitu placuit, meritóque labore
Translatum magno pignus seruatur honore.
Gen. 6. 7. et 8. [c] Perfectus laude & sine culpa Noa repertus
Testificante Deo iustus in adultera plebe,
Bis quinquagenis arcam qui texuit annis,
Venturum excidium factis & voce ferebat;
Promeruit tantis ereptus mortis ab vndis,
Et cum prole sua seruatur. Gente sequente
Gen. 12. & 17. Est Abraham, cuius gnatos vos esse negatis,
Qui primus genere & patria & genitore relicto,
Voce Dei suasus secessit in extera regna,
Tanto Dei meruit sublimis dignus honores,
Gentibus vt pater & populis credentibus esset.
Gen. 29. et sequent. Cum patribus Iacob, quorum pater ipse, per omne
Vitæ suæ spatium lætissima tempora Christi

Præce cinit

A

Præcecinit verbis, actu, virtute, labore.
Hunc sequitur Ioseph, fœdæ sine sorde iuuentæ, *Gen.39.*
Careeris & duræ confícta calumnia pœnæ.
Gloria post gemitus, regnique secunda corona,
Inque fame panis tribuendi larga potestas.
Tam propria Christi, tam lucida lucis imago
Omnibus est manifesta, quibus sunt lumina menti;
Vt speculo vultus firmam spem cernere possint.
Iudas ipse pater, regalis sortis origo, *Gen.49.*
Vnde duces geniti, cuius de semine reges
Numquam defuerunt, donec ventura potestas
Gentibus exspectata diu, promissa veniret.
[1 Dux populi Moses; qui limina regia liquit, CAP.III.
Spernens diuitias florentes tempore paruo, *Exod.2.&*
Maluit adflictus populi portare labores *Hebr.11.*
Subnixa ceruice, minis non territus vllis,
Quàm sibi delitias multásque remittere pœnas;
Pro magnáque fide, pro tanto mirus amore,
Armatus virtute Dei, magnalia gessit.

B

Percussit gentem plagis, terrámque reliquit, *Exo.7.8.9.*
Confundit regem, durum populúmque reducit. *10. 11. &*
Calcauit fluctus, hostes demersit in vndis, *12.*
Fecit aquam dulcem per lignum, semper amaram. *Exod.14.*
Cum Christi populo manifestè multa locutus, *Ibid.15.*
[2 Cuius de facie lux, & nitor ore refulsit, *Ibid.34.*
Acceptam legem per paucos fudit in orbem,
Exempla implicita propriorum certa laborum;
Percussit petram, iussus quoque flumina fudit, *Ibid.17.*
Extenditque manus, vt signo vinceret hostem. *Ibid.*
Omnia de Christo, per Christum cuncta loquuntur.
Hic probus & magnus cum laudis pace quieuit.
At Iesus Naue filius, Auses antè vocatus, *Num.13.*
(Spiritus hunc sanctus socium sibi nomine iunxit.)
Hinc fluuium scidit, & populum transire coëgit; *Ios.3.*
Distribuit terram gratis, promissa paterna; *Ibid.13.&*
Solem cum luna statuit, dum vinceret hostem; *sequ.*
Expulit externas gentes, prolémque gigantum, *Ios.10.*
Excidit lucos, aras & templa subegit; *Ibid. 11.&*
Omnia legitima solemnia mente peregit, *12.*
Nominis exemplum Christi, virtutis imago. *Ibid.23.&*
[3 Quid de iudicibus populi per singula dicam? *24.*

C

Quorum virtutes, si conferibantur in vnum, CA.IIII.
Verborum spatio numerosa volumina complent.
Attamen ex multis paucorum dicere vitam,
Corporis explendi verborum postulat ordo.
Ex quibus vt Gedeon dux agminis, acer in hostem, *Iud.6. &*
Non virtute sua tutelam acquirere genti, *7.*
Firmatúsque fide signum petit excita menti,
Quo vel non posset, vel posset vincere bellum,
Vellus vt in noctem positum de rore maderet,
Et tellus omnis circum siccata iaceret,
Hoc inimicorum palmam coalescere mundo;
Atque iterum solo remanenti vellere sicco,
Hoc eadem tellus roraret nocte liquore,
Hoc etenim signo prædonum strauit aceruos.
Congressus populo Christi, sine milite multo,
Tercenteno equite, ([4 numerus Tau littera Græca)
Armatis facibúsque & cornibus ore canentum.
Vellus erat populus ouium de semine sancto.
Nam tellus variæ gentes, fusæque per orbem,

Verbum quod nutrit, sed nox est mortis imago,
Tau signum crucis, & cornu præconia vitæ,
Lucentésque faces in lychno, spiritus ardens.
Scilicet hoc testamen erat virtutis imago,
Non priùs angelica mortis fera prælia vinci,
Quàm populo indocili meritò sua culpa relicto,
Iud. 4. & 5. Florentésque fide gentes in laude receptæ.
Debbora quin mulier super omnem maxima famam,
Pro patria quæ belligero subnixa labori,
[a] Stipite sub palmæ populum vicisse canebat;
Quapropter victi simul hostes terga dedere;
Sisara dux fugit, cui non vir, nec manus vlla
Restitit. Hic Baal Christi victoria signo
Exemplo refugæ, deuicit fœmina ligno.
Iephtha fide firma, qui duro vulnere votum
Ausus, mercedem belli Deo dicere grandem;
Iud. 11. Hic quia, quæ non vult Dominus, promiserat amens,
Occurrit primò carum sibi pectore pignus.
Nulli sperata cecidit quod sorte repente,
Promissum vt staret, soluit pia iura parentis,
[b] Peccati votum, violenta mente coperuit
Immanis timor, orbatæ solatia vitæ
Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem.
Necnon Samsonis super omnia corpora vires,
Iud. 15. 16. Spiritus hoc donum capiti concessa potestas,
Pro populo solus nullo mucrone, nec armis,
Os retinens asini prostrauit corpora mille.
Vincula nulla virum vinctum potuêre tenere;
Gloria sed postquàm captiui mota recessit,
Occidit, atque hostes victus sua morte redemit.
CAP. V. [c] Mirificus Samuel; cui Reges vngere primùm
1. Reg. 10. & 16. Præceptum, dare Chrisma, viros ostendere Christos;
1. Reg. 12. Talibus in vitæ spatio laudabilis egit,
Vt quoque post requiem Prophetica iura teneret.
& 25. [d] Psalmographus Dauid, magnus rex, atque Propheta,
Psal. 20. Passurum Christum submissa voce canebat;
Sponte quod ingratus populus sine lege peregit;
Psal. 131. Cui Deus ex vtero fructum promiserat olim,
Prolem, sublimi solio suo ponere sanctam.
Fixa fides Domini quæ sponderat, omnia fecit.
4. Reg. 18. 19. & 20. Æmulus Ezechias, populi corrector inertis,
Ablatis legem qui restaurauit, iniquis,
Hæc olim mandata Dei prior omnia iussit;
Qui precibus bellum, non ferri cuspide soluit.
Hic moriens, lacrymis annos ac tempora vitæ
Accepit, merito talem tulit actus honorem.
4. Reg. 22. & 23. Ingenti zelo Iosias, rector & ipse,
Tantum nemo suprà, nec postea taliter egit.
Idola destituit, destruxit templa nefanda,
Atque sacerdotes super aras igne cremauit;
Ossa Prophetarum falsorum cuncta refodit,
Incenditque aras adolenda cadauera lignis.
Insignis fidei in laudem (memorabile) tactus
Iud. 4. 3. Reg. 17. & 18. [e] Nobilis Helias, qui nondum debita mortis
Gustauit, quoniam rursum venturus in orbem est.
Ergo infracta fides, populum regémque furentem,
Militiam Domini qui deseruêre beatam,
Verberibus, flammis castigans hostes amaris;
Sidera concluſit, tenuitque in nubibus imbrem.
Esse Deum ostendit cunctis, apparuit error.

Nam

A Nam madidæ partes hostiæ,fluuio,super aras
De cœlo precibus, veniens vi, flamma comedit;
Et quotiens voluit, toties ruit ignis ab alto.
Diuisit fluuium,transgressus & auia fecit; 4.Reg. 2.
Sublatus curru paradisi vectus in aulam est.
Huius discipulus,fortis successor Helisæus,
Qui duplicem Heliæ petijt sibi sumere sortem, Ibidem.
Ad castigandam violento verbere plebem,
Tantum pro Domino & talem spirauit amorem.
Iordane percusso.pedibus via facta regressus,
Demersam fluuio releuauit virga securim; 4.Reg.6.
Mortificúmque cibum in vitalem transtulit escam; 4.Reg.4.
14 Detinuit pluuias iterato tempore duplo; 4.Reg.8.
Mundauítque lepras; hostes caligine cepit. 4.Reg.5. & 6.
Cuius post obitum iam condita membra sepulcro, 4.Reg.13.
Abiectus quidam,mactatus cæde latronum,
Mortuus, vt tetigit,reuocata luce reuixit.
[15 Isaias,locuples vates, cui fontis aperti
Tam manifesta fides, verbum Dei ore profudit, CAP. VI.
B Largáque per Christum patris est promissa voluntas, Isai 2. & deinceps.
Prætestata viam vitæ, atque probata per ipsum est.
16 Quem populus sectum ligno,sine labe repertum,
Immeritum, demens crudeli morte peremit.
Sanctus Hieremias, quem gentibus esse Prophetam Hier.1.
Æterni virtus iussit,dixítque futurum;
Qui quoniam plebis facta illaudanda reuoluit, Hier. 37. & 38.
Et fore captiuam,nisi pœnituisset iniquos,
In famulos fieri præfaga voce locutus;
17 Vincula dura tulit,squallenti carcere clausus,
Inque luto putei fames hausit tabida membra.
Sed postquàm quæ noluerant audire, probauit, Hier.39.
Atque hostes victum populum duxêre triumphis,
Horrida vix tandem caruit sua dextra cathenis;
Nulla morte virum constat, neque cæde peremptum.
18 Ezechiel fidus, dilues cui gratia verbi
Concessa est, peccatorum secreta videre, Ezech. 1. & deinceps.
Afflictus lugere suos, veniámque precari,
Cernere vindictam sanctorum cæde futuram,
C Sanctorúmque locum regni,carnísque salutem
Spiritu implicitus, gressus aditúsque videre.
19 Osea, Amos,& Micheas, Ioël,Abdia, Ionas,
Atque Naum,Abacuc,Sophonias,Aggæúsque,
Zacharias vim passus,& angelus ipse Malachim;
Hi vates Domini,quorum chorus vsque canentum,
Ac pariter laudis propriam meruêre coronam.
Quàm magnus Daniel,qualis vir,quanta potestas;
20 Qui falsos testes ipsorum prodidit ore, Dan.13. seu 2. secundum LXX.
Seruauítque animam damnatam crimine ficto;
Somnia secreta,& regis prior ore resoluit,
Præuidit Christum regnorum soluere membra; Dan.2.
Pro Domino reus est,factus quoque præda leonum,
Seruatísque palàm cunctis in pace quieuit. Dan.6.
21 Huius tres socij vix digna laude canendi,
Ex numero tanto decretum regis iniquum Dan.3.
Contempsêre pij, quorum data corpora flammis,
Tradere se pœnis potius,pro nomine magno,
Quàm genibus nixi simulacro pandere palmas.
Iam præclara fides, iam spes super omnia fulgens
Extinxit rabidos ignes,& vicit iniquos.
Esdras vates,legis Doctor,& ipse sacerdos, 1.Esdr.7. & 8.

Qui populum captum post tempora plena reduxit,
[22] Ignibus & multa consumpta volumina vatum
Spiritu completus, memori omnia reddidit ore.
CA. VII. [23] Grandis Ioannes super omnes semine natos,
Matth.11. Cuius difficilè poterîmus dicere laudes,
Ablutor carnis, Domini præcursor apertus,
Matth.3. Ablutor Christi, prior ipse renatus ab illo,
Fœderis ille noui primus, veteríque supremus,
Matth.11. Próque via vera, pariter bissena iuuentus,
Matth.14. Ecce Deus Christus;
Matth.3. Omnibus vna fides, amor vnus, & vna potestas,
Matth.10. Flos hominum, mundo lucentes lumine Christi,
Et comites & Apostolici, qui vera locuti,
Auribus audiuêre, oculis vidêre salutem,
Luc.24. Tractauêre manu corpus de morte receptum,
1.Ioan.1. Conuixére cibo assiduè; testantur vt ipsi.
Act. 9. [24] Hunc Paulus, prælectus Apostolus in vice missus,
2. Cor.12. In cœlos raptus vidit quoque; missus ab illo,
Act.11.& Barnaba cum comite, sociísque prioribus, vno
Gal.2. Fœdere coniunctis, per gentes, tradit vbique,
Ephes.4. Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membra
Corporis ipse salus, membrorum vita perennis;
Rom.1. Ipse caro factus, pro cunctis ipse peremptus,
1.Cor.15. Ipse resurrexit primus, spes vna salutis;
Discipulisque suis formam dedit; hi simul omnes
Indignas variè pœnas pro nomine passi.
CA. VIII. [25] Talia membra gerit specioso corpore mater
Gal.4. Libera, quòd numquam Domini præcepta reliquit,
Inque domo senuit Domino lectissima semper,
Inuidiam, pœnas, eius pro nomine passa.
Nam sterilis quoniam, nondum secura futuri,
Ediderit populum cœlesti semine natum,
Atque suæ famulæ portauit spreta dolorem;
Hanc sterilem quondam, nunc tempus cernere matrem
Hæredem natum suæ libertatis habere,
Non similem famulæ, quamquam de semine cœli
Conceptum genuit, sibi conditione iugatum.
Absit vt illicitis verbis, temeraria voce
Egregios homines, ardentia sidera cœli,
Semine coniunctos tantùm, vel sanguine plebi,
In solidum passim famulum dicatis atrocem,
Aut populum Domini legis mandata secutum,
Seruili specie quisquam putet esse loquendum.
Sed peccatorum vacuam sine mente cateruam,
Qui promissa Dei, dubia spe, corde locarunt,
Præsentis vitæ misera dulcedine victos,
Debita seruitio capitis sua culpa subisset,
Si legem plebi peccati causa iugabit.
Nam seruire Deo, totóque incumbere corde
Intemerata fides, libertas sponte paratur.
Ergo patres iusti, sancti, sine labe Prophetæ,
Aduentum Domini, multi cecinêre futurum;
Testantúrque fide cœlestia iussa prophanis,
Cum quibus immanes satiati gloria Christi,
Consortes virtutis, verba sacrata replentes
Firmauêre fidem, factis prædicta probando.
CAP. IX. [26] Quorum discipuli, qui successêre per orbem,
Conflati virtute viri, nostríque magistri,
Coniunctos operis nobis tribuêre honores.
Ex quibus electum magnum, plebíque probatum

Hac ca-

Hac cathedra, Petrus qua sederat ipse, locatum
Maxima Roma Linum, primum considere iussit.
Post quem Cletus & ipse, gregem suscepit ouilis.
Huius Anacletus successor sorte locatus.
Quem sequitur Clemens, Is Apostolicis benè notus.
[27] Euaristus ab hoc rexit sine crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ouile.
Post expleta sui qui lustri tempora tradit
Telesphoro, excellens hic erat, martyr que fidelis;
Post illum socius legis, certúsque magister;
[28] Quum vestri sceleris socius præcursor & auctor
Aduenit Romam Cerdo, noua vulnera gestans,
Detectus, quoniam voces & verba veneni
Spargebat furtim; quapropter ab agmine pulsus,
Sacrilegum genus hoc genuit, spirante dracone.
Constabat pietate vigens Ecclesia Romæ
Composita à Petro, cuius successor & ipse,
Iámque loco nouo cathedram suscepit Higinus.
[29] Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus pastor, quia tradita verba locutus,
Aque Pio suscepit Anicetus ordine sortem.
Sub quo Marcion hic veniens, noua Pontica pestis,
Nondum secretum facinus suo corde reclusum,
Passim vulgo loquens latebrosa perfidus arte.
Sed postquàm cœpit mortis proferre sagittas,
Abiectus meritò tam sæui criminis auctor,
A sanctis reprobus; patuit mirabile monstrum.

ADNOTATIONES IN LIBRVM TERTIVM
ADVERSVS MARCIONEM IACOBI PAMELII

CAP. I.

1. Iam genuit, quondam sterilis cognomine, mater, &c.] *Caput hoc inscriptissimus*: De matre eadem Abrahami, veterúmque Patrum & nostra, Ecclesia. *Sicuti autem initio ipsa verba Apostoli Gal. 4. in carnem redegit, ita quum subdit*: Viuentis quoque fontis aquas, *&c. adludit ad illud Gen. 21. vbi Agar legitur vere aquæ in scapulis impositæ errasse in solitudine. Videtur interim alia aliqua vox subsituenda pro*: tepidis, *sed non licuit ob inspiam cod. Ms. corrigere.*

CAP. II.

2. Huius Abel iustus, pastor, pecudúmque magister, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De patribus Abel, Enoch, Noë, Abraham, Iacob, Ioseph, & Iuda. *Sensus autem est*: Huius *nempe gentis est.*

3. Huius Enoch, &c.] *Peculiare hoc est Auctori, quòd scribat*: Enoch à Deo digressos populos consilio reuocasse, *qui etiam per præcognitionem* Gigantes *nuncupat impios ciuis ab diaboli ministros, de quibus Gen. 6. sub Noe primùm fa mentio in scripturis.*

4. Perfectus laude & sine culpa Noa, &c.] *Quòd de Noa tradit, magis cum scriptura conuenit, vbi quum legatur*: Erant dies illorum centum viginti annorum, *facilè interpretatur* (omissa dumtaxat 20. annis, *forte quòd in carmen non tam commodè posset referri*) *de pœnitentia impij relicto, dum dicit*:

Bis quinquagenis arcam qui texuit annis.

Nox verò vbi de Abraham *agit Auctor, pro eo quod legebatur*: Tantos, *necessario cogitauimus*:

Tanto Dei meruit sublimis dignus honores;

ut accipiatur Tantò, *more Tertullianeo, pro*: Tantum. *Item vbi de* Ioseph *agitur*: Tam propria Christi, *pro*: Tum.

CAP. III.

5. Dux populi Moses, &c.] *Inscriptionē huic capiti fecimus* De Mose & Iesu Naue. *Quum autē hic adludat ad illud Apostoli Hebr. 11. fide Moses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens adfligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum imposterum Christi, hinc patet Auctorem, habuisse eam Epistolam pro authentica, de qua interim latius infrà Tom. 5. lib. de Iudicijs cap. 20.*

6. Cuius de facie lux, & nitor ore refulsit, &c.] *Intelligat quod legitur Exod. 34. iuxta LXX. Glorificatus est vultus eius facies Mosi, quum loqueretur ei Dominus, pro eo quod ex Hebræo legitur: cornuta facies: de quo supra vide Aduocationes nostras lib. 4. adu. Marc. c. 22. nu. 344. Sicuti de Iesu Naue, paulò ante vocato, lib. 3. c. 16. nu. 115. & lib. 4. c. 23. nu. 393.*

CAP. IIII.

7. Quid de iudicibus populi per singula dicam? &c.] *Hoc caput inscriptissimus*: De Iudicibus, Gedeone, Debbora, Iephte, & Samsone.

8. (numerus Tau littera Græca, &c.] *Hæc sibi vult*: Tau litteram Græcam, *exprimere* numerum trecentenum, *quod, præterquàm quod notum sit quàm vt prolixitate indigeat, etiam superiorem sensum est ex Tertulliano, Irenæo, & alijs lib. de Præscript. adu. hær. cap. 30. hær. 15. num. 319. de hæresi Marcis ex Græcarum Alphabeto. Hic verò propterea hæc illuc adsert, vt probet* Gedeonem *in figura* Tau signi crucis, Trecenteno equite, (*vbi accipit equitem cæmmate gratia, pro omni milite, Nam Iosephum, solum legitur de 30. viris*) strauisse prædonū acerbos. *De quo signo* Tau *plura vide supra lib. 3. aduers. Marc. cap. 22. num. 374. & Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 11. num. 142. Atque paulò post*: tellamen *usurpat Auctor, pro tegumento.*

9. Stupite sub palmæ populum vicisse canebat, &c.] *Alludit ad Canticum* Debboræ, *quo celebrat Sisaram in templo clauo, fuisse, vti habent LXX. palo tabernaculi, quo ex palma eum confecti solere indicat Auctor*; *quæ etiam ipsum tradit signum fuisse* Christi victoriæ in ligno, *verbum lucis obscurioribus*, &c.

quantum apparet, mendosè.

10. Peccati vorum violenta mente coperuit, &c.] *Eodem pertinet quod sequitur.*

Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem, de Iephte, *qui ex voto quod amens Deo promiserat, filiam suam in holocaustum. Quemadmodum autem crimen illi imputetur, quum tamen ab Apostolo Hebr. 11. insignium recensetur catalogo, fusè tractat Auctor Quæst. & Respons. inter opera B. Iustini Martyris: dicens permississe Deum illud crimini, vt posteri documentum acciperent, ne vnquam vota sua Deo indiscrete anteponerent, & iniustorum nomen daturam nomen eius esse iuersum, quòd pietatis suæ ergà Deum obseruationem filiæ suæ macta tione declarauerit. Quale quid etiam habet B. August. Quæst in lib Iud. cap. 49. & ex parte lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 21. Pertinet vero etiam ad licentiam Poëticam illud: coperuit, in fine carminis heroici. Atque paulopòst de Samsone castigaturus: hostes victus sua morte redemit, pro: hostis victos; ipse enim tam victus, in vinculis vepotè constitutus, hostes suos concussione columnarum vna secum peremit.*

Cap. v.

11. Mitificus Samuel, &c.] *Titulum huic capiti fecimus:* De Samuele, Dauide, Ezechia, Iosia, Helia, & Heliseo. *Intelligit verò vnctionem Regum Saulis & Dauidis, 1. Reg. 10. & 16. deinde adluditad 1. Reg. 12. de innocentia* Samuelis, *& c. 25. de morte eius dem.*

12. Psalmographus Dauid, magnus Rex, atque Propheta, &c.] *Paucis comprehendit omnes* Dauidis *qualitates, de quo sequentem versum castigaturus:*

Psalsurum Christum submissa voce canebat, *pro:* cuius se voce canebat; *sicuti & de* Ezechia *illud.*

Ablatis Legem qui resturauit, iniquis, *pro:* Oblitis; per iniqua *enim intelligit quæ excelsa vocantur in scripturis. Paulopòst obscurum est illud de* Iosia:

Incensis que aras adolendâ cadabera lignis, *nisi subintelligatur:* ad adolenda.

13. Nobilis Helias, qui nondum debita mortis

Gustauit, &c.] *Supra c. 2. similiter de* Enoch *dicitur:*

Translatum magno pignus seruatur honore.

De vtroque verò vide supra lib. de Anima cap. 50. num. 564. Castigaturus autem: Flammis castigans hostes amaris, *licentia Poëtica, pro:* hostis.

14. Detinuit pluuias iteratò, tempore duplo, &c.] *Istud quod Heliæo inter cetera tribuit Auctor, non reperitur in Bibliis, nisi obscurè ex consequenti. quum enim defectu veris & pluuiarum iussu Heliæ facta fuerit fames annis tribus & mensibus sex, & legatur 4. Reg. 8. prædicta fames septem annorum ab Heliæo, (quod tempus duplum nuncupat Auctor) fuit in ea sententia Auctor, quòd hæc fames orta sit ex eo, quòd etiam* Heliæus pluuias iteratò detinuerit.

Cap. vi.

15. Isaias, loculpites vates, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* De Isaia, Hieremia, Ezechiele, xii. Prophetis, Daniele cum tribus sociis, & Esdra.

16. Quem populus sectum ligno, &c.] *De hoc vide supra To. 2. l. de Patient. c. 14. & rursum Tom. 3. in Adnotat. nostris in Scorp. aduersus Gnosticos cap. 8. nu. 54.*

17. Vineula dura fuit, squallenti carcere clausus, &c.] *Sicistud castigaturus pro mendo typographico, quantum apparet:* cuttere; *& rursum:* quæ noluerant audire, *pro:* voluerant. *Adludit enim ad Hier. c. 37. 38. & 39. vbi legitur tum primùm caruisse cathenis, postquam cuentu probauit caprinitatem ciuitatis Ierusalem, quam audire noluerant Iudæi; vtpotè cum liberatus à Nabuchodonosor, de quo adeò verum est illud:*

Nulla morte virum conflat, neque morte peréptum;
non verò de Iudæi, à quibus postea lapidatum fuisse Hieremiam supradictis loco ipse Auctor tradidit.

18. Ezechiel fidus, &c.] *Etiam hic castigaturus:* fidus, *pro:* fidus.

19. Osea, Amos & Micheas, Ioël, Abdia, Ionas, &c.] *Similiter & hic necessario substituimus:* Ioël, *pro:* simul; *propè quum inter xij. Prophetas minores, quos commemorat, ille vnus sit.*

20. Qui falsos testes ipsorum prodidit ore, &c.] *Etiam hinc confirmatur historia* Susannæ, *Danielis 13. quam cum Græcis inter prima Danielis facta recenset Auctor, de cuius auctoritate latinis supra Tom. 2. li. de Coronamilit. cap. 4. nu. 43. est autem obscurum, & fortassis mendosus ille versus:*

Seruatisque palàm cunctis in pace quieuit.

21. Huius tres socij, &c.] *Intelligit Ananiam, Azariam, & Misaelem, de quibus vbi dicit:* Tradere se pœnis, *&c. subintelligendum: malentes, aut quid simile.*

22. Ignibus & multa consumpta voluminа vatum, &c.] *De* omni instrumento Iudaicæ litteraturæ per Esdram instauratо, *vide supra Tom. 2. lib. de Habit. mulieb. cap. 3. num. 33. Quibus adde quòd id satis indicetur hic verbis, 1. Esdr. 7.* Esdras parauit cor suum vt quæreret legem Domini, *&c:* Esdræ sacerdoti, *scribæ Libri fermonum mandatorumque Domini.*

Cap. vii.

23. Grandis Ioannes super omnes semine natos, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De Patribus noui Testamenti, Ioanne Baptista, Christo, Apostolis xii. Paulo, & Barnaba.

24. Hunc Paulus prælectus Apostolus, &c.] *Sic castigaturus hunc versum, pro eo quòd erat:* Hinc. *Legatur enim de* Christo, quem Paulus in cœlos raptus vidit, *item:* missus ab illo. *Rursum autem ibi:* pro nomine, *accipitur Christi nomen.*

Cap. viii.

25. Talia membra gerit speciosо corpore mater, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De Ecclesia matre nostra, eâdemque vtriusque Testamenti.

Cap. ix.

26. Quorum discipuli qui successêre per orbem, &c.] *Inscriptionem isti capiti fecimus:* De Apostolorum discipulis, Romanisque Pontificibus vsque ad Anacletum, collocatis in Petri cathedra. *De qua vide supra lib. de Præscript. aduher. cap. 30. nu. 166. & cap. 36. nu. 207. 213. & 214. Sicuti de Lino, Cleto, Clemente, & Anacleto primis à Petro Papis, eiusdem l. c. 32. nu. 186. Item de successionis Romanorum Pontificum auctoritate adu. hæreses, ibidem nu. 183.*

27. Euaristus ab hoc, &c.] Euaristum, Alexandrum, Sixtum, ac Telesphorum *Pontifices Romanos præcedentium successores, etiam nominatim recensent B. Irenæus li. 3. c. 3. B. Optat. Mileuit. lib. 2. aduers. Parmenian. & B. August. epist. 165. denique Eusebius in Chronico.*

28. Quum vestri sceletis socius, præcursor, & auctor

Aduenit Romam Cerdo, &c.] *Sic emendauimus, pro eo quòd erat nullo sensu:* Cum vestri sceleris socio; *neque enim socium habuit Marcionem* Cerdon, *sed eius magister fuit, sicuti latius supra videre est dict. lib. cap. 51. her. 16. num. 321. Concordari autem debet cum ijs quæ ibi dicta sunt, quòd* Cerdon Romam *venerit sub* Telesphoro (*vbi in secunda syllaba è more suo corripit Auctor*) *sed* detectus (*sic enim etiam castigamus, pro:* detectus) *sub* Hygino.

29. Posthunc deinde Pius, &c.] *De* Pio *& Aniceto præcedentium successoribus, vide eosdem Patres; de* Herma *verò,* cuius scriptura Pastor inscribitur, *supra To. 2. l. de Orat. c. 12. n. 48. quemadmodum etiam de* Marcione, quòd Romam venerit sub Aniceto, *To 3. l. de Præscript. adu. hæres. c. 30. n. 165. Quem* abiectum à sanctis reprobum *dicens, confirmat excommunicationem etiam tum vsitatam in Ecclesia, quò pertinet etiam, quòd* Cerdonem *præmisit* ab agmine pulsum.

ARGV-

A

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI ADVERSVS MARCIONEM, ETIAM EX IPSO AVCTORE.

QVARTVS & ipse refert obscura piacula Legis
Esse typum veteris, quæ paruit hostia verè,
Iamdudum exspectata pijs cum semine sancto.

Quibus verbis, alias satis obscuris, indicat piacula, id est sacrificia veteris Legis, fuisse typum veræ hostiæ Christi. Qua explicatione quum Antitheses Marcionis dissoluat, quas hoc libro æmulamenta nuncupat; Libri huius titulo adiecimus: DE MARCIONIS ANTITHESIBVS.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI

B

ADVERSVS MARCIONEM LIBER QVARTVS, De Marcionis Antithesibus.

HAEc populo iuueni, qui diues, liber, & hæres — CAP. 1.
Possidet æternam spem laudis iure dicatam,
Non vt doctores (solus daret omnia Christus)
Sed famulos Christi, iubet inuiolata potestas
Ingenti zelo flagrantes, pacis amore
Armatos, molem belli deducere terræ
Excelsas turres, & mœnia sæua malorum.
Surgentésque minas, populi contra agmina sancti
Detrahere, vacuas voces dissoluere vento.
Quapropter meritò nos æmulamenta locuti
Ipsius ex verbis, etiam monumenta salutis
Nitimur exprimere, quæ gratia larga profudit,
Prædonísque plagam sanctis aperire copertam,
Ex improuiso ne quis rudis, inscius, audax
Incidat, & captus cœlestia dona relinquat.

C [1 Ergo Deus cunctis mortalibus vnus vbique est, — CAP. II.
Æternum regnum, profundæ lucis origo,
Fons vitæ, potus sapientia conditus omni.
Protulit ipse orbem, cuius sinus omnia cingit.
Nulla illum regio, nullus locus ambitu claudit;
Materies nulla est facta, vt sit sponte perennis,
Quæ fuerit semper, nullo facto recreata;
Cœlorum, terræ, maris, infernique locator.
Spiritus, aëris est diuisor, conditor, auctor,
Solus perpetuus Deus est, immensa potestas.
Hunc lex esse Deum populo monstrauerat vnum,
Cuius vox Mosi pollens in monte locuta est.
Illius hæc virtus, sapientia, gloria, verbum,
Filius, immenso genitum de lumine lumen,
Per vatum voces hunc vnum clamitat esse.
Ordine suscipiens Paulus, sic tradit & ipse
Vnum hunc esse patrem, per quem sunt omnia facta,
Atque vnum Christum, per quem Deus omnia fecit,
Ad quem se curuare genu planè omne fatetur, — *Philip. 2.*
1 Ex quo omnis patria in cœlo terráque vocatur, — *Ephes. 3.*
Qui zelat populum summo pietatis amore
Vt pater, & sanctè vult omnem viuere carnem,

Appatere sibi mundam sine crimine plebem. D
Hoc zelo nostram custodit lege salutem,
Legitimos monet esse,iubet, castigat,& instat.
Corripiens Galatas fratres,& Apostolus idem,
Talem se Paulus zelum se scripsit habere.
CA.III. »
Gen.7. » [a Ceddidit ergo Deus gratis peccata paterna,
» In cataclysmo enecans pariter cum prole patentes;
» Gentéque iam quarta genitos de stirpe nepotes,
» Quum ferè nongentos hos tunc adiuuerit annos.
Gen.18. » Iudicium durum, sententia sæua videtur,
» Paruulus & Sodomis adhuc insons,mollis,inermis,
Vt careat vita,quid enim peccauerat infans?
Quod crudele putes, hoc est pietatis honestum.
Auctores sceleris (facinus ne cresceret vltrà)
Exstinxit, sobolémque patrum peccata sequentum.
Sed non cum patribus pœnas innoxius infans
Perpetuas luit; ignarus, neque criminis auctus;
Ne fieret sceleris, consors ætatis adultæ,
Sponte futura mala,mors immatura resoluit.
C.IIII. » [b Cur Deus ergo iubet pecorum sibi sanguine fundi? E
Leuit.1. » Legéque constringit,ne quis transcenderet errans
&seqq. » In populo, lapidum præsenti morte minatus.
Isai.1. » Atque iterum hæc reprobat,negat hæc sibi munera grata,
» Corripiens plebem peccati examine pressam.
» Ipse iubet verax,iustus simul ipse repellit?
Si quæris causas, errans desiste moueri;
Causa etenim fidei,rationis imagine maior.
Aspice per speculum fulgentis luminis vmbram,
Quid vituli sanguis, vitulæ cinis, hircus vterque;
Leuit.16.& Hic dimissus abit, cadit alter at hostia templo.
Hebr.9. Sanguine nam vituli populum,simul omnia vasa,
Atque sacerdotes,& scripta volumina legis,
Sparsit aquæ mixto,vates sic iussus ab alto;
Non propriam spem,nec speciem virtute vacantem,
Exemplo vituli passurum in corpore Christum;
Qui iuga dura ferens humeris,temonis eratro
Fortiter abrupit sua pectora vomere ferri,
Infundens sulcis animæ sui sanguinis vndam.
Exod.26. Nam templi vasa hæc designant corpora nostra.
Ipse Dei templum verum,non antè dicatum, F
Namque suo socios homines sibi sanguine fecit,
Matth.26. [c Atque sacerdotes voluit sui corporis esse,
Ipse patris summi perfectus iure sacerdos.
Auditum,visum,gressum mundauit inertem,
Aspersitque libro testes præsaga locutus,
Demonstrans legem suo vinctam sanguine sancto.
Leuit.16. Hanc & per vitulam manifestat victima caussam;
Sanguine de cuius pro plebe piacula sumens
Intra velamen primus Leuita ferebat,
Castrorum extra fores corpus iussúque cremauit,
Hebr.9.& Cuius decinere mundabat corpora lapsa.
17. Hoc Dominus noster,qui nos sua morte redemit
Extra castra,volens,populi vim passus iniqui,
Impleuit legem factis prædicta probando,
Qui verè mundat plebem contamine plenam.
Omnia concedens,quasi dies corporis auctor,
Intra velamen cœli cum sanguine gressus,
Effudit quem pro multorum mortibus vnus.
Ergò sacerdotem magnum decet hostia sancta,
Quam dignè perfectus habens,offerre probetur;

Corpus

A

Corpus habet, hæc eſt mortalibus hoſtia viua,
Hanc dignam magnis, pro cunctis obtulit vnam. *Leuit.16.*
Hircorum ſpecies homines dicat eſſe, repulſos
Ex duobus populis ſteriles, ſine fructibus ambos, *Matth.24.*
Quo in Euangelio Dominus quoque dixit, & hædos
Abs ouibus cerni ſtantes in parte ſiniſtra,
Eſſe quidem quoſdam Domini pro nomine paſſos.
Sic actum ſterilem, fructum velaſſe ſupremo
Hos merito dignos aræ, decet eſſe Prophetas;
Abiectos alios, Lazaro vt diues iniquus,
In ſua duricie qui permanſere repulſi.
[7 Nam velum in medio pendens cernebat vtroſque, *Luc.15.*
Inque duas partes ædem diuiſerat vnam.
Interiora quidem ſanctorum ſancta vocata. CAP. V.
Iſthic ara ſita effulgebat nobilis auro, *Exod.26. Heb.9.*
Teſtamenta ſimul, tabularum legis & arca;
Pellibus agnorum cœli contecta colore,
Interùs veſtita auro, media omnia ligno.
Hîc tabulæ legis, hîc manna eſt vrna repleta;
8 Hîc Aaron eſt virga, crucis quæ germina profert, *Num.17.*
Ipſi diſſimilis, Styracis tamen arbore nata.
B 9 Atque ſuper Cherubim per formam quattuor vnam *Exod. 20. ac. &c. lib. 2. & 10.*
Pandebant pennas, & ſagmina iuſſu tegebant.
10 Exteriùs velum, pars ædis aperta patebat. *Exod.26.*
In faciem; lato grauis æris ſtabat aheno,
Et candelabrum bis ternis vndique ramis
Connexis medio calamo, totidémque lucernæ.
Aurea materies complebat lumine templum. CAP. VI
[11 Ergo prior templi facies communis, aperta, *ibid.*
Declarat ritum populi ſub lege morantis,
In cuius tenebris ſeptemplex ſpiritus, vnus.
Lucebat ſanctus ſemper plebémque tegebat,
Hoc candelabrum verum, viuæque lucernæ.
Per legem & vates perlucens corde ſubactis.
Inque typum terræ facta ara creditur eſſe;
Hîc operæ populi, quas non ſine ſanguine ſemper *Hebr.9.*
Obtulit, effuſo, vitam ſine lege, cruore
In patulo paſſim compatuit omnibus olim;
Iſthic & Dominus pro cunctis hoſtia factus
Totam deſignat terram, ſpecialiter aram.
C 12 Fœderis hinc etiam noui inenarrabilis auctor, *Apoc.6.*
Diſcipulus Ioannes animas pro numine paſſas,
Teſtatur tali ſeſe vidiſſe ſub ara.
Clamantes Dei vindictam pro cæde potentis.
Iſthic interdum requies; ſub corpore terræ
In parte ignota quidam locus exſtat apertus,
Luce ſua fretus; 13 Abrahæ ſinus iſte vocatur,
Altior à tenebris, longè ſemotus ab igne, *Luc.15.*
Sub terra tamen. Hæc ara vocatur ahena,
In qua velamen pullum memorauimus eſſe. *Apoc.8.*
Diuidit hæc partes ambas, vnámque recludit.
Diſſitam ab æterna, cultura & temporis vſu.
Non inimica ſibi quamuis diſtantis amoris,
Tempore diuiſa & ſpatio, & ratione ligata
Vna domus, quamuis velo partita videtur,
Atque adeò paſſo Domino velamine rupto,
Cœleſtes patuêre plagæ, cælatáque ſancta,
Atque duplex quondam, facta eſt domus vna perennis.
[14 Interius templum, populum de nomine Chriſti CAP. VII.
Cœleſti cultu, ipſa Dei mandata ſequentem. *Exod.26.*

(Perſonæ hìc propriæ verè non vmbra ligatur)
Perfectis rebus completum tradidit ordo.
Ibid. Arca ſub exemplo, corpus venerabile Chriſti
Oſtendit, ſacro per lignum ſpiritu iunctum.
Aeriæ pelles, caro, non ex ſemine nata,
Extenſa in ligno; ſimul intus ſpiritus ardens
Aurigera ſpecie conflatus, iungitur illi,
Vt caro pace data, cum ſpiritu mixta vigeret.
Hebr. 9. Carnis, & vrna, typum Domini fert, aurea plena;
Fœderis ipſa noui Dominum declarat apertè,
Manna, quod eſt panis cœleſtis, verus, in illum
Traditus à patre, quem tribuit pro pignore ſanctis,
Perfectè dabit hunc illis, qui vincula pacis
Semper amatores operum tenuêre bonorum.
Ibid. Et tabulæ duplices conſcriptæ legis, in arca,
Significant ſimul hæc in Chriſto condita ſemper,
Qui vetus atque nouum mandatum pertulit ipſe,
Ibid. Arca patris ſummi, per quem dedit omnia dies.
Et virga Styracis fructus nucis adtulit ipſa.
(Virginis hæc ſpecies, genuit quę ſanguine corpus)
Coniuncta in ligno, ſedabit mortis amarum
Interius fructum dulcem, de ſpiritu ſancto.
Iſai. 11. Sicut Iſaias virgam de ſemine Ieſſæ
Prædixit Mariam, de qua flos exit in orbem.
Exod. 26. Ara nitens auro cœlum declarat in alto,
Quo ſanctæ ſubiêre preces, ſine criminæ niſſæ.
Matth. 5. Hanc aram Dominus dixit, qua munera ſiquis
Offert, vt primùm pacem cum fratre retractet,
Sic demum flagrare preces ad ſidera poſſunt.
Heb. 9. Hoc Chriſtus victor ſolus, primúſque ſacerdos,
Exod. 25. et Ezech. 1. ac 10. Obtulit incenſum, precibus non arbore natum.
Nam Cherubim quum ſit bis binis vultibus vnum,
Eſt vnum verbum, per quatuor ordine ductum,
De patre quæ Chriſtus pleniſſima pertulit ipſe
Mandata ſperata noui, ſolatia vitæ.
[15] Aſt quater alæ ſex, veteris præconia verbi,
Teſtificantis ea quæ poſtea facta docemur,
His alis volitant cœleſtia verba per orbem,
His etiam Chriſti ſanguis contectus habetur,
Obſcuræ vatum præſago dictus ab ore.
Alarum numerus antiqua volumina ſignat,
Eſſe ſatis certa viginti quatuor iſta,
Quæ Domini cecinêre vias, & tempora pacis.
Hæc cohærere nouo cum fœdere cuncta videmus.
Apoc. 4. [16] Sic quoque Ioannes, ſic pandit ſpiritus illi
Tot numero ſolio ſenioribus inſuper albis,
Atque coronatis cohibentibus omnia mitra;
Ad ſolium Domini, vitreũ & mare, ſtare ſub igne,
Quattuor aligera atque oculis animalia plena
Intus & exteriùs, quæ ſunt arcana patêre;
Significat verbo ſimul omnia clauſa videri;
Nam vitreum flammæ mixtum mare, dona lauacri
Spiritu conflato credentibus eſſe tributa.
Quæ pietas Domini? quis tantùm dicere poſſit,
Ante tribunale, ante pauimentúmque parauit,
Vt fora iudiciúmque ſibi anticipare volentes,
Et fugerent, eſſet properanti copia lata.
C. VIII. [17] Sic igitur lex, & miri cecinêre Prophetæ;
Omnia ſic coniuncta vigent, veteríſque nouíque
Fœderis, illa ſacra & verborum immania dicta.

Sic

Sic & Apostolicæ voces testantur vbique,
Nec quidquam veteris non est nouo denique iunctum
Sic errant, & dictorum sic facta retorquent,
Qui falsas finxêre vias; Dominúmque Deúmque
Æternum regem, qui tantum protulit orbem,
Detrectant, aliud quærunt sub nomine ficto;
Mentibus orbati, quas amisêre furentes,
Externum legi Christum affirmare volentes,
Nec mundi Dominum, carnis neque velle salutem,
Nec virtute patris, factorem corporis ipsum;
Quos obturatis fugiendum est auribus vltro,
Ne sermone suo maculent innoxia corda.
Nos igitur, quos tanta Dei persudit honestas,
Veráque doctoris cœlestia verba magistri
Instituêre bonis, recta & monumenta dedêre;
Semper honoremus Dominum, sine fine canamus,
Gaudentes puráque fide, certáque salute
(Nati vero Deo nutrimur pane perenni)
Æternam toto sperantes pectore vitam.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM QVARTVM ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. Hæc populo iuueni, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De libri huius argumento. *Atque obscurissimum est illud, & fortasse mendosum*:

Non vt doctores (solus daret omnia Christus) *Correximus vero*:

Excelsas turres, & mœnia sæua malorum, *&c.*

Detrahere, *pro*: Detraheret. *Accipit autem; vt in argumento quoque dictum est*: æmulamenta, *pro*: Autstheſibus: *quarum frequens mentio supra Tom. 3. libri quinque aduersus Marcionem.*

CAP. II.

2. Ergò Deus cunctis mortalibus vnus, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De vnico Deo. *Hic vero distinximus*: potus sapientia conditus omni, *vt* Sapientia *Abbatium sit mare Auctoris, terrepta vltimas syllabas, vbi est gaiumus*: conditus, *pro*: creditus. *Legimus etiam*: vt sit sponte perennis, *pro*: perenni, *&*: in fine locator, *pro*: locatur.

3. Ex quo omnis patria in cœlo terráque vocatur, &c.) *Reformata est ab Auctore in hac scriptura Ephes. 3. vox Græca πατριὰ, de qua S. Hier. adu. Heluid. scribens, fatetur Latinos paternitatis vocare, quas Græci vocant πατριάς, quum ex una radice multa genera turba diffunditur.*

CAP. III.

4. Reddidit ergò Deus grauis peccata paterna, &c.] *Inscripsimus huic capiti dimm*: Quo sensu Deus peccata paterna puniuerit in nepotibus, nempè peccata patrum sequentibus. *Vbi* cataclysmi *vocem Græcam restituit, pro diluuio. Sunt autem verba Marcionis vsque*: Quod crudere putes, *&c.*

CAP. IIII.

5. Cur Deus ergo iubet pecorum sibi sanguine fundi, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De Antithesi qua Deus pecorum sibi sanguinem fundi iussit, & tamen negat hæc sibi munera grata. *Quæ ecclesiæ puriter explicat Sacrificia, vituli, vitulæ, & hirci vtriusque; ad Hebræos item ad c. 9. Epist. ad Hebr.*

6. Atque sacerdotes voluit sui corporis esse, &c.) *Hæc verba confirmari* veritatem corporis & sanguinis Domini, *supra adnotauimus lib. 4. aduers. Marc. c. 40. num. 662. vbi ex re Latini. Rorsus autem paululum dum* vitulæ *vicissim explicat, vtitur voce*: contamine, *pro*: contaminatione. *Alquis acceperit*, de duobus hircis agit.

CAP. V.

7. Nam velum in medio pendens cernebat vtrosque, &c.] *Caput huius titulum est*: De templo interiori & exteriori, ex Exod. c. 26 & ad Hebr. c. 9. *Accipitur vero* cernebat, *pro*: discernebat; *vt pote quod distingueret inter* Sanctam sanctorum, *quò solus ingrediebatur summus Pontifex, & sancta siue Tabernaculum, in quod intromittebantur ceteri sacerdotes.*

8. Hic Aaron est virga, & c.] *In eo quod additur*: crucis quæ germina profert, *videtur esse mendosum*: crucis. *Rectius autem Græcam κράμβης, quam Numer. 17. Ipse pro virgatus vertit ex Hebræo* amygdala; *Auctor* Stylæ cruces *interpretatur. Et verò communis est vox Græca ad utrumque: vt pote quæ omne genus nuces significet. Quod verò significarit* Mariam virginem virga Aaron, *habes infra cap. 7.*

9. Atque super Cherubim per formam quattuor vnam, &c.] *Adhuc à parte ad Cherubim duo ebdomadia propitiatorium, de quibus Exod. 25. partim ad 4. animal. a, Ezech. 1. quæ* Cherubim *nuncupantur, Ezech. 10. & quæ Auctor c. 7. infra quatuor Euangelistas interpretatur. Correximus proinde ex hui scriptura loco*: Pandebant pennas, prospiniias. *Scribitur sursus*: & sagmina iussu regebant, *pro*: iussa, *quamquam interim vox*: sagmina, *quid sint vidit, non intellexit. Neque enim apta est significatio, verbenarum, quas sagmina vocabant, vt indicendo bellis aut pacis vsiteta erant, ad latera* propitiatorij.

10. Exterius velum, &c.] *Accipitur*: exteriùs *Aduerbialiter, pro extra. Quum autem dicit*: tidémque lucernæ, *septem intelligi; nam & candelabrum bis ternis ramis constans cum medio calamo septenarium constat, vnde est vbique septem. Deo spiritu septemplici, candelabrum interpretatur.*

CAP. VI.

11. Ergò prior templi facies, &c.] *Titulum huic capiti dedimus*: Quid anterius hue exteriùs templum significaue-

rit. *Illud autem*, vitam sine lege, *corruptum videtur.*

12. Fœderis hinc etiam noui inenarrabilis auctor,
Discipulus Ioannes, &c.] *Etiam hîc eidem* Ioanni *adscribit, & Euangelium* (*quod* fœdus nouum *nuncupat*) *& Apocalypsin, de quo latius lib. 4. aduers. Marcion. c. 5. num. 41.*) *vt potè quum esset Apocal. c. 6. Atque hic per casuram absumsi debet littera vltima in dictione* discipulus, *ut exprimatur* Christianus *Poeta, & Auctori suprà vsitatum.*

13. Abrahæ sinus iste vocatur, &c.] *Debet vide suprà lib. 4. aduers. Marc. cap. 34. n. 550. & 551. Hîc, præterquàm quòd etiam* sinum Abrahæ *ab inferni tenebris, & igne longè semotum scribat, sicuti ibi, addit: sub terra tamen; & magis ad communem accedit Theologorum sententiam in eo quod habet: passo* Domino, ex duplici domo (*nempè* sinu Abrahæ, & æterna gloria) *factam esse vnam domum perennem, quum*

Cœlestes patuere plagæ, cœlarâque sancta.

Atque adeò quum scriberet, nondum in errorem Millenariorum incideràt, de quo latiùs inter Prolegomena.

Cap. vii.

14. Interius templum, &c.] *Inscripti sumus huic capiti imposumus*: Quid interius templum, arca, tabulæ testamenti, mannæ vrna, virga Aaronis, & 4. animalia, significauerint. *Illud verò*

(Personæ hîc propriæ vetè, non vmbra ligatur)

parentheses inclusimus, quamquam adhuc mendosum sit & mutilum. Atqui castigamus: Aëtia pelles, *pro*: Aëtia; *nam explicat* pelles agnorum, quibus cœli colore arca contecta fuit, *vt cap. 5. dictum est. Qua denique de* vrna mannæ *subiungit, paulò obscuriora sunt.*

15. Ast quatuor alæ sex, &c.] *Rursus hîc more suo ex tribus locis scripturæ, sicut suprà c. 5. (vt ipsius verbis loquar) centonis more vnum facit; nam illud*: de quater sex alis *sine* pennis, *sequitur Ezech. 1. Quum autem subiicit*:

Alarum numerus antiqua volumina signat,
Esse satis certa viginti quatuor ista;
adiudicat ad veteris testamenti volumina 24. Hebraica, & Græca quoque litterarum elementa, de quibus, aliisque variis eorumdem partitionibus, vide sixtum Senensem in Bibl. Sanct. lib. 1.

16. Sic quoque Ioannes, &c.] *Quòd hîc inter cætera asserit ex Apocal. Ioan. c. 4. de* xxiiii. senioribus:

Ad solum Domini, vitreum & mare, stare sub igne,
quum ignis nulla illic mentio expressa sit, videtur referri ad id, quòd de solio sine throno præcedebant fulgura; vnde & subiungit: vitreum flammæ mixtum mare. *Sequentes verò versus satis obscuri sunt, quantum apparet mendosi. In quibus castigandis* albis, *pro*: altis, *&*: mitra, *pro* mira; *nam induti erant* albis *& coronis.*

Cap. viii.

17. Sic igitur Lex, &c.] *Caput hoc inscriptissimus* Epilogus, *vtpotè quæ ex præcedentibus colligit* veteris nouique fœderis siue testamenti concordiam, & proinde docet fugiendos hæreticos obtruncandosque auribus,

Ne sermone suo maculent innoxia corda.

De quo latiùs suprà T. 3. lib. de Præscript. aduers. hæret. c. 2. n. 15. & 16. Emendauimus verò: Dominúmque Deúmque, *pro* dominíque.

ARGVMENTVM LIBRI QVINTI ADVERSVS MARCIONEM, IPSIS AVCTORIS VERBIS

Hic quinctus multos nexus nodósque resoluit,
In planum mala conuoluit quæcumque latebant,
Tractat enim penè omnes Marcionis hæreseis, & ad argumenta eius paucis respondet; quò fit vt titulo adiecerimus: De variis eius hæresibvs.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, ADVERSVS MARCIONEM LIBER.

Quinctus, De varijs eius Hæresibus.

Cap. i.

Primvs' erat referens inimici ex ordine verba,
Quæ refuga illicitè molitus protulit amens,
Hinc etiam carnis spes & victoria Christi,
Et species breuiter falsarum dicta viarum.
Inde sequens coniuncta docet mysteria legis,
Inque nouo Deus quæ fœdere tradidit vnus.
Tertius ingenua gentem de matre creatam,
Vatibus & Patribus sacratos esse ministros,
Quos numero bis sex de cunctis Christe legebas;
Maiorum natu cum nomine tempora, lustri
Tempora seruati, sceleris cui paruit auctor
Ignotus, sine lege, vagus, cum prole relictus.
Quartus & ipse refert obscura piacula Legis
Esse typum veteris, quæ paruit hostia verè,
Iamdudum exspectata pijs cum semine sancto.
Hic quintus multos nexus nodósque resoluit,

In

In planum mala conuoluit quæcumque latebant.
Argumenta trahens, sed non sine teste Propheta.
[a] Et quamuis hostes muniti fortibus armis,
Vincamus; tamen illicita, polluta, nefanda,
Commaculata simul, sic miscuit omnia serpens,
Cæcorum sine luce viam, contamine vocem;
Vt dum factorem mundi contendimus ipsum
Esse Deum solum, vatum quoque voce locutum,
Ignotúmque alium quemquam non esse probamus;
Vix mundum linguam sermonis culpa reseruet,
Complexu vario notum dum laude sequentes
Culpanúsque alias ignoti tempora sera;
Sed cogunt nos multa doli cælata venena,
Ancipiti quamquam cum crimine, pandere verba.
[1] Quisnam ergo Deus? quem verum dicitis esse, CAP. II.
Ignotum populis, alienum denique mundo?
Hunc quem nemo priùs norat, hic venit ab alto?
Si sua, cur tam sera petit? si non sua quare
Vt prædo rapit, & populum sub lege morantem
Ignotis toties per legem vocibus opplet?
Si misereri etiam venit, & succurrere cunctis,
Et releuare graui deuictos funere mortis,
Carnis & obscœno respiramen soluere vinclo,
Qui cohibetur homo interior, concisus iniquè;
Cur tam serò pius vigilans, sempérque benignus?
Qui numquam priùs omninò se præbuit vlli,
Transmissis numero alienos ore requirens,
Numquam exspectatus, non notus, missus in orbem.
[2] Pastor ouem quærens, quam non amiserat antè, CAP. III
Debuit exutus carnem, quasi victor & ipse Luc. 15.
Spiritus, vt fuerat semper, talésque volebat,
Omnes expulsas animas sine corpore passim
Eripere, & carnem spoliatam linquere terræ;
Vna die pariter complere cadauere mundum,
Euacuare orbem, atque animas adtollere cœlo?
Progenies hominum nasci cessasset in vnum,
Et nulla posthac generis prosapia vestri
Nata foret, pestémque nouam fudisset in orbem.
Vel quia tunc nihil ex his factum ostenditur esse,
Debuerat finem generi statuisse futuro.
Connubij solido complexus corde replesset.
Fecisset torpere viros, sine germine fructus,
Fœminei sexus cubitus tædere dedisset,
Clausisset penitus carnis genitalia membra,
Nulla voluntas nostro animo, neque posse facultas.
Posthæc posset & interior homo sanguine iunctis
Hærere infusus carni, sempérque periret.
Semper ouis perit, ergo nec est seruare potestas?
Quum semper nascatur homo, sub crimine mortis
Quod pastoris opus, si sic inuenta docentur?
Inquælita ergo, sed non crepta probatur.
Nunc verò delectus adest connubia adire.
Vt semper fuit, quem iunxit certa propago,
Nascuntur gentes, & vix numerabile vulgus,
Accipiunt animas nascentum corpora viua;
[3] Nec Paulum decuit quamuis pro tempore; quosuis
Hortari, velut ipse fuit, pare sorte monere,
Temporis augusti cernens instantia multa;
Nam teneras aliàs ætates nubere iussit,
Nec se fraudari sed debita reddere pacto.

Vos autem astuta quis suasit fraude manere,
Diuisio prolis securos degere amore,
Crimen adulterij comittere, perdere vitam?
Et quamquam perit, id falsare agnomine verbi?
Quapropter vocis tam dulcia cuncta profundit
Impauidi quidquid placet, vt faciatis oportet,
In faciem casti, maculati crimine furtim,
Hac caussa vos connubio priuauit honesto.
Sed quid plura? benè est disiunctos, scilicet, esse
Expedit & mundo, ne vestri germinis vllus
Nascatur, tandem cessabunt organa mortis.

CAP. III.

[6 Partem hominis, dum speratis retinere salutem;
Totus homo vester deperdit mente prophana,
Interior, simul & veterem quem dicitis hostem;
Sed & homo solum spiramen dicitur esse;
Nec vetus est homo dicta caro, nec sunt inimica
Spiritus & caro, verus homo sociatus in vno;
Nec sibi priuatos sensus cernuntur habere.
Hec regitur, regit ille; gemit, gaudétque, dolétque;
Diligit, ipse suæ carni carissimus idem,
7 Per quam paret homo, cum qua commixtus habetur;
Vulneribus curas adhibet, lacrymásque profundit,
Nutrimenta cibi cupidè per membra resumit,
Hanc optat secum immortalem semper habere,
Quam frangi gemit, & dolet euacuare per artus;
Illi mors miseræ dominatur tempore certo,
Quo renouata leui de puluere mors inimica
Deficiat tandem, caro quum resoluta resurgit.
Hæc erit exspectata diu victoria summa,
Quam fecit virtute patris, venerandus in æuum
Factus verus homo, hominis qui membra redempta
In cœlos tulit, atque aditus spe diues aperuit.
Principio gentis in linguis omnibus, inde
Hic vbi semper opus, patria pietate minister.
Visus ab inciso, missus patiendo peregit.

CAP. V. Exod. 20.

[8 Quid nunc infandæ voces, quid perdita turba?
Si non ipse dedit leges, Deus ipse creator,
Ægypti de calle viam qui strauit in vndis,
Et sedes gratis dedit has, quas dixerat olim;
Ipsa cur in gente venit, terráque dicata?
Non alios populos, aut altera regna petiuit?
Cur iam per vates, prædicto nomine toto,
Non proprio suo, se vocitatum tradidit esse?
Vnde etiam potuit baptismi dona benigna
Promissa abs alio tamquam sua promere facta?
Hæc mandata Dei trangressi, sorde reperti
Optabant, veniámque fera de morte petebant;
Exspectata diu meritò venère, sed illis
Qui priùs audita, at nunc agnouère reperta,
Hoc det vera manus Christi, pater ipse creator
Semper ab æterno monet, & pia voce requirit,
Quódque figurauit, fouet, atque figurat, & armat,
Et iam despectum victor sua luce reuestit,
Vt maneat virtutis opus cum laude perenni.

Isa. 13.

CAP. VI.

[9 Quid præstare Deus, quid possit homo pati, vt omnes
Agnoscant, viuant, quod fecit viua potestas;
Sed quia nec prædicta priùs, nec facta suprema
Dementes homines possunt suadere furentes;
Esse hominem factum Deum, passúmque, sepultum,
Surrexisse, vt eis tantis clamantibus olim

Cœlesti

A

Cœlesti verbo complexis testibus, ambo
Terrestri saltem rationi credere discant.
Quum Dominus Christus caro nasci, venit in orbem *Luc. 2.*
Augusti Regis Romani tempore, primùm
Decreto gentes censu numerantur vbique;
Idem, hoc Rex forte tulit, quia summa voluntas
In cuius manu, regnantis cor, legibus esset,
Fecit primus, & in numerum scriptura redacta est.
Tunc etiam Ioseph, Maria cum coniuge fœta,
Cœlesti pariter gnato numerantur, & ipsi.
Hinc instrumentis humana astutia nisa
Qui testes sancti verbi, præbere probantes
Inquirant, vel sic inuento post ea victi
Pœniteant, veniámque rogent, dum tempus habetur.
[10 Iudæi graue qui scelus admisisse fatentur, CA. VII.
Dum detrectantes ardent, nobisque resistunt,
Nec genus ignotum dicunt, neque dicere possunt,
Suspendisse hominem se ligno, vera locutum
Ignari Domino carnem sine semine victam.
Sed pro parte quidem reticent, pro parte triumphant;
B Namque Deum populis hominem vulgare laborant
Aspicite errorem qui vos expugnat vtrosque;
Pro nobis hic erit, dum vobis certa probamus.
Illi Deum, vos falsò hominem sine corpore corpus
Dicitis, & varia heu mentis vesania mergit.
Quod qui præsumpsit, mergentes spargitis ambo;
Namque hominem pariérque Deum, tunc facta probabunt
Commixtum, nec pauca dabit signacula mundus.
[11 Filius ipse Dei dum carnis membra requirit, C. VIII.
Iam prætextatus palmatum sustinet ictus; *Matth. 26, & 27.*
Conspuitur vultus; spinis innexa corona
Compungit caput; & ligno suffigitur ipse;
12 Portatur scriblita, & fel miscetur acceto,
Diuiditur vestis, sortes mittuntur in illa;
Quod rapuit sibi quisque tenet; caligine multa.
Exspirante Deo tacite de corpore carnis,
In tenebris tremefacta dies cum sole refugit;
Bis fuit vna dies, mediam nox atra coperuit.
A fundamentis montes agitantur in orbem,
C Commota est tellus, patuére sepulcra piorum,
Cunctáque quem norunt, passum timuére videre. *Ioan. 19*
Exanimum telo miles latus haurit aperto.
Profluit & sanguis, nec aqua minus inde secuta.
Hæc illi pacto cælant, nolúntque fateri
Admissi factum, nefas occultare volentes.
Spiritus ergo potest gerere sine corpore vestem,
Aut pœnam capit, aut fert violentia vulnus?
Aut moritur, surgítque, & sanguis funditur inde
De qua carne, quia illum vos habuisse negatis?
Aut finxit potius, si vos dicere tutum est?
Quamquam præcipites dicatis, plura tacendo.
Non ergo manifesta fides, non omnia fixa?
Ante diem, quam quum pateretur pascha celebrans,
Discipulisque suis tradens memorabile factum,
13 Acceptum panem pariter vitisque liquorem
Corpus, ait, sanguisque meus, qui funditur, hic est
Pro vobis; fieri semper quod post ea iussit,
Quáve creatura panem vinúmque putatis
Esse suum corpus cum sanguine? quæque fatenda?
Non se factorem mundi per facta probauit,

Et portare simul de carne & sanguine corpus? D
CAP. IX [14 Hic Deus, hic & homo verus, verúmque locutus;
De patre principium, genitum de lumine lumen;
Spiritus & verbum, Patris imagine virtus;
Cum patre semper erat, vnitus gloria & æuo;
Omnitenentis enim solus quia verba ministrat,
Quem capit in terris, & per quem cuncta creauit.
Filius ipse Dei, carissimus ipse minister.
Hinc genus, hinc & nomen habet, hinc denique regnum,
De Domino Dominus, fluuius de fonte perenni.
Hic Patribus sanctis parens ab origine mundi,
Teste Deo, quicumque Deum vidisse fatetur,
Promissa & memoranda patris patefecit ab alto.
Exod. 13. Eduxit populum, gentem percussit iniquam;
Ipse columna fuit lucis, nubisque rigoris;
Exod. 14. Siccauitque mare, & populos iubet ire per vndas
Hostibus implicitis, fluctúque fretóque copertis;
Exod. 15. Per deserta viam fecit sua iussa secutis;
Exod. 16. De cœlo populo panem dimisit in vmbris;
Exod. 17. Erupitque petram, sitientes vnda rigauit;
Exod. 19. A Deo mandatum Legis Mosique locutus E
& 20. Cum tonitru cantúque tubæ, flammæque columna,
Terribili visu, tremebundo corde virorum.
Post bis vicenos completis mensibus annos,
Ios. 13. Iordane diuiso, patuit via, constitit vnda;
Partirique tribus terram promissa paterna.
[15 Ipse Prophetarum verbum patris ore locutus,
Essequé venturum terris, hominemque futurum
Prædixit, Christum terris manifestè profatus.
CAP. V. [16 Exspectatus in auxilium, spes vnica vitæ,
Mundator carnis feræ, mortisque fugator:
Gen. 1. Tandem venit ab imperio patris omnipotentis,
Humanis sese vestiuit & artubus ille.
Adam. virgo, draco lignum, quæ caussa ruinæ,
Et via qua nos mors temeraria vicerat omnes,
Hac eadem gradiens pa[illegible]r, pecudémque requirens,
Luc. 1. et 15. Angelo virgine, carne [illegible], ligníque medela,
Ex quo victus homo, victos perituros obibat;
Hic interpositus pro captis omnibus vnus,
Sustinuit patiens inimicam in corpore pœnam;
1. Cor. 15. Morte sua spolians mortem, fit caussa salutis,
Nec non in terris suo postquàm corpore sancto
Omnia perpessus, persoluit debita nostra;
[17 Infernum petit; hic animas pro crimine vinctas, F
Quæ sine præsidio, concluso pondere legis,
Olim promissa, & sperata, & tarda rogabant,
Sanctorum in requiem dedit, & cum luce reuexit.
Tertia namque die subiens cum corpore victor,
Immani virtute patris, via facta salutis,
Inque creatura portans hominémque Deúmque,
Conscendit cœlos, captiuas ille reducens
Primitias, munus Domino carámque figuram;
Consedítque patri lucis virtute recepta,
Gloria qua munitus erat, dum vinceret hostem,
Spiritu coniunctus, de nobis carne ligatus.
Hunc pater, & Dominũ & Christũ, Regémque, Deúmq;
Iudicio regnóque dato missurus in orbem est.

ADNOTAT.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM QVINTVM ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. Primus etat referentes, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* De horum quinque librorum argumentis, aduersus Marcionem. *Quem* refugam *non semel hu libris appellat, quòd à fide Catholica desciuerit, quem admodum latius videre est lib. de Præscript. aduers. har. cap. 30. num. 167. & lib. 1. adu. Marc. num. 2. Cæsiq; animo aut eum tum in Argumentis singulis libris præfixis, tum hoc loco:* Inque nouo Deus quæ fœdere, *&c. pro:* Diuis, *&:* piacula Legis, *pro:* Regis. *Optassemus etiam MS. exemplaria ad recognoscendum quod hic adfert de libro tertio: quod adeò quum obscurum esset, & fortassis corruptum, argumentis suprà non adiunxi.*

2. Et quamuis hostes, &c.] *Puleher locus contra eos, qui libenter versantur in libris hæreticorum, quum veluti in argumentis eorum confutandis (hoc tefte Tertulliano)*

Vix mundam linguam sermonis culpa reseruet.

quò pertinet etiam illud: Ancipiti quamquam cum crimine. *Sunt autem rursus Tertullianica:* illicita, *producta vltima, &:* contamine. *Atqui cæsti gamus:* Ignotúmque alium quemquam, *pro:* quamquam, *&:* laude sequentes, *pro:* sequẽtem.

CAP. II.

3. Quisnam ergò Deus? &c.] *Huic capiti inscriptionem dedimus:* De Deo vero omnibus noto, & non nouo; *de quo latius tractauit suprà alicubi libris aduers. Marc. iisdem penè rationibus quibus hic vsus:* Si sua, cur tam sera petit? *&c. Illud autem paulopòst obscurum est, & fortassis mendosum:* Transmissis numero. *Hic certè cæsti gauimus, quamquam repugnante lege carminis, eò quòd licentia simili etiam alibi vtatur:* Quisnam ergo Deus, *pro:* Quis non, *quod nullo sensu legebatur.*

CAP. III.

4. Pastor ouem quærens, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* De bono matrimonij. *Quasi enim aliud agens, adhuc persistens in absurditate, quæ oritur ex Deo nouo, transit ad confirmationem* connubiorum, *qua Marcion reprobebat, de quibus suprà lib. 1. adu. Marc. cap. penult. Cæsti gauimus verò: &, pro:* vt, *qua sequitur:* vt fuerat, *& paulopòst accipi videtur* repleßet, *pro admipleßet, & ad finem deduxißet, quum dicit:*

Connubij solido complexus corde repleßet;

& mox: cubitus, *Genitiuus casus, pro:* concubitus.

5. Nec Paulum decuit, quamuis pro tempore, quosuis.

Hortari, &c.] *Prorsus legendum:* quosuis, *pro:* quosdam, *eo quòd subditur:*

Nam teneras aliàs ætates nubere iußit,

vbi aliàs *aduerbaliter sumitur (sicuts alibi non semel) pro:* aliqui *Quum enim 1. Cor. 7. legatur.*

Hortari, velut ipse fuit, pare sorte manere,

Temporis angusti (*Græcè est enim* συνεσταλμένος) cernens instantia multa,

idem tamen teneras, id est quæ continere non possunt, ætates nubere iußit. Atque hoc ipsum est quod lib. 5. aduersus Marc. cap. 7. dicit: Etenim Apostolus, etsi bonum continentiæ præferet, tamen coniugium & contrahi permittit & vsui esse; & magis retineri, quàm dißungi suadet *Quæ verba ad locs huius aliquoi obscuriora, & fortè corrupti, ut ellectium facunt.*

CAP. IIII.

6. Partem hominis, &c.] *Titulum huic dedimus:* De salute carnis quæ atque animæ *Bu enim tèrue, quod pulcrum est, repetere solet Auctor, de eodem enim tractat suprà bis hoc eodem opere. Accipit etiam more suo:* deperdit, *mox pro:* deperditur. *Atqui legimus ex absurda consequentia:*

Sed & homo solum ſpiramen dicitur eſſe,

pro: Sed nec; dum (*inquam*) Partem hominis ſperatis retinere ſalutem; *ex qua etiam sequitur illud:*

Nec vetus eſt homo dicta cato, neeſunt inimica

Spiritus & caro, *nec (id enim subintelligitur)* verus homo ſociatus in vno eſt; *quæ omnia ſcripturis ſunt contraria,*

Nec ſibi priuatos ſenſus cernuntur habere;

tm contradicit deinteps Auctor quum subdit: Hæc regitur, tegit ille, *&c.*

7. Per quam pâret homo, &c.] *Accipitur etiam hic phrasi Tertullianica:* paret, *pro apparet; cui ſimile & illud infrà c. 9.*

Hic Patribus ſanctis parens ab origine mundi.

Pertinet etiam ad licentiam Poëticam illud: ſpe diues aperuit, *ſicuts etiam infrà ca. 8. nox atra copetuit. Eſt autem obſcurum verſus, & quantum videtur, mendoſus:*

Viſus ab inciſo, miſſus patiendo peregit.

CAP. V.

8. Quid nunc infandæ voces, &c.] *Huic capiti inſcriptionem fecimus:* De Deo eodem veteris & noui teſtamenti; *quod ipſum etiam ſuprà libris adu. Marc. & hoc ipſo opere non ſemel tractauit Auctor. Cæſtigamus verò:*

Si non ipſe dedit leges Deus ipſe creator,

pro: Si non ipſe Deus, *&c. Atqui hic locus hoc velle videtur, quod alibi non ſemel dixit, & infrà proſequitur c. 9. Chriſtum (non Deum patrem) ſemper retrò viſum eſſe, atque adeò eundem eſſe Deum, qui & in veteri Teſtamento & in nouo apparuerit: de quo interim latius inter Paradoxa auctoris in Prolegomenis; ſicuts etiam de eo quòd videatur & Chriſtum appellare* Deum creatorem, *non ſolum* Deum patrem.

CAP. VI.

9. Quid præſtare Deus, quid poſſit homo pati, &c] *Caput hoc inſcripſimus:* De Chriſto non ſolùm Deo, ſed & homine. *Cæſtigauimus autem:* furentes *pro:* præferentes, *ad præcedentia referendum, non ad ſequentia verba. Rurſus verò producitur prima ſyllaba in voce* Deum, *quum ſubditur*

Eſſe hominem factum Deum, paſſúmque.

CAP. VII.

10. Iudæi graue qui ſcelus, &c.] *Titulum huic capiti dedi:* Quòd Iudæi hominem agnoſcunt Chriſtum, at Deum negant, quod tamen vtrumque ſcripturis probatur. *Animaduimus verò* Sed pro patte quidem, *pro:* quidam; *& vocibus transpoſitis:* Illi Deum, vos falſò hominem, *&c. pro eo quod erat:* Illi hominem, vos falsò Deum; *vtpotè quum licentia Poëtica, in literam in fine diſtionum corrupiat.*

CAP VIII.

11. Filius ipſe Dei, dum carnis membra requirit, &c.] *Inſcripsimus capitis huic ſecimus:* De Chriſto homine.

12. Poratur ſcribilita, &c.] Scribilita *etiam penultima contra naturam correpta, abutitur Auctor pro potione amara Chriſti à Iudæis propinata, quam aliquoi Plauto, & Catoni potius ſit cibi ſeu placentæ genus. Sequitur etiam Græcorum lectionem, qui acetum legunt cum felle mixtum, pro eo quod Latini plerique vinum, quæ varietas nata ex vicinia vocum* ὄξος *& οἶνος. Rufinus in Symbolo vtrúque expreſit, vinum myrrhatum, & acetum. Rurſum antè accipitur hic:* Non, *pro:* Nonne, *paulopòſt in illo verſu:*

Non ergo manifeſta fides, non omnia fixa?

vbi fixa *accipi pro: certis, & rurſum ibi:*

Non ſe factorem mundi per facta probauit.

13. Acceptum panem, &c.] *Facere etiam hunc locum pro* veritate corporis & ſanguinis Domini *in Sacramento Euchariſtiæ, ſuprà adnotauimus lib. 4. adu. Marc. cap. 40. num. 662.*

CAP. IX.

14. Hic Deus, hic & homo vetus, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De Chriſto Deo qui patribus apparuerit. *Cæſtigamus autè neceſſario:* patris ſub imagine virtus, *pro:* Chriſti; *neq; enim Chriſtum à ſeipſo aut imagò aut virtus recte appellaretur. Obſcurus verò, & quantùm apparet, corruptus eſt illud:* Què capit in terris.

15. Ipſe Prophetarum verbum patris ore locutus,

Esseque venturum tertis, &c.] *Prorsus coniungendi fuerunt hi duo versus, & prætermittendus ille intermedius, qui adhuc ad librum I. fuit pertinet:*

Patriique tribus terram promissa paterna;
neque enim in illo libro ulla de Christo prædicto, sed apud Prophetas quamplurima, quorum multa videre est, tum Tomo 1. libro aduersus Iudæos, cap. 6. & deinceps, & suprà libro 3. aduersus Marcionem capite 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.

CAP. X.

16. Exspectatus in auxilium, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De Christi passione & gloria; *vbi imprimis pulcra est comparatio, quòd quum fuerint homini causa ruinæ, virgo, draco lignum, Christus damonem vicerit,*

Angelo virgine, carne sua, lignique medela;
hoc est enim quòd huic versui ille obscuro, & quantum apparet, mendoso:

Ex quo victus homo, victos peritura obibat.

17. Infernum petit, &c.] *De hoc articulo fides, quem tamen Erasmus in Symbolo Apostolico agnouisse vix videtur, vide suprà lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 13. num. 86.*

ARGVMENTVM LIBRI DE IVDICIO DOMINI, PER IACOBVM PAMELIVM.

I. DE iudicio Domini scripturus Tertullianus; imprimis more Poëtico Musas inuocat, ad modulandum quatuor anni temporum, & mundi totius fabricam.

II. Deinde celebrat hominis formationem.

III. Hinc eius transgressionem, & originale peccatum, ac mortem in vniuersum genus humanum inde secutam.

IIII. Porrò ad institutum veniens, primum agit de iudicio particulari post mortem singulorum.

V. Inde de resurrectione mortuorum Deo non impossibili.

VI. De aduentu post hoc Domini, & comparitione omnium ad Iudicium.

VII. De verbis Iudicis ad sua iussa secutos, quod ad perpetuam vitam euocabit.

VIII. Cum descriptione Poëtica cœlestis gloriæ.

IX. Item de verbis Iudicis ad impios, quibus flammas addicit perpetuas.

X. Cum simili descriptione gehennæ.

XI. Porrò addit quòd id olim sancti cecinerint Prophetæ, & qui in Christi passione resurrexerunt.

XII. Quocirca Iudicij memores mutare vitam omnes admonet.

Ceterùm videtur huius meminisse Auctor suprà lib. 2. aduers. Marc. cap. 27. in hæc verba: Iudicem quidem & illum *(nempè Deum)* esse, iam ostendimus in LIBELLO SVO. *Etsi enim lib. 1. adu. Marc. id argumentum etiam tractet cap. 25. 26. 27. & 28. tamen non poterit ille Liber inscribi* DE IVDICIO, *quia etiam alia multa de Deo tractat.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, DE IVDICIO DOMINI LIBER.

CAP. I.

QVis mihi ruricolas aptabit carmine Musas?
Et verni roscas titulabit floribus auras?
Æstiuæque graues maturas messis aristas?
Quis dabit & tumidas autumni vitibus vuas?
Quisve hiemi placidas semper laudabit oliuas?
Recludétque ipsis renouatas fontibus vndas?
Frondentésque vago cædet de gramine flores?
Protinus ætherei modulabor luminis auras.
Iam mihi luciferas liceat contingere Musas,
Pandere secretas fluuiali vertice lymphas;
Et lætas alio positas subsidere syluas,
Æternáque simul modulabor carmine flammas,
Vnde mare tumidum, immensa fluctuet vnda,
Quæ virtus solidas moueátque tremiscere terras,
Et lux vnde nouo præfulserit aurea mundo;

Quisve

Quisve hominem læto potuisset fingere limo,
Vnde genus vacuo potuisset crescere sæclo;
Et quæ viuendi populo sit multa cupido,
Quæve creata malo, moriendi, quæve propago,
Vnde bonus roseis sit odórque rubórque coronis.
Quid faciat lætis vt vitis abæstuet vuis,
Et plena è teneris tendantur vt horrea culmis,
Arbor vt in glacie nigris pubescat oliuis.
Germinibus quis det varij incrementa vigoris,
Mollibus & matrem pullorum protegat vmbris.
Omnia nosse bonum quæ sint miracula rerum,
Vt Dominum liceat per cuncta agnoscere verum;
Qui lucem, maria, & cœlum, terrámque parauit, Gen. 1.
Ornauitque nouum variato sidere mundum:
Et pecudes primùm, & volucres, procedere iussit,
Et dedit æquoreas compleri piscibus vndas,
Et fœcundatas animabus cogit harenas.
Talia compositis deducam carmina Musis,
Atque salutares exponam fontibus vndas,
Et lætum placidis venientem nubibus imbrem.
Inque animas hominum penitus, vltróque fluentem,
Excipiat plenis in nostra noualia riuis.
[1 Nunc age, securam viuámque adtingere lymphã, CAP. II.
Et celeres vitam amissam reparare per vndas
Si velit, æternæ & pœnas euadere flammæ,
Ignarúsque Dei, venturíque inscius æui,
Et potius venturæ adipisci præmia vitæ;
Hunc vnũ meminisse Deum, solúmque precandum,
Qui totum in libra posuit sub limine mundum,
Æternúmque manens, sempérque futurus in æuum,
Sæcula cuncta tenens, ante omnia sæcula solus
Ingenitus, sine fine Deus, sedémque supernam
Solus habens, solus cœlos superemineat altos,
Omnipotens solus, cui parent omnia rerum;
Qui sibi complacitum hominem formauit in æuum, Gen. 1.
Pastorem pecudum, & dominum dedit esse ferarum;
Qui sermone tenus potuit protendere cœlum,
Et solidam verbo potuit suspendere terram,
Et dicto citius disiunxerat æquoris vndam,
Ac manibus caram dilexit fingere formam,
Atque suam voluit faciem quoque inesse decoram,
Spiritúque adflauit viuendi vultibus auram.
[2 Immemor ille Dei, temerè committere tale CAP. III
Non vltra monitum quidquam contingeret vnum Gen. 2.
Vnde malum sciret pariter dignoscereet æquum.
Protinus illicitum vetuit contingere pomum.
Quanta Deus homini permisit munera mundi?
Et prædulce sui signauit pignus amoris? Gen. 1.
Iúsq; dedit volucrũ, pontúmq; solúmque domãdum,
Vtilia & caræ tribuit mandata salutis.
Sub ditione dedit terras, animásque volantum,
Pennatúmq; genus, pecudum genus omne ferarum,
Et genus æquoreum, & deformia monstra natantum.
Sed quoniam primo trangressus crimine legem, Gen. 3.
Iamiam primus homo Domini mandata reliquit;
Coniuge quæ mala cuncta suasit, morte peribat,
Peccatique malum commisit fœmina primum,
Transgressáque suum decepit lege maritum;
Eua inducta dolo patefecit limina letho,
Et sibi cum genere procreauit funera toto.

Hinc nefas incautum, mors hinc quasi semen in æuum
Spargitur; inde magis facinus percrebuit arrox,
Atque labor corruptum agitauit fæuior orbem.
Callidus hoc zelo serpens illexit in ipso,
Inde magis populi accersunt commissa malorum,
Atque nefanda malis pepererunt semina factis.
CA.IIII. [† Idcircò Dominus solus, cui summa potestas,
Et super alta tenens summi fastigia cœli,
Altum in præcelsis habitans in secula lumen,
Præsentísque memor, quoque præscius antè futuri,
Progeniem meriti decretum seruat in æuum;
Et cunctas animas, tum corpora tarda gubernans,
Quæ ratione mouent hominem, per multa vagantem
Vt primùm positi membrorum pondera cedunt,
Terrenísque leues resolutis nexibus ibunt,
Ac proprias capient diuersis partibus oras.
Ast alias lætis reuocari protinus auris,
Seruari penitus decretæ ad præmia legis,
Dum motis iterum reuirescant corpora membris.
Illic occultis claudentur praua tenebris.
Tunc homines primæ pensare præmia vitæ
Incipient, crimenque suum culpásque putare,
Et pœnis retinere, procul de morte futuris,
Iudiciísque Dei memores astare piorum,
Exspectare suam suorúmque ex crimine pœnam;
Funditùs aut pecorum sine nomine viuere vitam,
Incassúmque Deo iam surdo fundere fletum.
CAP. V. [† An Deus omnipotens, cuius sub lege reguntur
Omnia, non valeat post mortem reddere vitam?
Aut aliquid Dominus rerum non posse videtur?
Gen. I. Si potuit tenebris pulsis extendere lucem,
Atque omnem verbo subito componere molem,
Omnia de nihilo quoque voce potente parare;
Cur non ex aliquo possit componere, notam,
Quæ fuerat quondam, quam finxerat antè; figuram?
Assimilémque sibi iubeat resurgere formam?
Quum sint cuncta Dei; reddit magis omnia tellus;
Iussa retexet enim quidquid contexerat olim.
Si quem fortè rogis aboleuit flamma sepultum,
Aut aliquem cæcis diuecerit æquor in vndis,
Si cuiusque fame satiarunt viscera pisces,
Aut fixère feræ crudelia funera membris,
Alitibus iacuit raptato corpore sanguis;
Vltima non Domino rapient sua munera magno.
Apparere Deo viuos de morte necesse est,
Reiumptísque suis homines adstare figuris.
Arida sic vacuis redduntur semina terris,
1. Cor. 15. Et penitus fixis putrescunt mortua sulcis;
Nónne animatur & hinc reparatis culmus aristis,
Atque iterum viuis flauescunt fortia granis,
Consurgúntque nouæ vario cum fœnore messes?
Sidera cuncta cadunt, iterúmque renata nitescunt.
Et dies in densa moritur cùm lumine nocte,
Occidit & iam nox rebus mox luce retectis;
Iámque suis alia atque alia dies surgit ab astris,
Sólque cadit, splendorifero qui lumine clarus,
Lux perit vmbraro venienti vespere mundo;
Et renouata suo viuit fuligine Phœnix,
Et sua mox volucris (mirum) post busta resurgit.

Tempore

A Tempore nuda suis folijs quoque fruticat arbor,
Pomorúmque iterum curuantur germine rami.
[6 Ad vocem ergo Dei mundo per cuncta tremente, CA. VII. Matth. 24.
Et motis penitus virtutibus aëris alti,
Tunc fragor insolitus, tunc maxima murmura cœli,
Adueniente Deo, totius iudice mundi.
Protinus innumeri concurrunt ire ministri,
Conuallántque Deum cum maiestate superna;
Angelica in terras descendent agmina cœlo;
Omnes, tuba Dei, quibus est diuina facultas,
Vultibus & forma virtutis spiritus omnes.
Igneus his vigor est, rutilantia corpora, cœli
Vis diuina micat, hinc totus murmurat orbis,
Hinc trepidans penitùs, vel quanta est, terra remugit,
Parturiens homines, quos reddere iussa decebit.
Omnes mirantur, turbantur denique, nimbi
Astráque mota pauent, subitæ virtutis ab alto.
Sic veniente Deo, sonitus cum voce potentis;
B Omnia continuò ruptis per regna sepulcris,
Omnis humus latis effundit hiatibus ossa,
Viuentésque patens populos eructat harena,
Hærent membra comis, nectuntúrque ossa medullis,
Consertíque regunt spirantia corpora nerui,
Et simul infuso motantur sanguine venæ,
Dimissísque cauis, animæ redduntur apertis.
Organa quæque sua rpetunt surgentia parte.
Proh, miranda fides; [7 hinc omnis pullulat æras,
Pullular antiquo mortuorum puluere turba;
Matres atque patres repetita luce resurgunt,
Magnanimi iuuenes, pueri, innuptæque puellæ;
Defunctíque senes animis viuentibus adstant,
Infantúmque gemens resonat vagitibus orbis.
Tam variæ gentes venient de sedibus imis,
Eoúmque manus, & quas videt vltima tellus,
Quæque colunt medij deuexo in climare mundi,
Ryphæásque tenent algentis sideris arces.
Omnis adest, pauidus finis cuiusque; colonus,
Rusticus, Atrides posito diademate regni,
Pauperibus nixtus coæqualis in agmine diues.
Altus vbique tremor, precibus tunc ingemit orbis,
C Tendentésque manus populi clamore stupescunt.
[8 Ipse sedens Dominus, sublimi lumine clarus, CA. VII. Matth. 24.
Atque potens cunctis micat in virtutibus ignis,
Excelsóque throno cælesti sede coruscat;
Martyribus septus, numero candente virorum,
Dilectíque suis comitatus vatibus exstat,
Clara quibus niueis effulgent corpora stolis.
Iámque sacerdotes nitidis in vestibus adstant,
Gestantes rutilas insigni fronte coronas; Apoc. 4.
Submissíque omnes genibus veneranter adorant.
Hagie, hagie, sancte Deus; vox omnibus vna est.
Hic Dominus geminam mandabit sistere plebem;
Imperat & iuxta numerum discernere prauos,
Appellans placidis verbis sua iussa sequutos,
Indutósque iubet, deuicta morte, vigorem,
Semper inextinctas habitare ad luminis auras;
Ire per antiquum semper florentia regna,
Promissas per opes, per semper amœna vireta,
Degere perpetuam præclaro in corpore vitam.
[9 Est locus Eois Domino dilectus in oris, CA. VIII.

Lux vbi clara, nitens, ſpirátque ſalubrior aura, D
Æternúſque dies, atque immutabile tempus;
Eſt ſecreta Deo regio, ditiſſima campis,
Atque beata nimis, ſudæque in cardine ſedis.
Aër lætus tibi, ſempérque in luce futurus,
Lenis & aſpirans vitalia flamina ventus.
Omnia fert fœcunda, ſolo prædiuite, tellus;
Flores in pratis fragrant, & purpura campis
Omnia prærutila miſcet non inuida luce.
Flos alium lætus ſuo lumine veſtit amictus,
Roſcidáque hîc multo variantur ſemine rura,
Et roſeis niuea criſpantur floribus arua.
Neſcitur quibus vſque locis fœlicior aura,
Quæ melior ſpecie, vel plus præcellat honore.
Talia florigeris numquam naſcuntur in hortis
Lilia, nec noſtris efflorent talia campis,
Nec ſic nata rubent, mox vt roſa panditur aura;
Purpura nec Tyrio ſic eſt intincta rubore.
Gemma coloratis fulget ſpecioſa lapillis; E
Gen. 2. 10 Inde nitet praſinus, illinc carbunculus ardet,
Herboſáque viret prægrandis luce ſmaragdus;
11 Hic & odoriferis naſcuntur cynnama virgis,
Et ſpiſſo lætum folio conflagrat amomum.
Hic iacet ingenitum radiantis luminis aurum,
Et nemora aëria tenent flotenti tempore cœlum,
Virenteſque grauant vberrima germina ramos.
Porrexit ſimiles non illis India lucos,
Non ita denſa leuat in monte cacumina pinus,
Nec ſic alticoma eſt vmbra criſpata cupreſſus;
Nec vernus melius floret cum tempore ramus.
Hic abietes celſo florent in vertice nigræ,
Æternúmque virent ſolæ ſine grandine ſyluæ.
Nulla cadunt folia, & nullo flos tempore deſit.
Flos quoque floret ibi rubeus, ceu purpura Tarſi,
Flos hic, credo, roſa eſt, tubor atque odo racer in ipſo,
Sic folijs ſpeciem præfert, ſic ſpirat odorem.
Arbos ſtat cum flore nouo, pulchetrima pomis,
Vitalem & frugem fœlicia robora denſant.
Mella viridanti conflagrant pinguia canna, F
Lac etiam plenis manat potabile riuis;
Vitam aſpirat ibi quidquid pia terra vireſcit,
Et pulcre redolet munus medicabile Cretæ.
Fons illic placidis leui fluit agmine campis;
Gen. 2. Quattuor inde rigant partitas flumina terras.
Ver puto ſemper agit veſtitus floribus hortus,
Non frigus variat hiberni ſideris auram,
Et reficit fœtam, meliori flamine terram.
Nox ibi nulla, ſuas defendunt aſtra tenebras;
Iráque inſidiáque abſunt & dira cupido,
Excluſúſque metus, pulſæ de limine curæ.
Hic malus extorris, dignas exiuit in oras,
Nec vetitos vmquam datur huic contingere lucos;
Illic priſca fides electa in ſede quieſcit,
Inſiſtit gaudens æterno in fœdere vita,
Et ſecura ſalus placidis lætatur in aruis,
Semper victura, ſempérque in luce futura.
Hîc quicumque pius, æquíque bonique colonus,
Quique Deum metuit ſincera mente Tonantem,
Atque ſuos coluit ſacra pietate parentes,
Et degit reliquam ſemper ſine crimine vitam,

Aut

A Aut inopem fidis opibus ſolatus amicum eſt,
Atque laborãti nimium ſubuenit egeno,
Pauperis adiutor, pupillorúmque patronus,
Eruit innocuos, ſubuenit crimine preſſis,
Hoſpitibus largæ tribuit ſua pignora menſæ;
Omnia diuinè geſſit, pia munera iuſſit,
Non alicui nocuit, non vmquam aliena cupiuit;
Illi exultantes diuinis laudibus omnes,
Hortantéſque ſimul referunt ad ſidera voces,
Pſallentes Domino celebrant per gaudia grates,
Innocuámque viam nuncijs comitantibus ibunt.
[" Hæc poſtquàm Dominus fœlicia dona peregit, CAP. IX.
Et pariter iuſtos æterna in regna remiſit;
Tum miſeranda venit, lugens ſua crimina turba, Matth. 24.
Effundit gemitus lacrymis arentibus omnes,
Et ſua teſtatur crebris vlulatibus acta.
Flammas pro meritis, ſtagnantia tela tremiſcunt.
Corripit angelicus cœtus, prohibétque precari,
B Et prohibet feras clamando fundere voces;
Sublata venia fundum iaciuntur in imum.
O miſeri quoties maieſtas cognita vobis!
Audiſtis ſonitus, vidiſtis fulgura cœli,
Aſſiduas pluuias, ventorum & grandinis iras
Experti; quoties noctéſque diéſque ſereni
Tempora fœcundant pulcris Dei munera donis,
Vernabántque roſæ, frugum nec defuit æſtas,
Autumnus variè fundebat mollia poma,
Aſpera hiems quamuis glaciales fregit oliuas;
Cuncta Deus tribuit, bonitas nec defuit eius.
Terra Deum tremuit, pontus de voce pependit,
Et fluuius ſiccas trepidus refugit harenas;
Et genitura Deum quæuis per cuncta fatetur;
Vos miſeri Dominum cœli terræque negaſtis,
Præconéſque Dei (horrendum) ſæpè fugaſtis,
Et iuſtos potius crudeli cæde necaſtis,
Et fraus in vobis poſt crimen ſemper inhæſit.
Ergò ſementis fructum capietis iniquæ:
Noſcitis eſſe, Deúmque tamen ridere ſoletis;
Ibitis in tenebras ignis & ſulphuris altas,
Paſſuri ardentes iuſtas cruciatibus iras;
C Æternæ Deus oſſa iubet deſcendere pœnæ,
Ire ſub ardorem rabidæ ſine fine gehennæ,
Vrgeri molem per ſtagna rotantia flammæ,
In flammámque iubet conuerti elementa minantem,
Atque omnem cœli deſcendere nubibus ignem. CAP. X.
[" Tunc auidus rapido eſt incluſus tartarus igne,
Atque procelloſis flamma intus fluctuat vndis,
Totáque vertentes confundit terra fauillas.
Flammeus eſt ſulcus, dentes vertuntur acuti,
Omnibus & torrens armabitur igneus annis.
Impetu tartareo frendent incendia mundo,
Illic præcipiti curſu torrentur in æſtu,
Hinc fugiunt, illinc curſu referuntur acuto;
Obuia fit ſæuæ flammæ fugientibus ira,
Agnoſcúntque ſuam iam tum de crimine pœnam.
Iámque vaga à nullo tellus poſſeſſa colono
Æquoris extremo preſſa & ſub fine profundo,
Qua ſol emenſo radio diſterminat orbem,
Et qua tranſacto conduntur ſidera mundo;
Æther gliſcit, atris obſtruſa luce tenebris,

Vltima secretis stagnant flammantia riuis.
Est natura loci signatis ignea pœnis,
Infernúsque palus candens ardoribus atrox.
Intonat horrificis facinus pœnale caminis,
Æstuat,& rapitur lato de vortice flammæ,
In tormenta ruens,fluctúque & gurgite sæuo,
Turbida cœnoso fundo miscetur harena.
Huc captiua gemens mittetur turba malorum,
Arsurúmque nefas,scelerati corporis agmen.
Matth.8. Magnus plangor ibi,luctus sociante boatu,
Et stridor rabidus,vlulatus & inde dolentum.
Exurgent flammæque procul,artúsque sonori,
Ignis inardescet,gemitúsque feretur ad auras.
Tunc humana, mali pendet commissa,propago,
Incipiétque suas ad cœlum tendere palmas,
Et Dominum tunc nosse volet,quem nosse volebat
Antea non,quum nosse illis foret vtile tempus;
Illic quisque suæ profitebitur effera vitæ,
Iniustáque manus,& sæuæ crimina mentis,
Horrescétque suæ quæ nouerit impia vitæ.
Iam primum quicumque Deum malè senserit antè,
Et vaga mentito coluisset numine saxa,
Atque cruentiferis signis sacrauerit aras,
Et picturatas timuit sine voce figuras,
Ac falsi tenues veneratus numinis vmbras,
Et quoscumque malus seduxit protinus error:
Siquis adulter erat,si natos ense necarat,
Si raptor grassatus erat,si fraude clientes
Distulerat,si mente parum versatus amica;
Siue suas hominum macularat sanguine palmas,
Miscuerátve latebrosa si morte venenum;
Aut si vestitus scelerato pectora fuco,
Siue malo alterius,lucro & gaudebat iniquo;
Admisit quicumque nefas quodcumque malorum;
Ingens ardor eum,atque ignis torquebit amarus,
Suppliciúmque dabunt peracerbo funere cuncti.
Plurima sic hominum mœrentum turba iacebit.
CAP. XI. [14 Hoc quoties olim sancti cecinêre Prophetæ,
Flatu & sæpè Dei moniti dixere futura;
Nemo suas(miserùm)nemo cheu præbuit aures.
Sed Deus omnipotens voluit sua præmia nosci,
Atque minas positæ per plurima talia legis.
Matth.28. Mittendo statuit plures,& verba sonantes
Diuina;excitósque iubet prodire sepulcris
Secum,quum fracto surrexerat ipse sepulcro.
Obstipuêre quidem plures,patuisse sepulcra,
Et cerni in clara præmortua corpora luce;
Miratíque pios sermones,dulcia dicta,
Ipsa voce suas tendunt ad sidera palmas,
Gratantúrque Deo,& victori talia Christo.
Illos non tumulos certum est repetisse silentes,
Amplius aut terræ retineri viscere clausos;
Apoc.6. [15 Reliqua sed recubat nunc turba cubilibus imis,
CA. XII. Ille dies donec, completo tempore,magnus
Aduenîat. [16 Cuncti Dominum iam agnoscite verum,
Qui solus facit hanc animam sua cernere luce,
Eandémque potest in tartara subdere pœnis,
Et cui cuncta patet vitæ mortisque potestas.
Posse Deum,nam velle fat est,factúmque loquendo
Implet,& obstando planè nihil impedit illum.

Ille meus

A Ille meus solus, cui credo sensibus imis.
At quoniam letho cursus concluditur omnis,
Quicunque hodie, secum putet omnia mente;
Atque ideò dum vita manet, dum cernere lucem,
Dum vitam mutare licet, quàm terminus æui
Obruat incautos, & nescia lumina soluat
Vltimus ille dies, mortis quia lege tenetur;
Quod pretium supereſt, caræ inuigilate saluti,
Et faciles certique bonum decurrite cursum.
Abstergete pijs commissa piacula sacris,
Atque vagas nimium mundi vitate procellas;
Tum rectas & adite vias, & sancta tenete.
Hinc lætis animis prauum depellite crimen,
Et concreta diu proluatur pectore culpa;
Commissáque mali labes abolete nefandas,
Æternisque Deum precibus placate tremendum.
Pessima cuncta bonis cedant mortalia viuis,
Et seruate nouam iamiam sine crimine vitam,
Incipiántque bonis versque assuescere mentes,
B Laudibus & faciles diuinis reddite voces.
Sic meliora pijs flagrabunt omnia vobis,
Sic quo que cœlestis capietis munera vitæ,
Cúmque Deo longum semper viuetis in æuum,
Aurea siderei cernentes gaudia regni.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE IVDICIO DOMINI.

CAP. I.

1. Quis mihi ruricolas, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De quatuor anni temporibus, & mundi totius fabrica. *Castigamus verò*: maturas messis aristas, *pro*: maturat.

CAP. II.

2. Nuncage, &c.] *Capitis huic inscriptionem dedimus*: De hominis formatione.

CAP. III.

3. Immemor ille Dei, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De hominis trangressione, & peccato originali, ac morte in posteros transfusa.

CAP. IIII.

4. Idcircò Dominus solus, &c.] *Caput hoc inscripsimus*:
C De iudicio cuiusque hominis particulari.

CAP. V.

5. An Deus omnipotens, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: De resurrectione mortuorum Deo non impossibili. *Quam probat exemplis*: granotum quæ mortua consurgunt, *sicuti est 1. Cor. 15.* occasus & ortus sydetum, diei ac noctis, *sicuti etiam supra li. de Resurr. carnis cap. 12. &* Phœnicis, *de qua ibidem c. 13. n. 104. 105. & 106. Atque ea sunt ab ijs facienda*: alia atque alia dies surgit ab astris, *in vote*: dies.

CAP. VI.

6. Ad vocem ergo Dei, &c.] *Huic capiti titulum dedimus*: De aduentu Domini, & omnium hominum comparitione ad iudicium.

7. Hinc omnis pullulat ætas, &c.] *Eodem spectat quod subiecit Auctor*: pueri, *&*:

Infantúmque gemens resonat vagitibus orbis.

Sed sane hæc intelligēda sunt, quòd nempe etiam pueri *&* infantes resurgent, *non tamen in eadem ætate, sed (in xta quod Apostol us scribit Ephes. 2.) in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quia (inquit B. August. l. 22. de ciuit. Dei c. 15.) suam recipiet mensuram corpus, quam vel habuit in iuuentute, etiam si senex obyit, vel fuerat habitu. us si ante est defunctum. Ætas verò eius illa, ad quam peruenit Christus, erat* 30. *annos.*

CAP. VII.

8. Ipse sedens Dominus, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De verbis Iudicis ad iustos, quos ad vitam euocabit perpetuam. *Accipuntur vero*: exstat, *pro*: *superemunet. Castiganimus autem*: niueis effulgent corpora stolis, *pro*: telis.

CAP. VIII.

9. Est locus Eois Domino dilectus in oris, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Descriptio poëtica Paradisi, seu vitæ æternæ.

10. Inde nitet Prasinus, &c.] *Appellatur Plinio* Prasius, *siue Vti Auctor*: Prasinus, *è gemmarum viri dantium genere, lib. 37. cap. 8. ac* Prasinus *colorem viridem significat. De* carbunculo & smaragdo *vide supra lib. 2. adu. ht arc. cap. 10. num. 64.*

11. Hìc & odoriferis nascuntur cynnama virgis, Et spissolætum folio conflagrat amomum, &c.] *Auctorem non modò in cetera huius capitis, sed maxime in hoc loco videtur imitatus Lactantius carmine de Phœnice, vbi dixit*:

Cynnama *dehinc, aurámque procul spirantis* amomi
Congerit.-

De Cynnamo *verò, siue Cynnamomo, vide Plinium l. 12. c. 19. De* Amomo *eiusdem l. c. 13. Emendandum verò* virentéque, &c. ramos, *pro*, viuentéque, *sicuti post aliquot lineas*:

Et pulcrè redolet munus medicabile Cretæ,

pro: pulcræ redolent; *vbi alludit ad herbarum* Cretensium *varia genera, quorum in medicinis vsus est præcipuus, vtpotè quod in ea insula nullum venenatum nascatur animal.*

CAP. IX.

12. Hæc postquàm Dominus, &c.] *Titulum huic capiti fecimus*: De verbis Iudicis ad impios itutos in ignem æternum. *Est autem & hic vox Tertullianica*: genitura, *pro generatione.*

CAP. X.

13. Tunc auidus rapido, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De gehennæ descriptione. *Vbi Tertullianica sunt*: facinus pœnale, *&*: mali pendet commissa, *pro*: *exsoluet.*

CAP. XI.

14. Hoc quoties olim, &c.] *Inſcipientem huic capiti fecimus*: Quòd olim hæc prædixerint Prophetæ, & qui cum Chriſto reſurrexerunt.

15. Reliqua ſed recubat nunc turba, &c.] *Quomodo ſimiles loci Auctorū adludentis ad cap. 6. Apocal. debeant intelligi, vide inter Paralexa noſtra Prolegomena.*

CAP. XII.

16. Cuncti Dominum iam agnoſcite verum, &c.] *Hoc capiti, quod ab hoc hemiſtichio auſpicamur, titulum impoſuimus*: Ad meliorem vitam metu Iudicij adhortatio. *Caſtigamus verò*: ſua cernere luce, *pro*: ſuam cernere lucem. *Et mere ſuo accepit Auctor*: quàm, *pro*: *ante quàm, quum ſubjicit*:

- quàm terminus æui,
Obruat incautos, & neſcia lumina ſoluat
Vltimus ille dies-; *vbi in eo quod ſequitur, emendamus*: mortis quia lege tenetur, *pro*: qui. *Incipientes nouam petudum ibi*:

Quod precium ſupereſt, caræ inuigilate ſaluti; *quamquam* vox: precium, *corrupta ſit, niſi accipiatur pro*: *precum.*

ARGVMENTVM GENESEOS PER IACOBVM PAMELIVM.

PRIMA *quatuor Geneſeos capita Heroico carmine reddidit. Ceterùm quamquam olim B. Cypriano in Operum eius Tomo tertio adſcribendum putauerimus, inter ea ſententiam mutare perſuaſit Sixtus Senenſis, qui Biblioth. ſuæ Sanctæ lib. 4. Tertulliano adſcribit Sodomam librum ſequentem, qui haudduhiè eiuſdem cum hoc Auctoris eſt; maximè quum ſtylus magis ſit Tertullianicus quam Cyprianicus, & nuſquam B. Cyprianus inter Poëtas Chriſtianos nominetur præterquàm à Fabricio, qui primus in lucem eius nomine ædidit. Siquis interim aliud ſentiat, per me licet, dummodò etiam inter Opera Tertulliani vtrumque opus admittat.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI GENESIS.

CAP. I. *Gen.* 1.

PRINCIPIO Dominus cœlum terrámque creauit:
Namque erat informis, fluctúque abſcondita tellus;
Immenſúſque Deus ſuper æquora vaſta meabat,
Dum chaos & nigræ fuſcabant cuncta tenebræ.
Has dum diſſungi iuſſit de cardine, fatur:
Lux fiat; & claro nituerunt omnia mundo,
Quum Dominus primi compleſſet facta diei,
Condidit albentem nebulis naſcentibus axem;
Accipit immenſus verrentia littora pontus,
Multiplices rapiens validis cum tractibus amnes.
Tertia lux faciem terrarum ſulua retexit,
Arida mox poſito narratur nomine tetra;
Florea ventoſis conſurgunt germina campis,
Pomiferíque ſimul procuruant brachia rami.
Quarta dies generat ſolis cum lampade lunam,
Et ſtellas tremulo radiantes lumine fingit;
Hæc elementa dedit ſubiecto inſignia mundo,
Tempora quæ doceant varios mutanda per ortus.
At quincta accipiunt liquentia flumina piſces,
' Et volucres varias ſuſpendunt aëre pennas.
Sexta prægelidos in ſpiras lubricat angues,
Quadrupedúmque greges totos diffundit in agros;
Cunctáque multiplici mandauit creſcere paſſim
Germine, & immenſis errare & paſcere terris.
Hæc vbi conſtituit diuina potentia iuſſu,
Rectorem inſpiciens mundanis defore rebus,
Hæc memorat: Noſtris hominem faciamus ad vnguem
Vultibus adſimilem, toto qui regnet in orbe.
Et licet hunc vno poſſet componere verbo,
Ipſe tamen ſancta dignatus ducere dextera,
Inſpirat brutum diuino à pectore pectus.

[' Quem

A [[a] Quem poſtquàm effigie formatum ceu ſua, vidit, CAP. II. Gen. 2.
Metitur ſolum mordaces ſoluere curas.
Ilicet irriguo perfundit lumina ſomno,
Molliùs vt vulſa formetur fœmina coſta,
Atque artus mixtu gemino ſubſtantia firmet.
Inditur & nomen vitæ, quod dicitur Eua.
Quapropter nati linquunt de more parentes,
Coniugibúſque ſuis poſitis cum ſedibus hærent.
Septima, quando Deus factorum fine quieuit,
Sacrata ſtatuens venturi gaudia ſecli:
Ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis,
Viritim cunctis nomen quod permanet, indit,
Adamià Domino donata prudentia ſolers.
Quem Deus alloquio, iunctam dignatur & Euam
Creſcite multimodo ventura in tempora partu,
Vt polus & plenæ veſtro ſint germine terræ:
Hæredéſque mei, vàrios decerpite fructus,
Quos nemora & pingui reddunt de ceſpite campi.
Hæc vbi diſſeruit, læta paradiſus in aula
B Inſtruitur, primíque aſpectat lumina ſolis.
Gignitur hæc inter, pomis lethalibus arbos,
Coniunctum generans vitæ mortíſque ſaporem.
Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen,
Quod rigat inſignes liquidis de fluctibus ortus,
Quadrifidóſque ſecat vndante ex fonte meatus.
Phiſon auriferis prædiues fluctuat vndis,
Conſpicuáſque terit rauco de gurgite gemmas:
[b] Praſinus huic nomen, illi eſt carbunculus ardens,
Perſpicuúſque vadis terram prælambit Euilat.
Poſt hunc Æthiopas Gæon adlapſus opimat.
Tertius eſt Tigris, Eufrati adiunctus amœno,
Aſſyriam celeri diſcretim flumine ſulcans.
Hîc poſitus cuſtos Adamus cum coniuge fida,
Atque opifex, tali formatur voce Tonantis:
Ne trepidate ſimul licitos præcerpere fructus,
Quos nemus intonſum ramo frondente creauit;
Solliciti ne fortè malum noxale legatis,
Quod viret ex gemino diſcreta ad munia ſucco.
C Nec minus interea cæcos nox alta tenebat,
Ac modò formatos nec veſtis texerat artus.
[Has inter ſedes, & baccis mitibus ortus, CAP. III. Gen. 3.
Spumeus aſtuto vincens animalia ſenſu,
Serpebat tacitè ſpiris frigentibus anguis;
Liuida mordaci voluens mendacia ſenſu,
Fœmineo tentat ſub pectore mollia corda.
Dic mihi cur metuas fœlicia germina mali?
Numquid poma Deus non omnia nota ſacrauit?
E queis ſi ſtudeas mellitos carpere victus,
Aureus aſtrigero remeabit cardine mundus.
Illa negat, vetitóſque timet contingere ramos;
Sed tamen infirmo vincuntur pectora ſenſu.
Ilicet vt niueo iam mitia dente momordit,
Adfulſit nulla maculatum nube ſerenum.
Tum ſapor illecebram mellitis faucibus indens,
Compulit [c] inſueto munus deferre marito.
Quod ſimul ac ſumpſit, deterſa nocte nitentes
Emicuere oculi, mundo ſplendente, ſereni.
Ergo vbi nudatum proſpexit corpus vterque,
Quúmque pudenda vident, ficulnis frondibus vmbrant.
Fortè ſub occiduo Domini iam lumine ſolis

Agnoſcunt ſonitum, trepidíque ad deuia tendunt. D
Tum Dominus cœli mœſtum compellat Adamum:
Dic vbi nunc degas? Reſpondit talia ſupplex:
O Domine, adfatus pauido ſub corde tremiſco
Magne tuos, nudúſque metu frigente fatigor.
Tum Dominus: Quis poma dedit noxalia vobis?
Tradidit hæc mulier, dum dicit lumina promptim
Candenti perfuſa die, liquidúmque ſerenum
Adfulſiſſe ſibi, ſolémque & ſidera cœli.
Protinus ira Dei turbatam territat Euam,
Auctorem vetiti dum quærit maximus acti.
Illa ſub hæc pandit: Serpentis fuaſa loquentis
Accepi, fallente dolo, blandóque rogatu;
Nam ſua vipereis intexens verba venenis
Hæc mihi præ cunctis narrauit dulcia pomis.
Ilicet omnipotens condemnat geſta draconis,
Præcipiens cunctis inuiſum viſere monſtrum, 9
Pectore mox fuſo prorepere, tum ſola morſu
Mandere; manſuro quæcunque in tempora bello,
Humanos inter ſenſus, ipſumque labantem; E
Vertice vt abiecto pronus poſt crura virorum
Serperet, vt calcet dum labens comminus inſtat.
Fœmina fraudigeris miſerè decepta loquelis,
Præcipitur duro diſcrimine ponere partum,
Seruitiúmque ſui ſtudio perferre mariti.
Tu verò cui viſa fuit ſententia verax
Coniugis, immitti ceſſit quæ victa draconi,
Deflebis miſerum per tempora longa laborem,
Nam tibi triticeæ ſurget pro germine meſſis
Carduus, & ſpinis multum paliurus acutis:
Vt cum viſceribus laſſis & pectore mœſto,
Plurima ſollicitos præſtent ſuſpiria victus:
Donec in occiduo venientis tempore mortis,
Vnde geris corpus, terræ reddare iacenti.
His actis, Dominus trepidis dat tædia vitæ,
Deiectóſque procul ſæratis dimouet hortis,
Obuerſóque locat, medióque eliminat igni,
In quo perceleri Cherubin euoluitur æſtu,
Dum calidus deferuet apex, flammáſque volutat.
Queis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent, F
Conſuit euulſas pecudum de viſcere pelles,
Operiens nudos calidis de veſtibus artus.

CAP. III. [Ergò vbi coniugio ſeſe iam fidus Adamus
Eſſe virum ſenſit, nomen genitricis amatæ
Exhibet vxori. Bino qui germine factus
Continuò genitor, diuerſis nuncupat orſis:
Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus.
Innocuas huius ſeruabat cura bidentes,
Aſt alius curuo terram vertebat aratro.
Hi quum perpetuo ferrent ſua dona Tonanti,
Diſſimiles fructus ſenſu ſuadente dedêre.
Nam prior vberibus fuerant quæ profata glebis,
Obtulit; aſt alius miti ſe deuouet agno,
Exta manu ſincera gerens, adipémque niualem;
Confeſtímque placet Domino pia vota tuenti.
Quod propter gelida Cain incanduit ira.
Quem Deus adloquio dignatus, talibus infit:
Dic mihi, ſi rectum viuas, & noxia cernas,
Degere non poſſis contracto à crimine purus?
Deſine mordaci fratrem diſperdere ſenſu;

Qui

Qui tibi ceu Domino subiectus colla daturus.
Nec tamen his fractus, fratrem deducit ad arua,
Atque vbi deprensum deserto in gramine vidit,
ᵉ Elidit geminis frangens pia guttura palmis.
Quod factum Dominus cœlo speculatus ab alto,
Disquirit, quonam terrarum degat Abelus?
Ille negat positum custodem se fore fratris.
Cui Deus effatur: Numnam vox sanguinis eius
Ad me missa sonat, celsúmque ascendit ad axem?
Nosce igitur mansura tibi pro crimine tanto;
Nam modò quæ maduit germani sanguine terra,
Inuiso maledicta tibi commissa negabit
Semina, & adsumptis fructum non proferet herbis;
ᶻ Torpidus vt multo collidens membra tremore.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN GENESIN.

CAP. I.

1. Et volucres varias suspendunt aëre pennas, &c.] *Retinuimus hanc castigationem pro coniectura Cauchij, ex editione priori inter Opera B. Cypriani, pro*: corpore.

CAP. II.

2. Quem postquàm effigie formatum, ceu sua, vidit, &c.] *Inter cetera ad ist Tertullianicum, quòd litteram a in Adamus sicut hic in voce sua, corripiat.*

3. Prasinus huic nomen, illi est carbunculus ardens, &c.] *Vel hinc patet eiusdem esse Auctoris hunc librum cum præcedenti, quippè vbi legatur, quium de Paradiso, sicut hic agit, cap. 8.*

Inde niter Prasinus, illinc carbunculus ardet.

Atqui vtrobique sequitur additionem LXX. *Gen. 2. apud quos commemoratur inuenire* carbunculus, *Græcè* ἄνθραξ, *&* lapis Prasinus, *Græcè* ὁ λίθος ὁ πράσινος. *Pro quibus ex Hebræo & Chaldæo transtulit B. Hieron. Bdellium, & lapidem Onychinum.*

CAP. III.

4. insueto munus deferre marito, &c.] *Sic iterum legimus, pro*: insuetum; *quod cum Cauchio castigaueramus, & sicut inter opera B. Cypriani*: rum sola morsu Mandere, *pro*: Pandere. *Est autem rursum Tertullianicum illud intermedium*: Quis poma dedit noxalia vobis?

5. Carduus & spinis multum paliurus acutis, &c.] *Hoc quoque est Virgilianum Eclog. 5. Est verò etiam rubi genus paliurus Plinio lib. 24. cap. 13.*

CAP. IIII.

6. Elidit geminis frangens pia guttura palmis, &c.] *Emendauimus ex coniectura*: frangens, *pro*: fraudans, *& mox iuxta Morelium*: cœlo speculatus ab alto, *pro*: celso.

7. Torpidus vt multo collidens membra tremore, &c.] *sicut etiam nuper adnotauimus; quum prorsus mutilus sit finis huius carminis, apparet cetera quoque Geneseos capita ad eiusdem usque Sodomæ ab Auctore conuersa.*

ARGVMENTVM IACOBI PAMELII IN SODOMAM.

VLCRE` *& latè integram historiam euersionis Sodomæ prosequitur.*

Cæterùm sicuti suprà quoque dictum est, præter quàm quòd Sixtus Senensis nominatim adscribat hunc librum Tertulliano, etiam phraseis quædam & loci plures sunt Tertullianici, sicuti infrà adnotauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI SODOMA.

CAP. I. *Gen. 7.*

NAM Deus omnipotens primæui tempora sæcli,
ᵃ Vindice diluuio, cunctis aboleuerat vndis,
Quas cœlum sparsit terræ, maris exspuit æquor;
Hactenus, haud liquido pœnas decernere pactus
Excidio, quoties hiemes induceret aër,
Frenandis varium pluuiis mandauerat arcum,
Purpurco & viridi signantem nubila limbo.

Iridis huic nomen, propria est quæ fibula nimbis.
[Sed recidiua hominum pariter cum gente secunda
CAP. II. Impietas, iterúmque mali noua pullulat ætas,
Gen.18. Excidio iam non imbres sortita, sed ignes.
Sic Sodomûm meruit tellus [a] ardentibus vri
Flammis, & finis portendere signa futuri.
Effera luxuries illic, inimica pudoris,
Instar legis erat, fugeret quam præscius hospes;
Antè vel ad Scythicas, vel apud Busiridis aras
Exoptans per sacra necem, cæsúsque cruorem
Fundere Bebrycium, & Libyeas fatlare paleſtras;
Antéque vel Circæa nouas per pocula formas
Sumere, quàm læsum Sodomis amittere sexum.
Pulsabant cœlum inuidia, connubia mixta
Incestu parili, generis natura rebellis
Insese, læsúmque viri cum corpore nomen.
Tempore sed certo Deus omnia perspeculatus,
Iudicat iniustos patiens, vbi criminis ætas,
Cessandi spatium vis nulla coëgerit iræ.
Gen.19. Iámque dies vltrix aderat; duo de grege missi
Angelico, forma iuuenes, qui spiritus ambo
Diua ministerio Domini mandata ferebant,
Succedunt Sodomis; illic de stirpe piorum
[Transuena Loth aderat, sapiens, iustíque colonus,
Vnus erat, meminisse Deum; solet vtilis arbor
In syluis latitare feris velut, hospita fructu.
Is tunc pro porta residens (vix mœnia adibant
Cœlicolæ) quamquam diuinos nescius, vltrò
Aduocat, appellat, patrio veneratur honore,
Hospitióque vocat, longè stabulare parantes;
Enisus longis precibus, pia pignora mensa
Officiisque probis studio dispungit amicos.
Nox requiem dederat, lux soluerat altera noctem,
Et Sodoma in foribus strepitat conquesta rudendum.
Loth contrà supplex: Ne vos nunc pacta libido
Incendat, iuuenes, ipsam fœdare iuuentam;
Quo luxus genitura vocat? quo semina frustra?
Quo nullæ nuptant animæ; non lustra colentes,
Non stabulis reduces, non vndis subter hiantes,
Nec quæ pennarum modulis propè nubila pendent,
Nec quæ per terram protracto corpore manant.
Omne genus, luxu genus est; sed fœmina coniux
Omnibus, & numquam cuiquam nisi fœmina mater.
Nunc si fas iuuenilis habet vastare pudorem,
Sunt intus natæ bijuges mihi, nubilis ætas,
Virginitas in flore tumet, iam dedita messi,
Digna cupido viris, tulerit quam vestra voluptas;
Cedo pater, próque hospitibus pensabo dolorem.
Vulgus ad hæc demens: Quisnam tu, quantus, & vnde?
Qui nobis dominêris, ait, legésque recondas,
Transuena, corrector Sodomorum? duplicat iras:
Nunc igitur tute ipse lues, quod nostra cupido est,
Pro natis, próque hospitibus; satis vnus in omnes.
Dicta & facta simul; vulgi mora nulla furentis.
Turbidus hiberno vt dum voluitur impete torrens,
Riuorum numeros vno pede ferrur in omnes:
Si qua illic arbor rapidis offenditur vndis,
Haud mansura diu; quantum radice licebit
Crinitas durare moras, vbi subter adesam
Perdit humum circumfosso cum caudice pendens,

Huc

A Huc illuc certam differt incerta ruinam;
Haud aliter Loth in media vertigine vulgi,
Nutabat vinci propè iam; sed diua potestas
Subuenit, angelici iuuenes de limine raptum
Restituunt tectis; demens sed vulgus ibidem
Pœnarum auspiciis multatur lumine diro.
[Tunc decreta Dei referant, dignam adfore pœnam CAP. III.
De cœlo Sodomis; ipsum meruisse salutem *Ibidem.*
Iustitiæ titulo. Quin ergo accingeris isthinc
Festinare fugam, paritérque educere si quid
Gentis habes? nos exitium iam inducimus vrbi.
Loth generos citus adloquitur; sed dura hominum mens
Credere despexit monitum, risitque timorem.
Tempore mox quo lux tenebras conscendere tentat,
Et bicolor cœli facies de nocte diéque est,
Instabant iuuenes Chaldæam educere gentem
Ex Sodomis, iustámque domum donare saluti:
Eia age Loth, exsurge, tuámque adsume iugalem,
B Et natas duplices, atque hinc exterminus ito,
Præueniens Sodomûm pœnas (manibus quoque amicis
Producunt trepidos) atque hæc tibi cetera mando;
Serua Loth animam, ne visam in terga retrorsum
Vertere fortè velis, cœptum vel sistere gressum;
In montem propera. Timuit Loth ardua tardo
Ereptare gradu, cœlestes ne priùs iræ
Opprimerent; alios igitur deposcere portus
Adgreditur, paruam quam contra aspexerat vrbem.
Huc, inquit, contendo fugas; vix mœnibus exstat,
Nec longè, nec magna. Illi fauere petenti,
Vrbis & ipsius pariter gestare salutem.
Inde Segor vico nomen vox barbara nouit.
Tunc Loth ingreditur Segor, simul exoritur sol,
Vltimus ille quidem, in Sodomámque incendia feruens
Infert, nam totos radios armauerat igni;
Æmula subsequitur caligo [a] ireludere lucem
Cœptans, atque globos confuso intexere cœlo;
Fumantes coëunt nubes, nouus irruit imber,
Sulphura cum flammis flagrantibus æstuat æther,
C Exustus crepitat liquidis ardoribus æther.
[a] Hinc habet in fallo de vero fabula famam,
Solis progeniem currus optasse paternos,
Nec valuisse leuem puerum frenare superbos
Ignis equos, arsisse orbem; tunc fulmine raptum
Aurigam; illicitum planctum mutasse sorores.
Viderit Eridanus, si qua illic populus albet,
Aut si quis plumat senio modulatior ales.
Hic aliter versæ mœrent miracula formæ.
Namque comes coniux, heu me, malè tum quoque legis
Fœmina non patiens, diuina ad murmura cœli
Audaces oculos nequicquam sola retorsit,
Nec habitura loqui quod viderit, & simul illic
In fragilem mutata salem, stetit ipsa sepulcrum,
Ipsáque imago sibi formam sine corpore seruans.
[b] Durat adhuc etenim nuda statione sub æthram,
Nec pluuiis dilapsa situ, nec diruta ventis.
Quinetiam siquis mutilauerit aduena formam,
Protinus ex sese suggestu vulnera complet.
Dicitur & viuens alio iam corpore, sexus
Munificos solito dispungere sanguine menses.
[Nusquam sunt Sodomi, nusquam illorum impia lucent CAP. IIII.

Mœnia; cum dominis domus omnis inops ita nusquam;
Tota rogus regio est, hinc atro horrore fauillæ,
Hinc que situ cano cineres incendia signant.
7 Occidit illa prior feritas, quàm prospiciens Loth.
Nullus arat frustrà piceas fuligine glebas.
Semiperempta etiam si qua illic iugera, lætas
8 Autumni conantur opes, facilè optima sese
Promittunt oculis, pira, persica, & omnia mala,
Donec carpuntur; nam protinus indice tactum
Soluitur in cinerem, fit vana fauilláque pomum.
Sic igitur cœlo pariter terráque sepultis,
Nec mare viuit ibi, mors est maris illa quieti,
9 Quod nullus animat per anhela volumina fluctus;
Quódque etiam patrio numquam suspirat ab austro,
Quódque nequit proferre aliquam de gurgite gentem
Squamigeram, læuive cuti vel cortice septam,
Vel crispam concham, aut duplici compagine clausam.
10 Solum illic propria mentitur fruge bitumen,
Exusti fuligo maris; quod viuidus ardor
Subter stagna coquens, de sulphuris & salis æstu
Temperat, inque picem dat terræ hærere marinam.
Inuchitur proprio cum tempore pingue crematæ
Virus aquæ, spumisque cutis super æquora nigra
Texitur; appellunt queis est ea captio mercis;
Adclinant leues laterum libramine lembos,
Vt semel impositam doceant conscendere venam.
Nam se sponte leuans adnabit mercis ad ora
Nauigij, precióque dabit pro munere largo,
Ni plaga contigerit, quam mensis fœmina vestit.
11 Ecce aliud monstrum pelagi de clade notatur;
Cuncta illic immissa natant; natura recessit
Mergendis data corporibus; si denique testæ
Luciferam narem insistens, qua spiritus igni est,
12 Velificauit apex, flammæ si flamma perempta est,
Ibit subter aquas destructio naufraga lucis.
Hæ Sodomûm & Gomorûm signatæ in sæcula pœnæ,
Gentibus iniustis, queis pectora dura timorem
Deseruêre Dei, de cœlo iura tueri,
Inque vnum rerum Dominum spectare docebunt.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN SODOMAM.

CAP. I.

1. Vindice diluuio, &c.] *Sic castigauimus ex Morelio, pro:* Iudice, *& paulopost*: non imbres sortita, sed ignes, *pro:* imbrem.

CAP. II.

2. ardentibus vti flammis, &c.] *Id retinuimus pro:* faciebus, *aut quod conjiciebat Cauchius legendum,* falsibus. *Ibi vero:* vbi criminis ætas, *videtur deesse versus aliquis.*

3. Transuena Loth adetat, &c.] Transuena *& hic & paulopost vox Tertullianica, pro:* Aduena. *Est & Græcismus etiam illi visitatus non semel:* vnus erat meminisse Deum; *item:* conquesta rudendum; *sic enim lego cum Morelio, pro:* rudendo, *item:* pacta libido; *& ibi:* Quo luxus genitura, *pro generatio. Sine autem lege as:* Cedo pater, *siue:* Dedo, *perinde est.*

CAP. III.

4. includere lucem Cœptans, &c.] *Sic castigauimus ex Morelio.*

5. Hinc habet in falso de vero fabula famam, &c.] *Pulcrè rationem reddit fabulæ Poëtica de Phaëtonte in Eridano lapso; quò fit vt castigauerimus:* de vero, *pro:* verbo, *&:* viderit Eridanus, *pro:* videris heu dirum. *Nam non modò S. Cypriano, sed antea tum Tertulliano est visitatissima vox:* videtit. *Emendauimus etiam ex Morelio:* heu me, malè tum quoque legis Fœmina non patiens, *pro:* heu lethum, metúque legis.

6. Durat adhuc etenim nuda stratione sub æthram, &c.] *Hoc memoratu dignum, quod sua adhuc ætate statuam illam salis, in quam vxor Loth conuersa est, duratsse scribat; & siquis eam mutilauerit, statim vulnera denuo compleri, & in singulos menses menstrua pati. Hoc est enim quod phrasi Tertullianea dicitur (non modo Cypriánica) dispungere (quod prorsus legimus, pro:* depungere) sanguine menses. *Est etiam vox Tertullianica:* suggestu *paulo antè.*

CAP. IIII.

7. Occidit illa prior feritas, quam prospiciens Loth, &c.] *Obscurus versus, vbi si* feritas *pro fertilitate accipiatur ratione*

A tione carminis, constabit sensus; Vti feritas à ferendo dicatur: vox eo significatu nunc obsoleta.

8. Autumni conantur apes, &c.] *Etiam istud Tertullianicum esse supra alicubi in Apologetico adnotauimus. Emendanimus vero:* optima sese Promittunt oculis, *ex Morelio, pro:* esse se opima, *item:* & omnia mala; *pro:* mella, *vt accipiatur pro omni pomorum seu fructuum genere, &c.:* indice tactum, *pro:* tactu.

9. Quod nullus animat per anhela volumina fluctus, &c.] *Sic etiam ex Morelio, pro eo quod subiiciuerat Fabricius tanquam elegantius:* Idque animat nullus. *nam Vt s in fine dictionis producatur, etiam Tertulliano libris præcedentibus vsitatum est. Similiter emendauimus:* Quódque nequit, *pro:* cauet.

10. Solum illic propria mentitur fruge bitumen, &c.] *De* bitumine *ex lacu Asphaltite, vide Iosephum lib. de bello Iudaico cap. 5. Legimus etiam cum Morelio:* crematæ Virus aquæ, *pro:* crematum. *Magis etiam placet:*

Vt semel impositam doceant conscendere venam, *quàm:* imposita, *&c.* vena. *Malumus etiam legere:* adnabit mercis ad ora Nauigij, *quàm:* inertis ad ora Nauigij. *Hoc enim significat* mercem bituminis *ita adhærere nauigio, vt salsis non possit nisi menstruo fœminæ, sicuti etiam testatur Iosephus loco citato.*

11. Ecce aliud monstrum, &c.] *Aliud miraculum narrat, quòd* cuncta illic immersa natant.

12. Velificauit apex, &c.] *Cauchius censet legendum:* velificabit. *sed æquè obscurum est quid sibi velit Auctor. Æquè etiam hiephrasis est Tertullianica, Haud aliter enim dixit supra Tom. 3. lib. aduers. Gnost. cap. 1. de Scorpio loquens:* Austro & Africo cæuitia velificat. *Nam pro vela facere vtrobique dixit:* velificare. *Denique sexta Morelium legimus:* pectora dura, *pro:* corpora.

ARGVMENTVM LIBRI AD SENATOREM, EX CHRISTIANA RELIGIONE AD IDOLORVM SERVITVTEM conuersum, per Iacobum Pamelium.

B

SENATOREM *grauiter increpat, quòd antea Christianus & Consul, Isidis seu Matris Deûm sacerdos fieri non sit veritus; hortatur itaque vt saltem in senectute resipiscat. Porrò quum etiam hic quædam sint Tertullianica, ego illi adscribere malui quàm B. Cypriano.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, AD SENATOREM EX CHRISTIANA RELIGIONE ad Idolorum seruitutem conuersum.

QVVM te diuersis iterum vahísque viderem — CAP. I.
Inseruire sacris, priscóque errore teneri;
[1] Obstipui monitus; quia carmina semper amasti,
Carmine respondens, properaui scribere versus;
Vt te corriperem, tenebras præponere luci.
Quis patiatur enim, te Matrem credere magnam
C Posse Deam dici, rursúsque putare colendam,
Cuius cultores infamia turpis inurit?
[2] Namque sacerdotes tunicis muliebribus iidem
Interius ritum cultu interiore fatentur;
Idque licere putant, quod non licet; vnde per orbem
Leuiter incedunt, mollita voce loquentes,
Lapsatóque tenent extenso pollice lumbos,
Et proprium mutant vulgato crimine sexum.
Cúmque suos celebrant ritus, [3] his esse diebus
Se castos memorant; at si tantummodò tunc sunt,
Vt perhibent, casti; reliquo iam tempore quid sunt?
Sed quia coguntur saltem semel esse pudici,
Mente fremunt, lacerant corpus, fundúntque cruorem.
Quale sacrum est verò, quod fertur nomine sanguis?
[Nunc etiam dicis, quòd te non fecerit ætas, — CAP. II.
Sed tua religio caluum, [4] caligáque remota
Gallica, sit pedibus molli redimita papyro.
Res miranda satis deiectáque culmine summo.
Si quis ab Isiaco Consul procedat in vrbem,
Risus oris erit; quis te non rideat autem,
Qui fueris Consul, nunc Isidis esse ministrum?
Quódque pudet primò, te non pudet esse secundò;

Ingeniúmque tuum turpes damnare per hymnos
Respondente tibi vulgo & lacerante Senatu.
Téque domo propria pictum cum fascibus antè,
Nunc quoque cum fistro faciem portare caninam.
Hæc non humilitas, sed humilitatis imago est.
Ædibus illa tuis semper monumenta manebunt.
Rumor & ad nostras peruenit publicus aures,
Te dixisse: Dea erraui, ignosce, rediui.
Dic mihi si valeas, quum talia sæpè rogares,
Et veniam peteres; quæ tecum verba locuta est?
Verè mente cares, sequeris qui mente carentes.
Hæc iterum repetis, nec te delinquere sentis.
Quid mereare vide; minus esses fortè notandus,
Si tantùm hoc scires, & in hoc errore maneres;
At quum vericolæ penetraueris ostia legis,
Et tibi nosse Deum paucis accesserit annis;
Cur linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis?
Nilque colis, dum cuncta colis; nec corde retractas
Vera quid à falsis, quid ab vmbris lumina distent.
Philosophum fingis, quum te sententia mutet;
Nam tibi si stomachum popularis mouerit aura;
Et Iudæus eris, totúsque Incertus haberis.
Indulge dictis, sapientia non placet alta;
Omne quod est nimium, contrà cadit; vnum operantur
Et calor & frigus; sic hoc, sic illud adurit;
Sic tenebræ visum, sic sol contrarius aufert;
Et pariter lædunt gelidum feruénsque lauacrum;
Esca alitur corpus, corpus corrumpitur esca;
Vímque suam minuit, si quid protenditur vltrà.
Denique si sedeas, requies est magna laboris;
Si multum sedeas, labor est. Maro namque Poëta
Pro pœna posuit; [s] sedet, æternúmque sedebit
Infœlix Theseus; semper nocet vtile longum;
Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant;
Sic nimium sapere stultum facit improba secta.
Me dea sic docuit, moderamen amabile, dixit.
Sed tu nec sectam modò, nec moderamina curas;
Mens autem stabilis nullo peruertitur æstu,
Ipsáque simplicitas numquam mala cogitat vlla.
Hinc sincera fides æterna fide fruetur;
Et contrà dolus longo cruciabitur igni.
Elige quid velis, vt digna piacula vites.
Sic tamen hanc veniam mereatur creditor inquam;
Vt leue crimen erit, si nolis noscere vera;
Non leue crimen erit, si cognita vera relinquas.
Sed te correctum forsan matura senectus
In melius reuocat satiatum erroribus istis;
Tempus enim mutat mala, digerit omnia tempus.
Tunc igitur cùm te consulta reduxerit ætas,
Disce Deo seruare fidem, ne fortè bis vnum
Incurras lapsum; quia verè dicitur illud:
Qui pedis offensi lapidem vitare secundò
Nescit, & incautus iterum vexauerit artus;
Imputet ipse sibi, nec casibus imputet vllis.
[s] Corrige delictum fidamine, corrige mentem.
Suffecit peccare semel, desiste vereri;
Non erit in culpa, quem pœnitet antè fuisse.

ADNO-

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN CARMEN AD SENATOREM.

CAP. I.

1. Obitipui monitus, &c.] *Est hæc phrasis non modò Cyprianica, quæ alibi dixit:* mens obstipuit, *sed & Tertullianica, sicuti suprà videre est lib. de Iudic. Domini, cap. 11. vbi legitur:* Obstipuere quidem plures, patuisse sepulcra.

Castigamus autem monitus, *pro:* motus.

2. Namque sacerdotes, &c.] *Emendauimus:* iidem, *pro:* idem, *& paulopòst:* reliquo iam tempore quid sunt, *pro:* corpore. *Atqui de sacerdotibus Isidu & ipsa Isidæ, suprà non semel satis dictum est. Hîc illa tribuit* tunicas muliebres, muratum sexum, lacerationem corporis, *&c:* fusionem cruoris, caluitiem, & pedes Gallicana papyro redimitos, *denique* cum sistro faciem caninam.

3. his esse diebus se castos memorant, &c.] *De* Castis *Isidis sacris, vide infrà Tertullianum Tom. 5. lib. de Ieiunio adu. Psychicos. Est autem etiam ille versus obscurus, & fortè mendosus:* Quale sacrum est verò, quod fertur nomine sanguis?

CAP. II.

4. caligáque remota, &c.] *De* militia caligata, *vide suprà Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 19. nn. 147. Atqui corruptus etiam est in Ablatiuo qui sequitur:* Gallica, sit pedibus molli redimita papyro.

Castigamus verò recèns: Consul procedat in vrbem, *pro:* orbeni. *Et mox:* Hæc non humilitas, *pro:* Hæc tua humilitas.

5. Sedet, æternúmque sedebit Infœlix Theseus, &c.] *Istud Virgilianum est ex 6. Æneidos. Prorsus autem lege:* nec casibus imputet vllis.

6. Corrige delictum fidamine, &c.] Fidamen *pro fiducia seu spe magna hauddubie Tertullianicam phrasin sapit, quàm Cypriancam.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, GRÆCORVM OPERVM FRAGMENTA ET Notulæ; cum Adnotationibus Iacobi Pamelij.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, APOLOGETICI ADVERSVS GENTES PRO CHRISTIANIS Græci, Fragmenta, ex Eusebio Cæsariensi, cum translatione triplici.

Præfatiuncula in Fragmenta Græca Apologetici.

TERTVLLIANI Apologeticum aduersus Gentes, vti paraphrastes vertit Rufinus, siue pro Christianis, vti ad verbum ex Græco transtulerunt Christophorsonus apud Eusebium, & Langius in Nicephoro, Latinè conscriptum fuisse; sed in Græcum sermonem translatum, dissertis verbis Eusebius & Nicephorus adfirmant; an verò id ab Auctore ipso, an alio quouis factum sit, non satis constat, quamquam priori sententiæ magis faueat, quòd etiam alios quosdam libros Latinè & Græcè conscripserit. Quò fit vt operæpretium duxerim, separatim Fragmenta Græca publicare; eáque ad maiorem intellectum cum versione triplici; Eusebij quidem Interpretum duorum, Rufini & Christophorsoni; Nicephori verò, qui ad verbum ex illo hæc descripsit, Langij.

Ex Apologetici Cap. 11. iuxta Eusebium Eccles. histor. lib. 3. cap. 33. seu 27. & Nicephorum lib. 3. cap. 17.

Τερτυλλιανὸς ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ὑπὲρ χριστιανῶν.

Καίτοι βύρσκεσθαι καὶ πλεῖ εἰς ἡμᾶς ὀπτεζήπτων κεκωλυμένων. Πλίνιος γὰρ ὁ Σεκοῦνδος ἡγεμόνευσε τῆς * ἐπαρχίας, κολάσεις χριστιανούς τινας, καὶ τὰ ἀληθῆ ἐκβαλών, περιχθεὶς τοῦ πλήθους, ἐπιγνοὺς χέν-

ἢ αὐτοῦ εἶη προσκτίσιν. Τρεῖσθαι οὖν τοῦ βασιλέως αἰσχυνόμενοι, λέγων· ἐξὸν τῶν μὲν βλέπεσθαι αὐτοὺς εἰδωλολατρεῖν, οὐδὲν αὐόμενοι ἐν αὐτοῖς διρκεῖναι. ἐμέλλενε ὁ δὲ τοῦτο· αἰτίασθαι ἔοικε τοὺς χριστιανούς, καὶ τὸν χριστὸν, οὐ δίκαιον, ὑμεῖν· καὶ ποιεῖν τὸ τῶν ἐπιτηδείων αὐτῶν ἀσεβεῖσθαι, καλύπτεσθαι φονεῖν, μοιχεύειν, πλεονεκτεῖν, ὑποτρέφειν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑμεῖα. ποιεῖν ταῦτα αὐτὸν ἐγκαλεῖ. Τρεῖσθαι, τὸ τῶν χριστιανῶν φίλον μὴ ἐκλιπεῖσθαι μᾶλλον, ἐμπροσθεῖν ὁ κολάζεσθαι.

Rufini.

Perſecutionum verò extrinſecus pondus vrgebat Eccleſiam, & tam immenſæ cateruæ Martyrum quotidie iugulabantur, vt Plinius Secundus, qui tunc prouinciam adminiſtrabat, multitudine interemptorum permotus, referret ad Imperatorem, quòd innumera hominum milia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omninò ſceleris deprehenderetur admiſſum, aut aliquid contrarium humanis legibus geſtum, niſi hoc ſolùm, quòd antelucanos hymnos Chriſto cuidam canerent Deo. Adulteria verò, vel cetera huiuſmodi crimina apud eos & illicita haberi, & penitùs arceri; cetera verò ſecundum leges eos agere communes. Ad quæ tunc Traianus Reſcripti ſui auctoritate decernit, vt Chriſtiani quidem non requirantur; ſi qui tamen inciderint, puniantur. Per quod ex parte aliqua perſecutionis ſedatum putabatur incendium.

Chriſtophorſoni.

Atqui inuenimus, inquiſitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, quum prouinciam regeret, damnatis quibuſdam Chriſtianis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tandem multitudine perturbatus, & quid de cetero ageret neſcius, conſuluit tũc Traianum Imperatorem, adlegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil ſe ſcelerati de eis reperiiſſe. Inſinuans quoque & illud: Surgere atque conuenire ſummo manè Chriſtianos, & Chriſtum tamquam Deum carminibus laudare; & ad conſeruandam eorum diſciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera ſcelera prohibere. Ad quæ Traianus reſcripſit: Chriſtianos inquirendos non eſſe, oblatos autem puniendos.

Langij.

Atqui, inuenimus inquiſitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus quum prouinciam regeret, quibuſdam Chriſtianis damnatis, quibuſdam gradu pulſis, ipſa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, conſuluit tunc Traianum Imperatorem, adlegans præter obſtinationem non ſacrificandi, nihil aliud ſe de ſacris eorum comperiſſe, quàm cœtus antelucanos ad canendum Chriſto vt Deo, & ad conſeruandam diſciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera prohibentes. Tunc Traianus reſcripſit: hoc genus inquirendos quidem non eſſe, oblatos verò puniri oportere.

De hoc Plinij Iunioris reſcripto ad Traianum vide Adnotationes noſtras in Apologet. cap. 2. num. 24.

Ex Apologetici cap. v. iuxta Euſebium hiſtor. Eccleſ. lib. 2. & Nicephorum lib. 2. cap. 8.

ΙΝα δὲ καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας ἀφελεχθῶμεν τῶν τοιούτων νόμων. παλαιὸν ὧν δόγμα, μηδένα θεὸν κατὰ βασιλέως κεῖσθαι, πρὶν κατὰ τὸ συγκλητικὸν δικιμασθῆναι. Μάρκος Αἰμίλιος ὕστερον τοῦτο πρὸς τοὺς εἰδώλοις πεποίηκεν Ἀλέξανδρον. καὶ τοῦτο κατ' ἐκεῖνον τῶν λογῶν ἡμῖν πεποίηται, ὅτι τῶν ὑμῶν αὐτοκρατόρων δικιμῆ ἢ θεότης δίδοται, ἐὰν μὴ αὐτοκράτωρ θεὸς ἀρέσῃ, θεὸς * οὐκ ἔσται. ὕστερος καλοῦσι τοῦτο αὐτοκράτορα τοῦ ὑλέων θεῶν. τί γὰρ ἐκεῖνος ἐποίησεν. Τιβέριος οὖν (ἐφ' οὗ ὁ τῶν χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἠλύθεν) ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος τούτου, ἐν᾽ ἂν παρ᾽ αὐτοῦ ἠρξάτο, τὴν συγκλητικὸν αἰσχυνόμενος, ὅπλος ὢν ἐκείνοις ὡς παῖ δόγματι ἀρέσκεται. πρὸς συγκλητικὸς, ἐπεὶ οὐκ αὐτὸ δεδικμάκει, ἀπώσατο. ὁ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ὑποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν χριστιανῶν κατηγόρους.

Rufini.

Rufini.

Vt de origine aliquid retractemus eiusmodi legum. Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus. Sicut Marcus Æmilius de Deo suo Alburno. Facit & hoc ad causſam noſtram, quòd apud vos humano arbitratu diuinitas penſitatur. Et niſi homini Deus placuerit, Deus non erit. Homo iam Deo propitius eſſe debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Chriſtianum in ſeculum intrauit, adnunciata ſibi ex Syria Palæſtina, quæ illic veritatem iſtius diuinitatis reuelauerant, detulit ad Senatum, cum prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus quia non ipſe probauerat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.

Chriſtophorſoni.

Vt de origine retractemus eiuſmodi legum. Vetus erat decretum, ne qui Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi à Senatu probaretur. Vt M. Æmilius de Deo ſuo Alburno. Facit & hoc ad causſam noſtram, quòd apud vos de humano arbitratu diuinitas penſitatur. Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit. Homo iam Deo propitius eſſe debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introiuit, adnunciatum ſibi ex Syria Palæſtina, quę illic veritatem ipſius diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum cum prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus quia non ipſe probauerat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.

Langij.

Vt de origine aliquid retractemus eiuſmodi legum. Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi à Senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introiuit, adnunciatam ſibi ex Palæſtina veritatem dogmatis iſtius; (ibi enim prima initia ſumſerat) ad ſenatum retulit, cum prærogatiua ſuffragij ſui. Senatus quia ipſe non probauerat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus mortem Chriſtianorum accuſatoribus.

Hunc locum explicatum habes ſuprà in Adnotationibus noſtris Apolog. cap. 5. num. 55. 56. 57. & 58.

Ex eodem Apologetici v. cap. iuxta Euſebium hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 24. & Nicephor. lib. 2. cap. 37.

ΕΝτύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν. ἐκεῖ εὑρήσετε, πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ὁ ῥώμη, πᾶν αἱματοῦν πάσῃ ὑποταγῇ, ὡμὸς ἐπὶ πάντας, διωξάμενα. τοῦτον δ' κεφάσιος ἡμῶν ἀρχηγὸν κακοχαίνομεθα. ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον, νοήσει δύναται, ὡς οὐκ ἂν εἰμὴ μέγα τι ἀγαθὸν ὑπὸ Νέρωνος κολασθείη.

Rufini.

Conſulite commentarios veſtros, illic reperietis primum quoque Neronem in hanc ſectam, tum maximè Romæ oriẽtem, Cæſareo gladio ferociſſe. Tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur. Qui enim ſcit illum, intelligere poteſt, non niſi grande aliquod bonum à Nerone damnatum.

Chriſtophorſoni.

Conſulite veſtros commentarios, illic reperietis, primum Neronem in hanc ſectam, tum maximè Romæ orientem, Cæſareano gladio ferociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtræ gloriamur? Qui enim ſcit illum, intelligere poteſt, non niſi aliquod bonum grande à Nerone damnatum.

Langij.

Conſulite commentarios veſtros, illic reperietis primum Neronem in hanc ſectam, tum maximè Romæ orientem, Cæſareano gladio ferociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur. Qui enim illum ſcit, intelligere poteſt, non niſi aliquod bonum à Nerone damnatum.

Vide hunc locum explicatum Adnot. noſtris in Apolog. cap. 5. num. 59.

Ex eodem v. cap. Apolog. iuxta Euſebium Eccleſ. hiſt. lib. 3. cap. 20. ſeu 15. & Nicephor. lib. 3. cap. 10.

ΠΕπειρήκει ποτὲ καὶ Δομετιανὸς ταυτὸ ποιῶν ἐκεῖνος, μέρος ὢν τῆς Νέρωνος ὠμότητος. Αλλ' εἰμὴ αὖτε ἔσχεν τι σεμνότερον, παύσας ἐπαύσατο, ἀνακληθεὶς ἀδίκως ὡς ἐξηρκάκει.

Rufini.
Tentauit aliquando & Domitianus ſimile aliquid, portio Neronis de crudelitate. Sed quaſi homo citò deſtitit, ita vt etiam eos quos in exſilium miſerat, reuocaret.

Chriſtophorſoni.
Tentauerat & Domitianus, portio Neronis, de crudelitate. Sed qua & homo, facilè cœptum repreſſit, reſtitutis etiam quos relegauerat.

Langij.
Tentauerat & domitianus portio Neronis de crudelitate, eadem quæ ille, facere. Sed vt opinor, aliquid habens rationis & prudentiæ, maturè deſtitit, reuocatis etiam iis quos in exſilium egerat.

Pauca etiam de hoc aliquid adiecimus Adnotat. noſtris in idipſum cap. num. 60. & 61.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, LIBRI DE SPECTACVLIS GRÆCI, CITATIO, ex libro de Corona Militis, cap. 6.

SIc itaque & circa voluptates SPECTACVLORVM infamata conditio eſt, ab eis, qui naturâ quidem, Dei omnia ſentiunt, ex quibus Spectacula inſtruuntur, ſcientia autem deficiunt. Sed & huic materiæ, propter ſuauiludios noſtros, Græco quoque ſtylo ſatisfecimus.

Ampliſſimè eandem materiam tractatam habes ſuprà Tom. 2. non modò ab ipſo Auctore libro Latinè conſcripto de Spectaculis, ſed & in Adnotationibus noſtris; & verò loquis hîc Auctorem de dicto libro de Spectac. non de libro de Corona militis, etiam ante me Rhenanus adnotauit.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, LIBRI DE VIRGINIBVS VELANDIS Græci, Notulæ, ex eiuſdem tituli libro cap. 1.

PRoprium iam negotium paſſus meæ opinionis, Latinè quoque oſtendam, Virgines noſtras velari oportere, ex quo tranſitum ætatis ſuæ fecerint; hoc exigere veritatem, cui nemo præſcribere poteſt.

Ex eo quod dicit Auctor Latinè quoque, rectè meo iudicio colligit Rhenanus, antea Græcè ſcriptum fuiſſe librum eiuſdem tituli, De Virginibus velandis, de qua materia tum Auctor, tum nos latiſſimè ſuprà Tom. 2. in Adnotat. noſtris.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, DE BAPTISMO LIBRI MENTIO, ex eiuſdem tituli libro cap. 15.

SEd circa hæreticos ſanè quid cuſtodiendum ſit, dignè quis retractet. Ad nos enim æditum eſt. Hæretici autem nullum habent conſortium noſtræ diſciplinæ, quos extraneos vtique reſtatur ipſa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoſcere quod mihi præceptum eſt, quia non idem Deus eſt nobis & illis, nec vnus Chriſtus, id eſt, idem. Ideóque nec baptiſmus vnus, quia non idem. Quem quum ritè non habeant, ſine dubio non habent; nec capit numerari quod non habetur; ita nec poſſunt accipere, quia non habent. Sed de iſto pleniùs iam nobis IN GRÆCO digeſtum eſt.

Hic verbũ etiam materia præcipua commemoratur libri Græcide Baptiſmo. Quandoquidem vero in dictum librum de Baptiſmo Aduersæ noſtris num. 106. nos hic tractaturos polliciti ſumus, qua ſit Tertullianæ ſententia de Hæreticorum baptiſmo, certe negare non poſſumus idipſum ſenſiſſe quod B. Cyprianus; & fortaſſis propterea ſuppreſſum poſſit quis dicere hunc libellum, quum per Nicænum Concilium retractata eſſet a Africanorum quorundam Epiſcoporum ſententia, quemadmodum in Vita B. Cypriani, & in Argumento Concilij Carthaginienſis de baptizandis hæreticis, iam deduximus. Nec verò mirandum, ſi illud paradoxon amplexus ſit Tertullianus, quum eodem ferè tempore celebratum fuiſſe videatur Concilium illud ſub Agrippino Epiſcopo Carthaginienſi, cuius meminit B. Cypr. Epiſt. 71. ad Quintum; quod ipſum quo que & ceteros Epiſcopos Africanos in eam pertraxit opinionem. Hoc enim ſatis indicare videtur ille Epiſtol. 70. ad Ianuar. quum dicit ſententiam illam ſampridem ab Auctoribus ſtatutam, & apertiùs Epiſt. 73. ad Iubaianum, multos dicens annos interceſſiſſe, ex quo ſub Agrippino Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerunt. Atqui inter tempus, quo Tertullianus ante omnem hæreſim librum de Baptiſmo conſcripſit, & Africanum primum de hæreticorum baptiſmo, Concilium Epiſcoporum 72. quod celebratum fuit anno Domini 255. annos interceſſiſſe certum eſt 50. latius in vita Auctoris noſtra comprobatur. Porrò ad argumenta pro dicto Paradoxo ab Auctore hic adlegata, reſponſionem videre eris in noſtris Prolegomenis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM FRAGMENTA PARÆNETICA.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, AD AMICVM PHILOSOPHVM DE NVPTIARVM ANGVSTIIS LIBRI, Notulæ, ex B. Hieronymi epiſt. 28. ad Euſtochium, & lib. 1. aduerſus Iouinianum.

ET in principio Libelli præfatus ſum, me de anguſtiis Nuptiarum aut nihil omninò, aut parum dicturum, & nunc eadem admoneo; vt ſi tibi placet ſcire, quot moleſtiis virgo libera, quot vxor adſtricta ſit, legas Tertullianum ad Amicum Philoſophum ſcribentem, & de Virginitate alios Libellos, & B. Cypriani volumen egregium; & Papæ Damaſi ſuper hac re verſu ac proſa compoſita, & Ambroſij noſtri quæ nuper ſcripſit ad Sororem, opuſcula.

Non eſt huius loci Nuptiarum anguſtias deſcribere, & quaſi in communibus locis Rhetorico exſultare ſermone; pleniùs ſuper hac re contra Heluidium, & in eo libro quem ad Euſtochium ſcripſi, arbitror abſolutum. Certè Tertullianus, quum adhuc eſſet adoleſcens, luſit in hac materia, & præceptor meus Gregorius Nazianzenus, virginitatem & Nuptias differens, Græcis verſibus explicauit.

Hactenus B. Hieronymus, cuius integras periodos adduximus in medium, tum ne quid mutilum eſſet, tum vt intelligat Lector, qui Veterum de Virginitate hodie tanteperè controuerſa ſcripſerint, quoſcirca magnopere optarim exſtare hunc Auctoru libellum, ſiue proſa conſcriptum, ſiue potius, quod per verbum, luſit, indicare videtur, carmine. Quo ſit magis, vt mihi non probetur cuiuſdam viri eruditi cenſura, qui exiſtimabat hunc eiidem eſſe librum, cum illo qui inſcribitur infrà Tom. 5. Exhortatio ad caſtitatem. Præterquam enim quod illum adoleſcens ſcripſiſſe dicitur, & hunc ſub finem vitæ ſcriptum conſtet; etiam ex propoſito minimè tractat de moleſtiis nuptiarum. Neque verò etiam illorum placet ſententia, qui duos diuerſos libros Tertulliani dictis locis videri volunt, quum vtrumque diſertis verbis B. Hieron. inſcriptum ſignificet, De moleſtiis nuptiarum. Atqui an B. Hieronymus adſcribat Tertulliano etiam alios (quorum meminit) de Virginitate libellos, poterit fortaſſis dubitari iuxta priores illius additiones, ſi legeretur: legas Tertulliani Ad amicum Philoſophum, & de Virginitate alios Libellos. *Certè eiuſdem penè ſunt argumenti* ad Vxorem libri duo, *ac dicta* Exhortatio ad caſtitatem, *& nõ aliud tractat liber* de Velandis virginibus; *aliosinſuper de* Virginitate, *Continentia, & Caſtitate ſeruanda locos complures apud Tertullianum, ex Indice noſtro inuenies Lector, & ſimiliter in Indice B. Cypriani. Cuius præter librum De habitu & diſciplina Virginum à B. Hieron. citatum exſtat etiam Epiſt. 62. ad Pammachium de Virginibus. Quibus omnibus in libris videat Lector & Adnotationes noſtras.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE FATO LIBRI, MENTIO ET FRAGMENTVM EX EIVSDEM LIB. DE ANIMA cap. 20. & Fulgentio Placiade de vocibus antiquis.

TESTATES enimuerò præſunt. Secundum nos quidem, Dominus Deus, & Diabolus æmulus; ſecundum communem autem opinionem & prouidentia, & FATVM, & neceſſitas, & fortuna, & arbitrij libertas. Nam hæc & Philoſophi diſtinguunt, & nos ſecundum fidem differenda, ſuo iam nouimus titulo.

Hactenus Auctor, cuius quum nullum exstet opus, vbi de quatuor illis tractet, mihi prorsus videtur alludere ad librum sui tituli DE FATO, *vtpote quem ab eo conscriptum pateat ex citatione Fulgentij Placiadæ, iam olim excusis cum Hygini Mythologijs per verba sequentia. Nam & Tertullianus in lib. quem de Fato scripsit, sic ait:* Redde huic fati primum problematis mancipatum. *in dict. Problema, lib. de vocibus antiquis.* De fato, *præterea sub nomine Minutij Felicis olim extitisse* Libellum *tradit B. Hieron. Catal. script. Eccles. sive: Contra Mathematicos, qui tamen quum & ipse deserti sit hominis, non videtur cum stylo Octavij Dialogi eius convenire. Fortassis is ipse liber est, quem Tertullianus hic adscribimus, vtpote quem non modo disertum, sed eloquentiss. alicubi nuncupat. Alij qui aduersus* Fatum *scripserunt Auctores, suprà citatos habes Tom. 1. Apolog. cap. 1. num. 17. & lib. de Anima cap. 39. num. 449.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM FRAGMENTA EXEGETICA.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, DE MVNDIS ET IMMVNDIS ANIMALIBVS Quæstionum citatio, ex B. Hieronymi Epist. 125. ad Damasum.

Gen. 1. Gen. 8. Act. 10.

QVÆRIT Damasus inter ceteras quæstiones Quæst. 3. Si omnia Deus fecit bona valde; quare Noë DE MVNDIS ET IMMVNDIS ANIMALIBVS præcepit; quum immundum nihil bonum esse possit. Et in nouo Testamento post visionem quæ Petro fuerat ostensa, dicenti: Absit Domine à me, quoniam commune & immundum numquam introiuit in os meum; vox de cœlo respondit: Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Respondere B. Hieron. se scribit, duabus tantùm quæstiunculis prætermissis (nempè hac & ea, de qua in sequenti Fragmento) Non (inquit) quo non potuerim & ad illas aliquid respondere, sed quòd ab eloquentissimis viris, Tertulliano nostro, & Nouatiano, Latino sermone sint editæ; & si noua voluerimus adferre, sit latiùs disputandum, &c. Nam & Origenes de mundis & immundis animalibus in Leuitico plura disseruit.

An istud referatur ad peculiarem aliquem librum eius tituli, quod magis tamen probatur, an verò ad tractatum ea de re per aliquot lineas Tertulliani l. 2. adu. Marc. cap. 18. Lectori liberum relinquimus iudicium. Hic dumtaxat adferemus ipsam responsionis summam in hac verba: Et si Lex aliquid cibis detrahit, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquàdo benedicta sunt; consilium exercendæ continentiæ intellige, & si enos impositos, *&c. Quod ipsum quum adferatur, sed longe aliis verbis libro de Cibis Iudaicis infra Tom. 3. vel inde constat, sicuti & ex reliquo totius libri stylo, non esse Tertulliani, sed potius* Nouatiani, *vtpote ad quem iam dudùm verbum alludere videtur B. Hieronymus. Vbi de hac materia latiùs.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE CIRCVMCISIONE QVÆSTIONVM CITATIO, EX EODEM B. Hieronym. loco.

Gen. 17.

AD quæstionem Damasi penultimam: Cur Abraham fidei suæ signum in Circumcisione susceperit, respondet B. Hieron. verbis iam citatis altera præcedenti (illam prætermittere, quòd à Tertulliano nostro & Nouatiano Latino sermone sint æditæ. Addens etiam Origenem in 4. ad Rom. ἐξηγήσεων Τόμῳ DE CIRCVMCISIONE magnificè disputasse.

An peculiariter scripserit Tertullianus LIBRVM DE CIRCVMCISIONE, *non iam constat atque de Nouatiano, cui nominatim liber de* Circumcisione *inscribitur à B. Hier. Catal. Script. Eccles. Atque etiam latissimum tractatum videre est apud Auctorem Tom. 1. l. adu. Iud. c. 3. & ibid. Adu. nostru n. 9. ex B. Cypr. l. 1. adu. Iud. c. 8. extat quidem T. 4. nunc 9. operum B. Hier.* LIBER DE VERA CIRCVMCISIONE, *quem Erasmus conijcit esse* Tertulliani, *sed præterquàm quòd stylus non correspondeat, contrarium comunicatur tum ex scriptoribus ibidem citatis inxta versionem B. Hier. tum quòd Manichæorum mentionem faciat; quo sit vt neque Nouatiano adscribi possit, sed potius (quod vir quidam eruditiss. censuit) Paulino adscribendum sit. Videatur vero etiam Tom. 3. Operum B. Cypr. Tractatus* De ratione Circumcisionis.

Q.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE VESTIBVS AARON LIBRI MENTIO, EX B. HIERON. EPIST. 128. AD FABIOLAM de Veste sacerdotali.

ERTVR in Indice SEPTIMII TERTVLLIANI LIBER DE VESTIBVS AARON, qui interim vsque ad hanc diem à me non est repertus. Si à vobis propter celebritatem Vrbis fuerit inuentus; quæso, ne meam stillam illius flumini comparetis. Non enim magnorum virorum ingenijs, sed meis sum viribus æstimandus. *Exod.28.*

Vestes Aaronis octo ex cap. 28. Exod. recitantur, & explicantur latissimè à B. Hieron. dicta Epist. de Veste sacerdotali; quarum quatuor fœminalia nempè, linea tunica, baltheus, & cidaris, etiam sacerdotibus erant communes; reliqua verò propriæ Pontificum, vtpotè, Tunica talaris Hiacinthina cum tintinnabulis, Superhumerale siue Ephod, Rationale, & Lamina aurea. Quo adeò Lectorem remittimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM FRAGMENTA ADVERSVS HÆRESEIS.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE TRINITATE LIBRI NOTVLA.

CRIPSIT (*inquit B. Hieron. Catal. Script. Eccles.*) Nouatianus DE TRINITATE grande Volumen, quasi Ὀκτωμὲν operis TERTVLLIANI, quod plerique nescientes Cypriani existimant.

An Tertullianus præter librum aduersus Praxean, alium DE TRINITATE scripserit, meritò dubitationem inijcunt hæc B. Hieronymi verba: Quum enim Ὀκτωμὲν grandiuro sit operis compendium, & Nouatiani de Trinitate liber (vtpote grande volumen, vel ipse teste,) prolixius multo sit lib. adu. Praxean; oportebit, si mendosi non sint B. Hier. codices, alium de Trinitate librum à Tertulliano conscriptum confiteri. Sin verò legamus (quod lectum fortè abillo fuit) Ὀκτωσὶν; censebitur Nouatiani liber, dilatatio argumenti à Tertulliano tractati lib. adu. Praxean. Idipsum censendum erit, si legamus μίμησιν, id est imitationem, quum Tertullianum aliquoties imitetur. Nos itaque, quia non libenter absque MS. codicibus lectionem veterum immutamus, malumus etiam LIBRVM DE TRINITATE inter ea quæ desiderantur TERTVLLIANI opera collocare, Maximè, quum, ex iisdem Argumentum latiùs tractet Nouatianus de Patre Deo & Deo filio; tamen vicissim latiùs tractetur à Tertull. adu. Praxean & Monarchianis, de Filio alio à Patre, quem illi eundem faciebant; sicuti postea & Sabellius, contra quem paucioribus agit Nouatianus. Deinde latiùs ibi tractatur & veritas de Spiritu sancto, vtpotè de quo Nouatianus vnicum caput habeat. Vsqueadeò vt, si propriè loquamur, neque Ὀκτωμὲν, quia grandius est opus, nec Ὀκτωσὶν, quia an quibusdam succinctius, nec μίμησις, quia non per omnia imitatur, dici possit operis Tertulliani, liber Nouatiani.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE CENSV ANIMÆ LIBRI ADVERSVS HERMOGENEM ARGVMENTVM & Fragmenta, ex libro de Anima, cap. 1. 3. 11. 22. & 24.

DE solo CENSV ANIMÆ (*inquit Tertull.*) congressus Hermogeni, quatenus & istum ex materiæ potius suggestu, quàm ex Dei flatu constitisse præsumpsit; nunc ad reliquas conuersus quæstiones, plurimùm videbor cum Philosophis dimicaturus.

Vna iam congressione decisa ADVERSVS HERMOGENEM, vt præfati sumus; quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus; muniti & illic diuinæ determinationis inobscurabili regula: Et flauit (inquit) Deus flatum vitæ in faciem hominis, &: Factus est homo in animam viuam, vtique ex Dei flatu. De isto nihil amplius reuoluendum; habet suum titulum, & suum hæreticum. *Gen. 2. 1. Cor. 15.*

Cetèrùm ADVERSVS HERMOGENEM, qui eam (*nempè animam*) ex materia non ex Dei flatu

contendit, flatum propriè tuemur. Ille enim, aduersus ipsius scripturæ fidem flatum in spiritum vertit, vt dum incredibile est, spiritum Dei in delictum, & mox in iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur, quàm ex Dei spiritu. Idcirco nos & illic flatum eam defendimus, non spiritum, secundum scripturam & secundum spiritus distinctionem; & hic spiritum ingratis pronuntiamus, secundum spirandi & flandi conditionem; illic de substantia quæstio est, spirare enim substantiæ actus est.

Cetera animæ naturalia iam à nobis audijt Hermogenes, cum ipsorum defensione & probatione, per quæ Dei potius quàm materiæ propinqua cognoscitur.

Nos autem, qui nihil Deo adpendimus, hoc ipso animam longè infra Deum rependimus, quòd natam eam agnoscimus; ac per hoc dilutioris diuinitatis, exilioris fœlicitatis; vt flatum, non vt spiritum; & si immortalem, vt hoc sit diuinitatis; tamen passibilem, vt hoc sit natiuitatis; ideóque & à primordio exorbitationis capacem, & inde etiam obliuionis adfinem. Satis de isto cum Hermogene.

His quinque locis Auctor, imprimis titulum & Argumentum indicat: De censv Animæ adversvs Hermogenem, vbi censum accipi pro origine, præterquàm quòd prioris loco adnotauimus nu. 2. etiam vel inde patet, quòd refutetur hæresis Hermogenis, qua non ex Dei flatu, sed ex materia animæ originem constituisse contendebat. Haud aliter atque mundum factum dicebat non ex nihilo, sed ex materia Deo coæterna, aduersus quam hæresin supra disputat Auctor lib. adu. Hermog. Te. 3. Jam verò etiam duas scripturas adfert, quibus animam Dei flatum probasse se significat, Gen. 2. & 1. Cor. 15. In quibus quum ille, Vti sua hæresi videretur fauere, vertisset: spiritum vitæ, pro eo quod alij: flatum; contra scripturæ fidem, vtpote quum Græce ille legatur πνοὴν, quod plerique malunt (vel B. Augustin. est de lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 24.) interpretari flatum, inspirationem, aut adspirationem, aut Animam, quàm Spiritum; significat tertio loco hic citato Auctor, se hoc egisse dicto libro, vt flatum potius tueretur quàm spiritum. Quamquam interim alio sensu etiam spiritum agnoscens Animam, à spirando, lib. de Anima, non per omnia consentiat cum Catholicorum sententia Tertullianus, qui spiritum proprie animam dicunt, non tamen spiritum sanctum; atque adeo etiam dicto loco Geneseos, & alibi, πνοὴν spiritum interpretantur. Verùm de hoc illius paradoxo Lectorem remisimus ad nostra Prolegomena, & aliquid in contrarium ibi adnotauimus num. 137. 140. 141. & 142. Deinde sese ad institutum propius cetera naturalia animæ pertraxisse insinuat aduersus Hermogenem, vt Dei potius quàm materiæ propinqua anima probaretur. Denique forte sibi propter ea quis animam cum Deo compararet, eam longè infra Deum defendisse se scribit dicto libro, quòd nata sit, quòd passibilis, quòd exorbitationis capax, & inde etiam obliuionis adfinis sit. Vsque adeo vt totum pene librum argumentum, & quasi fragmenta quadam ipsius ipsdem verbis repetita hic videre sit apud Auctorem. Cæterum de Hermogene ac Hermogenianis, & variis eorum hæresibus latè supra tractauimus dicto lib. aduersus Hermogenem, num. 1.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI ADVERSVS APELLETIANOS LIBRI, CITATIO, EX LIBRO DE CARNE Christi, cap. 8.

SED quoniam & isti Apelletiani carnis ignominiam prætendunt maximè, quam volunt, ab igneo illo, Præside mali, sollicitatis animabus adstructam, & idcirco indignam Christo, & idcirco de sideribus illi substantiam competisse, debeo illos de sua paratura repercutere. Angelum quendam inclytum nominant, qui mundum hunc instituerit, & instituto eo pœnitentiam admiserit. Et hoc, suo loco tractauimus. Nam est nobis ADVERSVS ILLOS LIBELLVS, an qui spiritum & voluntatem & virtutem Christi habuerit ad ea opera, dignum aliquid pœnitentia fecerit, quum angelum etiam de figura erraticæ ouis interpretentur. Teste igitur pœnitentia institutoris sui, delictum erit mundus, siquidem omnis pœnitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto. Si mundus delictum est, quia corpus: & membra, delictum, erit proinde & cœlum, & cœlestia cum cœlo. Si cœlestia, & quidquid inde conceptum prolatúmque est, mala arbor malos fructus ædat necesse est. Caro igitur Christi de cœlestibus structa, de peccati constitit elementis, peccatrix de peccatorio censu, & par erit ipsius substantiæ, id est, nostræ, quam vt peccatricem Christus dedignatur induere. Ita si nihil de ignominia interest, aut aliam puriorisnotæ materiam excogitent Christo, quibus displiceat nostra, aut eam cognoscant, qua etiam cœlestis melior esse non potuit.

Luc. 15.

An liberiste, ADVERSVS APELLEM, an ADVERSVS APELLETIANOS inscribi debeat, aliquandiu me duditare fecit, quòd inter ceteros hæreticos, aduersus quos scripsit Tertullianus, enumeret Vincent. Lirinens. Apellem, ex quo etiam hæsitauimus, num plures essent Libelli ab Auctore aduersus ipsum & discipulos eius conscripti. Verùm, quum constet facta Apellis mentione atque nullum alterius, nullam tamen libri eiusdem aduersus eundem mentionem præterquam hoc loco factam, fit multo credibile, & vnicum esse ab eo conscriptum, & ADVERSVS APELLETIANOS inscriptum. Maximè quumetiam Apelletianos B. Cyprianus nuncupet Apellis discipulos Epist. 73. ad Iubaianum. Atque obscuriora quidem sunt verba Tertulliani iam citata, sed hoc sibi vult: Argumentum libri aduersus Apelletianos perfacilimum fuisse: An Angelus ille igneus mali præses, qui & mundum hunc (iuxta illos) instituerat, & sollicitatis animabus carnem adstruxerat, ad quod tamen spiritum & voluntatem, & virtutem Christi habuerit; dignum aliquid pœnitentia fecerit. Vtpote qui discrent, sciretlegiturlib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 51. hæres. 19. illum mundo inferiori permiscuisse pœnitentiam,

riam, quia non illum tam perfectè feciſſet, quàm ſuperior mundus inſtitutus fuiſſet. *Quod ipſum interim pulcre contra illos retorquet, illue vbi loquitur:* de ſua paratura repercutiens. *Verùm quòd vocat hunc Angelum* mali præſidem, *ſic explicat Epiphan. hæreſ. 44. ex ſententia Apellis: Euaſit autem non bonus, & quæ ab ipſo facta ſunt, non bene facta ſunt, ſed ſecundum malam ipſius mentem ab ipſo creata ſunt. De* ſollicitatis *autem* animabus ab igneo illo Deo angelo *iuxta Apellem, vide ſuprà Tom. 3. lib. de Anima cap. 23. num. 398. & cap. 36. num. 431. vbi addit ex conſequenti Auctor* conſtituiſſe eum ante corpora animas vitiles ac mulierbres. De mundo ab illo inſtituto *lib. de Præſcript. hær. cap. 34. & cap. 51. hæreſ. 19. numer. 324. De* carne hominis *proinde* ab eodem exſtructa, *num. 78. cap. 8. lib. de Carne Chriſti (ex quo hæc verba deſumpta ſunt) & lib. de Reſurr. carn. cap 5. num. 46. De* Chriſti *denique* carne, *non ab illo angelo creata, ſed ex* cœleſtibus ſideribus ſtructa, *contra Apellem latè diſputat Auctor dicti lib. de Carne Chriſti cap. 6. Vbi num. 56. ita animæ ſimilem locum lib. 3. adu. Marc. Conſentit in his omnibus Epiphanius, præterquàm quòd inferiorem Deum nuncupet, quem Auctor* angelum igneum; *quem interim agnoſcunt B. Auguſt. hær. 23. & Iſidor. lib. adu. Marc. Hrabanus noſter, B. Honorius & Gratianus in Catalogo hæretic. Hoc peculiare Auctori, quòd de pœnitentia angeli creatoris iam dictum eſt, ſicuti & illud: quòd* figuram erraticæ ouis, *Luc. 15. de illo interpretatis ſine; quaſi gaudium fuerit in cœlo apud angelos Dei, de illo uno peccatore ad pœnitentiam converſo. Quam contrà male Auctor interpretari de homine lapſo, & per Chriſtum requiſito, ſicuti etiam alij Veteres omnes. Hactenus de iis quæ ad intellectum huius Fragmenti faciunt, quia verò premiſſimum integram nos hiſtoriam de eadutores de Apelle & eius hæreſibus, faciemus id quàm pauciſſimis licebit.* APELLES itaque diſcipulus Marcionis (*vti verbis Auctoris vtar dicti lib. de Præſcrip. aduerſ. hæret. cap. 6. 30. & 51.* lapſus in fœminam, deſertor continentiæ Marcionenſis (*quem ille ſimulabat*) ab oculis magiſtri Alexandriam ſeceſſit. Inde in alteram fœminam impegit, illam virginem Philumenen, poſtea verò immane proſtibulum; cuius ſignis & prodigijs inductus, libruм ædidit, quem Phanerofeis Philumenes inſcripſit, quam quaſi Prophetiſſam ſequebatur. *De quibus vide Adnotat. noſtras in eundem lib. num. 35. 173. 174. 175. 176. & 324. & lib. de Carne Chriſti cap. 6. num. 54. & cap. 24. num. 180. Neque verò* deſertor *dumtaxat, ſed & emendator* Marcionis ac diſcipulus ſuprà magiſtrum *appellatur ab Auctore lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 17. cuius rationem videre eſt lib. de Præſcript. iam citato num. 324. Neque verò in hoc ſolum, quòd vti ille diximus:* Vnum Deum ſuperiorem faceret, alterum Dominum dicat, ſed angelum faciat; *verùm & in reliquis pauloprius recenſitis hæreſibus*, quas ſeductus à Philumene nouas induxit. *In hac nihil differens à Marcione, quòd & Deum Moyſi (de quo lib. de Carne Chriſti cap. 6. num. 57.) & Legem ac Prophetas repudiatit, ſicuti libro de Præſcript. habetur cap. 51. hær. 19. num. 324. vbi etiam eadem cum Marcione hæreſis commemoratur:* De animarum ſolarum ſalute ac negata reſurrectione carnis, *quam adeo impugnat Auctor lib. de Reſurr. carn. item quòd* ſolo Apoſtolo vteretur, ſed Marcionis, id eſt non toto. *De quibus pleriſque videre etiam eſt Epiphan. Theodor. & Damaſc. ſed hæc Auctori peculiare:* Habet præterea libros ſuos quos inſcripſit Syllogiſmorum, in quibus probare vult, quòd omnia quæcumque Moyſes de Deo ſcripſerit, vera non ſint, ſed falſa ſint. *Quo ſit vt de iis aliud nihil adnotandum occurrat, quantumuis hoc Lectorem diſtonum. 324. remiſerimus. Hoc vnum adijciam, non mirum eſſe, ſi Auctor* ADVERSVS APELLIANOS *ſcripſerit, quòd ſuperdicto lib. de Præſcription. aduerſ. hæret. cap. 30. aſſerat:* adhuc ſuperfuiſſe proprios diſcentes & ſucceſſores Apellis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM FRAGMENTA PARADOXA.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, LIBRI DE PARADISO ARGVMENTVM, EX LIB. de Anima, cap. 55.

SED in æthere habitatio noſtra, &c. Immò, inquis, in paradiſo; quò iam tunc & Patriarchæ & Prophetæ adpendices Dominicæ reſurrectionis, ab inferis migrauerint. Et quomodo Ioanni in ſpiritu, paradiſi regio reuelata, quæ ſubijcitur altari, nullas alias animas apud ſe præter Martyrum oſtendit? quomodo Perpetua fortiſſima martyr, ſub die paſſionis, in reuelatione paradiſi ſolos illic commartyras ſuos vidit? niſi quia nullis romphæa paradiſi ianitrix cædit, niſi qui in Chriſto deceſſerint? Non in Adam noua mors pro Deo, extraordinaria pro Chriſto, alio & priuato excipitur hoſpitio? Agnoſce itaque differentiam ethnici & fidelis in morte. Si pro Deo occumbas, &c. non in mollibus febribus & in lectulis, ſed in martyrijs; ſi crucem tuam tollas, & ſequaris Dominum, vt ipſe præcepit; tota paradiſi clauis tuus ſanguis eſt. Habes etiam DE PARADISO à nobis LIBELLVM, quo conſtituimus omnem animam apud inferos ſequeſtrari in diem Domini. *Gen. 1. Matth. 28. Apoc. 6. Gen. 3.*

Hactenus Auctor, ſed ſaniori modo intelligendus, vti adnotauimus ad dictum locum num. 606. 610. & 611. & ad lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 34. num. 551. latius denique in Prolegomenis inter Paradoxa, vbi ad omnia ipſius argumenta reſpondebimus. Hoc hic adnotandum, Auctorem librum hunc conſcripſiſſe non modo de Paradiſo *terreſtri, in quo Adam fuit conditus, & quo Enoch & Helias tranſlati feruntur, ſed etiam & magis ex propoſito de* Paradiſo *ſpirituali, quò Apoſtolus Paulus raptus legitur 2. Cor. 12. quemquam in hoc ab aliis Patribus diſſentiat, quòd illi cœleſtem nuncupent illum Paradiſum, & nominatim B. Ambroſ. in dictis locis Commentarijs, Auctor verò illum non diſtinguat à ſinu Abrahæ, quem ſublimiorem tamen inferit conſtitutet. Verùm etiam de hoc in Prolegomenis inter Paradoxa. Terreſtrem verò Paradiſum diſſerit verbum, de Adam loquenti, agnoſcut Tom. 1. lib. aduerſ. Iud. cap. 2. Tom. 2. lib. de Patientia cap. 5. & Tom. 3. lib. de Reſurr. carnis cap. 26. & lib. 2. adu. Marc. cap. 2. & 10. Rurſus li. adu. Valent. cap. 20. vbi Ptolemæum Valentin. irridens, quòd* Paradiſum Archangelum quartum ſomniaret, *ſic ait:* Quo-

niam & hunc supra tertium cœlum pangunt, ex cuius virtute sumpserit Adam, deuerfatus illic inter nubeculas & arbusculas. Satis meminerat Ptolomæus puerilium dicibulorum; in mari poma nasci, & in arbore pisces, sic & in cœlestibus nuceta præsumplit. Operatur Demiurgus ignorans, & ideò fortassis non scit arbores in sola terra institui oportere. *Omnium autem apertissimè hoc ipso Tertull. Carm. lib. de Iudicio Domini, cap. 8. & Genes. cap. 2. ac 3. Eundem agnouerat iam ante etiam B. Irenæus lib. 2. aduersus haer. cap. 55. & apertius lib. 5. cap. 5. Vbi ait dixisse Presbyteros Apostolorum discipulos Enoch & Heliam translatos esse in Paradisum, vbi primum homo positus fuit, de qua scriptura (nempe Gen. 2.) Et plantauit Deus Paradisum in Eden contra Orientem, & posuit ibi hominem. Consentit etiam B. Iustin. Mart. Apol. 1. vbi Homerum scribit, ad Paradisi imitationem à Moyse descripti, confinxisse Alcinoi hortum; Theophilus item lib. 2. ad Autolyc. & Nouatianus lib. de Trinitate infrà Tom. 5. & Lactant. Carm. de Phœnice, ad dicta Scripturæ adductas, Paradisum in Oriente constitutum referunt. Denique Epiphan. in Ancorat & aduers. Origenistas, ac Epist ad Ioan. Episc. Hierosol. à B. Hieron. in Latinum translata, laudatissimè ex Scriptura Gen. 2. ac 3. disputat contra Origenem, Paradisum de terreno ad cœlestia transferentem; ipsum probans ex 4. illo (quorum aquam sebibisse scribit) fluminibus, ex paradiso profluentibus; & sustinens, apud Apost. 2. Cor. 12. aliud esse cœlum tertium, aliud paradisum. Eandem hæresin (secutis etiam suprà adnotatum dicti loci adu. Valent. num. 246.) adscribunt B. Augustin. lib. de hæres. Seleucianis, & Hermanis. Quorum omnium declarandi subet contiscere etiam B. Hieron. Comment. in Danielem alicubi. Porrò vbi sit* Paradisus, *varias diuersorum sententias hic recensere, superstuum existimo, quibd scribat B. Augustin. lib. 2. contra Pelag. & Celest. cap. 23. hoc ad quæstiones, quæ sunt præter fidem, pertinere.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE SPE FIDELIVM LIBRI

ARGVMENTVM, EX LIB. 3. ADV. MARC.

cap. vlt. & B. Hieron. in cap. 36. Ezechiel.
& alibi; ac Gennadio.

Isai. 43.

DE restitutione Iudææ (*inquit Tertullianus*) quam & ipsi Iudæi, ita vt describitur, speraut, locorum & regionum nominibus inductis, quomodo allegorica interpretatio, in Christum & in Ecclesiam, & habitum & fructum eius, competat; & longum est persequi, & in alio Opere digestum, quod inscribimus DE SPE FIDELIVM; & in præsenti vel eò ociosum, quia non de terrena, sed de cœlesti promissione sit quæstio. Nam & confitemur in terra nobis regnum repromissum; sed ante cœlum, sed alio statu; vtpotè post resurrectionem in mille annos, in ciuitate diuini operis Ie-

Apoc. 20. & 21. Gal. 4. Philipp. 3. Ezech. 48.

rusalem cœlo delata; quam & Apostolus matrem nostram sursum designat; & πολίτευμα nostrum, id est, municipatum, in cœlo esse pronuntians, alicui, vtique cœlesti, ciuitati eum deputat. Hanc & Ezechiel nouit, & Apostolus Ioannes vidit.

Apoc. 21. Apoc. 21.

Neque enim (*inquit B. Hieron.*) iuxta Iudaicas fabulas, quas illi διυπτώσεις appellant, gemmatam & auream de cœlo exspectamus Ierusalem, nec rursum passuri circumcisionis iniuriam, nec oblaturi taurorum & arietum victimas, nec sabbati otio dormiemus. Quod & multi nostrorum, & præcipuè Tertulliani Liber, qui inscribitur DE SPE FIDELIVM, & Lactantij Institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Pictabionensis Episcopi crebræ expositiones, & nuper Seuerus noster in Dialogo, cui Gallo nomen imposuit. Et vt Græcos nominem, & primum extremúmque coniungam, Irenæus & Apollinarius.

Apoc. 21.

Nec ignoro (*inquit idem Præfat. lib. 18. in Isaiam, ad eundem librum adludens*) quanta inter homines sententiarum diuersitas sit, &c. de repromissionibus futurorum, & qua ratione intelligenda sit Apocalypsis Ioannis; quam si iuxta litteram accipimus, Iudaizandum est; si spiritualiter vt scripta est dissertimus, multorum Veterum videbimur opinionibus contraire; Latinorum, TERTVLLIANI, Victorini, Lactantij; Græcorum, vt ceteros prætermittam, Irenæi tantùm Lugdunensis Episcopi faciam mentionem; aduersum quem vir eloquentissimus Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ Pontifex elegantem scribit Librum; irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Ierusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium Sabbati, circumcisionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delitias, & cunctarum gentium seruitutem; rursúsque bella, exercitus, ac triumphos, & superatorum neces, mortémque centenarij peccatoris. Cui duobus voluminibus respondit Apollinarius.

Papias (*inquit idem Catal. Script. Eccl.*) dicitur mille annorum Iudaicam ædidisse διυπτώσεων, quem secuti sunt Irenæus & Apollinarius & ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne in sanctis Dominum regnaturum. TERTVLLIANVS quoque in LIBRO DE SPE FIDELIVM, & Victorinus Pictabionensis, & Lactantius hac opinione ducuntur.

In diuinis (*inquit Gennad. lib. de dogmat. Eccl. inter opera B. Augustini, ad eundem librum adludens*) repromissionibus nihil terrenum vel transitorium exspectamus, sicut Melitani sperant. Non nuptiarum copulam, sicut Cerinthus & Marcus delirant. Non quod ad cibum vel ad potum pertinet, sicut Papiæ Auctori, Irenæus, & TERTVLLIANVS, & Lactantius adquieseunt. Neque per

que per mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum, & sanctos cum illo in delicijs regnaturos speramus, sicut Nepos docuit, qui primam iustorum resurrectionem, & secundam impiorum confinxit.

Habemus plura testimonia de argumento LIBRI DE SPE FIDELIVM, *quorum postremum ea potissimum de caussa adiecimus, quòd cuique Auctori suæ Paradoxa adtribuat, quæ B. Hieron. primo facie omnibus in genere videtur impingere; quamquam interim ipse opiniones appellet, non hæreses aut errores, rencetenia gratia; in quo illum etiam imitatus est Gennadius. Verùm de aliorum sententia (ne hic prolixiores simus) vbi de responsione ad omnia Tertulliani quæ ex scriptur is loco hoc citat argumenta, videat Lector nostra Prolegomena inter Paradoxa. Hic duntaxat dicemus, videri nobis sententiam Tertulliani esse mutuerem reliquis, nempe eam de qua scribit B. Augustinus 20. de ciuit. Dei cap. 7. Hæc opinio (inquit) esset vtcunque tolerabilis, si aliquæ delitiæ spirituales, in illo Sabbato scilicet mille annorum, adfuturæ sanctis per Domini præsentiam crederentur. Nam etiam nos, inquit ille, hoc aliquando fuisse opinati. Præcedebat vtique Tertulliano* competas id quod *Gennadius Melitanus tribuit, quòd* terrenum regnum Christi sperauerit, *& descripserit Libro* DE SPE FIDELIVM; *quàm quod illis impingit de cibo & potu; quo factum forsasse, vt præalijs Melitenem commendet Auctor libris illis pro Montano scriptis, quorum fragmenta sequuntur, iuxta quod ibi ex B. Hieron. citabitur; vtpote quum etiam Montani fuisse hoc paradoxon ipse hic verbis dicto loco significet:* Hanc, *&c.* & quia pud fidem nostram est nouæ Prophetiæ sermo testatur, vt etiam effigiem ciuitatis, ante repræsentationem eius, conspectui tutum in signum prædicatit. *Verba Auctoris, quibus quod dixi, confirmatur, sunt impressa illa supracitata:* de resiitutione Iudææ, quomodo allegorica interpretatio in Christum & Ecclesiam, & habitum & fructum eius conpetat; & longum est persequi, *&c. Si enim* allegorica, *ergo non litteralis, & proinde peperam illo impingeret quis (quod in Corinthium magis competit & Dumeritsi iuxta Epiphan.) insuauationem templi, hostiarum sanguinem, etiam Sabbati, & circumcisionis in uriam. Eodem pertinet quod paulò post eadem loco subiungit:* Hanc (*nempè terusalem ciuitatem cœlo delatam*) dicimus, excipiendis resurrectione sanctis, & tefouendis omnium bonorum, vtique spiritualium, copia; in compensationem eorum quæ in seculo vel desperximus vel amisimus, à Deo prospectam. Nam si spiritualium bonorum copia, *ergo non temporalium, quam alij somniant. In hoc interim cum alijs ille consentit (quamquam etiam erronee) quòd confiteatur, in terra quidem regnum nobis repromissum, sed ante cælum.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM ADVERSVS ECCLESIAM PRO MONTANO Scriptorum Notulæ.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, LIBRORVM SEX DE ECSTASI MENTIO, ex B. HIERON. Catal. Script. Eccles. & Nicephoro lib. 4. hist. Eccles. cap. 22. ac 34.

HIc (*inquit B. Hieron de Tertulliano, & ipsis ijsdem verbis Nicephorus*) quum vsque ad mediam ætatem Presbyter Ecclesiæ permansisset, inuidia postea & contumelijs clericorum Romanæ Ecclesiæ, ad Montani dogma delapsus, in multis libris nouæ Prophetiæ meminit; specialiter autem aduersus Ecclesiam texuit volumina, De Pudicitia, de Fuga in persecutione, de Ieiunijs, de Monogamia, DE ECSTASI LIBROS SEX. TERTVLLIANVS, (*inquit idem*) sex voluminibus aduersus Ecclesiam æditis, quæ scripsit Ἐκστασεις, *&c.*

Melitonis (*inquit idem in Melitone*) elegans & declamatorium ingenium, laudans Tertullianus in Libris VII. aduersus Ecclesiam pro Montano; dicit eum à plerisque nostrorum Prophetam putari.

Hallenus ille. Quorum ex posteriori loco apparet Græce potius quàm Latinè hos libros fuisse conscriptos, sicuti dicemus in sequenti fragmento latini.

Nos autem promissis vtsemus; quid Ecstasis *Auctori, quid vt aliis scriptoribus antiquis Ecclesiasticis, paucis subiungendum duximus. Definitio in genere inuenitur T. 3. supra l. de Anima, c. 45.* Ecstasin dicimus excessum sensus, & amentiæ instar. Sic & in primordio somnus cum Ecstasi dedicatus: Et misit Deus Ecstasin in Adam, & obdormiuit. Somnus enim corpori prouenit in quietem, Ecstasis animæ accessit aduersus quietem; & inde iam forma somnum Ecstasi miscens. *Et paulò post:* His cerit proprietas Amentiæ huius, quia non fit ex corruptela bonæ valetudinis, sed ex ratione naturæ; non enim extetminat, sed auocat mentem. Aliud est cõcutere, aliud mouere, aliud euertere, aliud agitare. Igitur quod memoria suppetit, sanitas mentis est; quod sanitas mentis salua memoria stupet, amentiæ genus est. Ideò non dicimur furere, sed somniare; ideò & prudentes, siquando sumus; sapere enim nostrum licet obumbretur, non tamen extinguitur, nisi quod & ipsum poteat videri vacare tunc. Ecstasin autem hoc quoque operati de suo proprio, vt sic nobis imagines sapientiæ inferat, quemadmodum & ecttoris. *Breuiter vero & instituos Auctoris magis conformi est illa, quæ habetur eiusdem lib. cap. 11. vbi de eodem Adamo loquitur:* Cecidit, *inquit*, Ecstasis super illum, sancti spiritus vis, operattix Prophetiæ, *& cap. 21.* In illum Deus amentiam immisit, spiritalem vim qua constat Prophetia. *Atqui prius illud* Ecstaseos *genus aliquo modo in Adam agnoscipotuit, posterius hoc non item; vtpote quod pertinere videatur ad Montani, Priscæ ac Maximillæ enthusiasmos comprehendos; quos in* Ecstasi, *& vt amentes loqui solere confitebantur ipsorum discipuli, & inter eos post mediam ætatem ipse Tertullianus. Huc pertinet illud de Priscæ aut Maximillæ eiusdem lib. de Anima c. 9.* Est hodie foror apud nos reuelationum charismata sortita, quas in Ecclesia, inter Dominica sollẽnia per ECSTASIN in spiritu patitur. *Hoc est enim quod sibi vult lib. 4. adu.* Gen. 2.

Marc.cap. 22. Vbi explicans illud Luc.9. de Petro: Sed nesciens quid diceret. Quomodo, *inquit*, nesciens vtrùm ne simplici errore, an irratione (*quæ significatione etiam dixit lib. aduers. Praxean cap.15.*neque Pettum & Ioannem & Iacobum visionem Dei sine irratione & amentia expertos esse) quam defendimus in caussa nouæ Prophetiæ, gratiæ Ecstasi, id est amentiam conuenire. In spiritu enim homo constitutus, præsertim quum gloriam Dei conspicit, vel quum per ipsum Deus loquitur; necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet virtute diuina; de quo inter nos & Psychicos est quæstio. *Vbi (sicenim lacunam istam Tom.5. lib. de testimo. adu. Psychicos)* per Psychicos *intelligit Catholicos, & ad hos* SEX DE ECSTASI LIBROS *adludit, quos contra Ecclesiam scripsisse certum est. At paulò è contra Montanistas Epiph.her.48. postquam scripturis probauit* Veros Prophetas *cum constanti ratione & intelligentia loquutos ex instinctu Spiritus sancti, sanamente & corporea, ad Montani Prophetiam veniens; probat eum neque stabili mente vaticinatum, neque intelligentiam mentis habuisse, ex propriis ipsius Montani verbis. Quæ quod scripturam supradicta non Gen.2. nihil prorsus illi facere doceat: Nam, inquit, ipse Adam Deum induxit* exstasin *somni, non exstasin emotionem mentis.* Exstasis *autem iuxta multas differetias modum habet. Dicitur enim* Exstasis, *vbi ob excellentiam admirationis. Dicitur &* Exstasis *insania, eo quod à mente amoueat. Verum illa somni* Exstasis, *hoc est sopor, iuxta aliam modum dictionis est, iuxta naturalem actionem; maximè, eo quod profundissimè sancto Adamo inducitus esset. Quem amplius* Exstasin *appellauit, eo quod secerit ipsum ad tempus non sentire dolorem, propterea quod acceperum eratex costam abipso, & ipsam formaturum in mulierem. At non erat mentis* Exstasis, *acintelligentiæ emotio. Statim enim vt surrexit, agnouit & dixit: Hoc nunc ex ossibus meis, &c. Nunc enim, velut vides, præterita quando erat in somno: dicens: Hoc nunc ex ossibus meis. Agnouit presentia, postquam fastia esset mulier, agnoscens eam de corpore suo subtatam. Fascinatus ist futura, nemirum: Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem, &c. Hæc autem non sunt viri mentis moti, neque intelligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Eodem pertinere videtur quod B. Hieron. Quæst. Hebr. in Genesim adnotauit:* Pro ECSTASI, *id est mentis excessu, in Hebræo haberi* Tardemta, *quod Aquila κατα βαρος, Symmachus κρατος, id est, grauem & profundum soporem interpretatis sunt. Denique sequitur: Et dormiuit. Ideipsum verbum & in sene sterrentis somno positum est. Atqui nihil pro Montani insana prophetia facere illud de Petro:* Nesciens quid diceret. *Alij illud referri malunt ad locutionem incunsideratam, prosolent animo consternati, eo quod addatur apud Marcum: Erant enim timore exterriti; & illud certum est, nihilibi Petrum prophetasse. Porro mittur quidem etiam Author ad eiusdem nouæ Prophetæ confirmationem deterquere locum Apostoli 1. Cor. 14. hu verbum, lib. 5. aduers. Marc. cap. 8.* Ædat aliquem Psalmum, aliquam visionem, aliquam orationem, dumtaxat spiritalem in ECSTASI, id est, amentia, siqua linguæ interpretatio accesserit. Probet etiam mihi, mulierem apud se prophetasse, ex illis suis tam crotiribus fœminis, magnidicam. *Verum, præterquam quod illud in Ecstasi, ubi non legatur apud Apostolum, ac quod dicatur ibidem: Et Spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est; ex proximis Apostoli verbis, Montanum, & proinde Tertullianum refutat B. Hieron. Prolog. Comment. in Habacuc. Prophetæ, inquit, visio est, & aduersus Montani dogma peruersum, intelligit quod videt, nec vt amens loquitur, nec in morem insanientium fœminarum, dat sine mente sonum. Unde & Apostolus iubet, vt si prophetaribus alijs, aliquid fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et quo intelligitur, quum quis voluntate retinet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui & tacere quum velit. Qui autem in* ECSTASI, *id est, inuitus loquitur, nec tacere, nec loqui in sua potestate habet. Eodem pertinet etiam illud eiusdem Prologi in Nahum Prophetam: Non enim loquitur in* ἐκστάσει, *vt Montanus, & Priscæ, Maximillæque delirant, sed quod prophetæ, liber est Visionis intelligentes omnia quæ loquitur.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI LIBRI ADVERSVS APOLLONIVM NOTVLÆ, EX B. HIERON. CATAL. ET NICEPHORO.

SPECIALITER autem aduersus Ecclesiam (*inquiunt illi locis supra citatis* de Tertulliano) texuit volumina, de Ecstasi lib. sex, & septimum ADVERSVS APOLLONIVM. APOLLONIVS (*inquit B. Hieron.*) vir disertiss. scripsit aduersus Montanum, Priscillam, & Maximillam insigne & longum volumen, in quo asserit Montanum & insanas Vates perisse suspendio, & multa alia. In quibus de Priscilla & Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse Prophetas qui accipiunt; & mille hoc testibus probabo. Sed & ex alijs fructibus probantur Prophetæ; Dic mihi, crinem fucat Propheta, stibio oculos linit? Propheta vestibus & gemmis ornatur? Propheta tabula ludit & tesseris? Propheta fœnus accipit? Respondeat, vtrum hoc fieri liceat an non. Meum est probare (*sicenim lego, pro: approbare*) quid fecerint. Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum, vsque ad tempus quo ipse scribebat librum, ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. TERTVLLIANVS sex voluminibus aduersus Ecclesiam æditis quæ scripsit περὶ ἐκστάσεως, septimum proprie ADVERSVS APOLLONIVM elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Flotuit autem APOLLONIVS sub Commodo Seuerôque Imperatoribus.

Duabus de caussis mihi persuasum est, librum hunc aduersus Apollonium *cum sex præcedentibus, non modo Latinè, sed & primò Græce editos. Primum, quòd Gratus fuerit & Græce scripserit* Apollonius, *vtpote alius abeo, quem de inscripsit B. Hieron. Romanum Senatorem commemorat, cum quòd si Græce titulum recitet* περὶ ἐκστάσεως. *Nolui tamen imprimis fragmentis tentungere, quod contra Ecclesiam scripti sint.*

Porrò quum adseruat B. Hieron. Tertullianum omnia quæ Apollonius arguit, conatum defendere, *inuenimus versissimum esse quod scripsit de illo B. Augustinus lib. de Hæres. ad Quodvult Deum, quòd ir insereat Tertullianus ad Cataphrygas, quos antè destruxerat. Imprimis enim supra lib. de Præscript. aduersus hæreticos cap. 52. hæreticum verbis hæreticos vocat, qui dicuntur: secundum Phrygas, &c. qui dicebant in Apostolis quidem Spiritum sanctum fuisse, Paracletum non fuisse; & Paracletum plura in Montano dixisse, quàm Christum in Euangelium protulisse; nec tantùm plura, sed etiam meliora atque maiora. Vbi vide Adnotat. nostras num. 227. & nonnihil in vita Auctoris. Aduersus fucos crinium & oculorum stibio infectionem, quam tamen in Prophetissis ipsis videtur defendisse, agit nominatim supra Tom. 2. lib. de Habitu mulebri, cap. 4. & apertius lib. de Cultu fœminarum cap. 5. agens contra eas*

quæ

quæ oculos fuligine collinunt, *reprehẽdentes Artificem Deum quem emendant, & cap.* 6. eas quæ croco capillum vertunt, malè sibi flammeo capiti auspicantes, & cerebro perniciem adfectentes; *quo loco vide & Adnotat. nostras num.* 22. 23. 25 *& seq. Aduersus* vestium & gemmarum ornatum, *quem etiam in illu tolerabat, agit idem & Tom.* 1 *lib. de Pallio, cap.* 4. *& toto libro: De Habitu mulierũ, peculiariter verò de* gemmis, *cap.* 6. *de quo & Adnotationes nostras ibidem vide: et num.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 37. 38. 43. 45. 49. 50. 51. 52. 57. 58. 59. 61. *& seq.* Tabularum ludum & tesserarum, *quem hic nõ reprobat, quasi aliud agens, in Prophetiæ siue Doctoribus tacitè reprehendit suprà Tom.* 3 *lib. de Carne Christi, ca.* 7. *in hæc verba:* Oto te Apelles, vel te Marcio, si fortè tabula ludens, *&c.* tali nuntio auocaretis, *&c. quod paucis ibidem adiungimus num.* 71. Denique de fœnoris fructu *à Christo, quod tamen accipiebat Montanus, interdicta Luc.* 6. *agit latissimè lib.* 4. *aduers. Marc. cap.* 17. *de quo & nos ibidem Adnotat. nostris nu.* 236. *&* 237. Cæterùm de tempore quo cæperunt Cataphrygas hæretici, aliquid diximus loco *supradicto lib. de Præscr. aduersus hæret. & latius tractauimus in vita Auctorum, vbi etiam de* Scueti Imperio.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM PLVRIVM QVÆ DESIDERANTVR MENTIO, EX ijsdem B. Hieron. & Nicephori locis, ac Vincentio.

ERTVR (*inquit de Tertulliano B. Hieron.*) vixisse vsque ad decrepitam ætatem, & multa quæ non exstant, opuscula condidisse.

Sed & alij plures (*inquit Nicephorus*) Christiano planè animo pro fide nostra decertarũt, & aduersus hæreseis depugnarunt; Ecclesiæque statu ac moribus receptis, aliisque quę vel scriptis vel sine scriptis à maioribus accepissent, in litteras relatis, libros plurimos posteritati reliquerunt. Quibus Caius (*de quo plura in Vita Auctoris*) & TERTVLLIANVS meritò sunt adnumerandi, qui plurima certè & pulcherrima ediderunt scripta, quæ sigillatim recensere præsentis instituti non est. Scripsit autem de Pudicitia, &c. & plures alios.

Hactenus illi. Et verò vtinam exstaret INDEX SEPTIMII TERTVLLIANI, *cuius suprà fit mentio in fragmento libri de Vestitu Aaron, non dubium quin multorum præterea scriptorum eius fieret mentio. An verò plura scripserit aduersus hæreticos, dubitare me fecit aliquando, quod de eo scribit Vincentius Lirinensis: Sciunt* Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, *cæterique quorum ille blasphemiæ multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus euertit. Verùm quum animaduerto obiisse ibi* Valentinianos & Quintillam, *aliosque numero* xxv. *quorum catalogum recenset lib. de Præscript. aduers. hæret. à cap.* 45. *vsque ad finem; cæsque, aduersus quos scripsit libri de Anima partem posteriorem,* Simonem Samaritam, Carpocratem, Menandrum *& alios; persuasum habeo, nihil tale hodie desiderari. Quare & B. Optatum Mileuit. lib.* 1. *aduers. Parmenianum* corruptum *esse existimo, dum legitur:* Marcio, Praxeas, *Sabellius, & ceteri temporibus suis à Victorino Pictauiensi, & Zepherino Vrbice, &* Tertulliano Carthaginiensi vsque ad Cataphrygas, *& ab aliis adscribus Ecclesiæ Catholicæ superati sunt.* Sabellius *enim multo post tempore hæresin suam cæpit, intermedio nempe inter Nouatianos et Donatistas, quod vel ex ætate Dionysij Alexandrini manifestum fit, qui primus aduersus Sabellium scripsit, B. Cypriano coætaneus, sed iunior. Atque adeò aut aliquis alius hæreticus in locum eius suppleri debet, aut certè castigandus sic Optatus;* Praxeas Sabellianus; *ex quibus Sabellium eam hæresin ex parte resuscitarit, cum contendat, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, vnicam diuinitatis οὐσίαν & hypostasin fuisse. Cæterùm, vt de iis libris etiam aliquid dicamus qui perierant* Tertulliano *adscribuntur ab Erasmo, 4. alios, nunc ex edit. Rothst. Marianus Victorij Reatini* 9. *Tomo operum B. Hieron. Imprimis, cur illi adscribi non possit* Liber de vera Circumcisione, *suprà diximus in fragmentis, Quæst. de Circumcisione. Multò verò minus arridet stylus libri* Ad amicum ægrotum, *& etiam ibi scripturæ citantur iuxta editionem B. Hieronymi; denique nullum Dialogum scripsisse legitur Tertullianus.*

Eadem ratione falsò adscribitur TERTVLLIANO in quadam Italiæ Bibliotheca LIBER DE DEFINITIONIBVS FIDEI, quum ille idem sit qui inter Opera B. Augustini, *De Dogmatibus Ecclesiasticis* inscribitur. Quem etsi in Belgicis Bibliothecis B. Fulgentio, B. Isidoro, immò & B. Gregorio Papæ adscriptum subinde reperiamus; tamen Gennadij esse Massilienſis Presbyteri, doctiores quique mecum fatebuntur.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, Operum Tomi Quarti Finis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI

CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, OPERVM

TOMVS QVINTVS:

QVI CONTINET EA QVÆ IN HÆRESI SIVE ADVERSVS ECCLESIAM SCRIPSIT, CVM IIS quæ aliena sunt, nouis Argumentis & Adnotationibus aucta, per Iacobum Pamelium.

De Exhortatione Castitatis.	939.
De Monogamia.	951.
De Fuga in persecutione ad Fabium.	968.
De Ieiunijs aduersus Psychicos.	982.
De Pudicitia.	999.
Nouatiani Liber de Trinitate.	1031.
Eiusdem de Cibis Iudaicis Epistola.	1063.
Eiusdem Epistolarum de vera Circumcisione & vero Sabbato Notulæ.	1068.

IACOBI PAMELII DE ORDINE HVIVS TOMI QVINCTI, AD LECTOREM PRÆFATIVNCVLA.

MEritò in calcem operis dilatos esse Libros huius Tomi Quincti mecum, Lector studiose, senties; vbi animaduerteris, aut IN HÆRESI scriptos esse, qualis DE EXHORTATIONE AD CASTITATEM; aut ADVERSVS ECCLESIAM, quemadmodum quatuor sequentes inscribuntur à B. Hieronymo Catal. Script. Eccles. & post eum Nicephoro Lib. 4. Histor. Eccles. cap. 12. & 34. nempè. DE MONOGAMIA, DE FVGA IN PERSECVTIONE AD FABIVM, DE IEIVNIIS ADVERSVS PSYCHICOS & DE PVDICITIA. Quorum (quum scriptores illi in ordine non conueniant per omnia) priores duos, vtpotè eiusdem planè argumenti, & verbis subinde ijsdem compositos coniunximus; maximè quòd Liber de Monogamia citetur in Libro de Ieiunijs; intermedio relicto Libro de Persecutione, quòd de alia tractet materia; denique subiecimus reliquis Librum de Pudicitia; quòd, quum ibi sit vehementior, appareat postremò conscriptum. Porrò inter SCRIPTA ALIENA, cur LIBRVM DE TRINITATE, & EPISTOLAM DE CIBIS IVDAICIS, atque adeò & EPISTOLARVM DE VERA CIRCVMCISIONE ac DE VERO SABBATO Notulas collocauerimus; non miraberis, vbi NOVATIANO adscribi à B. Hieronymo (quod sub finem argumentorum vniuscuiusque pro more nostro comprobabimus) intellexeris. Cetèrùm Deo Opt. Max. de opere hoc absoluto vnà mecum quæso, Lector, gratias agito; cui quidquid id est, totum acceptum refero.

Q. SEPT.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI SCRIPTA IN HÆRESI, ET ADVERSVS ECCLESIAM.

ARGVMENTVM LIBRI DE EXHORTATIONE CASTITATIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

EXHORTATVRVS *amicum Tertullianus ad Castitatem post vxorem in pace præmissam, incipit à sanctificatione nostra (eam distinguens in virginitatem à natiuitate, secundam virginitatem in matrimonio ex compacto, aut viduitate, & Monogamiam) quam voluntatem Dei dicit Apostolus.* I.

Et proinde videri non tam ex voluntate Dei, quàm ex libero hominis arbitrio restaurari nuptias. Et proinde ad liberum arbitrium hominis potius quàm ad voluntatem Dei pertinere. II.

Eandem probat, tùm quòd ipsas nuptias indulgentiam appellet Apostolus, tum quòd ex sua persona dixerit: Melius esse nubere quàm vri. III.

Quòdque nos ad exemplum suum velit esse continentes, & feliciorem dicat esse eam quæ sic perseueraverit. IIII.

Deinde ex eo quòd vnam fœminam Adamo prostexerit Deus, vnius Christi & vnius Ecclesiæ figuram. V.

Et verò Tempus iam in collecto esse, & in noua Lege paulatim obsolescere illud: Crescite & multiplicamini. VI.

Huc pertinere etiam, quòd vnius matrimonij esse oporteat in vtroque Testamento qui adleguntur in ordinem sacerdotalem. VII.

Si verò & liceat denuò nubere, non tamen expedire. VIII.

Optimum enim esse mulierem non tangere. IX.

Denique quibus quotidie omni momento oratio necessaria est, vtique & continentia. X.

Iam verò repetendum, inquit, apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas; offeres itaque pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem, circumdatum virginibus & vniuiris. XI.

Nihil etiam facere contra Monogamiam necessitates adminiculorum quæ aliunde haberi poterunt, multò minus liberorum importunitatem potius quàm solatium. XII.

Postremò Monogamiam confirmari exemplis tum ethnicorum, tum earum quæ ab Ecclesia ordinari solent, quæ Deo nubere maluerunt, seque iam pudoris filias dedicauerunt. XIII.

Ceterùm hactenus tolerari possent omnia ea, quæ verbis ipsis Auctoris in Argumentum retuli (qualia etiam habes Tom. 2. lib. 1. ad Vxor.) verùm inter disputandum eò etiam prouehitur Auctor, vt secundas nuptias omninò damnet, immò vt stupri accusare videatur, in quo Montanum secutus,

etiam cum illo ab Ecclesia damnari meruit. Quo factum, vt inter scripta in hæresi retulerim hunc Librum, maximè quòd huc alludat B. August. lib. de hæres. quum scribit: Tertullianum factum hæreticum secundas nuptias contra doctrinam Apostolicam tamquam stupra damnare; maximè quum etiam Nicephor. lib. 4. Hist. Eccles. cap. 34. hunc librum primo loco inter eos recitet, qui contra Ecclesiam scripti sunt; nos ad singulas rationes, quibus suum errorem conatur defendere, Antidotum adposuimus Adnot. nostris, & partim inter Paradoxa in Prolegomenis. Vbi etiam de altero paradoxo, quo nuptias ipsas etiam primas à stupro videtur non excusare; De qua re etiam B. Hieronymum Romæ malè audisse adnotauit Rhenanus; vtpotè ob librum scriptum De Monogamia ad Geruntiam, seu potius Ageruchiam iuxta MS. codices, in quo vsque adeò hunc & de Monogamia libros Tertullian. imitatur, vt tantumnon etiam errores ad verbum transscripserit. Et verò Auctoris germanum eodem titulo hunc esse factum, vel sola illa illa huius libri clausula conuincit: Memento in orationibus tuis TERTVLLIANI AD HÆC EXHORTANTIS. *Atqui Librum hunc, quem MS. viderunt Trithemius & Politianus, primò cum scholijs, deinde Adnotationibus edidit Rhenanus, emendatum ad Hirsaugiense ac Paterniacense & Gorziense exemplaria, nos iterũ ad tria MS. Vaticana exemplaria castigauimus, simul & ex coniecturis aliquot Dn. Latinij & Harrisij, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.*

Q. SEPT.

A

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI
DE EXORTATIONE CASTITATIS LIBER.

B



ON [2] dubito, Frater, te post vxorem in pace præmissam ad compositionem animi conuersum, de exitu singularitatis cogitare, & vtique consilium dirigere. Quanquam & huiusmodi cum fide sua conloqui debeat vnusquisque, ciúsque vires consulere: tamen quoniam in ista specie, carnis necessitas cogitatum mouet quærere apud eandem conscientiam quæ fidei resistit, opus est fidei extrinsecus consilium, tanquam aduocatum aduersus carnis necessitatem. Quæ quidem necessitas circumscribi potest, si voluntas potius Dei, quàm indulgentia consideretur. Nemo indulgentiam audendo promeretur, sed voluntati obsequendo. [3] Voluntas Dei est sanctificatio nostra. Vult enim imaginem suam nos etiam similitudinem fieri, vt simus sancti, sicut & ipse sanctus est, inquit. Id bonum, Sanctificationem dico, in species distribuit complures, vt in aliqua earum deprehendamur. Prima species est, [4] Virginitas à natiuitate. [5] Secunda, Virginitas à lauacro aquæ, [6] aut in matrimonio purificat ex compacto, [7] aut in viduitate perseuerat ex arbitrio, [8] Tertius gradus supereſt Monogamiæ, quum post matrimonium vnum interceptum exinde sexui renunciatur. Prima fœlicitas prima virginitas est, non nosse à quo postea optabis liberari, in totum. Secundæ virginitatis est, contemnere vim quam optimè noris. Reliquæ species [9] hactenus nubendi post matrimonium morte disiunctum, præter virtutes etiam modestiæ laus est. Modestiæ enim laus est, ablatum non desiderare, & ablatum à Deo Domino; sine cuius voluntate nec folium dearbore labitur, nec passer assis vnius ad terram cadit. [10] Quam denique modesta illa vox est, Dominus dedit, Dominus abstulit: vt Domino visum est, ita factum est? Ideo si nuptias ablatas restauremus, sine dubio contra voluntatem Dei nitimur, volentes habere rursus quod habere nos noluit. Si enim voluisset, non abstulisset. Nisi & in hoc voluntatem Dei interpretamur, quasi rursus vellet in nos, quod iam noluit Deus. [11] Non est bonæ & solidæ fidei, sic omnia ad voluntatem Dei referre, & ita adulari ad vnumquemque, dicendo nihil fieri sine iussione eius: vt non intelligamus aliquid esse in nobis ipsis. Ceterùm excusabitur omne delictum, [12] si continuerimus, nihil fieri à nobis sine Dei voluntate. Et ibi definito, istam destructionem totius disciplinæ etiam ipsius Dei, si & quæ non vult de sua voluntate producit, aut nihil est quod Deus non vult. Sed quomodo vetat quędam, quibus etiam supplicium æternum comminatur? Vtique etiam quæ vetat non vult, à quibus & offenditur: sicut & quæ vult, præcipit, & accipit, [13] & æternitatis mercede dispungit. Itaque quū vtrunque ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit, iam nobis est voluntas eligendi alterum, sicut scriptum est, [14] Ecce posui ante te bonum & malum: gustasti enim de arbore agnitionis. Et ideò non debemus quod nostri expositum est arbitrio, in Dei referre voluntatem, quos vult ipse & velle, qui malum non vult. Ita nostra est voluntas, cùm malum volumus aduersus Dei voluntatem, qui bonum vult. Porrò si quæris, vnde veniat ista voluntas qua quid volumus aduersus Dei voluntatem: Vt dicam. Ex nobis ipsis. Nec temerè, semini tuo respōdeas necesse est: siquidem ille princeps generis & delicti Adam voluit, quod deliquit. Neque enim diabolus voluntatem ei imposuit delinquendi, sed materiam voluntatis subministrauit. Ceterùm voluntas Dei in obaudientiam venerat. Proinde & tu si non obaudieris Deo, qui te proposito præcepto liberæ potestatis instituit, per voluntatis libertatem volens deuergis in id quod Deus noluit. Ita te putas à diabolo subuersum, qui etsi vult te velle quod Deus non vult, non tamen facit vt & velis: quia nec tunc inuitos Protaplastos ad voluntatem delicti subegit, immò neque inuitos, neque ignorantes quid Deus nollet. Vtique enim nolebat fieri, cui admisso mortem destinabat. Ita diaboli opus vnum est, tentare quod in te est, an velis. At vbi voluisti, sequitur vt te sibi subigat, non operatus in te voluntatem, sed nactus possessionem voluntatis. Igitur quum solum erit in nobis velle, in hoc pro-

Cap. 1.

1. Thess. 4.

Matth. 10. Cap. 11.

Eccles. 15.

Gen. 3.

CA. III. batur noſtra in Deum mens, an ea velimus quæ cum voluntate eius ſapiant. [17 Altè, impreſsè recogi- D
tandam eſſe dico Dei voluntatem, quid etiam in occulto velit. Quæ enim manifeſtò, ſcimus omnes,
cáque ipſa qualiter in manifeſto ſint, perſpiciendum eſt. Nam ſi quædam videntur voluntatem Deiſa-
pere, dum à Deo permittuntur, non ſtatim omne quod permittitur, ex mera & tota volunrate proce-
1. Cor. 7. dit eius qui permittit. [16 Ex indulgentia eſt, quodcunque permittitur. Quæ etſi ſine voluntate non
eſt, quia tamen aliquam habet cauſam in loco cui indulgetur, quaſi de inuita venit voluntate paſſa
cauſſam ſui, quæ cogit voluntatem. Vide qualis ſit voluntas eius, cuius altera ſit cauſa. Secunda ite-
rum ſpecies conſideranda eſt puræ voluntatis. Vult nos Deus ſibi placita, in quibus non indulgentia
operatori patrocinatur, ſed diſciplina dominatur. Si tamen alia, iſta præponit vtique quæ magis
vult, dubiúmne eſt ea nobis taxanda eſſe, quæ mauult, quàm ea, quæ minus vult. Qui alia magis vult,
proinde habenda ſunt. Nam oſtendendo quæ magis velit, minorem voluntatem maiore deleuit.
Quantóque notitiæ tuæ vtramque propoſuit, tanto definiuit id te ſectari debere, quod paruit eum
magis velle. Ergo ſi ideò declarauit vti ſecteris quod magis vult, ſine dubio niſi ita facis, contra volun-
tatem eius ſapis, ſapiendo contra potiorem eius voluntatem, magiſque offendis quàm promereris;
quod vult quidem faciendo, quod mauult reſpuendo. Ex parte delinquis, non tamen prometeris.
Porrò & promereri nolle, delinquere eſt. Secundum itaque matrimonium, ſi ex illa Dei voluntate
quæ indulgentia cogitur, negabimus meram cui indulgentia eſt cauſa: ſi ea cui potior alia præponitur,
continentiæ magis appetendæ didicerimus non potiorem à potiore ſcindi. Hæc præſtruxerim, vt iam
Apoſtoli voce decurram. In primis autem non videbor irreligioſus, ſi quid ipſe profiretur continen- E
Ibidem. tiæ magis appetendæ didicerim. Iam animaduertam omnem illam indulgentiam nuptiarum de ſuo,
id eſt, de humano ſenſu, non de diuino præſcripto induxiſſe. Nam & quum de viduis & innuptis de-
Ibidem. finiuit vti nubant, ſi continere non poſſunt, [17 quia melius eſt nubere quàm vri, conuerſus ad aliam ſpe-
ciem, Nuptis autem denuntio, inquit, non ego, ſed Dominus. Ita oſtendit, extra rationem perſonæ
ſuæ Dominum: & quod ſuprà dixerat, id non ex perſona Domini, ſed ex ſua pronuntiaſſe, Melius eſt
nubere quàm vri. Quæ vox licet ad eos pertineat, [18 qui ſunt innupti, vel vidui, qui ramen nubendi li-
centiam amplectuntur, velim retractare, [19 quale bonum oſtendat quod melius eſt pœna; quod non
poteſt videri bonum, niſi peſſimo comparatum; vt ideò bonum ſit nubere, quia deterius eſt ardere?
Bonum ita eſt, ſi per ſe nomen hoc obtinet, ſine comparatione non dico mali, ſed etiam boni alte-
rius; vt & ſi bono alij comparatur, & ab alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni nomine. Ce-
terùm ſi per mali collationem cogitur dici, non tam bonum eſt quàm genus mali inferioris, quod à
ſuperiore malo obſcuratum ad nomen boni impellitur. Auſer denique dictionem comparationis vt
non dicas, Melius eſt nubere quàm vri; & quæro, an dicere audeas, Melius eſt nubere, non adijciens
quid ſit id quo melius eſt. Ergo quod non melius, vtique nec bonum; quia abſtuliſti & remouiſti dic-
tionem comparationis, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius eſſe nubere
quàm vri, ſic accipiendum eſt, ac ſi melius vno oculo quàm duobus carere. Si tamen à comparatione
diſcedas, non erit melius vnum oculum non habere, quàm & bonum. Nemo igitur captet ex hoc
capitulo defenſionem, quod propriè ad innuptos & viduos ſpectat, quibus nulla adhuc con-
iunctio numeratur. Quanquam oſtenderim etiam illis numerandam eſſe permiſſi conditionem.
CA. IIII. [20 Ceterùm de ſecundo matrimonio ſcimus tamen Apoſtolum pronuntiaſſe: Solutus es ab vxo- F
1. Cor. 7. re, ne quæſieris vxorem. Sed & ſi duxeris, non delinques. Proinde tamen & huius ſermonis ordi-
nem, conſilio ſuo, non de diuino præcepto introducit. Multum autem intereſt inter Dei præceptum &
conſilium hominis. Præceptum Dei, inquit, non habeo, ſed conſilium do, quaſi miſericordiam con-
ſecutus fidelis eſſe. [21 Quoniam neque in Euangelio, neque ipſius Pauli Epiſtolis ex præcepto Dei
inuenias permiſſam matrimonij ſeparationem. Vnde vnum habendum confirmatur, quia quod
à Domino permiſſum non inuenitur, id agnoſcitur interdictum. Adde quod & hæc ipſa huius
Ibidem. conſilij interiectio [22 quaſi intercogitationem exceſſus ſui paſſa, ſtatim ſe refrenat & reuocat, quum
ſubiungit: Veruntamen huiuſmodi, preſſuram carnis habebunt; quum parcere ſe eis dicit: Quum
tempus in collecto eſſe adijcit, quo oporteat etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere:
[23 quum ſollicitudinem nuptorum committit. Per hæc enim docens cur non expediat nubere,
Ibidem. diſſuadet ab eo quod ſuprà indulſerat. Et hoc ne primo matrimonio, quanto magis ſecundo. [24 Quum
nos verò ad exemplum ſuum hortatur, vtique oſtendens quid nos velit eſſe, id eſt continentes, pa-
riter declarat quid nos eſſe nolit. Id quod non vult, nec ſponte nec veritate permittit. Si enim
vellet, non permiſiſſet, immò imperaſſet. [25 Sed ecce rurſus, Mulierem defuncto marito dicit nube-
re poſſe, ſi cui velit, tantùm in Domino. At enim fœlicior erit, inquit, ſi ſic perſeuerauerit ſecundum
meum conſilium. Puto autem, & ego ſpiritum Dei habeo. Videmus duo conſilia, quo ſupra nuben-
di veniam facit, & quo poſtmodùm continentiam nubendi indicit. Cui ergo, inquis, conſilio adſen-
tabimur? Inſpice & lege. Quum veniam facit, hominis prudentis conſilium allegat. Quum conti-
nentiam indicit, Spiritus ſancti conſilium adfirmat. Sequere admonitionem cui diuinitas patro-
cinatur. Spiritum quidem Dei etiam fideles habent, ſed non omnes fideles Apoſtoli. Cur ergo quum
fidelem dixerit, adijcit poſtea, ſpiritum ſe Dei habere, quod nemo dubitat etiam de fideli? idcirco

hoc di-

A hoc dixit, vt sibi Apostoli fastigium redderet. Propriè enim Apostoli spiritum sanctum habent, qui plenè habent in operibus prophetiæ efficaciam virtutum atque documentorum linguam, non quasi ex parte, quod ceteri. Ita spiritum sanctum auctoritate ad eandem speciem adire fecit, cui nos magis obsequi voluit: & factum est iam non consilium diuini spiritus, sed pro eius maiestate præceptum. [16 Ad legem semel nubendi dirigam. Ipsa origo humani generis patrocinatur, contestans quid Deus ab initio constituerit, in formam posteritatis recensendum. Nam quum hominem figuraret, eique parem necessariam prospexisset, vnam de costis eius mutuatus, vnam illi fœminam finxit, quum vtique nec artifex, nec materia defecisset: plures costæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, sed non plures vxores apud Deum. & ideò homo Dei Adam, & mulier Dei Eua 17 vnis intersē nuptiis desuncti sunt. Formam hominis Dei, de originis auctoritate, & primam Dei voluntatem sanxerunt. 18 Erunt duo, inquit, in vnam carnem: non tres, neque quatuor. Alioquin iam non vna caro, nec duo in vnam carnem. Tunc erunt si coniunctio & concretio duûm in vnitate semel fiat. Si verò rursus, aut fœpius, iam vna esse desiit: & erunt iam non duo in vnam carnem, sed vna planè caro in plures. 19 At quum Apostolus in Ecclesiam & Christum interpretatur, erunt duo in vnam carnem, secundum spiritales nuptias Ecclesiæ & Christi, vnus Christus, & vna eius Ecclesia, agnoscere debemus duplicatam & exaggeratam esse nobis vnius matrimonij tam secundum generis fundamentum, quàm secundum Christi firmamentum. Vno matrimonio censemur vtrobique, & carnaliter in Adam, & spiritualiter in Christo: Duarum natiuitatum vnum est monogamiæ præscriptum. Vtraque degenerat, qui de monogamia exorbitat. Numerus matrimonij à maledicto viro cœpit. Pri-

B mus Lamech duabus maritatus, tres in vnam carnem effecit. [20 Sed & benedicti, inquis, Patriarchæ non modò pluribus vxoribus, verùm etiam concubinis coniugia miscuerunt. 21 Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere? Sanè licebit si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti supersunt, quos nuptiæ tuæ figurent; 22 aut si etiam nunc locus est vocis illius, Crescite & multiplicamini, id est, si nondum alia vox superuenit, Tempus iam in collecto esse, restare vt & qui vxores habent, tanquam non habentes agant. Vtique enim continentiam indicens, & compescens concubitum seminarium generis, 23 absolescit Crescite illud & multiplicamini. Vt opinor autem vnius & eiusdem Dei vtraque pronunciatio & dispositio est, qui tunc quidem in primordio sementem generis emisit indictis coniugiorum habenis, donec mundus repleretur, donec nouæ disciplinæ materia proficeret: nunc verò cum extremitatibus temporum compressit quod emiserat, & reuocauit quod indulserat, non sine ratione propagationis in primordio, 24 & repastinationis in vltimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur. Propterea syluam quis instituit, & crescere sinit, vt tempore suo cædat syluam. Erat vetus dispositio, quæ in Euangelio nouo deputatur; in quo & securis ad radicem arboris posita est. Sic & Oculum pro oculo, & dentem pro dente, iam senuit; 25 ex quo iniue-
C nuit, Malum pro malo nemo reddat. Puto autem etiam humanam constitutionem atque decretum posteà pristinis præualere. [26 Cur autem de pristinis exemplis non ea potius agnoscamus, quæ cùm posteris communicant disciplinæ, formam vetustatis ad nouitatem transmittunt? Ecce enim in vetere lege animaduerto castratam licentiam fœpius nubendi. 27 Cautum est in Leuitico: Sacerdotes mei non plus nubent. Possum dicere, etiam illud plus esse quod semel non est. Quod non vnum est, numerus est. Denique post vnum incipit numerus. Vnum autem omne quod semel est. Sed vni Christo seruabatur, sicut in ceteris, ita in isto quoque legis plenitudo. Indeigitur apud nos plenius atque structiùs præscribitur; 28 vnius matrimonij esse oportere, quos adlegi liceat in ordinem Sacerdotalem. Vsque adeò quoídam memini digamos loco deiectos. Sed dices: Ergo ceteris licet; quum, quibus non liceat excipit. Vani erimus, si putauerimus quod sacerdotibus non liceat, laicis licere. 29 Nónne & laici sacerdotes sumus? Scriptum est, Regnum quoque nos & sacerdotes, Deo & patri suo fecit. Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinis consessum sanctificatus à Deo. Vbi Ecclesiastici ordinis est consessus, & offert & tinguit sacerdos qui est ibi solus. 30 Sed & vbi tres, Ecclesia est; licet laici. Vnusquisque enim de sua fide viuit. Nec est personarum acceptio apud Deum, quoniam non auditores legis iustificabuntur à Deo, sed factores, secundum quod & Apostolus dicit. Igitur si habes ius sacerdotis in temetipso, vbi necesse est habeas, oportet etiam disciplinam sacerdotis necesse sit habere ius sacerdotis. Digamus tinguis, digamus offers: quanto magis laico dicat, quod ad salutem erit agere pro sacerdote. Quàm ipsi sacerdoti dicitur, qui eo facto communicatur actione sacerdotis. Sed necessitati, inquis, indulserit. Nulla necessitas excusatur, quæ potest non esse necessitas. Denique digamos reprehendi & necessitate administrantes quod non licet. Dicam, omnes nos Deus ita voluit disposítos esse, vt vbique sanctiones eius obeundi sit disciplina. Vsqueadeò nisi laici ea obseruent, per quæ presbyteri adlegantur, quomodo erunt presbyteri qui de laicis adleguntur? Ergo præterre debemus ante laicum iussum à secundo matrimonio retinere, dum presbyter esse non aliùs potest quàm laicus qui semel fuerit maritatus. [31 Liceat nunc denuò nubere, si & omne quod licet, bonum est. Idem Apostolus exclamabat, Omnia licent, sed non omnia pro salute. Quod non prodest, oro te, potest bonum dici? Si licita sunt & quæ non pro salute, ergo & quæ non bona sunt, licita sunt.

Cap. v. Gen. 2. Ephes. 5. Gen. 4. Cap. vi. Gen. 16. 29. & 30. Gen. 1. 1. Cor. 7. Gen. 1. Matth. 3. Exod. 21. Rom. 12. Cap. vii. Leuit. 21. 1. Tim. 3. Apoc. 1. Matth. 18. Rom. 2. Cap. viii. 1. Cor. 6.

Quid autem magis velle debebis, quod ergo bonum est, quia licet, an quod ergo quia prodest? D
Multum exiltimo esse inter licentiam & salutem. De bono non vincis, scilicet quia bonum permitti non expectat. Sed adsumi permittitur, vt quod an bonum sit, in dubio est, quod potest etiam
1. Cor. 7. non permitti, si non habeat aliquam sui causam primam. Quia propter incontinentiæ periculum permittitur nubere secundum: quia nisi licentiæ alicuius non bonæ rei subiaceret, non esset in quo probaretur, qui diuinæ voluntati, & qui suæ potestati obsequatur: quis nostrum vtiliratis præsentiam sectetur, & quis occasionem licentiæ amplexetur: quis diuinæ voluntati, & quis suæ voluptati obsequatur. Licentia plerunque tentatio est disciplinæ, quoniam disciplina per tentationem probatur, tentatio per licentiam operatur. Ita fit vt omnia liceant, sed non omnia expediant: dum tentatur cui
1. Cor. 9. permittatur, & vincatur dum in permissione tentatur. [42] Licebat & Apostolis nubere, & vxores circunducere. Licebat & de Euangeliis viuere. [43] Sed qui his vsus non est in occasionem, ad exem-
Cap. ix. plum nos suum prouocat, docens in eo esse probationem, in quo licentiæ experimentum. [[44] Abstinentiæ præstruxerit superiorem, ne sensus eius interpretemur. Non illud dicendum erit, [45] secun-
1. Cor. 7. dum matrimonium quasi speciem stupri? Quum enim dicat: Maritos hoc in sollicitudinem habere quoniam modo sibi placeant: non vtique de moribus ([46] nam vt bonam sollicitudinem non subluaret) sed de cultu, & ornatu, & omni studio formæ, ad illecebras mouendas sollicitos iungi: velut de forma & cultu placere carnalis concupiscentiæ ingenium sit, quæ etiam stupri causa est. Ecquid videtur tibi stupri adfine esse matrimonium, quoniam ea in illo deprehendo quæ stupro competunt. Interim Dominus ipse dicit, [47] Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam
Matth. 5. stuprauit eam in corde suo. Qui autem ad ducendum viderit, minus perfecit? quid si etiam duxerit? E
quod non faceret, nisi ad ducendum concupiscet. Nisi potest duci vxor, quam & si non videris, at concupieris saltem, quum ipsam ducere cœperis. Multum sane abest maritus ab zelo, non concupiscens. Omnis mulier zeluisa est, quandiu aliena, nec peralium fit marita, nisi per quem & adultera. Legis videtur matrimonij & stupri differentia. Alioquin res & viris & fœminis eadem imponit; est enim & matrimonium & stuprum commixtio carnis. Scilicet certandum cuius concupiscentia nos stupro adæquauit. Ergo, inquis, iam & primas, id est, vnas nuptias destruis. Nec im-
1. Cor. 7. meritò: quoniam & ipsæ ex eo constant quod est stuprum. Et ideò optimum est homini mulierem non tangere, quia cara est stupri adfinitate. Sed cùm hæc etiam de primis & vnis nuptiis prætendi ad causam continentiæ possint, quanto magis secundo matrimonio recusando præuidebunrur? Gratus esto, si semel tibi Deus indulsit nubere. gratus enim eris, si & iterum indulsisse tibi nescias. [48] Ceterùm vteris indulgentiam, cùm nec modestiam vteris. Modestia à modo dicitur. Non tibi sufficit [49] de summo illo inuxoræ etiam virginitatis gradu in secundum deliquisse nubendo, sed in tertium adhuc deuolueris, & futuris impelli pores, qui in secunda statione continens non fuisti, quia nec pro-
Matth. 24. hibere plures nuptias voluit, qui de secundis prouocandis retractauit. Nubamus igitur quotidie;
Gen. 19. [50] & nubentes ab vltimo die deprehendamur; tanquam Sodoma & Gomorra: quo die adimplebi-
Matth. 24. tur Vælllud super prægnantes & lactantes, id est maritos incontinentiæ. De nuptiis enim vteri & vbera infantis. Et quando finis nubendi? Credo post finem subandi. [[51] Renuntient tandem carna-
Cap. x. libus fructibus, vt aliquando spiritalia retractemus. Rapc occasionem etsi non exoptatissimam, attamen desisti habere cui debitum solueres. O te fœlicem! amisisti debitorem, simile damnum, quid diximus damnum? lucrum sentientem. Per continentiam enim negotiaberis, magnam sub- F
stantiam necessitatis parsimoniæ carnis seruientis adquirens. Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quàm alius alium se homo sentiat, cùm sua fœmina cessat. Si orationem facit ad Dominum, impropè est cœlo. Si scripturæ incumbit, totus illic est. [52] Si psalmum canit, placet sibi. Ideò Apostolus purificationi orationem commendauit, causatus id quod ad tempus perniserat: semper nobis exercendum esse, quod semper prosit. Si quotidie omni momento oratio hominibus necessaria, vtique & continentia, quæ orationi necessaria sit. Oratio de conscientia procedit. Si conscientia erubescit, erubescat oratio. Spiritus ducit orationem ad Deum. Si spiritus reus apud se sit, conscientia erubescit, quomodo audebit orationem ducere ad altare? Sic etenim est prophetica vox
Leuit. 11. veteris Testamenti: Sancti crimus, quia & Deus sanctus. & rursus: [53] Cum sancto sanctificaberis,
Psal. 7. & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris. Debemus enim ita ingredi in disciplina Domini, vt Deo dignum fructum non secundum carnis esqualentiæ concupiscentiam. Ita enim & Apostolus dicit, quòd [54] sapere secundum carnem, mors est: secundum spiritum verò sapere, vita æterna sit in Christo Iesu Domino nostro. Si hæc obtusio, etiam quum in vnis nuptiis in
Rom. 8. nos caro exereetur, spiritum sanctum auertit, quanto magis quum in secundo matrimonio agitur?
Cap. xi. [[55] Duplex enim iste tubor est; quia in secundo matrimonio duæ vxores eundem circunstant maritum, vna spiritu, alia carne. Nec enim pristinam poteris odisse, cui etiam clariorem reseruas affectionem. Et iam repete apud Deum [56] pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum rot vxoribus, quot illas ratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem de monogamia ob pristinum de virginitate sanctitum, circundatum virginibus ac vniuiris: & ascendet sacrificium tuum libera fronte: & inter ceteras voluntates

bonæ

A bonæmentis postulabis tibi & vxori castitatem. [17] Scio quibus excusationibus coloremus insa- CA. XII.
riabilem carnis cupiditatem; ex quibus necessitates adminiculorum descendunt; administrandam familiam, regendos loculos, [18] claues custodiendas, lanificium dispensandum, victum procurandum, curas domesticas. Scilicet solis maritorum domibus bene est. Perierunt cœlibum familiæ, spadonum, militum, aut peregrinantium sine vxoribus. Non enim & nos milites sumus, eo quidem maioris disciplinæ quo & tanti Imperatoris? Non & nos peregrinantes in isto seculo sumus? cur autem ita dispositus est Christianus, vt sine vxore non possit? Nunc & consortium onerum domesticorum necessarium est. Habe aliquam vxorem spiritalem. Adsume de viduis, fide pulchram, pauperta-
te dotatam, ætate signatam. Bonas nuptias fecerit huiusmodi vxor; Has te plures habere Deo gratum est. Sed de posteriori tempore cogitant Christiani, quibus crastinum non est. Hæredes Dei seruus desideratur, qui semetipsum de seculo exhæredauit? Vt ergo quis repetit matrimonium, quum de pristino non habeat liberos? Itaque hoc primum diutius vti volunt, ipso Apostolo testinan-
te ad Dominum in persecutionibus, constantissimum in martyriis, promptissimum in communica-
tionibus rerum, temperatissimum in adquisitionibus, postremò vsuris, morte relinquendis, filiis. Forsan Reipublicæ prospectu aguntur, ne diuites deficiant, si soboles non habent: ne leges, ne iura, ne commercia delabantur; [19] ne templa derelinquantur, ne modò non sint qui exclament: Christiani ad bestias. Hæc enim audire desiderant, qui filios quærunt. Sufficiat ad consilium viduitatis vel ista præcipua causa, importunitas liberorum. [60] Ad quos suscipiendos legibus compellun-
tur homines; [61] quia sapiens quique nunquam libens filios desideraſſet. Quid ergo facies, si nolis, si
B vxorem de tua conscientia impleueris, dissoluturus es medicamine conceptum? [62] Puto nobis non licere nascentem necare, quàm & natum. Sed fortè illo tempore prægnantis vxoris remedium à Deo petes. Tanta sollicitudine à Deo petere audebis, quod in te positum recusasti? Opinor aliqua sterilis prospicietur, vel etiam anus sæpiùs cuixa. Quod à Domino magis euenire potest, si quis præsumptio-
nem eius pro Dei æmulatione prouocaret. Scimus denique quendam ex Patribus quum propter fa-
miliam suam, secundo matrimonio sterilem captassset vxorem, tam iterum patrem factum, quàm & iterum maritum. [63] Ad hanc meam contentionem, frater dilectissime, videmus etiam seculi CA. XIII.
exempla, quæ sæpè nobis etiam in testimonio posita sunt, quum quod bonum, & Deo placitum videtur, testimonio oneratur. Monogamia apud ethnicos in summo honore est, vt & virginibus legitimè nubentibus [64] vniuira pronuba adhibeatur, & si auspici initium est. Item in quibusdam So-
lennibus & Auspiciis, vt prior sit vniuiræ locus. [65] Certè Flaminica non nisi vniuira est, quæ & Flaminis lex est. Nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet, quod Monogamiæ gloria est. Quum autem Deus summus tantùm, Satanas ad perficiendum prouocatio est nostra, im-
mò subfusio pigritissimorum ad continentiam Deo exhibendam, [66] qua diabolo qui antistant, [67] nunc virginitate, nunc viduitate euirant. [68] Noueram virgines Vestæ [69] & Iunonis apud Achaiæ ga-
neum, [70] & atrocis apud Delphos, & Mineruæ, & Dianæ, quibus locis. Nouerant continentes viros, & quidem Tauri illius Ægyptij antistites; [71] Fœminas verò Cereris Aphricanæ, cui etiam sponte abdicato matrimonio adsenescunt, exinde adempto contactu masculorum, vsque ad oscula filiorum. Inuenit diabolus, post luxuriam castitatis perditricem, quomodo reus sit Christianus, qui castitatem recusauerit conseruatricem. Erunt nobis in testimonium & fœminæ quædam secula-
res, ob vniuiratus obstinationem famam consequutæ; vt Dido, quæ profuga, in alieno solo, vbi
C nuptias regis vltrò optasse debuerat, ne tamen secundas experiretur, maluit è contrario vri quàm nu-
bere; Vel illa Lucretia, quæ vt semel per vim & inuita alium virum passa est, sanguine suo maculatam carnem abluit, ne viueret iam non sibi vniuira. Plura exempla certa de nostris inueniam, & quidem tanto potiora, quanto maius est viuere in castitate, quàm pro ea mori: hoc est animæ id bonum misce-
ri, quàm viuendo separari animam. [72] Quantæ igitur & quæ in Ecclesiis, ordinati in Ecclesia solent, [73] quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis suæ honorem instituerunt, quæque se iam illius pudoris fi-
lias dicauerunt, occidentes in se concupiscentiam libidinis, & torum illud quod intra Paradisum non potuit admitti. Vnde præsumendum est hos, qui intra Paradisum recipi volunt, tandem debere cessare ab ea re, à qua Paradisus obstructus est. Gratia ergo cum intelligenti hæc. Memento in orationibus tuis [74] TERTVLLIANI ad hæc exhortantis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE EXHORTATIONE CASTITATIS.

1. DE EXHORTATIONE CASTITATIS.] *Et tunc titulum huius libri maluimus, quam quem elegantiæ gratia mutauerat Rhenanus*, EXHORTATIO AD CASTITATEM, *tum quòd magis accedat ad phrasin Tertullianicam, tum quòd ilium legant MSS. 3. Vatican. codices, & etiam codex ille MS. quem vidit Pelitianus.*

CAP. I.

1. Non dubito frater, te posse vxorem, &c.] *Caput hoc inscribimus:* De triplici sanctificatione. *Accipitur autem hìc* singularitas, *sicut in titulo libri* De singularitate clericorum

Origenis Tom. 3. Oper. B. Cypriani, pro Vita singulari seu solitaria, siue femine aut Vxorie conjugio. vlacce vero castigatio Rhenani ex cod. Gorleni: & vtique consilium dirigere, pro eo quod etiam MS. 3. le.unt: digete; *quia illud magis est Tertullianicum. Qui etiam recte adnocatum adiectiue explicat, tamquam accersitum, simpliciter, aut in adnocationem*; & : circumscribi interpretatur: reprimi, *solli.superari; nam etiam alibi non semel sic vsurpatum est ab Auctore.*

3. Volunta: Dei est sanctificatio nostra, &c.] *Locum hunc Apostoli 1. Thess. 4. latissime tractatum habes Tom. 3. lib. 5. aduers. Mar. cap. 15. Vbi Auctor, sicuti aly veteres omnes*, sanctificationem, *seu* sanctimoniam, *solum modo interpretatur de duobus* virginitatis, *id est continentie generibus, non de tertio, quod hic facit Monogamiam*; *vt stupro opponatur cum matrimonio. Hoc est enim quod immediatè in eadem periodo subiungit Apostolus: Vt abstineatis vos à fornicatione, seu stupro, sicuti verterefelet Auctor.*

4. Virginitas à natiuitate.] *De hac complures locos inuenire poterit Lector in Indice tum Tertullian, tum B. Cyprians nostri.*

5. Secunda, virginitas à lauacro aquæ, &c.] *Ego sic prorsus reflitus hunc locum, omisso verbo illu hic superfluis* (*nam mox repetuntur*) vt ex attributo fuo vidua permaneat, id est. *maximè quum similiter dixerit supra lib. 1. ad Vxorem c. 6.* Quot enim sunt qui statim à lauacro carnem suam obligant? *vbi vide Adnotat. nostras num. 37.*

6. aut in matrimonio purificat ex compacto, &c.] *Similiter ibidem*: Quot item sunt qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt? *de quo ibidem num. 38. & lib. de Patient c. 12. nu. 78. Istud verò imitatur B. Hieron. dicta Epist. ad Agruchiam, quum dicit: Castrant se propter regna celorum, vel à secunda natiuitate post lauacrum ex consensu, vel post nuptias ex ardore fidei.*

7. aut in viduitate perseuerat ex arbitrio, &c.] *Toties* viduitas *ab Auctore commendatur, vt superuacaneum foret locos hic citare; quæras Lector in Indice tum Tertulliani, tum B. Cypriani nostri; hic dumtaxat adlegamus dict. lib. cap. 8. num. 53. & lib. de Veland. virg. c. 10. num. 75. & 83.*

8. Tertius gradus supereſt Monogamiæ, &c.] *De hac exstat supra dictum lib. 1. ad Vxorem, & in qui hunc sequitur: De* Monogamia *Liber, quò Lectorem remittimus ob eas dem scripturas ab Auctore citatas. Elegans est autem Metaphora Tertullianica, qua dixit*: sexui renunciatur.

9. Hactenus nubendi, &c.] *Hic* Hactenus *ab Auctore accipitur pro*: *non vltrà, eodem modo quo dixit Suetonius in Neron. cap. 40.* Hactenus *excanduit, vt malum sit qui defecissent, munaretur.*

Cap. II.

10. Quàm denique modestè, &c.] *Capiti huic titulum dedimus*: Quòd testaturentur nuptiæ potius ex libero hominis arbitrio, quàm ex Dei voluntate. *Vbi quod dixit nimis erronè*, etiam contra voluntatem Dei fieri, *sic mitigat B. Hieron. vbi supra. Cur inquit, vidua quæ iudicio Dei virum habere desiit, non illud latabunda congeminet*: Dominus dedit, Dominus abstulit? *Neque verò sicuti contendit Auctor, id probatur ex supra scriptis Apostoli locis*; *nam vel ipse teste, solum spiritum sanctificationis opponitur ab Apostolo.*

11. Non est bonæ & solidæ fidei, &c. dicendo nihil fieri sine iussione eius, &c.] *Facit hic testimonium locus contra eos, qui Deum auctorem mali & peccati facere non verentur, contra quos latissimè supra Auctor Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10 & 14. vbi vide & Adnotat. nostras, potissimùm nu. 32. & 83. Ibidem simul de hominis libero arbitrio pulcrum tractatum videre est.*

12. si continuetimus, &c.] *Hoc est* (*inquit Rhenanus*) *si mordicus tenere voluerimus*; *nisi quis malit legere ex conuetura Dn. Latinij*: contenderimus. *Illud item*: Et bi definito, *interpretatur tamquam certi quid pronuntiate*, illam *nempè sententiam*, de stactionem esse, &c.

13. & æternitatis mercede dispungit, &c.] *Vsitatum* (*inquit idem*) *Tertulliani sermo, quem vsurpat erebermè. Sic lib. de Resurr. carnis, c. 56.* Aliam substantiam operati, aliam mercede dispungi. *Atqui vterque hic locus facit pro* æternitate, mercede *operum bonorum, sicuti & aly complures supra.*

14. Ecce posui ante te bonum & malum, &c.] *Ad istud adlusit Auctor supra lib. 2. adu. Marc. cap. 5. Hic præterea addit explicationis causa*: gustasti enim de arbore agnitionis, *quamquam interim neque illud ad verbum legatur Eccles. 15. vnde etiam videtur. Vbi dum taxat legitur*: *Ante hominem & bonum & malum. Atqui mox legimus*: Neque enim diabolus voluntatem ei imposuit de linquendi, *pro eis*, *tum quod loquatur de Iob* Adam, *tum quod magis accedat lectio MS. ed.* eius. *Sant autem Tertulliano* : obaudientiam, & : si non obaudieris. *sic enim sæpenumero legimus pro eo quod mendo typographico omissa erat negandi particula, quæ alibi habebatur.*

Cap. III.

15. Altè, imptesè recogitandam esse dico, &c.] *Inscriptionem huius capitis facimus*: Quòd Monogamia ex Apostolo probetur, qui indulgentiam vocat nuptias, & melius dicit nubere quàm vri. *Adnotat autem Rhenanus illud*: Quæ enim manifesto, *accipi pro*: quæ in manifesto.

16. Ex indulgentia est quod cumque permittitur, &c.] *Adludit ad illud 1. Cor. 7. Hoc autem dico secundum* indulgentiam, *non secundum imperium, nam paulopost*: hæc præcluxisse scribit, vt Apostoli vocedecurrat. *Et vero non ibi modo ita Apostolum ex parte decoquet, sed etiam infra lib. de Monog. cap. 3. pene isdem verbis, nec absimiliter B. Hieron lib. 1. aduers. Iouin. Verùm quod illi ad matrimonium, rectius refert B. Augustin. Enchirid. cap. 78. ad illud*: Nolite fraudare inuicem, & *illud*: Iterum ad ipsum reuertimini; *vt probet indulgentia seu venia indigere commixtionem cum coniuge non filiorum procreandorum gratia, ita tamen quòd inter leuia peccata præsulegis matrimony recenseatur. Atqui Rhenan. ibi*: Vult nos Deus sibi placita, *subintelligit*: velle, Latinius: operari. *Rhenano vero acceptam debemus castigationem verborum sequentium*; *quietsam taxanda reflexplicat*: *æstimanda*, & : proinde habenda, *præpluris facienda. Item*: negabimus meram, *nempè voluntatem. Atqui intermedium dicomma sic distinguimus*: magisque offendis quàm prometeris; quod vult quidem faciendo, quod maiult resuendo. *Adnotat denique Rhenan.* præscripta, *iuxta quartam instexionem vsurpari*; *est etiam paulopost vox Tertullianica*: paruit, *pro*: apparuit.

17. quia melius est nubere quàm vri, &c.] *Sic necessariò castigauimus & hic, & mox, pro*: nubi, & *similiter sub finem huius capitis, tum quod illud legatur bis in vna eademque linea*, & *supra lib. 1. ad Vxorem cap. 3. & infra quater lib. de Monogam. c. 3. insuper etiam à B. Hieron. vtroque loco iam citato, & Epist. 4. ad Salutinam, vbi ad verbum ferè hunc locum imitatur, tum quod sic transferant etiam aly veteres.*

18. qui sunt innupti vel vidui, &c.] *Etiam hoc emendauimus pro*: nupti, *sicuti sub finem huius capitis*: ad innuptos vel viduos, *quod præcesserit de* viduis & innuptis, & *Græce legatur* τοῖς ἀγαμοις. *Est verò vox Tertullianica retractata.*

19. quale bonum ostendat quod melius est pœna, &c.] *Similes prorsus sunt loci Auctoris & B. Hieron. locu mox citatis, etiam ijdem ipsis verbis*; *verùm si non tam bonum est nubere quàm genus mali inferioris, vti loquitur Auctor, non magis bonum posset dici matrimonium primum atque secundum*; *eus tamen contrarium dixit lib. 1. ad Vxorem, vbi* bonas *quidem fatetur* nuptias, fed continentiam præferri tamquam bono isto melius bonum, & *B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouin. post eandem cum Auctore, quam paulopost habet, & lib. sequ. comparationem, ac si dicatur*: melius est vno oculo carere quàm duobus; *eandem fe concludit*: *Ego autem non leuius malum, sed simplex per se bonum vole. Quòd quod B. Hieron. Epist. de Monogam. ab Apostolis fateatur admitti secunda*, & *si necesse est, tertia matrimonia, sed ineontinentibus. Ad hunc etiam locum videsurreflere B. Augustin. lib. 1. de Bono viduit. vbi quum Tertullian fecisset mentionem, quòd secundæ nuptiæ maledico dente concidissent*: *Ab hac, inquit, sanctate discerni nullius dolis dispitatione mucerris*; *nec ita extollas bonum tuum,*

tuum, vt quod malum non est, tamquam malum criminetur. Sixtus Papa lib. de Castit. sua similia verba sic interpretatur, vt malum accipiatur, quod multo inferiorem gradum teneat; malum est enim cuipiam id non esse quod melius est. Et verò extortam esse illam interpretationem, patet vel ex ipsa voce χρεῖσσον, qua rarissimè melius transfertur, sed frequenter accipitur pro potius & magis eligendum, sine fatuo, sicuti vertis Interpres Latinus ex Syriaco.

CAP. IIII.

20. Ceterùm de secundo matrimonio, &c.] *Caput hoc inscriptissimus:* Iterum ab Apostolo probari Monogamiam, quum omnes vult esse continentes ad exemplum suum, & fœlicioremdicat mulierem defuncto viro, si sic perseuerauerit; denique multa adfert, cur non expediat nubere. *Atqui & in ipso imicatur Auctorem vtrobique B. Hieron. & similia quoque fusè supra locus l. b. 2. ad Vxorem, cap. 7.*

21. Quoniam neque in Euangelio, &c.] *Non* permissam esse matrimonij separationem, *latè tractauit Auctor supra lib. 4. adu. Marc. cap. 34. vbi vide & Aduersat. nostras num. 537. & 541. ac 542.) & lib. 5. c. 7. ex hoc ipso loco. 1. Cor. 7. Confirmatur verò hinc nostra sententia, quod etiam Auctor dimortuum simpliciter à Christo prohibitum senserit.*

22. quasi inrecogitationem excessus sui passa, &c.] *Ex Gorrhensi (inquit Rhenan.) cedisse scripsimus:* excessus sui, *hoc est numia indulgentiæ. Vt supra autem:* inrecogitationem, pro: *incogitantia, sine inconsideratia; quo posteriori vocabulo Tranquillus etiam vsitur in Claudio Cæsare. Atqui sic sequentia distinximus, Vt sine discommoda, non periodi:* quum parcere, *&c.*

23. quum solicitudinè nuptorum committit, &c.] *Hoc est (inquit idem Rhenan.) confert & comparat inter se. tuuenalis.* Committit *vates, & comparat inde Maronem.*

Diuus Hieronymus aduersus Heluidium in fine: Molestias nuptarum committit *cum libertate virginum, & earum quæ matrimonio defunctæ sunt. Ibi autem:* Et hoc ne primo matrimonio, *subintelligitur, expedire nubere docet Apostolus.*

24. Quum nos verò ad exemplum suum, &c.] *Facit etiam hic locus pro continentia B. Pauli Apostoli à nuptijs, de qua latius lib. sequ. de Monogam. cap. 8. Sine autem legat cum excusi:* continentiam nubendi indicit, *sine cum MS. 3. Vatic.* inducit, *perinde est.*

25. Sed ecce rursus, Mulierem defuncto marito dicit nubere posse, &c.] *Hic adhuc satis moderate agit Auctor, non prorsus probibens, sed fœlicioremprobans Monogamiam: quare & B. Hieron. fatetur hic verbis Apostolorum secundas & tertias nuptias concedere in Domino.*

CAP. V.

26. Ad legem semel nubendi dirigam, &c.] *Titulum hunc capiti imposuimus:* De vna Adami vxore, in figuram vnius Christi & vnius Ecclesiæ. *Quæ ipsa tractantur latius lib. de Monog. sequ. cap. 4. & ad verbum ex Tertull. desumpta sunt à B. Hieron. tum epist. superdicta ad Ageruchium, tum in sine Epist. ad Salunam de viduitate, Lege autem prorsus:* in formâ posteritatis recensendum, *pro:* recensendam, *quia præcedit:* quid Deus ab initio constituerit. *Atqui quum ei parem dicit, recte Rhenanus intelligit comparem sine sociam, substantiæ.*

27. vnis inter se nuptiis defuncti sunt, &c.] *Elegantissimè dictum (inquit Rhenan.) Sic Luuium:* Defuncta *morbis capitæ salubritate esse capere. Suetonius in Neronc cap. 40. Britannia Armenijque amissa, ac rursus utraque recepta,* defunctum *se fatalibus malis existimabat.*

28. Erunt duo, inquit, in vnam carnem, &c.] *Sic ter hic castigamus, pro eo quod erat:* in carne vna, *quod illud Græce apud Apostolum, atque etiam alibi frequentissimè ab Auctore legatur; maximè quod sequatur mox:* & erunt iam non duo in vnam carnem, sed vna planè caro in plures.

29. At quum Apostolus in Ecclesiam, &c.] *Ibid apud Ephes. 5. lib. seq. etiam tractatur cap. 5. quod verò sequitur de Lamech duabus maritato, ibidem cap. 4. quæ B. Hieron. simul consumgit. Recte verò aduersus Rhenan. ibi:* agnoscere debemus duplicatam & exaggeratâ esse nobis vnius matrimonij, *desiderari accusationem; vt pote fœlicitatem, aut aliquod simile: quare etiam retinuimus crucem adiectam in editione Basiliensi, exiqua patet locum esse mutilum.*

CAP. VI.

30. Sed & benedicti (inquis) Patriarchæ, &c.] *Inscriptionem dedimus hucusque:* Quòd veteris Legis, qua docebatur: Crescite & multiplicamini, noua lex sit restrictio. *Atqui quod hic in pluralinumero de Patriarchis dicit, peculiariter lib. sequ. de Monogamia cap. 6. de Abrahâ dixamo sibi obiicis; interim mentionem facienti* Dauidis & Salomonis; *quibus Isaac & Ioseph, Moysen & Aaronem vnius ego opponit. Neque aliter B. Hier. Epi. de Monog. ad Ageruchium. Qui etsi pro instituto suo spiritualiter istud interpretetur, & Auct. ibi dicat* fidô Abrahæ in Monogamia præcellisse; *pulcrè tamen B. Augu. lib. 2. contra adu. Legis & Prophetarum: Iste (inquit) Abrahã etiam vsque ad decrepitam ætatem fornicationis obiicit crimen, profectò & quia post mortem Saræ alteram (nempe Cetburam) duxit. Vbi etsi nullum intelligeretur res abdita sacramentum, propter hoc solum facere debuit Abraham, ne putaretur aduersus Apostolum hæretici (quibus etiam Tertullianus adsipulatur) post vxoris mortem crimen esse ducere vxorem. Atqui sic etiam (inquit Rhen.)* benedictum *vocauit Eleutherium Martyrem Pontificem Romanum, & Martyres* benedictos, *& mulieres Christianas* benedictas.

31. Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere? &c.] *Ad hanc interrogationem respondens Auctor:* Sane liccbit, si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti superfunt, *non obscurè significat, se sentire, numquam in veteri Testamento propriè licuisse plures vxores ducere, sed dumtaxat permissæ duas vxores, seu vxorem vnam & concubinam Abrahæ, Gen. 16. & plures Iacob, Gen. 29. 46. 30. in typum futurorũ; quem typum pulcrè explicat B. Hier. Epist. de Monog. sapè citatus; Auctorem imitatus de Abrahæ vxoribus duabus, infrà lib. de Monog. ex Apostolo Gal. 4. Eodem pertinet quod dixit c. præced. Auctor:* Non plures vxores apud Deum, & *: Numerus matrimonij à maledicto viro cœpit. Primus Lamech duabus maritatus. Similiter lib. 1am citato de Monog. postquam dicta exempla* Abrahæ, Iacob, Dauidis, & Salomonis *adduxisset:* meliora *(inquit)* fectari iussus, habes & Ioseph vniuxorium; & hoc nomine audeo dicere, patre meliorem. *Item illud cap. seq.* Sed dices: Ergo ceteris licet plus nubere, quũ quibus non licuit, excipit. Vani erimus, si putauerimus quod facerdotibus non liceat, laicis liceat. *Idipsum sentit Innocentius 3. Papa c. Gaudemus, de Diuortijs, idque eodem argumento, quo Auctor vsus est c. præced. quòd ex vna costa facta sit femina, non ex pluribus, & quòd dictum sit:* & erunt duo in carnem vnã, non in plures. *Quare quum B. Aug. & B. Hier. alicubi Patriarchas excusent scribunt nulla lege prohibitum illis plures habere vxores, aut id illis lege concessum esse; videntur petitus intelligedi de permissione (sicuti repudium in lege permissum fuit) quàm de vera nominis concessione; maximè quum eodem verbo concessionis vtatur dicto loco Innocentius, vbi tamen tradit ure diuino prohibitum fuisse vxoris pluralitatè. Certè in noua lege minimè id licere probat idem ex illo Matth. 19. Qui aliter dixerint, mechantur.*

32. aut si etiam nunc locus est vocis illius: Crescite, &c.] *Tractat hoc ipsum iisdem penè verbis Auctor lib. de Monog. cap. 7. & post illum B. Hieron. vbi supra.*

33. Absolelcit, &c.] *Actiuè (inquit Rhenan.) pro absole facit, sine aboler.*

34. & repaftinationis in vltimo, &c.] Repastinationem *(inquit idem) apponit propagationi, & accipit eam pro amputatione & euulsione sue recisione; vt in lib. de Cultu fœminarum, c. 9.* Non repastinantes diuitiarum vestrarum vel elegantiarum vsum, quæ ad gloriam faciunt. *Quæ verba paulo antè exponens ipse, dixerat:* Proinde vobis curanda est amputatio & decussio redundantioris nitoris.

35. ex quo iuuenuit, &c.] *Aiunt euenisse (inquit idem) quietiam recte interpretatur:* pristinis prævalere, *id est, priori-bus.*

CAP. VII.

36. Cur autem de priſtinis exemplis, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: Quòd vnius matrimonij oporteuerit eſſe ſacerdotes, tam in veteri quàm noua Lege. *Et vero etiam hoc repetit lib. ſeq. de Monog. cap. 7.*

37. Cautum eſt in Leuitico: Sacerdotes mei non plus nubent, &c.] *Simeliter infrà lib. de Monog.* Denique prohibet eadem (*nempè Lex in Leuitico, ex qua præcedētia ſumpſerat*) Sacerdotes denuò nubere. *Quod interim peculiare eſt Auctori; neq; enim in Leuitico, immo nec in lege Moyſi reperire licuit. Quid? quòd B. Hier. Epiſt. ad Oceanum planè contrarium ſcribat, nempè etiam ſacerdotes multarum vxorum potuiſſe arbitrium, ſi modò caſtigati ſunt cedere, ego verò, vtis mendum ſubeſſe exiſtimem, facit quod de Moyſe id ipſum præmiſerat; cuius tamen non niſi vnius vxoris fit mentio in Pentateuche, quem adeò etiam Auctor infrà lib. de Monog. c. 6. inter monogamos enumerat. Diſſicilem curioſus Lector, ante poſt illud Leuitici 21. Mulierem meretricem & profanam & mulierem repudiatam à viro ſuo non accipient, olim additum ſuſpicetur: & non plus nubent; ſeu, denuò non nubent; aut iuxta editionem Symmachi ſeu Theodotionis illud aliter nempe hoc modo, tranſlatum fuerit. Maximè; quum quod citat de filia ſacerdotis, vt denuò non nubat, dicto loco infrà Auctor, & poſt eum B. Hieron. lib. 1. contra Iouin. multo aliter legatur apud LXX. qui hodie exſtant.*

38. vnius matrimonij eſſe oportere, quos adlegi liceat in ordinem ſacerdotalem, &c.] *Recitè adnotauit Dn. Ioannes Harriſius Anglus mutilum fuiſſe locum, vti ſubintelligatur*: liceat; *quod adeò contextus adiecimus eo quod eadem voce mox Auctor vtatur. Ex eiuſdem etiam coniectura caſtigamus*: vſque adeò quoſdam memini digamos loco deiectos; *& prorſus iuxta ſenſum Auctoris, omiſſa*: nō, *particula legimus*: Sed dices: Ergo ceteris (*nempè laicis, vel Rhenano interprete*) liceat; quum quibus non liceat excipit. *Adludit autem ad illud Apoſtoli 1. Tim. 3. & Tit. 1. vnius vxoris virum, tum hic, tum lib. de Monog. c. 11. & 12. Item ſupra lib. 1. ad Vxor. c. 7. hu verbis, quibus citatum Apoſtolū explicat*: Diſciplina Eccleſiæ & præſcriptio, *&c.* Apoſtoli digamos non ſinit præſidere. *Verùm in eo falli ſcribit Catharos Epiphan. hær. 59. quòd que ad ſacerdotium tradita ſunt propter eminentiam celebrationis ſacrorum, ea ad omnes æqualiter referri putent. Vbi laxè etiam tractat de ſecundis nuptiis laico non prohibitis, ſicuti etiam contra Montanum, hær. 48.*

39. Nonne & laici ſacerdotes ſumus, &c.] *Quum iſtud probet ſcriptura Apoc. 1.* Regnum nos & ſacerdotes Deo & patri ſuo fecit; *minimè ipſud ſauere poterit Lutheri hæreſi, qui omnes laicos facit ſacerdotes; ſed ita intelligi debet, quòd Reges & ſacerdotes ſpirituales, fideles omnes cenſeantur, vtpotè qui ſacrificia ſpiritalia offerunt; aliquis eodem argumento poſſet quæ concludere, omnes Reges eſſe. Quam ſuam ſententiam ſatis indicat verbis ſequentibus Auctor*: Differentiam inter Ordinem & plebē conſtituit Eccleſiæ auctoritas, & honor per Ordinis conſeſſum ſanctificatus à Deo. Vbi Eccleſiaſtici ordinis eſt conſeſſus (*ſic enim prorſus caſtigamus, etiam hic omiſſa negandi particula non*,) & offert & tinguit (*ſic iterum Tertullianus more, pro*: tingit, *maximè quum paulopoſt legatur*: tinguis) ſacerdos qui eſt ibi ſolus. *Item ex qua perſona talequid dicat, explicat lib. de Monog. am. cap. 12.* Sed (*inquit*) quum extollimur & inflamur aduerſus Clerum, tunc vnum omnes ſumus, tunc omnes ſacerdotes, quia ſacerdotes nos Deo & patri fecit. Quum ad peræquationē diſciplinæ Sacerdotalis prouocamur, deponimus inſulas, & pares ſumus; *ſatis ſuperq; indicans propterea laicos ſacerdotes dici, quòd ad diſciplinam ſacerdotalem tenēantur. Quò pertinet etiam, quod* (*verbis obſcurioribus, & quantum apparet corruptis, & his ſuperflua repetitis*) *hic ſequitur*: Igitur ſi habes ius ſacerdotis, *&c. & quod apertius eſt*: Dicam, omnes nos Deus ita voluit diſpoſitos eſſe, vt vbique ſanctiones eius obeundi ſit diſciplina. Vſque adeò nili laici ea obſeruent, per quæ presbyteri adlegantur; quomodo erunt presbyteri qui de laicis adlegeuntur? *Atque hoc eſt quod Auctorem interpretatus ſcribit B. Hieron. vbi ſupra*: *Quamquam lege ſacerdotalis teneatur & laicus; qui talem præbere ſe debet, vt poſſit elici in ſacerdotium. Non autem eligitur, ſi digamus fuerit, porrò eligunt ex laicis ſacerdotes; ergò & laicus tenetur mandata, per quod ad ſacerdotium perueniatur. Atqui de differentia inter Ordinem & Plebem, atque adeò de Ordinis ſacramento, ac ſingulis eius gradibus, vide ſupra Tom. Adnot. noſtr. ex lib. de Præſcript. aduerſ. hæret. c. 40. n. 247. & cap. 41. num. 267. 268. 269. 270. & 271. Item de eo quòd ſacerdotalis ſit officij offerre, Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. lib. de Cor. milit. cap. 3. num. 35.* (*vbi etiam de nomine Præpoſitorum ſeu Præſidentium*) & *lib. de Veland. virgin. cap. 9. num. 67. & 68. Denique quòd proprium etiam ſit ſacerdotis tinguere, ibidem num. 66. & Tom. 3. lib. de Præſcript. aduerſ. hær. num. 263. ac lib. de Bapt. cap. 17. num. 115. 116. & 117.*

40. Sed & vbi tres, Eccleſia eſt, licet laici, &c.] *Similia facus eſt ſupra lib. de Pœnitent. cap. 10.* In vno & altero eſt Eccleſia. *Verùm ibi loquitur de ſacerdote, apud quem ſiebat Exomologeſis, tamquam Eccleſiæ propoſitum. Hic adludere videtur: Vbi enim ſunt duo vel tres, congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Verùm ad hæreſin Montani videtur pertinere, quòd addat*: licet laici, *vtpotè in cuius ſectatores perſiſſimum competat illud lib. de Præſcript. aduerſ. hær. cap. 41.* Hodie presbyter qui eras laicus. Nam & laicis ſacerdotalia munia iniungunt. *Econtrario B. Cypriano teſte Epiſt. 69. ad Florentium Pupianum*: *Eccleſia plebs eſt ſacerdoti adunata, & paſtoris ſuo grex adhæret. Neque etiam in paucis eſt Eccleſia (ſicuti hinc colligunt Magdeburgenſes) ſed iuxta eundem lib. de Vnit. Eccleſiæ*: *Eccleſia in multitudinem latius incrementa ſecunditatis extendit, & Dominus luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, & ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit. Nec vero etiam diſſentio ab illo Auctore in libro priori bus, quos ante omnem hæreſin ſcripſit, quum Præſidentium meminit. Apolog. cap. 39. & lib. de Coron. milit. cap. 3. ac lib. de Bapt.* Antiſtitis, *denique* Epiſcoporum *ac* Præpoſitorum *dicto loco lib. de Monog. aliſque locis citatis ad lib. de Præſcript. cap. 32. num. 181. & cap. 41. num. 267. Quid? quòd etiam Eccleſiam tam ſua ætate apud omnes mundi nationes diffuſam fuiſſe fateatur ſupra Tom. 2. lib. adu. Iud. cap. 7. & 12. Valeant itaque Magdeburgenſes eum eterpli erique hæreticis, qui quum videant ſe diſſentire ab Eccleſia vniuerſali & catholica, ſeq; ſuctuare ſolere de paucitate fidelium in Eccleſia; non ſecus atque olim Donatiſta, qui in ſola Africa Eccleſiam eſſe contendebant; contra quos multis voluminibus diſputauit B. Auguſtinus; quo lectorem remittimus, vtpotè qui omnes aduerſariorum rationes lacriſſimè confutet, vbique docens catholicam eſſe & vniuerſalem Eccleſiam. Quam etiam agnouit Auctor lib. de Præſcript. aduerſ. hær. cap. 20. quum dicit*: Ilatim igitur Apoſtoli, primò per Iudæam, dehinc & in orbem profecti, Eccleſias apud vnam quamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ, ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutantur, vt Eccleſiæ fiant, *&c. Econtrario Auctor* Eccleſias hæreticorum, *qui de paucitate fidelium ſe gloriari ſolent, compe at & optiſſimè, veſperum ſauus, lib. 4. adu. Marc. c. 5. vbi* nos *& noſtras Adnotat. n. 44. Aliquin tus reposſumus iuxta Rhenani caſtigationem ex codice Gothenſi*: communicatur actione ſacerdotis, *pro eo quod ſubſtitutum erat*: ex communicatur, *quia illud legunt etiam 3. MS. Pariſ. codices. Eſt autem illud valde obſcurum, & quantum apparet mendoſum*: Ergo præſertre debemus ante, *&c. Pro quo Vatic. 3. legunt*: perferre, *& vnus ecrum*: aut, *pro*: antè, *ſed neceſſe ſatis faciunt. Ibi denique*: quum laicus qui ſemel fuerit maritatus, *accipitur*: ſemel, *pro*: ſemel dumtaxat, *id eſt non bis.*

CAP. VIII.

41. Liceat nunc denuò nubere, &c.] *Titulorem huic capiti impoſuimus*: Liceat denuò nubere, ſed non expedire; *pro quo Paraphraſtes ſi verba Auctoris, ſed non omnia pro ſalute. Mox autem clariùs, omiſſa hic voce*: ergo, *legeretur*: Quid autem magis velle debebis; quod bonum eſt quia liect, an quod bonum quia prodeſt? *ſed nolsumus tantam verborum mutationem facere.*

42. Licebat

42. Licebat & Apoſtolis nubere, & vxores circúducere, &c.] *Quum adludat ad illud 1. Cor. 9. Nunquid non habemus poteſtatem mulierem, Græce γυναῖκα, circumducere: iſtud, vſque ad*: Sed qui his vſus non eſt, *non ex perſona Auctoris dicta ſed eorum qui ſecundas nuptias inde vidébantur comprobare velle; ſatis manifeſtum ſit ex lib. ſeq. de monog. c. 8. vbi verba Apoſtoli trahit*: Nec enim (*inquit*) ſi penes Græcos communi vocabulo cenſentur mulieres & vxores pro cõſuetudinis facilitate (ceterùm eſt propriè vocabulum vxorũ) ideò Paulum ſic intelligetis dixiſſe: quaſi demonſtret Apoſtolos vxores habuiſſe. Si enim de matrimonijs diſputaret, *& c.* rectè videretur dicere: Non enim habemus poteſtatem vxores circunducendi, ſicut ceteri Apoſtoli & Cephas? At vbi ea ſubiungit, quæ de victuaria exhibitione abſtinentiam eius oſtendunt, dicentis: Non enim poteſtatem habemus manducandi & bibendi? non vxores demonſtrat ab Apoſtolis circunductas; quas & qui non habent, poteſtatem tamen manducandi & bibendi habeant; ſed ſimpliciter mulieres, quæ illis eodem inſtituto quo & Dominum comitantes miniſtrabant. *Quæ ipſa verba ad verbum penè deſcripſit B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin. in confirmationem adducens illud, quod legitur in emendatioribus exemplaribus*: *ſororem mulierem. Vnde colligit Clement Alexan. l. 3. Stromat. Apoſtolos qui vxores habuerunt, eas tamquam ſorores vſos. Quare vbi ante Magdeburgenſes, qui ex Tertulliano nituntur probare coniugia ſacerdotum quaſi Apoſtolica, & proinde facerdotibus licuerit nubere, & vxores ducere. Maxime quum ibid. præmittat*: Petrum ſolum inuenio maritum; per ſororum, *&c.* Ceteros, quum maritos non inuenio, aut ſpadones intelligam neceſſe eſt, aut continentes; *quod etiam deſcripſit B. Hieron. Eodem pertinent quæ habet Auctor infra cap. 10. & B. Hieron. etiam imitatur eſt*: Si quotidie omni momento oratio hominibus neceſſaria; vtique & continentia, quæ orationi neceſſaria ſit. *Quod, ei Petrum de Lucis prima facie dixiſſe videtur quante magis ministros altaris conuenit, quibus ſicuti Auctorem & B. Hier. ſimilitas ſcribit Innocentius Papa 1. Epiſt. 2. cap. 9.)* non ſolùm orandi, *ſed & ſacrificandi iuge eſt officium; nec aliter Epiph. her. 59. & B. Ambroſ. in Comment. Quo magis abſurdum credere, Tertullianum ſenſiſſe, quòd licuerit Apoſtolis, atque adeò ſacerdotibus nubere; maximè qui continentiam ſam fuerit addidit, vt illum amore in abſurdis. Montanus hæreſin Lapſus ſit. Et certè id ſibi licitum non fuiſſe, ipſi Apoſtoli plus ſatis indicarunt, alijs id interdicentes, quum Can. Apoſt. 26. ex non coniugatis ad Clerum euectis coniuges accipere volentibus, ſolùm id permittunt Lectoribus & Cantoribus ſuper quo Zonaras deſcripſit verbis adfirmat, ſi poſt ordinationem Preſbyteri, Diaconi & Hypodiaconi vxores ducant, à miniſterio remoueri. Quem canonem haud dubiè reſpicit Nicena 1. Synodus verbis paulòpoſt citatis, & B. Epiphan. aduerſus Montanum hær. 48. in hæc verba*: Deus honorat imprimis ſacerdoty chariſmata, per eos qui vel poſt vnas nuptias de incepto ſe à ſecundis abſtinent, vel in virginitate ætatem exigunt, & quemadmodum & Apoſtoli eius Eccleſiaſticum ſacerdoty Canonem ſanxit & velle ordine conſtituunt. Citant etiam eundem Patres Syn. 2. & 3. Carthag. can. 2. quum poſt contuentum indiſtanxit quì diuinis miniſtrant ſacramentis, adjicunt: vt, quod Apoſtoli tradiderunt, & à priſcis temporibus Eccleſia tenet, & nos ſeruemus. Ad eundem adludit Syricus Papa Epiſt. 4. quum de capitulo agens 80. in Synodo Epiſcoporum edito, quorum vnum eſt de celibatu ſacrorum Ordinum, ea dicit* Apoſtolica & pulchra conſtitutione conſtituta. *Denique & 6. Synodus capite 6. verba ipſa Canonis Apoſtolici inſerit. Poſt Apoſtolos idem interdixiſſum perpetuò perdurans. Idque imprimis in Eccleſia Latina, ſicuti ex prædictis teſtimonijs Patrum & Conciliorum patet, & præterea ex B. Cypr. Epiſt. 63. ad Pompon. de virginib. num. 16. Concil. Rom. ſub Syluestro Papa prima, Concil. Teleuſi alicubi, B. Hieron. Apolog. ad Pammach. & lib. adu. Vigilant. B. Auguſt. locis complurib., Sixto 3. lib. de caſtitate, Leone 1. Epiſt. 62. ad Anaſtaſium, Aratore in Act. Apoſt. c. 16. Cent. Tolet. 1. cap. 4. Conc. Agath. cap. 28. Conc. Antiſſiodor. cap. 21. Conc. Tolet. 2. c. 3. & 2. Aurel. 3. c. 1. Turon. 2. cap. 15. Tolet 3. cap. 5. Tolet. 4. cap. 26. & Tolet. 5. c. 4. Pelag. 2. Pap. B. Gregorio teſte, & ipſo B. Gregor. l. 1. Epiſt. 42. ac. 60. & lib. 3. Epiſt. 5. 34. Beda in Lucam, Zacheria Pap. Epiſt. ad S. Bonif. Vrbano 2. aliquibus, Calixto 2. verbis à Gratiano citatis dict. 27. cap. Presbyteri, Lucio 2. Epiſt. Gall. & Germ. ac Concilio Romano 110. Epiſcoporum ſub Gregorio 7. Denique ex Epiſtolis Petri Damiani ad Cunibertum Taurinen. ſeu Epiſcopum, ac Leonu Papæ none aduerſum Nicetam, & Liberij Humberti Cremamenſis eiuſdem Leonis legati ad Conſtantinop. litteranes, quos ſcripſit aduerſus eundem Nicetam, & aduerſus calumnias Michaëlis Patriarchæ; Vbi ex profeſſo hanc materiam tractant. In Eccleſia etiam Græca ſuis Orientalis, idipſum manifeſtum ſit ex Concil. Antyr. can. 10. Neocæſar. cap. 1. Actus Nicæni 1. & 6. Synodi in Trullo, item B. Cyrill. Hieroſ. catheche 15. Gregor. Nazianz. lib de Virgin. c. vlt. Epiphan. locis citatis, & Orat. de ſide catholi. & Apoſtol. Eccleſia, Mart. Bracarenſi 53. n. Grat. cap. 4. 5. Maximo lib. quæſt. Thalaſij, denique Nomecanone Photij Tit. 9. capite 29. apud Balſamonem, vbi etiat Nouellam Iuſtinians De permiſſu vel prohibitis matrimonijs ex lib. 1. Cod. Tit. 13. Quibus omnibus canonibus, qui poſt ordinationem vxorem duxerit, à Clero ejicitur. Verba reliquorum compendij gratia prætermittimus; hicdumtaxat adijcientes quod ex Actis Nicæni Conc. 1. & 6. Synodis citatumus, eo quòd quidam pro ſeilla citare non vereantur in contrarium. Alia Synodi Nicena ſic habent apud Sozratem hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. & Zonam lib. 1. cap. 23.* Quaproptet (*inquit in Synodo Paphnutium*) pro eo atque antiquitùs (*nempe ab Apoſtolorum ætate*) ſeruari ſolitum eſt, deinceps quoque obtinere oportet, vt qui ſacerdotalem ſuſceperint dignitatem cœlibes, poſtea quoque à coniugio abſtineant. *Sexte Synodi in Trullo Patres hanc abſimiliter c. 6. Quoniam (inquiunt) in Apoſtolicis Canonibus dictum eſt, eorum qui non ducta vxore in Clerum promouentur, ſolos Lectores & Cantores vxorem poſſe ducere, & nos hoc ſeruantes decernimus, vt deinceps nulli penitus Hypodiacono vel Diacono vel Presbytero, poſt ſui ordinationem cũiugium contraherelicet. Si autem fuerit hoc auſus facere, deponatur. Ceterum prorſus eodem pertinent teſtimonia omnia tam Graecorum quàm Latinorum de continentia Clericorum etiam à propria vxoribus, à nobis ſuprà citate Tom. 2. l. de Cultu ſanctor. cap. 9. num. 51. Si enim etiam à propria vxoribus continere oporteret, multo minus licuit nouas vxores ducere. Quamquam in Eccleſia Orientali non videtur ea continentia vbique ſeruata, quò pertinet illud Stephani Papæ, cap. alter. Diſt. 31. vbi in hoc (*non vero, vt calumniantur quidam, in matrimonia miniſtri altaris conceſſe*) aliam dicit eſſe Traditionem Eccleſiarum Orientalium quàm Occidentalium. Hæ paulò latiùs contra Magdeburgenſes. Potens verò Lector etiam conſulere Claudy Eſpencæi libro 4. de Continentia, & alios noſtri ſæculi eius dem argumenti tractatores quamplurimos. Hæc dumtaxat ad dictamina, quòd ſint hæc olim hæreſis Nicolaitarum, vtpotè qui nuptias omnibus, atque adeò etiam altaris miniſtris non modò concedebant, ſed etiam contendebant non licere illis abſque vxore eſſe. Deinde etiam condemnata in Touinano, qui B. Hieron. teſte ea nuptias prædicabat, vt virginitatis detrahteret. Denique etiam in Vigilantio, vt poté deque in hac verba B. Hieron. Pro neſas, Epiſcopi ſui ſceleris diuinitus habere conſortes, ſi tamen Epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant Diaconos, niſi priùs vxores duxerint nulli celibi credentes pudicitiam.*

43. Sed qui his vſus non eſt in occaſionem, &c.] *Hîc adludat ad ſequentia verba 1. Cor. 9.* Sed non vſi ſumus hac poteſtate, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti. *Atque hoc eſt quod dicet*: in occaſionem.

Cap. ix.

44. Abſtinentiæ præſtruxerit ſuperiorem, &c.] *Huic capiti inſcriptionem feemus*: Quòd optimum ſit mulierem non tangere. *Submelligit autem ſuperiorem* ſenſum *etiam Rhenano interprete*; *qui adpotat*, Non, *in eo quod ſequitur, accipi pro*: Nonne.

45. ſecundum matrimonium quaſi ſpeciem ſtupri, &c.]

CAP. VII.

36. Cur autem de pristinis exemplis, &c.] *Caput hoc inscriptissimum:* Quòd vnius matrimonij oporteant esse sacerdotes, tam in veteri quàm noua Lege. *Et vero etiam hoc repetit lib. 5. q. de Monog. cap. 7.*

37. Cautum est in Leutico: Sacerdotes mei non plus nubent, &c.] *Similiter infrà lib. de Monog.* Denique prohibet eadem (*nempe Lex in Leutico, ex qua præcedetia sumpserat*) Sacerdotes denuò nubere. *Quod interim peculiare est Auctori; neq; enim in Leuitico, immo nec in lege Moysi reperire licuit. Quid? quòd B. Hier. Epist. ad Oceanum planè contrarium scribat, nempe etiam sacerdotibus multarum vxorum patuisse arbitrium, si modo casti agi essent coniuges; ego verò, vti mendum subesse existimem, facit quod de Moyse idipsum præmittat; cuius tamen non nisi vnius vxoris fit mentio in Pentateucho, quem adeò etiam Auctor infrà lib. de Monog. c. 8. inter monogamos enumerat. Disputet curiosus Lector, anne post illud Leuitici 21. Mulierem meretricem & profanam & mulierem repudiatam à viro suo non accipient, edem additum fuerit; & non plus nubent; seu, denuò non nubent; aut inxta etiam nonnullos Symmachi seu Theodotionis illud aliter nempe hoc modo, translatum fuerit. Maximè; quum quod citat de filia sacerdotis, vt denuò non nubat, dicto loco infrà Auctor, & post eum B. Hieron. lib. 1. contra Iouin. multo aliter legatur apud* LXX. *qui hodie exstant.*

38. vnius matrimonij esse oportere, quos adlegi liceat in ordinem sacerdotalem, &c.] *Relitè adnotauit Dn. Ioannes Harrisius Anglus mutilum fuisse locum, vti subintelligatur:* liceat; *quod adeò contextui adeò simus eo quod eadem voce mox Auctor vtatur. Ex eiusdem etiam conscitu ea stigamus:* vsque adeò quosdam meimi digamos loco deiectos; *& prorsus iuxta sensum Auctoris, omissa nō, particula legimus:* Sed dices: Etgo cetetis (*nempe Laicis, vel Rhenano interprete*) licet; quum quibus non liceat excipit. *Adludit autem ad illud Apostoli 1. Tim. 3. & Tit. 1. vnius vxoris virum, tum hic, tum lib. de Monog. c. 11. & 12. Item supra lib. 1. ad Vxor. c. 7. hu verbie, quibus etiam Apostoli explicat:* Disciplina Ecclesiæ & præscriptio, &c. Apostoli digamos non sinit præsidere. *Verim in eo falli seruisse Catheros Epiphan. her. 59. quòd que ad sacerdotum traditas sunt propter eminentiam celebrationis sacrorum, ea ad omnes aqualiter referri putent. Vbi late etiam tractat de secundis nuptiis laicorum prohibitis, sicuti etiam contra Montanum, her. 48.*

39. Nonne & laici sacerdotes sumus, &c.] *Quum istud probet scriptura Apoc. 1.* Regnum nos & sacerdotes Deo & patri suo fecit; *minimè istud faucre poterit Lutheri hæresi, qui omnes laicos facit sacerdotes; sed ita intelligi debet, quòd Reges & sacerdotes spirituales, fideles omnes censeantur, vtpote qui sacrificia spiritalia offerunt; alioqui eodem argumento posset quis concludere, omnes Reges esse. Quam suam sententiam satis indicat verbis sequentibus Auctor:* Differentiam inter Ordinem & plebē constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinis consessum sanctificatus à Deo. Vbi Ecclesiastici ordinis est consessus (*sic enim prorsus castigamus, etiam hic omissa negandi particula non,*) & offert & tinguit (*sic iterum Tertullianus more, pro:* tingit, *maximè quum paulò post legatur:* tinguis) laicerdos qui est ibi solus. *Item ex qua persona talequid dicat, explicat lib. de Monog. am. cap. 12.* Sed (*inquit*) quum extollimur & inflamur aduersus Clerum, tunc vnum omnes sumus, tunc omnes sacerdotes, quia sacerdotes nos Deo & patri fecit. Quum ad perexquationē disciplinæ Sacerdotalis prouocamur, deponimus infulas, & pares sumus; *sæpe supra, indicam propterea laicos sacerdotes dici, quod ad disciplinam sacerdotalem teneantur. Quò pertinet etiam, quod (verbis ob seueritatem, & quantum apparet corruptis, & his superflua repetitis, hic sequitur:* Igitur si habes ius sacerdotis, &c. *& quod apertius est:* Dicam, omnes nos Deus ita voluit dispositos esse, vt vbique sanctiones eius obeundi sit disciplina. Vsque adeò nisi laici ea obseruent, per quæ presbyteri adlegantur; quomodo erunt presbyteri qui de laicis adlegi untur? *Atque hoc est quod Auctorem interpretatus scribit B. Hieron. vbi suprà:* Quamquam lege sacerdotali teneatur & laicus, qui talem præbere se debet, vt possit eligi in sacerdotium. *Non autem eligitur, si digamus fuerit, porrò eligunturque laici in sacerdotes; ergò & laicus tenetur mandata, per quæ ad sacerdotium perueniunt. Atqui de differentia inter Ordinem & Plebem, atque adeò de Ordinis sacramento, ac singulis eius gradibus, vide supra Tom. 3. Adnot. nostras in lib. de Præscript. aduersus haret. c. 40. n. 247. & cap. 41. num. 267. 268. 269. 270. & 271. Item de eo quòd sacerdotalis sit officij offerre, To. 2. lib. de Orat. num. 1. lib. de Cor. milit. cap. 3. num. 35.* (*vbi etiam de nomine* Præpositorum *seu* Præsidentium) *& lib. de Veland. virgin. cap. 9. num. 67. & 68. Denique quòd proprium etiam sit laicerdotis tinguere, videsis num. 66. & Tom. 3. lib. de Præscript. aduers. haer. num. 163. ac lib. de Bapt. cap. 17. num. 115. 116. & 117.*

40. Sed & vbi tres, Ecclesia est, licet laici, &c.] *Similis locus est supra lib. de Pœnitent. cap. 10.* In vno & altero est Ecclesia. *Verùm ibi loquitur de sacerdote, apud quem fiebat Exomologesis, tam quam Ecclesiæ præpositum. Hic adludere videtur: Vbi enim sunt duo vel tres, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Verùm ad hæresin Montani videtur pertinere, quòd addat:* licet laici, *vtpote in cuius sic talem potissimùm competat illud lib. de Præscript. adu. haer. cap. 41.* Hodie presbyter qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munia iniungunt. *Econtrario B. Cyprianus teste Epist. 69. ad Florentium Pupianum:* Ecclesia plebs est sacerdotis adunata, *& pastori suo grex adhærens. Neque etiam in patru est Ecclesia (sicuti hinc colligunt Magdenburgenses) sed iuxta eundem lib. de Vnit. Ecclesiæ: Ecclesia in multitudinem latius incrementa fœcunditatis extendit, & Domini luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit, & rames suos in vniuersam terram copia vbertate extendit. Nec verò etiam dissentit ab illo Auctor in libro prioribus, quos ante omnem hæresin scripsit, quum* Præsidentium *meminit Apolog. cap. 39. & lib. de Coron. milit. cap. 3. ac lib. de Bapt.* Antistitis, *denique* Episcoporum *ac* Præpositorum *dicto loco lib. de Monog. aliisque locis citatu ad lib. de Præscript. cap. 32. num. 181. & cap. 41. num. 267. Quid? quòd etiam Ecclesiam iam fusa ate aput omnes mundi nationes diffusam fuisse fateatur supra Tom. 2. lib. adu. Iud. cap. 7. & 12. Valeant itaque Magdenburgenses cum ceteris plerisque hæreticis, qui quum videant se dissentire ab Ecclesia vniuersali & catholica, sese iactitare solent de paucitate fidelium in Ecclesia; non secus atque olim Donatista, qui in sola Africa Ecclesiam esse contendebant; contra quæ multis volumnibus disputauit B. Augustinus; sed Ecclesiam remittimus, vtpote qui omnes aduersariorum rationes latissimè confutet, vbique decens catholicam esse & vniuersalem Ecclesiam. Quam etiam aquuit Auctor lib. de Præscript. aduer. her. cap. 20. quum dicit:* Itatim igitur Apostoli, primò per Iudæam, dehinc & in orbem profecti, Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & semina doctrinæ, ceteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, vt Ecclesiæ fiant, *&c. Econtrario Auctor* Ecclesias hæreticorum, *qui de paucitate fidelium fere gloriari solent, temperat & aptissimè, vel parum fause, lib. 4. adu. Marc. c. 5. vbi vide & nostras Adnotat. n. 44. Atquin ut sus reposuimus iuxta Rhenani castigationem ex edit. Gorlensi:* communicatur actione sacerdotis, *pro eo quod substitutum erat:* ex communicatur, *quia illud legunt etiam 3. MS. Vatic. edicet. Est autem illud valde obscurum, & quantum apparet mendosum:* Ergo præterre debemus ante, *&c. Pro qua Vatic. 3. legunt:* pertetre, *& vnus eorum:* aut, *pro:* antè, *fed necessi satisfaciunt. Ibi denique:* quàm laicus qui semel fuerit maritatus, *accipitur:* semel, *pro: semel dumtaxat, sed est non bis.*

CAP. VIII.

41. Liceat nunc denuò nubere, &c.] *Titulum huic capitis imposuimus:* Liceat denuò nubere, sed non expediret; *pro quo Præpharetræ* ut *vertit Auctor,* sed non omnia pro salute. *Mox autem clariùs, omissa hic voce:* ergo, *legeretur:* Quid autem magis velle debebis; quod bonum est quia licet, an quod bonum quia prodest? *sed nolumus tantam verborum mistationem facere.*

42. Licebat & Apostolis nubere, & vxores circúducere, &c.] *Quum adluxas ad illud 1. Cor. 9. Nunquid non habemus potestatem mulierem, Græcè γυναῖκα, circumducere? illud, vsque ad:* Sed qui his vsus non est, *non ex persona Auctoris dicit, sed eorum qui secundas nuptias inde vxoribus contrahere volebant, satis manifestum sit ex lib. 5. de monog. c. 8. vbi verba Apostolis tractans:* Nec enim *(inquit)* si penes Græcos communi vocabulo censentur mulieres & vxores pro cõsuetudinis facilitate(ceterum est propriũ vocabulum vxorũ) idcò Paulum sic interpretabitur: quasi demonstret Apostolos vxores habuisse. Si enim de matrimonijs disputaret, & exactè videretur dicere: Non enim habemus potestatem vxores circunducendi, sicut ceteri Apostoli & Cephas? At vbi ea subiungit, quæ de victuaria exhibitione ablimentiam eius ostendunt, dicentis: Non enim potestatem habemus manducandi & bibendi? non vxores demonstrat ab Apostolis circunducẽas; quas & qui non habent, potestatem tamen manducandi & bibendi habent; sed simpliciter mulieres, quæ illis eodem instituto quo & Dominum comitantes ministrabant. *Quæ ipse verba ad verbum pene descripsit B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin. in confirmationem ad ducens illud, quod legitur in emendationibus exemplarium: ferrem mulierem. Vnde elliqit Clemens Alexan. l. 3. Stromat. Apostoli qui vxores habuerunt, ea tamquam sororibus vsos. Quare valeant Magdenburgen ses, qui ex Tertulliano nituntur probare coniugia sacerdotum, quasi Apostolus, & proinde sacerdotibus licuerit nubere, & vxores ducere. Maximè quum ibid. pramittat:* Perrum solum inuenio maritum; per socrum, *&c.* Ceteros, quum maritos non inuenio; aut spadones intelligam necesse est, aut continentes; *quod etiam describit B. Hieron. Eodem pertinent quæ habet Auctor infra cap. 10. & B. Hieron. etiam imitatus est:* Si quotidie omni momento oratio hominibus necessaria; vtique & continentia, quæ orationi necessaria sit. *Quod, ut testatur de laicis prima facie dixisse videtur; quamvis magis in ministros altaris conueniat, quibus (sicut Auctorem & B. Hier. imitatus scribit Innocentius Papa 1. Epist. 2. cap. 9.) non solum orandi, sed & sacrificandi huge est officium; nec aliter Epiph. hær. 59. & B. Ambros. in Comment. Quo magis absurdum credere, Tertullianum sensisse, quòd licuerit Apostolis, atque adeò sacerdotibus nubere; maxime qui continentiæ tam fuerit addictus, veillum amore in absurdis. Montani hæresin lapsus sit. Et certè si sibi licuisum non fuisse, ipsi Apostoli plus satis indicarunt, alijs dinterdicentes, quum Can. Apost. 26. ex non coniugatu ad Clerum euectis coniuges assipere volentibus, solu id permittunt Lectoribus & Cantoribus super quæ Zonaras dicerit verbis adfirmat, si post ordinationem Presbyteri, Diaconi & Hypodiaconi vxores ducant, & ministerio remuneri. Quem canonem haud dubiè respicit Nicena 21. Synodus verbis paulopost citatis, & D. Epiphan. aduersus Montanum hær. 48. in hac verba: Deus honorat imprimis sacerdoty charismata, per eos qui vel post vnas nuptias denuptas sæ secundæ abstinent, vel in virginitate atatem exigunt, & quemadmodum & Apostoli eius Ecclesiasticum sacerdoty Canonem sanctè & rectè ordine constituerunt. Citant etiam eundem Patres Syn. 2. & 3. Carthag. can. 2. quum post continentiam indictam sic quis diuinis ministrant sacramentis, adiicunt: vt, quod Apostoli tradiderunt, & à prisco temporibus Ecclesia tenuit, & nos seruemus. Ad eundem adludit Syricius Papa Epist. 4. quum de capitulis agens 80. in Synodo Episcoporum editis, quorum vnum est de cœlibatu sacrorum Ordinum, ea dicit* Apostolica & pulchra constitutione constituta. *Denique & 6. Synodus capite 6. verba ipsa Canonis Apostolici interserit. Post Apostolos idem interdictum perpetuò perdurauit. Idque impressè in Ecclesia Latina, sicuti ex prædictis testimonijs Patrum & Conciliorum patet, & præterea ex B. Cypr. Epist. 63. ad Pompon. de virginib. num. 16. Concil. Rom. sub Syluestro Papa primo, Concil. Telensis alicubi, B. Hieron. Apolog. ad Pammach. & lib. adu. Vigilant. B. August. locis complurib us, Sixto 3. lib. de cathisate, Leone 1. Epist. 62. ad Anastasium, Aratore in Act. Apost. c. 16. Conc. Tolet. 1. cap. 4. Conc. Agath. cap. 28. Conc. Antissiodor. cap. 21. Conc. Tolet. 2. c. 1. & 2. Autel. 3. c. 1. Turon. 2. cap. 15. Tolet 3. cap. 5. Tolet. 4. cap. 26. & Tolet. 5. c. 4. Pelag. 2. Pap. B. Gregorio teste, & ipse B. Gregor. l. 1. Epist. 42. ac. 60. & lib. 3. Epist. 5. 34. Beda in Lucam, Zacharia Pap. Epist. ad S. Bonif. Vrbane 2. alicubi, Calixto 2. verbis à Gratiano citatis dist. 27. cap. Presbyteri, Lucio 2. Epist. Gall. & Germ. ac Concilio Romano 110. Episcoporum sub Gregorio 7. Denique ex Epistolis Petri Damiani ad Cunibertum Taurinensem Episcopum, ac Leonis Papæ none aduersus Nicetam, & liberti Humberti Cremanensis ejusdem Leonis legati ad Constantinop. licentiatum, quæ scripsit aduersus eundem Nicetam, & aduersus calumnias Michaelis Patriarchæ. Vbi ex professo hanc materiam tractant. In Ecclesia etiam Græca siue Orientali, idipsum manifestum fit ex Concil. Ancyr. can. 10. Neocæsar. cap. 1. Actis Nicenis 1. & 6. Synodis in Trullo, item B. Cyrill. Hierof. catheches. 7. Greg. Nazianz. lib de Virgin. c. vlt. Epiphan. locis citatis, & Orat. de fide cathol. & Apostol. Ecclesia, Mart. Bracarensis 32n. Grac. cap. 4. 5. Maximus lib. quæst. Thalassij, denique Nomocanone Photij Tit. 9. capite 29. apud Balsamonem, vbi citat Novellam Iustiniani De permissis vel prohibitis matrimonijs ex lib. 1. Cod. Tit. 13. Quibus omnibus canonibus, qui post ordinationem vxorem duxerit, à Clero ejicitur. Verba relinquntur compendij gratia prætermittimus; hic dumtaxat adijcientes quod ex Actis Niceni Conc. 1. & 6. Synodi citatis nunc, eo quòd quidam pro scilla citare non verearitur in contrarium. Alia Synodi Nicena sic habent apud Socratem lib. 5. Eccles. lib. 1. cap. 11. & Zonam lib. 1. cap. 23.* Quapropter *(inquit in Synodo Paphutium)* pro eo atque antiquitùs *(nempè ab* Apostolorum *ætate)* seruari solitum est, deinceps quoque obtinere oportet, vt qui sacerdotalem susceperint dignitatem cœlibes, postea quoque à coniugio abstineant. *Sexta Synodi in Trullo Patres hanc absimiliter c. 6.* Quoniam *(inquiunt)* in Apostolicis Canonibus didtum est, eorum qui non ducta vxore in Clerum promouentur, solos Lectores & Cantores vxorem posse ducere, & nos hoc setuantes decernimus, vt deinceps nulli penitus Hypodiacono vel Diacono vel Presbytero, post sui ordinationem cũiugium contrahere liceat. Si autem fecerit hoc ausus facere, deponatur. *Ceterum prorsus eodem pertinent testimonia omnia tam Græcorum quàm Latinorum de continentia Clericorum etiam à proprijs vxoribus, à nobis suprà citata Tom. 2. l. de Cultu fœmin. cap. 9. num. 31. Si enim etiam à proprijs vxoribus continere oportuerit, multo minus licuit nouas vxores ducere. Quamquam in Ecclesia Orientali non videtur ea continentia vbique seruata, quò pertinet illud Stephani Papæ, cap. aluter. Dist. 31. vbi in hoc (non vero, vt calumniantur quidam, in matrimonio ministris altaris concessa) aliam dicit esse Traditionem Ecclesiarum Orientalium quàm Occidentalium. Hæc paulo latiùs contra Magdenburgenses. Potest verò Lector etiam consulere Claudij Espencæi libro 4. de Continentia, & alios nostri sæculi eiusdem argumenti tractatores quamplurimos. Hoc dumtaxat adjiciamus, quòd fuit hæc olim hæresis Nicolaitarum, vtpotè quæ nuptias omnibus, atque adeò etiam altaris ministris non modo non reiebebant, sed etiam contendebant non licere illis absque vxore esse. Deinde etiam condemnata in Iouiniano, qui B. Hieron. teste ea nuptias prædicabat, vt virginitati detrahteret. Denique etiam in Vigilantio, vt pote de quo in hac verba B. Hieron. Pro nefas, Episcopus fusceleris dicuntur habere ecnfortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius vxores duxerint nulli talibi credentes pudicitiam.*

43. Sed qui his vsus non est in occasionem, &c.] *Hic adludit ad sequentia verba* 1. Cor. 9. Sed non vsi sumus hac potestate, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. *Atque hoc est quod dicit:* in occasionem.

Cap. ix.

44. Abstinentiæ præstruxerit superiorem, &c.] *Huic capiti inscriptionem fecimus:* Quòd optimum sit mulierem non tangere. *Subintelligit autem superiorem sensum etiam Rhenano interprete; qui adnotat,* Non, *in eo quod sequitur, accipi pro:* Nonne.

45. Secundum matrimonium quasi speciem stupri, &c.]

Nempè: esse, vti idem adnotauit. Eodem sensu mox dixit: fluxit adfine. *Atqui ad hunc locum haud dubiè respexit B. Augustin. lib. de hæresibus, quum dixit: Tertullianum* nuptias secundas tamquam stupra damnasse, *vbi quum addit: contra doctrinam Apostoli, videtur id ex professo fecisse, vt intelligat Lector, perperam hic prosecutas Apostolum ab Auctore. Nam neque illud 1. Corinth. 7.* matitos hoc in sollicitudinem habere, quomodo sibi (*id est vxoribus, non nouo modo,* sibi *vsurpat*) placeant; *neque etiam quod paulopòst citat:* Optimum est homini mulierem non tangere, *facit ad comprobationem eius, quòd matrimonium sit formicatio siue* fluxum, *vti mox suo loquitur Auctor:*

46. nam vt bonam sollicitudinem non subleuaret, &c.] *Id est, inquit Rhenan.*) *non prohiberet eam sollicitudinem quæ de morbis est, vtpotè bonam. Verùm quùm ea vocis illius significatio alibi nusquam legatur, puto potius legendum:* eleuaret, *id est, verbi mineret & deprimeret. Atque quòd illud legenti etiam M.S.3. Vatic. mihi immutare voluit.*

47. Qui viderit, inquit) mulierem ad concupiscendum eam, iam stuprauit eam, &c.] *Etiam hoc ad hæresin Auctoris pertinet, quòd stupra accuset* qui viderit mulierem ad ducendum eam. *quia si id verum sit non solummodò secundas, sed & primas nuptias, vti ipse etiam confitetur,* destrueret. *Verùm de hoc latiùs inter Prolegomena. Hic dumtaxat dicendum, quum matrimonium (vel ipse Auctor esse eompluribus in locis) sanctum sit, non peccare qui mulierem ad ducendum viderit, cum enim finis bonus est, etiam concupiscentia illius bona sit necesse est. Vide eadem de re lectum similem lib. de Monog. 6.10. & excusationem, quamquam frivolam, Auctoris ibid. c.14.*

48. Ceterùm veteris indulgentiam, &c.) Vtor, *inquit Rhenanus*) *cum Accusatus,* Vt *& infrà cap.12.* Itaque hoc primum (*scilicet matrimonium*) diutius vti volunt.

49. de summo illo inuxoræ virginitatis gradu, &c.] *Nihil, inquit idem*) *suffragantibus exemplaribus, pro* iunxere *verbo, quod hic locum non habet, substitui tamen compositum dictionem* inuxorè. *Nam, ni fallor,* inuxora *virginitas est Tertulliano, quam ἀγαμίαν Græci vocant. Atqui etiam illud ad verbum penè descripsit B. Hieron. Epist. ad Ageruchiam de Monog. Quæ hortationis expressit: vt tunc sit finis nubendi, quando terminus vitæ, pro eo quod nunc apud Auctorem legitur:* Et quando finis nubendi? credo post finem subandi. *Quo sit vt existimem, hic aliquid aliud scriptum fuisse ab auctore, forte: vtuendi, maximè quùm in tribus Vatic. MS. cod. legatur (quamquam etiam mendosè) iterum:* nubendi, *penè eorundem litterarum dictio.*

50. & nubentes ab vltimo die deprehendamur, &c.] *Idem penè scribit B. Hier. in exemplum Sodomæ & Gomorræ* ab vltimo die deprehendamur nubentes, & nuptui tradentes. *Et verò coniungit Auctor vnusquisque scripturas Matth. 24. cum exemplo Sodomæ & Gomorræ, sumtis etiam insuper à lib. de Monog. c.16. & suprà l.1. Ad Vxorem cap.5. de quo hic vide Adnot. nostras n.33.*

Cap. x.

51. Renuntient tandem carnalibus fructibus, &c.] *Caput hoc inscriptionis:* Quòd quibus quotidie oratio necessaria vtique & continentia. *Quod ipsum penè ad verbum transcripserunt BB. Hieron. Ambros. Epiphan. Innocent. Pap. t. Syricius Papa & Beda, locis suprà citatis num. 42. Supplemimus autem iuxta t. adsimem iterum ex MS. Vaticanis 3.* O te felicem, amisisti debitorem, vt ac fœlicem *referatur id quod sequitur:* lucrù sentientem. *Est verò valdè obscurum illud:* Manga fubstantiam neceſſitatis parſimoniæ carnis ſeruientis adquirens; *pro quo t. duobus & 1. MS.* parcimonij carnis fœuientis, *aly duo:* partimonij carni fœuientis; *sed neq; illa satisfaciunt. Atqui Rhen. illud:* quum sua fœmina ceſſat, *interpretatur, qua abſtinet a congreſſu, ſeu potius petendo debito, cuius pauloprius fecit mentionem.*

52. Si Psalmum canit, &c.] *Loquitur iuxta primitiuæ Ecclesiæ morem, cuius meminit non semel, & maximè 1. Cor.14. Apostolum, quo* Psalmi *canebantur in Ecclesia à fidelibus viris. Eodem refertur illud quod ex Plinio ad Traianum refert Auctor Apologet. cap.2. de cœtib. antelucanis ad canendum Deo & Christo, & illud de cœtu fidelium cap. 39.* prouocatur in medium Deo canere. *vbi de cantu Psalmorum & hymnorum ab Apostolis instituto contra Magdeburgenſium columnias latiùs in Adnot. nostros num.* 520.

53. Cum sancto sanctificaberis, &c.] *Sic prorsus lego, tum quod sequatur:* innocens eris, *& :* electus eris, *tum quòd illud Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, & Latinè legatur iuxta editionis omnes Psal.17. Ibi autem:* vt Deo dignum fructum, *subintelligo debes haud dubiè: adferam, aut quid simile; vbi etiamsi vox obsoleta:* efqualentiæ, *vti adsito Lugd.un. sine* exqualentiæ, *iuxta codices Basilienses, de qua nihil etiam adiugit Rhenan.*

54. sapere secundum carnem, mors est, &c.] *More suo sensum magis quàm verba Apostoli exprimit Rom. 8. & in hoc differt, quòd legat :* secundum spiritum verò sapere, vita æterna sit, *quum ibi legatur: vita & pax est, addens alunde:* In Christo Iesu Domino nostro. *Mox autem & antea & post MS.3. Vatic. sed legunt:* in vnius nuptijs, *sed magis placet* vnoquè: in vnis nuptijs. *quare hic retinuimus. Arctiùs gamus ibidem:* in nos caro exercetur, prę: carnis.

Cap. xi.

55. Duplex enim iste rubor est, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Duplicem verecundiam esse in duabus vxoribus. *Tractatur autem idipsum lib. de Monog. cap.* 10. *Vxorem verò* vnam spiritu, *intelligit eam quæ desuncta est,* carne aliam, *quæ adhuc superstes est.*

56. pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas, &c.] *Eodem pertinet illud:* & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem; *item quod loco iam citato legatur:* Eiuiuere & pro anima eius orat, & refrigerii interim adpositulat ei, & offert annuis diebus dormitionis eius. *Reſte autem adnotat Rhenan. hunc Veterum consuetudinis meminisse Auctorem lib. de Coron. milit. nempè cap.3. in hac verba:* Oblationes pro defunctis, *vbi vide Adnotat. nostras num.36. & in S. Cypr. quem etiam illic citat Epist. 66. num.13. Reſte autem dixitur:* offeres per sacerdotem, *quia solus sacerdotis, non verò laicorum, est* offerre sacrificium, *sicuti paucis adtigimus suprà num.39. Denique reſte etiam adnotauit Rhenanus Ieroniam esse, quum dicitur :* postulabis tibi & vxoti castitatem.

Cap. xii.

57. Scio quibus excusationibus coloremus, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus :* De variis excusationibus pro fecundis nuptijs. *In quo ad verbum ferè Auctorem imitatur Beatus Hieronymus Epist. superdicta de Monog. & sub finem lib.1. adu. Iouin. Ipse verò Auctor eadem penè habet suprà lib.1. ad Vxorem cap.5. & infrà lib. de Monog. cap.16.*

58. clauus custodiendus, &c.] *De clauis quæ vxoribus committuntur, circa Dn. Latinium B. Ambros. Epist.65. ad Syagrium Vicar. Epist. ac Ciceron. Philipp.2. quod in diuortio admi solent. Reſte autem adnotauit Rhenanus ibi:* Seilicet solis matitorum domibus benè est, *& in sequentibus, esse tyrannum. Accipitur verò* terrarum) Non *hic, pro* Nonne, *& certis proinde locis legi debuit pro eraepro:* Num, *sed sensui sequentium verborum magis conuenit lectio Vatic.3. MS.* Nunc & confortium *&c. sine interrogationis notatione: quibus etiam legimus :* exhærediauit, *pro :* exhæreditauit, *&* Vt ergo quis, *pro:* quid ; *vbi* Vt, *accipitur pro:* Cur. *Quæ verò sequitur periodus:* Itaque hoc primum, *&c. obscura est, & quantum apparet mendosa, sed mederi non licuit, quòd similiter legant MS. nec ex loco simili suprà, eaſtigari potuerit.*

59. ne templa derelinquantur, &c.] *Loqui Auctorem de templis ethnicorum patet ex eo quòd sequitur:* ne modo non sint (*nam sic supplemus ex 3. Vatic. MS.*) qui exclament: Christiani ad bestias; *quod sic fi bat in effectu ubi ſicuti patet Lauſd. ſtatuli*

Tom. 2. cap. 27. num. 196. Et verò morio fuit Veteribus: templa *ethnicis adtribuere, Eccleſiæ Chriſtianæ, ſicuti etiam adnotauimus ſuprà lib. de Idol. cap. 7. num. 29. ſub finem.*

60. Ad quos ſuſcipiendos legibus compelluntur homines, &c.] *Hocipſum, inquit, Rhenanus, aliis verbis dixit lib. ad Vxorem 1. (nempè c. 5.)* quæ etiam à gentilium prophanis vitantur, quæ legibus locantur. *Quo Lectorem remittimus ad Annotat. noſtras nu. 31. & ad Apolog. cap. 4. num. 52. & infrà quoque lib. de Monog.*

61. quia ſapiens quique numquam libens filios deſideraſſet, &c.] *Legimus* quique *ex 3. Mat. ced. more Tertullianico, pro*: quiſque. *Adludit autem aureolum Theophraſti librum de Nuptijs, in quo definit, non eſſe vxorem ducendam ſapientis, cuius totius argumentum late proſequitur B. Hieron ſub finem lib. 1. adu. Iouin.*

62. Puto nobis, &c.] *Ibi*: naſcentem, *ſubaudiatur: tam. Huius formulæ multas orationes tam in Tertullianis præcedentibus libru paſſim indicauimus, vſque ad faſtidium. Similiter* nobis, *ſcilicet Chriſtianis.*

Cap. xiii.

63. Ad hanc meam contentionem, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: De exemplis Monogamiæ apud ethnicos. *Quæ ipſa videre eſt partim ſuprà l. 1. ad Vxor. cap. 6. & 7. partim infrà lib. de Monog. ca. vlt. & eadem pene omnia deſcripſit etiam B. Hieron. Epiſt. ſapeddila & lib. 1. adu. Iouin.*

64. vniuira pronuba, &c.] Pronuba, *teſte Donato ex parte vxoru nuptiis præcunda & comitanda præerat: ſicut* Auſpex (*cuius etiam hic meminit Auctor*) *ex parte viri; ſic dictus (quaſi auſpicia ſic dicta, quaſi auſpicia*) *pro nuptijs ex votato animum captare ſoleret.*

65. Certè Flaminica non niſi vniuira eſt, &c.] *Prorſus ſic caſtigauimus ex 3. Mſ. Vaticano cod. antea etiam admonito ab Harriſio & Latino, pro*: Flaminia, *tum quòd illud legatur infrà l. de Monog. & apud B. Hier. loco priori, iuxta quæ nunc caſtigatus eſt à* Victorio, *tum quòd diſtinguat Gellius lib. 10. c. 15. inter* Flaminicam *Flaminæ vxorem, &* Flaminiam Flaminis Dialis domum. *Legimus item*: quæ Flaminis lex eſt, *pro*: Flaminia, *nam hoc eſt quod ſequitur de* Pontifice Maximo, *id eſt*, Flamine. Nam duo ipſi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet; *de quo lib. de Monog. latius.*

66. qua diabolo qui antiſtant, &c.] *Non ignorat, inquit Rhenanus, Lector pro*: quidam ſtant, *ſuppoſuiſſe nos*: antiſtant; *vt ſis*: antiſtant, *pro Antiſtites agunt, Deorum ſeilicet Geniſium.*

67. nunc virginitate, nunc viduitate euitant, &c.] *Inuitus, inquit idem, ab exemplarium lectione diſcedo, ſed tamen hic pro*: periurant, *auſim ſum ſcribere*: euirant. *Cuius mutationis hæc eſt ratio. Videbam verbum* periurant *hic non habere locum; deinde memineram adnotaſſe Eraſmum noſtrum in ſcholijs ad Geronſtium, in vetuſtis Hieronymi codicibus legi: Hierophanta apud Athenas* euirat *virum. Veſtis figura Gratiæ*: euirat *virum, id eſt ſecundum virum, &* euirat *accipiatur abſolutè, pro deſinit agere virum. Hinc indultus ſum vt hic loco pro*: periurant, *ſuppoſuerim* euirant. *Nec dolli improbabunt, vt ſpero. Siquidem Tertull. imitatus eſt. B. Hieron. Quod verò dicit hic*: nunc virginitate, nunc viduitate euirant *idem ſcripſit lib. de Præſcript. cap. 40. de diabolo Dei æmulatore*: Habet, *inquit*, & virgines, habet & continentes.

68. Noueram Virgines Veſtæ, &c.] *De hiſ idipſum habes ſuprà & infrà, & apud B. Hier. vtroque loco. Vide etiam Adn. noſtras ad l. iam dictum 1. ad Vxor. n. 6. n. 40.*

69. & Iunonis apud Achaiæ ganeum, &c.] *Prorſus hic adyciendum fuit*: & Iunonis; *nam præterquàm quòd* Veſta *non fuerit agnita in* Achaia, *ſupra ſic loquitur Auctor*: Achæ Iunoni apud Ægiam oppidum virgo ſortitur, *& infrà*: Iunonis Achaicæ, *& B. Hieron. priori loco*: Iunonis Achiuæ, *de quo vbi ſuprà num. 41. Hinc autem patet hallucinari Rhenan. in coniectura, qua coniecit legendum*: apud Achatneſes.

70. & atrocis apud Delphos, &c.] *Suchabent, inquit Rhenanus, exemplaria. Catonem vocat Horatius* atrocem, *hoc eſt conſtantem, vt exponit Acron Grammaticus. Anhoebe Pythy epitheton propter conſtantiam in conſiciendo dracone, neſcio. Necliquet an ἀτρεκὲς, quod verum ſignificat, quo vocabulo Pindarus vtitur, mutatum ſit in* atrox. *Cui correſpondet illud, quòd infrà vocet hæc* virgines Apollinis Pythij, *vbi de eis latius, ſicuti etiam de* Mineruæ ac Dianæ virginibus, & Tauri illius Ægyptij Antiſtibus.

71. fœminas verò Cereris Africanæ, &c.] *De hiſ videſupra lib. 1. ad Vxor. noſtras Adn. num. 43. An ad eaſdem adludat B. Hieron. dum priori loco ſcribit matronas trecentas Gentis Thentoniumquem captiuitate condiſſione Conſulis ſe tradendas dediſſent, deprecatas vt templo* Ceteris *in ſeruitium traderentur; diſſentiat Lector curioſus. De* Didone *vero vide ſuprà Tom. 2. Apolog. cap. vlt. num. 612. De* Lucretia *verò Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 4. num. 47. Vtrumque etiam meminit Auctor ſuprà & infrà, & vtroque loco B. Huron.*

72. Quantæ igitur & quæ in Eccleſijs ordinari ſolent, &c.] *De ijs loquitur, quarum meminit Apoſt. 1. Tim. 3. Mulieres ſimiliter pudicas, &c. & Tit. 2. Anus ſimiliter in habitu ſancto, vbi Græce eſt* πρεσβύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. *Denique 1. Tim. 5. Viduæ eligatur non minus 60. annorum. Sic enim Apoſtolum interpretatur non ſemel B. Epiphanius; obſeruans interim appellari* πρεσβύτιδας, *non* πρεσβυτέρας; *ne quis exiſtimaret, aliquia munere ſacerdotali ac illue to Eccleſiæ adminiſtrari poſſe; Contra quam ſuprà docuimus Tom. 3. ad lib. de Præſcript. adu. hæret. cap. 41. nu. 260. 261. & 262. & ipſe quoque Epiphanius adu. Pepuzianos, Montaniſtas, & Collyridianos. Qui ait etiam & ſanctæ Diaconiſſarum miniſterium (præter officium decendi domi adoleſcentiores, cuius meminit Apoſtol. ad Titum 2.) in laudando ante baptiſmum mulierum corporibus & poſtea abſtergendo. Quibus adde miniſterium Apoſtolorum, cuius Act. 6. ſit mensio, in procurandis viis atq; neceſſarijs; & quòd nulla mulier ad Epiſcopum accederet, niſi Diaconiſſa Diaconum adiret, & ille Epiſcopo nunciaret, iuxta B. Clementis Romanum Conſtitutione Apoſt. lib. 2. cap. 30. qui etiam ibidem l. 6. cap. 17. tradit Diaconiſſam eligi debere virginem, aut vnius viri vxorem. Quò ſit vt ſubiungat hic Auctor eas* Deo nubere. *Quod confirmatur, dum can. 15. Synodi Caleed. & Syn. 6. in Trullo can. 14. interdicuntur eis nuptiæ. Vbi atas illarum, quam Apoſt. Præſcripſerat 60. annorum, relaxatur ad annos 40. Et inſuper ordinationis earundem ſit mentio, in qua interim nullam fuiſſe adhibitam manu impoſitionem, & ideo pro laicis habitas, patet ex 3. Syn. Nicæne can. 19. tmmò veró Presbyterarum ordinatio (quæ presbyterum vxores fuiſſe ſubindicat B. Clemens) prohibita fuit poſtmodum Conc. Laodicens can. 11. vbi iuxta ſecundam tranſlationem vocantur etiam Matriculariæ. Sicut etiam Diaconiſſarum interdicta fuit Concilium Arauſicani 1. can. 26. Epaunen. can. 21. & Aurelian. 2. can. 18. Et verò etiam Theodorus Balſamon in dict. Syn. Caleed. ſuo tempore illarum ordinationem exoleuiſſe ſcribit. Quare videtur B. Greg. dum Conc. Rom. ca. 1. 2. & 3. vetat in coniuges duci Presbyteram, Diaconiſſam, & Monachum: alia ſignificatione priores illas accipere, nempè pro Abbatiſſis & Prioriſſis Sanctimonalium.*

73. Quæ Deo nubere maluerunt, &c.] *Quemodo* Deo nubant, *explicat addendo*: quæque ſe iam illius pudoris filias dicauerunt. *Verum de* Voto caſtitatis *fœminarum, ad quæ hic adludit ſuprà Tom. 2. Adnotat. noſtras in lib. de Veland. virgin. nu. 1.*

74. Tertvllani ad hæc exhortantis, &c.] *Stitietiam ſub finem argumenti adnotauimus, hunc manifeſtum eſſe librum hunc Tertullianeſſe fatum germanum,*

ARGVMENTVM LIBRI DE MONOGAMIA, PER IACOBVM PAMELIVM.

I. DE MONOGAMIA *scripturus Tertullianus annis circiter 160. post Apostolos, imprimis, inter hæreticos qui nuptias auferunt, & eos qui non semel nubunt, mediam sese sequi sententiam scribit de vno matrimonio.*

II. *In hoc lapsus, quòd Montanum, quem in hac sequitur, Paracletum vocet, & hæreticum neget; nihilque contra Catholicam religionem docuisse, quum tamen suprà lib. de Præscript. adu. hæret. ca. 52. hæresis condemnet eos, qui κατ' ἐνυας dicebantur, eo quòd dicerent Paracletum in Montano plura meliora & maiora dixisse, quam Christus in Euangelium protulerit.*

III. *Deinde docet nihil noui esse Monogamiam, quòd Christus & Apostoli nuptijs continentiam prætulerint.*

IIII. *Antiquitatem eiusdem probans, ex eo quòd vnam fœminam masculo Deus finxerit.*

V. *Ad quod principium reciprocanda esse vniuersa in Christo sponsa, immò cum vna Ecclesia Monogamo.*

VI. *Digamiæ Abrahæ, Dauidis & Salomonis; opponens Monogamiam Isaac, Ioseph, Aaronis, & Moysi.*

VII. *Aliam item rationem Veteris Legis & nouæ, quæque interim etiam vtraque Lex prohibeat sacerdotes denuò nubere.*

VIII. *In nouæ etiam Lege occurrere, Monogamiam, Zachariæ, Annæ viduæ, & Petri; continentiam etiam Ioannis antecursoris, Simeonis Iusti, & ceterorum à Petro Apostolorum.*

IX. *Facere etiam pro Monogamia sententias Christi, quas præmissit in repudij retractatu.*

X. *Maximè, quòd repudium quoddam Auctori, quamquam perperam, videatur, nondum separato quantum apparet apud Deum matrimonio; vt potè quum pro anima viri oret, & refrigerium ei adpostulet, & offerat annuis diebus dormitionis eius.*

XI. *Deinde Apostolum permittentem nubere in Domino defuncta vxore (quamquam etiam perperàm, & sensu apostoli contrario) interpretatur de ea quæ ante fidem amissa sit.*

XII. *Quemadmodum etiam quòd eos qui sunt in Clero, Monogamiæ iugo adstrinxerit, aliàs frustrà nitatur adplicare.*

XIII. *Item & alios duos Apostoli locos detorquere non veretur.*

XIIII. *Addens (sed nec hoc rectè) si permiserit Apostolus in fide amisso matrimonio nubere, id indulsisse initio fidei, quod postea interdixerit Paracletus.*

XV. *Et verò Apostolum eos notare, qui in totum nubere prohibebant.*

XVI. *Ridet deinde varias excusationes secundarum nuptiarum.*

XVII. *Denique exemplis ethnicorum Monogamiæ & virginitatis, libruum suum concludit.*

Ceterùm citat hunc Librum auctor ipse infrà Libro de Ieiunijs aduersus Psychicos capite 1. inhæc verba: De modo quidem nubendi iam edidimus MONOGAMIÆ defensionem. *At scriptum contra Ecclesiam disertis verbis scribunt B. Hieron. & Nicephorus locis citatis ad calcem Argumenti Libri præcedentis. De eodem sic scribit B. Hieronym. in Epist. ad Titum: Montanus, & qui Nouati (seu potius Nouatiani, sicuti emendandum censeo) schisma sectantur, nomen sibi munditiæ præsumpserè, putántq; secunda matrimonia ab Ecclesiæ cõmunione prohibenda; quum Apostolus de Episcopis & Presbyteris hoc præcipiens, vtriq; in ceteris relaxarit; non quòd hortetur ad secunda matrimonia sed quòd necessitati carnis indulgeat.* SCRIBIT & TERTVLLIANVS DE MONOGAMIA LIBRVM *hæreticũ; quem Apostolo contraire nemo qui Apostol. legerit, ignorabit. Haud aliter B. Augustin. Hinc maximè Cataphrygarum & Nouatianorum hæreses tumuerunt, quas buccis sonantibus, non sapientibus* TERTVLLIANVS *inflauit, dum secundas nuptias tamquam illicitas maledico dente concidit, quas omninò licitas Apostolus sobria mente concedit. Quæ testimonia antidoti loco huc adducenda putauimus.*

A putauimus. Atqui librum hunc iam olim viderunt MS. Trithemius & Politianus, edidit autem Rhenanus primùm cum scholijs, deinde & Adnotationibus castigatum ex tribus sæpedictis MS. codicibus, deinde ex codice Britannico recognouit Gelenius; nos nunc denique ad tria Vaticana & vnum Anglicum Dn. Doctoris Ioannis Clementis MS. exemplaria, & ex vna atque altera coniecturis Dominorum Latinij & Harrisij iterum castigauimus, nouisque Argumento & Adnotationibus locupletauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, DE MONOGAMIA LIBER.

HÆRETICI[1] nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis Lex creatoris?[2] Inter alienos spadones[3] & aurigas tuos tantundem quereris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneo: proinde & te lædunt qui abutuntur, quemadmodum qui non vtuntur. Verum neq; continentia eiusmodi laudanda, quia hæretica est, neque licentia defendenda, quia Psychica est. Illa blasphemat, ista luxuriat. Illa destruit nuptiarum Deum, ista confundit. Penes nos autem,[4] quos Spiritales meritò dici facit agnitio spiritalium carismatum, continentia tam religiosa est quàm licentia verecunda, quandoquidem ambæ cum creatore B sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat. Illa non cogitur ista regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum.[5] Vnum matrimonium nouimus, sicut vnum Deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, vbi habet & pudorem. Sed Psychicis non recipientibus spiritum, ea quæ sunt spiritus non placent. Ita dum quæ sunt spiritus non placent, ea quæ sunt carnis placebunt, vt contraria spiritui. Caro, inquit, aduersus spiritum concupiscit, & spiritus aduersus carnem. Quid autem concupiscet caro, quàm quæ magis carnis sunt? Propter quod & in primordio extranea spiritus facta est, Non, inquit, permanebit spiritus meus in istis hominibus in æuum,[6] eo quòd caro sint. [7] Itaque Monogamiæ disciplinam in hæresim exprobrant. Nec vlla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quàm dum existimant nouæ disciplinæ institutorem, & quidem durissimæ illis, vt iam de hoc primùm consistendum sit in generali retractatu,[8] An capiat Paracletum ali quid tale docuisse, quod aut[9] nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem sarcinam Domini? De vtroque autem ipse Dominus pronuntiauit. Dicens enim:[10] Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, sed nondum potestis portare ea: quum venerit Spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem; satis vtique prætendit ea acturum illum quæ & noua existimari possint, vt nunquam retrò edita, & aliquanto onerosa, vt idcircò non edita. Ergo, inquis, hac argumentatione quiduis nouum & onerosum Paracleto adscribi poterit, etsi ab aduersario spiritu fuerit. Non vtique. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate prædicationis appareret, primo regulam adulterans fidei: & ita ordinem adulterans disciplinæ: quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est Fidei, quæ prior est disciplina. Antè quis de Deo hæreticus sit necesse est, & tunc de instituto. Paracletus autem multa habens edocere quæ in illum distulit Dominus, secundum præfinitionem, ipsum primò Christum contestabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei creaC toris, & ipsum glorificabit, & de ipso commemorabit: & sic de principali regula agnitus, illa multa quæ sunt disciplinarum reuelabit, fidem dicente pro eis integritate prædicationis, licet nouis, quia nunc reuelantur: licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi, quàm qui habere se dixit, & alia multa, quæ à Paracleto edocerentur, non minus istis onerosa quàm illis à quibus nondum tunc sustinebantur. [11] Sed an onerosa Monogamia, videri adhuc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus, etiamsi totam & solidam virginitatem siue continentiam Paracletus hodie determinasset, vt ne vnis quidem nuptijs seruorem carnis despumare permitteret, sic quoque nihil nouiinducere videretur; ipso Domino spadonibus aperiente regna cœlorum,[12] vt & ipso spadone;[13] ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, continentiam mauult. Sed saluo, inquis iure nubendi; planè saluo, & videbimus quousque: nihilominus iam ex ea parte destructo qua continentiam præfert. Bonum, inquit, homini mulierem non contingere. Ergo malum est contingere.[14] Nihil enim bono contrarium nisi malum. Ideóq; superesse, vt & qui habeant vxores sic sint, quasi non habeant; quo magis qui non habent, habere, non debeant. Reddit etiam causas cur ita suadeat; quòd innupti de Deo cogitent: nupti verò quomodo in matrimonio quis suo placeat. Et possum contendere, non merè bonum esse, quod permittitur. Quod enim merè bonum est, non permittitur, sed vltrò licet. Permissio habet causam, aliquando & necessitatis. Denique in hac specie non est voluntas permittentis nubere. Aliud enim vult:

Cap. I.

Gal. 5.

Gen. 6.

Cap. II.

Ioan. 16.

Ca. III.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

ibid.

ibid.

ibid.

Volo vos, inquit, omnes sic esse quomodo & ego. Et quum ostendit melius esse, quid vtique se velle confirmat, quàm quod melius esse præmisit. Et ita si aliud quàm quod voluit permittit, non voluntare, sed necessitate permittens, non meritè bonum ostendit, quod inuitus indulsit. [11] Denique quum dicit: Melius est nubere quàm vri, quale id bonum intelligendum quod melius est pœna? quod non potest videri melius, nisi pessimo comparatum? Bonum illud est quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione non dico mali, sed etiam boni alterius: vt si & alio bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. Cetertum si per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quàm genus mali inferioris, quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. Auferdenique conditionem, vt non dicas, melius est nubere quàm vri, & quæro an dicere audeas, melius nubere, non adijciens quo melius sit. Fit ergo iam non melius, & dum non melius, nec bonum, sublata conditione, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius est vnum oculum amittere quàm duos. Si tamen discedas à comparatione mali vtriusque, non erit melius vnum oculum habere quia nec bonum. Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est, de humano sensu accommodat ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quàm vri? Denique conuersus ad alteram speciem dicendo, Nuptis autem denuntio, non ego, sed Dominus: ostendit illa quæ suprà dixerat, non dominicæ auctoritatis fuisse, sed humanæ æstimationis. At vbi ad continentiam reflectit animos, Volo autem vos sic esse omnes. Puto autem, inquit, & ego spiritum Dei habeo: vt si quid indulserat ex necessitate, id Spiritus sancti auctoritate reuocaret. [16] Sed & Ioannes monens sic nos incedere debere quemadmodum & Dominus, vtique etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere, adeò manifestè. Et omnis, inquit, qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut & ipse castus est. Nam & alibi, Estote sancti, sicut & ille sanctus fuit, scilicet carne. De spiritu enim non dixisset, quia spiritus vltrò sanctus agnoscitur, nec expectat sanctitatis admonitionem quæ propria natura est eius. Caro autem docetur sanctitatem, quæ & in Christo fuit sancta. Igitur si omnia ista oblitterant licentiam nubendi, & conditione licentiæ inspecta, & prælatione continentiæ imposita, cur non potuerit post Apostolos idem spiritus superueniens ad deducendam disciplinam in omnem veritatem, per gradus temporum (secundum quod Ecclesiastes, Tempus omni rei, inquit,) supremam iam carni fibulam imponere, iam non obliquè à nuptijs auocans, sed exertè; quum magis nunc tempus in collecto factum sit, [17] annis circiter CLX. exinde productis? Nónne ipse apud te retractares, Vetus hæc disciplina est præmonstrata iam tunc in carne Domini, & voluntate, dehinc in Apostolorum eius tam consilijs quàm exemplis. Olim sanctitati huic destinabamur. Nihil noui Paracletus inducit. Quod præmonuit, definit. Quod sustinuit, exposcit. Et nunc recogitans ista, facilè tibi persuadebis multò magis vnicas nuptias competisse Paracleto prædicare, qui potuit & nullas: Magisque credendum temperasse illum quod & abstulisse decuisset, si quæ velit Christus intelligas. [18] In hoc quoque paracletum agnoscere debes aduocatum, quòd à tota continentia infirmitatem tuam excusat. [19] Secedat nunc mentio Paracleti, vt nostri alicuius auctoris. Euoluamus communia instrumenta scripturarum pristinarum. Hoc ipsum demonstratur à nobis, neque nouam, neque extraneam esse Monogamiæ disciplinam, immò & antiquam & propriam Christianorum, vt Paracletum restitutorem potius sentias eius quàm institutorem. Quod pertineat ad antiquitatem, quæ potest antiquior forma proferri quàm [20] ipse census generis humani? Vnam fœminam masculo Deus finxit, vna costa eius decerpta, & vtique ex pluribus. Sed & in præfatione ipsius operis, Non est, inquit, bonum homini, solum eum esse: faciamus adiutorium illi. Adiutores enim dixisset, si pluribus eum vxoribus destinasset. Adiecit & legem de futuro. Siquidem Propheticè dictum est: Et erunt duo in vnam carnem, non tres, neque plures. Ceterùm iam non duo, si plures. Stetit lex. Denique perseuerauit vnio coniugij in auctoribus generis ad finem vsque, non quia non erant fœminæ aliæ, sed quia ideò non erant, ne primitiæ generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin si Deus voluisset, esse & potuissent: certè de filiarum suarũ numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus & ex carne sua habens Euam, si hoc piè fieret. At vbi primum scelus, homicidium, [21] in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit, quàm duæ nuptiæ. Neque enim refert duas quis vxores singulas habuerit, an pariter singulæ duas fecerint. Idem numerus coniunctorum & separatorum. Semel tamen vim passa institutio Dei per Lamech, constitit postea in finem vsque gentis illius. Secundus Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritatus. Negat scriptura quod non notat. Aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt [22] semel defensæ quales fuerunt; non tamen septuagies septies; quod duo matrimonia meruerunt. [23] Sed & reformatio secundi generis humani Monogamia matre censetur. Iterum duo in vnam carnem crescere & redundare suscipiunt. Noe & vxor, filiique eorum in vnicis nuptijs. Etiam in ipsis animalibus Monogamia recognoscitur, ne vel bestiæ de mœchia nascerentur. Ex omnibus, inquit, bestijs, ex omni carne, duo induces in arcam, vt viuant tecum: masculus & fœmina erunt. De animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terræ, secundum genus ipsorum; duo ex omnibus introibunt ad te masculus & fœmina. Eadem forma & septena ex binis adlegi mandat ex masculo & fœmina, vno & vna. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis fœminis introire non licuit. [24] Hæc quantum ad

A tum ad primordium teſtimoniũ, & originis noſtræ patrociniũ, & diuinæ inſtitutionis præiudiciũ. Quæ vtique lex eſt, non monimentum, quoniam ſi ita factum eſt à primordio, inuenimus nos ad initium dirigi à Chriſto: ſicut in quæſtione repudij, dicens illud propter duritiam ipſorum à Moyſe eſſe permiſſum, ab initio autem non ita fuiſſe, ſine dubio ad initium reuocat matrimonij indiuiduitatem. *Matth.19.*

[25] Ideóque quos Deus ab initio coniunxit in vnam carnem duos, hodie homo non ſeparabit. *Epheſ.5.*

[26] Dicit & Apoſtolus ſcribens ad Epheſios: Deum propoſuiſſe in ſemetipſo ad diſpenſationem adimpletionis temporum, ad caput, id eſt, ad initium reciprocare vniuerſa in Chriſto, quæ ſunt ſuper cœlos & ſuper terras in ipſo. *Apoc.1.et 22.*

[27] Sic & duas Græciæ litteras ſummam & vltimam ſibi induit Dominus, initij & finis concurrentium in ſe figuras: vti quemadmodum α ad ω vſque voluitur, & rurſus ω ad α replicatur, ita vt oſtenderet in ſe eſſe & initij decurſum ad finem, & finis recurſum ad initium: vt omnis diſpoſitio in eum deſinens per quem cœpta eſt, per Sermonem ſcilicet Dei, qui caro factus eſt, proinde deſinat quemadmodum & cœpit. *Epheſ.2. Gal.4.*

[28] Et adeò in Chriſto omnia reuocantur ad initium: vt & fides reuerſa ſit à circunciſione ad integritatem carnis illius, ſicut ab initio fuit: & libertas ciborum & ſanguinis ſolius abſtinentia ſicut ab initio fuit: & matrimonij indiuiduitas, ſicut ab initio fuit: & repudij cohitio, quod ab initio non fuit: & poſtremò totus homo in Paradiſũ reuocatur, vbi ab initio fuit. Cur ergo vel Monogamum illò debeat Adam referre, qui non poteſt tam integrum præſtare quàm inde dimiſſus eſt? Quantum pertinet itaque ad initij reſtitutionẽ, id à te exigit & diſpoſitionis, & ſpei tuæ ratio, quod ab initio fuit, ſecundum initium quod tibi & in Adam cenſetur, & in Noe recenſetur. Elige in quo eorum initium tuum deputes. In ambobus te ſibi Monogamiæ cenſura defendit. Sed & ſi initium tranſmittit ad finem, vt α ad ω, quomodo finis remittit ad initium, vt ω ad α, atq; ita cenſus noſter tranſfertur in Chriſtum, animalis in ſpiritalem, quia non primò quòd ſpiritale eſt, ſed quod animale, dehinc quod ſpirituale: proinde videamus an id ipſum debeas huic quoque B cenſui ſecundo, an in eandem te formã conueniat nouiſſimus quoque Adam in quam & primus: quando nouiſſimus Adam, id eſt Chriſtus, innuptus in totum, [29] quod etiam primus Adam ante exſilium. Sed donato infirmitati tuæ, carnis ſuæ exemplo, perfectior Adam, id eſt Chriſtus, eo quoque nomine perfectior quã integrior, volenti quidem tibi ſpado occurrit in carne. Si verò non ſufficis, Monogamus occurrit in ſpiritu, vnam habens Eccleſiam ſponſam, ſecundum Adam & Euæ figuram; quam Apoſtolus in illud magnum ſacramentum interpretatur, in Chriſtum & Eccleſiam competiſſe, carnali Monogamiæ per ſpiritalẽ. Videſ igitur quemadmodũ etiam in Chriſto nouans cẽſum non poſſis eum ſine Monogamiæ profeſſione deferre; niſi carne ſis quod ſpiritu ille eſt; licet & quod fuit in carne, æquè eſſe debueris; [30] Sed adhuc nobis quæramus aliquos originis principes. Non placent enim quibuſ- CA VI. dam Monogami parentes, Adam & Noe, fortaſſe nec Chriſtus. Ad Abraham denique prouocant, pro- *Matth.23. 1.Cor.4.* hibiti patrem alium præter Deum agnoſcere. Sit nunc pater noſter Abrahã, ſit & Paulus. In Euangelio, inquit, ego vos genẽrau. Etiam Abrahæ te filium exhibe. Non enim [31] paſſiuus tibi cenſus eſt in illo. Certum tempus eſt, quo tuus pater eſt. [32] Si enim ex fide filij deputantur Abrahæ, vt Apoſtolus do- *Gal.3.* cet, dicens ad Galatas: Cognoſcitis nempè, quia qui ex fide, iſti ſunt filij Abrahæ, quando credidit *Gen.15.* Abraham Deo, & deputatum eſt ei in iuſtitiam? opinor adhuc in Monogamia, quia in circunciſione nondum. Quòd ſi poſtea in vtrumque mutatus eſt; & in Digamiam a per ancillæ concubinatum; & in b Circunciſionem per teſtamenti ſignaculum, non potes illum patrem cognoſcere, niſi tunc; cùm a *Gen.16.* Deo c credidit, ſiquidem ſecundum fidem filius eius es, non ſecundum carnem. [33] Aut ſi poſteriorem b *Gen.17.* Abraham patrem ſequeris, id eſt Digamum, recipe & Circunciſum. Si reijcis Circunciſum, ergo recu- c *Gen.15.* ſabis & Digamum. Duas diſpoſitiones eius binis inter ſe modis diuerſas, miſcere non poteris. Digamus cum circunciſione eſſe orſus eſt, Monogamus cum Præputiatione. Recipis Digamiam, admitte C & circunciſionem. Tueris Præputiationem, teneris & Monogamiæ. Adeò autem Monogami Abrahæ filius es ſicut & præputiati, vt ſi circuncidaris, iam non ſis filius, quia non eris ex fide, ſed ex ſigna- *Gal.4.* culo fidei in præputiatione iuſtificatæ. Habes Apoſtolum, diſce eum Galatis. Proinde etſi Digamiam iam tibi intuleris, non es illius Abrahæ filius, cuius fides in Monogamia præceſſit. Nam etſi poſtea *Gen.17.* pater multarum nationum nuncupatur, ſed earum quæ ex fide Digamiam præcedente filij habebant deputari Abrahæ. Exinde res videtint. Aliud ſunt figuræ aliud formæ. Aliud imagines, aliud definitiones. Imagines tranſeunt adimpletæ, definitiones permanent adimplendæ. Imagines prophetant, definitiones gubernant. Quid Digamia illa Abrahæ portendat, idem Apoſtolus edocet interpretator *Gal.4.* vtriuſque Teſtamenti, ſicut idem ſemen noſtrum in Iſaac vocatum determinat. [34] Si ex libera es, ad Iſaac pertinens, hic certè vnum matrimonium pertulit. Iſti itaque ſunt (vt opinor) in quibus cen- a 2.*Reg.*11. ſeor. Ceterosneſcio. Quorum ſi exempla circunſpicio; [35] alicuius a Dauid etiam per ſanguinem nu- b 3.*Reg.*11. ptias ſibi ingerentis; alicuius [36] Salomonis b etiam vxoribus diuitis: meliora ſectari iuſſus, [37] habes; & *Gen.41.* c Ioſeph vniugum; & hoc nomine audeo dicere, patre meliorem. [38] Habes d Moyſen Dei de pro- *Gen.29. & 30.* ximo arbitrum. Habes Aaronem principalem ſacerdotem. [39] Secundus quoque Moyſes e populi d *Exod.2.* ſecundi, qui imaginem noſtram in promiſſionem Dei induxit, in quo primò nomen Domini dedica- *& 6.* tum eſt, non fuit Digamus. [40] Poſt vetera exempla originalium perſonarum, æquè ad vetera tranſ- e *Exod.25.* ſamus inſtrumenta Legalium ſcripturarum, vt per ordinem, de omni noſtra paratura retractemus. CA VII.

Et quondam quidam interdum nihil sibi dicunt esse cum lege; quam Christus non dissoluit, sed adimpleuit; interdũ quæ volunt legis arripiunt; planè & nos sic dicimus decessisse legem, vt onera quidẽ eius secundum sententiam Apostolorum, quæ nec patres sustinere voluerunt, concesserint; quæ verò ad iustitiam spectant, non tantùm reseruata permaneant, verùm & ampliata; vt scilicet redundare possit iustitia nostra super Scribarum & Pharisæorum iustitiam. Si iustitia, vtique & pudicitia. Si ergo quoniam in lege præcipitur, [41] vt quis fratris sui vxorem sine liberis defuncti in matrimonium adsumat, ad suscitandum fratri suo semen; idque sæpiùs euenire in vnam personam potest secundum callidam illam quæstionem Sadducæorum: ideò & aliàs putant permissam frequentiam nuptiarum; intelligere debebunt primò rationem ipsius præcepti, & ita scient illam rationem iam cessantem ex eis esse quæ euacuata sunt legis. Necessariò succedendum erat in matrimonium fratris sine liberis defuncti. Primùm; quia adhuc vetus illa benedictio decurrere habebat: Crescite & redundate. Dehinc; quoniam patrum delicta etiam de filijs exigebantur. [42] Tertiò; quoniam spadones & steriles ignominiosi habebantur. Itaque ne proinde maledicti iudicarentur, qui non naturæ reatu, at mortis præuentu orbi decessissent, ideò illis ex suo genere vicaria & quasi [43] postuma soboles supparabatur. At vbi &, Crescite & redundate, euacuauit extremitas temporum, inducente Apostolo: Superest, vt & qui habent vxores, sic sint, ac si non habeant: quia tempus in collecto est; [44] & desiuit vua acerba à patribus manducata filiorum dentes obstupefacere: vnusquisque enim in suo delicto morietur; [45] & spadones non tantùm ignominia caruerunt; verùm & gratiam meruerunt, inuitati in regna cœlorum; sepulta lege succedendi in matrimonium fratris, contrarium eius obtinuit non succedendi in matrimonium fratris. Et ita vt prædiximus, quod cessauit valere, cessante ratione, non potest alij argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto viro vxor, fratri vtique nuptura si nupserit. Omnes enim nos fratres sumus; Et illa nuptura in [46] Domino habet nubere, id est, non ethnico, sed fratri: quia & vetus lex admit coniugium allophylorum. Cùm autem & in Leuitico cautum sit: [47] Quicunque sumpserit fratris vxorem, immunditia est, turpitudo, sine liberis morientur; sine dubio dum ille prohibetur denuò nubere, & illa prohibetur, non habens nubere nisi fratri. Quomodo ergo Apostolo conueniet & legi, quam non in totum impugnat, [48] cùm ad Epistolam ipsius venerimus, ostendetur. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis competunt argumentationes eius. Denique prohibet eadem, Sacerdotes denuò nubere: [49] Filiam quoque sacerdotis iubet viduam vel eiectam, si semen non fuerit illi, in domum patris sui regredi, & de pane eius ali. Ideò si semen non fuerit illi, non vt si fuerit, denuò nubat; quanto magis enim non nubet, si filios habeat? sed vt si habuerit, à filio potiùs audiatur quàm à patre, quo & filius præceptum Dei exequatur: Honora patrem & matrem. Nos autem Iesus summus sacerdos, & magnus patris de suo vestiens (quia qui in Christo tinguuntur, Christum inducrunt) sacerdotes Deo patri suo fecit, secundum Ioannem. Nam & illum adolescentem festinantem ad exequias patris ideò reuocat, vt ostendat sacerdotes nos vocari ab eo, quos lex vetabat parentum sepulturæ adesse: [51] Super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos non introibit, & super patrem suum, & super matrem suam non contaminabitur. Ergo & nos hoc interdictum obseruare debemus? Non vtique. Viuit enim vnicus pater noster Deus, & mater Ecclesia: & neque ipsi mortui sumus, qui Deo viuimus, neq; mortuos sepelimus, quia & illi viuunt in Christo. Certè sacerdotes sumus à Christo vocati, Monogamiæ debitores ex pristina Dei lege, quæ nos tunc in suis sacerdotibus prophetabit. [52] Nunc ad legem propriè nostram, id est ad Euangelium, conuersi qualibus excipimur exemplis, dum ad sententias peruenimus? Ecce statim quasi in limine duæ nobis antistites Christianæ sanctitatis occurrunt Monogamia & Continentia: alia pudica in Zacharia sacerdote; [53] alia integra in Ioanne antecursore; alia placans Deum alia prædicans Christum; alia totum prædicans sacerdotem, alia plus præferens quàm Propheten, scilicet eum; qui non tantùm prædicauerit, aut demonstrauerit coràm, verùm etiam baptizauerit Christum. Quis enim corpus Domini digniùs [54] initiaret, quàm eiusmodi caro, qualis & cõcepit illud & peperit? Et Christum quidem virgo enixa est, [55] semel nuptura post partum, vt vterque titulus sanctitatis in Christi censu dispungeretur, per matrem & virginem & vniuiram. At vbi infans templo exhibetur, quis illum in manus suscipit? quis in spiritu primus agnoscit? [56] Vir iustus, & cautus, & vterque non Digamus; vel ne indignius mox Christus à fœmina prædicaretur vetere vidua & vniuira, quæ & templo dedita satis in semetipsa portendebat, quales spiritali templo, id est, Ecclesiæ debeant adhærere. Tales arbitros infans Dominus expertus, non alios habuit & adultus. [57] Petrum solũ inuenio maritum; per socrum, Monogamum præsumo; [58] per Ecclesiam, quæ super illum ædificata; omnem gradum ordinis sui de Monogamis erat collocatura. Ceteros cùm maritos non inuenio aut spadones intelligã necesse est, aut continentes. [59] Nec enim si penes Græcos communi vocabulo censentur mulieres & vxores pro consuetudinis facilitate (ceterùm est proprium vocabulum vxorum) ideò Paulum sic interpretabimur; quasi demonstret vxores Apostolos habuisse. Si enim de matrimonijs disputaret (60 quod in sequentibus facit, vbi magis Apostolus aliquod exemplum nominate potuisset) rectè videretur dicere: Non enim habemus potestatem vxores circumducendi, sicut ceteri Apostoli & Cephas? At vbi ea subiungit quæ de victuaria exhibitione abstinentiam eius ostendunt,

dicentis:

A dicentis: Non enim potestatem habemus manducandi & bibendi? non vxores demonstrat ab Apostolis circumductas; quas & qui non habent, potestatem tamen manducandi & bibendi habent; sed simpliciter mulieres, quæ illis eodem instituto quo & Dominum comitantes ministrabant. Iam verò si Christus reprobat Scribas & Pharisæos, sedentes in cathedra Moysi, nec facientes quæ docerent, quale est vt & ipse super cathedram suam collocaret, qui sanctitatem carnis præcipere magis, non etiam [61] obire meminisset, quam illis omnibus modis insinuarat & docendam & agendam: in primis de suo exemplo, tunc de ceteris argumentis: [62] Cùm puerorum dicit esse regnum cœlorum; cùm consortes illis facit alios post nuptias pueros; cùm ad simplicitatem columbæ prouocat, [63] auis non tantùm innocuæ, verùm, & pudicæ, quam vnam vnus masculus nouit; cùm Samaritanæ maritum negat, [64] vt adulterum ostendat numerosum maritum; cùm in reuelatione gloriæ suæ de tot sanctis & Prophetis Moysen & Heliam secum maulit; alterum Monogamum, alterum spadonem; non enim aliud fuit Helias, quàm Ioannes, qui in virtute & spiritu venit Heliæ; cùm, ille vorator & potator homo; prandiorum & cœnarum cum publicanis & peccatoribus frequentator; semel apud vnas nuptias cœnat mulris vtique nubentibus. [65] Toriens enim voluit celebrare eas, quotiens & esse. [66] Sed hæ argumentationes potius existimentur de cõiecturis coactæ, si non & sententiæ astiterint, quas Dominus emisit in repudij retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet; in primis, [67] quia ab initio non fuit sic, sicut matrimonij numerus; tum, quia quos Deus coniunxit, homo non separabit; scilicet ne contra Dominum faciat. Solus enim ille separabit qui & coniunxit. separabit autem non per duritiam repudij, quam exprobrat & compescit, sed per debitum mortis. Siquidem vnus ex passeribus duobus non cadit in terram sine patris voluntate. [68] Igitur, si quos Deus coniunxit, homo non separabit repudio, æquè consentaneum est, vt quos Deus separauit morte, homo non coniungat matrimonio, proinde contra Dei voluntatem iuncturus separationem, atque si separasset coniunctionem. Hoc quantum ad Dei voluntatem non destruendam, & initij formam restruendam. Ceterùm & alia ratio conspirat, immò non alia, sed quæ initij formam impotuit, & voluntatem Dei mouit ad prohibitionem repudij: Quoniam qui dimiserit vxorem suam, præterquàm ex causa adulterij, facit eam adulterari, & qui dimissam à viro duxerit, adulterat vtique. [69] Non & nubere legitimè potest repudiata, & si quid tale commiserit, sine matrimonij nomine, [70] non capit elogium adulterij, quâ adulterium in matrimonio crimen est? Deus aliter censuit citra quàm homines, vt in totum, siue per nuptias, siue vulgo, alterius viri admissio, adulterium pronuntietur à Deo. Videamus enim quid sit matrimonium apud Deum: & ita cognoscemus quid sit æquè adulterium. [71] Matrimonium est, cùm Deus iungit duos in vnam carnem; aut iunctos deprehendens in eadem carne, coniunctionem signauit. [72] Adulterium est, cùm quoquo modo disiunctis duobus, alia caro; immò aliena miscetur, de qua dici non possit: Hæc est caro ex carne mea, & hoc os ex ossibus meis. Semel enim hoc factum & pronuntiatum sicut ab initio, ita & nunc in aliam carnem non potest conuenire. Itaque sine causa dices, Deum viuo marito nolle repudiatam alij viro iungi, quasi mortuo velit; quando si mortuo non tenetur, proinde nec viuo, tam repudio matrimonium dirimente quàm morte, non tenebitur ei cui per quod tenebatur abruptum est? Cui ergo tenebitur? Nihil Deo interest viuo an mortuo viro nubat. Neque enim in illum delinquit, sed in semetipsam. Omne delictum quod admiserit homo, extra corpus est: qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit. Adulteratur autem, sicut suprà præstruximus, qui aliam carnem sibi immiscet super illam pristinam, quam Deus aut coniunxit in duos, aut eõiunctam deprehendit. Ideóq; abstulit repudium quod ab initio non fuit, vt quod ab initio fuit muniat duorum in vnam carnem perseuerantiam, ne necessitas vel occasio tertiæ concarnationis irrumpat, soli causæ permittens repudium si fortè præuenerit, cui præcauetur. Adeò autem repudium à
C primordio non fuit, [73] vt apud Romanos post annum sexentesimum Vrbis conditæ id genus duritiæ commissum denotetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria commiscent; nobis etsi repudiemus, ne nubere quidem licebit. [74] Video iam hinc ad Apostolum nos prouocari. Ad cuius sensum faciliùs perspicientium, tanto instantiùs præculeandum est mulierem magis defuncto marito teneri, quo minus alium virum admittat. Recogitemus enim repudium, aut discordia fieri, aut discordiam facere; mortem verò ex lege Dei, non ex hominis offensa euenire, idque omnium esse debitum, etiam non maritorum. Igitur si repudiata quæ per discordiam, & iram, & odium, & causas eorum iniuriam vel contumeliam, vel quamlibet querelam, & animæ & corpore separata est, tenetur inimico, ne dicam marito; quanto magis illa quæ neque suo, neq; mariti vitio, sed Dominicæ legis euentu, à matrimonio non separata, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet? [75] A quo repudium non audijt, non diuertit: cui repudium non scripsit, cum ipso est: quem amisisse noluit, retinet. Habet secum animi licentiam, qui omnia homini [76] quæ non habet, imaginario fructu repræsentat. Ipsam denique interrogo fœminam: Dic mihi soror, in pace præmisisti virum tuum? Quid respondebit? An in discordia? Ergo hoc magis ei vincta est, cum quo habet apud Deum causam. Non discessit, quæ tenetur. Sed in pace. Ergo perseueret in ea cum illo necesse est, quem iam repudiare non poterit, ne sic quidem ruptura si repudiare potuisset. [77] Enimuerò & pro anima eius orat, & refrigerium interim adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, &

Matth. 23. *Matth.* 18. & 19. *Matth.* 10. *Ioan.* 4. *Matth.* 17. *Ibid.* *Matth.* 11. *Luc.* 15. *Ioan.* 2. CAP. IX *Matth.* 19. *Matth.* 10. *Matth.* 19. *Gen.* 2. 1. *Cor.* 6. *Matth.* 19. CAP. X. 1. *Cor.* 7.

offert annuis diebus dormitionis eius. Nã hæc nisi fecerit, verè repudiauit quantũ in ipsa est: & quidẽ D
hoc iniquius, quanto quomodo potuit, quia non potuit: & hoc indignius, quanto iam indignius, si quia
non meruit. [78] Aut nunquid nihil erimus post mortem secundum aliquem Epicurum, & non secun-
dum Christum? Quòd si credimus mortuorum resurrectionem, vtique tenebimur, cum quibus re-
surrecturi sumus, rationem de alterutro reddituri. Si autem in illo æuo neque nubent neque nubentur,
sed erunt æquales angelis; non ideò non tenebimur coniugibus defunctis, quia non erit restitutio
coniugij. Atquin eo magis tenebimur, quia in meliorem statum destinamur, resurrecturi in spiritale
consortium, [79] agnituri tam nosmetipsos quàm & nostros. Ceterùm quomodo gratias Deo in æter-
num canemus, si non manebit in nobis sensus & memoria debiti huius? substantia, non conscientia
reformabimur. Ergo qui cum Deo erimus, simul erimus, dum omnes apud Deum vnum ([80] licet mer-
ces varia, licet multæ mansiones penes patrem eundem) vno denario eiusdem mercedis operati, id est,
vitæ æternæ: in qua magis; non separabit, quos coniunxit Deus, quàm in ista minore vita separari
vetat. Cùm hæc ita sint, quomodo alij viro vacabit, quæ suo etiam in futurum occupata est? Vtrique
autem sexui loquimur, & si ad alterum sermo est, quia vna disciplina præest. Alium habebit in spiritu,
alium in carne. Hoc erit adulterium, vnius fœminæ in duos viros conscientia, si alter à carne diffun-
ctus est, sed in corde remanet, illic [81] vbi etiam cogitatus sine carnis congressu, & adulterium antè perfi-
cit ex concupiscentia [82] & matrimonium ex voluntate. Vsque adhuc maritus est, ipsum illud possidens
per quod & factus est, id est animum, in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen. Ceterùm non est
exclusus, si à viliore commercio carnis decessit. Honorator maritus est, quanto mundior factus est.
[83] Vt igitur in Domino nubas secundum Legem & Apostolum, (si tamen vel hoc curas) qualis es [84] E
d matrimonium postulans, quod eis à quibus postulas non licet habere; ab Episcopo Monogamo, à
Presbyteris & Diaconis eiusdem sacramenti, à Viduis, quarum sectam in te recusasti? Et illi planè sic
dabunt viros & vxores, [85] quomodo buccellas. Hoc enim est apud illos: Omni petenti te dabis. Et
coniungent vos in Ecclesia virgine, vnius Christi vnica sponsa. Et orabis pro maritis tuis, nouo & ve-
tere. Elige cui te adulteram præstes. Puto, ambobus. Quòd si sapias, taceas defuncto. Repudium sit
illi, silentium tuum, [86] alienis iam Dotalibus scriptum. Hoc modo nouum promereberis mari-
tum, si veteris obliuiscaris, Debes magis illi placere, propter quem Deo placere non maluisti. Hæc
Psychici volunt Apostolum probasse, aut in totum non recogitasse, cùm scriberet [87] Mulier vincta
est inquantum temporis viuit vir eius; si autem mortuus fuerit libera est: cui vult, nubat; tantùm in
Domino. Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam secundi matrimonij, immò & plurimi, si secun-
di; quod enim semel esse desijt, omne obnoxium est numero. Quo autem sensu Apostolus scripserit, ita
relucebit, si priùs constet, non hoc illum sensu scripsisse, quo Psychici vtuntur. Constabit autẽ si quis
ea recordetur, quæ huic capitulo diuersa sunt & apud doctrinam, & apud voluntatem, & apud pro-
priam ipsius Pauli disciplinam. [88] Si enim secundas nuptias permittit, quæ ab initio non fuerunt;
quomodo affirmat omnia ad initium recolligi in Christo? Si vult nos iterare coniugia; quomodo se-
men nostrum in Isaac semel marito auctore defendit? Quomodo totum Ordinem Ecclesiæ de Mono-
gamis disponit, si non hæc disciplina præcedit in laicis, ex quibus Ecclesiæ Ordo proficit? Quomo-
do in matrimonio adhuc positos à fructu matrimonij auocat? dicens, In collecto esse tempus, si per
mortem matrimonio elapsos, iterum in matrimonium reuocat? Hæc si diuersa sunt ei capitulo, de quo
agitur, constabit (vt diximus) non hoc illum sensu scripsisse, quo Psychici vtuntur. Quia facilius
est, vt aliquam rationem habeat vnum illud capitulum, quæ cum ceteris sapiat, quàm vt Apostolus di-
uersa inter se docuisse videatur. Eam rationem in ipsa materia poterimus recognoscere. Quæ ista mate-
ria Apostolo fuit scribendi talia? tyrocinium nouæ & quum maximè orientis Ecclesiæ; quam lacte sci-
icet educabat, nondum solido cibo validioris doctrinæ: adeò vt præ illa infantia fidei ignorarent ad- F
huc quid sibi agendum esset circa carnis & sexus necessitatem: Cuius etiam ipsas species ex rescriptis
intelligimus, cùm dicit: De his autem quæ scribitis: Bonum est homini mulierem non attingere, [89]
propter fornicationes autem vnusquisque vxorem suam habeat. Ostendit fuisse qui in matrimonio à
fide deprehensi, verebantur ne non liceret eis matrimonio suo exinde vti; quia in carnem sanctam
Christi credidissent. Et tamen secundum veniam concedit, non secundum imperium; id est, indul-
gens, non præcipiens ita fieri. Ceterùm malebat omnes id esse quod & ipse. Proinde & de repudio re-
scribens, demonstrat quosdam de isto quoq; cogitasse: vel maximè, quia & in ethnicis matrimonijs
non putabant post fidem sibi perseuerandum. Quærebant & de virginibus consilium (præceptum
enim Domini non erat) [90] Bonum esse homini si sic permanent: vtique quomodo à fide fuerit inuen-
us. Vinctus es vxori, ne quæsieris solutionem. Solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem: [91] Si au-
em acceperis vxorem, non deliquisti. Quia ante fidem soluto ab vxore, non numerabitur post fi-
em secunda vxor, quæ post fidem prima est. A fide enim etiam ipsa vita nostra censetur. Sed hic par-
cere se dicit illis. Alioquin præsuram carnis subsequuturam, [92] præ angustijs temporum impedimen-
a matrimonij recusantibus. [93] Quin potius de Domino sollicitudinem habendam promendo quàm
e marito; ita reuocat quod permisit. [94] Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit: vnumquem-
que, in qua vocatione vocabitur, in ea permanere debere; adijciens: Mulier vincta est quàm diu
viuit

A viuit vir eius: si autem dormierit, libera est; cui volet nubat, tantùm in Domino: hanc quoque eam demonstrat intelligendam, quæ & ipsa sic fuerit inuenta soluta à viro, quomodo & vir solutus ab vxore: per mortem vtique, non per repudium facta solutione: quia repudiatis non permitteret nubere aduersus pristinum præceptum. Itaque mulier si nupserit, non delinquet, quia nec hic secundus maritus deputabitur, quia est à fide primus: & adeò sic est, vt propterea adiecerit, tantùm in Domino, quia de ea agebatur quæ ethnicorum habuerat, & amissio eo erediderat, ne scilicet etiam post fidem ethnico se nubere posse præsumeret; [91] licet nec hoc Psychici curent. [92] Sciamus planè non sic esse in Græco autentico, quomodo in vsum exit per per duarum syllabarum aut callidam aut simplicem euersionem. Si dormierit vir eius, quasi de futuro sonet; ac per hoc videatur ad eam pertinere, quæ iam in fide virum amiserit. Hoc quidem si ita esset, in infinitum emissa licentia, totiens virum dedisset, quotiens amissus esset, sine vllo pudore nubendi, etiam ethnicis congruente. Sed etsi ita esset quasi de futuro: Si cuius maritus mortuus fuerit; tantundem & futurum ad eam pertineret, cuius ante fidem morietur maritus. Quam vis accipe, dum cetera non euertas. Nam cùm & illa sententiæ cedant, [97] Seruus vocatus es, ne curaueris: impræputiatus vocatus es, ne circumcidaris: circumcisus vocatus es, ne adduxeris: quibus concurrit, Vinctus es vxori, ne quæsieris solutionem: solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem: satis manifestum est ad eos hæc pertinere, qui in noua & recenti vocatione constituti de his consulebant, in quibus à fide fuerant deprehensi. Hæc erit interpretatio capituli istius de hoc examinanda, an & tempori, & causæ, & tam exemplis & argumentis præcedentibus, quàm & sententijs & sensibus subsequentibus, & in primis, an ipsius Apostoli & consilio proprio congruat & instituto: nihil enim custodiendum est, quàm ne diuersus sibi quis deprehendatur. [98] Audi & subtilissimam econtrariò argumentationem. Adeò, inquiunt, permisit Apostolus iterare connubium, vt solos qui sunt in Clero, Monogamiæ iugo

B astrinxerit: Quod enim quibusdã præscribitid nõ omnibus præscribit. Nũquid ergo & quod omnibus præcipit, solis Episcopis non præscribit: si quod Episcopis præscribit, non & omnibus præcipit? An ideò omnibus, quia & Episcopis? & ideo Episcopis, quia & omnibus? Vnde enim Episcopi, & Clerus, nónne de omnibus? Si non omnes Monogamiæ tenentur, vnde Monogami in Clerum? An ordo aliqui seorsum debebit in stitui Monogamorum, de quo allectio fiat in Clerum? Sed quum extollimur & inflamur aduersus Clerum, tunc vnum omnes sumus, tunc omnes Sacerdotes; quia sacerdotes nos Deo & patri fecit. Quum ad peræquationem disciplinæ Sacerdotalis prouocamur, deponimus insulas, [99] & pares sumus. De Ecclesiasticis ordinibus agebatur, quales ordinari oporteret. Oportebat igitur omnem communis disciplinæ formam [100] sua fronte proponi, elicitum quodammodò futurum vniuersis impressione; quò magis sciret plebs eum ordinem sibi obseruandum; qui faceret præpositos; & ne vel ipse honor aliquid sibi ad licentiam, quasi de priuilegio loci blãdiatur. Prospiciebat Spiritus sanctus dicturos quosdam, Omnia licent Episcopis, [101] Sicut ille vester Vthinensis nec Scantiniam timuit. Quot enim & digami præsidenr apud vos, insultantes vtique Apostolo; certè non erubescentes, cum hæc sub illis leguntur? Age iam qui putas exceptionem Monogamiæ de Episcopis factam, recede & à reliquis titulis disciplinæ, qui cum Monogamia Episcopis ascribuntur: Noli esse [102] irreprehensibilis, sobrius, benè moratus, ornatus, hospitalis, docibilis: quin verò & vino deditus, & manu promptus ad cædendum, & pugnax, & pecuniæ amans, & domum non regens, nec filiorum curans disciplinam, sed nec ab extraneis bonam famam sectans. Si enim suam habent Episcopi legem circa Monogamiã, etiam cetera quæ Monogamiæ accedere oportebit, Episcopis erunt scripta. Laicis verò quis Monogamia non conuenit, cetera quoque aliena sunt. Euasisti, Psychice, si velis, vincula disciplinæ totius. Præscribe constanter non omnibus præcipi quæ quibusdam sint præ-

C cepta: aut si cetera quidem communia sunt, Monogamia verò solis Episcopis impositа est, nunquid illi soli Christiani pronuntiandi, in quos tota disciplina collata est? [103] Sed & Timotheo scribens, [104] vult iuuenculas nubere, filios suscipere matres familiæ agere. Ad eas dirigit quales suprà denotat, iuuenculas viduas, quæ in viduitate deprehensæ, & aliquandiu adsectatæ, postquàm in delicijs habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium quòd primam fidem reliciderunt, illam videlicet à qua in viduitate inuentæ & professæ eam, non perseuerant. Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptæ viduitatis postea rescindant; non vt totiens nubant, quotiens in viduitate tentata, immò & indelicijs habita noluerint perseuerare. Legimus eum & ad Romanos scribentem: [105] Quæ autem sub viro est mulier, viuenti viro vincta est: si autem obierit, euacuata est à lege viri. Nempè ergo viuente viro adulterare putabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Si verò obierit vir liberata est à lege, quòd non sit adultera facta alij viro. Sed & sequentia recognosce, quò sensus iste qui tibi blanditur, euadat. Itaque, inquit, fratresmei mortificamini & vos legi per corpus Christi, vt efficiamini alteri, ei scilicet qui à mortuis resurrexit, vti fructum feramus Deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quæ per legem, efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti: nunc autem euacuati sumus à lege mortis in quo tenebamur, ad seruiendum Deo in nouitate spiritus, & non in vetustate litteræ. Igitur si mortificari non iubet legi per corpus

Ibid.

Ibid.

Ibid.

CAP. XII

Apoc. 5.

1. Tim. 3.

CAP. XIII

1. Tim. 5.

Rom. 7.

Christi,quod est Ecclesia,quæ spiritu nouitatis constat, non per litteram vetustatis, id est legis, aufe-
rens te à lege,quæ non tenet vxorem marito defuncto, quo minus alij viro fiat,ad contrariamte redi- D
git conditionem, ne amisso viro nubas: quantúmque non deputareris adultera facta alteri viro post
mortem mariti, si adhuc in lege agere deberes, tanto ex diuersitate conditionis [106] adulterij te præiu-
dicat post mortem mariti alij nubentem: quia iam mortificata es legi, non potest tibi licere, cùm re-
cessisti ab ea apud quam tibi licebat. [107] Nunc si & absolutè Apostolus permisisset in fide amisso ma-
rimonio nubere: proinde fecisset quemadmodum & cetera, quæ aduersus formam regulæ suæ a pro
conditione temporum, gessit b circumcidens Timotheum propter superinductitios falsos fratres:
& rasos quosdam inducens in templum propter obseruationem Iudæorum, [108] ille qui Galatas d in
ege volentes agere cæstigat. Sed ita res exigebant; e vt omnibus omnia fieret,quò omnes lucrifaceret;
parturiens illos donec formaretur Christus in ipsis, & calefaciens tamquam nutrix paruulos fidei, do-
cendo f quædam per veniam, non per imperium (aliud est enim indulgere, aliud iubere) proinde
temporalem licentiam permittens denuò nubendi propter infirmitatem carnis; quemadmodum h
Moyses repudiandi propter duritiam cordis. [109] Et hic itaque reddemus supplementum sensus istius.
Si enim i Christus abstulit quod Moyses præcepit, quia ab initio non fuit sic, nec sic ideò ab alia ve-
nisse virtute reputabitur Christus; [110] cur non & Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit, quia &
secundum matrimoniũ ab initio non fuit, nec ideò suspectus habẽdus sit, quasi spiritus alienus: tãtùm
vt Deo & Christo dignũ sit quod superducitur? Si Deo & Christo dignum fuit duritiã cordis tẽpore
expleto cõpescere; cur non dignius sit & Deo & Christo infirmitatem carnis tempore iam collectioro
discutere? Si iustum est matrimonium non separari, vtique & non iterari honestum est. [111] Deniq; apud
seculum, vtrunq; in bona disciplina deputatur, aliud Concordiæ nomine, aliud Pudicitiæ. Regnauit E
duritia cordis vsque ad Christum. Regnauerit & infirmitas carnis vsque ad Paracletum. Noua lex ab-
stulit repudium, habuit quod auferret. Noua prophetia secundum matrimoniũ, non minus repudium
prioris. Sed faciliùs duritia cordis Christo cessit, quàm infirmitas carnis. Plus hæc sibi Paulũ defendit,
quàm illa Moysen; si tamen defendit quum indulgentem eum captat, præscribentem recusat; quæ po-
iores sententias & perpetuas voluntates eius eludit; quæ non sinit nos hoc Apostolo præstare, quod
mauult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnãdo meliora perseuerabit? Tempus eius
donec Paracletus operaretur fuit, in quem dilata sunt à Domino, quæ tunc sustinere non poterant,
quæ iam nemini competit portare non posse, quia per quem datur portare, posse non deest. Quàm diu
causabimur carnem? quia dixit Dominus, Caro infirma. Sed præmisit, & spiritus promptus; vt vin-
cat spiritus carnem, vt cedat quod infirmum est fortiori. [112] Nam &: Qui potest capere, capiat, inquit.
d est, qui non potest, discedat. Discessit & ille dies, qui non ceperat substantiæ diuidendæ egenis præ-
ceptum, & dimissus est sententiæ suæ à Domino. Nec ideò duritia imputabitur Christo de arbitrij
cuiuscunque liberi vitio: Ecce, inquit, posui ante te bonum & malum, eligę quod bonum est: si non
potes, quia non vis (posse enim te si velis ostendit, quia tuo arbitrio vtrunq; proposuit) discedas oportet
ab eo cuius non facis voluntatem. [113] Quæ igitur hic duritia nostra, si non facientibus voluntatem
Dei renuntiamus? Quæ hæresis, si secundas nuptias vt illicitas iuxta adulterium iudicamus? Quid
est enim adulterium, quàm matrimonium illicitum? [114] Notat Apostolus eos, qui in totum nubere
prohibebant, qui & de cibis interdicebant, quos Deus condidit. Nos verò non magis nuptias auferi-
mus, si secundas recusamus quàm cibos reprobamus, si sæpius ieiunamus. Aliud est auferre, aliud tem-
perare; aliud est legem non nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere. Planè qui exprobrant
nobis duritiã vel hæresim in hac causa, si intantum fouent carnis infirmitatem, vt in nubendo frequen-
ter sustinendam putent: cur illam in alia causa neque sustinent neque venia fouent, cùm tormentis
expugnata est in Negationem? Vtique enim illam magis [115] excusari capit, quæ in prælio cecidit, quàm P
quæ in cubiculo: quæ in equuleo succubuit, quàm quæ in lectulo: quæ crudelitati cessit, quàm
quæ libidini: quæ gemens deuicta est, quàm quæ subans: Sed illam quidem à [116] Communicatione de-
pellunt; quia non sustinuit in finem: hanc verò suscipiunt, quasi & hæc sustinuerit in finem. Propone
quid vtraque non sustinuerit in finem, & inuenies eius causam honestiorem, quæ fœuitiam, quàm quæ
pudicitiam sustinere non potuit. Et tamen nec cruentam defectionem infirmitas carnis excusat, ne-
dum impudicam. [117] Rideo autẽ cum infirmitas carnis opponitur, quæ summa fortitudo dicenda est.
terũ nubere. est res virium: resurgere in opera carnis de cõtinentiæ otio, subtãtia est laterum. Talis in-
firmitas, & tertio, & quarto, & vsque septimo forsitan matrimonio sufficit: vt quæ totiens fortior, quo-
iens fuerit infirmior, habitura iam non Apostolum auctorem, sed [118] Hermogenem aliquem plures so-
itum mulieres ducere quàm pingere. materia enim in illo abundat; [119] vnde & animam esse præsumens,
ulto magis spiritum à Deo nõ habet, [120] iam nec Psychicus, quia non de afflatu Dei Psychicus. Quid
inopiam quis causetur, vt carnem suam apertè prostitutam profiteatur, [121] exhibitionis causa nuben-
em, oblitus: de victu & vestitu non esse cogitãdum? habet Deum [122] etiã coruorum educatorẽ, etiam
orũ excultorem. Quid si solitudinẽ domus obtendat, quasi vna mulier frequẽtiam præstet, homini ad
gã proximo: habet viduã vtiq; quam assumat licebit. Non vnã generis huius vxorem, sed etiam plu-
es habere cõcessum est. Quid si de posteritate quis cogitet ijsdem animis, quibus oculis vxor Loth, vt

ideò

A Ideò quis repetat matrimonium, quîa de priore liberos non habuit; hæredes se. Christianus quæret, seculi totius exhæres? habet fratres, habet Ecclesiam matrem. Aliud est si & apud Christum [124] legibus Iuliis agi credunt, & existimant cœlibes & orbos ex testamento Dei [124] solidum non posse capere. Nubant igitur huiusmodi in finem vsque; vt in ista confusione carnis; sicut Sodoma, & Gomorra, & diluuij dies, ab illo vltimo exitu seculi deprehendantur. Adiiciant tertium dictum: Manducemus, & bibamus, & nubamus, cras enim moriemur: non recogitantes, Væ illud prægnantibus & lactantibus, multò grauius & amarius euenturum in concussione totius mundi, quàm euenit in vastatione vnius particulæ Iudææ. Satis oportunos nouissimis temporibus fructus iteratis matrimoniis colligant, vbera fluitantia, & vteros nauseantes, [125] & infantes pipiantes. Parent Antichristo in quæ libidinosius æuiat. Adducet illis carnifices obstetrices. [126] Habebunt planè Christo quod allegent, speciosum priuilegium, carnis vsquequaque imbecillitatem. Sed hanc iudicabunt iam non Isaac Monogamus pater noster, nec Ioannes aliqui Christi spado, [127] nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla sanctorum: solent ethnici iudices destinari: Exurget regina Carthaginis, & decernet in Christianas, quæ prosuga, & in alieno solo, & tantæ ciuitatis cum maximè formatrix, cùm regis nuptias vltrò optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit contrariò vri quàm nubere. Assidebit & illi matrona Romana, quæ etsi per vim nocturnam nihilominus experta alium virum, maculam carnis suo sanguine abluit, vt Monogamiam in semetipsam vindicaret. [128] Fuerunt & quæ pro viris mori mallent, quàm post viros nubere. Idolis certè & Monogamia & viduitas apparent. [129] Fortunæ mulieri coronam non imponit, nisi vniuira, sicut nec [130] Matri Matutæ. [131] Pontifex Maximus & Flaminica nubunt semel. Certis sacerdotes viuentibus etiam viris & consentientibus, amica separatione viduantur. Sunt & quæ de tota continentia iudicent nos, virgines Vestæ, & Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythij. [132] Etiam bouis illius Ægyptij antistites de continentia infirmitatem Christianorum iudicabunt. Erubescе caro quæ Christum induisti. Sufficiat tibi semel nubere, in quod à primordio facta es, in quod à fine reuocaris. Redi in Adam vel priorem, si in nouissimum non potes. Semel gustauit ille de arbore, semel concupiit, semel pudenda protexit, semel Deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de paradiso sanctitatis exulauit, semel exinde nupsit. Si in illo fuisti, habes tuam formam: si in Christum transisti, melior esse debebis. Exhibe tertium Adam, & hunc Digamum, & tunc poteris esse quod inter duos non potes.

Ibidem. *Matth. 24. 1. Cor. 15.*

CA. XVII.

Judith. 8.

B

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE MONOGAMIA.

CAP. I.

1. Hæretici nuptias auferunt, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Quòd inter hæreticos qui nuptias auferunt, & eos qui secundas admittunt, mediam sequatur sententiam de vno matrimonio. *Atqui* de Marcione alisique hæreticis qui nuptias auferunt, *vide suprà Adnot. nostras Tom. 3. l. 1. adu. Marc. c. 29. nu. 395. & de* Ptychicotum *appellatione infrà ad lib. de Ieiuniis* adu. Ptychicos, *num. 2. certè mentiquam hic Auctori noti sunt, quantumuis id etiam Rhenanus defendi posse existimet. Verùm 2. Vatic. MS. cod. legunt*: Ptychici, *& paulò post omnes*: Ptychicis.

C

2. Inter alienos spadones, &c.] *Sic vocat (inquit Rhen.) Marcionitas, quòd à nuptiis abstinerent instar* spadonum, *& extra Ecclesiam essent electis, nempè hæretici. Legitur* alieni, *nec ad legem ampliùs pertinentes, & tamquam à communione separati.*

3. & aurigas tuos, &c.] *De orthodoxis dicit:* tuos *(inquit idem) ac fidiest: non separatu à communione; ad orthodoxorum enim aliquem scripsit est hic liber. Eis (inquit idem)* aurigarum *nomen accommodat, ob tumultum matrimonij, quasi coniugatus necessitatibus quotidianis impellentibus transuersus interdum agatur, quemadmodum equi nonnunquam aurigam alio pertrahunt quàm constituerat ipse. Perrò magna Romanos* aurigandi *in Circo tenebat insania. Vnde* aurigarum *ille factiones coloribus quoque distinctas. Castigamus autem secundum 1. edit. & Angl. cod.* tantumdem, *pro*: tandem; *& supplemus* 1 proinde & te lædunt.

4. quos Spiritales meritò dici facit agnitio spiritalium carnalium, &c.] *Vel hinc patet* Ptychicos, *id est animales, debere legi vbique apud Tertullianum, quum contra orthodoxos agit; eo quòd sues* spiritales *contrario nuncupet. Verùm etiam ea appellatione latiùs dicti lib. de Ieiuniis c. 1. nu. 2. Hic verò etiam ex Anglico cod. supplemus ac emendamus*: tam continentia religiosa est, quàm licentia verecunda.

5. Vnum matrimonium nouimus sicut vnum Deum, &c.] *Hæc similitudo nihil conuincit. Si enim quia vnus Deus, in omnibus vnicas seruari debet, oportebit & vnicam esse* pœnitentiam, *vnicam* corporis Dominici communionem, vnum sacerdotem; *denique vel ipsum argumentum conuincet plures, quas lib. de Ieiun. admittet, Montanistarum Quadragesimas. Correctionem verò hanc quoque Anglici codic. acceptam libenter supplentes ac legentes*: vt contrariæ spiritui, *pro eo quod erat dumtaxat*, contrariæ spiritus.

6. eo quòd caro sint, &c.] *Hinc apparet singulari numero lectum olim hic etiam apud* LXX. *non secus atque Hebraicè & Chaldaice Gen. 6. vbi hodie plurali legitur.*

CAP. II.

7. Itaque Monogamiæ disciplinam, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd nitatur excusare, quamquam frustrà, hæresin hanc Paracleti. *Atqui recte interpretatur Rhenan.* consistendum sit, *hoc est, perfigendum hic, nec transiliendum.*

8. An capiat Paracletum aliquid tale docuisse, &c.] *Græcum (inquit Rhenan.) illud verbum* καθήκατα *multis locis vsurpat, Latinè* capit reddens, *quod poterat hoc modo vertere, probabile est, vsu venit, contingit, fieri potest, vt hic*: an capiat, *hoc est*: *an possibile sit, quemadmodum in præcedentibus libris abundè demonstrauimus.*

9. nouum deputari possit aduersus catholicam traditionem, &c.] *Bene habet quod etiam tam hæreticus fatlus Auctor fatearur tamen* nouum esse, *quidquid sit* aduersus Catholicam traditionem, *quo pertinet eo tam quod suprà Tom. 3.*

lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 21. scribit: hoc esse testimonium veritatis doctrinæ nostræ, quod Ecclesiæ ab Apostolis tam viua voce, quàm per Epistolas Apostoli à Christo susceperunt, *& cap. 31.* Id esse verum & dominicum, quod priùs sit traditum, falsum quod posteriùs, *& quæ alibi habet similia. Vide verò de eodem ibidem Adnot. nostras nu.* 128. 130. 180. *&* 182. *quid vero* catholicum, *ibidem num.* 156. *Supplemus autem ex Anglico MS. cod.* aduersus leuem sarcinam Domini.

10. Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, &c.] *Quum latè eandem hanc scripturam Ioan. 16. (quamquam perperàm) de suo Paracleto interpretetur, quibusdam verbis ijsdem suprà Tom. 2. lib. de Virgin. veland. cap. 1. & infrà lib. de Fuga in persecut. cap. 1. patet penè eodem tempore scriptos hos duos libros. At notatu dignum, quòd eundem locum scripturæ ante omnem hæresin interpretatus sit de spiritu sancto per Apostolos, supradicto lib. de Præscript. aduersus hær. cap. 28. sicuti etiam Patres ad vnum catholici omnes, sed qua posteà abusi sunt Montanistæ, & ipse Tertullianus tum hic, tum infrà cap. 3. & in aliis quibusdam locis qui nunc non occurrunt, & ante eos Gnostici & ceteri hæretici, quo factum, vt B. Augustin. comment. in Ioan. tribus tractatibus hanc tractet sententiam. Atqui sequitur lectionem Græcam Auctor, quum vertit vbique:* ille vos ducet in omnem veritatem, *Græcè* ὁδηγήσει, *pro eo quod vulgatus Latinus Interpres, & B. Augustin. loco citato: docebit omnem veritatem. Quo fit etiam, vt non placeat lectio Anglici codicis:* & docturum illum; *sed retinuimus cum* 3. *MS. Vatic. cod.* acturum. *Ex tribus interim MSS. Vatic. castigamus:* Aduersarius enim spiritus ex diuersitate prædicationis appareret, *& supplemus:* Antè quis de Deo hæreticus sit necesse est, & tunc de instituto.

CAP. III.

11. Sed an onerosa Monogamia, &c.] *Caput hoc inscriptum:* Quòd nihil noui sit Monogamia, ex eo quòd Christus & Apostoli ipsi continentes continentiam prætulerint nuptiis. *Est verò Tertullianicum illud:* videri, *non semel hoc ipso libro repetitum. Hic autem etiam in hoc errat, quòd eodem argumento colligat* potuisse suum Paracletum determinare totam & solidam virginitatem, *vtpotè quum neque ipse Christus, neque Apostoli nuptias exclusserint.*

12. vt & ipso spadone, &c.] *Christum intelligit virginem ex Virgine, quem admodum loquitur B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouin. de quo infrà quoque Auctor cap. 5.* Christus innuptus in totum.

13. ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, continentiam mauult, &c.] *Eodem modo infrà cap. 11.* Ceterùm malebat omnes id esse quod & ipse; *pro quo paulopost:* velle *transtulit. Suppleuimus autem:* ad quem, *ex Anglico MS. cod. Adludit verò, & explicat illud Apostoli Pauli, quod paulopost citat in hac verba:* Denique in hac specie non est voluntas permittrentis nubere. Aliud enim vult (*nempè non nubere*) Volo vos, inquit, omnes sic esse quomodo & ego; *& desinceps:* At vbi ad continentiam reflectit animos: Volo autem vos sic esse omnes. *Quod non aliter expressit suprà lib. præced. cap. 4.* Quum nos verò ad exemplum suum hortatur, vtique ostendens quid nos velit esse, id est continentes; pariter declarat, quid nos esse nolit. *Hinc eodem adludens suprà Tom. 2. lib. 1. ad Vxorem cap. 3.* Ceterùm, *inquit*, nusquam ita nuptias permittit, vt non potius ad suum exemplum nos enitimalit Fœlicem illum qui Pauli similis existeret. *Eandem* Apostoli Pauli castrationem à nuptiis, *iterum inculcat infrà cap. 8. quum de recentiori à Petro Apostolis, inter quos Paulus, loquens dicit:* Ceteros quum maritos non inuenio; aut ipsadones intelligam necesse est, aut continentes. *Vbi etiam negat* vxores *fuisse, de quibus Paulus* 1. *Cor. 9.* Numquid habemus potestatem mulierem circumducendi? *Videat itaque Erasmus, qui Adnotat. nouis Testamenti in priorem illum Apostoli locum, contugatum fuisse Paulum ex ipsis verbis:* Volo omnes manere sicut meipsum, *calumniate colligit; contendens debere ibi verti:* Volo enim; *non* volo autem; *vt ad præcedentia referatur, quæ de conjugatis locutus est Apostolus. Verùm præterquàm quod* γὰρ *nonnumquam pro* δὲ *accipitur, sicuti econtrario, certè B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouin. diserte verbis legit, & interpretatur:* Volo autem, *&c. ad verbum ferè imitatus tres dictos locos Auctoris; adferens ad idem institutum continentiæ, etiam illud quod* 1. *Cor. 7. sequitur apud Apostolum: Dico autem innuptis & viduis; Bonum est si sic permanserint vt ego. Quæ ipse duo loca adlegat Epist. 22. ad Eustochium de custod. virgin. contra eos (quos audiendos negat) qui Paulum vxorem habuisse confingunt; & posteriùs illud etiam similiter explicat Epist. sequentis ad Ageruchiam. Eodem vero modo legunt hunc Apostoli locum, & de continentia interpretantur B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quir. cap. 32. B. Ambros. in Comment. B. Augustin. lib. de Oper. Monach. cap. 4. qui etiam Apostolum Paulum non fuisse coniugatum ex eodem loco probat lib. 1. De adulter. coniug. ad Pollent. cap. 4. Sicut etiam Græcorum Chrysostomi aliorúmque in hunc Apostoli locum commentarij. Illud verò:* de ceteris à Petro Apostolis aut spadonibus, aut continentibus, *atque adeò etiam B. Paulo, transscripsit hìc lib. 1. adu. Iouin. B. Hieron. Solus Clemens Alexandr. Strom. lib. 3. non solùm Petro, sed & Philippo Apostolo (hallucinatus in appellatione eadem Philippi diaconi, cuius 4. filiarum Prophetidum Act. Apost. fit mentio cap. 21.) vxorem tribuit; immò & Paulo, adlegans quandam extus Epistolam, in qua suam commemorat coniugem; quod plerique referri volunt ad illud Philipp. 4.* συζυγε γνησιε, *pro quo nostler Interpres rectiùs: germane compar; ego vero putaui dicta verba* 1. *Cor. 9. Numquid non habemus potestatem, &c. mulierem circumducendi. Verùm non tanta eius auctoritas [quippè cuius opera consentur Apocrypha à Gelasio Papa] vt non potius alijs Patribus sit habenda fides, qui vtrumque illum locum aliter interpretantur, & nominatim B. Chrysost. aliisque Græcis, qui scribunt nihil tale ex priori loco ad Philippenses posse conuinci, & potissimum Theophilacto, qui acriter pugnat, ne Paulo tribuatur vxor. De posteriori* 1. *Cor. 9. quomodo intelligatur ab Auctore & B. Hier. aliisque Patribus, vide suprà lib. præced. cap. 8. nu. 42. Restat B. Ignatius, qui Epistola ad Philadelphienses, B. Paulum inter coniugatos collocat; sed adnotanti vir non vulgaris eruditionis & auctoritatis Richardus Maleus Anglus, videsse Oxoniæ in eiusdem Auctoris exemplar vetustiss. in quo nulla fiat Pauli mentio.*

14. Nihil enim bono contrarium nisi malum, &c.] *Paulo latius hic tractat quod præced. lib. adtigit ca. 3. ex quorum vtroque ipsa penè verba transscripsit B. Hieron. li. 1. adu. Iouin. qua quomodo intelligi possint, vt non damnentur primæ nuptiæ, ostendit Apol. ad Pammachium. Supplemus autem mox ex Anglico cod.* quomodo in matrimonio quis suo placeat.

15. Denique quum dicit: Melius est nubere, quàm vri, &c.] *Etiamsi tud ijsdem penè verbis prosequitur suprà dict. ca. 3. lib. præc. de Exhort. cast. & post Auctorem B. Hieron. vtroque loco tam citato. Siue autem legas cum cod. Angl. MS.* Ceterùm si per mali comparationem, *siue cum alijs:* collationem, *non refert. Verùm ex eo supplemus:* Fit ergo iam non melius, *&:* Si tamen discedas à comparatione mali vtriusque.

16. Sed & Ioannes, &c.] *Ista ex Epist. Ioan. 2. & 3. scripturas alibi non habet Auctor; in quarum posteriori vertit ad verbum:* castificat se, sicut & ipse castus est, *quod Græcè est* ἁγνίζει ἑαυτὸν, *&* ἁγνὸς. *Illud verò Leuitic. 11. suprà etiam adduxit lib. præced. cap. 10. sed hìc rursum peculiariter citatur illud Ecclesiastæ 3.* Tempus omni rei, *in quo etiam illum B. Hier. Epist. de Monog. sequitur, adferens ipsa verba:* Tempus amplexandi, *& tempus longè fieri ab amplexibus. Atqui de Prouerbiali formula:* supremam fibulam imponere, *videantur nostra Prolegomena.*

17. annis circiter centum sexaginta inde productis, &c.] Inde, *id est, sicut antè præmisit:* post Apostolos. *Indicatur autem hic etas Tertulliani, qua Librum hunc scripsit, quantum colligit ex lib. 1. adu. Marc. cap. 15. Latinum,* anno xv. Seueri Cæsaris; *verùm de ea latius in vita eius. Atqui paulopost supplemus ex Anglico MS. cod.* vnicas nuptias competisse.

18. In

18. In hoc quoque Paracletum agnoscere debes aduocatum, &c.] *Adiudicat ad significationem vocis* παράκλητος, *quæ* aduocatum *significat; sed ridiculè est adplicatio Auctoris.*

CAP. IIII.

19. Secedat nunc mentio, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De antiquitate Monogamiæ in Adamo & Eua. *Vbi repetit eadem quæ lib. præced. cap. 5. etiam quæ de* Lamech *adijciuntur* duabus maritato; *& similiter B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin.*

20. ipse census generis humani, &c.] *Vel hunc confirmatur nostra sententia, cuius supra meminit lib. 1. adu. Marc. cap. 21. num. 149. quòd Auctori* census *fere capiatur pro origine prima. nam quod hic* census, *loco tam dicto* originem *dixit, & similiter initio cap. seq. Eodem modo accipitur etiam infra cap. 5. quum dicitur*: initium quod tibi & in Adam censetur, *&c.*: ita census noster transferetur in Christum; *item*: an idipsum debeas huic quoque censui secundo; *denique*: in Christo notans censum. *Rursum c. 6.* Non enim passiuus tibi census est in illo, *& cap. 8.* in Christi censu. *Suppleumus autem paulopost*: Alioquin si Deus voluisset, esse & potuisset, *ex 3. Vat. MS.*

21. in frartricidio dedicatum, &c.] *Verbo*: dedicare (*inquit Rhenan.*) *libenter vtitur; & post hunc Cyprianus Martyr & B. Hier. Ita lib. de Resurr. carn. cap. 10.* De materia potius subiacente volunt ab illo vniuersitatem dedicatam; *& paulopòst in hoc ipso de Monogamia libro*: In imaginem Domini dedicatus est. *Casligamus verò hic ex Anglico codice*: duabus maritatus, *pro*: maritus.

22. semel defensæ, &c.] *Id est, vindicatæ, eadem phrasi qua supra Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. 18. versi in Deuteron.* Mihi defensam, *quod aliy vindicatam. Vult enim, quod* iniquitates quæ diluuium prouocauerunt, semel (*vbi iterum*: Supplemus autem *paulopòst*: Etiam Abrahæ te filium exhibe.

23. Sed & reformatio secundi generis humani, &c.] *Hæc amplius habet quàm supra Auctor* de Monogamia Noe & filiorum eius, *ac de* binis animalibus masculo & fœmina inductis in arcam, *Gen. 6. & 7. Quæ tamen ipsa transscripsit B. Hieron in Epist. suam ad Ageruchiam de Monog. Atqui nouam periodum distinximus iuxta omnes Bibliorum editiones*: De animalibus volatilibus, *&c. Vsurpatur autem hic* mœchia, *pro adulteriis, sicuti adnotauit Rhenanus.*

CAP. V.

24. Hæc quantum ad primordiorum testimonium, &c.] *Inscripsimus hunc capiti fecimus*: Quòd ad initium omnia reciprocanda sint. *Quæ materia huic libro peculiaris est, repetitur tamen pene ad verbum tota à B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin.*

25. Ideòque quos Deus ab initio coniunxit, &c.] *Sic restituimus hunc locum ex Anglico MS. cod. pro eo quod erat*: quod Dominus, *quemadmodum Euangelista Matth. 19. 6. habeat*: quod, *tum quia hic sequitur*: duos, *tum quia illud legit etiam infra cap. 9. vbi de* repudio *latius, & vetò apud editiones omnes*: Deus, *legitur, non*: Dominus.

26. Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios: Deum, &c.] *De hoc loco Epist. 1. vide Adnot. nostras supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 17. num. 261. Sunt autem legas cum Anglico cod. MS.* supertertas, *sue*: tertiam *cum aliis, perinde est.*

27. Sic & duas Græcæ litteras, &c.] sibi induit Dominus, &c.] *Eleganter dictum (inquit Rhenan.) Sic Tacitus*: Etiam aduersus nos hostilis indaretur; *item*: Magnum animum induisse. *Et de Agrippina Germanici Cæsaris vxore*: Munia ducis per eos dies in lucrat. *Tertullianus in Apologetico cap. 35.* Honestiares est, sollemnitate publica exigente induere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris. *Hunc locum autem ad verbum pene descripsit B. Isidorus tacito Auctoris nomine, more suo, Etymol. lib. 1. cap. 3. Aliam verò expositionem habet Epiphan. in Ancorato, qui inde geminam Christi naturam colligit, & Origen. Tom. 1. in Ioannem, vbi de vtriusque littera significatione latissimè. Verùm non est probandalla hæreticorum* Marci & Colarbasi, qui (*vel ipso Auctore teste supra laped. lib. de Præscr. adu. hær. cap. 50. hær. 15.*) nouam hæresin ex Græcorum Alphabeto *dictorum verborum occasione* composuerunt.

28. Et adeò in Christo omnia reuocanda nt, &c.] *Exemplaque hic adfert, de* reditu *ad præpositionem seu* integritatem carnis à circumcisione, de libertate ciborum, de repudij cohibitione, de homine in paradisum reuocato; *quæ conuincunt* matrimonij *talem* indiuiduitatem, *quæ plures interdicat nuptias. Et verò etiam hic Auctorem imitatur B. Hieron. lib. 1. adu. Iouinian. Castigamus autem ex tribus MS. Vatic. cod.* inde dimissus est, *pro*: demissus; *non enim in cælo, sed in terra* paradisum *exstare, supra ex Tertulliano ostendimus Tom. 4. ad Fragmenta lib. de paradiso in Adnot. nostris, Ex ijsdem supplemus*: in Adam censetur, & in Noë recenseatur; *nam & sequitur*: in ambobus.

29. quod etiam primus Adam ante exsilium, &c.] *Hinc apparet ne quod præmittitur*: Christus innuptus in totum; *accipi* innuptum *pro virgine & spadone, sicuti mox loquitur. Nam nuptus fuisse paradiso Adam, sed opera nuptiarum non legitur adimplesse; quod, ni fallor, etiam alicubi supra habet Auctor. Hinc & B. Hieron. disertis verbis lib. 1. adu. Iouin. & Epist. ad Eustoch. de Custod. virgin. in paradiso virgines permansisse scribit Adam & Euam, electos de paradiso copulacos esse. In eo verò, quòd ratione* Ecclesiæ, Christum Monogamum *vocat, imitatur etiam B. Hieron. Epist. de Monog. supradicta. Legimus verò ex 3. MS. Vatic. cod. etiam secunde loco*: occurrit, *vbi primi erat*: Monogamus incurrit.

CAP. VI.

30. Sed adhuc nobis quæramus, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd Abrahæ, Dauidi, ac Salomoni Digamis; opponantur Monogami Isaac, Ioseph, Aaron, & Moyses. *In quo partim etiam imitatur Auctorem B. Hieron. vbi supra, & partim lib. 1. adu. Iouin. Supplemus autem paulopòst*: Etiam Abrahæ te filium exhibe.

31. passiuus tibi census, &c.] Passiuum census (*inquit Rhenan.*) *vocat* censum *infinitum, vagum, liberum, & licentiosum siue licentiosum. Sic in præced. initium libris dixit*: passiuum nomen Dei, passiuum conuictum, passiuos discipulos, &: passiuam licentiam. *Hoc vocabulo D. quoque Hieron. vtitur, & Iulius Firmicus lib. 5. Mathes. sed in oculorum tamen illecebras occulorum* passiuis *cupiditatibus incurrent Tamesi in edit. Venet. Firmicus vulgata scriptum est* possiuis, *pro*: passiuis.

32. Si enim ex fide filij deputamur Abrahæ, &c.] *similiter habet supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. 3. vbi explicat Apostoli verba, hic clariùs citata; in quibus vertit*: nempè, *quod Græcè est ἄρα. & aly verunt*: ergo. *Legere etiam sicut Græci & B. Hieron. in Comment.* Cognoscitis, *pro ex quod aly*: Cognoscite. *Supplemus autem*: deputatum est ei in iustitiam.

33. Aut si posteriorem, &c.] *Reflexe castigauit hunc locum Rhenanus, nam ettam B. Hieron. Si (inquit) imitamur Abrahæ vxorum numerum, imitemur & circumcisionem; neque enim in parte fœlandus, in parte repudiandus est. Castigamus verò ex Anglico MS. cod. necessario*: Digamus cum circumcisione esse orsus est, *pro*: à circumcisione; *præcessit enim cap. 16.* Digamia Abrahæ per ancillæ concubinatum, circumcisionem ipsius, *cuius cap. 17. fit mentio*; sed pene eodem tempore vtrumque contigit. *Supplemus etiam ex 3. Vatic. MS. cod.* Proinde et etiã digamiam iam tibi intuleris.

34. Si ex liberas ea de Isaac pertinens, hic certè, &c.] *Sic emendauimus ex vno MS. cod. Vatic. pro*: pertines. *Similiter autem B. Hieron.* Porrò Isaac *vnius Rebeccæ vir, digamiæ suggillat lasciuiam. Repetit idipsum de Isaac infrà cap. 11. & vlt.*

35. aliciuius Dauid, &c.] *Etiam illud transscripsit B. Hier. eodem lib. & Epist. de Monog. Sic autem dixit hic*: aliciuius Dauid (*inquit Rhenan.*) *& mox*: aliciuius Salomonis, *vt paulo ante*: nostri aliciuius Auctoris, *& lib. de Carne Christi*: in Lazaro aliquo, *item*: in aliquo Zacharia, *rursum*: aliqui Lucanus, *hic mox*: secundum aliquem Epicurum, *item ad finem*: Sed Hermogenem aliquem, *& mox*: Nec Ioannes aliqui Christi spado.

36. Salomonis etiam vxoribus diuitis, &c.] *Nec ipsius reti-*

cuit, citans ex 3. Reg. 11. quòd 700. habuerit vxores, & 300. concubinas, & alias innumerabiles.

37. habes & Ioseph vniugum, &c.] *Siue sic legas, siue cum 3. Vatic. MS. cod.* Monogamum, *non refert; quia autem addit:* & hoc nomine patre meliorem, Iacob *intelligit, qui sicut habetur Gen. 29. & 30. præter duas vxores etiam duas ancillas habuit, vnde & quadrigamus à B. Hieron. appellatur, quum Ioseph ynam dumtaxat vxorem duxisse legatur, Gen. 41.*

38. Habes Moysen Dei de prouincia arbitrum, &c.] *Propriè (inquit Rhenan.) & eleganter hic vsus est* arbitri *vocabulo.* Arbiter *enim interdum obseruatorem significat. Liuius: Per deos fœderis arbitros & testes. Cyprianus Martyr ad Donatum:* Ac ne eloquium *nostrum* arbiter *prophanus impediat. Tertullianus in Apologetico, ca. 7.* Quum semper etiam impiæ initiationes arceant prophanos, & arbitris careant, *& lib. de Pallio, cap. 2.* Quâ Iordanis amnis finium arbiter, vastitas ingens. *Quibus addes similem locum infrà cap. 8.* Tales arbitros infans Dominus expertus; *quo loco adducit Rhenan. etiam illud ex Apolog.* quia nec verebatur arbitros extraneos. *De vnica autem vxore* Moysi, *videre est Exod. 2. De* Aarone *verò, Exod. 6.*

39. Secundus quoque Moyses populi secundi, &c.] *Recte idem adnotauit hic* Iesum Naue *intelligi, quippe qui &* secundi populi, *priore populo prorsus mortuo præterquam & Caleb, dux exstitit, &* in quo primò nomen Domini (*Iesus nempè*) dedicatum est. *Atque quem Auctor videtur Monogamum facere, 8. Hieron. lib. 1. adu. Iouin. Virginem fuisse significat in hac verba: Ostende mihi (inquit)* Iesum Naue *vel vxorem habuisse, vel filios; &, si potueris monstrare, victum me esse fatebor; Vbi pulcerrimè omnia illius facta ad mysticum sensum interpretatur. Atque ibi:* qui imaginem nostram, *&c. adnotat Rhenanus esse figuram Græcam, ac si dicat:* secundum imaginem.

CAP. VII.

40. Post veteta exempla, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Quòd alia sit ratio veteris & nouę Legis, & tamen de sacerdotum & filiæ sacerdotis Monogamia idipsum definiunt. *Vbi iterum imitatur Auctorem B. Hier. & hic quedam repetuntur suprà adducta l. de Exhort. cast. c. 6. n. 32. & c. 7. n. 37. Est autem planè Tertullianica phrasis (* vti etiam *adnotauit Rhenan.*) de omni paratura nostra rettractemus, *item vox:* concessarint, *& non multo post:* decurrere habebat.

41. vt quis fratris sui vxorem, &c.] *Tractat hic larè hanc scripturam Deuter. 25. quam paucis adigit suprà Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. ca. 34. nu. 547. Supplemus autem ex Anglico MS. cod.* ex eis esse quæ euacuata sunt Legis.

42. Tertiò, quoniam spadones & steriles ignominiosi habebantur, &c.] *Quos hic* ignominiosos, *mox* maledictos *dixit. Istud verò ipsum clarius expressit B. Hieron. Epist. 22. ad Eustoch. de Custod. virgin. Alia fuit in veteri lege fœlicitas. Ibi dicitur beatus, qui habet semen in Sion, & domesticos in Ierusalem, & Maledicta sterilis quia non pariebat. Vnde autem id postremum vterque sumpserit, inquirat diligens Lector; saltem colligi potest ex præcedenti Isai. 31. scriptura à contrario sensu. Est iterum vero vox Tertullianica:* præuentiono, *pro:* præuentione.

43. posthuma soboles supparabatur, &c.] *Eodem modo loci am citato Auctor:* Fratri cius suppararetur semen defuncti. Supparandi *enim verbum (inquit Rhenan.) non est infrequens in Tertulliani scriptis. Ita lib. de Cultu fœminarum, cap. 7.* Ne exuuias alieni capitis forsitan immundi, forsan nocentis & gehennæ destinati, sancto & Christiano capiti suppares. *Lib. adu. Valentinian. cap. 4.* Quantum lupæ fœminæ formam quotidie supparare sollemne est; *significat enim sufficere, subsituereque. Vnde* supparaturæ *vocabulum, lib. de Resurr. carnis ca. 61.* Neque generis supparatura grauis erit membris.

44. & desiuit vua acerba à patribus manducata, &c.] *Sic iterum cum 1. edit. reposuimus, pro eo quod hæc in numerum pluralem mutauerat Rhenanus, ex MS. 4. cod. ea quòd citam Hier. 31. & Ezech. 18. singulari numero legatur: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt; sicuti etiam suprà citauit Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. 15.*

45. & spadones non tantùm ignominia caruerunt, &c.] *Istud sic dilatauit vbi suprà B. Hieron. Nunc eunuchis dicitur: (Isai. 56.) Ne te signum arbitreris aridum; habes locum pro filiis & filiabus in cœlestibus sempiternum.*

46. in Domino habet nubere, id est non ethnico, &c.] *De hac huius loci expositione (quam repetit infrà cap. 11. & suprà lib. 5. adu. Marc. cap. 7.) vide latè tractatum ab Auctore lib. 2. ad Vxorem cap. 1. num. 1. & 2. vbi etiam citantur aliquot scripturæ veteris Testamenti ex B. Cyprian.* de adempto coniugio Allophylorum. *Mirum autem ab illis non citari veterem legem Iudic. 34. ad quam hauddubiè adludit Auctor, vbi legitur: Non accipies vxores de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post Deos alienos. Quod ipsum repetitur Deuter. 7. Propter quod Salomon reprobatus est à Deo, 3. Reg. 11. & laudatus Esdras, qui tales nuptias filiorum Israël semel separauit 1. Esdr. 10.* Frattem *autem accipi pro Christiano.*

47. Quicumque sumpserit fratris vxorem, &c.] *In hac scriptura Leuitici 20. mirum est quòd legatur ab Auctore:* turpitudo *dumtaxat, quum legatur iuxta additiones tam* LXX. *quam Hebraem & Chaldaicam:* turpitudinem *fratris sui reuelauit, & hodie* LXX. *plurali numero legant:* absque liberis morientur; *quare & hic sit ita legimus, pro:* morietur.

48. quum ad Epistolam ipsius venerimus, &c.] *Intelligit caput infrà cap. 11. vbi Apostoli prædicta verba:* cui vult nubat, tantùm in Domino, *latiùs tractat.*

49. Filiam quoque sacerdotis, &c.] *Clarius B. Hieron. Sacerdotalis vidua in domo inducr sedere patrui sui, nec secundum nosse matrimonium. sed Auctor sequitur verba scripturæ Leuit. 22.*

50. sacerdotes nos Deo patri fecit, &c.] *De intellectu vero huius loci & verborum quæ sequuntur similium, vide lib. præced. cap. 7. num. 39.*

51. Super omnem (inquit) animam defunctam, &c.] *Comparat etiam in hoc legem Euangelij cum Moyse lege quod sepelire patrem suum prohibeatur sacerdos magnus, Leuit. 21. quare etiam apud Auctorem subintelligi debet quod paulopriùs de* Iesu *dictum est,* summus sacerdos *seu* magnus, *nam alioquin sacerdotibus aliis licebat intrare super animam patris, matris, fratris & sororis virginis, vti habetur initio eiusdem capitis. Hinc etiam B. Hieron. de magno sacerdote idipsum citat Epist. 25. ad Paulam, de Obitu Blesillæ.*

CAP. VIII.

52. Nunc ad legem propriè nostram, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus* : De nouæ Legis Monogamia in Zacharia, Simeone, Anna vidua, ac Petro Apostolo, & continentia Ioannis Baptistæ, matris Christi vniuitæ, ac ceterorum Apostolorum. *In quo & potissimum de Petro aliisque Apostolis, ad verbum ferè Auctorem imitatur B. Hieron. li. 1. adu. Iouinian. Suppleumus verò ex 4. MS. cod.* id est, ad Euangelium. *De Prouerbio autem:* quasi in limine occurrere, *vide nostra Prolegomena.*

53. alia integra in Ioanne antecursore, &c.] Continentiam *inde probat B. Hieron. quòd quum (sicut habetur Luc. 1.)* venerit in spiritu & virtute Heliæ, *etiam virgo sit, vtpote qui non solùm in spiritu eius venerit, sed etiam in castitate; quale quid & Auctor indicat sub huius capitis finem. Idipsum inde probatur, legatur sanctificatus ex vtero matris suæ.*

54. initiaret, &c.] *Quum prius dixit:* baptizare Christum, *hic effert:* initiare corpus eius, *Metaphora sumpta ab ethnicis, qui sicuti legitur suprà Tom. 3. lib. de Baptis. cap. 5.* sacris quibusdam per lauacrum initiabantur, Isidis alicuius, aut Mithræ; *vbi de eo in Adnot. nostris num. 29. & 30. & lib. de præscript. cap. 40. num. 240. & 241. ad illa verba:* Tinguit *&* ipse (*diabolus nempè*) quosdam vtique credentes & fideles suos; expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithræ.

55. Semel nuptura post partum, &c.] *Gelenius substituerat, vt cum orthodoxia consentire videretur Auctor:* ab partum; *verùm, quum illud legantes MS. Vat. cod. iterum reposuimus,*

mus, quantumuis erroneum, tum quòd eundem errorem de nuptiis B. Mariæ post partum habeat supra Tom. 2. lib. de Velandu virginibus, cap. 6. num. 48. & To. 3. lib. de Carne Christi, cap. 23. num. 174. tum quòd eundem illi impingat B. Hieron. lib. adu. Heluidium, qui eum pro se citauerat. At respondet: De Tertulliano nihil amplius dico, quàm Ecclesiæ hominem non fuisse. Verùm de hoc latius inter ipsius paradoxa, in nostris Prolegomenis. Atqui disputgeretur, formula (inquit Rhenanus) loquendi Tertullianis frequentissima. Sic libro de Resurr. carnis. cap. 14. Caussa iudicij per tot substantias dispungenda, per quot & functa est.

56. Vir iustus & cautus, &c.] Necessario sic hunc locum restituimus ex 3. Vatic. MS. pro eo quod substitutum fuerat à sciolo quodam: castus, quòd de castitate hîc agat Auctor; verùm vox Græca Luc. 2. ωλαβὴς proprie cautum significat, deriuata ab ωλαβέομαι, quod cauere significat, castum verò nequaquam; sufficit Apostolo adijecta ad suum institutum: & vtique non digamus. Legimus ex ijsdem: vel ne indignius mox Christus à fœmina prædicaretur, & c. pro: dignius; vtpotè quum hoc velit Auctor, quod vir iustus primus Christum agnouerit, ne indignum videretur, si primùm à fœmina prædicaretur.

57. Petrum solum inuenio maritum; per socrum, &c.] Hunc locum citatum & tractatum habes supra num. 13.

58. per Ecclesiam quæ super illum ædificata, &c.] De hoc aliquid adnotauimus supra sæpedicto lib. de Præscrip. adu. hær. cap. 22. num. 134. sed latius infrà lib. de Pudicitia, cap. 21. Reste autem Gelenius restituit: collocatura, vtpotè qui de Ecclesia loquatur, pro eo quod Rhenan. collaturus, seu: collocaturus.

59. Nec enim si penes Græcos, &c.] Hunc locum etiam sup. lib. ostendimus num. 42. imitatos veteres in expositione huius scripturæ 1. Cor. 9. Quod verò adijcit: esse proprium vocabulum vxorum; hoc vult: apud Græcos præter vocabulum γυνὴ, quod commune est mulieribus & vxoribus, reperiri voces vxoribus proprias; cuiusmodi sunt γαμετὴ, (nam γαμέτης maritum significat) ἄκοιτος, παρέκοιτος.

60. quod in sequentibus facit, &c.] Intelligit cap. 11. vbi de matrimoniis disputatur, quum dicitur: Omnis viri caput Christus est, &c.

61. obire, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) exequi. Sic lib. de Fuga in persec. cap. 1. Quò faciliùs de obitu eius constare possit. Et alibi: obeundæ grauitatis.

62. Quum puerorum dicit esse regnum cœlorum, &c.] Videtur mihi hîc verbis adludere ad illud Matth. 18. vbi puerum statuens in medio discipulorum, facit eum maiorem in regno cœlorum; & sequentibus: quum consortes illis facit alios post nuptias pueros, ad Matth. 19. Istorum enim est regnum cœlorum: quod protulit, postquàm de nuptijs fecit mentionem. Si alij scriptura alia occurrit, per me licet vti ad marginem adnotet.

63. auis non tantùm innocuæ, verùm & pudicæ, &c.] Quod Plinius lib. 10. cap. 34. omnibus columbis, sicut etiam hîc Auctor; B. Hieron. turturibus solis videtur adscribere, vt nempè si parem perdiderit, numquam alteri iungatur. Quò respexisse videtur etiam Salomon Cantic. 6. quum dixit: Una est columba mea.

64. vt adulterum ostendat numerosum maritum, &c.] Istud ad hæresin pertinet Montani, quo sit etiam vt detorqueat verba Christi ad Samaritanam Ioan. 4. ad secundas nuptias, quum tamen ille loquatur de eo qui adhærebat illi, non in nuptijs, sed in fornicatione, sicuti B. Augustin. & Græci Commentarij interpretantur; B. Hieron. quum simile quid dixisset l. 1. adu. Iouin. postea Apolog. ad Pammach. sic interpretatur, vt non referatur ad secundas, immò & sextas nuptias, sed ad prostitutam.

65. Totiens enim voluit celebrare eas, &c.] Similiter quidem istud ad Monogamia confirmationem adducit B. Hieron. sed eo instituto, vti virginitatem nuptijs præferat, non vt secundas nuptias damnet, quemadmodum repetit dicta Apologia.

CAP. IX.

66. Sed hæ argumentationes, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd pro Monogamia faciant sententiæ Christi in retractatu repudij. Vbi in hoc hæresin Montani sequitur, quod illa verba Matth. 19. & qui dimissam duxerit, adulterium committit, interpretetur; non solùm de repudio olim iudaïs permisso per Christum interdicto, sed & illo quod per mortem alterius coniugum committitur, sicuti suprà paucis adtigimus Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 34. & inter Paradoxa in Prolegomenis; indicaturi aliquot locos Patrum, qui longè aliter locum Christi de repudio interpretantur.

67. quia ab initio, &c.] Voce superflua: hæc, omissa, quæ alioqui minus congruam orationem reddebat, supplemus: quia ab initio non fuit sic, ex Anglico MS. cod. maximè quum sic legatur Matth. 19. & suprà quoque c. 5. in super loco iam citato.

68. Igitur, si quos Deus coniunxit, &c.] Argumentum, quod pro dicto errore fuo adfert Auctor, à contrario sensu, non concludere sciunt Dialectici.

69. Non & nubere legitimè potest repudiata? &c.] Necessario sic legimus cum interrogationis nota sub finem periodi, pro: Nam, accipientes: Non, more Tertullianico, pro: Nonne. Alioquin enim sibi bis Auctor contradiceret. Primum, si diceret legitimè posse nubere repudiatam, deinde si vellet, propriè dumtaxat à Christo ibi accipi adulterium, pro: crimine in matrimonio, quum immediatè subiungat iuxta sensum verborum Christi his citatorum clarissimum: vt in totum, siue per nuptias, siue vulgo alterius viri admissio, adulterium pronuncietur à Deo; & paulopòst clarius: nobis etsi repudiemus, ne nubere quidem licebit; quò pertinet etiam illud infrà cap. 11. quia repudiatis non permitteret nubere aduersus pristinum præceptum. Quæ verba adnotatu digna, ad excusationem Auctoris, cui ab Erasmo impingitur, quasi ille permissum à Christo diuortium dixerit, eam à connubio, quàm à contubernio; ad id citante verba Auctoris dicti lib. 4. adu. Marc. cap. 34. Ita si contendaliter prohibuit dimittere vxorem, non in totum prohibuit; & quod non prohibuit in totum, permisit. Neque enim aliud vult Auctor, quàm non prohiberi omne diuortium, sed dumtaxat illud, quo dimittebantur vxores vt alias duterent, atque adeò permitti tale diuortium, quod fornicationis gratia factum dirimat à contubernio, non à connubio; nam manente (inquit ibidem) matrimonio nubere, adulterium est. De eodem aliquid adigimus suprà Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, num. 4.

70. non capit elogium adultetij, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) nomen siue titulum & infamiam adulterij. Hoc vocabulo libenter vtitur Tertullianus; vt in Apolog. cap. 2. Vt de nostris elogijs loquar.

71. Matrimonium est, &c.] Conuenit hæc matrimonij definitio ad ea tempora, quibus adulti, nonnumquam etiam coniugati, admittebantur ad baptismum; per quem, aut fortassis etiam aliam quampiam exteram cerimoniam, illa coniunctio signabatur, id est obsignabatur (nam alibi suprà eadem significatione accipitur) & confirmabatur. Atque hoc est quod scribit B. Ambros. in Comment. Epist. 1. ad Cor. 7. Si ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium.

72. Adulterium est, quum quoquo modo, &c.] De eo quod fornicationem omnem Auctor adulterium nuncupet, vide suprà dicto loco num. 542. Atqui paulopòst sic legimus, & ex Anglico codice supplemus: Tam repudio matrimonium dirimente quàm morte, non tenebitur ei cui per quod tenebatur abruptum est? Cui ergo tenebitur? Nihil Deo intereſt, &c.

73. vt apud Romanos, &c.] Seruius Sulpitius (inquit Rhen.) in libro quem composuit de Dotibus, tum primùm cautiones rei vxoriæ necessarias esse visas scripsit, quum Sp. Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, cum vxore diuortium fecit; quia liberi ex ea, corpore vitio non gignerentur, Anno Vrbis conditæ quingentesimo vigesimo tertio, M. Attilio, P. Valerio Coss. Ex Aulo Gellio. Septimus noster in Apologetico, cap. 6. Vbi est (inquit) illa fœlicitas matrimoniorum, de moribus vtique prosperata, qua per annos fermè sexcentos ab Vrbe condita nulla repudium domus scripsit? Quo sit vt

etiam hîc legimalim: circa annum sexcentesimum, *aut*: post annum quingentesimum; *facilis est enim error in numeris; sed quia* post annum sexcentesimum *legunt etiam MS. cod. nolui immutare.*

CAP. X.

74. Video iam hinc ad Apostolum nos prouocati, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Quòd viro defuncto liuortium potius videatur quàm separatio, atque adeò non posse alteri nubere, *Sed etiam hoc ad Montani somnia pertinet. Supplemus autem sic hunc locum ex Vatic. 3. MS. non multo post*: ex Lege Dei, non ex hominis offensa.

75. A quo repudium non audiit, &c.] *Refert hoc Rhenanus ad Iureconsultorum Repudij formulas*: *Tuas res tibi habeto, suas res tibi agito. Idem adnotat accipi* animi licentiam, *pro*: *potestatem.*

76. quæ non habet, imaginatio fructu repræsentat, &c.] *Hoc est* (*inquit Rhenan.*) *Imaginem talium rerum animo obijcient. Sic L. Florus Andriscum vocat* imaginariam *& scenium regem. Inuictus quoque* (*inquit*) *non à veris regibus, sed ab illo* imaginario *& scenico rege superatus est. Accipitur autem hîc iterum*: repræsentat, *pro*: *præsentia reddit. Pro eo verò quod legebatur*: Ergo hoc magis ei iuncta est, *legimus cum 3. cod. Angl. MS.* vincta; *nam alludit ad Apostoli locum 1. Cor. 7. quem tractat ex professo cap sequenti.*

77. Enimuerò & pro anima eius orat, &c.] *Similes locos habes lib. præced. de Exhor. cast. cap. 11. num. 56. Eodem pertinet etiam illud sub huius cap. finem*: Et orabis pro maritis tuis. *Legimus autem iterum ex 4. MS.* Enimuerò, *pro eo quod erat in vno dumtaxat 3. & ex 3. Vatic. MS.* orat, adpostulat, *&*: offert; *pro*: oret, adpostulet, *&*: offerat; *quæ Rhenan. substicuerat ex coniectura.*

78. Aut numquid nihil erimus post mortem, &c.] *De hoc vide suprà Tom. 3. lib. de Resurrect. carn. cap. 1. num. 4.*

79. agnituri tam nosmetipsos quàm & nostros, &c.] *Locos similes videre est apud B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibaritan. nu. 33. & lib. de Mortal. num. 48. Legimus verò omisso*: si, *superfluo iuxta Anglicum MS. cod.* subsistantia, non conscientia, reformabimur.

80. licet merces varia, &c.] *Etiam hîc locus facit pro*: mercede operum; *item quod sequitur*: vno denario eiusdem mercedis operati, id est, vitæ æternæ. *Legimus autem ex MS. Anglice, stilo Tertullianico*: in qua magis non separabit, *&c.* quàm in ista minore, *&c. pro*: qui. *Siue verò legas cum 3. MS. Vatic.* etsi ad alterutrum sermo est, *siue cum aliis*: ad alterum, *non refert.*

81. vbi etiam cogitatus, *&c.* adulterium antè perficit ex concupiscentia, &c.] *Adludit ad illud Matth. 5. Qui viderit, &c. sed non rectè interpretatus id cum de matrimonio, suprà adnotauimus lib. præced. cap. 9. num. 47. Pertinet adeò etiam ad Montani hæresin quod addit*: in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen.

82. & matrimonium ex voluntate, &c.] *Illud confirmat communem Patrum & Iureconsultorum sententiam, quòd etiam* sine congressu carnis matrimonium faciat voluntas, *siue consensus; quo adeò etiam adprobatur B. Virginis & Ioseph matrimonium apud B. Augustin. lib. 1. de Nupt. & concupisc. cap. 11. Et diserte verbis etiam illud adfirmant B. Chrysost. hom. 32. Oper. imperf. & B. Ambros. lib. de Instit. virgin. cap. 16. Verumtamen non sequitur, quod iam præmisit Auctor.*

CAP. XI.

83. Vt igitur in Domino nubas secundum legem & Apostolum, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: De Apostoli loco, quo mortuo viro permittit mulieri nubere in Domino. *Castigauimus autem ex Angl. cod. MS.* in Domino, *pro*: in Deo; *& suppleuimus*: secundum legem & Apostolum, *quia alludit ad scripturas vtriusque Testamenti, sicuti suprà cap. 7.* quibus prohibetur ethnici matrimonium.

84. id matrimonium postulans, *&c.* ab Episcopo, *&c.* à Presbyteris & Diaconis, *&c.* à Viduis, &c.] *Illud ad ueteres matrimonij initio Ecclesiæ vsitatas ceremonias pertinet; & adnotatu dignum quod sequitur*: & coniungent vos in Ecclesia. *Quemadmodum etiam illud suprà Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem cap. vlt.* eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renuntiant, & pater ratò habet; *vbi vide Adnotationes nostras num. 60. & 61. Atquihuc adludere videtur, nec satis priorem illam consuetudinem probare B. Hieron. Epist. 2. ad Nepotianum in hæc verba*: *Praedicator pœnitentiæ nuptias conciliet? qui Apostolum legit discentem*: *Superest & qui vxores habent, sic sint quasi non habeant, siue virginem cogit vt nubat.* Qui de Monogamia sacerdos est, *quare viduam hortatur vt sit digama?*

85. quomodo buccellas, &c.] *Auctor ad Vxorem lib. 2. cap. 5.* (*inquit Rhenanus*) *dixit*: Non sciet maritus quid secretò ante omnem cibum gustes? Et si sciuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur. *De illo* buccellis *loquitur, vt conijcit, quas domum ferendas ab Ecclesia ministris accipiebant. Vbi vide Adnotat. nostras num. 36. & 37. item lib. de Orat. num. 1.*

86. alienis iam Dotalibus scriptum, &c.] *Ita* (*inquit idem*) *Auctor eodem lib. 2. ad Vxorem, cap. 9.* An ideò sit inuestis Dotalibus, cui Deus censum suum credidit? Dotalia *autem bona dicebantur, quæ aut dotis loco, aut suprà dotem dabantur fœminis iam nubentibus à suis nouis maritis.*

87. Mulier vincta est, &c.] *Prorsus sic iterum restituimus ex Angl. MS. cod. pro*: iuncta est. *Præterquàm enim quòd non multopost illud ab Auctore legatur, Græcè est δέδεται, pro quo vertitur*: *alligata est, à B. Hieron. non solum in Vulgata Versione Latina, sed etiam Epist. supedicta de Monogam. & lib. 1. aduers. Iouin. & Apolog. ad Pammach. Qui interim vnà cum Auctore omittit vocem*: lege, *quæ tamen hodie & Græcè & Syriacè, & in omnibus exemplaribus Latinis legitur. Legit etiam, sicuti Auctor, B. Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 62.* Mulier vincta est quamdiu viuit vir eius, *& B. Basil. lib. de Virg. Quo sit vt priori loco iam citato apud B. Hier. existimem superfluam esse vocem*: viro, *quippè quam alibi non legit. Supplemus autem mox ex 3. Vatic. cod. MS.* omne obnoxium est numero, *quemodo etiam legebat Rhenan. in Adnot. suis, & edit. 1.*

88. Si enim secundas nuptias permittit, &c.] *Magis placet hæc Angl. cod. lectio, quàm qua erat*: remittit; *maximè quum edit. 1. ad marg. inueniatur tertia lectio*: admittit. *Atquà rationes quibus hic vtitur, quamquam non conuincant, latiùs tractatas habes, partim suprà, partim infrà. Vtpotè de verbis Apostoli, qui* omnia ad initium recolligi in Christo *adfirmat, cap. 5. & de Isaac, cap. 6. item de toto Ordine Ecclesiæ de Monogamis disposito, cap. seq. demique de tempore in collecto, lib. præced. cap. 6. Siue autem legas*: tyrocinium nouæ, & quum maximè orientis, *cum exc. siue*: quàm maximè, *cum 3. Vatic. MS. cod. non refert.*

89. propter fornicationes, &c.] *Ad verbum transtulit quod Græcè est*: Διὰ δὲ τὰς πορνείας, *in quo etiam Auctorem imitatus est B. Hieron. li. 1. adv. Iouin. ter quaterve. Quare sensu etiam sic legi debere apud illum Epist. 14. ad Celantiam, & Apolog. ad Pammach. pro eo quod habetur*: fornicationem. *Quod posterius tamen legit B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 32. & vertit etiam Syrus Interpres, qui legisse videntur cum nostro Vulgato Interprete, Διὰ τὰς πορνείας. Supplemus autem paulò post ex Angl. cod. MS.* in ethnicis matrimoniis non putabant post fidem sibi perseuerandum.

90. Bonum esse homini si sic permaneat, &c.] *Subintelligitur respondit, aut quid simile. Atqui peruertit sensum Apostoli, dum illud*: sic, *interpretatur*, vtique quomodo à fide fuerit inuentus; *quia, vel ipse teste, aliam quæstionem hic diluit. Quum enim antea quæssissent de* repudio ethnicorum matrimonium: Quærebant (*inquit*) & de Virginibus consilium, *quod etiam B. Hieron. supedicto loco sic effert*: *Martorum & Continentium disputatione præmissa, tandem ad Virgines venit. Qui adeò rectius illud*: sic, *interpretatur*: *in virginitate, sicut & hoc, in eo quod præcedit*: *Exsistimo enim bonum hoc esse*; *nec aliter ceteri Patres, nominatim Auctor Tractatus de Natiuitate Domini, sub finem, inter Opera B. Cypriani, & B. Augustin. lib.*

de

de Sancta Virginit. cap. 14. aliique tam Græci quàm Latini in Apostolum Commentateres.

91. Si autem acceperis vxorem, non deliquisti, &c.] *Simulatæ etiam hic hallucinantur, dum subijcit:* Quia ante fidem, *&c. Soluuntur autem eodem modo quo præcedentia, quòd aliam hic tractet materiam. Pro quo facit illud B. Augustin. dict. li. cap. 16. tractantis id quod sequitur:* Ego autem vobis parco. Alioquin præsiluram catnis habebunt eiusmodi. *Hoc modo exhortatur ad Virginitatem continentiámque perpetuam, Vt aliquantulum à nuptijs deterreret.*

92. præ angustijs temporum, &c.] *Nam (inquit Rhenan.)* angustiæ temporum *vltimorum, recusant sarcinas matrimonij, puta liberos & similia. De impedimentis in hunc sensum, diximus iam bis in libris præcedentibus.*

93. Quin potius, de Domino habendam sollicitudinem, promendo, &c.] *Sic omninò restituimus, vbi erat:* promerendo; *neque enim illud scripturæ Apostolus promeruit, sed deprompsit, omisso quoque:* &, *intermedio, legimus:* quàm de marito; *ita reuocat, &c.*

94. Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit: Vnumquemque, *&c.* adijciens: Mulier vincta est, &c.] *Etiam hic sibi Auctor contradicit; nam illud:* vnumquemque in sua vocatione debere manere, *vel B. Hieron. interprete, ad Maritos & continentes pertinet; quod intermedium est, ad Virgines; illud verò:* Mulier vincta est, *&c. ad Viduas, quibus eiſi concedat secundas nuptias, dignamiam tamen Monogamiæ subijcit. Quare neque recta est consequentia, qua Auctor concludit, etiam hic Apostolum loqui de viro à fide primo. Neque verò id connunciatur exilio:* tantùm in Domino, *quia hoc quasi per parenthesin ab Apostolo adijcitur.*

95. licet nec hoc Psychici curent, &c.] *Pertinet hoc ad calumnias contra Orthodoxos, quos* Psychicos, *id est animales vocat; qui tamen non mirum, si nihil adhuc certi definierint de matrimonijs cum gentilibus, quum nihil ea de re ad temporis vsque ab Ecclesia definitum fuerit; vsqueadeò vt etiam B. Augustin. adhuc suo tempore dubitasse videatur; confessus tamen B. Cyprianum illicitam agnouisse, nempè sicut suprà dictum est, vti latiùs ad notauimus ad eius lib. de Lapsis, num. 21.*

96. Sciamus planè non sic esse in Græco authentico, &c.] *Quomodo iudicet Auctor, olim 1. Cor. 7. lectum fuisse:* Si dormijt vir eius, *pro eo quod hodie, & suaviam ætate plerique,* Si dormierit, *non possum vlla coniectura assequi, nisi Græcè legerit:* ἐὰν δὲ κοιμηθῇ, *vt proinde:* duarum syllabarum cuerſio *intelligatur de amissis δὲ & κα duabus syllabis. Quod quandoquidem voluisse videtur Auctor, prorsus expungenda est particula;* autem, *& dum taxat legendum;* Si dormierit; *nam neque hodie illud Latinè legitur. Vt vt sit, certè BB. Cyprian. Hieron. Augustin. Ambrosius suprà citati locis, & Syrus Interpres, vertunt omnes:* dormierit, *& id significat qua legitur vox in exemplaribus omnibus Græcis* κοιμᾶσθαι. *Legimus vero ex Anglico cod. MS.* Quam vis accipe, *pro:* quæuis, *vt:* Quam *accipiatur, pro: vtram; quia prius locutus est de duabus* mulieribus, vna quæ iam in fide virum amiserit, altera cuius ante fidem morietur maritus.

97. Seruus vocatus est, &c.] *Non posse hæc ad litteram intelligi sicut Auctor interpretatur, tanquam de quibus in noua & recenti vocatione consulebant Corinthij, sed esse parabolas nuptorum & innuptorum; deducit B. Hieron. lib 1. adu. Iouin. inter cetera rationes, vel eo quòd non possit intelligi, quomodo qui semel amputatum habet præputium, possit si velit denuò illud adducere.*

Cap. xii.

68. Audiet subtilissimam ecotrariò argumentationem, &c.] *Caput hoc inscribimus:* De eiusdem Apostoli præscripto, quo Clerum Monogamiæ iugo adstrinxerat. *De quo quam latè etiam suprà tractauerit lib. præced. cap. 7. sicuti etiam de eo quomodo laicos sacerdotes appeller, vide ibidem Adnotat. nostras num. 39. Hic hoc dicemus, quòd conuersio illa sumptæ orationis quam inculcat, nihil concludat. Legimus autem phrasi Tertullianea ex Angl. MS. cod.* An ordo aliqui, *pro:* aliquis, *quilegit etiam:* & inflammamur in Clerum; *sed placet:* inflamur, *quia præcedit:* extollimur.

99. & pares sumus, &c.] *Sic editiones omnes Gallicæ, & MS. 3. Vatic. pro quo aditio Basil. ex castigatione Gelenij:* partes; *Harrisius verò consecit legendum:* impares. *Verùm eo quòd præcedat: deponimus infulas, magis prima lectio conuenit.*

100. sua fronte proponi, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) non coactè, & in vnam partem torquendo, sed liberè & apertè. Sapit Prouerbium. Atqui setiam hoc ad calumniam contra Orthodoxos pertinet:* Omnia licent Episcopis, *& quod addit de Vthinensi & de Digamis qui præsidebant; quum Digamia ab initio Apostolicis etiam Canonibus sit interdicta Episcopo.*

101. Sicut ille vester Vthinensis, &c.] Vthina (*inquit idem*) *oppidum est Africæ, colonia Romanorum. Non agnoscebat autem, vt videtur, nouam Montani Prophetiam* Vthinensis *Ecclesia. Notat Episcopum de illicita venere, quum dicit:* nec Scantiniam timuit. *P.* Scantinus *legem tulit, qua paderastia grauiter supplicio afficiuntur. Supplemus autem mox:* recede & à reliquis titulis disciplinæ.

102. irreprehensibilis, &c.] *In verbis huius scripturæ 1. Tim. 3. (non verò Tit. 1.) cum Interprete Latino Vulgato vertit:* sobrium, *quod Græcè* νηφάλιον, *& iuxta B. Hieron. vbi suprà, vigilantem potius significat, benè motatum, quod B. Ambros. in Comment. & B. Hieron. pudicum, Vulgatus Interpres prudentem. vbi Græcè est* σώφρονα, ornatum *Græce* κόσμιον, *sicuis omne transferunt, nempè vita & moribus, vti B. Hieron. interpretatur* hospitalem *cum Vulg. Interp.* φιλόξενον, *vel Hieron.* m. interprete in peregrinos; *docibilem, id est appositum ad docendum, ad verbum ex Græco* διδακτικὸν, *pro quo B. Hieronymus & Vulgatus Interpres: Doctorem;* non vino deditum, *Græcè* πάροινον, non pugnacem, *Græcè* πλήκτην, *pro quo B. Hieronym. & edit. Vulg.* percussorem; non pecuniæ amantem *denique Græcè* ἀφιλάργυρον, *pro quo ijdem, non cupidum,* sed domum regentem, *Græcè* φιλοξενόμον, *quod rectius vertit Vulgat. Interpres: domus suæ benè præpositum, & B. Hieron. domum suam benè regentem;* filiorum curantem disciplinam, *Græcè* τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ, *pro quo ille benè: filios habentem subditos, & sicuti in compendium redigit:* ab extraneis bonam famam sectantem.

Cap. xiii.

103. Sed & Timotheo scribens, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* De alijs Apostoli locis. *Hic verò:* & *accipitur pro: etiam, sinc: rursum, nam & præcedentia erant ex eadem Epistola.*

104. vult iuuenculas nubere, &c.] *Locum hunc Auctor ad instituendum suum detorquet, vt vix adsequi quis possit quod velit. Varia est etiam Veterum expositio, inter quas maximè placet illa Epiphanij contra Montanistas, vt priori loco quum dicit: Iuniores viduas denita, &c. loquatur de ijs quæ promittere, & promissis non stant, iudicium habentes, eo quòd primam fidem irritam fecerint, posteà verò illis verbis:* volo ergo iuuenculas viduas nubere, *de ijs, quibus per infirmitatem ad alteras transire nuptias permittit. Quæ, inquit, iudicium non habent, si enim iudicium haberent, quomodo dixisset, Nubant, & damnm admisserint? Tradiderunt enim Apostolis Dei sanctæ Dei Ecclesiæ, peccatum esse, post virginitatem constitutam ad nuptias conuerti. Vbi habes eas approbatas à Paulo, quæ (vti etiam loquitur Auctor)* in viduitate inuentæ, & professæ eam, perseuerabant, & permissis nubere alias iuuenculas viduas. *Sic tamen qui malit de ijs sic videri professus loqui Apostolum, sicuti interpretari videtur Auctor, & B. Augustin. ijdem penè verbis lib. de Bon. viduit. cap. 10. dicens quamquam damnationem habeant eiusmodi viduitatem professæ, nuptias tamen eis permitti, intelligendus est Apostolus & hi Patres, de voto dumtaxat priuato, non solemni. Quale locum etiam reperire est apud B. Cyprianum Epist. 62. ad Pompeium de Virginit. vbi latè de viduarum & Virginum voto vtroque, n. 9. & de voto solemni, siue confectatione virginum & viduarum (quæ plus includit quàm professio simplex) suprà Tom. lib. de Virginibus veland. num. 1. Atqui pro eo quod à Rhenano explicatur* affectatæ, *hoc est ad tempus pro viduitate & continen-*

ia affectu prædita, conijcit legendum Dn. Harrisius: adfectatæ, *quomodo nos etiam castigandum duximus. Bene autem habet, quòd etiam Rhenanus in hu* viduis professionem viduitatis *agnoscat.*

105. Quæ autem sub vito est muliet, &c.] *In hac scriptura Rom. 7. ad verbum expressit ex Græco*: viuenti viro vincta est, *præterquam quòd non addat*: Legi, *hoc loco, tamen cum exemplaribus alijs mox legens*: euacuata est à lege viri; *vbi etiam proprie transfertur vox Græca* κατηργηται, *sicuti etiam paulopost eandem vertit*: euacuati sumus. *Etiam ad sensum vertit trotum Hebraicum*: si iuncta fuerit alteri viro. *Atqui etiam hæc verba, quantumuis clara, obscuro sensu detorquet Auctor. Porrò differt ab alijs in verbo sequentibus, quòd legat*: mortificamini, *pro*: *mortificati estis*; Quum enim eramus, *pro*: *essemus*; efficiebantur *passiue, pro eo quod alij actiue*: *operabantur, & quòd legat*: ad seruiendum Deo, *quam postremam vocem alij non habent. Iuxta Græca verò exemplaria vertit*: vti fructum feramus Deo, *&* : in quo tenebamur, *vt referatur ad Legem, non ad mortem. Denique iuxta tam Græca quàm Latina exemplaria ex Anglico cod. MS. supplemus*: Itaque, inquit, fratres mei, *& castigamus*: à lege mortis, *pro*: mortui.

106. adulterij te prædiudicat, &c.] Prædiudicare (*inquit Rhen.*) *cum Genitiuo. Sic Liuius dixit*: *iudicatum pecuniæ. Centuriones, inquit, nobilem militaribus factis iudicatum pecuniæ quum hasta vendidissent, medio foro accurrit.*

Cap. xiiii.

107. Nunc si & absolutè, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus*: Quòd etiamsi absolutè Apostolus permisisset in ide amisso matrimonio nubere, pro conditione temporum id gessisset. *In quo interim ipse Apostolum calumniari videtur, quum veteres omnes tam Latinorum quàm Græcorum commentarij, dissertis verbis doceant, locis prædictis, 1. Cor. 7. 1. Tim. 5. & Rom. 7.* Apostolum permittere secundas nuptias, *idque simpliciter, & non pro conditione temporum; quæ sit, vt & ipse, & S. Hieron. quantumuis Monogamiæ amicus, secundas, immò & tertias & quartas admittere se scribant sua quisque ætate. De ijsdem reperire est Patrum locos complures; verum quod hodie id minimè controuersum sit, etiam inter hæreticos nostros, non opus est diutius immorari. Siue autem legas cum Anglico codice*: Sed ita exigebat, *siue cum alijs*: exigebant, *non refert.*

108. ille qui Galatas in Lege volentes agere castigat, &c.] *Maximè videtur adludere ad illud Gal. 4.* Dicite mihi, qui sub lege vultis esse. *Ineluctumus autem Patrem hæsi ad clarorem sensum periodi* (aliud est enim indulgere, aliud iubere.)

109. Et hîc itaque reddemus supplementum sensus istius, &c.] *Propterea dicit*: Et hîc, *quòd suprà latius de repudio tractauerit toto cap. 9.*

110. Cur non & Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit, &c.] *Nimiam hîc facultatem suo* Paracleto *Montano arrogat Auctor. Siue autem legas mox*: quod superdicitur, *cum 1. MS. Vatican. cod. siue cum alijs*: superdicitur, *non refert. Castigamus verò ex ijsdem*: si Deo & Christo dignum fuit, *pro*: Sed. *In reliquis pulcra sunt castigatio plurium locorum hic facta per Rhenanum.*

111. Denique apud seculum, &c.] De repudijs concordiæ nomine apud seculum, *etiam iure permissis, vide in Digestis Titulum de Diuortijs*; de Monogamia verò pudicitiæ nomine, *infrà cap. 17. Castigauimus verò paulopost*: quæ nunc sustinere non poterant, *ex Vatic. MS. 3. cod. pro*: sustineri, *quas adludit ad illud Ioan. 16. supracitatum cap. 1.* Sed nondum potestis portare ea ; *maximè quum ijsdem verbis ipsum repetat.*

112. Nam &: Qui potest capere, capiat, &c.] *Pulchrè extirat paulopost illud*: posse, *quum subdit*: si non potes, quia non vis, posse enim te si velis, ostendit, quia tuo arbitrio rtumque proposuit. *Eodem modo B. Hier. lib. 1. adu. Iouin. Qui voluerit, inquit, qui potuerit. Nec aliter B. Chrysost. in cap. 7. ean. ad illud*: *Propterea non potuerit credere, B. Gregor. Nazianz. b. 4. Theolog. Origenes Tractatu 7. in Matth. & omnibus his re-*

tustior Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. Valeant itaque nostræ tempestatis Aristarchi, qui ex hoc loco Matth. 19. perperàm colligunt: *impossibilem esse quibusdam continentiam, atque adeò non rectè sacris ordinibus adnexam esse ab Ecclesia, quum volentibus, Deo opitulante, non modò possibilis, sed & facilis sit. Quo pertinet illud B. Augustin. lib. de Adult. coniug. 2. cap. 19. Leuis erit continentiæ sarcina, si Christi erit; Christi erit si fides aderit, quæ impetrat à iubente Deo quod iusserit.*

Cap. xv.

113. Quæ igitur hîc duritia, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd hæresis non sit, secundas nuptias vt illicitas iuxta adulterium iudicare. *Verùm id adseruit quidem Auctor, sed non probat, vtpotè falso nixus fundamento, quòd illicitæ sint tales nuptiæ; quo præsupposito hæresis dici non possit. Verùm si dissentiamus, hæresin suprà Tom. 3. lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 6. ab electione dici, quod sectari vnusquisque eam sibi eligat opinionem, quam putat esse meliorem, etiamsi à sacris litteris & Apostolicis articulis dissentiat, ab hæresi excusars non poterit Auctor, multo minus quem sequitur Montanus. Maximè quum ipsemet suprà Tom. 2. lib. 1. ad Vxorem ca. 7. disertè verbis dicat*: Nam etsi non delinquas renubendo, carnis tamen præsturam subsequi dicit Apostolus. *Forasse, in Prolegomenis, Patrum omnia testimonia citabimus, qui* secundas nuptias *adprobant.*

114. Notat Apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, &c.] *Rectè quidem Apostolis locum interpretatur. 1. Tim. 4.* de ijs qui in totum nubere prohibebant, *atque adeò ab hæresi sese excusat, quam ibi adtingit Apostolus, verùm non sequitur inde, quod aliam hæresin non incurrerit Montanus. Est verò & adnotanda dicta expositio, contra hodiernos hæreticos, quæ illud Apostoli circa rem solent contra continentiam; neque enim Ecclesia omnibus in totum nubere prohibet, sed dumtaxat illis, qui sua sponte licentiam nubendi per votum sollemne à se abdicarunt. Eodem pertinet quod B. Chrysost. cum alijs Græcis, & B. Ambr. in Comment. interpretantur Apostolum de Marcionistis, Encratitis & Manichæis. Latissimè verò eodem modo explicat B. Augustin. lib. 30 contra Faustum; B. Hieron. etiam lib. 2. adu. Iouin. Marcionem designari scribit. Supplemus autem paulopost*: Vel hæresin in hac causa æstimant, *ex Anglico cod. MS. & castigamus ex eodem & Latinis* : sustinendam putent, *pro* : sustinendum, *quia præcedit*: infirmitatem.

115. excusari capit, &c.] *Et hîc (inquit Rhen.) verbum capit, quod Græcis est* σοδεχεται, *hoc est, contingit, probabile est fieri solet, conueniens est. Sic circà initium huius libri*: An capiat Paracletum aliquid tale docuisse. *Verumtamen longè est alia ratio* negantis fidem in tormentis, *quum infidelitatem eo ipso incurrat, dia nubentis secundis nuptijs, quod scripturis interdictum non reperitur, immo potius permissum.*

116. à communicatione depellunt, &c.] *Hinc confirmatur Excommunicatio Ecclesiastica, qua à communicatione depelli solent diuersorum criminum rei, de qua suprà Tom. 1. Apolog. cap. 39. num. 502.*

Cap. xvi.

117. Rideo autem, quum infirmitas, &c.] *Titulum huic capiti dimus* : De varijs excusationibus secundarum nuptiarum. *Quasi ipse etiam tractauit suprà lib. 1. ad Vxorem cap. 5. & lib. de Exhort. castit. c. 11. & imitatur B. Hieron. Epist. sepedicta de Monogamia. Adnotat autem Rhenanus, ubi Ironiam esse*: Talis infirmitas, & tettio, & quarto, *&c.*

118. Hermogenem aliquem, &c.] *Aduersus (inquit idem)* Hermogenem *polygamum & pictorem, adserentem Deo coeuam esse Materiam, librum edidit Tertullianus, qui inter præcedentes habetur. Et rectè*: *Eodem enim pertinet quod ibi legitur c. 1.* Præterea pingit licitè, nubit assiduè, *&c. Vbi vide Adnot. nostras num. 7.*

119. Vnde & animam esse præsumens, &c.] *Nempè ex* Materia *Deo coeterna; quare adijcit rectè*: spiritum à Deo non habet, *de quo latius suprà T. 4. ad Fragmenta lib. de Censu Animæ aduersus Hermogenem.*

120. iam nec Plychicus, &c.] *Hic iterum calumniatur Orthodoxos, tamquam qui negarent* animam esse de afflatu Dei.

Certè

Certè qui illum præceſſit B. Iren. cum Auctore ſentit lib. 5. cap. 7. Sic etiam reliqui Patres piſt eum, nominatim B. Auguſt. Epiſt. 148. lib. 13. de Ciuitate Dei, cap. 24. & de Gen. contra Manich. lib. 2. cap. 8.

121. exhibitionis cauſſa, &c.] Exhibitionem (*inquit Rhenan.*) *vocat neceſſariorum ad victum ſubminiſtrationem, paſſim. Sic in hoc ipſo libro paulò antè*, victuariam exhibitionem *dixit, & ad Uxorem lib. 2. cap. 8.* Vnde niſi à diabolo maritum petant bonum exhibendæ ſellæ, & mulabus, & cinerarijs peregrinæ procetitatis.

122. etiam coruorum educatorem, &c.] *Sic caſtigamus ex MS. Angl. cod. pro*: corporum, *eo quod Matth. 6. quò adludit hic Auctor, fiat* coruorum *mitto ſicutus etiam* florum. *Item*: Quid ſi ſolitudinem domus obtendat? *pro*: oſtendat. *Atqui in eo quod addit*: homini ad fugam proximo, *adludit ad* fugam in perſecutione *Orthodoxorum, de qua ſequentem librum conſcripſit. Legimus autem eo eodem cod. Anglico*: ſed etiam plures, *pro*: ſed iam.

123. legibus Iulijs, &c.] *Papiam Poppæam (inquit Rhenan.) intelligit, quæ poſtquam ab Auguſto emendata eſt, etiam* Iulia *dicta cæpit. Iuuenalis*:

Non placet Vrſidio *lex Julia.*

Verùm de illa latiſſimè ſuprà Adnotat. noſtra in Apolog. cap. 4. num. 52. Hic quædam mox adjicimus.

124. ſolidum non poſſe capere, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhenan.) vt ex aſſe ſint hæredes, & integram adeant hæreditatem. Ita ad Uxorem lib. 1. circa principium*: Tu modò, vt ſolidum capere poſſis, hoc mea adnotationis fidei commiſſum, Deus faciat. *Adludit verò ad cap. 2. vbi vide Adnot. noſtras num. 5. Nos hîc addimus illud Vlpiani Fragment. 16. De* ſolidi capacitate *inter virum & mulierem: Aliquando, inquit, nihil inter ſe capiunt, id eſt (quod ad inſtitutum facit quamproximè) ſi contra* Legem Iuliam Papiámque Poppæam *contraxerint matrimonium. Id eſt, inter præte Cuiacio, ſi neque liberos ſuſceperint, neque matrimonium contraxerint. Pertinet eodem illud Vlpiani Frag. 14. Pœna legis Iuliæ hæc eſt, ne cœlibes, ne orbi, ex ciuibus Romanorum capiant. Verùm hanc panam ſublatam fuiſſe primùm à Seuero, docilo Apolog. loco deduximus; ſed poſtea iterum renouatam conſtat ex Conſtantini interdictis, & aliis Imperatorum ſtaturis, de quibus extat liber vnus cod. Tiuul. de Inſirmandis pœnis cœlibum & orbitatum. Atqui ibi*: Nubant igitur, *& c. reſtè adnotat Rhenan. Ireniam eſſe, ſicut etiam ibi*: Satis opportunos, *&c.*

125. & infantes pipiantes, &c.] *In illum (inquit Rhenan.) locum in Valentiniani*, cap. 15. Cœleſtes imbres pipiauit Achamoth, *admodum*: pipiationem *eſſe clamorem plorantis, oſcorum linguæ, auctore Feſto. Vnde hîc* infantes pipiantes *dixit.*

CAP. XVII.

126. Habebunt planè, Chriſto quod adlegent, &c.] *Tritulum huic capiti impoſuimus*: De exemplis Monogamiæ, veteris Teſtamenti & ethnicorum. *Inquæ etiam reperiri penè ad verbum eadem quæ cap. vlt. de Exhort. caſtit. Atqui ibi*: ſed hanc *adnotat Rhenan. ſubaudiri carnem, ſeu potius* carnis imbecillitatem.

127. Nec Iudith filia Merari, &c.] *Quum* Iudith *dicatur* filia Merari, *lib. Iudith. c. 8. vel hinc patet habitum fuiſſe ab Auctore pro authentico eundem librum; de quo latè tractauimus inter opera B. Cypr. ad li. Ruffini in Symbolum Apoſt. tum in Argumento, tum Adnot. noſtris num. 157.*

128. Fuerunt & quæ pro viris mori mallent, &c.] *Cenſeo aut legendum*: Fuerunt enim, *vt ad* Didonem *&* Lucretiam *referatur, quas prius commemorauit; aut accipiendum: &, prò etiam, ac ſi dicat*: Fuerunt etiam aliæ.

129. Fortunæ muliebri, &c.] *Hoc ſic deſcripſit B. Hieron. in calce lib. 1. adu. Iouin. Viduitas habuit ſemper inter matronas decus: per illas* Fortunæ muliebri ſacra fieri ſolitum. *Atqui in omnibus Deorſi ſacris* coronas *exhiberi ſolitas, his verbis Auctor indicat Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 7.* Eſt Claudij Saturnini liber, & origines, & cauſſas, & ſpecies & ſollemnitates earum ediſſerens, vt nullam gratiam ſtotis, *&c.* non alicui capiti inuenias confectratum *ſuper quo nn. 86. adduximus etiam ſimilem locum ex Plinio lib. 16. cap. 5.*

130. Matri Matutæ, &c.] *De hoc ſic Ouidius Faſt. lib. 6.*

Leucothoe Graijs *Matuta* vocabere noſtris.

Eadem & Ino vocatur, inter Deas matrimas olim in ſacro habitas.

131. Pontifex Maximus & Flaminica nubunt ſemel, &c.] *Simile eſt illud ſuprà Tom. 2. l. 1. ad Vxorem c. 7. nu. 48.* Regem ſeculi Pontificem Maximum rurſus nubere, nefas eſt, *& To. 3. lib. de Præſcript. adu. hær. cap. 40. num. 248.* Quidè quòd & ſummum Pontificem in vnis nupcijs ſtatuit; *& lib. precedente de Exhort. caſtit. cap. vlt.* quæ & Flaminis lex eſt; nam duo ipſi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet. *Quæ loci inuitatur etiam B. Hieron. Epiſt. de Monog. ad Augerichiam, & in calce lib. 1. adu. Iouin. Hoc autem ad* Flaminem Dialem *pertinere, collegitur ex A. Gellio lib. 10. Vbi plures Leges Flaminicas Dialis commemorat. Quem enim vbique Tertull.* Pontificem Maximum, *ſeu* Summum, *nuncupat, B. Hieron.* Flaminem. *Pro quo facit; tum quòd hoc loco eandem legem faciat* Flaminicæ *&* Pontificis Maximi, *& li præced.* Flaminem *vetet eundem &* Pontificem Maximum; *tum quòd Gellius ibidem de* Flamini Diali *hæc verba citet, ex Varronis lib. 2. rerum diuin. Is ſolus album habet galerium, vel quòd* Maximus eſt; *tum quod etiam dicat eaſdem fere ceremonias obſeruari ab eo, quas* Flaminicæ *facere deciſſe Dialis obſeruare ſolent. Confirmatur idipſum ex eo, quòd* Flamen Dialis *Iouis miniſtraret, quem vt Deorum maximum colebant.*

132. Etiam bouis illius Ægyptij antiſtites, &c.] *Similiter B. Hieron.* Ad Tauri Ægyptij ſacra, ſemel maritus adſumitur. *Cæterùm ibi*: Exhibe te tertium Adam, *Ireniam eſſe adnotauit Rhenanus.*

ARGVMENTVM LIBRI DE FVGA IN PERSECVTIONE, PER IACOBVM PAMELIVM.

QVÆSITVS *Tertullianus à Fabio, fugiendum nécne ſit in perſecutione, ſemitractatam antea materiam plenius examinaturus, imprimis docet perſecutionem Dei voluntate fieri, à quo corona & præmia proponuntur.* I.

A diabolo verò minimè (quamquam per diabolum, eiúſque miniſterio) eo quòd nihil illi in ſeruos Dei liceat ex propria poteſtate, ſed ex permiſſu Dei, cauſſa aut probationis, aut reprobationis, aut cohibitionis. II.

Et verò à Deo fieri perſecutionem, ſcripturis probat. III.

Proindè, ſi à Deo euenit (quod tamen neceſſariò non ſequitur) fugiendum in perſecutione non eſſe. IIII.

Neque valere excusationem, ne peream si negauero.

Fugientibus etiam non suffragari (contra quam reliqui Patres sentiunt) præceptum Christi: Fugite de ciuitate in ciuitatem.

Vtpotè quum alibi ad passionem contrariam fugæ inuitet.

Ipsum quidem vim interdum refugisse, sed donec doctrinam suam impleret.

Quo factum vt Apostoli præceptum fugiendi non restaurauerint, qui maximè persecutiones sustinendas hortabantur.

Exemplo esse Ionæ fugam, quòd euadere non potuerit.

Saltem Præpositos Ecclesiæ plebe stante, in persecutione fugere non oportere.

Nullo autem modo fugam nummis redimi posse.

Neque enim id posse probari ex scripturis illis: Omni petenti te da, &: Facite vobis amicos de mammona; quæ de eleemosynis loquuntur.

Denique, si colligere & Dominica solemnia celebrare interdiu non liceat, de nocte fieri posse.

Ceterùm quum initio suæ fidei Tom. 2. lib. de Patientia, cap. 13. num. 88. fugam in persecutione non improbet, sed primùm libris de Corona militis, & de Virginibus velandis, patet eodem penè tempore conscriptos hos tres libros; hunc verò peculiariter contra Ecclesiam scriptum esse testantur B. Hieron. & Nicephorus, locus suprà citatis Præfatiuncula nostra in Tomum hunc Quinctum. Antidoti loco erunt illa Auctoris loco iam citato verba: Carnis patientia in persecutionibus denique prælia-tur. Si fuga vrgeat, incommoda fugæ caro militat. Si & carcer præueniat, *&c. Item B. Cypriani secessus, in quo toto biennio xxix. scripsit Epistolas, cuius hæc sunt verba Epist. 56. ad Thibarit. Et si fugientem, in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuaserit, fames aut sitis aut frigus adfixerit, vel per maria præcipiti nauigatione properantem tempestas ac procella submerserit. Spectat militem suum Christus vbicunque pugnantem, & persecutionis causa pro nominis sui honore morienti præmium reddit, quod daturum se in persecutione promisit. Nec minor est martyrij gloria, non publicè & inter multos perisse, quum pereundi causa sit propter Christum perire. Item lib. de Lapsis: Secundus ad gloriam gradus est, cauta secessione substractum Domino reseruari. Et postea: Relinquenda erat patria, &c. quò quum latiss. prosequatur hanc materiam ex scripturis, Lectorem remittimus. Item B. Athanasij fuga, eiúsque pro eadem Apologia; denique B. Augustin. Epist. 180. ad Honoratum; è quibus ad quasdam Auctoris rationes respondimus suis quibusque locis. Atqui hunc Librum viderunt MS. Trithemius & Politianus; in lucem edidit primus Rhenanus priùs cum Scholijs, deinde & Adnotationibus ex Paterniacensi, Hirsaugiensi, & Gorziensi codicibus. Nos verò denuò cæsistauimus ad Vatic. 3. MS. cod. & ex quibusdam coniecturis Dominorum Latinij & Harrisij nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI

[1] DE FVGA IN PERSECVTIONE [2] AD FABIVM LIBER.

QVÆSITI [3] proximè, Fabi frater, fugiendum nécne sit in persecutione, [4] quòd nescio quid annuntiaretur. Ibidem ego [5] oblocutus aliquid pro loco ac tempore, & quarundam personarum importunitate, semitractatam materiam abstuli mecum, [6] pleniùs eam de stylo nunc renuntiaturus, vtpotè quam ei tua consultatio commendarat, & conditio temporum suo iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequentiores imminent persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda autem examinatio penes vos, si fortè [7] Paracletum non recipiendo deductorem omnis veritatis, meritò adhuc etiam alijs quæstionibus obnixi estis. Igitur consultationi tuæ ordinem quòque induimus, animaduertentes antè determinari oportere de statu ipsius persecutionis, vtrum à Deo obueniat, an à diabolo, quò facilius [8] de obitu eius constare possit. Omnis enim rei inspectio, auctore cognito planior. Satis est quidem præscribere, Nihil fieri sine Dei voluntate. Sed non statim hac sententia ceteris retractauerimus. Locum dabimus, ne à præsenti articulo auocemur. [9] Si qui respon-

A qui reſponderit: Ergo & malum à Deo, & delictũ à Deo; nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipſis. De perſecutione nunc quæritur. Circa hanc interim dixerim, Nihil fieri ſine Dei voluntate, reſpiciens eam in primis dignam Deo eſſe, & (vt ita dixerim) neceſſariam [10] ad probationem fcilicet ſeruorum eius, ſiue reprobationem. Quis eſt enim exitus perſecutionis, quis effectus alius, niſi probatio & reprobatio fidei, qua ſuos vtique Dominus examinauit? Hoc Domini iudicium eſt perſecutio, per quam quis aut probatus aut reprobatus iudicatur. Porrò iudicium ſoli Deo competit. [11] Hæc pala illa, quæ *Matth. 3.* & nunc dominicam aream purgat, Eccleſiam ſcilicet, confuſum aceruum fidelium euentilans [12] frumentum martyrum, & paleas negatorum. [13] Hæc enim, ſcalæ quas ſomniat Iacob, alijs aſcenſum in ſuperiora, alijs deſcenſum ad inferiora demonſtrantes. [14] Sic & agonem [15] intelligi capit perſecutionem. *Gen. 28.* *1. Cor. 9.*
A quo certamen edicitur, niſi à quo corona & præmia proponuntur? [16] Legis edictum agonis iſtius in Apocalypſi, quibus præmijs ad victoriam inuitet, vel maximè illos qui propriè vicerint in perſecu- *Apoc. 2.*
tione, vincendo luctati, reuera non aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritalia nequitiæ. *& 3.*
Ita agnoſces ad eundem agonothetam pertinere certaminis arbitrium, qui inuitat ad præmium. To- *Epheſ. 6.*
tum quod agitur in perſecutione, gloria Dei eſt probantis & reprobantis, imponentis & deponentis.
Quod autem ad gloriam Dei pertinet, vtique ex voluntate illius cueniet. Sed quando Deus magis credidit, niſi cùm magis timetur? niſi in tempore perſecutionis? Eccleſia in attonito eſt. Tunc & fides [17]
in expeditione ſollicitior, & diſciplinatior [18] in Ieiunijs, & Stationibus, & Orationibus, & Humilitate, [19] in alteritate Diligentia, & Dilectione, in Sanctitate, & Sobrietate. Non enim vacatur niſi Timori & Spei. Adeò & ex hoc ipſo oſtenditur nobis, non poſſe diabolo deputari eam, quæ meliores efficit
B Dei ſeruos. [20] Si, quòd iniquitas à Deo non eſt, ſed à diabolo, perſecutio autem ex iniquitate conſiſtit (quid enim iniquius quàm veri Dei antiſtites omnis ſectatores veritatis, nocentiſſimorum more *Cap. 11.*
tractari?) ideò videtur perſecutio à diabolo euenire, à quo iniquitas agitur, ex qua conſtat perſecutio: ſcire debemus quatenus nec perſecutio eſt ſine iniquitate diaboli, nec probatio fidei ſine perſecutione, propter probationem fidei neceſſariam iniquitatem, non patrocinium præſtare perſecutioni, ſed miniſterium. præcedere enim Dei voluntatem circa fidei probationem, quæ eſt ratio perſecutionis; ſequi autem diaboli iniquitatem ad inſtrumentum perſecutionis; quæ ratio eſt probationis. Nam & aliàs inquantum iuſtitiæ iniquitas æmula eſt, intantum materia eſt ad teſtimonia eius, cuius eſt æmula; vt ſic iuſtitia in iniquitate perficiatur, quomodo virtus in infirmitate perficitur. Nam infirma mundi electa *2. Cor. 12.*
ſunt à Deo, vt confundantur fortia: & ſtulta eius, [21] vt confundatur ſapientia. Ita & iniquitas adhibe- *1. Cor. 1.*
tur, vt iuſtitia probetur confundens iniquitatem. Igitur quod miniſterium non eſt arbitrij, ſed ſeruitij. Arbitrium enim Domini perſecutio, propter fidei probationem: miniſterium autem iniquitas diaboli, propter perſecutionis inſtructionem: ita eam per diabolum ſi fortè, non à diabolo euenire credimus. Nihil ſatanæ in ſeruos Dei viui licebit, niſi permiſerit Dominus, vt aut ipſum deſtruat per fidem electorum in tentatione victricem; [22] aut homines eius fuiſſe traducat, qui defecerint ad illum. [23] Habes exemplum Iob, cui diabolus nullam potuit incutere tentationem, niſi à Deo accepiſſet poteſtatem, nec in ſubſtantiam quidem eius, niſi Dominus, Ecce, dixiſſet, omnia quæ ſunt ei, in manu tua do, *Iob. 1.*
in ipſum autem ne extenderis manum. Denique nec extendit, niſi poſtea quàm & hoc poſtulanti Dominus: Ecce, dixiſſet, trado tibi illum, tantùm animam eius cuſtodi. Sic & in Apoſtolos facultatem *Iob. 2.*
C tentationis poſtulauit, non habens eam niſi ex permiſſu. Siquidem Dominus in Euangelio ad Petrum: *Luc. 22.*
[24] Ecce, inquit, poſtulauit ſatanas vti cerneret vos velut frumentum: verùm ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua: id eſt, ne tantũ diabolo permitteretur, vt fides periclitaretur. Quo oſtenditur, vtrunque apud Deum eſſe, & concuſſionem fidei, & protectionem, cùm vtrumque ab eo petitur, concuſſio à diabolo, protectio à filio. Et vtique cùm filius Dei protectionem fidei habet in ſua poteſtate, quam *Matth. 28.*
à patre poſtulat; à quo omnem accipit poteſtatem in cœlis & in terris, quale eſt vt concuſſionem fidei diabolus in manu ſua habeat? [25] Sed in legitima Oratione cùm dicimus ad patrem: Ne nos inducas in *Matth. 6.*
tentationem (quæ autem maior tentatio quàm perſecutio?) ab eo illam profitemur accidere, à quo veniam eius deprecamur. Hoc eſt enim quod ſequitur: Sed erue nos à maligno, id eſt ne nos induxeris in tentationem, permittendo nos maligno. Tunc enim eruimur diaboli manibus, cùm illi non tradimur in tentationem. [26] Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit poteſtatem niſi eam de Deo *Marc. 5.*
impetraſſet, tantum abeſt vt in oues Dei habeat. Poſſum dicere porcorum quoque fetas tunc numeratas apud Deum fuiſſe; nedum capillos ſanctorum. Habere videtur diabolus propriam iam poteſtatem, *Matth. 10.*
ſi fortè in eos qui ad Deum non pertinent, ſemel in ſtillam ſitulæ, & in puluerem areæ, & in ſaliuam Nationibus deputatis à Deo, ac per hoc diabolo expoſitis in vacuam quodammodò poſſeſſionem. *Iſai. 40.*
Ceterùm in domeſticos Dei nihil illi licet ex propria poteſtate; quia quando licet, id eſt ex quibus cauſis, exempla in ſcripturis ſignata demonſtrant. Aut enim ex cauſa probationis conceditur ei ius tentationis prouocato vel prouocanti, vt in ſuperioribus; Aut ex cauſa reprobationis traditur ei peccator quaſi carnificina in pœnam, vt Saul: & abſceſſit, inquit, ſpiritus Domini à Saule, [27] & concutiebat *1. Reg. 16.*
eum ſpiritus nequam à Domino, & ſuffocabat eum. Aut ex cauſa cohibitionis, [28] vt Apoſtolus refert *1. Cor. 12.*
datum ſibi ſudem angelum ſatanæ vt colaphizetur: (Nec hanc ſpeciem permitti diabolo in ſanctos humiliandos per carnis vexationem) ſimul vt & virtus toleratiæ ſcilicet in infirmitate perfici poſſit. *2. Tim. 1.*

nam & ipſe Apoſtolus [39] Phigellum & Hermogenem tradidit ſatanæ vti emendentur, ne blaſphe- D
ment. Videsiam & à ſeruis Dei faciliùs diabolum accipere poteſtatem, tanto abeſt vt eam ex proprie-
tate poſſideat. [40] Cùm ergo & hæc exempla magis in perſecutionibus eueniant, ſiquidem magis tunc
probamur vel reprobamur, & magis tunc humiliamur vel emendamur, ab eo permittatur vel imperet-
ur neceſſe eſt, [41] catholicè fieri hæc, à quo & ex parte, ſcilicet ab illo qui dicit, Ego ſum qui facio pa-
cem, & condo mala, id eſt bellum. Hoc eſt enim contrarium paci. Noſtræ autem paci quod eſt bel-
lum, quàm perſecutio? Si perſecutionis vel maximè exitus aut vitam auferunt, aut mortem, aut pla-
gam, aut ſanationem: habes auctorem eiuſdem: Ego percutiam, & ſanabo: ego viuificabo, & morti-
ficabo. [42] Vram, inquit, illos ſicut vritur argentum; & probabo, inquit, illos ſic vt probatur aurum.
Cùm enim exurimur perſecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Hæc erunt ignea iacula
diaboli, per quæ fidei vſtio & conflatio adminiſtratur ex Dei tamen voluntate. De iſto quis dubitare
poſſit ignoro, niſi planè friuola & frigida fides, deprehendens eos qui timidè [43] conueniunt in Eccle-
ſiam. Dicitis enim, quoniam incondite conuenimus, ſimul conuenimus, & complures concurrimus
in Eccleſiam, quærimur à Nationibus, & timemus ne turbentur Nationes. An non ſcitis quòd Deus
omnium ſit dominus? Et ſi velit Deus, tunc perſecutionem patieris; ſi verò noluerit, ſilebunt Natio-
nes. Credas vtique: ſi tamen in eum Deum credis; ſine cuius voluntate nec paſſer vnius aſſis cadit in
terram. Nos autem puto multis paſſeribus [44] antiſtamus. [45] Igitur ſi conſtat à quo perſecutio eue-
niat, [46] poſſumus iam conſultationem tuam inducere, & determinare ex hoc ipſo prætractatu, Fu- E
giendum in perſecutione non eſſe. Si enim perſecutio à Deo euenit, nullo modo fugiendum erit,
quod à Deo euenit. Sicut duplex ratio dependit, quia neque debeat deuitari, neque euadi poſſit quod
à Deo euenit. Non debet deuitari, quia bonum. Neceſſe eſt enim bonum eſſe omne quod Deo viſum
eſt. [47] Et nunquid ideò in Geneſi ſic poſitum eſt: Et vidit Deus quia bonum eſt, non quòd ignoraret
bonum eſſe niſi vidiſſet, ſed vt hoc ſono portenderet bonum eſſe quod Deo viſum eſt? Multa quidem
ſunt quæ à Deo eueniant, & alicuius malo eueniant. Immò bonum eſt ideò, quia à Deo euenit, vt di-
uinum & rationale. [48] Quid enim diuinum non rationale, non bonum? Quid bonum non diuinum?
Si autem ſenſui cuiuſque videtur, non ſenſus hominis præiudicat ſtatui, ſed ſtatus ſenſui. Satus enim
vniuſcuiuſque certum quid eſt, & dat ſenſui legem, ita ſentienti ſtatum ſi eſt. Si autem ſtatu quidem
bonum quod à Deo venit, nihil enim à Deo non bonum, quia diuinum, quia rationale) ſenſui verò
malum videtur: erit ſtatus in tuto, ſenſus in vitio. Statu optima res Pudicitia, & Veritas, & Iuſtitia, quæ
à multorum ſenſu diſplicent. Nunquid ideo ſtatus ſenſui addicitur? Ita & perſecutio ſtatu bona eſt,
quia diuina & rationalis diſpoſitio, ſenſui eorum verò quorum malo venit diſplicet. Vides etiam illud
malum rationem apud Deum habere, cùm quis in perſecutione euertitur de ſalute, ſicut & illud bo-
num ratione contingere, cùm quis ex perſecutione proficit in ſalute? niſi ſi irrationaliter quis aut pe-
rit apud Dominum, aut ſaluus eſt: is non poterit perſecutionem malum dicere, quæ etiam in malis
parte bonum eſt, dum ratione adminiſtratur. Ita ſi bonum perſecutio quoquo modo, quia de ſtatu
conſtat, meritò definimus quod bonum eſt vitari non oportere: quia delictum ſit quod bonum eſt re-
cuſare, eo amplius quod Deo viſum eſt: iam verò nec poſſe vitari, quia à Deo euenit, cuius voluntas
non poterit euadi. Igitur qui putant fugiendum, aut malum exprobrant Deo, ſi perſecutionem vti ma-
lum fugiunt, bonum enim nemo deuitat: aut fortiores ſe Deo exiſtimant, qui putant ſe euadere poſſe, F
ſi Deus tale aliquid voluerit euenire. [49] Sed: Quod meum eſt, inquit, fugio, ne peream ſi nega-
uero. Illius eſt, ſi voluerit etiam fugientem me reducere in medium. Hoc mihi priùs reſponde, cer- C
tus es te negaturum ſi non fugeris, an incertus? Si enim certus, iam negaſti: quia præſumendo te ne-
gaturum, id deſpopondiſti de quo præſumpſiſti, & vanè iam fugis ne neges, qui ſi negaturus es, iam ne-
gaſti. Si verò incertus es, cur non ex æqualitate incerti metus inter vtrumque euentum, etiam confite-
ri te poſſe præſumis; & ſaluum magis fieri quo minus fugias? ſicut negaturum te præſumis, vt fugias.
Iam nunc aut in nobis eſt vtrumque, aut totum in Deo. Si in nobis eſt confiteri aut negare, cur non id
præſumimus quod eſt melius, id eſt confeſſuros nos? niſi ſi vis confiteri, pati non vis. Nolle autem
confiteri, negare eſt. Si verò in Deo totum eſt, cur non totum relinquimus arbitrio eius? agnoſcentes
virtutem & poteſtatem, quòd poſſit nos ſicut fugientes educere in medium, [50] ita & non fugientes,
immò & in medio populo conuerſantes obumbrare. Quale eſt, vt ad fugiendum, Deo honorem red-
das, qui poſſit te etiam fugientem producere in medium: ad conteſtandum autem inhonores illum,
deſperans potentiam protectionis ab illo? Quare non magis ex hac parte conſtantiæ & fiduciæ in Deū,
dicis, Ego quod meum eſt facio, non diſcedo. Deus ſi voluerit, ipſe me proteget. Hoc potius noſtrum
eſt, ſtare ſub Dei arbitrio, quàm fugere ſub noſtro. [51] Rutilius ſanctiſſimus martyr, quum totiens fu-
giſſet perſecutionem de loco in locum, etiam periculum (vt putabat) nummis redemiſſet, poſt totam
ſecuritatem quam ſibi proſpexerat, ex inopinato apprehenſus & Præſidi oblatus, tormentis diſſipa-
tus, credo pro fugæ caſtigatione, dehinc ignibus datus, paſſionem quam vitarat, miſericordiæ Dei
retulit. Quid aliud voluit Dominus nobis demonſtrare hoc documento, quàm fugiendum non eſſe,
quia nihil fuga proſit ſi Deus nolit? [52] Immò, inquit, quia præceptum adimpleuit, fugiens de ci-
uitate in ciuitatem. Sic enim voluit quidam, ſed & ipſe fugitiuus argumentari, & qui proinde nolunt
intelligere

A Intelligere ſenſum Domini illius pronuntiationis, vt eam ad velamentum timiditatis ſuæ vtantur, cùm & perſonas ſuas habuerit & tempora & cauſas: [43] Cùm cœperint, inquit, perſequi vos, fugite de ciuitate in ciuitatem. Hoc in perſona propriè Apoſtolorum, & in tempora, & in cauſas eorum pertinere defendimus, [44] ſicut præcedentes & ſubſequentes ſenſus probabunt, qui non niſi in Apoſtolos competunt: In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, ſed ite potius ad oues perditas domus Iſraëlis. Nobis autem & via nationum patet, in qua & inuenti ſumus, & vſque in finem incedimus: & nulla ciuitas excepta eſt, quo per totum orbem prædicamus: ſed nec cura nobis Iſraëlis iniuncta eſt extra ordinem, niſi quâ & omnibus gentibus prædicare debemus. Etiam: ſi apprehendamur, non in concilia eorum perducemur, nec in ſynagogis illorum flagellabimur, ſed Romanis vtique poteſtatibus & tribunalibus obijciemur. Sic igitur & fugæ præceptum, Apoſtolorum conditio deſideratur, quoniam primò prædicandum erat ad oues perditas domus Iſraëlis. Vt ergo perciperetur prædicatio, apud quos priores eam perfici oportebat, vti panem antè filij quàm canes ſumerent; ideò illis fugere tunc ad tempus præcepit, non propter eludendum periculum proprio nomine perſecutionis (atquin perſecutiones eos paſſuros [45] prædicabat, & tolerandas docebat) ſed propter profectum annuntiationis, [46] ne ſtatim oppreſſis, Euangelij quoque diſſeminatio perimeretur. Neque enim quaſi tacitè in aliquam ciuitatem transfugiendum erat, ſed quaſi vbique annuntiaturis, & ex hoc vbique perſecutiones ſubituris, donec replerent doctrinam ſuam. [47] Denique: Non conſummabitis, inquit, ciuitates Iſraëlis. Adeò intra terminos Iudææ præceptum fugæ continebatur.

B Nobis autem nulla Iudææ præfinitio competit prædicationis, in omnem iam carnem effuſo ſpiritu ſancto. Itaque Paulus & Apoſtoli ipſi, memores præcepti dominici, conteſtantur illud apud Iſraël, quem iam doctrina ſua impleuerant, [48] Vobis oportuit in primis ſermonem Dei tradi. Sed quoniam repulſiſtis eum, nec dignos vos æterna vita exiſtimaſtis, ecce conuertimus nos ad Nationes. Atque exinde conuerſi & ipſi ſicut anteceſſores inſtituerant, & in viam Nationum abierunt, & in ciuitates Samaritarum introierunt; vt in totam ſcilicet terram exiret ſonus eorum, & in terminos orbis voces eorum. Si ergo ceſſauit exceptio viæ Nationum, & in ciuitates Samaritanorum, cur non ceſſauerit & fugæ præceptum pariter emiſſum? denique ex quo ſaturato Iſraële Apoſtoli in Nationes tranſierunt, & fugerunt de ciuitate in ciuitatem, nec pati dubitauerunt. [49] Atquin & Paulus, qui ſe per murum con neſſerat expediri de perſecutione, quâ ad hoc tempus erat præcepti; idem iam in clauſula officij, & in conſummatione præcepti diſcipulis magnoperè deprecantibus, ne ſe Hieroſolyma committeret paſſurus illic quæ Agabus prophetauerat, ſollicitudini eorum non ſubſcripſit, ſed econtrario, Quid, inquit, facitis lachrymantes & conturbantes cor meum? Ego enim non modò vincula pati optauerim, ſed etiam mori Hieroſolymis pro nomine Domini mei Ieſu Chriſti. Atque ita omnes aierunt, Fiat voluntas Domini. Quæ erat voluntas Domini? vtique non fugiendi iam perſecutionem. Cæterùm poterant & priorem Domini voluntatem propoſuiſſe; qua fugere mandauerat, qui illum perſecutionem vitaſſe maluerant. Igitur cùm etiam ſub Apoſtolis ipſis temporale fuerit fugæ præceptum, ſicut & reliquorum præſcriptorum, non poteſt apud nos perſeuerare quod apud doctores noſtros conceſſauit, etſi non propriè ad illos fuiſſet emiſſum: Aut ſi perſeuerare illud Dominus voluit, deliquerunt Apoſtoli, qui non vſque in finem fugere curauerunt. [50] Videamus nunc an & cetera Domini edicta congruant perpetuo fugæ præcepto: Primò quidem ſi à Deo perſecutio eſt; quale eſt vt idem fugiendam eam mandet, qui & inferat? quam ſi euadi vellet, melius non immitteret, ne voluntatem ſuam

C alia voluntate præuaricari videretur. Aut pati enim nos voluit perſecutionem, aut fugere. Si fugere, quomodo pati? ſi pati, quomodo fugere? Iam vero quanta inæqualitas ſententiarum iubentis fugere, & inuitantis ad paſſionem contrariam fugæ? [51] Qui confeſſus fuerit in me, & ego confitebor in illo coram patre meo. Quomodo confitebitur fugiens, quomodo fugiet confitens? [52] Qui me confuſus fuerit, & ego confundar eum coram patre. Si deuito paſſionem, confundo confeſſionem. Fœlices qui perſecutionem paſſi fuerint cauſa nominis mei. Infœlices ergo, qui fugiendo ex præcepto non erunt paſſi. Qui ſuſtinuerit in finem, iſte ſaluabitur. Quid ergo me iubens fugere, vis in finem ſuſtinere? Tanta diuerſitas ſententiarum ſi non congruit diuinæ grauitati, apparet ex his quoque præceptum fugæ ſuam tunc habuiſſe rationem quam oſtendimus. Sed infirmitatem, inquit, quorundam proſpiens Dominus, pro ſua humanitate nihilominus & portum fugæ demonſtrauit. Non enim idoneus erat etiam ſine fuga tam turpi & indigno & ſeruili præſidio ſaluos facere in perſecutione, quos ſciret infirmos. Atquin non fouet, ſed recuſat ſemper infirmos, primùm docens non fugiendos eſſe perſecutores, ſed potius non timendos. Nolite timere eos qui corpus occidere poſſunt, animæ autem nihil valent facere. Sed timete eum qui & corpus & animam perdere poteſt in gehennam. Atque exinde quæ timidis præfinit? [53] Qui pluris fecerit animam ſuam quàm me, non eſt me dignus. Et qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt eſſe meus diſcipulus. [54] Poſtremò in Apocalypſi non fugam timidis offert, ſed inter ceteros reprobos particulam in ſtagno ſulphuris & ignis, quod eſt mors ſecunda. [55] Refugit & ipſe vim interdum, ſed eadem ratione qua Apoſtolis fugere præceperat, donec ſcilicet doctrinam ſuam impleret. Qua conſummata non dico ſtetit; ſed nec auxilium à patre [56] angelorum exercituum deſiderauit, increpito etiam Petri gladio. [57] Profeſſus quidem & ipſe eſt:

Matth. 10.
Ibidem.
Ibidem.
Matth. 15.
Matth. 10.
Ibidem.
Ibidem.
Act. 13.
Pſal. 18.
Act. 9.
Act. 21.
C. VII. *Ibidem.*
Ibidem.
Marc. 8.
Matth. 5.
Matth. 10.
Ibidem.
Ibidem.
Luc. 14.
Apoc. 21.
C. VIII.
Luc. 4.
Matth. 2. 12. & 14.

nimam anxiam vsque ad mortem, & carnem infirmam, vt tibi ostenderet primò in se vtramque sub- D
tantiam humanam fuisse ex proprietate anxietatis animæ & imbecillitatis carnis, ne aliam, [58] vt qui-
dam nunc induxerunt, aut carnem aut animam Christi interpretaueris. Dehinc vt demonstratis con-
ditionibus earum, scires illas nihil valere per semetipsas sine spiritu. Et ideò præponit, Spiritus prom-
ptus, vt vtramque cõditionem substantiæ vtriusque respiciens intelligas in te esse etiam fortitudinem
spiritus, quo modo & infirmitatem carnis: ac iam hinc scias quid vnde facias, & quid cui subijcias, in-
firmum scilicet forti: ne, vt nunc facis, de carnis quidem infirmitate causeris, de spiritus autem firmi-
tate dissimules. [59] Postulauit & ipse à patre, si fieri posset, transiret ab illo calix passionis. Postula & tu.
sed stans vt ille, sed postulans tantùm, sed subiungens & reliqua: Verùm non quod ego volo, sed
quod tu. Fugiens autem quomodo hoc postulabis, ipse tibi præstans calicis translationem, nec quod
pater vult faciens, sed quod tu? [60] Omnia Apostoli secundum Deum vtique docuerunt, om-
nia euangelizare voluerunt. Vbi illos ostendis præceptum fugiendi de ciuitate in ciuitatem restau-
asse? quia nec potuissent tale quid constituere tam contrarium exemplis suis, vt fugam mandarent,
qui quum maximè de vinculis vel insulis, quibus ob confessionem non ob fugam nominis conti-
nebantur, ad Ecclesias scribebant. [62] Infirmos sustinere iubet Paulus. vtique enim non fugientes.
Quomodo enim sustinebantur absentes? [63] Non patientia dicit sustinendos, sicubi per infirmitatem
idei suæ offenderint? Sic & pusillanimes consolari non tamen in fugam mitti. [64] Sed cùm admo-
net: Ne locum Malo demus, non fugæ suggerit consilium, sed iracundiæ docet temperamentum. Et
i redimendum tempus dicit, quia dies nequam sunt, non per fugam, sed per sapientiam conuersatio- E
nis, [65] lucrati nos vult commeatum. [66] Ceterùm qui lucere nos iubet velut filios lucis, non iubet fu-
ga abscondi vt filios tenebrarum. Stare immobiles præcipit, vtique nec fuga mobiles: & accinctos, in
ugam an in occursum Euangelij? arma quoque demonstrat, quæ fugituris non essent necessaria, inter
quæ & clypeum, quo possitis tela diaboli extinguere, resistentes sine dubio, & excipientes omnem
im illius. [67] Proinde & Ioannes pro fratribus quoque animas ponendas docet, nedum pro Domino.
Hoc à fugientibus non potest adimpleri. Denique memor Apocalypsis suæ, in qua timidorum exitum
udierat, de suo sensu admonet & ipse, timorem reijciendum. Timor, inquit, non est in dilectione. Sed
nim perfecta dilectio foras mittit timorem, [68] quia timor supplicamentum habet; vtique ignem ita-
ni. Qui autem timet, non est perfectus, in dilectione Dei scilicet. Porrò quis fugiet persecutionem, ni-
i qui timebit? Quis timebit, nisi qui non amauit? Spiritum verò si cõsulas, quid magis sermone illo spi-
itus probat? Namque omnes penè ad martyrium exhortatur, non ad fugam, [69] vt & illius commemo-
emur: [70] Publicaris, inquit, bonum tibi est. Qui enim nõ publicatur in hominibus, publicatur in Do-
nino. Ne confundaris, iustitia te producit in medium. Quid confunderis, laudem ferens? Potestas sit,
ùm conspiceris ab hominibus. Sic & alibi, Nolite in lectulis, nec in aborsibus, & febribus mollibus
optare exire, sed in martyrijs, vti glorificetur qui est passus pro vobis. [71] Sed omissis quidam diuinis
exhortationibus, illum magis Græcum versiculum secularis sententiæ sibi adhibent,

[72] *Qui fugit bat, rursus prœliabitur,*

vt & rursus forsitan fugiat. Et quando vincet, qui quum fugerit, victus est? Bonum militem Christo
mperatori suo præstat, [73] qui tam plenè ab Apostolo armatus, tuba persecutionis audita, diem deserit
ersecutionis. Respondebo & ego de seculo aliquid, F

[74] *Vsque adeóne mori miserum est?*

Moriatur quoquo modo, aut victus, aut victor. Nam etsi negando ceciderit, cum tormentis tamen
præliatus. Malo miserandum quàm erubescendum. Pulchrior est miles in pugna prælio amissus,
quàm in fuga saluus. Times hominem, Christiane, quem timeri oportet ab angelis; siquidem angelos
udicaturus es: quem timeri oportet à dæmonijs; siquidem & in dæmonas accepisti potestatem: quem
imeri oportet ab vniuerso mundo; siquidem & in te mundus iudicatur. Christum indutus es, siqui-
dem in Christum tinctus es. Qui fugis diabolum, depreciasti Christum qui in te est. Fugitiuum cum
diabolo te reddidisti. Sed Dominum fugiens, exprobras omnibus fugitiuis suis vanitatem consi-
lij. [75] Fugerat & quidam animosus Prophetes Dominum, traiecerat ab Ioppe Tarsum, quasi &
Deo transfretaret, sed illum non dico in mari & in terra, verùm in vtero etiam bestiæ inuenio, in
quo nec mori per triduum potuit, nec vel sic Deum euadere. Quanto meliùs, qui siue iniquus Deum
timens non fugit eum, [76] sed potius contemnit, confidens scilicet de tutela Domini; siue Deum
reformidat, quanto magis sub oculis eius astitit, dicens: Dominus est, potens est: omnia illius sunt:
bi fuero, in manu eius sum: faciat quod vult, non discedo: & si perire me volet, ipse me per-
dat, dum me ego seruo illi. Malo inuidiam ei facere per voluntatem ipsius perendo, quàm bilem,
per meam euadendo. [77] Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet, etiam minoris loci, vt
maioris fieri possit, si quem gradum ex persecutionis tolerantia ascenderit. [78] Sed quum ipsi autores,
d est ipsi [79] Diaconi Presbyteri, & Episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, qua ratio-
ne dictum, Fugite de ciuitate in ciuitatem? Itaque cùm duces fugiunt, quis de gregario numero
ustinebit [80] ad gradum in acie figendam suadere? [81] Certè quidem bonus pastor animam pro pe-
coribus ponit: vt Moyses non Domino adhuc Christo reuelato, etiam in se figurato ait: Si perdis

hunc

A hunc populum, inquit, & me pariter cum eo disperde. Ceterùm Christo confirmante figuras suas, mālus pastor est, qui viso lupo fugit, & pecora diripienda derelinquit: projicietur de villa pastor huiusmodi; [82] detinebuntur illi missionis suæ mercedes suæ in compensatione; immò & de priore peculio eius exigetur detrimenti dominici restitutio. Etenim qui habet, dabitur ei: ab eo autem qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. Sic Zacharias comminatur: [83] Exurge romphæa in pastores, & cuellite oues, & superducam manum meam in pastores. In quos & Ezechiel, & Hieremias ijsdem minis perorant, quod non tantùm de pecoribus improbè vescantur pascentes potius semetipsos, verùm & dispersum gregem faciant, & in prædam esse omnibus bestijs agri, dum non est pastor illis. Quod nunquam magis fit, quàm quum in persecutione destituitur Ecclesia à Clero. [84] Si & spiritum quis agnouerit, audiet & fugitiuos denotantem. Porrò si eos qui gregi præsunt, fugere, quum lupi irruunt, nec decet, immò nec licet, (qui enim talem pastorem malum pronuntiauit, vtique damnauit: omne autem quod damnatur, illicitum factum est sine dubio) ideò præpositos Ecclesiæ in persecutione fugere non oportebit. Ceterùm si grex fugere deberet, non deberet præpositus gregis stare, sine causa staturus ad tutelam gregis, quam grex non desideraret ex licentia fugæ scilicet. [85] Quòd pertineat frater ad tuum problema, habes sententiæ nostræ responsionem & exhortationem. Porrò qui quærit, An persecutio fugienda sit, sequentem quoque iam prospiciat necesse est: an si fugienda non est, redimenda certè sit. Vltrò igitur & de hoc tibi suggeram, definiens persecutionem, quam constat non esse fugiendam, proinde nec redimendam. [86] Pretium interest. Ceterùm sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio nummaria fuga est. Certè & huius, timiditatis consilium est. Quod times, redimis, ergo fugis. Pedibus stetisti, curristi nummis. Hoc ipsum quod stetisti ex redemptione, fugisti. Vt autem redimas hominem tuum nummis, quem sanguine suo redemit Christus, quàm indignum Deo & dispositionis eius; qui filio suo non pepercit pro te; vt fieret maledictum pro nobis, quia maledictus qui pependerit in ligno, qui tanquam ouis ad victimam ductus est, & tanquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os: sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas, & faciem non auertit à sputaminibus, & inter iniquos deputatus est, & traditus est in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc vt nos à peccatis lucraretur. Sol cessit diem emptionis nostræ. [87] Apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in cœlis; subleuatæ sunt portæ sempiternæ, vt introiret rex gloriæ, Dominus virtutum, hominem de terris, immò ab inferis, mercatus in cœlos. Quis est nunc qui aduersus illum reluctatur, immò depreciat; & mercedem eius tam [88] magno comparatam precio silimo scilicet sanguine, commaculat? Iam ergo melius fugere quàm fieri viliorem, si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit Domino. Et Dominus quidem illum redemit; ab angelis mundi tenentibus potestatibus, à spiritalibus nequitiæ, à tenebris huius æui, à iudicio æterno, à morte perpetua. [89] Tu autem pro eo pacisceris cum Delatore, vel Milite, vel furunculo aliquo præside, sub tunica & sinu (quod aiunt) vt furtiuo, quem coram toto mundo Christus emit, immò & manumisit. Hunc ergo liberum pretio æstimabis, & pretio possidebis, nisi eodem; quanto (vt diximus) Domino constitit, sanguine suo scilicet? Vt quid ergo de homine Christum redimis in homine in quo Christus est? [90] Non aliter & Simon facere tentauit, quum pecuniam Apostolis obtulit pro spiritu Christi. Audiet ergo & iste qui se redimens, Christi spiritum redemit: Pecunia tua tecum sit in interitum: quoniam gratiam Dei pretio consequendam putasti. Quis tamen abnegatorem spernat? Quid enim dicit ille [91] Concussor? Da mihi pecuniam. Certè ne eum tradat: siquidem non aliud venditat, quàm quod præstaturus est præmio tuo. Cùm das, vtique ne tradaris voluisti. [92] Non traditus autem, traduci habebas? ergo dum nolendo tradi non vis traduci, nolendo negasti, quod te esse traduci noluisti. Immò inquis, dum nolo traduci quod sum, confessus id esse quod nolo traduci: id est, Christianum. Potes itaque te martyrem vindicare, constanter ostendisse Christum. Redimens, non ostendi? Apud vnum si forte confessus es, ergo & apud plures nolendo confiteri, negasti. Ipsa salus iudicabit hominem excidisse, dum euadit. Excidit ergo qui maluit euadisse. Negatio est etiam martyrij recusatio. Christianus pecunia saluus est: & in hoc numinos habet ne patiatur, dum aduersus Deum erit dives. At enim Christus sanguine suit dives pro illo. Fœlices itaque pauperes, quia illorum est, inquit, regnum cœlorum, qui animam solam in confisçato habent. Si non possumus Deo seruire & Mammonæ, possumus & à Deo redimi & à Mammona? Quis enim magis seruiet Mammonę quàm quem Mammonas redemit? Postremò quo exemplo vtèris in redemptionem traditionis? Apostoli tractantes, persecutionibus agitati, quando se pecunia liberauerunt? quæ illis vtique non deerat, ex prædiorum pretijs ad pedes eorum depositis, certè multis locupletibus credentibus viris ac fœminis, qui his etiam refrigeria subministrabant. [93] Quando [a] Onesiphorus, aut [b] Aquila, aut [c] Stephanus, hoc modo eis in persecutione succurrerunt? [94] Paulus quidem cùm Fœlix Præses pecunias accepturum se pro eo à discipulis sperasset, de quo & ipse in secreto tractàuit cum ipso, neque ipse pro se, neque discipuli pro eo numerauerunt. Illi vtique discipuli; qui flentes quòd Hierosolymam tendere perseueraret, & persecutiones prædicatas illic non præcaueret, postremò inquiunt, Fiat voluntas Dei. Quæ ista voluntas? vtique vt pateretur pro nomine Domini, non vt redimeretur.

Exod. 32. Joan. 10. Matth. 20. Luc. 8. Zach. 13. Ezech. 34. Ierem. 23. CA. XIII. Rom. 8. Gal. 3. Isai. 53. Philipp. 2. psal. 23. 1. Cor. 6. Ephes. 6. 1. Cor. 6. Act. 8. Matth. 5. Matth. 6. Act. 4. & 5. a 2. Tim. 1. b Act. 18. c Act. 6. & 7. d Act. 24. Act. 21.

Oportet enim quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo & à nobis: nec tantùm pro ipso, immò etiam pro fratribus propter ipsum. Quod Ioannes docens, non & fratribus numerandum, sed moriendum potius pronuntiauit. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas aut emere. Et adeò voluntas Dei sic est, Ab apice regnorum & imperiorum, vtique à Deo dispositò statu; in cuius manu cor regis, tanta cottidie ærario augendo prospiciuntur remedia cenſuum, vectigalium, collationum, stipendiorum: nec vnquam vsque adhuc ex Christianis tale aliquid prospectum est, [95] sub aliquam redemptionem capitis [96] & sectæ redigendis, cùm tantæ multitudinis nemini ignotæ fructus ingens meti posset. Sanguine empti, sanguine numerati, nullum nummum pro capite debemus: quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecunia constare. Quomodo & martyria fieri possent in gloriam Domini, si tributo licentiam sectæ compensaremus? Itaque qui eam præmio pacisci tur, dispositioni diuinæ aduersatur. Cùm igitur nihil nobis Cæsar indixerit in hunc modum stipendiariæ sectæ, sed nec indici vnquam tale quid possit, [97] Antichristo iam instante, & in sanguinem non in pecunias hiante Christianum, quomodo mihi proponere potest scripturam esse, [98] Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari? Miles me, vel Delator, vel Inimicus concutit, nihil Cæsari exigens, immò contrà faciens, cùm Christianum legibus humanis reum, mercede dimittit. Alius est denarius quem Cæsari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, à tributarijs scilicet, non à liberis debitus. Aut quomodo reddam quæ sunt Dei Deo, vtique proinde imaginem & monetam ipsius, inscriptam nomine eius: id est, hominem Christianum? Quid autem Deo debeo sicut denarium Cæsari, nisi sanguinem quem pro me filius sudit ipsius? Quod si Deo quidem hominem & sanguinem meum debeo, nunc verò in eo sum tempore, vt quod Deo debeo exposituler, vtique fraudem Deo facio, id agens ne quod debeo soluam. Benè obseruaui præceptum, Cæsari reddens quæ sunt Cæsaris, Deo verò quæ sunt Dei abnegans. [99] Sed & omni petenti me dabo in causa eleemosynæ, [100] non in concussuræ. Petenti inquit. Porrò qui incurit, non petit. Qui comminatur si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat, qui non miserandus, sed timendus venit. Dabo igitur misericordiæ nõ timiditatis meæ nomine, vbi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit: non vbi amplius se benefactum præstitisse credit, & prædam suam aspiciens dicit: De reatu irascar & inimicum. Sed inimicitiæ & alios habent titulos. Non tamen dixit traditorem, aut persecutorem, aut concussorem: nam huic quanto magis; carbones aceruabo super caput, si non me redemero? Proinde, inquit, Qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæsierit. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam. Omnium iam nunc Dominicarum suæ sunt & causæ & regulæ termini, non infinitum, nec ad omnia spectant. Atque adeò; omni petenti dari iubet; ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum aut gladium mortem desideranti daturus. Facite autem vobis amicos de Mammona, quomodo intelligendum sit, parabola præmissa docet, ad populum Iudaicum dictum, qui commissam sibi rationem Domini cùm malè administrasset, deberet de Mammonæ hominibus, quod nos eramus, amicos sibi potius prospicere, quàm inimicos: & releuare nos à debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, si nobis id dominica ratione conferrent: vt cùm cœpisset ab his deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula æterna. Quamuis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & sententiæ istius, dum scias verisimile non esse vt Concussores nostri in amicitiam redacti per Mammonam, recipiant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas persuadebit, quasi & fugere scriptum permittat, & redimere præcipiat? Parum denique est, si vnus aut alius ita eruitur. [101] Malèliter totæ Ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt. Nescio dolendum an erubescendum sit, cùm [102] in matricibus [103] Beneficiariorum [104] & Curiosorum, [105] inter tabernarios, [106] & lanios, [107] & fures balnearum, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur. [108] Hanc Episcopatui formam Apostoli prouidentiùs condiderunt, vt regno suo securi frui possent sub obtentu procurandi. Scilicet enim talem pacem Christus ad patrem regrediens mandauit à militibus [109] per Saturnalicia redimendam. [110] Sed quomodo colligemus, inquis, quomodo Dominica solemnia celebrabimus? Vtique quomodo & Apostoli, fide, non pecunia tuti; quę fides si montem transferre potest, multo magis Militem. Esto sapientia, non præmio cautus. Neque enim statim & à populo eris tutus, si [111] Officia militaria redemeris. Vna ergo tibi & Fides, & Sapientia, ad tutelam opus est: quibus nõ adhibitis, & redemptionem tuam potes perdere: adhibitis haud redemptionem desiderare. Postremò si colligere interdiu non potes, [112] habes noctem luce Christi luminosi aduersus eam. Non potes discurrere per singulos, sit tibi & in tribus Ecclesia. Melius est turbas tuas aliquando non videas, quàm [113] addicas. Serua Christo virginem sponsam. Nemo quæstum de ea faciat. Hæc tibi frater dura forsitan & intolerabilia videntur. Sed recita Deum dixisse, Qui capit, capiat: id est, qui non capit, discedat. Non potest qui pati timet, eius esse qui passus est. At qui pati non timet, iste perfectus erit in dilectione, vtique Dei. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem. Et ideo multi vocati, pauci electi. Non quæritur; qui latam viam sequi paratus sit, sed qui angustam. Et [114] ideò Paracletus necessarius deductor omnium

veritа-

veritatum, exhortator omnium tolerantiarum : Quem qui receperunt, neque fugere persecutionem, neque redimere nouerunt, habentes ipsum qui pro nobis erit, sicut locuturus in interrogatione, ita iuuaturus in passione.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE FVGA IN PERSECVTIONE.

1. DE FVGA IN PERSECVTIONE, &c.] *B. Hieron. Nicephorus, Trithemius, Polit ianus, & 3. Vatic. MS. cod. legunt constanter:* DE PERSECVTIONE. *Verùm quòd (vti initio libri habetur) tractetur* Fugiendum nè ne in persecutione; *maiori explicationis gratia retinuimus lectionem illam exemplorum Rhenani codicum, nescio an etiam MS. eiusdem, maximè quòd potius titulus ille conueniret* Scorpiaco aduersus Gnosticos *supra, Tom. 3.*

2. AD FABIVM.] *Ifiud adiecimus ob verba illa etiam initio libri :* Fabi frater, *de quo quæ fuerit, frustrà quæreretur, quum eius temporis vixdum exstet historia; verùm ex eo quod cap.* 11. Sed quum ipsi auctores, id est, ipsi Diaconi, & Presbyteri, & Episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, *& circidie mihi suspicio, fuisse Presbyterum* Fabium, *vti eum* fratrem *nuncupet communi Christianorum nomine, sicuti alibi, vel quòd vterque fuscepisset eundem Ordinem sacrum.*

CAP. I.

3. Quæsisti proximè, Fabi frater, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* Quòd persecutio Dei fiat voluntate.

4. Quòd nescio quid adnuntiaretur, &c.] *Nempè, de persecutione in Africa iam cœpta, quæ an prima fuerit, an secunda, in Vita Auctoris latius.*

5. oblocutus, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) in contrariam partem loquitur, aduersus fugam.*

6. pleniùs eam de stylo nunc renuntiaturus, &c.] *Id est, definiturus & demonstraturus, significatione eadem qua supra dixit, Tom. 3. lib. de Carne Christi:* Renuntiatio eius *(nempe carnis Christi)* dabit legem nostræ resurrectioni. *Vbi vide Adnot. nostras num. 7. & lib. de Anima cap. 15. num. 199. vbi eadem significatione accipitur:* renuntiare.

7. Paracletum non recipiendo, &c.] Paracletum (*vel Rhenano teste*) *Montani commentitium intelligit; cui iterum adplaudit illud Ioan. 16.* deductorem omnis veritatis.

8. de obitu eius, &c.] *Id est, de officio persecutionis. Legimus autem prorsus* : Satis est quidem præscribere, *more Tertullianeo, pro* : persc ribere. Siqui *vero (inquit Rhenan.) pro:* Siquis.

9. Si qui respondent: Ergo & malum à Deo, & delictum à Deo, &c.] *Quod hic non tractat; eo quòd sicut subiycit,* De persecutione nunc quæritur, *impugnauit latè eam hæresin lib. 2. adu. Marc. c. 5. 6. 8. 9. 10. & 11. & cap. sequentes apertè docet:* iniquitas à Deo non est.

10. ad probationem scilicet seruorum Dei, &c.] *Rectè sic Rhenanus restituit pro :* adprobationem ; *nam & sequitur:* probatio & reprobatio fidei, *ac :* per quam quis probatus aut reprobatus iudicatur, *&:* Totum quod agitur in persecutione, gloria Dei est probantis & reprobantis. *Item cap. 2.* propter probationem fidei, *hu, ac:* præcedere Dei voluntatem circa fidei probationem, quæ est ratio persecutionis, *ac:* vt iustitia probetur, *&:* Aut enim ex caussa probationis conceditur ei *(nempè Diabolo)* ius tentationis; *denique cap. 3.* Vram *(inquit)* illos sicut vritur argentum, & probabo illos sicut probatur aurum. Quum enim exuriuntur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. *Quid? Quòd etiam* corona *(inquit hoc ipso c. 1.)* & præmium proponuntur, *&:* Agonotheta inuitat ad præmium. *Quæ omnia huc adduximus contra eorum paradoxon, qui scribere non verentur: Pœnas Martyrum suppliciaesse peccatorum. Legendum autem sonyicit Dn. Hatrisius :* Hoc omne iudicium persecutio est, *pro eo quod erat:* Hoc nomen ; *Verùm nos castigauimus:* Hoc Domini iudicium, *quia legitur cap. sequenti:* Arbitrium enim Domini persecutio.

11. Hæc pala illa, &c.] *Rectè Rhenan. interpretatur* palam, *instrumentum rusticum. Adludit enim ad illud Matth. 3. iuxta similem B. Cypriani versionem: Quia veniet Dominus ferens* palam *in manu sua, et mundabit aream suam; de quo latiùs ad eius Epist. 51. ad Confessores, num. 8.*

12. frumentum martyrum, &c.] *Sic rectè restituit Rhenan. pro:* maturum. *Comparantur enim* martyres frumento, *paleæ negatores, qui* martyribus *opponuntur,*

13. Hæc enim, scalæ quas somniat Iacob, &c.] *Sic legimus ex 3. MS. Vatic. cod. pro:* Hæ*nam* Hæc *subintelligitur persecutio; qui est legant:* somniauit, *retinuimus:* somniat, *quòd ipsum legatur etiam supra To. 3. lib. 3. aduers. Marc. c. 1.*

14. Sic & agonem, &c.] *Adludit ad illud 1. Cor. 9. Omnis qui in* agone *contendit, sicuti etiam paulopost, dum Agonothetæ mentionem facit, qui* inuitat ad præmium. *Nec aliter supra Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 3. vbi vide Adnot. nostras num. 42. & 43.*

15. intelligi capit, &c.] *Et hic est (inquit Rhenan.)* capit, *pro eo quod Græcus est ἐνδέχεται, hoc est :* persecutio potest intelligi *quod sit agon, siue: probabile est esse agonem. Sic lib. de Habitu muliebri, cap. 2.* Sed hæc non capit æstimare, *& multis aliis in locis cum præcedentibus, tum sequentibus.*

16. Legis edictum agonis istius in Apocalypsi, &c.] *Adludit ad* præmia, quibus ad victoriam inuitat *Angelus Episcopos 7. Ecclesiarum, Apoc. 2. & 3. De quibus omnibus latiùs Auctor supra Tom. 3. l. adu. Gnosticos c. 12. vbi vide Adnotat. nostras num. 93. & 94.*

17. in expeditione, &c.] *Aptè (inquit Rhenan.) vtitur hoc vocabulo; nam* expeditio *militarem adparatum significat.*

18. ieiunijs & stationibus, &c.] *Sic ex MS. 3. Vatic. cod. pro* in stationibus, *eo quod hic, & infra l. de Ieiunijs adu. Psychicos, vtatur hoc* stationum, *pro statu ieiuniorum diebus, sicuti etiam supra adnotauimus T. 2. l. de Orat. c. 14. nu. 58. Quare hallucinatur Rhen. ad alios quosdam locos Auctoris, & nominatim supra li. de Monogamia, et de Exhort. cast. c. 9. vbi aliter accipit* stationes *pro conuentibus Ecclesiasticis, Metaphora à militibus accepta.*

19. in alteruttra diligentia, &c.] *Hoc est (inquit idem Rhen.) mutua diligentia maritum vxorem, & vxorem in maritum, aut aliquid proximi in proximum per officia caritatis.*

CAP. II.

20. Si, quòd iniquitas à Deo non est, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Quòd à diabolo non sit, sed per diabolum fiat persecutio permissu Dei. *Est autem illud Tertullianicum:* veri Dei Antistites, *ac mox cum Genitiuo:* iustitiæ æmula, *ac:* cuius est æmula, *pro: contraria. Pulcre autem restituit caput istud Rhenanus. Nos præterea ex 3. Vatic. MS. cod. castigamus:* omnis sectatores veritatis, *pro:* omnes; *& supplemus:* vt sic iustitia in iniquitate perficiatur.

21. vt confundatur sapientia, &c.] *Sic castigauimus ex 2. Vatic. MS. pro :* confundantur ; *eo quòd alibi legere soleat:* vt confundat sapientiam; *sicuti adnotauimus supra Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 4. nu. 39. Est autem Tertullianicum illud:* si fortè.

22. aut homines eius fuisse traducat. &c.] *Similiter infra cap. 12.* Non traditus autem traduci habebas. Ergo dum nolendo tradi, non vis traduci; nolendo negasti, quod te

esse traduci noluisti. *Accipitur autem vtrobique* traduci *pro* publicari, *aliter quàm aliys quibusdam locis, de quibus supra To. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 33. num. 191.*

23. Habes exemplum Iob, &c.] *Citat verba Iob. 1. & 2. iuxta* LXX.

24. Ecce, inquit, postulauit Satanas vti cerneret vos, &c.] *Iterum sic legimus ex 3. MS. Vatic. cod. pro eo quod substituerat non recte Rhen.* vt discerneret; cernere *enim pro cribrare; quod vox Græca* σινιάσαι, *Luc 22. significat; etiam Plinio vsitatum est lib. 18. cap. 11.*

25. Sed in legitima oratione, &c.] *Sic appellat Orationem Dominicam, vti etiam ad marginem adnotauit Rhenanus. Est autem phrasis Tertullianica*: veniam eius, *hoc est, liberationem à persecutione. Quod autem hic vertit*: Sed erue nos à maligno, *supra lib. de Orat. cap. 8. transtulit*: sed euehe nos à malo; *quorumhoc magis generale est, quàm illud de solo diabolo, quem* malignum *vocat, intelligatur.*

26. Nec in porcorum gregem Diaboli legio, &c.] *Adludit ad illud Marc. 5. vbi spiritu immisso electo in* gregem porcorum, *scribitur* Legio *illi nomen fuisse. Phrasin vero illam*: Possum dicere, *adnotat Rhen. etiam vsitatam supra Tom. 2. lib. 1. ad Vxorem, cap. 3. Supplemus autem ex 3. Vatic. MS.* propriam iam potestatem. *Atqui recte Rhen.* vt in superioribus, *interpretatur de* Iob & Apostolis.

27. & concutiebat eum spiritus Domini, &c.] *Mirum est quòd tus transferat Græcam vocem* πνιγμὸν, *primum illu verbis, deinde istu*: & suffocabat eum, *quamquam interim vtrumque significet.*

28. vt Apostolus refert, datum sibi sudem angelum Satanæ vt colaphizetur, &c.] Sudem, *id est, palum præacutum, quod Græce est* σκόλοψ, *magis proprie quàm aliy*: stimulum. *Legimus autem hic*: vt colaphizetur, *non obstante lectione Vatic. cod.* colaphizaretur, *vt & lib. de Pudicit. c. 13. quia magis correspondet ei quod Græc & Latine bodie legitur*: *vt me colaphizet. Atqui quod hic interpretatur* sudem, carnis vexationem, *ibi exponit*: per dolorem aiunt auriculæ vel capitis, *quò respicere videtur B. Hieron. Comment. ad Galat. B. Cyprianus eundem locum tractans lib. de Mortal. partim videtur referre ad carnis & corporu gratua tormenta, partim ad infirmitatem et imbecillitatem; Auctor vero Tract. de ratione circumcis. inter eiusdem opera, ad concupiscentiæ adflictionem. Eligat Lector quod voler. Porro parenthesis inclusimus*: Nec hanc speciem permitti diabolo, in (*sic enim iterum lego cum MS. 3. Vatic. & Paris. edit. pro*: ni) sanctos humiliandos per carnis vexationem. *Subaudiens cum Rhenano*: exempla in scripturis designata demonstrant.

29. Phigellum & Hermogenem, &c.] *Etiam hic castigo*: Phigellum *pro* Phigelum, *sicuti supra Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 3. num. 19.*

CAP. III.

30. Quum ergo & hæc exempla, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Quòd ex scripturis probetur: Persecutionem à Deo fieri.

31. catholicè fieri hæc, &c.] *Græce interprete Rhenano dixit, pro in vniuersum, siue vniuersaliter. Siquidem*: catholicè, *&*: ex parte, *opponuntur inter se. Similiter dixit libro mox citato cap. 26.* quam catholicè in medium proferebant, *vbi nu 156. in Adnot. nostru de hoc nomine latius. Sicuti de illo Isai. 45.* Ego sum qui facio pacem & condo mala, *lib. 2. adu. Marc. cap. 14.*

32. vtam, inquit, illos sicut vritur argentum, &c.] *Cagis animus etiam hunc locum Zachar. 13. transponentes*: argentum, *&*: aurum, *cuius causam vide supra li. adu. Gnost. cap. 7. num. 49.*

33. conueniunt in Ecclesiam, &c.] *Sic mox*: quoniam inconditè conuenimus, simul conuenimus, & complures concurrimus in Ecclesiam; *& infra cap. vlt.* Sed quomodo colligemus, quomodo Domino follemnia celebrabimus. *Omia enim hæc Synonyma esse decimus supra Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. inter Missæ cerimonias. De* Ecclesijs *verò tum temporu ædificatis, in quibus fiebant conuentus, vide lib. de Idolol. cap. 7. num. 29. Accipitur autem nouè*: patientis, *pro*: patientimi.

34. antistamus, &c.] *Sic (inquit Rhenan.) exprimit illud quod apud Matthæum vulgo legitur*: *Nonne vos magis pluris estis illis? quod Græce est* ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν.

CAP. IIII.

35. Igitur si constat, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd si à Deo eueniat persecutio, fugiendum non esse. *Quamquam interim hoc non sequitur necessaria consequentia, quia sicut cap. præced. dictum est ex Isai. cap. 45. quum Deus sit qui condat mala, neque bellum, neque famem, neque pestem potermus fugere. Legimus autem*: constat, *ex 3. MS. Vatic. pro*: constet.

36. possumus iam consultationem tuam inducere, &c.] Inducitur *(inquit Rhenanus) propriè, quod deletur. Hic* consultationem inducere *est tollere dubium consultationis. Exponit autem seipsum, quum addit*: & determinare. *In sequentibus est egregia eiusdem recognitio. Malim autem legere*: Sicut duplex ratio defendit, *pro*: dependit; *sed noluimus quidimmutare, quod hoc legant etiam MS. codices.*

37. Et numquid ideò in Genesi, &c.] *Iisdem penè verbis eandem scripturam explicauit supra Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. cap. 4.*

38. Quid enim diuinum non rationale? &c.] Diuina *omnia (inquit Rhenan.)* rationalia *esse, multis locis inculcat, vt lib. adu. Marc. & in aliys item libris. Sic lib. de Pœnitent. cap. 1.* Quippè res Dei ratio, quia Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinauit, nihil non ratione tractari intelligique voluit. *Porrò* diuina *ratione non carent: Hoc est quod ipse vocat* rationale. *Lego autem prorsus*: Status enim vniuscuiusque, *pro*: vnusquisque; *sicuti etiam paulopost ex 3. Vatic. MS. cod.* quæ etiam in malis, parte bonum est, *pro*: par.

CAP. V.

39. Sed: Quod meum est, inquit, fugio, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Non valere excusationem: ne peream si negauero. *Verùm in hoc fallitur, quia longè aliter B. Cyprian. Epist. 83. ad Clerum & plebem: Vos autem, inquit, fratres carissimi pro disciplina, quam de mandatis Dominicis à me semper accepistis, &c. ne quis quam vltrò se gentilibus offerat. Causam verò reddidit: Nam quum corona de Dei dignatione descendat, nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi; quisquis in Christo manens interim credit, non fidem denegat, sed tempus expectat. Qui autem quum non secederet cecidit, negaturus remansit. Eodem pertinet quod dixit in Actu passionis B. Cypr. Sed nec ipse se offerunt, quum hoc scriptura sacra prohibeat. Supplemus autem ex MS. 3. Vatic.* Certus es te negaturum, *&c. Reliqua egregiè recognouit Rhenanus; præterquàm quòd ibi noua periodo fit opus*, Si verò incertus es.

40. ita & non fugientes, &c. obumbrare, &c.] *Eleganter dictum, ac si dicat sub* umbra *sua abscondere. Legimus verò mox, ex coniectura Latinij*: Quare non magis, *pro*: Quanto magis.

41. Rutilius sanctiss. martyr, &c.] *Sufficor esse eundem, quiin Martyrologijs alicubi vocatur Rutilus, passus cum aliys duobus, sed de die fallit Index; aut certè intelligendus ille* Rutilus; *qui celebratur à Petro de Natalibus 12. Cal. Martij, quiab aliis vocatur Lucius, passus in Africa cum Siluano & Maximo. Atqui, contra id exemplum*, quòd periculum, vt putabat, nummis redemisset, *hæc Auctor infrà c. 12. Certè alioqui insigne fuit istud B.* Rutilij *martyrium.*

CAP. VI.

42. Immò, inquit, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De præcepto Christi: Fugite de ciuitate in ciuitatem. *Est autem phrasis Tertullianica*: eam vtantur.

43. Quum cœperint, inquit, persequi vos, fugite de ciuitate in ciuitatem, &c.] *Paraphrastices hæc citat Auctor, quum non solùm ex Græcis & Syriacis exemplaribus verterint Latini Interpretes: Quum autem persequêtur vos in ciuitate ista, fugite in aliam, sed etiam BB. Athanasius & August. locis sub calcem Argumenti citatis; qui confitanter istud præceptum Domini (quod agnoscit etiam Auctor, non* temporale secundum personas,


image
not
available

exemplaria, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses secundum Græcos codices, & ad Timotheum secunda. Similiter Ioannis Apocalypsis in insula *Pathmo.*

62. Infirmos sustinere iubet Apostolus, &c.] *Sine sic legas cum exc. sine cum MS. Vatic.* sustineri, *non refert. Atqui propriè transtulis ex Græco* ἀντέχεσθε *1. Thess. 5. vbi alij* transferunt: susc ipite, *& B. Ambros. Paraphrastic.*: *infirmis opitulamini.*

63. Non patientia dicit sustinendos, sicubi per infirmitatem fidei suæ offenderint? &c.] *Sic ex 3. Vatic. MS. cod.* pro: An; *vt* Non *etiam hic capiatur more Tertullianico*, pro: Nonne. *Adludere autem videtur ad illud Rom. 14. Infirmum autem in fide suscipite, & Rom. 15. Debemus autem imbecillitates infirmitorum sustinere. Illud verò*: pusillanimes consolari, *citat iterum ex 1. Thess. 5.*

64. Sed quum admonet: Ne locum Malo demus, &c.] *Tam familiaris fuit Auctori vsurpatio* Mali, *pro* diabolo, *vt illud etiam vertere maluerit Ephes. 4. vbi Græce est* τῷ διαβόλῳ, *& ex Syriace*: *criminatori*; *quamquam interim transtulerit supra Tom. 3. lib. de Resur. carn. cap. 45.* ne dederitis locum diabolo.

65. Lucrari nos vult commeatum, &c.] Commeatum *dare* (*inquit Rhen.*) *Festus ait, tempus est dare quo iri rediique possit. Dabatur militibus ab Imperatore* commeatus, *hoc est discedendi facultas, & intra præscriptum tempus redeundi. Hinc Tertullianus sæpè* commeatum *accipit, pro tempore, quo in hoc mundo degimus, vt hic, & in libro quem scripsit aduersus Praxean. cap. 1.* Si voluerit, *inquit*, dominus in isto commeatu; si quo minus die suo colligentur omnes adulteræ fruges. *Item pro quolibet tempore, vt l. de Pœnitentia, c. 6.* Certi enim, *inquit*, indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum faciunt sibi delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi. *Hic certè per illa verba explicat, quid sit Apollolo* redimere tempus, *Ephes. 5.*

66. Ceterùm quilucere nos iubet, &c.] *Prorsus sic castigauimus pro*: fugere; *& supplemus vocem*: lucis *ex vestigiis MS. Vatic. cod. ad quod proxime accedebat Rhenan. conijcens legendum*: fulgere; *nam adludit ad illud Ephes. 5. paulo ante verba præcedentia*: vt filij lucis ambulate. *Quod sequitur Ephes. 6. alicubi suprà tractauimus.*

67. Proinde & Ioannes, &c.] *Ex eo quod etiam hic eidem Ioanni adscribit illud 1. Ioan. 3. Debemus &* pro fratribus animas ponere; *ac illud 1. Ioan. 4.* Timor non est in dilectione, *&c. cui adscribit Apocalypsin, verbis hic & in calce cap. 7. suprà citatis; iterum confirmatur Catholicorum sententia, qui* Apostolum Ioannem Apocalypsis *faciunt Auctorem.*

68. quia timor supplicamentum habet, &c.] *Accipit* (*inquit Rhenan.*) supplicamentum *pro supplicio siue cruciatu, quod Græcè est*, ὁ φόβος κόλασιν ἔχει. *Alibi* pœnam *transtulit, sicut alij Interpretes Latini.*

69. vt & illius commemoremur, &c.] Commemorari (*inquit idem*) *deponentaliter & actiuè, hoc est*: *vt & illius memorem faciamus. Hoc verbum etiam alibi vsurpat.*

70. Publicaris, inquit, bonum tibi est, &c.] *Verba sunt* (*inquit idem*) *Paracleti* (*quem iam spiritum nuncupauit*) *Montanici Prophetæ, quam Ecclesia Romana meritò damnauit. Quod autem hic est* publicati, *apud Tertullianum ante & post, est traduces. Qui enim non publicatur in hominibus, scilicet propter medium Christianum.* Quum conspicereris ab hominibus, *hoc est traduci Tertullianè. Atqui ego existimo* publicari *potius accipi hoc loco, pro publicè venum exponi, nostrum Rogardum secuti, vt lib. Var. cap. 18. similes phrases adfert ex Suetonij Claudio, & Lampridio in Alexandro.*

Cap. x.

71. Sed omissis quidam diuinis exhortationibus, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: De exemplis fugæ quibusdam.

72. Qui fugiebat, rursus præliabitur, &c.] *Demosthenes* (*inquit Rhen.*) *olim fugiens ex prælio illo Chersonesi, in quo succumbuerant Athenienses aduersus Philippum Macedonium regem pugnantes, fœdam eam fugam ab abiectum clypeum exprobrantibus, solitus est hoc versiculo respondere*: ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Quæ ipsa verba Græca suspicor olim ab ipso Auctore hic adscripta fuisse, ex eo quòd præmittat* Græcum versiculum. *Adnotat autem Rhenan. ibi*: Bonum militem, *&c. Ironiam esse. Aliquis poterat per interrogationem scribi hac periodus.*

73. qui tam plenè ab Apostolo armatus, &c.] *Adludit ad illud Ephes. 6. Induite vos* πανοπλίαν, *de qua alicubi suprà aliquid adnotauimus.*

74. Vsque adeòne mori miserum est? &c.] *Desumptum videtur illud ex 1. lib. Tusc. Ciceronis.*

75. Fugerat & quidam animosus Prophetes, &c.] *Calumniator Auctor, dum istud comparat cum fuga in persecutione, ille enim non homines persecutores, sed Deum fugiebat. Vbi ex 3. Vat. MS. cod. restitui*: sed illum, *&c.* inuenio, *pro*: inuenit. *Omitto cum ijsdem vocem*: seruus, *superfluam ibi*: Quanto molùs, qui, *&c.*

76. sed potius contemnit, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) pàrui facit iram eius, & pœnam meritam contemnit. Non deterretur, inquam, quo minus maneat. Nec enim tanti facit illam, vt velit fugere. Nam iuxta sententiam Poëtæ ethnici*:

Leniter ex merito quidquid patiare, ferendum est:
Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.

Qui etiam rectè explicat: inuidiam ei facete, *Deum in inuidiam adducere; & addit, ibi*, quàm bilem, *subintelligi*: ei facere.

Cap. xi.

77. Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quòd saltem duces Ecclesiæ fugere non oporteat, nisi grege fugiente, aut præpositum non desiderante. *Quamquam enim initio huius capitis in genere loquatur, tamen suam indicat sententiam hac clausula*: Ceterùm si grex fugere deberet, non deberet præpositus gregis stare; sine causa *tamen* staturas ad tutelam gregis, quam grex non desideraret, ex licentia fugæ scilicet. *Atque hoc ipsum est quod B. Augustin. scribit Epistola sæpedicta ad Honoratum*: *Tunc de locis in quibus sumus premente persecutione fugiendum esse Christi ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit cui ministretur, aut potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus non est eadem causa fugiendi. Prioris exemplum adferens paulo ante de Sancto Episcopo, qui de Hispania, plebibus prius partim fuga dilapsis, partim obsidione consumptis, partim captiuitate dispersis, profugerant. Alterius, Apostolum qui in sporta submissus est, quum propriè ipse quæreretur, alijs vtique necessitatem similem non habentibus; & B. Athanasium Alexandrinum Episcopum, quum eum specialiter comprehendere Constantius cuperet Imperator, nequaquam à ceteris ministris deserta plebe Catholica, quæ apud Alexandriam commanebat. Quibus licet adijcere se ipsum B. Cypriani toto biennio, de quo in vita ipsius latius. Quum autem plebs* (*inquit idem*) *manet, & ministri fugiunt, & ministerium subtrahitur, quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus &c. quæ compendy gratia præstermittimus. Hæc vnum adijciemus, quòd insuper adijcit*: *Vbi disceptato esset qui ministrorum remanenant & qui fugiant, ne morte omnium deseratur Ecclesia; si aliter non potuerit determinari, sorte legendos esse, qui fugiant, & qui maneant.*

78. Sed quum ipsi Autores, &c.] *Siue legas* Actores *cum 1. edit. & 3. MS. Vatic. siue cum excusis ex codice Gorziensi* Autores, *non refert. Si enim legatur*: Actores, *intelligendi administratores; sicuti suprà accepisse Tertull. Tom. 3. lib. 4. aduers. Marc. cap. 29. adnotauimus est num. 478. Si verò* Autores, *interpretandi qui auctoritatem habent, non aliter atque dixit suprà Tom. 2. lib. de Corona militis cap. 2.* obseruationem autoratam, *id est auctoritate communitam, scripsi; si alij adnotauimus num. 23. qua significatione dixit Liuius lib. 1. Decreuerunt vt quum populus legem iussisset, id sic ratum esset, si Patres* Autores *fierent. & alibi*: Maiores nostri ne primatum

quidem

quidem rem agere feminas sine Autore *voluerunt. Certè eosdem mox duces nancupat Auctor & sub finem capitu:* præpositos.

79. Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, &c.] *Non valere argumentationem Magdeburgensium Centuriatorum: Non facit mentionem Subdiaconorum Tertullianus, ergo ea ætate nondum erant in Ecclesia, supra ostendimus lib. de Præscript. adu. har. facit ætate cap. 41. num. 269. Variis Concilyi Patrii nque testimoniis. Quibus adjicio, tacite hic Subdiaconorum mentionem fieri, quum tria hic Christianorum genera commemorantur. Ad Subdiaconos enim diósque minores ministros pertinere illud quod hic præmittitur:* Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet, etiam minoris loci, vt maioris fieri possit, si quem gradum ex (*sic enim legimus prorsus, pro:* in) perfectionis tolerantia ascenderit. *Ad Laicos, quod mox subjicit:* quomodo laicus intelligere poterit? *Ad Ecclesiæ vero præpositos:* Diaconi, Presbyteri, & Episcopi. *Neque enim in Ecclesia vnquam Subdiaconus aliquam auctoritatem habuerunt, sed tres duntaxat Ordines iam dicti. Quod de Presbyteris & Episcopis notius est, quam vt probatione sit opus; de Diaconis verò, quanta eorum, maximè in Romana Ecclesia, auctoritas semper fuerit, patet ex B. Cypriani in fecessu Epistolu ad Clerum seu Romanum seu Carthaginiensem 4. 5. 6. 8. 10. 13. 14. 15. 18. 23. & 24. 28. 29. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. Epistolu Cleri Romani ad B. Cyprian. 30. & 31. Quarum illa omnes inscribuntur:* Presbyteris & Diaconibus, *hæ verò scriptæ sunt per* Presbyteros & Diacones. *Eandem distinctionem videre est in Canonibus Apostolorum, qui vbi de iurisdictione agunt Ecclesiastica, aut ad eam pertinentibus, faciunt mentionem* Episcoporum, Presbyterotum ac Diaconorum; *vbi verò de disciplina Cleri (exempli gratia, Can. 43.) etiam* Subdiaconorum, Lectorum & Cantorum; *quibus, eadem distinctione seruata, aliorum Conciliorum Canones Oliiarui adnumerant Cantorum loci, & Exorcistas ac Acolythos, de quibus vide Adnot. nostras ad B. Cyprian. Epist. 55. num. 1. Quid? quòd seruerent ad maiorem gradum ascendere ex perfectionis tolerantia, plus satis idem B. Cyprianus indicat, dum Epist. 24. fecisse se scribit* Hypodiaconum (*en etiam hunc ordinem in Ecclesia*) *optatum Confessorem; & Epist. 33. Aurelium Lectorem se ordinasse, bis confessum, hic confessionis suæ victoria gloriosum; item epist. 34. Celerinum etiam Lectorem, qui ad sua tempora prælium primus & inter Christi milites anteſignanus incendi coterii viam fecerat, denique Epist. 37. Presbyterum se ordinasse Numidicum, qui hortatus suos copiosum numerum lapidibus & flammis necatum ante se miserat, ipse semiustulatus, lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus.*

80. ad gradum in acie figendum, &c.] *De hac Proverbiali formula vide nostra Prolegomena.*

81. Certè quidem bonus pastor animam pro pecoribus ponit, &c.] *Rursumhic, & paulopost bis:* pecora, *propriè usurpat Auctor, alludens ad cap. 10. Ioan. pro: ouibus. Cæterum autem paraphrastice magis quàm ad verbum illud Exod. 31.* Si perdis, *&c. de qua scriptura vide supra Adnotat. nostras Tom. 3. lib. 2. aduerſ. Marc. cap. 16. num. 181. Sicuti de illo paulopost Luc. 8.* Qui habet, dabitur ei, *&c. lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 19. num. 271.*

82. detinebuntur illi missionis fuæ, &c.] *Alludit (inquit Rhenan.) ad missionem illam Euangelici patrisfamiliàs, de qua legimus Matth. 20. cap. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.* Missionem igitur accipe pro opera nouata.

83. Exurge romphæa in pastores, &c.] *Nonnihil hic dissentit Auctor in scriptura hac Zachar. 13. ab editione LXX. hodierna, omisit etiam aliquot verbi, quæ tamen inuenuntur apud B. Iustinum Martyrem lib. adu. Typhonem; verum cæteriquin* & superducam manum meam in pastores, *sicuti Græcè & Hebraicè legitur, pro eo quod erat:* agnum meum, *nullo sensu, maximè quum etiam Chaldæus paraphrastes: potestiam vertat. Est autem Rhenano teste, vox Tertullianea:* perorant.

84. *Si* & spiritum quis agnouerit, &c.] *Iterum* Spiritus *seu Paracletes Montanici verba quædam adfert, vnde manifestum est à Montano hunc errorem desumptum esse.*

CAP. XII.

85. Quòd pertineat Frater, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Quòd perfecutio pretio redimenda non sit. *In quo quamproximè accedit ad Libellaticos, quos commemorat lib. de Lapsis, & alibi non semel, B. Cyprianus, vtpote quum sicuti legitur Epist. 51. ad Antonian. Libelli quos Iudicibus offerebant, ne sacrificarent, inter cetera hæc habeant: Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aram diaboli me venire non posse; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Quos adeò non minùs quam Lapsos à communione excluſos fuisse, patet tum ex dicta Epist. & lib. de Lapſ. tum ex Epist. 25. & 31. vbi Auctorem in quibuſdam imitatur. Verùm in hoc fallitur Auctor, quod fugam redemptioni comparet.*

86. Pretium interest, &c.] *Quasi dicat (inquit Rhenan.)* pretium *facti discrimen; qui etiam adnotat* gratuitum *dici pretio carere; similem locum adferens ex lib. de Hab. muliebri:* & per gratuitum vlum amatores contumeliosi videretur. *Legimus autem ex Vatic. 3. MS.* vt autem redimas hominem tuum nummis, *pro:* tu, *ex quod paulopost sequitur:* Tu autem pro eo pacisceris. *Est autem phrasis Tertullianica:* digna Deo & dispositionis eius; *vtpote qui* dignum *modò cum Datiuo, modò cum Genitiuo construat.*

87. Apud inferos emancipatio nostra est, &c.] *Vatic. 3. MS. cod.* temancipatio. *Sed etiam hoc præterquam quod non placet obscurum est, sicuti etiam illud:* & stipulatio nostra in cœlis. *Hoc vult, quod à Christo ab inferni emancipati simus, & stipulationem cœlorum accepérimus. Id est enim quod subditur de Christo* Domino virtutum, quòd hominem ab infernis mercatus sit in cœlos. *Perinet adeò etiam hic locus ad confirmationem articuli Symboli Apostolorum:* Descendit ad inferos, *de quo supra latius lib. de Præscript. aduerſ. her. cap. 33. num. 86. Atqui sunt voces Iureconsultorum:* emancipatio, *&:* stipulatio.

88. magno comparatam, &c.] *Hinc confirmatur nostra lectio supra lib. 5. adu. Marc. c. 7. num. 106.* Empti enim estis magno *sine:* pretio magno, *t. Cor. 6. Hoc vero differt in scriptura sequentis Ephes. 6. quod tranſferat:* spiritalia nequitiæ, tenebras huius æui, *pro eo quod dicit lib. cap. 18. num. 289.* spiritalia nequitiæ tenebrarum istarum.

89. Tu autem pro eo pacisceris, &c.] *Similiter dixit sub finem huius capitu:* Miles me, vel Delator, vel Inimicus concutit. *Hic verò etiam peculiari vitur phrasi Iureconsultorum, qua improbat eos qui de crimine* pacisci*untur cum delatore vel milite, vel furunculo aliquo præsidi, furtiuo, sub tunica & sinu, quod aiunt. De quo Proverbio vide nostra Prolegomena.*

90. Non aliter & Simon facere tentauit, &c.] *De* Simone Mago *agit, iuxta quod Act. 8. Historia narratur. Facit autem ad confirmationem professionis Spiritus sancti etiam exsilio, quod Spiritum sanctum vocet:* Spiritum Christi. *In eo quod sequitur sine legas cum 3. MS. Vatic.* Quis tamen obnegatorem spernat? *sine cum exc.* abnegatorem, *perinde est; vbi addit Rhenanus Ironiam esse.*

91. Concussor, &c.] *Apud Lucam (inquit Rhen.) ea ad milites dicit Ioannes Baptista:* μὴδένα διασείσητε, *id est: nemini concutiatis. Hinc* concussor *dictus, & concussio. In Apologetico, c. 7.* Tot hostes eius, quot extranei, & quidem proprij ex æmulatione ludæi, ex concussione milites.

92. Non traditus autem traduci habebas, &c.] Non, *inquit idem, pro:* Nonne, *qui situe.* Traduci, *hoc est exponi eum omnium hominum oculis, id quod prophetia etiam vocat* publicati, *vt diximus ante; qui etiam adnotat ibi:* Redimens non ostendi? *similiter:* non, *accipi. Obiectio est enim, inquit, remercantis concussori pecuniam. Redimens scilicet me; non pro* nonne ostendi? *scilicet me esse Christianum. Nam aliquis me non redemiſſem. Et verò hic vox est Iureconsultorum:* in confitato habere. *Atqui in eo quod sequitur,* Apostoli tra&antes,

ſubaudi: verbum Dei. *Eſt verò Tertullianica phraſis*, refrigeria ſubminiſtrabant.

93. Quando Oneſiphorus, &c.] *Enumerat inter eos qui Apoſtolo neceſſaria miniſtrabant*; Oneſiphorum, *cuius mentio 2. Timoth. 1.* & 4. Aquilam, *de quo Act. 18. Rom. 16. 1. Cor. 16.* & *2. Timoth.* 4. Stephanum, *cuius hiſtoria Act. 6.* & *7. niſi quis malit legere:* Stephana; *quòd noſquam* Stephanus *Paulo legatur id officij præſtitiſſe, at* Stephana, *de qua legitur 1. Cor. 1.* & *16.*

94. Paulus quidem, &c.] *Etiam hoc deſumptum ex variis locis. De* Fœlice, *Act. 24. de* diſcipulis, *Act. 21. Rurſum verò adnotat Rhenanus* prædicatas *accipi pro: prædilectas ab Agabo, qui in ſequentibus caſtigandis bonam operam navarunt.*

95. Sub aliquam redemptionem capitis, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhen.) vt pro ſingulis capitibus ſine hominibus aliquid numeretur. Vnde mox:* nullum nummum pro capite debemus.

96. & ſectæ, &c.] Secta, *inquit idem, non ſonat in malam partem apud vetuſtiſſimos. Ital. de Pallio:* At ego iam me illi etiam diuinæ ſectæ ad diſciplinæ commercium confero; *in Apolog. c. 21.* Hunc ædidimus & ſectæ & nominis cenſum cum ſuo Auctore, *vt de complurib. aliis locis taceam. B. Cypr. Mart. l. 4. Epiſt. 5. nunc 34. In eiuſmodi, inquit, confeſſoribus gloriatur, quorum ſecta & converſatio ſic profecit ad prædonium gloriæ, vt magiſterium ceteris præbeat diſcipline. Idem in Præfatione ad Quirinum:* Ad religionem, *inquit*, ſectæ noſtræ diſciplinam pertinentia. *Quo etiam adnotat:* licentiam ſectæ *accipi in bonam partem, pro:* permiſſu. *Similiter autem dixit paulopoſt:* ſtipendiariæ ſectæ.

97. Antichriſto iam inſtante, &c.] *Haud aliter Iudas opus ſuum in Hebdomadas Danielis uſque ad decimum Seueri annum producens, aduentum* Antichriſti *eo tempore prædixiſſe videtur. Refert B. Hier. in Catal. ſcript.* & *Niceph. l. 5. c. 35. In quo (inquit ibidem B. Hier.) erroris arguitur; ſed hoc ideo ſcripſit, quia magnitudo perſecutionis præſentem mundi minabatur occaſum.*

98. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c.] *Similiter interpretatur illud Matth. 22. ſupra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.*

CAP. XIII.

99. Sed & omni petenti me dabo, &c.] *Inſcriptionem huic capiti fecimus:* De locis ſcripturæ: Omni petenti te da, &c: Facite vobis amicos de Mammona, *Luc. 6.* & *16. Quorum illud tractauit etiam ſupra lib. 4. adu. Marc. c. 16. hoc verò ibidem cap. 33.*

100. non in concuſſurâ, &c.] Concuſſura *(inquit Rhen) pro concuſſione. Hic ſubaudiatur* Ablatiuus cauſſa, *quin etiam ibi:* omnium iam nunc Dominicarum, *ſubaudi:* ſententiarum. *De Prouerbialibus autem formulis:* vinum febricitanti, *ac* venenum aut gladium mortem deſideranti dare, *vide noſtra Prolegomena. Malim verò legere paulopoſt:* ſcriptura permittat, *cum 1. edit. ad marg. ſed retinuimus:* ſcriptum, *eo quòd hoc legant M. S. Vatic. cod.*

101. Maſſaliter, &c.] *Hoc eſt (inquit Rhenan.) ſimul & pro omnibus, non ſigillatim pro hoc aut illo. Sic lib. 4. adu. Marc. cap. 18.* Redactam ſcilicet, *inquit*, in dominum, vt in maſſalem ſuam ſummam; *item lib. adu. Valentinian. c. 16.* atque ita maſſaliter ſolidata.

102. in matricibus, &c.] Matrices, *inquit idem, appellat libellos, in quibus Cæſareo fiſco penſitantes deſcripti continebantur. Habebant & nomina militum inſcripta* matrices, *ſiue* matriculæ, *per diminutionem. Caſſiodorus Variarum lib. 11. Et ideò Cæcilium, inquit, quem* matriculæ *ſeries fecit accedere, noſtra auctoritas quoque actorum ſeruitij curam præcepit obtinere. Vnde* Matriculati & Immatriculati *dicti, qui inſcripti ſunt.*

103. Beneficiariorum, &c.] Beneficiarij, *inquit idem, Imperiales miniſtri. Liber, cui titulus* Notitia Orientis & Occidentis, *indicat Primiſcrinium beneficiorum fuiſſe ſub Comite rerum priuatarum. A quibus beneficiis ſiue muneribus, qualia ſunt quæ vulgò Feuda vocant, quibus honeſtabantur per liberalitatem Cæſarum, dicti Beneficiarij. Vt intelligas inter eos titulos beneficiorum tributi vnum fuiſſe a Chriſtianis exigendi.*

104. & Curioſorum, &c.] *Erant, inquit idem,* Curioſi, *qui in comitatu Præſidum admiſſa per prouincias renuntiabant. Magiſter Officiorum habebat ſub ſe* Curioſum *curſus publici præſentalis vnum, & Curioſos per omnes prouincias, quemadmodum docet Notitia Orientis & Occidentis, quam modo citauimus. Exſtat titulus de* Curioſis *& Stationariis lib. 12. Cod. Eſt etiam ſimilis Tit. x. lib. 12. Theodoſiani.*

105. inter Tabernarios, &c.] Tabernarij, *idem adnotat, ſunt popinones & caupones, hoc eſt qui dapes & vina, aut qui alias res in tabernis venditant. De Capitularis Horrearium & Tabernariorum mentionem facit Caſſiodorus Var. lib. 10.*

106. & lanios, &c.] *Exemplar, inquit idem, Hirſaugienſe habebat* lanios; *quæres me mouit, vt ſuppoſuerem:* lanios; *at in Gorzienſi* laneos *legitur, quaſi voluerit* laneos *appellatos forſitan à lana illo fori Romani, hoc eſt circumforaneos, Venditatores videlicet & propolas. M. S. Vatic. etiam legunt:* laneos.

107. & fures balnearum, &c.] *Hu, adnotat idem, grauiorem pœnam inſtigendam Auctores ſunt Iureconſulti. Et eius rei cauſſam adfert Ariſtoteles in Problematis.*

108. Hanc Epiſcopatui formam, &c.] *Ironiam eſſe idem ſcribit, quod ſubindicatur eo quod ſequitur:* Scilicet enim, *quod Ironiam habet cum amaritudine coniunctam.*

109. per Saturnalicia, &c.] Saturnaliciorum, *inquit idem, nomine munera intelligit, qualia in* Saturnalibus *vltro citróque ſolebant à Romanis miſſitari. Vide plura de ijſdem ſupra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 10. num. 64.* & *cap. 14. num. 101.*

CAP. XIIII.

110. Sed quomodo colligemus, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quòd ſi interdiu Dominica ſollemnia non celebramus, nocte id fieri licere. Colligere *autem (inquit Rhen.) vocabant congregare populum in aliquam Baſilicam. Vnde* collecta *pro precatione, qua populus cum ſacerdote orabat, nunc pro hac re, nunc pro alia. Quidam etiam* Collectam *facere dicunt ſic congregare plebem. Synonymum verò eſt illi:* dominica ſollemnia celebrare, *ſicuti etiam ſupra adnotauimus cap. 3. num. 33.*

111. Officia militaria, &c.] Officiales *(inquit Rhenan.) & miniſtros publicos intelligit.*

112. habes noctem luce Chriſti luminoſi aduerſus eam, &c.] *Senſus eſt (inquit idem)* Habes noctem in luce Chriſti, qui luminoſus & illuſtris eſt aduerſus eam noctem.

113. addicas, &c.] *Rem (adnotat idem) venalem addicit licitatori venditor, quum illi eam adiudicat.*

114. & ideò Paracletus, &c.] Paracletum *(vel eodem adnotante) illum Montani fictitium nimis magnificè prædicat; nec hic tantùm.*

ARGVMENTVM LIBRI DE IEIVNIIS ADVERSVS PSYCHICOS, PER IACOBVM PAMELIVM.

DISPVTATVRVS *Tertullianus de Ieiuniis, imprimis argumentum libri indicat, ſeſe argui (quamquam non ſatis verè) quòd ieiunia propria cuſtodirent, ſtationes plerumque in veſperam producerent, & Xerophagias obſeruarent.*

Hac occaſione eas rationes adfert, quæ videntur concludere; aut indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio, aut non ieiunandum.

In

In contrarium, ieiunij auctoritatem à primordio probat per legem non gustandi de arbore agnitionis, quam quum per gulam transgressus Adam sit, debere rursus expiari ieiunio illud primordiale delictum. III.

Nec obstare permissionem ciborum à Deo in primordio permissam, quòd pro temporibus omnia modificaretur, permittens omnia, vt demeret quædam. IIII.

At in Lege, ademptum victum quorumdam immundorum, quo faciliùs aliquando homo ieiunia toleraret. V.

Naturam quoque & scripturam enuntiare; ante cibum & potum diuinis tractandis esse nos aptiores, vel Moysi & Heliæ exemplo. VI.

Etiam ad alia exempla procedit veteris Testamenti, filiorum Israël sub Samuële, Ezechiæ, ciuitatis Niniue, Achab, Annæ matris Samuëlis, Danielis. VII.

Item noui Testamenti, Annæ Prophetidis, Christi ipsius, Centurionis Cornelij, & Apostoli Pauli. VIII.

Xerophagiarum item & vini abstinentiæ antiquissimam religionem ostendit; exemplis Danielis & fratrum eius, Heliæ, Dauidis, Samuëlis, Aaronis, & Apostoli Pauli, ac Timothei. IX.

Denique & stationum, id est, statorum ieiuniorum in vesperam vsque productionem, probari exemplis Moysi, Iesu Naue, Saülis, & Danielis. X.

Quum itaque quædam ex dictis officiis à Deo homini imperata sint, quædam ab homine per votum Deo expuncta, non noua esse. XI.

Et verò, delicta ieiuniis elimari, scientiam Xerophagiis extorqueri, bella propria stationibus discuti, & ad martyrium esse aptiorem victus tolerantiam. XII.

Porrò ad supradictas cap. 2. rationes respondens, arbitrio cuiusuis non relinquenda ieiunia probat, ex eo quòd Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia adsolent, maximè vbi etiam per Græcias Concilia ex vniuersis Ecclesiis aguntur. XIII.

Deinde Galathis interdictas obseruationes dierum, mensium & annorum, de Iudaicis intelligi, non Christianis; vtpotè qui Pascha celebramus annuo circulo in mense primo; 50. inde diebus in omni exultatione decurrimus; stationibus quartam & sextam Sabbati & ieiuniis Parasceuen dicamus. XIIII.

Eundem Apostolum, quum prædicit quosdam qui iubeant cibis abstinere, prædamnare hæreticos id præcepturos ad despicienda opera Creatoris Marcionem, Tatianum, & similes. Esaiam quoque ieiunium potius confirmare quàm auferre. XV.

Atqui quum Deo displiceat incontinentia gulæ, ieiunium ab eo adprobari; immò & in Ioële præcipi. Denique etiam ethnicos in sacris Idolorum omnem παπιυφρόσυνι *agnoscere.* XVI.

Illis itaque qui ieiunia recusant, Deum ventrem esse, Esau venatori comparari, qui primatus suos vendidit; & ferè comitari adpendices gulæ lasciuiam atque luxuriam. XVII.

Ceterùm etsi in hoc contra Ecclesiam scriptus sit hic liber, quòd Orthodoxis Psychici nomine calumniosè adplicato, propria quædam Montani ieiunia defendens illis falsò imponat, quasi ieiunia odrint; multum tamen pro Ecclesia facit, quòd aduersum huius ætatis hæreticos auctoritatem ieiuniorum Ecclesiasticorum tueatur, & egregiè respondeat ad pleraque, quas illi etiamnum pro se citant, scripturas. Quo fit vti argumentum dilatauerimus: & ad conuincendos Magdenburgenses Centuriatores, qui ieiunia originem à Montanistis habuisse calumniantur, suis quibusque locis similes aliorum Patrum expositiones maximè Anteccessorum Tertulliani paucis adtigerimus; & præterea B. Hieron. qui lib. 2. aduers. Iouinianum, ieiuniorum hostem, ad verbum ferè Auctorem in hoc libro imitatus est. Atqui Tertulliano, præterquàm quòd adscribant locis suprà citatis B. Hieron. & Nicephorus, id conuincit citatio libri de Monogamia initio huius opusculi; item illud libri de Pudicitia c. 1. Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, *vbi ad hunc librum hauddubiè adludit. Viderunt autem iam olim MS. Trithemius & Politianus; prælo primus tradidit Dn. I. Gagneus cum scholiis brevibus ad marginem; deinde ad Britannicum codicem recognouit*

Gelenius. Nos verò nunc iterum eundem castigauimus ex Anglico Ioannis Clementis Exemplari MS. & conjecturis aliquot Dominorum Latinij & Harrisij, & Argumentum ac Adnotationes recens adiecimus. D

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI DE IEIVNIIS: ADVERSVS PSYCHICOS Liber.

MIRARER! Psychicos istos, si sola luxuria tenerentur qua sæpiùs nubunt, si non etiam ingluuie ducerentur qua ieiunia oderunt; monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cùm duo hæc tam vnita atque concreta sint, vt si disiungi omninò potuissent, ipsi priùs ventri pudenda non adhærerent. [4] Specta corpus & vna regio est, denique pro dispositione membrorum ordo vitiorum, prior venter & statim cetera saginæ substructa lasciuia est, per edacitatem salacitas transit. Agnosco igitur animalem fidem studio carnis qua tota constat, tam multiuorantiæ quàm multinubentiæ pronam, vt meritò spiritalem disciplinam pro substantia æmulam in hac quoque specie continentiæ accuset, proinde [5] gulæ frenos induentem per nullas interdum vel seras vel aridas escas, quemadmodum & libidini per vnicas nuptias. piget iam cum talibus congredi, pudet & iam de eis altercari quorum nec defensio verecunda est. Quomodo enim protegam castitatem & sobrietem sine taxatione aduersariorum? quinam isti sint semel nominabo, exteriores & interiores [6] botuli Psychicorum. [7] Hi Paracleto controuersiam faciunt, propter hoc nouæ Prophetiæ recusantur, non quòd alium Deum prædicent Montanus & Priscilla & Maximilla, nec quòd Iesum Christum soluant, nec quòd aliquam fidei aut spei regulam euertant, sed quòd planè docuerant sæpiùs ieiunare quàm nubere. [8] De modo quidem nubendi iam edidimus Monogamiæ defensionem, nunc de castigatione victus secundæ, vel magis primæ continentiæ pugna est. [9] Arguunt nos quòd ieiunia propria custodiamus, [10] quod stationes plerumque in vesperam producamus, [11] quòd etiam xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus vel potemus; [12] lauacri quoque abstinentiam congruentem arido victui. nouitatem igitur obiectant de cuius inlicito præscribant, aut hæresin iudicandam, si humana præsumptio est, aut pseudoprophetiam pronuntiandam, si spiritalis indictio est, [13] dum quaqua ex parte anathema audiamus qui aliter adnuntiamus. [14] Nam quod ad ieiunia pertineat, certos dies à Deo constitutos opponunt, [15] vt cùm in Leuitico præcipit Dominus Mosi decimam mensis septimi diem placationis, Sancta, inquiens, erit vobis dies, & vexabitis animas vestras, & omnis anima quæ vexata non fuerit in illa die, exterminabitur de populo suo. [16] Certè in Euangelio illos dies ieiuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus: & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum abolitis legalibus & prophetiis vetustatibus. Vbi volunt enim, adgnoscunt quid sapiat; Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. [17] Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nouæ disciplinæ, pro temporibus & causis vniuscuiusque. Sic & Apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum: proinde nec stationum, quæ & ipsæ suos quidem dies habeant quartæ feriæ & sextæ: passiuè tamen currant, neque sub lege præcepti, neque vltra supremam diei; quando & orationes ferè hora nona concludat de Petri exemplo quod Actis refertur. Xerophagias verò nouum affectati officij nomen, & proximum ethnicæ superstitioni, [18] quales castimoniæ Apim, Isidem, & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant, cùm fides libera in Christo ne Iudaicæ quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat; [19] semel in totum macellum ab Apostolo admissa, [20] detestatore eorum, qui sicut nubere prohibeant, ita iubeant cibis abstinere à Deo conditis: & ideò nos esse iam tunc prænotatos in nouissimis temporibus abscedentes à fide, intendentes spiritibus, mundi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum, inustam habentes conscientiam. Quibus oro te ignibus? credo quibus nuptias sæpè deducimus, & cœnas quotidie coquimus. [21] Sic & cum Galatis nos quoque percuti aiunt obseruatores dierum & mensium & annorum. Iaculantur interea & Esaiam pronuntiasse: Non tale ieiunium Dominus elegit, id est non abstinentiam cibi, sed opera iustitiæ quæ subtexit: & ipsum Dominum in Euangelio ad omnem circa victus scrupulositatem compendio respondisse, [22] non his communicari hominem quæ in os insecantur, sed quæ ex ore proferantur, cùm & ipse manducaret & biberet vsque in notationem: Ecce homo vorator & potator. sic & Apostolum docere, quòd esca nos Deo non commendet, neque abundantes si edamus, neque deficientes si non edamus. His & huiusmodi sensibus cò iã subtiliter tendunt, vt

E

F

A vt vnusquisque pronior ventri possit superuacua, necadeò necessaria existimare [31]sublati vel diminuti vel demorati cibi officia, præponente scilicet iustitiæ & innocentiæ opera. Et scimus quales sint carnalium commodorum suasoriæ quàm facilè dicatur, opus est de totis præcordijs credam, diligam Deum & proximum mihi. In his enim duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ, non in pulmonũ & intestinorum meorum inanitate. [Itaque nos hoc priùs affirmare debemus, quod occultè subrui periclitatur, quantum valeat apud Deum inanitas ista: & ante omnia vnde ratio ipsa processerit hoc modo promerendi Deum: tunc enim agnoscetur obseruationis necessitas, cùm eluxerit rationis auctoritas à primordio recensendæ. [32] Acceperat Adam à Deo legem non gustandi de arbore agnitionis boni & mali, moriturus si gustasset; verùm & ipse tunc in psychicum reuersus post ecstatin spiritalem, in qua magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam prophetauerat, nec iam capiens quæ erant spiritus, facilius ventri quàm Deo cessit pabulo potiùs quàm præcepto annuit; salutem gula vendidit. Manducauit denique & perijt, saluus alioquin si vni arbusculæ ieiunare maluisset: vt iam hinc animalis fides semen suum recognoscat, exinde deducens carnalium appetitionem & spiritualium recusationem. Teneo igitur à primordio homicidam gulam, tormentis atque supplicijs inediæ puniendam, etiam si Deus nulla ieiunia præcepisset: ostendens tamen vnde sit occisus Adam, mihi reliquerat intelligenda remedia offensæ, qui offensam demonstrarat: vltrò cibum quibus modis quibúsque temporibus potuissem, pro veneno deputarem, & antidotum famem sumerem, per quam purgarem [33] mortis à primordio causam in me quoque cum ipso genere transductam, certus hoc Deum velle cuius contrarium noluit, satisque confidens placituram illi continentiæ curam, à quo damnatam comperissem incontinentiæ culpam. Porrò cùm & ipse ieiunium mandet, [37] & animam conquassatam propriè vtique cibi angustijs sacrificium appellet, quis iam dubitabit omni um erga victus macerationum hanc fuisse rationem, qua rursus interdicto cibo & obseruato præcepto primordiale iam delictum expiaretur, vt homo per eandem materiam causæ satis Deo faciat per quam offenderat, id est per cibi interdictionem: atque ita salutem æmulo modo redaccenderet ineditia, sicut extinxerat fagina; pro vnico illicito plura licita contemnens. [38] Hæc ratio seruabatur apud prouidentiam Dei pro temporibus omnia modulantis, nequis ex diuerso ad deijciendam propositionem nostram: cur ergo, dicat, non statim Deus aliquam vinctus constituit castigationem, quininò & auxit permissionem. Nam in primordio quidem herbidum solummodò & arboreum homini pabulum addixerat: [39] Ecce dedi vobis omne fœnum sementiuum seminans semen quod est super terram; & omne lignum quod habet in semetipso fructum seminis sementiui, vobis erit in escam. Postea verò ad Noë enumerata subiectione omnium bestiarum terræ, & volatilium cœli, & mouentium in terra, & piscium maris, [40] & omnis viuentis; erunt, inquit vobis in escã; velut holera fœni dedi vobis vniuersa. Verùm carnẽ in sanguine animæ fuæ non edetis: nam & hoc ipso quòd eam solã carnem esui eximit, cuius anima non per sanguinem effunditur, omnis reliquæ carnis vsum concessisse manifestum est. Ad hæc respondemus, non competisse onerari hominem aliqua adhuc abstinentiæ lege; qui eum maximè tam leuem interdictionem vnius scilicet pomi tolerare non potuit: remissum itaque illum libertate ipsa corroborandum. Æquè post diluuium in reformatione generis humani sufficisse vnam interim legem à sanguine abstinendi permisso vsu ceterorum. Iam enim iudicium Dominus ostenderat per diluuium; adhuc etiam comminatus fuerat per exquisitionem sanguinis de manu fratris & de manu bestiæ. Omnis itaque iustitiam iudicij præministrans, materiam libertatis emisit, per veniam supparans disciplinam, permittens omnia, vt demeret quædam, plus exacturus si plus commisisset, abstinentiam imperaturus, cùm indulgentiam præmisisset, quo magis, vt diximus, primordiale delictum expiaretur maC ioris abstinentiæ operatione in maioris licentiæ occasione. [41] Denique vbi iam & familiaris populus allegi Deo cœpit, & restitutio hominis imbui potuit, tunc leges disciplinæque omnes impositæ etiam quæ deceperent victum; ademptis quibusdam veluti immundis, quo faciliùs aliquando iciunia tolleraret homo, perpetua in quibusdam abstinentia vsus. [42] Nam & primus populus primi hominis resculpserat crimen, pronior ventri quàm Deo deprehensus; cùm de duritia Ægyptiæ seruitutis valida manu Dei & sublimi brachio ereptus (Dominus eius visus est) terræ lacte & melle mananti destinatus; statim autem solitudinis incopiosæ circunspectu scandalizatus, saturitatis Ægyptiæ detrimenta susp irans, in Moysen & Aaron mussitauit: Vtinam obijssemus percussi à Domino in terra Ægypti, quando super ollas carnium sedebamus, & panes in plenitudinem comedebamus. Quoniam eduxisti nos in hæc deserta ad interficiendam synagogam istam fame. [43] Adeam ventris prælationedeploraturus erat eosdem duces suos & Dei arbitros, quos desiderio carnis & recordatu Ægyptiarum copiarum exacerbabat: Quis nos vescet carne? venerunt in mentem nobis pisces quos in Ægypto edebamus gratis, & cucumeres, & pepones, & porri, & cepe, & allia. At nunc anima nostra arida, nihil nisi manna vident oculi nostri. Ira & illis Xeropliagiæ penes angelici disp licebant, allium potius & cepe quàm cœlum fragare malebant. Et ideò tam ingratis gratiora & esculentiora quæque detracta sunt, puniendæ simul gulæ & exercendæ continentiæ causa: vt illa damnaretur, ista eruderetur. [44] Nunc si temerè rationes castigati à Deo victus, & castigan di propter Deum

Matth.22. Ca. iii.
Gen. 2. Ephes.5.
Gen.3.
Psalm. 50.
Ca. iiii
Gen. 1.
Gen. 9.
Gen.1. et 3.
Gen.9.
Gen. 8.
Gen. 9.
Cap. v.
Leuit. 23.
Exod.14.
Exod. 3.
Exod. 16.
Exod.16.
Num.11.
Cap.vi.

à nobis, ad primordiorum experimenta reuocauimus, conſcientiam communem conſulamus, ipſa
natura enuntiabit, quales nos ante pabulum & potum in virgine adhuc ſaliua exhibere conſuerit re- D
bus dumtaxat ſenſus agendis quo diuina tractantur, ſi multo pollentioris mentis, ſi multo viuacioris
cordis, quàm tùm totùm illud domicilium interioris hominis, eſcis ſtipatum, vinis inundatum, de-
coquendis iam ſtercoribus æſtuans, [45] præmeditatorium efficitur latrinarum, in quo planè nihil
tam in proximo ſuperſit quàm ad laſciuiam ſapere. Manducauit populus & bibit, & ſurrexerunt
ludere. Intellige ſanctæ ſcripturæ verecundiam: luſum niſi impudicum non denotaſſet. Ceterùm
quotuſquiſque meminerit religionis, occupatis memoriæ locis, impeditis ſapientiæ membris, ne-
mo ita vt decet, ita vt par eſt, ita vt vtile eſt, recordabitur Dei in eo tempore, quo ipſum ſibi ho-
minem excidere ſolemne eſt. Omnem diſciplinam victus aut occidit aut vulnerat. Mentior ſi non
Dominus ipſe obliuionem ſui exprobrans Iſraëli cauſam plenitudini reputat: Incraſſatus eſt dilectus
& pinguefactus & dilatatus eſt, & dereliquit Deum qui fecit eum, & abſceſſit à Domino ſalutifi-
catore ſuo. Denique in eodem Deuteronomio eandem cauſam præcauere iubens: Ne, inquit, cùm
manducaueris & biberis & domos optimas ædificaueris, ouibus & bubus tuis multiplicatis, &
argento & auro, extollatur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui. Præpoſuit corruptelæ diui-
tiarum edacitatis enormitatem, cui ipſæ diuitiæ procurant. Per illas ſcilicet; incraſſatum erat cor
populi, ne oculis videret & auribus audiret, & corde conijceret adipibus obſtructo, quas nomina-
tim eſui abſtulit, dedocens hominem ſaginæ ſtudere. [46] Ceterùm cui cor euectum potius inueniebatur quàm impinguatum; quadraginta diebus totidémque noctibus ſupra humanæ naturæ facultatem
ieiunium perennauit ſpiritali fide virtutem ſubminiſtrante: & vidit oculis Dei gloriam, & audiuit au-
ribus Dei vocem, & corde conijcit Dei legem, iam tunc docentis; non in ſolo pane viuere homi- E
nem, ſed in omni verbo Dei: cùm quidem nec ipſum Moyſen Deo paſtum inediámque eius
nomine ſaginatam conſtanter contemplari valeret pinguior populus. Meritò igitur etiam in car-
ne ſe Dominus ei oſtendit collegæ ieiuniorum ſuorum, [47] non minus & Heliæ. Nam & Helias
hoc primum quod famem fuerat imprecatus, ſatis iam ſe ieiunijs vouerat. Viuit, inquit, Domi-
nus, cui adſiſto in conſpectu eius, ſi erit ros iſtis annis & imber. Dehinc minantem Iezabel fugiens
poſt vnicum pabulum & potum quem ab angelo expergefactus inuenerat, & ipſe quadraginta diebus
& noctibus vacuo ventri, arido ore peruenit in montem Choreb, vbi cùm in ſpelunca deuertiſſet,
quàm familiari congreſſu Dei exceptus eſt. Quid tu Helia hic? multo amicior iſta vox, quàm, Adam
vbi es? illa enim paſto homini minabatur, iſta ieiuno blandiebatur. Tanta eſt circumſcripti victus
prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, parem re vera pari. [48] Si enim Deus æternus
non eſuriet, vt teſtatur per Eſaiam, hoc erit tempus quo homo Deo adæquetur, cùm ſine pabulo viuit.
[49] Proceſſimus itaque iam ad exempla, vti reuoluamus vtilitatis efficacia poteſtates iſtius officij,
quod etiam iratum Deum homini reconciliat. Deliquerat Iſraël; in aquatione apud Maſpha con-
gregatus à Samuële, ita ſtatim delictum ieiunio diluit, [50] vt periculum prælij ſimul fugerit. Quum
maximè Samuël offerebat holocauſtum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam quàm
abſtinentia populi. Et allophyli prælio admouebant, ibidem Dominus intonuit voce magna ſuper al-
lophylos, & confuſi ſunt, & corruerunt in conſpectu Iſraëlis: & proceſſerunt viri Iſraël ex Maſpha,
& perſecuti ſunt allophylos, & vſque Betchor cæciderunt paſtos impaſti, armatos inermes. Hæ erunt
vires ieiunantium Deo, cœlum pro eiuſmodi militat: habes formam præſidij etiam ſpiritalibus bel-
lis neceſſariam. [51] Proinde cùm rex Aſſyriorum Sennacherib compluribus iam ciuitatibus captis
Iſraëli per Rapſacen blaſphemias & minas intentaret, nihil aliud illum à propoſito in Æthio-
pias auertit, dehinc centum & octoginta milia de exercitu eius per angelum abſumpſit, quàm Eze- F
chiæ regis humiliatio. Siquidem duritia hoſtis annuntiata, veſtem ſcidit, ſaccum induit, eodémque
habitu ſeniores ſacerdotum ad Deum per Eſaiam adire iuſſit, vtique ieiunio preces proſequente. ne-
que enim cibi tempus in periculo, nec ſaturitatis cultus in ſacco. ſemper inedia mœroris ſequela eſt,
ſicut lætitia acceſſio ſaginæ. Per hanc mœroris ſequelam & inediam, etiam ciuitas illa peccatrix Ni-
niue de exitio prædicato liberatur. Satis enim pœnitentia ſcelerum commendauerit Deo ieiunium
triduo functa, etiam pecudibus enectis, quibus iratus Deus non erat. Sodoma quoque & Gomorra
euaſiſſent ſi ieiunaſſent. [52] Hoc remediũ agnoſcit & Achab, cùm illi poſt trangreſſionẽ & idololatriã
& neccm Nabuthæ propter vineam interempti à Iezabel exprobraſſet Helias: qualiter occidiſti, &
hæreditatem poſſediſti, in loco, quo ſanguinem Nabuthæ canes delinxerant, tuum quoque delin-
guent: deſtituit ſemetipſum, & ſaccum carni ſuæ impoſuit, & ieiunauit, & dormiuit in ſacco.
& tunc ſermo Domini ad Heliam vidiſti vt reueritus ſit Achab à facie mea: pro eo quod
reueritus eſt, non ſuperducam læſuram in diebus ipſius, ſed in diebus filij eius ſuperducam eam, qui
non erat ieiunaturus. Ita ieiunium in Deum reuerentiæ opus eſt, per quod Anna quoque ambiens
vxor Helcanæ retrò ſterilis impetrauit facilè à Deo inanem cibo ventrem filio implere, & quidem
Propheta. ſed non modò naturæ mutationem, aut periculorum auerſionem, aut delictorum oblit-
terationem, verumetiam ſacramentorum agnitionem, ieiunia de Deo merebuntur. [53] Aſpice Da-
nielis exemplũ, circa ſomniũ regis Babylonis omnes turbantur ſophiſtæ, negant vltrò de præſtantia
humana

A humana posse cognosci. Solus Daniel Deo fidens, & sciens quid ad demerendam Dei gratiam faceret, spatium tridui postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis, & ordinem & significationem somnij per omnia instruitur, tyranni sophistis parcitur, Deus glorificatur, Daniel honoratur. Non minorem Dei gratia & postea quoque relaturus auno primo regis Darij, cùm ex recogitatu prædicatorum temporum ab Hieremia dedit faciem suam Deo in ieiunijs & sacco & cinere. Nam & angelus missus ad eum, hanc statim professus est causam diuinæ dignationis. Veni, inquit, demonstrare tibi [44 quatenus miserabilis es, ieiunando scilicet. si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis, [45 vbi quidem illi sex diebus ieiunanti prandium angelus procurauit. [46 Reddimus & cetera, ad noua enim nunc documenta properamus. In limine Euangelij Anna Prophetis filia Phanuelis, quæ infantem Dominum & agnouit, & multa super eo prædicauit expectantibus redemptionem Israëlis, post egregium titulum veteris & vniuiræ viduitatis ieiuniorum quoque testimonio augetur, ostendens in quibus officijs assideri Ecclesiæ debeat, & à nullis magis intelligi Christum quàm semel nuptis, & sæpè ieiunis. Ipse mox Dominus baptisma suum, & in suo omnium, ieiunijs dedicauit, habens efficere panes ex lapidibus? etiam Iordanem vino fortasse manere; si ita vorator & potator fuisset. Immò nouum hominem in veteris suggillationem virtute fastidiendi cibi initiabat; vt eum diabolo rursus per escam tentare quærenti fortiorem fame tota ostentaret, [47 Præstituit exinde ieiunijs legem sine tristitia trâsigendis. Cur enim triste quod salutare? Docuit etiam aduersus diriora dæmonia ieiunijs præliandum. Quid enim mirum; si eadem operatione spiritus iniquus educitur qua sanctus inducitur? Denique vt in Centurionem Cornelium necdum tinctum dignatio Spiritus sancti cum charismate insuper Prophetiæ festinasset, ieiunia eius legimus exaudita: Puto autem & Apostolus in secunda Corinthiorum inter labores suos & pericula & incommoda post famem ac sitim [48 ieiunia quoque plurima enumerat. [49 Principalis hæc

B species in castigatione victus, potest iam de inferioribus quoque abstinentiæ operationibus prædicare, vt & ipsis pro modo vtilibus aut necessarijs. Nam exceptio eduliorum quorundam [50 portionale ieiunium est. [51 Inspiciamus igitur & xerophagiarum nouitatem aut vanitatem, si non & in his tam antiquissimæ quàm æfficacissimæ religionis operatio est. Redeo ad Danielem & fratres eius leguminum pabulum & aquæ potum [52 ferculis & cœnophoris regijs præferentes, atque exinde formosiores, ne qui de specie quoque corpusculi metuat, ceterùm spiritu insuper cultos. Dedit enim Deus adulescentulis scientiam & intelligentiam in omni litteratura, & Danieli in omni verbo, & in somnijs, & in omni sophia, qua hoc ipsum quoque saperet, quibus modis de Deo impetraretur agnitio sacramentorum. [53 Anno denique tertio Cyri regis Persarum cùm in recogitatum incidisset visionis, aliam formam humiliationis prosp exit. In illis, inquit, diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdomadas, panem suauem non edi, caro & vinum non introierunt in os meum, oleo vnctus non sum, donec consummarentur tres hebdomades, quibus transactis angelus emissus est taliter alloquens: Daniel, homo es miserabilis, ne timueris, quoniam ex die prima qua dedisti animam tuam recogitatui & humiliationi coram Deo, exauditum est verbum tuum, & ego introiui verbo tuo. Ita xerophagiarum miseratio & humiliatio metum expellunt, & aures Dei aduertunt, & occultorum compotes faciunt. Reuertor etiam ad Heliam, cùm corui illum pane & carne saturare consuessent; cur postmodùm [54 apud Bersabee Iudææ excitato ei de somno quidam ille angelus sine dubio panem solum & aquam obtulit? defecerant corui qui eum liberaliùs pascerent, an difficile angelo fuerat aliquem alicundè de conuiuio regis ministrum cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam transferre? sicut Daniel in lacum leonum ciurienti prandium metentium exhibitum est,

C sed constitui oportebat exemplum docens in tempore pressuræ, & persecutionis, & cuiuscunque circunstantiæ, xerophagijs esse viuendum. Tali victu Dauid exomologesin suam expressit, cinerem quidem edens velut panem, id est, panem velut cinerem aridum & sordidum, potum verò fletu miscens, vtique pro vino. Habet enim & abstinentia vini suos titulos, quæ & Samuëlem Deo vouerat, & Aaronem consecrarat. [55 Nam de Samuële mater: Et vinum, inquit, & ebriamen non bibet: talis enim & ipsa Deum orabat. Et Dominus ad Aaron, Vinum & siceram non bibetis, [56 tu & filij tui post te, si quando ingrediemini tabernaculum, vel ascendetis ad altare, & non moriemini. Adeò morientur qui non sobrij in Ecclesia ministrauerint. Sic & Israëli proximo exprobrat: & Et potum dabatis sanctificatis meis vinum. Et hæc autem stricta potus xerophagiæ portio est, quanquam vbi abstinentia vini aut à Deo exigitur, [57 aut ab homine vouetur, illic intelligatur etiam pabuli pressura formam præstruens Potui. Qualis enim esus, talis & potus verisimile non est, vt quis dimidiam gulam Deo immolet, aquis sobrius & cibis ebrius. An autem & Apostolus xerophagias norit, qui maiora celebrauerat, sitim & famem & multa ieiunia; qui ebrietates & comessationes recusauerat; vel de discipulo Timotheo argumenti satis est: quem propter stomachum & assiduas imbecillitates modico vino monens vti, quo ille non ex institutione, sed ex deuotione abstinebat, ceterùm stomacho magis consuetudo prodesset, hoc ipso abstinentiam vini dignam Deo suasit, quam ex necessitate dissuasit. [58 Æquè stationes nostras, vt indignas, quasdam verò & in serum constitutas, nouitatis nomine incusant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum esse dicentes, [59

Dan. 9.

Dan.14.

C. VIII. *Luc.2.*

Matth.4.
Matth.11.

Matth.4.
Matth.6.
Matth.17.

Act.10.
1. Cor.11.

CA. IX.

Dan. 1.

Dan.10.

3. Reg.17.
3. Reg.19.

Dan.14.

Psalm.101.

1. Reg.1.

Leuit.10.

Amos.2.

2.Cor.11.
Rom. 13.
1.Tim.5.

CAP. X.

& non vltra nonam detinendum, de suo scilicet more. Sed quòd pertineat ad interdictionis quæstionem semel pro omnibus causis respondebo. Nunc ad proprium huius speciei articulum de modo temporis dico, de ipsis priùs expostulandum, vnde hanc formam nona dirimendis stationibus præscribant. [60] Si, quia Petrus & quia cum eo, ad horam nonam orationis templum introgessi legunt, quis mihi probabit illos ea die statione functos vt horam nonam ad clausulam & expunctionem stationis interpretetur. Atqui faciliùs inuenias Petrum hora sexta capiendi cibi causa priùs in superiora ad orandū ascēdisse, quò magis sexta diei finiti officio huic possit, quæ illud absolutura post orationem videbatur. Porrò cùm [61] in eodem commentario Lucæ, & tertia hora orationis demonstretur, sub qua Spiritu sancto initiati pro ebrijs habebantur; & sexta qua Petrus ascendit in superiora; & nona qua templum sunt introgressi, cur non intelligamus salua planè indifferentia semper & vbique & omni tempore orādum: tamen tres istas horas, vt insigniores in rebus humanis quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publicè resonant, ita & solenniores fuisse in orationibus diuinis: quod etiam suadet Danielis quoque argumentum ter die orantis, vtique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem quàm insigniorum exinde Apostolicarum, tertiæ, sextæ, nonæ. Hinc itaque & Petrum dicam ex vetere potius vsu nonam obseruasse, tertio orantem supremæ orationis munere. Hæc autem propter illos, qui se putant ex forma Petri agere, quam, ignorant, non quasi respuamus nonam, cui & [62] quarta sabbati & sexta plurimùm fungimur: sed quia [63] eorum quæ ex traditione obseruantur, tanto magis dignam rationem afferre debemus, quanto carent scripturæ auctoritate, donec aliquo cœlesti charismate, aut confirmentur, aut corrigantur. [64] Et si qua, inquit, ignoratis, Dominus vobis reuelabit. Itaq; sepositō cōfirmatore omnium istorū Paracleto duce vniuersæ veritatis, an dignior apud nos ratio afferatur in nonam obseruādi require, vt etiam Petro ea ratio deputāda sit, si statione tunc functus est. Venit enim de exitu Domini, quem etsi semper cōmemorari oportet sine differentia horarū, impressiùs tamen cum eis secundum ipsum stationis vocabulum addiscimus. [65] Nam & milites nunquam immemores sacramenti, magis stationibus parent. Itaque in eam vsque horam celebranda pressura est, in qua à sexta contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium, vt tunc & nos reuertamur ad iocunditatem, cùm & mundus recepit claritatem. Hoc si magis ad religionem sapit Christianam, dum magis Christi gloriam celebrat, possum æquè seræ stationis ex eodem rei ordine statum figere, vt ieiunemus ad serum; expectantes tempus Dominicæ sepulturæ, cùm Ioseph postulatum detulit corpus & condidit. Inde & irreligiosum est antè famulorum carnem refrigerare quàm domini. Sed hoc ex argumentationum prouocatione commiserim, coniecturis & tamen puto fidelioribus repercutiens. Videamus an aliquid tale nobis de vetustatibus quoque patrocinetur. In Exodo habitus ille Moysi aduersus Amalech orationibus præliantis vsque in occasum perseuerans, nónne statio fuit sera? Iesum Naue debellantem Amorrhæos prandisse illa die existimamus, [66] qua ipsis elementis stationem imperauit: stetit sol in Gabaon, & luna in Aialon: stetit sol & luna in statione, donec vltus est populus de inimicis suis, & stetit sol in medio cœlo, & non accedebat in occasum, & in finem diei vnius. Non fuit dies talis retrò & in nouissimo, vtique tam prolixus, vt, inquit, exaudiret Deus hominem, parem scilicet solis, instantem tandiu in officio, stationem etiam sera longiorem. Certè Saül & ipse in prælio constitutus manifestè munus istud indixit, Meledictus homo qui ederit panem ad vesperam vsque dum vlciscar de inimico meo; & non gustauit totus populus eius, [67] & tota terra non prandebat. Tantam autem Deus præstitit auctoritatem edicto stationis illius, vt Ionathan filius Saülis, quanquam ignarus ieiunationis in serum definitæ gustum mellis admiserat, & sorte mox de delicto sit traductus, & vix per precem populi periculo exemptus: gulæ enim enim licet simplicis reus fuerat. [68] Sed & Daniel, anno primo regis Darij, cum ieiunus in sacco & cinere exmologesin Deo ageret, Et adhuc, inquit, loquente me in oratione, ecce vir quem videram in somnis initio, velociter volans appropinquauit mihi quasi hora vespertini sacrificij. Hæc erit statio sera, quæ ad vesperā ieiunans pinguiorē orationem Deo immolat. [69] Omnia autē ista credo ignota eis qui ad nostra turbantur, aut sola forsitan lectione, non etiam intentione comperta, secundum maiorem vim imperitorum apud gloriosissimam scilicet multitudinem Psychicorum. Propterea per singulas direximus species ieiunationum, xerophagiarum, stationum, vt dum recensemus secundum vtriusque Testamenti praturam, quantum proficiant recusati vel recisi vel retardati pabuli officia, eos retūdamus qui hæc velut vacantia infirmant. Item dum pariter ostendimus, quo semper in ordine fuerint religionis, eos reuincamus qui hæc vt noua accusant: nec nouum enim quod semper, nec vacuum quod vtile. Sed & illud in medio est; quædam ex his officijs à Deo homini imperata legem constituisse, quædam ab homine Deo oblata votum expunxisse: tamen & [70] votum, cùm à Deo acceptatum est, legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris: exinde enim faciendum mandauit qui factum comprobauit [71] Itaque & hinc in alia specie altercatio diuersæ partis obducitur, cùm dicunt, aut pseudoprophetia est, si spiritalis vox solennia ista constituit, aut hæresis si humana præsumptio adinuenit. Eam enim formam reprehendentes qua & vetera decucurrerunt, & ex ea retorquentes quæ & aduersarij veterum aduersus illa poterunt retractare, aut & illa recusare, debebunt exertā ista suscipere necessariè,

A necessariè, maximè cùm & ista à quocunque institutore sunt siue spirit ali, siue tantùm fideli, eidem Deo curant cui & vetera. indubitatè enim & hæresis & pseudoprophetia diuinitatis diuersitate iudicabuntur apud nos omnes vnici Dei creatoris & Christi eius antistites. adeóque indifferenter hanc partem defendo, illi offerens in quo velint gradũ figere. Spiritus diaboli est, dicis ó Psychice, & quomodo Dei nostri officia indicit? nec alij offerenda quàm Deo nostro? Aut contende diabolũ cum Deo fauere nostro, aut Satanas Paracletus habeatur. Sed hominum Antichristum adfirmas; [73] hoc 1. Ioan. 2.
enim vocantur hæretici nomine penes Ioannem. Et quomodo quisquis ille est in Christo nostro, hæc erga Dominum nostrum officia dispsuit, cùm & Antichristi erga Deum aduersum nostrum processerint Christum? Quo itaque putas laterum confirmatum apud nos spiritum, cùm imperat, an cùm probat quæ Deus noster & imperauit semper & probauit? Sed rursus palos terminales figitis Deo, sicut de gratia, ita de disciplina, sicut de charismatibus, ita & de solennibus, vt proinde officia cessauerint, quemadmodum & beneficia eius, atque ita negotis vsque adhuc
eum munia imponere, quia & hic Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: superest vt totum auferatis Matth. 11.
quantum in vobis tam otiosum. [74] Iam enim & in ista specie ditati saturatique regnatis, non delicta CA. XII.
incusantes quæ iciunijs elimentur, nec reuelationum scientia indigentes quæ xerophagijs extorqueantur, nec bella propria metuentes quæ stationibus discutiantur. [75] Vt ab Ioanne Paracletus obmutuisset, ipsi nobis Prophetæ in hanc maximè causam extitissemus: iam non dico ad exorandam Dei iram, nec ad impetrandam tutelam eius aut gratiam, sed ad præmuniendam per nosmetipsos nouissimorum temporum conditionem, [76] indicentes omnem παπαιροφόνιαν, cùm carcer ediscendus, & fames ac sitis excercendæ, & tam inediæ quàm anxij victus tolerantia vsurpanda sit, vt in carcerem talis introëat Christianus, qualis inde prodisset, non pœnam illic passurus,
sed disciplinam, nec seculi tormenta, sed sua officia, eóque fidentior processurus ad certamen è cu-
B stodia abusus nihil habens carnis, sic vt nec habeant tormenta materiam, cùm sola & arida sit cute loricatus, & contra vngulas corneus, præmisso iam sanguinis succo tanquam animæ impedimentis, properante iam & ipsa quæ iam sæpè iciunans mortem de proximo norit. Planè vestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne consuetudinem quærant, ne tædeat vitæ, ne noua abstinentiæ disciplina scandalizentur, quam nec ille [76] Pristinus vester non Christianus martyr attigerat; quem & facultate custodiæ liberæ aliquamdiu fartum omnibus balneis quasi baptismate melioribus, & omnibus luxuriæ secessibus quasi Ecclesiæ secretioribus, & omnibus vitæ istius illecebris quasi æternæ dignioribus, hoc puto oblegatum ne mori vellet, postremo ipso tribunalis die luce summa condito mero tanquam antidoto præmedicatum, ita enṛuastis; vt paucis vngulis titillatus
hoc enim ebrietas sentiebat, quem Dominum confiteretur, interroganti Præsidi respondere non potuerit amplius. atque ita de hoc iam extortus, cum singultus & ructus solos haberet, in ipsa negatione digessit. ideò sobrietatis disciplinam qui prædicant pseudoprophetæ, ideò hæretici qui obseruant. Quid ergo cessatis Paracletum, quem in Montano negatis, in Apitio credere?
[77] Præscribitis constituta esse solennia Ituic fidei scripturis vel traditione maiorum, nihilque obser- C. XIII.
uationis amplius adijciendum ob illicitum innouationis. stare in isto gradu si potestis. Ecce enim
conuenio vos & [78] præter Pascha iciunantes, citra illos dies, quibus ablatus est sponsus; & stationum Matth. 9.
semiiciunia interponentes, & vos interdum pane & aqua victitantes vt cuique visum est: denique respondetis hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouistis igitur gradum excedendo traditionem, cùm quæ non sint constituta obitis. Quale est autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei non das? plus humanæ licebit voluntati quàm diuinæ potestati? Ego me seculo non Deo
C liberũ memini: sic meum est vltrò officium facere Domino, sic indicere illius est: non tantùm obsequi ei debeo, sed & adulari? illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo præsto. [79] Benè autem, quòd & Episcopi vniuersæ plebi mandare iciunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, vt vestræ capturæ est, sed interdum & ex aliqua sollicitudinis Ecclesiasticæ causa. Itaque si & ex hominis edicto, & in vnum omnes παπαιροφόνιαν agitatis, quomodo in nobis ipsam quoq; vnitatem iciunationum & xerophagiarum & stationũ denotatis? nisi fortè in senatus consulta & in principum mandata coitionibus opposita delinquimus. Spiritus sanctus quum in quibus vellet terris, & per quos vellet prædicaret, ex prouidentia imminentium, siue Ecclesiasticarum tentationum, siue mundialium plagarum, quâ paracletus, id est aduocatus, ad exorandum iudicem, huiusmodi officiorum remedia mandabat, puta nunc ad exercendam sobrietatis & abstinentiæ disciplinam: hunc qui recipimus, necessario etiam quæ tunc constituit obseruamus. Aspice ad Iudaicos fastos, & inuenies nihil nouum, si quæ patribus sunt præcepta, omnis deinceps posteritas hæreditaria religione custodit. [80] Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis concilia ex vniuersis Ecclesijs, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quàm dignum fide auspicante congregari vndique ad Christum. Vide quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum; hoc tu pſallere non facilè nosti, nisi quo tempore cum compluribus cœnas. [81] Conuentus autem illi stationibus priùs & iciu- Pſal. 122.
nationibus operati; dolere cum dolentibus, & ita demum congaudere gaudentibus norunt. Si & Rom. 12.

iſta ſolennia, quibus tunc præſens patrocinatus eſt ſermo nos quoque in diuerſis prouincijs fungimur in ſpiritu inuicem repræſentati, lex eſt ſacramenti. [82 Horum igitur tempora obſeruantes & dies & menſes & annos, Galaticamur planè, ſi Iudaicarum ceremoniarum, ſi legalium ſolennitatum obſeruantes ſumus: illas enim Apoſtolus dedocet, compeſcens veteris Teſtamenti in Chriſto ſepulti perſeuerantiã, nouiſiſtens. 83 Quòd ſi noua conditio & in Chriſto ſepulti perſeuerant, iam noua & ſolennia eſſe debebunt. aut ſi omnem in totum deuotionem temporum & dierum & menſium & annorum erasit Apoſtolus, 84 cur Paſcha celebramus annuo circulo in menſe primo? 85 cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? 86 cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus, & 87 ieiunij Paraſcheuen? quanquam vos etiam ſabbatum, ſi quando continuatis, nunquam niſi in Paſcha ieiunandum ſecundum rationem alibi redditam. 88 nobis certè omnis dies etiam vulgata conſecratione celebratur. Nec ergo apud Apoſtolum differentiæ ratio diſtinguentè noua & vetera. Sed & hîc inæqualitas veſtra ridebitur, cùm vetuſtatum formam nobis exprobratis, in qua cauſam nouitatis accuſatis. [89 Reprobat etiam illos qui iubebant cibis abſtinere, ſed de prouidentia ſpiritus ſanctus, prædamnans iam hæreticos perpetuam abſtinentiam præcepturos ad deſtruenda & deſpicienda opera creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, non apud Paracletum. Quantula eſt enim apud nos interdictio ciborum? 90 duas in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, 91 exceptis ſcilicet ſabbatis & dominicis offerimus Deo, abſtinentes ab eis quæ non reijcimus, ſed differimus. 92 Atquin ad Romanos ſcribens, vos nunc compungit retractatores huius officij, Ne propter pabulum ſolueritis, inquit, opus Dei, quod opus? de quo ait, Bonum eſt carnem non edere, & vinum non potare. Nam qui in iſtis ſeruit, placabilis & propitiabilis Deo noſtro eſt. Quidam credit omnia manducanda eſſe, quidam autem infirmus olera veſcitur, qui manducat ne nulliſicet non manducantem. Tu quis es qui alienum ſeruum iudicas? Et qui manducat, & qui non manducat, Deo agit gratias. Cùm autem humano arbitrio vetet controuerſiam fieri, quanto magis diuino. Ita ſciebat quoſdam caſtigatores & interdictores victus incuſare, qui ex faſtidio, non qui ex officio abſtinerent: probare verò qui in honorem, non qui in conuitium creatoris. 93 Et ſi claues macelli tibi tradidit, permittens eſui omnia ad conſtituendum idolothytorum exceptionem, non tamen in macello regnum Dei incluſit. Nec enim, inquit, eſus aut potus eſt Dei regnum; &: Eſca nos Deo non commendat: non vt de arida dictum putes, ſed potius de vncta & accurata. Siquidem ſubijciens, nec ſi manducauerimus abundabimus, nec ſi non manducauerimus deficiemus: tibi magis inſonat qui abundare te exiſtimas ſi edas, & deficere ſi non edas, & ideò iſta detractas. 94 Dominum quoque quàm indignè ad tuam libidinem interpretaris paſſim manducantem & bibentem. ſed puto quòd etiam ieiunarit; qui beatos non ſaturatos, ſed eſurientes & ſitientes pronuntiârit; qui eſcam profitebatur non quam diſcipuli exiſtimârant, ſed paterni operis perfectionem; docens operari eſcam quæ permanet in vitam æternam; in ordinaria etiam oratione panem mandans poſtulandum, non & Attalicas. 95 Sic & Eſaias non negauit Deum elegiſſe ieiunium, ſed quale non elegerit enumeratuit. In diebus enim, inquit, ieiuniorum veſtrorum inueniuntur voluntates veſtræ, & omnes ſubiectos vobis ſuccutitis, aut ad conuitia & lites ieiunatis & cæditis pugnis. non tale ieiunium ego elegi, ſed quale ſubiecit, & ſubijciendo non abſtulit, ſed confirmauit. [96 Nam & ſi mauult opera iuſtitiæ, non tamen ſine ſacrificio; quod eſt anima conflictata ieiunijs, ille certè Deus, cui nec populus incontinens gulæ placuit, nec ſacerdos nec Prophetes. 97 Manent adhuc monumenta concupiſcentiæ, vbi ſepultus eſt populus carnis auidiſſimus vſque ad choleram ortygometra cruditando. Eliditur pro templi foribus ſenior Heli, filij eius in acie ruunt, nurus expirat in partu: hanc enim meruerat à Deo plagam domus impudens ſacrificiorum carnalium defraudatrix. Sameas homo Dei cùm exitum prophetaſſet idololatriæ introductæ à rege Hieroboã, poſt manum eius regis arefactam & ſtatim reſtitutã, poſt altare diffuſum, ob hæc ſigna & ſatisfactione inuitatus à rege planè excuſauit. Prohibitus enim à Deo fuerat, illic cibum in totum attingere; 98 ſed ab alio mox ſene mentito Prophetiam temerè paſtus, ſecundum verbum Dei ibidem factum ſuper menſam, non eſt in paternis ſepultus; leonis enim in via occurſu poſtratus, & apud exteros conditus, pœnam deſerti ieiunij luit. Hæc erunt exempla & populo 99 & Epiſcopis, etiam ſpiritalibus, ſi quam incontinentiam gulæ admiſerint. Sed nec apud inferos admonitio ceſſauit, vbi in diuite quidem conuiuia cruciantur, in paupere verò ieiunia recreantur, habentia præceptores Moyſen & Prophetas. nam & Iohel exclamauit, 100 Sancite ieiunium, & prædicate curationem; proſpiciens iam & tunc & alios Apoſtolos & Prophetas ſancituros ieiunium, & prædicaturos officia curantia Deum: vnde & qui in idolis comendis, & in hac re ornandis, & ad ſingulas horas ſalutandis adulantur, curationem facere dicuntur. Sed & omnem τεκνοφρόνησιν ethnici agnoſcunt; 101 cùm ſtupet cœlum & aret annus, nudipedalia denuntiantur, magiſtratus purpuras ponunt, faſces retrò auertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurant. Apud quaſdam verò colonias præterea annuo ritu ſaccis velati, & cinere conſperſi idolis ſuis inuidiam ſupplicem obijciuntur balnea & tabernacula in nonam vſque cluduntur. Vnus in publico ignis apud aras, aquæ nec in lancibus, 102 Niniuiticum credo iuſtitium. 103 Iudaicum certè ieiunium vbique celebratur, cùm omiſſis templis per omne litus quocunque in aperto aliquando iam precem ad cœlum mittunt:

tunt: & licet cultu & ornatu mœroris munus infament, tamen fidem abstinentiæ affectant, & stellæ auctoritatem demorantis suspirant. Sed benè quòd in nostris xerophagijs blasphemias ingerens, [104] Casto Isidis & Cybeles eas adæquas; admitto testimonialem comparationem. Hinc diuina constabit, quam diabolus diuinorum æmulator imitatur. Ex veritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur, hinc tu eo irreligiosior, quanto ethnicus paratior. Ille denique Deo idolo gulam suam mactat, tu Deo non vis. Deus enim tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos cocus, & sanctus Spiritus nidor, & condimenta charismata, & ructus Prophetia vetus est. [105] Vera si velimus dicere, tu qui tantum gulæ indulges, & meritò te priorem iactitas, [106] semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum, ita passim indagandis turdis studes ita de campo laxissimæ disciplinæ tuæ venis, ita spiritu desicis: si tibi lenticulam desruto inrusatam obtulero, statim totos primatus tuos vendes: apud te agapæ in caccabis feruet, fides in culinis calet, spes in fercula iacet. Sed maior his est agapæ, quia per hanc adulescentes tui cum sororibus dormiunt, appendices sciliicet gulæ lasciuia atque luxuria est. Quam societatem & Apostolus sciens, cùm præmisisset non in ebrietatibus nec in comessationibus, adiunxit, nec in cubilibus & libidinibus. ad elogium gulæ tuæ pertinet, quòd duplex apud te præsidentibus honor binis partibus deputatur; cùm Apostolus dupli- cem honorem dederit, vt & fratribus & præpositis. Qui sanctiorinter vos, nisi conuiuandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior. meritò homines solius animæ & carnis spiritalia recusatis talibus si placerent Prophetæ, mei non erant. Cur ergo non constanter prædicatis: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Sicuti nos non dubitamus exercè mandare, Ieiunemus fratres & sorores, ne fortè cras moriamur. Palàm disciplinas nostras vindicemus. nos certi sumus; eos qui in carne sunt, Deo placere non posse, non vtique substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sd in operatione, sed in voluntate. Macies non displicet nobis; neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram. facilius si fortè per Angustam salutis ianuam intraibit caro exilior, citiùs resuscitabitur caro leuior, diutiùs in sepultura durabit caro aridior. [107] Saginentur pugiles & picæ Olympici: illis ambitio corporis competit quibus & vires necessariæ, & tamen illi quoque xerophagijs inualescunt: sed nostra alia robora aliæque vires, sicut & alia certamina; quibus non est luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi potestates, aduersus spiritalia malitiæ. aduersus hæc non carne & sanguine, sed fide & spiritu robusto oportet adsistere. Ceterùm saginatiot Christianus vrsis & leonibus fortè, quàm Deo erit necessarius, nisi quòd & aduersus bestias maciem exercere debebit.

C. XVII.

Rom. 13.

1. Tim. 5.

1. Cor. 16.

Rom. 8.

Ephes. 6.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE IEIVNIIS.

1. DE IEIVNIIS.] *Ita legendum huius libri titulum, pro eo qui erat*: DE IEIVNIO; *patet, non modo ex B. Hieron. & Nicephoro, sed ipso Auctore, qui penè tote hoc libro* Ieiunia *plurali vsurpat numero. Deinde non in hoc consistebat Montani atque adeo eius affecta Tertulliani hæresis, quòd* ieiunio *viterentur, sed quòd* duas Xerophagiarum hebdomadas (*scitis infrà Auctor c.15.*) *siue tres (B. Hieronymo teste, de erroribus Montani, Epistola ad Marcellam*) *Quadragesimas observarent, de quo infrà latius.*

2. ADVERSVS PSYCHICOS, &c.] *Non solùm tote hoc libro, vbi ex professo* aduersus Psychicos *agere se profitetur, sed & alibi frequenter hac Orthodoxorum appellatio Auctori visitata est, postquam Montano fauere cœpit. Sic dixit Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. c. 22.* de quo inter nos & Psychicos quæstio est, *& lib. adu. Praxean c. 1.* & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc es gesta est. exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio disiunxit à Psychicis. *Item suprà lib. de Monogamia, cap. 1.* hæretici nuptias auferunt, Psychici ingerunt; *ac*: neque licentia defendenda, quia Psychica, *&*: Psychicis non recipientibus spiritum, *item capite 11.* Hæc Psychici volunt, *ac*: licet nec hoc Psycici curent; *denique cap. 16.* iam nec Psychicus, quia non de afflatu Dei Psychicus, *Infrà quoque lib. de Pudicitia cap. 1.* Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, *& cap. 6.* si volunt Psychici, *& cap. 10.* Sed hoc volunt Psychici *item c. 16.* iam & Psychicis *vniuersis denuò c. 21.* ad Ecclesiam, & quidem tuam Psychice. *Ita etiam cum Gelenio vbique legimus, & partim cum Mss. 3. Vaticanis. rod. tum hoc libro frequentissimè, tum alibi, pro eo quod Rhenanus.* Physicis *vbique subsistituerat ex Gorlæi sententia, quam tamen fatentur Patres maiorem in eo illud legisse. Adnotat quidem ille eundem sensum, sine* Physicos, *legas, id est naturam sequentes corruptam, qua castitatem, ieiunium, tormenta fugit & abhorret; sine* Psychicos, *id est* animales, *iuxta illud. 1. Cor. 2.* ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, *id est: animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei; vbi* animalis Apostolo *appellatur, qui animi sui affectibus sequitur. Verùm illam esse veram lectionem Auctoris patet, tum ex lib. de Monog. c. 2. vbi* Psychicis *opponit*: spiritales, *tum ex eo quod hic mox sequitur cap. 1.* Agnosco igitur animalem fidem, *& c. illi opponens*: spiritalem disciplinam. *Pro quo etiam facit quod suprà Tom. 3. lib. adu. Valent. cap. 17. & 18. vbi inter tria qua commemorat, ex eorum sententia substantiarum genera orta ex Achamoth, constituit* ψυχικὸν, *id est*: Animale, *& rursum cap. 25. & 29.* ψυχικὸν *inter quatuor hominum genera denique & Christum* ψυχικὸν, *cap. 27. imitatus ibi per omnia B. Irenæum lib. 1. cap. 1. si in eo dem etiam sequitur Epiphan. in Valentinianum. Porro ad intellectum auctoris facit quod præterea recte admonuit Rhenan. ad lib. aduers. Praxean in hæc verba: Non possum autem diuinare quo sinnine hoc vocabulo, nisi forte Orthodoxos nolentes commentitium Montani Prophetism recipere. Enimverò constat Montanum in sua confictæ Prophetiæ damnosæ secundas nuptias (sic corrigimus quod minus ille dixit) exegisse plures Quadragesimas, exegisse martyria, prohibuisse fugam in persecutione. Quarum primum quum concedat Apostolus 1. Cor. 7. altera verò duo nusquam præcepta sint, tertium nap inter dubios*

19. Seruel in totum macellum ab Apostolo admissa, &c.] *Adludit ad illud Apostoli* 1. Cor. 10. *Omne quod in macello venit, manducate. Ad quæ respondet Auctor infra cap.* 15.

20. detestatore eorum, &c.] *De* ijs qui iubent cibis abstinere, 1. *Tim.* 4. *pulere respondet infrà capite* 15. *Hic dumtaxat dictorum omitti quædam ab Auctore, & immutari, dum legit*: intendentes spiritibus, mũdi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum, *pro eo quod Græce & Latinè hodie non habetur*: mundi, *& legitur*: doctrinis *demonicorum* (*sicut etiam ipse Auctor supra lib. de Præscript. cap.* 7.) *in hypocrisi* mendaciloquorum. *Restitue autem ely Græcam vocem* κακοτεχνιᾳ *verbi* cautelitam, *quam Auctor*: inultam, *dumtaxat.*

21. Sic & cum Galatis, &c.] *Adistud pulchrè respondet infrà cap.* 14. *sicut etiam c.* 15. *ad id quod hic adfertur Isai.* 58. *& ad id quod satis calumniatè de Christo citatur, voratore & potatore, of.* 11. 19. *Neque enim ego post ab aliquo id argumentum adueršus ieiunia prolatum fuisse.*

22. non his cõmunicari hominem quæ in os inferantur &c.] *Prorsus sic lege ex MS. Angl. cod. nam eodem modo vertit illud Marc.* 7. *Auctor supra Tom.* 2. *l. de Patient. cap.* 8. *sicuti ibi adtigimus num.* 59. *Ad quem locum in hac verba Rhenan. Quod apud Matthæum cap.* 15. *legitur non semel*: κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, *Tertullianus vertit*: communicat, *quem admodum etiam B. Auguſtinus legit. Est autem* κοινοῦν, *communne facere. Et quia Judæi, quod impurum est, id ipſi communne vocant, factum est vt* κοινοῦν, *sine* communicare, *sic illi scu inquinare, seu vetus Euangeliorum editio habet in quibuſdam exemplaribus, præcipuè noſtris. Erasmus vertit*: *impurum reddere. Reſtè Marcus* 7. *vertit etiam noſter Latinus interpres*: communicare. *Reſponſio autem ad hanc obiectionem eſt facilis, quòd cibi non communicant hominem, ſed male tractationes & ſuperbia eorum, qui diuinis aut Eccleſiæ de ſemino præcepti obedire recuſant. Ad illud verò quod adfert* 1. Cor. 8. *habes Auctorem ſolutionem infrà cap.* 15.

23. ſublati, vel diminuti, vel demorati cibi officia, &c.] *Prorſus ſic legimus, pro*: dilati; *quòd* ſublati cibi *ad ieunia pertinent*, diminuti ad Xerophagias, demorati, *id eſt derardati*, ad ſtationes *continuatas in veſperum*; *nam haud aliter dixit Plautus Rud.*

Quid ſacerdoti mæ dicam, hîc *demoratam* tandiu.

Legimus autem ex Angl. MS. cod. Diligam Deum & proximum mihi, *qua alibi Auctor frequenter vertit*: Diliges proximum tibi.

Cap. III.

24. Itaque nos hoc priùs adfirmare debemus, &c.] *Caput hoc inſcriptionis*: De ieiuniorum auctoritate à primordio. *Inquo Auctorem ad verbum penè imitatur B. Hieron. lib.* 2. *aduerſ. Iouin. non ſemel citato.*

25. Acceperat Adam, &c.] *Latiùs tractat de hac lege primordiali Auctor ſupra Tom.* 2. *lib. aduerſ. Iud. c.* 2. *dicens in ea omnia præcepta diuina recognoſci. Eodem pertinet quod habet Irenæus lib.* 5. *aduerſ. her. cap.* 23. *de Adam & eius muliere. Simul enim cum eſca & mortem adſciuerant, quoniam inobedientes manducabant.*

26. morti à primordio cauſſam in me quoque cum ipſo genere tranſ ducta, &c.] *Pulera peccata originalis circumſcriptis*; *quod mox &c. ſequ. vocat*: primordiale delictum *ſicuti etiam libro tam citato.*

27. & animam conquaſſatam, &c.] *Adludit ad illud Pſal.* 50. *etiam ſupra lib. adu. Iud. cap.* 5. *paraphraſtice citatum*: Cor contribulatum hoſtia eſt Dei; *præteruquàm quòd hic* conquaſſationem *illam* propriè fieri cibi anguſtijs *addat, pro qua hodie Latinum Interpres*: *Sacrificium Deo ſpiritus contriſtatus.*

Cap. IIII.

28. Hæc ratio ſeruabatur apud prouidentiam Dei, &c.] *Titulum huius capitis dedimus*: Quod omnes cibos poſt diluuium Deus permiſerit, vt quoſdam poſtea demeret. *In quo etiam citatum B. Hieron. quod Auctor adfert de* cibis immundis vetitis *ex cap. ſequ. etiam ante diluuium locum exiſtimat habuiſſe, o quòd immundorum animalium Gen.* 6. *ſat mentio, per quam mentionem ex parte ieiunium di. dicatum ſcribit. Legimus autem prorſus phraſi Tertullianica ex Angl. MS. cod.* pro temporibus omnia modulantis, *vbi erat*: modorantis.

29. Ecce dedi vobis omne ſœnum ſementium ſeminans ſemen, &c.] *Sic expreſsè quod Græce eſt quod* LXX. *Gen.* 1. αὐτὸ μὸν σπόρον σπέρμα, *vſurpans* ſementium, *pro* ſeminiferum.

30 & omnis viuentis, &c.] *Neceſſaria erat hæc caſtigatio ex cod. Angl. MS. pro*: omnis ſerpentis, *quia Græce eſt. Gen.* 9. καὶ πᾶσι πετεινὸν ὃ ἑρπετῶν. *Mirum eſt autem quòd addat*: ſuæ, *quod nulla editionum hibliorum habent. Suppleumus verò ex eodem*: eam ſolam carnem eſui eximit, *de mox legimus*: Æquè poſt diluuium, *pro*: Atque; *quo loco vel* vnica ea lex à ſanguine abſtinendi, *etiam pro ieunijs citatur. Eſt verò Tertullianica phraſis*: ſupparans diſciplinam.

Cap. V.

31. Denique vbiam & familiaris populus, &c.] *Inſcriptionem capitis huic ſecimus*: De abſtinentia immundorum animalium Lege veteri Leuitici 20. præſcripta, & gratioribus cibis detractis. *In quo etiam Auctorem imitatur vbi ſupra B. Hieron. ſed latiùs infrà Nouatianum lib. de Cibis Iudaicis, vbi ſingillatim de ſingulis* immundis animalibus *quod abſtinentiæ ſignificauerint deduxit, à ieunio corporali ad ieunia liberaſtranferas.*

32. Nam & primus populus, &c.] Primus *appellatur* populus *Iudaicus ad diſtinctionem ſecundi populi Gentium. Hic vero videtur prorſus ſuperfluum illud, quod adeò parentheſi includimus*, (Dominus eius, *ſeu potius*: eis viſus eſt) *neque aliquis ſenſus conſtat, B. Hieron. illius veſtigium aliquod. Legimus autẽ neque habet ex Angl. MS. cod.* detrimenta ſulpitans, *pro*: detrimento, *&*: quoniam eduxiſti nos, *pro*: quomodo, *qua Græce eſt* ὅτι. *Exod.* 16.

33. Eadem ventris prælatione, &c.] *In hac ſcriptura Num.* 11. *tranſtulit*: Qui nos veſcet carnẽ *pro*: cibabit. *Paraphraſticè etiam tranſtulit*: nihil niſi manna vident oculi noſtri, *quomodo & B. Hieron. quum legitur bodie apud* LXX. *nihil præterquàm oculi noſtri in manna.*

Cap. VI.

34. Nunc ſi temerè, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: Naturam & Scripturam enuntiare, ante pabulum & potum nos eſſe diuinis tractandis aptiores. *Vbi elegantèr*: virginem ſaliuam, *dixit id eſt, nullo cibo corruptam ac ieiunam. Sine verò legas*: exæſtuans *cum Angl. MS. cod. ſine* æſtuans *cum exc. perinde eſt.*

35. præmeditatiorium, &c.] *Hæc etiam imitatus B. Hieron. Quale, inquit, ieiunium eſt, aut qualis refectio poſt ieiunium, prudentis equus diſtendamur, & guttur noſtrum meditatiorium, ſeu potius*: præmeditatotiũ efficitur latrinarũ; *qui etiam adlegat ſcripturas hîc citatas Exod.* 32. *& Deuter.* 32. *& Actẽ Iſai.* 6. *excipeo quòd ibi etiam legi debeat*: Deum, *quòd Græce ſit* θεὸν, *& quòd Auctor ſua vtatur phraſi ſalutificatore, pro*: ſalutari, *ac quòd ille reſtè addat*: & recalcitrauit. *Eſt verò etiam phraſis Tertullianica*: cui ipſæ diuitiæ procurant.

36. Ceterùm cui cor erectum, &c.] *Sic ex cod. Angl. MS. pro*: erectum, *quod minimè huc loco quadrat, quia oppoſitum*; impinguatum; *vti accipitur*: eructum, *pro medio quadragintæ diorum: confectum*; *omiſſa voce*: qui *ſuperflua, quæ ſenſum obſcurabat: ſignificare autem vult, quòd* Moyſes *ieiunius vidit gloriam Dei, &c. quam ipſum* Moyſen, *id eſt, vti beatus Hier. vultũ eius Dei ſalutatione cornutum*, conſtanter conſemplari non valeret pinguior populus.

37. non non minus & Heliæ, &c.] *Apparationem hanc Moysi & Heliæ, quibus se Dominus ostendit, Matth. 17. quomodo* ieiunium *utrumque* 40. *dierum, etiam B. Hieron. adlegat, & verò B. Irenæus lib. 5. cap. 21. cum similis Christi ieiunio. Est verò & hic vox Tertullianica*: perennate, *vel Latinis adnotante. Certè B. Hieron. etiam illa duo comparat*: Quid hîc Helia? *&*: Adam vbi es?

38. Si enim Deus æternus, non esuriet, vt testatur per Isaiam, &c.] *Quum etiam alicubi suprà ipsum Isaiæ adscribat Auctor, quærat locum Lector diligentior.*

Cap. VII.

39. Processimus itaque iam ad exempla, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De aliis exemplis ieiuniorum in Lege veteri. *Quæ ipsa omnia adfert etiam B. Hieron. vt cum Auctore ostendat tum, quòd* ieiunium itatum Deum reconciliet, 1. *Reg.* 7. 4. *Reg.* 18. *&* 19. *Jon.* 3. 3. *Reg.* 21. *tum quòd* sterilitatem depellat, 1. *Reg.* 1. *denique &* Sacramentorum agnitionem mereatur, *Dan.* 1. 2. 10. *&* à morte præseruet, *Dan.* 14. *Quæ omnia etiam apud alios Patres nominatim BB. Chrysost. Ambros. & Augustinum tam sæpè repetuntur vt pluribus non sit opus.*

40. vt periculum prælij simul fugerit, &c.] *Sic ipsud castigauimus ex coniectura Harrisij*, pro, fuderit. *Eiusdem scripturæ reliqua satis obscura sunt, maximè quum etiam B. Hieron. mentionem nullam faciat* delicti apud Masphа *(sic legimus eum* LXX. *pro eo quod erat*: Masphat) *Primæ enim facie Auctor videtur ad peccatum imputasse effusionem aquæ, quam*: aquationem *vocat, quæ facta est super terram in conspectu Domini, eo quòd sequatur*: *Peccauimus Domino. Verùm id magis videtur pertinere ad delicta præcedentia idololatriæ, vt potè quum populus à Samuële vocatus ante illam congregationem Deos alienos abstulerit. Quare omissa voce*: sed *sic huic locum distinguere maluimus*: Deliquerat Israël, in aquatione apud Masphа congregatus à Samuële, ita statim delictum ieiunio diluit, vt periculum prælij simul fugerit. Quum maximè Samuel offerebat holaucaustum, in nullo magis procurata audimus Dei clementiam, quàm abstinentia populi. Et Allophyli prælio admouebant, ibidem(*sic enim legimus eum MS. Angl. cod. Vatic. & Gagnæo*, pro: Ibi demum) Dominus, intonuit voce magna, *&c. Legentes præterea*: Betchor, *iuxta vestigia lectionis Gagnæi, pro*: Bethor, *eo quòd Græcè sit* Βαιθχὸρ.

41. Proindè, quum Rex Assyriorum, &c.] *Paucissimis verbis & adhuc paucioribus B. Hieron. vniuersam comprehendit historiam 4. Reg.* 18. *&* 19. *sicut etiam conuenientem* Niniue, *addens* Sodomam quoque & Gomorram euasuras fuisse, si ieiunassent; *quod ipsum quoque transscripsit Beatus Hieronym.*

42. Hoc remedium agnouit & Achab, &c.] *In hac scriptura 3. Reg.* 21. *addit*: Qualiter, *quod nullæ habent editiones; duabus verbis exprimens more suo*: hæreditatem possedisti, *quod Græcè est* ἐκληρονόμησας. *Legit etiam ordine inuerso*: destituit semetipsum, *pro eo quod aliy*: *ambulauit demisso capite. Videtur etiam* reuertitus *accipere, pro compunctus, quod propriè vox Græca significat, &* : læsuram *more suo, veluti* κακίαν, *quam aliy, ipse quoque aliquando (teste Latinio)* malitiam. *Quod sequitur, de ſuo addit, ac si dicat*: *vt potè qui non erat ieiunaturus. Atqui sicut omnes aliy iuxta Angl. cod. MS. transposuimus*: in loco, quo.

43. Aspice Danielis exemplum, &c.] *Mirum est hoc quòd quum nullæ editiones Dan.* 2. *neque ipse B. Hier. vllum tempus adscribant, Auctor dicat*: spatium tridui postulat; *quin etiam ex præsupposito addit*: tyranni Sophistis parcitur, *eo quòd pro illis legatur interceſſisse Daniel.*

44. quatenus misericordiæ es, &c.] *Haud aliter B. Hieron. Deinde scriptum est, quòd Daniel tribus hebdomadibus (pro quo Auctor suprà libro de Anima capite* 48. trium hebdomadum ſtatione) *ieiunauerit, panem suauem non commederit, caro & vinum non intrauerit os eius, oleo vnctus non sit, & venerit ad eum Angelus dicens*: *Daniel*, homo miserabilis es. *Verùm est verò ab vtroque*: ὦ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, *quod aliy*: *desiderium vertunt, Daniel* 9. *&* 10. *immò & Auctor ipse suprà Tom.* 1. *lib. aduersus Iudæos capite* 8. *Quid? quòd in Comment. ab eodem B. Hieron. contrario sensu*, vir desiderium, *explicatur, amabilis & Dei amore dignus, quemadmodum Salomon appellatus est* Idida, *siue vir desideriorum, quòd pro desiderio suo Dei secreta audire meruerit. Et tamen germanam hanc esse Auctoris lectionem patet ex eo quod sequitur*: Si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis; *quod ipsum repetit etiam B. Hieron. Fortasis per Metaphoram sic locutus est, eo quòd auxilium alicuius desiderat, sicuti hic implorabat Propheta adimpleri 70. captiuitatis annos*, miserabilis *sit, id est miseratione dignus.*

45. vbi quidem illi sex diebus ieiunanti prandium Angelus procurauit, &c.] *Quod hîc de* sex diebus *dicit, sic expressit B. Hieron.* talem discophorum inedia promeruit hebdomadis; *eo quòd septimo die prandium Danielis ab Abacuc adlatum sit, sicut legitur Dan.* 14. *De cuius capitis auctoritate, vide nostras Adnotationes ad B. Cypran. libro de Orat. Dominic. numero* 59.

Cap. VIII.

46. Reddimus & cetera, &c.] *Inscriptionem capiti huic fecimus*: De nouæ Legis ieiuniorum documentis, vt potè Annæ Prophetidis, Christi, Centurionis Cornelij, & Apostoli Pauli.

47. Præstituit exinde ieiuniis legem sine tristitia transigendis, &c.] *Adludit ad illud Matth.* 6. *Quum autem ieiunatis, nolite fieri tristes.*

48. ieiunia quoque plurima enumerat, &c.] *Non aliter B. Hieron. crebra ieiunia. Valeant itaque Erasmus & Clarius, qui transferre maluerunt* 1. *Cor.* 11. *in ieiuniis sæpè, eo quòd legatur hodie*: πολλάκις, *quum ex illo pateat olim lectum*: πολλῶν. *Videtur autem Auctor versisse* incommoda, *pro eo quod Interpres vulgatus*: *arumnam, Græcè* μέχθος.

Cap. IX.

49. Principalis hæc species in castigatione victus, &c.] *Caput hoc in scripsimus*: De Xerophagiarum & abstinentiæ vini exemplis. *Nempè* Danielis cum fratribus suis, Heliæ, Dauidis, Samuëlis, Aaronis, Apostoli Pauli, & Timothei; *quorum etiam B. Hieron. quædam recenset.*

50. portionale ieiunium, &c.] *Cui opponatur* portionale, *suprà dixit Tom.* 2. *lib. de Virgin. veland. capite* 4. *speciale* generali prius est, & portionale omne subiectum est generali, speciali quoque generale prius est, *&c.* & portionale vniuersali. *Ita verò dicitur* exceptio eduliorum quorundam.

51. Inspiciamus igitur & Xerophagiarum nouitatem, &c.] *Sicuti suprà promisimus num.* 11. *etiam ipsud esse calumniam in Orthodoxos ostendemus, ex eo quòd non solum ex scripturis hic citatis, sed etiam Patribus antiquioribus constet* Xerophagias *visitatas fuisse ab ipsis Apostolorum temporibus. Imprimis autè occurrit primorijs illorum Asceticor Aulexandrinorij, quorij Philo describit abstinentiæ potissimum circa Festis salutaris Domini passionis, qui Euseb. teste hist. Eccles. l.* 2. *c.* 16. *illis diebus* vinum omninò non gustabant, *immò* nec carnibus, nec aliquo genere cibariorij, *quod sit sanguinis particeps, vesecebantur, quibus aqua sola potio erat, quique sale & hyssopo pro obsonio & pane vtebantur. Quibus adde præceptum Apostolicum B. Clem. Rom. l.* 5. *Constit. Apost. cap.* 19. *qui diebus ieiuniorum solo pane, sale, & oleribus vtis concedit, & abstinendum docet à carnibus & vino, idipsum multis scripturis comprobans eius dem lib. cap.* 21. *Et verò eius rei praxin idem in B. Petro recenset Recogn. lib.* 7. *Confirmatur idipsum Can. Apost.* 51. *Vbi abstinentia à vino & carnibus improbatur, nisi continentiæ caussa. In Gallys idipsum visita-*

tum

tum fuisse iam ætate B. Irenæi testantur Martyres Lugdun. apud eundem Euseb. lib. 5. cap. 1. in hac verba: Multum erratu ô viri, putantes humanu visceribus vesci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus vtuntur. Quæ quòd ipse Tertullianus supra Tom. 2. lib. de Cultu fœmin. cap. 9. ante omnem hæresin scripte, agnoscit quorundam consuetudinem: qui abstinentes à vino, & animalibus exsulantes, humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolabant. *Eodem pertinet quod ipse lib. de Pœnit. cap. 9. inter Actus Exomologeseos ponat:* paltum & potum pura nosse, *quod de panis & aquæ vsu intelligi manifestum est. Alys Patrum testimonijs, qui Tertulliano recentiores sunt, prolixitate eustandæ gratia supersedeo, quum solemer diano sit clarius, semper in Quadragesimæ & alijs ieiuniorum ab Ecclesia præscriptorum diebus, abstinentiam fuisse obseruatam à carnibus.*

52. ferculis & cœnophoris Regis, &c.] Oenophoron. *pro vasculo vinario etiam Ciceroni vsitatum lib. 1. de Finibus Leg. mus ex Anglico MS. cod.* ne qui de specie quoq; corpusculi meruat, *pro:* ne quis. *In hoc verbo differt Auctor etiam à LXX. qui hodie exstant, quòd addat:* & in omni sophia.

53. Anno deniq; tertio Cyri Regis Persarum, &c.] *Sicut supra capite 7. sic etiam hic vertit Auctor:* homo es miserabilis; *idque aut pro ille quod verobique aly legunt: vir desideratum, aut iuxta quadam dumtaxat exemplaria, quæ illud interpretantur ibi:* Daniel ne timueris.

54. apud Bersabee Iudææ, &c.] *Sic omninò legimus iuxta editiones omnes 3. Reg. 19. pro:* Bersabe.

55. Nam de Samuele mater: Et vinum, inquit, & ebriamen non bibet, &c.] *Haud multo aliter Beatus Hieronimus Samson, inquit, & Samuel, vinum & siceram non biburu; erant enim illy reprimissionis, & per abstinentiam ieiunitatemque concepti, haudquaquam dubiè de Samuele Auctorem imitatus, nulla consideratione habita an in scripturis ætene legatur. Citat Latinum in eandem sententiam B. Basil. hom. 31. Et verò prima facie exsistimabit legendum hic similiter:* quæ Samsonem & Samuelem Deo vouerat, *atque adeò etiam:* Nam & de Samsone mater, *sed nec de hoc mater, at Deus motri, inquit, Iud. 13. Et nunc cave ne bibas vinum & siceram, &c. quia, &c. partes filium, quem iam Nazarum Deo erit puer ab utero. Ex quo enim Nazarum futurus prædicetur, religiosum sequitur; vt potè quum Numero 6. Lex Nazarei (siue sanctificati, vtimox verte testimonium Amos 2.) abstinentiam vini præscripserat. Fortassis de Samuele id dicit Auctor, non solùm mater, eo quòd 1. Reg. 1. legitur:* vouisse Samuelem Deo, *sed insuper dixisse: & ferrum non ascendet super caput eius; ex quo proinde collegerit Samuelem quoque Nazarum futurum, quis pe de quo idipsum legatur Numero 6. Maximè quum de ipso illa dixerit: Vinum & quod inebriare potest (Græcè μέθυσμα, pro quo vnica voce Auctor:* ebriamen) *non bibi.*

56. tu & filij tui post te, &c.] *Sic necessariò emendauimus, pro:* filius tuus; *nam præterquam quòd plures habuerit filios Aaron, & Beatus Hieronymus hunc locum transscribens:* Aaron, inquit, *& ceteri sacerdotes; & insuper omnes editones illud legunt Exod. 10. Vertit autem Auctor:* post te, *quod est Græcè μετὰ σὲ, pro eo quod Latinum* LXX. *Interpres: tecum; quod interim simbam apud illos legitur, quemad modum & illud:* vel ascendetis ad altare. *Mirum est illud, quòd non habeat Auctor: tabernaculum testimonij, quod legunt omnes editiones.*

57. aut ab homine vouetur, &c.] *De voto, quod & ibi & hic agnoscit Auctor, vide latius infrà cap. 11. num. 70.*

Cap. x.

58. Æquè stationes nostras, &c.] *Titulum huic capiti impossumus:* De stationum (*siue statorum* ieiuniorum) non modò ad nonam, sed ad vesperam vsque, exemplis, *Nempè Exod. 17. Ios. 10. 1. Reg. 14. & Dan. 9. Quæ ipsa etiam B. Hieron. commemorat. Aequi de stationum vocabulo latè tractauimus supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. vlt. num. 58.*

59. & non vltra nonam detinendum, de suo scilicet more, &c.] *Quòd hunc morem Orthodoxi adscribat etiam columnia non caret. Nam veterem Ecclesiæ ritum ad vesperani vsque stationes, id est ieunia tertia ieiunandi, comprobat imprimis illud Euseb. loco supra tradito de Asterio illo Alexandrino ex Philone: Cibum ante pomeridiem ante solu occasum nemo illorum capit; & Clem. Rom. Constit. Apostol. lib. 5. cap. 20. Deinde ipse Auctor ante omnem hæresin, eam consuetudinem agnoscit supra Tom. 1. Apolog. cap. 39. dum cœnam, quam Agapen vocabant, sub noctem celebratam indicat, & partim Tom. 2. libro de Orat. capite vlt. dum tradit:* accepto corpore Domini non solùi stationem; *satis per hos indicans, non solùm fuisse olim nonam sed vesperi primum. Eodem pertinet illud B. Hieron. Epist. ad Eustoch. de Virgin. seruanda: Pentecosten cœnæ mutantur in prandia. Si quo recentiora Auctoris testimonia desideret, legat B. Ambros. serm. 33. B. Augustin. serm. 56. de tempore, B. Basil. hom. 1. de Laudibus ieunij, B. Chrysost. hom. 10. in Genesin. At verò ieunij inhoram nonam dumtaxat, meminerunt B. Basil. ad Amphil. cap. 73. Epiphan. in Epitome fidei, & Leo Papa 1. Epist. 65. & 31. siue, Auctore multò posteriores. Quidquod paulopost Auctor fateatur, quarta & sexta sabbatis vsque ad horam nonam ieunari dumtaxat.*

60. Si, quia Petrus, &c.] *Eleganter Auctor horas* Nonam, Sextam, & Tertiam, *quarum sit mentio Act. 3 10. ac. 12. nihil facere contra ieunia in vesperum, sed dumtaxat significari, istas tres horas follemniores fuisse in Orationibus diuinis, vel argumento Danielis ter in die (Dan. 4.) orantis. Quæ eadem celebrat B. Cyprian. lib. de Orat. Dominic. adlegatis ipsdem scripturis, addens quoque matutinam & vespertinam vbi adnotauimus num. 49. inde ortam horarum Canonicarum institutionem, quæ hodie, & eam inde ab ætate BB. Damasi, Ambrosij, & Hieronymi in Ecclesia obseruantur. Legimus autem in MS. Angl. cod.* quis mihi probabit, *pro:* probat. *Denique:* finiri accipiuntpro: *præscribi & definiri, vti etiam ante me adnotauit Latinius, qua postrema voce hoc ipso capite vtitur, dum dicit:* ieiunationis in serum definitio.

61. in eodem Commentario Lucæ, &c.] *De Auctoritate Libri* Actorum Apostolorum, *& quod* Lucæ sit Commentarius, *vide supra Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 2. num. 21. Cæterùm autem ex Angl. MS. cod.* vtique per aliquarum horarum exceptionem; *pro:* aliarum.

62. quarta sabbati & sexta, &c.] *De* stationibus *siue ieiuniis* quartæ & sextæ Sabbati, *vide infrà c. 11. 14.*

63. eorum quæ extraditione obseruantur, &c.] *De* Traditionum *quæ sint Scriptura, auctoritate, vide supra Tom. 2. lib. de corona mil. it. 3. num. 27.*

64. Et si qua, inquit, ignoratis, &c.] *Paraphrastica hæc est Auctoris translatio, pro ex quod aly Philipp. 3. legunt: siquid aliter sapuit. Eodem verò modo interpretatur etiam B. Hilarius lib. 11. de Trinit. legens tam Auctore:* reuelabit, *sicut etiam Græcè est,* ἀποκαλύψει. *Aequi more* suo exitum Domini, *pro morte Christi accipit.*

65. Nam & milites nunquam immemores sacramenti, magis stationibus parent, &c.] *De* Sacramento militari *vide supra Tom. 3. lib. de Præscriptione adu. hæreticos. cap. 20. nu. 126. & c. 40. nu. 239. Stationum verò nomen sumptum a* stationibus militum, *etiam supra scripsit Auctor Tom. secundo libro de Orat. capite vlt.* Si statio, *inquit, de* militari exemplo nomen accipit (nam & milites Deiumus) vtique nulla lætitia sue tristitia obueniès castris, stationes militum tescindet. *Legimus autem iuxta Gagnæum & Latinium:* Sed hoc ex argumentationum, *& c. pro:* vt hæc, *quæ loco iuxta sunt voces Tertullianeæ:* refrigerare, *&* : committere.

66. qua ipsis elementis stationem impetauit, &c.] *Sic ex MS. Angl. cod. pro:* impetrauit, *maximè quòd consentiat Beatus Hieronymus & quod sequentes id legatur: Et stetit ipse:* Sol contra Gabaon stet, & Luna contra valles Ealon (*pro quo Auctor:* Aialon.) Et stetit Sol & Luna in statione, donec vltus est populus inimicos eorum (*pro quo Auctor:* de inimicis suis) & stetit sol medio cœlo,

Proinde etiam cõformiter Græco textui, castigatiores & Latinos admonuit : & non accedebat in occasum, & in finem dici vnius. Non fuit dies talis retrò & in nouissimo, *pro eo quod erat contrario sensu* : Vt autem accedebat. *Græce enim est* : ὑ παρεπορεύετο. *Est verò rursus phrasis Tertullianica* : patent soli; *sed videtur ad quod sequitur, mendo non carere* : instantem tamdiu in officio, stationem etiam sera longiorem; *quod sic expressit B. Hieron.* & insedisam plus quàm vnius diei victoriæ exercitum protelauit.

67. & rota terra non pandebat, &c.] *Addimus & hic negandi particulam* : non, & *eandem adijcendam censemus apud B. Hieron. eo quòd sensus longè diuersa legatur* 1. *Reg.* 14. & *tota terra venit in saltum, &c. & ex ore eorum stillebat mel*, & *non fuit conuertens manum in os suum.*

68. sed & Daniel, &c.] *Variat hic nonnihil in hac scriptura Dan.* 9. *Auctor, quippe qui quòd suprà Tom.* 1. *libro aduersus Iudæos capite* 8. *vertat* : in visione, *hic* : in somnis; & *quod ibi* : tetigit me, *hic* : adpropinquauit mihi.

Cap. xi.

69. Omnia autem ista, &c.] *Inscriptionem capiti fecimus*: Quòd quũ quędam dictorum officiorũ imperata sint, alia per votum expuncta; noua non sint. *Sunt autem Tertullianica*: paraturam, *&c*: eos retundamus qui hæc velut vacantia infirmant, *ac*: eos reuincamus, *&c*: Sed & illud in medio est, *item*: expunxisse.

70. votum, quum à Deo acceptatum est, legem in posterum facit, &c.] *Egregiæ locus, qua ratione* votum legem faciat; *nempe postquàm iam Deo factum, atque adeo à Deo acceptatum est. Id est enim quod legitur Ecclesiastes* 5. *Multò melius est non vouere, quàm post* votum *promissa non reddere. Et verò etiam Deo grata esse vota sic tradit Auctor* : exinde enim faciendum mandauit, qui factum comprobauit. *Valeant itaque nostra tempestiuæ Votorum magistri. Contra quorquos de Voto continentiæ virorum vide suprà Tom.* 2. *Adnotat. nostras ad l. de Cultu fœmin. capite* 9. *num.* 51. *& de Virginum votis, libro de Velandis virgin. num.* 1. *De vocis* ieiuniorum, *quorum hic meminit, quis dubitet eandem esse rationem?*

71. Itaque & hinc, &c.] *Pertinent quæ sequuntur, ad defensionem hæreseos Montanistarum, sed quæ nihil concludunt. Sunt autem rursus Tertullianica*: altercatio diuersæ partis obducitur; decucurrerunt; retractare *pro tractare*, exertè (*sic enim legimus ex MS. Angl. cod.* pro: exerta) *denique* : gradum figere, *de quo inter Prouerbia in Prolegomenis.*

72. hoc enim vocantur hæretici nomine, &c.] *Sicut hic, sic etiam suprà, Tom.* 3. *lib.* 3. *aduersus Marc. capite* 8. hæreticos Antichristos vocari 1. *Ioan.* 2. *adnotauit Auctor. Nos verò nouam per sedum ibi facimus*: Et quomodo, *&c. vsque* : Quo itaque, *cum interrogationis nota*; *quam etiam in illius periodi fine adiecimus, maioris intellectus gratia*; *quamquam per obscurum adhuc maneat illud*: erga Deum aduersum nostrum, *vbi conijcimus* : aduersum *ex diuersa lectione ad marginem adnotata, pro*: erga, *in textum irrepsisse*; *sed tamen nihil immutare voluimus. Illud autem* : Quo, *&c.* laterũm, *idem significat, ac si dicat* : ex quo latere, *vt sit prouerbialis formula*; *de qua, & altera*: palos terminales figere, *vide nostra Prolegomena. Supplemus autem* : ita & de sollemnibus.

Cap. xii.

73. Iam enim & in ista specie dorali, &c.] *Caput hoc inscriptionem* : Quòd multum fructus dicta officia leiuniorum adferant. *Vt pote quibus* elimentur delicta, reuelationum scientia extorqueatur, & bella propria discutiantur. *Quæ omnia etiam* leiunijs *adtribuunt B. Basil. libro de Ieiunio, Ambros. libro de Hel. & Ieiunio, B. Chrysost. variis homilijs de Ieiunio, B. Augustin. libro de Vtilit. Ieiun. B. Hieron. denique frequentissimè.*

74. vtab Ioanne Paracletus obmutuisset; &c.] *Refertur ad illud quod præcessit cap. præcedenti*: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. *Loquitur autem rursus de suo* Paracleto *Montano, sicuti etiam in calce huius capitis.*

75. indicentes omnem πατεινοφρόνιον, &c.] *Similiter cap. proximo* : Itaque si & ex hominis edicto, & in vnum omnes πατεινοφρονιον *agitate, & cap.* 17. sed & omnem πατεινόφρόνιαν, ethnici agnoscunt. *Accepi autem videtur ab Auctore, pro humiliatione per ieiunium*; *à qua non abhorret ex propria eius vocis translatione animi demissio. Eleganter verò dixit* : arida cute loricatus, & contra vngulas corneus.

76. Pristinus vester, &c.] *Loquitur de* Pristino *quodam, qui in martyrijs defecerat*; *quod minus mirandum, quum nuncupet eum* : non Christianum, *id est adhuc* Cathecumenum; *idipsum fatus indicans per id quod subiungit* : aliquandiu farsum (*seu* fartum, *quod reposus cum Latinis*) omnibus balneis quasi baptismate melioribus; *immò etiam* luxuriæ *eum accuset*; *quo sit, vt paulo prius non displiceat lectio Gagnæi*: martyribus incœstis, *quam quam retinuerim* : incertis. *At prorsus castigamus ex eodem Angl. MS. cod.* atque ita de hoc iam extortus, *pro*, exortus. *De* Apicio *vero vide lib. de Pallio capite* 5. *numero* 110.

Cap. xiii.

77. Præscribitis constituta esse solemnia, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus* : Quòd etiam præter Quadragesimam Episcopi ieiunia mandare adiolent, maximè tempore Conciliorum, quæ certis in locis ex vniuersis Ecclesijs aguntur.

78. præter Pascha ieiunantes, &c.] *Adludit ad ieiunia Ecclesiæ* præter (*id est, extra*) Pascha, *seu Quadragesimam*; & *inter cetera ad quatuor tempora, quæ sub Calixto (quemadmodum in vita Auctoris latius) hoc pene tempore, quo liber hic conscriptus, instituta sunt*: Semijeiunia *appellans* quartæ & sextæ Sabbati, *vtpotè in quibus ad horam nonam ieiunia soluuntur. De* panis & aquæ vsu *suprà habes Asceticorum seu monachorum primorum exemplum, numero* 51. *De Prouerbio autem*: Mouistis gradum, *vide nostra Prolegomena.*

79. Bene autem, quòd & Episcopi, &c.] *Illud pertinet ad* Episcoporum in Ecclesia regendi facultatem, *quam vbique vrget Beatus Cyprianus, qui eorum adscrit Ecclesiæ gubernandæ diuinam potestatem. Atque ad calumniam illud pertinet*: non dico de industria ἐπιμυιν conferendarum, *sicut & illud, quod* hominis edictum *appellet. Et rursum de* Paracleto suo Montano *loquitur paulopost.*

80. Aguntur præcepta per Græcias illas, &c.] *Sine legas*: præterea *ex MS. Angl. cod. & Gagnæi, sine sum Gelenio* præcepta; *non refert. Et verò pulcrè Concilia describit sine Generalia, sine Prouincialia, tum per* Græcias, *tum per* diuersas (*vti mox sequitur*) Africæ prouincias; *vt pote quæ tradit agi* certis in locis, ex vniuersis Ecclesijs; per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. *Atque adeò facit locus magnopere pro* Conciliorum *auctoritate. Quam confirmare solemus imprimis scripturis ipsiusmet quibus Ecclesiæ auctoritatem, Matth.* 28. *ac Luc.* 21. *item illa Matth.* 18. *Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Deinde pro eodem facit, quod in Apostolorum Concilio Hierosolymitano Act.* 15. *diserte verbis Iacobus in hac verba refcripserit* : *Visum est Spiritui sancto & nobis. Quod ipsum tanti facit B. Iren. lib.* 3. *cap.* 12. *vt ex illius Synodi verbis vnicum Deum probet aduersus Marcionem. Si quis verò primas post Christum Synodos nosse desideret ad tempora vsque Tertullianimimemet imprimis Apostolorum Hierosolymis celebratas, Act.* 1. *in electione Matthiæ, Act.* 2. *in Pentecoste, Act.* 6. *in electione* 7. *Diaconorum, Act.* 13. *iam citatam, demique & illam de qua Gal.* 2. *quum Petrus in Apostolatum est ordinatus Circumcisionis, Paulus verò inter Gentes. Quibus addè Concilium, in quo Apostolorum Canones & Constitutiones Apostolicæ, postea à B. Cle-*

à D. Clemente Romano retenſitæ, ſunt edita. Ieiunium illud in quo electiones fiunt in Epiſcopum Hieroſolymorum Iacobus frater Domini, iuxta quod ſcribit Clemens Alexandrinus 6. Hypotypoſeon, citatus ab Euſeb. lib. 2. cap. 1. Deinde habes Act. 13. Antiochenam, qui ſegregatis ſunt à Spiritu S. B. Paulus & Barnabas, ac Epheſinam, ad quam Paulus vocauit omnes Presbyteros & Epiſcopos Epheſiorum de quantumappareat, totius Aſiæ, Act. 20. Videtur huc adſcienda Corinthiaca, in qua (iuxta quod B. Auguſt. aſſerit Epiſt. ad Caſulanum) iuxta promiſſum ſuum, quo dixerat 1. Cor. 11. Cetera quum venero diſponam; deritu Euchariſtiæ multa ſtatuit Paulus. Quum autem Can. 37. Apoſtol. ſtatuatur, Vt de religionis dogmatis & Eccleſiaſticorum controuerſiis ſingulis annis hu conuentus Epiſcoporum habeantur, non dubium quin in ſingulis pronunciis iam inde frequentes Synodi fint celebratæ, quarum ſtatuta Romana, iam olim miſſa per Damaſum Papam ad Aurelium Carthaginienſem Epiſcopum, ex Epiſtola eiuſdem conſtat, quam ſuis Concilirum Canonibus præfixit B. Iſidorus Hiſpalenſis, qua dicit ſe nullum prædeceſſorum ſuorum à B. Petro præterniiſſe, de quorum ſtatutis aliquid non meminit. Ac adludat ad Decretales Epiſtolas Romanorum Pontificum, quæ plerumque in Concilia Romanis ſcriptæ ſunt, eſſi mobis ita videatur, Eccleſi tamen libertum reliquimum iudicium; eundem remittentes ad libros Franciſci Turriani, quos pro earum auctoritate conſcripſit. Præterea tamen à me non poſſunt Concilia Romana ſub Clemente (quod dicit Anaſt. Ep. 1.) Alexandro 1. Sixto 1. & Teleſphoro; quippe qui eorundem ſuis in Decretalibus meminerunt. Certe ſub Victore de Paſchatis die pene infinitas enumerat Euſeb. hiſt. lib. 5. cap. 20. ſeu 22. poſtquæ eum Nicephor. lib. 4. cap. 30. & nominatim Romanum præſide Victore, ac Galliarum ſub B. Irenæo, in Occidente; item Cæſarea Paleſtina, Ponti per Oſroënam, & Corinthium ſue Achaicum; quibus addere licet Alexandrinum, cuius ipſe Victor meminit Decret. 1. & Aſiæ illud in quo Nicephor. lib. 4. cap. vlt ſcribit etiam Aſianos (qui ſuis in Synodu contrariam defiuierant) Victori Papæ reſiſtiſſe, & idem Decretum publicaſſe. Atque hæc mihi videntur Concilia, quæ hic Auctor per Græcias ætas commemorat. Facit præterea Euſebius eiuſdem lib. cap. 23. mentionem, & poſt eum Nicephorus, (ex Apollinario lib. 1. adverſ. Montanum) Aſia plurimorum conuentuum, in quibus Montanus, cum ſuis aſſeclis communione depulſus fuit. Verum de hu, aliiſque quæ ipſius ætate contigerunt, paulo latius in vita Auctoris.

81. Conuentus autem illi ſtationibus priùs & ieiunationibus operati, &c.] Indicat optimam primitiuæ Eccleſiæ in Synodis conſuetudinem, qua ieunia celebrant præmittere; cuius rei exemplum habes imprimis Act. 13. in Concilio Apoſtolorum Antiocheno.

Cap. xiiii.

82. Horum igitur tempora obſeruantes, &c.] Inſcriptionem huic capiti ſeruimus: Apoſtolum ad Galatas obſeruationem temporum & dierum & menſium improbantem, loquidæ Iudaïcis ceremoniis. Quod ipſum latius deduxit Auctor ſupra Tom. 3. lib. 5. aduerſ. Marc. cap. 4. num. 49. & paucis antea lib. 4. c. 3. num 24. quibus locis etiam nos hæc de re aliquid adnotauimus. Non alter ea iamin terpretatur B. Augu. Comment. in Epiſt. ad Galat. quamquam ipſe non tam ad ieiunia quàm dies feſtos Iudæorum referat; neque etiam inuenietur aliquis veterum Catholicorum, qui ad Ieiunia Eccleſiaſtica id detorqueat; quare valeant hereticis hodierni. Atqui eleganter dixit: Galatiſcamut, pro: Galatæ imitamur.

83. Quòd ſi noua condicio in Chriſto, ſepulti, &c.] Adludat ad duas ſcripturas, alteram 2. Cor. 5. Si qua ergo noua conditio (id eſt creatura, more Tertullianico) in Chriſto; alteram qua dicitur: conſepulti ſumus cum Chriſto, Rom. 6. At quòd hinc vult defendere noua ſua Montaniſtarum ieiunia, ſibiipſi contradicit, qui adhuc Orthodoxus nouitatem & doctrinarum & ceremoniarum vbique repudiat, & maximè Tom. 3. lib. de Præſcript. hæret.

84. cur Paſcha celebramus annuo circulo in menſe primo? &c.] De Paſchæ celebratione menſe primo, conſentiunt omnes. Verum quando in ipſas menſis primus, diſſentiit à Iudæis Eccleſia, ſicut & in eo quòd die Dominito celebret; hoc quæcumque die euenerit Luna 14. primi menſis. Hinc imprimis Apoſtolor. Cant. 8. ſtatuitur, ne ante vernum æquinoctium celebretur, ad quod adludere videtur Epiph. hær. 70. Audianorum; qui, mentione facta conſtitutiuni Apoſtolorum, rationem reddit, cur poſt æquinoctium ſeruari debeat, quod aliqui contingere nobis duo eodem anno Paſchata celebrare. Eodem pertinet illud S. Victoris Epiſt. Decret. 1. A quartadecima Luna primi menſis, ſicque ad ſicciſimam primam eiuſdem menſis, Domini Paſcha celebretur. quod ipſum etiam Eleuthero Papæ adſcribit Beda lib. de Temporibus. Clarius adhuc Concilium Nicenum (ſicuti citatur à Theophilo Alexandrino lib. de Paſcha) definit inſtio primi menſis fieri, qualiſcumque luna, ab oſtauo Idus Martij, uſque in diem Nonarum Aprilis, dieram 18. ſpatio, nata fuerit. Cuius conſtitutionis præterea meminerunt Epiſt. Synodalis ad Alexandrum, & Theodor. lib. 1. cap. 9. Ruffin. lib. 1. c. 6. Conſtantini Imperatoris Epiſtola apud Euſeb. lib. 3. cap. 1. Item Concil. Antioch. cap. 1. & B. Ambroſ. Epiſt. 83. Qui inſuper, poſtquam dixit: eundem illum menſem eſſe, quem nouerium Iudæi appellant, & Ægyptii primum, addit: Incipere primum menſem, non ſecundum vulgarem vſum, ſed, ſecundum conſuetudinem perſarum, ab Aquinoctio, qui dies eſt 12. Kal. Aprilis, & finire 11. Kal. Maij; imde intra hoc 31. dies Paſcha celebrari. Atqui omnes ſupraſcripti, & inſuper B. Ignatius Epiſt. ad Magneſ. Pius Papa 1. Epiſt. 1. Decret. citans Hermem in libro Paſtoris, & Concilia ſupraacta num. 80. Theophilus Cæſarea Paleſtina Epiſcopus Epiſtola ſua Synodica, Conſtantinus Imperator Epiſt. ſimula apud Euſebium, B. Auguſt. Epiſt. 119. ad Ianuarium, Beda lib. de Temporibus, & B. Iſidorus lib. 1. de offic. Eccleſ. cap. 31. & lib. 6. Etymol. cap. 17. non alia quam Dominica die poſſe Paſcha Domini celebrari, diuerſis teſtantur verbis. Sicuti etiam, aduerſus Blaſtum & alios Quartadecimanos ſeu Theſſaredecatitas ipſe Auctor, alique de hæreſibus ſcriptores, ſupraciatas à nobis Tom. 3. lib. de Præſcrip. aduerſus hær. cap. 53. here. 22. num. 329. de quibus etiam aliquid tractauimus in Vita Auctoris. Ad quod, Nouna Synodus dicit, inquirendam à 12. Kal. Aprilis vſque ad 18. Kal. Maias Lunam decimam quartam, & celebrandum Paſcha Dominica.

87. cur quinquaginta exinde diebus, &c.] De hoc vide ſupra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 3. num. 38.

86. cur ſtationibus quartam & ſextam Sabbati dicamus, &c.] Stationes (Hrabano teſte, lib. 2. cap. 18. de Inſtit. Cleric.) appellat quartæ & ſextæ feriæ ieiunia, quòd ſtatuta eſſent illis diebus ieiunia, non item die paraſceues, ſicuti num. ſequ. latius, qua erant voluntaria. Atquipræterea, cui dies ieiuniorum meminerunt B. Ignatius Epiſtol. ad Philipp. & Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum, Socrates quoque hiſtor. Eccleſ. lib. 7. cap. 21. de Theodoſio iunore. In quibus tamen ad nonam vſque dumtaxat ieiunatum fuiſſe, Auctor ſupra cap. 10. hu verbis indicat: Quaſi reſpuamus nonam, cui & quarta Sabbati & ſexta plurimùm fungimur. Citat etiam Iuo lib. 2. Decretal. & poſt eum Gratianus ex Apollinario, ſiue Apollonio; cauſſam veriſimilem huius ieiunij, quia quarta ſecria Iudas tradituem Dominii exogitauit, & ſexta feria ſaluator crucifixus eſt. Hinc etiam hodie priſcarum ſuperſtitum poſt veſperas ſolnatur ieiunium in Quadrageſima, & in reliquis ieiunius ad horam nonam; Eandem obſeruationem adlegat etiam B. Hieronym. in Epiſt. ad Gal. & B. Auguſt. Epiſt. iam dictaad Caſulanum; obſequeutes Amalarius lib. 4. de Eccleſ. offi. cap. 37. Eodem pertinet quod B. Ambroſ. in Epiſt. ad Rom. dicit: Sunt quidam, qui feria quarta carnem non edendam ſtatuerunt, ſunt qui Sabbatis; vbi etiam ſextæ feriæ meminit; item quod citatur de Conſecr. diſt. 3. cap. De oſo, ex Leone 4. vbi dicitur? Petuiſtiſſimam eſſe traditionem, vt quarta & ſexta feria ab eſu carnium ſint ieiunatio. Videtur autem exoleuiſſe ea conſuetudo ieiunandi feria quarta, & poſtmodum ſola carnium abſtinentia, ſicuti hodie feria ſexta & Sabbato; quando faſta eſt, de qua mox latius, generali Sabbatis ieiunandi conſtitutio.

87. ieiuniis paraſceuen, &c.] Nouè hic Auctor Sabbatum, paraſceuen nuncupat, utpotè qua ſit præparatio Dominicæ, ſicuti olim feria ſexta apud Iudæos fuit paraſceue ante Sabbatum.

Quam adeò appellationem feria sexta adtribuit Auctor etiam supra, lib. 4. aduers. Marc. cap. 12. & B. Ignatius, Clemens Alexandr. Euseb. Hieron. & Augustin. locis num. præced. citatis. Aquireiteè dicatam dicit ieiuniis (relictis nempè, quæ pro voluntate cuiusque fernuntur) paraſceuen, seu Sabbatum, ſi-cutisubiungit. Quia de Ieiunio Sabbati veriam fuisse obſeruationem, conſtat ex B. Hieron. Epiſt. 28. ad Lucinium, & B. Auguſt. Epiſt. quadam ad B. Hieron. & Epiſt. 118. ad Caſulanum. Ex quibus conſtat Romæ & in multis vtinis ac remotioribus Eccleſiis etiam Sabbato ieiunatum fuisse; in Eccleſiis verò Orientis non item, immo neque Mediolani, neque in Africa, ſaltem ex præcepto Eccleſiæ, niſi ſemel in anno prædie Paſchæ. Id eſt enim quod addit Auctor: quamquam vos etiam Sabbatum, ſi quando continuatis, numquam niſi in Paſcha ieiunandum, &c. Hinc illud B. Ambroſ. apud B. Auguſt. Quando hic ſum, nonieiuno Sabbate; quando Romæ ſum, ieiuno; & non abſimiliter B. Hieron. Vnaquæque prouincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta maiorum leges Apoſtolicas interpretetur. Atqui non multo poſt B. Innocent. Epiſt. ad Decentium cap. 4. præcipit ieiunij Sabbatum, dicens: Si feria ſexta (videtur itaque tunc non amplius obſeruata feria quarta) propter Paſſionem Domini ieiunamus; Sabbatum prætermitti non debere, eo quòd biduo illo Apoſtoli in mœrore fuerint, & occultati propter metum Iudæorum. Quare & Amalarius lib. 4. de Eccleſ. offic. cap. 37. dicit, ex ordine Romano diem Sabbati habere in obſeruatione; vt B. Iſidorus lib. 2. de diuin. offic. cap. 42. ac Hrabanus noſter lib. 2. de Inſtitut. cler. cap. 23. inter legitima ieiunia computant (Innocentium tantùm ea quæ ſunt ferie ſexte & Sabbati. Ex quo tempore in hunc vſque diem, ſaltem occidentalis Eccleſia, earnum abſtinentiam etiam diebus Sabbati obſeruat.

88 nobis certè omnis dies etiam vulgata confectatione celebratur, &c.] *Videtur hic adludere ad eorum conſuetudinem (maximè Græcorum) qui diebus ieiunatorum ſacra, ſaltem manè, non celebrabant; eo quòd dicerent: ſtationem (ſiue ieiunium) ſolui accepto corpore Chriſti; contrà quos agit ſupra Tom. 2. lib. de Orat. cap. vlt. Atque adeò eiuſdem lib. num. 1. citatumnon hunc locum, ad confirmationem* confectationis *ex corpore Domini in Miſſa ſacrificio.*

CAP. XV.

89. Reptobat etiam illos, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De aliis Apoſtoli & Iſaiæ locis, *& imprimis de verbis illius 1. Tim. 4. Quæ ipſis penè Auctoris verbis ſic interpretatur B. Hieron. lib. 2. adu. Iouin.* Reprobat quidem Apoſtolus eos qui iubebant (*ſic etiam hic caſtigamus, pro*: iubeant) cibis abſtinere, &c. ſed Marcionem deſignat & Tatianum & ceteros hæreticos, qui abſtinẽtiam indicunt perpetuam, ad deſtruenda & contemnenda *& abominãda* opera creatoris. *Nos autem & creaturam omnem laudamus Dei, & abſtinentiam luxuriæ*, Ieiunia *præterimus ſaturitati. Nec aliter eum locum interpretantur Patres B. Chryſoſt. aliique Græci, & Ambroſ. in Comm. & B. Auguſtin. lib. 3. aduerſ. Fauſtum, ac Epiphan. hær. 66. nempe de iiſdem Marcionitis, Encratitis, item Manichæis, qui eandem hæreſin profitebantur. Porrò de* Marcionis *dicta hæreſi, alicubi ſuprà tractauimus; de* Tatiano Encratitarum principe, *qui & nuptias & cibos damnauerunt tamquam malà. Vide Irenæum & alios Auctores ſuprà à nobis citatos; ad ſuperdictum, lib. de Præſcrip. aduerſ. hæreticos. cap. 52. hæres. 20. num. 326. Quem autem intelligat:* Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, *conſulat Auctores hiſtoricos diligens Lector Pythagoram certè prohibuiſſe animalium eſum, ſuprà patet lib. de Anima, non vno loco.*

90. duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, &c.] *Quum ad hunc locum haud dubiè adludat B. Hieron. Epiſt. 54. ad Marcell. adu. Montanum, vbi tres Quadrageſimes illi adſcribit; ego malim ſſem legere:* tres, *pro*: duas, *niſi Epiphan.* (*quantum memini*) duatum *dumtaxat* Quadrageſimarum Montani *mentionem facerez; maximè quum B. Hieronymum ſic ſcripſiſſe, reſtetur iam olim B. Amalarius lib. 4. de Eccleſ. offic. cap. 37. Et vero* hebdomadas *videtur accipere, non pro ſeptem diebus, ſed pro ſeptem hebdomadibus; vtpote quum paulo antè B. Teleſphorus Papa ſtatuiſſet, per clericos omnes (erat autem Presbyter Tertullianus) ſeptem hebdomadas plenas ante Paſcha à carne ieiunari. Vbi quum ille ſubiecerit: quia ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorum à laicorum conuerſatione, ita & in ieiunio debet ſeru diſcretio; ſatis indicat, non primùm ſe Quadrageſimæ ieiunium (ſicuti calumniantur quidam) inſtituiſſe. Certè præter Conſtit. Apoſt. Clementis, de illa ſic B. Ignatius Epiſt. ad Philipp.* Quadrageſimam *verò noluite pro nihilo habere; imitationem enim continet Dominicæ conſummationis. Vbi adludit ad 40. dies ieiunij Chriſti Domini; cuius etiam exempla antea in Moyſe & Helia netiora ſunt, quàm vt pluribus ſit opus. Vnde veriſſimè dicto loco B. Hieron. Nos (inquit) Vnam* Quadrageſimam, ſecundum Traditionem Apoſtolorum *toto anno, tempore nobis congruo*, ieiunamus; *illi (Montaniſtæ nempè) tres in anno faciunt Quadrageſimas, quaſi tres paſſiones ſalutiferas. Item B. Epiphan. in Syntomo de fidei Apoſt. veritate, agens de ipſorum inſtitutis: Teſſaradecaſſen etiam (inquit) ante ſeptem hebdomadas (ſic enim haudubiè legendum, pro*: dies) *ſanctæ Paſchæ ſimili modo obſeruare ſolet Eccleſia, in ieiuniis perſeuerans; non omnino autem in Dominicæ, nec in ipſa quidem Teſſaradecaſte. Valeant itaque, qui Quadrageſimale ieiunium nituntur conuellere; quum etiam BB. Ambroſius, Auguſtin. & Chryſoſt. alicubi, non modo ad Apoſtolorum, ſed Chriſti inſtitutionem referant. Atque, quod* hebdomadas Xerophagiarũ, *nũcupet, Auctor, hunc eſt, quòd carnibus (immo et vino olim) abſtinebamus in Quadrageſima.*

91. exceptis ſcilicet Sabbatis & Dominicis, &c.] *Loquitur de conſuetudine adhuc in Africa Viſitata, qua Sabbatis etiam in Quadrageſima non erat indictum ieuſtatium ieiunium, præcipuam Romæ; verum poſtea non modo per Innocentium Papam Epiſt. ſuprà citata num. 87. ſed præceptum eſt ieiunium Sabbati etiam in Concilio Agathenſi cap. 12. ſicuti etiatur cap. Placuit, de Conſecr. diſt. 3.*

92. Atquin ad Romanos ſcribens, &c.] *Hunc Apoſtolicum Rom. 14. iiſdem penè verbis paulo clarius interpretatur B. Hieron. lib. 2. aduerſ. Iouin. Quòd ſi loquitur ad Romanos: Is qui manducat, non manducantem non ſpernat; & qui non manducat, manducantem non iudicet; pro quo Auctor*: ne nullificet (*ſic enim legimus ſtyle Tercullianico, ex Angl. cod. pro*: vilificet) *non inter ieiunia & ſaturitatem aqualia merita diſpenſat; ſed contra eos loquitur, qui in Chriſtum credentes adhuc Iudæi labant, & c. Ex quo etiam confirmatur noſtra lectio ex eodem cod. Mss.* olera veſcitur, pro: olere. *Aliquo prorſus inuerſo ordine, citantur hæc verba Apoſtoli. Caſtigamus verò ex conciliura Dn. Harriſij, & noſtra precedenti*: vetet controuerſiam, *pro*: vitet.

93. Et ſi claues macelli tibi tradidit, &c.] *Etiam iſtud ſic expreſſit B. Hieron. Nec mirum ſi omne quod in macello venditur, Apoſtolus emi iubeat & comedi; quum, idololatriæ adhuc in templis idolorum idololiyza veſcientibus, pro ſumma abſtinentia fuerit, cibis tantùm abſtinere Gentilium. Pulcrè verò etiam reſpondet Auctor ad alias ſcripturas, Rom. 14. & 1. Cor. 18. Atqui ex conciliurariuſſus Harriſij emendandum:* abundabimus, *pro*: abundauimus, *quod ſic Græce ſit & Latinè.*

94. Dominum quoque quàm indignè, &c.] *Haud aliter B. Hieron. Illud autem quod proponere aduerſarius auſus eſt:* Dominum votatorem & potatorem vini *à Phariſæis appellatum*, exiſtimo quod nobiſcum faciat. Ille eſt Dominus, *Verax, & arbitratis, ſeu quadrageſimis diebus Chriſtianorum* ieiunium ſanctificauit; Qui beatos appellat eſurientes & ſitientes; Qui ſe cam habere ſe dicit, non quam diſcipuli ſuſpicabantur, *ſed qua in perpetuum non periret, &c. Caſtigamus autem ex Angl. Mſ. cod.* ieiunarit, *pro*: ieiunauit, *quia ſequitur:* pronuntiarit. *De Attalicis autem diuitijs qua in prouerbium abierunt, vide noſtra Prolegomena.*

95. Sic & Iſaias non negauit, &c.] *Similiter B. Hieron. Porrò ſi* per Iſaiam loquitur Deus, *quòd non* tale ieiunium elegerit, *dicens*: In diebus ieiuniorum veſtrorum inueniuntur voluntates veſtræ (*vnde & hic ſic lego, pro*: voluptates. *Græce* ἡδοναὶ *τα., maximè quum ſic etiam legat B. Cyprian. lib. 3. Teſtim. cap. 1.*) & ſubiectos percutitis (*pro quo hic* ſuccutitis) *&c.* non tale ieiunium elegi, dicit Dominus;

quale elegerit, docet. *Frange eſurienti, &c.* Non igitur ieiunium reprobauit, ſed quale vellet, oſtendit.

CAP. XVI.

96. Nam etſi mauult opera iuſtitiæ, &c.] *Titulum huis capitis dedimus:* Quòd Deo gulæ incontinentia diſpliceat, atque adeò ieiunia placeant. *In quo etiam iiſdem ſcripturis citatis, Auctorem imitatur B. Hieron. præterillas ad quas hic adiudas initio pſal. 50. de* anima conflictata, *& Iſai. 28. vbi increpatur ebrietas, & populus & ſacerdos & Prophetæ; ita illam 1. Reg. 4. de* Heli & filijs; *& exemplum* diuitis ac pauperis, *Luc. 16.*

97. Manent adhuc, &c.] *Quum B. Hieron. iiſdem penè verbis dicat*, apud ſepulcra concupiſcentiæ craſſus populus, ortygometram ſcribitur ad choleram vſque eructaſſe, *videtur multo debere locy apud Auctorem eructando, pro:* etuditando, *ſed noluiquid immutare, quòd adhuc magis diſtaret Ieſu Gagnæi:* conditando.

98. Sed ab alio mox ſene mentito Prophetiam, &c.] *legat B. Hieron. Vbi tamen non additur nomen* hominis Dei; *quod hic peculiariter habet Auctor:* Sameas, *ſicuti neque in Bibliorum editione aliqua. Mallemus autem legere:* poſt altare diffiſſum, *cum Harriſio, quàm:* diffuſum; *ſed nihil mutauimus, eo quòd legatur apud* LXX. *non ſolum ſoſſum altare, ſed etiam effuſa pinguedo de altari.* Satisfactionem verò accipit Auctor *pro munere quod offerebat Rex. Atqui legit quidem MS. cod. Angl.* mentito Prophetam, *ſed maluimus:* Prophetiam. *Erat enim* Prophetes, *ſed* mentitus eſt Prophetiam, *quum dixit Angelum ſibi locutum; proinde etiam retinuimus paulòante:* eius regis, *pro eo quod illi:* eiuſdem.

99. & Epiſcopis etiam ſpiritualibus, &c.] *Videtur eò tunc excreuiſſe hæreſis Montani, vt etiam* Epiſcopi *infecti fuerint; quos adeò* ſpirituales *vocant, oppoſit Pſychicis. ſed de hic in vita Auctoris latius.*

100. Sancite ieiunium, & prædicate curationem, &c.] Sancite, *vocem Tertullianicam eiuſdem ſignificationis legimus ex MS. Angl. cod. pro:* Sanctificate, *maxime quum ſequatur:* ſanctiuros ieiunium. *Item:* & prædicate curationem, *tum quod illud legatur inxta* LXX. *loch. 1. & 2. & apud B. Cyprian. lib. 2. Teſtim. cap. 19. ac B. Hieron. tum quòd hic ſequatur:* & prædicatutros officia curantia Deum. *Quod quidem ſic expreſſit B. Hieron. Vt monſtraretur ſanctificatum ieiunium curatione proſicere peccatorum, nec aliter in comment. tim loci. Verùm aliam fuiſſe Auctoris mentem; nempè vt* curationem *accipias hic, non pro remediatione, ſed pro cultu Dei, atque adeò* curantia Deum, *pro:* colentia; *patet ex eo quod ſequitur:* Vnde & qui in idolis comendis, & in hac re orandis, & ad ſingulas horas ſalutandas adulantur, curationem facere dicuntur. *Non quidem quod curationis vocem Latinis ea ſignificatione vſitatam inuenire licuerit, ſed quòd vox Græca illic à* LXX. *vſurpata:* θεραπεύειν *Platonis in Eutyphrone, pro cultu Dei ſumta ſit, ſicuti ante me admonuit in hunc Prophetæ locum Leo de Caſtro, qui eandem adeò de cultu Dei Chriſtis interpretatur; admonens, pro hac interpretatione etiam facere vocem Hebraam* Haſereth, *quæ tam regnum Dei ſignificat, atque ſolennitatem. Quo ſit, vt retinuerimus hic:* curantia Deum, *quod aliqui abſurdum prima facie videbatur.*

101. quum ſtupet cœlum & aret annus, &c.] *Alicubi ſuprà ſimilem phraſin reperre eſt apud Auctorem, ſicut etiam de* nudipedalibus & purpuris, & faſcibus *aliquid ſuprà admotauimus*; precem verò indigitare *dixit eadem phraſi qua Macrobius, Virgines Veſtales Apollinem* indigitare: *Apollo medice, Apollo paean, ac ſi dicas, digito oſtendere, vel indicitare; vnde & Indigitamenta, libri Pontificales, qui Deorum nomina & feſta continebant. De aliis aliarum coloniarum ceremoniis, videat diligens Lector Auctores qui de Dei gentium ſcripſerunt.*

102. Niniuitiecum credo iuſtitium, &c.] *MS. Anglic. codex:* Niniuitieam iuſtitiam; *ſed illud magis placet, eo quòd comparet* Niniuiticum iuſtitium, *id eſt, ceſſationem ab omni cibi & potus genere, cum ethnicis, qui, vti dixit:* anno ritu ſaccis velantur, & cinere conſpargitantur.

103. Iudaicum certè ieiunium vbique celebratur, &c.] *Hinc confirmatur quod dixit ſuprà Tom. 2. Apolog. cap. 21. de Iudæa:* diſperſi, palabundi, & cœli ac ſoli ſui extorres; vagantur per orbem. *Alludit verò & B. Hieron. ad illud:* Stellæ auctoritatem demorantis ſuſpirant, *quum dixit:* Petrus *Apoſtolus, non exſpectans ſtellam more Iudaico.*

104. Caſto Iſidis & Cybeles eas adæquas, &c.] *Sic refte primus hunc locum reſtituit Gelenius, pro:* Sacco Iſidis, *ſiue:* ſacro, *ſecutus reſtituit in quibuſdam editibus legebatur, maximè quum reſpondeat hic Auctor ad illud c. 2. ſuprà:* quales caſtimoniæ Apim, Iſidem, & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant, *vtpotè quum* Cybeli matrem Deûm, *nunc quidem nemo ignoret. Verùm quid* Caſtum *ſignificet, varij varia coniecerunt. Dn. Ludouicus Carre. l. C. ex verbo Feſti de* Caſto Cereris, *hanc leſtionem confirmauit, & poſt eum Iacobus Reynardus Brugenſis* Caſtum *interpretatur pro re caſta, nec aliter Guiliel. Canterus, vtrumque citans Nonar. Lexi. lib. 2. cap. 11. Verùm ipſum vocis ſignificationem videtur nobis propius adigiſſe Ioſephus Scaliger, Coniect. in Varronem de ling. Latina ad pag. 87. vbi probat* Caſtum *Veteres ritum dixiſſe, tum ex Feſti verbo iam citatis, tum ex Nonio, qui Varronis illud adfert Rer. hum. libro 1. Noſtro ritu facium da ciuilius, quàm Grace caſtu; & hiſtorico quodam in Collect. Suidæ, apud quem eſt eodem ſignificatu:* καθαρὸς; *ex Varrone rurſum citani illud: religionem & caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant nos, non aliter atque Græcè ἀγνεία, expiationem vocamus, & ἁγνεύειν, expiare, ſiue purè facere. Quare etiam apud B. Hier. (vel nondum inſis Nouis leſtionibus Canteri) conſtabat ex hoc loco quem imitatur, legi debere; & in obiectione ſequenti: De ciborum pluriumi abſtinentia*, quaſi non & ſuperſtitio gentilium Caſtum matris Deum obſeruet & Iſidis, *& in reſponſione ad illum: Quemodo autem Virginitatis vera, non præiudicat imitatio virginum diabolis; ita nec vera* Ieiuniis, Caſtorum Iſidis & Cybeles, *& quorumdam ciborum in æternum abſtinentia; maximè quum apud illos panis ſagina cœnium compeſcatur. Id quæ prò eò quod legebatur:* Coſſum, & : Coſſorum, *corruptiſſ. ſicuti iam olim adnotauerat Celius Rhodiginus, ſed nec ipſe mentem horum Auctorum ſatis adſecutus. Nos hic aliud non adiicimus, quàm ex verbis illis 1. cap. Auctoris iam citatis, confirmari hanc* caſtorum *ex Grace interpretatu nem, quod caſtimonias vocat, eaſque tales quæ* purificent *(id eſt expient) non quidem aqua, ſed certorum ieiuniorum exceptione. Atqui malumus legere cum Gagnæo:* & ructus prophetia vetus eſt, *quàm cum Gelenio:* & ructus prophetia. Vetus es.

CAP. XVII.

105. Vera ſi velimus dicere, &c.] *Inſcriptionem huic capiti fecimus:* Contra illos qui ieiunia contemnunt. *Retinemus autem:* Vera ſi velimus dicere, *cum Gelenio, antea deerat;* Vera.

106. ſemper agnoſco ſapere Eſaü venatorem, &c.] *Alludit ad id quod ſcribitur Gen. 25.* de primabus venditis Iacob ab Eſaü venatore; *vbi eleganter dixit Auctor*, lenticulam defruto inruffatam, *ac ſi dicat*, pulmentum *illud* defruto, *id eſt vino cotto ad mediocrem, eoque rubro inſatum, id eſt, rufum ſiue rubeum ſactum.* De agape, *quam hic in malam partem accipit, diximus ſuprà Apolog. cap. 35.* Pollucibilior *verò, id eſt*, lautior; *ea ſignificatione qua pollucibilis cerua vocatur à Martiale. Legimus autem mox:* diſciplinas noſtras, *prò:* veſtras, *ex cod. Angl. MS.*

107. Saginentur pugiles, &c.] *De hoc vide adnotat. noſtras in B. Cyp. Epiſt. 2. num. 23. Caſtigamus autem:* Cereti ùm ſaginatior Chriſtianus, *pro:* ſaginator; *ex Angl. MS. cod.*

ARGVMENTVM LIBRI DE PVDICITIA, PER IACOBVM PAMELIVM.

PVDICITIÆ *amore Tertullianus in hæresin lapsus, libro hoc errorem Montani prosecutus de non recipiendis pœnitentibus, saltem mœchis & fornicatoribus; laude Pudicitiæ præmissa, idipsum huius libri argumentum paucis indicat; (fassus, se retrò, nempè quum librum de Pœnitentia scriberet, alterius fuisse sententiæ) maximè quum culmen criminum teneant mœchia & fornicatio.*

Atque imprimis, scripturis scripturas opponens; inde colligere nititur, delicta quædam esse remissibilia, alia irremissibilia.

Non tamen propterea negligendam prorsus delictorum quorumdam pœnitentiam.

Iam verò postquàm docuit, mœchiæ & fornicationis nomine se comprehendere omnia libidinum delicta:

Mœchiam idololatriæ & homicidio comparari, ex scripturis ostendit.

Etsi verò in veteri Testamento exstent exempla veniæ pro mœchis, inueniri etiam iudicij; & aliam esse noui Testamenti rationem.

Deinceps latè disputat de parabola ouis & dragmæ perditæ.

Item de duorum filiorum parabola.

Pœnitentiam enim etiam ethnicis competere.

Exinde & facta Domini peccatoribus edita describit.

Certè ab Apostolis cum idololatria & homicidio fornicationem interdici.

Porrò & veniam fornicatori Corinthio ab Apostolo concessam examinat.

Adferens tam secundæ quàm prioris ad Corinthios Epistolæ locos aduersus fornicatores.

Item & similes aliarum Apostoli Pauli Epistolarum sententias.

Etiam tales, tum illius, tum veteris Testamenti, quæ communionem Ecclesiasticam mœchis adimunt.

Similes quoque locos, ex Ioannis Apostoli & Apocalypsi, & Epistola.

Ex Epistola deinde ad Hebræos olim (sententia ipsius) Barnabæ titulo, & Leuitico, quasdam scripturas adfert; quamquam frustrà pro suo instituto.

Atqui, non negans Apostolis competisse potestatem remittendi peccata, & proinde etiam Ecclesiæ; id suæ Ecclesiæ spirituali frustrà adrogat.

Denique agit contra veniam criminum & pacem, quam Martyres quidam mœchis donabant, negatoribus negabant.

Ceterùm præterquàm quòd Librum hunc etiam contra Ecclesiam scriptum adserunt B. Hieronymus & Nicephorus locis suprà non semel citatis, certè eodem titulo eundem citat ille, & argumentum libri his verbis indicat Epist. 146. ad Damasum de duobus filiis: Vehementer (inquit) admiror TERTVLLIANVM *in eo libro, quem* DE PVDICITIA ADVERSVS POENITENTIAM *scripsit, & sententiam veterem nouâ opinione dissoluit, hoc voluisse sentire, &c. & paulopòst: Ille autem qui iuxta insanas & blasphemas fœminas suas id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipere pœnitentes, frustra argumentatus est. Eodem pertinet quod habet B. Pacianus Barcilonensis Episcopus Tractat. aduers. Nouat. quum dicit:* TERTVLLIANVS *post hæresim vester est; nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua, & ea ipsa quem Catholicus edidit, audies confitentem, posse Ecclesiam peccata dimittere. Atque hoc ipsum est, quod Auctor huius libri capit. primo sub medium dicit:* Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, aduersus meæ quoque sententiæ retro penes illos societatem. *Vbi quum librum suprà editum Tom. 2.* DE POENITENTIA *haud dubiè tres hi respiciant, constat germanum esse vtrumque Tertulliani fœtum; sicuti etiam ex eo quòd vtrumque imitetur B. Cyprianus Epist. 52. ad Anton.*

A *ad Anton. ac l.de Lapſ.De bono Pudicitiæ,& ad Nouatianum.Legerunt eundem iam olim MS. Trithemius & Politianus. Edidit in lucem primus Gagnæus, deinde ex Britannico codice emendauit Gelenius. Nos nunc denique recognitum ad MS. Anglicum Dn. Ioannis Clementis exemplar, & ex coniecturis quibuſdam Dominorum Latinij & Harriſij; nouis Argumento ac Adnotationibus; quibus inter cetera ex B.Paciano multas rationes, quæ contra pœnitentiam adfert, diſſoluimus; adornauimus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI DE PVDICITIA LIBER.

B PVDICITIA [2] flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, fundamentum ſanctitatis, præiudicium omnis bonæ mentis; quamquam rara, nec facilè perfecta, vixque perpetua; tamen aliquatenus in ſæculo morabitur, ſi natura præſtruxerit, ſi diſciplina perſuaſerit, ſi cenſura compreſſerit. Siquidem omne animi bonum, aut naſcitur, aut eruditur, aut cogitur. Sed vt mala magis vincunt, quod vltimorum temporum ratio eſt; bona iam nec naſci licet, ita corrupta ſunt ſemina; nec erudiri, ita deſerta ſunt ſtudia; nec cogi, ita exarmata ſunt iura. Denique de qua incipimus, eouſque iam exoleuit, vt non eius ratio, ſed moderatio libidinum Pudicitia credatur, iſque ſatis caſtus habeatur, qui non nimis caſtus fuerit. [3] Sed viderit ſæculi pudicitia cum ſæculo ipſo, cum ſuo ingenio ſi naſcebatur, cum ſuo ſtudio ſi erudiebatur, cum ſuo ſeruitio ſi cogebatur; niſi quòd infœlicior etiam ſi ſtetiſſet vt infructuoſa, quæ non apud Deum egiſſet. [4] Malo nullum bonum, quàm vanum. Quid prodeſt eſſe, quod eſſe non prodeſt? noſtrorum bonorum ſtatus iam mergitur, Chriſtianæ pudicitiæ ratio concutitur, quæ omnia de cœlo trahit, & naturam per lauacrum regenerationis, & diſciplinam per inſtrumentum prædicationis, & cenſuram per iudicia ex vtroque Teſtamento, & coacta conſtantiùs ex metu & voto ęterni ignis & regni. Aduerſus hanc nónne diſſimulare potuiſſem? Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium: [5] Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum dicit: [6] Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto. O edictum [7] cui adſcribi non poterit bonum factum. Et vbi proponetur liberalitas iſta? Ibidem opinor in ipſis libidinum ianuis, ſub ipſis libidinum titulis. Illic eiuſmodi pœnitentia promulgãda eſt, vbi delinquentia ipſa verſabitur. Illic legenda eſt venia, quò cum ſpe eius intrabitur. Sed hoc in Eccleſia legitur, & in Eccleſia pronuntiatur, & virgo eſt. Abſit abſit à ſponſa Chriſti tale præconium. Illa quæ vera eſt, quæ pudica, quæ ſancta, carebit etiam aurium macula. Non habet quibus hoc repromittat. Et ſi habuerit, non repromittit: quoniam & terrenum Dei templum citiùs ſpelunca latronum appellari potuit à Domino, quàm mœchorum & fornicatorum. [8] Erit igitur & hic ADVERSVS PSYCHICOS titulus, [9] aduerſus meæ quoque ſententiæ retrò penes illos ſocietatem, quo magis hoc mihi in notam leuitatis obiectent. Nunquam ſocietatis repudium delicti præiudicium eſt, quaſi non facilius ſit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. At enim me non magis decorabit inutilis leuitas, quàm ornarit nocens. Non ſuffundor errore quo carui, quia caruiſſe delector, quia meliorem me & pudiciorem recognoſco. Nemo proficiens erubeſcit. Habet & in Chriſto ſcientia ætates ſuas, per quas deuolutus eſt & Apoſtolus. [10] Quum paruulus, inquit, eſſem, tanquam paruulus loquebar, tamquam paruulus ſapiebam. At vbi vir ſum factus, ea quæ paruuli fuerant euacuaui. Adeò deuertit à ſententiis priſtinis, nec idcircò deliquit, quòd æmulator factus eſt non paternarum traditionum, ſed Chriſtianarum; optans etiam vt præciderentur, qui circumciſionem detinendam ſuadebant. Atque vtinam & iſti, qui meram & veram integritatem carnis obtruncant, amputantes non ſummã ſuperficiem, ſed intimam effigiem pudoris ipſius, quum mœchis & fornicatoribus veniam pollicentur aduerſus principalem Chriſtiani nominis diſciplinam, quam ipſum quoque ſeculum vſque adeò teſtatur, vt ſi quando eam in fœminis noſtris inquinamentis potius carnis quàm tormentis puniri contendat, id volens cripere quod vitæ anteponunt. Sed iam hæc gloria extinguitur, [11] & quidem per eos, quos tanto conſtantiùs oportuerat eiuſmodi maculis nullam ſubſcribere veniam, quando propterea quotiens volunt nubant, ne mœchiæ & fornicationi ſuccidere cogantur: quoniam melius eſt nubere quã vri. Nimirùm propter continentiam incontinentia neceſſaria eſt, incendium ignibus extinguetur. Cur ergo & crimina poſtmodùm indulgent pœnitentiæ nomine, quorũ remedia præſtituunt multinubentiæ iure? Nam & remedia vacabunt cũ crimina indulgentur, & crimina manebunt ſi remedia vacabunt. Itaque vtrobique de ſollicitudine & negligẽtia ludunt, præcauendo vaniſſimè quibus parcũt: & parcẽdo ineptiſſimè quibus præcauent: cùm aut præcauendum non ſit, vbi parcitur: aut parcendum non ſit, vbi

C

CAP. I.

Matth. 24.

1.Cor.13.

Gal. 1.

Gal. 5.

1.Cor.7.

præcauetur. Præcauent enim quasi nolint admitti tale quid; [12] indulgent autem, quasi velint admitti: quando si admitti nolint, non debeant indulgere: si indulgere velint, non debeant præcauere. [13] Nec enim mœchia & fornicatio de modicis & de mediis delictis deputabuntur, vt vtrunque competat, & sollicitudo quæ præcauet, & securitas quæ indulget. Sed cùm ea sint quæ culmen criminum teneant, non capiunt & indulgeri quasi modica, & præcaueri quasi maxima. Nobis autem maxima aut summa sic quoque præcauentur, dum nec secundas quidem post fidem nuptias permittitur nosse, [14] nuptialibus & dotalibus si fortè tabulis à mœchiæ & fornicationis opere diuersas. Sed ideò durissimè nos infamantes Paracletum disciplinæ enormitate digamos foris sistimus, eundem limitem liminis mœchis quoque & fornicatoribus figimus, ieiunas pacis lachrymas profusuris, nec amplius ab Ecclesia quàm publicationem dedecoris relaturis. [15] Ceterùm Deus, inquiunt, [a] bonus & optimus; & [b] misericors & miserator & misericordiæ plurimus; [c] quam omni sacrificio anteponit; [d] non tanti ducens peccatoris mortem, quàm pœnitentiam; [e] salutificator omnium hominum & maximè fidelium. Itaque & filios [f] Dei misericordes & pacificos esse oportebit; [16] donantes [g] inuicem sicut & Christus donauit nobis; non [h] iudicantes; ne iudicemur. Domino [i] enim suo stat quis vel cadit, tu quis es, vt seruum iudices alienum? Dimitte, [k] & dimittetur tibi. Talia & tanta sparsilia eorum, quibus & Deo adulantur & sibi lenocinantur, effœminantia magis quàm vigorantia disciplinam, quantis & nos & contrariis possumus repercutere, quæ & Dei seueritatem intentent, & nostram constantiam prouocent. Quia etsi bonus natura Deus; [l] tamen & iustus. Ex causa enim; sicut [m] sanare nouit, ita & cædere; faciens [n] pacem, sed & condens mala; [o] pœnitentiam malens; [17] sed [p] & Hieremiæ mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur. Quoniam si ieiunauerint, inquit, non exaudiam obsecrationem eorum. Et rursus: Et [q] tu ne adoraueris pro populo, & ne postulaueris pro his in prece & oratione, quoniam non exaudiam in tempore quo inuocauerint me, in tempore adflictionis suę. Et adhuc suprà; idem [r] misericordiæ prælator quàm sacrificij: Et [s] tu ne adoraueris pro populo isto, & ne postulaueris misericordiam consequi eos. Et ne accesseris pro his ad me, quoniam non exaudiam vtique misericordiam postulantes, vtique ex pœnitentia stentes & ieiunantes, & adflictationem suam offerentes Deo. Deus enim zelotes; [18] & qui naso non deridetur, adulantium scilicet bonitati eius. Et qui licet patiens, tamen per Esaiam comminetur patientiæ finem: [19] Tacui, nunquid & semper tacebo & sustinebo? Quieui velut parturiens, exsurgam, & arescere faciam. [20] Ignis enim procedet ante faciem ipsius, & exuret inimicos eius; non solùm corpus, verùm & animas occidens in gehennam. Ceterùm iudicantibus quomodo Dominus commictur, ipse demonstrat. Quo enim iudicio iudicaueritis, [21] iudicabitur de vobis. Ita non prohibuit iudicare, sed docuit. vnde & Apostolus iudicat, & quidem in causa fornicationis, dedendum eiusmodi hominem satanæ in interitum carnis; increpans etiam quòd fratres non apud sanctos iudicarentur. Adiiciens enim inquit: Vt quid mihi eos qui foris sunt iudicare? Dimittis autem vt dimittatur tibi à Deo, [22] delicta mundantur quæ quis in fratrem non Deum admiserit. Debitoribus denique dimissuros nos in oratione profitemur, sed non decet vltrà de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum, alterno ductu in diuersa distendere, vt hæc restringere frenos disciplinæ, illa laxare videatur, quasi incertæ pœnitentiæ subsidium, illa prosternere per lenitatem, hæc negare per austeritatem. Porrò & auctoritas scripturæ in suis terminis stabit sine alterutra oppositione, & pœnitentiæ subsidium suis conditionibus determinatur sine passiua concessione, & ipsæ priùs causæ eius distinguuntur sine confusa propositione. Causas pœnitentiæ delicta condicimus. Hæc diuidimus in duos exitus. Alia erunt remissibilia, alia irremissibilia. Secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia expungit, aut pœna: venia, ex castigatione: pœna, ex damnatione. de ista differentia iam & quasdam præmisimus altercationes scripturarum, hinc retinentium, hinc dimittentium delicta. Sed & Ioannes docebit: [23] Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit & dabitur vita ei: quia non ad mortem delinquit, hoc erit remissibile. Est delictum ad mortem: non pro illo dico vt quis postulet, hoc erit irremissibile. Ita vbi est postulationis, illic etiam remissionis. Vbi nec postulationis, ibi æquè nec remissionis. Secundum hanc differentiam delictorum pœnitentiæ quoque conditio discriminatur. Alia erit, quæ veniam consequi possit, in delicto scilicet remissibili. Alia, quæ consequi nullo modo possit, in delicto scilicet irremissibili. Et supereſt specialiter de mœchiæ & fornicationis statu examinare, in quam delictorum partem debeant redigi. [24] Sed priùs decidam intercedentem ex diuerso responsionem ad eam pœnitentiæ speciem, quam cùm maximè definimus venia carere. Si enim, inquiunt, aliqua pœnitentia caret venia, iam nec in totum agenda tibi est. Nihil enim agendum est frustrà. Porrò frustrà agetur pœnitentia, si caret venia. Omnis autem pœnitentia agenda est: Ergo omnis veniam consequatur, ne frustrà agatur; quia non erit agenda si frustrà agatur. Porrò frustrà agitur, si venia carebit. Meritò ita opponunt, quoniam huius quoque pœnitentiæ fructum, id est veniam, in sua potestate vsurpauerunt. Quantum enim ad illos, à quibus pacem humanam consequitur: quantum autem ad nos [25] qui solùm Dominum meminimus delicta concedere, & vtique mortalia, non frustrà agetur. Ad Dominum enim remissa, & illi exinde prostrata, hoc ipso magis operabitur veniam, [26] quòd eam à solo Deo exorat, quòd delicto suo humanam pacem sufficere non

D

E

F

A non credit,quod Ecclesiæ mauult erubescere quàm communicare. Adsistit enim pro foribus eius, & de notæ suæ exemplo ceteros admonet: & lacrymas fratrum sibi quoque aduocat,& redit plúsque negotiata,compassionem scilicet quàm communicationem. Et si pacem hic non metit, apud Dominum seminat. Nec amittit,sed præparat fructum: Non vacabit ab emolumento,si non vacauerit ab officio. Ita nec pœnitentia huiusmodi vana,nec disciplina eiusmodi dura est. Deum ambæ honorant,illa nihil sibi blandiendo faciliùs impetrabit,ista nihil sibi adsumendo pleniùs adiuuabit. [[27] Possumus igitur demandata pœnitentiæ distinctione ad ipsorum iam delictorum regredi cẽsum,an ea sint quæ veniam ab omnibus consequi possint. In primis quòd mœchiam & fornicationem nominamus,vsus expostulat. Habet & fides quorundam nominum familiaritatem, ita in omni opusculo vsum custodimus. [28] Ceterùm & si adulterium & si stuprum dixero, vnum erit contaminatæ carnis elogium. Nec enim interest nuptam alienam,an viduam quis incurset, dum non suam fœminam. Sicut nec locis refert,in cubiculis,an in turribus pudicitia trucidetur: Omne homicidium extra syluam latrocinium est. Ita & vbicunque,vel in quamcunque semetipsum adulterat & stuprat, qui aliter quàm nuptijs vtitur. [29] Ideò penes nos occultæ quoque coniunctiones, id est non priùs apud Ecclesiam professæ iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Nec inde consertæ obtentu matrimonij crimen eludant. [30] Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in sexus vltra iura naturæ, non modò limine, verùm omni Ecclesiæ tecto submouemus, quia non sunt delicta, sed monstra. [[31] Ergo mœchia, quod etiam fornicationis est res, secundum opus criminis quanti æstimanda sit scleris prima lex Dei, præstò est. Siquidem [32] post interdictam alienorum Deorum superstitionem, ipsorúmque idolorum
B fabricationem: post commendatam sabbati venerationem, post imperatam in parentes secundam à Deo religionem: nullum aliud in talibus titulis firmandis monendísque subtruxit præceptum,quàm, Non mœchaberis. Post spiritalem enim castitatem sanctitatémque, corporalis sequebatur integritas. Et hanc itaque muniuit,hostem statim eius prohibendo mœchiam. Quale delictum iam intellege, cuius cohibitionem post idololatriam ordinauit. Nihil secundum longinquat à primo, Nihil tam proximum primo,quàm secundum. Quod sit ex primo,aliud quodammodò primum est. Itaque mœchia adfinis idololatriæ. [33] Nam & idololatria mœchiæ nomine & fornicationis sæpè populo exprobrata, etiam sorte coniungetur illi,sicut & serie: etiam damnatione cohærebit illi,sicut & dispositione. [34] Eo amplius,præmittens: Non mœchaberis;adiungit: Non occides. Onerauit itaque mœchiam, quam homicidio anteponit. In prima vbique fronte sanctissimæ legis,in primis titulis cœlestis edicti, principalium vtique delictorum proscriptione signatam. De loco modum, de ordine statum, de confinio meritum cuiusque dignoscas. Est & mali dignitas,quod in summo aut in medio pessimorum collocatur. Pompam quandam atque suggestum aspicio mœchiæ, hinc ducatum idololatriæ antecedentis, hinc comitatum homicidij insequentis. Inter duos apices facinorum eminẽtissimos sine dubio digna consedit,& per medium eorum, quasi vacantem locum pari criminis auctoritate compleuit. Quis eam talibus lateribus incluſam, talibus costis circunfultam, à cohærentium corpore diuellet,de vicinorum
C criminum nexu,de propinquorum scelerum complexu, vt solam eam secernat ad pœnitẽtiæ fructum? Nónne hinc idololatria,inde homicidium,detinebunt? & si qua vox fuerit, reclamabunt. Noster hic cuneus est,nostra compago. Ab idololatria metamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti adulamur,concorporauit nos scriptura diuina,litteræ ipsæ glutina nostra sunt,iam nec ipsa sine nobis potest. Ego quidem idololatria sæpissimè mœchiæ occasionem subministro. [35] Sciunt lucimei & mei montes,& viuæ aquę, ipsáque in vrbibus templa, quantum euertendę pudicitię procuremus. Ego quoque homicidium nonnunquam mœchia elaboro. [36] Vt tragœdias omittam, [37] sciunt hodie venenarij, sciunt magi, quòd pellicatus vlciscar,quòd riualitates defendam, quòd custodes, quòd delatores, quod conscios auferam. Sciunt etiam obstetrices, quòd adulteri conceptus trucidentur. Etiam apud Christianos non est mœchia sine nobis: ibidem sunt idololatriæ, vbi immundi spiritus res est. Ibidem est & homicidium, vbi homo quum inquinatur, occiditur. Igitur aut nec illis aut etiam nobis pœnitentiæ subsidia conuenient. Aut detinemus eam,aut sequimur. Hæc ipsi re loquuntur. Si res voce deficiunt,adsistit idololatres,adsistit homicida in medio eorum adsistit & mœchus. Pariter de pœnitentiæ officio sedent in sacco,& cinere inhorrescunt, eodem statu gemiscunt,eisdem precibus ambiunt,eisdem genibus exorant, eandem inuocant matrem. Quid agis mollissima & humanissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis: Beati enim pacifici. Aut si non omnibus, nostra esse. [38] Idololatrem quidem & homicidam semel damnas, mœchum verò de medio excipis? idololatriæ successorem homicidæ antecessorem,vtriusque collegam. Personæ acceptatio est, miserabiliores pœnitentias reliquisti. [[39] Planè si ostendas de quibus patrocinijs exemplorum, præceptorúmque cœlestium,soli mœchiæ,& in ea fornicationi quoque ianuam pœnitentiæ expandas. Ad hanc iam lineam dimicabit nostra congressio. Præscribam tamen tibi formam necesse est, ne ad veteram manum emittas,ne in terga respicias. Vetera enim transierunt secundum Esaiam,& nouata est iam nouatio secundum Hieremiam; & obliti posteriorum in priora portigimur secundum Apostolum; & Lex & Propheta vsque ad Ioannem secundum Dominum. Nam & si cùm maximè à lege cœpimus demonstrando mœchiam, meritò ab eo statu legis, quem Christus non dissoluit, sed impleuit. Onera

enim legis vsque ad Ioannem, non remedia: operum iuga reiecta sunt, non disciplinarum. libertas in Christo non fecit innocentiæ iniuriam. Manet lex tota pietatis, sanctitatis, humanitatis, veritatis, castitatis, iustitiæ, misericordiæ, beneuolentiæ, pudicitiæ. In qua lege, beatus vir qui meditabitur die ac nocte. De qua idem Dauid rursus: [40] Lex Domini inuituperabilis, conuertens animas, iura Domini directa, oblectantia corda, præceptum Domini longè lucens, inluminans oculos. [41] Sic & Apostolus: Itaque lex quidem sancta est, & præceptum sanctum & optimum, vtique: Non mœchaberis. Sed & suprà: Legem ergo euacuamus per fidem? Absit, sed legem sistimus, scilicet in his quæ & nunc nouo Testamento interdicta etiam cumulatiore præcepto prohibentur. Pro, Non mœchaberis, Qui viderit ad concupiscentiam, iam mœchatus est in corde suo: & pro, Non occides, [42] Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit gehennæ. Quære an salua sit lex non mœchandi, cui accessit, nec concupiscendi. Ceterùm si qua vobis exempla in sinum plaudent, non opponentur huic quam defendimus disciplinæ. Fruſtrà enim lex suprà structa est, origines quoque delictorum, id est concupiscentias & voluntates, non minus quàm facta condemnans, si ideò hodie concedetur mœchiæ venia, quia & aliqua concessa est. Cui emolumento hodie pleniore disciplina coërcetur, nisi vt maiore forsitan lenocinio tuo indulgeatur. Dabis ergo & idololatriæ & omni apostatæ veniam, [43] quia & populum ipsum totiens reum istorum, totiens inuenimus retrò restitutum. Communicabis & homicidiæ; quia & Nabothæ sanguinem Achab deprecatione deleuit; & Dauid Vriæ cædem cum causa eius mœchia confessione purgauit. [44] Iam & incesta donabis; propter Loth, & fornicationes cum incesto; propter Iudam, & turpes de prostitutione nuptias; propter Oseæ; & non tantùm frequentatas, verùm & semel plures, propter patres nostros: Vtique enim dignum est perequari nunc quoque gratiam circa omnia retrò indulta, si de pristino aliquo exemplo venia mœchiæ vindicatur. Habemus quidem & nos eiusdem vetustatis [45] exempla pro sententia nostra, non modò non indulti, verumetiam repræsentati iudicij fornicationis. [46] Et vtique sufficit tantum numerum xxiiij. milium populi fornicantis in filias Moab vna plaga ruisse, sed malo in gloriam Christi à Christo deducere disciplinam. [47] Habuerint pristina tempora omnis impudicitiæ, si volunt Psychici etiam potestatem. Luserit ante Christum caro, immò parierit antequàm à Domino suo requisita est: nondum erat digna dono salutis, nondum apta officio sanctitatis. Adhuc in Adam deputabatur cum suo vitio, facilè quod speciosum viderat concupiscens, & ad inferiora respiciens, & de siculneis folijs pruriginem retinens. Inhærebat vsquequaque libidinis virus, & lactę fortes non habentes idoneę, quod nec ipsę adhuc aquę lauerant. [48] At vbi sermo Dei descendit in carnem ne nuptijs quidem resignatam; & sermo caro factus est, ne nuptijs quidem resignanda, quæ ad lignum non incontinentiæ sed tolerantiæ accederet, quæ non dulce aliquid, sed amarum aliquid inde gustaret, quæ non ad inferos, sed ad cœlum pertineret, quæ non lasciuiæ frondibus, sed sanctimoniæ floribus præcingeretur, [49] quæ mundicias suas aquis traderet, exinde caro quæcunque in Christo reliquas sordes pristinas soluit, alia iam res est, noua emergit iam non ex seminis limo, non ex concupiscentiæ fumo, sed ex aqua pura & spiritu mundo. Quid itaque illam de pristino excusas? Non [a] corpus Christi; non [b] membra Christi; non [c] templum Dei vocabatur, cùm veniam mœchiæ consequebatur. Itaque si exinde quo statum vertit, & [d] in Christum tincta induit Christum; & magno [e] redempta est, sanguine scilicet Domini & agni, tenes aliquod exemplum, siue præceptum, siue formam, siue sententiam indultæ siue indulgendæ fornicationis atque mœchiæ: habes etiam temporis à nobis definitionem, ex quo deputetur ætas quæstionis. [50] A parabolis licebit incipias, vbi est ouis perdita à Domino requisita, & humeris eius reuecta. [51] Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrúmne Christiano, an ethnico peccatori de restitutione conliniet. Præscribimus enim ex naturæ disciplina, ex lege auris & linguæ, ex mentis sanitate ea semper responderi, quæ prouocantur, id est ad ea quæ prouocant. Prouocabit, vt opinor; quòd Pharisæi publicanos & peccatores ethnicos admittentem Dominum, & cum illis de victu communicantem indignati murmurabant. Ad hoc Dominus pecudis perditæ restitutionem cui alij configurasse credendum est, quàm ethinico perdito de quo agebatur, non de Christiano, qui adhuc nemo. aut quale est, vt Dominus quasi cauillator responsionis, omissa specie præsenti quam repercutere deberet, de futura laboret? [52] Sed ouis propriè Christianus, & grex Domini Ecclesiæ populus, & pastor bonus Christus, & ideò Christianus in oue intelligendus, qui ab Ecclesiæ grege errauerit. Ergo nihil ad Pharisæorum mussitationem respondisset vis Dominum, sed ad tuam præsumptionem. Et tamen ita eam vindicare debebis, vt neges in ethnicum competere, quæ in Christianum existimas conuenire. Dic mihi, nónne omne hominum genus Dei grex est? Nónne vniuersarum gentium idem Deus & Dominus & pastor est? Quis magis perit à Deo, quàm ethnicus quandiu errat? Quis magis requiritur à Deo quàm ethnicus, quando reuocatur à Christo? Denique antecedit hic ordo in ethnicis. Siquidem non aliter Christiani ex ethnicis fiunt, nisi priùs perditi, & à Deo requisiti, & à Christo reportati. Ita etiam hunc ordinem seruari oportet, vt in eos tale aliquid interpretemur in quibus prius est. At tu opinor hoc velis, vt ouem non de grege perditam faceret, sed de area vel de armario. Sic etsi ethnicorum reliquum numerum istum ait, non ideò Christianos esse ostendit cum Iudæis agens, & illos cùm maximè obtundens, quòd indignarentur spei ethnicorum: Sed vt exprimeret aduersus

A uersus liuorem Phariſæorum ſuam gratiam & beneuolentiam etiam circa vnum ethnicum, præpoſuit vnius peccatoris ſalutem ex pœnitentia, quàm illorum ex iuſtitia. Aut nunquid non iuſti Iudæi, & quibus pœnitentia opus non eſſet, habentes gubernacula diſciplinæ & timoris inſtrumenta Legem & Prophetas? Poſuit igitur illos in parabola, & ſi non quales erant, ſed quales eſſe debuerant, quò magis ſuffunderentur, alijs & non ſibi pœnitentiam audientes neceſſariam. [51] Proinde drachmæ parabo- *Ibidem.*
lam vt ex eadem materia prouocatam, æquè in ethnicum interpretamur, cui in domo amiſſam quaſi in Eccleſia, etſi ad lucernæ lumen repertam quaſi ad Dei verbum. Atquin totus hic mundus vna omnium domus eſt, in quo magis ethnico gratia Dei inlucet qui in tenebris inuenitur, quàm Chriſtiano qui iam in Dei luce eſt. Denique & oui & drachmæ vnus error adſcribitur. Nam ſi iam in Chriſtianum peccatorem defingerentur, poſt fidem perditam & iterata amiſſio eorum & reſtitutio notaretur. Decedam nunc pauliſper de gradu iſto, quò magis eum etiam decedendo commendem, cùm ſic quoque obduxero diuerſæ partis præſumptionem: [54] Condico Chriſtianum iam peccatorem in parabola vtraque portendi, non tamen ideò eum adfirmandum qui de facinore mœchiæ & fornicationis reſtitui per pœnitentiam poſſit. Licet enim periſſe dicatur, & de perditionis genere retractare, quia & ouis non moriendo, ſed errando: & drachma non intereundo, ſed latitando perierunt. Ita licet dici periſſe quod ſaluum eſt. Perit igitur & fidelis elapſus [55] in ſpectaculum quadrigarij furoris, & gladiatorij cruoris, & ſcenicæ fœditatis, xyſticæ vanitatis, in luſus, in conuiuia ſecularis ſolennitatis, in officiū, in miniſterium alienę idololatrię aliquas artes adhibuit curioſitatis, in verbum ancipitis negotiationis impegit, ob tale quid extra gregem datus eſt, [56] vel & ipſe forte ira, tumore, æmulatione, quod de-
B nique ſępè fit de dignatione caſtigationis abrupit, debet requiri atque reuocari. Quod poteſt recuperari, non perit, niſi foris perſeuerauerit. Benè interpretabitur parabolam, viuentem adhuc reuocans peccatorem. Mœchum verò & fornicatorem, quis non mortuum ſtatim admiſſo pronuntiauit? Quo ore mortuum reſtitues in gregem ex parabolę eius auctoritate, quę non mortuum pecus reuocat? Denique ſi meminiſti Prophetarum, cùm paſtores increpantur, puto Ezechielis eſt vox: [57] Paſtores ec- *Ezech. 34.*
ce lac deuoratis, & lanis veſtimini; quod forte eſt, occidiſtis, quod infirmum eſt, non curaſtis, quod comminutum eſt, non ligaſtis, quod expulſum eſt, non conuertiſtis, quod perijt, non requiſiſtis. Nunquid & de mortuo exprobrat, quòd non & illud in gregem reſiecre curauerint? Planè ingerit, quòd perire oues fecerint, & à beſtijs agri comedi. Neque poſſunt nec perire in mortem, nec comediſi relinquantur, non vt perditę in mortem & comeſtę reſumantur. Iuxta drachmę quoque exemplum *Luc. 15.*
etiam intra domum Dei Eccleſiam licet eſſe aliqua delicta pro ipſius drachmę modulo ac pondere mediocria, quę ibidem deliteſcentia, mox ibidem & reperta, ſtatim ibidem cum gaudio emendationis tranſigantur. [58] Mœchię verò & fornicationis non drachma, ſed talentum, quibus exquirendis non lucernę ſpiculo lumine, ſed totius ſolis lanceа opus eſt. Simul apparuit, ſtatim homo de Eccleſia expellitur, nec illic manet, nec gaudium confert repertrici Eccleſię, ſed luctum. Nec congratulationem aduocant vicinarum, ſed contriſtationem proximarum fraternitatum. Commiſſa itaque etiam hac noſtra cum illorum interpretatione, eo magis in ethnicum ſpectabunt & ouis & drachmæ argumenta, quanto nec in eius delicti Chriſtianum competere poſſunt, propter quod in Chriſtianum de diuerſa parte coguntur. [59] Sed enim pleroſque interpretes parabolarum idem exitus decipit, quem C. VIII.
C in veſtibus purpura oculandis ſæpiſſimè euenire eſt, quum putaueris rectè conciliaſſe temperamenta colorum, & crediderīs comparationes eorum inter ſe amaſſe, erudito mox vtroque corpore, & luminibus expreſſis, errorem omnem traducta diuerſitas euomet. Eadem itaque caligine circa filiorum *Luc. 15.*
quoque duorum parabolam quibuſdam ad præſens concolorantibus figuris, à vero lumine exorbitant eius comparationis, quam parabolæ materia prætexit. [60] Duos enim populos in duobus filijs collocant, Iudaicum maiorem, Chriſtianum minorem. Nec enim poſſunt exinde Chriſtianum peccatorem in filio minore diſponere veniam conſecuturum, niſi in maiore Iudaicum expreſſerint. Porrò ſi Iudaicum oſtendero deficere à cōparatione filij maioris, conſequenter vtique nec Chriſtianus admitteturad configurationem filij minoris. [61] Licet enim filius audiat & Iudæus, & maior quia prior *Rom. 9.*
in adoptione, licet & Chriſtiano reconciliationem Dei patris inuideat, quod vel maximè diuerſa pars carpit, [62] ſed non erit Iudæi dictum ad patrem: Ecce quot annis tibi ſeruio, & præceptum tuum *Luc. 15.*
nunquam prætergreſſi. Quando enim non tranſgreſſor legis Iudæus; aure audiens, & non audiens? [63] *Iſai. 6.*
odio habens traducentem in portis, & aſpernamento ſermonem ſanctum? Sic nec patris ad Iudæum *Iſai. 1.*
erit vox; Tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt. Iudæi enim apoſtatæ filij pronuntiantur, ge- *Luc. 15.*
nerati quidem & in altum elati, ſed qui non computauerint Dominum, & qui dereliquerint Domi- *Iſai. 1.*
num, & in iram prouocauerint ſanctum Iſraëlis. Omnia planè Iudæo conceſſa dicemus, cui etiam conditio gratior quæque de gula crepta eſt, nedum ipſa terra paternæ promiſſionis. Atque adeo non *Luc. 15.*
minus hodie Iudæus quàm minor filius prodacta ſubſtantia Dei in aliena regione mendicat, ſeruiens vſque adhuc principibus eius, id eſt ſeculi huius. Quærant igitur alium Chriſtiani ſuum fratrem, Iudæum enim parabola non recipit. [64] Multò aptiùs Chriſtianum maiori & Iudæum minori filio adæ- *Gen. 25.*
quaſſent ſecundum fidei cōparationem, ſi ordo vtriuſque populi ab vtero Rebeccæ deſignatus permitteret demutationem, niſi quòd & clauſula refragaretur. Chriſtianum enim de reſtitutione Iudæi

gaudere & non dolere conueniet : siquidem tota spes nostra cum reliqua Israëlis expectatione con- D
iuncta est. Ita & si quædam faciant, sed alijs contrà sapientibus interimitur exemplorum peræquatio.
Quanquam etsi omnia ad speculum respondere possint, vnum sit præcipuum periculum interpretationum, ne aliorsum temperetur fœlicitas comparationum, quàm quo parabolæ cuiusque materia mandauit. Meminimus enim & histriones cùm allegoricos gestus adcommodant canticis alia longè à præsenti [65] & fabula & scena & persona, & tamen congruentissimè exprimentes. Sed viderit ingenium extraordinarium. Nihil enim ad Andromacham. [66] Sic & hæretici easdem parabolas quò volunt tribuunt, non quò debent aptissimè excludunt. Quare aptissimè? quoniam à primordio secundum occasiones parabolarum, ipsas materias confinxerunt doctrinarum. Vacuit scilicet illis solutis à
IX. regula veritatis ea conquirere atque componere, quorum parabolæ videntur. [67] Nos autem quia non ex parabolis materias commentamur, sed ex materijs parabolas interpretamur, nec valde laboramus omnia in expositione torquere, dum contraria quæque caueamus iquare centum oues, & quid vtique decem drachmæ, [68] & quæ illæ scopæ. necesse erat, qui vnius peccatoris salutem gratissimam Deo volebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret, de quo vnum quidem perisse describeret; necesse erat vt habitus requirentis drachmam in domo, tam scoparum quàm lucernæ adminiculo adcommodaretur. Huiusmodi enim curiositates & suspecta faciunt quædam, & coactarum expositionum subtilitate plerunque deducunt à veritate. Sunt autem quæ & simpliciter posita sunt ad struendam & disponendam & texendam parabolam, vt illuc perducantur, cui exemplum procuratur.
Et duo vtique filij illuc spectabunt, quò & drachma & ouis. [69] Quibus enim cohærent, eandem habent causam, eandem vtique mussitationem Pharisæorum erga commercium Domini ethnicorum. aut si quis dubitat ethnicos fuisse publicanos [70] apud Iudæam vsurpatam iam pridem Pompeij manu
23. [71] atque Luculli, [72] legat Deuteronomium: Non erit vectigal pendens ex filijs Israël. Nec tam execrabile esset nomen publicanorum apud Dominum, nisi extraneum vendentium ipsius cœli & terræ & maris transitus. Peccatores autem cùm adiungit publicanis, non statim Iudæos ostendit, etsi aliqui fuisse potuerunt. Sed vnum genus ethnicorum alios ex officio peccatores, id est publicanos, alios ex natura, id est non publicanos pariter ponendo distinxit. [73] Ceterùm nec denotaretur eum Iudæis communicans victum, sed cum ethnicis, quorum mensa Iudaica disciplina depellit. Nunc de filio prodigo id priùs considerandum est quod vtilius. Non enim admittetur exemplorum adæquatio, licet in agina congruentissima, si fuerit saluti nocentissima. Totum autem statum salutis in tenore disciplinę constitutum subuerti videmus ea interpretatione, quę ex diuerso affectatur. [74] Nam si Christianus est qui acceptam à Deo patre substantiam (vtique baptismatis, vtique spiritus sancti, & exi de spei æternæ) longè euagatus à patre prodigit ethnicè viuens, si exutus bonis mentis etiam principi seculi, (cui alij quàm diabolo?) seruitium suum tradidit, & ab eo porcis alendis immundis scilicet spiritibus curandis prępositus, resipuit ad patrem reuerti: iam non mœchi & fornicarij, sed idololatrę & blasphemi, & negatores, & omne apostatarum genus hac parabola patri satisfacient, & elisa est veriſſimè hoc magis modo tota substantia sacramenti. Quis enim timebit prodigere, quod habebit postea recuperare? Quis curabit perpetuò conseruare, quod non perpetuò poterit amittere? securitas delicti etiam libido est eius. Recuperabit igitur & apostata vestem priorem, indumentum spiritus sancti, & anulum
22. denuò signaculum lauaeri, & rursus illi mactabitur Christus, & recumbet eo in thoro, [75] de quo indi- F
gnè vestiti à tortoribus solent tolli & abijci in tenebras, nedum spoliati. Plus est igitur, si nec expedit in Christianum conuenire ordinem filij prodigi. Quòd si nec in Iudæum integrè filij imago concurrit,
II. ad propositum Domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat Dominus vtique, vt quod
9. perierat, saluum faceret; medicus languentibus magis quàm sanis necessarius. Hoc & in parabolis figurabat, & in sententijs prædicabat. Quis perit hominum, quis labat de valetudine, nisi qui Deum nescit? Quis saluus ac sanus, nisi qui Deum nouit? Has duas species de genere fraternas hæc quoque signabit parabola. [76] Vide an habeat ethnicus substantiam in Deo patre census & sapientiæ & naturalis agnitionis in Deum, per quam & Apostolus notat in sapientia Dei non cognouisse mundum per sapiẽtiam Deum, quam vtique à Deo acceperat. Hanc itaque prodegit longè à Domino moribus factus
I. inter errores & illecebras & libidines seculi, vbi fame veritatis compulsus tradidit se principi huius æui. Ille eum præfecit porcis (vt familiari id dæmonum pecus pasceret) vbi nec illi compos esset vitalis esca, simúlque alios videret in opere diuino abundantes pane cœlesti. Recordatur patris Dei, satisfacto redit, vestem pristinam recipit, statum scilicet eum quem Adam transgressus amiserat. Anulum quoque accepit tunc primum, [77] quo fidei pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde [78] opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistia scilicet. Hic erit prodigus filius, qui nunquam retrò frugi, qui statim prodigus, quod non statim Christianus. Hunc & Pharisæi de seculo ad patris complexus reuertentem, in publicanis & peccatoribus mœrebant. Et ideò ad hoc solum maioris fratris accommodatus est liuor, non quia innocentes & Deo obsequentes Iudæi, sed quia inuidentes nationibus salutem, planè quos semper apud patrem esse oportuerat. Et vtique Iudæus ad primam statim vocationem Christiani gemit, non ad secundam restitutionem Illa enim etiam ethnicis relucet, hæc verò quæ in Ecclesijs agitur, ne Iudæis quidem nota est. Puto me & materiæ parabolarum, & congruentiæ

rerum,

A rerum,& tutelæ disciplinarum accommodatiores interpretationes reddidisse. 72 Ceterùm si in hoc gestit diuersa pars ouem & drachmam,& filij luxuriam Christiano peccatori configurare,vt mœchiam & fornicationem pœnitentia donent,aut & cetera delicta pariter capitalia concedi oportebit, aut paria quoque eorum mœchiam & fornicationem inconcessibilia seruari. Sed plus est quòd nihil aliud argumentari licet citra id de quo agebatur. Denique si aliorsum parabolas transducere liceret,ad martyrium potius dirigeremus spem illarum, quod solum omni substantia prodacta restituere filium poterit,& drachmam inter omnia licet in stercore repertam cum gaudio prædicabit, & ouem per aspera quæque & abrupta fugitiuam humeris ipsius Domini in gregem referet. Sed malumus in scripturis minus si forte sapere quàm contrà. Proinde sensum Domini custodire debemus atque præceptum. 80 Non est leuior transgressio in interpretatione, quàm conuersatione. [81 Excusso igitur iugo in ethnicum disserendi parabolas istas,& semel dispecta vel recepta necessitate non aliter interpretandi, quàm materia propositi est, contendunt iam nec competere ethnicis pœnitentiæ denunciationem, quorum delicta obnoxia ei non sint, ignorantiæ scilicet imputanda, quam sola natura reum Deo faciat. Porrò nec remedia sapere, quibus periculà ipsa non sapiant: illic autem pœnitentiæ constare rationem, vbi conscientia & voluntate delinquitur, vbi & culpa sapiat & gratia illum lugere, illum volutari qui sciat, & quid amiserit, & quid sit recuperaturus. si pœnitentiam Deo immolarit, vtique eam magis filijs offerenti quàm extraneis. 82 Non ergo & Ionas idcircò ethnicis Niniuitis non putabat pœnitentiam necessariam, cùm cauillaretur in prædicationis officio, an potius misericordiam Dei prouidens eriam in extraneos profusam, quasi destructuram præconium verebatur. Atque adeò propter ciuitatem pro- *Ibidem.* *Cap. x.* *Jona. 3.*

B fanam nondum Dei comporem adhuc ignorãtia delinquentem penè perijt Prophetes; nisi quòd exẽplum passus est dominicæ passionis ethnicos quoque pœnitentes redempturæ. Benè quòd & Ioannes Domini vias sternens, non minus militantibus & publicanis quàm filijs Abraham, pœnitentiæ erat præco. Ipse Dominus Sidonijs & Tyrijs præsumpsit pœnitentiam, si virtutum documenta vidissent. Atquin ego illam naturalibus magis peccatoribus competere contendam, quàm voluntarijs. Magis enim merebitur fructum eius qui nondum eo vsus est, quàm qui iam & abusus est, magisque sapient remedia prima quàm exoleta. Nimirùm Dominus ingratis benignus magis quàm ignaris, & citiùs reprobatis misericors, quàm nondum probatis, vt non magis ita sæcatur contumelijs clementiæ suæ quàm blanditur, & non libentiùs extraneis eam impertiat quàm in filijs perdidit, cùm gentes sic adoptauerit, dum Iudæi de patientia ludunt. 83 Sed hoc volunt Psychici vt Deus iustus iudex 84 eius peccatoris pœnitentiam malit quàm mortem, qui mortem pœnitentia maluit. Quod si ita est, peccando promeremur. Age tu funambule pudicitiæ & castitatis & omnis circa sexum sanctitatis, qui tenuissimum filum disciplina eiusmodi veri auia pendente vestigio ingrederis, carnem spiritu libras, animam fide moderans, oculum metu temperans. Quid itaque in gradu totus es? perge sanè si potueris, si volueris, dum tam securus & quasi in solido es. Nam si qua te carnis vacillatio, animi auocatio, oculi euagario de tenore decusserit, Deus bonus est. Suis non ethnicis sinum subijcit, secunda te pœnitentia excipiet citra iterum de mœcho Christianus. Hæc tu mihi benignissime Dei interpres. Sed cederem tibi, 85 si scriptura pastoris, quæ sola mœchos amat, diuino instrumento meruisset ineidi, si non ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum inter apocrypha & falsa iudicaretur, adultera & ipsa & inde patrona so- *Ion. 3.* *Matth. 12.* *Luc. 3.* *Matth. 21.* *Psal. 7.* *Ezech. 33.*

C ciorum. A qua & aliàs initiaris, cui ille si fortè patrocinabitur pastor quem in calice depingis, 86 (prostitutorem & ipsum) Christiani sacramenti, meritò & ebrietatis idolum & mœchiæ asylum post calicem subsecuturæ, de quo nihil libentiùs bibas, quàm ouem pœnitentiæ secundæ. At ego eius pastoris scripturam haurio qui non potest frangi. Hanc mihi statim Ioannes offert cum pœnitentiæ lauacro & officio dicentem: 86 Facite dignos pœnitentiæ fructus, & ne dixeritis, patrem habemus Abraham, ne scilicet tum sum blandimenta delinquentiæ de patrum resumerent gratia. Potest enim Deus de lapidibus istis filios suscitare Abrahæ. Sic & nos sequitur, vt eos qui hactenus delinquant faciẽtes dignum pœnitentiæ fructum. Quid enim ex pœnitentia maturescit, quàm emendationis effectus? Sed & si venia potius est pœnitentiæ fructus, hanc quoque consistere non licet sine cessatione delicti. Ita cessatio delicti radix est veniæ, vt venia sit pœnitentiæ fructus. [87 Exinde quod ad Euangelium pertinet, parabolarum quidem discussa iam quæstio est. Si verò & factis aliquid tale pro peccatoribus edidit Dominus, vt cùm peccatrici fœminæ etiam corporis sui contactum permittit lauanti lacrymis pedes eius & crinibus detergenti, 88 & vnguento sepulturam ipsius inauguranti, vt cum 89 Samaritanæ sexto iam matrimonio, non mœchæ, sed prostituræ, etiam quod nemini facile, quis esset ostendit, nihil ex hoc aduersarijs confertur, etsi iam Christianis veniam delictorum præstitisset. 90 Nunc enim dicimus, soli Domino hoc licet, hodie potestas indulgentiæ eius operetur. At illa tamen tempora quibus in terris egit, hoc definimus nihil aduersum nos præiudicare, si peccatoribus etiam Iudæis venia conferebatur. 91 Christiana enim disciplina à nouatione Testamenti, & vt præmissimus, à redemptione carnis, id est Domini passione censetur. Nemo perfectus ante repertum ordinem fidei, nemo Christianus ante Christum cœlo resumptum, nemo sanctus ante spiritum sanctum de cœlo repræsentatum ipsius disciplinæ determinatorem. [92 Itaque isti qui alium Paraclerum in Apostolis & per Apostolos receperunt, quem nec in Prophetis proprius agnitum, iam nec in Apostolis possident, age nunc 93 vel *Matth. 3.* *Ca. xi.* *Luc. 7.* *Matth. 26.* *Joan. 4.* *Ca. xii.*

de Apostolico instrumento docent maculas carnis post baptisma respersæ pœnitentia diluí posse. nos D
in Apostolis quoque veteris legis formam salutamus, circa mœchiæ quanta sit demonstrationem, no
forte lenior existimetur in nouitate disciplinarum, quàm in vetustate. Cùm primum intonuit Euange-
lium, & vetera concussit, vt de legis retinendæ nec statu disceptaretur, primam hanc regulam de au-
ctoritate spiritus sancti Apostoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus allegi cœperant. Visum est, in-
quiunt, spiritui sancto & nobis, nullum amplius vobis adijcere pondus, quàm eorum à quibus necesse
est abstineri, [94] à sacrificijs, & à fornicationibus, & sanguine. A quibus obseruando rectè agitis, ve-
ctante vos spiritu sancto. Sufficit & hic seruatum esse mœchiæ & fornicationi locum honoris sui inter
idololatriam & homicidium. Interdictum enim sanguinis multò magis humani intelligemus. Porrò
qualia videri volunt Apostoli crimina, quæ sola in obseruatione de lege pristina excerpunt, quæ sola
necessariò abstinenda præscribunt. Non quòd alia permittant, sed quòd hæc sola præponant vtique
non remissibilia, qui ethnicorum causa cetera legis onera remissibilia fecerunt. [95] Cur ergo ceruicem
nostram à tanto iugo excusant, nisi vt illis compendia ista disciplinæ semper imponant? Cur tot vincu-
la indulgent, nisi vt perpetuò ad necessariora constringant? Soluerunt à pluribus, vt nocentioribus
obseruandis obligaremur. Compensatione res acta est, lucrati sumus multa, vt aliqua præstemus. Com-
pensatio autem reuocabilis non est, ijsdémque reuocabitur, iteratione mœchiæ vtique & sanguinis &
idololatriæ. Tota enim iam lex sumetur, si veniæ conditio soluetur. [96] Sed non leuiter nobis compa-
ctus est spiritus sanctus, etiam vltrò pactus, quo magis honorandus. Sponsionem eius nemo dissoluet,
nisi ingratus. Iam nec recipiet quæ dimisit: nec dimittet quæ retinuit. Nouissimi Testamenti semper E
indemutabilis status est, & vtique recitatio decreti, consiliúmque illud cum seculo desinet. Satis dene-
gauit veniam eorum, quorum custodiam elegit, vindicauit quæ non proinde concessit. [97] Hinc est
quòd neque idololatriæ, neque sanguini pax ab Ecclesijs redditur. De qua finitione sua Apostolos ex-
cidisse, puto, non licet credere: aut si credere quidam possunt, debebunt probare. [98] Nouimus pla-
I. nè & hic suspiciones eorum. Reuera enim suspicantur Apostolum Paulum in secunda ad Corinthios
eidem fornicatori veniam dedisse, quem in prima de endum satanæ in interitum carnis pronuntiarit,
impium patris de matrimonio hæredem; quasi ve ipsum postea stylum verterit scribens: [99] Si quis au-
tem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne vos onerem omnes. Satis est talis increpatio quæ
à multis fit. Vti è contrario magis vos donare & aduocare, ne forte abundantiore tristitia deuoretur
eiusmodi. Propter quod oro vos, constituatis in eum dilectionem. In hoc enim & scripsi, vti cogno-
scam probationem vestram, quòd in omnibus obauditis mihi. Si cui autem donaueritis, & ego. Nam
& ego si quid donaui, donaui in persona Christi, ne fraudemur à satana, quoniam non ignoramus inie-
ctiones eius. Quid hîc de fornicatore, quid de paterni thori contaminatore? Quid de Christiano [100]
ethnicorum impudentiam supergresso intelligitur? Cùm proinde vtique speciali venia absoluisset,
quem speciali ira damnasset. Obscuriùs miseretur, quàm indignatur. Apertior est in austeritate, quàm in
lenitate. Atquin faciliùs ira quàm indulgentia obliqua est. Magis tristiora cunctantur, quàm lætiora.
De modica scilicet indulgentia agebatur, quæ si fortè nunc æstimaretur, quando maxima quęque non
soleant etiam sine prædicatione donari, tanto abest sine significatione. Et tu quidem pœniten-
tiam mœchi ad exorandam fraternitatem in Ecclesiam inducens, conciliciatum & concineratum
cum dedecore & horrore compositum prosternens in medium ante viduas, ante presbyteros, om- F
nium lacrymas suadentem, omnium vestigia lambentem, omnium genua detinentem, inque eum
hominis exitum quantis potes misericordiæ inlecebris, bonus pastor [101] & benedictus Papa concio-
naris, & in parabola ouis capras tuas quæris, tua ouis ne rursus de grege exiliat, quasi non exinde iam
liceat, quod nec semel licuit: ceteras etiam metu comples cùm maximè indulgens: Apostolus verò sce-
leratam libidinem fornicationis incesto onustam tam proiectè ignouisset, vt nec hunc saltem habi-
tum legatum pœnitentiæ, quem ab ipso didicisse deberes, ab eo exegerit, nihil de postero si commi-
natus, nihil de cetero allocutus? Quinimmò & vltrà obsecrat, constituerent in eum dilectionem, qua-
si satisfaciens, non quasi ignoscens. [102] Et tamen dilectionem audio, non communicationem. Quod
& ad Thessalonicenses: [103] Si quis autem non obaudit sermoni nostro per epistolam, hunc notate, ne
commisceamini illi vt reuereatur, non quasi inimicum deputantes, sed quasi fratrem obiurgantes. A-
deò potuisset dicere & fornicatori delectionem solummodò concessam, non & communicatio-
nem. Incesto verò nec dilectionem, [104] quem scilicet auferri iussisset de medio ipsorum, multo
magis vtique de animo. Sed verebatur ne fraudaretur à satana circa eius persona amissionem, quem
satanæ ipse proiecerat: aut ne abundantia mœroris deuoraretur, quę in interitum carnis addixerat. Hic
iam carnis interitum in officium pœnitentiæ interpretantur, quòd videatur iciunijs & sordibus &
incuria omni & dedita opera malæ tractationis carnem exterminando satis Deo facere: vt ex hoc ar-
gumententur fornicatorem, immò incestum illum non in perditionem satanæ ab Apostolo traditum,
ed in emendationem, quasi postea veniam ob interitum, id est conflictationem, carnis, consecutu-
um. igitur & consequutum. Planè idem Apostolus Hymenæum & Alexandrum satanæ tradidit,
[105] vt emendarentur non blasphemare, sicut Timotheo suo scribit: Sed & ipse datum sibi ait sudem,
angelum satanæ à quo colaphizaretur ne se extolleret. Sed & hoc tangunt vt traditos satanæ ab illo

in emen-

A in emendationem, non in perditionem intelligamus, [106] quid simile, blasphemia & inceſtum & anima ab his integra, immò non aliundè quàm ex ſumma ſanctitate, & ex omni innocentia clata, quæ in Apoſtolo colaphis ſi fortè cohibebatur, per dolorem, vt aiunt, auriculæ vel capitis. Inceſtum verò atque blaſphemia totos homines in poſſeſſionem ipſi ſatanæ, non angelo eius tradidiſſe meruerunt. Et de hoc enim intereſt, immò & ad hoc plurimum refert; quòd illos tradidit ab Apoſtolo legimus ſatanæ; Apoſtolo verò angelum datum ſatanæ. Poſtremò cùm deprecatur Dominum Paulus, quid audit? Satis habe gratiam meam, virtus enim in infirmitate perficitur. Hoc qui ſatanæ deduntur, audire non poſſunt. Hymenæi autem & Alexandri crimen ſi & in iſto & in futuro æuo irremiſſibile eſt, blaſphemia ſcilicet, vtique Apoſtolus non aduerſus terminum Domini ſub ſpe veniæ dediſſet ſatanæ, iam à fide in blaſphemiam merſos. Vnde & naufragos eos iuxta fidem pronuntiauit, non habentes iam ſolatium nauis Eccleſiæ. Illis enim venia negatur, qui de fide in blaſphemiam impegerunt. Ceterùm ethnici & hæretici quotidie ex blaſphemia emergunt. Sed & ſi dixit: Tradidi eos ſatanæ vti diſciplinam acciperent non blaſphemandi; de [107] ceteris dixit, qui illis traditis ſatanæ, id eſt extra Eccleſiam proiectis, eruditi haberent blaſphemandum non eſſe. Sic igitur & inceſtum fornicatorem non in emendationem, ſed in perditionem tradidit ſatanæ, ad quem iam ſuper ethnicos delinquendo tranſierat, vt diſceret fornicandum non eſſe. [108] Denique in interitum, inquit, carnis, non in cruciatum, ipſam ſubſtantiam damnans per quam exciderat, quæ exinde iam perierat baptiſmate amiſſo, vt ſpiritus, inquit, ſaluus ſit in die Domini. Et de hoc enim quæratur ſi ſpiritus hominis ipſius ſaluus erit. Ergo ſaluus erit ſpiritus tanto ſcelere polB lutus, propter hoc perdita carne vt ſaluus ſit in pœna. Ergo pœnam ſine carne cenſebit contraria interpretatio, ſi reſurrectionem carnis amittimus. Supereſt igitur vt eum ſpiritum dixerit qui in Eccleſia cenſetur, ſaluum, iam à ſit integrum præſtandum in die Domini ab immunditiarum contagione, eiecto inceſto fornicatore. Siquidem ſubiungit: [109] Non ſcitis quòd modicum fermentum totam deſipiat conſperſionem? Et tamen fornicatio inceſta non erat modicum, ſed grande fermentum. [110] Et his itaque diſcuſſis quæ interceſſerant, regredior ad ſecundam Corinthiorum, vt probem illud quoque Apoſtoli dictum: [111] Sufficiat eiuſmodi homini increpatio iſta quæ à multis, non in fornicatoris perſonam conuenire. Si enim dedendum ſatanæ pronuntiauerat in interitum carnis, vtique damnauerat eum magis, quàm increpauerat. Alius ergo erat cui voluit ſufficere increpationem. Siquidem fornicator non increpationem de ſententia eius retulerat, ſed damnationem. Nam & hoc ipſum diſpiciendum tibi offero, an fuerint in epiſtola prima & alij qui Apoſtolum contriſtauerint inconditè agentes, & contriſtati ſint ab illo increpationem referentes iuxta ſenſum epiſtolæ ſecundæ, ex quibus in ea veniam aliquis poruerit adipiſci. [112] Animaduertamus autem totam epiſtolam primam, vt ita dixerim, non atramento, ſed felle conſcriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, inuidioſam, & per ſingulas cauſas in quoſdam quaſi mancipes earum figuratam. Sic enim exegerant ſchiſmata, & æmulationes, & diſſenſiones, & præſumptiones, & elationes, & contentiones, vt & inuidia onerarentur, & correptione retunderentur, & ſuperbia elimarentur, & auſteritate deterrerentur. Et qualis inuidia humilitatis aculeus? [113] Deo gratias ago, quòd neminem veſtrûm tinxerim, niſi Criſpum & Gaium; ne qui dicat quòd in nomine meo tinxerim. Nec enim iudicaui ſcire aliquid in vobis, quàm Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. [114] Et puto, nos Deus Apoſtolos nouiſC ſimos elegit velut beſtiarios, quoniam ſpectaculum facti ſumus huic mundo, & angelis, & hominibus, & purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema. Et: Non ſum liber, non ſum Apoſtolus, non Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi. De quali contrà ſupercilio pronuntiare compulſus eſt: [115] Mihi autem in modico eſt, vt à vobis interroger, aut ab humano die: neque enim conſcius mihi ſum. Et: Gloriam meam nemo inaniet. Non ſcitis quòd angelos ſumus iudicaturi? Ceterùm libertas quàm apertæ obiurgationis, quàm exerta acies machæræ ſpiritalis? [116] Iam ditati eſtis, iam ſaturati eſtis, iam regnatis. Et: Si quis ſe putat ſcire, nondum ſcit quemadmodum oporteat eum ſcire. Nónne & tunc in faciem alicuius impingens? Quis enim, inquit, te diſcernit? Quid autem habes quod non acceperis? Quid gloriaris, quaſi non acceperis? Nónne & illos in os cædit? Quidam autem in conſcientia vſque nunc quaſi idolothytum edunt. Sic autem delinquentes percutiendo conſcientias fratrum infirmas in Chriſtum delinquent. Iam verò & nominatim: [117] Aut non habemus poteſtatem manducandi & bibendi, & mulieres circunducendi, ſicut & ceteri Apoſtoli, & fratres Domini & Cephas? Et: Si alij de poteſtate veſtra conſequuntur, non magis nos? Æquè & illos ſingulari ſtylo figit: Properera qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. Et: Si quis contentioſus videtur, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Domini. Tali clauſula maledicto detexta: Si quis non amat Dominum Ieſum, ſit anathema Maranatha: aliquem vtique percuſſit. Sed illic magis ſtabo, vbi Apoſtolus magis ſeruet, vbi ipſe fornicator alijs quoque negotium fecit. [118] Quaſi non ſim venturus ad vos, inflati ſunt quidem. Veniam autem citius, ſi permiſerit Dominus, & cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Et quid vultis veniam ad vos, in virga, an in ſpiritu lenitatis? Quid enim ſuberat? Auditur in vobis in totum fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec in gentibus, vt vxorem patris ſui quis habeat.

1. Cor. 5.
2. Cor. 12.
Ibid. m.
1. Cor. 5.
1. Tim. 1.
Ibidem.
Ibidem.
1. Cor. 5.
C. 11111.
2. Cor. 2.
1. Cor. 5.
2. Cor. 2.
1. Cor. 2.
1. Cor. 1.
1. Cor. 2.
1. Cor. 4.
1. Cor. 9.
1. Cor. 4.
2. Cor. 9.
1. Cor. 6.
1. Cor. 4.
1. Cor. 8.
1. Cor. 4.
1. Cor. 8.
1. Cor. 9.
Ibidem.
1. Cor. 10.
1. Cor. 11.
2. Cor. 16.
1. Cor. 4.
1. Cor. 5.

Et vos inflati estis, & non luxistis potius, vt auferatur de medio vestrûm qui tale facinus admisit? Pro quo lugerent? vtique pro mortuo. Ad quem lugerent? vtique ad Dominum. Quomodo auferatur de medio eorum? non vtique vt [119] extra Ecclesiam detur: hoc enim non à Deo postularetur quod erat in præsidentis officio: sed vt per [120] mortem hanc quoque communem & proprìam carnis ipsius quæ iam cadauer, quod captiuum esset immunditia irrecuperabili tabiosum, pleniùs de Ecclesia deberet auferri. Et ideò, quomodo interim potuit auferri, iudicauit dedendum eiusmodi satanæ in interitum carnis. Maledici enim eam sequebatur, quæ diabolo proijciebatur, vt sacramento benedictionis exautotaretur, nunquâ in castra Ecclesiæ reuersura. [121] Videmus itaque hoc in loco diuisam Apostoli seueritatem in quendam inflatum & in quendam incestum: in alterum virga, in alterum sententia armatum. Virga, qua minabatur: sententia, quam exequebatur. Illam adhuc coruscantem, hanc statim fulminantem, quâ increpabat, quáque damnabat. Certúmque est exinde increpitum quidem sub intentatione virgæ tremuisse, damnatum verò sub repræsentatione pœnæ perisse: statim ille timens plagam abijt, ille luens pœnam. Cùm ad Corinthios eiusdem Apostoli litteræ irerant, venia fit planè, sed incertum cui, quia nec persona nec causa proscribitur. Res cum sensibus conferam. Si incestus apponitur; ibidem erit & inflatus. Sanè rei ratio satis habetur, cùm inflatus increpitus est, incestus verò damnatus est. Inflato ignoscitur, sed increpito incesto non videtur ignotum vt damnato. Si ei ignoscebatur cui deuoratio ex mœrore nimio timebatur, deuorari adhuc increpitus periclitabatur, deficiens ob comminationem, & mœrens ob increpationem: damnatus verò & culpa & sententia, iam deuoratus deputabatur, qui non mœrere haberet, sed pati quod ante passionem mœrere potuisset. Si idcircò ignoscebatur ne fraudaremur à satana, in eo vtique detrimentum præcauebatur quod nondum perisset: nihil de transacto præcauetur, sed de adhuc saluo. Damnatus autem & quidem in possessionem satanæ, iam tunc perierat Ecclesiæ, cùm tale facinus admiserat, nedum cùm & ab ipsa cierabatur. Quomodo vereretur fraudem pati eius, quem iam & ereptum amiserat, & damnatum habere non potuerat? Postremò quid iudicem indulgere conueniet, quod pronuntiatione deciderit? an quod interlocutione suspenderit? & vtique eum iudicem, qui non solet ea quæ destruxit, reædificare, ne transgressor habeatur. Age iam si non tot personas prima epistola contristasset, si neminem increpuisset, neminem terruisset, si solum incestum cæcidisset, si nullum in causam eius in pauorem misisset, inflatum consternasset, nónne meliùs suspicareris, & fideliùs argumentareris aliquem potius longè alium apud Corinthios tunc in eadem causa fuisse; vt increpitus & territus & mœrore iam saucius, propterea permittente modulo delicti veniam postea ceperit, quàm vt eam incesto fornicatori interpretareris? Hoc enim legisse debueras, & si non epistola, sed in ipsa Apostoli secta à pudore clariùs quàm stylo eius impressum: ne scilicet [122] Paulum [1] Apostolum Christi, [2] doctorem nationum in fide & veritate, vas [3] electionis, Ecclesiarum conditorem, censorem disciplinarum, tantæ leuitatis inficeres; vt aut damnauerit [4] temerè, quem mox esset absoluturus; aut temerè absoluerit, [5] quem non temerè damnasset, ob solam licet fornicationem simplicis impudicitiæ; nedum ob incestas nuptias, & impiam luxuriam, & libidinem parricidalem, quam nec nationibus comparauerat, nec consuetudini deputaretur, quam absens iudicarat, ne spatium reus lucraretur, quam aduocata etiam Domini virtute damnauerat, ne humana sententia videretur. [123] Lusit igitur & de suo spiritu, & de Ecclesiæ angelo, & de virtute Domini, si quod de consilio eorum pronuntiauerat resedit. [124] Si etiam sequentia illius epistolæ ad intentationem Apostoli extendas, nec ipsa comparabuntur ad oblitterationem incesti, ne & hìc suffundatur Apostolus posteriorum incongruentia sensuum. Quale est enim vt cùm maximè incesto fornicatori postliminium largitus Ecclesiasticæ pacis statim ingesserit de aduersatione immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione sanctimoniarum, quasi nihil contrarium paulò antè decreuerit? Compara denique, an eius sit dicere, [125] Propterea habentes ministrationem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, qui non dedecoris tantùm, sed & sceleris manifestum dedamnauerit. An eiusdem sit excusare aliquam impudicitiam, [126] qui inter titulos laborum suorum, post angustias atque pressuras, post ieiunia & vigilias castimoniam quoque prædicarit? An eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quoque qui scribat: Quæ enim societas iustitiæ & iniquitati? quæ autem communicatio luci & tenebris? quæ consonantia Christo & Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut quis consensus templo Dei & idolis? Nónne constanter audire debebit, & quomodo discernis, quæ supra incesti restitutione iunxisti? Illo enim concorporato rursus Ecclesiæ, & iustitia cum iniquitate sociatur, & tenebræ cum luce communicant, & Belial consonat Christo, & infidelis cum fideli sacramentta participat? Et viderint idola, ipse templi Dei vitiator cum templum Dei conuenit. Nam & hìc: Vos enim, inquit, estis templum Dei viui. dicit enim, quia inhabitabo in vobis, & inambulabo, & erò Deus illorum, & illi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, separamini, & immundum ne attigeritis. Hoc quoque euoluis, ô Apostole, vt cùm maximè ipse tanto immunditiarum gurgiti manum tradis, immò & adhuc super dicis: [127] Habentes igitur promissionem istam dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes castimoniam in Dei timore. Oro te, qui talia infigit mentibus

nostris,

A nostris, reuocauerat aliquem fornicatorem in Ecclesiam? an ideò scribit, ne tibi nunc reuocasse videatur? Hæc sicuti & præteritis præscribere, ita & sequentibus præiudicare debebunt. [114] In finem enim epistolæ dicens: Ne rursus cùm venero, humiliet me Deus, & lugeam multos eorum qui antè deliquerunt, & pœnitentiam non egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione & vilitate: Non vtique recipiendos constituit, si pœnitentiam iniissent, quos in Ecclesia inuenturus erat, sed lugendos, & sine dubio eijciendos, vt pœnitentiam perderent. Et ceterùm non competit eum de communicatione aliquid hic ostendisse; qui eam suprà luci & tenebris, iustitiæ & iniquitati negarat. Sed ignorant Apostolum omnes isti, qui aliquid contra naturam atque propositum hominis ipsius, contra formam & regulam doctrinarum eius intelligunt, vt sanctitatis omnis etiam ex semetipso magistrum, impuritatis omnis execratorem & expiatorem & vbique talem, citiùs incesto, quàm alicui humaniori reo Ecclesiam reddidisse præsumant. [115] Necesse est igitur vsque illis Apostolum ostendi, quem ego & in secunda Corinthiorum talem defendam, qualem in omnibus litteris nouit. [116] Qui & in prima primus omnium templum Dei dedicauit: Non scitis vos templum Dei esse, & in vobis Dominum habitate; qui & templo sanciendo, purificandóque editualem legem scripsit: Si quis templum Dei vitiauerit, vitiabit illum Deus. templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Age iam quis omninò vitiatum Deo redintegrauit, id est traditum satanæ in interitum carnis, cùm idcircò substruxerit: Nemo seducat semetipsum, id est nemo præsumat vitiatum Deo redintegrari denuò posse. Sicut rursus intet cetera, [117] immò & ante cetera: Mœchos & fornicatores & molles & masculorum concubitores negans regnum consecuturos, præmisit: Nec erraueritis, scilicet si putaueritis eos consecuturos.

2.Cor.12.

2.Cor.6.

CA.xvi.

1.Cor.3.

Ibidem.

Ibidem.

1.Cor.6.

B Quibus autem regnum adimitur, vtique nec vita permittitur quæ inest regno. Etiam ingerens: Sed hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri: quanto delicta ista ante lauacrum accepto facit, tanto post lauacrum irremissibilia constituit. [118] Siquidem denuò ablui non licet. Agnosce & in sequentibus Paulum columnam immobilem disciplinarum: [119] Cibi ventri, & venter cibis, Deus & hunc & illos conficit. Corpus autem non fornicationi, sed Deo. Faciamus enim hominem, ait Deus, ad imaginem & similitudinem nostram. & fecit hominem Deus, ad imaginem & similitudinem Dei fecit illum. Dominus corpori; & sermo enim caro factus est. Deus autem & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Propter corporis scilicet nexum cum illo. Et ideò: Non scitis corpora vestra membra Christi? Quia & Christus Dei templum; [120] Euertite templum hoc, & ego illud in triduo resuscitabo. [121] Auferēs membra Christi, faciam membra fornicariæ? Non scitis quòd qui agglutinatur fornicariæ, vnum corpus efficitur; erunt enim duo in vnam carnem. Qui autem agglutinatur Domino, vnus spiritus. Fugite fornicationem. Si reuocabilem venia, quomodo fugiam mœchus denuò futurus? nihil profecero si eam fugero; vnum ero corpus, cui communicando agglutinabor. Omne delictum quod admiserit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Ac ne hoc dictum in licentiam fornicationis inuaderes, vt in rem tuam non Domini delicturus, aufert tibi, & Christo, sicut disposuerat, adijcit: Et non estis vestri. Statim opponens, empti enim estis pretio, sanguine scilicet Domini, glorificate & tollite Dominum in corpore vestro. Hoc qui præcipit, vide an ignouerit ei qui dedecorauerit Dominum, & qui eiecerit eum de corpore suo, & quidem pet incestum. Si vis omnem notitiam Apostoli ebibere, vt intelligas quanta securi censuræ omnem syluam libidinum cædat, & eradicet, & excaudicet, nę

Ibidem.

Ibidem.

1.Cor.5.

Ioan.1.

1.Cor.6.

Ibidem.

Ioan.2.

1.Cor.6.

C quidquam de reciduo fruticare permittat, aspice illum à iusta fruge naturæ, à matrimonij dico pomo animas ieiunare cupientem. [126] De quibus autem scribitis, Bonum est homini mulierem non contingere. Sed propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat, vir vxori, & vxor viro debitum reddat. Huius boni fibulam quis illum nesciat inuitum relaxasse, vt fornicationi obuiam esset: quam si cui indulsit, vel indulget, vtique consilium remedij sui infregit: & tenebitur iam frenandis continentiæ coniugijs, si fornicatio ob quam permittuntur, non timebitur. Non enim timebitur quæ ignoscetur. Et tamen ignouisse se profitetur matrimonij vsum, non imperasse. Vult enim omnes sibi adhærere. Si autem licita ignoscuntur, illicita qui sperant? Innuptis quoque & viduis bonum esse dicit exemplo eius perseuerare. Si verò deficerent nubere, quia præstat nubere quàm vti. quibus oro ignibus deterius est vri, concupiscentiæ, an pœnæ? Atquin si fornicatio habet veniam, non erit concupiscentia eius: Apostoli autem magis est pœnæ ignibus prouidere. Quòd si pœna est quæ vrit, ergo veniam non habet fornicatio, quam manet pœna. Interea & diuortium prohibens, pro eo aut viduitatis perseuerantiam, aut reconciliationem pacis dominico præcepto aduersus mœchiam procurat; quia: Qui dimiserit vxorem præter causam mœchiæ, facit eam mœchari: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Quanta remedia spiritus sanctus instaurat, ne id scilicet denuò admittatur, quod ignosci denuò non vult. Iam si vsquequaque optimum dicit homini sic esse: Iunctus es vxori, ne quæsieris solutionem, vt mœchiæ locum non des. Solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem, vt opportunitatem tibi serues. Quòd & si duxeris vxorem, & si nupserit virgo, non peccat, pressuram tamen carnis habebunt huiusmodi. Et hîc parcendo permittit. Ceterùm tempus in collecto constituit, vt & qui habent vxores, sic sint tanquam non habentes. Præterit enim habitus huius mundi, iam scilicet non desiderātis, Crescite & multiplicamini. Sic vult nos pater præter sollicitudinem dege-

1.Cor.7.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Matth.5.

1.Cor.7.

Gen.1.

re, quia innupti de Domino curent, quomodo placeant Deo: nupti verò de mundo recogitent, quo- D
modo placeant coniugio. Sic melius facere pronuntiat virginis conseruatorem, quàm erogatorem.
Sic & illam beatiorem discernit, quæ amisso viro fidem ingressa amauerit occasionem viduitatis. Si
hæc omnia continentiæ consilia vt diuina commendat, puto, inquit, & ego spiritum Dei habeo, quis
iste est assertor audacissimus omnis impudicitiæ, mœchorum & fornicatorum & incestorum planè
fidelissimus aduocatus, quibus honorandis suscepit hanc causam aduersus spiritum sanctum, vt fal-
sum testimonium recitet de Apostolo eius. Nihil tale Paulus indulsit, qui totam carnis necessitatem
de probis etiam titulis obliterare conatur. Indulget sanè non adulteria, sed nuptias. Parcit sanè ma-
trimonijs, non stupris. Tentat ne naturæ quidem ignoscere, ne culpæ blandiatur: studet compescere
benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. Hoc ei supererat, carnem vel à sordibus pur-
gare, à maculis enim non potest. [17] Sed est hoc solenne peruersis & idiotis & hæreticis, iam & Psy-
chicis vniuersis, alicuius capituli ancipitis occasione aduersus exercitum sententiarum instrumenti
totius armari. [18] Prouoca ad Apostolicam aciem eum, aspice epistolas eius, omnes pro pudi-
citia, pro castitate, pro sanctitate prætendunt, omnes in luxuriæ & lasciuiæ & libidinis negotia ia-
culantur. Quid denique & Thessalonicensibus scribit? [19] Aduocatio enim nostra non ex seduc-
tione, nec ex immunditia. Et: Hæc est voluntas Dei sanctimonia vestra, abstinere vos à fornicatione,
scire vnumquemque vas suum possidere in sanctimonia & honore, non in libidine concupiscentiæ, si-
cut nationes quæ Deum ignorant. Quid Galatæ legunt? Manifesta sunt opera carnis, quænam ista?
[20] Imprimis posuit fornicationem, immunditiam, lasciuiam, quæ prædico vobis sicut prædixi, quod
qui talia agunt, regnum Dei non sunt consecuturi hæreditate. Romani verò quid magis discunt E
quàm non derelinquere Dominum post fidem? [21] Quid ergo dicemus? perseuerabimus in delin-
quentia, vt superet gratia? Absit. Qui mortui sumus delinquentiæ, quomodo viuemus in ea adhuc?
an ignoratis quòd qui tincti sumus in Christo Iesu, in mortem eius sumus tincti? Consepulti ergo illi
sumus per baptismum in mortem, vt sicut Christus resurrexit à mortuis, ita & nos in nouitare vitæ in-
cedamus. Si enim consati sumus simulacro mortis eius, sed & resurrectionis erimus, hoc scientes quòd
vetus homo noster confixus est illi. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quòd & conuiue-
mus cum illo, scientes quòd Christus suscitatus à mortuis, iam non moriatur, mors non iam domine-
tur eius. Quòd enim mortuus est delinquentiæ, mortuus est semel. Quòd autem viuit, Deo viuit. Ita
& reputate vosmetipsos mortuos quidem delinquentiæ, viuentes autem Deo per Christum Iesum.
Igitur semel Christo mortuo, nemo potest post Christum mortuus delinquentiæ, & maximè tantæ
reuiuiscere. Aut si possit fornicatio & mœchia denuò admitti poterit & Christus denuò mori. Instat
autem Apostolus prohibens regnare delinquentiam in corpore nostro mortali, cuius infirmitatem car-
nis nouerat. Sicut enim exhibuistis membra vestra famula immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,
ita & nunc exhibete ea famula iustitiæ in sanctimoniam. [22] Nam, etsi habitare bonum in carne sua
negauit, sed secundum legem litteræ in qua fuit: secundum autem legem spiritus, cui nos annectit,
liberat ab infirmitate carnis. [23] Lex enim, inquit, spiritus vitæ manumisit te à lege delinquentiæ
& mortis. Licet enim ex parte ex Iudaismo disputare videatur, sed in nos dirigit integritatem &
plenitudinem disciplinarum, propter quos laborantes in lege per carnem miserit Deus filium suum
in similitudinem carnis delinquentiæ, & propter delinquentiam damnauerit delinquentiam in car-
ne, vt ius legis, inquit, impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum incedi-
mus. Qui enim secundum carnem incedunt, ea quæ carnis sunt sapiunt: & qui secundum spiri- F
tum, ea quæ sunt spiritus. Sensum autem carnis mortem affirmauit esse. Dehinc & inimicitiam & in
Deum, & eos qui sunt in carne, id est in sensu carnis, Deo placere non posse. Et: Si secundum car-
nem viuitis, inquit, futurum est vt moriamini. Quid autem intelligimus carnis sensum & carnis vi-
tam, nisi quodcunque pudet pronuntiare? Cetera enim carnis & Apostolus nominasset. Proinde & Ep-
hesijs pristina reputans, de futuro monet. [24] In quibus & nos conuersati sumus, facientes concupis-
centias & voluptates carnis. [25] Notans denique illos qui se negassent, scilicet Christianos, eo quòd se
tradidissent in operationem immunditiæ omnis: Vos autem, inquit, non sic didicistis Christum. Et
iterum sic dicit: Qui furabatur, iam non furetur. Sed & qui mœchabatur hactenus, non mœchetur; &
qui fornicabatur hactenus, non fornicetur: adiecisset enim & hæc, si talibus veniam porrigere con-
uenisset, vel porrigi omninò voluisset, qui nec verbo pollui volens: Omnis, inquit, sermo turpis non
procedat ex ore vestro. Item: [26] Fornicatio autem & immunditia omnis ne nominetur quidem
inter vos, sicut decet sanctos (tanto abest vt excusetur) hoc scientes, quòd omnis fornicator aut im-
mundus non habeat Dei regnum. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira Dei
super filios incredulitatis. Quis seducit inanibus verbis, nisi qui concionatur remissibilem esse mœ-
chiam? non intuens etiam fundamenta eius ab Apostolo effossa; cùm ebrietates & comessationes
compescit, sicut & hic: Et nolire inebriari vino, in quo est luxuria. Demonstrat & Colossensibus,
quæ membra mortificent super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam
malam [27] & turpiloquium. Concede iam tot ac talibus sententijs vnum illud quod tenes, pauca
multis, dubia certis, obscura manifestis adumbrantur. Etiam si pro certo Apostolus Corinthio illi for-

nicatio-

A nicationem donasset, esset aliud quod semel contra institutum suum pro ratione temporis fecerat. Circuncidit Timotheum solum; & tamen absfulit circuncisionem. [148] Sed hæc, inquit, ad interdictionem pertinebunt omnis impudicitiæ, & addictionem omnis impudicitiæ, saluo tamen loco veniæ, quæ non statim denegatur, si delicta damnantur, quando veniæ tempus cum damnatione concurrat quam excludit. Sequebatur & hoc Psychicos sapere, & ideò reseruauimus huic loco, quæ aperte ad communicationem Ecclesiasticam causis eiusmodi negandam etiam antiquitùs cauta sunt. [149] Nam & in Prouerbijs Salomon, quæ παροιμίας dicimus, specialiter de mœcho nusquam expiabili Mœchus autem, inquit, per indigentiam sensuum perditionem animæ suæ acquirit, dolores & dehonestationes sustinet. Ignominia autem eius non abolebitur in æuum. Plena enim zeli, indignatio viri non parcet in die iudicij. Hoc si de ethnico putaueris dictum, certè de fidelibus [150] iam audisti peiassum: Excedite de medio eorum & separamini, & immundum ne tetigeritis. Habes statim in Psalmis, Beatum virum qui non abierit in consilio impiorum, nec in via peccatorum steterit, [151] & in cathedra pestilentiæ non sederit. Cuius & postea vox; Non sedi cum consessu vanitatis, & cum iniquè agentibus non introibo (hoc de Ecclesia malè agentium) & cum impijs non sedebo. Et: Lauabo cum innocentibus manus meas, & altare tuum circundabo Domine, vt solus plures, quoniam quidem; Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris. Et alibi: Peccatori autem dicit Dominus: Vt quid tu exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Hinc igitur informatus & Apostolus: Scripsi, inquit, vobis in Epistola,
B non commisceri fornicatoribus, non vtique fornicatoribus huius mundi, & reliqua. ceterùm oportebat vos exire de mundo. nunc autem scribo vobis, si quis frater nominatur in vobis fornicator, aut idololatres, (quid enim tam coniunctum?) aut fraudator, (quid enim tam propinquum?) & cetera, cum talibus ne cibum quidem sumere, [152] nedum Eucharistiam medicam. Scilicet & fermentum modicum totam desipit consperſionem. Item ad Timotheum: [153] Manus nemini citò imponas, neque communices delictis alienis. [154] Item ad Ephes. Nolite ergo participes esse eorum. Fuistis enim aliquando tenebræ. Et adhuc pressiùs: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immò & reuincite ea. Quæ enim in occulto ab eis fiunt, turpe est edicere. Quid turpiùs impudicitijs? [155] Si autem & ab otiosè incedente fratre denuntiat subduci Thessalonicensibus, quanto magis & à fornicatore? Hæc enim consultata sunt Christi Ecclesiam diligentis, qui se pro ea tradidit [156] vti eam sanctificet, emundans lauacro aquæ in verbo, vt sistat sibi Ecclesiam gloriosam non habentem maculam aut rugam vtique post lauacrum, sed sit sancta & sine opprobrio, exinde scilicet sine ruga veritatis vt virgo, sine macula fornicationis & sponsa, sine probro vilitatis vt emundata. Quid si & hîc respondere concipias, adimi quidem peccatoribus, vel maximè carne pollutis communicationem, sed ad præsens, restituendam scilicet ex pœnitentiæ ambitu secundum illam clementiam Dei; quæ mauolt peccatoris pœnitentiam quàm mortem. Hoc enim fundamentum opinionis vestræ vsquequaque pulsandum est. Dicimus itaque, clementiæ diuinæ si ita esse competisset demonstrationem sui etiam post fidem lapsis, ita Apostolus diceret, Nolite communicare operibus tenebrarum, nisi pœnitentiam egerint: &, Cum talibus ne cibum quidem sumere, nisi posteaquàm caligas fratrum volutando deterserint. Et: Qui templum Dei vitiauerit, vitiabit illum Deus, nisi omnium focorum cineres in Ecclesia de capite suo excusserit. Debuerat enim quæ damnauerat proinde determinasse, quonam vsque &
C sub conditione damnasset, si temporali & conditionali, & non perpetua seueritate damnasset. Porrò cùm in omnibus Epistolis & post fidem talem prohibeat admitti, & admissum à communicatione detrudat, sine spe conditionis vllius aut temporis, nostræ magis sententiæ adsistit, [157] eam pœnitentiam ostendens Dominum malle, quæ ante fidem, quæ ante baptisma morte peccatoris potior habeatur, semel diluendi per Christi gratiam, semel pro peccatis nostris morte functi. Nam hoc etiam in sua persona Apostolus statuit. Adfirmans enim Christum ad hoc venisse, vt peccatores saluos faceret, quorum primus ipse fuisset, [158] quid adijcit? Et misericordiam sum consecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate. Ita clementia illa Dei malentis pœnitentiam peccatoris quàm mortem, ad ignorantes adhuc & adhuc incredulos spectat, quorum causa liberandorum venerit Christus, non qui iam Deum norint, & sacramentum didicerint fidei. Quòd si clementia Dei ignorantibus adhuc & infidelibus competit, vtique & pœnitentia ad se clementiam inuitat, saluæ illæ pœnitentiæ specie post fidem, [159] quæ aut leuioribus delictis veniam ab Episcopo consequi poterit, aut maioribus & irremissibilibus à Deo solo. [160] Sed quonam vsque de Paulo, quando etiam Ioannes nescio quid diuersæ parti supplaudere videatur? quasi in Apocalypsi manifestè fornicationi posuerit pœnitentiæ auxilium, [161] vbi ad angelum Thyatirenorum spiritus mandat habere se aduersus eum, quòd teneret mulierem Iezabel quæ se Prophetem dicit & docet, atque seducit seruos meos ad fornicandum & edendum de idolothytis. Et largitus sum illi temporis spatium, vt pœnitentiam iniret, nec vult eam inire nomine fornicationis. Ecce dabo eam in lectum, & mœchos eius cum ipsa in maximam pressuram, nisi pœnitentiam egerint operum eius. Benè autem quòd Apostolis & fidei & disciplinæ regulis conuenit. Siue enim ego, inquit, siue illi, sic prædicamus. Totius itaque sacramenti interest, nihil credere ab

Ioanne concessum, quod à Paulo sit denegatum. Hanc æqualitatem spiritus sancti qui obseruauerit, D
ab ipso deducetur in sensus eius. Hæreticam enim fœminam, quæ quod didicerat à Nicolaitis, docere
susceperat, in Ecclesiam latenter introducebat, & meritò ad pœnitentiam vrgebat. [162] Cui enim du-
bium est hæreticum institutione deceptum, cognito postmodùm casu, & pœnitentia expiato, & ve-
niam consequi, & in Ecclesiam redigi? Vnde & apud nos vt ethnico par, immò & super ethnicum hæ-
reticus etiam per baptisma veritatis vtroque homine purgatus admittitur. [163] Aut si certus est mulie-
rem illam post fidem viuam in hæresi postea expirasse, vt non quasi hæreticæ, sed quasi fidei peccatrici,
veniam ex pœnitentia vindicet, sanè agat pœnitentiam, sed in fidem mœchię, non tamen & restitutio-
nem consecutura. Hæc enim erit pœnitentia, quam & nos deberi quidem agnoscimus multò magis,
sed de venia Deo reseruamus. [164] Denique ea Apocalypsis in posterioribus propudiosos & fornica-
tores, sicut timidos & incredulos & homicidas & venenicos & idololatras, qui tale quid in fide fuerit,
in stagnum ignis sine vlla conditionali damnatione decreuit. Non enim de ethnicis videbitur sapere,
cùm de fidelibus pronuntiauit: Qui vicerint, hæreditate habebunt ista, & ero illis Deus, & illi mihi
in filios: Et ita subiunxerit: Timidis autem & incredulis & propudiosis & fornicatoribus & homicidis
& veneficis & idololatris particula in stagno ignis & sulphuris, quod est mors secunda. Sic & rursus:
Beati qui ex præceptis agunt, vt in lignum vitæ habeant potestatem, & in portas ad introëundum in
sanctam ciuitatem. Canis veneficus, fornicator, homicida foras, vtique qui non ex præceptis agant. Il-
lorum est enim foras dari qui intus fuerunt. Ceterùm, quid mihi eos qui foris sunt, iudicare? præcesse-
rat. [165] De Epistola quoque Ioannis carpunt statim. Dictum est: Sanguis filij eius emundat nos ab omni
ni delicto. Semper ergo & omnifariam delinquemus, si semper & ab omni delicto emundat nos ille: E
aut si non semper, non etiam post fidem, & si non ab omni delicto, non etiam à fornicatione. [166] Vnde
autem exorsus est? Lumen prædixerat Deum, & tenebras non esse in illo, & mentiri nos si dicamus,
nos communionem habere cum eo, & in tenebris incedamus. Si verò, inquit, in lumine incedamus,
communionem cum eo habebimus, & sanguis Iesu Christi Domini nostri emundat nos ab omni
delicto. Ergo in lumine incedentes delinquimus, & in lumine delinquentes emundabimur? Nullo
pacto. Qui enim delinquit, non in lumine est, sed in tenebris. Vnde & ostendit quomodo emundabi-
mur à delicto, in lumine incedentes, in quo delictum agi non potest. adeò sic emundari nos ait, non
quâ delinquamus, sed quâ non delinquamus. Incedentes enim in lumine, tenebris verò non commu-
nicantes emundati agemus, non deposito, sed non admisso delicto. Hæc est enim vis Dominici sangui-
nis, vt quos iam delicto mundarit, & exinde in lumine constituerit, [167] mundos exinde præstet, si in
lumine incedere perseuerauerint. Sed subijcit, inquis: Si dicamus nos delictum non habere, seducimus
nosmetipsos, & veritas non est in nobis. Si confitemur delicta nostra, fidelis & iustus est vt dimittat
ea nobis, & emundet nos ab omni iniustitia. nunquid ab immunditia? Aut si ita est, ergo & ab idolo-
latria. Sed aliud in sensu est. Ecce enim & rursus: Si dicamus, ait, nos non deliquisse, mendacem faci-
mus illum, & sermo eius non est in nobis. [168] Eo amplius: Filioli, hæc scripsi vobis ne deliquatis. &
si deliqueritis, aduocatum habemus apud Deum patrem Iesum Christum iustum, & ipse placatio est
pro delictis nostris. Secundum hæc, inquis, & delinquere nos & veniam habere constabit. Quid ergo
fiet, quum procedens aliud inuenio? Negat enim nos omninò delinquere, & in hoc plurimum tractat,
vt nihil tale concedat, proponens semel à Christo delicta deleta, non habitura postea veniam, in quæ
nos sensus ad admonitionem castimoniæ demandat. [169] Omnis, inquit, qui habet spem istam, castifi-
cat semetipsum, quia & ille castus est. Omnis qui facit delictum, & iniquitatem facit: & delictum est ini- F
quitas. Et scitis quòd ille manifestatus sit, vt auferat delicta, vtique hactenus admittenda. Siquidem
subiungit, Omnis qui manet in illo, non delinquit Omnis qui delinquit, neque vidit, neque cognouit
eum. Filioli, nemo vos seducat. Omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit deli-
ctum, ex diabolo est, quoniam diabolus à primordio delinquit. In hoc enim manifestatus est filius Dei,
vt soluat opera diaboli. Nam & soluit liberans hominem per lauacrum; donato ei chirographo mortis.
Et ideò omnis qui ex Deo nascitur, non facit delictum, quia semen Dei manet in illo, & non potest de-
linquere, quia ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. In quo? nisi illi non de-
linquendo, ex quo de Deo nati sunt: isti delinquendo, quia de diabolo sunt, proinde atque si nunquam
sint ex Deo nati. Quòd si dicit: Qui non est iustus, ex Deo non est, qui non pudicus, quomodo rursus
ex Deo fiet, qui iam esse desijt? Iuxta est igitur vt excidisse sibi dicamus Ioannem in primore quidem
Epistola negantem nos sine delicto esse; nunc verò præscribentem non delinquere omninò. Et illic
quidem aliquid de venia blandientem, hìc verò districtè negantem filios Dei quicunque deliquerint.
Sed absit. Nam nec ipsi excidimus à qua digressi sumus distinctione delictorum. Et hìc enim illam
Ioannes commendauit, [170] quòd sint quædam delicta quotidianæ incursionis, quibus omnes simus
obiecti. Cui enim non accedet; aut [a] irasci iniquè; & vltra [b] solis occasum; aut & [c] manum immitte-
re; aut facilè [d] maledicere, aut temerè iurare, aut fidem pacti destruere, aut verecundia, aut necessitate
mentiri. in negotijs, in officijs, in quæstu, in victu, in visu, in auditu quanta tentamur, vt si nulla sit ve-
nia istorum, nemini salus competat. Horum ergo erit venia per exoratorem patris Christum. [171] Sunt
autem & contraria istis, vt grauiora & exitiosa, quæ veniam non capiant, homicidium, idololatria,
fraus,

A fraus,negatio,blasphemia,vtique & mœchia & fornicatio; & si qua alia violatio templi Dei. Horum vltrà exorator non erit Christus; hæc non admittet omninò qui natus ex Deo fuerit, non futurus Dei filius, si admiserit. Ita Ioanni ratio constabit diuersitatis, distinctionem delictorum disponenti, cùm delinquere filios Dei nunc adnuit, nunc abnuit. Prospiciebat enim claufulam litterarum suarum, & illi præstruebat hos sensus, dicturus in fine manifestius: [172] Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, & dabit ei vitam Dominus, qui non ad mortem delinquit. Est enim delictum ad mortem. Non de eo dico vt quis postulet. [173] Meminerat & ipse Hieremiam prohibitum à Deo deprecari pro populo mortalia delinquête. Omnis iniustitia delictum est, & est delictum ad mortem. Scimus autem quòd omnis qui ex Deo natus sit, non delinquit, scilicet delictum quod ad mortem est. Ita nihil iam supereſt, quàm aut neges mœchiam & fornicationem mortalia esse delicta, aut inremissibilia fatearis, pro quibus nec exorare permittitur. [174] Disciplina igitur Apostolorum propriè quidem instruit ac determinat principaliter sanctitatis omnis erga templum Dei antistitem, & vbique de Ecclesia eradicantem omne sacrilegium pudicitiæ sine vlla restitutionis mentione. Volo tamen ex redundantia alicuius etiam comitis Apostolorum testimonium superducere, idoneum confirmandi de proximo iure disciplinâ magistrorum. [175] Exstat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos: adeò satis auctoritati viri, vt quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiæ tenore: Aut ego solus & Barnabas non habemus hoc operandi potestatem? Et vtique receptior apud Ecclesias Epistola Barnabæ [176] illo apocrypho pastore mœchorum. [177] Monens itaque discipulos; omissis omnibus initiis ad perfectionem magis tendere, nec rursus fundamenta pœnitentiæ iacere ab operibus mortuorum:

B Impossibile est enim, inquit, eos qui semel inluminati sunt, & donum cœleste gustauerunt & participauerunt spiritum sanctum, & verbum Dei dulce gustauerunt, occidente iam æuo cùm exciderint, rursus reuocari in pœnitentiam, refigentes cruci in semetipsos filium Dei, & dedecorantes. Terra enim quæ bibit sæpiùs deuenientem in se humorem, & peperit herbam aptam his propter quos & colitur, benedictionem Dei consequitur. Proferens autem spinas reproba & maledictioni proxima, cuius finis in exustionem. Hoc qui ab Apostolis didicit, & cum Apostolis docuit, [178] nunquam mœcho & fornicatori secundam pœnitentiam promissam ab Apostolis norat. Optimè enim legem interpretabatur, & figuras eius iam in ipsa veritate seruabat. Ad hanc denique speciem disciplinæ de leproso eautum fuit: [179] Si autem efflorueritin cutem, & totam cutem texerit à capite vsque ad pedes per omnem conspectum, & sacerdos cùm viderit, emundabit cum, quoniam conuertit in album, mundus est. Qua verò die visus fuerit in eiusmodi color viuus inquinatus est. Conuersum enim hominem de pristino carnis habitu in candorem fidei, quæ vitium & macula æstimatur in seculo, & rorum nouarum mundum voluit intelligi, qui iam non sit varius, non sit de pristino & nouo aspersus. Si verò post abolitionem in vetustatem aliquid ex illa reuixerit, rursum in carne eius quod emortuum delicto habebatur, immundum iudicari, nec expiari iam à sacerdote. Ita mœchia de pristino recidiua, & vnitatem noui coloris à quo fuerat excluſa commaculans, immundabile est vitium. [180] Item de domo: Si quæ maculæ & cauositates adnuntiatæ in parietibus sacerdoti fuissent, priusquàm introiret ad inspiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quæ domus essent. Dehinc introgressus sacerdos, si inuenisset cauositates viridicantes vel rubescentes, & aspectum earum humiliorem citra parietinam formam; exiret ad ianuam, & fecerneret domum illam septem diebus. Dehinc die septi-

C ma regressus, si animaduertisset diffusum in parietibus tactum illum, imperaret extrahi eos lapides, in quibus lepra fuisset, & abiici extra ciuitatem in locum immundum, & sumi alios lapides politos & solitos, & reponi loco pristinorum, & puluere alio inliniri domum. Oportet enim cùm peruenitur ad summum sacerdotem patris Christum, de domo hominis nostri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta priùs, vt munda sit quæ remanet domus, caro & anima, & vbi introierit eam sermo Dei, & inuenerit maculas ruboris & viroris, extrahi statim & abiici foras sensus mortiferos & cruentos: ([181] nam & Apocalypsis viridi equo mortem, russeo autem prælatorem imposuit) próque illis politos & in compaginem aptos & firmos substrui lapides, quales in Abrahæ fiunt, vt ita homo habilis Deo sit. Quòd si post recuperationem & reformationem rursus sacerdos animaduerterit in eadem domo de pristinis causis aliquid & maculis, immundam eam pronuntiauit, & iussit deponi materias & lapides & omnem structuram eius, & abiici in locum immundum: hic erit homo caro atque anima, qui post baptisma & introitum sacerdotum reformatus, denuò resumit scabra & maculas carnis, & abiicitur extra ciuitatem in locum immundum; deditus scilicet satanæ in carnis interitum, nec amplius reædificatur in Ecclesia post ruinam. Sic & de famulæ concubitu, quæ homini esset reseruata, necdum redempta, necdum liberata. [182] Prospicietur, inquit, illi, & non morietur, quia nondum est manumissa cui seruabatur. Nondum enim caro à Christo manumissa, cui seruabatur, impunè contaminabatur, ita iam manumissa non habet veniam. [183] Hæc si Apostoli magis norant, magis vtique curabant; sed & in hunc iam gradum decurram, excernens inter doctrinam Apostolorum & potestatem. Disciplina hominem gubernat, potestas adsignat, seorsum quod potestas, spiritus autem Deus. Quid autem docebat non communicandum operibus tenebrarum? Obserua quod iubet. Quis autem poterat donare delicta? hoc solius ipsius est. [184] Quis enim dimittit delicta, ni solus Deus? &

1. Cor. 3. 1. Ioan. 3.
1. Ioan. 1. & 3. 1. Ioan. 5.
Hier. 7. & 14. 1. Ioan. 5.
CAP. XX.
1. Cor. 9.
Hier. 6.
Hebr. 6.
Leuit. 13.
Leuit. 14.
Apoc. 6.
Matth. 3. Leuit. 14.
1. Cor. 5. Leuit. 19.
CAP. XXI.
Ephes. 5. Marc 2. Matth. 18

Ioanne concessum, quod à Paulo sit denegatum. Hanc æqualitatem spiritus sancti qui obseruauerit, ab ipso deducetur in sensus eius. Hæreticam enim fœminam, quæ quod didicerat à Nicolaitis, docere susceperat, in Ecclesiam latenter introducebat, & meritò ad pœnitentiam vrgebat. [162] Cui enim dubium est hæreticum institutione deceptum, cognito postmodùm casu, & pœnitentia expiato, & veniam consequi, & in Ecclesiam redigi? Vnde & apud nos vt ethnico par, immò & super ethnicum hæreticus etiam per baptisma veritatis vtroque homine purgatus admittitur. [163] Aut si certus est mulierem illam post fidem viuam in hæresi postea expirasse, vt non quasi hæreticæ, sed quasi fidei peccatrici, veniam ex pœnitentia vindicet, sanè agat pœnitentiam, sed in fidem mœchię, non tamen & restitutionem consecutura. Hæc enim erit pœnitentia, quam & nos deberi quidem agnoscimus multò magis, sed de venia Deo reseruamus. [164] Denique ea Apocalypsis in posterioribus propudiosos & fornicatores, sicut timidos & incredulos & homicidas & veneficos & idololatras, qui tale quid in fide fuerit, in stagnum ignis sine vlla conditionali damnatione decreuit. Non enim de ethnicis videbitur sapere, cùm de fidelibus pronuntiauit: Qui vicerint, hæreditate habebunt ista, & ero illis Deus, & illi mihi in filios: Et ita subiunxerit: Timidis autem & incredulis & propudiosis & fornicatoribus & homicidis & veneficis & idololatris particula in stagno ignis & sulphuris, quod est mors secunda. Sic & rursus: Beati qui ex præceptis agunt, vt in lignum vitæ habeant potestatem, & in portas ad introëundum in sanctam ciuitatem. Canis veneficus, fornicator, homicida foras, vtique qui non ex præceptis agunt. Illorum est enim foras dari qui intus fuerunt. Ceterùm, quid mihi eos qui foris sunt, iudicare? præcesserat. [165] De Epistola quoque Ioannis carpunt statim. Dictum est: Sanguis filij eius emundat nos ab omni delicto. Semper ergo & omnifariam delinquemus, si semper & ab omni delicto emundat nos ille: aut si non semper, non etiam post fidem, & si non ab omni delicto, non etiam à fornicatione. [166] Vnde autem exorsus est? Lumen prædixerat Deum, & tenebras non esse in illo, & mentiri nos si dicamus, nos communionem habere cum eo, & in tenebris incedamus. Si verò, inquit, in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus, & sanguis Iesu Christi Domini nostri emundat nos ab omni delicto. Ergo in lumine incedentes delinquimus, & in lumine delinquentes emundabimur? Nullo pacto. Qui enim delinquit, non in lumine est, sed in tenebris. Vnde & ostendit quomodo emundabimur à delicto, in lumine incedentes, in quo delictum agi non potest. adeò sic emundari nos ait, non quâ delinquamus, sed quâ non delinquamus. Incedentes enim in lumine, tenebris verò non communicantes emundati agemus, non depositio, sed non admissio delicto. Hæc est enim vis Dominici sanguinis, vt quos iam delicto mundarit, & exinde in lumine constituerit, [167] mundos exinde præstet, si in lumine incedere perseuerauerint. Sed subijcit, inquis: Si dicamus nos delictum non habere, seducimus nosmetipsos, & veritas non est in nobis. Si confitemur delicta nostra, fidelis & iustus est vt dimittat ea nobis, & emundet nos ab omni iniustitia. nunquid ab immunditia? Aut si ita est, ergo & ab idololatria. Sed aliud in sensu est. Ecce enim & rursus: Si dicamus, ait, nos non deliquisse, mendacem facimus illum, & sermo eius non est in nobis. [168] Eo amplius: Filioli, hæc scripsi vobis ne deliquatis. & si deliqueritis, aduocatum habemus apud Deum patrem Iesum Christum iustum, & ipse placatio est pro delictis nostris. Secundum hæc, inquis, & delinquere nos & veniam habere constabit. Quid ergo fiet, quum procedens aliud inuenio? Negat enim nos omninò delinquere, & in hoc plurimum tractat, vt nihil tale concedat, proponens semel à Christo delicta deleta, non habitura postea veniam, in quæ nos sensus ad admonitionem castimoniæ demandat. [169] Omnis, inquit, qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia & ille castus est. Omnis qui facit delictum, & iniquitatem facit: & delictum est iniquitas. Et scitis quòd ille manifestatus sit, vt auferat delicta, vtique hactenus admittenda. Siquidem subiungit, Omnis qui manet in illo, non delinquit. Omnis qui delinquit, neque vidit, neque cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit delictum, ex diabolo est, quoniam diabolus à primordio delinquit. In hoc enim manifestatus est filius Dei, vt soluat opera diaboli. Nam & soluit liberans hominem per lauacrum, donato ei chirographo mortis. Et ideò omnis qui ex Deo nascitur, non facit delictum, quia semen Dei manet in illo, & non potest delinquere, quia ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. In quo? nisi illi non delinquendo, ex quo de Deo nati sunt: isti delinquendo, quia de diabolo sunt, proinde atque si nunquam sint ex Deo nati. Quòd si dicit: Qui non est iustus, ex Deo non est, qui non pudicus, quomodo rursus ex Deo fiet, qui iam esse desijt? Iuxta est igitur vt excidisse sibi dicamus Ioannem in primore quidem Epistola negantem nos sine delicto esse; nunc verò præscribentem non delinquere omninò. Et illic quidem aliquid de venia blandientem, hic verò districtè negantem filios Dei quicunque deliquerint. Sed absit. Nam nec ipsi excidimus à qua digressi sumus distinctione delictorum. Et hic enim illam Ioannes commendauit, [170] quòd sint quædam delicta quotidianæ incursionis, quibus omnes simus obiecti. Cui enim non accedet; aut [a] irasci iniquè; & vltra [b] solis occasum; aut & [c] manum immittere; aut facilè [d] maledicere, aut temerè iurare, aut fidem pacti destruere, aut verecundia, aut necessitate mentiri. in negotijs, in officijs, in quæstu, in victu, in visu, in auditu quanta tentamur, vt si nulla sit venia istorum, nemini salus competat. Horum ergo erit venia per exoratorem patris Christum. [171] Sunt autem & contraria istis, vt grauiora & exitiosa, quæ veniam non capiant, homicidium, idololatria, fraus,

A fraus, negatio, blasphemia, vtiqúe & mœchia & fornicatio; & si qua alia violatio templi Dei. Horum vltrà exorator non erit Christus; hæc non admittet omninò qui natus ex Deo fuerit, non futurus Dei filius, si admiserit. Ita Ioanni ratio constabit diuersitatis, distinctionem delictorum disponenti, cùm delinquere filios Dei nunc adnuit, nunc abnuit. Prospiciebat enim clausulam litterarum suarum, & illi præstruebat hos sensus, dicturus in fine manifestiùs: [172] Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, & dabit ei vitam Dominus, qui non ad mortem delinquit. Est enim delictum ad mortem. Non de eo dico vt quis postulet. [173] Meminerat & ipse Hieremiam prohibitum à Deo deprecari pro populo mortalia delinquēte. Omnis iniustitia delictum est, & est delictum ad mortem. Scimus autem quòd omnis qui ex Deo natus sit, non delinquit, scilicet delictum quod ad mortem est. Ita nihil iam superest, quàm aut neges mœchiam & fornicationem mortalia esse delicta, aut inremissibilia fatearis, pro quibus nec exorare permittitur. [174] Disciplina igitur Apostolorum propriè quidem instruit ac determinat principaliter sanctitatis omnis erga templum Dei antistitem, & vbique de Ecclesia eradicantem omne sacrilegium pudicitiæ sine vlla restitutionis mentione. Volo tamen ex redundantia alicuius etiam comitis Apostolorum testimonium superducere, idoneum confirmandi de proximo iure disciplinā magistrorum. [175] Exstat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos: adeò satis auctoritati viri, vt quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiæ tenore: Aut ego solus & Barnabas non habemus hoc operandi potestatem? Et vtique receptior apud Ecclesias Epistola Barnabæ [176] illo apocrypho pastore mœchiorum. [177] Monens itaque discipulos; omissis omnibus initiis ad perfectionem magis tendere, nec rursus fundamenta pœnitentiæ iacere ab operibus mortuorum:

B Impossibile est enim, inquit, eos qui semel inluminati sunt, & donum cœleste gustauerunt & participauerunt spiritum sanctum, & verbum Dei dulce gustauerunt, occidente iam æuo cùm exciderint, rursus reuocari in pœnitentiam, refigentes crucifi in semetipsos filium Dei, & dedecorantes. Terra enim quæ bibit sæpiùs deuenientem in se humorem, & peperit herbam aptam his propter quos & colitur, benedictionem Dei consequitur. Proferens autem spinas reproba & maledictioni proxima, cuius finis in exustionem. Hoc quia ab Apostolis didicit, & cum Apostolis docuit, [178] nunquam mœcho & fornicatori secundam pœnitentiam promissam ab Apostolis norat. Optimè enim legem interpretabatur, & figuras eius iam in ipsa veritate seruabat. Ad hanc denique speciem disciplinæ de leproso cautum fuit: [179] Si autem varietas efflorerit in cutem, & rotam cutem texerit à capite vsque ad pedes per omnem conspectum, & sacerdos cùm viderit, emundabit cum, quoniam conuertit in album, mundus est. Qua verò die visus fuerit in ciusmodi color viuus inquinatus est. Conuersum enim hominem de pristino carnis habitu in candorem fidei, quæ vitium & macula æstimatur in sæculo, & totum nouatum mundum voluit intelligi. qui iam non sit varius, non sit de pristino & nouo aspersus. Si verò post abolitionem in vetustatem aliquid ex illa reuixerit, rursum in carne eius quod emortuum delicto habebatur, immundum iudicari, nec expiari iam à sacerdote. Ita mœchia de pristino recidiua, & vnitatem noui coloris à quo fuerat exclusa commaculans, immundabile est vitium. [180] Item de domo: Si quæ maculæ & cauositates adnuntiatæ in parietibus sacerdoti fuissent, priusquàm introiret ad inspiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quæ domus essent. Dehinc introgressus sacerdos, si inuenisset cauositates viridicantes vel rubescentes, & aspectum earum humiliorem citra parietinam formam; exiret ad ianuam, & fecerneret domum illam septem diebus. Dehinc die septi-

C ma regressus, si animaduertisset diffusum in parietibus tactum illum, imperaret extrahi eos lapides, in quibus lepra fuisset, & abiici extra ciuitatem in locum immundum, & sumi alios lapides politos & solitos, & reponi loco pristinorum, & puluere alio inliniri domum. Oportet enim cùm peruertitur ad summum sacerdotem patris Christum, de domo hominis nostri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta priùs, vt munda sit quæ remanet domus, caro & anima, & vbi introierit eam sermo Dei, & inuenerit maculas ruboris & viroris, extrahi ſtatim & abiici foras sensus mortiferos & cruentos: ([181] nam & Apocalypsis viridi equo mortem, russeo autem prælatorem imposuit) próque illis politos & in compaginem aptos & firmos subſtrui lapides, quales in Abrahæ fiunt, vt ita homo habilis Deo sit. Quod si post recuperationem & reformationem rursus sacerdos animaduertertit in eadem domo de pristinis causis aliquid & maculis, immundam eam pronuntiauit, & iussit deponi materias & lapides & omnem structuram eius, & abiici in locum immundum: hic erit homo caro atque anima, qui post baptisma & introitum sacerdotum reformatus, denuò resumit scabra & maculas carnis, & abiicitur extra ciuitatem in locum immundum; deditus scilicet satanæ in carnis interitum, nec amplius reædificatur in Ecclesia post ruinam. Sic & de famulæ concubitu, quæ homini esset reseruata, necdum redempta, necdum liberata. [182] Prospicietur, inquit, illi, & non morietur, quia nondum est manumissa cui seruabatur. Nondum enim caro à Christo manumissa, cui seruabatur, impunè contaminabatur, ita iam manumissa non habet veniam. [183] Hæc si Apostoli magis norant, magis vtique curabant; sed & in hunc iam gradum decurram, excernens inter doctrinam Apostolorum & potestatem. Disciplina hominem gubernat, potestas adsignat, seorsum quod potestas, spiritus autem Deus. Quid autem docebat non communicandum operibus tenebrarum? Obserua quod iuber. Quis autem poterat donare delicta? hoc solius ipsius est. [184] Quis enim dimittit delicta, ni solus Deus? &

1.Cor.3. *1.Ioan.3.*
1.Ioan.1. *& 3.* *1.Ioan.5.*
Hier.7. *& 14.*
1.Ioan.5.
CAP. XX.
1.Cor.9.
Hier.15.
Heb. 6.
Leuit. 13.
Leuit.14.
Apoc.6.
Matth.3. *Leuit.14.*
1.Cor.5. *Leuit.19.*
CAP. XXI.
Ephes.5. *Marc 2.* *Matth. 18*

vtique mortalia quæ in ipsum fuerint admissa, & in templum eius. Nam tibi quæ in te reatum habeant, etiam septuagies septies iuberis indulgere in persona Petri. Itaque si & ipsos beatos Apostolos tale aliquid indulsisse constaret, cuius venia à Deo non ab homine competeret, non ex disciplina, sed ex potestate feciſſe. Nam & mortuos suscitauerunt, quod Deus solus: & debiles redintegrauerunt, quod nemo nisi Christus: immò & plagas inflixerunt, quod noluit Christus. Non enim decebat eum sæuire qui pati venerat. Percussus est Ananias & Elimas, Ananias morte, Elimas cæcitate, vt hoc ipso probaretur Christum & hæc facere potuisse. Sic & Prophetæ cædem, & cum ea mœchiam pœnitentibus ignouerant, quia & sæueritatis documenta fecerunt.[115] Exhibe igitur & nunc mihi Apostolice prophetica exempla, & agnoscam diuinitatem, & vendica tibi delictorum eiusmodi remittendorum potestatem. quòd si disciplinæ solius officia sortitus es, nec imperio præsidere, sed ministerio, quis aut quantus es indulgere? qui neque Prophetam, nec Apostolum exhibens, cares ea virtute cuius est indulgere. Sed habet, inquis, potestatem Ecclesia delicta donandi? hoc ego magis & agnosco & dispono, qui ipsum Paracletum in Prophetis nouis habeo dicentem: Potest Ecclesia donare delictum, sed non faciam, ne & alia delinquant. Quid si pseudopropheticus spiritus pronuntiauit? Atqui magis euersoris fuisset, & semetipsum de clementia commendare, & ceteros ad delinquentiam temperare. Aut si & hoc secundum spiritum veritatis adfectare gestiuit: ergo spiritus veritatis potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurium malo non vult. De tua nunc sententia quæro vnde hoc ius Ecclesiæ vsurpes. Si quia dixerit Petro Dominus: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, tibi dedi claues regni cœlestis;[116] vel: Quæcunque alligaueris vel solueris in terra, erunt alligata vel soluta in cœlis; idcircò præsumis & ad te deriuasse soluendi & alligandi potestatem, id est ad omnem Ecclesiam Petri propinquam: qualis es euertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem: super te, inquit, ædificabo Ecclesiam meam,[117] &: Dabo tibi claues, non Ecclesiæ: Et quæcunque solueris vel alligaueris, non quæ soluerint vel alligauerint. Sic enim & exitus docet. In ipso Ecclesia extructa est, id est per ipsum, ipse clauem imbuit: vides quam: Viri Israëlitæ, auribus mandate quæ dico: Iesum Nazarenum virum à Deo vobis destinatum, & reliqua.[118] Ipse denique primus in Christi baptismo reserauit aditum cœlestis regni, quo soluuntur alligata retrò delicta, & alligantur quæ non fuerint soluta, secundum veram salutem, & Ananiam vinxit vinculo mortis, & debilem pedibus absoluit vitio valetudinis.[119] Sed & in illa disceptatione custodiendæ néene legis, primus omnium Petrus spiritu instinctus, & de nationum vocatione præfatus, Et nunc, inquit, cur tentastis Dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos, neque patres nostri sufferre valuerunt? Sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos sicut & illi. Hæc sententia & soluit quæ omissa sunt legis, & alligauit quæ reseruata sunt. Adeò nihil ad delicta fidelium capitalia potestas soluendi & alligandi Petro emancipata.[120] Cui si præceperat Dominus etiam septuagies septies delinquenti in eum fratri indulgere, vtique nihil postea alligare, id est retinere mandasset, nisi fortè ea quæ in Dominum, non in fratrem quis admiserit. Prætiudicatur enim non dimittenda in Deum delicta, quum in homine admissa donantur. Quid nunc & ad Ecclesiam, & quidem tuam Psychice? Secundum enim Petri personam spiritalibus potestas ista conueniet aut Apostolo aut Prophetæ. Nam & ipse Ecclesia propriè & principaliter ipse est spiritus,[121] in quo est trinitas vnius diuinitatis, pater & filius & spiritus sanctus. Illam Ecclesiam congregat quam Dominus in tribus posuit. Atque ita exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidē conspirauerint, Ecclesiæ ab auctore & consecratore censetur, & ideò Ecclesia quidem delicta donabit. Sed Ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non Ecclesia numerus Episcoporum. Domini enim non famuli est ius & arbitrium, Dei ipsius, non sacerdotis. [122] At tu iam & in martyras tuos effundis hanc potestatem, vt quisque ex consensione vincula induit adhuc mollia in nouo custodiæ nomine, statim ambiunt mœchi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lachrymæ circumstagnant maculati cuiusque, nec vlli magis aditum carceris redimunt, quàm qui Ecclesiam perdiderunt. Violantur viri ac fœminæ in tenebris planè ex vsu libidinum notis, & pacem ab his quærunt qui de sua periclitantur. Alij ad metalla confugiunt, & inde communicatores reuertuntur, vbi iam aliud martyrium necessarium est delictis post martyrium nouis. Quis enim in terris & in carne sine culpa, quis martyr seculi incola, denariis supplex, medico obnoxius & fœneratori? Putà nunc sub gladio iam capite librato, putà in patibulo iam corpore expanso, putà in stipite iam leone concesso, putà in axe iam incendio adstricto, in ipsa dico securitate & possessione martyrij, quis permittit hominī donare quæ Deo reseruanda sunt? à quo ea sine excusatione damnata sunt, quæ nec Apostoli, quod sciam, martyres & ipsi donabilia iudicauerunt. Denique iam ad bestias depugnauerat Paulus Ephesi; cùm interitum decernit incestō.[123] Sufficiat martyri propria delicta purgasse. Ingrati vel superbi est in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem sua solit, nisi solus Dei filius? Nam & in ipsa passione liberauit latronem. Ad hoc enim venerat, vt ipse à delicto purus & omnia sanctus pro peccatoribus obdiret. Proinde qui illum æmularis donando delicta, si nil ipse deliquisti, planè patere pro me. Si verò peccator es, quomodo oleum faculæ tuæ sufficere & tibi & mihi poterit? Habeo etiam nunc quo probem Christum. Si propterea Christus in martyre est, vt

est, vt mœchos & fornicatores martyr absoluat; occulta cordis edicat, vt ita delicta concedat, & Christus est. Sic enim Dominus Iesus Christus potestatem suam ostendit: Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? Quid enim facilius est dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata; aut: Surge & ambula? Igitur vt sciatis filium hominis habere dimittendorum peccatorum in terris poreſtatem, tibi dico paralytice: Surge & ambula. Si Dominus tantum de potestatis suæ probatione curauit, vti traduceret cogitatus, & ita imperaret sanitatem, ne non crederetur posse delicta dimittere; non licet mihi eandem potestatē in aliquo sine eisdem probationibus credere. Quum tamen mœchis & fornicatoribus à martyre expostulas veniam, ipse confiteris eiusmodi crimina non nisi proprio martyrio dilenda, qui præsumis alieno. [194] Quod si est, iam & martyrium aliud erit baptisma. Habeo enim inquit, & aliud baptisma. Vnde & ex vulnere lateris Dominici aqua & sanguis, vtriusque lauacri paratura manauit. Debeo ergo & primo lauacro alium liberare, si possum secundo; ingeramúsque in sinum necesse est. Quæcunque auctoritas, quæcunque ratio mœcho & fornicatori pacem Ecclesiasticam reddit; eadem debebit & homicidæ & idololatræ pœnitentibus subuenire, [195] certè negatori, & vtique illi, quem in prælio confessionis tormentis colluctatum fœuitia deiecit. Ceterùm indignum Deo, & illius misericordia, qui pœnitentiam peccatoris morti præuertit; vt faciliùs in Ecclesiam redeant qui subando quàm qui dimicando ceciderunt. Vrget nos dicere indigniras, contaminata potius corpora reuo cabis, quàm cruentata. Quæ pœnitentia miserabilior, titillatam prosternens carnem, an verò laniatam? Quæ iustior venia in omnibus cauſſis; quam voluntarius, an quam inuitus peccator implorat? Nemo volens, negare compellitur; nemo nolens, fornicatur. Nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa, nescit, quod libet cogi. Negationem porrò quanta compellunt ingenia carnificis & genera pœnarum? Quis magis negauit, qui Christum vexatus, an qui delectatus amisit? qui quum auerteret doluit, an qui quum amitteret lusit? Et tamen illæ cicatrices Christiano prælio insculptæ, & vtique inuidiosæ apud Christum, quia viciſſe cupierunt, & ſic quoque gloriosæ, quia non vincendo cesserunt. In quas adhuc & diabolus ipse suspirat, cum sua infœlicirate, sed casta, cum pœnitentia mœrente, sed non erubescente ad Dominum de venia. Denuò dimittitur eis qui piaculariter negauerunt, solis illis caro infirma est. Atqui nulla tam fortis caro, quàm quæ spiritum elidit.

Matth. 9.

Luc. 12. Ioan. 19.

Exod. 33.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE PVDICITIA.

1. DE PVDICITIA.] *Verumhunc esse huius Libri titulum patet, tum ex suprascripto loco B. Hieronymi & Nicephori, tum etiam ex B. Cypriani libri titulo, in quo Auctorem hicimitatur*: De bono Pudicitiæ. *Quem cur indiderit, quum propriè* DE PVDICITIA *non ferebat, sed potius*: Aduersus Pœnitentiam, *non satis constat; fortasse vt esset plausibilior; certè initium libri* Pudicitiam *sonat, & quidquid scribit toto libro aduersus mœchiam & fornicationem, pro Pudicitia facit.*

CAP. I.

2. Pudicitia flos morum, &c.] *Caput hoc inscriptionis*: De libri huius argumento. *Imitatur autem hunc locum B. Cyprian. lib. de bono Pudicitiæ*: Pudicitia, *inquit*, honor corporum ornamentum morum sanctitas ſeruium, *vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiæ caput. Atqui præ ea quæ legitur paulopoſt*: ſique satis castus habeatur, qui non minùs castus fuerit, *iuxta Dn. Harriſ. correximus*: qui non nimis castus fuerit.

3. Sed videritſeculi pudicitia, &c. *De hac latè habes tractatum Tom. 2. l. 1. ad Fæur. tum ſupra l. de Exhortat. caſtit. & lib. de Monogamia.*

4. Malo nullum bonum, quàm vanum, &c.] Vanum *hic dicit, quod paulò antè*: infructuoſum. *Facie verò hoc, quòd* pudicitiam ſeculi bonum, *vocet, contra eos qui omnia opera, inſidelium peccata faciunt. Legimus verò mox iterum*: nonne, *cum Gagnæo, pro*: nùncue, *quòd illud Auctori magis ſit vſitatum.*

5. Pontifex ſcilicet Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum, &c.] *Bene habet & adoratus dignum, quod etiam iam in hereſi conſtitutus & aduerſus Eccleſiam ſcribens*, Pontificem Romanum Epiſcopum Epiſcoporum *nuncupet, & infrà cap.* 13. bonum paſtorem & benedictum Papam, *& cap.* 21. Apoſtolicum, *ſicuti etiam ſupra adnotauimus, de auctoritate agentes Summi Pontificis, Tom. 3. ad lib. de Præſcript. aduerſ. hæreſ. c. 36. num. 213. de qua etiam ibidem n. 207. 208. & 212. Item lib. 4. adu. Marc. c. 5. num. 38. lib. aduerſ. Præxeas cap. 1. num. 7. Denique Tom. 4. lib. 3. Carm. aduſ. Marc. cap. 9. num. 26. 27. 29. Hic verò (quod alibi prætermiſſum miretur quis fortaſſe) *vti nihil hac de re prætereatur, adiuicemus, non ſolum Priuilegia ornatam fuiſſe Romanam ſedem à Fl. Conſtantino Imperatore, ſed etiam ſceptro & diademate Imperatorio, imonò & Vrbe & dilucidius Italiæ ampliſſimo, vti ex Edicto Donationis Conſtantini à B. Iſidoro edito, conſtat, quod hodie exſtat in Tomis Conciliorum. Quod etiam authenticum eſſe (quamquam perperàm multi in dubium vocent, etiam qui Catholici haberi volunt) patet tum ex Concilio Romano ſub Sylueſtro Papa, can. 1. ex Syn. 2. Nicena generali vi. vbi ad confirmationem Imaginum in Eccleſia primitiùs vſitatarum, citantur ex Actis eiuſdem Donationis Imagines SS. Petri & Pauli Conſtantino à Sylueſtro oſtenſæ, ſicuti etiam ſupra adnotauimus Tom. 1. Apolog. cap. 12. num. 184. Si enim pars Actorum citetur, etiam reliquorum iiſdem conſentorum fides probatur. Eadem pertinent quæ (ex iiſdem Actis hauddubiè deprompta) tradunt, B. Gregor. Turon. hiſt. lib. 2. Beda in Chronico ad annum mundi 4388. Adrian. Papa Epiſt. ad Conſtantinum & Irenem, Nicephor. lib. 7. cap. 33. & B. Thomas Summæ ſuæ part. 3. queſt. 67. arg. 4. de cuſtodia Leprę Conſtantini. Quæque de Baptiſmo eiuſdem per B. Sylueſtrum Papam, ſcribunt prædicti, diſſe dua Synodi; Damaſum in Pontificali Libro actâ, cap. 6. Nicephor. lib. 7. cap. 35. & lib. 8. cap. 3. & 54. Marianus Scotus in Chronico, & B. Thomas loco iam citato; vtpotè quæ iiſdem Actis contineantur. De quo præterea citantur in libro eius argumenti ab illuſtriſſ. Cardin. Polo, Theophan. Nicęa Epiſcopus, Georgius Cedrenus, Io. Zonaras Tom. 3. & Theodorus Balſamon. Quid? quòd Ammianus Marcel.*

lib. 27. iam temporibus Damasi, splendorem Romanorum Pontificum, eundem quem illa Acta, describat; & Laonicus Chalcondylas (liceat & schismaticum pro nobis producere) lib. 1. de Gest. Turc. disertis verbis Donationem iam dictam agnoscens: Romani, inquit, quum nacti essent imperium in orbe longè latiss. commiserunt Romano Pontifici Maximo, ipsi vero transierunt in Thraciam; Bj tantum, quæ nunc Constantinopolis est, Thraciæ Metropolim constituentes. Insuper Iustinianus lib. 4. de Dign. & priuil. Roman. Eccles. & part. 5. maioris operis de Primatu Ecclesiæ Romanæ cap. 49. Gratianus Dist. 48. cap. Constantinus, & 12. qu. 1. cap. Futuram, in Decreta sua dictum Edictum retulerunt, & dictus Balsamon in Photij Nomocanonem Tit. 8. de Parochijs, idipsum, Scholijs suis inseruit: sicut etiam Vincentius Bellouacensis hist. sue, Vocans Epistolam Constantini ad omnes Episcopos, lib. 13. cap. 54. 55. & 56. Citatur ab eodem Hugo Floriacensis in hæc verba: Vrbem Romam inquit, cum palatio omni, quod Lateranense dicitur, concessit Apostolis Christi Petro & Paulo, & S. Papæ Syluestro; quod ipsum inuentiur Antiquit. eiusdem lib. 5. cap. 4. iuxta quod apud me MS. exstat. Et verò prorsus confirmatur dicta Donatio verbis Ludouici Pij, cap. Ego Ludouicus. Dist. 63. in Decretis Gratiani, vbi non ipse primus Pontifici Romano donat ciuitatem Romanam cum adpendiitijs, sed: sicut, inquit, à Predecessoribus vestris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & dispossistis. Quidquid itaque alij eradunt historici, de munificentia erga Romanam sedem Iust. niani, Theoderici Regis Longobardorum, Pipini, Caroli Magni, Othonis, Radulphi Habsburgij, aliorúmque Imperatorum; debet similiter intelligi, de restitutione vrbis Romæ, Rauennæ, aliarúmque Italiæ ciuitatum, per Apostatam Iulianum, Arianos & exarchos Rauennates, quantum apparet, occupatarum & ereptarum. Quare calumniantur, qui studiosiorum commentum esse Nicolai & Clementis Pontificum. Hæc eo prolixius, vt sint pro antidoto aduersus B. Rhenan. in Argumento lib. de Pallio; & partim in cap. 1. lib. aduers. Praxean, vbi dumtaxat Primilegiorum à Constantino concessorum fit mentio. Ceterum de quo Pontifice hic loquatur, latius in Vita Auctoris.

6. Ego & mœchiæ & fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto, &c.] *Rectè sic restituit hunc locum Gelenius, pro eo quod erat dumtaxat*: Ego mœchiæ & fornicationis funes dimitto; *nam correspondet Angl. cod. MS. Et verò, quum tantoperè hoc edictum elenet Auctor, mirum in modum hallucinari patet, vel ex Apostolo Ioanne Apocal. 2. Vbi de Iesabel, quæ docebat fornicari ad Angelum Thyatiræ dicitur: Et dedit illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce eo mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint. Quod ipse Auctor adhuc Catholicus expressit supra Tom. 2. lib. de Pœnitent. cap. 8. & post cum B. Pacianus Epist. 1. ad Sympron. Nouat.* Stuprum Thyatirenis imputat, *&c.* & tamen omnes ad pœnitentiam commonet sub comminationibus quidem; non comminaretur autem non pœnitenti, si non ignosceret pœnitenti. *Eodem pertinet quod B. Cyprian. Epist. iam dicta Antoniam, postquàm fassus est quosdam Episcopos (handdubiè state Tertulliani) antecessores suos in Prouincia Carthaginensi dandam pacem mœchis, non putasse, sic tatim addit: Miror autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent Lapsis pœnitentiam, aut pœnitentibus exsistiment veniam denegandam; & deinceps scripturis contrarium probat, ac nominatim scriptura Apocal. 2. iam citata. De qua interim latiùs infrà cap. 19.*

7. cui adscribi non poterit bonum factum, &c.] *Tanc phrasin sic explicat Turnebus Aduersar. lib. 3. cap. 12. quod veteres boni omnis caussa* bonum factum *præfari solebant in dictis, exillo Plauti in Penulo:*

Bonum factum est, *edicta vt seruetis mea.*

8. Erit igitur & hic ADVERSVS PSYCHICOS titulus, &c.] *Quum hic indicet adhuc alterius Tituli Librum* ADVERSVS PSYCHICOS, *à se editum, patet posteà scriptum hunc præcedenti libro, ad quem hic haud dubiè addidit.*

9. aduersus meæ quoque sententiæ retrò penes illos sectatem, &c.] *Adludit similiter hic ad librum suprà Tom. 2.* DE POENITENTIA, *vtpotè qui illic cum orthodoxis illam defenderit. Et verò rectè sentires in eo quod prosequitur, non esse lenitasis, errorem retractare, si modo prius errasses, (quales exstant lib. 2. Retract. B. Augustin. & liber Retract. Ven. Bedæ Presbyteri in Acta Apostolorum) sed hoc notam leuitatis incurrit, quòd veritatem errore mutauerit.*

10. Quum paruulus, inquit, esset, tamquam paruulus loquebar, tamquam paruulus sapiebam, &c.] *Sic suppleumus locum hunc ex MS. Angl. cod. quia sic legitur 1. Cor. 13. Ex iisdemetiam legimus*: Adeò deuertit, *vocè Tertullianica, pro*: diuertit, *&*: non paternarum traditionum, sed Christianarum, *pro*: Christianorum.

11. & quidem per eos, &c.] *Hinc apparet tractare Auctorem hoc libro ex instituto de delictis mœchiæ & fornicationis propriè dictis, sicuti etiam infrà cap. 4. non verò de secundis nuptiis, quasi illas à pœnitentia excludas voluerit (vt quidam Auctori impingunt) vtpotè quum hic agat de Orthodoxis, quos vsque propterea* oportere mœchis nullam subscribere veniam, quando propterea quoties volunt nubant, ne mœchiæ & fornicationi succidere (*vox Tertullianica*) cogantur, *nisi fortè ex consequenti, quod lib. de Exhort. cast. & de Monogamia, secundas nuptias, adulteria, & stupra perperam nuncupet, sicuti etiam in fine huius capitis. Supplemus verò ex Angl. MS. cod.* Cur ergo & crimina.

12. indulgent autem, quasi velint admitti, &c.] *Et istud vnum ex illis quæ ex Tertull. sumpserunt Nouatiani, sicuti patet ex B. Paciano Epist. 2. ad Sympron. Nouatian. sed pulcrè idem respondet: Deus nec peccare vult hominem semel, & tamen liberat à peccate, nec vtique quum liberat, peccatum docet, &c. Aliud est de periculo liberari, aliud ad periculum cogi, &c. ne prolixiores simus. Castigamus verò ex Angl. MS. cod.* Præcauent enim, quasi nolint admitti tale quid, *pro*: admitti aliquid.

13. Nec enim mœchia & fornicatio de modicis & de mediis delictis, &c.] Modica & media delicta *videntur intelligere, qua cap. sequ. vocat*, remissibilia, maxima, *quæ hic etiam* crimina, *ibi*: irremissibilia, *quorum de numero esse* mœchiam & fornicationem *latiùs deducit infrà cap. 5. Est autem iterum Tertullianicum*: non capiunt & indulgeri.

14. nuptialibus & dotalibus si fortè tabulis, &c.] *De* nuptialibus tabellis *loquitur suprà Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 12. num. 102. de dotalibus alibi; est vsurpata phrasis Iureconsultorum: Tertullianus verò si fortè. Est autem, quantum apparet, periodus quæ sequitur, mutila, qua sic suppleri possit*: Sed ideò durissimè tractant, infamantes paracletum (*Montanum nempè*) disciplinæ enormitate; dum digamos foris sistimus, *&c. sed nolim quid immutare citra subsidium MS. cod.*

CAP. 11.

15. Ceterùm Deus, inquiunt, bonus, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: De scripturarum hinc inde testimoniis, quas conciliare nititur distinctione remissibilium & irremissibilium delictorum. *Sed aberrat in illo, quòd quædam delicta faciat irremissibilia, quum Catholici Patres sentiant, nullum irremissibile, quisin quo quis ad finem vsque perseuerauerit, sicuti infrà patet num. 23.*

16. donantes inuicem sicut & Christus donauit nobis, &c.] *Legit* nobis, *sicuti hodie Graci codices* ἡμῖν, *Vulgatus Latinus Interpres videtur legisse* ὑμῖν. *Et verò*: donantes, *Græcè* χαριζόμενοι, *pro remittentes peccata, interpretantur etiam B. Ambros. & Theophil. sicuti etiam ipse Apostolus 2. Cor. 2. eadem voce in dicto significatu vtitur, vbi vertit*: Si quid donaui, *sicuti infrà cap. 13. Castigamus autem ex Angl. Manuscript. cod.* Talia & tanta sparilia eorum, *pro*: futilia. *Est verò Tertullianicum*: vigorantia disciplinam, *&*: repercutere.

17. Sed & Hieremiæ mandans, &c.] *Primum quod citat testimonium, inuenitur Hier. 14. in quo castigamus ex Angl.*

Angl. Ms. cod. Quoniam si ieiunauerint, *pro*: Quod; *Græce enim est* ὅτι. *Aterum Hier. ita citatur etiam à B. Cypriano, l. de Lapsis & l. de Exhort mart. c. 4. vbi adeo adnotandum ad marg. Hier. l. 1. pro eo quod est 7. ex quo ac editionibus omnibus Bibliorum, item & Angl. cod. Ms. castigamus*: inuocauerint, *pro*: inuocauerit, *omissa quæ sequebatur particula*: & quamnemo eodem loco legis hactenus.

18. & qui naso non deridetur, &c.] *Quod suprà T. 3. l. 5. adu. Marc. cap. 4. vertit Auctor Gal. 6.* Deus non irridetur, *hic magis propriè vocem Græcam* μυκτηρίζεται: naso detidetur. *Emendamus autem ex Angl. Ms. cod.* adulantium scilicet bonitati eius, *pro*: bonitatem, *quia præcedit paulopriùs*: Deo adulantur.

19. Tacui, numquid & semper tacebo, &c.] *Eodem modo initium huius scripturæ Isa. 42. vtpote de Iudæio Domini interpretantur B. Cyprian. in fine lib. de Patientia, B. Augustin. tract. 33. in Ioan. cap. 8. & in psal. 82. Quarum nemo legit, neque etiam B. Cyril. in Comment. quod hodie habent* LXX. *à vitulo; qui quum legant*: ἐκ τοῦτο, *id est, interprete Cyrillo*: expellam, *admirari faciam, vel transferam, Auctor vertens*: exsurgam, *videtur legisse* ἀναστήσω. *Atqui prorsum cum illis sic distinguimus*: Quieui velut patruelens, exsurgam.

20. Ignis enim procedet, &c.] *Etsi hoc peculiare Auctori, pro eo quod alij*: præcedet, *sed vetus sum* προπορεύσεται, *quod præcedere, &* προπορεύσω, *quod procedere significat.*

21. Iudicabitur de vobis, &c.] *Sic etiam vertit Matth. 7. alicubi B. Augustin. elegantius quàm alij ad verbum: iudicabimini. Et verò facit contra Anabaptistas & alios quosdam, qui iudicium non admittunt, quod addit*: Ita non prohibuit iudicare, sed docuit.

22. delicta mundantur, quæ quis in fratrem nō Deum admiserit, &c.] *Videtur adludere ad illud 1. Reg. 2. Si delinquendo peccet vir in virum, orabunt pro eo Dominum. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Verùm B. Cypr. hinc colligit lib. de Exhort. Mart. c. 4. non quidem non mundari delicta in Deum, sed nō facilè talibus ignoscit. B. Pacianus verò Epist. ad Sympron. Nouatian. interpretatur* peccare in Deum, *de peccatis in, in quibus perseueratur vsque in finem. Cæterùm autem ex Ang. Ms. cod.* profitemur, *vbi erat*: profitetur. *Atqui de proueribio*: Funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere, *vide nostra Prolegomena, item de illis*: restringere frenos, *&* relaxare, *sicuti etiam de illo quod mox sequitur*: in sua terminis stabit. *Hæ restitumus*: videantur, *quod habebat Gagneus, pro*: videantur, *quia hæc & illa referuntur ad auctoritatem scripturarum variatum; alioqui legi deberet hæ, &*: illæ. *Verò* passiua concessio *accipitur pro ea quæ omnibus conceditur, phrasi Terentiana; ad quam etiam pertinet*: venia expungit, *vel sicuti Ms. Angl. cod. legit*: dispungit; *eademenim penè significatio Auctor hic verbis vtitur.*

23. Siquis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, &c.] *Clarior est translatio illius*: & dabitur vita ei, quia non ad mortem delinquit. *B. Pacianus verò magis iuxta Græcum hodie exemplar, Exhort. ad Pœnit. (qui potius est Tract. 3. aduersus Nouatianos) dedit sibi vitam Dominus, si quis deliquit peccatum non ad mortem. Atqui similiter B. Pacianus tunc ibi, tunc eo tum citato, istum locum dicit ad manentia peccata capitalia pertinere, non ad ea, qui aliquando peccauerint, & caperint pœnitere, antequam quisquam pro illo roget. Hinc B. Augustin. quod libro De sermone Domini in monte, interpretatui erat de certis quibusdam (sicuti hic Auctor) peccatis tremissibilibus, retractat lib. 2. Retractat. limitando, si ad mortem vsque quis in peccato perseuerauerit, quomodo etiam interpretatur lib. de Corrept. & grat. cap. 12. Atqui ibi*: Ita vbi est postulationis, *subintelligitur*: locus.

Cap. iii.

24. Sed priùs deeidam, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd proinde non sit negligenda quorumdam peccatorum pœnitentia. *Hinc autem manifestum fit, quamquam Montanus omninò venæsset excluserit, sicuti patet ex B. Paciano Epist. ad Sympron. Nouatian. & B. Hieron. in Epitaph. Fabiolæ, & Epist. 16. ad Pammach. aduers. error. Ioan. Hierosol. ad Marcel. de Montano, non illi per omnia consensisse Auctorem; sed solum illos Episcopos (de quibus suprà num. 6.) qui putabant* pacem mœchis non dandam. *Verùm rectius, adhuc Cotheleut. suprà Tom. 2. lib. de Pœnit. cap. 3. & 4.* Omnibus delictis veniam Deum *scribit* per pœnitentiam *spopondisse. Atqui paulopoſt*: Quantum autem ad illos, *&c. subintelligitur*: frustrà agetur.

25. qui solum Dominū meminimus dēlicta cōcedere, &c.] *Adludat ad illud Marc. 7. Quæ potest peccata dimittere nisi solus Deus, & quod additur: vt scirās quia etiam filius hominis habet potestatem dimittendi peccata; verùm locus infrà, vbi ex propositione Auctor tractat cap. 11. de eius loci vero intellectu.*

26. quòd eam à solo Deo exorat, &c.] *Contra hæc, quod solo Deo, non Ecclesiæ veniam peccatorum concedat, latiùs etiā infrà c. 21. Hic folium dicemus, quòd videatur idem sensisse Auctor, quod de Nouatiano scribit B. Cypr. Epist. 52. ad Antonian. atque adeò posset ipse respondere verbis eiusdem: Ofrustrandæ fraternitatis ingratitudo, o miserorum lamentantium caduta deceptio, o hæreticæ infitiationis insperatæ & vanæ audaciæ, hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medentiam; dicere fratres: plange & lacrymas funde, de diebus ac noctibus nec mihi cesse, & prodolendo & purgando delictis frequenter & largiter operare, sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris; quæcumque ad pacem pœnitentes, facies, sed nullam pacem, quam quæris, accipies. Etenim præmittis hic actus publicos pœnitentiæ eos dem, quos suprà lib. de Pœnit. c. 9. & tamen vult à solo Deo exorari veniam, non verò Ecclesiæ communicare. Et verò valde incerta est vemia, & proinde (quantumuis id neget) pœnitentia vana, siquis à solo Deo veniam expectare debeat. Atqui confirmatur hinc nostra castigatio suprà T. 2. l. de Patient. c. 12.* hæc exorat pœnitentiam. *Verum de Actibus pœnitentiæ publicæ, quos hic habet, & rursum c. 5. sub finem, & c. 13. & 21. vide dict. lib. de pœnit. c. 9.*

Cap. iiii.

27. Possumus igitur, demandata pœnitentiæ distinctione, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: Quod mœchiæ nomine & fornicationis intelligantur omnia libidinum genera. *Eodem autem modo B. Paciamus Exhort. ad pœnit. citat. n. 23. fornicationis nomine emprehendit omnem prorsus libidinem, extra vxorum thorum & complexum licitos euagantem. Nec aliter accipitur à B. Cypriano Testim. lib. 3. c. 63. hic titulo*: Graue delictum esse forneationis. *Prorsus autem legimus ex Angl. Ms. cod.* an ea fint, *pro*: hæ, *quia præcedit*: delictorum.

28. Cæterùm est adulterium & si stupri dixero, &c.] *De adulterio idipsum docuit suprà lib. de Monogam. cap. 9. De stupro, libro de Exhort. cast. cap. 9. Quod ipsum frequenter vsurpat, non modo pro mœchia, sed & pro forneiatione, sicuti alibi suprà adnotauimus. Malim autem legere*: Omne homicidium intra fyluam, *pro*: extra, *sed nolui in contextu quidmutare. Sine autem legas*: vel in quacumque, *cum Gagn. & Angl. Ms. cod. sine cum ex. & Gelenio quamcunque, perinde est.*

29. Ideo penes nos occultæ quoque coniunctiones, &c.] *Dum* occultas coniunctiones *interpretatur*: nō priùs apud Ecclesiam professas; *mutum in modum confirmat Decretum Concilij Tridentini de ritibus talibus coniunctionibus, eo quòd de illis subjicit*: iuxta mœchiam & fornicationem iudicari perieliuntur. Nec inde confertæ, obtentu matrimonij crimen eludant. *Verùm de eo plura Tom. 2. lib. 2. ad Vxor. cas. vle. num. 60. & 61.*

30. Reliquas autem libidinum furias impias & in eorpora, &c.] *Sic supplemimus ex Angl. Ms. cod. Eleganter autem distinguit inter*: limine Ecclesiæ submouere, *&*: toto tecto Ecclesiæ submouere; *ac si velit*: fornicatores *&* adulteros admissos ad limen Ecclesiæ, *vt t. prat. inter pœnitentes (quamquam frustra, si veniam Ecclesia dare non possit, vt per se ita dicerunt) ac monstrorum illorum reos neque ibi admissos, sed prorsus exclusos fuisse. Et vero etiam hinc confirmatur Decretum* de Excommunicationis Ecclesiasticæ, *de qua suprà Tom. 1. Apolog. ca. 39. num. 502. & alibi non semel; ad quam itemrum adludit infra cap. 7. ibi verbis*: ob tale quid extra gregem datus est, *ac de Ec-*

ieſia expellitur. *Plura vide cap. 14. num. 119.*

CAP. V.

31. Ergo mœchia, quod etiã fornicationis eſt res, &c.] *titulum huic capiti impoſuimus:* Quòd mœchia comparetur idololattriæ & homicidio. *Idipſum autem etiam probat Exhor. d Pænit. B. Pacian. ex Decreto Apoſtolorum Act. 15. Abſtinete à idolothyto, ſanguine & fornicatione ; imitatus in hoc Auctorian. crimina, id eſt grauior a peccata enumerat l. de bono Patient.* Adulterium, fraudem, & homicidium ; *quod illum ex Tertulliano ſumpſiſſe ſuprà adnotauimus Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 5. num. 3. quomodo etiam B. Hier. Epiſt. 146. ad Damaſum, de duobus filiis.*

32. poſt interdictam alienorum Deorum ſuperſtitionem, ipſorúmque idolorum fabricationé, &c.] *Adnotatu dignum, quòd iſta duo coniungat, contra eos qui inde dua faciũt præcepta Decalogi; maximè hodiernos hæreticos, quos id faciunt, vt tãto magis odioſius faciant Imaginum viſi in Eccleſia, eas perperàm idolis comparantes ; ſed de hoc fortaſſis ſe aliàs offeret ſcribendi occaſio. Mirum interim quòd omittat ſecundum præceptum : Non adſumes nomen Domini Dei tui in vanum ; ſed de ille latè tractauit dicto lib. de Idololatria, cap. 10. num. 71. Legimus autem ex M S. Anglicuti alibi ſemper* : intellege, *more antiquorum ; nam & B. Patianus M S. codex vbique ſic legit.*

33. Nam & idololatria mœchiæ nomine & fornicationis ſæpè popolo exprobrata, &c.] *Locos eiuſmodi plurimos reperire eſt in Concordantiis Bibliorum Georgij Bulloci Angli, in dictionibus Fornicator, Idolatria, Fornicari, idolatrari; Mœchari, idolatrari ; &* : *Mœchatus, idolatra. Quorum primum omnium ad marginem adnotauimus Exod. 34. vbi dicitur : Fornicari faſtunt in Deos ſuos.*

34. Eo amplius, præmittens : Non mœchaberis ; adiungit: Non occides, &c.] *Mirum eſt & iſtud, niſi dicamus Auctori fuiſſe diuerſa exemplaria, eo quod non modò editiones Bibliorum & Patres omnes præmittunt:* Non occides; *ſed & ipſe Auctor T. 1. lib. adu. Iud. c. 2. T. 2. lib. de Spectac. cap. 3. & Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. c. 17. Legimus verò ex dicto Augl. M S. cod.* in prima vbique, *pro:* itaque, *incipientes nouam peruſdum ibi:* De loco, *&c. Sunt autem Tertullianica:* ſuggeſtum, *ac:* Ab idololatria metamur, *quod reſtè Gelenius reſtituit, pro :* inuitamur.

35. Sciunt luci mei, &c.] *De libidinum variis generibus in Idololatria ſacris, ſuprà alicubi latiùs Tom. 1. ad lib. Apolog. Hic ſufficiat illud cap. 15.* in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipſis plerúmque ædituorum & ſacerdotum tabernaculis, ſub iiſdem vittis & apicibus & purpuris, thure flagrante, libidinem expungi.

36. vt tragœdias omittam, &c.] *De his ſic ibidem* : Diſpicite Lentulorum & Hoſtiliorum venuſtates, vtrum Mimos an Deos veſtros in iocis & ſtrophis rideatis ; Mœchum Anubin, & Maſculum Lunam, *&c.* Sed & hiſtrionum litteræ omnem fœditatem eorum deſignant, *&c.* Cybele paſtorem ſuſpirat faſtidioſum, *&c.*

37. Sciunt hodie venenarij, &c.] *Prorſus ſic legendum, pro:* venerarij ; *tum quòd etiam dicti Apolog. c. 43. coniungantur:* venenarij, magi ; *tum quòd ſequatur:* quòd pellicatus vliſcar, *&c. Siue autem paulopoſt legas :* ingemiſcunt *cum M S. Angl. cod. ſine :* gemiſcunt *cum exeuſis, perinde eſt.*

38. Idololatren quidem & homicidam ſemel damnas, &c.] *Hîc calumniatur Auctor in Orthodoxos, tamquam ſi idololatram & homicidam, ad pœnitentiam non admitterent, quum ſuprà num. 31. adduxerim ipſius Auctoris teſtimonium contrarium.*

CAP. VI.

39. Planè ſi oſtendas, &c.] *Inſcriptionem huic capiti facimus* : Quòd ſi in veteri Teſtamento inueniatur venia mœchiæ conceſſa, etiam ſint ibi exempla iudicij ; in nouo verò magis vitandam. *Supplemus verò ex Manuſcript. Angl. cod.* præceptorúmque cœleſtium. *De Proner-bio autem* : ad hanc iam lineam dimicabit congreſſio noſtra, *vide noſtra Prolegomena.*

40. Lex Domini inuiterabilis, &c.] *De hac verſione Pſalmi 18. Auctoris, alicubi ſuprà diximus, vbi ex M S. cod. caſtigauimus* : conuertens animas, *quod proinde etiam hîc ſcribitur ; peculiare verò hîc eſt* (*nil fallor*) *illud:* longè lucens.

41. Sic & Apoſtolus, &c.] *Hîc etiam differt in eo, quòd vertat :* præceptum ſanctum & optimum, *pro eo quod lib. 5. aduerſ. Marc. cap. 13.* iuſtum & bonum.

42. Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit gehennæ, &c.] *Neque hîc ordinem Euangeliſtæ obſeruat Auctor, neque etiam alicubi ſuprà quum dixit* : nec Fatue quidem dicere ſine iudicij periculo licet; *nam apud illum, ſubiectum dumtaxat comminatur Chriſtus illi qui* Racha *dixerit, at* gehennam, *qui Fatue. De proverbio verò* : in ſinum plaudent, *vide noſtra Prolegomena. Atqui prorſus ſupplemus* : ſi ideò hodie concedetur mœchiæ venia, *quia numquam legitur conceſſa aliqua mœchia, ſed mœchiæ venia ; ſicut ſequitur & de idololatra & homicida. Eſt autem omninò & illud mendoſum, aliqui falſum* : niſi vt maiore forſitan lenocinio tuo indulgeatur.

43. quia & populum ipſum toties reum, &c.] *Patet iſtud maximè libro Iudicum c. 3. & deinceps. Vtut autem eluderet ſatur Auctor, certe hîc ipſis vtuntur B. Cypr. B. Pacianus, & B. Heron. locis ſuprà citatis, vti Pœnitentiam omnium peccatorum quantumuis grauium confirmant aduerſum Nouatianos; & ipſe Auctor quoque exemplis* Achab, 3. *Reg. 21. &* Dauid, 2. *Reg. 2. Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. c. 11.*

44. Iam & inceſta dopabis propter Loth, &c.] *Hîc rurſum calumniatur Auctor, tamquam Orthodoxi velint inceſta excuſare exemplo Loth ; quum contra allegorice exponere ſint ſoliti, ſi quæ peccata ſanctus imputantur ; vti inceſta* Loth *B. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum c. 41. & ibidem c. 83.* fornicationes cum inceſto Iudæ, *& c.* 80. turpes Oſee de proſtitutione nuptias, *denique cap.* 30. ſemel plures Abrahæ] & Patrum noſtrorum nuptias.

45. exempla, *&c.* repræſentati iudicij fornicationis, &c.] *Adludit haud dubiè ad diluuium, Gen. 9. & Sodoma & Gomorrha conflagrationem, Gen. 19. Accipitur autem etiam hîc* repreſentati, *pro: ad præſentiam adducti.*

46. Et vtique ſufficit tantum numerum XXIIII. milium, &c.] *De hoc vide ſuprà Tom. 3. lib. adu. Gnoſticos c. 3. nu. 27. ex quo loco prorſus hîc caſtigamus:* filias Moab, *pro:* Madian.

47. Habuerint priſtina tempora, &c.] *Etiam hîc Orthodoxos calumniatur ; tamquam* omnis impudicitiæ velint facere poteſtatem. *Prorſus verò obſcurum, immò mendoſum eſt illud :* & lactæ ſortes non habentes idoneæ, *cui tamen mederi non licuit.*

48. Vbi ſetmo Dei, &c.] *Elegans eſt Tertullianicum illud :* carnem ne nuptiis quidem reſignatam, *de B. Maria carne virgine, quanquam nupta, &* : ne nuptiis quidem reſignanda, *de carne Chriſti virgine. Opponit autem Chriſti factæ, factis Eua.*

49. quæ munditias ſuas aquis tradetet, &c.] *Hoc idem eſt quod dixit ſuprà alicubi lib. de Bapt.* Chriſtum baptiſmo ſuo aquas ſanctificaſſe ; *vbi etiam latè de materia baptiſmi aqua pura. Atqui etiam hoc ad calumniam pertinet quod ſequitur:* Non corpus Chriſti, *&c. Diſtinguimus verò cum Harriſio:* & magno redempta eſt, ſanguine ſcilicet Domini & agni, *de quo loco 1. Cor. 6. ſuprà non ſemel.*

CAP. VII.

50. A parabolis licebit incipias, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* De ouis & dragmæ perditæ reſtitutione. *Quam hiſtoriam Luc. 15. quum ſuprà lib. de Pœnit. cap. 8. nu. 50. & de Patientia cap. 12. adduxiſſet ad Pœnitentiæ confirmationem, & ſimiliter interpretatus eſſet lib. 4. aduerſ. Marc. cap. 32. tum adhuc Catholicus, hîc nititur detorquere, à Chriſtianis peccatoribus pœnitentibus ad ethnicos. Quod inter cetera deſumpſiſſe hunc Nouatianos, patet ex B. Pacians Epiſt. 2. vbi quod Epiſt. 1. cetauerat pro Pœnitentiæ teſtimonium, plenius repetens, dicit eos decuſſe, ad humilem, id eſt ethnicum populum pertinere. Verùm poſt multam diſputationem*

disputationem rectè respondit, contrarium communi eo quod sequitur: Sic erit gaudium in cœlo super unum peccatorem pœnitentiam agentem quàm super 90. iustis, quibus non opus fuit pœnitentia. Nam si omnia, inquit, ad commendandos nos scripta sunt; cui tandem populus ille peccator humilis comparabitur, nisi populo pœnitenti? Nec aliter interpretantur B. Cyprian. Epist. 47. ad Cornel. & 51. ad Antonian. B. Hieron. loco citato, & B. Ambros. lib. 1. de pœnitentia cap. 4. & B. Augustin. Quæst. Euang. lib. 2. cap. 33. & ante hos omnes B. Dionys. Areop. Epist. 8. ad Demophi. monach.

51. Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, &c.] *Eodem pertinet quod infrà dicitur cap.* 10. Cuilibet si fortè patrocinabitur Pastor quem in calice depingis, *&c.* de quo nihil libentiùs bibas, quàm ouem pœnitentiæ secundæ. At ego eius Pastoris scripturam haurio, qui non potest frangi. *Vnde colligitur, tum temporis* calices (*quorum haud dubiè, vti suprà adnotauimus lib. de Orat. num.* 1. *vsus in sacrificijs*) *non solùm depingi solere figuris historiarum nouæ Testamenti* (*vnde & confirmatur vsus Imaginum in Ecclesia, de quo suprà Apologet. cap.* 12. *num.* 184.) *sed etiam vitreos fuisse. hoc est enim dicere,* frangi faciles. *Atq; hoc ipsum est quod citauit in nostra Lectura Lutinorum de B. Zepherino eius ætatis Romano Pontifice, ex Damaso, Vsuardino, & Radulpho Tungrensi, quòd ille statutum fecerit vt omnia vasa Ecclesiæ essent vitrea. Addit Martinus Polonus: aut flantea, Verumtamen, non multo post etiam argentea & aurea vasa in vsu fuisse, patet ibid. ex pastione B. Laurentij, apud B. Ambros. Offic. lib.* 2. *cap.* 18. *qui passus est circiter vno mense ante B. Cyprianum; item ex Opt. Milevit. lib.* 1. *contra Parmenian. & B. Augustin. contra Crescent. Grammat lib.* 3. *cap.* 29. *Rursum autem* pecudis *nomen vsurpat, pro: oue, idque non semel. Atqui castigamus ex MS. cod. Agob.* cui alij configurasse credendum est; *pro:* quum figurasset, cui alij credendum est, *maximè quum ad illum magis accedat Gagnæi lectio prior.*

52. Sed quis propriè Christus, &c.] *Istud sibi obijciens ex persona Ecclesiæ, seipsum conuincit; nihil enim habet quod respondeat quàm:* Ergo nihil ad mussitationem respondisse Dominum. *Immo verò quum mussitatio esset non tam de publicanis quàm peccatoribus, aptissima fuit responsio ouis restituitæ parabola. Adludiatur autem in hac obiectione ad illud Ioan.* 10. *Ego sum* pastor bonus. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, & sient vnus* grex, *Græcè* μία ποίμνη, *pro quo ally enile transferunt; quæ omnia non nisi de Christianis possunt intelligi. Legimus verò:* & ideò Christianus in oue intelligendus, *pro:* non intelligendus; *& supplemus ex Angl. MS. cod.* nónne omne hominum genus vnus Dei grex est? *Cui restonderi potest, at non Christi. Sine autem lege:* & quibus pœnitentia opus non esset habentibus gubernacula *cum MS. Angl. cod. sine cum exc.* habentes, *perinde est, quia præcedit:* iusti Iudæi.

53. Proinde dragmæ parabolam, &c.] *Etsam hæc adhuc orthodoxum eiusmi pro Pœnitentia Christiani peccatoris Auctor, loco suprà citato numero* 50. *sicut & alij Patres, quorum ibi fit mentio. Supplemus verò ex Angl. MS. cod.* Æquè in ethnicum interpretamur. *Quare peoperàm exponit:* domum, totum mundum, *quam ipse cum alijs* Ecclesiam. *Melius autem paulopoſt legere:* in Christianum peccatorem defigentetur, *quàm:* defingetentur. *Atqui de Proverbio:* Decedam pauliſper de gradu isto, *vide nostra Prolegomena; & Tertullianicum est:* obduxero diuersæ partis præsumptionem.

54. Condico, &c.] *Etiam hæc vox Tertullianica, ac si dicat; vnà vobiscum dico,* Christianum iam peccatorem in vtraque parabola portendi, *vt pote veritate vsitum. Verum aliud denuo effugium quærit, quod loquatur de peccatoribus nuentibus, non mortuis; quales adfirmat, sed non probat, esse mœchos & fornicatores. Supplemus autem ex Angl. MS.* erit & de perditionis genere retractare, *& cum Dn. Latinio legimus:* intercundo, *pro:* interiendo.

55. in spectaculum, &c.] *De quatuor hu generibus* spectaculorum *vide Tractatum nostrum suprà Tom.* 2. *ad libr. de Spectaculis numero* 1. de artibus curiositatis in ministerium alienæ, idololattiæ, *libro de Idololatria capite* 4. 5. 6. 7. 8. *& 9. de* ancipiti negotiatione, *ibidemcapite* 9. *&* de verbo blasphemiæ, quando quis iutat peridola, *capite* 20. *ac* 21. *Mirum autem esset quod auctor vehementia animi blasphemiam inter remissibilia peccata poneret, quim infrà capite* 9. *& rursum* 13. *inter* irremissibilia *collocet; quare hic necessario illud:* aut blasphemiæ, *præmittimus.*

f 56. vel & ipse fortè ira tumore, &c.] *Familiare id est omnibus hæreticis; immò etiam ipse Tertullianus videtur* abrupisse, *aliqua similis animi adfectione, de quo interim in vita eius latius.*

57. Pastores ecce lac deuoratis, &c.] *In hac scriptura Ezech.* 34. *variat à* LXX. *Auctor, & ipse quoque B. Cyprian. non uno in loco, vertens:* quod forte est, *vbi ally:* crassum; non curastis, *pro:* non conforteastis, *&:* quod expulsum est, non conuertistis, *pro:* & errans non reduxistis; *quod tamen magis instituto Auctoris quadraret. Fortasse legit priori loco* πυκνὸν, *pro* πας ὸν, *reliqua pro ipsdem videtur habere.*

58. Mœchiæ verò & fornicationis non dragma, sed talentum, &c.) *Etsamsi* talentum *esset, non animaduertit Auctor aliam parabolam legis, qua damisit seruo sue decem milia talenta, Matth.* 18. *Elegans autem metaphora,* lumen lucernæ, spiculum, solis, lanceam. *Quæ sequuntur, pertinent, non ad pœnitentes, peccatores, sed eos qui non agunt pœnitentiam; nisi forte de sua Montanistarum loquatur Ecclesia.*

Cap. VIII.

59. Sed enim pletosqueinterpretes, &c.] *Titulum huic capiti dedimus:* De parabola duorum filiorum. *In qua tertia ipse potius Auctor* in caligine à vero lumine exorbitat; *atque adeò etiam illi magni* (*sicuts omnibus etiam hæreticis*) *compositi eleganssilla Metaphora, quàm Orthodoxa, maximè quum ipse libro suprad. 13. de Pœnit. cap.* 8. *numero* 51. *& libro de Patient. capite* 12. *hanc Parabolam ad pœnitentiæ confirmationem adduxerit; sicuti etiam B. Pacianus vtroque loco suprà citato n. num.* 50. *B. Ambros. libro* 1. *de Pœnit. cap.* 3. *& hu omnibus antiquior B. Dionys. Areop. Epist.* 8. *ad Demophil. monach. B. Hieronymoque Epist.* 46. *ad Damasium eiusdem argumenti. Quamquam sicuti Auctor (quemodo etiam B. Augustin. Qu. Euang. libro* 2. *capite* 33.) filium minorem ethnicos, maiorem Iudæos, *interpretantur: sed deinde ostendit (contra quàm Auctor) quomodo de istis generaliter & peccatore Christiani possit intelligi. Similiter interpretatur etiam, Auctor Homilia de Patre & duobus filijs, inter opera B. Chrysost. in Lucam; pramittens: de ethnicis & Iudæo commodè non posse intelligi. Et vero B. Hieronym. pro hac sententia facere scribit illud Patris ad seniorem filium: Gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est; scribens illud correspondere cum eo quod de parabola præcedenti dixit: Hoc erit gaudium coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Atqui in expositione verborum totius parabolæ, satis cum Auctore omnes illi consentiunt. Porrò sunt elegantissimæ phrases Tertullianicæ in vestibus purpura oculandis, inter se amasse, ac exurdito corpore. De Proverbiali verò formula:* in caligine à lumine exorbitare, *vide nostra Prolegomena.*

60. Duos enim populos in duobus filijs collocant, &c.) *Nullum habemus ὀνὸς Veterum, qui expressè duos filios, Iudaicum maiorem, Christianum minorem, interpretentur, quare non est quòd eam defendamus sententiam; sed potius illam quæ iustos & peccatores intelligit.*

61. Licet enim, &c.] *Est istud Tertullianicum:* Licet enim filius audiat & Iudæus, & maior, *&c. ac si dicat: Licet filij nomen, & maior, sibi tributum audiat Iudæus, nempè ab Apostolo Romanorum 9. vbi legitur: Qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio est filiorum; & deinde:* maior *seruiet minori.*

62. sed non erit Iudæi dictum ad patrem : Ecce quot annis, &c.] *Idipsum argumentum obiiciebat B. Hieron. Damas. Ad B. Hier. in priori parte suæ expositionis, negat id dictum de Iudæa populo, si de ethnicis & Iudæis velimus intelligere, sed de ea iustitia, quam in lege sequentes, De iustitia non subiiciebantur Peculiare est autem Auctoris*: quot annis, *pro eo quod alij omnes*: tot.

63. odio habens traducentem in portis, &c.] *Adludere videtur ad illud Isai. 29. Omnes autem arguentes in portis offendentem ponent (vbi est figura Graca, tamquam dicat : aduersus omnes arguentes, &c.) & obliquauerunt in iniquo iustum; pro quo hic multo aliter Auctor:* & aspernamento sermonem sanctum. *Sicuti & in eo quod sequitur Isai.* 1. qui non computauerint Dominum (*seu* Deum, *quod malo, sicuti legit MS. Angl.*) *pro eo quod alibi semper*: non cognouit; *ac si dicat: non estimauerint pro Deo : atque castigamus ex coniectura Harrisij & nostra*: Quærant igitur, *pro*: Quærunt.

64. Multo aptiùs Christianum maiori, &c.] *Neque hanc alicubi interpretationem apud aliquem Veterum reperi; atque adeò merito, eam non conuenire, Auctor significat. Ibi autem*: iniquidem tota spes nostra cum reliqua Israëlis exspectatione coniuncta est, *adludere videtur ad illud Rom.* 11. *Si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium; quanto magis plenitudo eorum? De Proverbio verò* : ad speculum respondere, *vide nostra Prolegomena.*

65. & fabula, & scena, & persona, &c.] *De his latè suprà Tom.* 2. *lib. de Spectac. cap.* 10. *&* 17. *Rursum verò vide nostra Prolegomena de Proverbio* : nihil ad Andromacham.

66. Sic & hæretici, &c.] *Pulcrum est istud de praua scripturarum expositione apud* hæreticos solutos à regula veritatis ; *de quo latius suprà Tom.* 3. *l. de Præscript. adu. hær. cap.* 17. *Est autem ibi Ironia* : aptissimè excludunt. Quare aptissimè? quoniam, *&c. Sic enim prorsus distinguendus locus ille. Et verò* excludunt (*metaphora sumpta à gallinis aut auibus, quæ pullos dicuntur* excludere) *accipitur, pro* enucleant, *exponunt, interpretantur ; sicuti etiam alicubi suprà, ni fallor, Auctori visitatum est ; cui magis familiare*: Vacuit, *pro*: Vacauit. *Atqui videtur mihi agere contra Marcum & Colorbasum hæreticos, qui Deum summum numerij consiciebant, & inter cetera (Irenæo teste lib.* 1. *cap.* 13.) *ex dragma perdita & eue ; quò pertinet etiam illud sequ.* quare centum oues, & quid vtique decem dragmæ.

Cap. ix.

67. Nos autem, &c.] *Quum eiusdem sit argumenti istud caput, nouo titulo non est opus. Inco à præcedenti differt, quòd ibi illorum, hîc suam sententiam proferat ; de qua quid sentiam, habes suprà num.* 59.

68. & quæ illæ scopæ, &c.] *Confirmatur hinc, tamquam veriori lectio Luc.* 15. *de dragma perdita : &* euerrit domum, *pro* altera euertit, *Græca etiam magis voci conformi* : σαροῖ, *quod significat : scopu purgare ; maximè quum iterum repetat Auctor* : tam scoparum. *Est verò rursus Tertullianicum* : cui exemplum procuratur.

69. Quibus enim cohærent, eandem habent causſam, &c.] *Hoc ipsum habet etiam B. Hieron. sed aliter (vt nunc. 0. dictum est) ab eo explicantur ex vtraque parabola, tam* dragma & ouis, *quàm duo* filij.

70. apud Iudæam vsurpatam iam pridem Pompeij manu, &c.] *De* Iudæa vsurpata Pompeij manu, *vide Ioseph. lib.* 14. *Antiqu. cap.* 8. *& lib.* 1. *de bello Iudaico cap.* 5. *& Eegesipp. de Excid. Hierosol. lib.* 1. *cap.* 14. 15. 16. *&* 17. *vbi* Pompeium Magnum *appellat ; eundem nempè quem in Numismatis & Fastis Consularibus appellatur*, Cn. Pompeivs, Cn. f. Sext. N. Magnvs iii. procos. *an. Vrb. cond.* dcxcii. *quo anno Roma triumphum egit per biduum, inter cetera e Syria, &* Iudæa.

71. atque Luculli, &c.] Luculli *etiam mentionem faciunt Ioseph. lib.* 13. *cap. vlt. & Egesipp. dict. lib.* 1. *cap.* 13. *narrantes de illo, quòd Tigranem Regem Armeniorum, facta in Armenios irruptione, ab obsidione Ptolemaidis recedere coëgerit ; atque hinc est quòd inueniatur in Fastis* triumphvs L. Licinii L. f. N. f. Lvcvlli proc. cos. *ex Ponto, Cappadocia Armenia, de Regibus Mitridate & Tigane. Qui quum eodem anno contigerit, quo Hierosolyma à Pompeio fuit occupata, nempè C. Antonio & M. Tullio Cicerone Coss. fortasse post victoriam iam dictam de Tigrane, vnà cum aliis Romanis legionibus interfuerit ipse expeditioni Syriæ & Iudææ ; quamquam & Ioseph. & Egesipp. id Scauro potiùs tribuant.*

72. legat Deuteronomium : Non erit vectigal pendens ex filijs Israël, &c.] *Hæc scriptura, quam adlegat Auctor, vt probet* publicanos fuisse ethnicos; *opponit B. Hieron. dicta Epist. ad Damasum : Matthæum (Matth.* 9.) *cùmque qui in templo orabat, Luc.* 18. *& publicanos baptizatos baptismo Ioannis. Luc.* 7. *quos ex circumcisione fuisse probat, quòd credibile non sit ethnicum templum ingressum, aut Dominum cum ethnicis habuisse conuiuia; quum id maximè caueret, ne legè soluere videretur. Quo loco ad marg. ad notatum est Deuter.* 23. *sed ibi non reperitur, nisi forte tale quid etiam olim lectum fuerit, vbi prohibetur non fœnerari. Verùm de hoc vide nostra Prolegomena inter Paradoxa Auctoris.*

73. Ceterùm nec denotaretur, &c.] *Etiam in hoc fallitur Auctor, quia denotatus fuit Dominus peccatricis tactum admittens, Luc.* 7. *quum etiam Iudæa esset, non ethnica. Atque phrasis est Tertullianica (de qua alicubi suprà)* licet in agina congruentiss. *de qua inter Proverbia in Prolegomenis.*

74. Nam si Christianus est, &c.] *In hac periodo parenthesi inclusimus* (vtique baptismatis, vtique spiritus sancti, & exinde spei æternæ) *item* : (cui alij quàm diabolo?) *Castigauimus etiam ex Angl. MS. cod.* resipuit, *pro* : resipit, *&* : fornicarij, *pro*: fornicatorij. *Illud vero*: tota substantia sacramenti, *de baptismo intelligitur.*

75. de quo indignè vestiti, à tortoribus solent tolli & abijci in tenebras, &c.] *Emendauimus sic ex dicto Angl. MS. cod. pro eo quod erat corruptiss.* auribus ; *nam Matth.* 22. *legitur de eo qui non habebat vestem nuptialem : Tunc dixit Rex* tortoribus : tollite *eum* in tenebras *exteriores. Legit enim etiam ibi Auctor, quod est Matth.* 18. tortoribus, *quum Matth.* 22. *solummodò legatur : ministris. Paulò post autem castigamus* nisi qui Deum nescit? *&* : nisi qui Deum nouit? *pro eo quod erat vtrobique*: Dominum.

76. Vide an habeat ethnicus, &c.] *Præterquàm quòd ethnico adplicat, quod aliy peccatori Christiano; pulcrè alioquin hâc parabolam explicat. Est verò Tertullianicum*: latisfacto tedit.

77. quo fidei pactionem interrogatus obsignat, &c.] *De hac vide suprà Tom.* 3. *lib. de Bapt. inter Baptismi ceremonias, n.* 1.

78. opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistia scilicet, &c] *Cumprimis hoc loco probari* veritatem Dominici corporis in Eucharistia, *suprà adnotauimus Tom.* 3. *lib.* 4. *adu. Marc. cap.* 40. *nu.* 682.

79. Ceterùm si in hoc gestit, &c.] *Veritate vsitus, confitetur etiam de* peccatoribus & iustis posse hanc parabolam intelligi ; sed ita *inquit*, omnia delicta capitalia concedi; *id est pœnitentia remitti* possint ; *quod ipsum fatentur & tradunt orthodoxi. Verùm rursus ab ea declinat, quum* per solum martyrium *vult remissionem fieri.*

80. Non est leuior transgressio in interpretatione, &c.] *Competit hoc ipsum iterum in hæreticos, atque adeò ipsum Tertullianum, potius quàm in Catholicos.*

Cap. x.

81. Excusso igitur iugo, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd etiam ethnicis competat pœnitentiæ denunciatio; *cuius contrariam sententiam Orthodoxi impingit: Veruntamen non sequitur præcedentem parabolam de* ethnicorum pœnitentia *debere intelligi, & totum ad intelligendum de pœnitentia, prima salutis tabula, nempè Baptismo ipso; nam altera appellatur vel ab ipso Auctore suprà libro de Pœnitent. capite* 7.

secunda

secunda tabula post naufragium, *quam hic impugnat. Quare recte etiam B. Pacianus ostendit, quod non solum in baptismo (ad quem errorem inclinari videtur etiam Auctor) peccata dimittuntur. In quo eundem imitatus est B. Ambros. lib. 1. de Pœnitent. cap. 7. De Proverbio autem*: excussō tugo, *vide nostra Prolegomena.*

82. Non ergo & Ionas, &c.] *Sic prorsus legimus, ut accipiatur pro*: Nonne, *more Tertulliani, qui illud semper usurpat, raro verò aut nunquam*: Num. *Supplemus autem nos*: etiintcos quoque pœnitentes redempturæ, *ex Angel. red. M 5.*

83. Sed hoc volunt Pſychici, vt Deus iuſtus iudex, &c. *Sic omnino legimus, pro*: iuſti, *quia ſuprà capite 2. dixit*: Quia etſi bonus naturâ Deus, tamen & iuſtus, *adiudens vtrobique ad illud Pſal. 7.* Deus iuſtus iudex iuſtus. *Sufficit verò contra Auctorem, qui hic detorquet illud*: pœnitentiam peccatoris malo quàm mortem, *quod ipſemet ſuprà libro de Pœnit. cap. 4. eam citauerit de pœnitetia, quem admodum etiam B. Pacianus; qui diſertis verbis probat, eam ſcripturam ad Chriſtianos pertinere, non ad ethnicos. Atqui de prouerbiali formula*: funambule pudicitiæ, *vide noſtra Prolegomena ſicut de illa*: tenuiſſ. filum pendẽte veſtigio ingredi, *vt poteſque artem funambuli deſcribi, eam recte appellari*: diſciplinam veti auiam; *item de illa*: in gradu totus es, &c.: quaſi in ſolido es.

84. Si ſcriptura paſtoris, &c.] *Dehac quid ſentiendum, vide ſuprà Adnotat. noſtra Tom. 2. lib. de Orat. ca. 12. num. 48. & ad Symbolum Ruffini inter opera B. Cyprian. num. 138. Hoc ad intellectum huius loci pertinet, quòd opcris eius tribus libris diſtinctis liber ſecundus* Paſtor *prænotatur, in quo angelus pœnitentia nuntius proponitur; vt poteſquum (Origene teſte lib. 10. in Epiſt. ad Roman. cap. 16.) Hermas illum operis Auctor poſt multa peccata ad pœnitentiam conuerſus fuerit; quem Dorotheum in Synopſi ſcribit fuiſſe Philippolæ Epiſcopum. Certè, præterquàm quòd Auctor ſuprà irridere videatur, hic diſertis verbis adfirmat*: ſcripturam Paſtoris ab omni Concilio Eccleſiarum inter apocrypha & falſa iudicari.

85. (proſtitutorem & ipſum , &c.] *Iſtud de* Paſtore Chriſto in calice depicto, *parenthenſi incluſimus; vbi calumniatur, tamquam poſt calicem Dominicum ab ſperatam pœnitentia veniam, iterum Orthodoxos ſacerdotes ad chrietatem & mæchiam reuerteretentur. Quamquam interim etiamſi de Lacte concella vſu calice velit illum loqui quiſpiã, nihil obſtabit hodierno vſui ſub altera ſpecie, vt poteſquum ſuprà oſtenderimus l. de Orat. num. 1. ſemper etiam atate Tertulliani, vſum ſub altera dumtaxat ſpecie obſeruatum fuiſſe. Verùm de eo latiùs in noſtro eius Argumento libello.*

86. Facite dignos pœnitentiæ fructus. &c.] *Etiamſi iſtud & ſequentia dixerit Ioannes Baptiſta, Matth. 3. ad nondum baptizatos, non ſequitur inde nullam poſt baptiſmum eſſe pœnitentiam; vt poteſquam multis aliis ſcripturis B. Pacianus confirmet & ipſe quoque Auctor ſuprà ſapedicte libro de Pœnitentia; quem admodum etiam Beati Eterominus & Ambroſius locis ſuprà citatis.*

Cap. xi.

87. Exinde quod ad Euangelium pettinet, &c.] *Caput hoc inſcriptimus*: De factis Domini erga pœnitentes.

88. & vnguento ſepulturam eius inauguranti, &c.] *Vel hinc probatur ſcriptum ſententia, qui non duas, ſed vnitam Magdalenam faciunt; vt pote quum eidem* peccatrici fœminæ lauantilacrymis pedes Domini, & ctinibus detergenti (*quam etiam in pœnitentia exemplum adfert Auctor ſuprà Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 18.*) *adtribuat*; & vnguento ſepulturam ipſius inauguranti; *quod conſequẽtiæ ante paſſionem Domini, patet Matth. 26. Marc. 14. & Ioan. 11. quum dixit Dominus*: Mittens enim hæc vnguentum in corpus meum, *ad ſepeliendum me fecit, &c. Atqui etiam iſtud adducit contra Nouatian. B. Pacianus Epiſt. 2. ad Sympron.*

89. Samaritanæ ſexto iam matrimonio , &c.] *Auriditum hunc habes ſuprà in loco ſimili lib. de Monogam. cap. 8. num. 64. quòd nempè ſextum ille non maritum fuerit, ſed mœchum, & tamen illi Chriſtum indulſiſſe non diſſitetur hic Auctor.*

90. Nunc enim dicimus: ſoli Domino hoc licet, &c] *Loqui rurſum ex ſententia Montani, ſuprà adnotauimus ad locum ſimilem cap. 3. num. 16. Verùm, ad eandem ex parte Nouatianorum ſibi factam obiectionem, reſpondet B. Pacianus Epiſt. 2. ad Sympron. Nouatian. Ceterum quod ego facio, non meo iure facio, ſed Domini. Deſumit adiutores (inquit) Diz adificatio eſto; & iterum: Ego plantauj, Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit; ergo neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Quare, ſine baptizamus, ſiue ad pœnitentiam cogimus, ſeu veniam pœnitentibus relaxamus; Chriſto id Auctore tradimus. Tibi videndum, an Chriſtus hoc poſſit, an Chriſtus hoc faciat. Hactenus ille. Quum itaque Chriſtum id feciſſe ipſe quoque Auctor confiteatur, perperam ſubiungit*: tempora illa quibus Chriſtus in terris egit, nobis non præiudicare, *maximè quum ſimilem etiam locum habeas apud B. Ambroſ. de Pœnit. l. c. 7.*

91. Chriſtiana enim diſciplina à nouatione Teſtamenti, & vt præmiſimus, &c.] *Quo adiudat hic Auctor neſcio, quum hoc libro nihil tale præmiſerit, niſi forte ad ſcripta ſua præcedencia. Nam Tom. 1. Apolog. cap. 5. tradit* tempore Tiberij (*ſub quo Chriſtus paſſus eſt*) nomen Chriſtianum in orbem intrioiſſe, *& cap. 7.* Cenſus iſtius diſciplinæ à Tiberio eſt. *Vbi eadem ſignificatione accipi*: cenſum, *pro origine, qua hic cenſetur; adnotauimus ſuprà lib. 1. adu. Marc. ca. 21. num. 149. Atqui perperam argumentari Auctorem*: Chriſtiana diſciplina à paſſione Domini originem habet, *ergo exempla Chriſti ante ſuam paſſionem non ſunt imitanda; notius eſt quàm vt refutatione indigeat.*

Cap. xii.

92. Itaque iſti qui alium Paracletum. &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus*: De interdicto fornicationis in Concilio Apoſtolorum, Act. 15. *Atqui ad hæreſin Montaniſtarum pertinet, quod hic ſubindicare videtur: Orthodoxos* Paracletum in Apoſtolis & per Apoſtolos receptum, iam non poſſidere; quod in Prophetis (*nempè Montano & inſanis ſuis fœminis*) proprius (*ideſt*, magis proprię; *nam id iterum ex Montano legimus, pro*: proprius) non agnouerint; *quod quàm abſurdum ſit, ipſe Auctor docuit ſuprà Tom. 3. l. de Præſcript. adu. haret. c. 32. hær. 21. n. 327.*

93. vel de Apoſtolico inſtrumento docuant, &c.] *Non ſequitur: Ex Actu Apoſtolorum* (*quod* Inſtrumentum Apoſtolorum *nuncupat*) *non docetur*: maculas carnis poſt baptiſma reſperſas pœnitentia diluj, *ergo peccata poſt baptiſmum non delentur pœnitentia; quia alij ſcripturis plus ſæpe comprobatur. Immo etiam Act. 8. vbi ad Simonem magum iam baptizatum, & poſt baptiſma donum Spiritus ſancti volentem pecunia poſſidere, loquitur*: eerum: Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua; *neque obſtat quod ſubiungit*: ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui; *vnde argumentabantur Nouatiani Petrum non confirmaſſe vt agerent pœnitentiam peccatum remitteret. Reſpondet B. Ambroſ. lib. 2. de Pœnitent. cap. 1. Conſidera de quo loquitur, hoc eſt de Simone, qui non ex fide credebat, ſed dolum agitabat. Ego autem (inquit) nec Petrum dubitaſſe credo, &c. Non enim ignorantia in verbo (nempè: ſi forte:) exprimitur, ſed in ſcriptura diuina frequenti huiuſmodi conſuetudo aduertitur, quòd ſimplex ſit elocutio. Quod quum ſcripturæ decuiſſet Heer. 26. & Ezech. 3. poſtea idipſum comprobans etiam Chriſtus verbis Matth. 21. & Ioan. 8. interſerit: Demique ipſi ſapientes ſeculi, quòd Latinè forte dicitur, Græcè τάχα, non vbique pro dubitatione poſuerunt. Hæc Paulo prolixius, ob ſimilem Auctoris phraſin frequentiſſ. quæ*: ſi forte, *pro*: forte, *vbique accipi; ſicuto exempli gratia capite prox. quæ ſi forte nunc æſtimaretur, & ; quæ in Apoſtolo colaphis ſi forte colibebatur.*

94. à ſacrificijs, & à fornicatione, & ſanguine, &c.] *Eodem modo hanc ſcripturam ad idem inſtituit (vt oſtendat eſſo*

tapitalia & mortalia crimina: mœchiam, idololatriam, & homicidium) *addere B. Pacianus Exhort. ad Pœnitent. Præterquàm quod legat: ab idololatria, & sanguine, & fornicatione, sicut hodie legitur Græcè & Latinè. Verùm postquàm eodem supramodum exaggeravit, subjungit: Ergo (inquiet aliquis) peccatus summè & ubi misericors Deus, qui mortem non vult, nec lætatur in perditione vivorum? Respondet autem: Accipite remedium, &c. Qui nimium confidit, indignus est. Vos ergo appello, qui crebrioribus admissa pœnitentiam recusatis, qui peccare non erubescitis, & erubescitus confiteri. Denique post aliquot paginas sic concludit. Per rogo vos Ecclesiæ fidem, fratres, ne pudeat in hoc opere (ipsis verbis Tertullianus suprà lib. de Pœnit. cap. 10. & 9.) nec pigeat opportuna quam primùm remedia annadere, &c. ne proliciores simus. Atqui quod hîc omittitur ab Utroque (quæ ad institutum non faciebat) & suffocatæ; habet tractatum suprà Apolog. cap. 9. num. 138. Pulcrè autem subjicit Auctor, ad intellectum loci tam citati:* Interdictum enim sanguinis, multo magis humani intelligemus.

95. Cur ergo cerniem nostram à tanto iugo excusant, &c.) *Quid si etiam hic legi debeat* excussant, *pro*: excutiant, *sicuti suprà ad nutaumum legendum Tom. 2. lib. de Virg. veland. cap. 7. num. 53. nolus tamen quid immutare. De Proverbio verò*: cernicem à iugo excutere, *vide nostra Prolegomena. Castigamus autem prorsus ex Anglic. MS. cod.* ad necessariora, *pro*: necessitatis, *maximè quum illud etiam alibi Auctori sit usitatum non semel, & sequatur*: nocentioribus.

96. Sed non leuiter nobis compactus est spiritusanctus, &c.) *Alludit ad illud Ioan. 20. Accipite* spiritum sanctum; *quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. hoc est enim quod* sponsionem *appellat, addens*: Iam nec recipiet (*id est retinebit*) quæ dimisit, nec dimittet quæ retinuit.

97. Hinc est, quòd neque idololatriæ, neque sanguini pax ab Ecclesijs redditur, &c.) *Suprà ubi idipsum habes sub finem cap. 5. num. 38. diximus, hoc calumniam esse; eus adde quæ tam diximus numero. 94.*

Cap. xiii.

98. Nouimus planè & hîc, &c.) *Inscriptionem hanc capitis ecimus & sequentis*: De facto Corinthij fornicatoris, ex Epist. 1. & 2. ad Corinthios. *Quod ipsum tractatur à B. Pacaano, item Exhort. ad pœnit. tum Epist. 2. ad Symphron. & B. Ambros. lib. 1. de Pœnitentia cap. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. Qui disertis verbis eundem asserunt fuisse* Corinthium fornicatorem, *quem. Cor. 5.* traditit & Satanæ, & cui 2. *Corinth. 2.* donasse se scribit, *quem admodum etiam B. Chrysost. aliique Græcin Epist. 2. ad Corinth. & Auctor Comment. in Epist. Pauli inter opera B. Ambrosij, item B. Augustin. lib. 3. contra Epistol. Parmen. cap. 1. Et verò (quod eodem redit)* interitum carnis non modò *BB. Pacianus & Ambros. afflictionem carnis in* officium pœnitentiæ *interpretantur, sed etiam Origenes hom. 14. in Iosuæ, & 12. in Ezechielem. Quare valeat solus Tertullianus cum suis Montanistis, ubique contrarium sentiens.*

99. Si quis autem contristauit, &c.) *In hac scriptura (præterilla quæ paulopòst adnotanimus) retinuit Græcam Ecclesiam*: Vti & contrario magis vos donare & aduocare (*id est consolari, voce Tertullianea*) *nempè debeatis. Legit duntaxat*: Nam & ego si quid donaui, donaui, *quum alij plus legunt, legebatur etiam solùmodò*: in Christo, *pro eo quod omnes supradicti & vulgatus interpres Latinus*: in persona Christi; *verùm istud subtilissimum ex MSS. Angl. cod. quia & Græce & Syriace legitur. Confentit etiam Vulgata Latina versiani, quòd vertat*: ne fraudemur, *cus conformiter vbi suprà B. Ambros. legit & interpretatur*: circumueniamur, *nec dissentit versio Latina ex Syriace*: ne calumniantes deferat, *quamitemuis Græce sit* κατενεχθῶμεν, *pro quo B. Pacianus, B. Augustinus at Auctor Comm. Ambros. adscripti: possideamur. Denique vertit*: iniectiones, *quod Græce est* πολλὰς, *pro quo plerique cogitationes, B. Augustinus etiam; & B. Ambros. versutias, quod magis cum Auctore consentiunt. Nos verò in hoc tammate, sicut Apostolus, castigamus ex eodem cod. MS. Angl.* quoniam non ignoramus, *pro*: quod.

100. ethnicorum impudentiam supergressio, &c.) *Sic ex variis lectionibus, eo quod apud Apostolum plurals numero legatur, 1. Cor. 5.* qualis nec in gentibus, *ut ipse Auctor legit cap. sequ. idque ex conjectura Dn. Harrisij, & proinde etiam infra sub finem cap.* super christos delinquendo. *Legimus item ex MS. cod. Anglic.* Magis tristiora cunctantur, *pro*: concantur. *Et ex vestigiis Dn. Lauing*: conciliastis, *pro*: conciliarum, *ut* vox *sit à cilicio derivata, sicut à cinere, quæ sequitur*, concinerarum.

101. & benedictus Papa, &c.) *Videsis iam tum* Papæ nomen in Ecclesia usitatum etiam Romanis Pontificibus; *ad eundem enim, sermonem haud dubiè per Prosopopœiam convertit, de quo suprà c. 1.* Pontifex Scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum dicit. *Atqui de nomine* Papæ *vide nostras Adnotat. in B. Cyprian. ad Epistol. 3. num. 3. Et verò eidem adtribuit ad hinc nomen* benedicti, *quantumuis haretecus, non secus atque fecit suprà Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 30. num. 167.*

102. Et tamen dilectionem audio, non communicationem, &c.) *Essi apostolus, dicens*: vt consistuatis in eum dilectionem, communicationis *expositione non mouuerit, satis tamen ex collegitur, quòd vox* Græca κοινωνία *ad indices pertineat; quorum adeò exhiberi earis eam non aliud est quàm* donare, *sicut mox sequitur*: si cui autem donaueritis.

103. Si quis autem non obedit sermoni nostro, per Epistolam hunc notate, &c.) *Prorsus sic distinguendum hic locus 2. Thess. 3. uxta emendationes Græcas & Latinas iudices; maximè quum vertat Latinus ex Syriaco interpres*: Si quis non obedit ipsis sermonibus quæ postola continentur, & *B. Augustinus loco citato. Quo magis propriè vertit*: vt erubescat, & similiter *noster interpres Latinus consundatur, quàm Auctor*: teueretur, *sed ei vox eadem significationis Auctori passim usurpata.*

104. quem scilicet auferi iussistet de medio ipsorum, &c.) *Non recitè hoc loco scio adplicat, quum suo finem capitis c. Cor 5. id habeatur, postquàm in genere locutus est de pluribus fornicarijs, auaris, idololatris, &c. deinde auferit de medio apud Apostolum non aliud est, quàm* tradi Satanæ, *id est, sicut ipse Auctor non multo post interpretatur*: extra Ecclesiam projici.

105. vt emendarentur non blasphemare, &c.) *Hoc ipsum mox transtulit*: vti discipliuam acciperent non blasphemandi, *pro eo quod Græce est t. Tim. 1.* παιδευθῶσι, *pro quo Latinus Interpres*: desinant non blasphemare; *quo adludit altera eius translatio*: vt eruditi haberent.

106. quid similè, blasphemia & incestum & anima ab his integra, &c.) *Sic prorsus ex Angl. MS. cod. pro*: blasphemiam, *quia* incestum *semper neutro genere, ab Auctore vsurpatur, & sequitur*: ac anima; *quorum*, blasphemia *referatur ad scripturam, 1. Tim. 1.* incestum, 1. *Cor. 5.* anima ab his integra, *nempè Apostoli, 2. Cor. 12. Quam, quum* etiam *dicat; certè etiam Apostolum aut Orthodoxas ad sententiæ, calumniatur, vt potè, quum ibi non legatur* elatus *Apostolus in superbiam, sed duntaxat* sudem angelum Satanæ sibi datum, ne se exolleret, *sicuti ipse præmittit. Sicuti etiam in hoc calumniatur, quòd, quum ipse suprà lib. de Fugain persecut. cap. 2. & similiter aly Patres illud intellexerint de gravi morbo aliquo, hic ridicule duntaxat interpretetur*: dolore auriculæ aut capitis. *Sicuti etiam dum insinuat Orthodoxos hinc tolligere, quòd etiam Apostolus* Satanæ tradidisse *fuerit, vt potè quòd nusquam reperi; quare & non malè subjungat*: quum illi fuerint ab Apostolo traditi Satanæ, Apostolo angelum Satanæ datum.

107. de ceteris dixit, qui, *&c.* eruditi haberent blasphemandum non esse, &c.) *Mirè destruxet hanc scripturam t. Tim. 1. tamquam de alijs dictum sit quàm Hymenæo & Alexandro, quod Patres de ipsis ille interpretantur, & nonnunquam Theodoretus in Comment.*

108. Deniq; in interitum (inquit) carnis, non in cruciatum,

tum &c.] *Vt vt istud etiam detorqueat Auctor, certè vix Græcè* ὄλεθρον *non modò stragem, sive interitum, sed etiam iacturam, & cladem significat, & vel Christoph. Græcus de afflictione & pœnitentiæ carnis interpretatur, non minus atque B. Pacianus & B. Ambrosius quorum iste id comparat cum illo verbo Domini ad Satanam, Ioh. 8. Este trado tibi eum, tantummodo animam eius custodi. Qui proinde etiam illud: vt spiritus saluus sit, (sicuti & alij Patres omnes) de ipso Corinthij spiritus interpretantur; non de spiritu Ecclesiæ, vti detorquet Auctor.*

109. Non sciris quòd modicum fermẽtum totam desipiat conspersionem, &c.] *Sic prorsus legendum pro*: decipiat, *vt* desipiat *accipiatur more Tertulli. pro* desipere *facsat, id est, saporẽ immutet. Nã & infrà c.18. vertit Auctor*: desipit. *Et verò etiam hic fallitur Auctor*, dum modicum fermentum *ad fornicationem refert, quum potius de fornicatore intelligatur, qui modicum fermentum dicitur respectu totius Corinthiorum Ecclesiæ.*

Cap. xxxii.

110. Et his itaque discussis, &c.] *Quum itaque sint argumenta caput istud, nunc totum non est opus.*

111. Sufficiat eiusmodi bonini increpatio ista, &c.] *Quum suprà num.108. ostenderimus* interitum *pro adflictione accipi, non subsistit argumentum Auctoris ex voce*: increpationis, *maximè quum vox Græca* ἐπιτιμία, *propriè multẽtam & pœnam significet, vide & 2 B. Augustin. loco citato cap. præced. correctio transfertur.*

112. Animaduertamus autem totam Epistolam primam, &c.] *Paucis totum argumentum Epistolæ præmisit ad Corinth. explicat.*

113. Deo gratias ago, &c.] *In hac scriptura omittit* meo, *iuxta Græcos & emendatiores Latinos codices*, 1. *Cor.* 1. *item ex Græco* ἐβαπτίσατε *vertit*: tinxerim. *Legimus autẽ ex MS. Angl. cod. more Tertullianico*: ne qui dicat, *pro*: ne quis. *Ideo verò quod sequitur* 1. *Cor.* 2. *omittit Pronomen* me, *sicuti etiam B. Hilarius* l. 10. *de Trinit. vt potè quod Græcè non habeatur.*

114. Er puto, nos Deus Apostolos nouissimos elegit, velut bestiarios, &c.] Bestiarios, *id est, ad bestias destinatos, eadem significatione qua suprà Tom.* 1. *Apolog. c.* 9. *dixit*: bestiarij, inquitis. *Quomodo videtur vertere vnà Græcam* θηριομαχίαν, 1. *Cor.* 4. (*pro qua rectiùs Vulgatus Interpres*: *mortis destinatos*) *quod fere ad bestias condemnarentur Christiani, sicuti patet ex eodem Apolog. cap. vlt. & alibi non semel ex populi clamore*: Ad bestias, ad leonem. *Legimus autem*: Quoniam ex *Angl. MS. cod. pro*: quòd.

115. Mihi autem in modico est, &c.] *Hic differt ab aliis* 1. *Cor.* 4. *quod legat*: in modico, *prout quod alij*: in minimo, *vbi Seruani Ablatiuum, qui tantummodo hodie Græcè est*: εἰς ἐλάχιστον, & : interrogat, *pro*: diiudicer, *iuxta æquissimam significationem vocis Græcæ* ἀνακρίνω. *Sicuti etiam affirmatiuè pronuntians illud* 1. *Cor.* 9. Gloriam meam nemo inaniet, *pro eo quod alij omnes*: *Bonum est enim mihi magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet. De Proverbiali verò formula*: exerta acies machæræ, *vide nostra Prolegomena.*

116. Iam ditati estis, &c.] *Transponit aliter verba quàm habentur* 1. *Cor.* 4. *Bene autem habet, quod cum vulgata Interprete vertat* regnatis, *quantummodo hodie Græcè sit* ἐβασιλεύσατε, *& quod paulò post vertit, sicut illi*: Quis enim te discernit? *vbi interim mirum est omitti ab Auctore illud intermedium*: Si autem acceperis. *Sicuti etiam quòd in scriptura sequenti*, 1. *Cor.* 8. *non legat* idoli, *& quòd legat*: in Christum delinquent, *pro eo quod etiam ex Syriaco vertitur*: delinquitis.

117. Aut non habemus potestatem, &c.] *Quod hic*: Aut non, *suprà lib. de Monog. cap.* 8. *vertit*: Non enim, *vbi de hoc loco* 1. *Cor.* 9. *latius. Nouè etiam dixit*: de potestate vestra consequuntur: *quod aliꝰ*: *potestatu vestra participes sunt. Benè autem habet quod cum vulgato interprete Latino legat* 1. *Cor.* 11. neque Ecclesia, *quantummodo hodie Græcè est*: Ecclesiæ. *Vbi mallemus etiam cum omnibus aliꝰ legere* Dei, *sed cum MS. cod. Angl. retinumus*: Domini; *ex quo, prorsus adscitum ad scripturam* 1. *Cor.* 16. Maranatha.

118. Quasi non sim venturus, &c.] *Etiam hic consentit cum Vulgato Interprete, quantumuis hodie.* 1. *Cor.* 4. *Græcè legatur* ἐρχόμενός δὲ μὴ, *& versens mox in* vitga. *Differt in eo quòd vertat*: si permiserit Dominus, *pro eo quod aliꝰ*: *si voluerit. Vnica verò voce transfertur*: luxiftis, *quod Græcè est* ὑπερηφανεῖσθε, & *paraphrastice*: *ἐφύσα in malam partem*, facinus. *Atque prorsus legimus omissa vel superflua*: Quomodo auferatur.

119. extra Ecclesiam deruè, &c.] *Vsitatum est Auctori* extra Ecclesiam dari, *& mox* de Ecclesia auferri, *& sacramento benedictionis (nempè Eucharistiæ) exautorari, ac ab* Ecclesia eiectari *tem cap.* 20. de Ecclesia eradicari, *& suprà num.* 30. *rursum aliꝰ verbo, denique cap. præced.* extra Ecclesiam proijci, *quod non excommunicari dicimus. De qua vide Tom.* 1. *Apolog. capite* 39. *num.* 502. *& 503. De variꝰ Sacrificijs Eucharistiæ aliꝰ appellationibus, Tom.* 2. *lib. de Orat. num.* 1. *Et contrario cap. sequenti, ab excommunicatione absoluere, effert Auctor*: postliminium largiri Ecclesiasticæ pacis, dedamnare, recipere in communicationem, reuocare in Ecclesiam, concorporare rursus Ecclesiæ.

120. per mortem hanc quoque communem, &c.] *Sanctorum carnes* 1. *Cor.* 5. *hic interpretatur* mortem communem, *quale quid habet etiam B. Augustin. loco supracitato, sed magis ille placere indicat omnium Patrum expositionem, de qua suprà nu.* 108.

121. Videmus itaque, &c.] *Hallucinatur hic etiam Auctor, dum dicit* diuisam Apostoli feueritatem in quendam inflatum, & in quendam incestum, *quum si Apostolum diligenter inspiciamus, plurales numeros*: inflatos *appellans, & 4. & 5. cap. de ipsa Corinthiorum multitudine loquatur, non de aliquot particularis. Sunt verò Tertullianistæ*: istiusmodi, *& interpræsentatione pœnæ, id est, præsenti effectu. Castigatum autem ex Angl. MS. cod.* venia si placuè, pro: fit, *&* : tei ratio *ex tenuiori a nostra, pro*: reatio. *Item ex dicto MS. cod.* incesto (*pro* incestus) non videtur ignorum (*id est, vetus loquax, ignoscitum*) vt damnato (*pro*, vel) *nam præcedit*: Inflato ignoscitur. *Denique* qui non mœrere haberet, *phrasi Tertullianica, pro*: mœrore.

122. Paulum Apostolum Christi, &c.] *Pulcros adsert titulos B.* Paulo *ex scriptura desumptos, luce ad marginem adnotatis, vocans etiam vbique* censorem (*sine vti ea.* 16. columnam) disciplinarum, *quem quoque ei adaptat, eo quòd* disciplinam *vrget.*

123. Lustigitur & de suo spiritu, &c.] *Adludit ad illud* 1. *Cor.* 5. *Congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini. Ad primum enim pertinere videtur quòd hic addit*: & de Ecclesiæ angelo, *tanquam angelus aliquis præsit congregationibus Ecclesiæ, nisi malit qui referre ad Episcopum Corinthiorum, eadem phrasi, qua ad septem Ecclesiarum angelos scribit B. Ioannes Apostolus Apoc.* 2. *&* 3.

Cap. xv.

124. Si etiam sequentia illius Epistolæ, &c.] *Capue hoc insimsimus*: De aliis ex Epist. 2. ad Corinth. Apostoli locis aduersus fornicationem. *Nihil interim illi obstant quæ mox sequuntur Epistolæ verba ad fornicatore absolutionem referri possint; sed adnotandi contra quosdam hodiernos Atheos potius quam hæreticos, qui* fornicationem, *quam simpliciter vocamus, peccatum negant, contra quos adeò facit suprà cap.* 1. 4. 5. *&* 6. *Vbi omnia libidinum genera inter capitalia crimina recensentur, & maximè.* 6. 4. *quum dicitur*: Nec enim interest nuptam alicuius an viduam quis incurset, dum non suam fœminam. *Quòd vt etiam B. Pacianus Exhort. ad pœnitent. inter crimina ponat discretio verbi definiens*: omnem prorsus libidinem, *extra vxorium thorum & complexus licitos euagantem reatu mortis adstringi. Quò pertinet etiam B. Cypr. lib.* 3. *Testim. ca.* 63. *Titulus capitis*: Graue delictum esse fornicationem.

125. Properea habentes administrationes, &c.] *In hac*

criptura 2. Cor. 4. consentit cum vulgato Interprete, quòd ver-
at: secundum quod, *quantumuis Græcè sit καθὸς, & : ab-*
licamus, pro eo quod hodie legitur, ἀπειπάμεθα. At ex
Græce vertit: non deficimus. *Supplemus verò ex MS. Angl.*
od. An eiusdem sit excusare, *&c.*

126. qui inret titulos laborum suorum, &c.] *In hac scri-*
ptura 2. Cor. 6. non variat, nisi quòd transponat: ieiunia & vi-
ilias. Neque etiam in sequenti, quandoquidem supplemus ex
MS. cod. Angl. quis consensus templo Dei & idolis? *ex*
uo etiam castigamus: & infidelis cum fideli, *pro*: infidelitas.
n terra similiter, nisi quòd legat dumtaxat: Dicit enim, *pro eo*
uod alij omnes: *sicut dixit Deus, &c.*: quia inhabitabo in vo-
is, pro: in illis. *De Prouerbio autem*: manum tradis, *vide*
ostra Prolegomena.

127. Habentes igitur promissionem istam dilecti, &c.]
ex admonitione Harrisij sic legimus, pro eo quod erat corruptiss.
elicti; *nam ex Græco & Syriaco sic vertunt omnes*, 2. *Cor.* 7. *&*
imiliter: perficientes, *pro*: perficientis, *denique* : in Dei ti-
nore, pro: in fidei.

128. in finem enim Epistolæ, &c.] In finem *accipit, pro*:
ub finem; nam istud scribitur ab Apostolo in fine capite penult.
2. *nempè. In qua scriptura iuxta eiusdem conciliatum castiga-*
um: & vilitate, *pro*: vtilitate, *tum quòd Græcè sit* ἀσυλγείαι,
ro quo Interpres vulgatus : *in impudicitia, tum quòd eodem*
odo transferat infrà cap. 18. sine probro vtilitatis vt effun-
data.

Cap. xvi.

129. necesse est igitur, &c.] *Titulum similem huic capiti im-*
posuimus: De similibus locis Apostoli ex 1. Epistola ad Co-
rinthios.

130. Qui & in prima primus omnium templum Dei
dedicauit, &c.] *Istud phrasi sua propterea Auctor quòd*
non modo 1. *Cor.* 3. *vnde hunc locum citat, sed etiam* 1. *Cor.*
6. *&* 2. *Cor.* 6. *doceat fideles* templum Dei esse. *Alludens*
ad templorum dedicationem, sanctionem, *id est sanctificа-*
tionem, & purificationem; *metaphoricè etiam* æditualem Le-
gem *usurpans tamquam ab aditus templi profectam. Sicuti au-*
tem etiam suprà, ex Harrisio castigamus: vitiabit illum Deus,
pro: vitiauit, *quia illud Græce est, Syriacè, & in Latinis codici-*
bus omnibus.

131. immò & ante cetera, &c.] *Hoc est, antequàm iterum*
templi Dei, 1. *Cor.* 6. *fiat mentio. In quo adeò scriptura nihil*
nisi voces transmutat, & quæ ad institutum non faciebant, omit-
tit. Legens deinde: Sed hæc quidem fuistis, *cum vulgato In-*
terprete, quantumuis hodie Græcè sit πῆς, *præterquàm quòd ha-*
bet: Sed, *pro eo quod alij omnes*: Et, *omittens quædam interme-*
dia. Atqui est Tertullianicum: accepto facit.

132. Siquidem denuò ablui non licet, &c.] *De* Baptis-
mo, *quod iterari non possit, vide suprà Tom.* 3. *lib. de Bapt. ca-*
pite 15.

133. Cibi ventri, &c.] *Græcè* βρώματα.

134. Euertite templū hoc, &c.] *Alicubi suprà vertit*: Diruite,
et Interpres ex Syriaco Latinus: destruite, *& pro eo quod noster*
Interpres & alij: *Soluite. Quod vltimū magis cōpetit voci Graca*
Ioan. 2. λύσατε. *Verūillis magis respexisse videntur ad citationem*
eorum dem verborum Christi, Matth. 26. 27. *vbi* καταλῦσαι *le-*
gitur.

135. Auferens membra Christi, &c.] *In his & sequenti-*
bus rursum 2. *Cor.* 16. *verbis nihil differt, & propriè ex Græco*
quadam transfert, sicuti alicubi suprà adnotauimus. Emenda-
mus autem ex MS. Angl. cod secundum vestigia etiam lectionis
Græcæ: nihil profecero, *pro*: fecero ; & qui fornicatur, *pro*:
quæ, *quia illud legunt omnes. Siue autem legas*: dedecoraueris
Deum *cum MS. Angl. siue*: Dominum *cum exc. non refert.*

136. De quibus autem scribitis, &c.] *Non semel suprà hac*
omnia quæ hic adfert. 1. Cor. 7. *adducta sūt ab Auctore, & à nobis*
si quæ sit differentia, indifferentia indicatū est. Atqui de Prouer-
biis: secuti omnem syluā cædere, eradicare, & exaudicare
ac fibulam relaxare, & frenare, *vide nostra Prolegomena. Legi-*
mus dutè sicut sæpe suprà: fruti care, *pro*: fruticare. *Perinde est*
autè siue legas mox: infregit *ex MS. Angl. cod. & Gagneo, siue*:
infringit *ex exc. Noūe interim hic transfert*: Vult enim omnes
sibi adhærere, *siue uti Gagneus*: æquales esse, *pro eo quod Ap-*
postolus: Volo omnes esse tamquam me ipsum, *quod alicubi*
habet Auctor. Item phrasi sua: quia præsit nubere quàm
uri. *Qualis est etiam*: dominico præcepto, *&c.* procurat.
Malim autem legere: Sic vult nos Paulus præter sollicitu-
dinem degere, *pro*; Sic vult nos pater, *quia Pauli verba sunt*
non Dei, qui nomine Patris solus solet honorari; sed quia istud MS.
cod. habet, nolui immutare. Atqui in eo quod addit: fidem in-
gressa, (*sicut suprà patet libris de Exhort. cast. & de Monog.*)
non probans nuptias eius qua viduæ post fidei ingressum facta est,
Montanizat; & calumniatur Pontificem Romanum & Orthodo-
xos in eo quod subdit: quis est iste est adsertor audacissimus,
&c.

137. Sed est hoc sollemne peruersis & idiotis & hæ-
reticis, &c.] *De hoc, quòd* sollemne sit hæreticis, alicuius capi-
tuli ancipitis occasione (*quod falsò Psychicis etiam tribuit*)
aduersus exercitum sententiatum instrumenti totius ar-
mari; *vide suprà latius To. l. de Præscrip. aduersus hæres. 17. num.* 105.
& 106.

Cap. xvii.

138. Prouoca ad Apostolicam aciem, &c.] *Inscriptionem*
huic capiti fecimus: De alijs Apostoli aduersus fornicatio-
nem locis. *Qui quidem faciunt ad confirmandam grauitatem*
criminis illius: sed nihil obstant, quantumuis id vergeat Auctor,
quominus veniam Corinthio dare potuerit.

139. Aduocatio enim nostra, &c.] *Hoc est consolatio, phra-*
si Tertullianica; quam transtulit 1. *Thessal.* 2. *pro eo quod alij omnes*
: Exortatio; eo quòd vox παράκλησις *vtrumque significet.*
Quam autem scripturam 1. *Thessal.* 4. *mutilam citat at suprà Tom.*
3. *l.* 5. *adu. Marc. cap.* 15. *hic integram; nihil ab alijs varians.*

140. Imprimis posuit fornicationem, immunditiam,
lasciuiam, &c.] *Tria dumtaxat eodem pertinentia etiam B. Hie-*
ronym. recenset Gal. 5. *tertio loco collocans impudicitiam. Sic etiam*
in Syriaco cod. aliquot Græcè & Latine hodie 4. *recensentur, quo-*
rum primum μοιχεία; *sed mœchiam & fornicationem con-*
fundunt veteres. Siue autem legas: hæreditati *cum Angl. MS.*
cod. siue: hæreditate, *perinde est.*

141. Quid ergo dicemus? perseuetabimus, &c.] *Prorsus*
sic legimus iuxta editiones omnes Rom. 6. *Item ex lib. de Resurr.*
carn. cap. 47. *suprà Tom.* 3. *supplemus*: in Christo Iesu, *seu manūr,*
Christū Iesum, *&c*: Cōsepulti ergo illi sumus; *& castigamus*:
Si enim consati sumus, *pro eo quod perperàm repetabatur*: con-
sepulti, *ac omissa particula superfluus* vos, *legimus*: Ita & repu-
tate vos metipsos; *denique supplemus paulò post*: & iniquitati
ad iniquitatem. *Reliqua huius scripturæ magis cum Græci*
hodierni exemplaribus quàm cum Latinis conueniunt. Nos verò
Latinum secuti intermedium illud Tertulliani (omissa uocula: qui
sic legimus: nemo poterit post Christum mortuus delin-
quentiæ, & maximè tantæ reuiuiscere; *quāuis interim etiam*
hoc ad errorem eius pertinet, de venia peccatorum non concedenda
post baptismum.

142. Nam, etsi habitate bonum, &c.] *Peculiare est hoc*
Auctori, quòd Legem litteræ, *&*: Legem spiritus *appellet,*
quas Apostolus Rom. 7. *Legem membrorum & legem mentis, &*
ipse suprà Tom. 3. *lib.* 5. *adu. Marc.* Legem peccati & Legem
sensus, *coniungens insuper finem cap.* 7. *cum initio cap.* 8.

143. Lex enim spiritus vitæ manumisit te, &c.] *Propria est*
& hæc Auctoris lectio, pro: me; *quam habent alij codices Græci*
& Latini, quam tamen retinuimus, eo quòd Syrus Interpres illi
consentiat. sed transponimus verba: propter quos laborātes in
lege per carnem miserit Deus filium suum in similitudi-
nem carnis delinquentiæ. *Alludit enim ad illud*: *Nam quod*
impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium
suum mittens in similitudinem; sicenim legit suprà Tom. 3. *lib.*
5. *adu. Marc. c.* 14. *id ibidem pulcrè explicans. Vertit deinceps*
Auctor δικαίωμα, ius, *alij institutionem seu institium, &*
deinde

deinde φρόνημα, (ensum, quod aly prudentiam, & Syrus interpres electionem; peculiariter legens interme dium illud: Qui enim secundum carnem incedunt, pro eo quod aly omnes; sunt paulo post verteret illud μέλλοντα τοῦ θνήσκειν futurum est vt moriamini, quemadmodum etiam Syrus Interpres. Atqui ex M S. Anglic. ced. caliginum: dehinc & inimicitiam in Deum, pro: Dominum, quia Graece est ἔχθρος εἰς θεόν.

144. In quibus & nos conuictati sumus, & c.] In hac scriptura Ephes. 2. omittit omnes, fortè quòd ad institutum non faceret; quod tamen habet superattate libro 5. adu. Marc. cap. 17, sed hic non adiectimus, ex quòd etiam Syrus Interpres non legat. Illud peculiare, quòd legat paraphrastice: concupiscentias & voluptates carnis, pro eo quod Graeci dumtaxat τὰ θελήματα, pro eo quod quidam Latini codices voluntates; aly, sicut & Syrus Interpres: voluntatem.

145. Notans denique illos qui fe negassent, fcilicet Christianos, eo quòd, &c.] Ex vestigijs Angl. MS. ced. sic legimus, omittentes vocem: gratia, intermedium, planè superfluam; quòd eo relictâ sit ex varia lectione, quæ ille legebat, quamquam corruptè: fcilicet gratia nos, pro eo quod retinui Gagnæus: Christianos. Quamquam interim perperam de ijs quile Christianos negassent, interpretetur illud Apostoli Ephes. 4. quòd se tradidissent in operationem omnis immunditiæ, quod ille de ethicis dixit. Vertitur autem ibille: omnis sermo turpis, Graecè σαπρὸς, propriè quidem, sed quem in Euangelijs etiam ipse malum vertit, dum de arbore mala sit mentio.

146. Fornicatio autem, &c.] Hic etiam scripturam Ephes. 5. mirum est quod dumtaxat legat: non habeat Dei regnum, pro eo quod aly omnes: hzreditatem in regno Christi & Dei, deinde quòd legat: Propter hoc, pro eo quod ceteri: hæc: Vertit verò: super filios incredulitatis, sicut etiam supra lib. 5. adu. Marc. cap. 17. tradiamus cap. 3. ad Ephes. Vbi vide Annotat. nostras num. 266.

147. & turpiloquium, &c.] Communxit præcedentibus hanc vocem translatam ex Græca αἰσχρολογίαν, quam multo post reperire est apud Apostolum Colos. 3. ex quòd intermedia ad institutum non faceret. Legimus autem cum Dn. Harrisio: esset aliud, pro: esse. Vbi denuo perperam adfirmat: veniam Corinthios concessam fi admittamus, id pro ratione temporis factum, sicut circumcisionem Timothæi; nihil enim habent inter se commune.

Cap. xviii.

148. Sed hæc (inquit) ad interdictionem, &c.] Caput hoc inscriptionis: De locis scripturæ, quibus cauetur communicationem Ecclesiasticam mœchis negandam. Verumtamen ipsemet Author nemine Orthodoxorum respondet: Adimi quidem carne pollutis communicationem, sed ad præsens, restituendam ex pœnitentiæ ambitu. Nec valet argumentum Auctoris contrarium negatiuum: Apostolum non excepit pœnitentiam, ergo non debet excipi, vtretur B. Pacianus verbum infrà citando num. 153. Et verò paucissimæ, quas hic adlegat, scripturæ ab Ecclesiastica communione separant. Atqui facit rursus hoc caput pro Excommunicationis Ecclesiasticæ antiquitate, quam etiam hic varie circumloquitur, nempè: communicationem Ecclesiasticam negari, cum talibus nec cibum quidem sumere, nedum Eucharistiam, non communicare cum illis, subducere se ab illis, damnare, & à communicatione detrudere, item cap. 20. de Ecclesia eradicare. Nouè autem dixit: quæ cauta sunt, pro: quibus cauetur, quod legimus ex Gagnæ & MS. Angl. ced. pro: sint.

149. Nam & in Prouerbijs Salomon, quæ παροιμίας dicimus, &c.] De significatione vocum Prouerbiorum & παροιμίας, videat Lector initium Comment. Reuerendiss. Dn. Janseny Gandauensis Episcopi in Prouerbia Salomonis. Atqui ex citatissimo Dn. Harrisij legimus prorsus: Ignominia autem eius non abolebitur in æuum (pro: in eum.) Plena enim zeli, indignatio viri, non parcet (pro paret) in die iudicij; tum quod in postremo consentiat MS. Angl. ced. & exemplaria am Hebraica & Chaldaica, quam Græca & Latina, prius verò illud Græce sit additum à LXX. Atque etiamsi ignominia non aboleatur in æuum, propterea non prohibetur pœnitentia.

150. iam audisti per casum: Excedite, &c.] Adludit ad citationem horum verborum Apostoli 1. Cor. 5. supra factam capite 15. ex quo castigamus conformitet Apostola: & immundum ne tetigeritis, iuxta eundem MS. ced. pro: ne egeritis. Aliqua illud: per casum, omnino exigimus accipi pro: incasu, id est: frustrà, ac si dicat: sit frustrà audisti, quia meas opiniones non adsentiris. Quum autem per Prosopopœiã aliquem adlegatur, prorsus legendum: Habes statim, pro: habet.

151. & in cathedra pestilentiæ non desederit, &c.] Quod hic pestilentiam cum B. Cyprian. lib. de Unit. Ecclesiæ, supra Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. 19. vertit Auctor: pestilentium, & Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 3. pestium, & cap. 27. cathedram pestilentiarum. Varietas orta videtur ex Graca voce λοιμῶν Psal. 1. plurali numero, quæ & pestes significat, & pestilentes. Prorsus autem legi eo quod sequitur ex Psal. 25. Non sedi cum consessu vanitatis, pro: consensu, quia Græce est μετὰ συνεδρίου, & pro Synonymo habet Auctor concilium, & conciliabulum, supra dicto cap. 3. lib. de Spectac. Atque obscurum est illud, & quantum apparet, mutilum: vt solus plures. Quoniam quidem: Cum sancto sanctus, &c. Vbi quod vertit: peruersus eris, vertus supra lib. 5. adu. Marc. capite 18. peruerteris, sicut aly, porrò hic 3. scripserunt, & ea quæ sequitur ex Psal. 49. vetatur quidem communicasse cum peccatoribus iniquè agentibus, peruersis, furibus & mœchis, sed talia quæ quis ipse coeperatur, in eorum nempè consilio, consensu, peruersitate, & portionem ponendo cum illis. Quare idem est ad illa respondendum cum Paciano, quod ad illud Apostoli 2. Corinth. 5. Siquis frater nominatur, seu nominetur, in vobis fornicator, &c. esse additum ibi quod omisit Auctor: & sit, quod non sine causa positum ille asserit, vt indicet se de non pœnitentibus loqui.

152. nedum Eucharistiam medicam, &c.] Etiam hic mendum erat, ortum, quantum apparet, ex eo quod sequitur 1. Cor. 5. Scilicet & fermentum medicum, & c. quod tamen nequaquam ad Eucharistiam deturqueri potest, sed ad Corinthium incestuosum, sicuti supra interpretatum est Auctor huius lib. cap. 13. Videtur itaque aliquod aliud legi debere, aliquo nihil habente emphasis comparatiue cibi ad Eucharistiam, si addatur medicam. Quare restituimus medicam, id est salutiferam.

153. Manus nemini citò imponas, &c.] Ad ipsud 1. Timoth. 5. respondet B. Pacianus: Docet idem Apostolus vel tardè, vel post pœnitentiam non negandam.

154. Item ad Ephesios, &c.] Hic etiam sequitur magis Graca quàm Latina hodierna exemplaria, Ephes. 5. vsus voce sua: reuincite, pro: redarguite, & c. edicere, nam illud Gagnæi malum, quàm: dicere.

155. Si autem & ab otiosè incedente, &c.] Sic vertit quod Græcè est ἀτάκτως, pro eo quod inordinatè magis propriè interpres Latinus, & ipse eodem loco 2. Thessal. 3. paulopost: inquietè.

156. vti cam sanctificet, &c.] Peculiare est etiam hic Auctori quòd legat: sanctificet, & mox: sistat, pro eo quod aly omnes: sanctificaret & exhiberet sue sisteret, vti Syrus Interpres (quæ etiam excepto Latino Interprete, non legunt: vitæ) & quod: sine opprobrio, Græcè ἀμώμως, cui satis conformitet Syrus Interpres: sine naeu. Atqui ex Angl. MS. codice locum mutilum sic supplemus: & sub conditione damnasset ei temporali & conditionali, & non perpetua scueritate damnasset.

157. eam pœnitentiam ostendens Dominum malle, quæ ante fidem, &c.] Paradoxon hoc Auctoris, Montanistarum & Nouatianorum puleré & latè refellit B. Pacianus.

158. quid adijcit? &c.] Debuisset potius dicere: Quid præmisit, sui vt solet oblatus; nam. 1. Tim. præcedit: & misericordiam sum confectus, quoniam (sic legimus ex Angl. MS. ced. pro: quòd) ignorans feci in incredulitate, & sequitur: Christus venit vt peccatores saluos facetet.

159. quæ aut Iouioribus delictis veniam ab Episcopo

consequi poterit, &c.] *Saltem in hoc moderatius erravit Auctor quàm Montanus, quod admitteret* leuioribus delictis posse veniam consequi ab Episcopo; *atque adeò id contra eos facit, qui à solo Deo veniam petendam existimant, quod ipse* irremissibilibus & maioribus *tribuit nonnulster atque Novatianus; sed pulcrè id etiam refutat B. Cyprianus Epist 52. ad Antonian. sub finem.*

Cap. xix.

160. Sed quonam vsque de Paulo, &c.] *Titulum capiti huic imposuimus*: De similibus locis B. Ioannis ex Apocalypsi eius & Epistola. *Quos duos libros quis eidem tribuat Auctori, & apud omnes in confesso sit Epistolam 1. Ioan. quam hic citat (alibi etiam ex 2. eius Epist. aliquid adducens) esse Ioannis Euangelistæ: sensisse etiam hinc patet, eius dem Apostolis esse Apocalypsin; contra eos qui alteri cuipiam adscribere non verentur. Atque de Prouerbialis formula:* diuersæ parti supplaudere, *vide nostra Prolegomena.*

161. vbi ad Angelum Thyatirenorum spiritus mandat, &c.] *In hac scriptura Apocal. 2. supplemus ex Angl. MS. cod.* quòd teneret mulierem Iezabel, *& castigamus*: tempotis spatium, *pro*: tempori. *Atqui quum videret sic hæc scriptura vrgeri Auctor, quandoquidem ipse eandem suprà Tom. 2. l. de Pœnitent. & similes multos Apocal. 2. & 3. adduxisset pro pœnitentia: Primum prætendit* nihil credi debere ab Ioanne concessum, quod à Paulo sit denegatum; *sed iam præcedentibus constat, ex Paulo nihil tale conuinci, deinde ad id confugit, quòd hæretica fuerit, in eo etiam sibi ipsi contradicens, quòd Tom. 3. lib. de Præscript. aduers. hær. non semel inter grauissima crimina hæresin posuerit, & ipse quoque Paulus Gal. 4. illam hic inter remissibilia ponat; fortassis consentia propria adiectante se iam in hæresin lapsum tamen adhuc veniam speraret: verùm de eo num. sequenti.*

162. Cui enim dubium est, hæreticum institutione deceptum, &c.] *Et si rectè* hæreticum institutione deceptum cognito postmodùm casu, & pœnitentia expiato, veniam consequi *adserat tamen addit*: per baptisma veritatis purgatum admitti, *atque adeò (sicut etiam suprà Tom. 3. lib. de Baptismo, & Tom. 4. inter fragmenta lib. Græci de Baptis. adnotauimus (sequebatur eorum errorem, qui hæreticos ad Ecclesiam venientes baptizandos putabant; de quo inter Paradoxa ipsius in Prolegom. nostru latius.*

163. Aut si certus est, &c.] *Addit & tertium explicationem qua se extricet; quòd possit admitti quidem* pœnitentia mœchiæ, sed tamen sine restitutione; *agnoscens cum Nouatiano*, deberi quidem pœnitentiam, sed Deo reseruari. *Verùm pulcrè eam hæresim impugnat B. Cyprian. sapedict. Epistola 52. ad Antonianum.*

164. Denique ea Apocalypsis, &c.] *Adfert quidem scripturas Apocal. 21. & 22. quibus commutatur* propudiosis & fornicatoribus stagnum ignis (*sic enim castigamus ex MS. Angl. cod. secundum Gagnæi lectionem, pro: illo*) & fornicatores, sotis sanctam ciuitatem constituit. *Verùm de iis loquis manifestum, qui tali bus peccatis immortuis fuerint, sicuti vel ex eo patet quod adiicitur*: quod est mors secunda. *Atqui emendamus etiam ex eodem MS. cod.* Qui vicerint, hæreditate habebunt ista, *Græcè κληρονομήσουσι ταῦτα, pro*: hæreditatem habebunt istam, *mallemus etiam legere singulari numero, sicut Apostolus Ioannes; sed plurali legit id MS. cod.* Propudiosis etiam *vertitur ab Auctore, quod Græcè est ἐδελυγμένοις, pro quo vulgatus Interpres: execrandis; & cautè præterm isit*: peccatoribus, *&*: mendacibus, *eo quòd non multo post iterum quædam peccata remissibilia agnoscat, & inter ea aut* verecundia aut necessitate mentiri. *Sicuti rursum in eo quod etiat ex c. 22. omittit* omnem qui amat & facit mendacium, *quo loco MS. Angl. legit*: Canes venefici, *& Gagnæus*: homicidæ, *sicuti Apostolus; sed quum retineatur ab illo singulari numero*: fornicator, *nihil immutauimus.*

165. De Epistola quoque Ioannis carpunt autem, &c.] *Quam diuersimodè in Epistola sua priori Ioannes loquatur, suntio* negans nos sine delicto esse, *& postea cap. 3. præscribens* non delinquere omninò; *conciliare cogitur Auctor prum illud de delictis quotidianæ incursionis, posterum de* grauioribus & exitiolis; *sed in eo errat, quòd addit*: quæ veniam non capiunt. *Legitur enim 1. Ioan. 2. non solummodo*: Emundat nos ab omni delicto; *sed quum præmisisset* Si confitemur delicta nostra, fidelis est & iustus, vt dimittat ea nobis, *quod de quotidianis intelligi videtur, addit*: & emundet ab omni iniustitia; *quod de grauioribus intelligi non dubium, atque adeo de* immunditia, *quantumuis id neget Auctor.*

166. Vnde autem exorsus est: Lumen præ dixerat Deum, &c.] *Penè medium citat caput 1. Ioannis, auspicatus ab illo*: Quoniam Deus lumen est, *nihil differens à vulgatis codicibus. Castigauimus autem paulost* non quà delinquamus, sed sed quà non delinquamus, *ex coniectura Latiny, pro*: quasi, *&*: quia, *ob phrasin Tertullianicam,*

167. mundos exinde præstet, &c.] *Perperàm huic Auctori impingunt, quasi senserit*: semel in baptismo emundatos, exinde non posse delinquere, *idipsum contra quod agit B. Hieronym. lib. 2. aduers. Iouinian. qui eam hæresin adseruabat. Nam non simpliciter id dicit, sed*: si in lumine incedete perseueraueritis.

168. Eo amplius: Filioli, hæc scripsi vobis, &c.] *In hoc differt Auctor ab Apostolo 1. Ioan. 2. quòd legat*: scripsi, *pro scribo; item*: & si deliquerit is, *pro*: *si quis peccauerit.*

169. Omnis, inquit, qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia & ille castus est, &c.] *Sicuti alibi suprà, ita & hic transtulit proprie voces Græcas, 1. Ioan. 2. ἁγνίζει, & ἁγνὸς ἐστί, pro eo quod alij paraphrastice vertunt*: *sanctificat, & sanctus est. Legimus autem iuxta Apostolum*: Omnis qui manet in eo, non delinquit, *pro*: delinquat, *quod habebat Gagnæus, &*: delinquet, *quod subsistunt et Gelenius, & mox*: quoniam Diabolus, *&c. ex MS. Anglico cod. pro*: quòd. *Plus verò habet Auctor*: Omnis qui facit iustitiam, *quum apud alios desideretur*: Omnis, *sicut etiam*: Et ideò, *quod ceteras editiones non habent, sed dumtaxat*: omnis qui ex Deo nascitur *seu natus est. Transtulit etiam paucioribus*: Qui non est iustus, ex Deo non est, *cum Vulgata Interprete, pro eo quod ex Græco quidam*: *Omnis non faciens iustitiam. Atqui*: in primore Epistola, *idem est ac si dicas*: in priori Epistolæ parte; *cui similem habes phrasin suprà lib. 5. aduers. Marc. cap. 10. Interim legimus ex Gagnæo*: negantem nos sine delicto esse, *pro eo quod Lugdun. editio male*: negante.

170. Quòd sint quædam delicta quotidianæ incursionis, &c.] *Mirum est quod inter* quotidiana delicta *enumeret*: irasci iniquè, *vbi adludit ad illud psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, & vltra solis occasum, iuxta illud Ephes. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram; item*: manum immittere, *quod videtur accipi pro percutere, quod tamen prohibetur Isai. 58.* facilè etiam maledicere, *&*: temerè iurare, *quæ prohibentur Matth. 5. Multoque magis mirandum de illo*: fidem pacti destruere. *De postremo*: aut verecundia aut necessitate mentiri, *consentit cum reliquis patribus.*

171. Sunt autem & contraria istis, &c.] *Inter* grauiora & extiosa, *& (vt mox loquitur)* mortalia, *rectius collocantur ab illo*: homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia, mœchia, fornicatio, & siqua alia violatio templi Dei, *vbi rursus adludit ad Apost. 1. Cor. 3.*

172. Siquis scit fratrem suum, &c.] *De isto 1. Ioan. 5. suprà tractauimus, & ex Paciano respondimus num. 23. Legit verò singulari numero*: peccati non ad mortem, *cum Vulgato Interprete Latino, quum Græcè sit plurali.*

173. Meminerat & ipse Hieremiam prohibitum à Deo deprecari, &c.] *Ad istud Hier. 7. & 14. etiam, ni fallor, suprà citatum, vel saltem similem locum Exech. 4. sic respondet idem Pacianus eadem Epist. 2. ad Sympron. Nouatianum. Etenim quis liberare posset inuitum? quis pro non pœnitentibus impetraret?*

Cap. xx.

174. Disciplina igitur Apostolorum, &c.] *Inscriptionem*

ptionem minus capti fecimus. De locis Hebr. 6. & Leuit. 13. & 14.

173. Exstat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos, &c.] *Ad hunc locum haud dubie alludit B. Hieron. Catal. Script. Eccles. in Paulo Apostolo*, inquit, *quæ fertur ad Hebræos, non eam credituræ propter stylí dissonantiam, sed vel Barnabæ iuxta Tertul. vel Luc. Euangelistæ quid, vel Clementis Rom. posteà Ecclesiæ Episc. quæ sunt sententiis Pauli propria ordinasse & emendasse sermone. De* Barnaba autè peculiariter id est *Auctori*. De Lucano *Auctore*, sed *translatore Clemens Alexandr. l. Hypotypseon*; *De Clemente Romano, qui ex Hebræo in Græcum sermonem transtulerit Eusebius sententiam protulit magis verisimilem, Eccles. hist. lib. 4. cap. 38. Nam tanquam* Pauli Apostoli *meminisse* Epistolæ ad Hebræos *eundem Clementem Epist. ad Corinth. ibidem Euseb. tradidit. Paulo etiam adscribitur à Clemente Alexand. loco citato apud Euseb lib. 6. cap. 11. Origene in Psal. 7. ac Chrysost. & reliqui Græcorum Commentarij, ut omittam BB. Ambrosium, Hieronym. & August. Certè eandem Pauli sequitur & Rufinus in Symbol. inter Opera S. Cypriani, & alij Patres, quando xiii. memnerunt Epistolarum Pauli. Verùm eis Auctor* Barnabæ *adscribit, tamen pro authentica scriptura habere fe indicat*, & apud Ecclesias recipitorem *pronuntiat, hunc falsum, vt suprà etiam testatus est Tom. 3 lib. 2. Adu. Marc. c. 6. 9. & 10. iuxta quod ibidem alnc examinatum. 47. & pro tali citatam fuisse à Patribus omnibus cum Græcis quàm Latinis colligere potest Lector ex Operum vniuscuiusque Scripturarum Indicibus, & nominatim B. Cypriani nostri, præter eos quos mox recensebimus. Etiam pro tali agnouerunt Concilia Nicænum, Carthag. 3. aliaque suprà non semel citata, dum Canonem Scripturarum recensent. Plura siquis desideret, recurrat ad Sixtum Senensem Biblioth. Sanctæ lib. 7. c. 8. Certè Philastrius inter hæreses Anonymas eas recenset, quæ aut Pauli Apostoli, aut Canonicam Scripturam negant.*

176. Illo Apocrypho Pastore mœchorum, &c.] *De hoc vide suprà Tom. 2. lib. de Orat. cap. 12. num. 48.*

177. Monens itaque discipulos, &c.] *In hac Scriptura Heb. 6. multum differt ab adstruendum hodiernis tam Græcis quàm Latinis, legens*: omissis omnibus initijs, *pro eo quod ille*: *intermittens initij Christi sermonem*, fundamenta pœnitentiæ, *plurali numero*; ab operibus mortuorum, *pro*: *mortuis*, & : occidente iam auo, *pro*: *virtute sine futuri sæculi. Nec verè ex Anglica MS. cod. intermedium quod desiderabatur, sic supplemimus*: & donum cœleste gustauerunt, & participauerunt Spiritum sanctum; & verbum Dei dulce (Græcè καλὸν, *pro quo alij magis propriè*: pulcrum) gustauerunt.

178. numquam mœcho & fornicatori secundam pœnitentiam, &c.] *Quem Auctor perperàm de* pœnitentia secunda *interpretatur locum, iam citatum Hebr. 6. alij veteres de iteratione baptismi intelligunt, & nominatim B. Ambr. lib. 2. de Pœnit. c. 2. & in Comment. Philastrium hær. 89. Epiph. hær. 59. Quò etiam accedit Chrysost. cum alij Græcæ eum afferti, dum eodem modo interpretatur illud Hebr. 10. Posquàm acceptum veritatis agnitionem, non relinquitur hostia propectus; quem admodum etiam vbi suprà Philastrius. Et certè pro hac sententia faciunt phrases Latinæ, eos qui semel illuminati sunt, & rursus renouari; & Græcæ quoque voces* παπαξίτους ἀναχαινίζειν, *quas vsurpare solent veteres de baptismate. Legimus autem omnino, vt constet oratio*; & figuras eius tam in ipsa veritate seruabat, *pro*: seruabant, *quas præcedit*: interpretabatur.

179. Si autem varietas efflouerit in cutem, &c.] *Multum etiam hic differt à lectione* LXX. *Auctor Leuit. 13. Verteus*: Si varietas efflouerit, *pro*: *Si furens efflouerit lepra; quod habet etiam Origenes, cuius interpres B. Hieron. elegantius & clarius vertit, quod & Græcè & apud Auctorem obscurum est: Quum ergo emuerit autem corpus obexcerse, cunc mundum eum sacerdos à contagione pronuntiabit, eo quòd conuertit in album. Quæ etiam Auctoris in hoc consentit, quòd legat*: color viuus, *pro eo quod hodie* χρὼς ζῶν *legitur, quod alij corpus siue carnem, vertunt*; *vsque adeò vt legisse videantur* χρῶσις, *quod colorem significat. Supplemus autem*: munduni voluit intelligi ex *MS. Anglic. cod. Quo etiam legit*: Si verò post albitiem, *pro*: albitionem. *sed nihil immutauimus. At quis calumniator Auctor, dum interpretatur citatum ipsud*: immundum iudicari, nec expiari à sacerdote; *nam id quidem verum est, quamdiu* color viuus *apparuerit, sed postea si iterum in album conuersum fuerit, addit quòd mundabit eum sacerdos.*

180. Item de domo: Si quæ maculæ, &c.] *In hoc Leuit. 14. consentit cum* LXX. *Et cum Latina Interprete, à quo etiam tactus Vertitur*: ἁπαξ, *pro*, lepra; *quo modo secunde locu quum vertat Auctor ad mauorem intellectum, expunximus ibi repetitam vocem* tactus *superfluam. Legit autem MS. cod. Angl.* exterminati, *pro*: extrahi; *sed quia etiam ille mox legit*: extrahi *hoc restituimus etiam prioris loco. Atqui quod mox Auctor illud*: Si post reformationem domus iterum aliquid de maculis apparuerit, debere deponi structuram domus *interpretatur, tanquam si secunda non restaret venia; Ipsthum probyter, non de peccatoribus, sed de hæreticis interpretatur, multo rectius.*

181. nam & Apocalypsis viridi equo mortem, &c.] Viridis *vertitur ab Auctore, quod Græce est* χλωρὸς, *Apoc. 6. à vulgato vero Interprete*: pallidum, *sed vtrumque vox Græca significat*; *quo factum vt ille pallidum vertierit*: fœnum viride; tuisseus *vero more Tertullianeo accipitur pro*: rubeum. *Ibi autem* quales in Abrahæ sunt, *subintelligitur filij*; *adludit enim ad illud Matt. 3. Potens est Deus de* lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

182. Prospicietur, inquit, illi, & non morietur, &c.] *Etiam hic differt Auctor ab omnibus, Leuit. 19. qui legunt plurali numero*: *morientur, neque addunt quod habet Auctor*: cui ferè subatur. *Atqui neque hic rectè concludit Auctor*: post manumissionem non haberi veniam *adulterij, eo quòd illa formula reseruata, id est de gratia erat alteris vtre*; *quod non meminerunt, si manumissa cautius esset, & sit nihil ad institutum Auctoris. Et verò intellectum mysticum vide apud Ipsthum.*

Cap. xxi.

183. Hæc si Apostoli magis norant, &c.] *Caput hoc insignissimum*: Quòd habeat quidem Ecclesia potestatem remittendi mœchiæ & fornicationis, sed videatur non expedire, ne & alia delinquant. *Eam enim* (quantumuis prima *facie contrarium scripture videatur*) *esse suam sententiam, hu ipsis verbis paulò post indicat, & rursum infrà*: Ergo spiritus veritatis (*quem forsasse adscribit suo Montano*) potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurium malo non vult. *In hoc interim errat, quòd sua Ecclesiæ Montanice sectæ eam potestatem vindicat, non verò Catholicæ, cui peraeat Apostolicam Potestem.* Et ideò, inquit, Ecclesia peccata donabit, sed Ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non Ecclesia numerus Episcoporum, *& quod iterum* Deo, non Episcoto, *sicut Nonatianus eam potestatem reseruat, contra quos, sicuti non semel diximus, pulcre disputat B. Cyprianus Epist. 52. ad Antonian. Æqui de Prouerbis alibi non semel visetur*: & in hunc iam gradum decurram, *vide nostra Prolegomena*; excernere *vero vsurpat pro*: discernere.

184. Quis enim dimittit delicta nisi solus Deus? &c.] *Imprimis non Christi, sed Pharisæorum hæc fuit assertio, Marc. 2. & Luc. 5. deinde filij etiam tanquam homini communicatum eam potestatem Christus adfert, quum addit*: *Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata*; *& verò ipse eandem potestatem Apostolis communicauit*: *Matt. 18. & maximè Ioan. 20. Accipite, inquit, Spiritum sanctum*; *quorum remiseritis peccata remittentur eis & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ Veritate Auctor conuictus, etsi eam Scripturam ex propositis omittat, quia sibi contrariam, tamen negare non potest ipsos beatos Apostolos tale aliquid indulsisse (sic enim lego ex Anglico cod. vt subintelligatur*: consset, *pro eo quod erat*: ipsis beatis Apostolis, *&c.* indulsisset) *sed de-*

praxat, dum adijcit: non ex disciplina, sed ex potestate fecisse; *quam tamen, vti præmissum, suæ Ecclesiæ Montanistæ eam potestatem concessam fatentur. Legimus autem ex eodem MS. cod.* vt hoc ipsi probaretur, *pro*: hoc ipsum probaret.

183. Exhibe igitur & nunc mihi Apostolice, &c.] *Quum haudubiè de Romano Pontifice loquatur, vel hinc Ecclesiæ Romanæ confirmat auctoritatem, quòd eius caput* Apostolicum *vocet, vt potè Apostolorum successorem, sicuti ipse apertius suprà Tom. 4. lib. 4. Carminum adu. Marc. 8. Romanis autem ea appellatio in hodiernum diem.*

186. vel: Quæcumque alligaueris vel solueris in terra, &c.] *Sic prorsus legendum, pro eo quod erat*: alligaueritis vel solueritis, *patet ex eo quod sequitur*: & : Quæcumque solueris vel alligaueris, *non*: Quæ soluerint vel alligauerint. *Atqui maior fides habenda Auctori, quum adhuc Catholicus esset, quàm nunc hæretico, &* contra Ecclesiam *ex proposito maximè hoc capite* scribenti. *Proinde Antidoti loco sufficiens locus Auctoris, quibus non semel, s*uper Petrum (*non modò*: In ipso, id est petipsum, *sicut hic calumniatur*) exstructam Ecclesiam *fatetur, nempe Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. c. 22. n. 134. & lib. 4. adu. Marc. alicubi, &*; *vel quum in hæresin lapsus esset, hoc ipso Tomo lib. de Monog. c. 8. n. 58. Similes autem Patrum locos habes adnotatos à nobis ad Epist. 55. B. Cypr. ad Cornelium, n. 35. Et verò non* personaliter *B. Petro dumtaxat id dictum, sed deriuatum quoque in eius successores, atque adeò Ecclesiam Romanam ibidem videre est ex Patribus, n. 90. Quibus adde B. Pacianum Epist. 2. ad Sympron.*

187. &: Dabo tibi claues, non Ecclesiæ, &c.] *Etiam hic Antidoti loco sufficiet, quod nondum hæreticus Auctor Scorpiaco aduersus Gnosticos c. 10.* Nam, *inquit*, si & adhuc clauium putas cœlum, memento claues eius hîc Dominum Petro, & per eum Ecclesiæ reliquisse.

188. Ipse denique primus in Christi baptismo reserauit aditum cœlestis regni, quo soluuntur, &c.] *Similem interpretationem peruersam Nouatianorum, qua etiam de* remissione delictorum in baptismo, *non verò per pœnitentiam, interpretabantur illud Matth. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligauerritis super terram, &c. & quæcunque solueritis, &c. de Cæchumenis, non de fidelibus, late & pulcrè refutat loco sæpius citato B. Pacianus; deducens, istud ipsum Christi ad Petrum, non posse de solo gentilium intelligi. Neque enim Ecclesiam Christum non baptizatas gentes vocat. Deinde: Quid soluo, inquit, gentibus quod non est ligatum? nam si reputatum non est, nec ligatum. Quid adligo, quod nullo iure constringo? Gentilis liber est legi. At in baptizatum vtraque conuenire. Soluitur enim, inquit, venia, quia peccato tenebatur; ligitur anathemate, quia solutus fuerat fide, & per gratiam liberatus.*

189. Sed & in illa disceptatione, &c.] *Absurdissima est etiam ista interpretatio ex Act. 15. c. quasi sibi soluerit (iuxta promissum Christi) Petrus, quæ omissa sunt legis, & alligauerit quæ reseruata sunt. Nam loquitur de sertis verbum Christus: de remissione peccatorum; & vero ante edictum illius Concilij Hierosolymitani, peccatum non fuit Legis quædam obseruare.*

190. Cui si præceperat Dominus, &c.] *Etiam ad hanc obiectionem Nouatianorū ex Tertulliano ibidem respondet B. Pacianus. Illud, inquit (nempè: Si in te peccauerit frater tuus, &c.) vni ipsius; hoc (nempè: Quæcumque solueritis in terra) pluribus relaxauit; illud ipse soluit in quem admittitur, hoc verò Ecclesia; illud sine sacerdote, & fratribus: hoc ab omnibus impetratur. Quæcumque solueritis, inquiens, omninò nihil excipit. Quæcumque, inquit vel magna vel modica.*

191. quo est Trinitas vnius diuinitatis, &c.] *Ex eo quod sequitur*: Illam Ecclesiam congregat quam Dominus in tribus posuit, *& proinde non* Ecclesia numerus Episcoporum, *aliisque locis suprà non semel, vbi dicit*: Etiam in tribus esse Ecclesiam, *videor mihi colligere etiam eo dementiæ venisse Auctorem, vt trium nomine, in quibus consistit Ecclesia, intellexerit Montanum, Priscam & Maximillam. Verùm de hoc latiùs in vita Auctorum.*

Cap. xxii.

192. At tu iam & in martyras tuos effundis hanc potestateni, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus* De venia mœchiæ quam sibi martyres quidem vsurpabant. *In quo Auctorem partim imitatur B. Cypr. agens contra lapsos, qui ad Martyres passim recurrebant, & Confessores importuna deprecatione corrumpebant, vt sine discrimine vel examine præuio, singulorum pax daretur seu relaxatio à satisfactione per Episcopos vel Presbyteros impositæ, sicut patet ex Epistolis in secessu eius scriptis ad Clerum, ad Martyres, & ad Plebem n. 10. 11. & 12. Quis interim non præcidit Martyribus eam potestatem, pacem lapsis dandi; sed monet vt petentium desideria ponderent, merita quæque singulorum & delictorum genera cogitent, sicut latiùs tractauimus Adnotat. nostris in dicta Epist. 11. n. 3. 4. 6. & 10. Et verò Martyres formulam etiam quandā Libellorū, quibus pacem dabāt, habes in vita nostra B. Cypriani, ex Epist. 17. Lucians Martyris, Confessorum omnium nomine. Quid? quòd dicta Epist. 11. hic verbis considerantes quæ & qualia in præteritum Antecessores vestri Martyres concesserint, adiudere videatur ad tempora Tertulliani. Namipse Tertullianus suprà Tom. 2. lib. ad Martyras c. 1. Pax, inquit, vestra bellum est illi, nempè diabolo.* Quam pacem quidem in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consueuerūt. Et ideò eam etiam propterea in vobis habere & fouere & custodire debetis, vt si fortè & alijs præstare possitis; *vbi vide & Adnotat. nostra n. 12. Quæ adeò Antidoti loco esse possunt, aduersus ea quæ nunc in hæresi constituti nimiùm impudenter in Martyras effudit. Atqui transponimus paulopòst*: quis permittit homini donare, quæ Deo reseruanda sunt? *Ad quod ipsum argumentum respondimus c. præcedenti, n. 184.*

193. Sufficiat Martyri propria delicta purgasse, &c.] *Aut loquitur de Martyribus qui suo Martyrio baptizabantur, aut intelligit de omnimoda purgatione delictorū, quam solis Martyribus tum ipse non semel suprà, tum B. Cyprianus Epist. 52. ad Antonian. adscribit, ita vt nihil restet post hanc vitam purgandum. Legimus autem ex MS. Angl. cod. phrasi Tertullianica: &* omnia sanctus, *pro*: omninò.

194. Quod si est, iam & Martyrium aliud erit baptisma, &c.] *Non vult hîc negare quod suprà Tom. 3. lib. de Baptis. adseruit*: esse baptismum quendam *sanguinis sine* Martyrij; *& hic ipsidem scripturis confirmat (de quo ibi latius Adnot. nostris, c. 16. n. 110. 111. & 112.) sed hoc indicat, quòd illud soli proprie Martyri, non verò aliys. Nam & hic subijcit*: Debeo ergo & primo lauacro liberare, si possum secundo. *Atqui obscurum est illud*: ingeramúsque in sinum (*vel, sicuti legebat Gagneus*: in finem) necesse est, *&, quantum apparet, corruptum.*

195. certè negatoti, &c.] *Vel hinc patet verissimum esse quod suprà citauimus ex B. Cypr. Epist. 11. sollicitè & cautè prius ponderasse actum & opera, & merita singulorum negatorū Martyrij, apud suos Antecessores, priusquam pacē lapsis concederent; vt puta quum hic Auctor videatur indicare, quòd vix* Negatoribus *concesserint. In eo hallucinatur, quòd leuius faciat peccatum negatoris, peccato mœchiæ & fornicationis.*

ARGVMENTVM LIBRI DE TRINITATE, PER IACOBVM PAMELIVM.

DE TRINITATE *disputaturus* NOVATIANVS *Presbyter Romanus sub sancto Fabiano Papa, quantum adparet, adhuc Catholicus: Imprimis ex regula fidei (quod Symbolum vocamus) proponit, vt primò credamus* IN DEVM PATREM ET DOMINVM OMNIPOTENTEM, RERVM OMNIVM PERFECTISSIMVM CONDITOREM. I.

Super quæ omnia, ipse continens omnia immensus, æternus, immortalis, mente hominis maior, vt ipse est sermone inexplicabilis, sublimitate omni sublimior. II.

Deinde Deum esse conditorem omnium, dominum, & parentem, scripturis probat. III.

Bonum quoque, semper sui similem, immutabilem, vnum & solum, infinitum; cuius nec nomen proprium posit edici, & incorruptibilem. IIII.

Cuius si iracundias legitimas & indignationes quasdam, & odia descripta teneamus; non tamen hæc intelligi ad humanorum exempla vitiorum. V.

Et licet scriptura ad humanam formam faciem diuinam sæpè conuertat; non tamen intra hæc nostri corporis lineamenta modum diuinæ maiestatis includi. VI.

Spiritus quoque quum Deus dicitur; claritas & lux; non satis Deum illis appellationibus explicari. VII.

Hunc ergo Deum nouisse & venerari Ecclesiam, cui testimonium reddit tam inuisibilium, quàm etiam visibilium, & semper, & tota natura, quem scripturæ celebrant. VIII.

Porrò eandem Regulam veritatis docere nos: credere post Patrem etiam IN FILIVM DEI IESVM CHRISTVM DOMINVM DEVM NOSTRVM; *eundem in veteri Testamento repromissum, & in nouo exhibitum.* IX.

Neque commentitium & fictum Christum hæreticorum Testamenti veteris auctoritatem resuentium, qui & nuptiarum coniunctionem oderunt (nempè Marcionitarum) neque in phantasmate, sed in veritate; neque illum qui ætheream carnem, vt alij volunt hæretici (nempè Apelleiani) adsumpserit; sed veram carnis solidit atem. X.

Et verò non hominem tantùm Christum, sed & Deum; sicuti hominis filium, ita & Dei filium. XI.

Deum enim, veteris Testamenti scripturarum auctoritate probari. XII.

Tum etiam noui Testamenti scripturis. XIII.XIIII.

Immò etiam illis, quibus Christus angelus appellatur. XV.

Eandem diuinam maiestatem in Christo alijs iterum scripturis confirmari. XVI.XVII

Atqui, quum firmum sit genus probationis, quod etiam ab aduersarijs veritatis sumitur, vel ab ijs Christum Deum adfirmari (quos suprà c. 12. Sabellianos nuncupat) qui Christum Deum patrem faciebant. Sicuti & illos, qui ita Christi manifestam amplexati sunt diuinitatem, vt illum sine carne fuisse dixerint. XVIII.

Illos autem errorem suum inde sumpsisse, quòd nihil arbitrarentur interesse inter filium Dei, & filium hominis; ob scripturam malè intellectam. XIX.

Neque inde sequi, quia Christus mortuus, etiam Deum mortuum accipi; quia non tantummodò Deum, sed & hominem Christum scriptura proponit. XX.

Aduersus autem Sabellianos scripturis probat alium esse filium, alium Patrem. XXI.

Pulcrè respondens ad illud: Ego & Pater vnum sumus, quod illi pro se intendebant. XXII.

Rursum ex verbis Christi sequentibus Deum illum comprobans. XXIII.

Item ex Moyse in principio sacrarum litterarum. XXIIII.

Inde etiam, quòd Abrahæ visus legatur Deus; quod de Patre nequeat intelligi, quem nemo vidit XXV.

XXVI. *vniquam, sed de filio in angeli imagine.*

XXVII. *Quòd etiam Iacob apparuerit Deus angelus, Dei filius nempè.*

XXVIIII. *Pro Sabellianis etiam nihil facere illud: Qui videt me, videt & Patrem.*

XXIX. *Deinceps fidei auctoritatem admonere nos, Post Patrem & filium, credere etiam* IN SPIRITVM SANCTVM, *quod etiam scripturis confirmat.*

XXX. *Denique quantum dicti hæretici erroris sui originem inde rapuerint, quòd animaduerterent scriptum: vnus Deus; etsi Christum Deum & Patrem Deum dicamus, non magis tamen duos Deos scripturam proponere, quàm duos Dominos, aut duos magistros.*

XXXI. *Sed Dei filium Deum, ex Deo Patre ab æterno natum, qui semper in Patre fuerit, secundam personam esse à Patre, qui nihil agat sine Patris arbitrio; eundem & Dominum, & angelum magni Dei consilij; in quem Patris diuinitas per substantiæ communionem sit tradita.*

Ceterùm, quum scripsisset Rufinus Apolog. pro Origine, hæreticos quosdam qui in Spiritum sanctum blasphemant, TERTVLLIANI LIBELLVM DE TRINITATE, *reprehensibiliter quantum ad veritatem fidei nostræ pertinet scriptum in* S. CYPRIANI *Epistolarum corpus inseruisse; & quamplurimos codices de talibus conscribentes, per totam Constantinopolim distrahi pretio viliori fecisse, vt exiguitate pretij homines adlecti, ignotos & latentes dolos faciliùs compararent, quæ per hoc commentum hæretici, perfidiæ suæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent: B. Hieronymus Apologia aduersus Rufinum, nec* TERTVLLIANI *librum esse adserit, nec* CYPRIANI; *sed* NOVATIANI; *cuius & inscribitur titulo, & auctoris stili proprietas demonstrat. Quod confirmatur ab eodem his verbis Catal. Script. Eccles. Scripsit* NOVATIANVS DE TRINITATE GRANDE VOLVMEN, *quasi* ἐπιτομὴν OPERIS TERTVLLIANI, *quod plerique nescientes,* CYPRIANI *existimant. Eodem pertinet, etiam illud superiori loco B. Hieron.* CYPRIANI ψευδεπίγραφον *hæreseos librum. Hunc autem eundem esse illum, cuius Rufinus & B. Hieron. meminerunt, tum ex illo patet infrà capite 7.* Omnis enim spiritus creatura est. *& quòd capite 24. iuxta additionem Gelenij ex MS. Britannico codice, cui & Anglicus codex Ioannis Clementis consentit, vocetur* Paracletus minor Christo, *tum quòd capite 29. vbi de* Spiritu sancto *agit, eundem neutiquam Deum aut nuncupet aut probet, sicuti Patrem & Filium iam antea latè Deum comprobauerat; quòd denique capite 30. vbi deducit vnum Deum esse Patrem & Filium, nullam* Spiritus sancti *faciat mentionem. Quò factum, vt factum, vt & à B. Hieron. hæreseos liber appelletur, & à Rufino scribatur:* πνευματομάχους *Macedonianæ partis hæreticos, hunc B. Cypriano adscripsisse, vti perfidiæ suæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent. Non propterea tamen in hoc opere illum prætermisimus, quòd hæretici sit, & quædam in illo hæresin sapiant; quia (præterquàm quòd scriptus sit ante schisma eius & hæresin, sicuti Adnotat nostris numero 1. latiùs) reliqua magnoperè faciunt ad confirmandam personarum Trinitatem in vna Deitate contra hodiernos Trinitarios. Et (vel ipso huius libri Auctore teste infrà capite 18.)* firmum est probationis genus, quod etiam ab aduersario sumitur; vt veritas etiam ab ipsis inimicis veritatis probetur. *Vt vt sit,* TERTVLLIANI *non esse, patet; tum ex eo quòd capite 6. Auctor neget in Deo corporea lineamenta, quem Tertullianus non semel corporeum agnoscere videtur; tum quòd capite 12.* Sabellianorum *meminit, quum multò post Tertullianum exortus sit Sabellius. Atqui librum hunc, quem Trithemius vidisse non videtur; & MS. habuit Politianus, & primus in lucem edidit Ioan. Gagnæus, deinde castigauit ex Britannico MS. cod. Gelenius; nos denique multis in locis recognouimus ad Anglicum MS. exemplar Dn. Ioan. Clementis, & quibusdam ex coniecturis Dn. Latinij, nouo quoque Argumento & Adnotationibus aliquot illustrauimus.*

NOVATIANI

NOVATIANI [1] ROMANAE VRBIS PRESBYTERI, [2] DE TRINITATE LIBER.

REGVLA [3] exigit veritatis, vt primò omnium credamus in Deum patrem & Dominum omnipotentem, id est rerum omnium perfectissimum conditorem, [4] qui cœlum alta sublimitate suspenderit, terram deiecta mole solidauerit, maria soluto liquore diffuderit, & hæc omnia proprijs & condignis instrumentis & ornata & plena digesserit. Nam & in solidamento cœli luciferos solis ortus excitauit, lunæ candentem globum ad solatium noctis [5] mensurnis incrementis orbis impleuit, astrorum etiam radios varijs fulgoribus micantis lucis accendit: & hæc omnia legitimis meatibus circumire totum mundi ambitum voluit, humano generi dies, menses, annos, signa, tempora, vtilitatésque fabricata. In terris quoque altissimos montes in verticem sustulit, valles in ima deiecit campos æqualiter strauit, animalium greges ad varias hominum seruitutes vtiliter instituit. Syluarum quoque robora humanis vsibus profutura solidauit fruges in cibum elicuit, fontium ora reseruauit, & lapsuris fluminibus infudit. Post quæ [6] ne non etiam ipsis quoque delicijs procurasset oculorum varijs florum coloribus ad voluptatem spectantium cuncta vestiuit. In ipso quoque mari, quamuis esset & magnitudine & vtilitate mirabile, multimoda animalia, nunc mediocris, nunc vasti corporis finxit, ingenium artificis de institutionis varietate testantia. Quibus non contentus, ne fortè fremitus & cursus aquarum cum dispendio possessoris humani alienũ occuparet elementum, fines litoribus inclusit: quò cum fremens fluctus & ex alto sinu spumans vnda veniret, rursum in se rediret, nec terminos cõcessos excederet, seruans iura præscripta: vt diuinas leges tantò magis homo custodiret, quantò illas etiam elementa seruassent. Post quæ hominem quoque mundo præposuit, & quidem ad imaginem Dei factum: cui mentem & rationem indidit, & prudentiam, vt Deum posset imitari: cuius etsi corporis terrena primordia, cœlestis tamen & diuini halitus inspirata substantia: [7] Quæ cùm omnia in seruitutem illi dedisset, solum liberum esse voluit. Et ne in periculum caderet rursum soluta libertas mandatum posuit, quo tamen non inesse malum in fructu arboris diceretur, sed futurum, si fortè ex voluntate hominis de contemptu datæ legis præmoneretur. Nam & liber esse debuerat, ne incongruenter Dei imago seruiret: & lex addenda, ne vsque ad contemptum dantis libertas effrenata prorumperet: vt & præmia condigna & merita pœnarum consequenter exciperet, suum iam habens illud, quod motu mentis in alterutram partem agitare voluisset. [8] Ex quo mortalitas, inuidia vtique in ipsum redit; qui cùm illam de obedientia posset euadere, in eandem incurrit, dum ex consilio peruersо, Deus esse festinat. cuius tamen pœnam, nihil ominus indulgenter temperauit, dum non tam ipse quàm labores eius maledicuntur super terra. Nam & quod requiritur, non ex ignorantia venit, sed spem hominis futuræ in Christo, & inuẽtionis & salutis ostendit: & quòd ne de ligno arboris vitæ contingat arcetur, non de inuidiæ maligno liuore descendit, sed ne viuens in æternum, nisi peccata Christus antè donasset, circunferret secum in pœnam sui semper immortale delictum. [9] Quanquam etiam superioribus, id est, super ipsum quoque solidamentum partibus, quæ non sunt hodie nostris contemplabiles oculis, angelos priùs instituerit, spiritales virtutes digesserit, thronos, potestatésque præfecerit, & alia multa cœlorum immensa spatia & sacramentorum infinita opera condiderit, vt immensus hic licet mundus penè nouissimum magis Dei corporaliũ rerum appareat opus esse, quàm solum. Namq; quæ infra terrã iacent, neque ipsa sunt digestis & ordinatis potestatibus vacua. [10] Locus enim est, quò piorũ animę impiorumq; ducũtur, futuri iudicij præiudicia sentientes: vt operum ipsius in omnibus partibus redundantes magnitudines non intra mundi huius, capacissimos licet, vt diximus, simus conclusas videremus, sed etiam intra ipsius mundi & profunda & altitudines cogitare possemus, & sic considerata operum magnitudine, tantæ molis dignè mirari possemus artificem. [11] Super quæ omnia ipse continens cuncta, nihil extra se se vacuum deserens, [12] nulli Deo superiori (vt quidam putant) locum reliquit: quando quidem ipse vniuersa sinu perfectæ magnitudinis & potestatis incluserit, intentus semper operi suo, & vadens per omnia, & mouens cuncta, & viuificans vniuersa, & conspiciens tota, & in concordiam elementorum omnium discordantes materias sic connectens, vt ex disparibus elementis ita sit vnus mundus ista coagmentata conspiratione solidatus, vt nulla vi dissolui possit, nisi quum illum solus ipse qui fecit, ad maiora alia præstanda nobis, solui iusserit. Hunc enim legimus omnia continere: & idcò nihil extra ipsum esse potuisse, quippè quum originem omninò non habeat, consequenter nec exitum sentiat: nisi fortè quod abiit, aliquando esse cœperit nec super omnia sit, sed dum post aliquid esse cœperit, intra id sit quod ante ipsum fuerit, minor inuentus potestate, dum posterior denotatur etiã ipso tempore. Ob hanc ergo causam semper immensus, quia nihil illo maius est: semper æternus,

CAP. I.

Gen. 1.

Gen. 2.

Gen. 3.

CAP. II.

quia nihil illo antiquius. Id enim quod sine origine est, præcedi à nullo potest, dum non habet tempus. Ideò immortalis non deficiens in consummationis exitu. Et quoniam sine lege est quicquid sine origine est, modum temporis excludit, dum se debitorem nemini sentit.[11] De hoc ergo ac de eis quæ sunt ipsius, & in eo sunt, nec mens hominis quæ sint, quanta sint, & qualia sint, dignè concipere potest, nec eloquentia sermonis humani æquabilem maiestati eius virtutem sermonis expromit. Ad cogitandam enim & ad eloquendam illius maiestatem, & eloquentia omnis meritò muta est, & mens omnis exigua est: maior est enim mente ipsa, nec cogitari possit quantus sit: ne si potuerit cogitari, mente humana minor sit, qua concipi possit. Maior est quoque omni sermone, nec edici possit: ne si potuerit edici, humano sermone minor sit, quo quum edicitur, & circumiri & colligi possit. Quidquid enim de illo cogitatum fuerit, minus ipso erit: & quidquid enuntiatum fuerit, minus illo comparatum circum ipsum erit. Sentire enim illum taciti aliquatenus possumus, vt autem ipse est, sermone explicare non possumus. Siue enim illum dixeris lucem, creaturam ipsius magis quàm ipsum dixeris, ipsum non expresseris: siue illum dixeris virtutem, potentiam ipsius magis quàm ipsum dixeris, & deprompseris: siue dixeris maiestatem, honorem ipsius magis quàm illum ipsum descripseris. Et quid per singula quæque percurrens longum facio? semel totum explicabo. Quidquid omninò de illo retuleris, rem aliquam ipsius magis & virtutem quàm ipsum explicaueris. Quid enim de eo cõdignè aut dicas, aut sentias, qui omnibus & sermonibus & sensibus maior est? Nisi quòd vno modo, & hoc ipsum quomodo possumus, quomodo capimus, quomodo intelligere licet, quid sit Deus, mente capiemus: si cogitauerimus id illum esse, quod, quale, & quantum sit non possit intelligi, ne in ipsam quidem cogitationem possit venire. Nam si ad solis aspectum oculorum nostrorum acies hebescit, ne orbem ipsum obtutus inspiciat obuiorum sibi superatus fulgore radiorum: hocidem mentis acies patitur in cogitatione omni de Deo, & quantò ad considerandum Deum plus intenditur, tantò magis ipsa cogitationis suæ luce cæcatur. Quid enim de eo (vt iterum repetam) condignè dicas, qui est sublimitate omni sublimior, & altitudine omni altior, & profundo omni profundior, & omni luce lucidior, & omni claritate clarior, omni splendore splendidior, omni robore robustior, omni virtute viritior, omni pulchritudine pulchrior, veritate omni verior, & fortitudine omni fortior, & maiestate omni maior, & omni potentia potentior, & omnibus diuitijs ditior, omni prudentia prudentior, & omni benignitate benignior, omni bonitate melior, omni iustitia iustior, omni clementia clementior. Minora enim sint necesse est omnium genera virtutum, eo ipso qui virtutum omnium & Deus & parens est: vt verè dici possit, id Deus esse, quod eiusmodi est cui comparari nihil potest. Super omne est enim quod dici potest. Mens est enim quædam gignens & complens omnia, quæ sine vllo, aut initio, aut termino temporis causas rerum naturaliter nexas ad vtilitatem omnium summa & perfecta ratione moderetur. [[12] Huncigitur agnoscimus & scimus Deum conditorem rerum omnium: Dominum, propter potestatem: & parentem, propter institutionem: hunc inquam[13] qui dixit,[a] & facta sunt omnia: præcepit, & processerũt vniuersa. De quo scriptum est,[b] Omnia in sapientia fecisti, De quo Moyses:[c] Deus in cœlo sursum & in terra deorsum;[14] qui secundum Esaiam[d] mensus est cœlum palmo, terram pugillo;[e] qui aspicit terram, & facit eam tremere; qui continet gyrum terræ, & eos qui habitant in ipso quasi locustæ; f qui expendit montes in pondere, & nemora in statera, id est, certo diuinæ dispositionis examine: ac ne facilè in ruinam procumberet magnitudo inæqualiter iacens, si non paribus fuisset librata ponderibus, onus hoc moderanter terrenæ molis æquauit. Qui dicit per Prophetam: Ego Deus, & non est præter me. Qui per eundem Prophetam refert: Quoniam maiestatem meam non dabo alteri, vt omnes cum suis figmentis Ethnicos excludat & hæreticos, probans Deum non esse qui manu artificis factus sit,[17] nec cum qui ingenio hæretici fictus sit. Non est enim Deus, cui vt sit quærendus est artifex. Quique adhuc adiecit per Prophetam, Cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum: qualem mihi ædificabitis domum, aut quis locus requiei meæ? vt ostendat quoniam multò magis illum templum non capit, quum mundus non capit: hæc non ad sui iactantiam, sed ad nostri scientiam refert. Neque enim ipse à nobis desiderat magnitudinis gloriã, sed nobis vult religiosam, quã pater, conferre sapientiam. Quique præterea ferinos nostros animos, & de agresti immanitate tumidos, & abruptos ad lenitatem trahere volens, dicit:[18] Et super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem verba mea? vt Deum aliquatenus quantus sit possit agnoscere, dum illum per spiritum collatum discit timere. Qui similiter adhuc magis in notitiam nostri volens peruenire, ad culturam sui nostros excitans animos, aiebat: Ego sum Dominus qui feci lucem & creaui tenebras, vt vicissitudinum istarum, quibus nocte diéque moderantur, non naturam nescio quam putemus artificem; sed Deum agnosceremus potiùs (quod erat verius) conditorem. Quem quoniam obtutu oculorum videre non possumus, de operum magnitudine, & virtute, & maiestate condiscimus. Inuisibilia enim ipsius (inquit Apostolus Paulus)[19] à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, vt animus humanus ex manifestis occulta condiscens, de operum magnitudine quæ videret mentis oculis, artificis magnitudinem cogitaret: de quo idem Apostolus: Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria,

D

E

F

A gloria. Euasit enim oculorum contemplationem, qui cogitationis vicit magnitudinem. Quoniam, inquit, ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Nam & imperio eius omnia, vt ex ipso sint, & verbo eius digesta, vt per ipsum sint: & in iudicium eius recidunt vniuersa, vt dum in ipso expectant libertatem, corruptione depositа in ipsum videantur esse reuocata. [10 Quem solum meritò bonum pronuntiat Dominus: cuius bonitatis totus testis est mundus: quem non instituisset, nisi bonus fuisset. Nam si omnia bona valde, consequenter ac meritò & quæ instituta sunt bona, bonum institutorem probauerunt: & quæ à bono institutore sunt, aliud quàm bona esse non possunt, ex quo omne malum facessat à Deo: Nec enim potest fieri vt sit initiator, aut artifex vllius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat, & parentis & iudicis: maximè cùm omnis mali operis vindex sit & iudex; quoniam & non aliundè occurrit homini malum, nisi à bono Deo recessisset. Hoc autem ipsum in homine denotatur: non quia necesse fuit, sed quia ipse sic voluit. vnde manifestè & quid malum esset apparuit, & ne inuidia in Deo esse videretur, à quo malum ortum esset, eluxit. Hic ergo semper sui est similis, nec se vnquam in aliquas formas vertit aut mutat: ne per immutationem etiam mortalis esse videatur. Immutatio enim conuersionis, portio cuiusdam comprehenditur mortis. Ideò nec adiectio in illo vnquam vllius aut partis, aut honoris accedit: ne quid vnquam perfecto defuisse videatur: nec detrimentum in eo aliquod agitur, ne gradus mortalitatis receptus esse videatur. Quod est, id semper est, & qui est, semper ipse est, & qualis est, semper talis est. Nam & incrementa [illegible]nem monstrant, & detrimenta mortem atque interitum probant: Et ideò ego (ait) sum Deus [illegible] non sum mutatus: statum suum tenens semper, dum id quod natum non est, conuerti non potest. Hoc enim in ipso quidquid illud potest quod est, Deus semper sit necesse est, vt semper sit Deus, seruans sese virtutibus suis: Et ideò dicit, Ego sum qui sum. Quod enim est, ideò hoc habet nomen, quoniã eandem semper sui obtinet qualitatem. Immutatio enim tollit illud nomen quod est: quidquid enim aliquando vertitur, mortale ostenditur hoc ipso quod conuertitur. Desinit enim esse, quod fuerat, & incipit consequenter esse quod non erat: idcircò & meritò in Deo manet semper status suus, dum sine detrimento commutationis semper sui & similis & æqualis est. Quod enim natum non est, nec mutari potest: ea enim sola in conuersionem veniunt quæcunq; fiunt vel quæcunq; gignuntur, dum quæ aliquando non fuerant, discunt esse nascendo, atque ideò nascendo conuerti. At enim, illa quæ nec natiuitatem habent, nec artificem, excluserunt à se demutationem, dum in qua conuersionis causa est, non habent originem: ideò & vnus pronuntiatus est, dum parem non habet. Deus enim, quidquid esse potest quod Deus est, summum sit necesse est. Summum autem quidquid est, ita demum summum esse oportet, dum extra comparem est. Et ideò solum & vnum sit necesse est, cui conferri nihil potest, dum parem non habet. Quoniam nec duo infinitæ esse possunt, vt rerum dictat ipsa natura. Infinitum est autem, quicquid nec originem habet omninò, nec finem. Excludit enim alterius initium, quidquid occupauerit totum. Quoniam si non omne id quod est, quidquid est continet, dum intrà id inuenitur quo continetur, minus inuentum eo quo continetur, Deus esse desierit, in alterius potestatem redactus, cuius magnitudine quâ minor fuerit inclusus: & ideò quod contitinuit Deus potius esse iam cœperit. Ex quo effectum est, vt nec nomen Dei propriũ possit edici. quoniam non possit nec concipi. Id enim nomine continetur, quidquid etiam ex naturæ suæ conditione cõprehenditur. Nomen enim significantia est eius rei quæ compehendi potuit ex nomine. At quãdo id de quo agitur, tale est, vt condignè nec ipsis intellectibus colligatur: quomodo appellationis dignè C vocabulo pronuntiabitur? Quod dum extra intellectum est, etiam suprà appellationis significantiam sit necesse est: vt meritò quando nomen suum Deus ex quibusdam rationibus & occasionibus adijcit & præfert, non tam legitimam proprietatem appellationis sciamus esse depromptam, quàm significantiam quandam constitutam, ad quam dum homines decurrunt, Dei misericordiam per ipsam impetrare posse videantur. Est ergo & immortalis & incorruptibilis, nec detrimenta sentiens omninò, nec finem. Nam & quia incorruptibilis, ideò & immortalis, & quia immortalis, vtique & incorruptibilis: vtroque inuicem sibi & in se connexione mutua perplexa, & ad statum æternitatis vicaria concatenatione producta: & immortalitate de incorruptione descendente, & incorruptione de immortalitate veniente. [21 Cuius etiam si 23 iracundias a legitimas 23 & b indignationes quasdam descriptas tenemus, [24 & c odia relata cognoscimus: non tamen hæc intelligimus ad humanorum relata esse exempla vitiorum. Hæc enim omnia etsi hominem possunt corrumpere, diuinam vim non possunt omninò vitiare. Passiones enim istæ in hominibus meritò esse dicentur, in Deo non meritò iudicabuntur. Corrumpi enim per hæc homo potest, quia corrumpi potest. Corrumpi per hæc Deus non potest, quia nec corrumpi potest. Habent igitur istа vim suam quam exerceant, sed vbi præcedit passibilis materia, non vbi præedit impassibilis substantia. Nam & quod irascitur, Deus non ex vitio eius, venit, sed ad remedium nostri illud facit. Indulgens est enim, etiam tunc cùm minatur: dum per hæc homines ad rectа reuocantur. nam quibus ad honestam vitam deest ratio, metus est necessarius, vt qui rationem reliquerunt, vel terrore moueantur. Et ideò omnes istæ vel iracundiæ Dei vel odia, vel quæcunque sunt huiusmodi, dum ad medicinam nostram proferuntur (vt res docet) ex consilio, non ex vitio venerunt. Nec ex fragilitate descendunt, propter quod etiam ad corrumpendum

Rom. 11.

CA. IIII *Gen. 1.*

Gen. 3.

Malach. 3.

Exod. 3.

CAP. V. a *Gen. 18.* b *Deut. 29* c *Eccles. 8.*

Deum valere non possunt. Materiarum enim in nobis ex quibus sumus diuersitas, ad iracundiæ
consuetudinem corrumpentem nos excitare discordiam, quæ in Deo vel ex natura, vel ex vitio non D
potest esse: dum non vtique ex coagmentis corporalibus intelligitur esse constructus. Est enim simplex & sine vlla corporea concretione, quidquid illud est totus, quod se solus scit esse, quandoquidem spiritus sit dictus. Et ideò hæc quæ in hominibus vitiosa sunt & corrumpentia, dum ex corporis ipsius & materiæ corruptibilitate nascuntur, in Deo corruptibilitatis vim exercere non possunt:
VI. quandoquidem, vt diximus, non ex vitio, sed ratione venerunt. [15 Et licet scriptura cœlestis ad
33. humanam formam faciem diuinam sæpè conuertat, dum dicit, Oculi Domini super iustos: 16 Aut
dum odoratus est Dominus Deus odorem bonæ fragrantiæ: Aut dum traduntur Moysi tabulæ scriptæ digito Dei: Aut dum populus filiorum Israël de terra Ægypti manu valida & brachio excelso liberatur: Aut dum dicit, Os enim Domini locutum est hæc: Aut dum terra scabellum pedum Dei esse
56. perhibetur: Aut dum dicit, Inclina aurem tuam & audi: sed nos qui dicimus, quia lex spiritalis est, non
19. intra hæc nostri corporis lineamenta modum, aut figuram diuinę maiestatis includimus. sed suis illam
7. interminatæ magnitudinis (vt ita dixerim) campis sine vllo fine diffundimus. Scriptum est enim: Si
38. ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero ad inferos, ades: 17 & si assumpsero alas meas, & abiero trans mare, illuc manus tua apprehendet me, & dextera tua detinebit me. Rationem enim diuinæ scripturę de imperamento dispositionis cognoscimus. Parabolis enim enim adhuc secundum fidei tempus de Deo Prophetes tunc loquebatur, non quomodo Deus erat; sed quomodo populus
28. capere poterat. Vt igitur hæc sic de Deo dicantur, non Deo, sed populo potius imputetur. Sic & ta-
6. bernaculum erigere populo permittitur, nec tamen Deus intra tabernaculum clusus continetur; sic & templum extruitur, nec tamen Deus intra templi angustias omninò sepitur. Non igitur mediocris est Deus, sed populi mediocritis est sensus: nec angustus Deus, sed rationis populi angustus est in- E
4. tellectus habitus. Denique in Euangelio: Veniet hora, Dominus aiebat, quum neque in monte isto, neque in Ierusalem adorabitis patrem. Et causas reddidit, dicens: Spiritus est Deus, & eos ergo qui adorant, in spiritu & veritate adorare oportet. Efficaciæ igitur ibi diuinæ per membra monstrantur: non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cùm oculi describuntur, quòd
33. omnia videat, exprimitur. 18 Et quando auris, quòd omnia audiat, proponitur. Et cùm digitus, si-
6. gnificantia quædam voluntatis aperitur. Et cùm nares, precum quasi odorum præceptio ostenditur.
3. Et cùm manus, quòd creaturæ sit omnis auctor probatur Et quando brachium, quòd nulla natura
5. contra robur ipsius repugnare possit, edicitur. Et quando pedes, quòd impleat omnia nec sit quicquam vbi non sit Deus, explicatur. Neque enim sunt ei aut membra, aut membrorum officia necessaria, ad cuius solum etiam tacitum arbitrium & seruiunt & adsunt omnia. Cur enim requirat oculos,
6. qui lux est? Aut cur quærat pedes, qui vbique est? Aut cur ingredi velit, cùm non sit quò extra se progredi possit? Aut cur manus expetat, cuius ad omnia institituenda artifex est, & silens voluntas? Nec auribus eget, qui etiam tacitas nouit voluntates. 19 Aut propter quam causam linguam quærat, cui cogitare iussisse est? Necessaria enim hæc membra hominibus fuerunt, non Deo: quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus impleret: Deo autem non necessaria, cuius voluntatem non tantùm sine aliqua molitione opera subsequuntur, sed ipsa statim opera cum voluntate procedunt. Ceterùm ipse totus oculus, quia totus videt: & totus auris, quia totus audit: & totus manus, quia totus operatur: & totus pes, quia totus vbique est. Idem enim quicquid illud est totus æqualis est, & totus vbique est. Non enim habet in se diuersitatem sui quidquid est simplex. Ea enim demum in diuersitatem membrorum recidunt, quę veniunt ex natiuitate in dissolutionem. Sed hæc quę F.
VII. concreta non sunt, sentire non possunt. Quod enim mortale est quidquid est, illud ipsum vnum & sim-
4. plex & semper est. Et ideò quia vnum est, dissolui non potest, quoniam quidquid est illud ipsum extra ius dissolutionis positum, legibus est mortis solutum. [20 Sed illud quod dicit Dominus Spiritum Deum, puto ego sic locutum Christum de patre, vt adhuc aliquid plus intelligi velit quàm spiritum Deum. Hominibus enim licet in Euangelio suo intelligendi incrementa faciendibus disputet, sed tamen & ipse sic adhuc de Deo loquitur hominibus, quomodo possunt adhuc audire vel capere: licet
4. vt diximus in agnitionem Dei religiosa iam facere incrementa nitatur inuenimus enim scriptum
1. esse, quòd Deus caritas dictus sit, 21 nec ex hoc tamen Dei substantia caritas expressa est: Et quòd lux dictus est, nec tamen in hoc substantia Dei est, sed totum hoc de Deo dictum est quantum dici potest, vt meritò & quando spiritus dictus est, non omne id quod est dictus sit, sed vt dum mens hominum intelligendo vsque ad ipsum proficit spiritum, conuersa iam ipsa in spiritu aliud quid amplius per spiritum conijcere Deum esse possit. Id enim quod est, secundum id quod est, nec humano sermone edici, nec humanis auribus percipi, nec humanis sensibus colligi potest. Nam si, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum, nec oculus vidit, nec auris audiuit, 22 nec cor hominis, aut mens ipsa
- percepit: qualis & quantus est ille ipse qui hæc repromittit, ad quæ intelligenda & mens hominis & natura defecit Denique si acceperis spiritum substantiam Dei, creaturam feceris Deum. 23 Omnis enim spiritus creatura est. Erit ergo iam factus Deus. Quomodo & si secundum Moysen ignem acceperis Deum, creaturam illum esse dicendo institutum expresseris, non institutorem docueris,

Sed

A Sed hæc figurantur potius, quàm ita sunt. Nam & in veteri Testamento ideò Deus ignis dicitur, vt peccatori populo metus incutiatur, dum iudex ostenditur: Et in nouo Testamento spiritus esse profertur, vt refectior & creator in delictis suis mortuorum per hanc bonitatem conlatæ credentibus indulgentiæ comprobetur. [14 Hunc ergo, omissis hæreticorum fabulis atque figmentis, Deum nouit & veneratur Ecclesia, cui testimonium reddit tam inuisibilium quàm etiam visibilium, & semper, & tota natura. Quem angeli adorant, astra mirantur, maria benedicunt, terræ verentur, infernaquæque suscipiunt. Quem mens omnis humana sentit, etiâsi non exprimit, cuius imperio omnia cõmouentur, fontes scaturiunt, amnes labuntur, fluctus adsurgunt, fœtus suos cuncta parturiunt, venti spirare coguntur, imbres veniunt, maria commouentur, fœcunditates suas cuncta vbique diffundunt: peculiarem protoplastis æternæ vitæ mundum quendam paradisum in Oriente constituit arborẽ vitæ plantauit, scientiæ boni & mali similiter alterã arborem conlocauit. Mandatũ dedit, sententiam contra delictum statuit. Noë iustissimam de diluuij periculis pro merito innocentiæ fideique seruauit. Enoch transtulit, in amicitiæ societatem Abraham adlegit, 15 Isaac protexit, Iacob auxit, Moysen ducem populo præfecit, ingemiscentes filios Israël è iugo seruitutis eripuit, legem scripsit: patrum sobolem in terram repromissionis induxit. Prophetas spiritu instruxit, & per hos omnes filium suum Christum repromisit, & quando daturum se spoponderat, misit. Per quem nobis in notitiam venire voluit: & in nos indulgentiæ suæ sinus largos profudit, egenis & abiectis locupletem spiritum conferendo. Et quia vltrò & largus & bonus est: ne totus hic orbis auersus gratiæ eius fluminibus aresceret, Apostolos institutores generis nostri in totum orbẽ mitti per filium suum voluit: vt

B conditio generis humani agnosceret institutorem: & si sequi maluisset, haberet quem pro Deo in suis iam postulationibus, patrem diceret. Cuius prouidentia non tantummodò singillatim per homines cucurrit aut currit, sed etiam per ipsas vrbes & ciuitates, quarum exitus Prophetarum vocibus cecinit, immò etiam per ipsum totum orbem. Cuius propter incredulitatem exitus, plagas, deminutiones pœnásque descripsit: & ne quis non etiam ad minima quæque Dei putaret istam infatigabilem prouidentiam peruenire, Ex duobus, inquit Dominus, passeribus vnus non cadet sine patris voluntate, sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Cuius etiam cura & prouidentia Israëlitarum non siuit nec vestes consumi, nec vilissima in pedibus calceamenta deteri, sed nec ipsorum postremum adolescentium captiua farabara cõburi, nec immeritò: nam si hic omnia complexus est omnia, continens, omnia autem & totum ex singulis constant, pertinget consequenter eius ad vsque singula quæque cura, cuius ad totum quicquid est, peruenit prouidentia. 16 Hinc est quòd & desuper Cherubim sedet, id est, præest super operum suorum varietatem; subiectis throno eius animalibus præ ceteris principatum tenentibus; cuncta desuper crystallo contegente, id est, cœlo omnia operiente. 17 Quod in firmamentum de aquarum fluente materia fuerat Deo iubente solidatum, vt glacies robusta aquarum terram pridem contegentium diuidens medietatem; dorso quodam pondera aquæ superioris corroboratis de gelu viribus sustineret. 18 Nam & rotæ subiacent, tempora scilicet, quibus omnia semper mundi membra voluuntur, talibus pedibus adiectis, quibus non in perpetuum stant ista, sed transeunt. Sed & per omnes ortus stellata sunt oculis. Dei enim opera peruigili obtutu contemplanda sunt, in quorum sinu carbonum medius est ignis, siue quoniam 19 ad igneum diem iudicij mundus iste festinat: siue quoniam omnia opera Dei ignea, nec sunt tenebrosa, sed vigent: siue etiam ne, quia ex terrenis ista fuerant orta principijs, naturaliter de originis suæ rigore torperent, addita

C est omnibus interioris spiritus calida natura, quæ frigidis concreta corporibus ad vsuram vitæ qualia æqualia omnibus libramenta monstraret. Hic est igitur currus secundum Dauid Dei. 40 Currus enim, inquit, Dei decies milies multiplicatus, id est innumerus, infinitus, immensus. Sub iugo enim naturalis legis omnibus datæ, alia quasi frenis reuocata retrahuntur, alia quasi effusis habenis excitata impelluntur. Mundum enim istum, currum dei, cum omnibus & ipsi angeli ducunt & astra, quorũ varios licet meatus, certis tamen legibus vinctos in spicimus ad metas definiti sibi temporis ducere: vt meritò nobis quoq; cum Apostolo, & artificem & opera mirantibus exclamare iam libeat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quàm inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! & reliqua. [41 Eadẽ regula veritatis docet nos, credere post patrẽ etiam in filium Dei Christum Iesum Dominum Deum nostrum, sed Dei filium, huius Dei qui & vnus & solus est, conditor scilicet rerum omnium, vt iam & superiùs expressum est. Hunc enim Iesum Christum iterum dicam huius Dei filium, & in veteri Testamento legimus esse repromissum, & in nouo Testamento animaduertimus exhibitũ, omnium sacramentorũ vmbras & figuras de præsentia corporatę veritatis implentem. 42 Hunc enim Abrahæ filium, 43 hunc Dauid, hunc non minus & vetera prædicta & Euãgelia testantur. Hunc ipsa Genesis, quum dicit, Tibi dabo & semini tuo. Hunc, quando luctatũ ostendit hominem cum Iacob. Hunc, quando dicit, Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, 44 donec veniat is cui repromissum est, & ipse erit expectatio gentium. Hunc Moyses, quum dicit, 45 Prouide alium quem mittas. Hunc idem, quando testatur, Propheten vobis, dicendo, Suscitabit Deus ex fratribus vestris: eum quasime audite. Hunc, quando dicit, Videbitis vitã vestram pendentẽ nocte ac die, & nõ credetis ei. Hunc Esaias, Prodiet virga de radice Iesse, & flos de radice ascẽdet. Hunc eun-

Ioan. 4.
CA. VIII
Gen. 3.
Gen. 9.
Gen. 6.
Gen. 17.
Gen. 22. 29 & 30.
Exod. 3. 12. & 20.
Ios. 3. & seq.
1. Pet. 1.
Marc. 16.
Matth. 6.
Isa 23. 15. 17 18. 19. 21. 22. 23. 24. 28. 29. & 30.
Matth. 10.
Deut. 29.
Dan. 3.
Psal. 98.
Apoc. 4.
Gen. 1.
Ezech. 10.
2. Pet. 3.
Psal. 67.
Rom. 11.
CA. IX.
Gen. 22. et Matth. 1.
Isa. 9.
Luc. 1.
Gen. 15. & 17.
Gen. 32.
Gen. 49.
Exod. 4.
Deut. 18.
Deut. 28.

dem, quando dicit, Ecce virgo concipiet & pariet filium. Hunc, quando sanitates ab eo futuras collocat, dicens, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, tunc saliet claudus vt ceruus, & diserta erit lingua mutorum. Hunc, quando patientiæ virtutes expromit, dicens, Non audietur in plateis vox eius, arundinem quassatam non conteret, & linum fumigans non extinguet. Hunc, quando eius Euangelia descripsit, Et disponam obsta testamentum æternum sancta Dauid fidelia. Hunc, quando gentes in ipsum crediturus prophetat, Ecce posui eum in principem & præcipientem gentibus. Gentes quæ te non nouerunt, inuocabunt te, & populi qui te nesciunt, ad te confugient. Hunc eundem, quando ad passionem eius exclamat dicens, Sicut ouis ad occisionem ductus est, sicut agnus coram tondente se sine voce, [46] sic non aperuit os suum in humilitate. Hunc, quando flagrorum eius ictus plagásque describit, Liuore eius nos sanati sumus: aut humilitatem, Et vidimus eum, & non erat ei species, neque honor, homo in plaga & sciens ferre infirmitatem. Aut quòd populus non erat crediturus, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Aut quòd resurrecturus à mortuis, Et erit in illa die radix Iesse, & qui surget imperare gentibus; in eum gentes sperabunt, & erit requies eius honor. Aut cùm tempus resurrectionis, Quasi diluculo paratum inueniemus eum. Aut quòd sessurus ad dexteram patris, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedem tuorum. Aut quum possessor omnium collocatur, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aut quòd iudex omnium ostéditur, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Nec hoc in loco plura persequar, quæ adnuntiata de Christo omnibus hæreticis, sed & ipsis veritatem tenentibus magis nota sunt. [47] Sed illud admoneo, non alterum in Euangelio Christum expectandum fuisse, quàm hunc à creatore veteris Testamenti litteris antè promissum, maximè quum & quæ de ipso prædicta sunt, impleta sint, & quæ impleta sunt, antè prædicta sint. Vt meritò hæreticorum istorum Testamenti veteris auctoritatem respuentium nescio cui cómentitio & ex fabulis anilibus ficto Christo atque fucato possim verè & constanter dicere: Quis es? vnde es? à quo missus es? quare nunc venire voluisti? quare talis? vel quá venire potuisti? vel quare non ad tuos abisti? nisi quòd probasti tuos non habere, dum ad alienos venis. Quid tibi cum mundo creatoris? quid tibi cum homine conditoris? quid tibi cum figmento corporis, cui eripis spem resurrectionis? quid ad alienum venis famulum? alienum sollicitare desideras filium? quid me à Domino eripere conaris? quid me in pœrem blasphemare atque impium esse compellis? aut quid sum à te in resurrectione consecuturus, qui me ipsum non recipio, dum corpus amitto? Si saluare vis, fecisses hominem cui salutem dares. Si à delicto eripere cupis, antè mihi ne delinquerem contulisses. Quod autem tecum suffragium circumsers Legis? Quod habes testimonium Propheticæ vocis? aut quid mihi possum de te solidum repromittere, quum te videam in phantasmate, & non in soliditate venisse? Quid ergo tibi cum figura si corporis, corpus odisti? immò reuinceris corporis quod odisti, circumferre substantiam, cuius suscipere voluisti etiam figuram? Odisse enim debueras corporis imitationem; si oderas veritatem. Quoniam si alter es, aliter venire debueras, ne dicereris filius creatoris, si vel imaginem habuisses carnis & corporis. Certè si oderas natiuitatem, [48] quia creatoris oderas nuptiarum coniunctionem, recusare debueras etiam imitationem hominis, qui per nuptias nascitur creatoris. Neque igitur eum hæreticorum agnoscimus Christum, [49] qui in imagine (vt dicitur) fuit, & non in veritate; nihil verum eorum quæ gessit, fecerit, si ipse phantasma & non veritas fuit; [50] neque eum qui nihil in se nostri corporis gessit, dum ex Maria nihil accepit, ne non nobis venerit, dum non in nostra substantia visus apparuit. [51] Neque illum qui ætherearn siue sideream, vt alij voluerunt hæretici, voluit carnem, ne nullam in illo nostro intelligamus salutem, si non etiam nostri corporis cognoscamus soliditatem; [52] nec vllum omninò alterum, quoduis aliud ex figmento hæreticorum gesserit corpus fabularum. Omnes enim istos & natiuitas Domini, & mors ipsa confutat. Nam & verbum (inquit Ioannes caro factum est, & habitauit in nobis. Vt meritò corpus nostrum in illo fuerit, quoniam quidem nostram carnem sumsit. Et sanguis idcirco de manibus ac pedibus, atque ipso latere demanauit, vt nostri consors corporis probaretur, dum occasus nostri legibus moritur. Qui dum in eadem substantia corporis in qua moritur, resuscitatus, ipsius corporis vulneribus comprobatur, etiam resurrectionis nostræ leges in sua carne mostrauit. qui corpus quod ex nobis habuit, in sua resurrectione restituit. Lex enim resurrectionis ponitur, dum Christus ad exemplum ceterorum in substantia corporis suscitatur. [53] Quoniam cùm caro & sanguis non obtinere regnum Dei scribitur, non carnis substátia damnata est, quæ diuinis manibus ne periret, extructa est, sed sola carnis culpa meritò reprehensa est, quæ voluntaria hominis temeritate contra legis diuinæ iura grassata est. Quia in baptismate & in mortis dissolutione sublata caro ad salutem reuertitur: dum ad statum innocentiæ deposita criminis mortalitate reuocatur. [54] Verùm ne ex hoc quòd Dominum nostrum Iesum Christum Dei creatoris filium in substantia veri corporis exhibitum adserimus, [55] alijs hæreticis hoc in loco hominem tantùm & solum defendentibus, atque ideò hominem illum nudum & solitariuna probare cupientibus, aut manus dedisse, aut loquendi materiam commodasse videamur: non sic de substantia corporis ipsius exprimimus, vt solum tantùm hominem illum esse dicamus: sed

vt [56]

D vt[16] diuinitate sermonis in ipsa concretione permixta, etiam Deum illum secundum scripturas esse te- *Matth. 11. Ioan. 2.*
neamus. Est enim periculum grande, saluatorem generis humani, totius Dominum & principem
mundi; cui à suo patre omnia tradita sunt, & cuncta concessa; per quem instituta sunt vniuersa, creata
sunt tota, digesta sunt cuncta, æuorum omnium & temporum regem, angelorum omnium principem,
ante quem nihil præter parrem, hominem tantum modo dicere, & auctoritatem illi diuinam in his ab-
negare. Hæc enim conrumelia hæreticorum ad ipsum quoque Deum patrem redundabit, si Deus pa-
ter filium Deum generare non potuit. Sed enim veritati cæcitas hæreticorum nulla præscribet. Nec
quoniam in Christo aliquid tenent, aliquid non renent, alterum vident, alterum non vident, eripie-
tur nobis illud quod non vident, per illud quod vident. Quasi hominis enim in illo fragilitates consi-
derant, quasi Dei virtutes non computant, infirmitates carnis recolunt, potestates diuinitatis exclu-
dunt. Quando si probatio hæc ex infirmitatibus Christi illuc proficit, vt homo ex infirmitati-
bus comprobetur, probatio diuinitatis in illo collecta ex virtutibus illuc proficiet, vt etiam Deus ex
operibus adferatur. Si enim passiones ostendunt in illo humanam fragilitatem, cur opera non adferant
in illo diuinam potestatem? ne si hoc non profecerit, vt Deus ex virtutibus adferatur, nec passiones
proficiant, vt etiam homo ex ipsis esse monstretur. Quæcunque enim lex in alterutro fuerit posita,
in altero inuenietur esse suspecta. Periculum enim erit ne hominem illum ex passionibus ostendi, si
non potuerit etiam Deus ex virtutibus adprobari. non est ergo in vnam partem inclinandum, & ab
alia parte fugiendum,[17] quoniam nec tenebit perfectam veritatem, quisquis aliquam veritatis exclu-
serit portionem. Tam enim scriptura etiã Deum adnuntiat Christum, quàm etiam ipsum hominem
adnuntiat Deum: tam hominem descripsit Iesum Christum, quàm etiam Deum quoque descripsit
Christum Dominum. Quoniam nec Dei tantùm illum filium esse proponit, sed & hominis, nec ho-
minis tantùm dicit, sed & Dei referre consueuit: vt dum ex vtroque est, vtrunque sit, ne si alterum tan-
B tùm sit, alterum esse non possit. Vt enim præscripsit ipsa natura hominem credendum esse qui ex ho-
mine sit, ita eadem natura præscribit & Deum credendum esse qui ex Deo sit: ne si non & Deus fuerit,
cùm ex Deo sit iam nec homo sit, licet ex homine fuerit, & in alterutro vtrunque periclitetur, dum al-
terum altero fidem perdidisse conuincitur. Qui legunt ergo hominis filium hominem Christum Ie-
sum, legant hunc eundem & Deum & Dei filium nuncupatum. Nam quomodo quà homo, ex *Matth. 1. Ioan. 8. Matth. 9. Matth. 22. Gal. 4. Luc. 6. Matth. 27. Ioan. 5. Luc. 2. Ioan. 17. Rom. 1. Ioan. 1. Marc. 16. Ioan. 3. Ioan. 14. Act. 18*
Abraham, sic est etiam quà Deus, ante ipsum Abrahã. Et quomodo quà homo, filius Dauid, ita Domi-
nus Dauid quà Deus nuncupatus est. Et quomodo quà homo, sub lege factus est, ita quà Deus, Sabba-
ti Dominus expressus est. Et quomodo quà homo sententiam patitur, sic omne, quà Deus, de viuis
& mortuis iudicium habere reperitur. Et quomodo post mundum quà homo nascitur, sic ante
mundum quà Deus, fuisse perhibetur. Et quomodo ex femine Dauid quà homo genitus est, sic
ita per ipsum quà Deum mundus dicitur institutus. Et quomodo quà homo post multos, sic quà
Deus ante omnes. Et quomodo ceteris quà homo inferior, sic omnibus quà Deus maior. Et quo-
modo in cœlum quà homo ascendit, sic inde quà Deus antè descendit. Et quomodo ad patrem quà
homo vadit, sic obediens patri quà filius inde descensurus est. Ita si mediocritates in illo adprobant
humanam fragilitatem, maiestates in illo adfirmant diuinam potestatem. Periculum est enim, cùm
vtrunque legis, non vtrunque, sed alterum credidisse. Ex quo quoniam vtrunque in Christo legitur,
vtrunque credatur: vt fides ita demum vera sit; si & perfecta fuerit. Nam si ex duobus altero in fide
cessante, vnum & quidem id quod est minus, ad credendum fuerit assumptum, per turbata regula
veritatis, temeritas ista non salutem contulerit, sed in vicem salutis, de iactura fidei periculum mor-
tis grande conflauerit. [18] Cur ergo dubitemus dicere, quod scriptura non dubitat exprimere? cur
C hæsitabit fidei veritas in quo scripturæ nunquam hæsitauit auctoritas? Ecce enim Osee Prophetes *CA. XII. Osee 1.*
ait ex persona patris[19] Iam non saluabo eos in arcu, neque in equis, neque in equitibus, sed saluabo
eos in Domino Deo ipsorum. Si Deus saluare se dicit in Deo, non aurem saluat nisi in Christo Deus:
cur ergo homo dubitet Christum Deum dicere, quem Deum à patre animaducrtit positum per scri-
pturas esse? immò si non saluat nisi in Deo pater Deus, saluari non potuerit à Deo patre quisquam, ni-
si confessus fuerit Christum Deum, in quo se & per quem se repromittit pater salutem daturum: vt me-
ritò quisquis illum agnoscit esse Deum, salutem inueniat in Deo Christo: quisquis non recognoscit
esse Deum, salutem perdiderit, quam alibi nisi in Christo Deo inuenire non poterit. Quomodo enim *Isa. 7. & Matth. 1.*
Esaias, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel: quod interpreta-
tum est nobiscum Deus: sic Christus ipse dicit: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem *Matth. 28.*
seculi: est ergo nobiscũ Deus, immò multò magis etiam in nobis est. Nobiscũ est Christus, est ergo cu-
ius nomen est, Nobiscũ Deus quia & nobiscũ est. Aut nũquid non est nobiscũ? quomodo ergo dicit se
nobiscũ esse? est ergo nobiscum. Sed quoniã nobiscum est, Emmanuel, id est nobiscũ Deus dictus est.
Deus ergo quia nobiscum est, nobiscum Deus dictus est. Idem Propheres: Conualescite manus dis-
soluræ, [20] & genua debilia consolamini, pusillanimes sensu conualescite, nolite timere, Ecce Deus *Isai. 35.*
noster iudicium retribuet, ipse veniet & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures sur-
dorum audient: tunc saliet claudus sicut ceruus, & diserta erit lingua mutorum. Si in aduentu Dei

dicit Prophetes hæc futura signa quæ facta sunt, aut Dei filium agnoscant Christum; in cuius ad-
.15. uentu & à quo hæc sanitatum signa facta sunt, aut diuinitatis Christi veritate superati, [61] in alte- D
ram hæresim ruentes, Christum dum filium Dei & Deum confiteri nolunt, patrem illum esse confi-
tebuntur. Vocibus enim Prophetarum inclusi, iam Christum Deum negare non possunt. Quid ergo
respondent, cùm in aduentu Dei hæc signa futura dicuntur quæ in aduentu Christi gesta sunt, Christū
qualiter accipiunt Deū (Deum enim iam negare non possunt) quá patrem? aut quâ filiū? Si quá filium
cur Dei filium Deum negant? Si quá patrem, cur eos non sequuntur qui eiusmodi blasphemias tene-
nere videntur? Nisi quoniam nobis in hoc aduersus illos de veritate certamine hoc interim sufficit, vt
quocunque genere conuicti Christum confiteantur & Deum, quem etiam Deum negare voluerunt.
ruc 3. Per Abacuc Prophetam ait: [62] Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte opaco & cõdenso. Quem
volunt isti ab Africo venire? si veniſſe aiunt omnipotentem Deum patrem, ergo de loco Deus pater
venit, ex quo etiã loco cluditur, & intra sedis alicuius angustias cõtinetur, & iam per istos, vt diximus,
[63] Sabelliana hæresis sacrilega corporatur. Siquidem Christus non filius, sed pater creditur, & nouo
more dum ab istis destrictè homo nudus adseritur, per eos rursum Christus pater Deus omnipotens
comprobatur. At si in [64] Bethleem, cuius metatur æ regio ad meridianam respicit plagam cœli, Chri-
stus nascitur, qui per scripturas & Deus dicitur: meritò Deus hic ab Africo venire describitur, quia
à Bethleem venturus esse præuidebatur. Eligãt ergo ex duobus quid velint, hunc qui ab Africo venit,
filium esse an patrem: Deus enim dicitur ab Africo venturus. Si filium, quid dubitant Christum &
Deum dicere; Deũ enim scriptura dicit esse venturũ. Si patrẽ quid dubitant cum Sabellij temeritate
misceri, qui Christum patrem dicit? nisi quoniam siue illum patrem, siue filium dixerint, ab hæresi
sua inuiti licet desciscant necesse est, qui Christum hominem tantummodò solent dicere, dum illum E
rebus ipsis coacti Deum incipiunt promere, siue dum illum patrem, siue dum illum filium voluerint
XIII nuncupare. [65] Ac si & Ioannes natiuitatem Christi describens, Verbum, inquit, caro factum est, &
3. habitauit in nobis, & vidimus claritatem eius, claritatem tanquam vnigeniti à patre, plenus gratia &
veritate. Nam & vocatur nomen eius Verbum Dei, nec immeritò. Eructauit, inquit cor meum ver-
.44. bum bonum, quod verbum regis nomine consequenter appellat inferendo, Dico ego opera mea re-
gi. Per ipsum enim omnia facta sunt opera, & sine ipso factum est nihil. [66] Siue enim, inquit Apoſto-
lus, throni, siue dominationes, siue virtutes, siue potestates, visibilia & inuisibilia, omnia per ipsum
constant. Verbum autem hoc illud est, quod in sua venit, & sui eum non receperunt. Mundus enim
per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Verbum autem hoc erat in principio apud
Deum, & Deus erat verbum. Quis igitur dubitet, cùm in extrema parte dicitur, Verbum caro fa-
ctum est, & habitauit in nobis, Christum cuius est natiuitas, & quia caro factus est, esse hominem, &
quia verbum Dei, Deum incunctanter edicere esse: præsertim cùm animaduertat scripturam Euan-
8. gelicam, vtranque istam substantiam in vnam natiuitatis Christi fœderasse concordiam? Hic est
enim qui sicut sponsus egreditur de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo
3. cœlo egressio eius, [67] & vsque ad summum regressio eius. Quoniam vsque ad summum, nec quisquam
in cœlum ascendit, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlis. Repetens hoc ipsum di-
17. cit: Pater clarifica me eo honore, quo fui apud te antequàm mundus esset. Ac si de cœlo descendit ver-
18. bum hoc tanquam sponsus ad carnem, vt per carnis adsumptionem filius hominis illuc posset ascen-
3. dere, vnde Dei filius verbum descenderat: meritò dum per connexionem mutuam & caro verbum
Dei gerit, & filius Dei fragilitatem carnis adsumit, cum sponsa carne conscendens, illuc vnde si-
1. ne carne descenderat, recipit iam claritatem illam, quam dum ante mundi institutionem habuisse
ostenditur, Deus manifestissimè comprobatur. Et nihilominus dum mundus ipse post illum insti-
tutus refertur, per ipsum creatus esse reperitur, quo ipso diuinitatis in ipso per quem factus est mundus, F
7. & claritas & auctoritas comprobetur. Quòd si, cùm nullius sit nisi Dei, cordis nosse secreta, Christus
h.9. secreta conspicit cordis: quòd si, cùm nullius sit nisi Dei, peccata dimittere, idem Christus peccata di-
h.2. mittit: quòd si, cùm nullius sit hominis de cœlo venire, de cœlo veniendo descendit: quòd si, cùm nul-
3. lius hominis hæc vox esse possit, Ego & pater vnum sumus, hanc vocem de conscientia diuinitatis
10. Christus solus edicit: quòd si posteremò, omnibus diuinitatis Christi probationibus & rebus instructus
20. Apostolus Thomas, respondens Christo, Dominus meus & Deus meus dicit: quòd si & Apostolus
9. Paulus, Quorum, inquit, patres & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus be-
nedictus in secula, in suis litteris scribit: quòd si, idem se [68] Apostolum non ab hominibus, aut per ho-
minem, sed per Iesum Christũ, constitutum esse depromit: quòd si, idem Euangelium non se ab homi-
nibus didicisse, aut per hominẽ, sed per Iesum Christũ accepisse contendit, meritò Deus est Christus.
Itaq; hoc in loco ex duobus alterum cõstare debebit. Cùm enim manifestum sit omnia esse facta per
Christum: aut ante omnia est, quoniã omnia per ipsum, & meritò & Deus est: aut quia homo est, post
omnia est, & meritò per ipsum nihil factum est. Sed nihil per ipsum factum esse non possumus dicere,
cùm animaduertamus omnia per ipsum facta esse, scriptum; non ergo post omnia est, id est non homo
tantùm est, qui post omnia est, sed & Deus, [69] quoniã Deus ante omnia est. Ante omnia est enim, quia

per

A per ipſum omnia, ne ſi homo tantùm, nihil per ipſum: aut ſi omnia per ipſum non homo tantùm: quoniam ſi homo tantùm, non omnia per ipſum, immò nihil per ipſum. Quid ergo reſpondent, nihil per ipſum, vt homo ſit tantùm? quomodo ergo omnia per ipſum? ergo non homo tantummodò eſt, ſed & Deus. Siquidem omnia ſunt per ipſum: vt merito intelligere debeamus nec hominem eſſe Chriſtum tãtummodò, qui eſt poſt omnia, ſed & Deum, cùm per ipſum facta ſint omnia. Quomodo enim aut hominem tantummodò dicas, cùm illum etiam in carne conſpicias, niſi quoniam ſi vtrunq; animaduertitur, vtrunq; meritò credatur. [70 Et tamen adhuc dubitat hæreticus Chriſtũ dicere eſſe Deũ, quẽ Deum tot & rebus animaduertit & vocibus adprobatũ. Si homo tantũmodò Chriſtus; quomodo veniens in hunc mundum in ſua venit, cùm homo nullum fecerit mundum? Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo mundus per ipſum factus eſſe refertur, cùm non per hominem mundus, ſed poſt mundum homo inſtitutus referatur? Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo non ex ſemine tantùm Dauid Chriſtus, ſed verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis? Nam etſi protoplaſtus non ex ſemine, ſed tamen protoplaſtus non eſt ex verbi & carnis coniunctione concretus. Non eſt enim verbum caro factum, & habitauit in nobis. Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo qui de cœlo venit, quæ vidit & audit teſtificatur, cum conſtet hominem de cœlo, quia ibi naſci non poſſit, venire non poſſe? Si homo tantũmodò Chriſtus; quomodo viſibilia & inuiſibilia, throni, virtutes & dominationes per ipſum, & in ipſo creata eſſe referũtur, cùm virtutes cœleſtes per hominẽ fieri non potuerint, quæ ante hominem ipſum eſſe debuerint. Si homo tantummodò Chriſtus; [71 quomodo adeſt vbique inuocatus, cùm hæc hominis natura non ſit, ſed Dei, vt adeſſe omni loco poſſit? Si homo tantummodò Chriſtus; cur homo in orationibus mediator inuocatur, cùm inuocatio hominis ad præſtandam ſalutem inefficax iudicetur? Si homo tantummodò Chriſtus; cur ſpes in illum ponitur, cùm ſpes in homine maledicta referatur? Si homo tantummodò Chriſtus; cur non licet Chriſtũ ſine exitio animæ negari, cùm in hominem commiſſum delictum referatur poſſe dimitti? Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo Ioannes Baptiſta teſtatur, & dicit, [72 qui poſt me venit, ante me factus eſt, quia prior me fuit? cùm ſi homo tantummodò Chriſtus, poſt Ioannem natus, ante Ioannem eſſe non poſſit, niſi quoniam illum quâ Deus eſt, antè præceſſit. Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo quæ pater facit, & filius facit ſimiliter, quum homo cœleſtibus operibus Dei ſimilia opera facere non poſſit? Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo ſicut pater in ſe vitam habet, ita dedit filio vitam habere in ſemetipſo, cùm exemplo patris Dei, homo in ſe vitam habere non poſſit, cùm non in æternitate ſit glorioſus, ſed in materia mortalitatis effectus? Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo refert, [73 Ego ſum panis vitæ æternæ qui de cœlo deſcendi: cùm neque panis vitæ homo eſſe poſſit ipſe mortalis, nec de de cœlo deſcendent nulla in cœlo conſtituta materia fragilitatis? Si homo tantummodò Chriſtus; quomodo dicit, quia patrem Deum nemo vidit vnquam: niſi qui eſt à Deo, hic vidit Deum? Quoniam ſi homo tantummodò Chriſtus, Deum videre non potuit, quia Deum nemo hominum vidit: Si autem dum ex Deo eſt, Deum vidit, plus ſe quàm hominem, dum Deum vidit, intelligi voluit. Si homo tantummodò Chriſtus; cur dicit, Quid ſi videritis filium hominis aſcendentem illuc vbi antè erat: aſcendit autem in cœlum? ibi ergo fuit, dum illuc redit vbi priùs fuit. [74 Ex quo manus ponere, figuram & formam futuram paſſionis oſtendens. Nemo igitur Chriſtum ſicut angelum non dubitat dicere; ita etiam Deum hæſitet pronuntiare, cùm hunc eundem & puerorum horum benedictionem per ſacramentum paſſionis digeſtum in figura manuum, & [77 Deum & angelum intelligat inuocatum fuiſſe. [76 Ac ſi aliquis hæreticus pertinaciter obluctans aduerſus veritatem, voluerit in his omnibus exemplis proprie angelum aut intelligere, aut intelligendum eſſe contenderit, in hoc quoq; viribus veritatis frangatur neceſſe eſt. [77 Nam ſi omnibus cœleſtibus, terrenis & infernis Chriſto ſubditis, etiã ipſi angeli cum omnibus ceteris quæcunq; ſubiecta ſunt Chriſto, dicuntur Dij; iure & Deus Chriſtus. Et ſi quiuis angelus ſubditus Chriſto Deus poteſt dici, & hoc ſi dicitur, & ſine blaſphemia proferetur, multò magis vtique & hoc ipſi Dei filio Chriſto cõpetere poteſt, vt Deus pronuntietur. Si enim qui ſubiectus Chriſto angelus, Deus promitur, multò magis & conſtantiùs Chriſtus, [78 cui ſunt omnes angeli ſubiecti, Deus eſſe dicetur. Nec enim naturæ congruit, vt quæ minoribus conceſſa ſunt, maioribus denegentur. Ita ſi angelus Chriſto minor eſt, angelus autem Deus dicitur, magis conſequenter Chriſtus, Deus eſſe dicitur; qui non vno, ſed omnibus angelis, & maior & melior inuenitur. [79 Ac ſi ſtetit Deus in ſynagoga Deorum, in medio autem Deus Deos diſcernit, in ſynagoga autem aliquotiens Chriſtus ſtetit, Chriſtus ergo in ſynagoga Deus ſtetit, diiudicans ſcilicet Deos, quibus dicit: Vſquequò perſonas hominum accipitis: accuſans ſcilicet conſequenter homines ſynagogæ, non exercentes iuſta iudicia. Porrò ſi illi qui reprehenduntur atque culpantur, propter aliquam tamen cauſam hoc nomen adipiſci ſine blaſphemia videntur vt Dij nuncupentur: multò magis vtique hic Deus habebitur, qui non tantùm Deus Deorum ſtetiſſe dicitur, ſed etiam Deos diſcernens & diiudicans ex eadem lectionis auctoritate aperitur. Ac ſi illi; qui tamquam vnus de principibus cadunt, Dij tamen nuncupantur, multò magis Deus eſſe dicetur, qui non tantùm tanquam vnus ex principibus non cadit, ſed ipſum quoque malitiæ & auctorem & principem vincit. Quæ autem malùm ratio eſt, vt cùm legant hoc etiam Moyſi nomen datum, dum dicitur; [80 Deum

C. XIIII
Ioan. 1.
Ibid.
Matth. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 3.
Coloſſ. 1.
Rom. 10.
B
1. Tom. 2.
Iſa. 11.
Matth. 10.
Ioan. 1.
Ioan. 5.
Ibid.
Ioan. 6.
Ibid.
Ibid.
C A. XV.
Gen. 48.
C
Philipp. 2.
Pſal. 81.
Hebr. 2.
H. b. 1.
Pſal. 81.
Ibid.
Ibid.
Exod. 7.

te posui Pharaoni; Christo negetur, qui non Pharaoni Deus, sed vniuersæ creaturæ & Dominus & D
Deus constitutus esse reperitur. & in illo quidem hoc nomen temperatè datum, in hoc profusè: in illo ad mensuram, in hoc suprà omnem omninò mensuram. Non enim ad mensuram, inquit, dat filio
pater: pater enim, inquit, diligit filium. In illo ad tempus in hoc sine tempore. diuini enim nominis potestatē & super omnia & in omne tēpus accepit. Quòd si qui vnius hominis accepit potestatem in hac exiguitate huius datę potestatis, nomen tamen istud Dei incunctanter consequitur, quanto magis qui in ipsum quoque Moysen habet potestatem, nominis istius auctoritatē consecutus esse credetur? [81 Et poteram quidem omnium scripturarum cœlestium euentilare tractatus, & ingentem circa istam speciem Christi diuinitatis, vt ita dixerim, syluam commouere: nisi quoniam non tam mihi
VI. contra hanc hæresim propositum est dicere, quàm breuiter circa personam Christi, regulam veritatis
aperire. Quamuis tamen ad alia festinem, illud non arbitror prætermittendum, quod in Euange-
2. lio Dominus ad significantiam suæ maiestatis expressit dicendo: Soluite templum hoc & ego in
o. triduo suscitabo illud. Aut quando alio in loco & alia parte pronuntiat: Potestatem habeo animam meam ponendi, & rursus recipere eam: hoc enim mandatum accepi à patre. Quis est enim qui dicit, animam suam se posse ponere, aut animam suam posse se rursum recuperare, quia hoc mandatum acceperit à patre? Aut quis dicit, destructum corporis sui templum resuscitare rursum & reædificare se posse; nisi quoniam sermo ille, qui ex patre, qui apud patrem per quem facta sunt omnia, &
s. sine quo factum est nihil; imitator paternorum operum atque virtutum; imago inuisibilis Dei; qui
descendit de cœlo, qui quæ vidit & audiuit testificatus est; qui non venit vt faceret suam voluntatem,
6. sed potius vt faciat patris voluntatem, à quo missus ad hoc ipsum fuerat, vt magni consilij angelus
factus arcanorum cœlestium nobis iura referaret; quique verbum caro factus habitauit in nobis, ex E
nobis hic Christus non homo tantùm, quia hominis filius: sed etiam Deus, quia Dei filius comprobatur. Quòd si & primogenitus omnis creaturæ ab Apostolo dictus sit Christus, quomodo omnis creaturæ primogenitus esse potuit, nisi quoniam secundum diuinitatem ante omnem creaturam
I. ex patre Deo sermo processit? Quod nisi ita hæretici acceperint, Christum hominem primogenitum omnis creaturæ monstrare cogentur, quod facere non poterunt. Aut igitur ante omnem est creaturam, vt primogenitus sit omni creaturæ, & non homo est tantùm, quia homo post omnem creaturam est. Aut homo tantùm est, & est post omnem creaturam: Et quomodo primogenitus est omnis
creaturæ, nisi quoniam dum verbum illud quod est ante omnem creaturam, & ideò primogenitus
omnis creaturæ, caro fit & habitat in nobis, hoc est, adsumit hunc hominem qui est post omnem creaturam, & sic cum illo & in illo habitat in nobis, vt neque homo Christo subtrahatur, neque diuinitas negetur. Nam si tantummodò ante omnem creaturam est, homo in illo subtractus est. Si autem tantummodò homo est, diuinitas quæ ante omnem creaturam est, intercepta est: vtrunq; ergo
in Christo confœderatum est, & vtrunque coniunctū est, & vtrunque connexum est. Et meritò dum
est in illo aliquid quod superat creaturam, pignerata in illo diuinitatis & humilitatis videtur esse
9. I. concordia. Propter quam causam, qui mediator Dei & hominum effectus exprimitur, in se Deum
2. & hominem sociasse reperitur. Ac si idem Apostolus de Christo refert, [82 vt exutus carnem potestates dehonestauit, palam triumphatis illis in semetipso: non vtique otiosè exutum carne proposuit, nisi quoniam & resurrectionem rursum indutum voluit intelligi. Quis est ergo iste exutus & rursus indutus? requirant hæretici. nos enim sermonem Dei scimus indutum carnis substantiam, eundémque rursum exutum eadem corporis materia, quam rursus in resurrectione suscepit & quasi indumentum resumpsit. Sed enim neque exutus, neque indutus hominem Christus fuisset, si homo tantùm fuisset. Nemo enim vnquam seipso aut spoliatur, aut induitur. Sit enim necesse est aliud, quicquid aliundè aut spoliatur aut induitur. Ex quo meritò sermo Dei fuit, qui exutus est carnem, & in resurrectione F
rursus indutus. Exutus autem, quoniam & in natiuitate fuerat indutus. itaque in Christo Deus est qui induitur, atque etiam exutus sit oportet; propterea is qui induitur, pariter & exuatur necesse est. Induitur autem & exuitur homo quasi quadam contexti corporis tunica. Ac propterea consequenter sermo
49. fuit, vt diximus, Dei, qui modò indutus, modo exutus esse reperitur: hoc enim etiam in benedictioni-
49. bus antè prædixit: Lauabit stolam suam in vino, [83 & in sanguine vuæ amictum suum. Si stola in Christo caro est, & amictum ipsum corpus est, requiratur quisquis est ille cuius corpus amictum est, & stola caro. Nobis enim manifestum est carnem stolam & corpus amictum verbi fuisse, quique sanguine, id est vino, lauit substantiam corporis & materiam carnis abluens, ex parte susceptæ hominis passione. Ex quo siquidem lauatur, homo est: quia amictum quod lauatur, caro est. Qui autem lauat, verbū Dei est,
qui vt lauaret amictum, amicti susceptor effectus est. Meritò ex ea substātia, quæ recepta est, vt lauare-
VII. tur, homo exprimitur: sicut ex verbi auctoritate qui lauit, Deus esse monstretur. [84 Cur autem licet
ad aliam partem disputandi festinare videamur, illum prætereamus apud Apostolum locum: qui cùm
2. in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse, sed semetipsum exinaniuit formam
serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se obediens
factus vsque ad mortem, mortem autem crucis: propterea & Deus illum superexaltauit, & dedit illi
nomen quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium &
infernorum

A infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Qui cùm in forma Dei esset, inquit. Si homo tantummodò Christus in imagine Dei, non in forma Dei relatus fuisset. hominem enim scimus ad imaginem, non ad formam Dei factum. Quis ergo est iste, qui in forma Dei, vt diximus, factus est angelus? sed nec in angelis formam Dei legimus, nisi quoniam hic præcipuus atque generosus præ omnibus Dei filius verbum Dei; imitator omnium paternorum operum, dum & ipse operatur sicut & pater eius, forma (vt expressimus) est Dei patris. Et meritò in forma pronuntiatus est Dei; dum & ipse super omnia, & omnis creaturæ diuinam obtinens potestatem, & Deus est exemplo patris: hoc ipsum tamen à patre proprio consecutus, vt omnium & Deus esset, & Dominus esset, & Deus ad formam Dei patris ex ipso genitus atque prolatus. Hic ergo quamuis esset in forma Dei, non est rapinam arbitratus æqualem se Deo esse. Quamuis enim se ex Deo patre Deum esse meminisset nunquam se Deo patri aut comparauit aut contulit, memor se esse ex suo patre, & hoc ipsum quod est, habere se quia pater dedisset. Inde denique & ante carnis assumptionem, sed & post assumptionem corporis, [a] post ipsam præterea resurrectionem, omnem patrii in omnibus rebus obedientiam præstitit pariter ac præstat. Ex quo probatur, num quam arbitratum illum esse rapinam quandam diuinitatem, vt æquaret se patri Deo: quinimmò contrà, omni ipsius imperio & voluntati obediens atque subiectus etiam vt formam serui susciperet contentus fuit, hoc est hominem illum fieri & substantiam carnis & corporis, quam ex paternorum & secundum hominem delictorum seruitute venientem nascendo susceperit. Quo tempore se etiam exinaniuit, dum humanam conditionis fragilitatem susceperet non recusauit. Quoniam si homo tantummodò natus fuisset, per

B hoc exinanitus non esset: homo enim nascens augetur, non exinanitur. Nam dum incipit esse quod cùm non esset, habere non potuit, vt diximus, non exinanitur, sed potius augetur atque ditatur. Ac si Christus exinaniturin eo quod nascitur, formam serui accipiendo, quomodo homo tantummodò est? de quo verius dictum fuisset locupletatum illum esse tunc quum nasceretur, non exinanitum, nisi quoniam auctoritas diuini verbi ad susci piendum hominem interim conquiescens, nec se suis viribus exercens, deijcit se ad tempus atque deponit, dum hominem fert quem susscepit. Exinaniuit se, dum ad iniurias contumeliasque descendit, dum audit infanda, experitur indigna: cuius tamè humilitatis adest statim egregius fructus. Accepit enim nomen quod est super omne nomen, quod vtique non aliud intelligimus esse quàm nomen Dei. Nam quum Dei sit solus esse super omnia, consequens est, vt nomen illud sit super omnia, quod est eius qui super omnia est Dei. Est ergo nomen illud quod super omne nomen est: quod nomen est eius vtique consequenter, qui quum in forma Dei fuisset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse. Neque enim si non & Deus esset Christus, omne se in nomine eius genu flecteret, cœlestium, & terrestrium, & infernorum; nec visibilia aut inuisibilia, aut rerum omnium omnis creatura homini esset subiecta sue substrata, quæ se ante hominem esse meminisset. Ex quo dum in forma Dei esse Christus dicitur, & dum in natiuitatem secundum carnem se exinanisse monstratur, & dum id accepisse nomen à patre quod sit super omne nomen exprimitur, & dum in nomine eius omne genu cœlestium, terrenorum, & infernorum se flectere & curuare monstratur: & hoc ipsum in gloriam Dei patris succurrere asseritur, consequenter non ex illo tantùm homo est, quia obediens patri factus est vsque ad mortem, mortem autem crucis: sed ex his etiam rebus superioribus diuinitatem Christi sonantibus, Dominus Christus Iesus & Deus, quod hæretici nolunt esse, monstratur. [16] Hoc in loco licebit mihi argumenta etiam ex alio- C. XIII.

C rum hæreticorum parte conquirere. Firmum est genus probationis, quod etiam ab aduersario sumitur, vt veritas etiam ab ipsis inimicis veritatis probetur. Nam vsq; adeò hunc manifestum est in scripturis esse Deum tradi, [17] vt plerique hæreticorum diuinitatis ipsius magnitudine & veritate commoti, vltra modum extendentes honores eius, auferent non filium, sed ipsum Deum patrem promere vel putare. Quod etsi contra scripturarum veritatem est, tamen diuinitatis Christi argumentum grande atque præcipuum est: qui vsqueadeò Deus, sed quà filius Dei natus ex Deo, vt plerique illum (vt diximus) hæretici ita Deum acceperint, vt non filium, sed patrem pronuntiandum putarent. Æstiment ergo an hic sit Deus, cuius auctoritas tantùm mouit quosdam, vt putarent illum (vt diximus superiùs) iam ipsum patrem Deum: effrenatiùs & effusiùs in Christo diuinitatem cõiteri, ad hoc illos manifesta Christi diuinitate cogente, vt quem filium legerent, quia Deum animaduerterent, patrem putarent. [18] Alij quoq; hæretici vsqueadeò Christi manifestam amplexati sunt diuinitatẽ, vt dixerint illum fuisse sine carne, & totum illi susceptum detraxerint hominem, ne deo quererent in illo diuini nominis potestatem, si humanam illi sociassent, vt arbitrabantur, natiuitatem: quod tamen nos non probamus, sed argumentum afferimus vsque adeò Christum esse Deum, vt quidam illum subtracto homine tantummodò putarint Deum, quidam autem ipsum crediderint patrem Deum, quum ratio & temperamentum scripturarum cœlestium, Christum ostendant Deum, sed quà filium Dei, & assumpto à Deo etiam filio hominis credendum & hominem. Quoniam si ad hominem veniebat; vt mediator Dei & hominum esse deberet, oportuit illum cum eo esse, & verbum carnẽ fieri; [19] vt in semetipso concordiam confibularet terrenorum pariter atque cœlestium, dum vtriusque partis in se connectens pignora, & Deum homini, & hominem Deo copularet: vt meritò filius Dei

Ibid.
Gen. 1.
Ioan. 5.
Coloss. 1.
Philip. 2.
Matth. 28. et Ioan. 20.
Philip. 2.
Ibid.
Coloss. 1.
Philip. 2. Coloss. 1.
Philip. 2.
1. Tim. 2. Ioan. 1.
Ephes. 2.

per assumptionem carnis filius hominis, & filius hominis per receptionem Dei verbi filius Dei effici D
possit. Hoc altissimum atque reconditum sacramentum ad salutem generis humani ante secula de-
stinatum, in Domino Iesu Christo Deo & homine inuenitur impleri, quo conditio generis huma-
xix. ni ad fructum æternæ salutis posset adduci. [90 Sed erroris istius hæreticorum inde, vt opinor, nata
materia est, quia inter filium Dei & filium hominis nihil arbitrantur interesse, ne facta distinctione, &
homo & Deus Iesus Christus facilè comprobetur. Eundem enim atque ipsum, id est hominē filium
hominis, etiā filii volunt videri, vt homo & caro & fragilis illa substantia eadem atq; ipsa filius
Dei esse dicatur. Ex quo dum distinctio, filij hominis & filij Dei nulla secernitur, sed ipse filius homi-
1. nis Dei filius vindicatur, homo tantummodò Christus idem atque filius Dei asseratur. Per quod ni-
h.1. tuntur excludere, Verbum caro factum est; &: Habitauit in nobis; & vocabitis nomen eius Emma-
nuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Proponunt enim atque illa prętendunt, quæ in Euan-
1. gelio Lucæ relata sunt, ex quibus asserere conantur non quod est, sed tantùm illud quod volunt esse:
Spiritus sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod ex te nascetur san-
ctum, vocabitur filius Dei. Si ergo, inquiūt, angelus Dei dicit ad Mariā, quod ex te nascetur sanctum,
ex Maria est substantia carnis & corporis. Hanc autem substantiam, id est sanctum, hoc quod ex illa
genitum est, filium Dei esse proposuit. Homo, inquiunt, ipse, & illa caro corporis, illud quod sanctum
est dictum, ipsum est filius Dei. Vt & cùm dicit scriptura sanctum, Christū filium hominis hominem
intelligamus, & cùm filium Dei proponit, non hominem, sed Deum percipere debeamus. Sed enim
scriptura diuina, hæreticorum & fraudes & furta facilè conuincit & detegit. Si enim sic esset
tantummodò, Spiritus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascē-
tur ex te sanctum, vocabitur filius Dei, fortasse alio esset nobis genere aduersus illos reluctandum, & E
alia nobis essent argumēta quærenda, & arma sumenda, quibus illorum & insidias & præstigias vince-
remus. Cùm autem ipsa scriptura cœlesti abundans plenitudine, sese hæreticorū istorum calumnijs
exuat, facilè ipso quod scriptum est, nitimur, & errores istos sine vlla dubitatione superamus. Non
enim dixit, vt iam expressimus, propterea quod ex te nascetur sanctum, 91 sed adiecit Coniunctionem.
Ait enim: propterea & quod ex te nascetur sanctum; vt illud ostenderet, non principaliter hoc san-
ctum quod ex illa nascitur, id est istam carnis corporisque substantiam, filium Dei esse, sed consequen-
ter, & in secundo loco; principaliter autem filium Dei esse, verbum Dei incarnatum per illum spiri-
tum de quo angelus refert: Spiritus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hic est enim legi-
timus Dei filius qui ex ipso Deo est, qui dum sanctum istud assumit, & sibi filium hominis annectit, &
illum ad se rapit atque transducit, connexione sua & permixtione sociata præstans, & filium illū Dei fa-
cit, quod ille naturaliter non fuit: vt principalitas nominis istius filius Dei in spiritu sit Domini qui
descendit & venit, vt sequela nominis istius in filio Dei & hominis sit, & meritò consequenter hic fi-
lius Dei factus sit, dum non principaliter filius Dei est: atq; ideò dispositionē istam angelus videns, &
ordinem istum sacramenti expediens, non sic cuncta confundens, vt nullum vestigium distinctionis
collocarit, distinctionem posuit dicendo, propterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius
Dei. Ne si distributionem istam cum libramentis suis non dispensasset, sed in confuso permixtam reli-
quisset, verè occasionem hæreticis contulisset, vt hominis filium quâ homo est, eundem & Dei & ho-
minis filium pronuntiare deberent. Nunc autem particulatim exponens tam magni sacramenti ordi-
nem atque rationem, euidenter expressit, vt diceret, & quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius
Dei: probans quoniam filius Dei descendit. Qui dum filium hominis in se susceperit consequenter il-
lum filium Dei fecit, quoniam illum filius sibi Dei sociauit, & iunxit. Vt dum filius hominis adhæret F
in natiuitatem filio Dei, ipsa permixtione fœneratum & mutuatum teneret, quod ex natura propria
possidere non posset. Ac sic facta est angeli voce, quod nolunt hæretici, inter filium Dei hominisque
cum sua tamen sociatione distinctio, vrgendo illos vti Christum hominis filium hominem intelligant
quoq; Dei filium, & hominē Dei filium, id est Dei verbum (sicut scriptum est) Deum accipiant: atque
ideò Christum Iesum Dominum ex vtroque connexum (vt ita dixerim) ex vtroque contextum atq;
concretum, & in eadem vtriusq; substantiæ concordia mutui ad inuicem fœderis confibulatione so-
..xx. ciatum, hominem & Deum, scripturæ hoc ipsum dicentis veritate cognoscant. [92 Ergo, inquiunt, si
th.27. Christus non homo est tantùm, sed & Deus, Christum autem refert scriptura mortuum pro nobis &
8. resuscitatum, iam docet nos scriptura credere Deum mortuū. Aut si Deus non moritur, Christus au-
tem mortuus refertur, non erit Christus Deus, quoniam Deus non potest accipi mortuus. Si vn-
quam intelligerent aut intellexissent quod legunt, nunquam tam periculosè omninò loquerentur.
93 Sed erroris semper est abrupta dementia, & non est nouum si vsque ad periculosa descēdunt, qui fi-
dem legitimam reliquerunt. Si enim scriptura proponeret Christum tantummodò Deum, & nulla
in illo fragilitatis humanæ sociatio esset permixta, meritò illorum hic aliquid valuisset sermo contor-
tus. Si Christus Deus, Christus autem mortuus, ergo mortuus est Deus. Sed cùm non tantummodò
illum vt ostendimus iam frequenter, Deum, sed & hominē scriptura constituat, consequens est, quod
immortale est, incorruptū manssisse teneatur. Quis enim non intelligat, quòd impassibilis sit diuinitas,
passibilis verò sit humana fragilitas? Cùm ergo tā ex eo quòd Deus est, quàm etiā ex illo quòd homo
est Chri-

A est Christus, intelligatur esse permixtus & esse sociatus, Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis, quis non sine vllo magistro atque interprete ex sese facilè cognoscat, non illud in Christo mortuum esse quod Deus est, sed illud in illo mortuum esse quod homo est? Quid enim si diuinitas in Christo non moritur, sed carnis solius substantia extinguitur? quando & in ceteris hominibus, qui non sunt caro tantummodò, sed caro & anima; caro quidem sola incursum interitus mortisque patitur, extra leges autem interitus & mortis anima incorrupta cernatur? hoc enim & ipse Dominus hortans nos ad martyrium & ad contemptum omnis humanæ potestatis, aiebat: Ne timueritis eos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt. Quòd si anima immortalis occidi aut interfici non potest in quouis alio, licet corpus & caro sola possit interfici, quantò magis vtique verbum Dei & Deus in Christo interfici omninò non potuit, cùm caro sola & corpus occisum sit? Si enim hanc habet generositatem immortalitatis anima in quouis homine, vt non possit interfici, multò magis hanc habet potestatem generositas verbi Dei, vt non possit occidi. Nam si potestas hominum ad interficiendam sacram Dei potestatem, & si crudelitas humana ad interficiendam animam deficit, multò magis ad Dei verbum interficiendum deficere debebit. Nam cùm ipsa anima, quæ per Dei verbum facta est, ab hominibus non occiditur, multò magis vtique verbum Dei perimi non posse credetur. Et si plus non potest hominum cruenta sæuitia aduersus homines, quàm vt tantummodò corpus occidat, quanto magis vtique in Christo non valebit, quàm vt idem tantummodò corpus occidat: vt dum per hæc colligitur, non nisi hominem in Christo interfectum, appareat ad mortalitatem sermonem in loco non

B esse deductum. Nam si Abraham & Isaac & Iacob, quos homines tantummodò constat fuisse, manifestum est viuere (omnes enim, inquit, illi viuunt Deo, nec mors in illis animam perimit, quæ corpora ipsa dissoluit; ius enim suum exercere potuit in corpora, in animas exercere non valuit: aliud enim in illis mortale, & ideò mortuum, aliud in illis immortale, & ideò intelligitur non extinctum: ob quam causam viuere Deo, pronuntiati, & dicti sunt) multò magis vtique mors in Christo aduersum solam materiam corporis potuit valere, aduersus diuinitatem sermonis non potuit se exercere. Frangitur enim potestas mortis, vbi intercedit auctoritas immortalitatis. [96 Sed C
ex hac occasione, quia Christus non homo tantùm, sed & Deus, diuinarum litterarum sacris auctoritatibus approbatur, alij hæretici erumpentes statum in Christo religionis concutere machinantur, hoc ipso patrem Deum volentes ostendere Christum esse, dum non homo tantùm asseritur, sed & Deus promitur. Sic enim inquiunt, si vnus esse Deus promitur, Christus autem Deus, ergo, inquiunt, si pater, & Christus est vnus Deus: Christus pater dicetur. In quo errare probantur Christum non noscentes, sed sonum nominis approbantes: nolunt enim illum secundam esse personam post patrem, sed ipsum patrem. Quibus quia facilè respondetur, pauca dicentur. Quis enim non secundam filij post patrem agnoscat esse personam, cùm legat dictum à patre consequenter ad filium, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & post hæc relatum, Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. 95 Aut cùm inter manus teneat: Pluit Dominus super Sodomam & Gomorram ignem, & sulphur à Domino de cœlo. Aut cùm ad Christum, Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aut cùm etiam ille desideratus scriba ait: Dixit

C Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Aut cùm Esaiæ prophetias explicans, inuenit positum sic: Hæc dicit Dominus Christo meo Domino. Aut cùm legit, Non descendi de cœlo vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Aut dum inuenit positum: Quoniam qui me misit, maior me est. Aut cùm considerat scriptum, 96 Eo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Aut quando habet cum ceteris conlocutum, Sed in lege vestra scriptum est, quia duorum testimonium verum est, ego de me testificor, & testificatus est de me qui me misit pater. Aut quando vox de cœlo redditur, Et honorificaui, & honorificabo. Aut quando à Petro respondetur & dicitur, Tu es filius Dei viui. Aut quando ab ipso Domino sacramentum huius reuelationis approbatur, & dicitur, Beatus es Simon Bariona, quoniam hoc tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Aut quando ab ipso Christo exprimitur, Pater clarifica me eo honore quo fui apud te antequàm mundus fieret. Aut cùm ab eodem dicitur, Pater sciebam quia semper me audis, verùm propter circunstantes dixi, vt credant quia tu me misisti. Aut cùm definitio regulæ ab ipso Christo collocatur, & dicitur, Hæc est autem vita æterna, vt sciant te vnum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. ego te honorificaui super terram, opus perfeci quod dedisti mihi. Aut cùm item ab eodem asseritur, & dicitur, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Aut cùm sedere ad dextram patris, & à Prophetis & ab Apostolis approbatur. Et satis longum facio, si enisus fuero omnes omninò ad hanc partē voces congregare, quandoquidem non tam veteris quàm etiā nouj Testamenti scriptura diuina vbique ostendat, illum ex patre natū, per quē facta sunt omnia, & sine quo factū est nihil. qui obedierit sēper patri, & obediat, semper habentē rerum omnium potestatē, sed quā traditā, sed quā cōcessam, sed quā à patre proprio sibi indultam. Quid enim tam euidens potest esse, hunc non patrē esse, sed filium, quā quòd obediēs Patri Deo proponitur, ne si pater esse credatur, alteriā Deo patri Christus subiectus esse dicatur,

Ioan. 1.
Matth. 10.
Matth. 22.
Gen. 1.
Gen. 19.
Psal. 2.
Psal. 109.
Psa. 45.
Ioan. 9.
Ibid. 14.
Ibid. 20.
Ibidem. 8.
Ibidem. 12.
Matt. 17.
Ibidem.
Ioan. 17.
Ibidem. 11.
Ibidem. 17.
Luc. 10.
Psal. 109.
& Matth. 22. & Heb. 1.

[97 Sed quia frequentèr intendunt illum nobis locum quo dictum sit, Ego & pater vnum sumus, D
& in hoc illos æquè facilè vincemus. Si enim erat, vt hæretici putant pater Christus, oportuit dicere,
ego & pater vnus sum. At cùm ego dicit, deinde patrem infert dicendo, ego & pater, proprietatem per-
sonæ suæ, id est filij, à paterna auctoritate discernit atque distinguit, non tantummodò de sono nomi-
nis, sed etiam de ordine dispositæ potestatis. Qui potuisset dicere, ego pater, si patrē se esse meminisset.
Et quia dixit vnum, intelligant hæretici quia non dixit vnus. [98] Vnum enim neutraliter positum, so-
cietatis concordiam, non vnitatem personæ sonat. Vnum enim non vnus esse dicitur, quoniam nec ad
numerum refertur, sed ad societatem alterius expromitur. Denique adiicit dicens, sumus, non sum, vt
ostenderet per hoc quod dixit, sumus, & pater, duas esse personas. Vnum autem quod ait, ad concor-
diam, & eandem sententiam, & ad ipsam charitatis societatem pertinet, vt meritò vnum sit pater & fi-
lius per concordiam, & per amorem, & per dilectionem. Et quoniam ex patre est, quicquid illud est, fi-
lius est, manente tamen distinctione, vt non sit pater ille qui filius, quia nec filius ille qui pater est. Nec
enim, sumus, addidisset, si vnum se & solitarium patrem, filium factum esse meminisset. Denique nouit
hanc concordiæ vnitatē & Apostolus Paulus, cum personarū tamen distinctione. Nam cū ad Corin-
thios scriberet, Ego, inquit, plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui
plātat, est quicquam, neque qui rigat. sed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat,
vnum sunt Quis autem non intelligat alterum esse Apollo, alterum Paulum, non eundem atque ip-
sum Apollo pariter & Paulum. Denique & diuersa vniuscuiusque sunt officia prolata: alter enim qui
plantat, & alter qui rigat. hos tamen duos, non quòd vnus sit, sed quòd vnum sint, proposuit Apo-
stolus Paulus, vt alter quidem sit Apollo, alter verò Paulus, quantum ad personarum distinctionem
pertinet, vnum ambo sint. Nam quando duorum vna sententia est, veritas vna est, fides vna est, vna E
atque eadem religio est, vnus etiam Dei timor est, vnum sunt etiamsi duo sint, ipsum sunt dum ip-
sum sapiunt. Etenim quos personæ ratio inuicem diuidit, eosdem rursus inuicem religionis ratio con-
ducit. Et quamuis idem atque ipsi non sint, dum idem sentiunt, ipsum sunt, & quum duo sint, vnum
sunt, habentes in fide societatem, etiam si gerant in personis diuersitatem. Denique, quum ad has
voces Domini imperitia fuisset Iudaica commota, & temerè adusque saxa succensa, ita vt discur-
rerent, & dicerent, Non te lapidamus propter bonum opus, sed propter blasphemiam, & quia tu cùm
homo sis, facis te Deum: distinctionem posuit Dominus in ratione reddenda, quomodo se Deum aut
dixisset, aut intelligi vellet: Quem pater sanctificauit, inquit, & misit in hunc mūdum, vos dicitis quia
blasphemat, quia dixi, filius Dei sum: etiam hic patrem habere se dixit. Filius est, ergo non pater: pa-
trem enim confessus se fuisset, si patrem se esse meminisset: & sanctificatum se à suo patre esse proponit.
[99] Dum ergo accipit sanctificationem à patre, minor patre est: minor autem patre consequenter est,
sed filius. pater enim si fuisset, sanctificationem dedisset, non accepisset. & nunc autem profitendo se
accepisse sanctificationem à patre; hoc ipso, quo patre se minorem, accipiendo ab ipso sanctificationē
probat filium, se esse, non patrem monstrauit. Missum prætereà se esse dicit, vt per hanc obedientiam
qua venit Dominus Christus missus, non pater, sed filius probetur, qui misisset vtique si pater fuisset.
Missus autem non fuit pater, ne pater subditus alteri Deo dum mittitur, probaretur. Et tamen post hæc
adiicit, quòd omnem omninò ambiguitatem dissolueret, & totam cōtrouersiam erroris extingueret.
ait enim in vltima parte sermonis: Vos dicitis quia blasphemat, quia dixi, filius Dei sum. Ergo si cui-
denter filium Dominus se non patrem esse testatur, magnæ temeritatis & ingentis est furoris exem-
plum, contra ipsius Christi Domini testimonium controuersiam diuinitatis & religionis agitare, & F
Christum Iesum Patrem esse dicere, quum animaduertat illum non patrem se, sed filium comprobasse.
[100 Quòd si de cœlo missus à patre est, non vtique homo tantùm est: homo enim, vt diximus, de
cœlo venire non potuit. Non igitur ibi antè homo fuit, sed illuc ascendit vbi non fuit. Descendit au-
tem Dei verbum quod ibi fuit. Verbum inquam Dei, & Deus per quem facta sunt omnia, &
sine quo factum est nihil. Non igitur homo inde sic de cœlis venit, sed Dei sermo, id est Deus,
inde descendit. Si homo tantummodò Christus, quomodo ait: [101] Etsi ego de me testificor, ve-
rum est testimonium meum: quia scio vnde venerim, & quò eam; vos ignoratis vnde venerim,
aut quò eam; vos secundum carnem iudicatis. Ecce & hîc illuc se dicit reditурum vnde se testi-
ficatur ante venisse, missum scilicet de cœlo. Descendit ergo vnde venit, quo modo illuc vadit
vnde descendit. Ex quo si homo tantummodò Christus esset, non inde venisset: atque ideò nec
illuc abiret, quoniam non inde venisset. Veniendo autem inde vnde homo venire non potest,
Deum se ostendit venisse. Sed enim huius ipsius descensionis ignari, & imperiti Iudæi, hæredes
sibi hæreticos istos reddiderunt, quibus dicitur: Vos ignoratis vnde veniam, & quò eam; vos se-
cundum carnem iudicatis. Tam isti quàm Iudæi carnalem solam esse Christi natiuitatem tenentes,
nihil aliud Christum esse quàm hominem crediderunt, non considerantes illud, quoniam cùm de
cœlo homo non potuerit venire, vt meritò illuc posset redire, Deum esse qui inde descenderit, vnde
homo venire non potuerit. Si homo tantūmodò Christus, quomodo dicit: Vos ex inferioribus estis,
ego de sursum sum: vos de hoc mundo estis, ego nō sum de hoc mundo. Ideo autē si omnis homo ex
hoc mūdo est, & ideò in hoc mūdo est Christus, an homo tātūmodò est? Absit. Sed cōsidera quod air,

Ego

A Ego non sum de hoc mundo. Nunquid ergo mentitur, cùm ex hoc mundo sit, si homo tantummodò sit? Aut si non mentitur, non est ex hoc mundo. Non ergo homo tantummodò est, quia ex hoc mundo non est. Sed ne lateret quis esset, expressit vnde esset: Ego, inquit, de sursum sum, hoc est de cœlo, vnde homo venire non potest; non enim in cœlo factus est. Deus est ergo qui de sursum est, & idcircò de hoc mundo non est: quanquam etiam quodammodò ex hoc mundo est, vnde non Deus tantùm est Christus, sed & homo. Vt meritò quomodo non est ex hoc mundo, secundum verbi diuinitatem, ita ex hoc mundo sit secundum susceptí corporis fragilitatem: homo est enim cum Deo iunctus, & Deus cum homine copulatus. [102] Sed idcircò nunc hic Christus in vnam partem solius diuinitatis incubuit, quoniam cæcitas Iudaica solam in Christo partem carnis aspexit, & inde in præsenti loco silentio præterita corporis fragilitate quæ de mundo est, de sua sola diuinitate locutus est, quæ de mūdo non est: vt in quantum illi inclinauerant, vt hominem illum tantummodò crederent, in tantum illos Christus posset ad diuinitatem suam considerandam trahere, vt se Deum crederent, volens illorum incredulitatem circa diuinitatem suam omissa interim commemoratione sortis humanæ solius diuinitatis oppositione superare. Si homo tantummodò Christus, quomodo dicit, [103] Ego ex Deo prodij, & veni, cùm constet hominem à Deo factum esse, non ex Deo processisse: ex Deo autem homo quomodo non processit, sic Dei verbum processit, de quo dictum est: Eructauit cor meum verbum bonum. Quod quoniam ex Deo est, meritò & apud Deum est. Quòdque quia non otiosè prolatum est, meritò omnia facit. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed enim hoc verbum, per quod facta sunt omnia. Et Deus, inquit, erat verbum. Deus ergo processit ex Deo, dum qui processit
B sermo Deus est, qui processit ex Deo. Si homo tantummodò Christus, quomodo ait: Siquis verbum meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Mortem in æternum non videre, quid aliud quàm immortalitas est? Immortalitas autem diuinitati socia est, quia & diuinitas immortalis est, & immortalitas diuinitatis fructus est. Sed enim omnis homo mortalis est, immortalitas autem ex mortali non potest esse. Ergo ex Christo homine mortali, immortalitas non potest nasci. Sed qui verbum custodierit, inquit, meum, mortem non videbit in æternum. Ergo verbum Christi præstat immortalitatem, & per immortalitatem præstat diuinitatem. Quòd si non potest exhibere vt immortalem alterum faciat ipse mortalis, hoc autem Christi verbum exhibet, pariter & præstat immortalitatem: non vtique homo tantùm est, qui præstat immortalitatem: quam, si tantummodò homo esset, præstare non posset: præstando autem diuinitatem per immortalitatem, Deum se probat diuinitatem porrigendo: quam nisi Deus esset, præstare non posset. Si homo tantummodò Christus, quomodo inquit, [104] Ante Abraham ego sum. Nemo enim hominum ante eum potest esse, ex quo ipse est, nec potest fieri vt quicquam priùs fuerit ante illum ex quo ipsam originem sumpsit. Sed enim Christus cùm ex Abraham sit, ante Abraham esse se dicit. Aut mentitur igitur, & fallit, si ante Abraham non fuit, qui ex Abraham fuit. Aut non fallit, si etiam Deus est, dum ante Abraham fuit. Quod nisi fuisset, consequentet cùm ex Abraham fuisset, ante Abraham esse non posset. Si homo tantummodò Christus, quomodo ait: Et ego agnoscam eas, & sequuntur me meæ, & ego vitam æternam do illis, & nunquam peribunt in perpetuum. Sed enim cùm omnis homo mortalitatis sit legibus alligatus, & idcircò in perpetuum se ipse seruare non posset, multò magis in perpetuum alterum seruare non poterit. At in perpetuum se Christus repromittit salutem daturum. Quam si non dat, mendax est: si dat, Deus est. Sed non fallit, dat enim quod repromittit. Deus est ergo, qui salutem perpetuam porrigit, quam homo qui seipsum seruare non potest, alteri præstare non poterit. [105] Si homo tantummodò Christus, quid est quod ait: Ego
C & pater vnum sumus? Quomodo enim ego & pater vnum sumus, si non & Deus est, & filius, qui idcircò vnum potest dici, dum ex ipso est, & dum filius eius est, & dum ex ipso nascitur, dum ex ipso processisse reperitur, per quod & Deus est. Quod cùm inuidiosum Iudæi putassent, & blasphemū credidissent, eo quòd se ostenderat his sermonibus Christum esse Deum, ac propterea ad lapides concurrissent, & saxorum ictus iniicere gestiissent, exemplo & testimonio scripturarum aduersarios suos fortiter refutauit. Si illos, inquit, dixit Deos ad quos verba facta sunt, & non potest solui scriptura, Quem pater sanctificauit, & misit in hunc mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum ego; quibus vocibus neque se negauit Deum, quinimmò Deum se esse firmauit. Nam quia sine dubitatione Dei esse dicuntur ad quos verba facta sunt, multò magis hic Deus qui melior illis omnibus inuenitur. Et nihilominus calumniosam blasphemiam dispositione legitima congruenter refutauit: Deum enim se sic intelligi vult, vt filium Dei, & non ipsum patrem vellet intelligi. Missum enim se esse dixit, & multa opera se ex patre ostendisse monstrauit, ex quo non patrem se, sed filium esse intelligi voluit. & in vltima parte defensionis, filij non patris fecit mentionem dicendo, Vos dicitis quia blasphemas quia dixi, filius Dei sum. Ita quod ad crimen blasphemiæ pertinet, filium se non patrem dicit, quòd autem ad diuinitatem spectet ipsius, ego & pater vnum sumus dicendo, filium se esse & Deum probauit. Deus est ergo: Deus autem sic, vt filius sit, non pater. [Si homo tantummodò Christus, quomodo ipse dicit: Et omnis qui videt & credit in me, non morietur in æternum? Sed enim qui in hominem solitarium credit & nudum, maledictus dicitur: Hic autem qui credit in Christum, non maledictus, sed in æternum non moriturus refertur. Ex quo si aut homo est tantùm, vt hæretici volunt

quomodo quisquis in eum credit, non morietur in æternum, quum maledictus esse teneatur qui confidit in homine? aut si non maledictus, sed potius ad æternæ vitæ consecutionem, vt legitur, destinatus, non homo tantummodò Christus, sed & Deus, in quem qui credit, & maledictionis periculum deponit, & ad frugem iustitiæ accedit. Si homo tantummodò Christus; quomodo Paracletum dicit de suo esse sumpturum quæ nunciaturus sit? neque enim Paracletus ab homine quicquam accipit, sed homini scientiam Paracletus porrigit: nec futura ab homine Paracletus discit, sed de futuris hominem Paracletus instruit. Ergo aut non accepit Paracletus à Christo homine quod nuntiet, quoniam Paracleto homo nihil poterit dare à quo ipse homo debet accipere, & fallit in præsenti loco Christus, & decipit: quum Paracletum à se homine accepturum quæ nuntiet dicit, aut non nos fallit, sicut nec fallit, & accepit Paracletus à Christo quæ nuntiet. [106] Sed si à Christo accepit quæ nuntiet, maior ergo iam Paracleto Christus est: quoniam nec Paracletus à Christo acciperet, nisi minor Christo esset. minor autem Christo Paracletus, Christum etiam Deum esse hoc ipso probat, à quo accepit quæ nuntiat, vt testimonium Christi diuinitatis grande sit, dum minor Christo Paracletus repertus, ab illo sumit quæ ceteris tradit. Quandoquidem si homo tantummodò Christus, à Paracleto Christus acciperet quæ diceret, non à Christo Paracletus acciperet quæ nuntiaret. Si homo tantummodò Christus, quare credendi nobis talem regulam posuit, quo diceret, Hæc est autem vita æterna, vt sciant te vnum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Si noluisset se etiam Deum intelligi, cur addidit, & quem misisti, Iesum Christum, nisi quoniam & Deum accipi voluit: quoniam si se Deum nollet intelligi, addidisset, & quem misisti hominem Iesum Christum: nunc autem neque addidit, nec se hominem nobis tantummodò Christus tradidit, sed Deo iunxit, vt & Deum per hanc coniunctionem, sicut est, intelligi vellet. Est ergo credendum secundum præscriptam, in Dominum vnum verum Deum, & in eum quem misit, Iesum Christi consequêter, qui se nequaquam patri, vt diximus, iunxisset, nisi Deum quoque intelligi vellet; separasset enim ab eo, si Deum intelligi se noluisset: inter homines enim tantummodò se conlocasset, si hominẽ se esse tantummodò sciret, nec cum Deo iunxisset, si se non & Deum nosset: nunc & de homine tacet, quoniam hominem illum nemo dubitat, & Deo se iungit merito, vt credituris diuinitatis suæ formulam ponere. Si homo tantummodò Christus, quomodo dicit: Et nunc honorifica me gloria quam habebam apud te priusquàm mundus esset. Si antequam mũdus esset, gloriam habuit apud Deum, & claritatem tenuit apud patrem, ante mundum fuit: nec enim habuisset gloriam, nisi ipse priùs fuisset, qui gloriam posset tenere. Nemo enim habere aliquid poterit, nisi antè ipse fuerit qui aliquid tenet. Sed enim Christus habet gloriam ante mundi institutionem, ergò ante institutionem mundi fuit. Nisi enim ante institutionem mundi esset, ante mundi institutionem gloriam habere non posset, quum ipse non esset. Sed enim homo gloriam ante mundi institutionem habere non potuit, qui post mundum fuit: Christus autem habuit, ante mundum igitur fuit: non igitur homo tantummodò fuit, qui ante mundum fuit. Deus est igitur, quoniam ante mundum fuit, & gloriam ante mundum tenuit. [107] Nec prædestinatio ista dicatur, quoniam nec posita est. aut addant hoc qui hoc putant: sed væ est adiicientibus, quomodo & detrahentibus positum. non potest ergo dici quod non potest adiici. Sublata ergo prædestinatione quæ non est posita, in substantia fuit Christus ante mundi institutionem. Verbum est enim per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Quoniam & si in prædestinatione dicitur gloriosus, & ante mundi institutionem fuisse prædestinationem, ordo seruetur, & ante hunc erit multus numerus hominum in gloriam destinatus. Minor enim per istam destinationem Christus ceteris intelligetur, quibus posterior denotatur. nam si hæc gloria in prædestinatione fuit, prædestinationem istam in gloriam nouissimus Christus accepit: antè enim prædestinatus Adam esse cernetur, & Abel, & Enoch, & Noë, & Abraham, & reliqui ceteri. Nam cùm apud Deum, & personarum & rerum omnium ordo digestus sit, ante hanc prædestinationem Christi in gloria multi prædestinati fuisse dicentur. Et hoc pacto minor ceteris hominibus Christus esse deprehenditur; qui melior & maior, & antiquior ipsis quoque angelis inuenitur.

Aut hæc igitur omnia tollantur, vt Christo diuinitas non auferatur: aut si hæc tolli non possunt, Christo ab hæreticis diuinitas propria reddatur. [108] Quid si Moyses hanc eandem regulam veritatis exsequitur, & hoc in principio suarum nobis tradidit litterarum, quò discamus omnia creata & condita esse per Dei filium, hoc est per Dei verbum: id enim dicit quod Ioannes, quod ceteri, immò & Ioannes & ceteri ab hoc intelliguntur accepisse quod dicant. Si enim Ioannes dicit, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Prophetes autem refert: Dico ego opera mea regi: Moyses autem introducit præcipientem Deum vt lux fiat, in primis cœlum firmetur, aquæ congregentur, arida ostendatur, fructus secundum semina prouocetur, animalia producantur, luminaria in cœlo atque astra ponantur: non alium ostendit tunc adfuisse Deo, cui præciperentur hæc opera vt fierent, nisi eum per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Ac si hic verbum Dei est, nam eructauit cor meum verbum bonum, ostendit in principio verbum fuisse, & verbum hoc apud patrem fuisse, Deum præterea verbum fuisse. Omnia per ipsum facta esse: sed enim hoc verbum caro factum est, & habitauit in nobis, Christus scilicet filius Dei,

quem

A quem dum & postmodùm secundum carnem hominem accipimus, & ante mundi institutionem Dei verbum & Deum videmus, meritò secundum institutionem veteris & noui Testamenti, & Deum & hominem Christum Iesum, & credimus & tenemus. Quid si idem Moyses introducit dicentem Deum: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Et infrà: Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum & fœminam fecit eos? Si vt iam docuimus, Dei filius est, per quem facta sunt omnia; vtique Dei filius est, per quem etiam homo institutus est, propter quem facta sunt omnia. Sed enim Deo præcipiente vt homo fiat, Deus refertur esse qui hominem faeit: faeit autem hominem Dei filius, verbum scilicet Dei per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Hoc autem verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ergo Christus est Deus. Per Christum igitur homo factus est, vt per Dei filium. Sed Deus hominem ad imaginem Dei fecit, Deus est ergo qui fecit hominem ad imaginem Dei, Deus ergo Christus est: vt meritò nec veteris Testamenti circa personam Christi vacillet auctoritas, dum noui Testamenti manifestatione fulcitur: nec nóui Testamenti intercepta sit potestas, dum radicibus veteris Testamenti eiusdem nititur veritas. Ex quo, qui Christum Dei filium & hominis tantummodò præsumunt hominem, non & Deum, contra Testamentum & vetus & nouum faciunt, dum & veteris & noui Testamenti auctoritatem veritatémque corrumpunt. [109] Quid si idem Moyses vbique introducit Deum patrem immensum atque sine fine, non qui loco cludatur, sed qui omnem locum cludat: nec eum qui in loco sit, sed potius in quo omnis locus sit: omnia continentem & cuncta complexum, vt meritò nec descendat, nec ascendat, quoniam ipse
B omnia & continet & implet: & tamen nihilominus introducit Deum descendentem ad turrem quam ædificabant filij hominum considerare quærentem, & dicentem: Venite, & mox, descendamus & confundamus illic ipsorum linguas, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Quem volunt hic Deum descendisse ad turrem illam, & homines tunc illos visitare quæretem? Deum patrem? Ergo iam loco clauditur. Et quomodo omnia ipse complectitur? Aut nunquid angelum cum angelis dicit descendentem, & dicentem: [110] Venite, & mox, descendamus & confundamus illic ipsorum linguas? Sed enim in Deuteronomio animaduertimus retulisse Deum hæc, Deúmque dixisse vbi ponitur: Cùm disseminaret filios Adam, statuit fines gentium iuxta numerum angelorum Dei. Neque ergo pater descendit vt res indicat, neque angelus ista præcepit vt res probat. Superest ergo, vt ille descenderit, de quo Apostolus Paulus: Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia, hoc est Dei filius Dei verbum. Verbum autem Dei caro factum est, & habitauit in nobis, hic erit Christus: Deus ergo pronuntiabitur Christus. [111] Ecce idem Moyses refert alio in loco; quòd Abrahæ visus sit Deus. Atquin idem Moyses audit à Deo, quòd nemo hominum Deum videat, & viuat. Si videri non potest Deus, quomodo visus est Deus? Aut si visus est, quomodo videri non potest? Nam & Ioannes: Deum nemo (inquit) vidit vnquam. Et Apostolus Paulus: Quem vidit hominum nemo, nec videre potest. Sed non vtique scriptura mentitur: Ergo verè visus est Deus. Ex quo intelligi potest, quòd non pater visus sit, qui nunquam visus est, sed filius, qui & descendere solitus est, & videri quia descenderit. Imago est enim inuisibilis Dei, vt mediocritas & fragilitas conditionis humanæ, Deum Patrem videre aliquando iam tunc adsuescet in imagine Dei, hoc est in filio
C Dei. Gradatim enim & per incrementa fragilitas humana nutriri debuit, per imaginem ad istam gloriam, vt Deum patrem videre posset aliquando. Periculosa sunt enim quæ magna sunt, si repentina sunt. Nam etiam lux Solis subita post tenebras, splendore nimio insuetis oculis non ostendet diem, sed potius faciet cæcitatem. Quod ne in damnum humanorum contingat oculorum, paulatim disruptis & dissipatis tenebris, ortus luminaris istius mediocribus incrementis fallenter adsurgens oculos hominum sensim adsuefacit ad totum orbem suum ferendum per incrementa radiorum. Sic ergo & Christus, id est imago Dei, & filius Dei ab hominibus inspicitur, quâ poterat videri. Et ideò fragilitas & mediocritas sortis humanæ per ipsum alitur, producitur, educatur, vt aliquando Deum quoque ipsum patrem adsueta filium conspicere, possit vt est videre, ne maiestatis ipsius repentino & intolerabili fulgore percussa intercipi possit, vt Deum patrem, quem semper optauit, videre non possit. Ex quo filius est hic qui videtur, Dei autem filius Dei verbum est: Dei autem verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hic autem Christus est. Quæ malùm ratio est vt dubitetur Deus dici, qui tot modis Deus intelligitur adprobari. [112] Ac, si & Agar ancillam Sarræ de domo eiectam pariter & fugatam angelum conuenit apud fontem aquæ in via Sur, fugæ causas interrogat atque accipit, & post hæc humilitatis consilia porrigit, spem præterea illi materni nominis facit, quódque ex vtero eius multum semen esset futurum spondet atque promittit, quòd Hismaël ex illa nasci haberet, & cum ceteris aperit locum habitationis ipsius, actúmque describit. Hunc autem angelum, & Dominum scriptura proponit & Deum: nam nec benedictionem seminis promisisset, nisi angelus & Deus fuisset. Quærant quid in præsenti loco hæretici tractent, Pater fuit iste qui ab Agar visus est an non? quia Deus positus est. sed absit Deum patrem angelum dicere: ne alteri subditus sit, cuius angelus fuerit. sed angelum dicent fuisse.

Gen. 1. *Gen. 2.* *Ioan. 1.* *Ibidem.* *Gen. 11.* *Deut. 32.* *Ephes. 4.* *Ioan. 1.* *Ca. xxvi.* *Genes. 18.* *Exod. 33.* *1. Ioan. 4.* *1. Tim. 6.* *Coloss. 1.* *Ioan. 1.* *Genes. 16.*

Quomodo ergo Deus erit, si angelus fuit: quum non sit hoc nomen angelis vnquam concessum: D
nisi quoniam ex vtroque latere nos veritas in istam concludit sententiam, quia intelligere debe-
mus Dei filium fuisse, qui quoniam ex Deo est meritò Deus, quia Dei filius dictus sit: quoniam
Isai. 9. patri subditus & adnuntiator paternæ voluntatis est; magni consilij angelus pronuntiatus est. Er-
go si hic locus neque personæ patris congruit, ne angelus dictus sit: neque personæ angeli, ne
Deus pronuntiatus sit: personæ autem Christi conuenit vt & Deus sit, quia Dei filius est, &
angelus sit, quoniam paternæ dispositionis adnuntiator est, intelligere debent contra scripturas
Gen. 18. angelus sit, quoniam paternæ dispositionis adnuntiator est, intelligere debent contra scripturas
se agere hæretici, qui Christum quum dicant se & angelum credere, nolint etiam illum Deum
pronuntiare, quem in veteri Testamento ad visitationem generis humani legunt sæpè venisse.
Adhuc adiecit Moyses, "' Abrahæ visum Deum apud quercum Mambræ, sedente ipso ad o-
stium tabernaculi sui meridie: Et nihilominus cùm tres conspexisset viros, vnum ex illis Do-
minum nuncupasse: quorum cùm pedes lauisset, cineritios panes cum butyro, & ipsius co-
pia lactis offert, & vt hospites retenti vescerentur, hortatur. Post quæ & quòd pater futurus
esset, audit: & quòd Sara vxor eius paritura ex ipso filium esset, edidit: & de exitu Sodomi-
tarum, quæ merebantur pati, recognoscit: & quòd propter clamorem Sodomorum Deus des-
cendisset, addidit. Quo in loco si patrem volunt videri tunc fuisse cum angelis duobus ho-
spitio receptum, patrem visibilem hæretici crediderunt. Si autem angelum, cùm ex angelis E
tribus vnus Dominus nuncupatur, cur quod non solet, angelus Deus dicitur: nisi quoniam vt
Deo patri inuisibilitas propria reddatur, & angelo propria mediocritas remittatur, non nisi Dei
filius, qui & Deus est, Abrahæ visus & hospitio receptus esse credetur. Quod enim erat futu-
rus, meditabatur in sacramento Abrahæ factus hospes apud Abrahæ filios futurus: cuius filio-
Gen. 19. rum pedes ad probationem quòd ipse esset, abluit: reddens in filiis ius hospitalitatis, quod ali-
quando illi fœneratæ erat pater. Vnde & ne qua esset dubitatio quin iste Abrahæ hospes fuisset,
in Sodomitarum exitu ponitur: "' quoniam pluit Dominus super Sodomam, & Gomorram,
Amos. 4. ignem, & sulphur à Domino de cœlo. Sic enim & Prophetes ex persona Dei: "' Subuerti vos
Gen. 19. (inquit) sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram. Dominus ergo Sodomam subuer-
Gen. 18. tit, id est, Deus Sodomam subuertit; sed in subuersione Sodomorum Dominus pluit ignem à Do-
mino. Hic autem Dominus visus est Abrahæ Deus: Deus autem hic hospes est Abrahæ, visus vti-
que quia tactus: sed cùm pater quâ inuisibilis, nec tunc vtique visus sit, visus est, & hospitibus re-
Gen. 19. ceptus, & acceptus est, qui solitus est tangi, & videri: hic autem filius Dei, Dominus à Domino
Ioan. 1. pluit super Sodomam & Gomorram sulphur atque ignem. Hic autem Dei verbum est: verbum au-
tem Dei caro factum est, & habitauit in nobis. Hic autem Christus est, non pater: igitur apud Abra-
ham hospes, sed Christus fuit, nec tunc pater visus est, sed filius, visus autem est Christus. Meritò
Ioan. 8. igitur Christus, & Dominus & Deus est, qui non aliter Abrahæ visus est; nisi quia ante ipsum
Gen. 21. Abraham ex patre Deo, Deus sermo generatus est. "' Adhuc, inquit, idem angelus & Deus ean-
dem Agar fugatam de domo Abrahæ cum puero consolatur, & visitat. Nam cùm illa in solitudi-
ne exposuisset infantem, quia aqua defecisset ex vtre, cúmque puer ille clamasset, flectum & planctum
leuasset, & audiuit (inquit scriptura) Deus vocem pueri de loco vbi erat. Cùm Deum esse qui
vocem infantis audiuit retulisset, adiecit: Et vocauit angelus Domini ipsam Agar de cœlo, ange-
lum referens esse quem Deum dixerat, & Dominum pronuncians esse quem angelum conloca-
rat, quíque angelus & Deus adhuc ipsi Agar promittit maiora solatia, dicendo: Ne timueris, ex-
audiui enim vocem pueri de loco vbi erat. Surge, sume puerum, & tene: in gentem enim ma- F
gnam faciam eum. Hic angelus, si angelus tantùm est, cur hoc sibi vendicat vt dicat: In gen-
tem enim magnam faciam eum: cùm hoc vtique genus potentiæ Dei sit, angeli esse non possit.
Ex quo etiam Deus confirmatur Deus esse qui hoc potest facere: quoniam vt hoc ipsum com-
probetur, adijcitur per scripturam statim: Et aperuit Deus oculos eius, & vidit puteum aquæ vi-
uæ, & abiit, & implenit vtrem de puteo, & dedit puero, & erat Deus cum puero. Si ergo hic
Deus erat cum puero qui aperuit oculos Agar, vt videret puteum aquæ viuæ, & hauriret aquam
propter vrgentem sitis necessitatem: hic autem Deus è cœlo illam vocat angelus dictus: cùm su-
perius vocem audiens clamantis pueri Deus esset potius, non alius intelligitur quàm angelus esse
pariter & Deus. quod cùm patri competens & conueniens esse non possit, sed & angelus pronunciatus
ic. 9. est: competens autem esse possit Christo, qui non tantummodò Deus, sed & angelus pronunciatus
. 1. est, manifestè apparet, non patrem ibi tunc loquutum fuisse ad Agar, sed Christum potius cùm Deus
m. sit, cui etiam angeli competit nomen: quippè cùm magni consilij angelus factus sit: angelus autem
sit, "' dum exponit sinum patris, sicut Ioannes edicit. Si enim ipse Ioannes hunc eundem, qui si-
num exponit patris, verbum dicit carnem factum esse, vt sinum patris posset exponere: meritò Chri-
. stus non solum homo est, sed & angelus, nec angelus tantùm, sed & Deus per scripturas ostendi-
11- tur, & à nobis hoc esse creditur, ne si non Christum tunc locutum ad Agar voluerimus accipere, aut
angelum Deum faciamus, aut Deum Patrem omnipotentem inter angelos computemus. ["' Quid
si & alio in loco similiter legimus Deum angelum positum? "' Nam cùm apud vxores suas
Liam

A Liam atque Rachel Iacob de patris illarum iniquitate queretur, & cùm referret quòd iam in terram propriam remeare & reuerti cuperet, somnij quoque sui interponebat auctoritatem, quo tempore refert sibi angelum Dei per somnium dixisse: Iacob, Iacob. Et ego, inquit, dixi: Quid est? Aspice, inquit, oculis tuis, & vide hircos & arietes ascendentes super oues & capras variatos albos, & varios & cinetitios & aspersos. Vidi enim quæcunque tibi Laban fecit. Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei, vbi vnxisti mihi illic stantem lapidem, & vouisti mihi illic votum: nunc ergo surge, & proficiscere de terra hac, & vade in terram natiuitatis tuæ, & ero tecum. Si angelus Dei loquitur hæc ad Iacob, atque ipse angelûs infert, dicens: Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei: non tantummodò hunc angelum, sed & Deum positum sine vlla hæsitatione confpicimus, quique sibi votum refert ab Iacob destinatum esse in loco Dei, & non dicit in loco meo. Est ergo locus Dei, est & hic Deus: sed enim ibi simpliciter est in loco Dei positum, neque enim dictum est in loco angeli & Dei, sed tantummodò Dei: hic autem qui ista promittit, Deus atque angelus esse perhibetur: vt meritò distinctio sit inter eum qui tantummodò Deus dicitur, & inter eum qui non Deus simpliciter, sed & angelus pronuntiatur. Ex quo si nullius alterius angeli potest hic accipi tanta auctoritas, vt Deum quoque se esse fateatur, & votum sibi factum esse testetur, nisi tantummodò Christi, cui non quia angelo tantùm, sed quia Deo votum voueri potest, manifestum est non patrem accipi posse, sed filium Deum & angelum. Hic autem si Christus est, sicuti est, vehementer periclitatur, qui aut hominem Christum aut angelum tantummodò dicit subtracta illi diuini nominis potestate, quam ex scripturarum cœlestium
B fide frequenter accepit, quæ illum & angelum frequenter & Deum dicunt. His omnibus etiam illud accedit, vt quomodo illum & angelum frequenter & Deum posuit scriptura diuina, sic illum & hominem ponat & Deum, exprimens eadem scriptura diuina quod erat futurus, & depingens iam tum in imagine quod habebat esse in substantiæ vetitate. [10] Remansit enim, inquit, Iacob solus, & luctabatur homo cum eo vsque in mane: & vidit quoniam non potest aduersus eum, & tetigit latitudinem femoris Iacob, cùm in eum luctaretur & ipse cum eo, & dixit ei: Dimitte me, ascendit enim lucifer. Et ille dixit: Non te dimittam, nisi me benedixeris. Et dixit: Quod est nomen tuum? Et ille dixit, Iacob: dixitque ei: Non vocabitur iam nunc nomen tuum Iacob, sed Israël erit nomen tuum: quia inualuisti cum Deo, & cum hominibus potens es. Et adhuc adijcit: Et vocauit Iacob nomen loci illius, visio Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortúsque est ei sol, mox transiuit visionem Dei, ipse verò claudicabat femore suo. Homo, inquit, luctabatur cum Iacob. Si homo solitarius, quis est iste? vnde est? quare cum Iacob contendit atque luctatur? quid interceſſerat, quid factum fuerat? quæ ratio contentionis istius tantæ, tantique certaminis? quare præterea Iacob, quiad tenendum hominem cum quo luctabatur, fortior inuenitur, & benedictionem ab eo quem detinebat postulat, quia iam lucifer oritur, ideò postulasse reperitur, nisi quoniam præfigurabatur contentio hæc inter Christum, & filios Iacob futura, quæ in Euangelio dicitur perfecta? Contra hunc enim hominem conluctatus est populus Iacob, in qua conluctatione potentior populus est Iacob repertus, quippè cùm aduersus Christum iniquitatis fuæ victoriam sit consecutus, quo in tempore propter facinus quod admisit incessu fidei propriæ & salutis claudicare grauissimè incertus & lubricus cœpit: qui quamuis superior damnando Christum repertus, eget tamen ipsius misericordia, eget tamen ipsius benedictione. Sed enim hic homo qui cum Iacob luctatus est, Non, inquit, vocabitur etiam nunc nomen tuum Iacob, sed Israël erit nomen tuum. [11] Ac si Israël est homo videns Deum,
C eleganter ostendebat Dominus quòd non tantùm homo esset qui conluctabatur tunc cum Iacob, sed & Deus. Videbat vtique Deum Iacob cum quo conluctabatur, quamuis hominem ipsius in conluctatione retineret. Et vt nulla adhuc posset esse dubitatio, interpretationem ipse posuit dicendo: Quia inualuisti cum Deo, & cum hominibus potens es. Ob quam causam hic idem Iacob intelligens iam vim sacramenti, & peruidens auctoritatem eius cum quo luctatus fuisset, nomen loci illius in quo conluctatus est, vocauit visionem Dei. Superstruxit præterea causas ad interpretationem Dei porrigendam. Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit autem Deum cum quo conluctatus est quasi cum homine, sed & hominem quidem quasi victor tenuit, benedictionem autem quasi à Deo vt inferior postulauit: ita cum Deo & cum homine conluctatus fuit, ac sic conluctatio hæc ibi quidem præfigurata est. In Euangelio autem inter Christum, & populum Iacob perfecta est: in qua quamuis populus superior inuentus sit, minor repertus est, dum nocens comprobatus est. Quis dubitabit Christum in quo hæc conluctationis figura completa est, non hominem tantùm, sed & Deum agnoscere, quandoquidem hominem illum & Deum etiam figura ipsa conluctationis videatur comprobasse? Et tamen etiam post hæc æquè non cessat eadem scriptura diuina, angelum Deum dicere, Deum angelum pronuntiare. Nam cùm Manasses atque Ephrem filios Ioseph benedicturus esset, hic ipse Iacob, transuersis super capita puerorum manibus conlocatis, [12] Deus, inquit, qui pascit me à iuuentute mea vsque in hunc diem, angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueros hos. Vsqueadeo autem eundem angelum ponit quem Deum dixerat, vt singulariter in exitu sermonis sui posuerit personam de qua loquebatur dicendo, Benedicat pueros hos. Si enim alterum angelum voluisset intelligi, plurali numero duas personas complexus fuisset: nunc

ibidem.

Gen. 32.

Matth. 26. & 27.

Gen. 32.

Gen. 48.

vnius personæ singularem numerum in benedictione deposuit, ex quo eundem Deum atque angelum intelligi voluit. Sed enim Deus pater accipi non potest : Deus autem, & angelus Christus accipi potest. Quem vt huius benedictionis auctorem etiam transuersas super pueros manus Iacob ponendo significauit, quasi pater illorum esset Christus. [123] Adhuc adijciam illam quoque partem, in qua dum hæreticus quasi oculo quodam gaudet propriæ veritatis & luminis amisso, totam cæcitatem sui agnoscat erroris. Identidem enim & frequenter opponit, quia dictum sit : Tanto tempore vobiscum sum, & non agnoscitis me: [124] Philippe, qui vidit me, vidit & patrem. Sed quod non intelligit discat. Culpatur Philippus, & iure quidem meritóque, quia dixerit: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quando enim ex Christo aut audierat istud, aut didicerat quasi esset pater Christus, cùm contrà magis quòd filius esset, non quia pater frequenter audisset, & sæpè didicisset. Quod enim dixit Dominus: Si me cognouistis, & patrem meum cognouistis, & amodo nostis illum, & vidistis illum, non sic dixerat vt se patrem vellet intelligi, sed quoniam qui penitus, & plenè, & cum tota fide, & tota religione accessit ad Dei filium, omnibus modis per ipsum filium, in quem sic credit, ad patrem perueniturus sit, eundémque visurus. Nemo enim, inquit, potest venire ad patrem nisi per me. Et ideò ad patrem Deum non tantùm venturus est, & cogniturus ipsum patrem, sed etiam sic tenere debet, atque ita animo ac mente præsumere, quasi iam nouerit patrem pariter & viderit. Sæpè enim scriptura diuina quæ nondum facta sunt, pro factis adnuntiat, quia sic futura sint : & quæ omnibus modis fieri habent, non quasi futura sint prædicat, sed quasi facta sint narrat. Denique cùm nondum temporibus Esaiæ Prophetæ Christus natus fuisset; [125] quia puer, aiebat, natus est vobis, & cùm nondum accessum esset ad Mariam; Et accessit ad Prophetã dicebat, & cõcepit & peperit filium. Et cùm nondum sinum patris Christus exposuisset, referebat: Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Et cùm nondum fuisset passus: Quasi ouis, pronuntiabat, ad iugulationem adductus est. Et cùm adhuc crux nusquam esset, aiebat: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Et cùm nondum iniuriosè potatus fuisset: In siti, ait, mea potauerunt me aceto. Et cùm spoliatus adhuc non fuisset, dicebat: Super vestem meam miserunt sortem, & dinumerauerunt ossa mea: effoderunt manus meas, & pedes. Prouidens enim scriptura diuina, pro factis dicit quæ futura scit, & pro perfectis dicit quæ futura habet, quæ sine dubitatione ventura sunt. Et ideò Dominus præsenti loco dicebat : A modò nostis illum, & vidistis. Dicebat enim visum iri ab eo patrem, quisquis filium secutus fuisset, non quasi filius ipse esset pater visus, sed quòd præmium consecuturus esset, quisquis illum sequi & discipulus eius esse voluisset, vt videre patrem posset; nam & imago est Dei patris: vt his etiam illud accedat: [126] Quoniam sicut pater operatur, ita operatur & filius, & imitator est filius omnium operum paternorum, vt perinde habeat vnusquisque quasi iam viderit patrem, dum eum videt qui inuisibilem patrem, in omnibus operibus semper imitatur, Ceterùm si ipse pater est Christus, quomodo confestim adijcit & dicit, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: & maiora his faciet, quia ego ad patrem vado. Et adhuc subnectit: Si diligitis me, præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium aduocatum dabit vobis. Post quæ etiam illud subnectit : Si quis me diligit, sermonem meum custodiet : & pater meus diligit illum, & ad eum veniemus, & mansionem apud illum faciemus. Necnon etiam subdidit illud quoque, Aduocatus autem ille Spiritus sanctus quem missurus est pater, ille vos docebit, & commemorabit omnia quæcunque dixero. Præmittit adhuc istum locum, quò ostendat se esse filium, & meritò subdidit & dicit : Si me diligeretis, gauderetis quia eo ad patrem: quia pater maior est. Quid autem cùm etiam illa subnectit: [127] Ego sum vitis vera, & pater meus agricola, omne sarmentum in me non adferens fructum tollit illud, & omne fructiferum purgat, vt fructum ampliorem ferat. Instat adhuc & adijcit: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, manete in mea caritate. Si mandata mea seruaueritis, manebitis in mea caritate; sicut ego patris mandata seruaui, & maneo in eius caritate. Adhuc ingerit, & dicit: Dixi autem vos amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota vobis feci. Adgregat etiam hoc: Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia ignorant eum qui me misit. Hæc ergo nunquam post illa euidenter illum non patrem, sed filium esse testantia Dominus subdidisset, si aut patrem se esse meminisset, aut patrem se vellet intelligi: nisi quoniam vt illud exprimeret, perinde vnumquemque iam habere debere, dum imaginem Dei patris per filium videt, atque si videret patrem: quandoquidem vnusquisque credens in filium exerceatur in imaginis contemplatione, vt adsuefactus ad diuinitatem videndam in imagine, proficere possit & crescere vsque ad Dei patris omnipotentis perfectam contemplationem. Et quoniam qui hoc animo ac mente combiberit, & de omnibus sic futurum esse crediderit patrem quem visurus sit quasi iam quodammodò viderit, & hic iam sic habeat, quasi teneat quod habiturum se pro certo sciat. Ceterùm si ipse pater fuisset, quid quasi futurum præmium repromittebat quod iam præstiterat & dederat? Nam quoniam dicit : Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt, polliceri deprehenditur contemplationem & aspectum patris, ergo nondum dederat: cur enim repromitteret, si iam dedisset. dederat enim si pater esset, videbatur enim, & contingebatur. Quando autem dum contingitur ipse Christus, & videtur, repromittit tamen, & dicit: quoniam qui mundo fuerit corde, Deum videbit: hoc ipso probat patrem se non esse, qui tunc præsens cùm videretur, repromittebat quòd patrem visurus esset quisquis mundo corde fuisset. Erat

ergo

A ergo repromittens hæc, non pater, sed filius: quia qui filius erat, quod videri habebat, repromittebat, cuius repromissio superuacua fuisset, nisi filius fuisset. cur enim repromittebat mundis corde vt viderent patrem, si iam tunc qui præsentes erant, patrem Christum videbant. sed quia filius erat, non pater, meritò & filius, quia imago Dei, tunc videbatur: & pater quia inuisibilis, mundis corde vt videretur repromittitur, & notatur. Hæc igitur satis sit etiam aduersus istum hæreticum dictasse pauca de multis. Campus enim, & quidem latus ac fusus aperietur pleniùs, hæreticum istum si agitare voluerimus, quandoquidem duobus istis locis quibusdam effossis luminibus orbatus totus sit in doctrinæ suæ cæcitate superatus. [118] Sed enim ordo rationis, & fidei auctoritas, digestis vocibus & litteris Domini admonet nos post hæc credere etiam in spiritum sanctum olim Ecclesiæ repromissum, sed statutis temporum opportunitatibus redditum. Est enim per Ioëlem Prophetam repromissus, sed per Christum redditus. In nouissimis, inquit, diebus effundam de spiritu meo super seruos, & ancillas meas. Dominus autem: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, [119] erunt remissa: & quorum retinueritis, erunt retenta. Hunc autem spiritum sanctum, Dominus Christus modò Paracletum appellat, modò spiritum veritatis esse pronuntiat, qui non est in Euangelio nouus, sed nec nouè datus: nam hic ipse & in Prophetis populum accusauit, & in Apostolis aduocationem gentibus præstitit. Nam illi vt accusarentur merebantur, quia contemperant legem: & qui ex gentibus credunt vt patrocinio spiritus adiuuentur merentur, quia ad Euangelicam peruenire gestiunt legem. Differentia sanè in illo geneta officiorum, quoniam in temporibus differens ratio causarum. nec ex hoc tamen ipse diuersus qui hæc sic gerit, nec alter est dum sic agit; sed vnus atque ipse est diuidens officia sua per

B tempora, & rerum occasiones atque momenta. Denique Apostolus Paulus: Habentes, inquit, eundem spiritum sicut scriptum est, credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, ideò loquimur. Vnus ergo & idem spiritus qui in Prophetis & Apostolis, nisi quoniam ibi ad momentum, hic semper. Ceterùm ibi, non vt semper in illis inesset: hic, vt in illis semper maneret: & ibi mediocriter distributus, hic totus effusus: ibi parcè datus, hic largè commodatus, nec tamen ante resurrectionem Domini exhibitus, sed per resurrectionem Christi contributus. Rogabo enim, aiebat, patrem: & alium aduocatum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, [120] spiritum veritatis. Et: Cùm venerit aduocatus ille quem ego missurus sum vobis à patre meo, spiritum veritatis qui de patre meo procedit. Et: Si non abiero ego, aduocatus ille non veniet ad vos: si autem ego abiero, remittam illum ad vos. Et: Cùm venerit spiritus veritatis, ille vos diriget in omnem veritatem. Et quoniam Dominus in cœlos esset abiturus, Paracletum discipulis necessariò dabat, ne illos quodammodò pupillos quod minimè decebat relinqueret, & sine aduocato & quodam tutore desereret. Hic est enim qui ipsorum animos mētéque firmauit, qui Euangelica sacramenta distinxit, qui in ipsis inluminator rerū diuinarum fuit, quo confirmati pro nomine Domini nec carceres nec vincula timuerunt, quinimmò ipsas seculi potestates, & tormenta calcauerunt, armati iam scilicet per ipsum atque firmati, habentes in se dona quæ hic idem spiritus Ecclesiæ Christi sponsæ quasi quædam ornamenta distribuit, & dirigit. Hic est enim qui Prophetas in Ecclesia constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia gerit, diuersitates spirituum porrigit, gubernationes contribuit, consilia suggerit, quæque alia sunt charismatum dona componit, & digerit, & ideò Ecclesiam Domini vndique & in omnibus perfectam, & consummatam facit. Hic est qui in modum columbæ, posteaquàm Dominus baptizatus

C est, super eum venit, & mansit; [121] habitans in solo Christo plenus & totus, nec in aliqua mensura aut portione mutilatus, sed cum tota sua redundantia cumulatè distributus & missus, vt ex illo deliberationem quandam gratiarum ceteri consequi possint totius sancti spiritus in Christo fonte remanente, vt ex illo donorum atque operum venæ ducerentur, spiritu sancto in Christo affluenter habitante. Hoc etenim iam prophetans Esaias aiebat: [122] Et requiescit, inquit, super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis. & impleuit eum spiritus timoris Dei. hoc idem atque ipsum & alio in loco ex persona ipsius Domini: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Similiter Dauid: Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ à consortibus tuis. De hoc Apostolus Paulus: Qui enim spiritum Christi non habet, hic non est eius; &: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Hic est qui operatur ex aquis secundam natiuitatem semen quoddam diuini generis, & consecrator cœlestis natiuitatis; pignus promissæ hæreditatis, & quasi chirographum quoddam æternæ salutis; qui nos Dei faciat templum, & nos eius efficiat domum; qui interpellat diuinas aures pro nobis gemitibus ineloquacibus, aduocationis implens officia, & defensionis exhibens munera, inhabitator corporibus nostris datus, & sanctitatis effector: qui id agens in nobis ad æternitatem, & ad resurrectionem immortalitatis corpora nostra producat, dum illa in se adsefacit cum cœlesti virtute misceri, & cum spiritus sancti diuina æternitate sociari. Eruditur enim in illo, & per ipsum corpora nostra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipsius discunt se moderanter temperare. [123] Hic est enim qui contra carnem desiderat, quia caro contra ipsum repugnat. Hic est qui inexplebiles cupiditates coëreet, immoderatas libidines frangit, illicitos ardores extinguit, flagrantes impetus vincit, ebrietates reijcit, auaritias repellit, luxuriosas comessationes fugit, caritates nectit, affectiones constringit, sectas repellit, regulam veritatis expedit, hæreticos

C.xxix. Ioel.2. & Act.2. Ioan.20. Ioan.14. 1.Cor.12. 2.Cor.4. Ioan.14. Ibidem. Ioan.16. Ibidem. Act.2. 1.Cor.12. Matth.3. Coloss.2. Isai.11. Isa.61. Psal.44. Rom.8. 2.Cor.3. Tit.3. 2.Cor.1. & 5. 1.Cor.3. & 6. Rom.8. Gal.5.

reuincit, improbos foras expuit, Euangelia custodit. De hoc item Apostolus: Non enim spiritum D
mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. De hoc exultat, & dicit: Puto autem quia & ego spiritum Dei habeo. De hoc dicit, Et spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est. De hoc refert: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, adtendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia loquentium, cauteriatam habentium conscientiam suam. In hoc spiritu positus nemo vnquam dicit anathema Iesum, nemo negauit Christum Dei filium, aut repudiauit creatorem Deum: nemo contra scripturas vlla suaverba depromit, nemo alia & sacrilega decreta constituit, nemo diuersa iura conscribit. [114] In hunc quisquis blasphemauerit, remissionem non habet, non tantùm in isto seculo, verùm etiam nec in futuro. Hic in Apostolis Christo testimonium reddit, in martyribus constantem fidem religionis ostendit, in virginibus admirabilem cõtinentiam signatę charitatis includit, in ceteris incorrupta & incontaminata doctrinæ Dominicæ iura custodit, hæreticos destruit, peruersos corrigit, infideles arguit, simulatores ostendit, improbos quoque corrigit, Ecclesiam incorruptam & inuiolatam perpetuæ virginitatis & veritatis sanctitate custodit. [115] Et hæc quidem de patre & de filio & de spiritu sancto breuiter sint nobis dicta, & strictim posita, & non longa disputatione porrecta. Latiùs enim potuerunt porrigi, & propensiore disputatione produci, quandoquidem ad testimonium, quòd ita se habeat fides vera, totum & vetus & nouum Testamentum possit adduci. Sed quia obluctantes aduersus veritatem semper hæretici sinceræ traditionis, & catholicæ fidei controuersiam solent trahere, scandalizati in Christum, quòd etiam Deus & per scripturas asseratur, & à nobis hoc esse credatur: meritò à nobis, vt omnis à fide nostra auferi possit hæretica calumnia, de eo quòd & Deus sit Christus, sic est disputandum, vt E
non impediat scripturæ veritatem, sed nec nostram fidem, qua vnus Deus & per scripturas promittitur, & à nobis tenetur & creditur. [116] Tam enim illi qui Iesum Christum ipsum Deum patrem dicunt, quàm etiam illi qui hominem illum tantummodò esse voluerunt, erroris sui & peruersitatis origines & causas inde rapuerunt: quia cùm animaduerterent scriptum esse, quòd vnus sit Deus, non aliter putauerunt istam tenere se posse sententiam, nisi aut hominem tantùm Christum, aut certè Deum patrem putarent esse credendum. Sic enim calumnias suas colligere consueuerunt, vt errorem proprium approbare nitantur. Et quidem illi qui Iesum Christum patrem dicunt, ista prætendunt: Si vnus Deus, Christus autem Deus, pater est Christus, quia vnus Deus: si non pater sit Christus, dum & Deus filius Christus, duo Dij contra scripturas introducti esse videantur. Qui autem hominem tantummodò Christum esse contendunt, ex diuerso sic colligunt: Si alter pater, alter est filius: pater autem Deus, & Christus Deus: non ergo vnus Deus, sed duo Dij introducuntur pariter, pater & filius; ac si vnus Deus, consequenter homo Christus, vt meritò pater sit Deus vnus. Re vera quasi inter duos latrones crucifigitur Dominus, quomodo fixus aliquando est, & ita excipit hæreticorum istorum ex vtroque latere sacrilega conuitia. Sed neque scripturæ sanctæ, neque nos causas illis perditionis & cæcitatis afferimus, si qua in medio diuinarum litterarum euidenter posita, aut videre nolunt, aut videre non possunt. nos enim & scimus & legimus & credimus & tenemus, vnum esse Deum, qui fecit cœlum pariter ac terram, quoniam nec alterum nouimus, aut nosse (cùm nullus sit) aliquando poterimus. [117] Ego sum, inquit Deus, & non est præter me iustus & saluans. Et alio in loco, Ego primus & nouissimus, & præter me non est Deus. Quis ficut ego, & quis mensus est palmo cœlum, & terram pugillo? quis suspendit montes in pondere, & nemora in statera? Et Ezechias: Vt sciant omnes quia tu es Deus solus. Ipse præterea Dominus: Quid me interrogas de bono? vnus Deus bonus. Apostolus quoque F
Paulus, Qui solus, inquit, habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem vidit hominum nemo, nec videre potest. Et alio in loco: Mediator autem vnius non est, Deus autem vnus est. Sed quomodo hoc tenemus & legimus & credimus, sic scripturarum cœlestium nullam partem præterire debemus: quippè cùm etiam illa quæ in scripturis sunt posita Christi diuinitatis insignia, nullo modo debemus recusare, nec scripturarum auctoritatem corrumpendo, integritatem fidei sanctæ corrupisse teneamur. Et hoc ergo credamus siquidem fidelissimum, Dei filium Iesum Christum Dominũ & Deum nostrum: quoniam in principio erat verbum, & verbũ erat Deus, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum: & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. &: Dominus meus & Deus meus. &: Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus Deus in secula. Quid ergo dicemus? Nunquid duos Deos scriptura proponit? Quomodo ergo dicit: Quia Deus vnus est? Aut nunquid non & Christus Deus est? Quomodo ergo: Dominus meus, & Deus meus, Christo dictum est? Totum igitur hoc nisi cum propria veneratione, & legitima disputatione teneamus: meritò scandalum hæreticis præbuisse credemur: non vtique ex scripturarum cœlestium vitio, quæ nunquam fallunt, [118] sed humani erroris præsumptione, qua hæretici esse voluerunt. Et in primis illud retorquendum in istos, qui duorum nobis Deorum controuersiam facere præsumunt. Scriptum est quod negare non possunt: Quoniam vnus est Dominus. De Christo ergo quid sentiunt? Dominum esse, aut illum omninò non esse? sed Dominum illum omninò non dubitant. Ergo si vera est illorum ratiocinatio, iam duo sunt Domini. Quomodo igitur iam secundum scripturas, vnus est Dominus; & magister vnus Christus dictus? Atenim legimus; quòd magister sit etiam Apostolus

A ſt olus Paulus. Non ergo iam vnus magiſter: duos enim magiſtros ſecundum iſta colligimus. Quomodo igitur ſecundum ſcripturas; vnus magiſter Chriſtus, vnus in ſcripturis bonus dictus eſt Deus, ſed iidem in ſcripturis bonus etiam Chriſtus poſitus eſt. Non igitur ſi rectè colliguntur, vnus bonus, ſed etiam duo boni. Quomodo igitur ſecundum ſcripturarum fidem, vnus bonus eſſe refertur? Ac ſi non putant aliqua ratione offici poſſe ei quòd vnus Dominus eſt, per illud quòd eſt Dominus & Chriſtus: neque ei quòd vnus eſt magiſter, per illud quòd eſt magiſter & Paulus: aut illi quòd vnus eſt bonus, per illud quòd bonus ſit nuncupatus & Chriſtus: eadem ratione intelligant, offici non poſſe ab illo quòd vnus eſt Deus, ei quòd Deus pronuntiatus eſt & Chriſtus. [139 Eſt ergo Deus pater omnium inſtitutor & creator, ſolus originem neſciens, inuiſibilis, immenſus, immortalis, æternus, vnus Deus, cuius neque magnitudini, neque maieſtati, neque virtuti quicquam non dixerim præferri, ſed nec comparari poteſt. Ex quo quando ipſe voluit, ſermo filius natus eſt, qui non in ſono percuſſi aëris, aut tono coactæ de viſceribus vocis accipitur, ſed in ſubſtantia prolatæ à Deo virtutis agnoſcitur: 140 cuius ſacræ & diuinæ natiuitatis arcana nec Apoſtolus didicit, nec Prophetes comperit, nec angelus ſciuit, nec creatura cognouit, filio ſoli nota ſunt, qui patris ſecreta cognouit. Hic ergo cum ſit genitus à patre, ſemper eſt in patre. Semper autem ſic dico, vt non innatum, ſed natum probem. Sed qui ante omne tempus eſt, ſemper in patre fuiſſe dicendus eſt. Nec enim tempus illi aſſignari poteſt, qui ante tempus eſt. Semper enim in patre, ne pater non ſemper ſit pater: 141 quia & pater illum etiam quadam ratione præcedit, quòd neceſſe eſt quod ammodò prior ſit quâ pater ſit. Quoniam aliquo pacto antecedat neceſſe eſt eum qui habet originem, ille qui originem neſcit. Simul vt hic minor ſit, dum in illo

B eſſe ſe ſcit, habens originem quia naſcitur, & per Patrem quoddammodò, quamuis originem habet quâ naſcitur, vicinus in natiuitate, dum ex eo patre qui originem ſolus non habet, naſcitur. 142 Hic ergo quando pater voluit, proceſſit ex patre: & qui in patre fuit, proceſſit ex patre: & qui in patre fuit, quia ex patre fuit, cum patre poſtmodùm fuit, quia ex patre proceſſit: ſubſtantia ſcilicet illa diuina, cuius nomen eſt verbum, per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil. Omnia enim poſt ipſum ſunt, quia per ipſum ſunt. & meritò ipſe eſt ante omnia, quando per illum facta ſunt omnia, qui proceſſit ex eo ex cuius voluntate facta ſunt omnia. Deus vtique procedens ex Deo ſecundam perſonam efficiens, ſed non eripiens illud patri quòd vnus eſt Deus. Si enim natus nõ fuiſſet innatus, comparatus cum eo qui eſſet innatus, æquatione in vtroque oſtenſa duos faceret innatos. & ideò duos faceret Deos, ſi non genitus eſſet, collatus cum eo qui genitus non eſſet, & æquales inuenti, duos Deos meritò reddidiſſent non geniti atque ideò duos Chriſtus reddidiſſet Deos, ſi ſine origine eſſet, vt pater inuentus, & ipſe principium omnium vt pater, duo faciens principia, duos oſtendiſſet nobis conſequenter & Deos. Aut ſi & ipſe filius non eſſet, ſed pater generans de ſe alterum filium, meritò collatus cum patre, & tantus denotatus duos patres effeciſſet, & ideò duos approbaſſet etiam Deos. Si inuiſibilis fuiſſet cum inuiſibili collatus par expreſſus, duos inuiſibiles oſtendiſſet; & ideò duos comprobaſſet & Deos. Si incomprehenſibilis, ſi & ceteta quæcumque ſunt patris; meritò, dicimus, duorum Deorum quam iſti confingunt, controuerſiam ſuſcitaſſet. Nunc autem quidquid eſt, non ex ſe eſt, quia nec innatus eſt; ſed ex patre eſt, quia genitus eſt: 143 ſiue dum verbum eſt, ſiue dum virtus eſt, ſiue dum ſapientia eſt, ſiue dum lux eſt, ſiue dum filius eſt, & quicquid horum eſt dum non aliundè eſt, quàm ſicut diximus iam ſuperiùs, ex patre, patri ſuo originem ſuam debens, diſcordiam diuinitatis de numero

C duorum Deorum facere non potuit, qui ex illo qui eſt vnus Deus, originem naſcendo contraxit. Quo genere dum & vnigenitus eſt, & primogenitus ex illo eſt qui originem non habet, vnus eſt omnium rerum & principium & caput. Idcircò vnum Deum aſſeruit, quem non ſub vllo principio aut initio, ſed initium potius & principium rerum omnium comprobauit. Filius autem nihil ex arbitrio ſuo gerit, nec ex conſilio ſuo facit, nec à ſe venit, ſed imperijs paternis omnibus & præceptis obedit, vt quamuis probet illum natiuitas filium, tamen morigera obedientia aſſerat illum paternæ voluntatis ex quo eſt miniſtrum: ita dum ſe patri in omnibus obtemperantem reddit, quamuis ſit & Deus, vnũ tamen Deum patrem de obedientia ſua oſtendit, ex quo & originem traxit. & ideò duos facere non potuit, quia nec duas origines fecit, qui ex eo qui originem non habet, principium natiuitatis ante omne tempus accepit. Nam cùm id ſit principium ceteris quod innatum eſt, (quòd Deus ſolus pater eſt qui extra originem eſt, ex quo hic eſt qui natus eſt) dum qui ex illo naſcitur, meritò ex eo venit, qui originem non habet. principium probans illud eſſe ex quo ipſe eſt, etiamſi Deus eſt qui natus eſt: vnum tamen Deum oſtendit, quem hic qui natus eſt, eſſe ſine origine comprobauit. Eſt ergo Deus, ſed in hoc ipſum genitus, vt eſſet Deus. Eſt & Dominus, ſed in hoc ipſum natus ex patre, vt eſſet Dominus. Eſt & angelus, ſed ad annuntiandum magnum Dei conſilium, ex patre ſuo angelus deſtinatus. Cuius ſic diuinitas traditur, vt non aut diſſonantia aut in æqualitate diuinitatis duos Deos reddidiſſe videatur. 144 Subiectis enim ei quaſi filio omnibus rebus à patre, dum ipſe cum his, quà illi ſubiecta ſunt, patri ſuo ſubijcitur, patris quidem ſui filius probatur, ceterorum autem & Dominus & Deus eſſe reperitur. Ex quo dum huic qui eſt Deus, omnia ſubſtrata traduntur, & cuncta ſibi ſubiecta filius accepta refert patri, totam diuinitatis auctoritatem rurſus patri remittit; vnus Deus oſtenditur verus & æternus pater, à quo ſolo hæc vis diuinitatis emiſſa, etiam in filium tradita & directa rurſum per ſubſtantiæ communionem ad

Matth. 23. *2. Tim. 1.* *Matth. 23.* *Matth. 19.* *Ioan. 10.*

C. xxxi.

Iſa. 53.

Ioan. 1. *Coloſſ. 1.*

Pſal. 103. *Rom. 1.* *Pſal. 103.* *Iſa. 9.* *Pſal. 2.* *Ioan. 1.* *Coloſſ. 1.*

Ioan. 10. *Ibidem.* *Iſa. 9.*

patrem reuoluitur. Deus quidem ostenditur filius, cui diuinitas tradita & porrecta conspicitur, & tamen nihilominus vnus Deus pater probatur, dum gradatim reciproco meatu illa maiestas atque diuinitas ad patrem, qui dederat eam, rursum ab illo ipso filio missa reuertitur, & retorquetur: vt meritò Deus pater omnium Deus sit, & principium ipsius quoque filij sui quem Dominum genuit: filius autem ceterorum omnium Deus sit, quoniam omnibus illum Deus pater præposuit quem genuit: ita mediator Dei & hominum Christus Iesus omnis creaturæ subiectam sibi habens à patre proprio potestatem quâ Deus est, cum tota creatura subdita sibi concors patri suo Deo inuentus, vnum & solum & verum Deum patrem suum, manente in illo quod etiam auditus est, breuiter approbauit.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE TRINITATE.

1. NOVATIANI ROMANÆ VRBIS PRESBYTERI.] *Quod non* Tertulliani, *sed* Nouatiani *sit hic liber, ex B. Hieron. & Rufino ad calcem Argumenti comprobauimus. Hic vero addimus:* Romanæ vrbis Presbyteri, *ex B. Hieron. in Catal. Script. Eccles. quod videatur ab illo conscriptus hic liber, priusquàm in schisma & hæresim incideret. Etsi enim (vt ibi diximus, & infrà latius cap. 29.) de Spiritusancto malè scripsisse constet (fortassis Deo id permittente, quod Sacramentum Christianæ, cui Spiritussancti sua peculiariter fuam insindit benedictionem, non acceperit, vti mox latius) nemo tamen vnquam aut illis aut Nouatianis eius affectus, inter hæreses eorumdem, errorem de Spiritu sancto adtribuit. Et verò, quod etiam in Spiritussancti nomine baptizarint, constat, tum ex eo quod infrà cap. 29. fidem in Spiritumsanctum dixerint verbis professeatur, tum quòd aliquot in Niceno Concilio 1. aquè atque Paulianistæ iussi fuissent rebaptizari. Maxime si consideretur causa rum differentiam, quam reddit B. Innocentius Papa 1. Epist. 23. cap. 5. Paulianistæ (inquit) in nomine Patri & Filij & Spiritussancti minimè baptizant; Nouatiani ijsdem nominibus tremendis vtuntur; nec apud istos de Vnitate potestatis diuinæ, hoc est Patris, Filij, & Spiritussancti, quæstio aliquando commota. Quod ipsum etiam fatetur B. Cyprian. Epist. 76. num. 25. Quare, quod antequam quidquam certi deprehum esset, non satis caute ab eo scriptum fuit, πρὸ τοῦ πάντα καλῶς προ ferapuerint. Scripsisse præterea videtur ante hæresim sequentem librum DE CIBIS IVDAICIS, & qui ibidem citantur DE SABBATO, ac DE CIRCVNCISIONE. fortassis & eos quos B. Hieron. in Catal. recenset, DE PASCHA, & DE ORATIONE. Verum post hæresim scripti videntur, quos idem ille recenset: DE SACERDOTE, DE INSTANTIA, & DE ATTALO. An autem eius dem sit liber de Spectaculis Tom. 3. operum B Cypriani editus; lib. sequenti latius. Quamquam interim postea & in schisma & in hæresim lapsum fuisse non negemus, immo vero satis late deduxerimus quidquid eo pertinet in Vita nostra B. Cypriani, & Adnot. nostris in eundem. Nempè, quod in lecto baptizatus fuerit, neque postea Sacramentum Chrismatis acceperit, quam causam adlegat Eusebius, quod in hæresim lapsus sit, ad Epist. 72. num. 4. Quod, quum primum cum aliis Romanæ Ecclesiæ presbyteris subsignasset veniam Lapsis dandam, postea eandem pertinaciter negauerit; ad Epist. 52. ad Anton. num. 17. & 83 idque à Nouatio B. Cypriani presbytero schismatico, postea & hæretico seductus. Quòd eiusdem factione adulterum & contrarium caput contra S. Cornelium legitimum Pontificem Romanum se constituerit, vi conferatur à tribus Episcopis; Epist. 42. num. 2. & 6. Quod demceps suam hæresim & Romæ & aliis disseminauerit, qua ad pœnitentiam quidem admittebat, sed à solo Deo, non verò ab Ecclesia tribus posse contendebat; Epist. 52. num. 83. Quod proinde, etiamsi verum esset (quod quidam scribunt) occisum illum fuisse sub Valeriano, quum extra Ecclesiam fuerit, nihil prodesse potuisse Martyrium, Epist. 52. num. 50. Quod Nouatiani sectatores ad exemplum eius Chrismate non ungerentur, atque adeo redeuntibus in Ecclesiam Chrismatis sacramentum adderetur; epist. 72. num. 4. Quod etiam secundas damnarint nuptias Nouatiani; in Vita B. Cypriani. Quod demique se καθαρὰς nuncuparint, quia immundas, id est Lapsis, non communicabant, Epist. 76. num. 5. Verò (ne quid hic omittamus) scripserunt contra Nouatianæ schismata, B. Cornelius Epistolam ad Fabium apud Eusebium, & Epistolas tertiam & quartam ad B. Cyprianum; ipse B. Cyprianus Epistolas 41. 42. 43. 44. 47. 49. 51. ac libros de Vnitate Ecclesiæ, & de Orat. Dominica, ac Dionys. Alexandr. Epistolas ad ipsum Nouatianum, ad Confessores ab illo seductos, & ad B. Cornelium; Aduersus eiusdem hæresim, idem B. Cyprianus Epist. 52. & lib. ad Nouatian. & idem Dionys. Epist. ad eundem. Celebrata quoque fuerunt Concilia aduersus eius & schismæ & hæresim, Romanum, Africana aliquot, Antiochenum, & per Italiam & alias prouincias, Eusebio teste locis in Vita B. Cypriani citatis. Quum verò perdurarent adhuc ea hæresis, scripserunt aduersus Nouatianos idem B. Dionysius Epistolas ad Fabium Antiochenum, ad Laodicenses, ad Cononem, & ad Armenios, titulo de Pœnitentia; Rhetorius item Augustidunensis Episcopus, B. Eusebius Emissenus, B. Pacianus Barcilonensis Episcopus Epist. 2. ad Sympronianum, & Tractatum alium, qui priori loco inter eius opuscula commemoratur; B. Ambrosius libros 2. de Pœnitentia; denique B. Epiphanius, Philaster, B. Augustinus, Theodoretus, Damascenus, Eutymius, Honorius, B. Isidorus, Hrabanus, aliique recentiores in Catalogo hæreticorum.*

2. DE TRINITATE.] *Præter* Nouatianum, DE TRINITATE *scripserunt Tertullianus suprà Tom. 3. lib. adu. Praxean, & lib. quem iste imitatur, quem desiderari putamus; Dionys. Alexandr. adu. Sabellium; B. Athanas. adu. eundem, Orat. de æterna substantia Filij & Spiritussancti in Deo patre, B. Hilarius Pictau. libros 12. B. Gregor. Nyssenus Orat. 4. B. Chrysost. hom. 5. de Visione Isaæ; B. Augustinus libro 15. Rufinus Tract. in Symbolum fidei, qui est in 3. Tomo Operum B. Cypriani; B. Fulgentius denique librum vnum. Multa etiam eodem pertinent in Panoplia Orthodoxæ fidei B. Euthymij. Ad quos compendij gratia Lectorem remittimus, nihil aliud pene toto hoc libro adnotaturi, quàm discrepantias, si quæ inuenianatur in scripturarum sacrarum citatione; subinde remittentes ad Librum suprà dictum Tertulliani aduersus Praxean.*

CAP. 1.

3. Regula exigit veritatis, &c.] *Caput hoc inscribimus:* De verbis Symboli fidei, CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM, CONDITOREM COELI ET TERRÆ; *quippè quum eleganti simè id explicetur ex Genesi. Atqui de Symbolo Apostolorum, quod* Regulam fidei *seu* veritatis *nuncupat Auctor & hic, & infrà c. 9. ac cap. 29. fidei auctoritatem, vide suprà Adnotat. nostras Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 13.*

4. qui cœlum alta sublimitate suspenderit, &c.] *Hæc desumpta sunt ex cap. 1. Gen.*

5. mensuris incrementis, &c.] *Sit legimus ex MS. cod. Angl. pro:* menstruis, *quòd ea vox B. Cypriano etiam Afro visitata sit Epist. 28. num. 11. & 34. num. 23. vbi vide Adnotat. nostras. Certe etiam scribebat antea Gagnæus.*

6. ne non etiam ipsis quoque delicijs procurasset oculorum,

lorum, &c.] *Est quidem hæc phrasis Tertullianica, quales suprà frequenter adnotauimus, & infrà aliæ quoque, vt exempli gratia:* demoratur, edicit, *&c* : viritior, *cap.* 2. quâ patet, *cap.* 3. quâ minor, *cap.* 4. *Item voces Tertullianeæ,* exerens, confibularet, *cap.* 18. *&* confibulatione, *cap.* 19. *Verùm inde non sequi hunc librum Tertulliano esse, vel ex eo patet, quòd Afri scriptores omnes etiam hoc posteriores, utpote B. Cyprian. Minutius Felix, B. Pacianus, & Arnobius, similibus vti soleant. Quod semel adnotatum sufficiat.*

7. Quæ quum omnia in seruiturem illi dedissет, solum liberum esse voluit, &c.] *Hæc ex cap. Gen.* 2. *desumpta sunt. Est autem hic etiam elegans locus tum de* Libertate arbitrii in alterutram partem (*de qua suprà latiùs Tom.* 3. *lib.* 2. *aduersʃ. Marc. cap.* 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10.) *tum de* præmijs condignis, *de quibus Tom.* 2. *lib. de Patientia, cap.* 13. *num.* 81.

8. Ex quo mortalitas, inuidia vtique in ipsum redit; qui quum illum, &c.] *Sic prorsus legimus partim ex Gagnæo. Et verò hæc ex* 3. *cap. Gen. descripta sunt. Sine autem legas* : super terram *cum Gagnæo, sine eum Goleio:* terra, *non refert.*

9. Quamquam etiam, *&c.* angelos priùs instituerit, &c.] *Fuit non modò Nouatiani hæc sententia, sed etiam B. Hieron. in cap.* 1. *Epist. ad Titum, tum Gracorum omnium, quod* angeli priùs (*adeò, ante omnem creaturam*) instituti fuerint. *Quam etiam B. Augustinus recenset lib.* 11. *de Ciuitate Dei, cap.* 5. 6. *& Tom. magis ampliè tenendam censet eam sententiam, quòd iuxta Ecclesiasticum cap.* 18. *creauerit omnia simul Deus, quam etiam sequitur lib.* 12. *de Ciuit. Dei cap.* 15. *& lib.* 1. *de Gen. ad literam cap.* 1. *Quametiam sequitur Magister Sententiarum, & post eum Doctores Scholastici, quæ etiam postremùm definita est in Concil. Lateran. sub Innocentio* 3. *& in Decretalem recepta, cap. Firmiter credimus. Tom. de Summa Trinit. & fide catholi. Legimus autem paulò post ex coniectura Latinij* : Namque quæ infra terram, *&c.*

10. Locus enim est, &c.] *De hoc & Nouatiani & Tertulliani, aliorúmque Patrum quorundam paradoxo, vide nostra Prolegomena.*

Cap. II.

11. Super quæ omnia, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Quòd Deus sit continens omnia, immensus, æternus, immortalis, mente hominis maior, & sicuti ipse est sermone inexplicabilis, sublimitate omni sublimior.

12. nulli Deo superiori (vt quidam putant) locum teliquit, &c.] *Adludit ad errorem Valentinianorum, qui supra* Demiurgum, *id est,* Opificem Deum, *constituebant* Deum superiorem Bython, cum tricenario Æonum numero, *sicuti videre est suprà Tom.* 3. *& in Prolegomenis nostris ad lib. aduers. Valent. & eiusdem lib. cap.* 18. 19. *&* 20.

13. De hoc ergo ac de eis quæ sunt ipsius, & in eo sunt, nec mens hominis, &c.] *Adludit ad illud* 1. *Cor.* 3. *ex Isaiæ* 64. *cap. nec in cor hominis ascendit, & c. Castigauimus autem ex coniectura Latinij:* nec edici possit, *pro:* dici, *& ex Ang. MS. eod.* si potuerit cogitari, *pro* : potetit; *& non multo post cum Gagnæo & Latinio* : hebetescit, *pro* : hebetescit. *Legit quidem deinteps Angl. eod. MS.* omni bonitate boniot, *pro:* melior; *sed alibi hactenus eam vocem non repers apud Afros; Lectoris interim relinquens liberum, quod vult eligat.*

Cap. III.

14. Hunc igitur agnoscimus, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* Quòd Deus sit conditor omnium, Dominus & pater, ex scripturis.

15. qui dixit, & facta sunt omnia, &c.] *Ipsum Psal.* 148. *paraphrastes etiam.*

16. Qui secundum Isaiam, &c.] *Hic intermissa verbi Isai.* 40. *verba Psal.* 103. *etiam illa omnes citans ordine; per omnia conformia editioni, LXX.*

17. nec eum qui ingenio hæretici fictus sit, &c.] *Adludit ad varias hæreses, quarum suprà facta est mentio, Tom.* 3. *lib. de Præscript. aduersus hæreticos, & Catalogo hæreticorum, qui alium Deũ sibi hæretico fingebant ingenio; de quibus vide ibidem Adnot. nostras ad easdem hæreses* 25. *post Euangelium, sicut etiam li. aduersus Hermogenem, de materia Deo, lib. aduersus Valentin. de Deorum turba, & lib.* 2. *aduersus Marc. de duobus Dijs.*

18. Et super quem requiescet spiritus meus, &c.] *Hic variat Isai.* 66. *ab aliis editionibus omnibus, quas habent* : Super *quem respiciam.*

19. à creatura mundi, &c.] *Tum hîc, tum in sequentibus* : semiterna quoque, *consentit per omnia vulgatæ Latinæ Interpretationi quod illius auctoritatem confirmat, & sic etiam in aliis scripturis Noui Testamenti.*

Cap. IIII.

20. Quem solum meritò bonum, &c.] *Caput hoc inscripsimus* : Bonum esse Deum, semper sui similem, immutabilem, vnum & solum, infinitum; cuius nec nomen proprium possit edici, & incorruptibilem. *Legimus autem* : qui nomen sibi perfecti vindicat, *ex MS. Angl. eod. pro* : vendicat, *& aliquantò post iuxta Gagnæum reposuimus:* idcircò & meritò in Deo manet semper status suus, *pro* : manet, *& ex coniectura Latinij* : dum patrem non habet, *pro* : habeat.

Cap. V.

21. Cuius etiam si, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* De iracundijs & indignationibus & odijs Dei, quòd non sint intelligendæ ad humanorum exempla vitiorum? *Et vero etiam hunc patet, Tertulliani hunc librum non esse* : *videtur enim potius diuersum sentire lib. de Testim. Animæ, cap.* 2. *quemadmodum ibi diximus, & inter Paradoxa eius latius in nostris Prolegomenis.*

22. iracundias legitimas, &c.] Iracundiarum Dei, *sicuti ex Deij, Græcè ὀργῆς, iuxta editionem omnes, in Veteri Testamento sit frequentissima mentio, nominatim Gen.* 18. *Exod.* 4. *Num.* 11. *item in Nouo Testamento apud Matthæum & Lucam, item in Epistolis ad Romanos, Colossenses, I. & II. Thessal. I. & Apocalypsi.*

23. & indignationes, &c.] Indignationes Dei *etiam iuxta LXX. referuntur Deuter.* 29. *aliisque locis, vbi Græcè est παροξυσμὸς, & multo pluribus iuxta editionem B. Hieron. ex Hebræo, vbi ἐπιορρὴς Latinis LXX. Græcam vocem θυμὸς, furorem vertere maluit.*

24. & odia, &c.] Odia Dei relata cognoscuntur. *Ecclesiastici* 9. *cap.* 14. *Ecclesiastici* 12. *Isai.* 9. *& Malach.* 1. *Eidem pertinent scripturæ, quibus odisse Deus dicitur. Sine autem in calce huius capitis legas, quandoquidem cum exc. sint:* quoniam quidem *cum MS. Angl. eod. perinde est.*

Cap. VI.

25. Et licet scriptura, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* De Dei oculis, naribus, digito, manu, ore, aure, pedibus, brachio, & lingua, ad humanam formam non intelligendis.

26. Aut dum odoratus est Dominus Deus odorem bonæ fragrantiæ, &c.] *Postremum hoc verbum, pro eo quod Græcè est:* ὀσμὴν εὐωδίας, *pro eo quod aliis suauitatis. De Proverbio verò quod paulò post habet Auctor:* suis canibus diffundere, *vide nostra Prolegomena.*

27. & si adsumpsero alas meas, & abiero trans mare, &c.] *Hic dissentit Auctor ab omnibus Psalmorum editionibus, quæ legunt: si sumpsero pennas (pro quo ipse:* alas) *meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Reposuimus autem mox quod habebat Gagnæus:* sed populo potius imputetur, *pro eo quod Goleinus:* imputentur.

28. Et quando auris, quòd omnia audiat, &c.] *Sic prorsus*

legimus, pro: omnes, *eo quòd præcedat*, quòd omnia videat. *Sive autem legas cum Gagnæo*: robor, *sive cum exc.* robur, *non refert.*

29. Aut propter quam causſam linguam quætat, &c.] *Unicum reperire licuit locum ſcripturæ*, vbi lingua Dei *commemoratur*, *nempè Iſai.* 30. *Lingua eius quaſi ignis deuorans*; *vbi LXX. paraphraſticos tranſtulerunt*: ὀργὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, *id eſt ira furoris eius. Hîc verò paulò aliter* linguam Dei *interpretatur iuſſum Dei.*

Cap. VII.

30. Sed illud quod dicit, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: Quòd Deus nullis proprijs appellationibus explicari poſſit. *Sive autem legas*, puto ego *in eis exſtare*, *sive* putem, *ex Angl. MS. cod. perinde eſt.*

31. nec ex hoc tamen Dei ſubſtantia catitas expreſſa eſt, &c.] *Diſſentit ab Auctore B. Auguſt. lib.* 15. *de Trinit. cap.* 17. *eundem locum* 1. *Ioan.* 4. *explicanti, quòd in illa ſummâ ſimplicique natura ſubſtantiam ipſam ſcribat eſſe caritatem, & caritatem ipſam ſubſtantiam. Verùm primi illi Auctores non tam exactè ſcripſerunt in materia Trinitatis.*

32. nec cor hominis, aut mens ipſa percepit, &c.] *Iſtud Paraphraſticos tranſtulit Auctor, pro eo quod eſt* 1. *Cor.* 2. *nec in cor hominis aſcendit.*

33. Omnis enim ſpiritus creatura eſt, &c.] *Sicuti ſuprà ad calcem argumenti adnotauimus, quia iſtud facere videbatur pro illis*, πνευματομάχοις *hunc librum B. Cypriani nomine in lucem edidernnt. Verùm non mirum eſt erraſſe in hoc Nouatianum, qui (ſicuti ſuprà adnotauimus num.* 1.) *ſpiritum ſanctum cum plenitudine ſacramenti Chriſmatis ſeu Confirmationis non acceperat, & prinde facilius in hæreſim lapſus ſit; neque verò aliquid adhuc de Trinitate in Eccleſia definitum fuerat. Atqui ſub calcem huius capitis caſtigamus ex coniectura Dn. Latinij*: refector & creator, *pro*: refertor.

Cap. VIII.

34. Hunc ergo, omiſſis hæreticorum fabulis, &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus*: Quòd hunc Deum, de quo priùs egit, nouit & veneratur Eccleſia, quem ſcripturæ celebrant. *Atqui quum addit*: omiſſis hæreticorum fabulis atque figmentis, *adludit ad omnes illos hæreticos, qui* Deum alium faciebant *quàm Catholica nouit Eccleſia, quorum diuerſus hæreſes habes ſuprà Tom.* 3. *in Catalogo hæreticorum ſub finem libri de Præſcript. adu. hær. Nominatim etiam ſimiles hæreſes refutatas habes ſuprà libro aduerſus Hermogenem, Valentinianos, Marcionem, & Praxean.*

35. Iſaac protexit, Iacob auxit, &c.] *Adludit tum ad* protectionem, *qua liberatus eſt ab immolatione per Angelum* Iſaac, *Gen.* 22. *tum ad benedictionem, qua* Iacob auxit *tum multitudine liberorum, tum diuitijs, Gen.* 29. *&* 30. *Reliqua ſatis ſunt perſpicua præter illud*: & quando daturum ſe ſpoponderat, miſit: *ac ſi dicat*: *quo tempore daturum ſe ſpoponderat. Accipitur autem etiam ab hoc Auctore paulopoſt* conditio, *pro*: creatura, *& non multopoſt* bis exitus, *pro exitio. Atqui legimus in intermedijs luneis cum MS. Angl. cod.* ſingillatim, *pro*: ſigillatim, *more Veterum. Item*: Iſtæclitatum non ſiuit nec veſtes conſumi, *pro*: ſinit. *Et ſupplemus*: omnia continens.

36. Hinc eſt quòd & deſuper Cherubim ſedet, &c.] *Sic omninò legendum, pro* Cherubin. *Adludit autem parsim ad illud Pſal.* 98. qui ſedet ſuper Cherubim; *cui ſimiles ſunt locі* 4. *Reg.* 19. *Pſal.* 79. *Iſai.* 37. *& Dan.* 3. *parsim etiam ad illud Apoc.* 4. *vbi recenſentur*: ſub throno animalia quatuor ptæ ceteris principatum tenentia, cuncta deſuper cryſtallo contegente; *nempè quum viderit ibi Apoſtolus mare vitreum ſimile cryſtallo.*

37. Quod in firmamentum, &c.] *Sic explicat illud Gen.* 1. *Et fecit Deus* firmamentum, *& diuiſit Deus inter aquam quæ erat ſub firmamento, & inter aquam quæ ſuper firmamentum.*

38. Nam & rotæ ſubiacent, tempora ſcilicet, &c.] *Hîc adludit ad* rotas, *quarum ſit mentio Ezech.* 1. *& deinceps vſque ad cap.* 7. *ſed aliter* rotas *explicat, nempè*: tempora, *quàm vulgò ſolet.*

39. ad igneum diem iudicij mundus iſte feſtinat, &c.] Igneum diem iudicij *extremi, quo mundum igne conflagrabit, etiam iſte Auctor inſtare exiſtimabat, adludens ad illud* 2. *Petri* 3. *ignis reſeruatus in diem iudicij.*

40. Cutrus enim, inquit, Dei decies millies multiplicatus, &c.] *Præter miſimus vocem* tanto *intermediam, vtpotè quæ non eſt Pſal.* 67. *vbi alij vertunt*: *decem milibus multiplex.*

Cap. IX.

41. Eadem regula veritatis, &c.] *Inſcriptionem fecimus huic capiti*: De hîc IN FILIVM DEI CHRISTVM IESVM DOMINVM DEVM NOSTRVM in Veteri Teſtamento repromiſſum, & in Nouo exhibitum; ex ſcripturis. *Addit autem*: huius Dei filium, *aduerſus Marcionitas, qui Chriſtum faciebant alterius Dei quàm creatoris filium; contra quos agit Tertullianus integro lib.* 3. *adu. Marc. ſuprà Tom.* 3.

42. Hunc enim Abrahæ filium, &c.] Vetera prædicta, *nominatim* filium Abrahæ *non* teſtantur Chriſtum, *ſed eò accedunt, dum Gen.* 22. *& alibi frequenter, Chriſtus ſemen Abraha nuncupatur; nam & explicationis gratia ſubiungit illud Gen.* 15. *&* 17. Tibi dabo & ſeminituo. Euangelia *verò quum addit, adludit ad librum Generationis Chriſti, vbi dicitur* filij Abrahæ.

43. hunc Dauid, &c.] *Adludit ad illud Iſai.* 9. *Super ſolium Dauid ſedebit; quod ſic interpretatur angelus Luc.* 1. *Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris ſui.*

44. donec veniat is cui repromiſſum eſt, &c.] *Hîc variat etiam à LXX. qui legunt*, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, *quod vertit Latinus Interpres*: *donec veniant repoſita ei.*

45. Prouide alium quem mittas, &c.] *Hinc videtur olim non fuiſſe lectum apud LXX.* δυνάμενον, *id eſt potentem*; *quod hodie hîc verbum interijcitur, neque etiam eſt in Hebræo. Variat etiam Auctor, dum vertit Deut.* 28. Videbitis vitam veſtram pendentem noctè ac die, & non credetis ei. *Omittens etiam quod Iſai.* 7. *interſeritur*: in vtero. *Sive autem legas in ſcriptura Iſai.* 35. claudus cum *exc. ſiue* clodus, *vecors iam antiquatam, cum MS. Ang. cod. non refert.*

46. ſic non aperuit os ſuum in humilitate, &c.] *Hîc coniungitur verſui præcedenti Iſai.* 53. in humilitate, *niſi quis malit adjca debere*: &c. *Illud autem paulopoſt*: Quaſi diluculo paratum inueniemus eum, *reperitur Oſee* 6. *iuxta LXX. Legimus verò*: Dixit Dominus Domino meo, *pro*: Dicit; *iuxta editiones Pſalmorum omnes, Pſal.* 107.

Cap. X.

47. Sed illud admoneo, &c.] *Caput hoc inſcripſimus*: Non eſſe commentitium Chriſtum iuxta hæteticorum fabulas. *Qui autem hæretici* auctoritatem Veteris Teſtamenti reſpuerint, *vide ſupradictum Catalogum hæreticorum ſub finem libri de Præſcript. aduerſ. hæret.*

48. quia creatoris oderas nuptiarum coniunctionem, &c.] *Hîc propriè agit aduerſus Marcionem, quippè quum eius hanc hæreſim oppugnet Tertullianus non ſemel, & maximè ſuprà ſub finem lib.* 1. *aduerſ. Marcionem.*

49. qui in imagine fuit, non in veritate, &c.] *Iſtud pertinet ad hæreſim Saturnini, Baſilidis, & Gnoſticorum, qua (vti legitur ſuprà apud Tertullian. Tom.* 3. *lib. de Carne Chriſti cap.* 1.) putatiuam carnem Chriſti introduxit.

50. neque eum qui nihil in ſe noſtri corporis geſſit, &c.] *Iſtud ad Marcionis, qui* (*vt ibidem legitur*) vt carnem Chriſti negaret, negauit etiam natiuitatem, *& contrario.*

51. Neque

51. Neque illum qui ætherem siue ſydereum, &c.] *Iſtud ad* Apellis, *ſicuts patet eius ſdem lib. cap. 6.*

52. nec vllum omninò alterum, &c.] *Iſtud denique ad* Valentinianorum *figmenta, de quibus ibidem cap. 1. ac 16. ac ſequentibus.*

53. Quoniam quum caro & ſanguis, &c.] *Latiſſimè eandem hanc ſcripturam, ſicuts hic Auctor, explicat Tertull. ſuprà Tom. 3. lib. de Reſurr. carn. cap. 49. 50. & 51.*

Cap. xi.

54. Verùm ne ex hoc, &c.] *Caput hoc inſcripſimus:* Quòd non tantùm homo, ſed & Deus ſit Chriſtus, ex ſcripturis Noui Teſtamenti.

55. aliis hæreticis, &c.] Carpocratem *intelligit, de quo ſuprà Tom. 3. lib. de Præſcript. aduſ. hæret. cap. 48. hær. 9. num. 311. ac* Cerinthum, *de quo ibi ber. 10. num. 312. &* Hebionem, *de quo ibidem hær. 11. num. 313. Atque de Proverbio* manus dediſſe, *vide de noſtra Prolegomena.*

56. diuinitate teſtimonis in ipſa concretione permixta, &c.] *Reſtè admotuit Latinus debere iſtud intelligi de permixtione vnionis, quam B. Leo Papa, ſerm. 3. de Natiuit. pulcrè explicat. Nam infrà Auctori cap. 14.* vocatur coniunctio verbi & carnis, *cap. 16.* adſumptio hominis, *ac* Dei & hominis conſideratio, connexio, & ſociatio; *item cap. 9.* Dei & ſ. hominis adnexio. *Quò pertinent ibidem ſimiles phraſes, dum dicit:* filium Dei hominis in ſe ſuſcepiſſe ipſa permixtione fœderatum, & Ieſum Chriſtum ex vtroque connexum, contextum, concretum, concordia & cohabitatione ſociatum. *Quinomet loci ſimiliter de vnitate perſonæ, non ſubſtantiæ, commodè debent intelligi. Eodem etiam modo intelligenda ſimiles Tertulliani loci ſuprà Tom. 3. lib. aduſ. Praxean, quemadmodum inter Paradoxa eius inter Prolegomena noſtra latius. Sicuti etiam de illo quod ſubditur:* ante quem nihil præter patrem; *nam Catholica fides credit:* filium patri coæternum. *Atqui poſt aliquot lineas legimus ex Angl. cod. MS. ex ipſis, pro:* ab, *eo quòd præcedat:* ex virtutibus.

57. Quoniam non tenebit perfectam veritatem, quiſquis aliquam veritatis excluſerit portionem, &c.] *Pulcra ſententia, contra eos, qui dum aliquot Articulos fidei Catholicæ credere nolint, tamen Catholicæ adhuc ſe veritatis aſſertores conantur dicere. Atque ſcripturæ complures, ad quas paulò poſt adludit, recinis ad marginem, ſicuti vbique alibi, admotauimus.*

Cap. xii.

58. Cur ergo dubitemus dicere, &c.] *Titulum huic capiti impoſuimus:* Quòd Deus Chriſtus, ex ſcripturis Veteris Teſtamenti, etiam id agnoſcente Sabellianica hæreſi.

59. Iam non ſaluabo, &c.] *Verba Oſee 1. tranſponit ad inſtitutum ſuum magis accommodè; omittens etiam intermedia illa iuxta editiones omnes: neque in gladio, neque in bello. Iterum autem legimus cum Gagnæo:* quiſquis illum agnoſcit eſſe Deum, & recognoſcit eſſe Deum, *pro eo quod erat* ὑποβρυχ *que: & Deum, ac:* quam alibi niſi in Chriſto Deo inueniri, *pro:* quoniam, & c. eam inuenire. *Rurſum etiam Iſai. 7. omittit:* in vtero.

60. & genua debilia conſolamini, puſillanimes ſenſu couualeſcite.] *Sic iſtud iuxta editiones omnes Iſai. 36. diſtinximus. Et verò vel hinc patet librum hunc non eſſe Tertulliani, qui vertit ſuprà Tom. 3. lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 10.* Conualeſcite manus dimiſſæ & genua diſſoluta; *quod ſemel de pleriſque ſcripturis inſinuaſſe ſufficiat. Ille autem in hoc hic differt, quod legat Tom. 2. libro aduerſus Iudæos:* & mutorum lingua ſoluetur, *pro eo quod hic Auctor, & ſuprà cap. 9.* & diſerta erit lingua mutorum; *pro quo longè aliter hodie ex Græco apud LXX.* & expeditæritlingua mutorum aperta, *vbi alterum ab altero ſuperfluum eſſe videtur, nec olim lectum etiam Græcè, vſque adeò vt ſuperfluus ſit vox* ἀσαφὴς, *& quod vertitur: aperta. Et verò rectiùs ab aliis transfertur, lingua blaſorum, nam Græcè eſt:* μογιλάλων. *Caſtigamus verò ex MS. Angl. cod.* Si in aduentu Dei, *pro:* Sin.

61. in alteram hæreſim ruentes, &c. patrem illum eſſe confitebuntur, &c.] *Vocat mox hanc* Sabellianam hæreſim, *de qua cap. 18. latiùs; eandem autem confutat Auctor infrà cap. 21. & 22. Caſtigamus autem neceſſariò, & ſuppleuimus ex MS. Angl. cod.* Chriſtum qualiter accipiunt Deum, *pro:* Dominum (Deum enim iam negare non poſſunt) quâ patrem: aut quâ filium? Si quâ filium, cur Dei filium Deum negantiSi quâ patrem, cur, & c? Niſi, *& ei conſentit autem mecum Latinus legendo quater:* quâ, *pro:* quaſi.

62. Deus ab Africo veniet, & ſanctus de monte opaco & condenſo, &c.] *Quum haud abſimiliter vertat B. Hier. Comment. in Abacuc cap. 3. (addens à ſolo Theodotione verſum: ab Auſtro) pro quo Auctor ab Africo, quòd ventus ille ſpiret ab Auſtro (quod Græci legitur* Λὶψ Νότου*) videtur à LXX. poſitum:* ἐκ δύσεως κατικῶν καὶ ἁγίου, *id eſt: de monte vmbroſo & condenſo, pro eo quod ally etiam hodie non rectè LXX.* ἐκ ὄρους κατικιλὺ Φάραν.

63. Sabelliana hæreſis, &c.] *Vel hinc, & ex eo quòd mox iterum ſit mentio* Sabellij (*vnde non poteſt verſimiliter dici, quòd ex margine in textum iſtud irrepſerit*) *patet non eſſe librum Tertulliani, vtpotè qui ſub Antonino Caracalla* (*vtin Vita eius latius*) *extremum diem clauſerit, ſed Nouatiani patrios, cuius temporibus ſub Decio Imperatore* Sabellius *hæreſim ſuam cœpiſſe tradit ur, vel Euſebio teſte hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 5. qui temporibus Dionyſij Alexandrini* Sabellianos *in lucem prodiſſe ſcribit Ptolemaidis Pentapolis, atque adeò in Africa, contra quem, idem Dionyſius librum ſcripſerit; in quo ills conſentiunt Theodoretus hæret. fab. lib. 2. ſub finem, & B. Hieronymus Catalogo Script. Eccleſ. Quiomnes (quomodo etiam Epiphan. Auguſt. Philaſtrius, Damaſcenus, Iſidorus, Hrabanus & Honorius in Catalogo hæreticorum) hæreſim illi impingunt eandem quam hic Nouatianus, quòd eandem faceremt patrem & filium, immò & Spiritum ſanctum, quem omiſſum hic mirer; adueriſus quam hæreſim infrà late diſputatur (*vt etiam paulò antè diximus num. 61. cap. 21. 22. & 28.

64. Bethleem, cuius meraturæ regio ad meridianam reſpicit plagam cœli, &c.] *Iſtud ſic expreſſit Ven. Beda Tom. 3. lib. de Loco ſanctis cap. 16.* Bethleem *ſex milibus in* Auſtrum *ab Ieruſalem.*

Cap. xiii.

65. Ac ſic & Ioannes, &c.] *Inſcripſimus ſecimus huic capiti:* Chriſtum Deum eſſe, rurſum ex Noui Teſtamenti ſcripturis.

66. Siue enim, inquit Apoſtolus, throni, &c.] *Neque ordinem verborum Apoſtoli, Coloſſ. 1. Auctor ſequitur, & quod mirum eſt, legit:* virtutes (*quarum Epiſt. 1. ſolummodo ſit mentio*) *pro eo quod editiones omnes & Tertullianus quoque ſuprà Tom. 3. lib. aduerſ. Marc. cap. 19.* principatus; *idque non hic modo, ſed etiam zquæ ſequo.*

67. & vſque ad ſummum regreſſio eius, &c.] *Paraphraſticus ſic vertit, pro eo quod ally omnes pſal. 18. Et occurſus eius vſque ad ſummum eius; nec tamen aliena eſt vox Græca* κατάντημα, *ſicuts nec ab eo quod vertit alibi ſuprà Tertull.* deurſio, *& B. Cyprian. lib. 2. Teſtimon. adu. Iud. cap. 19.* decurſio.

68. Apoſtolum non ab hominibus, aut per hominem, &c. *Sic ex MS. Angl. cod. iterum ſuppleuimus, iuxta quod legebat* Gagnæus, *quia ſic etiam Apoſtolus Gal. 1. Ineo verò quod ſequitur ex eodem cap. & hic ab aliis differt, quod vertat* iterum: ab hominibus, *vbi aly ſecundum hominem.*

69. quoniam Deus ante omnia eſt, &c.] *Hic magis correſpondet Græcis exemplaribus, quàm vulgato Interpreti Latino (cum quo alibi ferè conſentit) aut Tertull. loco iam citato, qui vertit:* ante omnes. *Illud etiam mſs à legitur cap. 17.*

Cap. xiiii.

70. Et tamen adhuc dubitat hæreticus, &c.] *Caput hoc inscripsimus* : Ex alijs etiam Noui Testamenti scripturis Christum Deum probari. *Sine autem lege*: animaduertit *cum exc. cod. sine*: animaduerterit *uxta Gagneum, perinde est.*

71. quomodo adest vbique inuocatus, &c.] *Videtur adludere ad illud Rom.* 10. *Dines in omnes qui inuocant illum.*

72. Qui post me venit, ante me factus est, &c.] *Vox Græca ἐρχόμενος anceps est, tum ad hanc versionem, tum ad illam vulgatis Interpretis: qui post me venturus est.*

73. Ego sum panis vitæ æternæ, &c.] *Paraphrasticos sic vertit, pro eo quod editiones Græca, Latina, & Syriaca* : Ego sum panis viuus, & *B. Cypr. lib. de Orat. Dominica* : Ego sum panis vitæ, *dumtaxat. Sicut etiam illud* : quia patrem Deum nemo vidit vmquam, *pro quo alij dumtaxat*: Patrem.

Cap. xv.

74. Ex quo manus ponere, figuram & formam futuram passionis ostendens, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus* : Quòd Christus, quum angelus licet impropriè vocatur in scripturis, etiam Deus appelletur. *Est autem mutilum illud capitis initium, quod tamen ad sequentia referri, ex eo patet quod sequitur*: per sacramentum passionis digestum in figura manuum.

75. & Deum & angelum, &c.] *Alludit, sicuti verbis iam adductis ad illud Gen.* 48. *Extendens autem manum, & commutans manus; ita hic ad illud ibidem* : Deus cui placuerunt Patres mei, &c. Angelus *qui liberauit me ab omnibus malis*, benedicat pueros istos.

76. Ac si aliquis hæreticus, &c.] *Sic legimus ex MS. Angl. cod. pro*: At si; *quia & antea & postea illud hoc libro Auctori visitatum est. Intelligit autem* hæreticos, *tum Simonem Magum & Menandrum, qui seipsos & summam virtutem (id est archangelum) dicerent, & apud Iudæos quasi possesse vis supra patet Tom.* 3. *lib. de Præscript. aduers. hæret. cap.* 46. *hær.* 1. *num.* 301. *ac hær.* 2. *nu.* 302. *tum maximè. Apellem, de quo ibidem cap.* 51. *hær.* 19. *num.* 324.

77. Nam si, omnibus cœlestibus, *&c.* etiam ipsi angeli, *&c.* dicuntur Dij; iure & Deus Christus. Et si quiuis angelus, &c.] *Sic prorsus legimus & supplemus, partim ex editione Gagnæi priori. Quum autem alij non occurrant lociscripturæ, quibus* angeli dicuntur Dij; *adnotauimus ad marginem Psal.* 81. *quòd videatur illud paulopost citatum de angelis interpretari.*

78. cui sunt omnes angeli subiecti, &c.] *Hic alludit ad illud Hebr.* 2. *In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei, sicut mox ad illud Hebr.* 1. *Tanto* melior *angelis effectus.*

79. Ac si stetit Deus in synagoga Deorum, &c.] *In citatione verborum Psal.* 81. *differt in eo, quòd legat*: in medio autem Deus Deos discernit, *vbi ally non habent*: Deus; *& ordine transposito*: vsquequò personas (*Græcè πρόσωπα*) hominum accipitis, non exercentes iusta iudicia; *pro eo quod illi* : *Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?*

80. Deum te posui Pharaoni, &c.] *Sic rectius vertit vocem Græcam Φαραὼ, quàm Latinus hodie LXX. Interpres*: Pharaonis.

Cap. xvi.

81. Et poteram quidem, &c.] *Inscriptionem fecimus huic capiti*: Diuinam maiestatem in Christo alijs item scripturis probari. *De Prouerbio autem*: ingentem syluam commouere, *vide nostra Prolegomena. Sine autem paulopost legatur*: quia Dei filius comprobatur, *cum exc. sine* comprobatur, *non refert. Africana voce* pigneratæ *etiam alicubi supra vsus est Tertullianus.*

82. vt exutus carnem potestates dehonestauit, &c.] *Haud aliter B. Hilarius lib.* 9. *de Trinit. & B. August. lib.* 16. *aduers. Faustum cap.* 29. *& legunt hunc locum Colosse. & explicant, quos adeo oportuit illud ἀπεκδυσάμενος accepisse reciprocè pro*: exuens *seipsum* (*vbi alij* vertunt: *exspolians*) *& adiecisse* carnem *paraphrasticos. Quod verò Auctor ἀπέκτεινεν transtulit* dehonestauit, *eodem sensu Interpres Latinus* : *traduxit, ac B. Hilarius* : *ostentare esse fecit*; *B. August. exemplauit, ac si dicat Apostolus spectandum proposuit; vtpote (sicuti sequitur)* palàm triumphatis illis (*ad verbum ex Græco*) in semetipso.

83. & in sanguine vuæ, &c.] *Sic supplemus ex MS. Angl. cod. locum Gen.* 49. *Legentes mox cum eodem*: amictum ipsum corpus est, *pro*: amictus ipse; *& paulopost*: amicti susceptor, *pro*: amictus, *quia etiam secundum exc. cod. legitur*: cuius corpus amictum est, *&* : amictum quod lauatur; *neutro genere, ac si dicas cum Varrone, amictum, id est circumictum. Est autem locus ille obscurus, & quantum apparet mutilus, aut corruptus*: quique sanguine, id est, vino, *&c.*

Cap. xvii.

84. Cur autem licet ad aliam partem, &c.] *Caput hoc inscripsimus* : Idipsum comprobari ex loco Apostoli Philipp. 2. *Atqui in scriptura*: Qui quum in forma Dei esset, *&c. quam late & pulcrè explicat, non differt à Vulgato Interprete, nisi in eo quòd vertit*: superexaltauit, *ex Græco ὑπερύψωσεν. Quòd verò hic*: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, *secundum lectionem Latinorum, infrà ex Græco sub finem cap. huius transtulit*: vt omne se in nomine eius, genu flecteret. *Secundum omnes autem editiones Apostoli supplemus ex Ang. MS. cod.* & dedit illi nomen. *Ex quo etiam paulopost castigamus*: Si homo, *pro*: Sin.

85. post ipsam præterea resurrectionem, &c.] Obedientia Christi *erga Patrem* post resurrectionem, *innotescit tum ex verbis illis Matth.* 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, tum ex illis Ioan.* 20. *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*; *ac* : *Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Legimus autem paulopost* rursumphrasi *Auctoris* : Ac si, *pro*: At si, *ex Angl. MS. cod.*

Cap. xviii.

86. Hoc in loco licebit mihi, &c.] *Capiti huic titulum imposuimus* : Christum Deum etiam ab hæreticis agnosci. *Ad quod pulcram profert sententiam*: Firmum est genus probationis, quod etiam ab aduersario sumitur, *&c. Quò pertinet imprimis, quòd B. Paulus ex ipsis eorum Poëtis Athenienses ad fidem conuertit, Act.* 17. *quem in hoc imitati sunt B. Iustinus Martyr, B. Anazagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Minutius Felix, B. Cyprianus, Arnobius, & Lactantius libros suos aduersum Gentes, denique etiam Origenes aduersus Celsum, Eusebius lib. de Præpar. Euang. & B. August. l. de Ciuitate Dei. Et vero de hæreticis quoque Testimonijs vel maximè probari posse, his verbis indicat Dionysius Alexandrinus apud Euseb. hist. Eccl. lib.* 7. *cap.* 6. *uxta versionem Rufini* : Ego, inquit, *&* tractatus *hæreticorum lego, & traditiones eorum perscrutor, etiamsi videar ad horam verbis eorum pollui. Sed multum mihi confert hoc ipsum* : quòd ex ipsorum verbis arguere eos possum. *Denique quum aliquos ex fratribus & compresbyteris prohiberes me, ne hæretica lectione tanquam cœno alicuius fœtore polluerer, visio mihi quadam à Deo ostenditur, quæ me confirmauit. Et ferme ad me factus est, hæc mihi euidenter prolaquens: Lege omnia quæcumque in manus tuas venerint, quia probare singula quæque & discernere potes, quandoquidem ab initio hac tibi causa credenda fuit. Amplexus sum visionem, quia & Apostolica sententia concordabat dicenti : Omnia legite, quæ bona sunt tenete. Quibus verbis habes; tum occasionem qua permitti possit alicui hæreticorum libros legere, & proinde etiam ad fides confirmationem citare; tum, quod solu illa id permittendum,*

lendum, qui norint singula quæque probare & discernere, iuxta illud Apostoli 2. Thess. 4. iam citatum. Quum autem nemo sapientia propria caussa, recte à Pio Papa III. statutum est Catalogo librorum inter dictorum iuxta Concilium Tridentinum; non tutus id permittendum, sed illis quibus illum Sedes Apostolica, ad quam pertinet de prudentia & discretione etiam Doctus. virorum iudicium ferre, id specialis prærogativa indulsit. Eodem vero pertinet illud B. Cyrilli Alexandr. Epist. 30. Illud dicendum est, non omnia quæ hæretici docent, figmenta esse & retundanda; nam multa ex illis ea confitentur, quæ & nos confitemur. Similes etiam sunt loci apud Origenem homil. 9. in Numeros (qui etiam hom. 16. in Lucam adlegatis nunc mirabiles hæreticos pro auctoritate Euangelij Lucæ adu. Martionem) & B. Hieron. Epist. 75. adu. Vigilant. & Epist. 152. ad Minet. & Alexandr. sub fidem. Legimus autem iterum tum Gagnæ: in scripturis esse Deum tradi, *& supplemus paulopost:* Æstimenr ergo an hic sit Deus, *ex Angl. cod. MS.*

87. Ve plerique hæreticotum, &c.] *Ad Sabellianos adludit, contra quos infrà agit cap. 21. 22. & 28. quum verò dicit:* vt diximus superiùs, *ad cap. 12. suprà.*

88. Alij quoque hæretici, &c.] *Eos omnes intelligit:* qui Christi natiuitatem negabant, ne diuini nominis potestati derogarent, *quales recensentur quatuor hæreseis initio libri Tertull. de Carne Christi, suprà Tom. 3. vbi de ijs latius.*

89. vt in semetipso concordiam confibularet, &c.] *Adludit ad illud Ephes. 2. qui fecit vtraque vnum; Vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem. Et verè similis vere* confibulationis *vitur etiam infrà cap. sequ. sub finem.*

Cap. xix.

90. Sed erroris istius hæreticorum, &c.] *Inscriptionem huius capiti fecimus:* Quòd erroris sui materiam illi sumpserint, quia inter filium Dei & filium hominis nihil interesse putabant, ob scripturam Luc. 1. malè intellectam. *Supplemus autem mox:* filium Dei esse proposuit, *ex Angl. cod. MS.*

91. sed adiecit Coniunctionem. Ait enim: Propterea & quod ex te nascetur sanctum, &c.] *Quandoquidem contra dictos hæreticos urget Coniunctionem: &, quam habent omnia exemplaria Luc. 1. (quæ adeò addi debet vbique suprà, quando hæc scriptura à Tertull. citatur) vt respondeat ad illud quod vrgebant:* ex te; *patet (quantumuis omitti malit Erasmus) illud tam olim ab ea ætate semper dictum fuisse. Supplemus verò ex Angl. cod. MS.* non principaliter, *&c.* filium Dei esse, sed consequenter & in secundo loco; principaliter autem; *& non multopost:* vt hominis filium, quà homo est, eundem & Dei & hominis filium; *denique:* id est, Dei verbum.

Cap. xx.

92. Ergo, inquiunt, si Christus, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Non ramen propterea Deum mortuum dici. *Quod ipsum tralatuit etiam Tertull. suprà Tom. 3. lib. aduers. Praxean cap. 29.*

93. Sed erroris semper est abrupta dementia, &c.] *Pulera sententia:* quòd qui fidem legitimam reliquerunt, vsque ad periculola (*de minori nempe errore in alterum maiorem*) descendunt. *Supplemus autem paulopost ex Angl. MS. cod.* quando & in ceteris hominibus, qui non sunt caro tantummodò, sed caro & anima; caro quidem sola, *&c.*

Cap. xxi.

94. Sed ex hac occasione, &c.] *Titulum capiti huius imposuimus:* Aduersus Sabellianos, quòd alius sit Pater, alius filius, ex scripturis. *Quod ipsum tractatur à Tertulliano, sæpe citato libro adu. Praxean (à quo virus suum hauserunt Sabelliani) potissimùm cap. 4. 11. 12. & 21. ac sequentibus, ex ijsdem quæ hic citantur & alijs complurib. scripturis.*

95. Aut quum inter manus teneat: Pluit Dominus super Sodomam, &c.] *Sic prorsus legimus ex MS. Angl. cod. pro:* Deus, *cum LXX. Gen. 19. & Tertulliano. De prouerbio verò* inter manus tenere, *vide nostra Prolegomena. Supplemus verò in eodem MS. cod.* filius meus es tu, *quia sic Psal. 2. legitur ab omnibus. Item mox:* Aut quum etiam ille desideratus scriba ait: Dixit Dominus Domino meo; *vbi eterum legimus:* Dixit, *pro:* Dicit, *qua Psal. 109. omnes etiam Tertulliani legimus. Iterum:* inuenit positum sic: Hæc dicit Dominus Christo meo Domino; *tum quod sic legatur Isai. 45. etiã Tertull. tum quòd, nisi sic legatur, ad institutum nihil faceret. Denique:* Aut dum inuenit positum: Quoniam qui me misit, maior me est.

96. Eo ad Patrem meum & Patrem vestrum, &c.] *Hic ab aliis omnibus & Tertulliano differt, (ex quo etiam coniecerur illius hunc librum non esse) quod legat:* Eo, *pro eo quod illi:* Ascendo; *sicut etiam in eo quod verit:* Et honorifieaui & honotificabo. *Denique quòd legat:* quoniam hoc tibi non reuelauit caro & sanguis.

Cap. xxii.

97. Sed quia frequentet, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* Nihil pro illis facere: Ego & Pater vnum sumus. *Quod ipsum tractatur à Tertullian. dicto lib. aduers. Prax. cap. 24. Sic autem legas cum exc.* At, *&* diseernit atque distinguit, *sic cum Gagnæo:* discernit atque distinxit, *non refert.*

98. Vnum enim neutraliter positum, &c.] *In hoc non satis curasse scribit, quòd nullam essentiæ Patris & Filij communionem adferat; vel in hoc Tertullian. imitatus, præterquàm quòd ad ferat etiam exemplum ex Apostolo 1. Cor. 3. vnitatis essentiæ veluti contrarium; in quo certè hallucinatum fuisse Authorem non vereor dicere, quum postea Ecclesia in diuersis Conciliis diuersum definiuerit. Legimus autem cum Dn. Latino:* Vnum autem quod ait, ad concordiam, *&c.* pertinet, *pro:* pertinere. *Captiganm etiam post aliquot lineas:* dum idem sentiunt, ipsum sunt, *pro:* ipsi, *ex MS. Angl. cod.*

99. Dum ergo accipit sanctificationem à Patre, minor Patre est, &c.] *Debet etiam commodè isse intelligi locus, vt illud:* minor Patre, *ad humanam referatur naturam. Supplemus verò mox:* Et nunc autem profitendo se accepisse sanctificationem à Patre; hoc ipso, quo Patre se minotem, accipiendo ab ipso sanctificationem, probat, filium se esse, *ex cod. Angl. MS.*

Cap. xxiii.

100. Quòd si de cœlo missus, &c.] *Caput hoc inscribimus:* Verbis alijs Christi, Deum ipsum probari. *Atqui etiam ibi:* vt diximus, *adludit ad cap. 14. suprà, vbi latius citauit locum Ioan. 3.*

101. Etsi ego de me restificor, &c.] *Sic castigamus ex cod. MS. Angl. pro:* Si, *quia illud legitur secundum multas ex cod. MS. Angl. pro:* Si, *quia illud legitur secundum multas ex cod. MS. Angl. pro:* Si, *quia illud legitur secundum editiones omnes Ioan. 8. In qua scriptura varias ab alijs, legens:* Vnde venetim & quò eam; *vbi supplemus:* vos ignoratis vnde venerim, aut quò eam; *vos secundum carnem iudicatis, quum mox id ipsum explicetur. Item in illo:* vos ex inferioribus estis, ego de sursum sum, *differt à Vulgate Latino interprete. Sine autem legas post aliquot lineas:* vnde non Deus tantùm est Christus, *cum ext. sine cum MS. Angl.* sit Christus, *perinde est.*

102. Sed idcircò nunc hic Christus in vnam partem, *&c.* incubuit, &c.] *De hoc prouerbio vide nostra Prolegomena.*

103. Ego ex Deo prodij & veni, &c.] *Truncatim citat, retinens quod pro instituto facebat, illud Ioan. 16.* Ego à Deo exiui, *exiui* à patre, *& veni in mundum. Supplemus autem:* Quòd que quia non orioſe prolatum est.

104. Ante Abraham ego sum, &c.] *Hic etiam non in-*

tegrè citat ex cap. 8. Ioan. sicuti etiam illud Ioan. 10. nulla omnino mentione facta, de quibus loquitur Christus: & ego agnosco eas, &c. Differt vero ab aliis in illo Ioan. 10. ad quos verba facta sunt, quum illi legant: ad quos ferme Dei facta est.

Cap. xxiiii.

105. Si homo tantummodò Christus, &c.] *Titulum nonum non addidimus, quia cujusdem est argumenti cum superiori. Atqui neque etiam ad verbum citat illud Christi Ioan. 6.* Et omnis qui videt & credit in me, non morietur in æternum, *quia ibi legitur: Ut omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam; & posteà: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.*

106. Sed si à Christo accepit quæ nuntiet, &c.] *Gagnæus subjicit uerat, vti abhorret si Pneumatomachus Auctorem adferret:* Sed si à Christo accepit quæ nuntiet, non est homo tantummodò Christus, à quo accepit Paracletus Deus non minor; quoniam nec Paracletus à Christo acciperet, nisi Deus esset Christus; Christus ergo se Deum esse hoc ipso probat, quòd ab eo accepit Paracletus quæ nuntiar; vt testimonium Christi diuinitatis grande sit, dum ab illo Paracletus sumit quæ cetetis tradit. *Verum lectionem exemplum codicum, quam edidit Gelenius, habet etiam Anglicum codex; & nominatim propter hunc locum (vti in Argumento adnotauimus) hæreticus vocatur hic liber à B. Hieronymo.*

107. Nec prædestinatio ista dicatur, &c.] *Non negat* Christi prædestinationem, *quam negatur Roman. 1.* Qui prædestinatus est filius Dei; *sed damnat ea vult Ioan. 17. illud:* Et nunc honorifica me gloria quam habebam apud te antequàm mundus fieret, *ad prædestinationem Christi propriè non referri, & vt de ea illa intelligatur, tamen aquè ex eo loco probari Christum Deum esse, non hominem tantùm; quod esse prædestinatio præcedat* prædestinationem Adam, Abel, Enoch, Noe, & Abraham, *quis tamen ante hominem Christum censentur. Prouide rectius Anglicus MS. cod.* minor enim per istam destinationem (*sen potius* prædestinationem) Christus cetetis intelligetur, *quam ex.* intelligitur. *Ex eodem legimus:* aut si hæc tolli non possunt, *pro eo quod exc.* aut si hæc in prædestinatione tantùm dici non possunt.

Cap. xxv.

108. Quid si Moyses hanc eandem regulam, &c.] *Hinc tapiti inscriptionem fecimus:* Christum Deum probari, etiam ex initio Geneseos Moysi, & Euangelij Ioannis. *Castigamus autem ex Angl. MS. cod.* quò dilcamus, *pro:* dicamus.

109. Quid si idem Moyses vbique introducit, &c.] *Quum nullum peculiare in locum Pentateuchi citet, quæ ea Lector cursim sui, vnde potissimum omnia hæc desumpta sint.*

110. Venite, & mox descendamus, &c.] *Hic iterum variat ab edit. LXX. Gen. 11. apud quem non reperitur:* mox, *neque* illic. *Sicuti etiam in ille Deuter.* 32. Quum dissemi naret.

Cap. xxvi.

111. Ecce idem Moyses, &c.] *Caput hoc inscripsimus:* Christum Deum etiam inde probari, quòd Abrahæ & Agar Deus visus legatur, *nempè Gen. 18. in xta LXX. vbi legitur* apparuisse Deus Abrahæ *ad quercum Mambre; de quo hic sub medium cap. latiùs, & de Agar, Gen. 16. & 21. cuius* inam partem non multo post, *& alteram sub finem cap. tractat. Supplemus autem post aliquot lineas ex Angl. MS. cod.* qui tot modis Deus intelligitur adprobari.

111. Ac, si & Agar, &c.] *Quum legat Gen. 16.* in via Sur, *quod hodie non habetur in edit. LXX. patet illum plus olim legisse. De Proverbialis vero formula:* ex vtroque latere nos veritas in istam concludit sententiam, *vide nostra Prolegomena.*

Supplemus mox: quoniam Patri subditus & adnuntiator paternæ voluntatis est, &c. Ergo si hic locus.

113. Abrahæ visum apud Deum apud quercum Mambræ, &c.] *In hac scriptura Gen. 18. prætermittit mentionem vituli quem fecit Abraham, & vbi etiam vestendum apposuit.*

114. Quoniam pluit Dominus, &c.] *Sicuti supra cap. 21. & hic castigamus:* Dominus; *& paulopòst:* Dominus à Domino, *pro:* Deus, *quod erat verobique, tum quòd illud ab omnibus legatur Gen. 19. tum quod mox subiungat:* sed in subuersione Sodomorum Dominus pluit ignem à Domino. Hic autem Dominus, visus est Abrahæ Deus, *nempè vbi præmissum est Gen. 18.*

115. Subuerti vos, inquit, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram, &c.] *Posterior quidem hujus scripturæ parsinuenitur Isai. 13. & Hieron. 50. apud quos legitur:* Deus; *sed integra hæc scriptura legitur Amos 4. Vbi quum iuxta LXX. legatur κὺ ὁ θεὸς, id est* Dominus, *id etiam hic legimus, pro* Deus, *eo quod addat Author:* Dominus ergo Sodomam subuertit, id est Deus. *Interim Hebraicè* יהוה *est Tetragrammaton.*

116. adhuc, inquit *(nempè Moyses)* idem angelus & Deus, &c.] *In hac scriptura variat etiam a LXX. quòd legat* ipsam Agar, *& vt:* exaudiui enim vocem pueri, *pro eo quod illi:* Exaudiuit enim Deus; *& quod omittat manum eius. Item ille:* & impleuit vtrem de puteo, *& dedit puero.*

117. dum exponit sinum patris, sicut Ioannes edicit, &c.] *Hic his verbis ab Euangelista Ioanne, vtpotè quem legatur Ioan. 1. qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Legimus autem prorsus, vt sensus constet:* Si enim ipse Ioannes, *&c. pro:* Sed, *& supplemus:* sed & angelus, *ex MS. Angl. cod.*

Cap. xxvii.

118. Quid si & alio in loco, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus:* Quòd etiam Iacob apparuerit Deus Dei filius.

119. Nam, quum apud vxores suas, &c.] *Huius scripturæ verba melius distinxit & vertit ex Græco:* Vide hircos & arietes ascendentes super oues & capras variatos albos, & varios, & cinerittos & adspersos, *quàm hodie vertit Latinus LXX. Interpres:* super oues & capras subalbas & variatas & cinetatas sparsas. *Castigamus vero:* vnxisti, *ex MS. Angl. cod. pro:* erexisti.

120. Remansit enim, inquit, Iacob solus, &c.] *In hac scriptura Gen. 32. omittitur hic illud: & emarcuit latitudo femoris eius, & vertitur ἔτι:* iam nunc, *pro eo quod Latinus LXX. Interpres:* vltrà, & ὑὸς θεῦ, filio Dei, *pro quo secundum illum:* facies Dei, *minus apte.*

121. Ac, si Israel est homo videns Deum, &c.] *De hac interpretatione nominis* Israël, *vide alicubi supra Adnotationes nostras.*

122. Deus, inquit, qui pascit me, &c.] *Supra, hanc scripturam, quemadmodum* idem Deus & angelus Christus, *tractauit latiùs Author cap. 15. Supplemus autem:* autem: benedicat pueros hos; *quod non modo Gen. 48. sed etiam hic paulopòst sic legatur.*

Cap. xxviii.

123. Adhuc adijciam illam quoque partem, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus:* Pro Sabellianis nihil facere illud: Philippe, qui videt me, videt & Patrem, *& c. Quod probat partim ex eo quòd* scriptura diuina, quæ nondum facta sunt, pro factis adnuntiat, *partim ex verbis sequentibus Ioan. 14. vbi aperta est distinctio Patris & Filij. Quod posteremum etiam urget Tertullian. dicto lib. aduers. Praxean cap. 24. & 25.*

124. Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem, &c.] *Etiam hinc colligitur Librum hunc non esse Tertull. vtpotè qui supra dicto lib. aduers. Praxean cap. 20. 24. & 25. legerit:* videt, *vtrobique; illud interim etiam hinc habent Graci codices. Vide ibidem Adnot. nostras num. 143. Vtcunque tamen consentit in illo:* Si me cognoui-

gnouisti̇s, & Patrem meum cognouisti̇s, *pro eo quod alij*: cognouisti̇s vtrobique.

125. Quia puer, aiebat, natus est vobis, &c.] *In hoc differt Isai. 9. ab omnibus alijs, quòd legat*; vobis, *pro*: nobis; *& quòd Isai. 9. Et accessit, vbi alij*: accessi; *mittens etiam: in vtero.*

126. Quoniam sicut pater operatur, ita operatur & filius, &c.] *Adludit, partim ad illud Ioan. 6. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, partim ad illud Ioan. 14. Pater autem manens in me, ipse facit opera, quo maximè reflexisse, inde patet, quòd paulopoſt habetur* i confestim adiicit & dicit: Qui credit in me opera, *&c. quod inuertitur Ioan. 14. sicuti etiam qua demcepsetur, vbi legie solum*: diligit, *pro eo quod alij*: diliget. *Pertent bu*: Aduocatum, *Latine*; *quod ex Graco alij transferunt*: *Paracletum*; *sicuti etiam non semel cap. sequ.*

127. Ego sum vitis vera, &c.] *In hac scriptura Ioan. 15. magis Graca sequitur quam Latina exemplaria, legens*: tollit, purgat, *ac*: fructum ampliorem. *Consequenter, iuxta Euangelistam ibidem ex MS. Anglic. cod. sic supplemus*: manete in mea caritate. Si mandata mea seruaueritis, manebitis in mea caritate; sicut ego, *&c. & rursum paulopoſt*: proficere possit & crescere. *Atqui de Prouerbialibus formulis*: Campus latus & fusus aperietur, *ac*: effossis luminibus orbatus, *vide nostra Prolegomena.*

Cap. xxix.

128. Sed enim ordo rationis, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: De fide in Spiritvm sanctvm, *quamquam interim non satis exactè, vtpotè nondum re per concilia satis definita, hanc materiam tractasi, vti latius admonuimus in calce Argumenti.*

129. erunt remissa, & quorum retinueritis, erunt retenta, &c.] *Haud aliter B. Cyprianus vbique verit*: remittentur, *& vt*: tenebuntur; *de qua lectione vide Adnotationes nostras in Epist. eius 73. ad Iubaian. Legimus verò paulopoſt ex MS. Angl. cod.* nec ex hoc tamen ipse diuersus, *pro*: diuidit, *quia sequitur*: nec alter est, *&*: vnus atque ipse est diuidens officia, *vbi adludit ad illud 1. Cor. 12. vnus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Item non multo poſt*: ibi parcè datus, hic largè commodatus, *pro*: dat, *ac*: commodat; *quia praecedit*: effusus, *& sequitur* exhibitus.

130. spiritum veritatis, &c.] *Sic prorsus castigamus, pro*: spiritus, *ex Angl. MS. cod. illud enim legitur Ioan. 14. Legit autem per emphasim*: Quum venerit aduocatus ille, *cum hic, tum in sequenti scriptura, Ioan. 14. & hic*: meo, *quod tam Graecè quàm Latinè desideratur. Ibi autem*: vos diriget in omnem veritatem, *Graca potius quàm Latina sequitur exemplaria; sicuti etiam quam iterum adludit ad Apoſtolum 1. Corinth. 12. legens*: virtutes & sanitates, *ac*: discretiones spirituum, *plurali numero.*

131. habitans in solo Christo plenus & totus, &c.] *Videtur sic interpretari* (*atque adeo tacitè insinuare diuinitatem Spiritussancti*) *illud Coloſ. 2. Quia in ipso inhabitat omne plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ipsi in illo repleti. Legimus autem & supplemus ex Angl. MS. cod.* cumulatè distributus & missus, *pro eo quod erat dumtaxat*: cumulatè admissus. *De Prouerbiali verò formula*: vt ex illo venæ ducerentur, *vide nostra Prolegomena.*

132. Et requiescit, inquit, super eum, *&c.* & impleuit eum, &c.] *Peculiaris est etiam hac Auctoris lectio, pro eo quod editiones omnes Isai. 11. & Tertull. ac B. Cyprian.* requiescet, *ac*: implebit; *nisi forte mendum subsit. Placet autem dissimilio Auctoris in scriptura Isai. 61.* Euangelizare pauperibus misit me, *pro eo quod perperam hodie apud* lxx. *Graca & Latina misit me, sequentibus adnectitur*; *maximè quum illud Christus ciauerit Luc. 4. Auctori etiam propria est versio Psal. 44. à consortibus tuis, pro eo quod aly omnes*: pre, *vertunt*; *sed ad vtrumque antepoſt est vocula* ΠΑΡΑ.

133. Hic est enim qui contra carnem desiderat, &c.] *Mira est interpretatio illius*: *Spiritus concupiscit aduersus carnem, de Spiritu sancto hominem inhabitante*; *quum alij malint referre ad spiritum hominis. Atqui consentit cum vulgato Latino Interprete, legens 1. Cor. 4.* Et spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est, *quantumuis inde Graece plurali legitur numero. Et contrariò Graeci exemplaribus correspondet magis, 1. Tim. 4.* Vertens spiritibus seductoribus, *idque non hic modò, sed etiam infrà Epist. de Cibis Iudaicis cap. 5. Item & in eo quod vertat 1. Cor. 12.* In hoc spiritu positus (*quod illi peculiare est, pro*: loquens) nemo vnquam dicit anathema Iesum, *pro*: Iesu; *quamquam illud legant etiam quidam Latini codices.*

134. In hunc quisquis blasphemauerit, &c.] *Partim ipsud reperitur Marc. 3. nempè illud*: blasphemauerit, *partim Matth. 12. illud nempè*: non tantùm in isto sæculo, verùm etiam nec in futuro.

Cap. xxx.

135. Et hæc quidem de Patre & Filio & Spiritusancto, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: Nihil prædictis obstare fidem vnius Dei. *Atqui quum non semel hic urgeat duos Deos non dici, etiamsi Pater Deus, & filius Deus dicatur, nulla repetita mentione Spiritussancti; etiam hac de caussa hunc librum pro se tamquam B. Cyprianu cuare solebant Pneumatomachi; verum non tam cauiè scribebant Veteres. Et vero quum idipsum argumentum tractetur supra Tom. 3. à Tertulliano lib. aduersus Praxean, cap. 13. & 18. etiam de Spiritu sancto; & hinc patet, non esse hunc librum Tertullian. Legimus autem mox ex MS. cod. Angl.* qua vnus Deus & per scripturas promittitur, *pro eo quod corruptè legebatur*: vnum Deus.

136. Tam enim illi, &c.] *De duobus hu generibus hæreticorum, cap. 18. Paulopoſt autem legimus*: Si vnus Deus, Christus autem Deus, *& t. omissa superflua voce*: Christus. *Supplemus itaque ex Angl. MS. cod.* Christum esse contendunt.

137. Ego sum, inquit, Deus, &c.] *Hic differt quòd vertat*: & non est praeter me iustus & saluans, *pro eo quod Latinus Interpres* lxx. *Isai. 45. iustus & saluator. Deinde*: & nemota in statera, *quum legatur Graecè τὰς ῥάπας, quod vertit ille Isai. 40. rupes; sed Graca significat, & magis proprie quod habet Auctor. Item*: vt sciant omnes, *pro*: vt sciant omnia regna terræ, *iuxta editiones omnes 4. Reg. 18. ex Isai. 37.*

138. sed humani errores præsumptione, qua hæresici esse voluerunt, &c.] *Sic ex MS. cod. Angl. pro* quia. *Adludit autem Auctor ad significationem vocis*: hæresis, quæ *ab electione derivatur, atque adeò non nisi voluntate suscipitur, sicuti supra latius Tom. 3. lib. de praescript. adu. haeret. cap. 6. Supplemus vero ex MS. Angl. cod. paulopoſt*: vnus in scripturis bonus dictus est Deus, *& deinde legimus*: Ac, si non putant, *&c. pro*: At, si.

Cap. xxxi.

139. Est ergo Deus pater, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Epilogus libri: De Deo Patre & Filio. *Vbi iterum nullam Spiritussancti mentionem facit, quod pro se rapiebant Pneumatomachi. Supplemus autem ex Gagnaei*: qui non in sono percussi aëris.

140. cuius sacræ & diuinæ natiuitatis, &c.] *Adludit ad illud Isai. 3. Generationem eius quis enarrabit? Quod de aeterna* natiuitate *eadem prorsus modo, interpretantur B. Ambr. lib. 1. de Fide ad Gratian. cap. 5. B. Cyrillus in Isaiam, & B. Augustin. Epist. 150. ad Elpidium.*

141. quia & pater illum etiam quadam ratione præcedit, &c.] *Sic legimus ex MS. Angl. cod. pro*: quin; *qui etiam omittit illa, quæ explicationem caussa, ne Arrianis videatur fauere, addidit Gagnaeus, nempe*: quadam ratione, quodammodò, *&*: aliquo pacto; *verùm maluimus in contexu relinquere,*

Vt nemo hinc errandi ansam sumat. Quamquam interim contra illos sufficiat illud quod præmittitur: Semper enim in patre, ne pater non semper sit pater, *& quod haud procul à fine huius cap. habet:* principium natiuitatis ante omne tempus accepit. *Ex quo constat, quum dicit:* patrem præcedere, priorem esse, *& antecedere, id solùm se intelligere, vti subiungit:* quâ pater sit. *Eodem modo itaque intelligendum quod iterum dicit:* cum patre postmodùm fuit, *& quæ habet MS. cod. Angl. eadem de caussa etiam à nobis prætermissa:* & meritò ipse est ante omnia, sed post patrem; *ac:* secundam personam efficiens post patrem, quâ filius. *Atqui non potuimus non supplere ex MS. Angl. intermediam periodum antea desideratam post illud:* ille qui originem nescit, *nempè:* Simul vt hic minor sit (*quod etiam cautè legendum*) dum in illo esse scit, habens originem, quia nascitur, & per Patrem quodammodò, quamuis originem habet quâ nascitur, vicinis (*vox corrupta*) in natiuitate, dum ex eo patre qui originem solus non habet, nascitur.

142. Hic ergo quando pater voluit, processit ex Patre, &c.] *Impropriè hic* processionem *filio Dei tribuit, quam Patres posteriores ad distinctionem personarum solis Spiritui sancto. Legimus verò, & distinguimus paulopost ex eodem MS. Angl. cod.* Si enim natus non fuisset innatus comparatus cum eo qui esset innatus, æquatione in vtroque ostensa, *&c. pro:* ostensi, *quod corruptissimè legebatur. Supplentes paulopost ex eodem codice duas periodos & dimidiam, quæ desiderabantur post illud:* & ideò duos adprobasset etiam Deos, *omittentes illud:* Christus autem non innatus est. *Iam ea in hæc verba:* Si inuisibilis fuisset, cum inuisibili collatus par expressus duos inuisibiles ostendisset, & ideò duos comprobasset & Deos. Si incomprehensibilis, si & cetera quæcumque sunt Patris, meritò, dicimus, duorum Deorum quam isti confingunt controuersiam fuscitasset. Nunc autem quidquid est, non ex se est, quia nec innatus est, *cui addendum ex excusis,* sed ex patre est, quia genitus est.

143. Siue dum verbum est, &c.] *Scripturæ antiquiores, quibus dicitur Christus:* verbum, virtus, sapientia, filius Dei, vnigenitus, *&* primogenitus, *ad marginem adnotauimus. Castigamus autem & distinguimus ex Anglic. cod. MS.* Quo genere dum, *&c.* ex illo est qui (*pro:* quia) originem non habet; vnus est; *& cum Gagnæo supplemus:* Idcircò vnum Deum adseruit (*nempè scriptura*) *& ex MS. cod. Angl.* initium potius & principium. *Legentes iterum cum Gagneo:* Filius autem nihil ex arbitrio suo gerit, *pro eo quod substituerat Gelenius:* Idem est denique quod nihil, *&c. Est autem etiam hoc cautè legendum,* quòd paternæ voluntatis ministrum *voces, quod solummodò verum est de Christo secundum humanam, non verò diuinam naturam. Atqui ex MS. cod. Angl. iterum supplemus parenthesi interiecta:* Nam quum id sit principium ceteris quod innatum est, (quod Deus solus pater est qui extra originem est, ex quo hic est qui natus est) dum qui ex illo nascitur, *&c. Item paulopost:* Cuius sit diuinitas traditur, vt non aut dissonantia aut inæqualitate diuinitatis.

144. Subiectis enim ei quasi filio omnibus rebus à Patre, &c.] *Adludit ad illud Apostoli Rom. 8. qui subrecet ei omnia. Et verò hic iterum supplemus post hæc verba ex MS. Angl. cod.* dum ipse cum his quâ illi subiecta sunt, Patri suo subiicitur. *Legentes mox:* dum, *&c.* rursus Patri (*pro:* illi) remittit; (*omittentes vocem:* vnde, *intermediam*) vnus Deus ostenditur, verus & æternus pater. *Supplentes paulopost:* & principium ipsius quoque filij sui. *Ceterum valdè obscurum est, & quantum apparet, corruptum aut mutilum:* manente in illo quod etiam auditus est *sicut etiam quod antea legebat Gagneus:* manentem in se quod audiuit ab illo. *Sed sicuti alia multa, ita & hoc alijs castigandum relinquimus.*

ARGVMENTVM EPISTOLÆ DE CIBIS IVDAICIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

NOVATIANVS *Presbyter Romanus (seu quisquis alius huius Epistolæ Auctor) in secessu suo, tempore persecutionis Decianæ, variis fratrum litteris prouocatus, aduersus Iudæos post superiores duas Epistolas* DE CIRCVMCISIONE ET SABBATO, *etiam hanc* DE CIBIS IVDAICIS *edidit.*

Imprimis autem legem spiritalem esse tradit; & proinde quum cibus primus hominibus solus arborum fructus fuerit, & vsus carnis accesserit; legem postmodùm subsecutam, quæ cibos discernens, quædam quasi munda concesserit animalia, quædam interdixit quasi non munda, spiritaliter esse intelligendum. Præsertim quum pronuntiata sint omnia valde bona, & etiam immunda animalia ad sobolem in Arca Noe reseruata sunt, quæ alioqui possent auferri, si propter inquinamentum suum debuissent aboleri.

Non culpanda itaque immunda animalia, ne in auctorem culpa reuocetur; sed quando irrationale animal ob aliquid reiicitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homine damnari; in animalibus proinde mores humanos & actus & voluntates depingi.

His accessisse & aliam caussam, cur multa à Iudæis ciborum genera tollerentur, ad coërcendam intemperantiam populi vni Deo seruituri.

Et verò fuerit tempus aliquod, quo istæ vmbræ vel figuræ exercendæ; postquàm finis Legis Christus superuenit, omnia iam dicì ab Apostolo munda mundis; & cibum verum & sanctum esse, fidem rectam ac immaculatam conscientiam.

Sed non ex hoc, quia libertas ciborum concessa, luxuriam permissam esse, nec continentiam sublatam aut iciuniæ. Hæc enim vel maximè decere fideles, oraturos scilicet Deum, & acturos ei

gratias

gratias; non diebus tantùm, sed & noctibus.

Cauendum etiam esse, ne quis licentiam istam in tantùm probet profusam, vt ad immolata idolis VII.
possit accedere.

Ceterùm huius Epistolæ quædam verba cap. III. descripta sunt à Hrabano nostro (de quibus ibi latiùs) Comment. in Leuiticum; verùm neque MS. cod. Leodiensis, neque excusi, ad marginem pro more illius adnotatum habent Auctoris, ex quo desumpsit, nomen. TERTVLLIANI *autem hanc Epistolam (quantumuis ei adscribatur in Catalogo Bibliothecæ Corbeiensis) non esse; tum ex stylo & scripturis aliter translatis, satis constat; tum etiam quòd cessisse sui persecutionis tempore meminerit, qualem Tertullianus vbique impugnat, & maximè Libro de Fuga in persecutione.* B. CYPRIANO *adscribendam aliquando existimauimus ob similem inscriptionem & initium cum libro illius de Spectaculis; sed in reliquis stylo illius non conuenire animaduertimus.* NOVATIANO *itaque adscribere maluimus; tum quòd B. Hieron. Epist. 123. ad Damasum de 5. quæst. scribat, Latino sermone à Nouatiano editas quæstiunculas, De animalibus mundis & immundis; tum quòd idem Catal. Script. Eccles. & eius Interpres Sophronius, & post eos Honorius Augustudunensis ac Trithemius, inter eius scripta vnum* DE CIBIS IVDAICIS *recenseant. Quod etiam titulo* EPISTOLÆ *insignitum fuisse colligitur ex Epist. eiusdem B. Hieron. 21. ad Paulum Concordiensem, vbi opuscula illius Epistolas nuncupat. Atqui hanc primus edidit Gagnæus Theologus in editione sua Parisiensi, castigauit deinde Gelenius ad Britannicum codicem MS. Nos denique ex conjecturis quibusdam Dn. Latinij & nostrisi terum recognouimus, & Argumentum ac Adnotationes recèns adiecimus.*

NOVATIANI ROMANÆ ECCLESIÆ PRESBYTERI, DE CIBIS IVDAICIS EPISTOLA.

NOVATIANVS PLEBI IN EVANGELIO PERSTANTI SALVTEM.

B EXTSI mihi, fratres sanctissimi, exoptatissimus dies ille, & inter præcipuos beatósque referendus est, quo litteras vestras & scripta suscipio (quid enim me aliud nunc faciat liberiorem?) tamen non minus egregium diem & inter eximios arbitror computandum, quo similes vobis adfectu debitæ caritatis remittens, & ego ad vos compari voto litteras scribo. Nihil enim me, fratres sanctissimi, tantis constrictum vinculis tenet, nihil tantis curarum ac solicitudinum stimulis excitat & exagitat; quàm ne iacturam vobis quandam, per absentiam meam putetis illatam, cui remedium connitor dare, dum elaboro vobis me præsentem frequentibus litteris exhibere. Quamquam ergo, & officium debitum, & cura suscepta, & ipsa ministerij imposita persona hanc à me litterarum scribendarum exposcant necessitatem; tamen vos illam plus exaggeratis, dum me ad scribendum frequentioribus litteris prouocatis, &, pronum me licet, ad ista caritatis sollemnia magis impellitis, dum sine cessatione in Euangelio vos perstare monstratis; ex quo efficitur, vt & ego vos litteris meis non tam instruam iam eruditos, quàm incitem paratos. Nam qui sinceram Euangelium & excretum ab omni peruersæ labe doctrinæ non tantùm tenetis; verumetiam animosè docetis, magistrum hominem non quæritis, qui rebus ipsis vos doctores esse monstratis. Currentes igitur vos exhortor, & vigilantes excito, & aduersus spiritalia nequitiæ dimicantes alloquor; & ad brachium cursu vocationis in Christo tendentes impello: vt tam hæreticuorum sacrilegis calumniis, quàm etiam Iudæorum otiosis fabulis calcatis & reiectis, traditionem solâ Christi doctrinâ mque teneatis, vt condignè auctoritatem vobis eius nominis vindicare possitis. Quàm verò sint peruersi Iudæi, & ab intellectu suæ legis alieni, + duabus epistolis superioribus, vt arbitror, C plenè ostendi; in quibus probatum est, prorsus ignorare illos, quæ sit vera circuncisio, & quid verum sabbatum, quorum adhuc magis ac magis cæcitas reuincitur in hac epistola, in qua aliquid de cibis ipsorum breuiter disseritur: hinc etenim se solos sanctos, & ceteros omnes æstimant inquina-

Cap. 1.

Ephes. 6.

Philip. 3.

tos. [5] Itaque in primis illud collocandum est, legem spiritalem esse: quam si spiritalem negant, D
vtique blasphemant: si deuitantes blasphemiam, spiritalem confitentur, spiritaliter legant. Diuina
enim diuinè sunt recipienda, & sanctè sanctè vtique asserenda. Ceterùm culpa grauis inuritur, si ter-
restris & humana sacris & spiritalibus litteris doctrina præstatur, quod vt ne fiat cauendum est. Ca-
ueri autem potest, si quæ à Deo præcepta sunt sic tractentur, ne auctoritatem eius imminuant assum-
pta, ne dum quædam impura & non munda dicuntur, institutio illorum infamem reddiderit institu-
torem. Videbitur enim reprobando quæ fecit opera propria damnasse, quæ quasi bona probauerat: &
in vtroque inconstans, quod hæretici quidem volunt videri; denotabitur: dum aut quæ non erant
munda benedixit, aut quæ benedixerat, quia & munda & bona, postea reprobauit quasi non bona:
quippè quia non munda: cuius consequenter enormitas perpetua manebit & controuersia, si perseue-
rat ista Iudaica doctrina, quæ omnibus viribus amputanda est, vt dum quid enormiter ab ipsis tradi-
tur, à nobis tollatur: & operum suorum competens dispositio & diuinæ legis congruens, & spiritalis
illatio remittatur. Sed vt ab exordio rerum & vnde oportet incipiam, cibus primis hominibus solus
arborum fuit fœtus & fructus. Nam à pomis vsum postea ad fruges contulit culpa, conditionem
conscientiæ ipso situ corporis approbante. Nam & innocentia decerpturos alimenta ex arbo-
ribus, adhuc sibi benè conscios homines, ad superna subrexit: & commissum delictum ad conqui-
renda frumenta homines terræ solóque deiecit. Postea etiam vsus carnis accessit, diuina gratia huma-
nis necessitatibus competentia ciborum genera prorsus opportunis temporibus porrigente. nam &
teneros & rudes homines alere debebat mollior cibus, & non sine labore confectus, ad emendatio-
nem scilicet, ne iterum liberet delinquere, si innocentiam impositus labor non admoneret. Et quia E
iam non paradisus custodiendus, sed mundus totus fuerat excolendus, robustior cibus carnis offer-
tur, vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur. Hæc omnia
gratia (vt dixi) & dispositione diuina, ne aut minus redderetur robustior cibus, quo referti ad opera
marcescerent, aut amplius tenerior, quo pro modo virium oppressi terre non possent. Lex autem post-
modùm subsecuta cibos carnis cum discretione disposuit: quædam enim ad vsum, quasi munda con-
tribuit & concessit animalia, quædam interdixit quasi non munda, & ipsos edentes inquinatura. &
mundorum quidem hanc formam dedit, [6] vt quæ ruminatione ruminent, & vngulas findant mun-
da: immunda quæ neutrum horum vel alterum faciant: sic in piscibus quoque eadem munda essent,
quæ cooperta squamis & armata remigiis, at quæ contrà, hæc esse non munda. Alitum quoque discri-
men induxit, quídque aut reprobum iudicaretur; aut mundum. Ita lex solertiam maximam faciendæ animalium separationis instituit, quæ in vnam benedictionis formam constitutio antiqua contra-
xit. Quid igitur dicemus? immundáne ergo animalia? quid est enim aliud, non munda, quàm quæ
lex à ciborum vsibus separauit? Quid enim & illud quod iam diximus, ergo institutor non mundo-
rum Deus, & culpa factorum in artificem redundabit, qui non munda produxit: quod vtique dice-
re extremæ summæque dementiæ est, Deum accusare quasi instituerit immunda, & diuinæ maiestati
crimen inferre, quasi fecerit reproba; præsertim cùm & pronuntiata sint valde bona, & quæ bona vt
crescerent & multiplicarentur, benedictionem ab ipso Deo sint consecuta; insuper etiam in arca Noë
præcepto creatoris ipsorum ad sobolem reseruata, vt & necessaria probarentur dum custodiuntur, &
bona dum necessaria probarentur, [7] licet ibi quoque crimen sit adiectum. Sed tamen vel tunc insti-
tutio istorum non mundorum funditus potuisset auferri, si propter inquinamentum suum debuisset
aboleri. [8] Quatenus ergo (vt Apostolo auctore monstrauimus) spiritalis lex ista spiritaliter reci- F
pienda est, vt legis ratio diuina & certa præstetur? Primò credendum est; quicquid est à Deo institu-
tum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum: neque culpandum, ne in auctorem cul-
pa reuocetur. Deinde legem ad hoc filiis Israël datam, vt per illam proficerent & redirent ad mores
bonos, quos cùm à patribus accepissent in Ægypto, propter consuetudinem barbaræ gentis corru-
perant. Denique & decem sermones illi in tabulis nihil nouum docent, sed quod oblitteratum fuerat,
admonent: vt iustitia in illis ignium more, quasi adflatu quodam legis sopita recalesceret: proficere
autem poterant intellecto plus in hominibus vitia fugienda, quæ lex damnasset etiam in pecoribus.
Nam quando irrationale animal ob aliquid reiicitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homi-
ne damnatur. Et si in eo quod ex natura aliquid habet quasi inquinamentum notatur, plus culpabile,
cùm illud contra naturam in hominem conqueritur. Ergo vt homines mundarentur, pecora culpata
sunt, scilicet vt & homines, qui eadem vitia haberent, æquales pecoribus æstimarentur. Quo pacto fa-
ctum est, vt nec animalia damnarentur ab institutore sui culpa, & homines in pecoribus eruditi ad im-
maculatam institutionis suæ possent redire naturam. Considerandum enim quomodo lex munda &
non munda discernit: Munda, inquit, & ruminant & vngulam findunt, immunda neutrum faciunt,
aux ex duobus vnum aliquid. Omnia ista vnus artifex fecit, & qui fecit ipse benedixit. Institutionem
igitur mundam, vtriusque conspicio, quia & qui instituit sanctus est, & quæ instituta sunt, culpam nō
habent, dum hoc sunt quod facta sunt. crimen enim nunquam natura, sed voluntas peruersa excipere
consueuit. [9] Quid ergo est? in animalibus mores depinguntur humani & actus & voluntates. mun-
di si ruminent, id est, in ore semper habeant quasi cibum præcepta diuina, vngulam findunt, si firmo

gradu

A gradu innocentiæ, iustitiæ, omnisque virtutis vitæ itinera conficiant. Eorum enim quæ in duas vngulas pedem diuidunt, robustus semper incessus: dum lubricum partis alterius vngulæ firmamento sulcatur, & in vestigij soliditate retinetur. Sic qui neutrum faciunt, immundi sunt: quorum nec in virtutibus firmus ingressus est, nec diuinorum præceptorum in ore vllius ruminationis teritur cibus. nam & qui alterum faciunt, nec ipsi mundi, dum sunt ex altero debiles, nec in vtroque perfecti. Hi autem sunt aut vtrumque facientes, vt fideles qui mundi: aut alterum, vt Iudæi & hæretici qui sunt inquinati; aut neutrum, vt ethnici qui sunt consequenter immundi. ita in animalibus per legem, quasi quoddam humanæ vitæ speculum constitutum est, in quo imagines sanctionum considerent, vt plus vitiosa quæque hominibus contra naturam commissa damnentur, dum etiam natutaliter in pecoribus constituta culpantur. Nam quod in piscibus squamis aspera pro mundis habentur: asperi, & hispidi, & hirti, & firmi, & graues mores hominum probantur. Quæ autem sine his sunt, immunda: quia leues, & lubrici, & infidi, & effœminati mores improbantur. Quid enim vult sibi lex cùm dicit, [10] Camelum non manducabitis, nisi quoniam de exemplo animalis vitam damnat eneruem & criminibus tortuosam. Aut cùm suem cibo prohibet assumi, reprehendit vtique cœnosam & luteam & gaudentem vitiorum sordibus vitam, bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem: aut cùm leporem, accusat reformatos in fœminam viros. [11] Quis autem mustelæ corpus cibum faciat? sed furta reprehendit. Quis lacertam? sed odit vitæ incertam varietatem. Quis stellionem? sed maculas execratur prædam de aliena morte quærentes. [12] Aut quis corruum? sed versutas execratur voluntates. Passerem quoque cùm interdicit, intemperantiam coarguit; quando noctuam, odit lucifugas veritatis: quando cygnum, ceruicis altæ superbos: [13] quando caradrium, garrulam nimis linguæ intemperantiam: quando vespertilionem, quærentes tenebras noctis simul & erroris. Hæc ergo & his paria lex in animalibus execratur, quæ in illis quidem non criminosa, quia in hoc nata sunt, in homine culpata, quia contra naturam non ex institutione, sed ex errore quæsita sunt. [14] His igitur ita se habentibus accesserunt & aliæ causæ; quibus multa à Iudæis ciborum genera tollerentur: quod vt fieret, immunda multa sunt dicta: non vt illa damnarentur, sed vt isti coërcerentur seruituri vni Deo, quia ad hoc assumptos frugalitas decebat, & gulæ temperantia, quæ semper religioni deprendit esse vicina, immò (vt ita dixerim) consanguinea potiùs atque cognata: sanctitati enim inimica luxuria est. Quomodo enim per illam parcetur religioni, cùm non parcatur pudori? non recipit luxuria Dei timorem, dum præcipitantibus illam voluptatibus in solam fertur cupiditatum temeritatem: effusis enim habenis sine more admotis sumptibus quasi pabulis crescit exedens patrimonium cum pudore, aut vt torrens aliquis è montium iugis cadens non tantùm opposita transcendit, sed illa ipsa in aliorum ruinam secum rapit. Ad coërcendam ergo intemperantiam populi, remedia sunt ista quæsita, vt quantum luxuriæ demeretur, tantum bonis moribus addceretur. Nam quid aliud merebantur, quàm vt ne omnibus escarum voluptatibus vterentur, qui diuinis, mannæ epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes iurulentas inimicorum atque dominorum ante libertatem ponentes, digni sanè quos optata seruitus faginaret, quibus malè displicuerit & melior & liber cibus. [15] Fuerit ergo tempus aliquod antiquum, quo istæ vmbræ vel figuræ exercendæ, vt abstinendum esset à cibis, quos institutio quidem commendauerat, sed lex interdixerat. Verùm iam finis legis Christus superuenit, cuncta legis obscura referans, omnia quæ sacramentorum nebulis antiquitas texerat. Magister enim
C venit insignis, & doctor cœlestis, & institutor consumatæ veritatis, sub quo, meritò iã dicitur: Omnia munda mundis; inquinatis autem & infidelibus nihil mundum: sed polluta sunt eorum & mens & conscientia. Item alio loco: Quia omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Rursum alibi: Spiritus manifestè dicit, quòd in nouissimis diebus recedent quidam à fide, [16] attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendaciloquorum cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere & abstinere à cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt Deum. Adhuc in altera parte: [17] Omne quod in macello vænit, manducate, nihil requirentes. Ex quibus constat, omnia ista suis esse benedictionibus redditа iam lege finita: nec ad solennitates ciborum esse redeundum, quas & certa imperauerat causa, & iam sustulit libertas Euangelica manumissione reuocata. Clamat Apostolus, Non est regnum Dei potus & cibus, sed iustitia & pax & gaudiũ. Item alio loco: Esca ventri & venter escis, Deus autem & hunc & hanc euacuabit: corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori. Deus ventre non colitur, nec cibis; quos Dominus dicit perire, & in secessu naturali lege purgari. Nam qui per escas Dominum colit, propè est vt Dominum habeat ventrem suum. Cibus inquam verus & sanctus & mundus est, fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima: quisquis sic pascitur, Christo conuescitur, talis epulator conuiua est Dei, istæ sunt epulæ quæ angelos pascunt, istæ sunt mensæ quæ martyres faciunt. Hinc est vox illa legis, [18] Non in pane tantùm viuit homo, sed in omni verbo quod proficiscitur ex ore Dei. Hinc illa Christi, Mea esca est, vt faciam voluntatem eius qui me misit, & vt consummem opus eius. Hinc: Quæritis me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis. Operamini autem non cam escam quæ perit, sed escam permanentem in

Ibid. Irrequiete.
Ibidem.
Ibidem.
Leuit. 11.
Ibidem & Deut. 14.
CAP. IIII. *Ibidem.*
Exod. 16.
CAP. V.
Rom. 10.
Tit. 1.
1. Tim. 4. Ibidem.
1. Cor. 10.
Gal. 4. Rom. 14. 1. Cor. 6.
Matth. 15.
Deut. 8. Ioan. 4. Ioan. 6.

vitam æternam, quam filius hominis vobis dabit. hunc enim pater signauit Deus. Iustitia, inquam, & D
continentia & reliquis Deus virtutibus colitur. Nam & Zacharias refert, Si manducetis, inquit, aut bibatis, nónne vos manducatis aut bibitis: exprimens cibos aut potus, non ad Deum peruenire, sed ad hominem: nec enim catneus Deus est, vt carne placetur: nec in has voluptates attonitus, vt nostris gaudeat cibis. Deus sola gaudet fide nostra, sola innocentia, sola veritate, solis virtutibus nostris, quæ habitant non in ventre, sed in animo, quasque nobis acquirit diuinus timor & cœlestis metus, nõ terrenus cibus. [19] Ex quibus congruenter insectatus est Apostolus superstitionibus angelorum seruientes, inflatos à sensu carnis suæ, caput Christum non tenentes: ex quo omne corpus per nexum cõcatenatum & fibula charitatis membris mutuis innexum atque concretum crescit in Deum. sed illa seruantes, ne tetigeritis, neque contrectaueritis, quæ imaginem quidem videantur habere religionis, dum corpori non parcitur: nullum tamen emolumentum omninò iustitiæ, dum ad elementa quibus per baptisma mortui sumus, voluntaria seruitute reuocamur. [20] Sed non ex hoc statim, quia libertas ciborum concessa, luxuria permissa est: nec quia liberaliùs nobiscum Euangelium gessit, continentiam sustulit. Non inquam ex hoc ventri procuratum est, sed ciborum forma monstrata est: ostensum est quid iuris esset, non quo in gurgitem cupiditatis iretur, sed quo legis ratio redderetur. Ceterùm nihil ita temperantiam coërcuit quàm Euãgelium: nec ita constrictas quisquam gulæ leges, quàm Christus; qui beatos legitur pronuntiasse, sed egenos, & felices esurientes atque sitientes; miseros diuites, quibus ad imperium ventris & gulæ seruientibus, voluptatum numquam posset mater deficere, ne desinere seruitus posset; argumentum felicitatis putantes, concupiscere quantum possint, nisi quòd & sic minus possint quàm concupiscunt. [21] Nam & Lazarus in ipsa fame ipsisque vlceribus & canibus diuitis perferens, carnifices salutis ventrem & gulam coërcebat exemplis. Apostolus quoque: Habentes, dicendo, victum & vestitum, his contenti sumus; frugalitatis & continentiæ legem dabat; parum existimans profuturum esse quod scripserat, etiam exemplum se scriptorum suorum dabat, subiiciens non immeritò: esse omnium malorum auaritiam radicem. Sequitur enim præcurrentem luxuriam; quidquid hæc per vitia consumpserit, illa per scelera restituit, orbe criminum recurso, vt rursum luxuria eximat, quidquid auaritia congesserat. Nec tamen desunt inter ista, qui quum sibi nominis Christiani vocem induerint, exempla præbeant intemperantiæ & magisteria; quorum vsque eò vitia venerunt, vt & ieiunij matutino tempore bibant; non putantes Christianum esse potare post cibum, nisi in vacuas & inanes adhuc venas infusa statim per somnum vina descenderint; minus enim qui bibunt, sapere videntur, si inter vina cibi permisceantur. Videas ergo tales, nouo genere adhuc ieiunos, & iam ebrios, non ad popinam currentes, sed popinam secum circumferentes; quorum quisque salutat, non osculum dat, sed propinat. Quid isti post cibum faciant, quos ebrius inuenit cibus? aut quales istos sol in occasu relinquit, quos iam marcidos vino oriens aspicit? sed quæ detestanda sunt, non sunt nobis exempla ducenda. Sumenda sunt enim ea sola, quibus animus noster melior reddatur. Et licet in Euãgelio per omnia ciborum redditus nobis vsus sit, tamen intelligitur redditus, sed cum lege frugalitatis & continentiæ. Hæc enim vel maximè decent fideles, oratoros scilicet Deum, & actoros ei quidem gratias, [22] non diebus tantùm, sed & ipsis noctibus; quod fieri non potest, si somnum grauem, & molem pectori impositam mens cibo vinóque sopita non valuerit excutere. [23] Sed quod in vsum ciborum vel maximè custodiendum sit; cauendum est, ne quis licentiam istam putet in tantum profusam, vt & ad immolata simulacris possit accedere. Quantum enim ad creaturam Dei pertineat, omnis munda est, sed cùm dæmoniis immolata fuerit, inquinata est tamdiu, quamdiu simulacris offeratur; quod F
mox atque factum est, non est iam Dei, sed idoli; quæ dum in cibum sumitur, sumentem dæmonio nutrit, non Deo, conuiuam illum simulacro reddendo, non Christo, vt meritò faciunt & Iudæi; quorum ciborum ratione perspecta, & consilio legis considerato, & Euangelicæ gratiæ beneficio cognito, & temperantiæ rigore seruato, & simulacris immolatorum inquinamento repulso, regulam veritatis per omnia custodientes, Deo gratias agere debemus, per Iesum Christum filium eius Dominum nostrum, cui laus & honor & claritas in secula seculorum. Amen.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN EPISTOLAM DE CIBIS IVDAICIS.

1. NOVATIANVS, &c.] *Quum Auctorem huius libri Tertullianum negemus, omninò oportuit illud substituere, pro eo quod erat*: Tertullianus, *maximè quum vltima syllaba in eadem desinat*; *Vnde factum coniicio, vt cùm præ vetustate MS. codicis, priores dictionis litteræ legi non possent, ex coniectura hoc scriptum fuerit. Est autem, sicuti iam diximus satis, similis inscriptio libri B. Cypriani de Spectaculis*: Cyprianus plebi in Euangelio stanti salutem; *sed quum eadem ætate vterque scripserit, non mirandum, maximè in persecutione Deciana iam dicta, in qua quum multi lapsi inuenirentur, si hoc titulo ad Stantes vsi videntur ex proposito; quos adeò hic Auctor cap. 1.* in Euangelio perstare *congratulatur.*

2. Et si mihi, fratres sanctissimi, &c.] *Caput hoc inscriptionis*: Epistolæ argumentum, *sicuti latius ex ipsis eius verbis in Argumento nostro videre est. Et verò quædam etiam similia sunt initio dicti libri de Spectac. ad sensum quod adsumet, sed stylo diuerso.*

3. per absentiam meam, &c.] *Hinc patet. sicuti ibidem adtigimus, in secessu conscriptam hanc Epistolam; fortassis siquid diuinare licet, quum (Vt scribit Cornelius PP. Epistola. ad Fab. Antioch.*

Antioch. apud Eusebium lib. 5. hist. Eccl. c. 35.) in domo se conclusum oculeret metu persecutionis. Quod quum in illo tandem reprehenderetur à Diaconis Romanis, & rogaretur, vt egrederetur, quantum presbyteris liceret, quasnam quæ situm esset in eius potestate, fratres in periculo constitutos iuuaret; tantum abest vt illo obtemperaret, vt etiam non sine flomacho discederet, se nolle amplius esse presbyterum adferens. Quæ factum, vt Moysei beatus Martyr & illi & quinque alijs presbyteris, qui vna cum illo secessu Ecclesia segregauissent, fidelium communione interdixerit. Atque hoc ipsum est quod B. Pacianus de eo scribit Epist. 2. ad Sympron. Nam & ideo ab Ecclesiæ Christi recesserat, ne illum labor confessionis vrgeret. Hanc itaque primam occasionem illi fuisse schismatis, deinde & hæreseos, admonuisse sufficiat, sed quantum apparet, post scriptam hanc & simules Epistolas.

4. duabus Epistolis superioribus, &c.] *De his latius post Adnotationes huius libri.*

Cap. II.

5. Itaque imprimis illud collocandum est, &c.] *Titulum huic capitis imposuimus*: Legem spiritalem esse; & proinde spiritaliter eam intelligendam, quæ discernit inter munda & immunda animalia. *Pertinet autem ad phrasin Africanam libri præcedentis illud*: denotabitur. *Supplemus autem cum Latinio*: Nam à pomis vsum posita ad fruges. *Atqui mutila est illa periodus*: Nam & teneros & rudes homines alere debebat mollior cibus, *vt desideretur aliquid tale, ac si dicat*: *At pronectiores* non sine labore confectus. *Legentes iterum cum Gagnæo*: quo refertiad opera marcescerent, *pro eo quod Lugd. editio*: referre.

6. vt quæ ruminatione ruminent, &c.] *Sic transtulit rumhic, twn cap. sequ. quod Græcè est μηρυκισμὸν, quod vertit Latinus interpres*: & reducens ruminationem. *Quum autem addit*: immunda quæ neutrum horum vel alterum faciant; *intelligit de* ruminantibus, sed vngulas non findentibus. *Etiam paraphrastes*; *transtulit ordine transposito illud*: quæ cooperta quamis & armata remigiis, *pro eo quod dumtaxat est Græcè, Hebraicè & Latinè*: quibus sunt ala, quæ remigia vocat, *eo quòd illa tanquam remis vtantur ad volandum*) & squamæ; *quod posteremum dumtaxat legit ex. sequ. Atqui supplemus cum Latinio*: Quid est enim aliud, non munda, quàm quæ lex à ciborum vsibus separauit?

7. licet ibi quoque sit etiam adiectum, &c.] *Nouè accipit etiamen, ac si dicat*: *licet etiam ibi quædam animalia criminata sint, tamquam immunda, verè tamen Gen. 7. inter munda & immunda distinguat animalia.*

Cap. III.

8. Quatenus ergo, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus*: Quòd vt homines mundarentur, pecora culpata sint, & in animalibus mores depingantur humani, & actus, & voluntates. *Multa autem huius capitis transcripsit Hrabanus noster in* XIII. *cap. cap. Deuter. ex quo proinde patet, tam olim in manibus Doctorum versatam fuisse hanc Epistolam. Imprimis verò illud*: Primò credendum est, quidquid est à Deo institutum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum. *Legimus autem & supplemus cum Latinio, omissa voce*: quos, *secunda lege superflua*: quos quum à Patribus accepissent in Ægypto, propter consuetudinem, &c.

9. Quid ergo est? &c.] *Etiam illud cum illo quod præcedit*: Ergo vt homines mundarentur, &c. *transcripsit Hrabanus, verbis tamen transpositis, ex quo tam ex exc. quam MS. exstigimus*: & voluntates, *pro* voluptates, *omissa voce* quædam *non satis apta. Vbi plus habet quam Auctor de* vngulam diuidentibus, *quia duo Testamenta legit & Euangelistam credentes, se firmo gressu innocentiæ inuestitasque stauunt.*

10. Camelum non manducabitis, &c.] *Sic prosus restituimus, pro*: manducabis, *quia illud legitur plurali numero Leuit. 11. & Deuter. 14. Atqui etiam longè diuersam expositionem adfert vbi suprà, ordine verborum Moysi probè seruato, Hrabanus*: cameli, suis, & leporis.

11. Quis autem mustelæ, &c.] *De* mustela, lacerta, & talpa, *quæ immunda declarantur ex reptilibus, Leuit. 11. nihil adnotauit Hrabanus, quod mirum.*

12. Aut quis coruum, &c.] *De* coruo, noctua cygno, chatadrio, & vespertilione, *vtrobique legitur, quod immunda: iudicat a sint inter animum genera*; at passeris *nulla abstinentia, neque etiam apud Hrabanum. Verumtamen in hallucinatus videtur Auctor, quod* στρουθὸν passerem *verterit, quem aly omnes: struthionem, eo quod vtrumque vox Græca significet, sed aucm mundam fuisse existimatum* passerem, *vel inde patet, quod in sacrificiis offerri præcipiantur passeres duo in emundatione leprosi, Leuit. 13.*

13. quando charadrium, &c.] *pro* charadrium, *lodie Græcè est apud* LXX. χαράδριος, *nos illi*; *nam* χαράδριος *auicula est, de qua prouerbium legitur*: charadrium *imitans*; *ex numero voracium. Maximè quum idem Hrabanus lib. 7. c. 6. de Rerum & verborum signif. de Vnnero, etiam* charadrium *appellet, scribentes*: *Ibis & prophyrion, & quem* LXX. *nominant pellicanum, & cygnus, & herodius*, & charadrius, *longo esse collo, trahere que cibum ex altitudine terræ atque aquarii, distantur.*

Cap. IIII.

14. His igitur ita se habentibus, &c.] *Caput hoc inscripsimus*: multa à Iudæis ciborum genera sublata, ad coërcendam populi intempestantiam. *De Proterbio autem*: effusis habenis, *videnostra Prolegomena. Legimus vero prostrauit Latinio*: ante libertatem ponentes, *pro* post, *quæ præcedit*: præferte; & faginaret, *pro*: signaret.

Cap. V.

15. Fuerit ergo tempus aliquod, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus*: In noua lege omnia esse munda mundis iuxta Apostolum, & cibum sanctum esse fidem rectam acimmaculatam consientiam. *Cæsigamus autem mos cum Latinio*: quæ sacramentorum nebulis antiquitas texetar, *pro*: nobilis.

16. adtendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniotum, &c.] *vel hinc confirmatur eiusdem Auctoris esse Epistolam cum 1. de Trinitate præced. cap. 29. quia etiam ibi scribitur iuxta Græca exemplaria 1. Timoth. 4. præterquam quòd hic legit ad instantium plura quàm ibi, vertens, quod nimirum est*: & his qui cognouerunt Deum, *vbi aly omnes habent*: veritatem.

17. Omne quod in macello vænit, &c.] *Differt à Vulgate Latino Interprete, quod transfert 1. Cor. 10. nihil requirentes, & B. Ambros. disquirentes, pro eo quod ille*: interrogantes. *Cum quo contrario legit 1. Cor. 6.* Esca ventri & venter escis, Deus autem & hunc & hanc, *&c. Atqui iterum legimus cum Gagnæo* quisquis sic pascitur, *pro*: pacificitur.

18. Non in pane tantùm viuit homo, &c.] *Quum Græcè sit Matth. 4. & Hebraicè Deut. 8.* viuet, *in illo iterum cum vulgate Interprete conuenit, differens ab omnibus, quòd legat Ioan. 6.* sed quia manducastis de panibus meis.

19. Ex quibus congruenter infectatus est Apostolus superstitionibus angelorum seruientes, &c.] *Etiam hinc constat neque Tertullianum esse hanc Epistolam, qui longè aliter vertit hæc verba Apostoli, Coloss. 2. supra Tom. 3. lib. de Resurr. carn. cap. 23. & lib. 5. aduers. Marc. cap. 19. neque B. Cypriani, qui pro eo quod hic legitur*: sed illa seruantes, *legati Vana sectantes, idque l. 3. Testim. ad Quirin. cap. 11. Quamquam interim hic Auctor magis sensum exprimens quam verba, neque cum vulgate Interprete Latino, neque cum Græcis exemplaribus aliisque consentiat.*

Cap. VI.

20. Sed non ex hoc statim, &c.]

pitis fecimus: Ex eo quòd ciborum luxuria permissa est, non tolli eorum continentiam, aut ieiunia. *Locus autem est insignis aduersus hodiernos hæreticos, qui ex scripturis exp. præced. statue nituntur conuellere ieiunia, & in iis quorumdam ciborum abstinentiam.*

21. Nam & Lazarus, &c.] *Locus corruptus, cui sine ope MS. codicis mederi non licet, idque siue cum Gelenio legas: in ipsa fame, ipsisque vlceribus & canibus diuitis præferens, siue cum Gagneo:* & catnibus diuitis præferens. *Legimus autem iterum cum Gagneo;* quidquid hæc (*nempe luxuria*) consumpserit, *pro:* contemserit, *& cum Latino:* ieiunij matutino tempore, *pro:* ieiunij matutini; *denique cum eodem:* si inter vina cibi permisceantur, *pro:* si intestina cum cibis permisceantur.

22. Non diebus tantum, sed & ipsis noctibus, &c.] *Pertinet hoc ad ritum Ecclesiæ antiquiss. de antelucanis cœtibus, de quibus suprà latius Tom. 1. Apolog. cap. 39.*

CAP. VII.

23. Sed, quod in vsum ciborum, &c.] *Caput hoc inscriptionis:* Quod cauendum ne quis licentiam ciborum etiam ad immolata idolis transferat. *Adludit autem ad illud 1. Cor. 8. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant, & conscientia ipsorum quum sit infirma,* inquinatur; *& illud 1. Cor. 10. Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant; nolo vos socios fieri dæmoniorum.*

NOVATIANI ROMANAE ECCLESIÆ PRESBYTERI EPISTOLARVM DE VERA CIRCVMCISIONE ET VERO Sabbato Notulæ.

QVAM verò sint (*inquit Nouatianus Epistolæ præcedenti*) peruersi Iudæi, & ab intellectu suæ Legis alieni; duabus EPISTOLIS superioribus, vt arbitror, plenè ostendi; in quibus probatum est, prorsus ignorare illos quæ sit VERA CIRCVMCISIO, & quid VERVM SABBATVM.

ADNOTATIVNCVLA IACOBI PAMELII.

Inter scripta Nouatiani à B. Hieron. & Sophronio eius Interprete Græco Honorio item & Truthemio in Catalogo scriptorii Ecclesiasticorum, recensentur DE CIRCVMCISIONE & DE SABBATO. *Meminit & idem Hieron. Epist. 1. ad Damasum, Quæstionum* NOVATIANI DE CIRCVMCISIONE. *At titulum harum Epistolarum fuisse:* DE VERA CIRCVMCISIONE, & DE VERO SABBATO, *ex verbis ipsius Nouatiani iam patuisse plus satis constat. Et tamen librum illum, qui inter Opera exstat B. Hieronymi* DE VERA CIRCVMCISIONE, *neque Tertulliani esse neque Nouatiani, suprà ostendimus Tom. 4. ad Notulas Quæst. Tertull. de Circumcisione.*

FINIS TOMI QVINCTI OPERVM Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI PRESBYTERI CARthaginiensis, eíque adscriptorum, atque adeò totius operis Tertullianici.

LOCI EX CONIECTVRA

LATINI LATINII VITERBIENSIS VEL RESTITVTI, VEL ALITER LECTI IN TERTVLLIANO POST EDITIONEM Iacobi Pamelij Brugen. ANN. M.D.LXXXIII.

DE PRÆSIDENTIVM CONCESSIONE.

LATINVS LATINIVS VITERBIENSIS STVDIOSIS S.

EORVM exempla secutus, qui rei litterariæ industria sua & laboribus bene consultum esse voluerunt; cùm aliquot celebrium scriptorum monumenta, tum maxime Tertulliani eo consilio perlegenda suscepi, vt quantum diligentia studióq. possem nonnullas maculas, quæ post Iacobi Pamelij, viri eruditissimi emendationes, explicationésq. reliquæ adhuc esse mihi videbantur, plurimósq. torquebant, abstergere conarer. Et quia scriptorum codicum præsidio carebam, id vnum mihi in primis cauendum esse statui, ne quid in re difficili, maximéq. lubrica, mihi temere sumerem: sed coniecturas tantum meas eruditis viris (quorum sæculum nostrum fecundissimum merito prædicatur) considerandas, expendendásq. proponerem. Quod meum consilium (ni fallor) modò æquus iudex, nemo réprehendet; cùm ea, quæ mihi aliter commodiore vel sententia, vel numero legenda visa sunt, nisi prius doctorum virorum suffragio probata fuerint, recipi nullo modo postulem. Sunt tamen quædam ita felici coniectura restituta, vt planè sperem doctorum assensionem inuentura: quædam verò etiam tam necessaria ad Tertulliani sententiam absoluendam, vt ipsa, si suo iure admitti se postulent, facilè id impetratura confidam. Feci ergo bona fide, quod potui. Supersunt tamen adhuc multæ, difficilésq. salebræ, quæ eruditorum industriam, opémq. desiderant, atq. implorant: quibus aliquando sublatis, pristinus Tertulliano nitor instauretur. Ad quam rem peragendam, si hisce meis propositis coniecturis eruditis viris aliquod calcar additum sensero, consilij mei me, votiq. compotem vel cumulatè factum esse gaudebo; eóque nomine me Deo maximas gratias agere debere palam profitebor. Inter meas autem coniecturas, si quæ hac nota P. C. signatæ erunt, scitote eas Petro Ciaconio Toletano, viro non vulgari eruditione, ac peracri iudicio prædito, acceptas esse referendas; ne quem meritæ suæ laude fraudem: hominisq. mihi, dum vixit, coniunctissimi, post mortem etiam memoriam, vt gratus celebrare non desinam. Valete.

Romæ, Kal. Nouemb. M. D. LXXXIIII.

Capitis nota	c.
Notationis	n.
Lineæ	l.
Post notationem linea	p. n. l.
Ante nota. linea	a. n. l.
Paginæ numerus	pag. 235.
Linea vltima cap.	l. vlt. c.
Linea penultima	l. penult.
Linea vltima pag.	l. vlt. pag.

P. C.)	Petri Ciaconij.
P. C. ex V. c.)	Petri Ciaconij ex Vaticano cod.
V. c.)	Vaticanus codex.
Ful. c.)	Fuluij Vrsini codex.
Put. c.)	Puteani codex.
O.)	omnes qui vbiq. citati sunt codices.
Frob.)	Codex Frobenij Basilcæ ann. 1550.

Loci restituti

libro de Pallio, pag. 5.

habitus denotare. Pacis hæc, & annonæ otia) *P.C.*

frangere minitat) *P.C.*) *non probabam.*

de tranquillo pronum,) *Vt Virg. Æn. 5.*

fluminum viæ obambulando.

& solum exaudiebat.) *Id enim fertilitatis encomium. Oseæ. 2. in fine.*

cælum adusſit,) *P. C.*

Nam & primitijs maiorem ambitum)

Sic maiorem partem dixit Cicero.

audaciam egregiam nominis.

ſtupens, nec promouet,) *P. C.*

delibraſſe ouiculam.

Sed quod iam & arbuſta

proinde ſe necat, exinanita iam ſtamine

aluo.) *Locus obſcurus & corruptus amplius expendendus.*

nec veſtis tantum ? admodum Græci

eſtis : an non ita eſt ?

Græciam depalari) *Vnica l. non gemina*

natura Deo debet.) *ita poſtulante ſententia.*

monſtrum, & quidem geminum,

vnguentis offunderetur.) *P.C.*

velut mollius ventilante ſerico reſtinxit

ſellas, queis in publico quoque domeſtice, ac ſecrete vehebantur,

Quanto tu magis arguas illud, quod vrges oculis.

(etiam ſi duplex quoq, Cratetismore)

nuſquam veſtiendo componitur; vno

circumiectu, licēte quidem, nuſquam

inurbano,

murænis mandendos) *P.C.*

Æuitia delectatus teneræ beſtiæ) *Tertulliani fortè error.*

Apologetico, pag. 21.

deonerant ſemetipſos, mentis malæ.

Sed illud ſolum ſpectatur,

ſic enim ſoletis dicere, homicida nega; laniari iube

ſoli quæſtioni temperantur.) *tormenta ſcilicet.*

Quæ malunt credi eſſe,

Qui iuuenis quam laſciuus, quam amaſius,) *v. c. Fulg. Vrſ.*

de pabulo crudæ,

prouocabunt ; dum diuina ſeruatur.) *animaduerſio ſcilicet.*

Obſeruandum itaque tibi,

cuius vbiq. ſatus facile) *ſcritur enim libido quia ſemen eſt.*

2. Quem ne enim integrū negaueritis?

vt quiſque dominum ſanctiorem expertus eſt, & domeſticam

ollueret forſitan ea & ipſi,

ſanitatem ſuam potitur,) *alter.*

exerta monumenta reliquit.

rofitentibus nobis quoque; fortaſſe an hoc nomine

d declinandum deuiantes) *Ita poſtea reperi in cod. mſ. Ful. Vrſ.*

vt curaſſe credantur.

templis deos æſtimetis,

icere & audire ?

ræterquam quod deſperata

i itaque

ta quæ nolumus experiri, ea dum precamur.

Scholæ beſtiariorum.) *vel*, beſtiarium.

c.38.n.495. cum de ipſis rebus, de quibus exigunt, præſumimus,

c.40.n.534. & ſi qua illic arborum poma oriantur,) *v. & tc. o.*

a.n.542. lupanaribus operantibus,) *ita mmſ. & Ful. & Puteani.*

c.41.p.n.543.l.4. An non illi iniquiſſimi, Chriſtianorum?

c.45.a.n.568.l.1. de diuina lege vt antiquiore formam mutuatus.

p.n.568.l.2. conténere ex inuolūtate, vel neceſſitate.

c.47.a.n.598.l.1. quæ de ſimilitudine fidem) *ſic Ful. c.*

c.48.p.n.607.l.5. quis in quam beſtiam reformari videatur.) *& ſic Ful. & Puteani codd.*

p.n.608. l.3. eo quod omnino de iudicio Dei pati debent,) *ſemel hic tantum habent excuſi codd. mmſſ. vero & ipſi ſemel, ſed poſt nor. 609.l.1.*

p.n.610. l.5. tantum corpus hoc modo) *Sequitur enim* impoſuit

a.n.611.l.2. fructus conſumuntur, & redeunt.

c.50. initio. Ergo, inquitis, cur querimini — quod pati vultis ?

n. 619. Sarmentitios & ſemaxios) *vel*, ſemaxarios

n.622. rogo ſecundum matrimonium dedit.

Ex libro de Teſtimonio animæ, pag. 124.

c.1.l.2. receptiſſimi cuiuſq. philoſ.) *P.C.*

p.n.2.l.3. & originū, & traditionū, & ſententiarū.

p.n.3.l.2. non mentieris :) *P.C.*

c.2.pag.125.l.3. in maledictum cōuertis benedictionē) *nullum enim maledictum præeſſit.*

c.3.n.10.l.1. eſſe? An ne quaſi non probemus, qui ea — exigimus ?

a.n.13.l.1. vel quæcumque capit dominum ſecta,) ſapit) *P. C.*

c.4.n.18. tamen propter nomen ſolum vanitatī

Inde l.3. non vti de bono vitæ

p.n.20.l.2. Nā in conuiuio, quū quaſi præſentibus

Inde l.2. Propter quos lætius viuis.) *P. C.* lautius. f.

Ibid. qui nihil ſentit. Quid quum vt ſentienti maledicis ; — facis, terram grauem — tormentum ? Æque.

p.n.22.l.2. memoriæ frequentādæ ita ſtudet,) *P.C.*

c.5.a.n.26.l.1. In quorum olea ex oleaſtro) *Ita ſupplendus locus.*

Ex libro ad Scapulam, pag. 129.

c.4.n.24. qui Thyſdri) *ex Salluſtio, Oppio, & alijs.*

a.n.40.l.1. alio nomine quæritur?

n.42. hoſtes publici, verum nec tot maieſtatis rei

Ex libro aduerſus Iudæos, pag. 135.

c.1.p.n.1.l.2. ſpectantibus, ſibilorum nubilo) *vel*, iurgiorum) *inf. ad. Marc. 1. c.13. a.n.82.*

a.n.3.l.1. minor ætate temporum intelligitur) *cetera ex marg. irrepſerunt.*

c.3.a.n.10.l.3. quæ temporalis erat, tributa eſt

c.5.n.21. Denique cum per Moyſen lex ſacerdotalis) *certa ex marg.*

c.7.n.47. vel quiſquis

c.8.l.4. quæ inueſtigabimus in Danielem,

c.9.a.n.99. ſolum ſonum nominis ſpectes, ſed

p.n.106.l.2. titulauit deſpoliatos) *ſic infr. adu. Marc.3.*

n.111. peruolantia vtique Dei præcepta,) vt *infrà l.2.*

a.n.112.l.3. in tantum Chriſtus erat, qui venit, in quantum non fuit bellator,

c.11.p.n.140.l.4. quaſi viginti viri) *Ita reſtituendus locus ex mſ. & excuſ. & lxx.*

n. 143. sicut Moyses ante nuntiabat, dicens:) *cetera ex marg.*
c. 13. *a. n.* 150. *l.* 1. possit nasci? Christus secundum Iudæos
p.n. 161. *l.* 6. Ab illis enim cœpit infamia,) *Vat. c. & ad. Marc.* 3.
Inde. l. 4. vel in cucumerario) *ex eod. loco ad. Marc.* 3.
c. 14. Discedite nunc ex abundanti.

Ex libro de Pœnitentia, pag. 165.

c. 1. *l. penult.* contra pœnitentiæ malorum) *P. C.*
c. 2. *l. penult.* delinquentium? cur malitiæ officium
c. 3. *a.n.* 13. *l.* 4. humana facti solum
p.n. 13. *l.* 5. legi supestruere demonstrat,
l. penul. cap. Quaqua re conuerteris,
c. 4. *a.n.* 22. *l.* 5. Inuitat præmio salutis,) *P. C.*
c. 6. *a.n.* 34. *l.* 1. tantam nobis mercem,
c. 9. *p.n.* 52. *l.* 1. conscientia perferatur,) *P. C.*
c. 10. *a.n.* 60. *l.* 4. quin ipse hominem
c. 12. *n.* 73. ignis intrinsecus fetu.
p.n. 78. *l.* 1. meæ curem?

Ex libro de Oratione, pag. 180.

c. 1. *p.n.* 3. *l.* 5. ratio qua promouit.) *Locus mancus & corruptus, vsq. ad.* Docuerat
c. 5. *a.n.* 21. *l.* 2. eam voto postulassemus,
c. 9. *l. penult.* accedentium iuxta desideriorum,
c. 14. *p.n.* 55. *l.* 1. nisi quum oratione) *ne videatur præpositio.*

Ex libro ad Martyras, pag. 190.

c. 2. *p.n.* 19. *l.* 1. Iudex expectatur, sed vos) *P. C.*
c. 3. *n.* 38. testudinem designando.) *Lusius lib.* 44. *Dion. l.* 49. *Xiphil. in Augusto. Poluænus strat. 4. c.* 11. *in Alex. Maced.*
a.n. 39. *l.* 1. De vmbra ad solem; de sole ad gelu,
p.n. 41. ad exercitationem virtutum,
c. 4. *a.n.* 56. Itaque nec cessit carnifici
n. 58. Tanti virtus, quanti

Ex libro de Patientia, pag. 198.

c. 1. *l.* 4. constantiam commendandi
c. 3. *p.n.* 14. *l.* 1. Tum de domino ----- absolute veniam offensæ patientiæ) *vt erat antea.*
c. 4. *a.n.* 27. *l.* 1. de bono eius late retractet?
c. 5. *pag.* 200. *l.* 4. hauserat, facit?
a.n. 36. *l.* 1. temperauit. Quod crimen) *P. C.*
p.n. 38. *l.* 2. crudiuit. Quid enim *ita numero exigente.*
c. 6. *p.n.* 45. *l.* 1. Prohibita ira: restinctianimi,
c. 7. *a.n.* 51. *l.* 1. Nam quid faciunt, quum
a.n. 54. in amittendo; & qui in ipsam animam,) *ita videtur postulare sententia.*
c. 8. *n.* 55. minorum delibatione lædemur?
p.n. 57. *l.* 1. à Domino vapulabit.) *Vat. c.*
c. 10. *l.* 2. gloria vbique vana, ----- hoc quidem loco quum maximè, quum alterius) *Vat. c.*
a.n. 65. tamen iudicantis patientiam cauit,
c. 11. *l.* 2. operatio Mali. Multiplicia
a.n. 69. nulla necessitas patientiæ.
a.n. 70. medela patientia. Certemus
Inde l. 4. nos decet, dignatione
c. 12. Quod ad pacis) *& infrà l.* 2. ne dicam septies, vel septuagies
n. 77. nisi prius iam deleret,) *vel*, dolorē.) *P. C.*
n. 78. Cum disiunctio matrimonio,) *ob causam fornicationis soluit.*
a.n. 80. *l.* 3. pœnitentiam iniuit.
p.n. 80. *l.* 3. nec sua requirit, sed offert sua.
l. 5. *p.n.* 80. Ceteroquin quid impatientiæ reliquisset.) *quid, pro aliquid asserituit.*
c. 13. *p.n.* 84. *l.* 7. Domino, quum iqualore
a.n. 85. procurat continentia carnis) *P. C. vt sit septimus casus.*

Ex libro de Spectaculis, pag. 212.

c. 3. *a.n.* 18. quo ad cetera congruunt.
c. 7. *l. vlt.* sordide instructa, vel modice, locuples & splendida est
c. 8. *n.* 67. Eæst de locis) *P. C.*
a.n. 70. *l.* 1. Idololatrias recognoscis?
n. 78. Murtia quoque id olim fecit.) *Plin. lib.* 15. *c.* 29.
c. 9. *n.* 88. patriæ Iunoni
n. 93. terræ matri, vel veri.
c. 12. *a.n.* 98. à loci initio. Theatrum
c. 10. *a.n.* 118. quia feratum voluptati non satis fiebat,) *vt erat prius.*
c. 15. *a.n.* 137. qualitates contrarijs conferamus.
c. 16. *n.* 145. furit, alicubi competit
c. 18. *n.* 156. vt plasticam Dei supergressa, sed propter
c. 20. *n.* 164. defensionem suadiludij cuiusdam) *Cogitadum an hic, ut de Corona mil. ita legendus.*
n. 166. & Apulias) *Videtur Punicum vocabulum; quasi, apluuias à pluuijs tota loca; vnde Apulia forte Italiæ prouincia, quod pluuijs fere careat.*
c. 21. *p.n.* 169. *l.* 1. etiam oris spectaculo.
c. 23. *n.* 183. callos pugnorum, & rudium fungos) *vt instrumentis tribuatur lasso.*
c. 27. *p.n.* 196. *l.* 3. quid te fiat in cœlo
c. 29. *n.* 208. præsto sunt non pauca, sed multa.

Ex libro de Idololatria, pag. 238.

c. 1. *l.* 3. opera recognosce) *sic c.* 2. *l.* 1.
c. 4. *n.* 15. omnem mundi eensum,) P. C.
c. 5. *a.n.* 24. *l.* 3. similitudinem fieri iussit. Si eum dem si nulla vox spiritus
c. 8. *l.* 2. *à fin.* remedijs iam vsitatis.
c. 10. de ludimagistris, & de ceteris
a.n. 63. *l.* 1. Quinquatria tamen non frequentabit?
c. 11. *n.* 74. De grauioribus, si cetera] *sic infrà. l.* 13.
a.n. 81. *l.* 2. Turarius?--- *&*, Turarius per templa transibit
c. 13. *p.n.* 96. *l.* 2. contamines? si non) *& infrà.* Sin vero & dissimulaueris,
c. 14. *n.* 104. Ceterum de mundo exitetis --- conuersationis immitis) P. C.
p.n. 110. *l.* 2. non dicam duos dies) suos, P. C.
c. 15. At nunc lucent tabernæ
p.n. 111. *l.* 3. personas quæ apponuntur,
p.n. 122. deprehenderat factum
c. 16. *n.* 128. Si nec in vocatu, nec
c. 18. *a.n.* 141. induantur prætextæ
a.n. 142. *l.* 2. ex forma Dominicâ) *& infrà a.n.* 142. *l.* 2.) domiciliij incertus.) P.C.
a.n. 146. *l.* 2. paratæ irrogantur
c. 20. *n.* 157. Porro quid erit delectatio per eos te adstringit.
c. 21. *l.* 6. Quid aliud fecisset
a.n. 159. *l.* 7. *Inde l.* 3. & erit Idololatria, professio timoris tui.
c. 23. *n.* 166. *Videntur recitari Menanni verba, ita vt alij, litteræ scribenda essent.*
p.n. 166. *l.* 2. contrendere potes, neque noluisse. --- vtique voluisti, & hæres tam in facto ---- nec potes leuiore crimine maius excludere.

Inde l.3. sonus? At enim Zachatias
c.24.l.2. à fine. secundum arcæ typum —— in arcæ typo.

Ex libro de habitu muliebri, pag. 257.

c.5.n.38. materiæ cultus sæcularis, id sint necesse est,
p.n.42.l.2. Quid si de qualitate vsus glotia est auro & argento? Ar quin
p.n.44.l.2. sine ferri & æris operatio vigere non possint.
c.8.n.65. Ceterum si materiæ ex Deo sunt, non statim & huiusmodi fructus: latet in omnibus, quæritur:
c.2.n.72.l.1. vt alia vitia ambitionis
p.n.71. Nam tanto ----- quod concupiuit.) *afferat, non quarti, aut dubitat.*

Ex libro de cultu fœminarum, pag. 264.

c.1.a.n.7.l.2. studijs, formam nitoris sui eamdem circumferentes)
n.p.7.l.2. propter vanitatem gentilium) *Ibid.* deuitat affectum. Quota denique
n.8. vt neget appetitum?
c.2.p.n.11.l.5. Quid alteri concupiscentiam
Inde l.2. vt culpa vaces, ab iniuria non liberabetis.) *vt infrà p.n.13.l.1. vel* propter iniuriam
c.4.a.n.21.l.1. formam vero fidelis non spectat
c.5.p.n.24.l.4. effigie mentiri, quibus lingua non licet.) P.C.
c.6.p.n.28.l.1. & salutantibus vsibus) P.C.
l.vlt.cap. in finem apptopinquare defotme est. Quid enim? tanta
c.8.p.n.40.l.1. obeundæ grauitatis
c.9.a.n.53.l.1. satis dotum vestrarum fructu. An excidistis de notitia sal. disc. Nos sumus,
c.10.n.55. ex illis iam ferruminati corporis eicatricib.) *sic Plin. 31.c.6. aqua marina ferrumminant fracturas ossaq; contusa.*
p.n.57.l.1. ex ea libido possidendæ
c.vlt.p.n.82.l.1. Stemus expeditæ

Ex libro I. ad Vxorem, pag. 273.

c.5.p.n.32.l.4. vt non satis habeamus
c.6.a.n.36. quum pletæq. gentilium) *& infrà l.1.* Quod quia difficile videtur
p.n.43.l.1. Nam manentibus interim vitiis) *vel* annuentibus.
c.7.p.n.45.l.1. Quare facultatem continentiæ quantum possumus diligamus: quum primum obu. imbibamus:
c.8.p.n.51.l.2. suscepit tueri pater omnium. Vide *Psal. 145.*

Ex libro II. pag. 280.

c.1.p.n.5.l.1. Quoniam vero difficile est,
c.2.p.n.16.l.5. alter in ijs perseuerare iubeatur?) *Inde l.7.* sanctificare eam non possint, cum non sint deprehensi.
c.5.p.n.37.l.2. sustinent quidem,) P.C.
c.7.p.n.47. Hoc signi erit, quod solis petitorib.
p.n.53. per Apostolum eius denuntiatū. Quam huius amentiæ causam definiam,
p.n.58.l.3. Nonnullæ se libertis, & seruis suis conferunt,
c.9.a.n.63. alterutro docentes, alterutro hortantes.

Ex libro de Corona militis, pag. 288.

c.1.l.3. seruire posse præsumpserant.
p.n.6.l.1. Negauit ille, quod ceteris, sibi licere.
n.11. releuari auspicatus.) Vat.c.P.C.
a.n.13. Et nunc rusticus sanguinis sui spe, calceatus de Euangelij paratura, succinctus de acutiore verbo Dei, —& de martyrij candida melius coronatus,
c.2.a.n.23. suo nomini vindicandam
c.7.p.n.62.l.2. Deum naturæ ptoxime
a.n.66.l.1. eerte enim cæcos fuisse
c.11.a.n.145. Familiarissima est aduocatio necessitatis:
c.13.a.n.182.l.1. vt & corona consignes,
n.186. in sacramenti tinctione eieratæ.
c.14.n.193. manus inferat Idololatria,

Ex libro de Virginib. velandis, pag. 309.

c.5.p.n.39.l.4. Ita mulier natura nomen est vxoris, & vxor conditione
c.6.p.n.48.l.6. sed qua marita,) P.C.
a.n.49.l.1. vocabatur pet vocabuli huius
c.7.n.50. si ita virgini cæsum capillum decori metitur, quemadmodum & puero promissum.
c.8.a.n.63.l.1. & omnem nominans mulierem, cum ea nominasset virginem.
c.11.p.n.94.l.3. & animam ex spectatione,) *vt suprà n.97.* menses tributa dependunt,) P.C.
c.12.p.n.106.l.1. Quid singula persequar? Solæ enim manifestæ paraturæ) *vel*, Sola enim manifesta paratura) P.C.
c.14.p.n.115.l.2. dummodo latear quod) *& inde l.4.* Conscię mulieritatis,
c.15.n.121. tentationibus gradum obstruxerit.
c.17.l. penult. vetitatem consuetudini præponentibus,

Ex libro de Præscriptionibus aduersus hæreticos, pag. 330.

c.1.n.4. quot tantum hæreses valeant; non quātum sint: quum
c.3.a.n.11. & versatissimi in ecclesia,) *& infrà l.2.* versatos æstimandos,
c.8.p.n.62.l.2. pulsabit, qui ostium nouit?
c.9.p.n.67. probationis præuerto,
c.10.a.n.69.l.4. ad hoc inuenis, vt etedas.) *& p.n.71.l.* 1. & velim sic nusquam,) *Phil.3.c.12.*
c.13.p.n.83. eum in nomine De ivatie
c.15.a.n.99. ex litteris fidei) *& p.n.99.* & huc præstruebamus allocutionis
a.n.100.l.2. sint ne illæ iuris eorum, an ne eas habere possint; dispici debet cui competat possessio.
c.30.n.171. dum condicioni datæ sibi
c.32.p.n.186.l.2. ttaduces habent. Confingant
c.40.l.1. à quo intellectus interuertatur
c.46.p.n.305.l.3. cetera obscæna: communes enim
c.47.p.n.307.l.11. extendisse se totum, & fecisse sic cælum) *ex Epiph.*
c.48.a.n.312.l.1. ex quo coligeret retenta animatum sola
c.49.l.1. Has ergo circumducere breuiter expediam.) *& inde l.3.* processisse mentem P.C.
p.n.315.l.8. nisi qui missus) *& inde a.n.316.l.2.* negat, sed non alterius.) *scilicet cælestis.*
c.52.p.n.326.l.1. post hunc diuersa sentire
c.53.n.330.l.1. posteaquam pro Christi nomine.

Ex libro

Ex libro de Baptiſmo, pag. 387.

c.9.p.n.64.l.5. vitio in vſum commodum
c.14.p.n.100.l.4. ſcripta ſunt, quum ſchiſmata
c.16.a.n.112. ſanguine glorificaretur: proinde vt nos faceret aqua vocatos, ſanguine electos. Hos duos baptiſmos omiſit quia qui
c.17.p.n.116.l.1. aut diaconi vocarentur diſcentes,) *id eſt diſcipuli, Apoſtoli.*
c.18.a.n.128. diuina credatur? Norint
c.20.n.141. quam Dei. Proinde Dominus

Ex libro aduerſus Hermogenem, pag. 411.

c.1.p.n.9.l.1. non alium videtur, ſed aliter cognoſcere;
p.n.15.l.2. & qui patrem Deum faceret.
l. Vlt. cap. quandiu fuit hæc.
c.6.n.26. Ille quidem, Deus; conteſtabitur Deus,) *vt erat prius.*
c.8.p.n.31.l.2. ſed eguiſſe ſe Deo præſtitit,
c.11.a.n.41. quin & Deus hoc fruſtra
a.n.45. conuixerint beſtijs,) *Inde l.2.* Ecſi teque materia
c.15.a.n.53.l.11. qua bonus, — qua non bonus,
c.16.*l. vlt.* quam quia non potuerit
c.19.p.n.66.l.2. Deus fecit vniuerſorum eſſe proprie
c.22.n.78. quamquam poſſimus vnde vnde illas
c.23.a.n.84.l.3. alienum, & ſtatus ſui extraneum.
c.29.a.n.103.l.2. viſibilem, & habitabilem.
c.31.p.n.106.l.2. quia inerant eis — intelligi poterant?
c.32.*l.2.* Sciuit eſſe
c.34.p.n.122.l.3. poteſt alij ſimilitudinem de ſuo
c.37.a.n.132.l.4. de bono melius? Æque) *& infra l.2.* comparas Deum
c.40.a.n.140.l.2. totam eam fabricatum.) *vt erat prius.*
c.44.a.n.152. vbique, & vndique apparere? *& a.n.159.l.* 1. quæ illi non erant neceſſaria, ſi apparendo---perfectus fuiſſet.
c.45.p.n.155.l.1. operatus eſt ea, quæ molitus eſt.
a.n.158. extendit cœlum.) *Inde a.n.159.l.3.* operatione Dei vniuerſa conſiſtunt.
p.n.159.l.1. mundi de factis eius

Ex libro aduerſus Valentinianos, pag. 441.

l.1.a.n.11. facili charitati,) 1. *Cor.13.*
c.2.n.15. Porro facies Dei ſpectat,
c.4.n.28 cuiuſdam veteris opinionis ſemen nactus, Colobarſo viam deliniauit, eam p. Ptolinſtrauit
c.7.a.n.51. pronuntiauit de lati ſitus nomine,) *vel,* è lati.
p.n.65.l.1. quiete monere eum
c.8.n.90. acclamant. Audis tu
c.9.n.97. incontinentia ſui, ſiue coniugis Phileti ſatietate
c.11.p.n.123.l.1. turpiſſimum par duorum
c.12.p.n.135.l.1. vnuiſcuiuſque florebat,
c.14.p.n.168.l.1. relinquitur interim odor
c.15.p.n.195.l.1. recordans, eo de gaudio riſus lumen
c.16.a.n.196. diſcuſſiſſet, quoties ridere voluiſſet,) *Inde n.* 208. atque conformar
n.212. definxit) *Inde p.n.* 213.*l.1.* indidit hilaritatem
c.17.p.n.216.l.3. ſubauit intra ſe ipſa in illos.
c.18.p.n.219.l.2. potuit effingere,
c.24.p.n.266.l.1. adhuc tantum quod aquis) *cogitabitur amplius.*
c.26.a.n.286. volunt illum proficias earum.) P. C. *Vide Feſtum.*
c.32.p.n.351.l.4. recipientur. Furtim ſi ita eſt,
n.358. aliquem Oneſimum Æonem.) *id eſt, ſeruum, miniſtrum. alluſum eſt ad Philemonis ſeruum.*
c.37. *initio.* Accipe alia ingentia Cercutiana) *Cercutus Aſiana nauis prægrandis.*
c.39. *in fine.* atq. ita inoleſcentes) *de carne Chriſti c. 4. Inſoleſcit noſquam legi.*

Ex libro de Anima, pag. 477.

c.2.a.n.21. omnia præſcribit; proprietatibus etiam inter
c.5.n.62. Ariſtotelem. Fortaſſe an extruentur) P. C.
p.n.76.l.2. amore coæreſcit
c.6.a.n.82.l.2. Vnde hæc vis incorporali—propellere?
c.8.n.103. Ceterum eſt inuiſibilis.
c.9.a.n.109.l.1. vt illud triſariam diſtantiuum,) *vel,* diſtinctiuum.
c.11.a.n.145.l.3. traditorem tamen nondum,
c.12.*l. Vlt.* non vt ſubſtantia alium, ſed
c.19.p.n.253.l.1. alicui adhærere, cui innata, & innata
a.n.254. ſine arundine, ſine ceruo, ſi quid attigerit, vltro ambibit, & quidem
c.23.p.n.299.l.1. hiſtorias æque Mileſias) *vel,* eaſque Mileſias
c.24.p.n.320.l.4. nec vlla demutatione tempori ſubeſt, nec eadem in multitudine
a.n.321. ad euertendam memoriam
a.n.324. nec ij quidem omnes.
c.25.n.326. ſed effuſo iam pattu
a.n.329.l.1. nouiſſime educi. Videbimus
n.330. At quanto ruboratior exitus
a.n.331.l.6. ille quidem de contuſionibus
p.n.333.l.1. latrocinio ἐμβριθοποίητον appellant
c.26.l. *vltis.* mortuum adhuc corpus vtique? Nequaquam.
c.31.l.5. qua infans reuertatur? quale eſt autem
Inde l.6. carentes ij, per quæ eadem probarentur.
c.32.n.388. Viderint Thamni, lieet bis ſi elati,
pag 388.l.7. conſiteris animam non eamdem: ſimillem dicendo, non ipſam.
c.33.p.n.406.l.3. nihilominus iugulo, ventréque confoſſis
a.n.408.l.1. ornamenta, quam caudæ.) P. C.
p.n.408.l.1. iuſto Deioci,
c.43.a.n.413. finxit ſummum patrem,
Inde l.3. ab ijs per inuidiam retentam,) *ſit Irenæus.*
c.38.a.n.445 *l.5.* nec vt ipſe loricandos,
c.34.a.n.474.l.8. numquam fuecidere queleti,
p.n.474.l.2. prolatorem valetudinum) *vel,* prorogatorem.
c.44.p.n.486.l.2. diuortium crederet: vt omnia magis) *& infra,* & quidem ex forma continuæ.
Inde l.2. ſeu moneri, ſeu terreri à Deo velut fulgore
c.47.p.n.543.l.3. Porro quoniam non eſt ex arbitrio
c.56.n.618. quacum petuixiſſent,
n.621.l.1. & ceuſear iuuenta ſenecta ponderata,
c.vltj.l. *vlt.* ſatisfecimus.

Ex libro de carne Chriſti, pag. 542.

c.3.p.n.27.l.3. dimitti deſideraueris,
c.5.a.n.32. in diem inoleſcentem, grauem,
c.5.a.n.49.l.2. quam homo: Deus Marcionis audi
c.6.n.54. angelus quidam illi Philumenes.) *Inde p.n.* 57.*l.5.* dicentes licet carneam,
a.n.58.c.1. quoniam (quia id quod
c.8.n.81. pœnitentiam admiſcuerit.

c.9.n.86. figulavim est, & iam
c.11.n.100. si in carne conuersam,
c.13.a.n.108.l.5. solidata. & singularitas tota est.) & n.108. Et anxia est, inquit,
c.14.p.n.118. Prophetis aliquo modo gloriosiorem,) *Inde*, angelus fuisse
c.17.n.138. & tamen mihi vaccti incurfus Adæ, vnde Christus Adam
c.20.n.153. prophetæ Dauid. Ille) & *post. n.154.l.3.* Auulsisti me, inquit, ex vtero.) P. C.
p.n.156. pandentibus exinde venis
c.21.l.2. vt caro, non ex femine carne processerit
a.n.159. caro ipsius est. sola hæc
p.n.160.l.2. Hoc nomen non debet caro extraneæ.

Ex libro de Resurrectione carnis, pag. 566.

c.1.n.9. pulsta saltem, licet non adita veritate.
c.2.a.n.22.l.1. quoquomodo velint, tamen) *Inde ante c.* 3. à incursione præstricta.
c.3.a.n.32.l.1. suas instruant) *vt supra.*
c.8.a.n.84.l.2. Christum dominū par esse.) pariare. P. C.
c.14.p.n.112.l.1. concretione parari.
c.16.a.n.122. sed Thracis, vel Galli,) P. C.
c.21.p.n.162.l.1. tam aperte prophetia iaculata,
c.31.l.3. cecidisset, vt manifestus est,
c.32.p.n.243.l.2. de aluo piscis euomitur.
c.37.a.n.271.l.2. magis conlucauit) *id est patefecit.*
c.40.a.n.265.l.6. renouari die ac die.) *vt supra n.* 282. renouatur die ac die.
p.n.285.l.1. per supergressum in supetgtessum) *ita aduersus Gnost.*
c.46.a.n.327.l.1. nisi illuc penetret
c.48.a.n.348.l.1. non alias hic baptismate
c.60.l.2 *ante fin.* non posse. Licet

Ex lib. I. aduersus Marcionem, pag. 619.

c.2.l.2. quem negare non potuit creatorem
c.5 p.n.40.l.1. Sgen, tum vsque
c.7.p.n.48. in medio autem deos dijudicabit.
c.11.a.n.65.l.2. tempore? an ne alio) & *l. penult. cap.* insigniora & superiora opera) P. C.
c.15 a.n.105. vacent subiciua,
c.26.p.n.110.l.1. Deo creatori deputandam) *Inde l.*2.cx tribus, & succidis. P. C.
c.18.a.n.121.l.3. qui modo eum non vltro
c.19.p.n.131.l.3. statimque satis plana res est. Præiudicat
c.22.a.n.154. Quid ni - fuisset? Nō posse quiduis Deo, non licet,
p.n.154.l.2. hinc consetur, si agat: sic nec voluisse videbitur,) P. C.
c.23.p.n.159.l.1. referri, cui deficit prima, non habenti propriuo) *Inde l.*2. Exhibe ei principalem
c.24.p.n.171.l.2. Quid enim tam perfectæ æritatis.) *Inde l. 5. a fin. pag.* febricitates, ô Marcionita
c.27.p.n.190.l.3. Quid fiet peccatori cuique die illo? respōdebunt
a.n.195.l.4. proinde cur tantam
c.29.p.n.204.l.5. compescere in totum,

Ex libro II. pag. 643.

c.p.n.6.l.3. de arbitrio sensus sui pēsitant Deū aliqui:
a.n.7.l.2. ideō magni rudinem, qua Deus
n.7. Efaias iam tum Apostolus) *sic Vsta.*
c.5.a.n.31.l.1. ad formam Dei respondentis.
c.6.p.n.36.l.3. non fauente institutioni, non seruiente.) *Inde n.*37. *si careret hoc iure*
a.n.39.l.4. quia aliter quam Deum) *Inde a.n.* 40. ream ostendet, quod ipsa commisit
c.7.a.n.41.l.2. vt desinas quærere) *Inde n.* 44. quod bene acceperat, vt ipse
c.9.a.n.54.l.2. imaginem Dei comparare.) P. C.
c.10.n.a.63. & dices ei: Hæc dicit Dominus. Tu refugnaculum
a.n.68.l.7. læsit hominem electum ad Dei obsequiū, electum à Dei obsequio.) P.C.
c.12.n.73. Ita si societas — separationem earum non potest capere, quo ore
c.13.n.78. Qualem oportet Deum, vel qualem malles expedirti sub quo delicta
c.19.a.n.121.l.1. ne vllo momento.) *Indep.n.*126.*l.*3.ad libe-randas animas
c.20.n.129. & tandem vasis istis renuntiauerunt
c.22.a.n.147.l.1. Deus æternus) *Esa.*40.*g.*28.*lxx. Ita Eulgent. lib.* 3.*ad Trasimundum.*
n.148. vel ex edicto
c.24.p.n.158.l.4. & plurimæ misericordiæ. *est enim πολύελεος.*
c.25.n.166. pro rerum varietate sese occursu, tei ostendimus.) *ita Frob.*) occursu fieri) P.C.
c.27.p.n.188.l.1. & exinde omni) *Inde l.*1. sicut apud Dauid scriptum est
a.n.192. Quid si enim eadem,) *Inde l.*2. de seuero scilicet sæuum
c.28.a.n.197. omnem malum, quem) *Inde p.n.*138.*l.*2. dissimulationis priſtinæ fecit
c.29.p.n.207.l.4.2 Christo reformatus, & repercussus, & redditus, potius quàm exclusus, cum præsertim.
a.n.208.l.2. Nam si ita est, quomodo eum) P.C. *Inde n.* 208. qui res suas auferiores

Ex libro III. pag. 668.

c.3.a.n.10.l.1. & nominatim præfato) & *n.* 10. fidem eliciet) *sic infra de Monog.a.n.*11.*l.*3.
c. 4.l.2. & quum maxime
c.5.n.24. cum etiam Ethnicorum Apostolus
c.6.a.n.28.l.1. nec statim præiudicium) *a.n.*35.*l.*1. & eondente spiritum) & *inde*, secundum Prophetam,
c.7.p.n.52.l.2. prnpter eumdem Domini conspectum.) *sic aduersus Iud.c.vlt.*
c.8.a.n.59.l.1. per mortem rcuertentis
c.13.a.n.90.l.1. iam signum non fuisset.) *supra ad. Iud.*
c.14.p.n.101.l.4. quis enim ea ensio operabitur,
c.15.a.n.107. tunc Græca) P. C.
c.18.p.n.117.l.1. de qua quum maxime
c.22.n.170. separamini qui Dominica vasa portatis) *a. n.*171.*l.*1. Ecquid creator
c.23.a.n.183. Vespasianum non pœnitentiæ intellexisset) *Tempus scilicet quod præmiserat.*
c.24.a.n.197. stata via à Christo

Ex libro IIII. pag. 697.

c.1.n.4. vel quod magis in vsu est dicere) *Fat.c.*) *p.n.*5.*l.*1.& quidem vt accepto) *Fat.c.*
c.3.a.n.28.l.1. etiam circa titulum: ceterum Apostolorum est, iam ergo) P.C.
c.4.a.n.32.l.1. à nostra veritate desciuit.) *Inde a. n.* 33. sed & proferunt
n.33. Si enim Euangelium, quod Lucæ refertur penes nos (videlimus an & penes Marcionem)
a.n.37.l.1. & nostrum anterius id emendans
c.p.n.38. ab initio, id ab initio) *p.n.*43.*l.*1. vt non etiā damnatum) *vel*, cum eo damnatum integra

l.13.a fine pag. integra decurrerunt
c.7.p.n.59. Ecquid ergo) *& p.n. 65.* Hoc age Marcion. Aufer
p.n.66.l.1. & non eſt bonum auferre panem
c.9.p.n.101.l.3. & hoc ſenel functum
c.10.p.n.116.l.1. quod ne Valentinus quidem) *p.n.118.l.6.* non admittunt inſaniam hæreticam
c.11.p.n.126.l.3. tempori Ioannis eam præſtans ; vt tempori ſuo eam deſtinans , ſi non eius fuiſſet, iamq. erat. Teneo meum) Vat.c.
c.12.p.n.150.l.2. animæ omni,) *oſt enim.πάλιν.*
c.13.p.n.160.l.2. habes actum euangelizantis) factum) P. C. *& l.1. poſt,* & auditum pacis
a.n.166. Hos ſpectabat Pſalmus.) *P. C.*
n. 168. videſ ignotos,& extraneos : Et dices cordi tuo, quis
c.14.p.n.179.l.2. & ipſis egenis ſolatia.) P. C.
n.190. Sanctificate eum) Vat. c.) *n. 191.* nam & ſanctificatur) Vat. c.
c.16.p.n.222.l.1. & quidem tam plenæ atq. perfectæ
a.n.223.l.1 ipſe præſtare.) *p.n.223.l.2.* dentem excuſſura
p.n.224.l.2. indigeat,datori imperatam habes
p.n.225.l.2. cuta vltra ne) *a.n.231.l.2.* poinde nec alij
p.n.231.l.1. diſciplina,qua cognita) *& l.2.* Itaq; Deus Marcionis,& ſi quum maxime
c.17.p.n.238. quia ſoluturo) P. C.) *poſt n.244.l.2.* beneficia præceſſerunt?
a.n.249.l.1. regula excidere,quanti Chriſtum
c.18.p.n.257.l.3. qui neque eundem ſperaret
c.19.p.276.l.1. in Iudæa
c.21.n.294. Numquid vel hic edidit cuius ? Prohibet eos
a.n.302.l.2. centum hominum?
a.n.303.l.1. non poteſt nouum ſenſiſſe Chriſtum,niſi) *vel*,non poteſt non eum) *ſublato*,niſi
n.313. cruciatu deliberatus ;) *quaſi in vero trutina ſuſpenſus.*
c.22.p.n.317.l.4. ſeparatur. Sic enim alienos) *ironice.) p.n. 319.l.2.* tua,& excidi mente.
c.23.p.n.350.l.1. debere,qui ſemper Agnoſco iudicis ſeueritatem. Econtrario Chriſti eamdem animaduerſionem deteſtatis diſcipulis,) *Lucas corruptus, vel manc.*
c.24.a.n.368.l.1. abundatutam citcumcidens ,) *& a.n. 385. l.2.* & immaniſſimæ cuiuſque beſtiæ) *P.C.*
p.n.387.l.4. id eſt fidei : hanc erogationem , & ſubiectionem) *Marc.vle.*
c.25.a.n.398.l.2. vnum aliquod ex omnibus) *P.C.*) *p.n.407. l.1.* exigeret ſublimiot ſpes,
c.26.p.n.429.l.2. hoc,quo ſignificarent
c.27.p.n.437.l.1. Sæpe iam fiximus
c.28.p.n.456.l.2. Ita dico vobis,) *& l.penul. cap.* parati, cui erunt?
c.29.p.n.468.l.2. tantum quod reuelata, quum) *Indel.2.* ne de eis cogitarent?
a.n.475.l.2. Deum ſuum metuens
c.30.a.n.495. recognoſco te exigere,) *Jndel.1.a.n.496.* ſublequitur? De
c.31.a.n.511. quorum ſpeciem Iudæi gerunt;) *p.n.513.l. 1.*vocationem,cæleſte conuiuium) *P.C.*
c.33.a.n.520. dominicos debitores,diminutis cautionibus) *& n.532.* vt vnde vnde magis probetur,
c.34.l.2.p.727. & pattem tamen teſtans eum
p.n.543.l.2. Sicut & prophetæ auctoritate:
p.n.547.l.3. adulteri fulgura iaculatus eſt) *P. C. a.n.152 l.1.*quam Marcion Chriſto ſuo) *P.C.*
p.555. & caudida — proſpiciatur ?) *p.n. 556.l.3.* Nec enim cepiſſet Petrum dicere:) *P.C.*
c.35.p.n.559.l.2. commineturillic:nec enim ſuus
a.n.569.l.2. cum alter , vti dominus , ille per ſemetipſum
p.n.573.l.1. qui confiderent
c.36.n.589. qui quoquo modo)*p. n. 591. l. 6.* Atqui ne — ne vllam) *P.C.*
c.39.p.n.640.l.2. qua generarentur.) *p.n. 643. l. 4.* ſignum eius eſt rei,
a.n.644.l.3. cui conflictationes deputantur,
c.40.p.n.657.l.1. leuauit in me plantam.
a.n.661.l.1. pretium appretiati,& dederunt
c.42.n.690. diuiſum partim,partim ſorte
a.n.693.l.1. Habes falſi cui
a.n.699.l.3. Denique ſi cato non fuit,ſed phantaſma
c.43.a.n.709.l.2. eſſet,qui exiſtimabatur.

Ex libro V. pag. 782.

c.2.a.n.19.l.3. hinc,videoo dices,ſubrexuit:
c.3.a.n.24.l.1. deſiderabat,quos ſi quando vult Iudaiſmi magis affines intelligi. Cum vero
p.n.25. prædicandi minus obiret.
p.n.39.l.2. & deputatus eſt) *vt infral.6.*
c.4.a.n.45.l.2. impleri,autiam implendum) *a.n. 52.* & ſi ex parte conuertit.
a.n.53. Alterum ſuper omnem
c.5.a.n.67.l.1. & qua ignotus, — & qua neſcit itaſci.) *Jndel.4.* pertinent ſtultitiæ deputatæ,
n. 74. etiam vera,) *Jndel.3.* gabatarum purgatio) *P.C. Vt ad vaſa pertineat. Matth.23.*
c.6.a.n.87.l.1. Apoſtolus vtitur?
c.7.a.n.107.l.2. in quæ admittenda fornicatio) *P.C.*
a.n.116.l.3. Deus pater, ex quo omnia.ex quo omnia nobis,niſi
a.n.121.l.1. Prætereo ſi quando paria eorum, quæ retractata ſunt,quædam &
c.9.l.2. qui timet etiam, cuiuſnam Chriſtus
a.n.139.l.8. Hoc cadit,quod) *P.C.*) *Jndel.3.* quomodo in Adam
a.n.144.l.1. niſi filio vero.Nam) *P.C.*
a.n.145. carni deputans ex vtero ſpiritus, quod ex ipſo.Hic accedit) *vel*,Huc
p.n.147.l.3. Sed ſi & hic Pſalmus
c.10.n.157. ideo de corporis) *P.C.*
c.11.a.n.184.l.2. nec vltra Poſſum — præ manu erit,ſcilicet huius,
c.12.p.n.193.l.4. mortis demutati conſequantur,) *p.n. 194. l.1.*Ideó quæ oſtendit) *P.C.*
a.n.198.l.1. vindicari iniquus enim
a.n.202.l.11. angelum nouimus. DE PARADISO ſuus ſtatus eſt
c.13.l.2. adhuc congredi. Quotiens probaueram conceſſionem eius — apud creatorem? quamuis & ipſa epiſtola
p.n.212.l.1. quia & hi legem ignorantes, natura) *P.C.*
p.n.213.l.2. vindicabuntur à Deo illo iudicio
a.n.213.l.1. per quæ hæc
n. 221. peccatum in morte
n.223. inquit,legi per corpus Chtiſti,) *P.C.*
n.225. liquuit delictum latens) *P.C.*
c.14.pa.955.l.6. Quum vero vttumque ſubſtruxerit,) *l.8.* de ſtatu ſimilis , & veta de cenſu,non vera de ſimili.
a.n.229.l.1. Phantaſma,quia oſtentum eſt,) *p.n. 235.l.1.* Vnde enim eruptio?
a.n.236.l.1. patebant de Eſaiæ,vt ſequentia
a.n.238.l.4. tertibutionem iniutiæ,ſed inceptionem) *Jndel.4.* Chriſti autem non & creatoris,
c.15.n.243. lex vxoria eſt turpitudini) *p.n. 246.* vetat nihili haberi?) *ſic infra ſemper.*

c.16.p.n.252.l.1. angelio, pœnam, quos ait luituros exitialem
n.254. Quisquis est autem ex duobus,) *Indel.* 3. propter hoc dabit eis instinctum
a.n.256.l.1. Christum creatoris submittat?] *P.C.*
c.17 *pag.*258.l.1. secundum boni æstimationem] εὐδοξίαν.
a.n.267.l.2. Apostolus sciuit? Quis iste?] *Indel* 5. conuersatus fuerat Apostolus. Non quia
n.272. Marrucine) *Vide Casull. t.pyr.xij.*
l.vlt.c. præcidentis non miror syllabas subtrahi, cum paginas---subducar.
c.18.l.9. qui omnia condidit, pronuntiasset
c.19.n.296.l.1. exiuit sonus] *Inde a.n.*299. esse nesciuit?
a.n.300.l.2. offenderent vniuersa? Aduersus
p.n.302.l.1. & inani seductione,] *P.C.*
c.20.l.2. quidam vero & per boni æstimationem.] ἐπ εὐδοξίαν.
p.n.312.l.1. Quin nec hic Apostolus
a.n.315.l.2. Non enim exaggerauret
p.n.319.l.2 & ipsa lege mortis] *P.C.*
*Jndel.*1.2. in carne demutari habebunt,

Ex libro aduersus Gnosticos, pag.824.

c.1.l.1. tor venena, quot & genera;] *P.C. ex Isidor.*
p.n.8.l.1. & virgendi bestiæ calcem.] *vt infra n.*10.
p.n.13.l.1. Nec amara enim potio.
c.2.p.n.14. nisi de debito primum;] *P.C. Ind.l.*1. de necessitate dicendum.
a.n.18.l.1. Non facietis vobis deos argēteos, & deos aureos non facietis vobis. Secundum]
c.4.p.n.33.l.2. aut quoquomodo veneret
p.n.34.l.1. par sum illis, nisi illis
c.5.l.1. plagæ, nec alium ictum] *Indel.* 2. malum enim Deum qui præsumpserit,
a.n.37.l.5. communi aliqua malitia certat] *Indel.* 2. in quarum morti
p.n.38.l.4. maceranda restinguit,] *Ibid.* potionibus corrigit,
c.6.a.n.40.l.1. Amauit quos vocauerat
p.n.41.l.3. nulla sunt præmia, nulla sunt vulnera,] *id est. non æstimantur, licet sint.*
a.n.42.l.4. stipendia, ciuitatem,] *vt infra l.*7. *Jndel.* 2. plus victoriarum est, quam iniuriarum.
p.n.45.l.4. atrocitatem iudicabis? --- Deus concupiscit) *Jnd.l.*1. si & homo certam
c.7.p.n.51.l.2. & Latiarii in hodiernum] *P.C.*
c.8.p.n.54.l.2. auspicata est. Denique
c.10.p.n.66.l.1. de receptu] *siensis.*
n.68. Nostrates enim (inquiunt) nec ipsi, sed Demiurgus constanter probabit
n.72. ædificat in cælos, & promissionem suam
p.n.74.l.5. vel negandum est; nam vbi alterum.] *vel protestam.*
c.11.a.n.85.l.1. At nunc, quum ipsa] *P.C.*
c.13.a.n.106.l.2. per supergressum, in supergressum, æternum

Ex libro aduersus Praxean, pag 844.

c.1.l.vlt. adultæ fruges.] *P.C.*
c.3.n.34. Millies millia] *Jndel.*3. patris, quod non patitur
c.5.n.43. Aiunt quidam] *P.C.*
c.8.n.54. Hic si qui putauerit] *Jnd.l.*2. non ideo non vtitur
p.n.58.l.1. & ad quæ mandatus
c.10.p.n.63.l.5. vt pater sim, filium habeam, --- vt filius sim, patrem habeam, --- Quæ enim me faciunt, si habuero? Tunc
c.12.a.n.75.l.1. dum iuberet enim, fieret per eum. --- aut sibi iussurus
c.13.p.n.75.l.4. à Deo affirmat: affirmat & hic
p.n.76.l.3. Christum & Spiritum sanctum Plus
c.15.p.n.93.l.1. sine rationis, & amentia.] *id est. sine periculo rationis, & sine amentia.*
c.16.n.102. *Notandum in marg. locum Es.a.40.g.28. sic Photius, Chrysostomus, Euthymius*
c.17.p.n.105.l.7. Qui est, quoniam multi dij dicuntur, *P.C.*
c.19.p.n.114.l.2. præter sophiam non fuit] Vat.c.
c.21.n.126. quid Iesu contingeret,] *P.C.*
a.n.129.l.2. & qui audierint,
n.129. quia filius
c.23.a.n.137.l.1. exaudias, sed propter] *Indel.* 4. exabundanti respondet
p.n.138.l.1 ex Deo exisse,
a.n.139.l.2. Deus, inquit, glorificabit
c.25.p.n.148.l.1. Euangelij perueuerat
c.26.a.n.156.l.4. hactenus Deus, qua
c.27.p.n.163.l.2. sermo in carne. Denique de hoc
a.n.170.l.1. quia quod de carne
c.29.a.n.180.l.6. fontis vtique patiatur] *vel*, æque

Ex libro de Exhortatione castitatis. pag.939.

c.1.l. 2. Quamquam de huiusmodi
c.2.p.n.14.l.7. sed materiam voluntati submiuistrauit.]
c.3.p.n.15.l.1. Quæ enim in manifesto,
a.n.17.l.8. Ex parte non delinquis, non
a.n.17.l.4. à potiore rescindi. Hæc præsert.
a.n.20.l.3. non habere, quia nec bonum.
c.5.a.n.28. & prima Dei voluntate sanxerunt.
p.n.28.l.1. Alioquin iam non vna caro; nam duo in vna carne tunc erunt,
p.n.29.l.3. matrimonij legem, tam secundum
c.6.p.n.34.l.1. vt rempore suo cædat illam.] *Inde a.n.* 36. posteri pristinis præualere.
c.7.a.n.38. plenius, atque strictius præscribitur, vnius matrimonij oportere adlegi in ordinem
p.n.40.l.2. Igitur si habes tus sacerdotis in temetipso, vbi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam sacerdotis, vbi necesse est habere ius sacerdotis.
p.n.40.l.5. qui eo facto excommunicatur actione sacerdotis.
c.10.a.n.52.l.2. quam alium se homo sentiet,] *P.C. & ibid.* in prope est cælo.
c.11.p.n.56.l.1. quot illa oratione commemoras,
c.12.a.n.59.l.5. Vt ergo quid] *pro*, Vt quid ergo
*pag.*1128.l.1. --minum" in perfecutionibus,) *Hic, vt emphat. desunt multa.*
*Ibid.*l.2. vsurius, si sorte relinquendis, filijs.
p.n.61.l.1. Quid ergo facies, si nolens vxorem de tua] *P.C.*
n.62. Puto nobis tam licere nascentem necare, quàm & natum.
c.13.n.64. & si suspicis initium est.
p.n.65.l.1. Nam quod ipsi Pontifici maximo iterare matrimonia non licet, monogamiæ gloria est.
p.n.71.l.2. Inuenit diabolus post luxuriam, castitatem perditricem,
a.n.72.l.1. id bonum inseri, quam viuenti separari
n.72. Quantæ igitur, & quæ in ecclesijs ordinati solent,

Ex libro de Monogamia, pag.951.

c.2.a.n.11.l.3. fidem eliciente pro eis] *Sic supra adu. Marc. iij.a.n.*10.l.1.

Si tamen

c.3.n.15.l.9. Si tamen discedas à comparatione, non erit melius
c.5.l.2. *ante fin.* sine monogamiæ professione referre;
c.8.n.62. tum de ceteris argumentis. Cum
c.10.n.78.l.1. quanto iam indignius, quia non meruit.

Ex libro de Fuga in persecutione, pag. 958.

c.1.p.n.8.l.2. Sed non statim hac sententia de ceteris
n.17. nisi cum in tempore persecutionis ecclesiæ in attonito est? Tunc & fides
c.2. Si quoniam iniquitas
c.3.p.n.31.l.2. quid est bellum quam persecutio?] *& inde l.1.* aut vitam afferunt, aut mortem,
c.4.p.n.36.l.3. Sicut duplex ratio defendit,] *& P.C.*
c.5.n.40. sicut fugientes reducere in medium] *& Vat. c.*
c.6.p.n.44.l.4. qua per totum orbem] *ut infra l.1.*
n.45.l.3. Vt ergo perficeretur prædicatio,] *Indel.1.* non propter eludendum periculum pro nomine
p.n.46.l.1. Neque enim quasi tacitis
n.47. replerent doctrina sua.
n.49. nec fugerunt de ciuitate] *P. C.*
c.10.p.n.74.l.2. Pulchrior est miles in prælio amissus,
c.11.n.82. denebuntur illi messionis fuæ mercedes, vel in compensationem;] *cap.4.& 6.toto.*
p.n.83.l.2. verum quod dispersum gregem faciant,
c.12.p.n.86.l.4. indignum Deo, & dispositione eius;
n.91.l.1. Quis tamen ab negatore rem spernat?
n.92. Cum das, vtique ne tradaris, voluisti: non traditus autem, nec traduci habebas.] *Aperte, non quærit.*
p.n.92.l.2. dum nolo traduci quod fum, fum confessus id esse, quod nolo traduci:
n.95.l.3. voluntas Dei sic est. Aspice--dispositum statum;] *P.C.ex Vat.c.*
p.n.96.l.1. Sanguine empti, sanguine muneati,] *Ioan.6.*
c.13.p.n.100.l.1. Porro qui concutit, non petit.] *& P.C.Indel.4.* aspiciens dicit: De reatu. Vleiscar & inimicum.
p.n.100.l.9. Omnium iam nunc Dominicatum sentētiarum sunt & causæ, & regulæ termini. non infiniti enim, nec
Ibidem. At qui adeo omni perenti
Indel.6. deberet de mammonæ nominibus,
Indel.2. si nobis de dominica ratione
n.101.l.2. quasi & fugere scriptura permittat,

Ex libro aduersus Psychicos, pag. 982.

c.7.p.n.40.l.2. præsium admouebant,
c.8. Daniel in lacu leonum
c.9.p.n.54.l.4. Danieli in lacu leonum
n.58.l.1. Deo suasit, quum ex necessitate
c.10.p.n.64.l.2. in nonam obseruandi requiro,] *& n.n.66. l.4.* sed tamen puto
c.11.p.n.70.l.1. legem in posterum sancit
p.n.71.l.3. illa potuerunt retractare; aut & illa recusare debuerunt, aut exerta ista suscipere
p.n.72.l.2. cum & Antichristi aduersum nostrum
c.12.p.n.75.l.4. & custodia obsessus nihil habens carnis,] *Vide Nonium.*
Indel.3. & ipsa, quæ rara sæpe] *P.C.*
n.77.l.3. atque ita, hoc iam extortus,
c.13.n.79.l.2. facere Domino, sicut indicere illius est:
c.15.p.n.89.l.1. Spiritus sancti, prædamnans] *P.C.*
c.16.n.98.l.1. hæc signa ad fatisfactionem inuitatus
n.n.102.l.1. balnea, & tabernæ] *P. C.*
c.17.n.n.107.l.3. non vtique in substantia carnis,
l.4.a fine. mundi potentes, aduersus

Ex libro de Pudicitia, pag. 999.

c.1.n.n.3.l.1. vt non ciuitatio, sed moderatio] *P.C.*
n.n.5.l.2. Testamento coacta
n.n.10.l.2. dedecorabit vtilis leuitas,] *P.C.*
n.n.14.l.1. dum ne secundas quidem
c.2.n.n.22. Dimittitautem, vt dimittantur tibi à Deo delicta mandantur,] *P.C.*
p.n.23.l.1. vita ei, qui non] *& n.n.24.l.2.* irremissibili. Supersit
c.3.l.5. consequetur ne frustra agatur;
n.n.25. consequitur, frustra agitur, quantum autem] *P.C.*
p.n.26.l.3. aduocat, precibusque negotiata compassionem elicit, quam] *Locus amplius considerandus.*
c.4.l.2. quæ veniam ab hominibus
p.n.28.l.2. nupram anviduam quis incurset, dum non suam, sicut] *P. C. Indel.1.* in curribus pudicitia
p.n.29.l.1. peticlitabitur, ne inde confertæ
c.5.p.n.31.l.2. firmandis, muniendisque
p.n.34.l.1. Honorauit itaque
n.n.35.l.4. & si qua vis fuerit,] *P.C.*
Indel.1. illi de medio emicanti adunamur; corporauit
n.35. Sciunt luci mei, & montes,
p.n.35.l.1. procurem. Ego quoque homicidium non numquam mœchiæ laboro.] *P.C.*
p.n.37.l.1. quot pellicatus--quot riualitates--quot custodes--quot delatores--quot conscios--quot adulteri
p.n.38.l.2. Personæ acceptatio est.[*cap.6.* Miserabiliores pœnitentias reliquisti. Plane si ostendas
p.n.39.l.2. ianuam pœnitentiæ pandas.
p.n.43.l.1. quotiens reum istorum, totiens inuenimus
p.n.48.l.3. sed amarum inde gustaret,
c.7.n.n.56.l.1. ancipitis negationis
p.n.58.l.1. non lucernæ spiculo, sed totius
c.8.p.n.66. quo volunt, trahunt,
c.9.p.n.73.l.1. quotum mensam Iudaica
n.n.77.l.3. vbi nec ille compos esset vitalis escæ,] *P. C.*
c.10.n.n.83.l.3. Dominus gnaris benignus magis, quàm ignaris,] *vt in oppositis ludat.*
p.n.83.l.1. vt Deus iustitiudex;
n.n.86.l.1. hauriq; quæ non potest frangi.
c.13.p.n.101.l.1. capras tuas quæris; ne tutsus de grege exliant,
c.14.n.n.115.l.1. vidi. Vide quasi
n.n.115.l.1. ad Dominum. vt quoquo modo auferatur de medio eorum. non vtique
p.n.120.l.1. quod corruptiuum esset, & immunditia.
c.15.n.n.126.l.1. manifestum præmanauerit.
n.n.127.l.1. gurgiti malum tradis,] *id est fornicatorem satanæ.*
c.16.p.n.133. Deus & hunc, & illos conficiet.] *& l.1.* fornicationi, sed Domino.] *& infra l.2.&* Dominus corpori; &: Semo
n.n.136.l.7. auferr te tibi,--addicit.] *P.C. Indel.1.* glorificate, & rollite Deum in corpore
p.n.136.l.8. quia præstat] *Indel.1.* non vret concupiscentia
pag.1009 l.vlt. Sic vult nos præter sollicitudinem] *Indel 1.* 7. placeant coniugi.
c.17.n.n.142.l.4. potest; qui per Christum mortuus

c.18.l.2. & ad indictionem omnis pudicitiæ,) & nor. 150. iam audisti per Esaiam) & l.1. ne attigeritis.
p.n.151.l.1. Odiui ecclesiam malig.— & cum) Inde l.2. vt solius plutes. * quoniam quidem
p.n.156.l.1. sine ruga vanitatis, vt virgo,) Ind.l.2. Quod si & hic
a.n.157.l.8. diuinæ, si ita competisset dari restitutionem suis etiam post fidem lapsis,) Locum mire corruptum.
2.n.157.l.3. quo nam vsque, aut sub condicione
c.19.a.n.163. vtroq. nomine purgatus
a.n.167.l.1. quos à delicto) Inde a.n.169.l.1.in quo nos sensus
c.20.l.2. omne sactilegium impudicitiæ
a.n.175.l.2. ex redundanti alicuius
p.n.177.l.4. rursus renouatii in pœnitentiam,
p.n.181.l.4. de ptistinis eauis aliquid
c.21.l.3.a fine pag. 1013. allignat: sed rursum quid potestas? Spiritus. Spiritus autem Deus est. Quid autem docebat?
a.n.184.l.1. hoc solius spiritus est.
p.n.191.l.1. conspirauerint, Ecclesia ab auctore
c.12.p.n.192.l.1. ex confessione vincula
p.n.192.l.3. quam qui Ecclesiæ perdiderunt.) P. C.
a.n.193.l.6. donatijs supplex,
l.3. capiti librato, — iam leoni concesso,
p.n.194.l.3. ingeram vsque in sinum
l.vlt. Atqui nulla

Ex libro de Trinitate, pag.1030.

c.1.p.n.7.l.2. arboris docetetur, sed futurum si forte, ex voluntate hominis
c.3.p.n.17.l.4. templum non capit, quem mundus non capit.
c.4.p.n.20.l.6. nisi à bono Deo recessisse.) Græce sirma.
c.8.p.n.39.l.1. tenebrosa si lucent.
c.10.p.n.50.l.1. dum ex Matia nihil accepit, neque nobis
c.13.p.n.66.l.5. natiuitas, & qua caro factus est, esse hominem; & qua verbum Dei,
p.n.68.l.4. per ipsum, & merito Deus est:
c.16.p.n.82.l.2. nisi quoniam ex resurrectione
c.17.p.n.85.l.12. suis viribus exerens,
a.n.86.l.3. in gloriam Dei patris sui currere
c.20.a.n.94.l.9. sermonem in illo non esse deductum.) & a.n.94.l.1.non potuit se exerere. Frangitur
c.22.pag.1044.l. 14. distinctionem pertinet: quantum verò ad concordiam in vna fide, & sententia pertinet, vnum ambo sunt.) Sic videtur locus implendus, aliqui manum.
c.24.l.2. Et omnis qui viuit, & credit
c.26.p.n.116.l.11. Ex quo etiam Deus confirmatur esse, qui
c.29.a.n.130.l.2. sed post resurrectionem
c.30.p.n.137.l.10. credamus scilicet fidelissimum,
c.31.pag.1053.p.n. 143.l.6. Si enim innatus fuisset, comparatus —— duos faceret innatos, & ideo duos faceret deos: si non genitus esset, l.4.a fin.pag.1053. ceterorum omnium dominus sit,) Hist. 2.b.10.

Ex Epistola de cibis Iudaicis, pag.1063.

c.1.l.2. faciat hilariorem?) aliter, liberiorem?
c.2.pag.1064.l.12. & spiritalis illatio retineatur.
c.3.p.n.9.l.2. in ore habeant quasi cibum quendam præcepta diuina: vnguam findant,) P.C.
a.n.11. accusat deformatos in feminam
c.6.p.n.20.l.3. Ceterum nihil tam intemperantiam coërcuit,
p.n.21.l.8. vt & ieiuni matutino tempore, bibant) Ita iam pridem emendaram.

AD Q. SEPTIMII TERTVLLIANI LIBRVM DE PALLIO,

Io. MERCERII I. C. Commentarius.

PRINCIPES semper Africæ.] *Sic Appuleius & ipse Afer, ad eosdem Carthaginenses orationem habens vbi de Æmilio Strabone, Floridorum tertio*: Is laudator mihi apud principes Africæ vitos exstitit. *Et quidem verè Africa principes, qui tercentum vrbes in Africa haberent, & in ipsa metropoli Carthagine hominum millia septingenta: vt à Strabone relatum libro decimo septimo Romanorum amplum elogium*: Principes orbis terrarum. *Stilles compellat Marcus Tullius Philippica quarta. Quid quid paribus & vetis & viribus Carthaginienses imperium vrbis agitauerunt? Videndum ea de re Florus libro secundo capite quarto.*

veruſtate nobiles.] *Nam & ante Romam conditam Carthago. Eius natales ab anno trigeſimoſecundo, Dionyſius Halicarnaſſæus, libro primo: à ſexageſimoquinto, Velleius Paterculus: à ſeptuageſimo ſecundo ante Romam conditam, Juſtinus computat. Longè antiquiorem facit Appianus, vt qui à Xore & Carchedone, annis quinquagenis ante Ilij captiuitatem ædificatam ſcribat.*

notuitæ feelices.] *An ex quo Romanis principibus ſubditi ſunt? an falſa poteſtate vrbe reſtaurandæ cum vetus illa euerſa per Scipionem fuiſſet? an potius quod iuxta Italicæ falſa eſſet ea ciuitas beneficio Tiberi, cuius tempore hunc librum Tertullianus ſcripſit? In hanc poſtremam ſententiam procliuior ſum; quam nobis ſuggerit Paulus Iureconſultus lege ſin. ff. de cenſibus.*

Habitus denotate pacis.] *Probo Cicerոi interpunctionem*, habitus denotare. Pacis hæc, &c. *Vt Carthaginienſium ſocordia inſimuletur, qui per otium reprehendendis veſtibus ſeſe oblectarent, cùm antiquum habitum non retinerent.*

ab imperio & à cœlo.] *Et Imperatorum prouidentia & Dei beneficentia.*

Bene eſt.] *Vulgata formula congratulandi, quæ apud veteres epiſtolas ferè omnibus initium fecit, vt hæc edictis*, Bonum factum. *Vtramque ita verbo Græci expreſſere*, κ̀γαθῶς ἔχειν.

Et quidem in fama.] *Retines iſtud* (in fama) *quod eſt in re vulgi. Cur enim non id admittamus vt illud Suetonij in Auguſto, capite ſeptuageſimo*, in fabulis? *Sed tota hæc periodus variè interpolata. Propius accedit ad libros Turnebi leſtio, ſi ſic expungas.* Et quidem in fama de ſubreminis ſtudio, & luminis conſilio, & menſura temperamento (quod neque trans crura prodigè, nec intra genua inuerecùdè, nec brachijs parcè, nec manibus artè, ſed nec cingulo ſinus diuidère) expedita atque quadrata inſtita. *Sepone quæ per enthyſin conſcripta ſunt, hic ſenſus conſtabit. Celebres olim fuiſſe inſtitas quadratas quibus mulieres vrebantur, cum ſubtemino ſtudio, quo ad materiam, tum luminis conſilio, quod ad colorem; tum denique menſuræ temperamento, quod ad formã pertinet. Redi ad parabeſin: Celebres meſuræ temperamenti, quod neque inſra genua demitterẽtur, ambulationibus impedimento futuræ; nec intra genua verſarentur, pudorẽ pulſaturæ; nec brachia aut manus conſtringerent, manicatæ; nec ſinum diuiderent, ſuccinctæ. Sic ferè Carthaginienſis Virginis habitum mentita Venus deſcribitur Virgilio, libro primo Æneidos.*

„ Nuda genu, nodóque ſinus collecta fluentes.

De ſubtemino ſtudio.] *Materia veſtium ſine panni ex quo veſtes ſunt, ſtamen & ſubtemen: ſic enim expreſſere Pandectæ Iuris ciuilis, quæ Florentiæ ex archetypo excuſæ dicuntur, in l. veſtimentum. 22. ff. de auro & argento leg.*

& luminis conſilio.] *Colorũ ratione: nam & inſrà hoc ipſo libro nominis conſilium pro etymologia ſine ratione nominis vſurpatum; & lumen præſplendore qui in colore micat. Arnobio ſimiliter dictum Apologetico quinto*: Ideirco illis (*de pomis Punicis loquitur*) color eſt purpurei luminis ſuffectione ſubluteus.

Quadrata inſtita.] *Inſtitam* κατὰ συνεκδοχὴν *veſtem muliebrem accipio, parce pro toto vſurpata, vt apud Ouidium ille verſo.*

„ Quæque tegit medios inſtita longa pedes.

Inſtitæ ſe cellæ ſunt, ſine ſegmenta preciſorũ pannĩ, quæ oris veſtimẽ aſſumtum ornatus cauſa: παρὰ τὸ ὄρνυμι Celtinus, τὸ τμῆμα τοῦ ἱματίου. Imperator Lex vacuitis conſtantinæ vltima geſtimẽ, ſymbos vt plurimùm Poëtæ: & ex iis veſtes ipſe ſimſitæ.

nec manibus artè.] *Sic verius quam artèr.* Artare *veteres dixerunt quod nunc arctare. Plautus Captiuis.*

Fortuna humana fingitque artatque vt lubet.

Jmò & recentiores: Plinianus Iureconſultus in l. 21. §. ſi quis. ff. ſi quis caut. ſiſt. cauſa ſactis obtemp. ſi debitor ſe artauerit. *Ambroſius libro ſecundo Officiorum*: ſi debitor artetur ad ſolutionem.

in fibulæ morſu.] *Ergòne pallium deſignare voluit his verſibus Calpurnius?*

— Sed mihi ſordes,
„ Pulláque paupertas, & adunco fibula morſu
„ Obſtiterint?

Æſculapio iam veſtro ſacerdotium eſt.] *Æſculapio iam veſtro ſacerdotium, pro*: ſacerdotum; *vt ſis ſenſus*: Pallia quibus olim viri Carthaginenſes vſi ſunt, ſimilia ſuiſſe ijs quibus etiam nunc *Æſculapij ſacerdotes vtebantur. Sic ſepè veteres omnes loquutos iudicium, pro iudicum; radicium, pro radicum; vigilii, pro vigilũ, ſuſpater Chariſius notauit. Quid obſtat igitur quominus ad planiorem intellectum legamus Æſculapij iam veſtri? Obſeruemus potius Africanam eloquentiam, qualis & hoc loco apud Arnobium*

Apologetico primo. Nihil fumus aliud Christiani, nisi anagittro Christo summi regis ac principis veneratores. *Aut si magis placet, sacerdotum singulari numero pro collegio sacerdotum accipiamus, quo sensu non raro usurpari solet ab Auctoribus.*

Et in proximo.] *Non ita pridem; vel (quod magis placet) prope, proximè. Sic Seneca loquitur in libro septimo de Beneficijs, ubi de natura:* Quidquid nos meliores beatósque facturum est, aut in aperto aut in proximo posuit. *Sic Hieronymus in vita Hilarionis:* Quò antagonistas haberet in proximò. *Non ita longè à Carthagine semota Vtica, vt ex Africæ descriptione constat quæ est apud Plinium libri quinti capite quarto. Sexaginta tantum stadijs ab ea distare Appianus scribit in Lybico, id est, sesquiseptem milliaribus. Et vero Vtica est quam sororem Carthaginis Tertullianus appellat, quòd vtraque eiusdem à Phœnicibus condita esset. Sic in sacris Bibljjs Ezechielis decimosexto capite, Sodoma & Samaria sorores dicuntur vrbes Ierusalem.*

& sicubi alibi in Africa Tyros.) *Irrepsisse in contextum Tyri mentionem putant. At si hoc verbum deleas, quis sensus præcedentis orationi futurus? Faustigitur (aiunt) Tertullianus qui in Africa Tyrum refert, quam constet in Phœnicia insulam olim, post Alexandri opera continentem factam circa Syriam, quæ ipsa pars Asiæ. Vnicam syllabam si adieceris, falsi crimine vindicaueris. Sic repone:* & sicubi alibi quàm in Africa Tyros. *Sensum apertus est, Pallio quondam & instita quadrata vsos Carthaginienses, & ijs proximos Vticenses, tum si qui alibi quàm in Africa Tyrios. Nempe à Tyrijs profecti & Carthaginienses, & Vticenses. Notissimus Virgilij versus de Carthagine;*

„ Vrbs antiqua fuit, Tyrij coluere coloni.

& ille alter Prudentij in corona Cypriani martyrij,

Antra larent Tyriæ Carthaginis.

At cùm sæcularium sortium domina fortuna.] *Id est postquàm Romanorum res in melius prouectæ sunt, Deo ita volente, & fortuna annuente. Obscurius scriptum putant, & inde varia illa emendationes.* Cùm sæcularium sortium domina fortunare Romanis Deus maluit: Cùm sæcularium sortium variauit vrna & Romanis Deus maluit. *Retineo veterem lectionem,* Cùm sæcularium sortium domina fortuna, &c. *Quandoquidem vt putant qui ei plurimum tribuûnt (ait Augustinus) in omni re dominatur fortuna. Eleganter & illud,* Romanis Deus maluit, *pro eo quod est:* melius voluit, *vt infrà hoc ipso libro,* sed vos omnem lanificij dispensationem Mineruæ maluistis. *Certe si quid mutandum, vnica litera mutanda, & pro:* Romanis, *legendum,* Romanus, *aperta satis et manifesta sententia, quando ita veteres existimauerunt, omnes vrbes in alicuius Dei esse tutela, & eius in ciuus tutela Roma esset, ignotum nomen fuisse. Sic à Macrobio traditum est libri tertij Saturnalium capite nono. Sed magis placet quod libri omnes habent,* Romanis Deus maluit, *magis placet, & Christianum scriptorem decet magis.*

Romanis Deus maluit.] *Aliquanto enim tempore mutauit, inter vtrumque populum Romanum & Carthaginiensem, suitque eum varijs casibus immixtis, in ancipiti fre ac metu vterque versaretur: ait Liuij compendiastes.*

Soror quidem ciuitas suopte arbitrio mutare properauit.] *Habemus ex quo hunc locum interpretari liceat Appianum: Vticain Lybia maior post Carthaginem ciuitas, Carthaginis æmula, odio ad tempus paefacta, cùm bene inter Romanos & Carthaginienses conueniret, Romæ legatos misit qui vbi vrbē offerrent: & hec vetustate deditio expungnandæ vel diruēdæ potius Carthaginis causā prostitit, postquā euersa (quod Strabo scribit l. 17.) vltra caput regionis fuit, et receptaculū Romanorū adres in Africa gerendas.*

adpulsum Scipionem.] *Cui consuli creato, etsi[s]que venia per populum facta, extra sortem Africa data fuerat; ex qua & Africanus dictus est, euersa Carthagine. Euersa est septingentesimo anno ex quo condita, vt Titi Liuij compendiastes & Orosius; septingentesimo trigesimo vt Solinus; septingentesimo quadragesimo octauo vt Eusebius tradidit. Apud Eutropium libro quarto, pro:* septingentesimo, septuagesimo, *vitiosè adscriptum ea editione quam curauit Henricus Stephanus.*

iam antè de habitu salutaret.] *Quippe integro biennio, eóque amplius, ante creatum consulem Scipionem, Vticenses se suáque omnia Romanis dediderant, & iam ijsdem legibus & vestibus vtebantur cùm ad eos Scipio appulit.*

Romana præcoqua.] *Quæ cum secundo bello Punico ab altero Scipione, ijsdius auo qui Carthaginem euertit, frustra tentata expugnari non potuisset, vltrò se Romanorum ditioni subiecit, stantibus adhuc Africæ rebus.*

Vobis vetò.] *Hic sensus est. Vticenses toga (quod Romanorum indumentum) vsi sunt ante euersam Carthaginem, Carthaginenses non nisi post factam ijs vrbis (quæ destructa fuerat) restituendæ potestatem.*

Post iniuriæ beneficium.] *Iniuria enim facta erat in delenda Carthagine, cùm nulla causa esset propter quam ceteris posset (ait Orosius) vrquàse per legatos dedisset: beneficium iniuriæ in concedenda vrbis restauratione. Sic apud Iustinum libro quadragesimotertio, Rhæa Numitoris filia, ab Amulio perpetuæ virginitati addictæ, species honoris iniuriæ adiecta dicitur, vt non damnata, sed sacerdos electa videretur.*

vt senium non fastidium.] Fastidium, *habet prima editio Beati Rhenani, quam curauit anno millesimo quingentesimo vigesimo primo, nec satis scio cur altera mutauerit, cùm & Vaticanæ codices ita expressisse ali referant. Eleganter & ad ea quæ præcedunt congruè. Pro iniuria quæ facta erat Carthaginiensibus in vrbe delenda, beneficium collatum fuerat in restituranda: quæ senio confecta ciuitas renouanda esset, non ablata summa illa potestate qua cæteras Libyæ vrbes superabat.*

Post Gracchi obscena omina.] *Vigesimo secundo anno à deleta Carthagine colonu Italu data area deletæ vrbis quam incoleret. Colonia deducta Caius Gracchus, sed ut futura vrbu designatorū murorū fundamēta lupi nōtu descēssent, Senatus vsum est ab ædificatione cessandum, quod Appianus tradit. Alia etiam ædificantibus à Genio loco opposita Plutarchus in vita Gracchorum refert. Signum vt ventorum cum signifer vel. de resisteret fractum, sacra altaribus impositæ dissipata & extra terminos vrbis abiectā. Hæc sunt quæ Tertullianus dicuntur obscena omina, hoc est, infausta, vt in hoc Virgilij versu Æneidos duodecimo.*

„---ne me tertete timentem

„ Obscenæ voluceres,

Et apud Arnobium primo apologetico; Cur duelles cùm pereunt lęum augurium non sum, nec aduersus spes bonas mali ominis obscenitate traducor? *Similis et apud Suetonium in Galba capite quarto.* Nihil æquè postea Galbam tenrantem res nouas confirmauit, quàm mulæ partus; ceterisque vt obscenum ostentum abhorrentibus, solus pro lætissimo accepit.

& Lepidi violenta ludibria.] *Quàm paucis quantam historiam complectitur. Marcus Lepidus mortuo Sylla cùs vivo infestus fuerat, deresistuendu ijsqui ab eo proscripti fuerant cogitans, bellum parauit, citius oppressum quam inceptum, vt ait Lucius Florus, quippe qui à Quinto Luculio Consule ac eodem collega, partium contrariarum duce, prohibitus, in Sardiniam fugere coactus, ibique mortuus est. Sed vereor ne aliud quid dam ſpeciale & ad Carthaginienſes propius ſpectāns hic ſignifiçetur. Nam apud Dionem libro quinquagesimo quarto, ideò coloniam denuò Carthaginem deducendam fuisse traditur, quòd parte illius habitatoribus orbata per Lepidum, sui coloniæ amissse videretur.*

Post trinas Pompeij aras.] *Placet quod Carrioni, tres triumphos intelligi quos Pompeius de tribus terræ partibus egit, vt de toto orbe triumphasse dicatur: quod & scripsit Plutarchus, & Manilius notauit ijs versibus libro quarto.*

„ Post victas Mithridatis opes, pelagúsque receptum,

„ Et tres emenso meritos ex orbe triumphos.

Solebant per triumphum cædi maiores hostiæ ad aram Iouis Capitolini, atque inde ara pro triumphis vsurpata, vt hoc Tertulliani loco, sic illo Valerij Maximi libro secundi capite octauo: Lucius Cinna & Caius Marius hauserant quidem auidi ciuilem sanguinem, sed non protinus ad templa deorum & aras tetenderunt. *Quamquam, non tres, sed vnicum triumphum de omnibus bellis à se confectis, duxisse Pompeium Dio tradidit libro trigesimoseptimo.*

& longas

& longas Cæsaris moras.] *Qui bellis ciuilibus solutus, ad conciliandos multum animos, Carthaginem & Corinthum colonias duxit, quod & à Plutarcho in eius vita, & à Dione libro quadragesimo tertio relatum. Imò, non dubito, sed eum ducere destinasset, morte præuentus est. Eius voluntatem cum in scriptis reperisset Augustus, duces curauit. Sic ab Appiano prodituum sub finem belli Libyci, vbi & hoc amplius, restituturn Carthaginem fuisse annis duobus & centum postquam à fundamentis diruta est. Belle connexus hæc annorum supputatio cùm eo quod apud Solinum exstat, Marco Antonio & Dolabellâ Cossilibus (Hoc annus quo mortuus Iulius Cæsar) emissum Carthaginem in claritate priore. Scilicet, à consulatu Scipionis, ad consulatum Antonij & Dolabellæ vsque, duo supra centum intercedunt anni. Quod apud Orosium legitur, vigesimo octauo anno ex quo euersa fuerat restitutam Carthaginem, ad id referendum quod suprà diximus, aream eius diruta coloniæ Italicæ concessam fuisse.*

vbi mœnia Statilius Taurus impositi.] *Anio Taurum de quo Tacitus libro duodecimo, qui Proconsul Africæ Claudij temporibus? An alium eiusdem nominis, qui Augusto principe, Cocceio de Gellio Consulibus, de Africa triumphauit? & hoc verisimile.*

Solennia Sentius Saturninus enarrauit.] *Mensis id fuit, vt operibus publicis sacris sanctisque pontifices adessent, qui vota solenni Deo alicui ea cùm dederant, in quo & verba certa & cæremonia. Cùm ad id ex eo quem de Pulualio pontifice historiâ retulit Seneca libro de consolatione ad Martiam,* Cui postea tenenti (aut) & Capitolium dedicanti, mors filij nunciata est; qua ille exaudisse dissimulans, solennia Pontificalis carminis verba concepit, gemitu non interrumpente præcationem.

Pro concordia Iubæ.] *Refert emendatum ex libris,* iuuat, *pro:* Iubæ: *id enim est, postquam conuenit inter Romanos & Carthaginienses. Nam post euersam Carthaginem, Libyam Romani per Prætores rexerunt.*

toga oblata est.] *Ius toge datum est, quo ipse ciuitas data intelligitur, vt Authores Iuris docent in l. sed si accepto. 22. ff. de iure fisci. & Seneca indicat ludo de morte Claudij, vbi quasi Claudium ciuitate donare voluisse dixerat, subijcit negatus videre voluisse.*

Prò quantùm commeauit orbis.] *Quàm magnum iter confecit toga, vt ab Arcadibus, ad Lydos, à Lydis ad Romanos à Romanis ad Carthaginenses transiret, sum sine historiam habet apud Artemidorum libro secundo de somniorum interpretatione,* ἡ ῥωμαϊκὴ ἐσθὶς ἐὰν μὲν πλέονσι κελεύσῃ, ὅσα Τυρίαν τὴν ἀγορὰν ἐσθὶς ὀφείλει ἐσθεῖν ἐὰν δὲ ἀγωνίζωνται, ὅσα ἐν τοῖς ἀγῶσι τὰ ἐπιτήδεια ἐσθίειν. ἐὰν δὲ ἐν τοῖς ἀγῶσι νικήσωσι, ἀφ' ὧν ἐσθίει μᾶλλον τοῦτο ἐσθίειν. ἐὰν δὲ ἐν τοῖς ἀγῶσι ἡττηθῶσι, ἀφ' ὧν ἐσθίει τὰ πένητα. ἐπὶ πολὺ δὲ τῷ χρόνῳ, παραφθαρὶς τὸ ὄνομα τῆς ἐσθῆτος ἐκλήθη.

exinde.] *Ex quo toga vsi est.*

tunicam longiorem.] *Tunica Carthaginiensium propria, quod omnes annotarunt. Eas discinctas ferebant, vnde Virgilio discinctæ Afri. Hoc & Plautinus Milphio indicat Captiuos, vbi ad Hannonem Carthaginiensem.*

—tu qui zonam non habes

„ Quid in hanc venisti vrbem, aut quid quæritas?

Sed postquam toga vsui inualuit, necesse habuerunt Tunicas eassuspendere, ultimæ autem depressum cinctæ: quod hic est, cinctu arbitrâce.

& pallijam teretis.] *Nam quo vtebantur olim, id quadratum erat, quod inuito dictum est.*

tabulata congregatione.] *Quid verò tabulæ aut ad vestes aut in vestibus? sunt cum putat eum legendum* tubulata, *quòd quæ parte vestimentum in angustum conrahitur, plicæ tubulos imitentur. Nunc probo verbum id.* tabulata, *vt significent tu plicæ laxiori panni, alias aliis in modum tabulatas super positæ. Sic apud Apulejum libro vndecimo, contabulatas dicitur in palla, muliebri veste.* deiecta *(inquit)* parte laciniæ multiplici contabulatione dependula. *Ibi enim,* contabulatio, *est quod hic,* tabulata congregatio.

& si quid præterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit.] *Retinet veterem lectionem in verbo:* vestit, *pro quo alij:* vertit, *substituerunt. Hic enim sensus est. Ex quo toga vsi est, & tumen succinctile, & pallij rotundus, & alia vestibus locum fecistis, quæ pro conditione ac dignitate personarum, proque temporis ratione, alia atque alia assumpsisse solent.*

conditio.] *Id est, status personarum. Nam alia vestes liberorum, alia seruorum, alia paganorum, alia militum. Liberorum, toga, tunica, laterna: seruorum; penula, cucullatus; militum, sagum, abolla.*

vel dignitas.] *Erat enim quadam propria magistratuum ornamenta cæteris non communia, prætexta, latus clauus, trabea.*

vel temporalitas.] *Hyberno tempore induere licebat quæ per æstatem non decebat, lanas, quæ pænas. Erant & vestes domesticæ, quibus foris vti probrosum; erant canatoræ, erant quibus in balneis, in palæstra vtebantur.*

Pallium tamen generaliter vestium immemores.] *Magis placet,* vestrum *plurali numero, quorum sollicet, quæ Pallio vsi sunt:* vel, vestrûm, *pro:* vestri, *qui Pallio vsi olim sti:*

Haud miror præ documento superiore.] *Cum & antè in aliis rebus, aquè ineuntibus annis fuerittis.*

nam & atietem.] *Quæ hic de arietevel Laberio ab alijs excusatè digerentes, & expressiùs etiam Vegetij de machina cui arietis nomen indidit, à quo non valde dissidet alter Ammiani Marcellini libri vigesimi octauus.*

Sed trabes machina est.] *Sola interpunctione planius facies:* sed trabes (machina est quæ muros frangere militat) nemini, &c. *vt quæ parenthesi inclusa sunt ad trabium, quibus arietum nomen indatum, interpretationem faciant. Quod si minitat,* pro: militat, *legamus: vsus est ea voce Plautus Captiuos.*

Breue est spatium perferundi quæ minitas mihi. nemini vnquam libratum.] *Dependet enim trabes illa ex alia velut è trutina quod insta est in osculum pendere. Sic apud Silium Italicum libro decimo quinto, dicitur,*

„ Per nubes aquila intexto librata volatu.

de bile.] *Iam prideni decus Brenium victorem libro priore, vno verbo hic legendum debile; vt sit sensus: Commenta est Carthago vim crementi, vindicantis debile, id est, debiles & infirmos muros, capite arietis.*

& aries iam Romanus in muros quondam fuos audaret.] *Quid si audetet legamus? Nam est audere cum impetu irruere, quod sit per arietes, quibus crebro impulsi velut reciproci fulminis impetu muri sunt, undantur in ruinas, ait Ammianus.*

Sic denique nec pallium agnoscitur.] *Hæ respondent illis quæ suprà, pallium tamen vestrûm immemores denotatis.*

ne Pœnicum.] *Sic ferè apud Valerium Maximum libri secundi capite sexto, Pœnicæ tunicæ pro Carthaginiensibus.*

fungitur & ipsi mundus.] fungitur *ait Pamelius, id est,* interit: *imò fungitur munus quod solenne esse totius naturæ dictum est, vt habitum vertat. Seneca epistola quinquagesimanona:* mundus quoque æternaeres & inuicta, mutatur; nec idem manet.

viderit Anaximander si plures putat.] *Putauit certè, namque hoc illius dogma, principium omnis naturæ esse infinitatem ex qua infinitos mundos, qui & in id ex quo venirent recasuri essent; ab Aristotele primo Physicorum, Ciceroneſecundo de Natura deorum, Plutarcho libello de placitis Philosophorum Vexata sententia.*

videnit & si quis vspiam alius ad Metopas.] *Refert hanc ex Theopompo historiam Ælianus libro tertio. Silenum quendam Midæ Phrygiæ regi persuasisse, extra hunc mundum existere continentem immensam, & in ea homines qui Meropes appellarentur. Cæterum ex eo petes. Sed hoc non præterimittam quod ab Epiphanio scriptum est, posteros Noëmi qui in adificanda turri operam præstiterûr, à confusione linguarum celitus immissa, Meropes dictos fuisse.*

Sed & ipsi.] *Lege: Sed & ipse. Mundus fallaci intelligibilis, ad cuius ideam hunc quem incolimus factum Plato existimauit, mutabilis est.*

Quem Plato æstimat.] *Platonem in eius sententiæ assertione defendit diuus Augustinus libro primo Retractationum, sic*

enim accipiens, vt mundum intelligibilem esse dixerit ipsam rationem semiternam atque incommutabilem qua fecit Deus mundum: quo sensu non conuenient quæ apud hunc Authorem sequuntur.

Quippe si mundus.] Constat enim contrarijs elementis, quæ quatenus contraria sunt, alia in aliorum perniciem & interitum conspirant, vnde mutationes.

dies & nox inuicem vertunt solstitionibus annuis.] Retinet verbum, solstitionibus, quod alij in duo diuidunt sol stitionibus. Solstitiones pro solstitijs Tertullianus dixit, vt Arnobius duobus locis Apologetici sexti: Interstitiones, pro: Interstitijs. Et verò manifestius est sensus, diem & noctem vertere solstitium annuorum tempore, vt cùm vno dies fuerint longissimi, altero sint brevissimi: denique quot horarum fuerit dies solstitio æstiuo, tot horarum sit nox solstitio hyberno, & contrà. Solstitia sunt ea tempora quibus sol conuertitur, quæ occurrunt mense Iunio & Decembri; hoc hybernum, illud æstiuum: & ijs diebus & noctibus inuicem vertunt. Habemus ex quo hæc interpretatio probetur authorem Manilium, cuius verba ferè eadem cum Tertulliano, sed apertior sententia. Sic ille libro tertio.

„ Hac vice discedunt noctes à tempore brumæ,
„ Tolluntúrque dies, annique inuertitur ordo
„ Solstitium tardi cùm fit sub fydere Cancri:
„ Túncque diem brumæ nox æquat, tempora noctis
„ Longa dies, similique redit quàm creuerat æctu.

Paucioribus verbis, idem ipsum, Author idem paulopòst:

„ Vna dies toto Cancri longissima signo,
„ Cui nox æqualis Capricorni fydere fertur:
„ Cætera nunc vrgent vicibus, nunc tempore cedunt.

Luna modulationibus menstruis variat.] *Nunc pleno lumine radians, nunc dimidio, nunc in cornua flexa, nunc toto lumine deficiens*, similibus dispensationibus, hebdomadum luminis sui vices, sempiterna lege variando, *ait Macrobius in Somnium Scipionis*. Dispensationes *hic dixit, quod Tertullianus* modulationes, *quoniam eodem semper tenore, lumen lunæ aut augetur, aut minuitur.*

Syderum distincta confusio.] *Stella infinitæ numero quibus cælum conspergitur, ad certum numerum redactæ per Astrologos, varijs figuris exogitatis ad quas reducerentur, quibúsque distinguerentur. Et hæ figuræ syderum nomen habent. Manilius libro primo quod ad hunc locum facit maximè.*

„ Quid tam cõfusum specie, quid tam vice certum est?
Nam in tanto numero tantus ordo, vt vicissim alia alijs succedant, nunc orientia, nunc occidentia.

Interdum deijcit quid interdum resuscitat.] *Vetus est sententia Pluto sophorum, sydera ortu & occasu suo agere in hæc inferiora: quod Tertullianus dicit* deijcere, *& resuscitare.* Ex horum leuissimis motibus fortunæ populorum dependent, & maxima ac minima perinde formantur; *ait Seneca in consolatione ad Martiam. Ea sunt quæ vulgò* σὺν τῇ λίμνῃ τὰ πάντα *dicuntur, de quibus passim apud Authores. Sed ijs non eandem fidem habemus Christiani. Refellit Augustinus libro quinto de ciuitate Dei quinque primis capitibus.*

cæli ambitus nunc sub diuo splendidus.] *Veterem lectionem*, nunc sudo splendidus, *restituimus Brennus criticorum libro priore. Probatur ijs quæ sequuntur*, aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, dehinc subsillium, & denuò sudum. *Scilicet hæc sese consequuntur, imbres, subsillium, sudum. Imbres larga & iusta pluuia, subsillium dubium aër inter serenum & pluuium, sudum plane serenum.*

dehinc subsillum.] *Dubium aërem inter serenum & pluuium interpretati sumus, quando pluuia stillatim cadit: vnde & subsillum apud Catonem libro de Rusticia, morbus, cùm totum guttatim, & stillatim effluit.*

& si qua missilia.] *fulgura interpretantur. Non video quàm bene. Missilia dixerunt quæ à magistratibus & principibus spargunturin vulgus: sic enim apud Iurisconsultos Authores l. qua ratione. 9. §. penult. ff. de aeq. rer. do. & § fin. Inst. de re. diuis. & apud alios. Sic ioniam in Caligula*: Sparsit & missilia variarum rerum. *Idem in Nerone*: Sparsa & missilia omnium rerum. *Utroque loco spargendi mẽtio rectè. Nam & missilia Seneca sparsiones. Quid verò simile habent fulgura cum sparsionibus? Ego nimiùm & grandinem interpretor, quæ missilium modo ex aëre decidua spargantur, & sæpe cum imbribus.*

de tranquillo probum.] *At quæ mutatio maris vt ex tranquillo fiat probum? Denique quis vnquam audijt probum mare? Et hoc certè mendum est. Latinitas expugnars posse putauit, si pronum subsiliueremus. At qui nec vlla mutatio si ex tranquillo fiat pronum mare, cùm id maximè pronum quod tranquillum. Probat id Seneca libro quarto Naturalium quæstionum.* Pontus in inferum mare semper fluit (*ait*) rapidus, non vt cætera maria, alternatis vltrò citrò æstibus, in vnam partem semper pronus. *Puto ego sic in manuscriptis expressum* profum, *quod est*, procellosum; *quæ epitheto notatur mare ventis agitatum, quod tranquillo valdè contrarium.*

de decumanis inquietat.] *Rursus hìc mendum, pro*: inquietat, *lege*: inquietum. *Et hoc etiam maris tributum ab Authoribus epitheton. Solinus capite quadragesimo vbi de Cyrenensi regione.* Nunc in breuia refcindituar dorsuosa, nunc æstibus inundatur inquietis. *Senecain consolatione ad Martiam*: Videbis his inquietis, & vento fluctuantibus aquis in mari. *Vt mare, seu leuioribus ventis tranquillum; grauioribus sit procellosum: sic fluctibus quos ventis commouent, aut leuioribus (& hæc illustra) temperatum, aut grauioribus* (& hi decumani) *inquietum.*

prope lis.] *parum abfit, quin neges eandem.*

memor viridem.] *Hic temporarium terræ vestitus; vt vere viridiù, herbis adhuc nascentibus: æstate flaua; iam maturis segetibus: hyeme cana; grandine ac niue eam regentibus.*

& montium scopulæ.] scopulę, *pro*: scopuli, *quæ inga mõtium. Id autem significatur, montes quosdam ita explanatos vt per illos flumina decurrerent, fluminum aluei sita deficerates, vt in eis arbores nascerentur, fontium venas ita commotas, vt repente erumperent, quibus locis aqua nulla constabat.*

fontium venæ cauillando.] *Prior editio Rhenani habuit*, cauillando. *A causis cauea, & cauillè ait Varro de lingua Latina. Inde id esse potest*, cauillare, *pro*: excauare. *Sed*: ebullare, *pro*: ebullire, *Cato dixit libro de Re rustica, dixit & Persius satyra secunda: & hoc est cum impetu effundi. Hieronymus in Vita Hilarionis*, Sitiens & arenosa regio, post quam pluuijs irrorata est, tantam serpentum & venenatorum animalium ebuliuit multitudinem. *Seneca in ludo de morte Claudij*: & ille quidem animam ebulijt.

fluminum viæ obumbrando.] *Ita libri omnes veteres; longè melius quàm noui*, obambulando. *Id enim est quod dixmus; ita fluminum alueos exsiccatos, vt in ijs arbores nascerentur, quæ obumbrarent.*

cupientes Platoni probare.] *Cuius in Timæo sententia est, diluuiorum tempore in montibus multa conseruari, vt per incendia in vallibus, cùm ex eo quòd buccinæ in montibus reperiantur, conijcere potuerit diluuium vnuersale fuisse. Orosius libro primo capite tertio*: Fuisse tamen illi contestati sunt, qui præterita quidem tempora, ipsúmque temporum authorem nescientes, tamen ex indicio & coniectura lapidum, quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros, sæpe etiam cauaros aquis viscre solemus, conijciendo didicerunt. *Apulesme Apologetico primo*: non negabunt in Getulię mediterraneis montibus fuisse, vbi pisces per Deucalionis diluuia reperiantur.

rursus infirma.] *Rectè Latinius*: infirma, *vt opponantur arduis, de quibus ante.*

cùm inter insulas nulla iam Delos.] *Valdè mihi suspectus hic locus. Falsum est Tertullianæ ætati Delon cæteràsque insulas non fuisse, quod hæc verba* (nulla iam Delos) *significant. Earum passim facta mentio apud contemporaneos. Maxime videtur ab historia futurum si sic legamus*: cùm inter insulas nulla olim Delos, &c. *Siquidem eas insulas repentè exortas cùm antè non exstarent, produtum est.*

Arenæ.] Rene *substituit Turnebus, quem alij sequuntur Authore nullo. Emendo* Alone, *siquidem Plinius libri secundi capite octauo*

pte ultimæ septimo, quo de Deis, Alonem refert inter insulas quæ memoria hominum enatæ sunt. Memorantur & Straboni Arene, sed vrbs ea non insula, & hic de insulis ferme.

& Sibylla non mendax.] *Optimè Pamelius, cui ea iura præluxerat Turnebus*, etsi ille non mendax; *vt Plato significatione de quo proximè actum fuerat. Emendationem probat Plinij locus libri secundi capite nonagesimo, vbi de mari*: In totum absitulit terras, primùm omnium vbi Athlanticum mare est, si Platoni credimus. τὸ, si Platoni credimus, *illud est nostri*, si ille non mendax.

Æon in Athlantico.] *Quid Æonis mentio ad insulam? Nomen est insulæ apud Platonem Athlantis, apud Thucydidem & Diodorum Atalanta. Lege igitur*, vna in Athlantico. *Ethec exempla sunt mutati nobis in insulis, quarum alia cùm non exstarent subitò exorta sunt, vt hæ de quibus supra, Delos, Alone, Samos; alia cùm exstarent absumpta sunt, vt Athlantis, ex qua Athlantico mari nomen.*

Libyam aut Asiam adæquans.] *Pro distinctione constructionem repono*: Libyam & Asiam. *Platonis ipsum verba sunt de Atlantide* ἔμπαν Λιβύης καὶ Ἀσίας μείζων.

quæritur nunc.] *desideratur, siue consumpta est. Sic Seneca in epistolis*: Lugdunum quod ostendebatur in Gallia, quæritur.

Italiæ quondam latus.] *Verba sunt Pomponij Melæ, ex quibus hoc loco lux.* Sicilia aliquando continens & agro Brutio annexa, pòst freto maris Siculi abscissa est. Id angustiũ & anceps, modò in Thuscum, modò in Ionium pelagus perfluit; attox, cæuum, & Scyllæ Charybdísque sæuis nominibus inclitum. *Aduerte lector, Thuscum & Ionium Pomponium dixit quod Tyrrhenũ & Adriam Tertullianus; superũ & infernum mare nuncdicimus, & dixit iam olim Marcus Tullius epistolæ ad Atticum. Sed habe etiam huius rei Virgilianam descriptionem.*

»—Cùm protinus vtraque tellus
» Vna fotet, venit vi magna pontus, & vndis
» Hesperium Siculo latus abscidit, arua que & vrbes
» Littore deductas angusto interluit æstu.

reliquias Siciliam fecit.] *Malim*, reliqui Siciliam fecit: *vt apud Sallustium in coniuratione Catilinæ*; Postquam victotiam sunt adepti, nihil reliqui victis fecêre.

tota illa plaga diffidit.] *Id Pomponij angustum & anceps, quod inter Siciliam & Italiam medium intersacet, in quod inter Siciliam & Italiam medium intersacet, in quo vtrunque maris constictus.*

nomen vitij mari induit.] *Retinee istud*, induit, *pro quo alij quidam* imbuit, *repsuere. Sic apud Petronium Arbitrum*, pueris artes induunt adhuc nascentibus, *qui ad vota properant parentes. Ceterùm nomen id vitij quod mari induit dissidij plaga, Rhegium non est, quod vulgò creditur: neque enim Rhegium maris nomen, sed eius terræque ausulæ est, τοῦ ῥηγνύειν, id est, à frangendo. vt Strabo tradit libro sexto. Magis est vt Charybdim significari credamus, quod nomen esse mari inter Siciliam & Italiam medio, Thucydides libro quarto scribit: forte à vicinia Charybdis, quod vitium Tertullianus notat, quoniam sine periculo præternauigare non licuit, vel non immeritò implacata Charybdis Virgilio dicatur.*

non expuentis naufragia sed deuorantis.] *Vt hoc ipsum facit ipsum in sententia de Charybdi nomine indito mari inter Siciliam & Italiam medio. Siquidem hæc nota vitij huius quod naufragia deuoret & absorbeat. Seneca in consolatione ad Martiam*: Videbis auidissimum maris vorticem, testringete fretum: illam fabulosam Charybdim dico, quandiu ab Austro vacat quietam, at si quid intus spirauerit, hiatu magno profundóque naufragia sorbentem. *Quid plura? notissimum id Ciceronis*: Quæ Charybdis tam votax? *Sed quod aut Tertullianus non expuis à Charybdi naufragia, refellitur ab eodem Seneca epistola ultimæ sima, qua quod abea se arreptum, per multa millia trahi conqueritur, ac post circa Tauromenitanum litus emergere scribit.*

Aspice ad Palestinam.] *Palestina eadem est quæ & Iudea dicitur, nunc Terra sancta. Nomenid à bet à Philistiim Mesremi filio, authore Zonara.*

qua Iordanis amnis finium arbiter.] *Si vera hæc lectio, sensus ipse est—Aspice Palestinam parte illa qua Iordanes amne terminatur. At nec fluuius non terminat Palestinam sed eam fere mediam fluit: denique qua parte fluit, non modo non vsitatis ingenti, & vrbs regia, et frustra ager, quo à hic dicitur, sed fructuum omnium abundantia. Fide quod de eo flumine Solinus capite quadragesimosecundo ait.* Paneade fonte demissus. regiones præterfluit amœnissimas. *Vide quod ipse plus libro tertio de bello Iudaico, de terra Genesareth paludi contermina, quam mediam Iordanis secat*: natura & pulchritudine admirabilis nullũ pro vbertate sua negat arbustum. *Quid quod palus ipsa piscibus abunde mirae suauitatis? quid quod certa ea vrbes plurimæ, & celeberrimæ? Indixerunt me ista olim vt mendum inesse ijs Tertullianipuarẽ, atque ita legerem: quà Iordannis annis finiebatur. Scilicet finimus is definit in lacũ qui nunc Asphaltites circa quæ vastitas de qua hoc loco. Cœterũm mea sunt abat plinius I. quinti capite decimoquinto*: Iordanis amnis oritur, ex fonte Paneade, qui cognomẽ dedit Cæsareæ. Amnis amœnus, & quatenus situs locorũ patitur, ambitiosus, accolisq; is præbẽs velut inuitus. Alphaltitem lacũ, durum naturã petit, à quo posthremò ebibitur, aquásque laudatas perdit pestilẽtibus mixtas. *Iunabas eandẽ Tacitus libro quinto*: Iordanes pelago non accipitur, fed vnum & alterũ lacũ integer perfluit, tertio retinetur. Is lacus *(quo retinetur scilicet & is est Asphaltites)* immensõ ambitu specie maris sapore corruptior, grauitate odoris accolis pestifer, neque vẽtos impellit, neque pisces, neque suetas aquis volucres patitur. *Iam nunc muto sententiam, & verba hæc retines, quà Iordanis amnis finium arbiter; quæ sensum elegantem præ se ferunt. Arbitra finium sunt qui ortas de finibus controuersias dirimunt. Terentius in Heautontimorumeno.*

» Vicini nostri hîc ambigunt de finibus
» Me cepetunt arbitrum.

Fluminum vero vicinorum hæc potestas est, vt fines statuant ac mutent. Pomponius Iurisconsultus in l. ergo. 30. §. alluuio. ff. de acq. re. do. Flumina cẽsitorum vice fungũtur, yt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum. *Denique inter signa quibus fines distinguisolebant, hoc fuit certissimum, flumina interuenientia cursus quod Aggenus Vrbicus tradit. Retineo igitur veterem lectionem, & de regione Sodomorum interpretor; circa quam vastitas de qua Tertullianus. Eam in confinio Arabiæ & Palestinæ fuisse Orosius refert libri primi capite quinto, qua patet Iordanes fluuius definit.*

& frustra ager.) *sine vllo vsu, inanis, infœcundus. Sic Arnobius libro quinto*: Neque enim etedendum est sine fuis ostiginibus hæc esse frustra, atque inania fieri.

& solus audiebat.] *Quis solus audiebat? Deus bene quantum vultus. Similis phrasis (ait Virgilius) qualis quæ post sequitur, & sibi soli erat; qua defertaregis notatur. Aly hanc medicinam fecere (nam & vultus agnouere planè omnes)* & sol sua videbat: eodem quo priores sensu, quem à mente Authoris alienum esse, quæ præcedunt liquido probant, vrbes rettò, & populi fretquentes. *Tu subijce*, & solum attidebat. *Sanatum est vultus. Sequm colligo. In Palestina olim vrbet erant, & frequentes populi, & vbet solum*; deinde ira Dei hominum malitiam vindicaturi, qui eam partem incolebant qua Iordanis fines eius regionis ab Arabia disterminat, vrbes conflagrarunt; populi deleti sunt, terra ipsa & terræ vicinum mare insœcundum factum est. *Hæc sonant quæ sequuntur.* Dehine vt Deus censor esset, impietas imbres ignium meruit. Hactenus Gomortha & nulla Sodoma, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. *Correctionem hanc sanè scripturæ probat, Geneseos decimoctauo capite.* Dominus pluit super Sodomam & Gomortham sulphur, & ignem, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. *Confer lector eum locum quem tangimus, & singula eius membra singulis istis quæ sacra historia ministras compone.* Vrbes erant rettò, *Subuertit Deus Sodomam &*

Gomorrham: Populi frequentes tetrò ; *Subuertit Deus omnes habitatores vrbium* : Solum retrò attrahebat ; *subuertit Deus omnia vsque intra terram. Terra cum viteribere dicitur. Martialis libro decimo.*

Ridet aget, veſtitur humus, veſtitur & arbos.

Si quis malit cum Latinis ſic emendare, & ſolum audiebat, non repugnabe. *Nam & hac lequendi formula in ſacris Vsurpata* Οὐκ ἐστὶν ἀποκλύπτειν τὸν οὐτον καὶ τὸν οἶον καὶ τὸ ἑλκύειν ; *& contrarie ſenſu ſurdatellus Plinio dicta libro decimoctauo, capite tertio, qua fata non reddit, nec reſpondet votis agricolæ.*

Hactenus Sodoma.] Hactenus, *id eſt, olim fuit, nunc non exſtat Sodoma, Metropolis tredecim vrbium quæ ſimul eodem incendio cremata ſunt. Hanc ſexaginta ſtadiorum ambitu fuiſſe à Strabone traditum eſt libro ſexto, vbi & vnde ſulphur & vnde naturales ſcaturiginis reddita, ſcilicet à Gentili ſcriptore.*

& propinquitas maris.] *Atqui nullibi ibi mare, ſed quod ex Tacito ſupra notauimus, lacus maris ſpecie, cui & ex eo poſſe mare mortui nomen. Sic Pauſanias libro quinto de Iordane fluuio:* διὸ ἐκδύεται ἐς τὴν λίμνην καλουμένην θάλασσαν τοῦτο. iuxta cum ſolo mortem bibit.] *Similis ferè phraſis illa quæ apud Tacitum, vbi de lacu Aſphaltite : cæloſolòque iuxta graui.*

& Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta.] *Opulentiſſimi quondàm Hetruſcorũ populi Vulſinij, vel vt Plinius, Florus, Palerius loquunt, Volſinij : quorum ciuitas Vulſinos, ſiue Vuolſinos, tota ſulmine cremata eſt. Author Plinius libri ſecundi capite quinquageſimo ſecundo.*

quo magis de montibus ſuis.] *Quos & ignem eructare prædixit. Sed nam hæc Tertulliani ἀσυμφωνία eſt inam Pompeios terræ motu non igne ſubuulſiuũ Seneca & Cornelius Tacitus teſtantur, & Campaniam variis motibus obnoxiam eſſe locus hic Pliny ſecundi comprobat epiſolarum libro ſexto.* Præceſſerat per multos dies tremor terræ, minus formidoloſus, quòd Campaniæ non ſolùm caſtella, ſed & oppida vexare ſolitus. *Quid ſi*, motibus, *non*: montibus, *Tertullianus ſcripſit ? Nonita eſſe alter quo eandem hiſtoriam tangit, locus in Apologetico planum facit. De Veſuuio & vicinis montibus loquitur eſt, ex quibus in vicinas vrbes profuſus ignis Titi Imperatori tempore. Rem totam apertius & fuſius tractauimus in Breuiario criticio.*

Campania ſperet.] *Phraſis Græca,* ſperet, *pro*: metuat. *Sic apud Virgilium primo Æneidos*

„ Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,

„ At ſperate Deos.

& *apud Lampridium in Alexandro*, At ille metu perterritus & ſperans non poſſe euadere. *Denique apud Ammianum Marcellinum libro decimoquarto*, Antiochenſi plebi ſupplicitier obſectanti vt inediæ diſpelleret metum quæ per multas difficilé ſque cauſas affore ſperabatur.

Vtinam & Aſia ſecuta iam ſit de ſoli ingluuie.] *Expers ſit luxuriæ terræ.* Σωφρόνως ἐστ, *ſpecies progenere. Aſia omnium terræ partium motibus & ſæpiſſime & atrociſſime vexata, quod Plinius tradit libro ſecundi capite octauageſimo ſexto : & terræmotuum nullus formidoloſior eo qui ſit per hiatum. Sic vocant vulgò quod hic Tertullianus ingluuiem. Cæſma iuris Auctores appellant lib. ſimus res. 47. §. fin. ff. de leg. primo. l. forma. 4. §. 1. ff. de cenſibus ; quando terra ingentibus cauernis conſidet, vt Liuius interpretatur ; cum grandiori motu patefactis ſubito voratrinis terrarum partes abſorbentur, vt Ammianus Marcellinus definit libro decimo ſeptimo, vbi motuum differentias quatuor expreſſe, Cæſmatia, Climatia, Braſmatia, Mycematia, quibus omnibus Aſia discrius temporibus & loci affecta.*

vtinam & Africa ſemel voraginem pauerit.] Voragò, *hic idem quod ſupra* ingluuies. *Nam & ea voce ille ſignificatu Hieronymus vſus eſt in Prophetia Abachuch. An hæc etiam* φωνασδ, *eſt? Non diſſimulabo, hiſtoriam noſcio qua à Tertulliano tangitur. Quod ceterũ placet ſignificari terræ motum qui pugnantibus ad Trafimenum Carthaginenſibus & Romanis interceſſit, mihi non placet ſequam. Vel ipſa hiſtoria interpretationem reſellit vti à Liuio ſcripta eſt libro vigeſimo ſecundo. In Italia eſt Trafimenus lacus, in Italia motus ille factus quem ſolus exercitus non ſenſerunt, cum eo vrbes plurimæ conſumptæ eſſent. Denique Romanorum circa Thraſimenum clades non Carthaginenſium contra quàm hæc verba ſonant, Africa vnicis caſtris defraudatis expiata. Vbi tamen vereor ne legendum ſit*, Punicis caſtris. *Nam in veteri libro ſine priore editione, eſt* Tunicis *diſertim ſcriptum, quod ſenſu caret ; & quod præcedit de Africa, hoc ipſum ſuadet*, Punicis ; *quod eſt, Carthaginenſibus.*

multa & alia detrimenta.] *Qualia pluribus perſequitur Seneca in conſolatione ad Martiam.*

bellis quoque plurimùm licuit.] *Ad mutandam orbem.*

ferme apud vos vltra ſtylus non ſolet.] *Quæ antè Ninum geſta ſunt perſequi. Nam & ab eo hiſtoriam ſuam auſpicati Criſias, Trogus, Oroſius, Euſebius, Caſſiodorus. Quamquam Ægypti ac Syria reges antiquiores ferantur, ſed ideo non celebrati quòd nulla bella geſſerint. Primus Ninus geſſit digna quæ ſcripta mandarentur, quod ait Diodorus libro ſecundo ſua hiſtoriæ.*

ab Aſſyrijs ſi fortè æui hiſtoriæ pateſcunt.] *Qui ante Ninum fuere, inſtinct ſecere qui ab antiquiore tempore hiſtoriæ repetierunt. Retinea, æui hiſtoriæ, pro quo, cui hiſtoriæ, Aly ſubſtituunt : nam & animum tempore cuius alia deſcribuntur Catullus dixit elegantèr vbi de annalibus Cornelij Nepotis :*

„ — aulus eſt vnus Italorum,

„ Omne æuum tribus explicare chartis.

Qui verò diuinas lectitamus.] *Ab ipſius mundi cunabulis & creatione, ſacra hiſtoria Auctores regnorum mutationes deſcribunt.*

Denique ſi quid mare diluit.] *Breuis eſt* ἀναλαλαγή *præcedentium mutationum ex diluuio, incendio, terræmotu, bellis. Hæc enim illis ordine reſpondent, ſi quid mare diluit ; vt Athlantidem Inſulam : ſi quid cœlum taxit ; vt Sodomam, Gomorrham, Vulſinios, Pompeios : ſi quid terra ſubduxit : vt Aſiæ vrbes ; ſi quid bellum detortoudit, vt quod regnorum vices comprobant.*

cœlum texit.] taxit, *legendum eſſe pridem docuerunt breuia noſtra critica.*

alias verſurã compenſato redit.] *Quid ſi legamus* reddit, *verſuram facere & verſura ſolucre eſt accepta ab alio mutua pecunia, aly reddere quod ei debebatur. Et hæc certe annus Tertullianus, ſi quid ablatum ſit per ea mutationes, alterius iactura reddi. Sic Plinius libri ſecundi capite decimo ſexto quod ad hunc locum facit maximè.* Naſcuntur & alio modo terræ, & repentein aliquo mari emergunt, velut paria ſecum faciente naturã, quæque hauſerit hiatus, alio loco reddente.

Iam & primitijs.] *Meliusiſſud quàm quod exlibris emendatum eſt*, primitus. *Aduerbialiter enim dictum* primitijs *vt ingratijs, refert Nonius in* primiter, *laudato Lucilij verſu.*

„ Vt cum primitijs ficos propala recentes.

Itaque cogitans omnia ſibi domum.] *Simile eſt huic quod apud Boëtium*, Omne ſolum forti patria eſt : & *quod apud Senecam*; Patriam nobis profeſſi ſumus mundum, vt liceret latiorem virtuti campum dare.

trãſuolauere redundãtium gentiũ examina.] *Quàm bene examina Metaphora ab apibus ducta quarium examina proprie nouus ſedes quærentium poſt nouam ſobolem. Sed & examina pro multitudine apud Hieronymum in epiſtolis ; examina pauperum, faceordotum, monachorum.*

Scythæ exuberant Perſas.] *De Scythis Ammianus Marcellinus libro vigeſimotercio. Inter Perſicos fines poſiti, Aſianis Sarmatis contermini, Alanorum latus tangunt extremum. Exin ea eram Pontice Cappadocia impreſſum feciſſe Oroſius libro prime ſenbio.*

Phœnices in Africam eructant.] *Tyriorum enim illa due colonie (quod ſupra diximus) Vtica, & Carthago : ambæ in Africa.*

Romanos Phryges patiunt.] *A Troianis Æneadũce in Italiam profectis ortum ſuum Romanicelebrant, quod in hiſtoria tam vulgare vt nihil ſupra.*

Caldzum

Caldæum semen in Ægyptum educatur.] *Author Caldæorum Aphraad, e cuius genere Abrahamus; & ex eo Iacobus, qui cum omnis cognatione in Ægypti profectus. Deductionis illius summam sacra Biblia referunt Geneseos penultimo, & vltimo capite. Cæterùm quod hic, educitur, pro: educatur, substituunt, non probo: educatur, ego unum est Authoris vocabulum, qui eadem sunt alterius conjugationis, non raro in primam transformat. Sic antè, ebullando, pro: ebulliendo, ab ebullare dixit, sic postea, degluballe, dicet, pro: degluballe.*

Dehinc cùm inde transducitur ludæagens est.] *Significatur exitus filiorum Israël de Ægypto ducentis & quindecim annis ex quo deduxit iuerant, vt à Zonara traditum est. Exstat in sacris historijs, Exodi prima & secunda capite.*

Sed & Herculea posterita.] *Tisameno regnante Herculis posteri Timenus, Cresphontes, & Aristomachi filij Peloponnesium repetierunt, cum quereterentur Hippoconte ab Hercule interfecto, regnum Tyndari filij relictum esse. Author Pausanias libro tertio.*

Temeno patiter.] *Id est, cum* Temeno; *sive vt alij legunt,* Timeno, *qui unus fuit ex Herculis posteris, a quo & Temenidæ, sive Timenidæ dicti.*

Sic & Iones Nilei comites.] Nelei non Nilei *legendum, quod ex historia constat, quæ ipsa apud eundem Pausaniam libro septimo. Cum Medon & Neleus Codri filij de regno Atheniensium disceptarent, rei cognitione Delphico oracule permissa, & Medonti regno adiudicato, Neleus cum cæteris Codri filijs, magna Atheniensium, maiore Ionum (qui ab Atheniensibus in consitam antè recepti fuerant) manu comparata, coloniam deduxit in Asiam minorem, eámque occupauit, quæ & ipsa ab Ionibus qui plures numero Ionia dicta est. Verum quæ ab Ionibus Neleo duce capta fuse nomina vide apud Aelianum libro 8 Haec; id factum annis centum & quadraginta post res Iliacas. Tatianus ætatione aduersus Graecos Author est.*

Sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas.] *A Corinthijs etiam duxisse Syracusanas Plutarchus in Timoleonte & Diodorus Siculus refert libro duodecimo. Neuter Authorem vel nominat vel celebrat. Strabo libro octauo idipsum indicat quod Tertullianus: Archiam quendam ex Temeo vico Corinthiæ plagæ, eolenum deduxisse Syracusas, quæ præcipua fuit vrbe super alias floruerit. Idem libro sexto, Myscellum, Archiæ Syracusarum conditorio, auxilio, Crotoneen exadiisse narrat.*

præsentis imperij triplex virtus.] *Reflexè Pamelio reprehensus Rhenanus in hunc locs explicatione, qui per triplicem imperij virtutem Seuerum, Pescenninum & Albinum intelligi tradiderat, quando constet inter eos diuersas locis nominatos Imperatores, nunquam nominasse sed nec ipsius Pamelij recipienda interpretatio est, qui Seuerum, Antoninum, & Albinum intelligi vult; cùm non antè Antoninus Imperator sit factus, quàm Albinus decesserit & occisus. Ego Seuerum interpretor & duos eius filios Antoninum ac Getam. Vtrumque filium consortem Imperij fuisse Herodianus author est. Sic enim de patre Seuero* τῷ υἱεῖ κοινωνὸν τῆς βασιλείας καὶ ἀδελφοποιησάμενος ἀπεδείξατο. *Spartianus alterum tantum Imperatorem a patre factum, alterum Cæsarem, sed vtrumque successorem Imperij designatum scribit. Hoc amplius Seuerum aquisse animo mortem intulisse, quod duos filios pari imperio Reipublicæ relinqueret. Idipsum Eutropius, ad Aurelium Victorem tradiderat, mortuum Seuerum reliquis duobus filijs successoribus imperij. Illa igitur triplex virtus, Seuerus & duo filij. Conciliaram hanc nostram confirmat Xiphilinus Dionis compendiosus, vbi Plautiana propter vitia rationem quam instituerat semper pallenti, quandam a populo in circo obscœnum esse refert,* τί ξυμβαίη, πῶς ἀγωνίᾳ; πλέον τῶν τριῶν κίνδυνος. *quod est,* Quid contremiscis? quid palles? plus quàm tres possides. *Statim quos tres populus intelligeret exponens, subjecit:* ἕως δὲ ἐσόμεθα, τοῦτο ἔσεσθαι, καὶ τὴν τοῦ υἱέως αὐτοῦ Αντωνίνου καὶ Γέτου. *Iuuat eandem nostram conciliaram & Spartianus, qui die Circensium tres victorias locatas in curru scribit; vnam Seuero, alteram Antonino, tertiam Getæ esse filijs. Vnum est quod posse obijci videam, Getæin fasti nullam fieri mentionem, nec in iis quidem consulatibus quæ à Seuero editæ exstant in libris iuris. At est etiam quod responderi possit: Getam patre mortuo hostem publicum esse iudicatum, quod quibus exemit eorum nomina de numero Imperatorum & fastis delentur, Dio libro sexagesimo hoc testatur.*

Deo tot Augustos in vnum iudicatum.] *Tot Imperatoribus bene consentientibus, & Dei fauore ac benevolentia tot victoriæ obtinentibus. Ecquid sogvid ad Pescennium aut Albinum?*

quot census transcripti?] *Census transcriptus intelligo vel remissos vel mutatos & in alium transtatos. Ea significatio, transcribendi vocabulo vsus Seneca in epistola: maius expecta cùm puerilem animum depositeris, & te in virum Philosophia transcripseris: vbi Authores Iuris I. aliquando. 13. ff. ad Senatusconsultum Velleia. si vir vxori. 12. ff. de præscr. verbis. Censuum verò à Seuero transcriptorum exempla cum ex ipso iure nostro, tum ex historia Romana. Ad hanc partem specias quod Vlpianus l. 1. ff. de censibus: tradit, coloniam Tyriorum, Laodicensium, Heliopolitanorum; & quod Paulus l. fin. ff. eod. Carthaginem, Vticam, Leptim ante Italico donatas esse: specias & quod Herodianus refert 87 Centum destructum & in formam vici redactum, fuisse Persinthi adiudicatum; Laodicensi Antiochium attributum.*

quot populi propaganti?] *propaginatis hæc per coloniarum deductionem. Duas a Seuero deductas, vnam in Sebastenam ciuitatem, literam in vicum Patanissensium idem Vlpianus scribit d. l. 1. ff. de cens.*

quot ordines illustrati.] *An eo referendum quod à Spartiano traditum est, Senatusconsultum authore Seuero factum ne liceret Imperatoris interfectos senatu Senatorem occidere? an quod ab eodem relatum, ut bulentarium, id est, publici consilij Alexandrinum eum dederit, cum antè id vt sub regibus illum meminerit vnum indice contentus?*

quot barbari excluſi?] *Qua causa & hos victoriarum titulos Seuerus adeptus est, qui & in historia & in veteribus monumentis Arabicus, Adiabenicus, Parthicus, Britannicus. Nam hæ præcipuæ gentes ab eo subactæ & perdomitæ, Arabes, Adiabeni, Parthi, Britanni.*

cacto & tubo subdolæ familiaritatis.] *De Albini morte acerbo, ad quem tamquam ad amicum literas à Seuero scriptas, & vt qui perferebant mandatum vt ab ducibus in Seuerum occiderentur, Herodianus author est. Quinetiam earum literarum exemplar à Spartiano edarum in Albini vita, quarum & epigraphe, & epilogi simus subdolam familiaritatem arguunt. Epigraphe sic habet. Imp. Seuerus A. Claudio Albino Cæsari fratri amantissimo, & desideratissimo. Epilogi mus vero huius modi. Tu velim exercitus teip. ac mihi retentes mi vnamine, mi charissime, mi amantissime. Quid hic potest familiarius?*

Pro veste.] *Loco vestis.*

& quidem de cataclitis.] *Probo hanc lectionem; & ex ea emendo Apuleium libro* Indecimo de Asino, *loco illo:* Veste niuea & cataclista præcinctens sequebatur chorus. *Legendum vtique* cataclita, *quod est ex omni parte clausa.*

omni conchylio depiexissot.] *Conchylium hic non colorem vt alias, sed conchamin sam significat, cuius natura est* 88 *comprimat & constringat se, quemadmodum plumæ quæ circa collum pauo alia aliæ constrictæ adiacent.*

omni patagio inauratior.] *Dissentio ab aliis in patagij interpretatione Claudium aureum esse putant qui mulgerum vestimentis assuetus, vel latus clauus virorum. Egroid esse puto quod crepitum* πρὸ ὀδοῦ *Gallo dicebat. Mouere eo quod Paulus tradicit ad summam tunicam assui consuetudine: Mouere & hic Apuleij loquitur de asino, vbereis crines leuiter demissos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes: Mouere denique verbi originatione:* τὸ παταγεῖν *Græci strepitum, & fragorem dicunt quidem eodem contrectati crispini, qui & ipsi aures & sinuosi non ita pridem apud nos gestabantur a matronis, sed ita ab aliis plerique in vsu esse desierc.*

omni syrmate solutior.] *Syrma tragœdorum vestis laxa & soluta, vnde syrmata mulierum vestes qua parte humi procumbunt. Apuleius,* Nuin ex eo argumentabere etiam vti me

confuesse tragœdi fyrmat e histrionis. *Vopiscus in Carino*; Si autsæ pallio aurato, atque purpurato, pro fyrmate vteretur. *Martialis libro duodecimo.*

Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos,
Aptasti longum tu quoque fyrma tibi.

multicolor & dilcolor & verticolor.] *Quatenus positione lucis, prout rectum vel obliquum receperit, coloratur, vt de columbis, vetulis, & nominatim de ipso pauo Seneca retulit libro primo quæstionum naturalium.*

exuuiis ibi relictis.] Exuuiis, *hoc est*, leberide, *id enim nomen habet pellis vetus quam exuunt serpentes. Sed hoc Græcum nomen est* λεπίδες: *Latini Authores vernationem & senectam dixerunt, Lucretius etiam vestem libro tertio.*

„ — vestémque relinquere & anguis
„ Gauderet. *Et iterum libro quarto.*
„ — Cùm lubrica serpens
„ Exuit in spinis vestem.

cum squammis.] *Id est, cum cute. Nam & serpentibus quibusdam squammas Plinius tribuit libro vltimo capite vigesimotertio.*

taceo cetuum.] *Tatianus oratione contra gentes*: Sed tu potius te ipsum medicaris vt canis gramine, vipera cerueis, fus cancris fluuialibus, leo denique simiarum cibo fibi medetur.

videbis illico audaciam & Græciam nominis.] *Retinco veterem istam lectionem, pro qua alij*: & gratiam nominis; *alij*: audaciam egregiam nominis. *Hic enim sensus est: Qui Chamæleontem sub pampino viderit, non tei modo tenuitatem ridebit, sed nominis Græci audaciam, quo ad leonem proximè accedens bestia significatur.* Χαμαιλέων, humilis leo. *Hæ scilicet audacia, tantillo animalis tantum nomen tribuere. Simile est quod Iuuenalis sapi satyra vltima.*

„ — prælaro nomine tantum
„ Insignis: nanum cuiusdam Ashlanta vocamus,
„ Æthiopem Cygnum, paruam extortámque puellam
„ Europem, cambus pigris scabiéque vetusta
„ Læubus & siccæ lambentibus ora lacertæ
„ Nomen erit Pardus, Tygris, Leo, si quid adhuc eſt
„ Quod fremat in terris violentius.

Qui minutioribus multò elicet.] *Antiquum verbum lubens hic refitituo*, multò eluet, *cum mea significatio.*

Cum circunspectu emissitij oculi.] *Imitatio hæc Plautina. Sic enim Euclio apud Plautum in aululatia ait primo.*

„ Exeundum hercle tibi hinc est foras
„ Circunspectatrix, cum oculis emissitiis.

molitur neceſſum ſemper & promouet.] *Probo valdè quod Cæsonius restituit*, nec promouet. *Est enim molitri tentare tantum aliquid, & comparare se ad aliquid faciendum.*

Ieiunus scilicet semper & indefessus.] Indefectus *ex libris emendat Pamelius, quod & priores editiones Rhenani probatum, eo autem idem significari quod* indefessus, *volunt. Disiunctæ vocibus inde* fessus *legendum certissimis argumento demonstrauit libro priore Brevium, vt sit sensus: Chamæleontem semper teiunum, atque ex eo tassa fessum, vt gradum promouere non possit, quantumuis moliatur. Elegans locus Plauti quo incidæ lassitudinem comingit, Cassina:*

„ — Nusquam ædepol gentium
„ Ieiunus æquè est, atque ego ruri redibo te,
„ Post id cùm lassus fueris.

& Camæleon mutare totus.] Mutare, *pro*: mutat, *qua phrasi Tertullianus familiarin. Caterum hanc mutationem ex ira aut cupidine accensa, humore diffuso esse existimat Seneca libro primo quæstionum naturalium.*

de corio suo ludere.] *Vsurpatum à Martiale proverbium epigrammate in Cerdonem, libro tertio.*

„ Ebrius es, nec enim faceres id sobrius vnquam,
„ Vt velles corio ludere Cerdo tuo.

multa dicendum fuit.] *Sic infrà*, Physconem & Sardanapalum tacendum est. *Hæc scilicet Africana eloquentiæ, quam Spartianus fugillat.*

præstructim peruenirent.] præstructim, *vel*: perstructim, *id est, ordine*: per structionem & ordinem, *dixit Arnobius libro quinto.*

hunc quoque primordio accipitis.] *Neque enim Gentiles eum Christianis consuetudinis in primis humanæ generatione, & ad Gentiles hæcratio: quorum diuersas opiniones de ea, perfequutus est elegantis oratione, cui cinersitæ nomen fecit, Campanus Epiſcopus Interamnensis.*

post demum sapientiam hæuddum licitam.] *Iam id & quod sequitur ex sacra historia est, quæ scilicet Geneſeos tertio capite: vt Adamus & Eua de prohibita arbore scientiæ boni & mali comederint, mox peccati conſij vereundas corporis partes fuisuen folijs operuerint, postremo paratis è pellibus indumentis tecti paradiso excisi sint. Sapientiam Tertullianus vocat, quam scientiam boni & mali sacræ litteræ; atque hæc illius opinio est, futurum fuisse aliquando vt eam bene volente Deo consequerentur primi parentes, sed enim sonant illa verba*, haud-dum licitam.

originis loco.] *Atqui extra paradisum creatus Adamus in eum translatus est. Ergo locum originis dicis in quo statim post creationem conſistit. In paradiso creata Eua, quæ non modo præcepti, sed incentiuum peccatis fuit.*

Pellitus orbi vt metallo datur.] *Sic accipiunt vulgò, vt pellibus vestitus Adamus fuerit ad instar eorum qui opus metallicum faciunt. Maior emphasis orationis huius* (orbi vt metallo datur) *& quidem ex iure eiuslnostro. Fuit hæc sententia qua damnatus Adami post peccatum.* In laboribus comedes ex terra omnibus diebus vitæ tuæ; in sudore vultus tui comedes panem donec reuertaris in terram. *Quæ extat Geneſeos tertio. Ita hæc damnatorum in metallum pœna vt perpetuo ei operi ſerirunt, neque enim temporalis illa fuit. l. capitalium. 17. §. Diuus. ff. de pœnis. Dare metallo, & dare in metallum, apud Authores iuris, eſt pœna metallis affiere, vt in eo toto vitæ tempore opus fiat: sic & his dare orbi, in pœnam peccati & præuaricationis, ad opus perpetuum in orbe faciendum damnare.*

Sed arcana ista nec omnium noſſe.] *Verè arcana nam & super ea generatione hominis prohibitionesfuis ex arbore, damnatione denique propter eſum, multa quæri solent quæ nec capere omnes possunt nec soluere. Fleraque à Duo Augustino discussa libro decimoquarto de ciuitate Dei, plura à Duo Ambroſio libro singulari de paradiſo; plurima à Moſe Basthephta Syro Epiſcopo in Bethrain libro etiam singulari de paradiſo.*

cedo iam de vestro.] *De Authoribus vestris, ex quo tradiderint vestrum vſum capiſſe, ſi non placet quod sacræ litteræ tradunt, statim à creatione Adami, & post peccatum nuditatem pudori fuisse.*

Mineruæ maluiſtis.] *Laniſicij inuentin Mineruæ tribuit, ea quo quæ Mineruæ pro flamine, quod Arnobius lib. quinto scribit Vsurpata, vt & apud Virgilium hoc verſu, qui exstat ollaus Anneides.*

„ Qui tolerare colo vitam tenuique Minerna.

deglubasse ouiculam.] Deglubere, *vulgò dicimus, nam* deglubare. *Ideò alij*: delibasse, *alij*: delibraſſe, *legunt, neutra hæc huius loci satisrefpondente. Malim,* deglabraſſe. *Verbum est à Paulo Iureconſulto vſurpatum in l. cadere §. ff. arb. furt. cæſ. pro eo quod eſt glabrum reddere, & glabræ suei quibus exuſſa eſt lana. Plautus Trinummo.*

„ Oues scabræ sunt, tam glabræ hem! quàm hæc eſt manus.

Antiquum mos iſte vt vellerentur oues non tonderentur, quem adhuc suo tempore duraſſe multis locis, Plinius author eſt libri octaui capite quadragesimoctauo. Et hoc ipsum eſt deglabrare. Quanquam deglubaſſe, *pro*: deglubiſſe, *à Tertulliano scribi potuit, vt* ebullare, *pro*: ebullire, educare, *pro*: educere, *supra.*

aut quis Tarentum.] *Retinco*: quis, *pro*: quibus. *Sic enim & ſcripſiſſe & extulisse veteres Augustinus tradit in sua Grammatica.*

sed quoniam & arbuſta veſtiunt. *Eò ſpectat Virgilij verſus*

ſin libro ſecundo Georgicon.

„ Quid memora Æthiopum molli canentia lana.

De xyle ſiue goſſipio intelligendum vtetque locus, quam in ſuperiore Ægypti parte naſci frutices, ex cuius fructu lanugo, refert plinius libro decimonono capite primo. Auuerte lector, ſi mittem dixit Plinius quod aebuſtum Tertullianus. Falluntur qui Graecos id genus lanugera arboris ignoraſſe putant, quando ſi verſimile de eo ſenſiſſe Theophraſtum libri quarti capite nono: quod prodem ab eruditiſſ. Nero Lucilio Dalechampio notatum eſt.] Iam in Cypro, & Creta, & Siciliae inſulae tam frequens arbor & fructus, vt nullibi vilius, bombacem vulgus appellat. Refert & Strabo libro tertio, apud nonam Carthaginem arborem naſci, quae è ſpina enitiorem emittat, vnde pulcherrima tela eſſe ciantur.

& lint herbida.] *Alia ſunt eiuſdem generis cum lino quae per aliquot dies aqua macerata apta ſunt telae texendae. Omnibus nimirum venire apud Plinium & Authores caeteros putantur.*

tunicam pangere & ſerere.] *Goſſipia pangunter, ideſt, plantantur, ſimum, canabis, caeteraid genus ſeruntur, & ex eis omnibus tunicae.*

nam & de mari vellera.] *Iſthic haere. Nam quod Plinius libro nono capite trigeſimoquinto, ſcribit non ſatis fuiſſe hominibus de periculis maris naſci, niſi & veſtirentur: ad margaritas pertinet, non ad vlla vellera. Athenaeus quidem, ex Theophraſti libro ſeptimo de plantis, memorat bulbosum genus quod dam lanigerum in ora maritima naſci, lana ſub primis tunicis conſerta, ex qua veſtes confiantur: ſed id nihil aquè ad Tertullianum, qui conchamin id potius ſit de qua ſcribit, & ex qua veſtes ſiant, annuat. Mitulus & pinna ex conchyrum genere depexuit Geſnerus, qua byſſum ferant: ac preteriſſima illum byſſina veſtimenta. An de ijſt Author hic ſenſerit, nihil ſtatuo.*

Prorſus haud latet bombycem.] *De bombyce vermepluribus Plinius, quae ab aliis notata ſunt. Ex eo ſtamina bombycina quae à ſerico diſtare plerique arbitrantur. Certè ille diſtinxit Ulpianus l. veſtis 23. ff. de aurs & arg. leg. nec deſunt Authores quibus haec differentia probetur, ve bombyx ſit vermium opus, ſericum vellus quod ceteà folia arborum naſcatur, & aquarum frequenti aſperſione vtile haut texture. Plane eſt vt adducar in eam ſententiam, non differre bombycinum à ſerico. Monuer Pollucis authoritate, qui à vermibus texturas ſuas colligere Seras populos libro ſeptimo ſcribit, quod ipſum & Diſcidas in carmine de mundi opificio notauit his verſibus:*

„ πόθι δὲ χρὶ σηλάγγα ξηρικῶν τόκων
„ πλῶμ᾽ τε λαμπρὸν πλαστὰ νήματα πλέκειν.

Mouere multo magis ea quod Paſſanius de ſeribus vermibus tradit, non diſſimile ijs de quod Tertullianus hoc loco de bombyce. Sic ille Περιδιδάξι Romulus Amaſaeus. Fila quae ad texturam vſurpant Seres, nullaex ſtirpe ſunt, naſcuntur in eorum terra vermes quos feras Graeci, ipſi longè alio appellant nomine (*eo ſortè quo noſter hic Auctor bombycem*) magnitudine, id eſt, inſectum magni ſcarabei, caetera araneo ſimillimum. Hoc Seres accuratè nutrium, cellas ilſi cùm ſtilias tum hyrmenas fabricantes, pedibus (habet autem octo quot & aranea) ſub arbotibus textile opus facit. Annos ferè quatuor panico alitur, quinto denium (neque enim longior ei contingit vita) viridem apponunt arundinem, quo pabulo beſtiola illa maximè delectatur; eo ſatur ſagina rumpitur, & educunt inde è viſceribus plura ſtaminum volumina. *Poſtema hac ſic habent in Graeco,* χαὶ ἀποθνήσκει ὕπτα τὸ πολὺ ἢ ἀρτιθάνης ὑβρίσαντος ἑαυτὸν: *qua ad verbum tranſlata à Latine ſonant,* & mortua ea, multum conuoluti ſtaminis intus reperiunt. *Vide lector & confer cum iis Tertullianis vt à Turnebo emendata ſunt.* Petinde ſi necauetis, animata iam ſtamina euoluet. *Objicietur Virgilij verſus qui hunc ſequitur quem de Goſſipio ſupra interpretati ſumus:*

„ Velleráque in ſolijs depectuntrenuia Seres

Item & alter Claudianus multum diſſimilis:

„ Stamine quod molli tondent de ſtipite Seres.

Objicetur denique quod Ammianus Marcellinus libro vigeſimoterco de vellere, ex quo ſericum confiitur; arborum fetum eſſe qui aquarum crebrie aſſpergiuibus vellicatur. Reſpondebo ego, ideo de bombyce Coa ſcripſimus à Plinio libro vndecimo capite vigeſimoterti, naſcieex arborum flore imbribus decuſſo, & terra halitu animate, pedum aſſeruate cadere folium lanuginem in vellera, mox cogere & ſubigere vnguium carminatione, tum trahere inter ea mus, tenuere cen pelline: poſtremò eorum copia lanificia himmoce lenteſcere, mox in ſila tenuem iuncte fuſa. In ſumma non video cur ea que ex frondibus percipi dicuntur vellera, vermibus tribus non poſſint, vt idem cum bombycino ſericum intelligatur.

Quarum pars gentilitus.] *Apud quaſdam gentes, apud quas ſdam populos.*

Pars verò paſſuitus.] *Paſſim & apud omnes, quod eſt promiſcuè. Sic Apuleius paſſim concubitum dixit libro ſexto; ſic in libri Formicus paſſimam Venerem, publicam & promiſcuam. Hieronymus in caput decimum ſextum Ezechielis paſſuum libidinem, & in caput decimum Matthaei paſſuum interpretationem, qua communi & vulgare eſſet. Quamquam Africanorum ſcriptorum peculiare id eſt ſenſu vocabulum videri poteſt, ita ex frequenter vtuntur. Caterum & hic Plautina imitatio in ſegendis adverbijs.*

etſi Graecum magis.] *Apud Graecos magis frequentatum.*

ipſe qui Graecos pellendos.] *Duo hic Catonet vobis ingerunt, Maiorem & Vticenſem: quorumille Graecos oderit, hic iſdem faueric. De vna ſenſiſſe Authorem verba ipſa compendiare de Maiore ſcilicet, quem Ciceroin eo libro quem de eiti nomine inſcripſit, ſenem literas Graecas didiciſſe tradit, quod ipſum in eius vita Plutarchus. Id vel inuidioſiùs facta mentio aquè, quae inoſcitiarem ſignificat, & iuuſtaſtim magiſtratum. Nihilo ſiquippe Catonis Maiore cum conſulatu, tum maximè cenſura, ex quo & Cenſorij nomen meruit. Hieronymus in epiſtolas (qui locus hunc illuſtrat maximè, de eo ipſo; Qui extrema aetate Graecas literas nec erubuit cenſor, nec deſpetauit ſenex diſcere.*

Quid nunc ſi eſt Romanitas omnis alia.] *Valdè corruptus hic locus, & ab aliis notata ſunt. Ex eo ſtamina bombycina quae à ſerico diſtare plerique arbitrantur. Certè ille diſtinxit Ulpianus l. veſtis 23. ff. de aurs & arg. leg. nec deſunt Authores quibus haec differentia probetur, ve bombyx ſit vermium opus, ſericum vellus quod ceteà folia arborum naſcatur, & aquarum frequenti aſperſione vtile haut texture. Plane eſt vt adducar in eam ſententiam, non differre bombycinum à ſerico. Monuer Pollucis authoritate, qui à vermibus texturas ſuas colligere Seras populos libro ſeptimo ſcribit, quod ipſum & Diſcidas in carmine de mundi opificio notauit his verſibus:*

Quid malè parentem in rupes detruſit aſellum.

& id apud Virgilium:

Heu malè tum nites defendet pampinus vuas.

Lutea vnctio.] *Ceroma intelligit, qua paleſtrita & athleta vtebantur. Seneca in epiſtolis* Æquè luctatores & totam oleo & luto conſtantem ſcientiam expello, ex iſtis ſtudijs liberalibus. *Ceroma ex oleo & terra vt lutum miſcetur, ex quo & lucti quoeo vnctiſ ſunt. Martialis libro vndecimo.*

„ Cur Lacedæmonio lutet ceromate corpus.

Idem libro Apophoreteorum alteris:

„ Ne lutet immuſtdunſ nitidos ceroma capillos,

„ Hac poterismadidas condere pelle comas.

& puluerea volutatio.] *Hoc etiam Athleta rum proprium, vt poſt ceromatis voluimem, in puluere voluntaretur. Vtramque morem Statius notauit.*

„ Poſtquam oleo gauiſa cutis, petit æquor vterq;

„ Pro curſu medium, atque hauſta veſtitur arena:

„ Tum madidos artus alterò puluere ſiccant.

Seneca in epiſtolis Totum athletarum ſarum illo die mihi perpetiendum fuit, à ceromate nos aphe excepit, *quod poſtea apertius explicans, ſiquidem obſcuius ſcriptum erat:* Duo (*inquit*) incommoda inter ſe contraria ſimul pertulimus;

quia eadem die, eadem via, & luto & pulvere laboramus.

Et arida saginatio.] Χηροφαγία vno verbo Græcis dicitur, quod vt Latinum Cæsianus vsurpasse non vno loco, sed & ipse Tertullianus in quo versamur, pro esu ciborum aridorum. Galenus libro de salutari diæta præceptum est, cæsendum asbolein ne post exercitationem bibant. Quinetiam eorum antiquum cibum & victum fuisse caricas, id est, aridas ficus, Plinius docet libro vigesimo tertio capite septimo.

vnde apud aliquos Numidas.] *Numidarum regis Carthagini vicini, equitatu plurimum valuit, quod & Appianus & Plutarchus tradunt. Manent hodie Straboni, & de ijs hæc ipsum cum magna parte ineertæ vagantur fabulæ, promunctes capillo circinnato exarmasse; ijdem post molles fuisse, Græcorum more eosdem rasisse, tondusse, ac eunuchisse dicuntur.*

tam rapax ab ala resina.] *Excutiendorum pilorum ratio per φίλοτρα (sic enim vocant medici quibus ad eam rem vtuntur pharmaca) & inter φίλοτρα resinæ non postremus locus. Plinius,* Pudet fateri maximum honorem eius (*de resina loquitur*) in euellendis corpori vitorum pilis. *Martialis libro tertio de pilis Gargiliani.*

„ ---nam certè non potes illos

„ Resina, veneto nec refecare luto.

Morum quòd & alarum pilos euelleremt, qua maxime parte conspicui non sunt. Notat Hic Tertullianus, notat Iuuenalis Satyra vndecima.

---vellendas præbuit alas.

Et iterum Satyra decimaquarta.

---grandes miretur Lælius alas.

Quo id præstabant Alipili dicti Senecæ in epistolis. Alipilum (*inquit*) cogita, tenuem & stridulam vocem exprimentem, nec vnquam tacentem nisi cum vellit alas.

tam furax à mento volsella.] *Vbi pilestris vtis commodè non licuit, volsellæ factus est locus: in mento maximè ad eauas euellendas. Martialis.*

— Purgèntq; fœuæ cana menta volsellæ.

Id molles & delicati faciebant, de quibus apud Varronem proverbium, volsellæ pugnant non gladijs. Ea sunt quæ Græci, τριχολάβια & μαιζηνεῖα vocant, Galli, pincettes, *pridem enim & in Gallijam vsque processerunt Græcorum deliciæ. Mulieribus vsus fuit ad superciliorum exercendam luxuriem. Atque inde apud Plautum iustum adulti lenonis per ea instrumenta aquibus meretrices ad ornatum vrebantur, Curculionis actus postremi scena postrema:*

„ Ac ita me volsellæ, pecten, speculum, calamistrum meum.

„ Benè me amassint, &c.

Iliusest hæc tota res Afræ.] *Plinius libro trigesimotertio:* Asia deuicta primum luxum misitin Italiam; eadem domata graujus affluxit mores. *Iustinus libro trigesimo sexto,* Alia facta Romanorum eum opibus suis vitia quoque Romam transmisit: *Valerius Maximus libri secundi capite sexto vbi de Lycurgi legibus, quibus prohibebantur Spartani in Asiam progredi.* Audierat enim lautitiam inde, & immodicos sumptus, & omnia non necessariæ voluptatis genera fluxisse.

Quid tibi Libya & Europa.] *Libya nomine Carthaginem, Europæ Romanos significat, quas præcipuè vrbes hoc libro insectatur.*

Quale est Græcatim depalati.] *Vel ea quæ præcedunt errorem scriptura arguunt in verbo depalati, vt frustra sein huius interpretatione tot queant qui hunc librum recensuere. Legendum vtique* depilari; *quod libro priore Brentium criticorum docuimus.*

habitum transferre.] *Probro dabatur vsus pallij, quod id proprium Græcorum indumentum esset. Generalis autem hoc est aduersus obiectamem præsentis, tum demum probro esse debere mutationem indumenti eum natura mutatur non sola consuetudo. quod hæc eum natura mutatur? Paucis explicatum habe apud Senecam.* Non videntur tibi contra naturam viuere qui cõmutant eum fœminis vestem? *Interpretationem illam distichidè probant quæ mox subiecta sunt exempla.*

consuetudo fidem tempori.] *Debet supple. Nam & diuturna consuetudo, etiam in ijs quæ errore introducta sunt, vim legis habet: quod Iureconsultus ait, l. diuturna 33. ff. de legibus.*

natutam itaque eoneussit.] *Primum exemplum naturæ cum habitu mutato in Achille, cuius vulgatior fabula est quàm vt scripsis Vlis, vel interpretatione egeat.*

nominis consilium.] *Iam antè dixi nominc consilium hîc esse rationem nominis, quàm Græci λογισμὸν vocant.*

patiens tam vstriculas.] *Scis quod de vstriculis alij scripserint (nam hæc veræ lectiæ patiens tam vstriculas.) Scio, nec improbe dici potuisse pstilotia, quæ adurendis vsui habent. Sed hoc loco alter interpreter: vt sint vstriculæ, igniculi, & scintillæ libidinis, vstriginem Apuleius vocauit libro primo de asino: atque hoc, patiens vstriculas, nihil aliud sit quàm pubes factus, quod ea maxime ætate libidinis igniculi prorumpant. Hieronymus in epistolis:* Flammam libidinis, & incentiuum feruentis ætatis cupit exstinguere. *Idem in vita Hilarionis:* Titillabat itaque sensus eius, & pubescenti corpori solita inedia fuggerebat. *Denique in epitaphio Marcellæ:* naturalem earnis ardorem quin adolescentia plerúmque feruescit. *Sic Authores turis incalescentem sexum pro pubertate dixerunt. l. repetundarum. 15. §. Hermaphroditus. ff. de testibus.*

iam virum alicuius elanculò functus.] *Iam expertus opus nuptiarum. Vir appellatio & sexum significat, & corruptum: vt de mulieris nomine traditur in l. quærebatur 34. ff. de Ædil. edict. Cæterum hoc ipsum quod Tertullianus, notauit & Ouidius primo de Arte, hoc distichо:*

„ Fortè erat in thalamo virgo regalis eodem;

„ Hæc illum stupro comperit esse virum.

adhuc sustinet.] Vult, patitur. *Sic apud Suetonium in Augusto,* Pontificatum maximum quem numquam auferre viuo Lepido sustinuerat. *Et in Caligula,* crudelissimam cædem defleuit edicto 3& eos qui spectare sustinuissent execratus est.

stolam fundere.] *Recte vsus appellatione stolæ hoc loco, quia id mulieb re indumentum quo sine probro viri viro non possunt. l. vestis. 23. §. mulierem. ff. de aure & arg. leg. Sic Seneca libro de vita beata, Epicuri dogma specie tantum non reapse voluptatem inducere qua reprehendi deberet significaturus,* Hoc tale est (*inquit*) quale vir fortis stolam indutus.

exterum si post incentiuum.] Incentiuum *nunc ait, quod antè* vstriculas: *& quod sequitur id significat, si temperasset ab vxore nuptarum.*

Potuisset & nubere.] *vt fœmina. Nam fœmina nubunt, viri vxores ducunt. Quamquam non adeò constans huius vocis vsurpatio eam in partem apud Authores.*

de vtro fœmina.] *Cùm inter filias Lycomedis regis habitu mulieb ri occultatur.*

de fœmina vir.] *Cùm Vlysses dolo agnitus (nota est fabula de fusis & fica in medium proiecta) educitur ad bellum Troianum.*

alter aduersus naturam.] *De viro in fœminam.*

alter aduersus salutem.] *De fœmina in virum, quæ causa mortis ei fuit.*

Turpius adhuc.] *Alterum exemplum est mutatæ cum habitu naturæ in Hercule, cùm apud Omphalem Lydiæ reginam egit, mulieb ri habitu indutus. Hæc mutatio turpior fuisse dicitur illâ quamin Achille antè notauit. Matris formâ decit vt Achilles habitum mutaret, vt Hercules mutaret, propria libido.*

Lydiæ clanculariæ.] *Cum quâ clàm consuefcebat. Sic Martialis libro nono,* clancularius *pocta, qui ignotus dicitur.*

vt Hercules in Omphale.] *Vt vicissim habitu mutato naturam quoque inuerterent Hercules, & Omphale.*

coronam forsitan fuerent.] *Sagitte soliteet, hydræ & ceruauorum sanguine madentes. Recte verò:* coro nam fuerent, *quippe refert Plinius libri vigesimi primi capite tertio, mulierum luxuriem exitum habuisse in fusilibus coronis quæ ex nardi folio & verticillore fercis. Meminit earum coronarum Martialis libro quinto.*

„ Frontem

„ Frontem futilibus ruber coronis.
Et iterum libro nono,
„ Ornenturque rosis tempora futilibus,
ne fobriæ mulieris quidem.] *Casta & fortis mulier pellem leonis indutere non potest, quanto minus Omphale mollis, & delicatula?*
ballamo auttelino spero factum.] *Sic emendamus Rhenan. pallenare editione, cum prave legeretur* ballamo aut pelino. *Quid si* delino *legamus? Fatelio fuit in opere, mutatis tj, in p. Delinum inquentium laudatissimum antiquum fuisse quod ex Dole insula exportaretur, Plinius tradit libro decimoseptimo capite primo. Sed & Telinum celebertimum Meandri comitis poëtæ ætate sit idem Plinius, nontam ad voluptatem quam ad fanitatem; quippe qui maximo in medicina, gravissimis morbis propter fanum Gracum quæ maxime parte confiat. Eum componendis rationem expressis Diofcorides libro primo capite quadragesimo sexto. Iam tus fit arboris (*leilur*)* Delinum *an* Telinum *legas, idem sensus fuerit. Sed ego* Delinum (*si quæras quod malim*) *probo magis.*
stiria leonina.] *Quod si* stira, *legamus, pro* stiria *Græcis* (*inquit Pollux*) τὸν τρίχινον πλέγμα τὸν διὰ τῶν ὀπῶν ἐκκρεόμενον *capitis qui ex contextu capillus. Videtur an hinc loco tenuerint. No contrivisse me pili terruerem Omphales in quam à capite propendebant inuerente, vermi est & imbas pectine distillat.*
hiatus.] *Orat leonis.*
crinibus.] *Omphales*
inter antias.] *Auteriares capillus Omphales. Hac voce ille figuriosior usus Apuleius in Floridis. Eidem libro secundo & quinto de Asino, antependulas, & antorentulas dixit, quas ely exprimeas. Ceterum ele quas ista descripsit pelli leonis ore tenus inserta capiti Omphales, cinnebrique pars pro tunica esset.*
Nemæa certè.] *In qua sylva ecsulat ab Hercule si leo, cinnis exuuia Omphalem vestiebant.*
qualis Hercules in setico.] *Non video tur pro* : setico, *virilini repoui, thetistico, mihi certè ita habeant libri; cum postea ubi de Alexandro, sericum pro serica veste idem dixerat: quemodo & Prudentius hymno de duo Laurentes.*
„ Hunc qui super setico,
„ Quem currus inflatum vehit.
Omphale in Hercules fcorto.] *Quid si* fpolio *legamus, ut significetur pelli leonis? Conflabat magis ille sensus qui ceteris placuit, tam decussis Hercules sericum Omphales, quam deculi Omphalem pellis leonis. Quamquam & scortum pellem significare probat mus ex eo non hac pellis Hercules qua induta Omphale, sed leonis; nisi ideo Hercules, quòd ea vestiretur.*
Sed qui arte Tyrinthium accessatat.] *Exemplum id tertium mutata tum habet in natura, in Cleomachis pugile, Hercule antagonista, quod senat hoc erratis, sed qui ante Tyrinthium accessetat, ut ex libris emendatus his locis: qui forsitan ita melius quadrabit sensus propositus, qui ante Tyrinthium cesserat, diuisa verbo, antecesserat, interiecto voce, Tyrinthium; vel sublata particula, ante, ita etiam melius; qui Tyrinthium antecesserat. De eo Cleomachis sic Strabo libro decimoquarto:* χρὴ Κλεόμαχον ὁ πυκτικὸς ὡς εἰς ἕρωτα ἐμπεσόντα χιλιάδας χαλκοῦ πλέον χιλιάδι Φερεκλέους, ἐπιτιμῶντα τῷ ἀναγκάσαι τὸν πολίτην χιλιάδας δαπανῆσαι, τρὶς ἢ τετρακισχιλίας. *Et Cleonachus pugil, cum in cinædi amorem incidisset, & ancillæ quæ illum cinutuiet at, cinædorum voces & mores imitatus est.*
cum incredibili mutatu de masculo fluxiffet.] *Certe saprasidem mutatis illa, & pugile* cinædus, *in*, de masculo fluxisset, *id ipsum est, cinædus factus esset. Cinædi propriè epitheta fluxi. Martialis libro quinto:*
„ Spadone cùm sis cuiratior fluxo.
Fluxi autem qui molles & effœminati. Seneca Rhetor in prologo declamationum. Ire nunc & in istis fluxis atque expolitis, & nusquam nisi in libidine viris quærite oratores. *Pikius tamen quadam exemplaria, in istis vultis, neque lectio defendi potest.*
Intercurem cæsus & vltrà.] Intercutim *malo, adverbialiter. Latet sub ij verbis obscenitas res nefaria, hoc est, idipsum quo cinædi fiunt.* Cede, concide, verba ad omne genus nequitiæ commodata, *inquit Marcus Tullius Verrina tertia. Cedere idem quod Plauto dixedere; denique* intercurim cæsus, *id est, mulierbria passus. Perfius.*
„ Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis,
Incertius Poëta laudo in priapum, sub persona Priapi:
„ Qui quondam ruber & valens, solebam
„ Fures cædere quamlibet valentes.
Petrus glossariam Perelius,] *pædicatus, ita* πυγίζω *dixit.*
Sicut veftigia cæstutim vitia occupant.] *Vera hæc lectio, quam ally variè interpolarunt. Petronet ad mutatiocrem qua in Cleomachi fatisfecit, cum ex pugile in cinædum abiit. Pugiles iosibus certare solebant, qualis pugnantes Dares & Entellum pugilis descripta libro quinto Æneidos. Cæstus facia ex corij bubulis, quæ brachiy extrema parte quæ manui adiacet tenuiæ, per singulos digitos & palmas extendantur. Crudos eos dixit Arnobius libro primo, & iterum libro septimo, quòd ex crudis corijs confarcias. Vitia autem sive virtute, armilla quæ brachiyi apiantur sive ex auro, sive ex gemmis: nam de utroque reperte apud Iuris Authores mentio, si quid tamen. 4. §. fi. de contrab. empt. l. fin. ff. de auro & argento leg. Gliffanto veteri, virie πυγιζέτα. Ἀλλὰ ἐ & virtola eadem sum virtus. Falsum vitiqe quod a quibusdam traditum, virias armillas esse quibus uiri; virtolas quibus mulieres vtrerentur; virtusque vocis vsus apud Authores promiscuus. Vide apud Ambrosium virias mulieribus tributas libro primo de Abrahamo capite nono.* Puer Abrahæ accepit inautes autcas singularum dragmatum, & duas virias dedit in manus eius. *De Rebecca ibi sermo de qua & id quod sequitur: Idcò accepit inautes & virias quas misit Abraham. Et quod postea, ex quo hic locus quem tangimus illustratur: Has inautes habebat quæ non graueret aurem, has virias quæ manum non materiali auro onerarent, sed spiritali actu leuatent. Id ergo Tertullianus; in Cleomacho ex pugile cinædo facto vestigia cæstuum viriam ostendisse, vt quæ parte aptare cæstus solebat ad pugnam, armillas compositse dicatur ad ornatum & libidinem. Armillis (quæ ipse virias) vsos cinædos arguit versus Martialis.*
„ Quam quæ Delphicidæ lapis est armilla cinædo.
ita & endromidis folocem aliqua multitia synthefi extulit.] *Prior editio pro* : extrusit, *habebat,* extuxit, *vitiosè, ac sine villa sensu. Certè vel,* extrusit, *legendum; vel (quod verius puto)* exclusit. *Nam quod hic dicitur, ita est accipiendum vt ipsud in epistola Valeriani Imperatoris apud Vopiscum:* Vestis noua veterem vestem excludat. *Quippe id Tertullianus Cleomachum, ex pugile cinædum, non modo vestiti tenuitate, sed & endromidem multitia veste.*
endromidis folocem.] *Endromis genus amiculi vel stragulæ pictus, quo pugiles & athletæ post certamen vtebantur, vt & fotus arterent & sudorem exciperent. Vestus erat crassa, hirsuta, villis longioris, & ex ceteratis qua pugiles vmeebantur, atque ex sudore quo diffluebant, pinguis & sordida. Huic nomen, non quod cursus apta effet (condanbunt mihi hanc cenfuram Beati Rhenani manes) nam quid currenti magis incommodum? sed quòd ex ἐνδρόμῳ, in palæstra vsus, non modò post cursum, sed post quodlibet certamen. Lana qua confiabat folcis nomen (quod & his ostendatum a Tertullians) quoniam pinguis & crassa esset. Solet veteres glossaria, τὸ πῶμα, crassum, pingue, sordidum: & falsa lana apud Tiburtium, pura opposita. Postulae tamen interpretationis afferatem i perlege quæ sequitur Martialis epigramma è libro epigrammatum quarto.*
„ Hanc tibi Secanicæ pinguem textricis alumnam
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet,
Sordida, sed gelido non aspernenda Decembri
Dona, peregrinam mittimus Endromidem.
Seu lentum ceroma teris, trepidumve trigona,
Seu harpasta manu pulueruntalegis,
Plumea seu laxi partiris pondera follis,
Siue leuem cursu vincere quæris Atam;

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Nève grauis subita te premat Iris aqua.
Raidebis ventos hoc munere tectus, & imbres;
Nec sic in Tyria fyndone tutus eris.

aliqua multitia fynthesi.] *Multitia dicuntur vestimenta tenuia, qualia serica sunt, quòd multis filis conflent pra tenuitate: polymita Martialis vocauit. Vestis hac voce Iuuenalis satyra secunda;*

„ — cùm tu multitia sumas,
Et rerum satyra sindonem;

„ Humida suspectis referens vestigia rugis.

Inde cum apposite multitia tunica apud Capitolinum in Aureliano, tunicas viriles multitias decem. *Et hoc loco*, multitia fynthesis, *pro quauis veste tenui. Quid si fynthesin pro veste, non accipiamus, sed pro capsa, pro armario in quo solent vestes compositæ habere? Gallis* Gardetobes, *non alienus erit à propositi significatu, vt dicatur Cleomachus extrusisse foloerum endromidis aliqua multitia, & extrusisse fynthesi, non fynthesis veste, sed fynthesis vestium. Hoc magis conuenit si pro:* extrusit, *legamus:* exclusit, *vt ex Vopisco supra vel notauimus vel emendauimus. Synthesis autem vt capsam seu vestiarium significet, constat ex lege Titia. 38. §. Sempronia. ff. de aure & arg. leg. quod & nos alias docuimus.*

Physeonem & Sardanapalum.] *Quartum exemplum mutata cum habitu natura de Physeone, Sardanapalo, Nerone, Vitellio, quorum historias aly diligenter tractauerunt.*

& quidem sub Nerone.] *Duos hic verbis perstringi arbitror; Neronem sulcet, & Neronem posteriore aliquem. (Nam hoc sub Netone, quid aliud quàm post Neronem?) Vitellium certè, cuiam ab adolescentia & impuritatem & mollitiem Spintria cognomen indutum Suetonius tradit.*

mutandis indubiis.] *mutandis vestibus.* Indubiis, *pro induuiis, dictum frequentis apud veteres mutatione v consonantis in b. Vt exuuiæ ab exuuiando, siccubuiæ ab incubando. Plautus in Menechmis vbi de palla mulebri veste:* Induuiæ tux atque xxoris exuuiæ rotæ. *Ad Tertulliani ætatem mutandis vestibus causam præstare, non modò libidinem & animi mollitiem, vt in Achille, Hercule, Cleomacho, Physeone, Sardanapalo, Vitellio: sed & vanam gloriam, vt in Alexandro Macedone, Arsippo, Empedocle, de quibus supra.*

etiam vtro saluo.] *Prior editio habuit*, viro saluo, *quam lectionem magis probandam meminisse breuiuum criticorum libro alterio. Id enim significatur, esse qui quæuis naturam non mutent, & viri permanent, mulieribus tamen indumentis vtantur. Vir à virtute, & viri proprie, qui fortes ac constantes, & si dicere licebat virtuosi. Sic exaudiendum illud Horatij Epodon de decima quinta;*

„ Si quid in Flacco viri est.

& istud Iustini libro primo vbi de Sardanapalo; Se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virum: *cum hoc Ciceronis Philippica secunda*; Quod non fecisti ignosco, virum tes ista postulabat. *Denique Ouidij aliud libro de Arte amandi,*

„ Cætera lasciuæ faciant concede puellæ,
„ Et si quis malè vir quærit habete virum,

magnum Regem.] *Alexandrum, de quo id ipsum quod Tertullianus & Athenæus refert libro duodecimo:* Ἀλέξανδρος ὡς ἡ Ἀρίας ἐκυείλιττεν περσικῆς ἐλάμβανε στολῆς. *Quod est*, Alexander Asia deuicta Persica vius est stola. *Iustinus expressit apertius libro duodecimo.* Post hæc (*ait*) Alexander habitum regum Persarum & diadema insolitum antea regibus Macedonibus, vetus in leges eorum quos vicerat, assumit.

triumphalem cataphractem.] *Cataphractæ cum cataphractis, omni armatura, qua & milites & militares equi operiuntur. Propriè autem pectoris tegumentum, id est, thorax. Vegetius libro primo eapse docuit.* Ab Imperatore postulant primò cataphractas, deinde cassides deponere. *Atque hic quidem dicitur Alexander cum thorace quo indutus de Medis ac Persis triumphum egerat, commutasse illa veste, qua induti erant de quibus captis triumpharat.*

in captiua Sarabara.] *Sic captiuum vestem Virgilium dixit,*

„ Crateréque auro solidi, captiuáque vestis.

Sic captiuum cruorem Cornelium Tacitus, Vbi de Druidis Annalium libro decimoquarto. Nam cruore captiuo adolere aras, & fibris hominum consulere deos fas habebant. *Est autem* Sarabara *vestis fluxa, qua Persarum primores induebantur. Quamquam* Saraballum, non Sarabaram dixi, *Dium Hieronymus commentarius in Danielem author est. Atqui eundem Danielis locum exprimens idem Tertullianus libro de anima, denuò* Sarabaram *vocauit; & libro de Resurrectione* Sarabara, *neutro genere plurali, Chaldæorum esse dictionem refert, quam tamen Graci Bibliorum interpretes retinuere. Sic illi Danielis locum de quo diximus, capite tertio:* καὶ τὰ σαράβαρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη. *Sed & in ea voce variant exemplaria, quod dum enim (quod Hieronymo placuisse notauimus) habent τὰ σαράβαλλα. Vestem fuisse non brachas (vt vulgò creditur) hoc Iustini indicant vbi de Alexandro*, Post illa quæ retulimus: quæ ne inuidiosius in se vno conspicerentur, amicos quoque longam vestem aurearn purpureámque sumere iubet, vt luxum quoque sicuti cultum imitaretur Persarum. *Luxus, in auro & purpura; habitus, sinc cultus, in sarabara; quæ longa vestis. Sed hæc alia Valerij Maximi aperitiue, vbi de ipso Alexandro, libri noni sapite sexto*: Tædio morum & cultus Macedonici, vestem & instituta Persica assumpsit.

pectus scammarum signaculis disculptum.] *Antequam thoraces ex are fundrentur, aut ex ferro cuderentur, sunt moris ferreas laminas limeas aut pellibus assuere, quæ positione sua plumas & scammas referrent: quod tum ex Salustio notum est, tum ex hac cataphracti equi descriptione apud Virgilium.*

„ — quem pellis habenis
„ In plumam scammis, auróque inserta regebat.
Illa alacri cataphracti militis apud eundem; qui
„ — tutilum thoraca indutus, habenis
„ Horrebat scammis.

Inde scammosus thorax apud Prudentium in Hamartigenia, & scammatus apud Dionem. Atque hoc est quod Tertullianus fingat, scammas pectori Alexandri insculptas fuisse inscriptas, ex Thoracis quotidiana vsu ac pondere. Placet enim proprius significatus pectus hic accipi, non translatitiè pro thorace; quod contra vulgatum opinionem sequentibus probabimus.

textu pellucido tegendo nudauit.] *Sic interpretor, tegendo pectus nudauit. Nempe eum texissel textu pellucido, id est, serica veste, cuius textura ita tenuis, vt per eam corpora vtria paterent aque, ac si nudum corpus fuisset. Huius interpretationis habe assertorem Senecam libro de beneficijs septimo:* Video sericas vestes, si vestes dicendæ sunt, in quibus nihil est quo defendi corpus aut denique pudor possit, quibus sumptis paruin liquido mulier nudam se non esse iurabit. *Habe & alterum Senecam libro secundo contouersiarum:* In fœlices ancillarum greges laborant vt adultera tenui veste perspicua sit. *Habe Iustinum libro tricesimoseptimo, vbi de Physeone Ptolemæi eodem ipso quem Tertullianus paulo antè pessimavit:* Quam fœditatem (*obesi ventris scilicet*) nimia subtilitas, & perlucida vestis augebat, protsus quasi astu inspiciendæ præberentur, quæ omni studio occultanda erant. *Habe denique Hieronymum libro aduersus Helueidium*; Ingrediuntur expolitæ libidinum victimæ & tenuitate vestium nudæ, impudicis oculis ingeruntur, *Et in epistola, hoc loco*; Talia vestimenta parentur, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur. *Itemille alio vbi de Marcella*; Talibus via est vestibus quibus arceret frigus, non membra nudaret.

Vt mollius ventilante serico.] *Serica veste ceu medica: nam olim & sericam vestem, medicam dictam esse scribit Procopius libro primo de bello Persico. Atqui longè aliæ causæ mortis Alexandri: quas tu vide apud Plutarchum, Iustinum, Arrianum, apud quos etiam sibi diuersæ sententiæ.*

audio

audio enim & in purpura philosophatum.] *Haud dubitatio nomine perstringitur Aristippus, de cuius luxu tum in vestibus tum in cœna mollitiarum plura ex Ciceron & Diogene Laërtio colligas. Fatetur Cynici Diogenis ob eam rem obiurgatio, & ad obiurgationem responsio apud Horatium:*

„ Si pranderet olus patienter regibus vti
„ Noller Aristippus: si sciret regibus vti
„ Non pranderet olus qui me notat.

Quod vero morum luxus ad diuum cum, qui voluptatem finem vitæ ac summum bonum statuerent?

Si philosophatus in purpura.] *Sic lege, ac plenum sensum consequetur.* Si philosophatus in purpura, cur non & in baxea? Tyria calcearet baxea, gracchata, prudens ille Tarentinus. *Opportune, si enim calceus philosophicus, & vtex Apuleio libro secundo de asino conflat, pluribus lignem. Atque inde est quod hic significatur, philosophum purpurea veste indutum, & purpureis calceis vti debuisse. Tyria baxea purpurea est, quanquam optima quæ in Tyro purpura.*

atqui alius & fericatus & crepidam æratus.] *Empedocles ille est, Agrigentinus Philosophus; quem ferata veste, & calceis æratis vsum, Athenæus scribit libro duodecimo Varsahiberia capite tricesimo secundo.*

Quod si tam tune de dolio latrarer] Dolio, *pro*: domo, *vsus Diogene vt Lærtius in eius vita scribit: & notat Horatius hoc verbio.*

„ — dolia nuda
„ Non ardent Cynici: si fregeris altera fict
„ Cras domus.

Idem quod in vita liberè insolescetur eam abipse Platone dictum. Sed id sperit ne nostro, si de dolio latrarer.

non cœnulentis pedibus.] *Sensus est: Si Diogenes ea tempore vixisset, ibi que locorum essetet vbi ayebat Empedocles, cum æratus pd. esset, ærato crepidæ calceatus incederet, non eiusmodi thorum cœnulentis pedibus insultando commaculasset, vt Platonis olim commaculasset, sed totum Empedoclem in cloacam detrusisset. Conflabit sensus ille perspicue si sic legas:* non cœnulentis pedibus thorum (vt Platonis ferunt) sed rotum Empedoclem, &c. *De Empedocle vt thoros Platonis conculcauerit, Lærtius. Sed & Dinus Hieronymus libro secundo aduersus tumultuantem:* Eripse Plato eum esset dives, & thoros eius luratis pedibus Diogenes conculcatet.

in adyta Cloacinarum.] Adyta *secretiora loca templorum, & Cloacinæ sacerdotes quæ Cloacinæ Deæ seruiunt. Hanc Deam ridiculis causis sape Gentilibus obijcimus Christiani, fortue ex consecrata ades à Tito Tatio inuenta in magna cloaca simulachro Deæ, cuius nomen ignoratur. Author Lactantius libro de falsa religione primo, capite duodecimo.*

Qui se cætitem delirat.] *Nota que de Empedocle historia, qui, vt ab Horatio relatum est.*

„ — Deus immortalis habeti
„ Dum cupit, ardentem feruidus Ætham,
Insiluit.——

Notanti Tatianus oratione aduersus Græcos: Empedocles arroganriam Æthnæ crateres in Sicilia coarguit, quod cùm homo esset, Deum se ab hominibus credi falsò molleretur.

Qui de natura & modestia transferunt.] *Qui vestibus vtuntur à sexu suo, vel à dignitate & professione alenia. A sexu (& hæc natura) vt Achilles, Hercules, Cleomachus, physeon, Sardanapalus, Nero, Vitellius. A dignitate (& hæc modestia) vt Alexander, Aristippus, Empedocles.*

& acie figere, & digito destinare, & nutu tradere.] *Digni qui deride antur: hæc enim prouerbialiter vsurpata ad rem eandem significandam*; acie figere, *quod est, intente oculos spectare; digito destinare sine demonstrare*; & nutu tradere, *aut fortè nutu traducere.*

si quis mandrico fluxu.] *Falluntur coniecit Pamelius pro*: mandrico, *legendum* mandrico. *Sed & ego pro*: fluxu, *reponi velim*, flexu; *vt significetur vestis Mæandri flumini flexuosa modo. Vix apud Auctores mandri facta mentio, quin & flexus fuerit. Meander Solino undis flexuosus, Plinio flexibus sinuosus. Denique quasi synonyma hæc coniunguntur, mæandri & flexiones. Cicero in Pisonem*: Quos tu mæandros, quæ diuerticula flexionesque. *Prudentius.*

„ Qui mille per mæandros:
Fraudésque flexuosas.

Quid plura? mæandrum genus pictura apud Festum, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur mæandrus.

censoræ intentionis epicinio dispet(o.) *Remissa censorum severitate.* Ἐπιτάσεως *superbiam, & superciliosum pro seueritate vsurpatum. In summa quod hic censoria intentione sapercilium, paucorum sub verbis censorum superciliosum Seneca, & Valerius Maximus; censoriosum Plinius, Cicero; censoriam virgulam, Fabius Quintilianus dixit.*

Quantum denotatui passiuitas offert.] *Vt suprà passiuitas est memoriæ quod passim & promiscue. Sic passiuitas hoc loco idem quod promiscuus visus. Id autem significatur, remissa censorum seueritate, aut, si mauis, immissa censorum authoritate, communem vsum vestium factum esse, vt multa in eis reprehendi possent. Vnde tamen ne contra voluerit Author, indulgentia censorum communibus factis quæ propriæ efficebant, reprehensionis locum subtractum esse. Hunc sensum confequeris si pro*: colere, legas, auferet.

libertinos in equestribus.] *Hæc & quæ proxime sequuntur exhibetur à turis Romanis. Libertini olim ab honoribus & magistratibus submoti: & submoti quidem primum lege Cenforia; tum lege Visellia, cuius hæc summa, Adhuc criminals teneres libertinos, qui quasi ingenuorum essent circa honores & dignitates attentare auderent. Cuius legis mentio fatta à cive lege vnica C. ad leg. Visellium, tum l. 2. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. Lata est imperante Claudio, Cethego & Varrone Visellio consulibus, anno ab vrbe condita septingentesimo septuagesimo sexto; vt verisimile sit ad eam spectare quod Suetonius in vita Claudij scribit, libertinos qui se pro equestribus Romanis agerent, eam publicasse. Sed legi addictum temperamentum, nisi aut natalibus restituti, aut ius aureorum anulorum consequuti essent. Vtrumque beneficium à principibus collatum, nec passim tamen, nec temere. Probatur ex eo quod idem Suetonius de Vitellio scribit*: Primo Imperij die aureis donauit anulis (*Asiaticum fallens libertum*) super cœnam, cùm manè togatulos pro eo eunctis, derestatus esset seuerissimè talem equestris ordinis maculam. *Atque hinc illa populi indignatio aduersus Menam Pompeij libertum inter equites sedentem, qua ab Horatio expressa est. Ode quarta libri Epodon.*

„ Sedtus flagellis hic triumuiralibus,
„ Præconis ad fastidium:
„ Arat Falerni mille fundi iugera,
„ Et Appiam mannis terit,
„ Sedlibubique, magnus imprimis eques,
Orbone contemptos feder.

Ex hoc posremo, Orbone contempto, *coniecturam duco tale aliquid loge Roscia quod lege Visellia constitutum, ne libertini ad equestrem ordinem aliuiuve honorem promoueri possent. Sed hoc sub tempore vulgare fuisse Tertullianus notat, vt pronunciantur, ac dicitur hui sus etiam conciliam Acmilius testatur.*

Quamquam post Tertullianu ætatem, nec ita multo post, redacta lex Visellia, vel potius antiqua illa Censoria. Sic enim de Alexandro Severo Lampridius: Libertinos numquam in equestrem locum redegit, asserens seminarium senatorum equestrem locum esse. *Nonnisi, & quidem sub iustissimo Imperatore, passiuitas illa de qua Tertullianus queritur accepta est, cum nulla beneficio principis indigere libertinos voluerit, qua magis ad honores euchrentur. Exstat tum que ad hanc rem facit constitutio inter Nouellas, ordine octauage sima etiam.*

Subuerbustos in liberalibus.] *Subuerbustus, verbius vsus Festo, ad eft. φρυγανισάς; stigmaticus, M Cicero; stigmosus, vt Plinius loquutus est. Res sic habet. Fuit in more positum apud veteres vt fugitiuos seruos inustis cicatricibus notarent, ex quibus cognosci posset, quod significatur l. 1. ff. de fugitiuis. & eamaxime parte corporis notarent, qua conspicua esset omnibus; nempe in fronte. Martialis libro 1. duo.*

„ Proscriptum famulus seruauit fronte notatus.

Ac de ijs seruis ea constitutum lege Aelia Sentia; si quando manumissis essent, iustum libertatem non consequi, sed deditiorum numero ac iure seruos fieri. Patet id ex Vlpiano libro primo regularum: Dedititij sunt (aut) qui caula pœnæ vincti sunt à Domino, quibus fue stigmata scripta sunt. Sed apertius ex Theophilo Instit. de libertinis, vbi de iis qui iustam libertatem ex manumissione non consequuntur: οἱον τὰς διὰ τὸ πολίσμα λάβη στίγματα ἢ κατὰ τὸ μαστίγιν; vt si quis ob delictum notis compunctus fuerit. Hoc ius mutatum Tertullianus notat, cum subuerbustos in liberalibus haberi scribit. Et quidem à Constantino prohibitum, ne quis frontem notaretur, ne ad cælestem imaginis formam figurata hominis facies macularetur. l. si quis. C. de pœnis. Alijs partibus corporis notas inuseri, etiam citra delictum probatum fabricensibus in brachijs, l. 3. C. de fabricensibus. lib. 11. aqueductuum custodibus in manibus, l. decernimus. 10. C. de aquæductibus. lib. 11. tyronibus qui ad militiam deligebantur, aquæ in manibus, quod de iis Vegetius scribit libro secundo. Sed hæc huc locum in quo versamur non pertinent, quem de seruis fugitiuis, aut alia ex causa ferro iniusto accipiendum diximus.

dedititios in ingenuis.] *Treshominum differentia iure ciuili Romanorum prodita fuit; vt vel ingenui, vel serui, vel inter vtrosque medij libertini dicantur, qui cum serui essent, manumissi sunt. l. & seruorum. 5. ff. de statu hominum. Libertinorum iura sua duas pariebant, vel sua qui iustam libertatem consequuntur, & qui manumissi vinculo quodammodo manumissis sunt. Omnes illos non dignos iusta libertate ex qua ciuitatem consequerentur, veteres existimauerunt, vt nec testamenti quidem factionem illis concederent. Hoc ita mutatum Tertullianus annat, vt non modo iustam libertatem consequantur, cui sque fiant, sed ingenuorum etiam prouincijs omnibus gaudeant. Certè tam olim deditiorum nomen obsoleuisse iustinianus tradidit Instit. de ingenuis, & ne in dubium vlla huius modi libertatis mentio fieret cauit. l. vnica C. de dedititia liber. tol.*

rupices in vrbanis.] *Rupices dicit rusticos, quòd ex iis qui rure agunt omnium sint rusticissimi qui in rupibus habitant; mentionem vulgus Iuuenalis Sat. 2.*

„ — populus modò victor, & illud

„ Montanum positis audiret vulgus aratris.

Romana ciuitas diuisa olim in tribus vrbanas & rusticas ac rusticæ laudatissima, eorum qui rura haberent & colerent, vrbanæ minus probatæ, in quas transferentium animi esse desiderabrobro. Id iam fieri vt rustici vrbanarum delitias conciliarentur notat Tertullianus, quod & antè Horatius.

„ Indoctus quid enim saperet, libérque laborum

„ Rusticus vrbano confusus.

Et Iuuenalis Satyra tertia;

„ Rusticus illetuus sumit triclidinna Quirine,

„ Et ceromatico fert niceteria collo,

Scurras in forensibus.] *Scurriliatem (quæ dicax est in reprehendendo libertas) ab Oratore alienam esse Fabius libro sexto Institutionum, & M. Tullius libro secundo de Oratore scribunt, Hoc amplum Horatius, etiã ab amico: id enim annuit hiu versibus.*

„ — meiues, Libertime Lolli,

„ Scurrantis speciem præbere, professus amicum.

Ita familiarem factum esse Tertullianus notat, vt nec in foro quidem, ab ijs qui seruos eum ac agentem præmitteretur.

paganiin militaribus.] *Et hæc apud Romanos ciuitas differentia; vt aly pagani, aly milites essent, quorum longè diuersa iura. Pagani in genere dicti qui milites non essent. Eam differentiam non iure consulti tantum seruauerunt, quod constat ex l. tractabatur. 14. ff. de milit. test. & alijs plerisque locis; sed & Authores cæteri. Sic accipiendum quod Iuuenalis scribit Satyra postrema, quod ad eam pertinet:*

„ — Falsum citius producere testem.

„ Contra paganum posiis, quàm vera loquentem

„ Contra fortunam armati.

Si quod Vegetius libro secundo capite vigesimotertio. Si doctrina cesset armorum, nihil paganus distat à milite. Iam ita confusa esse species illas ciuium notat Author hic noster, vt non dissent milites à paganis. An eo perstringitur Antoninus philosophus, quem Capitolinus scribit milites togatos esse iussisse, sta vt sub eo nunquam togati fuerint?

vespillo, leno, lanista.] *Seuerior etiamin reprehendendo Iuuenalis Satyra tertia, qua non tantum vestium vsum promiscuum, sed & omnium ordinum perturbationem in magistratibus obeundis notat. Sienim de quatuor decim ordinibus qui olim equitibus lege Roscia in theatro vacabant.*

„ — Sedeant hîc

„ Lenonum pueri quocumque in fornice nati,

„ Hic plaudat nitidi præconis filius, inter

„ Primipili cultos iuuenes, inuenêsque lanistæ.

Habes spectare.] *Etiam honestæ mulieres à prapudioso olim habitu dijunctæ, vt iniuria leuior aut nulla potius facta diceretur si qua meretricia veste induta appellata esset, vt ab Vlpiano edictum Prætoris de iniuriis explicatur, traditum & in l. item apud. 15. §. si quis virginem. ff. de iniuriis. Matronarum vestis stola, meretricum toga. Atque eò pertinet quod hic dicitur à Cecinna Severo impressum Senatus: Matrona in publico sine stola. Quod ex Lentuli augurs oratione in Senatu habita fic explicatur, vt pro supra pœna esset, hoc est eodem dedecore illa notaretur mulier qua sine stola in publicum processisset, ac si stuprum admisisset. Cecinæ Seueri meminit Cornelius Tacitus libro tertio, quo loco id ipsum notat, multaetiam contra luxum mulierum retulisse ad senatum; cum id fuaderet, ferendum non esse vt maritos in exercitum, aut in prouincium comitarentur.*

sine (stola.) *Stola inquam propria matronarum: quod Ouidius de Arte sua scribens annat libro tertio de Ponte,*

„ Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta ligatos

„ Adstringit crines, nec stola longa pedes.

Inde stolæ contemptor Martialis, quimulieres pudicas spernit, & stolasui pudor, matronalis.

Lentuli Auguris consultis.] *Gneus Lentulus augur, cum Publio Lentulo primium, iterum cum Marco Crasso consul fuit Augusti tempore. Eum initio pauperem, tum Augusti liberalitate diuitè factum Seneca: mox meiu ad fastidium vitæ adactum per Tiberium, Suetonius scribit. Eius consulti quod de matronarum habitu sub eo factum est, neuter meminit.*

Quæ ita se exactoraffet.] *Sui obligia esset, vt sine stola in publicum procederet.*

pro stupro erat pœna.] *An ea qua lege Iulia de adulteriis constituta? an vetus illa vt togam induere cogeretur? Priscum morem notauit Iuuenalis Satyra secunda.*

„ Damnetur si vis etiam Calphurnia, talem

„ Non sumet damnata togam.

Martialis liquido expressit:

„ Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ;

„ Vis dare quæ meruit muneta, mitte togam.

Et alio loco etiam apertius,

„ Thelim videratin toga spadonem,

„ Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Sic apud Horatium matronis Togata mulieres opponuntur, id est, meretrices.

„ — Quid inter

„ Est in matrona ancilla peccésue rogata,

indices custodésque dignitatis habitus.] *Vulgatus est versus Homeri de vestibus.*

„ Ἐκ γὰρ τοι τῶνδε φάτις ἀνθρώποις ἐσθλὰ γένεσθαι.

„ Ἐσθλὰ. quòd Latinè dicas,

„ Quippe homini ex his surgit bona fama decúsque

vtleno-

vt lenocinij factitandi impedimenta.] *Eò spectat ipsud Horatij de habitu meretricum.*

„ — Pone videre est

„ Vt nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi.

Quo planius adeantur.] *Matronæ olim in publicos nunquam sine cornicæ, in lectici etiam & sellæ domesticæ habitæ, quod hic ait Tertullianus, ne à quoquam facilè appellari possent: quod totum ijs versibus idem Horatius exprimit, qui hùc valdè facimus.*

„ Matronæ præter faciunt nil cernere possis,

„ Cætera (ni Catia est) demissa veste tegentis.

„ Si interdicta petes, vallo circundata (nam te

„ Hoc facit infamum) mulæ tibi officient tres,

„ Custodes, lectica, cinisiones, parasitæ,

„ Ad talos stola demissa, & circunducta palla.

Iam quod facit tandem lenocinio illa abesse, in desuetudinem abisse notatur, ut à matronis earum esse quo facilius cognosci possent.

sed alius exstinguit sua lumina.] *Hoc est alius ne indumentis absimus quæ illum decent, vt matronæ de quibus proximè; alius vsus sume quæ ab instituto abhorrent; vt meretricibus de quibus posthæc.*

aspice lupas.] *meretrices publicas, à quibus & lupanaria dicta, videbis matronas, hoc est, habitu matronarum insgentes. Lecticæ enim vsus Diocletiano constitutio indicat quæ ipse apud Suetonium, qua vsus lecticarum iis interdixerit.*

ipsas quoque fricatrices.] *Quæ propudiosam veneremexercent, quam paucissi perstrinxit Martialis.*

„ Hic vbi vir non sit vt sit adulterium.

& cum latrinarum antistes.] *Quæ Cloacinæ Deæ sacrum præsit. Cloacæ etiam latrinæ dictæ. Virrubique nominis eadem ratio. Cloacæ colluendo latrinæ quasi lauatrinæ à lauando.*

impuro cruri.] *Nam calces crure tenus alti apud Veteres; quod cum ex Festo alijs probauerint, tum ex hoc Horatij facile colligas.*

„ — Insanus medium impedijt crus

„ Pellibus.

Et ollo Iuuenalis,

„ — crurisque finistri

„ Dimidium tegmen.

purum aut mulleolum induceit calceum.] *De mullis calceis omnes ex Festo: neque tamen quod ad ornum interpretationem sufficiat te mihi videtur. De pura ne verbum quidem quis quam. Puris sic calceus dicitur vt pura vestis & pura tunica? Puram vestem pro candida dixisse veteres certissimum est. Nam Plutarchus quas ἐσθῆτας καθαρὰς in Catone dixit, eas dem λευκὰς in Pœnulo vocauit. Et Seruius Virgilij interpres hoc eius emissichium quod exstat Aeneidos duodecimo.*

„ Purâque in veste faceredos.

de alba veste accipit. Augustus puros calceos pro candidis Tertullianus dixit? Credo equidem. Albis calceis vsus veteres Martialis indicat;

„ Sordidior cæno cùm sit toga, calceus autem

„ Candidior pinna sit tibi Cinna niue.

Iudicat & Apulejus libro septimo Metamorphoseωn, Calceus fœminis, albis illis & tenuibus, indutus. *Denique albus à mulleis colore tantum differre probat id Vopisco in Aureliano:* Calceos mulleos, & albos, & cereos, & cederacinos virtis omnibus abstulit. *Manifestè comincit Plinius libri nono capite decimo septimo vbi de* mullis piscibus nomen iis (inquit) à colore mulleorum calceamentorum datum Fenestella scribit. *Quæ ille color fuerit dubitari solet, & cùm piscibus eiusdem nominis tribuant temperatum pallore ruborem, quid non & nos calceo eundem fuisse credemus? Confidendus ea de re præter plinium, Seneca, Naturalium quæstionum libri tertij capite decimo octauo.*

cur ista non speclas.] *Latrinarum antistites.*

vel illos etiam.] *Cæterum Deorum sacrificulos, qui diuersitate vestium & colorum nouam speciem cultus & religionis inducunt.*

cùm ob cultum omnia candidatum.] *Refertur ad eos de quibus proximè, qui Ceres instauratur, neque enim vllis nisi initiatis adesse Ceresij sacris licuit; quod kuius testatur libro trigesimo primo. Et in ijs, cùm vestes sacerdotum, tum vitta candida. Ouidius libro sexto Metamorphoseωn.*

„ — Cererisque sacerdos.

„ Alphitus, albenti velatus tempora vitta.

Imò candidas vestes habebant quicumque sacra aderant; eâque est quod ait Tertullianus, cultum omnia candidatum. *Docet idem Ouidius libro Fastorum quarto:*

„ Alba decent Cererem, vestes cerealibus albas

„ Sumite, nunc pulli velleris vsus abest.

ob notam vittæ.] *Ceresij vittæ in proverbium abiere. Iuuenalis facit ea sexta.*

„ Paucæ adeò Ceresis vittas contingere dignæ.] *Neque tamen solius Ceresis propriæ, communes fere sacrificulorum omnium: sed & matronarum quæ pudicitiæ indicium & argumentum præ se ferunt. Ouidius.*

„ Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.

Tibullus;

„ Sit modò casta cauę, quamuis non vitta ligatos

Impediat crines, nec stola longa pedes.

& priuilegio galeri.] *Atqui sub Iouiano Dioclesianorum album posfare euasisse videmus, & hic de eis qui sacris Ceresijs initiantur. Vide ergo ne galericuli legendum sit, qua speciei muliebris capiti ex calendario non multùm dissimilis.*

Ceresi initiantur.] *De sacris nocturnis mulierum à Ciceronelibris de Legibus consilia lex: Vt tollerentur omnia, exceptis iis quibus Ceres initiantur Græce sacra. Multa in iis sacris arcana, quæ à Deus Augustinus percurrit tum libro de ciuitate Dei, & ab Eusebio libro primo de præparatione euangelica. Inter cætera hoc vulgatum, ne à matronibus sacra peragerentur, quare in publico tutius cistas ferri solitas, quod Liuius docet libro trigesimo secundo.*

cùm ob diuerſam affectionem.] *Non nisi à lætis sacra Ceresi fieri ait; ideò candidas vestes in iis sumpsit: contrà in sacris Bellonæ pullæ (tenebricas & tetricas Tertullianus appellat) quòd non nisi à mœrentibus fierent (quæ hic diuersa affectio dicitur ab ea scilicet quæ erat facere dotum Ceresi) & secretiore etiam ritu. Sed Iouianum tamen partem aliquam Lactantius pertractas libro primo de falsa religione, vbi Bellonæ sacerdotes sua sanguine sacrificare, ea scitis hominis, vtrag; manu exertis gladijs currere, insanire, efferari scribit. Veteres gladiatores, Bellonarij* θεοφόροι *quasi dicas fanatici. Enchesan turbam Martialis dixit, & illum quem ex Lactantio notauimus insanientis mœrè, expressis libro undecimo ijs versibus.*

„ Alba nimis sanuis lacerantur brachia cultris,

„ Cùm furit ad Phrygios Enthea tuba modos.

De ijsdem accipiendum ipsud Senecæ libro de vita beata: Cùm aliquis ferendi lacertos suos artifex, brachia & humeros suspensa manu cruentat.

cùm latiotis purpuræ ambitio.] *Saturnus & à Romanis, & à Carthaginensibus cultus; quódque Lactantius refert humanas hostias placatus. At de colore vestium sacrificulorum eius nihil nisi ex hoc loco constat.*

cùm ipsum hoc pallium.] *Iam id notatum est supra, habitum sacerdotum qui, Æsculapij sacra facebant Carthaginis (quippe id eius vrbis proprium & peculiare numen fuit) pallium fuisse. Et hoc amplius adijcitur, etepidas Græcatas (id enim magis placet, quàm quod alij substituerunt, cretatas) id est, Græcas, quò magis tutus amictus Græcus esset, in Græci sacro. Græcum hinc vestitus pallium & crepida. Vel vnus Cornelij Tacitus locus comprobat libro secundo Annalium, vbi quod de Germanico scribitur, pari cum Græco amictu Stupianis more inceptisse, sic accipi solet crepidatum & pallia tum inceptisse, quando id de Scipione à Liuio & Valerio traditum sit.*

Græcatim.] *id est, more Græci, qua voce etiam auctè vsurpata est. Sic Græcari Herodianus Græcorum more inceptorantibus vbere, inaffectatæ superstitionis. Vt Gentilium superstitionis superantur, qui habitu religionem mentiebantur. Arnobius libro tertio aduersus gentes, Maximè cùm vos ipsi, & non omnes omnia posse deos præstare & dissimilibus titibus singulorum animos referatis, offen sionèque placari. Etenim si hic attam, ille albam desideret pellem, &c.*

Enimuerò cùm hanc.] *Obscurum hoc loc Tertullianus, id*

ult certò; *Non commueri Gentiles suorum sacrificiorum diuersò habitu, cum forma tum colore distincto, quo religionem mentebantur, & arcana sua significabant: statim atque Christiani pallio induti sunt, quæ nihil ad religionem suam pertinens notabant, sed simplicitatem cultu superstitionibus renunciabant, oculos omnium in eos conuertit.*

nunc certissimè.] *Ex quo Christiani pallio induti sunt; honestiore habitum accepisse, supra omnes habitum, & vestes Gentilium.*

& peplos.] *Peplus proprie Cereris, quod ex hoc Virgilij constat Æneidos primo.*

„ Crinibus Iliades passis peplúmque ferebant.

receptum tamen, vt vestem significet qua sacerdotes vtrentur.

supérq; omnes apices.] *Apex insigne sacerdotum vt Festus tradit. Pileus fuit sutilis quo flamines caput operibant, ab apiendo, id est, ligando dictum Glossario veteri, τὸ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πιλίον περιτύλιον, insigne super pileum. Solo flaminibus eius vsus concessus. Augustinus libro secundo de ciuitate Dei capite decimoquinto:* Quòd sacerdotij genus adeo in Romanis sactis testante apice excelluit, vt tres tantùm flamines haberent. *Lucanus libro primo.*

„ Et tollens apicem genetoso vertice flamen.

Quid plura? Lex fuit flaminica quam refert Gellius libri decimi capite decimoquarto: Flamini fine apice sub diuo esse nefas esto.

& titulos.] *Proximi verbi vicinia vitium in hoc factum arguit, titulos, non, titulos, legendum, prudens notauimus in Brunhusium criticum. Vt apices, ita tutuli quibus sacerdotes caput operibant, qui & inde tutulati apud Varronem. Laneis pileis flaminum, Fulgentius; capitis & capillorum ornatum flammicarum, Festus interpretatur.*

facet fuggestus.] *Vt super omnes eximias & peplas angustas vestis; ita super omnes apices & tutulos, facet fuggestus pallium dicetur. Et fuggestum quidem, quòd in corpore operiendo summum est, id est, capitis operimentum. Sic fuggestum comæ Statius dixit. At quid commune pallio cum apicibus & tutulis? Aperte capitis fuerunt vestes, nisi cum aut valetudo aut aer molestus esset: nimbrium aut solis; ac tum caput quidem toga vel pallio operibant. Seneca in epistolis ubi de Mecenate:* In publico sic apparuit, vt pallio velaretur caput exclusis vtring; auribus.

ita à toga ad pallium.] *Prouerbialiter dictum, & prouerbij ratio exterra exposita; ego superfedeo.*

an aliter mutauit Anacharsis.] *Quàm à diademate ac fcepiro ad pallium? Is regnum, aut certè regni Scythiæ administrationem reliquit, vt Iiberius philosopharetur. Vixit Solonis temporibus, apud quem & in admiratione fuit, quod Atlanum tradit libro quinto varia historiæ. Verùm sine congressum, & eleganter de legum ciuilium potestate concertationem, vide apud Plutarchum in Solone.*

multa in melius transgressus.] In melius transgressi, *habet antiquum codex: & hoc est, nullâne sunt indicia sine argumentatione transgressi in melius, vsu parta pallio, & relicta toga?*

prius enim ad simplicem.] *Primum argumentum facta mutationis in melius, rei a simplex pallij. Tela appellatione textura significatur, non materia; id est, quod contextum vulgò vocant, vt est in l. vestimentum. 22. ff. de auro & arg. leg.*

adeò nec artificæ opus est.] *Adhuc locis explicationem facit maximè, quod Macrobius libro tertio Saturnalium capite decimotertio de Hortensij oratoris luxu in vestimentis tradit, in hæc verba:* Togam corpori fic applicabat, vt rugas non fortè, sed industria locatas artifex nodus astringeret, & sinus ex compositio defluens, modum lateris ambiret. *Quod apud Macrobium nodus, id apud hunc nostrum est umbo. Scilicet, umbone, id est, nodo ad summum humerum constringi togæ solebant, & quæ pars ea curiosius tractabatur, imulare vt vmbo pro toto veste sine toga vsurparetur. Persius:*

„—— rotaque impune fuburra

„ Permisit spargi oculos iam candidus vmbo.

Prudentius in corona Hippolyti martyris:

„ Confundit plebeia phalanx vmbonibus æquis

„ Discrimen procerum.

Sed & hunc locum quem tangimus, ex iis Apuleij libro videtur, quibus pallam describit (ea fuit mulierum vestis) illustratum vide: Circumcirca remeans, & sub dextrum latus ad humerum læuum recurrens, vmbonis vicem, deiecta parte laciniæ, multiplici contabulatione dependula. *Quem locum & nos supra expressimus, vbi de contabulata tonsitudine,*

& inde deducat in tilias.] *Author Plinius libro decimosexto capite quartodecimo, inter corticem & lignum tilia arboris, tennes tunicas reperit, ex quibus fiant vincula, quæ & ipsa tilia vocentur: vt quod hic dicitur, vestem deduci in tilios, sit ab vmbone quasi in lora & fascias abire.*

Custodibus forcipibus assignet.] *Quintilianus libri vndecimi capite tertio vbi de habitu oratorum; Ipsam togam rotundam esse & aptè exlam velim: aliter enim multis modis fiet enormis: hic feliciet vsus forcipum.*

Exclusa dextera in læuam.] *Habitus ille togæ, & ex iis quæ ex Apuleio supra notauimus constat, & ex Quintiliano eodem quod supra etiam expressimus capite:* Sinus qui sub humero dextro in sinistrum obliquè ducitur velut balteus, nec strangulet nec fluat.

quid itatim à limine properes.] *Exuere feliciet. Nam toga tunicæ vel tunicis potius superducebatur, nec demi indebatur, sed cum foras prodeundum esset in publicum.*

proprium togæ tormentum.] *Quia habitum, vt Tiberinius apud Festum loquitur, induebantur; id est, ad crus vsque modum produtebantur.*

immundissimam pedum tutelam.] *Cerium enim ex quo calcei constabant pedibus hærebat, cum nudum caligarum vsui inualuisset.*

Quàm in calceo vngui pedem.] *An ex vtilo corio vt emolleceret, an ex vtilis pedibus? Nam & pedes vngi solutos Athenæus libro duodecimo comprobat, idque ad mollitiem transfert.*

magnum incessui munimentum.] *Sic apud Iuuenalem Satyra nona.*

—— pingues aliquando lacernas

„ Munimenta togæ.

Sed his dictum, ἐφυπόκιε, cùm impedimentes sine potius. At vnde id epithetum essemmeus perouet? Rusticorum illa calceamenta ex crudo corio sine arte vlla, quibus ad niuem & pluuias prohibendam vtebantur. Eò tandem processisse mollities, vt in vrbe vsui esse experint exules, affabre confuti, ornati etiam gemmis, auróque prætexti & suppalli.

duplex quod Cratetis mote.] *Reste Latinus duplex quoque Cratetis more. Quis cuius sue fecta Crateville fuerit, Apuleius docet Apologetico primo.*

nulli cippo.] *Id est, negligentur, incuriosi habetur. Cippus, vetter glossario, λίθος κορμὸς, πάλος &c. quod est, lapidum aceruus, truncus, compedes. Sic lapidum, pro ex ligno pondus quo vetfiet compimuntur. Seneca libro de Tranquillitate:* Non ex arcula prolata vestis, non ponderibus, non mille tormentis splendere cogentibus expressa, sed domestica & vilis, ne feruanda nec sumenda solicitè.

si quid interulæ fupereft.] *Obferua Christianorum simplicem habitum: Prater pallium, vnica tunica, eáque interula & distincta. Interula, quæ vnus haberetur quacuo tangeretur, ἀνάξυρον χιτῶνα Athenæo. Facit huc quod de Nepotiano Christiano facta in epistolis Hieronymus refert.* Excepta vili tunica & operimento pari, quo tecto tantùm corpore frigus excludere, nil sibi amplius referuauit.

aut pedes nudi magis.] *Nempè calceatus Christianorum qui & Græcorum, crepida aut solea, quibus ime tantum calces contplantæ tegerentur. Sic interpretor quod de Germanico scribit Tacitus, sine esse illum pedibus in sellis: sic quod Dio de Caligula, αὐτοδιὸς βαλλομένος, id est, discalceatis volentibus, permisisse ludos spectare. Sic inquam interpretor, non vt nudis pedibus essent, sed vt soleati tantùm & crepidati.*

iam verò de negotio prouocat.] *Alterum argumentum facta mutationis in melius, quod qui pallio induuntur libens sint à negotiorum ciuilium administratione.*

Ego

Ego nihil foro debeo.] *Forum præter locum in quo res venales exhibentur, causa fuit boariorum, suariorum, piscatorum, olitorium, pupe dinariorum. Rome fuisse ex eius typographia constat; & eum significat in quo iudicia exercentur, qualia tria fuisse cum ex historia manifestum, tum ex hoc Martialis distichi libro undecimo.*

„ Atque erit in triplici pat mihi nemo foro.

nihil campo.] *Campus Martius Rome celebre, & comitiorum que ibi habebantur frequentia, & ludorum exhibitione, & athletarum ac palestritarum exercitatione.*

nihil curiæ.] *Curia Senatum significat: & Senatus vel maior, vt qui Rome, & Constantinopoli fuit, (sic enim vocatur in l. fin. C. de decurionibus. lib. 10.) vel minor, vt qui in aliis ciuitatibus que ius consilij habebant; vnde curiales & decuriones dicti.*

nihil officio adiugilo.] *Magis placet*, nulli officio, *vt postea*, nulla prætoria obseruo, nulla rostra præoccupo: *quæ omnia eo spectant, vt ad seculare negotiorum cura & administratione abstinuisse palliatus probetur. Ideo recte*, nulli officio, *quod diuersa essent genera officiorum. Præfiebantur magistratibus in ciuitatis, amicus in patrocinio, cæteris in consilio, salutatione, & aliis id genus.*

nulla rostra præoccupo.] *Ad concilianda populi fauorem, quia pro rostris conciones habere solebe.*

nulla prætoria obseruo.] *Hæc ferè synonyma sunt, prætoria obseruare, cancellos adorare, subsellia contundere, vana conturbare, causas elatrare. Omnia eorum sunt quæ forum occupat in causis agendis. Sic ferè M. Tullius libro secundo de Oratore, quod ante dixerat audacior causisque disceptare, dixit à subsellijs se in otium conferre.*

causas non clatro.] *De patronis quæ in foro causas agunt propter violentiam & contentionem qua nituntur, dicitur latrare: atque adeò illorum eloquentiæ canina. Sallustius*, Neque ego canina facundiam, neque ingenium ad maleficiendum exercui. *Prumque cominuxit Prudentius:*

Inde canina foro latrat facundia toto.

imitatus hunc Ouidy versum in Ibin,

Latrat & in toto verba canina foro.

non iudicio.] *Ita ad fori concursum pertinet; quippe prinatis etiam iudicibus, à magistratibus fcilicet in hoc datis vt iudicarent. Iureiacticnis enim ea pars fuit quæ pugilas ad iudicium dare, b. imperium. ff. h. fin. ff. de iurisdictione.*

non millito.] *Extra forum concursus in castris, & militia, & ab iis abstinere quoque palliatus dicendo.*

non regno.] *Regnare maiores magistratus existimantur, qui in locum regum fuccefli sunt, vt consules, & qui prouincias tegunt.*

vnicum mihi negotium est.] *Simile quod Epicurei dicebant, sic vinendum sapienti vt viuere ipsum ceteris nesciant.*

vita meliore.] *M. Tullium oratione pro Murena*: Fortunatos eos iudicarem, qui remoti à studijs ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ sequuti sunt. *Hanc vitæ concinnum longè pulcherrimum vide apud Erasmum ode secunda Epodi, & Chuncum in Apologetica epistola ad Clearchum, quam Græcè & Latinè nunc nuper edidit vir eruditissimus Federicus Morellus Græcæ eloquentiæ professor Regius.*

sed ignaua infamique.] *Obiectio est, ad quam statim respondetur. Est autem ferè illa quæ apud Platonem vulgarij, partem nostri patriam, partem parentes, partem etiam amici sibi vindicare.*

erat olim ista sententia.] *Horum verborum manifestus est sensus, fuisse olim eam sententiam quæ præcipue, scilicet nemineni sibi esse natum, fuisse olim, iam à Socrate & Platone ante, vti diximus. Sed melius ita legere*; erat olim ista sententia, *quæ phrasis Senecæ familiaris, vt non bene senisse veteres arguat, quod & statim probat.*

nemo alij nascitur morituus sibi.] *Non id ex ethnicis alicuius Philosophi, sed Christiani potius sententia est accipiendum, prælatum scilicet à Christiano ethnicos reprehendente qui tanus quisque post mortem anteactæ vitæ rationem sit redditurus. Vsurpatum tamen à veteris nescio quo Poeta, cuius Elegiacos pœmatibus Virgilij aliquos posse remos versus est.*

„ Vni viue tibi, nam moriere tibi.

Certè cùm ad Epicuros & Zenonas.] *Epicurij & Zenonis quorum quilibet propriæ sectæ Author fuit, opinio hæc apud Ciceronem pluribus exagitata libro primo de Finibus, vnum beatum esse quæ ab omni ambitione remota cauere affectionibus & perturbationibus, atque ad otium diuertit. Mirum vir in ea re consensorint quorum in cæteris ferè nunquam nota disseutio. Solus dubitum, & rem totam exprimit Seneca libro de vita beata*: Duæ maximæ in hac re diffidenti sectæ Epicurcorum & Stoicorum: sed vtraque ad otium diuerfa via mittit. Epicurus ait, non accedet rempublicam sapiens, nisi fi quid intcctuenerit: Zenon ait, Accedet ad Rempublicam sapiens nisi fi quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa.

tamen promcmodum mihi.] *Etiam priuatis, & infœcsio agenci.*

soleo de qualibet imagine & ara.] *Quod de ara ejt subiectum, ferè vt pro imagine, quid am legerent imagine. Verum quo spectabat sensus ille medicinas dicere de qualibet imagine? Vtinam esse arbitror in verbo ara, & pro ex lege veli ara, hoc sensu. Soleo medicinam dicere de qualibet loco, & publice & priuato. Area patens locus, margo extremitas loci. Sic accipitur area apud Horatium de nouis libris primi Carminum.*

„ —— Nunc & campus & areæ,

„ Leuésque sub nocte susurri.

Quid si Stramque illum vocem retinemus margine & ara, *atque aram interpretemur excelsum & eminentem locum margini demissum? significat vnm hunc ara expediunt nobis Authores. Hic semper conspicui sensus quem propsimus, Soleo medicinam dicere de omni loco.*

plus togæ lætetur rempublicam.] *Plus nulli à togatis collatum, quàm armatis. Nosse fuit in Senatu quo de delenda Carthagine agebatur sententia, ideò relinquendam esse, ne bellorum subiata occasione, otio dedita ciuitas in vitium labereture, & patium ambitione consumeretur. Facit huc quod Iuuenalis perstringit Satyra sexta.*

„ Nunc patrimur longæ pacis mala, sæuior armis

„ Luxuria incubuit, victumque vlciscitur orbem.

nullis vitijs adolet.] *Legendum puto* grauiolet, *compisse sequatur*, nulli impetigini adolet, *nec vero simile sit idem verbum raties repetitum.*

adigo cauterem.] *Perstat in ea metaphora quam præsumpsit de medicina moribus dicenda.*

qua M. Tullius.] *Ex Plinij libri decimitertij capite decimoquinto petenda historia, de M. Tullij & Afinij Gallimbitione in vsu membranum pretiosiorum, qualescumque ettice, quæ ex intima Mauritania Romam aduehebantur incredibilis sumptu. Et quidem orbes duchantur membranæ rotundæ. Martialis libro nono.*

„ Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

Mauri orbes pro citreis dicti, quippe Author idem libro duodecimo dixit.

—— Mauruſiaci ponderea tara citri.

Sed & membranum orbes communtim Seneca in consolatione ad Albinum, magni leuatique membranum orbes tertena fuisse pondera. *Quod vero ad historiam pertinet quæ hic tangitur, longè magna est differentia inter ea quæ à Plinio, & quæ à Tertulliano scribuntur de pretio quo M. Tullius, & Afinius Gallus ciereas mensas comparasse dicuntur. Eodem pretio ab vtroque emptas, nempe sestertium vndecim Plinius refert: Tertullianus à Cicerone quingentis millibus nummorum (si enim ciniesis Rhenanus, nummum, legi oportere, pro eo quod ante legebatur, non vnum, quam emendationem probare est ex Valerio Maximo) ab Afinio hic tantum. Ego pro*: bis, *scripsum existimo his, errore librarij, pro*: H-S. *qua nota sestertij, quam errorem sæpe apud Authores occurrere pridem docui magnus ille Budæus libris de asse*; *vt ita scripserit Tertullianus*, H-S. id est, *sester-*

tiorum tantum Asinum Gallum mensam ejus ceream comparasse, quot numinis suam emerat M. Tullius. Sestertios eosdem esse cum nummum probatum, vt sit, eadem pretia ab vtraque emptas mensas, atque ita enumerat ea parte inter Plinium & Tertullianum. Sola superest pretij differentia, quæ nunquam ex numero nata, quibus pasim veteres vtebantur. Eas si haberemus ante oculos, liberum esset aliquid conijcere. Tum enim hoc loco quem tangimus pro quingentis millibus, subiungit quindecim, cui nummeri nota XV. quæ ab XI. *transuersa tantum apice dissidet, vt si hic expressum fuerit, XI. millibus nummorum, belle cum Plinio conuenisse, qui vndecim sestertia constituisse mensas illas tradidit, singulem singula sestertia mille sestertios nummos valent. Verear tamen ne minus à Plinio scriptum fuerit. Dubitandi causam præstant hæc Senecæ, quæ de mensis illis accipienda videntur, libro septimo de beneficiis.* Video isthic mensas, & æstimatum lignum Senatoris censu, ò pretiosius, quò illud in plures nodos arboris infelicitas torsit.

qua lances centenati ponderis.] *Lances vasa escaria. Earum differentiæ, maximæ, mediæ, minimæ. l. cui lancem. ff. de auro & arg. leg. Item quadratæ ac rotundæ. l. si in rem. ff. de rei vind. In maximu luxus ille vt ad centenas vsque argenti libras earum pondus procederet. Istius ponderis fuisse Romæ plus quàm quingentas ante bellum ciuile Syllanum, propter quas & multi proscripti sint dolo concupiscentium, Plinius author est, quem eius locum alij notauere.*

& quidem seruus Claudij.] *Libertum fuisse Plinius ait, at qui liberti nisi ante serui?*

Quinquagenarium promulsidem.] *Promulsidem dixit pro vase promulsidario, vt Authores nostri loquuti sunt in l. cessi. §. argenta facta. ff. de auro & arg. leg.*

supra dictis fortasse mensis.] *Veterem lectionem, fortasse an pro:* forsitan, *comprobat Cuiacius libro nono Observationum capite decimo.*

debuit & friclinium.] *Ædificari, conueniens tantæ moli promulsidarij.*

immergo xquè fcapellum.] *Et hoc instrumentum chirurgicum, quod ad medicinam pertinet. Accipitur pro phlebotomo, & pronuncula. Pro phlebotomis vide apud Senecam in epistolis: Ad* extenuandum corpus vena percutitur, non opus est vasto vulnere dividere præcordia, scapello aperitur ad illam magnam libertatem via, & paucto securitas constat.

Quâ Vedius Pollio.] *Sic Plinius eum appellat libri noni capite vigesimoterio. Sed Dio & Dionis compendiaster Xiphilinus, apud quos integra constat historia, Oudium pro Vedio nuncupant. Senecæ libro tertio de ira, vbi & eadem historia refertur, vocat Vedium.*

delectatio terrenæ bestiæ.] Teneræ *legendum esse putat Latinius, quam eius coniecturam volentes sequimur, & veram esse probaminis Breuium criticorum libro prore, atque adeò probant quæ sequuntur,* eden tulæ exungues; excornis. *Quamquam Aristoteles & qui de natura animalium scripsere cæteri plane omnes, murænæ dentes tribuunt: de hoc physica videant.*

fetas cogerc.] *Quales sunt quæ dentibus, vt apri, canes: Unguibus, vt leones, aquilæ: cornibus, vt cerui, & vri ac boues faciunt.*

Qua Hortensius orator.] *Id Varro libro tertio de agricultura, & post eum Plinius libri decimi capite vigesimo, Macrobius denique (sed in ea Varrone) libris Saturnaliorum.*

qua Ausidius Lurco.] *Et hoc etiam Plinius, Ausidium Lurconem ex pagina pauonum redimm sexaginta millia comparasse.*

& coactis alimentis.] *Vide ne legendum sit* coctis. *Educandorum pauorum hanc rationem Columella libro octauo capite vndecimo edidit, vt ex quouis frumento cocta pultis eis exhibeatur in alimentum. Si vero hæc lectio magis placet,* coactis alimentis, *ea intellege quæ subacta sunt, quibus plerisque fagineis pauones & gallinæ solent vel intelligi potius ea ad quæ edendæ cogantur. Postremæ huic interpretationi fauet Seneca in epistolis;* Alia gratiora *(inquit)* si recentia perferantur ad mensam, alia si diu pasta & coacta pinguescere fluunt. *Item consolatione ad Albinam:* Iumentorum corpora differta & coacta pinguescere. *Faunt & Iuuenalis Satyra decimaterția.*

„ Contentus vexæ oculos humore coacto.

qua Afinius Celer.] *Ex Summonico hoc loco reconfet Marcobius libri tertij Saturnaliorum capite decimo septimo, vbi & consulorem virum* vocat; recenset *& Plinius libri noni capite decimo septimo, sed* Verque *à Tertulliano dissidet in ponendo pretio, quo nullum Celer compar esse dicitur.*

Quæ Æsopus histrio.] *Vulgata paroimia est, Æsopi patina, quem titulum fecit Plinius capite quinquagesimoprimo libri decimi naturalis historiæ. Ex eo loco, pro:* centum, sexcentum millium, *hic restituit Iunius quem alij sequuntur. Quod si Plinij codex vitiosus ita est sane, & ab eodem ipso Plinio emendandus, quo alio loco ea cum Tertulliano conuenit. Errorem deteximus, & expurgauimus in breuibus criticis.*

qua filius eius.] *Totam hanc historiam paucula expressit Horatius libro secundo Satyra tertia.*

„ Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
„ Scilicet vt decies solidum exforberet, aceto
„ Diluit ingentem baccam.

Sed & eidem filio illud ipsum quod de patre auctè relatum est tribuit Valerius Maximus libri noni capite primo, tam perdita ac furiose luxuriæ fuisse, vt cantu commendabiles auiculas ingentibus emptas pretijs, in cœna prosicidulis poneret, & aceto liquatas vnionici magnæ summæ potionibus aspergeret. Id postremum & Cleopatram fecisse, Plinius libri noni capite tricesimoquinto, & Caligulam, Suetonius capite trigesimoseptimo vita ipsius Authores sunt.

margarita vel ipso nomine pretiosa.] Ipso nomine, *hoc est,* ipsa fama. *Nam in nomine, sine appellatione, nihil est quod ad pretium spectet.*

tacco Neronis & Apicios.] *Plures certè Apicij, quorum ad omnem luxum rerum ingenium. Primi à Possidonio celebratus, qui veteris republicæ vixit; alter qui Augusti & Tiberij temporibus, de quo Seneca pluribus locis; tertius ætate Traiani, de quo Suidas. At etiam plures Nerones & Russi? Vel omnes exemplo malo qui eandem vitæ turpitudinem sequiti sunt, cognomen sortiri solent.*

dabo cathartĉicum.] *Quàm eleganter præstat in Metaphora qua de docenda medicina præmissa est. Post cauterem, post scapellum, cathartĉicum medicamentum, quod pungendi vim habeat. Insuper pro eo tam eleganter dicto Crinius substituit, dabo author tacitum. Sed non est hic reprehendendi locus.*

imputitati Seauri.] *De Scauro Pamelius ex Seneca, eui addendum quod Cornelius Tacitus libro sexto Annalium scribit, nobilitate insignem, vita probrosum fuisse. De Antonio M. Tullius plenis pagimis. Sed vnus hic locus ad inane Authorem facit maximè, qui scribit numquam sobrium eum fuisse. Is exstat Philippica secunda, & hunc refellendet quod Seneca in epistola de eodem:* Magnum virum, & ingenij nobilis, quæ alia res perdidit & in externos mores & vitia non Romana traiecit, quàm ebrietas? *De Curio Crinitus.*

sermone inquit me fusisti.] *Placet quod Pamelio, pro:* inquit, *legendum;* inquis. *At hoc amplius placet, pro:* fusisti, *legendum,* fanatuisti. *Eximit emendationem illam metaphora in qua tantum silus constituit Author, & quod statim sequitur, medicamine sapientissimo. Sic Seneca in epistolis sanantes literas dixit.*

ipse habitus sonat.] *Ambrosius in primum Epistolarum ad Timotheum capite secundo:* Humilis habitus bonæ professioni convenit, vt possit non aliud æstimari, quàm cernitur. *Hieronymus libello de vitando suspectio contubernio:* Vestis ipsa vilis & pulla, animi tacentis indicium est. *Idem in epistola:* Sordidæ vestes candidæ mentis indicia sunt, vilis tunica contemptum sæculi probat. *Athenæus ex Alexide & Philetæro elegans in eam rem sententia, exstat libro primo, ex quo tu lectio petas licet.*

viderit

videtit omnis philosophia.] *Quia proprium & quasi peculiare induumentum Philosophorum pallium.*

de meo vestiuntur.] *Commonet sam fatium esse pallium emeritos bonarum artium professoribus, ex eorum enumeratione colligit, facta a primis ad ultimas progressu. Et vere aduersus reprehensiones habitus praescriptio ista singularis, quantum, vt eleganter Cassianus de habitu monachi differens, nisi insolens sit diuersitas, non offendit æqualitas.*

primus informator litterarum.] *Abecedarius, siue, vt loquitur Arnobius, elementarius.*

primus edomator vocis.] *Qui syllaborum Hieronymus.*

primus numerorum arenarius.] *Calculator, qui Gratii, Dac. Lib pisa. de quo in l. spadonem. 15. ff. de exc. tut. Artem calculatoriam inter liberales non recensuere veteres, quod probat l. oratione. 4. ff. de professoribus. Ideone calculator numerorum arenarius, quòd calculi quibus numeri docet ab arena petantur, longè diuersus ab Arithmetico? An numerorum arenarius ipsum Arithmeticum significat qui plerumque in arena & pulvere numeros describit? Quod prius est magis placet, siquidem Arithmetica inter liberales disciplinas computatur, de quibus necdum cepit Author agere.*

& Grammaticus.] *Liberalium artium ille primarius qui caeteris seruiunt & praeunt; Grammatica, Rhetorica, Dialectica per Grammaticam ascensus ad Rhetoricam, per Rhetoricam ad Dialecticam.*

& sophista.] *Dialecticum intellige, cuius imitator sophista, caeterorum nomina & artes mixta sunt: Medici, Poëta, Musici, Astrologi, Geometra.*

quatuor meis angulis.] *Quadratum fuisse pallium de quo hic agitur, supra dictum est.*

planè post Romanos equites.] *Valdè corrupta hac oratio, quæ constabilitio explensa voce verùm, hoc sensu, pallio philosophus & honestissimorum quorumcumque sectatorum professores vti, cum toga non solis Senatores & equites vtantur, sed & plebeij, atque ex plebeijs quosque vel ruspissimos & abiectissimos.*

at ego illi.] *Hoc postremo Christianum se professus, vt qui honorem accessisse pallio hunc dicat vt Christianum vestiret, cuius religio melior Philosophia sit. Sic Minutius Felix se saltum Christianum de profundo tenebrarum in lucem sapientiæ, & veritatis emersisse, in Octauio gloriatur. Scilicet ethnicorum philosophia falsa sapientia, sola haec vera quam Christus docuit, qui cum Deo Patre & Spiritu Paraclete vnus in secula.*

FINIS.

ARGVMENTVM IN Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI LIBRVM DE PALLIO.

Per Emundum Richerium doctorem Theologum.

VETERES Christiani, cùm ipso vivendi genere, omnibusque actionibus suis, incessu, vultu, gestu & totius corporis habitu, veritatem pietatemque singularem, quam religio Christiana commendat, præ se ferre cuperent: vestimenta illa, quibus plus inerat modestiæ minusque fastidij ac sumptus, merito elegerant. Quæ tecta præter interulam (hoc est vestem quamdam laneam puram & simplicem) nullum ferme aliud vestimentum intrinsecùs gestare, extrinsecùs autem pallio tanquam modestiore & expeditiore indumento se contegere, omnesque nudis pedibus incedere, aut puris saltem & nullo planè artificio lucentibus calceis uti consueverant. Hinc autem accidebat vt illis maiorum gentium Christiani (quorum paupertate & sanctitate luxus & vitia hodiernæ sustentantur) ludibrio & despectui ab omnibus haberentur, & quoties in populi conspectum venirent, statim aliquem de tribus a ὁ χριστὸς ἐστι turpe proclamantem audirent, sicuti Diuum Hieronymum ad Furium auctor est. Enimuero, vt rogo quondam Romani, ita pallium peculiare erat Græcię populis: qui quoniam apud cæteras gentes malè audiebant, perfidiæque ambitionę, superbiæ, & incendantia laburare putabantur: iccirco maxime nostri, omnia Græcorum vitia & sordes, vnà cum ipsorum pallio induisse, atque ista simplicitate habitus, pietatem & sanctitatem mentiri ac simulare credebantur. Qua suspitione Tertullianum inter populares suos minimè carnisse videmus: nam militię Christianæ albo inscriptus, postquam abiecta toga pallium assumpsit, & in lucem ac præsentia hominum prodijt, quendam ex familiaribus impiè furentem & adstrantem audiuit, Itáne toga ad pallium, ab equis ad asinos? quo ex sermonis, vir doctissimus componendæ huius scholasticæ declamationis (brevissimæ quidem & obscurissimæ, sed rerum præstantissimarum varietate, & historiarum copia refertissimæ,) occasionem mutuatum est.

a Græcismi pudor.

Primùm enim vbi Carthaginiensibus de nobilitate & felicitate institutorum ac conventuum suorum congratulatus est, pallium eorumdem fuisse indumentum antiquissimum ostendit, ab eo solùm tempore neglectum & depositum, quo ius ferendæ togæillis ab Augusto Cæsare concessum fuit: qua ex ratione, facilè videtur inferre, æquè togam Christianis, quàm ipsis Africæ populis pallium obijcere licuisse.

Secundò, mu andarum vestium consuetudinem ipsius naturæ instituto penitus confirmari declarat: quippe cùm totum hoc vniuersum quantum est, partes singulæ mundi, regna, imperia, nationes, vrbes, populi, vario mutationum ludibrio æqualiter sint obnoxij.

Addit tertiò, belluas, plumam, pellem, sexum, ætatem, & colorem varie immutare: hominemque ipsum (siue à Deo, siue à Deucalione ortum) primo origine suæ momento, nudum ac inscium extitisse, & proindè vestimenti, quibus se contra aëris injurias protegeret, indiguisse: qua ex causa varium & multiplex texendarum & suendarum vestium artificium manasse designat.

Hinc quartò infert, mutationes vestimentorum non omninò esse improbandas, nisi naturæ legi & institutæ aduersentur: ex quo sibi deinceps accessionem tum ad virorum, cum ad mulierum impudicitiam, luxum & ambitionem, necnon etiam ad hypocrisim sacerdotum Ethnicorum crimandam parat: quarum certè morum & splendidior ornatus, quàm iste simplex & purus Christianorum mulèo magis damnandus est.

Vltimò, concludit pallij, hoc est salutis caussa, non solùm togam, verumetiam scepta & regna omninò exuenda esse: Deindè togam cum pallio, vtriusque officium & operam, tam in priuatorum, quàm in Reipublicæ vsum confert, & explanat: tandemque multis de caussis, planè quidem & expleratis omnibus, pallium toga præferendum demonstrat.

EMVN-

EMVNDI RICHERII DOCTORIS THEOLOGI NOT

In librum Tertulliani de Pallio.

1. ET sicubi alibi in Africa Tyros. *Nota satis & emperte sunt aliorum de hoc loco restaurandi conciliandi. Verisimile autem est*, τὴν in Africa, *ex scholiastis aliquibus notatione, in Tertulliani contextum irrepsisse: siquidem Tyrus, urbs est Phœnices, non Africæ: aliquando, existimans aliquis eos figurate ostendere Tyrios Afros appellari posse, quoniam Carthaginenses originem suam à Tyriis repetarent, & ipsidem prorsus vestimentis cum Carthaginensibus uterentur, sicuti videmus Christianos, eò quòd Græcorum pallio se obtegerent, Græci fuisse nominatos.*

2. At cum fecularium fortium domina fortuna, &c. *Etsi locupletis manuscriptorum testimoniis, se lectum hunc sit emendasse: At cum fecularium fortium variauit vrna, viri docti prudisent, antiquam tamen lectionem, eorum emendationibus citeris præponendam duto, quia nihil obscuritatis, aut ab auctoris mente alienum præ se ferat: imo longe plenior & illustrior videtur hæc recentiore: Certum enim est Tertullianum ex ethnicorum sententia, effendere, τὴν τῶν θεῶν μοῖραν, καὶ τὴν τύχην ἀκατάστατον, vt autem Plateucis, qua de causa Plinius lib. 2. cap. 7.* fortunæ inquit omnia expenia, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtramque paginam facit.

3. Vt senium, non fastidium exemptis. *Hic locus, omnes Tertulliani interpretes vehementer exercuit, neque vllum adhuc vidi, qui aliquid adferret satis concinnum authoris mentis: alij de nostra interpretatione iudicabunt, quam 2. Septimij instituto congruere arbitramur: ostendit enim inuetteratum illud & immortale odium, quo Romani & Carthaginenses inter sese concendebant, temporis diuturnitate ita extabuisse, vt tandem aliquando, bis cum Romani in gratiam redirent, & inuitoge emererent: qua ratione, inuetterate illo odio, sed non Romanorum fastidio & superbia, exemptus sunt Carthaginenses, quia populi Romani legibus & imperio adhuc subiacebant. Cæterum in his verbis,* Vt senium non fastidium exemptis, *notare debes hellenismum, vel potius gnethochesen, quam dixisset, non sensu, non fastidio iniuriarum exemptis.*

4. Et longuas Cæsaris moras. *Verba hæc de mora & tempore quo C. Cæsar resedit in Africa, vt bellum contra Pompeij liberos susceptum conficeret, omnes ali intelligunt: ego probabilius ad Cunctum Cæsarem referri posse existimo, vt sensus sit, libertatem sero admodum Carthaginensibus concessam ab Augusto Cæsare, quoniam longum tempus in ternallum, à Carthagine excidio in hanc secundissimam diem, quasi serenda toga Carthaginensibus throbium esset, decurrit: adde præterea moram omnem, etsi minimam, maximam tamen & permolestam esse assiduis & desiderantis: & vt ait Plautus, bilem in nasum concite.*

5. Testiatrahum. *Ego Iosephe Scaligere assentior, & legendum puto* vestiatrahum, *aut* vestiextrum, *sane ad Mercurij ministrum aptem aptem deglubentur, de quo paulo post dicemus, alludere videatur. Aries porro* vestiatrahum *aut* vestiextrum *dicitur, quia materiam texendis vestibus percommodam trahat & suppeditet.*

6. Ne Pœnicum inter Romanos. *Locus mendosissimus, & vt explanetur τὸ* Pœnicum, *diuisim legendum, & perspicuam Tertulliano familiarem, subintelligendum verbum aliquod sensos: sic itaque in integrum restituo, ne Pœni, cùm inter Romanos aut exubescant, aut dolcant, subandito verbo fuerint, aut versabuntur: nisi quis τὸ* Pœnicum *pro* Pœnicus *legere velit, quadam Græcorum imitatione, apud quos nomina etiam propria virorum & mulierum finuntur in* VIII, *vt Pegnium, Glycerium &c.*

7. Ipse quem Plato æstimat. *Platonici existimarunt in vno quoque genere rerum, aliquod esse primum & excellentissimum, quod esset causa, regula & exemplar aliorum: ideam vulgo nominant, eamque per excellentiam* αὐτοθεὸν καὶ αὐτόθεον, αὐτόκαλον *hæc ipsa quidque, ipsissima & sempre existentem vocant: quò rerum est florentem nostrum respexit, & idcirco τὸ θεοειδὲς καὶ θεοείκελον literæ excudendum censui: videndus Plato 6. de republ. et Aristot. cap. 6. lib. 1. ad Nicomachum: verum quæ hic de variis mundi mutationibus attexuntur, ei conformia sunt quæ habet Aristot. lib. de mundo ad Alexandrum.*

8. Nulla iam Delos. *Hæc referenda sit duos ad fabulam vel historiam de Delo insula fluctuante, quam propterea Graeci* πλατὺ *vel* πλωὸν *nominarunt, quæ de re videndus est Pindarus apud Strabonem lib. 9. quoniam locus ille inter Pindari opera non extat: consulendus item Plinius lib. 2. cap. 12.*

9. Hæreat Samos, *facile, Pamelij coniecturam sequi, quam ab antiqua lectione recedere, & more aliorum nostra quæ, sortitan ab auctoris proposito aliena, auocare malui.*

10. Æon in Atlantico. *Quid hoc augurer nescio, & quemquam mihi compertum sit lingua Dorica* αὐὼν *pro* ἀεὶ *vsurpari, adque literas significare, astamen Tertullianum ita loquutum fuisse (tametsi id præsentes loco apprime genuenisse) affirmare non audeo: vellem non videtur, literas fuisse insulam quandam desideratam in mari Atlantico, quam multi nouum esse orbem à Christophoro Columbo reperium, probabiliter existimant, quæ hæc mundi pars, Asiam & Africam magnitudine & vastitate æquat vel superat.*

11. Et solus audiebat. *Verbis honestis turpitudinem Sodomitarum adumbrat: semper ego locum hunc corruptum, ideoque ita reformandum censui, & scelus simulare audiere, vel potius & scelus odio habebat. Nam in sacris literis per* ἀνθρωποπάθειαν *Deus dicitur gemitum & scelera hominum exaudire. Quod si quis lectionem antiquam, vt sæpe ita tellarit, velit retinere, sensus erit, Sodomitas sibi solo, non Deo, non Angelis, non parum hominum voci credere, & auscultare velusse, quod maximum est scelus, at idolatria & aruolandi peccato comparatur, 1. Regum. cap. 15.*

12. Iam inde a Nino Beli progenie. *Lotus videtur implicatus, quia certe adsirmat, fuisse plures de regnorum & monarchiarum origine opiniones, ostiturus: prius sit veterum ethnicorum, qui Ninum primum fuisse monarchiam autumant: at si nobis ea ex mundi historia patent, inquit Septimius, vt renuera patent, quæ diuina lectio tamen, sempericmus Ninum non fuisse primum Regem, sed Nimbrod, qui centum viginti annis Ninum præcessit, & primus omnium regnauit.*

13. Cogitans omnia sibi domum. *Puto nos germanum huius loci sensum, a quo aliy longe aberrant, elicuisse: etenim post ipsum cap. 66. Tertullianus designare videtur, mundum esse* τὸ θεῶν οἶκον τε καὶ ἄστυ *vt confirmat Aristoteles libro de mundo ad Alexandrum: ex quo sensu, Deum nullam mundi, hui sse domicilij sui partem negligere, aut in ullam dissetere debuisse, cum præsertim celum sit sedes, & terra scabellum pedum Dei: hinc essectum est, vt diuersas colonias duxi velueris, & frequentissimas populos quæsierit, ex quibus velut surculos, ad alios mundi plagas excitet duos & inhabitandas, desiguerat.*

14. Præsentis imperij triplex virtus. *Triplicem hanc impe-*

vij̃ virtutem de Seuero patre, Antonino filio, & Claudio Albino imperij̃ contra interpretatur Pamelius: at, nisi valde fallor, hoc probabilius ad Seuerum, & duos eius filios, Antoninum, & Getam referre possimus, vt etiam hæc Tertulliani verba arguunt, eradicato omni aconito hostilitatis, excisco & tubo subdolæ familiaritatis, quibus eorum est Claudium Albinum, aquæ ac Pescennium Nigrum intelligi, quia vt rebellemouit Lucanus.

Omnis potestas impatiens consortis erit. Præterea ipse euentus id satis confirmat, quonam Seuerus anno quarto imperij̃ sui, Albinum è medio sustulit, & filios in consortium & administrationem imperij̃ admisit, vt hæ aliæ verbis putarint innuere, Deo tot Augustis in vnum fauente: qui consentire filijs Seuerij, quam Claudio Albino melius videtur congruere: addè, preclara Seueri institutaque hic à Septimio recensentur, non vtus, & superstite Claudio Albino promulgata fuisse, quæ statim post Nigrsinteritum ille à Seuero Pertinace profligatus est.

15. Quot census transcripti. *En instituta politica Seueri, qui Xiphilino & Spartiano in vita Seueri referentibus, princeps fuit optimus, ac legesreipublicæ admodum salutares publicauit, adeo vt senatus illum aut nasci, aut omnino mori non debuisse iudicarit, propterea quòd pernitiosus esset reipublicæ, paulo tamen crudelior quam par fuisset.*

16. Quot ordines illustrati. *Iacobus Pamelius, hoc de ordinibus militaribus interpretatur in vita Tertulliani: Ioannes Mercerius de senatu Romano: at ego verbis huiusmodi*, quot populi propagianti, *in eam inducor sententiam, vt existimem id referè esse intelligendum de colonia rum ordinibus, curijs nempe & decurionibus: nam populos propagnare Tertulliano, idem est quod aliis colonias ducere: ordines porro illustreare, curias & decuriones constituere: in colonijs autem & municipijs, curiæ instar minoris consistam senatus, decuriones verò quasi senatores erant, ex quibus magistratus coloniarum, dummodi ciuicæ, ædiles, & dictatores creabantur, magnisque immunitatibus & priuilegijs ab optimis principibus donabantur: & hoc videtur innuere, dum ordines illustratos à Seuero demonstrat.*

17. Et quidem de cataclitis &c. *Videt erudè omnibus Tertullianis interpretibus abisse Tertullianum ecclam: Iacobus Pamelius τὸ cataclitæ ita explanat, vt Florentem noëtrum plumam pauciumstratu & lectu molliorib⁹ confore putet: Mercerus arbitratur Septimium indicare plumam pausse politam, obdulcam, & occlusam esse, vt nullus in eius collo hiatus appareat: qui ad pauos colorem Tertulliani verba referunt, meo iudicio, propiùs ad eopum accedunt: Theodorus Marcilium virum doctissimum aliquando super ea re consulit, quem in ea esse sententia animaduerti, vt legendum censeret de cataclitis, quæ vocabule colorem varium, & undulatum intelligebat: Ego diu multumque dubitaui, an locũ hunc ex alterius loci collatione, quem est apud Apuleium li. 11. Asini, emendare, an verò Apuleij concessum, ex hac Florentis nostri lectione restituere debere mihi videretur Apuleius*, amœnus lectillimæ iuuentutis, vestè nitidâ & cataclitâ præcintens sequebatur chorus, *quo loco vestis cataclita*, non quidem ὡς τὸ κατακλὰς, *quod est occludere, sed à verbo* κατακλύζω, *inundo, irrigo, abluo dedui, atque etiam longe aliud significare videtur, quàm Beroaldus & Mercerus putarunt, colorem scilicet dilutum, florulum, & clarum, vulgo dicimus* couleur vifue, couleur de clairette, *cui fuscus, subfuscus, pressus, aut nigricans color opponitur.* couleur sombre, & fort chargee : *de quo genere colore agit Tertullianus vbicunq; necessarijs, cùm enim purpureus color, ex rubro & cæruleo compositus, tres quæ colorũ Tyrij aut purpurej species exsistant, lucidus, fuscus & inter hos duos medius, empertinaque sit omnibus, cellum pauo est colorisi purpurei nigricantis, qualem fere videmus esse colorem violarum martiarum, c'est vn violet brun & fort chargé : oportet Tertullianum designare veluisse, plumam pauo, esse conchyliatæ, obscuri & depressi coloris: quare τὸ cataclitus in genere & natura colorum id erit quod Latinè dicitur pressus, adstrictus, fuscus ex obscurus color: quod autem sit color pressus, docet Plinius li. 35. cap. 6. dum quandam sinopidis speciem pressiorem confitetur*, vn rouge obscur, plat, fort couuert. *Et proinde arbitror τὸ cataclitus dixi à Tertulliano* ὡς τὸ κατακλᾶσθαι *quod est occludere, adstringere, comprimere. Quocirca auditorem nostrum quasi hæc expressisset verba, sta in interpretabor, quàm quam & pauo pluma vestis, & quidem de coloribus Tyrijs obscuris, imò omni cõchylio obscuriori bus: etenim nimio breuitatis studio, hunc in mentionem purpuræ aut conchyliati colorũ incidere noluit, sed id cogitandum lectori reliquit. Aliam insuper conjecturam addu cam, aliquando enim contextum hunc ità adhuc posse interpretari censeo, vt Tertullianus plumam pausfuerit, aut splendere instar colorũ purpureo cõstricti, aut depressi momentarit, quo enim pannus aliquis depressior, eò & lucidior est.*

18. Nam cùm illi coloris proprietas vna sit & c. *Causam mutationum diuersarum eham electoris subindicare videtur: philosophi enim docent, quicquid aliud admittit, debere esse in potentia ad illud quod recipit, sicut oculus nullum alium colorem, omnes potentia continet, & vbi aliquem habet albi, probi de illis sentire nequit, vt ixrino laborantium compertum est, quibui propter humiem bilis suffusionem, omnia flaua & amara videntur. Cum erge chamaleon pellem glabram, leuigatam, & transparentem habeat, sitque in potentia ad varios colores, sanquam speculum aliquod ad diuersas imagines excipiendas, mirum esse non debet si omnium rerum colorei, quibus adhæret (albo & rubro excepto) flatim induat: nam albo & rubro colore suffundi aut affici non potest, eo quod illa iam alicui continet: album quidem propter pellem lucidam, nimiique aere & vento distentam: rubrum autem forte, quia pulmonem agens, & exiguo sanguine animal istud præditum est.*

19. Et Aser legit ea. *Qui Afri nomine historiographum, aut aliumquempiam primarium interpretantur, isto errant colo, vt etiã ille qui locum hunc emendare simulat, & nescit quæ de magna Deorum matre inuehit: ipsius auctoris testimonio nihil immutandum, periodum hanc de Aeneæ & Carthaginensibus explicandam esse demonstro, quia inque Tertullianus, cedo iam de vestro è Carthaginiensi, & eam medium adduco, quæ omnibus Afris trita & peruulgata sunt.*

20. Diglubasse oueculam. *Non nouum est Tertullianũ in vocabulis literam vnam pro alia, Graecorum more, substituere, vt hoc in loco diglubasse pro deglubisse vsurpauit: quæ verbo antiquorum morem adumbrat, qui vt Plinius auctor est lib. 8. cap. 48. non tondebant, sed vellebant ac deglubebant oues, qua ex consuetudine vellere nomen extitit: videndus varro, lib. 4. de lingua Latina.*

21. Sacer fuggestus. *Soli Septimio familiare esse existimabam fuggestum pro palio & indumento vsurpare, sed Claudius Boulcastus Belga, magnvillus Lipsij discipulus doctissimus, me monuit, veteres etiam Glossarie, fuggestum duo significare* ὑφος καὶ ἔνδυμα, *indumentum, & locum ex quo habentur orationes ad populum: quantum vero ad titulos attinet, quorum hic mentio auctor, videndus est Scaliger in Festum & Varronem.*

22. Qui pridie tugas ab exordio dabant. *Togæ figuram nobis depingit, & quantam solicitudinem habitus sibi requirerent declarat: hæc autem vt facilius percipiantur, quæcunque ab aliis auctoribus de Romanorum toga expressa sunt hic accumulanda censeo. Primo quidem satis constat ex Fabio lib. 11. cap. 3. genus hoc indumenti proprium ad pallij nostri, quam ad alicuius vestis speciem accusum & consutum fuisse: figura enim erat rotunda, manicis carebat & quò magis difflueret, turgeretque, nulla constringebatur zona: adde præterea nullam fuisse togam minorem sex vlnis aut cubitis, si Porphyrio Horatij interpretis in librum Epod. Ode. 4. adsentiamur: prout autem quisque animo aut diuitijs plus aut minus tumebat, eo & vastiorem profusioremque togam gestare consueuerat, quemadmodum huius vestimenti splendor & dignitas, in rugarum, tabularum, simiumque diuersarum varietate & artificio, eminebat: quod artificium tum ab ipso Tertulliano, tum ab Apuleio li. 11. Asini, figmentum vmbonis contracti, tabularum, congregatio tabulata, & alijs eius modi nominibus appellatur. Quibus ita præmissis me ad exprimendam togæ figuram, & singulas eius partes expliendas, lubenter accingo, ac fernatum ab auctore nostro ordinem sequer.*

Icon Senatoris togati.

A RVGÆ in titularum formam, hæc est in longum diductæ & extensæ.

B *Tabulatum toge*, tabula autem est latitudo & amplitudo vnius cuiusque togæ, quandam tabulæ effigiem representans.

C *Altera pars anterior togæ*, ab humero & brachio sinistro prependens, & magnum illum sinum anteriorem efficiens: *sinum autem vocant eam togæ partem, qua genua & pudenda accoperit, gremiumque effecit: vti etiam Varro sinus ait complicaturas in toga excidere, tamen hæc pars propriè & per excellentiam vocatur sinus, quam Iulium Cæsar, vulneribus aduersariorum confossus, vt honestius caderet, & partem inferiorem corporis velaret, manu sinistra apprehendit, & ad imas crura deduxit, vt auctor est Suetonius c. 82.*

D *Toga ambitus*, à collo & cervicibus pendens, & se hinc in vtrumque latus, & partem anteriorem corporis, æqualiter diffundens: *Si quidem altera pars togæ in lœuum, ad sinum & normalem angulū, altera verò, vt tabulatum quod in dorsum reijciebatur contingeret, ad manum dexteram ita properebat, vt manus dextera cum brachio, ad vsum, motum, & gestum corporis, libera & expeditare linqueretur, sub finem primo anno, quo adolescentes virilem togam induebant, quia teste Ciceron. pro Cœlio, per ille tempore, brachia virtutumque antea toga minus latum & cubitum continebant, nec illis fas erat manum extra togam exerere, hocque vt modestiam ædificarent.*

E *Tabulatum ex dextera latere togæ procreatum, reijciebatur in tergue, quo brachium & manus dextra soluitur & explicatur ad omnem vsum relinqueretur.*

F *Sinus, sine pars anterior togæ, inguinum & pectus quodammodo munit, ac in formam baltei aut cinguli cuiusdam, à dextro in sinistrum humerum obliquè circumducitur, vt nec strangulet, nec diffluat, inquit Fabius.*

G *Normalis angulus Quintiliani, à sinistro brachio emergit: toga enim à manu læua in dexteram diducta, magna alteram anguli figuram præ se ferebat.*

H *Ex pars anterior tunicæ qua toga minimè obtegebatur.*

23. Nihil officio aduigilo. *Locum hunc de turpissimo salutum officio interpretati sumus, qui sub galli cantum adire solent à consultoribus, vt docet Horatius 1. Sermonum. T. Claudius Boulea-*

tius iam antè me laudatus, & primo ordini Cardinalitio præfectus, intelligendum censet de togatiorum studio & solicitudine, qui summo mane optimatum fores, vt salutationis munus & officium ergà patronos & optimates adimplerent, obsidebant: quam conjecturam probo, neque tamen hunc locum satis enucleare audeor, quamvis Tertullianus præstantissima toga effecta, non illa obscura & fordida recenset.

24. Cancellos non adoro. *Legendum autumo* Cancellos non adorior: *etsi enim sciam præstorem dignitatis & decoris sui tuendi caussa, sæces à prætorio longius arcuisse, propterea quod magistratuum fasces & insignia videre, aut reuereri non possent, attamen nihil me de cancellis & fori repagulis adorandis, etiam apud Agathiam Scholasticum vidisse memini: adorior autem cancellos Gallicè dicamus* (si barret, prendre place au barreau) *quod magnæ cuidam studio, et impetu quodā à Patronis nostris fieri animaduerto.*

25. Solco de qualibet ara, vel margine. *Veteres medici tum ex templo, tum ex extrinsecis medicinam præscribebant: ex templo, quia author Plinius l. 29. c. 1. in more positum erat vt qui morbo liberati fuissent, hostiam extimi periculi & auxilij in ade dextrum & præcipuè Apollinis, aut Æsculapij appenderent, vt similitudo pacta ad medelam profiteret: quibus ex tabulis Hippocratem, clinicum, medendæ rationem instituisse idem refert Plinius: Ex trinsecus demum consebantur mederi, quando aliunde pharmaca et remedia, puta ex herbis, plantis, lapidibus, fruticibus & aliis rebus in medio communi & facilè vsu positis assumebant: quorum exemplo duas istas morum nefariorum propudia aperit Tertullianus, de trinis & margine: de templo autem & ara mederi censetur, quando idololatriam & falsam religionem ethnicorum in Apologetico confutat.*

26. Delectatio terrenæ bestiæ & edentulæ, &c. *Hic ego tribus de caussis Franciscō Junio assentior, & Tertullianū verba de Pulsene, non de mure ejus interpretor: quamquam enim mures in locis aqua carentibus more anguillarum serpant, & aliquando etiam extra aquam viuant, tamen bestiæ sunt aquatiles, non terrenæ: secundo dentes habent longos, acutissimos & recurvos, non fossiorum maxillis, sed etiam in palato, sunteque morsus ferissimi & truculentissimi quoniam auctor meminit terrenæ bestiæ singulari, non in plurali numero, quod necessum esse videbatur, si per terrenas bestias, murenas non Pollionis dejiciamur voluptas. Quod autem Pollionem Apostatam Tertullianus exunguem & externum nominat, murium nihil est, cum homines non sese & illarum mure, dentibus, voragine, aut cornibus tueri & protegere soleant.*

27. Elinguis philosophia vita contenta est. *Ostendit Redemptam Euangelicam non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis Dei posita esse, cap. 2. prioris ad Corinthios, quia terrestre desuit Tertullianis disputatione de bono patientiæ*, Christiani nō tam verbis quàm factis philosophantur, nec vestitu, sed virtute sapientiam præ se ferunt, & virtutum conscientiam magis quàm iactantiam norunt.

28. Primus numerorum harenarius. *Ad eruditum pulverem Mathematicorum alludit, de qua passim Marcus Tullius meminit, præsertim. 2. de natur. deorum. cap. 5. Tusc. l.* Humilem inquit homuncionem à puluere & radio excitabo: *antiquitus enim arena & puluere loco palimpsestus aut carthæ de cellis vsi eonsueuerant, vt refert post Brodæum l. 1. miscellaneorum cap. 1. notauit Iunius: secutusque est Archimedem in ipso puluere eruditè occupatum, à militibus Romanis qui Syracusas insederant, fuisse trucidatum, vt notauit Plutarchus in Marcelli vita.*

29. Qui volaticam spectat. *Mirum est valde, tur vir eruditus pro volaticam Geometriam intelligat, cum volatica à Vola, concava & media parte manus, multis figuris & lineis distincta & insignita denominetur: in qua parte inspectanda & consideranda* ὁ μαθηματικὸς *vt* ὁ φιλόσοφος *summo insudant.*

30. Aregoam illi diuinæ sectæ. *Iacobus Pamelius hæc de sola Tertullianis intelligi vult: Ego non de priuata quoque, sed de doctrina Euangelica, & vniuersis Christianis interpretandæ debere contendo, vt sensus sit, pallium non modo sua esse arcium liberalium & philosophiæ, sed etiam doctrinæ Euangelicæ professibus.*

4-3-2